IOANNIS LORINI SOCIETATIS IESU, COMMENTARIORUM IN LIBRUM PSALMORUM...

Jean Lorin, Josè Maria Fonseca de Evora

Digitized by Google

37
20 F
9

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

IOANNIS

LORINI

SOCIETATIS IESV,

COMMENTARIORVM

IN LIBRVM PSALMORVM

Tomus Secundus,

Complectens quinquagenam secundam:

In quo præter accuratam textus literalis explanationem, variarum tum editionum, tum lectionum collationem cum vulgata; quæ defenduntur phrases etiam Scripturæ atque vocabulorum disquisitionem; mythici omnis generis sensus ex Patribus, præcipuè Græcis Latinisque traduntur:

Indicibus locupletissimis locorum S. Scripturæ, rerum memorabilium; ac Hebraicarum Græcarumque vocum elencho illustratus.

LVGDVNI,

Sumpt. Iacobi Cardon & Petri Cauellat.

M. D.C. XXIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

Conf. Autor. Sanct.

ILLVSTRISSIMO D.

D. NICOLAO DE NEVFVILLE,

D. DE VILLEROY ET HALINCOVRT,

CHRISTIANISSIMI REGIS

in ſacro conſiſtorio, Conſiliario, & à

ſecretioribus mandatis

Primario.

HORATIVS CARDON εὖ πρᾶξαν & ὑγιάνειν.

CELEBRE olim Agamemnonis votum, vt Neſtoris ſui prudentiam extollat : quam Pelidæ magni etiam fortitudini poſthabuit, VIR ILLVSTRISSIME : memorabile necnon Græcorum de armis Vlyſſi deferendis, & non Aiaci, nobile iudicium : conſilij vim in humano ingenio quanti facerent priſci illi & veritatis æqui iudices, argumento ſunt : plura enim conſilio ſine armis geri viderunt, quàm ſine conſilio per arma. Vnde cùm in te intueor, mentíſque oculos attentiùs figo ; quum prudentiam & conſiliorum vim rebus adminiſtrandis examino ; quum exacta ſub quatuor Regibus, & quàm feliciter, temporum interualla, VIR ILLVSTRISSIME, votum illud maioris Atridæ recurrit, & de te protinus vſurpo ; idémque mecum lubens ac lætabunda ſuſcipit Gallia : paríque conſenſu calculos dat, pari probat, laudat, amat : quippe in te quid mens humana valeat, quid alti conſiliorum receſſus, probè gnara, quum te alterum Neſtorem experta eſt : Atridas imò & reges ſuos in aſſenſum dictorum meorum datura, ſi reuiuiſcant : ſed quorum adhuc Rege ſub quarto fides recentior eſt. Quare cùm tempora noſtra ante oculos pono, cùm pacatos motus, compoſitas lites, ſedata bella, altúmque nunc otium, (quo longùm frui liceat) tecum fateor Gallia, diuinitus comparatorum ingeniorum iſta eſſe, & humanas men-

tes tranſcendentium (quorum numerum volens non attingo: vſurpare enim illud liceat,

Apparent rari nantes in gurgite vaſto:

qui nempe in gurgite iſto, rerúmque gerendarum vaſto mari, molem operis ſuſtinere valeant.) Sed ne ingratus ſim dum gratus eſſe volo, apud eum cui laudes humanæ parum gratæ ſunt, plura & maiora ſileo. Miraberis verò, VIR ILLVSTRISSIME, quòd talem te atque inter æſtus & rerum ſeria, grauiorúmque curarum aſſultibus impetitum implicitúmque, & quæ te

παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα

non ſinant; tam licenter interpello: at veniam dabis inter ſacras occupationes (ſancta enim eſt qua de regibus & regno agitur, cura) ſacrum nempe opus affero, &, quod amplius eſt, hymnos illos cithara cœli pulſatos, magni Regis opus, do, dico, dedico: Regis, inquam, qui primariam lateri comitem præ aliis quotquot leguntur, Pietatem circumduxit: (cuius exemplo Reges, regúmque nutritores ſapiant: quam tu etiam cùm medullitus animis infixam teneas, tuorúmque conſiliorum ſociam circumferas, beatam rerum adminiſtrationem hac quoque potiſſimùm parte Gallia expectat. Quæ me cauſa altera nunc mouit, vt pij regis pium opus, pium quoque fautorem te quæreret. IOANNIS ergo LORINI è Societate Ieſu Doctoris Theologi, in Pſalmorum quinquagenam ſecundam Commentarios non antè luce donatos, (quibus ſua laus alio loco eſto) alteri dare non meliùs potui quàm tibi. At verò fœdè errantis eſſet, & Perſarum in ingratos legibus obnoxij, VIR ILLVSTRISSIME, tot & tantis quæ me vndique circunſtant, profluentibus à te beneficiis, Lethæos ſomnos inducere: ad quorum etiam cumulum accedunt Nobilis & Illuſtris Domini, Domini D'HALINCOVRT, in vrbe & prouincia Lugdunenſi, necnon in Foriſienſi & Belloiocenſi Proregis ſupremi, creſcentia & renaſcentia in dies, quæ me ſubinde obruunt alia atque alia pignora: ſideris, inquam, illius aurei, quod longùm vtinam fulgeat, τέκνῳ nempe ἀγαπητῷ, magníque patris ἀξίῳ τέκνῳ. Tentanda igitur qualiſcunque via fuit, qua fidem grati animi aliqua parte liberarem: cúmque non ſuppeteret in præſens altera; hanc typorum rationem iniui, vt quacunque ituri ſunt, vel &

quà decolor Indus,

gratam mentem, quà poſſum, publicè teſtarer, & apud te, NESTOR PRVDENTISSIME, & apud eos quos ventura ſuſcipiet

ætas,

ætas, & quos præsens susçipit. Sed ne longiore te pagina teneam, VIR ILLVSTRISSIME, maioris Atridæ votum voto altero vnanimis semper mecum Galliæ claudere modò liceat: vt qui parem consiliis Nestori antiquo, talem annis præstet; pérque tot ætates te nobis donet; Regémque nostrum ter Augusti patris, & heroïs incomparabilis, nuper amissi, νέον ἥρωα, crescentémque, consiliis tuis ingeniorúmque tui similium florentem intueri: qui non Galliam tantùm, sed & tranquillum

Pacatúmque regat patriis virtutibus orbem.

IOANNES LORINVS
PSALMODO, ET
Psalmochari.

NON vni cano intus mihi [a], sed, vt in choro, prouoco succinentes. Quemadmodum verò vox canendo producitur, vocabuláque eadem prolata distenduntur; quod sententiæ melius etiam percipiendæ conducit, vt & crebra ipsorummet repetitio: sic accidit necessariò, longiorem hîc nostram, quàm pro more, commentationem esse. Tum præterea, quoniam Psalmorum liber, quod multi docent Patres [b], & nemo non experitur aliquo vsu praditus, omnium diuinarum aliarum literarum quoddam quasi compendium est; vt vel in compendio breuitas esse vix quiuerit maior. Accessit flagitantium penè improbitas, qui priorum questi ieiunitatem Commentariorum in Actus, Ecclesiasten, Sapientiam, Ioannis, ac Petri Epistolas, coëgerunt Commentatoris ex lege præscriptam [c] transilire breuitatem; & fastidiosorum palato, non sine aliquo fastidio meo, satisfacere. Vtinam, si non mihi vni, cæteris omnibus; quod optari, non sperari potest, satisfecero [d]. Instituti mei rationem longior vos præfatio primo tomo inserta, docebit. Valete, & occinite.

Cicero 3. Verr. & in Tullum. Ambros. argum. in lib. Psalm.

b Athanas. ad Marcell. Basilius, & alij præfa. in Psalm.

c Hieronym. proœ. in Ioannam.

d Cic. epi. 1.

LITTERÆ ADMODVM R^DI IN CHRISTO Patris P. CLAVDII AQVAVIVA, Societatis IESV, Præpositi Generalis.

CVM *Commentarios in secundam Psalmorum quinquagenam, P. Ioannis Lorini, eiusdem Societatis*, tres Societatis nostræ Theologi, quibus id commisimus, recognouerint, & in lucem edi posse probauerint: facultatem concedimus, vt typis mandentur, si iis, ad quos pertinebit, videbitur. In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas, & sigillo nostro munitas dedimus. Romæ, Kal. Februarij, 1612.

CLAVDIVS AQVAVIVA, Societatis IESV, Præpositi Generalis.

Facultas R. P. Prouincialis Societatis IESV, *in Prouincia Lugdunensi.*

ANTONIVS SVFFREN Prouincialis Societatis IESV, in Prouincia Lugdunensi, iuxta Priuilegium eidem Societati à Regibus Christianissimis Henrico III. 10. Maij 1583. & Henrico IIII. 20. Decembris 1606. & Ludouico XIII. nunc regnante, 14. Februarij 1611. concessum, quo Bibliopolis omnibus prohibetur, ne libros ab eiusdem Societatis hominibus compositos, absque superiorum permissione imprimant: permittit Horatio Cardon Lugdunensi Bibliopolæ, vt librum qui inscribitur, *Ioannis Lorini Societatis* IESV, *Commentariorum in librum Psalmorum, Tomus II. complectens quinquagenam secundam*, ad sex primos annos imprimere, ac liberè diuendere possit. Datum Lugduni die 5. Nouemb. 1613.

SVFFREN.

APPROBATIO.

IOANNES CLAVDIVS DEVILLE, in sacra Theologia Magister, & diuini verbi Prædicator, in sancti Pauli huiusce Ciuitatis Canonicus, atque in hac Lugdunensi Diœcesi Librorum Censor designatus: fidem facimus, nos librum qui inscribitur, *Ioannis Lorini Societatis* IESV, *Commentariorum in librum Psalmorum, Tomus II. complectens quinquagenam secundam*, perlegisse, omniáque in illo iuxta orthodoxam Catholicæ, Apostolicæ, ac Romanæ Ecclesiæ, & sanctorum Patrum sanam doctrinam, summa cum eruditione & pietate exponi. Lugduni apud sanctum Paulum 1. Martij 1614.

IOANNES CLAVDIVS DEVILLE.

Summa Priuilegij à Christianissimo Galliarum Rege concessi.

LVDOVICI XIII. Galliæ & Nauarræ Regis auctoritate sancitum est, atque patentibus Literis cautum, ne quis in Regno suo, aliisve locis ditioni suæ subiectis, intra proximos annos decem, à die impressionis primæ inchoandos, ac numerandos, excudat, vendat, excudendum, vendendúmque quouis modo & ratione conetur librum, qui inscribitur, *Ioannis Lorini Societatis IESV Commentariorum in librum Psalmorum Tomus II. complectens quinquagenam secundã*, præter Horatium Cardon Bibliopolam Lugdunensem, aut illos, quibus ipsemet concesserit. Prohibitum insuper eadem auctoritate Regia omnibus suis subditis, eundem librum extra Regni sui limites imprimendum curare, vel quempiam, vbicumque fuerit, ad id agendum impellere, ac instigare, sine consensu dicti Horatij Cardon. Idque omne sub confiscatione librorum, aliisquẽ pœnis originali Diplomate contra delinquentes expressis. Datum in Fonte-Bellaqueo, die vigesimatertia Octobris, anno millesimo sexcentesimo decimotertio.

De mandato Regis,

Signatum, BRVLART.

INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ QVI HOC SECVNDO TOMO CITANTVR, EXPLICANTVR, ILLVSTRANDIS aliis huius operis locis adducuntur.

Numerus ad paginam remittit : litera locum designat : vbi cum litera numerus additur, columnam secundam denotat.

EX GENESI I.

Cap. 1. Ferebatur initio Spiritus Domini super aquas. 915.b.2
2. Fons ascendens è terra irrigans vniuersam superficiem terræ. 214.c.2
4. Ad Abel respiciebat Deus, tum ad munera eius. 533.a
Quare iratus es, & cur concidit facies tua? &c. 698. c.2
6. Eruntque dies hominis centum & viginti annorum. 894.b.2
Non permanebit Spiritus meus in homine, in æternum, quia caro est. 64.a
22. Animas fecisse in Haran. 990.c.2
14. Panem & vinum obtulit, erat enim Sacerdos. 154. b.2
15. Semini tuo dabo terram hanc, &c. 408. b.2
24. Domine Deus occurre mihi obsecro hodie, & fac misericordiam. 118.2.a
27. Det tibi Deus de rore cœli benedictionem. 275. b.2
Incuruentur ante te filij matris tuæ. 345.c.2
28. Si fuerit Deus mecum, & custodierit me in via per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum, reuersúsque fuero prosperè ad domum patris mei, erit mihi Dominus in Deum. 78.b, &c.
31. Ego omne damnum reddebam: quicquid furto peribat, à me exigebas. 319.d
33. Ancillæ Iacob & filij earum ante Esau incuruati sunt. 345.c.2
46. Et ego te faciam in gentem magnam. 1033.b
49. Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius. 148.2.b
In furore suo occiderunt virum, & in voluntate sua suffoderunt murum. 355.b
Iuda te laudabunt fratres tui. 301.d.2
Lauabit in vino stolam tuam. 298.b
Lupus rapax, mane comedit prædam, & vesperè diuisit spolia. 282.c.d.2
50. Post mortem meam Deus visitabit vos, &c. 677.d.2

EX LIBRO EXODI.

Cap. 7. Constitui te Deum Pharaonis. 702.c.2
9. Vos eritis mihi in regnum Sacerdotale, & gens sancta. 393.c
12. In cunctis dijs Ægypti faciam iudicia ego Dominus. 614.d.2
15. Equum & ascensorem dejecit in mare. 522.a.2
Quis similis tui in fortibus Domine, &c. 767.b.2. 1043.c.2
Introduces eos, & plantabis in monte hæreditatis tuæ. 468.a
Portasti eum in fortitudine tua ad habitaculum sanctum tuum. 616.c
Tunc conturbatis sunt Principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor. 275.c
Sanctuarium tuum Domine, quod firmauerunt manus tuæ. 616.c.2
Introduces eos, & plantabis in monte hæreditatis tuæ firmissimo habitaculo tuo. 616.c.682.c
Ego Dominus sanator tuus. 808.d
18. Cur solus sedes, & omnis populus præstolatur de mane vsque ad vesperam. 695.c
20. Ego sum Dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Ægypti, &c. 681.c.2
22. Decimas tuas & primitias tuas non tardabis reddere. 547.a
23. Scitis enim aduenarum animas, quia & ipsi peregrini fuistis in terra Ægypti. 492.c.2
Ecce ego mittam angelum meum qui præcedat te, & custodiat in via, &c. 919.a
Ponam terminos tuos a mari rubro, &c. 408.b.2
32. Si quis est Domini, iungatur mihi, & ponat vir gladium, &c. 976.a
Dele me de libro quem scripsisti. 351.b
33. Verbum quod locutus es, faciam: inuenisti enim gratiam apud me, & teipsum noui ex nomine. 1051.c
Si inueni gratiam coram te, ostende faciem tuam. 655 c.2
Si inueni gratiam in conspectu tuo, ostende, &c. 259.b

EX LEVITICO.

Cap. 19. Sanctuarium meum metuite: ego Dominus. 217.

. *Pauete ad sanctuarium meum.* 1055.c.2

EX LIB. NVMER.

ap.6. *Benedicat tibi Dominus, & custodiat te. Ostendat Dominus,* &c.
lendat Dominus faciem suam tibi, & misereatur tui, conuertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem. 656.a.b
benedicite filys Israël inuocantes nomen meum super illos. 1051.d
Ex die qua percussi omne primogenitum Ægypti. 794.a
. *Surge Domine, & dissipentur inimici tui, & fugiant qui oderunt te, à facie tua.* 265.a.2
rge Domine, & dissipentur inimici tui. 362.c.2
cuertere Domine ad multitudinem exercitus Israël. 261.b.2.290.e
. *Anima nostra arida est.* 581.a
e cùm descenderet nocte vos, descendebat pariter & man. 275.d.2
ur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me. 246.c.2
ego non possum solus sustinere omnem hunc populum quia grauis est mihi. ibid.
n aliter tibi videtur, obsecro vt interficias me, & inueniam gratiam tuam, ne tantis afficiar malis. 351.b
d vsque ad mensem dierum, donec exiret per nares, &c. 590.a
dhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat, &c. ibid.d.2
. *Num per Mosem solum locutus est Dominus? nónne & nobis similiter locutus est.* 194.2.a
. *Magnificetur ergo fortitudo Domini.* 364.d
. *Quos elegerit Deus, appropinquabunt ei.* 215.a.2
. *Sicut fecit in mari rubro, sic faciet in torrentibus Arnon.* 487.d
. *Orietur stella ex Iacob, & consurget virga de Israël, & percutiet duces Moab, vastabitque omnes filios Seth: & erit Idumæa possessio eius,* &c. 151.2.d
idebo illum, sed non modò: intuebor illum sed non propè: orietur stella ex Iacob. 842.a
. *Factum grande miraculum, vt Chore perenne, filij eius non perirent.* 143.c.2
. *Dominus Deus Spirituum omnis carnis.* 213.d
. *Si quis virorum votum Domino vouerit, aut se constrinxerit iuramento,* &c.
. *Et scitote quoniam peccatum vestrum apprehendet vos.* 1059.a.b

EX DEVTERONOMIO.

ap.3. *Non est alius Deus vel in cœlo vel in terra, qui possit facere opera eius & comparari fortitudini eius.* 388.b.2
ansibo & videbo terram hanc optimam trans Iordanem & montem istum egregium, & Libanum. 616.b
Non est natio tam grandis quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut adest Dominus, &c. 995.c.2
us Deus misericors Dominus Deus tuus est. 597.b
Quis det talem eos habere mentem vt timeant me, &c. 688.a.2
Audi Israël, Dominus Deus noster, Dominus vnus est. 262
Non timebis eos quia Dominus Deus tuus in medio tui est. Deus magnus & terribilis ipse consumet nationes has in conspectu tuo. 236.a.2.& 309.a.2
Ne multiplicentur contra nos bestiæ terræ. 127.2.a
8. *Ecce, ego mittam vobis serpentes regulos, quibus non est incantatio, & mordebunt vos.* 102.a
9. *Domine Deus, ne disperdas populum tuum & hereditatem tuam, quam,* &c. 468.a
11. *Nullus stabit contra vos: terrorem vestrum & formidinem dabit Dominus Deus vester super omnem terram quam calcaturi estis.* 197.2.a
15. *Fœnerabis gentibus, & ipse à nullo accipies mutuum.* 846.c.2
21. *Captiuósque duxeris, & videris in numero captiuorum mulierem pulchram* 292.e.2
23. *Ammonites & Moabites etiam post decimam generationem non intrabunt Ecclesiam Domini in æternum, quia,* &c. 149.c.2
29. *Inter vos radix germinans fel & amaritudinem.* 339.c.2
30. *Iuxta est sermo valde in ore tuo, & in corde tuo vt facias illum.* 631.c.2
32. *Descendat sicut pluuia, doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum: quasi imber super herbam, & sicut stillæ super gramina.* 276...1.404.a.2
Deus fidelis & absque vlla iniquitate: iustus & rectus. 952.e.2
Nunquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit, & creauit te? 610.b.2.990.d.2
Expandit alas suas, & assumpsit eum, atque portauit in humeris suis. 189.1.913.d.e
Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima. 191.c.721.b
Vua felis, botrus amarissimus, fel draconum, vinum eorum. 339.1
Iudicabit Dominus populum suum & in seruis suis deprecabitur. 880.d.1.901.c.2
33. *Dominus de Sinai venit, & de Seir ortus est nobis, & apparuit de Pharan, & cum eo Sanctorum millia.* 289.d.297.b
Qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius. 252.d
Audi Domine vocem Iudæ, & ad populum suum introduc eum: manus eius pugnabunt pro eo, & adiutor illius contra aduersarios eius eris. 140.2.e
Et pulchritudo eius qui est primogenitus tauri. 355.b
Mare & meridiem possidebit. 832.b
Habitaculum eius sursum. 880.d
Beatus es tu Israël, quis similis tui populo, &c. 917.c

EX LIBRO IOSVE.

Cap.1. *Vsque ad mare magnum contra Solis occasum erit terminus vester.* 832.b.2
5. *Noster es, an aduersariorum.* 456.b
7. *Pertimuitque cor populi & mollia aqua liquefacta est.* 502.1
24. *Non poteritis seruire Domino.* 1056.b

EX LIBRO IVDICVM.

Cap.5. *Cœlique ac nubes distillauerunt aquis.* 275.c.2
5. *Domine cum exires de Seir, & transires per regiones Edom,* &c. 273.c.2.276.c
6. *Dominus tecum: obsecro mi Domine, si Dominus nobiscum est,* &c. 864.e.2
7. *Incipientibus vigilijs mediæ.* 54...c.2
9. *Si vere me regem vobis constituitis, venite, & sub*

vmbra mea requiescite. Si autem non vultis, egrediatur ignis de rhamno, & deuoret cedros Libani.120.d

11. *Heres in domo patris nostri esse non poteris, quia ex alia matre es.* 323.d.2

RVTH.

Cap.1. *Hæc faciat mihi Dominus, & hæc addat.579.d.2.862.a*

I. REGVM.

Cap.2. *Dilatatum est os super inimicos meos.685.a.2*

Dominus mortificat & viuificat; deducit ad inferos, & reducit &c. 506.c

Videte, quod ego sim solus, & non sit alius Deus præter me: ego occidam & ego viuere faciam: percutiam & ego sanabo. 295.d

Impij in tenebris conticescent. 195.2.c

Suscitabo mihi Sacerdotem fidelem. 1051.b

Dimitte me obsecro ad vnam partem sacerdotalem, vt comedam buccellam panis. 741.d.2

1. *Loquere Domine, quia audit seruus tuus.* 90.2.b

Dominus est, faciat quod bonum est in conspectu suo. 163.2.d

Et cognouit vniuersus Israël à Dan vsque Bersabee, quod fidelis Samuel propheta esset Domini.1050.d

4. *Translata est gloria de Israel, quia capta est arca Dei.* 154.b

7. *Facta est manus Domini super istos cunctis diebus Samuelis.* 1051.d.2

Et ponam locum populo meo Israel, & plantabo eum, & habitabit sub eo, & non turbabitur amplius, &c. 145.2.d

10. *Viuat Rex.* 417.b.2

12. *Dominus qui fecit Moysen & Aaron, & eduxit patres nostros de terra Ægypti.* 990.d.2

Nunc ergo state, vt iudicio contendam aduersum vos coram Domino, de omnibus misericordiis Domini, quas fecit Dominus vobiscum & cum patribus vestris. 409.c.d

15. *Siccine separat amara mors.* 531.b.2

17. *Non valeo resistere Philisthæo isti, &c.* 1056.a.2

20. *Vno tantum gradu ego morsque diuidimur.* 795.b.2

23. *Igne succensa comburentur ad nihilum.* 119.b.2

24. *Quem persequeris Rex Israel? quem persequeris? canem mortuum persequeris, & pulicem vnum.* 132.d

25. *Saluum fac Dominus manum tuam tibi.* 1030.c.2

Anima inimicorum tuorum rotabitur in impetu & in circulo funda. 719.b

28. *Non euenisse tibi quicquam mali propter hanc rem.* 349.d.2

vlt. Commouisti terram Israël, conturbasti & destruxisti eam. 140.2.a

II. REGVM.

Cap.3. *In manu serui mei Dauid saluabo populum meum Israël de manu Philisthiim, & omnium inimicorum eius.* 145.2.d

5. *Ecce nos os tuum & caro tua sumus; sed & heri & nudius tertius cum esset Saul Rex super nos, tu eras educens & reducens Israel: dixit autem Dominus ad te: tu pasces populum meum Israël, & tu eris dux super Israel.* 207.b

Diuisit Dominus inimicos meos coram me, sicut diuiduntur aquæ. Propterea vocatum est nomen loci illius Baalpharasim. 286.1.2

6. *Super quam inuocatum est nomen Domini sedentis in Cherubim super eam.* 1041.b.2

7. *Et ponam locum populo meo Israel, & plantabo eum.* 846.b.2

Arguam eum in virga virorum, & in plagis filiorum hominum, misericordiam autem meam non auferam ab eo. 177.2.d

Si iniquè aliquid egerit, arguam eum in virga virorum & in plagis filiorum hominum. 838.a

8. *Fecit sibi Dauid nomen cùm reuerteretur capta Syria in valle Salinarum, cæsis decem & octo millibus.* 137.2.e

9. *Quis ego sum seruus tuus, quoniam respexisti super canem mortuum?* 132.d

15. *Surgite, fugiamus, neque enim erit nobis effugium à facie Absalon: festinate egredi, ne forte veniens occupet nos, & impellat super nos ruinam, & percutiat ciuitatem in ore gladij.* 163.c

Si inuenero gratiam in oculis Domini, reducet me, & ostendet mihi eam, & tabernaculum suum. 180.a

17. *Eligam mihi duodecim millia virorum & consurgens persequar Dauid hac nocte, & inuenam super eum, &c.* 378.a

18. *Abisai percussit Edom in valle Salinarum decem & octo millia.* 137.2.e

20. *Quare præcipitas hæreditatem Domini? absit absit, non præcipito, neque demolior.* 8.2.c

23. *Hæc autem sunt verba Dauid nouissima: dixit Dauid filius Isai: dixit vir cui constitutum est de Christo Dei Iacob, egregius psaltes Israel; Spiritus Domini locutus est per me, &c.* 416.c.2

Spiritus Domini locutus est per me, & sermo eius per linguam meam. 751.d.2

III. REGVM.

Cap.9. *Zelo zelatus sum pro Domino exercituum.* 325.c

21. *Abominabilis factus est (Achab) in tantum vt sequeretur idola quæ fecerant Amorrhæi, quos consumpsit Dominus a facie filiorum Israel.* 18.c

22. *Decipies & prævalebis: egredere & fac ita.687.b.2*

Si reuersus fueris in pace, non est locutus Dominus in me. 751.d.2

IV. REGVM.

Cap.2. *Pater, pater, agitator Israël, & eques eius.* 522.a.2

3. *Mesa rex Moab soluebat regi Israël centum millia agnorum & centum millia arietum cum velleribus suis.* 149.1.d

4. *Et ascendit & incubuit.* 326.c.2

19. *Insanisti in me, & superbia tua ascendit ad aures meas.* 496.b.2

Domine Deus Israël, qui sedes super Cherubim, &c. 1041.d

21. *Delebo Ierusalem, sicut deleri solent tabulæ.* 689.b.2

I. PARALIPOMENON.

Cap.7. *Occiderunt eos viri Geth indigenæ, quia descenderant vt inuaderent possessiones eorum.* 570.e.2

15. *Cùmque adiuuisset Deus Leuitas, qui portabant arcam fœderis Domini, immolabantur septem tauri & septem arietes.* 916.b

16. *Cantate Domino omnis terra; annunciate ex die in diem salutare eius.* 1000.a.2

17. *Quid vltra addere potest Dauid, cùm ita glo-*

rissemeris ſi nam tuum.&c. Domine non eſt ſimilis tui &c. 388.a.2

18. Cogitaui vt ædificarem domum in qua requieſceret arca fœderis. 1048.e

Scrutatur corda Deus reneſque. 202.2.c

II. PARALIPOMENON.

Cap.6. *Si autem peccauerint tibi.&c. & conuerſi corde ſuo in terra captiuitatis ſuæ.* 754.a

7. Euellam vos de terra mea, quam dedi vobis, & domum hanc quam ſanctificaui,&c. 329.a.2

13. In exercitu noſtro dux Deus eſt. 154.a

15. Voce magna, in tubulo & in clangore tubæ, & in ſonitu buccinarum,cum execratione,&c. 194.2.c

25. Cardinus Libani miſit ad cedrum Libani, vt daret filiam filio ſuo in uxorem,ſed beſtiæ ſyluæ Libani tranſierunt,& conculcauerunt cardinum. 109.2.a

28. Reducite captiuos quos adduxiſtis de fratribus veſtris. 292.a.2

29. Poſuerunt ad me dorſa,& non facies ſuas. 344.c

32. Poſtquam Dominus ſaluauit Ezechiam & habitatores Ieruſalem,&c. 529.c

II. ESDRÆ.

Cap.1. *Fiant aures tuæ auſcultantes,& oculi tui aperti,vt audias orationem ſerui tui.* 32.2.d

9. Conuenerunt in ieiunio & in ſaccis & humus ſuper eos,& confitebantur peccata ſua, & iniquitates patrum ſuorum quater in die, & adorabant Dominum Deum ſuum,&c. 498.d.2

Ecce nos ipſi hodie ſerui ſumus.&c. 246.c

TOBIÆ.

Cap.3. *Et nunc Domine memor eſto mei.& ne vindictam ſumas.&c.* 642.d

Pro certo habeas omnis qui colit Deum, quia ſi in tribulatione fuerit,liberabitur.quia poſt tempeſtatem tranquillum facit,& poſt fletum exultationem infundit. 248.d.2

10. Quotidie exiliens & circumſpiciens, & circuiens vias omnes, per quas ſpes remeandi videbatur, vt procul videret eum, ſi fieri poſſet, venientem. 316.b.2

IOB.

Cap.1. *Sicut Domino placuit, ita factum eſt, ſit nomen Domini benedictum.* 163.2.d

2. Tu commouiſti me aduerſus eum,vt affligerem eum ſine cauſa. 190.2.e.319.c

3. Nox illa natus eſt, nec numeretur in menſibus. 350.b

Maledicant ei qui maledicunt diei. 814.a.2

Nunc dormiens ſilerem, & ſomno meo requieſcerem, cum regibus & conſulibus terræ, qui ædificant ſibi ſolitudines. 39.2.c

Non deſeruiſti in perditionibus noſtris, quia poſt tempeſtatem tranquillum facis, & poſt lacrymationem & fletum, exultationem infundis. 61.c

4. Vacillantes confortauerunt ſermones tui. 503.a

Recordare,obſecro te,quis unquam innocens periit? aut quando recti deleti ſunt? 28.2.d

In omni tempore benedices Deum debes. 185.2.d

5. Vidi ſtultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius ſtatim. 11.c

Si quis a bestio conſugerit ad Deum, & omnipotentem deprecatur, ſtatim ad illum euigilabit, & paratum reddet habitaculum iuſtitiæ ſuæ. 93.c

Deus apprehendit ſapientes in aſtutia eorum. 130.d

Palpant incurrit ſtatim tenebræ per diem. 108.a

Scies quoque quoniam multiplex erit ſemen tuum, & progenies tua quaſi herba terræ. 421.c.2

6. Qui tenent primatum,irruet ſuper eos nix. 20.2.a

9. Qui commouet terram de loco ſuo, & columnæ eius contremiſcunt. 557.b.2

Quis dicere Deo poteſt,cur ita facis? 446.d.2

Sub quo curuantur, qui portant orbem. 345.d.2

11. Forſitan veſtigia Dei comprehendes, & uſque ad perfectum omnipotentem reperies,&c. 941.c

13. Etiamſi me occiderit ſperabo in eo. 164.2.c

Contra folium quod vento rapitur, oſtendis potentiam tuam. 719.a.2

Implet me amaritudinibus. 339.d.e.2

15. Contra omnipotentem roboratus eſt: cucurrit aduerſus eum erecto collo, & pinguis cervice armatus eſt. 457.c

Operuit faciem eius craſſitudo, & de lateribus eius arma dependent. 485.b.2

Non dirabitur nec perſeuerabit ſubſtantia eius, nec mittet in terra radicem ſuam. Non recedet de tenebris; ramos eius arefaciet flamma, & auferetur ſpiritu oris ſui. Non credat ſubuerſa errore deceptus, quod aliquo præmio reparandus ſit. Antequam dies eius impleantur,peribit,& manus eius arefacient. Exhedetur quaſi vinea in primo flore botrus eius,& quaſi oliua proiiciens florem ſuum. 11.c

16. Aperuerunt ſuper me ora ſua,& exprobrantes percuſſerunt maxillam meam:ſaturati ſunt pœnis meis. 336.d.2

Circumdedit me lanceis ſuis,conuulnerauit lumbos meos, &c. 349.b

Hæc paſſus ſum abſque iniquitate manus meæ,cum haberem mundas ad Deum preces. 116.2.b

17. Non peccaui,& in amaritudinibus moratur oculus meus. ibid.

Poſuit me quaſi in proverbium vulgi,& exemplum ſui coram eis. 339.a.b.2

18. Vndique terrebunt eum formidines. 814.c.2

Conſumat brachia illius primogenita mors,calcet ſuper eum quaſi rex interitus. 49.2.c

19. Fratres meos longe fecit à me. 802.a.2

Fratres meos longe fecit à me, & noti mei quaſi alieni receſſerunt à me, dereliquerunt me propinqui mei, & qui me nouerant, obliti ſunt mei: inquilini domus meæ, & ancillæ meæ quaſi alienum habuerunt me,& quaſi peregrinus fui in oculis eorum. 26.2.a

Abominati ſunt me quondam conſiliarij mei, & quem maxime diligebam,auerſatus eſt me. 8.3.a

Miſeremini mei, miſereminini mei ſaltem vos amici mei. 338.d.2

Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo. 426.d.2

20. Cum habuerit quæ concupierat, poſſidere non poterit. 591.a

21. Domus eorum ſecuræ ſunt, & peccata. & non eſt virga Dei ſuper illos. 431.c

Veruntamen quia non ſunt in manu eorum bona ſua... 511.c

22. In ſuperbia brachij tui poſſidebas terram,& potentiſſimus obtinebas eam. 443.a.2

Putabas impetu aquarum inundantium non oppreſſum iri? 312.b.c

Quid enim nouit Deus,& quaſi per caliginem iudicat. 442.c

Vt lætentur iuſti,& lætabuntur, & innocens ſubſannabit eos. 22.b

24. Agrum non ſuum demetunt, & vineam eius quem vi oppreſſerunt, vindemiant. 605.c.2

Per quam viam ſpargitur lux, dividitur æſtus

super terram. 1027.a.2
Ad nimium calorem transeant ab aquis nimium. 106.2.c
26. *Qui ligat aquas in nubibus; ut non erumpant pariter deorsum.* 482.c.2
In fortitudine illius repente maria congregata sunt. 483.a
Prudentia eius percussit superbum. 782.c
27. *Dives cum dormierit, nihil secum auferet, &c.* 450.d.2
Nolle opprimes eum tempestas, &c. 721.a.2
28. *Nec invenitur sapientia in terra suaviter viventium.* 536.a.2
29. *Sicut fui in diebus adolescentiæ meæ.* 490.b
Lavabam pedes meos butyro. 298.c
Eo quòd liberassem pauperem vociferantem, & pupillum cui non esset adiutor. 414.a
In nidulo meo moriar. 728.b
30. *In cornum cantantium versus sum, & factus sum eis in proverbium.* 330.c.d.2
Pedes meos subvertenterunt, dissipaverunt itinera mea. 450.d.2
31. *Ex utero matris crevit mecum miseratio, & de utero matris egressa mecum.* 100.a
Si posui aurum meum robur meum, & obrizo dixi, fiducia mea. 174.2.d
Si osculatus sum manum meam ore meo. 596.a
Si gavisus sum ad ruinam eius qui me oderat. 110.d.2
Tacui nec egressus sum ostium. 803.c
Ut in humero meo portem illum, & circumdem illum quasi coronam mihi. 146.d.b.2
Per singulos gradus tuos prognuntiabo illum. 539.a.2.
Finita sunt verba Iob. 426.d
Tribulum pro frumento, pro hordeo spinam habent. 109.2.b
33. *Spiritus Dei fecit me, & spiraculum omnipotentis vivificavit me.* 910.e
Hoc est ergo in quo non es iustificatus; respondebo tibi, quia maior est Deus homine. 284.a.2
Semel loquitur Deus, & secundo idipsum non repetit. 176.c.2
35. *Ubi es qui fecisti me, qui dedisti carmina in nocte.* 918.d
Ergo Iob frustra aperit os suum, & absque scientia verba multiplicat. 249.e
36. *Salvabit te de ore angusto latissimè.* 333.d.2
Depone magnitudinem tuam absque tribulatione. 128.e.2
Qui effundit imbres ad instar gurgitum qui de nubibus fluunt. 518.e.2.519.a
37. *Tu forsitan cum eo fabricatus es cœlos.* 309.a
Ab Aquilone aurum venit. 388.c
38. *Nunquid ingressus es profunda maris, & in novissimis abyssi deambulasti? nunquid aperta sunt tibi porta mortis, & ostia tenebrosa vidisti?* 314.b
Quis dedit vehementissimo imbri cursum, & viam sonantis tonitrui 556.a
40. *Abscondе eos in pulvere simul, & facies eorum demerge in fœnam.* 616.a
Sub umbra dormit in secreto calami, & in locis humentibus. 504.a
Qui absorbens fluvium non miratur, habetque fiduciam quod influat Iordanis in os eius. 110.b.2
Nunquid illudes ei quasi avi, aut ligabis eum ancillis tuis. 280.d
41. *Quis ante dedit mihi, ut reddam ei.* 127.b
Et per gyrum dentium eorum formido. 867.e
Cor eius indurabitur ut lapis. 115.2.c
Leni calcabit aurum sibi quasi lutum sternet. 233.c
Fervescere faciet quasi ollam profundum mare, & ponet quasi cum unguenta vultum. 22...b.2

EX LIBRO PSALMORVM.

Cap. 2. *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania.* 240.e
Qui habitat in cœlis irridebit illos, & Dominus subsannabit eos. Ridebit Deus in eorum interitu. 22.a. 123.2.e
Habitans in cœlis irridebit eos, & omnium Dominus subsannabit eos. 98.a
Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius. 737.a.2
Dominus dixit ad me: Filius meus es tu. 704.a.954.a
3. *Tu autem Domine susceptor meus es, gloria mea & exaltans caput meum.* 353.e.853.b.2
Videbunt multi & timebunt & sperabunt in Domino. 207.d
Tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa. 87.2.e
Domini est salus, & super populum suum benedictio. 295.d
4. *Usque quò gravi corde.* 698.d
Scitote quoniam mirificavit Dominus sanctum suum. 1059.a
Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine. 144.e. 775.c. & b.2
Quis ostendit nobis bona. 574.a.2
Cum invocarem exaudivit me Deus iustitiæ meæ, in tribulatione dilatasti mihi. 1018.b
5. *Intende voci orationis meæ.* 255.b
Mane exaudies vocem meam, mane astabo tibi. 445.a
Adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. 217.a
Gloriabuntur in Deo qui diligunt nomen eius. 3.2.b
6. *Sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea, & anima mea turbata est valde.* 140.2.c
7. *Si est iniquitas in manibus meis.* 96.a
Synagoga populorum circumdabit te. 229.d.2
Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in fossam quam fecit. 90.b
9. *Confitebor tibi Domine in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua, &c. quoniam fecisti iudicium meum, & causam meam, &c. increpasti gentes & periit impius, &c.* 15.2.b
Ut annuntient omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion. 404.b.2
Dixit enim in corde suo, non movebor a generatione in generationem sine malo. 475.b.2
Iudicare pupillo & humili. 700.b
10. *Quomodo dicitis animæ meæ transmigra in montem sicut passer in Domino confido.* 171.a
Pluet super peccatores laqueos. 243.c.2
11. *Linguam nostram magnificabimus, labia nostra à nobis sunt: quis noster Dominus est?* 42.d
Propter miseriam inopum & gemitum pauperum, nunc exurgam dicit Dominus. 77.a.266.b
Iustus laudabitur cum viderit vindictam. 95.2.d
13. *Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in studiis suis.* 458.c.
Venenum aspidum sub labiis eorum. 253.c
14. *Timentes Dominum glorificat.* 252.b.2
15. *Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt.* 93.c.2
Dominus pars hereditatis meæ. 277.b
Deum providebam semper in conspectu meo, & à dextris est mihi ne commovear. 27.c.456.c.538.b

Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea. 92.b

Non derelinquas animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. 396. a. 764.b

16. *Sub vmbra alarum tuarum protege me. à facie impiorum qui me afflixerunt.* 158.2.b

17. *Laudans invocabo Dominum, & ab inimicis meis salvus ero.* 294.c.2

Ascendit fumus in ira eius. 466.b

Eripuit me de aquis multis. 312.a.2

Misit de summo. 85.c

Filij alieni mentiti sunt mihi. 100.c.690.c

18. *Dies diei eructat verbum.* 856.c

In omnem terram exiuit linea eorum. 481.a.2

Tanquam sponsus procedens de thalamo suo, exultauit vt gigas ad currendam viam suam: a summo cœlo egressio eius: & occursus eius vsque ad summum eius. 228.c.2

Exultauit vt gigas ad currendam viam. 146.2.c

Iudicia Dei dulciora super mel, & fauum. 111. 2.b

Auellatur de tabernaculo impij fiducia eius, & calcet super eum, quasi rex interitus. 11.a

19. *Mittat tibi auxilium de sancto.* 85.c

20. *Domine, in virtute tua lætabitur rex.* 194.a

Præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. 125. 2.d

Inueniatur manus tua inimicis tuis, dextera tua inueniat omnes qui te oderunt. 480.c.835.a

21. *Deus, Deus meus, respice in me, quare me dereliquisti.* 911.d

Omnes videntes me, deriserunt me. locuti sunt labiis, & mouerunt caput. 12.b.129.c.2

Deus meus clamabo per diem, & non exaudies, & nocte, &c. 793.b.2

Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre, spes mea ab vberibus matris meæ, &c. 372.b.2

Tauri pingues obsederunt me. 303.c

Aperuerunt super te os suum. 249.a

Factum est cor meum tanquam cera liquescens in medio ventris mei: aruit tanquam testa virtus mea: & lingua mea adhæsit faucibus meis. 340.c

Edent pauperes & saturabuntur, &c. 495.c

Tu autem Domine ne elongaueris auxilium tuum à me, ad defensionem meam conspice. 379.a.2

Vniuersum semen Iacob glorificate eum. 300. c.2

Quia timetis eum, laudate eum. 252.b.2

Non sprevit, neque despexit deprecationem pauperis, nec auertit faciem suam à me, & cum clamarem ad eum, exaudiuit me. 255.c.2

Vota mea reddam in conspectu timentium eum. 252. b.2

Edent pauperes, & saturabuntur, & laudabunt Dominum qui requirunt eum, viuent corda eorum in seculum seculi. 356.b

Annunciabitur Domino generatio ventura. 387.b

Deus, Deus meus respice in me. 331.c.2

22. *Pauisti in conspectu meo semper.* 225.b.2

Misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ. 125.d.2

23. *Dominus virtutum ipse est rex gloriæ.* 280. b.2

24. *Vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas requirentibus testamentum eius, & testimonia eius.* 161.a.332.c

25. *Proba me, Domine, & tenta me.* 994.b.2

26. *Circuibo, & immolabo in tabernaculo eius hostiam vociferationis.* 330.a.2.838.b

28. *Afferte Domino gloriam & honorem.* 308.c.2

29. *Ira in indignatione Dei, sed vita in voluntate eius.* 139.2.c

Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. 134.2.a

30. *Propter nomen tuum deduces me.* 457.b.2

Statuisti in loco spatioso pedes meos. 1061.d.2

Illustra faciem tuam super seruum tuum. 655.d.2

Muta fiant labia dolosa quæ loquuntur aduersus iustum, in superbia & in abusione. 195.c.2. 439.a

Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te. 239.b.2.252. b.2

31. *Beati quorum remissæ sunt iniquitates.* 746.c.2

Conuersus sum in ærumna mea dum configitur spina. 120.c

Nolite fieri sicut equus & mulus quibus non est intellectus. 969.c

32. *Verbo Domini cœli firmati sunt.* 279.c.2.954.b

Ecce oculi Domini super metuentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius, vt eruat à morte animas eorum. 80.a

33. *In Domino laudabitur anima mea.* 171.d.194.a. 208.a.2

Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum. 252.b.2

Non est inopia timentibus eum. *ibid.*

Venite filij audite me. 252.d

Quis est homo qui vult vitam, &c. 185.a

Prope est Dominus his qui tribulato sunt corde. 456.d

34. *Induantur confusione & reuerentia.* 337.c

Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam, tota die laudem tuam. 375.d

Miser factus sum, & curuatus sum vsque in finem. 89. 2.c

Oratio mea in sinum meum conuertetur. 819.b.2

35. *Domine in cœlo misericordia tua, & veritas tua vsque ad nubes; iustitia tua sicut montes Deus iudicia tua abyssus multa.* 94.c

Homines & iumenta saluabis Domine quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam Deus. 278.b

36. *Adhuc pusillum & non erit peccator: & quæres locum eius, & non inuenies.* 84.a.449.d.2

Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. 537.a.2

Obseruabit peccator iustum, & stridebit super eum dentibus suis. 378.b.2

Nouit Dominus dies immaculatorum, & hæreditas eorum in æternum erit. 159.2.c

Cum perierint peccatores, videbis. 91.4.c

Iunior fui. 371.c.2

37. *Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me.* 345. a.2

Miser factus sum, & curuatus vsque in finem. 4.c.2. 345.a.2

Rugiebam à gemitu cordis mei. 470.c.2

Domine ante te omne desiderium meum, & gemitus meus à te non est absconditus. 75.2.d. 320.a

Dum commouentur pedes mei: super me magna locuti sunt. 244.a

Inimici autem mei viuunt, & confirmati sunt super me, & multiplicati sunt qui oderunt me inique. 318.d

38. *Concludit cor meum intra me.* 453.a.2

Vniuersa vanitas omnis homo viuens. 174.b

Et nunc quæ est expectatio mea? nonne Dominus. 370. b.2

39. *In capite libri scriptum est de me.* 351.d

Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei. 317.d.2

40. *Cor contritum non despicies Deus.* 141.2.a

Nunquid qui dormit, non adiciet vt resurgat. 806.b

Homo pacis meæ, in quo speraui, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. 47.c

41. *Sitiuit anima mea ad Deum fortem viuum.* 181.e

Fuerunt mihi lacryme mee panes die, ac nocte. 657.c

Omnia excelsa tua & fluctus tui super me transierunt. 814.d

In die mandauit Dominus misericordiam suam, & nocte canticum eius. 793.b.2

42. *Iudica me Deus, & discerne causam meam.* 286.e

Emitte lucem tuam & veritatem tuam. 85.2.e

43. *Nunc repulisti & confudisti nos, & non egredieris Deus in virtutibus nostris.* 153.2.c.274.b

Posuisti nos opprobrium vicinis nostris; subsannationem & derisum his qui in circuitu nostro sunt. 659.e

Tota die verecundia mea contra me est, & confusio faciei cooperuit me. 329.b

A voce exprobrantis & obloquentis: à facie inimici & persequentis. 303.e

Tota die verecundia mea contra me est. 329.b

Exurge, quare obdormis Domine? exurge & ne repellas in finem. 466.b

44. *Speciosus forma præ filijs hominum.* 955.d

Accingere gladio tuo super femur tuum. 220.a

Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent in corda inimicorum regis. 1045.b

Sedes tua Deus in seculum seculi, virga directionis, virga regni tui. 56.b

45. *Sonuerunt aquæ eorum.* 221.c.709.b.2

Deus in medio eius non commouebitur. 803.b.2

Venite & videte opera Domini, &c. 516.d.e.2

Vacate & videte quoniam ego sum Deus, exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra. 89.a

47. *Ipsi volentes sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt, tremor apprehendit eos.* 12.b

Vt enarrent in progenie altera. 506.d

Magnus Dominus & laudabilis nimis. 581.a

48. *Confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur.* 174.2.d

Qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur. 12.c.2

Fortitudinem meam ad te custodiam. 134.2.b

Homo cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. 454.d.2

Sicut oues in inferno positi sunt. 464.d.2

49. *Audi populus meus, & loquar, Israel, & testificabor tibi.* 652.d

Ignis in conspectu eius exardescet. 721.c

Aduocauit cœlum desursum & terram discernere populum suum. 286.a

Annunciabunt cœli iustitiam eius, quoniam Deus iudex est. 1021.c.2

Quoniam meæ sunt feræ syluarum, iumenta in montibus & boues. 278.a

Sacrificium laudis honorificabit me. 211.e

Inuoca me in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me. 70.c

Si videbas furem currebas cum eo. 169.2.b

Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum. 324.b

50. *Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam.* 376.d.752.d.2

Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion, vt ædificentur muri Ierusalem. 358.c.2

51. *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate.* 4.b

Videbunt iusti & timebunt, & super eum ridebunt. 207.d

Qui non posuit Deum adiutorem suum, sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & prævaluit in vanitate sua. 174.2.d

52. *Quoniam Deus dispersit ossa eorum, qui hominibus placent, confusi sunt, quoniam Deus sprevit eos.* 20.2.c

53. *Non proposuerunt Deum in conspectu suo.* 1054.d.2

54. *Exaudi Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam, intende mihi, & exaudi me.* 255.c.2

In domo Dei ambulauimus cum consensu. 198.c

Viuentes descendere faciet in infernum. 810.e

Appropinquauit cor illius, mollitæ sunt fermones eius, & ipsi sunt iacula. 204.

55. *Tota die impugnans tribulauit me.* 68.d.2

Conculcauerunt me inimici mei tota die: ab altitudine diei quoniam multi qui debellant me, me bellant, &c. 68.d

Dominus mihi adiutor non timebo quid faciat mihi homo. 71.c

Sicut sustinuerunt animam meam, pro nihilo saluos facies illos. 996.d.2

56. *Donec transeat iniquitas.* 386.d.2

Ecce peccatores intenderunt arcum, paraverunt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde. 198.c

Filiorum hominum dentes, arma & sagittæ, lingua eorum gladius acutus. 6.c.122.b

Paratum cor meum Deus, paratum cor meum. 498.c.2

Consurgo diluculo. 181.c

Expergiscere gloria mea, expergiscere psalterium & cithara: expergiscar ad orationem matutinam. 92.2.c

57. *Ad nihilum deuenient tanquam aqua decurrens.* 124.c

Sicut viuentes sic in ira absorbet eos. 721.c.2

Manus suas lauabit in sanguine peccatoris. 298.b. 469.b

59. *Dedisti metuentibus te significationem vt fugiant à facie arcus.* 775.c

In Deo faciemus virtutem. 302.c.2

60. *Dedisti hæreditatem timentibus nomen tuum.* 252.b.2

Permanet in æternum in conspectu Dei. 402.c

62. *Deus Deus meus ad te de luce vigilo.* 181.c

Sitiuit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea. 727.c.2

Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. 692.c.2

In velamento alarum tuarum exultabunt. 916.a

63. *Sagittæ parvulorum facti sunt plagæ eorum.* 105.2.c

Conturbati sunt omnes qui videbant eos, & timuit omnis homo. 141.b

64. *Parasti cibum illorum, quoniam ita est præparatio eius.* 278.b

Visitasti terram & inebriasti eam. 404.c.2

65. *In multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.* 596.b

In multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici

tuis. 690.d
Indaxisti nos in laqueum. 492.c
Posuisti tribulationes in dorso nostro. imposuisti homines super capita nostra. 345.b.2.679.d
66. Illuminet vultum suum super nos. 655.d.2
Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes.
Quam magnificata est usque ad cœlos misericordia tua, & usque ad nubes veritas tua. 387.c.2
67. Intinguatur pes tuus in sanguine. 149.2.a
Pluviam voluntariam segregabis Deus hereditati tuæ. 404.b.2
Paravisti in dulcedine tua pauperi Deus, &, Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa. 495.d
Viderunt ingressus tuos, Deus, ingressus Dei mei, regis mei. 943.d.2
Præuenerunt principes coniunctis psallentibus. 789.e.2
Tradidit in captiuitatem virtutem eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici. 184.b
68. Quæ non rapui exoluit. 415.c.2
Zelus domus tuæ comedit me. 311.d
In multitudine misericordiæ tuæ exaudi me, & in veritate salutis tuæ. 85.2.e
Et ego orationem meam ad te Domine. 430.b
Dorsum eorum semper incurua. 679.d
69. Deus in adiutorium meum intende. 497.b
70. Replebitur os meum laude, vt cantem gloriam tuam: tota die magnitudinem tuam. 187.a
71. Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis. 516.d.2
Coram illo procident Æthiopes. 306.c.345.d
Vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate, quæ circumdat muros eius tota die. 44.c
72. Quam bonus Israel Deus. 259.b.2
Sine causa iustificauit cor suum, lauántque inter innocentes manus suas. 112.e
Si dicebam, narrabo sic, ecce nationem filiorum tuorum reprobaui. 200.2.b
Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me. 353.e.2
Adhærere Deo bonum, & ponere in illo spem suam. 62.d
73. Incenderunt igni sanctuarium tuum in terra, polluerunt tabernaculum nominis tui. 866.a.2
Tu confregisti capita draconis in aquis. 296.c
Tu siccasti fluuios Ethan. 604.c
Pauper & inops laudabunt nomen tuum. 278.d.2
Vt quid Deus repulisti in finem. 691.a
74. Ego iustitias iudicabo. 698.d
Exurge gloria mea: Exurge psalterium & cithara: exurgam diluculo, & paratum cor meum Deus, paratum cor meum.
75. In titulo, Psalmus Asaph, canticum ad Assyrios. 209.e.2
Factus est in pace locus eius. 287.d.2
Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis. 399.a. 778.d.2
Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. 450.d.2
De cœlo auditum fecisti iudicium: terra tremuit & quieuit. 140.2.b
Vouete & reddite Domino Deo vestro. 249.d
76. Non obliuiscetur misereri, neque continet in ira misericordias suas. 159.2.a
Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ, & timuerunt, & turbatæ sunt abyssi. 220.b.2
Vox tonitrui tui in rota. 290.b.319.b
77. Posuit in Ægypto signa sua, & prodigia sua in campo Taneos. 477.c.2
Et mandauit nubibus desuper, & ianuas cœli aperuit. Et pluit illis manna ad manducandum, &c. 275.d.2
Defecerunt in vanitate dies eorum. 629.e.2
Tradidit pulchritudinem eorum in manus inimici. 866.e
78. Effundam iram meam in Gentes quæ me non nouerunt. 140.b
Cito anticipet nos misericordia tua Domine. 126.b
79. Cibabis nos pane lacrymarum, & potum dabis nobis in lacrymis. 143.d
Deus virtutum conuerte nos. 296.d.2
Appare coram Ephraim, Benjamin, & Manasse. 147.2.e
Manus Dei super virum dexteræ eius. 689.d.2
80. Testimonium in Ioseph posuit illud. 650.d
Erit tempus eorum in sæcula. 500.c.2
81. Ego dixi Dij estis. 941.c.2
82. Ecce inimici tui fremuerunt. 537.d
Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum, Domine. 595.b.2
83. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. 459.c
Vna dies in atriis Domini melior super millia aliarum. 160.d
Melior vna dies in atriis Domini super millia. 160.d. 184.2.a
84. Prope timentes eum, salutare ipsius. 252.b.2
Misericordia & veritas obuiauerunt sibi. 85.d
Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum. 261.d
Ponet in via gressus suos. 1047.d
85. Custodi animam meam quoniam sanctus sum. 1026.c
In die tribulationis meæ clamaui ad te. 249.d.2
Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia tu es Deus solus. 424.c
87. Deus tu conuersus viuificabis nos. 390.b.2
Vt quid Domine repellis orationem meam, auertis faciem tuam à me. 255.c
Pauper sum ego & in laboribus à iuuentute mea. 352.d
88. In æternum misericordia ædificabitur. 548.d
Quis in nubibus æquabitur Domino. 309.d
Quis similis erit Deo in filiis Dei. 767.d.2
Tu humiliasti sicut vulneratum, superbum. 782.b
Iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ: misericordia & veritas præcedent faciem tuam. 758.b
Et veritas mea & misericordia mea cum ipso. 758.c
Manus mea auxiliabitur ei. 670.a.2
Visitat in virga iniquitates nostras, & in verberibus peccata nostra: misericordiam autem non dispergit à nobis. 139.2.b
Semel iuraui in sancto meo, si David mentiar: semen eius in æternum manebit. 146.d.176.c.2
Sicut luna perfecta in æternum. 402.c.2
Testis meus in cœlo fidelis. 309.d
89. Posuit Deus iniquitates nostras in conspectu suo. 76.c
Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni. 386.d
90. In protectione Dei cœli commorabitur. 286.a.2
Miserere nostri Domine, miserere nostri: quia multum repleti sumus despectione, quia multum, &c. 85.d
Cadent à latere tuo mille & decem millia à dextris tuis. 289.d.2.480.d
Cum ipso sum in tribulatione. 456.d
91. Bonum est confiteri Domino, & psallere no-

mini tuo Altissime. 30.e
Senectus mea in misericordia vberi. 742.c.2
Iustus vt palma florebit,&c. 16.a
Confitebor tibi in seculum, quia fecisti, & expectabo nomen tuum,quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum. 30.a.2
92. Parata sedes tua Deus, ex tunc à seculo tu es. 56.b
93. Non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob. 201.b
Captabunt in animam iusti, & sanguinem innocentem condemnabunt. 115.a
Factus est Dominus in refugium, & Deus in adiutorium spei. 158.c
94. Iubilemus Deo salutari nostro. 235.c.2
Præueniamus faciem eius in confessione. 307.a
Secundum diem tentationis in deserto,vbi tentauerunt me patres vestri. 681.a
96. Nimis exaltatus es super omnes Deos. 960.d
97. Saluauit sibi dextera eius. 302.c
99. Populus eius,& oues pascuæ eius.
100. Perambulabam in innocentia cordis mei. 631. c.2
Non adhæsit mihi cor prauum. 980.a.2
In matutino interficiebam omnes peccatores terræ. 511. a.2
Qui loquitur iniqua,non direxit in conspectu oculorum meorum. 509.d
In matutino interfitiebam omnes peccatores terræ. 181.b
101. Potum cum fletu miscebam. 657.c
Tu exurgens misereberis Sion, quia tempus miserendi eius,quia venit tempus. 83.1.332.a
Respexit in orationem humilium,& non sprevit precem eorum. 33.a.2.255.a.2.357.a
Populus qui creabitur,laudabit Dominum. 768.b.2
Oratio pauperis,cum anxius fuerit,& in conspectu Domini effuderit precem suam. 539.a
102. Coronat Dominus in misericordia & miserationibus. 178.2.d
Renouabitur vt aquilæ iuuentus eius. 371.c.2
Domine non secundum peccata nostra fecimus nos. 642.b
Secundum altitudinem cœli à terra corroborauit misericordiam suam super timentes se. 94.b.2.252. b.2
Spiritus pertransibit in homine,& non subsistet,& non cognoscet amplius locum suum. 597.a
Misericordia Domini ab æterno, & vsque in æternum super timentes eum. ibid.
Dominus in cœlo paravit sedem suam,deinque regnum ipsius omnibus dominabitur. 131.2.d
Benedicite Dominum omnes virtutes eius. 280.b.2
103. Confessionem & decorem induisti,amictus lumine sicut vestimento. 955.a
Qui facis Angelos tuos spiritus,& ministros tuos ignem ardentem. 1018.d.2
Iucundum sit ei eloquium meum: ego verò delectabor in Domino. 537.a.2
104. Misit Moysem seruum suum,&c. 559.d.2
Posuit pluuias eorum grandinem,&c. 608.b.2
Et percussit vineas eorum & ficulneas eorum. 610. a.2
Non fuisse in tribubus Hebræorum infirmum. 592.c.2
105. Beatus qui grassa cooperante custodis iudicium & facit iustitiam in omni tempore. 1046.d
Misit saturitatem in animas eorum. 592.d
Et eleuauit manum suam super eos, vt prosterneret eos in deserto. 469.c
106. Posuit fluminain desertum,& exitus aquarum in situm,&c. 487.c
Videbunt recti,& lætabuntur,& omnis iniquitas os præclabit os suum. 12.b
107. Super Idumæam proiiciam calceamentum meum. 150.2.e
Conteges Moabitas tanquam olitas lotionis meæ. 149.d. e.2
108. Fiant dies peccatoris pauci; fiant filij eius orphani; & vxor eius vidua: Nutantes transferantur filij eius,& mendicent, & eiciantur de habitationibus suis. 11.a
In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conspectu Domini,& peccatum matris eius non deleatur. 891. e.2
Operitur peccator sicut diploide,confusione. 522.e.2
Caro mea immutata est propter oleum. 237.b.2
Induantur,qui detrahunt mihi,pudore,& operiantur sicut diploide,confusione sua. 380.b
109. Sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. 86.c.;80.c.2
Iurauit Dominus,& non pœnitebit eum:tu es sacerdos, &c. 670.c.2.823.e
Conquassabit capita in terra multorum. 290.a
110. Memoriam fecit mirabilium suorum. 422.b.2
Escam dedit timentibus se. 252.b.2
111. Confirmatum est cor eius: non commouebitur donec despiciat inimicos suos. 90.2.c
Peccator videbit, & irascetur, dentibus suis fremet & tabescet: desiderium peccatorum peribit 121. 2.c
112. Sit nomen Domini benedictum. 422.2.2
Quis sicut Dominus Deus noster qui in altis habitat, & humilia respicit in cœlo & in terra.442. c.2.
113. Mare vidit,& fugit. 514.d
Simulacra gentium argentum & aurum opera manuum hominum. 1022.b.2
114. Misericors Dominus,& iustus,& Deus noster miseretur. 546.c.2
Conuertere anima mea in requiem tuam. 24[illegible].d
115. Credidi propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis. 432.c
Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum. 72. 2.c
117. Dicat nunc Israel,&c. 667.c.2
Fortitudo mea,& laus mea Dominus, factus est mihi in salutem. 171.d
O Domine saluum me fac: ô Domine bene prosperare. 295.c.667.c
118. Videbunt iusti,& timebunt, & super eum ridebunt. 111.d
Sederunt principes, & aduersum me loquebantur. 350.b
Dormitauit anima mea præ tædio. 87.c
De lege tua miserere mei. 973.a.2
Defecto tenuit me pro peccatoribus. 439.d.2
Particeps ego sum omnium timentium te. 252.b.2
Priusquam humiliarer,ego delinqui. 49[illegible].d
Coagulatum est sicut lac,cor eorum. 288.c
Qui timent te, videbunt me,& lætabuntur, quia, &c. 932.b
Conuertantur mihi timentes te. 252.b.2
Defecit in salutare tuum anima mea. 439.a.2
Quot sunt dies serui tui,quando facies de persequentibus me iudicium? 291.b.2
Iurauí, & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ. 195.b
Hæreditate acquisiui testimonia tua. 277.b
Adiutor & susceptor meus es Domine, & in verbum tuum superspera. 27.2.c

Oculi mei defecerunt in salutare tuum. 541.c
Os meum aperui, & attraxi spiritum. 685.b
Fac cum tuam illumina super seruum tuum. 655.d.2
Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum. 1024.d.2
Vidi prauaricantes & tabescebam quia eloquia tua non custodierunt. 325.c
Tabescere me fecit zelus meus quia obliti sunt verba tua inimici mei. 325.c
Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. 325.c
A verbis tuis formidauit cor meum. 303.c
A mandatis tuis intellexi. ibid.
A iudicijs tuis timui. ibid.
A iudicijs tuis non declinaui. 203.c
119. *Ad Dominum cum tribularer clamaui.* 249.d.2
120. *Ecce non dormitabit, neque dormiet qui custodit Israël.* 521.c.2
Dominus protectio tua super manum dexteram tuam. 456.c.2
121. *Testimonium Israël ad confitendum nomini Domini.* 650.d
121. *Edent pauperes, & saturabuntur.* 277.c.2
123. *Cum exurgerent homines in nos, forte viuos deglutissent nos, cum irasceretur furor eorum in nos, forsitan aqua absorbuisset nos.* 8.c
Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. 115.d
124. *Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion, non commouebitur in aternum qui habitat in Ierusalem.* 13.d.62.d
Declinantes in obligationes adducet Dominus cum operantibus iniquitatem. 19.b
125. *Conuerte Domine captiuitatem nostram, sicut torrens in Austro.* 534.c.2
126. *Sine Domino ædificatur in vanum: frustra vigilatur ille non custodiente.* 154.2.c.202.c.977.2.c
Qui manducatis panem doloris. 657.c
Vanum est vobis ante lucem surgere. 595.a.2
127. *Beati omnes qui timent Dominum.* 252.b.2
128. *Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea.* 371.c.d. 811.c.2
Sæpe expugnauerunt, &c. etenim non potuerunt mihi. 275.b.2
Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores. 345.b.2. 679.a
129. *De profundis clamaui ad te Domine.* 249.d.2. 297.c
131. *Memento Domine Dauid & omnis mansuetudinis eius.* 596.c.2
Sicut iurauit Domino, votum vouit Deo Iacob. 195.b
Si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem. 522.a
Adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius. 1047.b.& c.2.& 1048.c
Surge Domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuæ. 92.c.265.a.2.997.b.2
Paraui lucernam Christo meo. 761.b.2
Super ipsum autem effloruit sanctificatio mea. 866.c
132. *Vnguentum descendens à capite Aaron in barbam, usque in oram vestimenti.* 399.a
Illic mandauit Dominus benedictionem & vitam vsque in seculum. 288.a
134. *Mitti signa, & prodigia in medio tui Ægypte.* 477.c.2
Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. 1021.b.2
135. *Qui facit mirabilia magna solus.* 424.c
Qui stringit mare vt lutum in commissiones. 576.a
136. *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena.* 209.a.1060.c.d.2
137. *Excelsus Dominus & humilia respicit.* 442.c.2
138. *Si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris.* 632.b.2
Suscepisti me de vtero matris meæ. 373.b
Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum. 416.c.2
Si occideris Deus peccatores. 682.c.2
Nonne qui oderunt te Domine, oderam, & super inimicos tuos tabescebam, &c.
140. *Corripiat me iustus in misericordia & increpet.* 140.b
141. *Considerabam ad dexteram, & videbam, & non erat qui cognosceret me, &c.* 356.b.2
Periit fuga à me. 155.d
Effundo in conspectu eius orationem meam, & tribulationem meam ante ipsum pronuncio. 172.a
142. *Memor fui dierum antiquorum.* 541.c.2
Non auertas faciem tuam à me, & similis ero descendentibus in lacum. 154.2.d
Notam fac mihi viam in qua ambulem, quia ad te leuaui animam meam. 259.a
Auditum fac mihi mane misericordiam tuam. 242.c
144. *Generatio & generatio laudabit opera tua, & potentiam tuam pronunciabunt, magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ loquentur, & mirabilia tua narrabunt. et virtutem terribilium tuorum dicent, & magnitudinem tuam narrabunt.* 236.b.2
Miserationes Dei super omnia opera eius. 94.b.2
Regnum tuum, regnum omnium seculorum, & dominatio tua, in omni generatione & generationem. 56.b
Aperis tu manum tuam & implis omne animal benedictione. 230.b.479.d.2
Prope Dominus omnibus inuocantibus eum in veritate. 754.d.e.2
Voluntatem timentium se faciet. 252.b.2
146. *Laudate Dominum quoniam bonus est Psalmus.* 270.b
Ædificans Ierusalem Dominus, dispersiones Israëlis congregabit. 127.c.359.e
Præcinite Domino in confessione. 1061.a.2
Beneplacitum est Domino super timentes eum. 252.b.c.2
147. *Non fecerit taliter omni nationi.* 276.b.2
148. *Laudate Dominum de cœlis.* 154.d
Laudent nomen eius in choro, in tympano, & psalterio psallant ei, quia beneplacitum est Domino in populo suo. 291.b.2
Ipse mandauit. 279.a.2
149. *Exultabunt sanctis in gloria.* 268.a.2
Ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. 251.d

EX LIBRO PROVERB.

Cap. 1. *Prouerbia Salomonis filij Dauid, scire sapientiam & disciplinam.* 397.a.2
Si te lactauerint peccatores. 595.c.2
Deglutiamus eum sicut infernus viuentem, & integrum quasi descendentem in lacum. 50.c
Vsque quo paruuli diligitis infantiam. 698.d
4. *Arripe eam & ex ea viue.* 208.d.2
Iustorum semita quasi lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectam diem. 100.c
5. *Impleti extranei virtutis sua, consumentur labores, & corpus.* 277.
6. *In manu eorum pena existit.* 109.2.b

8. *Qui mane vigilant ad Deum, inuenient eum.* 93.d
Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis. 541.c.2
Nec dum montes gravi mole constituerant: ante omnes colles ego parturiebar, adhuc terram non fecerat, &c.
9. *Bibite vinum quod miscui vobis.* 510.c
10. *Fortitudo simplicis via Domini.* 125.b
11. *Pondus æquum voluntas Domini.* 174.b
Qui confidit in divitiis suis, corruet: iusti autem quasi virens folium germinabunt. 12.2.d
12. *Non contristabit iustum, quidquid ei acciderit.* 925.c.2
14. *Qui credit in Domino, misericordiam diligit.* 593.b.2
In timore Domini fiducia fortitudinis. &c. 20.2.a
15. *Indignatio dura & sermo durus suscitat furorem, sicut responsio mollis frangit iram.* 60.c
Semita vitæ super eruditum, vt declines de inferno nouissimo. 191.c
Mens iusti meditabitur obedientiam. 164.c
16. *Domini iudicia pondus & statera.* 174.b
In hilaritate vultus regis vita & clementia eius quasi imber serotinus. 40..d
17. *Qui ruina lætatur alterius, non erit impunitus.* 110.2.d
Stultus homo plaudet manu cùm sponderit pro amico suo. 1038.b
19. *Pestilente flagellato stultus sapientior fit.* 110.d.2
Abscondit piger manum sub axilla. 480.c
20. *Abominatio est apud Dominum pondus & pondus, statera dolosa non est bona.* 174.b
Misericordia & veritas custodiunt Regem, & roboratur clementia thronus eius. 160.2.c. & 161.a
21. *Mulctato pestilente, sapientior erit parvulus.* 12.a
Non est consilium contra Dominum, non sapientia, non prudentia. 238.c.2
23. *Verberauerunt me sed non dolui, traxerunt me & ego non sensi.* 454.d
24. *Ne insidieris, & ne quæras impietatem in domo iusti, neque vastes requiem eius.* 201.2.c
Septies in die cadit iustus & resurget, impij autem corruent in malum. 165.2.a
Cùm ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas 110.2.d
Agrum vineámque replent vrtica ac spina. 109.2.b
25. *Iaculum, & gladius, & sagitta acuta homo qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium.* 60.2.d.87.c. & a.2
Scrutatores maiestatis opprimentur à gloria. 202.2.a
Vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum, est sicut vrbis patens, & absque murorum ambitu. 42.2.c
27. *Et bonis amici consiliis anima dulcoratur.* 920.b
28. *Qui autem declinat aurem, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.* 1053.a
Sapiens videatur sibi dives, pauper prudens scrutabitur eum. 202.2.c
Qui peruersis graditur viis, concidet semel. 176.d.2
29. *Rex iustus erigit terram.* 955.a
30. *Quis colligabit aquas istas sicut in vestimento.* 322.d.482.d.2
Via viri in adolescentia cognitu perdifficilis. 892.a
31. *Et spoliis non indigebit.* 282.d.2

EX LIBRO ECCLESIASTÆ.

Cap.1. *Qui apponit scientiam, apponit & dolorem.* 1053.c.2.1054.a
2. *Risum reputaui errorem.* 270.b
5. *Quomodo potuisset quis me subuertere propter fœlicitatem? ne hoc dixeris, Deus enim vindex venit ad te.* 4.2.d
7. *Quem Deus dereliquit, nemo corrigere potest.* 265.c
Bonum est iustum sustentare, & ab illo non subtrahere manum. 167.2.b
10. *Qui destruxit sepem, mordebit eum coluber.* 665.b.2
Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet qui occulte detrahit. 100.2.a
Labor stultorum affliget eos, qui nesciunt ire in ciuitatem. 452.a.2
Beata est terra, cuius rex nobilis est. 1016.a
11. *Sapientia humiliat exaltabit caput eius.* 89.b
Da partem septem, nec non & octo. 732.b
Lætare iuuenis in adolescentia tua. 571.c.2
12. *Finem dicendi pariter audiamus omnes.* 176.2.a
Deum time & mandata eius obserua, hic est omnis homo. 207.2.a

EX CANTICO CANTICORVM.

Cap.1. *Osculetur me osculo oris sui.* 778. c. 2. 97.c
Adolescentulæ dilexerunt te nimis. 300.d
Nolite me considerare quod fusca sim. 31.2.a
2. *Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* 190..48.d
Capite nobis vulpes parvulas quæ demoliuntur vineas. 193.a
Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies & inclinentur umbræ. 401.d.2.463.c
3. *Nunquid quem diligit anima mea, vidisti?* 123.c
Quæ est ista quæ ascendit de deserto. 732.a.2
4. *Fauus distillans labia sponsæ, mel & lac sub lingua eius.* 60.2.a
5. *Caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium.* 70.2.a
Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est. 700.c
Quo abijt dilectus tuus ô pulcherrima mulierum? quo declinauit dilectus tuus? & quæremus eum tecum. 356.c
6. *Pulchra es amica mea & decora.* 332.b.745.a.2
Posuit me currus Aminadab. 455.b
7. *Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia Principis.* 151.2.c.248.c
Quid videbis in Sulamite, nisi choros castrorum? 120.c
8. *Quis mihi det te fratrem meum, sugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris & deosculer, & iam me nemo despiciat?* 31.2.a

EX LIBRO SAPIENTIÆ.

Cap.1. *Non habitat sapientia in corpore subdito peccatis.* 107.2.c
2. *Non est qui sit agnitus reuersus ab inferis.* 599.a.2
Sit fortitudo nostra lex iustitiæ. 115.2.a
Iustitia diabolo mortem intulit &c. 703..2
3. *Honorium laborum gloriosus est fructus.* 112..b
4. *Iustus si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.* 248..2
6. *Qui de luce vigilauerit ad Deum non laborabit, quia assidentem foribus inueniet.* 93..
8. *Magnum beneficium fortis animam bonam* 100.a
11. *Per quæ quis peccat, per hæc & punitur.* 204.2.d

Deus fecit omnia in pondere, numero, & mensura. 174.b
Miseretur omnium, quia omnia potest. 94.b.2
12. *Cum sis iustus, omnia disponis: eum quoque qui non debet puniri, condemnas.* 319.c
Quis imputabit Deo si perierint omnes nationes quas fecit? 124.a
14. *Similiter odio sunt Deo impius & impietas eius.* 266.a.2
Creatura facta in odium, tentationem, muscipulam insipientium. 89.2.d
Infandorum enim idolorum cultura omnis mali causa est & initium & finis. 1025.a.2
16. *Qui examinantur in Dei sermonum memoria, eiusdem, &c.* 799.c
Cum exierit spiritus, non reuertetur, nec reuocabit animam quam recepit. 599.d

EX LIBRO ECCLESIASTICI.

Cap. 4. *Ab inope ne auertas oculos tuos propter iram.* 33.d
6. *In multitudine presbyterorum prudentium sta, &c.* 566.a
8. *Ne te praetereat narratio seniorum, &c.* ibid.
Ne incendaris flamma ignis peccatorum illorum. 455.c
10. *Nihil est iniquius quam amare pecuniam: hic enim & animam suam venalem habet.* 12.2.d
11. *Confide in Deo & mane in loco tuo.* 165.a.2
13. *Diues locutus est, & omnes tacuerunt: & verbum illius usque ad nubes perducent.* 439.c.2
14. *Qui sibi nequam est, cui alij bonus erit?* 242.c
Beatus vir qui in sapientia morabitur, & qui in iustitia sua meditabitur, &c. 542.d.2
15. *Si volueris mandata seruare, conseruabunt te, &c.* 596.a.2
16. *Potens exoratio & effundens iram, secundum misericordiam suam: sic correptio illius, hominem secundum opera sua iudicat.* 346.a.2
Et non dicas, à Deo abscondar, &c. 442.c
17. *Ante mortem confitere: a mortuo quasi nihil perit confessio.* 985.a.2
18. *Miseratio hominis circa proximum suum; misericordia autem Dei super omnem carnem.* 94.2.a
Numerus dierum hominum vt multum centum anni. 894.a.2
21. *Fuge peccata, si ad illa accesseris, suscipient te dentes leonis.* 190.2.d
Cor fatui quasi vas confractum, & omnem sapientiam non tenebit. 141.c
Verbum sapiens quodcumque audierit, stultus laudabit, & ad se adiciet. 381.b
Verba prudentium statera ponderantur. 174.c
In ore fatuorum, cor eorum. 5.2.d
22. *Pungens oculum deducit lacrymas, & qui pungit cor profert sensum.* 172.c
24. *In hereditate Domini morabor.* 277.b
Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. 786.a.2
Ab initio, & ante secula creata sum. 467.c
Quasi antelucanum illuminat omnibus. 93.d
26. *Mulieris bona species in ornamentum domus suae.* 282.d
27. *Facienti nequissimum consilium, super ipsum deuoluetur, & non agnoscet vnde aduenerit ei.* 12.b
28. *Homo homini seruat iram, & à Deo quaerit medelam? in hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur? ipse cum caro sit, reseruat iram, & propitiationem petit a Deo? quis exorabit pro peccatis illius?* 67.2.d
Multi ceciderunt in ore gladij, sed non sic, quasi qui interierunt per linguam. 6.2.c.88.d
Mors illius, mors nequissima, & vtilis potius interitus, quam illa. 6.2.c
Gloria magna est sequi: longitudo enim dierum assumetur ab eo. 241.d.2
29. *Ingratus sensus derelinquit liberantem se.* 164.c
31. *Beatus diues qui inuentus est sine macula, & post aurum non abiit, nec sperauit in pecunia & thesauris. Quis est hic & laudabimus eum: fecit enim mirabilia in vita sua.* 12.d.2.174.2.d
Melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo, expugnatore vrbium. 4.a.2
32. *Rectorem te posuerunt?* 442.d.2
Pro reuerentia accedet tibi bona gratia. 337.c
Ne des maculam in gloria tua in die consummationis vitae, & in tempore exitus. 72.2.c
34. *Vana spes & mendacium viro insensato: & somnia extollunt imprudentes.* 450.d.2
Qui timet Dominum nihil trepidabit, & non pauebit: quoniam ipse est spes eius. 20.c
35. *Speciosa misericordia Dei in tempore tribulationis: quasi nubes pluuiae in tempore siccitatis.* 334.b.2
36. *Vt Deus misereatur ostendat lucem miserationum suarum, & immittat timorem suum super Gentes, &c.* 259.d
Da mercedem sufficientibus te, vt prophetae tui fideles inueniantur, & exaudi orationes seruorum tuorum, secundum benedictionem Aaron de populo tuo, &c. 257.c
37. *Cum viro irreligioso tracta de sanctitate, & cum iniusto de iustitia.* 710.b
38. *Sapientiam scriba in tempore vacuitatis.* 500.c
Ante pedes curuabit virtutem suam. 326.c.2
39. *Iustus cor suum tradit ad vigilandum diluculo ad Dominum qui fecit illum, & in conspectu Altissimi deprecabitur.* 93.c
40. *Occupatio magna, & iugum graue admixtio expectationis.* 687.d.2
41. *Mineratus vir viribus, & defectus aetate.* 336.c
42. *Nonne Dominus fecit Sanctos enarrare omnia mirabilia sua, quae, &c.* 385.d.2
43. *Glorificantes Dominum quantumcumque potueritis: superexaltabit enim adhuc & admirabilis magnificentia eius, &c.* 381.a
44. *Hereditas sancta nepotes eorum.* 359.b.2
Cum semine eorum permanent bona: hereditas sancta nepotes eorum, & in testamentis steterit semen eorum, &c. 159.2.b
49. *Dederunt enim regnum suum aliis, & gloriam suam alienigenae genti.* 512.a.2

EX PROPHETIA ISAIÆ.

Cap. 1. *Quomodo alienati sunt peccatores à vulua.* 99.c.2
Cognoscunt possessorem suum, & praesepe Domini sui. 455.b.2
Va genti peccatrici, populo graui iniquitate, &c. 393.a.2
Relinquetur filia Sion velut umbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario. 615.c
Heu ego consolabor de hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis. 964.a
2. *Erit in nouissimis diebus mons domus Domini in vertice montium, & elevabitur super omnes colles.* 778.a

De Sion enim exiit lex. 288.a
Dies Domini exercituum super omnem superbum, &c. 965.c
3. *Erit bene iusto, quoniam fructum adinuentionum suarum comedet, & va impio in malum; retributio enim manuum eius fiet ei.* 112.2.a
4. *Germen Domini in magnificentia & gloria, & fructus terræ sublimis.* 419.a.2.& 421.c.2
Et erit omnis qui relictus fuerit in Sion, & residuus in Ierusalem sanctus vocabitur omnis qui scriptus est in vita, in Ierusalem. 350.a.2
5. *Cithara & lyra & tympanum & tibia & vinum in conuiuiis vestris, & opus Domini non respicitis.* 330.c
Qui dicebant malum bonum, & bonum malum: qui ponebant tenebras lucem, & lucem tenebras, qui ponebant amarum in dulce, & dulce in amarum. 7.c.96.b.2
Peccatissimus fructus iustitiæ. 112.2.b
Domine Deus meus es tu exaltabo te, &c. 1030.a
6. *Vidi Dominum sedentem super thronum excelsum, & elevatum.* 956.c
Hæc dicit Dominus: quomodo si inueniatur granum in botro, & dicatur, &c. 710.a.2
7. *Ecce virgo concipiet & pariet filium.* 756.a.2
8. *Accelera spolia detrahere, festina prædam.* 319.a.2
Labor Ægypti, & negotiatio Æthiopiæ. 412.b
Ipse pauor vester, & ipse terror vester, & erit vobis in sanctificationem. 197.2.c
Ecce ego, & pueri mei quos dedit mihi Dominus in signum & in portentum Israël, à Domino exercituum, qui habitat in monte Sion. 374.d.775.d
9. *Sceptrum exactoris eius superasti, sicut in die Madian.* 715.a.b
Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis. 815.d.e.2
Erunt, qui beatificant populum istum seducentes, & qui beatificantur præcipitati. 9.d
10. *Quid facietis in die visitationis,* &c. 797.c
Consummationem, & elevationem Dominus Deus exercituum faciet in medio orbis terræ. 480.d.2
Plaga Madian in petra Oreb. 717.a.1
11. *Pro mansuetis terræ arguet in æquitate & iudicabit in iustitia pauperes.* 525.b.2
Delectabitur infans ab vbere super foramine aspidis, & in cauerna regulj quo ablactatus fuerit, manum suam mittet. 103.a
Quia tunc replebitur terra scientia Domini, sicut aqua maris operientes. 103.a.998.c
12. *Conuertatur furor eius, & consolatur nos.* 139.2.b
Quoniam fortitudo mea, & laus mea Dominus. 269.c.2
Hauietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris, & dicetis in illa die, Confitemini Domino, &c. 789.a.2
Vlciscetur Deus in omnes adinuentiones eorum. 531.b.2
14. *Quomodo cessauit exactor, quieuit tributum.* 415.c.1
Sumes parabolam istam. 329.c
Ero quasi ros, Israël germinabit sicut lilium, & erumpet radix eius vt Libani. Ibunt rami eius, & erit quasi oliua gloria eius: & odor eius vt Libani. 14.a
Non lætaberis in die perditionis eorum, & non magnificabis os tuum in die angustiæ, neque ingredieris portam populi mei in die ruinæ eorum, neque despicies. 31.a
Scopabo eum scopa terens. 543.c.2
Si non vt mente tractauit, ita erit, vt conteram Assyrium in terra mea &c.
16. *Præparabitur in misericordia solium.* 836.b
Superbia & arrogantia eius & indignatio eius, plus quam fortitudo eius. 966.c.1
17. *Væ multitudo populorum vt tumultuo maris sonantes, & tumultus turbarum sicut fluctus aquarum multarum.* 558.d.e.2.709.b.2
18. *Væ terra cymbalo alarum quæ est trans flumina Æthiopiæ,* &c. 710.d
19. *Dominus super nubem ascendet, & ingredietur in Ægyptum.* 826.c
In illa die erunt quinque ciuitates in terra Ægypti loquentes lingua Chanaan. &c. 195.c
Quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorrha similes essemus. 689.b
21. *Pone mensam, contemplare in speculo comedendentes, & bibentes: surgite principes, arripite clypeum.* 342.d.2
Qui quæsti, quærat. 356.d.2
Quid tu hic, aut quasi quis hic. 54.a
24. *Cum cantico non bibent vinum.* 330.c
In doctrinis glorificate Deum in insulis maris; a finibus terræ audiuimus laudes, gloriam iusti. 89.c
Visitabit Dominus super militiam cæli in excelso. 858.a.2
26. *Vrbs fortitudinis nostræ Sion Saluator, & in eadem murus, & antemurale.* 158.a.269.c.2
Ciuitatem sublimem humiliabit. 154.c
Incuruabit habitantes in excelso. 345.d.2
Desiderat anima illius in nocte, sed & spiritu suo in præcordijs suis de mane vigilat ad Deum. 93.d. 188.d
Misereamur impio, & non discet iustitiam. 799.c
Non videbit impius, sed tolletur, vt non videat gloriam Dei. 1021.c.2
Omnia Deus in nobis opera operatur. 1.c.2
Ecce enim Deus egredietur de loco suo, vt visitet iniquitatem habitatoris terræ contra eum. 274.b
27. *In mensura contra mensuram cum abiecta fuerit, iudicabit eam.* 658.d.2
28. *Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum.* 58.2.a
Iræfci alienum & peregrinum est opus ab eo. 139.2.b
29. *A voce Domini visitabitur in tonitruo, & commotione terræ, & voce magna turbinis, & tempestatis flamma ignis deuorantis.* 720.c.2
Væ qui profundi estis corde, vt à Domino abscondatis consilium: quorum sunt in tenebris opera, & dicunt, quis videt nos? & quis nouit nos? 201.b 438.d.1.941.d
30. *Superbia tantum est, quiesce.* 782.b
33. *Væ qui prædaris, nonne & ipse prædaberis.* 282.b.2
Domine, miserere nostri, te enim expectauimus, &c. ibid.
Et congregabuntur spolia vestra, sicut colligitur bruchus, velut cum fossa plena fuerint de eo. 282.b.2
34. *Gladius meus inebriatus in cælo.* 85.d
Oriuntur in domibus spinæ & vrtica. 109.2.b
35. *Lætabitur deserta & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium, germinans germinabit & exultabit lætabunda & laudans.* 231.c
37. *Propterea hæc dicit Dominus de rege Assyrio-*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

vium: Non intrabit ciuitatem hanc,&c. 516.c.d.2

38. *Ego dixi, in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi.* 895.a

Non videbo Dominum Deum. 550.b.2

Præcisa est velut à texente vita mea: dum adhuc ordirer, succidit me. 892.c

Eruisti animam meam vt non periret. 931.a

Domine salvum me fac, & psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Domini. 162.b

40. *Vox clamantis in deserto.* 399.d

Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni fœnum aruit, & flos decidit. 888.e

Dic ciuitatibus Iudæ: ecce Deus vester: ecce Dominus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur. 359.a

Nunquid non intellexistis fundamenta terræ. 219.d

Quare dicis Iacob, & loqueris Israel, abscondita est via mea à Domino. 444.c

41. *Ne timeas quia ego tecum sum: ne declines, &c.* 610.d

Confundentur, & erubescent omnes qui pugnant aduersum Christum, & erunt quasi non sint, & peribunt viri qui contradicunt tibi, ita vt quærat eos, & non inuenias viros rebelles tuos, &c. 68.c

Egeni & pauperes quærunt aquas, & non sunt: lingua eorum siti aruit: ego Dominus exaudiam eos; Deus Israel non derelinquam illos: aperiam in supinis collibus flumina, & in medio camporum fontes: ponam desertum in stagnum aquarum, & terram inuiam in riuos aquarum. 225.c.578.c.2

42. *Legem eius insulæ expectabunt.* 1016.b.2

Laudate habitatores petræ, de vertice montium clamabunt. 399.d

Tacui, semper silui, patiens fui: sicut parturiens loquar, &c. 709.a

Quis surdus, nisi ad quem nuncios meos misi? 101.2.c

Combussit eum in circuitu, & non cognouit, &c. 454.d

43. *Cum transieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te: cum ambulaueris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te.* 247.c.2.

Dicam Aquilonі, da: & Austro, Noli prohibere. 588.c

Omnem qui inuocat nomen meum, in gloriam meam creauі eum, formaui eum, & feci eum. 990.d.2

Ego sum ego sum qui deleo iniquitates tuas. 597.c

44. *Ipse dicet: Dominus ego sum, &c.* 788.b

Ego sum Dominus faciens omnia, extendens cœlos solus, stabiliens terram, & nullus mecum. 883.a

45. *Apprehendi manum tuam, & saluaui te.* 457.a.2

Ego Dominus, & non est amplius, extra me non est Deus. 424.b.2

Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum, aperiatur terra, & germinet Saluatorem. 275.b.2.759.b

Verè tu es Deus absconditus, Deus Israël Saluator. 515.e

Ipse Deus formans terram, & faciens eam: ipse plasmans eam non in vanum creauit eam, vt habitaretur, &c. 989.c

46. *Ego fœci, & ego feram, ego portabo & saluabo, vsque ad senectum, & vsque ad canes.* 295.a

Cui assimilastis me, & adæquastis, &c. 767.d.2

48. *Ego Dominus Deus tuus, docens te vtilia.* 973.d

Vtinam attendisses mandata mea: facta fuisset sicut flumen pax tua, & iustitia tua sicut gurgites maris. 409.c.688.a.2.851.a.2

Aquam de petra produxit eis &c. 578.d.2

49. *Et ego dixi: In vacuum laboraui.* 444.d

Vsui Dominus quia his omnibus velut ornamento vestieris. 955.a

Leuabo ad gentes manum meam, & ad populos exaltabo signum meum. 469.c

Vultu in terram demisso adorabunt te. 345.c.2

50. *Dominus Deus auxiliator meus; ideo non sum confusus.* 1352.c.

51. *Consolabitur Dominus Sion, &c.* 790.b.2

Nunquid non tu percussisti superbum. 782.b

Ego sum Dominus Deus tuus, qui conturbo mare, & intumescunt fluctus eius: Dominus exercituum nomen meum. 210.a.2

Bibisti de manu Domini calicem iræ eius: vsque ad fundum, &c. 509.a.511.d

52. *Consurge, consurge, induere fortitudine tua Sion.* 90.b

Quam pulchri super montes pedes annuntiantis & prædicantis pacem, annuntiantis bonum, prædicantis salutem: dicentis Sion, Regnabit Deus tuus. 298.c.399.d

Videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri. 1033.d

Recedite, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere, exite de medio eius, mundamini qui fertis vasa Domini. 1031.a.2

53. *Domine quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui reuelatum est.* 123.2.a.386.c.2

Non est species ei, neque decor: & vidimus eum, & non erat aspectus, & desideranimus eum, &c. 323.d

Verè languores nostros tulit, & dolores portauit. 795.a

Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum. 865.c.2

Pro eo quòd laborauit anima eius, ideo dispertiam ei plurimos, & fortium diuidet spolia, &c. 282.b.2

55. *Quærendus Dominus dum inueniri potest.* 356.c

Imbri descendens & niuis de cœlo, quæ illuc vltra non reuertuntur, sed inebriat terram & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti. 223.d

Montes & colles cantabunt coram vobis laudem, & omnia ligna regionis plaudent manu. 1038.a

Et erit Dominus nominatus in signum æternum, quod non auferetur. 775.a.2

56. *Iuxta est salus mea vt veniat: & iustitia mea, vt reueletur.* 750.a.2

Non dicat filius aduena qui adhæret Domino, &c. 783.d

Omnes in viam suam declinauerunt, &c. 702.c

57. *Excelsus & sublimis habitans æternitatem, sanctum habet nomen in excelso & in sancto habitans.* 442.c.d.2.1044.c

Non in æternum iudex vobis ero: neque per omne tempus irascar vobis, &c. 545.b

Propter iniquitatem auaritiæ eius iratus sum. 461.d.2.

58. *Antibit ante faciem tuam iustitia tua, & gloria Domini colliget te.* 458.a

59. *Iniquitates nostræ diwdunt inter nos, & Deum nostrum, & peccata nostra abscondunt faciem eius a nobis ne exaudiat.* 251.a.2
Dies mei velocius transierunt quàm à texente tela succiditur, & consumpti sunt absque vlla spe. 892.c.2
Impinguntur meridie quasi in tenebris. 108.a
Corruit in platea veritas, & equitas ingredi non potest. 44.b
60. *Me enim insulæ expectant.* 1016.b.2
Locum pedum meorum glorificabo. 469.a
62. *Nomen nouum quod os Domini nominabit.* 416.a.2
Voluntas mea in ea. 529.b.2
63. *Quis est iste qui venit de Bosra?* 152.2.d
Formosum in stola sua gradientem in multitudine virtutis suæ. 954.b
Calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea. 75.a
Torcular calcaui solus, & de gentibus non est vir mecum. 414.c
Vbi est qui eduxit eos de mari cum pastoribus gregis sui: vbi est, &c. 559.a
Vbi est zelus tuus, & fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum, & miserationum tuarum. 955.c
Abraham nescuit nos. 478.a.2
64. *Vtinam disrumperes cælos, &c.* 1020.d
Ecce tu iratus es, & peccauimus. 139.c.2. 154.a.2
Et nunc Domine pater noster es, nos verò lutum, &c. 872.c
Ne irascaris Domine satis, & ne vltra memineris, &c. 642.a
65. *Ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis, &c. & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione spiritus vlulabitis; & dimittetis nomen vestrum in iuramentum electis meis, & interficiet te Dominus Deus, & seruos suos vocabit in nomine alio in quo benedictus est super terram, benedicetur in Deo amen: & qui iurat in terra, iurabit in Deo amen: quia obliuioni tradita sunt angustiæ priores, &c.* 194.2.d.e. & 195.a
Ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis, &c. 194.2.e
Et dimittetis nomen vestrum in iuramentum electis meis, & interficiet te Dominus Deus, & seruos suos vocabit nomine alio. 410.c.2
In quo qui benedictus est super terram, benedicetur a Deo, Amen. 423.c.d.2
Ecce ego creo Ierusalem exultationem, &c. 790.b
Ædificabunt domos, & habitabunt, & plantabunt vineas. 359.e
66. *Ad quem respiciam nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, & trementem sermones meos.* 525.c
Vox fremitus de ciuitate, vox de templo, vox Domini reddentis retributionem inimicis suis. 44.c
Antequam parturiret, peperit. 784.c
Nunquid ego qui alios parere facio, ipse non pariam. 970.c.2
Videbitis, & gaudebit cor vestrum, & ossa vestra quasi herba germinabunt. 422.a.2
Multiplicabuntur interfecti à Domino. 348.d.2
Et ponam in eis signum. 775.c.2
Mittam ex eis qui saluati fuerint, ad insulas longè & annuntiabunt gloriam meam gentibus. 1021.b.2
68. *Quis audiuit vnquam tale.* 780.b
Ea quæ suo ipse ore locutus, replebit reipsum. 425.c

EX PROPHETIA IEREMIÆ.

Cap 1. *Hæc est lex: nos autem cæci.* 150.c
2. *Omnes qui deuorant eum, delinquunt: mala venient super eos.* 192.d
Scito & vide quia malum & amarum est reliquisse te Dominum Deum tuum, & non esse timorem meum apud te, &c. 199.d.274.c
Maculata es, inquit Dominus iniquitate tua coram me. 282.c.2
Quomodo dicis, non sum polluta, non ambulaui post Baalim. 972.a.b
4. *Leuate signum in Sion, confortamini, nolite stare.* 143.c
5. *Percussisti eos, & non doluerunt.* 454.d
6. *Speciosæ, & delicatæ assimilauit filiam Sion.* 282.c
Væ nobis quia declinauit dies, quia facta sunt umbræ longiores vespere. 120.c.2.b
Erudire Ierusalem ne forte recedat anima mea à te. 858.b.2
Cui loquar, & quem contestabor, &c. 681.a.2
7. *Ite ad locum meum in Silo, &c.* 621.c.2
8. *Potum dedit nobis aquam fellis.* 339.c.2
Sensus & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua. 100.a
10. *Hæc dicit Dominus, iuxta vias gentium nolite discere: & a signis cæli nolite metuere, quæ timent gentes, quia leges populorum vanæ sunt.* 222.a.b.2
Non est similis pars Iacob, &c. 467.d.2
11. *Vociferare omnia verba hæc in ciuitatibus Iuda, &c.* 682.a.2
Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? 470.e
Eradamus eum de terra. 711.a.2
12. *Iustus quidem tu es Domine, si disputem tecum veruntamen iusta loquar ad te.* 428.d
Facta est mihi hæreditas mea, quasi leo in silua. 80.2.c
14. *Nunquid proiciens abiecerit Iudam, aut Sion abominata est anima tua?* 345.b
15. *Si steterit Moyses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum, &c.* 1050.d
Occidit sol illis cùm esset adhuc in meridie. 108.a
Non fœneramus nec fœnerauit mihi quisquam. 847.b
Scito quoniam sustinui propter te opprobrium. 322.c
Sermones Domini comedi, & factum mihi est verbum diuinum in gaudium & in lætitiam cordis mei, quoniam inuocatum est nomen Dei super me. 111.2.b
17. *Maledictus qui confidit in homine.* 150.2.d
Benedictus vir qui confidit in Domino, & cuius Dominus fortitudo eius. 124.2.c
Pranum est cor hominis & inscrutabile. 202.2.c
Perdix fouit quæ non peperit: congregit diuitias, & non in iudicio; in medio dierum derelinquet eas. 64.b.2
Tu scis quod egressum est de labys meis, in conspectu tuo rectum fuit. 803.a.2
18. *Quis audiuit talia horribilia, quæ fecit nimis virgo Israel: quia obliuus est mei populus meus.* 123.2.b

Tu autem Domine scis omne consilium eorum aduersum me. 336.c.2

20. Seduxisti me Domine, & seductus sum. 864.d

Factum sermonem Domini in corde suo, quasi ignem exæstuantem. 453.b.2

Audiui enim contumelias multorum, & terrorem in circuitu. &c. 378.d

Nuntiate, & annunciate patri meo, dicens: Natus est tibi puer masculus, & quasi gaudium lætificans eum. 280.d

22. In terram ad quam ipsi leuant animam suam. 765.d.2

Terra, terra, terra audi sermonem Domini. 825.c

25. Turbo Dominica indignationis egredietur, &c. 1021.c

Quid paleis ad triticum? 422.b

25. Sume calicem vini furoris huius, &c. 509.a

26. Sion quasi ager arabitur, & Ierusalem, &c. 347.a

29. Ego scio cogitationes quas ego cogito super vos, ait Dominus, &c. 749.b.2

Pavit te Dominus sicut Sedeciam & sicut Achab, quos frixit rex Babylonis igne. 329.b.2

30. Non faciam te in consummationem, sed castigabo te in iudicio, ut non videaris tibi innoxius. 140.b

Faciam consummationem in cunctis gentibus in quibus dispersi te. 140.a

Quis est iste qui applicet cor suum, ut appropinquet mihi? 118.c

31. Postquam ostendisti mihi percussi femur meum. 75.a

Pone tibi speculam, constitue tibi amaritudines. 273.d

Nouum planè fecit Dominus super terram, ut fœmina circundaret virum. 670.d.2.784.d.2

Hæc dicit Dominus, qui dat solem in lumine diei, ordinem lunæ, & stellarum in lumine noctis, qui turbat mare, & sonant fluctus eius. 220.a.2

33. Si enim irritum fieri potest pactum meum cum die, & pactum meum cum nocte, &c. 856.d

Duæ cognationes, quas elegerat Dominus, abiecta sunt, &c. 741.d

46. Quoniam cum exercitu properabunt, & cum securibus venient, &c. 475.c.2

48. Moab requieuit in fæcibus suis, neque transfusus est de vase in vas, & in transmigrationem non abiit, ideirco permansit gustus eius in eo, & odor eius non est immutatus. 140.2.c.512.c

Ego scio superbiam eius, & arrogantiam. 961.c.2

Ignis egressus de Hesebon & flamma de medio Seon. 624.a

49. & 50. Quis est enim similis mei? & quis sustinebit me? & quis est iste pastor qui resistat vultui meo? 523.b

51. Calix aureus Babylon in manu Domini. 509.c.2

Curauimus Babylonem, & noluit curari: derelinquamus eam. 928.a

EX THRENIS.

Cap. 1. Quomodo sedet sola ciuitas plena populo. 783.c

Non est qui consoletur eam ex omnibus caris eius: omnes amici eius spreuerunt eam, & facti sunt ei inimici. 338.a.2

Longè fallus est à me consolator. ibid.

Ad nihilum redacta sum, nec noui. 338.a.2

Omnes persecutores eius apprehenderunt eam inter angustias. 346.c

Deposita est vehementer, non habens consolatorem. 128.2.c

O vos omnes qui transitis per viam, attendite, &c. 665.c.2

Vocauit aduersum me tempus. 500.c.2.691.c.2

2. Proiecit de cœlo in terram inclytum Israel, & non est recordatus scabellum pedum suorum in die furoris sui. 1048.e

Contexit Deus in ira furoris sui omne cornu Israel. 512.d

Auertit retrorsum dexteram suam. 480.c.e

Effunde quasi ignem indignationem tuam. 346.e

Vocem dederunt in domo Domini sicut in die solemni. 470.b.2

Maledixit sanctificationi suæ. 865.c.2

Magna vt mare contritio. 314.b

Consurge, lauda in nocte, in principio vigiliarum. effunde sicut aquam cor tuum in conspectum Domini. 93.d

3. Tantùm in me vertit & conuertit manum suam tota die. 441.b.689.a.2

Lapsi est in lacum vita mea. 795.b.2

Factus sum in derisum omni populo meo, canticum eorum tota die. 320.c.2

Replenit me amaritudinibus: inebriauit me absinthio. 339.d.2

Confregit ad numerum dentes meos. 1043.d

Sicut nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Dominum, &c. 535.b

Misericordiæ Domini, quia non sumus consumpti. 202.b.977.b.2

Bonus est Dominus sperantibus in eum, animæ quærenti illum. 463.b.2

Bonum est expectare cum silentio salutare Domini. 164.2.a

Ponet in pulvere os suum, si forte sit spes. 419.b.2

Non repellet in sempiternum Dominus, &c. 545.b

Ad inuentionem proiecti animi. 273.d

Venatione cœperunt me quasi auem inimici mei gratis. 115.d

Lapsa est in lacum vita mea, & posuerunt lapidem super me. 335.c.2

Dabis eis scutum cordis, laborem tuum. 735.c

4. Maior effecta est iniquitas filiæ populi Ieremiæ peccato Sodomorum, &c. 349.d

Cum adhuc sui deficerent, defecerunt oculi nostri ad inanem auxilium nostrum vanum, dum speraremus auxilio ad gentem quæ saluare non poterat. 154.b.2.3.6.d.2

5. Patres nostri peccauerunt, & non sunt, & nos iniquitates eorum portauimus. 318.c.2

EX PROPHETIA BARVCH.

Cap. 1. Cuius anima tristis est super infirmitudine mala & incedit curua, & infirma, & est esuriens, & cuius oculi deficiunt. 316.d.2.495.c

3. Audi Israel mandata vitæ. 682.b

Nam si in via Dei ambulasses habitasses vtique in pace sempiterna. 688.c.2

In terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. 695.a.2

6. Sicut in cucumerario formido nihil custodit: ita dij lignei, argentei, inaurati. 867.1.2

EX LIBRO EZECHIELIS.

Cap. 3. *Iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem ponam in ea.* 349.f

7. *Argentum & aurum eorum non habebit liberare eos in die furoris Domini.* 12.2.d

Et violabunt arcanum meum. 710.c.2

8. *Non videt Dominus nos, &c.* 442.c

9. *Ad animalia mea incipite.*

11. *Haec (sola) non erit vobis in lebetem, & vos non eritis in medio eius carnes.* 150.c

Auferam ab eis cor lapideum, & dabo eis cor carneum. 993.e

12. *In longum differentur dies, & peribit omnis visio.* 876.d

14. *Homo & homo de domo Israël.* 785.c.2

Propheta cùm erraverit, & loquutus fuerit verbum, ego decepi prophetam illum. 540.c

15. *In concilio populi mei non erunt, & in scriptura domus Israël non scribentur, nec in terram Israël ingredientur.* 310.b.2

16. *Quando nata es in die ortus tui, non est praecisa umbilicus tuus, & aqua non es lota in salutem, nec sale salita nec involuta pannis.* 371.e.2

Et circulos in auribus tuis. 556.e

Non facit tuxia sceleratos nostros in omnibus abominationibus vestris. 140.a

18. *Quid est quod inter vos parabolam vertitis in proverbium istud in terra Israël, dicentes, Patres comederunt uvam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt.* 318.c.2

21. *Tu autem profane, impie dux Israël, cuius venit dies in tempore iniquitatis praefinitae.* 50.c.2

22. *Adduxisti tempus annorum tuorum.* 691.c.2

23. *In vita soror tua ambulasti, & dabo calicem eius in manu tua, &c.* 509.b

Bibes illum & exhaurias usque ad faces, & fragmenta eius devorabis. 511.d

Vox multitudinis exultantis erat in ea. 330.a.2

24. *Multo labore sudatum est, & non exiit de ea nimia rubigo, neque per ignem.* 444.d

Non plangetis, neque flebitis, sed tabescetis in iniquitatibus vestris. 71.2.c

29. *Quando apprehendentur te manus & confodientes te.* 345.c

32. *Et dabo carnes tuas super montes, & implebo colles sanie tua, &c.* 716.e.2

34. *Suscitabo super eas pastorem unum qui pascat eas, servum meum David.* 395.e.2

36. *Vos autem montes Israël, ramos vestros germinetis.* 223.a.2

37. *Ecce ego aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulchris vestris populus meus: & inducam vos in terram Israël.* 589.c

39. *Immittam ignem in Magog, & in his qui habitant in insulis confidenter.* 1018.e.2

43. *Locus solij mei, & locus vestigiorum pedum meorum.* 1048.e

46. *Cùm Princeps fecerit sponsaneum holocaustum, aut pacifica voluntaria Domino, aperietur ei porta, quae respicit ad Orientem, &c. claudetúrque porta, postquam exierit.* 30.b

EX PROPHETIA DANIELIS.

Cap. 3. *Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum. &c.* 1024.c.2

Signa & mirabilia fecit apud me Deus excelsus. 551.a

4. *Donec cognoscant viventes, quoniam dominatur excelsus, &c.* 442.c.2

6. *Daniel trinis temporibus in die flectebat genua & adorabat, confitebaturque coram Deo.* 312.c

12. *Soli qui scripti sunt in libro sempiterno, salvabuntur.* 352.c

Salvabitur populus tuus omnis, qui inventus fuerit in libro. 251.c.2

EX PROPHETIA OSEÆ.

Cap. 3. *Post haec convertentur, & quaerent Dominum Deum suum, & David regem suum, & pavebunt ad Dominum, & ad bonum eius in novissimo dierum.* 120.b, 391.c.2

4. *Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem eorum levabunt animas eorum.* 100.2.b

Non visitabo super filias vestras cùm fornicatae fuerint, &c. 858.c

5. *Super eos effundam quasi aquam iram meam.* 346.c

6. *In tribulatione sua mane consurgent ad me, &c.* 595.b.2

Quasi diluculum praeparatus est egressus eius. 92.b

Misericordiam volo. 737.c.2

7. *Alieni comedunt robur tuum, & ipse nescis, cùm effunditur in te, & ipse ignoras.* 6.d.2. 454.d

Quasi columba seducta stulta es, non habens cor. 6.d.2

9. *Profana de peccante, sicut in Gabaa.*

11. *Non faciam furorem iracundiae meae, non convertar ut disperdam Ephraim: quoniam Deus ego, & non homo.* 650.c.2

Volabunt quasi avis ex Aegypto, & quasi columba de terra Assyriorum, & collocabo eos in domibus suis. 37.2.c

12. *Circumdavit me in mendacio Ephraim in amaritudine me fecit.* 27.c.2

13. *Peccatum nostrum est tantummodo in Deum audemus nequam.* 164.c.2

Ubi est mors contentio tua? 919.a

De manu mortis liberabo eos; de morte redimam eos. 80.a

Vae eis, quoniam recesserunt à me, vastabuntur, quia praevaricati sunt in me: & ego redemi eos, & ipsi locuti sunt contra me mendacia. 35.c.2

Ut germinet sicut lilium, & erumpat radix eius sicut Libani: exibit ramus eius, & fiet quasi oliva gloria eius, & odor eius sicut Libani. 417.c

Memoriale Dei sicut vinum Libani. 537.c.2

EX PROPHETIA IOEL.

Cap. 2. *Omnis qui invocaverit nomen Domini, salvus erit.* 1151.c.2

Effundam de spiritu meo super omnem carnem. 213.c. 2.276.b.2

EX PROPHETIA AMOS.

Cap. 1. *Super tribus sceleribus Damasci & super quatuor non convertam eum.* 837.b.

2. *Vinum sanctificatum pro calicem mentis.* 15.c

3. *Si clangetur tuba in civitate & populus non expavescet. Si erit malum in civitate quod Dominus non fecerit? Quia non faciet Dominus Deus verbum, nisi revelaverit secretum suum ad servos suos Prophetas.* 142.d.843.c.2

4. *Praeparare in occursum Dei tui.* 118.2.c

5. *Quaerite bonum & non malum, ut vivatis.* 556.d.2

Quando ... ut ... faciei leonis, & occurrat ei ursus, & ingrediatur domum, & innitatur manus suas super parietem, & mordeat eum coluber. 192. d.2

Lubrica quasi torrens fortis. 487.c.2

6. *Qui eruis animam meam ... sicut David putamus ... habere ... animam liberatam ... ut placeat ei.* 330.c

Nonne in fortitudine nostra assumpsimus cornua? 115. 2.c

7. *Hæc ostendit mihi Dominus Deus: & ecce fictor locustæ in principio germinantium serotinus imbris, & ecce serotinus post tonsionem regis.* 405.c

8. *Occidit sol, tenebrescitque terra in die luminis.* 54.2.d

Ecce dies veniunt: dicit Dominus: & mittam famem in terram: non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Domini. 120.c

Commouebuntur amaritudine ... usque ad mare, &c. 120.b

9. *Percute cardinem, & moueantur superliminaria.* 702.c

EX PROPHETIA ABDIÆ.

Superbia cordis tui extulit te: sed si exaltatus fueris, &c. 449.d.2

Si fures introissent ad te, si latrones, &c. 665.d.2

EX PROPHETIA IONÆ.

Cap.1. *Dominus misit ventum magnum in mare, & facta est tempestas magna in mari.* 220.b.2

2. *Circumdederunt me aquæ usque ad animam.* 312. b.2

Proiecisti me in profundum in corde maris. 313.c.314. b.488.c

Omnes gurgites tui & fluctus tui super me transierunt. 801.c

Et fluuius circumdedit me. 604.c

Cum angustiaretur in me anima mea, Domini recordatus sum: ut veniat ad te oratio mea. 537.b.2

4. *Tu doles super hederam.* 414.d

EX PROPHETIA MICHEÆ.

Cap. 1. *Valles findentur sicut cera à facie ignis.* 106.b

Non est egressa quæ habitat in exitu: planctum domus vicina accipiet 516.b

2. *Ecce ego cogito super tribum istam mala, &c.* 345. a.2

Væ illis qui cogitant inutile, & operantur malum in cubilibus suis, & in luce matutina faciunt illud. 97.c.2.1078.c

3. *Principes Iacob & duces domus Israël, numquid vestrum est scire iudicium: qui odio habetis bonum, & diligitis malum?* 7.b

Sion ut ager arabitur, & Ierusalem in aceruos lapidum erit, & mons templi in excelsa syluarum. 44. d.635.a.2

5. *Et tu Bethleem Ephrata parvulus es in millibus Iuda: ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel.* 884.c

Et erit iste pax: Assyrius cum venerit in terram nostram, &c. 847.d

Exaltabitur manus tua super hostes tuos, & omnes inimici tui interibunt. 154.2.c

6. *Audite quæ Dominus loquatur, &c.* 682.c

Iudicate ... montes iudicium Domini & fortia fun-

damenta terræ. 701.c.2

Populе meus quid feci tibi, &c. 692.b

Et misi ante faciem tuam Moysen, & Aaron, & Mariam. 559.c.2

Quid dignum offeram Domino, curuabo genu Deo excelso. 164.2.b

7. *Væ mihi quia factus sum sicut qui colligit in Autumno racemos vindemiæ, non est botrus ad comedendum.* 665.d.2

Omnes in sanguine insidiantur, vir fratrem suum ad mortem persequitur. 115.d

In die illa & usque ad te veniet Assur, & usque ad ciuitates munitas, &c. 505.d.2

Lingent puluerem sicut serpentes. 410.b.2

Dabis veritatem Iacob, misericordiam Abraham, quæ iurasti patribus nostris à diebus antiquis. 875.b

EX PROPHETIA NAHVM.

Cap.1. *Nebula pulvis pedum eius.* 411.c

Ecce super montes pedes euangelizantis & annunciantis pacem. 399.d

3. *Æthiopia fortitudo eius & Ægyptus.* 306.c

Dormitauerunt pastores tui, rex Assur. 521.c.522.b.2

EX PROPHETIA HABACVC.

Cap.1. *Mundi sunt oculi tui ne videant malum, & ad iniquitatem respicere non poteris.* 320.c.2

Mundi sunt oculi tui ne videas malum: & respicere ad iniquitatem non poteris: quare respicis super iniquos agentes, & tacens deuorante impio iustiorem se. 320.c.2.428.c

2. *Scribe visum & explana eum super tabulas, ut percurrat qui legerit eum.* 788.a

Væ qui potum dat amico suo, mittens fel suum & inebrians, ut aspiciat nuditatem eius. 319.a.2. 340.b

Bibe in quoque & consopire: circumdabit te calix dexteræ Domini. 509.b

Facilitas animalium deterrebit eos de sanguinibus animalium. 154.d

3. *Cum iratus fueris, misericordiæ recordabitur.* 139. 2.a

Os eius plenum erat fortitudo eius. 313.c.2

Ante faciem eius ibit mors. 613.d.2

Incuruati sunt colles mundi. 345.c.2.410.a.2

Pro iniquitate vidi tentoria Æthiopiæ, turbabuntur pelles terræ Madian. 715.b.2

Numquid in fluminibus iratus es Domine. 604.c

Viderunt te & doluerunt montes. 154.d

Exiit in auxilium populi sui vt saluos faceret Christos suos. 804.a

Viam Deus fecit in mari equos suos, in luto aquarum multarum. 313.c

Deus Dominus fortitudo mea. 840.b

EX PROPHETIA SOPHONIÆ.

Cap.1. *Non faciet Dominus bene, & non faciet Dominus malè.* 15.2.a

Argentum & aurum eorum non valebit liberare eos in die furoris Domini. 12.2.d

2. *Quærite Dominum omnes mansueti terræ, &c.* 525. d.2

Adorabunt eum de loco suo omnes insulæ Gentium. 708. b.2

3. *Non adhuc ex aspectu exhilarari in monte simulo meo.* 1055.c.2

EX PROPHETIA ZACHARIÆ.

Cap. 1. *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.* 196.d.e 2

Et dixit ad me Angelus Domini qui loquebatur in me. 751.d.2

Domine exercituum vsquequò tu non miseberis Ierusalem, & vrbium Iuda, quibus iratus es iste iam septuagesimus annus est. 748.d.2

2. *Sileat omnis caro a facie Domini.* 212.d

6. *Ecce vir oriens nomen eius, &c.* 824.b

7. *Et dispersi eos per omnia regna, quæ nesiunt, & terra desolata est ab eis, eo quòd non est transiens & reuertens.* 598.b.2

9. *Et loquetur pacem gentibus: & potestas eius a mari vsque ad mare, & a fluminibus vsque ad fines terræ.* 408.c.2

Lapides sancti voluuntur super terram. 556.c

10. *In nomine eius ambulabunt.* 838.1.2

11. *Aperuit Libanus portas suas.* 780.c

12. *Percussam omnem equum in amentia, & ascensorem eius in insipientia.* 522.1.2

13. *Disperdam nomina idolorum de terra.* 753.b.2

Homo agricola ego sum, quoniam Adam exemplum meum ab adolescentia mea. 435.b

Virum cohærentem sibi. 846.1

14. *Et veniet Dominus Deus meus, omnésque sancti eius cum eo.* 825.b.2

Erit dies vna quæ nota est Domino, non dies, neque nox. 739.c.2

EX PROPHETIA MALACHIÆ.

Cap. 1. *Si Dominus ego sum, vbi est timor meus?* 531.1

Offer illud duci, si placuerit ei, aut si susceperit faciem tuam. 881.c 2

2. *Sed vos mandatum hoc [illegible] sacerdotes [illegible] Deus, &c.* 701.d

Et labia sacerdotis custodient scientiam, legemque de eius ore requirent. [illegible].d.2

3. *Præparabit viam ante faciem meam.* 602.b 2

Ecce ego mitto Angelum meum, qui præparabit viam ante faciem meam. 650.1662.b.2

Colaphos Deus. 591.d.2

Inualuerunt super me verba vestra, & dixistis, &c. 968.e

Vanus est qui seruit Deo, & quod emolumentum, &c. 444.c

4. *Sanitas in pennis eius.* 916.b

Calcabitis impios cum fuerint cinis sub plantis pedum vestrorum in die quam ego facio dicit Dominus exercituum. 154.2.d

EX I. MACHABÆORVM.

Cap. 3. *Non est differentia in conspectu Dei cœli liberare in multis & in paucis.* 286.b 2

Sicut fuerit voluntas in cœlo sic fiat. 163.d.2

4. *Et nunc clamemus in cœlum, & miserebitur nostri Dominus, & memor erit testamenti patrum nostrorum, &c.* 495.b.2

EX II. MACHABÆORVM.

Cap. 1. *Congrega dispersionem nostram, libera eos, &c.* 645.b

6. *Etsi in præsentiarum quis manibus impiorum eripiatur, manum tamen omnipotentis Dei nec viuus, nec defunctus poterit euadere.* 154.2.b

7. *Et in seruis suis consolabitur.* 902.d

15. *Non secundum armorum potentiam Deus, sed prout ipsi placet, dat dignis victoriam.* 54.2.d

INDEX LOCORVM
SACRÆ SCRIPTVRÆ
E' NOVO TESTAMENTO.

EX MATTHÆO.

Cap. 1. ANTEQVAM conuenirent Maria & Ioseph inuentam Mariam habere in vtero de Spiritu sancto. 386.c.2
Et non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum. 84.c
Diculo vade, surge, & abi in desertum locum, vt ibi oraret. 93.b
2. Nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te enim exiet dux, &c. 884.a.b
4. Dominum tuum adorabis, & illi soli seruies. 164.d
5. Non potest abscondi ciuitas supra montem posita. 779.d
6. Fiat voluntas tua. 178.c
Ne inferas nos in tentationem, sed libera nos à malo. 1026.c.& b.2
Nónne anima plus est quàm esca. 581.b
7. Qua mensura metieritis, remetietur vobis. 174.b
Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. 96.b
Intrate per angustam portam. 1061.d.2
10. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, & quod in aure auditis, prædicate super tecta. 242.d.2
11. Qui minimus est in regno cœlorum, maior est illo. 949.c.2
Ita pater: quoniam sic placitum est ante te. 331.d.2
12. Ex abundantia cordis os loquitur. 8.2.c
Quomodo potestis bona loqui, cùm sitis mali? 96.2.d
Venisse reginam Austri à finibus terræ audire sapientiam Salomonis: sed autem plus quàm Salomonem esse. 411.b
13. Venit malus, & rapit quod seminatum est in corde. 1025.c.2
Fallacia diuitiarum suffocat verbum. 13.b
Nónne bonum semen seminasti in agro tuo: vnde ergo habet zizania. 665.c
16. Tibi dabo claues regni cœlorum. 420.d.2
Vade post me Satana. 390.c.2
Sunt quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortem donec videant filium hominis venientem in regno suo. 914.c
17. Elias cùm venerit restituet omnia. 110.b
19. Qui potest capere, capiat. 1056.b.2
Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. 185.a
Facilius est vt per foramen acus intret camelus, quam diues in regnum cœlorum. 174.2.c
20. Multi enim sunt vocati, pauci electi. 215.d.2
Timete illum qui potest corpus & animam perdere in gehennam. 154.2.b
21. Hosanna filio Dauid. 418.c.2
Hosanna filio Dauid. 302.c.2
Auferetur à vobis regnum, & dabitur genti facienti fructus eius. 241.c
22. Christus magister verax, viam Dei in veritate docens & illi non est curæ de aliquo, nec respicit personam hominum. 60.d
23. Mundate quæ intus sunt, & quæ foris sunt, munda erunt. 460.c
Super cathedram Moysi sederunt. 330.b
24. Vbi fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. 586.d
Apparebit signum filij hominis in cœlo. 1011.c
Mittet Deus angelos suos. ibid.
25. Dormitauerunt omnes & dormierunt. 521.2
Seruus qui cognouerit voluntatem Domini sui, & non præparauerit, & non fecerit secundùm voluntatem eius, vapulabit multis. 91.a
Intra in gaudium Domini tui. 268.d
Possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. 350.c.2
Esurijui & non dedisti mihi manducare, &c. 194.2.c
Venite benedicti. 208.a.2
Discedite à me maledicti in ignem æternum. 721.c.946.b.2
26. Vbicunque prædicatum fuerit hoc Euangelium in toto mundo, dicetur, & quod hæc fecit in memoriam eius. 782.c.2
Si possibile est, transfer à me calicem hunc. 842.a.2
27. Sanguis eius super nos & super filios nostros. 114.2.c.200.c
Deus meus Deus meus vt quid dereliquisti me. 853.a.2
28. Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. 386.c.2.877.b

EX MARCO.

Cap. 5. Vade in domum tuam ad tuos, & annuntia illis quanta tibi Dominus fecerit & misertus sit tui. Ille nox abijt, &c. 212.d.2
8. Quam dabit homo commutationem pro anima sua. 56.2.b
9. Credenti omnia possibilia. 4.2.c
16. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. 623.a

EX LVCA.

Cap. 1. Ego sum Gabriel. 125.c
Benedicta in mulieribus. 969.d
Regni eius non erit finis. 160.d

Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. 139.2.c.154.c.& d.2
Fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius. 1031.d.1
Misericordia eius à progenie in progenies. 751.d
Esurientes implevit bonis, divites dimisit inanes. 121.d. 278.c.2
Suscepit Israël puerum suum, recordatus misericordiæ suæ. 1033.c
Fecisse misericordiam Deum cum patribus, & memoratum testamenti sui sancti, &c. 1055.d
2. *Lumen ad revelationem gentium, & gloriam plebis Israël.* 259.d
4. *In manibus portabunt te, ut conserues te.* 927.c
Consummata omni tentatione, diabolus recessit à Christo usque ad tempus. 848.d
6. *Fiat voluntas tua.* 163.2.d
Mensuram bonam, confertam, coagitatum, supereffluentem dat Deus. 659.c
8. *Videntes non viderent, audientes non intelligerent.* 345.d
9. *Qui me erubuerit & meos sermones, hunc filius hominis erubescet, cum venerit in maiestate sua & Patris & sanctorum Angelorum.* 321.c
Sine mortuos ut sepeliant mortuos suos. 806.c.2
10. *Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos.* 205.c
Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit. 103.d.205.c
Multi reges & prophetæ desiderauerunt videre, &c. 181.d
Suscipiens autem Iesus. 289.d
12. *Nolite timere eos qui occidunt corpus.* 205.c
Animæ habes multa bona posita in annos plurimos. 448. d.2
Nolite timere pusillus grex, complacuit patri vestro dare vobis regnum. 205.c.652.d
Transiens & præcinctus ministrabit Christus in cœlo suis. 611.d.2
Seruus qui nescit voluntatem Domini sui, &c. 640.d.2
14. *Dico autem quod nemo virorum illorum, qui vocati sunt, gustabit cœnam meam.* 997.c.2
15. *Gaudium in cœlis super uno peccatore pœnitentiam agente.* 526.d.2
Manducemus & epulemur. 268.d
19. *Qui potens fecisset sibi magna, deposuisse potentes de sede, & exaltauisse humiles.* 414.c.2
Cum vidisset eam fleuit super eam. 1030.d
21. *In patientia vestra possidebitis animas.* 170.c
Erunt enim signa in Sole & Luna & stellis. 1021.e
22. *Hoc facite in meam commemorationem.* 251.b.2
Disponо vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum. 822.e.2.
Confirma fratres tuos. 420.d.2
Non mea voluntas sed tua fiat. 164.2.d
23. *Non reprehendit me cor meum in omni vita mea.* 116.2.b
24. *Tu solus peregrinus es.* 329.b.2

EX IOANNE.

Cap.1. *In principio erat Verbum, & Deus erat Verbum, omnia per ipsum facta sunt.* 683. b. 786.d
Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. 905.c
Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. 284.b
Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. 161. 2.d
Medius vestrum stetit. 695.d.2
2. *Nemo potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.* 234.d
4. *Nos adoramus quod scimus.* 990.d
5. *Si crederetis Mosi, crederetis forsitan & mihi: de me enim ille scripsit.* 879.c.2
6. *Nonne ego vos duodecim elegi, & unus ex vobis diabolus est?* 215.d.2
Quomodo hic potest carnem suam dare nobis ad manducandum? 582.d
Nisi comederitis carnem meam, &c. 692.d.2
7. *In nouissimo die magno stabat Iesus, & clamabat, dicens, Si quis sitit veniat ad me & bibat.* 20.b
8. *Multa habeo de vobis loqui & iudicare.* 501.d
Quid me quæritis occidere, &c. 106.d
Antequam Abraham fieret, ego sum. 683.b.882.e.2
9. *Non potest homo peccator hæc signa facere.* 254
Scimus quia peccatores Deus non audit, sed si quis Dei cultor est, & voluntatem eius facit, hunc exaudit. 254.d
In iudicium ego veni in hunc mundum, ut videntes non videant, & non videntes videant. 344.d.2
10. *Quousque animam nostram tollis.* 811.c
Nonne scriptum est in lege vestra, quia ego dixi dii estis, &c. 702.d.2
11. *Nonne dixi tibi, quia si credis videbis gloriam Dei?* 865.d
Ego sciebam quia semper me audis. 332.b.811.d
Expedit ut vnus homo moriatur pro populo quam totagens pereat. 200.c
12. *Venit hora ut clarificetur filius hominis.* 1002.c
Cum exaltatus fuero a terra. 291.c.2
Adhuc modicum, lumen in vobis est; ambulate, &c. 344.d.2
Missus sum non ut iudicem mundum, sed ut salvus fiat per me. 118.d
13. *Exiui à patre & veni in mundum: iterum relinquo mundum & vado ad patrem.* 208.c.2
In hoc scietur quia discipuli mei estis si dilectionem habueritis ad inuicem. 765.d.2
14. *Pater in me manens ipse facit opera.* 155.2.c
Qui diligit me, diligetur à patre meo & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. 935.c.2
15. *Nec potest fructum palmes ferre, nisi manserit in vite.* 463.d
Iam non dicam vos seruos sed amicos. 463.d
Sed ut adimpleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est, quia odio habuerunt me gratis. 318.d
17. *Pater, venit hora.* 532.d
Vt cognoscant te solum verum Deum. 424.c.2
A Patre clarificari, claritate quam habuerat apud ipsum antequam mundus fieret. 954.d
Pater manifestaui nomen tuum hominibus. 177.c
18. *Nobis non licet interficere quemquam.* 330.b
19. *Quod scripsi, scripsi.* 350.c.2
Postea sciens Iesus, quia omnia consummata sunt, ut consummaretur scriptura dixit, Sitio. Vas ergo, &c. 339.d.342.b
Consummatum est. 426.c
20. *Domine, si tu sustulisti eum.* 778.d.2
21. *Cum esses iunior, ambulabas vbi volebas: cùm autem senueris, extendens manus tuas, alius te cinget & ducet quò tu non vis.* 329.d

EX ACTIS APOSTOLORVM.

Cap.1. *Si in tempore hoc constitues regnum Israël.* 442.c.2

Fiat habitatio eorum deserta. 311.d
4. *Et nunc Domine, respice in minas eorum, & da servis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum.* 197.2.d
5. *Caeterorum nemo audebat se coniungere discipulis, sed magnificabat eos populus.* 207.a
Praecipiendo praecepimus vobis ne doceretis in nomine isto. 198.2.d
8. *In fele amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te esse.* 273.d
10. *In veritate comperi, quoniam non est personarum acceptor Deus, &c.* 754.c.2
14. *Per tribulationes oportet intrare in regnum coelorum.* 141.2.b
15. *In die illa suscitabo tabernaculum Dauid.* 824.a
17. *Cum omni auiditate receperunt verbum Dei, quotidie scrutantes scripturas.* 120.b
20. *Argentum, aurum, nec vestem cuiusquam concupiui.* 175.2.b

EX EPIST. AD ROMANOS.

Cap.1. *Reuelabitur tunc ira Dei de coelo.* 1021.d.1
Euanuerunt in cogitationibus suis. 430.c.2
Obscuratur insipiens cor eorum. 106.a
Hos Deus tradidit in desiderio cordis eorum. 685.c.2
2. *In quo iudicant alios, condemnant se ipsos, eadem agentes quae iudicant.* 96.c
4. *Plenissime scimus, quia quacunque promisit Deus potens est facere.* 77.b
5. *Nam vix pro iusto quis moritur: pro bono autem audeat quis mori.* 229.d.2
6. *Qui mortuus est iustificatus est à peccato.* 84.b
Cum serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiae. 797.d.2
Gratia Dei vita aeterna. 178.2.d
7. *Infœlix ego homo; quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum.* 153.2.b.c
8. *Si filij Dei & haeredes, haeredes quidem Dei, coharedes autem Christi.* 159.2.b
Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. 76.2.c
Neque altitudo neque profundum poterit nos separare a charitate Dei, quae est in Christo Iesu Domino nostro. 69.2.c
9. *Quis est qui respondeat Deo?* 446.d.2
10. *Quomodo enim inuocabunt in quem non crediderunt.* 933.c.2
11. *Fiat mensa eorum, &c.* 311.d
Quae assumptio nisi vita ex mortuis. 215.d.2
Cum plenitudo gentium intrauerit, omnis Israel saluus fiet. 120.b.127.c
Veniet ex Sion qui eripiat, & auertat impietatem à Iacob, & hoc illis a me testamentum cum abstulero peccata eorum. 493.b.2
12. *Spiritu feruentes, orationi instantes.* 53.2.b
15. *Debemus nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere. Vnusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum, ad aedificationem. Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est (Psal. 68. 10.) Improperia improperantium tibi ceciderunt super me.* 21.2.d
Improperia improperantium tibi, opprobria exprobrantium tibi, ceciderunt super me. 311.d
Gentes autem super misericordia honorauerunt Deum. 820.b
Laudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi. 93.2.d
Ab Ierusalem per circuitum vsque ad Illyricum repleuisse Euangelium Christi. 494.d
Deus pacis conteret satanam sub pedibus vestris velociter. 103.a.154.2.d

EX I. AD CORINTHIOS.

Cap.1. *In omnibus diuites facti, in omni verbo & in omni scientia, ita vt nihil nobis desit in vlla gratia.* 224.b.c.2
Stultum Dei sapientius hominibus. 202.2.b
Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. 184.c
Elegit infirma mundi Deus vt confunderet fortia. 205.c
Qui gloriatur, in Domino glorietur. 140.b
2. *Spiritus omnia scrutatur etiam profunda Dei.* 202.2.c
3. *Secundum suum laborem vnusquisque propriam mercedem accipiet.* 178.2.c
4. *In Euangelio ego vos genui.* 295.b.2
7. *Quis enim in Domino vocatus est seruus, libertus est Domini.* 292.2.2
9. *Sicut vnus accipiens brauium.* 215.d.2
10. *Neque tentemus Christum sicut quidam eorum tentauerunt.* 681.d.2
Non sinit Deus nos tentari supra id quod possumus, sed facit etiam cum tentatione prouentum, vt possimus sustinere. 62.2.a.170.d.977.b.2
Sine offensione estote Iudaeis, & gentibus, & Ecclesiae Dei, sicut & ego per omnia omnibus placeo, non quaerens quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant. 21.2.c
14. *Si conueniat Ecclesia in vnum, & omnes prophetent: intret autem quis infidelis, aut idiota, &c.* 1009.e
15. *Ad reuerentiam vobis loquor.* 237.c
Vbi est mors victoria tua? 919.b
Vbi est mors victoria tua, vbi est mors stimulus tuus? 8.2.b

EX II. AD CORINTHIOS.

Cap.1. *Sicut abundant passiones Christi in nobis: ita & per Christum abundat consolatio nostra.* 978.c.&d.2
4. *Aperiamur, sed non deficiamur.* 813.c.2
Momentaneum hoc, & leue tribulationis supra modum in sublimitate aeternum gloriae pondus operatur in nobis. 178.2.c
5. *Ingemiscimus grauati, volentes non expoliari, sed superuestiri.* 182.a
In quo Deus erat mundum reconcilians sibi. 819.d
7. *Gaudeo non quia contristati estis, sed quia contristati ad poenitentiam.* 10.2.d
8. *Scitis gratiam Domini nostri Iesu Christi, quoniam propter nos egenus factus est, &* 703.2.2
10. *Destruitur omnis altitudo extollens se aduersus scientiam Dei.* 827.a
Nos non in immensum gloriabimur, sed secundum mensuram regulae quae mensus est nobis Deus, mensuram pertingendi vsque ad vos. 617.a.2
Qui gloriatur in Domino glorietur. 171.d
11. *Despondi vos vni viro, virginem castam exhibere Christo.* 461.a.2
Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, qui est benedictus in saecula, scit quod non mentior. 972.c
12. *Potens in me cum infirmor.* 4.c.2. 105.2.b. 154.a

13. *Num per fidem Moſen ſanctus eſt Dominus? non ne & nobis ſimiliter locutus eſt?* 194.1

EX EPIST. AD GALATAS.

Cap.1. *Si hominibus placerem, Chriſti ſervus non eſſem.* 2.c.2.
2. *Nos natura Iudæi, & non ex gentibus peccatores.* 267.c.2
Vivo iam non ego, vivit verò in me Chriſtus. 190.b. 463.c
4. *Sed ſicut Angelum Dei excepiſſent ipſum, ſicut Chriſtum Ieſum.* 611.c.2
Æmulantur vos non bene: ſed excludere vos volunt. 304.d
Filij mei quos parturio rurſus. 295.b.2
5. *Quod ſi invicem mordetis, & comeditis, videte ne ab invicem conſumamini.* 485.c.2
Spiritu ambulate deſideria carnis non perficietis. 181.c
Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. ibid.

EX EPIST. AD EPHESIOS.

Cap. 1. *Prædeſtinauit nos Deus in adoptionem filiorum, per Ieſum Chriſtum in ipſum, ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ, in laudem gloriæ gratiæ ſuæ, in qua gratificauit nos in dilecto filio ſuo.* 184.d
3. *Omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur ex Patre Domini noſtri Ieſu Chriſti.* 2006.d.1
4. *Aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit bona hominibus.* 291.d.2
Occurramus in vnitatem fidei, & agnitionem filij Dei, in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. 117.c
Deſperantes & ſemetipſos tradentes impudicitiæ in operationem omnis immunditiæ. 438.a
5. *Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus.* 181.c.521.a.2
Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria, &c. 330.a.2
Chriſtus quam dilexit Eccleſiam, tradidit ſe pro ea, vt illam ſanctificaret, mundans lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam, &c. 282.d

EX EPIST. AD PHILIPPENSES.

Cap. 2. *Non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo.* 319.d
Deus in nobis operatur velle & perficere. 15.2.c
3. *Nemo aſcendit in cœlum niſi qui deſcendit de cœlo, filius hominis qui eſt in cœlo.* 85.d
4. *Poſſumus omnia in eo qui nos confortat.* 4.2.c.154.c.2

EX EPIST. AD COLOSSENSES.

Cap.1. *In Chriſto Ieſu laboro, certando ſecundum operationem eius quam operatur in me in virtute.* 154.2.d
3. *Commonentes vosmet ipſos pſalmis, hymnis & canticis ſpiritualibus.* 212.a
Viri diligant vxores, & nolint amari eſſe ad illas. 199.c

EX I. AD THESSALONICENSES.

Cap. 1. *Conuerſi eſtis ad Deum de ſimulachris ſeruire Deo viuo, & vero.* 724.b
5. *Cum dixerint Pax & ſecuritas, repentinus eis ſuperueniet interitus.* 431.1

EX I. AD TIMOTHEVM.

Cap.4. *Ad pietatem exerce te, cum corporalis exercitatio ad modicum vtilis ſit, pietas ad omnia, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ.* 117.d
5. *Quæ in deliciis eſt mulier, viuens mortua eſt.* 110. b.2.441.d.2
6. *Certa bonum certamen fidei, &c.* 117.d
Diuites non ſublime ſapiant nec ſperent in incerto diuitiarum, ſed in Deo viuo. 174.2.c

EX II. AD TIMOTHEVM.

Cap.2. *Quæ audiſti à me per multos teſtes, hæc commenda fidelibus hominibus qui idonei erunt & alios docere.* 565.a.2
Nemo coronatur niſi qui legitimè certauerit. 117.c.127.a.2
Diſcedat oportet ab iniquitate omnis qui nominat nomen Domini. 1044.b.2
4. *Reddet Dominus coronam iuſtitiæ.* 178.2.c

EX EPIST. AD TITVM.

Cap.2. *Vereantur, nihil malum habentes dicere de nobis.* 207.a.b

EX EPIST. AD HEBRÆOS.

Cap.1. *Portat omnia verbo virtutis ſuæ.* 842.a.2
Et cum iterum introduxit primogenitum ſuum. 1023.d.2
Omnes quidem ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi, &c. 918.d.2
2. *Decebat eum, propter quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem ſalutis eorum per paſſionem conſummare.* 117.b
3. *Videte fratres, ne forte, &c.* 672.c
Quibus autem infenſus eſt quadraginta annis, nonne illis qui peccauerunt &c. 993.c
Quibus autem iurauit non introire in requiem ipſius, niſi iis qui increduli fuerunt? 996.c.2.997.b.2
4. *Sermo Dei viuus & efficax, penetrabilior omni gladio ancipiti.* 60.2.a.120.c.2
Gladius Dei diſcretor cogitationum & intentionum cordis pertingit vſque ad diuiſionem animæ, ac ſpiritus, compagum quoque ac medullarum. 250.d.2
7. *Eo quòd Chriſtus manet in æternum, ſempiternum habet ſacerdotium.* 161.b
9. *Statutum eſt hominibus ſemel mori.* 176.1.d
11. *Accedentem ad Deum oportet credere.* 252.d
12. *Suſtinuit Chriſtus crucem, confuſione contempta.* 323.a
Flagellat omnem filium quem recipit. 434.b
13. *Chriſtus Ieſus heri & hodie, & ipſe in ſæcula.* 161.b

EX EPIST. IACOBI.

Cap.1. *Patientia perfectum opus habet.* 117.b
2. *Quicumque totam legem ſeruauerit, offendat autem in vno factus eſt omnium reus.* 125.2.d
Iudicium ſine miſericordia ei qui non fecerit miſericordiam. 273.c
3. *Quæ inflammat totam natiuitatis.* 556.a
5. *Agite nunc diuites: plorate & vlulate in miſeriis veſtris, quæ aduenient vobis.* 356.a

EX I. PETRI.

Cap.3. *Parati eſte ſemper ad ſatisfactionem, omni poſcenti rationem de fide & ſpe veſtra.* 110.2.b

Iesus Christus, qui est in dextera Dei, deglutiet mortem, vt vitæ æternæ hæredes efficeremur. 8.2.b
4. *Tempus est incipere iudicium à domo Dei.* 435.a
5. *Humiliamini sub potenti manu Dei.* 164.c

EX I. IOANNIS.

Cap.2. *Qui odit fratrem suum in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quò eat, quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius.* 37.c
3. *Omnis qui habet hanc spem in eo, sanctificat se.* 444.b
Nemo vos seducat, qui facit iustitiam iustus est, sicut & ille iustus est. 384.d
4. *Charitas foras mittit timorem.* 30.b
5. *Mundus totus in malo positus.* 76.c

EX EPIST. IVDÆ.

Ecce venit Dominus in sanctis millibus suis facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios. 825.c

EX APOCALYPSI.

Cap.1. *Lauit nos à peccatis nostris.* 112.c
2. *Esto fidelis vsque ad mortem, vt coronam consequaris vitæ.* 229.c.2
In calculo candido scriptum, & nemo scit, nisi qui accipit. 416.a.3
3. *Nomen habes quod viuas, & ecce mortuus es.* 110.2.a
4. *Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam.* 1007.a
7. *Vidi Ioannes turbam magnam quam dinumerare nemo poterat.* 289.b.2
Absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum. 76.c
12. *Habet mulier lunam sub pedibus.* 458.d.2
14. *Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati: virgines enim sunt.* 461.b.2
15. *Magna & mirabilia sunt opera tua Domine Deus omnipotens, iustæ & veræ sunt viæ tuæ, rex sæculorum.* 207.2.c.1024.d.2
Quis non timebit te Domine, & magnificabit nomen tuum, quia solus pius es, quoniam omnes gentes venient, & adorabunt in conspectu tuo, quoniam iudicia tua manifesta sunt. 207.2.d
Donec consummarentur plagæ. 447.d.2
16. *Omnis insula fugiit, & montes non inuenientur.* 1020.c
18. *Reddite illi sicut & ipsa reddidit vobis, & duplicate duplicia, secundum opera eius: in poculo, quo miscuit, miscete illi duplum. Quantum glorificauit se, &c.* 10.b
20. *Descendet ignis de cælo, & deuorabit eos.* 720.c.1

EX LIB. IV. ESDRÆ.

Cap. 1. *Vbi sunt beneficia quæ præstiti vobis, &c.* 692.b
2. *Ego Esdras præceptum accepi à Domino in monte Oreb, vt irem ad Israël, &c.* 998.b.2

INDEX
HEBRAICARVM VOCVM
QVÆ HOC OPERE EXPONVNTVR ET EXAMINANTVR.

א

אב *ab* 270.c.2
אב *au* 686.b
אבדון *abedon* 267.e.2
אבה *auah* 61.b.2.353.a.686.b
אביד *abbid* 520.c
אבין *emon* 353.a
אביר *abbir* 304.b.2
אבר *euer* 915.d.2
אדומי *adomi* 2.b.2
אדם *adam* 293.c.2.743.d.2.884.b.2
און *on* 614.e
אמן *amen* 74.b.1004.c
אור *or* 519.e
אות *oth* 472.b
אך *ech* 164.c.2
אחז *achaz* 66.d
אחר *achar* 432.b
איש ואיש *ischmeisch* 785.b
אכל *achal* 1073.c
אל *al* 81.b.2.1004.b
אל *el* 84.b.2.695.d.752.d.2
אלה *alah* 195.b.695.c
אלוה *eloha* 195.b
אלהים *elohim* 78.d.2.84.b.2.195.b.506.c.1059.d.a
אלי *eli* 1004.b
אלילים *elilim* 1004.b
אלם *alam* 271.d
אלם *elim, elem, ellem* 65.d.2
אלמן *almon* 271.d
אלמוח *almanach* 271.d
אם *im* 188.a
אמים *emim* 36
אמן סלה *amen selah* 275.a
אמר *omer* 546.b
אן *en* 74.a
אנוש *enos* 67.b.2.246.a.2.434.a.2
אנקים *enacim* 435.a.2
אסף *asaph* 531.a.2
אספרת *asphtha* 747.c
אף *aph* 721.a.2
אפאן *ippan* 813.d
אפס *ephes* 987.b
אפן *ophan* 813.e
אפעה *ephheh* 931.c.2
אך *ach* 111.d.2.168.d.273.b
אקרא *ekra* 84.e
ארבה *arbeh* 607.b
ארבו *areuu* 115.c
ארה *arah* 665.c.2
ארד *arad* 34.c.35.a
ארומי *aromi* 2.b.2
אריה *arieh* 86.a.2
ארם *aram* 714.d.2
ארמי *arami* 6.a
ארמין *armon* 347.b
אש *es* 107.d
אש אש *is is* 112.c
אשור *assur* 714.d.2
אשחרך *asschacharecha* 180.c.2
אשמורת *asmoreth* 540.b
אשמורת *asmaneth* 320.b.2
אשר *asser* 198.d.2.602.a.2
אשרת *esseth* 107.d

ב

(ב) *be beth* 155.a.2.b.2
באר *beer* 800.b
בהל *babel* 72.a.2
בהלה *behalah* 890.e
בור *bor* 800.b
בחורים *bachurim* 591.d.2.6.4.b
בטל *batel* 748.b.2
בכה *bachah* 733.b.2.990.d
בל *bel* 450.a.2
בלל *balal* 944.c
בלע *balahh* 8.a.e.& f.2
בלע *baleahh* 721.a.2
במה *bamah* 619.c.2
במות *bamoth* 619.b.2
במעש *bamhhse* 688.d.2
בן *ben* 10.a
בנה *banah* 10.a
בנאוני *benoni* 61.4.e
בעיר *behhir* 454.b.969.a
בעל *bahhal* 1004.c
בער *bahhar* 454.b.610.d.2.969.a
בערת *bahhath* 814.e
בצר *batsar* 531.d
בקע *bakahh* 576.d
בר *bar* 420.e
ברא *bara* 433.d.2
ברית *berith* 58.b.493.a.2.712.b.2
ברך *berech* 990.c
בקש *bakas* 722.b.2
בשנה *bashenah* 297.c
בשר *bosser, bassar* 280.d
בשרת *bosseth* 1004.c
בת *bath* 432.b

ג

גאון *gheon* 120.b
גאל *goel* 335.b.2
גב *gab* 288.b
גבול *gheul* 489.c.2
גבור *ghbbor* 626.a
גבלי *ghuli* 714.c
גבן *ghbben* 288.b
גבר *gheuer* 796.b.2
גבעת *ghubbah* 619.c.2
גדד *ghedud* 226.c.981.a.2
גוז *goz* 373.c
גוים *goim* 242.a.2.260.c.d
גוים *goim* 305.b.1.1011.f.2
גוע *goueahh* 8.2.c
גז *ghez, ghez* 405.d.897.c.2
גזז *ghazaz* 406.d
גזי *ghezze* 415.c
גזם *ghezem* 405.c
גלול *ghlilul* 1004.c
גמול *ghemul* 965.b
גמר *gamar* 546.b
גנן *ganen* 373.a.2

ד

דאב *daau* 804.d
דאבה *daauah* 804.d
דאבון *daauon* 804.d
דבר *daar* 299.b.200.b.9.c.a
דבר *dabar* 279.d.2
דבק *dauek, deuek* 189.a.2
דגן *dagan* 225.d
דוד *dod* 282.a
דוד *dud* 679.d.2
דידות *dedah* 718.b
דין *daian* 274.c
דכי *dechi* 957.b.2
דל *dal* 353.a.643.b.2
דלה *dallah* 644.b.2
דלונו *dallunu* 643.a.2
דמה *damah* 708.d
דמי *domi* 708.d.e
דמיה *dumiah* 211.d
דרך *darach* 151.b
דת *dath* 353.a

ה

האזין *hhaazin* 534.a

הבה

הבה hauah 114.c
הבל hebel 173.c
הגב hagab 893.c.2
הגה hagah 189.a.374.c.2
הגיון hegheh 893.c.d.2
הדם hadom 1048.d
הדרך hadreah 1008.b.2
הוד hod 1005.c
הוה houah 523.b
הוות hauuth 11.a
החלם holem 433.d.2
החלים holeim 503.d.2
החן hon 353.b
היפיע hophiahh 653.b
הושיעה hoscah 1030.a.2
הים him 121.a.2
הכין hechin 569.d
הלל halal 270.a.430.d.2
הללים holelim 430.d.2
הללויה halleluiah 269.b.2
הלמות halmuth 441.b
המה hamah 221.c.337.d
המון hamon 353.b
הנה hinneh 39.c
הסחופף histophepheh 740.d
העיר hahhir 234.b.2
הפעות happugoth 534.c.2
הצמית harsmuh 28.c
הקטיר hiktir 251.b
הרג harag 609.b.2
השיט hisim 443.a.2
השיב hasciu 655.b
השם hascem 1043.b
התהלך hithhallech d.2
התתו hithun 601.b

ז

(ז) zain 405.a.2
זאב zeeu 717.c.2
זבח zebuch 717.c.2
זון zon 461.d.2
זונה zonah 461.d.2
זוז zuz 24.c
זיז ziz 24.c
זכר zachar 1035.b.2
זר zar 682.d.2
זרם zerem 554.d.2.887.b
זרמה zirmah 887.b

ח

חבל chibbel 175.b.2
חבלים chebalim 433.a.2
חג chag 676.a
חגגה chaggah 528.a.2
חדה chadah 770.c
חול chol 947.c
חול chul 277.a.2
חולי choli 433.d.2.549.c
חזה chazah 184.b.2
חזון chazon 841.c.2
חטאה chatah 129.c.2
חי chai 353.a
חיה chaiah 184.c.1.280.a
חיח chauch 646.c.2
חיים chaim 184.c.2
חיל chail 443.a.2.735.d.2
חיתה chaiath 492.c
חלה chulah 277.a.2
חלוף chaloph 889.d
חלי chail 17.c.2.789.c
חלכה chelechah 353.a
חלל chalal 277.a.2.549.b
חלל chalal 789.c
חללים chalelim 348.c
חללים chelelim 789.b.c
חלקו chalekn 58.b.2
חם cham 453.a.2
חמאה chemah 58.c.2
חמס chamas 98.c
חנגר chanamel 610.b.2
חנף chaneph 21.d
חנך chonach 21.b
חסה chasah 911.b.2
חסיד chasid 636.d
חסיל chasil 607.a.c
חפשי chopsi 797.b.c.2
חציר chasir 889.c
חצים chatsim 198.c.2
חצץ chatsats 555.c
חק chok 677.c.1053.a
חקר cheker 98.b
חרב charau 432.c
חרד charad 432.c
חרה charah 432.c
חרוץ charuts 432.d
חרץ charats 432.b.c
חשה chasciah 362.a
חשיך chasiuch 353.a
חשך chasiuk 913.a
חששה chasciasciah 362.a
חתה chatath 867.b

ט

טוב tou 334.a.2.766.c.1062.d
טירה tirah 347.b
טרף terephi 586.c.2

י

יאב iaau 61.b.2
יבול ieuul 261.a.2
יבולות ieuuloth 489.d.2
יביט iabbit 970.b.2
יביעון iabbihhun 122.d
יגדו iagodu 981.a.2
יגורו iagurn 72.d
ידד iadab 1005.c
יה iah 269.d.2
יהודה iehudah 47.c
יהונה iehonah 78.d.2
יהמו iehemu 121.c
יונה ionah 65.c.285.c
יחד iachad 270.c
יחל iachal 316.a.2
יחם iacham 100.d.2
יחתך iachtechecha 10.c
יכלכלך iechalchelecha 62.a
יכרעו iechreihn 410.a.2
יל ial 614.a.b.2
ימיקו iamiku 438.c.2
ינחם iunchats 290.a
ינמצו iunmatsiu 441.b.2
ינק iunak 435.2
יסף iasiph 651.c.2
יעד iaahad 682.c
ירה iarah ioreh 204.d.164.c
ירקרק ierakrak 285.a.2
יצועי ietsuhiau 158.c
יצפנו itsphonn 72.c
ישאו iesciu 398.d.2
ישיב iasciu 280.a
ישי iasci 847.a
ישלם ieseiullam 212.c.2
יתעבר iithhabber 620.c.2
יתצך iithhaseca 9.d.2
יתר iether 646.d.2
יתרון ithron 353.b

כ

כאשר chaascer 73.d.2
כבד chaued 353.a
כבוד chaued 92.d.136.c.353.b 622.d.2
כח choach 377.a.2
כוח choach 353.b
כן chun 90.d.2.425.a.1011.c.2. 1077.a
כוב chazau 169.a.2
כי chi 54.d.2
כחש chachas 130.b.2
כל chol 5.a.2.375.c.2
כלבים chelauim 121.b.2
כלה chalah 131.d
כמו chemo 160.a
כמעט chimihhat 688.d
כן chen 161.a
כנים chenis 3.c
כנכה chanucchah 23.c
כנע chanahh 689.a
כסה casah 317.a
כסח chasah,cheseh 675.c.2
כסיל chesil 353.a
כפה caphah 327.a
כפירים chephirim 86.a.2
כפף chaphaph 89.d.2.90.a
כפר caphar 644.d
חצרת chatsrath 1008.b.2
כרה charah 822.b
כרם charam 231.b

ל

לאמים leummim 260.b.d
לאה laah 277.a.2
לבאים lebaim 86.a.1
לביא labi 86.a.2
להוכיר lehazchir 260.c.2
לו lu 688.c.2
לויתן liuathan 484.b.c
לחם lachem 68.c
לנצח lanetsach 10.c
לעד laahad 162.b

מ

מאה meah 290.a.2
מאור maor 489.a.2.519.c
מאות meoth 290.a.2
מאס maas 22.c.621.b
מאשים meschiam 107.c
מגן maghen 371.a.2.738.c
מגננו magnunnenu 128.c.2
מהומה mehumah 121.a.2
מו כיוט : 62.c
מועד mohhed 500.a.b.2

מוקש muk'kesh 246.a
מורה moreh 735.a
מחול machol 17.e.2.789.c
מחולה mechôlah 1.e.2
מחקר mechkar 937.b
מחשך machsoach 815.d
מחתה machtthah 867.b
מין min 197.a.214.d
מך mach 66.a
מכון machon 1018.a
מכחב michtaw 66.a
מכתם michtham 66.a
מלאכה melachah 353.b
מלאכי malache 855.a
מלאך malach 464.a.2
מלכי malchi 28.e
מלתעות malthêoth 104.b
מן man 161.d.e.b.c.2
מנוס manos 135.d
מנחה minchah 1008.a
מניות minnith 693.a
מנעול manhhul 151.a.2
מנצחים menatsechim 300.a
מסכן miskhen 353.a
מסך mesech 510.a
מעד mahhad 313.e
מעון mahhon 271.c.790.c
מעין mahhan 783.d 2
מעצות mahhatsoth 1055.a
מפלט maphlat 40.a.2
מפלצת mephletseth 37.a.1004.c
מצדה metsudah 245.b.2
מצוות mutsuoth 857.d.2
מצולה metsulah 353.b.2
מצלות metsiloth 800.c
מך mach 66.a
מקדש mikdas 1006.c.2
מרכבות merkabeloth 300.c
מקנה miknen 610.c.2
מקק maak 438.c.2
מרום marom 69.b
מרחצה marchetseth 149.a
משא massa 847.a
משאת maśath 168.d.2
משגב misgan 933.d
משוח mesuach 738.b.2
משכית maschith 437.a.2
משרה mesurah 241.c.2
משפחות mispechoth 1000.c.2
משפט mispat 677.a
מתרגן mthrgn 626.a.c

נ

נאד nad 75.a.b.c.2
נאות neoth 230.d.2
נבר nber 622.b.2.805.d.2
נבח nabach 122.c.2
נבל nabal 636.d
נבל nebel 392.c.2
נבלה nebalah 636.d
נגד nagad 534.c.2
נגה nagahh 996.c.2
נגע negahh 795.c
נגר nagar 192.c.534.c.2
נגש nagash 923.c.2
נדה nidhah 514.a
נדרו nidrv 529.d
נדרים nedarim 79.a
נוד nud 34.c
נוה nauah 282.c.23.a.d.2
נוצה nvtsa 25.b
נוצים nvtsim 604.e
נחם nacham 902.a.2
נחש nachash 101.a.102.d
נין nin 65.c.425.b
נכון nachon 590.c.2
נכס neches 353.b
נכר nechr 66.a.2
נס nes 144.d.472.b
נסח nasach 10.a.2
נעים nahhim 674.b.2
נעל nahhal 151.d
נעם nohham 905.b
נער nahhar 812.c
נפילים nephilim 705.c
נפל nephel 10.d
נעצר nahhtsar 3.d
נשא nasa 49.d
נשיאים nesiim 168.d.2
נשיה nesiah 49.d
נשך nesech 43.c.2
נשש nasas 49.d

ס

סבא seba 411.d.2
סוד sod 48.b.c.75.d.108.a.2.827.a.2
סוח suach 538.12
סוף suph 121.e
סיר sir 150.b
סירות sirvth 108.e.2.110.a
סכן sakan 353.a
סלה selah 274.d
סלו salu 268.d.2
סמל semel 1004.a
סנה sneh 318.a
סער saar 40.a.2.744.c
סעה saah 40.a.2
סעודה seudah 48.b
סף saph 740.d
ספר saphar 787.c
ספר ההרים sepher thohillim 212.e
ספר sipper 445.a.2

ע

עבר habar 582.e.2.679.d
עגל hagel 354.a.2
עדה hedah 467.b
עדי adi 847.a.2
עול hul 698.e
עול hhadah 172.b.2.84 .a.2
עולם holam 241.1.891.c.2
עז hhaz 115.d.2
עז hhaz 1105.d
עז haz 178.a
עזים hhazzim 115.d.2
עטוף hhatoph 136.c.2
עטרה hhatarah 228.c
עטרת hhatereth 228.c
עידי hhaidu 718.b
עין hhain 789.a.2
עיר hhur 234.b.2.451.b.2
על hhal 42.b.2.74.a.81.b.2.89.c. 155.b.2.533.a
עלה hhalah 550.c
עלום hhalum 891.b.2
עלז hhalez a.2
עלית hhalom 442.b.2. 748.a.b.c.d.2
עלילה hhalilah 287.d
עלילות hhalilvth 531.d.e.2.1055.b.2.1255.a
עלם hhalas a.2
עלץ hhalats a.2
עמד hhamad 313.e
עמים hhamnim 191.a.b.2
עמים hhamamim 242.a.2
ענה hhanah 525.a.b.c.792.a
ענוים hhanavim 525.b.2
עני hhani 353.a.b.4.d
עניים hhanim 525.b.2
ענפים hhanaphim 643.b
ענק hhanak 415.a.2
עצב hhatsab 71.a.2.412.c
עצב hhetsev 920.a
עצבים hhatstsabbim 1004.c
ערב hhareb 605.b
ערב hhorev 711.c.2
ערבה hhrabah 711.c.2
ערפל hhrephel 1017.a.2
ערך hharach 46.d. 81.b
עשב hhesev 421.e
עשה hhasah 990.a.2
עשיר hhasir 353.a
עשר hhesser 228.c.353.b
עשק hhasak 175.a

פ

פדה padah 54.c
פלגי peleg 2.d.2
פלש palsh 64.b.2
פס pas 420.a.2
פסח pasah 420.c
פעם pahham 111.c
פר par 354.b.2
פרא para 354.c.2
פרי peri 2.d.2
פרסה parsah 356.c.2
פקדת pekudah 253.b
פשעים peshahhim 214.c.2
פתי pethi 109.b.2
פתהות pethahoth 60.a.2
פתן pethen 151.c.931.c.d.2
פתח pathah 474.d

צ

צבא tsaba 280.c.d.2
צבאות tsabaoth 118.c.d.2
צבאים tsebaim 280.b.2
צבה tsabah 432.c
צאן tsan 232.b.466.c.651.a.2
צדק tsedek 704.c
צור tsur 150.b.c.b.353.b.395.c.2. 853.a.2.951.d.2
צידה tsedah 560.d.2
ציון tsiun 484.c.2
ציה tsiah 484.c.2
צמית tsamath 318.c
צפעוני tsiphhon 931.b.2

ק

קדוש kadosh 1048.a.2

קדם kodam 1013.c.2
קוצר kotzer 198.c
קפץ kaphats 546.b 2
קצה ketseh 987.b
קראה keraah 118.b.2
קרב karav 59.d.2.462.b.2
קרב kerev 54.a.b.2
קרבן korban 462.b.2
קדנא kadna 1036.b.2
קשר kesher 198.c
קשת koseth 145.a

ר

ראש rosch 339.d
רבבות ribboth 290.d
רבה rabbah 828.a
רביבים reuvim 227.e
רבת rabbath 224.a.2
רגז ragaz 1040.c.2
רגמתם rigmatham 301.d.2
רגש ragas 48.b.2
רגש regues 48.b.2
רגשה rigsiah 48.b.2
רהב rahav 782.c
רוח ruach 531.d
רום rum 1076.d
רומה romah 1076.d
רופאים rophaim 807.a.2
רוץ razon 592.d.& d.2
רחב rachav 782.c
רחצ rachats 149.e
רחצה rachtsah 149.a
רכש reches 353.b
רמה ramah 1076.c
רמיה remiah 2.c.2
רמס ramas 358.b
רנה rinnah 794.c.2
רעות rehhuth 51.d
רעי rohhi 708.e
רעל rahhal 142.c
רעם rahham 1012.a.2
רעע rahhahh 152.c
רענן rahhanan 14.b
רפא rapha 807.d
רפה raphah 807.d
רפאים rephaim 807.c.2
רק rek 353.a
רקמה rikmah 301.e.2
רש rasch 353.a
רשפים reschaphim 517.e.2

ש

שאול scheol 795.e
שאון scheon 220.c.2
שאף scheaph 67.a
שאף scheoph 85 b.2
שאפים scaphim 67.b
שאר scher 582.a
שבא scheba 411.d.2
שבאל scheuel 106.c
שבאלול sciabbelul 106.c
שבלת scibboleth 106.c
שגב sagav 933.d
שד schad 910.b
שדד schadad 910.a
שדי schadai 286.a.2.910.a
שיב schiv 390.c.2
שובב schouen 139.e
שוח schach 34.e
שום schum 471.c.2
שותע schuahh 353.b
שותע schuahh 413.d.2
שוע schoahh 353.b
שוע schoahh 413.d.e.2
שופר schophar 1036.c.2
שור schor 354.b.2
שוריק schurik 436.a
שחל schachal 931.a.2
שחר schahar 180.e.2.595.e
שטה schetch 1069.c.2
שטיא schatia 454.b
שטף schatsaph 315.a
שיח schuch 197.d.2
שיל schil 443.d
שילה schiloh 443.c
שימו schimu 236.c
שור schur 355.b.686.a.2
שיר schir 300.a
שכר schechar, schachar 331.a
שלה schalah 275.a
שלו schalev 592.d
שלח schalach 581.b.2
שלחן schulchan 581.b.2
שלישי schalisch 658.b
שלישים schelischim 658.b
שלם salad 275.a
שלם schalam 57.a.2
שלמה schlumah 924.c
שמה schamah 620.c.2
שמחה schimchah 1028.b
שמם schamam 611.b
שמן schemen 60.a
שמר schamar a.2.378.a.2
שן schen 639.c
שנאן schinean 290.e.2
שנה schanah 454.a
שנינה schemmah 636.a
שנן schanan 454.a.636.c
שער schahar 110.d
שפן schaphan 728.e.2
שפנינא schaphnina 728.e
שקמות schikmoth 610.b
שקמים schikmim 610.b
שקר schaker 7.b.2
שרים scharim 299.e.2.300.a
שרעפים sarhhaphim 978.d
שרף saraph 631.b.2
שרץ scheretz 358.e
שת scheth 436.a
שתם schatham 255.d

ת

תאשור thetar 333.b.2
תבליה thaulith 450.a.2
תודה thodah 1056.c.d.2
תהו thohu 1004.c
תהותתו thehothetu 166.b
תופפות thohhaphoth 987.c.2
תך 43.e.2.414.e.2
תור 354.b.2
תורה thorah 563.e.735.a
תחרש thecharas 708.e.2
תלונה thelunah 133.b
תלמים thelamim 226.a
תם tham 66.a
תמר thamar 947.a
תעב thahhau 71.c.2
תעשר thehhtar 333.c.2
תער thahhar 6.b
תפארת thiphereth 1006.a
תפלסן thephallesun 98.c
תפלצת thipheletseth 37.a
תרדמה thardemah 142.d
תרנין tharmin 222.e.2
תשוב thaschu 750.b
תשחת thaschheth 81.c.2
תשקץ thischez 708.e.2

INDEX
GRÆCARVM VOCVM
QVÆ HOC OPERE EXPONVNTVR
ET EXAMINANTVR.

A.

Γαθὴν. 18.b.2
ἀγαθωσύνη. 7.a.2
ἀγαλλιᾶσθαι. 268.a.1
ἀγαπᾶν. 133.d.2
ἀγαπητῶς, ἀγαπητά. 726.a
ἀγγίζειν. 667.c
ἀδάμας. 1014.c.2
ἑδάφη. 50.c
ἄδης κατώτατος. 191.c
ἀδηφαγία. 592.c
ἀδικία. 7.b.2
ἀδολεσχία. 34.a.2.538.a.2
ἀδολεσχεῖν. 34.a.b.2.538.b.c.2
ἄδολος ἀδολιχὸς. 34.c.2
ἀδύτα. 698.a.2
αἰθίοψ. 418.d
αἰνίζειν. 556.c.2
αἶξ. 354.c
αἴρειν. 59.b
αἰὼν. 891.d.2.& 241.d
ἀπὸ τοῦ αἰῶνος. 467.c
ἀκκίζειν. 631.c.2
ἀκκισμὸς. 199.b.2
ἀκρεῖς. 60.a
ἀκροῖς. 608.a
ἀλαλαγμοὶ. 837.c.& a.2.& 1034.c
ἀλαλάζειν. 215.c
ἀλαλὴ. 65.b
ἀλιξιαρες. 109.b
ἀλιξικακεῖν. 109.b
ἀλλεγόρης. 66.a.2
ἀλλότριος. 26.d
ἀλλοφύλοι. 26.d.66.c.& a.2
ἄλωπηξ. 193.b
ἀλωπηκίζειν πρὸς ἑτέρους ἀλώπεκα. 193.d
ἁμαρτία. 129.c.2
ἁμαρτάνειν. 199.b.2
ἄν. 45.c.246.b
ἀνασυνδρασθῆς. 663.b.2
ἀναλίσκειν. 398.c.2
ἀνατείλειν. 407.b
ἀνδρεία. 133.c.2
ἀνδρακας σκαλεύειν. 543.d
ἄνδρωπος. 743.d.2
ἀνθρωπος ἄνθρωπος. 79.d.2
ἀνθρωπάρεσκει, ἀνθρωπαρεσκεια. 21.e
ἀνθρώπους ἀρεσκοῦσα 21.e
ἀνομία. 847.a.2
ἀξίνη. 474.b
ἀνταλλαγμα. 56.b.2
ἀνταναπλήρωσις. 408.b
ἀνταπόδοσις, ἀνταπόδομα. 965.b
ἀντιλαμβάνειν. 408.b
ἀντιλαγιάζειν. 190.a
ἀπαγγελία. 53.b.2
ἄπαξ. 176.c.2
ἀπαλλοτριοῦσθαι. 438.b
ἀπὸ. 35.b
ἀποδοκιμάζειν. 22.c.2
Λπελλύων. 267.d.2
ἀποτιτράσκειν. 622.b.2
ἀποτινύναι. 319.a
ἀποφθέγματα. 564.b
ἀποφθέγγεσθαι. 122.c.2
ἀργιόδους. 667.c
ἄρεσκεια. 21.c
ἀριστᾶν. 736.c
ἀπ' ἀρχῆς. 467.c
ἀσπίδια. 214.c.2
ἀστεῖος. 206.d
τὸ φιλόστοργον & ἀστοργία. 107.c
ἄστρον. 931.b.2
ἀσυνετίζομαι. 446.a
αὐλὴ. 226.c
ἀφιστᾶν ἐπιμανία. 676.b

B.

Βαθύγειοι. 386.c.896.c
βάθος. 948.a
βασανίζειν. 556.c.2
βάσανος. 700.c.1
βασίλισσα. 931.b.2
βασιλεύειν. 193.d
βδελυκτεῖν. 71.c.2
βδέλυγμα. 58.b
βιβλία. 122.a
βιβλίον. 122.a
βίβλος. 122.b
βότρυες. 58.c.2
βραγχος. 315.c.2
βρόγχος. 607.a
βωμος. 619.c.2

Γ.

Γαμηλαὶ. 104.b
γελωτοποιός. 660.d
γέλωτος θεός. 837.c.2
γυμνοβλώφ. 882.a
γῆρας. 386.b
γλῶσα διαυτὴ. 1071.c.2
ἐν ταῖς γλώτταις ἔχειν τὸ ὄτλα. 88.c
ἄλλοισι γλώσσι, ἄλλοισιν εἴσι γόμφοι. 88.d
γλώττη μάχιος. 88.c
γλωσσόκομος. 88.c
γνώμη. 710.a
γράφειν. 133.b.2
γραμματεία. 382.c.2
γραμματεύω. 381.c.2
γραμματεῖον. 382.c.2
γυμνασία. 35.a

Δ.

Δαιμόνιον. 920.c.2
ἀγαθὸς δαίμονες ροσιμιπ. 143.d
δαιμων. 920.c.a.2
δεῖπνον. 196.a.2
δίκαιος. 156.d
δειλία. 36.c
δεκὰς. 96.b
δεκαέξετίδες. 663.b.2
δοῦτε. 984.c
δόγματα ἀποστόλων. 100.c.2
δόξαθεον. 58.b.493.a.2.712.b.2
δόκανον. 286.c
δοκιμάζειν. 942.c
δοκιμαρτυρία. 682.d
δοκιμάζειν. 62.a
δοξόψαλμα. 274.c
δοξολογία. 53.b.2.445.a.2.787.c
δόγλωσσος. 1071.c.2
δολιότης ἀφροσύνης. 207.c
δρᾶν. 251.a.2
δυνάμεις. 735.d.2

E.

(E) 571.c
ἐγκοπεῖν. 36.b
ἔθνη. 242.a.2.260.c.d.301.b.2.1011.b.2.1032.b.2
εἰ. 96.d.112.d.2.188.a
(εἰς.) 619.b
εἰστήκειν. 473.c
ἐκ. 154.d
ἐκδιώκειν. 318.
ἐκκαίδεκα. 52.a
ἐκστασις. 142.d
ἐλαία. 60.a
ἐλαιοκάρπος. 365.a.2
ἐλπίζειν. 83.a.2
ἐμβατήρια. 299.b.2

ζωΐ. 373.a.2
ἠδίτ. 397.d
ἐσυιᾶν. 397.d
ἐσύιεζ.ιο. 397.d
ἐσ.κόβιω. 3 .a
ἐυθ.μημα. 528.a
ευθ.μειον. 527.e.2
ἐυθυμεῖζ. 527.e.2.528.c
ἐυιαυτὸς. 228.e
ἐυστλιον. 299.b.2
ἐυζωλαὶ. 857.d.2
ἐυτρεπεζ. 337.d
ευτροπη. 337.d
εξαισιος. 199.e.2
εξαιθνίν. 422.b
ἐξαπινα. 199.e.2
ἐξατιρεῖσθαι. 813.b
ἐξεχειραν. 654.c
ἐξελοθρεῦσαι. 28.c
ἐξυδρευω. 22.e.2
ἐξυδατᾶσαι. 104.c.2
ἐξυθενεῖν. 22.e.2
ἐπαιχμάσθαι. 321.c.2
ἐπαυλις. 347.c
ἐρὶ. 752.d.2.& 42.b.2
ἐπιβαίνειν. 151.b
ἐπιεικὴς. 766.c.d
ἐπηθὴς. 166.b
ἐπιτιμήσαι. 976.e.2
ἐπιτηδύμασι. 1054.e.2.1055.a
ἐπιτρίψαι. 957.d.2
ἐυξία. 951.c.2
ἐύπαθεια. 951.c.2
ἐυπαθῆν. 951.b.2
ἐπιμανὴς. 11.e
ἔπιτίμον. 299.b.2
ἐπιτιμᾶς. 586.e.2
ἐπιφανὴς. 11.e
ερδειν. 251.a.2
ἑρκος. 354.c
ἐρυσίβη. 607.d
ἑστία. 107.d
ἑστιατὴς. 133.c.2
ἑσχατόγηροι. 386.c.& 896.c
ἑτοιμάζειν. 90.d.2
ἐυζωδιζειν. 280.d
ἐυδουσία. 745.d
ἐυδαιμία. 117.b.2.569.d
ἐύθυνειν. 291.a
ἐυκλειᾶσαι. 698.a.2
ἐυοδᾶσαι. 117.b.2
ἐυφραίνεσαι. 268.d
ἐυχὴ. 79.d.2.159.c
ἐχῖνος. 586.e.2
ἐφραιμ, ἐφρὴμ. 571.d

Z.

Ζεὺς. 417.b.2.727.a
ζῆλαὶ. 185.a
ζῆναι μακαίρων. 278.a
ζόφος. 610.a

H.

ἡδὲ ἡμέραν. 68.a

Θ

θεὸς 144.d
θεοὶ μεγάλοι. 552.d.2
θεὸς. 362.a
θυμίαμα. 251.b.c.d
θυμὸς. 100.c.2

I.

Ἰδὴ. 39.c
ἰεροσάλημ, ἱερουσάλαιμ. 571.e
ἰσόψυχος. 46.d

K.

Καθάπερ. 73.d.2
καθαρεισμὸς. 869.b.2
καθημέραι. 162.a.2
καιρὸς. 500.a.2
καλύβη. 635.e
καμπὴ. 607.a
καινόμησαι. 20.c.2
κάπρος. 666.d
καραδοκεῖ. 316.a.2
κασὸς. 261.b.2.760.b.2
κάρη. 142.d
κάρωσις. 142.d
καταβάλλη. 564.d.2
καταγαγεῖν. 128.d.2
κατάγειος. 40.a.2.315.a.721.c
καταλλεῖν. 581.d
καταίυξις. 141.a.2
κατάξεις. 74.d.2
καταπονητικὸς. 8.b.& c.2
καταπολίτικος. 8.d.& c.2
καταραυλειν. 708.e.2
καταστάγμος. 316.a
καταφορὰ. 142.d
κατάθυνειν. 117.b.2 569.d.1077.a
καθφρυᾶσθαι. 31.b
κεαρ ψυχῆς. 1020.c.2
κεφαλὴ. 20.c.2
κεραίης. 931.b.2
κιθάρα. 674.b.2
κιτὼν. 122.c
κλὴς. 284.b.2
κλιτὺς. 490.a
κοι ὁμικτ. 604.d.2
κοπτάνιν. 133.c.2
κατὰ κόλπου χεῖρας ἰσχειν. 480.b
κόπτ. 812.a.2
κόπτειν. 36.c
λαβραὶ κῖραι. 286.e
κύτινος. 680.a
κοχλίη βίος. 107.c
κραιπαλᾶν. 626.c
κραιπάλη. 626.c
κρατὴς. 178.a.774.c
κρατεῖν. 66.d
κτεισμὸς. 604.e.2
κῦτος. 220.d & c.2

Λ.

Λαὸς. 241.a.2
λαὸς. 1011.b.2
λειμῶνες. 975.b
λεξιτήριον. 474.b
λατρεία. 528.b.2.1024.d
λαὸς τοῦ λαοῦ. 41.c.2
λίθος. 809.c
λιθοβολεῖν. 966.c
λικμᾶν. 966.c
λιβολόγημα. 635.d
λιβύειον. 635.d
λοιμὸς. 78.b.199.b.200.b
λυκαυγὲς. 122.c
λυμαίνεσθαι. 666.c
λυτρωτὴν. 54.c

M.

Μάχαιρα. 88.c
μεγαλοφρόσυνα. 375.b.2
μεγαλωσυνὴ. 646.c
μελιτᾶν. 189.a.& 394.a.2
μελιτᾶν, μελιτᾶσθαι. 893.d.e
μεραὴμ, μεσραὶμ. 571.e
μὴ. 854.c
μεθυσθῆναι. 10.a.2
μεθαφρία. 285.a.2.& 915.c.2
μιδὲν. 74.b.2
ὑπερμηδὲν. 74.b.2
μιτὴν. 318.c
μνημῆα. 809.a.2
μνήμασῖν. 809.a.2
μογιλαλὸς. 65.b
μόνος ὄχος. 667.a
μυλαὶ. 104.b
μυελὸς, μυελοῦς. 290.d
μωζαὴμ, μωζαὶμ. 571.d

N.

Ναὶνες. 301.c
ναιαῖσκοι. 624.b
νομίμια. 674.d.2
νόμος. 563.e
νομὴ. 641.b
νυστάζειν. 521.d.2
νῶτος. 345.c

Ξ.

Ξηρὸς. 6.b
Ξίφει ξυρῆϊσται ἀκμῆς. 6.c.2
ξυρὸς εἰς ἀνόνιν. 6.c.2

O.

Οἰκοδομεῖσθαι. 821.d
οἰκοδομεῖ. 641.a
οἶς. 626.b
ὅλη. 375.c.2
ὁλιγοψυχία. 40.a.2
ὁλοκαύτωμα. 8.8.a
ὁμοῦ ἡμᾶς. 604.d.e
ὀράβρει. 604.d
ὀυτιδανὸν. 46.d
ὀξυτιρὸς χολῆς. 198.c
ὄπλον ὅπλα. 87.d
ὀπὴν. 519.e
ὀρθρεύειν. 181.b.595.e
ὄρια. 489.c.2
ὄσια. 819.c.2
ὄπα. 13.a
ὄφις. 181.a
ὀφεις ὀπαζωῶντες. 931.c.2
τὰς ὀρφὺς ἄρειν. 31.b
ὀχθὴ. 995.a.2

Π.

Πᾶς. 315.c
πανηγία. 1000.c.2
παμμία. 604.d.2
πανεπίσκοπος. 7.d.2
πανδημοκρατία. 503.d.2
πάρζωμον. 475.b
παρεσκόμην. 674.c.2
πατὴρ. 610.c.2
πάτμιος. 174.b.

πεπεδίνων. 83.a.2
πλημμελῆσαι. 646.c.2
πλημμελῶς. 646.c.2
πλησμονή. 461.d.2
πλησθῆναι. 570.a
πλανᾶσθαι. 882.a
πλάνης. 88.a
πλημμελείαι. 320.b.2
πλημμέλημα. 320.c.2
πλησμονή. 795.d.& 592.d.& d.2
πνευματῶν. 531.e
ποιᾶν. 251.a.2
ποιμένες λαῶν. 466.c.2
ποιμνία. 630.b.2
πολεμῶν. 68.b
πονηρεία. 51.d
πονηρεῖ. 612.b
πόρνη. 461.d.2
πραγματεία. 382.a.2.d.2
πρεσβεῖον. 386.b
πρεσβύτας. 386.b
πρό. 402.c
πρόβατα. 559.e
προβιβᾶσθαι. 27.b
προμαχίζειν. 125.d
προτύχειν. 40.a.2
προσκολλᾶσθαι. 462.e.2
προσκόπτειν. 206.d
προσεύξασθαι. 529.d
προσευχή. 79.d.2.156.d.& 159.e
πρόσφατον. 681.d.2
προσφάγιον. 587.a
πρόσωπον. 267.a.2
προσωχθίσθην. 995.a.2
πῶλος. 414.a.2
πώρωσις. 86.d.2

Ρ.

Ρέζειν. 251.a.2

Σ.

Σάλπιγξ. 62.c
Σαρεμῶθ. 544.b
σιβυμιτζιον ἐν καρῷ. 62.b
σκαλισμοὶς. 543.b
σκάλλειν, σκαλεύειν. 543.c
σκανδαλίζεσθαι. 206.d
σκιὰν. 635.e
σκιωσυγία. 133.c.2.676.d
σκίωμα. 347.c
σκύλλειν. 544.a
σκύμνοι. 86.a.2
σκῶλον. 343.e.2
σπέρμα. 339.c.2
σπλαγχνίζεσθαι. 66.a
σπουδή. 188.e
συκάμινοι. 610.b
συκόμορον. 610.c
συκοφάντης. 400.d
σύνεσις. 626.b.2
συμπαθείᾳ. 976.e.2
συμπόσια. 133.c.2
συνάλλησις. 118.b.2
σωτηρίᾳ. 976.e.2
σωτήριμμα. 198.c
συντρίβειν. 198.c
σῦς ἀγραυλος. 666.d
σῦς κάπρος. 666.d
σῦς χαυλιόδους. 666.d
σύντρεμμα. 198.c
σφόδρα. 960.d
χίζειν. 59.b
σῶμα. 357.a.2
σωτὴρ. 25.a
σωτήριον. 751.b

Τ.

(Τ) 144.c
ταπεινωθῆ. 128.d.2.689.e
ταῦρος βοῦς. 666.d
ταχα. 46.b
τέκνα ἀλλόφυλα. 66.e
τέλεια. 117.b
τέλειοι. 117.b
τὸ τέλος. 10.d
τιθασὸς. 471.c.1
τόκος. 43.e.2.414.e.2
τόξον. 199.a
τραπεζα. 581.c
τριήρων. 881.c
τρισμιζις. 1003.d
τριβολήια. 490.a.2
τριβολήρων. 881.c
τρόμος. 36.c
τροπώσεσθαι. 849.b.2
τυμβοχόρυτες. 386.c.896.c
τυρος. 288.c
τυρόω. 288.c

Υ.

Υλη. 312.e.2
ὕμνησις. 375.a
ὑμνογράφος. 212.e
τὰ ὑπάρχοντα. 13.a
ὑπόστασις. 128.e.2.738.e
ὑπό. 35.b
ὑπολαμβάνειν. 446.a.2
ὑπόστασις. 313.a.b.2
ὗς ἐκ δρυμοῦ. 666.d
ὗς ἐν δρυμῷ. 666.d
ὗς ἀγριος. 666.d

Φ.

Φάκος. 850.a.2
φαρμακὸς, φαρμακεὺς, φαρμακεῖα, φάρμακοι. 102.c
φαρμακὸν ἄλκαρ. 102.c
φειδίτια. 133.c.2
φιλίτια. 133.c.2
φιλοτησίας poculum. 143.d
φόβος. 36.c
φοβερισμοὶ. 814.e
φορτίον. 322.a.2
φόρτος. 322.a.2
φορτικὸς. 322.a.2
φυγαδεύων. 39.c
φυλακτήριον. 124.a.2.& 378.a.2
φυτὰ. 610.a
φωνὴν φωνῶ ἰσχυρὰν. 316.c

Χ.

(Χ) 918.e.2
χείμαρρος. 251.d.2
χηνα. 271.d
χῆρος. 220.e
χίλια. 290.d
χίμαρος. 251.d.2
χίμερος. 354.c
χλόη. 889.e
χλοάνης. 666.d
χλωρότης. 285.a.2
χολάδες. 592.c
χολέρα. 592.b
χολὴ. 339.d.& a.2.342.a
χοῖρος. 766.c.1062.d.2
χοῖρον. 334.a.2
χοῖρότης. 7.a.2.18.b.2

Ψ.

ἴσος τῇ ψυχῇ. 46.d
κύφαρ ψυχῆς. 1020.c.2
ψοφώδης. 20.c.2

Ω.

ὁ ἦν καὶ ὁ ὢν καὶ ὁ ἐρχόμενος. 468.c
ὥραι. 490.d.2
(ὡς.) 790.d
τὰ ὦτα σκαλεύειν. 543.d
ὠφελεῖν. 847.c

PSALMVS QVINQVAGESIMVS PRIMVS.

1 In finem, Intellectus Dauid.
2 Cùm venit Doeg Idumæus, & nunciauit Saüli: Venit Dauid in domum Achimelech.

3 QVid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate?
4 Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua: sicut nouacula acuta fecisti dolum.
5 Dilexisti malitiam super benignitatem: iniquitatẽ magis quàm loqui æquitatem.
6 Dilexisti omnia verba præcipitationis, lingua dolosa.
7 Propterea Deus destruet te in finem, euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo: & radicem tuam de terra viuentium.
8 Videbunt iusti, & timebunt, & super eum ridebunt, & dicent: 9 ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum:
Sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum: & prævaluit in vanitate sua.
10 Ego autem, sicut oliua fructifera in domo Dei, speraui in misericordia Dei in æternum: & in sæculum sæculi.
11 Confitebor tibi in sæculum quia fecisti: & expectabo nomen tuum, quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum.

Vers. 1.] In finem, Intellectus Dauid.

Vers. 2.] Cùm venit Doeg Idumæus, & nunciauit Saüli: Venit Dauid in domum Achimelech.

De Titulo, & Argumento.

PRIORE tomo sæpius occurrerunt voces primæ duæ, *in finem*: reliquæ in psalmo XXXI. *& intellectus*, iunctis aliis partionis, in XLI. XLIII. XLIV. Quæ sequuntur, pertinent ad argumentum, vel occasionem propter quam scriptus est psalmus. Continetur historia in libris Regum [a]: quo pacto perfidus Doeg fraudulenter detulerit ad Saulem, tum Dauidem, tum Abimelechum sacerdotem, qui eum exceperat. Vnde postea ipsemet sæuissimo carnifice, cùm cæteri tantum nefas exhorrerent, conficta sit, Saülis iussu, cædes eiusdem sacerdotis, cum familia tota, & aliorum ex eodem ordine, LXXXV. cum viris & mulieribus, & parvulis, & lactentibus, boue, & asino, & oue, ciuitatis sacerdotum Nobe, vno euadente Abiathar, filio Abimelech, qui funestum nunciũ perferret ad Dauid. Sed obiter obseruandum, apud LXX. pro LXXXV. poni CCCV. quo pacto legit etiam Lucifer [b]: a Theodoreto [c] legi, CCCL. ab Antiocho [d] monacho, CCC. omissis forsan quinque, qui minor numerus est: ab Euthymio in argumento psalmi, C L. Vulgata verò consentit cum textu Hebræo & Chaldæo, atque Complutenses & Regij codices habent ὀγδοήκοντα πέντε.

Ergo continet psalmus increpationem & imprecationem in adeo impium & crudelem hominem, qui, ne regis gratiam perderet, ac facultatum iacturam faceret, non dubitauit tam atrox scelus perpetrare. Alia ex parte sibimet salutem præsagit Dauid, qui soli fidat Deo, ab eoque totus totus pendeat. Hinc ille intellectus a nobis elicitur cum Dauide, quanta sit malignitatis peruertitas, & quàm qui malignandi studio tenentur, & id exercent, infelicem exitum sortiantur, quanta sit opus prudentia & intellectu his qui circumuntur iniuriis. Digredi liceret hìc in allentatores & adulatores, & in eos qui, quæstus causa, iura omnia violant: polletque historia tota, secundum tropologiam exponi, aut allegoriam. Hoc præstant Augustinus, Hieronymus, Cassiodorus, Hilarius, Nyssenus [e]. De priore argumento dicetur nonnihil in explanatione psalmi.

Extendunt psalmi materiam Basilius & Theodoretus, vt sit quoque prædictio de furore Rabsacis, qui ex Hebræis profectus, postea in seruitutem adductus, impietatémque discens Assyriorum, qui eum ceperũt, blasphemus in Deum verbis visus est, ac tollaci oratione conatus Iudæorum exercitum perdere [f]. Monet Chrysostomus, ordo in disponendis psalmis si seruaretur, hunc post XXXVII. collocari debuisse, cuius titulus erat, *Dauidi, cum immutauit vultum suum coram Achimelech, & dimisit eum, & abiit.* sed nos

ibi de Achis rege, ac de limmata infania a Dauide, Ia monem esse docuimus. Vnde fieret, vt posterior potius psalmo XXXIII. locus deterctur.

Huius excepto psalmi cum tertio collati, ostendit Hieronymus [a], vbi de laudibus dicitur Dei, quod teneret psalmorum generale argumentum est, historiæ ordinem non seruari: ante enim de Doeg Idumæo, inquit, legimus in Regum voluminibus, qui titulus est quinquagesimi primi psalmi, quam Absalom contra patrem surgeret [b], quod in tertij psalmi titulo prænotatur. Hilarius præterea notat, quinquagesimi argumentum posterius esse: tamen præcellisse, vt id quod *in parua intelligibus* præteribitur, perfectis vndique & absolutis luctamentorum generibus possit intelligi, nempe post remissionē peccatorum, & sanctificationem. Mystice dictum, sicut & cum nomen *Adonimelech*, quasi dicas, Patris mei imperium & dominum, quam Dauid scribitur ingressus, accōmodat ad Christū, qui factus est corporis nostri homo, & nos in eiusdem corporis gloria conxredes regni eius: proditionem Doēg, ad Iudam & Iudæos, qui Pilato Christum tradiderunt vt panes Propositionis, quos Dauid gustauit, ad Pascha institutum à Christo [c]: gladium Goliæ oblatum, ad arma quæ fortior Christus diripuit [d]. Obtemperauit Nyssenus [e] etiam præpositum secundum historiam ordinem, meliorem tamen ab spiritu fructo factum; vt postquam dictum est in quinquagesimo psalmo mysteria, quæ latent, tum vero pœnitentiæ medicamentum, exerceamur multo ad victoriam, nempe patientiæ, quæ includitur præsenti psalmo. Chrysostomus [f] notat, priores fere, qui ante hunc præcesserant, psalmos, de rebus tristibus, esse prætextu Dauidem plurimos ad psalmos dispositile, vt in illis esset, qui peccatum ipsius cōtexit, vt alibi [g] ostendimus, & sequentibus [h] quoque in genere principio præmonemus, hoc est, in psalmo primo, quoniam agitur de Antichristo & illius, in quo de Christo, & ideireo terminari quinquagesimum istum iudicio, & damnatione.

Doeg Idumæus.] Alij legunt *Doec*, iuxta textum Græcum, Δωεκ, sed Hebraice est דואג *Doeg*. Quare notario nominis, quam tradit Augustinus, vt significet motum, ad emigrandum, non congruit, nec facile radix Hebraica ei alligabitur, sed vt maxime atque foliculo, paludem, dilacerationem. Hæc apte in Doeg conueniunt, & in quemuis proditorem, præsertim crudelem. Radix est דָּאַג *Daag*, quod verbum erat in psalmo XXXVII [a]. *cogitabo pro peccato meo*, אדאג *adag*; vbi Hieronymus, *sollicitus ero*. Cæterum, qui nunc *Idumæus* cognominatur, Græce etiam ἐπισκέπτης in historia Regum appellatur, iuxta emendatos codices Græcos, etiam Complutenses, Regij, & alij tenent eandem vocem; Σωφ & Syrus, & Iosephus [b] nationē Syrum facit, atque Antiochum monachus, & hoc loco Chrysostomus & Nicetas [c]. Solo flexu vnius literæ idem Hebraice *Syrus* dicitur, & *Idumæus*. ארמי *arami* per ר *resh*, secundus, ארומי *adomi* per ד *daleth*. Sulpicius Agelinus *Idumæum* vocari, non ex Idumæa, sed quasi Adumæum ex Adommim, vbi terminus erat tribuum Iudæ ac Benjamin, in cuius ait cōfinio situs eius erat: Saulē enim de tua tribu Benjamin [d] potissimum principes habuisse, quos vocabat etiam filios Iemini [e], & Doeg vnum ex illis fuisse. Cur Syrus prætereā sit dictus, causam reddit, vt probrio ei esset, tanquam fraudulento: quod essent Syri fraudibus ac dolis infames: hucque allatum videri per vocabulum רמיה *remijah*, quod *dolus* est. Quod si dicamus appellatum quoque simili de causa *Idumæum*; quemadmodum proprio improbitatem quidam Hebræi *semen Chananæi* [f], vel *patre Amorræo*, & *matre Cethæa* [g]; vel *principe Sodomorum*, & *populum Gomorrhæ* [h]; sicubi *Idumæum* hominem languinarium. Quid si aut *Syrum* aut *Idumæum*, quia apud illas gentes habitauerit: breue Obededom *Gethæum* [i], qui ex Leuita esset, Philisthæus esse nō poterat, sed Hebræus [k]: sed nec obest, si Saulem alienigenæ quoque visum opera adhibere, vt sæpe facere principes alios videmus. Abulensis [l] & Cathiodorus existimant professytum fuisse, ex Idumæo gentili Iudæum. Refert R. Salomon [m], adiecisse eum, qui renunciauit Dauidi Saulem ab se interfectum [n], qui tamen ea in re mendacij est, cum ipse Saulem interemisse scribatur [o], quotidiani cultus fuisse hunc Doeg Idumæum. Refellit autem, quia non esset ausus venire ad Dauidem, quem adeo, vt est dictum, offenderat. Andreas Gallus ordinis prædicatorum, Lyranus, Historia scholastica, Glossa ordinaria, Abulensis [p], credunt fuisse hunc Doeg, qui semetipsum interficiens, cum esset Saulis armiger, filio ad Dauidem misso, cum tali munere, armilla regis & diademate, gratum Dauidis animum nlio conciliaturum se perhibat; quemadmodum Cato Vticensis hortatus est filium, vt ad Cæsaris clementiam confugeret, ni cuius tamen manus ne pertineret, a se proprias abluret contaminat. Cum autem facto veteris Amalecitæ se esse dixit [q], Abulensis ait, vel mendacium, sicut & in eo, quod à se Saulem occisum affirmauit; vel Amalecitas genere quoque inter Hebræos.

Apellatur Doeg in historia Regum [r], *potentissimus pastorum Saul*. Græce absque *potentissimi* epitheto, *vir qui erat super pastores*

[a] In c. 2. Amos. Hieronymus grauissime a Dauide. In psalmis hactenus ordo non seruatus. [b] 1. Reg. 15. 9. Nomen Adonimelech ad Christum accommodatur. [c] Matth. 26. 26. Marc. 14. 22. Luc. 22. 19. Nyssenus. [d] 1. Reg. 21. 9. [e] Lib. 1. in psal. 51. Chrysostomus. [f] Prooemium. [g] [h] [i] [k] [l] [m] [n] [o] [p] [q] [r] De vero Idumæo. Doeg Syrus Assyrius. [b] Antiq. 8. 11. [c] in pandect. diuinor. 40. dialog. 12. [d] 1. Reg. 22. 7. Syri fraudibus & dolis infames. [e] Esthe. 13. 7. 9. 13. [f] 1. Reg. 22. 9. [g] Dan. 13. 56. [h] [i] [k] [l] [m] [n] [o] [p] [q] 2. Reg. 1. 9. [r] 1. Reg. 21. 7.

Saul.

Saul; Hebraicè, אבר *abbir*, *potens pastorum Saul*. Chaldaicè, רב *rab*, *magister*. Rectè meritò Abulensis [a] dicentes fuisse potentissimum pastorum: quia princeps esset inter sapientes, vel interpretes Saul: quia in re videtur Hebræis Lyranus consentire: negat etiam lectionem aliam Latinam, Græcæ similem, *hic pascebat mulas Saul*, quoniam hoc, inquit, non est de textu, nec habetur in bibliis correctis, nec est verisimile, quòd ille, qui erat primus inter seruos [b] Saul, pasceret mulas, vel aliqua pecora. Ad hoc responderi posset, quod respondet ipsemet Abulensis, & Carthusianus, cùm *potentissimus pastorum* vocatur, non ideo sic vocari, quòd pasceret, sed quia princeps esset constitutus super pastores; & antiqui etiam reges vacabant agriculturæ (vt Ozias [c] præsertim) & pecori, vnde maiores prouentus colligebant. Editionem illam de *pastu mulabus* sequitur Lyranus, & prodit Iosephus [d]: Rabbanus [e] *Camelos* nominat: Ambrosius [f] autem, Græcos sequi solitus, *mulas*. Nyssenus [g] negans creatum à Deo mulum, mulamve, cùm ex commixtione diuersi generis animalium gignatur, tropologicè infert Deum non esse sterilis, & quod nihil boni profert peccati causam: Doëg esse angelum malum, qui pertrahens nos ad scelera, quàdo viderit aliquem esse in domo veri sacerdotis, eumque stimulis mulorum petentere nequiuerit, tunc nunciat id principi malitiæ spiritus operantis in filios diffidentiæ.

Venit Dauid in domum Abimelech.] Hoc est nomen sacerdotis, non autem *Abimelech*, vt Græcè tamen habetur; nisi cum Theodoreto alteras, duplici eumdē nomine appellatum, quemadmodū psalm. xxxiii. de Achis dixi, vbi pluribus egi de istis nominibus. Theodotio & Symmachus legunt ἀχιμελεχ: Aquila ἀημέλεχ, *Aemmelech*. Hieronymi nomen vsurpans auctor habet in titulo *Abumelech*, in Commentario *Achimelech*: quamuis interpretetur etymologiam solius *Abimelech*; dicátque, in Regnorum libro, & in ipso Hebraico psalterio esse *Abumelech*. Vbi non dubito errorem esse, si non Auctoris, certè scriptoris. nam in dictis libris est Hebraicè *Achimelech*. Augustinus *Abimelech* potiùs probat, & ita extat apud plures Latinos. Hilarius retinet *Achimelech*, exponens etiam significationem Hebræam, quemadmodum & Angelomus in libros Regum facit. Erat domus sacerdotis in Nobe contigua tabernaculo Domini, vbi Doëg intus tunc morabatur [h]. Hebraicè נעצר *nebhiśar*, *retentus*, *retardatus*, concluso videlicet ad orationem, quasi dicas obligatū voto, vt aliquot diebus ibi oraret, & aliquid offerret; vt cum Hebræis docent Lyranus, Abulensis, Hugo, Carthusianus, nec non glossa Rabbani. Angelomus [i] exponit etiam vocabulum Hebræum, vt significet *voto obligatum*, vt aliquandiu per in tabernaculo Domini immoraretur, & orationi vacaret, quod ad Iudam applicat proditorem. Theodoretus [k] perspicuum esse scribit, quòd Doëg vexabatur ab aliquo dæmone, aut tenebatur aliquo morbo, & ea de causa diuino assidebat tabernaculo. Paraphrastes Chaldæus exponit ישיבא *chenis*, *congregatum*.

Vers. 3.] Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate?

VAlde mirantis, indignantis, conquerentis, exprobrantis epiphonema, de Doëg proditore, ac delatore. Querela propheræ est, ait Hilarius. Nam etsi *gloriari sapientem in sapientia sua, & fortem in fortitudine, diuitem in diuitiis* [a], denique in alio quàm *in Domino* [b], & *nosse ac scire illum* [c], reprehendi debet; multo tamen magis gloriari in re per se mala, id est, in malitia ipsa. Peccatum ex ignorantia vel infirmitate, nonnullam excusationem habet, nullam quod ex malitia; multo autem minus, si *lateris cum male feceris, & exultes in rebus pessimis* [d]. Hoc nomine seipsum accusat Augustinus in confessionibus, ita vt puderet inter coætaneos, minoris dedecoris esse, quàdo audiebat eos iactantes flagitia sua, & tanto magis gloriantes, quanto magis turpes essent, ita vt liberet facere, non solum libidine tacti, sed etiam laudis. Describuntur nunc mores ns contrarij, vt admonet Chrysostomus, qui in priore psalmo commenti sunt, vbi peccator scelus fatebatur, ac luctu & lamentis prosequebatur. *Gloriabuntur in Deo, qui diligunt nomen eius* [e], & *in laude ipsius* [f], & *recti corde* [g], quique modò gloriantur *in spe gloriæ* [h], & *in tribulatione* [i], & *infirmitatibus* [k], & in cruce Domini Nostri Iesu Christi. Vicissim gloriabitur in talibus Deus [l]. Gloriā Christus suam nihil dixit esse *si glorificaret* [m] *seipsum*, videlicet secundùm aduersariorum opinionem, aut communem, vt dicunt, præsumptionem iuris: quid est tua, idque de re mala: Maius peccatum cæteris paribus, Aiguanus docet esse, delectari de peccato iam commisso, quam ipsum committere, quia voluntatis maiorem prauitatem arguit. *Non est bona gloriatio* ista [n], sed pessima. Occidere posse non magis gloriosum homini, quàm scorpio, febri, fungo malo, inquit Augustinus. Quam similitudinem fungi mali, Nicolaus quoque Papa I. [o] ex Augustino proculdubio sumptam, vsurpat, vt frangat superbiam Michaelis Imperatoris. Non poterat ignorare Doëg Achimelechum simpliciter egisse, cùm Dauidem excepit, panes ei Propositionis dedit, gladiumque Goliæ, qui se ad Saulis ipsius professi negotia simulabat. & quāuis non ignorauisset Achimelech fugere Dauidem, non pertinebat ad sacerdotem prodere illum; sed necessitati succurrere, atque pacem tractare inter eundem, & Regem; vt idcirco non oportuerit deferri ad Regē infensum, & sæuientem, & mētiri, quòd Achimelech consuluisset Dominum pro Dauid. Obseruat ista Chrysostomus.

Cōtra delatores qui multis aliis vocantur nominibus, cognosce si cupis, à nobis dicta Ecclesiastis cap. decimo. [p] *Qui gaudet iniquitate, denotabitur* [q], id est, qui delectatur audire, ac referre aliorum vitia, vituperabitur, & condemnabitur (συλλογισθήσεται): quod Hugo [r] non satis aptè declarat de nota Christi deleri, ac de libro viuentium, vel [s] notabilem fieri per characterem, siue cauterium, vt solent fures.

Quid gloriaris in malitia, qui potens es.] Augustinus, *quid gloriatur in malitia, qui potens est.* integram ex his efficiens sententiam; & à sequentibus verbis, *in iniquitate*, aliam inchoans. Nicolaus [t] Papa I. citat etiam hoc modo, *quid gloriatur in malitia, qui potens est in iniquitate?* Hieronymus, & alij ex Hebræo, *quid gloriaris*, vel, *iactas te in malitia, potens*, aut *ô potens*. Posset etiam verti no *mab, quantum laudaris*.

Eamdem lectionem Hieronymi sequitur Telesphorus [u] Papa, & Marcellus [x] (licèt omittat, *in malitia*.) Quia porro Marcellus ac Telesphorus Hieronymo sunt antiquiores, videri possent illæ

a Abulensis in fatetur.
a Iosep. post q. 18.
Lyra in textu Regum simile.
b 2. Reg. 21. 7.
Ad obiectionē responsio.
Antiqui reges agriculturæ studuerunt & pecori.
c 2. Paral. 26. 10.
d 6. Ant. c. 13. & in 1 Reg. 21.
Abulensis Græcos sequi solitus.
e in 6. Lucæ g. mēd. 2. in psal. 13.
Mulum multipotē esse animal in Deuteronomio, monuerat ipse. Tropologica ex eo Hieron. dicta.
De nomine Achimelech, & Abimelech.
b 1. Reg. 21. 7.
c in 2 Reg. c. 21.
Ad laudē proditionis applicatum.
d 1. vs 2. Reg. 4. 19.

a Sene. 9. 23. 24.
b 1. Cor. 1. 31.
c Ierem. 9. 24.
Peccatum ex ignorantia & infirmitate ex malitia latius quàm ex malitia.
d Prou. 2. 14.
e Psal. 63. 11.
f Psal. 31. 11.
g Psal. 31.
h Rom. 5. 2. 1. Thessal. 4.
i 2. Cor. 12. 9. 1 Reg. 26. 10. 2 Reg. 16. 10.
Mens peccati dulcius placet, quam committi possit, quàm ipsum committere.
k 1. Cor. 15. 6.
Fungi mali similitudo vsurpata à Nicolao Papa I.
o Epist. ad Michaelem Imperatorē
Dē laudandis ipsum.
Chrysostomus pro nobis.
p Vers. vlt.
q Eccl. 1. 9. 5.
r in hoc psalmo.
s in Eccl.
t Epist. ad Mich. Imp.
u in epist.
x epist. 2.
De Telesphori & Marcelli epistolis controuersia.

ipsorum epistolæ sparsæ effluvii quis contendat, quod persuaderi dithente potest, ante Hieronymum, versionem aliam fuisse, cui prorsus sit similis ea, quæ nunc Hieronymo tribuitur; vt ex Hebræo immediate facta. Cajetani Rabbinus reddit, *quid gloriaberis?* quasi dicere Dauid velit: & si nunc gloriaris in potentia malitiæ tuæ, non subest tamen cur gloriaberis in futurum. Futuri temporis est יתהלל *thithallel*. sed rectè per præsens expositum est, significatque inueteratum in gloriando, & se iactando ac laudando, morem, qui porro adhuc perseueraturus videatur. Chaldaicè, *quid gloriaris in lingua iniqua?* vel, *quid laudaris lingua iniquitatis?* מה תשתבח בישיא *mah thesthabbach belisana bisia.* Vnde sequitur, non Sauli, vt quidam voluerunt, sed Doëg hæc dici, qui lingua iniqua detulit Achimelechum apud Saulem. Significat autem Paraphrastes laudari linguam iniquam à se ipsa, & gloriari de iniquè dictis. verbum enim quo vtitur, significat actionem in se ipsum. Quanquam verum sit laudari peccatorem ab aliis, *in desiderijs animæ suæ*, & *iniquum benedici* [a]. Hilarius aliter dispungit, *quid gloriaris in malitia, potens in iniquitate, tota die?* ex sequenti nimirum versu dictiones vltimas huic nectens, quo etiam pacto reperio Ephrem [b] citasse.

Porro cùm argumentatur, in Doëg persona rationem querelæ huius non conuenire, quia nihil parùmve potentiæ habebat mulorum custos, & ius in animalia vectionis regiæ fortitus: nec tota die in iniquitate gloriabatur, sed sub eius persona populum Hebræum intelligi, tantis potentè beneficijs, tanta semper iniquitate prædictum, quod inductione extendit, vsque ad Crucifixionem Christi; hoc inquam Hilarij argumentum fauet sensui mystico, de quo meminimus in expositione tituli. Verum negari non potest, quin ipsimet Doëg conueniat ad litteram, quem diximus, non iumenta immediatè custodiuisse, aut pauisse, sed vnum de Saulis principibus, custodibus & pastoribus mulorum præfuisse, quibus præsertim in Palæstina vehebatur reges, ac principes, vel etiam affinis, vt [c] alias docui. Erat fortasse talis magistratus tunc, qualis qui nunc *Comes stabuli*, seu *Comitis stabuli*, quem Curopalata [d], & Gregoras [e], voce à Latinis mutuò sumpta, vel à Francis, nominant μεγας κονοστάβλος, qui vel præsit copijs equestribus, vel equitatui aulico. *Stabulum* alij, pro palatio sumentes, palatio præfectum putant. Lege scholiastem Curopalatæ.

Qui potens es in iniquitate.] Chaldaicè participio, *potens*, hæc respondent, *potens ad effundendum sanguinem iustum*, scilicet Doëg, deferendo, & accusando, & persuadendo Sauli, fuisse Achimelechum Dauidi, contra ipsum. *Potens in iniquitate* est, qui cùm possit iniquus esse, potentiam istam in actum profert, & nocèdi voluntatem re ac facto exequitur. *Ecce locuta es*, inquit Deus apud Ieremiam [f], *& fecisti mala, & potuisti*: & ad pseudoprophetam in historia Regum [g], *decipies, & prævalebis; egredire, & fac ita. Potens* est *in iniquitate*, qui de iniquitate potentiam sibi comparauit, velut *mammona iniquitatis* [h], qualis tyrannorum primus Nemroth appellatus *potens in terra* [i], *qui potens est ad bibendum vinum, vir fortis ad inferendam ebrietatem* [k]. *Potens in iniquitate* est, qui diabolo similis, cuius *potestas non est in terra, quæ comparetur, & facta est, vt nullum timeret* [l]; *nec Deum timet, nec hominem reuereatur* [m], libere ac sine impedimento exercens iniquitatem. *Potens in iniquitate*, in genere dici quius potest, qui libera potest voluntate peccare, etiam non posse dicere *prænulti* [n], neque valeat *gloriando effari, & loqui iniquitatem* [o], videlicet iactando, ac dilaudando, quòd in opus eam reuocauerit. *Potens*, est ambitiosus, id est multa se posse iactat, quæ requirùntur in eo honore, officio, dignitate, quam ambit, sicut filij Zebedæi dicebant, *Possumus* [c]. Ille contendus *potens, qui eum possit transgredi, & facere mala, non transgreditur, nec facit mala.* [p] *Melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo, expugnatore vrbium* [q]. Fieri malum, non virtutis, sed infirmitatis est, vt Dionysius [r] docet, sicut quòd necesse sit Deum semper viuere, & cuncta præterire, non ponit Deum sub necessitate, & quòd non possit mori, fallique, non arguit impotentiam; sic etiam hoc non potest, aut Augustinus [s], vt potiùs, si posset, minoris esset vtique potestatis. Absurdum dictu scribit Cyrillus [t] Alexandrinus esse, an Deus possit præstare, vt ipse meipso non sit Deus, an possit facere, vt ipse non sit bonus, aut vita, aut iustitia. Inde probat non posse efficere, vt quæ fornicata est, meretrix non fuerit, quia non potest facere, vt mendacium sit veritas. Demonstrat eleganter Boëtius [u], bonis semper adesse potentiam, malos cunctis viribus esse destertos, quia boni quam volunt adipiscuntur beatitudinem; mali, vt mauimè velint, nó assequuntur: sed hi, veluti reptando manibus nixi ambulatur: illi pedibus valentes incedunt; immo mali, non homines absolutè sunt, sed quasi cadauera hominum. Malos nonnulla concedit Boetius posse, sed quæ minimè, inquit, valerent, si in bonorum efficientia manere potuissent, quæ possibilitas eos euidentiùs nihil posse demonstrat, quia cùm malum nihil sit, mala posse, est nihil posse. Plato denique [x] tyrannos asserit minimam habere in ciuitatibus potentiam. Hanc impotentiam demonstrant illa [y] psalmi alterius pridem declarati verba; *Miser factus sum, & curuatus sum vsque in finem*: sed *credens omnia possibilia* [m], & *possumus omnia in eo, qui nos confortat* [n], si fidei iusturiam adiungamus: ac tum quidem *cùm infirmamur, potentes sumus* [o]. *Opus est potentem esse, sed an bonum*, ait Augustinus [z], *non in malum*. Abutitur improbus potentia ad iniquitatem, & *sequitur in fornicatione sua concupiscentiam cordis sui*, dicens, *quomodo potest? aut quis me subiiciet propter facta mea? ne hoc asseris*, inquit Auctor Ecclesiastici [a], *Deus enim omnium cognitor est*. Talis insolentiæ ac petulantiæ exempla in Pharaone [b], Sennacherib [c], Nabuchodonosor [d]; eadémque de re psalmo x: [e] *linguam nostram magnificabimus, labia nostra à nobis sunt: quis noster Dominus est?* Explicant alijqui [f], *quid gloriaris in malitia*, id est, male, tu quicunque es etiam iustus, & sanctus, *qui potens es iniquitate*. hoc est, qui delere & peccare potes. Dicunt etiá Angelos vocari *potentes virtute* [g], hic autem hominem *potentem iniquitate*.

Annotat Philippus Greuens quatuor hic, & sequenti versu, peccata satis vsitata potentibus viris, principibus, magistratibus, calumniam, in malitia; iniquitate, iniquum iudicium; violentiam, in iniustitia, dolum, in ipsomet nomine dololi. Hugo tria mala, malam voluntatem, *quod gloriaris*: malam potestatem, *qui potens es*: malam operationem, *tota die*: præterea peccatum cogitationis, locutionis, lenitatis mentis, præceptis dictionis, indiscretæ prælectionis, obstinationis: item tria linguæ peccata, quod scilicet

loquatur

a 1. Reg. vlt. 22. 1 14.
b Prat 9 sec. 4.
c Mat 20. 22.
Potens quis sit, vt dicatur.
d Eccl 31. 10.
e Prouer 16. 32.
f Ier. cap. 38. 20. Quæ sit vera fortitudo, & quis fortis.
g 3. Reg. 22.
1 Deus non potest mori, nec falli, nec mentiri.
Quid necessitas sit causa, propter quam Deus non possit mentiri, & quæ sit vera potentia.
Quomodo Deus non possit facere, vt ipse non sit bonus.
Quomodo Deus non possit facere, vt quæ fornicata est, meretrix non fuerit.
h Cyrill. Antioch. homil. 15.
i 4. de consolat. philosoph. prosa 2.
Bonos semper adesse potentiam, malos cunctis viribus destitutos.
Malos nonnulla posse.
Malos, non homines absolutè, sed quasi cadauera hominum.
Malos nihil posse.
k in Gorgia
Tyrannos minimam habere in ciuitatibus potentiam.
l Psal. 37.
m Marc. 9. 22.
n Philip. 4. 13.
o 2. Cor. 12. 10.
p hoc loco.
q Prou. 16. 32.
r Eccl. 5. 15. & 8.
s 2. Reg. 18. 19. 2. Paral. 32. 10. 2. Isaiæ 36.
t Daniel. 4. 28. & 5.
u Vers. 2.
x Omnes non sunt verum in lecto S. Augustini.
y Psa. 102. 10.

a Psal. 9. 24.
b tom. 2. pag. 49.
Mysticus sensus.
Literalis.
c in cap. 10. Eccl. vers. 7. De nomine Comes stabuli, deque officio eius in palatio Constantinopolitano lib. 3. Stabulum pro palatio.
Potêt in iniquitate quis dicatur.
f c. 15.
g 3. Reg. vlt. 22.
h Luc. 16. 9.
i Genes. 10. 8.
k Esai. 5. 22.
l Iob. 41. 24.
m Luc. 18. 2.

loquatur quis iniquè, indiscretè, dolosè: Aiguanus, vanâ delectationem, prauam cogitationem, malam dilectionem, iniquam locutionem: Thomas, delectationem peccati, cogitationem de illo, gloriationem de perpetratione eiusdem.

In iniquitate] Hieronymus, & quos citaui Telesphorus atque Marcellus Pontifices, & omnes Hebraizãtes, ex sequenti quoque versu duas voces decerpentes *tota die*, legunt, *misericordia Dei tota die*. meminit etiam Thomas & Lyranus. Sensus autem est, inquit Thomas, tu, qui potens es in malo, quid gloriaris in malitia? misericordia parata est, ad quam potes conuerti. Treuetus declarat, misericordia Dei tota die abuteris, Lyranus, debebat misericordia te Dei, quæ tota die sustinet te inuita, retrahere ab ista malitia tua. Alij, misericordia Dei omni die protegit suos: non hoc nosti? nihil curo malitiam & iniquitatem tuam, quæ proficit semper in peius, pœnas lues Deo, qui pro sua misericordia tuetur suos quotidie. Hebraicè nunc est חֶסֶד אֵל *chesed el*, notato cum tsere vocabulo secundo, quod significat *Deum*: primum verò, valet *excessum*, tum in bono, tum in malo, ac proinde etiam *improbitatem, & crudelitatem, rem nefariam, probrum* [a]. In hac acceptione sumpserunt LXX. verpentes ἀνομίαν, & posteriorem particulam, non vt nomen Dei, sed tamquam præpositionem אֵל *el* notatam puncto segol, & positam per anastrophen, vt apud Poetam [b],

Italum contra:

atque ita fortassis desideratur in LXX. præpositio εἰς, vel potiùs, vt solet apud Græcos, subintelligitur διὰ τὸν ἀνομίαν, hoc est, *ob*, aut κατά. Refert Treuetus in suo, & plaribus codicibus, legisse אֵל *el* cum segol sine tribus punctis. Sed sit legendo, ac sequendo versionem dictam Hieronymi, de misericordia, vt solet, alium tradit sensum. *quid gloriaris in malitia* potens ad misericordiam *tota die?* id est, cùm possis tota die facere misericordiam. Distinguunt præterea quidam [c] hoc modo, *potens misericordia Dei tota die*, vt sit epitheton misericordiæ Dei, *potens*; sed non congruit syntaxi Hebraicæ, vbi masculini generis est גִּבּוֹר *ghibbor*, fœminini חֶסֶד *chesed*. Alia expositio supplendo similitudinis notam כְּ *che*. lic gloriaris in malefaciendo, tamquam si opus misericordiæ maximum præstares. Tandem videntur LXX. particulam אֵל *el* cum segol retulisse ad sequẽtia, *tota die*, כָּל־הַיּוֹם *chol hayom, ad totam diem*. Symmachus expressit præpositionem, pro ὅλην ἡμέραν reddens καθ' ἑκάστην ἡμέραν. Paraphrastes exposuit, *misericordia Dei adest tota die*. Campensis אֵל *el* cum tsere videtur interpretari de facinoroso, quem vocat *gigantem*. At non memini de homine vsurpatum in nomen, sed *elohim* tantùm.

Vers. 4] Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua; sicut nouacula acuta fecisti dolum.

MAlitiam & iniquitatem, qua sic gloriaris, ac præpolles, hac ratione declarasti, quòd tua ista semper cogitatio atque machinatio fuit, quam aptè loquereris ad opprimendos iustos, iniustà; tanto etiam in fraudibus artificio vsus es, vt in morem nouaculæ dũ leuiter obtérque attingere videbaris, grauiter vulnerares & vsque ad extremam internecionem, veluti abrasis pilis, quos dolo circumuenientibus perderes. Non his pluribus agendum de sententia, sed phrasis explananda *tota die*. Iam de Symmacho monui vertisse καθ' ἑκάστην ἡμέραν, *per singulos dies*; quo pacto etiam has voces connectant aliqui versui præcedenti: Augustinus duas postremas eiusdem constituat in principio istius. Significat כָּל *chol*, *omne*, ac *totum*. Retuli præterea, Hilarium, quòd non ita videretur Doëg tota die gloriari posse in iniquitate, de populo Hebræo locum præsentem interpretari. Sed etiamsi concedamus nexum dictionum istarum, cum priore versu, quod sæpe fit, & satis assiduè, tametsi non omni fiat hora, omnibúsque momentis, *fieri tota* dici solet *die*, vel etiam *semper*, quemadmodũ psalmo primo [a] docuimus, de meditante in lege Domini die ac nocte, de semper orante, & similibus. Exponunt Hieronymus, Cassiodorus, & alij, totum tempus vitæ: Augustinus, toto tempore sine lassitudine, sine interuallo, sine pausatione; vt improbus, quando non facit iniquitatem iniustitiámve, cogitet, quando aliquid mali abest à manibus, a corde non abiit, aut à lingua.

Insidiam.] Hieronymus *insidias* הַוּוֹת *hauuoth* quod alij reddunt, *vanitates*, peruersitates, corruptelas, confractiones, contritiones, infortunia, mala, damna, permiciosos ac pernitiosos terminos. Forsan etiam significari *dolos*, de quibus fraudulentus insidiator sedulò cogitat, loquitúrque, & illa quidem, quæ sunt iniuste acquisitæ, cum vulgo dicatur, *dines aut iniquus, aut iniqui heres*. Chaldaicè, *obmurmurationes*, aut *dolos* אתרגושתא *thargusta*.

Cogitauit lingua tua] Hieronymus, *cogitat*: verti posset etiam *cogitabit*, תַּחְשֹׁב *thaschoch*. Commutantur facilè tempora. De similibus formis dicendi egimus aliquoties, cùm dicitur *os & lingua meditari* [b]; quamuis alia essent verba הָגָה *hagah*, & μελετᾶν, de quibus psalmo primo [c], hic חָשַׁב *chascah* & λογίσασθαι, quæ sunt etiã in 139. [d] vbi exprimitur cogitatio in corde, *qui cogitauerunt iniquitates in corde*, אֲשֶׁר חָשְׁבוּ רָעוֹת בְּלֵב *asher chascheu raahoth beleb*, οἵτινες ἐλογίσαντο ἀδικίαν ἐν καρδίᾳ. Hoc loco Chaldæus pro *lingua*, *cor* posuit בְּלִבָּךְ *belibbach, in corde tuo*: Apollinarius loco verbi, *cogitare*, κατ' ἀλαζόνα, vsus est verbo, ἐλαύνειν, *fundere*.

ἀμφὶ δὲ τοι γλώσσαν ἀδικωτέρην ἐλάσασαν ἄκρην:

Circum vero te lingua iniquam finis imitatam.

& Theodoretus asserit, τὸ, ἐλογίζατο, esse ἀντὶ τοῦ, εἶπε, ἔλεξε, *locutus est*. Cæterum enarratorum expositio est dici *linguam cogitare*, quia per linguam cor manifestatur, & stultus facilis est ad promendum, quæ cogitat, nec se continere valet, ita vt dũ loquitur, cogitet, non prius [e], & in ore ipso cogitationes nasci videantur, cùm *in ore fatuorum* sit *cor eorum* [f], & *à facie verbi parturit fatuus* [g], quia è contrario præmeditata loquitur, ita vt non possit sic loquens excusari [h]. Dicuntur *intellectus manuum* [i], quia manibus, quæ sunt intellecta, exercentur: præterea dicitur quis *in corde iniquitates operari* [k], quia præcogitatas operatur. Vulgo de illo, qui circumcursationibus gaudet, dici solet, quòd pedes ipsius nihil aliud cogitent, nisi vagari & currere. Intelligentis lingua, ex meditatione sapientiæ, inquit Hilarius, & tamquam *calamus scribentis* [l], nihil incompositum, nihil incertũ agit, sed his quæ aut cogitat, aut lecta fuerint, obtemperans, celeriter ex ratione consilij obsecundat. Verùm hac de re alibi plura. Bene

Diuersi aut iniqua aut iniquitates, pro eodem.

Lingua quomodo dicatur cogitare.

a Cassiod. Hilar.
e Eccl. 21. 29
f c. 17. 11.
g Ecclus.
h Ambros. Intellectus manuum vt dicantur.
i Ps. 77. 72.
k In corde iniquitates operari, quid sit.
l Prou. 25. 1. Lingua mea calamus scribæ velocis.

Diffinitio. c Fabet.

Alia exp. sitio.

Sensus loci.

a Leuit. 20. 17 Prou. 14. 34.

b Virg. Aen. 2.

a Vers. 1.

b Psal. 34. 28. Ps. 70. c Vers. 2. d Vers. 3.

Cogitatione ac voluntate sola fieri peccata, absque opere.

autem colligit Arguanus, cogitatione ac voluntate sola posse peccari absque opere, quod etiam in Theologicis demonstratum est. Nihil prohiberet ita & nunc exponere, aliter dispungendo, *inuestitum cogitasti*, quia Hebraeum תָּחְשֹׁב *inuestieu* est etiam secundae personae masculinae, *lingua tua*, id est, per linguam, *sicut nouacula acuta fecisti dolum*. At non temere à vulgata discedendum editione.

Sicut nouacula acuta fecisti dolum.] Chaldaeus Paraphrastes ponit verba detractionis, pro *dolo*, aut falsitatis, סלי סלשינותא *mille malsimuitia*. In nomine autem רְמִיָּה *remuah* dixi, exponens titulum, videri nonnullis paronomasiam, & allusionem esse ad patriam Doeg, quae habebatur infamis, id est, Syriam, quia Syrus dicitur אֲרַמִּי *Arami*, quo pacto cognominatus est, nec solum Idumaeus. Quod attinet ad praesentem locum, de usu prius nouaculae dicendum puto, deinde in quo vis consistat similitudinis. Hebraeum nomen תַּעַר *thabbar*, & Graecum ξυρὸν, & *nouacula*, in eadem notione pro cultro talorio seu tonsorio usurpantur alibi in scriptura [a], quo ad cutem quis tondetur pilis abrasis. Tamen quandoque pro quouis cultro *nouacula* sumitur, vt qua decerpatur summa cutis rapi [b], alteriusve rei. Derivatur a nouando, quasi nouam & recentiorem facere videatur rem, cui applicatur. Qui vario de ritu tondendi & radendi cognoscere cupit, Polybium [c], Virgilium, Petrum [d] Gregorium, Ioannem [e] Sauaronem, Alexandrum Iegat ab Alexandro cum Tiraquello [f], & Adriani Iunij de coma tractatu. Sed tondendi ac radendi antiquiorem omni gentilitate vsum docet esse scripturę ipsae sacrae, quas indicaui, & Nazaraeorum religio, super quorum capita nefas erat ferrum aut nouaculam accendere, nec non Samsonis exemplum, qui cum capilli praecisione redditus est imbellis [g]. *Forfices* ad hominem tondendum, vocabulo, antiquiores vsos non reperio, ante Sidonium [h] Apollinarem, sed non refert. Iam verò comparationis illius ex nouacula rationem, quae habetur etiam alibi [i], non vnam doctores dant. Hilarius, cum nouacula, ad mitorem vultus acuatur, vt abradens hirsutam atque horrentem barbam, faciem leuiget, si potiùs vulneret, *dolum fecisse* dicit: ad eumdem modum censeri linguam in malitia potentis, dum cogitat iniquitatem, *facere dolum*, quoniam quam natura ad eloquendas rationabiles cogitationes consulit cotidis praeparauerat, ipsa potius irrationabiles cogitat iniquitates. Ad Hebraeos id transfert, & cum ipso Remigius, electos ad magnificandum Dei nomen, & ad celebrandas laudes ipsius praeparatos, qui tamen hunc inhonorarint, tradiderint, morte crucis peremerint, & hoc linguae suae nouacula acuta, per quam clamauerunt, *Crucifige, crucifige* [k]. Idem fere traditur à Hieronymo; qui addit varios dolos, quibus Iudaei Christum superare conati sunt. Ambrosius [l] item nequitiam proditoris bene hac exprimi docet similitudine, quòd nouacula ad hominis adhibeatur ornatum, & plerumque vleeret, ac ebriae mentis & turbantis vitio, manus vulneret; sic proditor praetendat gratiam, & dolum nectat, & quem celare ac protegere deberet, Doeg exemplo, prodat ad mortem. In Psalmo 56. [m] *filiorum hominum dentes, arma & sagittae, lingua eorum, gladius acutus* nominatur, & in 63. [n] *exacuta, vt gladius* vocantur *linguae*, & linguam comparat Ieremias, cum sagitta vulnerante. Idem Hieronymus vniuerse accipit de dolo, qui fit in negotiis, & contractibus, ad opes externas pertinentibus, quae opes vt superfluae comparantur cum capillis. Remigius, Brunc Carthusianus, Bonauentura, attendunt in nouacula, quòd ob acutiem expedite incidat: & designet promptam ad nocendum linguam: Rufinus, Augustinus [o], Cassiodorus, Beda, fereque caeteri Latini posteriores, quòd maledicentia, & quaeuis alia tribulatio solas tollat res externas, vel corpus etia, & temporalia, nō noceat animae iustae, neque bonis priuet aeternis, sed ad haec potiùs transmittat, ac veluti corium hominis renouet interioris, non feriatur, ita vt impatientiam extorqueat. Adait Haimo (quod innuit etiam Remigius) solos molles & fragiles sita quasi sectione decipi, tanquam pilos carnémve, non duros, fortes, solidos, atque, vt ita dicam, ossos. Illud praeterea eiusdem auctoris est, fraudulentum adulatorem illi detrimentum afferre, velutique vulnerare, cui pollicetur nouitatem, ornamentum, prospera omnia. Hugo Cardinalis varias proprietates *nouaculae* per tropologiam declarat de tentationibus diaboli, sunt autem illae:

Lene, secans, ventet, cor in se, vulnera, barba.

Lympha tepens, porci tergora, docta manus.

Nyssenus [p] etia exponēs de diabolo, aut spoliare quos tetigerit, honore & decore crinium, atque abscindere septem illos capillorū nexus, in quibus omnis virtus residet, nempe septiformē Spiritus sancti gratiam: quibus ablatis, vt Samsoni accidit, sequitur oculorum interitus, & perditio, & vt temulentis ac ebriis alienigenis ludibrium fiat [q]. Placet praeterea mihi, cum Caietano, Euthymio, Theodoreto, Basilio, Titelmano, immò eadem sacerdotum, & ciuium ac pecoris Nobe, cuius in causa Doēg lingua delatoris fuit: nam *multi ceciderunt in ore gladij; sed non sic, quasi qui interierunt per linguam* [r]. (hoc est plures per hanc, quam per illum, vt Rabanus explicat) *Melius illius, mors nequissima, & vtilis potius infernus, quam* [s] *illa.* In summo res discrimine eam est, per paroemiam dicitur, quòd ἐπὶ ξυρῇ ἱστᾶσι ἀκμῆς, *in nouacula sita est acie*; vel, ἐπὶ ξυρῇ τύχης, vel absolute, ἐπὶ ξυρῇ, vel ξυρὸν ἐν χρῷ, quasi nouacula nempe ad ipsum viuum penetret. Cùm verò iustum lædat nihil, aptè illud prouerbium ξυρὸν εἰς ἀκόνην, *nouacula in cotem*, quadrat in eum, qui sua potiùs patiētia lædat, à quo lædi eredebatur. Ad haec Nicetas [t] Nazianzeni scholiastes, diabolum nouaculae simile asserit, quia sicut qui raditur nihil sentit, ita sine sensu gratiam animi, virtutem, & scientiam detondet, vt scilicet ea tibi ornamenta detrahi non sentias. *Nihil miserius misero non miserante seipsum*, inquit Augustinus [u], & cum *alieni comedunt robur tuum, & ipse nescis, cani effunduntur in te, & ipse ignoras* [x], *quasi columba seducta fatua es, non habens cor*, quemadmodum illa pullos non dolet, pullos nec requirit. Arnobius Psalmum totum de solo interpretatur diabolo. Nonnihil ad hunc facere locum potest quaestio Iurisconsultorum [y], de manu tonsoris barbam alicuius nouacula radentis, pia forte percussa, & quia hominis qui traditur praefecta, cui imputabitur culpa? Caeterùm Nazianzenus illa oratione, ex cuius commentario Nicetae antea protuli testimonium, dum de sensuum praecipit moderatione, linguam cohibet praesenti sententia; & monet, vt linguas igneas vereamur, quae nimirum discipulis in Pentecoste apparuerunt [z]. Quod idem scholiastes explicat, vt ita, quae linguarum splendorem & puritatem designant, dignum est, verba faciamus.

Syri nomen infame.

a num 6. 5. c. 8. 2. Ezech 5. 1 Esa 7. 20.

b Columel. l. 11. c. 45.

De ritu tondendi & radendi.

c lib. 3. c. 17. d 16 Syntag. c. 16.

e in Sidonii l. 2 epist. 10. f lib. 5. c. 28.

De antiquo ritu tondendi vsu.

g Iudic. 16. 22. *Forfices nouacula antiquiores.*

h lib. 1 epist. 10. & l. 4. 10 ep.

i *De nouacula comparationis ratione.*

1 Pet. 5. 8. 1 pet. 5. 8. & 1 pet. 4. prou. 5. 4. & 6. 13. 28.

k Luc 23. 21 Io 19. 6.

l 3. offic. c. 11.

m Vers. 5.

Lingua. *gladius acutus dicta.*

n Vers. 4.

o Ambros. l. 1. de Cain & Abel. c. 8. Aug. l. 1. de ciu. c. 20. Hier. in Ezech. 13. Beda in Prou. 26. Cassiod. in Psal. 51.

p Nyss. de vita Moysis.

q Iudic. 16. 19.

r Ecclus. 28. 22.

s Vers. 25.

Infernus nihil horribilius.

t in Orat. 40. *Ironia & nouacula comparatum.*

u 1. Conf. c. 13.

x Osee 7. 9. 1 Ibidem. 11.

Hunc psalmum totum interpretatur de diabolo Arnobius.

y D. ad L. Aquiliā l. item Mela. *Iurisconsultorum quaestio.*

Reprimenda nimia.

z Actuum 2. 3.

Vers. 5.] Dilexisti malitiam super benignitatem, iniquitatem magis, quam loqui æquitatem.

EXaggerat fraudulenti ac pestilentis malitiam, non ex ignoratione, vel perturbatione profectam, sed ex quodam eius amore, & ex deliberato voluntarióque iudicio, quo malitiæ & benignitatis habens notitiam, isti præposuisset illam, & comparationem visus egisse, qui vtrumque cognouerit, iudicatò, vt cum Tertulliano [a] loquar, pronunciauerit eam meliorem, cuius se esse maluerit; loquique potius voluerit iniqua, cùm iusta posset, de Achimelecho ac Dauide, quos accusauerit, confictis etiam mendaciis. Hæc summa peruersitas. Nam *odisse malum* præsertim cognitum, & *adhærere bono* [b], quod etiam noueris, naturæ consentaneum est; alienum & contrarium, vt sit *dulce malum in ore tuo, absconditaque sub lingua tua* [c]; *diligas magis tenebras, quam lucem* [d]; vt *oleum benignitatis deprimas, quod extare ac eminere deberet; ponas sub tenebris lucem, super cœlum terram*, inquit Augustinus, & Remigius. *Audite*, ait Micheas [e], *principes Iacob, & duces domus Israel; numquid vestrum est scire iudicium; qui odio habetis bonum, & diligitis malum? Numquam malum derelinquit, qui cognoscitur*, inquit Cassiodorus, *amare quod peccat.* Qui eiusmodi est, *non vult intelligere, vt bene agat* [f]. Reprehensus aliquando Dauid à Ioab, licet immeritò, quòd *diligeret odientes se, & odio haberet diligentes se*; at meritò illos Esaias [h], *qui dicebant malum bonum, & bonum malum: qui ponebant tenebras lucem, & lucem tenebras: qui ponebant amarum in dulce, & dulce in amarum.* Contrà verò is quem describit idem Dauid in psalmo XLIIII. benedictionem Dei consecutus est in æternum, quia *dilexit iustitiam, & odit iniquitatem* [i]. Constat, quòd nemo respiciens ad malum, operatur, sed qui peccat, id facit ratione alicuius æstimati boni, quod consequi peccando intendit, etiam cum iactura virtutis, & spiritualis boni, quod minùs amat. Cùm autem iacturam talem aduertens, vlteriùs tamen progreditur, neque curat, dicitur ex malitia peccare. Falluntur scholastici, qui malum vt malum putant à voluntate posse appeti. Verùm hoc aliàs.

Dilexisti malitiam.] Hieronymus, *malum* רע *rahh*, κακίαν. *Malum* intelligit, quod aliis esset molestum, aut quod eidem illud diligenti. Primum ad rem magis facit: nã Doeg cùm posset in meliorem partem interpretari factum Achimelech, ac benigniùs de illo apud Salem loqui, maluit deteriora referre, atque animo maligno falsa etiam adiungere: præterea detrectantibus aliis occidere Achimelech; non dubitauit facinus [illegible] homo id auctoritatis, & dignitatis.

Super benignitatem.] Hieronymus, *magis quàm bonum.* Alij, *præ bono*, טוב *mitton*, ὑπὲρ ἀγαθωσύνην quam Apollinarius reddit ὑπηρεσίαν, *beneficentiam.* Exponi potest, quod & alteri bonum sit, & ipsimet, qui alterius vtilitati libenter seruiat. At in Latina voce noli, quod quidam facit, bonam igneitatem attendere, & si placet, quod ait facere liquescere animum hominis ad bona communicanda, sicut è conuerso malitia mouet impetum hominis ad nocendum. Cassiodorus in particula, *super*, obseruat, quòd etsi animum benignitas aliquando tangeret, mox tamquam detestabile vitium repudiata sorderet. Hugo per quamdam accommodationem appellat hoc peccatũ in Spiritum sanctum, quia *benignus est fructus sapientiæ* [a], vnusq; de fructibus eius est *benignitas* [b] χρηστότης, *bonitas* verò ἀγαθωσύνη: peccatum in filium, *loqui iniquitatem*, quia dicitur *verbum*, & *aquitas* [c]: peccatum in Patrem, *verba præcipitationis*, quoniam genuit Verbum æternum, stabile, in quo omnia creauit, & stabiliuit [d].

Iniquitatem magis quàm loqui æquitatem.] Hieronymus, & quos citatos intelligo, cùm illum citato, Telesphorus, atque Marcellus in epistolis, quas pridem retuli, *mendacium magis quam loqui iniquitatem.* Hilarius, *iniquitatem super*, ibi distinctionem constituens; quasi velit, *super*, significare præterea, adhuc, aut quid simile. *Mendacium* significat, quod hoc loco est שקר *sekar*, falsam delationem, & mendacem accusationem Doeg intelligit; quæ vocatur ἀδικία, quia nihil iniquius quàm falsa verba, tamquam falsas merces, iniustiue ponderis, vel adulterinos nummos, offerre. Notat Cassiodorus impudentiam sic profitentis malum, vt loqui non erubuerit, cùm plerumque homines qui peccata faciunt, per decorem se compositæ locutionis abscondant, nec velint deprehendi, quia norunt generalitatis execratione damnari. *Ex abundantia cordis* diligentis malitiam *os loquitur* [e]. Hilarius de Iudæis hostibus Christi exponens, ait, de illo eos omnem sermonem euitare ac fugere, qui ex Prophetis proferatur: & si discedendi quoque locus nullus sit, vi quadam taciti doloris oppressos, aures manibus obstruere, & auditum, ne in se penetret, excludere: de bonitate loqui interdum, ac videri eam amare: cæterùm iustitiam, quæ Christus est, nec diligere, nec loqui. Experimur hoc ipsum hodiéque in Iudæis. Eundem istum locum ac psalmum totum Valentia Iudæis isidem satis apte applicat.

Est in fine versus סלה *selah*, & διάψαλμα, de quo alibi actum, quamuis in Complutensibus ac Regiis, Aldinis, & aliis bibliis Græcum vocabulum desit, quod cùm sit in emendatis, omitti non debuit ab Agellio. Meminit de *diapsalmate* Cassiodorus, Bruno Herbipolensis, & Hilarius, ψο cans genere fœminino *diapsalma*. Hilarius docet per eam nunc non indicari personæ conuersionem, siue mutationem, sed sententiæ, vt nempe post querelam & accusationẽ, damnationis demceps subiiciatur sententia. Atqui sequens versus adhuc querimoniam videtur continere. Si quem certum vsum dictæ vocis assignare volumus, ille optimus, vt expendamus attentiùs, quàm sit enorme scelus Doëg proditoris, & cuiusuis qui sit ei similis, quámque grauiter à Deo puniendum suo tempore; vt obseruant Bredembachius, & Genebrardus.

Vers. 6.] Dilexisti omnia verba præcipitationis lingua dolosa.

ADhuc, vt proximè antè docui, Doëg arguitur, quòd iis delectatus sit verbis, & studiose sectatus, quibus præcipitari ac perdi innocentes possent: nec lingua vti ad aliud voluerit, quàm ad fraudandum, & nocendum; non rectè considerando quàm verè diceret, & an expediret, furioso Regi talia indicare: sed sic vnà cum præcipiti tot innocentum ruina, se præterea, & Saülem ad tantũ facinus præcipitando. Hilarius

Fraudulenti & pestilentis malitiam ex deliberato & voluntario iudicio nata, quàm sit.

a de pœnitent. c. 5.

b Rom. 12. 9.

c Iob 20. 12. d Ioan. 3. 19.

e c. 3. 1. 2.

f Psal. 35. 4.

g 2 Reg. 19. 6. & c. 5. 20.

h Esa. 5.

i Vers. 8. *Nemo respicit ad malum, operatur.*

Ex malitia quis peccare dicatur. Scholasticorum error.

Dilexisti omnia verba præcipitationis.

Caſſiodorus in particula, Super, obſeruat.

Super benignitatem.

a Galat. 5. 22.

b Ephes. 5. 9.

c Psal. 144. 7.

d Psal. 118. 90.

e Matth. 12. 34.

Ex abundantia cordis os loquitur.

Iudæi Christi exponens.

Hæc loci & Hyaina totum ad Iudam applicata.

Diapsalma genere fœmineo.

Enormitas sceleris Doëg, quo tempore puniendi.

Sensus loci.

more suo accipit ista de Iudæis vociferantibus non habere se *regem nisi Cæsarem* [a], Deo rege neglecto, qui proinde pœnas, quæ contumentur sequenti versu, incurrerint, de quibus postea. Cassiodorus interpretatur, de Antichristo, *omnia verba præcipitationis*. Hieronymus, *omnia verba ad deuorandum*. Alij, *verba perditionis, corruptionis, absorptionis, glutionis, demersionis, voraginis, depressionis, oppressionis, dissipationis, absconsionis, occultationis, perniciei*, &c. id est, verba quæ afferre hæc mala possunt, suntque pernitiosa. Videtur Hieronymus בִּלַּע *balahh* legisse, vt verbum בְּלַע *balahh*, cum bichlam, id est, litera seruili (ל) subintellecta, quæ valet, *ad*; cæteri tamquam nomen בְּלַע *belahh*, & propter accentum, qui breues mutat in longas בָּלַע *balahh*. Vocabula verò ista patiuntur dictas significationes, siue verbum sit, siue nomen; præterea *ingurgitare*. In libro Iob nunc exponitur verbum per *absorbere* [b], nunc per *glutire* [c]; in aliis psalmis per *absorbere* [d]: & *deuorare* [e]. Augustinus legit hoc loco, *verba submersionis*: Græcum nomen est καταποντισμῶν. Hilarius monet, (& post eum Lindanus [f]) quòd verbi virtutem Latinus sermo non tenuit, nempe, vt nunc legimus, *verba præcipitationis*: sed per Græcum significari *demersionem in profundum maris*: *præcipitationis* autem vocabulum generalius esse, vt non in mari tantùm, sed ex editis, aut ædium, aut rupium, aut quorumcumque generum locis desidentium casum significet. Explicat tamen ipse iuxta vim nominis Græci, ac mystico sensu, Christum populo conformato ad illudendum Diaconi [g], seipsum socium demersisse, & in hoc se profundum ad incolatus eius contortium præcipitasse, vt doctrinæ suæ reti erueret nos ex profundo seculi huius naufragio, ac tamquam vniuersa piscium genera extraheret: sed Iudæum populum incredulum, & Regem suum prodentem, verba præcipitij dilexisse, atque se in hoc seculi profundum demersisse, hoc est, in calamitates, quas modò patitur, & dan nationis periculum certum; cum illius quondam gratia, Ægyptiorum populus incredulus Mosi, & præcipitationis verba, tum cum Deo obstitit, diligens, præcipitari demergique meruit, & refuti maris fluctibus absorberi. Græcis idem videtur, Basilio, Theodoreto, Euthymio, Chrysostomo, de verbis trahentibus in profundum vniuersam sacerdotum vrbem, tamquam irruentium impetu fluctuum: & ex translatione eorum, qui submergunt homines, faciúntque, vt in profundis aquis deliteſcant.

Aliud Græcum nomen, priori sono literarum simile, καταποτισμῶ, *absorptionem* significat. Conuenit talis notio, quam vox Hebræa etiam fert, vt dixi, linguæ, de qua agitur. Attrahit enim lingua cùm quid sorbemus, aut glutimus: & qui perdere studet alterum calumniis, eum quodammodo deglutit & absorbet. Sic videlicet in alio psalmo [h] dicitur; *Cùm exurgerent homines in nos; forte viues deglutissent nos: cum irascceretur furor eorum in nos, forsitan aqua absorbuisset nos*; hoc est, ipsi, ac si gurges, & vorago essent; vbi priore loco est בִּלַּע *balahh*, de quo priùs egi, & καταπίν, vnde καταποτισμός, cuius modò memini. Docent etiam Hebræi dicto verbo בלע *balahh* significari præcipitantiam cibi in ventrem, & locum corruptionis, & inde transferri ad exterminam rei deiectionem, perditionémque. Vnde pereleganter hi qui vinum nimium absorbent glutiúntque, dicuntur ab eo veluti absorberi, & glutiri, hoc est, perdi absorpta veluti ratione. *Absorpti sunt*, inquit Esaias [i], *a vino*. יבלעו מן־חיין *nivlehhu min hayain*, ἐξέστησαν διὰ τὸν οἶνον, *exciderunt mente propter vinum*. Placuit postea mihi magis, quam primus excogitasse me putaram, expositio, cùm priùs placuisse Poretio deprehendi, Esaiam interpretanti. Alius in eodem Esaia [k] locus facit ad rem; *præcipitabit mortem in sempiternum*; vbi est בִּלַּע *billah*; quasi diceret de Christo, quòd cùm eum mors deglutiuisse visa est, illam ipse deglutiuit, & absorpsit, *mórsque*, vt Paulus [l], ad Esaiam alludens, dixit (apud quem Græcum verbum est κατέπιεν) *absorpta est in victoria*, κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος. Syriacè, ܐܬܒܠܥ *ethbelahh*. Verterunt Lxx. κατέπιεν ὁ θάνατος ἰσχύσας, *deuorauit mors prævalens*, quasi dicerent, iam imposterum non prævalebit, exeruit omnes vires deuorando auctorem vitæ Christum, à quo deuorata & absorpta est; idcirco non verebuntur mortales mortem. sed vt est in paraphrasi Chaldæa, *oblivioni tradet mortem in æternum*, יתגשון מותא לעלמין *ithneseun motha lehhalemin*. Arbitror eódem Petrum [m] respexisse, scribentem, quòd *Iesus Christus, qui est in dextera Dei, deglutit mortem, vt vitæ æternæ hæredes efficeremur*. Sed consule illius loci commentarium nostrum. Denique fuit Christus mortis mors, eique iam exprobratur, *vbi est mors victoria tua; vbi est mors stimulus tuus* [n]? Idem valet illud [o] Iob, *sic repentè præcipitas me?* rursus apud Paulum [p], *vt absorbeatur mortale hoc* [q]. &, *ne fortè abundantiori tristitia absorbeatur*. & in 2. Regum [r], *quare præcipitas hæreditatem Domini? absit, absit, non præcipito, neque demolior*.

Hæc omnia docent, quàm aptè reddiderint hoc loco Lxx. ῥήματα καταποντισμῶ, *verba præcipitationis*, vel *submersionis*, aut quid tandem, & quo pacto potest καταποντισμὸς idem significare, quod καταποτισμὸς, *deglutio, absorptio, deuoratio*; denique verbum Hebræum בִּלַּע *balahh*, omnes istas notiones recipere, & significare, dilexisse Doëgum verba, quibus traheret in præcipitium Achimelech cum aliis sacerdotibus, totaque ciuitate Nebe, ita vt absorberentur ac deglutirentur à Saüle, & huius voluntate, operáque eiusdem Doëgi, à morte & gladio, qui gladius dici solet *deuorare* [s], & *os habere* [t], ac quiuis etiam detractor alienas dicitur *carnes mordere, edere, lacerare, sic saturari*, vt alibi ostendimus [u]. Fateor præcipitasse Doëgum cum iudicio, quòd temere fecit de Achimelecho & Dauide etiam verba: Saülem quoque, sententiam mortis in eumdem Achimelechum, rursum, Doëgum nimis in exequenda nefaria voluntate Saülis de Achimelecho interficiendo, præcipitem fuisse; verùm id sibi propriè velle Hebræam & Græcam vocem nego, quas Bredembachium non considerasse, virum alioqui doctum, ac linguarum peritum, sed illum sensum secutum esse, miror. Id vindicatur quoque placuisse Ricardo Cenomano in linguis versatissimo, (etsi traditum à nobis verum sensum agnoscit, qui est item Genebrardi, Agellij, & omnium, qui linguas callent; immo & Thomæ, Haimonis, Brunonis Carthusiani, Bedæ, Hieronymi, Glossa interlinearis, Græcorum, & Hilarij, vt dixi,) quoniam qui præcipitanter loquitur, quasi verba deuorat, & *ex abundantia cordis os loquitur* [x]: & qui ira in alium exardescit, ac nocere vult, quàm potest præcipitantissimè expromit, quod gestat in corde maligno. Indicant

cumdem

[a] Ioan 19.15 *Non habemus regem nisi Cæsarem.*

[b] c 20 15.18. Psal.68.16. c.7 19. Isai 124 3. Psal 54.25. Psal.106 27. 3 de opt.ge 9.interp c. 2. Καταποντισμός.

[c] Psal. 103.26. *Leviathan ludere in eo.*

[d] Καταποτισμός.

[e] Psal 123.3.4.

[f] Deut.32. 42. Esa 1 20. Ieren. 2 30.c. 12 12 cap 46. 10.14 *Leuiathan carnes alienas mordet, edere, lacerare, insuper saturari dicitur.*

[g] 1 Esod.17.13. N 21.24 Deu. 2 15 c 3 20. 1.17. & alibi sæpe.

[h] Psal 26.2. Eccl.10 11. *Improbatur dictio Cenomani fortitia.*

[i] Mat 12 34

eumdem sensum verbi, *currendi ad verba*. Cassiodorus, & Bruno Herbipolensis. & Rufinus, per hoc quod est præcipitem se derelinquere ad omnem falsitatem, dolositatem, vanitatem. Consentit Iacobus Ianssonius, & Oforius[a] noster. Hugo autem explicat verba tum præcipitata, tum præcipitantia, & loquentem, quia *præcipitabit impium consilium suum*[b], & *labia insipientis præcipitabunt ipsum*[c], & eum de quo seu contra quem quis loquatur, quod Glossa etiam interlineatis docet, atque Haimo, Thomas. Ibi porro apud Ecclesiasten sunt verba, quæ hactenus expendimus חכלעגי *thehalleibbennu*, & κατασυρίσει αὐτὸ: quod Paraphrastes declarat, *verba stulti plena esse increpatione*, גיפחא *neẓiphatha*. Adi, si libet, eiusdem loci commentarium nostrum. Treuctus differentem à dictis tradit expositionem iuxta versionem Hieronymi, *dilexisti omnia verba ad deuorandum*, id est, dilexisti gaiositatem, refértque aliam editionem, *verba gulositatis*. Constat, parasitos, gulæque mancipia, promptos esse ad maledicendum, & ad eos deferendum, quos inuisos dominis suis credant. Idcirco Augustinus teste Possidio[d] arcebat à mensa tua tales, hoc disticho:

Quisquis amat dictis absentum rodere vitam,
Hanc mensam vetitam nouerit esse sibi.

Martialis[e] verò negabat veros amicos mensæ.

Hunc quem cœna tibi, quem mensa parauit amicum,
Esse putas fidæ pectus amicitiæ?
Aprum amat, & multos, & fumen, & ostrea, non te:
Iam bene si cœnem, noster amicus eris.

Imprecatur Dauid in alio Psalmo[f], viris qui *verba præcipitationis* diligunt, *Præcipita Domine, & dissipa linguas eorum*, quo loco primum verbum est בלע *balaabh*, & κατάποντισον, dignum flagitio supplicium, vt conscindantur tales linguæ. Salubre Augustini consilium aduersus easdem linguas, & verba submergentia, siue præcipitantia: si non vis mergi, tabulam apprehende, ligno portare, Crux te perducat. Certe qui vehitur cruce, & eam portans portatur ab illa, non tanet quid dicat, vel quid faciat ipse homo, immo nec quid omnes dæmonum cæteruæ. Vtile Ambrosij[g] quoque monitum, quòd grauiora sunt *verba præcipitationis* (alludit ad grauia, quæ suo pondere in præceps pondere, & pertrahunt sibi connexa secum) quam ociosa: ergo si pro ocioso verbo ratio poscitur[h], quanto magis pro sermone impietatis, pœna exoluitur? Adde quòd *erunt qui beatificant* alios *seducendo, & qui beatificantur præcipitati*[i] מבלעים *meballeabhim*, ὄχλος καταποντιστὸς αὐτὸς, *vt absorbeant eos*.

Lingua dolosa.] Græcè, γλῶσσαν δολίαν, *linguam dolosam*: quo etiam pacto legit Hieronymus, ac fere alij, qui ex Hebræo vertunt: Augustinus præterea, & psalterium Ambrosianum, sed addita particula coniungente, & : Romanum verò cum præpositione, *in*, & ablatiuo, *in lingua dolosa*. Videtur & Remigius eam lectionem probasse: declarat enim, *dilexisti verba præcipitationis eius*, id est, existentia in lingua dolosa: Haimo sumpsit in casu recto, tu, duo, inquit, ens, hoc est, existens, lingua dolosa. Meminit quoque Beda, déque accusatiuo casu. Bruno etiam Carthusianus declarat, tu existens, & exponit, existens dolosus in lingua; idque dicit emphatice. Vocatiuum vult esse R. Abraham. omnia patiunt phrasis Hebræa, sed non ita commode ablatiuum casum, nisi suppleas præpositionem מן *min*. In accusatiuo, *dilexisti omnia verba præcipitationis linguam dolosam*, id est, quæ sunt lingua dolosa, vel supplebitur את, *secundum*, cum communctione, &. & *linguam dolosam* idem exponitur per *linguam dolosum*, seu *doli*, מרמה *mirmah*, quod per *verba præcipitationis*; *lingua* namque pro verbis ac sermone sæpe sumitur. In vocatiuo, *ô lingua dolosa*; idem valet, quod, ô linguose, dolose, maledice, fraudulente. Emphatim notat Hugo in vocatiuo, & in abstractis nominibus, quemadmodum cùm nominatur quis *scelus*, *pestis*, &c. & è contrario *oculus cæcus*, *peccandi*, vt de se Iob[k] affirmat.

Vers. 7.] Propterea Deus destruet te in finem: euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium.

DEmonstrata antè, inquit Hilarius, causa peccati, grauissima damnationis subiicitur sententia, hoc exemplo, quo in Genesi[l], *quia fecisti hoc, maledictus es*, &c. &, *quia*[m] *audisti vocem vxoris tuæ*: & in epistola ad Romanos[n]; *propter hoc tradidit illos Deus in reprobum sensum*. Minatur autem ac comminatur, prædicitque fore, vt nequam & crudelem filium Deus pertrahat in æternam: vt stirpatus ac penitus euellat de habitatione domini, in qua commodè atque gloriosè commorabatur, inde longius emigrare faciat: vt præterea eandem progeniem in qua velut in radice fixus hærere videbatur; item omnem facultatem, gloriam, robur, quibus hominis quasi radicatus extirpabatur, prorsus hinc auferat de terra illa viuentium, transferat autem ipsum cum tota progenie vsque impia ad terram non viuentium vitam beatam, sed perpetuò morientium; nec mori vnquam delinentium. Hilarius, de Iudæis inimicis perfidis Christi, omnia expónit; destructos vsque in finem mundi, quando tandem conuertentur: nunc toto vagos orbe: carentes tabernaculo illo vetere, ac spiritualium donorum honoribus: euulsos etiam de tabernaculo mystico, quod est Christus, de quo Amos[o]: eradicatos *de viuentium terra*, hoc est, de regno Christi, & regione quæ sanctis Domino conregnantibus præparatur. Eodem feremodo Hieronymus, Valentia. Alij de Antichristo, vt Cassiodorus, & Bruno Herbipolensis.

Propterea.] Complutenses, ac Regij codices, & Gregorius[p] Papa I I. *propter hoc*, quod est Græce, διὰ τοῦτο. Hieronymus, *sed*. Alij, *etiam quare, quamobrem*. Hebraice גם *gam*. Indicat hæc particula, quòd sicut Doëg deferendo, ac manu quoque propria occidendo, destruxerat Abimelechum, & alios sacerdotes, ita futurum, vt non impune ferret tantum scelus, sed eum etiam Deus perderet.

Deus destruet te.] Idem Gregorius, *auferet te*. Significat יתצך *ythatseccha*, *perdet te*, *conteret te*, *confringet*, *euellet*, *extirpabit*, *subuertet*, *demolietur*, *diruet*, à נחץ *nathats*. Græce καθελεῖ, & sequentia verba sunt optatiui modi. Quòd si, ait Euthymius, intellexeris non optantis esse, sed execrantis, prophetiam continebunt futuræ perditionis ipsius Doëg. Hilarius primùm quidem hoc verbum sic legit vt nos, sed sequentia in optatiuo, *euellat*, *emigret*. Interpres noster intellexit esse prædictionem. Quo pacto sæpius notauimus imprecationes in scripturis accipi debere. Quod autem Euthymius dicat, ad maiorem honorem profectum

Doëgum

[a] Ad cuius explanationem adi.
[b] 1 tomo 4 cõcionum ex lectionibus.
[c] Iob 18. vt c Ecclesiast.
[d] Locus Ecclesiastæ explicatus.
[e] Treuctus differens à dictis.
[f] Parasitorum & gulæ mancipiorum ingenia.
[g] In vita c. 22.
[h] lib. 9. epig. 81. Amici mensa, falsi amici.
[i] Psal 54. 10.
[j] Salubre Augustini consilium.
[k] Accrescentes & comportans quid valeat.
[l] 1. Offic. c. 2. Vtile Ambrosij monitum.
[m] Matt. 12. 36.
[n] Esa. 9. 18.
[o] Antichristi dimersio.
[p] Iob 15. 5.
[q] Locus Amos explicatus.
[r] Gen. 3. 17.
[s] Rom. 1. 28.
[t] De Iudæis vaticinium.
[u] Tabernaculum Christi quod sit. Amos 9. c. 11.
[v] Ad Antichristi tempora referatur.
[w] Sep. ad Germ. patriarch. in Genes. Nicæna actio 4.
[x] Quæ ratio in precationum scripturis adhibenda.

Doegum à Saule ob delationem, credi quidem facile potest, Scripturæ tamen nihil exprimunt. Illud recte etiam monet per primum istud verbum innui euertionem veluti male constructi fundativè ædificij, non tantum externi & materialis, sed etiam ac multo magis familiæ. nam *ædificare domos*, hoc ibi vult, quemadmodum cùm Deus *ædificasse obstetricibus* scribitur [a], hoc est, amplam iocoolem, & copiosas opes dedit [b]. Certe Iô *ben* illius dicitur a בָּנָה *banah*. quod est *ædificare*. Vulgo dicitur *casa* & *casata*: & Galli nobilem aiunt esse, *ex bona domo*, *de bonne maison*. De spiritualibus domibus, quòd ad veri Dei cultum conuersæ sint, nonnulli [c] quoque interpretantur; & quòd non manu factas in cœlis domos etiam ibi constituxerint. His omnibus contrariis modis destruendam quasi domum Doëgi Dauidem vaticinari affirmare possumus; ac re etiam ipsa sic accidisse; quamuis diuinæ literæ non meminerint. Augustinus & Ruffinus videntur potiùs in illo, & sequentibus verbis, agnoscere comparationem ductam ex euulsione plantarum. Eam clarius indicant sequentia vocabula, *euellendi*, & *radicis*. Quod passus est Achimelech, sacerdotes alij, ciuitas tota Nobe; id æquu erat auctorem tati mali Doegum cum suis patiri; vt *redderentur ipsi, sicut & ipse reddiderat aliis, & duplicarentur ei duplicia, secundum opera eius, & in poculo, quo miscuerat, miscerentur illi duplum, quantum glorificauit se* [c], &c. quali nunc repetat, *quid gloriaris*, &c.

In finem.] Hieronymus, *in sempiternum*. Alij, *in æternum*. Gregorius II. priùs citatus, *vsque in finem*. Significat hæc omnia לָנֶצַח *lanetsach*. Declarat Augustinus, etsi non modò, certè *in finem*, scilicet in die iudicij, & Cassiodorus, destruere Deum in hac vita prosperrimè, quos iterum ædificare decreuerit: *in finc* qui destruitur, æternis suppliciis deputari. Mystice loquuntur, addique tempus mortis potest, sed ad literam intelligere licet de clade, quæ si non statim, tandem tamen inferatur Doëgo. Qui occiditur, dici potest *destrui in finem*, hoc est, in sempiternum, & in æternum, quatenus irrecuperabiliter secundùm naturam viuere desinit. Tale illud; *destrues illos* [f], *& non ædificabis eos item*, *vt* [g] *non apponat vltra magnificare se homo super terram*. Valet præterea, *in finem*, idem quod prorsus, omnino, penitus, perfectè, vt nihil supra, & nihil desit, sicut post finem nihil superest. Hoc sensu dicebantur [h] alibi *inimici defecisse framea in finem, & ciuitates destructas esse*: ad hæc, quòd *non in finem erit oblivio pauperis, & patientia pauperum non peribit in finem* [i]; Denique omissis aliis exemplis, *dilexit Christus suos in finem*, id est, edito quodam perfectiore signo dilectionis, *cùm dilexisset* priùs *illos* [k], ita vt τὸ τέλος, quod Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius, Leontius dicunt, sit ἀντὶ τῆς τελειότητος.

Euellet te.] Hieronymus, *terrebit te*. Alij, *tollet te*, nempe de medio, vel, *exuret te*, vel, *comeret te*, vel, *perdet te*. Chaldaicè, *dissipabit te* יְחַבְּרִנָּךְ *iethabberinnach*. Hebræum verbum cum affixo est, יַחַתְּךָ *sachathecha*; quod à חָתָה *chathah* significat *sumere ignem, & congerere, & alio transferre*. Fortitan alluso fit ad succensionem segetum, cuiusmodi à Samsone per alligatas caudis suis vulpes in Philisthinorum agris facta [l]: & quam agricolæ vsurpant post messem, quamuis vt agris ad futuram sementem prosint: nam

Sæpe [m] *etiam steriles incendere profuit agros,*
Atque leuem stipulam crepitantibus vrere flammis.

Causas poëta reddit, & ante illum Lucretius [a], postque ambos Plinius [b] approbat.

Et emigrabit te ex tabernaculo tuo.] Hieronymus, *euellet te de tabernaculo tuo*. Alij, *abradet te*, *demolietur*, *diruet*, *extrahet*, *extirpabit*, *destruet*, *auocabit*, *transferet*; quod vltimum importat Græcum μετανάστωσαι, omnia verò dicta Hebræum נָסַח *nasach*. Gregorius Papa II. [c] *transferet e tabernaculo tuo*. *Abrasio* continet allusionem ad nouaculam, de qua versu 4. *Tabernaculum* non ad pastoritium munus, quo functus propriè Doëg non est, vt tamen vult Vatablus, sed pro *domo* sumitur, quemadmodum & alibi sæpe. Tandem *emigro* actiuè accipitur, sicut & apud Gellium [d], *migrare nidum*, & in lege XII. tabularum [e]; *Quisquis earum rerum migrassit, noxiæ pœna par esto*. apud Titinium Veliternam, *quot pestes senio; & iurgia se semet diebus emigrarunt*, hoc est, eiecerunt se: & vulgo veteres, *migrare legem*, aut *morem*, vsurpabant pro transgredi, & mutare. similis *erumpendi* vsus transitiuè. Notauisse ex his nonnulla Gretserum [f] nostrum postea cognoui. Apollinarius ita explicat:

ὡς δ' ὄρνιθα ταμών σε, τεῶν ἐκπάγλους οἴκων.
Tamquam verò ramum concidens te, tuis emigrabit ædibus.

Euthymius de morte accipit per quam exitur de corpore, velut de tabernaculo, vt Petrus [g] de ipso scripsit, nóique illum declarantes, pluribus verbis ostendimus. Vel de domo vnde mortuus efferatur. Cassiodorus & Bruno Herbipolensis legunt, *de tabernaculo suo*: hic, de Iudæis eiiciendis de Ierusalem; ille, interpretans de Antichristo, hoc est, de membris eius, atque sectatoribus, qui videbuntur esse intra tabernaculum Ecclesiæ, sed corde non erunt. Meminit dictæ lectionis Hugo. Arnobius eam sequitur, dum exponit emigrationem de corde Dei, quia hoc sit Dei tabernaculum. Gregorius II. eadem vtens, de diabolo ipso exponit, & applicat ad hæresiarcham. Hilarius etiam, & Hieronymus in explanatione, videntur ponere intelligendum esse pronomen, *suo*, agentes de Iudæis. Etsi verò in codicibus Complutensibus Regiis, & aliis extet pronomen σοῦ, *tuo*, & id legat Euthymius, indicétque Apollinarius verbis antea recensitis, tamen Hebraicè, Chaldaicè, & in emendatis Græcis bibliis non est. Recitat ex Symmacho Chrysostomus, *destruet te*, *& abradet te de tentorio tuo*. Per *tabernaculum tuum*, possemus interpretari illud ipsum Domini, quod quadam religione ductus, ingressus erat Doëg, ibique morabatur, cùm obseruauit quæ fierent ab Achimelecho, & Dauide [h], vt pridem iam antè dictum est. Nyssenus [i] *tabernaculum diuinum* intellexit, μετανάστωσον ἀπὸ τῆς θείας σκηνώματος, *emigrabis eum a diuino tabernaculo*. Prædicit Doëgum non ampliùs ad id rediturum, vtpote sicut indignum, quia dignus tantùm, [qui ingreditur sine macula, operatur iustitiam, loquitur veritatem in corde suo, non agit dolum in lingua sua, non facit proximo suo malum, opprobrium non accipit aduersus proximos suos,] &c. [k] quorum omnium contraria in Doëgo deprehensa sunt. Denique per istas circumlocutiones significatur pellendum Doëgum de diuinæ protectionis quasi tabernaculo, etiamsi fortassis ad externum redire detur: vagum & profugum futurum, tandémque infelici exitu vitam terminaturum. Alludit Augustinus in etymologia *Doëc*, quasi *mœstum* sonet, sed *Doëg*, non *Doëc*, scribendum, nec talis etymologia consen-

tanea

a lib. 5.
b lib. 18 c. 6.

c epist. ad Germ. patr.

Tabernaculũ pro domo.

d lib. 2 c. 29.
e apud Cicer. 3. offic.

Emigro in aliena significatione.

Migrare legẽ, morem, pro transgredi. Verbi erũpendi vsus transitiuus.

f Ilu. 2 prolegom. c. 14.

Varii tabernaculi sensus explicantur hoc loco, & applicantur.

g 2. Petr. 1. 14

h 1 Reg. 22. 9 & tractat. 2. in Psal. c. 13.

Sensus loci.

i Psal. 14. v. 2 & 3.

Allusio in etymologia nominis Doec.

tanea eli. Similis in 108. psalmo [a] imprecatio, *fiant dies eius pauci: filij eius orphani: & uxor eius vidua: Nutantes transferantur filij eius, & mendicent, & eiciantur de habitationibus suis.* Completum est vaticinium, si quod in explanatione tituli retulimus, armiger Saulis Doëg fuit, qui cùm herus irruens super gladium occubuisset, ipse mortis eodem genere interemit [b] sese, &, si filius eiusdem, is qui Dauidi Saulis mortem cùm renunciasset, ac a se ipso illum occisum, licet falsò, dixisset, Dauidis iussu interfectus est [c]. Affinis adhuc in Iob [d] sententia; *Aucupatur de tabernaculo suo fiducia eius, & rapiet super eum quasi rex interitus.* de quo loco Pinedam nostrum consule.

Et radicem suam de terra viuentium] Hieronymus, *& eradicabit te*, &c. ita quoque Symmachum vertisse Chrysostomus refert, ac Nyssenus [e] indicat, scribens, ὃ ἐπὶ τῶν τῶν ζώντων γῆς ἀναῤῥιζῆ καὶ τῆς τοιαύτης ἀπὸ τῆς ῥίζης ἐξέκοπτε, *& de terra viuentium excindet malum eius & acerbitatis radices.* vbi tropologice *eradicandi*, & *radicum* sumit vocabula. Cæteri etiam qui reddunt ex Hebræo *eradicandi* vtuntur verbo. In paraphrasi est verbum יחלשנך *infirmabit*. Hebraicè est שרשך *sicceficha* in coniugatione Piel. Legerant LXX. שיבשה *siureseccha, radicem tuam.* Gregorius Hilegit, *radicationem. Radicem* docui in ephrati pro *prole* etiam inter alia sumi. Sic in Iob [f], *progenies mea eradicetur*, Hebraicè, נמקו ישרשו *nesseccu usfarasum, germina mea eradicabuntur*, tumi eius, ῥίζης, radix, quia qui sunt de radice, ac stirpe, ipsius & rationem & nomen videntur habere. Euthymius docet, per *radicem* intelligi generationem ac stirpem Doëg, tam præteritam quia infortunatam, tum parentes, ex quibus prodierat, tum illos, ac posteros, quia radix sunt eliorum, qui ab eo generantur. Potest præterea *radix* Doëg illius ipsius significare, qui firma se radice credebat stare, bene natum fauore Saulis, potentia, opibus, diu victurum, tamquam cuius prospera bene esset, *plantasset eum Deus*, & *radicem misisset, propagasset, & fecisset fructum*, vt de impio conqueritur in genere Ieremias 8. At Iob [g] testatus est, *Ne apud eum Eliphaz, vidisse se stultum firma radice, & mox diruisse pulchritudinem eius subitam*, quódque *non diuturna, nec perseuerans substantia eius, nec misereri in terra radicem suam; ramus eius arescet semma, manus eius arescent, lacerentur quasi vinea in primo flore, & quasi Oliua proiciens florem suum* [h]. Cuius desperata vita, vel etiam salus, eiusdem *exitus* dici *radix* potest *de terra viuentium*, tum hac, tum illa beatorum. Vnde de Rege cui spes ad mentem redeundi supererat, scribitur [i], *germen radicum eius in terra velociquare.*

Sensa mystico bona *radix sapientiæ* [k], & *charitatis* [l], quæ numquam *concidit* [m], vel *exciuit* [n], *fortéque iustitiam, & virtutem Dei, radix est immortalitatis* [o] mala, vnde *cupiditas omnium malorum* [p], de qua hoc loco Augustinus, alique: & amaritudinis ad quam alludit citatus antea Nyssenus. Antiochus, *radix peccatrix* cognominatus est [q]. quasi dicas verbis Deuteronomij [r], *quæ germinaret fel & amaritudinem*, quia corruptissimus ipse, in causa fuit, vt vitia omnia inualescerent, de quibus Iosephus [s]. Stepharus testimonia collegit Suidæ [t], Adriani [u], Polybij [v] (qui non ἀνοήτων, *illiberos*, vt solebat appellari, sed ἀφρόνων, *insanum*, & *furiosum* nominant) Athenæi [w], Gorionidis [x], Hieronymi [y].

Terram viuentium] docui, psalmo 26 [z]. accipi pro ea omni in qua viuitur, tum pro promissa terra, idque potissimum, quia Deus in ea viuos ac veros coleretur, tamiem pro Ecclesia & regione beatorum. Differt eadem de re hoc loco Hilarius, potissimùm secundùm vltimam notionem, & possunt ibi dicta, huc transferri, tametsi ad literam primo sumi debeat modo. Sed & satis commode Hugo, eumque imitatus Ayguanus, improbotum pœnas in his omnibus, quæ adhuc sunt dicta, distinguunt, æternitatem futuræ, in hac vita temporalium bonorum amissionem, & ipsiusmet vitæ ac societatis bonorum; denique vitæ æternæ. Alia tamen ratione ad malos Prælatos eamdem sententiam applicat Hugo, sed sum contentus indicasse.

In fine versus, est סלה *selah*, & *Διάψαλμα*, quod potest indicare, hic exclamandum, plane iustum esse iudicium Dei, iustam ac dignam de impio vindictam, pœnamque.

Vers. 8.] Videbunt iusti & timebunt, & super eum ridebunt, & dicent:

Vers. 9.] Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & prævaluit in vanitate sua.

HÆc est vtilitas, quam referunt vasa misericordiæ, & electionis, ex tuma, & contritione vasorum iræ atque contumeliæ, vt scilicet dum iusti perspiciunt iniquorum interitum, Deique in illos animadversionem seueram considerant, sancto quodam horrore corripiantur, ac veneratione diuina iudicia, vereantur & ipsi, ne aberrent, exciantque, & pereant de via iusta, eamdemque compellantur experiri iustæ seueritatem vindictæ diuinæ. Simul etiam obstupefacientes ad grauitatem calamitatis & supplicij quod illi luunt; ipsi verò ex singulari bonitate atque gratia Dei, ab eo liberi sunt, quod contingit post mortem; lætantur ac exultant, & in eos eiulant voces, quibus iustitiam Dei celebrent, & ingratitudini tantæ, improbitati, insaniæ aliorum ridendo exprobrent, atque insultent, quia externis operibus fraudibusque fidentes, Deum neglexerint, nec eius opem implorare curauerint, vel pro iustis contra se superiorem esse crediderint, certe non attenderint. Hoc de scripto Dauid, fictus pia confidentia propriæ iustitiæ, pronunciat, déque improbissimo Doëgo. Valet autem ad alios ex vtroque genere similes, tum in hac, tum præsertim in futura vita [a], & generali iudicio, nec vni duntaxat conuenit ex impiorum serie Antichristo impiissimo, licèt illi supra omnes maximè; de quo & nonnulli, vt ante dixi, proprie psalmum interpretantur; sicut alij de Iudæis vna ex parte, ex altera de Christianis; vt hi rideant illos, confisos frustra in temporalibus bonis, & vmbris cerimoniarum; Christo bonorum æternorum auctore, legisque Euangelicæ conditore, & humani generis liberatore, contempto, indignissimè tractato, crudelissimè interempto.

Videbunt iusti, & timebunt.] In textu Hebræo est elegans similium χάρις verborum: addita etiam particula, &, initio, quam tamen omisit Hieronymus ויראו צדיקים ויראו *videbunt iusti & timebunt*, vel sine accentu, *ureu.* Sed tunc in proferendo, [illegible] aliquod esse oportet, nobis ignotum, ita

idem penitus verbum repeti videatur. Paraphrastes explicat, quid sit, quod *vindicabunt*; & *insipiens*, inquit, *ipsis punitionem suam*. Apollinarius eximios quosdam iustos intelligit, quasi antiquiores, ac interpretes illius:

οὐ τοῦτο λέγουσιν οἱ ἑρμηνεῦσαι δικαίους.

Hieronymi observatio.

Non displicet, quod notauit Hugo, vt *videre*, ad prudentiam pertineat, *timere* ad cautelam, *videre* ad sanum iudicium æstimationemque rerum. Nam *mulctato pestilente, sapientior erit parunlus* [a]: *Cùm sublatus fuerit* impius sub nomine *ceu* destructus; *timebunt Angeli, & terrus purgabuntur* [b]: *qui habitat in cœlis*: non Deus modo secundum substantiam, sed etiam secundum participationem [c]; *irridebit eos, & subsannabit eos* [d]: *iudicio etiam*, & *improperatio superiorum*, & *vindicta, sicut leo insidiabitur illi*, nempe *facienti nequissimum consilium, quod super ipsum iaculabitur, & non agnoscet unde adueniat* [e] *illi*. Recognoscendia, quæ præcedentibus dicta sunt psalmis, ad illa verba; *omnes* [f] *videntes me, deriserunt me*: &, [g] *viderunt oculi nostri*; & [h], *cùm perierint peccatores, videbis*: & [i], *videbunt multi, & timebunt, & sperabunt in Domino*: &: *ipsi videntes sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt, tremor apprehendit eos*. Valde affinis in Iob locus [l], *videbunt iusti, & lætabuntur, & innocens subsannabit eos*. Rursus in alio [m] psalmo, *videbunt recti, & lætabuntur, & omnis iniquitas oppilabit os suum*. Conuenit iustis timor, præsertim reuerentialis, non solùm in hac mortali vita, sed in illa etiam beata, vt sæpius vidimus. Iacturam iustitiæ suæ timent soli, qui nunc hîc viuunt, & in eiusmodi *timore seruiunt Domino, exultantique cum tremore* [n], & in vs suam ipsorum *operantur salutem* [o], videntes ne qui *stam, cadam* [p], *considerantes se ipsos, ne & ipsi tententur* [q], de se non præsumentes, de nullo desperantes, nullum irridentes, sed potiùs flentes, si quos *inimicos* videant *crucis* [r]; & lugentes eos, *qui peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam* [s].

Est super eum videlicet.] Nunc etiam *iudicii* significat potest *videns vindictam* [t], tamen in statu beatæ vitæ multo liberius ac tutius. *Ibi*, inquit Gregorius [u], explicans verba Iob, *in inopitate, & fame rudebis, damnatus, ex humanitate iustus non compatitur, quia diuine iustitie per fortem inhærens, inconcusso districtionis iudicio vigore feriatur. Erectas namque in claritate superna reflexuras electorum mentes, ita misericordia afficit, quia has à miseriis alienatio beatitudinis alienas reddit.* Tum subdit, allato psalmi huius testimonio: *Reliquos enim ingit nunc viuens, & metuunt, tunc defuncti sunt, & tacebunt. Quia enim modo ad eorum libi imitationem pergunt, hic habent formidinem: quia vero damnatis tunc prodesse nequeunt, ibi non habent compassionem.* Sed hac de re mentem iam alibi me dixisse.

Ecce homo.] Hieronymus, *vir*. גבר *haggheuer*, quasi indicet manu extensa, vt ait Cassiodorus, particula *ecce*, denotari cum, qui vires, potentiam, opes iactabat suas, quem Itali vocant *il bravo*, Galli, *le brave, le preux, le vaillant*, qualis Doeg sacerdotum interfector, & vrbis integræ Nobæ destructor. Cum antitheto epitheto vocatur in alio psalmo [x] גִּבּוֹר אֵין־אֵל *ghebur en eal*, *vir imbellis*, cui non est fortitudo, ἀβοήθητος, *cui non est adiutor*. Is erat Christus in passione demonstratus a Pilato, illis verbis, *ecce homo*. Campensis *gigantem* vertit hoc loco.

Qui non posuit Deum adiutorem suum.] Hieronymus, *fortitudinem suam*: Psalterium Romanum, & Cassiodorus, *fortitudinem sui*, est מעוזו *mahhnzio*,

fortitudo, & robur eius; de quo vocabulo egimus alias, tractantes de *Maozim*, quo Antichristus adoraturus dicitur [y]; non autem Deum verum, *cui adiutor fabitur* [z], de quo Antichristo Cassiodorus, Hugo, & alij præsentem locum interpretantur. Græce hoc loco est βοηθὸς, *adiutor*. Transfert Hieronymus locum illum ad illam *stultum* diuitem, cuius quadam *nocte anima repetenda erat* [a]; & ad alium, qui in inferno torquebatur, *quia receperat bona in vita sua* [b], & *sibi* vterque *thesaurizans non erat in Deum dives* [c]; sed *dereliquit factorem suum* [d], tantum non dicens, *quis noster Dominus est*? *recede a nobis*: & *quasi nihil posset facere omnipotens æstimans eum, cum ille implesset domum eius bonis* [e]. Damnat Augustinus prouerbium auarorum, rapacium, innocentes opprimentium, res alienas inuadentium, commendata negantium: *quantum habebis, tantus eris*, id est, quantum habueris pecuniæ, quantum plus acquisieris, tanto plus poteris. Repetit adhuc idem [f] prouerbium Augustinus, ac elegantissimè pulchreque tractat. Ex Horatio fortassis mutuatus [g] est:

At bona pars hominum decepta cupidine falso.
Nil satis est, inquit, quia tanti, quantum habeas, sis.

Vsurpauit & Apuleius [l]: *tanti re vera es, quantum habebitis*, & ex Euripide Seneca refert hunc versum;

Vbique tanti quisque, quantum habuit, fuit.

Obseruata sunt hæc ab Adagiographo. Cui placet prouerbium, & ex eius vsum præscripto, sine dubio Deum non ponit adiutorem, sed quod sequitur, *sperat in multitudine diuitiarum*, &c. Valet eadem sententia ista, contra illos qui libero minimum arbitrio tribuunt; gratiæ parum.

Sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum.] Est quod prius ex parœmia dixi, quantum haberet, tantum se putaret esse. Sic in 48. psalmo, *qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur*. Non sunt malæ diuitiæ, sed *eos* [m] *adhærere* ex illis facere *seruitutem* [n]: *mammonæ seruire* potiùs quàm *Deo* [o], *in eis sperare*]. *& in incerto earum sublime sapiendo*, nec *in Deo viuo qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum* [p]: *argentum suum, & aurum suum facere vasa fabri, vt intercat* [q]; ex auro conflare sibi idolum [r]: malis artibus acquirere, illis abuti, non tam habendo ad necessitatem, quam possidendo ex amore, vt monet Hieronymus: non inde egentibus benigne faciendo. *Quis confidit in diuitiis suis* [s], *comminet argentum & aurum non valebit liberare in die furoris Domini* [t]. *Nihil iniquius quàm amare pecuniam habendo eorum venalem, sicque prosequendo numina* [u]. *Beatus dives, qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non abiit, nec sperauit in pecunia, & thesauris. Quis est hic? & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua* [x]. Talis tamen potest esse, ac fuerunt etiam nonnulli tales, id assecuti gratia Dei, quod est *apud homines impossibile* [y], nec egentes facultate, nec ardentes cupiditate, cùm hoc aliquando reperiatur in paupere, cui deest illa in eo non sit pecunia, sit autem auaritia, vt Augustinus monet, notans acutè *in sinum Abrahæ* diuitis recipi Lazarum *mendicum* [z], vt intelligeremus Deo diuites esse omnes debere, cupiditate pauperes: nec hic dictum, *ecce homo* qui fuit dives, quasi damnaretur ob diuitias, sed, *qui non posuit Deum adiutorem*, &c. *Beatum dixerunt* stulti cui sunt externa, non *cuius Dominus Deus* [a].

Et prævaluit in vanitate sua.] Hieronymus, *confortatus*

---

a Prouerb. 21. 11.
b Iob 41 16.
c Psal 32.6. & 113.
d Psal 2.4.
e Eccl. 27.30. 31
f Psal 21.8.
g Psal. 34.21
h Psal. 36 34.
i Psal. 39.4
k Psa. 47 6 & Deut. 2.25.
l Iob 20.29.
m Psal. 106. 42
Iudæi timorem timent.
n Psal. 2. 11.
o Philippen. 2.
p 1. Corin. 10.
q Galatæ 6.
r Philip. 3.18. 2 2. Corin. 11. 21.
De vtilitate lacrymarum Dei.
s Psal. 55. 11.
t Mor. lib. 20. cap. 21. vel 26.
a Psal. 48. 18.
b Apoc. 6. 15.
c Psal. 112. 5.
d Psal. 2. 4.
e Psal. 36. 12.
f Psal. 21. 8.
g Psal. 34. 21.
h Psal. 36. 34.
i Psal. 39. 4.
l Iob 22. 19.
m Psal. 106. 42.
n Psal. 2. 11.
o Philippen. 2. 12.
p 1. Corin. 10. 12.
q Galatæ 6. 1.
r Philip. 3. 18.
s 2. Corin. 12. 21.
t Psal. 57. 11.
u Mor. lib. 20. cap. 21. vel 26.
x Psal. 111. 1.
y Dan. 11. 38. Theodot. Dan. 4. 35. Maozim deus quarumdam gentium.
z Lucæ 16. 22.
a Luc. 12. 20.
b Luc. 16. 25.
c Luc. 12. 21.
d Deut. 32. 15.
e Psal. 105. 21.
f Prouerb. 22
g Horat. lib. 2. Sermon. Satyr. 6.
h Iob 22. 25. 28.
i Eccl. 18. 10.
Auaritia pernitiosa ab omnibus execranda.
k Iob 31. 8.
l In apolog.
m Psal. 118. 36.
Sententia contra eos qui omnium libero arbitrio tribuunt, gratiæ parum.
n Gal. 4. 10.
o Luc. 16. 13.
Vers. 7.
Fiducia peccatorum diuitiæ.
p 1. Tim. 6. 17.
q Oseæ 8. 4.
r Lucæ 12. 20.
s 2. Prouerb. 11. 28.
Diuitiæ peccatorum pauperes.
t Psal. 145. 15.
u Matt. 19. 26. Diuitum ad fruendum gratiam Dei, quæ est apud homines impossibile. Augustini obseruatio.
x Eccli. 31. 8.
y Luc. 16. 22. Deum esse omnes debere cupiditate pauperes.
z Psal. 145. 15.

fortatus es in insidijs suis. Alij, *in prauitate sua*, vel, *in confractione*, vel, *in corruptela*. Campensis. *scelere suo*, aut, *sceleribus potentium effectaui*. Hebræa sunt בְּהַוֹּתוֹ *bahauoth behauuatho*: quæ bene Hieronymus expressit, & significant *vincere*, aut *valentem esse*, ac robustum, & potentem, & expugnare alios, non fide, virtute, æquo iure vel marte, sed dolis, fraudibus, insidijs, callidis sermonibus, malis artibus, malitia. Pro ἐνδυναμώθη vertit synonymè Symmachus ἐνισχύσατο, Aquila, ἐκραταιώθη. Possùt etiam הַוּת *hauuth* significare *opes*, vt placet R. Sahadiah, à notione generali verbi הָוָה *hauah* esse; quod vocant Itali, *l'hauere*, Galli *l'auoir*, Græci ὕπαρξιν, quasi dicas, *essentia*, & *id quod est*. & τὰ ὑπάρχοντα, *qua sunt*. Latini olim nomine fœminino *habentia*, vt apud Nonium ex Claudio, [a] *animos eorum inflarent habentia*. Rectè autem opibus conuenit, vt appellentur vocabulis *vanitatis, prauitatis, corruptelæ, insidiarum, contritionis*: sunt enim illis huiusmodi res plerumque adiunctæ, licèt ipsæ per se non sint malæ, sed secundùm naturam bonæ, secundùm mores indifferentes. Chaldaice, בממונה *bemammonah, in mammona suo. Quia vanissimo*, ait Augustinus, *qui putat plus valere nummum, quam Deum? Vanitatem, & cæcam stultitiam mentis & curam superfluam peccatoris, vt addat, & congreget*, Ecclesiastes [b] esse scribit, ad quem locum, quæ notata sunt alias à nobis, consulere potes. Hoc deniq; simile est primis illis psalmi verbis, *qui potens es in iniquitate. Fallacia diuitiarum suffocat* [c] *verbum*, & hæ spinæ [d] sunt sine fructu, cum punitionibus, & vulneribus, sed de hoc argumento hunc inde dicta prius nonnulla.

Gallica & Italica loquela

Habentia, per Latinos, in neutro genere.

a Annal. Diuitiarum & nummorum appellationes.

b c.5. vltimo.

c Matt.13.22. d Luc.8.7.

Vers. 10.] Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei. speraui in misericordia Dei in æternum, & in sæculum sæculi.

Spem suam firmam quasi esse dicit, & qualis per Dauidem fuerit.

EX antithesi docet, quam ipsem habuerit, & habere quemlibet iustum oporteat. Nam affirmat firmiter hærere se, nixum Deo, iactisque in ipso spei suæ radicibus, non timere, ne, quod euenturum impio dixit, qui sacerdotes occiderat, & euerterat ciuitatē Nobe, destruatur, euellatur, eradicetur, quia *qui confidunt in Domino, sicut mons Sion; non commouebitur in æternum, qui habitat in Ierusalem.* [e] Certus est, se, quamuis nunc exulet, fugiens Saulem; redituru aliquando in Dei domum, hoc est, in tabernaculum, eique vel per se vel per filium quem det Deus, templum ædificaturum, & pro malitiæ amaritudine, quam dilexit Deus, benignitatis in omnes, etiam in aduersarios ipsos suos, effusarum suauitatem.

c Psal. 124.1.

Oliua apta comparatio.

Ducit verò comparationem ab oliua, quoniā semper viret, foliis non defluit, vberes fert fructus, qualique perpetuos, nouis succedentibus prius quàm veteres decidant. Misericordiæ pactis; symbolum est: eius liquore inunguntur sacerdotes, reges, prophetæ. Dauid autem rex erat, & propheta, Christus, ab vnctione denominatus, ex ipsius nasciturus progenie, tribus simul ornandus dignitatibus, & in sede Dauid sessurus, ac *regnaturus in domo Iacob, ita vt regni eius non esset finis.* [f] Valet idem etiam liquor ad leniendum, sanandum, exhilarandū, [g] fouendum ignem. Eiusdem arboris vmbra suauis, & salubris: lignum neque tempestate, neque carie, neque vetustate labefactatur. Obseruat Ayguanus in oliua colores quatuor ordine sibi succedentes, viridem, rubeum, liuidum, nigrum, quos applicat, pluribus illustrās & confirmans verbis, ad cognitionem, spémque diuinam, ad charitatem, ad pœnitentiam, ad humilitatem. Adiice, quemadmodum est,

Oliua, misericordiæ pactis similis. Ecclesiasticum, Reges, prophetæ.

f Luc.1.33. Vnctio pectoris & consolatoris. g Psal.103.15.

[a] *proles tardè crescentis oliuæ,*

sic æuo longo durare; quod Plinius [b] testatur: etsi Cicero [c] næniam quandam vulgo traditam rideat. Præterea in hoc pacis recte symbolum oleæ est, vel indice ramo eius in columbæ post diluuium ore, [d] & Poëta, [e]

Pacifera; manu ramum pretendit oliua:

quod ferrum symbolicè quoque pro bello sumi solitum, emolliat ineptúmque ac inutile ad feriendum reddat. Deinde viuacitas eius tanta, præsertim syluestris, quæ dicitur oleaster, vt multis confixa clauis, nihil tamen lædatur. Sidonius [f] canit, quòd connubij diem,

pacis simul arbor, & iuuenta,
Æternumque virens oliua signat.

Christus condonaturus adulterij pœnam mulieri, ex olueti monte, quem frequentabat sæpe, *diluculo venit in templum* [g]: ad eundem fere modum videor mihi posse de Dauide asserere, dicere se *sicut olim fructiferam in domo Dei*, hoc est, pronum ad benignitatem, quam in templo Deus præcipuè solet mortalibus declarare. Oleum in sacrificio, seu oblatione, exegit Deus, tum quæ esset pro peccato, & lucernas in tabernaculo iugiter lucentes. Christus ieiunantes vngi voluit; [h] admisit etiam ad pedes proprios vngendum, peccatricem, quam in pace absolutam dimissurus [i] erat. Quid si dicerem, in mentione *oliuæ*, puritatem castitatémq; innui, à Dauide concupitam, licèt postea violatam? Certè si quæ mox subiiciam, siue vera, siue aptè ficta, moribus nostris conuenire possunt, etsi non ita personæ Dauidis, qui fortassis illis narrationibus vetustior est. Refert Rutilius Taurus, [k] cùm plantaretur aut legeretur oliua, iussos olim operari pueros mundos, atque virgines, quòd Palladi virgini sacra arbor esset; Florentinus [l] etiam tradit, non nisi puros oleam collectores amare; qui verò ad oliuationem accedebant, solitos iurare, se non aliunde, quàm ab vxore sua venire; ita verò factū vt anno insequenti vberiorem prouentum colligerent: Præcipuè Anazarbi in Cilicia oleas fœcundissimas fuisse, quoniam à castis tantummodo pueris colerentur. Illud quoque Virgilius [m] esse iudicauit mirum, vt vitam, ac renascentiam oleæ siccum ac penè mortuum lignum, ideſt, humoris modici, nanciscatur.

Quin & candicibus sicci (mirabile dictu)
Truditur e sicco radix oleagina ligno.

Lege quę de hoc loco satis obscuro tractat Petrus Victorius, in tractatu Italicè scripto de laudibus & cultura oliuarum. Hoc etiam præcipiunt arboratores, ne sinantur non alterius modò generis plantæ arbustáque, sed etiam cognata eidem crescere prope ipsam, vt proprium in suo solo, ac situ ducat succum, & cōcoquat, atque fructum proferat maturum. Sic videlicet iustitiæ frugum, fructicum, arborum incrementa vt existant, vtque iustus libere opera iustè exerceat, & dignus sit nominari nomine oliuæ *vberis, pulchræ, fructiferæ, speciosæ* [n], remouere omnia debet impedimenta, & diuinæ gratiæ influxum excipere, tamquam roris. De hoc Deus rore apud Oleam, [o] & oliua, cum aliarum comparatione plantarum; *Ero*, in-

a Aguanus inoliuam ex virtutes, & applicatio.

a 2.Georg. *Oua tardius fœtus, annosaque gens.* lib.15.c.44. de legibus.

Oliua pacis symbolum vt recte dicatur.

d Genes.8.11.
e Aene.12. *Contra ferrum propritas.*

f In epist. Polem. & Araneolæ carm. 19. *Connubialis arbor.*

g Ioan.8.2. 1.

Oleum in sacrificio.

Lucernæ in tabernaculo iugiter accensæ.

h Matthæ.26. i Luc.7.48. Oliua, puritatis & castitatis arbor credita.

k Rutilij Tauro-Æmilij de re rustica liber apud Petrum Victorium. l Apud eundem & Petrū Victorium.

m 2.Georg. *De renascentia arbore mira.*

Virgilij locus à Petro Victorio tractatus.

Arborator um cura circa oliuam.

Aperuit sermonem oliuæ cum cæteris comparatis.

n Ierem.11. 16.

o c.14.6.7.

quit, *quasi ros Israel germinabit sicut lilium, & erumpet radix eius vt Libani. Ibunt rami eius, & erit quasi oliua gloria eius, & odor eius, vt Libani.* vbi Græce pro *gloria* cognominatur ἐλαία κατακαρπος, *oliua fructifera*, quod epithetum est in hoc ipso loco nostro, Gloria inde est, nec non ex pulchritudine; vocaturque adhuc in Ecclesiastico [a] *speciosa ἐυπρεπὴς*: & laudatur Simon Oniæ filius iustissimus, inter alia, quòd esset, vt *oliua pullulans*, [b] ἀναβάλλουσα καρπὸν, *germinans fructum*: & a Zacharia cognominantur [c] duo sacro vncti oleo, Zorobabel, & Iesus sacerdos, *duæ oliuæ, duóve filij olei*, πιότητος, *pinguedinis*, vel vt reddit Aquila, σιλπνότητος, *splendoris*, vel vt Theodotio, λαμπρότητος, *claritatis*; *qui assistunt dominatori vniuersæ terræ*, quamuis velint alij esse Enoch & Eliam, sicut & in Apocalypsi, [d] in qua sunt eadem verba. Sed & Homerus casum Euphorbi ex duello cum Menelao, qui forma insignes erant, similem facit dissectæ vi validi venti oliuæ: si quãdo autem aliorum describit ruinam, qui non essent a pulchritudine commendabiles, vtitur comparatione cadentis repentè quercus, aut fulminis, aut securis ictu.

Multo maior ac verior pulchritudo oliuæ nostræ mysticæ, quàm aurea Pygmalionis, cuius ex smaragdo fructus veris apparebant simillimi. [e] Facit & illud aptè intellectum, ad mores, quòd hæc arbor potationem desiderat, minúsque peccatur si multum, quàm si parum putetur. De palmite Christus id dixit, [f] intelligens tribulatione purgari homines iustos, vt fructum plus afferant. Denique Paulus [g] non aliam adhibuit ex arboribus, quàm ex oliua similitudinem, & ex oleastro, vt describeret discrimen inter vocatum per gratiam, Gentilem, & Iudæum reiectum, simul comprimendo superbiam Gentilis, ne Iudæum putet excludi à salute, cùm prodierit ex radice sancta, non vt Gentilis ex infecta, & ideo non sit etiam Iudæus excludendus ab Euãgelij prædicatione, salutísque communione, vtpote ramus naturalis, quamuis propter incredulitatem fuerit præcisus, nec omnis quidem, sed nonnullus: Gentilis gloriari non debeat, quippe insertus alienæ radici bonæ, & excidendus, nisi permanserit in bonitate, id est, bene vsus fuerit Dei benignitate; alius autem inserendus in suam veluti naturalem oliuam: si non permanserit in incredulitate. Vrget idem exemplum [h] Cyrillus Hierosolymitanus; Augustinus [i] verò in illo miratur dici à Paulo inseri oleastrum in oliuam, cùm contrarium faciant agricolæ, & quòd insertus oleaster in oliua, non oleastri, sed oliuæ ferat fructus, cõtra quam accidat in insitionibus. Omnis Christianus *oliua liquore vnctus* dici potest, ab eo qui nomen inde accepit, vt *Christus* appellaretur, quia *vnctus oleo* [k] *lætitiæ*, particeps quoque vnxit, ac in monte oliuarum orauit crebrò, agonem passus est, ascendit inde, ad eundem vt iudicet rediturus creditur, vt cuncta opera respergat misericordia sua; obiuítque simili de causa vallem Gethsemani, quæ *vallem* significat *olei*. *Non altum sapiamus, sed timeamus ne & nos excidamur*, [l] neu *ad vocem loquelæ grandis ignis exardescat*, comburamurque, [m] vel *mentiatur opus oliuæ* [n], & baptismi oleo, confirmationis, extremæ vnctionis, abutamur, & aliqui sacræ ordinationis. Salomon duo fecit ostiola sancti sanctorũ, cum picturis [o] cherubim, & palmarum, & cum anaglyphis, & *Cherubim in oraculo, de ligno oliuarum*: quoniam viri docti & sancti, ex misericordiæ charitatísque quodãmodo confecti operibus, & aliarum virtutum, quibus insignes victoriarum palmas referunt, & exemplis alios iuuant, aditúmque in cœlum patefaciunt. Inter alios olearum quoque proiecerunt ramos, triumphum ineunti Christo Iudæi, vt creditur, more supplicum dedititiorúmque, de quo Roa [a] noster: eiusdem volens subiectionis hîc signum Dauidem dare, seséque opponere glorianti superbè in diuitiis, & se dedere Deo detrectanti. Puto, quod principio indicaui, se, qui benignitatis conscius in alios esset, in benignitate diuina spem ponere profiteri. Magnum & solemne sanctitatis indicium, bonitas; benignitatis, eleemosynæ. Hoc est esse Christianum, quod est *effusi nomen olei*. Vnde iustiùs & gloriosiùs denominantur, quam ab oleæ inuentrice Minerua Athenæ, cui adiudicatum ea in re potiùs, quàm Neptuno, quia munus eius melius habitũ, quàm siue aqua, siue equus? *Non sufficit esse, vt oleam*, ait Chrysostomus, [b] *sed oportet etiam esse fructiferam*. sunt enim misereutes, per totum annum pauca dantes, vel singulis hebdomadis, aut quodlibet erogantes. Isti quidem sunt oliuæ, sed non fructiferæ, verùm aridæ. Atque, quòd miserentur quidem, sunt oliuæ, sed quoniam non largè & liberaliter, non sunt oliuæ fructiferæ.

Ego autem sicut oliua fructifera.] Hieronymus, *virens*. Alibi, *frugifera*. [c] Alij, *viridis, frondosa*. vox רענן *rahhanan* non fructus, sed virorem importat. & florem, sed hîc de fructu futuro coniectura est. Sæpe fit, vt idem docet Chrysostomus, [d] vt anima ramis & foliis sit decora, fructum ferat nullũ.

In domo Dei.] In Psalterio Romano, *Domini*. Apud Nyssenum, *Dei mei*, τοῦ θεοῦ μου. Addit Chaldæus epitheton *sanctæ* מקדשׁ *mukdas*. Supplẽdum, vt se significet in Dei domo, quæ est terra promissionis sancta viuentium; tum verò in ea parte vbi erat arca tabernaculúmque, animo manere, quamuis exularet corpore, & sperare se, secundùm etiam corpus eò redituru, nec penitus euellẽdum, & emigrandum, sicut de impio Doëgo vaticinabatur. Quapropter licet abiens esset, non ideo per *domum Dei* piam viuendi rationem intelligere necesse est, vt Chrysostomo placet.

Mysticè sumitur passim pro Ecclesia, intra quam veri meritorum fructus proferuntur. *Non est bonum extra domum Dei versari*, inquit Chrysostomus; [d] docet enim extra inueniri misericordes, compatientes, iustitiæ vacantes; sed nullos facientes fructus operum, quia nescierunt opus veritatis, & illud *opus Dei*, quod ait Christus [e] esse, *vt credatur in eum*. Hi sunt veluti *filij*, sicut *nouellæ oliuarum*, *in circuitu mensæ* Domini, [f] qui Deo subiecti sunt obedienter, fideliter, pacificè. Hieronymus [g] accipit etiam pro domicilio beatorum, vbi de floribus ad frugem venimus. Vtrique tum militanti, tum triumphanti Ecclesiæ conuenit, quod Angelus prædixit apud Zachariam, [h] *absque muro habitatum in Ierusalem*, Græcè, κατάκαρπος, *fructiferam*, quemadmodum de priore Ecclesia Hieronymus [i] fusiùs explicat, vbi fruitio fructus est vicissim; ideirco soli fruentes Deo, fructus permanentes tulerunt. Hîc serimus potiùs, aramus, floremus, maturitas fructus cœlo reseruatur.

Speraui in misericordia Dei.] Hoc est, in Deo misericordi, nam spei solus Deus per se obiectum tamquam Theologicæ virtutis; non misericordia, vt effectum creatum significat. Eadem phrasis

Olearum rami proiecti a Iudæis, triumphum ineunti Christo, quid significarent.
a 4. Singular. c. 5. & 6.

Sensus loci.

Sanctitatis magnum indicium.

Non sufficit esse oleam, sed oportet esse fructiferam
b homil. 32. in epist. ad Hebr.

c in c. 4. Zach.

d homil. de fide & lege nostra. Sæpe anima ramis & foliis decora, absque fructu.

e tract. 2. in psal. 51. Sensus loci.

Mystica domus expositio.

Non est bonum extra Dei domum versari.
d suprà.

Opus veritatis & opus Dei sæpe quid sit.
e Ioan. 6. 29.
f Psal. 127. 3.

g in c. 54. Esa.

Zacharia locus.
h c. 2. 4.

i Ibidem.

Phrasis scripturæ.

occurrit tam priùs in psalmo 12 [a]. Sperat misericordiam Dei Dauid, sed vt *oliua fructifera*, hoc est, per merita, quamuis cum gratia gratiarum facta, sine quibus non spes, sed præsumptio est.

In æternum, & in sæculum sæculi.] Non sperauit in æternum & in sæculum sæculi eligendo spei actum is qui peractis vixerat annis. Ergo sperauit se eo modo dicit ratione obiecti, quod æternum est, propter firmitatem propositi, vt numquam abiicere spem velit: ob certum ac perpetuum auxilium Dei, quod Deus, nisi per ipsum stet, præbet, vt per id virere, florere, fructificare semper sicut oliua possit, cuius ante meminit. *In Domino sperans non infirmatur* [b], *neque confundetur in æternum* [c]: sed *pascetur in diuitijs illius* [d], *qui dives est in omnes, qui inuocant eum* [e], *dives in misericordia* [f]; cùm impius *in multitudine diuitiarum suarum speret* 8. Nihil autem refert, quòd vertat Hieronymus, *in sæculum*, & *in æternum*. Alij, *in sæculum & vltra*: *in sæculum, & sæculum*: *in sempiternum, & perpetuo*. Est Hebraicè עוֹלָם וָעֶד *holam vahhed*, de qua dicendi formula dictum alias. Quare non videtur annotatio Hilarij necessaria, spem in misericordia Dei esse *in sæculum*, siue *in æternum*, & *in sæculum sæculi*: confessionem de qua sequenti versu, tantum *in sæculum*, quia fiat in hoc solum tempore confessio peccatorum.

Vers. 11.] Confitebor tibi in sæculum, quia fecisti, & expectabo nomen tuum, quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum.

HOc tam pretioso spei ditatus & fultus munere, laudabo te Deus misericors semper, eo quod æquam & iustam feceris de improbissimo prodítore Doëgo vindictam, & quam à te sperauerim laetitiam libertatémque, de illo & Saule, attuleris. Propterea, inquam, sicut hactenus, ita deinceps magis ac magis in te sperabo, perpetuóque opem & clementiam tuam præstolabor, quam experti celebrant, & quam in me, velut in olea viridi turculum, insuleuisti; tametsi non tam citò, vt mea fortassis imbecillitas efflagitabit, succurras. Videlicet nihil gratius accidit auribus, mentique sanctorum, quam suauissimum nomen tuum, quod spirat & fragrat misericordiam; omnesque intelligunt sibi expositum ac expeditum esse, vt inde affatim recipiant beneficia; licet alia ex parte impijs ingratum, inuisum, terribilem sit: & ego celebrando tua in me munera, etiam protectò, vt etiam alij sancti, te vna mecum laudent, & gratias agant, & excitentur atque confirmentur in eadem spe, quam tam conceperunt, & quam tam feliciter mihi cessisse cognoscent.

Confitebor tibi.] In psalterio Romano, apúdque Hilarium, Arnóbium, Cassiodorum, additur, *Domine*. *Confiteri*, laudare est hoc loco, sicut & alibi sæpe, non autem fateri peccata. Vt Hilarius tamen innuit [i] qui pro necessitate operum vltra fidem, valde apertam hic habet sententiam,) & Cassiodorus. Talem verò indicat laudem, quam vis beneficiorum extorqueat, vt à reis tormenta veritatem.

In sæculum.] Psalterium Romanum, *in sæculo*. Fauet ea lectio Hilario, qui, vt vidimus, spem deesse in Dei misericordia esse *in sæculum*, id est, in & *in sæculum sæculi*, hoc est, in alia vita vbi misericordia quoque locum habet; confessionem peccatorum in hoc sæculo durare. At qui, vt etiam modò monui, *confiteri laudare* celebrare est: atque nō aliud est *in sæculum sæculi*, quam *in sæculum*. Nyssenus [k] interpretatur, pollicetur Dauidem εὐχαριστίαν τὸ ἀίδιον, *gratiarum actionem secundum æternitatem*. & Chrysostomus numquam desinturum prædicare laudes ipsius. Eodem pacto Basilius, Theodoretus, Euthymius, alij.

Quia fecisti.] Augustinus, *quoniam tu fecisti*. Alij, *facturus es*: quam pro futuro sumatur præteritum עָשִׂיתָ *hasitha*. Sed aptius retinetur præteriti significatio. Sensus autem est, se gratias agere, & acturum Deo, quòd ut elapsus de manibus Doëgi & Saulis, & tortes alias euaserit plurà grauáque pericula, cuius multi rationem transferunt ad fortunam, vel ad industriam propriam. Paraphrastes illud expressit, *quoniam executus es vltionem in iniq mei*. Sic in psalmo nono [l]. *Confitebor tibi Domine in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua*, &c. *quoniam fecisti iudicium meum, & causam meam*, &c. *increpasti gentes, & periit impius*, &c. Emphasim habet reticentia & eclypsis, *quoniam fecisti*: & videntur illa verba, vt obiectat Euthymius, ab intimo prophetæ corde emitti, atq; ideo deficere. Solent enim ij qui vlciscuntur, defectibus quædam verba proferre, veluti reliqua præ gaudio in eis verba intercidantur, vt illud; *viderunt* [m] *oculi nostri*, nempe vindictam, aut quid simile. Thomas post Augustinum, Rufinum, Cassiodorum, Bedam, Remigium, & alios, explicat, quoniam tu fecisti, vt essem olim in domo Dei fructifera, & sperarem in misericordia tua, & confiterer tibi. Hugo extendit ad innumerabilia beneficia, parua, magna, cùm *omnia Deus in nobis opera operetur* [n]: & *velle*, & *perficere* [o]. Hilarius interpretatur, quia sit autor vniuersitatis huius. Magna confessio, ait Augustinus, eúmque imitatus Rufinus, *quoniam tu fecisti*. Tum exponit de iustificatione, quam impius per se facere, in se non potest, nec nisi malum, inquit Rufinus, & aliquot alijs locis Augustinus; licet opus sic non conferens ad vitæ meritum verum æternæ, ac si re vera malum esset, cùm possit aliquod moraliter bonum fieri, iuxta naturæ vires vt Theologi plures arbitrantur.

Porro *faciendi* verbum absolute positum in diuinis literis, quandoque idem valet, quod vlcisci, & punire, vt in Genesi [p], *non faciam*; cùm prius dictum esset, *non delebo* 8, *non percutiam* [q], & postea, *non interficiam* [r], *non delebo* [s]. In psalmo 118 [t]. *Tempus faciendi Domine*, quamuis hoc alij referant alio, nempe, vt auxilium ferat Deus, vt ipsemet, qui loquitur, faciat legē Dei, quam diripiant alij. Interdum *facere cum aliquo*, vt Euthymius [u] notat, accipitur in bonam partem: subintelligendo misericordiā, vt *magnificauit* [x] *facere* cum eis, & *nobiscum*. Lego præterea *facere animas*, pro eo quod est subijcere legi diuinæ. *facere* simpliciter & absolute, pronocere [y]: pro politè & ornatè aliquid facere [z], pro magnificare, & noua quadam ratione perficere [a], vt cum dicitur, Deus *fecisse Mosem & Aaron*. Denique indifferentem notionem eiusdē verbi ostendit illud [b], quòd defixi in fœcibus suis dicebant; *non faciet Dominus bene, & non faciet Dominus male* [c]. Sed fateor, hoc loco satis commodè, *quia fecisti*, referri ad iuj plicia impij, quę antè prædixerat, pro quibus gratias

[a] Vers. 6. *Diuitiæ gratiæ Dei misericordiam speret.*
Secundo spectant in æternum & in sæculum sæculi.
[b] psal 25. 1. & 30. 2. & 36. 3.
[c] Rom. 10. 11.
[d] Ephe. 2. 4.
[e] Sap. 5. 8. Pf. 30. 9.
Hilarij non necessaria annotatio.
Sensus loci.
Spes Dauidis firma.
Auribus sanctorum & mitigandi patitur nomen gratum audiri.
Impius ingratum & terribilem sibi Dei nomen.
Confiteri, pro laudare.
In necessitate operum vltra fidem.
Hilario fauens lectio.
Sensus loci.
[f] Vers. 2. 5. 6.
Emphasis in reticentia & eclypsi.
[m] Psal. 34. 21.
Hugonis expositio.
[n] 1 Cor. 12. 6.
[o] Philippen. 2.
Magna confessio.
Iustificationem impius non facit per se non peccando.
Faciendi verbum absolute positum, pro vlcisci, & punire.
[p] Vers. 8.
[q] Vers. 9.
[r] Vers. 10.
[s] Vers. 11.
[t] Psalm. 118. 126.
Tempus faciendi Domine.
Facere cum aliquo, quid significet.
[u] Psal. 125.
[x] Psal. 125.
[y] Genes. 12.
Facere animas.
[z] Genes. 12. 5.
[a] Genes. 17. 6.
[b] Genes. 31.
2. Reg. 19. 16.
1. Reg. 12. 6.
Antithesis in significationibus.
[c] Sophon. 1. 12.
Commodus loci sensus.

iam agat Propheta, tamquam pro peractis, ob certitudinem prædictionis; nec difficile quoque sit aliis in locis indicatis colligere similẽ sensum ex antecedentibus ibi, & consequentibus, non recurrendo ad verbi *facienda* variam significationem, quæ admitti tamẽ potest, siue sit Hebræum עשה *hinsah*, siue פעל *paluah*. In 91 [a]. psalmo, *Iustus vt palma florens, & sicut cedrus Libani multiplicatus in domo Domini, & in atriis domus eius florens, bene patiens* canitur etiam *in senecta vberi, vt annunciet, quia rectus Dominus Deus noster.* Rectitudinem istam in vindicandis iniuriis illatis sibi, hoc loco celebrare se velle profitetur.

a Vers. 13. 14. 15. 16.

Et expectabo nomen tuum.] Id est, te ipsum; sæpe namque pro Deo, *nomen Dei* poni obseruauimus. Euthymius circumlocutionem aut esse pro Deo vltore: vel præ multa reuerentia *nomen Dei* pro ipso accipi Deo: *qui credit non festinat* [b]. *Iustus ex fide viuit* [c]; expectat, *viriliter agit, confortatur*, sustinet [d], *non mane comedit* [e]: *sed expectat oportunam, qua verè est in futuro felicitatem*, vt ait Augustinus [f]; interim *adiutorem in opportunitatibus* [g], patienter *præstolatur*, & *cum silentio saluare Dei* [h]: *beatum* se reputat *si nomen Domini sit spes sua* [i]: scit quòd cùm Deus iudicij sit dominus, *beati sunt omnes, qui expectant eum* [k]. De nomine Iesu, deque ipsomet Iesu, qui est expectatio gentium, & populorum; locus hic exponi mystice potest, vt Latini fere faciunt.

Nomen Dei pro Deo.

b Esa. 28. 16.
c Gal. 3. 11.
d psal. 30. 25.
e Esa. 5. 11.
f 17. de ciuit. c. 20
g psal. 45. 2.
h Thre. 3. 26.
i psal. 39. 5.
k Esa. 30. 18.

Mystica expositio.

Quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum.] Omittit Hieronymus, & codices Complutenses, Regij, & alij, verbum *est*, quod abest etiam à textu Hebræo, & Græco. Cassiodorus loco, *quoniam*, ponit, *quod*, nimirum nomen, & pro, *bonum*, Augustinus, *iucundum*: & pro *in conspectu*, idem Cassiodorus, ac psalterium Romanum, & Ambrosianum, *ante conspectum*. Alij pro *sanctorum tuorum*, *misericordium tuarum*, quod Treuetus refert de Hieronymo, quamuis apud alios nõ differat hac in parte a nobis, quos vel misericordia sua dignatus est Deus, vel humaniter, benigne, ac elemẽter tractant proximos; ea in re similes Deo, vt idem Treuetus exponit. Videtur sensus, idcirco velle confiteri Domino, eum laudare, gratias illi agere, expectare ipsum, quia res bona est hæc iudicio sanctorum, coramque ipsis omnia ista facere, tum verò coram dicatis cultui diuino, aut iis qui benignè faciut aliis. Vel quia *nomen* quod expectaturum se dicit, bonum est, æquum, iucundum, salutare sanctis, & quicunque sunt sancti, delectatur huiusmodi rebus operibúsque. Sic Euthymius, de expectatione nominatim declarat. Nyssenus [a], ἀγαθὸν γάρ ἐστι ἡ ὑπομονὴ τοῖς ὁσίοις σου. Impij qualis Doeg nolut expectare, aut Deum laudare; ad præsentia tantùm bona inhiant: futura non credunt, vel non curant: sibi quæ habent, arrogant. Hilarius exponẽs de expectatione Iesu, ait, esse *bonum* hoc *nomen*, quia salutare hominibus, adoratum ab iisdem, & ab Angelis. Dauidem expectauisse non occultè, non trepidum, non solum, sed in conspectu sanctorum, fide scilicet libera, testimonio expectationis suæ: vel sub sanctorum cœlestium, id est, Angelorum, conscientia, non recusans: vel sanctis qui in terra sunt, in se ipso præbens expectationis exẽplum. Augustinus docet hoc *nomen* esse iucundum, præponique non solùm amaritudini, sed etiam iucunditati cuiuis alteri, ab iis qui sunt sancti, & gustant quàm sit suauis Dominus.

a Tract. 1. in psal. 14. *Impiorum ingenia.*

De Iesu expectationis expositio.

Ex his intelligimus, quod etiam Titelmanus monuit, hæc verba, aut referri ad *nomen*, quod sit bonum sanctis: aut ad verbum, *confitebor*; confitebor coram sanctis; aut ad, *expectabo*: expectabo coram, & cum illis: aut, hoc ipsum expectare bonum est sanctis, id est, qui Deum, & eius nomen cognoscunt amántque.

Titelmani interpretatio.

Expositio Treuetti.

PSALMVS QVINQVAGESIMVS SECVNDVS

In finem.

1 Pro Maeleth intelligentiæ Dauid.

DIxit insipiens in corde suo: Non est Deus.

2 Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in iniquitatibus: non est qui faciat bonum.

3 Deus de cœlo prospexit super filios hominum; vt videat si est intelligens, aut requirens Deum.

4 Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.

5 Nónne scient omnes qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem meam vt cibum panis?

6 Deum non inuocauerunt: illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor.

Quoniam Deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent: confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos.

7 Quis dabit ex Sion salutare Israël? cùm conuerterit Deus captiuitatem plebis suæ, exultabit Iacob, & lætabitur Israël.

Vers. 1.] In finem pro Maeleth intelligentiæ Dauid. Dixit insipiens in corde suo, non est Deus.

Titulus, & Argumentum.

Psalmus tertius tertiæ tetrados.

ISTE cum 3. psalmo maxime conspirat, differtque solum in titulo, & quia hic omittuntur, quæ ibi post versum tertium inserta esse docui, nec proprie ad psalmum pertinere, & quoniam pro versu 6. illius, ponitur in hoc alius, vt pars sexti eiusdem. Quapropter exemplo Rufini, Euthymij, Brunonis Carthusiani, Titelmani, Iansenij, Clarij, Caietani, Iansonij, Varlenij, declarabimus dumtaxat, quæ sunt huic psalmo propria.

Notandum hoc loco.

Illud primo notandum cum Hilario & Cassiodoro, ex vario titulo diuersum vtriusque psalmi colligi debere argumentum, & pulchrum plane dicendi genus esse, vt loquitur Cassiodorus, quod per figuram allegoricam prouenit, idē dicere, & aliter quæ sunt dicta, sentire; vtroque modo reperiri diuersitatem in sensibus, vbi te non mutauit eloquium. Idem accidit in 59. & 107. psalmo, quorum tituli differūt, sed prioris versus a septimo vsque ad 14. siue vltimum, & posteriotis totidem sunt prorsus idem, exceptis paucis dictionibus, sed in 107. primi quinque nihil propemodum distant ab vltimis 56. ducto principio ab octauo vsque ad finem. Nec admireris, ait Euthymius, in Commentario 107. di eadem verba atque eadem sententias Propheta sapius repetit in aliis psalmis; cum hic mos apud Hebræos habeatur, & apud Prophetas præcipue. Aliorum de hutusmodi repetitione testimonia Patrum affert Martinus [a] Cantapetrensis, póstque ipsum Salmeron [b], præsertim Hieronymi [c], Origenis [d], Euchenij [e], Aug ustini [f].

Dis 59. & 107. psalmi titulus C. regius alter.

Mos Hebræis in scribendo, & aliorum, tum verborum repetitorum.

[a] lib 5 hypogn. c. vlt.
[b] To. 1. prolo. 9 cap. 23.
[c] in Ezech. c. 31 & 69. *Inspectorum.*
[d] Homil 9. in Gen. & tract. 4 in Matt. & Somil 9. in Ezech
[e] in Gene. c. 49 vbi quæst. in Gene. c. 64.

Possunt repetitionis ex Poëtis exempla citari, qui non vnum vel alterum aliquoties, sed multos quoque repetant omnino eosdem versus, vt ex Homero, Lucretio, Virgilio. Lucretius libro quarto statim in initio repetit septēdecim, quos iam posuerat in primo longiùs post medium. Primus versus incipit:

Auia Pieridum peragro loca, &c.

Virgil. 4. Georg. & Æneid. 1. iterat quinq; versus de opificio apum, & quam de eisdem comparationem ducit ex Cyclopibus, in eodem 4. Georg. seriò de illis agens repetit Æneid. 8. versibus item quinque, & de serpente in 5. Georg. & 2. Æneid. extant iidem fere tres. Ex Homero pronum est plura afferre exempla. Tandem Cassiodorus illustrat hanc in diuersis repetitionem psalmis, salua diuersa sententia, cum gemma, auis pennis, camæleonte, in quorum singulis varij emicscunt colores, & cum pelago, quod motu tremulo varia luce refulget: vsurpat etiam illud Apophtegma, *margaritam esse sermonem diuinum, & ex omni parte forari posse.*

Apophthegma.

Pro Maeleth.] Alij ex Hebræo, *pro Mahalath.* (hoc modo in Commentatoris, qui dicitur Hieronymus, titulo, sed aliter in ipso Commentario) vel *Mahaleth*, sic in Remigij titulo (quoniam in Commentario aliter) Valentia corrupte inc dubio, pro *Malahat*: in bibliis Complutensibus, Regijsque & aliis, pro *Amaleth*, quam lectionem se-

Variæ lectiones.

A quitur Aygarinus; in quibusdam, *pro Amaleth*, quo pacto etiam rep. tio apud Theodoretum, & in libris aliquibus Basilij, in emendatis enim est *Maeleth*, & apud Cassiodorum, Remigium. Hieronymum reputatum (horum Commentarium, non titulum, de quo nomo, intelligo) Bedam in Commentario, quia in titulo habet *Abimelec*, & meminit *de Malech*. Hugonem, Haymonem, Brunonem vtrumque, & alios, apud Ludolphum mendosè *pro Meleth*, apud Bedam in titule, vt dixi, & apud Hilarium *Abimeleth*; Hieronymus in sua versione *per chorum*, & Basilio teste, & Theodoreto, Θεοδωρητος ὑπερ της χορευσεως, *pro chorea*. Symmachus, διὰ χορου, *per chorum*. Aquila ἐπ᾽ ἀφρᾳ, *rapidus*, vel, ἐπὶ χορευσι, *super choreas*. In Ichoiio Græce exponitur μαελεθ, quod LXX. retinuerunt, ἐπὶ τῶν πρωτοτοκων, *primitiis*. Nilenus & Euthymius legunt διὰ χορου, *per chorum*, seu *chorum*, interpretanturque psalmum epinicium, atque victorialem esse, iuxta etiam postrema illa verba *exultabit Iacob, & lætabitur Israël*. In paraphrasi Chaldæa bibliorum regiorum extat, *super choros, ob retributionem impiorum blasphemantium nomen Domini*: apud Nebiensem omittuntur primæ duæ dictiones עַל חֲנִי *hhal hinnegina*.

B

Porrò in titulo Latini & Hebræo & Græco legitur sicut hi. על־מחלת *alel mahalath*, ἐπὶ τῶν μαελεθ, & bibl. Complutenses, Regiusque, pro eorum alia, habent Latini, *pro Maeleth*, quem 15. libentis Symmachus διὰ χορου, *per chorum*, alibi διὰ πλειονων φωνων, *per plures choros*: Aquila, ἐπ᾽ ἀφρᾳ, *super choros*. Commentator dictus Hieronymus, *pro Mahalath*, Remigius, Dionysius Carthusianus, Lyranus, *pro Maeleth*, vel *Mahalat*, exponente *chorum*. Idem eodem modo in titulo, sed in Commentario *pro Maleth*, sicut Augustinus, Cassiodorus, Haimo, Bruno, vterque Hugo, Ludolphus, & alij, qui *chorum* etiam significare volunt, cum mendo apud Valentianum, *pro Malnach*.

C

Non debeo examinare singula, sed contentus esse titulo, prout nunc in emendatis bibliis reperitur, quod nec Augustinum non fecisse, sed in 87. legisse autem hoc loco, *pro simaleth*, miror. Credo, quod Lyranus in psalmo 87. monet, ex ignorantia idiomatis Hebræi, nomen Hebraicum nunc septem tantùm literis Latinis. *Malchath* literis deberet; pro quo *Malahath* aut iuxta Græcas literas μαελεθ *maeleth*, & corrupte *Amaleth*, vnde *Amaleth*, *Malanath*, vel *Malach* item *Meleth*, cuius loco irrepsit *Melech*. sed excusari non possunt, qui *Amalech*, *Amaleth* interpretantur, vt proprium Gentis nomen, sicut *Abimelech*, tamquam proprium virinec illi, qui aliter in titulo, & in 87. etymologias tradunt, quod Augustinus & alij faciunt, nisi propter imperitiam linguæ Hebraicæ, quodque non animaduerterint in codicibus Græcis eandem omnino dictionem notari.

D

Interpretes deceptus.

E

Cæterùm opinionem, quòd *Maeleth*, vt scribitur consentaneè ad rationem scribendi LXX. μαελεθ, musicum instrumentum sit, qui vocatur *chorus*, non Hebræis dumtaxat placere, sed aliis præterea, maxime dum 87. explanat psalmum, prius indicam; vel certè *chorum*, pro cœtu canentium, tripudiantiúmve, aut choream, psalmo vltimo [a], in illis verbis, *Laudate eum in tympano, & choro*, pro *choro*. Græce χορῷ, est Hebræum מָחוֹל *machol*, & מְחוֹלָה *mecholah*, videturque instrumenti musici certum genus potius, quod etiam vocatur חִיל *chil*, quam cœtum ludentium aut canentium, significare. Quamuis in Psalmo 87.

De vera Maeleth significatione.

[a] Vers. 4.

Theodoretus velit denotari cœtum, quia ibi additur ad respondendum, quod, inquit, εἰρίσεται τὰ ἀντιῳδήσιμα τάγματα τῆς χορῶν, *indicat diuerso resonantes ordine chororum*, si cui videretur idem de hoc psalmo, refelli facile non posset. Quemadmodum & suam habet alia sententia verisimilitudinem, quæ contendit, *pro Maeleth* aut *Mahalath*, designare harmonicum sonum cantilenæ alterius vulgo notæ, ad cuius instar, quem vocant Musici *aëream*, psalmus hic, & alius in quo sunt eædem dictiones, cantari pulsarique deberet. Faciet quod מחלת *machalath* videtur esse, vt Grammatici loquuntur, in regimine, ac sequentem innuere aliam dictionem. Si quis autem ferretur etymon, admitti posset, quod affert Augustinus, legens hic *Maeleth*; quamuis in 87. psalmo legat *Melech*, sed corrupte, vt existimo; significare *parturientem*, & *dolentem*, adde præterea infirmitatem; quæ profectò describitur in isto psalmo, & in 86. Videtur Apollinarius tanquam nomen viri proprium hîc sumere, quod absque aspiratione scribit.

Δαυὶδ πινυτῇ ὡς ἐρ ἀγαθὸν μελήτῃ:
Dauidis prudentis pro diuino Meleto.

& in 87. sed cum aspiratione:

Καὶ τόδ' ὡς ἐρ μαλερῷ πινυτοῖς γε id est Κορεῖτι.
Etiam hoc pro Maeleth prudentibus filiis Corai:

quasi cognominetur *Maeleth Coraus*, hoc est, ortus à Core.

Iam argumentum psalmi huius vix differt ab argumento decimiterij, scilicet stultitia humani generis describitur orta ex peccato, egens remedio Christi. Quamuis Cassiodorus asserat, in 13. agi de aduentu eiusdem, contráque Iudæos, in hoc aduersus omnes peccatores, déque secundo aduentu, à quo moneat Ecclesia, tanquam parturiens [a], (iuxta etymon *Maeleth*) vt caueat. Alij, de Antichristo potissimùm in hoc psalmo. [b] Nissenus priori præfigit, annectit psalmum, vt qui ibi tanquam obliqua feras in domo Domini radices fixit per fidem, ipémque, iracundia exardescat in insipientes.

Dixit insipiens.] Hieronymus & hîc, & psalmo 13. *stultus*: eodem modo Hilarius hoc loco. Vtrobique Augustinus, *imprudens*.

Vers. 2.] Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in iniquitatibus: non est qui faciat bonum.

Corrupti sunt.] Præter id, quod notaui psalmo 13. obseruandum, quòd hîc etiam emendati Græci codices habent actiuè διέφθειραν, alij cum V. editione, & VI. & Symmacho, διεφθάρησαν, passiuè. *Quomodo* *, ait Nissenus, *in suo quis esse duret, qui non est in eo, qui est? Quomodo quis maneat in eo, qui est, si non credat ei qui est, quòd sit?* qui igitur ex suo animo abiicit esse Dei, is hoc ipso, quòd Deum esse negat, proprium suum esse corrumpit.

Abominabiles.] *Corruptio abominationem meretur*, inquit Hilarius. Quod psalmo 13. de idololatris dixi, confirmatur exemplo Achab; qui scribitur [c] *abominabilis factus in tantum, vt sequeretur idola, quæ fecerant Amorrhæi.* Constat quoque *stultitiam* de idololatria dici [d]. *Exhæredatos* interpretatur Beda, & *execrabiles*. Quæ stomacho corporis abominationem nauseamque pariunt, ea suo modo, etiam spiritui, & Deo, vt Hugo notat.

Ebrietas, vertigo maris, corruptio, ventus
Nauseat, & quinque sensibus id quod obest.

Demonstrat scripturæ locis. lege quoque dicta psalmo 5. [a]

In iniquitatibus.] Hieronymus, *in iniquitate*. Psalterium Ambrosianum, Hilarius, Augustinus, addunt, *suis*: & Hieronymus in Commentario, Psalterium Romanum, & Cassiodorus, legunt, *in voluntatibus suis*: in psalmo 13 [b]. est עלילותיהם *hhalilath*; hic autem עול *hheuel*: ibi ἐπιτηδεύματα, & *studia*: hic sunt ἀνομίαι, & *iniquitates*.

Non est qui faciat bonum.] In 13 [c]. additur, *non est vsque ad vnum*; quamuis desit Hebraicè Græcéque, præterquam in emendatis Græcis, ἕως ἑνὸς, sicut hoc loco. Ibidem Græca vox est χρεώτης *bonitas*, qua quis alteri vtilis & commodus est; hic, ἀγαθὸν, quod latius patet.

a Vers. 7.

b Vers. 3.

c Vers. 3.

Vers. 3.] Deus de cœlo prospexit super filios hominum, vt videat, si est intelligens, aut requirens Deum.

Deus.] In psalmo 13 [d]. *Dominus, xúριος*, & יהוה ὁ θεὸς, & אל היים *elohim*, legit hic tamen etiam Augustinus, Cassiodorus, Hilarius, & Psalterium Romanum, *Dominus*.

De cœlo prospexit.] Prospectionem Hilarius benignam intelligit, quoties Deus peccatis humani generis commotus salutis nostræ causa, Noë, Abraham, Isaac, Iacob, Mosem, Prophetas misit: colligit etiam ex *prospiciendi* verbo, magnum illud esse, quod tam studiosè, an in aliquo reperiri possit, inspicitur à Deo. Nyssenus * ait, his verbis indicari conuersationem Domini inter homines, quando præeuntes ad incredulitatem sacerdotes, & Pharisæos, & Scribas, omnes subditi sequuti sunt. Augustinus, Cassiodorus, Beda, & alij, quia nihil Deum latet, declarant prospexisse de cœlo, quia fecit vt iusti, qui sunt velut *sedes* [e] *Dei, & in cœlo conuersantur* [f], prospicerent, discernerent, prædicarent: sed fusiùs cum hoc alios Ambrosius * eiusmodi tractat locos, in quibus videtur ignorantia Deo tribui; Chrysostomus [g] considerat de Iob scribi, vt est quidem Græcè, cùm vxorem voluit reprehendere [h], ὁ δὲ ἐμβλέψας αὐτῇ, *ille autem inspiciens eam*, quasi in ea, quam bene nouerat, attenderit diabolum, qui fuerat in serpente loquutus [i]. Tum subdit appellauisse, *quasi vnam de stultis*, non de impiis, aut infidelibus, quia sciebat non esse infidelem, sed insipientia quadam arreptam. Adiicit præterea secus atque aliter Deum neganti hoc loco *insipienti* vocem dari. Vox autem tum Græca tum Hebræa eadem est ibi, & hic ἄφρων, & נבלה *nebalah*, in fœminino apud Iob; quamuis eo loco Aquila vsurpet ἀπῤῥέοντων *defluentem*, aut *delirantem*. Aspectus ille Iob, cum stomacho, indignatione, pleno iracundiæ vultu trucique aspectu fuit, vt Basilius [k], Chrysostomus [l], Theophanes [m], notant; Quocirca *prospectus* etiam Dei accipi posset tanquam irati, ac obliquè, torué, & quasi limis oculis intuentis: quod innuunt item verba השקיף *hisqeph*, & διέκυψε; de quibus psal. 13. egimus.

* * *

a Tract. 2. in psal. 111. *Loci explicatio.*

Benigna Dei prospectus erga genus humanum.

e Apoc. 22. 3.
f Philipp. 3. 20.
* 3. de fide. c. 7. *Loci ab Ambrosio tractati.*
g homil. 3. de patientia Iob.
h c. 2. 10. *De his qui velint hic agi.*
i Gen. 3. 13.

k in Catena Iob
l ibidem.
m epist. 2.

Vers. 4.] Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.

Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt.] Hilarius monet, non cùm declinant homines, inutiles fieri, sed cùm inutiles cœperunt esse, declinare. *Declinationem* accipit cùm deuitant occursus proborum, sectantur deuia, præsentiam bonorum conscientiæ pudore fugiunt: sicut Adam per peccatum inutilis factus, tum Dei declinauit aduentum [a]. Vertit Hieronymus, *omnes auersi sunt, pariter adiaceruntque*: Hebræa expendi psalmo 13 [b]. Indicant illa duplicem rationem in peccato, auersionis à Deo bono incommutabili, & conuersionis ad bonum commutabile. *Declinantes in obligationes*, tortuositates, prauitates, *adducet Dominus cum operantibus iniquitatem* [c]. *Inutiles* dicuntur, exemplo vasis, vt Nysseno [d] placet, abiecti, cognitæque inutilitatis iam damnati. Per ἀπλέστευτα *inutiles* vocantur, qui maximè noxij, quemadmodum *non vtile*, quod valde perniciosum. vt exemplis ostendi posset. Quocirca nil concludit Hugonis argumentatio; si damnatur inutilis, quid erit de malitioso?

Non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.] Legit Hilarius, *bonitatem*; sensum illum à multis traditum, de quo meminimus psalmo 13 [e]. vt sit, *vsque ad vnum*, idem quod, præter vnum, nempe Christum ab omni peccato immunem, reiicit idem Hilarius. Docet autem, cùm tam multi iudicio Dei probatissimi viri sint, loqui Dauidem tantùm de illis, quos appellauit *stultos, corruptos, abominabiles.* Ait etiam, per, *vsque ad vnum*, non excipi vnum ex omnibus, sed inter omnes inutiles, & declinantes, ne vnum quidem esse, *qui faciat bonitatem*; non enim dici, *præter vnum*; sed, *vsque ad vnum*: & in eo quod præter vnum est, exceptionem significari vnius; in eo verò, quod vsque ad vnum est, vniuersitatem generalem: per prospicientis è cœlo scientis diligentiam sub quodam speciali & personali numero contineri. Addit, plane generalem quòque propositionem admitti posse, quatenus ex comparatione diuinæ bonitatis, propter infirmitatem humanæ naturæ bonus nemo est. Tamen per illam incomparabilis diuinitatis exceptionem, docet non intercludi bonitatis officium, vt secundùm comparationem humanam inter homines bonus nemo sit. Plura in eandem affert sententiam. Delige dicta psalmo 13 [f].

Vers. 5.] Nonne scient omnes qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem meam, vt cibum panis.

Nonne scient.] In psalmo 13 [g]. (interiectis aliis, absque nota numeri, quæ ad psalmum non pertinent, vt ibi dixi,) *nonne cognoscent*: & ita præterea hic psalterium Ambrosianum & Romanum, & Cassiodorus. Hieronymus autem ibidem quidem eodem pacto: hic autem, *numquid non cognoscunt*: cum Hebraice & Græcè vtrobique eodem modo se habeat הֲלֹא יֵדְעוּ *halo iadehhu*, οὐχὶ γνώσονται.

Qui deuorant plebem meam, vt cibum panis.] In psalmo 13. *sicut escam panis*, quo modo extat hîc etiam in psalterio Romano. Hieronymus hoc loco, *comedunt*. Hilarius, *qui comedunt populum meum*, &c. Græcè Codices emendati habent absque præpositione ἐν, *in*, ἄρτου *panis*: sicut etiam dicto psalmo 13. Augustinus legit, *in cibo panis*: Cassiodorus, *sicut cibum panis*. Psalterium Ambrosianum, *tamquam cibum panis*. Sed in hoc psalterio immediatè ante ista sunt illa, *non est timor Dei ante oculos eorum*; quæ habentur psalmo 13. in fine eorum quæ dixi adiecta esse.

Bonum porrò Hilarij argumentum. Si vsque ad vnum bonitatem nemo facit, quomodo populus Dei est qui vt cibus panis máducetur ab operantibus iniquitatem? Generalitas ergo sententiæ, inquit, admota est, cùm à Dei populo, quem in bonitatis operationibus non ambiguum est permanere, iniquitatem secernuntur operantes. Recte etiam exponit *comedi populum Dei* ab iis, qui sanctorum iniuriis, vexatione prophetarum, vastatione Ecclesiæ viuunt, & delectantur: qui obtrectationis morsu, & laniatu inuidiæ dilacerant, *quorum Deus venter* [a], & ministerium deputant ad negotiationem, collationibus se plebis, & muneribus ditando: qui conuiuia sub obtentu religionis sumptuosa sectantur, qui apotheças suas inutili religiosorum obsequio distendunt. *Comedunt peccata populi, & ad iniquitatem eorum sublevant animas* [b] *eorum*, sacerdotes, qui dissimulant peccata, atque laudant: Vnde fit, vt illis plurimæ afferantur hostiæ ad ipsorum quæstum. Sic exponit Hieronymus [c], confirmans loci præsentis testimonio; & Gregorius [d], ac Bernardus [e]. Quamuis aliter locus ille declaretur de consumptione peccatorum per preces, oblationésque sacerdotum, ab Alexandro Papa I. [f] ab aliis autem passim dicantur *peccata* poni loco hostiarum; quæ pro peccatis offerebantur. Idem Hieronymus [g] locum adhuc applicat ad Hæreticos, dicens, nullam hæresim, nisi propter gulam ventrémque construi: Nyssenus [h], ad Pharisæos, Scribas, sacerdotes, qui blasphemis suis dentibus populum laniabant, & deuorabant, qui Christum audiebat, æstimabat, sectabatur.

Vers. 6.] Deum non inuocauerunt, illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor. Quoniam Deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent: confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos.

Deum.] In psalmo 13. *Dominum*. Vtrobique Græcè κύριον, ibi Hebraicè יְהוָה *Iehouah*; hîc אֱלֹהִים *elohim*: Obseruat discriminis in Hebræis vocibus causam Genebrardus, quod est etiam versu 3. quòd prospiciat Deus; & inuocetur, nunc vt iudex vltórque, nunc, vt clemens, & misericors.

Illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor.] Vltimæ quatuor dictiones hinc translatæ sunt etiam in psalmum 13. vbi non extant Hebraicè, sicut ibi monui. Hieronymus eo loco, *ibi timebunt formidine*: hîc, *ibi timuerunt*, &c. & tamen est idem præteritum פָּחֲדוּ *pachadu*. Hilarius, *illic timuerunt vbi non fuit timor*: quamuis in ipso Commentario vtatur editione nostra. Augustinus, *ibi timuerunt timore, vbi non erat timor*. Ambrosius, Hugo, Beda, Glossa, & quod facere non debuit, Agellius, *illic trepidauerunt timore, vbi non fuit timor*: psalterium Ambrosianum, *ibi timebant timore, vbi non*

erat timor. Aquila, ἐκεῖ ἐφοβήθησαν, *ibi exterriti sunt.* Symmachus, σοῦ ἔτρεσαν, *timebant*: Theodotio, ἐθαμβήθησαν ἔφοβος ἐφ' οὗ οὐκ ἦν φόβος, *stupuerunt stupore, ubi non erat timor*: explicant Arnobius, & Bruno Carthusianus de Iudæorum nimia circa cæremonias cura, de inani timore non timendorum, deque abientia timoris timendorum, recte hoc loco Hilarius, præsertim in iis, qui timore inani perculsi, pie adulari regibus existimantur pro debita officij religione, ac propter breuē dolorem, libertatem Ecclesiæ, spei fiduciam, confessionem Dei adijcient: punitorem perditorēmque in igne iudicij, & corporis, & animæ, Deum no timent, & æternis diuinæ vltionis pœnis monentanea atque abolenda supplicia præferunt; dum placere hominibus, & in hominis gratia permanere famulatu impio gloriantur. Nillenus [a] timorem istum vanum & pernitiosum confert egregie cum rabiosis aquam timentibus, quam si quo modo admittere possent, medicamentum vtique aliquod suæ ægritudinis haberent, sed metuunt ea ipsa, quæ ad salutem sunt proposita, & abieno sunt animo, ab eo quod conteruat, metúque ne pereant, interitum ibi ereant. Confirmat verbis, quibus *clamabat* Christus vitæ fons: [b] *si quis sitit, veniat ad me, & bibat*: hi autem, quos inuitabat, furore incredulitatis in animæ potentijs præoccupati, *trepidabant timore, vbi non erat timor*, potum salutis aspernati. Addere possim stultum illum metum [c]: *venient Romani*; de quo hic meminit Ruffinus, & Augustinus, dicentes timuisse Iudæos perdere terram, & perdidisse cœlum; dicit potuit, & terram; & quem ingesserunt Pilato [d], *non es amicus Cæsaris*, quod obseruat Ruffinus, qui cum eodem Augustino *dissipationem ossium, & confusionem* in sequenti versu de istō declarat: sed & extendi cōparatio ad plures potest, quos à salutis remedijs arcet stultus, & mundanus met' pudórve.

Lepidam Apuleius [e] de Asino, qui rabie fetocire credebatur, fabellam narrat, cùm, vt ipsemet narrans, asinus inducitur, argumentum explorandæ sanitatis quidam commonstrauit, vt aquæ recentis completum poculum offerrent potui eius: ille si intrepidus, & more solito sumens aquis adlibesceret, sanum illum atque omni morbo scirent expeditum, contra verò si vitam contactúmque laticis vitaret, ac perhorresceret, pro comperto noxiam rabiē pertinaciter durare: hoc enim libris pristinis etiam proditum obseruari solere: ille sine vlla mora progressus etiam obuio gradu satis sitienter, pronus, & totum caput inuergens salutares obiatas aquas hausisset.

Meminit Plinius [f] rabidi canis morsum pauorem, aquæ, potusque omnis afferre odium: celebrem quoque curam demorsi a rabioso cane rabientis adolescentuli in Tarso Apollonij Tyanæi opera memorat Philostratus [g], afferre scribēs cupere tales aquam, & timere: adolescentulum verò, postquam, qui momorderat canis, cum adlambuisset, hausiam ex Cydno aquam bibisse; canem etiam in fluuium coniectum, cùm diu in illo natans moratus esset, in ripa constitentem vlulauisse, quod rabiosi non solent canes, attribúsque demissis caudam vibrasse, tamquam & ipse conualuisse sese agnosceret, quia medicamentum rabiei sit aqua, si eam attingere rabiosus audeat. Hæc de re Medici [h]: sufficiunt institutio quæ diximus.

Ad extremum constat, quòd *qui timet Deum* (qui per se timeri solus debet) *nihil trepidabit*, & quòd *in timore Domini fiducia fortitudinis est* [i], & quòd *qui timent primum, veniet super eos nix* [k]: quia pœna inferni gelatur, nix autem de superioribus ruit; *sæpeque nonnulli, dum temporalia aduersa*, inquit Gregorius [l], *pertimescunt, districtionem se æternæ animaduersionis obiciunt.* Tum recitatis præsentis loci verbis subdit: *Iste namque veritatem tam libere defendere appetit; sed tamen in ipso suo appetitu trepidus indignationem potestatis humanæ pertimescat, cúmque in terra hominem contra veritatem pauet, causam veritatis tam cælitus suspirat. Ille peccatorum suorum consensu, ea qua possidet, indigentibus iam largiri desiderat, sed tamen ne datis rebus egeat, ipse formidat*, &c. & qui conculcanda in istis metuunt, a summis metuenda patiuntur. Hæc spectat præterea, quam eodem illo testimonio fugiendam Bernardus [m] monet fugam per pusillanimitatem, a castro, seu munitione nostra.

Cæterum alius esse posset sensus, quòd qui inuocare noluerunt Deum, nec timere cùm oportebat; aliquando vel inuiti timebunt timore tanto, cui nullus vnquam similis fuit: & quem illi non experientur, ac nec alium vllum talis generis, qui hîc diuino perculsi fuerint, cultuique Dei vacauerint. Item quòd iidem illi improbi subito corripientur timore, quasi Deo repente impios fulminante, cùm se summa potiri putabunt tranquillitate. Hebræis ac Hebraizantibus placent; mihi, Catholicorum, & Patrum, quem attuli, de quo etiam in psalmo 13. Graue supplicium vnum Deus minatur [n], *fugere nemine persequente*; ac tanto corripi pauore, *vt sonitus folij volantis terreat* [o]. Vocat Hesychius φοβοδέα, & κενοφοβον, qui quosuis strepitus ac minima quæque vane perhorrescit. Paroemiam præterea refert, παπάφου σκιά, *cantheri umbra*, ὅτι τῶν φοβουμένων τὰ μὴ ὄντα φόβα, *de iis qui timent quæ non sunt digna timore.* similis illa, οὐδ' ἀκόνιον, *ne vtre quidem*, in illis qui tenentur manibus, quoniam vtri inanis est.

Quoniam Deus dissipauit ossa eorum, qui hominibus placent, confusi sunt, quoniam Deus spernit eos.] Hæc sunt istius [p] hymni propria, pro quibus in 13. illa habentur; *quoniam Dominus in generatione iusta est, consilium impios confudistis, quoniam Dominus spes eius est.* Ibi reprehenduntur, qui confuderunt spreueruntque iustum, inopem, quorum spes Deus: hic illi, qui placere hominibus studentes, *trepidant timore*, licet in priore membro dictum sit, *vbi non est timor*, ac timendi sufficiens, iusta, honesta, cauta nulla. Eorum porrò, qui Deum inuocare non curant, vel timere; tantus erit pauor, adeóque panicus terror, trepidatio tam magna; spernet atque confundet illos tantoperē Deus, qui quemadmodum placerent hominibus solliciti, nihil penitus curabant illum; vt artubus totis contremiscant, vt concutiantur, soluantur, dilpergantur ossa, robur, vires omnes, vt reddantur enerues, exossati, imbecilli, inualidi, fracti, attriti, omni ope destituti, & qui hanc opem ipsi Deo, in hominibus, in carne, in baculo arundineo quærebant, & studiosissimè procurabant, nulli reperire valeant, & qui humano fauore gloriabantur, ignobiles à Deo redditi, quem spreuerunt, sempiterno pudore suffundantur. Contingent ista potissimum in iudicio, vbi laus erit vnicuique à Deo qui meruerit, & confundentur hi, qui Deum erubuerint.

Quoniam Deus dissipauit ossa eorum, qui hominibus placent.] Supplerī debet, ac repeti cum Hilario ex versu præcedente, *nonne scient, qui operantur*

iniquitatem

Loci explicati.

Hebraizantes alicubi.

a tract. 2. in psalm. 13. Asinus egregiè comparatus.

b Ioan. 7. 37.

c Ioan. 11. 48. Stultus metus Iudæorum dum timent perdere terram, perdidisse cœlum.

d Idem c. 19. 12. Superstitiosus applicatus.

e lib. 9. de Asino cano. Lepida de asino fabella.

f lib. 7. c. 2. De remedio contra morsum, & curatum a furiosis.

g 6. de Vita Apollonij c. 16.

h Ecol. 34. 16.

a Prou. c. 14. 3.

b Iob 6. 16.

c 7. moral. c. 21. Vel 12. Gregorius hæc & ego.

Qui timuit ea, quæ timenda non sunt, timendo patitur.

d Bern. ser. 3. de dedic. eccles. Fugiendus fugax hostis.

e Leuit. 26. 17. Graue supplicium fugere nemine persequente.

f vers. 36.

Cantharivmbra: Ne vtre quidem ærumna.

§ vers. 6.

Se fefellit.

Deum inuocare curantium & timentium pauor & mala consectaria.

Supplenda ex versu præcedente.

iniquitatem, &c. Hieronymus, *dispersit ossa circumdantium te.* Alij, *castrametantis contra te*, vel *morantis*, vel *manentis contra te.* Item, *qui te oppugnant, qui educere exercitum conantur aduersus te:* & sensus est, oratione ad impium conuersa, quòd confringet Deus potentiam eorum, in quibus habet fiduciam, eúmque circumdant, & circumstant in exercitus morem; vnde fiet, vt confundatur, cùm se viderit destitutum, & illos à Deo abiectos. Eò spectat paraphrasis Chaldæa, *qui dissipas, aut dispordas robur exercituum flagitiosorum, seu peccatorum.* Quod si oratio dirigatur ad auditum, efficiet hunc sensum; dissipauit Deus ossa castrametantium contra te; confundentur, ac spernentur, ita vt nocere nequeant. De populo Hebræo, vel de Ierusalem nonnulli accipiunt, vt iubeantur non timere ab hostibus: alij de Ecclesia, ne formidet Antichristum, illiúsque sectatores, aut quoslibet persecutores. Dispertios Iudæos Euthymius, & Nicephorus, Blemmida, interpretantur, siue tribus eorum, vt omnibus seruirent nationibus, & gladio quoque Romanorum perditos ac discerptos, canibus & volucribus laniandos relictos: nunc extat Hebraice חנך *chonach* participium singulare à חנה *chanah*, de quo in psalmo 33.[a] & affixum personæ secundæ masculinæ, licet propter accentum vltima littera habeat sceua, non camets; etsi esset (') iod, ante illam, esset numeri pluralis participium, quæ littera omittitur aliquando. Est alia præterea versio, *dissipauit ossa dedicationis*, id est, eos, qui exponunt libidini corpora. Alienior expositio videtur, cuius Titelmanus meminit, quamuis *dedicatio* dicatur חנכה *chanuchah*. In Psalterio Ambrosiano, *dissipauit ossa hominum sibi placentium*: in Romano, *dissipat ossa hominum sibi placentium*. Augustinus, *dissipat ossa hominibus placentium*. Hilarius, *dissipauit ossa hominibus placentiũ*. Cassiodorus, *dissipabit ossa hominum sibi placentium*: quam lectionem innuit in Commentario is, qui dicitur Hieronymus [b], & verus Hieronymus ad Eustochium. Iterum alibi Augustinus, *confringet ossa hominum placere volentium*: Aquila, *διεσκόρπισεν ὀστᾶ ἀνθρωπαρέσκων περί σε, dispersit ossa eorum, qui castrametati sunt circa te.* Vtuntur L x x. nomine *ἀνθρωπαρέσκων*, cui respondent in Latina vulgata editione, *eorum qui hominibus placent*: cui similis ea, quæ est apud Hilarium: & Augustinus, *hominibus placentium*: sed Cassiodorus, & alia illa psalteria reciprocè interpretantur de hominibus sibi placentibus, seu qui sibi placent. Suspicatur Agellius, nec malè, legisse L x x. חניף *chaneph* (potuit etiam dicere חניף *choneph*, vt participium) à verbo חנף *chanaph*, quod inter alia significat ὑποκρίνεσθαι, *hypocritam esse, simulare, accipere personas. Hypocritam* reddit Hieronymus interdum [c] חניף *chaneph*, *fallacem* [d], *simulatorem* [e]. Cyrillus item Alexandrinus citatus ab Agellio, exposuit hoc loco ὑπαρσίως. Hoc autem hominum genus quidquid loquitur, agitve, videri vult, & scirí ab hominibus (vt Christus toties dixit, id reprehendens [f],) atque vt iis placeat. Placuit Paulo phrasis ista, qua se negauit placere hominibus velle, sed Deo, *ἀνθρώποις ἀρέσκειν*, ne continuò desineret *seruus Christi* esse [g]; Vocauit etiam *hominibus placentes ἀνθρωπαρέσκους* [h], interdũ duobus vocabulis, *ἀνθρώποις ἀρέσκους* [i]. non legi alium autorem, qui vsurpauerit, sicut nec *ἀνθρωπαρέσκειαν*, quod est *studium placendi hominibus*, idem quod simplex *ἀρέσκεια*, citra compositionem, sed numquam his dictionibus, qui sibi ipsis placent homines memini significari, vt probari non possit psalterij Romani, & Ambrosiani, atque Cassiodori lectio, quam recitauimus, nec Harmonis, qui nostram ita exponit, *qui hominibus placent*. Id est, sibi ipsis.

Dissipatio ossium quid sit, satis norum, nempe figurato sermone, qui occurrit, iam suprà aliquoties *ossa* significant robur, vires, potentiam. Sic adhuc in psalmo 140 [a]. dicuntur *dissipata ossa secus infernum*; Hilarius, spem æternitatis vult per *ossa* designari, & id sibi velle verba illa, *hoc* [b] *nunc os ex ossibus meis*: quia ex Adæ sui, hoc est, Christi, æternitate æternitatis suæ substantiam Ecclesia mutuatur [c], *nec os Christi illius communi* permittitur [d], quia in diuinitatem æternam, impassibilémque naturam nihil licuit passioni; *& custodiet* etiam Deus, *omnia ossa eorum, vt vnum ex eis non conteratur* [e], sed in ea spiritus vitæ suo tempore immittatur [f]. Quòd ergo *dissipanda* hic *ossa* dicuntur *hominum sibi placentium*, aut non significare eò quod sunt caritura, sed fore, vt per contemptum Dei, tamquam deperdita, & abiecta vilescant, atque illi resurgant ad opprobrium [g], indigni, vt sint conformes gloriæ, & resurrectionis Christi. [h] *Homines* absolutè male sonare certum est pro carnalibus, quique secundum carnem ambulant. *

Rectè porrò idem adhuc Hilarius monet prophetici huius dicti sententiam timuisse sanctum illum doctorem Gentium, cùm scripsit [i], *si hominibus placerem, Christi seruus non essem*, qui tamen fuerit, vt esset fidelis *sine offensione Iudæis, & Græcis, & Ecclesiæ Dei, sicut & ipse per omnia omnibus placebat, quærens, non quod sibi vtile foret, sed quod multis, vt saluarentur.* [k] At hoc, inquit Hilarius, est non hominibus, sed Deo placere, cùm per id quod Deo placetur, & hominibus sit placendum, & ex causa placendi Deo, causa etiam hominibus placendi probabilis existat: studium verò, vt hominibus tantùm placeatur, ad id quòd Deo placendum est, non referatur, quia tantùm eorum causa, quibus placetur, adhibetur. Tradit deinde veluti canonem ad hoc dispiciendum, si videlicet nemo sui causa velit aliquid, aut contrà, si quis velit, quia quod in profectum propriæ vtilitatis efficitur, non potest non aliquam interdum offensionem ex causis euidentibus excitare, eum quod alij vtile est, alteri ipse fiat incommodum. At verò qui nihil sui causa velit, & omnia in profectũ alienæ voluntatis exerceat, necesse est, vt causam placibilitatis (id est cur aliis placeat) acquirat, quia & ex alienis vtilitatibus placet, nec offendit ex propriis. Adiici possunt ex eodem Apostolo, quòd *debemus* præsertim qui sumus *firmiores* ac perfectiores, *imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere*, sed proximo in bonum, ad ædificationem, *quia Christus non sibi placuit*. [l] Augustinus Aurelio [m] exponens Episcopo pias querelas, de Afrorum nonnullis vitiis, scribit, coptentiosi ac dolo, quæ in clero ipso vigerent, ob superbiam; & humanæ laudis auiditatem, quæ etiam hypocrisim generat, *re* ipsa, si is, qui crebris diuinorum librorum testimonijs incutit timorem, & caritatem Dei; seipsum præbeat patientiæ atque humilitatis exemplum, minus sibi assumendo, quam offertur, idque quod necessarium est, ne nimia dejectione vilescat, ad vtilitatem honorantium, salutémque conferat; & si meritò laudetur, propter Deum gratuletur eis, quibus placet verum bonum: non sibi placeat,

quia

Septuag. — Alius. — Explanationes varię. — a Vers. 8. — Alienior expositio. — b epist. 22. — Ἀνθρωπάρεσκοι. — c Iob 8. 13. c. 13. 16. Ps. 9. 17. c. 33. 14. d Ps. 10. 6. e Iob 16. 13. ὑποκρινόμενον ἐχθρὸν. — f Matth. 6. 2. 5. 16. c. 23. 5. — Ἀνθρώποις ἀρέσκειν. — g Gala. 1. 10. 1. Eph. 6. 6. Coloss. 3. 22. 1. Thess. 2. 4. — Ἀνθρωπαρέσκειαι.

a Vers. 1. Οὐ προσέσχον, verbum potentia. b Gene. 2. 23. Hinc ossa Spem æternitatis designant. Iuxta Genesis interpretatio. c Iph 5. 32. d Ioan. 19. 36.

e Psal. 33. 21.

f Ezech. 37. 10.

g Dan 12. 2.

h Philip. 3. 21. a 2. Cor. 5. Galat. 1. 10. 1. Cor. 15. 50. Hominum mores condemnans, adiungit, ipsum, quo carnalibus.

i Galat. 1. 10. Sententia perpetua huius is a D. Paulo dictata, ait Hilarius tractata

k 1. Cor. 10.

l 1. Cor. 8. 9. 10. 11. 12. 13. Rom. 15. 1. 2.

m Epist. 64. Ob superbiam, & humanam de auditatem, contra contemptum & dolo fabricato remedium.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

quia placet hominibus, sed si coram Deo talis sit, qualem esse illum credunt, & non tribuatur illi, sed Deo, cuius dona sunt omnia, quæ vere meritoque laudantur. Vt autem persuadeat, quod asserit, profert præsentem locum subditque: *Quid enim languidius, quid tam sine stabilitate, ac fortitudine quam (ossa) significant, quam homo, quem male loquentium lingua debilitat; cum sciat falsa esse, quæ dicuntur, cuius rei dolor nullo modo animæ viscera dilaniaret, si non amor laudis ossa eius confringeret.*

Differit de eodem argumento Augustinus in libro *de oribus* [a], quo pacto nimirum placere aliis debeamus, nec propriæ soli testimonio contenti esse conscientiæ, abutendo Pauli [b] sententia; *si hominibus placere vellem, Christi seruus non essem*, neque aliam attendendo [c], *placete omnibus per omnia*, &c. *sine offensione estote*, &c. *prouidemus* [d] *bona non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus.* Docet nos etiam, in illis, quibus placere volumus, gloriam nostram quærere non debere, & dignitatem, sed illorum salutem: vtque videntes opera nostra bona, *imitatores nostri sint, sicut & nos Christi* [e]; & *glorificent patrem nostrum* [f]; qui nos fecit tales: cum id fecerimus, *conscientiæ testimonio* contentos esse posse, & in ea *gloriari* [g] aduersus temerarios iudices, detractores, susurrones, murmuratores, quærentes suspicari, quod non vident; quærentes etiam iactare quod nec suspicantur. Eumdem Augustinum lege in opere *de ciuitate Dei.* * Antiochus integro sermone [h] de inani gloria, persequitur idem argumentum allatis locis Pauli, quæ recitauimus, iubens, vt cum timore hunc psalmi nostri exaudiantus, & Ezechiæ veremur exemplum, ac minas eidem intentatas, quòd ostentasset Chaldæis thesauros suos [i]: ostentat amorem istum gloriæ laudisque, & vt ait placeamus, propterea pernicio sissimum esse, quòd constituti inter alias animi perturbationes, mœrore conficimur, lugemus, iis eximi cupimus, oramúsque, aduersus illam aliam, ne laboramus quidem, neque contristamur, neque oramus. Cyprianus * refellit ista sententia, & illa Pauli [k]; qua vt ipse de illo dicit, gloriosè, & sublimiter prædicauit, *si hominibus placere vellem, Christi seruum futurum non esse*; mulieres, quæ se ornant, vt hominibus placeant. Vbi obiter notandum, quod, sicut & Augustinus, antea citatus, citant ex Paulo, *si hominibus placere vellem*: cum legamus, *si hominibus placerem*: eo quoque modo Tertullianus [l] legit, docens, cum alibi [m] iubet, vt omnibus placere curemus; quemadmodum ipse *per omnia omnibus placebat*, & *omnia* [n] *omnibus fiebat*, non idcirco voluisse, vel id fecisse, vt idololatris idololatres esset; Ethnicis ethnicus, sæcularibus sæcularis, sed vt omnes lucrifaceret, non cum eis peccando, commoriendo, superstitionem participando, communicando cum disciplina, & errore. In suillis ossibus minus medullæ est, & nonnullis omnino deest, teste Aristotele [o]: ad eumdem modum isis *ossa* non *irrigantur* [p], aut *germinant* [q] humore diuinæ gratiæ, qui brutis moribus præditi terrena sapiunt, & quæ sua sunt, quærunt, sibi placent, & hominibus, quia sibi: dicuntur etiam quandoque inclusas ventis ossibus ventositates, erumpendo illas frangere [r], quod accidit illis tropologicè, qui vacui medulla virtutis, ventoque inflati superbiæ, & *sensu carnis* [s], & *opinione scientiæ* [t] *inflatus sine voce dissumpuntur* [u]. Ideo verò ineptè aliqui [v] per *ossa* intelligunt illos ipsos, qui placere student hominibus, eaque de causa exterminant facies suas, vt scilicet videantur ab illis, seseque ad ossa ipsa extenuant, & emaciant: quos castigaturus sit & confusurus Deus.

Habet in semetipso gloriam, & non apud alium, qui teste conscientia, in Domino tantùm gloriatur, & gloriam, quæ à solo Deo est, quærit, ac velut depositum ei seruandam tradit, à quo laus erit suo tempore, non in confusione gloria, vt bene disputat Bernardus [a].

Confusi sunt.] Hieronymus, *confunderis.* Alij, *pudore affecisti*, nempe, illos: vel, *confudisti*; videlicet inimicos tuos: vel, *confundes eos*, accipiendo præteritum pro futuro חֹבִישְׁתָּ *hoisiotho.* Paraphrastes exprimit pronomen, *confudisti eos.* Videtur iuxta editionem Hebræam, apostrophe ad Christum: quasi dicat, o Christe, confudisti eos, ac spe illos tua deiecisti, qui placere hominibus malunt, quam tibi Deoque, quoniã Deus spreuit, abiecit, auersatus est eos; vel ad iustum quemlibet, vt ei dicatur, *confudisti eos*, ac spem eorum, qui volebant deuorare & perdere te, id autem ope diuina, quia Deus illorum conatus fregit, eosdem reniciendo. Secundum versionem Hieronymi dirigitur oratio ad populum Chaldæum, qui Hebræum abduxit in captiuitatem, *confunderis*, quia Deus proiecit eos, id est, vt exponit Treuetus, cedet tibi in confusionem, quòd captiuum duxeris populum illum, tunc cùm Deus proiecit ipsum: confirmat ex Ieremia [b] dicente; *capta est Babylon; confusus est Bel*, &c. vbi allusio est ad etymon *Babel*, quod confusionem significat. Nostra editio attendit potius sensum, quam verba. Singularis est expositio Caietani præcedentium & præsentium verborum, quæ sic legit, *quoniam Deus dispersit ossa castrametantis te; confudisti, quia Deus abominatus est eos.* Repetendo ex alio versu *nonne scient*, vel *nunquid non cognouerunt*, ait sensum esse, quòd Iudæi cognouerunt à Deo dispersa esse ossa Gentilium castrametantium contra ipsos, & Deum pugnasse pro ipsis contra illos, vt contra Ægyptios, Amalechitas, Amorrhæos, Madianitas tempore Mosis, & sub Iosue contra Chananæos: Item quòd a Gentilibus ipsi subacti fuerint, & confusi; quia Deus ipsos abominatus est propter eorum peccata, idque aliquoties tempore iudicum; sic vt verbum, *confudisti*, positum sit per Apostrophem ad populum Gentilem; & hunc dicat Dauid, quòd ideo confuderit populum Dei, quoniam Deus abominatus est illum, non quia viribus propriis præualuerit. Hinc autem infert Caietanus inexcusabilem esse vtrumque populum, quòd refutauerit Deum; dixerintque, *non est Deus*; in 15. autem psalmo causam inexcusabilitatis assignatam esse, quòd cognouissent *Deum esse in generatione iusti*, hoc est, Abrahas [c].

Atqui allatus initio sensus communior, & verior est; & quo generalior, melior; licet ad Iudæos persecutores, & crucifixores Christi, Augustinus, Glossa interlinearis, Rupinus, Valentia, ac de Græcis Euthymius, Blemmidaque accommodent, & restringant: Lyranus ad Antiochum: cuius fœtore grauabatur etiam exercitus ipsius [d]: Burgensis ad Antichristum, & sectatores ipsius.

Quoniam Deus spreuit eos] Hieronymus, *proiecit eos.* Alij, *abhorruit, abominatus est*, &c. Valet hæc, & similia, ὀνδ *mazaf*, vt flocci pendere, reiicere, & reprobare cum fastidio vt vile quid, & contemptu, & interdum obterere. Sæpius redditur per Græca ἀποδοκιμάζειν, & ἐξουθενεῖν, aut ἐξουδενοῦν,

a Ser. 13. in cant.

Apostrophe aliorum alia hoc loco.

b c. 50. 2. Babel etymon.

Sensus melior hoc & communior.

Ad persecutores Christi accommodatio.

Ad Antichr. ca. Machab. 9. Ad Antichristum & sectatores.

Ἐξουδενοῦν

quod vltimum habetur hoc loco, & significat *nihili facere*, vt etiam citans istum locum legit Cyprianus [a].

a de disciplina & habitu virginum.

Vers. 7.] Quis dabit ex Sion salutare Israel? cùm conuerterit Deus captiuitatem plebis suæ, exultabit Iacob; & lætabitur Israel.

IDem hic etiam versus in extremo psalmo 13. nisi quòd ibi est *auerterit*, pro, *conuerterit*: &, *Dominus*, pro, *Deus*. Hebræum שוב *shub*, & Græcum ἐπιστρέψας, idem est vtroque in loco, hîc Θεὸς, & אֱלֹהִים *elohim*, ibi κύριος, & יהוה *Iehouah*. Votum verò hîc salutis continetur, per Deum, vel Messiam, qui ex Sion, & ex genere Dauid, cuius ciuitas dicta est propriè *Sion*: veniat *cum virga virtutis suæ* [b]; vt plenum gaudium nanciscatur mundus liber à captiuitate peccati, & euadat *Israel Dei* [c], & secundùm spiritum [d], & Abrahæ filius secundùm promissionem [e], *captiuus remissionem* Christo *prædicante* [f].

Sanctus hæc.

b Psal. 109. 2.
c Psal. 72. 2. Gal. 6. 16.
d Rom. 9. 6.
e Gal. 3. 16.
f Isa. 61. 1. Luc. 4. 19. Beda exposuit superiora.

Quis dabit.] Non placet, quod ait Beda, vt *quis* ponatur, pro aliquis. Eum habet vsum aliquando Latina vox, sed nunquam τὶς, & מִי *mi*, interrogationem exprimit adhuc magis Paraphrastes מַן דְּיִתֵּן *man di*, *quis ille est qui*.

Cum conuerterit Deus captiuitatem.] Dixi in 13. eliè *cum auerterit*: & ita hic etiam Hilarius legit saltem in Commentario, in Psalterio Romano, *dum conuertet*: apud Cassiodorum, *dum conuerterit*: in Psalterio Ambrosiano, *in conuertendo*: apud Augustinum, *in auertendo*. Idem omnia important; similis autem phrasis in aliis Psalmis [a], *in conuertendo Dominus captiuitatem Sion*; & [b], *conuerte Domine captiuitatem nostram*: ἐν τῷ ἐπιστρέψαι, שׁוּבָה *beshub*, quemadmodum hic, & Psalmo 13. item ἐπίστρεψον, & שׁוּבָה *shuvah*, captiuitatem sub peccato & diabolo plures intelligunt, etiamsi forte sub typo captiuitatis Babylonicæ, alteriúsve certè; quod Latinè in Deuteronomio [c] legimus, *reducet te Dominus Deus tuus de captiuitate tua*, extat Græcè, ἐπιστρέψει Κύριος τὰς ἁμαρτίας σου, quia respexerunt Lxx. ad cautam captiuitatis, id est, ad peccata.

a Psal. 125. 2.
b Vers. 4.
De captiuitate sub peccato ex diuersis locis intelligitur.
c c. 30. 3.

Exultabit Iacob, & lætabitur Israel.] De his actum satis Psalmo 13. Hilarij canon, vt diuersa doceat esse, *exultationem Iacob*, & *lætitiam Israel*, non est vniuersè verus, nempe geminatis sententijs idipsum cœlestem sermonem non significare. Contraria exempla non pauca occurrerunt hactenus, & occurrent legenti, non modò psalmos reliquos, verumetiam alias scripturas. *Latina in populo Hebræo magna valde* [d], propter reditum de captiuitate, & restaurationem sacrorum, de qua Lyranus, vmbra quædam fuit gaudij magni ex aduentu Christi, & ex felicitate sempiterna, quæ declarabitur, etiã exterius, in secundo eiusdem aduẽtu.

Hilarij canonis vmbra vera.

d 1. Machab. 4. 58. Typus & vmbra gaudij ex aduentu Christi.

PSALMVS QVINQVAGESIMVS TERTIVS.

1 In finem.
In carminibus intellectus Dauid.
2 Cùm veniſſent Ziphæi, & dixiſſent ad Saul: Nónne Dauid abſconditus eſt apud nos?
3 DEus in nomine tuo ſaluum me fac: & in virtute tua iudica me
4 Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei.
5 Quoniam alieni inſurrexerunt aduerſum me, & fortes quæſierunt animam meam: & non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum.
6 Ecce enim Deus adiuuat me: & Dominus ſuſceptor eſt animæ meæ.
7 Auerte mala inimicis meis: & in veritate tua diſperde illos.
8 Voluntariè ſacrificábo tibi, & confitebor nomini tuo Domine: quoniam bonum eſt:
9 Quoniam ex omni tribulatione eripuiſti me: & ſuper inimicos meos diſpexit oculus meus.

Vers. 1.] In finem. In carminibus intellectus Dauid.

Vers. 2.] Cùm veniſſent Ziphæi, & dixiſſent ad Saul: Nonne Dauid abſconditus eſt apud nos?

Titulus, & Argumentum.

Argumentum ex titulo explicatio, explanatio.

IMplicatur argumentum cum titulo, vtque indiget, vel hic, vel illud, explanatione, cum partim aliis iam in psalmis declaratæ sint primæ sex dictiones; partim quæ sequuntur, contineantur in libris Regum [a].

a lib. 1. 23. 19. c. 26. 1.

Ziph duarum vrbium nomen, & montis siue deserti.

Cum veniſſent Ziphæi.] Est *Ziph* duarum nomen vrbium in possessionibus Iudæ [b], simulque mons ex altera sic denominabatur, siue etiam desertum.

b Ios. 15. 24. 55.

Habet picis, aut bituminis etymologiam, quasi dicas *Picariam*. Augustinus prolixe historiam illam iuxta mysticum sensum tractat, nocens, per *Ziphæos*, quos *florentes* interpretatur, peccatores denotari, prospere agentes, ac superbientes in hoc mundo, talesque Iudæos, qui persequebantur Christum, sicut Dauidem persecutus erat Saul, fuisse; ac Pilato, mortique illum, sicut Sauli, qui significat *mortem*, Dauidem Ziphæi, prodiderunt: tales præterea esse illos, qui mysticum Christi corpus, hoc est, Ecclesiam persequuntur. Transcripserunt ista ex Augustino is qui dicitur Ruffinus, & alius qui nomẽ gessit Hieronymi, præterea Remigius, Cassiodorus, Beda, & alij, & in libros Regum Angelomus; sed ante Augustinum idem iam fere tradiderat Hilarius. Sed aliam notationem assignauit Hebræi vocabuli, vt significet *oris aspersiones*, & innuat Iudæos ore potiùs quàm fide aspersos, mundatósque, & *labus honorantes Deum non corde* [a], & refutantes aspersionem sanguinis Christi, cuius fundendi auctores fuerunt.

Apud Hebræos reperio solã vocem זפת *zepeth* pro *pice*, ac bitumine, indeque loco nomen inditum putat Arias [b]; quam opinionem iam tanto antè retulit Abulensis [c], vt nempe vocarentur *Ziphæi*, qui faciebant picem: & Felix, Hebræorum esse scribit, nec improbat. Meritò proditores *picem* cognominauerit, & bituminosos: quadrat enim bellissime in eos patœmia; *mus picem gustans*, quia malè ipsis cedit proditio. Impij eo magis Ziphæi, quòd contribulem, & propinquum Dauidem, (de eadem tribu Iuda proprium viri nomen *Ziph* [d] extat) apud se tutò versari passi nõ sunt, & per simulationem quoque necessitudinis prodiderunt hosti ad mortem. Nescio an qui notionem secundam sectati sunt, alluserint ad זיו *ziu*, quod est nomen Aprilis, ab arborum quodam splendore, qui dicitur item זיו *ziu*, vel, ad זיז *ziz*, quod significat etiam *splendorem, gloriam*, &c. Pro tertio etymo nihil occurrit.

Porro hinc percipitur argumentum, à quo nec dissident Hebræi Thalmudistæ, volentes, Dauidem sub suorum commemoratione periculorum, & liberationis ab iisdem, afflatum diuino spiritu intellexisse, intelligique voluisse futuras persecutiones, & prosperitates Messiæ. Sed ridiculi sunt, cùm, vt etiam refert Valentia, citans præterea Camhi, iam potitum pace Dauidem, dantémque operam diuino cultui, aiunt, in periculorum, & liberationis suæ meditatione quot noctibus indormire solitum; ante diluculum verò ex parte aquilonari ventum per fenestram penetrauisse, qui suspensæ chordas citharæ, vel psalterij, pulsans, Dauidem excitaret, simúlque eum sanctus spiritus afflaret, & ad scribendum impelleret. Perstringit itaque Dauid beneficium liberationis sub formula precandi, & per speciem voti gratias agit pro eadem. Quod Christo in primis mysticè congruit, deinde toti ecclesiæ, & cuiuis iusto. Non conuenit propositio quod Ayguanus ait, factum à Dauide psalmum, quando licebat ei Saulem occidere, latentem in spelunca: & in isto precari, vt Deus saluaret præseruando ab homicidio. In synodo Salegunstadiensi præscribitur psalmus iste cum L. LVI. & LXVI. recitandus pro vniuersis ordinibus, nec non pro statu Papæ, & Antistitis eiusdem sedis.

Nonne Dauid absconditus est apud nos?] In historia [c] Regum sic est; *Nonne ecce Dauid latitat apud nos in locis tutissimis syluæ, in colle Hachila, quæ est ad dexteram deserti? Nunc ergo, sicut desiderauit anima tua, vt descenderes, descende: nostrum autem erit, vt tradamus eum in manus Regis.* Notat Abulensis [e], Latinè interrogandi formulam expressam ad retinendum idiotismum Hebræum; quia non erat, inquit, conueniens hìc poni aliquid per modum quæstionis, cùm fuerit simplex denunciatio. Asserit tamen etiam interrogationis vim esse posse; quid hìc agis Saul? Dauidem cur non persequeris? ignoras fortassis latitare apud nos? Porro in eadem historia [b], cùm euasisset Dauid, ac denuo reuertisset in priorem locum Ziph, Ziphæi accurrerunt iterum ad Saulem, vt ei proderent illum; dixerúntque, sine interrogatione; *ecce Dauid absconditus est in colle Hachila.* quamuis adhuc Hebraicè sit interrogandi nota הלא *halo*. Idcirco autem Ziphæi denunciationem repetiuerunt, tũ quia pergratum id sciebant Saüli; tum quia cùm iam semel denunciauissent, sibi magnopere timebant à Dauid, si quando superior euaderet, quẽ prodiderant. fortassis etiam iidem Ziphæi detulerant tertiò Dauidem ad Saulem cùm *in locis tutissimis Engaddi habitaret* [c]. Suspicatur id quidem Abulensis [d], quia Dauid erat, inquit, in terra eorum, quando prima vice recessit Saül à persequẽdo eum propter Philisthæos [e], credíque potest, aliquibus de Ziphæis præcepisse, obseruare quò iret Dauid, vt cùm rediret de persecutione Philisthæorum, denuo ipsum inquireret: illi verò viderant Dauid fugientem in desertum Engaddi, & nuntiauerunt postea Saüli.

Nyssenus [f], per *Ziphæos*, in arenti desertóq; loco, dæmonas intelligit, qui quominus per angustam arctámque viam salutis ingrediamur, impediunt, ac veluti Principi suo produnt, ac deferũt. Athanasius hortatur Marcellinum, si eum aliqui persequantur, & calumnientur, ipsius perdendi cupidi, quemadmodum Pharisæi & alienigenæ Dauidem, ne tædio marcescat, sed Domino fretus, illúmque hymnis celebrans, recitet quæ habentur in hoc psalmo, & in 2. v. sed cùm *Pharisæos* nominat, sicut legi in variis editionibus, lapsus est, voluit debuítve dicere *Ziphæos*, quia Pharisæi orti sunt multo post Dauidem, & per omnes tribus erant dispersi.

Vers. 3.] Deus in nomine tuo saluum me fac, & in virtute iudica me.

OBsecrat Deum Dauid per *nomen* ipsius, hoc est, per omnia ipsius attributa, præsertim potentiæ, misericordiæ, iustitiæ, sapientiæ, seu prouidentiæ, vt se tueri ac liberare ab inimicis velit, qui Saule Duce circumsidebant ipsum: vtque humano destitutum omni præsidio, ac *desperantem euadere posse à facie Saulis, qui cum suis iam in modum corona cinxerat illum, sociósque, vt caperent eos* [g], dignetur fortitudine maiestatis suæ opitulari, ac pro se iudicium facere contra persecutores.

Hilarius existimat orationem hanc esse Christi, sensu saltem allegorico, qui vt homo petat saluificari in nomine Dei [h], reposcẽdo gloriã, quam ante secula habuerat, vt nomini diuino cum gloria respondentem virtutem: id autem à Paulo [i] innui cùm exinanito, & humiliato scribit nomen datum, *quod est super omne nomen*. Ruffinus quoque vocem ait esse Christi ad Patrem, postu-

lantis

[a] Abulensis obseruat, ibidẽ post. q. 5.
[b] cap. 26. 1.
[c] 1. Reg. 24. 2. & ibidem.
[d] c. 23. 27. 28.
[e] Qui velint tertio detulisse Dauidem. Ziphæi Dauidem.
[f] Per Ziphæos qui dæmones intelligant. tract. 2. in psal. 53. Athanasius hortatur Psalmum cum Marcellinum. Quando recitari voluit.
[g] 1 Reg. 23. 26.
[h] Sensus allegoricus ex Hilario, & alio. Ioan. 12. 27. 1 Phil. 2. 9.
[i] Sensus loci.

sanctis resurrectionem. Simile quid affert creditos Hieronymus. Augustinus cum ceteris fere Latinis vult orari salutem in Christi nomine salutifero per humilitatem suam, & passionem, vt in iudicio per virtutem, ex qua nunc viuit [a], illam conferat, hoc est, per potentiam, & auctoritatem. Reprehendit Cassiodorus illos, qui morbis remedium quærant a phylacteriis, & incantationibus, non autem ab inuocatione Domini Iesu, in cuius nomine salutis continetur significatio.

Deus in nomine tuo saluum me fac.] De *nomine Dei*, deque phrasi ipsa dictu aliquoties. Verbum cum altero יהושיעני *hoscihhenni* bene congruit nomini Iesu, & a σῶσον, σωτὴρ dicitur. Paraphrastes vsus est verbo *redimendi* פרק *perek*. Athanasius [*] celebritatem nominis intellexit conuenientem Dei filio ante secula. Sæpe pro essentia Dei *nomen* ponitur, próque attributis illius, ita maxime, per quæ magis cognoscitur, & nominatur. Aliquin nullum nomen tam idoneum inuestati potest esse, nec eget nomine, qui vnus, ac per se planè distinctus, longissimeque a creaturis distans est. Qua de causa in tormentis interrogatus Attalus nomen Dei, respondit: *Qui plures sunt, nominibus discerni; qui vnus est, nomine non egere* [b]. Hugo varias affert rationes, ex quibus Deus nomen sumit, vel ei imponitur, ab vnitate, essentia, perfectione, potentia, imminentitate, æternitate, sapientia, bonitate, comparatione ad nos, cultu speciali, gloria prædicationis, actu iustitiæ, actu misericordiæ, actu dispensationis, a natiuitate, a passione, a descensu ad inferos, a saluatione humani generis. Videtur hoc loco ratio habenda peculiariter nominis, quod salutem inuoluit.

Cyrillus Alexandrinus in glaphyris in Genes. agens de Iacob interrogante nomen ab eo, quo cum luctabatur [c], docet id Deum nõ enunciasse, sed se declarasse se naturaliter esse, nomẽ autem peculiare non habere. Hisdorus Peluliota [d] scribit Dei nomen ante incarnationem fuisse ἀνεπεύρετον, inducitque Deum colluctantem, respondentem non esse legis, neque eorum, qui ante legem fuerunt, hoc nosse; nouissimo autem tempore quando venerit plenitudo temporum, & multiplicata fuerint peccata, nominandum *Iesum* τὸν σωτῆρα καὶ σωτηρίαν, *Iesum saluatorem*.

Et in virtute tua iudica me.] Hieronymus, *& in fortitudine tua vlciscere me.* Chaldaicè, *in spiritu fortitudinis iudica me. Iudica me* proprie sonat דרינני *thedineni*, & quo Theodotio vtitur, κρῖνόν μὲ, cuius loco alij in futuro κρινεῖς μὲ, vel μοι. Dixit δικάσεις Symmachus, *iudicabis, iudicio persequeris*; vt scilicet pro me sententiam feras, & innocentem liberes: sed parum refert an (μοι) dicatur aut (μὲ) etiamsi Euthymius discrimen statuat, de quo alias egimus. Non valde etiam differt versio, quæ extat in psalterio Romano, & Ambrosiano, & apud Cassiodorum, *libera me*, quamuis nostra melior sit, & cum Hebræo & Græco melius concordans.

Altera causa cur impetrare velit, est, vt Nicephorus annotat, quia Deus potens est. Hilarius docet quòd si ex consuetudine humana sermo ille cœpisset, in misericordia potius, vel æquitate, quam in virtute se iudicari Prophera popposcisset: sed *virtutis* illic opus fuisse iudicio, vbi Dei filio in filium hominis ex partu virginis nato rursum ipsi hominis filio per iudicij virtutem Dei filij & nomen redhibendum erat, & virtus.

[Veniet videlicet filius hominis in nubibus cœli cum virtute magna [a]. Odorat Augustinus non temere orari Deum, vt *in virtute* iudicet, postquam oratum est, vt in nomine suo saluet: pro maledicto solere hominem homini dicere; *iudicet te Deus*: atque ita plane maledictum censeri, si iudicet Deus in virtute sua, non prius saluando in nomine suo. Atqui de hac item formula dictum alibi non semel; nec non *virtutis* nomen pro potentia sumi: quod Hebraice est גבורה *ghevurah* alias in locis כח *hoach*, Græcè δύναμις. Fretus homicidæ contemptrice Dauid, quòd Saulem non læserit, ita hæc inter loquitur; qui si de omni vita, deque iudicio, in quo proprie tractetur causa inter illum & Deum, agatur, flagitet *ne iuret Deus secum in iudicium* [b].

Non apte hoc loco *virtutem* pro misericordia sumit Hugo & Aiguanus: nec memini in hac significatione vllam reperiri, quamuis fatendum sit, parcendo, & miserendo, Deum omnipotentiam suam maxime manifestare.

Vers. 4.] Deus exaudi orationem meam, auribus percipe verba oris mei.

PErspicua sententia, cuam Augustinus ethico illustrat documento, vt excussa oratio & iaculata sit ex desiderio æternorum beneficiorum, & eam adiuuet Deus, vt perueniat, ne deficiat in itinere medio, & quasi collapsa corruat: & vt si non nobis eueniant modo bona quæ postulamus, securi simus tamen quia postea venient, quodque *non ad* [c] *insipientiam* erit, sed potius ad sapientiam si non accepermus quod petimus. Monet etiam, & hortatur vt nõ petamus aliquid quasi huius, sed quod nobis Deus expedire scit, & tamquam medico non dictemus quæ nobis medicamenta velit apponere: &, si Doctor gentium dixit se *quid oremus, sicut oportet, nescire* [d], multo magis nos.

De Christo qui orabat vt homo, & quid oraret solus implicitet sciebat, explanant Hilarius & Hieronymus.

Exaudi orationem meam.] Non magis hæc quàm sequentia verba innuunt orationem mentalem, aut vocalem; sed synonyma sunt, & repetitur idem ad expressionem affectus illius, qui orat siue ore, siue mente. Impediunt exauditionem imperrationemue multa, maxime si non secundum rectam & superiorem rationem quid petas [e]; si non satis intelligas quid illud ipsum sit quod petis [f]: si sis indignus [g]: si ille, pro quo postulas [h]: si vtilius sit non exaudiri [i]. Inceptum est in Latina compositione verbi *exaudio* vim collocare cum Hugone, quasi sit ad exitum audire.

Auribus percipe verba oris mei.] Hilarius, *inaure*, quo confecto verbo exprimitur Græcum ἐνώτισαι, ab ὠτίον *auris*, & Hebræum האזינה *haazinah*, ab אזן *ozen*, eiusdem notionis. Docui Psalmo 5. [k] interesse ne aliquid inter *audire*, vel *exaudire*, & *auribus percipere*. Insigniter poni verbum hoc *percipiendi* Cassiodorus vult, veluti cordis arcanum reconditum significet: Aiguanus, quòd perfectam compositio innuat intelligentiam: Hugo etiam in pluribus auribus nescio quid spectat. Frustra sæpenumero resecantur adeo ad viuum singula. Id nunc facere cùm videor, facio vt cauteas.

---

a 2 Cor. 13. 4.

Hyperbole, quæ tamen quia [illegible] in nos [illegible] quæ nostra.

De verbo, nomine Dei.

* Oratione 2. contra Arianos.

Egregia. Attali [illegible] de nomine Dei responsio.

b Euseb. 5 hist. Eccles. cap. 1. Rationes varia ex quibus Deus nomen sumit.

De interrogante Iacob, cum quo luctabatur.

c Genes. 32. 24.

d Lib. 1 epist. 17. 45.

De nomine ἀνεπεύρετον ante incarnationem.

In virtute D. non iudicari.

a Matth. 24. 30.

Augustinus obseruatio.

De formula Deus quando iudicet te Deus.

Virtutis nomẽ pro potentia.

Dauid diuersis cæpit vtuntur rebus.

b Psal. 142. 2. Hugone & Aiguani minus aptæ explicationes.

Virtus pro misericordia.

Sensus loci.

c Psal. 118. Petitiones nostras a Deo quales esse debeant.

d Rom. 8. 26.

De Christo hoc rogante.

Exauditionem impetrationem quæ a nobis multa impediantur.

e Matt. 26. 39.

f Matt. 20. 22. Rom. 8. 26.

g Matt. 25. 12. 1 Reg. 16. 1. Ierem. 7. 16.

Singulare vsurpatio vocis exaudire.

h 2 Cor. 12. 8.

i Psal. 9. vers. 2.

Insurrexit. Audire. Exaudire. Percipere.

Vers. 5.] Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me, & fortes quæsierũt animam meam, & non proposuerunt Deum ante conspectum suum.

GRauis, vehemens, vrgénsque ad enixè orandum causa. Nam hostes ac persecutores patitur alienos ab omni humanitate; sed & à diuino numine: quod vel non credunt, vel non curant; & præpollentes viribus, ipsoque potentia superiores, qui insidiantur vitæ, nullo præ oculis habito timore Dei, sed summa furentes ac effrenatissima licentia. Christo & Christi membris mysticis facilis adaptatio huius sententiæ. *Alieni* Christum Iudæi sunt persecuti, vt Hilarius explanat, nõ iam *filij Abrahæ* [a]; non filij Dei, sed *ex patre diabolo* [b], *genimina viperarum* [c], *serui peccati* [d]; *patre* etiam *Amorrhæo, matréque Cethæa* [e]: *fortes*, Herodes, Pilatus, Principes sacerdotum, qui non proposuerunt animo suo Christum Deum esse.

Alieni.] Vel Ziphæi, vel Saul cum suis; vtrique animo infenso erant, & infesto, quamuis ex eadem tribu primi; Saul etiam affinis, etiam si alterius tribus. Fieri potest etiã vt in exercitu Saul essent non pauci reuera externi. Sed simplicior & melior sensus, vt per *alienos* abalienatos intelligamus & inimicos. Vel præterea dicũtur *alieni*, quos vulgo etiam *extraneos* vocamus, id est, barbaros, feros, immanes, nihil humanitatis, aut cõmunis viuendi hominibus rationis habentes. Paraphrastes interpretatur זדנין *Zedanin*, *superbos*. Hebraicè quoque legit Nebiensis זדים *Zedim*, vertítque *impios*. Sic in Psalmo 18. [f] vidimus, quod aliis linguis est, ἀπὸ ἀλλοτρίων, *ab alienis*, in Hebræo textu haberi סורים *mizzedim*, & Chaldaice סורניא *mizzedanaya, à superbis, temerariis, impiis*, &c. vbi lexicon bibliis Regis insertum suspicatur L x x. legisse per (ר) *res*, necnon Ianssenius. Videtur hoc loco magis ad rem lectio nostra זרים *Zarim*, ἀλλοτρίων, *alienorum*, tum ad cõprehendendos alienæ gentis homines, barbarósque, quos in suo Saulem exercitu habuisse dixi esse credibile: tum quia esse alienum à Deo & ab homine iusto commune est omni peccatori; non omnis autem peccator, exactè loquendo, superbus est, etiamsi *omnis peccati initium* dicatur *superbia* [g]: tum quia peius quid, ac maius censetur, ac maius præ se fert odium, quòd quis alieno ab alio sit animo, quàm quòd superbus, eóque grauior & molestior maleuolentia, si non totum gente populóque alieni, sed contribules abalienent se ipsos, quales Ziphæi.

Coniungit Salomon *alienos*, ἄλλους, etsi aliter vocat אחרים *acherim*, cum *crudelis*, אכזר *achzir*: Græcè, pluraliter ἀνυπήκοους. Haberi possunt ijdem ἀλλότριοι & ἀλλόφυλοι. de quo secundo vocabulo, quod poni solet pro *Philisthiim*, dicetur in titulo Psalmi 55. ac proprie significat *aliena tribus homines*.

Gregorius [h], hócque loco Hugo, & Aiguanus, malignos spiritus mystice interpretatur, quos, ait, Sapiens cauet ne participes aquarum nostrarum faciamus [i], hoc est, ne per vanam gloriam doceamus, adde, nec aliud quid boni operemur. *Alienos* præterea licet sensu quoque mystico appellare falsos fratres, hæreticos, schismaticos, alienorum appetitores, abhorrentes à vero & bono, falleptes datam in baptismo fidem abrenunciandi satanæ, ac pompis eius, fornicantes à Deo, & adulterantes. De primis tribus generibus Ioannes [a] prodit quòd *prodierunt ex nobis, sed non erant ex nobis*. De Iudæis autem abalienatis à Christo, idem Gregorius [b] declarat [c] Iob verba; *fratres meos longè fecit a me, & noti mei quasi alieni recesserunt à me, dereliquerunt me propinqui mei; & qui me nouerant, obliti sunt mei: inquilini domus meæ, & ancillæ meæ, sicut alienum habuerunt me, & quasi peregrinus fui in oculis eorum.* Item affert Psalmi 17. [d] locum, de quo ibidem egimus, iuxta eundem sensum mysticum: *filij alieni mentiti sunt mihi*, &c. Adde ex Psalmo 143. [e] *libera me de aquis multis, de manu filiorum alienorum.* Adulteri, atque adulterini filij sunt, qui filiorum non sunt legitimorum capaces disciplinæ, sed *extra illam* [f]: Acie palpitans pullus radiis oppositus Solis tamquam adulterinus ab aquilæ vngue dimittitur [g]. Nam

Partus [h] *non aquilis fas est educere fœtus*
Ante fidem Solis.

Apud Afros & Syros liberi censentur adulterini, qui aspidibus expositi non læduntur ab illis [i]. Ad eundem modum qui nec prospectat cœlestia, nec per aspidem & basilicum ambulare potest, inter genuinos cõputari quasi Dei filios nequit. Carnem Philippus Greuæus [k], alienam docet esse à spiritu, origine, conditione, affectione, quia illa de terra, hic de cœlo [l]; quia mortalis illa, hic immortalis; quia *concupiscit illa contra istum, & vicissim contra illam iste* [m]: conuenire vt caro se in spiritus intimè amicitiam insinuet, sicuti mos est vnicuique hospites suos honorare, maximè si nouerit eos aliqua nobilitate conspicuos: spiritum autem Deo similem esse, carni vt regem præesse; honorem, ac beneficium quod illa fecerit, posse compensare: multas nunc ab ea illi prouenire commoditates: eamdem nisi coërceatur, cohabitatione domestica spiritui nocere tanquam domesticum & intestinum inimicum [n], & Dalilam alteram [o], in cuius sinu foueatur [p]. Tandem dæmones ait ab anima nostra non origine, sed affectione differre, quia communis est immortalitas; rationis facultas, Dei imago, sed odio prosequuntur nos, nec quæ latent in animo notiones, & in voluntate affectiones, per se dispicere valent.

Insurrexerunt aduersum me.] Psalterium Ambrosianum, *super me*, Hilarius, *in me*, ἐπ' ἐμὲ, עלי *bhalai*.

Fortes.] Alij, *formidabiles, violenti, sæui*, עריצים *bharitsim, a quibus alij timent.* Psalmo 36. [q] vertitur singulare per *superexaltatum*. In Iob [r], plurale per *violentos*. Augustinus legit *potentes*, & in commentario Hilarius. Dixi qui sint hi *potentes, fortes, formidabiles, violenti, sæui*, nempe Ziphæi, vel Saul cum satellitibus: reges quoque, ac Principes conuenientes contra Dominum, & Christum eius [s], postremò dæmones, quorum dux vocatur *fortis armatus* [t].

Quæsierunt animam meam.] Vt scilicet *auferrent eam* [u], de qua phrasi dictum alias [x], quæ postea [y] etiam occurret.

Et non proposuerunt Deum ante conspectum suum.] Hieronymus, *in conspectu suo*: Arnobius, *ante oculos suos*: In Ambrosiano psalterio particula & omissa, noui versus principium hinc ducitur. Vsum habet coniunctio non tam suum, quàm quod alias cõcingit, vt significet, quia ideo *alieni insurrexerunt*, &c. quia *non proposuerunt Deum ante conspectum suum.* De re dictum Psalmo 15. [z] *Prouidebam Dominum in conspectu meo semper.* Sic adhuc in 85. [aa]

a 1. Epist. 2. 19.
b 14. Mor. c. 21.
c cap. 19. 13. 14.
d Vers. 46.
e Vers. 7.
Adulteri, adulterini filij. f Hebr. 12. 8.
g Aug. tract. 36. in Ioan. Aristo. histo. anim. c. 5. 4. *Aquila pullos probatos ad solis radios.*
h Claud. Iur. consul. Honor. 3. Aelian. de anim. c. 26. Plin. lib. 10. cap. 3. Ambr. Exam. c. 18. Basil. hom. 8. exam. Hexam. in Lxx. c. 40. *Cur quemadmodum alienæ assumuntur. Spiritus & carnis comparatio.*
i Aiguanus hoc loco.
k Serm. 105.
l Eccl. 12. 7.
m Gala. 5. 17.
n Mich. 7. 6.
o Iudic. 16. 6. & seq.
p Prou. 5. 20. *Dæmones ab anima nostra non origine, sed affectione differre.*
q Vers. 35.
r c. 27. 23.
s Psal. 2. 2.
t Luc. 11. 22.
u Psal. 39. 15.
x Psal. 39. 15. Psal. 34. 4. Psal. 70. 13.
y Psal. 62. 10. Psal. 68. 7. Psal. 69. 3. Psal. 85. 14.
z Vers. 8.
aa Vers. 14.

legitur3

legitur, *Deus, impij insurrexerunt super me*: ἀνανέστησαν ἐπ' ἐμὲ קָמוּ עָלַי *kamubhalu*, sicut hoc versu suprà, & *Synagoga potentiũ* עֲדַת עָרִיצִים *vahhdath bharisim*, συναγωγὴ ὑπερασπιστῶν, *quæsierunt animam meam, & non proposuerunt te in conspectu suo. Non præsituerunt*, ait Nicephorus, *pre oculis animæ suæ*, vel, non meminerunt, *quod Deus videt cuncta, instéque iudicat.* Eiusmodi fuerunt impuri senes, qui *auerterunt sensum suum, & declinauerunt oculos suos, vt non viderent cælum, neque recordarentur iudiciorum iustorum* [a]. Verùm de Deo habendo præ oculis mẽtis, egi, vt modò dicebam, alibi. Monui quoque priùs Hilarium interpretari non attendisse persecutores Christi quòd simul esset Deus, non purus tantùm homo. Viderunt Iudæi, sed quasi leprosum, *vnde nec reputauerunt eum* [b], dicentéque Pilato, *ecce homo, exclamauerunt, tolle, tolle* [c]. Verbum Græcum προέθεντο non solùm significat *proposuerunt*, sed etiam *præposuerunt*; quo secundo modo indicaretur quòd non pluris fecerint Deum, quàm seipsos, sed spreuerint, ac nihili duxerint.

In fine versus existit סֶלָה *selah* διάψαλμα, quod vt Hilario placet, denotat mutationem personæ; vt Propheta deinceps secum loquens impetrasse se affirmet quod orauerat.

a Dan. 13. 9.

Hilarius interpretatus.

b Matt. 13. 55.

c Ioan. 19. 15. Hieron. in Dan.

Sensus sacri.

d psal. 15. 8.

Hilarii expositio.

Imperandi à Deo fiducia quid significet.

Cyprianus fiducia orationis. epist. 77.

Epist. 9 & de exhort. ad martyr. cap. 10.

Vers. 6.] Ecce enim Deus adiuuat me, & Dominus susceptor est animæ meæ.

EXauditum se gestiendo dicit, vt modò ex Hilario notabam, &, vt Euthymius docet, accepta certitudine de superno auxilio præ lætitia illud omnibus palam annunciat. Vel, quòd iam iam certus est acceptum se auxilium, tanquá accepisset, gratulatur. Non est, inquit, quod anxius timeã terribilis illos, ac feroces validosque inimicos meos, quòd animæ, ac vitæ metuã; ille enim ipse quẽ despiciunt Deus, me ipsum curat, *qui in prouidi semper in conspectu meo, & à dextris est mihi ne commouear* [d]. Iuuat me, animámque, ac vitam seruat, tuetúrque quam studiosè illi eripere conantur. Hilarius, præcedentis orationis partibus aptat proprias eius exauditæ partes. Effectus proprios, ait ipse, propriis reddidit postulatis; docens non negligentem orationis nostræ Deum esse, neque irrationabilem præstationem misericordiæ tuæ existimandam, cum nos secundùm quod precaremur, audiret. Namque ad id quod ait, *quoniam alieni insurrexerunt aduersũ me*, proprium illud est, *Deus adiuuat me*: ad id autẽ, *& fortes quæsierunt animã meam*, in eo exauditæ orationis peculiaris effectus est, quod ait, *& Dominus susceptor est animæ meæ*: ad id verò quod ait, *& non proposuerunt Deum ante conspectum suum*, hoc competenter adiecit; quod nempe versu sequenti continetur. Gignit profectò impetrandi fiduciam tolerantia persecutionum, &, vt scripsit Confessoribus Cyprianus [e], *talibus planè in precibus efficacior sermo est, & ad impetrandum quod in pressuris petitur, facilior oratio est.* Hortatur præterea [f] vt in persecutionibus non labefactet mentem humana infestatio sed corroboret mentem diuina protectio, quando vnusquisque secundum dominica promissa, & fidei suæ merita tantum accipiat de Dei ope, quantum se credat accipere, nec sit quod omnipotens præstare non possit, nisi si accipientis fides caduca defecerit. Præclarè, & verè.

A *Ecce enim.*] Particula causalis non extat Hebraicè, & Euthymius ait redundare. Videtur prior esse pro *sed*, vel, *sanè*; altera, pro, *quidem*, vel, *tamen, autem*, &c. Denotat etiam cum admiratione repentinum quid, & improuisum, quasi de improuiso affuisse asserit lætus, admirans, gratulans, & gratias agens, hostibusque insultans, auxilium nouum, quódque vix crederent aduersarij. Constat, cum Dauid vndique cinctus euadere nequiret, reuocatum Saulem nuncio de aduentantibus & irruentibus Philisthæis. Atqui *speciosa est misericordia Dei in tempore tribulationis* [b]: adiutor est *in opportunitatibus, in tribulatione* [c]: *ascensor cœli auxiliator tuus* [d]: *si Deus pro nobis quis contra nos* [e]?

a 1. Reg. 23. 27.

b Eccl. 35. 26.

c psal. 90. 15. & 16.

d Deut. 33. 26.

e Rom. 8. 31.

B *Deus adiuuat me.*] Valentia Christum intelligit, dicentem se à Patre exauditum. Aiguanus, Dauidem prædicentem aduentum Christi, quem optarit Iob [f], ac præuiderit, cum diceret, vt exponit Gregorius [g]; *quis tribuat mihi adiutorem, vt desiderium meum omnipotens audiat?*

Et Dominus susceptor est animæ meæ.] Hieronymus, *sustentans animam meam*: alij, *est inter sustentatores animæ meæ*: vel, *cum sustinentibus animam meam*, vel, *e numero eorum, qui tuentur animam meam.* hoc valet עִם סֹמְכֵי נַפְשִׁי *besomchi naphsi*, hoc est, adest Deus iis qui ferẽt mihi auxilium, meaque partes tuebuntur. Vel, quod scite Genebrardus aduertit, *esse in sustentantibus*, aut *sustentatoribus*, idem est ac esse implicitè sustentantem, & sustentatorem, sicut *in sacerdotibus Dei, & inter eos qui inuocant* [h]; *in fideiussoribus* [i], vt Hebraicè habetur, *in potentibus vim* [k], & vt apud Plautum, *in senioribus*, hoc est, sacerdotes, inuocatorem, fideiussorem, potorem, seniores. Et hoc mysticè declarat idem Aiguanus de suscepta natura hominis à Dei filio, vt eum adiuuaret: in isto quoque adiutorio confitere quemlibet iustum ac dicere, *adiutor, & susceptor meus es tu, & in verbum tuum* (scilicet incarnatum) *superspera* [l]. Hieronymus docet, susceptam animam Christi a Patre, quam citò esset ei redditurus post mortem: vel Christum à Patre susceptum adiutúmque: vel à Christo Ecclesiam. Ruffinus etiam explicat adiutum Christum ne deficeret in passione. Hinc verò vult patientiæ Christi discì exemplum, ne iracamur inimicis, maledicamus, vindictam exquiramus, sed oremus, & Dei adiutorium expectemus, à quo est vindicta [m].

Genebrardi observatio.

Hebræi Hebraica.

h psal. 54. 6.

i Prou. 22. 26.

k Ezech. 30. 6.

Mystica expositio.

f psalm. 118. 114.

A Christo patiente ad exemplum.

m Deut. 32. 41. Rom. 12. 19. Hebr. 10. 30.

Litteraliter significat *susceptor animæ* defensorem vitæ, vt alibi in locis non semel, nec in *animæ* voce momentum est, quasi illam suscipiat Deus, cùm, quod ait Cassiodorus, a peccatis absoluit, & quamuis periculis exponat corpus, animæ conferat salutem. Potiùs ad litteræ pertinet sensum quod ait Hilarius, si quandò iniustè mortis vis affertur, excedentem habitaculo corporis animam in Dei susceptione requiescere. Sufficit iusto scire se curæ Deo esse, tametsi longè videantur esse quæ promittit. Hoc videlicet dicit Augustinus, esse *signatum lumen vultus diuini super ipsum, & datam* iucunditatem, *lætitiamve in cor* [n] *eius*, non in vineam, non in gregem, non in cuppam, non in mensam. Neque verò robur habet argumentum Guilielmi Sceprei pro diuinitate Christi, quoniam hìc nomen Domini sit אֲדֹנָי *Adonai* eidem proprium. Nec est adeo proprium, nec ex mystico sensu licet absolutè argumentari.

Sceptri Iuda expositio.

n psal. 4. 7.

Impugnatum Guilielmi Sceprei argumẽtum.

Vers. 6.] Auerte mala inimicis meis, & in veritate tua disperde illos.

TVm vaticinando, tum optando, & imprecando, ex maxima confidentia petit regnari parata cõtra se ab inimicis arma, mala retorqueri in illos, atque vt Deus pro sua in præstandis promissis fidelitate, & sicut recta exigit ratio, eosdem disperdat. Habeat, inquit Hilarius, hanc innocens religio vltionis certissimam securitatem, quòd cũ mala omnia in eos qui inferant, reuertantur, non potest iniquitatis argui Deus, nec perfectæ bonitati malignæ voluntatis infimctus ac motus admixtus est; quia mala Deus non malevolus excitat, sed vitor retorquet; neque ea ex malitia sua affert, sed in merita nostra conuertit.

De Iudæis, Hieronymus, vbique nunc dispersis, & Ruffinus, ac Valentia, Hilariúsque exponunt, deque cunctis malis perdendis in iudicio. Idem & alij de persecutionibus, quę non patientibus, sed facientibus nocent, ita vt conuertatur dolor quem irrogant, in capita auctorum suorum [a]: qua de re dictum satis alias [b].

Auerte mala inimicis meis.] Hieronymus, *redde malum insidiatoribus meis*: sed meliùs apud Treuetum, *reddet*: est enim יָשִׁיב *iasciu*, futurorum tertiæ personæ. Alij quoque ex Hebræo per optatiuum, vt fit sæpe, non solùm per imperatiuum, interpretatio futuri, *reddat, rependat, conuertat*, vel *reddat, retorquebit*, nimirum Deus; vel, *reuertatur*, aut, *conuertatur*, aut, *conuertetur*, seu *reuertere*, istud malum, quod Hebraice numeri singularis est רָעָה *harabh*. In Bibliis Complutensibus, & Regijs, ἀπόστρεψον, *auerte*. Hilarius, *conuerte*, etiamsi in commentario explicet *conuertet*; sicut Augustinus, *auertet* habeat. Emendata Græca Biblia, ἀποστρέψει, *auertet*. Apollinarius videtur legisse ἀποστρέψῃς, vel, ἀποστρέψῃ, quod est futurum medium tecundæ personæ.

καὶ τὰ ἀντικείμενα ἀποστρέψει ἐμοὶ.
Dolores inimicorum auertet mihi.

Ita se quoque legisse indicant Basilius, & Theodoretus: sed Euthymius, in tertia persona; quo item pacto legit Nebiensis. Quod tandem parum refert. Nec video tamen qua ratione Scepsius affirmet, anceps esse Hebræum יָשׁוּב sine punctis: non enim potest aliam significare, quàm tertiam personam. Meliùs cum sequenti, *rependat*, cohæret, *auerte*, quàm, *auertet*. Sed Iansenius aptius cohærere contendit cum præcedentibus, *adiuuat me, susceptor est animæ meæ*; & Hilarius agnoscit mutationem personæ, quæ mutatio personæ in textu Hebræo minus rapi vehementius scribentis affectum. Legi poterit Brugensem quædam ex his notantem. Ceterum, *auerte mala inimicis meis*, facili verõque sensu, est verti ab eo, qui loquitur, & conuerti ad inimicos; non autem reuerti ab ipsimet inimicis, vt Aiguanus minus recte docuit, exponens non tam de malis pœnæ, quàm culpæ; & Humius Prædicans falsò nobis obiicit putare nos precari Dauidẽ pro inimicis, vt Deus ab illis mala auertat: legendo etiam in tertia persona, ἀποστρέψει τὰ κακὰ ἐκ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ, commode posset exponi in neutra significatione, *abscedant mala ad inimicos meos*; quemadmodum Latinè, *It clamor cœlo*, significat, ad cœlum. Similis phrasis in psalmo 118. [c] *Conuertantur mihi timentes te*, יָשׁוּבוּ לִי *iascium li*; quod Hieronymus reddit, *reuertantur ad me*, & in Romano psalterio, id est, *conuertantur ad me*: quam lectionem sequitur Hilarius, Augustinus, Cassiodorus, Ambrosius. Memineramus autem Ambrosium & Augustinum, lectionis nostræ, quam vogelsius in nonnullis codicibus inuenit, se fecisse & Græcis, & Latinis. Ambrosius maxime in Græcis; sed tantundem valere quantum si dicatur, *ad me*. In libris Græcis lego, ἐπιστράφητωσάν μοι, quasi dicas, ἐπ' ἐμὲ ἐπιστράφωσαν; quod Symmachus reddidit, ἀπο-στραφήσονται μοι, *reuertantur ad me*. Quamquam non ignoro dictum locum aliter explicari, sicut suo tempore dicetur.

Porro præter prædictionis rationem, quæ in similibus imprecationibus continetur, dicitur, non abhorret à recta ratione intentata, à se mala & pericula auertere, ac deprecari, vt remoueantur; immo & vt inimicis potiùs eueniãt, si aliter eũdi nõ possint, aut vt ijs, si corrigi & ipsi terere nolint, perdantur. Legendus Thomas [a], Gregorius [b] verò docet, non amissa caritate inimici nos ruinam lætificare, & rursum eius gloriam sine inuidiæ culpa cõtristare posse, cùm & meritò eo, quosdam bene erigi credimus, & proficiente illo, plerosque iniustè opprimi formidamus. Dolectatus est hoc tamquam symbolo Martinus Papa V. *Auerte mala inimicis meis*[*].

Et in veritate tua disperde illos.] Non dubito Augustinum malo vsum codice, cùm legit, *in virtute tua*, & de virtute exposuit. nam si ἀληθείᾳ & בַּאֲמִתֶּךָ *baamittecha*, hoc significant solùm, quod habetur in editione nostra. Miror tamen etiam citare Origenem [c] eodem pacto locum illum; quamuis legere illum Græcè non licuerit. Conjunctio, *&*, nec Hebraicè, nec Græcè extat, & abest à psalterio Romano, ab Augustino, Hilario, Cassiodoro, non solùm à Hieronymo: loco verbi *disperdendi*, quod, vt prædixi, ad Hebræorum dispersionem applicant: Ruffinus attendit in verbi compositione, quòd Iudæi in diuersis partibus perditi & dispersi sint per regiones, propter malum, quod fecerunt in Iesum. Hugo pœnarum diuersitatem considerat. Alij vsurpant succidere, facere concidere, ad perniciem perducere, subuertere, diminuere. Nimis diminuta vtrinque expositio, quæ est Campens, quia plus importat ἐξανθρώπωσαι, & הַצְמִית *hasmith*, nempe interitum, consumptionem, perditionem. Caietanus hoc impletum docet, quando ab ipsa veritate manifestudinis Dauid comiectus Saul concidit ab animo persequendi eum [d]. *Veritatem* sumit præterea pro iustitia (hoc asserit etiam Euthymius) in qua concidere fecerit Saulem Deus, & alios inimicos in bello Philistinorũ. Quòd si *veritatem*, vt in præstandis constitit promissis, accipiamus, sortassis allusit Dauid ad promissũ sibi regnũ, ac posteris suis [e], vt Treuetus notat: vel magis generaliter ad alias scripturas, in quibus opem Deus pollicitus sit iustis, & protectionem innocentibus, vt Lyranus indicat; quodque impius non prosperaretur. *Recordare*, dixit Eliphaz [f], *obsecro te, quis vnquã innocens perierit quando recti deleti sunt?* &c. Posteriora vt Dauidi testimonia, & Ieremiæ [g], non apte, quod Scepsius facit, citantur. Postremò Euthymius, & quem tolet paucis verbis exscribere Nicephorus, volùit inimi Ziphæos cognatos amicitiam, & Saulem, qui sæpenumero verbis confirmauerat se nullas de cetero aduersus eum insidias molituros esse, vt Deus verax illos mendaces perdat.

Mystica interpretatio aliorum, vt *disperdamur in veritate*, hoc est, vt abiecto errore, ac menda-

[a] 2. 22. q. 76. art. 3.
[b] 25. Moral. c. 6. vel in Ezech. ubi humanam naturam quæ ad Christum assumpta est, ita ait fuisse, vt nihil mali in ea esset.
[*] Ciccosius in vita Symmachi Martini Papæ V. ita ferme malos exitus.
[c] in cap. 2. epist. ad Rom.
[d] 1. Reg. 18.
[e] psa 131. 2. Reg. 16. 21. Iohan. 7. 38. Psal. 20. Act. 2. 30. 1. Pet. 3. 9. Hebræorum mos. Sept. Euthymius, Nicephorus, g cap. 31.

Replicatio Ruffini.
Cajetani.
Mystica interpretatio.

cio, redeant ad veritatem: & Hilarij, vt Christum, qui se ipsum vocauit *veritatem* [a], deprehendatur iniustè damnatum falsis testimoniis criminibusque, idque potissimùm, cùm eum Pater suscitauerit à mortuis, & ipse gloriam resumpserit. Iudæi autem sic convicti, nec emendati, disperdantur; quod accidit postea, cùm ob pœnam, inquit, Dei, in crucem acti, fame & bello absumpti & perditi sunt.

a Ioan. 14 6.

Vers. 8.] Voluntariè sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum est.

POllicetur si quod iam spe cœpit, consequatur, voluntariũ, liberum, spontaneũ ex prompto alacríque animo, & largum ac liberale, munificúmque, quale offerri à viro Principe decet, & conuenit regum regi, sacrificium: præterea celebrationem diuinarum laudum; quia nihil hac sibi re iucundius accidere, nihil offerri Deo gratius & acceptius possit. Hilarius, & quidam alij de Christo interpretantur, *qui se, quia voluit, obtulit* [b], & à legis libertauit maledicto, in eos, qui eam non seruarent, nominatim sacrificia præscribentem, *factus pro nobis maledictum* [c], ac Deo Patris legis sacrificia respuenti hostiam placentem suscepti corporis obtulit [d].

Voluntariè sacrificabo tibi.] Alij, *in promptitudine, cum liberalitate, cum munificentia, liberaliter, sponte*; hæc omnia sibi volunt Hebræa נדבה *hindauah*, à themate נדב *nadav*, de quo egimus in psal. 50 [e]. vbi *spiritus principalis* vocatur, & יהי נדיבה, & *nedibah*, à Hieronymo, *potens*. Eadem formula in psalmo 118 [f]. *Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine*, τὰ ἑκούσια τοῦ στόματός μου, נדבות *nidboth pi*, idest, voluntarias oblationes, liberales, & spontaneas orationes, aut quæ ore vsurpant vota, accepta & placita habe, hymnos, laudésve vltroneas, sacrificia citra votum obligationémque legis oblata pro gratiarum actione.

Porro sicut eo loco Theodoretus intellexit libera quædam, & in arbitrio nostro posita, nec lege iuncta opera, vt virginitatis post nuptias, continentiæ, paupertatis, solitariæ vitæ, in eremo commorationis, ac de talibus vatè locutum: ita licebit præsentem locum, de similibus, quę vocantur supererogationis opera, consiliáque, interpretari aduersus Hæreticos, quibus non modò non placent, sed etiam ea damnant tanquam superstitiosa, ἐθελοθρησκείας. Eadem sunt in Basilio, qui, vt dicere soleo, nõ videtur in istis commentariis alius à Theodoreto. Eundem illum locum Ambrosius Pauli illustrat exemplo [g], sicut hunc nostrum Hilarius, ipsiusmet Christi, de quo etiã alij, vt Ambrosius alibi citatus, in Synodo Lateranensi, sub Martino, secretario 2. Nazianzenus citatus in Synodo Constant. sub Agathone, actione 4, vt antè dixi. Sed præterea extendit ad alios, demonstrans quantopere delectetur Deus volũtario ministro, *non ex tristitia, aut ex necessitate* operante, sed hilariter [h]. affert etiam documentum Philemoni ab eodem Apostolo datum. itẽ quod Isaiæ, cui poterat imperare, dixit Deus, *quem mittam* [i], de quo propterea scripsit Paulus [k], quod audit, scilicet quasi voluntarium organum vberiore spiritus gratia impletum. Augustinus obiter, pauciſque tractans verba psalmi 118. recitata, confirmat verbis quæ hic sunt præmanibus. At in horum verborum commentario profitetur se iis maxime delectari, & hoc tantum bonum cordis vel intelligere alio dicente neminem posse, si non in se ipso gustet. Tandem desinit hoc *voluntarium sacrificium* esse illud, quod psalmo quadragesimo nono [a] Deus ipse *laudis* vocat, eóque se honorificandum edicit, cùm scilicet per se laudatur, & amatur, non ob priuatum commodum; gratis, & ob nihil aliud, nisi quia bonum est. Cæteri in ipsismet impositis & obligantibus præceptis, quibus quodammodo sacrificamus, & obsequimur Deo, spectant hic necessariam, vt ei placeant, conditionem, quòd voluntariè ac deuote fiant; quia *respexit Deus ad Abel* priùs, tum verò *ad munera* [b]. Cassiodorus hoc potissimùm facere docet illos, qui pro inimicis orant, vindictámque non poscunt: quique inter angustias passionum ingiter gratias agunt, sicut Iob. Rationem dat, quoniam qui se vlcisci alienis calamitatibus desiderat, qui propter alia mundi desideria supplicat, qui non tolerat aduersa, non Dei rogat amore, sed potentiam ipsius rerum aliquarum necessitate deprecatur. Cuius Augustinus indicium ait esse, quia si adesset quod amas, non laudares Deum, vel si haberes aliunde, non à Deo.

Abutuntur Hæretici contra vota hoc loco, & similibus [e], in quibus docetur, opera bona faciẽda non ex necessitate, quam tamen secum afferunt vota, sed liberè ac voluntariè. Non deest libertas voluntatis in operibus, ad quæ obligamur alieno præcepto, aut proprio voto, imo plerumque accidit, vt libentius, alacriùs, promptiùs, iucundiùs, suauiùs, faciliùs fiat, quod ex voto fit, quàm quod sine illo; sicut de populo Hebræo proditum est [d], lætatum cùm vota sponte promitteret, quia corde toto offerebant ea domino. Igitur *voluntarie sacrificare* opponitur dumtaxat tristitiæ, & coactioni, à qua vt abstineatur in conuertendis Iudæis, monens Gregorius [e] Papa, vsurpat istam sententiam, sicut Nicolaus eandem, & aliam ex psalmo 118. ne quidam inuitus compelleretur fieri Monachus [f], non autem necessitati, quæ nascitur ex præcepto vel voto. Etsi etiam verum est idem opus libere factum ex sola obligatione voti perfectius esse, quàm ex necessitate præcepti; tum quia vt plurimum solet tale opus esse nobilius, cùm Deus minora imperet, de maioribus consilium det: tum quia qui facit ex caritate opus non imperatum, facit quoque imperatum, sícque plus donat: tum quia requiritur plerumque ad opus non imperatum maior alacritas & promptitudo: ideóque, vt scribit Hieronymus [g], plus amat Virgines Christus, quia sponte tribuunt, quod sibi non fuerat imperatum: maioríque gratiæ est offerre quod non debeas, quàm reddere quod exigaris. Hoc affirmari potest esse *quasi libanum non incensum vaporare habitationem suam* [h], quia exit sponte gutta, purissima est, suauissimáque [i].

In genere quicunque quoduis opus bonum voluntariè facit, deuotus meritò appellatur à Prospero [k], vt pote qui non inuitus tem voluntariam faciat. Primatum tamen tenent hi in Ecclesia, qui se se votis obstrinxerunt, & dici possunt *populus voluntarium*, aut *deuotionum*, seu *Principes*, ac *Duces spontanei*, quibus modis ex Hebræo exponunt quod psalmo centesimonono [l] habetur, *tecum principium* עמך נדבת *hhamecha nedauoth*;

De Christo loco interpretatio.

b Esa. 53. 7.

c Galat. 3. 13.

d Psal. 39. 8.

e vers. 14.

Formula loquendi.

f vers. 108.

Locus psalmi 118. explicatus.

De supererogationis operibus locus.

g 1. Cor. 9.

Voluntarium sacrificium quale Deo gratum.

h 2. Cor. 9. 7.

i Esa. 6. 8.

k Rom. 10. 14. 18.

Voluntarium sacrificium laudis.

a vers. 14.

b Genes. 4. 4.

Abusus haereticorum hoc loco vetus.

c 1. Cor. 7. 26. 2. epist. 9. ad Philem. v. 14.

d 2. Par. vl. 17.

e l. 7. ep. ind. 5. *Gregorius Nicolaus vsurpato a Gregorio Papa & Nicolao.*

f c. prætens. 20. quæst. 3. *Opus ex sola obligatione voti, perfectius quam ex necessitate præcepti.*

g 1 cont. Iou. *Cur virgines a Christo plus amentur.* *Maiori gratia offerre quæ non debeas, quam reddere quod exigaris.*

h Eccl. 24. 21.

i Plin. l. 12. c. 14.

k Deuotus Prosper quis dicatur.

l 2 de vita contempla. c. vlt.

l vers. 3.

cuius loci antea alicubi meminimus. Alios etiam ad præcepta sua non inuitos cogit Deus, sed ad vitam ingredi volentibus proponit seruanda, quia si cogeret, vt ait Bernardus [a], Asinos haberet, non homines; nec possent isti dicere: *voluntariè sacrificabimus tibi.* Scribit [b] idem, *pauperes spiritu* vocatos a Christo, qui hoc ipsum valeant reuera vsurpare, non illos, qui sint eiusmodi, necessitate miserabili, non laudabili voluntate, etiamsi prioribus quoque prodesse possit apud diuinæ voluntatis misericordiam illa ipsa suæ afflictionis miseria.

Verùm quod attinet ad Dauidem, verisimile est respectum habuisse ad illud sacrificij genus, aut oblationis, quod in lege vetere appellabatur *spontaneum*, *voluntarium*, *vltroneum*, vel, *pro gratiarum actione*, vel *factum voto*, vel *sponte* [d]; meminitque Ezechiel [e] nominatim offerentis, qui Princeps erat, nempe sacerdotum. *Cum autem fecerit Princeps*, inquit Propheta, *spontaneum holocaustum, aut pacifica voluntaria Domino, aperietur ei porta, quæ respicit ad Orientem*, &c. *clandestúrque porta, postquam exierit.* Ibi pro *spontaneo* Lxx. habent ὁμολογίαν *confessionem*: quamuis in aliquibus codicibus legatur ἑκούσιον.

Distinguit Rodulphus [f] Flauiacensis mysticè sacrificium ex voto, ab eo quod sponte fit, quia in primo nos ipsi nobis violenti sumus; in secundo, proficiente caritate, *quæ foras mittit timorem* [g], velut naturaliter ex consuetudine incipimus nos mortificare, & bene operari: duos dies, quibus licebat vesci sacrificio, actiuam vitam & contemplatiuam interpretatur: tertium, in quo igni absumendum erat, quod supererat, extremam iudicij particularis sententiam, quæ facultatem neget amplius bene merendi. Postremò designat formula hæc larga munera, prompta obsequia, sicut apud Poetam:

Communemque [h] *vocate Deum, date vina volentes;*
&, *volens* [i] *vos Turnus adoro.*

Hincmarus [k] hinc quoque colligit pœnitentiam nostram spontaneam esse debere, non coactam.

Et confitebor nomini tuo Domine.] Coniungens particula non est vel Hebraicè, vel Græcè; sed nec in Latinis Bibliis Complutensibus, regiis, aliis nonnullis, nec apud Hilarium. Exprimit eam tamen Arabicum quoque psalterium. Quid sit *nomini Domini confiteri*, crebrò locis ante alias patuit. Illud *nomẽ* intelligit, in quo se primis psalmi verbis saluum fieri precatus erat. *Et confiteri* est gratias agere, quam paulo ante dixi apud Ezechielẽ ὁμολογίαν appellatam pro spontaneo sacrificio, vt Latinè Hebraicéque dicitur. Valentia, de sacrificio etiam Eucharistiæ interpretatur. Bruno Carthusianus inducit Christum præcedentibus verbis pollicentem suimet ipsius oblationem in cruce: istis verò, confessores se veros pariturum in Ecclesia ad honorem nominis Domini. Hieronymus eundem dicentem se Patris hîc nomen confessum.

Quoniam bonus est.] Additum etiam Latinè verbum substantiuum *est*, perspicuitatis causa, etiamsi codices aliqui Latini omiserint. optima ratio confiteri Domino, eúmque laudare, *quia* ipse *bonus* [l], ac nomen eius: quia ipsummet laudandi opus est bonum per se appetendum, & honestum: quia Deo gratum, iucundúmque: quia laudatori ipsi etiam vtile; quod multis modis, ac de Iesu nomine loquendo demonstrari posset. *Bonum est*, vt habetur in alio psalmo [m], *confiteri Domino, & psallere nomini tuo Altissime*: & in psalmo quinquagesimo primo [a]: *Confitebor tibi in seculum, quia fecisti: & expectabo nomen tuum, quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum.*

[a] Vers. vlt.

Vers. 9.] Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me, & super inimicos meos despexit oculus meus.

BOnum esse confiteri Domino, & sponte ac liberaliter sacrificare, probat, quoniam liberauerit eum ex omni tribulatione, effeceritque vt optatam videret oculis propriis in inimicis suis vltionem, & iustitiam, prouidentiámque mirabilem Dei ea in re agnoscere, ac prædicaret. Accidit id tum cùm Saul ab obsessione Dauidis reuocatus [b] est; posteaque quando in eadem spelunca, & loco, quo latebat, Saulem dormientem deprehendit, ac interficere potuit [c]; aut etiam cùm tandem Saul idem cum suis occubuit in bello [d], quod fuit sicut priùs dictum est [e]; *auertere malum inimicis, ac disperdere illos.*

Transferuntur eadem ad Christum, qui deiecto mortis aculeo, euasit superior inimicis, eósque infra se positos, atque subiectos delusit. tum milites in sepulchro dormientes, tum alios omnes persecutores homines, dæmones. Eodẽ pacto conueniunt ista cuiuis iusto, qui saltem post præsentem vitã, liber erit ab omni tribulatione, ita vt, *in sex tribulationibus* liberetur, dum viuit, modò ab vna, modò ab alia, *in septima non tanget eum* [f] *malum*, vt Gregorius [g] declarat, & iam fruens Deo, damnatos in inferno ex loco superiore aspiciat, despiciátque, sumpta parabola illa; *Quomodo* [h] *cessauit exactor, quieuit tributum*: &c.

Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me.] Hieronymus, *liberauit me*: sic est nunc Hebraicè in tertia persona חצילני *hitsilani*; esset autem secunda חצלתני *hitsalltani*, quo fortassis modo legerunt septuaginta. Tertia persona indicat nomen Domini, Deúmque ipsum liberatorem & saluatorem. Omnem tribulationem intelligit, quæ ipsi excitata fuerat à Ziphæis, & à Saule, alioquin nec ei aliæ postea defuerũt, nec homini vlli deesse possunt viuenti vitam, quæ nihil nisi tentatio, ac *militia est* [i] variis ærumnis expolita.

Inter multos tribulationis fructus, hic est, nosse quòd sit *bonum Dei nomen*, vt Augustinus obseruat, & cognita infirmitate propria in Dei cognitionem veniendo; eius laudare potentiam bonitatémque.

Et super inimicos meos despexit oculus meus.] Hieronymus, *& inimicos meos despexit oculus meus*: alij, *in hostibus meis vidit oculus meus*, nempe quod volui siue vltionem, vel toruè respexit: vel talia vidit, qualia quiuis oculus alius in capitalibus videre cuperet inimicis. Paraphrastes expressit vltionem נקמתא *nikmetha*. Apollinarius, *perniciem*, ὄλεθρον.

Δυσμενῶν δ' ἀντίοντας ἰμοὺς ὄσσοισιν ὄλεθρον.

Inimicorum autem ostendisti oculis meis perniciem.

Idem supplent Basilius, Theodoretus, Euthymius, Nicephorus. In psalterio Romano, & Ambrosiano, & apud Augustinum & Cassiodorum legitur *respexit*. Arnobius videtur legisse *despiciet oculis eius*, videlicet Dei. Hebræum ראתה *raathah* fœminini generis, signatum absolutè, *videre* seu *respicere* & באיבי *beoiebai*, *in inimicis meis*. Hebraismus est, *videre*, & *aspicere in aliqua re*, pro aspicere

rem.

[a] Bern. lib. de grat. & lib. arb. c. 4. & seq. c. 6. & 7.
[b] 1 Reg. 23. 27.
[c] c. 24.
[d] 1 Reg. 26. 5 & seq.
[e] c. vlt. 1. & seq.
[f] Vers. 9. *Ad Christum eius transfiguratio & quomodo intelligatur.*
[g] Sensus loci.
[h] Iob 5. 19. & 6. Mora c. 7.
[i] Elias 14. 4.
[k] Sensus loci.
[l] Vita hominis nil nisi tentatio & militia. Iob 7. 1. Tribulationis fructus summus.
[m] Hebraismus.

tem. *Despicere*, de loco superiore inferiùs posita aspicere, vel etiam cum contẽptu, nec rectis oculis æquisve. Eclipticum siue defectiuum sermonẽ aut Euthymius esse, & exponendum, quòd animæ oculis viderit in suimetis omnia quæ optauerat, vel quæ illi passuri erant. Occurrit idem dicendi modus psal. xxxiii [a], *Viderunt oculi nostri*, & xxxvi [b]. *Cum perierint peccatores, videbis*, postea in lvii [c]. *Lætabitur iustus cùm viderit vindictam*. Apud Abdiam [d], quod editio nostra habet, *non despicies* ἐν *die fratris tui*, legimus Græcè, μὴ ἐπιδῇς ἡμέραν. Hebraicè, אַל־תַּרְא *al thare*: móxque quasi magis idem explicando [e], *& non lætaberis in die perditionis eorum, & non magnificabis os tuum in die angustiæ, neque ingredieris portam populi mei in die ruinæ eorum, neque despices*, καὶ μὴ ἐπιδῇς אַל־תַּרְא *al there*, *& tu in malis eius in die vastitatis illius*. Similiter in Michea [f]: *Aspiciat in Sion oculus noster*, hoc est, tantis vexetur malis, vt liceat cum voluptate ac irrisione, hostium ritu, de quo dixi psalmo 34 [g]. eam spectate. Theodoretus (etsi Latinus interpres id non reddiderit apud eum) & Cyrillus, exponentes Abdiam, hoc annotant: & prior, consuetudinem esse dicere, *inspexi quempiam*, hoc

A est, sum lætatus, quòd colluctetur cum malis illud ἐπιβλέπειν inquit Cyrillus positum est pro ἐπιχαίρειν, καὶ ἐφορᾶσθαι πάμπαν ἐπιτηδεῖον, *videre & lætari super laborantibus assiduè fratribus*. In Cantico Canticorum [a] illud, *Nolite me considerare quòd fusca sim*, אַל־תִּרְאוּנִי *al thiruni*, μὴ βλέψητε, Paraphrastes exposuit לָא תְּחִזוֹן *la thiuzon*, *ne despicias, contemnatis, spernatis*: & R. Salomon docebat Hebræum verbum ibi valere, obliquè, cum contemptu, dedignatione, indignatione, aspicere. Sic verò ipsemet clariùs iterum loquitur [b]. *Quis mihi det te fratrem meum, sugentem vbera matris mea, vt inueniam te foris & deosculer*, καὶ ἰδοὺ μή με λοιπὸν ἐξουδενώσει

B μή. *Vet. I. editio, quod nos ἐξουθενεῖ, μηδεὶς με ὑπερίδῃ*. Aquila, ἐπ' ἔτι μυκτηρίσουσί με, *non vltra subsannabunt me*. Itaque *despicere* ac *respicere* hoc loco erit quod per parœmiam dicitur, *attollere adducereve supercilium*, ἀτα σοῦς αἴρειν, & Græco vno verbo, καταφρυᾶσθαι: *indicant enim*, teste Plinio [c], *maximè fastum supercilia, in ipsaque superbiæ sedem habent, alibi conceptaculum: in corde nascitur huc subit, hic penates; nihil altius simul abruptiusque inueniens in corpore, vbi salutaria essent*.

PSALMVS QVINQVAGESIMVS QVARTVS.

1 In finem, In carminibus intellectus Dauid.

C

2 EXaudi Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam:
3 intende mihi, & exaudi me.

Contristatus sum in exercitatione mea: & conturbatus sum 4 à voce inimici, & à tribulatione peccatoris.

Quoniam declinauerunt in me iniquitates: & in ira molesti erant mihi.
5 Cor meum conturbatum est in me: & formido mortis cecidit super me.

D

6 Timor & tremor venerunt super me: & contexerunt me tenebræ:
7 Et dixi: Quis dabit mihi pẽnas sicut columbæ, & volabo, & requiescam?
8 Ecce elongaui fugiens: & mansi in solitudine.
9 Expectabam eum, qui saluum me fecit à pusillanimitate spiritus, & tempestate.
10 Præcipita Domine, diuide linguas eorum: quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate.
11 Die ac nocte circumdabit eam super muros eius iniquitas: & labor in medio eius, 12 & iniustitia.

Et non defecit de plateis eius vsura, & dolus.
13 Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique.

Et si is, qui oderat me, super me magna locutus fuisset: abscondissem me forsitan ab eo.
14 Tu verò homo vnanimis: dux meus, & notus meus:
15 Qui simul mecum dulces capiebas cibos: in domo Dei ambulauimus cum consensu.
16 Veniat mors super illos: & descendant in infernum viuentes:

Quoniam nequitiæ in habitaculis eorum: in medio eorum.
17 Ego autem ad Deum clamaui: & Dominus saluabit me.
18 Vespere, & mane, & meridie narrabo & annunciabo: & exaudiet vocem meam.
19 Redimet in pace animam meam ab

his qui appropinquant mihi: quoniam inter multos erant mecum.

20 Exaudiet Deus, & humiliabit illos, qui est ante sæcula.

Non enim est illis commutatio, & non timuerunt Deum: 21 extendit manum suam in retribuendo.

Contaminauerunt testamentum eius, 22 diuisi sunt ab ira vultus eius: & appropinquauit cor illius.

Molliti sunt sermones eius super oleum: & ipsi sunt iacula.

23 Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet: non dabit in æternum fluctuationem iusto.

24 Tu verò Deus deduces eos in puteum interitus.

Viri sanguinum, & dolosi, non dimidiabunt dies suos: ego autem sperabo in te Domine.

Vers. 1.] In finem, In carminibus intellectus Dauid.

Titulus, & Argumentum.

TOtus titulus erat in præcedentis psalmi tituli parte: nec non dempto nomine *intellectus*, in titulo quarti & sexti. Hieronymus, apud Treuetum, tam hîc quàm in priore psalmo vertit, *in psalmis*; nec non in editione Victorij. Sed in Bibliis Regijs habetur hoc loco, *in psalmis*: ibi, *in organis*: cùm sit vtrobique נגינות *binghinoth*, quo significantur carmina ad organum cãrata, siue cithara fuerit, siue psalterium, siue quid aliud. Quamuis velint alij esse initium cantilenæ, ad cuius similitudinem psalmi quidam vel componerentur, vel canerentur. Hilarius monet perinde esse, *in carminibus*, & *in hymnis*, dicere, qui secundus modus habetur Græce, ἐν ὕμνοις.

Magis recepta de argumento sententia est, conqueri Dauidem de Ceilanis, à quibus cùm illos[1] obsidione liberasset, proditus turpissime ac ingratissimè fuisset, nisi diuino monitus oraculo inde sese proripuisset in montem solitudinis Ziph, de qua diximus priore psalmo. Extat huius rei historia in primo Regum [e]. Quamuis Caietanus asserat agi de fuga Dauidis, quando voluit eum domi Saul lancea intentata occidere: eadem obsedit nocte: tertiò, in Naioth [b]: Agellius, post Iansenium, Ariam, Vatablum, quando fugit filium, & coniuratos, in quibus Achitophel erat, quem loco fratris habuerat [c]. Beda, ex Oniæ sacerdotis persona, petentis Ægyptum, quando Iason propinquus eius, sed honoris & vitæ illius æmulus, ab Antiocho Seleuci filio Pontificatum redemit, ea conditione, vt omnes Iudæos in Gentilium scita traduceret [d].

Mysticè passim quoque declaratur de Christi passione, & Ecclesiæ persecutione, aitque Glossa, hunc esse tertium psalmum, qui de passione & resurrectione Christi latiùs tractet. Consentiunt etiam Græci: Addit Ruffinus repulsionem Iudæorum nunc, & postea damnationem æternam: assumptionem gentium; glorificationem fidelium in æternum. Tropologia item placet, contra impiorum societatem, amicósque ingratos & fictos; vt Titelmanus notauit, &, vt Beda, contra vitia carnis & ipsam carnem. Ratio Dionysij Carthusiani, qua probat ad litteram exponi debere de Christo hunc psalmum, quia in illo continetur [a] similis sententia, ei quæ psalmo 40 [b]. habetur, & citatur de Iuda in Euangelio Ioannis [c]; non concludit. Summùm probat valde aptè, de Christo, iuxta mysticum sensum, quod concedimus, accipi, & vt Valentia monet, Dauidem in suis persecutionibus, Messiæ quoque præuidisse persecutiones. Idipsum docet Arguanus disertè; & ceteri fere, vt certum ponunt, literalem de Dauide sensum esse, quamuis mysticum minime negent; quibus annumerari & Ambrosius [d] debet, & accuratiùs præ cæteris Eusebius [e].

Tropologia.

Ratio Dionysij Carthusiani nõ concludens.

a vers. 14. & 15.

b vers. 10.

c c. 13. 18.

Sensus literalis.

d li. de fuga seculi c. 5.

e l. 10 de demonst. c. 1.

Vers. 2.] Exaudi Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam.

Vers. 3.] Intende mihi, & exaudi me.

HOc modo textum pono, decerpẽs tertij versus partem, cum secundo, vt in bibliis distinguuntur, quia sensum perficiunt. Præfatur autem Dauid, vt exaudire dignetur Deus deprecantem, nec velit despicere, sed attendere, & postulatis annuere. Sic exaudiri petit, vt non despiciatur oratio; quatenus ita impetret, vt sit Deo gratum quod concedit, & non concedat iratus, sed si sit opus, neget quod negandum iudicat, misericors. Eodem fere pacto dixerat alio psalmo [f] Deum sibi intendisse, atque sic preces exaudisse. Exempla Ruffinus dat in carnibus populo concessis [g], & in rege [h], ab irato Deo. Addit Hugo satanam [i]: quosdámque nec exaudiri, nec despici, vt Paulum [k]; alios despici nec exaudiri [l]: nonnullos exaudiri, & non despici [m]. Caietanus notat quatuor in recursu ad Deum; applicationem veluti aurium ad orationem, vt non se occultet, ac subducat Deus (legit enim, *ne occulteris à deprecatione mea*:) vt adorantis attendat personam; vt tum demum dignum faciat responsione; quemadmodum *respexit ad Abel, & ad munera eius* [n]. Confirmari possunt ista verbis Nehemiæ [o], *fiant aures tua auscultantes, & oculi tui aperti, vt audias orationem serui tui* [p]. Basilius tractans quæstionem cur etiam sancti non semper impetrent, inter alia docet fieri interdum, vt rogantis indignitas causa sit, quamobrem non impetretur, vt quando Dauid rogauit: vt liceret sibi ædificare templum [q]: vel, eorum pro quibus orarut, quales, pro quibus Ieremias [r]: vel orationis tepiditas remissióque, quam fastidit Deus, nisi sua singularis clementia succurrat. Hoc est non despici orationem à Deo, eúmque illi orantíque intendere. Sed fortassis omnia sunt synonyma. Porro qua ratione conueniat orare Christo, de quo Augustinus, & alij passim hæc, & psalmum totum, docuimus alio loco.

Sensus loci.

Vt petit Dauid exaudiri.

f psal. 9. 2. *Exaudiuimus te non exaudiuimus exempla.*

g Exod. 16. 13. Num. 11. 31.

h 1. Reg. 8. & 10

i Iob 1. 12. Matt. 8. 32.

k 2. Cor. 12. 8.

l Mat. 25. 12.

m Isa. 58. 9. & seq

Quatuor inter cursus ad Deum necessaria.

n Gen. 4. 4.

o c. 1. 6.

p regul. 261. ex breuior *Cur etiam sancti non semper impetrent.*

q 2. Reg. 7. 5. 7. 16. & c. 14. 21.

Exaudi.] Hilarius, *inaudi*: sicut & præcedente psalmo, ad exprimendũ ἐνώτισαι, & האזינה *haazinah*, quæ ab auribus omnia ducuntur. Valeat Hugo declarans extra audire, vt alij etiam sciant; ad extra audire, & ex corde.

Improbat Hugonis expositio.

Orationem meam.] προσευχὴν. Distinguunt aliqui,

vt Ruffinus, Hugo, Beda, Haimo, Bruno Carthusianus, Treuetus, a *deprecatione*, quæ haberi se queuti membro: quòd sit *oratio* de bonis, *deprecatio* contra mala, hoc alias quoque monuimus. Synonyma etiam videri. Euthymius certe notat nullum discrimen esse, & in 16. psalmo eadem haberi ordine mutato, vt primum sit, *exaudi, exaudire*, deinde *intende oratioi, auribus percipe, inaurire*. Scilicet, quod hîc primo loco est, *exaudi*, potuit reddi Latine, *auribus percipe*, vt diximus quia Græcum est προσεσχες, & Hebraicum האזינה *haazinah*.

Et ne despexeris deprecationem meam.] Hieronymus etiam, *ne despicias*. Sed ex Hebræo reddi debet, *ne abscondas te à deprecatione mea*, ואל־תתעלם מתחנתי *veal thithhallam mithechinnathi*. Quamuis eodem reuoluatur sensus, quoniam qui se abscondit, aut subducit ne videat, audiatve supplicantem, eum auersatur, & despicit, quemadmodum, qui obturat aures. Hinc est, quod læsus orarur Deus ne *abscondat*, vel *auertat faciem* [a], & ne *declinet in ira* [b]. Minatur etiam, se cùm scelerati extenderint manus ad orationem, *auersurum oculos ad eas* [c]. Signum item rei damnati, vel qui gratia principis careat, non admitti in conspectum eius, vt Absalom [d] contigit, & Amano, *cui facies operta est* [e], quasi eliet indignus, qui regem aspiceret, vt placet R. Abenezra, etsi hoc malunt alij pertinere ad notæ, quo cruciugen is caput obnoti facieque velati tolebar. Alio loco retuli, quod huc etiam facit, illud ex Virgilio [f] de Pallade, quæ flecti precibus nolebat:

Deus ipse suos oculos auersa tenebat.

Despicere est lector præterea *exaudire*, qui audit, sed non exaudit, si sit exauditione digna, & inexauditus reputat se confusum, ac dedecore affectum. A Bethsabee petitionem vnam precatus Adonias petebat, *ne confundat eam faciem suam* [g]: eademque formula cum filio agens vsa [h] est: & hic respondit, *fas non esse vt auertat faciem ipsius, id est* לא־אשיב את־פניך, *non auertam te*, לא אשיבנו *lo asseu eth panaich*, quod expoui potuit; *non reuertar faciem tuam*; id est, non reiciam te, nec te denegantium, & abire sinam vacuam, non patieris repulsam. Oppositum sensum facit *suscipere orationem* [i], & *faciem* [k] *alicuius*. Item Deus contra Aaron & Mariam, *abiit, nubemque recessit, quæ erat super tabernaculum, & ecce Maria apparuit candens lepra* [l]; nempe ne lata sententia deprecationi locus foret. Sed & mos iudicum fuit intra cortinas se continere, cùm pronunciabant in reum sententiã. Quò forsan spectent verba Iob [m], *vultum iudicum eius operit*, vt non respiciant, neque commiserentur; & Ecclesiastici [n]: *ab inope ne auertas oculos tuos propter vram*. Habet eandem vim *accipere faciem alicuius*, Hebraicè נשא *nasa*, *elevare*, vt nimirum sit erecto animo, & exaudiatur, eíve faueatur. Denique quod in Prouerbiis [o] Latine dicitur, *nec acquiescet cuiuspiam precibus*, extat Hebraicè לא־ישא פני כל־ *lo yisa pene chol*, *non accipiet faciem cuiuspiam*. In psalmo 26. [p] *despicere* propriè est dimittere, καταλειπειν, עזב *hhazab*: in 21 [q]. *non despicere*, & *non spernere deprecationem* simil dicitur cum eo quod est *abscondere faciem ab alio*, ibi *deprecatio* dicitur δεησις, sicut hîc, sed Hebræa vox diuersa est תנות *thenoth*; quam Hieronymus interpretatur *modestiam*, cum qua nempe orat supplex: alij, *afflictionem*, & *tribulationem*. sed hanc Felix hoc loco non rectè posuit pro תחנה *thechinnah*, quæ propriè *supplicationem* significat, qua petitur & imploratur gratia, ita vt quandoque sumatur pro clementia [r], huc misericordia, quas Parapraltes [s] *misericordias* pluraliter vocat רחמיו *rachamim*. textus Græcus [t] ελεος, vulgóque de vnus *petere aliquam gratiam*, id est, munus, quod gratis ac liberaliter cupimus nobis donari. *Respice Deus in orationem humilium, & non spernis preces eorum* [u], *non despexit deprecationem pauperis* [x]: *audis pauperes, & vinctos non despexit* [y]. Despiciuntur, ait Hilarius, orationes leues, inutiles, diffidentes, seculi curis anxias, & rerum corporum desiderijs implicatas bonorum operum fructibus infœcundas. Verùm confirmat, quia Dominus verba Cananææ sæpeclamantis inaudiuit [z], despexit orationem adolescentis illius, qui ab æterni arcani largitore diuinionem paternorum postulabat [a], interdum meam saluam, quia fidei silentio salutem sibi etiam à verbis fructus expetebat [b].

Intende mihi.] Hieronymus, *attende mihi*: הקשיבה *hak sciuah*, Chaldaice, *attende sermoni mee*, אצית *aseith* למיסרי *lemeneti*: apud Nebiensem *lectori orationum sermonem meum*. Cassiodorus, & alia duo psalteria Romanum, & Ambrosianum, *intende in me*. Non placet Ruffino, exponenti, *intendere*, intentum ac perfectum esse in oratione, virtutibus, operibus: Nec Reinoldus, esse, irremissum se Deum precibus adhibere, sicuti se talem præbet orationi. Potiùs esset, quod innuit idem, & Cassiodorus, tranquillum accommodare vultum, benignumque, præbere auditum, iuxta illud [c], *respice, & exaudi me Domine Deus*. Denique est applicare animum, cogitationem, curam, non solam ad orationem, sed etiam ad orantis personam, idque eo quodammodo faciem honorando, & considerando vultum illius, vt est in Leuitico, atque, vt Iacobus [d] loquitur, *intendere in eum*. ἐπιβλεπειν, & vt Iudas [e], *mirari personam* eiusdem, θαυμαζειν præ qua cætera contemnuntur; sicut & Christus *exaudiuit pro sua reuerentia* scribitur [f]. Apollinarius expressit hoc loco pro με ἐπακουσαι, *exaudi me*, ἐπακουσον, ita vt quod prius negando dictum erat, *ne auertas faciem*, nunc dicatur *intende*, scilicet oculos, & respice.

Et exaudi me.] Caietanus Rabbinum, *et ne fastidias me*. Id etiam videt ועניני *veanenni* Chaldaice, & *accipe a me*. וקבל מני *vecabbel minni*, hoc est verba precesque meas acceptare, & exaudiendo. Hugo notat item esse primum ex finem in hoc versu, quia oratio dirigitur ad eum, qui est (α) & (ω), principium & finis, quare orat vt verba petat, *exaudi*, contra diabolum tentatorem; & *ne despexeris*, contra mundum blandientem: *intende*, contra carnem repugnantem: iterum, *exaudi*, contra mortem animæ corporis, vtriusque simul. Atqui Hebraicè Græcèque diuersum est primum vitimi verbum: nec satis ostendi potest accommodatio verborum ad rem vnam potiùs quàm ad aliam. Moneo, vt quiduis pondere suo æstimes.

Vers. 3.] Intende mihi, & exaudi me. Contristatus sum in exercitatione mea, & conturbatus sum.

Vers. 4.] A voce inimici, & à tribulatione peccatoris.

Hîc etiam cogor versus præcidere ad communem sensus, qui omnibus primis quinque ver-

abulis

a Psalm. 12. 2. psalm 26. 9. psalm 29. 8. psalm 43. 24. psalm 68. 18. psalm 87. 15. Deut. 31. 17. Esa. 54. 8. Ezech. 39. 23. b Psalm. 89. 13. c Esa. 1. 15. Nota hinc explicari posse illum locum Psal. 33. d 2 Reg. 14. 24. e Esther 7. 8. Cur Aman ita condemnatus sit, alij alia. f Aen. 1.

Despicere & respectum, & exauditum, quo distinguitur.

g 3. Reg. 2. 16.

h Vers. 20.

Auertere faciem alicuius.

Suscipere orationem, & faciem alicuius. Item Deus contra Aaron & Mariam, abiit, nubemque recessit, quæ erat super tabernaculum, & ecce Maria apparuit candens lepra. Num. 6. 10. & Num. 12. 9. Matth. 8. 4. i Num. 3. 10. Cur Deus orationem, cum sit exaudita, quandoque differat. Quæ sit vera Augustini sententia. k Psal. 4. 7. Num. 6. 25. l Num. 12. 10. m Cap. 34. 29. n Cap. 4. 5. Ambrosius de Abraham. lib. 1. 8.

Item Prouerbiorum. o cap. 6. 35. p Vers. 11. Hic pro despicere pro auertere. q Vers. 25.

r Psalm. 24. 16. Psalm. 85. 15. Psalm. 102. 13. Psalm. 144. 8. s Psalm. 50. 1. t Luc. 17. 14. u Psalm. 9. 39. & 101. 18. x Psalm. 21. 25. y Psalm. 68. 34. z Matth. 15. 22. a Psalm. 34. 3. b Psalm. 118. 17. c Psalm. 85. 6. d Iudic. 9. 54. e Esther 7. 8. f Psalm. 30. 18. g Psalm. 142. 7. h Psalm. 69. 18. i Psalm. 87. 3. k Psalm. 16. 6. l Psalm. 118. 145. m Psalm. 140. 1. n Psalm. 54. 2. o Psalm. 27. 2. p Psalm. 65. 19. q Psalm. 101. 2. r Psalm. 85. 5. s Psalm. 50. 1. t Luc. 17. 13

Sensus loci.

vocabulis priùs declaratis, est huiusmodi. Tanta contentione animi affectuque flagitare se dixit exaudiri, quoniam dum se se meditando, & considerando, quantis versetur in periculis, exercet, nec euadendi reperit rationem, afficitur vehementi tristitia; valdeque perturbatur ob minaces atque calumniatrices vociferationes inimicorum, & propter atroces tribulationes ac vexationes, quas moliuntur, & inferunt homines conscelleratissimi. Satis communis allegoria de passionis Christi exercitatione, in qua Iudæi maledicendo & tribulando illum contristauerunt, & conturbauerunt, ita vt ipsemet suam tristitiam, non dissimularet in hortο [a]: tum præterea de persecutionibus Ecclesiæ, Cassiodorus, Remigius, Hilarius, Bruno vterque, Pampolitanus, Dionysius, Valentia, Ludolphus & alij, exercitationem, ad omnem extendunt Christi vitam, in qua propter exiguum auditorum fructum contristabatur; sicut fletu super ciuitatem Ierusalem protestatus est [b]. Approbat Ecclesia ipsa sensum istum de passione Christi, recitans ad matutinum officium feriæ quintæ in hebdomada sancta interpretationem Augustini in hunc locum, quamuis de Christo nullum verbum faciat, nisi longè post dum tractat versum decimum (*quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate,*) & potiùs explicet de Ecclesia, vel quolibet iusto, sicut etiam Beda, & Arigauius.

Allegoria.

a Matth 26. 38.

b Luc. 19. 42.

De passione Christi sensum approbatur.

Contristatus sum in exercitatione mea.] Hieronymus, *humiliatus sum in meditatione mea*, Alij, *clamo in sermone meo*, vel *conqueror*, *plango*, *lamentor*, *vlulo*, *in meditatione*, *afflictione*, *angustia mea*; aut, *in meditatione doloris mei*; *in lectione & deprecatione*: *in oratione submissa apud me ipsum*: vel, *dominor eloquio meo*. Possunt verò cuncta reddi per præteritum, & futurum, tametsi verbum sit futurum. Symmachus, κατανυχθην προσλαλῶν ἐμαυτῷ, *collapsus sum alloquens me ipsum*; quod LXX. ἐταπεινώθην ἐν τῇ ἀδολεσχίᾳ μου. Aquila pro ἀδολεσχίᾳ posuit ἐμπτώσει, *collocutione*. Chaldaicè, *inquietus ero*, vel, *sum*, aut, *lamentabor in sermonibus meis*, אתרעם במלי *eiulabam beminis*. Hebræa sic habent אריד בשיחי *arid besichi*. Verbum אריד *arid*, à רוד *rud* est, quod eadem fere notiones habet quas רוד *rud*, *conqueri*, *plangere*, *mouere se plangendo*, aut, *deuocere se*, quod Hieronymus vertit, *humiliatus sum*, & Symmachus, κατανύχθην, idest, *deiectus*, aut, vt placet Theodoreto, *correptus somno*, nempe præ tædio: tandem significat quoque *dominari*. Vltima notio non videtur ad rem, quamuis hîc tradatur à R. Menachem, nisi forte vt significetur lamentario subiunctа, cùm quis grauiter dolens, temperat sibi tamen ne fortas erumpat in gemitus, & eiulatus. Nomen cum seruili ב *be*, quæ valet in בשיחי *besiche*, vt nunc est in Bibliis Regis, numeri pluralis, est in regimine à singulari שיח *siach*: in alijs autem emendatissimis שיחי *sichi* in singulari cum affixo primæ personæ numeri eiusdem, & posset etiam esse cum eodem affixo in plurali שיחי *sichai*, vt legisse Paraphrastes videtur. Sed plures secundam lectionem sequuntur. Deriuatur à שיח *siach*, quod valet *loqui ore*, aut etiam *corde*, & quidem ore etiam *tacite*, *ac submissè*, *meditari*, *orare*, *conqueri*, seu *narrare afflictiones laboresque*: denique, illa fere omnia, quæ alterù verbum חגה *hagah*, de quo alias potius egimus. Dictum verò nomen, quemlibet significat *sermonem crebro vsurpatum*, siue *tacitam querelam*, *obmurmurationémque per modum mussitationis*, *negotium*, & *occupationem*, *quam quis assidue habet in ore*, quia cordi sit, & ea vrgeatur, prematur, exerceatur, id est, vexetur, atque discrucietur.

Græca vox ἀδολεσχία, vt hîc docent Basilius, Theodoretus, Euthymius, Nicephorus, importat *continuam*, & *assiduam locutionem*, vel *meditationem*, seu *exercitationem loquendi*. Euthymius notat primam acceptionem, magisque propriam esse pro *nugacitate*, vel *argutatione*. Sumi etiam in diuinis literis ἀδολεσχίαν pro *submissiore*, ac *animiore contemplatione*, vt cùm Dauid affirmat, quòd *exercebatur in iustificationibus Dei* [c]. cum item scribitur Isaac *egressus ad meditandum in agro* [d] (Hilarius in hoc psalmo typum asserit Christi, cum se exercens, in hoc quasi campo mundi, occurrit sponsæ ex Gentibus; adde ex Psalmo LXXVI. exercitabar, quibus locis est ἀδολεσχῶν & שיח *siach*, licet in priore vertat Hieronymus, *loqui*, sed in posteriore Paraphrastes reddit *orare* צלי *leitzlo*. ibidem Procopius asserit, ἀδολεσχεῖν significare, *magno studio solertiaque cuipiam rei esse intentum*. Augustinus ait etiam, quamuis garrulitatem, & verbositatem inuoluat (quasi dicas ἄδος & λαλέω, *ad satietatem loquio*, vel ab ἄδω *delector*,) nihilominus in bonam partem sumi plerumque, more scripturarum, pro *animi affectu studiosissime aliquid cogitantis cum delectatione cogitationis*, illos autem qui Græce nesciunt *exercitationem corporis* putare. Non sola ita vsurpat sacra scriptura, vt Suidas innuit, scribens, quod ἀδολεσχία ἔστι τὸ γλαφυρὸν ἢ σωχὴς μελέτη, ἢ ἀδολεσχητὸν, ἀντὶ τοῦ διηνεκῶς μελετητὸν, *apud scripturam adolescentia est continua meditatio*, & *verbum* ἀδολεσχητὸν, *pro eo quod est, continuè meditabor*. Nam Plato ἀδολεσχας adiungit τοῖς μετεωρολόγοις, *qui de rebus Physicis*, & *voluptatem afferentibus sermocinantur*. Et Etymologistes meminit, Socratem ab Eupoli nominatum πλοκον ἀδολεσχῶν. Sed vereor ne mihi quis, *si ἀδολεσχεῖ ἀνδρώπε* Quæ de μελετᾶν, *meditari*; & הגה *hagah*, dixi psalmo I. transferri huc possunt: eademque apud bonos auctores Latinos appellantur *meditationes*, & *exercitationes*, militares, oratoriæ, scholasticæ, & aliæ: qua de re Nebrissensis [e]. Quapropter *contristari in exercitatione*, erit hoc loco exerceri assiduis precibus ex animo mœrenti, meerere in quadam secum tristi confabulatione, agitando secretos apud se sermones consiliáque, de remedio infortuniorum, conflari dolore: deuorari ac deijci animo incogitatione, & secreta quadam sermocinatione soliloquióve de rebus aduersis. Hoc ipso sensu conquerebatur Iob [f], *in amaritudine esse sermonem suum*, qui est שיח *siach*. Talis σωχὴς μελετητοῦ, *assidua continuaque meditationis*, vt Nicephorus loquitur, causa erat ἡσωχίας τῶν συμφορῶν, *assiduas calamitatum*. Sic eilet *contristari* ἐν τῇ ἀδολεσχίᾳ, *tristitiam concipere*, *ex continuatione earum*; sed absolutè positum nomen id, eiusmodi habere significationem non reperio, & eam Hebræum שיח *siach* non patitur. Non etiam significat calamitatem, afflictionem, dolorem, angustiam, nisi per metonymiam, quatenus de talibus rebus sermonem seu querimoniam aliquis habeat. Tandem *exercitatio*, proprie non dicit cumulum operum, doctrinæ, passionis, miraculorum Christi, vt satis multi de Latinis interpretantur, sed potius querelas, & mœstas voces. Multo minus, quod Lyranum peritum Hebrææ linguæ tradere miror, exercitium armorum, per quod liberare Dauid Christo populum, qui potius prodere ipsum volebant. Non ergo si consistendum sit in phrasis proprietate, de corporis exer-

Ἀδολεσχία.

a Basil. hom. 28. b Genes. 24. 63.

Typus Christi in hoc psalmo.

c Vers. 7.

d Quæst. 69.

Ἀδολεσχία in bonam partem accipitur.

In Socratem Comicum. e Vers. 2.

Meditationis & exercitationis vocum acceptio quinquagenaria.

Contristari in exercitatione quid sit.

f cap 23. 2.

Improprie vocum descriptio.

Error eiusmodi explosus.

citatione,

citatione, quam γυμνασίαν Paulus [a] vocat, aut de tribulationum externarum vsitate, quod Augustinus, & alij faciunt, differere debemus, cùm non defuerit, nec deesse possit opportunior locus, non etiam de exercitio ad pietatem [b]. Audi etiam, quam Treuetus ex Iudæis hactenus inauditam expositionem affert, paulo aliter dispungendo & vertendo, *attende mihi, & responde mihi plagam*, id est, statum meum, *vt loquela mea scilicet, quæ loquar ad te.* Probandum esse רעה *ad plagam* esse, quod omnes asserant esse verbum, vt antea vidimus. Apollinarius complectens verbũ sequens, & pro tristitia iram accipiens, próque exercitatione crebros clamores, hunc in modum interpretatus est:

Χριστὸς φωνῶν πολλὰ κατὰ θυμὸν ὀδύρεται:
Christus crebris clamoribus, animo turbatus fuit.

Et conturbatus sum à voce inimici, & à tribulatione peccatoris.] Cõtristationis & conturbationis causa exprimitur. Nam præpositio (מ), *min*, ומפני *mippene*, quod habetur secundo loco, vbi est quoque præpositio (*à*.) & מן, idem valent, quod *propter*. Hebræi & alij, qui versum nouum ordiuntur inde (*à voce*, &c.) supplent verbum *libera me*, aut aliud tale. Quamquam necesse non est compleri in versu sensum, sed pendere a sequenti potest. Symmachus reddit, ᾧ συνεχύθην ἀπὸ φωνῆς ἐχθροῦ, καὶ ἀπὸ πτοήσεως ἀσεβοῦς, *& confusus sum à voce inimici, à perturbatione impij.* Hieronymus, *à voce inimici, à facie persequentis impij.* Alij, *à facie angustiæ impij*, aut *violentiæ*, aut *afflictionis*, aut *coartationis*, aut *fœuitiæ*, aut *infestationis*, &c. Pro *conturbatus sum*, alij malunt *resonabo, fremam, strepam, strepitum faciam, tumultuabor*, quasi profiteatur, se iam sui velut impotem non posse quin prorumpat in clamores & vociferationes, idque cùm recordatur earum, quibus aduersus ipsum vti sunt inimici. Vox autem illorum minax & contumeliosa intelligitur, ac nominatim Saulis, & tribulatio θλῖψις עקה *hiaqah*, stricta valde obsidio, qua Dauidem premeret idem κατ' ἐξοχὴν *peccator* ἁμαρτωλὸς רשע *rasciahh*, impius & ingratus in genere, & fidelissimum optimèque de se meritum amicum.

Ad Christum facilis applicatio & ad iniuriosas voces, atque tribulationes, quas passus est, nec non seruata proportione ad quemlibet pium & iustum. *Plurimorum est*, ait Ambrosius [c], contristari, si quam ab aliquo patiantur iniuriam, si læsi, si appetiti, si decolorati sint. *nostra enim causa est, si nos infirmiores fraudi nobis aliquos dolemus fuisse. At verò qui fortior est, non propriam contumeliam dolet, sed aliena peccata, & in sua iniuria lapsum alterius ingemiscit, & causam se fuisse (vel occasionem) deplorat lædentis erroris.*] Exemplo Pauli [d] confirmat.

Vers. 4.] A voce inimici, & à tribulatione peccatoris. Quoniam declinauerunt in me iniquitates, & in ira molesti erant mihi.

IAm monui de versuum distinctione, commodiusque dictiones primas septem necti cum præcedenti. Reliqua hunc sensum habent. Vox inimici quæ me contristat sollicitumque reddit, hæc est, quia falsis criminationibus & calumniis imponunt, ac impingunt iniquitates multas mihi, quarum conscius mihi nullo modo sum: tribulatio autem, quoniam pleni magna ira indignationeque, variis me molestiis affligunt. Non tam in sententia quam in verbis difficultas, siue de Dauide, siue de Christo, & quolibet iusto interpretetis. Differit Augustinus de sententia, monens nequis ab inimico vinci se sinat, vicissim eum odiendo, quod esset iacturã eius rei facere, qua diabolo inuisibili inimico superiores sumus, cuiãque hoc nobis maximũ bonum eripere, cum alius homo externa solum bona, & summum, vitam corporis. Quod attinet ad Christum, tribui eidem possunt Oseæ [e] verba: *Væ eis, quoniam recesserunt a me: vastabuntur, quia prævaricati sunt in me, & ego redemi eos, & ipsi locuti sunt contra me mendacia.* Item, *& ego erudiui eos, & confortaui brachia eorum, & in me cogitauerunt malitiam.* Leo [f] Castro citat Palæologum [g], Cyrillum [h], Theodoretũ [i], Procopium [k]: sic interpretantes de Christo Oseam. Quot contra Christianos calumnias Gentiles confinxerint, aliàs memini, & plenæ sunt nostrorum apologiæ.

Declinauerunt in me iniquitates.] Hieronymus, *procecerunt super me iniquitatem.* Alij, *labi & cadere facient, abtrudent, impingent, imputabunt, commiscentur, dimittent, commouebunt super me.* Chaldæe, *testificabuntur contra me mendacium* יערון עלי שקרא *iaarhdun hlalai sokra.* Editio 70. habet ἐξέκλιναν ἐπ' ἐμὲ ἀνομίαν, in singulari, in quo pacto legit Hilarius, Cassiodorus, & aliquot Latini codices; & ex aliis Græcis interpretibus, eodem numero vsus est, eademque voce Theodorio: Symmachus, ἐπέρριψαν κατ' ἐμοῦ εἰς ἀσέβειαν, *proiecerunt*, vel *irruerunt contra me, in impietatem.* Aquila, ἀνωφελῆ, *rem inutilem.* Seruatur idem numerus in Hebræo textu, quamuis, vt meminit Euthymius, alij Græce legant in recto casu, pluraliter ἀνομίαι *iniquitates*, pro, iniquis hominibus, ad exaggerationem. Hebræa sunt ימוטו עלי און *iamutu alai auen.* Significat *mut* in hiphil, *labi*, aut *cadere facere*, & און *auen*, *mendacium*, *afflictionem*, *iniquitatem*, & *pernicitatem.* Similis formula in 20 δ. psal. *declinauerunt in te mala*, ἐκλιναν εἰς σε κακά, נטו עליך רעה *natu bhalecha rahhah*, vbi est verbum נוט *nut* simile alteri מוט *mut*: quamuis ibi non criminationem significare Dauid voluit, sicut hoc loco, etiamsi hîc quoque Bredembachius Agelliúsque asserant sensum esse, quòd contulerint iniquum consilium facti conturbatione; sed illud aliud, vt communius, ità melius iudico. Vellent Iansenius, & Burgensis, retinendo pluralem numerum, non rectum sed accusandi casum esse; ita etiam Apollinarius extulit.

ὅπως κλέψωσιν μοι ἐκκλίνοντα ἀπὸ τῆς:
Quomodo iniquitates mihi inclinabunt meritas.

Declinare interdum actiuè Latini vsurpant pro ex vno in alium locum ducere; aut alienare, & eximere. Huc facit ea notio, quasi lit, committere ac transferre criminis culpam ab vno in alium. Hãc habet vim illud in Esaia [l], *declinabo super eam quasi fluuium pacis*, נוטה *noteh*, ἐκκλινῶ, denotatur impetus magnus in vtramque partem, seu in bonam, seu in malam. Porro solemne improbis, vt quo se ostendant bonos, ac improbitatem tegant, nec de malis suis accusentur, hæc per conuicium in bonos ingerere. Docet hoc egregie Gregorius [m], dicens, *Quod electi frequenter aliena mala, quasi sua audiunt, & ab his eis crimen impingitur, à quibus crimina impiacta (impacta)*

[a] 2. Tim. 2. 5.
[b] Ibidem. Ἀγωνίζεσθαι ἐν ἀγῶνι.
[c] Apollinarius.
[d] Ad Christum & eius applicatio. Vide Psal. 118. quæstion. 7. versic. 23. Non contristauerunt qui sic.
[e] Ad Cor. 12. 10. & seq.
[f] Sequ. vers.
[a] Hebr. 11. 36.
[b] Ibidem.
[c] Hieronym. in Ofeam.
[d] Hilarius in Genesim.
[e] Ofee 7. 13. 15.
[f] Leo Castro.
[g] Palæologus.
[h] Cyrillus.
[i] Theodoretus.
[k] Procopius.
[l] Esa. 66. 12.
[m] Gregorius Nyssenus. & lib. 6. num. Græcis, & l. 4. in Ioan. c. 38. & in Ofeam. & in Genesim.
[g] vers. 22.
[l] Esa. 66. 12.
[m] Gregorius Magnus.

Declinare vt interdum vsurpant Latini.

Impedire quid solemne vt obtrectatores id faciant.

perpetrantur: sed malis nihil molestiæ ex conuitio nascitur, quia contra tacentes loquentur, nec cõpelluntur audire quod sunt, quia iusti: conuitia non recidunt, etiam dum coguntur audire quod *non sunt*.]

Et in ira molesti erant mihi.] Hieronymus, *in furore aduersabantur mihi*. Alij, *in ira*, vel *furore, odio habebant me, insurgent*, aut *immutebant mihi*. Chaldaicè, *recondent mihi odium*, vel *obseruabant odisse me* וכטרין לי בעיבו *inuirum limabant*. verbum ἐνεκότουν proprie valet *indignabantur*, & *irascebantur*: idque Apollinarius absque dubio legit, sic exponendo:

σικρὰ δὲ λυσσώοντες ἐπὶ φρεσὶ θῦμὸν ἔθεντο:
Acerbe autem furentes in animis iram posuerunt.

Declarat scholium Græcum ἐμνησικάκουν, *malorum memoriam retinebant*; & ἐμαίνεσθον, *valde irascebantur*. Symmachus, ἐναντιοῦνταί μοι, *aduersati sunt mihi*. Hebræum verbum cum affixo ישטמני *ysteemuni* significat *odisse* [a], *inuidere* [b], *aduersari* [c], *inimicum esse*. Quæ omnia cognata sunt, & coniuncta iræ; licèt vicissim, quod Augustinus notat, irasci possit quis citra odium, vt parentes filiis, quod psalmo 4.[d] dicitur, *irascimini, & nolite peccare*. Lege Ambrosium [e]. Idem Augustinus legit, *in ira adumbrabant me*: & alludit ad principem tenebrarum [f], occultúmque inimicum diabolum; & ad iram quæ turbat oculum mentis. In codice, quo vsus est, erat fortassis ἐνοκόουν. Verterunt opinor Lxx. ἐνεκόπτων, si quod tamen aliud suppetit exemplum verbi ἐνεκόπτων, simplex enim κοπῶν *fatigare*, & *lassare* significat.

a Genes. 27. 41. 50. 15. Iob 16. 9.
b Gen. 49. 23. c Iob 30. 21.
Ira communia.
Irasci citra odium quo possit.
d vers. 6.
e 1 offic. c. 21.
f Ephes. 6. 12.

Κοπτῶν.

Vers. 5.] Cor meum conturbatum est in me, & formido mortis cecidit super me.

Vers. 6.] Timor, & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ.

Sensus loci.

EX maledictis calumniisque aduersariorum nec non ex feruore impetuque persecutionis, aut, corde seu animo grauem timoris perturbationem sensile, correptum horrore mortis; totis etiam corporis membris contremuisse, ac terra tribulationum nocte tanta circundatum, & occæcatum esse, vt offuscata obtenebratáque mẽs sibi-met satis non constaret, nec euadendi reperire consilium & modum posset. Applicantur ista *Loci applicati ad Christum.* ad agonem Christi, tristitiam, pauorem, tædium, mœstitiam, salua dignitate, & decoro, vt admonet Hilarius, qui cùm hic, & priore psalmo, atque in 68. ac lib. 10. de Trinitate, & aliquando in Matth. innuere videtur humanitatem illius, istarum & similium rerum suapte natura expertem fuisse, quæ non fuerint ei naturales, sed vltra assumptæ: quamus Claudianus Viennæ Episcopus [g], eum accuset; excusat Magister [h] sententiarum, quòd sit locutus de merito patiendi, timendi, dolendi. Lege Sixtum [i] Senensem. Augustinus ex odio fraterno docet ortri mortis metum æternæ. Propterea admonet alibi [k], vt tali odio diligenter occurratur, surrepere enim iram, cúmque inueterauerit, fieri odium, quasique iusti doloris admixta dulcedine diutius in vase detineri, donec totum acescat, vásque corrũpat: idéo multo melius esse, nec iuste cuiquam irasci, quàm vel vt iustè irascendo, in alicuius odium occulta iræ

g 2 de statu animæ *Hilarij occulta imago ex ejus.*
h qui fit 3. 1 sententiarum 182 885 *Odium fraternum mortis.*
k Epist. 29.

A facilitate delabi.

Cor meum conturbatum est in me.] Hieronymus, *cor meum doluit in visceribus meis*: Alij, *doluit*, seu *dolebit in medio mei, labascet, trepidas, contremiscet, pra dolore, afflictatur, parturit*. Hoc vltimum propriè significat יחול *yachul* & בקרבי *bekirbi, verbi, in medio mei*; quæ rectè Hieronymus *viscera* reddidit, hoc est, viscera, cum allusione ad parturientis dolores, ac tormina. Relege dicta psal. 30 [a]. *Conturbatus est in ira oculus meus, anima mea, & venter meus*: & in 37 [b], *cor meum conturbatum est*, quamuis non sint eadem verba Hebræa. Legit Augustinus, *contristatum est cor meum*.

a vers. 10.

b vers. 11.

B *Et formido mortis cecidit super me.*] Augustinus, *metus*. Hieronymus, *& terrores mortis ceciderunt super me*. Hebræa vox אימות *emoth* numeri pluralis est, habétque elegantiam paronomasia cum alia מות *maueth*. Forsitan legerunt Lxx. in regimine singulari אמת *emath* ab eadem radice dicti sunt אימים *emim*, quasi abstracte, *terrores, formidines, terricula*, seu *terriculamenta, gigantes* [c], & *sculptilia* [d], quòd hæc terrori essent suis cultoribus, illi videntibus ipsos. Innuit ergo nomen veluti tristissimã mortis imaginem, vmbram, laruámque luridam ac funestam ob oculos versantem. Alibi vocat Dauid *portas mortis* [e], *dolores* [f], *laqueos* [g], *pœnarum* [h], *medium vmbræ* [i] illius, *vmbram cooperientem* [k], *tenebras*, & *vmbram* eiusdem [l]. Quod cadere formido dicitur, innuit repentinam, ac improuisam fuisse, quæ hominẽ percellat, ac obstupefaciat; quemadmodum in Cantico Mosis [m], *irruat super eos formido & pauor* אימתה *emathah*, & פחד *pachad; in magnitudine brachij tui: fiant immobiles quasi lapis* ידמו כאבן *iddemu chaauen, sileant sicut lapis*, ἀκινητησάτωσαν, *lapidescant*. Aristotelis [n] tristissimum illud φοβερώτατον δ' ὁθάνατος, etsi plus in metuendo mali insit, quàm in illa ipsa morte quæ timetur, vt scribit M.° Tullius, & ex Arcesilao Plutarchus [p], immo sola torquet expectatio, vbi præsens dolore non afficiat, verùm finis etiam sit doloris.

c Deut. 2. 10. 11.
d Ierem. 50. 38.
e psal. 9. 14.
f psal. 17. 5. psal. 114. 3.
g psal. 17. 6.
h psal. 31. 08.
i psal. 22. 4.
k psal. 43. 20.
l psal. 87. 7. psal. 106. 10.
m Exod. 15. 16.
n lib. 3 eth. c. 9.
Mirus mortis timor grauis.
o 6. Epist. fam. in 4.
p in cõsolat. ad Apollonium.

Timor, & tremor venerunt super me.] Hilarius, & codices Complutenses Regij, aliique, *venit*, sicut etiam in aliis editionibus יבוא *iauo, veniet*, ἔλθοι, *venit*. Augustinus [q] alicubi, *supra me*. Synonyma videntur *formido, timor, tremor*, δέος, φόβος, τρόμος, איפה *emah* יראה *iyrah* ורעד *vahhad*, quamuis proprie δειλία *vitium timiditatis* significet, inter quam & θρασύτητα media virtus est *aird piac*. Accommodat Hugo ad triplicem timorem malum, mundanum, humanum, seruilem: nec omnis tamen seruilis malus, sed qui est cum seruilitate; qua de re aliàs. Aiunt etiam spectare *timorem* ad gehennam, *tremorem* ad flagella corporis in hac vita, vel etiam in futura; *formidinem*, ad mortem tum corporis, tum animæ per peccatum. Iustos timere semper Gregorius docet, magnísque se lamentis cruciare, quia deseri formidant, nec nouerunt *potestatem iræ* [r] *Dei*, an malum quod tolerant, pia percussio disciplinæ sit, aut animaduersio iusta vindictæ, verùm etiam extremitatem vitæ suæ cũ iustitiæ perfectione concludant. Item in Christo fuisse formidinem dicunt naturalem mortis; timorem animæ, interiorisve appetitus; tremorem in ipso corpore oriẽtem ex interiore timore, præsertim in agonia illa, quando sanguinem sudauit [s]: salua tamen libera voluntatis deliberatione, qua moderabatur, & assumebat, quicquid, & quantum ex his perturbationibus volebat. Quid si repetitionem istam referamus ad trinam ora-

q epist. 250.

Triplex timoris significatio.

Iustorum continuus timor.
r 5 moral. c. 5 & lib. 29. c. 9.
s pf. 89. 11.

In Christo vt formido, & tremor sumatur, dicantur.

t Luc. 22. 44.

tionem

tionem Christi pauentis in horto: Rufinus quidem tacet. Eusebius [a], *spiritum timoris ac tremoris* interpretatur dæmonem, qui percellat mortis metu, & Christum ipsum sit etiam adortus.

Et contexerunt me tenebræ.] Hilarius, *contexit me tenebra.* Chrysologus [b], *operuerunt.* Hieronymus, *& operuit me caligo.* Alij, *terror, horror, tremor, pauor*, ותכסני פלצות *vastbeccassemi pallatsuth*, quam vocem Latinus interpres reddidit alibi præterea *tenebras* [c]: sed Sepius *formidinem* [d], *tremorem* [e]. Sicut autem paulo ante dixi, de אמים *emim*, pro *idolis* accipi, ita simili de causa Hebræi appellant *idolum* מפלצת *mipleteseth* [f], quia terret cultores suos, aut, vt alius placet, תפלצת *thapletseth* [g], pro quo exponunt alij *arrogantiam*, vel *terrorem.* Horribiles tenebræ apud poetas sunt *horrentes, horrendæ, horrificæ, terrificæ:* caligo, *terribilis, pœnalis: formidine nigra caligare locus* dicitur [h], vocaturque *atra* [i], & *terra* [k] *formido.* In psalmo 43 [l], idem valet *cooperuit nos vmbra mortis.* Iob [m] locum inferum nominat *terram tenebrosam*, & *operatum mortis caligine, terram miseriæ & tenebrarum, vbi vmbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.* Facit quoque cum tenebris mentionem *caliginis operientis faciem* [n]. Efficit grauis metus in vultu pallorem, & oculos circumfundit quadã veluti caligine, tenebrisque, vt cernere vix liceat, & videatur communis omnibus lux amissa. Ezechiel [o] etiam coniungit, *operientem formidinem, cum confusione faciei*, pallorem cum rubore: huius enim quædam ex sanguine suffuso nocet oculorum lumini, sed & animus caligat tumentis, nec

Vera [p] *metuentes valent.*

quia pauor metusque augent omnia, vt quæ non sunt putes esse, aut ne sint verearis, & si sint, maiora tibi persuadeas mala. Et

dubia [q] *pro certis solent*
Timere Reges; qui pauet vanos metus,
Veros fatetur.

Porrò non improbabilis expositio Hugonis, vt quemadmodũ priore versu docebat Euthymius, *iniquitates* accipi pro iniquis, dicantur hic etiam *tenebræ* per emphasim, mali homines, præsertim propter fraternum odium, quia *qui odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quò eat, quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius* [r]. Paulus [s] etiam quoslibet peccatores, *tenebrarum*; iustos, nomine vocat *lucis*; & *princeps tenebrarum* [t], idem qui *rex filiorum superbiæ* [u], omniúmque improborum. *Contegi* ergo *tenebris* Dauidem, erit obtineri, & vallari hostium quasi nube confertissima, ita vt nullam patentem effugio viam reperiat. Summam etiam mœstitiam *tenebræ* designãt, ac terrorem, quia nullæ noctis tenebræ, vt scribit Chrysologus [x], caligini mœroris & formidinis comparantur, quia nullo possunt, aut consolationis, aut consilij lumine temperati.

Vers. 7.] Et dixi, quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam?

Vers. 8.] Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine.

IN illis meis tenebris, & angustiis vallantium me hostium meorum, hoc vnum tandem dixi apud animum meum. O vtinam tales mihi dentur alæ, quales velocissimi inter aues volatus habet columba innocens, ac mansueta, quæ eo se solo liberat modo ab accipitre, aliisque venatoribus, qui viribus, & robore præstant, cumque se se in petra, vel nido abdiderit, tecura quiescit, solis intenta gemitibus vacat: quidem cupio hinc auolare, ac migrare ocyssime, & in tuta me loca recipere, atque conquiescere, cum vna dumtaxat hac ratione, id est, fugiendo, sæuiores accipitribus persecutores meos, qui perdere, dilaniare, deuorare me concupiscunt, quærunt que, valeam euadere, & vbi euasero, vni Deo intendere, ac vacare. Non laboro vt retundam, vel vlciscar; fuga sum contentus, nec ad meos redire satago, quorum præsidio & armis repugnem; constitta hoc inter in solitudine, vbi procul sim à bellico tumultu, omnique contentione, & optabilius mihi cum feris viuere, quàm in ferocientium hominum consortio. Constat Dauidem fugisse à Saule in desertum Ziph [a], Maon [b], Engaddi [c], Pharan [d], & ab Abisalone in campestria deserti [e] cum festinatione [f]. Christus legitur quandoque, vt Iudaicæ rabiem persecutionis vitaret, atque Iudæorũ improbitati ad tempus cederet, secessisse cũ discipulis in loca deserta [g], vbi etiam gemebundus ac *meditabundus, vt columba* [h], pro nostra cogitabat, orabat, prædicabat salute.

Exponi quoque potest hic locus de Christi desiderio, vt resurgeret, ascenderet, in sinu Patris quiesceret, sicut columba reportans in arcã symbolum pacis: vel, vt à Iudæis quibus iurauit, *si introibunt*, id est, quòd non introibunt, *in requiem ipsius* [i], ad gentes incultas, ac derelictas priùs à Deo, migraret per Apostolorem prædicationem, ita vt *plures filij deserte* [k] sint, *quam eius quæ habebat virum.* Tradit mysticum sensum hunc Hilarius, Rufinus, Hieronymus, Cassiodorus, vterque Bruno, Haimo, Dionysius, Valentia, & alij. Huc pertinere etiam, interprete Hieronymo [l] Oseæ [m] locus potest; *Et volabunt quasi auis ex Ægypto, & quasi columba de terra Assyriorum, & collocabo eos in domibus suis.* Eumdem nostrum locum ita etiam, vt dixi, exposuit Ambrosius [n], quia non modò super eum *spiritus, vt columba*, in baptismo *descendit* [o], sed quia ipse alacer est, mitis, simplex, sanctósque suos esse præcipit, *vt columbas* [p].

Sunt huius animalis proprietates multæ, quas Vlysses Aldrouandus in ornithologia diligenter pertractat, quarúmque nonnullas, ipsi in edito dudum commentario psalmi 67 [q], attigimus, & insinuantur a Cypriano [r], & quæ causa memoriæ versibus his comprehenduntur ab Hugone recitatis.

Grex, visus, pulli, fel, oscula, pugna, lapilli,
Grana, latex, nidus, turris, gemitus, color, & pes.
Nuncia, simplicitas, fimus, ova, Venus, fuga, cerussa.

Hoc est vt gregatim volet, & associet sibi alias; acuat sanguine visum: pullos non modò proprios, sed alienos etiam nutriat: absque felle sit: osculis vtatur: pugnet sublatis alis: lapillos comedat, & in eius iecore lapides quidam pretiosi expurgentur: vescatur granis non carne: resideat super fluenta plenissima, ibique prospiciat accipitris vmbram: nidificet in petra: gemat, ac meditari videatur: colore sit plumbeo candidóque: pedes habeat pennigeros: pacem annunciet, & ostendat filiũ Dei, designétque Spiritum Sanctũ: simplicitate polleat: egerat calida stercora, & fimum excalfactiuum: eiusdem qualitatis emittat oua: prolem fœcundam generet: velocem ineat

fugam: ceruix autem aptarent. Adaptat omnia moribus idem Hugo. & omnibus generis alia plasmo est. Ad rem facere videntur pernicitas volatus, & naturæ quædam innocentia, puritasque, de qua Plinius [a], Basilius [b], Nyssenus [c], vt se David, quod initio posui, ligniceet effugere velle, nil nisi ne autem nocere: immo quod notant Ambrosius [d], ad ira inimicorum molestorum prouocantium ipsum adtractandam, fugere, ac tranquillitatem eligere voluisse. Columbino volatui confert Homerus [e] Dianæ fugam ab iniuriam inferente Iunone,

ἔνθα θεὰ ῥοιζηδὸν ἄφαρ πέλεν
ἠΰτε τ' ἰρηκὶ κοίλην εἰσέπτατο πέτρην
χηραμόν.

Tum Dea cum volucri simulu fugit ipsa columba
Quæ volat, atque cauæ rupis fit abdita in antrum
Ad cauum fugiens.

Prosper [f] speculans periculum suum in munere Pastorali, verisimili cum præcedente vitupans, testatur eo deposito voluisse *elongare fugiendo*, & *manere in solitudine*, & *ibi expectare dominum* (quod verius 9. legitur) *qui saluum faceret à pusillanimitate & ab ipsa intolerabilium sibi sollicitudinum tempestate.*

Et dixi.] Et diximus ipsi quæ sit istius vis phrasis, iam prioribus plasmis non semel, videlicet decretum certumque animi propositum, cum interna vel tacita sermocinatione ad se ipsum significat.

Quis det mihi] Hilarius negat posscentis verba esse ab aliquo, sed non aliunde sperátis, quam a se ipso, vt erat Deus, vel a Patre, resurrectione suam. Sic Hieronymus quoque, Cassiodorus, & alij, scilicet exponendo de Christo. Ambrosius [g] docet, quamuis dubitare hic videatur, qui sic loquitur, eo sermonis genere facere diuinam gratiam declarari, quæ in terris non potest inueniri: alias [h] alas de quibus Propheta dicit, non esse materialem compaginem pennarum, sed bonam cōnexionem multarum virtutum. Elias [i] notam interrogationis docet non innuere dubitationē, sed imperitus ruditum. Male Tuscus [k] reprehēdit interpretem, vbicunque vertit, *quis det*, nec minus certe debitationem præsefert hoc, quàm illud; quicquid ipse dicat, siue, inquam, Græcè sit δώσει, siue δοίης, cùm Hebraicè sit futurum vbique. Alioquin votum desideriúmque hac formula exprimere, non infrequens est: vt psalmo 13. & 52 [l].

Pennæ sicut columbæ.] Addita est à Lxx. & à Paraphraste particula similitudinis, ad lenēdam orationem, & quia, vt Elias [m] notat, columba spiritum sanctum adumbrat, cui similes aliquo modo, non autem possumus æquales esse. Cum iisdem Lxx. Hieronymus nomen אבר *euer* singulare fecit plurale, quia collectiue plures significat pēnas, ánt álas. In multitudinis numero vim faciūt præcipue, qui tropologias venantur, sicut & in duabus alis mulieris, ex Apocalypsi [n]. Hugo notat duplicem charitatem: vel amorem, & timorem: vel cognitionem & affectionem: vel meditationem & orationem. Ayguanus, humilitatē, & patientiam in prosperis & aduersis. Elias [p], actionem & contemplationem: quamuis illi volatum, isti tribuere requié videatur. Cæsarius [q] Arelatensis, eleemosynam, & condonationem iniuriarum. Climacus [r], actiuam vitam cum contemplatione, & humilitate: alij aliis modis has distinguunt pennas duas, sicut & in duabus aquilæ in muliere Apocalypsis [s], vt præter dictas cōiugationes, etiam duplex testamentum, sapientiam de sursum, & charitatem. Ambrosius [t] monet, vt aues nos esse nouerimus, assumptos in naturam volandi, nec deiici debere in terram, sed cælum petere. & Boetius [u]: *Sunt* enim (ait) *penna volucres mihi,*

Quæ celsa conscendant poli:
Quas sibi cum velox mens induit,
Terras perosa despicit.

Impius *ad infernum detrahitur* cum lucifero deplumato [x], *demergitur in profundum quasi lapis* [y], & sedet iniquitas sine impietas super *talentum plumbi* [z], vt notat Hieronymus [a]. Certè angeli boni, non item dæmones, & animalia præterea mystica cum alis exhibentur. In columba, præter illa, quæ hîc attigimus, dictóque 67. psalmo paulo accuratiùs persecuti sumus; idem Ambrosius, post Origenem [b], animi sinceritatem, mentísque puritatem attendit in columba: hanc [c] ideo in auibus velocius pene præ omnibus volitare, quòd alacritatem & innocentiam comitetur. Altiora facilius penetrari simplicitate mentis. Narrat verò accepisse per reuelationem Eusebium Vercellensem, se Kalendis Augusti de monte ad montē volaturum; interpretatum verò die morte, quæ die illo etiam accidit. Idem Elias [d] Cretensis exponens Nazianzenum, dicentem desideratas pennas à Dauide quasi colūbæ, vel quia leuiores velocioresque, vel quia spiritum sanctum adumbrantes; addit carere bile columbam, & a fœtoribus abhorrere. Origenes [e] alatum facit verbum Dei, & virtutem, ac spiritum sanctum. Prophetam verò nostrum non orasse, vt corporalis pennas acciperet columbæ, sed istas.

Conuenit hoc nominatim diuini verbi præconibus, quos comparat Esaias [f] cum *volumibus columbæ ad fenestras*, hoc est, ad fenestrata colūbaria, vt reuisant pullos, tunc enim volant ocyssimè, nec ita libere in aperto cœlo propter metum accipitris, aliarúmve rapacium, & noxiarum auium. Quanquam Beda de illis locum præsentem declarat, quos capit præ tædio quòd his quibuscum agam, nihil proficiat, desiderium solitudinis, vt saltem iuuent illos orando, aut si minùs id liceat, quia ingratas habeant alas officio, defertum saltem cordis petunt: sed hoc graue supplicium damnatique: iis a quibus *auolare* finit Deus *dolentem* יבכה לא *lo iebaneph, non impennabit*, &c, vt psalmo 67. olim edito docuimus, vti sunt veteres columbæ ad perferenda nuncia, ita vt videri posset mystice dictum: Dauid optasse dignitatē prædicatoris Euangelici. Augustinus [g], Nyssenus [h], Bernardus [i] referunt ad gemitus votáque auolādi in cœlum. Bernardus [k] interpretatur de illo, *ante* cuius *oculos fenestra iacitur rete* [l], quia etiam abstractus auolat, nec sentit. *Residem columba inxta fluenta* [m], non iis immergunt sese; sic iustus contemplans fluxarum harum inconstantiam rerum, extra illas stat.

De columba item fecit mentionē Dauid, mox petiturus, vt [n] *præcipites* ac *dandat* Deus *linguas* inimicorum, quia pertinet hoc ad eumdem spiritum sanctum, cuius typus est columba: per quem linguarum erat aliquando communicandum donum [o], sicut in Babyloniæ turris constructione confusæ fuerant linguæ [p]. *Sperantes in Domino assumunt pennas* [q]; verùm non cornii pascentis cadauera, id est luxuriosi gulosique [r]. Castas autem columbas esse maxime syluestres, qui &

a c. 12. 14. *Inter Apocalypsis figuræ referuntur.*
b in pſ. 118. term. 14. *Homines vt de candore auis.*
c 4. de conſol. mundi.
d Esa. 14. 15.
e Ezech. 5.
f Zach. 5. 7.
g in c. 14. Isa. *Angelos bonos esse alis exhibentes, non dæmones.*
h Hom. 17. in Luc. *Columba inuentrix, non prius inuenta, nisi ab Angelo.* Vita Eusebii. *Vocatum Eusebium Vercellensem sancta.*
i in orat. 18. Nazianz.
Columba suis caruisse a natura alis. 1 Hom. 6. in Hex. *Alienum Deo peregrinum. Diuini verbi præcones pennas adsperata.*
m cap. 8.
Beda exposita ad hunc locum.
Graue supplicium damnatorum eorum a quibus finit Deus auolare dolorem.
n Esa. 30. 26. *Columbarum vsus ad perficienda nuncia. Mystica significatio. Plurium interpretationes.*
o præf. in pſ. 118.
p de virg. ca. 11.
q serm. 7. in pſ. 90. *Columba ex in ſt. comparata.*
r serm. 32. in Cant.
s Prou. 1. 17.
t Cant. 5. 12.
u vers. 10.
x Act. 2. 3. 4. & 5.
y Gen. 11. 7
z Esa. 40. 31.
a Genes. 1. 7.
Sopho. 3. 9. *Diuersa spiritum in Domino.*
Castitas columbarum singularis.

torqua

torquati columbi, Clemens Alexandrinus [a], & earum carnes castos reddere, Martialis [b], & Porphyrius [c] scribunt. Non milui [d], nempe auari, & cupidi, non struthionis [e], videlicet hypocritæ: non aquilæ *ponentis inter sydera nidum* [f], hoc est, superbi, atque curiosi. Etsi nonnunquam alæ aquilæ in bonam sumuntur partem, cuiusmodi, quæ *data mulieri, vt fugeret in desertum locum suum* [g], sed propterea quia fugiebat draconem, siue serpentem [h], inter quos est naturalis antipathia, & pugna: tum præterea, quoniam non præ metu fugiebant sancti persecutionem, quasi timidi vt columbæ, sed ex Dei amore, ac obedientia, vt aliis quoque prodessent, & Deum fixiùs intuendo, contemplando, & conuersatione tollerentur magis in altum, instar aquilæ.

Et volabo.] Volatus columbæ creditur ocyor volatu auium reliquarum, ita vt volando capi ab aliis non possit. Volat aquila diutiùs altiúsque, an celeriùs non ita constat.

Columba [i] *velocitate* (ait ille) *non inferiores.*

&,

Radit [k] *iter liquidum, celeres neque commouet alas.*

Syluestri præsertim columbæ, quem & palumbum vocant, pernicitas volandi conuenit. Sola in pedibus pennulas habet columba, denotans nuncium diuinorum secretorum Spiritum sanctum, sicut Gentiles Mercurio appingunt in pedibus quoque alas.

Ecce elongaui fugiens.] Hieronymus, *vt procul abeam.* Sed apud Treuetum, *& procul abeam*: tamen *ifù*, & חנה *hinneh*, valent, *ecce.* Alij ex Hebræo חנה אדחיק נדוד *hinneh archik nedod, ecce elongabo*, vel *elongarem, fugam*, siue *transmigrationem*; aut *elongarem me fugiendo*, vel *ad fugiendum.* Interpretes vsi sunt præterito pro futuro, & in præterito Elias [l] indicari putat animi hilaritatem, quam sit mox post votum illud fugæ suæ consecutus. Adde, non inane votum ac propositum fuisse, quale nostrum sæpenumero, sed efficax, & citò in opus redactum. Græcum participium φυγαδεύων *fugans*, videlicet me, vim Hebræi verbi exprimit in hiphil. Euthymius & Nicephorus notant esse pro φύγων *fugiẽs.* Puto autem volando significare se fugisse; non autem fugisse, quòd nondum posset volare, vt aliqui tamen censent per tropologiam, quasi qui se adhuc implumem sentiat ad volandum, & contemplandum, declinet occasiones. *Fugiens se elongat*, ait Gregorius [m], *qui à turba desideriorum temporalium in altum Dei contemplationem se subleuat.* De fuga seculi Ambrosius librum edidit, multa Platonico more disserens; inter alia verò docet [n], quòd qui fugit illud, pennas habet, ac volat, si non ad cœlum, certè ad montes, vitans vallestria, quæ citò corrumpuntur humore; exemplo Lot [o], ita *vt non fiat fuga iyemne vel sabbato* [p], hoc est, non feriando [q], & otiando, sed absque frigore timoris, tremore mortis, contractione sollicitudinis, dissolutionis otio, lasciuiæ ferijs, torpore lentitudinis. Properat sponsa [r], festinat Maria [s]; fugit sponsus [t]: vocati à Christo, relictis omnibus, statim secuti sunt eum [u]. Nazianzenus [x] hunc, & similes alios locos diuinæ scripturæ profert ad persuadendam sæculi fugam: Apud quem consulendus, præter Eliam scholiastem, etiam Nicetas. Idem ille doctor in apologetico vsurpauit; *Ecce elongaui fugiens*, &c. cùm sacerdotij iugum fugeret, degens in Ponto, ac solitudinem communitans cum vrbicis tumultibus.

Et mansi in solitudine.] Hieronymus: *& commorer in deserto.* Augustinus [y], *mansi in deserto*, Hebraicè proprie, *pernoctabo* לין *alin.* De deserti ac solitudinis cõmodis actum in explanatione Euãgelij, de tentationibus Christi, deque argumento isto Hieronymus, Nazianzenus, Basilius, & alij: quæstionem verò mouet Ayguanus, de vita solitaria, sitne licita. Hac solitudine delectantur præsertim syluestres columbæ, de quibus Aristoteles [a], Varro [b], Plinius [c], Columella [d]. Tales quodammodo imitantur, qui si minus corporis, cordis procurant solitudinem, sine qua nihil prodesset illa, vt Gregorius [e] monet. [Qui enim, inquit, corpore remotus viuit, & tumultibus conuersationis humanæ, desideriorum terrenorum cogitationibus se inserit, non est in solitudine: si verò prematur aliquis corporaliter popularibus turbis, & tamen nullos curarum secularium tumultus in corde patiatur, non est in vrbe.] Celebris in media vrbe cella, & secretum desertúmve Catharinæ Senensis. Sponsum sponsa, vt *in agrum egrediantur* inuitat, & *commorentur in villis.* [f]. Isaac meditans in agro, sponsam venientem [g] offendit. Iacob in deserto mysticè vidit scalam [h]: plurima in eo populus accepit beneficia: *Ducit Deus in solitudinem, vt loquatur ad cor* [i]: *sedens solitarius leuat se supra* [k] *se*: hortatur Ieremias [l], *ad relinquendas ciuitates, & habitandum in petra, & instar columbæ nidificandum in summo ore foraminis.*

Negat Gregorius [m] Dauidem regem potẽtissimum, qui tot millibus populorum præerat, in solitudine habitasse, sed in solitudine cordis sui, in qua nullos hostium spiritalium impetus, nullos peruersarum cogitationum strepitus, nullos pateretur clamoris iniqui tumultus. Verè dictum de Dauide iuxta mysticum sensum. Atqui vel nondum rex erat, vel regno pulsus, cùm hæc scribebat, aut eiusmodi describit tempora, & veram fugam desertúmque. Valet eadem tropologia in verbis Iob [n], *nunc dormiens silerem, & somno meo requiescerem, cum regibus, & consulibus terræ, qui ædificant sibi solitudines*, id est remotam, Gregorio [o] interprete, mentis intentionem: propriè namque significant hæ sepulchra in remotis ac desertis locis condita. *Numquam iustus solus est, qui cum Deo semper est, nec umquam separatur à Christo; neque primus Scipio sciuit solus non esse, cum solus esset*, vt scribit Ambrosius [p]. *Cæterùm quæslibet quis quærat solitudinis latebras, & quocumque quis fugerit, desertum secum alij petent*, ait Augustinus [q], *affectabunt vitam tuam, repellere non poteris societatem, miscebuntur etiam mali, & exerceberis.* Qua ipsa de re monet quoque per litteras Paulinum [r], & Therasiam, ac saltem necesse esse experiri tentationem, quæ vita nostra est [s]. Sed dubitari non debet quin magnã loci solitudo præbeat pietati & contemplationi opportunitatem, vt adeo multi tum exemplo, tũ scripto prodiderunt, & ostenderunt, atque Nyssenus [t] de Ephrem in desertum secedente.

Est hîc in fine סלה *selah*, & in emendatis Græcis διάψαλμα, quod omiserunt Complutenses, ac Regij codices; sed meminit eius etiam Hilarius.

Vers. 9.] Expectabam eum, qui saluum me fecit, à pusillanimitate spiritus, & tempestate.

IN eo secessu, & commoratione solitudinis, decreuisse se dicit Deum patienter expectare, qui

salutē ac remedium afferret aduersus dictas ante contristationes, conturbationes, formidines, timores, tremores, qui deiecerant ac deprellerant spiritum ipsius; necnon vt à turbine, nimbo, procella vehementioris persecutionis liberare tandem dignaretur: ne vis velut venti contrarij assumptis quasi columbæ pēnis obsisteret, cùm remigrandum foret ex deserto. Ad Christum referunt, præstitutum expectantem à Patre mortis tempus, & liberatum, ne immodicum sentiret metum, & quemuis perturbationis inordinatum motum. Item ad omnem iustum, qui *Saluatorem expectat, dominúmque* [a] & *redemptionem corporis*, [b] declinans terribilem expectationem iudicij; [c] *gemma* enim *gratissima expectatio præstolantis* [d], felicitatem nimirum æternam, vt exponit Beda [e], quam Christus comparauit cum pretiosa margarita [f].

De Christo & omni iusto hic expositus.

a Philipp 3. 20. Gene. 49. 18 Luc 12 36.
b Rom 8.23.
c Heb 10.13.
d Prou.17.8.
e ibidem.
f Matt.13.46.

Expectabam cum, qui saluum me fecit à pusillanimitate spiritus, & tempestate.

QVidam legunt τὸν θεὸν τὸν σώζοντα; & Latinè, *Deum qui*, &c. vt Complutenses, ac Regij libri, atque psalterium Ambrosianum, nec non etiam Euthymius. Hieronymus, *festinabo, vt saluer à spiritu tempestatis, & turbinis.* Alij, per modum conditionis, *festinarem eruere me à vento, qui excitatur à turbine.* Vel, *festinabo effugium mihi*, aut, *liberationem*, aut, *saluationem* (videlicet comparare) *à spiritu*, id est à vento, nempe, propter ventum turbinis & tempestatis euellentem, ac disperdentem; vel velociorem, quàm sit eiusmodi ventus; sic duplex esset sensus, aut persecutionem similem vento, & procellæ fuisse, aut fugam, ita non columbæ, sed pennas ventorum assumendas sibi inuiat. Augustinus, & psalterium Romanum, *expectabam eum, qui me saluum faceret à pusillo animo*, &c. Hilarius, *expectabam saluificantem me à pusillanimitate*, &c. Psalterium Ambrosianum, *expectabam Deum, qui saluares me à pusillanimo, & a tempestate*, sed fortassis legendum, *à pusillo animo*: quamuis verum est Saulem persecutorem, quanto sæuior erat, tanto timidiorem, ac pusilli magis animi fuisse; quod non raro demonstrauit, ferèque aliis accidit, vt si timidi, sint etiam crudeles. nam,

Qui [g] *sceptra duro sæuus imperio regit,*
Timet timentes; metus in auctorem redit.

&:

Necesse [h] *est multos timeat, quem multi timent.*

Atqui nostra editio non hunc parit sensum, quoniam ὀλιγοψυχία vitium hominis est, sicut pusillanimitas, & ab hoc vitio significare se Prophetam liberatum, his editionis nostræ verbis indicatur. Hieronymus [i], qui testatur, illud (τὸν θεὸν, & *Deum*) additum esse, refert, ab Aquila, Symmacho, Theodotione, V. editione redditum *à spiritu*, & in Hebræo scriptum esse רוח *meruach*, omnémque sensum ita apud eos legi, sicut videlicet eũ transtulisse antea dixi, *festinabo vt saluer à spiritu tempestatis, & turbinis.* Constat רוח *ruach* non *ventum* dumtaxat, sed *animum* quoque significare. Deinde primum verbum חוש *achus* significat non solùm *festinare*, sed etiam *attentè, cum cura, præparatione, promptitudine, alacritate, pudore, silentio quippiam facere*, vel etiam *expectare*. Sed nil est quod Agellius vereatur προσδέχεσθαι

Duplex loci sensus.

Saul quàm sæuior, tanto timidior.

Timidis innata crudelitas.

g Seneca in Oedipo act. 3.
h Labienus apud Senecã 2. de ira c. 11.
Ὀλιγοψυχίας *seu pusillanimitatis vitium.*
i epist. 135.
Προσδέχεσθαι.

A factum esse ex προσμένειν; quamuis LXX. sæpe per προσέχειν reddant Hebræum verbum. Alia voce מפלט *miphlat*, *ereptio* significatur. Sed LXX. legerunt participium מפלח *mephallet* in Piel. Est פח *sohhah* huius vnius loci proprium vel participij, vel nomen, & significat adiectum priori nomini רוח *ruach* pro *animo*; aut *animum suscitatum ac turbatum veluti à turbine* (quæ vltimo loco ponitur מסער *missahhar*) aut *spiritum perturbationis, propulsionis, eradicationis*, videlicet propter tempestatem turbinémque, qui סער *sahhar* dicitur. Igitur *pusillanimitatem spiritus* ὀλιγοψυχίαν & *tempestatem* καταιγίδα rectè verterunt LXX. vt sit sensus, expectauisse, qui liberaret à nimia deiectione pauoréque animi, à maxima mentis agitatione, æstu, iactatione, quam generat adeo ingens trepidatio; vel à tempestate, quam sibi imminentem videbat, & propter quam sentiebat sibi animum deficere, séque vacillare, ac dubium veluti esse de diuino auxilio.

Προσδέχεσθαι

B

Caietanus arbitratur innui tempus, quò Dauid fugiens Saulem, à propria domo per fenestram venit ad Samuelem in Ramathaim de vterque in Naioth, vbi erat cuneus Prophetarum, ad quos missi lictores prophetauerunt; semel, iterum, ac tertiò; ac Saul [a] ipse tandem; prophetiam verò fuisse quãdam extasim, ad hoc immissam, vt euaderet Dauid: aduentum illorum similem huic dicit turbini, & tempestati; prophetiam rei præcipiti (quæ versu sequenti ponitur,) & diuisionem linguarum esse actionem ipsam propheticæ. Acutè magis quàm vere excogitata hæc sunt. Inter promissa diuina Esaias [b] ponit hoc: *Ecce in iustitia regnabit rex, & principes in iudicio præerunt: & erit vir sicut, qui absconditur à vento, & celat se à tempestate.* Defatigantur *animis*, quidam *deficientes* [c]; & tanquam *pusillus grex* timent; [d] & propelluntur flatibus tentationum; conturbantur aduersitatibus tanquam importabilibus. Pusillanimitas versari videtur in aduersis; tempestas importare superbiam ex prosperis. Opponitur pusillanimitati longanimitas, tempestati tranquillitas. His qui laborant excitandus Christus, qui fortassis dormit [e], quia non cogitatur, quanta pro nobis pertulerit, vt admonet Augustinus; & inuocandus si quando validior existat cum naufragij periculo ventus, Petri exemplo [f]. Deiicit & affligit ad terram, frangítque ipsamet pusillanimitas, ceu vehementi ventus impetu bacchans.

Caietanus sententia.

a 1 Reg 19. 24.

Aliud longè quàm sera.

b c 32. 1.

c Heb.12.3.
d Luce 12.32.

C

D

e Matt.8.24. *Laborantibus excitandus & inuocandus Christus.*
f ibid Ver.25 *Pusillanimitas quantùm noceat.*

Vers. 10.] Præcipita Domine, diuide linguas eorum, quoniam vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate.

Vers. 11.] Die ac nocte circundabit eam super muros eius iniquitas, & labor in medio eius.

E

Vers. 12.] Et iniustitia.

Et non defecit de plateis eius vsura, & dolus.

IN solitudine profugus consistens imprecatur hostibus vel profundum in mala præcipitium, sicut pridem diluuio mortales submersi fuerãt, & vel introitum contra ipsum consiliorum euersionem: præterea, vt discordiæ serantur inter illos

Sensus loci.

g Genes.7.6.

ac dissidia, quò dissentanea contrariaque sententium, & loquentium, minùs conspiratio in ipsius interitum succedat, ad eum fere modum, quo cõfusis olim in cõstructione turris linguis, cùm inter se non intelligerent, cum dissentione discessio facta est atque dilapidatio [a] ædificatorum. Cur id optet autem otérque, causam ait esse, quoniam in ciuitate proditorum suorum Ceilanensium, quos proximè ante liberauerat obsidione [b], nil aliud animaduerterit, quàm iniquitatem, & contentionem, siue studium, & curam, non tam boni publici, & virtutis, quàm priuatorum commodorum, quibus videlicet impulsi, cum Saule de prodendo illo conuenerint, pactique fuerint: denique quia omnia ibi plena fraudis, & iniuriarum, nec vnquam cessatur ab iniquè vexandis innocẽtibus, tum veluti de foris arcessendo, & capiẽdo, ac inferendo non per portas tantùm, sed per ipsa quoq; mœnia omnes nocendi rationes: tum palam & publicè, in ipso meditullio ciuitatis, exercendo iniustitiam, per funebres contractus, fraudulenta commercia, cum dolo composita colloquia.

Hilarius de Iudæis interpretatur, vt ob iniquissimam interfectionem Christi, cuius doctrinæ priùs contradixerant, & suum esse regem abnegauerant, grauiter puniantur & in omnes linguas, cum quibus nunc habitant, & quibus loquuntur, diuisi, amittant vitæ ac regni sui dignitatem.

Precipita Domine.] Hilarius, verbi siue Hebraici siue Græci notat Latinitatem, vti in multis non elocuta, & καταπόντισον significare *demersionem in profundum*, sicut accidit in diluuio [c]. Augustinus legit, *submerge*. Chaldæe, *dissipa Domine consilium eorum* סַלְּעֵם יְיָ עֲצָתְהוֹן *salhhem ʃehouah hhatʃathon*. Alij ex Hebræo בַּלַּע *hallealh*, *perde, deprime perone, dissipa, obrue, absconde, demerge, absorbe, deglute, ingurgita*. Euthymius, & Nicephorus, de Iudæis exponẽs Christi persecutoribus, vult significari veluti suffocationem linguarum intra ipsosmet, & immersionem intrò tam altè, vt loqui amplius nequeant. sic etiam Apollinarius:

γλώσσας σφῶν τέρας σὺ μερισταμένους βάλε πόντῳ:
Linguas eorum in diuidens, rabra in pontum.

Placet interpretatio Paraphrastæ; nam & apud Esaiam [d] illud; *consilium eius præcipitabo*, Hebræo verbo dicitur אַבְלִיעַ *abalealh*, & Græco διασκεδάσω. Iam etiam priore nescio quo Psalmo protuli exemplum ex Osea [e], & Paulo [f], *de morte absorpta*, vel *præcipitata*, quod verbo eodem Hebræo exprimebatur, sed Græco κατεπόθη. Gratiam vimque habet ipsamet hæc præcipitata oratio, & concisa, impijs etiam breui vindictam affore prædicens. Supplendum in verbo, *præcipua*, in interitum; aut, consilia eorum, qui struunt mihi ad me perdendum, insidias, apparant arma, obsidere me volunt, &c.

Diuide linguas eorum.] Funde, disperti, dissека, eo fere modo vt dixi, qui cõtigit in ædificatione turris Babel [h], siue vna fuerit futura tota, siue plures, sed insignior vna, vt indicat Augustinus [g]. Omissa Caietani expositione, de qua priùs memini, *diuisio linguarum* denotat dissipationem consiliorum, & infatuationem, cuiusmodi euenit, cùm suum [i] dedisset Achitophel, & aliquoties, quando Dauidem Saul persecutus est. Quocirca etiam si *præcipitare*, in priore membro pertineat cõdem, tamen non ita aptè ad linguas refertur, vt *præcipitare*, & *diuidi* dicantur, nec refert an coniunctio, & addatur, vt additur in Bibliis Complutensibus, & Regijs, & in psalterio Romano, ac Ambrosiano, & apud Hilarium, Augustinum, Cassiodorum, & in textu Græco. In meliorem aliqui partem, sed mystico sensu, interpretantur, sicut & Cassianus [k], dictam linguarum diuisionem, ne concordia non solùm alijs, sed ipsismet noxia sit concordibus, & magis peccandi occasio, & vt obliti Ægyptiæ linguæ, id est, peruersæ doctrinæ, *linguam loquantur Chanaam*, vt Esaias [l] vaticinatur, id est, eadem sentiant, ac loquantur, quæ Christi discipuli, ex ea orti regione, ac ediscant etiam ipsammet Hebræam linguam, qua priores illi loquebantur, & conditæ erant scripturæ. Id multo melius impletum est, concesso sub Ecclesiæ primordia linguarum dono [c], quæ dispertitæ primùm ceciderunt super discipulos [d]. Hoc Augustinus hic etiam notat, & Hieronymus, Rufinus, Cassiodorus, alij post Hilarium, & Nazianzenum [e], Gregorius Papa [f] hinc etiam probat improborum contra electos: concordiam perniciosam esse: deo Paulũ inter Pharisæos & Sadducæos quoddam dissidiũ procurauisse: eripi enim iustos, dum diuidũtur iniusti, & electorum vota, ad perfectum peruenire, dum reproborum agmina per discordiam confundũtur: hoc maris rubri scissione signatum, quia dum in duas partes vnda diuisa est [g], ab electo populo ad terram repromissionis tendebatur. Facit item de diuisione illa linguarum mentionem. Sed alibi [i] huc accommodat illud Iob [k], de *corpore simili scutis fusilibus* Leuiathan, & *squamis se prementibus, & vna vni coniunctis*. Merito malum optat Dauid affectum puniri aduersariorum, etiam cui non successerat effectus, quemadmodum de superbis illis conditoribus Babel idem Augustinus [l] loquitur:

Nam [m] scelus intra se tacitum qui cogitat vltum,
Facti crimen habet.

Et quamuis res perfecta non sit, non proinde nõ punienda, nec exitus rerum tantùm, sed hominũ consilia legibus vindicãrur, vt minùs quidem dolendum sit re non perfecta, sed puniendum certè nihilominus, vt ait M. Cicero [n]. quoniam porrò dominatio imperantis in lingua est, pergit adhuc ratiocinando Augustinus [o] (mutari namque videmus cum imperantibus idiomata, & Mithridati obsequebantur adeò diuersæ nationes multæ quòd omnium loqueretur linguis [p]) *ibi damnata ei superbia, vt non intelligeretur iubens homini, qui noluit intelligere, vt obediret Deo iubenti*: Dispersos ac diuisos orbe toto Iudæos, de quibus iste commodè locus intelligitur; videmus, idque Ieremias [q] vaticinatus illis videtur verbis, *Facies Domini*, hoc est, ira furórque, aut Christus facies Patris, *diuisit eos*. Quod intelligi præterea potest de dissidiis, seditionibus, factionibus inter ipsosmet, quibus plenam Iosephus narrat Ierusalem, cùm obsideretur, fuisse. Inde qui non sunt occisi, dispersi sunt, vt est in alio psalmo [r], propter *delictum labiorum ipsorum*, quibus exclamauerunt, *crucifige, crucifige* [s]. Legendus Adrianus Finus [t]. Hoc est *dissipare gentes, qua bello volunt* [u]. Is qui Philonis nomine libri antiquitatum biblicarum auctor est, tradit adoratores voluntarios vituli, cognitos fuisse aqua epota, cui puluis eiusdem communuti erat iniectus, quòd linguæ dissectæ fuerint, aliorum, qui coacti consenserant, vultus splenduerint. Equidem de signi veritate dubito, & de alio, quod alij assignãt [x] in barbis, aureo tũc infectis colore, vel in quadam ægritudine [y], de

a Gen. 11. 7 8.

b 1. Reg. 22. 13.

c Gen. 6. 7. 9.

d cap. 19. 5.

e cap. 13. 14. 1. ad Cor. 15. 54.

f Genes. 11. Babel dicitur confusio, cap. 10.

g 1. Reg. 15. Vnitas linguarum est consensus impiorum.

a colla. 4. cap. 12. *Mystice sensu in bonam partem accepta.*

b cap. 19. 18

c Actuum 2. 4. c. 10. 46. c. 19. 6.

d cap. 2. 3.

e or. 44. Et 24 moral. c. 3 vel 3. *Improborum contra electos concordia perniciosa.*

f Ex diuisione reproborum electorum vtilis cautio commenda.

g Actuum 23 6 7.

h Exod. 14 21 *Maris rubri scissio, siue quid significarit.*

i Ires sub accommodatio

k lib. 11 mor. c. 33. vel 24

k cap. 41 6. 7 116 de ciuit cap. 4 in Iuue. Satyr. 13.

Nemo tam malus tantum sibi nocumentum cupit, quantum legibus vindicanda

n ora pro Milone.

o 16. de ciuit. c. 4. *Dominatio imperantis in lingua*

p Plin lib. 7. cap 24.

A Iudæis loca huius appellatio.

q Thre. 4. 16

Ierusalem eius excisitur.

r psal 58. 12.

s Ioan 19 15.

t 3. flagelli c. 24.

u psal 67 31.

x Magister histo. scholastice in Exod. c. 32. Abulensis Exod 32.

q 31 meminit & Lyra. *Vitulli adoratores voluntarie aqua epota pro fuere.*

y R. Abenezra apud Abulensem, & R. Salo apud Lyranum.

qua Franciſcus Monceius [a]. Vtcumque ſit, eiuſmodi ſanè digni ſupplicio, qui Dei *conſilium à Domino*, tãquam *profundi corde abſcondunt* [b], & qui arcana reuelant in aliorum perniciem conſilia; quòd Ægyptij talibus decernebant ſupplicium, qui nempe belli conſilia hoſtibus indicaſſent: [c] & Ceilani per proditionem id ipſum facere contra Dauidem volebant [d].

Quoniam vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate.] Alij, *violentiam*, ſiue *vim*, *iniuriam*, & *contentionem*, ſeu *conuitia*, ἁρπαίαν καὶ ἀντιλογίαν, חָמָס וְרִיב *chamas veriu* aut *rapinam*, & *rixam*, & Græcè apud Apollinarium ἁρπαλαίαν, καὶ ἐπιτροβὴν, *errorem* ſiue *peccatum*, ac *damnum*, & *conuitium*, vel *nugas*. *Ciuitatem* intelligere licet aut Ieroſolymitanam, aut Ceilanam; illam verò vel tempore Saulis, vel quando conſpirauit cum Abſalone populi pars maxima. Hæc mouet illos præcipuè ſententia, qui eremos petunt, clauſtráue, quòd ſcilicet in publico, & multitudine, rara virtus pietáſque, nec placere multis poſſit, niſi, qui multorum viuat more, vt pauci autem viuere debeat, qui ſaluari cum paucis velit: & neceſſe ſit aut imitari, aut odiſſe, ſimilémque eſſe vel malis, qui multi ſunt: vel inimicũ, quia diſſimiles [e]. Denique *mundus in maligno poſitus eſt* [f], nec aliud in ipſo quàm *concupiſcentia oculorum, & carnis, atque ſuperbia vitæ* [g]. Dixi priùs de Ephrem. Arſenio in aula vox allata diuinitus, vt fugeret. Hugo ſatis ingeniosè ciuitati iſti mundi vicos aſſignat ſeptem, ex his collectos verbis, & ex ſequentibus, *ſuperbiæ*, *contradictionis* (quia *inter ſuperbos ſemper iurgia* [h], nec inter ſignatos electos numerantur, qui ſunt de tribu Dan [i], quæ vox *iudicium*, & *cauſam* ſonat, videlicet litigantium) præterea *inuidiæ*, *curioſitatis*, *iræ*, *odiique*, *rapinæ* ſiue *cupiditatis*, *hypocriſis*, hæc ait eſſe capita ſeptem beſtiæ, montéſque totidem [k]: & aduerſus hæc, beatitudines recenſeri eodem numero à Chriſto [l]. Aiguanus affert modos, quibus Chriſto cõtradictum ſit à Iudæis, qui *poſitus* dicitur *in ſignum cui contradiceretur* [m], maxime ab habentibus ſpiritum contradictionis, & magnam *ſuſtinuit aduerſum ſe contradictionem* [n], ſed *liberatus* tandem, *à contradictionibus* dicti *populi*, *conſtitutus eſt in caput Gentium* [o]. Contradictionis modi fuerunt per inobedientiam ſuperbiámque, quia noluit congregari ſub alis Chriſti [p], & contradicebant poſtea prædicationi Apoſtolorum [q], per tormenta crucémque: per hypocriſim, & opera verbis contraria, quibus eum colere videbantur, & honorare [r]: per apertam, verbiſque expreſſam *contradictionem*, quæ quodam alio pſalmo [s] *linguarum* nominatur. Qui triumphanti occurrerunt Chriſto, de ciuitate ſunt egreſſi [t], & Ægypto relicta ſeceſſit populus *in deſertum* [u], quia iniquitas, & contradictio iis, aliis in locis erant, vt obſeruat Drogo [x] Cardinalis.

Die ac nocte circundabit eam ſuper muros eius.] Nempe iniquitas, & contradictio, de quibus dictum eſt, vt ſit pro præſenti futurum: ſic enim Hieronymus reddit, *die ac nocte circumeuntes muros eius*; ſed Lxx. non legerunt in plurali, vt nunc habent puncta יְסוֹבְבֶנָּה *ieſoueuuahh* ſed יְסוֹבְבֶנָּ *ieſoueuah*, in ſingulari. Aliter alij diſtinguunt, nectentes ſimul aliud vocabulum *iniquitatis*, quæ dicatur *circumdare muros*. Quod parum refert. eſt autem ſenſus, cinctam ciuitatem fuiſſe intus foríſque iniquitate, &c. Apollinarius eo modo diſtinguens, *turres* exponit, & ſententiam per optantis modum.

πύργους ἡμᾶς τὴν νύχτα δ' ἐν κυκλώσει.
Turres die noctéſque eius circumdabit.

Diſtinctioni illi fauent, qui legunt cum coniunctione, *& iniquitas*, &c. vt Hilarius. Exceſſum iniquitatum ſimili formula expreſſit Dauid [a] alibi, cùm dixit *ſupergreſſas caput ſuum*, etſi aliqui per *caput* capillos, & ſuperiorem illis numerum intelligant, ſicuti ibi [b]: *Multiplicati ſum ſuper capillos capitis mei, qui oderunt me.* Myſtice *muros* accipiunt pro principibus, & magiſtratibus, quibus munitur ciuitas ac reſpublica [c], vt pſalmo [d] 50. dictum eſt, & quorum iniquitas redundat in alios, rapítque exemplo, vt ſuo inferiores cœlum ſuperius motu. Agnouit id ac profeſſus eſt Eleazar [e], & de contemnente Vaſthi virum ſuum Aſſuerum ſapientes Regis [f]. Idcirco æquale pro ſummi ſacerdotis peccato ſacrificium iniungebatur, atque pro populi [g]. Quales rectores, tales populi; támque videtur, bene munita aduerſus arma iuſtitiæ, omníſq; virtutis, religionis, veritatis, ciuitas, quæ regitur ab improbo principe, ne pateat ijs locus, aut penetrare valeat, quàm arcibus, caſtris, mœniis vallata hoſtes arcere, ac propulſare externos poteſt. Noſter Emmanuel Sà interpretatur, *ſuper muros*, altiùs & fortiùs quàm muros. eſſet egregia exaggeratio, declarans nihil obſtitiſſe iniquitati, ſed vi ac impetu irrupiſſe, omniáque quaſi mœnia tranſcendiſſe, aut perfregiſſe. At non legi particulæ עַל *bhal* vſum talem, nec ἐπὶ cum acculatiuo, cum quo hîc eſt. Voluit fortaſſis Sà tantùm ſignificare id quod ſequitur, ex eo quòd *circumdet iniquitas ſuper muros ciuitatis*, non poſſe ſcilicet, quod modò dicebam, illos vel altitudine, vel firmitate, aditum ei prohibere. Id Hilarius præ ſe fert, dicés quòd ipſo mediatore legis reiecto muros cuſtodiæ diuinæ & angelicæ circumdans iniquitas ſupergreſſa eſt, túncque cœpit maius eſſe ipſa munitione peccatum, vt iniquitas vinceret cuſtodis voluntatem, vſura, & dolo, cæteríſque, quæ in lege ſunt vetita redundantibus. Bruno Carthuſianus apertè idem docet. Auguſtinus vtitur alluſione circumdantis arcæ ſepties Ierichuntinos muros, & eos vice ſeptima diruentis [h]. De Chriſto videtur intelligere. Aiguanus verò per accommodationẽ dicit, quòd circumdedit Chriſtus ciuitatem, hoc eſt, gẽtem Iudæorum, ſeptem diebus, nimirum totidem virtutibus contra ſeptem eorum vitia, & per verba ſeptem in cruce, túncque Chriſto mortuo corruiſſe illos, à ſuo ſtatu, perdendo gentem ſuam, & locum [i]. Dionyſius Carthuſianus *iniquitatem ſuper muros circumdantem* ſumit, de cuſtodibus murorum Ieruſalem, qui aſſiduè deriſerint Chriſtum, dum ſederent in porta, loquendo aduerſus eum, & bene poti pſallendo contra illum [k]. Muniendi muri noſtri firma tutáque cuſtodia. *Saluator* ipſe *murus ponitur*, *& antemurale* [l], vt ſint *muri noſtri coram oculis eius* [m], & *ſuper eos cuſtodes, qui tota die, & tota nocte in perpetuum non taceant* [n], ſeſéque ipſimet *opponant* pro nobis *murum* [o], & ſint *in murum æreum* [p], nempe tum Angeli, tum ſancti alij, tum boni principes Eccleſiaſtici, ac politici: quoniam *iudicia quaſi vectes vrbium* [q], celebrabantúrque ad portas, ac proinde ad muros earũm; ſi qui *murus æneus eſt, nihil conſcire ſibi* [r], omnis virtutis exercitatio. Inter alia bonus murus ſilentium; quia *ſicut vrbs patens, & abſque murorum ambitu, ita vir qui non poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum* [s]. Chryſoſtomus [t] diuitem ſibi ſcribit nil aliud videri, quàm ciuitatem abſque muris, in agro ſitam, &

[a] Formula loquendi.
[a] pſal 37. 5.
[b] pſal 68 c. Myſtica expoſitio.
[c] 1. Reg. 25. 16.
[d] Verſ. vlt.
[e] 2. Machab. 6. 43.
[f] Eſther 1 22.
[g] Leuit. 4. 3. & 21. Quales rectores tales populi.
Emmanuel Sà interpretatio.
Hilarij, & aliorum.
Auguſtini alluſio.
[h] Ioſue 6. 5. Aiguani accommodatio.
[i] Ioan. 11. 48. Dionyſij Carthuſiani expoſitio.
[k] pſal 67. 13. Vna cuſtodia munienda muris noſtri.
[l] Iſa. 26. 1.
[m] c. 49. 16.
[n] cap. 62. 6.
[o] Ezech. 13. 5.
[p] Ierem. 15. 20.
[q] Prou. 28. 19.
[r] Hora. lib. 2. epiſt. in 2. Inter murum ſilentium. Deus, ciuitas abſque muro.
[s] Prou. 25. vl.
[t] Hom. 13. in actus.

vndique

Paupertas securum præsidium.

vndique insidiantibus expositam; paupertatē securum præsidium æreis muris,& expugnatu difficile. Existimet quisque animam suam, vt sororem paruam,sine vberibus,cui non sufficiat murus, sed muro imponenda sint propugnacula, vt ipsamet vbera euadant tanquam turris [a]. Viris quidem fortibus non videntur externi necessarij muri,vt Theopompus [b],Lysander [c],Agis [d],dixerunt, sed mulieribus:& Agesilaus, Spartam propterea muris carere,quòd eorum essent loco ciues armati,& quia vrbes non lapidibus,& lignis, sed virtutibus inhabitantium oporteret munitas esse [e]. Omnino etiam de oppido, verum illud Plauti [f] ad quæstionem:

Quid id,quod vidisti,vt munitum muro tibi visum'st opidum.
Si incola bene sunt morati, pulchrè munitum arbitror.
Perfidia,& peculatus ex vrbe,& auaritia si exulant:
Quarta inuidia,quinta ambitio,sexta obtrectatio.
Septimum periurium,octaua indulgentia.
Nona iniuria, decimum, quod pessimum aggressu scelus.
Hæc nisi vnde abierint, centuplex murus rebus seruandis parum est.

Muri virtutum personificati. Igitur virtutum quos modò dixi muri perneccessarij,multóque magis venerandi vt sacri,quàm apud Romanos [g] materiari,morsque pro his oppetenda fortiùs,ne transiliātur, quàm sibi oppetēdam illi ducerent,ne hostis eos transcenderet, quiuisve alius,ita vt tali de causa Remum Romulus frater occidisse prodatur [h]. Non potest quicquam proposito aptius afferri, quàm quod recitatum est ex Plauto, qui per *pessimum aggressu scelus*, impietatem in Deum, vel parentes, vel patriam,aut homicidium, aut quod abhorret à natura,& dictu etiam nefas est, intellexit. Triplici muro Ierusalem circumdata erat [i]; & omni custodia custodiendum cordis & animæ castrum, videlicet obfirmato,sed gratia Dei innixo proposito, fuga occasionum, virtutum exercitamento. alioqui nihil proderit;quamuis

Inclusam [k] Danaen turris aenea,
Robustaque fores,& vigilum canum
Tristes excubiæ munierint satis
Nocturnis ab adulteris.

Tandem sapienter ab Antisthene dictum refert Epiphanius [l], muros ciuitatum non esse securos propter internum proditorem;animæ verò muros esse inconcussos, & infractos. Sed quod sæpius repetendum est, cùm Saluator loco muri & antemuralis est.[m] nam

Ipse intra muros turris tibi,qui sine muris
Murus erit.

Vt canit Paulinus [n], confirmans exemplo deiectorum vi diuina murorum Iericho [o], de quibus antea quoque meminimus:

perspice,inquit,qui potiore
Præsidio fuerint,quos vrbs circumdata magnis
Absque Deo muris,an quos sine mœnibus vrbis
Vallabat socio virtus diuina fauore?
Illam dico vrbem,quam perdidit acer Iesus.

Notauerat iam ante me ex his nonnulla Ludouicus [p] Sotomaior Lusitanus eruditione clarus. Porrò ex verbo futuri temporis, *circumdabit*: & alio, *deficiet*, Basilius, ac Theodoretus inferunt non esse hîc sermonem de Ierusalem,in qua breui tempore coniurati egerunt: ista verò verba perpetuum quoddam studium malorum illi vrbi tribuunt. Idem obiici potest de vrbe Ceilam.

Tēporum psalmi confundit ordo.

Respondendum crebrò confundi tempora in psalmis. Deinde significari, semper dominatura fuisse hæc mala in vrbium ciuitate,si Deus permisisset hostes Dauid præualere. Tandem innui quoque Iudæorum persecutionem contra Christum, cuius eos numquam pœniteret,quod Patres dicti etiam notant,necnon Euthymius.

Iniquitas, & labor in medio eius.] Hieronymus, *scelus & dolor in medio eius.* Hebræa sunt cum duplici coniunctione, cum qua etiam Hilarium legere monui, וְאָוֶן וְעָמָל *ve auen ve hhamal*, ex quibus nomen secundum propriè redditum est per Græcum κόπος, & Latinum *labor*,& à Hieronymo per *dolor*: quamuis etiam significet *peruersitatem, iniquitatem, mendacium*, quod expressum est hîc Chaldaicè שֶׁקֶר *seekar*, denique idem quod prius nomen אָוֶן *auen*, quod etiam exponitur *inutile*, & *idolum*, quoniam illud nihil prodest, sed maximè nocet;hoc nullius omnino vtilitatis est, cùm nihil sit.Frequenter præterea peccatum nominatur *labor*,ab effectu,& quoniam sæpenumero cum labore perpetratur,vt aliàs [a] ostendimus. Symmachus posuit ὀδύνην καὶ ταλαιπωρίαν *dolorem & miseriam*. Apollinarius,δυσφορίαν καὶ μόχθον ἀνίας,*iniquitatem & laborem afflictionis*. Esse quid in medio, scripturæ phrasi,est palā, ac publicè esse,& quod hîc subditur,*in plateis*. Bruno Carthusianus declarat, apertè & inuerecundè. Possunt verò etiam per *medium*, medij homines,id est mediocres, intelligi,in media habitantes ciuitate,sicut per *muros* intelligebamus principes ac magistratus cum stationariis præterea militibus. Subtiliorem hîc aliqui comparationem agnoscunt, vt circulo sit similis ciuitas;iniquitas & contradictio, circumferentiæ:sit autē intra ambitū in centro iniquitas labórq;. Cassiodorus muris habitatores oēs,medio nobiliores & honorabiliores designari vult.

Et iniustitia.] Hieronymus, absque particula coniungente,*insidiæ in vitalibus eius*. Alij, *prauitates*,aut *corruptela*, aut *fraudes*, aut *confractiones*, aut *nequitiæ*, & *scelera in medio eius*, seu intra ipsam sunt, vel regnant: aut *prauitatum* subaudi *homines*, siue *praui homines illic regnant*. Chaldaicè, *tumultus in medio eius*, vel numero plurali apud Nebiensem,*insidiæ*. Hebræa sic se habent חָוֹת בְּקִרְבָּהּ וּתְכָלָהּ *hauuoth bekirbah*.de prima voce alibi egimus,posteriorem cum affixo Hieronymus in priore mēbro, vbi etiam erat, vertit eo modo, quo est in editione nostra.Hîc arbitror vsum *vitalibus* figuratè pro ciuitatis medio, & intimo. Interpretes autem Lxx.& noster, noluerunt repetere,*in medio*: sed vt admonui, *circumdantem super muros ciuitatis* intellexerunt Lxx.ex priore versu, iniquitatem,& contradictionem; rursum verò iniquitatem,& laborem,*in medio* eiusdem, nec non iniustitiam.

Et non defecit de plateis eius vsura & dolus.] Hieronymus, *& non recedit de plateis eius damnum & fraudulentia*.Est τόκος *vsura* propriè: תֹּךְ *thoch* verò, etsi aspirata litera prima sono simile nomen Græco, eamdem valet; nec dolum & fraudem, sed vsuram sæpius נֶשֶׁךְ *neseeth* vocant. *Plateæ* nomen Hebræum singulare hoc loco collectiuè sumitur.Quamuis non in singulis vrbis viis & plateis contractus iniri soleant,sed quò frequentiores homines conueniunt.De *vsura* iam dixi psalmo 14 [b].Basilius autē ac Theodoretus obseruāt, etiam in vetere testamento, non in nouo duntaxat,quod est perfectius, vsuras prohibitas fuisse. Hieronymus idē cōfirmat,præterea ex Ieremia [c],

a psal 9.28. 35.

Esse quid in medio,plurasis scripturæ. In plateis.

Subtilis cum paratis.

b Vers. 5.

Vsura prohibita

c cap.16.

b Cant 8.10 *Malus dicitur non esse murus,pro eo quod est extremus muri ambitus.*

Sparta cur muris caruerit.

b Plut in apoph. Lacon. item in apophth. Lacon nu. 321. c ibid 172. d in Peric. *Bene munitum oppidum quod dicatur.*

e Plut. quæst. Roma. in c. 27. & in Romulo. *Murorum perutilitas. Troiæ dedit ruinæ perniciem.*

f idem in Romulo.

i 3. Reg.3.1. c.9.25. *Cordis & animæ castris qua diligentia custodiendum.*

k Hora.lib.3. carm.ode 16.

Sapiens Antisthenis dictum. l in compendiaria doctrina.

m Esa.25.4.

n natali 8. Felicis e Iosue 6. 5. & 10.

p in Cant.c.8.

Allegoricè interpretatur.

Allegoricè interpretatur de iniustè vendito, crucifixo, tradito Christo, quamuis iniquus venditor traditorque pecuniam retulisset, postquam doloso osculo prodiderat. Fuit etiam quædam vsuræ ratio in eo quòd pro iniuria, qua se Iudæi læsos putabant a Christo, cùm nempe ipsos reprehenderet, longè multo atrociores rependerunt, quàm illæ merercntur, etiamsi veræ iniuriæ fuissent. Ambrosius [a] disputans aduersus vsuram, scribit, hanc præcipuè iniustitiam hoc loco deplorari à Dauide mox subiiciente proditionem Iudæ, siue quòd vltra sacrilegij inuidiam coniurati Dominicæ neeis fœnoris crimen accesserit, siue quòd tantum sacrilegium satis abundéque vsura fœnoris vltum iret. Addit, fœneratorem diabolum esse, qui vires animæ, & pretiosæ mentis patrimonium fœnerat, quodam vsurariæ iniquitatis sic sumptu capiens, sic auro alliciens, sic reatu inuoluens, sic caput pro thesauro reposcés. Prophetæ crebrò vitia ista Hebræis obiecerunt auaritiæ, siue vsuræ, ac doli, fraudiúmque, præsertim Esaias, & Ieremias. Spectantur hæc in mercimonijs maximè, cùm vel exigitur statim iniquum pretium dolo, vel differtur solutio, exacta vsura. *Corruit in platea veritas, & æquitas ingredi non potest* [b]. Nempe vt antè dictum est, *circumdedit super muros iniquitas, & contradictio*, non sinens, vt ingrederetur æquitas. *Ex vsuris & iniquitate* redemit Christus [c], hoc est, à peccato ex quo diabolus adeo graues exegit vsuras, quibus nemo erat soluendo. Impediuit ne *faceret Deus furorem iræ suæ*, & ne *disperderet: quia ipse* etiam *Deus & non homo* purus; *in medio populi sui sanctus, & nolens ingredi ciuitatem* [d]; tot videlicet contaminatam iniquitatibus & sceleribus, vt defendat à Romanis. Sic Oseam exponunt, quos Leo [e] Castro citat, licèt aliter alij. Hieronymus [f] verò tractans Esaiæ [g] locum. *Vox fremitus de ciuitate, vox de templo, vox Domini reddentis retributionem inimicis suis*, docet sine dubio intelligendum de Ierusalem Romano exercitu circumdata, & in tres partes intus seditione diuisa; quando vnus templum obtinuit, & omnia priùs sancta possedit, forinsecus contra hostes, intrinsecus contra ciues dimicans: tunc impletam comminationem illam, *relinquetur vobis domus vestra deserta* [h]; & prophetiam; *dereliqui domum meam* [i]; & præsides templi consona voce, angeli dixerunt, *transeamus ex his sedibus*: de quibus non solùm Iosephus Iudaicæ scriptor historiæ [k], sed multis priùs, inquit, seculis Psalmista testatur: *vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate, quæ circumdedit muros eius* (vide vt nexum textus illum sequatur, de quo antè dixi) *tota die*, ita vt subuerteretur ciuitas, & impleretur aliud vaticinium. *Sion* [l] *quasi ager arabitur, & Ierusalem quasi casula in cucumerario relinquetur.*

Chrysologus [m] historiam de muliere, quæ erat in ciuitate peccatrix [n], mysticè declarans de Ecclesia, quæ dicatur quondam facta *ciuitas meretrix*, apud Esaiam [o], docet, citans hunc locum psalmi nostri totum, quòd in ciuitate, perfidiæ septa muris, superbiæ turribus communita, distincta iniquitatum plateis, obserata contradictionum portis, depicta doli fucis, indurata silicibus vsurarum, negotiorum doloribus aggrauata, infamata lupanaribus, id est, idolorum templis, mulier hæc, id est, Ecclesia, grauissimum trahebat reatum ex tanta præcedentium colluuie peccatorũ. Deinceps alia persequitur lectu digna.

Verſ. 13.] Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique.

Et si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo.

Verſ. 14.] Tu verò homo vnanimis, dux meus, & notus meus,

Verſ. 15.] Qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulauimus cum consensu.

Sensus loci.

EXaggerat iniuriæ magnitudinem ex eo, quoniam si qui se apertè inimicum ipsius profitebatur, siue Saul, siue Absalom, male de illo locutus esset, atque probris, conuitiis, calumniis proscidisset, minùs mirum, ac toleratu facilius fuisset; si etiam inimicitias gerens manifestas superba minaciáque verba, & atrocia crimina protulisset, declinare forsitan potuisset intẽtatum malum, vitando consortium eius. Tum verò ad vnũ aliquem conuertit orationem principem proditionis, seu in Ceilam, cuius ignoretur nomen, siue in exercitu Absalom ad Achitophel, siue etiam ad populum totum Ceilanentem contribulem, & quem sibi recenti beneficio liberatæ obsidionis magis deuinxerat; hoc pacto amarè queritando loquitur. Illud porrò mihi acerbissimum, intolerabile, ac ineuitabile malum accidit, quòd tu maledixeris mihi, supérque me magna locutus sis, qui mecum intima eras amicitia coniunctus, alterque ego, particeps consiliorum, ac dux etiam eorum, & familiarissimus, præterea dulcissimus, contubernalis, atque mores eosdem ac ritus magno consensu sequẽs, & celebrans. Bellè hæc etiã in Iudam Christi proditorem transferuntur passim hîc, & ab Ambrosio [a], Eusebio [b], Prospero [c], Origene [d], Procopio [e], Isidoro [f], Hieronymo [g]; sed quemadmodum initio dixi, non ita, quod contendit Dionysius Rickelius, vt ei vni ad literam conueniant; quamuis similem isti, ex 40 [h]. psalmo sententiam de eodem proditore Christus citauerit [i]. Aduersus proditores nonnihil iam alibi dictum, nec satis esse vnquã possint, quæcumque prodantur; tam est exolum, & inuisum hoc hominum genus, quibuscum dimicatio maior, inquit Linius [l], quàm cum hostibus, neque detestabilior quisquam sit, quàm qui amicitiam læserit, vt idem scribit Ambrosius [m], docens hoc in proditore Dominum grauissimũ inuenisse, quo eius condemnaret perfidiam, quòd gratiæ vicem non repræsentauerit, & conuiuiis amicitiæ, venenum malitiæ miscuerit. Credo de Christianis nullum Iudæ vocari nomine (tametsi ex Apostolis sanctis, eo Simon quoque cognominaretur) ad execrationem proditoris; nam & *Leum* dici vetitum est à Pellenæis, Græcè λεὼς: vel dicere *ἀκούετε λεὼς, audite ô populo*; odio Lei Agnusij proditoris, qui conspirationem eorum aduersus Theseum ipsi patefecerat [n]: & Antiqui Romani prænomina Patritiorũ quorumdã malè de Republ. meritorum, & ob eam causam capite damnatorum, censuerunt ne cui eiusdem gentis patritio indercntur; vt vocabula quoque eorum defamata, atque demortua cum ipsis viderentur [o]. Id cautum sapienter anno superiore de cognomine perditissimi, Maximi Henrici Regis

Francorum

a de Tobia c. 4.

De proditione Iudæ coniuratione cum cæteris loci interpretatio.

Fœnerator diabolus vt dicitur.

Vitia Hebræis crebrò obiecta.

b Esa. 59. 14.

c psal. 71. 14.

d Oseæ 11. 9.

Oseæ loci explicatio.

e ibidem.

f in c. 66 Esa.

g c. 66 6.

Item Esaias.

h Lucæ 13. 35. 1 Reg. 12. 7.

k 6. de bello Iudaic. c. 12.

l Michæ 3. 12.

m serm. 95.

n Lucæ 7. 37. & seq.

De muliere quæ erat in ciuitate peccatrix, mystica explicatio.

o c. 1. 21.

Locus non integer citatus.

In Iudam bellatrices translatum.

a in psal. 40. 3. ofitus. c. vlt. b tom. de monst. c. 2. c 3. de Præd. c. 18. d tomo 32. in Ioh. e In cap. 32. Esai. f de pass. Domini, c. 22. g in c. 31. Esai. h vers. 6. & 7. i Ioan. 13. 18.

Insidiæ proditorum genus.

l lib. 2. m in supra.

Perfidia maximè damnata quæ.

Adversetur ei proditor Iudæ nomen à nullo Christiano postea usurpatum.

Lex Agnuij proditoris nomẽ vt pronunciari vetitum.

n Plutar. in Theseo.

Prænomina Patritiorum malè de Republ. meritorum ejusdẽ gentis patritio Iudæ a Romanis vetitum.

o Gellius l. 9. c. 2.

Francorum IV. interfectoris.

Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique.] Hieronymus, *non enim inimicus exprobrauit mihi, vt sustineam.* Vel, vt alij, *& ferum:* id est, alioqui tulissem, nempe patienter, aut leuius, mitius, facilius, vel, iuxta notionem aliam verbi נשא *essa, excepissem,* opponendo defensionem aliquam, eleuando abstulissem. Notat Genebrardus aut LXX. legisse pro אל *lomon,* לי *li, si:* aut sensum sequēdo reddidisse clariorem orationem, ac propioré cómuni modo loquendi: aut similē formula hāc ei esse, qua vtūtur aliqui, vt Cicero; *non fatum est, & omnia fiunt casu,* id est, si fatum est, nō omnia fiunt casu. In psalterio Romano vltimū mēbrum sic habet, *supportassem me:* in Ambrosiano & apud Hilarium & Cassiodorū est idē verbū *supportasse,* sed pronomē omittitur: quod etiā in primo non habet Hebræus Græculve textus, nec Augustinus. Loco autem verbi *maledixisset,* idem, & Hilarius, legunt, *exprobrasset.* Hieronymus etiam scribens Suniæ ac Fretelæ [a], ait συνέχυσέ με, significare *opprobrasset me;* sed inter maledicta, & opprobria sensum non discrepare. Probrosa Iudam apud Iudæos locutum asserit Euthymius; & credi potest. Idem auctor exponens euangelium Matthæi [b], notat, cùm de venditione tractarer, dixisse, & [c] *ego vobis eum tradam,* non autem Iesum Christum, quia iam nomen eius oderat. De Iuda locum sumendo (sumit Arnobius de Diabolo, alij de Gentilibus) non significat Christus dicens, *sustinuissem vtique,* quasi non sustinuerit; sed ostendit indignitatem, grauitatem, fraudem proditionis, quæ humanitus caueri vix potuerit, ac tolerari. In *supportandi* verbo, quo cum aliis vtitur, modestiam notat Christi Cassiodorus, quia de humanis inquit calceamentis id verbum solet vsurpari. Portauit Christus Iudam sub se, quando abluens pedes ipsius, pedibus eiusdem se supposuit. Non sustinuit, nec supportauit, quatenus post adeò multa in eum frustra collata beneficia ruere tandem permisit, ac præcipitari in desperationis & perditionis profundum. Timeat comparatione infidelis, Christianus malus, & proportione seruata quiuis, à quo sua exigit vocatio, status, gradus, dignitas maiorem perfectionem, & is, *cui* cùm fuerit *plus datum, plus requiretur ab eo* [d]. *Va,* inquit Deus, *prouocatrix, & redempta ciuitas, columba;* & quæ apud Sophoniam [e] sequuntur, lectu sanè digna. Id exaggeraturus Christus, *flendo super ciuitatem, dicēnsque, si cognouisses;* atque abrupto sermone; *& tu* [f]. M. Bruto irruenti Cæsar dixit καὶ σὺ τέκνον [g], & ad Cascā: [quid agis sceleratе Casca [h]?] quāuis illud nō ad familiaritatem, aut Bruti ætatem referunt, sed quòd Brutum, ex Seruilia & Cæsare cōceptū multi credidere. Grauior expostulatio illa Dei [i]. *Quid est quòd dilectus meus in domo mea fecit scelera multa?* & sponsæ [k], *Filij matris meæ pugnauerunt contra me,* cuiusmodi fuisse scribit Bernardus [l], Annam, Caipham, Iudam; malum namque intestinum, & domesticum grauius esse, ac inimicos hominis domesticos eius. Iudæis ipsis tempore Machabæorum Iudæi acerbissimi hostes fuerunt [m]. *Fratres nostri oderunt nos* [n], nihilque tam cogit in mortem, quàm sub obtentu fidei, fidem violare, vt Ambrosius [o] ait: & de Cōstantio Imperatore queritur Hilarius [p], peiorem propterea Nerone, Decio, Maximiano vocans; nam qui ignotos lædit, ait Arbiter [q], latro appellatur; qui amicos, paulo minùs quàm parricida. Elegans eadem de re Luciani epigramma [r]. Porro Chrysostomus [s] hinc infert, quàm sit molestum & acerbum opprobriis proscindi, maximè illorum, qui prius habebantur amici.

Et si is qui oderat me.] Hilarius, *odiens me,* in emendatis Græcis omittitur pronomen. Idem valent hæc, quod inimicus; quamuis actum odij expressum importent: sine quo potest quis inimicus esse, immo absque vllo actu secundo malo, in quo virtuale odium Dei, si mortale peccatum sit, includitur, cùm scilicet solum originale quis peccatum habet. Alibi [t] coniunctos legimus inimicos, & eos qui oderunt. Inimicus videtur exterius profiteri odium, sicut amicus amicitiā; odio habens, odium intus continere, vel quia manifestare non audet, vel vt magis noceat. Peior est secundus, cauetúrque difficilius, cùm priùs noceat, quàm agnoscatur; vt scribit Augustinus [u]. Vnde Christus [x] iniunxit *diligite inimicos, benefacite his, qui oderunt.* Licèt inimico quoque bene faciendum sit, & cibandus sit cùm egerit [y], quia inimicus, qui odium profitetur extrinsecè, non libenter acceptat beneficia, sed oblatis plerumque indignatur, ac ægre fert, eò se redactum, vt amico egeat, & nisi cogat necessitas, refutat; qui habet odio tantùm, nec id prodit, facile acceptat, si quid offeratur, idque etiam, vt idem odium magis occultet: faciliore quoque negocio beneficijs redit in amicitiam, quoniam nondum odium est manifestum. Docuit ista prior Toletus [z].

Super me magna locutus fuisset.] Prosper [a], *magnum dixisset,* quid importet hæc phrasis (cui similis cùm *lingua magniloqua* vel *magnificata* dicitur [b], & *os dilatare* [c], aut *magnificari* [d], vt vidimus psalmo 37. [m]) vtrobique Hebraicè solum est, *magnificari,* הגדיל *higdil,* seu se ipsum, tamquam magnum ostentare super alium, & insolescere, quod psalmo 40. [n] de eodem Iuda dicitur, *magnificauit supplantationem,* quasi quod modestè fecerat Christus, pedes ei lauando, vt supponeret pedibus ipsius caput, inde ille occasionem magis arripuerit eumdem cōculcandi, & obterendi. *Magna* item *loquuntur* inimici exaggerando, & amplificando, si quæ mala deprehenderint in his quos odio prosequuntur. Crimina Christo Iudam impegisse, vt emptionem citiùs persuaderet, quis dubitat? Dixi eodem psalmo 40. de quorundam sententia Iudam consectatum etiam panem detulisse, vt præstigiosum doceret esse Christum. Euthymius interpretatur hoc lōco, impudenter & minaciter loqui.

Absconditissem me forsitan ab eo.] Hilarius, Augustinus, Cassiodorus, Ambrosius [o], Prosper [p], Psalterium Romanum, *absconderem me vtique ab eo:* in Ambrosiano psalterio, *absconditissem me vtique ab eo.* Istæ particulæ sicut & priùs, *sustinuissem vtique,* non sunt in textu Hebræo: in Græco autem tam ibi quam hic est ἄν, ὑπήνεγκα ἄν, & ἐκρύβην ἄν, *absconditus essem,* & Apollinarius priore ponit loco, conmunem faciens isti simul adiecta vocula affirmante,

εἰ μ' ἐχθρὸ συφίλιξεν ὀνείδεσιν, ἦ τάχ' ἀνέσχον,
κ' κεν ἀπεχθομένοιο λόγων ἀλίγκιον ἐρωήν.

Si me inimicus torsisset probris, fortè fortè sustinuissem,
Etiam odientis, verborum declinassem impetum.

Hoc ingero, quia Græcè ἄν & *forsitan* Latinè illi respondens, redundant aliquando, nec innuunt dubitationem, non solùm, quando proferuntur à Deo, vel Christo, vt Augustinus [q] docet, exponens illa verba [r]; *si me scireris, forsitan & Patrem meum scireris,* sed etiam, quod videtur

negare›

Formula loquēdi ex Cicerone.

a epi 135.

Probrosa Iudæ apud Iudæos locutio.

b 26. c. 26.
c Matt 26. 25.
Locus Matthæi expositus.
Locus adaptatus.

Christi modestia mira.

Infidelium & malorum Christianorum terror, exemplo Iudæ.

d Luc. 12. 48.
e cap. 1. & seq.
f Luc. 19. 41. 42.
g Sueto. in Cæsare 82.
h Plut. in Cicer.
i Ierem. 11. 15.
k Cant. 1. 6.
l Serm. 49. in cantica.
m 1. Machab. 7. 23.
Cyprianus ad Bruti nomen interpretatus verbum insequitur.
n Psal. 40. 9. de hac cōtra Arrianos lib. conera lium.
o in Sacrificio. Amnon, Caiphas, Iudas, odio matrem impugnauere. Quid obstrepat fidei violare quod Nerone, Decio, Maximiano persecutore. Constantium persecutorem, & Neronem, Decio, Maximiano persecutore.
p Quæ quis laedit amicos, paulo minus quam parricida.

Do voculæ ἄν, forsitan, fortè, τάχα, expensa.

q tract. 47 in Ioan.
r Ioan. 8. 19.

negare, cùm ab homine. Etsi concedo Augustino, vti Christum ea dubitantis forma agendo cũ infidelibus, quia Philippo fideli dixit absque vlla dubitatione [a], *qui videt me, videt & Patrem meum.* Item denotare posse vim liberi nostri arbitrij in diuersa mutabilis, licet à Deo nihil sub dubitatione vel coniectura cognoscatur etiam de possibilibus contingentibus liberis conditionatis, quæ re ipsa non existent. Reprehendit Ambrosius [b] expendens huiusmodi propositiones, eos, qui dicant Deum ignorare quid esset futurum. Denique concludit allatis aliquot exemplis, istas elocutiones non esse dubitãtis. Monet præterea, quod Latinè, *fortè* dicimus, Græcè τάχα, non vbique pro dubitatione sapientes seculi ponere, qui omnẽ gloriam suam statuunt in expressione verborum, vt Homerum, quem citat. Lege Riberam nostrum [c], & Gregorium [d]. Eadem particula ἄν est aliis locis [e], *si scires donum Dei, & forsitan petisses ab eo, si* [f] *credederetis Moysi, credederetis forsitan & mihi: si* [g] *me sciretis, forsitan & Patrem meum sciretis: si* [h] *in Sodomis facta fuissent virtutes, quæ facta sunt in te, fortè mansissent vsque in hanc diem*, quod paulo antè [i] dempta vocula Latina dictum fuerat; *si in Tyro & Sidone facta essent virtutes, quæ facta sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent:* vbi tamen extat quoque ἄν. Monet Ruffinus hãc ambiguitatem sermonis hoc loco secundùm vsum positam esse humanæ locutionis; *forsitan illucebo*; *forsitan hoc faciam.* Haimo exponit *forsitan*, idest re vera.

Tu verò homo vnanimis.] Augustinus [k] alibi, *tu verò vnanimis meus*: tum sequentia citat cum coniunctione, *& dux meus, & notus meus.* Hieronymus, *sed tu homo vnanimis meus.* Alij, *iuxta æstimationem meam*, vel, *iuxta pretium meum*: vel, *secundùm ordinem meum*, id est, quem æstimabam, in pretio habebam, æqualem fere mihi, alterum me dignitate, & gradu, collegam, rebus meis præfectum, ac socium constitueram: aut, referendo ad sequentia, quem habebam loco ducis mei, &c. hæc omnia valet nomen Hebræum cum litera seruili, & affixo כְּעָרְכִּי *chebherchi* à עֵרֶךְ *bherech*, & à verbo עָרַךְ *bharach, ordinare, ordine disponere, æstimare, æquiparare.* Qui autem est ἰσόψυχος, & vnanimis alicui, ei in illo æqualis est, atque ab ipso æstimatur in ea re, quæ plurimi refert. In Deuteronomio [l] *amicus, quem quis diligit, vt animam*, vocatur Græcè ἴσος τὴν ψυχὴν, *æqualis animæ*, Hebraicè כְּנַפְשׁוֹ *chenephsho, sicut anima.* Symmachus vertit ἀλλὰ σὺ ἄνθρωπος ὁμότροπος, *sed tu homo eorumdem morum.* Apollinarius, ὁμόφρων, *eiusdem sententiæ mentisque.* Paraphrastes Chaldæus nominans Achitophel, sic exponit, *& tu Achitophel, homo similis mihi,* הַדְמֵנִי *dedamenni.* Achitophelis certè consilium tanti faciebat Dauid, vt cùm ille ad Absalonem defecisset, nil vereretur magis [m], quia *consilium quod dabat, quasi si quis consuleret Deum, & cum esset cum Dauid, & cùm esset cum Absalom* [n], erátque priùs *consiliarius Dauid* [o]; cùm autem cognominetur *Gelonites* [p]; à Gelo ciuitate in sorte Iuda [q], contribulis Dauid fuisse videtur. Deficiendi autẽ a Dauide causa creditur, quòd filij eius Eliam [r] filia erat Bethsabee [s]; voluitque vindicare iniuriam neptis violatæ, & generi occisi. Inter alia verò perniciosa consilia, illud dedit, quo simili iniuria compensaretur ea, quam neptis acceperat, genérque, *vt ingrederetur Absalom ad concubinas patris sui in solatio* [t], vnde scilicet Dauid prospiciens exarserat in concupiscentiã Bethsabeæ [u].

Lyranus per *hominem* intelligit populum Ceilanum, qui declarauerat se Dauidis amicum, & confœderatum. Caietanus legens, *& tu homo sicut æstimatio mea*, affirmat esse Saülem, qui Dauidem, postquam Philisthæos perculserat, in pretio habuit, præposuit militibus, generum fecit, ipse verò Saulem habebat, ac nominabat ducem, & regem suum, notum notitia domestica, cum quo dulcia colloquia, & consilia communicaret; illéque vicissim cum ipso: præterea quem prodeuntem in publicum honoris causa comitaretur, tum præsertim, cùm celebrior conuentus fieret, ac festiuior in domum Dei, & tabernaculum: ita vt odij simultatisque origo non ex se nata, sed ex ipsomet Saüle fuerit, nec eum vitare, eique resistere potuerit, sicut præcedenti membro significari vult idem Caietanus. Hæc postrema expositio durior est, quia constat, in potestatem Dauidis non semel Saülem venisse. Deinde, quia non ita cõmodè aptari ad Iudam proditorem potest, de quo passim alij, cùm eius respectu Christus erat sicut Rex Saul, secundùm dignitatem. Treueti editionem sequentis Hieronymianam, interpretatio de Ionatha est, hoc modo: Vult, inquit ille, quantum equidem obscuriùs loquentem assequi queo, Dauid ostendere, Ceilanos proditores, excusationem non mereri, quia non inimicus vllus ex ipsis exprobrauit sibi, hoc est, obiicere potuit, quòd esset in culpa, meritóque tradendus Saüli, vt sustineret, id est, vt conscius culpæ istius, patienter ferret se tradi; præterea non is qui oderat, super eum magnificatus erat, id est, non erat apud Saülem tanto in pretio, vt illum is magnificaret, aut Dauidi præferret, secundùm auctoritatem, & potestatem, & in regno successorem habere vellet, ita vt ad gratificandum Saüli, & ad sibimet etiam consulẽdum, referret prodere illum Saüli, ipse autem Dauid talem vitare posset, seséque ab eo abscondere. Nihil tale fuit, quo excusari proditio valeat. Sed tu ó Ionatha (per apostrophen inducit ei loquentem Dauidem Treuetus) fili Saül, videlicet indicasti odium patris tui, cùm effugi Ceilanos, venique in desertum Ziph [a]; tu inquam dux meus, & notus meus, quo scilicet duce, & indice, propter adeo arctam inter nos beneuolentiam, toties didici patris tui insidias, & fugi [b]: cum quo tam dulciter inito fœdere communicaui arcana cordis cõsilia, ipséque mecum vicissim, cui me comitem libentissimè iungebam in domo Dei, hoc est in terra Israël, & in Ierusalem, & in celebratione sacrorum, vnde nunc exulo: quicum denique inambulabam frequẽter, cum terrore fremitúve propter patris tui persecutionem, volẽtis & conantis me interficere. Placuit singularem istam & fortassis adhuc inauditam recitare sententiam, ex manuscripto, quia non caret acumine. Verùm literaliter agendo, præfero illos qui quempiam notari volunt absque nomine, qui cùm Dauid esset intra Ceilam, auctor fuerit eum prodendi: aut populum totum eiusdem vrbis: aut postremò Achitophelem. Non dubito tamen, quin primus modus melior sit. nam Achitophel non pertinet ad Ceilanos: nec ita bene de populo integro, vt de quopiam singulari homine dicuntur numero vnius, quæ hic habentur: de Ionatha non video quorsum nunc mentio fieret, cùm tota versari oratio in eo videatur, vt reprehendat ac inuehatur in proditores, vnúmque proditionis præcipuum auctorem.

Expositio durior & remissa.

Varia adaptationes & interpretationes.

De Ionatha.

a 1.Reg.23. 15.

b c.19.10.

Literalis expositio.

Improbatur expositio de Ionatha.

Quod

Quod attinet ad Iudam proditorem, cuius negare non debemus typum, quisquis sit, quò de literali ad literam habeatur, & omissa interim allegoria de populo Iudaico, & synagoga refutata, vt Remigius explicat, & Bruno Carthusianus: item tropologia de quouis, qui debeat à Deo, vt declarat Beda, Iudam inquam Rufinus *hominem* vocari docet, secundum carnalitatem, *vnanimem* per simulationem: *ducem* per prædicationem: *notum* per fidem: *simul suisse* percommunicantium *dulces capisse cibos* tam corporales, quam spirituales. Darius & Cassiodorus aiunt dici *vnanimem*, quia Apostolus: *ducem*, quia multus ad vicos & castella, vt prædicando fatuti regni & princeps esset; adde, quia mittebat Christus discipulos ante se in locum quo erat ipse venturus: *notum* Hilarius, quoniam nouisse Iudas familiariter, quæ docebantur: & nebulæ à Christo: Cassiodorus, quia proditio Iudæ multo ante nota Christo: *dulces capientem cibos* Hilarius, quoniam eodem conuiuio vitus, & interfuerat, cum vel aqua in vinum mutata, vel multiplicati panes: Cassiodorus etiã, quia ei dogmatici sunt obiati cibi, & spirituales: *ambulantem in domo Dei cum consensu*, frequentando templum. Humo *vnanimem* inimicate dici vult: *ducem* præsulem, cæteris discipulis, ad pernoctandum hospitium: *notum* secundùm conuersationẽ: *dulces capientem cibos*, qui deberent dulcem concinnare amicitiam, vel doctrinam spiritualem, quæ dulcis esse debuisset, & à traditione remouere: *ambulantem in domo Dei cum consensu*, quando contradicentibus Christo Pharisæis in templo, ipse illi consentiebat. Euthymius, ac Nicephorus aiunt *vnanimem* appellari, quia erat amicus, *ducem*, quia cum aliis apostolis ducem fidelibus cõstituerat: *notum*, quia familiarissimus erat: *dulces cibos capientem*, quos ipsemet dulcoraret, quoniam præparabat tamquã minister sensibiles, ac exteriores: spirituales, vt apostolus, & prædicator: *ambulantem in domo Dei*, ascendendo in templum, quia nunquã eum diuelli patiebatur à fortitudine sua. Eusebius [a] scribit, conferens hunc locum, cum alio ex psalmo 40 [b], eadem hic repeti, quæ ibi sunt dicta, *etenim homo pacis meæ in quo speraui, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem.* Ambrosius [c] ponderans valde hunc locum, notat quod ad acerbandam peccati nequitiam, non dixit Christus, tu verò seruus meus, apostolus meus, sed *vnanimis meus*, hoc est, non meus sed etiam tuus proditor es, qui vnanimus prodidisti: Perpende etiam patheticam reticentiam: *tu verò*, &c. nullo expresso verbo, quo aliquid enuncietur, de eo qui describitur. Supplent ἀπὸ τοῦ κοινοῦ Euthymius, & Nicephorus: *tu verò cur maledixisti*, vel *exprobrasti mihi?* ἀπόπαυσαι, ait Nicephorus, ἵνα μὴ ἀκούσῃς ἐγὼ ἐξελέγχωμαι. Origenes [d] ex his omnibus vt de proditore Iuda intelligantur, atque ex psalmo 40 [e] colligit bonum fuisse aliquando, & amicum Christi, & corruisse cum sanctus esset, & eò vsque etiam amulo peruenisse, vt esset Iesu *vnanimis*; errare autem illos qui asserunt, natura salutis incapacem fuisse. Augustinus [f] infert, nobis inter falsos fratres agendum quamdiu viuimus, *sicut est* modò *lilium inter spinas, amicaque*, sic proxima, *inter filias* [g], & sunt grana inter paleam [h], & *oderunt nos fratres* [i]. Hugo in octo verbis, quæ continentur versu 14. & 15. obseruat totidem partes ingratitudinis, inhumanitatem, inimicitiam, scandalum, proditionem, consiliorum reuelationem, inhospitalitatem, deuiationem, contradictionem. Præmanibus auctor est, hæc fusè tractans velut monstra pestilentque vitæ religiosæ.

Dux meus.] Campensis *commilitonem* interpretatur: Symmachus, συνήθη, *familiarem*. Paraphrastes, *præceptorem*, à quo se Dauid dicat edoctum, & Achitophelem intelligit, cuius nempe, vt antea dixi, consilio plurimùm deferebat, seque regi sinebat. Lyranus explanat de populo Ceilano, quia per nuntium adduxerant Dauid ad defensionem suæ ciuitatis. Monui quoque de Saule, aut Ionatha, quo pacto posset accipi. De vno etiam aliquo ex populo Ceilano dicere hoc posset Dauid, quia illum vel suis militibus præfecisset, vel eius ductu atque consilio multa facere soleret: vel si placet *præceptoris magistrique* vox (nam אלוף *alluph*: dux est, *ductor, doctor, rector, magister, præcipuus* etiam *amicus, ex quo quis pendet, ex cuiusque consilio, & auctoritate velut præsentis*,) cum inter præcipuos censeretur, ac sibi maximè obstrictos, quémque deceret magis exemplo bono alios præire, nõ autem proditionem machinari. Iudas etiam præter ea quæ priùs annotaui, dux erat Christi, quia vnus de ducibus, & principibus cõstituris à Christo *super omnem terram* [a], vt Græci docent, & præter enarratores huius loci explanantes Esaiæ [b] verba, *& ipse super duces stabit*, Hieronymus, & Procopius. Non assentior Theodoreto, & Basilio (si tamen duo sunt, & non vnicus auctor) non posse vllo modo congruere Dauid hunc locum. quia nemo amicorum eius ipsum prodidit, dum fugeret Saulem: Doeg enim & Ziphæi non erat ex legitimis amicis ipsius. Nam, vt omittam sententiam de Achitophele, aut populus Ceilanensis, aut insignis aliquis alius antea Dauidis amicus innuitur.

Et notus meus.] Pro γνωστέ μου, habet Symmachus in recto, absque pronomine γνώριμος. Genebrardus ait in Hebræo מידעי *meiuddabhi* allusionẽ esse ad nomen proditoris Iudæ. In sono nonnulla est; in re vix vlla, cùm Hebraicè vocetur יהודה *Iehudah* a יָדַע *iadah* non à יָדַד *iadadh*. Paraphrastes ad Achitophelem referens, actiuè vertit, *notam reddis mihi sapientiam*: quasi legerit benom, seu participium actiuum in Piel cum affixo מְיַדְּעִי *meiaddebhai*, & tamen in Iob *noti mei* vocantur מְיֻדָּעַי *meiudadabhai*, Latine, *qui me nouerant*, nimirum actiue, non passiuè.

Qui simul mecum dulces capiebas cibos.] Hieronymus, *qui simul habuimus dulce secretum*, cui similis interpretatio Aquilæ, ὃ ἅμα ἐγλυκάναμεν ἀπόῤῥητον, *qui simul dulce fecimus*, aut *habuimus*, ac vt ita dicam *dulcoranimus secretum*. Symmachus, οἵ τινες ἐκοινολογούμεθα γλυκεῖαν ὁμιλίαν, *qui communicabamus*, vel *communicando reddebamus dulcem collocutionem, consuetudinémve*. Particeps consiliorum Christi Iudas erat cum cæteris, quos ille ideo amicos esse asserebat, *quia quæcumque audisset à Patre, nota facere eis*, [c] & *dedisset nosse mysterium* (arcanum) [d] *regni*. In editione Lxx. correcta, omisso pronomine μου, quod habent alij codices, ac enarratores Græci, & Eusebius [e], ita legimus, ὃς ἅμα τὸ αὐτὸ ἐγλυκάναμεν ἐδόγματα, *qui simul*, aut, *in id ipsum dulces capiebat*, vel *faciebas cibos*. Sed aliquando Ambrosius [f] legit, *simul*, interdum [g], *semper*: quod non recordor significare ἅμα τὸ αὐτὸ, vel יחד *iachdau*, quæ propriè significant, *in vnum, eodem, in idem, in neutrum locum, pariter, simul, vnà*. Et vim tamẽ Ambrosius facit in illo temporis aduerbio Latino, sicut & in epitheto *dulces*: vt probet per

cibos

Mirabrapsissque vita reiecta.

Ex primo de populo Ceilano

Alia interpretationes.

a Psal. 44. 17. b cap. 52. 8.

A Theodoreto & Basilio dissensus auctor.

a In de demonst. c. 2. b Vers. 10.

c Esse c. vl. Ioannes euangelista Lucas.

d Hom. 32. in Ioan. e Vers. 10. Item psal. 93. & Iob contra Dom. nell. col. Iacobi. 5.

f Lib. de bono coniugali. c. 21. Item de fide ad Petrum. c. 39. Item de amicitia. Item epist. 167. ad Hieronymum. Item epist. 211. ad Valentinum. Item epist. 217. ad Vitalem. Item epist. 222. ad Florentium. Item epist. 223. ad Euodium. Item epist. 228. ad Euodium. Item epist. 229. ad Euodium. Item epist. 230. ad Euodium. Item epist. 231. ad Euodium. Item epist. 232. ad Euodium. Item epist. 233. ad Euodium. Item epist. 234. ad Euodium. Item epist. 235. ad Euodium. Item epist. 236. ad Euodium. Item epist. 237. ad Euodium. Item epist. 238. ad Euodium. Item epist. 239. ad Euodium. Item epist. 240. ad Euodium. Item epist. 241. ad Euodium. Item epist. 242. ad Euodium. Item epist. 243. ad Euodium. Item epist. 244. ad Euodium. Item epist. 245. ad Euodium. Item epist. 246. ad Euodium. Item epist. 247. ad Euodium. Item epist. 248. ad Euodium. Item epist. 249. ad Euodium. Item epist. 250. ad Euodium. Item epist. 251. ad Euodium. Item epist. 252. ad Euodium. Item epist. 253. ad Euodium. Item epist. 254. ad Euodium. Item epist. 255. ad Euodium. Item epist. 256. ad Euodium. Item epist. 257. ad Euodium. Item epist. 258. ad Euodium. Item epist. 259. ad Euodium. Item epist. 260. ad Euodium. Item epist. 261. ad Euodium. Item epist. 262. ad Euodium. Item epist. 263. ad Euodium. Item epist. 264. ad Euodium. Item epist. 265. ad Euodium. Item epist. 266. ad Euodium. Item epist. 267. ad Euodium. Item epist. 268. ad Euodium. Item epist. 269. ad Euodium. Item epist. 270. ad Euodium. Item epist. 271. ad Euodium. Item epist. 272. ad Euodium. Item epist. 273. ad Euodium. Item epist. 274. ad Euodium. Item epist. 275. ad Euodium. Item epist. 276. ad Euodium. Item epist. 277. ad Euodium. Item epist. 278. ad Euodium. Item epist. 279. ad Euodium. Item epist. 280. ad Euodium. Item epist. 281. ad Euodium. Item epist. 282. ad Euodium. Item epist. 283. ad Euodium. Item epist. 284. ad Euodium. Item epist. 285. ad Euodium. Item epist. 286. ad Euodium. Item epist. 287. ad Euodium. Item epist. 288. ad Euodium. Item epist. 289. ad Euodium. Item epist. 290. ad Euodium. Item epist. 291. ad Euodium. Item epist. 292. ad Euodium. Item epist. 293. ad Euodium. Item epist. 294. ad Euodium. Item epist. 295. ad Euodium. Item epist. 296. ad Euodium. Item epist. 297. ad Euodium. Item epist. 298. ad Euodium. Item epist. 299. ad Euodium. Item epist. 300. ad Euodium. Item epist. 301. ad Euodium. Item epist. 302. ad Euodium. Item epist. 303. ad Euodium. Item epist. 304. ad Euodium. Item epist. 305. ad Euodium. Item epist. 306. ad Euodium. Item epist. 307. ad Euodium. Item epist. 308. ad Euodium. Item epist. 309. ad Euodium. Item epist. 310. ad Euodium. Item epist. 311. ad Euodium. Item epist. 312. ad Euodium. Item epist. 313. ad Euodium. Item epist. 314. ad Euodium. Item epist. 315. ad Euodium. Item epist. 316. ad Euodium. Item epist. 317. ad Euodium. Item epist. 318. ad Euodium. Item epist. 319. ad Euodium. Item epist. 320. ad Euodium. Item epist. 321. ad Euodium. Item epist. 322. ad Euodium. Item epist. 323. ad Euodium. Item epist. 324. ad Euodium. Item epist. 325. ad Euodium. Item epist. 326. ad Euodium. Item epist. 327. ad Euodium. Item epist. 328. ad Euodium. Item epist. 329. ad Euodium. Item epist. 330. ad Euodium. Item epist. 331. ad Euodium. Item epist. 332. ad Euodium. Item epist. 333. ad Euodium. Item epist. 334. ad Euodium. Item epist. 335. ad Euodium. Item epist. 336. ad Euodium. Item epist. 337. ad Euodium. Item epist. 338. ad Euodium. Item epist. 339. ad Euodium. Item epist. 340. ad Euodium. Item epist. 341. ad Euodium. Item epist. 342. ad Euodium. Item epist. 343. ad Euodium. Item epist. 344. ad Euodium. Item epist. 345. ad Euodium. Item epist. 346. ad Euodium. Item epist. 347. ad Euodium. Item epist. 348. ad Euodium. Item epist. 349. ad Euodium. Item epist. 350. ad Euodium. Item epist. 351. ad Euodium. Item epist. 352. ad Euodium. Item epist. 353. ad Euodium. Item epist. 354. ad Euodium. Item epist. 355. ad Euodium. Item epist. 356. ad Euodium. Item epist. 357. ad Euodium. Item epist. 358. ad Euodium. Item epist. 359. ad Euodium. Item epist. 360. ad Euodium. Item epist. 361. ad Euodium. Item epist. 362. ad Euodium. Item epist. 363. ad Euodium. Item epist. 364. ad Euodium. Item epist. 365. ad Euodium. Item epist. 366. ad Euodium. Item epist. 367. ad Euodium. Item epist. 368. ad Euodium. Item epist. 369. ad Euodium. Item epist. 370. ad Euodium. Item epist. 371. ad Euodium. Item epist. 372. ad Euodium. Item epist. 373. ad Euodium. Item epist. 374. ad Euodium. Item epist. 375. ad Euodium. Item epist. 376. ad Euodium. Item epist. 377. ad Euodium. Item epist. 378. ad Euodium. Item epist. 379. ad Euodium. Item epist. 380. ad Euodium. Item epist. 381. ad Euodium. Item epist. 382. ad Euodium. Item epist. 383. ad Euodium. Item epist. 384. ad Euodium. Item epist. 385. ad Euodium. Item epist. 386. ad Euodium. Item epist. 387. ad Euodium. Item epist. 388. ad Euodium. Item epist. 389. ad Euodium. Item epist. 390. ad Euodium. Item epist. 391. ad Euodium. Item epist. 392. ad Euodium. Item epist. 393. ad Euodium. Item epist. 394. ad Euodium. Item epist. 395. ad Euodium. Item epist. 396. ad Euodium. Item epist. 397. ad Euodium. Item epist. 398. ad Euodium. Item epist. 399. ad Euodium. Item epist. 400. ad Euodium. Item epist. 401. ad Euodium. Item epist. 402. ad Euodium. Item epist. 403. ad Euodium. Item epist. 404. ad Euodium. Item epist. 405. ad Euodium. Item epist. 406. ad Euodium. Item epist. 407. ad Euodium. Item epist. 408. ad Euodium. Item epist. 409. ad Euodium. Item epist. 410. ad Euodium. Item epist. 411. ad Euodium. Item epist. 412. ad Euodium. Item epist. 413. ad Euodium. Item epist. 414. ad Euodium. Item epist. 415. ad Euodium. Item epist. 416. ad Euodium. Item epist. 417. ad Euodium. Item epist. 418. ad Euodium. Item epist. 419. ad Euodium. Item epist. 420. ad Euodium. Item epist. 421. ad Euodium. Item epist. 422. ad Euodium. Item epist. 423. ad Euodium. Item epist. 424. ad Euodium. Item epist. 425. ad Euodium. Item epist. 426. ad Euodium. Item epist. 427. ad Euodium. Item epist. 428. ad Euodium. Item epist. 429. ad Euodium. Item epist. 430. ad Euodium. Item epist. 431. ad Euodium. Item epist. 432. ad Euodium. Item epist. 433. ad Euodium. Item epist. 434. ad Euodium. Item epist. 435. ad Euodium. Item epist. 436. ad Euodium. Item epist. 437. ad Euodium. Item epist. 438. ad Euodium. Item epist. 439. ad Euodium. Item epist. 440. ad Euodium. Item epist. 441. ad Euodium. Item epist. 442. ad Euodium. Item epist. 443. ad Euodium. Item epist. 444. ad Euodium. Item epist. 445. ad Euodium. Item epist. 446. ad Euodium. Item epist. 447. ad Euodium. Item epist. 448. ad Euodium. Item epist. 449. ad Euodium. Item epist. 450. ad Euodium. Item epist. 451. ad Euodium. Item epist. 452. ad Euodium. Item epist. 453. ad Euodium. Item epist. 454. ad Euodium. Item epist. 455. ad Euodium. Item epist. 456. ad Euodium. Item epist. 457. ad Euodium. Item epist. 458. ad Euodium. Item epist. 459. ad Euodium. Item epist. 460. ad Euodium. Item epist. 461. ad Euodium. Item epist. 462. ad Euodium. Item epist. 463. ad Euodium. Item epist. 464. ad Euodium. Item epist. 465. ad Euodium. Item epist. 466. ad Euodium. Item epist. 467. ad Euodium. Item epist. 468. ad Euodium. Item epist. 469. ad Euodium. Item epist. 470. ad Euodium. Item epist. 471. ad Euodium. Item epist. 472. ad Euodium. Item epist. 473. ad Euodium. Item epist. 474. ad Euodium. Item epist. 475. ad Euodium. Item epist. 476. ad Euodium. Item epist. 477. ad Euodium. Item epist. 478. ad Euodium. Item epist. 479. ad Euodium. Item epist. 480. ad Euodium. Item epist. 481. ad Euodium. Item epist. 482. ad Euodium. Item epist. 483. ad Euodium. Item epist. 484. ad Euodium. Item epist. 485. ad Euodium. Item epist. 486. ad Euodium. Item epist. 487. ad Euodium. Item epist. 488. ad Euodium. Item epist. 489. ad Euodium. Item epist. 490. ad Euodium. Item epist. 491. ad Euodium. Item epist. 492. ad Euodium. Item epist. 493. ad Euodium. Item epist. 494. ad Euodium. Item epist. 495. ad Euodium. Item epist. 496. ad Euodium. Item epist. 497. ad Euodium. Item epist. 498. ad Euodium. Item epist. 499. ad Euodium. Item epist. 500. ad Euodium. Item epist. 501. ad Euodium. Item epist. 502. ad Euodium. Item epist. 503. ad Euodium. Item epist. 504. ad Euodium. Item epist. 505. ad Euodium. Item epist. 506. ad Euodium. Item epist. 507. ad Euodium. Item epist. 508. ad Euodium. Item epist. 509. ad Euodium. Item epist. 510. ad Euodium. Item epist. 511. ad Euodium. Item epist. 512. ad Euodium. Item epist. 513. ad Euodium. Item epist. 514. ad Euodium. Item epist. 515. ad Euodium. Item epist. 516. ad Euodium. Item epist. 517. ad Euodium. Item epist. 518. ad Euodium. Item epist. 519. ad Euodium. Item epist. 520. ad Euodium. Item epist. 521. ad Euodium. Item epist. 522. ad Euodium. Item epist. 523. ad Euodium. Item epist. 524. ad Euodium. Item epist. 525. ad Euodium. Item epist. 526. ad Euodium. Item epist. 527. ad Euodium. Item epist. 528. ad Euodium. Item epist. 529. ad Euodium. Item epist. 530. ad Euodium. Item epist. 531. ad Euodium. Item epist. 532. ad Euodium. Item epist. 533. ad Euodium. Item epist. 534. ad Euodium. Item epist. 535. ad Euodium. Item epist. 536. ad Euodium. Item epist. 537. ad Euodium. Item epist. 538. ad Euodium. Item epist. 539. ad Euodium. Item epist. 540. ad Euodium. Item epist. 541. ad Euodium. Item epist. 542. ad Euodium. Item epist. 543. ad Euodium. Item epist. 544. ad Euodium. Item epist. 545. ad Euodium. Item epist. 546. ad Euodium. Item epist. 547. ad Euodium. Item epist. 548. ad Euodium. Item epist. 549. ad Euodium. Item epist. 550. ad Euodium. Item epist. 551. ad Euodium. Item epist. 552. ad Euodium. Item epist. 553. ad Euodium. Item epist. 554. ad Euodium. Item epist. 555. ad Euodium. Item epist. 556. ad Euodium. Item epist. 557. ad Euodium. Item epist. 558. ad Euodium. Item epist. 559. ad Euodium. Item epist. 560. ad Euodium. Item epist. 561. ad Euodium. Item epist. 562. ad Euodium. Item epist. 563. ad Euodium. Item epist. 564. ad Euodium. Item epist. 565. ad Euodium. Item epist. 566. ad Euodium. Item epist. 567. ad Euodium. Item epist. 568. ad Euodium. Item epist. 569. ad Euodium. Item epist. 570. ad Euodium. Item epist. 571. ad Euodium. Item epist. 572. ad Euodium. Item epist. 573. ad Euodium. Item epist. 574. ad Euodium. Item epist. 575. ad Euodium. Item epist. 576. ad Euodium. Item epist. 577. ad Euodium. Item epist. 578. ad Euodium. Item epist. 579. ad Euodium. Item epist. 580. ad Euodium. Item epist. 581. ad Euodium. Item epist. 582. ad Euodium. Item epist. 583. ad Euodium. Item epist. 584. ad Euodium. Item epist. 585. ad Euodium. Item epist. 586. ad Euodium. Item epist. 587. ad Euodium. Item epist. 588. ad Euodium. Item epist. 589. ad Euodium. Item epist. 590. ad Euodium. Item epist. 591. ad Euodium. Item epist. 592. ad Euodium. Item epist. 593. ad Euodium. Item epist. 594. ad Euodium. Item epist. 595. ad Euodium. Item epist. 596. ad Euodium. Item epist. 597. ad Euodium. Item epist. 598. ad Euodium. Item epist. 599. ad Euodium. Item epist. 600. ad Euodium. Item epist. 601. ad Euodium. Item epist. 602. ad Euodium. Item epist. 603. ad Euodium. Item epist. 604. ad Euodium. Item epist. 605. ad Euodium. Item epist. 606. ad Euodium. Item epist. 607. ad Euodium. Item epist. 608. ad Euodium. Item epist. 609. ad Euodium. Item epist. 610. ad Euodium. Item epist. 611. ad Euodium. Item epist. 612. ad Euodium. Item epist. 613. ad Euodium. Item epist. 614. ad Euodium. Item epist. 615. ad Euodium. Item epist. 616. ad Euodium. Item epist. 617. ad Euodium. Item epist. 618. ad Euodium. Item epist. 619. ad Euodium. Item epist. 620. ad Euodium. Item epist. 621. ad Euodium. Item epist. 622. ad Euodium. Item epist. 623. ad Euodium. Item epist. 624. ad Euodium. Item epist. 625. ad Euodium. Item epist. 626. ad Euodium. Item epist. 627. ad Euodium. Item epist. 628. ad Euodium. Item epist. 629. ad Euodium. Item epist. 630. ad Euodium. Item epist. 631. ad Euodium. Item epist. 632. ad Euodium. Item epist. 633. ad Euodium. Item epist. 634. ad Euodium. Item epist. 635. ad Euodium. Item epist. 636. ad Euodium. Item epist. 637. ad Euodium. Item epist. 638. ad Euodium. Item epist. 639. ad Euodium. Item epist. 640. ad Euodium. Item epist. 641. ad Euodium. Item epist. 642. ad Euodium. Item epist. 643. ad Euodium. Item epist. 644. ad Euodium. Item epist. 645. ad Euodium. Item epist. 646. ad Euodium. Item epist. 647. ad Euodium. Item epist. 648. ad Euodium. Item epist. 649. ad Euodium. Item epist. 650. ad Euodium. Item epist. 651. ad Euodium. Item epist. 652. ad Euodium. Item epist. 653. ad Euodium. Item epist. 654. ad Euodium. Item epist. 655. ad Euodium. Item epist. 656. ad Euodium. Item epist. 657. ad Euodium. Item epist. 658. ad Euodium. Item epist. 659. ad Euodium. Item epist. 660. ad Euodium. Item epist. 661. ad Euodium. Item epist. 662. ad Euodium. Item epist. 663. ad Euodium. Item epist. 664. ad Euodium. Item epist. 665. ad Euodium. Item epist. 666. ad Euodium. Item epist. 667. ad Euodium. Item epist. 668. ad Euodium. Item epist. 669. ad Euodium. Item epist. 670. ad Euodium. Item epist. 671. ad Euodium. Item epist. 672. ad Euodium. Item epist. 673. ad Euodium. Item epist. 674. ad Euodium. Item epist. 675. ad Euodium. Item epist. 676. ad Euodium. Item epist. 677. ad Euodium. Item epist. 678. ad Euodium. Item epist. 679. ad Euodium. Item epist. 680. ad Euodium. Item epist. 681. ad Euodium. Item epist. 682. ad Euodium. Item epist. 683. ad Euodium. Item epist. 684. ad Euodium. Item epist. 685. ad Euodium. Item epist. 686. ad Euodium. Item epist. 687. ad Euodium. Item epist. 688. ad Euodium. Item epist. 689. ad Euodium. Item epist. 690. ad Euodium. Item epist. 691. ad Euodium. Item epist. 692. ad Euodium. Item epist. 693. ad Euodium. Item epist. 694. ad Euodium. Item epist. 695. ad Euodium. Item epist. 696. ad Euodium. Item epist. 697. ad Euodium. Item epist. 698. ad Euodium. Item epist. 699. ad Euodium. Item epist. 700. ad Euodium. Item epist. 701. ad Euodium. Item epist. 702. ad Euodium. Item epist. 703. ad Euodium. Item epist. 704. ad Euodium. Item epist. 705. ad Euodium. Item epist. 706. ad Euodium. Item epist. 707. ad Euodium. Item epist. 708. ad Euodium. Item epist. 709. ad Euodium. Item epist. 710. ad Euodium. Item epist. 711. ad Euodium. Item epist. 712. ad Euodium. Item epist. 713. ad Euodium. Item epist. 714. ad Euodium. Item epist. 715. ad Euodium. Item epist. 716. ad Euodium. Item epist. 717. ad Euodium. Item epist. 718. ad Euodium. Item epist. 719. ad Euodium. Item epist. 720. ad Euodium. Item epist. 721. ad Euodium. Item epist. 722. ad Euodium. Item epist. 723. ad Euodium. Item epist. 724. ad Euodium. Item epist. 725. ad Euodium. Item epist. 726. ad Euodium. Item epist. 727. ad Euodium. Item epist. 728. ad Euodium. Item epist. 729. ad Euodium. Item epist. 730. ad Euodium. Item epist. 731. ad Euodium. Item epist. 732. ad Euodium. Item epist. 733. ad Euodium. Item epist. 734. ad Euodium. Item epist. 735. ad Euodium. Item epist. 736. ad Euodium. Item epist. 737. ad Euodium. Item epist. 738. ad Euodium. Item epist. 739. ad Euodium. Item epist. 740. ad Euodium. Item epist. 741. ad Euodium. Item epist. 742. ad Euodium. Item epist. 743. ad Euodium. Item epist. 744. ad Euodium. Item epist. 745. ad Euodium. Item epist. 746. ad Euodium. Item epist. 747. ad Euodium. Item epist. 748. ad Euodium. Item epist. 749. ad Euodium. Item epist. 750. ad Euodium. Item epist. 751. ad Euodium. Item epist. 752. ad Euodium. Item epist. 753. ad Euodium. Item epist. 754. ad Euodium. Item epist. 755. ad Euodium. Item epist. 756. ad Euodium. Item epist. 757. ad Euodium. Item epist. 758. ad Euodium. Item epist. 759. ad Euodium. Item epist. 760. ad Euodium. Item epist. 761. ad Euodium. Item epist. 762. ad Euodium. Item epist. 763. ad Euodium. Item epist. 764. ad Euodium. Item epist. 765. ad Euodium. Item epist. 766. ad Euodium. Item epist. 767. ad Euodium. Item epist. 768. ad Euodium. Item epist. 769. ad Euodium. Item epist. 770. ad Euodium. Item epist. 771. ad Euodium. Item epist. 772. ad Euodium. Item epist. 773. ad Euodium. Item epist. 774. ad Euodium. Item epist. 775. ad Euodium. Item epist. 776. ad Euodium. Item epist. 777. ad Euodium. Item epist. 778. ad Euodium. Item epist. 779. ad Euodium. Item epist. 780. ad Euodium. Item epist. 781. ad Euodium. Item epist. 782. ad Euodium. Item epist. 783. ad Euodium. Item epist. 784. ad Euodium. Item epist. 785. ad Euodium. Item epist. 786. ad Euodium. Item epist. 787. ad Euodium. Item epist. 788. ad Euodium. Item epist. 789. ad Euodium. Item epist. 790. ad Euodium. Item epist. 791. ad Euodium. Item epist. 792. ad Euodium. Item epist. 793. ad Euodium. Item epist. 794. ad Euodium. Item epist. 795. ad Euodium. Item epist. 796. ad Euodium. Item epist. 797. ad Euodium. Item epist. 798. ad Euodium. Item epist. 799. ad Euodium. Item epist. 800. ad Euodium. Item epist. 801. ad Euodium. Item epist. 802. ad Euodium. Item epist. 803. ad Euodium. Item epist. 804. ad Euodium. Item epist. 805. ad Euodium. Item epist. 806. ad Euodium. Item epist. 807. ad Euodium. Item epist. 808. ad Euodium. Item epist. 809. ad Euodium. Item epist. 810. ad Euodium. Item epist. 811. ad Euodium. Item epist. 812. ad Euodium. Item epist. 813. ad Euodium. Item epist. 814. ad Euodium. Item epist. 815. ad Euodium. Item epist. 816. ad Euodium. Item epist. 817. ad Euodium. Item epist. 818. ad Euodium. Item epist. 819. ad Euodium. Item epist. 820. ad Euodium. Item epist. 821. ad Euodium. Item epist. 822. ad Euodium. Item epist. 823. ad Euodium. Item epist. 824. ad Euodium. Item epist. 825. ad Euodium. Item epist. 826. ad Euodium. Item epist. 827. ad Euodium. Item epist. 828. ad Euodium. Item epist. 829. ad Euodium. Item epist. 830. ad Euodium. Item epist. 831. ad Euodium. Item epist. 832. ad Euodium. Item epist. 833. ad Euodium. Item epist. 834. ad Euodium. Item epist. 835. ad Euodium. Item epist. 836. ad Euodium. Item epist. 837. ad Euodium. Item epist. 838. ad Euodium. Item epist. 839. ad Euodium. Item epist. 840. ad Euodium. Item epist. 841. ad Euodium. Item epist. 842. ad Euodium. Item epist. 843. ad Euodium. Item epist. 844. ad Euodium. Item epist. 845. ad Euodium. Item epist. 846. ad Euodium. Item epist. 847. ad Euodium. Item epist. 848. ad Euodium. Item epist. 849. ad Euodium. Item epist. 850. ad Euodium. Item epist. 851. ad Euodium. Item epist. 852. ad Euodium. Item epist. 853. ad Euodium. Item epist. 854. ad Euodium. Item epist. 855. ad Euodium. Item epist. 856. ad Euodium. Item epist. 857. ad Euodium. Item epist. 858. ad Euodium. Item epist. 859. ad Euodium. Item epist. 860. ad Euodium. Item epist. 861. ad Euodium. Item epist. 862. ad Euodium. Item epist. 863. ad Euodium. Item epist. 864. ad Euodium. Item epist. 865. ad Euodium. Item epist. 866. ad Euodium. Item epist. 867. ad Euodium. Item epist. 868. ad Euodium. Item epist. 869. ad Euodium. Item epist. 870. ad Euodium. Item epist. 871. ad Euodium. Item epist. 872. ad Euodium. Item epist. 873. ad Euodium. Item epist. 874. ad Euodium. Item epist. 875. ad Euodium. Item epist. 876. ad Euodium. Item epist. 877. ad Euodium. Item epist. 878. ad Euodium. Item epist. 879. ad Euodium. Item epist. 880. ad Euodium. Item epist. 881. ad Euodium. Item epist. 882. ad Euodium. Item epist. 883. ad Euodium. Item epist. 884. ad Euodium. Item epist. 885. ad Euodium. Item epist. 886. ad Euodium. Item epist. 887. ad Euodium. Item epist. 888. ad Euodium. Item epist. 889. ad Euodium. Item epist. 890. ad Euodium. Item epist. 891. ad Euodium. Item epist. 892. ad Euodium. Item epist. 893. ad Euodium. Item epist. 894. ad Euodium. Item epist. 895. ad Euodium. Item epist. 896. ad Euodium. Item epist. 897. ad Euodium. Item epist. 898. ad Euodium. Item epist. 899. ad Euodium. Item epist. 900. ad Euodium. Item epist. 901. ad Euodium. Item epist. 902. ad Euodium. Item epist. 903. ad Euodium. Item epist. 904. ad Euodium. Item epist. 905. ad Euodium. Item epist. 906. ad Euodium. Item epist. 907. ad Euodium. Item epist. 908. ad Euodium. Item epist. 909. ad Euodium. Item epist. 910. ad Euodium. Item epist. 911. ad Euodium. Item epist. 912. ad Euodium. Item epist. 913. ad Euodium. Item epist. 914. ad Euodium. Item epist. 915. ad Euodium. Item epist. 916. ad Euodium. Item epist. 917. ad Euodium. Item epist. 918. ad Euodium. Item epist. 919. ad Euodium. Item epist. 920. ad Euodium. Item epist. 921. ad Euodium. Item epist. 922. ad Euodium. Item epist. 923. ad Euodium. Item epist. 924. ad Euodium. Item epist. 925. ad Euodium. Item epist. 926. ad Euodium. Item epist. 927. ad Euodium. Item epist. 928. ad Euodium. Item epist. 929. ad Euodium. Item epist. 930. ad Euodium. Item epist. 931. ad Euodium. Item epist. 932. ad Euodium. Item epist. 933. ad Euodium. Item epist. 934. ad Euodium. Item epist. 935. ad Euodium. Item epist. 936. ad Euodium. Item epist. 937. ad Euodium. Item epist. 938. ad Euodium. Item epist. 939. ad Euodium. Item epist. 940. ad Euodium. Item epist. 941. ad Euodium. Item epist. 942. ad Euodium. Item epist. 943. ad Euodium. Item epist. 944. ad Euodium. Item epist. 945. ad Euodium. Item epist. 946. ad Euodium. Item epist. 947. ad Euodium. Item epist. 948. ad Euodium. Item epist. 949. ad Euodium. Item epist. 950. ad Euodium. Item epist. 951. ad Euodium. Item epist. 952. ad Euodium. Item epist. 953. ad Euodium. Item epist. 954. ad Euodium. Item epist. 955. ad Euodium. Item epist. 956. ad Euodium. Item epist. 957. ad Euodium. Item epist. 958. ad Euodium. Item epist. 959. ad Euodium. Item epist. 960. ad Euodium. Item epist. 961. ad Euodium. Item epist. 962. ad Euodium. Item epist. 963. ad Euodium. Item epist. 964. ad Euodium. Item epist. 965. ad Euodium. Item epist. 966. ad Euodium. Item epist. 967. ad Euodium. Item epist. 968. ad Euodium. Item epist. 969. ad Euodium. Item epist. 970. ad Euodium. Item epist. 971. ad Euodium. Item epist. 972. ad Euodium. Item epist. 973. ad Euodium. Item epist. 974. ad Euodium. Item epist. 975. ad Euodium. Item epist. 976. ad Euodium. Item epist. 977. ad Euodium. Item epist. 978. ad Euodium. Item epist. 979. ad Euodium. Item epist. 980. ad Euodium. Item epist. 981. ad Euodium. Item epist. 982. ad Euodium. Item epist. 983. ad Euodium. Item epist. 984. ad Euodium. Item epist. 985. ad Euodium. Item epist. 986. ad Euodium. Item epist. 987. ad Euodium. Item epist. 988. ad Euodium. Item epist. 989. ad Euodium. Item epist. 990. ad Euodium. Item epist. 991. ad Euodium. Item epist. 992. ad Euodium. Item epist. 993. ad Euodium. Item epist. 994. ad Euodium. Item epist. 995. ad Euodium. Item epist. 996. ad Euodium. Item epist. 997. ad Euodium. Item epist. 998. ad Euodium. Item epist. 999. ad Euodium. Item epist. 1000. ad Euodium.

b Esa. 52. 13.

c Ioan. 15. 15.

d Mar. 4. 11.

e In de demonst. c. 2.

f Offic. c. vlt. g In psal. 40.

cibos dulces intelligi verba vitæ, quia materiales edere non semper quis potest, sed verbo Dei possumus inhærere, & noctibus, & diebus; si *in lege Dei die & nocte meditemur* *, & huiusmodi cibos nulla amaritudo corrumpit, nulla mortis corruptela contaminat, cùm illi alij citò corrumpantur.

Arbitror ad literam cibos externos intelligi, & ad Iudam applicãdo, etiam spirituales, panémque Eucharisticum, vt psalmo 40 [a]. docuimus, & hoc loco Arnobius appellat *mensam mysterij*. Nec obstaret aduerbium, *semper*, interpretando de cibis materialibus, & de spiritualibus; quod enim quotidie fit, ac statis horis, *fieri semper* dici posse demonstrauimus psalmo primo [b], & *perpetuum conuiuia* vocatur, qui quando conuiuij tempus est, cum quopiam semper conuiuatur. Quòd si τὸ ἐγκύπτειν interpreteris, *dulces reddebas cibos*, poteris de Iuda peculiariter intelligere, quatenus loculos habens, comparandi quoque cibos habebat curam. Hebræum nomen סוד *sod*, significat *secretum*, & *consilium*, ac nonnunquam *consilium*, *cœtum*, *congregationem* [c]; sed suspicatur Genebrardus hic esse synæresim ex סָאוֹר *saod*, soleréque Chaldæos, & Syros literas gutturales absorbere, ac si vocales essent. At hoc aliud nomen nullibi reperias in diuinis literis, & סְעָרָה *sehhadah* Rabinicum est à סָעַר *sahhad* verbo sacris scripturis vsitato pro *prandere* [d], quia hoc est vitam sustentare, & confortare, quod primariò valet id verbum. vnde *panis cor hominis confirmat* [e] יִסְעָד *yishhad*, *firmabit*. Probabilis tamen coniectura. Facilior videtur alia Riccardi Cenomani pro סוד *sod* lectũ à Lxx. סוך *soch*, quod *vnctionem* significat, quæ accipitur pro refectione, & pulmento. Verùm nec extat in Bibliis tale nomen, sed geminatum סוכך *sochech* [f]: nec hoc quidé eo modo exponitur, quo Riccardus vult, nisi à Rabbinis, nec probari potest, *olei vnguentique* nomine refectionem & pulmentum significari. Præstat dicere attendisse sensum L x x. quia quibus communicamus arcana nostra, solemus familiariùs adhibere ad mensam nostram. Nam quod Genebrardus affert de aphæresi, valde incertum est, atque licèt in pronunciando literæ absorbeantur, in scribendo etiam absorberi, nisi grauis admodum cogat ratio, affirmare non debemus. Noticio, Apollinarius cur conuiuium exponerit dicere Dauidem celebrasse se apud aliũ.

ἐκ κοινοῦ βαλὼν πρὸς σὸν παράμυθα μελιχρὸν:
non ambo conuiuium apud te gustabamus dulce?

Et non potius quòd alium ipse excepisset. vtrumque potuit esse: & Hebraice non est *mecum*: nec *mei* in emendatis Græcis codicibus. Cæterùm scripturæ phrasi sicut *comedere panem cum aliquo*, est familiariter agere [g], ita & *capere cibum*: vnde consequens fit, quod iam dicebam, vt sit etiam participes conuiuiorum, quæ sub mensam sæpe prodi solent [h]. Christus nulla maiora reuelauit secreta, quam in cœna, vel statim post cœnam [i], & arcana per cibos non paucas indidem, ac ex nuptiali conuiuio duxit [k], promisitq; *mensam suam in regno suo* [l]. E contrario proditiones ac interfectiones etiam per speciem, ac prætextu conuiuiorum, nonnullæ memorantur, qualis Absalon interficientis Ammon fratrem [m], & Herodis, occasionem felicem inde oblatam obtruncandi Ioannem arripientis [n]. Quàuis, vt monet Ambrosius [o], hostes plerumque, latrones etiam, parcant iis cum quibus recolligentur se misse conuiuium; & feræ ipsæ pabulorum societate mitescunt: & *vir iniquitatis*, ait Cassiodorus, *solet comessationibus mulcere*.

Prouerbium agnoscit Genebrardus. Tale de modiis salis ad firmandam amicitiam edendis: tale, de non frangendo panem dicit, non dissoluenda amicitia: tale de illo qui salem ac mensam sit prætergressus, hoc est, violauerit amicitiam: talis ritus Macedonum, libando panem gladio diuisum. Legatur Delrius noster in sacris Adagiis.

In domo Dei ambulauimus cum consensu.] Hieronymus, *in terrore*. Paraphrastes exprimit *domum sanctuarij Domini*: & eò cum festinatione ambulasse בסרהובוא *besirhuueia*. Hebræam vocem cum seruili בְּרִגֶשׁ *beregues*, alij vertunt *in strepitu*: vel *in cœtu, turba, comitatu magno, & congregatione*; *caterùatim, simul, coniunctim*: vel *cum exultatione*, qualis videlicet editur in celebritate festiua. Sic videlicet diceret, quòd vnà tendebant in domum Domini, siue in Silo, siue in Gabaa festos dies agitantes, aut ad sacrificia lectionésq; & disputationes sacras, comitati, ac deducti, honoris causa, quod sine strepitu non fit, ac turba; ita vt ipse illum lateri adhærentem haberet, tanquam quo [a] cum eius honoris partem maximam communicaret. Quod quo pacto debeat intelligi, siue de aliis ad literam, siue de Iuda, dictum satis antea est. Est רָגַשׁ *ragas*, *tumultuari*, *congregare*, *coitionem facere*, quod psalmo 2 [b]. exponitur *fremendi* verbo. Inde est רִגֶשׁ *regues*, & illi simile רִגְשָׁה *rigsciah*, quod redditur *multitudo* [c]. Verùm illa non significant ἐν ὁμονοίᾳ, seu *in eadem mente, vnanimiter, concorditer, in consensu*, siue *cum consensu*, & *concordia*; nisi dicas denotari plurium magnæque etiam turbæ vnanimem concursum, & conuentum, vt quoties celebraretur, ipséque interesset, adiungeret, & associaret illum sibi: & ad hunc sensum respexisse L x x. *Domum Dei* maximè intelligo vbi tabernaculum erat, & solemnia fiebãt sacrificia, & diuinæ laudes rite celebrabãtur, & de diuinis quoque rebus tractatus habebantur. Lyranus monet non debere accipi hoc loco *domum Dei* pro templo, quod erat in Ierusalem, ad quod Dauid tunc non audebat ascendere, sed pro schola, quę habebatur in qualibet ciuitate Iudęorum, non ad sacrificandum, quia hoc solùm licebat in Ierusalem, sed ad audiẽdam legem, & adorandum ibi peculiariter Deum. Atqui tempore Dauidis, de quo loquitur Lyranus, hoc est, quando Dauid fugiebat Saulem, nec erat in Ierusalem templum, nec arca, tabernaculúmque. Ergo intelligi Dauid non solùm non debet, sed nec potest de dicto templo: non etiam de schola illa, siue synagoga necessariò intelligendus est, quia loqui potest de tempore, quo, cùm non fugeret, licebat ei frequentare illum locum vbi arca erat in Silo, vel Gabaa. Quòd si placet quoque tempus comprehendere, quo agebat in Ceilam, dabimus Lyrano ibidem fuisse scholam quam vult: non tamen rectè tunc exponet per *hominem vnanimem, ducem, notum*, &c. populum vniuersum, quoniam iuxta vim vocabuli Hebræi, ineptè diceret alloquens populum, *ambulauimus in domo Dei*, cum turba, cœtu, congregatione, societate, &c. cùm populus nihil aliud sit, nisi turba ipsa, cœtus, cõgregatio, societas, &c. Denique puto, *ambulare in domo Dei cum consensit*, denotare quicquid spectat ad cultum Dei, & ad sacra, quibus de rebus, ac non solùm de politicis, quas præcedentia designant verba, tractare se solitum affirmet Dauid, cum suo illo intimo amico, & non præcisè solúmque tendere in domum Dei, quod etiam di-

a Tom. 2. ad pg. 108.

b Vers. 1.

c psal. 63. 3.

Domus Dei quid hic.

Lyrani interpretatio.

Ambulare in domo Dei cũ cõsensu, quid hic.

cendum

cendum potiùs esset in accusandi casu indicante modum ad locum. *Ambulare* verò etiam vsurpari pro morali agendi ratione, notum satis, & [a] alibi docuisse memini, nec enim decet in ipsomet templo ambulare, quod etiam cauit Tridentinum Concilium [b], & his similia multo ante Lugdunense [c].

Deambulare vsurpatio actuum 9. 31.
In templis ambulare prohibetur.
[b] Sess. 22. de reforma.
[c] Decet, de vsu Eccles. in 6.

Vers. 16.] Veniat mors super illos: & descendant in infernum viuentes:

Quoniam nequitiæ in habitaculis eorum, in medio eorum.

Sensus loci.

COnuertit sermonem nunc ad plures, nempe ad omnes proditores, ac persecutores suos, siue Ceilanos, quod malo, siue alios, imprecans repentinam & improuisam mortem, atque vt ad similitudinem Dathan & Abiron, qui conspirauerant contra Mosem & Aaron [d], viui humo absorpti descendant in infernum; quoniam nefarij homines nihil aliud cogitent domi, nihil agitent in conuentibus & congressibus aliud, quàm nequissima perniciosissimaque consilia, nihil in medijs cordibus, & mentibus aliud versent, quàm quo pacto nocere aliis queant. Absalon [e], & Achitophel [f] infeliciter perierunt. Iudas [g] etiam & Iudæi debellati à Romanis [h], & ante illos Annas, & Caiphas Pontifices [i], & multi postea persecutores Ecclesiæ. Mysticè in bonam partem aliqui hoc interpretantur, vt postea videbimus: & literali sensu aliter quoque.

[d] num. 16. 32.
[e] 2. Reg. 18. 10.
[f] c. 17. 23.
[g] Matt. 27. 4. Actuum 1. 18.
[h] Ioseph. de bello Iudaic. Hegesipp. & alij.
Mystica interpretatio.
[i] Iust. Eccles.

Veniat mors super illos.] Chaldaice, *reos perageret eos iudicium mortis, & malum Doeg, & Achitophel sententiam ferret aduersus ipsos.* quamuis Nobiensis omittat *Achitophel*, & sequentia verba. Alij, *exigat debitum mors ab eis*, seu *exactricem constituat (Deus) mortem aduersus illos*: vel, *condemnet illos mors*: vel, *irruat mors super illos*: vel, *inferet (Deus) mortem de improuiso illis*: vel, *irritet*, seu, *instiget*, ac *necessitet (Deus) mortem super illos*; Aut passiuè, *necessitetur*, &c. vel, *instiget*, seu *instigetur mors*, &c. vel, *obliuionem inducat illis mors*, seu *Deus mortis obliuionem inducat illis*: vel, *mors decipiat illos*: vel, *irrue mors, instiga, exige*, &c. Hoc vltimum, quod est Campensis, non congruit Hebræo verbo futuri temporis יָשׁ *iassi*. Multiplicem verò illi [illegible] tionem, quam attigimus, habet verbum נָשָׂא *nasa*, & adhuc plures; & נָשָׁה *nasah* vel *nasah* cum geminata litera נָשַּׁשׁ *nassas* significat *fenerare, obliuisci, obligari, exigere, irruere, grauare, decipere*, &c. Thema hoc loco videtur esse נָשָׁה *nasah* in hiphil, ita vt legi debeat יַשֵּׁה *iassech*, non יָשׁ *iassi*, sicut etiam indicat nota Hebræa, quæ, vt loquuntur Rabini, dicitur kerivechetiu, cùm aliter legendum est, quàm scribatur.

Nota Hebraica.

Iuxta dictas acceptiones esset sensus imprecationis maximè triplex: primò, vt mors, tamquam creditor durus & inexorabilis repetat, aut eam Deus immittat ad repetendum ab illis animã, quemadmodum etiam apud Lucam [k] habetur, quam veluti oppignerauerunt propter voluptatẽ, ex insquitatibus, vsuris, dolis, quorum priùs facta mentio est: secundò, vt occupet illos ex improuiso mors veniens, vel immissa à Deo, sui obliuionem inducendo, ita vt mortis obliti, ex improuiso, dumque minùs cogitant, moriantur: tertiò, vt sic etiam illos decipiat mors, adoriens veluti clã & ex insidijs, ac fraudulentè, vt non aduertant.

Sensus loci tristis.
[k] c. 12. 20.

Possunt hæc omnia comprehendi verbis editionis nostræ, *veniat mors super illos*, ἐλθάτω θάνατος ἐπ' αὐτούς: quamuis ἐπ' omittant emendati codices, quæ est expletiua vox, aut significat *tum*. Imprecationes à sanctis viris, quo pacto vsurpentur, docui aliquoties. Augustinus [a] assignat quoque causam, vt per vindictæ occasionem prædestinati conuertantur de bono ad melius; vel vt reprobi moriendo peccare desistant, & minorem in inferno pœnam sustineant. Accedit, ne bonis impedimento & nocumento sint. Beda cæcitatem mentis accepit per *mortem*, vt per *infernum* vitiorum profundum. Tandem sub imprecationis externa forma, prædictio potius continetur nonnunquã. Cassiodorus, Bruno Herbipolensis, Haimo, Aiguanus, alij, putant optari verbis his emendationem magis, quam consumptionem & mortem, qui sit prioris malæ vitæ finis atque conuersationis; *descensum in infernum esse*, cùm quis cogitationes suas expauescit, & ad melioris institutionis tramitem transfertur, attendens pœnas infernales, aut etiam cùm cogitat de morte.

[a] Serm. 11. de fine aut 23. in append.

Quod attinet ad literalem sensum de reali morte corporis, obseruat Bruno Carthusianus, *mortem* dici *super aliquem venire*, cùm simul æternam subit; perinde ac si adeo grauis deprimat pondere, vt cuadere, ac surgere non liceat. Confirmat Hugo testimonio prouerbiorum [b]; *propterea eis superueniet interitus, & cum fortitudine non sequetur*, præterea Iob [c], *consumat brachia illius primogenita mors, calcet super eum quasi rex, interitus.* Subdit subesse iustis mortem, & *præcipitari à Deo in sempiternum* [d]. de quo loco antea egimus conferentes cum Paulo [e] *absorptam* vocante *mortem*: adhuc dicta psalmo 48 [f]. *mors depascet eos*, quasi sub se tanquam pastore, atque sub dominio suo.

Literalis sensus.
Mors vt dicatur super aliquem venire.
[b] c. 24. 22.
[c] c. 18. 13. 14.
[d] Isa. 25. 8.
[e] 1. Cor. 15. 54.
[f] Vers. 15.

Et descendant in infernum viuentes.] Conueniunt omnes alludi ad Dathan & Abiró absorptos terra propter schisma coniurationemque contra Mosem & Aaronem, quos ait scriptura [g] *descendisse viuentes in infernum, diruptа terra sub pedibus, aperiente os, deuorante illos cum tabernaculis, & vniuersa substantia*, operiente iterum eosdem eadem terra. Vbi ridiculi sunt Hebræi, fingendo creatum à Deo verum os terræ, cum nouẽ aliis rebus ipso vespere sabbathi, quo quieuit ab alijs operibus creationis, videlicet cum ore putei, ore asinæ Balaam, iride, ariete, qui pro Isaac immolatus est, virga Mosis, manna, dæmonibus, qui apparent hominibus, forcipibus, ita vt priores fuerint, quàm morsellus. siue malleus: addebat aliqui decalogum scriptum in igne nigro & albo. Recitat hanc insaniam Abulensis [h]. Idem porro auctor [i], quod attinet ad interitum animarum, id est, ad damnationem, seu pœnas æternas, in medio relinquit, quia fieri possit, vt in ipso descensu cùm adhuc viuerent, pœnituerit illos: *descendisse* autem *viuentes in infernum* interpretatur de inferiori parte terræ, quæ hiatu suo absorbuit illos, non de loco ipso planè subterraneo, in quo sunt animæ damnatorum, quia non potuissent eò vsque descẽdere salua vita; vel certè simul illuc peruenissent, mortui essent ignis efficacia magna: neque viuos vllos credi debet cum corporibus ante generalem resurrectionem in inferno esse, cùm nemo ante id tempus immortalitatem cõsequatur, sed sint omnes mortui tunc resurrecturi; & quod ad istos spectat, non videtur quare potius hoc asseratur de ipsis, cum inde maius tormentum illos pati sequeretur, quàm alios, quorum tamen ali-

[g] num. 16. 30. [illegible] 31. Deuter. 11. 6. [illegible] 106. 17. 18.
[h] Num. 22. q. 20.
[i] ibid. c. 16. q. 11.

qui deteriores fuerunt: denique docet, Hebræam vocem quæ nempe est שְׁאוֹל *sceol*, non solùm locum damnatorum significare, sed *sepulchrum* etiã & quemlibet *defossum locum*. Videntur probabilia omnia & consentanea Lyrano [a], & Augustino [b], qui hunc ipsum aerem caliginosum ait comparatione cœlorum, vbi sunt Angeli, dici carcerem inferi dæmonum, à Petro [c]. Consentit Hugo, Carthusianus, Caietanus, Oleaster, aliique, *vivos descendisse in infernum*, quia viuentes adhuc sepulti sunt, non vt solent alij postquam sunt mortui. Addit Oleaster, , *in infernum* etiam damnatorum *descendisse*, damnatos nempe arbitrans fuisse, quia vt ego interpretor, visi sunt illuc recta tetendisse dehiscente terra, cum solæ animæ ibi conditæ fuerint, corpora remanserint supra eum locum, sed infra hunc nostrum satis profundè. Fateor argumentũ Abulensis ex generali resurrectione, non concludere, quia sic non modò corpora sanctorum, quos eduxit Christus de limbo, non ascendissent in cœlum cum ipso, quod est tamen satis credibile, vt [d] alibi docui, sed nec Deiparæ: immo sicut iam in cœlo putantur præter eiusdẽ & Christi, aliorum præterea nonnullorum corpora esse, quædam item in cœlis collocare, non abhorret à ratione: & quemadmodum non sequitur maiores meritis ac præmiis essentialibus esse, qui cum suis corporibus sunt in cœlo, quàm eos, qui non sunt, quales Apostoli, & alij sanctitate præstantes; sic non idcirco deteriores habendi, & maioribus affecti tormentis, qui nunc in inferno gestẽt corpora propria; sed illi accidentali præmio, hi supplicio affecti, quo cæteri vel beati, vel damnati careant. Possumus id confirmare ex ascẽsu in cœlum, qui Eliæ, & Enoch tribuitur, accipiendo pro superiore loco, & pro aëre, vt innuit Hieronymus [e], opponẽs illorum ascensum, istorum descensui. Sed & hoc verum est, quamuis dictum vocabulum Hebræum, & pro *sepulchro*, & pro *subterraneo loco* accipi possit, in quo cruciantur animæ damnatorum; nomen Græcum ἅδης quod hîc habetur, & alibi, vbi eadem narratio est, *tormentorum locum* propriè tantùm significare, aut eum etiam, quo aliæ animæ reciperentur. Præterea sumitur nomen *inferni* & ἅδης aliquando pro morte, vt apud Oseam [f]: quod Latinè legimus, *de manu mortis liberabo eos*, Græcè dicitur nomine ἅδης, & Hebraicè שְׁאוֹל *sceol*, & apud Paulum [g], *vbi est mors victoria tua?* Græcè ἅδης: & in actibus [h]: *solutis doloribus inferni*, Græcè ὠδῖνας *mortis*. Ratio autem est, quia ante Christi mortem idem erat mori, & descendere ad inferos, siue damnatorum locus is esset, siue purgandorum, siue morientium cum solo originali peccato, siue iustorum purgatione non egentium. Alioquin neganda non est distinctio inter *mortem*, & *infernum*, vt propriè sumuntur, quam hoc ipso ex loco Hieronymus [i] probat, & ex similibus. Postremò, *vivos descendere in infernum*, denotat subitò & inopinatò, ad eum modum, quo Iob scribit [k] quosdam *in puncto ad inferna descendere*: & improbi in prouerbiis [l], *deglutiamus eum sicut infernus viventem, & integrum quasi descendentem in lacum.*

Ex his efficitur ista non sic inter se pugnare, quòd *mors veniat super aliquos*, & quòd *descendant in infernum viventes*, vt propterea de diuersis exponi debeant, idque sensu mystico, quemadmodum Augustinus, Cassiodorus & alij præ se ferunt: & Augustinus membrũ primum vult allusionem continere ad illos super quos in dicta seditione descendit ignis, eratque minores dignitate, secundum, ad seditionis auctores. Iisdem satis aptè vtrumque congruit, ita vt *mors venire*, ac *irruere* dicatur *super illos*, & simul *descendere in infernum viventes*, quia genus mortis fuit, absorberi à terra, cui similis iniectio Iosephi in cisternam [a], quod mortis genus experti sunt etiam nonnulli martyres, vt Vitalis [b] & Chrysanthus, ac Daria [c]: hæc, ex Vestali Christiana: ritu Vestalium, via Salaria in cãpo scelerato, punita est. de quo ritu Liuius [d], Plinius Iunior [e], cum Scholiaste Cataneo, Dionysius Halicarnasseus [f], Plutarchus [g], Suetonius [h], Ouidius [i], Iuuenalis [l], Iulius Obsequens [m], Pomponius Lætus [n], Festus [o], Eusebius [p], & quos post istos legi, Tiraquellus [q], Baronius [r], Petrus [s], Gregorius. Profanis parcam exemplis non tantùm Vestalium de quibus dixi, sed etiam Amphiarai Thebani [t], M. Curtij, sed aliorum præterea [u]; nec iam mortui descendisse postea viuentes intelliguntur. Neque recurrendum ad Dæmones, quod Arnobius facit, qui *viuentes* nominentur, quia natura immortales. Non etiam cum Hugone ad animas damnatorum, vel post resurrectionem ad corpora, quas ambas partes suas vellent illi perire, sed frustra [x]. Memînit Euthymius, dæmonibus viuentibus, id est, immortalibus, nonnullos interpretatos imprecari Dauidem, ex quo insidiati sunt Christo, descensum ad infera terræ viscera: priore membro mortẽ pœnarum, ac suppliciorum. Inter sensus mysticos locari hæc debent. Præterea mysticè *viuentes in infernum descendunt*, Augustino [y], Bedæ, Cassiodoro, & aliis qui scientes peccant, ac in peccatorũ decidunt profundum; quod Augustinus explicat optimè de sui temporis hæreticis, conuenítq; etiam non paucis, qui nostro viuunt. Autor [z] operis imperfecti, sic etiam *descendentes in infernum* accipit, qui opera faciunt infernalia, & iam veluti in carcere, & sub custodia sunt dæmonum. Explicat Gregorius [a] Augustini sententiam, quia viui sunt, qui sentiunt quæ erga illos fiunt, vt idcirco *viuentes in infernum descendant*, qui scientes sentientésque peccant. Ita præterea Nicolaus [b] Papa I. *viuentes* intellexit, qui scientes peccent. Quarto, *viuentes* Hugo interpretatur, qui hîc viuunt mundo & peccato, & idcirco merentur infernum. Idem quinto, qui dum viuunt, dant se cupiditati, quæ sicut *infernus nunquam impletur* [c]. Sexto, adhuc ex eodem in bonam partẽ, illi sunt, qui abdunt se claustro, ita vt *eorum vita sit abscondita cum Christo in Deo* [d], & *mortui peccato, vivant Deo* [e]. Septimus Bernardi [f], *descendere viventes in infernum*, qui ne descendant morientes, in cella præsertim dolores eius reuisunt, vt horreãt, & refugiant: atque hoc hîc imprecari suis inimicis, quia vix, aut numquam aliquis à cella in infernum descendit. Hoc vniuerse de omnibus affert Haimo, vt ciusmodi meditatione à peccatis recedant. Ambrosius [g] explicans, quid sibi velit cõminatio illa, *morte* [h] *moriemini*, distinguẽnsque quatuor quasi coniugationes, *vita viuere, morte mori, morti viuere, vita mori*, & communi vsu loquendi, dici *viuere*, qui vitæ viuit, & morti viuit, *mori*, qui morti moritur, & vitæ moritur, docet, secundùm scripturas, *vita viuere*, significare admirabilem quandam illam vitam beatámq;, & hunc viuendi vsum spirandíque munus, cum beatæ vitæ gratia veluti coniunctum, & quadam participatione permixtum, seu virtute viuere, beatæq; vitæ actus habere in istius corporis vita:

Martyrum aliqui mortis genus.
a Gen. 37. 20.
b Martyrol. 28. April.
c ibidem 25. Octob.
d li. 8. decad. 1. 1. decad. 2. & li. 2. dec. 3.
e lib. 4. epist. 3. in fi.
f lib. 2. & 8. & 9.
g in Numa. & quæst. Rom. in 90. & in Fabio
h in Domitiano c. 8
i 6 Fastorum.
l Satyra 4.
m de prodigiis.
n de sacerd.
o lib 17.
Quomodo cur viuentes nominentur.
p in chron. anno ab Abrah. 1800.
q in leg. 15. connub. num. 120 & in Alex. ab. 5. c. 12.
r in Martyrol. 25. Octob.
Viuentes in infernum descendere qui dicantur.
s 32. Symag. c. 26. lib. 36.
t cap 7.
De hæresum explicatio.
u Statius.
x in theatro volum. 2. lib. 7. pag. 114.
y Apoc. 9. 6. & hic & ep. 48.
z hom. 54. in Matth
a 18. moral. c 7. vel 9 & 3. p. Past. c. 32
b epist. ad Michael. Imper.
In bonam partẽ interpretatio.
c Prou. 27. 20. Eta. 14. Abac 2. 5.
d Coloss 3. 3.
e Rom. 6 11.
f ad fratres de mõte Dei.
Vix aut nunquam à cella aliquem in infernum descendere.
g de parad. c. 9.
h Genes. 3. 4.
i Exod. 21 22.
Genesis locus explicatus.
Vita viuere, morte mori, morti viuere, vitæ mori vt distinguantur.

contra autem, *morte mori*, esse cum morte corporis, deformitatem habere morientis, cuius & cæco commune vitæ genus defraudetur, & anima vitæ æternæ vium habere non possit. Addit, esse etiam qui *vita moriatur*, vt qui viuit corpore, sed actu moritur suo, quales de quibus hoc loco Propheta noster, & illa de qua Apostolus [a], quoniam *viuens mortua est*. Denique tradit *morte viuere* Martyres, qui vtique moriuntur, vt viuant, & plura his similia persequitur. Rursum [b] scribit, qui infideles sunt *descendere in infernum viuentes*, & quamuis videantur nobiscum viuere, in inferno esse, atque ita (sensu certè mystico) dici *Deum viuorum Abraham, Isaac, Iacob* [c], quia peccato non sunt mortui. Iuuat doctrina ista sensum tertium, ab Augustino præsertim traditum. Octauum innuit Iacobus Lanssonius hoc loco, in tãtam quosdam dum adhuc viuunt, deuenire angustiam vt se percipiant damnatos, æternique ignis quædam exordia non fallaciter experiantur. extant apud Bedam [d], & alios exempla; inter alia verò de vno, qui iam præcipere inferni videbatur tormẽta, quemadmodum Stephanus cœlorum gaudia, cùm *cœlos videbat apertos* [e], cuius præterea generis exemplis plenæ historiæ. Nonus qui partim literalis censeri potest, Euthymij ac Nicephori est, vt interfectores Christi morte pereant violenta; quod priore membro contineri: Alij præ timore in prærupta descendant, & in cauernis ac speluncis viuant, fame, siti, formidine cruciati, vt narrat etiam Iosephus [f] euenisse: & id *inferni* vocabulo significari, quia ibi demum citò pereuntes sepulti sunt. Decimus adhuc potest esse adaptatus proditoribus, de quibus psalmus hic agit: *descendere in infernum viuentes* esse cùm in simile ruit periculum proditor, vt scilicet quemadmodum fefellit eum qui in solida illius amicitia, tamquam in solo pede, fixerat spem; ita experiatur in alio ruinam, cui pariter innixus videbatur.

a 1. Tim 5. 6.

b de bono mortis c. vlt. Ambr. in Luc. cap. 9. *Infideles descendunt in infernum viuentes.*

c Matt. 22. 32. *Deus vt dicatur Deus viuorum, Abrahã, Isaac, Iacob.*

d lib 5. histo. Anglo ca. 13. 14. 15. *Exempla eorũ qui aterni ignis tormenta in hac vita experiantur.*

e Actum 7. 55. *Literalis paruum singit.*

f de bello Iudaic.

Quoniam nequitiæ in habitaculis eorum.] Hieronymus, *in congregatione eorum*. Alij, *media in societate eorum*: vel, *in cœtu*: vel, *in habitatione eius*: vel, *in domiciliis, in conuenticulis, in conciliabulis, in habitaculis, in hospitiis.* Hoc vltimum extat in psalterio Romano, & Ambrosiano, apud Augustinum, Hilarium, Arnobium, qui numero singulari legunt, *nequitia*, (vt & in commentario Hieronymus) Cassiodorum. Hebræum nomen plurium רעות *rahboth*, est plurale, vt Chaldæum בישין *bisciuan*. Sed Lxx. reddentes πονηρία legerunt רעות *rehbuth*, quod significat *contritionem, afflictionem, malum pœnæ*, sicut & πονηρία, quæ est ἀπὸ τῶ πόνου *à labore. nequitia* autem vitium quidem omne, sed lasciuiæ præsertim, ac libidinis, & cultum vitæ prodigum effusumque significat, qui soleat admixtam habere fœuitiam, & iniquã aliorum oppressionẽ. Apollinarius videtur legisse numero multitudinis, quoniam vertit ἀτασθαλίας *improbitates*, quæ damna inferunt, & inferre gaudẽt. Vix præterquam in numero reperitur plurali; vt non sit mirum, si ea vti volens voce Apollinarius, in eo numero posuerit, licèt Lxx. sint vsi tantùm singulari, vt dixi. Sequens nomen Hebraicè cum affixo, & litera seruili, est singulare בקרבם *bimgurem*. quamuis Paraphrastes pluraliter transtulerit בקרביהון *bimdorebon*, & Græcè eodem numero sit, ἐν ταῖς πατρικαῖς αὐτῶν, quod etiam dici posset, *in patriciis ipsorum*. *Tuguria* interpretatur Apollinarius.

Nequitiæ proprie quid dicatur.

εἰ δὲ μέσον ἐφύλαττε ἀτασθαλίας κατάλυσιν:

Qui vtique medius seruat nequitias in tugurijs.

seu occultis locis, cæsis, cellis: Hoc modo crederet orario, vt non *in ciuitate* solùm *iniquitas, contradictiones*, [a], & *super muros* [b], ac *in medio*, & in *plateis* eiusdem *vsura & dolus* [c], sed in ipsis quoque habitaculis, hospitijs, tugurijs, vel etiam in parœcijs omnis esset nequitia, qui sunt accolarum conuentus, aut vicinæ, & curiæ sacræ quidem, sed non tantùm vim facit Augustinus aliique in hospitijs, quæ sunt peregrinantium, & transeuntium, quique non semper hic futuri sint, quamuis pro animositate temporali sic pugnent: Temporarias quoque breui perduraturas, citò perdẽdas domos Euthymius explicat. Theodoretus, ac Basilius παροικίαν vocant præsertim vitam, in qua παροικοῦμεν ἀ κατοικοῦμεν, *diuersamur, non habitamus.* Cassiodorus innui vult malitiam non esse naturalem, sed aduentitia quadam hospitalitate susceptam. Accipit etiam *habitacula* pro pectore, sicut *medium* pro præcordijs. Hieronymus, primum pro opere, secundum pro cogitatione: Remigius, & Rabanus, illud pro corpore, hoc pro corde: quod item docet Augustinus) Rufinus rursum pro angulis, & pro apertis ac publicis locis: Hilarius, & Beda intra & extra, hoc est, vbique. Inductio fieri potest per omnia loca mundi, prouinciæ, Reipublicæ, ciuitatis, domus alicuius: &, si de Christi persecutoribus agatur, per varias, vt ita dicam, stationes horti, domus Annæ, Caiphæ, Pilati, Herodis, montis Caluariæ.

a Vers. 10. b Vers. 11. c Vers. 12.

Παροικία.

In medio eorum.] Chaldæus, *in corporibus eorum* בגוויהון *begupiehon*. Sic paulo ante monui de Latinis aliquos expositisse, & de aliis dicendi modis satis dixi, tum hic, tum versu 11. vtrobique est ἐν μέσῳ & בקרב *bekereu*. Apollinarius, vt prius quoque retuli, epithetum *habitaculorum*, seu *tuguriorum*, explicauit μέσας καρδίας. Tropologicè alij *nequitias in habitaculis*, & *in medio* volunt esse habituales, inhabitantes, firmiter hærentes, non veluti pertranseuntes, & peregrinas, cuiusmodi sunt eorum, qui non ex animi malitia, & pertinacia peccant. Ex hoc genere Dauidem ipsum fuisse, vt præterea Nathan illum reprehendens, peregrinum posuerit in parabola [d]. Nolebat David *habitare in medio domus suæ, qui faceret superbiam* [e], & Isaias [f] deplorat, *vbi habitasset iniustitia*, & cùm *ciuitas fidelis* fuisset, *plenaque iudicij, ibi postea homicidas fuisse fœtidamque meretricem. Non credas inimico tuo in æternum, sicut enim æramentum æruginat nequitia illius*, id est, quemadmodum opus ex ære, vel ab., χαλκὸς, etiam postquam detersum ac expolitum est, aliquid adhuc maculæ retinet, vel quod eruginem nouam contrahit, ita ex inimico factus amicus, fere solet aliquid veteris inimicitiæ retinere, vel ad ingenium redire; nisi videlicet valde perfectè fuerit reconciliatus.

Tropologicè explicatur.

Dauidem vere ex animi malitia peccasse non credit.

d 2. Reg. 12. 1. Psal. 100. 7.

e Esa. 1. 21. *Nathanem peregrinum posuisse, non habitatorem aut ciuem.*

f Ecclus. 10. *Iniusti & peccatores sic ex comparatione.*

Verſ. 17.] Ego autem ad Deum clamaui, & Dominus saluabit me.

TOt ac tanta, tam multorũ improborum mala vitari sine Deo non possunt, & singulari ope ipsius; ideo ardenti affectu ait, se illum implorasse; nihil ambigendo quin exauditurus esset, quia & hactenus sibi affuisse expertus fuisset.

Sine Deo pericula prospectus malorum non possunt.

Ad Deum clamaui.] Hieronymus, *ad Deum clamabo*: nomen est אל הים *eloim* & Θεὸς, verbum futurum אקרא *ekra*, sed permiscetur sæpe tẽpora.

Augustinus, *ad Dominum exclamauit*. Paraphrastes: *ego voram Deo meo*. אצרי *arcessiti*. Vnus habet ἀνεβόησε, de quo alias diximus; & quid sit *clamare ad Deum*, Dominus vbi.

Et saluabit me.] Alia plaerique, & Hilarius, Augustinus, Arnobius, Cassiodorus, *exaudiuit me*. Rabanus, Remigius, Haimo, Ayguanus, Dionysius, *saluauit*. Hugo, *saluauit*, & *saluabit*. Græce, σωσει με, *exaudiuit me*. Hebraice, ישיעני *yoscihhenu, saluabit me*; Chaldaicè, *& verbum Domini redimet me*, יפרוק יתי *yphrok yathi*. Clamauit *clamore validissimo* in Cruce Christus, [a] *exaudituſque pro sua reuerentia est*, vt psalmo 33 [b], demonstrauimus, & 21 [c]. *Clamabunt*, ait Esaias [d] de aliis, *ad Dominum, à facie tribulantis, & mittet eis saluatorem.* Quare possumus, vel Christum hic loquentem intelligere, mystico nimirum sensu, vel corpus eius mysticum. Clamauit, inquit Ayguanus [e], Christus in campo turbis feminans [f]; clamauit in templo, legem prædicans [g]; clamauit in loco mortis, mortuos suscitás [h]; clamauit in corde, intus generans [i]; clamauit in cruce, mortem tolerans [k]; clamauit ad Patrem, Deum inuocans [l]. Sed ad orationem pertinet vltimus clamor. Exauditum Christum docet Euthymius, quia ipse Iudæos perdidit, iuxta illud; *Tu [m] autem Domine miserere mei, & resuscita me, & retribuam eis.* Clamandum nobis idem docet Ayguanus pro sustentatione vitæ corporalis, pro liberatione pœnæ temporalis, pro consolatione mentis internalis, pro euasione pœnæ æternalis, pro remissione culpæ criminalis.

a Heb 5 7. Mat 27 46. b vers 3. c vers 25. d c 19 20.

Mysticus sensus de Christo. Clamores Christi.

e in ps 27. f Luce 8 8. g Ioan 7 28. h Ioan 11 43. i Psalm 3 5 27. k Matt 27 46. l Luce 23 46 m vel Deus m. *Exauditus Christus, cum Iudæi deuota sunt. Clamor noster ad Deum esse debet.*

Vers. 18.] Vespere, & mane, & meridie narrabo, & annunciabo, & exaudiet vocem meam.

Sensus huius.

PErseuerantiam continuæ orationis suæ declarat, proponens triplici hac præcipua parte téporis, ad lucrificandum orandumque destinata, narraturum Deo, & expositurum miserias suas, & iniurias hostium, certam spem habendo exaudítionis & impetrationis. Potest præterea tempus illud triplex figurate innuere, cùm salutis modica spes est, cùm affulget aliqua, cùm res prospere succedit. Accommodant id, qui psalmum de persecutione Absalonis interpretantur, ad tempus quo iam omnes ad eum defecerát à Dauide, cùm Chusai remigrauit ad Absalonẽ, turbaturus noua Dauidi cõsilia, quando prælium commissum est, Dauidque victoria potitus. Ad hæc narratio & annunciatio, spectare ad laudationẽ possunt, celebremque ac publicam diuinorum beneficiorum prædicationem. Denique omnia mystice de Christo exponuntur. Augustinus, Hieronymus, Rufinus, Beda, Remigius, Haimo, Bruno Carthusianus, Ayguanus, & alij, explicant de passione, Resurrectione, Ascensione Christi. Prosper [n] id ex Augustino mutuatus est. Hoc ex loco colligi potest vsus horarum canonicarum. Euthymius quidem tempora significari ait magnarum trium Synaxeon, quas vocant *congregationes*, seu *collectas*: vt vespertinum, matutinum, atque ministerium, id est, liturgiam huc missam, quæ celebratur inter præcipuas duas preces matutinas & vespertinas. Sunt alia tum testimonia tum exẽpla in scripturis, tum verò Danielis [o], qui *tribus temporibus in die flectebat genua, & orabat, confitebaturque coram Deo*; quod Hieronymus [p] & Cyprianus [q] exponunt de hora tertia, sexta, nona. Plura in commentario nostro ad actus Apostolorum, & apud Bellarminum [r], Coccium [s], cósque qui tractatus ediderunt de horis canonicis, præcipue Nauarrum, & Francolinum, nec non apud Ioannem Stephanum Durantũ [t], & alios auctores de officiis, vel ritibus Ecclesiasticis. Laudabile sanè opus, & *populi formati à Deo, vt laudem ipsius narret* [u], & *creati vt laudet ipsum* [x], non prædicare tantùm, aliáque obire munia, quibus colatur Deus, & iuuetur proximus, sed horas quoque diuinas celebrare, tum in choro si fieri commode possit, ac sine detrimẽto vtiliorum aliorum operum, tum etiam extra chorum: quod certum est non rarò facere, & non illud, illos ipsos, qui tametsi pertineant ad ordines religiosos, qui celebrationem solemnem horarum profitentur, ac frequentant, distinentur grauioribus atque magis necessariis occupationibus prædicandi, docẽdi, & similibus. Nec quod vel Dauid [h], vel Daniel [i], vel Petrus ac Ioannes [k] leguntur priuatim fecisse, satis apte affertur in argumentum, ad publicam in choro probandam certis horis orationem, quasi qui hanc non frequentent, istorum argui auctoritate aut exemplo possint. Qui canit, non canentem non iudicet; & qui non canit, canentem non spernat, velut inutilem, ac contemptibilem; nam & prior potest æmulari facereque meliora; & posterior eadem hæc fortassis poterit simul, & illud, quamuis non ita sedulò & continuatè. Magister [l] historiæ scholasticæ scribit Iudæos orare solitos, hora tertia, sexta, nona, quia lex data fuerat hora tertia; serpens erectus sexta; aqua de petra extracta, nona. Ecclesiam id imitari, quia tertia datus est spiritus sanctus; sexta, Christus crucifixus, nona, lancea percussus, vnde sanguis exiuit, & aqua. Sed quod dicit, Apostolum ter in die orauisse, non potest probare, licèt pluries id fecisse nõ dubitem, quoniam prodit ipsemet de se tantùm [m], quòd *ter Dominum rogauerit, vt discederet* stimulus carnis. Ter in die Apostoli constituerunt [n] orationem Dominicam recitari. Solet nunc etiam ter signum orandi populo dari, mane, meridie, principio, cùm autem id fieri septies, coniungendo cum matutino primam, cum vespertino completorium, volunt [o]; de ministris Ecclesiæ, non de populo toto intelligunt. Quo pacto autem cunctis iniungatur semper orare, [p], alias dixi, nempe studium orandi commendantur, ac, vt cùm rarissimè, ter id saltem fiat. Ternario in oratione numero potest commodè Trinitas designari, siue tres personæ: totidem Theologicæ virtutes; cordis, oris, operis: peccata; concupiscentia carnis & oculorum, & superbia vitæ: hostes nostri; mundus, caro, dæmon.

Mystica de Christo expositio.

Sed quod attinet ad tempus vespertinũ, matutinum, meridianum, Beda post Augustinum explicat dicere hoc loco Prophetam, se narraturũ, quæ sunt vespere, id est, præterita, & quæ iam sunt euangelizata, nẽpe, natiuitatem, passionem, resurrectionem Christi, & similia: annunciaturum, quæ sunt mane, id est, futura, videlicet de secundo aduentu: Deum exauditurum in meridie, dando æterna, & manentia bona, sicut sol tunc videtur stare. Item per vespertinum tempus ac matutinum prospera, quia tunc aura lenior, ventique ad nauigandum commodiores: per meridianum, feruorem aduersitatis interpretatur, vt

a ibidem. b in orat. Dominic. c 1. de bonis operib. c. 20. & sequen. d in Rationali diuinorum officiorum tom. 3 l. 1. c. 1. & 2. e de ritib Eccles. c. 1. & sequen.

f Esa. 49. 21. & ps. 101. 19.

Horarum diuinarum celebratio tam in choro tum extra chorum bona.

h ps. 118. 5. & seq. i c. 6. 10. k Actorum 3. 1 c. 10. 9.

l in Daniel. c. 9. *Varia de tempore apud Iudæos. Horæ ab Ecclesia assumptæ.*

Paulum Apostolum ter tantùm orasse ad tollendum stimulum carnis.

m 2. Cor. 12. 8.

n Clemens 7. constit. c. 25.

o l. 8. c. 34. vel. 36. vel 40.

p Luce 18. 1. 1. Thess. 5 17. *Quam rarissimè, saltem ter orandum. Ternarium orationis numero quæ possint commodè designari. Theologicæ virtutes, cordis, oris, operis.*

Beda applicatio huius loci de vesper, mane, meridie.

nec erigatur quis in prosperis, quin narret; nec frangatur aduersis, quin annuncie. Cassiodorus, Bruno Herbipolensis, Hugo, Dionysius, tria tempora de eadem passione accipiant, quando Iudas tradidit Christum cohorti, quando perductus est ad Pilatum, quando crucifixus in primo narrasse Christum futuram proditionem; in secundo prosecutum coram Præside veritatem: in tertio, post verba in cruce prolata expirasse, & exanditum fuisse. Hugo præterea tropologicè perpetuam laudationem Dei vult denotari in senecture, pueritia, iuuentute (Dionysius vocat finem, principium, medium vitæ:) Vel, in morte, in generali resurrectione, in plena Dei visione. Idem innui dicit (id etiam affert Dionysius) eos quibus narretur, & annuncietur, scilicet peccatoribus, quibus veluti Sol occidit: incipientibus bene agere: perfectis. Hoc ipsum conuenit ignorantibus veritatem, & in ea vel proficientibus, vel perfectis. Dicuntur enim Christiani, fratres, vt asserit Tertullianus, [a] quia ab vno vtero eiusdem ignorantiæ, ad lucem expauerint veritatis.

Tropologice expositio.

Christiani, fratres cur dicti. a Apolog. c. 39.

Vespere, & mane, & meridie.] Altercantur, qui de operibus sex dierum differunt, Genesisve tractant librum, quid sibi velit in Genesi [b] quod scribitur, *vespere & mane factum diem vnum*, cúrque à vespere potiùs Moses inchoauerit. Melior & communior sententia est, *vespere* sumi pro termino diei, quando solis iam lux penitus desijt; *mane* pro termino noctis exclusiuè: & prius nominatú *vespere*, quia nulla præcesserat nox ipsum diem, propriè loquendo, cùm prius habitus præcedere priuationem debeat; hoc autem intelligi debere vnius, & quidē nostri hemisphærij respectu, quia quamprimum dies fuit in vno, hoc est, in nostro, in quo Sol primùm resplenduit, fuit item in altero nox, hoc est, in ortu nostro, non in occasu: vt sibi tamen Catherinus [c] persuasit, & Oleaster [d], cœpit lux: Denique per *vespere* noctē, per *mane* diem intelligi, ex quibus componitur integer dies constans horis viginti quatuor, quē diem ciuilem etiam appellatum (omittam enim distinctionem naturalis, seu vulgaris, artificialis, ciuilis, legalis, siue emergentis, conuentionalis, Ecclesiastici.) Alij aliter inchoabant, vel à Sole occidēte ad iterum occidentem Solem, vt Athenienses; seu à vespera ad vesperam, vt Hebræi; vel ab ortu ad ortum, vt Babylonij, Persæque; vel à meridie ad meridiem, vt Vmbri, & Hetrusci; vel à noctis medio ad aliud medium, vt in ieiuniorum obseruatione, & officij recitatione obseruat Ecclesia, nec non Iurisconsulti Romani, & Ægyptij, ac Hipparchus. Qua de re Plinius [e], Gellius [f], Macrobius [g], Censorinus [h], Isidorus [i], Seruius [k], Plutarchus [l], Alexander ab Alexandro [m], Tiraquellus [n], Beda [o], Clauius noster [p], Alcanius Martinengus [q], Anastasius Synaita [r] & in Genesim Vielmius, Hamerus, Pererius, Delrius, Ystella, præterea Rhodiginus [s]. Hebræis triplex fuit dies: vsualis, à media nocte, ad mediam sequentis diei noctem; legalis, à vespera ad vesperam: naturalis, à solis ortu ad eiusdem ortum.

b c.1.5. Certa locū Genesis obscurare.

c in c.1. Gen. d ibid.

Dies vario apud varios gentes inchoatus.

e l.2.c.77. f l.3.c.2. g l.1.c.3. h de die nat. c.5. cum c.3. i l.5. Etym. c.30. k in prooem. 4. in Georg. & in eūdem. & in tractatu retrōtum mss. l gl. 11. in verbo & dum nunc. m l.6. c.17. n de ratione temporum c. 2. & in rerum cognitione c. 1. o de ratione temporum c. 2. p in sphæram cap. qui glossa magistralis est. q Annales Sacri. r in Hexaëmeron. s Rhodig. loco oppidato.

Hoc loco *vespere, mane, meridie*, tres partes naturalis videntur potissimæ, omissa distincta mentione noctis, quia tamen media David noster alibi [t] testatur surrexisse ad confitendum Deo super *iudicia iustitiæ* ipsius.

Moraliter vita iusti habet hæc omnia tempora, qui sit sanctitate præstantior, vt scilicet iam à prima pueritia Deum colat, & ipso vespere quo videt appropinquante [a] æternam illam diem tanto feruentius ad agat. Reprobo vespera non est, quamuis interdum mane, & meridies, aut alterum ex his: sed si ad meridiem peruenerit, illi tunc *occidit Sol*, atque *tenebrescit terra in die lucenti* [b].

a Hebr. 10. 25 Appropinquantem vespertinum esse.

b Amos 8. 9.

Narrabo, & annunciabo.] Hieronymus, *loquar & resonabo*. Alij præterita tempore, *loquor, & tumultuor*: aut in imperfecto, *loquebar, & tumultuabar, & clamabam, & fremitum edebam*, siue *conquerebar*: aut etiam in futuro, quod est in textu, *precabor, & importunus ero*, seu *sollicitus ero, instabo*. Significat, quid facere soleat veliteque in tribulatione constitutus, quam consuetudinem propositúmque, variis temporibus expolita denotant verba. Sunt autem Hebræa verba אשיחה והמה *asciehah vehemeh*, de quibus alias actum est, & vltimum indicat ardorem, atque instantiam, & importunitatem orandi, iuxta illud [c]: *Spiritu feruentes, orationi instantes.* Paraphrastes reddit, *orabo & strepitum edam.* Valet ἐκτενέσομαι *exponam* διηγήσομαι *annunciabo*; nempe vt accidit ei qui quidpiam alium scire vult, vt is illi subueniat, &, quod hic statim subditur, vt exaudiat. Quocirca non arbitror ad literalem facere sensum, vt *narrare & annunciare*, ad res diuersi temporis pertineant, quamuis ita Latini passim declarent. Sic etiam *vespere, mane, meridie*, huiusmodi rebus attribuentes, vt ante vidimus.

c Rom. 12. 12

Narrare & annunciare, ad res diuersi temporis pertinentia.

Nec referūtur etiam ista ad præ licationem, quæ aliis fiat literaliter loquendo, vt *narrari* dicantur facilia, *annunciari* difficilia, quod Hugo; hæc minora, & maiora; quod Hieronymus asserit. Sed *narratio* & *annunciatio* intelliguntur fieri Deo in oratione, cùm simul eiusdem beneficia præterita, cum gratiarum actione commemorantur, simul alia postulantur: vel de Deo in solemni & publica laudum ipsius celebratione, recitando quæ Deus bona contulit, & quæ promisit. Sed melius primum esse, ostendit illud, *& Dominus exaudiuit me.* Et *narrandi* verbum, prioribus plalmis, ac posterioribus, alibique id simpliciter significat quod dixi, sicut & διηγεῖσθαι: quamuis Hebræum sit aliud nempe ספר *saphar*. Minimè probabilis Caietani expositio de lictoribus, "ac etiam de ipsomet Saule, prophetantibus enim aliis prophetis, quando peruenerant ad cuncum prophetarū, vt caperent Dauid: nam etsi fortassis Dauid quoque prophetauit, eóque modo euasit; & possent, quæ ponuntur in futuro, exponi per præteritum, vt dixi, & præterea exanditam vocem Dauidis intelligi, qua tunc etiam inter orandum flagitaret liberationem à Saül, tamen durior est explicandi modus hic, & vel nouitatis ac singularitatis nomine suspectus:

Vers. 19.] Redimet in pace animam meam ab his qui appropinquant mihi; quoniam inter multos erant mecum.

Sensus loci.

IN hoc nominatim ait exaudiēdam vocem suā, vt redimat illum ac vitam Deus ab iis qui appropinquent, accedant, irruant ad oppugnandū: reddat verò ac restituat ei pacem, atque trāquillitatem, quam consequi aliter non possit, cùm idem ipsi hostes adiunxerint sibi plurimos alios, vel ex militibus suis multi abierint ad aduersarios, & impetu facto ad eum aduolaturi, seséque vna contra eum cōiuncturi fuerint, & circumda-

tum cum, ita vt euadere non posset, nisi auxiliatrios Deus angelos mitteret, qui nonnunquam numero magno ad opitulandum mittuntur. Id accidit Ceilæ, cùm ciues prodituri Dauidem etiã & Saulem cum exercitu aduocarunt ad comprehendendum illum, qui multis partibus pauciores habebat, quibus tueri se valeret. Deus autem admonuit, vt ille se fuga proriperet [a]. Quiddam quoque simile contigit, quado illum filius Absalom persequebatur [b]. Vel cur id speret exponit, quoniam grauissimum periculum sit ab iis qui cũ *appropinquent*, id est, propinqui & amici videntur, ac sint; tamen factis, réque ipsa nil differant à gregalibus & ignotis, ac eum, nulla propinquitatis & amicitiæ habita ratione, pessime tractent. Præterea ratio esse potest fiduciæ tantæ, quoniã appropinquantes contra se, id est, pugnantes, eo habuerat loco, quem eorum requirebat dignitas & conditio, nempe Saülem pro rege, ac socero, & magistratus ipsius pro legitimis regni gubernatoribus: aut Abialonem pro filio, Achitophelem pro primario consiliario suo, aliósque pariter suo quemque gradu honorificè tractauerat, nullum læserat, ac proinde flecti ad commiserationẽ debere videbatur Deus, & innocentiæ ac benignitatis illius rationem habere. Varij hi sensus oriũtur ex diuersa verborum notione, quam nunc expendemus. Interim censeo meliorem primum de pugnantibus numero magno contra Dauidem.

a 1. Reg. 16. 10.

b 2. Reg. 15. 14.

Sensus melior.

Redimet.] Futurum pro præterito פָּדָה *padah* etiam Hieronymus reddidit; fierique id sæpius, iã multoties vidimus. In psalterio Romano & Ambrosiano, & apud Arnobium, & Hilarium, *liberabit*: apud Cassiodorum, *liberauit*. Non significat hoc loco *redimere* proprio pretio dato, sed simpliciter liberare, & quidem priusquam quis ab hoste capiatur. Græcum verbum λυτρώσεται, pretium per se involuit: sed latiùs extendi debet: eodem pacto פָּדָה *padah*, quod aliquando redditur *eruere* [c], *dimittere* [d], &c. ῥύσασθαι autem habetur primo loco, per quod Nicephorus nostrum explicat.

c Iob 2. 23. d Exod. 21. 8.

In pace] Pacem restituet, aut, quod Euthymio placet, *absque labore*, aut, quod Nicephoro, *sine bello redimet, ac liberabit*. non gessit Dauid bellum contra Saülem, sed Philisthæi. Mystice de Christo Hilarius declarat, qui *pacificauit omnia in cælis & in terra* [e], per animam, siue vitam, quam pro mundo posuit deditque: & eam ipsi Pater restituit, vt ait Hieronymus, eripiendo de tribulationibus mortis. Vel, *in pace* redemit Christus animã suam, id est, in se ipso, qui *est pax nostra, faciens vtraque vnum* [f], vt idem Hieronymus docet. Christus enim idem, *quam posuit* ponte, *iterum* eodem modo *animam suam sumpsit* [g]. Eundem sensum mysticum Cassiodorus sectatur, & alij. Secundùm tropologiam, *anima in pace redimitur*, inquit Ruffinus, quia de vitiis ad virtutes, siue de hoc mũdo ad Patrem, per omnipotentis Dei gratiam transfertur. quando, vt ait Remigius, dat Deus dilectionem, in eos qui intus, & qui sunt foris, siue inimici, & amici.

Mystice ad Christum applicatum

e Coloss. 1. 20.

f Eph. 2. 14.

g Ioann. 10. 7.

Tropologia.

Animam meam.] Vitam meam, quę periclitabatur: sic sæpe sumitur *anima*, sed iuxta sensus mysticos pro ipsa subsistentia animæ peccato & damnationi obnoxiæ anima sumi debet.

Vocis anima vsurpatio.

Ab his qui appropinquant mihi.] Hieronymus, *ab appropinquantibus mihi*. Alij, *a bello* (quod erat) *contra me*, seu, *a prælio* (quod erat) *mihi*, nempe scilicet appropinquarent mihi. Vel, *ab iis, qui mihi imminebant.*) Vel, *a præliantibus contra me.* Chaldaicè, *ne accederes ad me malum*: vel, & *non admouebitur malum mihi*. מִלָּא לִסְקָרֵב בּוּשׁ לְוָתִי *de la lemikrau bis leuatbi*. Hebræa sunt מִסְקָרֵב־לִי *miskeron li*: quod exponi potest, *ab appropinquare mihi*, aut, *ne appropinquet quis mihi*, aut vtrouis modo, verbum *bellandi* vsurpando, vt sit קָרָב cum accentu coniungente, *keron*, infinitiui, & cum litera seruili. Sic in psalmo 26 [b]. *dum appropiant*] (hoc autem loco legit *appropiant*, Psalterium Romanum, & Ambrosianum, & Hilarius in commentario: Arnobius, *approximant*) *super me nocentes* בְּקָרֵב *bikron*. Vel certè קָרָב *keron* nomẽ est more Chaldæo pro *pugna & bello*. Arnobius de bello disertè declarauit: Basilius ac Theodoretus de impugnantibus, nimirũ, cõminus manibúsque consertis. Galli, de hoste imminẽte, ac propiùs ad obsidẽdũ accedẽte dicunt castrensi phrasi, *Faire les approches*. Treuetus exponit, de accedẽtibus ad capiendum & occidendum. Præterea à nomine קָרוֹב *karou* in regimine, potest significare *propinquum*, & collectiuè *propinquos multos*, hoc est, contribules Ceilanos, & alios propinquitate sanguinis vel amicitię cõiunctos. Hoc exposuerunt modo Euthymius & Nicephorus: & hic appellat συγγενέας, atque in ista oratione esse βαρύτητα, vt à talibus etiã sit liberatus, quos nempe difficilius sit vitare. Euthymius vocat *cognatos*, atque olim *commilitones*, qui defecissent ad Saülem. Lyranus exprimit Ceilanos appropinquantes, in signum amicitiæ. Quod indicant etiam exteri Latini, qui mystico sensu declarant de fictis falsísque fratribus in Ecclesia; nomine, nunc numine; corpore, non mente; numero, non merito, vt Gossa loquitur, & de proditoribus Christi; quemadmodum eodem sensu conquestus prius fuerat Dauid, vt Hilarius notat, de Iuda quondam Apostolo. Lege quadam epistola Augustinum [b].

1 versus.

Gallica phrasis

Mysticus sensus.

b epist. 48.

Quoniam inter multos erant mecum.] Hieronymus, *multi enim fuerunt aduersum me*. Perperam legunt [c] aliqui, *inter multos eram mecum*, & interpretantur, quasi in medio multitudinis videretur sibi solus. Augustinus, & Psalterium Ambrosianum, *in multis*: Alij, *quoniam multi erant mecum*, nempe aduersum me, aut mecũ pugnantes quod *appropinquandi* verbo significari diximus. Vel, *in multis*, siue *cum multis fuerunt mecum*, aut *aduersum*; nempe etiam pugnantes. Vel, *quoniam cum multitudine aduersus me aderant*: Vel, sumendo, *quoniam*, pro quamuis, vt Gagneius sumit, & alibi sic sumitur [d], nec non Hebræum כִּי *chi* [e] *quamuis plurimi sint qui vndique oppugnent me*: Vel, *etiam si propinqui & amici essent, erant inter multos*, id est, inter hostes, & hostium loco.

c Ferdinandus a S. Iacobo ferm. de S. Michaele cõsiderata. Hispanicismate.

Quoniam pro quamuis.

d Apoc 3. 8.

e Exod 34. 9. Iosue 17. 18.

Sensus loci.

Sensus est satis receptus & communis: sperare se liberationem ab hostibus, qui pugnant, aut qui specie amicitiæ aduersantur, quoniam numero magno sunt, & plurimos aduocauerunt vel, etiam si plurimi sint *cùm non sit in multitudine exercituum victoria belli, sed de cælo fortitudo, & facile sit concludi multos in manus paucorum, & non sit differentia in conspectu Dei cæli liberare in multis, & in paucis* [f]; *& non secundùm armorum potentiam Deus, sed prout ipsi placet, dat dignis victoriam* [g]. Hoc volunt Symmachus, πολλοὶ γὰρ ἐγένοντο πρός με, *multi namque erant ad me*, id est, vel, contra me, vel si mecũ, & cũ meis comparatentur. Habet eã vim πολλοὶ alibi [h] licèt apud alios significet *exiguum pauciúmve*. Eódem spectat, si *in multis* dicantur *esse cum aliquo*, id est, contra aliquem, qui freti multis mili-

f 1. Mac. 3. 18. 19. 1. Reg. 14. 6. 2. Paral. 14. 10. c. 25. 8. g 2. Mac. 15. 28.

Πολλοὶ.

h 2. Reg. 23. 10. in emendatis Bibliis prou. 5. 20.

tibus,armis,aliis præsidijs,confidant se deuincere posse. Id videtur versus ille Apollinarij innuere:

Secundus sensus.

ἐντεῦθεν μοι πολλοὶ πεποιθότες ἀντέστησαν.

Quoniam mihi, multis fidentes, repugnabant.

Secundum sensum Paraphrastes Chaldæus indicat: *quoniam in multis afflictionibus fuit verbum eius in adiutorium meum*: ita vt propterea speret, quia sit prius expertus diuinam opitulationẽ. Hac ratione,ad illa, *in multis*, supplebitur tribulationibus:& in verbo, *erant*, adiutores missi à Deo, de cœlo, nisi forte legerit Paraphrastes in singulari

Tertius.

היה *haiah*, *fuit*, vel *erat*, scilicet Deus. Tertius retento plurali verbo, *erant*, est R. Abraham, & Kimhi,qui placet quoque Vatablo,Genebrardo, Agellio,spero confidóque,quoniã mecum(& pro me aliàs)inter multos (hostes versaretur) erant (qui iuuarent me,scilinet Angeli)aut inter multos, id est multi,plurésque quàm aduersarij pro me erant,nam angeli creduntur fuisse,qui,prout præmonuerat Deus, in cacumine pyrorum gradientes, sonitum ediderunt, túneque egrediente Domino,scilicet per Angelos, percussa sunt castra Philisthiim, reportauitque Dauid insignem victoriam [a]. Quamquam hoc accidit, cùm mortuo Saüle,iam Dauid regnaret;ac multo ante rebellionem filij, de qua etiam aliqui psalmum interpretantur. De Elisæo nota historia [b], & de bello contra Sisaram [c], & de victoriis Machabæorum,opera Angelorum [d];& de multis Christianorum,siue Angelorum ope siue aliorum sanctorum,vt Cõstantini,Theodosij, Honorij, Clodouæi,& aliorum. Quartus refertur ab Agellio, vt hi,non Angeli sed homines intelligantur,qui rebus Dauid studerent,ac Deum etiam pro illius salute orarent. Quintum idem excogitauit: vt

a 2.Reg.5.23. 24.25. Hoc psalmi tempore. b 4.Reg.6.10. c Iudic.4.15. & 5.20 d 1.Mac.10. 19.58.& 12.8.

Quartus sensus huius loci.

Quintus.

רבים *berabbim* non *in multis*,aut *inter multos* Dauid intelligat fuisse, sed veluti designare viros principes quósque ipse honore affecerit, qui tamen cum ipso fuerint,videlicet pugnantes.

Auctoris sententia.

De hoc sensu priùs quoque dixi,sed non recedendo ab editione vulgata, & Hebræum nomen accipiendo *pro multis*;aliter posset exponi, vt eos qui sibi aduersabantur,Dauid in multis, & inter multos priùs æstimaret magnique faceret,atque veluti selectos,& à multitudine secretos haberet.

Vers. 20.] Exaudiet Deus, & humiliabi[t] illos, qui est ante secula.

Non enim est illis commutatio, & non timuerunt Deum.

Sensus loci.

RElinquat fiduciæ actum; speraréque se affirmat exaudiendum,deprimendos autem aduersarios,ab eo cui resisti non possit, cùm sit æternus, ac proinde iam inde ab initio super omnia obtineat principatum & potestatẽ:illos porrò punitione atque perditione dignissimos esse, quia resipiscere nolunt,& in melius commutari; à malitia sua,Dei timoreprorsus abiecto: Vel quia nec vis, nec fors illos vlla frangit, aut in peius mutatio,& quasi excidium;vel quoniam,nulla in iis grati animi significatio, & suæ aduersus illos benenolentiæ; beneficiorúmque compensatio; vel quia flecti nulla ab ipso ratione,seu prece seu pretio possunt,vt à nocendo desistant, nec homines nec Deum verentes;vel quia non commutabuntur in resurrectione ad gloriam corporũ [e]. Hoc vltimum est Hilarij, & Ambrosij [f], Augustini etiam,& Cassiodori,Remigij,Bedæ; primum plurimorum:secundum Ariæ, Agellij:Tertium post Caietanũ,Placidi Parmensis:Quartum ipse adiecto. Sexto Gagneius exponit, non esse commutationem illis a Deo,vt non puniat:qui

Nec cùm semel decreuerit
Pronunciare aduersus eos sententiam
Mutabit,illis pessimo
Vitæ suæ à genere minime cessantibus,
Sed immorantibus suis
In consuetis flagitijs,neque interim
Ipsum Deum timentibus.

Septimus aliorum, non esse mutationem illis à felicitate externa,vt idcirco non timeant Deum, sed teneat eos superbia, quia *in labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellantur* [a]. Clarior sensus ille redditur,si quis vertat,*non enim sunt illis excussiones*: quamuis hæc versio congrueret etiã primo sensui,ad exprimendam duritiem & obstinationem animorum.

a Psal.72.5.

De Christi persecutoribus commodè exponitur ab Euthymio, qui videlicet æternitatem ac diuinitatem eius minimè crediderint:partim autem sublati, partim per orbem dispersi, abiecti, humiliati fuerint, omnibus seruientes nationibus: commutationis verò, hoc est, pretij, quod soluit Christus pro omnibus, fructum recipere noluerint;ideóque nulla illis alia supersit redemptionis & salutis via:sed, quod ait Ambrosius [b], gratis & sine pretio dispersérit illos Deus,sicque *non fuerit multitudo in commutationibus eorum* [c]. Tropologicè, non est commutatio cæteris quibuscumque qui se à societate sanctorũ, per opera mala separant, quia non sibi comparant quod pro animæ suæ salute commutent; cùm nullam homo *commutationem* dare *pro anima sua* possit [d], quã capiat offerátque ex externis quibuslibet bonis,sine bonis operibus,& pretio sãguinis Christi,sed,vt idem Ambrosius [e] docet; vbi iniquitas propendet, nulla bonorum operum commutatione reuocetur.Tractat Greueus egregiè tropologiam de mutatione spirituali,ad eámque pertinere titulos psalmorum; *pro his qui commutabuntur*. Præter enarratores, Fulgentius [f] explicat de miseris & infelicibus,qui de malo ab bonum negligunt istius vitæ tempore commutari. Ne autem sibi frustra promittant peccatorum indulgentiam transacto huius vitæ limite conferendam,subdit postea,quòd *extendit Deus manum suã in retribuendo*. Quam retributionem idem Pater deinceps ait consistere in cæcitate cordis hic, & post præsentem vitam in æterna damnatione.

b in ps.43.

c p.41 n. Tropologia.

d Matt.16.26.

e supra.

Tropologia de mutatione spirituali.

f: de remiss. peccat.c.13.

Exaudiet Deus.] Nimirum non eos, vt videtur nonnullis,sed me,qui principio psalmi hoc flagitaui, & vespere orationem,mane, meridie frequentando, id impetraturum dixi. Quamquam exponi posset, quòd *exaudiet eos*, nempe aduersarios,id est,pernicios consilia, & verba ipsorum contra me. Sed primum melius; fauet tamen posteriori sensui textus Paraphrasis Chaldææ, vt extat in bibliis Regiis ישמע קדם אל *yishemahh kodam el, audietur coram Deo*; quamuis etiam declarari posset,oratio mea. Apud Nebiensem habetur sicut in textu Hebræo ישמע אל *yishmahh el, audiet Deus.* Apollinarius omnino secutus est sensum.

Secunda expositio.

κἀκεῖνος ἀκούσας γενέτης κόσμου ταφήσεται.

illos audiens genitor mundi tabescet.

Et humiliabit illos.] Affliget, punget, prosternet, deiiciet de gradu,longéque proiiciet.Chaldæus,

c 1.Cor.15.51. 1.ad ps.41.

& accipiet ab eis, id eſt, vel repetet pœnas, vel auferet dignitatem, bona, vitam, &c.

Qui eſt ante ſecula.] Additur in pſalterio Romano, *manet in æternum*. Hieronymus, *qui iudex eſt ab initio*. Alij ex Hebræo יֹשֵׁב קֶדֶם *veioſcen kedē* & *manens ab initio*. Vel, & *ſedens habitans ſine antiquitatem*, ſeu *æternitatem*, aut *antiquitus*, aut *ab initio*, vel, *qui ab æterno ſempiq; regnat*. Videtur littera ſeruilis ( ) *ive*, &c, continere cauſæ redditionem, vt propterea humiliet Deus illos, quia ſemper conſedit in ſolio regni, & in tribunali iudicij; & quidem tranquillus, placatus, immutatus, nullis hoſtium commotus minis. Paraphrastes: *ac ſedebit in cœlis* (ſicut) *à principio ſeculorum*. Similis locus, *Deus* [a] *ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam. Dominus* [b] *in æternum perſonanet, paranit in iudicio thronum ſuum*: [c] *ſediſti ſuper thronum qui iudicas iuſtitiam: Dominus* [d] *in templo ſancto ſuo, Dominus in cœlo ſedes eius: ſedes tua Deus in ſeculum ſeculi, virga directionis virga regni tui: ipſe* [e] *regnet nos in ſecula: Deus* [f] *rex noſter ante ſecula: à ſeculo* [g], *& in ſeculum tu es Deus: parata* [h] *ſedes tua Deus, ex tunc à ſeculo tu es. Regnum* [i] *tuum, regnum omnium ſeculorum, & dominatio tua in omni generatione & generationem*. Caſſiodorus compeſcit hoc loco Arianorum inſanam temeritatem, qui creatorem tẽporum Verbum, ſeu Dei filium coæternum Patri & conſubſtantialem, prædicare non verentur ſub tempore fuiſſe. Nicetas [l] Choniata Valentinum redarguit ex hoc loco, quòd confingeret inter principia cum diis etiam ſæcula, quaſi non hæc feciſſet vnus & idem verus Deus.

In fine eſt סֶלָה *ſelah*, & in emendatis Bibliis Græcis Διάψαλμα, eiũſque meminit Hilarius, de quo in Pſalmo 3. [m]. Iuxta exemplaria Hebræa, eſt hic in medio verſus. Cur autem, cùm ſoleat potiùs in fine poni, nunc ita locatum ſit, Bredembachius cauſam reddit, quia non minùs eo quod præcedit, expendendum ſit id quod ſequitur de tatione interitus illorum. Hilarius docet interiectum diapſalma, omnem his, ob impœnitentem impietatis eorum profeſſionem, ſpem reſcindere. Valde incertus vſus iſtius vocabuli, vt monui eodem pſalmo 3.

Non enim eſt illis commutatio.] Hieronymus, *non enim mutantur*. Alij exponentes Hebræa אֲשֶׁר אֵין חִלִּיפוֹת לָמוֹ *aſcer en chalipioth lamo*, ſic reddunt, *quibus non ſunt mutationes: vel, nam non ſunt mutationes ipſis: vel non ſunt excuſiones illis*. Ex Symmacho videtur mutuatus Hieronymus: ᾧ γὰρ ἀλλάσσονται. Aquila vertit, ὅτεῳ εἰσὶν ἀλλαγαὶ αὐτοῖς, *quibus non ſunt mutationes eius*: Lxx. quos ſequimur; ᾧ γάρ ἐστιν αὐτοῖς ἀντάλλαγμα. Quod attinet ad Hebreum textum, prima dictio אֲשֶׁר *aſcer*, aut ſignificat pronomen *quibus*: aut particulam cauſalem *nam*, ſeu *enim*. Secundũ nomen pluralis numeri, *mutationes* ſiue *vicißitudines*, aut *excuſiones*, quo pacto in Iob [n] *expecto donec veniat immutatio mea* חֲלִיפָתִי *chalipha-thi*. Chaldæus exponit de immutatione vitę; Lxx. transferunt: ἕως πάλιν γένωμαι, *quouſque rurſus ſiam*. Aquila & Theodotio, ἕως ἂν ἔλθῃ τὸ ἀλλαγμά μου, *quouſque venerit mutatio mea*: Symmachus, ἕως ἂν ὀφθῇ ἁγία φύσις μου, *donec viſa ſancta natiuitas mea*. Sed alij etiam ibi exponunt *excuſionem*. Vnde facile eſt eo ex loco confirmare varios huius noſtri ſenſus, quos priùs attulimus.

Quarto Hilarij & Ambroſij de commutatione, ſeu irreconciliabili fuit immutatio Iob, vt rurſus fieri ſignificat, vel ſanctam natiuitatem. Si autem interpretemur de mutatione per excuſionem, tráſitumve mortis, conferet ad ſecundum, ſextum, ſeptimum. *Immutationem*, vt eſt in melius, ſecundum mores accipiunt, qui primum tradunt, numero ſanè multi; vt ſcilicet ſignificetur pertinax & obſtinatus in malo animus, qui *cum in profundum peccatorum venerit, contemnat* [a], *durus ſit, & nervus ferreus cervix eius, & frons illius aurea* [b]. Certé hic ſi ſenſus verus, vt ſane verolimilis, probatur mihi Folengij coniectura, non ſine gemitu & lacrymis in hæc Dauidem verba prorupiſſe. At negari nõ poteſt quin ἀντάλλαγμα proprie ſit *mutatio pro alio*, vicéque alterius, idve quod pro alio datur in permutationem, & quo dato aliquid redimitur: denique compenſatio, & conuentio, qualis cernitur in commerciis, contractibus, mutuis hinc inde officijs. Hanc notionem optimè tertia & quarta expoſitio exprimunt. Apud Matthæũ [c], & Marcum [d] eſt Græce ἀντάλλαγμα in illa ſententia; *quam dabit homo commutationem pro anima ſua?* In libro Eccleſiaſtici [e] redditur Latino nomine *reconciliationis*, cùm ſcribitur de Noë, quòd *in tempore iracundiæ factus eſt reconciliatio*, quaſi pretio innocentiæ ſuæ obtinuerit, vt ipſe cum ſuis paucis genus humanum conſeruaret, ne prorſus excinderetur, aut poſt diluuium, per oblationem ſacrificij, ne iterum orbis diluuio periret. Igitur hoſtibus Dauid ſuis *non eſſe commutationem*, intelligi poteſt dixiſſe, vt ego quarto dicebam loco, quia irreconciliabiles flecti ſe obſequio, officio, beneficio nullo ſinebant, nec vllo quaſi pretio contenti erant. id indicat etiam Apollinarius:

ᾧ γὰρ λύτρον ἔχουσι.
non enim pretium habent.

Vel, quoniam, vt alij auctores tertij ſenſus, beneficia collata, ingratiſſimi non compenſabant. Crimen ſignificatur ingratitudinis, ait Caietanus; qui ſunt tales, quòd non ſunt ipſis permutationes receptorum beneficiorũ & officiorum à me.

Et non timuerunt Deum.] Poſſet illud &, eſſe pro, *quia*, vt idcirco non ſit improbis commutatio, tot illis mod(s, quos attulimus, quoniam abiecerunt à ſe timorem Dei.

Verſ. 21.] Extendit manum ſuam in retribuendo. Contaminauerunt teſtamentum eius.

Verſ. 22.] Diuiſi ſunt ab ira vultus eius; & appropinquauit cor illius.

Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum; & ipſi ſunt iacula.

DOcet, propter tãtam hoſtium ſuorum, ſiue pertinaciam in malo, ſiue ingratitudinem ſiue irreconciliabile odium, iam Deum in eos vltricem manum ſuam extendiſſe, & paratum iam eſſe ad condigna eorumdem ſceleribus retribuẽdum ſupplicia, eo quòd violauerint & profanauerint pactum cum Deo initum, legémque ipſius de nullo opprimendo, præterea promiſſum, quod nomine Dei Saul dederat Dauidi, ne ipſum ampliùs perſequeretur. Quare futurum certò prædicit, ac vt iam factum dicit, vt ab ira diuini vultus, atque à vindicta indignationis eiuſdem diſſipentur, diſpergantur, remoueantur à rebus ſuis, à vita, à ſocietate ſanctorum: iam enim Deum cogitaſſe, córque applicaſſe ad faciendam citò vindictam. Vel *cordis appropinquatio* ponitur ad

cumu

a pſal 46 9.
b pſal 9.8.
c Verſ 5
d pſal.10.5.
e pſal. 44. 7.
f pſal. 47. 15.
g pſal 71 12.
h pſal.89.2.
i pſal 92. 2.
k pſal.144. 13.
Ex hoc loco inſane temeritas Arianorum confutata.
l 4. theſau. cap.4.
Valentini vana error.
m Verſ. vlt.
n cap. 14. 14.

a Prou 18. 3
b Eſa 48 4.
Folengij probata coniectura.
Ἀντάλλαγμα.
c cap. 6 26.
d cap. 8. 37.
e cap 44. 17.
Senſus loci.
Et pro quia.

cumulum improbitatis illorum, quòd vitus maleuolentiæ, fœda tegerent amicitia; quemlibet enim, seu hunc & illum, ac præsertim proditionis primarium auctorem, corde agitauit proditionem perniciémque, blandissimus interim, ac oleo lenioribus verbis vtendo, cum reuera nihil nisi sagittæ essent, quibus transfodere, ac perdere studebant. Idem sensus erit in ceteris, si primum membrum exponas de inimico extendente manum ad nocendum amico. Aliter exponi potest, cum Agellio, quòd si qui ex aduersariis nam numerus singularis collectiue sumêdus est,) videantur extendere manum, vt retribuant, rependant, compensent accepta beneficia ei qui contulit, adde, si extendant, ac protendant, & porrigant manus priùs exosculatas, & ad amplexandum, benignis verbis vtendo, obsequiumque offerendo, nihil aliud tamen agunt re vera, nisi contaminant, violant, rumpunt fœdus, ac veluti testamentum amicitiæ cum illo; & è contrario, quibus putantur esse infesti, hos beneuolentia, ac beneficiis prosequuntur; ita vt ex vultu externaque specie, non satis dignosci possit quid intus in animo gerant, sed merito affirmare possis vultus eorum, diuisos esse, qualisque multiplices, cùm nunc iram præ se ferant, séque diuisos, & alienos ostendant, quibus tamen corde appropinquant, diligentes ex corde, & animo: nunc ad benignitatem componêdo vultus, blandis vtantur ac lenibus verbis, quibus pernicié tamen machinantur.

Agellij expositio.

De persecutoribus Christi expositio, & alia.

De persecutoribus Christi Iudæis, ac de quibuscumq; aliis, qui Ecclesiam, ac iustos infectentur, maximè per dolos, fraudes, simulationes, locũ istum totum tractatores declarant; nec vno tamen modo, quia variè permutatur numerus, ita vt vel singularem de Deo interdum, vel collectiuè de multis accipiãt. Sed hæc dispicientur commodiùs in particulari explanatione singulorum.

Extendit manum suam in retribuendo.] Apud Rufinum, *extendet*, quod ita etiam in futuro explicat Haimo, & alij: apud Hieronymum in commentario, *expandit*. In psalterio Romano, & *extendit manum suam in retribuendo illis*. Hieronymus, *extendit manum suam ad pacifica sua*. Hebraicè sic est שָׁלַח יָדָיו בְּשֻׁלְּמָיו *sealach iadau bisiolmau*. Quod alij vertunt, *misit manus suas in eos, qui pacifici erant cum eo*; vel *in paces suas*, vel, *in virum pacium*, siue *fœderum suorum*: vel *in pacificos suos*: vel *in eos, qui peculium suum erant*. sensus est, quòd hostes duce vno, siue is fuerit Saul, siue Absalom, in media pace bellum intulerint, manúmque violentam iniecerint, & pacem simulando, amicitiæ fœdus vinculúmque (quod sequentia continent verba) fœdè ruperint; & amicissimos violauerint, qui solent appellari *pacifici* [a]. Aquila expositi, ἀπέστειλε χεῖρα αὐτοῦ εἰς εἰρηνικοὺς αὐτοῦ, *misit manum suam in pacificos suos*. Aut, vt refert Theodoretus, siue Basilius, idem ac Theodotio, & Symmachus, quos vocant interpretes tres, ἐξέτεινε τὴν χεῖρα αὐτοῦ εἰς τοὺς εἰρηνεύοντας ἐν αὐτῷ πρὸς αὐτόν, *extendit manum suam in eos, qui pacem habebant in ipso ad ipsum*, seu *erga ipsum*. Quamuis in scholio referatur tantùm πρὸς αὐτὸν ex Theodoreto, & videntur ἐν αὐτῷ, & πρὸς αὐτὸν variæ lectionis verba, simul per errorem coniuncta. Chaldaicè, *extendit manus suas in homines pacis suæ*, sed aliter dispungit Nebiensis: *extendet manum suam in hominibus pacis*, siue, *permutabit pactum suum*. Videntur L x x. legisse יְדוֹ *indo*, *manum suam*, in singulari, & בְּשִׁלְּמוֹ *bisiolmo*, *in retribuendo ipsum*, per infinitum verbum, cum

Sensus huius.

[a] Eccl. 6. 6. Ierem. 20. 10. c. 38. 22.

A litera seruili & affixo pronomine numeri singularis. Verbum שָׁלַם *scalam*, simul inter alia significat *soluere debitum*, quod est genus retributionis, & *pacem habere, pacificum esse*, quia, qui soluit, iam nil habet quod pacem turbare possit cum alio. Vnde *manum extendere ad pacifica*, vel *pacifica*, est retribuere, quoniam exigit pœnas ab iis qui nihil debebant, aut commeriti erant. Propterea vocantur peccata, *debita* [a], & scribit Sapiens [b], quòd *qui detrahit alicui rei, ipse se in futurum obligat: qui autem timet præceptum, in pace versabitur*. Vt rectè hîc priùs dictum sit, & *non timuerunt Deum*: nunc verò, *extendit manum suam in retribuendo*, vel, *ad pacifica, pacificósve*, nempe, vt iis retribueret, ac eos puniret, qui nihil debebant, & quos in pace viuere sinere debebat. Exponunt porro dicti Patres de Saüle persequente Dauidem benefactorem, familiarem, notum, & de Iuda Christum seruatorem, & bonorum suppeditatorem.

a Morb. c. 13. b Prouer. 11. 15. Pacem habere vocatur.

De Saule & Iuda expositio.

B

Et dictis vnus conficitur sensus literalis cũ mystico, vt scilicet *extendere manum* intelligatur inimicus *in retribuendo*, vel, hoc accipiendo in malam partem, vel in bonam, sed cum simulatione, vt in paraphrasi dixi: de duplici autem notione dicti verbi [c], alibi priore tomo; & trita etiam phrasis est [d], vt *extendere* sit grauiter percutere, & considerate. Alter sensus fere communis Latinis, est a me primo prius loco positus de Deo puniẽte persecutores Dauid, ac sub isto typo etiam Christi, Ecclesiæ, quorumlibet iustorum: præsertim autem Iudæos interfectores Christi. In *extensione* verò, seu *expansione*, Hieronymus attendit, quòd quam recipere, cùm porrigeret Christus tota die manum ad auxilium, populus non credens, & contradicens, noluit, vindicem experiretur & hic, & in iudicio. Vocat Nicephorus hanc *Dei manum*, τὴν κολαστικὴν δύναμιν, ἐπὶ τῷ ἐπιδίδοσθαι τὴν ἐπαφλομένην τιμωρίαν, *punitiuam potentiam in reddendo debitam castigationem*. Alius dicendi modus, allatus quoque ex Agellio, quod ad hoc pertinet membrum, tolerari potest, sed in aliis patitur difficultates, quas postea expendemus.

Sensus literalis cum mystico.

c Psal. 7. 5. d Iud. 9. 12. 17. 21. 2. Reg. 10. 4. c. 14. 6. 20. &c. Extendere pœnã significat.

Sensus alter loci.

C

Hieronymi explicatio de extensione manuum.

Dei manus Nicephori descriptio.

Videtur mihi Apollinarius *retribuendi* sumpsisse verbum in bonam partem, Deóque tribuisse, quẽ improbi non timere dicti antè sunt, ac spernere; cùm tamen ipse non desinat suo tempore, vicibusque quibusdam illos afficere beneficiis:

D

τοῦτ', αἰτ, ἀμοιβαίοις παλάμαις ἀεὶ χρῆται ἐπ' ἴσης: *extendit mutua manum vergentem ad opera.*

Sed Hilarius diserte ita sumpsit, explicãs, cùm ad retribuendum Deus improbis manum extendisset, id est, auxilium obtulisset, contaminasse testamentum ipsius, hoc est, eum qui testamento legis ad salutem pronunciatus est, repulisse. *Manus expansa* denotat quandoque clementiam, & beneficentiam [e] Dei, seu, quod idem est, *tenere manu*, significat protectionem. Placuit idem sensus Brunoni Carthusiano.

e Exech. 3. 9. Esai. 65. 2. Manus expãsa pro Dei clementia & beneficentia.

Sunt etiam [f], qui priora verba, *non est illis commutatio*, exposita de obfirmato odio istis nectentes, interpretentur in eo esse obstinationem, quòd mordaceus, ac tenacissimè manibus veluti prehendant, quem oderunt: sicut gryphum [g] ferunt, quod vngue arripuerit, nulla ratione dimittere, nisi præciso sibi pede: & narrant [h] tanto nescio quem odio flagrasse, vt desperata iam vita in naui, cùm priores periclitari cognouisset, qui sederent in puppi, lætari se diceret, quòd ibi esset inimicus, cuius se sperabat prioris interitum visurum, quàm proprium.

E

f Petrus Valderama in exercitio ferix 6. post cineres Hispan. idiomate.

Gryphi natura.

g Ricaud. Bel. in symb. tom. 1.

h Scipio Ammir. Extremi iudicij exemplum.

Contaminauerunt testamentum eius.] Augustinus, *polluerunt.* Hieronymus, *contaminauit pactum suum.* Vbi seruat eundem singularem nun erum, qui erat in priore membro; & pronomine reciproco vtitur, ita vt is, qui *extendit manum*, videlicet ad nocendum, id faceret, contaminando, polluendo, violando, rumpendo pactum suum, quod inierat cum alio. Hebraizantes alij eodem fere modo, *posuit pactum suum, maculauit fœdus suum:* vel *irritum fecit fœdus suum*; vel, *amicitiæ vinculum turpiter rupit.* Symmachus, παρέβησαν συνθήκην, *transgressi sunt testamentum.* Quadrat id optimè in Saülem, qui toties pollicitus erat cum iuramento, non insidiaturum ampliùs vitæ Dauidis [a], quem etiam generum suum fecerat; quod hic *pactum* Caietanus interpretatur. Nec non etiam Absaloni bene conuenit, quem præter naturalem confœderationem, credibile est, postquam ei Pater ignouit, ac in conspectũ quoque admisit, prolixè pollicitũ obedientiam & vitã meliorẽ. Iudæ, & Iudæis quàm aptè congruat, nemo non videt. Ad eos respexisse L x x. existimo, vsurpando vocabulum διαθήκη, quod solet de lege tota, tum veteri tum etiam noua, accommodate vsurpari, vt alias docui, quemadmodũ & Hebræũ בְּרִית *berith*, sed & per verbum βεβήλωσαν, quod violationem ac profanationem rei sacræ designat, vt Euthymius obseruat, innuerunt profectò iidem interpretes sanctum illud vtrumque & sacrum testamentum, Iudæósque profanos euasisse. Tamesi constat, apud omnes gentes, iurisiurandi, pacti, fœderisque sanctam religionem semper fuisse. Periurans dicitur *polluere nomen Dei* [b]. Saül, & complices, ait Euthymius, profanauerũt ac spreuerunt legem Dei, qua mandatur, *Diliges proximum tuum*, & alia huiusmodi: Christi autem occisores, spreuerunt Euangelium. Iudæi isti etiam legem illam spreuerunt, reiecto Christo, & vniuersam legem, atque testamentum, quo, vt Hilarius docet, prænunciatus erat. Hoc modo, pronomen, *eius*, refert personam distinctam, cuius sit testamentum, quod alij contaminent ac profanent: priore autem modo, retinendo reciprocum pronomen, *suum*, significatur, quòd eadem persona, quæ pactum iniit, id violauit: quamuis non raro alterum pro altero pronomen ponitur, vt nõ semel antea monuimus. Contaminatio testamenti diuini, consistit in eo, quod Hilarius dicebat, & quoniam Iudæi refutando Christum, scripturis resistebant, Deúmque ipsum, re ipsa mendacem faciebant, & quicquid sanctum & sacrum in lege erat, cum referretur ad Christum, dum hunc spernebant, profanum & commune ducebant. Id mali quoque faciunt nunc Christiani peccando, quod Paulus [c] vocat, *pollutum ducere sanguinem testamenti*: Ezechiel [d], *violare sanctum Dei in omnibus abominationibus, & in cunctis abominationibus; & exclare a cœnum Dei, & introire in illud, in modum eius fœtorum, & contaminare illud.* Malachias [e], *sanctum Domini contaminare*: Aggæus [f], *tangere pollutus*: Ieremias [g], *contaminare terram in mortuis idolorum suorum.* Potest hoc etiam accommodare ad illos aptari, qui dilapidant & obliguriunt prouentus Ecclesiasticos, aut res sacras indignè tractant, & scripturam sanctam. Aygnanus, testamentum hæreditatis æternæ, quod *electis diffamatur* [h], contaminari dicit ab omnibus obstinatis, nominatim ab auaris: Testamentum passionis Christi, sanguinémve testamenti [i], à luxuriosis: testamentum scripturæ, quæ vocatur etiam *gra-*

[a] 1. Reg. 24. 25. & 26. 24. *Loci applicatio.*

Διαθήκη.

Βεβηλοῦν.

Iurisiurandi, pacti, fœderis, quanta religio. Periurus, Dei nomine pollutus.

[b] Leuit. 19. 12.

Christi crucifixi Iudæi spreuerunt non tantum legem & testamentum.

Contaminatio testamenti diuini in quo posita. Iudæi quatenus.

[c] Hebr. 10. 29. & c. 9. 22.

[d] c. 7. 18. & c. 14. & c. 16. 18.

Loci applicatio.

[h] Psal. 88. 4.

[i] Zach. 9. 11. Hebræo 6. 28.

A *tio veritatis* [a], à superbis, tum verò præsertim ab Hæreticis. Augustinus explicat de schismaticis, qui recedant ab vnitate capitis, quod est Christus auctor noui testamenti. Ceterũ possunt illi omnes apud se dicere [b], *Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum.*

[a] Eccl. 4. 32.

[b] Isa. 28. 18.

Diuisi sunt ab ira vultus eius.] Hieronymus, *untiauit butyro os eius.* Sic etiam Symmachus, sed in plurali, λιπότερα βουτύρου τὰ ῥήματα αὐτοῦ, *nitidiora* aut *leniora butyro ora eorum.* Hebraizantes, eodem pacto, *leniora sunt magis quam butyrum verba oris eius.* Vel, *molliora sunt supra butyrum os eius.* vel, *molles fuerunt, ex butyro, sermones eius*: vel, *os illorum mitius est butyro.* vel, *blandum fecit quisque eorum ei suum lacte*: vel, *lenita sunt supra butyrum os*, id est, *ora eius*: vel, *molles fuerunt supra butyrum ore suo.* Chaldaicè, *leniora quam pinguedo casiorum sunt verba oris eius.* vel apud Nebiensem, *teneriora, quàm pinguedo casii verba oris eius.* Sic habent Hebræa, חָלְקוּ מֵחְמָאֹת פִּיו *chaleku machamaoth piu.* Verbum חָלְקוּ *chaleku* significat *lenire, blandiri*, nec non, ac primaria quidem notione *dividere*, & *partiri*, vt solent læuia molliáque in multas partes facilè dispertiri atque diffundi. Hieronymus, Symmachus, Hebraizantes, vsi sunt secunda significatione minus principali, propter sequentem dictionem, vt sit hoc loco intransitiuum verbum, & plurale pro singulari, in quo numero est vltimum nomẽ. Dictum alibi [c] de eodem verbo. Secundum vocabulum à Hieronymo & Hebraizantibus accipitur, vt nomen pluralis numeri, cum litera seruili, seu præpositione מִן *min*, reiecto (נ) *nun*, & cum suppolito puncto pathach, propter gutturalem litteram (ח) *cheth*, quæ habet chateph pathach, siue pathach compositum, & camets, loco seua, vt esse debuerat, ob regimen ad sequentem dictionem à singulari חֶמְאָה *chemah* quod significat *butyrum bouis*, aut *vaccæ*, sicut βούτυρον, à βοῦς *bos*, & τυρὸς caseus. Vt sit sensus, *lenierunt præ butyro os eius*, siue *os suum*, id est, verba oris sui. Vel redundat מ *mem*; vel etiam componit aliud nomen. Quo pacto idem erit adhuc sensus, *lenierunt butyra oris sui*, hoc est, lenierunt se, & vt butyra fuerunt verba oris sui. Vltima dictio פִּיו *piu*, est cum affixo singulari tertiæ personæ masculinæ, & nomine פֶּה *peh, os*; quod pro pluribus ponitur; & affixum pronomen potest sumi, aut simpliciter aut reciprocè. Verũ L x x. legerũt nó מֵחְמָאוֹת *machmaot* in plurali, sed מַחֲמָאת, *machamah* in singulari, velut constans ex dicta præpositione, & nomine חֵמָה *chemah, ira, furor, æstus*, & *incandescentia iræ*, a יָחַם *iacham, calui, excandui, iratus est*; facta epentheli litteræ (א) aleph in medio; quamuis reperiatur etiam חֵמָה *chema* cum (ה) in fine. Præterea interpretari sunt verbum חָלְקוּ *chaleku* transitiuè passiuè, *diuisi sunt à se ipsis*, seu *diuiserunt se ab ira*, id est, *præ ira*: vt legit quoque Augustinus, *oris sui*, hoc est, oris & vultus proprij, ita vt rumperentur ac dilacerentur ira, quam vultu & ore demonstrarent, tamquam in diuersa mutato, cùm scilicet vexaret illos extenta manus Dei. Vel intransitiuè, *diuisi sunt ab ira oris*, siue *vultus eius*, nimirum Dei, qui paulo antè dictus est manum extendisse contra illos, qui non timebant eum, & contaminauerant testamentum eius. Porro hoc loco, *vultus*, non est casus rectus pluralis, sed obliquus singularis, quemadmodum & Græcè, τῇ προσώπῳ, vt sit *ira vultus*, à qua, seu præ qua, & propter quam diuisi sint. Diuisi autem sunt aut ab ira sua, aut ab ira Dei, vt antè dixi.

[c] Psal. 118. 3.

Butyri etymon.

Ex quibus expositionibus posterior est magis

communis apud Patres, qui de dissipatione Iudæorum per orbem explanant. Et idem erit, si exponas cũ Genebrardo, quod ipli se separauerint & distraxerint ab irato Deo, quod iram eius neglexerint: quòd, ratumne esset nec ne, non curauerint. Sed sensus Agellij, vt ipsos *vultus* municorum dicat Dauid *diuisos*, quia nunc simularent beneuolentiam, nunc succenserent quibus non debebant, non cohæret, nili vultum collectiue sumamus, & *diuidi ab ira* interpretemur, vt eam quandoque simularent, & ab ea se hẽte separarent, molliter videlicet ac blandè loquendo, vt præ se ferunt interpretationes ex Hebræo. Arnobij expositio singularis est, *diuisos* dici *ab ira vultus Dei* peccatores, quia ipse impassibilis est. Valẽtia etiam in eo videtur falli, quòd *vultus* accipiens pluraliter, explicat *diuisos vultus* Christi *ab ira*, & separatos, quia semper aduersarijs locutus est sine ira. Vindicat hunc locum à calumnia Prædicantus nescio cuius, Gretserus [a] noster, eúmque commodè declarant etiam de nostris Pineda [b], & Roa [c].

Mysticè præterea *diuisio* ista exponitur ab Augustino de Hæreticis, & schismaticis, quos etiam partiarios & sectarios vocant, & ipsum *schismatis* vocabulum *scissionem* sonat; sicut & iuxta vnum etymon, *hæresis*: αἵρεσις namque diuidere est, & αἱρεῖν, idem valet, non solùm *eligere*. Gregorius [d] item de diuisione à prauo errore vsurpat præsentem locum, éstque certissima nota, qua Catholica Ecclesia dignoscitur perfectè vna, sibique optimè semper cohærens.

Et appropinquauit cor illius.] Discrimen parui momenti est aliorum legentium, *appropiauit*, aut, *eius*. Haimo legit, *appropinquabit*, & meminit Hugo; sicque Bruno Carthusianus exponit. Complutenses Regiique Codices legunt in plurali, *& appropinquauerunt corda eorum*: prout etiam habetur Græce, καὶ ἤγγισαν αἱ καρδίαι αὐτῶν. Et apud scholiastem alius, καὶ συνελείσθησαν αἱ καρδίαι αὐτῶν, *& conclusa sunt corda eorum*. Symmachus, πολεμεῖ ἡ καρδία ἐκείνου αὐτου, *pugnat autem cor vniuscuiusque eorum*. Hieronymus, *pugnat autem cor illius*. Eodem fere modo cæteri ex Hebræo וקרב לבו *vkrau libbohu pralium in corde eius*: vel, *& pralium cor eius*, nempe meditatur: Vel, *& intimum cor eius*, subaudi lubdolum ac simulatum est, sicut & os: Vel, *& propinquem cor est eius*, hoc est, æque simulatum, &c. & quod importat in alia illa Græca versione τὸ συνελείσθησαν, *clausum est*, ac *tectum*, vt discerni nequeat, intus pugnas machinans, foris per os, alienum sese ostentans ac separatum ab huiusmodi re, sed pacificum amicúmque. Chaldæice, *& sicut arma bellica cor eius*. Vtentes plurali numero, aut collectiuè singularem sumentes, nó possunt interpretari de Deo, quod Augustinus tamen facit, docens *cor Dei appropinquare*, ac Ecclesiam suam magis magisque instruere, tum cùm sese ab Ecclesia & ab ipso diuidunt separántque per varios errores Hæretici, & hanc vnam esse vtilitatem hæreseon, ob quam permittátur à Deo, vt multa quæ latebant in scripturis, agitantibus Ecclesiam Hæreticis aperirentur, & intelligeretur cor siue voluntas Dei, & simul sic excluderétur, id est, apparerent *probati argento* [e], multi videlicet, qui optimè poterant scripturas dignoscere, & pertractare, sed latebant in populo Dei, nec afferebant solutionem quæstionum difficilium, cùm calumniator nullus instaret. Exemplis probat Arianorum, Nouatianorum, Donatistarum, qui Trinitatem, Pœnitentiam, Baptismum impugnauerunt. Inductio per infinitas alias hæreses heri potest.

Imitantur Augustinum alij enarratores Latini, vt Ruffinus, Remigius, Hieronymus, Bruno Herbipolensis: præterèaque declarant, Deum cor & voluntatem manifestaturum contra persecutores Iudæos, & alios, vt malè fecisse conuincantur. Hoc modo Cassiodorus. Haimo exponit manifestandum à Deo, quare hunc elegerit, illum reprobauerit. Arnobius, quòd quamuis improbi *diuisi* sint *ab ira vultus Dei*, quia impassibilis est, tamen *appropiat cor eius*, quatenus non eum latet, id quod sequentibus hîc verbis continetur. Videtur Apollinarius consentire:

ἐγγὺς ἀθανάτου σκοπιάζετο μῆτις ἀναγκης.
Prope immortalis vidit consilium Regis.

Bruno autem Carthusianus, & Hugo, *cor Dei* accipiunt pro electis (solere namque nos amicissimos nostros, vocare *cor nostrum*) & istud cor appropinquare cælesti regno, ac beatitudini, vt eam possideat, cùm reprobi diuidantur *ab ira vultus Dei*. Valentia interpretatur *cor Christo appropinquasse aduersarijs*, quia propensa semper voluntate ac benigna erga illos fuit. Idem Hugo & Dionysius applicant ad voluntatem Christi Deíque, qui diuisis in ira Iudæis in quibus negauit vltra esse voluntatem suam [a]; Gentes vocauerit, voluerítque, vt *illorum aduentu salus esset Gentibus* [b]; vel Deus Christusque cor applicauit ad Gentes, vt Hugoni placet. Rursum idem Dionysius, tropologicè, quòd paratus semper sit Deus, cuius misereri, subuenire, parcere, quátumlibet sit separatus per peccatum, cui iustè irascitur Deus. *Appropinquate*, inquit Iacobus [c], *Deo, & appropinquabit vobis*. Hilarius ait, cor Iudæ proditoris appropinquasse, quoniam maximum ministerij opus curauit, nẽpe pauperum curam agens: Hieronymus, quia cor eiusdem Diabolus impleuit, vt Christum traderet. Euthymius & Nicephorus numero multitudinis legentes καρδίας *corda*: Iudæorum volunt *corda* dici *appropinquasse*, id est, appropinquatura esse, vt à Romanis vexati, tandem quod ambigebant, atq; diuisi inter se, partim aliis causis, partim interfectioni Christi, tantú illud malum suum adscribebant, cognoscere inciperent, saltémque dubitare, quòd Christus est Deus: nam qui dubitat, censetur ad veritatem appropinquare.

Literalem sensum, & hic, & initio in paraphrasi posui, scilicet de hostili corde, belláque moliente: hanc etiam esse vim verbi קָרַב *karau*, & *appropinquandi*, docui versu 19. Expositio Agellij de corde appropinquante, ad amandum eos quibus iratum se quis simulet, durior est.

Mystici allati sensus, potissimùm quos grauiores tradunt Patres, venerationem merentur. Gregorius [d] consolans Anastasium Antiochenum Episcopum, magnam scribit Dei omnipotentis esse gratiã, quòd in ipsis qui à sanctæ Ecclesiæ doctrina diuisi sunt, vnitas non est: quódque subtiliùs illa in sua semper eruditione instruatur, dum Hæreticorum quæstionibus impugnatur: ita vt apertè impleatur, quod per Psalmistam contra Hæreticos, de Deo dictum est; *diuisi sunt ab ira vultus eius, & appropinquauit cor illius*. nam, inquit, dum ipsi in suo prauo errore diuidũtur, cor nobis Deus appropiat; quia eruditi aduersitatibus, intellectũ eius subtiliùs inuenimus. Sapit hæc doctrina Augustinum, de quo priùs diximus. Idem Gregorius in alia epistola iubet Theodorum medicum *discere cor Dei, in verbis Dei*.

Communis expositio.

Sensus Agellij mali cohærens.

Arnobij expositio singularis, & improbanda.

a tom. 1. pro Bellarm. de verbo Dei l. 2. cap.
b in Iob. c. 29 versic.
Mystica expositio.
c 1. Sing. c. 5.
d l. 7. ep. in 5.

Cor Dei appropinquare vt dicatur hæreses.

Hæresum vtilitas.

e Psal. 67. 31. & 1. Cor. 11. 19.

Literalis sensus.

Agell. durior expositio.

d l. 1. ep. in 3. Gregorij consolatio ad Anastasium Antiochenum Episcopum super hoc loco.

Mollita sunt sermones eius super oleum.] Non discrepat editiones aliæ in re vllius momenti. Psalterij Latina alia, & Arnobius, ac Hilarius, *mollierunt sermones suos*, apud Hilarium, *eius, super oleum.* Sic alicubi quoque legit Hieronymus [1]: sensus litteralis est de blandis cum fraudulentia inimicorum verbis. *Oleo* autem, & ελαίῳ nomen accipitur etiam pro *vnguento*, quod שמן *semen* quoque significat, non tantùm purum liquorem. Talis illa paræmia, qua vtitur Martialis [b], *ferre oleum in auriculam.* Cuius paræmiæ vis oritur ex olei lenitate, quæ alteri prouerbio locum fecit: *oleo tranquillior*; ita vt placiditatem fluminum comparet Ezechiel [c] cum oleo. Sed ex sacro nostro penu promptum præterea prouerbium [d] de meretrice: *fauus distillans labia eius, & nitidius oleo guttur eius*: & [e], *induit maledictionem sicut vestimentum*, &, *sicut oleum in ossibus eius*, & [f], *oleum peccatoris non impinguet caput meum.* Lenit simul exteriùs vngendo, pungitque oleum intus, Galeno [g] teste, & omnium fere materia est medicaminum, facilè vergens in eorum quæ ipsi admisceantur qualitatem, vel frigoris vel caloris. Quod bellissimè in assentatores, & simulatores quadrat, de quibus Hieronymus [h] ad Celantiam vsurpat præsentem locum, necnon Procopius [i], Auctor [k] operis imperfecti, & Bernardus [l]. Hic obseruat *mollitos* dici *sermones*, non *molles*, quòd sit in eis non tam vera & solida, quàm superducta & simulata suauitas. Affinitatem habet *lactandi* verbum, quo non profani solùm, sed sacri etiam vtuntur auctores, vt Salomon [m]; idem sibi valet *loqui mollia.* [n] Talis quem Antiochus misit in Ierusalem, *verba pacifica in dolo loquens* [o]: talis etiam Apollonius ibidem pacem simulãs [p], & alij permulti, vt Ioab salutans Amasam, & confodiens [q]; & Herodes adorare se velle natum puerum Christum dicens [r]. *In ore suo pacem bi cum amico suo loquuntur, & occultè ponunt ei insidias* [s]. Ad literam Basilius, Theodoretus, Euthymius explicant, de Saule, qui nonnumquam blandissime alloquebatur Dauidem vocans *filium suum* [t]. Idem Basilius, ac Theodoretus, & Hilarius referunt ad Iudam; sed Hilarius, ad eum qui blandiloquus emollito super oleum sermone, curam agere se pauperum fallens, etiam tum cùm pretiosi vnguenti effusa alabastrus est, conquestus est, tamquam id magis vellet in sumptum inopum dedi. Alij, & Hieronymi nomine insignitus enarrator, & in symbolum Rufinus, & Cyrillus Ierosolymitanus [u], quando salutatione osculoque prodidit Christum [v]. Verus alibi Hieronymus [w], hæreticos ait hic notari, qui labia tãtùm melle circumlinant, & oleo circumvngant. Euthymius ac Nicephorus, & auctor operis imperfecti [x], de illis explicant, qui vocabant *magistrum* Christum, *veracem viam Dei in veritate docentem, & cui nihil esset cura de aliquo, nec respiceret personam hominum* [y]. Addunt Cassiodorus, & Bruno Herbipolensis, cùm dicerent, *scimus quia à Deo venisti* [z], & his alia humilia possunt afferri. Nã qui aperto agunt marte, atque peruicaciter, & cum furore pertinaci, eorum dicitur *indignatio dura* [a], & *sermo durus sustinuit furorem, sicut responsio mollis fregit iram* [b]. Sed in meliorem partem de verbis diuinæ scripturæ, Dei, Christi, quæ licèt videantur dura, sint mollia tamen, ac suauia, & oleo similia; subeunt, intrant, penetrant vsque ad ossa, & (quod est in sequenti membro) efficacia, & more iaculorum penetrabilia. Declarant Augustinus, is qui Rufinus dicitur, Remigius / qui meminit corum qui dicebant, *Durus est, hic sermo*) [c] Bruno Carthusianus, Hugo. *Dulciora super mel & fauum iudicia Domini* [d], &, *dulcia faucibus eloquia* [e]. *Fauus distillans labia sponsæ, mel & lac sub lingua eius* [f], & *eloquium dulce* [g], quando sponsi tractat, ruminat, promit verba: *penetrabilior* vnà etiam *sermo Dei, viuus & efficax, omni gladio ancipiti* [h]. *Diffusa est gratia in labiis sponsi* [i], vt aliàs [k] demonstrauimus, atque velut in ore occisi leonis [l], fauus inerat; quem de lege spirituali Prosper [m] interpretatur, quam Christus, repulsis Iudæis ministrauit Gentibus, per Apostolos, quibus videlicet *aperuit sensum ad intelligendas scripturas* [n], & *comedit cum illis fauum* post resurrectionem [o]. Denique *fauus* [p] *mollis composita verba*; vel, vt Prosper legit, *faui mollis sermones boni*, ῥητὰ μελλίος λόγοι κεκλοι, Hebraice דבש *nobham, suaues, amœni*, &c. *Quid suauius disciplina?* inquit Hieronymus [q], *quid eruditione melius? quia auditus Domino?* Id Augustinus [r] expertum se scribit. Perfectis *instar mellis est sermo diuinus, vt las imperfectis*, inquit Nyssenus [s], Theodoretus [t], Psellus [u], & apud Theodoretum [x] tres Patres, Gregorius [y] item, & Ricardus [z] S. Victoris. Diuinus sermo rectè comparatur cum oleo propter lucem, & quia veluti supernatat, reficit, sanat, mollefacit, vt ostendit Hugo; nos de re tota diximus non pauca ad psalmum 18 v.

Et ipsi sunt iacula.] Hieronymus, *cùm sint lanceæ*: in scholio, loco Ezechielis, ponuntur ἀκοντία, *tela*, & λογχάρια, *lanceæ.* Theodoretus autem, vt cum quidem Latinus esse potuit interpres, Aquilam refert *insidias* posuisse *doloso*, sed Basilius, qui nihil differt à Theodoreto, iuxta versionem etiam Latinam, ait *lanceas*, vt necesse sit apud Theodoretum lectum λόγχαι, apud Basilium λόγχαις. Hebræum vocabulum פתיהם *pethechoth*, ab aperiendo, quod est פתח *pathach*, significat *instrumenta, quin acie, aut acutie aperiunt aliquid, ac diuidunt.* Satis vsitata scripturis cõparatio maledicæ ac fraudulentæ linguæ cum *gladiis* & *sagittis* [z]; vocatur præterea *flagellum linguæ* [a], & *plaga* [b], & *laqueus* [c], dicitur item *perentare lingua* [d]; tribuitur eidem furor [e], & quòd *acuant eam* aliqui *sicut serpentes* [f]; *dentes* quoque nonnullorum, vocentur *arma & sagittæ* [g]. Tandem *iaculum*, inquit Sapiens [h], & *gladius, & sagitta acuta homo, qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium.* Vbi secundùm proprietatem nominum Hebræorum, quæ significant *malleum, gladium, sagittam*, quibus contundi ac frangi solet caput, iugulum peti, cor transfigi, exprimitur quàm sit graue malum falsi testimonij, atque calumniæ, vt noceat, quod Caietanus [i] obseruauit, personæ, famæ, rebus. Meritò priùs dictum de huiusmodi calumniatoribus fraudulentis, quòd sunt *diuisi ab ira vultus diuini*, iuxta sensum vnum; quia *ipsorum verba iacula erant.* His illud Plauti [k] conuenit:

In melle sunt lingua sita vestra, atque orationes
Lactéque; corda felle sunt sita, atque acerbo aceto,
E linguis dicta dulcia datis; corde amare facitis.

Quo pacto sermones diuini sint *iacula*, dictum priore mẽbro. Huiusmodi sunt etiã breues quædã preces, quas pij, quòd veluti eiaculentur, *iaculatorias* vocant. Illos *gladios* maledicẽtiæ, & *lanceas* calumniæ *conflare in vomeres & falces* oportet [l]; vt Deus pacis nobiscum sit, páxque illius custodiat corda, & intelligentias nostras, ne siniſtrè de aliis sentiamus, loquamúrve, ne odiũ alamus. *Conciderẽt*, ait Tertullianus [m], *machæras suas in aratra: sicynas in falces*, id est, animorum nocentium, & linguarum

infesta

a Ioan.6.66.
b psal.18.11.
c psalm.118. 103.
d Cant.4.10.
e ibidem.
f Hebr.4.12.
g psal.44.3.
h ibidem.
i Iudicum 14.8. *Faui Iudicum interpretatio.*
k 2.de præd. c 22.
l Luc.24.45.
m Luc.24.42.
n prou.16.24.
o ep.ad 127. manſione 25.
p 9.confess.c. 4.& 6.
q in c.4 eant.
r ibidem.
s ibidem.
t supra.
u ibidem.
x ibidem.
y *Verum sermonum mitigatum oleo comparatio.* vers 3.
z 1.Reg.24. cap.26.
a Thren.3.
b Matth.22.15.
c Ioann.3.2.
d Gene.49.7.
e prou.15.1. *In meliorem partem de verbis diuinæ scripturæ exposita.* *Sermones diuini sunt instar iaculorum.*
f psal.140.5.
g lib.5.epig. n 28. *Ferre oleum in auriculam.* *Oleo tranquillior.*
h Epist 14.
i in Esa.c.1.
k homil.19. l in lib.sent. *Cur molliti sermones dicantur hic, non molles, obseruatio.*
m prou.1.c. 16.
n Iob 40.22.
o 2.Machab. 15.28.
p 2.Mach.5.25.
q 2.Reg.20. 9.
r Matth.2.8.
s Ieremæ 9.8. *Adulterum explanatio.*
t 1.Reg.24. cap.26.
u Ioan.12.5.
x Catec.5t.
y Luc.22.48. *Maximus hic locus notatus.*
z prædo in lib.6 in Ezec.
a homil.41.
b Matt.12.36.
c Ioann.3.2.
d Gene.49.7.
e prou.15.1. *In meliorem partem de verbis diuinæ scripturæ exposita.* *Sermones diuini sunt instar iaculorum.*
f psal.140.5.
g lib.de simpl. medic.facul. c 7.& 22.
h *In assentatores & simulatos res applicatur.*
i Epist 14.
k homil.19.

infectatum, & omnis malitiæ ac blasphemiæ ingenia conterent in ruinam modestiæ, & pacis. *Et non acceperit gens super gentem machæram, neque discordiæ, & non discent amplius bellare*, id est, inimicitias perficere. Vt & me dicas, Christum non bellipotentem, sed pacificum repromissum. Galatinus [a] Iudæis respondens obiicientibus Messiã nondum venisse, quia nondum arma falcibus in agriculturæ usum tuderunt, & certa sunt commercia, dicit & quosdam Rabbinos admittere tunc etiam armorum futurum vsum, licitum ad ornatum; & quòd ferri Messiæ non feruent Gentibus, quod contigit sub Constantino. Addit, spiritualiter multo id melius esse factum, quando Gentium sapientes, vt Dionysius, Clemens, Cyprianus, Augustinus, & similes, linguas, verba, argumentationumque versutias, quibus ante eorum conuersionem disputando, contra fidem nostram acerrimè pugnabant, postmodum conuerterunt ad idololatriam extirpandam, euellenda vitia, virtutes tam in Iudæorum, tum in Gentilium cordibus nutriendum.

[a] Buxt. lib. Synag. cap. 27. Mag. Spir. sum. de arma.

Vers. 23.] Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet: non dabit in æternum fluctuationem iusto.

IN adeo magna grauique obtrectatorum, & calumniatorum molestia, nullum aliud remedii quam se committere totum Deo, omnemque in eundem proicere sollicitudinem: vnde procul dubio fiat, vt ipse sedulæ nutricis in morem educet custodiatque, nec sinat iustum iactari semper, ac fluctuare per iniquorum persecutiones, sed post tempestatem largiatur tranquillitatem. Genuina huic, Saræ Raguelis filiæ sententia [b]. *non enim ac lectum meum in perditionem meam, quia post tempestatem tranquillam facis; & post lacrymationem & fletum, exultationem infundis.* Propheta noster, vel ipsum alloquitur, animamque, tanquam diuersam quandam hominem: vel expertum quam: referat: vt ne de Deo sperare, alium quemlibet hortatur idẽ facere, qui similes patiatur sui calamitates. Priorem sententiæ partem à Petro [c] recitatam, cum interpretarer eundem, tractaui. Quo mihi nunc pauciora dicenda erunt.

[b] Iob. 7. 22.

[c] 1 epist. 5.

Iacta super Dominum curam tuam.] In aliis psalteriis, & apud Cassiodorum, & Leonem [d], *iacta in Deum cogitatum tuum*: apud Arnobium, *in Deum cogitationem tuam*: apud Hilarium, *in Dominum cogitationem tuam*: apud Ambrosium [e], *in Dominum cogitatum tuum*. Hieronymus: *Proice super Dominum curam tuam.* Eadem lectio extat in epistola Anacleti secunda [f]: vbi etiam ratio subditur, *quia omnis bonus in sua causa deficiens, & in suis hæsitans consiliis, quem non habuerit fidelem in cuius consilius confidat, qui in suis angustiabat, & talem fiduciam habet in illo, vt omne secretum sui pectoris ei pandat & aperiat.* Additur præterea: *quod dulcius est, quàm vt habeat etiam cum quo omnia possis loqui, vt tecum? si ita cum hæsitabis tuum, quanto magis cum Deo hoc est agendum* &c. Placet sententia; sed non dubito Anacletum ita non scripsisse, nec vllum editionis Hieronymi, qui tanto recentior est, nec, vt omittam alias rationes, illam de amicitia sententiam, quæ Ciceroni est, sua putarunt fuisse. Denique videtur ex Hieronymi scriptis longe posteriorum.

[d] Ser. 5. de quadrag.

[e] in c. 12. Lu.

[f] num 1. conc.

Cura Anacleti Hieronymi cum eius.

A Sed ad rẽ, verum alij Hebræum nomen cum affixo יְהָבְךָ *iehauecha, pondus, onus, sarcinam tuam.* Vel sumendo tanquam verbum, atque supplendo אשר *asser*, quod exponit R. Kimhi, *proice super Dominum, id quod sedit tibi, usque ad hanc diem, & id quod opus habes.* Explicat adhuc idem, vt nomen, *proice dona tua super eum, quia ipse donabit illa tibi.* Tandem refert, cum Rabbini significationem istius vocabuli ignorarent, audisse quemdam mercatorem Arabem dicentem eundem שקל יהבך *sicqil iehauach, libra*, seu *pondera*, vel, *tolle onera sarcinasque tuas.* Rursus iuxta notionem nominis, pro *dono*, & *dato*, explicat Marcus Marinus [a], *nihil cures dicere Domino, da, assv*, vel, *a Domino tantum quicquid desyderes, efflagita.* Paraphrastes Chaldæa ponit, *ipsum tuum* מימרך *imerach*, quamuis legat Nebiensis סוברך *sovarach, onus tuum.* Dicto Petri loco, vbi satis multa dixi, monui videri Hieronymum, cum *curitatem* interpretatus est, legisse aliud vocabulum à themate יהב *iahav*, vel אבה *abah*, vel אוה *aavah*, vel אוה *iavah*, vel חאב *chaav*; quæ significant *appetere, desiderare, velle*, &c. Postremo, *proicere curam*, μεριμναν, comprehendit omnia, onus nempe, & quicquid molestum est; præterea id quod quis amat, sperat, desiderat: item quæcumque dedit Deus, aut bona ne amittantur, aut mala, vt ea remoueat, vel aut tolerandum vim suppeditet.

[a] in arc. Noe.

B

C De *iactandi* verbo, siue *proiiciendi*, ibidem docui minuere iactationem anchoræ inter fluctus, de quibus hic paulo post: *anchoram spem* esse, vt Paulo [b] placuit, *inconcussam firmam*: Deum esse in quem, vt in gubernaculum in nauis, quod Basilius Theodoretusve notat, rẽ spectat autem phrasis, qua *deiecti spes in quopiam dicitur*) iactus ille fieri debeat, non solidam terram: deinde quam horreamus & exeremur suscipere, aut retinere curã de nobis ipsis. Sed eadẽ inculcare mihi ipsi permolestum, semélque dicta repetere, ac libros eudere nouos, ex olim scriptis, vanum & mutile videtur. Repete ad meditandam prouidentiam Dei, exempla eorum, & halcyonis. De illo diuinæ literæ [c]; de Isaac Basilius [d], qui inde argumentatur, melius res nostras à Deo ipso, quam ipsi optare possimus, administrari: à Deo tolli medio cõtendendum, quæ ad salutem pertinent: nihil non nostri causa, etiam eorum, quæ hominum opinionem excedunt, factum paratumque à Deo, ex imus ad eius imaginem facti: propter quem autem adeo paruam, magnam ac terribile mare coërceatur, ac iussu Dei media hyeme sedetur: & si halcyoni tanta Deus tribuat, multo maiora daturum iis qui se ex toto corde inuocauerint. Dux ille *super cuius manum Rex Israël incumbebat* (more videlicet regio, honoris causa [e]; sed tropologice sumi potest de illo qui nitatur humanis præsidiis: sicut patrimonianti Elihæo de Dei prouidentia circa annonam, credere noluisset, ex ea quid gustare nequiuit, prout idem vates prædixerat; sed qui prædictionem conculcauerat, *periit conculcatus a turba* [f]. Præsentem Chrysostomus [g], ex versiculo isto scribit capi medicinam ab illo qui extrema prematur inopia.

[b] Hebr. 6. 19.

[c] Cura & halcyonis. [d] Basil. in Psal. 48. Chrysost. 1. in Gen. & 2. de prouid.

[e] 4 Reg. 7. 2. Leuit. 15. & Prouerb. 14. de iis qui nituntur humanis præsidiis.

[f] 4 Reg. 7. 20.

[g] homil. 29. in Genes. Medicina ibi quæ extrema premuntur inopia.

Et ipse te enutriet.] Leo [h], *nutriet.* Nutritionem istam Petrus [i] generali nomine *curæ*, interpretatus est, *quoniam ipsi cura est de vobis*, ὅτι αὐτῷ μελει ὑμῶν: & hoc loco Apollinarius, sed optantis modo:

ἢ σεν ἀεὶ κἀδ' ἑλο διηνεκέως τ' ἀτέλεσσον.
Et te semper curet, perpetuóque nutriat.

[h] Serm. 5. de quadrag. [i] 1 epist. 5. 7.

In Pet.: cómentario expoſui vim verbi Hebræi cum actiuo, יְכַלְכְּלֶךָּ *iechalchelecha*, vt ſit etiam *ſuſtentabit te, eleuabit, ſuffulciet, paſcet, alet* veluti ſecundum dementium tuum menſuramve, diſponet, & curam geret quotidie rerum tuarum. Amplectitur omnia verbum *nutriendi*, ſicut & *paſcemas*, ſcilicet neceſſaria vitæ ſuſtentandæ; *quem* regit enim *Deus*, hoc eſt, pascit, *τροφεῖ, nihil ei deerit* [a]. Græcum quoque præſentis loci compoſitum verbum διατρέφει, quasi non ſemel ac ſimul totum nutritutus Deus denotetur, idve quod ſit opus ad nutriendum daturus, ſed veluti per dies ſingulos ſubminiſtraturus, & ad diurnam ſuppeditaturus menſuram neceſſarium victum, quod appellari nunc diebam *dimenſum*, quæ apud Lucam [b] vocatur *tritici menſura, συτομέτριον τῷ καιρῷ*: apud Matthæũ [c] *τροφὴ cibus*: & in Geneſi [d], quod Latine ſcribitur de Ioſeph, aluiſſe patrem, fratreſque, Græce habetur, quòd *συνεμέτρει, triticum metiebatur*, Hebraice, eodem verbo, quod eſt hic יְכַלְכֵּל *iechalchel*. Si totum daret ſimul Deus, non leuaret cura: hanc nobis impoſuit curam, vt ab eius pendentes cura, & *ſufficere dici malitiam ſuam* reputantes, *minimeque de craſtino ſolliciti* [e], *quotidianum quotidie panem petamus* [f]. Iacob, Deum dicebat, *pauiſſe ſe ab adoleſcentia ſua, vſque in præſentem illam diem* [g]. *Indecorum eſt*, aut Ambroſius, *homines curare de cibo, qui inſtituit regno monuit rex quemadmodum familiam ſuam paſcat, alat, veſtiat.* Tum ſubdit ideo prolatam ſententiam iſtam.

Non dabit in æternum fluctuationem iuſto.] Alij, *mutationem, lapſum, caſum*, vel per verbum, *non ſinet commoueri.* Eſt מוֹט *mot* aut nomen, aut verbum. Græcum σάλος *fluctum* quidem proprie ſignificat, ſed ſimul etiam *quamlibet commotionem, & quaſſationem.* Ad fluctuationem, aut eius certe periculum cohibẽdum, valet ille, quem priùs dixi, quaſi anchoræ iactus in Deum, quod Ruffinus etiam notat. Et vocari anchora poteſt *ſacra*, quæ à nautis ideo ſic vocabatur, teſte Ioanne Zetze [h], quia præ aliis grandior adhibebatur in grauiore diſcrimine:

Τὴν ἱερὰν ἄγκυραν δὲ ἡ αὐτὸς μοι νόει
τὴν ἀγκυρῶν τὴν μείζονα τὴν ἐν ἀπλανείαις
εἰς σωτηρίαν τῆς νεὼς ὕστερον χαλωμένην.
Sacram anchoram autem eſſe ipſe à me intellige.
Ex anchoris maximam, quam in deſperationibus
In ſalutem nauis poſtremum laxamus.

Lege adagium; *ſacram anchoram ſoluere: Adhærere Deo bonum*, & *ponere in illo ſpem ſuam* [i], *in quo qui confidunt, non commouentur in æternum* [k]. *Portum* hic vocat Auguſtinus. Commoueri poteſt iuſtus, & fluctuare, immo & naufragium non nũquam pati, ſed ſi de electis ſit, non in æternum, ſicut illi quos naufragaſſe ſcribit Apoſtolus [l]. *Fluctus* etiam ſunt tribulationes [m], *a quibus liberat iuſtos tandẽ Dominus* [n]. *Modicum paſſos perfecit Deus, firmat, ſolidat* [o]. Leo [p], *ſi quid quis ſibi impoſſibile, aut arduum in mandatorum efficibus experitur, hortatur, vt non in ſe remaneat, ſed ad iubentem Deum recurrat, qui ideo dat præceptum, vt excitet deſiderium, & præſtet auxilium, dicente Propheta, Iacta in Deum.* &c. Arnobius, *Iacula* in præcedenti verſu, docet eſſe cogitationes anxias, quas Dæmones de cibo, potu, veſtitu ſuggerunt: his occurrendum ſententia iſta, vt non fluctuemus. *Quo non poſſulat in fide, ſed hæſitat* (*διακρινόμενος*, diuidicat de Dei ſcilicet potentia, & miſericordia, & quaſi ſe peccatorum preſſum putans mole, diffidit) *ſimilis eſt fluctui maris, qui a vento mouetur, & circumfertur* [q]. quem

[a] pſ. 22. 1. Δια τρέφειν.
[b] c. 12. 42.
[c] c. 24. 25.
[d] c. 47. 12.
[e] Mat. 6. 25. 34.
[f] Luc. 11 3.
[g] Gen. 48 15.
Ad fluctuationẽ aut periculum cohibẽdum, valet anchora, quam inſtituit. Anchora ſacra dicta a nautis dicta.
[h] chiliad. 11. num. 36.
[i] Pſ. 72. 28. 77. 7.
[k] pſ. 45. 6. 124. 1.
[l] 1. Tim. 1 19. Fluctuare in fide.
[m] Matt. 14. 24. pſ. 87. 8.
[n] Mich. 6 11. pſ. 33 20.
[o] 1 Petri 5. 10.
[p] Serm. 5. de quadrag.
Iacula præcedenti verſu memorata quid ſint.
[q] Iacob 1 6.

A Ioeum ad hoc idem propoſitũ Chryſoſtomus [a], ac Damaſcenus [b], vrgent, in eo, quem nutrit Deus pane, qui *cor confirmat* [c], eſtque *vita & intellectus, & potus aqua ſapientiæ ſalutaris* [d]. *Firmatur* Deus & *non flectitur* [e], vel a ſic nutrito & potato ſapientia *non flectitur*, ſed *in illo firmatur*, & *continet illum, & non confunditur* [f]. Quod ſpectata ita ſecundum ſe intelligitur, niſique ſtet per eum, cui ſe Deus & ſapientiam communicat. *Non ſinit Deus nos tentari ſupra id quod poſſumus, ſed facit etiam cum tentatione proventum, vt poſſimus ſuſtinere* [g].

[a] hom. in pſ. huic.
[b] orat 3. de imaginibus.
[c] pſ. 103. 15.
[d] Eccl. 15. 3.
[e] ibidem.
[f] ibidem.
[g] 1. Cor. 10. 13.

B *Verſ. 24.*] Tu verò Deus deduces eos in puteum interitus.

Viri ſanguinum, & doloſi non dimidiabunt dies ſuos: Ego autem in te ſperabo Domine.

IVſtus quidem non fluctuabit in æternum, nec mergetur, vel obruetur profundo calamitatũ; at è contrario improbos Deus, *quibus non eſt commutatio* [h], & obſtinato animo corrigi nolunt, deiiciet in puteum altiſſimum æternæ perditionis. Poterit *iuſtus cadere* quandoque, ac in die etiam *ſepties*, id eſt multoties, vel in nõnullas ærumnas, vel in aliqua leuia peccata, & fortaſſis quoque in mortalia interdum, ſed ſi de electis eſt, *reſurget: impij autem* reprobi, *corruent in malum* [i], tum *in reprobum* [k] *ſenſum*, dum viuent, tum poſt hanc vitam, in perpetuam damnationem. Sed & quod attinet ad vitæ præſentis ſpatium, nec huius dimidium fæui homines aliorum fundẽdo ſanguini addicti, doliſque alios opprimere aſſueti, vt plurimùm explebunt, ſpatij inquam vitæ, quod alioqui ſecundum naturalis curſum complexionis viuere poterant; ſed violenta morte filum eis vitę abrumpetur. Exemplo fuit Saul, Achitophel, Abſalom, cita & violenta deleti morte. De ſe autem Dauid affirmat, quòd ſpem omnem in Deo collocauerit, planè confidere, vitam ſuam eodem Deo tuente & cuſtodiente, ex ea ante tempus non emigraturum, nec in inimicorum poteſtate futurum, vt illum ſibi violentè præcidant, quod maxime vellent.

Deduces eos in puteum interitus.] Auguſtinus, *corruptionis*: alij, *deſcendere facies, detrahes, præcipitabis, in foueam puteíve corruptionis, perditionis, ſepulchri, gehennæ.* Nomen *gehennæ* paraphraſtes ponit, *& tu in verbo tuo Deus detrudes eos in gehennam profundam., homines auctores interfectionis & doli.* quamuis referat iſtos homines ad ſequens membrum, Nebienſis; quod parum intereſt. *Puteum interitus*, φθορᾶς διαφθορᾶς, interpretantur Euthymius & Nicephorus vaſtas quaſdam ac veluti ob loci profunditatem ineuitabiles pœnas; ſed Nicephorus tempus exprimit, quo Deus reddat cuique pro meritis; quod videlicet poſt hanc eſt vitam. Vidẽtur Baſilius aut Theodoretus indefinitè dicere de quauis pœna, quam quis nequeat effugere: cuiuſmodi & ſi hoc tempore aliqua eſt, magis tamen talis eſt æterna. Exprimit iſtam vox *gehennæ* גֵּהִנֹּם *ghehunnam*, qua Chaldæus vtitur. Inter inferni nomina ſeptem vltra nomen *gehennæ* R. Iehoſuas filius Leui apud Galatinũ [l], hoc quod hic habetur numerat בְּאֵר שַׁחַת *beer ſciachath*. De inferno etiam communior expoſitio eſt, vt damnatorum ſignificat locum, quamuis

[h] Sensus loci.
[i] prou. 24. 16.
[k] Rom. 1. 28. Inferum ſeptem nomina & plura.
[l] lib. 6. c. 7.

Purens interitus vt ipsius expium.

puteum interitus posset significare sepulchrum & foueam sepulchralem, in quam detruduntur, qui intereunt, atque moriuntur, nec inde surgere per se possunt & naturaliter: posset præterea denotare locum subterraneum quemcumque quo recipiebantur animæ ante mortem Christi, & dici poterat *puteus interitus*, quia illorum erat, qui interibant, & moriebantur. Quare cùm de iniquis innocentum vexatoribus hic agatur, posset intelligi deducendos à Deo *in puteum interitus*, hoc est, interficiendos, & descensuros in locum inferiorem: quo pacto illud intelligitur [a], *neque absorbeat me profundum, neque vrgeat super me puteus os suum*; siue illos antea pœniteret, quam descenderent in subterraneum locum animarum iustarum, siue non pœniteret, sicque descenderent in locum iniustorum. Sed plurimum, vt dixi, de inferno damnatorum interpretatio est, qui noluerunt bibere de fonte *aqua-viua* [b]: meritò, inquit Hieronymus, *in puteum interitus* infernique demerguntur. Profunditas & obscuritas putei, & irremediabilis inde exitus damnatorum, inferno bene conueniunt, maximè cum adiectione *interitus*. *Recessum* vocat *interitum* Tertullianus [c], (loquens tamen non de damnatorum loco propriè) *& internum*; *& in ipsa terra opertum, & intra ipsam cauatum, & inferioribus adhuc abyssis superstructum.* Dicitur à Zacharia [d] *Lacus sine aqua, vnde vinctos eduxit Christus. Puteum abyssi* vocat Ioannes [e] pœnarum locum. Lucas [f], *abyssum*. Alioquin *putei* vocabulum ἀδιαφόρως accipi potest in partem vtramque tum bonam tum malam, vt hoc loco Hugo demonstrat, & in Apocalypsim Viegas [g] noster. nam sensu mystico *puteus Bersabee* [h], id est, satietatis: alius, *viuentis & videntis*: illi quibus nomen *Latitudo* & *abundantia* [k]: is qui denominatur *aquarium viuentium* [l], & similes boni sunt; mali, puteus *calumniæ*, & *inimicitiæ* [m]: *angustus puteus alienæ* [n], & alij. plura in dictionario morali Petri Berchorij, & in Sylua allegoriarum. Nomen item *interitus* attribuitur diabolo, ita vt *puteus interitus* denotet locum, vbi est *ignis paratus diabolo, & angelis eius* [o]. Sic Gregorius [q] *interitum, qui, vt Rex, calcet* [r], intellexit, cùm scilicet non hic solùm vitiis quis premitur, sed mortis etiam suæ tempore per hoc quòd ad supplicia rapitur, potestati dæmoniacæ subiugatur.

a ps.68.16.

b cant.4.15.

c de anima c. 55.

d c.9.11.

e Apoc. 9.1. c.20.

f c.8.

Puteus vocabulum ἀδιαφόρως sumptum.

g in c.9.comment. 2. sect. 4.

Sensus mysticus significatus.

h Gen.21.29. 31.

i c.26.14.

k c. 26. 22. 32.

l Cant.4.15.

m Genes.26. 20.21.

n Prou.23. 27.

o Matt.25.41. Tobi locus expositus.

q 1.4.moral.c. 9.

r Iob 18.14.

Vir sanguinum, & dolosi.] Hilarius, & Augustinus, *dolositatis*. In ps.5 [s]. dicitur numero singulari, *vir sanguinum, & dolosus*: αἱμάτων καὶ δόλιος, דָּמִים וּמִרְמָה *damim vmirmah*. differentia hic est in abstracto Græco δολιότης, quod in suo textu retinuerunt Hilarius, & Augustinus. ibi relege quæ huc faciunt. Paronomasia visitur inter דָּמִים *damim, sanguines*, & דַּמִּים *ramim dolosos*: sicut Græcè inter φθόνον *inuidiam*, & φόνου *occisionem, homicidiumve*. Sic Paulus coniunxit φθόνου, & φόνου, *inuidiam*, & *homicidium* [t].

s vtr.7.

Paronomasia.

t Rom.1.29. Gal.5.21.

Non dimidiabunt dies suos.] Apollinarius optando hoc reddit, vt & præcedens membrum per orationem conuersam ad Deum:

ἀλλὰ σφᾶς πρὸς βασιλῆ μὴ βίοθον ὀλέσσῃ,
ἀνδροφόνοι δολεροί τε βίῳ καὶ μέσσον ὄλοιντο.
Sed ipsos deducas Rex in puteum interitus:
Homicida dolosique vita in medio pereant.

Dimidiare dies, quid sit.

Dimidiare, menses, annos, vitam, est mori quasi per dissectionem, & diuisionem, quam importat verbum חָצָה *chatsats*, vel חֵצִי *chatsah*, quasi dicas gladio, sagitta, iaculo in plures medias partes discindi. *Non dimidiari*, erit nimis immaturè

No dimidiari quid sit.

A citóque mori, veluti ipso initio, non expectando vitæ medium. Sententiam ipsam tractaui in lib. Ecclesiastæ [a], ad illa verba: *Ne moriaris in tempore non tuo.* etiam si ibidem [b] dicatur, quòd *impius perit in iniustitia sua, & impius multo vnus tempore in malitia sua.* Relege quod ibi recitaui narratum à Bernardino exemplum. Et quod de Anastatio Imperatore narrat Antoninus, apparuisse illi horribili specie virum cum libro in quo scriptum erat: *En ob tuam improbitatem quatuordecim tibi vitæ annos deleo.* Respondet acutè Hugo *dies suos* improbum *non dimidiare* quos sibi promiserat, sicut stultus, ex euangelio [d]: tum præterea quia nec dimidium vitæ in bonis operibus consumit, sed *in*

B *dimidio dierum vadit ad portas* [e] *inferi*: immo sæpe plurimam vitæ partem malè viuendo transigit. Et fuit qui sibi polliceretur immortalitatem præsentis vitæ. Viri iniqui *sublati sunt ante tempus* [i] *suum.* Quæ Gregorius [g] exponens verba, occurrit etiã obiicienti, tempus vitæ à diuina præscientia præfixum esse, impios ante tẽpus subtrahi, quia quod acceperunt, non ad fructum pœnitentiæ, sed ad vsum iniquitatis vertunt, quódque à diuina misericordia mereri poterant, amittunt: aut, vt modò dicebam, quoniam diligentes præsentem vitam, longiora sibi vitæ spatia promittunt, quæ superueniens mors intercidit.

a c.7.18.

b vers.16.

De Anastasio imperatore ipse dicta historia.

c tom. 2. dom. 2. quadrag.serm.12. 2.3.c.1.

Improbus dicatur non dimidiare dies suos.

d Luc.12. 20.

e Isa.38.10.

Vir ante tempus subtrahi.

i Iob 22.16.

g ibidem.

Contrario quodam sensu semper *dies* mali *sanctorum breuiantur* [h], vt Auctor [i] operis imperfecti docet, confirmans priore sententia, *non dabis in æternam fluctuationem iusto*: necnon exemplo ab anni sumpto tempestatibus, eo quòd nonem mẽsibus aëres tẽperati sint dicique prolixiores: tribus mensibus aëres glaciales, & dies breues. Breuiatio in eo cõsistit, vt succurrat Deus tempestiue, & compescat improbitatem persequentium, nec sinat *iustos tentari supra id quod possint* [k]: Denique pro momentanea & leui tribulatione, *supramodum in sublimitate æternum gloriæ pondus* reddendo [l]. Sed rursus, quod attinet ad improbum, *nihil ad eum pertinet de domo sua post se* (illam non curans, immo sæuus crudelisque in suos) *& si numerus mensium eius dimidietur* [m] (praua viuendi ratione citiùs accersens mortem sibi) *antequam dies eius impleantur, peribit, & manus eius arescent, ledetur quasi vinea in primo flore botrus eius, & quasi oliua proiciens florem* [n] *suum. De mane vsque ad vesperam succidetur.* [*Sanctis implent dies suos*, inquit Hieronymus [p], (quocumque moriantur tempore, & quamuis breui viuant spatio) qualis fuit Abraham, qui *moritur est plenus dierum in senectute bona* [q] (adde illum qui *consummatus in breui explenit tempora multa* [r]) Peccatores verò & impij dimidio dierum suorum moriuntur: non enim, subdit, citans hunc locum, implent opera virtutum, nec student pœnitentia emendare delicta. Vnde

E in medio vitæ cursu, & in errorum tenebris ducentur ad Tartarum.] Sic ille. Hoc est *ingredi* virũ iustum *in abundantia sepulchrum, sicut cùm infertur acervus tritici in tempore suo* [s]. Optat studiosus pœnitentiæ virtutisque, *non reuocari in dimidio dierum suorum* [t], vt Gregorius obseruat [u]. Demonstrat Thomas [x] Bozius hæreticis Regibus dum vixere in regno; vltra 40. annos vitam longiorem non fuisse, vno excepto, hoc est, Andronico secundo seniore: Palæologo, qui annis 43. imperauit: multis Catholicis fuisse longiorem, vt pote quibus propter honorem, & obedientiam patri ac matri exhibitam, hoc est, Deo, Ecclesiæ, prælatis, longæuitas iuxta diuinum pro-

h Matt.24.22. i Hom.49. in Matt.

k 1. Cor. 10. 13.

l 2.Cor.4 17. *Impiorum vanitas.*

m Iob 21.21.

n c 15 32.33. o c 4.20. *Sanctis impleant dies suos, quãuis breui viuant spatio.*

p in c 38.Esa.

q Genes.25 8. *Peccatores & impij dimidio dierum suorum non viuunt.*

r Sapient.4. 13.

s Iob 5.26.

t ps 101.25.

u in pſ 5 pœnitentialem. *Regum hæreticorum vita brevis.*

x de signis Ecclesiæ l.23. c.5. *Catholicorum longior, & cur.*

Augustinus, *ad Dominum exclamauit. Pauci hoc facit*
ego coram Deo orabo, תפלתי *oratio.* Vim habet ni-
mirum vocis, de qua alias dictum; & quid sit *clamare ad Deum*, Dominus docet.

Et saluabit me.] Alta plebs: & Hilarius, Augustinus, Arnobius, Cassiodorus, *exaudiuit me.* Rutilius, Remigius Haimo, Ayguanus, Dionysius, *saluauit.* Hugo, *saluauit*, & *saluabit.* Græce, ωσεσωσε με, *exaudiuit me.* Hebraice, וישיעני *ioscihbeni, saluabit me*; Chaldaicè, *& verbum Domini redimet me*, יתפרק *iphrok iathi.* Clamauit *clamore valido* in Cruce Christus, [a] *exauditusque pro sua reuerentia est*, vt psalmo 3 [b], demonstrauimus, & 21 [c]. *Clamabunt*, ait Esaias [d] de aliis, *ad Dominum, a facie tribulantis, & mittet eis saluatorem.* Quare possumus, vel Christum hic loquentem intelligere, mystico nimirum sensu, vel corpus eius mysticum. Clamauit, inquit Ayguanus [e], Christus in campo turbis feminans [f]; clamauit in templo, legem prædicans [g]; clamauit in loco mortis, mortuos suscitãs [h]; clamauit in corde, intus generans [i]; clamauit in cruce, mortem tolerans [k]; clamauit ad Patrem, Deum inuocans [l], Sed ad orationem pertinet vltimus clamor. Exauditum Christum docet Euthymius, quia ipse Iudæos perdidit, iuxta illud; *Tu [m] autem Domine miserere mei, & resuscita me, & retribuam eis.* Clamandum nobis idem docet Ayguanus pro sustentatione vitæ corporalis, pro liberatione pœnæ temporalis, pro consolatione mentis internalis, pro euasione pœnæ æternalis, pro remissione culpæ criminalis.

a Hebr. 5. Matt. 27. 46.
b vers. 5.
c vers. 25. & 27. 20.

Mysticus sensus de Christo. Clamauit Christus.

e in psal. 17.
f Luc. 8. 8.
g Ioan. 7. 28.
h Ioan. 11. 43.
i Galat. 4. 19.
k Matt. 27. 46. l Luc. 23. 46.
m Psal. 40. Exauditus Christus, cum Iudas deletus fuit. Clamor noster ad Deum esse debet.

Vers. 18.] Vespere, & mane, & meridie narrabo, & annunciabo, & exaudiet vocem meam.

Sensus lect.

PErseuerantiam continuæ orationis suæ declarat, proponens tuplici hac præcipua parte tẽporis, ad sacrificandum orandúmque destinata, narraturum Deo, & expositurum miserias suas, & iniurias hostium, certam spem habendo exauditionis & impetrationis. Potest præterea tempus illud tuplex figurate innuere, cùm salutis modica spes est, cùm affulget aliqua, cùm res prospere succedit. Accommodant id, qui psalmum de persecutione Absalonis interpretantur, ad tempus quo iam omnes ad eum defecerãt à Dauide, cùm Chusai remigrauit ad Absalonẽ, turbaturus noxia Dauidi cõsilia, quando prælium commissum est, Dauidque victoria potitus. Ad hæc narratio & annuncíatio, spectare ad laudationẽ possunt, celebremque ac publicam diuinorum beneficiorum prædicationem. Denique omnia mystice de Christo exponuntur. Augustinus, Hieronymus, Rufinus, Beda, Remigius, Haimo, Bruno Carthusianus, Ayguanus, & alij, explicant de passione, Resurrectione, Ascensione Christi. Prosper [n] id ex Augustino mutuatus est. Hoc ex loco colligi potest vsus horarum canonicarum. Euthymius quidem tempora significari ait magnarum trium synaxeon, quas vocant *congregationes*, seu *collectas*: vt vespertinum, matutinum, atque ministerium, id est, liturgiam siue missam, quæ celebratur inter præcipuas duas preces matutinas & vespertinas. Sunt alia tum testimonia tum exẽpla in scripturis, tum vero Danielis [o], qui *tribus temporibus in die flectebat genua & adorabat, confitebaturque coram Deo*; quod Hieronymus [a] & Cyprianus [b] exponunt de hora tertia, sexta, nona. Plura in commentario nostro ad actus Apostolorum, & apud Bellarminum [c], Coccium [d], cõque qui tractatus ediderunt de horis canonicis, præcipue Navarrum, & Francolinum, nec non apud Ioannem Stephanum Durantũ [e], & alios auctores de officiis, vel ritibus Ecclesiasticis. Laudabile sanè opus, & *populi formati à Deo, vt laudem ipsius narret* [f], & *creati vt laudet ipsum* [g], non prædicare tantùm, aliáque obire munia, quibus colatur Deus, & iuuetur proximus, sed horas quoque diuinas celebrare, tum in choro si fieri commode possit, ac sine detrimẽto vtiliorum aliorum operum, tum etiam extra chorum: quod certum est non rarò facere, & non illud, illos ipsos, qui tametsi pertineant ad ordines religiosos, qui celebrationem solemnem horarum profitentur, ac frequentant, distinentur grauioribus atque magis necessariis occupationibus prædicandi, docẽdi, & similibus. Nec quod vel Dauid [h], vel Daniel [i], vel Petrus ac Ioannes [k] leguntur priuatim fecisse, satis apte affertur in argumentum, ad publicam in choro probandam certis horis orationem, quasi qui hanc non frequentent, istorum argui auctoritate aut exemplo possint. Qui canit, non canentem non iudicet; & qui non canit, canentem non spernat, velut inutilem, ac contemptibilem; nam & prior potest æmulari faceréque meliora; & posterior eadem hæc fortassis poterit simul, & illud, quamuis non ira sedulò & continuatè. Magister [l] historiæ scholasticæ scribit Iudæos orare solitos, hora tertia, sexta, nona, quia lex data fuerat hora tertia; serpens erectus sexta; aqua de petra extracta, nona. Ecclesiam id imitari, quia tertia datus est spiritus sanctus; sexta, Christus crucifixus, nona, lancea percussus, vnde sanguis exiuit, & aqua. Sed quod dicit, Apostolum ter in die orauisse, non potest probare, licèt pluries id fecisse nõ dubitem, quoniam prodit ipsemet de se tantùm [m], quòd *ter Dominum rogauerit, vt discederet* stimulus carnis. Ter in die Apostoli constituerunt [n] orationem Dominicam recitari. Solet nunc etiam ter signum orandi populo dari, mane, meridie, principio, cùm autem id fieri septies, coniungendo cum matutino primam, cum vesperis completorium, volunt [o], de ministris Ecclesiæ, non de populo toto intelligunt. Quo pacto autem cunctis iniungatur semper orare, [p], aliàs dixi, nempe studium orandi commendantur, ac, vt cum ratissime, ter id saltem fiat. Ternario in oratione numero potest commode Trinitas designari, siue res personæ: totidem Theologicæ virtutes; cordis, oris, operis: peccata; concupiscentia carnis & oculorum, & superbia vitæ: hostes nostri; mundus, caro, dæmon.

Sed quod attinet ad tempus vespertinũ, matutinum, meridianum, Beda post Augustinum explicat dicere hoc loco Prophetam, se narraturũ, quæ sunt vespere, id est, præterita, & quæ iam sunt euangelizata, nẽpe, natiuitatem, passionem, resurrectionem Christi, & similia: annunciaturum, quæ sunt mane, id est, futura, videlicet de secundo aduentu: Deum exauditurum in meridie, dando æterna, & manentia bona, sicut sol tunc videtur stare. Item per vespertinum tempus ac matutinum prospera, quia tunc aura lenior, ventique ad nauigandum commodiores: per meridianum, feruorem aduersitatis interpretatur, vt

a Ibidem.
b in orat. Dominic.
c l. de bonis operib. c. 10. & sequen.
d in Directorio card. tom. 2. & alij de ritib. Eccles. &c. & sequen.

f Esa. 43. 21. & ps. 101. 19.

Horarum canonicarum celebratio tum in choro tum extra chorum probata.

h ps. 118. 5. & seq.
i c. 6. 10.
k Actuum 3. 1. c. 10. 9.

l in Daniel. c. 9. Quando tempora apud Iudæos. Hora 3. Ecclesia significata.

Psalm. Apostolum ter in die orasse non potest probari.

m 2 Cor. 12. 8.

n Clemens 7. constit. c. 25.

o l. 8. c. 34. vel. 36. vel 40.

p Luc. 18. 1. 1. Thess. 5. 17. Cum rarissimè, saltem ter orandum. Ternarius orationis numerus quæ possint cõmodè designari. Theologica virtutes, cordis, oris, operis.

Beda applicatio huius loci de vespere, mane, meridie.

nec erigatur quis in prosperis, quin narret; nec frangatur aduersis, quin annunciet. Cassiodorus, Bruno Herbipolensis, Hugo, Dionysius, tria tempora de eadem passione accipiunt, quando Iudas tradidit Christum cohorti, quando perductus est ad Pilatum, quando crucifixus: an primo narrasse Christum futuram proditionem; in secundo profectum coram Prætide veritatem: in tertio, post verba in cruce prolata expirasse, & exauditum fuisse. Hugo præterea tropologicè perpetuam laudationem Dei vult denotari in senectute, pueritia, iuuentute (Dionysius vocat finem, principium, medium vitæ:) Vel, in morte, in generali resurrectione, in plena Dei visione. Idem innui dicit (id etiam affert Dionysius) eos quibus narretur, & annuncietur, scilicet peccatoribus, quibus veluti Sol occidit: incipientibus bene agere: perfectis. Hoc ipsum conuenit ignorantibus veritatem, & in ea vel proficientibus, vel perfectis. Dicuntur enim Christiani, fratres, vt asserit Tertullianus, [a] quia ab vno vtero eiusdem ignorantiæ, ad lucem expauerint veritatis.

Tropologica expositio.

Christiani, fratres cur dicti.

a Apolog. c. 19.

Vespere, & mane, & meridie.] Altercantur, qui de operibus sex dierum differunt, Genesisve tractant librum, quid sibi velit in Genesi [b] quod scribitur, *vespere & mane factum diem vnum*, cúrque à vespere potiùs Moses inchoauerit. Melior & communior sententia est, *vespere* sumi pro termino diei, quando solis iam lux penitus desijt; *mane* pro termino noctis exclusiuè: & prius nominatũ *vespere*, quia nulla præcesserat nox ipsum diem, propriè loquẽdo, cùm prius habitus præcedere priuationem debeat; hoc autem intelligi debere vnius, & quidẽ nostri hemisphærij respectu, quia quamprimum dies fuit in vno, hoc est, in nostro, in quo Sol primùm resplenduit, fuit item in altero nox, hoc est, in ortu nostro, non in occasu: vt sibi tamen Catherinus [c] persuasit, & Oleaster [d], cœpit lux: Denique per *vespere* noctẽ, per *mane* diem intelligi, ex quibus componitur integer dies constans horis viginti quatuor, quẽ diem ciuilem etiam appellatum (omittam enim distinctionem naturalis, seu vulgaris, artificialis, ciuilis, legalis, siue emergentis, conuentionalis, Ecclesiastici.) Alij aliter inchoabant, vel à Sole occidẽte ad iterum occidentem Solem, vt Athenienses; seu à vespera ad vesperam, vt Hebræi; vel ab ortu ad ortum, vt Babylonij, Persæque; vel à meridie ad meridiem, vt Vmbri, & Hetrusci; vel à noctis medio ad aliud medium, vt in ieiuniorum obseruatione, & officij recitatione obseruat Ecclesia, nec non Iurisconsulti Romani, & Ægyptij, ac Hipparchus. Qua de re Plinius [e], Gellius [f], Macrobius [g], Censorinus [h], Isidorus [i], Seruius [k], Plutarchus [l], Alexander ab Alexandro [m], Ticaquellus [n], Beda [o], Clauius noster [p], Alcanius Martinengus [q], Anastasius Synaita [r] & in Genesim Vielmius, Hamerus, Pererius, Delrius, Ystella, præterea Rhodiginus [s]. Hebræis triplex fuit dies: vsualis, à media nocte, ad mediam sequentis diei noctem; legalis, à vespera ad vesperam: naturalis, à solis ortu ad eiusdem ortum.

Diuersa apud varias gentes inchoatio.

b Cap. 1. *Circa loca Geneseos altercatio.*

c in 2. Gen. d ibid.

e lib. c. 77. f l. 3. c. 2. g l. 1. c. 3. h de die nat. 15. cetym. c. 3. i in 5. Gen. l in pro c. 84. m l. 4. c. 20. n in eũdem. & in tractatu rerũ tum. m. 25. 1 gl. 11. in verbo & dierum. num. 1. & seq. *Hebræis triplex dies.*

o de ratione temporum c. 2. *Videntur res omnes esse in sphæram coq.* p in glos. magna in c. 1. Gene. r l. 1. in hexa. l. 2. c. 1. t. 1. psl. 118 7. *Mirabilis lucis applicatio.*

Hoc loco *vespere, mane, meridie*, tres partes naturalis videntur potissimæ, omissa distincta mentione noctis, qua tamen media Dauid noster alibi [t] testatur surrexisse ad confitendum Deo super *iudicia iustitiæ* ipsius.

Moraliter vita iusti habet hæc omnia tempora, qui sic sanctitate præstantior, vt scilicet iam à prima pueritia Deum colat; & ipso vespere quo videt appropinquante æternam illam diem, feruentius id agat. Reprobo vespera non est, quamuis interdum mane, & meridies, aut alterum ex his: sed si ad meridiem peruenerit, illi tunc *occidit Sol*, atque *tenebrescent terra in die lumini* [b].

b Amos 8.

Narrabo, & annunciabo.] Hieronymus, *loquar & resonabo.* Alij præsenti tempore, *loquor, & tumultuor* aut in imperfecto, *loquebar*, seu *clamabam, & fremitum edebam*, siue *conquerebar*: aut etiam in futuro, quod est in textu, *precabor, & importunus ero*, seu *sollicitus ero, instabo.* significat, quid facere soleat velitque in tribulatione constitutus, quam consuetudinem propositúmque, variis temporibus exposita denotant verba. Sunt autem Hebræa verba שיחה ואהמה *aschiah veehemeh*, de quibus alias actum est, & vltimum indicat ardorem, atque instantiam, & importunitatem orandi, iuxta illud [c]: *spiritu feruentes, orationi instantes.* Paraphrastes reddit, *orabo & strepitum edam.* Valet *συγκύπτομαι exponam ἀναγγελῶ annunciabo*; nempe vt accidit ei qui quidpiam aliud scire vult, vt is illi subueniat, &, quod hîc statim subditur, vt exaudiat. Quocirca non arbitror ad literalem facere sensum, vt *narrare* & *annunciare*, ad res diuersi temporis pertinent, quamuis ita Latini passim declarent. Sic etiam *vespere, mane, meridie*, huiusmodi rebus attribuentes, vt antè vidimus. Nec referũtur etiam ista ad prædicationem, quæ aliis fiat literaliter loquendo, vt *narrari* dicantur facilia, *annunciari* difficilia, quòd Hugo; siue minora, & maiora; quod Hieronymus asserit. Sed *narratio* & *annunciatio* intelliguntur fieri Deo in oratione, cùm simul eiusdem beneficia præterita, cum gratiarum actione commemorantur, simul alia postulantur: vel de Deo in solemni & publica laudum ipsius celebratione, recitando quæ Deus bona contulit, & quæ promisit. Sed melius primum esse, ostendit illud, *& Dominus exaudiuit me.* Et *narrandi* verbum, prioribus psalmis, ac posterioribus, alibique id simpliciter significat quod dixi, sicut & *συγκύπτω*: quamuis Hebræum sit aliud nempe ספר *saphar.* Minime probabilis Caietani expositio de lictoribus, ac etiam de ipsomet Saule, prophetantibus cum aliis prophetis, quando peruenerant ad cuneum prophetarũ, vt caperent Dauid: nam etsi fortassis Dauid quoque prophetauit, eóque modo euasit; & possent, quæ pronuntur in futuro, exponi per præteritum, vt dixi, & præterea exauditam vocem Dauidis intelligi, qua tunc etiam inter orandum flagitaret liberationem à Saule, tamen durior est explicandi modus hic, & vel nouitatis ac singularitatis nomine suspectus.

c Rom. 12. 1

Narrare & annunciare, ad res diuersi temporis pertinere.

Vers. 19.] Redimet in pace animam meam ab his qui appropinquant mihi; quoniam inter multos erant mecum.

Sensus loci.

IN hoc nominatim ait exaudiẽdam vocem suã, vt redimat illum ac vitam Deus ab iis qui appropinquent, accedant, irruant ad oppugnandũ: reddat verò ac restituat ei pacem, atque tranquillitatem, quam consequi aliter non possit, cùm idem ipsi hostes adiunxerint sibi plurimos alios, vel ex militibus suis multi abierint ad aduersarios, & impetu facto ad eum aduolaturi, secúmque vna contra eum cõiuncturi fuerint, & circumda-

tum cum, ita vt eo adire non posset, nisi auxiliarios Deus angelos mitteret, qui nonnunquam numero in quo ad opitulandum mittuntur. Id accidit Ceilæ, cum ciues prodituri Dauidem erãt & Saulem cum exercitu aduocaturi ad comprehendendum illum, qui multis partibus pauciores habebat, quibus fuerit se valeret. Deus autem admonuit, vt ille se fuga proriperet [a]. Quiddam quoque simile contigit, quãdo illum filius Absalom persequebatur [b]. Vel cur id speret exponit, quoniam grauissimum periculum sit ab iis qui cũ *appropinquent*, id est, propinqui & amici videantur, ac sint; tamen factis, réque ipsa nil differant à gregalibus & ignotis, ac eum, nulla propinquitatis & amicitię habita ratione, pessimè tractent. Præterea ratio esse potest fiduciæ tantæ, quoniã appropinquantes contra se, id est, pugnantes, eo habuerat loco, quem eorum requirebat dignitas & conditio, nempe Saülem pro rege, ac socero, & magistratus ipsius pro legitimis regni gubernatoribus: aut Absalonem pro filio, Achitophelem pro primario consiliario suo, aliósque pariter suo quemque gradu honorificè tractauerat, nullum læserat, ac proinde flecti ad commiserationẽ debere videbatur Deus, & innocentiæ ac benignitatis illius rationem habere. Varij hi sensus oriũtur ex diuersa verborum notione, quam nunc expendemus. Interim censeo meliorem primum de pugnantibus numero magno contra Dauidem.

a 1. Reg. 16. 10.

b 2. Reg. 15. 14.

Sensus mihi.

Redimet.] Futurum pro præterito פָּדָה *padah* etiam Hieronymus reddidit; fierique id sæpius, iã multoties vidimus. In psalterio Romano & Ambrosiano, & apud Arnobium, & Hilarium, *liberabit*; apud Cassiodorum, *liberauit*. Non significat hoc loco *redimere* proprio pretio dato, sed simpliciter liberare, & quidem priusquam quis ab hoste capiatur. Græcum verbum λυτρώσεται, pretium per se inuoluit: sed latiùs extendi debet: eodem pacto פָּדָה *padah*, quod aliquando redditur *eruere* [c], *dimittere* [d], &c. ἐῤῥύσατο autem habetur primo loco, per quod Nicephorus nostrum explicat.

c Iob 5. 15. d Exod. 21. 8.

In pace.] Pacem restituet, aut, quod Euthymio placet, *absque labore*, aut, quod Nicephoro, *sine bello redimet, ac liberabit.* non gessit Dauid bellum contra Saülem, sed Philisthæi. Mystice de Christo Hilarius declarat, qui *pacificauit omnia ab cœlis & in terra* [e], per animam, siue vitam, quam pro mundo posuit deditque: & eam ipsi Pater restituit, vt ait Hieronymus, eripiendo de tribulationibus mortis. Vel, *in pace* redemit Christus animã suam, id est, in se ipso, qui *est pax nostra, faciens vtraque vnum* [f], vt idem Hieronymus docet. Christus enim idem, *quam posuit* sponte, *iterum* eodem modo *animam suam sumpsit* [g]. Eundem sensum mysticum Cassiodorus tectatur, & alij. Secundum tropologiam, *anima in pace redimitur*, inquit Ruffinus, quia de vitijs ad virtutes, siue de hoc mũdo ad Patrem, per omnipotentis Dei gratiam transfertur: quando, vt ait Remigius, dat Deus dilectionem, in eos qui intus, & qui sunt foris, siue inimici, & amici.

Mystica ad Christum applicatio

e Colos. 1. 20.

f Eph. 2. 14.

g Ioan. 10. 17.

Tropologia.

Animam meam.] Vitam meam, quę periclitabatur: hic Græce iuniores *animæ*, sed iuxta sensus mysticos pro ipsa substantia animæ peccato & damnationi obnoxiæ anima sumi debet.

Specie animæ vsurpatum.

Ab his qui appropinquant mihi.] Hieronymus, *ab appropinquantibus mihi.* Alij, *a bello* (quod erat) *contra me.* Ieu, *a prælio*, quod erat) *mihi* ne fas licet appropinquare mihi. Vel, *ab his, qui mihi insultabant.*] Vel, *a prælium tibus contra me.* Chaldaicè, *ne accederet ad me malum*: & *non admonebatur malum mihi.* מֵרָא לְמִקְרַב בִּישׁ לְוָתִי *de la lemikrau bis leuatbi.* Hebræa sunt מִקְרַב־לִי *mikkerou li*: quod exponi potest, *ab appropinquare mihi*, aut, *ne appropinquet quis mihi*, aut vtrouis modo, verbum *bellandi* vsurpando, vt sit קְרַב cum accentu coniungente, *keron*, infinitiui, & cum litera seruili. Sic in psalmo 26 [b]. *dum appropiant*] (hoc autem loco legit *appropiant*, Psalterium Romanum, & Ambrosianum, & Hilarius in commentario: Arnobius, *approximant*) *super me nocentes* בְּקָרֵב *bekeron*. Vel certè קֶרֶב *keron* nomẽ est more Chaldæo pro *pugna & bello*. Arnobius de bello disertè declarauit: Basilius ac Theodoretus de impugnantibus, nimirũ, cõminus manibúsque consertis. Galli, de hoste imminẽte, ac propiùs ad obsidẽdũ accedẽte dicunt castrensi phrasi, *Faire les approches*. Treuetus exponit, de accedẽtibus ad capiendum & occidendum. Præterea à nomine קֶרֶב *keron* in regimine, potest significare *propinquam*, & collectiuè *propinquos multos*, hoc est, contribules Ceilanos, & alios propinquitate sanguinis vel amicitię cõiunctos. Hoc exposuerunt modo Euthymius & Nicephorus: & hic appellat *συγγενίας*, aitque in ista oratione esse *περίστασιν*, vt à talibus etiã sit liberatus, quos nempe difficilius sit vitare. Euthymius vocat *cognatos*, atque olim *commilitones*, qui defecissent ad Saülem. Lyranus exprimit Ceilanos appropinquantes, in signum amicitiæ. Quod indicant etiam cæteri Latini, qui mystico sensu declarant de fictis falsísque fratribus in Ecclesia; nomine, nunc numine; corpore, non mente; numero, non merito, vt Gossa loquitur, & de proditoribus Christi; quemadmodum eodem sensu conquestus priùs fuerat Dauid, vt Hilarius notat, de Iuda quondam Apostolo. Lege quadam epistola Augustinum [b].

A

B

C

Gallica phrasis

Mysticus sensus.

b epist 48.

Quoniam inter multos erant mecum.] Hieronymus, *multi enim fuerunt aduersùm me.* Perperam legunt [c] aliqui, *inter multos erant mecum*, & interpretantur, quasi in medio multitudinis videretur sibi solus. Augustinus, & Psalterium Ambrosianum, *in multis*: Alij, *quoniam multi erant mecum*, nempe aduersum me, aut mecũ pugnantes quod *appropinquandi* verbo significari diximus. Vel, *in multis*, siue *cum multis fuerunt mecum*, aut *aduersùm*; nempe etiam pugnantes. Vel, *quoniam cum multitudine aduersùs me aderant*: Vel, sumendo, *quoniam*, pro quamuis, vt Gagneius sumit, & alibi sic sumitur [d], nec non Hebræum כִּי *chi* [e] *quamuis plurimi sint qui vndique oppugnent me*: Vel, *etiam si propinqui & amici essem, erant inter multos*, id est, inter hostes, & hostium loco.

c Ferdinandus a S. Iacobo serm. de S. Michaele cõsiderata Hispanismate.

Quoniam pro quamuis.

d Apoc 3. 8. e Exod 34. 9. Iosue 17. 18.

D

Sensus est satis receptus & communis: sperare se liberationem ab hostibus, qui pugnant, aut qui specie amicitiæ aduersantur, quoniam numero magno sunt, & plurimos aduocauerunt vel, etiam si plurimi sint *cùm non sit in multitudine exercitus victoria belli, sed de cœlo fortitudo, & facile sit concludi multos in manus paucorum, & non sit differentia in conspectu Dei cœli liberare in multis, & in paucis* [f]; *& non secundùm armorum potentiam Deus, sed prout ipsi placet, det dignis victoriam* [g]. Hoc voluit Symmachus, πολλοί γὰρ ἐγένοντο πρός με, *multi namque erant ad me*, id est, vel, contra me, vel si mecũ, & cũ meis comparentur. Habet eã vim πολλὸς & alibi [h] licet apud alios significet *exiguum pusillumve*. Eódem spectat, si *in multis* dicantur *esse cum aliquo*, id est, contra aliquem, qui freti multis mili-

Sensus loci.

E

f 2 Mac. 3. 18. 19. 1 Reg. 14. 6. 2. Paral 14. 11. & 25 8.

g 2. Mac. 15. 22.

Πολλοσὶς.

h 2. Reg. 23. 20. in emendatis habetur prou. 5. 24.

tibus.

tibus,armis,aliis præsidiis,confidant se deuincere posse. Id videtur versus ille Apollinarij innuere:

Secunda sensus. ὅτιαὶ μοι πολέμοι πεποίθοτες ἀλίσκοντο.

Quoniam mihi, multis fidentes, repugnabant.

Secundum sensum Paraphrastes Chaldæus indicat: *quoniam in multis afflictionibus fuit verbum eius in adiutorium meum*: ita vt propterea speret, quia sit prius expertus diuinam opitulationé. Hac ratione,ad illa, *in multis*, supplebitur tribulationibus:& in verbo, *erant*, adiutores missi à Deo, de cœlo, nisi forte legerit Paraphrastes in singulari

Tertius. הָיָה *haiah*, *fuit*, vel *erat*, scilicet Deus. Tertius retento plurali verbo, *erant*, est R. Abraham, & Kimhi,qui placet quoque Vatablo,Genebrardo, Agellio,spero confidóque,quoniã mecum(& pro me aliàs)inter multos (hostes versaretur) erant (qui iuuarent me,scilicet Angeli)aut inter multos, id est multi,pluréque quàm aduersarij pro me erant,nam angeli creduntur fuisse,qui,prout præmonuerat Deus, in cacumine pyrorum gradientes, sonitum ediderunt, tùmque egrediente Domino,scilicet per Angelos, percussa sunt castra Philisthim, reportauitque Dauid insignem victoriam [a]. Quamquam hoc accidit, cùm mortuo Saüle,iam Dauid regnaret;ac multo ante rebellionem filij, de qua etiam aliqui psalmum interpretantur. De Elisæo nota historia [b], & de bello contra Sisaram [c], & de victoriis Machabæorum,opera Angelorum [d];& de multis Christianorum,siue Angelórum ope siue aliorum sanctorum,vt Cõstantini,Theodosij, Honorij, Clodouæi,& aliorum. Quartus refertur ab Agellio, vt hi,non Angeli sed homines intelligantur,qui rebus Dauid studerent,ac Deum etiam pro illius salute orarent. Quintum idem excogitauit: vt

Quintus. בְּרַבִּים *berabbim* non *in multis*,aut *inter multos* Dauid intelligat fuisse, sed veluti designare viros principes quósque ipse honore affecerit, qui tamen cum ipso fuerint,videlicet pugnantes.

Auctoris sententia. De hoc sensu priùs quoque dixi,sed non recedendo ab editione vulgata, & Hebræum nomen accipiendo *pro multis*;aliter posset exponi, vt eos qui sibi aduersabantur,Dauid in multis, & inter multos priùs æstimaret magnique faceret,atque veluti selectos,& à multitudine secretos haberet.

Vers. 20.] Exaudiet Deus, & humiliabit illos, qui est ante secula.

Non enim est illis commutatio, & non timuerunt Deum.

Sensus loci. RENouat fiduciæ actum, speratéque se assirmat exaudiendum,deprimendos autem aduersarios,ab eo cui resisti non possit, cùm sit æternus, ac proinde iam inde ab initio super omnia obtineat principatum & potestatẽ:illos porrò punitione atque perditione dignissimos esse, quia resipiscere nolunt,& in melius commutari; à malitia sua,Dei timoreprorsus abiecto: Vel quia nec vis, nec sors illos vlla frangit, aut in peius mutatio,& quasi excidium;vel quoniam nulla in iis grati animi significatio, & suæ aduersus illos benenolentiæ; beneficiorúmque compensatio, vel quia flecti nulla ab ipso ratione,seu prece seu pretio possunt,vt à nocendo desistant, nec homines nec Deum verentes;vel quia non commutabuntur in resurrectione ad gloriam corporũ [e]. Hoc vltimum est Hilarij, & Ambrosij [f], Augustini etiam,& Cassiodori,Remigij,Bedæ; primum plurimorum:secundum Ariæ, Agellij:Tertium posit Caietani,Placidi Parmensis:Quartum ipse adiecto. Sexto Gagneius exponit, non esse commutationem illis à Deo,vt non puniat:qui

Nec cum semel decreuerit
Pronunciare aduersus eos,sententiam
Mutabit illis pessimo
Vitæ suæ à genere munus cessantibus,
Sed immorantibus suis
In consuetis flagitijs,neque interim
Ipsum Deum timentibus.

Septimus aliorum, non esse mutationem illis à felicitate externa,vt idcirco non timeant Deum, sed tencat eos superbia, quia *in labore hominum, nõ sunt, & cum hominibus non flagellantur* [a]. Clarior sensus ille redditur,si quis vertat,*non enim sunt illis excisiones*: quamuis hæc versio congrueret etiã primo sensui,ad exprimendam duritiem & obstinationem animorum.

[a] psal. 72. 5.

De Christi persecutoribus barcinistarum. De Christi persecutoribus commodè exponitur ab Euthymio, qui videlicet æternitatem ac diuinitatem eius minimè crediderint:partim autem sublati, partim per orbem dispersi, abiecti, humiliati fuerint, omnibus seruientes nationibus: commutationis verò, hoc est, pretij, quod soluit Christus pro omnibus, fructum recipere noluerint;ideóque nulla illis alia supersit redemptionis & salutis via:sed, quod ait Ambrosius [b], gratis & sine pretio disperserit illos Deus,sicque *non fuerit multitudo in commutationibus eorum* [c]. Tropologicè, non est commutatio cæteris quibuscumque qui se à societate sanctorũ, per opera mala separant. quia non sibi comparant quod pro animæ suæ salute commutent; cum nullam homo *commutationem* dare *pro anima sua* possit [d], quã capiat offerátque ex externis quibusuis bonis,sine bonis operibus,& pretio sãguinis Christi,sed,vt idem Ambrosius [e] docet, vbi iniquitas propendet, nulla bonorum operum commutatione reuocetur.Tractat Greuerus egregie tropologiam de mutatione spirituali,ad eámque pertinere titulos psalmorum; *pro his qui commutabuntur*. Præter enarratores, Fulgentius [f] explicat de miseris & infelicibus,qui de malo ab bonum negligunt istius vitæ tempore commutari. Ne autem sibi frustra promittant peccatorum indulgentiam transacto huius vitæ limite conferendam,subdit postea,quòd *extendit Deus manum suã in retribuendo*. Quam retributionem idem Patet deinceps ait consistere in cæcitate cordis hic, & post præsentem vitam in æterna damnatione.

b in psal. 43.

c psal. 43. 13. Tropologice.

d Matt. 16. 26.

e supra.

Tropologica de mutatione spirituali. Fulgentius de remiss. peccat. c. 13

Exaudiet Deus.] Nimirum non eos, vt videtur nonnullis,sed me,qui principio psalmi hoc flagitaui, & vespere orationem,manè, meridie frequentando, id impetraturum dixi. Quamquam exponi posset, quòd *exaudiet eos*, nempe aduersarios,id est,pernicios consilia, & verba ipsorum contra me. Sed primum melius; fauet tamen posteriori sensui textus Paraphrasis Chaldææ, vt extat in bibliis Regijs יִשְׁמַע קֳדָם אֵל *iishmahh kodam el, audietur coram Deo*; quamuis etiam declarari posset,oratio mea. Apud Nebiensem habetur sicut in textu Hebræo יִשְׁמַע אֵל *iishmahh el, audiet Deus*. Apollinarius omnino secundum secutus est sensum.

Secunda expositio.

κἀνυς ἀκούσαιον γενέτης κόσμου μεφαίνει.
illos audiens genitor mundi tabefaciat.

Et humiliabit illos.] Affliget, punget, prosternes, deiiciet de gradu,longéque proiiciet.Chaldæus,

& accipere ab eis, id eſt, vel repetere pœnas, vel auferet dignitatem, bona, vitam, &c.

Qui eſt ante ſecula.] Additur in pſalterio Romano, *manet in æternum*. Hieronymus, *qui iudex eſt ab initio*. Alij ex Hebræo יֹשֵׁב קֶדֶם *veteſcens kedē & manens ab initio*. Vel, *ex ſedens, habitansque antiquitatem*, ſeu *æternitatem*, aut *antiquum*, aut *ab initio*, vel, *qui ab æterno ſemperq; regnat*. Videtur litera ſeruilis (ו) *ve*, &, continere cauſæ redditionem, vt propterea humiliet Deus illos, quia ſemper conſedit in ſolio regni, & in tribunali iudicij; & quidem tranquillus, placatus, immutatus, nullis hoſtium commotus minis. Paraphraſtes: *ac ſcribit in cœlis* (ſicut) *a principio ſeculorum*. Similis locus, *Deus* [a] *ſedet ſuper ſedem ſanctitatis ſuæ. Dominus* [b] *in æternum perhanet, paranit in iudicio thronum ſuum*: [c] *ſediſti ſuper thronum qui iudicas iuſtitiam: Dominus* [d] *in templo ſancto ſuo. Dominus in cœlo ſedes eius: ſedes tua Deus in ſeculum ſæculi, virga directionis virga regni tui: ipſe* [e] *reget nos in ſecula: Deus* [f] *rex noſter ante ſecula: a ſæculo* [g], *& in ſeculum tu es Deus: parata* [h] *ſedes tua Deus, ex tunc a ſæculo tu es. Regnum* [i] *tuum, regnum omnium ſæculorum, & dominatio tua in omni generatione & generationem*. Caſſiodorus compeſcit hoc loco Arianorum inſanam temeritatem, qui creatorem temporum Verbum, ſeu Dei filium coæternum Patri & conſubſtantialem, prædicare non verentur ſub tempore fuiſſe. Nicetas [l] Choniata Valentinum redarguit ex hoc loco, quòd confingeret inter principia cum diis etiam ſæcula, quaſi non hæc feciſſet vnus & idem verus Deus.

a pſal 46 9.
b pſal 9.8.
c Vers 5
d pſal.10.5.
e pſal. 44. 7.
f pſal. 47. 15.
g pſal. 71 12.
h pſal 89 2.
i pſal 92 2.
k pſal.144. 13.
Ex hoc loco inſana temeritas Arianorum confutata.
l 4. theſaur. cap. 4.
Valentini vero error.

In fine eſt סֶלָה *ſelah*, & in emendatis Bibliis Græcis Διάψαλμα, eiuſque meminit Hilarius, de quo in Pſalmo 3. [m]. Iuxta exemplaria Hebræa, eſt hic in medio verſus. Cur autem, cùm ſoleat potiùs in fine poni, nunc ita locatum ſit, Bredembachius cauſam reddit, quia non minùs eo quod præcedit, expendendum ſit id quod ſequitur de ratione interitus illorum. Hilarius docet interiectum diapſalma, omnem his, ob impœnitentem impietatis eorum profeſſionem, ſpem reſcindere. Valde incertus vſus iſtius vocabuli, vt monui eodem pſalmo 3.

m Verſ. vlt.

Non enim eſt illis commutatio.] Hieronymus, *non enim mutantur*. Alij exponentes Hebræa אֲשֶׁר אֵין חֲלִיפוֹת לָמוֹ *aſcer en chaliphoth lamo*, ſic reddunt, *quibus non ſunt mutationes*: vel, *nam non ſunt mutationes ipſis?* vel *non ſunt exciſiones illis*. Ex Symmacho videtur mutuatus Hieronymus: οὐ γὰρ ἀλλάσσονται. Aquila vertit, ὅτι οὐκ εἰσὶν ἀλλαγαὶ αὐτοῖς, *quibus non ſunt mutationes eius*: Lxx. quos ſequimur; ὅ γὰρ ἐστιν αὐτοῖς ἀπάλλαγμα. Quod attinet ad Hebræum textum, prima dictio אֲשֶׁר *aſcer*, aut ſignificat pronomen *quibus*: aut particulam cauſalem *nam*, ſeu *enim*. Secundò nomen pluralis numeri, *mutationes* ſiue *viciſſitudines*, aut *exciſiones*, quo pacto in Iob [n] *expecto donec veniat immutatio mea* חֲלִיפָתִי *chaliphathi*. Chaldæus exponit de immutatione vitæ; Lxx. transferunt ἕως πάλιν γένωμαί, *quouſque rurſus fiam*. Aquila & Theodorio, ἕως ἂν ἔλθῃ τὸ ἀλλαγμά μου, *quoadiuſque venerit mutatio mea*: Symmachus, ἕως ἂν ἔλθῃ ἁγία φύσις μου, *donec veniat ſanctitas nativitas mea*. Sed alij etiam ibi exponunt *exciſionem*. Vnde facile eſt eo ex loco confirmare varios huius noſtri ſenſus, quos priùs attulimus.

n cap. 14. 14.

Quarto Hilarij & Ambroſij de commutatione reſurrectionis ſanet immutatio Iob, vt rurſus fieri ſignificat, vel ſanctam nativitatem. Si autem interpretemur de mutatione per exciſionem, tráſitumve mortis, conferet ad ſecundum, ſextum, ſeptimum. *Immutationem*, vt eli in melius, ſecundùm mores accipiunt, qui primum tradunt, numero ſanè multi, vt ſcilicet ſignificetur pertinax & obſtirmatus in malo animus, qui *cum in profundum peccatorum venerit, contemnat* [a], *durum ſit, & nervus ferreus cervix eius, & frons illius aurea* [b]. Certè hic ſi ſenſus verus, vt ſanè veroſimilis, probatur mihi Folengij coniectura, non ſine gemitu & lacrymis in hæc Dauidem verba prorupiſſe. At negari nō poteſt quin ἀπάλλαγμα proprie ſit *mutatio pro alio*, vicéque alterius, idve quod pro alio datur in permutationem, & quo dato aliquid redimitur: denique compenſatio, & conuentio, qualis cernitur in commercijs, contractibus, mutuis hinc inde officijs. Hanc notionem optimè tertia & quarta expoſitio exprimunt. Apud Matthæū [c], & Marcum [d] eſt Græce ἀπάλλαγμα in illa ſententia; *quam dabit homo commutationem pro anima ſua?* In libro Eccleſiaſtici [e] redditur Latino nomine *reconciliationis*, cùm ſcribitur de Noë, quòd *in tempore iracundiæ factus eſt reconciliatio*, quaſi pretio innocentiæ ſuæ obtinuerit, vt ipſe cum ſuis paucis genus humanum conſeruaret, ne prorſus excideretur, aut poſt diluuium, per oblationem ſacrificij, ne iterum orbis diluuio periret. Igitur hoſtibus Dauid ſuis *non eſſe commutationem*, intelligi poteſt dixiſſe, vt ego quarto dicebam loco, quia irreconciliabiles flecti ſe obſequio, officio, beneficio nullo ſinebant, nec vllo quaſi pretio contenti erant. id indicat etiam Apollinarius:

a Prou. 18. 3.
b Eſa 48 4.
Folengij probata coniectura.
Ἀπάλλαγμα.
c cap. 16 26.
d cap. 8. 37.
e cap. 44. 17.

οὐ γὰρ λύτρον ἔχουσι.
non enim pretium habent.

Vel, quoniam, vt alij auctores tertij ſenſus, beneficia collata, ingratiſſimi non compenſabant. Crimen ſignificatur ingratitudinis, ait Caietanus; qui ſunt tales, quòd non ſunt ipſis permutationes receptorum beneficiorū & officiorum à me.

Et non timuerunt Deum.] Poſſet illud &, eſſe pro, *quia*, vt ideirco non ſit improbis commutatio, tot illis mod(s, quos attulimus, quoniam abiecerunt à ſe timorem Dei.

Et pro quia.

Verſ. 21.] Extendit manum ſuam in retribuendo. Contaminauerunt teſtamentum eius.

Verſ. 22.] Diuiſi ſunt ab ira vultus eius; & appropinquauit cor illius.

Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum; & ipſi ſunt iacula.

Senſus loci.

DOcet, propter tãtam hoſtium ſuorum, ſiue pertinaciam in malo, ſiue ingratitudinem ſiue irreconciliabile odium, iam Deum in eos vltricem manum ſuam extendiſſe, & paratum iam eſſe ad condigna eorumdem ſceleribus retribuēdum ſupplicia, eo quòd violauerint & profanauerint pactum cum Deo initum, legémque ipſius de nullo opprimendo; præterea promiſſum, quod nomine Dei Saul dederat Dauidi, ne ipſum ampliùs perſequeretur. Quare futurum certò prædicit, ac vt iam factum dicit, vt ab ira diuini vultus, atque à vindicta indignationis eiuſdem diſſipentur, diſpergantur, remoueantur à rebus ſuis, à vita, à ſocietate ſanctorum: iam enim Deum cogitaſſe, córque applicaſſe ad faciendam citò vindictam. Vel *cordis appropinquatio* ponitur ad

cumulum improbitatis illorum, quòd virus malevolentiæ, fœta tegerent amicitia; quemlibet enim, seu hunc & illum, ac præsertim proditionis primarium auctorem, corde agitauit proditionem perniciémque, blandissimis interim, ac oleo lenioribus verbis vtendo, cùm reuera nihil nisi sagittæ essent, quibus transfodere, ac perdere studebant. Idem sensus erit in ceteris, si primum membrum exponas de inimico extendente manum ad nocendum amico. Aliter exponi potest, cum Agellio, quòd si qui ex aduersarius (nam numerus singularis collectiue sumêdus est,) videantur extendere manum, vt retribuant, rependant, compensent accepta beneficia ei qui contulit, adde, si extendant, ac protendant, & porrigant manus priùs exosculatas, & ad amplexandum, benevolis verbis vtendo, obsequiúmque offerendo, nihil aliud tamen agunt re vera, nisi contaminant, violant, rumpunt fœdus, ac veluti testamentum amicitiæ cum illo; & è contrario, quibus putantur esse infesti, hos benevolentia, ac beneficiis prosequuntur; ita vt ex vultu externaque specie, non satis dignosci possit quid intus in animo gerant, sed merito affirmare possis vultus eorum, diuisos esse, quasique multiplices, cùm nunc iam præ se ferant, séque diuisos, & alienos ostendant, quibus tamen corde appropinquant, diligentes ex corde, & animo: nunc ad benignitatem componêdo vultus, blandis vtantur ac lenibus verbis, quibus pernicië tamen machinantur.

Agellij expositio.

De persecutoribus Christi expositum, & aliis.

De persecutoribus Christi Iudæis, ac de quibuscumq; aliis, qui Ecclesiam, ac iustos infectentur, maximè per dolos, fraudes, simulationes, locũ istum totum tractatores declarant; nec vno tamen modo, quia variè permutatur numerus, ita vt vel singularem de Deo interdum, vel collectiuè de multis accipiãt. Sed hæc dispicientur commodiùs in particulari explanatione singulorum.

Extendit manum suam in retribuendo.] Apud Rufinum, *extendet*, quod ita etiam in futuro explicat Haimo, & alij: apud Hieronymum in commentario, *expandit*. In psalterio Romano, *& extendit manum suam in retribuendo illis*. Hieronymus, *extendit manum suam ad pacifica sua*. Hebraicè sic est שלח ידיו בשלמיו *sealach iadau bisloman*. Quod alij vertunt, *misit manus suas in eos, qui pacifici erant cum eo*; vel *in paces suas*, vel, *in virum pacium*, siue *fœderum suorum*: vel *in pacificos suos*: vel *in eos, qui peculium suum erant*. sensus est, quòd hostes duce vno, siue is fuerit Saul, siue Absalom, in media pace bellum intulerint, manúmque violentam iniecerint, & pacem simulando, amicitiæ fœdus vinculúmque (quod sequentia continent verba) fœdè ruperint; & amicissimos violauerint, qui solent appellari *pacifici* [a]. Aquila expositi, ἐξαπέστειλε χεῖρα αὐτοῦ εἰς εἰρηνικοὺς αὐτοῦ, *misit manum suam in pacificos suos*. Aut, vt refert Theodoretus, siue Basilius, idem ac Theodotio, & Symmachus, quos vocant interpretes tres, ἐξέτεινε τὴν χεῖρα αὐτοῦ εἰς τοὺς εἰρηνεύοντας ἐν αὐτῷ πρὸς αὐτόν, *extendit manum suam in eos, qui pacem habebant in ipso ad ipsum*, seu *erga ipsum*. Quamuis in scholio referatur tantùm πρὸς αὐτὸν ex Theodoreto, & videntur ἐν αὐτῷ, & πρὸς αὐτὸν varix lectionis verba, simul per errorem coniuncta. Chaldaicè, *extendit manus suas in homines pacis sua*, sed aliter dispungit Nebiensis: *extendet manum suam in hominibus pacis*, siue, *permutabit pactum suum*. Videntur L x x. legisse יָדָיו *in-do*, *manum suam*, in singulari, & בְּשַׁלְמוֹ *bisloma*, *in retribuendo ipsum*, per infinitum verbum, cum litera seruili & affixo pronomine numeri singularis. Verbum שָׁלֵם *sealam*, simul inter alia significat *soluere debitum*, quod est genus retributionis, & *pacem habere*, *pacificúmve esse*, quia, qui soluit, iam nil habet quod pacem turbare possit cum alio. Vnde *manum extendere ad pacificat*, vel *pacificet*, reprehenditur, quoniam exigit pœnas ab iis qui nihil debebant, aut commerui erant. Propterea vocantur peccata, *debita* [a], & scribit Sapiens [b], quòd *qui detrahit alicui rei, ipse se in futurum obligat: qui autem timet præceptum, in pace versabitur*. Vt rectè hic prius dictum sit, *& non timuerunt Deum*: nunc verò, *extendit manum suam in retribuendo*, vel, *ad pacifica, pacificéve*, nempe, vt iis retribueret, ac eos puniret, qui nihil debebant, & quos in pace viuere sinere debebat. Exponunt porro dicti Patres de Saüle persequente Dauidem benefactorem, familiarem, notum, & de Iuda Christum seruatorem, & bonorum suppeditatorem.

De Saule & Iuda exposito.

Et dictis vnus conficitur sensus literalis cũ mystico, vt scilicet *extendere manum* intelligatur inimicus *in retribuendo*, vel, hoc accipiendo in malam partem, vel in bonam, sed cum simulatione, vt in paraphrasi dixi: de duplici autem notione dicti verbi [c], alibi priore tomo; & trita etiam phrasis est [d], vt *extendere* sit grauiter percutere, & considerate. Alter sensus fere communis Latinis, est à me primo priùs loco positus de Deo puniẽte persecutores Dauid, ac sub isto typo etiam Christi, Ecclesiæ, quorumlibet iustorum: præsertim autem Iudæos interfectores Christi. In *extensione* verò, seu *expansione*, Hieronymus attendit, quòd quam recipere, cùm porrigeret Christus tota die manum ad auxilium, populus non credens, & contradicens, noluit, vindicem experiretur & hic, & in iudicio. Vocat Nicephorus hanc *Dei manum*, τὴν κολαστικὴν δύναμιν, ἐπὶ τῷ δοῦναι τὴν ἐπιφερομένην τιμωρίαν, *punitiuam potentiam in reddendo debitam castigationem*. Alius dicendi modus, allatus quoque ex Agellio, quod ad hoc pertinet membrum, tolerari potest, sed in aliis patitur difficultates, quas postea expendemus,

Sensus literalis.

Sensus literalis cum mystico.

Sensus alter literalis.

Hieronymus explicat extensionis.

Dei manus Nicephor. descripta.

Videtur mihi Apollinarius *retribuendi* sumpsisse verbum in bonam partem, Deóque tribuisse, quẽ improbi non timere dicti antè sunt, ac spernere; cùm tamen ipse non desinat suo tempore, vicibúsque quibusdam illos afficere beneficiis:

τοῦτ' ἔστιν, ἀμοιβαίοις παλάμην συνέχυσεν εἰς ἔργοις: *extendit mutua manum vergentem ad opera.*

Sed Hilarius differre ita sumpsit, explicãs, cùm ad retribuendum Deus improbis manum extendisset, id est, auxilium obtulisset, contaminasse testamentum ipsius, hoc est, eum qui testamento legis ad salutem pronunciatus est, repulisse. *Manus expansa* denotat quandoque clementiam, & beneficentiam [e] Dei, seu, quod idem est, *tenere manu*, significat protectionem. Placuit idem sensus Brunoni Carthusiano.

Sunt etiam [f], qui priora verba, *non est illis commutatio*, exposita de obfirmato odio istis nectentes, interpretentur in eo esse obstinationem, quòd mordicus, ac tenacissimè manibus veluti prehendant, quem oderunt: sicut gryphum [g] ferunt, quod vngue arripuerit, nulla ratione dimittere, nisi præciso sibi pede: & narrant [h] tanto nescio quem odio flagrasse, vt desperata iam vita in naui, cùm priores periclitari cognouisset, qui sederent in puppi, lætari se diceret, quòd ibi esset inimicus, cuius se sperabat prioris interitum visurum, quàm proprium.

[a] Matth. 6. 12. Prou. 13. 13. Per metaph. de debita retinentur.

[b] Prou. 28. 20.

[c] Psal. 7. 5. & 118. 109. 121. 126. 141. 10. &c.

[d] Extendere passim Scripturæ.

[e] Ezech. 2. 9. Et 11. 65. 2. Manus expansa pro Dei clementia & benignitate frequentia.

[f] Petrus Valderama in exercitio feria 6. post cinere Hispan. idem mare.

[g] Gryphi natura.

[h] Ricaud. B. in symb. to. 2. c. 1.

Scipio Amirat. Extremi iudicij exemplum.

Contaminauerunt testamentum eius.] Augustinus, *polluerunt.* Hieronymus, *contaminauit pactum suum.* Vbi seruat eundem singularem numerum, qui erat in priore membro; & pronomine reciproco vtitur, ita vt is, qui *extendit manum*, videlicet ad nocendum, id faceret, contaminando, polluendo, violando, rumpendo pactum suum, quod inierat cum alio. Hebraizantes alij eodem fere modo, *polluit pactum suum, maculauit fœdus suum:* vel *irritum fecit fœdus suum*; vel, *amicitia vinculum turpiter rupit.* Symmachus, *παρέβησαν συνθήκην, transgressi sunt testamentum.* Quadrat id optimè in Saulem, qui toties pollicitus erat cum iuramento, non insidiaturum amplius vitæ Dauidis [a], quem etiam generum suum fecerat; quod hic *pactum* Caietanus interpretatur. Nec non etiam Absaloni bene conuenit, quem præter naturalem confœderationem, credibile est, postquam ei Pater ignouit, ac in conspectu quoque admisit, prolixè pollicitũ obedientiam & vitã meliorẽ. Iudæ, & Iudæis quàm aptè congruat, nemo non videt. Ad eos respexisse L x x. existimo, vsurpando vocabulum *διαθήκης*, quod solet de lege tota, tum veteri tum etiam noua, accommodatè vsurpari, vt alias docui, quemadmodũ & Hebræũ בְּרִית *berith*, sed & per verbum *ἐβεβήλωσαν*, quod violationem ac profanationem rei sacræ designat, vt Euthymius obseruat, innuerunt profectò iidem interpretes sanctum illud vtrumque & sacrum testamentum, Iudæósque profanos euasisse. Tametsi constat, apud omnes gentes, iurisiurandi, pacti, fœderisque sanctam religionem semper fuisse. Periurans dicitur *polluere nomen Dei* [b]. Saül, & complices, ait Euthymius, profanauerũt ac spreuerunt legem Dei, qua mandatur, *Diliges proximum tuum*, & alia huiusmodi: Christi autem occisores, spreuerunt Euangelium. Iudæi isti etiam legem illam spreuerunt, reiecto Christo, & vniuersam legem, atque testamentum, quo, vt Hilarius docet, prænunciatus erat. Hoc modo, pronomen, *eius*, refert personam distinctam, cuius sit testamentum, quod alij contaminent ac profanent: priore autem modo, retinendo reciprocum pronomen, *suum*, significatur, quòd eadem persona, quæ pactum iniit, id violauit: quamuis non rarò alterum pro altero pronomen ponitur, vt nõ semel antea monuimus. Contaminatio testamenti diuini, consistit in eo, quod Hilarius dicebat, & quoniam Iudæi refutando Christum, scripturis resistebant, Deúmque ipsum, re ipsa mendacem faciebant, & quicquid sanctum & sacrum in lege erat, cùm referretur ad Christum, dum hunc spernebant, profanum & commune ducebant. Id mali quoque faciunt nunc Christiani peccando, quod Paulus [c] vocat, *pollutum ducere sanguinem testamenti*: Ezechiel [d], *violare sanctum Dei in omnibus abominationibus, & in cunctis abominationibus;* & *violare sanctum Dei*, & *introire in illud, in modum eius qui furiosus, & contaminare illud.* Malachias [e], *mensam Domini contaminare*: Aggæus [f], *tangere pollutus*: Ieremias [g], *contaminare terram in morticinis idolorum suorum.* Potest hoc etiam accommodatè ad illos aptari, qui dissipant & obliguriunt prouentus Ecclesiasticos, aut res sacras indignè tractant, & scripturam sanctam. Ayguanus, testamentum hæreditatis æternæ, quod *electis dispensatur* [h], contaminari dicit ab omnibus obstinatis, nominatim ab auaris: Testamentum passionis Christi, sanguinémve testamenti [i], à luxuriosis: testamentum scripturæ, quæ vocatur etiam *agni-*

A *tio veritatis* [a], à superbis, tum verò præsertim ab Hæreticis. Augustinus explicat de schismaticis, qui recedant ab vnitate capitis, quod est Christus auctor noui testamenti. Conferri possunt illi omnes apud se dicere [b], *Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum.*

Diuisi sunt ab ira vultus eius.] Hieronymus, *nitidius butyro os eius.* Sic etiam Symmachus, sed in plurali, λιπότερα βουτύρου τὰ σώματα αὐτοῦ, *nitidiora* aut *lætiora butyro ora eorum.* Hebraizantes, eodem pacto, *leniora sint magis quàm butyrum verba oris eius.* Vel, *molle fuit supra butyrum os eius.* vel, *molles fuerunt, vt butyrum, sermones eius:* vel, *os illorum mitius est butyro.* vel, *blandius fecit quisque eorum os suum lacte:* vel, *lenita sunt supra butyrum os*, id est, *ora eius:* vel, *molles fuerunt supra butyrum ore suo.* Chaldaicè, *leniora quam pinguedo casiorum sunt verba oris eius.* vel apud Nebiensem, *teneriora, quàm pinguedo casei verba oris eius.* Sic habent Hebræa, חָלְקוּ מֵחְמָאוֹת פִּיו *chaleku machamaoth piu.* Verbum חָלְקוּ *chaleku* significat *lenire, blandiri*, nec non, ac primaria quidem notione *dividere*, & *partiri*, vt solent læuia molliáque in multas partes facilè dispertiri atque diffundi. Hieronymus, Symmachus, Hebraizantes, vsi sunt secunda significatione minùs principali, propter sequentem dictionem, vt sit hoc loco intransitiuum verbum, & plurale pro singulari, in quo numero est vltimum nomẽ. Dictum alibi [c] de eodem verbo. Secundum vocabulum a Hieronymo & Hebraizantibus accipitur, vt nomen pluralis numeri, cum litera seruili, seu præpositione מִן *min*, reiecto (נ) *nun*, & cum suppositio puncto pathach, propter gutturalem litteram (ח) *cheth*, quæ habet chateph pathach, siue pathach compositum, & camets, loco seua, vt esse debuerat, ob regimen ad sequentem dictionem à singulari חֶמְאָה *chemah* quod significat *butyrum bouis*, aut *vaccæ*, licet βούτυρον, à βοῦς *bos*, & τυρὸς caseus. Vt sit sensus, *lenierunt præ butyris os eius*, siue *os suum*, id est, verba oris sui. Vel redundat מ *mem*; vel etiam componit aliud nomen. Quo pacto idem erit adhuc sensus, *lenierunt butyra oris sui*, hoc est, lenierunt se, & vt butyra fuerunt verba oris sui. Vltima dictio פִּיו *piu*, est cum affixo singulari tertiæ personæ masculinæ, & nomine פֶּה *peh, os*; quod pro pluribus ponitur; & affixum pronomen potest sumi, aut simpliciter aut reciprocè. Verũ L x x. legerũt nõ מַחְמְאֹת *machmaot* in plurali, sed מַחְמָאָה *machamah* in singulari, velut constans ex dicta præpositione, & nomine חֵמָה *chemah, ira, furor, æstus*, & *incandescentia iræ*, à יָחַם *iacham, caluit, excanduit, iratus est*; facta epenthesi litteræ (א) aleph in medio; quamuis reperiatur etiam חֵמָא *chema* cum (א) in fine. Præterea interpretati sunt verbum חָלְקוּ *chaleku* transitiuè passiuè, *diuisi sunt à se ipsis*, seu *diuiserunt se ab ira*, id est, *præ ira*: vt legit quoque Augustinus, *oris sui*, hoc est, oris & vultus proprij, ita vt rumperentur ac dilacerarentur ira, quam vultu & ore demonstrarent, tamquam in diuersa mutato, cùm scilicet vexaret illos extenta manus Dei. Vel intransitiuè, *diuisi sunt ab ira oris*, siue *vultus eius*, nimirum Dei, qui paulo antè dictus est manum extendisse contra illos, qui non timebant eum, & contaminauerant testamentum eius. Porro hoc loco, *vultus*, non est casus rectus pluralis, sed obliquus singularis, quemadmodum & Græcè, τῇ ὀργῇ αὐτοῦ, vt sit *ira vultus*, à qua, seu præ qua, & propter quam diuisi sint. Diuisi autem sunt aut ab ira sua, aut ab ira Dei, vt antè dixi.

Ex quibus expositionibus posterior est magis

[a] Ecclꝛ 4. 32.

[b] Esa. 28. 18.

[c] ps. 11. 3.

Butyri etymon.

commu

communis apud Patres, qui de dissipatione Iudæorum per orbem explanant. Et idem erit, si exponas cū Genebrardo, quod ipli se separauerint & distraxerint ab irato Deo, quod iram eius neglexerint: quòd, iratusne esset nec ne, non curauerint. Sed sensus Agellij, vt ipsos *vultus* inimicorum dicat Dauid *diuisos*, quia nunc simularent benevolentiam, nunc succenserent quibus non debebant, non cohæret, nisi vultum collectiue sumamus, & *diuisi ab ira* interpretemur, vt eam quandoque simularent, & ab ea se fictè separarent, molliter videlicet ac blandè loquendo, vt præ se ferunt interpretationes ex Hebræo. Arnobij expositio singularis est, *diuisos* dici *ab ira vultus Dei* peccatores, quia ipse impassibilis est. Valētia etiam in eo videtur falli, quòd *vultus* accipiens pluraliter, explicat *diuisos vultus* Christi *ab ira*, & separatos, quia semper aduersarijs locutus est sine ira. Vindicat hunc locum à calumnia Prædicantis nescio cuius, Gretserus [a] noster, eúmque commodè declarant etiam de nostris Pineda [b], & Roa [c].

Mysticè præterea *diuisio* ista exponitur ab Augustino de Hæreticis, & schismaticis, quos etiam partiarios & sectarios vocant, & ipsum *schismatis* vocabulum *scissionem* sonat; sicut & iuxta vnum etymon, *hæresis*: αἵρεσις namque diuidere est, & αἱρεῖν, idem valet, non solùm *eligere*. Gregorius [d] item de diuisione à prauo errore vsurpat præsentem locum, estque certissima nota, qua Catholica Ecclesia dignoscitur perfectè vna, sibique optimè semper cohærens.

Et appropinquauit cor illius.] Discrimen parui momenti est aliorum legentium, *appropiauit* aut, *eius*. Haimo legit, *appropinquabit*, & meminit Hugo; sicque Bruno Carthusianus exponit. Complutenses Regiique Codices legunt in plurali, & *appropinquauerunt corda eorum*: prout etiam habetur Græce, ἤγγισαν αἱ καρδίαι αὐτῶν. Et apud scholiastem alius, ἐγγυνεκλείσθησαν αἱ καρδίαι αὐτῶν, & *conclusa sunt corda eorum*. Symmachus, πολεμεῖ ὁ ἐν καρδίᾳ ἐκάστου αὐτῶν, *pugnat autem cor vnuscuiusque eorum*. Hieronymus, *pugnat autem cor illius*. Eodem fere modo cæteri ex Hebræo וקרב לבו *vkrau libbo: at prælium in corde eius*: vel, & *prælium cor eius*, nempe meditatur: Vel, & *intimum cor eius*, subaudi subdolum ac simulatum est, sicut & os: Vel, & *propinquum cor est eius*, hoc est, æque simulatum, &c. & quod importat in alia illa Græca versione τὸ συνεκλείσθησαν, *clausum est*, ac *tectum*, vt discerni nequeat, intus pugnas machinans, foris per os, alienum sese ostentans ac separatum ab huiusmodi re, sed pacificum amicúmque. Chaldaicè, & *sicut arma bellica cor eius*. Vtentes plurali numero, aut collectiuè singularem sumentes, nō possunt interpretari de Deo, quod Augustinus tamen facit, docens *cor Dei appropinquare*, ac Ecclesiam suam magis magisque instruere, tum cùm sese ab Ecclesia & ab ipso diuidunt separántque per varios errores Hæretici, & hanc vnam esse vtilitatem hæresēon, ob quam permittātur à Deo, vt multa quæ latebant in scripturis, agitantibus Ecclesiam Hæreticis aperirentur, & intelligeretur cor siue voluntas Dei, & simul sic excluderētur, id est, apparerent *probati argento* [e], multi videlicet, qui optimè poterant scripturas dignoscere, & pertractare, sed latebant in populo Dei, nec afferebant solutionem quæstionum difficilium, cùm calumniator nullus instaret. Exemplis probat Arianorum, Nouatianorum, Donatistarum, qui Trinitatem, Pœnitentiam, Baptismum impugnauerunt. Inductio per infinitas alias hæreses fieri potest.

Imitantur Augustinum alij enarratores Latini, vt Rufinus, Remigius, Hieronymus, Bruno Herbipolensis: præterea que declarant, Deum cor & voluntatem manifestaturum contra persecutores Iudæos, & alios, vt malè fecisse conuincantur. Hoc modo Cassiodorus. Haimo exponit manifestandum à Deo, quare hunc elegerit, illum reprobauerit. Arnobius, quòd quamuis improbi *diuisi* sint *ab ira vultus Dei*, quia impassibilis est, tamen *appropiat cor eius*, quatenus non eum laret, id quod sequentibus hic verbis continetur. Videtur Apollinarius consentire:

ἐγγὺς ἀθανάτου στοιχάζετο μῆτις ἀναγκτος.
Prope immortalis vidit consilium Regis.

Bruno autem Carthusianus, & Hugo, *cor Dei* accipiunt pro electis (solere namque nos amicissimos nostros, vocare *cor nostrum*) & istud cor appropinquare cæsti regno, ac beatitudini, vt eam possideat, cùm reprobi diuidantur *ab ira vultus Dei*. Valentia interpretatur *cor Christo appropinquasse aduersarijs*, quia propensa semper voluntate ac benigna erga illos fuit. Idem Hugo & Dionysius applicant ad voluntatem Christi Deique, qui diuisis in ira Iudæis in quibus negauit vltra esse voluntatem suam [a]; Gentes vocauerit, voluerítque, vt *illorum acidito salus esset Gentibus* [b]; vel Deus Christúsque cor applicauit ad Gentes, vt Hugoni placet. Rursum idem Dionysius, tropologicè, quod paratus semper sit Deus, cuius misereri, subuenire, parcere, quātumlibet sit separatus per peccatum, cui iustè irascitur Deus. *Appropinquate*, inquit Iacobus [c], *Deo, & appropinquabit vobis*. Hilarius ait, cor Iudæ proditoris appropinquasse, quoniam maximum ministerij opus curauit, nēpe pauperum curam agens: Hieronymus, quia cor eiusdem Diabolus impleuit, vt Christum traderet. Euthymius & Nicephorus numero multitudinis legentes καρδίας *corda*: Iudæorum volunt *corda* dici *appropinquasse*, id est, appropinquatura esse, vt à Romanis vexati, tandem quod ambigebant, atq; diuisi inter se, partim aliis causis, partim interfectioni Christi, tantū illud malum suum adscribebant, cognoscere inciperent, saltémque dubitare, quòd Christus est Deus: nam qui dubitat, censetur ad veritatem appropinquare.

Literalem sensum, & hic, & initio in paraphrasi posui, scilicet de hostili corde, belláque moliente: hanc etiam esse vim verbi קרב *karav*, & *appropinquandi*, docui versu 19. Expositio Agellij de corde appropinquante, ad amandum eos quibus iratum se quis simulet, durior est.

Mystici allati sensus, potissimùm quos graviores tradunt Patres, venerationem merentur. Gregorius [d] consolans Anastasium Antiochenum Episcopum, magnam scribit Dei omnipotentis esse gratiā, quòd in ipsis qui à sanctæ Ecclesiæ doctrina diuisi sunt, vpitas non est: quódque subtiliùs illa in sua semper eruditione instruatur, dum Hæreticorum quæstionibus impugnatur: ita vt apertè impleatur, quod per Psalmistam contra Hæreticos, de Deo dictum est; *diuisi sunt ab ira vultus eius, & appropinquauit cor illius*. nam, inquit, dum ipsi in suo prauo errore diuidūtur, cor nobis Deus appropiat; quia eruditi aduersitatibus, intellectū eius subtiliùs inuenimus. Sapit hæc doctrina Augustinum, de quo priùs diximus. Idem Gregorius in alia epistola iubet Theodorum medicum *discere cor Dei in verbis Dei*.

Communior expositio.

Sensus Agellij malè cohærens.

Arnobij expositio singularis. Valentia non improbat.

a tom. 1. pro Bellarm. de verbo Dei l. 2. c. 23.
b in 1 Ioh. c. 17. vers. 5.

Mystica expositio.

c 1. Reg. 2. 5.

d l. 7. ep. in 3.

Cor Dei appropinquare videntur heretici.

Harum verborum.

e Psal. 67. 31. 1. Cor. 11. 19.

Literalis sensus.

Agellij durior expositio.

d l. 1. ep. in 3. Gregorii consolatio ad Anastasium Antiochenum Episcopum super hoc loco.

a Malac. 1. 10.
b Rom. 11. 11.

Tropologia.

c c. 4. 8.

Cor Iudæ proditoris vt appropinquasse dicatur, & corda Iudæorum.

infestarum, & omnis malitiæ ac blasphemiæ ingenia conuerteret in studia modestiæ, & pacis. *Et non accepiet gens super gentem machæram, neque assuescent, & non assent amplius bellare.* id est, inimicitias petheere. Vt & hic dicas, Christum non bellipotentem, sed pacificum repromitti. Galatinus [a] Iudæis respondens obgerentibus. Messia nondum venisse, quia nondum arma bellica in agriculturæ instrumenta conuersa, dicit & quosdam Rabbinos admittere tunc etiam armorum futurum vsum, laltem ad ornatum; & quod serui Messiæ non seruient Gentibus, quod contigit sub Constantino. Addit, spiritualiter multo id melius esse factum, quando Gentium sapientes, vt Dionysius, Clemens, Cyprianus, Augustinus, & similes, linguas, verba, argumentationumque veritatis, quibus ante eorum conuersionem disputando, contra fidem nostram acerrimè pugnabant, postmodum conuertere ut ad idololatriam extirpandam, euellenda vitia, virtutes tum in Iudæorum, tum in Gentilium cordibus nutriendum.

[a] Galat. lib. 3. de arcan. cath. veritat. cap. 20. Iudæi obiiciunt Christianis, quod Messias nondum venerit, quia nondum arma bellica in agriculturæ instrumenta conuersa sunt.

Vers. 23.] Iacta super Dominum curam tuam; & ipse te enutriet: non dabit in æternum fluctuationem iusto.

IN adeo magna grauique obtrectatorum, & calumniatorum molestia, nullum aliud remedium quam se committere totum Deo, omnemque in eundem proiicere solicitudinem: vnde procul dubio fiat, vt ipse sedulæ nutricis in morem educet custodiatque, nec finat iustum iactari semper, ac fluctuare per iniquorum persecutiones, sed post tempestatem largiatur tranquillitatem. Genuina huic, Sarræ Raguelis filiæ sententia [b]. *non enim ac lectaris in perditionibus nostris, quia post tempestatem tranquillum facis; & post lacrymationem & fletum, exultationem infundis.* Propheta noster, vel se ipsum alloquitur, animátque, tanquam diuersum quempiam hominem: vel expertum quanti referat bene de Deo sperare, alium quemlibet hortatur idem facere, qui similes patiatur suis calamitates. Priorem sententiæ partem à Petro [c] tractatam, cum interpretarer eundem, tractaui. Quo mihi nunc pauciora dicenda erant.

[b] Tob. 3. 22.

[c] 1. epist. 5.

Iacta super Dominum curam tuam.] In aliis psalterijs, & apud Cassiodorum, & Leonem [d], *iacta in Deum cogitatum tuum*: apud Arnobium, *in Deum cogitationem tuam*: apud Hilarium, *in Dominum cogitationem tuam*: apud Ambrosium [e], *in Dominum cogitatum tuum.* Hieronymus: *Prouce super Dominum curam tuam.* Eadem lectio extat in epistola Anacleti secunda [f]: vbi etiam ratio subditur, *quia omnis homo in sua causa deficiens, & in suis hæsitans consiliis, quem sibi amicum fidelem in casus conspicat, qui in suis afflictus, & talem fiduciam habet in illo, vt omne secretum sui pectoris ei pandat & aperiat.* Additur præterea: *quid dulcius est, quam vt habeas eum, cum quo omnia possis loqui, vt tecum? si sic cum hominibus fiunt, quanto magis cum Deo hoc est agendum.* &c. Placet sententia; sed non dubito Anacletum ista non scripsisse, nec vsum editione Hieronymi: qui tanto recentior est, nec, vt omittam alias rationes, illam de amœnitate sententiam, quæ Ciceronis est, vix paterum fuisse. Denique videtur repsodisse ex aliorum scriptis longe posteriorum.

[d] Ser. 5. de quadrag.

[e] in c. 12. Lu.

[f] Anac. 1. conc.

Cura Anacleti Ciceronem sapit.

A Sed ad rē, vertunt alij Hebraicum nomen cum affixo יהבך *iehaueccha, pondus, onus. farcinam tuam.* Vel sumendo tanquam verbum, atque supplendo אשר *asser*, quod exponit R. Kimhi, *prouce super Dominum, ea quod dedit tibi, vsque ad hanc diem, & id quod opus habes.* Explicat adhuc idem, vt nomen, *prouce dona tua super eum, quia ipse donabit illa tibi.* Tandem refert, cùm Rabbini significationem istius vocabuli ignorarent, audiuisse quendam imprecatorem Arabem dicentem eundem שקל יהבך *sicqil iehauecheh, libra,* seu *pondera*, vel, *tolle onera farcinasque tuas.* Rursus iuxta notionem nominis, pro *dono*, & *dato*, explicat Marcus Marmus [a], *nihil curæs dicere Domino, da, affer*; vel, B *a Domino tantum quicquid dederit accipe, effagita.* Paraphrastes Chaldæus ponit, *ipsum tuum* יקבך *imerach*, quamuis legat Nebiensis סוברך *soumrach, onus tuum.* Dicto Petri loco, vbi satis multa dixi, monui videri Hieronymum, cum *curiatem* interpretatus est, legisse aliud vocabulum a themate יהב *iahab*, vel יהה *ahah*, vel אהה *aah*, vel אנה *iunah*; vel חהב *thaab*; quæ significant *appetere, desiderare, velle*, &c. Postremo, *proiicere curam*, ἐπιρίψαι, comprehendit omnia, onus nempe, & quicquid molestum est; præterea id quod quis amat, sperat, desiderat: item quæcunque dedit Deus, aut bona ne amittantur, aut mala, vt ea remoueat, vel ad tolerandam vim suppeditet.

[a] in arc. Nico.

Proicere curam, quid sit.

C De *iactando* verbo, hæc *proiiciendi*, ibidem docui innuere iactationem anchoræ inter fluctus, de quibus hic paulo post: *anchoram ipsam* clic, vt Paulo [b] placuit, *firmam*: Deum esse in quem, vt in gubernatorem in naui, quod Basilius Theodoretusve notat, ideo spectat autem phrasis, qua *deiget ipsi te quopiam ducitur*) tactus ille fieri debeat, non solidam terram: deinde quam horteamur & exeremur iacere, aut retinere curâ de nobis ipsis. Sed eadē meditare mihi ipsi permolestum, semélque dicta repetere, ac libros cudere nouos, ex olim scriptis, vanum & inutile videtur. Repete ad meditandam prouidentiam Dei, exempla eorum, & haleyonis. De illo dicam ipsæ literæ [c]; de hac Basilius [d], qui inde argumentatur, melius res nostras à Deo ipso, quàm ipsi optare possimus, administrari: a Deo solummodo petendum, quæ ad salutem pertinent. nihil non nostri causa, etiam eorum, quæ hominum opinionem excedunt, factum paratumque à Deo, ex imus ad eius imaginem facti: propter autem autem adeo paruam, magnam ac terribile mare coërceatur, ac iussu Dei media hyeme sedetur: & n haleyoni tanta Deus tribuat, multo maiora daturum iis qui se ex toto corde inuocauerint. Dux ille *super cuius manum Rex Israel incumbebat* (more videlicet regio, honoris causa [e]; sed tropologicè sumi potest de illo qui nitatur humanis præsidiis:)cùm vaticinatu Eliszo de Dei prouidentia circa annonam, credere noluisset, ex ea quid gustare nequiuit, prout idem vates prædixerat; sed qui prædictionem conculcauerat, *periit conculcatus à turba* [f]. Præsentem Chrysostomus [g], ex versiculo isto scribit capi medicinam ab illo qui extrema prematur inopia.

[b] Heb. 6. 19.

Curæ quæ habendæ sint, & quæ non sint curandæ.

[c] 1. Reg. 9. 2. Liber 15 6. Temperare de se, qui nitatur humanis præsidiis.

[d] 4 Reg. 7. 2. 17.

[e] homil. 29. in Genes. Mediocria esse quæ exterius fermantur impia.

Et ipse te enutriet.] Leo [h], *nutriet.* Nutritionem istum Petrus [i] generali nomine *curæ*, interpretatus est, *quoniam ipsi cura est de vobis*, ὅτι αὐτῷ μέλει περὶ ὑμῶν: & hoc loco Apollinarius, sed optantis modo:

ἢ σεν ἀεὶ κἀδ ἑλὸ ἐπιτρόπου τ' ἀτέλλοις.
Et te semper curet, perpetuóque nutriat.

[h] Serm. 5 de quadrag.

[i] 1. epist. 5. 7.

In Petri cõmentatio expositiua vim verbi Hebraici cum affixo, יְכַלְכְּלֶךָּ *ichalchelecha*, vt sit etiam *sustinebit te, alendum, sustinebit, sustentabit, pascet, alet*: veluti secundum dementum tuum mensuramve, disponet, & curam geret quotidie rerum tuarum. Amplectitur omnia verbum *nutriendi*, sicut & *pascendi*, scilicet necessaria vitæ sustentandæ; *quem* regit enim *Deus*, hoc est, pascit, προαίνει, *nihil ei deerit* [a]. Græcum quoque præsentis loci compositum verbum διαθρέψει, quasi non semel ac simul totum nutriturus Deus denotetur, idve quod sit opus ad nutriendum daturus, sed veluti per dies singulos subministraturus, & ad diurnam suppeditaturus mensuram necessarium victum, quod appellari nunc dicebam *dimensum*; quæ apud Lucam [b] vocatur *tritici mensura*, σιτομέτριον τῷ καιρῷ: apud Matthæũ [c] τροφὴ *cibus*: & in Geneli [d], quod Latine scribitur de Ioseph, aluisse patrem, fratresque, Græcè habetur, quòd συνεμέτρει, *triticum metiebatur*, Hebraicè, eodem verbo, quod est hîc יְכַלְכֵּל *ichalchel*. Si totum daret simul Deus, non leuaret curã: hanc nobis imposuit curam, vt ab eius pendentes cura, & *sufficere diei malitiam suam* reputantes, *minimèque de crastino solliciti* [e], *quotidianum quotidie panem petamus* [f]. Iacob, Deum dicebat, *pauisse se ab adolescentia sua, vsque in præsentem illam diem* [g]. *Indecorum est*, ait Ambrosius, *homines curare de cibo, qui militant regnorum rex quemadmodum familiam suam pascat, alat, vestiat.* Tum subdit ideo prolatam sententiam istam.

Non dabit in æternum fluctuationem iusto.] Alij, *mutationem, lapsum, casum*, vel per verbum, *non sinet commoueri.* Est מוט *mot* aut nomen, aut verbum. Græcum σάλον *fluctum* quidem propriè significat, sed simul etiam *quemlibet commotionem, & quassationem.* Ad fluctuationem, aut eius certè periculum cohibẽdum, valet ille, quem priùs dixi, quasi anchoræ iactus in Deum, quod Rufinus etiam notat. Et vocari anchora potest *sacra*, quæ a nautis ideo sic vocabatur, teste Ioanne Zetze [h], quia præ aliis grandior adhibebatur in grauiore discrimine:

τὴν ἱερὰν ἄγκυραν δὲ τὴν αὐτὸς μεγάλην
τὴν ἀγκυραν τὴν μείζονα τὴν ἐν ἀπωλείαις
εἰς σωτηρίαν τῆς νεὼς ὑπεραν χαλώμενην.

Sacram anchoram autem esse ipse a me intellige.
Ex anchoris maximam, quam in desperationibus
In salutem nauis postremam laxamus.

Lege adagium; *Sacram anchoram soluere: Adhærere Deo bonum*, & *ponere in illo spem suam* [i], *in quo qui confidunt, non commouentur in æternum* [k]. Portum hic vocat Augustinus. Commoueri potest iustus, & fluctuare, immo & naufragium non nunquam pati, sed si de electis sit, non in æternum, sicut illi quos naufragasse scribit Apostolus [l]. *Fluctus* etiam sunt tribulationes [m], *a quibus liberat iustos tandè Dominus* [n]. *Modicum passos perpeti Deus, firmat, solidat* [o]. Leo [p], *si quid quis sibi impossibile, aut arduum in mandatorum effectibus experitur, hortatur, vt non in se remaneat, sed ad iubentem Deum recurrat, qui ideo dat præceptum, vt excitet desiderium, & præstet auxilium, dicente Propheta, Iacta in Deum*, &c. Arnobius, *Iacula* in præcedenti versu, docet esse cogitationes anxias, quas Dæmones de cibo, potu, vestitu suggerunt: his occurrendum sententia ista, vt non fluctuemus. *Qui non posuit in fide sed hæsitat* (διακρίνεται, diudicat de Dei scilicet potentia, & misericordia, & quasi se peccatorum pressum putans mole, diffidit) *similis est fluctui maris, qui a vento mouetur, & circumfertur* [q]: quem

A locum ad hoc idem propositũ Chrysostomus [a], ac Damascenus [b], vrgent, in eo, quem nutrit Deus pane, qui *cor confirmat* [c], eique *vitæ & intellectus, & potus aqua sapientiæ & lauacri* [d]. *Firmatur* Deus & *non flectitur*, vel a se nutrito & potato sapientia *non flectitur*, sed *in illo firmatur* & *continet illum, & non confundetur* [e]. Quod spectata se secundùm se intelligitur, nisi que fiet per eum, cui se Deus & sapientiam communicat. *Non sinit Deus nos tentari supra id quod possumus, sed facit etiam cum tentatione proventum, vt possimus sustinere* [f].

B *Vers. 24.*] Tu verò Deus deduces eos in puteum interitus.

Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos: Ego autem in te sperabo Domine.

IVstus quidem non fluctuabit in æternum, nec mergetur, vel obruetur profundo calamitatũ; at è contrario improbos Deus, *quibus non est commutatio* [g], & obstinato animo corrigi nolunt, deiiciet in puteum altissimum æternæ perditionis. Poterit *iustus cadere* quandoque, ac in die etiam *septies*, id est multoties, vel in nõnullas ærumnas, C vel in aliqua leuia peccata, & fortassis quoque in mortalia interdum, sed si de electis est, *resurget: impij autem* reprobi, *corruent in malum* [h], tum *in reprobum* [i] *sensum*, dum viuent, tum post hanc vitam, in perpetuam damnationem. Sed & quod attinet ad vitæ præsentis spatium, nec huius dimidium sæui homines aliorum fundẽdo sanguini addicti, dolisque alios opprimere assueti, vt plurimùm explebunt, spatij inquam vitæ, quod alioqui secundùm naturalis cursum complexionis viuere poterant; sed violenta morte filum eis vitę abrumperetur. Exemplo fuit Saül, Achitophel, Absalom, cita & violenta deleti morte. De se autem Dauid affirmat, quòd spem omnem in D Deo collocauerit, planè confidere, vitam suam eodem Deo tuente & custodiente, ex ea ante tempus non emigraturum, nec in inimicorum potestate futurum, vt illum sibi violentè præcidant, quod maximè vellent.

Deduces eos in puteum interitus.] Augustinus, *corruptionis*: alij, *descendere facies, detrahes, præcipitabis, in foueam puteumve corruptionis, perditionis, sepulchri, gehennæ.* Nomen *gehennæ* paraphrastes ponit, *& tu in verbo tuo Deus detrahes eos in gehennam profundam, homines auctores interfectionis & doli*, quamuis referat istos homines ad sequens membrum, Nebiensis; quod parum interest. *Puteum interitus*, φρέαρ διαφθορᾶς, interpretantur Euthymius & Nicephorus vastas quasdam ac veluti ob loci profunditatem inenarrabiles pœnas; sed Nicephorus tempus exprimit, quo Deus reddat cuique pro meritis; quod videlicet post hanc est vitam. Videtur Basilius aut Theodoretus indefinitè dicere de quauis pœna, quam quis nequeat effugere: cuiusmodi & si hoc tempore aliqua est, magis tamen talis est æterna. Exprimit istam vox *gehennæ* גהנם *ghehinnam*, qua Chaldæus vtitur. Inter inferni nomina septem vltra nomen *gehennæ* R. Iehosuas filius Leui apud Galatinũ [l], hoc quod hîc habetur numerat בור שחת *beer sciachath*. De inferno etiam communior expositio est, vt damnatorum significat locum, quamuis

a pſ.22.1. διαθρέψει.

b c. 12. 42. c c. 24. 25. d c. 47. 12.

e Mat.6.25. 34. f Luc. 11. 3.

g Gen.48.15.

Ad fluctuationẽ aut periculum cohibendũ, valet anchora iacta in Deum. Anchora sacra dicta a nautis ideo.

h chiliad. 11. num.36.

i Pſ. 72. 28. 72.7.

k pſ. 45. 6. 81.4.2.

l 1. Tim.1. 19. Fluctuauerunt in fidelitate.

m Mat.14.2. pſ.87.8.

n Mich.6. 11. o pſ.13.20. o 1 Petri 5. 10

p Serm. 5. de quadrag.

Iacula præcedentis versus numerata quid sint.

q Iacob 1.6.

a hom.in pſ. 12.

b orth. 2. de imaginibus c.pſ. 114. 15. d Deut. 32. 15. e ibidem.

f ibidem.

g 1. Cor. 10. 13.

Sensus loci.

h sup.vers.20

i prou.24.16.

k Rom.11.28. *Iustorum & reproborũ lapsus diuersi.*

Infernus septenis nominibus & plenus.

l lib.6.c.7.

Puteus interitus vo pœnæ captui.

puteum interitus posset significare sepulchrum & foueam sepulchralem, in quam detruduntur, qui intereunt, atque moriuntur, nec inde surgere per se possunt & naturaliter: posset præterea denotare locum subterraneum quemcunque quo recipiebantur animæ ante mortem Christi, & dici poterat *puteus interitus*, quia illorum erat, qui interibant, & moriebantur. Quare cùm de iniquis innocentum vexatoribus hic agatur, posset intelligi deducendos à Deo *in puteum interitus*, hoc est, interficiendos, & descensuros in locum inferiorem: quo pacto illud intelligitur [a], *neque absorbeat me profundum, neque vrgeat super me puteus os suum*; siue illos antea pœniteret, quam descenderent in subterraneum locum animarum iustarum, siue non pœniteret, sícque descenderent in locum iniustorum. Sed plurimum, vt dixi, de inferno damnatorum interpretatio est, qui noluerunt bibere de fonte *aquæ viuæ* [b]: meritò, inquit Hieronymus, *in puteum interitus* infernique demerguntur. Profunditas & obscuritas putei, & irremediabilis inde exitus damnatorum, inferno bene conueniunt, maximè cum adiectione *interitus*. *Recessum* vocat *imimum* Tertullianus [c], (loquens tamen non de damnatorum loco propriè) *& internum*; *& in ipsa terra opertum, & intra ipsam cauatum, & inferioribus adhuc abyssis superstructum.* Dicitur à Zacharia [d] *lacus sine aqua, vnde vinctos eduxit Christus. Puteum abyssi* vocat Ioannes [e] pœnarum locum. Lucas [f], *abyssum*. Alioquin *putei* vocabulum ἀδιαφόρως accipi potest in partem vtramque tum bonam tum malam, vt hoc loco Hugo demonstrat, & in Apocalypsim Viegas [g] noster. nam sensu mystico *puteus Bersabee* [h], id est, fatietatis: alius, *viuentis & videntis*: illi quibus nomen *latitudo & abundantia* [k]: is qui denominatur *aquarium viuentium* [l], & similes boni sunt; mali, puteus *calumniæ*, & *inimicitiæ* [m]: *angustus puteus alienæ* [n], & alij. plura in dictionario morali Petri Berchorij, & in Sylua allegoriarum. Nomen item *interitus* attribuitur diabolo, ita vt *puteus interitus* denotet locum, vbi est *ignis paratus diabolo, & angelis eius* [o]. Sic Gregorius [p] *interitum, qui, vt Rex, calcet* [r], intellexit, cùm scilicet non hic solùm vitiis quis premitur, sed mortis eti ea suæ tempore per hoc quòd ad supplicia rapitur, potestati dæmoniacæ subiugatur.

a pſ.68.16.

b cant.4.15.

c de anima c. 55.

d c.9.11.
e Apoc. 9.1. c.20.
f c.8.
Puteivocabulū ἀδιαφόρως sumptum.
g in c.9.comment. 2. sect. 4.
Sensus mysticus ſignificatiuus.
h Gen.21.29. 31.
i c.26.14.
k c. 26. 22. 32.
l Cant.4.15.
m Genesis 6. 20.21.
n Pro.23.27.
p Mat.25.41.
Iobi locus expositus.
q 14.moral.c. 9.
r Iob 18.14.

Viri sanguinum, & dolosi.] Hilarius, & Augustinus, *dolosiuatis*. In pſ.5 [s]. dicitur numero singulari, *vir sanguinum, & dolosus*: ἀιμάτων καὶ δόλιος, דָּמִים וּמִרְמָה *damim vmirmah*. differentia hic est in abstracto Græco δολιότης, quod in suo textu retinuerunt Hilarius, & Augustinus. ibi relege quæ huc faciunt. Paronomasia visitur inter דָּמִים *damim, sanguines*, & דָּמִים *ramim dolosis*: sicut Græcè inter φθόνον *inuidiam*, & φόνον *occisionem, homicidiumve*. Sic Paulus coniunxit φθόνου, & φόνου, *inuidiam, & homicidium* [t].

s vers.7.

Paronomasia.

t Rom.1.29. Gal.5.21.

Non dimidiabunt dies suos.] Apollinarius optando hoc reddit, vt & præcedens membrum per orationem conuersam ad Deum:

ἀλλὰ σφίας κατάγαγε βασιλεῦ μὴ βίθρον ὀλέθρου,
ἀνδροφόνοι δολεροί τε βίον κὴ μέσσον ὄλοιντο.
Sed ipsos deduc tu, Rex in puteum interitus:
Homicida dolosique vitæ in medio pereant.

Dimidiare dies, menses, annos, vitam, est mori quasi per dissectionem, & diuisionem, quam importat verbum חָצַץ *chatsats*, vel חָצָה *chatsah*, quasi dicas gladio, sagitta, iaculo in plures medias partes discindi. *Non dimidiari*, erit nimis immaturè

Dimidiare dies, quid ſit.

Nō dimidiari quid item.

A citòque mori, veluti ipso initio, non expectando vitæ medium. Sententiam ipsam tractaui in lib. Ecclesiastæ [a], ad illa verba: *Ne moriaris in tempore non tuo.* etiam si ibidem [b] dicatur, quòd *iustus periit in iustitia sua, & impius multo viuis tempore in malitia sua.* Relege quod ibi recitaui narratum à Bernardino [c] exemplum. Et quod de Anastasio Imperatore narrat Antoninus, apparuisse illi horribili specie virum cum libro in quo scriptum erat: *En ob tuam improbitatem quatuordecim tibi vitæ annos deleo.* Respondet acutè Hugo *dies suos* improbum *non dimidiare* quos sibi promiserat, sicut stultus, ex euangelio [d]: tum præterea quia nec dimidium vitæ in bonis operibus consumit, sed *in* B *dimidio dierum vadit ad portas* [e] *inferi*: immo sæpe plurimam vitæ partem malè viuendo transigit. Et fuit qui sibi pollicèretur immortalitatem præsentis vitæ. Viri iniqui *sublati sunt ante tempus* [g] *suum.* Quæ Gregorius [g] exponens verba, occurrit etiã obiicienti, tempus vitæ à diuina præscientia præfixum esse, impios ante tẽpus subtrahi, quia quod acceperunt, non ad fructum pœnitentiæ, sed ad vsum iniquitatis vertunt, quódque à diuina misericordia mereri poterant, amittunt: aut, vt modò dicebam, quoniam diligentes præsentem vitam, longiora sibi vitæ spatia promittunt, quæ superueniens mors intercidit.

a c.7.18.
b vers.16.

De Anastasio imperatore prodita historia.
c tom. 2. dom. 2. quadrag. term. 13. a.4.c.1.
Improbum dies suos non dimidiare.
d Lucæ 12. 20.
e Iob 3.8.10.

Sol ante tempus subtrahi.
f Iob 22.16.
g ibidem.

Contrario quodam sensu semper *dies* mali *sanctorum breuiantur* [h], vt Auctor [i] operis imperfecti docet, confirmans priore sententia, *non dabit in æternam fluctuationem iusto*: necnon exemplo ab anni sumpto tempestatibus, eo quòd nonem mẽsibus aëres tẽperati sunt dicique prolixiores: tribus mensibus aëres glaciales, & dies breues. Breuiatio in eo cõsistit, vt succurrat Deus tempestiue, & compescat improbitatem persequentium, nec sinat *vltra tentari supra id quod possunt* [k]: Denique pro momentanea & leui tribulatione, *supramodum in sublimitate æternum gloriæ pondus* reddendo [l]. Sed rursus, quod attinet ad improbum, *nihil ad eum pertinet de domo sua post se* (illam non curans, immo sæuus crudelisque in suos) *& si numerus mensium eius dimidietur* [m] (praua viuendi ratione citiùs accersens mortem sibi) *antequam dies eius impleantur, peribit, & manus eius arescent, ledetur quasi vinea in primo flore botrus eius, & quasi oliua proiciens florem* [n] *suum. De mane vsque ad vesperam succidetur* [o]. [*Sancti implent dies suos*, inquit Hieronymus [p], (quocumque moriantur tempore, & quamuis breui viuant spatio) qualis fuit Abraham, qui *mortuus est plenus dierum in senectute bona* [q] (adde illum qui *consummatus in breui explenit tempora multa* [r]) Peccatores verò & impij dimidio dierum suorum moriuntur: non enim, subdit, citans hunc locum, implent opera virtutum, nec studet pœnitentia emendare delicta. Vnde C in medio vitæ cursu, & in errorum tenebris ducentur ad Tartarum.] Sic ille. Hoc est *ingredi* virũ iustum *in abundantia sepulchrum, sicut cùm infertur acervus tritici in tempore suo* [s]. Optat studiosus pœnitentiæ virtutisque, *non reuocari in dimidio dierum suorum* [t], vt Gregorius obseruat [u]. Demonstrat Thomas [x] Bozius hæreticis Regibus dum vixere in regno; vltra 40. annos vitam longiorem non fuisse, vno excepto, hoc est, Andronico secundo seniore: Palæologo, qui annis 43. imperauit: multis Catholicis fuisse longiorem, vt pote quibus propter honorem, & obedientiam patri ac matri exhibitam, hoc est, Deo, Ecclesiæ, prælatis, longæuitas iuxta diuinum pro-

h Mat.24.22. i Hieron. in 13. Matt.

k 1. Cor. 10. 13.
l 2.Cor.4.17.
Improborum caudicus.

m Iob 21.21.

n c.15.32.33.
o c.4.20.
Sancti implent dies suos, quãuis breui viuant spatio.
p in c.38.Esa.
q Gen.25.8.
Peccatores & impij dimidio dierum suorum moriuntur.
r Sapient.4. 13.

s Iob 5.26.

t pſ.101.25.
u in pſ. pœnitentialem.
Regum hæreticorum vita breuis.
x de signis Ecclesiæ l.23. c.5.
Catholicorum longior, & cur.

Augustinus, *ad Dominum exclamauit*. Para. Græcus. *ego coram Deo orabo*, אצדי *aiseda*. Vim habet vocis ἐξομολογήσεως, de quo alias diximus; & quid sit *clamare ad Deum*, Dominus vbi.

Et saluabit me.] Alia plures, & Hilarius, Augustinus, Arnobius, Cassiodorus, *exaudiuit me*. Rufinus, Remigius, Haimo, Ayguanus, Dionysius, *saluauit*. Hugo, *saluauit*, & *saluabit*. Græce, ἐσωσέ με, *exaudiuit me*. Hebraice, ישיעני *yoscihhenu, saluabit me*; Chaldaice, *& verbum Domini redimet me*, יפרוק יתי *yphrok iathi*. Clamauit *clamore valido* in Cruce Christus, [a] *exauditusque pro sua reuerentia est*, vt psalmo 3 [b]. demonstrauimus, & 21 [c]. *Clamabunt*, ait Esaias [d] de aliis, *ad Dominum, à facie tribulantis, & mittet eis saluatorem*. Quare possumus, vel Christum hîc loquentem intelligere, mystico nimirum sensu, vel corpus eius mysticum. Clamauit, inquit Ayguanus [e], Christus in campo turbis seminans [f]; clamauit in templo, legem prædicans [g]; clamauit in loco mortis, mortuos suscitãs [h]; clamauit in corde, intus generans [i]; clamauit in cruce, mortem tolerans [k]; clamauit ad Patrem, Deum inuocans [l]. Sed ad orationem pertinet vltimus clamor. Exauditum Christum docet Euthymius, quia ipse Iudæos perdidit, iuxta illud; *Tu [m] autem Domine miserere mei, & resuscita me, & retribuam eis*. Clamandum nobis idem docet Ayguanus pro sustentatione vitæ corporalis, pro liberatione pœnæ temporalis, pro consolatione mentis internalis, pro euasione pœnæ æternalis, pro remissione culpæ criminalis.

Vers. 18.] Vespere, & mane, & meridie narrabo, & annunciabo, & exaudiet vocem meam.

PErseuerantiam continuæ orationis suæ declarat, proponens triplici hac præcipua parte tẽporis, ad sacrificandum orandumque destinata, narraturum Deo, & expositurum miserias suas, & iniurias hostium, certam spem habendo exauditionis & impetrationis. Potest præterea tempus illud triplex figurate innuere, cùm salutis modica spes est, cùm affulget aliqua; cùm res prospere succedit. Accommodant id, qui psalmum de persecutione Absalonis interpretantur, ad tempus quo iam omnes ad eum defecerãt à Dauide, cùm Chusai remigrauit ad Absalonẽ, turbaturus noxia Dauidi cõtilia, quando prælium commissum est, Dauidque victoria potitus. Ad hæc narratio & annunciatio, spectare ad laudationẽ possunt, celebrémque ac publicam diuinorum beneficiorum prædicationem. Denique omnia mystice de Christo exponuntur. Augustinus, Hieronymus, Rufinus, Beda, Remigius, Haimo, Bruno Carthusianus, Ayguanus, & alij, explicant de passione, Resurrectione, Ascensione Christi. Prosper [n] id ex Augustino mutuatus est. Hoc ex loco colligi potest vsus horarum canonicarum. Euthymius quidem tempora significari ait magnarum trium synaxeon, quas vocant *congregationes*, seu *collectas*: vt vespertinum, matutinum, atque ministerium, id est, liturgiam siue missam, quæ celebratur inter præcipuas duas preces matutinas & vespertinas. Sunt alia tum testimonia tum exempla in scripturis, tum verò Danielis [o], qui *tribus temporibus in die flectebat genua, & adorabat, confitebaturque coram Deo*; quod Hieronymus [a] & Cyprianus [b] exponunt de hora tertia, sexta, nona. Plura in commentario nostro ad actus Apostolorum, & apud Bellarminum [c], Coccium [d], eósque qui tractatus ediderunt de horis canonicis, præcipuè Navarrum, & Francolinum, nec non apud Ioannem Stephanum Durantii [e], & alios auctores de officiis, vel ritibus Ecclesiasticis. Laudabile sanè opus, & *populi formati à Deo, vt laudem ipsius narret* [f], & *creati vt laudet ipsum* [g], non prædicare tantùm, aliáque obire munia, quibus colatur Deus, & iuuetur proximus, sed horas quoque diuinas celebrare, tum in choro si fieri commodè possit, ac sine detrimẽto vtiliorum aliorum operum, tum etiam extra chorum: quod certum est non rarò facere, & non illud, illos ipsos, qui tametsi pertineant ad ordines religiosos, qui celebrationem solemnem horarum profitentur, ac frequentant, distinentur grauioribus atque magis necessariis occupationibus prædicandi, docẽdi, & similibus. Nec quod vel Dauid [h], vel Daniel [i], vel Petrus ac Ioannes [k] leguntur priuatim fecisse, satis apte affertur in argumentum, ad publicam in choro probandam certis horis orationem, quasi qui hanc non frequentent, istorum argui auctoritate aut exemplo possint. Qui canit, non canentem non iudicet; & qui non canit, canentem non spernat, velut inutilem, ac contemptibilem; nam & prior potest æmulari faceréque meliora; & posterior eadem hæc fortassis poterit simul, & illud, quamuis non ita sedulò & continuatè. Magister [l] historiæ scholasticæ scribit Iudæos orare solitos, hora tertia, sexta, nona, quia lex data fuerat hora tertia; serpens erectus sexta; aqua de petra extracta, nona. Ecclesiam id imitari, quia tertia datus est spiritus sanctus; sexta, Christus crucifixus, nona, lancea percussus, vnde sanguis exiuit, & aqua. Sed quod dicit, Apostolum ter in die orauisse, non potest probare, licèt pluries id fecisse nõ dubitem, quoniam prodit ipsemet de se tantùm [m], quòd *ter Dominum rogauerit, vt discederet* stimulus carnis. Ter in die Apostoli constituerunt [n] orationem Dominicam recitari. Solet nunc etiam ter signum orandi populo dari, mane, meridie, principio, cùm autem id fieri septies, coniungendo cum matutino primam, cum vesperis completorium, volunt [o]; de ministris Ecclesiæ, non de populo toto intelligunt. Quo pacto autem cunctis inungatur semper orare, [p], aliàs dixi, nempe studium orandi commendantur, ac, vt cùm rarissimè, ter id saltem fiat. Ternario in oratione numero potest commodè Trinitas designari, siue tres personæ: totidem Theologicæ virtutes; cordis, oris, operis: peccata; concupiscentia carnis & oculorum, & superbia vitæ: hostes nostri; mundus, caro, dæmon.

Sed quod attinet ad tempus vespertinũ, matutinum, meridianum, Beda post Augustinum explicat dicere hoc loco Prophetam, se narraturũ, quæ sunt vespere, id est, præterita, & quæ iam sunt euangelizata, nẽpe, natiuitatem, passionem, resurrectionem Christi, & similia: annunciaturum, quæ sunt mane, id est, futura, videlicet de secundo aduentu: Deum exauditurum in meridie, dando æterna, & manentia bona, sicut sol tunc videtur stare. Item per vespertinum tempus ac matutinum prospera, quia tunc aura lenior, ventique ad nauigandum commodiores: per meridianum, feruorem aduersitatis interpretatur, vt

a ibidem.
b in orat. Dom. circ. de bonis operib. c. 10. & sequen. d in thesauro caerimon. tom. 2. l. 8. sect. 9. e de ritib. Eccles. l. 3. c. 1. & sequen.
f Esa. 43. 21. g ps. 102. 19.
Horarum diuinarum celebratio tum in choro tum extra chorum bona.
h ps. 118. 5. & seq. i c. 6. 19. k Actuum 3. 1. c. 10. 9.
l in Daniel. c. 9. *Orandi tempora apud Iudæos. Hora à Ecclesia vsurpata.*
Quidam, Apostolum ter tantùm orasse, an potest probari. m 2. Cor. 12. 8.
n Clement. 7. constit. c. 25.
o l. 8. c. 34. vel. 36. vel 40.
p Lucæ 18. 1. 1. Thess. 5. 17. *Quam rarissimè, saltem ter orandum. Ternarius in oratione numero quæ possint commodè designari. Theologicæ virtutes, cordis, oris, operis.*
Beda applicatio huius loci de vesperi, mane, meridie.

nec erigatur quis in prosperis, quin narret; nec frangatur aduersis, quin annuncietur. Cassiodorus, Bruno Herbipolensis, Hugo, Dionysius, tria tempora de eadem passione accipiunt, quando Iudas tradidit Christum cohorti, quando perductus est ad Pilatum, quando crucifixus: in primo narrasse Christum futuram proditionem; in secundo professum coram Præside veritatem: in tertio, post verba in cruce prolata expirasse, & exauditum fuisse. Hugo præterea tropologicè perpetuam laudationem Dei vult denotari in senectute, pueritia, iuuentute (Dionysius vocat finem, principium, medium vitæ:) Vel, in morte, in generali resurrectione, in plena Dei visione. Idem in nui dicit (id etiam affert Dionysius) eos quibus narretur, & annuncietur, scilicet peccatoribus, quibus veluti Sol occidit: incipientibus bene agere: perfectis. Hoc ipsum conuenit ignorantibus veritatem, & in ea vel proficientibus, vel perfectis. Dicuntur enim Christiani, fratres, vt asserit Tertullianus, [a] quia ab vno vtero eiusdem ignorantiæ, ad lucem expauerint veritatis.

Tropologia expositio.

Christiani, fratres cur dicti.

a Apolog. c. 39.

Vespere, & mane, & meridie.] Altercantur, qui de operibus sex dierum differunt, Genesíue tractant librum, quid sibi velit in Genesi [b] quod scribitur, *vespere & mane factum diem vnum*, cúrque à vespere potiùs Moses inchoauerit. Melior & communior sententia est, *vespere* sumi pro termino diei, quando solis iam lux penitus desijt; *mane* pro termino noctis exclusiuè: & prius nominatú *vespere*, quia nulla præcesserat nox ipsum diem, propriè loquẽdo, cùm priùs habitus præcedere priuationem debeat; hoc autem intelligi debere vnius, & quidẽ nostri hemisphærij respectu, quia quamprimum dies fuit in vno, hoc est, in nostro, in quo Sol primùm resplenduit, fuit item in altero nox, hoc est, in ortu nostro, non in occasu: vt sibi tamen Catherinus [c] persuasit, & Oleaster [d], cœpit lux: Denique per *vespere* noctẽ, per *mane* diem intelligi, ex quibus componitur integer dies constans horis viginti quatuor, quẽ diem ciuilem etiam appellatum (omittam enim distinctionem naturalis, seu vulgaris, artificialis, ciuilis, legalis, siue emergentis, conuentionalis, Ecclesiastici.) Alij aliter inchoabant, vel à Sole occidẽte ad iterum occidentem Solem, vt Athenienses; seu à vespera ad vesperam, vt Hebræi; vel ab ortu ad ortum, vt Babylonij, Persæque; vel à meridie ad meridiem, vt Vmbri, & Hetrusci; vel à noctis medio ad aliud medium, vt in ieiuniorum obseruatione, & officij recitatione obseruat Ecclesia, nec non Iurisconsulti Romani, & Ægyptij, ac Hipparchus. Qua de re Plinius [e], Gellius [f], Macrobius [g], Censorinus [h], Isidorus [i], Seruius [k], Plutarchus [l], Alexander ab Alexandro [m], Tiraquellus [n], Beda [o], Clauius noster [p], Atcanius Martinengus [q], Anastasius Synaita [r] & in Genesim Vielmius, Hamerus, Pererius, Delrius, Ystella, præterea Rhodiginus [s]. Hebræis triplex fuit dies: vsualis, à media nocte, ad mediam sequentis diei noctem; legalis, à vespera ad vesperam: naturalis, à solis ortu ad eiusdem ortum.

b c. 1. 5. Certa loca Geneseos alterantur.

c in c. 1. Gen. d ibid.

Dies varia apud varias gentes inchoatio.

e l. 2. c. 77. f l. 3. c. 2. g l. 1. c. 3. h de die nat. c. 5. circum. c. 3. i l. 5. Etym. c. 30. k in 5. Aen. l in pro. c. 84. m l. 4. c. 20. n in eúdem, & in tractatu retractuum m. c. 5. 2. gl. 21 in verbo & dies num. 1. & seq. *Hebræis triplex dies.* o de ratione temporum c. 2. de natu rerum c. 5 p in sphæram c. 2. q in glos. magna in c. 1. Gene. r l. 1. in hexa. l. 1. c. 2. s l. 18 v. *Alcalo loci applicatio.*

Hoc loco *vespere, mane, meridie*, tres partes naturalis videntur potissimæ, omissa distincta mentione noctis, qua tamen media Dauid noster alibi [t] testatur surrexisse ad confitendum Deo super *iudicia iustitiæ* ipsius.

Moraliter vita iusti habet hæc omnia tempora, qui sit sanctitate præstantior, vt scilicet iam à prima pueritia Deum colat; & ipso vespere quo videt appropinquante [a] æternam illam diem, fortius ad agat. Reprobo vespera non est, quamuis interdum mane, & meridies, aut alterum ex his: sed si ad meridiem peruenerit, illi tunc *occidit Sol*, atque *tenebrescit terra in die lumini* [b].

a ad Heb. 1. 25. *Reprobo vespera non est.*

b Amos 8. 9.

Narrabo, & annunciabo.] Hieronymus, *loquar & resonabo*. Alij præsenti tempore, *loquor, & tumultuor*: aut in imperfecto, *loquebar*, seu *clamabam, & fremitum edebam*, siue *conquerebar*: aut etiam in futuro, quod est in textu, *precabor, & importunus ero*, seu *sollicitus ero, mittabo*. significat, quid facere soleat, veliteque in tribulatione constitutus, quam consuetudinem propositúmque, variis temporibus expolita denotant verba. Sunt autem Hebræa verba שיחה והמה *aseichah veehemeh*, de quibus aliàs actum est, & vltimum indicat ardorem, atque instantiam, & importunitatem orandi, iuxta illud [c]: *Spiritu feruentes, orationi instantes*. Paraphrastes reddit, *orabo & strepitum edam*. Valet διηγήσομαι *exponam* ἀπαγγελῶ *annunciabo*; nempe vt accidit ei qui quidpiam alium scire vult, vt is illi subueniat, &, quod hûc statim subditur, vt exaudiat. Quocirca non arbitror ad literalem facere sensum, vt *narrare & annunciare*, ad res diuersi temporis pertineant, quamuis trà Latini passim declarent. Sic etiam *vespere, mane, meridie*, huiusmodi rebus attribuentes, vt ante vidimus. Nec referũtur etiam ista ad prædicationem, quæ aliis fiat literaliter loquendo, vt *narrari* dicantur facilia, *annunciari* difficilia, quod Hugo; siue minora, & maiora; quod Hieronymus asserit. Sed *narratio & annunciatio* intelliguntur fieri Deo in oratione, cùm simul eiusdem beneficia præterita, cum gratiarum actione commemorantur, simul alia postulantur: vel de Deo in solemni & publica laudum ipsius celebratione, recitando quæ Deus bona contulit, & quæ promisit. Sed melius primum esse, ostendit illud, *& Dominus exaudiuit me*. Et *narrandi* verbum, prioribus psalmis, ac posterioribus, alibique id simpliciter significat quod dixi, sicut & διηγεῖσθαι: quamuis Hebræum sit aliud nempe ספר *sapher*. Minimè probabilis Caietani expositio de lictoribus, ac etiam de ipsomet Saüle, propherantibus cum aliis prophetis, quando peruenerant ad cuneum prophetarũ, vt caperent Dauid: nam etsi fortassis Dauid quoque prophetauit, eóque modo euasit; & possent, quæ ponuntur in futuro, exponi per præteritum, vt dixi, & præterea exauditam vocem Dauidis intelligi, qua tunc etiam inter orandum flagitaret liberationem à Saül, tamen durior est explicandi modus hic, & vel nouitatis ac singularitatis nomine suspectus.

Narrare & annunciare, ad res diuersi temporis pertinentia.

Vers. 19.] Redimet in pace animam meam ab his qui appropinquant mihi; quoniam inter multos erant mecum.

IN hoc nominatim ait exaudiẽdam vocem suã, vt redimat illum ac vitam Deus ab iis qui appropinquent, accedant, irruant ad oppugnandũ: reddat verò ac restituat ei pacem, atque trãquillitatem, quam consequi aliter non possit, cùm ijdem ipsi hostes adiunxerint sibi plurimos alios, vel ex militibus suis multi abierint ad aduersarios, & impetu facto ad eum aduolaturi, seséque vna contra eum cõiuncturi fuerint, & circumda-

Sensus loci.

tum cum, ita vt euadere non posset, nisi auxiliarios Deus angelos mitteret, qui nonnunquam numero magno ad opitulãdum mittuntur. Id accidit Ceilæ, cùm eiuer prodituri Dauidem erãt & Saulem cum exercitu aduocaturi ad comprehendendum illum, qui multis partibus pauciores habebat, quibus tueri se valeret. Deus autem admonuit, vt ille se fuga proriperet [a]. Quiddam quoque simile contigit, quãdo illum filius Absalom persequebatur [b]. Vel cur id speret exponit, quoniam grauissimum periculum sit ab iis qui cũ *appropinquent*, id est, propinqui & amici videantur, ac sint; tamen factis, réque ipsa nil differant à gregalibus & ignotis, ac eum, nulla propinquitatis & amicitiæ habita ratione, pessimè tractent. Præterea ratio cur id potest fiduciæ tantæ, quoniã appropinquantes contra se, id est, pugnantes, eo habuerat loco, quem eorum requirebat dignitas & conditio, nempe Saülem pro rege, ac socero, & magistratus ipsius pro legitimis regni gubernatoribus: aut Absalonem pro filio, Achitophelem pro primario consiliario suo, aliósque pariter suo quemque gradu honorificè tractauerat, nullum læserat, ac proinde flecti ad commiserationẽ debere videbatur Deus, & innocentiæ ac benignitatis illius rationem habere. Varij hi sensus oriũtur ex diuersa verborum notione, quam nunc expendemus. Interim censeo meliorem primum de pugnantibus numero magno contra Dauidem.

a 1. Reg. 16. 10.

b 2. Reg. 15. 24.

Sensus melior.

Redimet.] Futurum pro præterito פָּדָה *padah* etiam Hieronymus reddidit; fierique id sæpius, iã multoties vidimus. In psalterio Romano & Ambrosiano, & apud Arnobium, & Hilarium, *liberabit*: apud Cassiodorum, *liberauit*. Non significat hoc loco *redimere* proprio pretio dato, sed simpliciter liberare, & quidem priusquam quis ab hoste capiatur. Græcum verbum λυτρώσεται, pretium per se inuoluit: sed latiùs extendi debet: eodem pacto פָּדָה *padah*, quod aliquando redditur *eruere* [c], *dimittere* [d], &c. ῥύσασθαι autem habetur primo loco, per quod Nicephorus nostrum explicat.

c Iob. 5. 23.
d Exod. 21. 8.

In pace.] Pacem restituet, aut, quod Euthymio placet, *absque labore*, aut, quod Nicephoro, *sine bello redimet, ac liberabit.* non gessit Dauid bellum contra Saülem, sed Philisthæi. Mystice de Christo Hilarius declarat, qui *pacificauit omnia ih cælis & in terra* [e], per animam, siue vitam, quam pro mundo posuit deditque: & eam ipsi Pater restituit, vt ait Hieronymus, eripiendo de tribulationibus mortis. Vel, *in pace* redemit Christus animã suam, id est, in se ipso, qui *est pax nostra, faciens vtraque vnum* [f], vt idem Hieronymus docet. Christus enim tiem. *quam posuit* sponte, *iterum* eodem modo *animam suam sumpsit* [g]. Eundem sensum mysticum Cassiodorus sectatur, & alij. Secundum tropologiam, *anima in pace redimitur*, inquit Rufinus, quũ lo de vitiis ad virtutes, siue de hoc mũdo ad Patrem, per omnipotentis Dei gratiam transfertur, quando, vt ait Remigius, dat Deus dilectionem, in eos qui intus, & qui sunt foris, siue inimici, & amici.

Mystica ad Christum et primam
e Colos. 1. 20.
f Eph. 2. 14.
g Ioann. 10. 17.
Tropologia.

Animam meam.] Vitam meam, quę periclitabatur: hic sæpe sumitur *anima*, sed iuxta sensus mysticos pro ipsa substantia animæ peccato & damnationi obnoxiæ anima sumi debet.

Vera anima vsurpatum.

Ab his qui appropinquant mihi.] Hieronymus, *ab oppugnantibus mihi.* Alij, *a bello* (quod erat) *contra me*. Ioan. *a prælio* (quod erat) *mihi*: sine scilicet appropinquaret mihi. Vel, *ab his, qui mihi immi-*

nebant.) Vel, *a præliantibus contra me.* Chaldaicè, *ne accederet ad me malum*: vel, & *non admonebitur malum mihi.* מִקְּרֹב־לִי לְמִקְרַב בִּישׁ לְיוֹחֵי *de la lemikzau bis leuaihi.* Hebræa sunt מִקְּרֹב־לִי *mikzeron li*: quod exponi potest, *ab appropinquare mihi*, aut, *ne appropinquet quis mihi*, aut vtrouis modo, verbum *bellandi* vsurpando, vt sit קְרַב cum accentu coniungente, *keron*, infinitiui, & cum litera seruili. Sic in psalmo 26 [b]. *dum appropiant*] (hoc autem loco legit *appropiant*, Psalterium Romanum, & Ambrosianum, & Hilarius in commentario: Arnobius, *approximant*) *super me nocentes* בְּקָרֹב *bikzeron*. Vel certè קָרָב *keron* nomẽ est more Chaldæo pro *pugna & bello*. Arnobius de bello disertè declarauit: Basilius ac Theodoretus de impugnantibus, nimirũ, cõminus manibúsque consertis. Galli, de hoste imminẽte, ac propiùs ad obsidẽdũ accedẽte dicunt castrensi phrasi, *Faire les approches.* Treuetus exponit, de accedẽtibus ad capiendum & occidendum. Præterea à nomine קָרוֹב *karon* in regimine, potest significare *propinquum*, & collectiuè *propinquos multos*, hoc est, contribules Ceilanos, & alios propinquitate sanguinis vel amicitiæ cõiunctos. Hoc exposuerunt modo Euthymius & Nicephorus: & hic appellat *συγγενίας*, atque in ista oratione esse *ἐκφύτους*, vt à talibus etiã sit liberatus, quos nempe difficilius sit vitare. Euthymius vocat *cognatos*, atque olim *commilitones*, qui defecissent ad Saülem. Lyranus exprimit Ceilanos appropinquantes, in signum amicitiæ. Quod indicant etiam exteri Latini, qui mystico sensu declarant de fictis falsísque fratribus in Ecclesia; nomine, nunc numine; corpore, non mente; numero, non merito, vt Gossa loquitur, & de proditoribus Christi; quemadmodum eodem sensu conquestus priùs fuerat Dauid, vt Hilarius notat, de Iuda quondam Apostolo. Lege quadam epistola Augustinum [b].

a versu 2.

Gallica phrasis

Mysticus sensus.

b epist. 48.

Quoniam inter multos erant mecum.] Hieronymus, *multi enim fuerunt aduersùm me.* Perperam legunt [c] aliqui, *inter multos erant mecum*, & interpretantur, quasi in medio multitudinis videretur sibi solus. Augustinus, & Psalterium Ambrosianum, *in multis*: Alij, *quoniam multi erant mecum*, nempe aduersum me, aut mecũ pugnantes quod *appropinquandi* verbo significari diximus. Vel, *in multis*, siue *cum multis fuerunt mecum*, aut *aduersùm*, nempe etiam pugnantes. Vel, *quoniam cum multitudine aduersùs me aderant*: Vel, sumendo, *quoniam*, pro quamuis, vt Gagneius sumit, & alibi sic sumitur [d], nec non Hebræum כִּי *chi* [e]: *quamuis plurimi sint qui vndique oppugnent me*: Vel, *etiam si propinqui & amici essem, erant inter multos*, id est, inter hostes, & hostium loco.

c Ferdinandus à S. Iacobo Hieronymi S. Michaelis cõsiderator. Hispaniomate.

Quoniam pro quamuis.

d Apoc. 3. 8.
e Exod. 34. 9. Iosue 17. 18.

Sensus est satis receptus & communis: sperare se liberationem ab hostibus, qui pugnant, aut qui specie amicitiæ aduersantur, quoniam numero magno sunt, & plurimos aduocauerunt: vel, etiam si plurimi sint *cùm non sit in multitudine exercitus victoria belli, sed de cœlo fortitudo, & facile sit concludi multos in manus paucorum, & non sit differentia in conspectu Dei cœli liberare in multis, & in paucis* [f]; *& non secundùm armorum potentiam Deus, sed prout ipsi placet, det dignis victoriam* [g]. Hoc voluit Symmachus, πολλοί γὰρ ἐγένοντο κατ' ἐμοῦ, *multi namque erant ad me*, id est, vel, contra me, vel si mecũ, & cũ meis comparentur. Habet eã vim πολλὸς & alibi [h], licet apud alios significet *exiguum paucimque*. Eòdem spectat, si *in multis* dicantur *esse cum aliquo*, id est, contra aliquem, qui freti multis mili-

Sensus latus.

f 1. Mac. 3. 18. 19. 2. Reg. 14. 6. 2. Paral. 14. 11. c. 25. 8. g 2. Mac. 15. 22.
Πολλαχῶς.
h 2. Reg. 23. 20. in emendatis Bibliis prou. 5. 24.

tibus,

tibus, armis, aliis præsidiis, confidant se deuincere posse. Id videtur versus ille Apollinarij innuere:

Sozomenus sensus.

ὅτι καὶ μετ' ἐμοῦ πολλοὶ τὰ τοιαῦτα ἐπολέμησαν.

Quoniam mecum, multis fidentes, repugnabant.

Secundum sensum Paraphrastes Chaldæus indicat: *quoniam in multis afflictionibus fuit verbum eius in adiutorium meum*: ita vt propterea speret, quia sit prius expertus diuinam opitulationē. Hac ratione, ad illa, *in multis*, supplebitur tribulationibus: & in verbo, *erant*, adiutores missi à Deo, de cœlo, nisi forte legerit Paraphrastes in singulari

Tertius. 3

יהוה *hauah*, *fuit*, vel *erat*, scilicet Deus. Tertius retento plurali verbo, *erant*, est R. Abraham, & Kimhi, qui placet quoque Vatablo, Genebrardo, Agellio, spero confidóque, quoniā mecum (& pro me aliàs) inter multos (hostes versatetur) erant (qui iuuarent me, scilicet Angeli) aut inter multos, id est multi, pluréque quàm aduersarij pro me erant, nam angeli creduntur fuisse, qui, prout præmonuerat Deus, in cacumine pyrorum gradientes, sonitum ediderunt, túneque egrediente Domino, scilicet per Angelos, percussa sunt castra Philisthim, reportauitque Dauid insignem victoriam [a]. Quamquam hoc accidit, cùm mortuo Saüle, iam Dauid regnaret; ac multo ante rebellionem filij, de qua etiam aliqui psalmum interpretantur. De Elisæo nota historia [b], & de bello contra Sisaram [c], & de victoriis Machabæorum, opera Angelorum [d]; & de multis Christianorum, siue Angelorum ope siue aliorum sanctorum, vt Cōstantini, Theodosij, Honorij, Clodouæi, & aliorum. Quartus refertur ab Agellio, vt hi, non Angeli sed homines intelligantur, qui rebus Dauid studerent, ac Deum etiam pro illius salute orarent. Quintum idem excogitauit: vt בְּרַבִּים *berabbim* non *in multis*, aut *inter multos* Dauid intelligat fuisse, sed veluti designare viros principes quósque ipse honore affecerit, qui tamen cum ipso fuerint, videlicet pugnantes.

a 2 Reg. 5. 23. 24. 25. Hunc psalmū interpretatur.
b 4 Reg. 6. 10. c Iudic. 4. 15. & 5. 20
d 2. Mac. 10. 29. 38. & 11. 8.

Quartus sensus iuxta locū.

Quintus.

Auctoris sententia.

De hoc sensu priùs quoque dixi, sed non recedendo ab editione vulgata, & Hebræum nomen accipiendo *pro multis*; aliter posset exponi, vt eos qui sibi aduersabantur, Dauid in multis, & inter multos priùs æstimaret magnique faceret, atque veluti selectos, & à multitudine secretos haberet.

Vers. 20.] Exaudiet Deus, & humiliabi[t] illos, qui est ante secula.

Non enim est illis commutatio, & non timuerunt Deum.

Sensus loci.

REnouat fiduciæ actum, speratéque se affirmat exaudiendum, deprimendos autem aduersarios, ab eo cui resisti non possit, cùm sit æternus, ac proinde iam inde ab initio super omnia obtineat principatum & potestatē; illos porrò punitione atque perditione dignissimos esse, quia resipiscere nolunt, & in melius commutari, à malitia sua, Dei timore prorsus abiecto: Vel quia nec vis, nec sors illos vlla frangit, aut in peius mutatio, & quasi excidium; vel quoniam nulla in iis grati animi significatio, & suæ aduersus illos benevolentiæ; beneficiorúmque compensatio; vel quia flecti nulla ab ipso ratione, seu prece seu pretio possunt, vt à nocendo desistant, nec homines nec Deum verentes; vel quia non commutabuntur in resurrectione ad gloriam corporū [e]. Hoc vltimum est Hilarij, & Ambrosij [f], Augustini etiam, & Cassiodori, Remigij, Bedæ; primum plurimorum: secundum Ariæ, Agellij: tertium post Caietanū, Placidi Parmentis: Quartum ipse adiecto. Sexto Gagneius exponit, non esse commutationem illis à Deo, vt non puniat: qui

e 1 Cor. 15. 51. 52. 1. Thess. 4.

Nec cum semel decreuerit
Pronunciare aduersus eos sententiam
Mutabit, illis pessimo
Vitæ suæ à genere nunquam cessantibus,
Sed immorantibus suis
In consuetis flagitijs, neque interim
Ipsum Deum timentibus.

Septimus aliorum, non esse mutationem illis à felicitate externa, vt ideirco non timeant Deum, sed teneat eos superbia, quia *in labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellantur* [a]. Clarior sensus ille redditur, si quis vertat, *non enim sunt illis excessiones*: quamuis hæc versio congrueret etiā primo sensui, ad exprimendam duritiem & obstinationem animorum.

a Psal. 72. 5.

De Christi persecutoribus commodè exponitur ab Euthymio, qui videlicet æternitatem ac diuinitatem eius minimè crediderint: partim autem sublati, partim per orbem dispersi, abiecti, humiliati fuerint, omnibus seruientes nationibus: commutationis verò, hoc est, pretij, quod soluit Christus pro omnibus, fructum recipere noluerint; ideóque nulla illis alia superfuit redemptionis & salutis via: sed, quod ait Ambrosius [b], gratis & sine pretio disperserit illos Deus, sicque *non fuerit multitudo in commutationibus eorum* [c]. Tropologicè, non est commutatio cæteris quibuscunque qui se à societate sanctorū, per opera mala separant, quia non sibi comparant quod pro animæ suæ salute commutent; cum nullam homo *commutationem* dare *pro anima sua* possit [d], quā capiat offerátque ex externis quibuslibet bonis, sine bonis operibus, & pretio sāguinis Christi. sed, vt idem Ambrosius [e] docet, vbi iniquitas propendet, nulla bonorum operum commutatione reuocetur. Tractat Greuesus egregie tropologiam de mutatione spirituali, ad eamque pertinere titulos psalmorum; *pro his qui commutabuntur*. Præter enarratores, Fulgentius [f] explicat de miseris & infelicibus, qui de malo ab bonum negligunt istius vitæ tempore commutari. Ne autem sibi frustra promittant peccatorum indulgentiam transacto huius vitæ limite conferendam, subdit postea, quòd *extendit Deus manum suā in retribuendo*. Quam retributionem idem Pater deinceps ait consistere in cæcitate cordis hic, & post præsentem vitam in æterna damnatione.

b Psal. 43.
c Ps. 43. 13. Tropologia.
d Matt. 16. 26.
e Supra.
Tropologia de mutatione spirituali.
f de remiss. peccat. c. 13

Exaudiet Deus.] Nimirum non eos, vt videtur nonnullis, sed me, qui principio psalmi hoc flagitaui, & vespere orationem, mane, meridie frequentando, id impetraturum dixi. Quamquam exponi posset, quòd *exaudiet eos*, nempe aduersarios, id est, pernicioſa consilia, & verba ipsorum contra me. Sed primum melius; fauet tamen posteriori sensui textus Paraphrasis Chaldææ, vt extat in bibliis Regijs: יְשְׁמַע קֳדָם אֵל *yismakh kedam el, audiet coram Deo*; quamuis etiam declarari posset, oratio mea. Apud Nebiensem habetur sicut in textu Hebræo יִשְׁמַע אֵל *yismakh el, audiet Deus*. Apollinarius omnino secundum secutus est sensum.

Secunda expositio.

κἂν ὁ θεὸς ἀκούσεται μοῦ τῆς δεήσεως καὶ ταπεινώσει αὐτούς.

illos audiens genitor mundi tabescentes.

Et humiliabit illos.] Affliget, pumet, prosternes, deiicet de gradu, longéque proiicet. Chaldaicè,

& accipiet ab eis, id est, vel repetet pœnas, vel auferet dignitatem, bona, vitam, &c.

Qui est ante sæcula.] Additur in psalterio Romano, *manes in æternum*. Hieronymus, *qui iudex est ab initio*. Alij ex Hebræo יֹשֵׁב קֶדֶם *veroſimen kedē & manens ab initio*. Vel, *& ſedens habitánſque antiquitatem*, ſeu *æternitatem*, aut *antiquitus*, aut *ab initio*, vel, *qui ab æterno ſemperq; regnat*. Videtur litera ſeruilis (ו) *ve*, *&*, continere cauſæ redditionem, vt propterea humiliet Deus illos, quia ſemper conſedit in ſolio regni, & in tribunali iudici; & quidem tranquillus, pacatus, immutatus, nullis hoſtium commotus minis. Paraphraſtes: *ac ſedebit in cœlis* (ſicut) *à principio ſeculorum*. Similis locus, *Deus* [a] *ſedes ſuper ſedem ſanctam ſuam. Dominus* [b] *in æternum perſeuerabit, parauit in iudicio thronum ſuum*: [c] *ſedisti ſuper thronum qui iudicas iuſtitiam: Dominus* [d] *in templo ſancto ſuo. Dominus in cœlo ſedes eius: ſedes* [e] *tua Deus in ſeculum ſeculi, virga directionis virga regni tui: ipſe* [f] *reget nos in ſecula: Deus* [g] *rex noſter ante ſecula: à ſeculo* [h], *& in ſeculum tu es Deus: parata* [i] *ſedes tua Deus, ex tunc à ſeculo tu es. Regnum* [k] *tuũ, regnum omniũ ſeculorum, & dominatio tua, in omni generatione & generationem*. Caſſiodorus compeſcit hoc loco Arianorum inſanam temeritatem, qui creatorem tẽporum Verbum, ſeu Dei filium coæternum Patri & conſubſtantialem, prædicare non verentur ſub tempore fuiſſe. Nicetas [l] Choniata Valentinum redarguit ex hoc loco, quòd confingeret inter principia cum diis etiam ſæcula, quaſi non hæc feciſſet vnus & idem verus Deus.

In fine eſt סֶלָה *ſelah*, & in emendatis Bibliis Græcis Διάψαλμα, eiúſque meminit Hilarius, de quo in Pſalmo 3. [m]. Iuxta exemplaria Hebræa, eſt hic in medio verſus. Cur autem, cùm ſoleat potiùs in fine poni, nunc ita locatum ſit, Bredembachius cauſam reddit, quia nõn minùs eo quod præcedit, expẽndendum ſit id quod ſequitur de ratione interitus illorum. Hilarius docet interiectum diapſalma, omnem his, ob impœnitentem impietatis eorum profeſſionem, ſpem reſcindere. Valde incertus vſus iſtius vocabuli, vt monui eodem pſalmo 3.

Non enim eſt illis commutatio.] Hieronymus, *non enim mutantur*. Alij exponentes Hebræa אֲשֶׁר אֵין חֲלִיפוֹת לְמוֹ *aſcer en chaliphoth lamo*, ſic reddunt, *quibus non ſunt mutationes*: vel, *nam non ſunt mutationes ipſis*? vel *non ſunt exciſiones illis*. Ex Symmacho videtur mutuatus Hieronymus: Οὐ γὰρ ἀλλάσσονται. Aquila vertit, ὅτι οὐκ εἰσὶν ἀλλαγαὶ αὐτοῖς, *quibus non ſunt mutationes eis*: Lxx. quos ſequimur; Οὐ γάρ ἐστιν αὐτοῖς ἀλλάλαγμα. Quod attinet ad Hebræum textum, prima dictio אֲשֶׁר *aſcer*, aut ſignificat pronomen *quibus*: aut particulam cauſalem *nam*, ſeu *enim*. Secundũ nomen pluralis numeri, *mutationes* ſiue *viciſſitudines*, aut *exciſiones*, quo pacto in Iob [n] *expecto donec veniat immutatio mea* חֲלִיפָתִי *chaliphathi*. Chaldæus expoſit de immutatione vitę; Lxx. transferunt ἕως τέλει γένωμαι, *quouſque rurſus fiam*. Aquila & Theodotio, ἕως ἂν ἔλθῃ τὸ ἄλλαγμά μου, *quoadiuſque venerit mutatio mea*: Symmachus, ἕως ἂν ἔλθῃ ἁγία φύσις μου, *donec veniat ſancta natiuitas mea*. Sed alij etiam ibi exponunt *exciſionem*. Vnde facile eſt eo ex loco confirmare varios huius noſtri ſenſus, quos priùs attulimus.

Quarto Hilarij & Ambroſij de commutatione reſurrectionis fauet immutatio Iob, vt rurſus fieri ſignificat, vel ſanctam natiuitatem. Si autem interpretemur de mutatione per exciſionem, trãſitúmve mortis, conferet ad ſecundum, ſextum, ſeptimum. *Immutationem*, vt eſt in melius, ſecundum mores accipiunt, qui primum tradunt, numero ſanè multi; vt ſcilicet ſignificetur pertinax & obfirmatus in malo animus, qui *cùm in profundum peccatorum veneris, contemnat* [a], *durus ſit, & nervus ferreus ceruix eius, & frons illius ænea* [b]. Certè hic ſi ſenſus verus, vt ſanè veroſimilis, probatur mihi Folengij coniectura, non ſine gemitu & lacrymis in hæc Dauidem verba prorupiſſe. At negari nõ poteſt quin ἀντάλλαγμα propriè ſit *mutatio pro alio*, vicéque alterius, idve quod pro alio datur in permutationem, & quo dato aliquid redimitur: denique compenſatio, & conuentio, qualis cernitur in commerciis, contractibus, mutuis hinc inde officijs. Hanc notionem optimè tertia & quarta expoſitio exprimunt. Apud Matthæũ [c], & Marcum [d] eſt Græce ἀντάλλαγμα in illa ſententia; *quam dabit homo commutationem pro anima ſua*? In libro Eccleſiaſtici [e] redditur Latino nomine *reconciliationis*, cùm ſcribitur de Noë, quòd *in tempore iracundiæ factus eſt reconciliatio*, quaſi pretio innocentiæ ſuæ obtinuerit, vt ipſe cum ſuis paucis genus humanum conſeruaret, ne prorſus excinderetur, aut poſt diluuium, per oblationem ſacrificij, ne iterum orbis diluuio periret. Igitur hoſtibus Dauid ſuis *non eſſe commutationem*, intelligi poteſt dixiſſe, vt ego quarto dicebam loco, quia irreconciliabiles flecti ſe obſequio, officio, beneficio nullo ſinebant, nec vllo quaſi pretio contenti erant. id indicat etiam Apollinarius:

Οὐ γὰρ λύτρου ἔχυσι.
non enim pretium habent.

Vel, quoniam, vt alij auctores tertij ſenſus, beneficia collata, ingratiſſimi non compenſabant. Crimen ſignificatur ingratitudinis, ait Caietanus; qui ſunt tales, quòd non ſunt ipſis permutationes receptorum beneficiorũ & officiorum à me.

Et non timuerunt Deum.] Poſſet illud *&*, eſſe pro, *quia*, vt idcirco non ſit improbis commutatio, tot illis mod(s, quos attulimus, quoniam abiecerunt à ſe timorem Dei.

Verſ. 21.] Extendit manum ſuam in retribuendo. Contaminauerunt teſtamentum eius.

Verſ. 22.] Diuiſi ſunt ab ira vultus eius; & appropinquauit cor illius.

Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum; & ipſi ſunt iacula.

DOcet, propter tãtam hoſtium ſuorum, ſiue pertinaciam in malo, ſiue ingratitudinem ſiue irreconciliabile odium, iam Deum in eos vltricem manum ſuam extendiſſe, & paratum iam eſſe ad condigna eorumdem ſceleribus retribuẽdum ſupplicia, eo quòd violauerint & profanauerint pactum cum Deo initum, legémque ipſius de nullo opprimendo; præterea promiſſum, quod nomine Dei Saul dederat Dauidi, ne ipſum ampliùs perſequeretur. Quare futurum certò prædicit, ac vt iam factum dicit, vt ab ira diuini vultus, atque à vindicta indignationis eiuſdem diſſipentur, diſpergantur, remoueantur à rebus ſuis, à vita, à ſocietate ſanctorum: iam enim Deum cogitaſſe, córque applicaſſe ad faciendam citò vindictam. Vel *cordis appropinquatio* ponitur ad

a Prou. 18. 3.
b Eſa 48 4.
Folengij probata coniectura.
Ἀντάλλαγμα.
c cap. 6 26.
d cap. 8. 37.
e cap. 44. 17.
Et pro quia.
Senſus loci.

cumulum improbitatis illorum, quòd vnus maleuolentiæ, fœta tegerent amicitia; quemlibet enim, seu hunc & illum, ac præsertim proditionis primarium auctorem, corde agitauisse proditionem perniciemque, blandissimis interim, ac oleo lenioribus verbis vtendo, cum reuera nihil nisi sagittæ essent, quibus transfodere, ac perdere studebant. Idem sensus erit in ceteris, si primum membrum exponas de inimico extendente manum ad nocendum amico. Aliter exponi potest, cum Agellio, quod si qui ex aduersarijs nam numerus singularis collectiue sumêdus est,) videantur extendere manum, vt retribuant, rependant, compensent accepta beneficia ei qui contulit, aide, si extendant, ac protendant, & porrigant manus priùs exosculatas, & ad amplexandum, beneuolis verbis vtendo, obsequiúmque offerendo, nihil aliud tamen agunt re vera, nisi contaminant, violant, rumpunt fœdus, ac veluti testamentum amicitiæ cum illo; & è contrario, quibus putantur esse infesti, hos beneuolentia, ac beneficiis prosequuntur; ita vt ex vultu externaque specie, non satis dignosci possit quid intus in animo gerant, sed merito æstimare possis vultus eorum, diuisos esse, quasique multiplices, cùm nunc iram præ se ferant, séque diuisos, & alienos ostendant, quibus tamen corde appropinquant, diligentes ex corde, & animo: nunc ad benignitatem componêdo vultus, blandis vtantur ac lenibus verbis, quibus pernicië tamen machinantur.

Agellij expositio.

De persecutoribus Christi Iudæis expositio aliter.

De persecutoribus Christi Iudæis, ac de quibuscumq; aliis, qui Ecclesiam, ac iustos insectentur, maximè per dolos, fraudes, simulationes, locũ istum totum tractatores declarant; nec vno tamen modo, quia variè permutatur numerus, ita vt vel singularem de Deo interdum, vel collectiuè de multis accipiãt. Sed hæc dispicientur commodiùs in particulari explanatione singulorum.

Extendit manum suam in retribuendo.] Apud Rufinum, *extendet*, quod ita etiam in futuro explicat Haimo, & alij: apud Hieronymum in commentario, *expandit*. In psalterio Romano, *& extendit manum suam in retribuendo eis*. Hieronymus, *extendit manum suam ad pacifica sua*. Hebraicè sic est שלח ידיו בשלמיו *selach iadau bisloman*. Quod alij vertunt, *misit manui suæ in eos, qui pacifici erant cum eo*; vel *in paces suas*, vel, *in virum pacium*, siue *fœderum suorum*: vel *in pacificos suos*: vel *in eos, qui peculium suum erant*. sensus est, quòd hostes duce vno, siue is fuerit Saul, siue Absalom, in media pace bellum intulerint, manúmque violentam iniecerint, & pacem simulando, amicitiæ fœdus vinculúmque (quod sequentia continent verba) fœdè ruperint; & amicissimos violauerint, qui solent appellari *pacifici* [a]. Aquila expositi, ἀπέστειλε χεῖρα αὐτοῦ εἰρηνικοῖς αὐτοῦ, *misit manum suam in pacificos suos*. Aut, vt refert Theodoretus, siue Basilius, idem ac Theodotio, & Symmachus, quos vocant interpretes tres, ἐξέτεινε τὴν χεῖρα αὐτοῦ εἰς τὰς εἰρήνας αὐτοῦ τὰς ἐν αὐτῷ πρὸς αὐτόν, *extendit manum suam in eos, qui pacem habebant in ipso ad ipsum*, seu *erga ipsum*. Quamuis in scholio referatur tantùm πρὸς αὐτὸν ex Theodoreto, & videntur ἐν αὐτῷ, & πρὸς αὐτὸν variæ lectionis verba, simul per errorem commixta. Chaldaicè, *extendit manus suas in homines pacis suæ*, sed aliter dispungit Nebiensis: *extendet manum suam in hominibus pacis*, siue, *permutabit pactum suum*. Videntur L x x. legisse יָדָיו *in do*, *manum suam*, in singulari, & בְּשַׁלְמֵיהוּ *bislomo*, *in retribuendo ipsum*, per infinitum verbum, cum litera seruili & affixo pronomine numeri singularis. Verbum שָׁלַם *sealam*, simul inter alia significat *soluere debitum*, quod est genus retributionis, & *pacem habere*, *pacificumve esse*, quia, qui soluit, iam nil habet quod pacem turbare possit cum alio. Vnde *manum extendere ad pacifica*, vel *pacificos*, is prælegitur, quoniam exigit pœnas ab iis qui nihil debebant, aut commerciti erant. Propterea vocantur peccata, *debita* [b], & scribit Sapiens [c], quod *qui detrahit alicui rei, ipse se in futurum obligat: qui autem timet præceptum, in pace versabitur*. Vt recte hic prius dictum sit, *& non timuerunt Deum*: nunc verò, *extendit manum suam in retribuendo*, vel, *ad pacifica, pacificósve*, nempe, vt iis retribueret, ac eos puniret, qui nihil debebant, & quos in pace viuere sinere debebat. Exponunt porro dicti Patres de Saüle persequente Dauidem benefactorem, familiarem, notum, & de Iuda Christum seruatorem, & bonorum suppeditatorem.

[a] Matth. 6. 12.
[b] Proinde peccata debita vocantur.

De Saule & Iuda diuersa typice.

Sensus literalis cum mystico.

Et dictis vnus conficitur sensus literalis cũ mystico, vt scilicet *extendere manum* intelligatur inimicus *in retribuendo*, vel, hoc accipiendo in malam partem, vel in bonam, sed cum simulatione, vt in paraphrasi dixi: de duplici autem notione dicti verbi [c], alibi priore tomo; & trita etiam phrasis est [d], vt *extendere* sit grauiter percutere, & considerate. Alter sensus fere communis Latinis, est à me primo priùs loco positus de Deo puniẽte persecutores Dauid, ac sub isto typo etiam Christi, Ecclesiæ, quorumlibet iustorum: præsertim autem Iudæos interfectores Christi. In *extensione* verò, seu *expansione*, Hieronymus attendit, quòd quam recipere, cum porrigeret Christus tota die manum ad auxilium, populus non credens, & contradicens, noluit, vindicem experiretur & hic, & in iudicio. Vocat Nicephorus hanc *Dei manum*, τὴν κολαστικὴν δύναμιν, ἐπὶ τῷ ἀποδιδόναι τὴν ὀφειλομένην τιμωρίαν, *punitiuam potentiam in reddendo debitam castigationem*. Alius dicendi modus, allatus quoque ex Agellio, quod ad hoc pertinet membrum, tolerari potest, sed in aliis patitur difficultates, quas postea expendemus,

[c] Psal. 5. d Exod. 12. 15. 1. Reg. 6. 6. &c. Extendere pro percutere.

Sensus alter loci.

Hier. manu extensio est auxilium ostentionis.

Dei manus Nicephoro dicitur.

Videtur mihi Apollinarius *retribuendi* sumpsisse verbum in bonam partem, Deóque tribuisse, quẽ improbi non timere dicti antè sunt, ac spernere; cùm tamen ipse non desinat suo tempore, vicibúsque quibusdam illos afficere beneficiis:

τοτὲ, μὲν ἀμοιβαίοις παλάμην ἀπερύκων ἐπ' ἔργοις: *extendit mutua manum vergentem ad opera.*

Sed Hilarius disertè ita sumpsit, explicãs, cùm ad retribuendum Deus improbis manum extendisset, id est, auxilium obtulisset, contaminasse testamentum ipsius, hoc est, eum qui testamento legis ad salutem pronunciatus est, repulisse. *Manus expansa* denotat quandoque clementiam, & beneficentiam [e] Dei, seu, quod idem est, *tenere manu*, significat protectionem. Placuit idem sensus Brunoni Carthusiano.

[e] Ezech. 2. 9. Esai. 65. 2. Manus expãsa pro Dei clementia, & omnipotentia.

Sunt etiam [f], qui priora verba, *non est illis commutatio*, exposita de obfirmato odio istis nectentes, interpretentur in eo esse obstinationem, quòd mordicus, ac tenacissimè manibus veluti prehendant, quem oderunt: sicut gryphum [g] ferunt, quod vngue arripuerit, nulla ratione dimittere, nisi præciso sibi pede: & narrant [h] tanto nescio quem odio flagrasse, vt desperata iam vita in naui, cùm priores periclitari cognouisset, qui sederent in puppi, lætari se diceret, quòd ibi esset inimicus, cuius se sperabat priorem interitum visurum, quàm proprium.

[f] Petrus Valderama in exercitio feriæ 6. post cineres Hispan. idiomate.
[g] Gryphi natura, Ricaud. Ile. in symb. to. [illegible].
[h] Scipio Amirat. Extremi dies extremum.

Contami

Contaminauerunt testamentum eius.] Augustinus, *polluerunt.* Hieronymus, *contaminauit pactum suum.* Vbi seruat eundem singularem numerum, qui erat in priore membro; & pronomine reciproco vtitur, ita vt is, qui *extendit manum*, videlicet ad nocendum, id faceret, contaminando, polluendo, violando, rumpendo pactum suum, quod inierat cum alio. Hebraizantes alij eodem fere modo, *polluit pactum suum, maculauit fœdus suum:* vel *irritum fecit fœdus suum*; vel, *amicitiæ vinculum turpiter rupit.* Symmachus, παρεβησαν συνθηκην, *transgressi sunt testamentum.* Quadrat id optimè in Saülem, qui toties pollicitus erat cum iuramento, non insidiaturum amplius vitæ Dauidis [a], quem etiam generum suum fecerat, quod hic *pactum* Caietanus interpretatur. Nec non etiam Absaloni bene conuenit, quem præter naturalem confœderationem, credibile est, postquam ei Pater ignouit, ac in conspectū quoque admisit, prolixè pollicitū obedientiam & vitā melioré. Iudæ, & Iudæis quam apte congruat, nemo non videt. Ad eos respexisse Lxx. existimo, vsurpando vocabulum διαθηκη, quod solet de lege tota, tum veteri tum etiam noua, accommodate vsurpari, vt alias docui, quemadmodu & Hebræū ברית *berith*, sed & per verbum ἐβεβήλωσαν, quod violationem ac profanationem rei sacræ designat, vt Euthymius obseruat, innuerunt profectò iidem interpretes sanctum illud vtrumque & sacrum testamentum, Iudæósque profanos euasisse. Tametsi constat, apud omnes gentes, iurisiurandi, pacti, fœderisque sanctam religionem semper fuisse. Periurans dicitur *polluere nomen Dei* [b]. Saül, & complices, ait Euthymius, profanauerūt ac spreuerunt legem Dei, qua mandatur, *Diliges proximum tuum*, & alia huiusmodi: Christi autem occisores, spreuerunt Euangelium. Iudæi isti etiam legem illam spreuerunt, reiecto Christo, & vniuersam legem, atque testamentum, quo, vt Hilarius docet, prænunciatus erat. Hoc modo, pronomen, *eius*, refert personam distinctam, cuius sit testamentum, quod alij contaminent ac profanent: priore autem modo, retinendo reciprocum pronomen, *suum*, significatur, quòd eadem persona, quæ pactum iuit, id violauit: quamuis non rarò alterum pro altero pronomen ponitur, vt nō semel antea monuimus. Contaminatio testamenti diuini, consistit in eo, quod Hilarius dicebat, & quoniam Iudæi refutando Christum, scripturis resistebant, Deúmque ipsum, re ipsa mendacem faciebant, & quicquid sanctum & sacrum in lege erat, cùm referretur ad Christum, dum hunc spernebant, profanum & commune ducebant. Id mali quoque faciunt nunc Christiani peccando, quod Paulus [c] vocat, *polluitum ducere sanguinem testamenti*: Ezechiel [d], *violare sanctum Dei in omnibus abominationibus tuis. & in cunctis abominationibus tuis violare sanctum Dei*, & *introire in illud, in modum emissarium. & contaminare illud.* Malachias [e], *mensam Domini contaminare*: Aggæus [f], *tangere pollutū*: Ieremias [g], *contaminare terram in monticulis idolorum suorum.* Potest hoc etiam accommodatè ad illos aptari, qui dissipant & obliguriunt prouentus Ecclesiasticos, aut res sacras indignè tractant, & scripturam sanctam. Ayguanus, testamentum hæreditatis æternæ, quod *electis disponitur* [h], contaminari dicit ab omnibus obstinatis, nominatim ab auaris: Testamentum passionis Christi, sanguinémve testamenti [i], à luxuriosis: testamentum scripturæ, quæ vocatur etiam *agnitio veritatis* [k], à superbis, tum verò præsertim ab Hæreticis. Augustinus explicat de schismaticis, qui recedant ab vnitate capitis, quod est Christus auctor noui testamenti. Centeri pollunt illi omnes apud se dicere [l], *Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum.*

Diuisi sunt ab ira vultus eius.] Hieronymus, *nitidiùs butyro os eius.* Sic etiam Symmachus, sed in plurali, λειότερα γεγονασι τα ῥηματα αὐτου, *nitidiora* aut *leniora butyro ora eorum.* Hebraizantes, eodem pacto, *leniora sunt magis quàm butyrum verba oris eius.* Vel, *molle sunt supra butyrum os eius.* vel, *molles fuerunt, vt butyrum, sermones eius:* vel, *os illorum mitius est butyro.* vel, *blandius fecit quisque eorum os suum lacte:* vel, *lenita sunt supra butyrum os*, id est, *ora eius:* vel, *molles fuerunt supra butyrum ore suo.* Chaldaicè, *leniora quam pinguedo caseorum sunt verba oris eius.* vel apud Nebiensem, *teneriora, quàm pinguedo caseī verba oris eius.* Sic habent Hebræa, חלקו ממאת פיו *chalekù machamaoth piu.* Verbum חלקו *chalekù* significat *lenire, blandiri*, nec non, ac primaria quidem notione *diuidere*, & *partiri*, vt solent læuia molliáque in multas partes facilè dispertiri atque diffundi. Hieronymus, Symmachus, Hebraizantes, vsi sunt secunda significatione minùs principali, propter sequentem dictionem, vt sit hoc loco intransitiuum verbum, & plurale pro singulari, in quo numero est vltimum nomē. Dictum alibi [c] de eodem verbo. Secundum vocabulum à Hieronymo & Hebraizantibus accipitur, vt nomen pluralis numeri, cum litera seruili, seu præpositione מן *min*, reiecto (א) *nun*, & cum suppositio puncto pathach, propter gutturalem litteram (ח) *cheth*, quæ habet chateph pathach, siue pathach compositum, & camets, loco seua, vt esse debuerat, ob regimen ad sequentem dictionem à singulari חמאה *chemah* quod significat *butyrum bouis*, aut *vaccæ*, licut βούτυρον, à βοῦς *bos*, & τυρὸς caseus. Vt sit sensus, *lenierunt præ butyris os eius*, siue *os suum*, id est, verba oris sui. Vel redundat מ *mem*; vel etiam componit aliud nomen. Quò pacto idem erit adhuc sensus, *lenierunt butyra oris sui*, hoc est, lenierunt se, & vt butyra fuerunt verba oris sui. Vltima dictio פיו *piu*, est cum affixo singulari tertiæ personæ masculinæ, & nomine פה *peh, os*, quod pro pluribus ponitur; & affixum pronomen potest sumi, aut simpliciter aut reciprocè. Veruntamen x x. legerūt nō מחמאות *machmaot* in plurali, sed מחמאת, *machamah* in singulari, velut constans ex dicta præpositione, & nomine חמה *chemah, ira, furor, æstus*, & *incandescentia iræ*, à יחם *sacham, æstuat, excanduit, iratus est*; facta epenthesi litteræ (א) aleph in medio; quamuis reperiatur etiam חמא *chema* cum (א) in fine. Præterea interpretati sunt verbum חלקו *chalekù* transitiuè passiuè, *diuisi sunt à se ipsis*, seu *diuiserunt se ab ira*, id est, *præ ira*: vt legit quoque Augustinus, *oris sui*, hoc est, oris & vultus proprij, ita vt rumperentur ac dilacerentur ira, quam vultu & ore demonstrarent, tamquam in diuersa mutato, cùm scilicet vexaret illos extenta manus Dei. Vel intransitiuè, *diuisi sunt ab ira oris*, siue *vultus eius*, nimirum Dei, qui paulo antè dictus est manum extendisse contra illos, qui non timebant eum, & contaminauerant testamentum eius. Porro hoc loco, *vultus*, non est casus rectus pluralis, sed obliquus singularis, quemadmodum & Græcè, τῆ ὀργῆ αὐτου, vt sit *ira vultus*, à qua, seu præ qua, & propter quam diuisi sint. Diuisi autem sunt aut ab ira sua, aut ab ira Dei, vt antè dixi.

Ex quibus expositionibus posterior est magis

commu

[a] 1. Reg. 24. 23. c. 25. 14. Loci applicatio.

Διαθηκη.

Βεβηλοῦν.

Iurisiurandi, pacti, fœderis, quanta religio. Periurum, Dei nomen polluere.

[b] Leuit. 19. 12.

Christi occisores Iudæi spreuerunt vniuersam legem & testamentum.

Contaminatio testamenti diuini, consistit in eo, quod Iudæi putant quæ.

[c] Hebr. 10. 29. c. 13. 11 & c. 7. 22.

[d] c. 9. 7. 18. & c. 23. 38. [e] c. 12. 13.

Loci applicatio.

[h] Psal. 88. 4.

[i] Zach. 9. 11. Hebræo. 13.

Butyri etymon.

[k] Psal. 24. 3.

communis apud Patres, qui de dissipatione Iudæorum per orbem explanant. Et idem erit, si exponas cu Genebrardo, quòd ipsi se separauerint & distraxerint ab viuo Deo, quèd iram eius neglexerint: quòd, ratione esset nec ne, non curauerint. Sed sensus Agellij, vt ipsos *vultus* mimicorum dicat Dauid *diuisos*, quia nunc simularent beneuolentiam, nunc succenserent quibus non debebant, non cohæret, nisi vultum collectiue sumamus, & *diuisi ab ira* interpretemur, vt eam quandoque simularent, & ab ea se fictè separarent, molliter videlicet ac blandè loquendo, vt præ se ferunt interpretationes ex Hebræo. Arnobij expositio singularis est, *diuisos* dici *ab ira vultus Dei* peccatores, quia ipse impassibilis est. Valentia etiam in eo videtur falli, quod *vultus* accipiens pluraliter, explicat *diuisos vultus* Christi *ab ira*, & separatos, quia semper aduersariis locutus est sine ira. Vindicat hunc locum à calumnia Prædicantis nescio cuius, Gretserus [a] noster, eúmque commode declarant etiam de nostris Pineda [b], & Roa [c].

Mysticè præterea *diuisio* ista exponitur ab Augustino de Hæreticis, & schismaticis, quos etiam partiarios & sectarios vocant, & ipsum *schismatis* vocabulum *scissionem* sonat; sicut & iuxta vnum etymon, *hæresis*: αἵρεσις namque diuidere est, & αἱρεῖν, idem valet, non solùm *eligere*. Gregorius [d] item de diuisione à prauo errore vsurpat præsentem locum, éstque certissima nota, qua Catholica Ecclesia dignoscitur perfectè vna, sibique optimè semper cohærens.

Et appropinquauit cor illius.] Discrimen parui momenti est aliorum legentium, *appropiauit* aut, *eius*. Haimo legit, *appropinquabit*, & meminit Hugo; sicque Bruno Carthusianus exponit. Complutenses Regiúque Codices legunt in plurali, *& appropinquauerunt corda eorum*: prout etiam habetur Græce, καὶ ἤγγισαν αἱ καρδίαι αὐτῶν. Et apud scholiastem alius, καὶ συνεκλείσθησαν αἱ καρδίαι αὐτῶν, *& conclusa sunt corda eorum*. Symmachus, πολεμεῖ ἡ καρδία ἑκάστου αὐτῶν, *pugnat autem cor vnius cuiusque eorum*. Hieronymus, *pugnat autem cor illius*. Eodem fere modo cæteri ex Hebræo וּקְרַב לִבּוֹ *vkrau libbohat praelium in corde eius*: vel, *& praelium cor eius*, nempe meditatur: Vel, *& intimum cor eius*, subaudi subdolum ac simulatum est, sicut & os: Vel, *& propinquum cor est eius*, hoc est, æque simulatum, &c. & quod importat in alia illa Græca versione τὸ συνεκλείσθησαν, *clausum est*, ac *tectum*, vt discerni nequeàt, intus pugnas machinans, foris per os, alienum sese ostentans ac separatum ab huiusmodi re, sed pacificum amicúmque. Chaldaice, *& sicut arma bellica cor eius*. Vtentes plurali numero, aut collectiuè singularem sumentes, nó possunt interpretari de Deo, quod Augustinus tamen facit, docens *cor Dei appropinquare*, ac Ecclesiam suam magis magísque instruere, tum cùm sese ab Ecclesia & ab ipso diuidunt separántque per varios errores Hæretici, & hanc vnam esse vtilitatem hæreseon, ob quam permittátur à Deo, vt multa quæ latebant in scripturis, agitantibus Ecclesiam Hæreticis aperirentur, & intelligeretur cor siue voluntas Dei, & simul sic excluderétur, id est, apparerent *probati argento* [e], multi videlicet, qui optimè poterant scripturas dignoscere, & pertractare, sed latebant in populo Dei, nec afferebant solutionem quæstionum difficilium, cùm calumniator nullus instaret. Exemplis probat Arianorum, Nouatianorum, Donatistarum, qui Trinitatem, Pœnitentiam, Baptismum impugnauerunt. Inductio per infinitas alias hæreses fieri potest.

Imitantur Augustinum alij enarratores Latini, vt Ruffinus, Remigius, Hieronymus, Bruno Herbipolensis: præterèaque declarant, Deum cor & voluntatem manifestaturum contra persecutores Iudæos, & alios, vt malè fecisse conuincantur. Hoc modo Cassiodorus. Haimo exponit manifestandum à Deo, quare hunc elegerit, illum reprobauerit. Arnobius, quòd quamuis improbi *diuisi* sint *ab ira vultus Dei*, quia impassibilis est, tamen *appropiat cor eius*, quatenus non eum latet, id quod sequentibus hîc verbis continetur. Videtur Apollinarius consentire:

ἐγγὺθεν ἀθανάτου σκοπιάζετο μῆτις ἄνακτος.
Prope immortalis vidit consilium Regis.

Bruno autem Carthusianus, & Hugo, *cor Dei* accipiunt pro electis (solere namque nos amicissimos nostros, vocare *cor nostrum*) & istud cor appropinquare cælesti regno, ac beatitudini, vt eam possideat, cùm reprobi diuidantur *ab ira vultus Dei*. Valentia interpretatur *cor Christi appropinquasse aduersarius*, quia propensa semper voluntate ac benigna erga illos fuit. Idem Hugo & Dionysius applicant ad voluntatem Christi Deique, qui diuisis in ira Iudæis in quibus negauit vltra esse voluntatem suam [f]; Gentes vocauerit, voluerit-que, vt *eorum acceptio solus esset Gentibus* [g]; vel Deus Christúsque cor applicauit ad Gentes, vt Hugoni placet. Rursum idem Dionysius, tropologicè, quòd paratus semper sit Deus, cuius misereri, subuenire, parcere, quátumlibet sit separatus per peccatum, cui iustè irascitur Deus. *Appropinquate*, inquit Iacobus [h], *Deo, & appropinquabit vobis*. Hilarius ait, cor Iudæ proditoris appropinquasse, quoniam maximum ministerij opus curauit, nempe pauperum curam agens: Hieronymus, quia cor eiusdem Diabolus impleuit, vt Christum traderet. Euthymius & Nicephorus numero multitudinis legentes καρδίας *corda*: Iudæorum volunt *corda* dici *appropinquasse*, id est, appropinquatura esse, vt à Romanis vexati, tandem quod ambigebant, atq; diuisi inter se, partim aliis causis, partim interfectioni Christi, tantũ illud malum suum adscribebant, cognoscere inciperent, saltémque dubitare, quòd Christus est Deus: nam qui dubitat, censetur ad veritatem appropinquare.

Literalem sensum, & hic, & initio in paraphrasi posui, scilicet de hostili corde, belláque molliente: hanc etiam esse vim verbi קָרַב *karau*, & *appropinquandi*, docui versu 19. Expositio Agellij de corde appropinquante, ad amandum eos quibus iratum se quis simulet, durior est.

Mystici allati sensus, potissimum quos graviores tradunt Patres, venerationem merentur. Gregorius [d] consolans Anastasium Antiochenum Episcopum, magnam scribit Dei omnipotentis esse gratiã, quòd in ipsis qui à sanctæ Ecclesiæ doctrina diuisi sunt, vnitas non est: quódque subtiliùs illa in sua semper eruditione instruatur, dum Hæreticorum quæstionibus impugnatur: ita vt apertè impleatur, quod per Psalmistam contra Hæreticos, de Deo dictum est; *diuisi sunt ab ira vultus eius, & appropinquauit cor illius*, nam, inquit, dum ipsi in suo prauo errore diuidũtur, cor nobis Deus appropiat; quia erudici aduersitatibus, intellectũ eius subtiliùs inuenimus. Sapit hæc doctrina Augustinum, de quo priùs diximus. Idem Gregorius in alia epistola iubet Theodorum medicum *discere cor Dei, in verbis Dei*.

Conuenit cum positio.

Sensus Agellij male cohærens.

Arnobij expositio singularis, & incompta.

a tom. 1. pro Bellarm. de verbo Dei l. 1. c. 23.
b in Iob. c. 17 vers. 5.
Mystica expositio.
c c. 5. sap. c. 5.
d l. 7. ep. in p.

Cor Dei appropinquare intelligunt hæretici.

Hæresim vtilitas.

e Psal. 65. 11. 1. Cor. 11. 19.

Locus expositionem.

Bruno & alium.

Locus applicatus

a Malac. 2. 10.
b Rom. 11. 11.

Tropologia.

c c. 4. 8.
Cor Iudæ proditoris vt appropinquasse dicatur, & corda Iudæorum.

Literalis sensus.

Agellij durior expositio.

d l. 1. ep. in 3. Gregorij consilium ad Anastasium Antiochenum Episcopum super hoc loco.

Mollis sunt sermones eius super oleum.] Non discrepat editionis alia in re vllius momenti. Psalteria Latina alia, & Arnobius, ac Hilarius, *mollierunt sermones suos*, apud Hilarium, *eius super oleum*. Sic alicubi quoque legit Hieronymus [a]: sensus literalis est de blandis cum fraudulentia inimicorum verbis. *Olei* autem, & ἐλαίου nomen accipitur etiam pro *vnguento*, quod שמן *semen* quoque significat, non tantum purum liquorem. Talis illa paræmia, qua vtitur Martialis [b], *ferre oleum in auriculam*. Cuius paræmiæ vis oritur ex olei lenitate, quæ alteri prouerbio locum fecit: *oleo tranquillior*; ita vt placiditatem fluminum comparet Ezechiel [c] cum oleo. Sed ex sacro nostro penu promptum præterea prouerbium [d] de meretrice: *fauus distillans labia eius, & nitidius oleo guttur eius*: & [e], *induit maledictionem sicut vestimentum*, &, *sicut oleum in ossibus eius*, & [f], *oleum peccatoris non impinguet caput meum*. Lenit simul exteriùs vngendo, pungitque oleum intus, Galeno [g] teste, & omnium fere materia est medicaminum, facilè vergens in eorum quæ ipsi admisceantur qualitatem, vel frigoris vel caloris. Quod bellissimè in assentatores, & simulatores quadrat, de quibus Hieronymus [h] ad Celantiam vsurpat præsentem locum, necnon Procopius [i], Auctor [k] operis imperfecti, & Bernardus [l]. Hic obserua *mollitos* dici *sermones*, non *molles*, quòd sit in eis non tam vera & solida, quàm superducta & simulata suauitas. Affinitatem habet *lætlands* verbum, quo non profani solùm, sed sacri etiam vtuntur auctores, vt Salomon [m]; idem sibi valet *loqui mollia*. [n] Talis quem Antiochus misit in Ierusalem, *verba pacifica in dolo loquens* [o]: talis etiam Apollonius ibidem pacem simulãs [p], & alij permulti, vt Ioab salutans Amasam, & confodiens [q]; & Herodes adorare se velle natum puerum Christum dicens [r]. *In ore suo pacem hi cum amico suo loquuntur, & occultè ponunt ei insidias* [s]. Ad literam Basilius, Theodoretus, Euthymius explicant, de Saule, qui nonnumquam blandissime alloquebatur Dauidem vocans *filium suum* [t]. Idem Basilius, ac Theodoretus, & Hilarius referunt ad Iudam; sed Hilarius, ad eum qui blandiloquus emollito super oleum sermone, curam agere se pauperum faltens, etiam tum cùm pretioso vnguenti essa alabastrus est, conquestus est, tamquam id magis vellet in sumptum inopum debuisse [u]. Alij, & Hieronymi nomine insignitus enarrator, & in symbolum Ruffinus, & Cyrillus Ierosolymitanus [x], quando salutatione osculoque prodidit Christum [y]. Verus alibi Hieronymus [z], hæreticos ait hic notari, qui labia tãtùm melle circumlinant, & oleo circumvngant. Euthymius ac Nicephorus, & auctor operis imperfecti [a], de illis explicant, qui vocabant *magistrum* Christum, *veracem, viam Dei in veritate docentem, & tui non esse curæ de aliquo, nec respicere personam hominum* [b]. Addunt Cassiodorus, & Bruno Herbipolensis, cum dicerent, *sumus quia à Deo venisti* [c], & his alia similia possunt afferri. Nã qui aperto agunt marte, atque pertinacitèr, & cum furore pertinaci, eorum dicitur *indignatio dura* [d], & *sermo durus suscitat furorem, sicut responsio mollis frangit iram* [e]. Sed in meliorem partem de verbis diuinæ scripturæ, Dei, Christi, quæ licèt videantur dura, sint mollia tamen, ac suauia, & oleo similia; subeunt, intrant, penetrant vsque ad ossa, & (quod est in sequenti membro) efficacia, & more iaculorum penetrabilia. Declarant Augustinus, is qui Ruffinus dicitur, Remigius, qui meminit eorum qui dicebant, *Durus est, hic sermo*; [f] Bruno Carthusianus, Hugo. *Dulciora super mel & fauum iudicia Domini* [g], &, *dulcia faucibus eloquia* [h]. *Fauus distillans labia sponsæ, mel & lac sub lingua eius* [i], & *eloquium dulce* [k], quando ponit tractat, ruminat, promit verba: *penetrabilior* vtà etiam *sermo Dei, viuus & efficax, omni gladio ancipiti* [l]. *Diffusa est gratia in labiis tuis* [m], vt alias [n] demonstrauimus, atque velut in ore occisi leonis [o], fauus inerat; quem de lege spirituali Prosper [p] interpretatur, quam Christus, repulsis Iudæis ministrauit Gentibus, per Apostolos, quibus videlicet *aperuit sensum ad intelligendas scripturas* [q], & *comedit cum illis fauum* post resurrectionem [r]. Denique *fauus* [s] *mollis composita verba*; vel, vt Prosper legit, *fauus mollis sermones boni*, χάριν μείλιχος λόγοις κεκολ, Hebraice נעם *nohham, suaues, amœni*, &c. *Quid suauius disciplina?* inquit Hieronymus [t], *quid eruditione melius? quia auxilium Domino?* Id Augustinus [u] expertum se scribit. Perfectis *instar mellis est sermo diuinus, vt lac imperfectis*, inquit Nyssenus [x], Theodoretus [y], Psellus [z], & apud Theodoretum [a] tres Patres, Gregorius [b] item, & Rieardus [c] S. Victoris. Diuinus sermo rectè comparatur cum oleo propter lucem, & quia veluti supernatat, reficit, sanat, molletacit, vt ait Hugo; nos de re tota diximus non pauca ad psalmum 18 γ.

Et ipsi sunt iacula.] Hieronymus, *cùm sint lanceæ*: in scholio, loco Ἐκλύσεις, ponuntur ἀκωκία, *tela*, & λογχάρια, *lanceæ*. Theodoretus autem, vt cum quidem Latinus exponi potuit interpres, Aquilam refert *insidias* posuisse *doloso*, sed Basilius, qui nihil differt à Theodoreto, iuxta versionem etiam Latinam, ait *lanceas*, vt necesse sit apud Theodoretum lectum λογχας, apud Basilium λόγχας. Hebræum vocabulum פתיהם *pethichoth*, ab aperiendo, quod est פתח *pathach*, significat *instrumenta, quæ acie, aut acutie aperiunt aliquid, ac diuidunt*. Satis vsitata scripturis cõparatio maledicæ ac fraudulentæ linguæ cum *gladiis* & *sagittis* [d]; vocatur præterea *flagellum linguæ* [e], & *plaga* [f], & *laqueus* [g], dicitur item *percutere lingua* [h]; tribuitur eidem furor [i], & quòd *acuant eam* aliqui *sicut serpentes* [k]: *dentes* quoque nonnullorum, vocentur *arma & sagittæ* [l]. Tandem *iaculum*, inquit Sapiens [m], & *gladius, & sagitta acuta homo, qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium*. Vbi secundùm proprietatem nominum Hebræorum, quæ significant *malleum, gladium, securim*, quibus contundi ac frangi solet caput, iugulum peti, cor transfigi, cognoscitur quàm sit graue malum falsi testimonij, atque calumniæ, vt noceat, quod Caietanus [n] obseruauit, personæ, famæ, rebus. Meritò priùs dictum de huiusmodi calumniatoribus fraudulentis, quòd sunt *diuisi ab ira vultus diuini*, iuxta sensum vnum; quia *ipsorum verba iacula erant*. His illud Plauti [o] conuenit:

In melle sunt lingua sita vestra, atque orationes
Latéque; corda felle sunt fita, atque acerbo aceto,
E linguis dicta dulcia dantes; corde amare facitis.

Quo pacto sermones diuini sint *iacula*, dictum priore mẽbro. Huiusmodi sunt etiã breues quædã preces, quas pij, quòd veluti eiaculentur, *iaculatorias* vocant. Illos *gladios* maledicẽtiæ, & *lanceas* calumniæ *conflare in vomeres & falces* oportet [p]; vt Deus pacis nobiscum sit, páxque illius custodiat corda, & intelligentias nostras, ne finistrè de aliis sentiamus, loquamúrve, ne odiũ alamus. *Concidet*, ait Tertullianus [q], *macharas suas in aratra: sibynas in falces*, id est, animorum nocentium, & linguarum

a Ioan 6.64.
b psal 11.11.
c psalm.118. 103.
d Cant.4.10.
e ibidem.
f Hebr.4.12.
g psal.44.3.
h ibidem.
i Iudicum 14.8. *Faui Iudicum interpretatio*
k 2. de præd. c 22.
l Luc 24.45.
m Luc.24.42.
n prou.16 24.
o epist 127. mutatione 25.
p 9 confess. c. 4 & 6.
q in c.4 eant.
r ibidem.
s ibidem.
t supra.
u ibidem.
x ibidem.
Fauus sermonum rectè tum olei comparatio.
y vers 5.
Malitiosa ac fraudulenta lingua comparatio
z Psal.56.5. Psal 63.4. prou.5.4. Ier. 9.8.
a Iob 5.21. Eccl.16 9.
b Eccl. 28.21.
c cap 51 3.
d Ier.18 18.
e Oseæ 7.16.
f psal.139.4.
g psal 56.5.
h prou 25.18.
Falsi testimonij & calumniæ malum quàm graue.
i ibidem.
k in truculẽto.actu 1.
l Esa.2.4.
m 3 cont. Marcio.c.22.

a prou in lib. 6 in Ezech. *benignè interdu.*
b lib 5. epigr 8. Ferre oleum in auriculam. *Oleo tranquillior.*
c c 32.14.
d prou.5.3.
e psal.108.18.
f psal.140.5.
Olei præcepta.
g 2. de simpl. medica facul. c 7. & 22.
In assentatores & simulatores applicatus.
h Epist 14. 1 in Esa.c.1.
k homil.19.
l in lib.sent. *Cur molliti sermones dicantur hoc, non molles, obserua.*
m prou.1.c. 16.
n Iob 40.22.
o 2.Machab. c.13.
p 2.Mach.4.25.
q 2.Reg.20. 9.
r Matth.2. 8.
s Ieremæ 9. *Adulatum explicatio.*
t 1.Reg.24. cap.16.
u Ioan.12.5.
x Catec.31.
y Luc.22. 48. *Magister hoc loco notatus*
z præfa. in lib 6 in Ezec.
a homil.4 in
b Matt.23.16.
c Ioann.3.2.
d Gen.49.7.
e prou.15.1. *In meliorem partem de verbis diuinæ scripturæ, Dei, Christi, quæ licèt videantur dura, sint mollia tamen, ac suauia, & oleo similia.* *Sermones diuini sunt instar iaculorum.*

infidiarum, & omnis malitia ac blasphemiæ ingenia conuertent in studia modestiæ, & pacis. *Et non accipiet gens super gentem machæram, neque assuescent, & non assurgent amplius bellare*, id est, immortalitas perficere. Vt & hic dicas, Christum non bellipotentem, sed pacificum repromissum. Caietanus [a] Iudæis respondens obijcientibus Messiã nondum venisse; quia nondum arma bellica in agriculturæ instrumenta tuæ conuersa, dicit & quoddam Rabbinos admittere tunc etiam armorum futurum vsum, lectum ad ornatum; & quòd ferat Messias non fremitum Gentibus, quod contigit sub Constantino. Addit, spiritualiter multo id melius esse factum, quando Gentium sapientes, vt Dionysius, Clemens, Cyprianus, Augustinus, & similes, linguas, verba, argumentationumque vestutias, quibus ante eorum conuersionem disputando, contra fidem nostram acerrimè pugnabant, postmodum conuertentes ad idololatriam extirpandam, euellenda vitia, virtutes tum in Iudæorum, tum in Gentilium cordibus nutriendum.

[a] Ioh. 1. c. 6. Iudæorum ... dicit de Messia ... ignorantiam ... ætatis.

Vers. 23.] Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet: non dabit in æternum fluctuationem iusto.

IN adeo magna grauique obtrectatorum, & calumniatorum malitia, nullum aliud remedium quàm se committere totum Deo, omnemque in eundem pronere sollicitudinem: vnde procul dubio fiat, vt ipse fiduciæ nutricis in morem educet custodiatque, nec unat iustum iactari semper, ac fluctuare per iniquorum persecutiones, sed post tempestatem largiatur tranquillitatem. Genuina huic, Saræ Ragueïs filiæ sententia [b]. *non enim ac lectoris in perditionibus nostris, quia post tempestatem serenam pacem facis, & post lacrymationem & fletum, exultationem infundis.* Propheta noster, vel se ipsum alloquitur, animatque, tanquam diuersum quempiam hominem: vel expertum quanti referat: bene de Deo sperare, alium quemlibet hortatur idem facere, qui similes patiatur sua calamitates. Priorem sententiæ partem à Petro [c] recitatam, cum interpretarer eundem, tractaui. Quo mihi nunc pauciora dicenda erunt.

[b] Sub. p. 22.

[c] 1. epist. 5.

Iacta super Dominum curam tuam.] In aliis psalterijs, & apud Cassiodorum, & Leonem [d], *iacta in Deum cogitatum tuum*: apud Arnobium, *in Deum cogitationem tuam*: apud Hilarium, *in Dominum cogitationem tuam*: apud Ambrosium [e], *in Dominum cogitatum tuum.* Hieronymus: *Pronce super Dominum curationem tuam.* Eadem lectio extat in epistola Anacleti secunda [f]: vbi etiam ratio subditur, *quia omnis homo in sua causa deficiens, & in suis hæsitans consiliis, iubetur sibi amicum fidelem in cuius consilius confidat, qui in suis diffidebat, & talem fiduciam habet in illo, vt omnia secretum sui pectoris ei pandat & aperiat.* Addit ne præterea: *Quid dulcius est, quam vt habeas alium, cum quo omnia possis loqui, vt secum? ita ergo cum hominibus fiunt, quanto magis cum Deo hoc est agendum* &c. Placet sententia; sed non dubito Anacletum ita non scripsisse, nec vsum editionem Hieronymi, qui tanto recentior est, nec, vt omittam alias rationes, illam de amicitia sententiam, quæ Ciceronis est, sibi paturum fuisse. Denique videtur ea quædam ex Aliorum scriptis longe posteriorum.

[d] Ser. 5. de quadrag.

[e] in c. 12. Lu.

[f] Iom. 1. conc.

Sed ad hæc, vertunt alij Hebraicum nomen cum affixo יְהָבְךָ *schaucchà, pondus, onus, sarcinam tuam.* Vel finiendo tanquam verbum, atque supplendo אשר *asser*, quod exponit R. Kimhi, *pronce super Dominum, id quod sedit tibi, vsque ad hanc diem, & id quod opus habes.* Explicat adhuc idem, vt nomen, *pronce dona tua super eum, quia ipse donabit illa tibi.* Tandem refert, cum Rabbini significationem illius vocabuli ignorarent, auditisse quemdam mercatorem Arabem dicentem eundem שקל יהבך *sicqil schauuach, libra, seu pondera*, vel, *tolle onera sarcinasque tuas.* Rursus iuxta notionem nominis, pro *dono*, & *dato*, exponi licet Marcus Marinus [a], *nihil cures dicere Domino, da, affer*; vel, *a Domino tantum quicquid desiderii decèrique, efflagita.* Paraphrasis Chaldæa ponit, *ipsum tuum* סְבָרְךָ *sucrach*, quamuis legat Nebiensis סוּבָרְךָ *souarach, onus tuum.* Dicto Petri loco, vbi satis multa dixi, monui videri Hieronymum, cum *curiatem* interpretatus est, legisse aliud vocabulum à themate יָהַב *iaab*, vel אָבָה *aabah*, vel אָוָה *aaah*, vel אָוָה *iauah*, vel הָאַב *thaab*; quæ significant *appetere, desiderare, velle*, &c. Postremo, *pronere curam*, μεριμναν, comprehendit omnia, onus nempe, & quicquid molestum est; præterea id quod quis amat, sperat, desiderat: item quæcumque dedit Deus, aut bona ne amittantur, aut mala, vt ea remoueat, vel ad tolerandum vim suppeditet.

[a] in arc. Nec.

Pronere curam, μεριμναν.

De *iactandi* verbo, siue *proiiciendi*, ibidem docui minuere iactationem anchoræ inter fluctus, de quibus hic paulo post: *anchoram ipsam* eiecit, vt Paulo [b] placuit, *ancoram*. Deum esse in quem, vt in gubernaculum nauis, quòd Basilius Theodoretusve notat, seò spectat autem phrasis, qua *deiici spes in quopiam dicitur*) iactus ille fieri debeat, non solidam terram: deinde quam horreamus & execremur suscipere, aut retinere curã de nobis ipsis. Sed eadẽ meditare mihi ipsi permolestam, semelque dicta repetere, ac libros euadere nouos, ex olim scriptis, vanum & inutile videretur. Repete ad meditandam prouidentiam Dei, exempla eorum, & halcyonis. De illo diuinæ spiritus [c]; de hac Basilius [d], qui inde argumentatur, melius res nostras à Deo ipso, quam ipsi optare possimus, administrari: a Deo solummodo petendum, quæ ad salutem pertinent: nihil non nostri causa, etiam eorum, quæ hominum opinionem excedunt, factum paratumque à Deo, cuius sumus ad eius imaginem facti: propter quem autem adeo paruam, magnum ac terribile mare coëreatur, ac iussu Dei media hyeme sedetur: & si halcyoni tanta Deus tribuat, multo maiora daturum iis qui se ex toto corde inuocauerint. Dux ille *super cuius manum Rex Israel incumbebat* (more videlicet regio, honoris causa [e]; sed tropologice sumi potest de illo qui nitatur humanis præsidijs: Ioram, participanti Eliseo de Dei prouidentia circa annonam, credere noluisset, ex ea quid gustare nequiunt, prout idem vates prædixerat; sed qui prædictionem conculcauerat, *periit conculcatus a turba* [f]. Præsentem Chrysostomus [g], ex versiculo isto scribit capi medicinam ab illo qui extrema prematur inopia.

[b] Hebr. 6. 19.

Curæ & halcyonis ... ...

Puteus interitus vt possit exponi.

puteum interitus posset significare sepulchrum & foueam sepulchralem, in quam detruduntur, qui intereunt, atque moriuntur, nec inde surgere per se possunt & naturaliter: posset præterea denotare locum subterraneum quemcunque quo recipiebantur animæ ante mortem Christi, & dici poterat *puteus interitus*, quia illorum erat, qui interibant, & moriebantur. Quare cùm de iniquis innocentum vexatoribus hic agatur, posset intelligi deducendos a Deo *in puteum interitus*, hoc est, interficiendos, & descensuros in locum inferiorem: quo pacto illud intelligitur [a], *neque absorbeat me profundum, neque vrgeat super me puteus os suum*; siue illos antea præueniret, quam descenderent in subterraneum locum animarum iustarum, siue non præueniret, sicque descenderent in locum iniustorum. Sed plurimum, vt dixi, de inferno damnatorum interpretatio est, qui noluerunt bibere de fonte *aqua viua* [b]: meritò, inquit Hieronymus, *in puteum interitus* infernique demerguntur. Profunditas & obscuritas putei, & irremediabilis inde exitus damnatorum, inferno bene conueniunt, maxime cum adiectione *interitus*. *Receptum* vocat *interitum* Tertullianus [c], (loquens tamen non de damnatorum loco propriè) *& internum*; *& in ipsa terra operium, & intra ipsam caluarium, & inferioribus adhuc abyssis superstructum.* Dicitur à Zacharia [d] *lacus sine aqua, vnde vinctos eduxit Christus. Puteum abyssi* vocat Ioannes [e] pœnarum locum. Lucas [f], *abyssum*. Alioquin *putei* vocabulum ἀδιαφόρως accipi potest in partem vtramque tum bonam tum malam, vt hoc loco Hugo demonstrat, & in Apocalypsim Viegas [g] noster. nam sensu mystico *puteus Bersabee* [h], id est, satietatis: alius, *viuentis & videntis*: illi quibus nomen *latitudo* & *abundantia* [i]: is qui denominatur *aquarian viuentium* [l], & similes boni sunt; mali, puteus *calumniæ*, & *inimicitiæ* [m]: *angustus puteus alienus* [n], & alij. plura in dictionario morali Petri Berchorij, & in Sylua allegoriarum. Nomen item *interitus* attribuitur diabolo, ita vt *puteus interitus* denotet locum, vbi est *ignis paratus diabolo, & angelis eius* [p]. Sic Gregorius [q] *interitum, qui, vt Rex, calcet* [r], intellexit, cùm scilicet non hic solum vitiis quis premitur, sed mortis eti eu suæ tempore per hoc quòd ad supplicia rapitur, potestati dæmoniacæ subiugatur.

a ps.68.16.
b cant.4.15.
c de anima c. 55.
d c.9.11.
e Apoc. 9.1. c.20. & c.8. Puteivocabulo ἀδιαφόρως sumptum.
f c.8.
g in c.9.comment. 2. sect. 4. Sensus mysticus figuratus.
h Gen.21.29. 31.
i c.16.14.
k c. 26. 22. 32.
l Cant.4.15.
m Genes.16. 20.21.
n Pro.23.27.
p Mat.25.41. Hoc locus exponitur.
q 14.moral.c. 9.
r Iob 18.14.

Viri sanguinum, & dolosi.] Hilarius, & Augustinus, *dolositatis*. In ps.5 [s]. dicitur numero singulari, *vir sanguinum, & dolosus*: ἀνὴρ αἱμάτων καὶ δόλιος, אִישׁ דָּמִים וּמִרְמָה *dimim vmirmah*. differentia hic est in abstracto Græco δολιότης, quod in suo textu retinuerunt Hilarius, & Augustinus. ibi relege quæ huc faciunt. Paronomasia visitur inter דָּמִים *damim, sanguines*, & יְדַמּוּם *ramim doloſos*: sicut Græcè inter φθόνῳ *inuidiam*, & φόνου *occisionem, homicidiumve*. Sic Paulus coniunxit φθόνου, & φόνου, *inuidiam, & homicidium* [t].

s vers.7.
Paronomasia.
t Rom.1.29. Gal.5.21.

Non dimidiabunt dies suos.] Apollinarius optando hoc reddit, vt & præcedens membrum per orationem conuersam ad Deum:

ἀλλὰ σφιας πρὶν μισος βασιλεῦ μὴ βίοθρον ὀλέσσῃ,
ἀνδροφόνοι δολεροί τε βίν καὶ μέσσον ὄλοιντο.
Sed ipsos deducas, Rex, in puteum interitus:
Homicida dolosique vita in medio pereant.

Dimidiare dies, quid sit.

Dimidiare dies, menses, annos, vitam, est mori quasi per dissectionem, & diuisionem, quam importat verbum חָצָה *chatsats*, vel חָצַץ *chatsats*, quasi dicas gladio, sagitta, iaculo in plures medias partes discindi. *Non dimidiari*, erit nimis immaturè

NB dimidiari quid sit.

A citóque mori, veluti ipso initio, non expectando vitæ medium. Sententiam ipsam tractaui in lib. Ecclesiastæ [a], ad illa verba: *Ne mireris in tempore non tuo.* etiam si ibidem [b] dicatur, quòd *iniustus perit in iustitia sua, & impius multo viuit tempore in malitia sua.* Relege quod ibi recitaui narratum à Bernardino [c] exemplum. Et quod de Anastasio Imperatore narrat Antoninus, apparuisse illi horribili specie virum cum libro in quo scriptum erat: *En ob tuam improbitatem quatuordecim tibi vitæ annos deleo.* Respondet acute Hugo *dies suos* improbum *non dimidiare* quos sibi promiserat, sicut stultus, ex euangelio [d]: tum præterea quia nec dimidium vitæ in bonis operibus consumit, *sed in*
B *dimidio dierum vadit ad portas* [e] *inferi*: immo sæpe plurimam vitæ partem malè viuendo transigit. Et fuit qui sibi pollicèretur immortalitatem præsentis vitæ. Viri iniqui *sublati sunt ante tempus* [f] *suum.* Quæ Gregorius [g] exponens verba, occurrit etiã obiicienti, tempus vitæ à diuina præscientia præfixum esse, impios ante tẽpus subtrahi, quia quod acceperunt, non ad fructum pœnitentiæ, sed ad vsum iniquitatis vertunt, quódque à diuina misericordia mereri poterant, amittunt: aut, vt modò dicebam, quoniam diligentes præsentem vitam, longiora sibi vitæ spatia promittunt, quæ superueniens mors intercidit.

Contrario quodam sensu semper *dies* mali *sanctorum breuiantur* [h], vt Auctor [i] operis imperfecti docet, confirmans priore sententia, *non dabit in æternam suscitationem iusto*: necnon exemplo ab anni sumpto tempestatibus, eo quòd nonem mẽsibus aëres tẽperati sunt dieique prolixiores: tribus mensibus aëres glaciales, & dies breues. Brumatio in eo cõsistit, vt succurrat Deus tempestiue, & compescat improbitatem persequentium, nec sinat *iustos tentari supra id quod possunt* [k]: Denique pro momentanea & leui tribulatione, *supramodum in sublimitate æternum gloriæ pondus* reddendo [l]. Sed rursus, quod attinet ad improbum, *nihil ad eum pertinet de domo sua post se* (illam non curans, immo sæuus crudelisque in suos) *& si numerus mensium eius dimidietur* [m] (praua viuendi ratione citiùs accersens mortem sibi) *antequam dies eius impleantur, peribit, & manus eius arescent, ledetur quasi vinea in primo flore botrus eius, & quasi oliua proiiciens florem suum. De mane vsque ad vesperam succidetur* [n]. [*Sanctis implent dies suos*, inquit Hieronymus [o], (quocumque moriantur tempore, & quamuis breui viuant spatio) qualis fuit Abraham, qui *mortuus est plenus dierum in senectute bona* [p] (adde illum qui *consummatus in breui explenit tempora multa* [q]) Peccatores verò & impij dimidio dierum suorum moriuntur: non enim, subdit, citans hunc locum, implent opera virtutum, nec studeant pœnitentia emendare delicta. Vnde
E in medio vitæ cursu, & in errorum tenebris ducentur ad Tartarum.] Sic ille. Hoc est *ingredi* virũ iustum *in abundantia sepulchrum, sicut cum infertur acervus tritici in tempore suo* [r]. Optat studiosus pœnitentiæ virtutisque, *non reuocari in dimidio dierum suorum* [s], vt Gregorius obseruat [t]. Demonstrat Thomas [u] Bozius hæreticis Regibus dum vixere in regno; vltra 40. annos vitam longiorem non fuisse, vno excepto, hoc est, Andronico secundo seniore: Palæologo, qui annis 43. imperauit: multis Catholicis fuisse longiorem, vt pote quibus propter honorem, & obedientiam patri ac matri exhibitam, hoc est, Deo, Ecclesiæ, prælatis, longæuitas iuxta diuinum pro-

a c.7.18.
b vers.16.
De Anastasio imperatore prodita fabula, c tom. 2. dom. 2 quadragesim. 17. a.3.c.1. Improbum vt dicatur non dimidiare dies suos.
d Luc. 12 20.
e Eza.38.10.
Vt ante tempus auferatur.
f Iob 22.16.
g ibidem.
h Mat.24.22.
i Hom.49 in Matt.
k 1. Cor. 10. 13.
l 2.Cor.4 17 Impiorum conditio.
m Iob 21.21.
n c 15 32.33.
o c.4.20 Sanctis impleri dies suos, quamuis breui vitæ spatio
p Gen.c.38.E.Sa.
q Genes 8. Peccatores & impij dimidio dierum suorum vt intereantur.
r Sapient.4. 13.
s Iob 5.26.
t pf.101.25.
u in pf. pœnitentialem. Regum haereticorum mors horrenda
v de signis Ecclesiæ l.23. c.5 Catholicorum longior, & cur.

missum deberetur [a]: *Impiè agens multum, stultúsque moritur in tempore non suo* [b], *& appropinquare facit dies suos, & adauget temporis annorum suorum* [c], & fit *sicut fœnum tectorum, quod priusquàm euellatur exaruit* [d]. Theodoretus [e] obtinuit, quod certa quadam mensura præfinitum tempus secundum diuinam longanimitatem, iniquitas amplior effecta contraxit. Id præ se Deus etiam tulit, dicens [f], *Non permanebit spiritus meus in homine, in æternum, quia caro est*, hoc est, conceptum furorem non amplius continebo, nec differam vindictam contra hominem, neque viuere diutius patiar, quia cùm sit spiritus, degenerauit in carnem & pecus: & nihilominus ex præstituto ad pœnitentiam spatio centum viginti annorum, videtur Deus detraxisse viginti; vt affirmat idem Theodoretus, cum conspicaretur impietatem augescere. Quamuis aliis placeat minas illas à Deo prolatas annis fere viginti ante natum Sem, qui natus est circiter quingentesimo vitæ Noë anno, & huius eiusdem sexcentesimo, illius centesimo diluuium exundauit.

Alio quodam magis tropologico modo, *non dimidiare* impij dicuntur *dies* à Gregorio [g], quia tempus vitæ malum voluptatibus ductũ ad pœnitentiæ lamenta non diuidunt, nec ad bonum vsum partiendo reparant, sed peruersam mentẽ, nec in extremo tempore immutant, atque *tempus* non *redimunt* [h], anteactam vitam, quam lasciuiendo perdiderunt, flendo reparantes. Bernardus [i] eumdem secutus est sensum, *viros sanguinum, & dolosos non dimidiare dies suos*, quia perseuerant in sua vetustate vsque ad mortem, non timentes Dominum; quem qui timet, eo timore dimidiat, & exclamat præ timore [k]; *vadam ad portas inferi*. Nyssenus interpretatur, *non dimidiare dies*, qui nullam speciem diei mali dimidiant, neque imperfectam malitiam esse putant, sed in malitia omnes numeros habent.

Haberi sensus hic literalis posset, & confirmatur verbis vndecimi versus: *dies ac nocte circumdabit eam super muros eius iniquitas*, &c. Chrysologus [a] disputans de villici parabola, scribit quòd nó peruenit ad statutum terminum vitæ, qui villicationis amittit tempus: hinc esse immaturum exitum, hinc ante diem mortem, hinc vocationem amaram, hinc seipsa acerbiorem redhibitionem. Transferri sententia potest ad hæreses, schismata, factiones, quæ numquam perueniunt ad expectatum, vel hominum opinione constitutum terminum. Valet huc, quod Ieremias [b] ait: *perdix fouit, quæ non peperit: collegit diuitias, & non in iudicio; in medio dierum derelinquet eas.*

Ego autem sperabo in te Domine.] Additum est nomen vltimum perspicuitatis causa, vel irrepsit ex glossemate in textum. Chaldæus reddit, *in verbo tuo* בְּמֵימְרָךְ *bememerach*, spem vitæ longioris intelligit, cùm hostes insidiabantur, vt scilicet *non derelinquat Deus vsque ad senectam, & senium* [c], *reuocet in dimidio dierum* [d], *sed vsque ad senectam* ipsemet, & *vsque ad canos portet, ferat, saluet* [e]. Hoc etiam pacto Apollinarius:

αὐτὰρ ἐγὼ βασιλῆος ἐπ' ἐλπωρῇσι βιώσω:

At ego Regis in spebus viuam (vtinam viuam. Immo iustus non dubitat dicere [f], *Etiam si occiderit me, in ipso sperabo & ipse erit saluator meus.* Nyssenus [g] dulcem hanc vocat vocem, qua ciuitatem Ceilanorum Dauid cum tota sua multitudine vicerit, suam erga Deum affectionem prodendo.

a ser. 125. *De filio parabolæ.*

b c. 19. 11.

c psal. 70. 18.

d psal. 101. 25.

e Esa. 46. 4.

f Iob 13. 15. 16.

g Par. Dauidis quam dulcis. supra.

PSALMVS QVINQVAGESIMVS QVINTVS.

In finem.

1 Pro populo, qui à sanctis longè factus est; Dauid in tituli inscriptionem, cùm tenuerunt eum Allophyli in Geth.

2 Miserere mei Deus, quoniam conculcauit me homo; tota die impugnans tribulauit me.

3 Conculcauerunt me inimici mei tota die: quoniam multi bellantes aduersum me.

4 Ab altitudine diei timebo: ego verò in te sperabo.

5 In Deo laudabo sermones meos, in Deo speraui: non timebo quid faciat mihi caro.

6 Tota die verba mea execrabantur: aduersum me omnes cogitationes eorum in malum.

7 Inhabitabunt & abscondent: ipsi calcaneum meum obseruabunt.

Sicut sustinuerũt animam meam, 8 pro nihilo salvos facies illos: in ira populos confringes.

9 Deus, vitam meam annunciaui tibi: posuisti lacrymas meas in conspectu tuo.

Sicut & in promissione tua: 10 tunc cõuertentur inimici mei retrorsum: In quacunque die inuocauero te: ecce cognoui quoniam Deus meus es.

11 In Deo laudabo verbum, in Domino laudabo sermonem: in Deo speraui, non timebo quid faciat mihi homo.

12 In me sunt Deus vota tua, quæ reddam, laudationes tibi.
13 Quoniam eripuisti animam meam de morte, & pedes meos de lapsu: vt placeam coram Deo in lumine viuentium.

Titulus, & Argumentum.

Vers. 1.] In finem. Pro populo, qui à sanctis longè factus est; Dauid in tituli inscriptionem, cùm tenerent eum Allophyli in Geth.

EGet hic titulus fere totus explanatione, præsertim cùm longè aliter ex Hebræo reddiatur à Hieronymo & alijs, quàm exet in editione nostra. De primis verbis, quæ toties occurrerunt in titulis alijs, nihil attinet dicere. Dionysius Carthusianus recitat alia verba, *in carminibus.*

Pro populo.] ὑπὲρ τῶν λαῶν. Hieronymus iungens primis Hebræis duabus dictionibus tertiam sequentem, quæ sunt; עַל־יוֹנַת אִלֵּם *hhal ionath elē*, vertit, *pro columba muta.* Eodem prius modo exposuerat Aquila, ὑπὲρ περιστερᾶς ἀλάλου, & V. editio, ὑπὲρ τῆς περιστερᾶς τῆς μογιλάλου. etsi enim *μογιλάλος vix loquentem* significet, vsurpatur tamen etiam pro eo qui est ἄλαλος, id est, qui *penitus loquendi caret vsu.* Suspicatur Agellius accepisse nomen יוֹנָה *ionah*, non vt *columbam* significet, à יוֹן *iun*, sed à radice נִין *nin*, quę significat *cognationem*[a]: & collectiuè, *multos filios*; siue *semen*, *progeniem*, *generationem*[b]. At non facilè credi debet mutatio tãta, vt pro יוֹנָה *ionah* legerint Lxx. יוֹן *iun*. Nicinus est quod idem auctor adiicit, figuratè per *columbam* intellexisse populum & congregationem fidelium. Paraphrastes hoc loco reddidit כְּנִשְׁתָּא *congregationi Ecclesiam*; (exprimit etiam nomen Israel in textu Nebiensi) necnon in Cantico canticorum, quoties *columbæ* nomen occurrit. Et hoc ipso loco rationem affert (quæ assimilatur columbæ silentij, aut mutæ) Populus abductus in captiuitatem [c] reductúsque [d] comparatur à Prophetis cum columba. Gregalis enim est columba timidaque, nec nisi gregatim volat. Dauid ipse posset vocari *columba*, sicut & priore psalmo [e], *pennas columbæ* dari sibi optabat. & cum epitheto, *muta*; quoniam seruabat in tribulatione ac persecutione patientiam, omnia Deo committens, nihilque aduersarijs respondens, innocentia fretus, mansuetudini studens. Placet id R. Chimi, Vatablo, Clario, Peregrino Hero, Caietano, Placido Parmensi, Flaminio. Meminit præterea Titelmanus, Valentia, Lyranus, & Treuetus. Hic aut etiam populo captiuo titulum conuenire posse, qui canticum Domini cantare in terra aliena negabat se posse [f]. Valentia docet Ecclesiæ congruere cognomen *columbæ*, quia Christus iussit nos esse *simplices sicut columbas* [g], paci studere [h] *fugere in aliam ciuitatem cùm in vna persecutionem patiemur* [i]. Idem Treuetus in fine psalmi sentit multo meliùs conuenire Christo qui vocetur *columba longinquitatis* (hoc nomen postea sequitur) ob expectationem Patrũ quia venit exiens à Patre in hanc regionem longinquam accipere sibi regnum: & fuit columba muta coram Pilato & Herode. Psalmum porrò totum optimè iuxta eundem sensum declarat.

Qui a sanctis longè factus est;] Hieronymus, *eo quod procul abierit*, & nectens aliam sequentem vocē nominis Dauid, exponit, *eo quòd procul abierit Dauid.* is qui nomine dicitur Hieronymus in commentario refert Hebraice hic esse. *pro columba muta longitudinum Dauid.* Symmachus nomen etiam Dauid iungendo, ὑπὲρ τῆς ἀλλοτρίας ἀπροσίτου τοῦ Δαυίδ, *pro alienigena, qui expulit Dauidem*, id est pro, hinc de, Achis rege Alienigenarum seu Palæsthinorum, qui expulit Dauidem, quando scilicet ad eum confugerat. Aquila seruans eandē connexionē, vertit μακρυσμῶν τοῦ Δαυὶδ *elongationum Dauidis.* Quinta editio similiter ἀπεκρυμμένου τοῦ Δαυὶδ *abscondito Dauidi.* Alij, *super columbam mutã in remotis*; aut, *de columba muta.* hinc, *tacuerunt vis in remotis*, nempe locis constituta, hoc est a locis sanctis, a terra sancta. Paraphrastes, *pro Ecclesia Israel quæ similatur columbæ silenti, in tempore quo elongati sunt a ciuitatibus suis, sed reuersi lauant auersionem mundi, sicut Dauid contritus & pœnitens.* Videtur mihi Lxx. pro אִלֵּם *elem* legisse אֵלֵחַ *elleh*, quæ mutatio facilis est, & significat *elongasti*, & de hoc addidisse ad רְחֹקִים *rechokim*, id est, *remoti*: vnde essent remoti, scilicet *a sanctis*, ἀπὸ τῶν ἁγίων: intelligentes de iis qui essent remoti à sanctis tum locis, tum cæremonijs, quæ in illis dumtaxat locis poterant celebrari. vel a sanctis & innocentibus qualis Dauid erat cum suis, quos persequebatur Saul item cum suis. Item videatur sub persona Dauid, de qua termo est in reliqua parte tituli, quando nimirum exulabat ab iisdem sanctis, intellexisse comprehensam captiuitatem populi in Babylone, quam tanto iam ante præuidebat. Hoc innuunt Græci, ex quibus Apollinarius ita loquitur carmine:

id è ψυχὴν Δαυὶδος ἐῶν ἐτελίσσατο λαῶν,
ἀλλὰ θεὸν λιτάνευεν ὅπως περιείσεται αὐτοὺς
οἳ νόον ἐντὸς ἔθεντο θεοπλήκτοις ἰφθίτοις.
Neque fugiens Dauid suorum animum vitæ populorum.
Sed Deum orabat, vt parceret viris
Qui mentem posuerunt in pectore, mobili.

Hoc est *longè fieri a sanctis*, quæ pie concipiscant. subdit deinde historiæ mentionem de Dauid capto in Geth, vbi scilicet animo prospexerit populi captiuitatem. non ita probabile censeo quod ait Agellius, lectum אֵלִים *elim* à Lxx. & significare voluit Angelos, à quibus dicatur elẽgatus populus, quia non eos colunt idolatratum vti pro Dijs, ac proinde multo longius erat ab omni alio minùs rationabili remotus genere idolatriæ. Posset præterea retineri אִלֵּם *elem*, quatenus *multitudinem & congregationem* significat. Sic verò עַל־יוֹנַת אִלֵּם *hhal ionath elem* esset *super columbam congregationis*, quem Lxx. *populum* appellauerunt. Porrò quod attinet ad notionem pro priuatione vsus loquendi, *muti* dicitur אִלֵּם *illem*: ipsa verò *obmutescentia* אִלֵּם *elem*.

Ricardus Cenomanus illud iuxta Hebræos *pro columba muta elongationum* declarat mystice de Christo, aut populo Christiano, qui seruat intus innocentiam, ponítque fiduciam in remotis, hoc est, in cœlis: vel pro his qui elongantur *a columba muta*, id est à simplicitate, quæ est in Christo Iesu. Euthymius ac Nicephorus *longè factos a sanctis* accipiunt secundùm mores vitæque conuersationem: Nyssenus [a] *à mandatis sanctis.*

Dauid] לְדָוִד *ledauid*, τοῦ Δαυίδ. Casus hic dativus non apte construitur cum præcedentibus eo modo quo velle nonnullos dixi, sed potiùs cum sequentibus. Quid autem importent verba ista, prioribus psalmis docui.

Μογιλάλος. Ἄλαλος.

a Psal. 77. 8.

b Iob 18. 19.

c Oseæ 6. 11. d cap 11. 1. & Esa 60. 8. *Columba timida & gregatim volans.*

e Psal 54. 7. *Dauid* colũbæ mota vocari posse.

Populus Israelitarum captiuus columbæ comparatus. f Psal. 136. 3. 4. *Ecclesia congruens cognomen* columbæ

g Matth. 10. 16

h ibid 23.

i ibid 23. *Idem Christus.*

Israelitarum captiuitas quibus locis celebrata fuerit.

Mystica interpretatio.

a exod. 3 in psal. 14.

In tituli inscriptionem.] Sic melius quàm in ablatiuo, vt est in Complutensibus, Regijs aliísque bibliis, quia Græce legitur, *εἰς τὴν ἐπιγραφήν*. Quid etiam sit hæc ἐπιγραφή, & tituli inscriptio, Hebraicè מִכְתָּם *michtham*, cognosces ex dictis in titulo psalmi 15. & ex his quæ ibidē dicūtur a Caietano, qui refert omnes expositiones, quòd sit obrizum, quasi pretiosissimus & carissimus Dauidi Psalmus: quòd instrumentum musicum: quòd species cantici secundùm certam rimam, tonumve & modulationem: quòd pro מִכְתָּב *michthau* quæ *scripturam* significat: quòd pro מִיךְ *mich* vel מַךְ *mach*, & תָּם *tham humilis* & *simplex* siue *perfectus*, vt Hieronymus declarat in commentario & versione; præterea Symmachus, qui reddit *ταπεινόφρονος καὶ ἀμώμου*, *humilis & immaculati* seu *perfecti*: & Aquila, qui *ταπεινὸ τελείου*, *humilis perfecti*. Hoc loco arbitratur Caietanus Cantici speciem significari, quia in toto titulo non nominatur psalmus aut Canticum, aut hymnus, aut laus. Verum quæ dixi psalmo 15. rata hic etiā habeo. Cùm autem longiùs abiit psalmus ille, nō est vniuersè affirmandum Euthymio simul collocari psalmos qui habent, *in tituli inscriptionem*, etiamsi id habeant sequētes psalmi 56. 57. 58. 59. Circa tituli inscriptionē piè philosophatur Augustinus, & alij de titulo crucis Christi siue de insigni eius quod delere frustra conati sunt Iudæi [a] elongantes se *à sanctis* Christi præceptis & operibus, aut *à columba muta*, id est à simplicitate atque innocentia ipsius.

Cum tenerent eum Allophyli in Geth.] Bene monent Theodoretus, Basilius, Lyranus, non indicari tempus quo pugnantibus Philisthæis Iesbibenob nisus est percutere Dauid: & Abisai eum interfecit [b], quę tamen opinio Treuero placet, quia tunc non est captus vel retentus Dauid; nec fuit illud bellū in Geth; nec distineri bello, propriè est, teneri, vt idem Treuerus vult; sed quando fugiens Saulem venit ad Achis regem Geth, parūque abfuit quin ad cuius ductus occideretur [c]. In psalmo quidem 33. actum de fuga; hic autem de ipso periculo, vt ille propterea incipiat à gratiarum actione, iste ab imploratione diuinæ misericordiæ. Quamuis autem explicitè non dicatur in historia Regum comprehensus ac retētus Dauid, satis re ipsa significatur, cùm scribitur adductus ad Achis regem [d]. Iterum postea confugit ad eundem Regem, Dauid [e]; sed tunc ab eo amicè exceptus & tractatus est. Quare non hunc indicat Dauidis aduentum titulus, etiamsi secus Nysseno [f] videatur, volenti designari Christum electum à Iudæis, à Gentibus receptum, cum duplici vxore alienigena, & Iudæa, quia Ecclesiam sibi ex vtroque populo coniunxit. At neque *κεφαλῆν* & אָחִין *achaz*, ita propriè denotant complexum illum amoris: neque à Gethęis eo modo exceptus est; ibíve sedem fixit, sed in Siceleg, denique longè communior est alia sententia.

Cæterùm ijdem sunt *Allophyli* Græca voce quā Latinus interpres hoc tantùm loco retinuit, qui Philisthiim; significátque vox Græca *homines aliena tribu*, hoc est, externos, qui dici etiam possent *ἀλλότριοι alieni*, vt psalmo 53 [h]. vidimus. Apud Esaiam [i] quod Latine legimus, *augures habuerunt vt Philysthiim, & pueris alienis adhæserunt*; Græcè extat vocabulo ἀλλοφύλων pro *Philisthiim*, & *pueri alieni* dicuntur *τέκνα ἀλλότρια*; Hebræum autem primum nomen est פְּלִשְׁתִּים *Pelisthim*: sed secundam נֵכְרִים *nochrim*; qui dicto psalmo 53 [k]. זָרִים *zarim*, *alieni*.

Notat Hieronymus [a], pro *Philisthiim* semper Lxx. ἀλλοφύλους interpretari, nomen cōmune pro proprio; essēque gentem Palæstinorū, quasi Philisthinorum, quia (p) literam Hebraicus sermo non habeat, sed pro ea (e) Græco vtatur. Præterea [b] scribit Philisthæos aut Palæstinos *alienigenas*, à vulgata, id est Lxx. scribi editione; cùm hoc non vnius gentis, sed omnium externarum gentium vocabulum sit. Exempla sunt in psalmis 59 [c]. 82 [d]. 86 [e]. 107 [f]. Alibi [g] *alienum filium* Hebraicè נֵכָר *nechar* appellant Lxx. ἀλλογενῆ. Theodoretus [g] ac Euthymius [h] docent ἀλλοφύλους appellatos Palæsthinos in specie seu nomine communi ad ipsos applicato, quia viciniorem Iudæis regionem habitabant, & inter hos etiam. Inde factum est vt scriptores præsertim profani, sub Palæstinæ voce comprehenderent etiā Iudæam. Propriè ad illam spectabant Gaza, Ascalon, Geth, Accaron, Azotus. Iuxta etymologiam diceres Palæstinos *in cinere volutatos aut pulvere*, à themate פָּלַשׁ *palas*, quod exponitur mysticè de iis qui sunt sæculi curis impliciti. De origine Palæstinorum ac de regione ipsa consule Pererium [k] nostrum.

Sensu mystico persecutores designantur per *Allophylos*, tū Christi, vt Hilarius distinctè admonet tum Christianorum, qui tenent ac premunt *in Geth*, hoc est, iuxta nominis etymon, in torcular pressuræ atque tribulationis, quæ tolerantibus eam vtilis est sicut vuis exprimi ad liquorem vini, videlicet ad nectareos liquores meritorum.

Ex dictis argumentum psalmi facilè perspicitur. Videlicet exponit Dauid periculum suum apud Achis, in quo diuinam opem imploraverit: & apud Deum, Saülis accusauerit sectatorúmque ipsius malitiam; interitum eorumdem præuiderit, non autem Philistæorum; pro consequenda salute vouerit laudes Dei. Conuenit hoc quoque Christo & cuilibet iusto contra quoslibet hostes visibiles ac inuisibiles. Athanasius proponit Marcellino istum cum 53. recitandum psalmum, si qui eum persequantur & calumnientur, ipsius prodendi causa, & ne tunc tædio marcescat, sed Domino fretus, illum hymnis illis celebret.

Vers. 2.] Miserere mei Deus, quoniā conculcauit me homo: tota die impugnans tribulauit me.

Vers. 3.] Conculcauerunt me inimici mei tota die: quoniam multi bellantes aduersum me.

COmmouet commiserationem, exponendo Deo, quàm indignè homo sibi similem se hominem tractet, conculcet, obterat, tanquam pretij nullius atque vilissimum; videlicet aut Achis ad quem perductus, apud quem, nisi stultitiam simulasset, periisset [l]; aut Saul potiùs, qui non sinebat eum vllo tutum loco consistere, sed cogebat fugere etiam ad Allophylos siue Palæstinos.

Miserere mei Deus.] Psalterium Romanum, Augustinus, Cassiodorus, *miserere mihi Domine*. Arnobius Hilarius, & Hieronymus [m], *mei Domine*.

a in Esai c. 2. Philisthini qui. ἀλλόφυλοι, apud Lxx. Hebraeum pro littera (p) vsus littera (o) Graecum.
b in c. 14. Esa.
c Vers. 10.
d Vers. 8.
e Vers. 4.
f Vers. 10.
g Exod. 44. 9. Palæstini cur ἀλλόφυλοι dicti.
h in psal. 59.
i in psal. 82 sub 1 alienus cur etiam Iudæa comprehensa.
Palæstinorum, nominis etymū, mystica interpretatio quæ sequitur.
lib. 15. in Gen. nu. 108. & seq.
Sisus mysticus.
Locus Geth etymon.
Argumentum Psalmi.
Christo & cuilibet iusto contra quoslibet hostes visibiles ac inuisibiles.
Marcellino psalmus cum 53. propositus ab Athanasio.
Sensus loci.
l 1. Reg. 21. 13.
m in cap 32. Ezech. & hic in Comm.

Quoniam conculcauit me homo.] Exponit Paraphrastes, *quoniam conculcauit me ex nostris Geth homo sceleratus*: vel apud Nebiensem, *conculcans coartauit me aduersarius meus, homo peccator.* Alij, *absorbuit* vel *absorbere me voluit homo*: aut *exhausit, deglutiuit*; aut id iam facit, aut facere conatur, nilque propius est quam vt faciat & exequatur. In psalmo 7 [a], ibi, *conculcet in terra vitam meam*, est idem Græcum verbum huius loci καταπατησαι, sed Hebræum רמס *ramas*, hic verò שאף *soaph*. Illud verbum significare proprie *attrahere spiritum acrêve, anhelare, inhiare, absorbere, deglutire, expectare, ac spectare oculis & designare*; quod fera facit, homóque ferus, vt aliam feram aliumve hominem capiat, deiiciat, sternat, obterat, tandémque absorbeat & deglutiat. Occurrit eiusdem verbi participium שואף *scioeph* in libro Ecclesiastis [b]. Adi eius loci commentarium; & de hostili conculcatione relege dicta psalmo 7 [c]. Apud Amos [d], *qui conterunt super puluerem terræ capita pauperum*, dicuntur שאפי *soaphim*.

Fieri potest vt quod Bruno Carthusianus, & Bredembachius obseruant, alludatur, saltem in interpretatione Lxx. ad notionem nominis *Geth*, vt significet torcular, in quo calcantur vuæ ab abiectissimis hominibus. Indicant eandem allusionem Augustinus & alij trahentes ad Christum, qui etiam nunc in suis conculcetur membris, & in eorum hic persona loquatur. *Ipsa uinia uua*, vt in torculari mittatur, calcetur, prematur, sterilis non est; ait Augustinus; immo si nulla iniuria accederet, sterilis remaneret. Si putas te non habere tribulationes, nõdum cœpisti esse Christianus: si non pateris pro Christo vllam tribulationem; vide ne nondum cœperis *in Christo pie viuere* [e]. Cùm autem cœperis in Christo pie viuere, ingressus es torcular, præpara te ad pressuras; sed noli esse aridus, ne de pressura nihil exeat. Porro quia Christus solus non modò patienter tormenta tulit, mortemque, ac libenter; vt alij pro ipso deinde ac per eius gratiam adeo multi martyres: sed ita vt haberet potestatem nihil patiendi, & admissa passione suscitandi se ipsum si [f] vellet: idcirco alibi [g] de se ipso dicit, quòd *torcular calcauit solus*. Etsi hoc alij explicent mystico quoque sensu de conculcatis hostibus nostris à Christo, id est, peccato, Diabolo, morte: vel quòd Martyribus ipse solus suamet passione vim dedit vt fundere sanguinem pro illo possent, ita vt dum fundebat suum, eorum veluti calcare torcular videretur. Lege Leonem Cattrum [h]. Canit de Martyribus Ecclesia,

Hi pro te furias, atque ferocia
Calcarunt hominum, sæuáque verbera.

Secundùm tropologiam spectari potest conculcatio vuæ, oliuæ, vestis, luti.

Homo.] Collectiuè pro multis *homo* ponitur, vt placet Hieronymo, aut designat Achis, aut Saulé, quod attinet ad personam Dauidis: aut regem Babylonis, si agitur de captiuitate populi longè positi ac remoti *à sanctis*: aut diabolum, iuxta sensum allegoricum vel tropologicum, quem Christus quoque vocauit *municum hominem* [i]. Euthymij sunt hæc omnia præter primum de Achis, Nicephori de Saule, & rege Babylonis. Cõfirmat Hugo (quod iam prior fecerat Hieronymus [k] testimonio psalmi 9 [l]. & Ezechielis [m] de dracone *conculcante flumina*) sensum de Diabolo, verbis Iob [n]; *Calcet super eum, quasi rex, interitus.* Ludit præterea in voce *homo* ab humo, quasi ad populũ spectet qui dicitur in titulo *longe a sanctis*. Vim facit præterea in compositio verbo *conculcandi*, quòd simul cum alijs calcet Diabolus vt *septem spiritus nequiores se* [a]: quòd ex toto & perfectè: quòd ex vno in aliud vitium. Insilit primò diabolus, ait idem Hugo, in peccatorem per prauam suggestionem: secundò arripit eum, per delectationem: tertiò deiicit, per consensum in operationem: quartò cõculcat per præsumptionem & iterationem. Addi potest, cum Arnobio, conculcatio hominis exterioris nempe carnis, cuius [b] infrà nomen exprimitur, quando subdit rationem sibi. *Per te*, ait Arnobius, *agunt contra te, per te ipsum tota die pugnant aduersum te inimici tui.* Idem indicat quodam alio loco Augustinus [c], cùm explicat premendum quemque ab operibus propriis, in morte, si non iuuetur ab illis, quoniam *homo* dicitur qui secũdùm hominem viuit, & quia Deus esse noluit, *sicut homo moritur* [d]. Verùm ratio cur Diabolo tribuatur nomen *hominis*, est, quia hominem vicit, sicut duces Romani à deuictis prouinciis cognomina sumebant: vel quoniam prætendit in tentatione humana commoda, quemadmodum quando proponit obiecta nobiliora magisque spiritalia, transfigurari censetur in Angelum lucis. Conterendum serpentis caput [e], conculcandus leo draconque [f].

Literalior allusio ad Hebræum *hominis* vocabulum אנוש *enos* abiectissimum, significat namque *immemorem & obliuiosum*, vt aliàs dixi [g], vel etiam *erumnosum & vsque ad desperationem afflictũ* quem vocamus *mortalem* absolutè loco *hominis*. Bellè congruit hoc Saüli, qui tot à Dauide accepta oblitus videbatur beneficia, & elatus ex humili familia ad Regiam dignitatem, hac abutens, eousque agitabatur furiis malóque dæmone, ac desperatione, vt ad consulendam quoque Pythonissam sese abiceret [h]. Achis etiam & Philisthæis à quibus captus est Dauid, & ad mortem penè pertractus, eadem vilitas conditionis conuenit, vel quia allophyli & idololatræ erant. Magis hoc adhuc asseri de Christi persecutoribus & Ecclesiæ potest, cùm ex nostris martyribus plurimi nobilitate, sapientia, honoribus, diuitiis, potentia præstantes, tam indigne proculcati vexatique fuerint. Dionysius Carthusianus Iudam proditorem intelligit, qui psalmo alio [i] vocatus est *homo pacis qui magnificauerit super Christum supplantationem*, quod est grauiter conculcare. Bruno itẽ Carthusianus populum Iudæum qui Christum persequebatur, explicat. Sed & in genere non decet hominem sæuire in hominem ferarum ritu, ex quibus quam describit Daniel [k] *terribilem atque mirabilem, & fortem nimis, dentes ferreos habentem magnos, & comua decem, cùm comedisset atque comminuisset, reliqua pedibus suis conculcabat. Homo* [l] *hominem seruat iram, & a Deo quærit medelam: in hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur? ipse cùm caro sit, reseruat iram & propitiationem petit à Deo? quis exorabit pro delictis illius?*

Tota die.] Potuit etiam verti, *omni die* כל-היום *chol hayom*. Hilarius *diem* vt aliàs frequenter, ita hîc ætatis omne tempus vitæque; & alij pugnæ, interpretantur. neque enim, ait ille, vel Dauid, vel Dominus, vnius tantùm diei infectatione vexatus est. Bruno Carthusianus, passionis Christi omne tempus: Dionysius feriam quartam, qua Iudas vendidit Christum; vel quintam, qua tradidit, assignat. Exempla suppetũt non pauca, vt *dies*

a Vers. 6.
b cap. 2. 5.
c Vers 6. d cap. 2. 7.
Alludens ad nominis vocabulum Geth obseruans.
Ciuitas sanctorum membra conculcationi fiunt vuæ in torculari.
Tribulationis Christianorum mata.
e 2. Tim. 3. 12.
f Ioan. 5. 21. g Esa. 63. 3.
Mysticus loci Isaiæ sensus.
h in c. 63 Esa.
i Matt. 13. 28.
k in c. 12 Ez. l vers. vlt. m c. 32. 2.
n c. 18. 19.

A
B
C
D
E

Tribuli in hominem impetus.
a Mat. 12. 45.
Arnobij interpretatio.
b vers 5.
c serm. 91. de verb. Dom.
d ps 81. 7. Conuincitur ex hoc loco Arnobius.
e Gen 3 15. f ps. 90. 13
Ad Hebræum hominis vocabulum alludens.
g ps 8. 5.
Hominis conditionis quotuis opus.
h 1. Reg. 28. 3.
i ps. 40. 10. Iudas proditor Christum & Iudæus populus supplantauit.
Non decet homines more ferarum in homines sæuire.
k c. 7. 7.
l Eccl. 28. 3. 4. 5.
Dies pro omni ætate tempore.

tota tempus assiduum ac idē quod quotidie [a] significet; estque hic simplicior sensus; quamuis ad maiorem expressionem addatur interdum *tota nocte*: aut dicantur *cunctis* seu *omnes dies*. Symmachus hoc loco exposuit πᾶσαν ἡμέραν, id est, ἐντελεχῶς καὶ διηνεκῶς, *assidue, ac perpetuo*. Totum tempus vitæ in pugna est, quia *militia est vita ipsa super terram* [b]: Christo autem illud etiam congruit; *sæpe* [c] *expugnauerunt me à iuuentute mea, nobis colluctatio est contra spiritualia nequitiæ* [d]: *& qui nos comedunt, non dormiunt* [e].

Impugnans tribulauit me.] Alij ex Hebræo לוחם ילחצני *lochem ylchatseni, bellans opprimit me; diuexat, coarctat, affligit.* Quæ in tempore etiam futuro ac præterito reddi possent; licèt Hebræum verbum sit futurum. In Psalterio Romano, Gallicano, apud Augustinum, Cassiodorum, Arnobium, *bellans*, apud Hilarium, *pugnans*. Hoc valet propriè לחם *lochem* & πολεμῶν. Sed vsurpantur etiam pro quouis genere lædendi alium, præsertim cum vi & impetu.

Conculcauerunt me inimici mei tota die, quoniam multi bellantes aduersum me.] Additū est primū pronomē *me*, etiā a Hieronymo, cū desit in Hebræo textu. Repetit ac exprimit de pluribus quod de vno dixerat, ne quis vnum dumtaxat crederet se intelligere impugnatorem; quamuis inter multos dux vnus & præcipuus hostis esset. Pro *inimicis*, Hebraicè שׁוֹרְרִים reddit Hieronymus *insidiatores*. Audiuit Christus *contumelias multorum, & terrorem in circuitu* persequentium [f]. Sed in istos Esaias [g] vaticinatur quòd *confundentur, & erubescent omnes qui pugnant aduersum eum; & erunt quasi non sint, & peribunt viri qui contradicunt illi, ita vt quærat ipse eos, & non inueniat viros rebelles suos, & erunt quasi non sint, & veluti consumptio homines bellantes aduersum ipsum.* Minatur apud eundē Deus, quòd calcabit eos *in furore suo* [h]: nimirum quotquot etiam deinceps *filium Dei conculcauerint* [i].

Quoniam multi bellantes aduersum me. Hieronymus, *multi enim qui pugnant contra me Altissime.* Vltimum namque nomen ex sequenti versu nectit hic isto modo. Quod alij quoque faciunt Hebraizantes; & quidam vertunt *elato animo* aut *superbè*. Aquilæ interpretatio eadem vt & Chaldaica, Symmachus accepit vt epithetum hostium οἱ πολεμοῦντές με ὑψηλότεροι: *qui impugnant me altiores*, aut *superbiores*, aut *superiores*, ac de loco superiore certantes. Apollinarius vult dici quòd hostes pugnent ab altitudine diei, id est, ab aurora: tum exponit cum negatione vt se neget Dauid timere. Euthymius & Nicephorus quòd ab alto, id est, à superiore tum potentia, tum etiam externo loco situque. In Psalterio Romano sic habetur, *conculcauerunt me inimici mei tota die ab altitudine diei: quoniam multi qui debellant me, timebunt ego verò*, &c. Quo pacto confunditur hic versus cum sequente. Ita quoque legit Cassiodorus, Augustinus, Arnobius, &, vt refert Brugensis quidam, codex Græcus habet, *multi qui debellant me, timebunt*. Hilarius autem, *ab altitudine dierum non timebo, quia multi qui debellant me, timebunt.*

Septuaginta eo prorsus modo habēt quo Psalterium Romanum, dictique illi alij Patres (dempto Hilario) & quod vocant vetus Psalterium. Quamuis in non paucis codicibus Græcis sit ista distinctio & negatio, *multi bellantes aduersum me ab altitudine; die*, vel *dies*, in plurali, *non timebo*. Aliter alij distinguunt, legúntque: sed nostra nobis tuenda editio: cui similis Gallicani Psalterij. Lege Lucam Brugensem, & scholia ad biblia Sixtiana. omitto illam explanationem R. Abraham, *quoniam multi bellantes mihi*, iuxta Hebræum pronomen לי *li*: *quare conculcauerunt me inimici mei tota die, cùm sim multi qui pro me pugnent & quidem ex alto*, videlicet Angeli? Repugnat editionis nostræ verbis, *aduersùm me.*

Vers. 4.] Ab altitudine diei timebo: ego verò in te sperabo.

REtenta, vt par est, hac editione quam Agellius deserit, vt scilicet versus ac sententiæ ducatur tale principium, quale hîc est, exponemus cum Hieronymo [a], qui negationem tollit ante *timebo*: *quoniam multi dimicant aduersum me, idcirco ego ab altitudine diei timebo*, hoc est, non bellantes aduersùm me; sed tuum excelsum timebo lumen. Addamus præterea pro secundo membro: nihilominus nō abiiciam spem, sed inter hanc metúmque tuum incedam securus, nec præsumam. Altera expositio Lyrani, vt propter tot aduersarios timere se dicat Dauid *ab altitudine diei*, hoc est, tēpore altæ diei, quia fugitiui, qualis, inquit, erat Dauid, magis timent de die, quàm de nocte, quia non possunt ita facilè se abscondere & euadere de die, sicut de nocte. Cōgruit hæc in parte quod retuli ex Apollinario de pugnantibus hostibus ab auror, a ὑψόθεν ἐξ ἄνω, *alte ab aurora*. Videlicet ἀπὸ ὕψους ἡμέρας. non intellexit, cùm dies altior est quatenus prouectior & maior, vt in meridie, seu circa meridiem: quo pacto timoris à Dæmonio meridiano meminit Dauid alio [b] psalmo; sed inchoando diem à media nocte, quando diluceſcit & aurora existit.

Tertius adhuc esset sensus editionis nostræ, legendo cum nota interrogante, vt Ruffinus facit, Haimo, Bruno, Carthusianus, Hugo, ac Basilio Theodoretóque teste Symmachus, præterea Apollinarius & de recentioribus Titelmanus, Iansenius, Ianssonius, *ab altitudine diei timebo?* absit. hoc est, non timebo à superbia & potentia temporali siue vnius diei. Videtur Hilarius & alij, vt Basilius ac Theodoretus, qui præposuerunt verbo *timendi* negationem, istum omnino sensum intendisse. Quamuis Hilarius addens, quod non est in textu nostro, *quia multi qui debellant me, timebunt*, per *altitudinem diei* siue *dierum*, vt ipse legit, intelligat diem iudicij & æternarum pœnarum, quos dies iustus, præsertim Christus, non timeat eo modo quo persecutores eius timebunt.

Exponēs de Christo Bruno ait iam in ipsa passione non timuisse, sed antè scilicet, priusquam comprehenderetur. Sed omissa negatione, quam non exprimunt biblia correcta, & reiicit meritò Genebrardus tanquam Hebraico contextui minimè quadrantem, siue hypotheticam propositionem, cum eodem dicamus esse, si *ab altitudine diei timeam, tamen sperabo in te*, quemadmodum hypotheticè sumi potest illud [c]: *iraſcimini & nolite peccare*, id est, si iraſcimini: siue potiùs absolutam affirmemus, erit quartus sensus literalis: *Ego ab altitudine diei timebo*, hoc est, ab ea præscripta die, ad quam Allophyli seu Philisthæi me sistere constituerunt coram ipsorum Rege Achis tumentes ac elati cum suo hoc rege superbia & indignatione contra me: atque inflati potentia, pro qua crebrò *altitudo* vsurpatur. nam *dies hominis* &

humanus

a ep 135.

Lyrani altera expositio.

Fugitiuorum maior timor de die quàm de nocte.

Apollinarij locus citatus.

b pſ 90 6.

Tertius sensus.

Altitudinem dierum vt exponat Hilarius

De Christo expositus.

c pſ. 4 5.

Quartus sensus literalis.

Dies hominis & humanus dies quomodo ita dicatur.

humanus dies, quem Ieremias [a] negat *desiderauisse*; & Paulus [b] asserit sibi *pro minimo fuisse ab eo iudicari*, significant nominum præsenti vitæ rerum inde domin. oque potentiam, ante quos dies reus dicitur, & fauorem secundamve sententiam. Hoc est quod Hieronymum dixisse in primo sensu retuli de timore summus excelli, vt oratio dirigitur ad Deum.

Quintus sensus.

Quintus Genebrardi, vt sit *altitudo dies* profunditas quotidianorum summorum periculorū & periculosorum temporum. Id expleat Valentia exemplo laborantium & febricitantium, quibus dies artificialis videtur longissimanta vt columba ista queratur se de vna in aliam tribulationem perpetuò timendo volare.

Sextus, mysticus.

Sextus, sed mysticus de Christo, vt reuera *timuerit ab altitudine dies*, hoc est, a magnitudine vique potentia humane, suorumque aduersariorum, qui machinabantur ei tormenta & mortem. Innuit Hugo.

Septimus.

Septimus, Dionysij, de eodem, vt Christus timuerit & continuos angores senserit ab hora noctis qua captus est, imo etiam prius, vsque ad horam nonā qua expirauit, paulòque ante præ maximabili pœna se a Deo derelictum exclamauit.

Tropologia. Octauus sensus.

Iam verò tropologicè agendo de aliis iustis, dicuntur hi octauò *timere ab altitudine dies*, non solùm illis modis qui Dauidi conuenient, maxime sumendo pro iudicio diuino, cuius *magnus* dici *dies* solet, *Dominique*: vel etiam qui Christo congruunt: sed etiam vt idem Dionysius docet, quoniam timent ab ascensu, siue processu temporis sibi concessi, propter periculum, ne quo ditius viuunt, frequentius peccent, cùm sciant, *septies in die cadere iustum* [c], & *dies malos esse, atque redimendum tempus* [d].

c Prou. 24. 16. d Eph. 5. 16.

Nonus.

Plures occasiones peccandi in die quam in nocte. Ad mensam, tanquam ad carnificem accedendum, accedendum est.

Nonò, ex eodem Dionysio, quia loquendo de die artificiali, plures occurrunt occasiones peccandi in die, quam in nocte, præsertim die in altum ascendente, eo quòd mane ad deliberationem habiliores sumus, circa meridiem grauiores existunt corporis necessitates, vt cibi, potusque: ac verendum ne grauentur corda crapula vel ebrietate: & ad mensam tanquam ad carcerem torquemúmve accedere oportet.

Decimus sensus.

Decimus, Hugonis, vt *ab altitudine timeatur* propriè prosperitatis, vel si quis profundiùs quā alij ferat, ne *in* hac quasi *altitudine maris tempestate demergatur* [e]: adhice, ne velut solis æstus fœnum exurat arefaciatque [f]; & solsticialis velut herba solet ostentatus (sit) raptúsque simul [g], aut, quasi solsticialis herba pauliper (sit) repente exortus, repentinò occidat: videlicet hederæ similis Ionæ [h], herbæque, quæ *mane floret & transit, vespere decidit, indurat & arescit* [i].

e Psal. 68. 3. f Psal. 98 6. g Auson. h Ion. vlt. 10. i Psal. 89. 6.

Vndecimus.

Martyrum plurimi strages festo die factæ. k Iudic. 2. 6. l Matth. 27. m Matth. 6. 20. n Actuum 12. 2.

Vndecimus eiusdem, plus timendum festis quam profestis diebus: illis enim plures factas martyrum strages, vt Machabæorum [k], Ioannis Baptistæ [l], Christi [m]: & Petrum tali tempore Herodes volebat occidere [n], addique possunt non paucæ historiæ occisorum vel Pentecoste, vel natali Domini die, eiúsque octaua vel alio simili. Denique peccatur eiusmodi tempore sæpe licentiùs grauiúsque, ac ipsomet etiam Paschali omnium celeberrimo, quo Ecclesiæ lege cuncti corpore pascuntur Christi.

Duodecimus sensus.

Duodecimus posset esse si *altitudo dies* acciperetur pro dæmonibus superiorem hanc regionem nostram habitantibus, vbi dies aliquando est, nunquam in Inferno; aut pro iisdem vt se transfigurant in Angelos lucis. De hoc sensu iterum postea, in enucleatione vocabulorum.

Expositionis autoris probata.

Ex literalibus expositionibus placent mihi potissimum Quarta & Quinta, sed magis Quarta quam ipse excogitaui, arrepta occasione ex Tertia, vt *altitudinem dies* sumit pro iurisdictione, & potentia: nec tamen in *dies* vocabulo spatiandam arbitror hic breuitatem durationis, quæ potius minueret timorem, quem se Dauid asserit habuisse, quam augeret.

Morales sensus.

Inter morales optimus sensus vt potentia prosperitatque vel aliena, vel etiam propria, timeatur; ne illa opprimat, ista decipiat. Sed quod attinet ad priorem, Dei timor curandus, vtque sit nobis ille formidini non humanus dies, vt antè dixi. Hoc Augustinus faciebat, Paschentio scribens Comiti Arriano, à quo contumeliosè tractabatur. [Ea quæ scripsisti mouerent me, si à veritate Dei, non a potestate hominis dicerentur.]

a epist.

Ab altitudine] Priore versu monui quam ista variè legantur & connectantur. loco harum dictionum duarum est Hebraice מרום *marom*, quod vel est vnicum nomen significans tum *altitudinē*. tum *altum*, siue *excelsum*: vel nomen רם *ram* siue רום *rom* aut רום *rum* cum litera seruili (מ) quæ subit vicem præpositionis מן *min*, *ab*, ita vt sit מרום *marom* pro מרום *merom* aut pro מהרום *meharom*, cum alia litera seruili (ה) demonstratiua. Hieronymus & alij, de quibus memini dicto loco, acceperunt מרום *marom* tanquam vnicum nomen, & vt Epithetum Dei, vt Dauid alloquens Deum dicat, *quoniam multi bellantes contra me o Altissime*, sed tacet nusquam reperisse me hoc epithetum *Altissimi* aut *excelsi* Hebraica illa expressum voce; sed עליון *hæleon*. Rectius dicerentur epithetum esse bellantium, qui id faciant aut superbe, aut de loco superiore, vt ibidem retuli quosdam interpretatos. His adde Origenem [b], qui explicans Paulum [c], affirmantem quod *neque altitudo neque profundum potest illam separare a caritate Dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro*, docet per *altitudinem* intelligi ibi & hic *spirituales nequitias in cœlestibus* [d]; siue aerem occupantes dæmonas: per *profundum*, alios qui solent habitare in inferno. Quamuis Theodoretus & Chrysostomus exponant de profunda gehenna, & de alto regno cœlesti, vt hinc exulandum, illuc descendendum sit: Occurramus, de aduersa rerum & prosperitate, alij, de irruente desuper imbre, nive, grandine, fulmine, tonitruo: & de periculis ex mari, quod etiam vocant *profundum*, aut ex terræ motu.

b In c. 8 ep. ad Rom. c Rom. 8. 39. d Paulus ex Ephes. 6. 12.

Latini hoc loco mysticè propterea interpretantur dici persecutores Christi bellare aduersus eum, quia *ab altitudine dies*, scilicet defluunt, hoc est, a maiestate illius *dici*, cuius sunt *duodecim horæ* [e], id est, duodecim Apostoli, & non cognoscunt.

Mystica interpretatio.

e Ioann. 9.

Dici timebo.] Et has voces duas priùs annotaui non eodem consilium modo; rectum ac retinendum, esse, vt conflent cum præcedentibus membrum integrum, *ab altitudine dici timebo*, omissis aliis quæ ab aliis addi dixi. Quare non efficitur separatus sensus, *dies timebo*, hoc est, in die seu de die; aut *dies* in plurali, legendo *ἡμέρας*, vt eiusdem numeri accusatiuum casum, cum sumatur potius tanquam genitiuus: aut *quotidie*, aut *quacunque die*. Præterea docui nonnullos adhibere interrogationem, *ab altitudine dici timebo?* In Gallicano psalterio, *ab altitudine dici non timebo*.

Ego vero in te sperabo.] Addunt, *Domine*, psalterium Romanum, Augustinus, Cassiodorus, Arnobius, sed in Ambrosiano siue Gallicano, est, *Quia ego in te sperabo.* Interserunt alij ante ista, quædam alia de quibus monui versu priore.

Vers. 5.] In Deo laudabo sermones meos, in Deo speraui, non timebo quid faciat mihi caro.

Sensus lect.

AIt se ita in Deo sperare, quod etiam repetit, nec timere velle quidquid illi carne constans fragilisque faciat homo, vt etiam laudibus celebret sermones suos, hoc est, quos dignatus est Deus proferre, liberaliter ac prolixè multa ei pollicendo, magnáque beneficia, tum verò regnum ipsum, & ab inimicis liberationem [a]. Vel sermones laudaturum se dicit suos in Deo, id est, laudabiles facturum, vt laudent quicumque audient, quia de Deo, laudibúsque ipsius erunt, quē etiam vnà secum alij laudent, magnificét & exaltent nomen eiusdem [b]. vel si quid in dictis factísque suis dignum laude videatur, non sibi, sed gloriam & laudem Deo daturum [c], eumdémque inuocaturum, quod laudi Deus sibi ducit, vt nempe inuocetur: ac proinde non reformidaturum vllum aduersarium. Hoc est *laudando inuocare Dominum, & sic ab inimicis saluum esse* [d]; & quod ipsemet Deus monet [e], vt *inuocemus eum in die tribulationis*, quia *eruet nos*, & *honorificabimus illum.* Vel, accipiendo sermones siue verba idiotismo Hebræo, pro factis, profitetur quidquid Deus de ipso statuat faciátque seu prosperum sit, seu aduersum, non in bonam partem dumtaxat acceptuum, & approbaturum, sed etiam laudaturum [f], Vel, quia affirmat adeo audacter, nullum sibi timorem futurum de homine, quem etiam despicit vt carnem & imbecillum, præfatur, ne arrogantior habeatur, hunc sermonem se in Deo prolaturum, Deo fretum, illóque gloriantem, & omnium auctorem bonorum agnoscentem atque prædicantem [g]. Vel, perinde est ac si dicat, sermones meos componam ad laudem Dei, & eum laudare curabo, nec alios probabo quam qui tales fuerint vt merito ab omnibus qui audiãt, laudari possint [h]illud Petri obseruans, *si quis loquitur quasi sermones Dei*: vel sermones inistituam prius inuocato Deo, ne videlicet inter pericula prorumpam in verba diffidentiæ, iræ, &c. Vel, dirigam ad Deum orationes meas, vt opituletur contra tot aduersarios, & spem in illo firmem [k].

Hi sunt præcipui præsentis loci sensus quos recentes enarratores notati à me in margine tradunt. Euthymius affert quintum & sextum: quintum Nicephorus: tertium, prout à me declaratus est. Basilius ac Theodoretus, vt nimirum affirmet Dauid, se dum oppugnatur opponere laudes Dei, & eius se sermonibus ornare ac instruere. Fauet quinto Hilarius, docens, allerere, quòd vocem hanc sancto dignam sit semper laudaturus, quæ hîc subditur, *in Deo speraui*, aut *sperabo*, &c. Ad tertium pertinet nec non etiam ad quintum quod Augustinus, Cassiodorus alique fere Latini dicunt, *Laudare in Deo sermones suos* illum qui omne quod bene loquitur, non sibi, sed tribuit Deo, & tales ita suos agnoscit sermones, non quia propriis viribus loquatur, sed quoniam à Deo sint dati, vt exempli causa, quod pronunciauit proxime ante Dauid, hicque adhuc pronunciat de sua spe in Deum, quodque non timeat hostes.

Probabilius sententia.

Placent mihi sensus omnes, nec satis queo definire quis magis. Videtur probabilius Dauidem triumphantem gaudio, & in Deo gloriantem & sibimet applaudentem, protestari se sperare, ac non timere: quod deinde constabit magis ex vocabulorum enucleatione. *Mysticum.* Mysticum est, laudari sermones prædicationis Euangelicæ, atque Verbum, de quo in versu vndecimo, vt significat personam secundam Trinitatis & Christum. Itē cùm sermonibus veris, vitæ bonitas respondet, fitque quod docetur, immo illud prius quàm hoc, Christi exemplo [a]. Vtrumque Remigius. Hugo rectè distinguit varios modos quibus laudãt aliqui sermones suos, aut reddere laudabiles volunt, nitidiùs loquendo, obscuriùs, subtiliùs, curiosiùs miscendo superuacanea vel etiam falsa. Dionysius, confessionis, orationis, diuinæ laudis laudabiles ait esse sermones, non autem vanæ philosophiæ, sterilis eloquentiæ, sermonis rhetorici, verbi præsumptuosi, mali, garruli, vide quemadmodum hæc tractet probéque.

a AQ. 14. *Pauci modi laudandi sermones suos.*

In Deo laudabo sermones meos] Hieronymus, *in Deo laudabo verbum eius* באל אהלל דברו *belohim ahallel deuaro.* Quod exponitur de verbo ipso Dei, quod vel ipse de Dauide loquutus sit, vel de illo loquatur Dauid: & vtrouis modo potuit dici *verbum*, siue *sermo*, aut in plurali, *sermones Dauid*: & *laudare in Deo sermones* erit, laudare ipsum propter eiusmodi sermones. Chaldaicè, *in mensura*, vel *in proprietate iudicij Dei, laudabo in verbo eius.*

Additur in psalterio Vaticano, apúdque Hilarium & Cassiodorum, *tota die*, & omnino ita etiam hæc Hilarius vt nexa prioribus declarat, nēpe, quòd se toto tempore vitæ laudare dicat Dauid sermones illos suos. In emendatis biblijs Græcis referuntur ad sequentia, *tota die in Deo sperauit.* Ex enarratoribus Græcis non reperi qui legeret præter Apollinarium, quem non animaduersum à collectore scholiorum in biblia Sixtina miror.

ἐυεπὴν βασιλῆα πανημαρ ὑμνοτολεύσω.
Gratulatione Regem tota die celebrabo.

Vbi exponit *laudare sermones in Deo*, Deum, quem vocat Regem, celebrare gratulatoriis sermonibus, hymnisve.

In Deo speraui.] Romanum & Ambrosianum psalterium: Hilarius, Arnobius, Cassiodorus, *Sperabo*: & Cassiodorus, *in Domino.* Sed quamuis facilè permutentur tempora; tamen in præterito est ἤλπισα & בטחתי *batachthi*; præcedente versu in futuro ἐλπιῶ & אבטח *eutach.*

Non timebo quid faciat mihi caro.] In Romano psalterio & Cassiodoro *homo*: fortassis ex versu 12. huc migrauit *homo*: quæ ibi vox in simili sententia est. Sicut & in psalmo 117 [b]. quæ testimonia hísque similia colligit Cyprianus [c], vt demonstret fidendum in Deum solum, & in ipso gloriandum. Sumitur autem pro *homine*, *caro*, vt Hilarius monet, satísque constat plurimis exemplis, quorum ille nonnulla profert. notum etiam quòd *caro* interdum designat propriè mulierem quando viro opponitur [d]: cognatos [e]: sensualitatem [f]: intelligentiam carnalem [g], fragilitatem ac pronitatem peccandi [h], coniunctionem [i] sexuum, peccatum [k], carnalia desideria [l]: & in bono sensu, mollitiē cordis [m]. de his Hugo: de varia

In Deo laudare sermones suos quid dicatur.

a Agellius.
b Theolma. 1 1. ep. 4. 11.
k Valentia.
b Bredēbach. Iansen. Augus.
d ps. 17. 4.
e ps. 49. 15.
Alij sensus.
f Calet. Bredembach. Clarius.
b vers. 6.
c lib. 3. nu. 10. Caro *pro homine.* Carnis *varia designationes.*
d Ioan. 1. 13.
e Esa 58 7.
f Gala 5. 16. & 17.
g Mat. 16. 17.
h Gen. 6. 3. 1 c. 2.
k 1. Cor. 15. 50.
l Iob 19. 20. & 21.
m Ezec. 36. 26.

eiusdem

eiusdem notione Philo [a]. Chrysostomus [b] de ea quæ male sonat pro irrationali parte: de alia pro homine Fulgentius [c]. Vim affert *carnis* nomen ad inuehendum timorem, sicut è contrario ad persuadendum, ne quis *carnem ponat brachium suum* [d]. Imbecillitatem caro & mortalitatem hominis importat.

Τί ποιῶ βροτὸν ἀτίμως; inquit Apollinarius, *Quid horrefco mortalem carnem?* In editione quoque LXX. huc & versu vndecimo videtur esse interrogationis nota; τί ποιήσει μοι; *quid faciet?*

Idem Hilarius mystice ait Christum *non timuisse quid sua sibi faceret caro.* Cum nihilominus super undas ambulauerit [e], carne non degrauatus, virtus diuinæ potestatis vsque ad finibrias vestis exierit [f]: peccata dimiserit [g]: sputo naturam videndi cæcis ab vtero oculis accenderit [h]: aure producta de vulnere abscissæ auris vulnus obduxerit [i]: solida parietum corpore interlabente penetrauerit [k].

Possent hic etiam tropologicè ac in his quæ sequuntur hostes illi tres innui, Caro, Mundus, Diabolus, quos qui sperat in Deo, non timet. Scribens Eustochio Hieronymus [l], *carnem* sumit pro ea parte quæ per libidinem venereamque cupiscit aduersus spiritum. Athanasius [m] ex tanta confidentia Dauidis argumentatur, exque adhortatione Christi ad non timendum *occidentes corpus* [n], & quòd professus sit habere se potestatem *ponendæ* denuòque *sumendæ animam suam* [o], non fuisse in Christo timorem, scilicet cum perturbatione ac necessitate. Martinus diabolo in humana specie minitanti quocunque tret, vel quæcunque tentaret aduersatutum, respondit verbis 117. psalmi [p], quæ sunt istis similia, & aliis versus 12. huius nostri psalmi; *Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo* [q].

Vers. 6.] Tota die verba mea execrabantur, aduersùm me omnes cogitationes eorum in malum.

Vers. 7.] Inhabitabunt, & abscondent: ipsi calcaneum meum obseruabunt, sicut sustinuerunt animam meam.

CArnales homines, infirmi, inualidi, quod malis non possunt factis, verbis execratoriis faciunt: assiduè carpentes, calumniantes, in peiorem partem accipientes, abominantes facta dictáque mea, quæ celebrant alij, quidquid facto, quidquid dico, præsertim sermones illos meos quibus meam spem in Deum profiteor, aut qui continent promissiones mihi factas a Deo: nec aliud etiam cogitantes quàm vt quocunque ratione noceãt: quin etiam data opera me adeunt, mecumque commorantur per speciem amicitiæ vt clam tectéque insidias mihi struant: obseruant denique vestigia mea, & quo me cunque cõferam, quid agã, vbi sim, an labar offendamue in aliquo, vtrum casus mihi aliquis aduersus contingat, vt capiant opportunitatem insultandi, criminandi, nocendi, expectando vt tandem vitam eripere mihi animamque extrahere possint.

Hilarius explicat de occultis consiliis, falsis testimonis, captiosis interrogationibus contra Christum, & de conspiratione eum supplantandi ac perdendi: Addit Augustinus falsos testes contra sepultum Christum. Adhæc iniuriosa verba & responsa reddita iustis reprehensionibus & monitionibus: & [r], *Samaritanus es tu, & Dæmonium habes. Iniustis semper grauia sunt verba iustorum*, ait Gregorius [s]: & quæ ad adhortationem prolata audiunt, hæc quasi superimpositum pondus ferunt. Inde verò colligit idem Augustinus, si sic & in ipsum Dominum, non debere dedignari corpus, quod præcessit in capite, vt corpus hæreat capiti: cum sit contemptus Dominus, indignum esse, vt honorati velimus: cùm proditorem secum habitare tulerit Iudam, quem non ignorabat; scilicet nos met nosipsos oportere si quos nescimus, nobiscum fictos falsósque fratres habeamus.

Extendit hoc præterea idem Doctor & alij Latini ad obtrectatores prædicationis Euangelicæ, aut salutaris doctrinæ, tum perfidos & infideles, tum Christianos malos. [*Dicunt quidam*, inquit Arnobius; ita iste castitatem docet, fœminæ nos et libidines: hic qui contemptum mundi prædicat, amorem pecuniæ immittimus ei.] Hæc exempla narrat in Hæreticis, qui nullas, inquit, horas, & omnia verba sacramentalia execrantur; & dirident. Denique *execratio peccatoribus supponitur* [t]. Sed *omne execramentum conuertit Dominus* [u]: & *de execratione & maledicto animæ iniustorum vitæ consummationis* [x], id est, in qui dant illis operam, in his accelerantur, atque damnabuntur. Propterea monemur [y], *nimis odisse execrationem.*

Tota die verba mea execrabantur.] Hieronymus, *sermonibus me affligebant*: nimirum (ut mansuetudo) & despiciendo, vt exponit Hieronymus Trenctus. Alij, *verba mea dolore afficiunt*, (nempe me) id est, res meæ negotiaque me fatigant. Vel Latetes mei verba mea molestia reddunt, & contristant. Vt scilicet quidquid cogitem, velim, dicam, faciam, male cedat, studio maleuolo atque sedula cura inimicorum. Sed iuxta Hieronymum significat molestiam quam ex maledictis contumeliosis monitis capiebat. Paraphrastes hoc membrum conflat cum sequenti, *tota die mei causa tribulant, contra me omnes cogitationes eorum in malum*: etsi Nebiensis aliter vertat, *omnibus diebus sustinui angustias, contra me omnes cogitationes eorum in malum.*

Sensus editionis nostræ est de inimicis, quos nomine *carnis* priore versu Dauid intellexit, execrantibus verba illius, aut quæ ipse diceret de sua in Deum spe, aut quæ de illo alij laudantes cum, aut quæ de eodem Deus per oracula promissa in suorum ipsi factorum: aut postremò, verba sumendo pro quauis re negotióque, cuncta quæ ipse cogitaret, diceret, faceret, omnes res & negotia eiusdem, prout in paraphrasi diximus. Symmachus Chaldææ similis paraphrasi reddidit, *διὰ παντὸς ἐμοὶ λόγους αἰσχροὺς ἐπιτιθέασι*, *per omnem diem sermones de me fœdos machinabant*, id est, contra me. Verbum יַעַצְבוּנִי *atsabuni* in piel est à עָצַב *bhatsab*, quod significat *contristare, tristitia vel dolore afficere, cum labore quidpiam cogitare vel animo formare*, vel, *angere & cruciare animi.* Sed videntur legisse Lxx. יִתְעַבְּרוּנִי *ithalamu* etiã in piel à הָעַב *thahbau, abominari, auersari, dedignari.* Trenctus refert R. Mosem ita quoque Hebraice legisse. Id quo vtuntur dicti Lxx. ἐξεκαύθετο, innuit execrationem rei profanæ. Apollinarius exponit,

συγκαίεσθαι ἐν ἐμοί,
execrabantur in animis.

Augustinus legit, *abominabuntur*.

Aduersum me omnes cogitationes eorum in malum.] Primas dictiones recte priori membro psalterij Romanum, & legit, *omnia consilia eorum in malum*: quæ sunt etiam in psalterio Ambrosiano, & apud Hilarium, Augustinum, Cassiodorum, Arnobium. Tales erant eorum *cogitationes noxiæ morantes* in illis [1] qui dicebant [b]: *Venite, cogitemus contra Ieremiam*: qui typus erat Christi) *cogitationes*; *venite & percutiamus eum lingua*; nempe tum execrando, siue detrahendo, tum machinando rationes nocendi. Hoc alio modo dicitur *malignari consilium*, & *cogitare aduersùs alios* [c].

Inhabitabunt & abscondent.] Hieronymus, *congregabuntur abscondere*. Alij, in præsenti, *congregantur*, aut, *simul morantur, delitescunt*: vel, *conspirant & insidiantur*: vel, *alienant & abstrudunt se*, vel, in præterito, *conuenerunt, contemplati sunt*: vel, *conspirabant, & insidiabantur*: vel adhuc in futuro, *congregabuntur, abscondentur*. Hilarius, *habitabunt & abscondent*. Augustinus, *incolent, & abscondent*. Symmachus, συναχθήσονται λαθρα, *congregabuntur abscondite*. Paraphrastes, *congregabuntur & abscondentur*. Sed apud Nebiensem additur חמס *chemama*, quod exponit, *in insidijs*. In quodam scholio pro παροικησουσι ponitur συναχθήσονται, *congregabuntur*.

Vim facit Augustinus in *incelendi* verbo, quasi sit habitare in terra non sua, & denotet mysticè illo sensu quem tractat, fallos fratres quos patimur in hac peregrinatione, & qui non perseuerant nisi intra Ecclesiam, & tanquam serui non filij [d], *non manent in domo in æternum*. Apollinarius ablconitonem de insidijs declarat.

ἐγγὺς παροικοῦντες ἐαυτῶν κρύψουσι μενοινὰς:

Prope habitantes suas abscondent curas.

Alius quædam in psalmo 40. [e], sententia; *& si ingrediebantur vt viderent, vana loquebantur*, &c. qui sunt *sapientes* (ac iusti) *consentiunt* (ingenueque agunt & loquuntur) *cum abscondunt* [f]. Parum refert an dicamus, *inhabitabunt*, aut *congregabuntur*, quod attinet ad sensum. Vtrouis modo sensus idem, quòd conueniendo & conspirando simul habitent consultantes quo pacto laqueos ponant, & ab oculis abscondant Dauidi: quemadmodum psalmo 9 6. dicuntur *oculi insidiantes in abscondito respicere in pauperem*.

Verbum præsentis loci יגורו *iagurù*, habet vtramque significationem & *habitandi* seu *incelendi peregrinandi, commorandi*, & *congregandi*; ac præterea *timendi*. nam qui peregrinatur diuertit ad alium quatenus congregatur cum ipso, & quia veritus in alieno apudque ignotos, timet sibi, nec se ita facile prodit. Alij legunt יגודו *iagudu*, *cogent ducentque exercitum, irrumpent, excurrent*. Sic in psalmo 93 [h]. *cogebant in animam iusti*: eodem verbo dicitur, & Hieronymus reddit, *copulabuntur*. Lege quæ dicti psalmo 17 [i]. *in te eripiar a tentatione*, vbi est יגדוד *ghedud*. Facit Agellius dictæ lectionis memor, sed eam non inuenio. Semper sensus est idem. Aliud verbum יצפינו quod aliter scribitur, aliter legitur, quod Hebræi certa nota designant, vocantes Ketr cheriu, potest significare *abscondent se*, aut *insidiabuntur*: & habetur eodem loco psalmi 9, quem citauimus: vbi exprimitur holem יצפון *isspone*: quo hic etiam pacto legi debet. Qui retinent in nostro literam (') iod in medio, legunturque יצפיני *isspeni* a radice צפה *ispah*, exponunt de speculatione, & observatione quæ fit oculis ad insidiandum. Quamuis id quoque verbum *tegere* & *abscondere* significet. Cauendus qui se *transfigurat in lucis Angelum Satanas* [a], *ne circumueniamur ab eo, ignorantes cogitationes eius* [b] (quæ videlicet omnes sunt in malum,) *cuius abscondita in terra peruica* [c].

Ipsi calcaneum meum obseruabunt.] Hieronymus, *plantas meas*. Alij, *vestigia mea*, hinc, *calcanea*, in plurali, quia in eo numero est cum affixo עקבו *hhaiquui*. fortassis legerunt Lxx. עקבי *hhikhi obseruare calcaneum* idem est quod insidiari ei: & habetur in Genesi [d]. Dictum satis de calcaneo in psalmo 48 [e]. *obseruare calcaneum* est insidiari ad subuertendum & propellendum ad lapsum, supponendo pedem ad offensionem ruinamque: inuestigare in morem venatoris canisvé venatici, tendere laqueos vt irretiant: expectare peccati lapsum, aut infortunium, ac sinistrum casum, vnde capteur occasio ridendi, insultandi, criminandi, quauis ratione nocendi: omne iter vitæ attendere ipsosque gressus, quæ vulgo appellant, *li andamenti*. Iuxta tropologiam docuit eodem illo psalmo quam diligenter Diabolus *calcaneo* vitæ insidietur, hoc est, extremo ac fini, quem nemo est qui non optet optimum, quia ex eo pendet æternitas. Aniolus etiam *mori morte* optauit *iustorum, sperique nouissima sua horum similia* [f]. In tuto est, cui licet euadere captionem dentium dæmonum, conterere laqueum ipsius & liberari [g]; atque tunc festiuitatem celebrare, *quia non adueniet vltrà vt pertranseat in se Belial, sed omnibus interijt* [h]: qui quòd *modicum tempus habet*, illo maximè articulo descendit *cum ira magna* [i]: quoniam vt ait ille [k],

Non parcit populis regnum breue.

Si aliud non potest sæuissimus hostis, id vnum certè nititur, vt abeuntem ex hac vita iustum priuet vel exequiarum honore, vel bona apud superstites fama, si aut improuiso aut ab intestato decedat; & si bene sit ei apud Deum *in extremis & in die defunctionis benedicatur a Deo* [l], hoc non consequatur ab aliis. Quidquid sit, *pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum* [m]: *peccatorum pessima* [n], *viriumque iniustum mala capient in interitu* [o]. Quapropter *disponat quisque domui suæ* [p] tempestiuè: *nec det maculam in gloria sua in die consummationis vitæ, & in tempore exitus* [q]. Lege Greuenum [r]. Gregorius [s] *calcaneum* sumens pro fine actionis, docet quòd cùm antiquus hostis neque in exordio intentionis ferit, neque in itinere actionis intercipit, duriores in fine laqueos tendit, tantóque nequius obsidet, quanto solum sibi remansisse ad decipiendum videt. Citans præsentem locum, prauos etiam homines malignorum spirituum sequaces idem facere scribit, vt actionis bonæ finem vitient: atque hoc esse quod serpenti dictum est [t], fore vt *insidiaretur calcaneo*, hinc vt hunc obseruarer. Procopius [u], calcaneum impugnatum ait esse humanas necessitates; diabolum, cùm nequeat expugnare eos qui iam in pietate amplissimos fecerunt progressus, circa illas ponere insidias, vt vel sic euertant.

Sensu magis morali apud Hugonem *calcaneum obseruant* Dæmones, Hæretici, alij, quando extremos quosque ac infirmos decipiunt, sicut Amalecitæ proditur occurrisse Hebræis egressis de Ægypto, & *extremos agminis eorum qui lassi residebant, occidisse* [x]. Obseruatores istos ac exploratores Paulus [y] notat sub *subintroductorum falsorum fratrum* vocabulo, *qui introierint explorare libertatem, quam haberent Galatæ in Christo Iesu.*

1 Iere. 4 14. b cap. 26.

c psl 82. 4.

1 vers. 5.

d Ioan 8. vers. 35.

e vers. 7.

f Iob 15. 18.

g vel 10. iuxta Heb. vers. 9.

h vers. 21.

i vers. 20.

a 2. Cor. 11. 14. b 2. Cor. 2. 11. c Iob 18. 10.

d cap 25. e vers. 6. Obseruare calcaneum quid sit.

Tropologia. Diabolus insidiatur calcaneo vitæ nostræ.

f Num. 24. 20.

g psl. 123. 7.

h Nahum 1. 13. i Apoc. 12. 12. k Statius.

l Eccl. 11. 28.

m psl. 115. n Prou. 13. o Prou. 11. 23. p Ecclesiast.

q Eccl. 11. 2 4. r hoc loco fer. 113. Calcanetus pro fine actionis

s 1 moral. c. 32. vel 19.

t Gen. 3. 15.

u ibid. Procopij explicatio.

Hugonis moralia in psal.

x Deut. 25. 18. y Gala. 2. 4.

Obseruabant Christum Iudæi & Iudas quærebat opportunitatem vt eum traderet.

Omnes dicendi modos complexus est paucis verbis is qui vocatur Hieronymus, de Iudæis volentibus Christum supplantare in numismate cēsus [a], vel in mulliere deprehensa [b]: de isdem occidere eumdem conantibus, & de alijs qui alios fideles: de diabolo & sectatoribus illius qui fini operis ac vitæ insidiantur: de hæreticis, qui in qualicunque sermone finem obseruare quærunt.

Sicut sustinuerunt animam meam.] De his verbis, quia plures copulant versui sequenti, præsertim Latini, agemus vna cum eodem versu.

Sicut sustinuerunt animam meam,

Vers. 8.] Pro nihilo saluos facies illos; in ira populos confringes.

Deus,

HOc etiam postremum Dei nomen ita coniungitur in bibliis correctis; tametsi de sensu nihil immutat. Est porro hic sensus: quemadmodum hostes illi mei animā & vitam meam magno desiderio perdere voluerunt, & magna quadam cura atque perseuerantia vt id conequerentur conati sunt; sic, ó Deus, nulla ratione nullóve quasi ab ipsis oblato pretio, aut prece, illos saluos facies, vel exorari te sines quominus citò, facilè, absque labore tantam illam flagitiosorum hominum & impiorum turbam secūdùm iram vindicis iustitiæ tuæ confringas & dissipes. Hic literalior sensus, quem Græci tradunt, Basilius, Theodoretus, Euthymius, Nicephorus; ad quem Hilarius, Hieronymus, Remigius etiam accedit, quatenus exponunt *pro nihilo saluari*, qui adipiscantur resurrectionem, sed non ad vitam beatam. Augustinus & posteriores Latini declarant in bono sensu, vt pro inimicis postuletur vel etiam pronuncietur salus futura gratis & sine meritis. Hebræi, & qui sectantur illos, alia incedunt via, vt in enucleatione distincta vocum patebit, quod attinet ad verba comprehensa precisè versu 8.

Sicut sustinuerunt animam meam.] Ita quoque legitur in psalterio Arabico & Æthiopico, & apud enarratores plures Latinos, tum etiā apud Græcos, atque in metaphrasi Apollinarij.

ὡς δ' αὐτοὶ λοχῶντες ἐμὴν μέλον ὄτορ ὀλέσσαι:

Sicut verò ipsi deluescentes meum expectabant cor perdere.

Editio Sixtiana habet, καθάπερ ὑπέμεινε τῆ ψυχῆ μου: *sicut sustinuit anima mea.* Ac videtur constituere vt per se distinctum & independens membrum. Hieronymus iungens prioribus, *plantas meas obseruabunt*, reddit, *expectantes animam meam.* Alij nexu eodem, *dum expectant animam meam:* vel, *si quo pacto capiant animam meam*, videlicet expectando vt capiant כאשר קוו *chasser, kiuu*, quasi dicat illud [c], *me expectauerunt peccatores vt perderent me.*

In Psalterio Gallicano & apud Hilarium, *sicut expectauerunt animam meam.* Psalterium Romanum & Cassiodorus, *sicut expectauit anima mea.* Augustinus [d], *sustinuit.*

Idem porro cum Cassiodoro, Remigio, vtroque Brunone, Haimone, Beda, qui addit *pro nihilo*, quia non laborat Deus in saluando; laborauit tamen Christus:] Hugone, qui confirmat ex Esaia [a], *gratis venundati estis, & sine argento redimemini*: Dionysio, aliisque posterioribus enarratoribus, nec non cum Hieronymo in Ezechielem [b], & in epistolam ad Titum [c], & contra Pelagianos [d], explicat Dauidem hîc exprimere seu variationem, seu desiderium suum; vt sicut præuidit anima sua, ac edocta fuit, vel etiam expetiit, vel patienter tulit, sic loco ac vice iniuriatum quas intulerunt sibi inimici, Deum etiam simul ea in re offendentes, Deus eosdem (quod habetur sequentibus verbis) pro nihilo, liberaliter, facilè, omnino gratis, sine meritis ac etiam non exigendo debitas ab iis pœnas, saluos faciat.

Cum hoc sensu cohærere lectio etiam communis potest, *sicut sustinuerunt animam meam*: scilicet, vt auida illa eorum expectatio nocendi Dauidi non imputetur eis, sed potiùs è contrario bene ipsis faciat Deus & plenam salutem confetat, quamuis immeritis. Alium Remigius dicendi modum dat, quo nectit cum præcedente hoc membrum, vt significet Dauid, inimicos ad eum modum obseruasse calcaneum illius, sicut ij qui sustinuerunt animam eiusdem, id est, quibus anima & vita grauis est ad videndum, nec æquis oculis animoque viuere ipsum cernunt. Rursum Arguanus, *sicut sustinuerunt animam meam & vitam pro nihilo*, id est, ad hoc tantùm obseruantes, vt perderent; ita tu illos etiam pro nihilo habebis, & in ira iustè confringes. Dionysius, de Christo: sicut me vilipendebant & vitam meam expectabant; quatenus eam pro nihilo, id est, ac si nihil nullíusque pretij ac reputationis existeret, perderent, non arbitrantes esse peccatum occidere me. Tum illud; *saluos facies eos*; exponit ita: quàm illi bene fecerunt me taliter persequentes, tam verè eos saluabis, id est, non saluabis. Arnobius annectit etiam istis alia duo, *pro nihilo. Sicut sustinuerunt animam meam pro nihilo.* Tum explicat mysticè, hostes inusibiles efficere, Deo nempe permittente, vt dum animam ipsi nostram vilem æstimamus pro parui temporis delectamento, pereat illa in æternum; illi autem dum hîc vulneratur anima pro nihilo salui sibi videantur: (quod contineri vult illis verbis; *saluos facies illos*) *victoria* enim, inquit, *hostium, salus est hostrum.*

Editio Græca, vt nunc est in bibliis emendatis, quam priùs recitaui, gignere potest præter hoc quod est, *sicut sustinuit anima mea*, id est, passus sum grauia ab insidiatoribus, hunc etiam sensum per modum querulæ admirationis: καθάπερ ὑπέμεινε τῆ ψυχῆ μου: *quam multa tolerauit anima mea!* quàm & quamdiu expectaui anima mea opem in tantis tribulationibus! Re tamen ipsa idē erit, quod quis se sustinuisse dicat; id est, aut tolerasse aut opem expectasse: & quod alios sustinuisse, hoc est, expectasse vt nocerent. Hebræa dictio כאשר *chaasçer* significat aliquando, *quantum*; & καθάπερ eandem potest vim habere: & *sicut* valet alicubi idem quod *adeò* [e]. Verùm editio nostra Latina bona est ac retinenda, ita vt particula, *sicut*, comparatiuè accipiatur, & in sequenti membro altera ei respondens suppleatur, vt fecit Chaldæus, *sicut expectauerunt, sic fecerunt animæ meæ*: in suis verò expositionibus Euthymius atque Nicephorus, apponunt sequenti membro, nec non in metaphrasi Apollinarius.

Pro nihilo saluos facies illos.] Hieronymus alibi [f], *pro nihilo saluos facies eos*, & [g], *pro nihilo saluabis*

salnabis eos. Idem hoc loco, *quia nullus est salnus in eis.* Vtuntur imitatus V. editionem, ὥσπερ τὸ μὴ εἶναι σωτήριον αὐτοῖς, hoc est, propterea mihi tantopere insidiantur, quia apud illos constitutum est, *nec me nec ullum ex meis salnum abire sinere,* volúntque me meósque ad vnum perdere, vel, quia tanquam pro anima sua propria vitaque certantes, summa desperatione dimicant mecum, proteruia & ferocia tanta, ac si nulla ipsis esset spes vitæ, sed morti potius parati essent, quàm à me persequendo desistere. Legerunt עַל־אֵין *hhal en,* vt fit עָל *hhal, propterea quòd,* & אֵין *en, non,* supplicatur autem verbum *est* ad פָּלַט *pallet* in piel, *liberare, propterea quòd non liberare* לְמוֹ *Lamo, ipsis,* id est, nó est ex iis vllus qui velit liberare, aut nó est qui speret euadere: nunc legitur עָל־אָוֶן פַּלֵּט־לָמוֹ *hhal auen pallet lamo.* id Hebraizantes exponunt vel cum interrogatione: *propter iniquitatem euadere,* siue, *euasio eis?* id est, quia peccauerunt in me ac in te ipsum Deus, seruabis eos: ergóne impunita erit hæc iniquitas? vel sine interrogatione; *super iniquitate liberatio eis*; id est, putant se per iniquitatem & versutiam euadere posse. vel, vt placet Caietano, super iniquitate euasio ipsis, vt sit apud eos securus is qui propter iniquitatem confugiat; ego autem qui nullam habeo, non possim tutus apud eos viuere, scilicet Philistæos. Vel, quamuis sit eis euasio tantisper illo modo; at (quod postea subditur) *in ira populos confringes*; vel accipiendo אָוֶן *auen* pro eo quod est *nihil, vanum, frustra*; sed frustra; nimirum insidiantur inimici & expectant vt capiant animá meam: quia euadere eis, hoc est, dabitur mihi euadere ab eis. Vltima expositio est Campensis aliquanto durior; similis tamen est expositioni Symmachi, vocem Hebræam interpretantis de iniquitate: διὰ τὴν ἀδικίαν ῥῦσαι ἀπ' αὐτῶν, *propter iniustitiam erues ab eis*; quasi dicat, tanta est vt exigat auxilium tuum quo me ab eis liberes. Genebrardus agnoscit ironiam, cum epanorthosi: ficut sustinuerut & expectauerunt animá meam, ac sperauerunt eam se mihi erepturos, *pro nihilo salnos facies eos*, scilicet, si credere dignum, pro hoc inquam opere nihili, pro hac vanitate & iniquitate: nullo modo; sed (quod sequitur) *in ira populos confringes.* Chaldæus paraphrastes, *propter falsitatem, qua est in manibus eorum, euacua eos à diuitiis suis*, aut iuxta Nebiensem, omissis postremis dictionibus tribus, *contra eos* pro *euacua eos.*

Quod attinet ad editionẽ nostram Latinam, quæ est Lxx. ὥσπερ τῷ μὴ εἶναι σώσεις, aut μὴθενὸς, σώσεις αὐτὰς, amplectitur fere priores expositiones, intelligendo cum Basilio, Theodoreto, Euthymio, Nicephoro, ὥσπερ μὴδενὸς, *pro nihilo*, idem quod, *de facili, nullo labore* aut *negotio*, ὡς ὐδὲν ὄντας.

Sed pro τάσει, legerunt ὦσεις *expelles*, exponentes, sicut inimici inhiabant adeo anxiè tantóque conatu & labore ad perdendum & occidendum, sic Deus facilè atque sine vllo labore expellat & disperdat illos. Legit profectò Apollinarius eodem modo:

ὦσὸν κάτω καθέλοις κρυερῷ κακοεργέα φῦλα:
Sic ira destruas horrida maleficas gentes.

Videlicet verba quæ tractamus accepit vt synonyma cum sequentibus, de quibus postea. Atqui retinendo, vt par est, σώσεις, *salnos facies.* scholion quoddam aliter exprimit in præterito ponens ἀνωφελὲς, *pro nihilo*: διὰ ἀνωφελὲς ἐποίησαν αὐτὰς, *propter rem inutilem salnauit eos.* Si αὐτὰς quod omnia personarum pronomina potest significare, de prima sumas, adhibita interrogatione, posset effici sensus iste; Inutilitérne nos huc vsque seruasti vt scilicet ex tot aliis erutos periculis in præsens coniiceres? vel, absque interrogatione: & sumpto pronomine in tertia persona; frustra tamdiu Saulem liberauit Deus, & milites ipsius, cùm pergant semper in eadem iniquitate vt me persequantur innocentem.

Omissis his quæ attigi in paraphrasi & in enarratione præcedentium verborum, de salute collata gratis & absque meritis: & quòd, vt ait Aiguanus, ironicè aut interrogatiuè legendo; non sit salnaturus Deus, hoc est, gloriam daturus, *pro nihilo*, id est, pro peccato: præterea omissis aliis quæ possent adhuc excogitari, *pro nihilo salnos facere*, non est, vt Græci citati patres legentes ὦσεις, docebant, *facilè & sine labore*: sed nullo penitus modo; quod vulgo Itali dicunt *permanti*, vt etiam placet nostro Emanueli Sà, Angellio, Stapulensi, Cenomano, fauétque versio Hieronymi & editionis V; præterea locus quem citat Agellius ex Ieremia [a]; *Interficite eam, nec sit qui aliquam reliquiam.* Constat μηδὲν & Latinum *nihil* vsurpari pro negante particula, *non*: ita vt *pro nihilo*, & ὑπὲρ μηδενὸς, possit etiam significare præcisam negationem. Sed fateor non ità facilè reperiri exemplum istius formulæ, vt *pro nihilo quidpiam facere*, sit nullo modo facere. Erit *salnare pro nihilo*, pro nulla re pretióve quod scilicet quis det; hoc est, etiamsi det: non autem salnare gratis.

In ira populos confringes Deus.] Sic multi nomen hîc Dei adiungunt; quod parum tamen refert, an reiiciatur in sequentem versum. Hieronymus, *in furore populos detrahes Deus.* Alij, *deiice*, in imperatiuo, pro quo videlicet ponitur sæpe futurum, vel, *præcipita, humilia, fac descendere, deduc.* Quidam præterea tempore præsenti vtuntur, Hilarius & Augustinus, *in ira populos deduces.* Idem Hieronymus [b] alibi, *deiicies*, affirmat autem malè errorem obtinuisse apud Latinos vt diceretur, *confringes*: & debuisse Græcè dici καθελκύσεις: cùm sit Heeraicè חוֹרֵד *hored*, quod etiam reddi posset καταζίβασον, in imperatiuo, *depone*: & Symmachus est interpretatus καταβιβάσας, *deiicis.* Propriè Hebræum verbum valet *descendere facere*, à יָרַד *iarad* in hiphil, quod Chaldæus exposuit *adigere ad paupertatem.* Græcum καταξεις habet vtrúque significationem, vt sit vel *confringes*, vel *deduces* seu *reduces*, &c. Sed primo modo est ab ἄγω pro ἄγνυμι & ἀγνύω *frango*; secundo autem ab ἄγω vt prima primariáque significatione *ducere* significat. Latinus interpres *confringes* reddidit, quòd valere etiam potest *deduces, detrahes, precipitabis*: cùm scilicet quod deiicitur, ipso lapsu ruináque confringitur. Quod est in psalmo 109. [c] *Confregit in die ira sua reges*: Hebraicè dicitur alio verbo מָחַץ *machats*; item Græcè συνέθλασεν.

Porro *populos* hîc indefinitè intelligit quamlibet hostium multitudinem siue Allophylorum Philistæorúmque, siue Hebræorum. Sic *populos*, accipi posse dictum psalmo 2 [d].

De sensu autem satis constat ex dictis, & quo pacto in bonam partem hoc accipiatur, præsertim ab Augustino, qui legit, *deduces. Fraseris*, ait, & deducis: fæuis, & saluas: terres & vocas: imples tribulationibus omnia, vt in tribulationibus positi omnes recurrant ad te, ne deliciis & securitate peruersa seducantur. A te ira videtur,

a c 50. a6. Μηδὲν. Τὰς μηδενὸς.

b ep. 135.

c vers 5.

Populi vt hîc intelligantur.

d vers 1. Sensus loci.

sed

d. paterna. Subdit patris erga filium exemplum. Deinde admirat: Quàm multi ingressi sunt, quam multi impleuerint domum Domini in ea eius deducti, id est, tribulationibus territi, & fide impleti: Addit Hugo præostensam iram diuini iudicij, quæ impellat homines ad pœnitentiam, iuxta illud; *Pessimi non offendistis mihi, percussit* [a] *femur meum.* Vocatur pœnitentia, contritio & scissio cordis. Literalem traditum sensum agnouit quoque Hugo, legens præcedens membrum cum interrogatione; *pro nihilo saluos facies illos?* quasi dicat, inquit, non; sed *in ira populos confringes*: nimirum *tanquam vas figuli* [b]. Meminit eiusdem expositionis Ayguanus. *Calcatus eos*, ait Deus [c], *in furore meo, & conculcauit eos in ira mea.* impletum videtur quod affirmat Dauid, quando *percussit Philisthim in Baal Tharasim*: dixitque quòd *diuisit Dominus inimicos suos coram se, sicut diuiduntur aquæ* [d]: sed & statim iterum edidit eorumdem stragem magnam [e].

a Iere. 31. 19.

b psal. 2.

c Esa 63. 3.

d 2. reg 5. 20. & vers. 25.

Vers. 9.] Deus vitam meam annunciauit tibi: posuisti lacrymas meas in conspectu tuo.

Sicut & in promissione tua.

Sensus huius.

POstquam vaticinatus est hostium interitum, ponit cur ad illos perdendos Deus animum applicuerit; quia scilicet ipse omnem suam ei vitam, viuendi seriem, quicquid sibi contigerit in vita, cuncta pericula & calamitates, quæ occurrerunt, accuratè, nec sine lacrymis in oratione Deo exposuerit; quas ille non neglexerit, sed prout se facturum promisit, vt non negligeret lacrymas miserorum, apud se ac in memoria repositas diligenter conseruauerit. Alium sensum reddunt qui vltimum membrum connectunt in sequétem versum: quia de re postea monebimus, vt & de varia lectione.

Deus vitam meam annunciauit tibi.] Augustinus, *enunciani*. Hilarius, Arnobius, Psalterium Romanum, *nunciauit*. Hieronymus, *secretiora mea numerasti*. Eodem pacto passim Symmachus, τὰ ἐνδον μου ἐξηρίθμησαι σοι. *quæ intra me sunt annumerata sunt tibi.* Legit fortasse Hieronymus, vt etiam videtur Pagnino, Ricardo Cenomano, vterque, סודי *sodi* pro נדי *nodi*: significat enim, *sod, secretum*. Alij, *migrationes meas numerasti*; vel, *discursum, vagationem, fugam, motionem*: id est, cognoscis ac tenes quoties fugerim, nec vno esse fixus loco permansim. Hebraica sunt נדי סַפַּרְתָּה *nodi saphartah*. Sed videntur legisse Lxx. סִפַּרְתִּי *saphartbi* in prima persona, nec enim facilè concesserim Agellio corrupte nùc apud hos legi ἐξήγησαί σοι, pro, ἐξήγησαί σύ quod significat *numerare, narrare, nunciare*, ac veluti etiam de scripto recitare ac proferre, quemadmodum in alio psalmo [f]; *Dominus narrabit in scripturis populorum.* Suspicatur quoque Agellius lectum ab iisdem Lxx. נרי *neri, lucernam* meam, quæ pro vita ponit solet; vt [g], *lucerna Domini spiraculum hominis*; & [h], *vita erat lux hominum.* non omnino displiceret. Sed potuerunt Lxx. sensus rationem habendo, *vitam* ζωὴν interpretari, quæ cuiusuis quidem hominis vagatio, migratio, peregrinatio est: sed præsertim eius, qui re ipsa varia obit loca, quomodo de se Iacob loquebatur [i], tum verò Dauid, qui tota vita fere semper profugus vixerat. Quasi diceret; narrauit, ac exposuit, ait ipse etiam, o Deus, numerum nostri meatum adeo multarum peregrinationum. Hæc vita mea, sic hactenus vixi.

Agellius emendatur.

e psal. 36. 6.

f psal. 86. 6.

g prou. 20. 27. Sapientiæ 4.

h Ioan. 1. 4.

i Gen. 32. 4.

Duodecim quasi fugæ Dauidis proferuntur: nam fugit ad regem Achis [a]: ad regem Moab [b]: ad Ceilanos [c]; in desertum Ziph [d]: in desertum Maon [e]: in desertum Engaddi [f]: in desertū Pharan [g]: ad Philisthæos [h]: Quater præterea Saulis metu sedes mutauit [i]. Suadet præterea vt retineatur quę nunc est vox נד *nod* paronomasia elegans cum alia similis planè soni, quæ statim subditur, solúmque differt vna litera סוד *nod*. Potuit item Dauid Deo velle dicere, notas ei ac numeratas esse crebras in remota desertáque loca secessiones, non tam vt fugeret persecutiones, quod feciſſe modò dixi, quàm vt vacaret meditationi rerum diuinarum liberiùs, simúlque eidē Deo exponeret bene discussam omnem vitam suam, & effunderet coram illo animam córque, vnà cum lacrymis vel contritionis, vel amoris, vel desiderij ex his ærumnis migrandi, atque à periculis tum externis pertinentibus ad corpus, tum internis, ne magis offenderet Deum. Sed & fugas illas migrationesque fortitā intellexit, quibus in media etiam turba sæpius recurrebat ad Deum; quem crebrò nominabat *refugium suum* [m].

Dauidis duodecim fugæ.

a 1. Reg. 21. 10. 11.

b 1. c. 22. 3.

c 1. c. 23. 5. 6.

d ibid. 4.

e ibid. 24.

f ibid. 2.

Paronomasia elegans.

g c. 25. 1.

h c. 27. 1.

i c. 28. 23. 27. 29. 2. Reg. c. 2. 3.

Adiáce quæ dicitur Hebraicè נד *nod, migratio, fuga, peregrinatio*, recte per *vitæ* nomen reddita est, quia *fugit homo velut umbra* [n], *volat anus* [o]: *quidquid viues fugit cum tempore* [p].

m psal. 9. psal. 30. 5. 4. psal. 31. 7. psal. 45. 2. psal. 58. 17. psal. 60. 3. psal. 89. 1. psal. 90. 2. psal. 93. 22. psal. 142. 10.

n Iob 14. 2.

Tropologia

o Cic. Tusc. 2.

p Seneca.

q in psal. 37.

r Iere. de pœn.

s Gen. 2. 7.

t Galat. 2. 20.

u Colos. 3. 4.

x 1. Thess. 4. 9.

y 1. Ioan. 5. 6.

z Iohel. 1. 19. 2. Ioel. 3. 19.

a Ioel. 1. 3.

b Eccl. 4. 7.

c ibid. 2. 4. 25.

d ibid. 31.

e Leuit. 16. 21.

Tropologia multorum est cum Glossa, & Ambrosio [q] & Chrysostomo [r], vt vitam naturæ [s], gratiæ [t], gloriæ [u], gaudij etiam honesti [x] annunciemus Deo, ascribentes ipsi gratiásque agentes; vitam peccati [y] quoque cum dolore confitentes. Ponit Hugo confessionis vtilitates, ad gloriam Dei [z], vt sacerdos iudicare possit [a]: propter humilitatē [b]: & ruborem [c], quæ satisfactionis pars est: vt caueatur peccatum deinceps quod est postea manifestandum [d]: ob suffragia sacerdotis [e]. Memoriæ causa recitat idem auctor hos versus:

Gloria, iudicium, vilem, (videlicet esse) *rubere, timere,*
Auxilium, causam præstant vt confiteamur.

Expendit Greueus [f], de confessione quoque tractans, in *annunciandi* verbo planam & apertam confessionem, abiecto, noxio pudore: & quòd *vitam meam* dicat Dauid, ne quis aliena potiùs exponat quàm sua peccata, culpam in alium reiiciendo. *Non quasi innocentem eam*, inquit Ambrosius [g], annunciat; vbi lacrymæ funduntur (de quibus membro sequenti) quæ solēt legationem suscipere pro delictis. Affinis huic locus in psalmo 37 [h]. *Domine ante te omne desiderium meum, & gemitus meus à te non est absconditus.*

Duorum verborum à Graecis explic.

f ferm. 114.

g in psal. 37.

h vers. 10.

Hilarius & Valentia secundùm allegoriam de Christo interpretantur, qui vitam vitæque pericula & persecutiones ac tormenta coram Patre manifestauerit in oratione, idque *cum lacrymis* [i]. Quanquam Hilarius per *annunciationem vitæ* intelligit prædicationis constantiam, & meritum non tacendi, cùm, vt ego interpretor, Patri, hoc est, in honorem illius, prædicaret, atque quod ipsemet eidem contestatus est [k], nomen eius manifestaret hominibus, & notum faceret, & notum facturum diceret, aut post resurrectionē suam per se ipsum immediatè, aut per aduentum

Allegoria de Christo interpretatio.

i Heb. 5. 7.

k Ioan. 17. 6. 26.

Spiritus sanctus aut per communicationem claræ visionis in gloria, aut respectu eorum qui nõdum crediderant, per prædicationem Apostolorum & successorum.

Posuisti lacrymas meas in conspectu tuo.] Hieronymus, *pone lacrymam meam in conspectu tuo.* Ita quidem in bibliis Regis, & in editione Victorij, & in thesauro Pagnini. Quasi diceret Dauid: cum secretiora mea numeraueris cogitationesve, pone quoque lacrymas meas in conspectu tuo, earumque rationem habe: nonne in narratione tua siue in libro tuo sunt? vt sequenti membro dicitur iuxta eundem Hieronymum. Sed Treuetus ex eodem Hieronymo, *repones lacrymam meam in vtre tuo*: exponitque de lacrymosa oratione quã dicat Dauid Deum præsentem habere in conspectu suo, ac si posita esset coram illo intra vtrem. Cæteri ex Hebræo interpretantes idem sentiunt cum Paraphraste Chaldæo. Sed in Hebræo textu est pronomen שתה *tu*, & verbum imperatiui modi שימה *scimah. pone.* Symmachus vertit ἔνδον σου, *intra te*, pro ἐνωπιόν σου, *in conspectu tuo.* Ipse autem, ac Lxx. illam similitudinem ex vtre ita explicare voluerunt. Nisi dicas quod vidi postea placere Genebrardo & Ricardo Cenomano, ante illum legisse Lxx. non בנאדך *benodecha, in vtre tuo*, sed בנגדך *benegdecha, in conspectu tuo.* Prius placet magis. Vtribus includebant Hebræi libentius vinũ, oleum, liquores alios, vt faciliùs huc illuc moueri ac transferri possent. Hac dicendi formula declarat Dauid quantopere singulæ Deo lacrymarũ piarum stillæ gratæ sint, vt cunctas colligat, præ oculis habeat, benignè intueatur, conditas tanquam in vtre ac pretiosissimo vasculo memoriæ suæ, tacitas earum voces auribus percipiat: nec sileat [a], sed iis respondeat.

Egimus de lacrymis istis iã prioribus psalmis nõ semel [b]. Vocat Macarius prolato loco hoc, *pretiosas margaritas cum ardore viscerum existentes.* *Ponis Deus iniquitates nostras in conspectu tuo* [d], opponamus lacrymas vt ponat eas ipse in cõspectu suo, atque ita illæ obliterentur. Dauid cum suis Siceleg succensum & captas mulieres, aliamque prædam, planxerunt cum eiulatu, *donec deficerent eis lacryma* [e]. Nunquam deficiunt *die ac nocte lacryma mea* [f]; nec exarescere sinit vlla Deus ipsius causa profusam non pro fictitio Deo, qualis Michææ lacrymæ [g]) eiusmodi quodam & maiore miraculo, ne habeat hic paræmia locum, nil citiùs arescere lacrymam, quam quo Vindocini in Gallia perdurat ingiter lacryma Christi, siue de aliqua imagine excussa, siue de ipsiusmet oculis Christi. Celebratur id oppidum eam ob causam magna peregrinorum religiosa frequentia, & ægritudini oculorum prodesse fama est imagines inde post attactum sanctæ lacrymæ transportatas. Prodidit etiam Ioannes Baptista Signius [h], in Ecclesiis nonnullis, tum Christi, tum Matris lacrymas asseruari. Quot lacrymæ tot semina; ex quibus consurgunt læti manipuli [i]: & qui piè fundit illas *in valle lacrymarum, ascensiones in corde disponit* [k].

Videtur hæc allusio ad lacrymas quas filij Israël tam copiosè miserunt, Angelo prædicante, vt vocaretur nomen loci, *locus flentium* [l], vt obseruatum est a Theodoreto [m], quasi videlicet ibi conseruatæ sint tanquam in vtribus lacrymæ in conspectu Dei, ne perirent. Cum peruenerint iusti ad beatorum statum, tunc demum *abstergat Deus omnem lacrymam ab oculis eorum* [n]: interim placet illi recens semper earum ros ac liquor & guttæ similes margaritis, quibus veluti margaritis caput ipsius ornetur, etiamsi *non delectetur in illis* [a], quatenus aliena eas improbitas elicit. Nam quod habetur in Cantico [b]: *Caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium*, Paraphrastes expositi, capilli capitis mei pleni sunt lacrymis tuis, sicut vir cuius capilli capitis tinguntur de rore cœli; & cincinnus cæsariei meæ repletus est guttis oculorum tuorum: sicut vir cuius cincinnus cæsarici plenus est guttis pluuiæ, quæ delcẽdunt in nocte. Inuitationẽ porro ad aperiendum, quæ ibidem præcedit, interpretatur de pœnitentia: Denique graues illæ minæ [c]; *non plangetis, neque flebitis, sed tabescetis in iniquitatibus vestris.*

Laudabilium lacrymarũ causæ multæ, de quibus aliàs egimus. Ambrosius [d] eas de quibus hoc loco est sermo, nõ propter peccata dumtaxat docet esse, verumetiam, quòd etsi innocens quisque sit, securus esse non possit, cui sint aduersus grauissimos hostes quotidiana certamina; vt ideo licèt læta sit conscientia, tamen pugna lacrymabilis. Chrysostomus, si tamen ille, non alius, quodam sermone de pœnitentia [e], lacrymarum profectum docens magnum esse, præsentem locum sic explicat ac si Dauid diceret: *suscipe Domine lacrymas meas:* quoniam lacrymæ sunt, quæ radunt rudera & sanant vulnera: lacrymæ sunt, quæ pœnitentiam armant, & indulgentiam prouocant, crimina delent, & conscientiam deprauant, &c.

Sicut & in promissione tua.] Hieronymus, *sed non in narratione tua.* Quod per interrogationem Treuetus declarat: *Numquid non apparet quod oratio mea lacrymosa tibi præsens est in his quæ narras & promittis mihi?* Meritò. nam Hebræa sic se habent חלא בספרתך *halo vesiphratecha.* Paraphrastes eodem fere modo; *Nonne summa miseria mea in rationibus tuis?* Absque interrogatione Ricardus Cenomanus interpretatur Hieronymum, quasi ad illud alluserit [f]: *Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Alij, *Nonne in libro tuo sunt*, vel *in commentario*, vel *in numero seu numeratione*, & quasi dicas *in cipora, in ratiocinario tuo?* vel absque interrogatione: *certè in libro tuo siue commentario tuo sunt.* Habet interrogatio vim affirmationis. Symmachus, μὴ οὐχὶ ὅταν ἐξαριθμῇς; *nonne cum enumeraueris?* Significatur Deo curæ esse & quid patiamur, ac veluti referre in scriptum, numerumque perscribere omnium molestiarum: quẽadmodum in historia Patrum visus est Angelus passus omnes recensere anachoretæ longius aquã ad aliorum vtilitatem aduehentis. *Omnes gressus hominis Deus ipse dinumerat* [g], *& considerat* [h]. Hoc alia illa dicẽdi denotat formula: qua se dicit Deus descripsisse in manibus, ne obliuiscatur ciuitatẽ & muros eius [i]. Idem sibi vult *capillos capitis nostri omnes numeratos* esse [k]. Numeratio non scientiam solam quam Deus æquè habet de singulis aliarum minutissimarum rerum individuis, sed curam præterea importat & immensam prouidẽtiam ineffabilemque affectum erga homines, vt Hieronymus loquitur [l]; & obseruat etiam Cyrillus Alexandrinus [m]. Tametsi etiam peccata omnium *condita sint apud Deum, & signata in thesauris eius* [n].

Porro editio nostra; *sicut & in promissione tuæ* ὡς καὶ ἐν τῇ ἐπαγγελίᾳ σου, innuit ita *posuisse lacrymas* Dauidis Deum *in conspectu suo*, sicut promiserat. Promissionem quasi contentam in libro diuino, pro quo placuit illam ponere interpreti-

a Psal. 38. 13.

Lacrymarum pretium apud Deum.
b Psal. 6. 7. & 13. Psal. 41. 4.
c Hom. 25.
d Psal. 89. 8.

e 1 Reg. 30. 4.

f Psal. 41. 4.

g Iudic. 4. 16.

Lacryma Christi ingiter in Gallia quadam oppido perdurans.

h L. de reliquiis & veneratione. *Tum Christi, tum matris, lacrymarum.* & Ecclesiis quamplurimis asseruatas.
i Psal. 125. 6.
k Psal. 83. *Abissus ad lacrymas populi Israel.*
l Iudic. 2. 1. m in Psal. 83.

n Apoc. 7. 17

Ps anachoreta quidam inferna.
g Iob. 14. 16. & 31. 4.
h Prou. 5. 21.

i Esa. 49. 15. 16.
k Lucæ 12. 7.

Dei ineffabilis affectus & cura erga homines.
l In cap. 20. Matt. m 4. de adoratione in Spiritu.
n Deut. 32. 34.

bus

buit, Euthymius ac Nicephorus contineri dicunt illis verbis [a], *clamauit ad me, & ego exaudiam eum*, quamuis ibi Nicephorus ac Euthymius legant ἐπακούσεται, futuro ἐπακούσεται. Similis est in eo psalmo [b] locus quem Cassiodorus citat; *inuoca me in die tribulationis tuæ, eruam te, & honorificabis me.* Addi & hic potest [c] *Propter miseriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus.* Hugo profert testimonia ex Ezechiele [d], & ex libro Sapientiæ [e]. Prudenter Arguanus ait hæc duo Dauidem præuidisse, vt pote longe post ætatem ipsius scripta. Potuerat, si de pœnitentibus promisso facto ageretur, ex Deuteronomio [f] locus proferri: & alius [g] de eo quod seruantibus legem, vt reportet victoriam de inimicis. Quodcunque illud sit, *plenissimè scimus, quia quæcunque promisit Deus potens est & facere* [h], &, *impossibile est mentiri eum* [i].

a Psal 90.15.
b Psal 49.15.
c Psal 11.6.
d Ezech. 22. 11.27.
e Sapien. 3.
f Deut 28 & seq.
g Deut 28.7.
h Rom. 4.21. Hilar. ibid.
i Hebræ. 6.18. 1 Reg. 15.29.

Mysticè promissio tum de Christo potest accipi [k], tum de Spiritu sancto [l]: nam vterque Paracletus & consolator est. Sed & promissionem lacrymis factam Christi Cassiodorus interpretatur & Hilarius, atque alii; Remigius autem obseruat, propter particulam ἐπ', inuocauit quod sicut promisit Deus, ita se promissile affirmet Christus nempe ille veniam, hinc meritam quo impetraret.

k Ioan. 14.16.
l Ioan. 16.7.

Vers. 10.] Tunc conuertentur inimici mei retrorsum. In quacumque die inuocauero te, ecce cognoui, quoniam Deus meus es.

Sensus huius. Dauid se confidentia.

EXprimit confidentiam magnam inde conceptam, quòd se penitus in Dei esse cura sciret, eidémque perspectam omnem vitam, & lacrymarum illas omnes apud eum custoditas, & ratum promissum, fore vt in fugâ semper ipsius inimici conuerterentur pudore affecti. Ait præterea se certum esse, quoties Deum supplex orauerit, hoc petens aut quid simile, impetraturum: nec aliam affirmat tantæ spei rationem se habere, quàm quia optimè nouerit Dei genium ac naturam Dei sui, & quòd non obscuris hactenus documentis exemplisque comprobauerit benignitatem & beneficentiam illius erga se. Hic sensus cõstat, siue præcedentis versus membrum vltimum verbis huic annectamus, siue omnino seiungamus. Aliqui tamen accipiunt *conuersionem* in meliorem partem, vt eam vel optet Dauid, vel prædicat; aut certe Christus, allegorico sensu. Priorem tradit Augustinus: Hilarius secundum, qui de pœnis æternis in corpore ipso, post resurrectionem.

Tunc conuertentur inimici mei retrorsum.] In bibliis Regis atque Complutensibus Græcis & Latinis & apud Hilarium, omittitur, *tunc.* In psalterio Romano & apud Augustinum, Cassiodorum, Arnobium, *conuertantur.* Sed Symmachus, Theodotio, V. editio, habent τότε, & extat Hebraicè מאז. Verba hæc vel prioribus iunguntur, *sicut & in promissione tua*: vt iuxta promissionem Dei conuertantur inimici retrorsum, quod Arnobio placet: vel sequentibus, *in quacumque die inuocauero te*, vt id ipsum contingat quoties Dauid inuocet Deum: vel efficiunt membrum per se distinctum. Apollinarius duos primos dicendi modos commixit, ac integrum ex eis composuit optime loquens;

A ἐχθροὶ δ' ἐμοὶ τότε στραφήσονται ἑκάστοτε ἐὰν
ὦσι τῶν Ἑλλήνων ἐπιστρέφοντα ἔθνη καὶ
Inimici promptè tunc conuertentur retrorsum,
Cum tuam, & exaudiuerim quotiès inuocauero.

Adiudicabam temporis *tunc*, opportunum prouidentiæ denotat tempus: aut indicat, vt Hugoni videtur, cum quæ sunt prius dicta, fecerit Deus, contegerit populos, posuerit lacrymas in conspectu suo, ostendens acceptam sibi pœnitentiã, orationemve, compleuerit promissionem suam.

Conuerti retrorsum, quid sit.

Conuerti retrorsum] est fugere, sicut alias in psalmis [a] iam vidimus. hoc exprimitur Chaldaice per *conuersum cruciem.* Promisit hoc Deus in Leuitico [b] atq; Deuteronomio, [c], vt scilicet fugati aliis hostes diffugiãt plurimi ac per vias multas. Hilarius exponit *conuerti* esse idem quod reuerti, & quidem in infernum, vnde peccatores ait processisse, scilicet quoniam Dæmonas qui sunt inde, imitantur. Euthymius anagogicè vult innui dæmonas, qui quemadmodum præire nos solent, quando superant, viámque ostendere ad perditionem; ita quoties à nobis victi fuerint, retro post nos sequuntur oblatrantes.

a Psal. 6. 11. psal. 9. 4. 18 psal. 39. 3.
b c. 26. 7. c. 28. 6. Latin. cõuerti.

Tropologia.

Augustini tropologia est alienumque de conuersione in melius per emendationem, quam Dauid optet inimicis, vt scilicet moniti nolint præcedere per contumaciam, sed sequi per correctionem, eo modo quo Petrum Christus iussit *abire retro post eum* [d], vt *conuertantur sicut in prosanandum recesserant* [e].

d Matt. 16. 23. e 1 Tim. 5. 6.

In quacumque die inuocauero te; ecce cognoui quoniam Deus meus es.] Græcè additum *in.* & in aliis psalteriis & apud Augustinum, Hilarium, Cassiodorũ. Augustinus habet *scimus*: psalterium & Cassiodorus, *agnoui*: Hilarius, *Dominus.* iam docui copulari à nõnullis cum præcedentibus hæc omnia quosdam posteriores dictiones ex ad separatam sententiam referre per modum epiphonematis, cum gratulatione & gratiarum actione, fiducia etiam maxima affuturi semper sibi auxilij diuini. Idem sensus potest esse confitendo ex vtroque membro sententiam integram. Quod ait, *ecce cognoui quoniam Deus meus es*, vel, *hoc cognoui* [f] Zeh expositat Paraphrastes, *quia sit Deus auxilio futurus*: Euthymius, Græci plures: *quoniam finem exaudiet*: Apollinarius, *quia sit παντεπόπτης & omnia inspiciens atque considerans*: Basilius ac Theodoretus, *eum & præsentem* idem affirmant cæteri, maxime Cassiodorus: & de omni quidem tum ætate, tum tempore, quo se præbeat paratum Deus ac promptum vt singulis opituletur, & peccatoribus gratiam offerat.

Multi modi quibus cognoscitur Deus.

Ex hac beneficâ prouidẽtia optimè cognoscitur Deus inter alios plures modos, quibus veniri potest in cognitionem ipsius per creaturas, inspirationes, miracula, &c. vt notat Hieronymus. Dominum suum, ac Deum suum Thomas recognouit, & professus est Christum visis ac tactis plagis [g]. Christi hæc Remigius ait verba esse tum de se ipso, qui scilicet *semper audiebatur* ac exaudiebatur *à Patre* [h], tum pro suis; quibus idem pollicitus est, vt *quicquid peterent ab eo in nomine ipsius, fore daret vicissim* [i]. Quilibet voluntatem eiusdem facere debet, quia Deus eius est, atque vt facere possit, illum orare *vt docent* [k]. Includuntur omnia in his vocibus, *Deus meus es tu*: quasi dicat, ait Augustinus [l], tu es factor meus, tu es refector meus, tu es totum bonum meum. In Deo est summus amor cum potentia summa: in hominibus seiunguntur sæpius ista, non enim

f Ioann. 18.
g Ioann. 20. 28.
h Ioann. 11. 42.
i Ioann. 15. 16.
k Ioann. 14. 16.
l Ibidem.

respondet auferri potentia, nec quisquis potest, amat vtrique opem ferre. Dixit Seneca [a] quod Deus semper paret, semel iussit. nam præceptum potuit ac legem non solum aquis [b], sed rebus omnibus [c]: & ipsemet eidem præcepto legique quodammodo paret, occurrens tanquam primus motor & causa; ita vt miraculum sit quando creatura obliuiscitur naturalis suæ virtutis, vt in fornace ignis [d], & cùm Deus vt obediat homini, desinit obedire primæ suæ legi, vt cùm Iosue [e], *ordinatione* quidem Dei *perseverat dies, quia omnia seruiunt Deo* [f], sed non ita propriè obediùt res inanimatæ & irrationales. Ergo meritò exigitur à Deo quia Deus est, vt obediat quodammodo *sicut & in promissione sua*, hoc est, sicut promisit & sibimet legem præceptúmque indixit. *Deum suum* quoque peculiariter nunc nominat Dauid, quia vindex, tutor, beneficus erat. nam etiam & prophani eo nomine homines à quibus acciperẽt beneficia, appellabant *Deos*, sicut ille [g]:

Nunquc erit ille mihi semper Deus.

Vnde patrocinia, *homo hominis Deus. Deus est mortali, iuuare mortalem*, scribit Plinius [h]. Cùm autem talem asseruisset videri Vespasianũ, & vetustissimum, referendi bene merentibus gratiam, morẽ, vt tales nummibus aferibantur: subdit: Quippe & omnium aliorum deorum nomina & quæ suprà retuli, siderum, ex hominum nata sunt meritis. Iacob vouit votum, dicens; *si fuerit Deus mecum, & custodierit me in via per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad vestiendum, reuersúsque fuero prospere ad domum patris mei, erit mihi Dominus in Deum* [i]. Vouit speciale cultum, vt ibidem in Genesi [k] subditur, *lapidem erigendo in titulum* cum inscriptione *domus Dei, & libatione decimarum.* Alioquin coli Deus debet siue det siue non det, liberet, non liberet, vt pie admodũ tres socij Danielis [l] respondernnt. Crebrò Dauid *Deum suum* nominat: tum verò vt auctorem salutis [m], *tu es ipse rex meus & Deus meus, qui mandas salutes Iacob*: & cùm petit se conseruari, ait, *dixi Domino, Deus meus es tu*; & causam redit, *quoniam bonorum meorum non eges* [n]. *Magna scientia scire quoniam Deus, Deus tuus est*, ait Augustinus. Tuus enim est, cùm tibi subuenit: tuus est, cùm tu ab illo alienus non es. Eorum propriè dicitur (qui omnium est) qui eum diligunt, qui eum tenent, qui illum possident, qui illum colunt. Tanquam de domo ipsius magna sunt familiæ eius redemptæ magno sanguine vnici filij. Quantum dedit nobis Deus, vt ipsius essemus & ipse sit noster? Et post multa: *Quantumlibet*, inquit, *sis auarus, sufficit tibi Deus.* Sed & illud verum est, qui Deum inuocet vt debet in oratione, cognitionem sibi eiusdem Dei comparare, ac nouum lumen, quo perfectius ipsum nouerit.

[a] Lib. quæst. natur. vltim. quia accidit cap. 5.
[b] prou. cap. 8 29.
[c] psa. 148 & d Dan. 3. 6. & 11.
[e] Iosue. 10. 13.
[f] psa. 118 91.
Quomodo exigitur a Deo vt quodammodo obediat.
[g] Virg. ecl. 1 Dispeream si a profanis quæ templis adsperno adsperner.
Homo homini Deus.
[h] lib. 2. ca. 7.
Deorum & siderum nomina ex hominũ nata meritis. Iacob votum.
[i] Gen. 28 20. 21. — vers. 22.
Cultus Dei vnicus quis sit.
[l] Dan. 3. 18.
[m] psa. 43 5.
[n] psa. 15. Magna scientia scire quoniam Deus, Deus tuus est.
Quorum propriè Deus dicatur.
Deum nouũ in oratione, vt perfectiorẽ acquiramus.
Sanctus.

Vers. 11.] In Deo laudabo verbum, in Domino laudabo sermonem; in Deo speraui, non timebo quid faciat mihi homo.

PArum differt hic à versu quinto; indicátque repetitio, quàm sit plane digna sanctis omnibus hæc vox, qua se declarant, constanter inter infectationes humanas fidẽ tenere, & metu terrenæ turbulentiæ, vt ait Hilarius, non moueri. Spe quoque certissima quòd nihil aduersum animæ æternitatem homo effecturus sit, non timere: causam repetitionis dat Beda, vt indicet, ob conuersionem aliorum se non præsumere, quemadmodum nec pro se ipso iam antea dixerat se non præsumere. At *conuersionem* docui fugam signare inimicorum.

Personas Trinitatis agnouit hoc loco Ayguanus in Dei, Verbi, & Domini vocabulis, & vltimò designari Spiritum sanctum, quia pertinet maximè ad Dominum dona largiri, diuisiones autem gratiarum attribuuntur Spiritui Sancto [o]: sicut videlicet ipsum nomen *doni*. Non est admodum verisimilis argumentatio, vt constabit paulo pòst: quamuis nõ spernenda, cùm Hieronymus quoque de Verbo apud Patrem ac de spe in eo interpretetur; præterea Remigius, Cassiodorus, Haimo, Bruno Herbipolensis, Beda, & alij distinctionem personarum hîc obseruent: denique in panoplia sua Euthymius [p].

Personæ Trinitatis hoc loco agnitæ.
[o] 2. Cor. 12 5.
[p] titulo 5.

In Deo laudabo verbum, in Domino laudabo sermonem.] Versu 5. semel nominantur *sermones* cum pronomine possessiuo primæ personæ pluralis: quamuis Hebraicè sit ibi nomen singulare cum affixo tertiæ singularis. nomen autem illud est hoc loco idem דָּבָר *dauar* bis repetitum: Græcum ibi λόγοι; hîc ῥῆμα & λόγος; secundumque fàpius vertit solet per *verbum*, quam per *sermonem*. Quapropter non est opus nunc *Verbum* sumere pro interno animi conceptu; *sermonem* pro enunciatione vocali, vt placet Iansonio: primum pro eo quod docet dicíque lectio potest; secũdu, pro exhortatione siue prædicatione, vt Hugo annotat: primũ pro secunda persona; secundum, pro prædicatione quam fecit eadem incarnata, vt Cassiodorus, Haimo, Bruno Herbipolensis volunt: primum, pro magis composita: secundum, pro magis rudi oratione, vt Bruno Carthusianus asserit: e contrario primum pro breuiore, secundum pro longiore, vt affirmant Basilius, Theodoretus, Euthymius, Nicephorus. Nec refert quòd secundo loco adiecta coniunctione quam ponit quoque Romanum psalterium, alij vertant, *& in Domino prædicabo sermonem*, vt Hieronymus & Cassiodorus: non item quòd Hilarius exprimat solum postremas voces, *in Domino laudabo sermonem*: non præterea, quòd omissa sint pronomina, quasi ea omissio, quod Iansonius aduertit, innuat etiã aliorum sermones, non tantùm nostros, atque reprehensiones æstimandas ac timendas, quatenus in Deo sunt. Sententia eadem semper quæ versus quinti.

Illud paulo maiore dignum animaduersione, circa nomina אֱלֹהִים *elohim*, & יְהוָה *Iehouah*, quorum primum de Deo vt iudice, alterum tanquam clemente, dici volunt, posse intelligi Dauidem significare se Deum æquè ac semper laudaturum, siue agere seuerius videatur, siue tractare benignius. Tandem quæ superiùs *caro* vocabatur, *homo* nunc dicitur, quamuis ibi etiam aliqui *hominis* nomine vterentur, & non infirmum dumtaxat hominem, vel etiam carnem nostram, sed etiam diabolum intelligerent, communem humani generis inimicum.

Vers. 12.] In me sunt Deus vota quæ reddam laudationes tibi.

Vers. 13.] Quoniam eripuisti animam meam de morte, & pedes meos de lapsu; vt placeam coram Deo in lumine viuentium.

Renouat votiuam voluntatem ac priorum propositum votorum, promissumque sacrificiorũ, persoluturum se asserens cum laude, & gratiarum actione, quæ ipsis etiam sacrificiis externis Deo sunt acceptiores atque gratiores, postquam à præsenti eum ipse periculo liberauerit: id ob spei fiduciæque firmitatem & certitudinem iam factum ait: nempe vt sit à mortis aperto liberatus periculo, & hoc assecutus beneficio Dei, ne pedibus lapsus aut deiectus ab inimicis caperetur; vel, exul fugere & in exilio manere cogeretur: inde quoque dicit accidisse vel euenturum omnino, vt præsentis vitæ adhuc vtens lumine, cum reliquis qui viuunt, & alio intus illustratus diuiniore, quo præditi sunt qui melius ac nobilius viuunt, eidem liberatori suo Deo placeat magis magisque, ac dictis eum placare sacrificiis, laude, gratiarum actione, studeat. *Coram Deo*, id est, ante tabernaculum, &, *in lumine viuentium*, hoc est, spectantibus iis qui habitabant promissam terram ac locum vbi colebatur Deus, & vbi viuebatur sine tenebris non modò idololatriæ sed etiam ærumnarum, quas ipse tolerabat.

Mystica expos.

Exponũtur ista mystice de Christo tũ pro seipso tũ pro suis & Ecclesia. Christus ipse seipsum suscitauit & alios tẽpore suo suscitabit liberatos à lapsu mortis & mortalitatis, ac perductos ad luminis fruitionem æterni, vbi maximè & ille & alij placebũt Deo, qui lumen est videndus in se ipso. Fere ad hunc Hilarius modum sensu mystico.

Tropologia.

Alij tropologice accipiunt de liberatione à lapsu & morte hæresis aliorúmque peccatorum & periculorum peccandi, ac proinde etiam à dãnatione æterna, ita vt in veritatis, virtutis & gratiæ viuentes lumine, placeant Deo, & ex sorte sanctorum hîc viuentium in dicto lumine transferantur ad inenarrabile lumen beatitudinis & gloriæ, atque in ipso luminis fonte fontem luminis perpetuò videant in Deo ac per Deum ipsummet Deum.

In me sunt Deus vota tua.] Verti quoque potest, *super me*, עָלַי *bhalai*; quasi dicat, obstrictus, aut damnatus votorum sum: vel mea interest vota soluere: quod vulgo dicunt, *spra di me*: & Chaldæus exposuit *in me recepi*, וְלַי קַבִּילַת *bhalai kabbelath*. Treuetus, *concepi in corde*, vel, *memoria retineo*, vt explanant Euthymius ac Nicephorus: vel, *grato animo ea nuncupaui*, vt indicant Basilius atque Theodoretus. Hoc etiam vltimum volunt Augustinus & alij, qui declarant non extra quærere quæ offerat, quia non tam finit externa sacrificia, quam de ara cordis & de macello vel cellario conscientiæ prodeuntes Dei laudes, atque caritate accensas. Adde, sponte ac libenti animo suscepta vota, εὐχὰς, siue promissiones, ὑποσχέσεις. Præterea inuit, vt Hugo notat, non timere quid faciat homo externùs, cùm bonum interius non possit surripere, per quod placeat Deo: possit priuare facultatibus externis, & commoditate sacrificia materialia celebrandi; non autem pia voluntate Deo semper placendi, eique gratias agendi, ac laudes in omni tempore & re reddendi. Sed non dicuntur, vt idem tamen asserit, *vota Deo*, quasi res contemptæ à Deo & gratificet hoc etiam verum sit, sed quia ex eam promissæ per obligationem votorum, quæ dicuntur נְדָרִים *nedarim*. Quamquam præterea, *pro*, nec est Græce, nec in aliquibus codicibus Latinis, vt & in Psalterio Romano & Gallicano, atque apud Cassiodorum. Verbum etiam, *sint*, additum est. Gregorius [a] hunc refert, vbi defit potestas bene cuipiam faciendi, ante Dei oculos nunquam esse vacuam manũ à munere, si fuerit arca cordis repleta bona voluntate. Ait præterea, istorum verborum sensum esse posse, etsi externa munera offerenda non habeo, intra me metipsum tamen inuenio quod in ara tuæ laudis imponem: quia qui nostra datione nõ pasceris, oblatione cordis meliùs placaris. nihil quippe, inquit, offertur Deo ditius, voluntate bona. Iob in exemplum profert Augustinus, cui arcam sancti pectoris fur diabolus non inuaserat, plenúsque erat ablatis cæteris, vnde sacrificaret, & diuitias interiores quo fur non accederet, possidebat. Colligi adhuc ex hoc loco potest piorum vsus votorum, quem Lutherus [b], Caluinus [c], Melanchthon [d], Gerardus Sagarellus [e], alique Hæretici, tollunt de medio, tanquam non tolum inutem, sed etiam impium. Vidimus iam prius psalmo 21 [f]. & 49 [g]. piam ac religiosam esse votorum nuncupationem redditionemque: pubus in 65 [h]. 75 [i]. 115 [k]. similia sunt alia testimonia, vt nihil afferam ex libris alios sacris, ex Patribus, ex ratione ipsa. Sufficiunt alibi dicta [l]. Ad rem præterea facit quod scribit Origenes [m]: *vota Domino* neminem offerre posse, nisi qui habeat aliquid in se met ipso & in substantia sua quod offerat: non sufficere vt iste exterior homo legẽ Dei suscipiat: nec vt vota solus offerat, quia non potest aliquid dignum Deo habere; interiorem hominem esse; qui magis habeat in se quod offerat Deo: quia in illo est habitaculum virtutum, intellectus scientiæ, diuinæ imaginis innouatio. Vim facit in gemino hominis nomine, quod ponitur Græce in libro Numerorum [n], ἀνὴρ ἀνὴρ ὃς ἂν ποιήσας, in Hebræo אִישׁ אִישׁ & Latinis vocibus, *si quis virorum*; *si quis virorum votum Domino vouerit*, & attendit distinctionem duplicis hominis apud Apostolum [o], interioris & exterioris.

De vocabulis Græcis εὐχὴς, quod hic est, & προσευχὴς, quod *orationem* significat, alias dixi, & ea distinguit Nyssenus [p] docẽs, εὐχὴν esse dominicam pro gratiarum actione offerendi promissionem: προσευχὴν, cum aditum qui sit ad eum, post promissi impletionem. Quod discrimen perpetuum non est.

Quæ reddam laudationes tibi.] Libri Complutenses ac Regij: *quæ reddam laudationis tuæ*: & in omnibus Græcis, αἰνέσεώς σου; quod in editione Latina ex Græca Sixtina redditum, *tibi*, miror.

Hoc autem quoque modo lego in Psalterio Romano & Gallicano: apud Augustinum, *laudes tibi*, apud Cassiodorum, *laudes tuæ*. Hieronymus reddit, omisso relatiuo pronomine, *(quæ) reddam gratiarum actiones tibi*. Hoc est *sacrificium laudis*: de quo in alio psalmo 9; typus Eucharistiæ: quamuis in hac sit alia res externa, hoc est species, sub quibus est Christus, nec propriè dicti ratio in sola constitat laude, vt Rabbini quidam in expositione præsentis loci sentiant de tempore Messiæ; quos Galatinus citat.

Quoniam eripuisti animam meam de morte.] A certo periculo mortis, quod socij Danielis dicut

eum de infernis, & lubrum pedis de mortis periculo: ut propositæ à reatu peccati & mortis æternæ. *De manu mortis, inquit, eripiam eos, ait apud Oseam Deus. Esto vindex Domine super inimicos eos*, inquit in 32. Psalmo David, *ut in eo qui sperant super misericordia eius, ut eruat a morte animas eorum.* In 114. pronè est, ut spiritum ad agendas Deo gratias, postquam sensit sibi Dominum benè fecisse, *quia eripuit animam meam de morte, oculos meos à lacrymis, pedes meos a lapsu.* v.

Et pedes meos de lapsu. Eadem hâc citato psalmo 114 [c] Sed primò illud ponitur, *oculos meos a lacrymis.* Quod huc male translatum puto in psalterio Romano, & Gallicano, & apud putatum Hieronymum, ut nec brumque & Cassiodorum, & in bibliis Complutensibus Regia que, tum Græcè, tum Latinè. Extat etiam in Euthymij textu, sed in commentario non meminit. meminit autem Apollinarius,

Ὅτι ἐρρύσω τοὺς θανάτου ἐκ τοῦ δακρύου μου τοὺς ὀφθαλμούς μου, τοὺς πόδας μου ἐξέστησε ὀλισθεῖν.
Quoniam meum soluisti mortis examine oculos, Oculos verò lacrymis, pedes eripuisti a lapsu.

Hæc omitti non debuerunt a collectore scholiorum in Sixtinis bibliis ex editione Lxx. Valeamus etiam retinuisse miror.

Tropologia. Arnobius per sensum tropologicè declarat liberationem oculorum de meritu concupiscentiæ, sicut & lapsum de peccato eundem, ac mortem de luxuria. Alij autem eodem sensu *lapsum pedum* interpretantur de prauitate ad peccandu, & de lubricitate quadam affectuum, quos *pedes* significant, & de crebro lapsu in leuiora peccata, secundùm quæ dicatur etiam *iustus septies in die cadere* [f]. Ad literam *lapsus pedum* denotat id quod initio versus dixi, quæ dicebatur quoque psalmo 17. *infirmitas vestigiorum*: & alibi [b], *motio pedum, effusio gressuum* [i]; *offensio ad lapidem* [k], *lubricitas* [l]. Eadem formula de pedum lapsu extat iterum in psalmo 114[m]. vt dixi, & in Deuteronomio [n]. Idemque sibi vult apud Ieremiam [o] *lapsa in locum viæ.*

Valle dubito an quod Agellius [p] docet, sit verum, Iudæos exilium per *lapsum*; etiamsi concedam pedum appellari eum, qui exulat. aliud est pedis, aliud sibi: & labi potius conferunt quis lapsu casûs, cui subiacet pes, vel ob lasciuiam, vel ob libertatem loci: non autem quando deportatur & exigitur. Hebraicè interrogatio est; *nonne & pedes meos à lapsu?* הֲלֹא *halo.* Adhibent Hebræi interrogationes vt magis affirment. Eadem erat in versu 9. *nonne in libro tuo*, vel *numero* pro eo quod legimus, *sicut & in promissione tua.*

Vt placeam coram Deo in lumine viuentium.] Omissa particula, *vt*, codices Complutenses & Regij habent εὐαρεστήσω, *placebo.* legit eodem pacto Euthymius ac Nicephorus & Hieronymus in Esaiam [q]. In Græcis bibliis emendatio est, τῷ εὐαρεστῆσαι. Hieronymus autem hoc loco, *vt ambulem.* Hebræum verbum הִתְהַלֵּךְ *hithhallech*, significat, vt ita dicam, *sui ipsius ambulare facere.* Hoc ni fiat coram Deo, cum animi deliberatione scriptum omnéque sensum referre ad eum, pendere totum ab illo, cuncta ipsi attribuere, ex eiusdem præscripto velle omnia facere, & viuere. Vnde vt *ambulem coram Deo in lumine viuentium*, posset effluere sensum, vt vitæ quali lumine fruar, viuere me agnoscens beneficio Dei: ex eo, illud aliud sequitur, vt studeã placere eiusmodi Deo ex eo, illud aliud sequitur, vt studeã placere eiusmodi Deo. Hoc Deus certè per sua intendit requisitique beneficia, vt ei tercet placeam, cum colam, quæ sunt ei grata faciam, eam vitæ conuersationem amplectar quæ placeat ipsi, sicque vitam æternam ac lumen illud acquiram quod legitimè viuentibus est promissum. Euthymius attingit varias expositiones, vt dictis modis *placere coram Deo in lumine viuentium*, sit, quandiu viuas, quia post mortem nullum sit amplius gratificandi tempus: sit vt *placere*, seruando præceptum Domini quod *lucidum* dicitur, *oculosque illuminans* [a], & *lucerna pedibus* [b]: vt sit *placere*, gratum atque acceptum apparere in æterna illorum luce, qui perpetuò viuentium sunt: quia scilicet in hac mortali vita caligineque non possumus Deo perfectè placere. Hoc vltimum placet Basilio ac Theodoreto, ferèque Latinis omnibus: vel, de Christo, qui *lux* nominatur [c], & *lucerna* loco esse dicitur in cœlo [d]: denique id ipsum innui alio [e] psalmo cùm canitur; *in lumine tuo videbimus lumen.* Quidam etiam interpretantur de lumine fidei, quod est proprium hîc adhuc viuentium. Augustinus amplectitur vtrumque tum fidei lumen, tum spei. Apollinarius videtur Deum regem viuentium accipere, & Dauidẽ proponentem ac optantẽ cantare illi lumen magnum, id est, celebrem ac illustrem laudem.

Ζῶντων βασιλεῖ θεῷ μεγα φῶς ᾄσει ἀοιδαί:
Viuentium regi Deo magnum lumen cantem.

Literalior explicatio. Propiùs accedit hæc expositio ad eam quam literaliorem puto, vt velit Dauid dicere se vota illa laudationum Deo redditurum, de quibus paulo antè meminerat, *in me sunt Deus vota tua*, &c. inserta causa quòd beneficia tam multa recepisset, *quoniam eripuisti animam meam*, &c. tanta alacritate & celebritate, vt restitutus patriæ suæ, ac terræ promissæ, quæ *viuentium regio terraque* nominatur [f], propter rationes olim traditas [g], & loco tabernaculi, laudes diuinas decantet *in lumine viuentium*, id est, vbi extra tenebras calamitatum & idololatriæ, libera & clara frui luce liceat, tum prosperitatis, tum veri ac religiosi cultus Dei: ita vt quod postea scriptum est, post liberationem populi [h] ab Aman, & hoc loco à Trenero notatum est, nona lux priri videatur, id est, inquit ille, prosperitas & consolatio. Affinis noster locus 114 [i]. psalmi *placebo Domino in regione viuorum.* Vbi præcedunt similes aliæ sententiæ, & pro *regione* sunt Hebraice אַרְצוֹת *arsoth terræ*: locum vtrumque ita etiam vt diximus Hieronymus [k] videtur intellexisse, cùm Ezechiæ tractat verba [l]; *Non videbo Dominum Deum in terra viuẽtium.* Porrò ad mores pertinet; ideireo eripi nos à morte, à lapsu, à periculis, vt benefactori Deo grati studeamus ei *placere in lumine viuentium*, tanquam [m] *filij lucis*, ita vt lux etiam nostra luceat aliis [n], *sintque homines nationis prauæ sicut luminaria in mundo sine querela & reprehensione*, & velut *simplices filij Dei* [o].

Tandem Hugo *eripere animam à morte* attribuit potentiæ Patris: *pedes de lapsu* sapientiæ Filij: *placere coram Deo*, caritati & benignitati Spiritus Sancti.

[c] vers. 8.
[d] vers. 8.
[e] vers. 9.
[f] Prou. 24. 16.
[g] vers. 17. Ap. 10. 5. pf. 17. 37. pf. 65. 7. pf. 72. 2. pf. 93. 18. pf. 120. 3.
[h] pf. 55. 13. [i] pf. 36. 31. Ier. 23. 12. 39. 22.
[k] Hier. in c. 38. Esa. [l] Esa. 38. 11.
[m] Ioan. 12. 36. Eph. 5. 8. 1 Thess. 5. 5.
[n] Matt. 5. 16. [o] Phil. 2. 15.
[p] Agellius.
[q] in c. 38.
[a] pf. 18. 9. [b] pf. 118. 105.
[c] Ioan 1. 4. c. 8. 12.
[d] Apoc. 21. 23. [e] pf. 35. 10.
[f] pf. 36. 13. pf. 51. pf. 114. 9. pf. 142. 6. [g] in pf. 26. 13.
[h] Esther. 10. 9.
[i] vers. 9.
[k] in c. 38 Es. [l] Esa. 38. 11.
[m] Ioan. 12. 36. Eph. 5. 8. 1 Thess. 5. 5. [n] Matt. 5. 16. [o] Phil. 2. 15.
Hugonis ad Trinitatem explicatio.

PSALMVS QVINQVAGESIMVS SEXTVS.

In finem.

1 Ne disperdas, Dauid in tituli inscriptionem, cùm fugeret à facie Saul in speluncam.

2 Miserere mei Deus, miserere mei: quoniam in te confidit anima mea:

Et in vmbra alarum tuarum sperabo donec transeat iniquitas.

3 Clamabo ad Deum altissimum: Deum qui benefecit mihi.

4 Misit de cœlo, & liberauit me: dedit in opprobrium conculcantes me.

Misit Deus misericordiam suam, & veritatem suam, 5 & eripuit animam meam de medio catulorum leonum: dormiui conturbatus.

Filij hominum dentes eorum arma & sagittæ: & lingua eorum gladius acutus.

6 Exaltare super cœlos Deus: & in omnem terram gloria tua.

7 Laqueum parauerunt pedibus meis: & incuruauerunt animam meam.

Foderunt ante faciem meam foueam: & inciderunt in eam.

8 Paratum cor meum Deus, paratum cor meum: cantabo, & psalmum dicam:

9 Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara: exurgam diluculo.

10 Confitebor tibi in populis Domine: & psalmum dicam tibi in gentibus.

11 Quoniam magnificata est vsque ad cœlos misericordia tua, & vsque ad nubes veritas tua.

12 Exaltare super cœlos Deus: & super omnem terram gloria tua.

Titulus, & Argumentum.

Vers. 1.] In finem. Ne disperdas; Dauid in tituli inscriptionem cùm fugeret à facie Saul in speluncam.

OBscuriora tituli verba sunt, *ne disperdas*: de aliis dictum partim priore psalmo, partim aliis; vltimo membro insinuatur argumentum;

A sunt autem duo vocabula, *ne disperdas*, in titulis etiam psalmorum sequentium 57. & 58. vbique Hieronymus vertit, *vt non disperdas Dauid humilem & simplicem*, ponendo *humilem & simplicem* loco illarum vocum, *in tituli inscriptionem*: quemadmodum & in præcedente psalmo pro מכתם *michtham*, quod alij integrum vocabulum relinquunt, quod inquam vocabulum cum prius expoluerimus, non argumentantur aliqui necessario de Dauide non intelligi quod nullus ab eo titulus legatur erectus. Pro, *ne disperdas*: vel vt legit Augustinus, Bruno Carthusianus, Isidorus [a], Nicolaus [b] Papa I. approbatque etiam Hilarius & Hugo vnà cum lectione nostra: & Græcè, μὴ διαφθείρῃς, habetur in textu Hebræo אל־תשחת *al tasheith*. Id cum Paraphrastes reddat in isto & aliis duobus psalmis *pro molestia*, vel, *angustia*, vel, *tribulatione*, עַל עקדת *hhal, hhalcetha*, legit fortassis עַל־משחת *hhal maschith*, vel, משחת *maschath*: quamuis verint etiam Rabini אל *al*, quandoque idem valere quod עַל *hhal*, *super*.

[a] de pass. Dom. cap. 1. lib. 1. ad Mich. c. impetrat.

B Omissa opinione R. Abraham & Caietani, de mimo cantilenæ veteris, ad cuius modulum psalmi canendi essent, quibus ea verba præfigerentur in titulo, aut de instrumento musico quod vocaretur תשחת *thaschith*, de tituli verbis istis ad litteram intelligendis. Opinio secunda est, quam non obscure indicat Nyssenus [c]; non est autem Theodoreti, vt eam illi ascribit Agellius) & aperte tradit R. Kimhi, Dauidis verba esse ad Abisai, cum iam parum abesset quin is occideret Saulem: *ne* [d] *interficias eum*, sicut in 58 [e]. est, *ne occidas eos*. Verba quidem sunt eadem in historia Regum, quæ hoc loco Græcè & Hebraicè, μὴ διαφθείρῃς αὐτὸν, אל־תשחיתהו *al-thaschithehu*. Repugnat quòd in psalmo anxiè precatur Dauid liberationē suā, videlicet priusquam repressus esset eo modo Abisai. Idem iudicium de illis qui volunt, loqui sibi ipsi Dauidem, comprimendo se, ac imperando ne Saulem occideret, sicut poterat, in spelunca; & ne perderet patientiam. Ita verò sentit Basilius, Theodoretus, Euthymius, Nicephorus. Accedit contra illud de Abisai, quòd non fuerat tùc Saul in spelunca, sed in tentorio dormiens.

Tituli varia exp. sententia. Prima opinio.

Secunda.

[c] tract. 10 in psal. 14. *Tendit te male afficere quo mo.*

[d] 1 Reg. 26. 9

[e] vers. 12.

C Tertia est, cuius Theodoretus meminit, dirigere Dauidem sermonem ad quempiam, qui cantorē cum victoria & viriliter canētem aut canere volentem (quod immutare potest לַמְנַצֵּחַ *lamnatseach*) velit impedire; quasi dicat, *ne disperdas*, id est, ne impedias aut interrumpas musicam, & canticum meum; nullam hic speciem probabilitatis adverto.

Tertia opinio.

D Quartam idem innuit, vt oret Dauid *ne disperdat* Deus populum: nec placet: quoniā de populo

nulla

nulla in psalmo mentio, vel de liberatione ipsius.

Quintâ ponit Beda, Cassiodorus, Bruno Herbipolensis, Ayguanus, quasi Saulem Dauid, vel alius quispiam, alioquerétur: *ne disperdas* Dauidem a Domino præparatum ad Regnum: & *in tituli inscriptione*, hoc est, ob regium titulum ipsi promissum. obiici potest quòd Dauid est datiui casus τῷ Δαυίδ.

Sexta verior eiusdem Treueti & Lyrani, quam non alij tantum recentes, sed antiquiores passim sequuntur, litteraliter loquendo: verba, *ne disperdas*, ad Dauidem pertinere in grauissimo periculo constitutum & deprecantem enixè ne se Deus perditum velit: sed minùs probo quod Lyranus addit ex R. Salomone illa alia verba Hebræa, *Dauid michtham*, significare, quasi diceret Dauid: si permittas me perire, non potero amplius cantica dulcia ad laudem tuam facere & dicere.

Inter sensus mysticos primus est Hilarij & Varlenij, vt verbis istis, *ne disperdas aut corrumpas*, quod alio psalmo [a] fore prædicitur, *non dabis sanctum tuum videre corruptionem*, orat Dauid, gloriam resurrectionis Dominicæ expectans, & gratulans se non corrumpi, ac auertam etiam à se corruptionem, in eo in quo primitiæ resurrectionis sunt, gratuletur.

Secundus Augustini & aliorum Latinorum posteriorum, atque præterea Isidori [b] & Nicolai [c] Papæ I. qui tamen videntur litteralem sensum existimare, quia, vt antè monui, nullum legatur Dauid titulum erexisse: prædici nõ disperdendũ, corrumpendum, delendum Crucis titulum quem semel Pilatus scripsisset, prout ille postea nolens delere, respondit se *quod scripsisset, scripsisse* [d], ac ratum esse velle: simul ajunt nos moneri ne prauis moribus videamur negare Christum regem: nõnihil obest quod legitur cum præpositione: & accusandi casu, *ne disperdas*, vel, *corrumpas, in tituli inscriptionem*. Quamuis aliqui legant & ita sit in Cõplutensibus Regiisque Bibliis, *in tituli inscriptione*. Isidorus autem & Nicolaus Papa, Hugo, Ruffinus, Hieronymus, Beda, Haimo, Remigius, Cassiodorus, Bruno vterque & alij, sine præpositione, in accusatiuo, *ne corrumpas tituli inscriptionem*: Inde verò idem Papa contra Michaelem Imperatorem agit, qui Latinam linguam qua scriptus etiam titulus crucis fuerat, barbaram Scythicámque nominabat.

Tertius Chrysostomi [e], qui *ne corrumpas*, iungit prioribus verbis, *in finem*: atque quòd propheta nobis assiduè inclamat in fine *ne corrumpas*, animæ nostræ socordiam retrahens, iámque collapsuram suffulciens ac retinens, & tum cùm maximè opus est, nec aliud cùm supereſt, alacritatis vigore, vbi maior iam vitæ pars peracta est, emarcescente, viribúsque deficientibus, & quando diabolus céu pirata insidiatur vehementiùs, paratis iam mercibus spiritualibus vt ne decidamus, veluti pro baculo quodam porrigens verba ista in fine, *ne corrumpas*. Similis eiusdem Patris [f] alia interpretatio, *ne corrumpas*, id est, ne pecces.

Quartus, Matthiæ Bredembachij conflatus ex pluribus, vt iuxta primæ typum sententiæ intelligatur compescens Christus iram Petri, gladium stringentis in seruum Pontificis [g], vel deprecans patris iram, vt ignosceret crucifixoribus [h]; vel, eandem orans vt calicem à se transferret [i]: vel, supplicans pro mystico corpore suo, quod est Ecclesia, ne sinat pater eam disperdi ab immani hostium sæuitia. Si vocabulum postremum מכתם *michtham*, exponeremus *insigne aureolum*, vt præcedente psalmo ac 15. exponi docuimus, posset sensus esse, ne insignia, seu quæ vocant arma, in quibus inscribebantur seu insculpebantur egregia facta, tali facinore vellent corrumpi, qui consilium dabant de occidendo Saule, sed lineret potiùs insculpi heroicam illam magnanimitatem, quòd parcere hosti voluisset, quem in sua habebat potestate: præterea vt libetiùs ac vtiliùs exponat calamitates Deo, & opem impetret, præfigit titulum, in quo protestatur nolle vt corrumpatur, ideſt impediatur orationis fructus, si nempe Sauli non ignouisset: & vt Deus citiùs concedat, quoniam noluerit interfectione inimici liberare seipsum à tam multis calamitatibus.

Cùm fugeret à facie Saul in speluncam.] In Bibliis Regis legitur in versione Hieronymi, *in speluncam*: apud Treuetum & in editione Victorij, *in speluncam*. propter ablatiuum casum quem Bruno Carthusianus ait expositores habere, *in speluncæ*, negat procedere titulum iuxta historiam, sed cõuenire Christo: qui latens in humanitate fugit à cognitione populi Iudæi. Idem fere habent Latini cæteri cum Augustino: aut per *speluncam* sepulchrum intelligunt. Et Hugo addit gentilitatem in qua latuit Christus aliquandiu. Nihil refert in quo casu legamus: nam fuga *in speluncam* est ad terminum; *in speluncæ*, in terminõ: in quo qui latet fugere quoque censetur, quoniam procul est ab eo vnde fugit. Porro non agitur de prima fuga in speluncam Odollam [d], quod sentit Agellius in procem. de titulis, & Varlenius. Sed in speluncam Engaddi, in qua Dauid oram chlamydis ex Saulis veste abscidit, cùm potuisset eum interficere [e]: sic enim omnes alij docent, ac mystice de Christo interpretantur. Quamuis paulo duriùs videatur quod Valentia chlamydis oram abscissam sumit pro Iudæis initio conuersis ad prædicationem Petri [f].

Ratio Agellij ex ordine psalmorum nihil efficit, quia quod nos ipsemet negat, non seruatur series rerum gestarum in disponendis psalmis.

Putat Euthymius post egressum de spelunca psalmu hunc scriptum: in ipsa spelunca 141. id incertum. Certè de illa scriptus est, etiam si non in illa: quòd, vt ait Hilarius, non videtur metu inclusus, psalterij, citharæ ac totius artis musicæ vsurus apparatu fuisse.

Ex tituli explanatione fere constat de argumento. Dauid summum illud discrimen intra speluncam, in qua persecutor Saul erat, cum copijs trium milium electorum ex omni Israel prope eandem, narrat: & quemadmodum singulari beneficio Dei euaserit, quem imploraverat: & cui laudes atque gratiarum actionem solemnem vouerat.

Mystico sensu quem tradunt passim Catholici fere omnes, agitur de Christi passione, resurrectione, triumpho, déque gentium conuersione: Isidorus [g] affirmat in huius psalmi serie non solum passionem vel mortem, sed etiam resurrectionem & ascentionem Domini prædicari. Athanasius proponit hunc Marcellino psalmum si concurrat tribulator ignarus etiam in speluncam vbi lateat: esse namque in huiusmodi necessitate in illo vtiles ad consolationem sermones & monumentis inscriptos. Conuenit psalmus cuiuis

Non procedere titulum iuxta historiam, vnde negat Carthusianus.

d 1. Reg 22. 1.

e ibidem c. 24. 4. *Mystica de Christo interpretatio.*

f act. 2. & c. 4. *Valentia duplex interpretatio.*

Ratio Agellij improbata.

Non seruatur series rerum gestarum in disponendis psalmis.

An in spelunca scriptus psalmus 141. incertum.

Mysticus sensus. Argumentum psalmi.

g de pass. Dom. c. 41.

Psalmus Marcellino propositus, ab Athanasio, ad quod.

Quibus conueniat.

agenti

agenti gratias Deo pro liberatione ab hostibus periculisque, & postulanti gloriam Dei magnificari nomenque sanctificari, ac hoc ipsum facere cupienti. In Synodo Salegunitadiensi præteribitur hic psalmus recitandus cum 66. 55. & 50. pro vniuersis ordinibus; nec non pro statu Papæ & antistitis eiusdem sedis. Discimus hinc etiam in rebus aduersis Dei maximè memores esse; certe,

Rara [a] fumant fœlicibus ara.

Et post funestissimæ Athenensium pestis descriptionem, subdit Maro [b]:

Tempore non alio dicunt regionibus illis
Quæsitos ad sacra boues Iunonis, & vris
Imparibus ductos alta ad donaria currus.

Testis denique Plato, quod in summis periculis, in belli casibus & morbis, & maris tempestatibus, homines habent Deos ἀρχηγέτας καὶ σωτῆρας, *præsides & seruatores.*

Versf. 2.] Miserere mei Deus, miserere mei: quoniam in te confidit anima mea. Et in vmbra alarum tuarum sperabo donec transeat iniquitas.

MIsericordiam Dei semel iterúmque suppex implorat, grauiore repressus calamitate, persuadet verò sibi propterea quòd in sola ipsius confidat misericordia potentiaque: nec vnquam ab ea se spe dimoueri pati velit: sed sub alarum eius velut implumis ac infirmus pullus, protectione sperare atque latitare, aduersus vim hostiu tanquam rapacium volucrum, quoad ferocia illa tanta, tempestasque persecutionis deferueſcat & finiatur. Quomodo conueniat orare Christò, Deum suum appellare, in eo sperare, si de ipso psalmum interpretemur cum multis, cùm non semel prioribus dictum sit psalmis, nhiil est cur nunc repetamus. Monent de his hoc etiam loco enarratores: nósque rationem doceri sperandi orandique in tribulationibus. *Hæc vna* mihi omnium promissionum cauilla, inquit Bernardus [d], hæc tota ratio meæ expectationis: *Miserere mei Deus miserere mei.* Magnum πάθος, grauis vrgénsque orantis necessitas, compellit ad ingeminandum: sic in psal. 122 [e], *miserere nostri Domine, miserere nostri: quia multum repleti sumus despectione, quia multum*, &c. & in psal. 101 [f]. *Tu exurgens misereberis Sion, quia tempus miserendi eius, quia venit tempus.* Et præ lætitia magnóque desiderio [g]. *Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes.* Item [h], *confitebimur tibi Deus, confitebimur tibi*: & in hoc psalmo infrà [i]: *Exurge gloria mea: Exurge psalterium & cithara: exurgam diluculo*: & [k], *paratum cor meum Deus, paratum cor meum.*

Obseruat Hugo hunc esse psalmum tertium inchoatum à verbo *Miserere*: videlicet post 55. & 50. propter triplicem miseriam, Carnis à luxuria, Mundi ab auaritia, Spiritus à superbia, istam esse periculosissimam; Ait præterea, repetitionem innuere repetitionem factam à Christo pro se, & corpore mystico, à peccatore pro peccatis omissionis & commissionis. Valentia docet orari Christum ipsum, vt Deus est & homo. Talia alia comminisci possemus, verbi gratia, pro anima, & corpore, pro bonis consequendis, & auertendis malis, pro gemma caritate, pro naturæ & gratiæ muneribus. Nicolaum Papam III. ferunt hoc hemistichio vitam vice symboli.

Quoniam in te confidit anima mea.] Hieronymus, *sperat*: quod verbum etiam est in sequenti membro: Hebræce autem vtrobique idem חסה *chasah*, quod alibi docuimus importare protectionem. Quare quamuis confidere sit plus quam sperare, & πεποιθέναι quàm ἐλπίζειν, synonymè tamen etiam non rarò sumuntur. *Non est confusio confitentibus in Deo* [a], frustra videntes ac blasphemantes Christum dicebant Iudæi [b]: *Confidit in Deum, liberet eum nunc si vult.* Differit Aiguanus de inani maláque confidentia auari, superbi hypocritæ, Tyranni, sapientis secularis, & de bona deuoti ac innocentis. Dixi de priore nonnulla Psalmo 48 [c]. Bona confidentia valet ad remissionem peccatorum, ad augendum merita, ad corroborandum animum, ad impetrandam cognitionem maiorem rerum Diuinarum; ad vires contra dæmones atque tentationes, denique ad comparandam vitam æternam. de his effectis idem [d] Aiguanus satis copiosè.

Et in vmbra alarum tuarum sperabo.] Declarata est Psalmo 16 [e]. hæc formula. Notat hic etiam ductam Hilarius, & alij, nec non Elias Cretensis [f] ab auium pullis comparationem, quorum illæ inumbrant infirmitatem, cósque à prætereuolantium vi atque improbitate defendunt, præsertim gallinæ: quarum Christus exemplo vtus [g] est. Nyssenus [h], *vmbram alarum Dei* vult virtutes esse, quæ nobis magnam fiduciam pariant, ipsum verò numen Dei in se comprehendi non posse, sed quasi superuolare. Adiicit præterea vmbraculum protectionis spiritus, tanquam in nube. Alludit opinor Dauid ad speluncam, dicens multo tutiorem vmbram alarum Dei aduersùs persecutores. Multiplicem vmbram bonam Hugo distinguit, boni principis [i] & prælati: protectionis Diuinæ gratiæ [k], Spiritus sancti [l], legis Moysi [m], Humanitatis [n] Christi, crucis [o] eiusdem, refrigerij [p]. Malam quoque ait esse bonorum temporalium [q], ignorantiæ [r], amoris mundi [s], humanæ vitæ [t], pœnarum [u], voluptatis [x], infidelitatis [y], gehennæ [z]: tandem alias enumerat pietatis & seueritatis Dei [a], superbiæ & astutiæ diaboli [b], Caritatis & castitatis prælati boni [c], rapacitatis & prodigalitatis mali [d], & aliorum inferiorum clericorum [e].

Donec transeat iniquitas.] Hieronymus, *donec transeant insidiæ*: Aquila eodem pacto, ἕως ἐνέδραι, vel, vt notauit Ioannes Drieschus, ἐνέδραι. Symmachus, ὁ ἐπηρεαστὴς, *calumniator, oppugnator, violentus.* Hebræa sunt עד יעבור הוות *vhad iahhanor hauuoth:* Vbi & verbum singulare iungitur nomini plurali, estque sensus, vel, donec transeat (supple tempus) insidiarum, fraudum, contritionum, confractionum, calamitatum, afflictionum, vel, donec hæ transeant, id est finiantur, quemadmodum imbre vrgente, aut grandine, sub tectum ramósve arborum confugimus. Appellarunt LXX. ἐνεδρίαν *insidiatores*, inquit Basilius ac Theodoretus, ab effectu, & à reipsa quam moliebantur. Si de Christo intelligimus, orabat ipse vt *transiret calix à se* [f], videlicet non transit iniquitas hæc, nisi in morte: atque quod Euthymius Nicephorúsque dicunt, ὅταν ἔλθῃ ὁ πρὸς θεὸν ἀνάλυσις: idcirco quamdiu viuitur, sperandum tamdiu: nihil enixius orandum quàm *vt iniquitas transeat, nec dominetur nobis omnis iniustitia* [g], *& nos non tangat tormentum malitiæ* [h], & vt quidquid sit de aliis calamitatibus, *anima seruetur* [i] libera nimirum ab iniquitatis telo.

In Synodo Salegunitadiensi retinuage cum præscripta cum 66. 55. & 50. ad quod.
In aduersis Dei maximè memores esse.
a Sil. Ital. l. 7.
b 3. Georg.
c in Theæt.
Sensus loci.
Ratio sperandi orandique in tribulationibus.
d Serm. 3. in Pſ. 90.
Orare & vrgere interpretatio vt & magna lectio, ingeminando orationem parat.
e Psal. 79.
f Psal. 101.
g Psal. 66. 4.
h Psal. 74. 2.
i vers. 8. 9.
k Psal. 107. v. 2.
Magnis obseruanda circa inchoationem huius psalmi.
Nicolaus Papa [illegible]
Confidere & sperare tutissima nomina.
a Dan. 3. 40.
b Matt. 27. 43.
c vers. 2. Bona confidentia ad quid valeat.
d num. 13. & 14.
e vers. 8.
f in oratio 8. Nazianz. quæ est de pace
g Matt. 23. 36
h Tract. 1. in psal. 16. Sperare sub alis Dei.
Multiplex vmbra bona & mala significatio.
i Exo. 35. 10. Hoc nomine Beseleel.
k Isa 49. 2.
l Luc. 1. 35.
m Hebræis. 28.
n Thren 4. 20.
o Matt. 24.
p Ioan 4. 5.
q Eccl 14. 2.
r Hos 4. 6.
s Ion 2. 8.
t Capi. 1. 2.
u Psal. 5.
x Psal. 68.
y Luc.
z Iob 10. 22.
a Exod. 19. 4.
b Oze 4. 19.
c Apoc 11. 14
d Zac 5. 9
e Deut 2. 34.
f Matt. 26. 39.
g Psal. 118. 133.
h Sap. 3. iuxta quandam lect.
i Iob 2. 6.

Iniquitatem transire Nyssenus docet [a], quia stabilis est ac transitoria peccati natura, ἀναβατὸν καὶ παροδικὴν τῆς ἁμαρτίας ἡ φύσις. neque in principio cum creatura creata & fundata ab eo qui res omnes procreauit & essentiis suis instruxit; neque in longinquum tempus cum rebus permanet. quoniam eius ratio consistit non in esse, sed in non bonum esse; similisque haberi potest ramini in tectis abiq; radice orto, non fato, aut parato, quod citò transit & euanescit. Denique hoc ipsum verbis alterius Psalmi monet nos [b]: *Adhuc pusillum & non erit peccator: & quæres locum eius, & non inuenies.* Subdit etiam hoc loco significari, nos eò vsque diuinæ misericordiæ auxilio indigere quoad vitam nostram pertranseat iniquitas, quæ per hanc vitam vagatur & oberrat. Philo Carpathius [c] idem scribit, quòd nempe præterit transitque iniquitas, cùm de hac mortali luce & valle lacrymarum eripi dignamur, & cum Deo viuere ac regnare in sempiternum, citat illud Pauli [d]: *Qui mortuus est, iustificatus est à peccato*: quanquam ibi de morte morali sermo est, cùm quis peccato moritur.

De perseuerantiæ dono quod hîc petatur, exponit itē Augustinus, alíque Latini: [*Quia vsque in finem seculi nec iniquitas deerit premens*, inquit ille, nec iustitia patiens: & opus est vmbraculo, ne illius æstu arescamus: animo sub mundi finem *refrigescente caritate abundaturam iniquitatem* prædixit Christus [e], vbi finis aduenerit, cessabùt vmbræ necessitatésque protectionis, quando sublata erunt de regno Dei scandala, iniquitates impiorum, terrenæ humilitatis infirmitas, nec erimus ampliùs in hac spelunca habitaculi & corporis, qua nunc sumus clausi, vt loquitur Hilarius. Interim *dies mali* [f], & *mundus totus in maligno positus* [g]. Porrò aduerbium, *donec*, cùm se dicit Dauid sperare *donec transeat iniquitas*, hoc est, periculum & persecutio, determinatum denotat tempus, aliàs verò ponitur pro indeterminato: vt *sede* [h] *à dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Sedebit namque etiam postea. *Et non* [i] *cognoscebat eam donec peperit filium suum primogenitum*: atqui nec postea Mariam Ioseph cognouit. Sic respondet negatori virginitatis Mariæ Elundio Hieronymus: exemplis Chrysostomus [k] pluribus idem ostendit de dicto vocabulo *donec*.

Vers. 3.] Clamabo ad Deum altissimum: Deum qui benefecit mihi.

CLamore affectum etiam ardentem demonstrat, magnitudinémque necessitatis & calamitatis, qua vehementer vrgeatur: Altissimi Dei epitheto, quasi clamor propterea maximus requiratur, cùm alioqui non abiit longiùs, sed proximus vbique omnibus, aut quia eminens supra omnes opitulari possit, vt cognitione potentiáque superior: cùm prima memorat beneficia, facit animum sibi atque fiduciam adhuc alia postulandi; & profitetur etiam ab Altissimo & excelso humilia respici, prouideri, minime negligi.

Clamabo.] Hieronymus, *inuocabo. Clamare* proprie significat, & quidem tanquam crocitando; Græcum κεκράξομαι. Sed Hebræum אקרא *ekra*, *inuocabo orando*, vel. *cum clamore*, vel, *etiam sine clamore*, verùm nominatim appellando; quod & interdum valet Latinum *clamandi* verbum, vt sit nempe idem ac *vocare*. Chaldæus *orandi* simplex verbum reddidit צלי *atsalle*. Clamoris impedimenta quatuor ponit Hugo: tropologicè, raucedinem deuotionis [a], laqueum [b] subtilis tentationis: si sit inanimata statua [c]: hoc est, si quis careat spiritu *qui postulet* [d]: si sit os obstructum *& plenum maledictione & amaritudine* [e]: aut crapula, & ebrietate [f]. De Christi in orando clamore constat [g], & quo pacto sibi à patre benefactum, séque ab eo semper auditum exauditúmque sit professus. [h].

Ad Deum altissimum.] De hoc epitheto & Hebræa voce עליון *hhelion*, aliàs egimus. ex infima spelunca meritò *Altissimum* vocat, & de profunda calamitate, præter priùs indicatas rationes.

Deum qui benefecit mihi.] In Psalterio Romano, *& ad Dominum*, priùs אל חים *elohim*, nunc אל *el*: quæ nomina *iudicem ac fortem* sonant. Paraphrastes secundo loco ponit תקיפא *thakkipha*, *fortem*: exponit verò, *orabo coram Deo altissimo & forti, qui accersiuit aranæam, vt perficeret in ore speluncæ telam propter me*: videlicet ne deprehenderetur à Saule, qui in eadem erat spelunca. Fictitium id puto. Quod reuera factum legimus Nolano Martyri Felici persecutionem fugienti, vt aliàs quoque retulimus. Superuacanei laboris aranæ tela symbolum est, necnon inuidiæ: quia nihil ea fragilius, & inficit flores veneno: & cùm texit aranea, fistulæ sono cessat ab opere, ac vltro deuenit in manus pulsantis, ita vt occidi possit. Cassus erat Saulis in Dauid persequendo labor, natus ex inuidia, & ex choris cantantium atque pulsantium, cùm ascriberent Sauli mille, Dauid decem millia [i]: nullóque negotio potuit Saul interfici à Dauide. Sed illud de aranæ tela Dauidis in gratiam subitò contexta, non credo: non quia creditu res sit difficilis; sed quoniam absque ratione, vel authoritate dicitur, nec satis congruit historiæ, in sacris Regum libris perscriptæ [k].

Rectè argumentatur Augustinus: si antequam eum quærerem, benefecit mihi, clamantem me non exaudiet? &: sic est ergo ille akissimus, vt non sit ab illo longè miseria nostra, & gemitus noster, quia *prope est Dominus his qui obtriuerunt cor* [l]; (aliàs *qui tribulato sunt corde*) Id Beda applicat ad Christum, qui asserat misertum Deum etiam priusquam homines eum cognoscerent, & ipse mitteretur vt homo fieret, moreretur, resurgeret propter peccata illorum. Bernardus [m] item docet, quòd accepta gratia fiduciam donat oraudi, & conferunt præmissa dona, vt ab ea misericordia, quæ tribuit hæc, sperentur etiam amplíora.

Cæterùm pro *benefacere*, Hieronymus vertit *vltorem*. Alij, Hebræa גמר עלי *gomer hhalai* interpretantur, *retribuentem mihi*, *perficientem mihi*, nempe promissa, vel, quæ cœpit complentem; reddentem mihi scilicet misericordiam: transigentem mihi, nimirum causam meam impendentem. in Psalm. 137. [n] illud: *Dominus retribuet pro me*, Hebraicè dicitur יגמר *igmor*. In emendatis Bibliis Græcis extat ἀνάλημψαι, quod nec habet Hebræus textus, nec Chaldæus, nec Hieronymi versio, nec Græci codices plurimi, nec Beda in catalogo diapsalmatum, tamen exprimit ac explicat Hilarius, ponens in neutro, cùm aliàs *diapsalmum* dicere sit solitus: aítque, quamuis

Tropologia. Clamoris impedimenta quatuor.
a in Ps 68.4.
b Matth 9.5.
c Psal 113. 4 secundum Hebr.
d Rom 8.26.
e Psal 9.28.
f Esa 22.13.
g Matth 27. 46.50 Heb.5. 7.
h Ioan. 11.41.

Commentum de aranea tela ad os spelunca Dauidis.
De simili tela, Nolano Martyri Felici persecutionem fugiti in salutifera fabula.
Aranea tela cuius rei symbolum.
Fistula sono cessat ab opere aranea.
Augustini argumentatio.
i 1 Reg. 18.7.
k cap 24.
l Psal. 33.19.
Ad Christum applicatio.
m Serm. 5. de quad. sub fine
n vers. 8.

personæ ac sensus demutatio non fiat, erigi sensum per illud ad intelligentiam dictorum.

Vers. 4] Misit de cælo, & liberauit me: dedit in opprobrium conculcantes me.

Misit Deus misericordiam suam, & veritatem suam.

Sensus loci.

FIduciæ suæ causam explanat magis, quòd se inuocante & miserit Deus & mittere soleat, & missurus sit de cælo auxilium, vt liberet ab hostibus atque à periculis: & hostes qui conabantur obterere, suo frustratos conatu, afficiat opprobrio; nec dubium id esse, quia in auxilio mittendo rationem habet suæ tum misericordiæ, tum veritatis seu veracitatis, fidelitatisque in præstando quod promittit.

Allegoria.

Allegoria de Christo misso de cælo, liberatóq; de morte & opprobrio cruxifixorum Iudæorum, traditur ab Hilario, Euthymio, Augustino, & passim à reliquis Latinis; qui etiam Christo *misericordiæ & veritatis*, appellationes tribuunt: cùm is seipsum nominauerit *veritatem* [a], factúsque nobis dicatur *iustitia*, quam aliquando veritas significat, quia ex hac deprehenditur illa, vt Euthymius monet.

a Ioan.14.6.

Misit de cælo. [Hieronymus & alij, *mittet*: ob Hebræum futurum יִשְׁלַח *yishlach*; tritum est permutari confundique tempora: vt rem omnibus notam putant Latini de missione Filij Dei vt homo fieret [b], non eam nominatim exprimendo, intelligi, quamuis describi videatur sequentibus verbis, *& liberauit me.* Ad litteram quod absolutè dicitur, de auxilio intelligitur: sicut ibi [c], *mittat tibi auxilium de sancto.* Quo loco vide quæ annotauimus, aut etiam quæ in alio psalmo [d], vbi absolutè item habetur, *misit de summo*, exposuit Paraphrastes de Angelo, *aptabit Angelum suum de cælis altissimis.* Nicephorus, ἐξ ὑψους δύναμιν, *ex alto robur.* placet missionem absque additamento denotare tam magnum, euidens, clarúmque auxilium, vt negari non possit: sed constet à Deo esse, nec improbabile missum de cælo, nempe auxilium, designare magnum & eximium, eo modo quo Latini dicunt, aliquid cælitus mitti, aut de cælo, aut quidpiam quoque esse in cælo.

De missione Filij Dei interpretatio.

b Gala.4 4.

c Psal.19.3.

d Psal.143.7.

Sed mihi vt noua, quod non diffitetur eius author Martinus à carcere [e]; ita parum probabilis videtur aliorum locorum expolitio, vt *conuersatio in cælis*, apud Paulum [f], sit viuendi perfecta quædam & singularis ratio: quod scribit Ioannes [g]; *Nemo ascendit in cælum nisi qui descendit de cælo, filius hominis qui est in cælo*: significet cælo dignam vitam sanctissimámq; quam viuebat Christus: *Gladius Dei inebriatus in cælo*, de quo Esaias [h], denoret summam indignationem: *verbum* eiusdem *permanens in cælo* [i], idem valeat atque constans & firmum: *dies cæli* [k] serenissimam: *regnum cælorum* toties in Euangelio, præclarum. Velim equidem propriam notionem *cæli* retineri quantum fieri potest; ac vt de reliquis taceam quæ profectò æquè sine illa intelliguntur; durior & violentior interpretatio loci Ioannis, in quo dubitari non debet loqui Christum propriè de cælo.

e in Psal. 44. vers. 9. Locum aliquem si fingere parum probata autoritate cupiam.

f Phil. 3. 20.

g c. 3. 13.

h cap. 34. 5.

i Psal. 118. 89.

k Psal. 88. 30.

Et liberauit me.] Hieronymus etiam in futuro, *saluabit*, יוֹשִׁיעֵנִי *iosshieni.* Augustinus, *saluum fecit me.* de Christi suscitatione interpretantur mystice, quamuis & ipsemet etiam seipsum suscitauerit; vel præterea de liberatione ac salute nostra per eundem Christum.

Dedit in opprobrium conculcantes me.] Hieronymus, *exprobrabit conculcantibus me.* Alij, repetentes seu assumentes præcedens verbum, *liberabit & seruabit me à probro deglutire volentis me*: vel, *à probro absorbente me* seu *vorante.* Aliter, probro affecit absorbentem me, spreuit eum qui absorbere cupiebat me, & ad hoc inhiabat & in insidijs latens id expectabat vt faceret. Patiuntur hos sensus Hebræa חֵרֵף שֹׁאֲפִי *chereph shoaphi*, nam primum vocabulum potest esse nomen, sicque supplebitur præpositio *ab, liberabit me ab opprobrio*, aut verbum; & ita efficietur sensus independens à priore verbo, *liberauit.* Secundum item participium posset esse numeri pluralis mutatis punctis שֹׁאֲפַי *shoaphai.*

De phrasi qua dicitur quis *dare aliquem in aliquid*, dixi psalmo 20. [a] quamuis hoc loco nullum verbum illi verbo respondeat. Dominus item priore psalmo quid valeat שָׁאַף *shoaph* & *conculcare.* Saulem cum suis intelligit quos puduit liberationis Dauidis: qui potuerat intra speluncam regem interficere: mystico sensu crucifixores Christi & sepulchri custodes: atque communes nostros hostes tũ dæmones tum homines; quos, vt Hugo per accommodationem explicat, & B. Virgo confudit, præsertim dæmonum principem, velut Iudith Holophernem [b]: & S. Petrus Herodem, quando illum Deus per angelum eripuit de manu Herodis [c]: sed quod subdit, in actibus Apostolorum haberi, iustos custodes carceris occidi, non est ita, sed tantùm *duci* [d], & ibidem contrarium sentit Hugo: licèt nos in commentario docuerimus videri veram aliam sententiam; sed non id ita eo loco apertè scribi.

Dare aliquem in aliquid quid sit.

a vers 7.

Mystice seruatus.

b Iudith 13. 7.

c Act. 12. 11. Iam vidi certo quod misit Dominus Angelum suum & eripuit me de manu Herodis.

d ibid. 19.

Egregiè Augustinus exaggerat hoc opprobrium Iudæorum, vbique amisso regno dispersorum, nec vsquam habentium stabilitatem, nusquam certam sedem, sed propterea viuere adhuc permissorum, vt libros nostros, id est sacros, portent ad suam confutationem; & ad paganos quoque conuincendos, cum videant apud Iudæos inimicos esse quas pro nobis proferimus prophetias: non autem à nobis confictas.

Iudæorum

Hìc est סֶלָה *selah* & διάψαλμα, licet vocẽ Græcam Biblia Complutensia Regiáque omittant.

Misit Deus misericordiam suam & veritatem suam.] Misericordiæ fuit liberare Dauidem: veritatis, promissa ei facta implere, aut, si pro iustitia veritas accipitur, *dare in opprobrium conculcantes eum.* Misticè missa misericordia & veritas Christus ipse est, vt præter enarratores huius loci, docet quoque Hieronymus in Esaiam [e]: in cuius incarnatione, morte, operéque toto redemptionis, *misericordia & veritas obuiauerunt sibi* [f], quòd etiam liberatus est Christus de morte, quod ad ipsum pertinet, veritatis siue iustitiæ fuit: quoad nos, ad quos redundauit vtilitas, misericordiæ gratiæq; vide psalmo 42 [g]. ad illa verba, *Emitte lucem tuam & veritatem tuam*; quid sit hæc mitti. *Lux* verò ibi, misericordiam potest significare, & vtrobique possunt intelligi missi Angeli administratores nostræ salutis atque cooperatores in ea Dei. Sed & *misericordia* cum *veritate*, veram & perfectam misericordiam potest denotare; iuxta illud [h]? *In multitudine misericordiæ tuæ exaudi me, in veritate salutis tuæ.* Cæterum frequentant diuinæ litteræ harum duarum rerum consociationem, *misericordiæ*, seu gratiæ vel mansuetudinis, atque *veritatis*;

Mystica interpretatio.

e in c. 56.

f Psal. 84. 11. Verf. 9. h Psal. 68. 14. hic vers. psal. 42. 3. psal. 35. 6. psal. 90. 11. psal. 85. psal. 88. 15. 25. psal. 2. 2. psal. 117. Gen. 24. 49. 29. Ioh. 14. 2. Rom. 6. cap. 11. Tob. 3. 3. 13. c. 14. cap. 6. c. 28.

& Ioannes [a] appellauit Christum *plenum gratia & veritatis* : præter dictam verò *veritatis* acceptionem, necnon pro veritate in promissis, posset illa addi pro iusto, æquo, recto : ita profanos etiam veritatem ac verum vsurpare Budæus [b] demonstrat, & Ioannes Bochius hoc loco plura profert exempla.

Vers. 5.] Et eripuit animam meam de medio catulorum leonum : dormiui conturbatus.

Filij hominum dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus.

Hic effectus allatæ cælitus fideliter ac veraciter misericordiæ vt ab hostibus liberaretur Dauid, in medio catulorum leonũ ferocientibus: & circumcirca obsidentibus : ita vt non liceret inter illos requiem vllam capere aut somno indulgere; donec videlicet liberaret Deus atque dissolueret adeo difficilem molestámque obsidionem. Hostium porrò cum leunculis sæuientibus comparatorum ferociam tantam fuisse describit, vt ipso quasi nictu, exerta lingua, vibratis dentibus, minitarentur quod re ipsa præstare ac exequi non possent; cumque cæterò armorum genere ac sagittis nocere non daretur, pro his adhiberent genuinos dentes linguámque detractionis & calumniæ, quibus famam dilacerarent, & aliorum odia in eum exacuerent, ac inflammarent. Facilè ista de Christo exponuntur, deque persecutoribus illius.

Et eripuit.] Desunt hæc in Hebræo textu: addita sunt ad exprimẽdum magis sensum; & ad similitudinem priorum illorum, *liberauit me.* hoc pacto sequentia nomina in accusandi casu interpretes acceperunt; quæ alij in recto, vt videbimus; Augustinus legit, *& eruit.* Cassiodorus, absque coniunctione, *eripuit :* psalterium Romanum omissa eadem, ordinéque immutato, *animam meam eripuit.*

Animam meam de medio catulorum leonum.] Hieronymus in casu recto, ac hinc noua facta sententia vsque inclusiuè ad sequentia verba, *dormiui conturbatus*, ita vertit, *anima mea in medio leonum dormiui ferocientium.* Alij sensu eodem; quamuis membra separent; & aliquid suppleant; Hebræa נַפְשִׁי בְּתוֹךְ לְבָאִים אֶשְׁכְּבָה לְהָטִים *naphshi bethoch leuaim eshkebah lohatim* : sic reddunt, *anima mea inter leones*, nimirum est, iaceo aut iacebo, supple vel repete *inter vrentes, ardentes, flammis exurentes, & inflammantes*, nempe me : vel, *inflammatos*, videlicet ira, & furore, inuidia, sæuitia: vel, *inter consumentes me :* vel, *inter incontinentes ac summe impotentes atque furiosos :* vel, *inter præcipitantes & festinantes :* vt scilicet me perdant: Paraphrastes hoc membrum præcisè, quod posui, exponit iuxta versionem Bibliorum Regiorum: *anima mea acuitur tanquam in medio flammarum* : sic metalla, vt ferrum in flammis molle fit, ac distendi euacuique facilius potest. Nebiensis conflans integram sententiam, cum sequentibus verbis, interpretatur, *anima mea colligata tanquam in medio flammarum, dormiui inter carbones flammigeros.* Non dubito, si de primo agimus membro, cuius hic sola verba recitauit. Latine legisse Chaldæum Paraphrastem vocem Hebraam, non vt modo est, sed לְהִטִּים *lehatim*, quæ sunt *flammæ*, aut per (א) *aspis*, loco (ה) *he* : tam facili voce vitiata, adita inter o littera (ש) hoc est, שׁוֹחֲטִין *sahetin*. Hoc pacto sequens membrum, vt apud eundem extat, & ex Hebræo transfertur iis modis quos retuli, esset isti synonymum. At in hoc priore membro לְבָאִים *leuaim* proprie significat *leones*, & quidem si credimus R. Dauid, *maiores*, ita vt minor sit אֲרִיוֹת *arieh*, & dicatur לָבִיא *laui*, quasi à לֵב *leu* quod est *cor :* quia cordatus atque animosus est. sed malim credere Lxx. qui vertunt θηρίων, qua voce vtus est Lucretius [c] :

At cæteri pantherarum, formidq; leonum.

Alibi [d] nominat hoc nomine Lxx. qui dicuntur Hebraice כְּפִירִים *chephirim*; sed rursus nomen huius loci לָבִיא *laui* vertit eodẽ modo interdum [e].

Egimus alias de variis nominibus *leonis* apud Hebræos, nec satis aptè Drusius [f] eorum distinctionem obseruauit, perstistens, quod spectat ad לָבִיא *laui*, in Rabinorum opinione; quos tamen non citat. Deprehendi postea idem notatum à Ribera nostro [g]: qui confirmat etiam authoritate Paraphrastæ Chaldæi cap. 1. Ioëlis. Optimè sunt sensum secuti Lxx. Interpretes hoc loco sumentes, vt dixi, in obliquo *animam : καὶ ἐρρύσατο τὴν ψυχήν μου ἐκ μέσου σκυμνίων : Leo* erat Saul, & principes eius : *catuli leonum*, cæteri persecutores Dauid inferiores minoresque. Et familiarem esse ex leonibus ductam comparationem pro crudelibus inimicis vidimus antea [h] non semel, necnon & pro dæmonibus: quorum Petrus [i] ducem vocat *leonem rugientem. Facta est mihi hæreditas mea*, inquit in persona Christi [k] Ieremias, *quasi leo in silua.* Nyssenus [l] *catulos leonum* tropologice mirum vocat peccata quæ terrifico hiatu & vnguium acuminibus dilacerent.

Dormiui conturbatus.] Priùs monui qua ratione ista sit Hieronymus ex Hebræo interpretatus, & alij, & quòd Lxx. sensum curarint potiùs, vt sæpe aliàs, quàm verba, quare posset ἀπὸ τοῦ *potest* repeti illud בְּתוֹךְ *bethoch* in medio ante vltimam dictionem לְהָטִים *lohatim*, & futurum אֶשְׁכְּבָה *eshkebah* accipiendo pro præterito : sensus esset, dormiui inter eos qui inflammabant me, aut inflammati erant contra me, quos reddit Hieronymus *ferocientes* : Vnde sequitur id quod Lxx. dixerunt, somnum fuisse valde turbatum, nec licuisse *dormire*, vt dicunt, *in vtramque aurem*, ac tutò. Vertit Theodotio, ἐκοιμήθην μετ' ἐκλειπόντων, *dormiui cum absumentibus.* Aquila, μετὰ λάξων, aut, λαύρων, *cum vehementibus*, aut *abundantibus :* Symmachus, μετὰ φλεγόντων, *cum ardentibus :* vel, vt refertur in scholio, εὐθαρσῶν ἐκοιμήθην μεταξὺ φλεγόντων : *benefidens dormiui inter ardentes:* vel, μεταξὺ εὐθαρσῶν, &c. *inter audaces Ardentes, vrentes, inflammantes* dicuntur qui alios cruciant : sicut & *ignis* pro quolibet cruciatu sumitur, nec non *feruor*, & πύρωσις, vt in Petri [k] cõmentario docui. Affine illud ex Psalmo 67. *dormire inter medios cleros*, id est, inter maxima discrimina, sicut in dudum iam edito eiusdem Psalmi commentario docuimus.

Christus secundùm allegoriam *dormiuit* moriendo, quia breui pòst resurrexit; *conturbatus* propter turbitudinem, quam sponte voluit experiri, & illata tormenta: vel quia qui turbabant ac fremebant in eum, turbari etiam illum putabant: qui tam tamen placatus erat turbatus, aut Augustinus, vt quando vellet, dormiret [m]: nemo autem dormiat turbatus: sed qui perturbantur, aut a somno excitentur, aut in somnum vergi non

permit

a libr.

b pral. in Pand. l. 1, pro loc.

c lib. 3, 414. Aen. 3, 4 & 5. 6.

d Psalm. 7. 11. Prima leonum nomina 4, apud Hebræos.

e Iud. 14.

f Drusius obseruata sacram. c. 4.

g in c. 1. Ioel. n. 17. & in c. 5 Oseæ n. 40. 41.

Leonum & crudelium hominum cum leonibus frequens comparatio.

h psalm. 9. pra. 10. 8 sec. hebr. psal. 12. 3 psal. 21. 14. 22 psal. 34. 17.

Catulos leonum, pro crudelibus inimicis vsitata comparatio.

i 1. ep. 5. 8.

k cap. 12. 8.

l tract. 2. in ps. 14.

Ardentes, vrentes, inflammantesque dicuntur qui alios cruciant. & cur. 1. ep. 1. 7.

l versu 4. Dormire inter medios cleros quid, sit.

Allegoria.

m 1 epist.

permittantur. Affert exemplum extractæ de dormientis Adæ latere Euæ [a]: Addi posset cum Bredenbachio, dormiuisse Christum *conturbatum in medio catulorum leonum*, id est, iacuisse diris vulneribus confossum, mortuumque in sepulchro quod custodiebant milites: sic enim & Ignatius [b], à quibus ducebatur in vrbem, milites vocabat *Leopardos*. Nec spernenda eiusdem Authoris ex Hebræo expositio de eodem Christo, qui sic inducatur loquens cum anima sua ex parte corporis: *anima mea, ego iacebo in medio leonum ardentium: tu quidem digressa a me petes inferos vt ibi peragas, quæ tibi sunt iniuncta: ego interea in sepulchro iacebo, in medio leonum ferocia furorèque in me flagrantium*, scilicet militum sepulchrum custodientium.

Verumtamen de literali sensu ambigendum non arbitror, quin conuenire Dauid queat; quamuis quod obiicit Augustinus, qui contradicere hac in parte videtur, non legamus Dauidem in spelunca dormiuisse; non legimus quidem, sed creditu facile est, & Euthymius ita disserte sentit: quia cum Saul & comites eius ingressi sunt in speluncam, tunc paululum dormiebat, sed præ summo turbatus est periculo, quod vndique imminebat. Itaque *dormire conturbatum* non est cùm conturbatus iis dormire, sed cùm dormias, conturbari & excitari. Nisi etiam dicas pauentium somnos inquietos & turbatos esse, ipsaque somnia pauoris plena, sed & grauis calamitas durusve labor opprimit somno ac sopore. Id forsan voluit Apollinarius:

αὐτὸς ἐκταμβῶν κρυερὴ τετανύσσατο ἄτη:
Ipse dormiens difficili conturbatus calamitate.

quò referri & illud potest, vt innuit Arnobius, *dormitauit* [c] *anima mea præ tædio.*

Filij hominum dentes eorum, &c.] id est, filiorum hominum arma sunt dentes, &c. vel est apostrophe ad quoslibet homines, vt placet Euthymio, quasi omnes appellans dicat Dauid, o filij hominum, audite: dentes enim eorum qui mihi vt feræ insidiantur, arma sunt, &c. *Filij hominum* omnes homines dicuntur vt sæpius monui. Quocirca non videtur ad rem vt intelligantur cum Arguano *filij hominum* Iudæi, quia filij erant Sanctorum ac secundum rationem viuentium, licet ipsi tales non essent. Potius in deteriorem partem dici *filios hominum* voluit Hieronymus [d] hunc ipsum citans locum: itemq; Nicetas Choniata [e]: quamuis id perpetuum non esse alibi demonstrauerimus [f].

Dentes eorum arma & sagittæ.] Hieronymus, *Lanceæ & sagittæ*, pro armis quæ Lxx. ὅπλον & V. ac VI. edititio vocat, aut iuxta codices alios numero plurali: ὅπλα, Theodotio reddit τόξον arcum telumve. Symmachus δόρατα lanceas. Aquila singulariter δόρυ lanceam. Vbi solitos Lxx. generali vocabulo ὅπλον vel ὅπλων, quæ sunt *arma*, speciem intelligere lanceæ siue hastæ vidimus iam prius in alio Psalmo [g]: vbi חֲנִית *chanith* sicut & hoc loco, licet id quoque nomen exponant ῥομφαίαν, Latine *frameam* [h].

Figuratè vsurpantur ista & sequentia de damnis quæ inferuntur sermone detrahendo, exprobrando, criminando, calumniando, accusando, reprehendo, &c. sumpta metaphora ab illis brutis quæ dentibus sese tuentur, de quibus Aristoteles [i], Plinius [k], Lactantius [l]: nam vt est in Prouerbiis, [m] *maxillæ* Hebraice יְסֹד *mephis*, *malleus*, Græcè σφῦραν, *claua* vel *fustis*) & *gladius*

& sagittæ aculei hominis qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium: ex quibus primum petit caput; secundum, iugulum, tertium, cor, tundendo, scindendo, penetrando, & nocendo persona, fama, rebus, tum prope, tum procul, vicinis & remotis. Nihil opus est commemorare maledicta criminaque facta in Christum a Iudæis, quam iure nominare possis *generationem quæ pro dentibus gladios haberet, & commandaret molaribus suis, vt comederet inopem* Christum *de terra, & pauperem ex hominibus* [a]; *Dens* eorum *putridus* erat [b], non grege *torsarum* similis *ascendenti de lauacro* [c]: & eo *mo dentes scatucebant populum* [d]. Illas præsertim voces Augustinus intelligit hic & alibi [e], atque, quibus crucifigi Christum flagitauerunt [f]. De iisdem verbis Leo [g] locum istum intelligens, ait, frustra à crucifigendo Maiestatis Dominio manus proprias continuisse, in quem ictaria vocum iacula, & venenata verborum tela ferebant. Falsis illis Iudæis, & sacrilegis principibus populi totum sacrilegii istius pondus incubuisse, & licet immanitas scelleris, & præsidem obligarit, & milites, omnem tamen facti summam ipsos arguisse: & quidquid in tappicio Christi, vel Pilati peccauit iudicis, vel cohortis obtemperatum, hoc eos facere, humani generis odio dignores, quia sui interitus impulsu nec illis innocentes esse licuit, quibus iniquitas ipsorum non placuit. Similia scribit Tertullus [h]. In genere quisquis alteri malum persuadet, & ad peccatum pertrahit, occidit animam illius.

Sed non Cyrilli Alexandrini hæc illius loci expositio est, vt Iansenius existimauit; verum Iodoci Clictouei [i], qui Cyrilli commentariis in Ioannem libros nonnullos inseruit, hoc est à quinto vsque ad octauum inclusiue. Accepit eadem illa de re locum hunc eundem Augustinus [k] & Chrysostomus [l]. Hinc argumentatum Chrysostomus, in potestate nostra esse quodque membrorum nostrorum aut malitiæ fuse malitiæ instrumentum fieret. Posteriorius autem partis exemplum ait commeri Psalm. 44. [m] *Linguæ meæ calamus scribæ*, &c. huc spectat quod Paulus [n] *arma* præcipit nos *exhibere non iniquitatis peccato, sed membra nostra arma iustitiæ*, ne, vt Ezechiel [o] Gregorius [p] interpretatur, *defendamus vt inferorum cum armis nostris*. Vsurpat præterea hoc testimonium in Pandectis Antiochus [q], vt persuadeat neminem probro aut dedecore afficiendum. Relege dicta Psal. 54. [r] vbi *molliti sermones* appellantur *iacula*: Prodigiosa res pro *dentibus* in homine arma: gladius acutus pro *lingua*: hoc ferini faciunt mores, vt Nyssenus [s] notat. Terribiles locutas describit Ioannes in Apocalypsi [t] humana facie, dentibus leonis; huc paulo ante nominati *catuli leonum*. Illa item *quarta bestia terribilis* sine nomine, de qua Daniel [u], *dentibus armata* magnis *ferreisque*, ac multa *comedens*, detractor est, interprete Glossa [x], quoniam non potest malitia tanta vno nomine comprehendi, sed os detractoris *abundat illa* [y], dignique tales perierit Samsonis maxilla [z], qua & persecutiendos Iudæos figuratè cecinit alio psalmo Dauid [a]: *Tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa*: Hebraicè יָלְחִי *lechi, maxilla*: quod alij reddunt in accusandi casu, *Tu percussisti omnium aduersantium mihi maxillam*; & ibidem subditur: *Dentes eorum contriuisti*, nempe genuinos, caninos, maledicos.

[a] Gene. 2. 21.
[b] epi. ad Roman.
[c] Thesaur.
[d] in cap. 40. Ezech.
[e] Pſal. 43.
[f] Pſal. 45. 10.
[g] Pſal. 44. 2.
[h] Pſal. 34. 3.
[i] lib. de part. anim. c. 2. lib. de respirat. c. 10.
[k] lib. de vsu respirat. c. 8.
[l] lib. de vsu part. c. 8.
[m] Pſal. 44. 2.
[n] Rom. 6. 13.
[o] Pſal. 54. 16.
[p] Pſal. 54. 16.
[q] Pſal. 54. 16.
[r] Pſal. 54. 16.
[s] Pſal. 54. 16.
[t] Pſal. 54. 16.
[u] Pſal. 54. 16.
[x] Pſal. 54. 16.
[y] Pſal. 54. 16.
[z] Pſal. 54. 16.
[a] Pſal. 54. 16.

Et lingua eorum gladius ancipit.] Augustinus & Hilarius aliique psalterii duo, *machæra* retento nomine Græco μαχαίρα. Satis frequenter *lingua gladius*, aut in ea ibidemque *gladius*, eâc dictum, præterea *gladius oris*, & *acuit ut gladium lingua* [a], & attribuitur nonnunquam Christo gladius in ore siue oris [b]: nec forma dissimilitudo à gladio lingua: vocatur etiam *flagellum linguæ* [c], *plaga* [d], *iaculum* [e], *vinculum* [f], *arcus* [g], *sagitta* [h]: & dicitur *percutere* [i]. Detractorem intelligit Hieronymus in commentario epistolæ ad Titum [k]: quem πικρὸν *pernitiosum* vocat Apostolus [l]: cauens ne sit episcopus talis, denique, *acuta lingua* quorundam hominum *sicut serpentum* [m]. Est Plinio teste serpentis lingua tenuissima [n], trifcula, vibrans, coloris atri, & bene exerta, prælonga; pertinet acuties ad subtilitatem [o] [illegible] gladio, de quo diximus, maledicentiam significat: ea est maledici lingua, quia tribus nocet, qui loquitur, & de quo loquitur, & quem verbis lædere studet, vt non anceps, sed triceps dici queat: vt petit, cum Bernardo [p]: qui etiam affirmat crudeliorem ipso mucrone, quo Dominicum latus confossum est, quia erat examine, linguæ verò gladius facit examine fodiendo. Addit nocentiorem esse spinis & clauis eiusdem Dominicis: quoniam nisi hujus quod nunc pungitur & transfoditur corporis sui vitam, illius vitæ corporis præstitisset, nunquam illud pro isto mortis iniuriæ & crucis ignominiæ tradidisset. Vibratio quoque conuenit gladio aut flagello, & indicat irrequietam linguæ mobilitatem: color ater ostendit bilem concolorem, atque maleuolentiam: longitudo, quòd remotissimis ac mortuis ipsis non parcat: lingua ad incudem fabricata ferreaque, quam commentus est Pindarus [q], laude digna: quia solida penetrans, vincens, veritatem proferens ad malleum, vt dicunt, durantem, contereus petras [r], [penetrabilior omni gladio inciptit [s]:]

ἀμφίστομ᾽ ἄκμα, ait poeta, πάντ᾽ ἀκμὴν χάλκου γλῶσσαν.

Sed his de quibus agimus, congruit paræmia, γλῶσσα μάχαιρα [t], *lingua bellare*: &, ἐν ταῖς γνάθοις ἔχειν τὰ ὅπλα [u], *in linguis habere arma*. Appellat istos Hesychius γλωσσάκανθας, non ab aspidis tantùm veneno, sed ab scuto, quòd lingua vtantur pro illo, & quia quod alio fertur adagio, ἄλλοις γλῶσσ᾽, ἄλλοισι δὲ γόμφοι, *his lingua, at illis sunt molares inuicem*: & iltis quos describit psalmus, vtraque adfuerunt: quemadmodum constringendos iis antea dixi dentes, ita linguas hebetandas aio, & præcidendas [x]:

ἀλλ᾽ ἄγε τῶνδε γλώσσας.

Sed age scindere linguas:

Vt scilicet penitus conticescant. Tandem omnino verum, quod *multi ceciderunt in ore gladij, sed non sic qui interierunt per linguam suam* [y]. nam retinendo pronomen *suam*, quod Græcè non extat, non alios tantum sed sibimetipsis plurima creat mala lingua maledica.

Vers. 6.] Exaltare super cælos Deus, & in omnem terram gloria tua.

ORat aduersus dentes linguasque perniciosas, vt quemadmodum se percepisse opem Dei antea commemorauit; sic eiusdem tantæ beneficentiæ in ea re sibi exhibitæ habeant adhuc ceteri claram notitiam, agnoscaturque ac prædicetur Deus ab omnibus cæli & terræ Rex vtique satis ac potens, præsertim quia liberet innocentes ab his qui illos opprimunt. vel, non tam oratio petitiove est, quàm gratulatio & lætum votum quo Dei celebrat magnitudinem, optans vna secum id fieri ab omnibus in cælo & in terra: & haberi superiorem quotquot sunt & ibi & hîc, nempe, vt expressit Paraphrastes, super Angelos cælorum, & super habitatores terræ; Vel, exaltationem precatur super cælos, vt sic innotescat gloria in terra, id est, orat ne videatur quodammodo Deus deficere, sed *euigilet ad dissipandos inimicos* [z] *& exaltetur in eorum fuga* [a], exerendo veluti vires, & manum ac brachium extendendo [b], & quasi quadrigam suam incendendo, & tanquam arma corripiendo, quibus retundat hostium arma, sagittasque, *apprehendendo arma & scutum, et exurgat in adiutorium* [c].

Augustinus & plures de Latinis, & apud Euthymium Græci aliqui, cùm priora verba versûs Christo attribuant, volunt deinceps loqui prophetâ, qui cum viderit in Spiritu omnem positionem illius, elevatus gaudio exclamat, de affectione loquens Christi: *Homo in cruce* & super cælos Deus; remanent in terra sæuientes, tu in cælo esto iudicans: Vbi sunt qui furebant? Vbi sunt dentes eorum, arma & sagittæ? nonne *sagitta infantium factæ sunt plagæ* [d] *eorum?* subdit Augustinus & de Christi gloria super omnem terram, quæ non credatur tantùm sed videatur: quamuis nec à partem solam tenentibus hæreticis, qui Catholicam non possunt non videre Ecclesiam, id minimè credatur. Eodem sensu tractat locum idem Doctor [e] epistola vna fere tota, & cum dilleit de vnitate Ecclesiæ [f]: *Ecce habes, Christum*, inquit loco vltimo, in passione dormisse, & resurrectione super cælos ascendisse, & vnde gloria eius super omnem terram, nisi quia Ecclesia eius per omnem terra? In his duabus sententiis breuissimis, vos hæretici totum quod inter nos agitur interrogo: *Exaltare super cælos Deus, & super omnem terram gloria tua*. Cum Dominum Christum exaltatum super cælos prædicatis, & eius gloriæ super omnem terram non communicatis? Hactenus Augustini ratiocinatio, æquè nostros concludens hæreticos. De ascensione item Christi Ioannes Cantacuzenus [g] istum accipit locum, & nitra positi versus vicinii, [*Deus vbique* ait est, & non est locus, vbi Deus non sit. Hoc igitur citra omnem controuersiam dicit de homine, quem Filius & Verbum Dei assumpsit; qui antea quidem non erat in cælo, sed in terra: nunc verò subuectus est, & exaltatus, & consedit à dextris Dei Patris, qui quidem in cælo est, super terram verò gloria eius; sic ille.] Bruno Carth. & Aiguanus Christum Patri loquentem faciunt, ac petentem vt exaltetur in se, efficiendo vt per suam ascensionem, cúmque ascenderit, habeatur Pater altus ac potens, interposita, ait Bruno Carth. oratione ex affectione nimia, priusquam illud exprimebat quod habebat in animo: posteaque subdit, *laqueum paraverunt*, &c.

Exaltare super cælos Deus.] Chaldaicè, vt antè monui, *super Angelos cælorum*, quod explicat Beda, super omnes ordines Angelicos. Haimo etiã, Bruno Carthusianus, & alij. Alij ex Hebræo רוּמָה *rumah, exaltate, attolle te*: scilicet videntur nimium elati inimici, supra cælos ipsos se efferre, ac illos digito tangere, Dei sedem adeuntes, & contra ipsum insurgere, putare illum iacere ac dormi

a Ps. 63. 8. Psal. 56. 5. Prou. 12. 18. Ps. 140. 4. Ps. 63. 8. Ps. 56. 5. Christo tribuitur in ore suo gladius. Lingua viri sancti spiritu gratiæ plena. Petrus Ier de Sanguine Christi. Lingua maledica & hypocrita peremit animam sui proximi. Trifaria maledici lingua.

b Apoc. 1. 16. & 2. 16. & 19. 15. c Iob 5. 21. Eccl. 26. 7. d Eccl. 28. 21. e Ps. 63. f Eccle. 8. 13. g Ierem. 9. 3. h Ierem. 9. 8. i Ps. 18. Eccl. 28. 17. Libidinosi in psal. 9. 4. nihil sequius. k Sermone de trip. custod. mentis, linguæ, cordis.

l 1 Tim. 1. 13.

m Ps. 139. 4. ad Heb. 4. 12. n De lingua serpentis. o Arist. Physiognom. p Hieronymus ad Hermodorum. γλωσσάκανθαι.

q Horat. Od. 11.

r Ecclus. 28. 22.

Sensus loci.

s Ps. 63. 8. t Ps. 56. 5. u Hes. Odyss. x Ps. 56. 5. y Eccl. 28. 22.

a Ps. 63. 7. b Psal. 89. c Ps. 43. 26. d Ps. 63. 8. e Epist. 57. f Epist. 137. g c. 7. Sententiæ duæ impiæ & contra scripturas. Aug. Bruno Carth. & Aiguanus.

dormire humanaque res non curare. Ita gloriæ Dei iactura fit, apudque mortales probris exponitur. Atqui in psalmo 45 [a] de sua tollitus gloria Deus ait, *Vacate & videte quoniam ego sum Deus, exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra.* Multis modis exaltari Spiritum obseruat Hugo, à terra per crucem [b], per resurrectionem à sepulchro & inferno [c], rursum à terra per ascensionem [d], apud homines & in eorum cordibus per prædicationem [e], in iudicio per sententiæ pronunciationem [f]. Ponit præterea tres modos quibus exaltetur Deus: per famam [g], per intelligentiam [h], per potentiæ manifestationem [i]. conueniunt eadem quoque Christo. Subiungit optare Ecclesiam, vt exaltetur Christus, *vt quæratur facies eius semper* [k], vt vehementiùs desideretur *ardens* [l] *spes*, & nemo se arbitretur *comprehendisse* [m], vt habeat fides maius meritum [n]: vt deliciæ contemplationis non impediant curam subditorum, sed surgant, ac properet ad hos illi qui præsunt [o], & qui sunt in monte, descendant [p]. *Communicantur humiliantibus se exaltatio* [q]; & *sapientia humiliatis exaltabit caput eius* [r], maximè si super terram gloriam in omnibus det Deo, quod hîc nunc subditur.

Et in omnem terram gloria tua.] Codices Complutenses ac Regij, & Ruffinus, Dionysius Carth. *& in omni terra.* Hieronymus eodem pacto, sed absque coniunctione, quæ etiam non extat Hebraice. Alia psalteria, Hilarius, Augustinus, Cassiodorus, Hieronymus in commentario, Hugo, Remigius, Beda, Glossa, & alij, *super omnem terram.* Sed nostram lectionem retinent Bruno Carthus. & Haimo: licet autem præpositio עַל *hhal* significet *super*, & Græcè sit, ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, sensus idem est, nempe gloriam Christi toto terrarum orbe propagandam, vt habetur psalmo 18 [s]. & Christus ipse præcepit [t], & Esaias [u] prædixit, *In doctrina glorificate Deum, in insulis maris; a finibus terræ audiuimus laudes, gloriam iusti.*

Vers. 7.] Laqueum parauerunt pedibus meis, & incuruauerunt animam meam.

Foderunt ante faciem meam foueam, & inciderunt in eam.

REdit post insertum priore versu sermonem ad Deum vel Christum (id intelligatur fecisse allegorico sensu siue secundum literalem) Dauid ad Deum, de suis cum eo agens calamitatibus, redit inquam, quisquis ille dicatur esse, ad suas recensendas vti priùs fecerat calamitates. Ait tensos sibi laqueos insidiarũ ab hostibus, & conatos illos captum deprimere ac in mortem rapere, vt venatores captam laqueo feram, incuruant, deprimunt, trahunt. Sed & animum ipsum propter graues molestias mœrore quodã ac veluti desperatione deiecisse ac depressisse, vel corpus vitámque vexauisse tot persecutionibus, & obsidionibus, vt non liceret naturæ etiam necessitatibus satisfacere. Cæterùm nihil ea ratione hactenus hostes profecisse, nec parando exitio occultè ad modum tectæ foueæ; cùm potiùs certò didicerit à Deo paratam ipsosmet perniciem subituros, non secus ac venator nimis interdum capiendæ prædæ inhians, incidit incautus in foueam, quam feræ effoderat. Saul cum in spelunca occidi potuit à Dauide, profectò censeri potest incidisse in foueam, vt annotant Euthymius atque Nicephorus: sed multo magis cùm tandem periit. Quod quia tanquam factum præuidet Dauid, explicat per præteritum tẽpus, vt sæpè alias idem ac alij faciunt prophetæ, vt nihil sit cur colligat Agellius ex præterito tempore, iam occiso Saule psalmum illum compositum, esto tunc compositus sit; at non ea de causa id affirmandum. Et potuit post mortem Saulis psalmos Dauid componere qui referrent res gestas ante illam, cuiusmodi esse quæ psalmo isto scribuntur, titulus indicat.

Christo Iudæi laqueos parauerunt adducta adultera [a], oblato denario [b], quærendo in resurrectione cuius de septẽ viris futura vxor esset [c], aliisque multis modis, *incurauerunt animam* iniuriis, calumniis, criminationibus, flagellis, tormentis, vt pertraherent in suam sententiam: *foderunt foueam*, vt hac ipsa formula Ieremias [d] loquitur de eodem sub persona sua; sed adduxit, vt idem vaticinatur [e], *latronem* Christus *repentè*, nimirum Romanos, à quibus in foueam interitus præcipitati sunt, & in id quod maximè metuere se causabantur, consultantes de danda Christo morte [f], incurrerunt.

Laqueum parauerunt pedibus meis.] Hieronymus, *rete*: Augustinus, *muscipulam*, psalterium Romanum, Hilarius, Cassiodorus, Arnobius, *laqueos*, in quo etiam numero multitudinis extat in emendatis bibliis Græcis παγίδας, eundémq; Græci sequuntur in Commentariis, & in paraphrasi Apollinarius, ponens σίκλους synonymam priori vocem. Hebræum tamen vocabulum רֶשֶׁת *reseth* est singulare, & multi Codices Græci habent παγίδα. Sed nihil ad sensum refert. Familiaris vati nostro comparatio hæc tum in præcedentibus, tum in sequentibus psalmis, nec hic opus pluribus.

Non spernenda tropologia Hugonis de laqueo superbiæ [g], de incuruatione auaritiæ [h], de fouea luxuriæ [i]; quæ sunt capitalia tria mala, quorum Ioannes [k] meminit, & sub nomine *formidinis, foueæ, laquei*: Esaias [l] & Sapiens [m], dicens, omnem *creaturam factam in odium sensationem, muscipulam insipientium.*

Et incurauerunt animam meam.] Addita est coniunctio, &. Verbum autem Hebræum כָּפַף *chaphaph* numeri singularis innuit præcipuum inter hostes, nempe Saulem, qui sit conatus deprimere ac prosternere Dauidis animam, id est, vel Dauidem totum, sumpta, vt solet, anima pro toto: vel quia, vt priùs dixi, curis & angoribus mentem afficiebat persequendo: vel, si sumatur vita pro parte vegetante, in eas illum angustias ac vitæ necessitates redigebat, vt ipso quasi corpore debilitato, inclinato, incuruato, ruente, videretur incedere: quod 68 [n]. psalmo est, *operuit in ieiunio animam meam*, σωϊκάλυψα & ex Hebræo redditur, *fleui* אֶבְכֶּה *euchah*, legitur in emendatis Græcis bibliis σωϊκαμψα, *incuruaui*, eodémque pacto in psalterio Æthiopico: in Arabico autem, *humiliaui*: & explicat Theodoretus per ἀνιάσαι καὶ νηστείᾳ καλαπόνεῖν τὸ σῶμα, *discruciari & ieiunio macerare corpus*: Apollinarius, νηστείαις καμάτοισι καταχλᾶν θυμὸν: *ieiunij laboribus infringere animum.* Idem valet quod psalmo 34 [o]. dicitur: *Humiliabam in ieiunio animam meam*, id est, affligebam; & quod in 37 [p]. *Miser factus sum & curuatus sum nimis*,

---

a vers. 12.

Multis modis exaltatum Christum.
b Ioan. 3. 14. c. 12. 32.
c Philip. 2. 10. Eccl. 1. 11.
d psal. 8. 19.
Tres modi quibus exaltetur Deus.
e psal. 45. 11.
f Esa. 5. 2. 7.
g Esa. 2. 3.
h psal. 67. 8.
Visio Ecclesiæ.
i psal. 20. 14.
k psal. 104. 4.
l prou. 13. 12.
m phil. 3. 13.
n Ioan. 16. 7.

o Cap. 2. 10.
p Exo. 32. 7.
q Luc. 14. 11.
r Eccl. 11. 1.

s vers. 5.
t Mar. vlt. 18. Mar. vlt. 15. Act. 1.
u cap. 24. 15. 16.

Textus loci.

in finem, id est minis : primumque aliꝗ reddunt *recentium*, secundùm *mentitum*, & quem Baruch [a] vocat *animam iustam, quæ sitiens clamat, & suspirat, exigit ejulatu cum oculis deficientibus.* Petunt præterea verbum חפץ *capiam* accipi neutraliter, ut inclinabitur, & magis cum שפך *effundam*, vt alias aliquando contigit, masculinum verbum, cum nomine fœminino, aut id nomen accipiendo, vt Samson nonnunquam in genere masculino, & erit sensus ; Inclinata est anima mea ; vbi latere etiam cœlesti potest ex ambus similitudo prius in loquio indicata, quæ cum sibi tument, alios expãdere non audent, sed clamant, invicemque distingiut. Tandem *incurvare animam* homines dicuntur alienus, qui cum sibi subierunt, ac veluti sternunt, vt conculcare valeant ; vel tanquam equum inscendere. Hoc sibi vult Psalmus [b], inducens ita loquentes tetros hostes ; qui *dixerunt animæ ejus : incurvare & transibimus.* Addit vero, *& posuisti sicut terram dorsum tuum, & quasi plateam transeuntibus* eum postea erigit spem Propheta [c], *consurge, consurge, induere fortitudine tua Sion.* Hucusque refert Hieronymus mulierem cœcam ex Euangelio Lucæ [d], quam Satanam alibi gentile Christus dixit.

Foderunt ante faciem meam foueam, & inciderunt in eam.] Pro *in eam*, Hebraice, *in medio eius* בתוכה *bethocah.* de phiasi dictum psalmo 7 [e]. *Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam quam fecit.* Non puto vim faciendam cum Hugone, nihil moraliter agendo, vel quòd non exprimatur nomen parantium laqueum, incurvantium animam, fodientium foueam, quasi nomine indignos esse indicetur. vel quòd *ante faciem* facta dicatur fossa, quia deprehendi facile possit ; *frustraque saginatur rete ante oculos pennatorum* [f], quia *oculus deprædatur animam* [g], sicut Dauidis cementus Bethlabeam [h] : quia quibusdam foueam fodit diabolus retro, vt apostatis, ac tepescentibus. qui cadunt retro, conterruntur, illaqueantur [i], sicut accidit Heli Pontifici [k]. Est hic in fine סלה & διάψαλμα.

Vers. 8.] Paratum cor meum Deus, paratum cor meum : cantabo & psalmum dicam.

AD hostium fraudes variosque persequendi se modos Deo ipsi affirmat parato sêper ac intrepido animo fore, imo etia pacato & læto, vt cantandi atque psallendi voluntatem non abiceret, sed renouaret potius argeretque, vt suo in tempore festinè faceret, liberatus, prout certò confidebat, ab hostibus : & quemadmodum adhuc non semel expertus fuerat præsentem in tot ac tantis rebus adiutis Dei opem, ita sibi affuturam in posterum minimè dubitans. Votum censeri potest Christi, per allegoriam, postquam resurrexit, gratias agendi Patri, & nomen eius celebrandi tum immediate, tum opera discipulorum. Tropologice, vir iustus in medijs tribulationibus bis parato corde est, vt & ore diuinas canat laudes, & quadam quasi harmonia operum pulsatione placens tibi & glorians in illis [l], & *in infirmitatibus* [m], *Bonorum patientia*, inquit Augustinus, præparatione cordis excipit voluntatem Dei, & gloriatur in tribulationibus. Imitantur Augustinum cæteri.

Sed eleganter piéque præ ceteris Bernardus [n],

A vt offendat, & toto & simul lesso corde cõuertimus ad Deum debere, præmonuit Dauid *firmatum cor Dei* [a] esse, hic cum Psalmist verbis hæc loquentem facit : *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum*, paratum ad aduersa, paratum ad prospera, paratum ad humilia, paratum ad sublimia : paratum ad vniuersa quæ præceperis. vis patiorem ouium facere? vis constituere Regem populorum? *paratum cor meum Deus, paratum cor meum.* Docet præterea [b] facile reperiri, semel paratum ad efficiendam *anoliæ & fimum eius*, hoc est, opera carnis; non autem qui sit etiam paratus immolare *filium quem diligit* [c], vt fraternæ vtilitatis, aut vnitatis gratia, spiritualis sustinere videatur studij detrimenta. An etiam [d] bis paratum esse oportere ad laborem & dolorem, quos Deus cõsiderat [e], hunc in passionibus, illum in actionibus ; vt sis *in flagella paratus* ; & sit *dolor in conspectu tuo semper* [f], cum velis nolis sine labore aliquo doloreque viuere non possis. postremò [g] hãc oppellat veræ conuersionis formam exemplo Saulis dicentis [h] : *Quasi me vir fecerit*, hoc esse *paratum esse, & non turbatum vt custodiat quæ mandata Dei* [i] : Samuelem ita paratum fuisse, cùm diceret, *loquere Domine, quia audit seruus tuus.* Hugo *paratum* bis asserit ad præcepta & consilia: vt remoueatur omnis immunditia & virtutum addantur ornamenta.

C *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum.*] Symmachus, pro ἕτοιμον, dixit, *ἑδραῖόν ἐστι ἡ καρδία μου, stabile cor meum* : valet id quoque כוֹן *nachon* seu *firmum* & *confirmatum.* Referri potest hæc præparatio tanta, tam rata deliberatio, adeo certum voluntatis propositum, alacritas, promptitudo, dispositio, meditata voluntas, tum ad cantũ & psalmo celebrandas laudes Dei, quod sequentia exprimunt verba, idque inter ipsas tribulationes, quia sint à Deo, & certus sit de liberatione: tum ad omnia quæ priùs dixi : *paratum cor eius sperare in Domino*, cant. de iusto Dauid [m] ; *confirmatum est cor eius : non commouebitur donec despiciat inimicos suos*; sed Hebraicè non est, *sperare in Domino*, & ponitur participium סמוך *samuch, firmatum.* Symmachus pro ἕτοιμον vsurpat etiam ἑδραῖα, & addit, ἀσκεμμένη ἐν Κυρίῳ, *expers foliscauidus in Domino.* Sæpe *parandi* vel præparandi verbum ἑτοιμάζειν & כון *chun* vsurpantur pro eo quod est firmare atque stabilire, vt psalmo 23 [n]. vidimus. Paraphrastes interpretatur præparationem ad legem, atque in Dei timore. Est porro egregia cum antithesi paronomasia inter hunc & præcedentem versum. ibi erat, *laqueum parauerunt* חכינו *hechinu, struxerunt, pedibus meis* : hic autem, *paratum cor meum* לבי נכון *nachon libbi* : ἑτοίμη ἡ καρδία μου. pedibus cor opponitur, laqueis præparatio cordis, & quidem gemina; parantibus laqueos Deus: meritò, & dolori quem laqueorum gignere timori poterat, cantus & psalmodia. *Ide parauit* foueam ad decipiendum, ait Augustinus, *ego non* parabo cor ad perpetiendum ille parauit foueam ad opprimendum, ego cor non parabo ad tolerandum? *Homuncio est* etiam præparare seipsum, & *animam suam* [o] *erigi* [p] ad *opus* [q], ad orationem, *ad tentationem* [r] : sed absque gratia Dei præuenientе & adiuuante non potest id fieri : nam ipse est qui *præparat vasa misericordiæ in gloriam* [s], & *nos in operibus bonis, vt in viis ambulemus* [t], & *Ierusalem*, id est, ipsa Ecclesia, *noua descendat ac cælo parata a Deo ipso* [u]. Vt respondeamus gratiæ præparanti, iubemur *parare viam Domini* [x], vt para-

[a] cap. 2. 18.
[b] serm. 51. vic. & 52.
[c] cap. 52. 1.
[d] cap. 13. 16.
[e] vers. 16.
[f] prou. 1. 17. [g] Thren. 3. 51. [h] 2. Reg. 11. 3. [i] Isa. 28. 13.
[k] 1. Reg. 4. 18.
[l] 1. Reg. 18. 7.
[m] 2. Cor. 12. 9.
[n] de quadrag.
[a] firmatum est cor eius : non commouebitur donec.
[b] 1. Reg. 13. 14.
[c] serm. 43. de patien.
[d] Gen. 22. 10.
[e] cap. 22. 2.
[f] serm. de obed. panem. & sapient.
[g] psal. 9. 33.
[h] psal. 50. 18. hinc in de cõuers. Pauli sexta conuersionis forma.
[i] act. 9. 6
[k] psal. 59.
[l] 1. Reg. 3. 9.
[m] psal. 111. 8.
[n] vers. 2.
Egregia paronomasia.
[o] prou. 16. 1.
[p] eccl. 1. 13.
[q] prou. 24. 27. eccl. 2. 1.
[r] 1. Cor. 9. 23.
[s] Ephes. 2. 10.
[t] Rom. 13. 13.
[u] Apoc. 21. 2.
[x] Isa. 40. 3.

Scripsit. Iacr.

Allegoria.

Tropologice vir iustus in medijs tribulationibus bis parato corde.

tum

a psal. 111. 7.
b psal. 111. 10.
c Amos. 4. 12.
d Matth. 25.
e Luc. 12. 47.
f Ibid. vers. 20.
g prou. 3. 18. Matth. 24. 44. Luc. 12. 40.
h Luc. 1. 37. 75.
k psal. 64. 10. psal. 80. 11.
l psal. 145. 8.
m psal. 103. 2. n psal. 64. 7.
o Matt. 25. 34.
p Ibid. 41.
q Hebr. 1. 9.

tum cor sit sperare in Domino [a], nec *noluerit in ea-dem ciuitate manentis ipsius* [b], sed sit *præparatum in cœur suum Dei sui* [c]: quia *fatue parate virgines intrant cum sponso ad nuptias* [d]: *seruus autem qui cognouerit uoluntatem Domini sui, & non præparauerit, & non fecerit secundum uoluntatem eius, vapulabit multis* [e]. Quæcunque alia externa bona parauerit, *cuius erunt* [f]? Certè non tua; quoniam *cum interieris, non sumes omnia* [g], id est nihil. Ideo, ait Christus [h]: *Estote parati*: obediamus iis quos ille misit *parare viam, & plebem perfectam* [i], *paranti ipse in dulcedine pauperibus suis* [k] *cibum, pluuiam* [l], *terram* [m] *montes* [n], *regnum* [o]; sed & *ignem æternum* imparatis [p] diaboliq; sectatoribus. *Optimum est gratia stabilire cor* [q].

A

Cantabo & psalmum dicam.] Hieronymus, & *psallam*, idem lego apud Augustinum. In psalterio Romano & Gallicano præter Cassiodorum, Remigium & Arnobium, & *psalmum, dicam Domino*; vel, *Deo*, Hilarius habet, & *psalmum dicam tibi*, Græcè in Bibliis Complutensibus Regiis & aliis extat cum additione hoc modo, καὶ ψαλῶ ἐν τῷ δόξῃ μου, & *psalam in gloria mea*. Eandem lectionem sequitur Euthymius ac Nicephorus exponentes de dono prophetiæ, quo scilicet David tanquam re insigni gloriaretur. Expressit id etiam Apollinarius:

B

τῶδ' ἐμὸν ψάλτην σε ἐν ἀγκοίλοις ἀείσω:
Gloria mea (siue decus meum) canabit te & in psalmis canet.

Extant illa quoque verba in Arabico psalterio. Vsus est fortasse eadem lectione Nyssenus [r], sed interpretans, vocare Dauidem *gloriam suam* Deum ipsum. *Ipse*, inquit, *se paratum ait laudibus celebrare diuinam gloriam*, tum subait cum epiphonemate, quam beatus ille, ob tantam naturæ ingenitam felicitatem, cui cor ad decantandam diuinam gloriam præparatum est, recipiens intra se id quod capi nequit. In Theodoreti textu legitur, & *psalmum dicam gloria mea*, sed non exponit in Commentario istius versus; vt neque Basilius. Ex Latinis legit Ricciardus Pamporrianus, exponens *cantare* & *psallere* & *psalmum dicere* in *gloria mea* esse, in Iesu, in quo gloriari oportet.

C

Videri possunt verba hæc translata huc ex psalmo 107 [s]. cuius prima pars continet omnes versus istius psalmi qui deinceps sequuntur: Quemadmodum ex præsenti psalmo in illum [t] verba prima sequentis versus translata sunt: *exurge gloria mea*: quæ ibi non extant in Hebræo textu, nec in emendatis bibliis Græcis & Hieronymus [u] testis est nec apud vllum interpretum reperiri, &, quod dicebam, videri huc illuc translata.

D

De distincta notione *cantandi* & *psallendi* dictum alibi. Hugonis tropologia est, *paratum cor* pœnitentis esse per contritionem de commissis, & omissis: *Cantare* cum confitetur; *psalmum dicere*, quando satisfacit: quia psalmi pro satisfactione iniunguntur; inde conscientiæ bonæ testimonium sequi; & alia quæ de reliquis psalmi partibus ad idem accommodat. Valentia legem Euangelicam docet esse psalterium cum chordis decem quibus laudes canantur Deo: de mysterio Trinitatis, Incarnationis Christi, Natiuitatis, Baptismi & vitæ; Doctrinæ passionis, Resurrectionis; & Expoliationis Limbi, Ascensionis, Missionis Spiritus Sancti, qua Ecclesia ornata & perfecta est; Iurisdictionis vniuersalis qua nunc iudicat Christus occulte (aperte quoque per ministros) in iudicio manifestè.

E

Vers. 9.] Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara: exurgam diluculo.

ABsque cunctatione se, id ad quod paratum cor suum dixerat, factum prouocat; excitans ac vrgens ipsum, conuertit per apostrophen oratione ad animam vel ad linguam suam, & ad instrumenta musica: vel, ipsamet instrumenta, aut etiam carmen propheticum, *gloriam suam* vocat: quod & sibi decori esset, & Dei per ea decus gloriamque celebrare soleret. Vt autem in promptu hæc esse doceat, per prosopopœiam inducit illa eadem, quasi respondeant, se diluculo, id est quamprimum obeditura. Declarant hæ dicendi formulæ suauissimæ gaudium quoddam animi gestientis inenarrabile, ac exilientis ad laudes Dei celebrandum, postquam Dauid egressus erat de spelunca defunctus maximo periculo, & Saulis quem in potestate habuerat, iram placauerat.

Memini Valentia figmenti Iudæorum, psalterium Dauidis citharamque iuxta pulpitum lectiue caput suspensam fuisse: mane autem ante diluculum ex aquilonari parte ventum intrasse, qui chordas pulsaret, eoque sono Dauidem excitaret, qui tunc inflatus diuino spiritu cœperet psalmos: solitum verò priusquam obdormiscere, verba hæc vsurpare, *Exurge gloria mea*, &c. quasi alloqueretur Spiritum Sanctum & psalterium citharamque.

Mystice accommodantur ista suauiùs Christo. Is in speluncam Engaddi, quod nomen interpretatur Origenes [a], *oculum tentationis*, hoc est, in hanc vitam quæ *tentatio* [b] *est*, ac in qua nihil nisi tentatio cernitur, cùm descendisset, congressus cum tentatore diabolo eiusque satellitibus, dolebat etiam in sepulchro. Ibi tibiarum relatrectionis auctor, suum veluti alloquens corpus, exclamauit, vocans id *gloriam suam* in oculis Dei, quod stulto hominum iudicio habitũ fuerat organum ignominiæ, & vt *in gloria exurgat* præcipiens, appellans quoque *psalterium* & *citharam* (id est, instrumentum ad peragendas mirabilia, quibus diuinam naturam, & ad perpetuendos dolores, quibus humanam, tanquam organi musici pulsu desuper facto, & alterius ex inferiore, parte (psalterium [c] primo, secundo modo citharam pulsatur, vt alias dictum) declararet. tum vero respondere fingitur seu corpus, seu pro hoc & anima Christus, diluculo futuram resurrectionem: quo etiam tempore factam indicant Euangelistæ; atque abituras tum tenebras passionis propriæ, tum veteris vmbras legis: tum noctem & caliginem ignorantiæ, idololatriæ, peccati, &c. Nec vetat hic loquentem Dauidem facere Christo, non tam attendentem aut curantem cadiuum illud regnũ, de quo Saul cum illo contendebat, quam spirituale ac æternum nasciturum ex lumbis suis Christi. quasi diceret, ô tu regum Rex tibi mi, tu *ô præsidiũ* [d] *& dulce decus meum*, atque vnica & immortalis gloria mea: tu in quo *laus* omnis *mea* [e] & *cantatio* [f]: quem carmina mea canunt vnum; pulsantque musica instrumenta, tu, inquam, exurge aliquando tandem homo factus, vt misereatis Sion, quia *venit tempus miserendi eius* [g]. veni & iam noli tardare: cumque veneris, & gloriosam illam animam tuam, post tot tormenta pro nobis obita, de corpore detraxeris, cuius quot vulnera, tot aptissimæ suauissimæq; veluti pulsatæ, chordæ

a Tract. in psal. corp. 4.

Vox Euangelica psalterium chordis decem.

a hom. 21. in Num.
b Iob 7. 1.

c In præfatione nr.

d Hor. Od. 1.

e psal. 117. 14. f psal. 90. 6.

g psal. 101. 14.

noxcidem illam redde, & resurge: tam iustæ petitioni, ac propter miseriam inopum, & gemitum pauperum, quorum Dauid nomine suum secundum carnem filium contendit adeo supplici prece, respondet benignissime Filius, nunc exurgam [a], *exurgam diluculo.* Eruitur sensus iste mysticus ex Augustino, aliisque Latinis.

Ricardus verò Pampolitanus exponit per tropologiam petere quemlibet iustum à Iesu qui gloria nostra est, nec non propter testimonium conscientiæ, vt exurgat, faciens vt surgamus ipsi ad impassibilitatem: interim vt *exurgat Psalterium*, hoc est, vt desiderium habeamus rerum cælestium cum bonis operibus: & *cithara*, vt contemnamus terrena.

Exurge gloria mea.] *Exurgere*, ἐξεγερθῆναι עור *hhur*, indicant iacentem, aut dormientem, ac proinde ad resurrectionem Christi possunt pertinere: *gloria* δόξα כבוד *chauod*, illa omnia quæ prius potui, Deum ipsum siue Christum, animam, corpus, linguam, canendi ac pulsandi, & carmina prophetice scribendi munus. Vltimum Græcis arridet, vt etiam præmonui. Quam Psalmo 15. Latinè *linguam*, Græcè γλῶσσαν legimus, Hebraicè est כבוד *chauod*, *gloria*. *Propter hoc lætatum est cor meum & exultauit lingua mea.* Satis congrueret hæc acceptio verbo *cantandi*, sicut & *Psalterium* atque *cithara*, verbo *psallendi*, seu *Psalmum dicendi*, quæ sunt in præcedente versu. *In lingua* scribit Iacobus [c], *nos benedicere Deum & Patrem*: & Nazianzenus [d] ait γενέσθ γλῶσσαν πλῆκτρον θείας μελῳδίας, *linguam fieri plectrum Diuinæ melodiæ*, ἐξεγειρομένην τῇ δόξῃ, *excitatam à gloria.*

Quid si *gloriam* pro arca testamenti sumamus, vt alibi sumi vidimus, & *exurgendi* verbo votum suum Dauid insinuet, excitandi locum commodiorem eidem arcæ, cùm post pericula tanta, ei heuerit, & promissum sibi regnum inierit? Nam quoties Arca in deserto efferebatur & eleuabatur, dicere solebat Moses, [e] *Surge Domine*, &c. & noster Propheta in alio eamt Psalmo: [f] *Surge Domine in requiem tuam, tu & Arca sanctificationis tuæ*: & idem cùm postea adduxit arcam in Ciuitatem suam, cum gaudio saltauit totis viribus, adhibens septem choros, iubilum, clangorem buccinæ, [g] priùs etiam citharas, lyras, tympana, sistra, cymbala, omnia ligna fabrefacta [h] videlicet instrumenta: & Michol aduersus eum quem *despexerat in corde suo*, [i] falsa quadam paronomasia ad arcæ nomen כבוד *chauod* vsa est: [k] *quam gloriosus fuit hodie rex Israel*, מחנכבד *machnicabhad.*

Nec displicet mihi Treuetus, *gloriam* poni pro lætitia & iucunditate. Dauidem verò nunc loqui ad similitudinem eius qui diu intermissa illa, propter aliquam aduersitatem, redeuntibus prosperis, amdé resumit, & organa lætitiæ, quæ etiam præ vehementia gaudij alloquatur: dicátque, [postquam cessauerat gaudium tympanorum, quieuerat tonitus lætantium, conticuerat dulcedo citharæ [l].] redit lætitia mea: veni (quod sequentia continet verba) psalterium & cithara: quæ iubebaris dormire; fac mihi lætitiam: ego quasi blato iam instrumentorum illorum obsequio surgam diluculo; pulsabo organa, totúsque hiaris festiue celebrabo palmque liberatoris mei Dei laudes. Hieronymus hoc loco & in Esaiam [m] vult ista verba esse patris ad Filium: & hunc illius gloriam esse; in quo ille gloriatur, vt scribit Isaias [n] verbis eiusdem; & refert Ioannes [o] oratione Christum, *Pater glorifica nomen tuum: Glorificaui & glorificabo* [p].

Exurge psalterium & cithara.] Dixi de his instrumentis alibi, aliæ sunt etiam tropologiæ præter allatas. Nam Hieronymus *psalterio* virtutes, fidem, spem, caritatem, longanimitatem, bonitatem, & alia his similia: *cithara*, ex opera misericordiæ designari vult quæ numerantur apud Matthæum [b], quibus addi potest sepultura: vel per *psalterium* gratiarum actionem pro tribulationibus quod de supernis est: per *citharam* tribulationes ipsas, quas in corpore sustinemus. Nyssenus [c] ait his instrumentis duplicem denotari partem hominis, quæ videtur, quæque non videtur, & harmoniam atque concentum inter illas ad efferendum diuinas laudes. Conuenit Christo quod Ieremias [d] ait; *ego sum psalmus eorum*, id est, materia risus, dicterij, cantilenæ, *versus in eorum Canticum, factus eis in proverbium.* [e] ita vt *in me psallerent qui bibebant vinum* [f], *Psalterium* Paulus Iurisconsultus [g] vocat quod vulgo dicitur Canticum in alterius infamiam compositum. *venter* quoque & corpus Christi totum dici potest *quasi citharæ sonasse* [h], quando distentus est in Cruce Christus, non absque ossium strepitu ac fragore; *cor* item eius *quasi tibia resonasse sonitúmque dedisse* [i] quando *cum clamore valido & lacrymis* [k], expirauit in Cruce.

Cetertùm figura fictionis, aut prosopopœia qua dirigitur sermo ad res inanimatas reperitur aliis in scripturæ locis non semel: vt Elias Cretésis [l] annotauit: cuiusmodi ea in Cantico [m] prouocatio; *surge aquilo*: vel, excitare & *veni Auster.* Scribit Macrobius [n] locum esse ad permouendum pathos accommodatum, in quo sermo dirigitur vel ad inanimata vel ad muta; eóque oratores frequenter vti. Alicubi cautum est legibus Ecclesiasticis vt quadragesimali tempore, aut certè quo peculiariter passionis Christi memoria celebratur, conticescant velutique dormiant & sepeliantur instrumenta musica lætiora cum festiuo haleluiah. Eodem Christo resurgente eadem excitari ac resurgere videntur.

Exurgam diluculo.] Hieronymus, *mane*, & alibi [o], *consurgam diluculo.* Hebræa vox שחר *schachar* est in titulo Psalmi 21. cui respondet epithetum Græcum ὑπόβλητος, & Latinum *matutina*, nempe susceptionis ἀντιλήψεως, aut *cerua* iuxta Hebræum nomen אילת *aveleth.* *Diluculo* aut *mane* quidpiam fieri, significat citò, statim, quamprimum, vt Psalmo 5. demonstrauimus. quare posset sensus esse, exurgam, seu euigilabo, vel suscitabo meipsum ad cantandum & psallendum; vtendúmque iam excitatis quodammodo musicis instrumentis: vel excitabo hæc ipsa instrumenta: vel simul expergiscar ac euigilabo quotidie mane, & in aurora dicam instrumentis vt confestim excitent sese; vel quod dicebat se iis dicere, ait, hoc facere velle, quoties de mane surget, vt si prima cogitatio curaque DEVM laudare cantu & organo musico, de luce vigilare ad eum, in matutinis meditari in eo, &c. qua de re dixi eodem illo Psalmo 5. ostendens quàm sit aptum tempus illud religioso isti muneri. Chaldæus paraphrastes totam sententiam sic reddit, *expergiscere gloria mea, expergiscere vt laudes ore psalterij & citharæ expergiscar ad orationem matutinam.*

Addit Nyssenus [q] tropologiam, quòd istis qui opera tenebrarum non abiicient, gloria DEI non exsuscitatur. Dionysius Carthusianus, vt

omnis

[a] 2 Pro.10.1.
Tropologia.
[b] c.25.42.& sequentibus.
[c] Tractat.2.in Psal.c.14.
[d] Thre 3.63.
Psalterium quid sit Paulo iurisconsulto.
Venter Christi quasi cithara sonasse vt dici potest.
[e] Iob 10.9.
[f] Psal.68 13.
[g] Lib.5.sententie.4.
[h] Esai.16.11.
[i] Iere.48.36.
[k] Hebr 5.7.
[l] In oratt.7. Nazianzeni cõtra Iulianũ.
[m] c.4.16.
[n] Lib.4.ca.8.
Quadragesimali tempore instrumenta musica prohibita apud nonnullas Ecclesias.
[o] In c.6.Osee.
Diluculo, aut mane quidpiã fieri, pro, cito, statim.
[p] vers.4. Sensus loci.
Matutinũ tempus aptum religioso muneri.
[q] Tract.2.in Psal.c.14. Tropologia. Opera tenebrarum non abiicientibus, gloria Dei non exsuscitatur.

omnis gloria eo rediret in Deum dicentes [a], *vt in vobis lætitia atque exultatio* [b], vt omnis gratia de mundique à Deo acceptum in actum, *quem* [illustrat] Christus [c] habuit ille *in populis gratiarum* Dei.

Quod attinet ad Christum, indicat verbum *exurgam*, quam habuerit hæc resurrectionis auctorem futurum, iuxta illud quod citat Ambrosius [d] ex Genesi [e], *quis suscitauerit eum* [non vtique alter, sed] quia ipse se suscitauit. Probat et illud ex verbis Christi [f], de reædificando templo *triduo*. Ita nostrum *diluculo* erit resurrectionem discretio futuram prædici, hinc inferunt præter enarratores etiam Rabbini, quos Galatinus [g] citat, simul cum expositione tituli Psalmi 21. *de cerua matutina* hinc *Aurora*, ad istum propositum ex verbis Psalmi 118.[h] *media nocte surgo* (pro turgebam) *ad confitendum tibi*. Eodem potest referri Oleas [i] cum ait, *Quasi mane diluculum præparatus est egressus eius*, nempe de sepulchro. Vnde et olim *matutinum* erat omnes, & *in ea hora sistebantur* [k], videlicet suamet resurrectionem. Tunc hymnus tempore Paschali. *Aurora lucis rutilat*, &c. *Cum Rex mortis fortissimus*, &c. lege Commentatores in Euangelia, præcipuè Ammonium in Lucæ vltim. Cyrillum in Ioannē [l], Hieronymi in cap. vltim. Marci: præterea eundem ad Hedibiā [m], & Augustin. [n] Addunt apud Rabbinī quòd numquam aurora venit super Messiam, ita vt inuenerit eum dormientem. Certe *pernoctabat in Oratione Dei* [o], & *diluculo valde surgens abibat in locum vt ibi oraret* [p]. Verum præterea illud loci verbum, *Excitabo auroram*, quasi hæc, alioqui tam cita veloxque, tardior & segnior esset, ac eam Christus præuenire vellet: quod re ipsa factum vult Chrysologus [q], vt sol, qui suo coruorieus autori ipsam meridianam tuam mortificauerat claritatem, consurgens eidem cunctis tenebris antehac nubis eripuerit. Decet & nos *præuenire in matutinitate* [r] *solem ipsum ad benedictionem Dei, & ad ortum lucis illius adorare* [s]. Iustus enim *cor suum tradit ad vigilandum diuersis ad Dominum qui fecit eum, & in conspectu Altissimi deprecabuntur* [t], quoniam ita: quòd *si quis diluculo consurgit ad Deum & Omnipotentem deprecatur, statim ad illum euigilabit, & peccatum reddet habitaculum ipsius* [u]. *Confunge, laudat in nocte, in præcipio vigiliarum, effunnat sicut aquam cor ante conspectum Domini* [x]: *desiderat anima tua in nocte, sed & spiritu suo in præcordiis suis de mane vigilat ad Deum*: pollicetur Sapientia seu Sapientiæ Auctor Deus, quòd *qui mane vigilans ad eum, inuenient eum* [y], & quòd *qui de luce vigilauerit ad eum non laborabit, quia assidentem foribus inueniet* [z]: & quòd *quasi aurelucanum illuminat omnibus* [a].

Quod legitur in Thren. [b], *nouis diluculo, magna est fides tua*, legunt alij, *noua*, nempe miserationes tuæ, *diluculo*, seu quolibet mane, quas proxime ante dixerat Propheta *non defecisse* [c]; tum subdit: *Magna est fides tua*, id est, fiducia de te aut fidelitas tua in promissi. Deinius noster quem nobis ereptum dolentes nuper accepimus, de miserationibus locum in commentario intelligit: & nomen esse, *nous*, non verbum: Interpretem vero vsum adiectiuo eius generis cuius erat Hebraicum nomen חסד *chesadim*, id non raro alibi factum nos notauimus aliquando [d], itémque & veterum [e]. Obiicitur quidam, [f] hæc eadem quæ [g] dicuntur in Psalmo 135. [h], repetitaque semel plures cum Psalmi qui clausa eius est, ne cor lo mutatis, et primato id occasionis foret, inaccuratia, [i] in genitiuum mutatum, lucem pariter atque condolationis inferret iterum in terra, quando iam obitus nunc Patri veneret per incarnationem & Natiuitatem, vt quia videbatur sol diuinitatis in occasum cecidisse, coopertus terra humanitatis nubis. Diuinitatis quam luce demto dilucescere prædicendo, miracula edendo, vitæ exemplo exemplaria exponendo *gloriam, psalterium, citharam*, de Christo ipso qui fuerit, refert opinionem qua Dauid vnus fuerit de illis, quos Matthæus [k] resurrexisse scribit cum Christo, & hoc verbis his innui, *exurgam diluculo*. Quòd surrexerit Dauid sentit D. Augustinus [l], ponto alios ascendisse cum Christo in corpore: absolute autem Sophronius de assumptione Virginis ob testimonium Petri in actibus [m], & ita videtur Pinedæ [n] nostro, sed opinionem nostram aperuimus in commentario Actuum: nec hinc certè, nec inde illud sequitur.

Vers. 10.] Confitebor tibi in populis Domine, & Psalmum dicam tibi in Gentibus.

SVmptis iam in manus psalterio citharâque, quæ excitauerat; & gloria, hoc est, canendi peritia, velut oberta, confessionem ac laudationem Domini ut argumentum futurum carminis concentusque multicorum instrumentorum coram populis & gentibus. Facit se Dauid quodammodo exhibitiue, vt Basilius [o] Theodoretus loquitur, γνωρίζει ἑαυτὸν, & linguis horum vsurum, quasi chordis ad grati animi actionis hymnodiam. Videlicet canendi ac psallendi Dauidis erant psalmi per Ecclesiam totam. Et in tortassis præuidit ille, vt Cassiodorus, Euthymius, Lyranus notant.

Nomine verò *populorum* Iudæos aggregandos Ecclesiæ, idem Euthymius, Aiguanus, Rickelius, Haimo, Remigius, Franc. Carthusianus, Rusticus, Nyssenus [p] intelligentiper Gentes, eos quos propriè distinctéque Gentiles, Ethnicos nominauerunt. Hugo primam de prædicatione, secundam de operibus accipit, vt per vtrasque mysticè intelligamus celebrandum Deum a Christo tum immediate (quidam namque Gentiles interesse prædicationi eius [q]: & Centurio fidelis erat, cuius curauit puerum [r]) tum discipulorum opera, sed omnes populos gentésque. Mihi verisimile fit quod & Augustinus, Cassiodorus, Lyranus statuit, nec non Nyssenus, Basilius, Theodoretus, si sectemur mysticū sensum, *populos* ac *gentes* idem valere: & reuera Gentes per se solos denotare, licuit in alio Psalmo [s] quem Paulus [t] citat: *Laudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi, &c. Laudate omnes Gentes Dominum*, & *magnificate eum omnes populi*; nam ibi Apostolus [u] antithesim ponit inter circumcisionem promissionesque patrum, veteris numerum testamenti, & inter Gentes. quamquam aliis placet iungi eo Psalmo ex Pauli quoque mente vtrosque; ita vt Gentibus misericordia congruat, veritas Iudæis: quæ duæ res hic etiam sequenti versu exprimuntur, quia istis promissiones factæ præstandæ fuerunt, illis non erat huiusmodi debitum, sed maior ac liberalior quodammodo misericordia, gratiaque.

Sensu literali non ambigo de suis Iudæis tantùm intellexisse Dauidem, coram quibus publicè palam cuperet ab exilio & arumnis libet laudes Diuinas celebrare, non excludo tamen exteros, siqui forte, quod ibat aliquando, etiam tem-

gionis caput cōstitutum arcæ locum, postea templum, frequentarent. Perpendit Ruffinus *confiteri Deo, & Psalmum ei dicere* Dei Filium, & ex tanta iustitiæ actione *non quærere gloriam suam*, sed eius qui miserat eum [a]; vt non glorietur in se omnis caro, *sed qui gloriatur, in Domino glorietur* [b]. Dionysius monet vt in medio fratrum ac proximorum atque fidelium laudemus Deum, *& ex animo ore honorificemus* [c], & gratias agamus de aliorum conuersione, & alios ad Dei prædicationem incitemus.

Et Psalmum dicam tibi in Gentibus.] Deest Hebraice & Græcè coniunctio, omittitque Cassiodorus; Augustinus legit, *psallam*. Psalterium Gallicanum & idem Cassiodorus, *inter gentes*.

a Ioan 8.50. b 2. Corinth. 10. c cum 1 mutuam habeat

c Rom. 15 6.

Vers. 11.] Quoniam magnificata est vsque ad cœlos misericordia tua, & vsque ad nubes veritas tua.

Sensus hic.

HOc veluti confessionis ac psalmodiæ apud populos & gentes argumentum, diuinæ videlicet magnitudo tanta, & sublimitas misericordiæ, atque veritatis: id est, veracitatis fidelitatisve in præstandis promissis, aut etiam doctrinæ de rebus credendis agendisque, aut præterea iustitiæ, vt prior ad cœlos vsque pertingat, ad nubes posterior, neutráque comprehendi à nobis queat. Illæ duæ sunt quasi comites Dei terrarum orbi salutares, quas Deum priùs [d] misisse de cœlo dixit alibi affirmat omnia plena, támque late tulas, quam est latum ampliunique id spatiū quod à terris ad summū aërem interiacet, indéq; etiam postea vsque ad cœlos: adeo conspicuas, omnibus notas, vt summi, imi, docti, indocti, omnes demum aliquod in se illarum percipiant experimentum. Similima in [e] 35. Psalmo sententia: *Domine in cœlo misericordia tua & veritas tua vsque ad nubes; iustitia tua sicut montes Dei iudicia tua abyssus multa*, cœlorum & nubium eadem vtrobique nomina, & pro *nubibus* שחקים *sceehakim*.

Dei comites misericordia & veritas.

d vers. 4.

e vers. 6 7.

Cœlorum vocabulo pro superiori cœlo nubium, inferiora intelligunt.

Eorum refutatio qui cœlestia tribuunt naturæ, cœlestique a diuina gratia exinanit.

Caietanus *cœlorum* vocabulo superiores cœlos, nomine *nubium*, vt Hebraice hoc loco dicuntur, vult inferiores intelligi; hinc que refelli qui cœlestia tribuant naturæ, cœlestique à diuina gratia exinanit. Atqui plures extiterunt, qui prouidentiam tollerent ab inferioribus, recognosce dicta Psalmo illo 35.

Hilarius aptat ista Christo ascendenti, nobisque eidem obuiam in nubibus aliquando rapiendis, atque cœlos ipsos cum illo penetraturis.

Christum ascendentem & ad nos adeuntem.

Magnificata est vsque ad cœlos misericordia tua.] Hieronymus, *magna*, גדל *gadol*, legerunt fortitan L x x. גדול *guddal*, aut גדול *gadul*. In Psalmo 107 [f], habetur, *magna est super cœlos misericordia tua*, μεγα το ελεος. Hebraice etiam גדל *gadol*. Indicat hæc dicendi forma, vt mouuit, misericordiæ Diuinæ magnitudinem incomprehensibilem: quia quæ maxima & eximia, cœlo æquamus ac nubibus. Vnde ille [g],

Quod si me lyricis vatibus inseris,
Sublimi feriam sidera vertice.

Quis auderet enarrare misericordiam Dei? ait Sapiens [h]: *misericordia* enim *hominis circa proximum suum; misericordia autem Dei super omnem carnem* [i]. Propterea cognominatam aliquando misericordiam *fortem* [k], quod solere potiùs epithetum esse iustitiæ, nonnulli putant, quos in Sapientiæ commentarios reiecimus, quibus adiice Ioānem Baptistam de Nauarete [l]. Aliter alligatur locus *misericordia*, cœli nempe, quàm *veritati* siue *iustitiæ*, cui nubes; quoniam *misericordia superexaltat iudicium* [m], &, *Miserationes Dei super omnia opera eius* [n], &, *secundum altitudinem cœli a terra corroborauit misericordiam suam super timentes se* [o], & *misereatur omnium, quia omnia potest* [p].

f vers. 5.

a Hom. lib. 1. contra Ind. 1.

b Eccli. 28. 4

c vers. 12.

d cap. 10. 5.

Aliter locus Augustinus Dei magnitudo, quam ludicia & Veritas.

e in cap. 3. Abac.

f Iacob. 2 13. g Psal. 144. 9.

h Psa. 102 11. i Sap. 12 9.

Et vsque ad nubes Veritas tua.] Per accommodationem *veritas* nubibus attribuitur; quatenus prædicatores dicuntur, *vt nubes irrigare doctrina, & coruscare miraculis*, quemadmodum notat Gregorius [k], & ipsi alibi documus in Psalmo 107. vertit Hieronymus, *super æthera*. Valentia obseruat in materialibus nubibus *stellam* apparuisse, quæ magos duxit [l], Angelos qui euangelizauerunt natum Christum [m]: iterúmque, iam in cœlis assumptum, in iisdem rediturum ad iudicium [n].

Prædicatores, irrigare doctrina, & coruscare miraculis dicti.

k 17 mor. c. 17.

l Matth. 2.

m Luc. 2. 9.

n Act. 1. 11.

Vers. 12.] Exaltare super cœlos Deus, & super omnem terram gloria tua.

HIc ipse versus iam antea præcessit [o], & expositus est. Nyssenus [p] inducit ipsasmet virtutes illas *Misericordiæ* ac *Veritatis* Deum celebrantes & glorificantes, postquam tantopere supra mundum euectæ sunt ad salutem mundi: eáque de causa cùm vidissent Angeli pacem, quæ vitæ nostræ, in hominibus bonæ voluntatis illuxit, decantasse [q], *Gloria in excelsis Deo*.

o vers. 6.

p Tract. 2. in psal. c. 14.

q Luc. 2. 14.

Super cœlos.] Apud Hilarium nunc lego absque præpositione *cœlos*: nunc cum illa, *super cœlis*. Sed scriptoris videtur in vtraque lectione illius error.

Super omnem terram.] In Psalmo 107. & hîc reddit Hieronymus, *in omni terra*. Mysticè *cœli* sunt iusti; *terra*, peccatores, super primos exaltatur Deus quando ipsi se per eminentiam vitæ exaltant, & Deum quem in se portant, exaltant: super secundos, cùm illi sua peccata confitentur: quemadmodum dixit Iosue Achan [r]: *Da gloriam Domino Deo Israel, & confitere*.

Aliquid cœli iustorum, peccatores, terra.

Super vtrosque vt exaltetur Deus.

r Ioa. 7. 19.

PSALMVS QVINQVAGESIMVS SEPTIMVS.

In finem.

1 Ne disperdas, Dauid in tituli inscriptionem.

2 SI vere vtique iustitiam loquimini: recta iudicate filij hominum.

3 Etenim in corde iniquitates operamini: in terra iniustitias manus vestræ concinnant.

4 Alienati sunt peccatores à vulua, errauerunt ab vtero: locuti sunt falsa.

5 Furor illis secundum similitudinem serpentis: sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas,

6 Quæ non exaudiet vocem incantantium: & venefici incantantis sapienter.

7 Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum: molas leonum conteret Dominus.

8 Ad nihilum deuenient tamquam aqua decurrens: intendit arcum suum donec infirmentur.

9 Sicut cera, quæ fluit, auferentur: supercecidit ignis, & non viderunt solem.

10 Priusquam intelligerent spinæ vestræ rhamnum: sicut viuentes, sic in ira absorbet eos.

11 Lætabitur iustus cùm viderit vindictam: manus suas lauabit in sanguine peccatoris.

12 Et dicet homo: Si vtique est fructus iusto: vtique est Deus iudicans eos in terra.

Titulus, & argumentum.

Vers. 1.] In finem. Ne disperdas, Dauid in tituli inscriptionem.

DE titulo nõ, est quid dicatur; cùm totus iam sit in prior. Psalmo declaratus. Qui de non corrumpendo titulo crucis exponunt, id toties moneri dicunt, vt Cathodorus, vt executio contradicentibus Iudæis, auferretur. Nyssenus [a] ab Spiritu sancto hanc ait vocem *ne disperdas*, aut *corrumpas*, inculcatam sæpius iterari, vt denotet quanta sit laus longanimitatis, quantaque victoria illibros, quæ sit præstantior virtute humana, & supra naturæ vires euecta. Exaggerat porrò ingratitudinem Saulis, cum tanta benignitate atque beneficentia Dauidis conferendo. Addit, quemadmodum qui notas illustriores in lapidibus insculpunt, in profundum mordunt characteres, stylo sæpius ferrois inducto; ne ita repetitione in columna memoriæ nostræ; magnificam & diuinam illam vocem altius insculpi, vt calamitatum tempore, & perturbationum, clare diuinæque legamus.

Argumentum est actis obiurgatio iniquorum cum commentatione Dei de vindicta contrario cum prædictione de præmio iustorum fructuque iustitiæ. Occasionem Psalmo dedit, quod cum iterum hortatus esset Dauid Saulem, qui cum indicio sibi facto à Zephæis persequebatur in deserto Ziph, interficere, ablata eâ hasta lyphóque illius; & Abnero exprobrasset, vociferando, negligentiam in Saule custodiendo: Saul verò cognita Dauidis voce, benedixisset ei, ac innocentem pronuncia set; se autem damnauit, atque iniuriæ damnauit, nihilominus non destitit postea ipsum persequi. Saul cum eius, & suis malis contraria dicta bonis verisque demonstrare: eumque tetrici ruditer remittere nomine tam, inanemque violaret dictum in Regum libris [b] historia. Non est eiusmodi cum priori argumentum: sed quia vide licet, eum non nisi Deum esse Dauidem, ac Nyssenus fatetur, Theodoretus, docent nos, hic agi de Saülis malitia, & mendacibus illius verbis.

Hugo vult dirigi Psalmum in Iudæos, cum priùs contra martyricidas, hæreticos, tandem tyrannos, antichristum, fit actum: monebitur in mansuetudines & præcepta. Glossa propriè ad illos aptè commodat quos verbo solo Christus prætriuit ad terram, cum ipsum quærerent [c]. Extendit Augustinus ad hypocritas reprehensos à Christo [d], & ad quemlibet qui contra quam sentiat, dicit que, secundum rationem. Attamen, iniquis operibus præstare nõ verentur. Placet notari hic etiam factores mortis Christi Iudæos eversos fuisse typo dictæ narrationis, nec abhorret à mansuetudine Dauidis, quod obiicit Valentia, vt Abneri. Dolos, & fraudium cruminatorum fuerũ, ac Saulis ipsius interitum ferreat, non tam optando, quam prædicendo & Deo gratias agendo, cuius voluntati hæc etiam in re se se accommodat, dicens quoque [e] *ipsam lætaturam eam, quem vindictam.*

Mirificè commendat Nyssenus [f] hunc psalmum, antefereus priori & aliis quoque quæ præcesserant; nec tam in eo adiectiua eorum detestationem tractari, quam abundantiam bonorum quæ

[a] Tract. 2. in hunc tit. Ne disperdas, aut corrumpas.

[b] 1. Reg. 26.

[c] Matth. 26.

[d] Matth. 23.

[e] Psal. 57.

[f] Tract. 2. in hunc tit.

ex victo

ex victoria consequitur, & non amplius querelas Dauidem exponere de conculcantibus| inimicis, aut misericordiam in subsidium aduocari, sed altiùs euectum velut è specula quadam excelsa, his qui infrà in huius humanæ vitæ vallibus degunt, reprehensionis modo intonare. Athanasius Marcellino ita scribit de isto Psalmo contra hypocritas, & eos qui de specie personaque magnifici videntur, *dic ad eorum confusionem quinquagesimum septimum Psalmum.*

Marcellino præscriptum Psalmus ab obtrectatione, & contra quos.

Vers. 2.] Si verè vtique iustitiam loquimini, recta iudicate filij hominum.

VT Nyssenum dixisse retuli, ἐλεγχτικῶς ἐμβριθῶς ταῦτα λέγων, *reprehendentis arguentisque in morem clamat, & vociferatur hæc dicens.* Clamor autem iste ex admiratione, zelo, iustitia, ita proficiscitur, & ex grauissima indignatione aduersus fingentes iustitiam, propterea que dupliciter insultos. Fusa Augustinus oratione tractat hunc locum, docens, principio illi à natura insito, cuius meminit Christus [a], vt *quæ sibi quisque fieri velit, faciat alteri*, quæ nolit, non faciat, re factóque omnes repugnare, qui quauis ratione lædant proximum, aut egentem non subleuent, si suppetat facultas. De principio illo quod perplacuisse Seuero Lampridius memorat, egimus [b] alibi.

Duplicater insultare, qui iustitiam fingit. a Matt. 7. 12.

b Act. 15. Sensus loci.

Alloquitur Dauid potissimùm eos, quibus rectè iudicandi demandata prouincia est, non solùm iuris rationes cognoscendi, scribendi, loquendi, & qui in propria sua causa, cuius æquitatem probè nouerant, ac præ se verbis etiam ferebant, contra omnes iustitiæ leges agebant, ipsum persequendo ad mortem vsque, non modò immeritum, sed tam bene de illis eorúmque principe Saüle meritum. Vrget illos quoque qui deferebant eum apud Saülem, vt si vera loquantur, probent si possunt: se ipsosmet constituere iudices, dummodo velint iusta rectaque recte ac iustè iudicare. Conuenit hæc etiam acris reprehensio illis qui alios docent, non se ipsos, & *in quo iudicant alios, condemnant se ipsos, eadem agentes quæ iudicant* [c].

c Rom. 2. 1.

Si verè vtique iustitiam loquimini.] Sic etiam Hieronymus. Videtur tamen interrogando reddi debuisse (num verè, an certè, an reuera) ita vt claudatur sequenti versu interrogatio. Primum Hebræum vocabulum אִם־אָמְנָם *haumnam*, notam interrogationis habet: particula etiam ἆρα, &, si, possent interrogariue sumi, vt sæpe alias [d]. Tunc verò in indicatiuo accipi deberet in sequenti membro verbum *iudicatis*, & dici Latinè, *iudicatis*, quod Hebraicè ponitur in futuro, sicut & istius membri verbum. Apollinarius expressit omnia vsque ad finem sequentis versus cum interrogatione, sed ad sententiam parum ista referunt. Pro *vtique*, & ἀληθῶς ἄρα, vocem Hebræam אֵלֶם *elem*, exponunt alij, *ô congregatio*, seu *manipule*, seu *multitudo*; vel vno tractu legendo, *an certè mutum iustitiam loquemini?* videlicet reticendo quæ dici deberent, aut quamuis dicantur, non exequendo; sic vt indefensa iaceat iustitia & oppressa. At præter ceteros Ixx. & Hieronymo, qui vt alleuerantem particulam interpretantur, sicut & priorem אִם *sonorem*. Hilarius, & Augustinus docent iustitiæ sermonem communem esse, sed æqui iudicij studium, & consuetudinem paucorum esse; nulli iniquo non facile esse loqui iustitiam; nec esse qui de iustitia interrogatus, quando non habet causam, non facilè respondeat quid sit iustum, quoniam manu formatoris nostri in ipsis cordibus nostris veritas scripsit, *quod tibi non vis fieri, ne facias alteri*; & hoc antequam lex daretur, nemo ignorare permissus est.

d Luc. 17. 23. & 24. 5. Gen. 30. Act. 2. 6. & 19. 2. Matth. 19. 3. & alibi.

Hinc sequitur, opinione quoque Patrum istorum, in statu naturæ corruptæ, non ita lumen rationis practicæ extinctum esse, vt non possit cum solo auxilio Dei generali cognoscere aliquod morale verum, etiamsi fallatur sæpenumero in multis, errétque, nisi dirigatur illustratione, atque gubernatione diuina. Conficit hoc ad id argumentum noster etiam Bellarminus [e], contra Gregorium Ariminensem [f], Ioannem [g] Capreolum, Gasparem [h] Casalium: quæ opinio præterea placet admodum Hæreticis, maximè Caluino [i]. Potest confirmari Basilij [k] testimonio, qui proferens hunc etiam locum, scribit esse apud nosmetipsos iudicium quoddam naturale per quod ab iniquis bona facilè discernimus, & facimus agendorum optionem, rectáque rerum discrimina, & fauemus virtuti, damnamus vitium. Ponit exemplum in incestu & pudicitia; rectè iudicare qui pro Dei timore contra voluptatem iudicet: denique hoc pacto, *iustorum cogitationes* esse *iudicia* [l]; & *væ illis* pronunciari *qui dicunt bonum malum, malum bonum, amarum dulce, dulce amarum* [m]; videlicet contra quàm sentiant in animo, & extra occasionem quoque verbis profiteantur; *cogitationibus inuicem accusantibus vel defendentibus* [n], adde præterea ore proprio vnum quemlibet iudicante [o], & condemnante: & quòd *in cogitationibus impij, interrogatio erit* [p], iubetúrque *præuaricator redire ad cor* [q]. Augustinus vrget quòd nullus est qui sola natura duce non asserat nolle accedi ab altero ad vxorem suam, sibi furtum fieri, & qui velit iniuriam pati: cui non displiceat panem sibi negari esurienti, peregrinum non suscipi: idcirco ne sit iustitia tantùm labiorum, sed etiam factorum, dictare rationem naturalem, vt eadem aliis vel non faciamus mala, vel bona præstemus. Verùm paulo longior Augustini dissertatio lectu dignissima est. Illam postremò rectè affert exprobationem Christi [r], *Quomodo potestis bona loqui, cùm sitis mali?* quia nempe sic est natura comparatum, & consuetum, vt *ex abundantia quisque cordis loquatur* [s], bonus bona, malus mala: vt quando secus fit, præter naturam consuetudinémque accidat, nec diuturnum possit esse. Hoc est meliora videre ac probare, deteriora sequi. Quamquam non quidquid naturali lumine cognoscitur, appeti ac fieri etiam naturæ viribus potest; hoc enim quàm illud difficilius.

Quod libet fieri non vis, ne facias alteri, manu formatoris nostri scripsit in nostris cordibus. In statu naturæ corruptæ, rectum naturæ practicæ quale.

a Lib. 5. de gra. & lib. arb. c. 2.
b 2. d. 26. q. 1. ar. 1. concl. 1. d. 29. q. 1. a. 2. c. 2. d. 28. q. unica. ar. 3. ad argum. contra 1. concl. In statu apud nemines naturale per quod ab iniquis bona facile discernimus.
d Lib. 1. de quadripar. iustit. c. 30.
e 2. instit. c. 2. 6. 24. 25. 2. 6.
f Ho. in prim. proleg.
g Prou. 12. 5.
h Esa. 5. 20.
i Rom. 2. 15.
k Luc. 19. 22.
l Sap. 1. 9.
m Esa. 5. 20.

Iustitiæ tantùm absurdum non esse dicere, sed etiam factorum quæ naturalis dictant.

n Matth. 22. 37.
o Psal. 34.
p 1. Reg. 16. 19.

Recta iudicate filij hominum.] Nihil repetam de *filij hominum*, semperne malum quid lonent. Hos pollumus intelligere de quibus conqueritur Dauid apud Saülem [p]: *Sin autem filij hominum, maledicti sunt in conspectu Domini qui eiecerunt me hodie*, &c. nec abhorreret à sensu si in accusandi casu *filios hominum*, sumeremus hoc pacto; an verè vtique iustitiam loquimini? recte iudicatis filios hominum? In psalterio Gallicano, & in quibusdam etiam bibliis, & apud Hugonem, Valentiam, Dionysium, Haimonem, Brunonem Carthusianum, Bedam, Remigium, Glossam, Aiguanum, Ruffinum, legitur, *rectè*: in psalterio Romano, & apud Cassiodorum, & Hieronymum in commentario, *iustè*: apud Arnobium in commentario, *iustè*: nec non in constitutionibus Caroli

Magni

Magni nomen ἔθνος esse numeri pluralis, quemadmodum sunt Græcum ἔθνη & Hebraeum גוים *mesarim*. Nebrissis aduerbialiter vertit: & ita quandoque plurale nomen accipitur apud Græcos in hoc neutrum, redditur quoque semel hoc Hebræum vocabulum per aduerbium [a]. Minùs recte Agellius facit dum nos legere vult *κρίνετε*, in indicatiuo. Habent omnes codices *κρίνατε*, & imperatiuo modo fuit futuri temporis Hebræum verbum; quia solet futurum tempus cum vsum habere. Fateor, Apollinarium in vtroque membro indicatiuum vsurpauisse.

ἦ ῥα τα ἔτυμα ἔπεα ἀγορεύετε μύθῳ,
ἠδὲ δίκην ἴθυναν μερόπων ἴθυντε παλαιε;
An vtique vere sanctos loquimini sermones,
Et ius aquum mortalium dirigitis filij?

Hoc tamen non refert; quemadmodum neque Chaldæa paraphrasis expositio à nostra discrepans; *num reuera quia fletis* (nempe אלם *illem*, de quo dixi, legit) *insti in tempore contentionis, videtur vobis, quòd iustitiam loquimini? in rectitudine iudicate filios hominum.* Hoc pacto expostularet Dauid cum illis qui quamuis essent iusti, tamen libere loqui non auderent pro innocentia ipsius apud Saülem, quando iniuste accusabatur. Ad rectè iudicandum requirit hoc loco Hugo & Dionysius in magistratu, vt quod præcipit, faciat: ordinem iuris non prætermittat: veritatem causæ inuestiget, non accipiat personam: non cedat fauori aut clamori multorum: non declinet propter timorem à rectitudine iudicij: non plus debito compatiatur: non accipiat muneratio admittat preces in præiudicium alterius partis. Caueat ignorantiam, negligentiam, amorem vitiosum, odium, timorem, inuidiam, moram, munera, personarum acceptionem. Docet præterea Hugo debere quemlibet hominem rectè iudicare de fide, mundo, diabolo, se ipso, Deo, die, tempore, lite, morte, mortuo. Illustrat omnia scripturæ locis. Sufficit rem indicasse. In constitutionibus porro Caroli Magni citatis citatur hic locus, vt quibus data est potestas iudicandi, rectè iudicent: & afferuntur aliquæ allatarum iam conditionum.

[a] Prodest, vt animaduertit Budæus.

Ad rectè iudicandum quæ requirantur.

Hugonis vtilis documenta de iudice homine.

Locus psalmi citatus in constitutionibus Caroli Magni.

Vers. 3.] Etenim in corde iniquitates operamini: in terra iniustitias manus vestræ concinnant.

Sensus huius.

NIhil istos minùs facere dicit, quàm vt loquantur iustitiam, aut certè, vt sermonibus veris prolatis generaliter de iustitia consentiant eorum sententiæ ac facta, cum ad rem & causam particularem venitur. Nam omnis, inquit, cogitatio vestra intenta est quemadmodum iniquitates variásque designetis nocendi vias: tum verò maximè laboratis vt opere ipso foras prodeat meditata malitia, sed tam aptè, compositè, artificiosè, concinnè, affabrè, more opificis manu fabricantis quidpiam subtilissimè, vt videri velitis sapientissimi atque prudentissimi quasi architecti iustitiæ. Non potest quod antè dixi bona loqui malus, *& ex abundantia cordis os loquitur*; de malo thesauro proferri bona nequeunt; nec potest arbor mala bonos fructus facere; nimirum hæc quatenus talia sunt, eiusmodi etiam producunt effecta.

Includens locus quæstionem.

Quadrant hæc & priora optimè in Iudæos qui pro pertæ quam habebant scripturarum, & docendi officio, nonnulla interdum vere de Christo proferebant, iuxta promissum Dei [a], vt nasci debuisse in Bethleem [b], expedire *vnum mori pro populo* [c]; aut præterea connecti doctrina, vita, miraculis eiusdem, ac testimonijs Magorum, Ioannis, satellitum, infantum, farebantur aliquando id quod erat; nihilominus mortem sæpenumero intentarunt: & mortis causas crebro captarunt, confictis crimmibus, testibusque. Hæreticos licet eadé expostulatione premere, qui venditant Euangelium purum ac putum verbum, reformatam Ecclesiam: cum contraria tamen prorsus factis exprimant, neque quod Christus imperat [d], & Paulus [e]; doctoribus legitimis ac *præpositis obediam atque subiaceant*, etiamsi fortè hi ipsi, quod illi causantur, *qua dicunt* docéntque, *non faciant* [f].

[a] Deut. 18. 18.
[b] Matth. 2.
[c] Ioan. 11. 50.
Indocti.
[d] Matt. 23. 3.
[e] 1. Corinth. 4.
[f] Matth. 23. 3.

Etenim.] Non reddit semper causam hæc particula, sed ponitur ad ampliheandum, vt sit idem quod *etiam, quin potiùs, at etiam, immo.* Id quidem valet אף *aph*, quod hîc habetur. Apollinarius nullam rationem habet dictionum ἀλλὰ γάρ; quasi tantum expletiuarum; nec enim eas reddit.

In corde iniquitates operamini.] Hebræum verbum est futuri temporis תפעלון *thpalun*; quod tempus pro imperatiuo poni solere dixi, & hoc etiam potest esse Latinum, *operamini*, & Græcum, ἐργάζεσθε: tunc erit ironica oratio, innuens inueteratam obstinatámque iniquitatem; quasi dicat, pergite porro machinari iniqua, qui videri vultis loquendo iusta, iusti esse. *Operari in corde iniquitatem*, est cogitare de ratione illam operandi, & velle operari, eo modo quo sæpius antea vidimus meditationem tributam linguæ, ori, labiis, aut, vt hæc loqui dicantur in corde, quia res priùs meditatas loquantur. Senes libidinosi pleni erant iniqua cogitatione contra Susannam [g]: & sunt *qui operantur malum in cubilibus, vt in luce matutina faciant illud, quia contra Deum est manus eorum* [h].

Ad rectè iudicandum quæ requirantur.

Operari in corde iniquitatem, quid sit.

[g] Dan. 13. 28.
[h] Michæa 2.

Hinc Hilarius interna cordis colligit peccata, & verbi causa solo conceptum corde adulterium, iam omnem esse [i], ac Deum *secreta hominum iudicare* [k], voluntates hominum in ipsis exordiis contueri. Gregorius [l] autem infert esse nimis difficile ab illicita cogitatione cor tergere, facile opera peruersa vitare: *quòd quid vis, & non potes*, ait Augustinus, *factum Deus computat.*

Interna cordis peccata, quomodo esse.
[i] Matt. 5. 28.
[k] Rom. 2. 16. 1. Cor. 4. 5.
[l] moral. c. 19. vel 21. Quod vis, & non potes, facta Dei computat.

In terra.] Has voces passim alligant prioribus, *in corde iniquitates operamini in terra*: nec non quem proxime citauit Gregorius. Explicat Aiguanus Christum *terram* esse, cum eodem [m], dum verba Iob [n] de Christo accipit; *Terra data est in manus impij*, quia diabolus Christi mentem corrumpere tentando per se cùm nequiuerit [o], per suos satellites carnem eius ad triduum permissus extinxit.

Terra hic de Christo explicata.
[m] Gregor. moral. c. 19. vel 21.
[n] c. 9. v. 24.
[o] Matt. 4. 1. & sequent.

Ruffinus & alij declarant, *in corde operari iniquitates in terra*; illos qui terrenis inhærent, quorumque cor affligitur terræ, atque hinc iniquitates in corde generari: vt in Iudæis, quod Hugo notat, quando veriti amittere locum, & gentem, collegerunt concilium contra Iesum [p]. Simplicior interpretatio vt dicantur talia moliri & agitare animo in terra, id est, habitatores terræ, quique sunt antea nominati, *filij hominum*: aut qui principem tenent in terra locum, valéntque auctoritate vel fauore apud terræ & prouinciæ do-

In corde operari iniquitates in terra quo dicantur.
[p] Ioan. 11. 47.
Simpliciter interpretatio.

minum, simul de hac fere dumtaxat solliciti terra, nihil parumve de cœlo cogitantes, ac de illo, qui *habitans in cœlis irridebit eos*, & *omnium Dominus subsannabit eos* [a]; mittetque Iperantibus in se, *de cœlo* [b], vt liberet ipsos. Quòd si referantur duæ dictiones, *in terra*, ad sequentes, *iniquitates manus vestræ concinnant*, quo pacto emendatoria biblia dispungunt, vt sit antithesis inter *cor terrámque*, sensus erit, quem tradunt Euthymius atque Nicephorus, & innuit Hugo (placétque Bredembachio) licet vt moralem, dum aiunt in terra impios mala operari, postea in inferno, quamuis animorum prauitas non cesset, defuturam facultatem exequendi. Vel *concinnare iniustitias in terra* est palam, apertè, apud omnes, non amplius in fœto corde. Insinuat hoc Genebrardus & Caietanus.

Iniustitias manus vestræ concinnant.] Psalteria alia duo & Augustinus, pro primo vocabulo habent, *iniquitates*. Hilarius & Cassiodorus, *iniquitatem*: Arnobius, *iniustitiam*: pro vltimo Hilarius; *complectuntur*. Augustinus, *connectunt*. Græce habetur, , ἀδικίαις χεῖρες ὑμῶν συμπλέκουσι. Est etiam Hebræum nomen primum in singulari numero: totaque sententia hoc modo: חֲמָס יְדֵיכֶם תְּפַלְסוּן *chamas idechem thephalleſun*. Vertit Hieronymus, *iniquitates manuum vestrarum appendite* (quod corruptè legitur, *apprehendite*, apud Treuetum) vel, vt Victorius in editione Hieronymiana recitat, *iniquitates manus vestræ appendunt*. Alij, *violentiam* vel *calumniam manuum vestrarum appenditis*, seu *æqui libratis*: vel, *ad rapinam manus vestræ extenduntur*. Significat nomen חָמָס *chamas* omnia dicta & omnem vim apertam, ac iniuriam quæ in aperto fiat, denique tyrannidem: verbum autem תְּפַלְסוּן *thephalleſun*, *ponderare*, *librare*, *dirigere ad regulam*; quam regulam vocant פֶּלֶס *peles* aut *lingulam bilancium*, aut *flateram*, *bilanceſque*. Appendere, librare, ponderare iniustitiam, iniuriam, violentiam, & similia, est velle videri agere in pondere & æquitate id quod per vim & iniquè fiat, quasi aduersarij Dauidis, assectæ Saülis, & ab hoc iudices constituti, dicerent: Dauidem esse perduellem, contumacem aduersus Regem, turbatorem quietis publicæ. Præterea, vt placet Caietano, appensio ista denotat, si legamus interrogando, *Etiam iniquitatem manuum vestrarum appenderis?* iniquissimum esse vt denuo ipsum sui hostes persequantur, si veluti ex vna parte connecere in vnam lancem velint, quo pacto cùm potuerit Saülem occidere, noluerit, ilque innocentiam ipsius fateri compulsus fuerit; in alteram verò, quam contra illum nouam persecutionem moliendi causam habere possint, iam de iniquitate tam apertè ac publicè conuicti. Recte Lxx. sensum expressérunt verbo συμπλέκουσι: quod valet *aptè simul nectere*, vel utique cum iustitia iniustitiam adeo concinnè permiscere, ita vt videantur cohærere, vt fit in resti ac func contexto. Augustinus legens, *connectunt*, explicat de peccato, quod cum alio peccato sit cónexum colligarúmque, ac efficiat vincula, funes, criniculos, qui fiant intorquendo. Citat ex aliis locis, *dirupisti vincula mea* [c]: *criniculis peccatorum suorum* vnusquisque *constringitur* [d]: *væ* [e] *his qui trahunt peccata sua* sicut vestem longam: *ligate* [f] *illi manus & pedes, & proicite illum in tenebras exteriores*. Concludit postremò: Nolite ergo connectere iniquitatem, quia vobis ad alligaturam adhibebitur quidquid connectitis.

Sed inepte aliqui [g] dissoluentes nomen, *iniustitias*, in duas voces, *in iustitias*, declarant, qui peccata peccatis addunt, ex iis conficiunt quasi cumulum pro diuinis iustitiis in die iudicij; quod aut Paulus [h] esse *thesaurizare sibi iram in die iræ*.

Concinnandi verbum præter complexionem plurium peccatorum importat quoddam quasi artificium quo vtuntur hypocritæ; sicut per *appendendi* verbum fraudes mercatoribus vsitatæ insinuantur. Indicatur item non vnius tantùm, sed plurium concors iniquitas: vt notat Haimo: vel vt Pampolitanus, veluti colligatio peccatorum, tanquam lignorum siue fasciculorum ad comburendum [i]. Bruno Carthusianus vtens exemplo concinnentium concorditérque canentium, videtur legisse, *concinunt*, non autem, *concinnant*: aut certè ludere voluit in similitudine verborum. *Apponunt* improbiores *iniquitatem super iniquitatem, non intrantes in iustitiam Dei* [k]: *& sordidi sordescunt adhuc* [l]; & quamuis *cum in profundum peccatorum venerint, contemnant* [m], nihilominus excusant *excusationes in peccatis* [n], fcleque *transfigurant in angelos lucis* [o], *fidúsve* [p], vt faciliùs aliis imponant, & quod cupiunt, assequantur. *Concinnatores causarum* Iurisconsulti [q] nominant eos, vt Alexander [r] ab Alexandro scribit, qui nouas lites simulatis captionibus & cauillis improbis in longum ducere moliuntur, cùm sibi agere non licet; quia *concinnare* dicitur qui rem effictis mendaciis omnibus lenociniis perpolit. Festus *cinnum* docet esse commixtionem, & *concinnare* apte componere. In psalmo 49 [s]. *lingua concinnare* dicitur *dolos*, eodem Græco verbo, συμπλέκειν; sed Hebræo alio תצמיד *biſsmid*, lege ibi annotata. Possunt porro concinnatores illi appellari etiam *vitilitigatores*, ex vitijs & litigatoribus composito vocabulo [t], nec non συκοφάντας, & *causarum redemptores* [u]: *manibus* autem hic dicentur *concinnare* qui muneribus corrupti hoc facitant, & iudiciis corrumpendis aliisve maleficiis eiusce modi suscipiendis, operam suam locant. Hæreticos affectantes orationis concinnitatem & χρηστολογίαν καὶ εὐλογίαν, de quibus Paulus [x], huc reuocare licet, vt seducant corda innocentium.

Vers. 4.] Alienati sunt peccatores à vulua; errauerunt ab vtero; locuti sunt falsa.

NE quis miretur quòd tales concinnatores malorum improbissimos, nilque aliud molientes & cogitantes esse dixerit, docet, ab ipsamet infantia, vtque primùm prodierunt in lucem, atque ex materno vtero, semper à ratione, à virtute, à vero, à Deo alienatos fuisse, ac iugiter continentérque in peius postea profecisse, nec alium fere quàm falsum & mendacem, fraudulentum, iniquum, pernicioſum sermonem protulisse, aliis nocendi artem, verbo, réque, non cum lacte tantùm suxisse & ab incunabulis, verumetiam ab ipsis viscéribus maternis, propter ingenitam procliuitatem ad malum, & quia præuidit iam inde, imino & ante omnem æternitatem, Deus, improba futura istorum opera. Sic Græci omnes, confirmantes exemplis tum Pharaonis, tum Ieremiæ; quos Dei præscientia non tales fecit, illum malum, hunc bonum: sed

quod

---

a psal. 2. b psal. 9.

Alius sensus.

Concinnare iniustitias in terra, quid sit.

Appendere, ponderare iniustitiam, quid sit.

c psal. 117. secundum Hebræos. d prou. 5. e Isa. 5. f Matth. 22.

Supra dixit. Pertinuit ad impios peruersi discutiendi 49.

b Rom. 2. Concinnãdi & appendendi verba quid importent.

c Matt. 23.

d psal. 48. e Apocal. 22.

f prou. 18. g Psal. 40. h 2 Cor. 11. i Rom. 13.

Concinnatores causarum qui dicantur.

k l. nequicquam 5 circa 2 Aduocatos D. de offic. proc. Continuetur, cinnus, quid sit.

Lingua concinnare dolos, dicitur. l Ps. 49. m vers. 19. n Plin. pr. fatibus Catonis.

Manibus cõcinnare, quid sit.

o l. nequicquam inp. & Budæum. Ling. Græc. pag. 80. Idiotismi accommodatio.

p Rom. 16.

Sensus datus.

Deus quod futurorum est præscius, non tales aut tales præscientia sua fecit.

quod futurum erat Deus præfciuit. Contendunt Latini post Hilarium ad resurrectionem. Similem in Hiob exemplum dat Beda in Iob [a], quamuis applicari in genere ad quolibet peccatores, tam vero ad Hæreticos qui à vnitate vtriusque abalienantur ac errant Ecclesiæ, in qua sola veritas est, extra quam quæ sunt, loquacitas falsa. Quod item Euthymius insinuat. Alij etiam de Iudæis accipiunt, vt Rufinus & Pisano Carpathius [b], aberrantibus à lege atque a scriptura, & a fide Christi, & ab exemplo moribusque Abraham & Sarræ, vt ait Arnobius & Hugo, præterea in Genelim [c] Glossa interlinearis, Eucherius, Rupertus, sub typo tamen Esau. Eòdem referri potest quod scribit Augustinus [d], Iudæos errasse a ventre, id est, à lege, quæ à Christo grauida erat, ideóque Ioannem iam inde ab vtero matris prophetasse ac testimonium perhibuisse de lumine.

Distinguunt aliqui, vt Beda, alienatos ab vtero, qui noluerunt concipi & includi Ecclesiæ vtero; errantes a vulua, qui veluti abortiui lateram matris Ecclesiæ grauiter errore suo conentiendo exterruerunt. Sunt etiam qui de originali peccato accipiant, *alienationem ab vtero: errorem a vulua*: de peccatis post Baptismum. Sic Pamphilianus & Treuetus: Nyssenus [e] de originali. Bruno Carthusianus *alienatos* ait *ab vtero & erraſſe à vulua*, qui noluerunt credere Christo, quia hominem videntes in vtero vuluaque conceptum, aliorum hominū putabāt more, ac proinde nō credebant Deum esse. Rursus Hugo vtrumque ad prælatos malos accommodat, qui cum adhuc essent tanquam infantes, alienati erant errabántque; sed hypocritæ erant, vel quoniam ab vtero patientiæ Christi, cuius Vicarij sunt, vuluaque misericordiæ, alieniores sunt. Item *errorem ab vtero*, vult esse peccatum gulæ, vt sit Deus venter contra naturam: alienationem a vulua aut quamlibet fornicationem, vel esse peccata quæ quis discit a parentibus ac imitatur, vt quinquennis, de quo Gregorius in Dialogis [f]. Georgius Venetus [g] prædicatorem dicit *alienari a vulua*, quæ pietatem significat, qui luctum quærit pompámve, non amorem Dei proximique: *errare ab vtero*, qui aliunde sumit quæ prædicet, quàm ab vtero matris Ecclesiæ, id est, a sacris libris, & sanctorum sententiis. Non obesset expositioni de originali peccato, vt obiicit Iansenius, quòd in vtero contrahatur. nam *ab vtero* idem potest esse quod iam inde ex quo formatus est in vtero.

Sed ad literam, licet hunc locum, præter id quod initio dixi, interpretari ex communi vsu loquendi per exaggerationem, cùm pessimum quemque veluti à natura talem factum videri affirmamus, & quasi *naturalem*, vt Sapiens [h] loquitur, *malitiam* eius, *& transgressorem ab vtero* vocari [i]; non ob vitiosam tantum naturæ promptitudinem ex crasi constitutionéque corporis: mentoque cum bestiis comparandum, quarum subditur hic mox comparatio. Aliter adhuc literali sensu declarat non improbabiliter sanè Agellius, vt significet Dauid pati se persecutionem ab illis ipsis qui ex eodem veluti vtero prodierant, & consanguinei, cognati, contribules erant, quales Ziphæi. & in Saulis aula non pauci, qui animo voluntate que abalienati ac degenerantes à naturali conditione & affectu, fallos de ipso spargerent apud Saulem sermones rumoresque. Hos psalmo 53 [k]. & 17 [l]. tam *alienos* appellauerat. Vitandi porro Genethliaci, quibus addict. animus Iudæi, vt Rabbi Salomon apud Lyranum, hunc exponebant locum ita, vt nonnullos hic putent significari ab ipsa cōceptione & natiuitate secundum fatalem naturalemve quandam necessitatem ad vitia destinatos. Contendit Origenes [m] animas existentes ante corpora, prius peccauisse: tenuit, ac propterea animalia in corpora nec est verum stare secundam literam non posse, vt ipse contendit [n], quod hic dicitur *alienatos a vulua, & errantes ab vtero locutos fuisse*, quasi parvuli peccatores (quam difficultatem vidit etiam Hieronymus [o]) statim vt de vulua erecti sunt, mendacium loquantur. nam loqui intelliguntur quo tempore loqui possunt, sed ideo quia ab vtero contraxerunt prochiuitatem ad mentiendum, *licut & ad alia peccata perpetrandum*. Idem verò Hieronymus [p] *abutentibus hoc & similibus locis, ad probandum, naturas hominum per se diuersas; eorum qui saluantur, bonam; qui pereunt, malam*; respondet id quod iam dictum est, oriri diuersitatem ex præscientia Dei, vt quem scit iustum futurum, priùs diligat quàm oriatur (etsi reuera dilectionis & electionis causa prima non sint iustitiæ opera eius, sed beneplacitum voluntatis Dei) & quem peccatorem, oderit reprobationis causa sunt mala opera & peccatum) antequam pecc.t.

Alienati sunt peccatores à vulua, erraverunt ab vtero.] Nyssenus [q] appellat *lamentationis* vocem, qua deploret Dauid peccatores, qui aberrauerint *à matrice benignitatis ac bonitatis Dei, à quo facti eramus, ad imaginem & similitudinem ipsius* [r]: *finxeras*, seu fingere volebat, *figillatum corda nostra* [s], *nutrire* ac *exaltare* tanquam *filios* [t]. Sic autem inducit cum interrogatione Dauidem loquentem; *quomodo alienati sunt peccatores a vulua?* &c. non ita legit sed ita fingit Prophetam loqui. Videntur synonyma hic esse vulua vterulque, quamuis Plinius [u] vterum velit esse in mulieribus nostris; vuluam in brutorum fœminis; quasi videlicet dicas *bilgam*, etsi malunt alij tanquam *veluam* a voluendo, quòd & fœtus inuoluatur; quam de mulieribus quoque vsurpant [x]: & idem Plinius [y] asinæ tribuit vterum. Idem censendum de μήτρα & γαστήρ; atque de רחם *rechem* & בטן *beten*, synonyme nimirum accipi, etiamsi discrimen aliquod proprie existat, vt sit vterus γαστὴρ, בטן *beten*, pars amplior & viro etiam communis, quem dicimus etiam, *ventrem*.

Alienatos a vulua possumus, præter illa quæ diximus, intelligere quodammodo insanos, amentes, furiosos. nam statim additur, *furor iste secundum similitudinem serpentis*, &c. Exemplis auctorum Latinorum Roa [z] noster demonstrat Latini vocabuli acceptionem istam. Iulius [a] Firmicus vnà coniungit *alienos, deliros, exadiacos, phreneticos*. Eodem sensu sumi *vitiis aliena* potest: & *alienatio* quam *operantibus iniquitatem* [b], Iob esse scribit; & *alienos*: non solum ex psalmo 17 [c]. & 53 [d]. de quibus paulo antè monui. sed ex 18 [e]. etiam, vbi orat Dauid, vt *ab alienis* parcat Deus, id est, vt ibi expositimus, à peruersis & fœnis, qui furenter & alieno à cæteris more, plusque quam soleant alij, sæuiunt, quasi abalienata mente & efferata. Postremò *alienatio à vulua errórque ab vtero*, iuxta eos quos prius dixi modos, præsertim de innata propensione ad malum, illustrari adhuc potest verbis illis; *Videns Deus* [f] *quod multa cogitatio cordis (hominum) intenta esset ad malum omni tempore:*

a Pet. 1. 23. Malachias. 2. loquitur de 15. a vero apostata.

b in cant.

c c. 25.

d Serm. 20. de Sanct.

D. Pauli vas alienatorum ab vtero Dei, errantium à vulua.

e orat. 2. in psalm.

Ad prælatos malos accommodatur.

Præfecturalis natura vulua, errare ab vtero matre. Iob 4. & alib. c. 12. & in probl. Iacobum 3. in 417.

Vide alia interpretam.

h Sap. 12. 10.

i Isa. 48 8.

Quibus verisimile etiam ex.

k vers. 5. 6. reliqui.

l Cant. 2 allegat. Ambr. Hier. aut non ita bene. Lyran. & alios. Contra.

m Hom. 8. Ezech. & Hom. 3. in num.

n in c. 8. Eccl. & in cap. 2. ad Galat.

o Abutentes hoc & similibus locis ad probandum naturas hominum per se diuersas eorum qui saluantur, bonam, qui pereunt, malam. & per hæc facit d in c. 1. ep. ad Galat.

e orat. 2. in psalm.

f Gen. 1. 26.

g Psal. 32. 15. & Isa. 42.

Vulua & vterus inter se non eadem. Lyran. Vterum asinæ attribuit.

i Lucil. lib. 21. Varr. Vterum asinæ attribuit. Plin. lib. 8. c. 43.

Alienare à vulua, quæ etiam intelligi possint.

m lib. 1. sing. c. 12.

n lib. 3. fol.

Vitia aliena, aliena quæ Scripturæ.

o Hier. 2. 28. p. 237. q vers. 4. 6. r vers. 5. s vers. 14.

t Gen. 6. 5.

...partem [1], quod *impia & inimica Dei mandata ...se malum ...ona fiant ab odio ...erna ipsa.* Tractant haec victima indicant incantationem, *grauem*, cum sententia [2], *cor iniquum*, incumbentis in malum: prima etiam, actum factumque, vt quæ dicta vidimus psalmo 5 [3] & 13 [4]. hominu prauorum, plurimum ac fere semper mala cogitantium, dicentium, facientium, quamuis tamen deberent possentque abstinere. E contrario aiebat Iob [5], *Ex utero matris creuisse secum misericordiam, & de utero matris egressum secum. Magnum bonæ cum fortis animam* [6] *bonam: principium verum malos bona* [7]: *electis cum foris atra corporis; intus, si diu liceat, crescit atra viribus* [8]: *portantur ab utero Dei, gestantur ab eius vulua* [9]: *ex utero recordatur Deum nominis* [10] *eorum, segregat* [11], aliquando *sanctificat* [12]: *prosternuntur inde in eum* [13]: *inuidem protector ipsorum est* [14]. Dedecet degenerare à tali vulua vteroque, nec *attendere vnde exciti sumus* [15]: oportet adeo nobilis ac benignæ matris retinentem habere, quæ cum dolore peperit, solliciè educauit: gemit in suorum natura: deterritur a multis filiis. exaggeratur hæc a Philippo Grotaro [16]. Tandem hanc formulæ paræmiali similes apud Latinos illæ, *à cunabulis, à teneris vnguiculis, cum nutricis lacte.* Apud Græcos, ἐκ νεὸς τιθῆς. *Errare* etiam *ab utero* diceretur aliter *naturalem* esse *malitiam* [17], vt dixi. quod Seneca [18] dixit,

ne mali fiant, sumus? —— Nascimur.

Locuti sunt falsa.] Hieronymus, *loquentes mendacium*: sicut & Symmachus iuxta participium Hebræum דברי *donere*, οἱ λαλοῦντες ψεῦδη, non falsa tantùm sed locuti sunt mendacium; quia contra mentem. nam etiamsi forte vera loquerentur, vt initio psalmi dictum est, attamen non verè, & ex animo, quoniam non rectè iudicabant, nec facta oratione respondebant. Quem nunc laudabant Christum Iudæi, postea vituperabant, & falsis criminibus damnabant: gloriantes patre Abraham [1], non attendebant ad eum [2]; nec quod ille, faciebant [3]. *Filij alieni mentiuntur Deo* [4], & reluctante conscientia, rationisque dictamine peccando mendaces sunt; hocque pacto quiuis peccator non tantùm ignorans, & imprudens, sed *mendax* etiam dici potest, ac *ex patre diabolo* [5], qui *mendacij pater* [6] est, & exorsus a mendacio parentes primos fefellit [7]. Gentem peccatricem Esaias [8] appellat *filios alienos.* Negat peccator Dominum, dicitque, *non est ipse* [9]: *contra eum qui redemit, loquitur mendacia* [10]: *derelinquit & blasphemat*, & *abalienatur retrorsum* [11].

Vers. 5.] Furor illis secundùm similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ: & obturantis aures suas.

Vers. 6.] Quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter.

A Deo insita velutique in alteram versa naturam & implacabilis hostium meorum malitia, & frustra est, vt nihil à feris differre videantur: tanta in me ardent ira, tam est venenatus ac lethifer illorum furor, quam est serpentis, & quidem in eo genere nocentissimi cui illi iniquæ. nam quemadmodum serpens, infensus à natura homini [1], non desinit nam, non postquam eiuderit venenum [2] ex alto nat...ali quadam foetida furditatem procurat aures alteri...tæ affixa, caudaque in alteram inserta, cum præsentiret eos adesse, qui excantando effecere vellent, vt ponat venenum, & noceat: ita illi obturant diligenter aures, nec se redigi vllis verborum blanditiis æquissimaque iniunt apologia, vel efficacissima paræneſi ad mansuetudinem, & vt semel conceptam indignationem ac rabiem remittant. *Si mordeat serpens in silentio*, ait Ecclesiastes [3], *nihil eo minus habet qui occulte detrahit*, Græcè, ἐν ὑ ψιθυρισμῷ, *in non murmure*. id est: ita vt nulla prosit mussitatio incantatoris, carmenve illius quam prodest aduersus ferae...contra homines non prosit. Quem sensum in commentario dicti libri non attulimus; admitti tamen potest.

Non est difficile hæc de aduersariorum Christi odio implacabili accipere, vt nullis eiusdem beneficiis, doctrina, monitis, patientia, non proditoris confessione, præsidis importunitate, falsorum testium conuictione, postremò, nullo prorsus quasi medicamento mansuescheri, & a Christi vrgenda morte retrahi potuerint, sed obstinatissimè ac irreuocabiliter perstiterint in iniquissima sententia, inque iniustissima flagitatione, donec ad exitum perduceretur. Extenditur hoc ad quoscumque in malitia obfirmatos, qui nullum sanis dare consiliis locum velint, sed nolint *intelligere, vt bene agant* [4].

Furor.] Θυμὸς, & חֵמָה *chemah*, vel חֲמָת *chamath*. In psalterio Romano, apud Arnobium, & Cassiodorum, *ira*: apud Augustinum, *indignatio, venenum*. Latinè ponitur in Mosis Cantico [5], *venenum aspidum insanabile*: vbi etiam est θυμὸς, sed Hebraice ראש *ros* (quod vertunt alij *caput*) pro *felle* autem est item θυμὸς, & huius loci Hebræa vox חֵמָה *chemah* aut חֲמָת *chamath*. Rursus in psalmo 139 [6]. *venenum aspidum sub labiis eorum* חֲמַת *chamath, his*: in libro Iob [7], *Sagittæ Domini in me sunt, quarum indigmatio* θυμὸς חֲמַת *chamath, ebibit spiritum meum*. Vbi Chaldaice *venenum* ponitur, significantúrque sagittæ venenatæ. non legi alium auctorem qui θυμὸν *venenum* dixerit. Sed vulgari lingua per *veneni* vocabulum, feruorem, æstum, ardorem iræ, seu excandescentiam, & furorem exprimimus. Nomen Hebræum à calore dicitur; est enim יָחַם *iacham*, *calescere*, aut *calefieri*. Veneni vis est vrere ac inflammare, nascitúrque potissimùm vbi vel rigor frigoris viget, vel torrens æstus, vt & lethales herbæ, animaliáque venenata: vt in Libya [8] & Thessalia [9], Pontique:

Eben, ait Octæus Hercules [10], *quis intus scorpio, quis feruida*
Plaga reuersus cancer insixus meas
Vrit medullas, &c.
Ardet salo siccato ieeur.

Sunt & frigida venena, sed non ita ex suo genere lethalia, vt Medici tradunt; nisi quantitate: & aspidis venenū frigidum esse, tamen ocyssimè necare [11], Fortunatianus [12] etiam dicit:

Regulus, atque aspis cedunt quis cuncta venena.

Aristoteles item [13] & Ælianus [14] ictum Aspidis vocant ἀνίατον *immedicabilem*, seu *insanabilem*, sicut ex Mosis Cantico prius referebamus. vide adagium, *Ἰὸς ἀσπίδος &c., morsus aspidis*, quia de re dixi psalmo 13 [15].

---

[1] Gen. 3.
[2] Psal. 5.
[3] Psal. 13.
[4] Iob 31.18.
[5] Sapi. 8.19.
[6] Plutarc. de Homero. [7] Greg. 21. moral. 12. vel 11. [8] Hier. 46.3. Ezech. 19. [9] Gal. 1.15. [10] Psal. 99. [11] Psal. 118. [12] Psal. 21. [13] Psal. 57. [14] Psal. 116.
[15] Sap. 12.10.
[16] In Thyeste.
[17] Matth. 3.9. [18] Epist. 31. [19] Ioan. 8.19. [20] Psal. 77.96.
[1] Ioan. 8.44. [2] ibid. [3] Gen. 3.4. & 5. [4] 1. 4. [5] 1. Ioan. 2.22. [6] Gen. 3.13. [7] Osee. 7.15.
[8] Esa. 1.4.
[9] Psal. 93.
[10] Psal. 72.
[11] Esa. 1.4.
[1] Lucan. lib. 9. Nicander in theriac. [2] Virg. eclog. 8. [3] Senec. act. 4. [4] Galenus 1. de simpl. medic. facult. cap. 16. & li. quod animi mores corporis temperā seq. 3. [5] Regula venena ni mala lethalia. [6] Aristoteles frigida magis necare. [7] de partu virginis. [8] Aspidis genera quæ recenset, quale ait Iob animal. 30. [9] de animal. c. 11. [10] vers. 5.

Serpis

Secundum similitudinem serpentis.] Chaldaicè *sicut interius venenum.* Nomen generale serpens est, ac ὄφις & נָחָשׁ *nachas.* Is quo diabolus ad fallendum Euam abusus est [a], regulus creditur, aut scytale, aut vipera. Pro ista facit argumentum Delrius [b] noster, quòd quos *ex patre diabolo* Christus Iudæos vocat [c], idem *progeniem viperarum*, cùm facit mentionem de prophetis quos occiderant, maiores eorum nominat [d]; eodémque pacto Ioannes iam priùs, *genimina viperarum* appellauerat [e]; quasi patrissarent, ac diabolum imitarentur *homicidam ab initio* [f], in Euæ seductione [g], non spernenda penitus coniectura. Sed Valentia hoc loco sentit præcedentis versus verbis, *alienati sunt à vulua, errauerunt ab vtero*, innui comparationem ex viperino fœtu, qui fracto matris vtero creditur egredi: quod an sit verum, disputaui alibi [h].

Genera varia serpentum quæ fert Libya præsertim, Nicander Lucanúsque & Isidorus [i] enumerant, *aspidem, dipsadem, hemorroim, chersydrum, chelydrum, cenchrim, hammoditem, ceraſtem, scytalem, amphisbænam, natricem, parcam, iaculum, presterem, sepa, basiliscum, regulúmve, solpugam, scorpium, dracunculum*, & alia, quæ tamen exactè loquendo in serpentibus censeri non deberent, vt Vlysses docet [k] Aldrouandus.

Rectè Hugo *furorem* appellat, respuere verbum Dei, ægris medicinam [l], cæcis lumen [m], famelicis panem [n]: sitibundis vinum [o]: infrigidatis ignem [p]; impugnatis clypeum [q]: desolatis consolationem [r]: *Maledictus furor* hic *quia pertinax: & indignatio quia dura* [s].

Sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas.] Legit Hieronymus, *reguli surdi obturantis aurem suam*: & aliquando [t] Lxx. eandem vocem פֶּתֶן *pethen*, quæ hîc est; vertunt ἀσπίδος & ἀσπίδι, pro שְׁחַל *sciachal*, qui ab aliis *leo* redditur, si deriues à פָּתַח *pathach*, sic dicetur quòd minimè se persuaderi sinat & πείθεσθαι.

Testatur Nyssenus [u] tali natura præditam prodi aspidem à physiologis, vt ira turgens & inardescens, faucibus spiritum comprimat, nec emittat; vtris instar, ob spiritus receptionem intumescat; itáque fieri, vt omnia inefficacia & inutilia sint quæcumque sapientes ad demulcendam & deliniendam ipsam excogitant. Apollinarius etiam ait quòd ira obturat aures aspidi:

ἀσπὶς ὀπισθοχωρὴ τῆτερ κότῳ ὦατ' ἔδυσεν.
Aspis vt surda cui ira aures obturauit.

Illud quod antea dicebam de aspide allidente aurem vnam terræ, & de cauda obturante alteram, Augustinus memorat & Arnobius, Cassiodorus, Ruffinus, & posteriores enarratores Latini: Græci namque non exprimunt. de nostris Latinis id etiam scribit Isidorus [x], Bernardus [y], Beda [z]: & in Græcis Isidorus [a] Peluſiota: ex recentioribus autē etiam Mercurialis [b]: & de nostris à me, dum perfectum Commentarium [c] relego, in adagiis sacris Delrius, qui multa congerit: sed apud profanos auctores qui diligenter de animalibus scribunt, non reperio. Quod addit circa *obturandi* verbum Cassiodorus, dubito vt sit verum, tractum esse à sacerdotibus, qui aures suas thure replebant, ne peregrinis verbis intercedentibus confusa carminum memoria turbaretur. At nec Festo credo componi ex particula (*ob*) & Græca voce θύρα, quæ *portam* significat. Quidquid sit tum de huius verbi etymo, tum de aspidis dictæ proprietatis modo (quem videntur Faber ac Titelmanus negare) de illa secundum rem ipsam credi debet diuinæ scripturæ, scilicet quòd aspis aures obturet: fortassis autem quoties de *obturantibus aures* hominibus faciunt mentionem [a], vel *aggrauantibus* [b], vel *indurantibus* [c], vel *declinantibus* [d], vel *auertentibus auditum* [e], vel *sapientibus aures, seráſve imponentibus* [f], ad eandem proprietatem respexerunt. Simili exemplo ad Stephani verba Iudæi *aures continuerunt* [g]: *peiores*, vt ait Augustinus [h], *aspide, quoniam de cauerna obstinationis eduxi se passi non sunt.* Imitanda hac in parte aspidis solertia, & aures cera obturandæ, quod facere socios Vlysses imperauit, aduersus sirenarum lethaliúmque blanditiarum cantiones: verùm aperiendæ ad salubria diuináque monita: quoniam,

Inuidus [i], *iracundus, iners, vinoſus, amator,*
Nemo adeò ferus eſt, qui non mitescere poſſit
Si modò culturæ patientem accommodet aurem.

Ideirco vociferans, Christus [k] hortabatur vt qui *haberet aures audiendi, audiret*; idque in suarum scriptione reuelationum Ioannes inculcat [l]. Obturat malè aurem, affigendo terræ, qui terrenis nimiùm afficitur; & cauda, qui contraria salutj verba excipit; quoniam *propheta docens mendacium, ipse est cauda* [m], aut non ad anteriora, sed ad posteriora & præterita conuertitur [n], de quibus deberet erubescere [o], non *respicere retro* [p], & ea *quæ videntur* [q]; & corde redire in Ægyptū, vt Augustinus obseruat, & alij posteriores eo: aut qui bonam in malis intentionem prætendit, ac veluti fœditatem tegit: aut assecias assentantes habet, vt notat Hugo: aut qui, vt scribit Bernardus [r], sapientiæ vacat terrenæ, & propriæ inhæret voluntati, ad seipsum omnia reflectens, & ad id quod adipisci desiderat: aut, vt ait Vitalis [s] Cardinalis, caudam in aurem immittit, qui sibi vitæ promittens longitudinem diuturnitatémque, pœnitentiæ sermones non admittit. Adde, qui etiam cum morte omnia perire credunt, nec futuram vitam resurrectionémque concedunt. *Quis surdus*, ait Deus [t], *nisi ad quem nuncios meos misi?* Petrus [u] Berchorius, præter hanc in deteriore parte tropologiam; obturati aures in bono sensu docet tum terra, id est propriæ vilitatis cogitatione, tum cauda, hoc est, memoria finis extremi, mortísque.

Porro quoniam aspis cognominatur hîc surda, simúlque obturare aures dicitur, putant aliqui [x] non obturare aures vt non audiat, cùm sit naturaliter surda; sed vt vim incantationis declinet. Hoc non reperio apud Physiologos: & sequentia hoc loco verba insinuant incantari aspidem, quod certè fit prolato & exaudito sono: & non video qua ratione per incantationem, quod isti dicunt, extrahatur aspidi venenum, ita vt præ dolore sese contorqueat, & in gyrum circumuoluat, inferens caudam in aurem, & alteram affigens terræ, si surda penitus est.

Duplex demum superest notandus canon pro intelligendis scripturis. Alter Hieronymi [y] est; vitia nostra cum vario genere bestiarum comparari, & in improbi corde tanquam in parietibus templi, quod Ezechiel [z] vidit, idola imaginésque brutorum plures depictas cerni, nullúmque hominum esse qui aliquam imaginem non habeat siue peccati, siue sanctitatis, vt ita intelligatur, perambulare homo aut *pertransire in imagine* [a].

Alter Augustini ac Ruffini pertinet ad id quod subditur postea de incantatore sapiente: de rebus non laudandis trahi secundum quendam modum similitudines in scripturis diuinis. Affert Augustinus alia exempla in *indice iniquitatis* [a]; in pigro qui *tres panes* amico dedit non propter amicitiam, sed tædio victus [b]: & in pugillari artes [c]. nec deessent plura quæ afferri possent cum Cantapetrensi [d]. Huc spectat quod Basilius, Theodoretus, Euthymius, notant, καταχρηστικῶς vocari σοφὸν ipsum incantationis artificem seu veneficum.

Quæ non exaudiat vocem incantantium & veneficæ incantantis sapienter.] Hieronymus, *vt non audiat vocem murmurantium, nec incantatoris incantationes callidas.* In bibliis Complutensibus & Regiis, præterea in psalterio Romano, & apud Cassiodorum atque Petrum [e] Damianum, *& veneficia quæ incantantur à sapiente.* Hilarius, *medicamentis medicatis à sapiente.* Augustinus, *& medicamenti medicati a sapiente.* Rursum Hieronymus [f], *& veneficæ medicantis sapienter.* Græcè sic est, φαρμακοῦ τε φαρμακευομένου παρὰ σοφοῦ. Quidam obliquum primi vocabuli casum φαρμακῆ sumpserunt à recto masculino φαρμακὸς, qui & φαρμακεὺς veneficus, magus: aliqui à neutro φάρμακον tum *medicina*, tum *venenum*, & in malam accipitur partem, cùm sit, Gellio [g] teste Caióque Iurisconsulto [h], sicut & veneficus *tinctorem* quoque significans, mediæ significationis nomen. Nonnulli legerunt φαρμακᾶται verbum passiuum. Sed Lxx. sine dubio legerunt eo quem dixi modo φαρμακοῦ τε; sequens autem participium φαρμακευομένου, refertur ad aspidem quæ incantata dicitur: & pro παρὰ σοφοῦ legit fortasse Latinus Interpres σοφῶς. Versio Aquilæ est ἐπαοιδὸν ἐπαοιδὴν σεσοφισμένην, *incantare incantationem docti*: Theodotionis, φαρμάκου φαρμακευομένου ὑπὸ σοφοῦ, *medicamenti medicati à sapiente.* Symmachi, ἐπαοιδῆ ἐπῳδὰς σεσοφισμένῃ, *incantatoris incantationes docti*, vel Theodoreto teste, ἐπαοιδῆ ἐπῳδαῖς σεσοφισμέναις, *incantatoris incantationibus docti.* V. editionis, φαρμακεύοντα, nimirum ἀπὸ τοῦ φαρμακὸς, *medicata* (sumpto passiuè participio) *medicamenta*, ita vt etiam φαρμακοὶ sint idem quod φάρμακα. Apollinarius vocat φαρμακὸν ἄλκαρ, *medicatum remedium.*

Murmur ac mussitationem incantatoribus vsitatam participium Hebræum מְלַחֲשִׁים *melachascim* importat, non sine paronomasia ad נָחָשׁ *nachas*, quo nomine vocatur *serpens*, à verbo לָחַשׁ *lachas*, quod vsurpatur etiam de exorcista, vel de quæuis arcana seu consilia tractãte, submissa voce. Quæ Hebraicè sequuntur חוֹבֵר חֲבָרִים *chober chabarim* habentur etiam in Deuteronomio [i], sed in singulari חֹבֵר חָבֶר *chober chaber*, *incantans incantationem*, ἐπάδων ἐπαοιδήν. De ferarum incantatione mẽtio præterea est apud Ieremiam [k]; *Ecce ego mittam vobis serpentes regulos, quibus non est incantatio, & mordebunt vos*: Græcè εἰς ἃ οὐκ ἔστιν ἐπαοιδαὶ, *à quibus non est euellere.* Marsos, Psyllos, Ophiogenas, Troglodytas, alios, excantandi arte valuisse prodidit Plinius [l], Lucilius [m], Pomponius [n], Aristoteles [o], Plato [p], Virgilius [q], Ouidius [r], Tibullus [s], Lucanus [t], Silius Italicus [u] & alij: quæ de re quoque dixi in commentario Ecclesiastæ [x], ac disserit Delrius [y] noster. Negari non potest id fieri, vt præ se fert Franciscus Vallesius [z] & Turnebus [a], sed tantùm virtute verborum carminisve. Nec aliter negare intelligendus hoc etiam loco Hilarius, cùm ait non hic Marsorum cantus, & consopita viperarum sibila memorari, quia hæc eadem vi maiore cum energia per fidem nominis Dei, virtutémque torpescunt, sed illam contumacem atque insolentem antiqui serpentis inobedientiam aduersùm sanctorum cantus, & medicata à sapiente medicamina obsurdescentis. Cùm maiorem asserit illam energiam diuinam, indicatam promisso videlicet Christi, *serpentes* [a] *tollent*; insinuat nonnullam in incantatione, non quidem per se efficacem, sed ex pacto cum malo genio, qui tali veluti tessera data aduolet, serpentésque vel exarmet, vel consopiat, vel enecet. Docet Augustinus [b] disertè non audire serpentes & intelligere verba incantantium, sed illic diabolicam vim operari. Certè non habere vim veneficia, non solùm nostri docent auctores, historiæque Christianæ adeo multæ, præcipuè de Cypriano & Iustina, sed ethnicus quoque vetus poëta Afranius [c],

Si possent homines delumentis capi;
Omnes haberent nunc amatores anus.
Ætas (iuuenilis mediáque) *& corpus teneræ, & morigeratio,*
Hæc sunt venena formosarum mulierum.

nec id negari potest, cicurari ac mansuefieri aspides, vt feras cæteras; qua in re valet plurimum, inopia nutrimenti eas premere atque macerare, vt scripsit Agatharchides [d].

Ad allegoriã illam ab Hilario traditam de antiquo serpente, qui obstructo desæuiat auditu, etiamsi quotidie illi ne fallat, ne subrepat, ne mordeat, sub diuini nominis denũciatione mandetur, accedit tropologia quam idem indicat, de illis qui quòd nõ obediant Euãgelio, *viperarum* nominentur. Hoc alij de omnibus affirmant, non tantùm Iudæis, & infidelibus, qui Christum & Apostolos Apostolicósque audire prædicatores detrectauerunt, sed quibuslibet peccatoribus qui se aduersùs recta suggerentes ac monentes, eodem gerant modo, eadem sint pertuicacia. Continentium aures ad Stephani sermonem [e], retuli priùs exemplum. Tales præterea quos *tulisse* Christus dixit [f], *clauem scientiæ*, nec tamen introisse, sed & eos qui introibant, prohibuisse: tales qui dicunt Deo, *recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus* [g]: quique pulsanti non respondent: tales *qui corde pessimo cum sint, frustra cantantur illis carmina* [h], & acriùs indignantur.

Adhortator & Ecclesiastes Christianus qui scitè fungatur officio suo, *prudens eloquij mystici*, nominari potest apud Esaiam [i], vt Symmachus etiam vertit: Aquila verò *susurratorem*, Theodotio *incantatorem*, sed Lxx. auditorem; Hebraicè נָחָשׁ לָחַשׁ *nahas lachas. Incantator in Ecclesia est*, ait Hieronymus [k], vir eruditus, & exercitatus tam in lege, quàm in Euangelio & Apostolis, qui possit singulas animi perturbationes sua sanare doctrina, & ad statum mentis reducere; dum & scortator recipit castitatem, & ganeo frugalitatem, & quandam auarus dat eleemosynam. Subdit, *Euentila omnes* Iudæorum synagogas, & nullum poteris inuenire doctorem qui sancta præcipiat, & contemptis diuitiis sectandam doceat paupertatem. Tum prolato hoc loco nostro; *Omnis*, inquit, *sermo Apostoli contra serpentes & aspides incantatio est*, quem non exaudiunt peccatores, & hæretici, quia claudunt aures suas ne audiant veritatem.

Non est ad rem quod morali quoque sensu affert Hugo de *Veneficio*, vt sumitur pro tinctore

a Marci vlt. 18. *Incantatio est patrium malo genus.*

b li. Gen. ad lit. c. 17. *Serpentes non audiunt nec intelligunt verba incantantium. Veneficiorum vis irrita.*

c apud Nonium.

Cruentatur & manu serpentes aspides, vt feras cæteras.

Allegoria de antiquo serpente.

d li. 1. de mari rubro c. 41. apud Photiũ in biblio. nu. 742. *Troglodytæ.*

e actuum 7.

f Luc. 11. cf. Matth. 23. 13.

g Iob. 22. 14

h pro. 25. 20

i e 33.

Incantatorin Ecclesia Dei quis dicatur.

k ibid.

Illud potiùs, quod pollicetur Deus [a], fore vt *delectetur infans ab vbere super foramine aspidis, & in cauerna reguli qui ablactatus fuerit, manum suam mittat* (accepta potestate *calcandi super serpentes, & scorpiones omnémque inimici virtutem* [b], *& conterente Satanam Deo sub pedibus nostris* [c]) quia *repletur terra scientia Domini, sicut aqua maris operientes* [d]. Aduersùs adeo procacem spiritum opus oratione & ieiunio, tanquam aduersùs pessimum genus dæmoniorum [e], obseruat Bernardus [f]. *Orabo*, inquit, pro eo, humiliabo in ieiunio animam meã, baptizabor pro mortuo, vberrimo quodam profluuio lacrymarũ, apud quem viderim nihil humanæ incantationis quamlibet sapientiam, nihil quantumcumque admonitionis industriam præualere, *non caput in istis & sermo diuinus: ex Deo non sunt, quia non audiunt* [g]. Verùm si ille ipse sapiens incantator adeo desipiat, vt se decipi sinat & percuti, *quis miserebitur eius* [h], τίς ἐλεήσει; quod alij tamen reddunt, *medebitur*, vt *& omnibus qui appropiant bestiis*? notauit hoc Petrus Damianus [k]. Nazianzeni verò scholiastes [l] Elias, quia est hîc articulus (τῶ) arbitratur diabolum designari, qui sub serpentis forma decepit mulierem [m]: deinde etiam Iudæos, qui blandis Christum verbis alloquebantur, quem crucifixum volebant: postremò, quos suis alios vtentes subdolis colloquiis.

a Esa. 11. 8.
b Luc. 10. 19.
c ad Rom. 16. 20.
d Esai. 11.
e Matth. 17. 21.
f Serm. 13. in Psal. 90.
g Ioan. 8. 37.
h Ibid. 47.
Designatio diaboli qui sub serpentis forma decepit mulierem: item Iudæorum, & aliorum.
i Eccl. 12. 13.
k Lib. 2. epist. in 25.
l In ora. 19.
m Gen. 3. 2. & seq.

Verſ. 7.] Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum: molas leonum confringet Dominus.

Sensus loci.

INolita obstinatáque malitia cum aspide priùs comparata inflictionem grauis, ac ignominiosæ meretur plagæ. Deus ergo sæuitiam ferocientium aduersariorum franget, qui quasi pestiferis dentibus discerpere nitebantur; dentes ipsos comminuet, & quidem molares leoninorum hominum, vt nocere ac lædere nequeant in posterum. Ab hoc versu per aliquot sequentes alios præclaris quatuor comparationibus explicat exprimítque Vates hostium suorum interitum, quarum prima hîc est ex contritis dentibus, confractisque molis leonum. Facilis applicatio ad inimicos, & persecutores Christi Ecclesiæque, & quorumlibet iustorum.

Loci applicatio.

Mala Iudæorum distinctè enumerata.

Distinctè hîc Hugo enumerat mala Iudæorum, confutationem eorum: minarum contritionem: annihilationem potentiæ gloriæque: comminationem Dei nisi conuertantur: captiuitatem: accumulationem peccatorum: excæcationem: absorptionem à peccatis: Valentia recenset contritionem potestatis: annihilationem status: infirmitatem ac defectum: consumptionem: combustionem Inferni: ne filiorum, seu posterorum crescant pernicioſa desideria contra Christianos, & compleantur. Redigit Aiguanus ad quatuor pœnas, vt ostendantur mendaces: per orbem dispergantur: lumine priuentur: crementur æterno igne. Repetenda quæ dixi ad verba Psalmi 3 [n]. *Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa* (ex Hieronymo, *omnium inimicorum meorum maxillam* לְחִי *lechi*,) *dentes peccatorum contriuisti.* Qui ex suomet iudicantur ore [o], & propriis conuincuntur responsis, quemadmodum aliquoties conuicit Iudæos, imposuítque silentium Christus, vt de censu Cæsari dando, de Baptismo Ioãnis [p], de Christo filio Dauid, de duobus, quibus fœnerator debitũ dimisit [q]; de iudicio adulteræ [r]: his *in ore ipsorum dentes* dicuntur *conteri: molæ* autem *confractiæ* designant liberiores & apertiores acculationes, atque postulationes ad mortem, quas existens à morte inferísque idem Christus cassas ac irritas reddidit. Sic Augustinus, & posteriores Latini. Nihil rectiùs hæreticos facere scribit Ambrosius [s], quàm quòd ipsi suo se ore condemnant: & *molas leonum* vocat Hieronymus [t] dogmata pernicia intus latentia, quæ non videntur, ne facilè vitentur. Conuinci dicit Augustinus hoc loco sui temporis hæreticos Maximianistas, qui hæreticos alios excludebant ab Ecclesiis, prolata lege Imperatoria, qua id fieri iubebatur; cùm tamen secum ita agi quæreretur secundùm legem eandem. Adhibet simile Bredembachius exemplum Lutheri, qui de Thoma Muncero hæretico hæreticus Senatum Mulchusianum admonuit, vt interrogaret quis ei docendi munus commisisset ac, Deum, respondenti, præciperent id signo aliquo manifesto doceret; si non posset, repudiaretur. nam lex eadem cadit in Lutherum: sed & in hæreticos alios quoscumque.

Dentes etiam innuere possunt cum *molis*, vt Euthymius obseruat & Beda, minores maioréſque, minùs ac magis potentes: vel illi, aspidem; quæ infixis perit dentibus, (etsi quoque quam ptyadem vocant, exspuendo;) hæ, leonem à quo *leonini* quoque quidam *dentes* cognominantur: hoc est, tum clam & blandè, tum palam, ac sæuiùs lædentes. Cyrillus Alexandrinus [u] aptat hæc dæmonibus, postquam Christus eos, & quæ sunt illorum, funditus perdidit, & prædam ipsis de terra abstulit, vt præ se quoque ferre Nahum [x] videtur, quem Pater ille explanat.

Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum.] Hieronymus, *excute*, in imperatiuo. Legit etiam in futuro Basilius, Theodoretus, Euthymius; nempe συντρίψει, quomodo habetur in Complutensibus Regiisque Græcis bibliis. In emendatis est συνέτριψεν, nec non apud Apollinarium; & Latinè Hilarius, & Augustinus, *contriuit*. LXX. Hebræum חרס non in imperatiuo cum illis punctis חֲרֹס *haras*, sed cum aliis חָרַס *haras*, in præterito: solet autem reddi præteritum per futurum, viceque versa, vt crebrò vidimus; & quæ videntur precari prophetæ, ac à Deo petere, vt certò euentura vaticinantur. Cæterùm *conteri dentes in ore* non est intra os ipsum contritos manere, sed qui sunt in ore excuti & frangi; quemadmodum in Threnis [y]; *& fregit ad numerum dentes meos*, ἔθραυεν ψήφῳ ὀδόντας μου, *effecit lapillo dentes meos* יַגְרֵס בֶּחָצָץ *iagras bechathsats*, *fregit lapidibus*, רִצַּץ בְּפִרְיָן *rutsats biphridan*: Theodoretus ex Syro, *in πέτρᾳ ἐθραύσατό με, in petra priuauit me*. Phrasis Hebræa ibi indicat, ordine ac sigillatim, non forcipe, vt Apolloniæ, sed sagittis in singulos collimando, dentes confractos: Græca, quasi nouo calculi nigri psephismate aut ostracismo dẽtes ad vnum singulos euulsos à radice. sumptum à feris adagium docui Psalmo 3 [z], cum Theodoreto [a], quæ dentibus priuatæ imbecilles admodum, & expugnabiles fiunt. *Dentes* Nyssenus [b] intelligit, qui dicti sunt *arma sagittæq;* impiorum priore Psalmo [c], qui inobedientiam mandunt, ministri voluptatum ventris sunt, veritatem discerpunt.

Molas leonum confringet Dominus.] Rursum Hieronymus in imperatiuo, *molas leonum confrin-*

n Vers. 8.
o Luc. 19. 22.
p Matt. 21. 27. c. 22. 21. 46.

ge Domine: & hîc dicendum lectum à Lxx. non נְתִיךְ *nethots*, vel iuxta paucos alios codices נְטֹשׁ *netos*, sed פְּתַח *nathats*, aut נְטַשׁ *natas*. In bibliis Complutensibus ac Regiis legitur, συνέθλασεν, *confregit*: eodemque modo apud Cassiodorum, Remigium, Rickelium, sed & Euthymius eandem secutus lectionem, notat, prophetam prius vsum futuro, nunc præterito; atque huiusmodi morem esse prophetarum. Vtrobique in futuro legunt Arnobius, Hieronymus, Beda: & de Græcis Apollinarius; Hilarius, & Augustinus in præterito; nec non emendati libri Græci. Hieronymus *molares dentes* interpretatus est duriores illos, nempe maxillis siue mandibulis infixos, quique maxillares dicuntur, quibusque molitur ac teritur cibus. Apollinarius expressit γομφιὰς *maxillas*, quæ aliter vocantur γναθοι καὶ σιαγόνες καὶ γομφιαὶ. sunt quæ hoc habentur loco μύλαι *molares dentes* (qui & μύλοι, μυλίται, μυλόδοντες, μύλαγροι,) ac interdum quicunque alij. Suida teste. Ipsos *molares dentes*, proprie significat Hebræa vox מַלְתְּעוֹת *malthebboth*, vel inuersis literis מְתַלְּעוֹת *metallebboth*, quod occurrit sæpius [a] iuxta figuratam istam dicendi formulam, quæ alio adhuc loco [b] extat, præter citatum psalmum tertium, Threnósque.

Secundum allegoriam Valentia *dentes* accipit Pharisæorum scribarúmque potestatem Sacerdotalem, qua rapiebant, & vorabant primitias, decimas, oblationes: *molas*, potestatem crudelem, quæ conterebant pauperes & Christum ipsum occiderunt; sed Romani veramque illis abstulerunt. Tropologice *dentes*, qui incidunt & molunt, designant detractores mordentes, atque comedentes [c]. nam inter alios amicitias scindut pacémque turbant [d], & aliena bona, virtutesve, tanquam *ossa* maledicendo diminuunt, atque *comminuunt* [e]: dum etiam mala vel nota exaggerant, vel manifestant ignota; vel affingunt quæ non sunt; bestiam illam dentium ordine triplici constantem [f] repræsentant. Sic Hugo. Nyssenus [g] de *dentibus* quid dixerit, antè dixi. Ex leonibus comparationem exponit, quia sunt distortis oculis, carniuori, sanguinis amici, grauis anhelitus, ideóque designant eos qui rectà intueri nequeunt, ore fœtente ad blasphemias vtuntur, & carni ac sanguini dediti, ad regnum Dei non sunt apti. Bruno autem Carthusianus *contritionem dentium, & molarum confractionem*, operâ prædicatorum futurum exponit vt facundia sua destruant, quidquid impij malè de Deo, déque ipsis loquantur; & quidem in ore illorum, dum conuictos se fatebuntur. Sunt prædicatores *dentes*, sicut *greges tonsorum, qua ascenderunt de lauacro* [h]; quoniam tori mundi, & exuti propriis commodis, & mansueti sunt: simul tamen mordent & comminuunt, cùm oportet; mactant etiam manducántque [i], & in meliorem quasi substantiam commutant. Cyrillus [k] Alexandr. declarat de Satana, quem Christus, & quæ sunt eius, funditus perdidit, prædámque illi de terra abstulit,

a Iob 29.17. Prou.30.14. Ioel.1.6.
b Iob.4.10.

Allegoria. Quidnam dentes molæ, secundum eam.

Tropologia.

c Gal.5.15.

d Eccl.28.15.

e Ibid.21.

f Dani.7.5. *Leonum cōparationis expositio.*

g Tract.2. in psal.c.15.

Contritionis dentium, & molarum confractionis.

Prædicatores quomodo dentes dicantur.

h Cant.4.2. & 6.

i Act.10.13. Kin Nahum c.2.

k In Nahum c.2.

*Verſ.*8.] Ad nihilum deuenient tanquam aqua decurrens: intendit arcum suum donec infirmentur.

QVas *dentium* & *molarium* vocabulis conterendas atque confringendas aduersariorum vires dixerat, harum futurum interitū comparat cum ocyus defluente aqua, siue de fonte, flumine, mari, vt postea non appareat quando affluxit, vel illa detumuerunt, ita vt pedibus transuadari possint: siue de cœlo, hoc est, de nube, quam terra sorbet: siue de torrente, quæ siccatur æstate: præterea cum illo, qui tamdiu iaculatur, iterum ac iterum sapiúsque arcum tenens tensum, donec feram hostémve, aut trucidet, aut viribus destituat & capiat.

Simplex lect.

Iudæis & aliis Christi, ac Ecclesiæ persecutoribus vt conueniant ista, facilè perspicitur, quomodo scilicet sensim ac pedetentim perierint, Deo expectante ad pœnitentiam.

Iudæis & aliis Christi, ac Ecclesiæ persecutoribus vt conueniant ista, facilè perspicitur, quomodo scilicet sensim ac pedetentim perierint, Deo expectante ad pœnitentiam. Sauli autem vsque qui partes eius sectabantur, satis constat id contigisse. nam Saulis potentia regnúmque defluxit breui, decurrens impetu, cum cœno iniquitatis, sed tandem detumescens, & ab omnibus contemptum, ac pro nihilo habitum: ipse autem etiam iaculo mortis immissæ à Deo interiit.

Ad nihilū deuenient.] Hieronymus in imperatiuo vel optatiuo, *dissoluantur*. Alij, *colliquescant*, seu *liquefiant*, aut *abominabiles fiant sintve*. ducitur forsan similitudo à liquefactis niuibus, vnde torrentes crescunt. Hebræū verbum יִמָּאֲסוּ *ymmaasu*, significat *reuertuntur, contemnentur, spernentur*. Hoc vltimum verbum Hilarius & Augustinus vsurpant in editione Latina, respondétque Græco verbo ἐξουθενήσουται: & exponunt Euthymius, ac Nicephorus, vt sint ἀκαταφρόνητοι, *spreti contemptique*, vt sperni & contemni solet aqua effusa pictáque fortuitò à quopiam, ac statim dispersa. Facit huc quod est Psalmo 21 [a]. *Sicut aqua effusus sum*, & effusio aquæ in signum tum peccati [b], tum pœnitentiæ [c]. Leger int sine dubio qui exposuerunt *colliquescere*, aut *liquefieri* יִמַּסּוּ *ymmasu*, à מָסַס *masas*, non autem יִמְאֲסוּ *ymmassu*, à מָאַס *mas*: quod etiam verbum extat sequenti versu. Hoc quidem loco Chaldæus vertit יִתְמְסוּן *ythmesun, liquefiant*, & addit, *in peccatis suis*. Apollinarius declarat in præsenti tempore μωμητοὶ τελείως *insuperabiles fiunt*, aut *sunt*. In Psalmo 14 [d]. *ad nihilum deductus malignus*, dicitur ἐξουδενούμενος, & Hebræo verbo נִבְזֶה *nibzeh, despectus*, qua in re iustus imitatur Deum, scilicet nihili faciēdo peccatores: quod itē profitetur adhuc Dauid, cùm ait se *preuaricantes reputasse omnes peccatores terræ* [e], vbi pro *prauaricantes* Aquila σίμφυλα *vinacea* vertit; Symmachus σκωρίας, *scoriam*, vel σκαιωρίαν *dolum*: Theodotio & V. editio εἰς οὐδὲν, *in nihilum*: & hi in secunda persona ἐξέτηξας *conciduisti*: alij ἐκλογὴν *reputasti*.

a verſ.15. *Effusio aquæ in signum tūm peccati tum pœnitentiæ.*
b Gen 49.4. c 1 Reg.15. 29.

d Verſ.4.

e Pſ. 118.119.

Tanquam aqua decurrens.] Efficiunt aliqui vt membrum separatum à præcedentibus verbis, id quod exprimitur per vltimum participium, *colliquescam sicut aqua*; *abeam sibi ipsis* יִתְהַלְכוּ לָמוֹ *ythallechu lamo*, ita vt redundet pronomen quemadmodum alibi [f]. Quidam declarant, & *sic defluam*, vel, *liquefiant*; *velut aqua abeant sibi*. Sensus idem semper quem antè posui, quamuis Caietanus ad colliquandum veluti, & mollefiendum cor Saulis suorúmque referat, cùm postea deprehensuri essent non occisum Saulem à Dauide, cùm tam facilè potuisset.

f Gen.22.1.

Porro *delapsum aquarum super terram* mortalitatem nostram significare prudens Thecuitis dixit [g], & Nyssenus [h] ait, denotare instabilium rerum naturam, quibus qui se addicunt, similes efficiuntur. non debent nos decurrentes hyeme torrentes terrere, hoc est, persecutores, vt admo-

Delapsus aquarum super terram quid denotet.

g 2 Reg.14. 14.
h Tract.2.in Pſ.c.15.

net Augustinus; quia diu stare non possunt, sed euanescent, & ad nihilum deuenient. Sed recte alij currentes exemplo turbidique; cuiusmodi Nilus Aegyptiorum, & Assyrius Euphrates, vt leuissimas terrent. Et Esaias [a] miratus *aduersentibus aquas Siloe ambu. antes cum silentio*, profundeque nitidas, ac latibiles, ita eis, respicientibus regnum Dauid, tanquam humiles; ad reges vero exteros confugientibus, *adducentes aquas fluminis fortes & multas*. Vaticinatur ergo etiam Dauid huiusmodi aquas fortes & venosas, postquam irruperint, contemnendas, & in nihilum redigendas. Quare non est necesse, vt, quod Euthymius contendit, excludatur hic in ista humilitudine fontis fluminisque aqua, & tota intelligatur quæ fortuito a quopiam fundatur. Hilarius omnes aquas intelligit, maximè, quæ tendunt in mare [c], vbi quodam modo aboleantur, nimirum pristina qualitate nomineque amisso: quod Hugo de amaritudine sumit inferni, vbi *perit memoria eum* impetu [d], *fœtu*, & *nomen putrefcit* [e]. Epiphanius [f], quod ante me obseruauit Iansonius, de hæresium hæreticarumque factionum turma differens, videtur ad hunc totum locum iam inde a quarto versu allusisse.

Malitia & error, inquit, (quasi dicat, *alienatio a virtute, & error ab vero*) a se ipso exæcans mentem, & plam rationem auertens (more *aspidis surdæ, & obturantis aures*) contra se ipsum velut fluctus excitans (hæc est *aqua decurrens*) impias prius prædicatas ab ipsis opiniones in se ipso collidens, & in se ipso conterens (nonne hoc est veluti *dentes eorum conteret in ore ipsorum?*) ipsum destituere anticipauit (nempe ad *nihilum deuenientem, sanquam aqua decurrens.*)

Occurrit memoriæ nunc senex ille delirus Arianus, ex Ecclesiastica historia, qui canam mucamque tractans barbam suam, & capillum, *Ex hac*, inquit, *nisi ciam soluta erit, quantum existet lutum?* innuere volens quanta erroris turpitudo mortuo ipso cõcreuisset. Verum oportuit etiam veritatis radius lutum illud in auras abire, vel induratum conculcari & proteri. Quilibet peccator *leuis est super faciem aquæ* [g], huc illuc quauis aura tentationis in portus ratatusque, vt Gregorius [h] docet, Nicetas [i] verò etiam, sed ita vt iactationem tribuat rebus impositis in aquæ superficie. *Ad nihilum deuenit*, vt Hugo annotat, quia recedit ab eo *qui est* [k]; locus hic eius *qui non est* [l]; coniungit libr peccatum quod non est, ac nihil est [m]: denique quoniam illi melius esset *non esse* [n], quam sic esse, & in gehennam.

Intendit arcum suum donec infirmentur.] In Regius & Complutensibus, apudque Hilarium, *intendet*: quo pacto legerunt etiam Euthymius, ac Nicephorus, videlicet *ἐντενεῖ*, & apud Treuetum Hieronymi versio habet, *intendet*, apud Lyranum, & Folengium, *intendant*: quem non oportuit mirari cur Interpres numero singulari sit vsus. Est enim idem in Hebræo textu. Apollinarius vtens optatiuo *τανύσαι*, *tendat*, ita quoque legit. In tempore præsenti videntur legisse Basilius, ac Theodoretus, *τείνει*: in quo tempore vertisse miror qui editionem Latinam fecit ex editione Lxx. correcta, vbi est futurum. nam futurum lego in ea quæ Basileæ excusa est, anno 1526. per Andream Cratandrum: Hebræum verbum יורך *yaroch*, quod corrupte legitur apud Ricardum Cenomanum יריח *yaioch*, est futuri tẽporis, quod aliqui non male per imperatiuum exprimunt. Pro, *infirmentur*, Hieronymus vertit *conterantur*. Alij *excidantur*, *confringantur*, &c. Sensus autem primus est, vt de quocumque aduersario suo loquatur Dauid, dicatque, quamuis intendat, ac dirigat arcum contra se, nihil effecturum, sed quod alibi dicitur [a], *sagittas parabuntur futuras plagas eorum*; ita vt prius frangatur arcus sagittæque ipse, & sagittantes debilitentur, atque debilitentur, quam lædere possint. Sic Varablus, Arias, Gagneius, Crucius, Bredenbachius, Folengius, Herus, Caietanus; nec dispheet Genebrardo & Agellio. Eodem spectat, quod etiam Lyranus ait, obstinatum in suo malo tendere semper arcum suæ malitiæ ad nocendum alis quam diu potest viuere.

Secundus, de Deo, qui arcum tamdiu intentum teneat, & eiaculetur sagittas, donec infirmentur improbi, hoc est, correcti conuertantur, vt Paulus in via deiectus [b], posteáque profitens *potentem esse se eum infirmaretur* [c]. Tradit hunc Augustinus sensum, & Latinorum plerique imitatores ipsius.

Tertius Hilarij & Græcorum charitatorum, de Deo etiam exponentium, sed in deteriorem partem; vt nempe non desinat ab improborum animaduersione, donec eos tempore suo confodiat & perdat. & huc tendere priorem quoque, ac sequentes similitudines; nec de præsenti tantùm vita, verumetiam de pœnis æternis sermonem esse. Placet item Valentiæ, qui de Iudæis propriè accipit, & Lyrano, Iansenio, Genebrardo, Agellio, Richardo Cenomano. Idem erit si exponas cum Placido Parmense, Deum similiter ita vires aduersariorum confractuum, effecturúmque, vt sint irriti conatus persequẽtium, vt solent cum nimis arcus tenditur, sagittæ infirmari, deficere, concidere. Fauet paraphrasis Chaldæa, *intendit sagittas suas propter eos, vel mortiferas, & ipsi absumentur*: Apollinarius quoque,

τέξον ἀνὰξ τανύσειεν ἑὸς νέρτερα δοῦπος·

Arcum rex tendat donec morbus desinat.

Quarto Nyssenus [d] de diabolo accipit qui animas telis infestet, igneaque [e] tela peccati contra humanum genus dirigat, nec prius abstet à nobis impetendis, quàm vires nostras eneruet. Possunt hi commodi sensus omnes amplificari. non libet immorari; literaliores primus, rectiusque. De formula ista tum ad literam, tum mysticè, quia intendi arcus dicitur, dixi Psalmo 7. [f].

Vers. 9.] Sicut cera quæ fluit, auferentur, supercecidit ignis, & non viderunt solem.

TErtia similitudo ex cera, quæ igni admota aut acutis solis radiis expolita, aut igne de cœlo ruente percussa, statim fluit, liquescitque, vt ita etiam hostes hinc subitò auferantur; & hoc quidem, quoniam super eos vltionis diuinæ ignis irruet, ac torrente iræ diuinæ solè amburentur, & sic mœrore confecti solem amplius istum corporalem non videant, multòque minùs spiritualem semper lucentem cum beatis, si perstitant nimirum in peruerso animi proposito; sed in æternæ mortis infernique tenebras detrudantur.

Titus est ille Augustini, & aliorum Latinorum, sed sine dubio mysticus sensus, de ardore malarum concupiscentiarum, quæ aliorum sint pœnæ peccatorum (quod Magister quoque sen-

tentiarum

---

1 Sam 18.

a Esa 8.6.7.

Euth. de impressa intentione.

Hilarij expositio: Beda 1.7 Hugonis & aliorum.

d Psa 9.7.
e Psa 10.6.
f Haer. 30.

Anathema eorum tractantis dictum.

g Iob 24.18.

h 16 moral. 30. vel 25.
i In catena.

k Exod. 3.14. Iob 18.15.

l Psa. 13.1.
m Psa. 13.1.
n Matt. 26.24.

Secundus.

b Act 9.4.
c 2. Corinth. 12. 10.

Tertius.

Quartus.
d Tract. 2. in psa. 13.
e Eph. 6.16.

f vers 13.

Sensus duo.

Mysticus sensus.

tentatem [a] ex eodem dicit Augustino præsertim superbiæ; propter quam traduntur quidam *in passiones ignominiæ* [b], & *obscuratur insipiens cor eorum* [c]. *Ignem* vocat Augustinus non superbiæ tantum, sed concupiscentiæ, ac iracundiæ, & similes flammas quæ faciant ne *lumen lucens, solare intelligentiæ oriatur* [d]; aut cùm nulli non luceat & oriatur quod in se est: ab iis non cernatur, quos flammæ tales cæcauerunt. De hæreticis affirmat Bredembachius; longam admodum hic de iisdem digressionem facit; nec dubitat relatam victoriam à Carolo V. in Germania anno 1547. Aprilis die 24. cum horrenda quæ tunc extitit, cœli facie, caballistico quodam modo in elementis literatum præsentis veritas demonstrare. Laudari pium studium fortassis queat; sed quod vtilius in re solidiore poneretur. Ad Iudæos à Romanis deletos propter iniurias illatas Christo Cyrillus Alexandrinus [e], hunc locum applicat: quemadmodum & Micheæ [f] verba, *& valles findentur sicut cera a facie ignis, ταχέως τακήσονται, tabescent.*

Sicut cera quæ fluit, auferentur.] Hieronymus, *quasi vermis tabefactus pertranseant.* Chaldæus, *sicut reptile limax, qui madefacit viam suam*: vel, *sicut limax tabefactus, qui consumitur in itinere suo.* Alij, *sicut limax*, seu *cochlea quæ liquescit, abeat*, nempe (quilibet eorum) vel, *tanquam vnda maris, impetus aquæ, alueus, quem fluctus corroserunt, liquefactus ambulet.* Aquila, ὁμοίως γῆς ἑτέρῳ, *similiter ac vermis terræ, seu intestinum, & lumbricus*, sed non hic sistit sensus, ταχὺ πορευόμενα ἑκτρώματα γυναικὸς, *liquefactum*, seu *tabefactum*, & *consumptum vadit abortivum mulieris*: Symmachus, ὡσπερεὶ χοῖον διαλυθὲν διαφυεῖ: *sicut secunda membrana dissoluta dissonat*, id est, desinit, vel διαλύεται *transit*: oritur adeo varia versio ex שבלול *schabbelul*. Hanc vocem alibi quàm hîc non reperias, sed pro *vnda, fluctu, alueo*: vel pro *spica* alia vsurpatur nempe שבלת *schabboleth*; vnde Cybelem, quæ & Ceres ac Rhea, frugum dea dicta volunt. Quare nescio vbi Agellius reperierit שבל *schebel* pro *spica nardi*: nec apud Paraphastem Chaldæum in Exodo [g], pro *onycha* lego dictum nomen, sed שוחרא *tuphera*: & idcirco frustra fortassis laborat in docendo qua ratione congruat *onycha* proposito simul cum *nardi spica*; quia scilicet auctore Dioscoride [h] *onyx* sit conchylij testa testis purpurarum similis, quod in Indiæ nardiferis paludibus reperiatur, & nardo pascatur, colligatur verò siccatis æstu paludibus: atque censeatur inter aromata: habeat postremò cum nardo qua pascitur, cum limace, aut lumbrico, nonnullam affinitatem. Idem post Ricardum Cenomanum, Bredembachium, Genebrardum, póstque istos Gretserus [i] noster, monet, nostros Interpretes voluisse clariore rem similitudine declarare, quòd alia ex limacè, vermè, &c. non satis esset percepta.

Sed quis scit an *ceram* quoque vox eadem Hebræa Interpretum Lxx. tempore, vt interdum polysema vox aliqua est, significaverit extabescentia certe illa limacis vermisve adrepentis ac tabis vestigia in solo relinquentis, non est adeo ignota: & multo ignotiores alias comparationes Interpretes iidem pluribus locis expresserunt ex Hebræo textu. Quanquam placeret magis *limacem* retinendo interpretari cum Caietano de illo ver liquida & irrida est, quoniam vix tantum ad solem liquefieri, quatenus eius impatiens est, nec eum, quod verba sequentia indicant, valere pertest, quemadmodum lux abortivum, ex quo etiam similitudinem hic Paulo petit post alij volunt: vt simili quadam ratione Saul persequendo Dauidem, quam perire interesset, filius mortem abortiuisse, & innocentis oratione Dauid, veluti solari lumine illustratus, coniquescat animo censeatur. Posset quoque vis comparationis in eo esse vt limax suo vtcunque succo, & inclusa in testa, ne percussa quidem foris radius exterere ad intuendum oculos velit: sed capta tandem ollæ ad coquendum immittatur, nulloque tunc negotio ex eadem testa, cui tam tenaciter hærebat, extrahatur.

Quod tropologice quadrat in hominem terræ affixum, nec diuinum cernentem lumen. Albertus Magnus refert, limacem sale super eum proiecto totum liquescere fere, & in aquam viscosam conuerti. Verùm colliquefactio ceræ, quam Interpretes reddunt, eiusdem Sanctis aliorúmque denotat, vt initio docui, persecutorum interitum. Lege Augustini sermonem 109. de tempore. Ceram illam opifices exponunt solis radiis, quam sperant inde contrahere coloretn album posse; minùs probam iniiciunt ollæ colliquandam. Ad eundem modum electos Deus radiis nunc blandis doctrinæ, miraculorum, inspirationis gratiæ, *desuper ninem* [b]: nunc actioribus tribulationum tentationúmque magis ac magis purificat; sed reprobos in ardentem trudit inferni ollam, atris vrendos perpetuis flammis. Impreçans Iob [c] supplicium improbis grauissimum, optat vt *ad nimium calorem transeant ab aquis niuium*, harum namque veluti supplicium æstus est, quo statim liquefiant, nullum caloris frigorisve pristini vestigium relinquentes, sed absumptæ absorptæque cum incredibili quadam auiditate ab arida & sitibunda terra.

Arnobius in meliorem partem accipit liquefactionem ceræ: vt quemadmodum liquefacta ad naturam suam reuertitur, & in statu suo iterum reintegratur, ita Dominus afflicti peccatores velit, vt ad statum pristinum reuertantur. Michaël Aiguanus in cera bonas qualitates spectans, vult designari iustos electosque per humilitatem, diuini amoris igne facile liquescentes, & ad *vocem dilecti* [d], & *eo* habentes quod *liquefiat in medio* [e], paratum ad omnem Dei voluntatem: omnibus quasi liquoribus inferiorum rerum supernatantibus: castitatem apum, quarum opus cera, sectantes: lumen spirituale fouentes: proximum, ab aqua, id est, ab iniuriis omnibus, defendentes; eiusdem arcana veluti obsignantes; lumen et salutaris doctrinæ suppeditantes. Hos Deus per humilitatem inquit de statu superbiæ; per castitatem, de statu immunditiæ; per caritatem, de statu auaritiæ, quæ sunt *superbia vitæ, concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum* [f], aufert ac transfert efficaci suæ gratiæ igne.

Supercecidit ignis, & non viderunt solem.] Hieronymus, *quasi abortivum mulieris, quod non viderit solem.* Alij eodem pacto, sed iungendo istam cum priore de limace, quam ponunt comparationem, seu de verme, *qua non viderunt solem.* Quidam vermi aut limaci tribuunt liquefieri in via sua, vel tabescere: abortivo vt non videat solem. nonnulli vertunt, supplendo coniungentem particulam, nec non comparantem, *& sicut talpa quæ non vident solem*: nempe nec illa, sive limax, vermisque. Paraphrastes, *sicut abortivum & talpa cæca... quæ non videbit solem.* Aquila, conjectis cum præcedenti-

a 1. ad 16.

b Rom. 1. 26.

c Rom. 1. 21.

d Sap. 5. 6.

e Ad hæreticos applicat.

f 20. Micheæ 1. num. 3. 4.

Cybele vide dicta.

g Ex. 30. 24.

Onyx quid sit. h lib. 1. c. 8.

i In 1. deteriori pro Bedam. 1. cap. 13. in 19.

Alterius sententia.

bus

Comparationes.

Tres magna ex parte similes comparationes, quibus Scriptura vtitur ad explicandum reprobi interitum.

Cera radijs Solis expulsus humor albam reddit.

b Psal. 50. 9.

c Cap. 24. 19.

Liquefactionis vice in omnium partium restitutio.

d Cant. 5. 2. e Pl. 103. 5.

f 1. Ioan. 2. 16

bus integrum membrum, ὁμοίως γὰρ τὸ ἔμβρυον, τακὲν τοῦτ' ἔστιν ἐκτρωμα γυναικὸς, ἐ μὴ ἐκτρωμα τέλειον ἦν τὸν. *similiter ac vermis terra, liquefactum vadit abortivum mulieris; non viuebunt solem*; videlicet, hostes priuabuntur aspectu solis & vita sicut abortiuo videre non licet solem: quod est simile vermi terræ, quia est liquida quædam ac indigesta, vt ille, materia. Theodotio, conueniens in priore comparatione de cera, item de abortiuo mulieris quod non videt solem, exprimit, ὥσπερ κηρὸς τακεὶς ἀνταναιρεθήσεται, ὡς ἐκτρωμα γυναικὸς οὐκ εἶδεν ἥλιον: *sicut cera liquefacta auferetur, tanquam abortiuum mulieris non vidit solem.* Symmachus conflat ex priore ac præsenti membro comparationem circa eandem materiam fœtus, ὡσπερεὶ χόριον διαλυθὲν διαφθαρῇ, aut, διαβαίνῃ, ἢ ἐκτρωμα γυναικὸς, ἵνα μὴ ἰδ' ἐστὶν ἥλιον: *sicut secunda membrana* (quæ & *secundina*) *dissoluta dissonat*, id est, *deficit*, aut *peritransit, vel abortiuum mulieris*; *vt non videant solem.*

De vi similitudinum *limacis* aut *vermis* & *abortini* dictum antea satis, prout Saüli scriptique conueniunt. Ea quæ sumitur ex *abortiuo* siue qui concepti non vident lucem, Iob [a] etiam vsus est; præterea Paulus [b], appellans seipsum *abortiuum*, quod, vt Anselmo [c] placet, vocatus non viderit lumen [d], vtpote quodammodo natus ante tempus, semimortuus, cæcúsque, cùm cæteri Apostoli ad primam vocationem oculis apertis Christum sint secuti; vt in Commentario Actuum docui [e]. *Talpa* similitudo etiam congruit, quatenus non viderunt Dauidem, quando in spelunca peruenit ad Saülem bis, & occidere potuit. Parœmialiter κοχλίας ζῶν, *cochlea viua*, de illis dicitur qui à luce forensi ac negotiis remoti sunt; & τυφλότερον ἀσπάλακος, *cæcior talpa* vocatur qui supra modum cæcutit, minimèque iudicat. Meminit Nyssenus [f] tacito nomine, versionis quam dixi esse Aquilæ, licèt cum singulari verbo, ἐκτρωμα γυναικὸς οὐχ ὅραμα τέλειον ὄψεται ἥλιον, *abortius mulieris non videbit solem*: docet autem hoc respondere dictis initio [g]: *alienati sunt peccatores à vulua, errauerunt ab vtero*: & significari naturæ imperfectionem & aborsum per malitiam, & per excisionem à matrice gratiæ, ita vt sibi ipsis peccatores ignis effecti sint, ob carnale, & materiæ immersum vitæ institutum: ac idcirco ad solem oculos non leuauerint. Si ex Hebræis vt modò sunt puncta mutentur, efficietur sententia quam reddiderunt LXX. Leguntur sic Hebræa נפל אשת בל־חזו שמש *nephel eſceth bal chazu ſcemes.* Pro נפל *nephel* quod *abortiuum* significat & fœtum eiectum, quíque ante tempus excidit ex matris vtero mortuus; si legatur נפל *naphal*, erit verbum significans *cecidit*. nomen אשת *eſceth*, quod valet *mulierem*. Genebrardus poëticè ac Syriacè hîc vsurpari vult pro אש *es*, quæ est *flamma ignísque*: vnde Εσία & *Vesta*. Tam id potest credi, quam quod alij affirmant de talpâ; quæ non Hebraicè, sed Chaldaicè appellatur, אשתא *aſſeuitha* non solùm hîc, sed etiam in Leuitico [h]. Quis etiam scit an primum simpliciter sit scriptum אש *es*, vt videtur Ricardo Cenomano? an expletiuè, vt non ratò fit, additum est ה vt sit אשה *eſceth*? an etiam Hebraicè *ignem* significat, אשה *eſceth*? Hoc vltimum non ita ausim asseuerare: quamuis repetiam in Ieremia [i], מסשהם *meeſtham* quod φουντὸς, & *conflatorium* redditur; sed ab aliis, *ab igne perfecto*, qui tamen volunt esse duas voces, etiamsi legatur vt vna.

Porro versionis nostræ sensum iam dixi esse, quòd *cùm ignis cecidit super improbos, ἔπεσεν τὸ πῦρ ἐπ' αὐτοὺς, super eos*, vt extat in bibliis Complutensibus, Regius, aliúque, & apud Euthymium ac Apollinarium; in psalterio Romano & apud Cassiodorum, *super eos cecidit ignis*: in psalterio Gallicano & apud Arnobium; *cecidit ignis super eos*, [i] apud Theodoretum, quem ita legisse collector scholiorum in biblia Sixtina scribit, non inuenio, in Nicephoro per errorem legi puto ὕδωρ aquam pro πῦρ,) igni altè demisso absumptos peccatores, vt cera solet, nequiuisse ampliùs frui vsura solaris lucis cum reliquis viuentibus: contabuisse ad similitudinem liquefactæ cerę, atque ardenti flamma vltionis diuinæ conflagrantes petiisse, & perpetuis damnatos tenebris fuisse:

Κηρῷ τηκομένῳ ait Apollinarius, ἴκελοι τήκοντο κακοῖσιν:
Ηελίῳ λελάθοντο πυρὸς προμολόντος ἐπ' αὐτούς.
Cera liquescenti similes tabescunt malis:
Solis obliti sunt, igne procedente super ipsos.

Solis oblitisci & *solem non videre* idem est quod mori: ita vt, quod philosophus ille dixit, natus videatur homo ad videndum solem eiúsque lucem; & ideo fortasi appellatus quoque ἥλιος nomine *lucem* significante: sitque cognatio etiam apud Hebræos inter איש *is* nomen viri, & אש *es*, qui est *ignis*: tametsi alij deriuent illud a יש *ies* esse, quod muliere prior fuerit & omnium entium in se gradus cõtineat. Iob [a], *non videre lucem*, & Ecclesiastes [b], *non videre solem, pergere ad tenebras, oblionis tradi*, circumloquuntur pro eo quod est mori: sic Poëtæ vocant [c] *corpora & simulacra luce carentium, spoliata lumine* [d], *condemem* [e] *nantia lumina somnum*; *cassos* [f] *lumine*: dicunt quòd *lux & alma recedit, lumina* [g] *quis morte resignat*; *lucémque relinquit* [h], & *inuisum abrumpit* ac *finit* [i]: *is fugiue sub umbras* [k]: quod est *oculis lux nouissima* [l]; *omnes vna manet nox* [m]; *tenebris nigrescunt omnia circum* [n]: *oculos* habent qui moriuntur *sub nocte natantes atra* [o]: *permenso defunguntur tempore lucis* [p]: *obeunt decurso lumine vitæ* [q]: *aulcia linquunt labentis lumina vitæ* [r]: *proiiciunt diem, nec iam amplius æthere vescuntur* [s]. Fingunt etiam deam esse Mortem, Noctis filiam ac Erebi, vna cum Somno [t].

Tropologiam innui antea de libidinis & cupiditatis igne. *Ignis* ille *vsque ad consummationem deuorans* [u], & eorum *tabernacula qui libenter munera accipiunt* [x]: facit ne *sol intelligentiæ* illucescat [y], & vt *caulos declinent ne videant calum* [z], & velut *calidiora stercora* excæcat [a]; & tanquam pelvis candens officit obiecta vitæ oculis. B. Thomas [b] mentis cæcitatem oppositam dono intellectus docet esse, cùm quis mentem abstrahit à spiritualibus veritatibus, quarum consideratio retrahit a peccatis, siue id faciat directè, *nolens intelligere vt bene agat* [c], siue indirectè, cùm variis voluptatibus vacat; sicque præsentem locum intelligi posse de supercadente igne concupiscentiæ & luxuriæ, propter quem diuinarum sol lúxque rerum non cernatur, & vnde mentis cæcitatem oriri scribit Gregorius [d]; immo nec quæ sole ipso clariora sunt, moralia principia percipiantur: *Non habitat sapientia in corpore subdito peccato* [e], & animi puritatem plurimi referre ad intelligentiam rerum diuinarum Christus docuit [f]. Deinde Antonius [g] ac Theodorus Abbas [h]: & exemplo Carpi Dionysius [i]. *Ignem cæcum* [m] *flammámve penitam* [n] profani appellitant, nec non *faces*, te-

telimus sensus accuratus.

a c.14.16.
b c.6.4.5.
c Virg.4. Georg.
d 12. Aeneid. Solis obliuisci, & solem non videre, *pro mori. Natum homo ad videndi solem* Cur *quòd appellatur.*
e 1.Aeneid
f 2.eneid.
g 8.eneid.
h 4.eneid.
i ibid.
k Ouid.1 metam.
l Virg.4.& 12.eneid. *Hanc omnibus vnam esse quæ vltima.*
m Ouid.1.metam.
n Horat.1.car. Ode.28.
o Virg.12.eneid.
p Ouid.5 metam.
q Tibul lib.1.
r Lucr lib.3. eidem lib.5.
s Tibul.1.lib.
t Hesiod. & Paulus in Etiam, & alij.
u Ioh.31.12.
x Iob 15.34. *Mors, Ira, Noctis filiæque Erebi.*
y *Tropologia de libidinis & cupiditatis igne.*
a Sap.5.6.
b Dan.13.9.
c Iob.21.14.
d 2.moral.q.15.a.1.
e ps 15.4.
f 1.moral.c.31.vel 17. *Mentis cæcitas oppositi doni intellectus qua.*
g Sap.1.4.
h Matt.5.8
i apud Procopho lib.8 ca.40.
k apud Cassiodorum & alios.
l Ep.9 ad Demophilum.
m Virg.4.eneid.
n Catull.in epithalam. *Comparantur ad intelligentiam rerum diuinarum plurimum referre, cùm sit ex cæcitate contrarium.*
Turpis amoris nimia.

das,

nimum, simul de hac fere duntaxat solliciti terra, nihil parumve de cœlo cogitantes, ac de illo, qui *habitans in cœlis irridebit eos*. & *omnium Dominus subsannabit eos* [a], mittetque Iperantibus in se, *de cœlo* [b], vt liberet ipsos. Quòd si referantur duæ dictiones, *in terrâ*, ad sequentes, *iniquitates manus vestræ concinnant*, quo pacto emendatiora biblia dispungunt, vt sit antithesis inter *cor terrámque*, sensus erit, quem tradunt Euthymius atque Nicephorus, & innuit Hugo (placétque Bredembachio) licet vt moralem, dum aiunt in terra impios mala operari, postea in inferno, quamuis animorum prauitas non cesset, defuturam facultatem exequendi. Vel *concinnare iniquitias in terra* est palam, apertè, apud omnes, non amplius in solo corde. Insinuat hoc Genebrardus & Caietanus.

Iniquitates manus vestræ concinnant.] Psalteria alia duo & Augustinus, pro primo vocabulo habent, *iniquitates*. Hilarius & Cassiodorus, *iniquitatem*: Arnobius, *iniustitiam*: pro vltimo Hilarius; *complectuntur*. Augustinus, *connectunt*. Græcè habetur, , *ἀδικίαι χεῖρες ὑμῶν συμπλέκουσι*. Est etiam Hebræum nomen primum in singulari numero: totaque sententia hoc modo: חמס ידיכם תפלסון *cuamas idechem thephalleſun*. Vertit Hieronymus, *iniquitates manuum vestrarum appendite* (quod corruptè legitur, *apprehendite*, apud Treuetum) vel, vt Victorius in editione Hieronymiana recitat, *iniquitates manuum vestrarum appendunt*. Alij, *violentiam* vel *calumniam manuum vestrarum appenditis*, seu *æqui librariis*: vel, *ad rapinam manus vestra extenduntur*. Significat nomen חמס *chamas* omnia dicta & omnem vim apertam, ac iniuriam quæ in aperto fiat, deniq; tyrannidem: verbum autem תפלסון *thephalleſun*, *ponderare*, *librare*, *dirigere ad regulam*; quam regulam vocant פלס *peles* aut *lingulam bilancium*, aut *statheram*, *bilancésque*. Appendere, librare, ponderare iniustitiam, iniuriam, violentiam, & similia, est velle videri agere in pondere & æquitate id quod per vim & iniquè fiat, quasi aduersarij Dauidis, assectæ Saülis, & ab hoc iudices constituti, dicerent: Dauidem esse perduellem, contumacem aduersus Regem, turbatorem quietis publicæ. Præterea, vt placet Caietano, appensio ista denotat, si legamus interrogando, *Etiam iniquitatem manuum vestrarum appenditis?* iniquissimum esse vt denuo ipsum sui hostes persequantur, si veluti ex vna parte conicere in vnam lancem velint, quo pacto cùm potuerit Saülem occidere, noluerit, itque innocentiam ipsius fateri compulsus fuerit; in alteram verò, quam contra illum nouam persecutionem moliendi causam habere possint, iam de iniquitate tam apertè ac publicè conuicti. Rectè Lxx. sensum expressérunt verbo *συμπλέκουσι*: quod valet *aptè simul nectere*, vel utique cum iustitia iniustitiam adeo concinnè permiscere, ita vt videantur cohærere, vt fit in resti ac fune contexto. Augustinus legens, *connectunt*, explicat de peccato, quod cum alio peccato sit cónexum colligarúmque, ac efficiat vincula, funes, criniculos, qui fiant intorquendo. Citat ex aliis locis, *dirupisti vincula mea* [c]; *criniculis peccatorum suorum* vnusquisque *constringitur* [d]: *væ* [e] *his qui trahunt peccata sua* sicut vestem longam: *ligate* [f] *illi manus & pedes, & proijcite illum in tenebras exteriores*. Concludit postremò: Nolite ergo connectere iniquitatem, quia vobis ad aliquam adhibebitur quidquid connectitis.

Sed ineptè aliqui [g] dissoluentes nomen, *iniquitias*, in duas voces, *in iustitias*, declarant, qui peccata peccatis addunt, ex iis conflant quasi cumulum pro diuinis iustitiis in die iudicij; quod aut Paulus [h] esse *thesaurizare sibi iram in die iræ*.

Concinnandi verbum præter complexionem plurium peccatorum importat quoddam quasi artificium quo vtuntur hypocritæ; sicut per *appendendi* verbum fraudes mercatoribus vsitatæ insinuantur. Indicatur item non vnius tantùm, sed plurium concors iniquitas: vt notat Haimo: vel vt Pampolitanus, veluti colligatio peccatorum, tanquam lignorum siue fasciculorum ad comburendum [i]. Bruno Carthusianus vtens exemplo concinnentium concorditerque canentium, videtur legisse, *concinunt*, non autem, *concumant*: aut certe ludere voluit in similitudine verborum. *Apponunt* improbiores *iniquitatem super iniquitatem, non intrantes in iustitiam Dei* [k]: & *sordida sordescum adhuc* [l]; & quamuis *cum in profundum peccatorum venerint, contemnant* [m], nihilominus excusant *excusationes in peccatis* [n], seséque *transfigurant in angelos lucis* [o], *filiósve* [p], vt facilius aliis imponant, & quod cupiunt, assequantur. *Concinnatores causarum* Iurisconsulti [q] nominant eos, vt Alexander [r] ab Alexandro scribit, qui nouas lites simulatis captionibus & cauillis improbis in longum ducere moliuntur, cùm sibi agere non licet; quia *concinnare* dicitur qui rem effictis mendaciis omnibus lenociniis perpolit. Festus *cinnum* docet esse commixtionem, & *concinnare* aptè componere. In psalmo 49 [s], *lingua concinnare* dicitur *dolos*, eodem Græco verbo, *συμπλέκειν*; sed Hebræo alio תצמיד *hitsmid*, lege ibi annotata. Possunt porro concinnatores illi appellari etiam *vitilitigatores*, ex vitiis & litigatoribus composito vocabulo [t], nec non *συνοφάντας*, & *causarum redemptores* [u]: *manibus* autem hic dicentur *concinnare* qui muneribus corrupti hoc facitant, & iudiciis corrumpendis aliisve maleficiis eiusmodi suscipiendis, operam suam locant. Hæreticos affectantes orationis concinnitatem & *χρησυλογίαν καὶ εὐλογίαν*, de quibus Paulus [x], huc reuocare licet, vt seducant corda innocentium.

Vers. 4.] Alienati sunt peccatores à vulua; errauerunt ab vtero; locuti sunt falsa.

NE quis miretur quòd tales concinnatores malorum improbissimos, nilque aliud molientes & cogitantes esse dixerit, docet, ab ipsa-met infantia, vtque primùm prodierunt in lucem, atque ex materno vtero, semper à ratione, à virtute, à vero, à Deo alienatos fuisse, ac iugiter continentérque in peius postea profecisse, nec alium fere quàm falsum & mendacem, fraudulentum, iniquum, pernicioſum sermonem protulisse, aliis nocendi artem, verbo, réque, non cum lacte tantùm suxisse & ab incunabulis, verumetiam ab ipsis viscéribus maternis, propter ingenitam prochuitatem ad malum; & quia præuidit iam inde, immo & ante omnem æternitatem, Deus, improba futura istorum opera. Sic Græci omnes, confirmantes exemplis tum Pharaonis, tum Ieremiæ; quos Dei præscientia non tales fecit, illum malum, hunc bonum: sed

quod

a psa. 4.
b psa. 9.
Alius sensus.
Concinnare iniustitias in terra, quid sit.
Appendere, ponderare iniustitiam, quid sit.
c psa. 17. secundum Hebræos.
d prou. 5. 22.
e Isa. 5. 18.
f Matt. 22. 13.
Supra dict. psa. 9. Peruersi impij & pecc. vers. 5. dicuntur stulti 4.
b Rom. 2. 5. Concinnãdi & appendendi præmia quod imperent.
c Mat. 13. 4.
d psal. 48. 18.
e Apoc. vlt. 11.
f prou. 18. 3. & psal. 40. 4. h. 2. Cor. 11. 14. i Rom. 13. 12.
Concinnatores causarum qui dicantur.
k l. nequicquam 5. circa aduocatos D. de offic. proc. Concinnare, cinnus, quod sit.
Lingua concinnare dolos, quibus. lib. 4. c. 15. in verb. 19.
n Plin. pr. hist. ex Catone.
Moribus cõcinnare, quid sit.
o l. nequicquam inp. & Bud. annotãt. ling. Græc. pag. 80.
Hæreticorum accommodatio.
p Rom. 16. 18.
Sensus huius.
Deus quod futurum est præscit, & tales aut tales præsciendo non facit.

quod Iudæorum erat Deus peculium. Contenerunt Latini post Hilarium [illegible] Ruffinum. Sunt enim Hilarij verba [illegible] ob [illegible] quamuis applicant in genere ad quoscunque peccatores, tum vero ad Hæreticos qui à vulua vteroque alienentur ac errent Ecclesia, in qua sola veritas est, extra quam qui sunt, iniquitatem sapiunt. Quod item Euthymius insinuat. Alij etiam de Iudæis accipiunt, vt Rutilius & Pinio Carpathius [a], abeuntibus à lege atque scriptura, & à fide Christi, & ab exemplo moribusque Abraham & Saræ, vt ait Arnobius & Hugo, præterea in Genesim [c] Glossa interlinearis, Eucherius, Rupertus, sub typo tamen Esau. Eodem referri potest quod scribit Augustinus [d], Iudæos errasse a ventre, id est, à lege, quæ à Christo grauida erat, ideóque Ioannem iam inde ab vtero matris prophetauisse ac testimonium perhibuisse de lumine.

Distinguunt aliqui, vt Beda, alienatos ab vtero, qui noluerunt concipi & includi Ecclesiæ vtero; errantes a vulua, qui veluti abortum latera matris Ecclesiæ grauiter errore suo concutiendo exeruht. Sunt etiam qui de originali peccato accipiant, *alienationem ab vtero: errorem à vulua:* de peccatis post Baptismum. Sic Pampolitanus & Treuetus: Nyssenus [e] de originali. Bruno Carthusianus *alienatos* ait *ab vtero & erraſſe à vulua*, qui noluerunt credere Christo, quia hominem videntes in vtero vuluaque conceptum, aliorum hominū putabāt more, ac proinde nō credebant Deum esse. Rursus Hugo vtrumque ad prælatos malos accommodat, qui cum adhuc essent tanquam infantes, alienati erant errabantque; sed hypocritæ erant, vel quoniam ab vtero patientiæ Christi, cuius Vicarij sunt, vuluaque misericordiæ, alieniores sunt. Item *errorem ab vtero*, vult esse peccatum gulæ, vt sit Deus venter contra naturam: alienationem à vulua aut quamlibet fornicationem, vel esse peccata quæ quis discit a parentibus ac imitatur, vt quinquennis, de quo Gregorius in Dialogis [f]. Georgius Venetus [g] prædicatorem dicit *alienari a vulua*, qui pietatem significat; qui lucrum quærit pompāmve, non amorem Dei proximique: *errare ab vtero*, qui aliunde sumit quæ prædicet, quam ab vtero matris Ecclesiæ, id est, a sacris libris, & sanctorum sententiis. Non obesset expositioni de originali peccato, vt obiicit Iansenius, quòd in vtero contrahatur. nam *ab vtero* idem potest esse quod iam inde ex quo formatus est in vtero.

Sed ad literam, licet hunc locum, præter id quod initio dixi, interpretari ex communi vsu loquendi per exaggerationem, cùm pessimum quemque veluti à natura talem factum videri affirmamus, & quasi *naturalem*, vt Sapiens [h] loquitur, *malitiam* eius, & *transgressorem ab vtero* vocari [i]; non ob vitiosam tantùm naturæ pronitatem ex crasi constitutionéque corporis: mentéque cum bestiis comparandum, quarum subditur hìc mox comparatio. Aliter adhuc literali sensu declarat non improbabiliter sanè Agellius, vt significet Dauid pati se persecutionem ab illis ipsis qui ex eodem veluti vtero prodierant, & consanguinei, cognati, contribules erant, quales Zipharæi, & in Saulis aula non pauci, qui animo voluntateque abalienati ac degenerantes à naturali conditione & affectu, fallos de ipso spargerent apud Saulem sermones rumoresque. Hos psalmo 53 [k]. & 117 [l]. iam *alienos* appellauerat. Vitandi porrò Genethliaci, quibus adsciti: nimis huiusci, vt Rabbi Salomon apud Lyranum, hunc explicant locum ita, vt nonnullos hic putent significari ab ipsa conceptione & nativitate secundum fatalem naturalemve quandam necessitatem ad vitia destinatos. Cauendus Origenes [m] et in animas existentes ante corpora, prius peccauisse fentat, ac propterea inimicias in corpora. nec est verum stare secundum literam non posse, vt ipse contendit [n], quod hic dicitur *alienatos à vulua. & errantes ab vtero locutos fallacia*, quasi parvuli peccatores (quam difficultatem vicit etiam Hieronymus [o]) Ratum vt de vulua, erecti sunt, mendacium loquantur. nam loqui intelliguntur quo tempore loqui possunt, sed ideo quia ab vtero contraxerunt prochuitatem ad mentiendum, sicut & ad alia peccata perpetrandum. Idem vetò Hieronymus [p] abutentibus hoc & hmjlibus locis, ad probandum, naturas hominum per se diuersas; eorum qui saluantur, bonam, qui pereunt, malam; respondet id quod iam dictum est, ortu diuersitatem ex præscientia Dei, vt quem scit iustum futurum, priùs diligat quàm oriatur (etsi reuera dilectionis & electionis causa prima non sint iustitiæ opera eius, sed beneplacitum voluntatis Dei; & quem peccatorem, oderit reprobationis causa sunt mala opera & peccatum) antequam peccet.

Alienati sunt peccatores à vulua, errauerunt ab vtero.] Nyssenus [q] appellat *lamentationis* vocem, qua deploret Dauid peccatores, qui aberrauerint à matrice benignitatis ac bonitatis Dei, à quo facti eramus, *ad imaginem & similitudinem ipsius* [r]; *finxerat*, seu fingere volebat, *sigillatim corda nostra* [s], *nutrire* ac *exaltare* tanquam *filios* [t]. Sic autem inducit cum interrogatione Dauidem loquentem; *quomodo alienati sunt peccatores a vulua?* &c. non ita legit sed ita fingit Prophetam loqui. Videntur synonyma hìc esse vulua vterúsque, quamuis Plinius [u] vterum velit esse in mulieribus nostris; vuluam in brutorum fœminis; quasi videlicet dicas *bulgam*, etsi malunt alij tanquam *voluam* a voluendo, quòd & fœtus inuoluatur? quam de mulieribus quoque vsurpant [x]: & idem Plinius [y] asinæ tribuit vterum. Idem censendum de μήτρα & γαστρὶ, atque de רחם *rechem* & בטן *beten*, synonymè nimirum accipi, etiamsi discrimen aliquod propriè existat, vt sit vterus γαστὴρ, בטן *beten*, pars amplior & vtro etiam communis, quem dicimus etiam, *ventrem*.

Alienatos à vulua possumus, præter illa quæ diximus, intelligere quodammodo insanos, amentes, furiosos, nam statim additur, *furor iracundiam similitudinem serpentis*, &c. Exemplis auctorum Latinorum Roa [z] noster demonstrat Latini vocabuli acceptionem istam. Iulius [a] Firmicus vnà coniungit *alienos, deliros, cardiacos, phreneticos*. Eodem sensu sumi *vitiis aliena* [b] potest: & *alienatio*, quam *operantibus iniquitatem* [c], Iob esse scribit; & *alienos*: non solum ex psalmo 17 [d]. & 53 [e]. de quibus paulo antè monui. sed ex 18 [f]. etiam, vbi orat Dauid, vt *ab alienis* parcat Deus, id est, vt ibi exposuimus, à peruersis & sæuis, qui fœrenter & alieno à cæteris more, plusque quam soleant alij, sæuiunt, quasi abalienata mente & efferata. Postremò *alienatio à vulua erróque ab vtero*, iuxta eos quos prius dixi modos, præsertim de innata propensione ad malum, illustrari adhuc potest verbis illis; *Videm Deus* [g] *quod multa cogitatio cordis* (*hominum intenta esset ad malum omni tempore:*

a Theodoret. 25 Malachiæ. Rupert. 15. c. Conceptionis.

b Errant.

c c. 25.

d Serm 20. de Sanct.

Euthym. alienatorum ab vtero &c. errantium à vulua.

e tract. 2. in psc. 15.

Ad prælatos malos accommodat.

Præscientia alienari a vulua, errare ab vtero. f lib. 4. dialo. c. 12.

g in probl. scripturæ tom. 3. in 417.

Aliter alij interpretantur.

h Sap. 12. 10.

i Esa 48. 8.

Agellius non improbabiliter ex scripsit.

k vers. 5. l vers. 4.

m Alienati vulua, qui nouo intelligi possunt.

m lib. 2. sing. c. 12.

n lib. 3. p. 6.

Vitiis aliena, alienat. mens. temperat. o Hier. 2. ad Gal. p Ps. 15. q vers. 4. r vers. 5. s vers. 14.

t Gen 6. 5.

præterea [a], quod *fœtus ex concubitu ruminent cogitationes malorum: prima fœtus ab intelligentiæ ipsa.* Tractant hæc virilia ad cum incitationem *feminæ*, cum Terentius [b], *cor hominis*, incumbentis in malum: prima etiam, actum factumque, vt quæ dicta vidimus Psalmo 5 [c]. & 13 [d]. hominu plurimorum, **plurimùm ac fere semper mala cogitantium**, dicentium, facientium, quamuis tamen deberent possentque abstinere. **E contrario aiebat Iob** [e], *ex vtero matris creuisse secum miserationem, & de vtero matris egressum fœtum. Magnum beneficium fertur animum* [f] *bonam: primigenia virtutis indoles bona* E: *electus cum foris ætas corpus; iuuat, si dici liceat, crescit ætas virtutis* [h]: *portantur ab vtero Dei, gestantur ab eius vulua* [i]: *ex vtero recordatur Deum nominis* [k] *eorum, segregat* [l], aliquando *sanctificat* [m]: *proueniuntur inde in eum* [n]: *indidem protector ipsorum est* [o]. Dedecet degenerare à tali vulua vteroque, nec *attendere vnde exciti fuimus* [p]: oportet adeo nobilis ac **benignæ matris rationem habere, quæ** cum dolore peperit, sollicite educauit: gemit in suorum iactura: delectatur à multis filiis. exaggerantur hæc a Philippo Greuæro [q]. Tandem hunc formulæ paternali similes apud Latinos illæ, *à cunabulis, à teneris vnguiculis, cum nutricis lacte.* Apud Græcos, ἐκ νεότητος. *Errare* etiam *ab vtero* diceretur aliter *naturalem* esse *malitiam* [r], vt dixi. quod Seneca [s] dixit,

ne male fuerimus? —— desciscimus.

Locuti sunt falsa.] Hieronymus, *loquentes mendacium*: sicut & Symmachus iuxta participium Hebræum דברי *donerę*, si λαλοῦντες ψεύδη, non falsa tantùm sed locuti sunt mendacium; quia contra mentem. nam etiamsi forte vera loquerentur, vt initio psalmi dictum est, attamen non **verè, & ex animo, quoniam non rectè iudicabant**, nec facta oratione respondebant. Quem **nunc laudabant Christum Iudæi, postea vituperabant,** & falsis criminibus damnabant: gloriantes patre Abraham [t], non attendebant ad eum [u]; nec quod ille, faciebant [x]. *Filij alieni mentiuntur Deo* [y], & reluctante conscientia, rationisque dictamine peccando mendaces sunt, hocque pacto quiuis peccator non tantum ignorans, & imprudens, sed *mendax* etiam dici potest, ac *ex patre diabolo* [z], qui *mendacij pater* [a] est, & exortus à mendacio **parentes primos fefellit** [b]. **Gentem** peccatricem Esaias [c] appellat *filios alienos.* Negat peccator Dominum, dicitque, *non est ipse* [d]: *contra eum qui redemit, loquitur mendacia* [e]: *derelinquit & blasphemat, & abalienatur retrorsum* [f].

Vers. 5.] Furor illis secundùm similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ: & obturantis aures suas.

Vers. 6.] Quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter.

A Deo insita velutique in alteram versa natura & implacabilis hostium meorum malitia, & sæuitia est, vt nihil à feris distare videantur: tanta in me ardent ira, tam est venenatus ac letifer illorum furor, quam est serpentis, & quidem in eo genere nocentissimi crudelissimique. nam quema-modum serpens, infensus a natura hominis [g], non dente nam, vt post-quam effudit venenum: & aspis naturali quadam solertia surditatem procurat: altera altera terræ affixa, caudaque in alteram iniecta, cum præsentiscit eos adesse, qui excantando efficere volunt, vt ponat venenum, & nutu sectatis illi occludunt diligenter aures, nec se tedigi vllis verborum blanditiis æquissimaque limant apologia, vel efficacissima paræneſi ad mansuetudinem, & vt semel conceptam indignationem ac rabiem remittant. *Si mordeat serpens in silentio*, ait Ecclesiastes [h], *nihil eo minus habet qui occultè detrahit.* Græcè, ἐν ᾧ ψιθυρισμῷ, *in non murmure*, id est, ita vt nulla prosit mussitatio incantatoris, carmenve illius: quali quæ prodest aduersus feras, contra homines non prosit. Quem sensum in commentario dicti libri non attulimus; admitti tamen potest.

Non est difficile hæc de aduersariorum Christi odio implacabili accipere, vt nullis eruditam **beneficiis, doctrina, monitis, patientia, non** proditoris confessione, præsidis importunitate, falsorum testium conuictione, postremò, nullo prorsus quasi medicamento mansuefieri, & à Christi vrgenda morte retrahi potuerint, sed obstinatissimè ac irreuocabiliter perstiterint in iniquissima sententia, inque iniustissima flagitatione, donec ad exitum perduceretur. Extenditur hoc ad quoscumque in malitia obstirmatos, qui nullum sanis dare consiliis locum velint, sed nolint *intelligere, vt bene agant* [c].

Furor.] Θυμὸς, & חֵמָה *chemah*, vel חֲמַת *chamath*. In psalterio Romano, apud Arnobium, & Cassiodorum, *ira*: apud Augustinum, *indignatio, venenum.* Latinè ponitur in Moſis Cantico [d]; *venenum aspidum insanabile*: vbi etiam est Θυμὸς; sed Hebraice ראש *ros* (quod vertunt alij *caput*) pro *felle* autem est item Θυμὸς, & huius loci Hebræa vox חמה *chemah* aut חמת *chamath*. Rursus in psalmo 139 [e]. *venenum aspidum sub labiis eorum* חמת *chamath, ibi*: in libro Iob [f], *Sagittæ Domini in me sunt, quarum indignatio* Θυμὸς חֵמָה *chamath, ebibit spiritum meum.* Vbi Chaldæice *venenum* ponitur, significantúrque sagittæ venenatæ. non legi alium auctorem qui Θυμὸν *venenum* dixerit. Sed vulgari lingua per *veneni* vocabulum, feruorem, æstum, ardorem iræ, seu excandescentiam, & furorem exprimimus. Nomen Hebræum à calore dicitur; est enim יָחַם *iacham, calescere*, aut *calefieri.* Veneni vis est vrere ac inflammare, nascitur-que potissimùm vbi vel rigor frigoris viget, vel torrens æstus, vt & lethales herbæ, animaliáque venenata: vt in Libya [g] & Thessalia [h], Pontoque:

Heu, ait Octæus Hercules [i], *quis intus scorpios, quis feruida*
Plaga reuersus cancer insixus meas
Vrit medullas, &c.
Ardet fele siccato iecur.

Sunt & frigidà venena, sed non ita ex suo genere lethalia, vt Medici tradunt; nisi quantitate: & aspidis venenum frigidum esse, tamen occyssime necare [k], Fortunatianus [l] etiam dicit:

Regulus, atque aspis cedunt quis cuncta venena.

Aristoteles item [m] & Ælianus [n] ictum Aspidis vocant ἀνίατον *immedicabilem*, seu *insanabilem*, sicut ex Moſis Cantico prius referebamus. vnde adagium, *Incitus dentis* [o], *morsus aspidis*, qua de re dixi psalmo 13 [p].

---

[a] Ioan. 8. 44.
[b] ibid.
[c] Gen. 3. 4. & 5.
[d] Prou. 6. 12.
[e] Osee. 7. 15.
[f] Esai. 1. 4.

[a] Ioan. 8. 44.
[b] Gen. 3. 4. & 5.
[c] Esai. 1. 4.
[d] Psal. 13. 1.
[e] Psal. 5. 10.
[f] Psal. 57. 5.
[g] Iacob. 3. 8.
[h] Eccles. 10. 11.
[i] Senec. Hippol. act. 3.
[k] Psal. 139. 4.
[l] Iob 6. 4.
[m] Plin. lib. 11. c. 37.
[n] Ælian. lib. 2. de animal. c. 50.
[o] Prou. 26. 17.
[p] Psal. 96.

[q] Lucan. lib. 9. Nicander in theriac.
[r] Virg. eclog. 8.
[s] Senec. ad Luc. 4.
[t] Galenus 3. de simpl. medic. facult. cap. 16. & 6. quod animi mores corporis temperaturam sequ. 3.
[u] Frigida venena nisi lethalia.
[v] Aspidum venenum frigidum aquæ mixtum necare.
[x] De partu ait Gratius.
[y] Aspidis venenum, quale, mist. de vsu animal. 4. & de animal. c. 50.
[z] Psal. 5.

Seeun

Secundùm similitudinem serpentis.] Chaldæus *sicut interitus venenum.* Nomen generale serpentis est, ac חִוְיָא & חִוְיָה *nacnas.* Is quo diabolus ad fallendum Euam abutus est [a], regulus creditur, aut scytale, aut vipera. Pro ista facit argumentum Delrius [b] noster, quòd quos *ex patre diabolo* Christus Iudæos vocat [c], idem *progeniem viperarum,* cùm facit mentionem de prophetis quos occiderant, maiores eorum nominat [d]; eodémque pacto Ioannes iam priùs, *genimina viperarum* appellauerat [e]; quasi patrissarent, ac diabolum imitarentur *homicidam ab initio* [f], in Euæ seductione [g], non spernenda penitus coniectura. Sed Valentia hoc loco sentit præcedentis versus, *verbis, alienati sunt à vulva, errauerunt ab vtero,* innui comparationem ex viperino fœtu, qui fracto matris vtero creditur egredi: quod an sit verum, disputauimus alibi [h].

Genera varia serpentum quæ fert Libya præsertim, Nicander Lucanúsque & Isidorus [i] enumerant, *aspidem, dipsadem, hæmorroum, chersæum, chelydrum, cenchrim, hammodytem, ceraſtem, scytalem, amphisbænam, natricem, parcam, iaculum, prester, sepa, basiliscum, regulúmve, solpugam, scorpium, dracunem,* & alia, quæ tamen exacte loquendo in serpentibus censeri non deberent, vt Vlyſſes docet [k] Aldrouandus.

Rectè Hugo *furorem* appellat, respuere verbum Dei, ægris medicinam [l], cæcis lumen [m], fimeticis panem [n]: sitibundis vinum [o]: infrigidatis ignem [p]; impugnatis clypeum [q]: desolatis consolationem [r]: *Maledictus furor* hic *quia pertinax: & indignatio quia dura* [s].

Sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas.] Legit Hieronymus, *reguli surdi obturantis aurem suam:* & aliquando [t] Lxx. eandem vocem פֶּתֶן *pethen.* quæ hic est; vertunt ἐχιδνίσκου & ἐχιδνίου, pro שְׁחַל *schachal,* qui ab aliis *leo* redditur, si detur à פָּתַח *pathach;* sic dicetur quòd minimè se persuaderi sinat & *rebelles.*

Testatur Nyssenus [u] tali natura præditam prodi aspidem à phyſiologis, vt ira turgens & mardescens, faucibus spiritum comprimat, nec emittat; vtris instar, ob spiritus receptionem intumescat; itáque fieri, vt omnia inefficacia & inutilia sint quæcumque sapientes ad demulcendam & deliniendam ipsam excogitant. Apollinarius etiam ait quòd ira obturat aures aspidi:

ἐπεὶ ὀτακουσὴ τέτερ κότῳ ἴσα᾽ ἔσωσεν.

Aspis vt surda cui ira aures obturauit.

Illud quod antea dicebam de aspide allidente aurem vnam terræ, & de cauda obturante alteram, Augustinus memorat & Arnobius, Cassiodorus, Ruffinus, & posteriores enarratores Latini: Græci namque non exprimunt. de nostris Latinis id etiam scribit Isidorus [x], Bernardus [y], Beda [z]: & in Græcis Isidorus [a] Peluſiota: ex recentioribus autẽ etiam Mercurialis [b]: & de nostris à me, dum perfectum Commentarium [c] relego, in adagiis sacris Delrius, qui multa congerit: sed apud profanos auctores qui diligenter de animalibus scribunt, non reperio. Quod addit circa *obturandi* verbum Cassiodorus, dubito vt sit verum, tractum esse à sacerdotibus, qui aures suas thure replebant, ne peregrinis verbis intercedentibus confusa carminum memoria turbaretur. At nec Festo credo componi ex particula (*ob*) & Græca voce θύρα, quæ *portam* significat. Quidquid sit tum de huius verbi etymo, tum de aspidis dictæ proprietatis modo (quem videntur Faber ac Tirelmanus negare) de illa secundùm rem ipsam credi debet diuinæ scripturæ, scilicet quòd aspis aures obturet: fortassis autem quoties de *obturantibus aures* hominibus faciunt mentionem [d], vel *aggrauantibus* [e], vel *indurantibus* [f], vel *declinantibus* [g], vel *auertentibus auditum* [h], vel *sapientibus aures, serisse imponentibus* [i], ad eandem proprietatem respexerunt. Simili exemplo ad Stephani verba Iudæi *aures continuerunt* [k]: *peiores,* vt ait Augustinus [l], *aspide, quoniam de cauerna obstinationis educi se passi non sunt.* Imitanda hac in parte aspidis solertia, & aures cera obturandæ, quod facere socios Vlyſſes imperauit, aduersus Sirenarum lethalúmque blanditiarum cantiones: verùm aperiendæ ad salubria diuináque monita: quoniam,

Inuidia [m], *iracundus, inersque vinosus, amator,*
Nemo adeo ferus est, qui non mitescere possit
Si modò cultura patientem accommodet aurem.

Ideirco vociferans Christus [n] hortabatur vt qui *haberet aures audiendi, audiret;* idque in suarum scriptione renelationum Ioannes inculcat [o]. Obturat malè autem, affigendo terræ, qui terrenis nimiùm afficitur; & cauda, qui contraria saluti verba excipit; quoniam *propheta docens mendacium, ipse est cauda* [p], aut non ad anteriora, sed ad posteriora & præterita conuertitur [q], de quibus deberet erubescere [r], *non respicere retro* [s], & ea *quæ videntur* [t]; & corde redire in Ægyptũ, vt Augustinus obseruat, & alij posteriores ep: aut qui bonam in malis intentionem prætendit, ac veluti fœditatem regit: aut assecłas assentantes habet, vt notat Hugo: aut qui, vt scribit Bernardus [u], sapientiæ vacat terrenæ, & propriæ inhiaret voluntati, ad seipsum omnia reflectens, & ad id quod adipisci desiderat: aut, vt ait Vitalis [x] Cardinalis, caudam in aurem immittit, qui sibi vitæ promittens longitudinem diuturnitatémque, pœnitentiæ sermones non admittit. Adde, qui etiam cum morte omnia perire credunt, nec futuram vitam resurrectionémque concedunt. *Qui surdus,* ait Deus [y], *nisi ad quem nuncios meos misi?* Petrus [z] Berchorius, præter hanc in deteriore parte tropologiam; obturati aures in bono sensu docet tum terra, id est propriæ vilitatis cogitatione, tum cauda, hoc est, memoria finis extremi, mortísque.

Porro quoniam aspis cognominatur hîc surda, simúlque obturare aures dicitur, putant aliqui [a] non obturare aures vt non audiat, cùm sit naturaliter surda; sed vt vim incantationis declinet. Hoc non reperio apud Phyſiologos: & sequentia hoc loco verba insinuant incantari aspidem, quod certè fit prolato & exaudito sono: & non video qua ratione per incantationem, quod isti dicunt, extrahatur aspidi venenum, ita vt præ dolore sese contorqueat, & in gyrum circumuoluat, inserens caudam in aurem, & alteram affigens terræ, si surda penitus est.

Duplex demum superest notandus canon pro intelligendis scripturis. Alter Hieronymi [b] est; vitia nostra cum vario genere bestiarum comparari, & in improbi corde tanquam in parietibus templi, quod Ezechiel [c] vidit, idola imaginésque brutorum plures depictas cerni, nullúmque hominum esse qui aliquam imaginem non habeat siue peccati, siue sanctitatis, vt ita intelligatur, perambulare homo aut *pertransire in imagine* [d].

---

[a] 1 Prou. 30. 19. Eccles. 25. Esa. 11. Zachar. 11. [b] Esa. 11. c. 30. [c] Matt. 23. d. prou. 30. [d] 2 Par. 24. 21. [e] Matt. 3. 7. [f] Ioan. 8. 44. [g] Gen. 3. 4. [h] Hor. lib. 2. epist. [i] Act. 7. 56. [k] Esa. 48. 8. [l] Mat. 11. 15. 13. 15. 9. 43. [m] Obturare autem aliquando terræ. & cauda. [n] Apoc. 2. [o] 2 Cor. 4. 2 [p] Esa. 30. 12. [q] Rom. 6. 21. [r] 2 Cor. 4. 2 [s] Ferus & 14. in psal. 90. [t] in speculo morali verbo. Contritio. [u] Esa. 40. [x] reductur. [y] Eadem phrasis [z] [a] [b] [c] Camera. de animal. [d] Quadrup. [e] Dupliex canon [f] in [g] Ezech. 8. 10. [h] 2 pet. 3. 7.

Alter Augustini ac Ruffini pertinet ad id quod subditur postea de incantatore sapiente: de rebus non laudandis trahi secundum quendam modum similitudines in scripturis diuinis. Affert Augustinus alia exempla in *iudice iniquitatis* [a]; in pigro qui *tres panes* amico dedit non propter amicitiam, sed tædio victus [b]: & in pugillari arte [c]. nec deessent plura quæ afferri possent cum Cantapetrensi [d]. Huc spectat quod Basilius, Theodoretus, Euthymius, notant, καταχρηστικῶς vocari σοφὸν ipsum incantationis artificem seu veneficum.

Quæ non exaudiet vocem incantantium & venefici incantantis sapienter.] Hieronymus, *vt non audiat vocem murmurantium, nec incantatoris incantationes callidas.* In bibliis Complutensibus & Regiis, præterea in psalterio Romano, & apud Cassiodorum atque Petrum [e] Damianum, *& veneficia quæ incantantur à sapiente.* Hilarius, *medicamentis medicatis à sapiente.* Augustinus, *& medicamenti medicati a sapiente.* Rursum Hieronymus [f], *& venefici medicamine sapienter.* Græcè sic est, φαρμακοῦ τε φαρμακευομένου παρὰ σοφοῦ. Quidam obliquum primi vocabuli casum φαρμακῷ sumpserunt à recto masculino φαρμακὸς, qui & φαρμακεὺς *veneficus, magus*: aliqui à neutro φάρμακον tum *medicina*, tum *venenum*, & in malam accipitur partem, cùm sit, Gellio [g] teste Caióque Iurisconsulto [h], sicut & veneficus *tinctorem* quoque significans, mediæ significationis nomen. Nonnulli legerunt φαρμακεύτου verbum passiuum. Sed Lxx. sine dubio legerunt eo quem dixi modo φαρμακοῦ τε, sequens autem participium φαρμακευομένου, refertur ad aspidem quæ incantata dicitur [i]: & pro παρὰ σοφοῦ legit fortasse Latinus Interpres σοφῶς. Versio Aquilæ est ἐπαοιδὸν ἐπαοιδὴν σεσοφισμένην, *incantare incantationem docti*: Theodotionis, φαρμάκῳ φαρμακευομένῳ ὑπὸ σοφοῦ, *medicamenti medicati à sapiente.* Symmachi, ἐπαοιδῷ ἐπῳδὰς σεσοφισμένῳ, *incantatoris incantationes docti*, vel Theodoreto teste, ἐπαοιδῷ ἐπῳδαῖς σεσοφισμένῳ, *incantatoris incantationibus docti.* V. editionis, φαρμακόεσσα, nimirùm ἀπὸ τοῦ φαρμακὸς, *medicata* (sumpto passiuè participio) *medicamenta*, ita vt etiam φαρμακοὶ sint idem quod φάρμακα. Apollinarius vocat φαρμακὸν ἄλλαρ, *medicatum remedium.*

Murmur ac mussitationem incantatoribus vsitatam participium Hebræum מְלֻחָשִׁים *melachasim* importat, non sine paronomasia ad נָחָשׁ *nachas*, quo nomine vocatur *serpens*, à verbo לָחַשׁ *lachas*, quod vsurpatur etiam de exorcista, vel de quæuis arcana seu consilia tractãte, submissa voce. Quæ Hebraicè sequuntur חוֹבֵר חֹבְרִים *chouer chauarim* habentur etiam in Deuteronomio [t], sed in singulari חוֹבֵר חָבֶר *chouer chaver*, *incantans incantationem*, ἐπᾴδων ἐπαοιδήν. De ferarum incantatione mẽtio præterea est apud Ieremiam [k]; *Ecce ego mittam vobis serpentes regulos, quibus non est incantatio, & mordebunt vos*: Græcè ὡς ἐν ὄφεσιν ἐπᾳοιδαῖς, *à quibus non est euellere.* Marsos, Psyllos, Ophiogenas, Troglodytas, alios, excantandi arte valuisse prodidit Plinius [l], Lucilius [m], Pomponius [n], Aristoteles [o], Plato [p], Virgilius [q], Ouidius [r], Tibullus [s], Lucanus [t], Silius Italicus [u] & alij: quæ de re quoque dixi in commentario Ecclesiastæ [x], ac disserit Delrius [y] noster. Negari non potest id fieri, vt præ se fert Franciscus Vallesius [z] & Turnebus [a], sed tantùm virtute verborum carminisve. Nec aliter negare intelligendus hoc etiam loco Hilarius, cùm ait non hic Marsorum cantus, & conspicua viperarum sibila memorari, quia hæc eadem maiore cum energia per fidem nominis Dei, virtutémque torpescunt, sed illam contumacem atque insolentem antiqui serpentis inobedientiam aduersùm sanctorum cantus, & medicata à sapiente medicamina obsurdescentis. Cùm maiorem asserit illam energiam diuinam, indicatam promisso videlicet Christi, *serpentes* [a] *tollent*; insinuat nonnullam in incantatione, non quidem per se efficacem, sed ex pacto cum malo genio, qui tali veluti tessera data adsolet, serpentésque vel exarmet, vel consopiat; vel enecet. Docet Augustinus [b] disertè non audire serpentes & intelligere verba incantantium, sed illic diabolicam vim operari. Certè non habere vim veneficia, non solùm nostri docent auctores, historiæque Christianæ adeo multæ, præcipuè de Cypriano & Iustina, sed ethnicus quoque vetus poëta Afranius [c],

Si possent homines delumenta capi;
Omnes haberent nunc amatores anus.
Ætas (iuuenilis mediáque) *& corpus teneorum & morigeratio,*
Hæc sunt venena formosarum mulierum.

nec id negari potest, cicurari ac mansuefieri aspides, vt feras cæteras; qua in re valet plurimum, inopia nutrimenti eas premere atque macerare, vt scripsit Agatharchides [d].

Ad allegoriã illam ab Hilario traditam de antiquo serpente, qui obstructo desæuiat auditu, etiamsi quotidie illi ne fallat, ne subrepat; ne mordeat, sub diuini nominis denũciatione mandetur, accedit tropologia quam idem indicat, de illis qui quòd nõ obediant Euãgelio, *natio viperarum* nominentur. Hoc alij de omnibus affirmant, non tantùm Iudæis, & infidelibus, qui Christum & Apostolos Apostolicósque audire prædicatores detrectauerunt, sed quibuslibet peccatoribus qui se aduersùs recta suggerentes ac monentes, eodem gerant modo, eadem sint peruicacia. Continentium aures ad Stephani sermonem [e], retuli priùs exemplum. Tales præterea quos *tetigisse* Christus dixit [f], *claudere scientiæ*, nec tamen introisse, sed & eos qui introibant, prohibuisse: tales qui dicunt Deo, *recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus* [g]: quique pulsanti non respondent: tales *qui corde pessimo cum sint, frustra cantantur illis carmina* [h], & acriùs indignantur.

Adhortator & Ecclesiastes Christianus qui scitè fungatur officio suo, *prudens eloquij mystici*, nominari potest apud Esaiam [i], vt Symmachus etiam vertit: Aquila verò *susurratorem*, Theodotio *incantatorem*, sed Lxx. auditorem; Hebraicè מֵבִין לָחַשׁ *banon lachas. Incantator in Ecclesia est*, ait Hieronymus [k], vir eruditus, & exercitatus tam in lege, quàm in Euangelio & Apostolis, qui possit singulas animi perturbationes sua sanare doctrina, & ad statum mentis reducere; dum & scortator recipit castitatem, & ganeo frugalitatem, & quandam auarus dat eleemosynam. Subdit, *Euentula omnes* Iudæorum synagogas, & nullum poteris inuenire doctorem qui sancta præcipiat, & contemptis diuitiis sectandam doceat paupertatem. Tum prolato hoc loco nostro; *Omnis*, inquit, sermo Apostoli contra serpentes & aspides incantatio est, quem non exaudiunt peccatores, & hæretici, quia claudunt aures suas ne audiant veritatem.

Non est ad rem quod morali quoque sensu affert Hugo de *Veneficio*, vt sumitur pro tinctore

a Luc. 18. 5.
b c. 11. 8. c 1. Cor. 9. 25.
d lib. 10 hypotyp regula 47 quem etiam lege lib. 7. c. 1.
e lib. 1. ep. 15.
f in c. 3 Esa.
g lib. 10. c. 9.
h de verbo. significa.
i c. 18 21.
k c. 8. 17.
Parœmasia l lib. 28 c. 2 & 3.
m in Satyr. apud Nonium in colubra.
n in pitoribus.
o de admir. audit.
p in Euthydemo & 2. de rep.
q ecloga 8. & ænc. 7.
r 7 metamo. s lib. 1 eleg 9. t lib 1. & 2.
u lib 3.
x in c. 10. v. 11.
Excantãdi arte qui valuerint.
y 2. aliqui magic. q. 13 & in Medeam Senecæ 2. 3 num. 481.
Excantandi arte Magos posse.
z Sacræ philosophiæ lib. 1. c. 5. lib. 3 0. c. 14.

a Marci vlt. 18. *Incantatio ex pactorum malo genio.*
b in Gen. ad litt. c. 17. *Serpentes non audiunt nec intelligunt verba incantantium. Veneficorum vis vetus.*
c apud Nonium.
Comparatur cum mansuefactis feris, vi fera natura.
Allegoria de antiquo serpente.
d lib. 1 de mari rubro c. 41. apud Photiũ in bibliotheca. 742. *Trogodytæ.*
e Actorum c. 7.
f Luc. 11. Matth. 23. 13.
g Iob. 21. 14.
h Prou. 23. 20.
i c. 33.
Incantatorio Ecclesiæ Dei quis dicatur.
k ibid.

Illud potiùs, quod pollicetur Deus [a], fore vt *delectetur infans ab vbere super foramine aspidis, & in cauerna reguli qui ablactatus fuerit, manum suam mittat* (accepta potestate *calcandi super serpentes, & scorpiones omnemque inimici virtutem* [b], *& conterente Satanam Deo sub pedibus nostris* [c]) quia *replebitur terra scientia Domini, sicut aqua maris operientes* [d]. Aduersùs adeo procacem spiritum opus oratione & ieiunio, tanquam aduersùs pessimum genus dæmoniorum [e], obseruat Bernardus [f]. *Orabo*, inquit, pro eo, humiliabo in ieiunio animam meã, baptizabor pro mortuo, vberrimo quodam profluuio lacrymarũ, apud quem viderim nihil humanæ incantationis quamlibet sapientiam, nihil quantamcumque admonitionis industriam præualere, *non capit in illis & sermo diuinus: ex Deo non sunt, quia non audiunt* [g]. Verùm si ille ipse sapiens incantator adeo desipiat, vt se decipi sinat & percuti, *quis miserebitur eius* [h], τίς ἐλεήσει; quod alij tamen reddunt, *medebitur*, vt *& omnibus qui appropiant bestiis?* notauit hoc Petrus Damianus [k]. Nazianzeni verò scholiastes [l] Elias, quia est hîc articulus (τῶ) arbitratur diabolum designari, qui sub serpentis forma decepit mulierem [m]: deinde etiam Iudæos, qui blandis Christum verbis alloquebantur, quem crucifixum volebant: postremò, quosuis alios vtentes subdolis colloquiis.

Designatio diaboli qui sub serpentis forma decepit mulierem item Iudæorum, & aliorum.

a Esa. 11. 8.
b Luc. 10. 19.
c ad Rom. 16. 20.
d Esa. 11. 8.
e Matth. 17. 21.
f Serm. 13. in Psyo.
g Ioan. 8. 37.
h Ibid. 47.
i Eccl. 12. 13.
k Lib. 2. epist. 10. 15.
l In ora. 19. 18.
m Gen. 3. 2. & seq.

Versf. 7.] Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum: molas leonum confringet Dominus.

INolita obstinatáque malitia cum aspide prius comparata inflictionem grauis, ac ignominiosæ meretur plagæ. Deus ergo sæuitiam ferocientium aduersariorum franget, qui quasi pestiferis dentibus discerpere nitebantur; dentes ipsos comminuet, & quidem molares leoninorum hominum, vt nocere ac lædere nequeant in posterum. Ab hoc versu per aliquot sequentes alios præclaris quatuor comparationibus explicat exprimitque Vates hostium suorum interitum, quarum prima hic est ex contritis dentibus, confractisque molis leonum. Facilis applicatio ad inimicos, & persecutores Christi Ecclesiæque, & quorumlibet iustorum.

Sensus loci.

Latè applicatio.

Mala Iudæorum distincte enumerata.

Distinctè hic Hugo enumerat mala Iudæorum, confutationem eorum: minarum contritionem: annihilationem potentiæ gloriæque: comminationem Dei nisi conuertantur: captiuitatem: accumulationem peccatorum: exæcationem: absorptionem à peccatis: Valentia recenset contritionem potestatis: annihilationem status: infirmitatem ac defectum: consumptionem: combustionem Inferni: ne filiorum, seu posterorum crescant pernicioſa desideria contra Christianos, & compleantur. Redigit Aiguanus ad quatuor pœnas, vt ostendantur mendaces: per orbem dispergantur: lumine priuentur: crementur æterno igne. Reperenda quæ dixi ad verba Psalmi 3 [m]. *Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa* (ex Hieronymo, *omnium inimicorum meorum maxillam* לְחִי *lechi*,) *dentes peccatorum contriuisti.* Qui ex suomet iudicantur ore [o], & propriis conuincuntur responsis, quemadmodum aliquoties conuicit Iudæos, imposuitque silentium Christus, vt de censu Cæsari dando, de Baptismo Ioannis [p], de Christo filio Dauid, de duobus, quibus fœnerator debitũ dimisit [q]; de iudicio adulteræ [r]: his *in ore ipsorum dentes* dicuntur *conteri: molæ* autem *confractæ* designant liberiores & apertiores accusationes, atque postulationes ad mortem, quas existens a morte inferisque idem Christus cassas ac irritas reddidit. Sic Augustinus, & posteriores Latini. Nihil rectiùs hæreticos facere scribit Ambrosius [s], quam quòd ipsi suo se ore condemnant: & *molas leonum* vocat Hieronymus [t] dogmata perniciosa intus latentia, quæ non videntur, ne facile vitentur. Conuinci dicit Augustinus hoc loco sui temporis hæreticos Maximianistas, qui hæreticos alios excludebant ab Ecclesiis, prolata lege Imperatoria, qua id fieri iubebatur, cùm tamen secum ita agi quererentur secundùm legem eandem. Adhibet simile Bredembachius exemplum Lutheri, qui de Thoma Muncero hæretico hæreticus Senatum Mulchusianum admonuit, vt interrogaret quis ei docendi munus commisisset: ac, Deum, respondenti, præciperent id signo aliquo manifesto doceret; si non posset, repudiaretur. nam lex eadem cadit in Lutherum: sed & in hæreticos alios quoscumque.

Dentes etiam innuere possunt cum *molis*, vt Euthymius obseruat & Beda, minores maiorésque, minùs ac magis potentes: vel illi, aspidem; quæ infixis perit dentibus, (etsi quoque quam ptyadem vocant, exspuendo;) hæ, leonem à quo *leonini* quoque quidam *dentes* cognominantur: hoc est, tum clam & blandè, tum palam, ac sæuiùs lædentes. Cyrillus Alexandrinus [u] aptat hæc dæmonibus, postquam Christus eos, & quæ sunt illorum, funditus perdidit, & prædam ipsis de terra abstulit, vt præ se quoque ferre Nahum [x] videtur, quem Pater ille explanat.

Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum.] Hieronymus, *excute*, in imperatiuo. Legit etiam in futuro Basilius, Theodoretus, Euthymius, nempe συντρίψει, quomodo habetur in Complutensibus Regiisque Græcis bibliis. In emendatis est συνέτριψεν, nec non apud Apollinarium; & Latinè Hilarius, & Augustinus, *contriuit*. Lxx. Hebræum חרס non in imperatiuo cum illis punctis חָרֵס *haras*, sed cum aliis חָרַס *haras*, in præterito: solet autem reddi præteritum per futurum, viceque versa, vt crebrò vidimus; & quæ videntur precari prophetæ, ac à Deo petere, vt certò euentura vaticinantur. Cæterùm *conteri dentes in ore* non est intra os ipsum contritos manere, sed qui sunt in ore excuti & frangi; quemadmodum in Threnis [y]; *& fregit ad numerum dentes meos*, ἔθραυεν ψήφῳ ὀδόντας μου, *eiecit lapillo dentes meos* יגרס בחצץ *iagras bechatsats*, *fregit lapidibus*, רצץ בפריון *rusus biphridan*: Theodoretus ex Syro, ἐν πέτρᾳ ἐτέρησε με, *in petra priuauit me*. Phralis Hebræa ibi indicat, ordine ac sigillatim, non forcipe, vt Apollinaris, sed sagittis in singulos collimando, dentes confractos: Græca, quasi nouo calculi nigri psephismate aut ostracismo dentes ad vnum singulos euulsos à radice. sumptum à feris adagium docui Psalmo 3 [b], cum Theodoreto [i], quæ dentibus priuatæ imbecilles admodum, & expugnabiles fiant. *Dentes* Nyssenus [k] intelligit, qui dicti sunt *arma sagittæ*, impiorum priore Psalmo [l], qui inobedientiam mandunt, ministri voluptatum ventris sunt, veritatem discerpunt.

Molas leonum confringet Dominus.] Rursum Hieronymus in imperatiuo, *molas leonum confrin-*

Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum: molas leonum confringet Dominus.

a Luc. 2. 47.
b Ioan. 8. Dentes in ore conteri molæ confractæ, quid designent.
c Epist. 81. vel potiùs ignoti Papæ. Molas leonũ quæ occultæ insaniæ.
d in c. 1. loelis.
De Lutheri & Thomæ Munceri hæresibus.
Dentes, molæ, leonini, ecquo sensu singula exponi queant.
Ad dæmonas accommodatio.
e In Nahũ c. 2. n. 24. f. 12.
Frustra quæsiuit Lorinus, cur vltimo loco.
g c. 1. 16.
h Vers. 8.
i ibi.
k Tractat. in psal. c. 5. Dentes interpretatur Nyssenus vers. 5.

n Vers. 8.
o Luc. 19. 22.
p Matth. 21. 27. & 22. 46.

ge Domine: & hic dicendum lectum a Lxx. non נחוץ *neithous*, vel iuxta paucos alios codices נטש *netos*, sed פחץ *nathats*, aut נטש *natas*. In bibliis Complutensibus ac Regijs legitur, *συνθλασεν*, *confregit*: eodemque modo apud Cassiodorum, Remigium, Rickelium, sed & Euthymius eandem secutus lectionem, notat, prophetam prius vsum futuro, nunc præterito; atque huiusmodi morem esse prophetarum. Vtrobique in futuro legunt Arnobius, Hieronymus, Beda: & de Græcis Apollinarius; Hilarius, & Augustinus in præterito; nec non emendati libri Græci. Hieronymus *molares dentes* interpretatus est duriores illos, nempe maxillis siue mandibulis infixos, quique maxillares dicuntur, quibusque molitur ac teritur cibus. Apollinarius expressit *γαμφηλὰς maxillas*, quæ aliter vocantur *γναθοι καὶ σιαγόνες καὶ γαμφαὶ*. sunt quæ hoc habentur loco *μυλαι molares dentes* (qui & *μύλοι*, *μυλίται*, *μυλόδοντες*, *μύλακρoι*,) ac interdum quicunque alij, Suida teste. Ipsos *molares dentes*, proprie significat Hebræa vox מלתעות *malshebboth*, vel inuersis literi מתלעות *metallehhoth*, quod occurrit sæpius [a] iuxta figuratam istam dicendi formulam, quæ alio adhuc loco [b] extat, præter citatum psalmum tertium, Threnósque.

Secundùm allegoriam Valentia *dentes* accipit Pharisæorum scribarúmque potestatem Sacerdotalem, qua rapiebant, & vorabant primitias, decimas, oblationes: *molas*, potestatem ciuilem, quæ conterebant pauperes & Christum ipsum occiderunt; sed Romani vtramque illis abstulerunt. Tropologice *dentes*, qui incidunt & molunt, designant detractores mordentes, atque comedentes [c]. nam inter alios amicitias scindut pacémque turbant [d], & aliena bona, virtutésve, tanquam *ossa* maledicendo diminuunt, atque *comminuunt* [e]: dum etiam mala vel nota exaggerant, vel manifestant ignota; vel affingunt quæ non sunt; bestiam illam dentium ordine triplici constantem [f] repræsentant. Sic Hugo. Nyssenus [g] de *dentibus* quid dixerit, antè dixi. Ex leonibus comparationem exponit, quia sunt distortis oculis, carniuori, sanguinis amici, grauis anhelitus, ideóque designant eos qui rectà intueri nequeunt, ore fœtente ad blasphemias vtuntur, & carni ac sanguini dediti, ad regnum Dei non sunt apti. Bruno autem Carthusianus *contritionem dentium, & molarum confractionem*, operâ prædicatorum futurum exponit vt facundia tua destruant, quidquid impij malè de Deo, déque ipsis loquantur; & quidem in ore illorum, dum conuictos se fatebuntur. Sunt prædicatores *dentes*, sicut *greges tonsorum*, *qui ascendunt de lauacro* [h]; quoniam toti mundi, & exuti propriis commodis, & mansueti sunt: simul tamen mordent & comminuunt, cùm oportet; mactant etiam manducántque [i], & in meliorem quasi substantiam commutant. Cyrillus [k] Alexandr. declarat de Satana, quem Christus, & quæ sunt eius, funditus perdidit, prædámque illi de terra abstulit.

Vers. 8.] Ad nihilum deuenient tanquam aqua decurrens: intendit arcum suum donec infirmentur.

QVas *dentium* & *molarum* vocabulis conterendas atque confringendas aduersariorum vires dixerat, harum futurum interitū comparat cum ocyus defluente aqua, siue de fonte, flumine, mari, vt postea non appareat quando affluxit, vel illa detumuerunt, ita vt pedibus transuadari possint: siue de cœlo, hoc est, de nube, quam terra sorbet: siue de torrente, quæ siccatur æstate: præterea cum illo, qui tamdiu iaculatur, iterum ac iterum sapiúsque arcum tenens tensum, donec feram hostémve, aut trucidet, aut viribus destituat & capiat.

Iudæis & aliis Christi, ac Ecclesiæ persecutoribus vt conueniant ista, facilè perspicitur, quomodo scilicet sensim ac pedetentim perierint, Deo expectante ad pœnitentiam. Sauli autem úsque qui partes eius sectabantur, satis constat id contigisse. nam Saulis potentia regnúmque defluxit breui, decurrens impetu, cum cœno iniquitatis, sed tandem detumescens, & ab omnibus contemptum, ac pro nihilo habitum: ipse autem etiam iaculo mortis immissæ à Deo interiit.

Ad nihilū deuenient.] Hieronymus in imperatiuo vel optatiuo, *dissoluantur*. Alij, *colliquescant*, seu *liquescant*, aut *abominabiles fiant sintve*. ducitur forsan similitudo à liquefactis niuibus, vnde torrentes crescunt. Hebræū verbum יִמָּסוּ *ymmaasu*, significat *reiiciantur*, *contemnantur*, *spernantur*. Hoc vltimum verbum Hilarius & Augustinus vsurpant in editione Latina, respondétque Græco verbo ἐξουθενώσονται: & exponunt Euthymius, ac Nicephorus, vt sint *ἀκαταφρόνητοι*, *spreti contemptíque*, vt sperni & contemni solet aqua effusa sictáque fortuitò à quopiam, ac statim dispersa. Facit huc quod est Psalmo 21 [a]. *Sicut aqua effusus sum*; & effusio aquæ in signum tum peccati [b], tum pœnitentiæ. Legerunt sine dubio qui exposuerunt *colliquescere*, aut *liquefieri* יִמַּסּוּ *ymmasu*, à מסס *masas*, non autem יִמָּאֲסוּ *ymmaasu*, à מאס *maas*: quod etiam verbum extat sequenti versu. Hoc quidem loco Chaldæus vertit יִתְמְסוּן *ythmesun*, *liquefiant*, & addit, *in peccatis suis*. Apollinarius declarat in præsenti tempore *μαμωλοὶ τελεῖοι insuperabiles fiunt*, aut *sunt*. In Psalmo 14 [d]. *ad nihilum deductus malignus*, dicitur ἐξουδενωμένος, & Hebræo verbo נִבְזֶה *niuzeh*, *despectus*, qua in re iustus imitatur Deum, scilicet nihili faciēdo peccatores: quod itē profitetur adhuc Danid, cùm ait se *præuaricantes reputasse omnes peccatores terræ* [e], vbi pro *præuaricantes* Aquila σίμφυλα *vinacea* vertit; Symmachus *exosos*, *scoriam*, vel *exacuosos dolum*: Theodotio & V. editio *sic ἐξ ὄντων*, *in nihilum*: & hi in secunda persona *διέκοψας concidisti*: alij ἐκλογίσω *reputasti*.

Tanquam aqua decurrens.] Efficiunt aliqui vt membrum separatum à præcedentibus verbis, id quod exprimitur per vltimum participium, *colliquescant sicut aqua*; *abeant sibi ipsis* יִתְהַלְכוּ לָמוֹ *ythallechu lamo*, ita vt redundet pronomen quemadmodum alibi [f]. Quidam declarant, *& sic desinant*, vel, *liquefiant; velut aqua abeant sibi*. Sensus idem semper quem antè posui, quamuis Caietanus ad colliquandum veluti, & mollefiendum cor Saulis suorúmque referat, cùm postea deprehensuri essent non occisum Saulem à Dauide, cùm tam facilè potuisset.

Porro *delapsum aquarum super terram* mortalitatem nostram significare prudens Thecuitis dixit [g], & Nyssenus [h] ait, denotare instabilium rerum naturam, quibus qui se addicunt, similes efficiuntur. non debent nos decurrentes hyeme torrentes terrere, hoc est, persecutores, vt admo-

a Iob 29.17. Prou.30.14. Ioel 1.6. b Iob.4.10.

Allegoria. Quid sint dentes molæ, & quomodo exeant.

c Gal.5.15.

d Eccl.28.15.

e Ibid.21.

f Dan.7.5. Leonum species varias explicat. g Tract. 2. in Psal.c.15.

Contritionis dentium, & malarum confractionem.

Prædicatores quomodo dentes dicantur.

h Cant. 4. 2. & 6.

i Ab 10.15. k In Nahum 1.14.

Scripsi loco.

Iudæi & alij Christi persecutores conuenienter lædunt.

a vers 15.

Ego fusus aqua in signum tū peccati tum pœnitentiæ.

b Gen 49.4. c 1.Reg.15. 29.

d Vers 4.

e Ps. 118.119.

f Gen.13.9.

Delapsus aquarum super terram quid denotet.

g 2 Reg.14. 14.

h Tractat. 2. in Ps.c.15.

nec Augustinus; quia diu fiare non potuit, nec cruciscere, & ad similem deuenire. Seu aceruus currentes eorum undique; cuiusmodi fluius Aegyptiorum, & Assyriorum Euphrates, vt legimus Esaiæ 8. Hieron. Et Elias [a] nimium *abscedentia aquas dicit annuntiantes cum fluentis*, promptaque nitidas, ac saluberes, id est, respuentibus regnum Dauid, tanquam humile; ad reges vero exteros confugientibus, *adducentes aqua fluminis fortes & multas*. Vaticinatur ergo etiam Dauid huiusmodi aquas fortes & copiosas, postquam irruperint, contemnendas, & in cloacam redigendas. Quare non est necesse, vt, quod Euthymius contendit, excludatur hic in ista immunditiæ fontis fluminisque aqua, & sola intelligatur quæ fortuitò à quopiam fundatur. Hilarius omnes aquas intelligit, maxime, quæ tendunt in mare [c], vbi quodam modo aboleantur, nimirum pristina qualitate nomineque amisso: quod Hugo de amaritudine sumit inferni, vbi *perit memoria eum* impetu [d], *iuxta sonitu, & nomen putrescit* [e]. Epiphanius [f], quod ante me obseruauit Iansonius, de hæresum hæreticarumque factionum ruina differens, videtur ad hunc totum locum iam inde a quarto versu alluisse.

Malitia & error, inquit, (quasi dicat, *alienatio à vulua, & error ab vtero*) a se ipso excæcans mentem, & piam rationem auertans (more *aspidis surdæ, & obturantis aures*) contra se ipsum velut fluctus excitans (hæc est *aquâ decurrens*) impias prius prædicatas ab ipsis opiniones in se ipso collidens, & in se ipso conterens (nonne hoc est veluti *dentes eorum conteret in ore ipsorum?*) seipsum destruere anticipauit (nempe ad *nihilum deuenies, tanquam aqua decurrens.*)

Occurrit memoriæ nunc senex ille delirus Arianus, ex Ecclesiastica historia, qui canam mucamque tractans barbam suam, & capillum, *Ex hac*, inquit, *mine cum soluta erit, quantum exsiet lutum?* innuere volens quanta erroris turpitudo mortuo ipso cõcreatura esset. Verum oportuit etiam veritatis radiis lutum illud in auras abire, vel indurarum conculcari & proteri. Quilibet peccator *leuis est super faciem aquæ* [g], huc illuc quauis aura tentationis in partes iactatusque, vt Gregorius [h] docet, Nicetas [i] verò etiam, sed ita vt iactationem tribuat rebus impolitis in aquæ superficie. *Ad nihilum deueniet*, vt Hugo annotat, quia recedit ab eo *qui est* [k]; locus sit eius *qui non est* [l]; coniungit libr peccatum quod non est, ac nihil est [m]: denique quoniam id melius esset *non esse* [n], quam sic esse, & in gehenna.

Intendit arcum suum donec infirmentur.] In Regijs & Complutensibus, apudque Hilarium, *intendet*: quo pacto legerunt etiam Euthymius, ac Nicephorus, videlicet ἐντενεῖ, & apud Treuerum Hieronymi versio habet, *intendes*, apud Lyranum, & Folengium, *intendant*: quem non oportuit mirari cur Interpres numero singulari sit vsus. Est enim idem in Hebræo textu. Apollinarius vtens optatiuo τανύσειε, *tendat*, ita quoque legit. In tempore præsenti videntur legisse Basilius, ac Theodoretus, οὐλείφει: in quo tempore vertisse miror qui editionem Latinam fecit ex editione Lxx. correctis, vbi est futurum, nam futurum lego in ea quæ Basileæ excusa est, anno 1526. per Anarcam Cratandrum: Hebræum verbum יורה *iaroch*, quod corrupte legitur apud Ricardum Cenomanum ירח *iaroch*, est futuri temporis, quod aliqui non male per imperatiuum exprimunt. Alij, *infirmentur*, Hieronymus vertit *conterantur*. Alij *excidantur, confringantur*, &c. Sensus autem primus est, vt de quocumque aduersario suo loquatur Dauid, dicatque quamuis intendat, ac dirigat arcum contra se, nihil effecturum, sed quod alibi dicitur [o], *sagittas parabuntur pharetris suis plagas eorum*; ita vt prius frangatur arcus sagittæque ipse, & sagittantes deficiantur, atque deterreantur, quam ladere possint. Sic Vatablus, Arias, Gagneius, Cruciger, Bredembachius, Polengius, Herus, Caietanus; nec displicet Genebrardo & Agellio. Eodem spectat, quod etiam Lyranus ait, obstinatum in suo malo tendere semper arcum suæ malitiæ ad nocendum alijs quam diu potest viuere.

Secundus, de Deo, qui arcum tandiu intentum teneat, & eiaculetur sagittas, donec infirmentur improbi, hoc est, correcti conuertantur, vt Paulus in via deiectus [p], posteaque profitens *potentem esse se eum infirmaretur* [q]. Tradit hunc Augustinus sensum, & Latinorum plerique imitatores ipsius.

Tertius Hilarij & Græcorum exactatorum, de Deo etiam exponentium, sed in deteriorem partem; vt nempe non desinat ab improborum animaduersione, donec eos tempore suo confodiat & perdat. & huc tendere priorem quoque, ac sequentes similitudines; nec de præsenti tantùm vita, verumetiam de pœnis æternis sermonem esse. Placet item Valentiæ, qui de Iudæis proprie accipit, & Lyrano, Iansenio, Genebrardo, Agellio, Richardo Cenomano. Idem erit si exponas cum Placido Parmensi, Deum similiter ita vires aduersariorum confractutum, effecturumque, vt sint irriti conatus persequentium, vt solent cum nimis arcus tenditur, sagittæ infirmari, deficere, concidere. Fauet paraphrasis Chaldæa, *intendit sagittas suas propter eos, vel mortiferas, & ipsi desinaerint*: Apollinarius quoque,

τόξον ἀνὰξ τανύσειεν ἐὸς τέρσαι δ' ἀφαμάς:
Arcum rex tendat donec morbus det, exsiccent.

Quarto Nyssen. [d] de diabolo accipit qui animas telis infestet, igneaque [e] tela peccati contra humanum genus dirigat, nec prius absistat à nobis impetendis, quam vires nostras euerterit. Possunt hi commodi sensus omnes amplificari. non libet immorari; literaliores primus, tertiusque. De formula ista tum ad literam, tum mystice, quia intendi arcus dicitur, dixi Psalmo 7. [t].

Vers. 9.] Sicut cera quæ fluit, auferentur, supercecidit ignis, & non viderunt solem.

TErtia similitudo ex cera, quæ igni admota aut acutis telis radiis expolita, aut igne de cœlo ruente percussa, statim fluit, liquescitque, vt ita etiam hostes hinc subitò auferantur, & hoc quidem, quoniam super eos vltionis diuinæ ignis irruet, ac torrente iræ diuinæ sole amburentur; & sic mœrore confecti solem amplius istum corporalem non videant, multòque minùs spiritualem semper lucentem cum beatis, si perstitant nimirum in peruerso animi proposito; sed in æternæ mortis infernique tenebras detrudantur.

Tritus est ille Augustini, & aliorum Latinorum, sed sine dubio inuitus sensus, de ardore malarum concupiscentiarum, quæ aliorum sint pœnæ peccatorum (quod Magister quoque sen-

tentiarum

a Esa. 8.
b Ier. 2. 6. 7.
Euth. de contrita fontis.
Hilar. expositio.
c Eccl. 1. 7. Hugon. & alij.
d Psal. 9. 7.
e Prou. 10. 6.
f Her. 30.
Arianus tamen tractans eadem.
g Iob 24. 18.
h lib. 16 moral. 30. vel 25. & in catena.
i in catena.
k Exod. 3. 14. Ioan. 8. 25.
l Ioa. 1. 3.
m Matth. 26. 24.
Sensus I. primus.
a Psal. 8.
Secundus.
b Act. 9. 4.
c 2. Cor. 12. 10.
Tertius.
Quartus.
d Tract. 2. in psal. 1.
e Eph. 6. 16.
f vers. 13.
Sensus tertius.
Magnus sensus.

tentiarum [a] ex eodem choro Augustino: præsertim superbiæ, propter quam traduntur quidam *in passiones ignominiæ* [b], & *obscuratur insipiens cor eorum* [c]. *Ignem* vocat Augustinus non superbiæ tantùm, sed concupiscentiæ, ac iracundiæ, & similes flammas quæ faciant ne *instinctu lumen luceat, fulve intelligentiæ oriatur* [d], aut cùm nulli non luceat & oriatur quod in se est: ab iis non cernatur, quos flammæ tales excæcarunt. De hæreticis affirmat Bredembachius; longam admodum hîc de iisdem digressionem facit; nec dubitat relatam victoriam à Carolo V. in Germania anno 1547. Aprilis die 24. cum horrenda quæ tunc extitit, cœli facie, caballistico quodam modo in elementis literarum præsentis veritus demonstrare. Laudari pium studium fortassis queat; sed quod vtilius in re solidiore poneretur. Ad Iudæos à Romanis deletos propter iniurias illatas Christo Cyrillus Alexandrinus [e], hunc locum applicat: quemadmodum & Micheæ [f] verba, *& valles findentur sicut cera à facie ignis*, ταχὺ ἔσονται, *tabescent.*

Sicut cera quæ fluit, auferentur.] Hieronymus, *quasi vermis tabefactus pertranseant.* Chaldaicè, *sicut reptile limax, qui madefacit viam suam*: vel, *sicut limax tabefactus, qui consumitur in itinere suo.* Alij, *sicut limax*, seu *cochlea quæ liquescit, abeat*, nempe (quilibet eorum) vel, *tanquam vnda maris, impetus aqua, alueus, quem fluctus corroserunt, liquefactus ambulet.* Aquila, ὁμοίως γὰρ ὑγρῷ, *similiter ac vermis terræ, seu intestinum*, & *lumbricus*, sed non hîc sistit sensus, ταχὺν τορευέλαι ἰκτῆρμα γυναικὸς, *liquefactum*, seu *tabefactum*, & *consumptum vadit abortivum mulieris*: Symmachus, ὥσπερεὶ χηρὸς διαλυθὲν διαχυθῇ: *sicut fœcunda membrana dissoluta diffonat*, id est, deficit, vel διαλύεται *transit*: oritur adeo varia versio ex שבלול *sciabbelul.* Hanc vocem alibi quam hîc non reperias, sed pro *vnda, fluctu, alueo*: vel pro *spica* alia vsurpatur nempe שבלת *sciabboleth*; vnde Cybelem, quæ & Ceres ac Rhea, frugum dea dictam volunt. Quare nescio vbi Agellius reperent שבל *sciabel* pro *spica nardi*: nec apud Parapheſtem Chaldæum in Exodo [g], pro *onycha* lego dictum nomen, sed שחלת *cuphetra*: & ideirco frustra fortassis laborat in docendo qua ratione congruat *onycha* propositio simul cum *nardi spica*; quia scilicet auctore Dioscoride [h] *onyx* sit conchylij testa testis purpurarum similis, quod in Indiæ nardiferis paludibus repertiatur, & nardo pascatur, colligatur verò siccatis æstu paludibus: atque censeatur inter aromata: habeat postremò cum nardo qua pascitur, cum limace, aut lumbrico, nonnullam affinitatem. Idem post Ricardum Cenomanum, Bredembachium, Genebrardum, póstque istos Gretserus [i] noster, mouet, nostros Interpretes voluisse clariore rem similitudine declarare, quòd alia ex limace, vermue, &c. non satis esset percepta.

Sed quis scit an *ceram* quoque vox eadem Hebræa Interpretum LXX. tempore, vt interdum polysema vox aliqua est, significaret: extabescentia certe illa limacis vermisve adrepentis ac tabis vestigia in solo relinquentis, non est adeo ignota: & multo ignotiores alias comparationes Interpretes iidem pluribus locis expressérunt: ex Hebræo textu. Quanquam placeret magis *limacem* retinendo interpretari cum Cajetano de illa liquida & nuda est, quoniam videtur ad fusionem liquescere, quatenus eius impetigo est; nec enim, quod verba sequentia indicant, videre potest, quemadmodum nec aberrantem, ea quæ etiam similitudinem hic [illegible] volunt: vt simili quadam ratione Saul persequendo Dauidem, quasi parere interetur, illius mortem abortiuum, & innocentis orationem Dauidis, veluti solari lumine illustratus, colliquefactus animo censeatur. Posset quoque vis comparationis *in eo* esse vt limax suo viuens succo, & inclusa in testa, ne percussa quidem solis radiis vetere ad intuendum oculos velit: sed capta tandem olla ad coquendum immittatur, nulloque tunc negotio ex eadem testa, cui tam tenaciter hærebat, extrahatur.

Quod tropologice quadrat in hominem terræ affixum, nec diuinum curantem. Iam en. Albertus Magnus refert, limacem tale lupet cum proiecto totum liquescere fere, & in aquam viscosam conuerti. Verum colliquefactio ceræ, quam Interpretes reddunt, eiusdem Sauls abortum denotat, vt initio dixi, persecutorum interitum. lege Augustini sermonem 109. de tempore. Ceram illiam opifices exponunt solis radiis, quam sperant inde contrahere colorem album posse; minùs probam inicium olla colliquandam. Ad eundem modum electos Deus radiis nunc blandis doctrinæ, miraculorum, inspirationis gratiæ, *descendat super vinem* [b]: nunc actioribus tribulationum tentationúmque magis ac magis purificat; sed reprobos in ardentem trudit inferni ollam, atris vrendos perpetuis flammis. Imprecans Iob [c] supplicium improbis grauissimum, optat vt *ad nimium calorem transeant ab aquis nimium*; harum namque veluti supplicium æstus est, quo statim liquescunt, nullum candoris frigorisve pristini vestigium relinquentes, sed absumptæ absorptæque cum incredibili quadam auiditate ab arida & sitibunda terra.

Arnobius in meliorem partem accipit liquefactionem ceræ: vt quemadmodum liquefacta ad naturam suam restituitur, & in statu suo rursum reintegratur, ita Dominus affligi peccatores velit, vt ad statum pristinum reuertantur. Michaël Aiguanus in cera bonas qualitates spectat, vult designari iustos electósque per humilitatem, diuini amoris igne facilè liquescentes, & ad *vocem dilecti* [d], & *cor* habentes quod *liquefiat in medio* [e], paratum ad omnem Dei voluntatem: omnibus quasi liquoribus inferiorum rerum supernatantibus: castitatem apum, quarum opus cera, sectantes: lumen spirituale fouentes: proximum, ab aqua, id est, ab iniurijs omnibus, defendentes; eiusdem arcana veluti obsignantes; lumen ei salutaris doctrinæ suppeditantes. Hos Deus per humilitatem inquit de statu superbiæ; per castitatem, de statu immunditiæ; per caritatem, de statu auaritiæ, quæ sunt *superbia vitæ, concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum* [f], auferit ac transfert efficaci suæ gratiæ igne.

Supercecidit ignis, & non viderunt solem.] Hieronymus, *quasi abortivum mulieris, quod non viderit solem.* Alij eodem pacto, sed iungendo illam cum priore de limace, quam ponunt comparationem, seu de vermi, *qui non viderunt solem.* Quidam vermi aut limaci tribuunt liquefieri in via sua, vel tabescere: abortivo vt non videat solem, nonnulli vertunt, supplendo coniungentem particulam, nec non comparantem, *& sicut talpa quæ non videt solem*: nempe nec illa nec limax, vermisque. Paraphrastes, *fœtus abortivum & talpæ... quæ non videant solem.* Aquila, conficiens cum præcedenti-

[a] 2. ad 16.
[b] Rom. 1. 26.
[c] Rom. 1. 21.
[d] Sap. 5. 6.
[e] Adhærentes applicem.
[f] in Micheæ c. 1. num. 5. f. 2. 14.
[g] Cybele vnde dicta.
[h] Ex. 30. 34.
[i] Onyx quid sit. lib. 2. c. 8.
[a] Sic t. detenti. pro Bertulfi 1. 1. cap. 15. fol. 17.
[b] Diuus Ignatius.

[a] Comparationes.
[b] Ps. 40. 9.
[c] Iob 24. 19.
[d] Cant. 5. 2. & 8. 13.
[e] Ps. 21. 15.
[f] 1. Ioan. 2. 16.

bus integrum membrum, ὁμοίως γὰρ ἐντὸς, ταχὺ τρέφεται ἐκτρωμα γυναικὸς, ἓ μὴ ὄψεται τὸν ἥλιον, *similiter ac vermis terræ, liquefactum vadit abortiuum mulieris; non viuebum solem*; videlicet, hostes priuabuntur aspectu solis & vita sicut abortiuo videre non licet solem: quod est simile vermi terræ, quia est liquida quædam ac indigesta, vt ille, materia. Theodotio, conueniens in priore comparatione de cera, istam de abortiuo mulieris quod non videt solem, exprimit, ὡσεὶ κηρὸς ταχὺς ἀνταναιρεθήσεται, ὡς ἐκτρωμα γυναικὸς οὐκ εἶδεν ἥλιον: *sicut cera liquefacta auferetur, tanquam abortiuum mulieris non vidit solem.* Symmachus conflat ex priore ac præsenti membro comparationem circa eandem materiam fœtus, ὡσαυτεὶ χόριον διαλυθὲν διαρυεῖ, aut, διαβαίνῃ, ἢ ἐκτρωμα γυναικὸς, ἵνα μὴ ἴδωσιν ἥλιον: *sicut secunda membrana* (quæ & secundina) *dissoluta dissonat*, id est, *deficit*, aut *pertranſit*, *vel abortiuum mulieris*; *vt non videant solem.*

De vi similitudinum *limacis* aut *vermis* & *abortiui* dictum antea satis, prout Saüli sociisque conueniunt. Ea quæ sumitur ex *abortiuo* iisve qui concepti non vident lucem, Iob [a] etiam vsus est; præterea Paulus [b], appellans seipsum *abortiuum*, quod, vt Anselmo [c] placet, vocatus non viderit lumen [d], vtpote quodammodo natus ante tempus, semimortuus, cæcúsque, cùm cæteri Apostoli ad primam vocationem oculis apertis Christum sint secuti; vt in Commentario Actuum docui [e]. *Talpæ* similitudo etiam congruit, quatenus non viderunt Dauidem, quando in spelunca peruenit ad Saülem bis, & occidere potuit. Paræmialiter κοχλίας βίος, *cochleæ vita*, de illis dicitur qui à luce forensi ac negotiis remoti sunt; & τυφλότερος ἀσπάλακος, *cæcior talpa* vocatur qui supra modum cæcutit, minimèque iudicat. Meminit Nyssenus [f] tacito nomine, versionis quam dixi esse Aquilæ, licèt cum singulari verbo, ἐκτρωμα γυναικὸς οὐκ ὄψεται τὸν ἥλιον, *abortius mulieris non videbit solem*: docet autem hoc respondere dictis initio [g]: *alienati sunt peccatores à vulua, erranerunt ab vtero*: & significari naturæ imperfectionem & aborsum per malitiam, & per excisionem à matrice gratiæ, ita vt sibi ipsis peccatores ignis effecti sint, ob carnale, & materiæ immersum vitæ institutum: ac idcirco ad solem oculos non leuauerint. Si ex Hebræis vt modò sunt puncta mutentur, efficietur sententia quam reddiderunt LXX. Leguntur sic Hebræa נפל אשת חזו שמש *nephel eſceth bal chazu ſcemes.* Pro נפל *nephel* quod *abortiuum* significat & fœtum eiectum, quique ante tempus excidit ex matris vtero mortuus; si legatur נפל *naphal*, erit verbum significans *cecidit*. nomen אשת *eſceth*, quod valet *mulierem*. Genebrardus poëticè ac Syriacè hîc vsurpari vult pro אש *es*, quæ est *flamma ignisque*: vnde Εστία & *Vesta*. Tam id potest credi, quàm quod alij affirmant de talpâ; quæ non Hebraicè, sed Chaldaicè appellatur, אשיותא *aſſiuitha* non solùm hîc, sed etiam in Leuitico [h]. Quis etiam scit an primum simpliciter sit scriptum אש *es*, vt videtur Ricardo Cenomano? an expletiuè, vt non rarò fit, additum est ה vt sit אשה *eſciah*? an etiam Hebraicè *ignem* significat, אשה *eſceth*? Hoc vltimum non ita ausim asseuerare: quamuis reperiam in Ieremia [i], משחתם *meſſithaim* quod φυσητὴρ, & *conflatorium* redditur; sed ab aliis, *ab igne perfecto*; qui tamen volunt esse duas voces, etiamsi legatur vt vna.

A

Porro versionis nostræ sensum iam dixi esse, quòd *cum ignis cecidit ſuper improbos*, ἔπεσε τὸ πῦρ ἐπ' αὐτὸς *ſuper eos*, vt extat in bibliis Complutensibus, Regnis, aliísque, & apud Euthymium ac Apollinarium; in psalterio Romano & apud Cassiodorum, *ſuper eos cecidit ignis*: in psalterio Gallicano & apud Arnobium, *cecidit ignis ſuper eos*, (apud Theodoretum, quem ita legisse collector scholiorum in biblia Sixtina scribit, non inuenio, in Nicephoro per errorem legi puto ὕδωρ *aquam* pro πῦρ,) igni alte demisso ablumptos peccatores, vt cera solet, nequiuisse ampliùs frui vsura solaris lucis cum reliquis viuentibus: contabuisse ad similitudinem liquefactæ cereæ, atque ardenti flamma vltionis diuinæ conflagrantes periisse, & perpetuis damnatos tenebris fuisse:

B

Κηρῷ τηκομένῳ ait Apollinarius, ἴκελοι τήκοντο καλοῖσιν:
Ἠελίῳ λελάθοντο πυρὸς πρόμολόν τ' ἐπ' αὐτούς.
Cereæ liquescenti similes tabescant malis:
Solis obliti sunt, igne procedente ſuper ipſos.

Solis obliuiſci & *ſolem non videre* idem est quod mori: ita vt, quod philosophus ille dixit, natus videatur homo ad videndum solem eiúsque lucem; & ideo fortasse appellatus quoque φὼς nomine *lucem* significante: sitque cognatio etiam apud Hebræos inter איש *is* nomen viri, & אש *es*, qui est *ignis*: tametsi alij deriuent illud à יש *ies* esse, quod muliere prior fuerit & omnium entium in se gradus cõtineat. Iob [a], *non videre lucem*, & Ecclesiastes [b], *non videre solem*, *pergere ad tenebras*, *oblionis tradi*, circumloquuntur pro eo quod est mori: sic Poëtæ vocant [c] *corpora* & *simulacra luce carentium*, *ſpoliata lumine* [d], *condemtæ* [e] *natantia lumina ſomnum*; *caſſos* [f] *lumine*: dicunt quod *lux* [g] *alma recedit*, *lumina* [h] *quis morte reſignat*; *lucémque relinquit* [i], & *inuiſam abrumpit* ac *finit* [k]: *it fugitque ſub umbras* [m]: quod est *oculis lux notiſſima* [n]; *omnes vna manet nox* [o]; *tenebris nigreſcunt omnia circum* [p]: *oculos* habent qui moriuntur *ſub nocte natantes atra* [q]: *permenſo defunguntur tempore lucis* [r]: *obeunt decurſo lumine vitæ* [s]: *aulcia linquunt labentis lumina vitæ* [t]: *proiiciunt diem*, *nec iam amplius adhere veſcuntur* [u]. Fingunt etiam deam esse Mortem, Noctis filiam ac Erebi, vnà cum Somno [x].

C

D

Tropologiam innui antea de libidinis & cupiditatis igne. *Ignis* iste *vſque ad conſummationem deuorans* [y], & eorum *tabernacula qui libenter munera accipiunt* [z]: facit ne *ſol intelligentiæ* illucescat [a], & vt *oculos declinent ne videant cælum* [b], & velut *caliginoſa ſtercora* excæcat [c]; & tanquam peluis candens officit obiecta vrsæ oculis. B. Thomas [d] mentis cæcitatem oppositam dono intellectus docet esse, cùm quis mentem abstrahit à spiritualibus veritatibus, quarum consideratio retrahit à peccatis, siue id faciat directè, *nolens intelligere vt bene agat* [e], siue indirectè, cùm variis voluptatibus vacat; sicque præsentem locum intelligi posse de supercadente igne concupiscentiæ & luxuriæ, propter quem diuinarum sol lúxque rerum non cernatur, & vnde mentis cæcitatem oriri scribit Gregorius [f]; immo nec quæ sole ipso clariora sunt, moralia principia percipiantur: *Non habitat ſapientia in corpore ſubdito peccatis* [g], & animi puritatem plurimi referre ad intelligentiam rerum diuinarum Christus docuit [h]. Deinde Antonius [i] ac Theodorus Abbas [k]: & exemplo Carpi Dionysius [l]. *Ignem cæcum* [m] *flammámve penitam* [n] profani appellitant, nec non *faces*, te-

E

Iobi nemo ſuperſtes remanet.

a c.3.16.
b c.6.4.5.
c Virg.4. Georg.
d 12. Aeneid. Solis obliuiſci, & ſolem non videre, *pro mori.*
Natus homo ad videndum ſolem
Cur φὼς appellatus.
e 1.Aeneid
f : æne.
g 8.æne.
h 4.æneid
ibid.
i Ouid.1 metam.
m Virg.4.& 11.æne.
Varia circũlocutiones pro eo quod eſt mori.
n Ouid.1.metam.
o Hora.1.car. Ode 38.
p Virg.11.æneid.
q Ouid.5.metam.
r Tibul lib.3.
s Luer lib.3.
t idem lib.5
ustat in Iacob.
x Heſiod & Poeta in Eliacis, & alij
y Iob 31.12.
z Iob 15.34.
Mors, Dies, Noctis filiæ & Erebi.
Tropologia deli libidinis & cupiditatis igne.
a Sap.5.6.
b Dan.13.9.
c Iob.20.18.
d 2.2.q.15.a.1.
e pſ.35.4.
f 3.moral c. 31 vel 17.
Mentis cæcitas eſt ſine dono intellectus qua ſit.
g Sap.1.4.
h Matt 5.8.
i apud Nicepho.lib.8.ca. 40.
k apud Caſſia. 5 inſtit.33.& 34.
l ep.8 ad Demophilum.
m Virg 4.æneid.
n Catull.in epithala.
Libidinis & cupiditatis ignes.
Turpia amorum nomina.

dat, & ſi quid eſt aliud eiuſmodi, turpem amorem, vel immoderatum, qui, quod externus non facit ignis, vt apud Xenophontem Cyrus dixit, etiam longe diſtantes incendat. Denique Cupidinem facibus armant: & Portium Licinium Plerius [a] dixiſſe memorat, hominem ab amore non eſſe ignitum, ſed ipſum ignem. Grauiſſima pœna cæcitas mentis.

Si quis furtum faciens, ait hoc loco Auguſtinus, ſtatim oculum perdidiſſet, omnes dicerent Deum præſentem vindicaſſe. Oculum cordis amittit, & ei pepercriſſe putatur Deus? *occidit ſol* talibus *cum eſt adhuc in meridie* [b], & in hac *palpant in ſuo muro tanquam cæci per diem* [c], & *impingunt meridie quaſi in tenebris* [d].

Poſſet hic, *& non viderunt ſolē*, particula, &, poni pro *quia*: vt quia nō viderunt ſolē culpa ſua, ignis cadat ſuper eos, & ſic ſint ſibi mutuæ cauſæ ignorantia voluntaria, concupiſcentia: & hæc illius. Cæcos oculos curat Chriſtus luto [e], quia mundi lumen eoſdem excæcat, vt nonnunquam nonnullis candenti ferro facultas adimitur videndi, quod factitatum ab Imperatoribus Græcis hiſtoriæ prodiunt: &, vt dixi, res proſperæ ac lætę inducunt cæcitatem mentis, vt etiam munera donaque [f], & Virgilius [g] de quodam cecinit quòd eſſet *auri cæcus amore*: Cupidinémque pingi cæcum conſtat.

Alia notio *ignis* figurata pro tribulatione, ſcripturis familiaris eſt. Secundum iſtam alia tropologia eſſet, peccatorum nonnullorum pertinaciam tantam eſſe, vt nec iis *det intellectum vexatio* [h], ſed blaſphement Deum cœli præ doloribus, & vulneribus ſuis, & non agant pœnitentiam ex operibus ſuis, vt *det gloriam Deo* [i]. Placet Rickelio. Tertio, ſuper reprobos ignem gehennæ cadere, ita vt non videant ſolem, id eſt lucem, Gregorius [k] interpretatur: & idcirco ibi eſſe *tenebras exteriores* [l]. quamuis idem ſimul exponat de priuatione veri luminis, ac de interna cæcitate cordis nō videntis Deum. Pſalmo 28 [m]. egi de igne Inferni, quo pacto vrat, non luceat, ſicque vox Domini dicatur, *intercidere flammam ignis*, vt ibi Baſilius explicat.

Cæcitas peccatorum ſui ultro ad amittendum eſt ignitum, ſed ab igne temporali pœna excitat vnica.

[a] Ammianus Marcellinus.

[b] Ierem. 15. 8.

[c] Iob 5. 14.

[d] Eſa. 59. 10.

[e] Ioan. 9. 6.

Cæcus oculos curat Iunctura Chriſti.

Candenti ferro facultas videndi nonnullis ademptæ.

Cæcitas animorum ex proſperitate.

[f] Deuter. 15. 19. Eccleſ. 20. 31.

[g] 3. Aeneid. *Cupido cæcus fictus.*

Ignis figuratus pro tribulatione.

Tropologia.

[h] Eſa. 28. 19.

[i] Apoc. 16. 9.

[k] 9. moral. c. 18. vel 46.

[l] Matth. 22. 13.

[m] verſ. 9.

Verſ. 10.] Priuſquam intelligerent ſpinæ veſtræ rhamnum, ſicut viuentes ſic in ira abſorbet eos.

QVarta ſimilitudo declarat immatura impios morte perituros priuſquam improbitas longiùs exereſcat. Vtitur autem proſopopœia ad ſpinas ipſas loco hominum. Senſus autem eſt: Antequam ô impij iniquitates veſtræ velut ſpinæ tenuiores, ac teneriores, euadant in ſpinas maiores durioreſque, & quaſi in rhamnum, & priuſquam quod animo concepiſtis malum, deducatur in effectum, ac ſua quodammodo validiore punctione me abſolue cruentent; vobis quod iam dixi continget, vt ad ſimilitudinem herbæ defluatis, ignéque conſumpti, ſolem alpiere ac peruerſa conſilia veſtra non poſſint. Rationem verò, conuerſa oratione ad alios, reddit. nam Dominus, iratus ſimilis, adhuc viuentes illos, in ipſoque ætatis flore conſtitutos, de vita ſubitò immaturéque alapiet, ac terra dehiſcente abſorberi faciet, ita vt *deſcendere in infernum viuentes* videantur [n]; aliquando autem etiam cum ipſomet corpore, & anima, inferni æterna fouea coercentur. Sic horus conſtituit ſentola ſi creſcentes in agro tenerriores adhuc ſpinas radicitus euellere, & quaſi cum maxillas deteſtans abiicere, antequam duriores euadendo ſegetibus nocere valeant. Huius vaticinij euentus in Saule conſpectus eſt; qui non diu poſt interiit, quam in ſpelunca liber dimiſſus eſſet à Dauide. quo de argumento hic Pſalmus eſt, vt notant, Baſilius, Theodoretus, Euthymius, Nicephorus.

Sensus ſententiæ huius explicatus.

Myſtica explicatio.

Hilarius expoſuit myſticè, antequam reprobi corpora repetant, & veluti ſpinas emittant, quibus compungantur, abſque floribus bonorū operum, viuentes animas eorum, igne, de quo dictum eſt priore verſu, cruciandas. Idem fere dicit Auguſtinus, eóque poſteriores; ac nunc quidem ſua peccatores delectare peccata, qualiſque non compūgere, ſed miſerarum delectationum & voluptatum manifeſta poſtea tormenta procedere, tum præ deſiderio acquirendi quod concupiſcitur, tum præ timore perdendi quod acquiſitum ſit: non ſolùm ob ſupplicia, quæ poſt reſurrectionem luentur etiam in corpore, quando ſeræ erunt ſpinæ, ac infructuoſæ compunctiones pœnitentiæ, iis qui noluerunt hic *conuerſis in eruinna ſua, dum configitur ſpina* [a]: & *diſſipati*, ſeu *conſciſſi, non ſunt compuncti* [b]: interim verò à ſupercadente igne impediuntur, ne videant ſolem, & dum viuere videntur, ſpiritualis expertes vitæ, à Deo qui ſe tanquam iratum gerit, combibitur ſeu abſorberur malitiæ ipſorum rhamnus, vt non percipiant ſpinas æternorum ſupplitiorum, quæ tandem procedent inde.

a Pſ. 31. 4.
b Pſ. 49. 16.

Priuſquam intelligerent ſpinæ veſtræ rhamnum] Hieronymus, *Antequam creſcant ſpinæ veſtræ in rhamnum*. Eodem pacto Symmachus, πρὶν ἢ αὐξηθῆναι αἱ ἄκανθαι ὑμῶν εἰς ῥαμνον. Campenſis, *priuſquam ſpina creſcant*, ſeu *adoleſcant in rhamnum*. Alij *antequam ſentiant olla, ſiue lebetes veſtri, rhamnum*. id eſt ignem rhamni; qui ſcilicet ignis tali incenſus materia, facile breuique extinguitur; nec ex eo calorem magnum concipere poſſunt ollæ ad coquendum carnem, quæ cruda ſert propterea remanet, ac viua (quod iuxta verſionem aliam ponitur pro ſequentibus verbis (*ſicut viuentes*;) quo inquam modo parum eiuſmodi durat ignis, caróque incocta & cruda extrahitur; ſic pereant aut peribunt peccatores illico, nec diu ſinantur, vel ſinentur ſupereſſe. Senſum illum communiorem de ſimilitudine ex ſpinis tenerioribus quæ per euulſionem non permittantur indurari, Paraphraſtes quoque retinuit, exponens de impiis, *priuſquam impij teneri dureſcant ſicut rhamnus, quandiu ſunt virides, ſine ſicut herba*. In Pſalterio Romano, & apud Hilarium, & Auguſtinum, *priuſquam producat ſpinas veſtras rhamnus*. in Pſalterio Gallicano, *priuſquam producant ſpina veſtra rhamnum*, apud Arnobium (non ei Varlenius tribuit *rhamnum*) & Caſſiodorum, *rhamnes*, retenta vt par eſt interpretatione vocis סירות *ſiroth*, pro *ſpinis*, & non pro *ollis*, quas quoque ſignificant. Parum refert, ſiue *rhamnum* ſumas, vt ſpinæ certa ſpecies eſt, quam hodiéque Afri Arabéſque vocant *atadim*, voce cognata Hebrææ אטד *atad*, quæ hic habetur, & in libro Iudicum [c]: antequam exereſcat productis craſſioribus ſpinis: ſiue ſpinas adhuc teneras priuſquam procedant, & euadant in ſoliditatem ſpinarum, quæ rhamno abſolutam denominationem dent. vt iam perfecto, vel cum rhamno comparati poſſint, etiamſi

Sentio ſuo.

c. 9. 15.

ſpeciei

speciei diuersæ sint. Quòd intelligere, *vestrates*, Hebraice in futuro [32] *tanum*, dicantur *spina rhamnum*, idem est, ac eò peruenire, vt veluti percipiant se hic adoleuisse, vt *rhamni* nomine vocari absolutè possint, aut cum illo comparari. nam licet ipsa rhamni species in primo ortu suo tenera etiam sit; tamen est rubus durior, sed hanc duritiem non habet, antequam peruenerit ad iustam quantitatem durationemque.

Dioscorides [a] rhamnum scribit in sepibus fruticare, ramos ferentem rectos, aculeosque in acutæ modum spinæ: triplicis autem generis esse, vt eum quidem contra Ruellium Marmolus interpretatus sit vnius porrigi ramos in longitudinem quinque cubitorum: folia omnia igni sacro, atque serpentibus vlceribus mederi: & valuis, aut fenestris impositos ramos venenata depellere. Legendi præterea Theophrastus [b], & Galenus [c]. Hic etiam traditur herpetes & erysipeleta rhamno sanari; succo feminis eius hebetem visum acutiorem reddi.

Quæ ad mores tradecta, spinis quibus Christi caput coronatum est, ac ex rhamno fuisse creduntur, accommodari facilè possunt. *Philetarum* quoque *rhamnum* cognominant, vt Rhodigimus [d] meminit; quod amori erga nos Christi optimè conuenit, sicut & aliud cognomen, vt ἐλεξίμαχος dicatur, & ἀλεξιμορφος: quòd reptilium alleuet morsus, & sit aduersus phantasmata præstantissimum amuletum. De rhamno, coronæ Christi materiam fuisse, quam malunt [e] alij iuncum marinum, consentiunt cum Rhodigino [f] de nostris Martinus [g] Delrius, & Iacobus [h] Gretserus; præterea Petrus Bellonius [i]. Certè iuncus proprie *spina*, & *dumus* dici nequit; nec ita in promptu esse poterat, vt Baronius [k] annotauit: & Patres loco spinarum, quas producit post peccatum terra [l], & arietis hærentis vepribus [m], & rursum spinarum, quæ suffocant verbum Dei, spinas docent passum Christum. Scribit etiam Clemens Alexandrinus [n] cauliam quòd in rubo Deus apparuisset [o], & vt corona Christi [p] quod hinc attingunt alij sibi esse credentibus, non credentibus supplicium: & Prosper [q] citat ex Psalmo 31 [9]. *Conuertus sum in ærumna mea dum configitur spina*, de corona spinea Christi.

Asperitatem fruticis huius cum hericio comparat Hieronymus [r], teneréque dicit quidquid attigerit, retentum vulnerare, vulneratorum sanguine delectari. Nyssenus [s] affirmat asperiorem inter spinas esse, cui sint acutæ cuspides, & continuæ prominentiæ ad nocendum appropinquantibus idoneæ. Ipsamet de se rhamnus ad regnandum ab alijs lignis inuitata, respondet in parabola, vel apologo [t]: *si verè me regem vobis constituistis, venite*, & *sub vmbra mea requiescite*: quæ nulla est, ac paulo remotiora à se astu in se se reflexo lædit, propiora spinis horrentibus, vel aura leui cómotis cruciat. *Si autem non vultis, egrediatur ignis de rhamno, & deuoret cedros libani.* nam tandem spinarum vsus finisque in igne est, nec tangi manibus possunt, sed *ferro lanceáque* cuncta comburuntur [u]. Commutata ratione coronatus spinis Christus meritò sub vmbram coronæ suæ inuitat omnes, præsertim *coronari rosis* volentes [x]: detrectantes cedros præ superbia, & scandalum vel stultitiam id reputantes, flammis consumpturum minitatur. Placuit Godefrido tanti Imperatoris exemplum, cui persuaderi non potuit regiam capiti coronam imponere, ea in vrbe, in qua ipsam spinis coronatum tecum habebat. Sic accidit, vt nec in huius, nec in aliorum statuis, vel imaginibus regum Israelitarum, aliæ viderentur, quam veprium similitudine horridæ coronæ [y]. Non dissimilis apologus de carduo in libano, *qui misit ad cedrum libani, vt daret filiam filio suo in vxorem, sed bestiæ syluæ libani transierunt, & conculcauerunt carduum* [z].

Præter moralem sensum qui fere cum literali est idem, ac de quo dictum est in principio: conferi potest hic non incommodus, vt ad beneficium Dei spectet tollere de medio, tanquam immittendo ab edito loco ignem, peccatores, vt non videntes solem, sed citiùs mortui, grauiorum rei suppliciorum non fierent, si diu viuendo plura maioraque peccata committerent. Hoc facit Deus sicut in ira, nō simpliciter in ira, quoniam admiscet ea in te misericordiam. non sentiunt miseri spinas suas, quibus verbum diuinum suffocatur [c]; sed *delicias esse sub sensibus computant* [d]: *tribulum pro frumento, pro hordeo spinam habent* [e]: *in manu eorum spina nascitur* [f]; nec *stimulos clauósque verborum Sapientum* curant [g]: *ornantur in domibus spina & vrtica* [h]: *agrum vineámque replent vrtica ac spina* [i]: propterea *igne succenso comburentur vsque ad nihilum* [k]. Immò verò in ea ipsa combustione salua manet combustarum animarum substantia, vt perpetuò combusta non consumatur, sed, vt nuper cū Latinis Patribus dicebam; prodeant in rhamni veluti magnitudinem spinæ minores, præsertim cùm resument damnati sua corpora. Simili sensu Gregorius [l] explicat, *radicem iuniperorum cibum esse* impiorum: quasi in extremo vitæ supplicijorum asperæ, ex malo proferantur, quod patrarunt. Cedit hoc etiam in bonum iustorum, & electorum, *propter quos breuiantur dies* persecutorum [m]: & *antequam dies* horum *implentur, pereunt, manúsque illorum arescunt* [n], vel rami, iuxta vim vocis Hebraæ כף *chaph*, significantis vtrumque. Non eundem semper seruat Deus circa spatiū vitæ humanæ modum. Aliquando imminuere, nonnunquam videtur id augere, siue boni sint, siue homines mali. De vtrisque sub tritici ac zizaniorum parabola, dixit, vt sinantur *crescere vsque ad messem* [p], etsi de generali iudicio possit etiam intelligi. *Zizaniorum nondum completas iniquitates* legimus [q]; & dictum a Christo Iudæis, vt implerent *mensuram patrum suorum* [r]; quasi quod Iob [s] scripsit, *venter impleretur vt emitteret in eos iram furoris sui*; expectans tria quatuórque scelera [t], id est, multa: & *vt iniquitas finem daret* [u]. Quotidiè iustos rapit Deus maturiùs, *ne malitia immutet* eorum *intellectum* [x]. lege loci Sapientiæ commentarium nostrum.

Hugo *rhamnum* præterea sumit pro diabolo, & Antichristo: quia primùm diabolus molliter suggerit delectationem peccati; deinde soluit pœnam tormenti: eos qui per hypocrisim videntur vita gratiæ viuere, absorbens in *ira magna* [y]. Antichristus, Iudæos, qui vt spinæ sunt, cùm conuenti fuerint, absorbebit quasi in ira fingendo se pium, sicut viuentes, id est, alios Christianos. Valentia *spinas* interpretatur mordaces Iudæos, ac pungentes nomen Christianum, & quiduis in nos machinantes: verùm frustra, ita vt spinæ non possint in rhamnum protrudi & proficere. Dicitur demum *ignis de rhamno*, quod priùs retulimus, *deuorare cedrum libani* [z], quando illi ipsi vilores ac tenuiores, sed à maioribus ad impietatem ne-

---

Spinæ quomodo dicantur natura terræ, & rhamnus.

a Lib. 1. c. 102. *Rhamnus dispersa in Diospontide. Triplex genus.*

b 3. de plant. c. 8. simpl. medic. & 7. de medic. facile parand. c. 220

Rhamnum contra Christi materiam sufficiunt veluti aut iuncum marinum.

c Carat Gretserus infra & Daniel Mallonius de stigmatis. Syndo. c. 11. & Consalnus. Durantus notatio. in regula Brigidæ lib. 3. c. 1. 5. Suarez 3. p. to. 2. q. 40. Disp. 55 sect. 3. Tolet. in Ioan. c. 19. annot. 2.

Spina cur in passione Christi. Cur Deus in rubo apparuerit.

f Sup. lib. 5 c. 9. g Lect. 9. de pass. h 1. de struct. c. 12. 1 2. obseruationum c. 88. Rhamnus non iuncus comparatus.

k Tom. 1. annal. l Gen. 3. 18. m Gen. 22. 13. n 2. Pædag. c. 8. o Exod. 3. 2. p de promiss. c. 20. q vers. 4. in c. 3. Abac. & in c. 2. Ag. r Tract. 2. in psal. 55. s Iudic. 9. 15. t Esa. 10. 17. 2. Reg. 23. 6.

Sub vmbra rhamni Christi spinea vmbram inuitant.

x Sap. 2. 8. Regis capitis coronam imponere nisi in vrbe, in qua illum spinis coronatum tecum habebat, non potuit.

Spinarum diuersa significata.

y Apoc. 12. 12.

Rhamnus quo diabolus, quo Antichristus.

z Iudic. 9. 20.

quitiamve admiſſi vel inuitati, eos occidunt, aut vexant, aut deiciunt. Sic iuſto Dei iudicio Petrus Damiani [a] obſeruat, ab eiſdem Gothis, Arianis, Valentē Imperatorem conſumptum flāma vindictæ, quos ipſe percuſſerat igne perfidiæ. Cōfecto cōmentario iſto incidi in Serarij noſtri commentarium poſthumū ſuper libro Iudicum [b]; nec vlla ferè in re diſcrepare me ab eo ſum gauiſus. Eōdem pertinet parœmia Græca, *μικρὸν ἀγαθὸν ἀγαθῇ φαίνεται, paruum ſpinam bonam videri.* Si סירות *ſiroth, ollas* aut *lebetes* redderemus, sēſus pariter eſſe poſſet de celeri perditione: quia ignis excitatus ex rhamno, ſentibus, carduis, citò conſumitur, ac ferè priuſquā incaleſcant ollæ. Valet præterea *ignis rhamni*, inanem & parum efficacem iram: qualem vituli admiſſarij conatū irritū poëta deſcribit [c]:

Vt quondam in ſtabulis magnus ſine viribus ignis
Incaſſum furis.

Sapiens item eodem ſenſu [d] vocat ignem in ſpinis, *ſonitumq; ſpinarum.* Lege Leunū Lemnium [e].

Sicut viuentes, ſic in ira abſorbet eos.] Hieronymus, *quaſi viuentes quaſi in ira,* (malè in Regiis deeſt præpoſitio) *rapiet eos.* Alij, *ſicut caro cruda ſic viua* חי *chai*, quod Ricardus Cenomanus acerbè reprehendit, *ſic ira vt turbo perdat eum*: vel, *ſic viuentem ſic ira turbine rapiat eum*: vel, *quaſi viuo, quaſi ira tempeſtas ipſis erit.* De carne cruda dictum priùs aut de parum cocta, quòd olla vix ignem excitatum ex ſpinis citóque abeuntem ſenſerit. Caietanus cuius vltima verſio eſt, declarat iſta cum prioribus nectendo. Priuſquam ô Saūlis aſſeclæ hoſtes mei, ſpinæ inſtigationum veſtrarum germinent rhamnum, igni excitando aptiſſimum (hoc Ioſephus [f] docet) id eſt, Saūlem inducant vt me conſumat, hunc adhuc viuum ira conſumet Dei, quemadmodum teneras fruges tempeſtas deſtruit. Chaldaicè, *quamdiu ſunt virides*, nempe impij, *ſicut immaturorum turbine deſtruet illos*: vel iuxta textum Nebienſis, *donec ſunt ſicut herba, turbine deſtruet illos.* Differt à lectione noſtra Hilarius tempore futuro, *abſorbebit*: ſicut & in Æthiopico pſalterio Caſſiodorus habet, *ſicut*, vtrobique: Auguſtinus bis, *tanquam*, & verbum præſentis temporis, *combibit*: in bibliis Græcis duobus in locis eſt *ὡσεὶ, ſicut*, & in Hebraicis כמו *chemo*, quod idem valet. Potuit quidem bis repeti *ſicut*: nec tamen quia factum non eſt, reprehenſionem Titelmani meretur. Si ſecundo loco repeteretur, non aliam vim haberet, quàm *ſic*, vt apud Oſeam [g]: *& erit ſicut populus ſic ſacerdos.* nec refert quòd Hebraicè ſit, חי *chai* numero ſingulari: & in fine affixum ſingulare tertiæ perſonæ: & Hilarius, pſalterium Æthiopicum, codices Græci emendati, *vos, ὑμᾶς*, vertant. Abſorbere *καταπίεσθαι* Hebræo verbo dicitur שעף *ſabbar*, quaſi ficto verbo Latino dicas *procellare* ac *tempeſtare.*

Senſus literalis poteſt eſſe quem dat Genebrardus; quòd improbos Deus cum magna ira (ita vt *ſic* denotet vehementiam, & eximium iræ modum) abſorbeat ſic viuentes, id eſt, tum maximè, quando viuunt, virent, florent, vigent: & eos *viuentes deſcendere faciat in infernum* [h]. Deinde particula geminata ſimilitudinis innuit ſubitam iram & punitionem, quemadmodum vulgo diceremus, *come gli trona viui, coſi con colera gli trabocchi ſce.* Præterea poſteriore loco, *ſic*, aut *ſicut*, in ira non minuit, etſi verū eſt in Deo irā cū perturbatione nō eſſe, ſed potiùs exprimit ſeriam iram, & Deum vt reuera grauitérq; iratum. Quo pacto gloriam Chriſti viſam ſcribit Ioānes [i], *quaſi vnigenti a Patre*, hoc eſt, ſicut eiuſmodi decebat diuinam perſonam. Ahæc *ſicut viuentes ſic in ira abſorberi à Deo*, vt Emanuel Sa placet, nec diſplicet mihi, eſt, ſicut ſolent aliquando homines mergi, quod eſt citum genus mortis, ſic aliquādo ſubita Deum aliquos morte perdere. Vel cū Euthymio, *quaſi viuentes* dicuntur Saul cum ſuis, qui paulo pòſt occiſi ſunt ab irato Deo, cùm nō deſtiterunt Dauidem perſequi, qui vitam illis donauerat.

Sapit magis tropologiam *ſic vt viuentes* interpretari qui ſibi viuere videantur, cùm, vt ait ſpiritus ille in Apocalypſi [k], *nomen habeam quod viuam, & ecce mortui ſumus*, &, vt Eccleſiaſtes [l], *laudentur quaſi inſtorum operum*, & vt Paulus [m], *viuentes in deliciis, mortui ſint*: vel ſecundùm animam quæ ſeparata viuit, puniri: *ſic* aut *ſicut & quaſi in ira Deum abſorbere*, quia non ei eiuſmodi conueniat ira, quæ nobis, ſed in *tranquillitate iudices* [n], aut Diabolus, *qui abſorbens fluuium, non miratur, habétque fiduciam quod influat Iordanis in os eius* [o].

Verſ. 11.] Lætabitur iuſtus cùm viderit vindictam: manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris.

TAndem in fine pſalmi iuſtorum canit victoriam, fructúmque iuſtitiæ. nam ait, iuſtū cum deſcriptam viderit vltionem de impiis, lætitiam percepturum, ad eum modum quo victores inſultando gaudendóque hoſtium conculcant ſanguinem, & in eorum cruore manus merſant. De ſeipſo in tertia perſona loquitur Dauid. Etſi enim vehementer planxerit morté Saūlis [f]; nū dubium tamen quin ſit etiā valde gauiſus de diuinis iudiciis, & quòd ſe libere potitū regno videret, iuxta promiſſionem Dei. Verùm nō obſcuram alioqui ſententiam iuuat per partes expendere, vt intelligamus quomodo lętari liceat iuſto de alieno ſupplicio; quid ſit *manus in ſanguine peccatoris lauare.*

Lætabitur iuſtus cùm viderit vindictam.] In emendatis codicibus Græcis additur *ἀσεβῶν impiorum*; quod etiam extat in Pſalterio Romano, & apud Arnobium, Caſſiodorū hoc loco, præterea apud Iſidorū [g] in ſententiis, Ambroſiū in pſalmū 118 [h], & apud Hieronymum contra Ruffinum [i]: apud Chryſoſtomum [k] autem, *impij*, numero ſingulari. Irrepſit opinor vbi eſt ex gloſſemate in textum, abeſt enim prorſus à textu Hebręo. De hoc iuſtorum gaudio propter impiorum & hoſtiū ſuorum ſupplicia, vidimus prioribus pſalmis alias nō paucas ſententias maximè in 7 [l]. docuimúſq; nō aduerſari dictis Iob [m], *ſi gauiſus ſum ad ruinā eius qui me oderat*; & ſapientis [n], *cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas*: & [o], *Qui ruina lætatur alterius, non erit impunitus.* Gaudere hic etiā licet de virga correctionis, quoniam ſic emendatur proximus; & *peſtilēte flagellato ſtultus ſapientior fit* [p]. Quo pacto gaudebat Apoſtolus, *non quia contriſtati eſſent Corinthij, ſed quia contriſtati ad pœnitentiam* [q]: iuſtus melior euadit, ſicque *manus in ſanguine peccatoris lauat*, vt ſtatim ſubditur. Cognoſcitur, vt etiā ſequēti verſu dicitur, iuſtitia & prouidētia Dei, nec fruſtra hoc quoque tēpore vacari ſtudio virtutis: minùs offenduntur infirmiores cùm puniri vident iniquos: placet iuſto euaſiſſe huiuſmodi malū tū pœnæ, tū verò lōgè magis culpæ, quæ cauſa alterius mali extitit.

Abſolutè loquendo, quamuis bonū ſit, cùm puniuntur nocentes, nec hoc niſi nocens neget; tamen, vt ſcribit Tertullianus [r], innocēs de ſupplicio, alterius lætari (nimirum per ſe) nō poteſt, cùm

magis

---

[a] lib. 2. epiſt. Petri Imperatur conſumptum flamma vindicta ab eo quos percuſſerat igne perfidiæ.
[b] in c. 9. q. 24 & 25.
[c] Georg. 3.
[d] Eccl. 9. 7.
[e] 1. de herbis bibucus c. 9.
[f] 5. antiq. 8.
[g] c. 4. 9.
[h] pſ 54. 26. n. 16. 33.
[i] c. 1. 14.
[k] Apolog.
[l] Eccleſiaſtes
[m] 1. Tim. 5. 6.
[n] Sap. 12. 18.
[o] Iob 40. 19.
[f] 1. Reg. 15.
[g] lib. 3. c. vlt. & ſer. 7.
[h] Apolo. 3.
[i] hom. 3 in epiſt. ad Philem.
[k] hom. in epiſt. ad Philem.
[l] ver. 4. & ſeq.
[m] c. 31. 29.
[n] prou. 24. 17.
[o] c. 17. 5.
[p] c. 19. 25.
[q] 2. Cor. 7. 9.
[r] de ſpectac. c. 19.

Apologia.

Senſus literalis.

Iuſto quomodo lætandum de alterius ſupplicio.

Minùs offenduntur infirmiores cùm puniri vident iniquos.

Innocēs de ſupplicio alterius quomodo lætari non poteſt.

magis competat innocẽti dolere quòd homo par eius tã nocens factus est vt tam crudeliter impẽdatur. Addit, agens de damnatis ad bestias (vt spectacula dissuadeat) vel ad quodcunq; supplicij, fieri posse, vt hoc innocentiæ quoq; inferatur aut vltione iudicãtis, aut infirmitate defendentis, aut instãtia quæstionis: propterea melius esse nescire cùm mali puniũtur, ne scias & cùm boni pereũt. Ambrosius [a] videri sibi dicit, *lætari iustum cùm viderit vindictam impiorum*, quia lætetur quòd ipse euaserit, non quia impij puniãtur. Id aliis hoc loco verbis docet Beda, lætari iustũ non de impiorum damnatione, sed de sua liberatione, quæ est item cõmunis aliorum interpretatio: & exemplum dat Hilarius in Lazaro, qui peccatoribus puniendis deductũ se per angelos in æternam requiẽ sit lætatus. Deus ipse, quem imitari honestum est, *plaudit manus ad manum*, exultãdo, cùm *implet indignationem suam* [b]: & Christus exultans in spiritu gratias egit Patri etiam quòd *abscondisset à sapientibus & prudentibus*, mysteria diuina [c]. Et tamen Deus non *lætatur* per se *in perditione* impiorum [d], sed *vult omnes saluos fieri* [e]. Lege Thomam [f]. *Non gratulãdo* insultat iustus, ait Chrysostomus [g], sed metuens ne patiatur eadem, emendare intima sua vitámq; omnẽ corrigere studet. *Non propter* perditos gaudet, inquit Nyssenus [h], sed quòd ex aliorum comparatione, inter quos se nõ esse videt, nec sordes habet quas illi habẽt, indicantúrq; per sanguinẽ.

Videtur verò Augustinus *iustum* hic sumere pro eo qui fidem habet, quamuis alioqui sit peccator egens *manus lauare*, sed tamen lætatus quòd non verletur in tenebris infidelitatis. Beati securius lætari possunt, & *in interitu videre* reproborũ, *cum Deo ipso* [i], vt Bernardus [k] affirmat; non quòd, inquit, velut quadam immanitate crudelitatis in ipsa sibi vltione cõplaceant, sed quòd modus ipse pulcherrimus diuinæ ordinationis vltra quam credi possit, iustitiæ zelatoré & amatoré æquitatis oblectet, vbi optime omnia cõstituta, & suum cuique cessisse locum, immo in suum quemque cessisse, pleniùs & perfectiùs illustrante veritate, cognoscet. Posteaquã Angelus, *lapidẽ quasi molarem magnum misisset in mare, dixisseq; hoc impetu mittendam Babylonem*, refert Ioannes [l], auditam vocem *citharœdorum & musicorum, & tibia canẽtium*: Sed [m] & quasi *turbarum multarum in cœlo dicentium*; *halelluiah*; *salus & gloria & virtus Deo nostro est, quia vera & iusta iudicia sunt eius, qui iudicauit de meretrice magna*, &c. Huc spectare Gregorius [n] vult quod psalmo vidimus 51 [o]: *Videbunt iusti, & timebunt, & super eũ ridebunt*, præterea verba Iob [p], *In vastitate & fame* iustus *ridebit*: quia cùm iniquos omnes, inquit, extrema vltio percutit, ipse de gloria dignæ retributionis hilarescit; nec dãnatis iã tunc ex humanitate cõpatitur, quia diuinæ iustitiæ per speciem inhærés inconcussõ districtionis intimæ vigore solidatur. Idem [q] rursus expendens alium locum eiusdem Iob [r]; *Videbunt iusti & lætabuntur*, docet nunc iustos gemere quos aspiciunt reprobos (quos nempe nesciunt tales esse, sed vident improbitatẽ eorum) in iudicio aspiciẽdo subsannaturos & exaltaturos. Cùm venisset dies in quo à Carthaginensibus prima Romanis pensio conferenda erat, & ad tributi vocem omnes ingemiscerent, risum Annibal effudit, Asdrubalique hoc reprehendenti respõdit, non lætantis illũ esse risum, sed eorũ inanes lacrymas deridentis, quæ eo tempore in leuiore malo, quod cuiusque priuati ciuis pecuniam tangeret, potiùs manarent, quàm antea, cùm Romani classes, arma, & amplissimarum victoriarum spolia Carthaginensibus detrahebant, victisque imponebant leges [a]. Ad eudem modum reproborum electi seros ridebunt gemitus. Claudit Magister sententiarũ opus suum ista sententia, docens, visa impiorum pœna, nõ minui beatorũ gloriam. Tandem & hic & in iudicio ac in beatitudine canticum iustis conuenit, quo *gloriosè magnificatum* Deũ celebrent [b], & *nomen sanctum eius decantent*, ac *victricem manum illius laudent pariter* [c], & *iustitia Dei exultent*. Iusti Ezechielis in ore volumen continens *lamentationes, & carmen, & væ, dulce sicut mel erat* [d], *quamuis amaricaret ventrem* [e]: idemque Ioanni contigit [f]; quoniam diuinorum iudiciorum ac vltionum cognitio, quæ improbis tanquam ventri amara est atq; horrori, afficit iustos magna voluptate: súntq; illis, *iudicia dulciora super mel & fauum* [g]. Ieremias [h] itẽ scribit, *sermones Domini comedisse se, & factum sibi esse verbum diuinum in gaudium & in lætitiam cordis sui, quoniam inuocatum esset nomen illius super se*: id est, quoniam vocabatur *vir*, seu *homo Dei*. Quæ alia censeri potest cãusa; sed propria prophetæ, cur lætetur videns vindictam, quia scilicet deprehenditur vera vaticinatus, eique imposterum fides habetur.

Manus suas lauabit in sanguine peccatoris. In psalterio Gallicano, apud Arnobiũ & Cassiodorum, *peccatorum*. Hieronymus & alij ex Hebræo textu, *pedes suos lauabit* aut *vestigia*, siue *plantas*, & *gressus*. Hoc significat פעמיו *pehhamau*. Excusat Ricardus Cenomanus, quòd פעם *pahham* interdum significet *fortificare* [k]: fortitudo autẽ & opera per *manus* in scripturis intelligãtur. Genebrardus ait immutari metaphoram, sed non intellectum. Malim dicere voce illa significari etiam *manus*: quia iterum psalmo 73 [l]. pro ea positæ sunt *manus*. In psalmo [m] 25. vidimus quid esset, *lauare manus inter innocẽtes*: & in 67 [n]: cõmentario iã pridem euulgato, quid *intingere pedẽ in sanguine*. *Intingere pedem in sanguine* est, adeo magnam hostiũ cædem fieri, vt sit necesse per manantia cruore cadauera, vel per madens ex eo solum transire, ipsos hostes cruẽtatos quasi torcular calcare, sicq; vestes cruore aspergere [o]. *Lauare manus* est innocentiam suam declarare eo ritu. Sic autem *lauare in sanguine* esset, non in ipso, sed propter ipsum, vt notant Theodoretus, Euthymius, Nicephorus, quòd nimirum sit innocẽs, nec vllam communionẽ in ea re habuerit. Cõsentit Hilarius, quẽ citat quoq; qui Hieronymus creditur. Nõ peccatorum sanguine iustus manus abluit, sed cùm peccatores in sãguine sint, inquit vterque, quia rei sunt sãguinum, manus suas ille ab omni reatu sãguinis continebit ablutas: lætus ob vindictã de ipsis quam nõ procurauit, & cùm post exitium eorum, eius opera gloriosè refulgẽt.

Multa sunt exempla notionis, *in*, vt valeat idem quod præpositio (*a*) aut, *propter*. consule indicem Sà. Dauid lugubriter deplorans mortem Saũl, satis declarauit sibi hoc pacto *manus* licere *lauare in sanguine* ipsius.

Refert præterea Euthymius illũ alium tropologicũ sensum, qui traditur etiã à Latinis passim; mundiores quodammodo iusti manus ac iustum totũ effici, dum peccatoris funditur sanguis, quia cautior fit ex cruciatibus illatis peccatori, ac proinde, quod priùs dicebatur, lætatur non pœnis alterius; sed quia redditur illius exemplo prudentior ac securior. Idem obseruatum est, prætet enarratores, etiam à Gregorio [p], qui scribit quòd in peccatorum morientium sanguine iusti

[a] Plutarch. in Annib.

Visa impiorum pœna no minui beatorũ gloria.

[b] Exod. 15. 1.

[c] Sap. 18. 2.

[d] ps. 144. 7.

[e] Ezech. 2. 9. c. 3. 1. 2. 3.

[f] Apoc. 10. 9. 10.

[g] Ibid.

[h] ps. 18. 11. 1. c. 15. 16.

[k] Iudic. 13. 25.

[l] vers. 3. [m] vers. 6.

[n] vers. 5. Intingere pedẽ in sanguine, *quid sit.*

[o] Esa. 63. 3.

Lauare manus, lauare in sanguine, *quid sit.*

Notionis vocula (in) varia exempla.

Tropologicus sensus.

[p] l. 18. moral. c. 13.

[illegible] conspi-
[illegible] cientis vita mundatur. Terrendis [illegible]
etiam exemplo [illegible] *ipsum iustum timentes*, qui [illegible]
tude [illegible] laudat in [illegible] peccatoris, [illegible] impetrat, & vide hic [illegible] magis, & de [illegible] minori videtur, vide [illegible] pes torqueri, inde [illegible] ste pulchrius elucescit. Similis Isaiæ [b] sententia, vt probet quòd iniquus moriens, qui imitatione sui multos ad culpam traxerat delectatione peccati, multos a culpa reuocet terrore tormenti. *In peccatorum* enim, inquit, morientium sanguine iusti lauant manus, quia dum eorum pœna conspicitur (eadem erant Gregorij verba: ex cuius moralium libris Braulio teltis est sententiarum libros decorasse) conspicientis vita mundatur: Cuius enim talis crudelis exitus cernitur, non solùm qui viderit, refugit, sed alios etiam ab imitatione illius quanta valuerit exhortatione compescit.

Mitto hic sæuitiam Tomyris Massagetarum Reginæ, quæ Cyri Regis caput in vtrem humano sanguine plenum demisit his insultans verbis; *Filij mei* (Sargapitis) *sanguinem hausisti, & meum sitiusti Cyre; at ego te cruore saturabo* [c]: Annibal, humani sanguinis inspecta plena folla, pulchrum in ea esse spectaculũ dixit [d]. C. Marius M. Antonij clarissimi oratoris abscissum caput suisinet manibus inter epulas summa insolentia tenens, eius sanguine mensam contaminari passus est; atque Petiam Annium, qui id attulerat, recentis adhuc cædis aspersũ vestigiis recepit in sinũ suũ [e], Seuerus Clodij Albini cadauer equum coëgit calcaribus adactum calcare [f]. Scythæ quem primum ceperint virum, potant sanguinem eius [g]. Non hi hisce similes, tanquam iusti, honesta lætabantur vindicta, sed velut immanes feræ inextinguibilem quoquo modo extinguere sanguine conabantur iram [h]. Christus non lauit in sanguine nostro manus pedésve, sed illorum ac lateris & corporis totius cruore, *lauit nos à peccatis nostris* [i], ac nos veluti *stolam suam in vino*, & quasi *pallium in sanguine vuæ* [k], hoc est, per baptismum & Eucharistiam, vt exponit Origenes [l], Ambrosius [m], Augustinus [n]. Hostilem illam barbariem leges etiam in Petronio [o] Arbitro:

Iam pridem nullo perfundimus ora cruore:
Nec mea Tisiphone sitientes perluit artus,
Ex quo Sullanus bibit ensis, & horrida tetlit
Exulis in lucem nutricis sanguine fruges.

Eôdem pertinet in Samo locus, πάνσαιμα dictus, teste Plutarcho [p], à sanguinis copia, ex cæsis ibi Amazonibus. Facere huc quoque possunt quæ in commentario psalmi 67. iam olim edito dixi ad ea verba [q], *vt intingatur pes tuus in sanguine.*

Vers. 12.] Et dicet homo; si vtiq; est fructus iusto; vtiq; est Deus iudicãs eos in terra.

DE seipso sub tertia persona, vel de alio quolibet qui Dei viderit vindictam de improbis, ac singularem de iustis prouidentiam, asserit, cum gaudio magno siue apud semetipsum siue apud obuium quemque percontando dicturum. Est ne verò iustis vtilitas & fructus? *ergo sine causa iustificant cor suum, lauantque inter innocentes manus suas* [r]? nullo modo; sed colliget iustus commoda plurima; quoniam æquus ac iustus Deus omnia quæ sunt in terra gubernans, nõ sinet iniquorum illos violentia opprimi: sed vindicabit: & damnatis illis horum innocentiam manifestabit, ac de tribulatione ereptos, cùm opportunum fuerit, gloriabitur. Quære nullus in posterum sit qui iudicet vel de iustis vexatis iniustis bene sentire, vel in dubium reuocare iustitiam & prouidẽtiam optimi, sapientissimi, potentissimi Dei. Argumentemur potius, ait iustus ille ac sapiens, vel si nondum iustus, iustitiæ tamen amore captus, ob experimentum istud quod cepit, in iustitiæ virtutisque omnis studium incumbere nos oportere. Apollinarius de prædicto iusto intellexit: *Non differt* Deus in futurã vitã omnia virtutis præmia, ne periclitetur apud mortales opinio prouidẽtiæ: sed renuciari dicique iubet, *iusto quoniam bene* [b]; *quoniam fructum adinuentionum suarum comedet & væ impio in malum; retributio enim manuum eius fiet ei.*

Sapientis quoque sententia locum in tempore præsenti habet, quòd [c] *bonorum laborum gloriosus est fructus*, semper quidem spiritualis ille duodenarius [d]: qui est *pacatissimus fructus iustitiæ*, [e], & *gaudium ex spe* [f], & *gloriatio in tribulationibus* cum *patientia, probatione, spe, caritate* [g], & facti boni conscientia; sed & non rarò etiam corporalis & externus; ita vt non desit hic etiam *merces operi nostro* [h], & centuplum in hoc tempore [i] materiali quoque quodam modo concedatur.

Et dicet homo.] Chaldaicè, numero plurali בְּנֵי נָשָׁא *bene nasciũ, filij hominis*, id est, homines. Collectiuè *homo* pro omni ponitur, nisi, vt principio dixi, designet Dauid seipsum, vel eũ qui proxime ante *iustus* appellatus est, *homo* significat. Ponitur alibi etiã *homo* absolutè pro aliquo indefinitè, aut pro quouis homine: nõnunquam ad comprehendendum, vel plurimos, vel etiam omnes: bis repetitur idem nomen; sed Hebraicè non אִישׁ *Adam*, vt hoc loco, sed אִישׁ *is*, sic apud Ezechielem [k]; *homo, homo de domo Israel*, &c. אִישׁ אִישׁ *is, is*, ἄνθρωπος, ἄνθρωπος: & in Psalmo [l] 86. *homo & homo natus est in ea:* אִישׁ וְאִישׁ יֻלַּד בָּהּ *is & is natus ei.* ἄνθρωπος & ἄνθρωπος, vertit præterea Interpres noster *homo quilibet*, aut quicumque, loco gemini nominis dicti tum Hebræi, tum Græci [m]: aliquando semel tantùm ponit [n].

Si vtique est fructus iusto.] Hieronymus, *verè*, & alij passim qui reddunt ex Hebræo, nec non Apollinarius,

ἐξερεῖ ὅτι καρπὸς ἀγαθὸς δικαίῳ. *Dicturus quod fructus glorioso est iusto.*

Particulam (אִם) quæ proprie est conditionalis, sicut *si*, constat nonnunquam vsurpari pro ὅτι, quod & ἄρα, significare, *profectò, vtique*, &c. aut expletiuè tantùm poni. Quocirca hoc etiam loco, *si vtique*, possumus exponere, *quod*, aut *quod certe*. ita vt assertiua & simplex sit enunciatio, non hypothetica seu conditionalis. Quo pacto vim maiorem indicat argumentum. Vox etiam Hebræa אַךְ *ach* eundem vsum habet: interdumque præterea redditur per dictionem admirantis *quam* [o]; item per *forsitan* [p]. Legit Augustinus, *si ergo est*. Hilarius, *si vtique erit*: & exponit per interrogationem, *an fructus eris iusto?* sed ita vt non ambigendo dicatur. Videtur autẽ Arnobius legere, *quia est*: Lxx. verò similem primo vltimum versum facere voluisse, quoniam ille sic inchoabat, *si verè vtique*. Bonum argumentum Augustini; Gaudet ebriosus, & non gaudet iustus? &; Qui tale gaudium modò dedit (Deus) de fide, de spe, de charitate, de veritate scripturarum suarum, quale præparat in finem? qui in via sic pascit, in patria quomodo saginabit?

Vtique est Deus iudicãs eos in terra.] Deest Hebraicè pronomen. Comprehendit autem iustos & iniustos, ita vt, quod expressit Paraphrastes, iudicia

---

a psal. 90. 15. *Lætificet nos in mala quæ passi sumus.*

In iustitia vetuit se quidem [illegible] sapiens in vindicandis, ejusmodi vocantur.

b Esa. 3. c. 11.

c Sap. 3. 13.

d Galat. 5. 22.
e Hebr. 12. 11.
f Rom. 12. 12.
g c. 5. 4.

Merces operis hominum parvula.
h 2. Paral. 15.
i Jerem. 31. 16.
k Matth. 19. 29. *Hoc* hominis *accipio.*

k c. 14. 7.

l vers. 5.

m Lemm. 1. 2. 10. 13
n ibid. vers. 8.

Particula, si, vsurpatio interdum.

o psal. 72. 1.
p psal. 138. 11.

Argumentum Augustini.

Sævitia Tomyris Massagetarum reginæ, & alia quæ in præcedentia psalmum jungenda.

c Herodot. lib. 1.

d Pulgos. lib. 10. c. 11.

e Vale. lib. 9. c. 2.

Scytha cruoris hauritores quem primũ ceperint.
Inimicum iustæ & munitæ vindictæ.
f Volater. lib. 23. & Pulgos. lib. 9. c. 5. ex Spartiano & Herodiano.
g Herod. lib. 4.
h Seneca in Octauia actu. 5.
i Apoc. 1. 5.
k Gen. 49. 11.
l Hom. 17. in Gen.
m de benedict. Patriarc. c. 9.
n 12. contra Faustũ c. 42.
o in Satyr.
p in Quæstionibus Græc.

q vers. 24.

Sensus loci.

r psal. 72. 13.

Dei extendantur in incolas terræ.&, vt ait Apollinarius, sit Deus, βροτῶν ἔκδικος ἔργων *mortalium vindex operum.* Hilarius docet iam iudicari in terra in Deum non credentes : eos qui credunt non iudicari ; relinqui futurum iudicium inter opera fidémque pro gestorum qualitate, vt scilicet de operibus credentium fiat; & credentes iam iudicati intelligantur esse illi qui cum fide sint etiam beno operati. Hoc ait propter locum Ioannis [a], cuius sensus est ; quòd qui dicto credit modo, nec quem fatetur nosse, factis negat, non habet in se condemnationis causam: qui non credit, eo ipso etiam se pœna dignum ostendat, refugiendo lucem ac iudicem. Sed loquitur Dauid de iudicio quod exercetur à Deo in terra, curante hæc inferiora réſque nostras considerante, neque super cœli tantùm [a] cardines ambulante. Quamuis transferri possit sententia ad aliud iudicium ; quod facit quoque Nyssenus [b].

Iam iudicatur in terra, pro credentes qui credunt, non item.

Ioan. 3. c. 18.

a Iob 22. 14.

b tract. 2. in psal. c. 15.

PSALMVS QVINQVAGESIMVS OCTAVVS.

In finem.

1 Ne disperdas, Dauid in tituli inscriptionem, quando misit Saul, & custodiuit domum eius, vt eum interficeret.

2 ERipe me de inimicis meis Deus meus: & ab insurgentibus in me libera me.

3 Eripe me de operantibus iniquitatem: & de viris sanguinum salua me.

4 Quia ecce ceperunt animam meam: irruerunt in me fortes.

5 Neque iniquitas mea, neque peccatum meum Domine: sine iniquitate cucurri,& direxi.

6 Exurge in occursum meum, & vide:& tu Domine Deus virtutum Deus Israel.

Intende ad visitandas omnes gentes: non misereris omnibus, qui operantur iniquitatem.

7 Conuertentur ad vesperam:& famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem.

8 Ecce loquentur in ore suo, & gladius in labiis eorum:quoniam quis audiuit?

9 Et tu Domine deridebis eos; ad nihilum deduces omnes gentes.

10 Fortitudinem meam ad te custodiam, quia Deus susceptor meus es:

11 Deus meus, misericordia eius præueniet me.

12 Deus ostendet mihi super inimicos meos, ne occidas eos : ne quando obliuiscantur populi mei.

Disperge illos in virtute tua: & depone eos protector meus Domine:

13 Delictum oris eorum, sermonem labiorum ipsorum: & comprehendantur in superbia sua.

Et de execratione & mendacio annunciabuntur 14 in consummatione : in ira consummationis,& non erunt.

Et scient quia Deus dominabitur Iacob,& finium terræ.

15 Conuertentur ad vesperam & famem patientur vt canes : & circuibunt ciuitatem.

16 Ipsi dispergentur ad manducandum: si verò non fuerint saturati, & murmurabunt.

17 Ego autem cantabo fortitudinem tuam : & exultabo manè misericordiam tuam. Quia factus es susceptor meus, & refugium meum, in die tribulationis meæ.

18 Adiutor meus tibi psallam, quia Deus susceptor meus es : Deus meus misericordia mea.

Titulus, & argumentum.

Vers. 1.] In finem. Ne disperdas, Dauid in tituli inscriptionem ; quando misit Saul,& custodiuit domum eius, vt eum interficeret.

IMPLICATVR cum titulo argumentum ; de quibus copiosè Nyssenus [a] differit, maximi faciens Dauidis mansuetudinem illis expressam verbis, *ne disperdas* : quam vocat amicam & iucundam vocem. Verba hæc & prima duo, atque proximè sequentia quatuor in præcedentibus iam psalmis declarata sunt. Cæteris continetur argumentum inclusum in historia quę narratur in primo Regum

a trac. 2. in ps. c. vlt.

libro [a] quando Dauidis, qui euaserat ictum lanceæ Saülis, Saül impetrauit domum custodiri à satellitibus, vt interficeretur mane: Michol autem vxor eius deposuit illum per fenestram,& relicto simulacro in lecto,eluſit Saülem.

Agnoscit Hilarius,Augustinus,aliíque Latini, mysterium de Christi passione sub historia;& id Nyssenus atque Augustinus eleganter explicant, simúlque de sepultura & resurrectione;quamuis Augustinus inferi velit aliqua,quæ magis conueniant mystico Christi corpori, vt quòd custoditus dicatur Dauid in domo ad interficiendum eum; nempe, quia dum custodiebatur sepulchrum Christi iam mortui,hoc intendebatur, vt morereretur fides in nobis.

Argumentum ergo est,oratio Dauidis in adeo arcta illa obsidione nocturna satellitum Saülis, qui similes canibus venaticis famelicis videbantur: deinde post expositam innocentiam suam, prædictio diuinæ contra illos vindictę,ita vt humiliati dispergantur;ac liberationis propriæ tandem propositum ac votum diuinas pro tanto munere laudes celebrandi. Vbi fatendum est omnia Christo congruere, quando eum Iudæi extrema nocte illa obsederunt, comprehenderunt, vexauerunt,occiderunt;ita vt intelligamus orare pro se Christum, & pro aliis, etiam pro Iudæis, qui per orbem interim dispersi ad monimentum patrati contra Christum facinoris, tandem conuertendi sint: atque his de causis laudes & gratias Patri referre. Custodiam item illam circa sepulchrum Christi præter Latinos, Basilius ac Theodoretus interpretantur: & Nicephorus ait psalmum totum esse κατὰ τῶν δεικτόρων, *aduersus Deicidas*. Postremò Athanasius Marcellinum suũ hortatur psalmum hunc vsurpare si insidiator iusserit domum illius custodiri, contigerítque effugere. Arnobius autem,quando domus corporis à principe huius mundi custoditi præcipitur, vt capiaris & interficiaris gladio cuiuscumque peccati.

---

*Vers.*8.] Eripe me de inimicis meis Deus meus, & ab insurgentibus in me libera me.

Vers. 9.] Eripe me de operantibus iniquitatem, & de viris sanguinum salua me.

ORditur à supplici prece, qua petit à Deo suo,cui singulari quodam studio seruiat,& in quem fiduciam omnem suam coniiciat,vt sibi aduersus iniquissimos,truculentos,fundendóque humano sanguini addictos & assuetos hostes,celerem atque efficacẽ dignetur opem ferre,ac se à grauissimo præsenti periculo quã primũ liberare. Vtitur Ecclesia in officio diuino tempore epassionis versu secũdo ad laudes post hymnum;eodem ac tertio ad preces tempore ieiunij. Quod enim factũ est,inquit Augustinus,in carne Christi, fit & in nobis;neque cessant inimici nostri diabolus & Angeli eius(tum dæmones,tũ improbi homines) insurgere supet nos quotidie,& illudere velle infirmitati nostræ, deceptionibus, suggestionibus, tentationibus,& quibuscumque laqueis irretire, ùm in terra adhuc viuimus. Exemplo sit prima post mortem,resurrectionem,ascensionẽ Christi, persecutio,in qua flagellati discerpuli,gladio Iacobus occisus, missus ad idem Petrus in carcerem, lapidatus Stephanus, Ecclesia tota dispersa; & quæ deinceps tot secutæ sunt persecutiones,hæreses,schismata;præcipuis horum omnium instigatoribus malorum dæmonibus.

Eripe me.] Hieronymus, & Augustinus etiam, *erue me*:Hebræum verbum hic & initio sequentis versus est idem הַצִּילֵנִי *hatsileni*, : Græca diuersa ῥῦσαι,& ἐξελοῦ;quæ tamen synonyma sunt.

De inimicis meis.]Moraliter multiplex est inimicorum genus, sed capitaliores tres sunt, Mundus Caro,Dæmon,ad quos referri potest Mors,Peccatum,Infernus,Domestici. Si sit sermo de hominibus, Hugo distinguit quatuor veluti species, quibus quatuor hîc verba posita congruant; qui solo desiderio sint inimici: qui prorumpant in contumelias verborum;qui verberibus afficiant; qui ad sanguinis effusionem procedant; primos dici absolutè *inimicos*, secundos *insurgentes*: tertios *operantes iniquitatem*,quartos *viros sanguinum*. Ait præterea hos esse præcipuos hostes Ecclesiæ,Antichristũ eiúsque sectatores,falsos fratres, hæreticos,martyricidas,& initio sequentis versus,Iudæos. Arguanus *insurgentes* accipit pro irrisoribus Christi: *operantes iniquitatem virósque sanguinum*, pro percussoribus; pro occisoribus, illos qui sequéti versu dicũtur,*cepisse animam & sortes iecisse*. Dionysius interpretatur *inimicos* esse dæmones, qui sunt inuisibiles: *insurgentes* manifestos persecutores siue malos & importunos homines, à quibus Thessalonicẽses Paulus [a] rogare iubebat, vt liberarentur:*operantes iniquitatem*, cunctos qui viuant malè:*viros sanguinũ*,ti sint tales illi ipsi qui sanguine aut affinitate nobis coniuncti sunt. Appellat item *inimicos*, vitiosos habitus & consuetudines intus latentes,*insurgentes*,actus vitiorum & motus inordinatos passionum. Nyssenus [b] omnia dæmonibus applicat, qui naturæ humanæ sunt insidiati,núncque non desinunt insidiari.

Et ab insurgentibus in me libera me.]Hieronymus, omissa coniunctione, quæ non habetur Hebraicè,*à resistentibus mihi protege me*. Augustinus, *& ab insurgentibus super me redime me*. Respondet lectio Augustini Græcis vocabulis λύτρωσαί με, Hieronymi Hebræo, תְּשַׂגְּבֵנִי *thesaggebeni*,de quo aliàs egimus,sicut de verbo *insurgendi*. Significat præterea Hebræũ illud verbum *attollere*,ac in loco alto tutóq; statuere:vbi est antithesis egregia,vt dũ alij sese erigunt insurgendo,& insultando, Deus altiùs sustollat,& exaltet eum cõtra quem insurgitur;& dũ armati obsident satellites,ac scrutantur,conscendentes etiam edita quæq; loca,quem capiant, quæsitum quasi altè sustollendo eripiat.

Eripe me.] Aliud verbum Græcum,ῥῦσαι, vt antè dixi,sed pro eodem Hebræo quod erat in principio, reddit Hieronymus *libera*: Augustinus iterum,*erue*.

Et de viris sanguinum salua me.]Augustinus,*saluum me fac*.Qui sint *viri sanguinũ*,vidimus aliquot prioribus psalmis [c], & in alio adhuc [d] postea occurret.Iudæos hîc intelligunt, qui volente Christum Pilato dimittere, ac se, manuum ablutione innocẽtem à sanguine iusti illius protestante,exclamauerunt:*sanguis eius super nos,& super filios nostros* [e]. *Vir sanguinum* est qui cur alterius fundatur sanguis auctor est,etiamsi non ipsemet eum fundat, quemadmodum Sephora Mosem vocauit *sponsum sanguinis*, qui cur filio extraheretur per circumcisionẽ sanguis, fuerat in causa [f]. Quam-

uis

[a] c.19.10. & seq.

Mysterium de Christi passione hoc loco tractatum.

Argumentum.

Custodia circa sepulchrum Christi.

Marcellinus impetrata hunc psalmi vsurpatione, ab Athanasio, ad quod. Ab Arnobio vt applicatur.

Sensus loci.

Vtilitas vsus in Ecclesia eius circa dominicam passionem.

Insurgentes, vitia nostra.

[a] 2.Thes.3.2.

[b] tract 2. in psal.c.vlt.

Antithesis egregia.

[c] ps.5.7. psal. 25.9. psal.54. 24.

[d] ps.138.19. Per,viros sanguinum, iudæi hic intelliguntur.

[e] Matt.27.25. Sponsus sanguinis Mosis a Sephora vocatus.

[f] Exod. 4.25. 26.

uis id aliis modis explicetur, & referatur etiam à nonnullis, veluti dictum ad Angelum, qui minitatus erat Mosi mortem, vt significaret condonatam viro mortem, propter eam sanguinis effusionem, placatumque angelum viro. Denique, vt ait Hilarius, *viros sanguinum* non solùm admissa cædes, sed & cogitata consummat, quia non est fusus Dauidis sanguis, licèt, quod mox additur, optarent fundere, qui eum ea de causa domo incluserunt. Cum Iudæis qui poposcerunt Christum ad mortem, ipsimet percussores, & occisores Gentiles, comprehendi possunt. Vtrisque conuenit illud aliud [a]: *captabunt in animam iusti, & sanguinem innocentem condemnabunt.*

Vers. 4.] Quia ecce ceperunt animam meam, irruerunt in me fortes.

VRgens precandi enixiùs causa, quòd hi quos vocauit *inimicos, insurgentes, operantes iniquitatem, viros sanguinum*, tanquam rabidi canes venatici suíque appetentes sanguinis, conati sint eum capere; ac robore numeroque prævalentes irruerint magno cum impetu ad iternendum, obtruendum, mactandum.

Quia ecce.] Vim habet, *ecce*, ad demonstrandam vrgentem & euidentem necessitatem, cum quadam admiratione, & ad excitandam commiserationem opémque celerem impetrandam.

Ceperunt animam meam.] *Ceperunt animam meam* ait, eo modo, quo qui se vallatos inimicis vident, & euadere desperant, dicunt, *capti sumus. Anima* vitam totúmve hominem sæpe significat. Hieronymus alíque exponunt, *insidiati sunt*, seu *insidiantur animæ meæ*. Id proprie significat ארבו *arcuu:* insidiari autem venando, quod Apollinarius aliter ab inuestigando, seu indagando reddit, *ἀνιχνεύσαν*, vt solent canes venatici. In psalterio Romano *aucupauerunt*: apud Arnobium, & Cassiodorum *occupauerant*, quod nó est cur corruptè legi Agellius dicat, pro, *aucupauerunt*: cùm Cassiodorus hoc verbũ explicet. In psalterio Gallicano, & apud Hilarium *captauerunt*: apud Augustinum, *venati sunt*. In Psalmo 93 [b]. *Captabunt in animam iusti*, Græcè quoque dicitur *συμβήσονται*, sed Hebræum verbum aliud est יגודו *iagoddu*, *copulabuntur, congregabunt exercitum, turmatim conuenient, conglobabunt se, concurs abunt, concernabunt.* Facit ad rem locus Micheæ [c], *Omnes in sanguine insidiantur, vir fratrem suum ad mortem venatur*: item Threnorum [d]: *venatione ceperunt me quasi auem inimici mei gratis.* Similis comparatio in Psalmo 123 [e]. *Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium*: in Prouerbiis [f]; *mulier viri pretiosam animam capit* תצוד *thatsud, venabitur, ἀγρεύει*, tempore præsenti. Ezechiel [g] etiam eodem sensu ait capi *animas volantes*, id est velut aues, per hoc vltimum verbum Hebræum. Sed per Græcum quod significat *peruertere*, aut *συλλέγειν colligere.*

Crebrò ex laqueis vsurpatur comparatio tum ab aliis, tum à Propheta [h] nostro. Quocirca non est hoc loco *capere*, vt Ruffinus Beda, Aiguanus, Dionysius, (qui malè negat Dauidi conuenire posse.) Hugo quidámque alij exponunt, vi & impetu capere ac tenere, nec ita commodè de comprehenso Christo in horto exponi potest; vel cum Beda, de occiso; vel cum Brunone Carthusiano, de detentione animæ per mortem, ad similitudinem carcere detenti, vt non posset Christus resurgere: sed potius insidiis, dolis, fraudibus conari aliquem capere; quod etiam dicunt Euangelistæ *capere in sermone, & verbo* [a], vel *os opprimere* (id est, extemporales & non consideratas interrogantium dolosarum responsiones exigere) *insidiando, & quærendo capere de ore ad accusandum* [b].

Irruerunt in me fortes.] Hieronymus, *congregantur aduersus me fortissimi.* Superlatiuo quoque vsus Apollinarius *κραταιοὶ* dixit, quamuis in textu sit positiuum *κραταιοὶ*: & Hebraicè עזים *hazzim*, absque alia particula quæ superlatiuum quo carent Hebræi, denotet. Non solùm insidiatores vafros expertum se dicit, sed feroces, terribiles, peruicaces, apertos inuasores, qui ad insidias quas indicat non modò præcedens verbũ Græcũ *ἐδιώκησαν*; sed quod hic est *ἐνέβλεψαν*, vim ac impetum adhibuerunt, si quis irruerit in proximum suum, vt interficiat illum dolo, inquit lex [c].

Fortes in Psalmo 53 [d]. *quærentes animam suam*, vocat Dauid עריצים *kharitsim*, qui Græco etiam positiuo nomine dicuntur ibidem *κραταιοὶ*, & à Hieronymo etiam *fortes*. Fortium istorum mysticè dux is quem Christus [e] *fortem* nominat, nempe diabolus, cuius vasa iidem censeri possunt, illi præterea, qui *sperantes in multitudine diuitiarum, prævalent*, aut se putant prævalere *in vanitate sua* [f]: aut de spirituali præsumunt propriæ iustitiæ fortitudine, quemadmodum Pharisæus [g]: quibus sicut phreneticis, quorum solent robustiores sub mortem vires corporis esse, tanto mors vicinior est, vt annotat Augustinus: docens è contrario, qui exemplo Pauli [h], diffisi de se ipsis, *ita infirmantur, potentes esse.* Peruersa fortitudo iniusti, ac de se præsumentis, qui dicunt, *nónne* [i] *in fortitudine nostra assumpsimus cornua*: & [k], *sit fortitudo nostra lex iustitia.*

Quemadmodum Christus, & sui post eum primi discipuli passi sunt fortes persecutores, ita deinceps cæteros fideles vexauerunt hi qui pollebant opibus, honoribus, potentia, viribus, falsa sapientia, vera malitia, tyranni, hæretici, corruptis moribus homines contaminati: De militibus adhibitis ad sepulchri Christi custodiam, Valentia *fortes irruentes* interpretatur.

Sed ad literam potest adhuc Hebræa vox עזים *hhazim, obstinatos, obstinatósque in malo*, & *in proposito necendi* significare. nam *maledictus furor, quia pertinax* [l], dicitur עז *hhaz*, nempe ira tenax, *indignatio dura* [m], flectíq; nescia, insatiabilis vindictæ cupiditas. Tali furebat Saulus cum suis aduersus Dauidem iracundia, odio, maleuolentia, robore simul externo corporis, & armorum corroborata. Huiusmodi sunt etiam diaboli aduersus nos inimicitiæ implacabiles & immortales, qui est, vt dixi, *fortis armatus, & cuius potestati non est super terram potestas quæ comparetur*, sed *factus est vt nullum timeret*, Iob [n] teste, qui permulta de hac eiusdem potestate disserit [o]; & inter alia pertinere ad obstinatissimum animum potest, quòd *cor eius indura tum* scribit [p], *vt lapidem.*

Vers. 5.] Neque iniquitas mea, neque peccatum meum, Domine: sine iniquitate cucurri, & direxi.

TAnta fiducia implorare se diuinã ait opem, quòd nullius sit sibi conscius iniquitatis, aut peccati, quo tantum illud in se prouocauerit ho-

a Pſ.93.21.

Sensus loci.

Per vocabula ea ut.

Anima pro vita aut toto homine.

Agellij improbata, & correcta.

b vers.22.

c c.7.2.

d c.3.52. e vers.7.

f c.6.26.

g c.13 18.20.

h Pſ.9.16. pſ. 10.6 sec. He. pſ 30.5. pſ.34 v. 8. pſ.56.7. Pſa.63 6 pſal 90.3. Pſ.118. 110. Pſ.139.6. Pſ.140.9. pſ. 141.4

Quod sit hoc loco capere, & quæ apta ex parte ad comprehensum Christum in horto.

a Matth.22. 15. Marci 12.13. Luc.20.20.

b Luc.11.53 54.

Sensus loci

c Exo. 21.14.

d vers.3.

Fortes hic decipientes, mystice duce diabolo dicti.

e Matt.12.29

f Pſ 51 9.

g Luc.18.11.

h 2. Cor. 12. 10.

i Amos 6.14.

k Sap 2.11.

Per Christum edisci pulos passi persecutores, in deinceps cæteros fideles.

Simulatio interpretatio.

l Gen 49.7.

m ibid.

n c 41.14.

o c.41.toto.

p vers.15.

Sensus loci.

stium odium, quos nullo modo læserit, nulla affecerit iniuria; sed conuersatus inter eos sit absque vlla offensione, & actiones omnes semper studuerit ex iustitiæ norma rectáque ratione operari. Distingunt aliter alij sententiam, vt scilicet vltimum membrum non in prima persona sed in tertia efferatur, *sine iniquitate cucurrerunt, & direxerunt.* Sic autem sensus esset; cùm Dauid nullam haberet iniquitatem, peccatum nullum; tamen hostes in eum facto impetu cucurrisse, aciémque direxisse, vel animos obfirmasse, ac omnino decreuisse illum interficere. Symmachus id ita expressit, *μὴ ἔτι ἀμαρτίας ἐπιτρέχοντι, cùm non sit peccatum, accurrunt,* (vel sic currunt) *vt percutiant me.* In scholio (aliàs ἔτω τρέχουσιν) *ἵνα παταξωσί με, cùm in culpa & peccato non sim.* Ad sensum nihil interest.

Portò ad Christum referendo, quod etiã Nazianzenus [a] facit, constat quàm fuerit innocens, *sine peccato & dolo* [b], vt se, *qua non rapuisset exoluere* diceret [c], *argui* se posse *de peccato* negaret [d]; affirmaret *principem Mundi quidquam in se non habuisse* [e], id est, peccatum nullum, vt explicat Ambrosius [f], Gregorius [g], Hilarius hîc & alibi [h], necnon Augustinus [i], præter expositores Ioannis; siue nullum ius, quod habet in peccatores dumtaxat, ac proinde non potuisse vincere, aut eum perdere, sicut sperabat. Direxit quoque cuncta referendo ad honorem Patris, salutémque nostram; & *ad Patrem redeundo vnde exierat* [k]; & ita currendo *in gigantis morem*, vt *à summo cælo egressus ad summum eius occurreret*, siue recurreret [l]. Item direxit quos dicebat, prout antea precatus eum Dauid erat [m], *Respice Domine in seruos tuos, & in opera tua, & dirige filios eorum: & sit splendor Domini Dei nostri super nos, & opus manuum nostrarum dirige.* Hoc fore prædixit Esaias [n]: *Erunt prauа in directa.*

Magnam vim habet ad persuadendam virtutem studiosus virtutis, *euangelizans virtute multa* [o], quasi dicas, exercitu virtutum, nec *se ipsum condemnans in eo quod iudicat* [p], sed *sine crimine* [q]; *nulli dans offensionem, ne vituperetur ministerium eius* [r]. Nihilominus iubemur, *quæ dicantur nobis à doctoribus nostris seruare & facere, secundùm opera eorum non facere* [s]; & vero coruus rostro detulit escã Eliæ [t]: nec valdè nobis est curæ cuiusmodi sit dans campana signum, tubus deducens aquã, custos in specula, miles in exercitu, in hospitio suspensum signum, medicus probus aut improbus; sed id curamus tantùm quod ista vel indicant, vel efficiunt, vt respondeat significatio & effectus.

Neque iniquitas mea, neque peccatum meum Domine.] Hieronymus, *absque iniquitate mea, & absque peccato meo Domine*, nimirum, ceperunt animam meam, & irruerunt in me. vel, non ob iniquitatem peccatúmque hoc patior. Intelligit, vt dixi, de iniquitate & peccato, cuius gratia persequi hostes iustè ipsum possent, & quod imputabant ei, seditionis, rebellionis, perduellionis, affectati regni. Quocirca minùs necessaria Hilarij notatio videtur, vel Psalmũ quinquagesimum in quo se profitetur *cognoscere iniquitatem suam, & peccatum contra se semper habere*; isto Psalmo posteriorem esse: vel ibi de originali loqui: vel sub Christi persona nunc agere. vltimum recipio iuxta mysticum sensum traditum etiã ab aliis enarratoribus, & à Paulo Constantinopolitano Episcopo ad Theodorum Papam [u]. Quod attinet ad Dauidem, quidquid sit de ordine Psalmorum, deplorat in quinquagesimo actualia præsertim peccata adulterij, & homicidij: licèt inter causas ad impetrandam facilius veniam, originale vitium actualium seminarium propter fomitem relictum proponat: in hoc autem Psalmo innocentem se facit non ab omni peccato, sed ab eo quod alienam respiceret iniuriam: quod & in aliis antea Psalmis fecisse notauimus.

Quid interfit inter *iniquitatem & peccatum* docui aliàs. Interpretatur Caietanus *pisshhi*, quod est primum nomen de *rebellione*. Eam nomen id etiam significat, & quadrat proposito significatio, vt se Dauid neget, vt antè dicebam, tanti criminis reum contra regem Saülem. Valet etiam *impietatem aduersus Deum*, dicíque posset peccatum spectare ad proximum: vel hoc ad ipsummet peccantem: illa ad alium: vel iniquitatem esse habitudinem mentis iniustæ, peccatum actum eius, vt placuit Ambrosio [a]. Sed modò de peccato contra Deum non agitur, & facilè concesserim nomen vtrumque synonymum esse. Ita de suis quoque Iob calamitatibus loquebatur, vt se apud amicos purgaret [b], *Non peccauit, & in amaritudinibus meratur oculus meus: hæc* [c] *passus sum absque iniquitate manus meæ, cùm haberem mundas ad Deum preces*: id Gregorius [d] de Christo exponit, qui pro crucifixoribus orauit expansis in cruce purissimis manibus [e]: *neque reprehendit me cor meum in omni vita mea* [f].

Quæri hîc necesse non est, de hominis innocentia, tantáne sit cuiuspiam, vt neque contraxerit originale, neque vllum commiserit actuale peccatum, ne veniale quidem. Sine dubio Maria nunquam peccauit vllo modo; ab originali autem peccato non mundata intra matris ventrem fuit, quod aliis etiam nonnullis concessum est, sed præseruata penitus ne contraheret. Præterea non est huius temporis illa quæstio, quo pacto absque suspicione arrogantiæ valeat quis laudes proprias exponere; videlicet ad honorem Dei, ædificationem aliorum, vt faciat sibi supplicandi fiduciam, vt pusillanimem animum suum erigat, & aliis de causis, quemadmodum Ezechiæ [g], Ieremiæ [h], Pauli [i], & aliorum exemplis doceri potest. Attingit Dionysius ambas quæstiones, & nos alibi plura diximus.

Sine iniquitate cucurri & direxi.] Augustinus, Cassiodorus, Psalterium Romanum, *dirigebar.* Monui iam hæc aliter à Symmacho reddita, ita vt significetur, cùm non esset iniquitas in Dauide, persecutores tamen in eum cucurrisse, atque aciem & impetum direxisse *μὴ ἔτι ἀμαρτίας ἐπιτρέχουσιν ἵνα παταξωσί με, cùm non sit peccatum, accurrunt vt percutiant me.* Hieronymus vertit, *non ego iniquè, & illi currunt & præparantur.* Alij, *current & instruent se: properant & accinguntur: currunt, vt noceant mihi, & summo studio conantur perdere me*, &c. Hebræa sunt בלי עון ירצון ויכונני *belibhanon iertsun veikonann.* Pro vltimo verbo legit Symmachus יכני *iacchuni, percutient me*, à נכה *nachah*, si ad secundum verbum Græcum editionis Lxx. literam (v) addas, facies tertiam pluralem personam, in qua primum sumi potest hoc pacto εἰ ϛαμεν και κατευθυναι, pro κατευθυνα. Atqui persistendum in ea lectione quam habemus. Aut certè subintelligi poterunt pedes, *cucurrerunt pedes mei, & direxerunt*, vt placet Genebrardo. *Currere sine iniquitate & dirigere*, est tanquam in stadio vitæ, ac morum rectà progredi, cursum ac iter

Eiusdem Psal. vis argumenti.

a Apolog. Dauid. seu in pſ. 50.

b Iob 16. 2.

c c. 16. 18.

d 13. moral. c. 8. vel 11.

e Luc. 23. 24.

f Iob 27. 6.

De hominis innocentia quæstio.

Altera, quo pacto absque suspicione arrogantiæ valeat quis laudes proprias exponere.

g Esa 38. 4.

h c 15. 25.

i 2. Cor. 3. 17. 1 Thess. 2. 2.

Currere sine iniquitate & dirigere quid sit.

tenere, persequi veluti lineam albam agonalem, donec ad scopum & metam peruenias, quam iustitiæ lex, rationisque canon, & norma intendit. Delectantur diuinæ literæ ista ex cursu agonistico petita comparatione. De gigante currente mentio præcessit [a]; *viam mandatorum Dei* cucurrisse se dicit Dauid [b]: Paulus currentium in stadio similitudinem exprimit [c], se etiam cucurrisse affirmans [d], & alios hortans, vt currant [e]: tardos in cursu vel cessantes reprehendens [f]: rursus de consummando, & consummato cursu suo loquitur, & scribit idem Apostolus [g]: vocatur etiam Ioannis Baptistæ, *quem implebit cursus* [h]; de quo, ac in genere de quouis alio egimus nonnihil in commentario actuum Apostolorum [i].

Inter athletas qui erant viri, separati videlicet à pueris, vocabantur τελειοι, *consummati perfectique*: & his præmia dabantur τέλεια *perfecta*, vt Plato, & Philo, tradunt, exercitatis in omni genere exercitationum. Ad istam consummationem respexit Paulus, loquens, vt dixi, de cursu consummato; *oransque*. Corinthiorum, apud quos Isthmici celebrabantur agones, *consummationem* [k], & vt *perfecti essent* [l]: Iacobus [m] etiam, scribens, quòd *patientia perfectum opus habet*, vt propterea simus perfecti & integri, in nullo deficientes, quasi de athletica perfectione consummationeque vellet intelligere. Adhuc Paulus [n] eodem alludit cùm ait, quod *decebat eum propter quem omnia & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passionem consummare*, id est perficere. Pertinet huc etiam quod ait [o] varios in Ecclesia ministrorum gradus, ordinesque positos, donec *occurramus in vnitatem fidei, & agnitionem filij Dei, in virum perfectum, εἰς ἄνδρα τέλειον, in mensuram ætatis plenitudinis Christi* (qui scilicet ætate vir erat, & *gigas ille exultans ad currendam viam* [p]) & *iam non simus paruuli, sed veritatem facientes in caritate, & crescentes in illo per omnia, qui est caput Christus*. Sane quidem *consummatos gladiatores* vocari constat [q]: & sumpta deinde metaphora videntur *sapientiæ consummatus vir* nominati, a Seneca [r], quemadmodum sanctum Romanum martyrem Eusebius [s] Emissenus, aut alius potius, *consummatum per omnia virum* appellat.

In cursu dirigit, vt prius docui, qui veluti constitutus in scamate, τὴν γραμμὴν λευκὴν, *lineâ albam* de qua Cassiodorus [t], siue de qua Paulanias [u], & regulam, vt loquitur Statius [x], persequitur à carceribus ad metam; quod Paulus *ad destinatum persequi brauium* dicit, κατὰ σκοπὸν διώκειν (quæ linea erat alia ad quam tendebatur in circo) admonens *in eadem permanere regula*, τῷ αὐτῷ στοιχεῖν κανόνι. Denique Apostolus de spirituali sollicitus cursu, vel agone, scribit Timotheo [y], vt *se ad pietatem exerceat, cùm corporalis exercitatio ad modicum vtilis sit; pietas ad omnia, promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ*, vt profectus eius manifestus sit omnibus: ait illi [z], *certa bonum certamen fidei*, ἀγωνίζου τὸν καλὸν ἀγῶνα τῆς πίστεως: apprehendet vitam æternam, scilicet vt ipsemet faciebat [a], *ad destinatum persequendo, ad brauium supernæ vocationis*, tanquam ad bene confecti, perfecti, consummati cursus præmium, siue corona esset de altiore suspensa loco, siue vestis rogave palmata, de qua Epigrammatarius [b] post sententiam iudicum Hellanoditarum, seu Hellanodicarum, quos memorat Ælianus [c]: quoniam *nemo coronatur nisi qui legitime certauerit* [d], & *probatus fuerit* [e]: decetque *ab omnibus abstinere* [f], deponere circumstans pondus peccati tanquam grauiorem vestem, vt coronam consequaris *incorruptam* [g], & *immarcescibilem* [h]. Differit de his accuratè in agonisticis Petrus Faber, apud quem quæ hic posui, sparsa reperias, tametsi opus illud eius confecta notatione ista, in manus sumpserim; & alium cuius nomini parco, deprehenderim de brauio disputantem, vnde hauserit, reticere, non absque nota, vel ingratitudinis, vel alterius vitij.

Nec abhorrebit à vero, si *directionem in cursu* prosperum interpretemur in humanis rebus cursum, vt se Dauid significet, eam felicitatem, quam sui tantopere inuidebant ei aduersarij, nullius iactura, vel præuaricatione sibi comparauisse, sed munere primùm diuino; deinde etiam perpetuo in cùctis actionibus iustitiæ tenore, ita vt, quod [a] alibi de semetipso testatur, *ad omnia Dei mandata dirigeretur, & omnem viam iniquam odio haberet*. Occurrit in hac notione *dirigendi* verbum crebrò, id est, pro secunda fortuna; sed sæpius Hebræum verbum est non יָשַׁר *cham*, quod hic habetur, sed יָשָׁר *iesciar*. Græcum non rarò ἰθύνειν, interdum, sicut hic, κατευθύνειν, & εὐθύνειν. *In circuitu impij ambulant* [b], rectum sibi finem non proponentes, nec idonea ad illum media dirigentes. Iusti sine iniquitate currunt *declinantes à malo*, & dirigunt *facientes bonum* cum recta intentione [c], non currentes *in incertum* [d]; sed *dirigentes vias suas ad custodiendas iustificationes Dei* [e], & *pedes in viam pacis* [f].

Vers. 6.] Exurge in occursum meum; & vide, & tu Domine Deus virtutum, Deus Israël.

Intende ad visitandas omnes gentes: non misereris omnibus qui operantur iniquitatem.

EXposita coram Deo, quem nihil latet, innocentia sua; excitat veluti tamen dormiendo, cum, & persecutionem contra ipsum excitatam non considerantem, sed sinentem hostes prævalere: orat vt confugienti ad se, occurrere succurrendo dignetur, atque opem exhibere præsentem, vt simul suam hostes vesaniam ac iniquitatem intelligant. Per illud quod habet Deus in terrestria cœlestiáque castra imperium, ipsum obsecrat, & quia populum Israëliticum in suam peculiarem susceperit curam, cui etiam Regem aliquando illum fore decreuit, vt animum applicet ad visitandos ac puniendos debitis suppliciis hostes, non illos tantùm quos nunc Saüli coniunctos ipse experiatur, sed quotquot vbique gentium nomini sint Israëlitico infensi, numinique diuino contrarij: nec eorum velit misereri quos obstinato, obdurato, obfirmato animi proposito iniquitatem videat amplecti.

Tribuitur hæc oratio Christo, cui Pater oranti occurrerit, eum clarificando exurgens, id est, exurgere ac resurgere faciens atque ascendere, & efficiens vt viderent Gentes credendo, visitatæ per prædicationem & gratiam, fieréntque Israëlitæ secundùm spiritum, quia carnales per obstinationem indignos illa & Dei misericordia se reddiderunt. Hilarius *occursum* sumit Patris redeunti Filio in cœlum, & eundem Patrem cum Filio occurrisse Stephano, quando hic istum vi-

dit

a Ibid.

b 1. Petri 1. 4.

Directio in cursu *pro prospero in rebus humanis cursu.*

a Psal. 118. 128

Dirigêdi *verbum crebrò pro secunda fortuna.*

Εὐοδοῦσθαι. Κατευθύνειν. Εὐθύνειν. In circuitu ambulare *impij vt dicantur.*

b Prou. 4.

c Psal. 36. 37.

d 1. Cor. 9. 26.

e Psal. 118. 5.

f Luc. 1. 79.

Sensus loci.

Oratio Christo attributa.

Occursum hic vt interpretatur Hilarius.

a Psal. 118. 6.

b Psal. 118. 32.

c 1. Cor. 9. 24. 26.

d Ibid. vers. 26. Philip. 3. 16. Gal. 2. 2.

e 1. Cor. 9. 24. Hebr. 12. 1.

f Galat. 5. 7.

g Act. 20. 24. 2. Tim. 4. 7.

h Act. 13. 25. *Athletæ qui* τελεῖοι *dicti.*

Τέλειοι, τέλεια.

Ibid.

i *Ad quam consummationem hortatur eos Paulus.*

Consummatio, consummare, *apud Paulum vt intelligantur.*

k 2. Cor. vlt. 9.

l Ibi vers. 11.

m c. 1. 4.

n Hebr. 2. 10. 11.

o Ephes. 4. 13. & seq.

p Psal. 18. 6.

Consummati gladiatores, consummati viri, consummatus per omnia vir, *vnde dicti.*

q Petrus Faber Agonist. c. 10.

In cursu *quo dirigere deceat.*

r 3. de ira c. 21. ibi. de S. Romano.

s 11. Variarum epist. in 51.

t In Psalm. 26. Thebaid.

u Philip. 3. 4.

x 1. Tim. 4. 7.

y c. 6. 12.

z Philipp. 3. 14.

a Martialis lib. 8. epigram. vlt. 21. 24. Varia in isto.

b 2. Tim. 2. 5.

c Hebr. 11. 12.

d 1. Cor. 9. 25.

dit, *ad eius dexteram sedentem* [a]. Præterea, vt saluentur Gentes per merita Christi, cui huc venienti occursus lætantium factus est Angelorum [b], & patentium cælorum [c], & vocis Paternæ [d], & *missus est non vt iudicet mundum sed vt saluus fiat per ipsum* [e]. Augustinus *occursum* negat proprie nisi inter æquales esse: ideo indicari hoc occursu æqualem Patri Filium; id etiam significari per *summum cæli*, a quo *egressio Christi* fuerit, & *occursus ad idem* [f], quia summum cæli in omnibus spiritalibus Pater est. Dionysius contemplatur orare Christum, vt occurrat Pater baiulanti crucem, animæ de corpore migranti, limbum intrăti, cum corpore in cœlum ascendenti.

Tropologice vsurpari potest idem à quolibet iusto aduersus persecutores; quos petat omnino puniri, vel ad pœnitentiam, vel si persistant in malo proposito, defendentes peccata sua; sicque peccent ex malitia & peccato, ad mortem, ad æternam damnationem. nec enim sinuntur à Deo peccata impunita.

Exurge in occursum meum.] Hieronymus, *surge ex aduerso pro me.* Ita etiam Symmachus, ἐξ ἐναντίας ὑπὲρ ἐμοῦ. Alij, *excita te, euigila in occursum meum*, vel, *è regione mihi.* Chaldaicè, *roborare coram me* אִתְגַּבַּר לְקֳדָמוֹתִי *ithgabber lekadmuthi.* Apollinarius,

ἐγρόμενος βασιλεῦ παρ' ἐμὶ ἵστατο:

Surgens rex apud me consiste.

Alia psalteria, & Hilarius, Augustinus, Arnobius, Cassiodorus, Chrysologus [g], *in occursum mihi.* Petit ergo vt fugienti persecutionem occurrat Deus, vt. eique præstet, inquit Euthymius, ac Nicephorus: vel, vt Deus quasi absens & dormiens euigilet (quod innuit τὸ ἐξεγέρθητι, & עוּרָה *hhuuah*, & accedat, atque se se iuxta ipsum sistat ponátque, siue, quod orabat Iob [h], *ipsum iuxta se*, nihil tunc verendo, *eiusmus manum pugnantis; nec timendo mala, si cum ipso sit* [i], nec *ad illius occursum pauendo* [k], ita vt *non sit Satan, aut occursus malus* [l]. Præter indicatam Tropologiam, occurri sibi petit à Deo rectè, ac succurri. Qui ad eum currit, &, vt antè dicebatur, curtendo *sine iniquitate dirigit*, ac tendit ad ipsum rectà, non fugit, vel exorbitat, vel declinat ad dexteram, & sinistram: quique *appropinquat Deo*, vt illi *appropinquet Deus* [m], *accedit ad eum vt illuminetur* [n]; non *ab eo recedit, scientiam viarum eius nolens* [o]: non *recedit*, proponens *non vltra venire* [p]: non *recedit ab eo cor eius* [q]: non *recedit à Deo saluatori suo* [r]: non *derelinquit Dominum Deum suum sciens quàm hoc sit malum & amarum* [s], & quòd *in his qui appropinquant ad illum sanctificatur* [t]: & quærentibus in toto corde apparet [u], nec *derelinquit querentes se* [x], sed *exquirentes exaudit* [y]. Hæc hisque similia probant necessitatem cooperationis nostræ cum gratia Dei; quæ postea in hoc Psalmo [z], Deus *preuenire* dicitur. *Nostrum est velle*, inquit Augustinus [a], sed voluntas ipsa etiam mouetur, vt surgat, & sanatur vt valeat, & dilatatur vt capiat, & impletur vt habeat. Occurrens hac ratione Deo habebit Deum in morte occurrentem sibi cum Angelis, sicut solemni prece pro moribundis oratur, oblato iis quoque viatico, veluti præduce tam periculosæ viæ, ac demum occurret, *in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi* [b], *obuiam illi in aëra, vt sic semper cum ipso sit* [c]. Alioqui occurret Deus reprobis, *quasi vrsa raptis catulis* [d]. Itaque audiamus nunc Deum [e]; *Quis est iste qui applicet cor suum, vt appropinquet mihi?* & Amos [f]; *Præparare in occursum Dei tui.* Tandem in omni euentu, causa, opere, negotio vsurpamus has voces, *Exurge in occursum meum*; & illas Eliezer (cuius etymon est; Dei adiutorium [g].) *Domine Deus occurre obsecro mihi hodie, & fac misericordiam*; quamuis *occurrere* possit significare occurrere fac sponsam filio Abrahæ, vt paulo pòst idem subdit, idque valet הַקְרֵה *hakreh.*

Aptè etiam Ecclesia in festo *Ingressus* inuitat; *Ecce venit ad templum sanctum suum dominator Dominus; gaude & lætare Sion, occurrens Deo tuo.* Accommodatitio sensu laudans Chrysologus [h] Apollinarem martyrem tot sæpe tormenta pro Christo patientem: dicénsque quòd sic Christus festinabat ad martyrem; martyr ad suum regem; vtitur hoc loco. Ex dictis porro colligitur esse adiaphora vocabula *occurrendi*, & *occursus*: & hìc quidem cum addito vocatur aliquando *malus* [i], פֶּגַע רַע *pegahh rahh*, ἀπάντημα πονηρόν. Hic autem *occursus* vocatur συνάντησις, & קְרָאת *keraah.* Vulgo etiam appellamus *buono & mal' incontro.*

Et vide.] Emphasis magna in hoc verbo, cui similis prioribus Psalmis occurrit vsus. Humano more alloquitur Deum quasi non attendentem, vt videat & attendat, & prouideat ærumnis suis. Chrysostomus [k] sic interpretatur de Christo, quasi regressus in cælum ad Patrem clamaret (quod hic etiam Cassiodorus indicat) vt videns videlicet quas illuc iustorum reduxerat turmas, & quo pacto visitauisset, inter mortales viuens; & impleuisset obedientiam illius, ita (quod hic mox subiicitur) intenderet *ad visitandas Gentes*: quia, vt notat Cassiodorus, sterilitatem fidei in Iudaico populo Pater compererat, mittendo Spiritum sanctum. Explicant alij cum Augustino, vt videre faciat alios Deus per fidem, sicut dicitur Deus *cognoscere*, quando vt alij cognoscant facit [l]. Hugo, vt attenderet Pater fructum passionis Filij sui, patientiam eius, proteruiam inimicorum; denique vt *videret humiliationem eius de inimicis ipsius* [m].

Et tu Domine virtutum, Deus Israël.] Vertit Hieronymus, *Dominum exercituum, quos* צְבָאוֹת *Isebaoth*, & Σαμαὴρ, significare, Psalmo 24 [n], notauimus, alibiq; sicut & quare peculiariter Deus dicatur *Deus Israël.* Dominus ac dux exercituum opitulari potest contra hostes, & debet eos tueri, quorum proprio quodam modo Deus est. Arbitratur R. Moyses, *Sabaoth*, vnum de Dei nominibus esse, dicíque pluraliter de illo, ad eum modum quo dicitur *Adonai*, quod pluraliter significat, *domini mei.* Consentire videtur Augustinus, Nebiensis, hoc loco. Hieronymus [o] inter nomina Dei decem hoc ponit. Meminit item Irenæus [p] dicens per (ω) scriptum significare *voluntarium*; per (ο) *primum cælum.* Videlicet de cœlis ob ornatum, & quasi militiam non rarò vsurpatur id nomen [q], *voluntary* autem significatio esset à צָבָה *tsauah*, cum litera aspirata: *exercitus* à צָבָא *tsaua*, sine aspiratione. De figmentis Gnosticorum circa varia Dei nomina, intérque alia de isto eundem Irenæum [r] consule, & Epiphanium [s]. Hic ait, vel asini, vel porci formam tributam simulachro, seu falso principio Sabaoth, quod septimo cælo dominari Archontici asserebant. Ego nomen hoc quod in suamet lingua retinet Ecclesia, non Dei nomen credo esse per se, sed adiectum nomini Dei, aut Domini: nec Hieronymus nomen Dei dixit esse, nisi ex Hebræorum sententia. Iungitur autem non tantùm nomini

a Act.7.55.
b Luc 2.13.
c Ioan 1.51.
d Matt.3.17.
e Io.11.47. Occursus proprie inter æquales.
Occursus indicat æqualem Patri filium.
f ps.18.7. Dionysius contemplatur ad hunc locum de oratione Christi.
Tropologice vsurpari potest in iustum aduersus peccatores.
A Deo non sinuntur peccata impunita.
g Serm.118.
Sensus huius.
h 17.3.
i ps.22.4.
k Prouer.30.30.
l 1.reg.5.4.
Qui ad Deum currit, & cursum suum imputat dirigo, quid acquirat.
m Iacob 4.8.
n ps 33.6.
o Iob 21.14.
p Sere 2.31.
q c.17.5.
r Deut.32.15.
s Ier.2.19.
t Leuit.10.3.
u Esa.55.6.
x ps.9.11.
y ps.33.5. & 18.
Cooperationis necessitas cum gratia Dei.
z vers.11.
a De bono vid.c.17.
Deus vt occurrendum sit habeat nos in morte occurrentem cum Angelis.
b Ephes.4.13.
Deus vt reprobis occurrat.
c 1.Thess.4.16.
d Osee 13.8.
e Ier.30.21.
f c.4.12.
b Gen.14.18. Etymon nominis Melchi.
c Ser.118. Chrysologus hoc loco vsus in laudo Apollinaris martyris.
d 3.Reg.5.4.
Emphasis huius vide.
e Hom.in Pẽtec. Chrysostomi interpretatio de Christo in cœli regressu.
Aliorum explicatio. Deus dicitur cognoscere, quando vt alij cognoscant, facit.
f Gen.22.12.
g Ps.9.14.
h vers.11.
Nomen Sabaoth de Dei nominibus.
i Epist.136.
k Lib.2.c.vlt.
l Deut.17. 1 Reg.22. 4 Reg.17. 2 Paral.18. Nehem.9. Esa.1.9.c.24. 25 c.30. Esa 19.4. Sophon. Figmenta gnosticorum circa varia Dei nomina.
Nomen Sabaoth non Dei nomen per se.
m Lib.1.c.34.
n hic c.17.

Dei & Domini, & Angelorum, atque cœlorum, siue stellarum, de quibus dicitur militia, vt loquitur etiam Lucas [a], sed præterea dicitur de *mulieribus excubantibus in ostio tabernaculi* [b]; de quibus mentio etiam innuitur in historia Regum [c]: & videtur ex iis fuisse Anna Prophetissa [d], ac ad illas Paulus [e] alludere in sermone de viduis. Potissimum ab exercitibus Angelorum denominatione *Deus Sabaoth* esse Augustinus [f], & Gregorius [g], & Hieronymus [h], Remigius Antissiodorensis [i], & ipsimet Angeli sic eum laudando appellantes [k], hoc satis indicant.

Intende.] Hieronymus, *erigila*. Alij, *expergiscere, excitare, exurge*, videtur הקיצה *hakitsah*, synonymum priori עורה *hhurah*. Græci verbi προσεχες notio magis ad animi spectat attentionem.

Ad visitandas omnes gentes.] Dubium Hebræi verbi פקוד *pekod*, significationem in vtramuis partem, quæ sæpe in scripturis occurrit, restringit Paraphrastes ad peiorem, pro *animaduersione*; & nomen גוים *goim*, non de Gentibus accipit, vt à Iudæis distinguuntur, sed de omnibus populis. Sic enim exponit לספר על כל עמיא *lemisshhara hhal chol hhamemaiá, ad animaduersionem super omnes populos. Visitat Deus in verberibus peccata* ad correctionem [l]: item ad probationem [m]: ad temporalem vltionem [n]: ad iudicium [o]: ad æternam damnationem [p]: ad liberationem [q]: ad miserationem [r]: ad iustificationem [s]: ad propheticam inspirationem [t]: ad consolationem [u]: ad reuelationem per somnium [x]: ad conseruationem in bono [y].

Origenem refert Dionysius hunc locum interpretari de *visitatione* in bonam partem, & idcirco sentire omnes damnatos tandem saluandos esse. Hic error est: si verò placeat benignior notio, ad præsens tempus applicanda erit. Sed literalior est quæ deterior, & de malis ac pœnis, *vt visitet Deus in verberibus peccata* persecutorum [z], & *super omnes qui arroganter ingrediuntur* [a]. Fauent sequentia: quamuis posset etiam exponi, intendere *ad visitandas omnes gentes*, idem esse ac videre, inspicere, considerare, perpendere quid quisque agat, & merita tum bona, tum mala omnium, tum sua ipsius, tum aduersariorum. sic intellexit Apollonius.

ἐθνεσι παντοδαποῖς παντίσκοπον ὄμμα τιταίνων.
Gentibus variis omnia lustrantem oculum extendas.

Non misereris omnibus qui operantur iniquitatem.] Addictis iniquitati peruicaciter, quos stultitiæ seruos vocat idem Poeta:

μηδὲ καταιλείσῃς ἀτασθαλίης θεράποντας:
neque misereris stultitiæ seruis.

Tales indigni sunt misericordia, nec eam consequuntur: sic autem quod optandi exprimitur modo, pro assuetatione est, quam futurum Hebræum יחן *tachon*, significat. nam omnino constat futurum, & eius oppositum optare & orare, superuacaneum est; vt obstinati ac perseuerantes in peccato non saluentur, seu vt misericordiâ non consequantur, siue sit Saul sociique, siue Annas, & Caiphas, ac similes perditissimi persecutores Christi, siue dæmones, de quibus explicant Euthymius, & Nicephorus. Licèt verò damnatis nonnulla misericordia conferri videatur, quatenus, vt notauit hoc loco Dionysius, puniuntur citra condignum, qua de re hoc ipso libro priùs alicubi diximus, tamen de huiusmodi misericordia nunc sermo non est, nec quisquam optaret oratetve talem quoque reprobis misericordiam negari. Ille alius tropologiam sapit sensus quem tradit idem Dionysius, ne misereatur Deus omnibus operantibus iniquitatem, vt scilicet in præsenti vita non parcens, sed arguens, castigans, vel cæcans, non puniat æternis pœnis. Distinguit Hugo dialecticè, non misereris omnibus secundum distributionem negationis, id est, nulli; vel secundum negationem distributionis, hoc est, quibusdam: & explicat de Iudæis, vt ex illis aliquorum misereatur qui scilicet redierint ad pœnitentiam, non eorum qui noluerint pœnitere. Sed nec hoc magis cadit sub desiderium, quàm si vniuerse de quibuscunq; aliis qui sint similes, accipiatur. Quo pacto Cassiodorus declarat illis miserèdum, qui puro studio supplicabant; & parcendum, qui prædestinati sunt, & ad eum deuota mente confugiunt. Potest reuera vocari Iudæa *absque misericordia* [a], & κατ' ἐξοχὴν, *iniquitas* de Iudæorum peccato dici, quo non credentes Christo, illum etiam interfecerunt. Item locum hic habet distinctio alia, de qua Aiguanus, vt *omnes* pro generibus singulorum sumantur, non pro singulis generum; hoc est, vt absque acceptione personarum secundùm sexus, & gradus, & conditiones puniat Deus quoscumque, non tamen vt nulli parcat indiuiduo.

Ad literam quod primo loco dixi, melius: & quod attinet ad Dauidem, orat, & optat, ne suis misereatur aduersarijs perfidis: omnia fœdera, pacta, iura necessitudinis, amicitiæ, beneficentiæ, violantibus, id est, ne sinat præualere: & si aliter impediri non possint, quàm vt puniantur, ne parcat, & ita videatur eorum misereri. Sic optimè Nyssenus [b] exposuit: *vide & intende, ne me defendas, neque differas per humanitatem expetere vltionem ab his qui deliquunt.* μὴ ἀναβαλῃ διὰ φιλανθρωπίας τὴν τῶν πεπλημμεληκότων ἐκδίκησιν. quandoque *misereri* significat quidpiam tribuere, ac proinde non misereri, negare: vt in proposito, non concedere quod maximè volebant hostes, nempe Dauidem comprehendere, vel occidere. Quod Iacob respondit fratri [d]; *parùmli sunt quos donauit mihi Deus*; Græcè est, ὀλίγοστος ἐστὶν: *quibus misertus est*: Hebraicè יש חנני *chanan*. Accipitur præterea *misericordia* non rarò pro beneficio [c]: Alias expositiones veneror, præsertim quæ est de peccantibus peccatum ad mortem, pro quibus orari Ioannes [e] cauet, vt id de finali sumitur impœnitentia: vel, vt ait Augustinus; quia qui non punit seipsum, punitur à Deo, & nisi præueniat *faciem eius in confessione* [f], vt puniat, attendet ille vt puniat; quia qui punit se, iam facit æquitatem, odiendo in se, quod odit Deus, & ei placere incipit, puniens quod eidem displicet: qui verò suum defendit peccatum, ipsimet Deo id tribuens, aut fato; sibi autem bonum quod facit, misericordiam Dei non consequitur. Est hic in fine סלה *selah* & διάψαλμα.

Vers. 7.] Conuertentur ad vesperam, & famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem.

DEclarat Dauid inimicorum suorum sedulum ac irrequietum nocendi studium, vt caperent eum, ac irruerent, quoniam ibant, redibant a primo mane ad vsque vesperam, tunc verò maximè, cùm scilicet videbatur ipse magis in

a Luc.2.13
b Exo.38.8. 1.Reg.2.22. d Luc.2.36.
e 1.Tim.5.3. & 5.
f Deus Sabaoth per excellentiam nuncupatus est.
f 1 De ciuitate Dei. g Hom.38. in Euang. h in c.40. Esa. i De celebrat. Missarum. k Esa.6.3.
l Psal.88.33. m Iob 7.18. n 1Sa.10.12. o 1.Pet 5.6. p Esa.27.1. c. 34.10. q Iudic.14.15. Ierem.15.3. r Gen.21.1. s Psal.105.4. Origenes interpretatur de visitatione in bonam partem. Omnes damnatos tandem saluandos Origenis sententia & error. Literalior expositio. Altera.
t Ezech.49.18. u Ezech.34.11. x Ecclesi.34.7. y Iob 10.12. z Psal 88.33. a Sophon.2.9.

Alius sensus tropologicus.

a Osee 1.6. & 8.

Distinctio circa partem, omnes.

Literalis sensus

b Tractat.2. in Psal.vlt.

Misereri *pro quibusdam tribuere & non misereri, contra.*

d Gen.33.5.

Misericordia *pro beneficio nonnunquam sumitur.*
e c.5.16. c.11.15. & alibi sæpe.
Qui non punit seipsum punietur a Deo.
f 1.Epist. g Psal.94.2.

Sensus loci.

tutos esse, & tamen eorum tum etiam ex Gentilibus A
dementiam & aperto auditissimæ vocationis contemptum detestabatur, dilectabatur per omnem auditum & gyrum ciuitatis, aut alterius cuiuslibet loci, quo se recepisset, obstrependo, cauendoque sagacissime, ne vllo modo clam posset.

Mystica sensus ad Iudæorum non conuersionem & reiectionem.
a 1. Cor. 10. 11.
b Matt. 20. 9.
c Luc. 24. 21.
d 1. Ioan. 2. 18.
e Gala. 4. 4.

Iste mysticus sensus de Iudæorum sub vesperam Mundi mentisque conuersione, aut etiam de Gentium in vltima ætate sæculi in *simbolo seculorum* [a], *hora laboris vndecima* [b], *hora cœnæ* [c], *hora nouissima* [d], *in plenitudine temporis* [e], quæ computatur à Christo vsq; ad eiusdem consummationem, idque cum ingenti quadam fame defectioque propriæ & alienæ salutis, quam procuraturæ erat, adiatrando contra illos qui velint reluctari. Tales quos Lucas narrat [f], *cum omni auiditate recepisse verbum Dei, quotidie scrutantes scripturas*, si hæc ita se haberent. Hæc est *fames sitisque audiendi verbum Dei*, quam scribit Amos [g], qui patientur, *commouendos a mari vsque ad mare*, quasi dicat, vt circumeant Ecclesiam longe lateque diffusam. De Iudæis Oseas [h] vaticinatus est, quòd *post hæc conuertentur, & quærent Dominum Deum suum, & Dauid regem suum, & pauebunt ad Dominum, & ad bonum eius in nouissimo dierum*: scilicet, quod ait Paulus [i], cum *plenitudo gentium intrauerit, omnis Israel saluus fiet*: & vt Christus dixit [k]: *Elias cum venerit, restituet omnia*, de quo etiam Malachias [l], & de iisdem Iudæis Daniel [m], Ioel [n], Ecclesiasticus [o], item Ieremias [p], Micheas [q], liber Deuteronomij [r].

f Actuũ 17. 11.
g Amos 8. 11. & 12.
h c. 3. 5.
i Rom. 11. 25.
k Matt. 17. 11. Luc. 1. 16. Marci 9. 11.
l Mal. 4. 5.
m c. 9. v. & 17. o c. 8. 10.
n c. 2. 28. & 3. Et alibi quæ alleg. tractata.
o c. 48. 10.
p c. 31. 31.
q c. 4. 2. 7. 20.
r c. 4. 29. 30.
s Luc. 23. 34.

Ingressus Ierusalem Iudæi, ibidemque edicto Claudij ejecti.
t Act. 18. 2.

Baulius ac Theodoretus aiunt, cùm præuideret Dauid orationem Christi pro crucifixoribus impia cruce [s], impietatis Iudæorum execrando excellentiam, orasse, ne vlla prorsus condonatione potirentur, sed spiritualis alimoniæ penuriam paterentur, ea indigni sicut canes. Hilarius pariter explicat de templi desolatione, ciuitatis euersione, captiuitate; & quòd edicto Romani regis (nempe Adriani) ingressus ciuitatis eiusdem sit inhibitus Iudæis, & *famem*, de qua Amos [t], huc refert, *audiendi verbi Dei*, non laudabilem illam, sed caninam, ob impudentiam rabiémque, nec non præ dolore translatæ ad Gentes diuinæ cognitionis, ore adhuc verbisque desæuire, obtrectando & infectando pietatem; quasi gladium in ore gerant. Idem fere dicunt Euthymius atque Nicephorus, fore vt ad *vesperam*, hoc est, serò aliquando, Iudæorum aliqui ex disperatione, (per Romanos nimirum facta) reuertantur in Ierusalem, & nullis ibi repertis cibis, quia ciuitas sub externorum erit imperio, misere eluriant; ac nec illic perstitere queant. Sed vt profani reiectique extra ciuitatis tectentes muros mœreant.

Canis vocabulum tum Gentilibus tum Iudæis aptatum, ex alijs.
u Matt. 5. 26.
x Psal. 21. 17.
y Psal. 7. 3. 4.
z Philipp. 3. 2. & in Cant.

Canis vocabulum tum Gentilibus Christus in Euangelio [u] tum Iudæis in psalmis [x] tribuit: Dauid ipse omnibus inimicis eiusdem [y], & iterum Iudæis Paulus [z].

Famem boni pari modo patiuntur ac mali, sed diuersam causa diuersa cognitionis.
b Ierem. 14. 18. c 20. 7. 23. d 6. 7. 11.

De iisdem Iudæis eodem sensu Philo Carpathius [a] exponit: *conuertendos ad vesperam*; sed interim *famem patiuntur vt canes*, id est, carere pabulo diuini verbi, & frustra scilicet cupere tali Messiæ aduentum, errando vbique. Gaudentius Brixiensis [b], *famem* Iudæorum bonam interpretatur, similem ei quam sunt experti Gentiles conuersi. Gregorius [c] illud ex cantico [d], *quid videbis in Sulamite, nisi choros castrorum?* de synagoga dici vult, pro hac Christi qua oppugnauerat, fortiter præstatura in hac Mundi. Tunc fratres nostri Ioseph secundum carnem illum adorabant, quem Ægyptiæ

a Gen. 15. 7.
b Num. 11. 1. & seq.
d Luc. 8. 40. & seq. 1. Tim. 1. 20. & 5. 20. Deut. 25. 3. Ioan. 5. 14. & 8. 11. Oleg. 45. in Dom. 3. Ieiunio. Nouat. de pœn. c. 11. & 12.
e Ioan. 8. 11. Aug. de Antichr. c. 15. 16. 17. Gratian. in prælud. 1. part. Decr. ad gratianæ. c. 6. 4.
f Philipp. 1. 8.
g 1. Cor. 15. 32.
h 1. Petr. 3. 15.
i Matt. 4. 23.

Senſu contrario idem Hugo de malis prælatis hæc eadem accipit, qui in peius *conuertantur ad vesperam* tribulationis & belli [y], famem patiantur per auaritiam, detractionem, libidinem, quos Esaias [z], *canes impudentissimos* nominat, *nescientes saturitatem*: loquantur in ore suo, non diuino, & gladio detractionis feriant. Illa non incommoda Dionysij tropologia, vt nec in adolescentia, nec in iuuentute conuersi, tandem ad vesperam senectutis conuertantur, cupidè proficientes, &c. Petrus [a] Abbas Cellensis *conuersionem ad vesperam*, tropologicè dicit esse, dum declarat cur comederetur Pascha eodem tempore [b], cùm homo recedit à feruore concupiscentiæ; & cùm deuorans præcedentia mala (quasi dicat hoc esse fame cere vt canes) sequitur fidelis confessio: propterea quoque qui de castris ob aliquod animæ contagium egrediebatur, non nisi *ad vesperam* lotis vestibus ad eadem mundum regredi potuisse [c]. Tandem vespere inchoari salutem animæ, posset confirmari, quòd eo tempore Christus expirauerit [d], cuius nobis morte salus prouenit. Augustinus, & alij, *famem caninam* eorum dicit esse qui desiderant ardenter gratiam Dei, nihilque sibi ipsis tribuunt vel arrogant. nam *pauperes*

k Matt. 15. 26. Marci 7. 27. l Philipp. 3. 2. m Apoc. 22. 15.
n Ioan. 8. 44. Matt. 23. 33.
o Ioan. 11. 24. & seq. 20.
p Matt. 15. 24. & 10. 6.
q Ioan. 4. 22.
r Rom. 9. 4. 5.
s Luc. 23. 34.
t Amos 8. 11.
u In vita & chron.
x lib. 1. c. 1. Vitæ Tropologia.
y Psal. 7. 9.
z c. 56. 11.
a lib. de pœnit.
b Exod. 12. 28.

Salutem animæ vesperi incheari, et ipsam confirmari.
c Leu. 11. 24. & seq. 40.
d Matt. 15. 34. Famis caninæ in animam interpretatio.

satis

saturantur [a], *& esurientes implentur bonis, diuites dimittuntur inanes* [b]. Exemplo sunt Publicanus & Pharisæus [c]. Alij, *conuersionem ad vesperam* dicunt esse illorum qui differunt vsque ad mortem, nec eis ad infernum damnatis vel mica guttæ dabitur, sed *circuibunt*, & vt impij in circuitu æternorum tormentorum ambulabunt; & in ore gladios gestabunt, non quibus defendant se, tormentaque prohibeant, sed seipsos magis ferient.

a ps.21.27. b Luc.1.53.

c Luc.18.13. Conuersio ad vesperam illorum qui differunt vsque ad mortem.

Conuertentur ad vesperam.] Hieronymus, *reuertantur ad vesperam*; alij futurum putant poni pro præsenti nempe יָשׁוּבוּ *iascuu*. Sensus est, vbi cœperint ab aurora, sæpiusque me comprehendere conati fuerint, si non profecerint, non idcirco desistent, sed redibunt horis singulis etiam sub vesperam. Sic Lyranus, Treuetus & alij: loco verbi, ἐπιστρέψουσι, vertit Symmachus, *ἀναχάμψουσι, reflectent*, quod de reflexione itineris ac rediru explicant Euthymius & Nicephorus, quamuis mystice de Iudæis post expulsionem ab Ierusalem per exercitum Romanum, vt antè dixi. Possent etiam hoc & sequentia sumi de extrema miseria, eo ipso tempore quo solent homines conquiescere, cibúmque quietè capere, famem patientium, nec huc illuc vagando ad mendicandum, vnde succurrant necessitati, reperientium. Placet Genebrardo: sed de Iudæis post mortem Christi, & hoc mihi quoque probatur, simul cum aliis mysticis sensibus quos priùs recensui; saluo literali quem ibi & hic posui: & verisimile est mortuo Saule quidpiam simile passos, qui cum ipso Dauidem persequebantur. Videtur idem sentire Apollinarius,

Sensus luci.

Mystica expositio.

Ὧρες ἑσπέριαι ὀπιπίψουσιν ἄπαφοι,
καὶ κυνὶ πικελίοις ἴκελοι πόλιν ἀμφιέποιεν.
Horis vespertinis conuertentur ieiuni,
Et canibus similes Vrbem circuibunt.

nec improbabile quod ait Caietanus, *reuertendi* verbo *ad vesperam* insinuari satellites iterum ad capiendum Dauid missos, cùm primùm renunciassent ægrotare [d]. quæ autem sequuntur, significare quantopere tumultuati fuerint, ac diligenter loca scrutati, postquam se delusos animaduerterunt: aut etiam quæ fecerint dixerintque priusquam id deprehendissent. Quanquam *vespera* quandoque ponitur pro eo quod est serò tandem; quomodo hic sumi putant Euthymius, & Nicephorus; atque pro eo spatio quod est extremum. Nyssenus [e] *conuersionem ad vesperam* de migratione in tenebras exteriores, locumque damnationis, intelligit. Gaudentius Brixiensis [f] explicat de Iudæis in fine mundi conuertendis, & famem verbi habituris, vt illi canes qui cupiebant saturari de micis cadentibus de mensa dominorum suorum [g].

Canum similitudo.

d 1.Reg. 19. 14.15.

Vesperæ quidam tempus pro spatio extremo.

e Tract. in psal. vii.

f Tract. 9.

g Matth. 15. 27.

Et famem patientur vt canes.] Hieronymus, *latrent vt canis*. Alij, *tumultuabuntur*: vel altero ex his verbo in præsenti tempore, *latrant, tumultuantur*: & *murmurent*, aut *murmurabunt*. Symmachus, *συναχήσουσιν ὡς κύνες, simul sonum emittent sicut canes*: tunc iungit his sequentia, *κυκλώσουσι πόλιν, circumeunies ciuitatem*. Numero singulari canis est Hebraicè כֶּלֶב *chelev*, & Græcè *κύων*: licèt Symmachus & Apollinarius plurali vtantur. Hebræum verbum יֶהֱמוּ *iehemu*, significat *tumultum edere*; qui quia in canibus latratus est, Hieronymus exposuit per *latrare*: quoniam vere latrant canes præsertim, & circumeunt fame stimulari. Lxx. tamen expressérunt. In Deuteronomio [a], *esuries*, & *ieiunia*, dicitur Hebraice מְהוּמָה *mehumah*, à radice הָם *hm*, quæ significat etiam *tumultuari*, & *conterere*: & loco dicti nominis Chaldæus ponit שְׁגִיעָא *seggiseia*, *increpationem*. Nec verò facile admittenda quorundam suspicio irreptisse hoc loco pro *ὀμώξεται gemet, λιμώξεται, famem patientur*.

A

Latratus canis in fame vsitatus.

a c.28.20.

Dixi vim comparationis præter literalem, de rabido inimicorum Dauid ad eum perdendum desiderio, esse vt Iudæi sensu mystico inter alios sensus, dicantur tandem sub mundi finem auditissime quæsitum tandiu Messiam cognituri, & adoraturi, videlicet illum ipsum quem Christum vocantes venerantur Christiani orti ex Gentilibus, qui solent vocari *canes* [b], & simili auiditate qua susceptus est ab illis: etsi etiam videntur Iudæi canes interdum appellari [c], eo ipso nomine quo hodiéque nos, & quoscumque nominant alterius religionis a sua כְּלָבִים *chelauim*. Nyssenus antea citatus *famem damnatorum* sumit pro penuria omnium bonorum in inferno, eo quòd salutis viaticum refutauerint; qualis inquit diuitis ibi esuries, ac sitis inter flammas fuit [d]: filius etiam prodigus abiens peregrè à paterno domo præ fame nec porcorum saturari siliquis potuit [e]. *Damnatorum fames*, damni pœna censeri potest omnium grauissima, quamuis nunc non æstimetur adeò priuatio infiniti boni per omnem æternitatem. *Irascetur*, ac *fremet peccator tunc dentibus, & tabescet* videns *desiderium suum perire* [f], atque frustra esse beatitudinis omnem appetitum. Canis modò boni, modò quidpiam significat mali. significatio mali est, nasci clausis oculis: impudenter ac palam inhonestiora naturæ opera exercere: ad vomitum redire: posteriora lingere: turpia olfacere ac degustare: in coitu sexus rationem non habere: latrare & mordere: blandiri cauda: vlcera lingere: sectari eum qui escam offerat: pro eadem consistere, ac etiam veluti seruire: rabiem pati, eademque alias animantes inficere: esuriem famémque molestissimam experiri; cùm percutitur, lapidem petere, non percutientem.

B

Latratus spiritus.

Mysticum de Iudæis.

b Matt.7 c.15. Canum nomine vocatum vt aperti patet.

c Philipp.3.2.

Fames damnatorum quæsita futura.

d Luc.16.10.

C

e c.15.16.

f ps.111.10.

Mali canes significatus.

D

De his Tropologicè disserit Philippus Greueus [g] simul in meliorem partem interpretans de prædicatoribus, quod Hugonem facilè dixi (qui spectat latratum, olfactum, linguam medicam, continuam famem, fidelitatem, odium luporum, gregis custodiam, venationem, quòd captam prædam Domino referunt atque sanguinem & aquam lambit) latratum dæmones arcentem, vt lupos, (adde hæreticos,) morsum, quo reprehendantur omnes peccatores: medicinam in lingua, & in cauda plausum salutaris consilij, blandæque consolationis; circuitum priusquam cubet, vt nonnisi peracto quasi operis perfectóque circulo, prædicator, aut prælatus cubitum se conferat. Laudatur etiam in cane, vt Petrus [h] Berchorius annotat, sagacitas, fidelitas, humilitas, vtilitas, sedulitas. Pluribus verbis eadem illustrat: sicut & alias conditiones malas, famis, voracitatis, immunditiæ, inuidiæ, rabiei, adulationis. Consuli item possunt Ioannes à sancto Geminiano, auctor syluæ allegoriarum; Mauritij Hibernici dictionarium sacræ Scripturæ: Ioannis Ferdinan-

E

Tropologica explicatio de canum latratu, ieiunio, & alia, eorum bonorum interpretatio.

g Serm.119.

In cane quæ laudentur, quæ exsecranda.

h In dictionario morali, verbo, Canis, & in reductorio, lib.10.c.22.

di noſtri thelaurus eiuſdem, quos me non pudet vel piget hîtque ſimiles, tum legere, tum citare, cum licet non adeo magni nominis nonnullis eſſe videantur, vberem ſuppeditent moralis doctrinæ ſegetem. Columella * Canis hoc encomium breue ſcribit, vt phyſiologos alios omittam, Ariſtotelem, Plinium, Ælianum, Solinum. *Quis hominum clarius, aut tanta vociferatione beſtiam, aut furem prodicat, quàm ille latratu? Quis famulus amantior Domini? quis fidelior comes? quis cuſtos incorruptior? quis excubitor vigilantior? quis vltor aut vindex conſtantior?*

* Lib. 7.

Canis encomiū.

Cæterùm nota canina fames, quam *bulimiam*, Græco vocant nomine βουλιμίας & βουλίμου, aliud verò etiam eſt τῆς βουπείνης, ſed aliqui corruptè *boliſmum* tanquam à bolo quo ſtomachus explectur, aut caninus appetitus, & appetentia, ſeu eſuritio intolerabilis ac vis famis non tolerabilis, vt Gellius [a] loquitur, morbi genus, quem homines quoque toleramus. Cuiuſmodi quam de Bruto narrat Plutarchus [b]. Diſtinguit nihilominus Rhodiginus [c] *bulimum* famémque magnam à *fame canina*, quòd prior, quam etiam appellat vniuerſam, & vaccinam, quaſi à βοῦς, & λιμὸς, cuncta infeſtet per inediam membra, cum ſtomachi faſtidio, & ſatietate: caninus appetitus ſit particularis, præcàtque plerumque præcedentem. Præter Medicos, vt Galenum [d], Actium [e], & præter Plutarchum [f], Trallianum [g], legatur Ariſtoteles [h], & qui plurium colligit de eadem re locos Hieronymus [i] Magius, id etiam approbans, differre *bulimum* à *canina fame*, quòd hæc vrgeat perpetuò, non ille; qui quamuis inchoauerit à fame, hac proſtrata tandem ventriculi facultate, ac deleta ſentiendi poteſtate, ab exteriore frigore perit, nonnunquam priùs adaucto per antiperiſtaſim calore in ore ventriculi. Diſputat eadem de re Franciſcus Bonamicus [k], necnon de fame quæ λύσσα dicitur *pica*, ſeu *malacia*, & λυκανθρωπία, *lupinus appetitus*. Denique grauiſſimam famẽ ſic recte deſcriptam iſtis verbis intelligimus prouerbialiter, vt dici *fames* ſolet *Peruſina, Sagunina, Melia*, aut, *Meliea, Hieroſolymitana*, &c. Multa verò etiam hac de fame canina, & prouerbiis ex ea natis, legi poſtea in Adagiis ſacris Delrij noſtri [l]. Adde ad ea quæ de Iudæis pridem dixi, Ioſephum [m] deſcribere; illorum famem, cùm obſiderentur à Romanis, rabidorum canum fami ſimilem, atque huc illuc oberrantium, & ebriorum more bis terque in eaſdem domos momento temporis irruentium. Luculenta ingenioſáque deſcriptio famis extat in Ouidiana [n] metamorphoſi: *felix eſuries ſitiſque iuſtitia* [o]: ipſimet beati *edendo eſuriunt, bibendo ſitiunt* [p], ſed abſque faſtidio: tanquam recenti ſemper ac noua fruentes voluptate. Omitto helluones, & gurgites nonnullos ciborum immenſos, vitio intemperantiæ laborantes potiùs quàm corporis morbo; qualis Menius, de quo Satyricus [q],

Pernicies & tempeſtas, barathrúmque macelli:
—— quippe qui
Quidquid quæſierat, ventri donabat auaro.

Exempla ſunt in Athenæo [r], & plura Bochius hoc loco refert.

Et circuibunt ciuitatem. Obſidionem indicat Chaldæum יסובבו *iachzerun*. Nyſſenus [s] attendens ex cane famelico comparationem, quam totam damnaris in inferno aptat, vt priùs dixi, ait, quemadmodum canes præ famis magnitudine occupantur circa ſordes, cadauera, & quæcunque ob grauiolentiam, aut corruptionem, aut inutilitatem eiiciuntur extra ciuitatem; ſic improbos ac reprobos extra ciuitatem virtutis, & beatitudinis verſari circa fœtidam intemperantiam, & cupiditatem, tanquam circa cœnum, & vbanioris vitæ retrimentum, ac in canes transformatos eſſe illi ſimiles primatio cani, qui carnium vorus & *homicida* eſt [a]. Adde fabuloſi nomen Cerberi tricipitis ex concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum, ſuperbia vitæ: & quòd extra cœleſtem ciuitatem *foris canes*, iubentur eſſe [b]. non eſt hic opus pluribus, cùm priùs dicta ſufficiant.

a Ioan. 8. 44. *Cerberi tricipitis nomen, concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum, ſuperbia vitæ.* Apocal. 22. 15.

Verſ. 8.] Ecce ipſi loquentur in ore ſuo, & gladius in labiis eorum, quoniam quis audiuit?

Senſus loci.

DVm huc illuc circumeundo & circumcurſando quærerent me inimici mei, nullos alios vſurpabant ſermones quàm de me perdendo, ac trucidando: perinde ac ſi in ore ipſo gladios pro linguis gererent. Eo autem liberiùs talia tractabant inter ſe, quòd ſe à nullo alio homine exaudiri crederent; de Deo autem parum curarent, aut ne cogitarent quidem. Detexit nihilominus Michol inſidias, atque deprehendit, ſiue ex ſatellitum temere prolatis verbis, ſiue rem quiſpiam filiæ Saülis manifeſtauerit, ſiue alia demum aliqua ratione. Allegoriam vel tropologiam bonam & malam, de prædicatoribus aut de perſecutoribus Chriſti, & Eccleſiæ, facile eſt ex priùs dictis huc reuocare. Paulinus [c] Auguſtino ſcribens hæc de Iudæis accipit interfectoribus Chriſti, Chriſtúmque ipſum hîc loquentem facit.

Tropologia.

b ep. 58 apud Auguſt.

Ecce.] Superfluam particulam hîc alibique ſæpe Euthymius monet eſſe, Symmachus pro ea vſurpat particulam δὴ. Vim tamen habet iſtam, vt veluti demonſtrare ſe doceat conuenire canum ſimilitudinem hoſtibus, qui famem patiendo latrant: latratum enim denotant ſequentia.

Ipſi loquentur in ore ſuo.] Alij cum Hieronymo tempore præſenti, *loquuntur*: nihil refert. Hebræũ autem futurum יבועון *iabbiabun*, ſignificat eructando ac ſcaturiendo, & quodam cum murmure loqui: quem Apollinarius interpretatur φθογγὴν ἄτακτον, *ſonum obſcurum*. Trenctus autem *cum ſilentio*, vt non audiretur vox extra. Symmachi verſio eſt, ἀποβλύζουσι τοῖς στόμασι αὐτῶν, *per vomitum effundant oribus ſuis*, ſingultiunt comedendo, vt pueri faciunt. Vulgo dicimus de iracundè loquentibus, & cum indignatione (*maſticano fra ſe ſteſſi, o fra denti.*) *Effutiendi* Latinum verbum propoſito congruit: Græcum verò quod hîc eſt ἀποφθέγξεται, *reſonare* ſignificat, loqui grandia, vt minas, contumelias, probra, nec tam loqui quàm latrare. Hebræum quod dixi ſimilitudinem habet cum נבח *nabach*, quod eſt *latrare*.

ἀποφθέγξεται.

Quod ſequitur, *Quis audiuit?* innuit ſermonem ſubmurmurantem, & muſſitantem, vt auditi ſonus tanquam inarticulatus potuerit, non autem expreſſio articulata ſermonis. quamuis

k 3. de alimẽto c. 61. Κίτλα. Λυκανθρωπία.

l To. 2. Adag. 80.

m 6 de Bello c. 20.

n Lib. 8. o Matth. 5. 6.

p Eccl. 24. 29.

q Horat. lib. 1. ep. 15.

r Lib. 10.

s Tractat. 3. in psal. vii. Sensus loci.

Loqui in ore quid sit.

Lyranus & Caietanus audiam dicant à Michol. Quare *loqui in ore est*, ita loqui vt vix extra os prolatus audiri sermo possit, sed ab illo qui propior sit, vel ad loquentis os aurem applicet. Reticentia porrò vt quid sint locuti non dicatur, atrocitatem verborum indicat, quæ per gladios quoque qui sequuntur, magis exprimitur.

Mystica de Iudæis interpretatio.

Mystice Nicephorus de Iudæis interpretatur, causas comminiscentibus cur Christum postularent ad crucem. Alij de libera prædicatione in apertione oris, vt Apostolus [a] loquitur, & vt per se quis prædicet non per alium, quod & antea monuimus.

a Eph.6.19.

Et gladius in labiis eorum.] Hieronymus, & alij ex Hebræo, *gladij* חרבות *charcuoth*. Psalmo 56 [b]. *Lingua ipsa vocata est gladius.* Bonus & malus linguæ vsus cum gladius conferri quo pacto possit, satis liquet, & ibi etiam dictum est. Loco latratus prodit ex ore sonus quidam, ait Nyssenus: loco canmorum dentium gladius sub labris absconditur. De sua nece sermones intelligit Dauid ab inimicis habitos. Iudæi sicut linguis flagitauerũt mortem Christi, sic postea cum licuit inter Gentiles potiti Christianis eamdem procurauerunt, vt in Actibus Apostolorum demonstraui. quos Apostolus [c] scribit, *Deo non placentes omnibus hominibus aduersari, prohibendo loqui Gentibus, vt impleant peccata sua semper.*

b vers.5.

Sensus loci.

c 1 Thess.2. 15.

Tropologia. Ore gladium gestat nõ manu, qui non facit quod prædicat. Mystica interpretatio loci Numerorum, de Balaam. d c.5.15. e De cherub. & flammeo gladio. f Num.22.29.

Tropologicè ore gladium non manu gestat qui non facit quod prædicat, quod Psalmo 56. docui, maledicam gladio linguam comparari. quod est etiam apud Iob [d], Philo [e] approbat, mysticè gladium Balaam quo asinam percuteret optauisse, sed non habuisse [f] ex singulari gratia Dei, qui sciens imprudentiæ rabiem non dedit tanquam furenti gladium, verbi videlicet facultatem, ne quoscumque obuios magna clade conficeret.

Quoniam quis audiuit.] Hieronymus, *quasi nemo audiat.* Eodem prorsus modo Symmachus, οὐκ ἔστιν ἀκούοντος: sed Apollinarius, *vt ausum quemquam* ὄντος τοῦ ἀκοῦσαι: quasi, vt puto, dicant: nulla interpretationem istam, non curamus audiri ab hominibus, audiant illi; sed non erit qui audire audeat: Deus vel non audit, vel non curat. & hæc vis potest esse interrogationis cũ part. aliter sumpta. Sic autem *loqui in ore*, erit inter se consultare, gladios in labris habere, non veteri libere ac aperte consilium interficiendi profiteri, quoniam non sit qui audiendo impediat, vt sit perinde, ac si nullus audiret. Fauet Chaldæa paraphrasis; *Labia suis dicunt præualebimus* (quasi hoc sit habere gladios in ore, & sit dictum factum) *quoniam quis ille, qui audiet & punict?* Putat Vatablus insinuari, hos interrogando significare voluisse, nec homines, nec Deum audire. Sic impij dicebant alibi [g]; *quis noster Dominus est? quis* [h] *me videt? nemo* [i] *nos videt.* Genebrardus accipiens *quoniam*, continuatiuè pro *quod*, exponit dixisse hostes Dauid *quis audiuit?* nempe vbi sit ille, vt eum imparatum celeriter opprimamus, aut ad regem pertrahamus. Concitatus furor eiusmodi orationes præcisas formet; sicut & amor; vt [k], *numquid quem diligit anima mea vidistis? tulerunt* [l] *Dominum meum; si tu sustulisti eum, dicito mihi vbi posuisti eum.* Primus literalior, & communior sensus.

Mystice verò de prædicatoribus hoc exponitur, qui præ fame, ac zelo salutis omnium, conquerantur, paucos, præsertim ex Iudæis, audire, & obedire, sicut & Esaias [a] conquerebatur: *Domine quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui reuelatum est?* In Paralipomenis [b] quoque scriptum de Iudæis est, quòd *subsannabant nuncios Domini, & parui pendebant sermones illius, illudebántque propheris.* Tabescit omnino & discruciatur vehementer plusquam bulimo & canina fame prædicator, ac doctor Euangelicus, & spiritualis Pater, cùm non licet ei cibo isto vesci, quem suum etiam vocabat Christus [c], & quem, occidendo & mactando varij generis bestias Petrus iubebatur *manducare* [d]. Admirans & eiulans vociferatur cum Ieremia [e], vtens verbis Dei: *Quis audiuit talia horribilia, quæ fecit nimis Virgo Israel? quia obtusus est mei populus meus.* Bruno Carthusianus vult quæri quis audiuerit vnquam adeo magna mysteria, quæ vulgabuntur ab Euangelicis prædicatoribus de Christo.

Aliter secundùm tropologiam Hugo accipit *quis*, pro aliquis, & interrogatione sublata explicat, detractorem ideo lingua tanquam gladio ferire, quia habet auditores libenter audientes, non autem *facie tristi* dissipantes sermonem ipsius [f].

a c.53.1.

b Lib.2.vlt. 36.

Præ lætitiam quod reuiscerit & dispereant vehementer c. gat c Ioan.6.42. & 54. d Act.10.14. e c.38.13.05.

Tropologia.

f Pro.25.23.

Vers.9.] Et tu Domine deridebis eos, ad nihilum deduces omnes Gentes.

Arbitrabantur homines impij, non esse qui eorum audiret iniqua consilia, & verba, ne Deum quidem: atqui tu illos ô Deus irridenti similis tractabis: irritos faciens conatus ipsorum, ac omnium derisioni exponens: nec istos modò; verum etiam quoscumque alios cuiuscuis gentis, & nationis, qui sint mihi aut fideli populo tuo infesti infestique: nec tantilli facies, sed quantaslibet illorum vires, & conatus contemnes, frustrabis, in nihilum rediges, omnem nocendi facultatem tolles.

Sensus loci.

Mystica expositio & moralis prædicatorum respectu, Catalena g Theodor. in præsentia. Iudæica hostilis intentatio, sunt ipsi ex qui Deum secum habent. h vers.4.

Mysticè ridendi prædicuntur prædicatorum irrisores, ac persecutores; ad nihilum redigenda omnis gentium Idololatria, vt vel conuertantur Gentiles, vel qui nolint, pereant. Sunt, ait Nyssenus [g], terrifica quæ intentant, videlicet aduersarij, risus illis qui Deum secum habent. Dixi Psalmo 2. [h] quæ huc pertinere possunt ad illa verba: *Qui habitat in cœlis irridebit illos, & Dominus subsannabit eos. Ridebit Deus in eorum interitu*, qui respondere noluerunt vocanti [i], & per se ipsum, & per suos; & *illusores deludet* [k]. In iudicio vniuersali exponentur improbi ridendi à iustis tanquam *draco formatus ad illudendum ei* [l], & sicut Samson à Philisthæis, quem vilis muliercula superauit [m].

i Prou.1.26. k c.2.3.4.

l Psal.103.26. m Iudic.16. 9.& 12.

Ad nihilum deduces.] εἰς οὐθέν τι. Alia psalteria, & Hilarius, Augustinus, Arnobius, Cassiodorus, *pro nihilo habebis.* Hieronymus, *subsannabis:* quod propriè valet לְלָעֵג *thilhhog*; quod est etiam in Psalmo secundo [n]. quare non est in nihilum redigere, aut mysticè, mulctare pœna damni, & priuare summo bono, ac socios constituere, *eius qui non* [o] *est*, nempe diaboli, aut nullo negotio ad veritatem reducere, atque conuertere; sed idem fere quod priore *deridendi* verbo, despiciendo, ac nihili faciendo:

n vers.4.

Mystica expositio.

o Iob 18.15.

Ad nihilum deducere, quid hic sit.

& efficiendo vt ad nihilum recidat cogitationes & conatus. Tale illud ex præcedente psalmo [a]; *ad nihilum deuenient tanquam aqua decurrens*: occurritque eadē phrasis in aliis psalmis [b] aliquoties, vbi dicitur quid *ad nihilum deduci*, vel *redigi*: alias [c] autē *pro nihilo quidpiam* quis *facere* aut *habere*. Apollinarius optatiue declarat ἐνίσασθαι deprimas.

Omnes gentes.] Siue Gentiles siue Iudæos; Chaldaice, *omnes populos*; quemadmodum & versu 6. עממיא *hhamemaija*. *Quis imputabit Deo si perierint omnes nationes quas fecit* [d]? Certè nemo. Apollinarius de Dæmonibus interpretatur.

Vers. 10.] Fortitudinem meam ad te custodiam, quia Deus susceptor meus es.

Vers. 11.] Deus meus, misericordia eius præueniet me.

INimicorum meorum interitum liberationémque ab eis meam non ascribam robori & viribus propriis, quas agnosco impares & inferiores, ita vt per me iis resisti nó possit. Sed salutem & quicquid in me fortitudinis & facultatis est contra fortes irruentes in me, vni ascribo tibi, apud te totum repono, repositúmque custodiam & conseruabo; tibi tutelam patrociniúmq; committam, hoc à te expectabo & veluti oculis in te coniectis quando veniat aspiciam, cauēs ne à gratia probationéque excidam tua, & ne abutar potestate ad repetendam de inimicis vindictam, inde tanqnam ex armario promendum auxilium sciens mihi, & promptum esse ac paratum, vnum te hoc nomine celebrandum optime intelligens. Tu namque defensor meus, qui me in tuam protectionem suscepisti. Denique intelligant velim omnes quòd omnia mihi Deus meus est, ac talis vt minimè dubitandum sit de illius misericordia, quæ præuenit etiam preces ac vota: & hæc ipsa vota & preces vt nuncupem ipsemet, me gratia præueniēte excitat, & antequam eum inuocem, opem exhibet: & quò me cunque vertam præsto est, ac sese offert vltro: quasi prætento scuto protegens & auertens excipiensve ictus impendentes mihi. Dauidi vt hæc quadrēt, facilè percipitur, qui nunquam non pendens à diuino præsidio, peperci hostibus quos habuit in sua potestate.

De Christo allegorice exponitur, vt sua dicat fortitudine contra persecutores interim vti nolle; sed iuxta dispensationem Patris differre vindictam, aut etiam virtutes, vires, potentiam, cuncta demū Patri referre accepta. Præueniſſe quoque misericordiam Patris in hoc Hieronymus ait, quòd priusquam resurgeret Christus, non latro tantùm in cruce [e] sed alij etiam cum centurione conuersi, & percutientes pectora, professi eum sint filium Dei. Potuisse hostes suos perdere docuit Christus, cùm vnico verbo satellites deiecit [f]; in cruce pro crucifixoribus orauit [g]. Hilarius interpretatur hæc vt similia illis verbis Christi, quibus *in manus Patris commendauit spiritum suum* [h].

Fortitudinem meam ad te custodiam.] Eodem modo Hieronymus; nisi quòd dicit, *seruabo*. Alij, *tibi seruabo*: vel *ad te mittam, tibi acceptam referam, apud te mittam* aut *ponam*: vel si retineatur Hebræa lectio, vt nunc est עוזו *hhuzzo* pro עוזי *hhuzzi*, vt sit affixum non primæ sed tertiæ personæ: sensus erit, fortitudinem eius, nempe aduersarij mei præcipui, qui est Saūl, ad te seu apud te custodiam, hoc est, cùm eius magnitudinem attendam, & ea ingruet mihi, me ipsum custodiam & seruabo apud te, subque protectione tua. Item per admirantis modum, vt explicat Nebiensis: fortitudo eius, videlicet magna est; te obseruabo venerando, & expectans auxiliū à te, omni reuerentia prosequar. Chaldaicè, *apud te* לוָתָךְ *leuatach*, quamuis idem Nebiensis legat *tibi*, aut *te* לָךְ *Lech*. Sed retinet Paraphrastes affixum primæ personæ, *fortitudinem meam* עשני *hhusni*. Paulo durior expositio; *fortitudinem meam ad te custodiam, caueo ne in alio ea sit, quam in te*: etiamn *custodire* φυλάσσειν שָׁמַר *seamar*, quæ hic sunt, eam quoque habeant significationem: vel, *propter te illam conseruabo*: vel, *exemplo tuo*, ne scilicet ea vtar ad vindictam, quemadmodum tu sæpius contines teipsum, ne vindices. Quod psalmo 21 [a]. habetur, *apud te laus mea*, vertunt alij, *a te* מאתך *meithecha*: in 36 [b]. *apud Dominum gressus hominis dirigentur*: alij reddunt, *à Domino* מיהוה *meiehouahh*. Posset etiam *ad te* πρὸς σε, אליך *elecha*, idem valere, quod *tecum*, vt [c], *apud te est fons vitæ* עמך *hhiimmekha*, & [d], *apud Dominum misericordia*, *& copiosa apud eum redemptio*. Hebraicè per præpositionem עם *hhim*, id est, *cum*: sic *fortitudo ad Deum custodita*, esset fortitudo cum Deo & apud Deum custodita & conseruata. Tandem *custodire ad aliquem aliquid*, siue *apud aliquem*, est id ei deferre, ac veluti constituere illius auctorem; ita vt sumatur verbum transitiuè. Nam quod psalmo 17 [e]. dicitur; *constitues me in caput Gentium* תְּשִׂימֵנִי *theseimeni* in lib. [f] 2. Regum, vbi psalmus idem paulo aliter extat, habetur, *custodies me* תִּשְׁמְרֵנִי *thismereni*. Ergo ait Dauid se Deum ipsum constituere fortitudinem suam, quo ipso abstracto nomine [g] aliquando illum vocat: nec ea, nisi eiusdem arbitrio, & ad illius gloriam velle vti. Prodigus, ingratus, impius est qui quam accepit à Deo fortitudinem, & quæ velit nolit ipso eam non custodiente atque conseruāte nihil esset, non pro illo, sed contra eum exerit, ac sibimetipsi superbè arrogat. Apollinarius ita declarat, *fortitudo mea à te custodiar*. Euthymius ac Nicephorus *fortitudinem*, τὸ κράτος, aiūt esse regnū ac imperium Danidi promissum; dicere autē Dauidem, se id Deo permittere, nec viuo Saule velle inuadere, aut illū occidere: & idem esse *ad te* quod *apud te*. Cassiodorus πρὸς τὸν πρόθεσιν, cùm pro præpositione præpositio ponitur, poni ait *ad*, loco præpositionis, *per*. Nec abhorret à vero hic sensus alius vt in tantis tribulationibus animos Dauid audat tibi oratione ad Deū cōuersa, vt se profiteatur deiici nolle, sed fortiter semper magis ac magis agere, sua semper omnia consilia operāque dirigendo ad ipsum. Hoc videlicet est quod in historia Regum [h] scribitur de illo, *proficisci & semper seipso robustiorem esse*. Nobis quoque studendum vt fortiores euadamus in dies secundùm Deum, & fortitudinem istam nostram veluti alligemus ad Deum, ipsi innitendo, non *super baculos arundineos* [i], neque confidendo in virtute sua & *in multitudine diuitiarum* [k]; neque *in homine & brachio carneo* [l], propter ipsum nec propter aliud fortiter agendo. *Benedictus vir qui confidit in Domino, & cuius Dominus fortitudo eius* [m]. Augustinus [n] perpetuum Dei necessarium influxum ad conseruandos nos, & vt opus bonum operari possimus, hoc probat ex loco. Præterea [o] ait, hominem qui seipsum amat, sibi relictum à Deo, tenebris mœroribusq; cōpleri, & sua mala

[a] vers. 26.
[b] vers. 23.
[c] ps. 35. 10.
[d] ps. 129. 7.
[e] c. 22. 44.
[f] c. 22. 44.
[g] ps. 17. 2. ps. 27 8. ps. 30. 4. ps. 42 2. ps. 117. 14.
[h] lib. 25.
[i] Esa 36. 6. [k] ps. 51. 9. [l] Iere. 17 5. [m] ibid v. 7. [n] 8. Genes. ad lite c. 12. & 13. de ciuit. c. 22. [o] Perpetuum Dei necessarium influxum ad conseruandos nos, & vt opus bonum operari possimus, vnde probat Augustinus. De homine qui ipsum amat, loco applicato.

Custodire ad aliquem aliquid, siue apud aliquem, aut quid sit.

Apollinarij & aliorum expositiones.

Præpositio pro præpositione posita.

sentiendo,

sentiendo, istud cantare, *fortitudinem meam ad te custodiam.* Adhæc [a] negat formarum pulchrarum operatores & sectatores curiosos fortitudinem suam nempe oculorum & aliorum sensuum ad Deum custodire, sed spargere in delicioſas lassitudines. Postremò accusat se [b], quòd quas comparauerat artes liberales, & ipsum ingenij acumen, & tam bonam partem substantiæ suæ atque fortitudinem, non sacrificauerit Deo, nec ad eum custodiuerit, sed *profectus* à Deo *in longinquam regionem dissipauerit in meretricias cupiditates* [c]: nec bona re bene vsus fuerit, sed potiùs ad perniciem. Fortitudo naturalis & supernaturalis munus Dei est: tàquam depositum custodiri [d] diligenter propter eundē debet, cauenda quæ præcidit & consumit vtramque Dalila [e], id est, concupiscentia. *fortitudo simplicis* ac iusti *vita Domini* [f]. non modò per concupiscentiam perditur fortitudo, sed supernaturalis præsertim per quodlibet mortale peccatum, præcipuè per superbiam, quæ custodiam eripit Deo. naturalem sine causa & *vanè consumit* [g] vir alioqui spiritualis, verùm indiscretus, immoderatis ieiuniis, vigiliis, disciplinis, &c. vt notat Hugo. Præterea is qui iuuentutem impendit in vitiis, & pœnitentiam reseruat vsque ad senectutem, *implet extraneos viribus suis, consumens carnes & corpus* [h]. Item qui studiis inutilioribus diutius vacat, tum verò ad Theologica animum applicat, abutitur fortitudine sua, non eam custodit aut insumit Deo. Multis idem contingere modis potest.

Greueus [i] de corporali & spirituali fortitudine moraliter satis aptè disserit, docēs egere custodia primā, fortitudinis animi ac virtutis cuiusuis, vt sit ad Deū, id est propter illum, vel ipsius Christi exerceatur exemplo: posteriorem, exercitationis, per opera & perpessionem tribulationum, & imitationem bonorum exemplorum. Denique debet quilibet secundùm rem significatam nomine *Gabrielis*, Gabriel esse, quod valet, *fortitudo mea Deus*, aut Eliezer, *Deus meus, auxilium*; aut Eliseus, *Deus meus salus.* Zachariæ patri Ioannis dubitāti respondit Angelus, *Ego sum Gabriel* [k], quasi diceret de fortitudine ac potentia Dei tibi ambigendum non est; idémq; annunciator fuit operis quod summam potentiā continet, hoc est, incarnationis, tū apud Danielem [l], tū apud Mariam [m].

Quia Deus susceptor meus es.] Hieronymus, *quoniam tu Deus eleuator meus.* Alij, *propugnator, protector, refugium.* notat idem Hieronymus, *tu*, & *es*, apud solos Lxx. reperiri. Pronomen extat etiam in psalterio Romano, & Gallicano & apud Arnobium; vt mirer collectorem notationum in biblia Sixtina editionis Lxx. negare esse in Latinis editionibus. Quid sit משגב *misgan* & ἀντιλήπτωρ, aliquoties iam priùs vidimus. Susceptionem naturæ humanę à Christo factā Arnobius, mysticè nimirum declarat. Pertinet *susceptio*, hoc loco ad auxilium & protectionem; quod Apollinarius verbo προμαχίζειν, id est, *propugnandi*, exprimit. Tropologicè *fortitudinem suam custodit ad Deum.* qui, vt Hugo docet, cùm susceptus Deus veri similiter creditur, sua illa bona opera offert, opportunè scilicet, non differēdo lōgius.

Deus meus misericordia eius præueniet me.] Omittit Hieronymus eodē modo vertens pronomē *eius*: quamuis in editione sua Victorius & Bredembachius recitent. *Dei mei misericordia præueniet me*: & ita Hebraicè esse testetur ipsemet Hieronymus [n]. Sed eidem tribuit hanc versionem Paginus in thesauro (verbo קדם *kadam*) *Deus misericordia mea præueniet me*: legerunt opinor Lxx. nō vt modò extat אלהי חסדי *elohe*, sed אל חי *elohai*: in eodem textu Hebræo ambiguum est an *misericordia eius* an *mea* dici debeat, quia sic scribitur חסדו vt vel possit legi חסדי *chasdo* cum affixo masculino tertiæ personæ, vel primæ. Paraphrastes legit secundo modo, vertens טובי *tuni, bonitatis meæ*, vel *bonitas mea.* Apud Prosperū [a], *voluntas eius*, de qua lectione meminit Hieronymus [b] infrā [c], & psalmo 143 [d]. vocat Deum Dauid *misericordiam suam.* Misericordia est Dei, quia ipse eam facit; nostra, quia nobis fit, vt hīc etiā notat R. Dauid. Iuxta editionem nostram idē est, ac si dicas, Deus meus est: ideó *misericordia eius præueniet me*: aut, Dei mei misericordia præueniet me. Quemadmodū psalmo 10 [e]. *Dominus in cælo sedes eius*: id est, Domini sedes in cælo est: in 17 [f]. *Deus meus impelluta via eius.* Apollinarius per modum optantis exponit,

ἀμφιβάλοι μ' ἐλπὶς ὑποσθαμίων βασιλῆϊ.

Circundet me misericordia præueniens Regis:

Celeberrimus hic pro gratia locus, maximè pro præueniēte & omnino prima. Antequam aliquid boni ego faciā, inquit hoc loco Augustinus, *misericordia eius præueniet me.* quid hīc respondebit infelix Pelagius? Vigent eundem hæreticum cæteri enarratores isto eodē testimonio: & nihil boni ex nobismetipsis habere non posse nisi hoc à Domino acceperimus, nominatim Cassiodorus affirmat. Hoc quod alij præterea Patres docēt atque concilia, ita vt etiā dicant, nihil nos per nos posse nisi peccatum, sic intelligitur vt nobis solis tribuatur peccatū, omnis autē operis boni, quod cooperante etiam libero arbitrio nostro fiat, auctorem potiùs Deū esse, quàm nos, vel vt causam naturalem cum omni causa secunda concurrentem, vel vt speciale auxilium gratiæ præbentem. Item, opera moraliter bona, quæ fiant naturæ viribus cum cōcursu generali Dei, vt est auctor naturæ & prima vniuersalis causa, cùm per se non sint meritoria, nec veræ dispositiones ad iustificationem, perinde esse ac si essent mala, quod attinet ad consecutionē gratiæ sanctificantis & gloriæ: quamuis quia in se bona sunt, non inducant reatum pœnæ. Simili quadam ratione *in vno delinquens, fieri* dicitur *omnium reus* [g], quia etsi reuera nō habeat reatum nisi peccatorum quæ committit, tamen & iis peccatis quæ cōmittit, violat auctoritatem Dei communē cuiuis præcepto; & nihilo minùs iacturā facit gratię atq; beatitudinis, quàm si omnium præceptorum reatum incurrisset.

De distinctione gratiæ actualis in præuenientē & subsequentem, nonnihil dixi psalmo 20 [h]. *Præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis*: & psalmo 22 [i]. *misericordia tua subsequetur me. Præueniens* dicitur, non agēdo nunc de beneplacito æterno diuinæ voluntatis, non tantùm omnino & absolutè prima; sed quælibet excitans & operans, qua Deus, vt Augustinus [k] loquitur, nolentem præuenit vt velit; sicut gratia subsequente, adiuuante, cooperāte, volentem subsequitur, ne frustra velit: aut [l], qua præuenit, vt sanemur, subsequitur vt sanati vegetemur: præuenit, vt vocemur, subsequitur vt glorificemur: præuenit vt piè viuamus; subsequitur, vt cū illo semper viuamus. Vbi tamē videtur Augustinus tribuere nomē *præuenientis gratiæ* etiā ei quæ sanctificat, & habitualis est atq; glorificationē præcedit, vel certè augmētū eiusdē gratiæ sanctificātis; denique gratiā omnē quæ aliam præcedit, ac præuenit, *præuenientē* videtur appellare:

Fœmarū pulcherarū affectatores fortitudinē suam ad Deum non custodiunt.
a 10. confes. c. 34.
b 3. confes. c. vlt.
Ars ipsum sui ipsius actus.

Fortitudinem naturalē & supernaturalē præcidit & consumit Dalila scilicet concupiscentia.
c Luc. 15. 13.
d 1. Timoth. 6. 20.
e Iudic. 16. 19.
f prou. 10. 29.

g Esa. 49. 4.

Qui iuuentutē impendit in vitiis, & pœnitentiam reseruat ad senectutem, quid agat.
h prou. 5. 11.

i serm. 118.
Fortitudinis suæ quæ abutis dicitur.
De fortitudine corporali & spirituali Greueus moralis disserit.

k Luc. 1. 19.

l c. 9. 21.
m Luc. 1. 26.

Mystica naturæ humanæ a Christo susceptionis expositio.
Tropologia de custodiente fortitudinem suam ad Deū.

n Ep. 135.

a de vocat. Gent. c. 9. vel 24.
b Epist. 55.
c vers. 18.
Misericordia Dei cur nostra vt dicatur.
d vers. 2.
e vers. 4.

f vers. 31.

Celeberrimus locus pro gratia præuenitrice & prima.

Nihil nos per nos posse nisi peccatum, vt intelligatur.

Opera moraliter bona quæ fiunt naturæ viribus cum cōcursu generali Dei, quæ sint.

In vno delinquens, vt dicatur omnium reus.
g Iacob. 2. 10.

De distinctione gratiæ actualis in præuenientē & subsequentem.
h vers. 4.
i vers. 6.

k Ench. c. 32.

l de natu. & gra. c. 31.

cùm Scholastici strictè de actuali hæc nomina vsurpent, & *præuenientem*, ita vt dixi, initio sumant, quam Deus operatur in nobis quos mouet sine nobis, libere tunc operantibus. De gratia præueniente atque subsequente scribit eodem modo Gregorius[a] quo Augustinus. *Multa*, ait hic idem [b], Deus facit in homine bona, quæ non facit homo; nulla verò facit homo: quæ non facit Deus, vt faciat homo: & auertat hanc amétiam à nobis, vt in donis eius nos priores faciamus, posteriorem ipsum; quoniam *misericordia eius præueniet me*: etsi non præuenit nos, non solùm nõ perficitur quod præcipit, sed nec inchoatur ex nobis; & vt incipiamus, dictum est, *misericordia eius præueniet me*: vt perficiamus, dictum est [c], *misericordia eius subsequetur me*. Legantur etiam Fulgentius[d] & Prosper [e]: iste hûc psalmi nostri profert locum [f], cum prioribus verbis, *fortitudinem meam ad te custodiam*. Vnus quoque Arausicani Concilij secundi [g] canon ita habet: *Nullus miser de quacumque miseria liberatur, nisi qui Dei misericordia præuenitur*; sicut dicit Psalmista [h]; *Citò anticipet nos misericordia tua Domine*: & illud; *Deus meus misericordia eius præuenit me*. Vtrumque Bernardus [i] citat locum ad idem propositum, dicens de *præuentione Dei* non minùs certam hanc manifestámque esse sententiam, quàm alias quas cõmemorat. Rursum Gregorius [k] perpendens verba Iob [l]; *Quis ante dedit mihi, vt reddam ei?* némo inquit, vt diuina illum gratia subsequatur, priùs aliquid contulit Deo. nam si nos Deum bene operandum præuenimus, vbi est quod propheta ait; *misericordia eius præueniet me?* recitat ibidem alia ad idem probandum testimonia ex Euangelio Ioannis [m], & epistolis eiusdem [n], ex Osea [o] & Paulo [p]. Tandem Augustinus [q] istis verbis ait doceri nullis nos meritis assequi, nihilque in nobis inuenire, ante gratiam Dei, cur noster *susceptor* sit factus, & quantúcumque cogitauerimus antecedentia merita, fore vt *misericordia eius præueniat nos*.

Mystice inducitur loquens Christus, se præcũctum à Patre propter plenitudinem gratiæ & honoris *pra participibus suis* [r] sic, Hugo, Dionysius, & alij: Dionysius autem attẽdit, sola benignitate & gratia Dei assumptam humanam naturam à Verbo absque præcedentibus meritis, eodémque instanti factam & vnitam. Hilarius præueniendum se Christum dicere misericordia docet Patris, vt etiam ante resurrectionẽ Dei filius intelligatur, per tot edita, cùm in cruce penderet, signa: ita vt id Centurio quoque proclamarit [s]. Valentia vult verba esse cuiusuis fidelis, qui tutus benéque custoditus velit esse intra fortitudinem, id est, muros Ecclesiæ, vbi Deus custos; & mori potiùs quàm custodiam istam deserere; certus de affutura sibi gratia per quam & iam præuẽtus fuerit.

Vers. 12.]Deus ostendet mihi super inimicos meos, ne occidas eos, ne quando obliuiscaniur populi mei.

Disperge illos in virtute tua, & depone eos, protector meus Domine.

INchoatum sermonem versu 11. relicto interim colloquio cum Deo, ad alium quemliber prosequitur; asserens fore vt Deus, cuius præueniendum se dixerat misericordia, faciat optatam videre de inimicis vltionem ad eiusdem gloriam Dei. Attamen repetens orationem ad Deum, precatur ne inimicos omnes Deus occidat statim, vt non capiat talis vltionis obliuio populum, nec satis recordentur translatum à Saülis domo regnum in Dauidem, cùm operæ pretium sit vt ad iustitiæ diuinę maiorem cognitionem atque reuerentiam, sensim ac paulatim castigentur, non omnes vnà funditus semélque deleantur: & ita dicta illa regui translatio meliùs perspiciatur. Quare, vt diuinæ moderatione potentiæ vagari & errare cogantur inimici de loco in locum, atque vt pro ea, quam sit semper in se expertus, protectionis diuinæ benignitate, dignetur eosdem de sua superbia deiicere, déque dignitatis & potentiæ gradu, in quo sunt, detrahere, atque deturbare. Exitus votis respondit & prædictioni. nam Saüle mortuo superfuerunt de domo & familia eius alij, nec non de aliis aduersariis non pauci, diuinorum contra se, & pro Dauid, iudiciorum spectatores, & documentum ac exemplum cæteris, innocentes non vexare ac opprimere, dum illorum intuentur infelicem conditionem.

Augustinum hoc & aliis locis hæc de Iudæis interpretantem toto sparsis orbe ad vtilitatem populi Christiani, vt scilicet eorum adhuc superstitum conditionem infelicem spectantes agnoscerent beneficium gratiæ; & vt ab iis acciperent tanquam à baiulis libros sacros, qui Gentilibus propterea suspecti non essent; & vt viuum extaret semper exemplum animaduersionis diuinæ contra summum occisi Christi scelus: vt etiam tandem reliquiæ Hebræi populi saluæ fierent: imitantur Latini enarratores; antéque omnes Hilarius innuit vltimam causam: & ex Græcis Basilius, ac Theodoretus. Remigius addit custodiam sepulchri Dominici. Sed non sunt Iudæi qui custodiunt illud, & illo triduo quo iacuit Christus, custodes aut non erant Iudæi, aut de tam breui tempore propheta non intelligeret. Paulinus [t] quæstionem super hoc loco mouet Augustino. Ait hîc Patri Christum loqui, qui & orauerit pro crucifixoribus [u]: impletum nunc videri vaticinium, cùm sint Iudæi destructi à veteri sua gloria, sine templo, & sine sacrificiis, ac sine prophetis in omnium gentium dispersione viuentes. Sed quærit quid sibi velit, *ne vnquam obliuiscantur legis tuæ* (ita enim legit, sicut & alij de quibus postea) nec enim videri quid Iudæis prosit in legis memoria, & meditatione versari. Deinde sibimet occurrit, fortasse propter honorem legis ipsius, vel generis Abrahã, vt illa quodammodo in eius posteris perseueret: aut vt legendo legem, illuminentur ad fidem Christi: (hanc innuit causam hoc loco Hieronymus & Cassiodorus) aut quia ex ipsis impius generatio ventura est electorum in omni tribu, quemadmodum præuidit Ioannes [c]. Respondet Augustinus permissos Iudæos vagos per orbem viuere, ob eam quam primo loco retuli causam; nec subiugatos cessisse victorum superstitionibus: huius verò etiam rei typum præcessisse in Cain, in quo Deus, *constituit signum ne quis* huc illuc errantem *occideret* [d]: illis tamen ipsis non prodesse quòd nõ obliuiscantur legis: aliud enim esse legem Dei habere in memoria, aliud in intellectu, & affectu. Eadem fere habet in huius loci commentario; & hinc etiam commendari magis Dei erga nos misericordiã, cùm tanquã sẽpe in Iudæos eius animaduersio

Ad vultum Dei vnius omnium cognitionem atque reuerentiam paulatim, sensim ac paucorum delari, non omnes vna funditus semelq; deleri.

Veteris Dauid exitus.

Augustini de Iudæis toto orbe sparsis & quare, interpretatio.

a ep. 38. apud August. *Gregorius meta Augustino a Patribus super ista lect.*

b Luc. 23. 34.

Augustini responsio.

c Apoc. 14. 6.

Signũ in Cain ne quis hunc illuc errantem occideret, eorum rei typus. Aliud est, legi Dei habere in memoria, aliud in intellectu & affectu.

d Gen. 4. 15.

maduersio conspicitur; vt delictum illorum, salus ostenderetur esse gentium [a]. Lege eumdem aliis locis [b], & Petrũ Damianum [c]. Comparat Augustinus Iudæos cũ candelabris quæ lucernã ferunt: cum pueris qui dominorum libros in gymnasia portant, nec intelligunt; tanquam rudes vel abecedarij pueri. Cyrillus [d] Alexandrinus eodem sumit sensu & præsens testimonium, & illud signum in Cain.

Iustinus [e] ac Theodoretus [f] de ea ratione scribunt quanti sit ponderis, quòd scripturis vtamur, quas asseruant Iudæi; hæc est causa cur toleret Ecclesia Iudæos sibi subditos, non autem alios infideles, multóque minùs hæreticos; quia illi confirmant veritatem fidei nostræ, cuius continent figuram, & suppeditant nobis argumenta contra ipsosmet Iudæos, & alios. Simili de causa docet Caietanus [g] Iudæorum libros qui simpliciter contineant expositionem scripturæ, permitti, non autem quos edunt contra Christum & fidem. Extat Gregorij Canon [h] ex quadam ipsius epistola [i], ne prohibeantur Iudæorum ritus, sed agatur cum illis vt ratione & mansuetudine prouocati sequi nos velint, & ex eorũ codicibus ostendendo quæ dicimus, ad finem matris Ecclesiæ Deo iuuante conuertantur. Idem [k] similes facit Vrię, qui tulit obsignatas necis suę literas, vt lege ipsa quam portant conuincente, moriantur. Bernardus [l] docet, copiosiùs triumphare Ecclesiam de Iudæis, per singulos dies vel conuincendo, vel conuertendo eos, quàm si semel & simul cõsumeret eos *in ore gladij*. Meminit etiam solemnis orationis, quæ nempe hi feria vi. hebdomadæ sanctæ; vrget præsentem locum; & quòd cùm *plenitudo Gentium intrauerit, tunc omnis Israel saluus fiet* [m]: & quòd *dispersiones Israelis Dominus congregabit* [n]. Præterea [o] vocat Iudæos viuos apices repræsentantes nobis Dominicã Passionem; & luendo pœnas tanti facinoris, testes nostræ redemptionis. Eumdem refert Bernardum Lycosthenes [p], malus alioquin auctor, cùm nescio qui fictitijs miraculis iam persuasissent, vt ad vnum Iudæi omnes iugularentur, vero miraculo docuisse anno 1141. minimè id fieri debere, nec reliquias Iudæorum quæ saluandæ aliquando erant, delendas, nec vnde hauserit nescio; citatur Auentinus [q], & Frisingensis [r], vbi testatur Bernardum vsum huius loci argumento. Sed nihil meminit de miraculis. Eodem certè tempore aut anno 1146. Petrus etiam Cluniacensis [s] vetuit occidi Iudæos, quamuis ad hoc incitatissimi essent fideles, præsertim ob crucifixum in Angliæ oppido Norwico puerum Christianum Guielmum, super cuius extra illud iacentis sepulchrum diuina lux emicabat, vt memorat Robertus [t] de Monte. Vtebatur autem Petrus Cluniacensis illa ad Ludouicum Francorum Regem epistola, præsentis Psalmi testimonio, vt Iudæorum dissuaderet mortem. In Alcorano [u] similes dicuntur asino libros gestanti, lege de hac Iudæorum dispersione Barradium [x] nostrum.

Nyssenus [y] mystico sensu interpretatur de cunctis hominibus, orari Deum, ne deleat illos, nec opus illud suum sinat recidere in nihilum, sed locò ipsorum peccatum perdat, & detrahat eos ab altitudine malitiæ in æquabilem & planam viuendi rationem, quæ secundùm Deum instituitur: quod scribit Paulus [z], *destruì omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei*; Ioannes Baptista [a], secundùm [b] Isaiæ Prophetiam, *omnes montes, & colles humiliari*, & complanari.

Alia tropologia Hugonis, ostendere Deum quanta percipiatur ex inimicis vtilitas, éxque tribulationibus, quas excitant, ita vt non sit eorum quærenda mors, sed victoria, id est, lucrum; quia *non coronabitur nisi qui legitimè certauerit* [a]; & periculum sit ne qui absque tentatione viuit; superbiens obliuiscatur Dei: & si desint cum quibus pugnetur gentes tentationum; *multiplicentur contra nos bestiæ terræ* [b], nempe motus superbiæ, quæ totum fructum terræ nostræ vastant; satis autem sit petere à Deo vt dispergat, ne multitudine obruant, & vehementia, vtque eas consumat paulatim atque per partes. Dionysius de non sumenda vindicta contra inimicos, & persecutores, interpretatur, ne alij scandalizentur, & obliuiscantur præcepta Christi de dilectione [c] inimicorum, sed oremus pro ipsis, vt separentur à malitia, & deponantur à malo proposito suo, & indulgeat eis Deus delicta oris ipsorum & aliis, & comprehendantur in malitia, pœnisque coërceantur. Exponit Arnobius allegoricè dæmonibus non tolli immortalitatem, vt humano generi subiecti æternas pœnas luant.

Deus ostendet mihi super inimicos meos.] Hieronymus, *Deus ostendat mihi in insidiatoribus meis*, aut apud Treuetum, *ostendit*: aut apud Victorium, *ostẽdit mihi insidiatores meos*. Alij, *Deus videre faciet me in inimicis meis*, nimirum optata, vt vindictam ac liberationem ab eis: vel, *Deus ostendet mihi in respicientibus me* (coruè nimirum) *vt videam vltionem ex eis* [d], qui cum voluptate calamitates meas aspiciunt. In psalterio Romano & apud Petrum Damianum [e], *Deus meus ostende mihi bona inter inimicos meos*: id est, dum me malis afficiunt, tu confer bona, & fac vt illa experiar. In psalterio Gallicano, *Deus meus ostende me inter inimicos meos*: hoc est, effice vt comparere valeam, vt fugere nõ compellar, vt resistam. Cassiodorus, *Deus meus ostende mihi inter inimicos meos*: videlicet opem tuam, quam vt idem exponit, priùs appellauerat *fortitudinem*; vt cognoscam omnem mihi à te esse, vtque illam contra inimicos experiar. Hilarius, *Deus meus ostendit mihi inter inimicos meos*: & explicat etiam de eadem illa fortitudine. Augustinus, *Deus meus demonstrauit mihi in inimicis meis*: & alibi [f], *de inimicis meis*, quod ipse & alij explicant, quo pacto se gerere Christus cum illis deberet, atque id orare, quod sequentia continent verba, *ne Deus eos occideret*, &c. & Christus in cruce, vt Pater dimitteret crucifixoribus [g]: & nos viuere ipsos sinere, non interficere.

Probabilior ac simplicior sensus, vt siue legas in præterito, siue in futuro (hoc habetur Hebraicè יְרָאַנִי *iareni*) siue in imperatiuo (quod tamen in Hebræo, vel Græco textu non est) siue cum pronomine. *Deus meus*, quod exprimunt Græci codices, siue absque illo, cùm additum testetur Hieronymus [h]; siue *super inimicos meos*, aut, *inter inimicos meos*, aut, *in inimicis meis*, aut, *de inimicis meis*; præpositio namque (ב) *be*, significare omnia hæc potest, siue demum pro *inimicis* dicas *respicientes*. quia שׁוּרִים *scierim*, cum sein hoc valet: שׁוֹרְרִים *sorerim*, cum sin, *praualere velut in pugna & luctâ*: melior inquam sensus videtur, vt de ostensione loquatur inimicorum, cum victoria, id est, vt liceat punitos victósque videre; quæ phrasis iam priùs aliquoties occurrit, & ei similis, qua dicitur *super inimicos despicere oculus* [i]: Hebraicè

---

a Rom 11.11

Comparatio de Iudæis fictis cũ candelabris tortuosis cernuis frontibus & pueris dominorum libros in gymnasium portantibus.

b 18 de ciuit. c.46.

c 11. cont. Faustum c.13. lib. 13. c. 10. lib. 16 c.20 orat. cõt. Iudæos. Pa. & Aria. c 18. 1. de consen. Euang. c. 14. Sermo 31. de tẽp in psl 56.

Non parum perdere esse quod scripturis vtamur, quas asseruant Iudæi.

Iudæos fidi subditos cur toleret Ecclesia.

Quos libros Iudæorum permittis, qui non?

e Lib. 2. epist. in 13.

Simile, Prius vt deuantur Iudæi & plura de iis.

f d. 1. 2 in Genes.

g In parænc.

f Serm. 10. de prouid. longè post med.

g 22. q. 10. a. 11.

h d. 45 c. qui sinceræ.

i Lib. 11 epist epist 15.

k 3. moral. c. 21.

l Epist 323.

m Rom. 11. 26

n psl 146. 2.

o epist. 322.

p Lib. de ostẽtis pag. 460.

Iudæorum omnium ad vnum occidatio decretæ prohibita.

q 6 annalium.

r Lib. 1 de gestis Friderici c. 37. 38.

s Lib. 5 ep. in 33.

Puer Christianus in Anglia oppido à Iudæis crucifixus: & quod incurrerint periculum.

t append. ad Sigebertum.

u Azoara 12.

x To. 2. harm. lib. 2 c. 22.

Mystica Nysseni interpretatio de cunctis hominibus, ne deleatur opus Dei.

y Tract. 2. in psl. vlt.

z 2. Cor. 10 5.

a Luc. 3.

b 40. 4.

Tropologia, de vtilitate quæ ex inimicis promanat.

Cur in miseriis nostris non quærenda sit mors, sed victoria.

2. Tim 2. 5.

b Deut 7 22.

c Matt. 5 44

Non sumenda de iis vindicta sed pro eis orandum.

Allegoria. Dæmonum cur non tollatur immortalitas.

d Iere. 11. 20. c. 20. 12.

e lib. 2. epist. in 13.

f 18. de Ciuit. c. 46.

g Luc. 23. 34.

Probabilior & simplicior sensus.

h Ep. 135.

i psl 53. 6.

videre per verbum ראה *raah*; quod hoc etiam extat loco in hiphil. Vel etiam *ostensionem* intelligit misericordiæ diuinæ, tum cum experiretur inimicorum persecutiones, vt scilicet ab his eum Deus eriperet ac vindicaret. Hanc vim habet aposiopesis ista eclipsiue; quam explanant Euthymius, & Nicephorus eo modo quem dixi, scilicet vt ostendat Deus quæ ipse desideret, & vltionem de inimicis: & adhuc magis clare Apollinarius:

ἡμετέρους δαιμόνιας ὑπ' ὀφθαλμοῖσιν ἀλήτας;
nostros domes sub oculis peccatores.

& Chaldaicè, *Deus ostendet mihi vltionem in oppressores meos*: & Crucius noster,

Euersiss, frui me dabis amulis:

nimirum cùm *præueniet misericordia tua*, hoc pacto, vt quia defensor venies ante pericula.

a in Gen. c. 6. *Ne occidas eos.*] Alia psalteria & Hilarius, Augustinus, Cassiodorus, Isidorus [a], *ne occideris eos*: sed Gallicanum psalterium præponit &: addit Paraphrastes *subitò*: nempe ne tam citò; sed vt seruentur ad vitam miseram, diúque portent iudicium Dei, lento longóque supplicio afficiantur: certè ne omnes penitus occidantur, vt Treuetus etiam declarat. De Dauidis & Christi inimicis, & causas antea exposui. Quadraginta post passionem Christi annis ab exercitu Romano excisa sunt Ierosolyma, trucidati Iudæi plurimi, multo plures distracti dispersique per orbem totum.

Quadraginta post passionem annis excisa Hierosolyma.

b Epist. 135. *Ne quando obliuiscantur populi mei.*] Ita etiam Hieronymus, & Aquila, Theodotio, ac olim Lxx. teste Hieronymo [b] λαός μου. Treuetus ait, Hebraicè esse, *populus meus*. Sed collectiuè ponit pro pluribus, & ideo verbũ esse plurale; sensúmque, ne si punirentur morte omnes, alij ignorarent punitionem factam propter iniurias illatas Dauidi. Quod mysticè conuenit crucifixoribus Christi, vt cùm extant eorum posteri aliqui, & ipsimet mentis oculos conuertant ad præcellorum suorum tam graue peccatum interfectionis Christi, & indidẽ Christiani etiam proficiant, iis modis quos antè diximus. Vox Hebræa עמי secũdùm diuersa puncta potest esse numeri singularis עמי *hammi populus meus*, aut pluralis עמי *hhammas, populi mei*: non est autem genitiuus singularis: vt sit sensus; ne alij, vt Christiani, & infideles, tradant oblitioni populum Hebræum, quemadmodum quosdam exponere monui. In versione Lxx. vt nunc est, habetur, τῦ νόμου σου, *legis tuæ*, nec non in aliis psalteriis Latinis, & apud Hilarium, Augustinum, Cassiodorum, Petrum [c] Damianum, Isidorum [d]. Symmachus amplexus est vtrumque, ὅπλεθυνται ὁ λαός σου τῦ νόμου σου: *obliuiscantur populus tuus legis tuæ*. Hoc pacto iuxta mysticum sensum, intelligeremus patrem filio Christo ostendisse de inimicis, nolle vt interficiantur statim omnes; sed vt pro illis oraret, ne si perirent omnes, populus ipsius Christianus legis obliuisceretur, quam pater iisdem Iudæis tradiderat, & cùm ab illis conseruaretur, maiorem ad persuadendum auctoritatem habitura erat, vt minùs suspecta. *Legis* porrò nomine vniuersam scripturam hîc in dicta versione accipi putamus, quemadmodum aliàs sæpe [e] alibi docuimus; & ita hoc loco sentiunt omnes qui causam illam Iudæorum seruatæ gentis tradunt, vt sacros nobis libros Hebræa scriptos lingua conseruarent. Augustinus [f] tamen etiam innuit se intellexisse, ne ipsimet Iudæi *legis obliuiscerentur*, id est, scripturas conseruarent, & ceremonias.

c Lib. 2. epist. 11.
d In Gen. c. 6.
Mystica crucifixorum Christo adaptatio.
Mystica sensus.
e Legis nomen pro vniuersa scriptura. e Act. 7. 54.
Iudæorum seruata gens cur sit.
f Epist. 49.

Dispergo illos in virtute tua.] Hieronymus, *in fortitudine tua*. Alij, *vagari fac*, vel, *commone eos in exercitu tuo*, id est, in populo tuo: vel, *fac illos ire vagos profugósque per exercitum tuum*. Chaldaicè, *expelle eos a domibus eorum in potentia tua*. Placet magis חיל *chail*, & δύναμιν nunc significare *vim, robur, potentiam*; non autem *exercitum*; quam vocat Apollinarius *βίην μεγάλην καὶ κάρτος*, *vim magnam & robur*.

De dispersione Iudæorum cuius omnis hodiéque natio testis est, dictum priùs. Chrysostomus [a] docet, nullam orbis partem expertem Iudæorum calamitatis esse; sed quemadmodum qui corpore mutilo est, vndequaque circumcursat, siue ostentat vulnera; & sicut cùm Iudices, homicidas multos de medio sustulerint, vnum furcæ affigunt, vt viuos coërceat; ita proponi viuos Iudæos à Deo in exemplum, quoquo versus eos dispergendo. Nazianzenus [b], vnam quasi columnam calamitatis illorum vocat orbem totum, per quem variè fusi sparsíque sunt. Isidorus [c] Pelusiota appellat velut *μαστιγίας καὶ δραπέτας καὶ ἀτίμους ἀλήτας*, *verberones & seruos fugitiuos, & tot fames errones passim toto orbe dispersos*. Isidorus [d] Hispalensis colligit plura testimonia de hac dispersione. Hoc nostro vtitur etiã Tertullianus [e], contra eosdem cum aliis: item Hieronymus [f]. Disputat hac de re fusè Gregorius cum Herbano Iudæo [g]: vrgens etiam id Psalmi 16 [h]. *A paucis diuide eos*: cuius loci consule commentarium nostrum. Infert hinc Nicolaus Papa I. ad Michaëlem Imperatorem scribens, non esse gloriandum in multitudine; quia nisi Psalmista nosset quamdam non bonorum multitudinem, nequaquam Deo supplicando hoc dixisset: *Dispersio* enim, inquit, minorationem facit; minoratio verò abolitionem generat. Qui sint quos Petrus [i] nominat *aduenas dispersionis*, an ex Iudæis dútaxat duodecim tribuum in dispersione, quibus Iacobus [k] ait se scribere, an etiam ex Gentilibus Christiani, docuimus in Petri commentario.

a Homil. in ps. 3. *Nulla orbis pars expers est calamitatis Iudæorum.*
b orat. 4. de Pace. *Orbem totum vna quasi columna calamitatis Iudæorum.*
c Lib. 3. ep. 10. & lib. 5. ep. 128.
d De vocat. Gent. c. 9. *Dispersio Iudæorum quanta.*
e Lib. contra Iudæos c. 3.
f Hinc quidam ex gr. tom. 4. biblioth. Patrũ. b vers. 4. *Aduenæ dispersionis quos Lucanus.*
g Dial. 1. ad Michaëlem Imperatorem monachum, (cur Iudæi multitudine gloriandum.
h Ps. 1. 1. *Aduenæ dispersionis quos Lucanus.*
i c. 1. 1.

Et depone eos.] Hieronymus, nec non Hilarius, Augustinus, Cassiodorus, Isidorus [l], & psalteria duo alia Latina, *destrue*: sed iterum Augustinus concione secunda, *deduc*. Alij, *deijce, prosterne, descendere fac eos* הורידמו *horidemo*, καταγαγε αὐτὸς. deductio, descensus, deiectio de gradu dignitatis denotatur, non modò quæ in opibus consistat, quas exprimit Chaldæus Paraphrastes (*& ad pauperiatem redigas eos à facultatibus ipsorum*) sed etiam ab honore Regio, & Pontificio, & ab aliis prærogatiuis. Idem volunt esse Euthymius, ac Nicephorus, καταγαγεῖν, quod ταπεινῶν, *humiliare*, atque *deprimere*; Apollinarius, *ἱκρήνον δ' ἀτίδῳ πελάσας*, *robur paululum admouere*. Eiusmodi formula in Iob [m]; *depone magnitudinem tuam absque tribulatione*; id est sponte, priusquam tibi deterius quid contingat: & in Cantico Mariæ [n]; *deposuit potentes de sede*, καθεῖλε. Mystica notio, vt sit depositio à malitia, vel depositum velut sub custodia: & in Threnis [o]. *deposita est vehementer, non habens consolatorem*.

l Gen. c. 6.
Καταγαγεῖν. ταπεινῶσι. m c. 36. 19.
n Luc. 1. 52. *Mystica vocis* Depone, *explicatio.*
o c. 1. 9.

Protector meus Domine.] Hieronymus, *noster*, vt exigit affixum Hebraeum מגנינו *maghinnenu*. Legerunt fortassis Lxx. מגנני *maghinneni*, cum affixo singulari. nomen verò illud significat etiam *clypeum*, sicut & ὑπερασπιστὴς, *cum qui scuto protegat* quasi dicas, *scutiferum*: sumitur pro, quacunque ratione alium defendente, ac vindicante, quem

vocat

vocat Apollinarius ἀμοιβήν. Prioribus Psalmis multis occurrerunt eædem voces. Redditur Hebræa interdum per ἀντίληψιν, & ἀνάληψιν, vt protectionem valet. Exempli causa in Psal. 88 [a]. *Dominus est assumptio nostra*, τοῦ κυρίου ἡ ἀντίληψις, לה מגננו *Iahvah maghinnenu.* *Protectores* appellant Iurisconsulti [b], qui armatam militiam subeuntes, non solum defendendi corporis sui, verumetiam protegendi lateris nostri sollicitudinem patiuntur: & alios præterea magis domesticos *protectores* vocant. Aliud est munus defensorum ciuitatum, Rerumpublicarum, Ecclesiarum, sed minus ad rem præsentem facere videntur.

a vers. 19.

Protectores qui dicantur apud Iurisconsultos.

b Cod. de dignit. & protect. cod. Theod. eo cod.

Insinuat Christus mystico sensu, regiam atque sacerdotalem dignitatem suam æternam fore, prout *iurauit Dominus* Pater, *nec pœnitebit eum* [c], Patrem, se ac suos perpetuo defenturum; nec Iudæos tantum, sed alios quoque persecutores dissipaturum, ne prouidentiæ diuinæ nocerent, & curæ circa Ecclesiam suam.

Mysticus sensus de Christo.

c psal. 109. 4.

Vers. 13.] Delictum oris eorum, sermonem labiorum ipsorum; & comprehendantur in superbia sua. Et de execratione & mendacio annunciabuntur.

Vers. 14.] In consummatione, in ira consummationis; & non erunt.

Se fu laci.

CAusam nunc assignat Deo, propter quã præcedentem fuderit, orationem, ne occideret inimicos, sed tamen dispergeret, ac deponeret, nempe ob delictu oris eorum, & sermonem labiorũ, quo nihil aliud loquuntur tractantque quam impietatem contra ipsummet Deum, & aduersus proximum iniquitatem, suáque de illo perdendo peruersa consilia. Petit præterea, vt sint ipsis eorummet superbi sermones in confusionem, & laqueum, quo se gloriantur alios comprehendere posse. vnde fiat etiam vt illorum execrabilis, ac mendax oratio, blasphemiæ atque maledicta, quæ contra innocentes euomuerunt, vulgo resciantur, dignique punitione iudicentur, tum præsertim, quando ipsorũ denique consummata & maturata malitia, super eos vltio ingruet diuina qua consumãtur, vel sublati ex viuis, missique in perditionẽ æternã, vel ita inter viuos dispersi ac derecti, vt iam non amplius esse videantur. Vult Dauid deponi aduersarios suos, & maleuola illa eorum iactabunda que verba, quibus eum accusabant ac se minitabantur perdituros, aut quibus peierabant veluti ad terram prosterni, vt adeo gloriose & impiè locuti expertantur, nihil se profecisse, sed in contrarium potius sibi omnia cessisse, cæteri verò etiam cognoscant, & colloquantur de salus, atque execrandis eorumdem contra ipsum alióque sermonibus, suum autem prædicent innocentiam, & iustitiam Dei laudent, cum redegerit eos in nihilum hinc occidendo, sine cunctipando.

Se fu laci. perfecutores Christi Iudæis applicatur.

Sed mystice congruunt hæc persecutoribus Christi Iudæis, qui toties ipsum calumniati, criminati, execrati sunt, magnis tandem clamoribus ad crucem flagitantes, cuius ignorare innocentiam non poterant, cuius beneficia dissimulare maxime non valebant, cuius mirifica opera, veritatem sinceram cælestis doctrinæ, postremò diuinitatem negare sine grauissima culpa nequibant. His prædicuntur conuincendi, suscitatõ Christo, & pœnas luituri secundum iustam iram Dei, omnimque fabula futuri, & prius quidem etiam in hoc sæculo, longè autem magis in die iræ, & iusti iudicij Dei, & consummationis sæculi, quando ipsimet videbunt in quem confixerunt. In meliorem quoque aliqui partem hæc accipiunt de consumenda tandem per eiusmodi huius vitæ pœnas perfidia; quod postea in singulas partes explicando, videbimus.

In melioré partem loca accepta.

Delictum oris eorum, sermonem labiorum ipsorum.] Hieronymus, *in peccato oris sui, in sermone labiorum suorum.* Nulla est præpositio in textu Hebræo, recte tamen suppleta est; aut suppleri potest similis; *propter*: vt propter ista peccata, sicut dixi, deponat Deus inimicos, &c. Expressit Paraphrastes hanc particulam בגלל *metul*, *propter*. Constat etiam, apud prophanos auctores Græcos Latinósque aliquam præpositionem subintelligi solitis in accusandi casu nominibus, videlicet κατὰ *secundum, circa, versus*, aut alias tales. Quomodo dicunt *cætera Græcus; albus dentes, it clamor cælum.* Id sibi vult translatio Symmachi in dativo casu, τῇ ἁμαρτίᾳ τοῦ στόματος αὐτῶν καὶ τῷ λόγῳ τῶν χειλέων αὐτῶν: *delicto oris eorum sermone labiorum ipsorum*, quasi quædam sint instrumenta, retia, laquei, quibus capiantur & deponantur. Idem sensus efficitur, si, vt Theodoretus, Euthymius, Nicephorus, legunt, sit rectus casus, ἁμαρτία στόματος αὐτῶν καὶ λόγος χειλέων αὐτῶν. *delictum oris eorum, sermo labiorum ipsorum.* In psalterio Romano, & apud Cassiodorum, & Arnobium; *delicta oris eorum sermo labiorum ipsorum*, videlicet hæc sunt, propter quæ commerui sunt supplicia: quidquid loquuntur ore labiisque delictum est; ac vt & 8. versu dictum est, *gladius in labiis eorum* Nyssenus [a] eadem vtens lectione, separatim a prioribus exponit, nectitque sequentibus, vt intelligatur supplendo substantiuum verbum, quòd delictum oris eorum, & sermo labiorum ipsorum, est superbia, execratio, mendacium. Augustinus, qui legit *delicta, & sermones*, vt etiam est in Gallicano psalterio, sumitque in Accusatiuo, cùm Hilarius legat, *delicta, & sermonem*; & alij, allegoricè nimirum, repetunt ex præcedente versu verbum *occidas*: quasi dicat, non occidas eos, sed occidas delicta oris eorum, &c.

a Tractat. 2. in psalm. 119.

Arbitror, præter literalem illum quem notaui vt communem sensum, posse nos etiam in his accusatiuis casibus alia subintelligere, vt, *o delictum*, &c. vel, *vide & considera Deus*. Cajetanus inter *eius delicta*, quæ Saül admiserit, ponit excusationem inobedientiæ apud Samuelem [b]. Non videtur id ita ad rem præsentem facere; sed de acceptis ab eo iniuriis Dauid propriè agere, non de aliis eiusdem peccatis: neque *delictum oris* hoc loco spectat ad omissionem: *sermo labiorum* ad commissionem; vt Aiguanus tamen vult. *Peccatum* pro delicto vertit Hieronymus, vt dixi, & ἁμαρτία, vel חטאת *chathah*, de quouis dicuntur peccato. *Sermo labiorum* indicare contemptum potest, sicut in Psalmo 21 [c]. *omnes videntes me, deriserunt me, locuti sunt labiis, & mouerunt caput*: præterea blandum fingentis sermonem, nec loquentis ex corde. Non semel Saül Dauidem, & Christum labiis Iudæi laudare auditi sunt, cùm intus arderent odio; sin hunc isti, ille in illum.

Omne delictum a Saule admissum.

b 1. Reg. 15. 15.

c vers. 8.

Et comprehendantur in superbia sua.] Symmachus,

cum

cum superbia sua, μετὰ τῆς ὑπερηφανίας αὐτῶν. Apollinarius, perinde ac si superbia esset instrumentum ad capiendum illum in quo est,

σφετέρῳ μεγάλῃσιν ὑπερθαρσήσιν ἀλάλκει:

suis magnis superbis captantur. Hilarius & alij in futuro legunt, *comprehendentur*: sed pro imperatiuo futurum sæpe sumitur. Paraphrastes coniunctionem non hîc, sed ante sermonem posuit, hoc modo, *propter delictum oris eorum, & sermonem labiorum suorum, comprehendentur in superbia sua*: quòd nimirum verba & sermo nihil nisi superbiam sonarent. Coniunctio efficit nouum membrum; vt deponantur inimici, *propter delictum oris & sermonem labiorum*: præterea vt *comprehendantur in superbia*, & verborum & factorum. Superbè alloquebantur Iudæi Christum, in qua potestate faceret, & quis ei dedisset hanc potestatem: se patrem habere Abraham: comprehensi sunt, vel à veritate prædicationis; vel à Romano exercitu; vel moriendo in peccato suo, vt Dionysius exponit. Vellem me Petrus [a] Valderama, quod quòdam Hispano sermone asserit, docuisset quo pacto Hebræi hîc pro, *in superbia sua*, legant, *in gehenna sua*: puto falsum sonì similitudine בגיהנם *biggheonam*: Atqui גיהנם *gheon* non significat *gehennam*, & vltima syllaba hoc loco pertinet ad affixum pronomen masculinum plurale: denique constat *gehenna* vocem in solo extare nouo testamento, tum in Euangelio, tum in epistola Iacobi, quasi Gehennum vallis Ennon, & id Hieronymus [b] notauit. Cogor ad istos auctores descendere, ne cùm tam libenter terantur, lectoribus quæ non debent, persuadeant.

Superbè Iudæorum ad Christum interrogatiuncs.

a etsic pro die Iouis post Dom. 2. quadrag.

Gehennæ vox in solis extat nouo testamento.

b in cap. 10. Matt.

Pertinet ad tropologiam *comprehendi in superbia*, vt eius cognita vanitas pariat intellectum & confusionem; quemadmodum confunditur fur quando deprehenditur [c]: ad allegoriam tropologiæ mixtam, comprehendi dæmonem in superbia sua, cùm hæc illi tentanti nos obiicitur à resistentibus nobis, ita vt sic *in vanitate apprehendatur peccator* [d], id est, ille qui peccata suggerit. Hæc tradit Hugo. Arnobius autem *delicta oris & sermonem labiorum*, dæmonibus tribuens, quando seduxerunt primos parentes, aut nunc fœda consilia subministrant, explicat, supplendo causalem particulam, *vt comprehendantur in superbia* homines contemnentes præcepta Domini sui, & de execratione & mendacio dæmonum compellantur ad malum, sicque fiat super eos ira indignationis diuinæ, & non sint. Paulò hoc durius; obuia magis illa de comprehendendis tanquam pedica laqueóve superbis suamet superbia. *Propter superbiam* ait Iob [e], *quasi leænam capies me*: & in genere, *iniquitates sua capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur* [f]: iterum quod ait [g], *apprehendit sapientes in astutia eorum*, citarique ab [h] Apostolo videtur, ad rem facit: & Cyprianus [i] atque Ambrosius [k] legunt verbo *reprehendendi*.

Tropologica explicatio.

c Iere. 2. 26.

d Eccl. 25. 8. Delictaoris & sermo labiorum *dæmonibus attributa.*

e c. 10. 16.

f Prou. 5. 22.

g Iob 5. 13.

h 1. Cor. 3. 19.

i In de patient. & in 1. Cor. 3.

Et de execratione & mendacio annunciabuntur in consummatione.] Hieronymus, *maledictionem & mendacium narrantes consume*, &c. Alij & (ob) *execrationem & mendacium quod narrabunt*, id est, narrant & solent narrare, *capiantur* siue *comprehendantur*: vel, *de execratione* aut *maledictione & mendacio narrabunt*, scilicet alij. Vulgo fabula erunt, dicétque populus, quàm plena semper fuerint illorum verba execrationibus & mendaciis, aut, quòd eos ô Deus execueris, siue maledicas; & cos mendacij conuincas: aut pro mendacio *macicm* interpretando, quòd eos maciconterias. In psalterio Romano & apud Arnobium loco vltimi verbi erit, *compellantur*: in Gallicano, *compelentur*, apud Hilarium, *connectentur*, apud Cassiodorum, *cuciantur*, sed psalterium Romanum, Arnobius & Cassiodorus, omittunt sequentes dictiones duas, *in consummatione*. Gallicanum psalterium, ducit inde nouì exordium versus: alij nectunt verbis istis. Augustinus absque præpositione legit, *consummationes*: pro, *de execratione*, habet *ex maledicto*. nomen Hebræum primum אלה *alah* significat *execrationem, maledictionem*, sic redditur psalmo secundùm Hebræos 10ª. *iramentum* seu *iusiurandum*, quo pacto sæpe vertitur, aut *execratorium* quoque *iuramentum*. Secundum nomen כחש *chachas*, non solum valet *mendacium, abnegationem, contradictionem, fallaciam*, sed *maciem*, siue *macilentiam, tenuitatem, defectionem*. Verbum ספרו est actiuæ significationis in piel, *narrabunt, annunciabunt narrando*, quo pacto Paraphrastes interpretatus est. Græcum διαγγελοῦσιν mediæ vocis habet etiam passiuam significationem: in qua sumpsit Apollinarius, vt poitea dicetur. Hanc haberet idem Hebræum verbum mutatis punctis in niphal יִסָּפְרוּ *issaperu* vel יִסָּפְרוּ *iesupperu* in pual.

a vers. 9.

Sensus tandem est editionis nostræ, quem antea expressi, vt Dauid execrationem atque mendacium quo sui contra ipsum hostes crebrò sunt vsi, adueneret aliquando vulgandum, & omnium in palam passimque sermone damnandum: nempe *in consummatione*, in ira consummationis, quando non erunt, iam scilicet consumpti, vel morte vel dispersione siue exilio, ita vt quod modò fit, dum viuunt vel vigent ac propterea timentur, nemo vereatur ita de ipsis loqui. Quod attinet ad Saülem, putat Caietanus per execrationem indicari reseruatas ab eo preciosas quasque res quas Deus execratus erat, & destrui præceperat: & per *tenuitatem*, (quam pro mendacio reddit, & sic reddi posse antea monui) tenuitatem inobedientiæ contra dictum præceptum [b], aut potiùs rerum viliorum quas demolitus est. Agellio placet, execrationem & mendacium intelligi, perfidiam erga Gabaonitas, quos violato fœdere neglectoque iuramento, quod Iosue cum ipsis fecerat & principes populi Israël [c], oppressit & attriuit [d]; ita vt ea de causa Gabaonitæ mortui iam Saülis perfidi liberos tradi sibi poposcerint, eosdémque interfecerint [e]. Neutrum probo, quia credibilius est, vt antea quoque admonui, de suis Dauidem quas acceperat à Saüle & sectatoribus illius, iniuriis agere.

3 *sensus alter.*

Caietani sententia.

b 1. Reg. 15.

c Iosue 9. 15. & 18.

d 2. Reg. 21. 5.

e ibid. 9.

De Christo secundùm mysticum constat sensum, quàm sint eum execrati Iudæi, mentitíque contra ipsum, vocantes Samaritanum, dæmoniacum, voracem, viníque potatorem, seditiosum, &c. & hæc Iudæis crimina Petro annunciante cõpuncti sunt. Hodie non desinunt Christum & Christianos execrari sub nomine Nazaræorum, idque ter quotidie, vt Hieronymus [f] & Epiphanius [g] meminit. Sed nec veriti sunt blasphemare, vt refert Cyrillus Alexandrinus [h], mentitum Deum in promissis erga Israëlem.

Mystici sensus de Iudæis Christum execrantibus cum nouatianis.

Iudæorum etiã hæresis execrationes, blasphemia.

f in c. 49 Esa. & Hæres. 29.

g in c. 24. Esa.

In consummatione, in ira consummationis.] Iam priùs dixi præterii primas duas voces a psalterio Romano, Arnobio, Cassiodoro: quod facere quoque Nyssenus [i] videtur: Augustinum legere, *annunciabuntur consummationes*. Hilarius legit *in consummatione, consummatio in ira, consummationis*

i tract. 2 in ps. 6. vlt.

in cod. Vatic. est διαγνώσονται συντέλειαι, eo modo quo legit Augustinus Latine: secernunt alij hæc à præcedente verbo, *annunciabuntur*: vt sit membrum per se, *in consummatione, in ira consummationis*, nempe (erunt,) & *non erunt*, quasi diceret, denique omnino non erunt. Omissa tropologia Nysseni, quòd *non erunt in ira consummationis*, superbia, execratio, mendacium, videlicet in consummatione seculi iudicióque: & illa quam tradit pié admodum Augustinus, vt *annunciari ex maledicto & mendacio consummationes*, cùm *comprehensi fuerint in superbia*, sit, Iudæos illis astrictos priùs culpis cùm convicti fuerint, ac sic humiliati, ob crucifixum Christum próque maledicto habitum, & subornatos mendaciter sepulchri custodes; perfici ita vt consummentur ac perficiantur, quod impediebat superbia: non consumantur & destruantur.

Tropologia.

Simplex sensus est, hostes consummandos, & quidem adeo, cúmque ira & indignatione tanta Dei, vt, quod sequentibus continetur verbis, non sint, ac desinant esse, aut in vita, aut in propriis sedibus & statu: vel, quòd *annunciabuntur in consummatione*, &, vt legit Augustinus, *consummationes eorum*, id est, vt exitiales ipsorum exitus omnes memorent, causámque dicant esse tot atrocia periuria & mendacia: &, si quis volens ac sciens peieret, nil execrabilius imprecari valeat sibi, quàm horribiles istorum ab irato Deo consummationes. Quocirca non videtur assecutus Apollinarius literalem sensum, cùm explicat, *vt in senectute eorum veniat finis terminúsque vitæ*.

Simplex sensus literæ.

Apollinarius sensum loci literalem non assecutus.

ὁ πέρας χωρισάτωσι μάλα καὶ τέρμα βίου.

Vertit Hieronymus, *consume in furore, consume vt non subsistant*, sunt vltimæ tres dictiones pro illis, *& non erunt*, & bis repetitum כלה *calleh* per verbum expressit, quia verbum est. Qua item ratione Symmachus expressit simul & causam consumptionis execrationem ac mendacium prolatum: συλλαβέτωσαν μὲ τὴν ὑπερηφανίαν αὐτῶν, ἀρὰν καὶ ψεῦδος λαλοῦντες, συντέλεσον ἐν θυμῷ, ἀνάλωσον ἵνα μὴ ὦσιν, *comprehendantur cum superbia sua, execrationem & mendacium loquentes consume in ira, consume vt non sint.* Lxx. dictum verbum sumentes pro nomine, priore loco iunxerunt præcedenti verbo *annunciabuntur*, supplendo præpositionem, aut perinde ac si esset vna de seruilibus literis בכלה nempe prima בְּכָלָה *bechalleh*: posteriore autem loco voluerunt pariter sumere tanquam nomen quod regeretur à proximè præcedente cum expressa præpositione בְּחֵמָה בְּכָלָה *bechemah challeh*. Denique potest bis repetitum nomen esse בְּלָה *chalah*, mutatis punctis, & significare *consummationem* siue *consumptionem sensim paulatimque factam*.

Spectat ad mores distinctio *in iram consummationis & consumptionis*, quam fusiùs exponit Augustinus, & indicata priùs est à me: vel synonymè accipiantur *in iram consummationis consumptionisque*, quæ est plena atque perfecta, & qua *insanitur satis*, id est valde, Deus [a] & *cuius potestatem nouit nemo, nec potest pro timore illam dinumerare* [b], sed in ea *omnes deficiunt* [c], & in *iram* quam *portare* peccantes possunt [d], & ad eorum infertur purgationem atque perfectionem. Tali prædicatores etiam ira præditos esse conuenit, vt iuxta priorem acceptionem *iræ consummationis*, consumantur peccata, ne peccatores consumantur, sed consummentur, & perficiantur, eos increpando durè [e].

a Ezech. 6. 12.
b ps. 89. 11. & alibi.
d Mich. 7. 9.
Pro sic meritorum ira, vt est dictum.
e 2. ad Tit. 1. 13.

Et non erunt.] Alij, *ita vt non sint*. Quod exposuimus, aut de morte aut de exilio, aut de casu à priore statu, opum, dignitatis, &c. & tropologicè (quomodo etiam Nyssenus [a], & Hilarius [b]) vt desinant esse peccatores id quod erant, quatenus tales, ac pro peccatis iustitia succedat. Iustificatio dici solet conuersio, quasi physicè dicas, conuersionem totius in totum, & ex vetere hat nouus homo, nóuáque creatura. *Verte impios*, ait [b] Sapiens, *& non erunt*, quod etsi significat, si voluerit Deus eos subuertere, amittuntos omnem gloriam & potestatem quam habebant, *quia cum intuerentur non sumunt omnia*, hoc est, nihil, *nec descendit cum eis gloria eorum* [c], & *deficiunt à terra peccatores, & iniqui, sta vt non sint* [d]: nihilominus aptari locus hic potest dictæ tropologiæ: vt qui peccando cùm maxime videntur esse, *soci sunt eius qui non est* [e], nempe diaboli; desinendo peccare ac malum illud esse peccati perdendo, euadant amici eius qui est ipsum ens, atque de se ipso affirmat [f], *Ego sum qui sum.*

a tract. 1. in psal. 63.
Tropologia.
Instructio magistratus.
b Prou. 1. 7.
c ps. 48. 18.
d ps. 103. 35.
Quomodo dicamur soci esse & amici eius qui est, & eius qui non est.
e Iob 18. 15.
f Exod. 3. 14.

Vers. 14.] In consummatione: in ira consummationis, & non erunt.

Et scient quia Deus dominabitur Iacob, & finium terræ.

DE priore versus parte dictum satis. Alterius sensus est, vbi in nihilum redacti fuerint persecutores Dauidis, constiteritque quanta periuria & mendacia in ipsum euomerint, futurum vt vel eorum aliqui adhuc superstites, vel alij, cognoscant & profiteantur, Deum, qui sic illius vltus sit iniurias, eiusmodi esse, vt non ab Hebræis dumtaxat, sed & ab omnibus vbique hominibus pro vero ac iustissimo & potentissimo Deo haberi debeat colique. Tunc desinent superbe illud vsurpare positum priùs in hoc sub initium psalmo [g]: *Quoniam quis audiuit?*

Sensus loci.

g vers. 8.

Id secundùm allegoriam quadrat in Iudæos, qui tandem cedent veritati de Christo; & in alios ex Gentilibus Christianos, quos eorumdem Iudæorum clades tanta, non ob aliud illata peccatum quàm quòd Christum occiderint, nec eum recipere velint, ad amplectendam fidem, & in ea perseuerandum, plurimùm confirmat. *Regnatum in domo Iacob Christum*, prædixit Angelus Mariæ [h], qui tribuum auctor erat, quibus vniuersitas hominum designatur: & ob alias causas, quas memini alibi retulisse, nec tamen prorsus ineptè coalescentem ex Iudæis Ecclesiam per Iacob, éxque Gentilibus per *fines terræ* nonnulli interpretantur, cum Augustino: *Dominus in ea parauit sedem suam, ideóque regnum ipsius omnibus dominabitur* [i]. Spectat de adeo sublimi sede ac solio, ac despicit subiectam omnem terram; nullus ergo angulus eius est, cui non dominetur & imperet. Rem tanti momenti, menti cuiusque altiùs infigendam moneri putant voce סלה *selah* & διάψαλμα: Hilarius verò vsum eius refert ad considerandum quæ sequenti habentur versu, qui est idem cum 7. Esaiæ [k]: hanc prænidit scientiam, quam essent habituri Iudæi de propagata per omnes Gentes notitia & cultu Dei veri & Christi: *Propter hoc ait, hæc dicit Dominus ad domum Iacob, qui redemit Abraham: non modò confundetur Iacob, nec modò vultus eius erubescet: sed cùm viderit filios suos opera manuum mearum in medio sui sanctifi-*

Apollinarius sensum loci literalem non assecutus.

Allegoria in Iudæos & alios.

h Luc. 1. 33.

Nec inepta loci interpretatio.

i ps. 102. 19.

k c. 29. 22. 23. 24.

cantes

Cantes nomen meum: & sanctificabunt sanctum Iacob, & Deum Israel predicabunt: & sciens errantes spiritu intellectum, & murmuratores discent legem.

Et sciens.] Legit Bredembachius, *sciant*. Sed absque auctoritate vel exemplo vllius textus, aut editionis, quod sciã. Quanquã futuris vti scripturam pro imperatiuis non insolens: & imperatiuus acriorem redderet orationem, magisque vrgentem & exprobrantem. Apollinarius sic etiam exposuit, ἵνα σωσαι.

Quia Deus dominabitur Iacob, & finium terra.] Hieronymus, *quoniam Deus dominator Iacob in finibus terra*, tametsi Treuetus recitet, *dominabitur*. Idem porro Hieronymus [a] notat coniunctionem &, additam esse; & hunc ordinem esse: *sciens quia Deus Iacob dominabitur finium terra*. In emendatis Græcis ita legitur, ὅτι ὁ θεὸς τῷ ἰακὼβ δεσπόζει, *quia Deus Iacob dominabitur finium terra*. Ita etiam in psalterio Æthiopico: vt iam Ricardus Cenomanensis mirari desinere debeat quod à Hieronymo notatum est, si excipias quòd ait additam coniunctionem ante verbum *sciens*; exprimitur enim in textu Hebræo Græcóque, qui nunc extat. Hilarius, *quoniam Deus Iacob dominabitur finem:* vel *finium terra*. Quidam Codices vt Complutenses & Regij, *quia Deus dominatur*, &c. in tempore præsenti Arnobius, *quia tu Deus dominaris in Iacob, & in fines terra*. Symmachus & Aquila, εἰς πέρατα, vel, εἰς τὰ τῆς γῆς, *ad fines terra*. Est sanè verum quòd qui est Deus Iacob, dominatur etiam finibus terræ, idque Hebræa præ se ferre possunt כי אלהים מושל ביעקב לאפסי חארץ *chi eloim moscel beiahkob leaphsé haarets*: monent Euthymius atque Nicephorus per *Deum* intelligi Christum.

Per Deũ Christus hic intelligitur.

Moraliter vt dicatur dominatus Deus Iacob finibus terræ.

Moraliter dicitur *dominari Deus Iacob*, cùm his dominatur qui supplantant dæmones ac vitia; *finibus terra*, in quibus finitur amor temporalium, per contemptum eorum. Sic Arnobius, Hugo & alij.

a Epist.135.

b 2.Reg.9.8.

c 1.Reg.24.15.

Sensus mysticus de Iudæis vel Gentium conuersione.

Tropologice circuitionem ciuitatis explicat.

d Esa.23.16.

Vers. 11.] Conuertentur ad vesperam & famem patientur vt canes: & circuibunt ciuitatem.

REpetitur versus 7. vt magis intelligatur quo tempore sint futura quæ priùs dicta sunt. vel quod per comparationem in 7. versu dictum est de persequentibus Dauidem auiditate magna, hîc reipsa passuros dicitur, non vt eam capiant, sed vt comparent sibi victum. Miphiboseth quidem Saülis nepos, Ionathæ filius aduocatus à Dauide, respondit: *Quis ego sum seruus tuus, quoniam respexisti super canem mortuum* [b]? Audiuerat forsitan persequenti illum Saül auo suo Dauidem quoque respondisse; *Quem persequeris Rex Israel? quem persequeris? canem mortuum* (fame, verbi gratia) *persequeris, & pulicem vnum* [c].

Sensus verò mysticus nihil differt ab eo qui antea traditus est, vel de Iudæorum, vel de Gentilium conuersione, nec fere occurrunt alia notatu necessaria. Symmachus hîc paulo aliter conuertit quàm ibi, & quidem in imperandi modo, ἀναπαυέσθωσαν ἐπ' ἐσχάτου, διαβιβάσθωσαν ὡσεὶ κύων λιμὸν, *reflectant se vesperi, tumultuentur tanquam canes circumeuntes ciuitatem*. Tropologicè *circuiri ciuitatem*, docet Hugo, conscientiæ à pœnitente, sicut id facere meretrix præcipitur [d]; vt,

eam purget: mundi, vt inde *resiliat* [a]; & septemplici circuitu capitalia peccata deprehendat, atque velut Ierichuntinos muros [b] deiciat: Ecclesiæ militantis, per vicos & plateas illius, exemplo sponsæ [c], vt doctrinam & mores eius amplectatur: Ecclesiæ triumphantis, per contemplationem, vt eam sibi *assumas* [d]; *circumspiciens montes pascua ipsius, & virentia quaque perquirens* [e].

Ex hac repetitione colligit Nyssenus [f], homines in alterutro seu bono, seu malo, in quo nunc sunt, fore itidem post hanc [vitam; qui nunc in impietate quasi in circuitu ambulat, neque in illa ciuitate degit, neque humanum characterem in propria vita custodit, sed efferatur canísque efficitur voluntate & proposito, eum tunc à supera ciuitate excidentem, omnium bonorum penuria & fame puniri: qui contraria vincit, procedítque *de virtute in virtutem* [g], *cantare*, vt est versu 17. laudes diuinas. Arnobius de dæmonum persecutione declarat, vt sequenti versu notabimus.

a Nahum 3.7.

b Iosue 6.16.

c Cant.3.2.

d Sap.8.2.

e Iob 39.8.

f tract.2.in psalm. Inbens seu malo in quo nũc sumus, fore nũ post hanc vitam, vnde colligit Nyssenus.

g ps.83.8.

Ad vesperam.] Hilarius, *in vesperum*, qui priore loco, *ad vesperum*, sed parum refert.

Vers. 16.] Ipsi dispergentur ad manducandum: si verò non fuerint saturati, & murmurabunt.

IN sua illa plusquam canina fame (quod priùs non est dictum) vagaturos ait tanquam mendicos huc & illuc, & cùm vnde famem impleant, diu multúmque quærendo non inuenerint, murmuraturos præ impatiẽtia. Quia porro hoc murmur malè sonat, videri etiam priùs dicta fames posset bona non esse. Idcirco iuxta mysticum sensum posset fames in versu 7. ad Gentium pertinere conuersionem: in præcedenti autem versu ad Iudæorum pertinaciam in vespera, non finis mundi, sed legis Euangelicæ tempore toto. Hilarij sententia hæc est: famémque quærentium verbum Dei nec inuenientium: de qua Amos [h]. Cyrillus [i] Alexandrinus de Iudæis adhuc in perfidia perseuerantibus interpretatur. Iudæos docet Hilarius, amissa ciuitate templóque deserto, circuituros tantùm, non inituros ciuitatem, famem passuros oblationum, hostiarum, visionum, & aduersus Deum latraturos: & dispergẽdos ad manducandum, imitando per diuersa speciem legitimi sacerdotij, holocausti, circumcisionis, quibus non saturentur, quia Deo non placent, & murmurent necdum tali fame edomiti. Eadem sententia Basilij ac Theodoreti. Euthymius & Nicephorus explicant de Iudæorum calamitate etiam corporali & mendicitate, vt non reperto cibo, murmurent contra Deum. *Murmur* tamen Augustinus querimoniam exponit Iudæorum, qui conuersi, conuersionem aliorum esurientes, nec prout volent sibi satisfacientes, illud veluti repetent alio priùs dictum versu [k], *quis audiuit?* Idem Latini plures dicunt: sed *vesperam* idem Augustinus, Cassiodorus, & alij, pro tempore sumunt noui testamenti, non pro fine seculi: atque vnum de *canibus* nominat Cassiodorus Paulum, qui orbem latratibus circuiuit tum prædicando tum scribendo. Omnium verò *murmur* querelámque esse si retribuantur ab auditoribus mala pro bonis, & sterilitas [l], vt non respondeat labori culturæque fructus. conqueri denique etiam frustratos spe sua cum Deo prædicatores. *Domine quis*

Sensus loci.

Mysticus sensus de fame Gentium & Iudæorum.

h c.8.11.12. Ibid. & in c. 40. Esa.

Paulus per vitia de canibus vt intelligatur.

i Psal.14.12. *Quomodo prædicatorum spe sua frustratorum.*

a Esa 5, 1.

a Vinea, ecclesia & synagoga.

Vesperas pro extremo vitæ. Lucifer pro Christo.

b 29 Mor. 8c. 17. vel 30.

c Exod. 17, 3.

d vers. 12.

Sensus mysticus

e 2 Reg. 9. 8.

f c. 16. 1. & seq.

.redidit. auaritiæ ὁ τύπος ? orando pro commutatione illorum, vt ait Bruno Carthusianus, vel cum intimet auditoribus obstinatis, vel secum apud se, interiúsque gemendo; tum quòd non sint tam boni quam vellent: tum ob aliorum pertinaciam. Censent alij conuenire ista Iudæis conuertendis, & aliorum conuersionem annisissimi procuraturis in fine Mundi, temporeque Antichristi, qui *vesperus* dicatur, sicut Christus *lucifer*, quemadmodum docuit Gregorius [a]. Vtrumuis admitti potest. Quis sit an non alludatur ad murmur Hebræorum contra Mosem & Aaron in deserto, quando siti premebantur [c], vel pro manna solidiores poscebant cibos? innuit Beda, Haimo, Hilarius, Euthymius, Nicephorus. Exponit Arnobius paulo remotiore sensu, de dæmonibus, qui ad vesperam nos vergere cùm animaduertunt, vt lux mentibus deficiat, tenebræque crescant; esuriant nos quasi canes, ac mentis nostræ ciuitatem circumeant, & dispersi festinent ad deuorandum vsque ad interfectionem animarum, quia hæc est saturitas eorum vt videant interire pugnantes. Hugo ad pœnitentes applicat, qui disperguntur per eremos, & varios ordines religiosos, vt manducent, id est, vt consequantur quod concupiscunt, nempe satisfacere Deo, &, si non visum fuerit eis se satisfacere, murmurant aduersus semetipsos. Dionysius accómodat etiam iustis, quamuis Iudæis conuersis in mundi fine, sed id omnibus quolibet tempore conuenit, qui panem iustitiæ, verbi Dei, Eucharistiæ quoque auidè ac deuotè appetant & sumant; sed simul cum inde tam vberem se non percipere fructum deprehendunt, quàm vellent atque deberent, seipsos acerbè reprehendunt.

Ipsi dispergentur ad manducandum.] Hieronymus, *ipsi vagabuntur vt comedant. vagationem* proprie valet יָנוּעוּ *iannhhu*, & ἀγαπήσουσι, quo Symmachus vtitur. Chaldæum verbum יְשַׂבְּעוּן *iesabeun* exponitur in bibliis Regis, *vagabuntur*: a Nebiense, *fatigabuntur*. In psalterio Romano præponitur, *ecce*: Augustinus omisso pronomine, legit, *dispergentur vt edant*, quam prius [d] imprecatus erat dispersionem, & gratulatur vt certò futuram. vel eam sensu mystico, violentam à Deo factam, hanc sponte susceptam à Iudæis conuersis intelligere cum Haimone licet, si de istis locus iste accipiatur. Dixi primum, etsi non sit primarius, de aduersarlis Dauid sensum esse, qui more parasitorum per alienas oberrare mensas cogendi essent, & alieno victitare, vt de Miphiboseth antea retuli [e]: & astu Siba sibi res eiusdem domini sui à Dauid impetrauit [f].

Si verò non fuerint saturati & murmurabunt.] Hieronymus, *& cùm saturati non fuerint, murmurabunt.* Alij exponunt אִם־לֹא *im lo*, quæ ad verbum significant, *si non*: vt valeant, *certè, profectò*, &c. & וְ *(ve)* ante vltimum verbum, vt accipiatur pro, *quando.* denique vltimum verbum יָלִינוּ *talinu, pernoctabunt* aut *dormient, hospitium quærent ad pernoctandum* seu *dormiendum:* & sit sensus (profectò non saturabuntur quando ad pernoctandum quærent) id est, incœnati diuertent ad hospitium vel dormient, hoc est, nec tectum hospitiumque reperient. Priora tradens imperátis modo, vt monui, Paraphrastes, oppositum quodammodo indicat: *& non quiescent donec saturentur &* Item Symmachus priora tradens imperatiuo modo, vt monui, ἵνα μὴ ἀγρυπνήσωσιν, *non insaturati* seu *ne ieiuni, pernoctent.* Videtur mihi Apollinarius diuersum adhuc sensum dare, quasi velit, vt qui se cibo non pollunt, sua se quam saturent ira, & bilim pascant:

ἐν δ' μάτην, πρίζωσι κεκτεάνοισι χόλῳ.

Si verò frustra, quæsierunt cibum; *frendant saturati secundum iram.*

Quanquam alius id vertat aliter. *Si verò frustra frendant saturi ex animo.* In psalterio Romano omittitur coniunctio præposita vltimo verbo, quę tamen habet emphasim, valens, *etiam nihilominus, adhuc*, &c. Augustini lectio est, *si autem non saturabuntur, & murmurabunt.* Hilarij, *si autē non saturabuntur.* &c. Hugo meminit alterius editionis, quæ, quod antè retuli Hebraizantes nónullos velle, negantem particulam repetat hoc pacto, *cùm saturati nō fuerint, non murmurabunt*, quod ipse mysticè transfert ad bonos prædicatores, qui siue in prædicatione proficiát, siue non, sẽper debent esse patientes, iuxta illud [g], *bene patientes erunt vt annuncient.*

Quod attinet ad *murmurãdo* verbum & γογγύζειν, rectè sic redditum fuit Hebræum יָלִינוּ *talunu*, quia hoc valet, & *conqueri*, non tantùm *pernoctare, hospitari, commorari.* Exemplum est in Exodo [h] & Numeris [i], וְתָלֻנּוּ *thelunah, murmurationem* [k]. Iam priùs monui allusionem hic esse ad murmur populi Hebræi aduersus duces suos Mosem & Aaronem, quòd non saturarentur in deserto. Celebris ob rem agrariã Romana seditio in qua cæsus Tiberius Gracchus [l]: & militii cétia Gordianum iuniorem, quem interemit Philippus, vt satisfaceret illis [m]: nec alia desunt etiã haud ita vetera exépla: nec dissimile in prima Ecclesia murmur Græcorum [n]. Mutuis veteres conuiuiis conciliare inter se ciues conati sũt; Minos his quę vocabat ἀνδρεῖα: Lycurgus, quæ φειδίτια vel συσσίτια; Plato quæ συμπόσια. Eodẽ partim spectabat ὀκτοστηγία & Paschalis agni celebritas apud Hebræos: ἑστιάσεις Athenienſium in Prytaneo, epulæque in Panathenæis, ac Thesmophoriis: cœnæ Romanorũ in Capitolio & in publicis sacrificiis, ad quod creati epulones, vt non cómodiore Christus modo cõciliare amorẽ inter nos voluerit quàm conuiuio sacro Eucharistiæ, quę dicitur etiam συναγωγὴ & cómunio, Charitia illa vt Gentilitia infinitis partibus melior: ad quã Christiani quoq; antiqui Dominicã adnectebant cœnam, de qua Paulus [o]: quã etiã nominabant ἀγάπην, cuius mentio apud vetustiores Patres, vt alias meminimus [p]. Idẽ prętera Christus bis magnã populi multitudinẽ diuinitus saturauit [q], eaque de causa nihil propius fuit, quàm vt Regiũ illi nomen ac honos deferretur [r], quemadmodum prima secundum Pharaonẽ Iosepho delata dignitas. Simili de [m] causa nec oliua, nec ficus, nec vitis, regiã oblatã dignitatem admiserunt [s], ne prima pinguedinis iactura faceret, secũda dulcedinis, tertia vini. His rebus designatos volunt [t] Othonielẽ de tribu Iuda, quem Ieremias [u] vocat *olivã vberem, pulchram fructiferam:* Deboram, cuius nomẽ *apem mellificam* significat: Gedeonem, qui ex Ioseph descendit, quẽ Iacob [v] appellauit *filium accrescentem*, quod viti conuenit. Hi tres detrectarunt populi præfecturam, quantum in ipsis fuit. Videlicet ad Principẽ Regémq; pertinet suamet commoda negligere, & ad subditos deriuare: vt idem βασιλεὺς qui & ποιμὴν λαῶν *rex pastórque populorum* debeat esse, quod alias [x] notauimus, immò & medicus, & panis atque vestimenti suppeditator. Id si præstare nequeat, abdicet se potestate, aut offerenti-

a Apollinaris interpretatio duplex.

Mystica translatio. Prædicatores boni, siue proficiant in prædicatione, siue nō, semper debent esse patientes.

a Pro vt ex Hebræo ibidem ad murmur populi Hebræi.

b Exod 16. 7. c. 17. 3.

c Exod 14. 11. c. 16. 2. 7.

d Exod 16. 7. 12 num 14. 27. c. 17. 5 10. Nehemiam exi gere potuisse.

e Plutarch in Tiberio

f Capitolinus g. 26. 6. 1. Similis murmurationum in re frumentaria apud veteres.

Ἀνδρεῖα.

Φειδίτια.

Συμπόσια.

Σκιροφορία.

Ἑστιάσεις.

Κοινωνία.

Communio Eucharistiæ nomen vetus

h 1 Cor. 11. 20

Ἀγάπη.

i Actorum 2.

k Matt. 14. 2. & 9.

l Ioan. 6. 15. in Gen. 41. 8. Cæsarum, pro-, reges, regnandi cupidi, regnandi cupiditatem reiiciunt & quam ita dijudicent.

m Iud 9. 7 & seq.

n Lyran ex Hebræo ibid. p. col. 16 populi præfecturæ diffidentes.

q Gen 49. 22.

Regum nomina & officia.

r in ps 22.

bus neget consensum, sicut ille de quo Esaias [a]. Exigunt hoc subditi suo iure, ac propterea constituunt regem sibi, non illius vtilitatis causa, sed propriæ; cui & idcirco cum obsequio tributa pendunt. In mensa *propositionis panes* in conspectu suo Deus volebat semper esse [b], vt sibi curæ esse intelligerent prouidentiam annonæ necessariæ, Pater noster cælestis scit quia his egemus [c], vultque pro quotidiano pane orari [d], sed absque sollicitudine [e], vel significatione quòd iniquo feramus animo tenuiorem fortunam; sicut Lazari vlceroſi nos admonet Basilius [f] exemplo, qui nec legitur quidquam, inquit, à diuite petiisse, nec vllam significationem fecisse miserabilem se statum ferre molestiùs [g]. Quod monitum valet quoque in omni alio genere rerum aliarum quæ non ad corpus dumtaxat, sed & ad animum pertineant, vt nunquam sic importunè flagitemus quid à Deo, vt non impetrantes, nec exsatiati secundùm voluntatem, aduersùs eum obmurmuremus. [Pereunt ab exterminatore murmuratores [h].]

Vers. 17.] Ego autem cantabo fortitudinem tuam, & exaltabo mane misericordiam tuam.

Quia factus es susceptor meus, & refugium meum in die tribulationis meæ.

OPponit murmuri querelisque aduersariorum, cùm sedibus pulsi suis, & per alienas dispersi, ac errantes, mendicabundi, vnde sustentent famem non reperient; gestientis animi sui festiua cantica, quibus celebret opportunam & potentem contra eosdem opem Dei, & gratias agat, quòd ab eorum adeo mirabiliter & benignè manibus fuerit liberatus. Et quidem id se facere mane velle dicit, aut citò, quam primùm, quotidie, assiduè; aut quo tempore illi quos antea vocauit *canes*, desierint oblatrare, quod noctu solent.

Christo mysticè conuenit oratio ad Patrem, de conuersione vel Iudæorum vel Gentilium, prout hactenus dictum est, gratias agenti. Est enim opus magnæ fortitudinis seu potentiæ ac misericordiæ iustificatio impij; plusquam suscitatio mortui, vel creatio de nihilo cœli terræque, vt Gregorius & Augustinus docent: & Ecclesia, ea oratione qua pronunciat, parcendo maximè & miserando manifestari potentiam Dei; item victoria de morte, diabolóque; postremò ad æternam beatitudinem liberos ab omni tribulatione suscipere. Sic fere Latini, Dionysius loqui filium Christum vult de sua resurrectione per fortitudinem seu potentiam patris; & quòd exultanter cúmque gaudio dandum ei erat, annunciare prima sabbati, eandem resurrectionem suam ex Patris benignitate tam citò factam, extractis de limbo iustis, suscitatis tunc nonnullis [i], concesso cunctis iure resurgendi tempore suo, & vt resurrectio Christi typus esset & quædam causa iustificationis nostræ [k]. Post resurrectionem quoque Christus suam, per 40. dies, inquit Dionysius, loquens de regno Dei [l], cantabat hinc celebrabat potentiam Patris atque misericordiam: vt cùm inter alia diceret *tempora & momenta posuisse in sua potestate* [a]: & dato spiritu per *insufflationem* dabat potestatem *remittendi peccata* [b]. Glossa lætitiam adiicit ab Apostolis perceptam de Christi resurrectione quæ manè contigit, post mortis vesperam: sicut alio dicitur psalmo [c], *Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia.* Alij eandem orationem tribuunt cuiuis electo potissimùm, vbi ad illud manè peruenerit quod noctem nesciat vel beatitudinis, vel gloriæ resurrectionis. Hoc manè canit Ambrosius [d] vltimum precatus, vt *quod præstolamur æternum; in lucem nobis effluat: dum hoc canore concrepat*; & Augustinus [e], manè sabbathi æternæque quietis absque vespera.

Ego autem cantabo fortitudinem tuam.] Hieronymus, *imperium tuum.* Alia psalteria Latina & Cassiodorus, præterea Faustinus [f], *virtutem tuam:* Arnobius, *virtutes tuas.* Hilarius, *virtuti tuæ.* Augustinus, *potentiam tuam.* Hebraicè עֻזִּי *hhuzzecha* à עֹז *hhoz*, *fortitudo*, *robur*, &c. Græcè, τῇ δυνάμει σου, eo modo quo Latine legit Hilarius: etsi quidam legant δυναμιν, quam Apollinarius reddit ἀνδρ&, *robur. Cantate fortitudini Dei*, est, vel Deo qui fortitudine, potentia, robore pollet: vel, cùm ab hoc sis Deo potente fortique adiutus, tum contra hostes, tum vt recte cantare possis; & in Deum transcribere fortitudinem tuam, de qua dixerat Dauid [g]: *fortitudinem meam ad te custodiam. Qui seruum* Christi est, inquit Arnobius, dicit Domino: Ego cantabo virtutes tuas; dicam aduersariis meis; non de virtute mea aduersùm vos arma corripio; sed de virtutibus Dei mei confido, exultans manè in misericordia eius, quòd tenebras peccatorum abstulerit, & dederit lucem suam in cordibus nostris. Cassiodorus accipit de gaudio ex visione & contemplatione beatifica virtutis diuinæ. Ruffinus, quando celebrabunt beati memoriam superatæ à Christo mortis, victi diaboli, spoliati inferni: simul cum misericordia, qua humanum genus redemit, & peccata dimisit: nunc non posse perfectè cantari canticum Domini in terra aliena, quandiu sedemus, & flemus *super* hos *fluctus Babylonis* [h], inter hos decursus præsentis vitæ; sed cùm transibimus *in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum Dei*, fiétque cantus *in voce exultationis & laudis* [i]; & ab habitantibus in ea domo laudabitur Deus *in secula seculorum* [k].

Et exultabo mane misericordiam tuam.] Hieronymus, *laudabo*: nempe iuxta vim vocis Hebrææ רנן *aranen*, *clara voce*, aut *cum vociferatione*, aut *cantu*, *oratione*, *iubilatione*, *exultatione.* Hanc *exultandi* positum hic exprimit verbum & ἀγαλλιάσομαι. In psalterio Gallicano apudque Cassiodorum & Hilarium (qui omittit &) *exaltabo*: qui error irrepsit in alia loca, vt scilicet vsurpetur *exaltare*, vel *exaltatio*, pro exultare atque pro exultatione, ac vice versa hæc pro illis. De hoc monui psalmo 50 [m]. *Exultabit lingua mea*: vbi sunt eadem verba Hebræum Græcúmque: sed redditum etiam ab aliis per *exaltare*: contrà in psalmo 149 [n], pro, *exaltationes*, vt esse debet, quia Hebræum nomen est רוממות *romemoth*, Græcum ὑψώσεις, habent Psalterium Romanum, Gallicanum, Augustinus, Cassiodorus, Hilarius, & passim Latini præter Arnobium qui rectam lectionem sequitur, *exultationes.* Quam-

a ibid. 7. *Patris ac missi secundùm Dei. per 40 dies à resurrectione, per Christum celebrato.*
Alia sententia & applicatio.
b Ioan. 20. 22.
c psal. 29. 6.
d hym. ad laud. sabb.
e in confess.
f de fide contra Arianos cap. 6. tom. 4. bibl. Patr.
Cantare fortitudini Dei, quid sit.
g psal. 48. 10.
h psal. 136. 1.
i psal. 41. 5.
k psal. 83. 5.
Exaltare, exaltatio pro exultare & exultatio: & vice versa.
m vers. 16.
n vers. 6.

Exultare aliquando, & exultare, laudare.

nus recipia dilerimen parui momenti sit, cum *exultare aliquid*, licet minus Latinè dicatur, intelligatur cum exultatione vocis laudare: similiter *exultare*, cum exultatione idem facere. Porro hoc eodem loco nostro legit Augustinus, *exaltabo misericordia tua*, videlicet propter misericordiam tuam. Sic etiam Apollinarius:

πᾶθεν δ' ἐλέῳ τερφθήσομαι ἄφθιτε σεῖο,
Mane vero misericordia lætabor tua.

Euthymius ita quoque declarat de exultatione in misericordia, vel in misericordiam Dei. Exultans & exultando exaltans misericordiam, id facit aliqua ratione illam expertus. Quid tibi velit *mane* prius dixi hoc ipso loco, & alibi [a], nempe non matutinum duntaxat proprie sumptum tempus, verumetiam quod citò & mature fit. Quo pacto idem Euthymius exponit quasi velit Dauid innuere quòd non sit serò Deus, sed citò miserturus. Pro tempore matutino resurrectionis Christi, vel nostræ, vel spirituali luce, quæ orbi afferat diluculum, vt Basilius ac Theodoretus loquuntur, siue hic, siue multo magis in beatitudine, vt Augustinus & alij docent.

Mane exponitur a simplic.

Quia factus es susceptor meus.] Hieronymus, *fortitudo mea*. Alij, *protectio*, *elevatio*, *protector*: sic versu 10. *fortitudinem meam ad te custodiam, quia tu Deus susceptor meus es.* Elevationem Cajetanus de pastoritio munere sumit ad regiam dignitatem promissam Dauid. Sed quid valeat *susceptoris* nomen nec non illud Hebraïcum משגב *misgan*, & Græcum ἀντιλήπτωρ, dictum satis alias: *exaltator*, Apollinarius interpretatur, id est, *vere lucem*. Cum autem hic dicitur *factus* Deus *susceptor*, Faustinus colligit [b] aduersus Arianos, aliud esse dicere aliquid factum; aliud quod sit factura: eodemque modo, creari, & quòd sit creatura: sapientiam enim æternam seu Filium Dei dici *creatum* alicubi [c], & Deum ipsum dici *factum* hoc loco: & sensum esse, quod hat Deus, aut æterna sapientia, quæ semper exstitit, ad aliquid, vt prosit: sicut etiam cum *Verbum caro factum* scribitur [d], per quod tamen *facta sunt omnia* [e].

b lib. de fide cath. cum 4. hæresib. Pseud. *Aliud est*, aliquid factum esse; *aliud*, quod sit factura: *creatum*, & quod sit creatura. *Filius Dei* non dicatur creatus & factus, vt dicatur factus. c prou 8. 22. d Ioan 1. 14. e ibid 3.

Et refugium meum in die tribulationis meæ.] De refugio egimus aliquoties. Vocant Græci καταφυγὴν vbique fere. Hic autem diuersa vox est סגוב *manos*, quæ proprie *fugam* valet, ac proinde locum quò quis confugit; vt psalmo 141. [f] *periit fuga à me*, φυγὴ, hoc est, nullum mihi effugium est, quò fugiam non habeo, nullus mihi refugij locus. Hic Chaldæam vocē רחבת *rachbath* reddunt vel spē, vel auxilium; sicut & in psalmo 59 [g]. vbi in textu Hebræo est, *Moab olla spei*, pro *spe*, Hieronymus vertit *lauacrum*: & Aquila λαυτρὸν, vt suo tempore videbimus. Apollinarius πύργον ἐτοίμιον, *turrim paratam*, hic nominat. Hugo distinguit diuina beneficia, vt sit Deus susceptor in baptismo, refugium in pœnitentia; adiutor (quod est sequenti versu) in iustitia facienda; ita vt ipsimet cooperemur; iterum susceptor in gloria:

quia Deus misericordia nostra est,
atque ista omnia ex misericordia & gratia ipsius proueniunt.

* * *

f vers. 5.

g vers. 10.

Beneficia diuina alia alijs distincta, vt sit susceptor, refugium, adiutor.

A *Vers.* 18.] Adiutor meus tibi psallam, quia Deus susceptor meus es; Deus meus misericordia mea.

HIc tandem profitetur psallere se velle adiutori suo Deo, & susceptori sue defensori, quem adeo sit expertus misericordem, vt à cuius antea [a] *misericordia praueniendum* dixerat, & *exultare velle* illam [b], hunc abstracto nomine *suammet misericordiam* vocet. Tot epitheta quibus appellat hîc priorique versu Deum, denotant ardens Deum celebrandi laudandique studium, ita vt satis multas inuenire aut satis idoneas non videatur voces quibus desiderio tanto satisfaciat, ac tándem vno *misericordia* cuncta comprehendi velit, vt obseruat Hugo. Huc pertinent diuersa etiam verba *cantandi*, *exultandi*, *psallendi*, ore, gestu corporis, pulsu instrumentorum. Diuersos quibus adiuuat Deus modos Aiguanus explicat, nempe pœnitentibus parcendo, iniustè patientibus pœnas mitigando, cum hoste præliantibus vires confortando, egenos saturando, Deo confitentes protegendo, denuò orantes exaudiendo. Non adiuuat Deus *consilium impiorum* [c]: nos verò *Dei adiutores* oportet esse [d], non autem Adoniæ (*qui seruum mærentem* significat) id est diaboli; cum Ioab, & Abiathar [e]: id est, per odium & amorem malum, iuxta etymologias illorum vocabulorum, id est, *inuictus* & *pater excellens*.

a vers. 8. 11

b vers. 11.

Sensus loci.

Adiutor in Dauid psallendi &c. vtrumque fuit.

Diuersi modi quibus Deus adiuuat.

c Iob 10. Isaiæ, Isai. &c. alij ex etymologijs d 1. Par 3. 9. e 3. Reg. 1.

Adiutor meus tibi psallam.] Complutenses ac Regij Codices Græci addunt verbum substantiuum ἐσοῦμαι μου εἶ, *adiutor meus es*. Hieronymus, *virtutem meam tibi cantabo*, ex Hebræo אזמרה קוי אליך *azzommerach huzzi alecha*. Alij, *fortitudo mea tibi cantabo*, seu *psallam*. Christus ipse vt homo agnouit suum à Deo; & ei verba illa congruunt [f], *Dominus Deus auxiliator meus; ideo non sum confusus*: dixit etiam [g]; *Pater in me manens, ipse facit opera*.

f Isa 50. 7. & 9. g Ioan 14 10

Quia Deus.] Additur, *tu*: *quia tu Deus*, in psalterio Romano & apud Gregorium [h]. Hilarius legit omisso primo nomine (*Deus*, &, *es*) *quia susceptor meus, Deus meus, misericordia mea*.

h hom 10. in Euangel.

Deus meus.] Frequenter ita nominat *Deum suum* Dauid, ex eximio quodam affectu, & amore & religione; præterea ex singulari experimento beneuolentiæ atque prouidentiæ diuinæ. non omnium est, sed & perpaucorum ita libere de Deo loqui. nam magnus ille ac diuinus Areopagita Dionysius, vt Dionysius Carthusianus monet, absolutè dicere non præsumpsit, *Deus meus*; sed ita in libris suis scripsit, *Deus*; &, si fas est dicere, *meus*.

N' omnium est dicere, Deus meus. Exemplum in Dionysio notatum.

Misericordia mea.] Tanta, inquit Dionysius Carthusianus, támq; inæstimabilis, ineffabilis ac infinita est misericordia Dei super nos, vt aptiùs dicatur in abstracto *nostra misericordia*, quàm in concreto *miserator noster*, sicut dicimus de eo quem ardenter amamus; *tu es amor meus*. Docet deinde aptiùs & conuenientiùs hoc modo describi Deum, quàm cum Aristotele per *actum purum*; cum Platone, quòd sit per se *bonum ipsum*; cum Auicenna, *bonitas pura*. Gregorius [i] autem Dei valde misericordiam exaggerans, ita præsentem totum tractat locum. Has diuinæ pietatis diuitias consideranit psalmista, cum diceret, *Adiutor meus tibi psallam, quia tu Deus*

Deo organum misericordia prauita.

i hom. 39. in Euang.

susceptor meus es, Deus meus misericordia mea. eccè perpendens, in quibus laboribus humana sit vita constituta, Deum appellauit *adiutorem*: & quia à tribulatione præsenti in requiem æternam nos susçipit, appellat etiam *susceptorem*. Sed considerans, quòd mala nostra aspicit & portat, culpas nostras tolerat, & tamen nos per pœnitentiam ad præmia reseruat, noluit Deum misericordem dicere, sed hunc *ipsam misericordiam* vocauit: *Deus meus misericordia mea.* Tum cohortàs nos ad idem vsurpandum, subdit: *Reuocemus* ergo ante oculos mala quæ fecimus; pensemus ex quanta Dei benignitate toleramur; consideremus quæ sunt pietatis eius viscera, vt non solùm culpas indulgeat, sed cœleste regnum pœnitẽtibus etiam post culpas promittat. Atque ex omnibus medullis cordis dicamus singuli, dicamus omnes, *Deus meus misericordia mea*, &c. non inuenit, ait hoc loco A Augustinus, impletus bonis Dei (siue in natura, siue in instituto, siue in ipsa conuersatione, in fide, spe, in caritate, in bonis moribus, in iustitia, in timore Dei) quid appellaret Deum suum, nisi *misericordiam suam*. Postea subiungit: *ô nomen*, sub quo nemini desperandum est. Deinde; *si dicas*, inquit, *salus mea*, intelligo quia dat salutem: si dicas *refugium meum*, intelligo quia confugis ad eum: si dicas *fortitudo mea*, intelligo quia dat tibi fortitudinem. *Misericordia mea* quid est? totum quidquid sum, de misericordia tua est, &c. Iterum lego eamdem dicendi formulam apud propheram nostrum, nec apud alium quod equidem meminerim, reperitur; *Misericordia mea*, canit ille [a], *& refugium meum, susceptor meus, & liberator meus, protector meus.* neminem etiam credo crebriùs de misericordia mentionem facere, quàm eumdem in Psalmis suis.

a pſ 143. 2. *Nemo hic propheta crebrius de misericordia Dei mentionem facit.*

PSALMVS QVINQVAGESIMVS NONVS.

In finem.

B

1 Pro his, qui immutabuntur, in tituli inscriptionem ipsi Dauid in doctrinam,
2 cùm succendit Mesopotamiam Syriæ, & Sobal, & conuertit Ioab, & percussit Idumæam in valle Salinarum duodecim millia.
3 DEus repulisti nos, & destruxisti nos: iratus es, & misertus es nobis.
4 Commouisti terram, & conturbasti eam: sana contritiones eius, quia commota est.
5 Ostendisti populo tuo dura: potasti nos vino compunctionis.
6 Dedisti metuentibus te significationem: vt fugiant à facie arcus:
7 Vt liberentur dilecti tui: saluum fac dextera tua, & exaudi me.
8 Deus locutus est in sancto suo: Lætabor, & partibor Sichimam: & conuallem tabernaculorum metibor.
9 Meus est Galaad, & meus est Manasses: & Ephraim fortitudo capitis mei.

C

Iuda rex meus. 10 Moab olla spei meæ.

D

In Idumæã extendam calceamentum meum: mihi alienigenæ subditi sunt.
11 Quis deducet me in ciuitatẽ munitam? quis deducet me vsque in Idumæam?
12 Nónne tu Deus, qui repulisti nos: & non egredieris Deus in virtutibus nostris?
13 Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana salus hominis.
14 In Deo faciemus virtutem: & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.

Titulus, & argumentum.

Vers. 1.] Pro his, qui immutabuntur, in tituli inscriptionẽ ipsi Dauid in doctrinã.

Vers. 2.] Cùm succendit Mesopotamiã Syriæ & Sobal, & conuertit Ioab, & percussit Idumæam in valle Salinarum duodecim millia.

TITULI prolixitas, vt Augustinus monet, Psalmi breuitate compensatur, sed & ea vtilitate, quòd indicet etiãdẽ siue occasionẽ, siue argumentum. Eo autẽ etiã breuiores in expositione Tituli erimus, quia iam aliis in Psalmis ex illius vocabulis nonnulla tractata sunt, scilicet contenta fere versu primo.

Pro his qui immutabuntur.] Lege Titulum Psalmi 44. quamuis ibi sit, *commutabuntur*. sicut & in Titulo 68. & 79. etiamsi legant hoc loco Glossæ, Hugo, Valentia, Cassiodorus, *commutabuntur*. Vertit hic etiam Hieronymus, *pro liliis*, licèt numero tantùm singulari sit שושן *susan*, in aliis Psalmis שושנים *sosannim*. Quid significet dictũ satis Psalmo 44. & rectè cõuenit mystico Psalmi sensu, de subiugatis à Christo gentibus per *ignem, quẽ venit mittere in terras* [b], cõuersisq; ac immutatis in melius, atque ad similitudinem fragrantium odore liliorum, rosarúmve. Extat hoc loco Græcè in datiuo, τοῖς ἀλλοιωθησομένοις; in aliis Psalmis, ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων. Habet Aquila ὀπὶ κρίνων, *in liliis*:

Mystica Psalmi sensus.

b Luc. 12. 49. Act. 2. 3.

Symma

Symmachus, ὑπὲρ τῶν ἀλλοιουμένων, *pro immutandis.*

In tituli inscriptionem.] De his verbis, & *eis ἐπιγραφίαν*, & de מכתם *michtham*, Psalmo 55. egimus. Hebræam vocem Hieronymus tanquam in duas diuisam מך *mach*, & תם *tham*, reddit, *humilis, & perfecti*, quemadmodum Symmachus, τῷ ταπεινοφρονοῦντι, καὶ ἀμώμῳ. Sed idem Hieronymus ante illa verba ponit *testimonium*, pro Hebræo עדות *heduth*. In emendatis bibliis Græcis loco eius, est ἔτι, quod significat, *adhuc*: in Psalmi 79. titulo Codices omnes Hebræi habent eamdem vocem; sed Græci μαρτύριον, *testimonium*. Adhuc *in Tituli inscriptionem* dicitur esse, quod inscribitur vt adhuc & in futurum extet memoria monimentúmque, & testimonium. Chaldaice, *pro veteri testimonio*. Treuetus exponit, *quasi rosas testimonij*, id est, fideles legis, siue ad legem pertinentes & doctores. Quod repetit Agellius מכתב *michtbau*, scribendum pro מכתם *michtham*, nobis non persuadet.

In tituli inscriptionem, quidpiam.

In doctrinam.] Hieronymus, *ad docendum*: Hilarius, *in doctrina*: nihil mendum dicas esse, cùm sit, εἰς διδαχὴν, & לְלַמֵּד *lelammed*. Sensus est, ad docendum eos qui Dauidem non agnoscebant pro Rege, vt id videlicet ipso discerent experimẽto, per tot victorias hic indicatas, quibus eum Deus illustrem reddidit, vel, vt monet post R. Salomonem, quem citat quoque Lyranus, Treuetus, vt doceat Dauid se Syros bello iusto impugnauisse, etiamsi olim fœdus initum esset inter Iacob & Laban [a], quia Syri primi violauerunt illud quando de Aram Balac adduxit Balaam ad maledicendum [b]: & sub Chusan Rasathaim rege Mesopotamiæ seruiuit populus Hebræus octo [c] annis: & auxilio fuerunt Syri Ammonitis in bello contra Dauid [d]. Vel, vt de præclare gestis rebus suis doceat posteros suos. Vel tandem, vt præcipuus aliquis inter cantores doceat inferiores traditum sibi a Dauide Psalmum illum. Sic erit hoc idem atque quod in aliorum psalmorum titulis occurrit, לַמְנַצֵּחַ *lemnaseah*, & εἰς νίκην. Hac de re dixi aliquoties, & superiorum peritiorumque cantorum distinctio ab inferioribus ac imperitioribus habetur in Paralipomenis [e]. Mystice docemur, ait Euthymius, aut gratias à gere, aut pœnitentiam.

Instar verbi.

a Gen. 31. 34.

b Num. 23. 7.

c Iudic. 3. 8.

d 2. Reg. 10. 9. 11.

Cùm succendit Mesopotamiam Syriæ.] Hieronymus, *quando pugnauit aduersus Syriam Mesopotamiæ*: licèt nostram lectionem tribuat ei Treuetus. De succensione per flammas mentio non sit in Historia Regum [f], vel in Paralipomenis [g], vt notat Augustinus, sed succensio vastationem desolationémque significat, quæ sit etiam sæpe succendendo: & Hebræum verbũ cum litera seruili, & affixo בְּהַצּוֹתוֹ *behatsothe*, valet item, *cùm desolasset*, aut, *vexasset esset* aut *pugnasset*. Hier. vocat *Syriam Mesopotamiæ*, quam Lxx. μεσοποταμίαν συρίας, & Hebraicè dicitur ארם נהרים *aram naharim*, Chaldaicè *Aram, quæ est super Euphratem*. Est ea Syriæ pars quæ *Mesopotamia* dicitur, inter Tygrim, & Euphratem, vt etiam Tacitus [h] prodit, & Plinius [i]; vocatúrque *Medoanis*, quasi media duorum amnium, ἐν μέσῳ τῶν ποταμῶν: ita vt frustra quæratur vocabuli Græci Etymologia, tanquam Hebræi, quod hîc tamen Augustinus facit: nec sumitur hoc etiam loco pro ciuitate vna, quod tamen asserunt Lyranus, & Valentia, cuiusmodi ciuitatem nullam reperio. Syriam idem Plinius [k] quondam terrarum scribit maximam, & pluribus distinctam nominibus fuisse. Etsi porro dictis locis historiæ Regum, & Paralipomenon, Mesopotamia non exprimatur: tamen, vt Euthymius obseruat, verisimile est, quod hîc scribitur de isto & aliis locis, gestum fuisse, & omissum, cum multis aliis. Certè in ea regione erant loca aliqua quæ nominantur in illis sacris libris: & 2. Regum [a], *Syria Damasci*, dum nominatur, comprehendi potest Syria Mesopotamiæ, quia idem Rex erat vtriusque, & caput Syriæ Damascus [b]: quæ quatenus habet etiam duo flumina, posset vtcumque dici Mesopotamia; quod nomen tamen pro illa non est in vsu.

a c. 8. 5.

b Esa. 7. 8.

Et Sobal.] Hieronymus, *& Syriam Soba*: quod etiam legitur Hebraicè, ואת ארם צובה *veeth Aram tsouah*, eodémque pacto Chaldaicè. Hanc Genebrardus ait esse quæ vocetur *Saphena* à Iosepho. Serarius noster [l], *Oba*. Adde Plinium [m] appellantem *Sopheneu*, sicut etiam tali eamdem nomine indigetat, Strabo [n], & Ptolomæus [o]. Non est quod Valentia ducet, *soba*, vel *sobal* nomen vrbis, sed Prouincia. In 2. Regum [p] vnus ex conductis ad bellum a filiis Ammon dicitur *Syrus Soba* ארם צובה *Aram tsoua*: in Paralipomenis [q] vocatur *Adadezer rex Soba, regionis Emath*, in 1. Regum [r] numerantur plures Reges Soba: sed Græce nunc est σουβὰ, nunc σοβὰ. In historia Iudith [s] *Syria Sobal* nominatur. Vt credi possit nomine vtroque nuncupatam regionem eamdem.

c in c. 3. Iud.
d l. 5. c. 12.
e l. 16. 12.
f l. 8. c. 13.
g c. 10. 6 c. 8. 3.

h l. 5. c. 18. 3.

i c. 14. 47.
k c. 3. 1. 13.

Et conuertit Iacob.] Hieronymus, *& reuersus est Ioab.* Narratur Ioab [t] postquam fugissent Syri, & Ammonitæ, reuersus in Ierusalem. Sed Caietanus vult reuertisse Ioab ad expugnandos iterum Idumæos, qui post victoriam Abisai, in qua occisa erant 18. millia, interfecerunt ex custodiis & præsidio Hebræorum quos potuerunt; & cùm in valle Salinarum interfecisset duodecim millia perrexit vltra, vt occideret omne masculinum, & vt Hebræos occisos sepeliret. Non video qua ratione probari hæc possint, & quod in 3. Regũ [u] de ascensu Ioab ad sepeliendum, plures de Idumæorum cadaueribus intelligunt, licèt idem ibidem etiam aliud sentiat. In Hilario non dubito per errorem poni *Iacob*, pro Ioab. *Conuerti* pro reuerti alias etiam sumitur [x], vt *conuertere* pro eo quod est facere reuerti, & reducere. Sic *conuertere captiuitatem* [y], est reducere de captiuitate, indéque redire facere. Cùm autem dicitur aliquis *conuertere*, ita vt non intelligatur de actione in alium, suppleri debet pronomen *se*, vt sit reciproca significatio.

12. Reg. 10. 14. *Cantant fictitia minus probabilia.*

Locus est Scripturæ, vbi vera interpretatio m. c. 11 15.

Error in textu vulgato. Conuerti *pro reuerti. Conuertere, pro facere reuerti.*

Conuertere captiuitatẽ, conuertere, *quid sit.*

n Oleas. 2. 9. o pl. 52. 7. pl. 125. 14. Iere. 30. 3 c. 32. 44. Thren. 2. 16.

Et percussit Idumæam in valle Salinarum duodecim millia.] Hieronymus, & Augustinus, *Edom*, ex Hebræo אדום *edom*. Hilarius omisit Idumæam & Edom. Alij, *Salis*, ex Hebræo מלח *melach*, pro *Salinarum*; quod etiam est Græcè ἁλῶν, *Salium*, vbi scilicet erat aqua salsa, salque conficiebatur. Pro valle, *phalangem* legimus apud quosdam Codices Theodoreti, ἐν φάλαγγι, pro, ἐν φάραγγι, sine dubio cum mendo. Refert Hilarius Aquilam tantùm vertisse, *cum percussis valles*: cùm autem negat id quod in Salinarum valle memoratum est, in historia, vel aliquorum translatorum intelligentia esse, miror. nam in 2. Regum [p] narratur *fecisse sibi Dauidem nomen cùm reuerteretur capta Syria in valle Salinarum, cæsis decem & octo millibus*: & in Paralipomenon primo [q], quòd *Abisai percussit Edom in valle Salinarum decem & octo millia*. Eadem porro victoria tribuitur tribus; Abisai quidem, quia initium pugnæ fecit, & sex fortasis millia solus cecidit; deinde Ioab frater

Negata huius historiæ fides.

p c. 8. 13.

q c. 18. 12.

subsidio veniens occidit duodecim; seu computatis prioribus, idem Abisai tanquam primus auctor victoriæ octodecim millia: postremò Dauidis fuisse victoria dicitur, quoniam illam duces ipsius, eiusdem auctoritate nominéque comparauerant. Innuit Lyranus hoc loco conciliationem istam, & Abulensis in 2. Regum [a], quamuis aliter Caietanus, de quo postea. Hieronymus, in opere quæstionum vel traditionu Hebraicarū [b], scribit quod attinet ad Dauidem, in quibusdam codicibus 2. Regum [c], errore scripta duodecim, pro octodecim millibus; illum autem *nomen sibi fecisse*, fornicem triumphalem erigendo: Ioab duodecim interfecisse, sicut in titulo quinquagesimi octaui (quinquagesimum nonum dicere voluit) psalmi scribitur. Cæterùm Idumæa, siue Edom, illo leniùs modo à Græcis prolata, vt Iosephus [d], & Hieronymus [e] notant, quibus Latinos adde, sub Palæstina comprehenditur à Plinio [f], generali quadam appellatione. Sicut etiam Iudæa, Samaria, Galilæa. Distinguit Marcus [g] eam à Iudæa, Galilæa, & regione trans Iordanem, quam *Peream* vocat Plinius [h]. Iosephúsque [i], quasi à πέραν. Occupabant Idumæi ad occidentem extrema Iudææ, proximáque Casio monti, nec non Arabiæ fines: & cùm Esau à monte Seir, qui & Edom, (quod est Esau epithetum) à *coctione rufa* [k]: sicut Seir, quia *pilosus erat* [l], in quo habitabat, ciúsque posteri in campestrium maximam partem inter illum & Iordanem descendissent, nomen toti tractui illi dederunt, vt Idumæa diceretur. Confundunt aliquando scriptores quidam profani cum Iudæis Idumæos, fortè quòd sub ditionem Iudæorum Idumæi redacti fuerint sub Dauide, & Salomone [m]: rursúmque post excussum iugum, sub Hircano [n], cùm alioquin inimicissimi essent, vt ex Amos [o] intelligitur, & ex Psalmo 136. [p] propter odium perpetuum Esau contra Iacob [q], ita vt quod Rebecca futurum crediderat, *non requiesceret furor eius, nec indignatio cessaret, non obliuisceretur eorum quæ fecerat ei Iacob*, tameth è contrario Hebræis Deus præcepisset [r], *non abominari Idumæum, quia frater esset ipsorum*. Male Strabo [s] Idumæos origine Nabathæos facit, & seditione pulsos patria: Stephanus [t] à filio quodam Semiramidis ortos, vt & ab alio eius filio Iuda Iudæos: sed pessimè Abenezra Rabinique alij vocant Romam Edom, & Edomæum monachum Pontificem Romanum, & quoties prophetæ vaticinantur contra Idumæos, contra Romanos intelligere, & ex Idumæorum genere Iulium Cæsarem, quíque post eum Romanum tenuerunt imperium, profectos [u] esse, refert etiam Hieronymus [x] pro דומה *dumah*, quæ Idumæam aut eius partem significat, Hebræos ob similitudinem primæ literæ ר *resc*, legere רומה *Romah*, atque de vrbe *Roma*, interpretari, quæ de Duma, vel Idumæa scribuntur. Obseruauit hæc Ribera [y] noster. Illud præterea [z] Edom, ac Idumæos interdum sumi pro Iudæis, vt in Esaia [a], & in Amos [b], propter prauos mores, quibus terreni, ac sanguinarij euaserunt, abnegato & occiso Christo, quemadmodum eadem de causa illorum *principes Sodomita, populus Gomorrhæus* [c], eorumdem *generatio de terra Chanaan, pater Amorrhæus, mater Cethæa* dicitur [d]. nos ipsi hac de re disserimus, hoc est, de acceptione Idumæorum tum propria, tum pro Iudæis, tum etiam pro Gētibus omnibus, quarum typus essent, in Actum Apostolicorum commentario [e]. Conferunt hæc ad psalmi totius intelligentiam.

Duodecim millia.] Iam dixi de duodecim millibus, & quo pacto dicantur alibi octodecim. Paraphrastes de exercitibus Dauid, & Ioab, ait cecidisse duodecim millia. Hoc nescio vnde acceperit. Sed neque Caietanus commodè satis eum exponit, vel probat, præter octodecim millia cæsa ab Abisai in valle Salinarum, postea cùm rebellassent denuo Idumæi, duodecim millia ex iis Ioab interfecisse in eadem valle.

Caietani improbata expositio.

Iam verò quod sit argumentum psalmi, elici ex dictis faciliùs potest. Videlicet Dauid totius Rex populi, ac multis partis victoriis de Syris, Moabitis, Philisthæis, parare se bellum canit in Idumæos. nam Deum qui olim permiserat hostibus populum, sed benignè postea liberauerat, támque latè dominari fecerat, victoriam quoque aduersus Idumæos concessurum. Typus autem hic est Ecclesiæ, & Christi, de quo prædicitur in hoc psalmo: Fore vt post multas tribulationes, omnes gentes, quasi dicas *Ammon*, id est, *populos*, per Euangelij prædicationem subiiciat sibi, tandémque Iudæos ipsos sub Idumæorum vocabulo, vt quidam volunt, intellectos. Hi omnes immutandi sunt, & doctrinam veram complexuri, succendendi diuino igne spiritus ac verbi, percutiendi in valle Salinarum per humiliationem cum sapore, id est, sapientem, nempe propter Deum Christúmque, vt mysticè titulum declarant Augustinus, Hilarius, & alij; quamuis Hilarius de Dæmonum quoque fracta potentia interpretetur; (quorum princeps dici potest *rex Ammon*, hoc est, *populorum*, siue *Mundi* [a], & *Soba*, id est exercitus, gloriæve mundanæ, aut desiderij, & *Aram*, quæ est Syria, nempe maledictionis eorum) & vterque per vallem Salinarum, Salúmve, designari dicant Apostolos, & eorum similes quos *terræ sal* vocauit Christus [b].

Argumentum psalmi.

Typus Ecclesiæ & Christi.

De dæmonum fracta potentia interpretatio a Ioan. 12. 31.

Valle Salinarum, vel Salinū designat Apostolos, qui terræ sal dicti b Matt. 5. 13.

Quod Græci tradunt, prædici reditum Iudæorum ex captiuitate Babylonis, & reædificationem Ierusalem: iuxta mysticum quoque sensum transferri potest ad liberationem à seruitute dæmonum, nec verum reor, quod ait Hilarius, psalmum totum tristem esse, ac mœstum. nam lætæ permixtæ sunt victoriæ priores, fiduciáque de noua adhuc acquirenda. Congruit psalmus cuiuis pugnaturo contra hostes visibiles inuisibiléque; & quod ad priores attinet, Christiano Principi aduersus Infideles.

Psalmum hunc totum tristem ac mœstum male vocat Hilarius. Huius Psalmi applicatio.

Vers. 3.] Deus repulisti nos, & destruxisti nos; iratus es, & misertus es nobis.

Sensus loci.

AD priora respiciens tempora & populi peccata Dauid, vetera memorat vniuersè supplicia, quæ pro iisdem à populo illo repetiit Deus, hostibus permittens eum tanquam iratus: quamuis tandem commotus misericordia liberauerit. Videtur autē sermo esse, non de captiuitate Ægyptiaca, nec de futura in Babylone, quod Græci tamē volūt; sed de variis bellis, quibus Hebræi vexati sunt in suismet sedibus promissæ terræ à diuersis nationibus, præsertim à Philisthęis, tū sub Iudicibus, tū dū Saül viueret, tum etiam postea cùm regnaret Dauid. Constant hæc ex historia Regum: nam eò Philisthæi redegerunt Hebræos, vt nec ferro quidem certare possent [c]; Saüle autem mortuo, qui toties infeliciter pugnauerat, iidem Philisthæi occupaue-

c 1. Reg. 13. 19.

rum ciuitates Itrael, vnde fugerat populus [a]: Dauid ipse, cum domo Saülis concertauit diu de regno, eaque de causa illud exteri multis modis vastauerunt [b].

Allegoricè ac tropologicè censeri oratio potest Ecclesiæ, vel iusti rectè immutati, ac lilij candorem induti, nitoréque rosæ, iuxta etymũ *Susan*, in titulo. Diuina emendati correptione, beneficium agnoscunt, & gratias agunt, ac deinceps auxilium perpetuum gratiæ implorantes, illi se totos humiliter subiiciunt. Berengosius integri duplicis sermonis de martyribus ex istius psalmi verbis argumentum sumpsit [c]; docẽs Christum gladio & igne huc allatis, filium separasse à Patre, nurum à socru, atque vitiorum stragẽ fecisse, vt qui in primis parentibus repulsi erant à Deo, retraherentur ad ipsum, sed pia repulsione & paterna destructione, quę sic repellit, vt reuocet, sic mortificat, vt viuificet; sic humiliat, vt exaltet; sic destruit, vt reædificet. Totus legẽdus sermo duplex.

Deus repulisti nos.] Hieronymus, *proiecisti*. Alij, *derseliquisti*, *oblitus es*, *destruxisti*: important וַתְּנַחֵנוּ *zanachthanu*, & ἀπώσω ἡμᾶς, eiectionem cum indignatione ac tædio quodam, vt nollet amplius Deus sub tutela & protectione sua illos habere. Vertit aliquando Interpres Hebræum verbum, *proijcere* [d]; & in hiphil, *pellere* [e]; *abijcere* [f], *deijcere* [g], & *iterum proijcere* [h]. Græcè nunc iis locis est, κατελείπων τινὰ, nunc ἐκβάλλειν, nunc μανίειν, nunc ἀποῤῥίπτειν. Tropologiam quam ex Berengosio attigi, priores illo attulerunt Ruffinus ac Remigius, nempe de repulsione à gaudiis paradisi, contemplationéque intimæ vitionis, atque de destructione per corruptionem passibilitatis & mortalitatis, videlicet ob primi parentis peccatum, denique de repulsa iniquitate, *ne plebem repellat suam Deus* [i], de destructo *corpore peccati* [k], vt efficiamur *ædificatio Dei* [l], & *noua creatura* [m]. Repelli superbos, curiosos, ambitiosos, ociosos, hypocritas, à Deo, demonstrat Hugo.

Et destruxisti nos.] Hieronymus absque coniunctione, *scidisti*: Alij, *discerpsisti*, *dirupisti*, *lacerasti*, *dissipasti*, *confregisti*, *deiecisti*, *diruisti*, *dispersisti*; quæ verbo פָּרַץ *paratz* omnia significantur. Græcum καθεῖλες innuit murorum disturbationem, pro quibus protectio Dei est, ac proinde illius abientiam & subtractionem. Mystycè destructio salutaris est secundùm corpus & fortunæ bona, vt sic facilius destruantur peccata, & construantur merita. Væ illis qui ita destruuntur, vt non ædificentur [n], sed charitate destituti, redigantur in nihilum [o]: expedit vexari, *in interitum carnis, vt sit spiritus saluus in die Domini* [p]. Hilarius accommodat locum totum ad synagogam repulsam, destructum templum, reiectam legem, dissolutum regnum Hebræorum, substituta eorum loco Ecclesia, cœlesti ciuitate, iustificatione ex fide, iure regni cœlorum.

Iratus es, & misertus es nobis.] Hieronymus, *iratus es, & conuertisti nos.* Alij imperatiuè *reuertere ad nos*, nempe futurum תָּשׁוּב *theshuvenu* sic exponentes, vt aliàs fit non rarò. Id hìc non probo, quia mox subditur eiusdem imperatiui expressum Hebræum verbum רְפָה *rephah*, *sana*, ἴασαι. Præcedens autem תָּשׁוּב *theshuvenu*, contrario sensu intellexit Aquila ἠμαθεῖς μετέστρεψας ἡμᾶς, *indignatus transtulisti nos*: & Symmachus ἀγρίωσας καὶ ἀπέστρεψας ἡμᾶς, *iratus es, & circumduxisti nos*. Item verbum quadratum, שׁוּבֵב *shiuvev*, valet tum *abiicere*, *seducere*, *auertere*, *conterere*: tum *reuocare*, *reducere*, *restituere*, *reparare*, *recreare*. Notionem istam secundam Lxx. secuti sunt: quemadmodum & psalmo 22 [a]. *animam meam conuertit*, ἐπέστρεψεν, *iesciouen*, ישׁוֹבֵב: vt ibidem annotauimus. Pertinet verò ad misericordiam vt iratus iuste, redire faciat eum cui est iratus, in gratiam suam, & veluti exanimatum recreet, ita vt lapsam quodammodo animam reuocet, & intrò in corpus remittat. Chaldaicè, *iratus es nobis vehementi furore, conuertere in gloria tua ad nos.*

Sed tandem posita (canit Crucius noster) *redeas, ô blandior ira.*

ira est *in indignatione Dei, sed vita in voluntate eius* [b]. *non obliuiscitur misereri, neque continet in ira misericordias suas* [c]: *cum iratus fuerit, misericordiæ recordatur* [d]: *conuertitur furor eius, & consolatur nos* [e]: *visitat in virga iniquitates nostras, & in verberibus peccata nostra*: *misericordiam autem non dispergit*, a nobis [f]; redit ad ingenium & ad id quod maximè ipsi proprium est, misereri nempe semper & parcere; *iratus alienum & peregrinum est opus eius* [g]. Ira misericors patris est, qui piè irascitur, vt Hilarius docet; occidit Deus, sed *sanas* [h], sic repellit & destruit, vt misereatur, inquit, iratus; immo, vt ait Augustinus, non misereretur, nisi irascatur. *O ira* misericors, scribit Berengosius [i], & salubris indignatio, per quam fructuosa sit omnis infructuosa conuersatio: ô ira misericors, quæ sic irascitur, vt subueniat; sic minatur, vt parcat; sic aufert, vt restituat; sic tradit, vt eripiat; sic destruit, vt muniat; sic abiicit, vt recipiat: ô quàm salubris indignatio, quæ sic auertit, vt respiciat; sic claudit, vt aperiat; sic exigit, vt dimittat; sic deiicit, vt erigat; sic perdit, vt requirat; sic amittit, vt custodiat. Addit Deum videri martyribus, de quibus ipse disputat, iratum fuisse, quando carnis infirmitate peccauerunt, sed misertum quando seipsos lacrymis pœnitentiæ post flagitia mundauerunt: iratum, quando superstitiones errorum in iis destruxit; misertum quando eis lumen veræ fidei & veritatis illuxit: & post alia multa, denuo exclamat, *O ira* misericors & incomparabilis misericordia, quæ ab omnibus vitiis humana semper emundat præcordia, per quam peccator inuitatur ad veniam, iustus ad vitam, martyr ad palmam, confessor ad gloriam. Mox subijcit Augustinianam allatam sententiam, sed amplificatam. Nó enim misereretur nisi irascatur, vt postea misereatur, præuenit enim ira, vt sequatur misericordia; præuenit lacryma, vt sequatur venia: præuenit pœnitentia, vt sequatur indulgentia: præuenit humiliatio, vt sequatur exaltatio: præuenit confessio, vt sequatur remissio: præuenit vocatio, vt sequatur iustificatio: præuenit iustificatio, vt sequatur glorificatio. Adiicit etiam & in nobis laudabilem iram esse, qua sic irascimur, vt non peccemus [k]. Qua de re diximus iampridem [l]; nec non de Dei ira furoréque [m]. Sed placuit nihilominus ex auctore qui adeo non terret, locum paulo quàm soleo fusiùs hìc recitare, quòd satis luculentam contineat eius quem tractamus, explanationem. Probabile est, quod Theophylactus [n] docet, declarans in verbis Elisabeth [o]; *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui*, & poni loco causalis, *quia*; h etiam vim eandem habere, *iratus es, & misertus es nobis*, hoc est, quia misertus es nobis: quemadmodum apud Esaiam [p]; *Ecce tu iratus es, & peccauimus*; id est, quoniam peccauimus, non est Dei maior ira, nec seuerius sine misericordia iudicium, quàm

ibid. c. 31. 7.

b 2 Reg. 1. 1. Allegoria & tropologia.

Argumentũ ex illo psalmo sumptum à Berengio. com. 2. in bibl. Patrum.

d Osee 8. 2. 5. Zacha. 10. 6. Psal. 88. 41. e 2. Paral. 29. 19. f ibid. c. 28. 14. g Esa. 9. 6. h 2. Paral. 28. 9.

i psal. 14. Rom. 11. 1. c. 6. 6. k 1. Cor. 5. 7. l 2. Cor. 5. 19. m 2. Cor. 5. 17. Gala. 6. 15. n Deus quare repellatur.

Mystica interpretatio. Quæ destruatur salutare.

o psal. 17. 5. 1. Cor. 15. 2. p 1. Cor. 5. 5. Luis accommodatio.

A

B

C

D

E

a vers. 3.

Misereri dicitur ira Dei, & in gratiam recipere.

b psal. 59. 6.

c psal. 76. 10. d Abac. 3. 2. e Esa. 12. 1.

f psal. 88. 33. 34. g Esa. 54. 10. Deus maximè proprium, misericors semper & parcere.

h Eccl. 3. 3. Ira Dei qualis sit.

Iob 5. 18. item 1. de martyr. to. 2. Biblioth. Patrum.

Deus quando martyribus irascitur: quando misertus.

Deus non misereretur nisi iratus, & quare.

Ira laudabilis quæ.

i psal. 5. Libri 1. in psal. 6.

n in c. 1. Luc. 1. 42. Et, pro quia.

p psal. 5. Vnus maior ira & misericordia iudicium quando sit.

cùm *requieſcit indignatio* eius in nobis, *& auferatur zelus* eius a nobis, *& quieſcat, nec vltra ſæuiat amplius, & non faciat iuxta ſcelera noſtra in omnibus abominationibus noſtris* a, nimirum, quia non punit hoc tempore. E contrario, *multo tempore non ſinere peccatoribus ex ſententia agere, ſed ſtatim viſiones adhibere, magni beneficij eſt iudicium, nec expectare, vt cum Iudicij dies aduenerit, in plenitudine peccatorum Deus puniat*: ſed ſtatim *peccatis in finem deuolutis ita demum vindicare; nunquam miſericordiam amouere, & corripiendo in aduerſis non derelinquere* b. Lege præterea de vtilitate calamitatum pœnarúmque diuinitus inflictarum epiſtoiæ ad Hebræos c. 12 c. & c. 3. Apocalyptis & Prouerbiorum item d 3. vbi *quos amat, arguere, corripere, erudire, caſtigare, flagellare*, dicitur Deus, quóque filiorum habet loco legitimorum. *Faciam conſummationem*, inquit Deus e, *in cunctis Gentibus, in quibus diſperſi te*, ſcilicet, *effundens vram meam in eas, quæ me non nouerunt* f, *te* g *autem non faciam in conſummationem; ſed caſtigabo te in iudicio, vt non videaris tibi innoxius.* Etiam inter homines optabile eſt, vt *corripiat nos iuſtus in miſericordia & increpet* h. Conſule Bernardi ſermonem ad ea Pauli i verba; *Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Perſecutio*, ait Cyprianus k, examinatio eſt, atque exploratio pectoris noſtri, & cùm præceſſerit diſciplina, ſequetur & venia.

a Ezech. 16. 41. 43.

b 2. Machab. 6. 13. 14. 15. 16.

c vers. 29.

d vers. 8.

e Ierem. 30. 11.

f pſ. 78. 6.

g Ierem. 30. 11.

Increpari à iuſtum in miſericordia, optabile eſt. Perſecutio quid valeat

h pſ. 140. 5.

i 1. Cor. 1. 31.

k epiſt. 8.

Vers. 4.] Commouiſti terram & conturbaſti eam; ſana contritiones eius, quia commota eſt.

Sensus loci.

INgentem trepidationem ac tremorem propter hoſtes vndique eingentes, oppugnantes, vexantes, concutientes, opprimentes, cum terræ comparat motu grauiore atque vehementiore, & cum eiuſdem dehiſcentis maiore ſciſſione. Orat autem, vt quemadmodum iam ex parte cœpit Deus, ipſiuſmet opera, per nonnullas conceſſas victorias, tantis adhuc magis dignetur mederi malis, turbulentiam adeo magnam compeſcere; commotam, iam fractam, & inclinatam ad ruinam deſtructionémque, vniuerſam terram erigere, ſarcire, integrare, ſolidare, conſtituere, ſuſtentare, confirmare; illos qui ſe quaſi à continente terra per defectionem, ſeditionem, rebellionem, ſeparauerant, nimirum Idumæos, in priſtinum compellat locum ſtatúmque; vt luxata veluti membra ad compagem redeuntia ſanitatem corpori integritatémque reſtituant.

Sóſius myſticus.

Commotionem, conturbationem, contritionem, paſſim ſumunt iuxta tropologiam ſenſu myſtico de pœnitentia, ſanitatem de gratia quâ pœnitenti Deus communicat: præterea minas, correptiones, flagella vna ex parte; ex alia autem, promiſſa, hortationes, conſolationes. Exemplum ſtatim in prima illa Eccleſia extitit, quando Petro concionante compuncti ſunt Auditores, & quos initio terruerat, mox conſolatus eſt l. Obſeruari modus idem poteſt in ſermonibus Chriſti, quorum ſumma erat, pœnitentiam indicere, & regnum cœlorum, ſicut & Præcurſor prior fecerat, & ſuos Chriſtus facere diſcipulos iuſſit. Eiuſdem rei typus fuit valida vis venti, quàdo miſſus eſt Spiritus ſanctus m: deinde terræ motus, cùm orarent Apoſtoli concedi ſibi ſermonis fiduciam n. Quæ eſt etiam huius loci allegoria de pace Eccleſiæ poſt perſecutiones.

l 2. 2. 14. & ſeq.

m ibi vers. 2.

n c. 4. 29. 30. 31.

Commouiſti terram, & conturbaſti eam.] Hieronymus; *commouiſti terram, & diripuiſti eam*, fortaſſis, *diripuiſti*, videlicet permittendo vt irrueren Philiſthæi, & occuparent ciuitates Iſrael a; *Commouiſti terram Iſrael*, ait Paraphraſtes, *conturbaſti, & deſtruxiſti eam.* Hebræa רעשת *barbhaſtha* & נחרתה *peſamtha*, ſignificant *tremere feciſti* ſeu *concuſſiſti, & ſciſſiſti*, ſeu *dehiſcere* ac *hiare feciſti* aut *diripiſti.* Commotio ac tremor terræ, id eſt, habitatorum ipſius, coruſcationibus & fulguribus Dei nonnunquam tribuuntur b; & per metaphoram inde ſumptam, *nutu tremefacere* Iouem *Olympium* Poëtæ dicunt, terribiléſque milites *fulmina* vocant *belli.* Quam dixi figuratam formam eſſe, vt bellorum motus cum terræ conferantur motibus, confirmat illa alia, cùm dicitur *terra quieſcere à prælys* c. Vtrumque pſalmo 75 d. continetur; *de cœlo auditum feciſti iudicium: terra tremuit, & quieuit*, hoc eſt, vt quidam exponunt, quaſi cum fragore ſomnóque contrui reſonuiſſi ac increpando veluti decretum ediditi aduerſus Aſſyrios miſſo Angelo, qui eorum caſtra terrore maximo perrumperet; ac longè latéque cuncta cæde vaſtaret: quo tempore viſa terra concuti atque tremiſcere, ſed illico deletis hoſtibus, conquieſcere e. Poëtis etiam profanis non infrequens deſcribendi ſic bellicas concitationes ac ſedationes modus, atque ad pugnæ ſignũ tremorem immanem excitatum f. De allata præterea tropologia meminit Gregorius g, docens quantopere vox commotionis magnæ prædicatorum commoueat terrã atque peccatores, ita vt hi qui tandem terram eſſe ſe recordantur, abituróſque *in terram* h, ac priùs requieſcebant *in facibus ſuis* i, & in eis *defixi erant* k, audito ſermone de ſuppliciis æternis, terrore iudicij, ſubtili examinatione, cõtremiſcant, impleantur gemitibus, nec ſe capientibus ſuſpiriis anxientur, atque magno pauore concuſſi, in luctu & fletibus erumpant: ſed demum poſt afflictionem de culpis, de cœleſtis miſericordiæ gaudio conſolentur. Berengoſius nuper à me laudatus in altero ſermone de martyribus l, diſertè tractat eandem ſeu tropologiam, ſeu allegoriam. Scribit commouiſſe atque conturbaſſe Chriſtum ſuis terram prædicationibus: commotione parturiri gemitum, dolorem conturbatione: ſanitatem non niſi poſt veluti commotionem ac turbationem aquæ in Piſcina m obtineri, fortaſſisque ante oculos mentis Dauidem habuiſſe languidum illum Euangelicum, qui poſt motionem aquæ ſanus fiebat n. Conducit maris agitatio conturbatióque ad conciliandam per vomitum valetudinem, cùm eum nobis Deus calamitatibus aut terroribus vomitũ procurat ignominiæ ſuper gloriam noſtram o, id eſt, ſuper his quibus improbè gloriabamur: & *diuitias deuoratas euomimus* p. Indicium eſt vim pharmacum ſuam epotum operati, quando turbantur inteſtina, commouentur torminibus, agitantur. Cœnum petus olet ſi moueatur, immotum non adeo diſplicet. *Moab requieuit in facibus ſuis*, inquit Ieremias q: *neque tranſtatus eſt de vaſe in vas, & in tranſmigrationem non abiit; ideirco permanſit guſtus eius in eo, & odor eius non eſt immutatus.* Turbata quoque capiuntur piſces aqua: felix cui turbatur mundus hic ita vt non ametur: qui cùm turbatus ametur, quomodo ei ſi tranquillus eſſet, inhæreret r: Recole dicta pſalmo 6 s. ad ea verba: *Sana me Domine, quoniam conturbata ſunt oſſa mea, & anima mea turbata eſt valde.* Aptari locus etiam

Allegoria.

a 1. Reg. vlt. 7.

b pſ. 76. 19. pſ. 96. 4. *Nutu Iouis tremefieri dyrũ vndi dicũtur fulmina & alia de mundo.*

c Iſaiæ 14. 29 Iudic. 3. 15 & alibi ſæpe ibi vt & 1. 5. 31 c. 8. 2. 1. 2 paral. 14. 12.

d vers. 9.

e 4. Reg. 19. 20 *Bellicarum cõcitationum & ſedationum deſcriptio apud poetas Tropologia.*

f Aen. 7. & alibi

g Hom. 10. in Ezech.

h Gen. 3. 19

i Ierem. 48. 11.

k Soph. 2. 12.

l tom. 2. biblior. Patrũ.

m Ioan. 5. 2.

n ibid. 7. *Maris agitatio ad valetudinem per vomitum.*

o Abac. 2. 16.

p Iob. 20. 15.

q c. 48. 11.

Felix cui mundus ita turbatur, vt non ametur

r Aug. in pſ. 31.

s vers. 3. *Loci accommodatio.*

poteſt

poteſt diſcipulis de magiſtri ſui morte plurimum perturbatis, & ob vniuerſitatis tunc totius concurſum, ſimulque propter metum Iudæorum intra cœnaculum incluſis [a], nec mœroris dari a Chriſto ſub mortem ſatis memoribus [b], *Non turbetur cor veſtrum*, neque formidet; ita vt rediuiuus eoſdem reuiſens ante omnia pacatum tranquillúmque animum annunciata pace [c] habere iuſſerit. Conſcientiam bonam vocat Bernardus [d], ſed turbatam, quæ nil molle, nil fluxum recipit, ſed à mundi aſpergine quanto poteſt preſſiùs ſe detergit, non tamen in dulcedine, ſed in amaritudine multa: quæ *turbatur*, ſed non *loquitur* [e]: quæ commouetur confeſſione ac pœnitentia; conturbatur in conuerſatione amaritudinem ſuſtinens. Anxiato ſpiritu, turbatóque corde memoria reuocanda *antiquorum*, & *operum Dei* vacandum meditationi [f]. Auguſtinus, cuius eſt hoc loco tropologia illa communis, de ſalubri commotione conturbationéq; conſcientiæ, ob diuinas in peccatores minas, indignum ſanari dicens, qui has audiens non timeat, non moueatur, non ſtimuletur, non pectus tundat, non lacrymas fundat; alibi [g] expendens illa verba [h], *conturbati ſunt omnes qui videbant eos, & timuis omnis homo*, negat homines eſſe aut ratione vti, qui non timent, ſed pecora, beſtiáſque immanes & truces.

Sana contritiones eius quia commota eſt.] Alia Pſalteria & Auguſtinus atque Caſſiodorus; *quia*, ſeu, *quoniam mota eſt*. Spectantur שברים *ſcenarim & συντρίμματα*, & *contritiones*, ſiue *fractura, ruptura, confractiones, fiſſura, ſciſſura*; vel in arce, caſtro, mœnibus; vel in corpore noſtro; vel in multorum ſocietate veluti coaleſcentium in vnum corpus; quibus omnibus verbum *ſanandi* conuenit, ſaltem figurata phraſi. Videtur autem de politico potiùs corpore ſub metaphora ab humano, ſermo eſſe, & indicari ſpem integrationis ac ſalutis eſſe, quòd non ſint vt contritiones teſtacei vaſis, *quæ non poſſunt vlira inſanari* [i], ſed tanquam corporis animatis. Deus eſt, *qui ſanat contritos corde, & alligat contritiones eorum* [k], qui medetur *contritis corde* [l], & *ſanat contritiones, diligendo ſpontaneè, & auertendo furorem ſuum* [m], hoc eſt, extremo quodam animi angore ac intimo cruciatu, *plagiſque cordis* [n], laborantibus, quibus nemo alius afferre medicinam poteſt, nec vllius pati manum valent, opem, ſolatium; fomentum affert. Grauiores ac irremediabiles calamitates eo dicendi modo declarantur, quibus à Deo ſolo remedium ſit. Transfertur tamen etiam ad animi curam, cuius etſi pars quædam ſit ſanitatis contritio ipſa quam vocant, hoc eſt, dolor de Dei offenſa, propter ipſummet Deum ex caritate amatam, ſi ſit vera propriéque dicta contritio; tamen ſanari eadem contritio dicitur; non ſolùm infuſione gratiæ, quæ ſemper fit, cùm adeſt illa, ſed etiam quatenus is qui cum contritione permiſcetur ſæpius angor, & amaritudo, remittitur; & in ſuauitatem tranſit dulcedinémque liquidæ dilectionis. & ſuauis deuotionis, vt citatus antea Bernardus inſinuat. *Cor fatuis quaſi vas confractum, & omnem ſapientiam non tenebit* [o]; & qui non vltro ſapienterque conteritur, neque ſerpentis conteret caput [p], & eum tandem Deus confringet & conteret tanquam vas figuli, *& lagenam, contritione pernalida, ita vt non inueniatur de fragmentis teſta, in qua portetur ignis de incendio, aut haurietur parum aquæ de fonte* [q]. Imploranda ſanitas fatendo peccatum; & ideo expetenda *quia peccaſti* [r]: *cor contritum non deſpicietur a Deo* [s]: *deducent oculi tui lacrymam per noctem & diem, & non tacebunt*, ſi attenderis ad contritionem magnam qua te contriuit peccatum, atque ad *plagam peſſimam vehementer* [t].

Verſ. 5.] Oſtendiſti populo tuo dura, potaſti nos vino compunctionis.

REpetit quod principio pſalmi dixerat, de calamitatibus quas populus paſſus fuerat, Deo permittente, ac tantum non ipſaſmet inferente. Ait autem feciſſe, vt experiretur grauia & moleſta; & vt degustaret amariſſimarum quaſi vinum tribulationum, quo veluti conſopitus, & ad mentis inopiam, præ mœſtitudine redactus, quid in rebus adeo dubiis moleſtiſque conſilij caperet, videre ac diſpicere nequibat. Senſu myſtico interpretantur, piis *tribulationes* oſtendi; *per quas oporteat intrare in regnum cœlorum* [d], *vias duras quæ propter verba labiorum Dei cuſtodiri debeant* [e]; mixtum hic præberi poculum ex amaris dulcibusque. Sed plura de hoc in enucleatione verborum.

Oſtendiſti populo tuo dura.] Hieronymus, *aſperitatem*. Alij, *videre feciſti*, vel *exhibuiſti grauia duraque ſpectaculi*. *Oſtendere cui piam bona*, *miſericordiam* [b]; eſt facere vt quis hæc expertatur: & a contrario, *tribulationes multas & malas oſtendere*, aut *dura & mala* [i], vt de illis experimentum ſumatur. Quo pacto Paulus [k], *Alexandrum æratium*, ſcribit *multa mala ſibi oſtendiſſe*, & hortatur Corinthios [l], vt *oſtenſionem quæ eſt curiatio eorum, & gloria ſua pro ipſis, in aliis oſtendant in faciem Eccleſiarum*: laudat etiam Hebræos [m], quòd *adiectionem oſtendiſſent in nomine Dei*: poſtremo Chriſtus dixit Iudæis [n], *multa bona opera oſtendiſſe ſe illis ex Patre ſuo*. Sed & cùm Chriſtus ait [o], *Patrem omnia demonſtrare filio, quæ ipſe facit*, ſenſus eſt, dare poteſtatem. Sic *oſtendere rem* [p], eſt facere: *oſtendere omne bonum* [q], communicare: & ita quidem vt quaſi manibus tenens, ignorare vel negare non valeas. *Via dura* quid ſint, vidimus pſalmo 16 [r]. quidque *peccata dura* [s]. His dura debentur ſupplicia. & *dura cervicis* hominibus [t], quibus etiam dura data in *lapideis tabulis* [u] lex. Sed tamen cuius iuſto Deus in hac vita *oſtendit dura*, quæ ſuus paſſus eſt filius, quæ ſancti, quæ patiuntur damnati, quæ pro præteritis pati peccatis, vt ſatisfaciat, debet; vel vt imitetur Chriſtum & ſanctos, vel ſe præſeruet à peccatis: vel vt augeat merita; vel vt aliorum procuret ſalutem. Doctrina tam difficilis obſcuráque non ab alio quàm à Deo ipſo ſeu Chriſto poteſt oſtendi, qui ſe quoque reſpondit Ananiæ, *quanta pro nomine ipſius oporteret Saulum pati, oſtenſurum* [x]. *Duros lapides* zentator oſtendit Chriſto petens verti in *panes molles* [y]: non acquieuit Chriſtus, ſed *in duritia mentis ſuæ aduerſatus eſt* [z], demonſtrans, *propter verba labiorum Dei* nobis *cuſtodiendas vias duras* [a]: duros item ſermones diuinitus reuelatorum myſteriorum, cuiuſmodi erat ille de Euchariſtia [b], flagella ſeculi, quæ ſecuturum grauiùs iudicij diem, vt ait Hieronymus [c], præcurrunt.

Hieronymum in iſtius tractatione loci tranſcripſit ad verbum Gregorius [d]; niſi dicas in Hieronymi poſtea commentarios hæc immiſſa eſſe,

---

a loan 20.19.
b Idem 14.1.
c Idem 20.21.
d lib. de conſcient.
e pſ. 76.5.
f pſ. 142 5.
g in pſ. 63.
h pſ 63.9.
i Ierem 19.11. Eſa. 30.6.
k pſ 146.3. Iſa. 61.1.
m Oſee 14 5.
n Eccl. 25.18.
Sanari contritio vt dicatur.
o Eccl 21.27.
p Gen. 3 15.
q Eccl. 12.
Senſu lari.
Senſus myſticus.
d Auuum 14. 22.
e pſ. 16.4
f pſ 4.2.
g pſ 84.8.
h pſ 30.20.
i Iuc & Dan 7.44 Ia. 1 m 4 14.
l 2 ep 8.24.
m ep ad Heb c 6 10.
n Ioan. c 5.
Deum oſtendere quæ facias, pro illi videre rem, Chriſtum omne bonum pro nomine Dei pſ 89 Reg. 14.
p Exod. 33 19
q Cantic. cap. 1 Ioan. c. 5.
r Exod. 12 9 Deut. c 6 13. Iſa. c 30 Actuum 9.15. 16 vel. 24. 12. c. 18 c 34.
s Deut. 4 11. c 5 c 5.9 10. 11. c 6 c 9.
t 2 Cor. 13
u Act. 9.16.
v Matth 4.4.
x Iob 30 21.
y pſ 16 4.
b Ioan 6.
Euchariſtia ſacramentum.
c 29. moral. c. 16 vel 18.
d Hieronymi ad verba tranſcripſit a Gregorio.

sapiunt enim prorsus Gregorianam sahiam. Ad martyrum tormenta Berengosius [a] applicat hunc locum, quibus præcedentium quoque Patrum siue Apostolorum exempla prætensa sunt: præterea ad caritatis præcepta, quæ difficilia sunt, & vix ab vllo in hac vita perfecte obseruanturitem ad quædam alia valde ardua, vt de se se comparando & disponendo ad moriendum, quale quondam datum Ezechiæ [b], & Abrahæ, de filio immolando [c], & filiis Zebedæi de calice bibendo [d].

Potasti nos vino compunctionis.] Hieronymus, *vino consopiente*: vel, vt ei Treuetus tribuit, *mœroris*. Alij, *propinasti nobis vinum soporiferum, lethale, venenatum, toxicatum*, aut *vinum tremoris, perturbationis, conturbationis, consternationis, confusionis, contusionis, toxici, veneni moriferi, fictum, distractionis operculi*, scilicet vt operiat cor & claudat, *pauoris, angoris, mœstitiæ, anxietatis, stuporis, soporationis*. Hoc vltimum est Aquilæ, qui reddit καρώσεως, sicut & Symmachus, σάλου, *agitationis* quæ fit ei similis quam nauigantes patiuntur: Apollinarius, *ἀσύνης molestiæ* Augustinus autem legit, *stimulationis*. Chaldæus Paraphrastes exponit, *calice maledictionis*: etsi Nebiensis כם הלוט *cibes diluat*, vertat, *vinum luctus*. Videtur & Hilarius mihi per *letiferum vinum* (quod corruptè apud eum scribitur cum diphthongo) intellexisse letiferum; nec enim alioqui satis constitit sententia ipsius. Est יין תרעלה *yayn tharbbelah*, vinum illis fere modis quos attulimus. Interpres Latinus quandoque *crapulam* [e] exponit nomen רעל *rabbal*: & id quod est hoc loco, *soporis* [f], Græcè, οἶνος κατανύξεως, propriè dicitur *vinum compunctionis*, aut *stimulationis*: sicut & πνεῦμα κατανύξεως vocatur in epistola ad Romanos [g], *spiritus compunctionis*; Syriace, *stupiditatis* מדערניתא *medabbaranutha*. Cum autem citet ibi Paulus aliam scripturam, & malè Origenes velit non de spiritu compunctionis eum intelligere, quasi nullibi sit locus talis, alij hunc in Esaia [h] esse admonent, post L x x. tralatum, hoc solo differimine, quòd non ἔδωκεν, vt Apostolus, id est, *dedit*; sed κατανύξεν, hoc est, *potauit*, dixerunt. Apud Esaiam ergo quod habetur in vulgata editione, *quoniam miscuit vobis Dominus spiritum soporis*, extat Græcè, ὅτι κατέσυρεν ὑμᾶς Κύριος πνεύματι κατανύξεως: in versione Theodotionis ἐκστάσεως, vel, ἐκτάσεως, *extasis, alienationis, & excessus mentis*; secundùm Aquilam, κατασοφᾶς grauis somni (quasi dicas defectum lapsumve totius vigiliæ;) & est ibi Hebræum vocabulum תרדמה *thardemah*, sicut & in Genesi [i] vnà cum nomine ἐκστάσεως, qui dicitur sopor quem immisit Deus in Adam, & in Abram, patresque ibidem Aquila κατασοφᾶν interpretatur, Symmachus κάρον: quæ dictiones valent somnum grauem, quemadmodum & καρώσεις, qua vtitur Aquila hoc loco. In historia Regum [k], qui *sopor* Latinè, Hebraice תרדמה *thardemah*, vocatur Græce βάμβος, *stupor*, à Symmacho κάρος, ab Aquila κάλαζα, a Theodotione ἔκστασις, à Lucifero, *torpor*.

Cæterùm in eo Pauli loco videtur sermo esse de Iudæorum execratione, insensibilitate, obstinatione, quasi clauis firmiter immobiliterque confixi essent, vt placet Chrysostomo, Theodoreto, Oecumenio, & Suidæ: aut de stimulo & calcari, quo incitarentur ad malum. vt exponit Anselmus: aut de eodem, vt Ambrosius, vt dolerent abolere traditionem per Euangelium: aut denique cum Hesychio nomen κατανύξεως à κατά *nox*, & νύσσω *dormio*, prorsus ac si esset κάτανυσις, *quies*, & *somnus profundus*, vt iuxta Origenis expositionem, obruti conterentur sopore, atque si *compunctionis* vocabulo vulnus & dolorem inuti velimus, præ illuus vehementia essent alienati à se demenesque, vt Cyprianus [a] etiam intellexit. Affinis est alius [b] Esaiæ locus de *spiritu vertiginis*, quem Deus dicitur misisse, πλανησεως *erroris* עועים *bhuubhim, inconuationum*, vt eo laborantes omnia putent circumrotari, circumagi, circumferri, tandemque corruant in terram; & de illis dicatur qui nihil rectum videre vel intelligere queant. Tertullianus [c] quandoque *amentiam*, vel *quasi amentiam* est interpretatus illum Adæ sopore, nimis tamen catachretice, ac etiam minùs vere. Ex dictis de Pauli & aliorum locis, percipi facilius potest quid sibi velit *vino compunctionis potari*: nempe quodam veluti malorum sopiti lethargo, vt nec dispiciatur puniens Deus, nec iniri consilium possit quid agatur. Satis constat hebetari ac sopiri sensus vino posse, vaporibus eius cerebrum petentibus, perturbantibus, principium neruorum sensationisque obtundentibus, lethen obliuionémque inducentibus, vt de sicera & vino scribitur in Prouerbiis [d]: quia verò pungentibus vellicantibúsque opus remediis est, ad lethargum tantum ac veternum excitandum, *compunctionis* vocari *vinum* videtur. Nisi malis ipsammet appellare letiferam percussionem vocabulo *compunctionis*.

Alludit fortassis hoc loco vates noster ad morem propinandi damnatis vinum, de quo alias [e] egimus, vt significet adeo grauem afflictionem ac si mortis iam lata sententia, propinatum poculum damnatorum esset, vt quidam alius Propheta [f] loquitur, seu, vt hoc loco Paraphrastes, *maledictionis*: præbebatur autem præsertim crucifigendis, cuiusmodi homines [g] lex *maledictos* nominat. Illustrari adhuc hic locus potest verbis Nahum [h], *agitatores consopiti sunt*, Hebraicè *crapula*, aut *ebrietate capti commouique* תרעלו *borbbalu*, nempe qui priùs erant fortissimi ac ferocientes, torpescent, iacebunt sine sensu, exanimabuntur ebriorum more. Dicitur quoque Deus *inebriare calice iræ suæ* [i], & *dextera*, eóque *consopire* [k]: idem valet *calix in manu Domini vini meri plenus mixto*, ex quo bibant peccatores [l], sed & iustos vult Deus bibere huiusmodi vinum; vt quamuis vbera ipsius lacte redundent, & *meliora* sint *vino* [m], quatenus ad benignitatem propensior est, in sua tamen sponsa requirat vbera sicut *boues vincæ* [n], vt nimirum se ipsam tractet austerius *dignis pœnitentiæ fructibus* [o]. Obseruat Bernardus [p] religiosis lac apponi, quibus omnia suauia, quæ geruntur in ordine, vel præbentur, vigiliæ, cibi, labores, panni, parúmque illud est quod magnum est in exercitiis sanctæ conuersationis: vinum, ei qui tribulationibus animæ corporisque torquetur, quamuis non cedat, nec recedat: primum, feliciorem esse; secundum, fortiorem: vtrumque Deo placere, qui *bibere* dicitur *vinum suum cum lacte suo* [q], & inuitat ad *emendum sine argento vinum & lac* [r]; huic autem illud præponere, quia tribulationis perseuerans perpessio maiorem habet mercedem.

Berengosius [s] *vino compunctionis* potari scribit eum cui *dura offendit Deus*, tribulationum & persecutionum, túnque ad se reuertens, internæ compunctionis gratia perfunditur; quod etiam

Κατάνυξις.

a Ser. de orat. Dom. & lib. 1 epist. 11 3.
b ...19.14.
c Lib. de anima c. 21 & 43. *De Adæ sopore interpr. a Tertullianus.*
Vino cõpunctionis potari *quid sit.*
d Prou. vlt. 6
e *Alluso.* ...in ps. 44.
Damnatis vinũ propinandi consuetudo.
f Amos 2. 8.
g Deut. 21. 23.
h c. 2. 3.
i c. 15. 12. 24 9. 12. thre. 4 21.
Apoc. 14. 10. c. 16. 19.
k Abac. 1. 16. *Cur etiam rubri vino cõpunctionis potari dicti sint.*
Vinum fortibus tantum et qui tribulationibus exercentur, Bernard. existimatur.
l Ps. 74. 9.
m Cant. 1. 2. n c. 7. 8.
o Luc. 3. 8.
p Lib. de conscien.
q Cant. 5. 1.
r Esa. 55. 1.
Vino cõpunctionis quis potari dicatur.
s Sermo. 2. de martyr.

vo cat

vocat poculum caritatis, & *talicem inebriantem praclarum* [a]; & ex *vino conflato cum musto malorum granatorum* [b] ob permixtionem bonorum operum, & feruorem quo vitiorum, sicut musti per calorem suum, sordes expurgentur; & tolerantiam tribulationum plurimarum, quas tot deligant pomi granati grana, quas reddit suauiores color, Christi cruorem pro nobis fusum repræsentans, quem sponsa etiam *candidum* vocat innocentia, passione *rubicundum* [c], quique inuitat vt bibant amici, & *inebrientur carissimi* [d]. Docet præterea, Dauidem, Magdalenam, Petrum, de hoc bibisse compunctionis vino, & vltimum quidem cùm præter lacrymas; trinæ reddidit negationi trinam amoris professionem.

Sectantur quoque Græci tropologiam in hoc *vino compunctionis*. Basilius in homilia verbum interpretatur, quo cor obduratum ad facultatem sentiédi ducitur. Euthymius ac Nicephorus docent esse calamitates quæ compunctionem afferunt, atque pœnitentiam eorum delictorum ob quæ Deum contra se quis prouocat. Addit Nicephorus, τὸ σωτήριον κήρυγμα ὑφαῖνον ἡμῖν, καὶ πρὸς μετάνοιαν ἄγον. *Euangelicam prædicationem quæ simul exhilaret, & ad pœnitentiam inducat.* Hugo Cardinalis præsentis conditionem vitæ per *vini* & *compunctionis* vocabula denotari dicit, vt ex dulcibus & amaris constet; Dei præterea consuetudinem, quæ sic attemperat res nostras dum viuimus, tanquam duo illa dolia bonorum malorúmque quæ iacebant in Iouis limine, vt Boëtius [e] hac ipsa de re scribens memorat, & ab Homero [f] proditum est, posteáque etiá à Platone [g].

Multa vinú secundùm mysticos sensus significat, variosque operari dicitur effectus. Errare facit *in merū ebrij* [h]: vel *nescire* [i], vel *luxuriari* [k]: è contrario *lætificat* [l] hîc, & æterna postea iucunditate replet [m], & *germinat Virgines* [n]. Cauendus aureus Babylonis calix [o]; quia *flebunt ac vlulabunt* hoc ebrij vino, quando *peribit ab ore eorum* [p]; nunc delectans dum *flauescit, & splendet color eius in vitro, blandéque ingrediens, sed in nouissimo mordens* [q], *decipiens* [r], *seducens mentem* [s], reddens insensibilem, etiamsi *nascatur in manu spina* [t], denique *fel draconum* est hoc *vinum* [u]. Similis phrasis Psalmo 79 [x]. *Cibabis nos pane lacrymarum, & potum dabis nobis in lacrymis.* Eadem phrasi vocant aliqui poëtæ amoris & desiderij poculum, ac similibus aliis modis. Mutuari possumus ad hunc illustrandum locum quę in sua Delrius Adagialia sacra contulit super eodem loco [y]; de cratere malorum, de poculo φιλοτήσιον initio conuiuij ad odium omne deponendum mentemque amicitiam, & societatem in bona aduersáque fortuna: & ἀγαθὴ δαίμων, in fine, ad felicia precandum inuicem, de calice vitæ ac mortis. Distinctè præterea recitat vndecim loci præsentis expositiones: quas facilè deprehendes in his quas ipse attuli. Valet item ad vocis Hebrææ maiorem notitiam, quod ait, Germanis *rega*, dici venenum quo mures tolluntur: Hispanis *resialgal*, voce Arabica. Vltimam vocem nondum reperi. Legendi etiam de poculo damnatorum ex nostris Ribera [z], & Roa [a]; item Galatinus [b], Baronius [c], Caietanus [d], Arboreus [e].

[a] Ps. 22. 5.
[b] Cant. 8. 2.
[c] Cant. 5. 10. d. Ioan. cap. 13.
[d] Dauid, Magdalena, Petrus, vtrq; compunctionis pat.
[e] Tropologia.
[f] Vini & compunctionis peculiaris proprietas ex diuersis scriptis.
[g] de consola. prosa 2. [h] Iliad. vlt. Mystici sensus de vino.
[i] de repub. [k] Eccl. 19. 2. [l] Psal. 20 1. [m] Eph. 5. 18. [n] Psal. 103. 15. [o] Matth. 26. 29. [p] Zach. 9. 17. [q] Apocal. 16. 19. [r] Ioel. 1. 5. [s] Pro. 23. 31. [t] Abac. 2. 5. [u] 1. Esdr. 3. 18. [x] Prou. 26. 9. [y] Deuter. 32. 33. [z] vers. 6.
[a] tom. 2. adag. 81.
[z] in Amos 2. 2. [a] 2. Iugul. c. 1. Soy. [b] Lib. 8. c. 19. [c] [d] [e]

Vers. 6.] Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus, vt liberentur dilecti tui.

A Diuersùs præcedentes calamitates, contráque timorem futurarum, ait, Deum, sicut olim fecerat per vaticinia, seu prædictiones, & prodigia, ne viderentur casu, vel temporum quadā vi iniuriáve contingere, ita dedisse tádem populo ipsum colenti & metuenti, significationem, qua monerentur, vt fugerent hostilem arcum; signum etiam veluti erexisse, ac vexillum, ad quod confugere tutò possent ab hostibus, & qui Deo cari sunt, liberari. Id Genebrardus cum aliis per precantis accipit modum, vt qui dedit signum prioribus, & erexit signilu, nunc id etiam faciat, & animum videlicet in bello det militibus, elato altè signo. Iansenius de signo tantùm quod modò sit datum, interpretatur, séque ipsum Dauidem innuere illud esse signum, quatenus in Regem inunctus sit, eiúsque opera voluerit Deus regnum integrari. Vatablus & alij exponentes in præterito, volunt significari fiduciam magnam ex affulgente quasi signo testimonióque diuinæ bonitatis, & fauoris, perinde ac si expanso iam vexillo in illis triumphet Deus. Gagneius explicat, conspecto salutari vexillo signóque, cùm id hostes viderint, arrepturos fugam, simul etiam ac perspexerint correptum Dei manu terribilem contra ipsos arcum. Agellius existimat, ad malorum commemorationem hæc pertinere, nempe ad pugnam in qua Saül à sagittariis insequentibus vulneratus est, & eiusdem exercitus fusus fugatúsque, vt signi miraculique potuerit loco videri, quòd euaserit populus Dei, & cultores eius. Confirmat à simili, cùm scribitur [a], *factum grande miraculum, vt Chore perentes filij eius non perirent*: vbi LXX. vertunt, quòd, ἐγένοντο εἰς σημεῖον, *facti sunt in signo*: & Hebraice, לאות *lenes, in signum*, eo ipso nomine quod habetur hoc loco. Affert præterea Ieremiam [b]; *Leuate signum in Sion, confortamini, nolite stare*; scilicet non vt resistatur, sed vt fugiatur ad loca tutiora. Caietanus legens, *dedisti metuentibus te signum ad insignitos esse a faciebus veritatis*, declarat significare Dauidem sibi quas indicauit priùs calamitates euenisse, illam præcipuè, qua rebellauit Idumæa, quia Syria (sub qua & ita comprehenditur) subacta, *fecerat sibi nomen* [c], erigendo fornicem; quæ dici potest *facies vanitatis*, non autem *veritatis*, secundùm quam soli Deo, & non Dauidi victoriæ memoria debebatur, quo etiam nomine Saül, id est, quia erexerat fornicem sibi, reprehensus videtur [d].

Caietani expositio, vt aliena ab editione nostra, reiici debet, quamuis etiam concederemus, fornicem, arcúmve triumphalem erectum à Dauide, non ideireo reprehendendus necessariò esset, aut propterea negare id oporteret, noménque illud aliter interpretari cum R. Salomone, quem Lyra sequitur [e]: quia sepeliuisset Dauid cæsos Idumæos. Abulensis [f] cum Hieronymo, & Magistro historiæ Scholasticæ, sentiens de fornice illo, probat ea in re non peccasse, sed laudabiliter etiam fecisse; quamuis fortassis Saül peccauerit [g], quod est tamen incertum: quia res per se indifferens est, rectéque fieri potest, vt idem Abulensis demonstrat [h]. Ex aliis dicendi modis hi placent magis qui *datum signum* in meliorem sumunt partem, atque, quod Hilarius ait, vt gratulantem vocem; ita vt significet Dauid præsenti ac euidenti fauore affluisse afflictis Deum, vt euadere possent, nec ita commode puto recipi posse Agellium; vt neque satis propriè *signum* de ipsomet rege Dauide: quod docebat Iansenius.

Sensus loci.
Genebrardi & aliorum expositio.
[a] Num. 16. 1. 2.
[b] c. 4. 7.
[c] 2. Reg. 8. 13.
[d] 1. Reg. 15. 12. *Caietani expositio reiicitur.*
[e] in 2. Reg. c. 18. [f] ibid. q. 6. *De fornice à Dauide erecto varia eorum sententia.*
[g] 1. Reg. 15. 12.
[h] ibid. q. 13.

Paulò

Paulò probabilior esset Agellij opinio, si *signum* sumeremus *ad fugiendum a facie arcus*, eo modo quo Treuetus, vt scilicet ex tanta strage illa quam sagittarij fecerunt, discerent Hebræi sibi cauere in posterum, & sagittandi etiam ipsi artem maiorem sibi compararent, quemadmodum Dauid postquam planxit mortem Saülis, & Ionathæ, præcepisse legitur vt *docerentur filij Iuda arcum* [a]. Sed nec dum hac in re acquiesco.

Plurimi extendunt sententiam tropologicè, vt afflictiones diuinitus intelligamus immitti ad salutem, ac tanquam signum, vt fugiamus ab immunenti nobis hoste inuisibili, à tentationibus occasionibúsque peccatorum, à damnationis in extremo iudicio sententia, ab æterna ipsa damnatione: existimemus beneuolentiæ atque diuini signum fauoris cùm à Deo castigamur, vt scilicet in æternum parcat, & corripit ne in æternum damnemur [b]; quod censeri potest inter signa prædestinationis. Sic præter Enarratores Gregorius [c], Hieronymus [d], Thomas [e]. *Signum* quoque de crucis Christi vexillo, vt *socij passionis* efficiamur, si volumus resurrectionis [f]; vel de scripturis diuinis, quæ præmonent, interpretantur: arcum ideo de iudicio, quia quasi extentum terret ac minitatur, vt postea magis feriat. Crucis lignú baptismique signaculum hîc exprimunt Basilius, Theodoretus, Nicephorus, allato typo sanguinis, quo illinebantur postes Hebræorum [g], & signi *Tau* quo frontes [h]. Hilarius addit signum fidei in cordibus, testimonij in operibus, victoriæ in martyriis. Arnobius exponit quo tempore potabantur Hebræi, *vino compunctionis* in Ægypto, Deum dedisse significationem sanguinis agni. *Stat* non Christus tantùm *in signum populorum* [i], ac veluti vexillifer, cuius item typus, *serpens æneus* [k] *positus pro signo*, נס *nes*, *vexillo*, sed mater eius etiam, vt sub illius omnes præsidium vexillúmque cõfugiant: ac de inimicis triumphent. Crux character & signum est atque vexillum Christianorum, qui *nomen agni, & nomen patris eius in frontibus scriptum gerunt* [l], vt & reprobi *bestia* [m]. Salutare ac futuræ signum, seu symbolum vitæ apud Ægyptios etiam erat τ liteta, cámque Serapidis pectori insculpebant [n]: quemadmodum ex oppositio funestum erat (θ) *theta* Græcis Latinísque [o].

Dedisti metuentibus te significationem.] Hieronymus, *signum*: Alij, *vexillum*, aut, *tentationem*. Est נס *nes*, à radice נָסַס *nasas*, *signum*, *vexillum*, *velum* quoque *nauis*. pro *tentatione* esset à נָסָה *nasah*; sed quamuis ita quoque Felix reddiderit: exemplum nullum reperio, verùm מַסָּה *massah*, dumtaxat. Sensus esset, dari afflictiones ad tentandum & probandum: velléque Deum, nos intelligere, quomodo, vt ait Gregorius & Hieronymus, percussurus sit in Iudicio, quando non parcens iudicabit, qui sic districte modò percutit quando parcit. Qui captat auem, feráinve, signa remouet, quibus perspicere periculum possit, silétque ne strepitum sentiens illa fugiat. Deus qhia nos euadere vult, dato monet signo. Hoc vexillum dilectionis ipsius censeri potest, quod iuxta Hebræum textum dicitur in Cantico [p], vbi legimus, *ordinauit in me caritatem* דִּגְלוֹ אַהֲבָה *diglo ahauah*, nec inepte, *signum lumen vultus Dei si per nos* [q], hîc reuocetur, quod Hebraice est, *eleuare tanquam signum vexillum fauoris*, nimirum diuini. Offertur quidem multis ista diuinæ beneuolentiæ significatio; sed solis metuentibus data tur, ita vt etiam oblatam recipiant, quia soli hunc timorem diuini iudicij ex tribulationibus præsentis vitæ meditantur, ac æstimant: cæteri *vino compunctionis* potati, de quo diximus, & obstupefacti, sine sensu & cura sunt. Est quoddam commonitionis indicium Dei, inquit Ambrosius [r], videre quod metuis, vt possis intelligere plus superesse quod metuas. Dum enim cauti sumus ad ea quæ cernimus, cautiores ad illa efficimur quæ speramus (id est, expectando timemus) vir autem sapiens his actibus terrenis instruitur, quemadmodum futuri seculi debeat declinare iudicium, &c. Christus ipse diserte ac fusè præmonendo dandóque signa in sole, luna, stellis, &c. munivit aduersus persecutiones destructionem Ierusalem, aduentum quoque Antichristi [s], ac expresse dixit [t]: *ecce prædixi vobis*. Denique in Apocalypsi adeo multa de huiusmodi rebus reuelauit. Antequam reis ium parentibus primis Deus pronunciaret sententiam, voce sonóve ac fragore qualíque tonitruo quodam edito *deambulabat in Paradiso* [u]: posuit *signum in* [x] *Cain*, qui creditur tremor in corpore fuisse, siue motitatio, quassatio, querceri querquerive corporis cum vultus pauore & consternatione, non autem fronti impressa litera, vultus truculentus, prædux in via canis, aùt quid aliud: ante diluuium centum iussit annis fabrefactione arcæ, mundum præmoneri [y]: non priùs incendit Sodomam quàm Lot misso, ipsius per eum generos admoneret [z]: multis priùs plagis moneri Pharaonem, Ægyptiósq; per Mosem fecit, quàm illos in mari rubro submergeret [a]: Peccanti Dauid bis, per Prophetam bis Deus renunciari pœnas imperauit [b]. Intentari Niniuitis minas voluit, vt cauerent [c], vt obseruant Theodoretus [d], Hieronymus [e], Chrysostomus [f], Basilius [g], & in genere docent minari Deum tristia, ne inuehat; neminem punire desiderantem comminari; velle vt nos terreant verba, ne conturbent, & incendant facta: non clam ingerere supplicia, sed priùs minari, vt inuitet ad pœnitentiam. Pertinent eodem parabolæ Christi de Villico [h], de non vestito veste nuptialem [i], de decem virginibus [k], de seruo debitore [l], de alio percussore conseruorum [m], de diuite & Lazaro mendico [n], nisi malis historiam esse; de zizaniis [o], de sagena [p]. Denique *si clanget*, inquit Amos [q], *tuba in ciuitate, & populus non expauescet? si erit malum in ciuitate quod Dominus non fecerit? quia non faciet Dominus Deus verbum, nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos prophetas.* Sic ictum fulminis præcedit fulgur. Spectat præterea ad argumentum beneuolentiæ diuinæ, quòd Christus *fugere* suos præceperit *in persecutione* [r].

Vt fugiant à facie arcus.] quem videlicet Deus minitans [s] tetendit, *A facie arcus fugere*, idem est quod ab arcu ipso. Euthymius exponit etiam *à sagitta*, quæ veluti arcui præeminet. sed primum melius, ac similibus exemplis aliis in scriptura conuenientius. Alij porro vertunt, *ad eleuandum, propter veritatem*, aut *à facie veritatis*, id est quòd eleuent erigántve, videlicet signum & vexillum, aut quod eleues tu ipse, vt ostendas promissiones tuas esse veras. vel vt exaltentur siue triumphent, quasique vexillent in signo & vexillo propter veritatem promissionum tuarum. Fauet Chaldæus, exprimens Abraham, cui factæ promissiones, *vt exaltentur in illo*, nempe vexillo, *propter veritatem Abraham*: vel, *vt insignantur à facie*

veritatis,

[a] 2.Reg.1.18.
[b] Apocal.3.19.
[c] 1.Corin.11.32.
[d] lib.19.moral.c.6.vel 28.
[e] 1.2.q.87.ar.ad 2.
[f] 2.Cor.1.7.
[g] Exo.12.22.
[h] Ezech.9.4. Apoc.7.2.
[i] Esa.11.10. Mater Christi signumpopulorum *fuit.*
[k] Num 21.8. Crux character, signum & vexillum, Christianorum.
[l] Apoca.14.1.
[m] c.13.16.17.
[n] Rhodig lib. 10.c.6. Martial lib. 7.epig 31. Pers.sat.4.
[o] Sensus verborũ
[p] Deus in nubib. quomodo sit percussurus.
[q] Vexillum dilectionis Domini
[r] c.2.4.
[s] Fugiant à facie arcus.
[t] Mat.24.24. Luc.21.11.& 22.
[u] Mar.13.23.
[x] Signum in Cain positum, quale creditur fuisse.
[y] Gen.5.32.
[z] Gen.4.15.
[a] Gen.6.14.
[b] Gen.19.14.
[c] Exod.3.vsque ad 14.
[d] 2.Reg.12.c.24.
[e] Ionæ 3.4.
[f] Ibid.
[g] Ibid. Finem cur pœna minatur non sit Mat. & hom.35.ad pop. & hom. de pœnit. & ho.de pœnitud. cum c.15. Et. Christi parabolarum applicatio.
[h] Luc.16.1.3.8
[i] Mat.22.11.
[k] 25.1.
[l] 18.26.
[m] 24.49.
[n] Luc.16.20.
[o] Mat.13.25. & seq.
[p] Ibid.47.
[q] c.3.6.7. Argumentum beneuolentiæ diuinæ, fuga sibi imperata in persecutione.
[r] Mat.10.23. 23.
[s] ps.7.13 thr. 3.23.

veritatis, hoc est, vt exponere dixi Caietanum, non delectentur formicæ, arcu triumphali, trophæo, sed vera laude & gloria quæ in solo Deo est. Vel, vt *fugiant a facie veritatis*, id est, auditis monitionibus diuinis veris. Hebræa sunt לְהִתְנוֹסֵס מִפְּנֵי קָשֶׁט *lehithnoſés mippene koſet*: primum vocabulum cum litera prima seruili est in hithphael, habetque paronomasiam elegantem cum præcedente nomine נֵס *nes, signum*, aut *vexillum*, de quo egimus: & tum *fugere*, tum *erigere signum*, potest significare. Vltimum (nec enim difficultas est in secundo) significat *veritatem*. Sed sine dubio legerunt Lxx. & Hieronymus per (ת) קשת *koſeth*, qui est *arcus*: nec verò male arcum dixeris esse veritatem; quia ferit etiam eminus; & qui eam profert iacitque, vt feriat, adducit ad se quodammodo velut arcum, atque seipsum prius ferit, & ex intimo pectore mittit: quòd si veritas minax est asperiorve, percutitur ab ea priùs is qui eam profert, & dolore cordis intrinsecus tactus, quodammodo proloquitur, quod minando fecisse dicitur Deus [a]. Trita illa etiam ratio, quòd in arcu quàto longiùs trahitur chorda, tanto de eo districtior exit sagitta: ita verò extremi iudicij dies quanto longè differtur, vt veniat, tanto cùm venerit de illo districtior sententia procedit. His ipsis verbis hoc Hieronymus [b], & Gregorius [c] tradunt: extendi autem ad præsentis quoque temporis animaduersionem potest, vt quod ait ille, *tarditatem Dei supplicij gratiæ compenset*. sed & in *arcu* Gregorius [d] adhuc attendit quasi ex insidiis percutientem Deum.

Varia item *arcus* notio gignere alios morales sensus potest, ti scripturam, insidias, cupiditatem, crucem Christúmve passum (cui conuenit etiam arcus cœlestis imago i potentiam & huiusmodi alia intelligas, quæ sunt etiam psalmis aliquot præcedentibus indicata. Subtiliter Augustinus de scripturis *arcum* interpretando, ait, fortitudinem seu rigorem duritiámque veteris testamenti quasi neruo quodam flexam, & edomitam, hínceque tamquam sagittas emitti Apostolos, vel diuina præconia iaculari. Verum victoriæ genus ac triumphi ab arcu cupiditatis fugere, ita vt aptè notio Hebræi verbi tali proposito congruat. Postremò notanda orationis amphibologia, vt *fugiant a facie arcus*, vel, *hostes a facie arcus*, vel, *ab a facie arcus eorum*. Hoc secundum melius.

Vt liberentur dilecti tui.] Ante ista est סלה *ſelah*, & διάψαλμα; quamuis referant ea nonnulli ad eundem versum; quod ad sensum, non valde refert. Hanc Euthymius & Nicephorus causam dicunt, cur signum datum sit. Hieronymus, *amici tui*, יְדִידֶיךָ *iedidecha*. Chaldaicè, *propter meritum Isaac redimentur dilecti tui*. Tale illud [e], *propter electos breuiabuntur dies illi*. Liberatio mystice ut a seruitute Diaboli, peccati, corruptionis [f], æternæ pœnæ, per filium [g], per spiritum [h], per veritatem [i]. Detinetur *veritas Dei in iniustitia* [k], sic detenta quasi compedibus constricta intra intellectum non prodiens in opus liberare non potest. *Puerum Israël dilectum* vocabat Deus [l]: & Christus nos *amicos* [m], & *amatos à patre* [n], quem idcirco Ioannes [o] argumentatur *diligi* à nobis debere, *quia prior dilexit nos*.

Vers. 7.] Saluum fac dextera tua, & exaudi me.

Idem monui de varia versus istius compositione, vel ex his per se solis verbis, vel simul ex

A prioribus extremis quatuor. Hinc nouum inchoat Romanum Psalterium, licèt producat longiùs componendo vnum cum integro sequenti. Est porro sensus perspicuus, quippe supplex oratio hìc fit pro salute, ac liberatione, de qua proxime dictum est, tum propria, tum dilecti populi Dei, per auxilium omnipotentiæ diuinæ. *Dextera* porro mystice sumpta, sicut & *salus*, innuit, vel Christum, vel assignandum electis in iudicio locum. Concedi potest quod obseruat Agellius, alludi ad præcipuos Saulis affines principésque, de eadem cuius erat ipse, tribu Benjamin, qui Benjamin *dextera* significat *filium* [a], & non solùm parentibus [b], verùm etiã Deo carissimus erat, B *Dominique amantissimus* vocatus est [c]: sed nõ ideo, quasi dexteræ veluti huic debilitatæ dextera ferre debeat opem. Id ille consequenter affirmat ad opinionem quam præcedente versu nobis minùs probari diximus, haberi hoc loco sermonem de infelici vltima pugna, in qua occubuit Saul.

Saluum fac dextera tua.] Hieron. *salua dexteram tuam*: sed apud Treuetũ, *salua me dextera tua*. Apud Victorium, *salua dextera tua*. Hebræa casum vtrumque patiuntur, הוֹשִׁיעָה יְמִינְךָ *hoſiſhah iemmecha*. Aliquando etiam eadem phrasis repetitur, sed addito pronomine, vt videatur quòd *saluari* tibi *dextera Dei* [d], vel *brachii* [e], id est, tua & potẽtia opitulatur, & illam veluti conseruat integram, ad fortiùs opitulandum. In psalterio Gallicano, & apud C Hilarium, *salua dextera tua*. In psalterio Romano, & apud Augustinum, Arnobiũ, Cassiodorum, *Saluum me fac dextera tua*. Paraphrastes exponit, *reuoca me dextram tuam propter misericordiam Iacob*. Quid si aliusum dicamus a Dauide ad etymon proprij nominis, vnũ inter alia, vt *manu fortem* significet, postulando vt *fortitudinem* quã se *ad Deũ custodire*, priore dixerat psal. designetur Deus custodire, confirmare, corroborare, augere. Alias in psalm. actu de *dextera Dei*, & eidem *dextera* tribuitur *salus* [f].

Vers. 8.] Deus locutus est in sancto suo; lætabor, & partibor Sichimam: & conuallem tabernaculorum metibor.

MAgnam prioris fiduciam orationis declarat, vt exoret quod orauit: oraculum enim accepisse, ita vt libere pronunciare possit quæ hic habentur, post diuinitus datũ à Samuele responsum de vngendo ipsum in regẽ [a]: & Nathano, quòd per illum *poneret Deus locum populo suo, & plantaret eum, nec turbaretur amplius, nec adderent filij iniquitatis vt affligerent eum sicut prius, & requiem daret Dauidi ab omnibus inimicis suis, & domum ei faceret, firmarétque ac stabiliret thronum & regnum ipsius in æternum* [b], præterea quoniam vigebat apud populum opinio quam Abner expressit, locutum esse Dominum ad Dauid: *In E manu serui mei Dauid saluabo populum meum Israel de manu Philistinim, & omnium inimicorum eius*. Aut ergo audenter, tantis fretus promissis quæ *locutus* erat *Deus in sancto suo*, id est, per sanctum suum, vel spiritum, vel verbum, vel prophetam: aut etiam *in sancto suo*, hoc est, in sanctuario, siue propitiatorio, vbi edebantur oracula diuináque responsa; nec non per sanctitatẽ suam quam mentiri impossibile est, aut per nomen sanctũ suum, aut per semetipsum sanctum, aut per cœlum & thronum suum: aut in ipsomet Dauide, qué sibi sanctificauerat & constituerat regẽ, & oleo sancto suo vnxerat eum. Et quidem rex creatus super Iudã lętus

Parenomasia elegans.

Veritas vocat arcus duo potest.

a Gen. 6. 6.

Iudicij dies quanto longius differtur, tanto cum venerit, de illo districtior sententia procedit.

b in cap. 3 Thren.
c c 19. moral. c. 16 aut 28.

Tarditas supplicij gratiæ compensatur.

Arcus varij morales sensus.

d 15. Moral. c. 14.

Amphibologia.

e Mat 24. 22. *Breuiabuntur, mysticè quæ sit.*

f Rom 8. 21.

g Ioan 8. 36.
h 2. Cor. 3. 18.
i Ioan. 8. 32.
k Rom. 1. 18.

l Osee 11. 1. m Ioan. 15. 15. n 1. Ioan. 4. 19. o 1. ep. 4. 19.

Sensus loci.

a Gen 35. 18.
b Ibid.
c Deuter. 33. 12.

Dextera & salutis mysteria explicata.

d psal 97. 1.
e Ibid. Isa. 59. 16. 63. 5.

f psal 58. 10.

g 117. 7.

Sensus loci.

a 1. Reg. 16. 13.

b 2. Reg. 7. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16.

c 2. Reg. 7. 18

alacérque, pro arbitrio, tanquam dominus absolutus, Sichimam, quæ patris Iacob hæreditas filio Ioseph relicta [a] erat, de hostium vindicatam manibus, & in meam potestatem redactam diuidam, daboque tanquam hostilia spolia cui voluero: præterea vallem Sochoth seu tabernaculorum, quò Iacob etiã in reditu venit, ibique ædificauit domum, & fixit tentoria, à quibus nomen indidit loco, vt appellaretur *Socoth* [b], quantumuis huius habitatores terræ, duce Abner, pro Isboseth filio Saülis, mortuo isto, repugnaturi sint. Genebrardus loquentem populum facit, non Dauidem. Ego cum aliis hunc malo.

Mystice.

Mystice de dilatando Christi regno hæc & sequentia declarantur, prout iam prædictum fuerat vaticinationibus diuinis, & ipsimet Christo sancto imperatum, in quo futurus erat Deus, *mundum reconcilians* [c] *sibi*. Et quia Iacob emit sibi Sichem [d], eamdémque *tuis* postea *de manu Amorrhæi in gladio & arcu suo* [e]; & ibidem stuprum Dinæ grauissima cæde vindicarunt filij Iacob [f], & Iacob idolis defossis diisque alienis & inauribus subtus terebinthum, ædificauit Deo altare in Bethel [g]: item quoniã Sichima existimatur eadem cum Sichar, vbi conuersa est Samaritana [h]: ad hæc quia oues Iacob sub tabernaculis Socoth erant, & tabernaculorum vsus familiaris fuit Hebræis, proprius autem barbaris Nomadibus, & Scenitis: idcirco designari putant conuersionem Gẽtilium præsertim, & ex parte quoque Iudæorum per Euangelij prædicationem tũ immediatè à Christo ipso factam, tum maximè per discipulos ipsius; denique *partiendi* ac *metiendi* verbo arbitrantur innui distinctionem inter eos qui credent Euangelio, & qui non credent, inter electos ac reprobos.

a Gen 33. 8. & 19. 20. c. 48. 22.

b Gen. 33. 17.

c 2. Cor. 5. 19.

d Gen. 33. 19.

e c. 48. 22.

f Gen. 34. 10. 29.

g c. 35. 1. & 4. *Sichima eadem cum Sichar.*

h Ioan. 4. 5. *Tabernaculorũ vsus familiaris Hebræis: proprius Nomadibus & Scenitis.*

Partiendi, & metiendi verba quid hîc innuant.

Verſ. 8.] Deus locutus est in sancto suo.

Hieronymus, *in sanctuario suo*: quamuis Treuetus recitet eo modo quo extat in editione nostra. Paraphrastes, *in domo sanctuarij sui*. Alij, *in sanctitate*, seu *per sanctitatem suam*, id est, sancte, firme, assueranter, vt dubitari nullo modo possit, nec valeat quis existimare vsurpatũ à Dauide Regnum, bellaque ab eo tyrannice geri. Huiusmodi formula habetur in Psalmo 88 [i]. *semel iuraui in sancto meo*; vbi Chaldaicè, *in nomine sancto meo*. Modos autem quibus exponi possit, satis attigi in paraphrasi, præter quos exponit Arnobius, locutum Deum in Iacob, in Mose, in Christo, sed in hoc magis propriè propter eius regnum æternum in Iuda sumpto secundùm spiritum. Vsitatum Hebræis iuramentum per *templum*, *altare*, *cœlum thronum Dei*, colligitur ex Matthæo [k]; item per *terram*, *Ierosolymam*, *caput proprium* [l]. Hoc tamen loco de simplici enunciato, non de iuramento sermo est: commodéque Christus intelligitur sanctus, *sanctúsque sanctorum* [m], in quo locutum Deum scribit Paulus [n], & ipsemet Christus affirmat [o].

i vers. 36.

Formula loquendi.

Hebræis vsitata iuramenta.

k c. 23. 16. & seq. c. 5. 34.

l c. 5. 35. 36.

m Dan. 8. 24.

n Hebr. 1.

o Ioan. 7. 17. c. 8. 28. 38. c. 12. 49. 50. c. 14. 10.

Latabor & partibor Sichimam.] In Psalmo 107 [p], vbi repetuntur plures istius versiculi, *exaltabo*, & *diuidam Sichimam*, Hieronymus ibi, *gaudebo*, *diuidam Sichem*, hîc autem, *latabor* & *diuidam Sichimam*. Paraphrastes ibi, *latabor*, *diuidam prædam cum habitatoribus Sichem*: hîc, *latabor*, *quia prædabitur domus Israël*, *diuidam prædam eius filiis Ioseph*. Græce in 107. ἀγαλλιάσομαι, *exultabo*; Augustinus, *exultabo*: & hoc loco, *diuidam*. Sicut etiam Hilarius, Arnobius, Cassiodorus, Psalterium Romanum. Satius duco verba hæc accipi vt prophetæ quàm Dei, de quo nihilominus *lætitia* dicitur, eo modo quo similes affectiones aliæ, quamuis nihil extraneum aliunde acquirat, quod ei gaudium conciliet, vt Athanasius [a] ac Thomas [b] notant.

Latitia de Deo ni dicitur.

a Ora. 3. cont. Ario.

b 1. cont. Gẽt. c. 91.

De Sichima vel Sichem שכם *Scechem*, conuenit inter plures eandem esse cum Samariæ ciuitate, quam Ioannes [c], vt dixi, vocat *Sichar*, *iuxta prædium quod dedit Iacob Ioseph filio suo*. Legendi, Geneseos [d], Iosue [e], Ioannis [f], enarratores, & nos ipsi aliquid egimus commentario Actuum Apostolorum [g]. A Sichem stupratore Dinæ, nomen ciuitas habuit. Ibi Ieroboam constituit regiam [h], ibi sepultus Ioseph [i], peregrinatus Abraham [k]: ibi, vt dixi, stuprata Dina: & cædes ciuium facta: ibi filij Iacob pascebant oues [l]: illam Abimelech euertit incenditque. Borcardus [m] tempore suo *Neapolim* appellatam scribit: Augustinus alíque in Etymo vocis Hebrææ *Sichem*, pro *humeris*, obseruant præter indicatum antea mysterium circa diuisionem, quòd aliorum humeros grauent peccata, alij tollant sarcinam Christi, quæ tamen vt aues pennæ, subleuet. Hoc est *portare librum in humero*, *& illum circundare quasi coronam sibi* [n], hoc est, vt explicat Gregorius [o], mandata portare in opere, vt post nobis coronam victoriæ exhibeant in retributione.

c Ioan. 4. 5.

d Gen. 33. 19.

e Ios. 24. 32.

f Gen. 34. 2.

g c. 7. 16.

h 3. Reg. 12. 25.

i Ios. 24. 32.

k Gen. 12. 6.

l c. 37. 12.

m Descriptione terræ sanctæ.

Neapolis appellata.

In etymo vocis Hebrææ obseruatio.

Sacrum Christi humeri ... ns, ... as.

n Iob 31. 36.

o 21. moral. 13.

Hilarius lætitiam tribuens Christo, & sermonem qui hîc est, & *gigantem* vocans eum qui *exultauit ad currendam viam* [p], exultasse quoque ait in Sichima partienda, siue Samaria; quoniam hæc cùm omnibus antea legis temporibus in impietate mansisset, Euangelium Domini ex parte suscepit; quando credidit Samaritana [q], & postea Spiritum quoque sanctum Samaria recepit post *verbum Dei* [r]. Denique sicut separantur nunc ab infidelibus fideles; ponitúrque gladio verbi diuisio [s]; ita futurum vt fiat etiam *separatio malorum de medio iustorum* in iudicio [t], & malum seruum *diuidat Deus*, *partémque ipsius ponat cum hypocritis* [u].

Ad Christum loci applicatio.

p psl. 18. 6.

q Ioan. 4. 39.

r Act. 8. 14.

s Matt. 10. 34.

t 13. 49.

u 24. vlt.

Ambrosij [x] similis est tropologia, ita vt nomẽ Iordanis, qui terram diuidit, conueniat Christo, quoniam verbo suo reuelet *cordium cogitationes* [y], & *pertingat vsque ad diuisionem animæ & spiritus* [z]: atque possessionem veluti in vtraque ripa Iordanis det in terra ista, & in cœlo. Diuisionem hanc præterea dicit fieri veluti gladio Salomonis [a]; & Sichimam istam comparatam *in gladio & sagitta*, siue *arcu* [b], esse Ecclesiam, quæ iuxta notationem aliam, vt significet *ascendentem*, sit ea, *quæ ascendit dealbata* [c], vel Mariam, *cuius animam gladius Dei transiit*, & diuidit [d]. Basilius [e] vult, Sichimam, præcipuum illud prædium, quod Iacob dedit filio Ioseph, typum gerere veteris testamenti quod soli Israëli dabatur, postea deductum est quod amodo in diuisionem, & cómune factum reliquis, sicq; dimensæ conualles tabernaculorum, hoc est, orbis vniuersus quasi sortibus quibusdã per loca singula diuisus habitationibus, páxque cõfirmata in cœlo & terra, ac *medius paries maceriæ* diffractus [f], vt in vnum omnes conuenirent. Sumendo præterea Sichimam velut victoria partam, applicant eius partitionem aliqui ad fructum persecutionis, vt faciat per eam Deus varios ad martyrij gloriam peruenire. Philippus Greuens [g] nonnihil ex Hugone Cardinale mutuatus, lætitiam beatitudinis [h] docet præ oculis nostris esse

x in psl. 41. *Tropologia.*

y Luc 2. 35.

z Hebr. 4. 12.

a 3 Reg. 3. 25.

b Gen. 48. 22.

c Cant. 8. 5. ex Lxx.

d Luc 2. 35.

e Hom. in hûc psalmum *Confitebitur tyrus, Sichima prædiũ Ioseph filio datum a Iacob.*

f Eph 2. 14.

g In hunc locum. *Loci applicatio.*

h Ser. 122. in hunc psal.

debere:

debere : deinde partiri Sichimam laborando pro illa, humerumque labori supponendo, vt *Issachar asinus fortis* similis faciebat [a], qui *mercedem* significat, discernendo quos & propter quem finem labores suscipiamus, & vt quantitati peccatorum satisfaciamus, & obitis nostra causa tormentis a Christo respondeamus: tandem metiendo conualles tabernaculorum, quid videlicet valeant humeri, quid ferre recusent, & in quo vitæ genere quasi in tabernaculo versari; & quo pacto studendum humilitati quam vallis designat.

Et conuallem tabernaculorum metibor.] Hieronymus, *& vallem Socoth dimetiar*: Alij, *dimetiar*, vt Hilarius, Augustinus, & ita est in Psalmo 107 [b]. De *conualle tabernaculorum*, siue *Socheth*, dictum satis prius & literaliter, & mystice. Putatur illa ipsa quæ in Genesi [c] cognominatur illustris ab amœnitate, atque pulchritudine, & vicina fuisse tabernaculis Abrahæ. Nec momentum vllum posuerim cum Hugone in composito Latino nomine *conuallis*, quasi duplicem innuat humilitatem, interiorem & exteriorem, quæ propria est sanctorum habitantium in tabernaculis huius militiæ, & quam nos imitari oportet: nam סכות & עמק *Ihemek*, sunt simplices voces.

Illud ad literalem sensum redigi debet in memoriam, verbo *metiendi*, vt & priore *partiendi*, hinc *dimidendi*, veterem illam consuetudinem denotari, vt per mensuras terræ agrique diuiderentur. Dixi hac de re Psalmo 15 [d], vbi mētio fit de parte hæreditatis, & calicis atque de funibus, quemadmodum & in 77 [e]. de sorte diuisa a Deo terra *in funiculo distributionis*, & in Cantico [f] Habacuc, quòd *sterni & mensus est terram*. Denique Geometricam disciplinam ab Ægyptiis excogitatam ferunt, vt confusos inundatione Nili agros certa ratione metarentur. Vltra plenam potestatem quam *metiendi*, ac *partiendi* verba indicant, vt Hilarius quoque monet, Caietanus obtineat, significari occupata à Philisthæis priùs hæc loca, & contra Hebræos munita, recuperanda esse, & antiquis possessoribus a Dauide restituenda.

Vers. 9.] Meus est Galaad, & meus est Manasses; & Ephraim fortitudo capitis mei. Iuda rex meus.

ASserit se quod sperabat iam obtinuisse, quod promiserat Deus iam complesse, nimirum iam suam esse terram Galaad, & Manasse, trans Iordanem, numerosiorem quoque ac potentiorem tribum Ephraim sub suam potestatem iam venisse, in qua præcipuum principatus sui robur constituat, & per quam a capitis periculo se in bellis potissimum defendat. Postremò tribum Iuda esse, in qua primùm & principaliter regnum sibi vsurpet; vt pote cùm & ad eam ipse pertineat, Saul ad Benjamin, & ei Iacob regiam dignitatem promiserit [g]. Itaque insultat in aduersarios quodammodo, qui frustra ipsi resisterent: & per *Manassem*, ac *Ephraim*, qui spectabant ad tribum Ioseph, comprehendi voluit decem illas quæ post regni diuisionem, mortuo Salomone, Israëlis vocabulo continebantur; per *Iudam*, tribum Benjamin tribui Iuda connectam; de *Galaad* meminit quæ in sorte Manassis erat ex parte [h], quia ibi regnum post patris Saulis mortem Iboseth ope Abner occupare conatus est [i].

Videtur Basilius in commentario ac Theodoretus, Euthymius, Nicephorus, vaticinium hoc quasi a Deo ipso prolatum referre ad recuperationem regni Iudaici post captiuitatem Babylonis, post quā etiam Zorobabel de tribu Iuda regnauit: at prior melior sensus. Idem Basilius, in Homilia putat indicari seriem Patriarcharum ex Deo prouenientem, & ex iis Christum, secundùm carnem. Nicephorus indicat prædici restitutionem tribuum, hoc est, vocationem ad lumen veritatis in fine mundi.

Sed mystico sensu videtur potiùs innui Christi regnum super Gentes; quas, vt *Manassis* importat nomen, obliuisci facit cōfusionis errorum ac laborum priorum; & ad inenarrabilem gaudij vocat fructum, quem *Ephraim* significat [k], cuius laus capiti Christo tribuatur. Minor etiam in benedictione prælatus Ephraim [l] maiori Manassi, Gentiles designat præpositos Iudæis in Ecclesia. tandem regnum *Iuda* declarat ex ea Tribu descendere debuisse Christum, & ad eum spectare qui confitentur ac laudant ipsum. *Galaad, acervum* significans *testimonij*, multitudinem testium siue Martyrum denotat Christi. Hoc fere modo cum Hilario & Augustino Latini cæteri. nec malè posset quis meditari huiusmodi Christum verba gloriosè vsurpasse post resurrectionem [m], vel etiam post Ascensionem, quando data ei est omnis potestas, & confessus ad dexteram Patris.

Distinguit Iansonius quasi varios ordines militantium in tabernaculis, quæ nominata sunt versu priore; Martyrum, per Galaad, qui significat *acervum*, siue *tumulum testimonij*: eorum qui iuxta etymon *Manasses*, ne ob persecutionis acerbitatem periculo se perfidiæ ac desertionis exponant, deserunt, velutique obliuioni tradunt omnes facultates & patriam. Per *Ephraim* Gentiles accipiendo, ait, in istis hdem amplexis, Christianam fortitudinem confessionis, vel martyrij principatum obtinuisse. Sed Iudā, hoc est, Christum de tribu Iuda regē, vtrisque singulari exemplo præiuisse. Hugo præterea, in *Galaad* non modò martyres, sed & multitudinē sanctorum, quasi testium, agnoscit; quos instaurat Deus, contra nos [n], vt pudeat non imitari: In *Manasse* obliuioso, vitam contemplatiuam, dum posteriorum obliti ad anteriora se extendunt [o], necnon populi sui, & domus suæ [p]: in *Ephraim* fructifero vitam practicam, eorum qui fructificant in vinea Domini, & alios iuuant, vel virgines, Eunuchósque spirituales; quibus det Deus *nomen melius à filiis & filiabus* [q]: omnium verò Iudam, hoc est Christum, regem esse. Dionysius quoque interpretatur Iudam esse quemlibet confessorem, qui confiteatur docendo, & regendo alios, quod Ephraim facit potiùs bonorū operum exemplo: *fortitudinem capitis*; quod est Christus, Ephraimitas frugiferos, quia stabilit ipse illos, conseruátque alios in fide, & gratia. Paulo aliter Bruno Carthusian, asserit, per *Galaad, Manassen, Ephraim*, designari martyres, qui obliti cuiusuis alterius rei, pro solo Deo patiantur, & ita fructum ferant; per *Iudam* confessores, ac vtrosque quidem ex Iudæis; per sequentia verba etiam ex Gentilibus duplicis illius ordinis sanctos.

Similem tropologiā assignare possemus ad ea psalmi [r] alterius verba; *appare corā Ephraim. Beniamin.*

[a] Gen. 49. 14.
[b] vers. 8. *Conualles tabernaculorum Socoth, quasi fusa.*
[c] c. 12. 6.
Hugonis frigida etymologia.
Vtrum consuetudo antiqua dimidiandi per mensuras.
[d] vers. 5. 6.
[e] vers. 54.
[f] c. 3. 6.
[g] Gen. 49. 27.
[h] Ios. 13. 31.
[i] 2. Reg. 2. 9. *Varia interpretationes.*
Mystica sensus.
[k] Gen. 41. 52. & c. 48. 14.
Ephraim & Manasses quid designet.
Diuersi ordines militantium in tabernaculis.
[l] Philip. 3. 13.
[m] Psal. 44. 11.
[n] Iob 10. 17.
[o] Esa. 56. 5.
Tropologia.
[r] psal. 79. 13.

nam & Aram [illegible] vt scilicet Deus cõmunicet scientiam suã his quibus dictæ vocũ *Ephraim* & *Manasse* notiones cõueniunt, & illis quibus *Benjamin*, id est, qui dextra duntaxat sectantur & iusta.

Galaad.] Loci, non hominis [a], proprium nomen hic est, vt omnes sentiunt, vno, quod sciam, Euthymio excepto, qui docet fieri ascensum à minori ad maiorem, atque à posteriori ad priorem; quippe cum Galaad progenitorem suum haberet Manassem. Fauet nihilominus Paraphrastes, exponens de domo Galaad: Cur de hoc loco nominatim facta mentio sit, dixi. Etymon est *acervus testimonij*: quia ibi Laban & Iacob comedentes inierunt fœdus [b].

Manasses.] De hac tribu, & Ephraim, facit mentionem propter causam quoque quam priùs attuli. nam cùm essent hi filij Ioseph, & hic primogenituræ iura loco Ruben à Iacob accepisset: Ephraim verò minor in benedictione prælatus Manassi maiori fuisset; significat Dauid, tribus illas quæ de regno poterant contendere, sibi cessisse; atque simul alias, vt ante dicebam, quæ distinguebantur à tribu Iuda & Benjamin. Quocirca nomen *Manasses* comprehendit totam tribum, non propriè vnum hominem auum Galaad per filium Machir eius patrem, significat, vt citatus Euthymius volebat.

Ephraim fortitudo capitis mei.] In psalterio Romano, apud Hilarium, Augustinum, Arnobium, Cassiodorum, *Effrem.* Sed meliùs scriberetur *Ephram* à Græce scripto ἐφραὶμ, etsi scribitur ab aliis ἐφραὶμ, psalmo 77 [c]. Editio Latina habet *Ephrem*, vbi tamen est eadem Hebræa vox, אפרים *Ephraim*, Græca, ἐφραὶμ, in versione Hieronymi, *Ephraim*; & ab aliis quos ante dixi dicitur *Effrem.* nomen etiam tribus est, non hominis vnius nec loci, quem vocat Ioannes [d] *Ephrem.* Chaldæce, *fortes domus Ephraim, fortitudo capitis mei.* Symmachus, κραταίωσις τῆς ἀρχῆς μου, *fortitudo principatus mei.* Hebræa vox ראש *rosch*, *caput* valet: sed præterea *ducem*, *principem*: quémque vulgo vocant *capitaneum* à capite. Sumitur item κεφαλὴ, qui vtuntur hîc Lxx. pro *summa rei*; & interdum pro *toto homine*, vel pro *vita.* Quare sensus esset Ephraim esse præcipuum robur, quo niteretur ac sustentaretur Dauidis imperium, vita ipsius, totus ipse. nominis Hebræi pro *duce* aut *principe* suppetunt alibi exempla [e]: Possessio tribus istius longitudinis facilè milliarium nouem, erat valde montosa & ferax; & homines illius numero ac viribus pollentes, ita vt sæpe pro decem tribubus vsurpetur in scriptura, sicut & Ioseph & Israël; tum verò etiam (vt omittam Iosue huius tribus hominem, sicut ad tribum Iuda Caleb spectabat, qui duo soli terram ingressi promissam ex egressis de Ægypto) quia Ieroboam ex hac tribu regnum primus obtinuit in Samaria [f], vt Hieronymus [g] notauit. Citato psalmo 77. laudari videntur Ephraimitæ à laude bellica; & crebræ istorum pugnæ describuntur in diuinis literis. Zacharias autem [h] cognominat *fortes Ephraim.* In psalmo 107 [i], legimus, *Ephraim susceptio capitis mei*, ἀντίληψις: licèt sit idem nomen Hebræum, עפרי *mahhoz.* quòd hîc habetur, vertitúrque ibi à Hieronymo *virtus*, ab aliis vt hîc, *fortitudo. Ponere aliquem sibi caput* [k], est constituere principem: *confitiui in capita & non in caudam* [l], principatum tenere: *fieri hostes in caput* [m], superiores euadere.

Mystico sensu loquitur vel patet de filio, vocans *caput suum*, id est, Ecclesiæ suæ, vel Filius Christus de seipso, nominans seipsum *caput*, quemadmodum nominatur à Paulo, *super omnem Ecclesiam* [a], & *principatum* [b], & *virum* *, & quidam in sola ludentes toni similitudine, *Cephas* quasi κεφαλὴν Petrum dictum tradunt. Sicut infirmi capitis quædam fortitudo & recreatio est bonum reclinatorium, inquit Beda, sic bene operantes sunt fortitudo Christi, quia alij videntes eorum opera bona, glorificant Deum: illi verò, in quibus vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, non sunt fortitudo eius, sed debilitas, quia non habet in his vbi recumbat. Addit etiam, *Ephraim*, fructum illum multum significare qui ex Christi grano mortificato extitit, tanta fortitudo ex infirmitate tanta.

Iuda rex meus.] Aquila, ἀκριβασής μου. Theodotio, ἀκριβαζομένος, *præscriptor* seu *præscribens*: Symmachus, μεταίσιον ὁ ἰμὸς, *praordinans meus.* Hieronymus, *legifer meus*, מחקקי *mechokek*, quæ vox habetur etiam apud Esaiam [c]. Latinè redditur *legifer*, Græcè ἄρχων, *princeps*: præterea in celebri illo vaticinio Iacob [d], *Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius*, &c. vbi *dux* vocatur qui *Rex* hoc loco. Pertinet enim ad ducem, principem, dominum, Regem, latis legibus regere populum; sed hîc & ibi Paraphrastes vertit profectò fraudulentè *scribam.* ספרי *saphra*, aut in plurali, *scribas doctrinæ*, ad eludendam vim vaticinij. Legendi Pererius [e], Suarez [f], Barradius [g], Ludouicus Ballester [h], Delrius [i], nostri. Intelligi porro nõ de sola tribu debet, sed de tota Iudæorum gente, vt ex quo cœperit Reges habere de tribu Iuda, nunquam decidat in Regum alienigenarum potestatem, nec desinat proprios de sua gente habere vel reges, quos denotat sceptrum, vel duces, aut simul Pontifices, quos *ducis* nomen, siue dictum Hebræum מחקק *mechokek*, & Græcum ἡγούμενος, quousque adueniat promissus Messias: venit verò Christus Herode primo externo regnante; temporéque Babylonicæ captiuitatis Manasses in compedibus legitimus Rex remansit [k]: ad solium regni, Ioachim regem Iuda captiuum Euilmerodah sublimauit [l]: & post captiuitatem, *Iudæorum* vocabulo dictus populus totus, vt Iosephus [m] scribit, colligitúrque ex Malachia [n], & Machabæorum primo libro [o], cùm sola rediisset tota tribus Iuda cum paucis Beniamitis ac Leuitis, & quicumque quouis modo aut nomine regerent ex Iudæis, sedem haberent in Ierusalem, quæ pertinebat ad tribum Iuda. Alioquin pars regni altera post separationem à decem tribubus, cui adiecta erat tribus Benjamin, solet denominationem tribuere regno Iuda, quæ vocatur item *Domus Dauid*, aut *Ierusalem*, aut *Beniamin*; quêadmodum illud aliud appellatur, *regnum Israel, domus Iacob, regnum Ioseph, Samaria, Bethel, Bethauen.* narratur quoq; in libro Iudicũ [p], quòd post mortẽ Iosue respõdit Dominus vt ascenderet Iudas tanquam dux belli cõtra Chananæum, quasi sic iam vaticinium Iacob inciperet impleri; [q] *Manus tua in cernicibus inimicorũ tuorum*: & votũ Mosis [r]: *Audi Domine vocẽ Iuda, & ad populum suum introduc eum; manus eius pugnabunt pro eo, & adiutor illius contra aduersarios eius erit.* Iacob compulsus tandem soli ex filiis credidit Iudæ filium Benjamin [s], quia petiit importunius, & pignora obtulit maiora, & quia cum regio sceptro quod in eo futurum præuidebat, regium verbum, hoc est, omnino verum & certum

[a] Ex Iosue 13. c. 31. Galaad Machir Manasse Ephraim, & filiæ Zelophaad, Iudic.
[b] Col. 1. 18.
[c] 1 Cor. 11. Vertex viri Christus.
[d] Apoc. 3. 12.
[e] Parasceuastæ vsque ad Lxx.
[f] disput. 1.
[g] tom. 1. disput. 1. sect. 1.
[h] tom. 1. harmo lib. 2. c. 18.
[i] in onomatogra. verbo Messias.
[k] in Gen.
[l] 4 Reg. 24. 12.
[m] 2 Paralip. 36. Iudæorum regnum vsque ad tempora captiuitatis Babylonicæ.
[n] 1 4 Reg. vlt. 27.
[o] Iosephus antiq. c. 5.
[p] c. 1. 2.
[q] Gen. 49. 8.
[r] Deut. 33. 7.
[s] Filium Ephraim cur Iacob potius credidit Iacob quam alios fibi. Gen. 43. 9.

esse debere scribat ac fore sperabat, vt Franciscus Georgius [a] annotauit.

De mystico sensu pro Christo & aliis iam priùs dixi; hicque præterea Christum designari docent Hieronymus [b], & Chrysologus [c], allata simul benedictione Iacob de Iuda.

Vers. 10.] Moab olla spei meæ.
In Idumæam extendam calceamentum meum, mihi alienigenæ subditi sunt.

Dltionis regnique amplitudinem non intra solas tribus Israël continendam dicit, sed ad exteras quoque nationes proferendam: vt sicut iam subegerit alienigenas Philisthæos, sic nonnatim Moabitas subiugaturum speret, iisque tam facilè ac seruiliter vsurum, quàm suæ quis olla vtitur, vt inde cùm velit aquam ad lauandum, aut quid aliud efferat ad alium vsum: sed & in Idumæorum possessionem ingressurum calcato pedibus propriis eorum solo. Syria comprehenditur sub Idumæa, de quibus mētio erat in titulo, & de iisdem triumphatum à Dauide ibidem ostendimus, ex Regum historia [d]. Aliter alij literalem tradunt sensum, vt postea videbimus.

Moab olla spei Christi, vel Dei, vel Ecclesiæ dicitur mystice propter Gentiles & peccatores, qui quatenus tales, cum Moab maledicto comparantur, & de illorum conuersione spes est, vt eorum quasi eruditas erroris malitiæque decoquatur; ac reficiant quodammodo Deum, Christum, Ecclesiam: & propter persecutores, quia tandem gignit spem tribulatio [e]. *Idumæi* atque *Palæstini*, similiter designant illos eosdem, qui pedibus Euangelizantium, & quidem præsertim Incarnationis mysterium, quod calceamento simile censetur, conuertendi ac sub Christi iugum reuocandi erant. Auctores deinde citabimus in singularum partium enucleatione præter enarratores qui fere in eo quod dixi conueniunt.

Moab olla spei meæ.] In psalmo 107 [f]. *lebes spei meæ*, ibi Hieronymus, *lebes peluis meæ*: hîc, *olla lauacri mei*. In alio & in isto Aquila, λέβης τῆς λουτρᾶ μου, *lebes lotionis* aut *lauacri mei*: Symmachus, λέβης ἀμεριμνίας vel ἀμεριμνούσης, *lebes tranquillitatis*, siue *securitatis meæ*. Syrę item editioni tribuitur à Theodoreto, siue Basilio, & in Scholio Græco καὶ & aut λεκάνη τῆς πλύσεώς μου, *situla* vel *catinus lotionis meæ*, non autem, vt Agellius tamen Basilium referre dicit, *catapationes, conculcationis*. Testatur Ambrosius [g] in nonnullis Codicibus lectum, *aula spei meæ*. Chaldaice sic est, *consilio Moabitarum iuncti sunt pedes mei in Edom; fortes esse sicut olla lotionis meæ*. At in psalmo 107. *Confregi Moabitas tanquam ollas lotionis meæ*. Quamquam Nebiensis in psalmo hoc nostro ita Paraphrastem exponit, *dum conculcarentur Moabita, fœdati sunt pedes mei in sanguine procerum eius, sicut olla lotionis*. quid sibi velit *consilium Moabitarum*, nescio. nisi fortè cœtum, & congregationem ipsorum significet. *olla* seu *lebes* vt synonyma ponuntur in primo Regū [h], cum *caldaria*, & *cacabo*, & vocatur סִיר *sir*, Græcè verò vtroque psalmo λέβης, sed in illa historia neutrum est; verùm λοπὶς, χύτρα, χαλκῖον; & סִיר דוּד קַלַּחַת *chior dud, kalachath*, inseruiunt & ad coquendum, vt in eadem illa historia; & ad lauandum. Qui posteriorem vsum intellexerunt, interpretati sunt exprimi per nomen cum affixo רַחְצִי *rachtsi* à verbo רָחַץ *rachats, lauare*. & *abluere à sordibus corporis*. Nomē absolutum est רַחַץ *rachats*, & aliud similis formæ מִרְחָצָה *rachtsah*, pro *lauacro* [i]. Vnde balneum מִרְחָצָה *marchetseth*.

Hoc pacto sensus esset, de Moab stragem tantam futurā, vt liceret sese in eius sanguine lauare, quasi ex illius gentis corporibus tanquam ex vasis effunderetur copia maxima cruoris. Talis illa formula psalmi 67 [k]. *vt intingatur pes tuus in sanguine*. De Moabitis duce Moab filio Lot ex propria filia matore [l], quibuscū iam olim bella multa gesserant Hebræi, & ab istis illi perterriti fuerant [m], & vicissim isti ab illis vexati [n], retulit Dauid insignes victorias; [percutiēs, ac metiens eos funiculo, & coæquans terræ, & metiēs duos funiculos vnum ad occidendum, & vnum ad vivificandum, factúsq; est Moab Dauid seruiens sub tributo [o].] Illud porro de mensura funiculi declarant, quòd regionem liberè tradiderit possidendam: de duobus funiculis, vt obuios quosque de Moabitis absq; delectu incluserit Dauid quasi intra vnum funiculum destinatos morti, alios intra alium seruandos in vita: coæquationē terræ, vt ad terram deiecerit ignominiosè conculcandos, velut pecudes in laqueos coniectas, vel non pluris eos fecerit quàm terram, vel diruerit arces ipsorum. Fingunt Rabbini causam belli gesti à Dauide fuisse, quòd Rex Moab, cui patrem ac matrem olim commendauerat, Saülem fugiens [p] occidisset. Alij, veteres inimicitias cum populo; aut etiam recentes aliquas iniurias. Certè non pertinebat ea regio ad promissam terram, vt hoc solo titulo liceret cum ipsis pugnare: & vetuerat Deus ne prælium inirent Hebræi cōtra Moab, quia dedisset illam terrā filiis Lot in possessionem [q], nisi videlicet lacesserent aliqua iniuria. Quamquam nec Dauid adiecit regno loca Moabitarum sed tributarios dumtaxat fecit. Dixerat præterea Deus [r], *Ammonites & Moabites etiam post decimam generationem non intrabunt Ecclesiam Domini in æternum, quia noluerunt vobis occurrere cum pane & aqua in via, quando egressi estis de Ægypto, & quia conduxerunt contra te Balaam filium Beor de Mesopotamia Syriæ, vt malediceret tibi, &c. non facies cum eis pacem, nec quæras eis bona cunctis diebus vitæ tuæ in sempiternum*. Lege Abulensem [s].

Nescio an per *ollam* seu *lebetem lotionis & lauacri* posset intelligi tributum, quod exigebat Dauid à Moabitis [t]. In 4. [u] Regum scribitur quòd *Mesa rex Moab soluebat regi Israël centum millia agnorum & centum millia arietum cum velleribus suis*: Græcè est, quòd erat φόρον φόρον *ferens tributum*: Chaldaicè, *boues sagina* ponuntur primo loco. Aut fortassis *olla lebisve*, culinarium vas indicat idem illud tributum animalium ad victimas, aut ad cibum: & per synecdochem, ad quoduis aliud vile seruitium quod præstare mancipia solent. Basilius siue Theodoretus per *ollam lotionis* exponunt perfectam subiectionem istam; quòd talibus vasis, præsertim situla & vrna, vt Syrum vertisse dicunt, pedes ablui & vestimentum pedibus sordidatum repurgari soleat: *ollam* quoque pro pœnis accipi à Ieremia [x] & Ezechiele [y]. Deprehendi postea Genebrardo placuisse, quod ipse per me suspicatus eram propter Paraphrastæ versionem de copiosa effusione sanguinis Moabitarum, quamuis in psalmo 107. sit, *confregi Moabitas tanquam ollas lotionis meæ*. Verumtamen retenta voce *spei*, quā idē ait Chaldaicè ac Syriacè significari per רַחַץ *rachats*, cuiusmodi linguarum voces vsurpant scriptores Hebręi aliquando, maximè Poëtę, *olla spei* est eodem sensu olla quam

a Cant. 4. 2. c. 6 5.

Situs verborū.

b vers. 24.

c Gen. 19 37.

d Exod. 15 15. Num. 21. 26. 29 c. 24 17. Iosue 24 9. Iudic. 3 30 c. 11. 17. 18. 1 Reg. 11. 9. c. 14. 47.

e Iudic. 3. 12. 13. 14. f 2. Reg. 8. 2.

Rabinorum figmentum.

g 1. Reg. 22. 3.

h Deut. 2 18. 19.

i c. 23. 3. 4. 5.

k in 2. Reg. 8. 9. 4. 5. 6.

l 2. Reg. 8. 3. m c. 3. 4.

Olla pro pœnis n c. 1. 13. o c. 11. 3. 7. 22. c. 24. 3. 6.

se sperare consecuturum dicat Dauid, & vsurum ad rem culinariam, vel ad res quascumque abiectas & sordidas. Sensum illum de subiectione ad vilissima vsque ministeria confirmant vulgares illæ formulæ, quibus homo stupidus, vilis, vanus, *matula* vocatur: aut eam seu matellam præbere vel apponere dicitur, quod erat seruili aquarioli. Ricardus Cenomanus iam prior monuerat de vsu dictæ vocis Chaldaicæ, significantis *fiduciam* siue *spem*. Id confirmat etiam testimonio Danielis in cap. 3. & Pagninus in Enchiridio expositionis vocabulorum *baruch*, *thargum*, &c. addit alia ex Deut. 12. Psal. 17. Esa. 12. 4. Reg. 12. in Thargum & Rucsana.

Triuialem reor formulam apud Hebræos fuisse, qua de Moab diceretur nomen *olla* aut alterius *vasis*. nam Ieremias [a] vaticinans contra illum, ait, non transfusum de vase in vas: minatur vasa eius exhaurienda, & lagunculas collidendas, & conterendum sicut vas inutile. Forsitan vendibilior erit cõiectura hæc mea, quàm Agellij, per *ollam* aut *lebetem* intelligentis arcem, propter cognatum sonum vocis סיר *sir*, quæ est *olla* & *lebes*, atque יסיר *isir*, quæ significat *arcem* & *rupem*: arci verò *spei* nomen bene congruere, ita vt dicere voluerit Dauid, *arcem* & *rupem spei sue Moab*, quòd apud eum tutò habitaturus esset velut in arce. Placet magis illa eiusdem alia opinio, vt per metaphoram *similis olle* dicatur cincta muris regio vel vrbs: quemadmodum tali nomine Ierusalem Ezechiel [b] appellauit. Immò Iudæi ipsi sic vocabant ciuitatem Ierusalem, seipsos in ea tanquam carnes in olla bene conseruandos vsque ad decoctionem, hoc est, ad extremam senectutem; quod negat ita futurum Deus [c], vt scilicet conseruarentur; quemadmodum illi veluti ridentes ollam Ieremiæ [d], dictitabant: *Hæc est lebes, nos autem carnes*, & Dominus. *Hæc non erit vobis in lebetem, & vos non eritis in medio eius in carnes*. Quocirca Moab *olla spei* Dauidi erat, quia sicut descenderat ex Ruth, ita ex eadem venturus erat Messias, & sperabat se subiugaturum etiam illum populum.

Multo facilior sicut & communior est hæc expositio, vt denotat exactam subiectionem Moabitarum, quam se Dauid obtenturum sperare dicat, & allegoricè aduentum Messiæ ex Moab, id est, ex Ruth Moabitide: & quia Christus Filius Patris est, quod Moab sonat, ex quo *exiens venit in mundum* [e]. Indicat Campensis *ollam spei* dici Moab, quòd angusta esset, ac de re modica, vt idcirco subdatur, *In Idumæam extendam calceamentum meum: mihi alienigenæ subditi sunt*, id est, subdẽtur: & hoc admitti potest. Si constaret mihi de topographia Moab, crederem *ollam* vocari, quasi figuram eius repræsentet: sicut similium rerum formæ aliis locis tribuuntur. nec displicet quod ait Caietanus, quemadmodum olla præparatur ad lauacrum hominis post laborem, ita regionem Moabitarum opportuna ministraturam fuisse populo Israël quiescenti, quoniam abundabat pascuis & multitudine agnorum [f]. Valentia *ollam spei* exponit refectionem spei, eo quòd de terra Moab, inquit, veniebant omnia victualia in Ierusalem. Innuit præter enarratores eundem sensum qui vim facit in propria significatione *olle*, Ambrosius [g], & Paulinus [h]. Vterque mysticè interpretatur de Incarnatione. Ambrosius ait Christum sedisse in aula (sic enim quosdam legere refert) regali vteri Virginalis, vel in olla feruenti: in aula quæ non est viro subdita, sed Deo soli: in olla, quoniam spiritu feruenti, qui superuenit in eam, repleuit orbem terrarum, cùm peperit Saluatorem; & emisit gratiæ cœlestis vnguentum. Paulinus, in Christo, tanquam in olla, iam non mortem [a], sed vitam scribit esse, postquam homo factus, de nostri corporis limo, fictile veluti vas perditum humanitatis, contritúmque, in meliorem vsum reformauit: & Moab dici *ollam spei*, quia non solùm ex Iuda, sed etiam de peccatorum origine corpus assumpsit, & decocta quasi per ollam carnis nostræ eruditate, sanctificauit in æternum nobis cibum carnem suam [b]: præterea quoniam extitit vt *olla* Ieremiæ [c] vrens peccata, & illo igne consumens, de quo ait [d], *ignem veni mittere in terram*, quem optare debeamus in nobis accendi, vt in olla Dominici corporis, id est, Ecclesia, concoquamur, perustique vitiis defæcati efficiamur.

Tropologiam communem priùs indicatam vt decoquantur per conuersionem ac tribulationem peccata, non autem consumantur peccatores ipsi, qui Moab dicuntur, *ex patre* nimirum *diabolo* [e], tradunt etiam alij multi. Videtur adhuc Hilarius hoc loco illud ipsum tradere, quod Paulinum dixisse retuli, docens, de origine Christi etiam ex peccatoribus (quippe Ruth Moabitis fuit [f]) atque de carne Christi in cibum nostrum, & faciens de olla Ieremiæ mentionem: & de igne quem Christus *misit in terram*, & de saluandis *quasi per ignem* [g], de Purgatorio igne interpretari, vt defæcatis, inquit, & perustis vitiis, vt argentum ignitum probabiles iudicentur. Basilius in homilia *ollam spei*, quæ iuxta editiones alias vocatur, vt diximus, λύτρε καὶ ἀμετριμνίας, *lotionis & securitatis*, ad baptismum refert, qui habet remissionem peccatorum, & ad securitatem conciliat debitores. Huius beneficio sacramenti, nec non pœnitentiæ, peccator ollæ seu lebeti similis; & quidem terræ & conglaciatæ, per ignem diuinitus immissum succenditur ac perpurgatur. Fitque quod Zacharias [h] prædixit, & eleganter de Magdalena canit Ecclesia, & Hugo hîc notat, *quasi phiala ceram altari*; scilicet, vt Rupertus [i] asserit, quando desideria operáque carnalia, fuligine relicta, lucem induunt spiritualem flammis amoris excocta & detersa. Interpretatur & Gregorius [k] *ollam* animum malum: sed & rectè spem vanam voluptatum, honorum, opum, *ollam* dixeris, quæ coquat, vrat, cruciet, affligat, ac lento quasi cõsumat igne, meritóque sit comparabilis cum ollis, de quibus, vt antè meminimus, Ieremias & Ezechiel; quásque Leuiathan feruescere facit, & bullire [l]. Ille ipse homo, quo tua spes innititur, & in quem tu eam proiecisti, olla, lebes, cacabus, caldaria est, vel ringet, vel vret. [m] *Maledictus* denique *qui cõfidit in homine*. Diuina spes non confundit vel inficit, quia perficit: nõ cruciat, sed gaudio implet [n]; & quamuis nõnihil dilatio affligat [o], certa expectatio recreat. Moab sine patre Diabolus est, cui fidit improbus. Quandiu hic talis, & ille quia semper talis, Deum non habet patrem, sed iudicem: ita vt Moab dicatur ex patre iuxta Cassiodorum quasi absque patre; quæ durior interpretatio est.

In Idumæam extendam calceamentum meum.] Hieronymus, *super Idumæam incedam calceamento meo*. Sed in psalmo 59. *super Idumæam proiciam calceamentum meum*. Hebræa vtrobique

[a] 4. Reg. 4. 38.
[b] Ioan. 6. 52. & c. 13.
[c] Luc 12. 49.
[d] Tropologia.
[e] Ioan. 8. 44.
[f] Ruth 4. 5. Matth. 1. 5.
[g] De Purgatorio igne interpretatio loci Corinth. 3. Cor 3. 15.
[h] c. 14. 20.
[i] ibid.
[k] Olla varie interpretantur. hom 3. in Ezech
[l] Iob 41. 22.
[m] Ier 17. 5.
[n] Rom. 12. 12. & prou. 23. 18. Moab sine patre Diabolus est, cui fidit improbus.
[o] Psal. 107. vers. 10.

se

se habent eodem modo. עַל־אֲדוֹם אַשְׁלִיךְ נַעֲלִי A *Nabhal Edom asliech nahhali.* Chaldaicè, *super vinciturum colli cervicis fortium Idumæorum proiecti calceum meum*; aut iuxta Nebiensem, *super collum occupaui proceres Idumæorum conculcauerunt calcei mei*: & in Psalmo 107. *super reges Edom proiiciam calceamentum meum*: apud Nebiensem *super regnum*, &c. Extensio, aut immissio, aut proiectio calceamenti, siue super colla hominum, siue super eorum regionem, denotat subigere, ac in potestatem redigere, subiugare, possessionem inire. Sic vero non est opus intelligere id fieri calceamenti extractione & iactatione; sed ipsis pedibus calceamento vestitis. De hostili conculcationis signo satis tam alibi disserui [a]. De possessione, quam vulgus dici vult quasi pedum positionem, per *calcandi* verbum fit mentio in libris Deuteronomij [b], & Iosue [c]. Quamquam דָּרַךְ *darach*, & הָלַךְ *Chalach*, *ambulare*, aut *ingredi*, significant: quod tamen quia calcando fit, recte verbum id positum est. Cum porro tam prolixa sit ea pollicitatio locis illis contenta, vt omnis quem calcarent Hebræi locus ipsorum ditioni cederet, Thalmudici sic accipientes ad literam, vt sonat, accipiunt, & non secundùm eos terminos qui definiuntur ibidem. Sed & intelligentes priùs occupandam fuisse Chananæam totam, quàm cæteras regiones, non verentur Dauidem accusare, quasi legem hanc violauerit, debellata Mesopotamia, & Syria Soba, vt in titulo Psalmi vidimus, cùm adhuc Iebusæi intra Ierusalem propéque regiam ipsam habitarent. Posset etiam, si *calceum proiici* propriè sumas, & *extrahi*, designare vilissimam seruitutem Idumæorum, vt per parœmiam loquendo, portaturi essent calceos post Dauidem, vixque digni futuri qui soluerent córrigiam illorum [d], vel abluerent sordidos ac extergerent, vel fractos conciinnarent. Apud Amos [e], *vendere pauperem pro calceamentis*, est vendere pro vili pretio; vel, vt quibusdam placet, pro comparandis agris & vineis: in Deuteronomio [f], *ferrum & æs calceamenta*, aliqui declarant armis munitam possessionem. Qui cedebat iuri de ducenda vxore fratris mortui, vxori ei calceamentum de pede tollebat, vocabaturque *domus discalceati*, simulque ius possessionum illi amittebat quæ annexæ erant tali mulieri [g]. Vocem נַעַל *nahhal*, *compedem* interpretando cum R. Dauid, illum subiectionis modum suspicari licebat, qui habetur Psalmo 149 [h]. *ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis.* R. Himmanuel exposuit *chirothecam*, & morem regum fuisse, cùm obsiderent vrbem aliquam bene munitam, proicere chirothecam intra illam, vt significarent non ante recessuros quàm cepissent. Videri posset simile quiddam sibi vellet Cicero, scribens morari se tamdiu morari Antonium; quia soleret ipse accipere manicas (chirothecas hæ quoque significant), nec diutiùs obsidionis metum [k] sustinere. Sed potius ea dicendi forma significatur dedere se solitum Antonium, manúsque vinciendas veluti manicis præbere. Ritus autem illius faciendæ chirothecæ grauiorem auctorem adhuc requiro. Eliæ Cretensis [l] opinio est, quando Iosue calceamenta soluere iussus est [m], significatum ei esse, vt pedes aduersus hostes moueret, quia per calceamenta designantur pedes; & quia illa ad serpentum & ferarum morsus cauendos induimus, eum autem qui Deum opitulatorem habet, neminem metuere oportere; atque ita monebatur ille omni se humano auxilio denudare, qui tam supernum consecutus esset: & quia iis qui contra quosuis hostes erigere tropharum cupiant, peccati mortalitas, cuius pellis gerit signum, deponenda est.

Proiectio calceamenti super aliquem aut super regionem, quid denotet.

Possessio quasi pedum positio.

a Ps. 17. 39. b c. 1. 36 c. 2. 5 c. 11. 24. 25. c Transiens. vers.

Mortalitatis peccati pellis signum gerit. Calceamenti acceptum figuratè.

Placet Agellio *calceamentum* figuratè sumi pro seris, vectibus, præsidiis, stationibus militaribus, quibus Idumæi coërceantur, ne deficere ac rebellare valeant; quemadmodum calcei alligantur, & astringuntur subligaculis. Quod primo loco dixi, magis probo, cum pluribus atque rationum trium, quas recitauimus ex Elia, optima est prima ad propositum nostrum, quidquid sit quàm congruant Iosuæ. Est quidem מַנְעוּל *manhhul, pessulum, sera, vectis*, non autem נַעַל *nahhul*, vt idem Agellius asserit: nisi fortè scriptionis mendum concedas.

c c. 1. 3. c. 14. 9 Thalmudicorum interpretatio.

Dè mystico sensu conueniunt omnes, vt innuatur Euangelij prædicatio ad Idumæos, id est ad Gentiles, ex Esau Idumæo descendentes & carnales, perferenda, præsertim de mysterio Incarnationis, per eos quorum speciosi pedes in Euangelizando [a]. nam *calceo* designari mysterium Incarnationis, cùm diuinitatis veluti pes intra humanitatis calceum inclusus, cuius corrigiam negaret se Ioannes soluere posse, vel calceamentum ipsum post Christum portare [b]: hoc est, idoneum ad rem tantam explicandam: non expositores tàtùm verborum Ioannis [c], & præsentis psalmi, sentiunt, sed Ambrosius [d] præterea Nazianzenus [e], Gregorius [f], Eucherius [g]. Quò spectat Clementis Alexandrini [h] expositio de Christo, qui Deus esset in prophetis absconditus, & in symbolis ac figuris conciusus, postea explanandus. Alioqui simplicior sensus Origenis, Chrysostomi, Cyrilli, & aliorum est, indignum se Ioannem professum minimo ac abiectissimo quolibet obsequio seruitióque tanquam prosequi maiestatem Christi. Ad eundem modum Psalmi nostri verba interpretati sunt de Incarnatione citatus Gregorius, & alio quodam loco Augustinus [i], item Hieronymus [k], tractans affinem Esaiæ [l] sententiam, quòd postquam surrexerit radix Iesse qui est Christus *leuabitur signum in nationes*, & conuenient inter se Israël seu Ephraim & Iuda, Palæstini, Moabitæ, Ammonitæ, Idumæi, &c. iungendum antiquius Balaami Vaticinium [m]; *orietur stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, & percutiet duces Moab, & vastabitque omnes filios Seth: & erit Idumæa possessio eius*, &c. Addit Gregorius, calceamentis quæ conficiuntur ex mortuis animalibus, significari quòd incarnatus Dominus veniens quasi calceatus apparuit, & in diuinitate sua morticina nostræ corruptionis assumpsit: nec ineptè *calceamenti extensio in Idumæam*, denotare possit supplicem exosculationem pedum Christi, & Vicarij eius summi Pontificis, de qua Iosephus Stephanus tractatum edidit satis luculentum. Tandem generalis Tropologia erit, si dicas, iustum hominem *in Idumæam extendere calceamentum*: quando, vt ait Hugo, calcat & contemnit mundum, idque per mortis memoriam, quæ bene munit pedes affectuum, ita vt quidquid sic calcat, suum censere possit: ita eum peccatum subiiciendo illud sibi ac dominando [n], ne regnet in hoc mortali corpore [o]. *Quam pulchri sunt in his calceamentis gressus* istius filiæ filiúve *Principis* [p]! expectabatur idè ille qui *discalceatus* in lege nominabatur [q]. Donec ad terram sanctam, quæ viuentium ac bea-

Mystici sensus.

a Esa. 52. 7.

b Mat. 3. 11. Marc. 1. 7. Luc. 3. 16. Ioan. 1. 27. c In citata loca. d De myst. Virg. c. 4. e Orat. in S. Iuuen. f Homil. 7. in Euang. *Simplicior sensus Origenis & aliorum.* g In formul. fin. h l. 5. Strom.

i De essent. diuinitatis. k In c. 11 Esa. l c. 11. 13. 14.

m Num. 24. 17.

Calceamenta quæ ex mortuis animalibus conficiuntur, quid designent. quid item calceamenti extensione in Idumæam. Pedum Christi & eius Vicarii exosculatio vnde detorta possit. Tropologia.

n Gen. 4. 7. o Rom. 6. 12. p Cant. 7. 1 q Deu. 25. 10.

torum est,peruenias,noli soluere calceamentum de pedibus [a], adhibe saltem tandalium, ne Idumæam illam tertam sanguinariam, & maculosam, nudis tangas vestigijs, & si prædicator es, *calceatus pedes* esto *in præparationem Euangelij pacis* [b].

Mihi alienigenæ subditi sunt.]Hieron.[c] alibi,*seruiunt*.In Psal.107.[d].*amici facti sunt*. Græca vtrobique eodē pacto se habent,ὑμοὶ ἀλλόφυλοι ὑπετάγησαν:differētia textus Hebrei est in vltimo verbo, quod ibi est futurum primæ personæ singularis אתרועע *esthrobhahh*, hic imperatiuus cū affixo primæ quoque personæ singularis, התרועעי *hathrobhahhi*. Vertit Hieronym.hoc loco,*mihi Palæstina fœderata est*: in alio Psalmo,*cum Philistæo fœderabor*. Nicephorus notat, ὑπετάγησαν positum pro ὑποταγήσονται,præteritū pro futuro. Alij secuti aliam notionem Hebræi verbi,reddunt *super me Palæstina iubila*; & *super Palæstinam iubilabo*:& explicant: vt plausu & acclamatione testetur Palæstina Dauidem esse regem, etiam si minùs ex animo ac sponte:vel ironicè loquendo, vt iubilet ac rideat Dauidem,scilicet,vt quòd aliàs fecerat,facere vel inuitus, mutata nunc vice, desinat: cùm potiùs (iuxta versionem Psalmi 107.) ipse sit iubilaturus aduersus illam. Romanum psalterium, Hilarius,Augustinus Cassiodorus, Arnobius, *mihi allophyli subditi sunt*.

Dictum de Allophylis in titulo Psalmi 55. Hi iuxta vim vocis Hebrææ Palæstini sunt,nō Moabitæ ac Idumæi, vt Euthymius tamen asserit. Quod attinet ad aliam versionem,quæ vtitur *iubilandi* verbo, sicut & editio Chaldæa: *ob Palæstinos iubila,& fortificare congregatio Israel*: & in Psalmo 107.*super regnum Palæstinorum iubilabo*: vel, ex interpretatione Nebiensis, *super Palæstinos lætitia congregationis Israel*: & in Psalmo 107. *super reges Palæstinos iubilabo*:hæc, inquam, discrepantia oritur ex Hebræo verbo, quod habet vtramque significationem: quamuis ea quam habemus in editione nostra, potiùs sit ex verbo רעה *rahhah*, alia, ex verbo רוע *roahh*, vel רעע *rahhahh*: significare præterea potest,*confringere*,& *conterere ò Palæstina*: vtpote quam subigam post Moabitas & Idumæos.Præterea à themate רעע *rahhahh*, *conterere* & *subiicere*; verti potuit, *subditi sunt*: a רעה *rahhah*.*pascere amicitiam*, & *societatem inire*;(*amici facti sunt*.) Habet codex quidam Græcus manuscriptus ad marginem Psalmi 107. ἐμαλίασαν, Hieronymus autem [e] testatur in Psal. 59. esse ὑπετάγησαν,in 107. ἐμαλιώθησαν. tamen etiam in 107. emendata biblia habent, ὑπετάγησαν. Cui lectioni fauet, δαμάσθη, quo vtitur Apollinarius ibidem,& hoc loco.Obuia satis tum allegoria de subiectis Gentibus Christo, tum tropologia de redactis in potestatem nostram per eiusdem gratiam & peccatis, & motibus inordinatis, & dæmonibus. Iansenius acutè obseruauit, quemadmodum Dauidi voluntariè subiecta est tribus Iuda,posteáque reliquæ,coactè verò Moabitæ,Philisthæi,Idumæi,pendentes tributum;ita Christianos Christo sponte subditos esse: tum similes Moabitis qui de cognatione Abraham erant, hæreticos:gentes alienigenas, tanquam allophylos siue Philisthæos à genere Israël prorsus abhorrentes: Iudæos, qui significari possunt per Idumæos. Christo *data omnis potestas est* [f].

vers. 11.] Quis deducet me in ciuitatem munitam? quis deducet me vsque in Idumæam?

EXcitat se ipsum, aliósque per interrogationem, ad attendendum cuius ope auxilioque tantas victorias vel iam sit consecutus,vel se cōsecuturum speret. Et de periculosiore loquitur bello, quod contra Idumæos mouit, & magis munitam eorumdem ciuitatem,siue vnam intelligat certam,siue sub nomine collectiuo, plures alias.Euthymius,Nicephorus,Theodoretus, Basilius, interpretantur votum populi detenti in captiuitate Babylonica,redeundi Ierusalem, quæ fortissimis erat mœnibus circumdata,& vndique bene munita,& subiugandi Idumæam ac vicinos circumquaque populos.Præstat priora modo intelligere de ipsomet Dauid. Quam verò ciuitatem significare velit,postea perpendemus.

Sensus loci.

In allegoria de Ecclesia concordant Catholici, deque victoria ex omnibus Gentibus:sed & in tropologia de victoria ex rebellante carne,Basilius quoque in homilia tradit dictam Allegoriam. Sed & eōdem spectat vaticinatio Abdiæ [g], *legatum ad Gentes*, à Deo missum vt prælium fieret contra Edom.Id quidem Hebræi detorquent ad Romanos, vt & alia quæ de Idumæis dicuntur ab aliis Prophetis. Verùm hoc iam refellimus in huius Psalmi titulo,docentes, omnes orbis nationes veræ religioni inimicas illo nomine designari, sicut Esau cognominatus *Edom*, fratrem Iacob est persecutus;tum etiam ob etymō, quod sanguini addictos, & affectibus obsequentes indicat,& quia Martyrum se sanguine cruentarunt. De Edom nouem locuti sunt Prophetæ, Balaam [b], Abdias [c], Esaias [d], Ioël [e], Amos [f], Ieremias [g], Ezechiel [h], Malachias [i],&noster Dauid [k]: quod argumento est mysterium latere non contemnendum in ista *Edonis* voce.Legatus quem Abdias missum retulit, Christus est, qui venit vt *dissolueret opera Diaboli* [l], igni vtens gladióque [m],& discipuli,qui sunt vsi legatione pro ipso [n],tanquam à latere legati, vt loquitur Tertullianus [o]. Addunt alij anagogen de desiderio cœlestis Ierusalem, & vt compleatur electorum numerus.Ibi summa securitas & habitatores ipsius Idumæi sunt,hoc est sanguine agni insigniti, & caritate rubicundi. Hoc modo Hilarius, Hieronymus,Cassiodorus. Rursum Hieronymus [p] de inferno interpretatur, in qua veluti ciuitate clausæ erant animæ mortuorum,& erat circumdata firmissimis custodiis; & hoc sibi velle illud *quis est iste qui venit de Bozra* [q]? sed Genebrardus putat respicere Dauidem ad Ecclesiam captiuam sub Mahometanis.

Allegoria.

Tropologia.

Loci Abdiæ interpretatio.

De Edom nouem Prophetæ locuti.
b Num.24.
c vers.1.
d c.34.6.
Mysterium non contemnendum in voce Edom.
e c.1.4.
f c.1.11.c.2.1. & seq.
g c.49.20.
h c.35.14.
Anagoge.
i c.1.4.
k Hic & ps. 107.10.
l 1. Ioan. 3. 8.
m Matth.10. 34. Luc. 12. 49.
Hieronymi interpretatio.
n 2. Cor.5.20
o 4.cont. Marcionem.
p in Es. c.63.
q Es.63.1.

Qui deducet me in ciuitatem munitam?] Eodem pacto Hieronymus;& quidem vt videtur ex versione Symmachi,qui reddit περιφραγμένην,nā quod Lxx.reddunt πόλιν περιοχῆς legitur in Psalterio Gallicano, & ab Hilario,Augustino, Arnobio, *ciuitatem circumstantiæ*, id est,quæ vallo, mœniis, arcibus cingitur atque circumdatur, & munitur. id Arnobius mysticè videlicet de Angelorum interpretatur custodia: Augustinus,de circumfusa multitudine infidelium. Sed ad literam omissa opinione Valentiæ, Vatabli, Genebrardi, Agellij,& aliorum accipientium sub nomine singulari plures munitas ciuitates, oppida,castra,&c.quam ciuitatem intelligat,variant sententiæ.Priùs monui de illis qui sentiunt esse Ierusalem,quam captiui repetere gestirent. Caietanus, Genebrar-

Mystica interpretatio.

Literalis.

dæ, Hertus, putant esse Rabbath regiam ciuitatem filiorum Ammon, ad quam Ioab expugnandam Dauidem inuitauit [a], & ex ea opima prædæ relata est: *populus verò ferratus, & circumactus super eum ferrata carpentis, diuisisque cultris, & traductus in typo laterum.* Arias & Agellius volunt esse *Bosra* Idumææ regni præcipuam, & munitissimam ciuitatem. Fauet Hieronymus antea citatus in Esaia [b]. Paraphrastes nominat *ciuitatem destructam Tyri.* Sed in Psalmo 107. nullius nomen exprimit, prout recitatur in Regiis bibliis. Nam Nebiensis in 107. refert ex eodem ista, *quis deducet me vsque Romam impiam?* & pro sequenti membro, *quis deducet me vsque Constantinam Idumæorum?* Oportet hanc Paraphrasim Auctoris esse, qui Constantino senior non fuerit, cùm nominet vrbem ab eo conditam. Quòd autem *Romam* appellat, eo facit errore odioque quo Iudæi quæcumque de inimicissimis sibi dicuntur Idumæis, ad Romanos transferūt, vt in titulo monui; tum præterea quia Romæ & Constantinopoli quæ *noua Roma* appellatur, Christianum nomen ac potentia præsertim eluxit: sensum autem esse vult, ac si populus Hebræus votum ac spem suam certam exponeret, Romam & Constantinopolim cum reliquo orbe vniuerso sub ditionem pptestatemque redigendi.

Posset nihilominus in bono sensu accipi prædictio desideriúmque de vrbe Romana, quæ futura esset Petri sedes, & Ecclesiæ caput. Ita quidem Dionysio Carthusiano videtur, qui ad idem citat Esaiam [c], *ciuitatem sublimem humiliabis.* Refellit Felix expositionem de Tyro & Roma. Tropologicè præterea optat quilibet iustus mundum contemnere, & conculcare, qui ciuitas quædam munita est ac Idumæa. Idumæa carni & sanguini mundú addictum denotat, vt prius dixi. *Ciuitatis huius munitæ* Hugo describit muros diuitiarum; fossam auaritiæ: turres honorum atque dignitatum: propugnacula scientiarum secularium: scuta excusationum: galeam vanæ spei de venia: sagittas detractionum: arcum praui iudicij: iacula verborum adulationis: vexilla malorum exemplorum: loricas delectationum sibi connexarum: habitatores esse Persas, Lydios, Libyas [d], superbos, luxuriosos, auaros, omnia propriis testimoniis illustrat. Euthymius ciuitatem [illegible] Ecclesiam interpretatur, quæ complectitur omnes virtutes.

Quis deducet me vsque in Idumæam?] In bibliis Complutensibus ac Regiis additur hic, & Psalmo 107 [e]. tum Græcè, καί, tum Latine, *aut*: nec non in Psalterio Romano, & Gallicano, atque apud Cassiodorum, & apud auctorem Græcum Nicephorum. Sed monet Hieronymus [f] superfluum esse. Legit Caietanus, *Quis duxit me vsque Edom? nónne tu Deus?* & expouit cùm iam capta semel esset Idumæa, superfuisse capiendam ciuitatem Rabbath, quæ erat Ammonitarum, & ipsammet Idumæam denuo debellandam, quia rebellauerat. Atqui verbum præteriti temporis post verbum futuri, solet habere significationem futuri; sicque נחני *nachani*, Hieronymus ipse aliique vertunt in futuro, *deduces me*, sicut præcedens יובלני *ioubleni*.

Idumæa mysticè quid sit, dictum antea satis. Nicephorus de Iudæa sumit cuius optetur conuersio; itaque Hilarius videtur intelligere. Ludouicus, alias Aloysius Legionensis [g], diligenter disputat *Edom* quandoquam pro Iudæis accipi debeat, vel pro aliis. Communior opinio habet hic Gentiles significare, quemadmodum in Esaia [a], cum quæritur, *quis ille sit qui veniat de Edom tinctis vestibus de Bosra*: & dicitur ibidem ac in Apocalypsi [b], *torcular calcasse*, & populos conculcasse in furore suo.

Vers. 12.] Nónne tu Deus, qui repulisti nos: & non egredieris Deus in virtutibus nostris?

PRæcedenti subiicit interrogationi responsum, videlicet, rem illam tantam vt ciuitatem capiat munitam, & Idumæam recuperet, sibi neminem præstare, præter Deum, posse. Aliquando inferiorem se hostibus fuisse, aut etiam Saulem, qui tandem occubuerat [c], cùm eidem, non placuit Deo, succurrere. Omnino certum esse si destituat Deus auxilio, vincendum se esse; victoriam reportaturum si dignetur ipse quodammodo comitari ac ductare exercitum, & cum congredientibus egredi. Facile est hoc ad Ecclesiam, vel quemuis alium inter persecutiones quiritantem & opem diuinam implorantem, transferre; nec non secum & cum intestinis inimicis, ac externis dimicantem, vt cùm Paulus exclamabat [d]; *infelix ego homo; quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum.*

Nónne tu Deus qui repulisti nos?] Suppletum est pronomen, *qui*, etiam à Hieronymo. Qui omittunt, efficiunt hunc sensum, ponendo notam interrogationis post Deus, *nónne tu Deus?* & suppledo *tamen*; *tamen repulisti nos.* Ita Caietanus & alij: Parum refert: vt & verbum, *proiecisti*, quo idem Hieronymus vtitur, pro, *repulisti*: vel respondetur ad illud, *quis deducet me*, &c. vel significatur causa cur anxiè id quæsierit: cùm tu repuleris, nec nobiscum pugnaueris; quis deducet? Reperi videntur prima Psalmi verba, *Deus repulisti nos.* Similis autem isti ac sequenti membro sententia est in 43 [e]. *nunc autem repulisti, & confudisti nos, & non egredieris Deus in virtutibus nostris.*

Repulsionem à lacte mundanæ dulcedinis mystico interpretatur sensu Hugo. Dionysius, à prosperitate externa propter persecutiones. Conferunt hæc ad occupandam prædicando ciuitatem munitam & Idumæam. Hilarius exponit, in repulsos Idumæos, id est Iudæos, præsertim capta Ierusalem, & destitutos custodia Spiritus sancti ac exercitibus diuinæ propugnationis, tandem in fine deducendam cognitionem veritatis. Idem de repulsis docet Iudæis Euthymius.

Et non egredieris Deus in virtutibus nostris.] Hieronymus, *in exercitibus nostris*, בצבאותינו *beseuothenu*, ἐν τοῖς στρατεύμασιν ἡμῶν. Rectè Paraphrastes pro *in*, (ἐν) (ב) *be*, posuit (עם) *hhim*, *cum*: & eo modo interdum sumi testis Ambrosius [f], & Augustinus [g]. *Virtutes* pro exercitibus vsurpari sæpius vidimus, & de phrasi hac diximus Psalmo 43 [h]. quid sit *Deum egredi in*, siue *cum exercitibus.* Interrogatio non innuit dubitationem, sed certam spem fore, vt opituletur Deus. Absque interrogatione lateret alius sensus, non *egredi* Deum *in virtutibus*, id est, exercitibus nostris, cùm scilicet sic nostros æstimamus, vt nimiùm præsumamus.

Ad moralē pertinet sensum non *egredi* Deum

---

a 2 Reg. 12. a lin. & seq.

Bosra Idumææ, regni ciuitas præcipua.

b in cap. 63.

Odium quo Iudæi quæcumque de inimicissimis sibi dicuntur Idumæis, ad Romanos transferunt.

In bonum sensum hæc accepta.

c ca. 26. 5. *Tropologice.*

Idumæa carni & sanguini mundúm addictum denotat. Ciuitatis huius descriptio.

d Ezech. 28. 18.

e vers. 10.

f Epist. 135.

Idumæa quid sit mystice.

g in Abdiam. *Edom quando pro Iudæis accipiatur.*

a Esa. 63. 1.

b Apoc. 19. 15.

Sensus loci.

c 1 Reg. vlt.

Ecclesia, vel alius inter persecutiones diuinæ opis implorans.

d Rom. 7. 24.

e vers. 10.

Vtilia interpretatio.

f 3. De Spiritu Sancto. *Virtutes pro exercitibus, posita.*

g in ps. 104. h vers. 10. *Deum egredi in exercitibus, in virtutibus, quid sit.*

Morales sensus.

in virtutibus, quia non ita liberet externùs, vt faciebat in vetere Testamento, sed internus tribuat patientiam, vt *ibi*, hoc est, *in cruce, abscondita sit fortitudo* [a], & *cùm infirmamur, tunc potentes simus* [b]. Dominus Deus noster nobiscum est, & *clangor victoriæ Regis* nobiscum [c]. *Ergo in exercitu nostro dux Deus est* [d].

a Abac.3.4. b 2. Cor.12.10.
c Num.23.21.
d 2.Paral.13.

*Verſ.*13.] Da nobis auxilium de tribulatione, quia vana ſalus hominis.

CVm perplexus anxiúſque interrogauerit, quis aduerſus hoſtes opem ferret, ſibique reſponderit, non alium id poſſe, præter Deum, qui cùm alias repulliſſet ac reculſáſſet opitulari, verendum eſſet ne in poſterum idem faceret, tandem animum reſumens, fiduciámque concipiens, iterum & magis expreſsè humanum omne auxilium profeſſus vanum, id à Deo ipſo expectat, & implorat, vt ſi non triumphare, quod priore cupiebat verſu, de inimicis poſſit, ſaltem vitare valeat ingruentem tribulationem. Clarè & omni congruens homini ſententia ſalutis indigo, qui proinde non hanc ab homine ſed à Domino, *cuius eſt ſalus* [e], ſperare debeat. Audiant hæc, ait Hieronymus, qui ſpes ſuas in potentatibus hominum, vel in terrenarum diuitiarum ſplendoribus ponunt; quia *vana eſt ſalus hominis*; & Deus ſolus opportunum tribulationibus noſtris præſtat auxilium. Rurſum explicans eandem ſententiam pſalmi 107. notat non orare Dauidem dari auxilium de deliciis, ſed de tribulatione; ſi quis non ſit in tribulatione, auxilium Domini inuocare non poſſe: ſententiam, quòd *vana ſit ſalus hominis*, id eſt, eius qui ſperat in homine, omnibus patere, non egere interpretatione: Imperatoris, Principis, Patriſ, matris in quem ſpes, ſubtracto ſpiritu, euaneſcere ſalutem.

Hieronim. ſalus in indigo congruens plenè ſententia.
e pſal.3.9.11.

Da nobis auxilium.] Hebraice, הבה *hauah*; quod addito ה in fine in imperatiuo ſignificat *da*, & *affer*, ſumiturque pro aduerbio hortantis, *agedum, eia*, &c. Sed meliùs hoc loco pro verbo.

De tribulatione.] Hieronymus, *in tribulatione*; quamuis in editione Victorij & apud Treuetum legatur, *de tribulatione*. Præpoſitio Græca, (ἐκ) & Latina (*de*) pro Hebræa לְ *min*, ſignificant, *propter tribulationem, præ tribulatione*, id eſt, ob magnitudinem ipſius. Particulæ (*de*) vſus vt ſignificet *propter*, exempla ſunt in Apocalypſi [f], *Væ habitantibus in terra de cæteris vocibus trium Angelorum*; & in Abacuc [g], *Vaſtitas animalium deterrebit eos de ſanguinibus animalium*. Item, *de* valet, *in*, vt, *laudate* [h] *Dominum de cœlis*: [i] *eos de quibus peccauerat, admones*: [k] *apparuit de monte Pharan*.

Particula (ἐκ) pro Hebræa particula (de) vſus.
f c.12.17.
g c.2.17.
h pſal.148.1.
i Sup.12.2.
k Deut.33.2.

Quia vana ſalus hominis.] Hieronymus, *vana eſt enim ſalus hominis*. Hebraicè eſt litera ſeruilis (כִּי) *ve*, Græcè, ὅτι, quæ propriè ſignificant, &. Hanc particulam &, habent pſalterium Romanum & Gallicanum: præterea Hilarius, Auguſtinus, Caſſiodorus; biblia quoque Complutenſia & Regia. Symmachus expoſuit cauſaliter; ματαία γὰρ σωτηρία ἀνθρώπου, ſicut & vertiſſe Hieronymum dixi. Quare non eſt ſuperflua dictio ὅτι, vt Euthymius volunt. Theophylactus hoc exemplo affirmat, inter alia, ſcripturæ conſuetudinem eſſe (&) pro (*enim*) accipere; ſicque videri exponendum apud Lucam [l]. *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui*: hoc eſt, benedictus enim eſt fructus ventris tui. Conſtat, ſatis crebrò Hebræum (כִּי) *ve*, & Græcum, γὰρ, ſumi *αἰτιολογικῶς*, *cauſaliter*. Sic in Geneſi [a] noſter Interpres; *habet enim virum*: reddit, vbi eſt (כִּי) *ve*: in pſalmo 142 [b], *non auertas faciem tuam a me, & ſimilis ero deſcendentibus in lacum*: apud Eſaiam [c]; *in iratus es, & peccauimus*: in Euangelio Lucæ [d]; vt modò diximus cum Theophylacto, *benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui*: rurſus in Geneſi [e]; *panem & vinum obtulit; erat enim ſacerdos*. *Vana* porro *ſalus hominis*; quia *homo vanitati ſimilis* [f]: imo *vniuerſa vanitas* [g]. Fortiſſimi martyres oblatam à Tyrannis vitam, & vitæ præſentis fœlicitatem, vaniſſimam cenſuerunt. nam omnino verum eſt quod ait Hilarius hoc loco: nihil ad profectum æternitatis hæc vita ſuſcepta, vel prorogata fuerit, miſeriarum nobis originem eſſe non vitæ; Deinde, quod conſtantiſſimus affirmabat ſenex Eleazar [h], *etſi in præſentiarum quis manibus impiorum eripiatur, manum tamen omnipotentis Dei nec viuus nec defunctus poterit euadere*. Tandem ille ſolus timendus qui poteſt, *& corpus & animam perdere in gehennam* [i], aut æternam vtrique conferre ſalutem. Quid ſperes à carneo brachio [k], vel ab *arundineo baculo* [l]? *Cùm adhuc ſubſiſteremus*, aiunt illis, quos plorantes inducit Ieremias [m], *defecerunt oculi noſtri ad auxilium noſtrum vanum; cùm reſpiceremus attentis ad gentem quæ ſaluare non poterat*. Minimus natu ex Machabæis, animi robore haud vllo minor, exprobrabat Antiocho *vanis* eum *ſpebus extolli, fratres ſub teſtamento æterna vita effectos* [n]. Sine Domino ædificatur in vanum: fruſtra vigilatur illo non cuſtodiente [o]. Stulti cùm iuſtos in tribulatione cernunt, *manifeſtè vanam ſalutem* ſpem illorum putant [p]; dicunt, quòd *vanus eſt qui ſeruit Deo, nec emolumentum eſt cuſtodienti præcepta eius* [q]. *Vana ſpes & mendacium viro inſenſato* [r], καὶ αἱ ἐλπίδες αὐτῶν ματαίαι εἰσὶ, *vanæ ſpes, & mendaces*.

a c.10.
b ver.7.
c c.54.5.
d c.18.8.
e c.14.18.
f pr.19.4. g pſ.38.6.
Nigrum eſt ergo nobis omne quod ſit humanum. h 2. Mach.6. 26.
i Matt.10.28.
k Ierem.17.5.
l Eſa.36.6.
m Thre.4.17.
n 2.Mach.7. 34. 36.
o pſ.126.1. Stultorum de iuſtis in tribulatione, verba.
p Tob.2.22.
q Malac.3.14.
r Eccl.34.2.

*Verſ.*14.] In Deo faciemus virtutem: & ipſe ad nihilum deducet tribulantes nos.

QVod à Deo poposcit priore verſu, id iam ob certam ſpem impetrauiſſe ſe dicit, atque diuino nixum auxilio minimè dubitare, quin ſuos omnibus exutos viribus inimicos eò tandem redigat, vt nihil amplùs nocere valeant. Hoc ipſum aliis multis modis in decimo ſeptimo præſertim pſalmo dicitur. Hoc eſt enim hoſtes *calcari cum fuerint cinis ſub plantis pedum noſtrorum* [s], & *conteri Satanam à Deo ſub pedibus noſtris* [t]. Hoc eſt, in Deo & Chriſto laborare, *virtutando ſecundùm operationem eius quam operatur in nobis in virtute* [u]. Hoc eſt demum *omnia poſſe in eo qui nos confortat* [x]. Hoc eſt, *exaltari manum noſtram* (ſuſtentatam dextera Dei) *ſuper hoſtes noſtros*, ita vt *omnes inimici noſtri intereant* [y]. De Martyribus in perſecutoribus Auguſtinus & alij exponunt; Hieronymus quoque, de vitiis: Caſſiodorus, de dæmonibus. Bruno Carthuſianus, quaſi virtutes, in altero verſu de moralibus, quas quis acquirere ſibi videretur, per vires naturales intelligerentur, explicat, Deum *non egredi in* talibus *virtutibus*, ſed in ea quam quis in Deo faciat, id eſt, auxilio gratiæ ipſius: *deinde* autem *ad nihilum tribulantes*, ne præualeant ſaltem in futuro, ſicut præ-

Se ſuſtent.
s Malac.4.3.
t Rom.16.20.
u Coloſſ.1.29
x Phil.4.13.
Alia expoſitiones.
y Micheæ 5.9.

ualent

ualent nunc in corpore: vel etiam, vt destruatur malitia eorum, & euadant boni. Hinc Fulgentius [a] gratiæ colligit necessitatem, vt & bonum facere velimus. & vt bonum facere valeamus, interpretans, *in Deo fieri virtutem*, id est, opus virtutis. Augustinus, aliúsve auctor libri de diligendo Deo, vel secundi meditationum [b], *virtutem* istam vult esse continentiam; cuius difficultas magna sit: diligendum verò Deum qui tribuit illam, & ad nihilum deducit non modò carnem nostram, cum concupiscentiis suis, sed & præsens sæculum nequam cum curiositatibus suis, & vanitatibus suis; & ipsum etiam cum tentationibus suis, *conterit Satanam sub pedibus nostris.*

In Deo faciemus virtutem.] Hieronymus hìc eodem modo. Sed in psalmo 107 [c]. vbi Hebraicè Græcéque idem legitur, *in Deo erimus fortes.* Literaliter loquendo, *virtus* hoc loco חיל *chail* & δύναμις, non magis moralem significat, quàm duodecimo versu, *virtutes*], δυνάμεις, & צבאות *tsebaoth.* Quocirca pro gratiæ necessitate argumentum hinc efficax non ducitur. Quamuis Fulgentio quem citauimus, concedamus, *virtutis* nomen si pro morali accipiatur, pro virtutis opere poni posse; quemadmodum *institiam fieri* Ioannes [d] pro illius opere dixit; & Paulus [e], voluntatem Dei pro operibus quæ Deus nobis inspirat, & in nobis operatur voluntas eius, & Christus [f], veritatem pro opere veritatis. Rectè Nicephorus, ποιῆσαι δύναμιν, exponit, δυνατὰ ἔργα καὶ μεγάλα κατορθώματα ἐργάζεσθαι, *potentia opera, & magna quædam egregiáque facinora operari.* Potest etiam, vt Euthymius docet, *facere*, idem esse quod adipisci, & possidere virtutem, hoc est, vires, exercitum, robur, &c. Satis frequens est vsus *faciendi* pro eo quod est acquirere & comparare sibi, vt *facere animas, amicos, nomen*, &c. Idem Euthymius in panoplia [g] Chrysostomi profert annotationem, de Deo ac tribus æquè personis vsurpari formulam istam, vt in Deo, in Patre, in Filio, in Spiritu sancto *fieri* quippiam dicatur, nec vllam diminutionem denotare, sed in omnibus vnam atque eandem esse naturam & essentiam. Præposito (ב) *be*, seu litera (ב) *beth*, vocatur à Grammaticis חעור *habbezer, auxily.*

Et ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.] Hieronymus, hìc & in psalmo 107 [b]. *& ipse conculcabit tribulantes*, aut, *hostes nostros*, psalmo 43 [c]. idem verbum Hebræum בוס *bus*, & Græcum ἐξουδενῶν, quæ habentur hoc loco, vertit Interpres Latinus *spernere.* Sed Hebræum propriè significat *conculcare.* Vnde *Iebusæum*, nominatum putant quasi *conculcatorem*, ac *spretorem*, quòd contempserint ac ludibrio habuerint Iebusæi Dauidem, cæcos claudósque collocantes in mœnibus, vt mœnium se firmitate satis tutos venditarent [d]. Legendus quoque Commentarius noster in ps. 107. qui, vt dixi, constat ex vltimis octo versibus psalmi præsentis.

a t. ad Monimum. c. 9. *Gratiæ necessitas vt hoc loco colligitur.*

b c. 13 tom. 9.

c vers. 14.

Pro gratia necessitate hinc argumentum efficax malè ducitur. Virtutis nomen, pro virtutis opere. & similes phrases.

d 1 Ioan. 3. 7.

e Hebr. 13. 21.

f Ioan. 3. 21.

b vers. 14.

c vers 16.

Iebusæus, sic vnde cognominatus. Contemptus Iebusæorum erga Dauidem.

d Iosephus 7. antiq. c. 2.

PSALMVS SEXAGESIMVS.

In finem.

1 In hymnis Dauid.

2 EXaudi Deus deprecationẽ meam: intende orationi meæ.

3 A finibus terræ ad te clamaui: dum anxiaretur cor meum, in petra exaltasti me.

Deduxisti me, 4 quia factus es spes mea: turris fortitudinis à facie inimici.

5 Inhabitabo in tabernaculo tuo in sæcula: protegar in velamento alarum tuarum.

6 Quoniam tu Deus meus exaudisti orationem meam; dedisti hæreditatem timentibus nomen tuum.

7 Dies super dies regis adiicies: annos eius vsque in diem generationis & generationis.

8 Permanet in æternum in conspectu Dei: misericordiam & veritatem eius quis requiret?

9 Sic psalmum dicam nomini tuo in sæculum sæculi: vt reddam vota mea de die in diem.

Titulus, & argumentum.

In finem.

Vers. 1.] In hymnis Dauid.

DE primis duabus tituli dictionibus dictum sæpius alibi, aliæ duæ sequentes sunt etiã in titulo psal. 66. videlicet, *in hymnis*, in 4. autem 6. 53. 54. *in carminibus*: quamuis alij legant, *in hymnis*, prout habetur etiam Græcè, cùm vbique sit Hebræa vox נגינת *neghinath*, in regimine: vel in plurali נגינות *neghineth* cum præpositione, aut (ב) *be*, quæ valet, *in*; aut על *hhal*, quæ significat *super.* In titulo 67. & 76. psalmi eadem voces non reperio, licèt Agel-

lius

lius in proœmio affirmet. Illud Hebræum nomen indicat ad organum cantata carmina, siue id sit psalterium, siue organum, siue cithara, siue aliud. Relege quæ diximus ad similes titulos præcedentium psalmorum. Etsi porrò nomen psalmi non exprimatur hoc loco, non sequitur, quod Euthymius tamen obseruari vult, solo ore, absque organorum modulatione, cani psalmum istum debuisse. Repugnat Hebræum vocabulum, quicquid sit de Græco.

Simplicem, vocat Hilarius, psalmum, & Augustinus, breuem. Etsi conueniunt Christo, secundum mysticum sensum, quæ hic dicuntur, vt & quæ in aliis psalmis, tamen de seipso loqui videtur Dauid, persecutionem patiente. Itaque Dauid longius exulans, propter persecutionem vel Saulis, vel Absalonis, diuinam implorat opem. Tum concepta spe liberationis, pollicénsque perpetuam in domo Dei mansionem, & postulans eiusdem protectionem, ac vitæ regnique diuturnitatem, gratiarum vicissim Deo promittit actionem. Probabilius est innui Saulis persecutionem, quando in extremis finibus regni eius fugiens latebat Dauid, hoc est, in locis tutissimis Engaddi, postquam euaserat ex deserto Ziph & Maon [a]. Græci populo afcribunt psalmum in captiuitate Babylonica, hanc veluti orationem vsurpanti pro reditu in patriam, qui etiam reditus in eodem psalmo prædicatur. Sed communior meliórque prior sententia, quam Hebræi quoque sectantur: & Chaldæus Paraphrastes, diserte de Messia declarat illa verba septimi versiculi, *Dies super dies regis adiicies, annos eius vsque in diem generationis & generationis.* Præterea vltimum versum Dionysius totum explanat de Christo.

Conuenit psalmus Ecclesiæ iam per totum mundum propagatæ, suáque cum gratiarum actione beneficia commemoranti, tribulationes etiam vbique toleratas exponenti, vota & laudes offerenti, tum pro acceptis beneficiis, tum pro iis quæ adhuc sperat. Vtitur Ecclesia hoc psalmo in officio de Apostolis.

Vers. 2.] Exaudi Deus deprecationem meam, intende orationi meæ.

NOn eget explanatione versus hic. Nam discrimen inter δέησιν καὶ προσευχὴν, de quo aliàs diximus, non est perpetuum: & pro *deprecatione*, Hieronymus reddit *laudationem*, quam alij *vociferationem*, vel *clamorem*, iuxta vim nominis Hebræi רִנָּה *rinnah*. Non est *deprecatio* tantum, aut semper, cùm liberari petis à malis; & *oratio*, quando concedi bona: vel illa pro peccatis, hæc pro perseuerantia in bono: nec *exaudire* ad aures pertinet, *intendere* ad oculos, quasi necessarium sit ei qui velit exaudiri, vt non tantùm orec voce, sed & opere. Ista Ruffinus, Remigius, Hugo, & alij obseruant, quemadmodum & in composito nomine *deprecationis*, extensionem, seu assiduitatem orationis. Aiguanus cum Cassiodoro *deprecationem* non Deo dumtaxat, sed etiam homini, *orationem* soli Deo fieri docet. Moneo ne plutis quàm par sit æstimes. Pluris æstimandum quod annotat Hilarius, per *intendendi* verbum, cùm scilicet, vt intendat Deus, petitur, iudicari fiduciam orantis, vt Deus videat, an oratio sit innocens, casta, fidelis, ex intimo conscientiæ atque cordis metu profecta. Hieronymus etiam ait innui, vt intendat Deus, si iusta vel pura sit oratio, vbi Deus audit, & videt in corde. Lege psalmi decimi sexti principium.

Vers. 3. A finibus terræ ad te clamaui: dum anxiaretur cor meum, in petra exaltasti me.

Deduxisti me.

SEx dictiones primas nectit præcedenti versiculo Romanum Psalterium. Ait autem Dauid se ab extremis terræ partibus, vbi profugus exulet, magna vocis contentione ac vehementi cordis angore diu multúmque flagitauisse diuinum auxilium: huius autem vim partim expertum, partim confidere, se cùm opus erit, experturum, vt se tuto firmóque in loco Deus, velutíque in edita & bene munita propriis manibus rupe constituat: quò accedere hostibus non liceat, ipse autem per seipsum tam altè conscendere non possit. Tropologia mixta allegoriæ de Ecclesia, & quolibet membro ipsius, satis obuia & clara est, quòd scilicet, quocumque peruenit Euangelicæ prædicationis sonus, ac verba, inde oretur Deus inter præsentis vitæ anxietates, atque molestias.

A finibus terra.] Hieronymus, *de nouissimo terræ.* Hoc valent Hebræa מִקְצֵה הָאָרֶץ *mikseh haarets*, in singulari numero. Ad literam regio deserta intelligitur, in qua Dauid exulabat, & erat in fine regni Saulis, terræque promissæ, non autem Babylon, vbi populus exul agebat, quod Græci sentiunt, quasi in vltimis mansuetioris regionis nostræ partibus sita sit. Certè *terra* nomen non de vniuersa terra semper sumitur, sed accommodatè de aliqua particulari, vt exemplis aliàs demonstraui [c]. Rectè nihilominus mystico sensu amplitudinem Ecclesiæ per orbem terræ cum Augustino Latini cæteri intelligunt. Idem Augustinus alibi [b] idem docet, dicens, quèd qui *à finibus terræ* clamat, à quatuor partibus terræ clamat, & [c], quòd gemens inter mala peregrinationis, clamat ex omni loco, non ex Africa dumtaxat, & qui non in arena, sed in petra exaltati constitutique sunt. Eódem spectat, vt, quod ait Hugo, Hieronymus, Cassiodorus, Remigius, quiuis fidelis orans orare dicatur *à finibus terræ*, hoc est, in communione sanctorum omnium, qui vbique sunt, tanquam particeps omnium Deum timentium [d]. Sumunt Hilarius & Hieronymus præterea *fines terræ* pro corpore, in quo constitutus & peregrinans, & superuestiri desiderans, & à vitiis carnis desinere orat. Sunt etiam *fines terræ* calamitates, veluti profundæ [e], & *venter inferi* [f], vnde clamandum est ad Deum: barathrum peccatorum, quo quis absorptum se sentit: reatus æternæ damnationis, quo se teneri scit.

Ad te clamaui.] Hieronymus, *clamabo*, quod alij quoque in præsenti exponunt, *clamo*: quamuis sit אֶקְרָא *ekra* futuri temporis.

Dum anxiaretur cor meum.] Augustinus, *dum angeretur.* Hieronymus, *cùm triste fuerit cor meum.* Alij, *cùm defecerit*, aut *affligetur*, aut *dum in angustia & mœrore fuerit.* significat עטף *khatoph angustiis ac afflictionibus contegi ac obrui*, ita vt animus deliquium passus quodammodo non appareat:

Se ipsum hort.

Tropologia cum allegoria.

Literalis sensus.

Terræ nomen interdum de particulari aliqua.

Mysticus sensus. a psal. 18.5.

A finibus terræ orare, quid sit

b Serm. 22 de tempore.

c Scribit Hier. Perditus. c. vlt.

d psal. 118. 63.

Fines terræ vt sumatur etiam. e psal. 129. 1. f Ionæ 2. 3.

Aunó tæ-
cat.

a vers. 4.

Oratio maxi-
mè necessaria
tempus quod sit.
b cap. 2. 3. 8.
c Matt. 26. 39.

d cap. 5. 13.

exanimatus, accedat, & tanto graui mœrore affici, animo consternetur, in inopia consilij versari, curam omnem abiicere propter molem ipsius curæ. Eadem phrasis in psalmo 142 [a]. *Et anxiatus est super me spiritus meus.* Hebraice ותת עטף עלי רוחי *vatiuth ihitaceph hhalai ruchi.* Græce, καὶ ἠκηδίασεν ἐπ' ἐμὲ τὸ πνεῦμά μου. Posuit ista iuxta præcedentibus, ita vt denotetur oratio facta, dum eor anxiaretur. Illud orationi maxime necessarium tempus, quo & Ionas [b] testatur se potissimùm orasse, dum scilicet *angustiaretur in ipso anima eius.* Docuit nos quoque Christus [c] exemplo suo, quando vertamur in agonia, prolixiùs orare. Præcipit item Iacobus [d], vt *qui tristatur, oret*, tristitiam intelligit vndecumque oriatur, siue ob quotidiana peccata, quamuis leuia, siue ob tentationes dæmonum, & internas, siue ob persecutiones hominum, siue ob exilium a beata patria.

In petra exaltasti me.] Hieronymus, *cùm fortis eleuabitur aduersum me*, tunc subdit explicationem sequentis verbi, *deduxisti me*: vertens, *tu eris ductor meus*: accepit Hieronymus צור *tsur*, vt significet *fortem*; & fortassis legit (ה) *che* pro (ח) *he*, quia illud seruit commodius ad significandum tempus, & verbum ירום *iarum*, heu! reuera est, transtulit per tertiam personam, & ממני *mimmenni* vertit, *aduersùm me*, quod aliter posset reddi, *præ me*, aut, *plusquam ego*. Oportet L x x. non solum צור *tsur* pro petra intellexisse quam etiam significat, sed legisse תרום *tharum* in secunda persona futuri temporis, quod tempus non rarò ponitur vice præteriti. Vltimam autem dictionem ממני *mimmenni* exposuerunt *me*, contenti sensu, cum alioqui potuissent interpretari eo modo, quo Chaldæus Paraphrastes: *super arcem munitam, quæ constructa est super montem altiorem me ipso, deduc me.* Vel certè legerunt תרוממני *theromemeni*. Sed quia ridiculum videri posset si se David assereret deductum seu exaltatum, aut exaltari deducíve peteret super altiorem montem seipso, cùm statura paruus esset, & nullius, quamuis gigantis, comparabilis statura sit cum monte, credo iuxta hanc interpretationem, velle significare se non solùm euasisse in munitiorem rupem quàm priùs speraret [e]: sed figurata dicendi formula, multo magis ac meliùs quàm animo capere priùs potuisset, a Deo ipso protectum, ac defensum fuisse, & quasi manu ipsiusmet ex periculorum quadam valle, profundo barathro, & humilitate, in altam præsidij atque refugij arcem erectum ac exaltatum. Celebres in historia Regum [e] tutissimi loci sunt, in quibus latebat David; in deserto Ziph, in colle Hachila, in deserto Maon, & dum cingeretur a Saul, euasionemque desperaret David, & ille ob nouum bellum Philisthiim reuocatus esset, loco nomen inditum est; *Petra diuidens.* De hac exponit Caietanus sic legens, *in petra, quæ eleuabitur super me, duces me*: vt nempe celebraretur in posterum propter illam caulam, & nomen. At simplicior & verior sensus de Dauide in petra exaltato, vt ibi esset in tuto. Psalmo [f] 26. & 39 [g]. Prius eadem phrasis occurrit *exaltandi in petra*, vel, *statuendi supra petram*: licet in 39 sit סלע *selahh*, hic, & in 26. צור *tsur*, in quo 26. legitur בצור ירוממני *betsur ieromemeni*, vnde confirmari potest coniectura de lectione, qua vsos videri hoc loco Lxx. dixi. Sensum porro a Paraphraste traditum, qui textum Hebræum, vt nunc est, exponit, commode reddidit Ioannes Gagneius hoc versu:

Auersi expo-
sitio.

e lib. 1. 23.

f vers. 5.
g vers. 3.

A — age ergo
Vt duris securus ab hostibus exsequaque degam,
In rupem fac me conscendere, quo meque vt non
Tantum ego non, sed nemo ascendere possit.

Paulo breuius Arias:

Rupis præalta culmine me loca,
Quo, inque ipse solus scandere non queo.

Nec minus feliciter hoc, sicut & alia omnia, Gallico Philippus Desportes idio mate suauis & elegans poeta expressit:

Helas! emporte moy
Dessus ceste roche haultaine:
Car autrement toute ma peine
N'y peut monter sans toy.

B Dici potest ante ירום *iarum* suppleri אשר *asher* pronomen relatiuum, & verbum generis masculini tertiæ personæ referri ad צור *tsur*, significans *petram*, vt sit sensus, in petram, quæ exaltabit nempe se, id est altior sit præ me, hoc est, quàm vt in eam per me conscendere queam, & quæ me conanti eò euadere, videtur sese attollere, ac fugere à me, deduces me, siue deduc. Mystice *petra Christus* [a] est, cui *nomen datum super omne nomen* [b]. Petrus item de petra [c], vt ait Hieronymus, ita vt aduersus hic fundatam firmiter Ecclesiæ domum, *portæ inferi præualere* nequeant [d], nec eam flumina, imbres, venti diruere [e]. Hoc refugium erumpniis [f], inde fluunt aquæ [g], vbi vnctio, erectióq; in titulum [h], ad hanc petram alliduntur paruuli nostri [i], hoc est, inordinati motus: in huius foraminibus nidificamus, & habitamus [k].

C *Deduxisti me.*] Iam retuli ex Hieronymo, *tu eris ductor meus*: & monui ab interprete nostro futurum תנחני *thanchem* redditum per præteritum, vt alias sæpe: & alios exponere per imperatiuum. Deduxisse intelligit Deum in petram, in qua & exaltauit. Tropologice *ipsum deducit* Dominus *per viam rectam* [l], *tenet manum dexteram, & in voluntate sua deducit* [m]; *dux itineris* [n] est, per quia fugata annos & quadraginta duas mansiones huius peregrinationis [o] & statuens supra petram pedes *educti de lacu miseriæ, lutóque fæcis, dirigit gressus* [p], vt eas *de virtute in virtutem* [q], *notam* facit *viam*, in qua ambules, & spiritu suo bono deducit *in terram rectam* [r], *docet vitia, gubernans in via in qua ambulas* [s], deducit *in semitam mandatorum* suorum [t], & *super semitas iustitiæ* [u], lux & veritas ipsius deducunt & adducunt *ad montem sanctum, & in tabernacula* æterna [x], deducit denique *in portum voluntatis* tuæ [y], & *in via æterna* [z] *exultorem super excelsa in psalmis canentem* [a]. Importat Hebræum נחה *nachah* deductionem placidam, vt solet pastor oues ducere, vel mater, nutrixve puerum; habétque affinitatem cum נוח *nuach, quiescere.*

D *Vers. 4.*] Quia factus es spes mea: turris fortitudinis à facie inimici

Causam exponit cur se *in petra exaltatũ* dixerit, ac in adeo tutũ locum deductum à Deo, quia factus sit, in quem omnem spem coniiceret; ac inilar fortissimæ turris aduersus inimicum, vt nihil tanto præsidio tectus munitúsque, vereatur illius tela & impetum. Familiaris est Dauidi fiduciæ istius tantæ descriptio, vt aliquot iam locis antè vidimus. Salomon [b] *turrem fortissimam* (siue *fortitudinis* מגדל־עז *migdal hhoz*, sicut hoc loco nomen Domini appellatur, ad quam currat iustus, & exaltetur. *Turrita* est Ecclesia in genis [c], in collo [d], in naso [e], in vberibus [f], vt Apomus [g]

E

Sensus lit.

b Prou. 18. 10.
c Cant. 4. 4.
d Cap. 7. 5.
e Cap. 7. 4.
f Cap. 8. 10.
Turres vocat ter Isai. pa.
g lib. 6. in Ose

a 1. Cor. 10. 4.
b Philipp. 2. 9.
c Matt. 16. 18.
& Rom.
d cap. 7. 27.
e psal. 103. 18.
f Num. 20. 8.
g Gen. 28. 22.
i psal. 36. 9.

k Cant. 2. 14.

Tropologia.
l Sap. 10. 10.
m Psal. 72. 24
n Psal. 79. 10.

o Num. 33. 1. & seq. Deut. 8. 2.
p Psal. 39. 3.
q Psal. 83. 8.

r Ps. 142. 8. 10.
s Esa. 48. 17.
t Psal. 118. 35.
u Psal. 22. 3.

x Psal. 42. 3.
y Psal. 106. 30.
z Psal. 138. 24.
a Abacuc 3. 19

obtinerat, tanto præsente loco nobilior. Sed spectatius eius locus turris est: quippe *Vbi formauerat nostra Sion Saluator & in eadem murus & antemurale* [a] *occupat fauus manus nostras.* Hebraice vocabis *salutem* ישועה *iesuah*, *muros* חומות *chomoth iesuhah*, Philo Carpathius [b] ipsum Christum dici *turrim* docet, comprobans huius loci testimonio. Itaq; Patres priore exponunt loco nomē tribuere Christo, vt *Vir dicatur fortitudinis*, vt & cùm Ieremias [d] appellatur *ciuitas munita*, & ibi Procopius obseruat ietu nomen distincte exprimi potuisse. Aiunt præterea Ecclesiam credi posse ibi ciuitatem, in illa pro Iesum illius murum, & antemurale esse auxilium Dei, & præsidiū Angelorum. Denique volut etiā conuenire ciuitatis illius appellationē cælesti Ierusalem, a cuius amore ne leparemur, murus efficiat, & antemurale tot mysteriorū futuri sæculi, beatæq. vitæ. Vult nos Augustinus petitos iaculis aduersis intrare in hanc turrim, cogitando priorem passum Christu, & resurrexisse: iacula ex turri facere, qui verbis Dei ferit aduersariū, spe, bonis operibus. Frequentat in Litania versiculum illum Ecclesia, *Esto nobis Domine turris fortitudinis à facie inimici. Turrem Hananeel* apud Zachariam [e] Hieronymus [f], quæ significat iuxta etymon, *eum qui sit gratissimus* Deo mystice tradit eā esse, quam Salomon toties celebrat in Cantico, sicut antea innui, ex qua *mille pendeant clypei, omnisq; armatura fortium* [g], in qua sit *abundantia* [h], quā ipsi expensis supputatisque iubeamur sumptibus ædificare [i]. Adde quam Dominus in vinea ædificauit [k], & *ciuitatem super montem positam* [l].

Quia factus es spes mea.] Omitto, *quia*. Hieronymus, *fuisti spes mea*. Quanquam apud Treuetum sit, *quoniam Fiet Deum spē alicui*, est facere vt speret, & vt ipsi respondeat euentus. Sic alio dicit psalmo [m] Dauid, quòd *Factus est Dominus in refugium, & Deus in adiutorium spei.* Nomen מחסה *machsiseh* importat, vt aliàs monui, rationem integumenti, vbi quis tuta securus queat, μὴ τὴν ἀμεριμνησίαν, *sine cura*, vt solet dictum nomen Hebræum Symmachus conuertere.

Turris fortitudinis. Repeti debet, ἀπὸ κοινοῦ, vt Nicephorus notat, τὸ ἐγενήθης, *factus es*, nimirum *turris fortitudinis*, quemadmodum factus es spes mea, Hieronymus, *munitissima*. In Prouerbiorum eodem loco [n] interpres reddit, *fortissima*. Circumloquuntur Hebraei superlatiua, quibus carēt per nomina substantiua obliquè adiecta. Vel simpliciter pro epitheto vsurpant genituum substātiui nominis, אשת חיל *eseth chail*, *mulier fortitudinis* [o], pro, mulier fortis, & בן עניה *ben hhanlah*, *filius inquitatis* [p], pro, filio iniquo. Chaldæus vertit, *versutæ fortitudinis* קשטא רשטא *rustha hhusina*, etiamsi Nebiensis reddat priorem vocem nomine *Turris*. Vsum turrium refert ex Aristotele Plinius [q], Cyclopes inuenisse, ad munimentum scilicet mœnium, & vrbium, vt Vitruuius [r], ac Vegetius [s], præscribunt. Vocantur nunc turrium loco depressioribus propugnacula, quæ *bolewarda* nominant.

A facie inimici.] Trito idiotismo Hebraico, *à facie* idem est quod contra. quare per *faciem inimici*, non significantur illius blandities; multoque minus, quem interalem Hugo sensum facit, ornatum mulieris vultum, quo David captus est in concupiscentiā Bethsabee [t]. Abundant exemplis literæ diuinæ, quibus ea formula dicto modo vsurpata legitur, nec etiam vel solam præsentiam vel terrorem significat.

Vers. 5.] Inhabitabo in tabernaculo tuo in sæcula: protegar in velamento alarum tuarum.

TAnta illa spe fretus asseuerat nihil se dubitare quin sit habitaturus in perpetuum, quoad scilicet vixerit, in Dei protectione, perinde ac si latitaret intra tantum tabernaculum, atque pullo similis regeretur alis gallinæ. Innuat simul quantopere desideret, ac speret reditum in patrium, ad religiose frequentandum Mosaicum tabernaculum; & locum Dei dicatum cultui, vt ibi quodam modo præter peculiarem protectionem, quam suis præstabat Deus, velaretur alis Cherubin, quibus Arca obumbrabatur. Fieri demum potest, vt altius vota protenderit ad æterna cælestis beatitudinis tabernacula. Hoc simul cum eodem dictionis genere satis iam in psalmo 26 [a]. expressum ac explicatum est. Cogitatio illa hauriaque felicitatis futuræ valde animum corroborat aduersus omnes tentationes, hostes, persecutiones, illud etiam obstinatum animi propositum perstiendi in Ecclesiæ fide, atque protectione, necnon sub alis diuinæ protectionis. Id enixe flagitabat Dauid 16 [b]. psalmo, *sub umbra alarum tuarum protege me à facie impiorum, qui me afflixerunt.* Locis istis & similibus dicta sunt satis multa, quæ faciunt ad præsentis intelligentiam.

Inhabitabo in tabernaculo tuo in sæcula.] Hieronymus, *inhabitabo in tabernaculo tuo iugiter.* Sed apud Treuetum, *peregrinabor.* Cassiodorus, *in sæculo*: nisi mendum sit. Gallicanum psalterium, & Arnobius, *in æternum.* Augustinus, *inquilinus ero*: quod etiam valet גרתי *agurah*, & παροικήσω. Vim autem facit in peregrinatione, ac tabernaculo, quòd præsentis sint temporis, & *in sæcula* tamen *duraturi* dicantur, quia non modico tempore futura erat Ecclesia in hac terra, sed vsque ad finem sæculi. Imitatur is qui Rufinus dicitur, & alij, Augustinum. Euthymius notat non conuenire Iudæis, pridem iam destructo eorum templo, sed Christianis, qui vbique per orbem in templis assiduè Deum colunt. Hilarius, habitationem sempiternæ beatitudinis vult significari, quam concipiat conseptus fidei spesque munitione, vt sine vllo scilicet, inquit, ætatis modo in æternum fluentibus sæculis temporibúsque ibi manear. Vocatus Hieronymus *tabernaculum* illud quoque accipit, vbi sine fine mansuri Deum iugiter contemplabimur. Hebræum & Græcum verbum simplicem quoque ac absolutam habitationem significant, quo modo & Hieronymum vertisse dixi. Nec è contrario vox *sæculorum* conuincit mansionis æternitatem, vt Augustinus notauit, & alius potest exemplis ostendi, quod & alias fecimus.

Protegar in velamento alarum tuarum.] Hieronymus, *sperabo in protectione alarum tuarum.* Alij, *sperabo in abscondito*, vel *occulto*, vel *tegumento* seu *umbra*, &c. אחסה בסתר כנפיך *echeseh besether chenapheha.* eadem phrasis in psalmo 16 [c]. 35 [d]. 56 [e]. 62 [f]. 90 [g]. & in Ruth [h]. Videri allusio potest ad Cherubin, quæ tegebāt alis tabernaculum, vel ad volucrem fouentem sub alis pullos. Prioribus psalmis actum de tropologico bono sensu *alarum*, sicut duplex dicatur testamentum siue misericordia, & veritas Dei, siue potentia, & misericor-

dia,

a Esa 26 1. & 60. 18.

b In Cant. ἐφ' ὧν ὑπὲρ τοῦ τείχους διελέχθη.

d Cap. 2. 18.

Procop. ibi.

Ecclesia in Litania frequentat ab Ecclesia.

Turris Hananeel magna exposit.

e Cap. 14. 10.

f Ibid.

g Cant. 4. 4.

h Psal. 125. 6. 7.

i Luc. 14 28.

k Esa 5. 1. Matth. 21. 33. Marc 12. 1.

Deus ipsum dicat spem suam in Psal. 93. 22.

n Cap. 18. 10. Hebraismus locutionis.

o Prou. 31. 10.

p Psal. 88. 23.

q lib. 7. c. 56. Pausanias 2. c. plures tumultus vrbis. lib. 1. c. 5. Ibb. 9. c. 2.

c 2. Reg. 11. 3.

Sperabo in tabernaculo tuo.

c vers. 8.
d vers. 9.
e vers. 2.
f vers. 8.
g vers. 4.
h cap. 12. alibi.

dia, siue gemina ciuitas, siue expâsa in cruce brachia, quod vltimum traditur à Philone Carpathio [a], siue quid aliud, quod vno verbo significat etiam. *vmbra manus Dei protegentis* [b], & *sanitas in pennis eius* [c]. Habet & suas mundus alas, potentiæ & opulentiæ, magnum edentes sonitum, in quibus inuenitur sanguis pauperum. Item diabolo conueniunt quatuor, quas in bestia simili pardo Daniel [d] describit. Lege Greueum [e].

Est in fine versus סֶלָה *selah* & διάψαλμα: quo Hilarius ait innui diuinæ protectionis certitudinem, cum spe ac voto futuræ felicitatis. Alij volunt notam esse exclamationis super tanta Dei caritate. Sed sæpe monui nondum constare de vsu istius particulæ.

a in Cant.
b Isa. 49. 2.
c Malac. 4. 2. Mundus quas alas habere dicatur.
d Dan. 7. 6.
e Ier. 12. 9. Alia quatuor bestiæ pardo simili in Daniele, diabolo conuenientes.

Vers. 6.] Quoniam tu Deus meus exaudisti orationem meam: dedisti hæreditatem timentibus nomen tuum.

Sensus loci.

SPei suæ certitudinem inde confirmat, quòd sit priùs expertus exauditas à Deo preces suas, & quia sibi qui timuisset, atq; coluisset ipsum, promiserit possessionẽ regni, ac totius promissæ terræ, quam veluti peculiarem hæreditatem singulari amore prosequebatur, ita vt permissurus non videatur tam longum molestúmque exilium. Altiùs verò mentem simul subleuasse credendus est Dauid, ad æternæ beatitudinis hæreditatẽ, quam ærumnosis tandem sit largiturus exulibus Deus, qui rite illum hîc intetim coluerint, & sua omnia ad eiusdem honorem, dictæque felicitatis adeptionem retulerint: sed propter certitudinem spei, factum iam dicitur quod futurum est: acquisitio item iuris præsentem quodammodo rem facit de qua est: postremò non solùm iam multi venerunt in huius possessionem hæreditatis vita functi, licèt nondum cùm Dauid scriberet; sed & diuinæ gustus ac perceptio consolationis, quæ quolibet tempore communicatur iustis, etiã ante Christi aduentum, ipsiusmet cælestis fruitionis anticipatio, præceptio, prægustus, prælibatio est.

Cæterùm sperari solum id dicit quod futurum est. Acquisitio iuris præsentem quodammodo rem facit.

Porrò secundùm literalem primo loco positũ sensum, videtur hinc ad vsque finem psalmi oratio contineri, qua veluti ex hypothesi, si largiatur Deus, quæ hîc dicit, vt exaudiat vota, det hæreditatem, adiiciat dies, annósque quibus permaneat semper coram Deo rex: apponat tanquam assistrices misericordiam, veritatémque, quibus & regatur à Deo, & regat ipse alios; voueat se nomini Domini psalmũ perpetuo dicturũ, & vota quotidie redditurum. Vel illa eadẽ spectari vt iã concessa possunt, propter fiduciæ magnitudinẽ, hácque de causa Dauidem polliceri quod diximus.

Literalis sensus.

Quoniam tu Deus meus exaudisti orationem meam.] Hieron. [f] meminit, Græcè additũ in quibusdã libris pronomen μου, nec tamen haberi in Hebræo, vel in Lxx. interpretibus, sed additum. Orationẽ intelligit cũ votis, vt fieri solet in maximis periculis. Significant propriè vota, quæ hîc pluraliter ponuntur εὐχαὶ, & נְדָרִים *nedarim*. Enarratores tamen Græci orationes simpliciter absq; votis hîc accipere videntur: & constat, licèt προσευχὴ votiuam significet *precem*, seu *cum prece votum*, εὐχὴ *votum etiam absque oratione* seu petitione, tamen non rarò confundi harum vsum vocum. At Hebræum vocabulũ perpetuò pro votis sumitur, & ita reddit hoc etiam loco Hieronymus, teste Treueto, quamuis in editione Victorij, & Regiorũ Biblio-

f Ep. 135.
Προσευχὴ. Εὐχὴ.

rum oratio ponatur. Connexionem habent cum primis psalmi verbis verba ista. Orationem ait Augustinus, exauditam dicit à quo cœpit, nósque sic admoneri non cessare orando, quamdiu tempus est tentationum.

Dedisti hæreditatem.] Terra promissionis *hæreditatis Dei*, dicebatur, & respectu Dauidis, cui regnũ Deus promiserat: beatitudo demum ipsa, Deúsq; obiectum eius propter causas, quas alibi attuli [a]. Discrimen quoque aliàs aliarũ inter hæreditatem humanam, Deíque, Augustinus affert, quia non laboramus accipere hæreditatẽ ab illo patre, cui nõ morienti succedamus, sed cum illo in ipsa hæreditate viuamus. Tum terram promissionis tum per anagogen terram viuentium beatorum intelligi docẽt Euthymius, & Nicephorus, cõfirmantes verbo Græco in Matthæi Euãgelio [b], κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν, *possidete paratum vobis regnum. Si Filij Dei, & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi* [c]. Nec verò displicet *hæreditatem* hîc intelligere posterorum successionem hæreditariam, præsertim piè imitantium maiores suos. Tale quid scribitur in Ecclesiastico [d], *Cum semine eorum permanent bona: hæreditas sancta nepotes eorum, & in testamentis stetit semen eorum, & filij eorum propter illos in æternum manent, semen eorum & gloria eorum non derelinquetur.* Placet magis nihilominus duplex alius sensus de terra promissa, déque futuro seculo, de quo Paraphrastes etiam exponit: *Nouit Dominus dies immaculatorum, & æternitas eorum in æternum erit* [e], vt sequenti quoque versu dicitur.

a Psal. 134. Discrimen inter hæreditatẽ humanam & hæreditatem Dei.
b c. 25. 34.
c Rom. 8. 17.
d c. 44. 11. 12. 13.
Duplex alius sensus.
e Psal. 36. 18.

Timentibus nomen tuũ.] Timore hæredis, ac filij. *Nomen Dei*, vt sæpe obseruatum est, pro Deo ipso, & attributis eius vsurpatur, quæ solent exprimi nominibus, nec tam hoc loco nomen intelligitur terribilis Dei, quasi, vt Remigius notat, dicatur à δέος, quod significat *timorem*, quàm misericordis. Excitat filialem timorem non seueritas, sed benignitas. Etymon verò illud nominis Dei satis dubium est, aliaque præterea traduntur.

Nomen Dei pro Deo ipso. Timent filialẽ timorem non seueritas sed benignitas.
Etymon nominis Dei a δέος.

Vers. 7.] Dies super dies regis adiicies, annos eius vsque in diem generationis & generationis.

Sensus loci.

REgiæ sibi promissæ dignitati, quam per hæreditatem intelligebat datam olim timentibus Deum suis maioribus, ait adiiciendum à Deo vitæ lõgum æuum, vt viuat rex diu, & in posteris per multas generationes, sed & ipsemet post trãsactam diuturnam præsentem vitam, ad aliã transeat beatam in æternũ duraturam. Ad Regẽ Christum aliqui hæc transferunt cũ Augustino, vt nõ tantùm regnet diebus istis trãseuntibus in Ecclesia, sed regnent cum illo sancti in diebus, qui non habent finem. Eadem Euthymij, Theodoreti, Basilij sententia sub typo Zorobabelis: sed fatetur primus non cõuenire quæ sequuntur, alteri quàm Christo: & precisè Nicephorus de toto negat cõtextu. Certè *adiectio dierum super dies* de alio potest homine intelligi: non ita commodè *annorum vsq; in diem generationis, & generationis*: minùs adhuc quod sequenti habetur versu, vt videbimus. Dauidem porro dicere, alteri homini, aut sibi tãtùm vitæ spatiũ optasse & orasse absurdũ est, maximè cùm *generatio* significare soleat spatiũ vitæ hominis, duplex, duarum vitarum, vt Rabbini volunt: quod postea docebimus, non absolutè verũ esse, sed poni pro æternitate. Videtur potiùs, vt non

Ad regẽ Christum transferri.

Generationis duplicis vnæ spatium, seu duarum vitarum.

ratò fit in Psalmis, translatus fieri a persona Dauidis ad personam Christi, pro ipsius perpetuo regno, vitaque sempiterna preces fundendo. *Dies adiectus ad alios dies*, interpretantur quoque Latini de æternis, qui successerunt in Christo, post temporales, quibus hîc vixit, & annos, vsque in diem generationis & generationis, tum præsentis, tum futuræ, & secundùm Hilarium, tum spiritualis natiuitatis, tum resurrectionis. Sed hoc Euthymius de generatione duplicis populi, antiqui & noui, explicat, qui vsque ad finem mundi durabunt. Rabbini quoque de Messia, nec non Paraphrastes, exponunt hunc locum, & posterior de generationibus mundi istius, & venturi, nec semel prioribus Psalmis occurrit nomen *regis κατ' ἐξοχὴν*, pro Messia, maxime in 44.

Dies adiectus ad alios dies quid Latinorum expertes esse etiam loco expungimus.

Nomen regis, κατ' ἐξοχὴν pro Messia.

Does super dies regis aduices.] Paraphrastes Chaldæus, *regi Christo*. Est autem pro optatiuo, vel imperatiuo futurum indicatiuum. Idé dicendi modus, *super dolorem vulnerum addere* [a], *apponere iniquitatem super iniquitatem* [b], *adiicere super omnem* [c] *laudem, addere super peccata* [d], vel *addere, & adiucere peccatum super peccatum* [e], vel *ad peccandum* [f], *addere annum ad annum* [g], quod aliter dicitur *addere annos vitæ* [h], *addere vitam* [i], *apponere dies* [k], item *addere dolorem dolori* [l]. Iam monui de Christo sermonem esse, quamuis hæc præcisè verba possunt Dauidi conuenire; quod & Hilarius concedit, simul tropologicè de vnoquoque intelligés fideli, qui rex dici possit, quia seruus peccati non est. Videtur verò idem Hilarius, *generationis & generationis diem*, sumere pro æternitate, quam consequuntur beati, qui vixerunt, ita vt generationes sint homines hîc viuentes.

Plurefis scripturæ.
a Ps.68.27.
b ibid.v.28.
c Ps.70.14.
d Iob 14.17.
e Esa.10.1. Eccl.5.8.
f Osee 13.2.
g Esa.29.1.
h Prou 9.11.
i Eccl.48.18.
k Prou. 10. 27.
l Iore.46.8.

Tropologia.

Annos eius vsque in diem generationis & generationis.] Hieronymus, *annos eius donec generatio, & generatio*. Alij supplendo, *erunt: anni eius erunt vt generatio & generatio*. Habet interdum יוֹם *diem*, vsum illum, quem Hieronymus expressit, nec non editio nostra. In Psalterio Romano, & apud Cassiodorum, *vsque in diem seculi & secula*: in Gallicano Psalterio, *vsque in diem generationis, & progeniei*: *Generatio* quid valeat, docui aliàs. Videtur idem hic esse quod ætas, vt sit sensus, non ætatem dumtaxat concedi vnam, siue centum definiatur annis, siue pluribus aut paucioribus, sed plures ac infinitas ætates, & vitam cum longitudine dierum in seculum, & *in seculum seculi* [m], qua longitudine replendi sunt, quibus ostenditur *salutare* [n] *Dei*, qui est Christus: propterea multo potiore iure longitudine repletus eadem. *Regnabis in æternum, & regni eius non est finis* [o]. *Anni eius*, ait Paraphrastes, *sicut generationes mundi huius, & generationes mundi venturi*. Addiderunt Lxx. *diei* vocabulum, vocantes *diem generationis, & generationis*. Hoc magis æternitatem significat, quasi vna sit æternitatis sine nocte dies, licet adhuc simplicior sit illa, omninóque indiuisibilis. *Vna* dicitur *dies in atriis Domini melior super millia aliarum* [p]. Vocantur etiam eiusdem fœlicitatis *dies antiqui, & anni æterni* [q], quoniam æternitas comprehendit in se dies omnes, & annos, & menses, quem mensem ex mense, & Sabbatum ex Sabbato appellat Esaias [r].

Generatio pro ætate.

m Ps.102.

n Ps.90.16.

o Luc.1.33.

p Ps.83.11.
q Ps.76.6.

r c.66.23. *Mirabile... Omnes quotidie omnibus diebus annis quid Latinorum.*
s Esa.38.5.

Mysticè additi ad ætatem Ezechiæ anni quindecim [s] denotant vitam iusti, præsentis temporis, per septem. futuræ æternitatis, per octo. *Dies gloriæ diem superat* gratiæ, & naturæ, *lux lucem, annum annum*, solem sol [t]. *Iustorum semita quasi lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectam diem* [u].

t Eccl.33.9.
u Prou.4.18.

*Vers.*8.] Permanet in æternum in conspectu Dei: misericordiam & veritatem eius quis requiret?

CVi *dies super dies* adiecti, & anni *vsque in diem generationis, & generationis*, sunt, docet æternitatē illum coram Deo habere, vt nec vnquam ipse dum hîc viuet, à diuino fauore excidat, regnum autem in semine ipsius firmiter perseueret, tandémque Dei eiusdem conspectu, & præsentia, semper fruatur, nec sit qui aliquando requirere, seu desiderare in eo valeat Dei misericordiam, & in promissis fidem, sed vtramque videant apertè omnes illum perpetuò comitari: vel nemo satis queat, vt exponunt Græci, ipsiusmet regis Christi, qui, vt ait Hilarius, manebit æternus iam omnibus, quos redemit in reges cœlorum, & cohæredes æternitatis assumpsit, tradens eos *regnū Deo Patri* [a], percipere, ac inuestigare Dei misericordiam admirabilem, & veritatem, quam in humano genere redimendo exhibuit, & nunc existens conspectu Patris exhibet pro nobis intercedendo.

a 1.Cor.15. 24.

Latinorum expositio.

Explicant hoc præterea tertio loco multi Latinorum de quolibet beato, qui permansurus & confessurus sit coram Deo, quo fruetur: nec amplius egens misericordia, omni liber miseria; nec veritate, ipsissimam cōtemplans veritatem. [*Non inopes iam*, ait Hilarius, misericordiæ veritatisque eius, hæ scilicet generationes erunt, quas ih se ex mortuis regenerabit ad vitam, quæque in spe Dei gloriæ manserint, tum cùm in regnum traditæ Deo Patri suscipientur in reges, consummata in omnes eius misericordia, ac veritate, per quem redemptos se gratulētur ad vitā, sítque omnibus accessus ad Patrē: post quod misericordiæ ac veritatis nihil requiratur à Domino, cùm in Dei plenitudinē impleantur.] Cōfirmat Hilarius verbis Christi [b]: *In illa die me non rogabitis quicquam*, quia scilicet, iam *gaudium nemo ablaturus ab his sit* [c].

b Ioan. 16. 26.
c Ibid.ver.22.

Quartus sensus.

Quartus adhuc sensus posterioris membri est, primo intellecto de felicitate quā percepturi sint Christus, seu alius; Quotusquisque est, qui seriò imploret Dei misericordiā, vel Christi, vt condonet peccata, & qui diligenter mandata ipsius perscrutetur, vt ea seruando sit vere iustus in cōspectu illius? Indicat Arnobius, & clariùs tradit Augustinus istum sensum, dicens, vt quemadmodum exhibita nobis est a Deo misericordia, qua pepercit, & veritas, qua promissa præstitit: sic ipsi misericordiam exerceamus circa infirmos, egentes inimicos: veritatem, non peccando, nec adiiciendo peccatum super peccatum, denique non contenti nosse, aut prædicare, faciamus quoque misericordiā, & veritatem ei (sic enim legit cum pronomine hoc) viuendo non nobis, sed Deo, eique, qui pro omnibus mortuus est, non quærendo cōmoda propria ex cognitione illa, aut prædicatione, sed vt prosimus membris Christi.

Quintus.

Quintò potest exponi simili priori sensu: Cùm regis nostri tanta sit dignitas, vt permaneat séper in cōspectu Dei tanquā ὁμόθρονος, & ὁμούσιος, *simul Deus, & consubstantialis*, quidni omnes accurrāt ad eius infinitā misericordiā, & veritatē, cùm sit *plenus gratiæ & veritatis hic vnigenitus* [d]? Eritne qui suspicetur hæc ab eo abesse aliquando posse? Expectat quis hæc ab ipso requirat, promptus paratúsq; cūctis liberaliter largiri, vt ne conqueri possit de repulsa. Hæ sunt assiduæ comites, & velut assistrices solij, & sedis regiæ. *Misericordia, & veri-*

d Ioh.1.14.

a pro. 20. 28. & pro. 3. 3. & 16.

tas custodiunt regem, & roboratur clementia throni eius a. *Misericordia viæ Domini misericordia, & veritas, requirentibus testamentum eius, & testimonia eius* b.

Sextus sensus aliorum. Dauidem de se in tertia persona loqui, & significare se habitaturum, vt versu dixerat quinto, *in tabernaculo Dei in seculum*, nempe quoad viueret: item quod in Psalmo 55 c. *Vt placeam coram Deo in lumine viuentium.*

Sextus.

c vers. vlt.

Permanet in æternum.] Hieronymus, *sedebit semper in conspectu Dei*, vel, apud Treuetum, & in editione Victorij, *ante faciem Dei.* Alij, *habitabit*, vel, per optatiuum, *sedeat, habitet.* Est Hebræum verbum futuri temporis ישב *ieseeu.* Codices Græci correcti habent, *διαμενῶ.* In Psalterio Romano & apud Augustinum, atque Cassiodorum, legitur, *permanebit. Stare firmiter*, vel *sedere*, vel *habitare*, significatur dicto verbo Hebræo; *Christus Iesus heri, & hodie, & ipse in secula* d. &, *eo quòd maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium* e. Minùs aptè exponuntur ista de alio, quàm de Christo: quamuis *permanere*, aut *sedere*, aut *habitare in æternum*, posset vtcumque accipi de tota vita, & quidem longa, in qua liceret iuxta priùs dicta videre tertiam & quartam generationem. Sic Lyranus & Treuetus explicant. Sed prior tandem, de Christo illa quæ sequuntur cum præsentibus verbis.

d Heb. 13. 8. e Heb. 7. 24.

In conspectu Dei.] Vel propter perpetuum quasi aspectum benignum Dei: faciunt, vt qui Deo consubstantialis, &, vt priùs dixi, ὁμοούσιος, ac ὁμοιούσιος, vel quia tamdiu durans quàm ille, quemadmodum quando permansurus dicitur idē Christus *cum Sole & ante Lunam* f. hoc vltimum habetur Hebraicè, *In conspectu Lunæ* לפני ירח *liphne iarechach*: vel, vt *assistens* g Patri, *apparensque vultui eius*, pro nobis interpellet, vel, vt placens illi. Applicat id Hugo etiam ad visionem Dei concessam cuiuis beato, vt & verba præcedentia ad beatitudinis perpetuitatem.

f Ps. 71. 5.

g Heb. 9. 11. 24.

Hugonis applicatio.

Misericordiam & veritatem eius quis requiret?] Addit Augustinus, *ei*, & eam vim facit in pronomine, quam dixi. Psalterium Romanum, Hilarius, & Cassiodorus, *eorum.* In Psalterio Gallicano habetur eadem lectio nostra, sed absque nota interrogationis. Et huiusmodi sensus elicitur, vt dicatur permanere rex Christus, *in conspectu Dei*, hoc est, in æternum, expectans quis misericordiam & veritatem eius requirat. Placet Agellio, sed & supplendum sic est *expectandi* verbum, & vox מן *man*, vt est pronomen, solùm interrogatiuè vsurpatur, sicut מי *mi*, pro qua voce Dauid eam ex Syris mutuatus est. Hieronymus vertit, *misericordia & veritas seruabunt eum*, ex Hebræis istis verbis, חסד ואמת מן ינצרהו *cheſed veemeth man yntserhuu.* Similis est paraphrasis Chaldæa in Bibliis Regiis, *bonitas & veritas à domino seruabunt eum*, apud Nebi-: in verò *bonitas & veritas, quas præparauit auctor seculi, seruabunt eum.* In illis Biblus est præpositio cum nomine ממרי *mimmare, à Domino.* In editione Nebiensis מן *min*, quod ipse, supplendo pronomen relatiuum, exponit, *præparauit.* Alij ex Hebræo, *misericordiam, & veritatem præparat; qua conseruant eum*, vel, *bonitatem, & stabilitatem, aut fidem parat*, & omisso pronomine relatiuo quod deest in textu, *conseruabunt*, seu *custodient*: aut *conseruent*, seu *custodiant eum.* Caietanus in sua translatione posuit dictionem Hebræam *man, gratia & veritas man custodient eum.* Cùm autem vt ipse ait, significet מן *man præparationem, cibum, manna, munus, donumve*, & pronomen interrogationis *quis* arbitratur pro *dono* sumi debere, vt sit sensus: *Gratia & veritas dono custodient eum*, id est, opera gratiæ, & veritatis *man*, nempe doni diuinæ personæ, quæ data est humano generi, custodient regem Messiam, eúmque merita, quibus custodietur in æternum, hoc est, acquiret immortalitatem. Vel, *Gratia & veritas man*, id est, quas dat rex Christus modo pro dono, custodient eum, ac tanquam custodiæ assidebunt ipsi, & sic largitate gratiarum, veritateque doctrinæ semper donabit mundum. *Gratia* namque *& veritas per Iesum Christum facta* a *est.*

a Ioan. 1. 17.

Subiicere placuit lectoris oculis tot huius interpretationes loci, vt nostram probandam præ aliis intelligat. Nec facilior eam tuendi ratio quàm מן *man*, pro interrogatiuo Hebræo pronomine מי *mi, quis*, accipiendo, quam à Hieronymo omissam dictionem miror. Præterea suspicor Lxx. legisse verbū in singulari numero, cum affixo alio, quàm nunc legatur, id est, non in plurali cum affixo הו *hu*, ינצרוהו *yntserhuu, seruabunt*, seu *requirent eum*: sed hoc pacto cum affixo נו *nu*, ינצרנו *yntserenu, seruabit*, aut *requiret nos.* Verùm, quia hæc affixa sunt masculini generis, fœminini autem חסד *cheſed*, & אמת *emeth*, præterea sic ad verbum exponi deberet, *Misericordia & veritas* (nempe magna est in rege, aut Deo) *quis seruabit*, id est obseruabit, *aut requiret eum?* videlicet vel regem, vel Deum. qui tandem est editionis nostræ sensus (*misericordiam & veritatem eius quis requiret?*) Vbi pronomen (*eius*) perspicuitatis causa retractum est ex vltimo loco, in quo tantùm est, in commodiorem locum secundùm constructionem Græcam Latinámque. Certè pro *manna* non dicitur מן *man*, cum patach, vt est hoc loco, sed cum camets מן *man*, idémque iudicium de *dono*. In imperatiuo esset מנה *meneh*, in præterito quod est in versione Nebiensis, ex Chaldæo deberet esse מנה *manah*, & si contractio fieret מן *man*, per camets, vel à מנה *minnah*, מן *min*, quorum exempla adhuc desidero, quamuis recitet Nebiensis in paraphrasi Chaldæa מן *min*, vt antea monui. Vindicatam postea legi à Gretsero quoque nostro b huius loci vulgatam versionem ab hæreticorum calumniis. Sed pro instituto meo paulo diligentiùs id præstare debui.

b Tom. 1. pro Bellar. l. 1. b. 2. column. 678. & 689.

De sententia ipsa nihil nunc præter superiùs dicta addendum iudico, illud tamtaxat paucos esse qui cum misericordia veritatem requirant, illa sola contenti. Rectè porrò exaggerat Hugo, & vrget, interrogando, quis requirit misericordiam, qui Christus tanta pro nobis tulit peccatoribus, dimisit peccata, cōfert gratiam, expectat ad pœnitentiam, peccantes reuocat, pascit ingratos? quis veritatem qui a puniet omnes reprobos, districtè iudicabit, grauia inferet supplicia, & sine fine?

Vers. 9.] Sic psalmum dicam nomini tuo in sæculum sæculi: vt reddam vota mea de die in diem.

Sensus loci.

PRopter hactenus enumerata beneficia concessa, vel si concedere Deus voluerit, spondet se psalmos dicturum in perpetuum, vt reddere quotidie valeat, quas vouit actiones gratiarum, quod sæpius passim facturum se in psalmorum variorum locis dixit. In perpetuum

Retracta Psalmi hymnum.

id fit, quotidieque nunc in Ecclesia decantando Psalmos Dauidis, multo à beatis melius ac melioribus Psalmis, hymnisque, de quibus Hilarius quoque intelligit, cum æternis votorum gaudijs, & alij fere omnes Enarratores, præsertim Latini.

Sic.] Referri potest ad *quoniam*, ex versu 6. quasi dicat, quoniam tu Deus exaudisti orationem meam, &c. *sic.* id est, propterea, Psalmum dicam, &c. vel ad hunc modum geram me, videlicet liberaliter erga te, sicut tu erga me. Valet id כֵּן *chen*, siue *tanto magis*. Præterea ad posterius membrum, vt reddam, &c. hoc est: Sic Psalmum dicam aut, idcirco psallam, vt reddam vota promissáque de hoc ipso faciendo. Eodē pacto Ezechias [a], *Domine saluum me fac & psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Domini.*

a Esa.38.20.

Psalmum dicam.] Hieronymus, *canam.* Alia Psalteria, & Hilarius, Augustinus, Arnobius, Cassiodorus, *psallam.* Hoc significat ψαλῶ, & אזמרה *azammerah*, potiùs quàm canere, etsi canere quoque ad instrumenti musici pulsum transfertur, maximè si cantus vocis humanæ adhibeatur. Potuit item simpliciùs dici *psallam*, & non, *psalmum dicam.* Hoc alibi [b] adhuc modo reddita sunt verba illa Græcum, & Hebræum, & à Hieronymo fere per verbum *cantandi*, vel canendi.

b Ps.26.6. Ps.56.8.10. Ps.65.1.4. Ps.67.5.

In sæculum sæculi.] Hieronymus, *iugiter.* Hebraicè dumtaxat est לָנֶצַח *lahhad*, quod idem Hieronymus [c] monet significare *in æternum*, & non esse hîc לָעוֹלָם *lehholam*, *in sæculum.* Psalterium Gallicanum, *in æternum.* idem potest esse atque quod iam dixisse retuli Ezechiam, *Psalmos cantare cunctis diebus vitæ*, & ita loqui solemus cùm pollicemur alicuius beneficij memoriam sempiternam. Vel certè, quoniam Dauid cani Psalmos instituit in Tabernaculo, volens id postea fieri etiam cùm esset ædificatum Templum.

c Epist.135.

Phrasis scripturæ.

Vt reddam vota mea.] Votum quodammodo censetur, quam fecimus in baptismo sponsio, sed non ita proprie vt alia, quæ eo animo nuncupātur, vt peculiari promissō de re certa nos obligemus Deo. Verba quæ dicit baptizandus, siue susceptor pro eo, *volo, credo, abrenuntio*, nullum per se votum innuunt. Nec vllo Ecclesiæ præcepto adiungitur baptismo votum: nec professionis Christianæ nātura id importāt, vtpote quæ sine voto sufficientem per se habeat vim obligandi. De votis loquitur Dauid, quibus vouerat celebrationem Psalmorum, vel etiam forsitan oblationem aliquorum sacrificiorum, sed priorum potiùs, quia, vt dixi, vt perpetuò canerentur, instituit, quod sequentia quoque verba indicant, & nunc in Ecclesia quotidie recitantur, quod forsan optauit Dauid, & futurum præuidit, vt indicat Lyranus.

Votum pro ea quam fecimus in baptismo sponsione, non ita proprie.

De die in diem.] Hieronymus, *per singulos dies*: ad verbum, *die die* יום יום *iom iom*, quod Græcè dicitur ἡμέραν ἐξ ἡμέρας, *diem ex die.* Alitèr καθημέραν *quotidie*, vel ἡμέραν καθ' ἡμέραν, *die quotidie* [a]. Præterea Hebraicè מיום ליום *myom leiom*, quod magis proprie redditur *de die in diem* [b]. Vertit hoc loco Paraphrastes, *in die redemptionis Israël, & in die quo vngetur rex Christus, vt regnet.* Tropologicè dicitur *de die in diem* vota reddere, qui, vt Augustinus, aliique dicunt, perseuerat in isto, præsentis nimirum vitæ, die, donec veniat ad alium æternæ, quando qui laudauerit vsque ad mortem bonis operibus Deum, vota laudésque gaudiorum æternorum, vt Hilarius & Cassiodorus obseruant, reddet *in conspectu omnis populi* electorum, *in medio Ierusalem* cœlestis [c]. *Ibi gaudium, & lætitia inuenietur, gratiarum actio, & vox laudis* [d], *in eo templo omnes dicent gloriam* [e], in illa domo habitantes *in sæcula sæculorum laudabunt* [f] *Dominum*, tunc perfectè reddentur Deo vota, quia inseparabiliter, ac immobiliter, & sine periculo ampliùs peccandi, adhærebimus Deo.

a Ps.67.20. b Ps.95.2. Tropologia. c Ps.115.9. d Esa.51. e Ps.28.9. f Ps.83.5.

Assuescit nunc laudi Dei Ecclesia præter Psalmorum quotidianam frequentationem, toties etiam inculcando, *laus Deo, laus tibi Christe, gloria tibi Domine, Deo gratias, gratias agamus Domino Deo nostro, haleluiah, Benedicamus Domino*, & similia. Vltimum hoc autem quædam Glossa, quam citat Aiguanus, obseruat in Ecclesiasticis officiis dici in fine, & quidem à pueris Symphoniacis, ad indicandam laudem diuinam, quam celebrabimus post hanc vitam puritatis Angelicæ consortes facti.

Ecclesiæ laudes Dei assuetæ.

PSALMVS SEXAGESIMVS PRIMVS.

In finem,

1 Pro Idithun, Psalmus Dauid.

2 NOnne Deo subiecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meū.

3 Nam & ipse Deus meus, & salutaris meus: susceptor meus, non mouebor amplius.

4 Quousque irruitis in hominem? interficitis vniuersi vos: tanquam parieti inclinato & maceriæ depulsæ?

5 Verumtamen pretium meum cogitauerunt repellere, cucurri in siti: ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant.

6 Verumtamen Deo subiecta esto ani-

ma mea : quoniam ab ipso patientia mea.

7 Quia ipse Deus meus, & saluator meus: adiutor meus non emigrabo.

8 In Deo salutare meum, & gloria mea: Deus auxilij mei, & spes mea in Deo est.

9 Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda vestra: Deus adiutor noster in æternum.

10 Verumtamen vani filij hominum, mendaces filij hominum in stateris: vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum.

11 Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere: diuitiæ si affluant, nolite cor apponere.

12 Semel locutus est Deus, duo hæc audiui, quia potestas Dei est, 13 & tibi Domine misericordia: quia tu reddes vnicuique iuxta opera sua.

Titulus, & argumentum.

In finem.

Vers. 1.] Pro Idithun Psalmus Dauid.

HIc tantùm, & LXXVIII. psalmus, vt etiam notauit in Homilia Basilius, habet *Idithun*, in titulo: alia pluribus aliis communia sunt. Sed quæ in 38. dicta sunt de *Idithun*, huc transferri possunt; siue de vno ex præfectis Cantorum cum Heman & Asaph [a]; (hoc enim melius quàm vel instrumentum musicum, vel initium cantilenæ fuisse; siue de mystica notione, quam vocabuli etymologia suppeditat, & hic ab enarratoribus repetitur, tametsi non satis exacta ea videatur, & Hebrææ linguæ consentanea; qua significare dicitur, *transiliens eos* [b], & Christo accommodatur, qui legis finis est, ac psallentium omnium victor, maximósque saltus è cœlo in terrã, & hinc illuc dedit, & ad similes nos imitat, erudit, iuuat, salua humilitate, atque subiectione sub Deo, quæ primis psalmi verbis indicatur. Symmachus reddidit paulo aliter titulum, ὑπὲρ τῆς ἐξ ἀπόψεως αὐτῆς εἰς τὸν Δαυὶδ, *triumphalis per Idithun oda in Dauid.*

Cæterùm psalmus editus videtur de crebra Dauidis fuga, vel propter Saülem per sequentem [c], vel Absalonem [d]. Excitat in seipso spem, penitus Deo se subiiciendo: hostes increpando repellit à se, qui tum aperta vi tum blanditiis nitebantur à proposito eum remouere, eidémque ac suis machinabantur mortem: suos renouato ipse proposito cohortatur, vt item Deo fidant, potenti, clementi; non curent homines, aut opes, quibus nihil nisi vanitas, mendacium, dolus insit. Fugam ab Absalone intelligi suadent nonnihil verba vertus 4. *quousque irruitis in hominem? interficitis vniuersi vos, tanquam parieti inclinato, & maceriæ depulsæ*: nam similia sunt his illa verba quæ protulit Dauid vrgente ipsum filio [e]; *surgite, fugiamus, ne sit cum erit nobis effugium a facie Absalom: festinate egredi, ne forte veniens occupet nos, & impellat super nos ruinam, & percutiat ciuitatem in ore gladij.* Basilius, siue Theodoretus, Euthymius, quique hunc aliorum collectorem Patrum cõpendiarium, breuiore transcribere compendio solet, Nicephorus, argumentum psalmi volunt esse Machabæos, quorũ Dauid fortitudinem patientiámque in adeo multis bellis vaticinetur. Placet prior opinio magis multo communis; & de persecutione Absalonis Arias quoque sentit, atque Agellius; cæteri de Saülis.

Quam verò cumque sequaris, documentum hinc patientiæ habes spéque in Deum, &, vt Hilarius mouet, à Dei timore ad humanarum siue spiritualium nequitiarum constantem tolerantiam eruditis, & ad contemptum opum. Basilius item in homilia, dicit de patiẽtia plurimùm pertractari hîc vt & in 38. psalmo, cuius idem titulus, vnde facile sit assequi virtutem humilitatis. Marcellinum suum Athanasius in generali epistola de interpretatione psalmorum iubet istum vsurpare aduersus atrociter insilientes conantésque affligere animam ipsius, vt subiiciat se tunc Deo, & bono animo sit: ac quanto illi magis insanierint, tanto se magis submittat Domino. Ecclesiæ Valentia persecutiones ad literam hîc describi putat. Ambrosius passionem Christi. Satis sit si mystico sensu, quod nec diffitetur ipse; simul de Gratiani morte Imperatoris enarrant psalmum.

Nicephorus cõpendiarum aliorũ transcriptor, Arnobij argumentum.

Documenta ad patientiam & spem in Deum & aduersus opum.

Marcellino huius psalmi vsurpatio ad quid imperata.

Eiusdem applicationes.

Vers. 2.] Nonne Deo subiecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meum.

Sensus loci.

ÆStuans Dauid animo inter sæuissimas persecutiones, ac in varios tum iræ sesèque vlciscendi, tum desperationis cuiusdam distractus affectus: æstimans verò hinc miseriam suam, inde opem Dei atque misericordiam; tandem ipsemet secum sic loquitur: Ergo non toties anima subiectam te Deo esse debere, quidquid accidat, decreuisti? vnde vacillatio ista, commotio, tempestas? omnino subdi te oportet Deo, certóque tibi persuadere ab hoc vno potissimùm salutem tibi esse, non ab armis tantùm, non à te ipsa, non à quibuscunque aliis externis fallacibus vanisque adminiculis.

Sententia vnaquam de ore memoria deponendæ.

Digna frequentari nec deponi vnquam de memoria & ore sententia, cum admiratione, indignatione, reprehensione, adhortatione, lætitia, vt nullum facias mirandi finem, quî fieri possit vt non subdaris Deo? Succenseas ipse hac de causa tibi, reprehendas, vrgeas: læteris ac triumphes tanta dignitate. Idem valet illud [a]; *sicut Domino placuit, ita factum est, sit nomen Domini benedictum. Dominus* [b] *est. faciat quod bonum est in conspectu tuo. sicut fuerit voluntas in cœlo, sic fiat* [c]: *non mea voluntas, sed tua fiat* d: *fiat voluntas tua* [e]. *Dicat* vnusquisque, inquit Ambrosius [f]; *nonne Deo subiecta est anima mea?* non sæculo subdita, non mundo subdita. non potest hoc pecuniosus, non potest auarus dicere, sed dicit iustus & continẽs. sic ille. *Securus est* quem sub se Deus tenet, quia pro se habet illum contra quem non erigitur, & à quo non recedit per superbiam & inobedientiam. Vsurpat pro Ecclesia contra Donatistas Augustinus [g] istam sententiam: possúmúsque nos contra omnes hæreticos & persecutores. Quiuis etiam cum Basilio [h] dicat, ne superbiæ carnis se substernens ad varios iræ ac mœroris impetus irritetur; *Cur prauorum affectuum animam facio seruam?*

Securus est quẽ sub se Deus tenet.

Vers Idithun in inscriptione psalmo 61. & in 38. vide quæ de hoc vocc.

a 1. paral. 25. 1. & 2.

b Aug. & alij.

Psalmi argumentum.

c 1. Reg. 23. 1.

d 2. Reg. 15. 14.

e 1. Reg. 15. 14.

a Iob 1. 21.

b 1. Reg. 3. 18. c 2. Machab. 3. 60.

d Luc. 22. 42. e c. 6. 10.

f de bono mortis c. 6.

g contra lit. Petiliã c. 18. h in homilia. Huius sententia vsurpatio ira Prauos affectus anima mea est ira faciendo.

nam? Illud item ad omnem Diaboli tentationem respondendum, quod Christus illi [a], *Dominum tuum adorabis, & illi soli seruies.* Idem Ambrosius [b] diuinam hanc plurimorum nominatus interpretationem, de Christi anima subdita interpretatur; quia virtus Dei non potestati subdita est, sed vnitati, & consortio eius vtitur potestatis: rectéque ostendit ex tali illa subiectione non sequi minorem fuisse Patre, quatenus videlicet Deus erat; quemadmodum nec dici minor parentibus debet, quibus tamen *esse subditus* voluit [c]. Postremò notat in futuro, *erit*: quòd vsque ad mundi consummationem superetunt quos Patri subiiciat, ita vt tunc videatur perfecte subiiciendus ipse, cùm alij fuerint subiecti, quemadmodum indicat Apostolus [d]. Velit nolit creatura omnis creatori subiecta est; sed à creatura rationali, ait Bernardus [e], voluntaria subiectio quæritur, vt voluntariè sacrificet Domino; vt quod certum est illum velle, id nos velimus omnino: quod certum est nolle, similiter execremur & nos: quod incertum est, nec velimus, nec nolimus penitus, sed parati simus eius voluntatem sequi in quamcumque partem eam cognouerimus inclinari. Plurimas afferre causas licet, quare subiici nos oporteat Deo, & quantam habeat hæc subiectio dignitatem. Creaturę sumus, velut opera artificis, lutúmque in manu figuli: serui, captiui, discipuli; pupilli sponte: sequentibus quoque verbis nonnullæ attinguntur, *vae* [f] *qui contradicit factori suo: mammona* seruit non *Deo* [g]: seruit carni homini non secundùm Deum, *peccato* [h], & huius auctori diabolo. Dictum aliquid in Commentario Petri [i]: *Humiliamini sub potenti manu Dei.* & alicubi præcedentibus psalmis: *Mens iusti meditabitur obedientiam* [k]; Dei potissimum ac per se, hominis propter Deum [l]. Belial filius est hoc est, sine iugo, qui detrectat & confringit illud, *rumpit vincula*, dicit, *Non seruiam* [m]. Christi obedientia & quam accepit, *forma serui* [n], exemplo debet esse [o], cùm ipse se subiecerit homini, parentibus, magistratibus, legibus, baptismo Ioannis, pedibus hominis [p], non solùm illidem cæteta creata omnia [q], nonne illi subiecta erit anima nostra? *Ingratus* [r] *sensu derelinquit liberantem se.* Præiuit Belial Lucifer, excusso humilitatis iugo, ac tanquam onager liber voluit esse [s]: deinde similis adhuc onagro [t] Adam: postremò quorquot à Dei & superiorum sese nitūtur obedientia eximere, illos imitantur. Lege Hugonem & Greuecum [u]. Colligitur hinc etiam refutatio hæresis quòd anima nostra sit particula quædam diuinæ naturæ, aliquidque de ipsa substantia Dei. Lege Thomam [x] & Interpretes, Hieronymum [y], Augustinum [z], Theodoretum [a], Leonem [b], Concilium Bracarense primum [c]. Si subdita Deo est, de ipsius profectò substantia non est, vt omittantur alia argumenta, quorum potissima sunt Augustini [d].

Nonne Deo subiecta erit anima mea?] Alia psalteria Latina, & Hilarius, Ambrosius, Arnobius, *subdita*. Augustinus, *subiectionis*. Habet ἐρώτησιν interrogatio. In verbo, *erit*, quam vim ponat Ambrosius, antea dixi: legit etiam quandoque [e] *est*: vtitúrque participio editionis nostræ, *subiecta* [f]. Absque interrogatione legit Cyprianus [g]; *non nisi soli Deo subdita*, vel, *subiecta est anima mea*: vt probet in Deum solum fidendum, & in ipso gloriandum esse. Affermat quoque vertit Hieronymus, *attamen ad Deum silebit anima mea*: vel, vt in editione Victorij, *apud Deum*, & in ea quam Treuerus recitat, *apud Dominum.* Alij eodem pacto, qui verbotim ex Hebræo transtulerunt vel simili alio; vt *tantùm*, *dumtaxat*, *certè*, *vtique*, *meritò* ad *Deum expectans anima mea est*: aut *Deo silet anima mea*: aut, *ad eum respicit*, *obseruat*, *expectat cum patientia.* Chaldæus, *certe siluisti*, vel, *siluit Deo anima mea*, *silentium* cum *spe* iungitur *ad fortitudinem*, acquirendam à Deo [h]; & *ille pugnante pro suis tacent illi* [i], & *bonum* [k] *est expectare cum silentio salutare Domini.* Subiectionis quoque signum est silere coram alio, non obmurmurare, vel responsare si quid iubeat, dicátve, sed annuere, & quidquid velit expectare atque excipere. Propterea mulieribus loqui non permittitur tãquam subiectis, imperatúrque *silentium* [l]. Perfectam subiectionem ergo denotant significationes omnes vocabuli Hebræi, vt sileat quis, respiciat, obseruet, expectet. Indicant eandem subiectionem signa externa cultus ac reuerentiæ, vt genuflexio. *Quid dignum offeram Domino*, ait Micheas [m], *curuabo genu Deo excelso.* Rectè: curuatione genu homo sese deprimit coram Deo excelso, nec deest vis in abrupta oratione (*attamen*, &c.) sumendo verbum *silendi* pro compositis tranquillatísque rebus. quasi diceret; Attamen iam tandem emersimus, euasimus, vicimus, finis nunc molestiarum. Sed adhuc meliùs retento silentio pro subiectione: *& tamen subiecta anima mea*, quidquid fremant, furant, faciant hostes, non me de patientiæ deicient statu, non adigent me ad blasphemiam, nihil remittam de spe & obedientia quam Deo debeo; *etiamsi me occiderit, sperabo in eo* [n], semper ei obsequar, accipiam omnia in meliorem partem. Hebræa sic sunt אַךְ אֶל־אֱלֹהִים דּוֹמִיָּה נַפְשִׁי *ach el elohim dumiah naphshi.* Prima dictio significat id quod qui ex Hebræo interpretabantur, dicebant; sed si esset addito (ו) אִיךְ *ech* significaret, *quomodo*, *qualiter ad Deum silentium anima mea?* cum interrogatione: quem sensum recte Lxx. expressérunt per negationem interrogantem οὐχὶ *nonne.* Penultima propriè nomen est *silentium* valens, & extat in aliis psalmis, vbi Hieronymus quoque *silentium* vertit; vt in 21 [o] *non ad insipientiam mihi*, & in 64 [p]. *te decet Deus hymnus*, & quod in 38 [q]. legimus *obmutui & humiliatus sum*, reddit, *& silentio tacui.*

Ab ipso enim salutare meum.] Hieronymus, *quia ex eo salus mea*, quod proprie sonant Hebræa, in quibus est particula causalis מִמֶּנּוּ יְשׁוּעָתִי *mimmenni ieshuhathi*; quam Chaldæus vocat *redemptionem* פֻּרְקָנָא *purkana.* Dicere vult Dauid expectare se certò liberationem à Deo salutémque; quidquid interim accidat, non dubitare quin cedat in bonum. Potest hæc subiectionis sub Deo causa prima censeri cum Hugone, quòd Saluatorem dederit, ac saluten per ipsum. Valentia, quòd Saulis persecutionem decies euaserit Dauid, applicat ad Ecclesiæ persecutiones decem. Recitat ex historia Regum euasionem illam, sed non distinguit persecutiones Ecclesiæ. Reuera *perditio nostra est: tantummodo in Deo auxilium nostrum* [r].

Verſ. 3.] Nam & ipse Deus meus, & saluta-ris meus; susceptor meus: non mouebor amplius.

REpetit postrema verba & amplificat, veluti exprobrans aduersarijs, quod versu magis

facit

a Matt. 4. 10. b hic & 5. de fide c. 6 *Christi anima vt pars subdita dicitur,*

c Luc 2. 51.

d 1. Cor 15. 28. *In creatura rationali voluntaria subiectio quæritur.*

e Serm. quomodo vol. nostra diu. vel. tripl. subiici debeat.

Cur Deo subiici nos oporteat causa quæ & quanta subiectionis huius dignitas.

f Esa 45. 9. g Matt 6. 24.

h Rom 6 6. 1 2. Epist. 5. 6.

i Prou. 15. 28 1 2. Petr. 2. 13.

Christus obediẽtia exemplum.

m Iere. 2. 20. n Philip 2. 7 o Ioan 13. 14. & 15.

p Ibid.

q psal 8. 7. r Eccl. 29. 22.

s Iob 39 8. t e. 11. 12.

u Ser 12 8. *Quæ anima nobis assignetur particula quædam diuinæ naturæ, & de ipsa substantia Dei, reprehenditur, refutatur, explodítur.*

x 1. p q 90. a 1. y Epist. ad Marcellinum 2 Her. 6 & cõtra Eosem. nat & ep 28 alibi de hæres. subst

z Epist. ad Dardanum c. 5. c. 15 d de ep. 8. e de bono mortis c 6 f ibid & 5. deinde c 6 g cont. Iud. num 10.

A

B

C

D

E

h Osee 13. 9.

Sensus loci.

ficeit sequenti, & exultans ac glorians, quod qui communis Deus est, suus sit per singularem curam; ipseque saluator, & defensor, qui confugientem suscepit in custodiam, quamuis ad tempus deferere nonnunquam videatur. Quapropter magna fiducia affirmat haud magnopere se commotum in hostium impugnationibus; &, si forte nonnihil nutare ac vacillare pro humana fragilitate contingat; non diu exulaturum, & loca, vagando, mutaturum, sed breui rediturum. Hoc iterum inculcat versu 7. dicens, *non emigrabo. Deus sus* nomine creationem indicare Hugo dicit, saluationem per *saluatorem*, auxilium sub vocabulo *susceptoris*; vltimis verbis confirmationem in gratia. Hilarius vult describi prius & hic hominem, qui tandem post errores, variásque religiones, quæsitum verum Deum repererit, eúmque etiam pro nobis hominem factum, vt amplius non inoueatur.

Nam & ipse.] Hieronymus, *attamen ipse*, sicut priore versu. Quare locum suspicioni Agellij non do, legisse L x x. אך *ak*, non אך *ach* quod ibi erat. vim eandem habet interdum vtrumque: nec, vt ipse ait, vertitur ab illis אך *ach* per πλήν. Versu præcedente εἶπαν dixerunt quod erat *etiam* אך *ach*. In psalterio Gallicano & Romano & apud Ambrosium, Augustinum, Cassiodorum, *etenim ipse est Deus meus*: apud Hilarium, *etenim ipse Deus meus est*. Additum est ab his verbum substantiuum, vt & à Hieronymo in editione Treueti, atque Victorij.

Deus meus.] Hieronymus, *fortitudo mea*. Melius, *petra mea*, ex Hebræo צורי *tsuri*, aut *propugnaculum*, *rupes*, &c. & alibi vertitur per *nomen Dei*, vt antè diximus. Efficax planè ratio cur queri nunquam debeas de calamitate quam Deus immittat, quia ipse Deus est, hoc est, absolutus Dominus: ita vt, quod notat Ambrosius [a], quod amittimus, reddamus, non amittamus. Sed & qui *Deum* dicit *misericordiam* dicit, sicut in 58. psalmo [b] vidimus. quod auctor libri de visitatione infirmorum primi [c] exaggerat.

Saluatoris mei.] Hieronymus, *salus mea*: sicut priore versu; est enim vtrobique nomen idem Hebræum יְשׁוּעָתִי *ieshubhathi*; sed ibi Græcum σωτήριον; hic σωτήρ. Hilarius, *saluator*.

Susceptor meus.] Hieronymus, *fortitudo mea*: licèt apud Treuerum, *susceptor*, clariùs diceretur, eleuatio, sublimis arx, munimentum, quia est משגב *misgab*, de quo alias; vt & de ἀντιλήπτωρ. Psalterium Romanum, Arnobius, Cassiodorus, habent, *adiutor*. Ambrosius, *defensor*. Ostendunt epitheta hæc omnia quanti fieri debeat Deus. Tritum illud Emblema de scuto quo quidam & euaserat vulnera & enauigauerat [d]:

Cum premerérque solo, cùm premerérque salo.

Non mouebor amplius.] Ita quoque Hieronymus, licèt dicat, *commouebor*. *Amplius* porro sumendum est non vt significet *deinceps*, *in posterum*, *posthac*, &c. sed *multum*, *admodum*, *magis*, &c. eo modo quo in psalmo 50 [e]. *amplius lauа me*; vbi sicut & hic est ἐπὶ πλέον; illic הַרְבֵּה *harbeh*, *multiplica*, hoc loco רַבָּה *rabbah*, ad quod supplendo aliud posset exponi, *non labascam*, *vacillabo*, *mutabo*, *mouebor multo lapsu*: aut nihil addendo, *non multùm*. Chaldaicè, *non mouebor in die ærumna magna*, siue, *tribulationis*. *Non moueri multùm*, vt in paraphrasi dixi, potest significare, non diu exulare, & errare: præterea in genere non valde perturbari quouis periculo, non dimoueri de fede, statu, firmitate

A

B

C

D

E

eos stantiæ, quamuis nonnihil quis concutiatur, & moueatur seu mouteretur, perinde vt afflolent tenellæ plantæ, leui etiam flatulo, inquit in Homilia Basilius: vtpote non sine sensu, prosusque ἀναβάς. *Septies* [a] *in die cadit iustus, & resurget; impij autem corruent in malum. Manus peccatoris* non mouet eum, ad quem *pes* non venit *superbiæ* [b], sed subiectus est Deo: *Sic state in Domino*, ait Paulus [c]: & Sapiens [d]: *Locum tuum ne dimiseris*; & [e], *confide in Deo, & mane in loco tuo*. Id non erit omnino perfectè, sed inquietum erit cor donec requiescat in Deo [f]: *ipse modicum passos perficiet, confirmabit solidabitque* [g].

Si cupis cognoscere quo pacto hactenus dicta & ex sequentibus aliqua religiosis quos vocant *clausirales*, congruant, Hugonem adi, Ambrosium verò eleganter differentem secundùm tropologiam de firmitate constantiaque honestæ vitæ. Ambrosius allegoricè declarat, Deum, postquam homo factus est, quando, iuxta vaticinium Aggæi [h], *cælum terrámque* mouit, qui priùs mouerat diluuio, mouerat in Sodoma & Gomorrha, quæ superiæ indignationis indicia erãt, non moueri ampliùs, quia elegit genus hominum magis seruare quàm perdere ad indignationem; qui venit ad misericordiam, & vt redimeret nos suo sanguine, non vt nostrum effunderet, vt se offerret pro nobis, & quasi bonus negotiator mercem suam proprij corporis passione seruaret.

Vers. 4.] Quousque irruitis in hominem? interficitis vniuersi vos, tanquam parieti inclinato, & maceriæ depulsæ?

HIc insultat exprobrátq; hostibus vehementer, qui cùm adeo potentem habeat adiutorem, nihilo tamen minus audeant in eum irruere, impetum facere, insilire, conari occidere, ac si planè infirmus esset casuique proximus, similis ad ruinam inclinato parieti, & maceriæ conquassatæ ac penè dissectæ. Vel, quod attinet ad vltimum membrum, ait, aduersarios suos, vt quidem placet Agellio, vsos fraude, quia cùm tegere ac munire viderentur, quod est parietis maceriéque officium, eo prætextu ipsum ac suos opprimere voluerint. Facilior & communior sensus prior, vt in vocabulorum docebo declaratione.

Illud admitto quod in tituli etiam expositione dixi, propter similitudinem huius cum alio historiæ Regum loco [i], videri de Absalonis factione nunc sermonem esse, cùm Dauid ad fugam suos hortatus est, ne veniens Absalom occuparet illos, & impelleret super ipsos ruinam. Sed hoc ipsum, & alia quæ dicemus, suadent de insidiis intelligi locum præsentem non debere, verùm de vi potiùs ac impetu. Quanquam turpius esset insidiis agere armatos multos in inermem infirmúmque vnum, quàm aperto marte.

Conuenit hæc oratio Ecclesiæ & cuiuis persecutionem tentationémve patienti, qui seipsum confirmet & animet, ne se sinat moueri multùm ac deturbari. Sic Antonium aliósque legimus sanctos imbecillitati dæmonum ferocientium exprobrantes, & eosdem prouocantes. Basilius in homilia docet, cum malignis diaboli ministris dimicare hunc sermonem, & accusare quòd hominem debilem impetant. Tribuit eam quoque Christo Ambrosius, leuanti oculos hinc in persecutores,

---

Sensus loci.

De calamitate à Deo immissa tum nunquam querendum. 2 in psal. 118. ferme. verbo.

b vers. vlt.

c c. 5. & 6.

Emblema elegans.

d Alcias. in emblem. 41.

Fundamenta ampliora vt firmiora.

e vers. 4.

Non moueri multùm, quid sit.

a Prou. 24. 16

b Psal. 35. 12.

c Phil. 4. 1.

d Eccl. 10. 4.

e Eccl. 11. 22.

Inquietum erit cor, donec requiescat in Deo.

f Augustin. in confess.

g 1 Petr. 5. 10. Loci conferitis & applicata ad clausirales relatos.

Tropologia. Allegoria.

h 2. 22.

Simultudo huius cum historia Regum loco.

i libr. 2. 15. 24.

Insidiis agere multitudo inermem infirmúmque vnum quam aperto Marte.

Humor loci congruentia ad placatos.

cutores, inde in nequitias spiritales, delere genus reliquum estimantes humanum, aut semetipsum, iuxta illud [a]: *Quid me quæritis occidere* (interficere) *hominem?* & [b], *si ergo me quæritis, sinite hos abire.* Satis est vobis habere quem quæritis. non quæro consortem Passionis, qui ad salutem omnium adiutore non egeo; ignari estis quia veni, non vt inclinatam parietem & maceriam impellerem, sed *soluerem* [c], pace constituta.

a Ioan 8.37. b 18.8.

c Ephe.2.14.

Quousque irruitis in hominem?] Hieron. *vsquequo insidiamini contra virum.* Alij, *cogitabitis prauæ contra vnumquemque*, vel, *insidiabimini*, vel, *perdere conabimini*; vel, *congregabimini*; vel, *irruetis*, vel, *producetis linguam in malum*, vel, *venietis*, nempe cum impetu, vel, *tumultuabimini.* Vtuntur Hebræi futuro pro præsenti, vt significent id quod quis facere solet, sicque facit vt tacturus adhuc videatur. Est autem verbum תְּהוֹתְתוּ *thehothetsu*, ab חָתַת *hathath*, vel, חוּת *huth*, in poël, quod hoc dumtaxat loco reperitur, tam variæ notionis quam dixi. Est ἐπιβουλεύσατε, generaliter loquendo, *adijcietis*, vt Ambrosius, qui sequitur hic editionem nostram, habet alibi [d], legens in futuro, & *super hominem*; aut, *apponitis*, vt Augustinus. qui legit etiam *super hominem*; pluraliter autem, *in homines.* Psalterium Romanum, Arnobius, Cassiodorus, quod parum refert, cùm אִישׁ *ish*, vnumquemque significet, atque *homo* homines collectiuè. Dictum verò Græcum verbum significat præterea *insidiari* (vnde *impostor* ἐπιβάτης) & *irruere.* Placuit hæc acceptio vltima Latino interpreti, & enarratoribus Latinis; sed & Græcis, qui ad comparationem parietis inclinati, maceriæque depulsæ, attendunt: quæ tandem facto impulsu ac impetu disturbantur. Explicat Nicephorus per ἐπεμβαίνειν; Apollinarius per μάχεσθαι, quæ sanè non proprie constituunt in insidijs, vt tamen Agellius τὸ ἐπιβουλεύσατε interpretari maluit. Fauet participium Chaldæum מִתְרַגְּשִׁין *mitraggesin*, *frementes*, à רָגַשׁ *ragasch*, Hebræo, de quo primis Psalmi secundi verbis. Addit Paraphrastes epithetum, *misericordis*, *vsquequo fremitis*, aut, *fremuntes estis in virum misericordem?* Postremò idem est *in*, & *super hominem.*

d S. de fide c. 6.

ἐπιβάτης.

Super hominem verò frustra onera apponi persecutionum notat Augustinus, vt mysticè pro Christo, & membris accipitur, iisque qui ab Abel ad Zachariam passi sunt, & qui inde ad finem seculi patientur, quia sub illo est hic homo, qui fecit hominem, Videlicet respicit ad prima verba Psalmi: *nónne Deo subiecta erit anima mea?* Deo immediatè subiectum qui lædere conatur, Deum ipsum lædat prius quodammodo necesse est; qui etiam Deus affirmat qui tangat iustos, *tangere pupillam oculi sui* [e]: quasi dicat ipsos suos *firmatos oculos* super iustos [f], tangi ab eo qui tangere nititur iustos.

Super hominē seu in eum apponuntur persecutiones. Mystica accipio.

e Eccles.c.17. v.8. Zach.c.2. f psal.31.v.8.

Interficite vniuersi vos.] Hieronymus, *interficitis omnes.* Treuerus in ipso legit etiam, *vos*: & continetur in כולכם *chulechem.* Alij passiue in futuro, *interficiemini*, vel, *occidemini*, &c. Quam Caietanus vocat prædictionem interfectionis Saül, & complicum, quæ contigit postea in monte Gelboë [g]. Interpretatio ista est aliena à Chaldæa Paraphrasi, *cunctis cruadelis homicida*, vel, *perpetrabilis homicidia.* Credi etiam debet lectum à LXX. non vt nunc est, תִּרְצָחוּ *theratsechu*, in niphal passiua voce, aut in pual, תְּרֻצָּחוּ *therotsechu*, sed in Kal תִּרְצְחוּ *thirtsechu*, vel, in piel תְּרַצְּחוּ *therattsechu*; quod vltimum approbat R. Nephthali teste Pagnino [h]. In Romano Psalterio, & apud Cassiodorum est, *interficitis vniuersos*: apud Ambrosium, *interficientes vniuersos*: apud Augustinum, in imperatiuo, *interficite omnes.* Omittit quoque Hilarius, vos legens, *interfectis vniuersis*: & psalterium Gallicanum, *interficitis omnes vos.* Hieronymus in Commentario, *interfectus vos omnes.* non potest admitti accusatiui casus, *omnes*, aut, *vniuersos*: quia Græcè est πάντες, non πάντας, quamuis ita videatur Apollinarius legisse, vt dicam in expositione sequentium verborum: nec, *vos*, in alio casu, quàm in nominatiuo, in quo est ὑμεῖς non ὑμᾶς. Idcirco expositio vna Hugonis, Remigij, Rufini, Ricardi Pampolitani, Haimonis, Brunonis Carthusiani, Glossæ ordi. non valet, vt qui nocere velint Dauidi, dicat Dauid quòd non illi sed sibimetipsis noceãt, ac interficiant se ipsos. Quamuis autem Hebræum iam dictum antè verbum futuri temporis forma, sumi possit pro imperatiuo, & φοντεύετε vtrouis modo tum imperatiuo, tum indicatiuo, tamen præstat cum omnibus Augustino excepto accipere in Indicatiuo, propter etiam contextionem aliorum verborum magis similem. Habet tamen & vim imperatiuus modus ad exprimendam insultationem, quasi, vt Augustinus exprimit, dicat Dauid & quilibet iustus; Ecce apponite, sæuite, interficite omnes, instate, impellite; nihil scilicet promouebitis aut proficietis; non mouebor amplius, &c.

Exponitur vers. Hā.

g 1.Reg.vlt. 31.

h In thesauro.

Tanquam paries inclinatus, & materia depulsa.] Alia Psalteria, & Hilarius, Augustinus, Cassiodorus; *impulsa.* Indicat is qui nomine Hieronymi circumfertur auctor commentarij, aliud pro primo epithetum positum à Symmacho, quod ipse inuersum dicit. Idem in sua versione Hieronymus, *quasi murus inclinatus*, & *maceria corruens*: supplent alij, *eritis.* legentes priùs passiuè, *interficiemini*: vt prædicatur interitus hostium qui subita sunt ruina casuri, ac violenta morte. Sed Hieronymi non hic sensus est, nec Paraphrastæ, cùm dictum verbum exposuerint actiuè: verùm intelligunt impetum, quem faciant hostes in Dauidem, ad eum modum, quo grauis lapsu ruens paries inclinatus maceriave depulsa, obruit subiectos aut incumbentes sibi: vel, quòd perinde illum irruptionem faciendo, sternant, per se satis debilem, & pronum ad cadendum, vt si quis parietem inclinatum, & maceriam depulsam deneeret.

Quod Agellius dicebat, minùs probo, casus datiuos istos, Græco Idiotismo pro ablatiuis Latinus esse, ac significare quasi instrumentum, nempe quòd cum Dauidis aduersarij regere ipsum ac munire viderentur, hac vti fraude, tanquam muri & maceriæ irruerint in eum atque in suos, conantes vnà omnes opprimere. Minùs aptè tantum illorum robur compararetur cum rebus adeo infirmis; & vt antè dixi non de insidijs, sed de vi ferme est, tametsi adhuc dici posset vim quoque innui per casum parietis & maceriæ: quem dicendi modum præ se fert Arnobius: at non de insidijs. Apollinarius præterea illud idem tradit, secutus, vt præmonui, legentes in priore membro, *interficitis vniuersos*:

De datiuis pro ablatiuis, Græco idiotismo. Agel. in improbata sententia.

μιχθὶ τεῦ ἀνδρὶ μάχεσθε, ὁμῶς τ' ἐναρίζετε φάντα,
τοίχῳ κεκλιμένῳ ἴκελοι φραγμῷ τε πεσόντι;

Quousque viro pugnatis, similúque interficitis omnea,
Parieti inclinato similes maceriaq; cadenti?

Eumnis Græcus simplicit. & Latinus non recte exponuntur.

nec placet quod supplet Bruno Carthusianus,

dico

Deo vobis qui irruatis &c. *deo*, inquit, *vobis* tanquam pariéti inclinato & maceriæ depulsæ cum parabolicis sermonibus, tendentibus ad laptare & ruinam. Non etiam recipio quod affert Tyrannius, tanquam pariéti inclinato & maceriæ depulsæ imminenti: vel, *sicut* ad huiusmodi rebus mors impendet transeuntibus, sic mihi minamini: Non item, tanquam pariéti inclinato & maceriæ depulsæ, sic non timetes vobis? non denique, incumbite, aut, incumbitis, vel quid simile. Potius communem expositionem sequendo, dicerem dictos casus dativos pro ablolutis ablativis efficere hunc sensum; *quousque irruitis in hominem?* immemores humanitatis & crudeles in communé naturam, vt Basilius ait, & repetendo, *quousque, quousque inter. eius vniuers. vos; tanquam parieti inclinato & maceriæ depulsæ*; sicut cum iam paries inclinatus est, ac maceria depulsa, irruentes vt interficiatis & me ad terram affligatis? Melius adhuc explicat Græci vt idem primu verbum, ἐπιτίθεσθε, quod vertitur *irruitis*, ita petatur, habeatque duplicem constructionem cum præpositione, & accusativo, ἐπ' ἄνθρωπον, *in hominem*, & cum dativo, ὡς τοίχῳ κεκλιμένῳ, καὶ φραγμῷ ἐωσμένῳ, *tanquam pariéti inclinato & maceriæ depulsæ*, id est, tanquam in parietem inclinatum & maceriam depulsam: ita vt parentheſi includantur verba illa, (*interficitis vniuersi vos*) post ita, *interficitis vniuersi vos*) *quousque irruitis in hominem?* (*interficitis vniuersi vos*) tanquam pariéti inclinato & maceriæ depulsæ, nempe irruitis tanquam in parietem inclinatum, & maceriam depulsam. Multorum opera necessaria est vt minitans ruinam paries funibus attrahatur ad terram, vnde fragor exitur: quæ similitudo exprimit ad vnum quantam de Dauide ac suis edere stragem vellent vniuersi illi, quos antea nominauit, interfectores.

Inter significationes varias particulæ ὡς, vna est, vt significet πρὸς, *ad*: verùm cum accusatiuo casu, & Interpres Latinus reddidit *tanquam*. Itaque dativi casus nomina regentur hic per se ab eodem verbo ἐπιτίθεσθε, vim eandem sic habente, atque cum præpositione & accusatiuo: nec intelligo quid velit Genebrardus, docens, ὡς & similes particulas in hac significatione construi. Adhibui quod potui quasi fulcrum huic quam etiam Theodoretus vocat, perplexæ sententiæ. Basilius in homilia spectat parietis in hoc similitudinem, qui quia ex pluribus particulis coalescit; hæ vbi in vnam aliquam partem reclinarint, non admittunt correctionem ad eumdem modum cum naturæ sit homo compositæ, ac si fuerit se reclinari à peccato, necesse est vt reſoluatur, vt a suo quasi exædificatore Deo restaurata securitatem recipiat per resurrectionem, tanquam *Dei*, vt loquitur Apostolus [z], *ædificatio*.

Ait etiam Hilarius nostri corporis parietem, quem antè libido, ebrietas, auaritia, ira perfoderat, iam in domum Dei vitus lapidibus extrui, ac reformem Dei gloriæ præparari. Chrysologus [b] eodem sensu explicat, quòd sufficit infelix caro sibi suis casibus ad ruinam. Theodoretus exponit de pronitate deprauati sensus *ad malum* [c]: & quòd cùm *recti* creati simus [d]; proni ad ruinam feramur. Rursum ac si loquatur Christus; conquerens quòd se quasi multum vltro rogerent, quod priora verba sic indicarent, *quousque irruitis in hominem? interficitis vniuersi vos*) cùm passionem pati aduenisset, quod videtur hoc modo indicare inclinatio parietis & maceriæ depulsio. Posset hoc de Christo præterea tunc intelligi quando post orationem & agoniam sudorémque sanguineum, vltro ad eos processit, qui accesserunt vt ipsum comprehenderent [e]. Fallet Ambrosius, quem in paraphrasi recitauit, agens simul de diruto pariete, atque maceria veterum inimicitiarum [f]; vt perosos Christus faceret esse concordes mentis & carnis. Confirmat idem nomine *parietis* cunctantiam quandam significari delictorum, quod Paulus *parietem dealbatum* nominauerit iniquum Pontificem [g]. Item, quòd confectio laterum imposita Hebræis in Ægypto [h], designabat peccatum ipsorum. Sed præterea *parietem* de Christo interpretatus est is qui apud Augustinum [i] libros edidit de visitatione infirmorum [k], hortans infirmum vt Ezechiæ [l] exemplo *converteret faciem ad parietem orando*. Illud quoque planè verum, solere Dæmones ac peruersos homines adoriri ea ex parte quam vident infirmiorem, vt qui obsident ciuitates, magis exagitare quos promiores animaduertunt ad certum vitij genus. *Erigit Deus elisos* [m]; & *mœstos sospitate* [n]: pius frater cadentem fulcit [o]: sustentat *verbo eum qui lassus* [p] *est: bonum enim est sustinere sustentantem, & ab illo non subtrahere manum* [q]. Sed & *spiritus viri* (qui reuera vir sit) *sustentat imbecillitatem suam* [r] (non solùm corporis; quoniam *animus gaudens & cor exhilarat faciem* [s], & *ætatem floridam facit* [t]: sed etiam ipsiusmet animi, hoc est sui ipsius.) Orandus vineæ Dominus vt sepem conseruet quam circumdedit ei [u]; ne *destruat maceriam vindemient eam omnes qui prætergrediuntur viam, & singularis ferus depascatur eam* [x]: vt *adiutatores sepium* nos ipsos [y] efficiat; ponátque in nobis *murum æreum* [z], & sit ipsemet *murus ignis in circuitu* [a]. Aliter Bernardus [b] *domos* accipiens pro popularibus conuentibus, docet, Christianos vtriusque ordinis principes esse quasi tigna, quibus parietes fortiter stringant, iustis impositis legibus, ne sua quisque lege vel voluntate viuentes, tanquam parietes inclinati & maceriæ depulsæ dissiliant à semetipsis, & sic omnis structura ædificij corruens dissipetur. De maceria distinctionem ponit Varro [c], in species quatuor, è lapide vt in agro Tusculano; è lateribus coctilibus, vt in Gallicoie crudis, vt in Sabino; è terra, & lapidibus, compositis in formis, vt in Tarentino, & Hispano. Vtuntur etiam quandoque à pariete ducta similitudine poëtæ alij, qui paries vbi cœperit inclinari, futurum sit vt ruat. Sic Ouidius [d]:

Cum corpus quassata domus subsidere, partes
In proclinatas omne recumbit onus.

Cæterum quatenus paries & materia tutelam denotant, hæc diruere idem est ac tutela & protectione priuare:

Tu præsidium Phrygibus (ait ille) [e] *fessis,*
Tu murus eras,

Idem valet *male linus* apud Ezechielem [f] *paries.*

Vers. 5.] Verumtamen pretium meum cogitauerunt repellere; cucurri in siti; ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant.

DEclarat quid esset in persequendo, hostibus maximè propositum. Volebant, cum honorem, ad quem iam peruenerat apud Saulem, & multo adhuc maiorem quem consecuturum

timebant,

---

a Quæsiti sententia.

Vt ecclesiam exprimat.

Particula (ὡς) varia significationes.

Ægyptia pannus & materia hominis comparatio.

z 1. Cor. 3. 9.

b Ser. 174. *Infelix caro sufficit sibi ruinæ ad ruinam sufficere. Ruina expugnatio.*
c Gen. 6. 5.
d Eccl. 7. 30.

De Christo capiatur.

a Matt. 26. 55.

b Ephes. 2. 14.

c Act. 23.
d Exod. 5. 7.

e Tom. 9.
f Lib. 2. c. 2.
g Esa. 38. 2.

Dæmonum & peruersi hominum mos est adoriri ea ex parte quam infirmiorem vident.
h Psal. 144. 14. Psal. 145. 8.
i Iob. 4. 11.
k Eccl. 4. 10.
l Esa. 38. 2.
m Eccl. 7. 19.
n Prou. 18. 14.

o c. 15. 11.
p c. 17. 22.

q Esa. 5. 5.

r Psal. 79. 14.
s Esa. 58. 11.

t Iere. 1. 18.
u Zach. 2. 5. *Murum ignis ego ero ei, &c.*

x Serm. 46. in Cant.

y 1. de re rustica.

z 2. de Trist.

a Seneca in Troa.

b c. 13. 10. & seqq.

Sensus loci.

timebant, regiæ minarum dignitatis, tum euertere, tum imperitare. Tyrannus illas promissas à Saule intelligit in pretium pro bellis ac præputijs Philistinorum [a]: quarum altera data est postea Hadrieli Molathitæ [b], altera post fugam Dauid Phaltieli filio Lais [c]. Ipse nil turbatus calamitatibus, & non contentus diuino promisso, non desidebat, sed ardenti quodammodo anhelans siti, ad eundem recurrebat Deum, vt se tot ludatum exhaustúmque molestijs reficeret, nec eripi sineret partim iam datum, partim promissum honorem, quem magni merito ducebat ac in pretio habebat, & propter ipsummet spectatum in se, & ne fallax falsúve in promissis Deus haberetur. Subdit in fine, tanto ea in re laborandum sibi magis tunie quod quominus aduertere machinationes eorum posset, blandiebantur ore, benéque precabantur, & ominabantur, animo autem alienissimo & infensissimo erant.

a 1 Reg 18. 27.
b Ibid 19.
c 2 Reg. 3 14. 15.

Mystica applicatio ad Ecclesiam ex alijs.

Referuntur ista mystice ad Ecclesiam, aut ad iustum, persecutionem vel tentationem patientem, qui dicat, id quod habeat maximè in pretio, maximi faciat, summo sibi honori ducat, quo potissimum glorietur, auferre aduersarios velle, videlicet Deum siue Christum, ac sanguinem ipsius pretiosum, eiusdem seruitutem, & cultum; præterea gratiam, merita, beatitudinem; idque præsertim dolis ac fraudibus: sed nihilominus magna contentione animi persistat in instituta pietatis via. Iudæos & hæreticos Cassiodorus hic innui putat, Paganos autem priore insinuatos versu, vicinos Marte apertiore. Augustinus nec Paganos hoc loco excludit, intelligens omnes qui nomen Christianum, quod iam est in honore, post adeo multas tyrannorum persecutiones, oderunt, & quod insectari persequique non audent aperte, sed publice vel inuiti laudant, nituntur clam aliqua infamia dedecorare, cùm tamen qui nomen Christianum digne gestat, seruat eorum salutem, & quasi lubendo tra-

Mystica accommodatio ad singula.

d Exod 32.20.
e Ioan 4.7. seq. cap 18.

icere velit in corpus Ecclesiæ; eo fere modo, quo communiti vitijs, qui corpus impiorum designabat, puluerem bibendos Moses dedit [d]: & sicut Christus a muliere Samaritana sitiens popposcit aquam [e], & in cruce *sitio te* dixit [f].

Etenim.] Eadem particula Hebræa כִּי *ach*, sic infra Latinè redditur adhuc bis, & Græce πλὴν, quod versu secundo, *nonne*, οὐχί, & in 3. *nam*, &, γὰρ.

Pretium meum cogitauerunt repellere.] τὸν τιμὸν μου ἐβουλεύσαντο ἀπώσασθαι. Quia τιμὴ *honorem* quoque significat, hunc pro pretio posuerunt alia psalteria, & Hilarius, Augustinus, Cassiodorus, Hieronymus in commentario, Arnobius qui addit quoque *præuoßitatem*. *Honorem* quoque interpretantur Græci excepto Basilio in homilia. In scholijs ad Biblia Sixtina editionis LXX. idem nomen politum est Latinè, cum non esset in ea quam edidit typis Andreas Cratander Basileæ anno 1526. Explicant Apollinarius paucis sententiam:

Τιμὴ.

βουλεύσαντο δὲ μ' ἀκκία τεύξαι:
cogitauerunt vero me malorum reddere.

Theologia Hebræorum, vt videtur.

Honorem istum alij tropologice constituunt in Dei scientia, cui seruire & ab eius pendere prouidentia, regnare est, vt ideirco se toties Paulus appellet *seruum Iesu Christi*. Nomen *pretij* retinuit quoque Ambrosius [g], addictus aliquo Græco elogio, *voluerunt*, pro, *cogitauerunt*, exponit autem allegorice, quando pretium referente Iuda

g Hic & 9 de fide ad Gra.

A proditore Iudæ in locellum (*cistulam* dicunt Euangelistæ) mittere voluerunt, quia *pretium sanguinis* esset [a]. Ne autem damnatum proditorem iudicio suo, & Iudæos ipsos multo hac in re magis, quippe repudiantes pretium sanguinis, vnde peregrinorum sepulturæ emerunt agrum, & peregrinātes à Christo, cum suum Iudas agnouisset peccatum. Tropologia est Basilij de sanguine Christi, quo *pretio magno empti*, ac redempti sumus [b], vt ideireo sit nefas nos *pretij seruos hominum* [c], eo seruitutis genere quod repugnet Christo.

a Matt 27 6.

Tropologia.

b 1 Cor. 6. 20. c. 7. 23. 1 Petri 1. 18. 2 Cor. 11. 8.

Alij modis alijs declarant, quos inducit secundum moralem sensum, vt Beda, de patientia: B Ruffinus & Haimo, de Deo & gloria: Cassiodorus, de fide, & Christo: Remigius, de perseuerantia in cursu ad bravium, coronamque, quam difficilis ac impossibilis res esset: Bruno Carthusianus, de Deo & pretio laboris auellendo a Dei subiectione, de qua primis Psalmi verbis: Hugo, de pretio quo eminus, id est de bonis operibus, & quod eminus, hoc est Deum, siue Christum: Ambrosius, de pudicitia, misericordia, fide, bona existimatione, meritorumque serie, munditia, simplicitate. Sic Leo [d] frustra conatum scribit tyrannum Laurentio auferre Christum, & cum Ecclesiastico thesauro, cui inhiabat, frustratus esset, direptionem thesauri potioris aggressum, & depositum illud, quo Laurentius sacratus dives erat, curauisse auferre, renunciare Christo Laurentium iubendo. Hoc est *regnum Dei intra nos* [e], atque *thesaurus in vasis fictilibus* [f].

Mystica.

d Serm. de S. Laurent. *Laurent. martyrium.*

e Luc 17. 21.
f 2 Cor 4. 7.

Porro iuxta versionem ex Hebræo Hieronymus ita reddit simul cum particula prima versus, *partem enim eius cogitauerunt expellere*, quod exponit Theodoretus de regno quod Deus Dauidi dederat. Alij, *tantummodo*, vel, *vtique, certè*, &c. *a magnitudine ipsius consilium repellere*: id est, quomodo depellat alter alterum à fiducia quam habet in Deo magno, excelso, potente. Vel pronomen tertiæ personæ non ad Deum, sed ad nomen referendo, qui priore versu expressus est, & de Dauide intelligitur in tertia persona. Sensus est quòd hostes omnino conentur ipsum deiicere de eo statu sublimi in quo Deus illum collocauerat; & expellere quem Deus exaltet. Hebræa sunt ista לְהַמְתִּין אַךְ מְשֹׂאתִי: *ach missecho tahhatsin lehaddiah*: Vbi שְׂאֵת *seeth*, נְשָׂא *nasa*, potest esse aut nomen, aut verbum, & præfixa littera (מ) *mem*, indicabit præpositionem מִן *min*, *ab*. *Elevationem* significat nomen, & excellentiam dignitatis, qualis est sublimioris dignitatis regiæ, ita vt principes ducesque appellentur נְשִׂיאִים *nesium*, quasi *elevati, alti, sublimes, excelsi*. Ab eadem radice verbi נָשָׂא *nasa*, nomen integrum cum littera prima (מ), *mem*, מַשָּׂאת *massath*, pro *donis, muneribus, censu*; nec non pro *cibo*; licet aliquando vertatur & *elevatio*; nempe munus quod manibus attollitur, vt offeratur: & *pars* [h], vt idem valet ac donum, vt cùm agitur sub nomine isto de partibus quinque quæ obuenerunt Benjamin in cenuuio. Ergo quod *partem* Hieronymus exposuit, alij *magnitudinem*, recte LXX. τιμὴν dixerunt, experimentes primam personam pro tertia persicuitatis causa, vel forte lis legentes non מִשְּׂאתִי *missechi*, sed מִשְׂאתִי *missechu*, id est, non cum affixo tertiæ, sed primæ, siue *honorem*, cum multis Latinis, dicas, siue *pretium*, cum editione vulgata & nonnullis Græcis auctoribus: & de regia dignitate Dauidi promissa intelligitur: vel de ho-

Sensus verborum.

E

g Ps. 140. 2.
h Gen. 43. 34.

nore

nore ac pretio in quo erat apud Saulē. Et quis scit an etiam de cibo honorario ex mēsa regis quem solebat priùs accipere, nihil affero. Fauet nōnihil quod subdit se in titi cucurrisse, quasi necessario victu destitutū, aut cum veluti mendicante. Lyranum monui de pretio sumptisse, in quod filiæ Saulis oblatæ Dauidi fuerunt pro bellis contra Philisthæos. Nescio quid voluerit Paraphrastes: *vtique cum iuramentum se bene facturos interposuerunt, consultant vt impellant*: vel apud Nebiensem, *profecto in die bona operationis, consultantur vt impinganti*: mihi hæc habent cū Hebræo מִשְׁאַת *massath* cōmune Attigit istum locum Ricardus Cenomanus consultus à me iam exacta hac notatione.

Cucurri in sitī.] Hieronymus, *placuerunt sibi in mendacio*: quomodo etiam Symmachus, Ambrosio teste, τοῦ δόλου αὐτῶν ἠυδόκησεν, sed ἠυδόκουν dicere voluit, aut scribi debuit, quia ipsemet interpretatur, *placuit illis in mendacio*. Chaldaicè, *nunciabunt mendacium*, vel, *& loquuntur mendacium*. Alij, *diligunt mendacium*, aut, *volunt*, seu in futuro, *diligent, volent, affectabunt, optabunt, complacebunt, delectabuntur*. Id exponit Campensis & Clarius, quasi falli Deum posse persuaderent sibi, cuius videbant auxilio Dauidem crescere, eique delegatum à Deo regnum. Alij, apud Titelmanū, quia cupiāt quod non assecuturi sint, vt scilicet impediant exaltationem Dauidis. Caietanus, de Saule mentito aliquoties Dauidi; vt cùm pertæsis præputiis Philisthinorū, dimisit illum contra ipsos [a]. Prior id dixerat Treuetus vtens Hieronymiana versione, meminitque Lyranus: quamuis iuxta editionem nostram interpretetur id de se Dauidem dicere, ad illud bellum alacriter proficiscentem, præ ingenti desiderio ducendi in vxorem filiam regis; & quia bellantes multum sitiunt.

Retento *currendi* verbo, *sitisque* nomine, Græci plurali numero, legunt, *concurrerunt in siti*, ἐδίψησαν ἐν δίψῃ. quod tamē verbum, vt Ambrosius [b], qui legit alibi, *cucurrerunt*, annotauit, seruit vtriq; numero. Explicat verò de æstuantibus perfidiæ æstu aduersariis Christi, & festinantibus, vt ipsum, qui fons viuus erat, negantes, æterna fauces suas ariditate siccarent, faciendo sibi cōtritos lacus, siue *cisternas dissipatas* [c], séque priuando potu spirituali, quem hauserant *de consequente petra* [d]: denique hanc ipsam sitim recte dici de mēdacio, Symmachi sectando translationem, veritatem vberrate præditam esse, quæ in perpetuum perseuerat. Plurium præterea *sitim* Euthymius ac Nicephorus tribuūt Antiocho & ministris eius, qui pretium religionis Iudæis tollere summo desiderio omnique artificio nitebantur: vt ex Iosepho constat, quē Euthymius citat, & ex historia sacra Machabæorū. Non iudico literalem hūc sensum.

Præter priorē verò mysticum de Christi persecutoribus, Basilius in homilia peruicacē intelligit, & intentam vim dæmonum, nos ex insidiis appetentium, atque impressionem suo excursu aduersùm nos facientium, quòd nostram cupientissimè sitiant deperditionem. Genebrardus per Eclipsim existimat in multitudinis numero subtelligi *pedes*, vt sit, *cucurrerunt in sitī pedes mei*, capessendo fugam adeo celeriter, vt nec bibere quidem priùs licuerit, & ex anhelo longóq; cursu litim contraxerim. Non dubito Lxx. legisse non יָרֻצוּ *iarutsu*, sicut nunc extat, à רָצָה *ratsah*, vt significat, *velle placere*, &c. sed vt *ambulare*, & *currere*, idē cum רוּץ *ruts*: vnde posset quoque hic esse יְרוּצוּ *iarutsu*. Tunc locum habet cōiectura Genebrardi de eclipsi: & vt suppleantur *pedes*, dicátque illos Dauid cucurrisse; quod vno verbo, per *cucurri* Latinus Interpres explicauit, cùm ἐδίψησαν potuisset quoque pluraliter transferre, vt dixi. Sic in Psalm. 58 [a], vidimus *inuerecundos pedes* subintellectos in plurali Hebræo verbo יָרֻצוּ *iarutsun*, & in sequenti יְכוֹנָנוּ *iechonanu*, vbi legimus, *cucurri*, & *direxi*, & ἔδραμον καὶ κατεύθυνα, quæ addito (ו) ad posterius Græcum verbum verti possent *cucurrerunt*, & *direxerunt*. Pro *sitī* est כְּזָב *chazab*, sed, vt notauit Ricardus Cenomanus, non *mendaciū* duntaxat, sed *scaturiginem* quoque significat, quæ negat aquam, si præponatur (מ) *aleph*, אַכְזָב *achzab*, quod *mendacium aquarum* [b] redditur. Denique suppleuerunt Lxx. præpositionē (ב) *be*, *in*. Agellio concedo, *currere* quandoque idem esse quod approbare ac diligere; vt [c], *si videbas furem, curreba cum eo*: sed nec leuiter suspicandum reor legisse Lxx. ἐν φαύσει, *in mendacio*, pro δίψει, aut δίψῃ. docuī etiam dictionem Hebræam *sitim* quoque valere. non est etiam verum יְרוּצוּ *iarutsu*, non significare *cucurrerunt*, sed יָרֻצוּ *iarutsu*.

Gretserū in fine lucubrationis huius vidi Hæretico exprobrantem respondentē, ac prouocāti Iesuitā (vulgo sic hominē vocant de societate Iesu) vt intēdat nerues, & experiatur posse me colore aliquo fucare locū istū, ne cogatur fateri abunditatē admissi erroris in editione nostra. Legi etiā quæ Brugensis notat. Verùm pro officio videre paulo accuratius locum tractauisse, ac vtinam esse.

De *cursu* ac *sitī* Christi non addam hic plura, præter ea quę nuper attigi ex Augustino, cui Hieronymum adde, & Arnoldum [d] Abbatem: & de nostra, vt alienam sitiamus salutem: ac præcipue propriā, ne à cursu iustitiæ reuocent nos molestiæ vllæ, quod Hilarius monet, sed in currenda sitiendáque iustitia beatitudinem sitā sectamur [e], nec repellamus à nobis *pretiū nostrū*, hoc est, Christi sanguinem & imitationē vitæ ac passionis ipsius, in quibus ille ardentissima quadā siti tot annis *tanquam gigas* exultanter cucurrit [f]. Cucurrit Christus, ait hoc loco Hieronymus, de cœlo; venit in vterum; de vtero in præsepium; vel cætera his similia: cucurrit sitiens, venit ad fontē [g], esuriens, venit ad arborē [h], *de torrente in via bibit* [i], & adhuc sitiuit in cruce [k]. Sic nobis currendum *vt comprehendamus* [l], & *cursum consummemus* [m], & ad *destinatum persequamur brauium supernæ vocationis* [n], & *sitiamus ad Deum* [o], & *in Deo* [p], *currendo viam mandatorū eius* [q]. Mala sitis auari siti similis hydropici, vt propterea ante Pharisæi domū curare voluerit Christus hydropicum, postquam disputationem ipsius de liberalitate Pharisæi, *qui erat auarus, derisisset* [r], quemadmodum à Gregorio [s] est obseruatum: sic docens per alterius ægritudinem corporis, in altero exprimi ægritudinem cordis.

Ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant.] Additur præpositio *in*, ante, *corde*, in Psalterio Romano. In textu Hebræo est *in ore*, & *in corde*. Hieron. omisit præpositionem vtrobique, *ore suo singuli benedicunt, & corde suo maledicunt*. Hebræa verba sunt futuri temporis. Facilè permutantur tempora. De sensu non est laborandum, sententiæq; iam similes alias occurrerūt. Istam Basilius interpretatur de illis qui vitium omne palliant, adūbrata nomēclatura è vicino subiectæ virtuti, seséque idcirco execrabiles ac reos æternæ dānationis constituunt, quam execrationem importat τὸ καταρᾶσθαι. Gregorius [t] ait, ingenium peruicissimorum esse, ac nominatim hæreticorum, ne publi-

a 1. Reg. 18. 25.

Ambrosij exemplum.
b Ambr. 5. de fide, c. 6.

c Iere. 2. 13.
d 1. Cor. 10. 4.

Aliorum.

Mysticus sensus.

a vers. 5.

b Iere. 15. 18.

c Ps. 49. 18. *Currere pro approbare ac diligere.*

Gretseri scriptū de Antichristo.

Cursus ac sitis Christi.
d Ex Bernardo, Petro Damiano, &c.

e Matth. 5. 6.

f Ps. 18. 6.

g Ioan. 4. 6.
h Matth. 21. 19.
i Ps. 109. 7.
k Ioan. 19. 28.
l 1. Cor. 9. 24.
m 2. Tim. 4. 7.
n Philip. 3. 14.
o Ps. 41. 3.
Metaphora sumpta ex cursoribus.
p Ps. 67. 33.
q Ps. 118. 32.

Gregorius elegantissime in Ezechielem, pro correctione Ioannis de Carpathia domum.
r Luc. 16. 14.
s 14. Mor. c. 5.

Basilius interpretatur hunc locum.

t 5. moral. c. 22. vel 13. *Peruersissimorum hæreticorum ingenium.*

ce prauo videantur, loqui aliquando bona de initijs, quæ ille iam cognita & alijs nouerunt; sed hæc ipsa protinus ad cumulum reatus pertrahere, vt credendum sibi in contrarijs ex eo quòd & prospera loquebantur, offendant; tantóque mala quasi veritus minuere, quanto & bona quasi deuotè laudabant. Arnobius exponit de consilijs quæ suggerunt dæmones, plena dolis, & a meliore bono auertentibus, vel inducentibus ad deteriora. Exempla sunt apud illum.

Arnobij expositio.

Hunc locum vide suprà.

Vsurpat hunc de proditorio Iudæ oculo locum Diego [a] Cardinalis, quod vniuerse de Iudæis alijs accipi potest. Est in fine סלה *selah*, & διάψαλμα: quod Hilarius putat denotare in iam dictis perseuerantiam, quæ repetito commendatur versu, qui sequitur.

a Ser. de sacra Dom. pass.

Vers. 6.] Verumtamẽ Deo subiecta esto anima mea: quoniã ab ipso patientia mea.

EXcitat iterum seipsum, erigítque animum aduersus tot, adeo terribiles, tã fraudulentos hostes, repetito primo post titulum psalmi versu, quasi intercalariter, vbi solum *salutaris* mutauit in *patientiæ* nomen, seu spei ac expectationis certæ de consequendo expectato auxilio diuino. Id valet תִּקְוָה *thikuah*, quam vocauit Hieronymus *prestolationem* in editione Victorij, & apud Tremetum, aut *spem* in bibliis Regijs, significat quoq; ὑπομονὴ *patientem expectationem*, cùm quod speramus, *per patientiam expectamus* [b]: (sic in alio Psalmo [c] vocat Deum Dauid *patientiam suam & spem*) & metonymicè, rem expectatam, potiùs quã virtutem qua fortiter tolerentur aduersa. Nil tamen obest quin de hac ipsa virtute patiẽtiæ interpretemur; *dilata* namque *spes affligit* [d], ideóque forti animo est opus ad amouendam afflictionem. Sic intellexit Augustinus [e], Hilarius, & alij Latini Græcíque vocantes ὑπόστασιν: quamuis Apollinarius ὑπομονὴν ἰσοδυναμοῦσαν τῇ ἐλπίδι, *fiducia vnusquisque deus*. Augustinus [f] verò sic docet patientiam nostram dici, quemadmodum cùm etiam Christus dixit [g], quòd *in patientia nostra possideremus animas nostras*, vt dicatur quoque Dei. *Nostrum est*, ait, quod à nobis habetur; nostrum est, & quod nobis donatur; deinde, dicit, inquit, nobis ipse, in vestra patiẽtia; dicamus illi & nos, patientia mea ab ipso est. Tuum fecit donãdo, noli ingratus esse tibi assignando. Confirmat idem ea petitione Dominicæ orationis, qua petimus dari nobis *panem nostrum*. [h]. Tandem concludit, si illo dante sit nostrum; nobis superbientibus sit alienum. Tritum etiam illud eiusdem Patris in Confessionibus, de patientia, cõtinentia, & alia quauis virtute; *Domine* hanc iubes; da quod iubes, & iube quod vis; *non patietur Deus nos tentari supra id quod possimus sustinere* [i]. Hoc adhuc scribit Augustinus [k] esse os illud quod cecinit Dauid occultatum in nobis, & à Deo factum in occulto, ita vt ob firmitatem franga non possit, neque cedere aduersis. *A Domino* enim est facta, inquit, quædam firmitas patientiæ nostræ, de qua dicitur; *ab ipso patientia mea*. Ab eodem scribit Bernardus [l] vngi cruces à quo inferuntur.

Sensus loci.

b Rom. 8. 25. epist. 70.

c Psal. 17. 22.

d Prou. 13. 12.

e In Psal. 118. Ser. de decim. cat. in vers. 5.

f Posteriore loco.

g Luc. 21. 19.

h Matth. 6. 11.

i 1 Corint. 10. 13.

k In Psal. 118. Ser. de decim. cat. in vers. 5.

l Bernardus in quibusdam sermonibus in festo Pentecostes.

Cæterum ex isto modo loquẽdi, vt Deus dicatur *patientia nostra*, quod in 70 [m]. quoque Psalmo reperitur, sicut & ex similibus, vt *spes* [n], *misericordia* [o], &c. non licet argumentari Magistro sententiarum [p], cùm pariter vocatur Deus *caritas*, [q] eam qua diligimus Deum, & proximum, non

m Psal. 61. 6. & 70. 5. hoc loco.

n Psal. 70. 5.

o Psal. 58. 11.

p Magister sententiarum improbata argumentatione de veritate qua dicimur Deus & sapientia.

q 1 Ioan. 4. 8.

A esse virtutem creatam, sed ipsum Spiritum sanctum. nec video cur excipiat actus & motus aliarum virtutum, volens mediantibus virtutibus fieri ab eodem Spiritu sancto Ioannes [a] ait *caritatem ex Deo esse*. Caritas quoque *ordinata* dicitur [b], maior minórve amitti [c], perfecta, & imperfecta [d] crescere [e]. Minui nõ ita propriè ac in se dicitur, ita vt eadem ex maiore fiat minor, sed vt in vno maior sit, in alio minor; & in eodem successiuè ex minore maior, & si penitus amittatur, postea dũ recuperatur fortassis minor quàm prius esset: vel respectu eiusdem quamdiu manet aliquando effectus maiores habeat, aliquando minores. Quo pacto concedere debet Magister, Spiritum sanctum sic in se non variari, sed ratione doni à se distincti: quod est æquè verum suo modo de aliis à caritate diuersis, quamuis non ita censeatur per alia vt per caritatem gratiámque sanctificantem habitare in iusto: nec ita propriè dicatur Deus seu Spiritus sanctus *fides, spes, patientia*, &c. sicut *caritas*, vt Augustinus [f] docet: quia Deus nos amat immediatè, & Spiritus S. per amorẽ procedit. Verùm hac de re tum in scholasticis disputationibus, tum in Commentario epistolæ Ioannis primæ; & ipse demum Augustinus [g] monet dici Deum *patientiam nostram*, quoniam vt hic habetur, *ab ipso est patientia nostra*, camque donat nobis. Quod sine dubio locum etiam habet in alia qua-
C libet virtute, ne caritate quidem excepta.

Alia item.
a Ibid. vers. 7.
b Cantic. 4.
c Ioan. 15. 13.
d 1 Ioan. 2. 5.
e Philippens. 3.

Non ita propriè dicitur Deus seu Spiritus S. fides, spes, patientia, sed charitas 1. 15. de Trinit. c. 17.
f Ibid. & lib. 30. homil. in 14 c. 1.

Subiecta esto.] Hieronymus, *tace*, ex דומי *dumm*.

Patientia mea.] Hieronymus, *spes mea*. Commentarius attributus Hieronymo, habet, *salutare meum*: arbitror memoriæ lapsum. Quid valeant autem vox Hebræa תִּקְוָה *thikuah*, & Græca ὑπομονὴ, an propriè dictam patientiam, dictum satis.

Vers. 7.] Quia ipse Deus meus, & saluator meus: adiutor meus, non emigrabo.

HEbraicè nihil prorsus differt hic à tertio versu: Græce pro, ὅτι γὰρ, est, ὅτι, pro, οὐ μὴ σαλευθῶ ἐπὶ πλεῖον, est, οὐ μὴ μεταναστεύσω: Latine pro, *nam &*, est, *quia*: pro, *salutaris*, est, *saluator*: pro, *susceptor*, est, *adiutor*: pro, *non mouebor amplius*, est, *non emigrabo*. nec tamen carpere Bredembachius Latinum debuit interpretem optando maiorem in eo constantiam. Laudanda erat potiùs eiusdem sententiæ verbis aliis idem valentibus allata expositio, seruiens elegantiæ, tædio consulens. Vix est de re ipsa quid adhuc dicatur præter dicta in versu tertio. Augustinus in his vocabulis Dei, *salutaris*, aut *salutaris*, *susceptoris* (quo vtitur,) agnoscit vocationem, iustificationem, glorificationem, vnde non ampliùs emigratur, peregrinatione finita. *Adiutor* designat auxilium gratiæ tribuentem, de quo auxilio mentio postea fit: *Deus* item creantem: vltima verba confirmationem in
E gratia, deinde in gloria.

Bredembachius male interpretem carpens.

Quia.] Parum refert quòd alia psalteria, auctoresve alij reddant *quoniam. etenim.* Eadem quæ versu 3. particula כי *ach*, variis modis conuersa. Hieronymus, *sed*.

Ipse.] Nec hoc magni momẽti, quòd addãt, *est*.

Deus meus.] Hieronymus, *fortis*, versu 3. *scutum*.

Et saluator meus.] Retinent hîc nomen, *salutaris*, ex versu 3. alia psalteria, & Cassiodorus, ac Ambrosius.

Adiutor meus.] Psalterium Gallicanũ seu Ambrosius atque Augustinus, *susceptor*, sicut in versu 3. Hieronymus ibi, *fortitudo*: hic, *altitudo*.

Nō emigrabo.] Significabat ergo in 5. versu *non movebor*; nō agrationem, vt scilicet non esset erandum huc illuc fugiendo. Simul tamen etiam fixam in Dei prouidētia velut in anchora spem [a], aut quomodo papillis hæret infans lac sugens: quod elegantes exprimit Apollinarius:

Ἄλκαρ ἐμὸν, τίς κεν μὲ φίλης ἀπάνευθε τιθήνης;
Robur meū quis vtique me cara auellet à nutrice?

Quomodo dicitis anima mea transmigra in montem sicut passer? in Domino confido [b]. Petitur eadem alibi [c] similitudo ex auolante ac fugiente ante ad idem propositum. Atqui nulla vis maior in composito verbo *emigro*, quam in simplici, quasi sit valde migrare, vt Arguanus notauit. Aliarum imperitia linguarum efficit, vt notentur quandoque non notanda.

[a] Heb 6.9.

[b] ps 10.2.
[c] Prou 27.8. Esa 16.2. Osee 9.11.

Verſ. 8.] In Deo salutare meum, & gloria mea: Deus auxilij mei, & spes in Deo est.

Sensus loci.

TAm sæpe, ac iisdem propemodum verbis ingentem illam suam in Deum fiduciam inculcat, videlicet ob ingentem voluptatem ex sermone de hac re, & vt inter graues calamitates animum erigat, & ad fortiter tum patiēdum, tum etiam resistendū excitet semetipsum, omnineq; dicat [a] solo Deo salutem, gloriam, auxilium, opes, robur, expectare; nulla re creata per se gloriari, nulli hærere, nullam sperare. Dionysius Carthusianus nominat præclarum, splendidum, suauissimúmque versiculum istum omni menti deuotæ, super mel & fauum, dulcem & saporosum. Plus quiddam videtur indicari præpositione, cum *in Deo* dicitur *salutare* nostrum ac spes esse, quam cùm ipse *saluator*, aut *salutaris*, & *spes*, quod antè dictum est [b]: cùm *in eo gloria*, quam quod habetur alibi [c] vocatur ipsemet *gloria nostra*: cum *Deus auxilij*, quam cùm auxilium ipsum. nam Deū esse saluatorem, ipsum, gloriam, auxilium, intelligitur per modum actus primi, vt loquuntur, vel quod in se est, Deum ad hæc conferenda paratum esse: cùm autem in illo eadem esse dicuntur vt nostra, nobis ab eodē esse, ac nos illa recipere, & eorum ratione cum ipso coniungi. Valent hæc omnia testimonia contra Pelagianos, vt intelligamus, omnem laudem & gloriam quam reuera consequi possumus per meritorum cooperationem, nobis prouenire à munere Dei, *in quo* propterea laudari & *gloriari debet quisquis* laudatur & *gloriatur* [d]; ita vt dicat [e], *in Domino laudabitur anima mea*, & [f], *fortitudo mea, & laus mea Dominus, factus est mihi in salutem*, & [g], *ego in Domino gaudebo & exultabo in Deo Iesu meo.* Legendus Prosper contra [h] Collatorem. Quia repetitur ter nomen *Dei*, Hugo Trinitatem innui vult. Parum concludit hoc argumentandi genus, & repetitio potiùs ad significationem pertinet affectus. Vt dictum tropologicè recipi potest, quòd idem *gloriam* spectat in puritate ac testimonio conscientiæ: *spem*, vt impetretur venia; *auxilium*, contra tentationes; *salutare*, ad agendam perseuerantiam.

Omni mentidenota suauissimus versiculus. Vis phrasis, in Deo salutare nostrum, & similium.

Contra Pelagianos testimonia.

[a] 1. Corin. 10. 17.
[b] Ps 3.3.
[c] Ps 117.14.
[d] Abac 3.18.

Hugonis frigida argumentatio de Trinitate hoc loco. Tropologia.

Deus auxilij mei.] Hieronymus, *robur fortitudinis meæ*: צור־עזי *tsur hhuzzi*. Sententia eadem, vt & cum *adiutorium nostrum* dicitur *in nomine Domini* [i], vel, *à Domino* [m]: *auxilium à Domino* [n], aut, *in Domino* [o], nomen illud Hebræum צור *tsur*, pro Deo repetitur aliquoties, *rupem* significans ac *petram*, & *arcem*, vt significetur aduersus hostes nos vndique circumdantes & obsidentes nō posse nos tutos esse, nisi Deus seruet, & ipse sit nobis tanquam *turris fortissima a facie* illorum, vt priore Psalmo vidimus [a], vbi vocatur מגדל־עז *migdal hhoz*. Merito conueniat Deo nomen *Lapidis adiutorij* חבן המעוז [b] *euen hahhiz-zer*. Αἰ. τὸ βοηθὸς, *Lapis adiutoris*; non solùm ea ratione quæ Samuelē impulit, quia ad certum vsque lapidem auxiliatus fuerat Dominus contra Philisthæos [c]: verumetiam, quia ipsemet vice lapidis quodammodo est cauernosi atque foraminosi, [d] quò sese recipiant omnes tutò & habitent. Suum illū profani Deum nomine *Iouis* appellasse dicuntur à iuuando, & *Iupiter*, quasi iuuantem patrem Operatum; vt è contrario *Veionem*, cui dempta iuuandi facultas.

[i] Ps 123.8.
[m] Ps 120.2.
[n] Ps 18.6. ps 120.2.
[o] Osee 13.9.

[a] Ps 60.4.

[b] 1. Reg. 4.1. c. 5. 1. c. 7. 12.

[c] c. 7. 12.

[d] Cant. 2. 14.

Iouis, Veiouis appellatio vnde.

Verſ. 9.] Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda vestra: Deus adiutor noster in æternum.

Sensus loci.

NOn cōtentus de sua dixisse fiducia, vel suos, vel etiam cunctos vbique alios ad eandem cohortatur, alienæ cupidus salutis, honoris æmulator diuini. Iubet laxatis veluti dolori habenis, aut potiùs patefacto cordis vase, quicquid angat premátve, referare ac effundere coram Deo; lacrymis etiam ipsis exire si velint, liberā potestatem facere; curas cogitationésque ad vnū omnes Deo proponere atque committere; dubitari non posse quin ab eo referant conuenientem omnes opem, omni tempore; quotiesque id sincere fecerint quod facere monet præsenti hac adhortatione: *Qui audit*, dicit, *Veni* [e]: Andreas fratrem [f], Philippus ad Christum vocat Nathanaëlem [g]: amor Dei profert se quoque ad proximum.

Sperate in eo.] Hilarius, Ambrosius, Augustinus, Cassiodorus, *in eum*, sed monui non semel, ista non semper differre, sicut etiam *credere Deo, in Deo an Deum*, &c.

Omnis congregatio populi.] Hieronymus loco istorū habet, *omni tempore*, nūc enim Hebraicè est, בכל־עת *bechol-hhebeth*; tum subditur vt mēbrum nouum; *populus* עם *hham*, aut pluraliter *populi*, ob eiusdem numeri verbum, *effundite*, &c. legerunt Lxx. עד *hhed*, contracte ex עדת *hhedath*, aut etiam integrum עדת *hhedath*, quod significat *congregationem*, & vertere potuerunt, *sperate in eo in omni congregatione populi*: ac si voluissent, nouum inde membrum inchoare, vsurpando in recto; *populi effundite coram illo corda vestra*. Quæ semper tamen eumdem reddunt sensum.

In aliis duobus psalteriis, & apud Cassiodorum, *omnis conuentus plebis mea*: apud Ambrosiū, *omnes conuentus plebis*: & in quibusdam Codicibus additur, *mea*, apud Hilarium, *omnis cœtus plebis*: apud Augustinum, *omne concilium plebis*. Habent etiam nonnulli libri Græci, πᾶσα συναγωγὴ λαῶν, *omnis synagoga*, hinc *Congregatio populorum*: itaque præterea lego in homilia Basilij, & in Euthymij commentario. Ambrosius interpretatur de populo Iudæo ac Gentili.

Effundite coram illo corda vestra.] Psalterium Romanum, & Hilarius præponunt, &, ante verbum. Arnobius legit, *fundite*, Hieronymus, *cor vestrum*: vt est Hebraice לבבכם *leuauchem*. De ista phrasi egimus Psalmo 41 [a], ita vt

[e] Apocal. vlt. 17.
[f] Ioan. 1. 41.
[g] Ibid. v. 45.

Attrahit Deus præsentes se quoque ad proximum.

Phrasis Psalmo 141. explicata.

[a] vers. 5.

vix superesse arbitror quid amplius dicatur. Psalm. 141 [1]. locus alter hunc illustrat maximè; *Effundo in conspectu eius orationem meam, & tribulationem meam ante ipsum pronuncio.* Egregie Augustinus; *Nolite corda vestra retinere intra corda vestra: effundite coram illo corda vestra, non perit quod effunditis: ille enim susceptor meus si suscepit; quid times effundere? iacta in Domino curam tuam [b], & spera in eum.*

Ambrosius & Basilius in homilia tropologicè videlicet hanc effusionem sumunt de effundenda prius, exhauriendâ, euacuanda perfidia, malitia, vitiis, perturbationibus, vt capaces diuinæ gratiæ reddamur. Ambrosius opponit effusionem de spiritu promissam a Deo per Ioelem [c]. Vtitur medicorum Basilius exemplo, qui non priùs medicinas salutares dant, quàm vomitu materiam, quæ morbi causa est, euacuent; præterea valis, quod ni eluatur diligenter odore graueolente quo imbutum erat, odorati vnguenti recipere influxum non potest. Eodem referri potest Chaldæa paraphrasis, *abiicite coram eo elationes cordis vestri, & orate coram eo toto corde vestro, & dicite*, &c. Hilarius exuendum exponit omnem affectum, vt nihil de nobismetipsis fiduciæ sit; sicque per confessionem peccatorum, cum effusione lacrymarum adiuuemur a Deo. Idem fere cæteri dicunt, sed Hugo notat *effundi vt aquam corda* [d], eo modo debere, vt nec remaneat in signis exterioribus color, nec in verbis odor, nec sapor in affectu: coram Deo, non ad captandam laudem humanam, neque simulate; quod vltimum etiam cauetur nomine *cordium*. Indicat eadem effusio conditionem mortalitatis, vt cùm ad flectendum Deum aquâ populus fudit [e]: & eandem fluentis aquæ similitudinem Thecuitis posuit in sua oratione ad Dauidem [f]. Tunlio pectoris vlitata pœnitentibus videtur exprimere velle quod in corde peccatum latet; sicut *pungens oculum deducit lacrymas, & qui pungit cor, profert sensum* [g]. Cyprianus [h] publicanum scribit pectus tundêdo [i] peccata ipsa pulsasse intus inclusa. Hilarionẽ tradit Hieronymus [k] pectus pugnis percussisse, quasi cogitationes cęde manus posset excludere. Obtritionem cordis, ait Augustinus [l] esse tunlionẽ pectoris (testatur verò [m] solitâ vsurpari ad verba orationis Dominicæ, *dimitte nobis*, &c.) Maximus [n] Taurinensis, excussionem malignæ voluntatis. Differit Greneus [o] de cordis humani effusione bona & mala. Malam probat esse, qua *sapientia non tenetur quasi vase confracto* [p], aut *fasculo pertuso* [q]: ideirco vetari *ne demus aqua nostræ eximum vel medicum* [r], ne effundamus *in terram ieeur* [s], ne proiiciamus *inimæ* [t]; ne effundamus *mercedē* [u], ne *super omnem escam* [x], ne per luxuriam & lasciuiam [y], & crimina alia quæ persequitur. Præcipit item vt effusum cor cõtineamus & *congregemus in similitudine* [z]. Subiicit bonam effusionem, per confessionem, orationem, pietatem & misericordiam; addi potest humilitas.

Deus adiutor noster in æternum.] Omittit Hieronymus & qui transferunt ex Hebræo, postremas dictiones duas; testatúrque idem Hieronymus [a] obelo transfigẽdas, nec alia psalteria duo illas recitant, vel Hilarius, vel Augustinus, vel Cassiodorus, vel Arnobius, sed excepto Augustino ponunt in fine verbum, *est. Deus adiutor noster est.* Correcti quoque Codices Græci habent διάψαλμα, de quo meminit Hilarius, nec nõ Beda in collectione omnium diapsalmatum, sicut Hebræi סלה *selah*. Ireplit fortassis ex Aquilæ interpretatione αἰ, pro Hebræa voce, vt loco, *semper*, diceretur *in æternum*, quod Paraphrastes reddere solet. In nullo textu bibliorum lego, εἰς αἰῶνα, vel quid simile: neque apud vllum enarratorem Græcum, si demas Euthymium, qui Latinè legitur habere, *quoniam Deus adiutor vtitur*. consulete Græcum illius Codicem non potui. Vnus Apollinarius expressit semper

ὅτι καὶ ἐπίκουρός ἀεὶ θεὸς ἄμμιν ἐτύχθη:

Quia vtique adiutor semper Deus nobis factus est.

Citat Brugensis aliquos Græcos codices in quibus sit βοηθὸς ὑμῶν, *adiutor vester.*

Vers. 10.] Veruntamen vani filij hominũ, mendaces filij hominum in stateris, vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum.

QVia officio suo functus Propheta admonitionem suã parui apud impios scit esse momenti, diapsalmate quod in fine prioris versus positum est, nos id cõsiderare attentiùs voluit, vt innuit Hilarius. Hoc quidem certè vult, vt quos bene de Deo sperare iusserat, nihil aduersarios pertimescant. nam licet appareant magni, sapientia, honoribus, potentia, vani tamen sunt, inanes, vacui, nil solidi habentes, nulla solida re subnixi; adeo leues paruique momenti, vt si coniiciantur in alteram lancem, & in altera constituatur ipsamet vanitas, vaniores atque leuiores ea deprehendatur, ac tum demum perspiciatur, quàm sua illa ipsi externa specie fallerent, quantóque in errore versatur quisquis vanissimis istis & fallacissimis fidit: quorum omne studium in eo est, vt decipiant, quali stateris & mensuris falsis.

Potest id etiam exponi per antithesim ad eos qui bene sperant in Deo, prout antea dictum est, de illis qui malunt in hominibus sperare, qui tamen sunt vani, hoc est, inualidi & mendaces in promissis, pactis, cõtractibus, more mercatorum, qui, quæ communi iure ad mensuram iustáque pondera sunt iustrumenta instituta, his abutũtur ad fraudandum & decipiendum, idque vanissime, omnino gratis, absq; vllo sæpe cõmodo proprio, semper alieno cum detrimento. Tertiò adhuc sensus est, impios, quod indicabat Hilarius, negligere datum consilium de sperando in Deo, fretos vanissimis humanis auxiliis, &, si minùs ista suppetant, vel succedant, vtentes dolis aut fraudibus, omníque opẽ connitentes vt alter alterum *circumueniat in negotio* [a], quoniam id fas putant, quod quacumque possunt ratione: *legémque iustitiæ fortitudinem suam* [b], ἰσχὺν, *vim* ac *vires*, & vt circumueniant, *iustum* [c]; quod est συλλαβόντες, *insidiando comprehendere.*

Integrare sensum literalem vnum possunt hæc omnia, nec violentè ad contextum aptari, vt postea liquebit, nec difficile ad ea reuocare quæcumque ab enarratoribus de sententia tota dicuntur.

Veruntamen.] Est illud אך *ach* iam sextò repetitum, quamuis aliter & aliter conuersum: & conuertunt alij, *tantùm*, aut *certè*, *verò*: videtúrque alicui superiùs quidem particulam hanc superfluere; sed hìc habere vsum istum ad affirmandum.

Vani filij hominum.] Hieronymus, *vanitas filij Adam*, nempe sunt, הֶבֶל בְּנֵי אָדָם *hbeuel bene Adam*. vbi *Adam* appellatiuè sumitur pro quolibet homine & quidem ærumnoso, ac vili, quem vox etiam אֱנוֹשׁ *nascia*, quam Paraphrastes

---

a Verſ. 1. *Exaudi Deus orationem meam.*

b pſ. 54. 23.

Tropologia de cordis effusione.

c c. 2. 28. *Exemplo & comparatione elegans.*

Exuendus affectus omnis vt ſit.

d Thren. 2. 19. *Corda nostra quomodo vt aqua ſint effundenda.*

e 1. Reg. 7. 46. 2. Reg. 14. 14. *Tunſio pectoris penitentium ad quid.*

f 2. Reg. 14. 14.

g Eccl. 22. 24.

h de orat. Dom.

i Luc. 18. 13.

k in vita Hilarionis pſal. 31. enar. 2. & in pſal. 40.

l *Contrito vſurpata.*

m Ioh. 3. hom. 10.

n hom. 3. de Quadrag.

o tract. 25.

p Eccl. 21. 17.

q Agg. 1. 6.

r Eccl. 20. 14.

s Thren. 2. 11.

t Eccl. 10. 10.

u ep. Iudæ 11.

x Eccl. 37. 31.

y Gen. 49. 4. Ierem. 5. 11.

z Eccl. 30. 24.

a ep. 136.

Samſon Iudic.

Vanitas ... eorum ... eadem ...

Altera expoſitio.

Tertia ſenſus.

a 1. Theſſ. 4. 6.

b Sapien.

c ibi. verſ. 12.

Adam ut appellatiue ſumptus.

phrates mutuatur ex Hebræa אִישׁ *enos*, denotat. Dixit idem pro *vanitate*, *nihil*, לְהֶבֶל *lemā*. Omnes homines dicit *filios hominum* docui alias[a], non malos tantum, nec propterea qui de Adam tantum oriundi descendant. Psalmo 38 [b]. appellatus est *homo vniuersa vanitas*, vbi est etiam אָדָם *adam*, & in Paraphrasi Chaldæa pro חבל *hevel*, לְהֶבֶל *lema*, *nihil*, pro *vanitate*. *Vani quidem non subsistit scientia Dei vana cogitationes eorum* [c]: *vana loquuntur* [d]; *vanitatem diligunt* [e] & operantur. *Euanescentes post vanitatem vani facti sunt* [f], immo vanitas ipsissima, vaniorésque illa, vt dictum est. Verum ante hoc psalmo satis hac de re multa. Recte porro Hilarius *vanos* distinguit, vel qui sperent vana, aut in quibus sperare sit vanum.

Mendaces filij hominum.] Etiam abstractè ex Hebræo vertit Hieronymus, aliique, *mendacium filij viri*, כְּזָב בְּנֵי אִישׁ *chazab bene isch*; sed posset collectiuè quoque sumptum postremum nomen Hebræum designare clarissimos, potentissimos, sapientissimos: ne quis eximi se putet; cùm, vt est dictum, *vniuersa vanitas sit omnis homo viuens* [h], & *quærant* isti crebrò *mendacium* [i], & *omnis* quodammodo *homo mendax* [k].

In stateris, vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum.] Hieronymus, *in stateris dolosis fraudulenter agunt simul*: vel apud Treuetum, *impositi stateris, vanitas ipsi simul.* Alij, *in stateras ad ascendendum ipsi pra vanitate simul*; quæ respondent Hebræis ad verbum בְּמֹאזְנִים לַעֲלוֹת תַּמָּה מֵהֶבֶל יָחַד *bemoZenaim labhaloth hemmah mehevel iachad.* Quod clariùs ita exponitur, nonnullis suppletis: *in stateras si ascendant ipsi, leuiores erunt pra vanitate simul.* Item iungendo prioribus verbis, *mendacium filij viri in stateris sic vt ascendant pra vanitate* seu *nihilo, simul omnes nempe, quotquot sunt, & vanitas ipsa præponderet atque deficiant.* Paraphrasis eodem tendit, *si acceperint homines stateram ponderantes fata sua, illi quidem ipsamet vanitate erunt leuiores.* Aliter tamen apud Nebiensem, *quando ducunt vxores, statera ponderamus fata eorum: verum ossa eorum vt nihilum redigentur simul.* Quidquid sit de paraphrasi, traditæ Hebræorum vocabulorum expositioni congruere Græca possunt, ἐν ζυγοῖς τῷ ἀδικῆσαι αὐτοὺς ἐπὶ ματαιότητι ἐπὶ τὸ αὐτό, *in stateris ad iniqué seu iniustè agendum*; nempe mendaces filij hominum sunt in stateris ad iniustè agendum, hoc est, ita vt iniustè egisse cognoscantur, vbi sunt impositi stateris, & in iis *appensi*, propter iniquitatem priorem *inueniantur minus habentes* [l], & præ leuitate quæ tunc apparet, decipiant atque fallant iudicium ponderantis: qui iidem, inquam, ipsi *in idipsum*, id est omnes aut simul, in eandem stateram coniecti, *de vanitate* nimirum propter illam qua præditi sunt, conuincuntur, quòd sint vanissimi aut præ, ac plusquam illa vaniores atque leuiores. Placet Genebrardo hæc interpretatio, quæ omnium Hebraizantium est. Difficultatem facit Agellio, quia durius videtur, vt *decipere & ἀδικεῖσθαι* sit, fallere iudicium eorum qui putabunt eos aliquid esse, qui nihil esse postea comperiantur. Adde vt *decipere de vanitate*, vel, *ex vanitate*, ματαιότητι, sit *pra*, aut, *propter vanitatem.* Denique supplendum esset ante, *vt decipiant*, *ita*: ita vt decipiant. Faciunt hæc nō vt reiiciatur hic satis communis sensus, cùm etiam Euthymius (ix) exponat per διὰ & Nicephorus suppleat (ὥστε,) sed vt simplicior ille censeatur; quo significatur, ne speret quis in hominibus, qui vt plurimum ipsem in se constantium fruitrantur, & quas habent opes, malis acquirunt artibus, fraudibusque, vt stateris factis data opera ad decipiendum; cùm sint simul omnes *de vanitate*; hoc est, vanissimi & instabiles: nec non & illæ ipsæ res tales sint quas ea sibi ratione comparant; quas *fallaces* Christus vocant *diuitias* [a], de quibus paulo pòst: & eas illi aût ad vsum pariter vanum referant, aut alijs æque vanis hominibus relinquant, sicque fallendos alios & iniuriā faciendo, idem sibimetipsis faciant: *in imagine* enim *pertranseundo* dum *thesaurizant, ignorant cui congregent* [b], & *substantia festinata minuetur* [c], non est improbabile quod idem notat Agellius, lectum à L x x. cùm dixerunt τῷ ἀδικῆσαι, non verbum מַעֲלוֹת *labhaloth*, quod est, *ad ascendendum*, sed nomen לַעֲוֹלוֹת *labhauloth ad iniquitates & fraudes*, quod nomen priùs occurrit psalmo 42 [d]. vbi dicitur *homo dolosus*, Hebraicè, *doli* עָוֶל *hhaulah*, quod paronomasiam continet elegantem cum הֶבֶל *hevel*, id est, cum *vanitate*: vel sensus tantùm rationem habuerunt, quoniam in ascensu stateræ, quem verbum מַעֲלוֹת *hhaloth* significat, fraus committi solet, vtrectè obseruat Ricardus Cenomanus. Ad eandem pertinet sensum Theodotionis versio, πλὴν ἀτμὸς ἐσμὲν οἱ ἄνθρωποι, ψεῦδος οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, ἐν ζυγοῖς τοῦ ἀδικῆσαι αὐτοὺς ἐπὶ τὸ αὐτό, *veruntamen vapor filij hominum, mendaces filij viri, vt momentum stateræ.* Vltimum autem Symmachus membrum, *ipsi de vanitate in idipsum*, ita vertit, ἀντὶ ματαιώσεως ἰδίας, *ipsi euanescunt simul.* Hoc enim valet etiam יָחַד *iachad*, & ἐπὶ τὸ αὐτό, quod hic legit Augustinus, *in vnum*: sed siue declaretur hic locus de hominibus qui præualere studeant in negotiis quę transiguntur, per pondera & mensuras *de vanitate*, id est, ex vanitate, nempe ex vanitate plenis ac nihil veri solidique lucri habentibus: siue quòd homines veluti stateris impositi deprehendantur ipsa vanitate vaniores: vtrouis inquam locum declarenus modo, nihil ex eo efficiunt cum Caluino Hæretici, vt probent nihil verè boni operis effici à nobis. Id verum est, si per se ac secundùm se spectetur, quatenus *vani sumus si non subsit scientia Dei* [e], & diligamus *vanitatem* [f], quomodo nihil in ordine ad salutem ac vitam æternam vel operari vel cogitare possumus. At cum gratia Dei vtrumque ac verè etiam meritoria opera exercere valemus.

Iam verò figuratè aut tropologicè comparatio ista cum stateris earúmve momento, quam vocant quoque *lingulam*, præter summam leuitatem ac iniustitiam, præterea denotat alia, ex Patrum interpretatione. *Mendaces in stateris*, Græci & Rufinus, atque alij de Latinis, aiunt esse qui de rebus iniquè iudicant, corruptóque iudicio eligunt instabilia & mala, prauè pensantes ad rationis libram: Augustinus, Hilarius, & alij plerique, qui sectantur errores ac hæreses; quo tuentur etiam, vt Carthusianus notat Bruno, simistrè scripturis declaratis: Cassiodorus, qui videri volunt quod non sunt; quique ponderibus iniquis ementes fallunt: Hieronymus indicat iudices, aduocatos, procuratores, notarios, qui sub iustitiæ ponderatione, atque eloquentiæ vanitate decipiunt innocentes. Bernardus [g], qui tacent quod est, prædicant quod non est, non laudanda laudant, vituperant

a pſ. 4. 3. Filij hominū nō omnes intelligendi sed omnes homines etiam malos. b vers. 10.

c Sap. 13. 1. d pſ. 93. 11. e pſ. 4. 3. f pſ. 4. 3. g Iere. 2. 5.

Mendacium hominum distinguit ab Hilario.

b pſ. 38. 6. i pſ. 4. 3. k pſ. 115. 11.

l Dan. 5. 27.

In hominibus tollunt ipsi eam.

a Matt. 13. 22.

b pſ. 38. c prou. 13. 11

d vers. 1.

Hæretici ex hoc loco doctrina improbata

e Sap. 13. 1. f pſ. 4. 3.

Cū gratia Dei meritoria opera exercere possumus

Tropologia.

Mendaces in stateris qui dicantur.

g ep. 18. & 78.

laudanda hêti laudatores, veri detractores: Haimo, de simulatis & hypocritis qui boni videntur ac iusti, nec sunt: Beda, qui se præferunt etiam aliis, vt Pharisæus ille [a]: Ambrosius, qui sunt aliis duri, remissi operibus iniquis, sermone censores, cuiusmodi erant quos reprehendit Christus, onera importabilia imponentes, *digito ea mouere nolentes* [b]: iterum Bernardus [c], qui gloriantur non in Deo sed in se, non probantes & examinantes opus suum ad mensuram diuinam: Cassianus [d], qui continentiæ non seruant temperamentum, & discretionis moderamen, quod est *rationale obsequium* [e]: item, qui grauioribus quàm ipsimet ferant, alios obruunt ponderibus præceptorum. Alij, qui alia pro se lege, pro aliis alia vtuntur, non contenti vt *qua mensura mensi fuerint remetiatur eis* [f], qui aliena exaggerant, sua eleuant peccata: qui misericordem volunt Deum, non etiam iustum: qui ponderi peccati sui, æternæ pœnæ aut beatitudinis, beneficiorum diuinorum, diuinæ maiestatis, non exæquant quoad possunt magnitudinem pœnitentiæ atque meritorum: qui non æstimant eum qui *fecit omnia in pondere, numero, mensura* [g], neque Christi crucem, in qua tanquam in statera appensus pro nobis est. *Stateram iustam & aqua podera* præcepit Deus [h]. *Abominatio est apud Dominum pondus & pondus, statera dolosa non est bona* [i], & *pondus æquum voluntas Domini* [k]: *cuius iudicia pondus & statera sunt* [l]: & *appendit* calamitates quas infert *in statera* [m], lacrymasque dat *in mensura* [n], vtpote *ponderator spirituum* [o], *verba prudentium statera ponderantur* [p], & ita faciunt *stateram* [q]. Denique ratus, quem iuxta sapientis consilium [r], non pudeat *æqualitatem* seruare *statera ac pondere*, siue in mercimoniis, siue in re quauis alia, quique eadem pensari trutina velit, ἴσῳ ταλάντῳ, *aqua lance, æquilibrio*: pauci quibus non *in manu statera dolosa* [s], &, vt est in paræmia, *non transgrediatur stateram inter scorpionem medium & virginem* (signa hæc in cœlo disponunt Astrologi) hoc est, seueritatem nimiam pietatémque. Nulli non perspecta Æquitatis imago, hastâ sinistra tenens, iustam dextra stateram.

Non de solis curat Deus externis ponderibus ac mensuris, quibus multi non egent nec vtuntur omnino, vt in homilia monet Basilius, & Hieronymus in Ezechielem [t]. *Hoc non solum*, inquit posterior, in commerciis, & in vsu quotidianæ vitæ nobis est obseruandum, sed in omnibus custodiēda iustitia, vt & in verbis, & in opere & in cogitationibus omnia pondere & ratione faciamus. Vidit Ioannes [u] *sedentem in equo nigro cum statera in manu*; quia diabolus quoque habet examen æquitatis, dúmque fingit se iustitiam tenere, per simulationem lædit: sicut & eius discipuli hypocritæ, hæretici, & similes. Vt is qui fert nomē Augustini, homiliarū auctor in Apocalypsim [x], creditus Ticonus, nec non Primasius, Beda, Ioachimus, Thomas Anglus, Carthusianus, Gagneius, de nostris Ribera & Pererius [y]. Vocat vltimus *Stateram* non modò simulatam iustitiam, sed peruersam ac fraudulentam interpretationem scripturarum; accuratam disquisitionem de iis quos volunt adiungere sibi: vanam professionem aut philosophiæ aut eloquentiæ, aut rationis naturalis, aut instinctus ac sensus proprij. Vanuetle, opibus, dignitate & similibus naturæ aut fortunæ præditū bonis, profectò malum; at de vanitate vanitas hæc exsistit: de virtutibus, ac de gratiæ quoq; muneribus euanescere, quod est *sibi euanescere* [z],

ipsa vanitate vanius, rectéque non tantùm *euanescentia*, sed *infatuatio* [a] præterea nominatur.

Ipsi de vanitate in idipsum,] Præter dicta de his verbis, sciendum, pronomen αὐτοὶ, non cohærere cum τῷ εἰς ἀπαν; dicendum enim fuisset αὐτοῦ & Symmachus, quem retuli, coniunxit hoc modo vt nunc nos, αὐτοὶ μεταπίπτουσι ἅμα, *ipsi euanescunt simul.* Vanitatem istam de vana iactatione superbiæ Apollinarius intelligens ita explicat;

ἐκ φρενὸς ἀσφαλῶς κεκινημένοι εἰς ἓν ἰόντες,
Ex animo concitati sunt iactabundi in vnum euntes.

Potest illud, *ipsi de vanitate in idipsum*, significare etiam quòd in vanitatem ipsam de vanitate tendant tum in ista vita, tum infelicem futuram vanissimam esse intelligendo. Fauet Beda & alij. Sed ne diutius hîc hæream, quod initio dixi, verosimilius: & iuxta hunc nexum verborum, sensus erit, supplendo (sunt) *ipsi sunt de*, sine, vt præpositio Græca, ἐκ, indicat, *ex vanitate in idipsum*, hoc est, sunt vanissimi omnino, ad vanitatem referunt omnia, omnes ad vnum vanitati student, cuncti in vanum nihilumve redigentur, quippe ambulantes post vanitates vani fiunt [b].

Vers. 11.] Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere: diuitiæ si affluant, nolite cor apponere.

QVos versu 9. præceperat in Deo spērare, siue commilitones, siue alios quoscumque, & in præcedente, non sperare in hominibus vanis, mendacibus, fraudulentis, monet nunc ne etiam curent vel concupiscant, quod solent milites, in violentia & rapina, aut in calumnia forensi, confictisque criminationibus adcuertendū bonis simpliciores: sed nec in diuitiis, quamuis affluenter supperant sine vllis malis artibus, ita vt nimis ad eas afficiantur: quoniam vtcumque tandem & vndecumq; prouenient incertæ, fallaces, fluxæ, vanæ sunt, nec hominem saluare possunt. Hoc est quod vult Paulus [c], vt *diuites non sublime sapiant, nec sperent in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo.* Syriacè, *vt non confidant diuitijs, in quibus nulla est fiducia. Si putaui aurum meum*, ait Iob [d], *robur meum* (ἰσχύν: Lxx. εἰς χεῖρα, *in congium meum*, qui est ardens amor: Symmachus ἀφορίαν *fiduciam*) *& ebrius dixi, fiducia mea.* Principes Gentium hoc faciunt *argentum thesaurizantes & aurum, in quo confidunt homines* [e]. De iisdem vidimus psalmo 48 [f]; quòd *confidant in virtute sua & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur*: & in 51. E, quòd *qui non posuit Deum adiutorem suum, speranit in multitudine diuitiarum suarum, & praualuit in vanitate sua. Beatus* [h] *dives qui inuentus est sine macula*, ἄμωμος, *irreprehensibilis & inculpatus, & post aurum non abiit, nec speranit in pecunia & thesauris. Quis est hic & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua*, nempe quòd non more omnium fere cæterorum diuitias magnificiat quas iam habet: quòd non abutatur ad vitia: quòd ad beneficētiam & aliorum commodum vtatur. Hoc ipsum adeo magnum miraculum videtur Christus admiratus cum epiphonemate & asseueratione & similitudine cameli, dicens *facilius esse vt perforamen acus intret quàm diues in regnum cœlorum* [i]. Sed hîc inopem me copia facit; nec opus pluribus, præser-

tim

---

a Luc 18.11.
b Matt.23.4 Ezech 13 in Cant.
c Bern. ser. 71 in Cant.
d Cassia. 21. c. 12.
e Rom.12.1.
f Matth 7.2.
g Sap.11.21.
h Leuit. 19. 36.
i prou.20. 23. k c.11.1. l c.16.11.
m Iob 6.2. c. 31.6.
n ps.79.6.
o prou.16.2.
p Eccl. 21.28. q c.18.29. r c.42.4.
s Osee 12.7.
Æquitatis imago hastam sinistra tenens, iustam dextra stateram. Nemo de externis pondera sibi mensuras curauerit.
t in c. 45.
u Apoc.6.5.
x Hom 5.& 6.
y Ibid disputationes & quæ statera vera interpretatio.
z Matt 5.13.
a Marc 7.37.
Diuitiarum in contemptu, & fallacia.
c 1.Tim 6.17.
d c.31.24.
e Baruch 3.17
f vers 6.
g vers 9.
h Eccl. 31.8.9.
i Matt.19.23. Marc. 10.23. 24. Luc.18.24.

tum cùm & alibi nonnulla dixerimus.

Nolite sperare in iniquitate.] Arnobius, *in iniquitatem.* Hieronymus, *nolite confidere in calumnia.* Significat עשק *hiosheck iniuriam*, vt placet R. Kimhi, qua quis alium affligit, fraudando eum mercede, credito, mutuo, depositò, aliàve re, quam cùm sit illius, ipse possidet, aut obtinet iniustè, denique occupationem, ac detentionem rei alienæ, oppressionem, rem interuertam, seu fraude, ac iniquis artibus partam. Quo pacto vexatio in litibus per fraudem, vel frustrationem *Calumnia* Latinè dicitur. Vertunt Lxx. in Psalmo 118 [a]. *συκοφαντίαν*, quam Latini etiam nominant *sycophantiam*, & ibi Latinè vocantur *calumniæ*: & constat, *συκοφάντην* esse, cupidum alijs facessendi negotium, delatorem, calumniatorem, qui quasi ob subreptas ficus, vt olim Athenis, hoc est, ob res, detrimentáve paruula, pœnam capitis persequitur; aut accusat falsò, quemadmodum conserunt Æsopum Xanthi ferunt.

Calũnia *quid apperiatur.* a vers. 34.

Συκοφάντης.

Colligit hinc auctor libri de diuitiis, falsò adscriptus Sixto [b] Papæ, diuitiarum fere originem esse iniquitatem, & rapinam potissimùm in his qui ex pauperibus euadunt diuites, nec sunt originarij diuites: nec tamen propterea ipsas diuitias esse iniquitates. Illo sensu vocauit Christus *mammona iniquitatis* [c], vel quia falsæ, ac fallaces sunt *diuitiæ* [d], vel quia fortè eas iniqui veras putant diuitias, non autem cœlestes: vel quia incitamẽtum sunt iniquitatis: ita vt sit nomen idem vitijs, diuitijsque datum: quam vocabulorum societatem Eucherius [e] quoque obseruauit, sicut Ambrosius [f], quòd *diem*, quasi *diuitem* vocent. Gentiles inferni præsulem, arbitrúmque mortis: vel quia non est æquitas in inæqualitate, vt vnus abundet, alius egeat: esuriat vnus, alius ebrius sit [g], nec pauperi detur cùm oportet: vel quia hi quibuscum loquebatur Christus, iniustè partas fortan habebat diuitias, & cùm certi non essent de dominis earum, hortabatur, atque præcipiebat vt pauperibus redderent. Lege de nostris Maldonatum [h], & Barradium [i]. Basilius in homilia, in collectis ex iniquitate sperantem diuitiis comparat cum ægroto, qui in redundantia morbi bonam habitudinem ponat. Error est, per se malas & illicitas esse diuitias: quem damnauit in Eustathio Concilium Gangrense [k]: sed *iniquitatem* dixi hoc loco quamlibet significare calumniam, & fraudem, atrátaque & maligna consilia, dolos, artes: lege Gregorium [l]. Ioannes de Polemar tractatu de Ciuili Dominio Clericorum, quem recitauit in Concilio Basileensi, eruditè, ac exactè disputat hunc locum de honesto diuitiarum vsu. Non est census in crimine, sed affectus, teste Gregorio [m].

Liber falsò adscriptus Sixto Papæ. Diuitiarũ origo plerumque iniquitas & rapina.

b to 5 bibl. patrum.

Mammona iniquitatis quo sensu vocet diuitias Christus.

c Luc 16 9.

d Mat 13 22. *Vitia diuinisque nomen idem datum*

e Ep. ad Valerianum

Dies quasi diues Isidor.

f de Nabuthæ c. 4.

g 1. Corin. 11. 21.

h in Luc. c 16 i Harmo. to. 3. lib. 4 c. 1.

Diuitiæ & augmentum per se malas & illicitas esse diuitias putat error damnatus.

k Niceph. li. 9. c. 26.

l in moral. c. 18.

Non est census in crimine sed affectus

m in 10. moral. c. 28.

Et rapinas nolite concupiscere.] Hieronymus, *& in rapina ne fluxerimini.* Alij iungentes præcedentibus, *ne fidatis calumniæ, & rapinæ, neque euanescatis; aut ne efficiamini vani*, seu, *vanitas*, aut, *nolite vanitati vos dedere*, aut, *ne euanescite.* Sic sensus est, nolite confidere in calumnia, & in rapina, & cauete ne tali confidentia euanescatis, & quod alibi dicitur [n], quasi somniantes, *nihil inueniatis in manibus vestris*, spésque vestra inanis fiat. Id rectè Hieronym. *frustrandi* expressit verbo, & *malè parta malè dilabi* solent. Hebræa sunt וְגָזֵל אַל־תַּחְבְּלוּ *vegazel al thebbalu*: vbi verbum affine est nomini הֶבֶל *hebel*, aliquoties antea repetito, quod significat *vanitatem*. Quasi etiam diceret: nolite vanitati diuitiarum vanitatem addere, nempe in vanum illis confidendo, & illas immoderate persequendo. Idem sibi volunt Interpretes alij Græci, *Aquila, ἐν βίᾳ μὴ ματαιοῦσθε, in violentia ne euanescatis*; Theodotio, *ἐπὶ ἁρπάγματι μὴ ματαιοῦσθε, in rapina ne euanescatis*: Symmachus, *ἐπ' ἁρπαγμα μὴ χανῆτε ἀτιμίᾳ, super rapinam ne patiamini vapor.* In Paraphrasi Chaldæa bibliorum regiorum est Hebræo simile verbum תְּתְבְּלוּן *thubbabelun*: sed apud Nebiensem תְּתְבַּהְבְּלוּן *thibbabalun*, quod exponit, *ne concupiscite.* Agellius opinatur iectum a Lxx. תאחבו *thechaun*, quod ibi erat in Psalmo 4 [a]. vt quid diligitis vanitatem רִיק *rik*, facilius fuit legisse תחבבלו *thebabbelu*, vt Ricardus Cenomanus putat. Sic sola fit mutatio literæ (ח) *he*, in (ת) *cheth*: & significare potest concupiscentiam similem enitentis, ac parturientis; est enim חבל *chibbel, eniti, & parturire.* Qui rapit effundit quodammodo viscera & *animum rapacem, ἁρπαγα ψυχὴν*, vt Apollinarius loquitur, comprimit ad parturiendum, & *concupiscentia concipiens parit peccatum* [b]. *Concupiscere* potest significare idem ac habere iniustè aliquid: sic enim Paulus negabat *argentum, aurum, vestem cuiusquam concupiuisse* [c], vel indicatur tollendam radicem cupiditatis, ne germinet rapinæ ramus pernicios: & idem Paulus scripsit lógius abfuisse se à rapina, vt neque concupiscentiam admisisset. In Regijs, atque Complutensibus bibliis, *& in rapinis nolite concupiscere*: quo item pacto alia psalteria, & Cassiodorus. Augustinus, *in rapinam ne concupiscatis.* Arnobius, *rapinam nolite*, &c. Hilarius, *in rapinas*: licèt in quibusdam eiusdem Codicibus, *rapinas*, absque præpositione. Præpositio est Hebraice (ל) *be*, Græce *ἐπὶ*, sed Græca cum accusatiuo seu singulari גזל *gazel ἁρπαγμα*, seu plurali *ἁρπάγματα*, in emendatis libris: verti potest. *super*: quod parum refert. Videtur Tertullianus [d] hunc citans locum, *rapinas* intellexisse de diuitijs rapto acquisitis, *ne desideraueritis diuitias.* Postremò reuoca in memoriam, quod alias monui, Latinum interpretem, solere vti verbo, *nolite*, etiamsi non respondeat Græcè aut Hebraicè tale verbum, sed simplex negatio qua quid vetatur, ante aliud verbum præposita. Augustinus, vt dixi, omisit, *nolite.*

a vers 3.

Concupiscere quid sit.

b Iacob 1 15.

c Act. 20. 33.

d 4 Cõt Marc. c. 15.

Græca Latinum interpretem elaborata.

Tribui hoc documentum propriè potest egentibus, vt Cassiodorus annotat, qui necessitate victus furtiuum aliquid concupiscunt. At necessitas extrema cui consuli aliter non possit, res communes facit.

Documentum egentibus proprium.

Diuitia si affluant, nolite cor apponere.] Augustinus omisit hoc etiam loco, *nolite, ne apponatis cor*: Ambrosius, *si fluant*: Hieronymus, *diuitiæ si affluxerint, ne apponatis cor*: apud Treuetum, *fluxerint.* Alij, *substantia si multiplicetur*: aut quid tale. *Fluendi*, seu *affluendi* verbum positum est ex Græco *ῥέειν.* Sed per id significata est affluentia, abundantia, copia, & quam Hebræum יָנוּב *iaaun*, importat, simúlque germinationem, ita, vt indicentur hoc loco prouenientes spontè, affatim, lætè, opes. Alibi redditum est idem verbum per *multiplicare* [e], & *germinare* [f]. Tertullianus [g] hunc producens locum, sic recitat, *etsi relucent, ne adieceritis cor*: quasi splendidas ac splendorem diffundentes diuitias intellexerit. Quòd si particulam, *si*, sumas, vt est idem atque, *cùm*, in fluxu denotari potest, cùm fluxæ sint, pereántque, nec in eodem vsquam consistant statu diuitiæ, non esse ad eas cor apponendum. Ambrosius: *Vide*, ait, quia fluunt: non vides quia præterfluunt: Fluenta

n Ps. 75. 6.

e Ps. 91. 15. f Zach. 9. 17. & 4. cont. Marcion. c. 15.

sunt quæ narraris; quomodo veniunt, sic transeũt & recedunt; vt discas superflua non requirere. Iubet Basilius in Homilia, cum admiratione hæc suspicere vocem, & animaduertere, quòd suos diuitiæ possessores torrẽte prærapido ocyus prætercurrunt, & alios alio modo mutant dominos, sicut ex alto ruens loco fluuius accedit subitò, mox recedit: magis possibile esse, vt aquam manu comprehensam contineas, quàm vt diuitias durabiliter conserues. Apollinarius eundem fluxum sic expressit:

μηδ' ἅπαν πλοῦτοις πολυκλαύτοις πεδήσῃς·
neque fluxum diuitiis locupletis concupiscue.

Non vides, inquit Augustinus, quia ti ibi corpo-fueris, & tu fluis? Alibi[a] hoc extendi vult ad delicias. *Non ideo* te magni pendas, aut, quòd non desunt, quòd affatim suppetunt, quòd velut ex fonte largissimo terrenæ felicitatis fluunt. Subdens autem de vidua quam Paulus [b] vocat *mortuam*, si viuat *in deliciis*, pertinere scribit ad vidualem curam nostram, non apponere cor, ne in eis putrescendo moriatur quod sursum esse debet, vt viuat. Item [c], *Si diuitiis* affluentibus cor posueritis, quod sinistrum est, dexterum facietis. *Apponere cor* est valde curare, vt ex aliis locis constat [d]: sicut & non apponere, non curare; sic enim quod Interpres reddit, *non animaduertere* [e], extat Hebraice, *cor non apponere*. Idem iudicium quando dicitur quis *dirigere cor ad aliquem* [f], *ponere cor* pro quo reddit interpres [g], *solicitum esse*; *ponere super cor suum aliquid* [h]. Euthymius alterius lectionis hîc meminit, προσθήκης παρελθε, *apponi cordi*; & quasi προσηλῶσθαι *clauis affigi*. Et verò quî fieri potest vt quis quid aquæ affigat fluẽti? Quemadmodum fieri non potest, ait Naziãzeni Scholiastes Elias [i], vt qui aquam manu ceperit, eam constringendo retineat, (per medios enim digitos elabetur) eodem modo fluxæ diuitiæ, si retinere tentes, effluent. Tum citat præsentem locum. Idem Apostolus [k] monet, diuites facile mergi in interitum & perditionem. Salubre consilium, altè oculos córque attollere, & in cœlo defigere, ne vacilles capite in hoc mari, & corruas. Hæc *spiritus* censeri *paupertas* potest [l], vt Gregorius [m] docet; *esse diuitem in Deum* [n], *eique*, non *mammonæ*, seruire [o], quamuis hoc re ipsa non abiiciatur. Viri philosophi notam esse, pecuniæ ac diuitiarum contemptum, etiam iurisconsulti tradiderunt [p], pleníque sunt eo de contemptu Philosophorum libri. Philosophus simul & orator Latinus [q] pronunciauit nihil esse tam angusti animi, támque parui, quàm amare diuitias: nihil honestius magnificentiúsque quam pecuniam contemnere. Cur diuitias improbi potiùs habeant quàm probi, respondet Problemate quodam Aristoteles [r].

Vers. 12.] Semel locutus est Deus, duo hæc audiui, quia potestas Dei est.

Vers. 13.] Et tibi Domine misericordia: quia tu reddes vnicuique iuxta opera sua.

TAndem post reiectam inanẽ in hominibus aliisve rebus creatis fiduciã, redit vt doceat, quemadmodum in Psalmi principio deinceps que fecerat, in vno Deo collocandam ipsem esse, nam nu lla in Deo vanitas, mendacium nullum; quod affirmat semel, non retractat; immobilis est illius irreuocabilisque tentencia: necesse est fieri quod pronunciauerit. Ex eius vna simplicique locutione hæc præsertim duo profecta dicit se obseruasse; in ipso potestatem esse ad puniendum violatores præceptorum, quique lædunt alios: simul misericordiam vt præmiis afficiat obseruatores, vtque in se sperantes ab hostibus liberet, ac etiam quatenus opus est, ditet: denique cuiuis pro meritis decretam esse paratámque ab illo compensationem in futura quidem præcipuè, sed & in præsenti non tarò, vita.

Videtur ista clausula prouocare auditores aut lectores ad attendendum, eo fere modo, quo post ipsum filius eius, in extremo Ecclesiastæ [s]: *Finem dicendi pariter audiamus omnes.* Reliqua quæ dici possent, in distincta partium tractatione afferentur.

Semel locutus est Deus.] Hieronymus, *vnum locutus est Deus.* Potest & hoc significare Hebræum אחת *achath*: & sic sensus esset, illud *vnum* esse, quòd redder Deus vnicuique secundùm opera sua; quod *vnum* deinde veluti distinguitur in alia duo, in potestatem ad mala puniendum, & in misericordiam ad præmiandum bona. Vel *duo audire* erit idem quod bis, id est, multoties; vtpote cùm variis modis & multis inculcetur idem in diuinis literis, & suggeratur quoque menti nostræ à Deo. Quo pacto licut אחת *achath*, redditur *vnum*, reddi posset שתים *scetthayn*, *bis*. Quod solemus dicere, *semel ac iterum*. sic *semel & secundò opus non esse* perfodere [b], significat non opus pluribus ictibus, vnúmque sufficere; & *non habere semel & bis* quæ des [c], est non habere quæ sæpius. Sunt & alia exempla [d]. Verùm retenta versione nostra, *semel*, ad literam significat certè, immobiliter, irreuocabiliter, vt alibi, *semel* [e] *loquitur Deus, & secundò id ipsum non repetit*: &, *semel* [f] *iuraui in sancto meo, si Dauid mentiar.* Est, inquit Nicephorus, τὸ ἅπαξ ἀντὶ τοῦ βεβαίως καὶ χωρὶς διπλογίας τινὸς, *semel*, *pro constanter*, seu *firmiter*, *& absque aliqua duplicitate sermonis.* Placet id Euthymio quoque magis: & Basilius ac Theodoretus, & qui vocatur Hieronymus qui ita interpungens, *semel locutus est Deus duo*, negant pertinere ad numerum. Quamquam in Homilia Basilius exponit sic vna locutum vice intelligi Deum, duo tamen audita; quia potest quis vno sermone plura dicere. Quemadmodum in vna apparitione possunt ostendi plures res. vnde nec hîc dici quòd *vnum* sit *locutus Deus*, ne pugnantia scribere videatur Dauid. Ex eodem vsu vocis, *semel*, interpretandum videtur quod scribit Paulus [g], *statutum est hominibus semel mori*, hoc est, immobili decreto; præterea quod est in Prouerbiis [h]: *Qui peruersis graditur viis, concidet semel.* Quod valere præterea potest ibi & alibi, idem ac *sufficienter*, vt non sit opus repetitione: vt cùm Christus *mortuus* dicitur *semel* [i]. Eandem præsentis loci tradit expositionem alibi Augustinus [k], vt *semel* sit immobiliter & incommutabiliter: quamuis concedat & de vnico verbo posse intelligi. Docet autem [l] etiã, hac ratione, id est ob istam immobilem incommutabilémque locutionem, & à *fando* dici *fatum* de Deo posse, quia sic loquitur sicut nouit incommutabiliter omnia quæ futura sunt, & quę ipse facturus est. Victorinus commentario in Apocalypsim iam prior expositerat *Deum locutum semel*, quoniam decreuit ab initio quod futurum

---

Non flectit in vnum vitia & infirmitas.

a Ep 121. c. 3.

b 1. Tim. 5. 5.

c in ps. 43. *Ad diuitias cordis apponit quatum nouem.* Apponere cor quid sit.

d Exod. 7. 23. Iob 7. 17. Prou. 22. 17. Eccl. 8. 16. e 1. Reg. 4. 20. f Iob 34. 21. g 2. Reg. 9. 20. h 2. Reg. 3. 33.

i in orat. 43.

k 1. Tim. 6. 9. *Contra diuitarum fluxa salubre monitum.*

l Matth. 5. 3. m 26. moral. c 20.

Viri philosophi nota, pecuniæ ac diuitiarum contemptus.

Nihil tam angusti animi quam quæ parui, quã amare diuitias. & c extra. Cur diuitias habeãt improbi potiùs quam probi.

n Luc. 12. 21. o Mat. 6. 24 p De vsucap. & excusa [illegible] am l. in honoribus 5 phi osophus & 19. de excusat. gnitionib. prima 5 an philosophi q Cic. 1 offic Sect 29 pro. [illegible] in [illegible] confuebat.

Dei potestas ad puniendum, misericordia ad præmiandum.

a c. 12. 13.

B

C

Plurales scripturæ. Vocularum, semel, secundò, bis, expositiones.

b 1. Reg. 26. 8

c 1 Mach. 3. 30. e 4. Re. 6. 10. 2 Eſd. 13. 20 1 Thess. 2. 18. Philip. 4. 16. e Iob 33. 14. f Ps. 88. 30.

D

g Heb. 9. 27

h c. 28. 18. i Rom. 6. 10. Heb. 7. 27. c 9. 12. 28. 1 Pet. 3. 18. Ep. Iud. 5. & 5. *Christus quo modo dicatur mortuus semel*

k de spiritu & lit. c 31 & 5. de ciu. c. 9.

l 5 de ciu. c 9 Fatum a fando vt de Deo dici possit.

E

turum est vsque ad finem. Isidorus [a] de fato agens, transcripsit Augustinum, quamuis eum non nominet. Profanis exemplis quibus eamdem notionem τῦ ἅπαξ & *semel*, confirmem, supersedeo.

Refert Genebrardus allegoricum Rabinorum huius loci sensum, de *vnum Deo loquente, audisti* autem *duobus*: quia vna scriptura duos delineat sensus: vnum præceptum continet mysteria spiritualia; interiùs & occulte aliud quid latet sub exteriore literæ cortice. Meminit Euthymius expositionis, quòd comminatoria Dei cùm auditur sententia, simul auditur eiusdem solutio comminationis: quia ita comminatur, vt mutato delinquentis proposito, nullus ampliùs relinquatur minis locus.

Augustinus [b] quem Cassiodorus, & qui Russinus dicitur, & alij imitantur, nec nō Bernardus [c], recurrunt ad productum ab æterno Verbum vnum consubstantiale Patri, in quo Verbo simul sunt omnia, & ex quo non solùm duo, quæ Dauid commemorat, sed vniuersa quæ facta sunt, audiri à nobis possint. Quo sapientior quis, hoc plura paucioribus verbis exprimit, & mentali, & vocali: & superior Angelus paucioribus eget speciebus, intelligitque simpliciùs: proinde simplicissime cuncta intelliguntur à Deo, & dicuntur notionaliter vnico verbo à Patre. Paulo aliter idem [d] accipit de Dei filio propter incarnationem quòd sit *semel locutus*: & sint *duo audita*: quia Verbum, inquit, intransgressibile, procedens de corde Patris, suscepit carnem vt esset homo ex vtero matris: venit & mansit; ad nos venit; à Patre non recessit. Item; Ecce per hoc quod *semel locutus est Deus*, surrexit omnis fabrica nostra: per hoc quod secundò sonuit, factus est pax nostra, vt solueret inimicitias in carne nostra. Videtur Hilarius illud ipsum duarum personarum Patris & Filij hic agnoscere mysterium: dicens, in Deo Patre agnitearì Filium, & hanc fidem indicatam primis Psalmi verbis, quibus *Deo subdendam* dixit *animam* Dauid suam, quia *ab ipso* esset *saluare eius*: atque ita semel Deo loquente, duo intellecta esse, & audita; quemadmodum ibi, *Pater* [e] *manifestaui nomen tuum hominibus*, & cùm Paulus [f] *vnum* scripsit *Deum, vnumque Dominum*; quia & in Deo nimirum Patre, Dominus, nempe filius; & Deus significatur in Domino, hoc est, Pater in Filio: denique hoc sibi velle, cùm nunc dicitur: *potestas Dei est, & tibi Domine misericordia*.

Præterea cùm ait Hilarius quæ Deo semel loquente audiuntur, & sub vnius sermonis significatione sunt cognita, necesse esse vt sibi sint connexa, innuit quod alij magis diserte intelligunt, adeo *multifariam multisque modis olim loquutus Deus* cùm fuisset *per prophetas* [g], ea omnia vni Verbo suo Christo seruiuisse ac vnico decreto constituta esse. Ambrosius simile quid habet, cùm docet, quòd ideo *semel Deus locutus est*, & plura audita sunt (*duo* nempe pro pluribus accipit) quia non per literas & syllabas est locutus, sed per ænigmata, visiones, diuisiones gratiarum, spiritum singulorum; semel in lege, iterum in Euangelio: & in hoc ac in filio, ita vt audirentur etiam illa quæ antè audita non erant ab iis quibus locutus fuerat per prophetas, quoniam non mentis [h] auditu siue aure, quam Christus aperuit vt cognosceremus mysteria, & libri signaculum soluit [i], & reseluit ænigmata prophetarum. De vtriusque Testamenti eodem auctore philosophatur, quem vocant Hieronymum hic eodem pacto. Bernardus [e] declarat *semel Deum loqui*, quatenus semper, & vna, nec interpolata, sed continua & perpetua locutione peccatores inuitat, reuocat ad cor, de cordis errore redarguit, quia ibi habitat ipse, ibique loquitur, quemadmodum alibi [k] dixit dixisse semper generationi cui proximus erat, quòd *errarent corde*.

Duo hæc audiui.] Iam expotui quomodo alij vocem Hebræam vertant *bis*: & sub Hieronymi nomine commentator, *duo* nectat prioribus, *semel locutus est Deus duo*. Verus Hieronymus in Esaiam [l], quod *semel locutus* dicitur *Deus*, exponit de eo quod sequitur, *quia potestas Dei est*: siue de omnipotentia eius: quòd *audita duo*, de sequentibus in isto versu, nempe omnipotentiam illius in vtraque parte præualere, vt & pœnitentibus tribuat misericordiam, & permanentibus in peccato reddat supplicia quæ merentur. Demonstrat ibidem quo pacto Esaias [d] duo numeret, quorum tamen singula totidem alia contineant. Bernardus [e] *auditum* non simpliciter sumit, sed cum gustu coniunctum.

In paraphrasi Chaldæa apud Nebiensem hic locus ita redditur, *legem vnam locutus est Deus, & bis eam audiuimus de ore Mosis scribæ magni*. Treuerus refert ex R. Mose cùm lex est data, populum in monte Sina sonum dumtaxat vnum audiuisse; ex eo Mosem fecisse vt audirentur distinctè prima solùm duo mandata: hoc sibi velle Deuteronomij [l] locum, vbi scribitur *Dominum locutum ad omnem multitudinem populi, in monte, de medio ignis & nubis, & caliginis, voce magna, nihil addenao amplius*. Refellit hoc somnium Thalmuditarum Treuetus; quia in Deuteronomio recensentur mandata decem: & quia gratis de duobus primis solis asseritur: quamuis R. Moses conetur causam assignare, quòd ea per inuestigationem humanam cognoscantur, alia non item; quæ sane differentia falsa est. Zeno Veronensis [b] docet, per scalam Iacob seu scapos eius duos, designari duo testamenta, itemque per gladium bis acutum ex ore Domini prodeuntem; per forcipem Esaiæ; per calamum Scribæ constantem duplici vertice in vnius acuminis tenuitate: postremo per hæc duo quæ hic à Deo semel loquente, audiuisse se Dauid affirmat. Addit præterea in pisce, qui est Christus, duos denarios, quos Petrus reperit, eodem iubente Christo, siue Matthæum: virgam quoque & baculum ex alio Psalmo: noua & vetera, quæ scriba doctus profert de thesauro suo: duos denarios datos à Samaritano. Quæ se Dauid ait audiuisse, hic exprimuntur: quando audiuerit præcisè, superuacaneum quærere; nec satis probare hoc possunt, qui vt refert Valentia, tunc affirmant, cùm Nathan Dei nomine ipsi renunciauit quod præuaricatorem filium ipsius *argueret in virga virorum, & in plagis filiorum hominum*, sed *misericordiam non auferret ab eo sicut abstulerat à Saül* [h]. Audiuit & accepit illa duo à majoribus suis: cognouit ex editis diuinis scripturis; ipsomet etiam lumine intellectus naturali percepit; Deus item eidem suggessit non semel, aut iterum, sed valde sæpe, ita vt quodammodo die noctéque verteret se in horum duorum consideratione, quæ hoc loco subduntur, & toties repetita in eiusdem scriptis inueniuntur, nempe potentia, & misericordia Dei; non autem amor eiusdem & proximi, vt Valentia voluit: lugem illam meditationem denotaret שיחם *secessum*.

[a] Sanctus c. vl. Augustinus hoc eo ipsius transcripsit.

[a] Allegoricus Rab. sensus.

[b] Euthymij expositio & alacritas.

[b] hic & orat. cont. Iud. Paga & Arianos c. 6

[c] Serm. 36. ex paruulis.

[c] orat. contra Iud. Paga. Arian. c. 6.

[e] Ioann. 17. 6.

[f] 1 Cor. 8. 6. *Vnum Deum, vnum Dominum* vt intelligat Paulus.

[g] Hebr. 1. 1.

Duo pro pluribus.

[h] Mat. 9. 33. & 13.

[i] Apoc. 5. 1.

thaym, ſi non *duo*, ſed *bis* verteretur, vt antea notatum eſt.

Quia poteſtas Dei eſt.] Hieronymus, *imperium*: ſed עז *hhoz*, *robur* propriè ſignificat & *fortitudinem*, *vires*, *potentiam*. At hæc cum imperio coniunguntur, & κράτος vtrumque valet. *Poteſtatem* iſtam & omnipotentiam Dei, prius monui Hieronymum [a] ſentire præualere in duobus quæ hic mox ſubiiciuntur: alios Patrem, *Dei* nomine intelligere, ſicut Filium Chriſtumve per nomen *Domini*: velle autem *poteſtatem* ſpectari nunc vt eſt vindex, ac iudicium de peccatoribus exercet, tamque ſæpe in ſcripturis, præſertim pſalmorum, necti miſericordiæ ſolet. Facit id etiam Bernardus [b], qui tamen adhuc [c] accommodat ad potentiam & miſericordiam Chriſti morientis *propter delicta noſtra*, & *reſurgentis propter iuſtificationem noſtram* [d], & aſcendentis ad protectionem noſtram, & mittentis Spiritum ad conſolationem noſtram, & quandoque rediturꝰ ad conſummationem noſtram; ita vt in morte attendatur *miſericordia*, *potentia* in reſurrectione: vtraque in ſingulis reliquorum. Sed ne ſæpius repetatur quod tam aliquoties de potentia ſiue iudicio ac veritate & de Dei miſericordia dictum eſt; his duobus aut Auguſtinus hoc loco contineri prope omnes ſcripturas, propter hæc duo Prophetas, propter hæc duo Patriarchas, propter hæc duo legem, propter hæc duo ipſum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, propter hæc Apoſtolos, propter hæc annunciationem omnem & celebrationem verbi Dei in Eccleſia eſſe. Hanc poſſumus aſſerere eſſe ſimilitudinem *lapidis iaſpidis & ſardinis*, quam Ioannes vidit ineſſe ſedenti in cœlo [e]: eſt namque iaſpidis viriditas iucunda, prætendens miſericordiæ ſpem: rubor ac igneus color ſardij deſignat Iudicis ſeueritatem. Crebrò priorem locum tenet in ſcriptura *miſericordia*; quia reſeruatur maxime in iudicij tempus vindictæ ſeueritas; tamen hoc loco *poteſtas* præcedit, quia quòd ea vtatur Deus contra hoſtes noſtros, pertinet ad miſericordiam erga nos. Tandem colligimus cum auctore operis hypognoſticon [f] Deo dicere nos non debere interrogando, *quæ eſt voluntas tua?* ſed tremendo [g], *fiat voluntas tua, quia poteſtas Dei eſt, & tibi Domine miſericordia*, quaſi dicas; quod vult poteſt: & cui vult miſereturi.

Et tibi Domine miſericordia.] Nihil hic aliud fere notandum, niſi quod ob perſonæ mutationem ex tertia in ſecundam in textu Hebræo ſumitur hinc noui verſus principium; quod in duobus aliis pſalteriis eſt a proxime præcedentibus verbis, in quibus item alius inchoat inde, *dominus*, &c. incluſiuè vſque ad, *audiui*. Item Græcè non, *tibi*, ſed *tua*, eſt σοὶ, non σοί. Vim habet apoſtrophe ad indicandum affectum erga Deum, de quo hactenus in tertia perſona ſermo fuerat: & maxime ſi *Domine* nomen de Deo Incarnato Chriſtóque interpretemur, vt antea monuimus placere nonnullis. *Iris in circuitu ſedis* a Ioanne vita [h], miſericordia Dei & Chriſti eſt, quippe cùm illa *ſignum reconciliationis* ſit [i]. Color triplex, viridis, ruber, cæruleus, denotat amplitudinem miſericordiæ in corpus, animam, ſpiritum noſtrum: in lege tripartitam, naturæ, ſcriptæ, euangelicæ; ſecundum bona naturalia, humana, diuina: quantum ad prædeſtinationem, iuſtificationem, glorificationem. Duplex item veluti materia ignis & aquæ indicat baptiſmum ſpiritus & aquæ, præcedens diluuium, & conflagrationem futuram; ſed prædominatur aqua, id eſt miſericordia.

Quia tu reddes vnicuique iuxta opera ſua.] Nihil refert quod in Hebraico opus numero ſingulari פעלו *maaſehu*. Similis alibi ſententia [k] verbis aut iisdem aut affinibus: nec diſſimilia Plato in Phædone, & reſpublica ſcripſit, licet fabuloſe ac ethnicè. Domino Chriſto traditum eſt hoc iudicium, *quia filius hominis eſt* [l], ſimilis nobis & propter nos homo factus, tantáque miſericordia vſus. *Non licebit* tibi, ait Baſilius in homilia, dicere in die iudicij, non noueram bonum. Proferentur tibi propriæ tuæ ſtateræ ſufficientem boni & mali diſcretionem habentes, nam corporis pondera libræ momentis examinamus; quæ verò in vita eligenda ſunt, libero animæ iudicio diſcernimus. Quod etiam *ſtateram* nominauit, propterea quòd æquale momentum ad vtramque partem capere poteſt. Huc vſque ille. Diſcimus hinc & liberum in nobis eſſe arbitrium, & operibus noſtris reddi non pœnam tantùm, ſed etiam vitam æternam, ac falſum eſſe omnia etiam iuſtorum opera eſſe peccata. Non reddit Deus operibus, vt Hæretici volunt, quia tantùm indicent fidem, nam præterquam quòd ipſum *credere* vocetur *opus Dei* [m], cur ad fidem reſtringunt quod vniuerſè aſſeritur de operibus? neque ſatisfaciunt qui reſpondent reddi præmium ſecundùm opera, non quia propter illa reddantur; ſed poſt: non habet hanc vim, *ſecundùm*, in ſcriptura, quod pro כ ponitur, vt ordinem ſolum ſignificet; quamuis apud alios auctores habeat. Adhæc indicat ea particula cauſam propter quam, & meritoriam ſecundum condignitatem, non ex ſola Dei benignitate. *Secundum ſuum laborem vnuſquiſque propriam mercedem accipiet* [n], & *prout geſſit* [o]; & *momentaneum hoc & leue tribulationis* (propter Deum toleratæ) *ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operabitur in nobis* [p]: &, *reddet Dominus coronam iuſtitiæ* [q], id eſt, iuſtè ac per opera iuſta acquiſitam: & percipiendum tradet regnum propter hic exercita miſericordiæ opera [r]. Si attendas opera noſtra phyſicè, vt ita dicam, & ſecundùm ſubſtantiam ſuam vt à nobis eſt, non ſunt condigna æternæ vitæ [s], atque hoc pacto bene Gregorius [t] negat reddendam gloriam *ſecundum opera*; licèt affirmet *propter opera*. Opera iuſtorum quatenus prouenium ex gratia, condignitatem habent ad vitam æternam; ſed ratione gratiæ idem Deus dici ſolet ab Auguſtino præmiare munera ſua; quia *gratia Dei vita æterna* [u], & *coronat ipſe in miſericordia & miſerationibus* [w]. nec tamen præcisè & exactè ſolam reſpondentem Deus dat operibus mercedem; etiam aliquid vltra condignum, & *menſuram* non tantùm *bonam*, ſed *confertam* quoque & *coagitatã & ſupereffluentem* dat *in ſinum* beatorum [x]. Et ſunt homines tamen mendaces in ſtateris, parcíque aduerſus Deum.

Porro in operibus attendit Deus modum potius quam rem; vt bona bene fiant. *Cum audieris*, ait Maximus [y], ſcripturam dicentem; *tu reddes vnicuique ſecundùm opera ſua*, non ita accipe, quòd ea quæ præter rectum ſcopum fiunt, tametſi bona eſſe videntur, Deus retribuat; ſed quæ ſecundùm rectum fiunt. neque enim ad opera, ſed ad ſcopum operum diuinum iudicium intentos habet oculos. Primis & nouiſſimis datus idem denarius [z], quia, omiſſis aliis expoſitionibus, nouiſſimi labore minore propter eius

a Ruth 1.11. 1.Reg.3.8. Iob 13.26 ca. 14.11. Pſ.27.4. Pſ.95.11. Prou.14.11. 29. Eccl.16.14.15. *Indeterminatum ſenſum hæbet dictio, Non nouerat bonum.*

b Serm.15.in Cant. c.3. c.6.c.30. 19. Oter.12.2. 1.Cor.3.c.4. 15. 2.Cor.5.10.c. 11.15. *Liberum in homine arbitrium.*

Præmia etiam vitæ æternæ retribuuntur, ſed etiam vita æterna redditur, omnia etiam iuſtorum opera nõ eſſe peccata.

Hæreticũ ſententia.

Vnuſquiſque ſecundum ſuã patriã. Rom.2.6. 2.Tim.4.14. 1.Pet.1.17. Apoc.2.23.c. 14.13.cap.20. 12.13.cap.22. 12. Matth.16.27. cap.25.31.& ſeq.

c Apoc.4.2.3. *Iaſpidis viriditas quid deſignet.*

Sardij color quem quid deſignet.

Cur miſericordia in ſcriptura prorſum locum extremum vltimúmque poteſtas.

d Lib.3.cap.ad Auguſt. tom.7 lege etiã lib.de ſpiritu & lit.c.33.

e Matth.6.10.

Loci accommodatio

b Ier.16 ex patrum.

c Tract.de diligendo Deo. e Rom.4.25.

In morte Domini attendatur miſericordia, in reſurrectione potentia.

Potentiæ & miſericordiæ vocabula quid ſignificent.

Iris in circuitu ſedis ad quem ſcopum referenda.

f Apoc.4.3. g Gen.9.12.

c.4.17. g 2.Tim.4.8

h Matth.25. 15. *Opera noſtra vt non ſint condigna vitæ æternæ.*

i Rom.8.18. k in pſal. vlt. pœnit. *Opera noſtra vt condignitatem habeat ad vitam æternam.*

Deus vt præmiari dicatur munera ſua.

l Rom.6.23. m pſ.102.4.

n Luc.6.38.

In operibus Deus modum potius attendit quàm rem.

o in Cent.2. de carit. *Non ad opera ſed ad ſcopum operum Deus intendit oculos. Primis & nouiſſimis operariis cur datus idem denarius.*

p Matth.20. 10.

Gloriosius coronam labore quàm dono puro accipere.
De Alexandro quæ narrantur, a Plutarch. in Alex. Q. Curt. lib. 6.

qualitatem modumque, non inmus meruerunt. Gloriosius coronam labore quàm dono puro accipere; & Alexandrum,[a] ferunt, puerum, quoties A nuncius referret a Patre hanc vel illam occupatam Prouinciam, quasi gloriæ suæ defuisset in posterum materia, ita minime gauisum.

PSALMVS SEXAGESIMVS SECVNDVS.

Psalmus Dauid.

1 Cùm esset in deserto Idumææ.

2 DEus Deus meus ad te de luce vigilo. Sitiunt in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea.
3 In terra deserta, & inuia, & inaquosa: sic in sancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.
4 Quoniam melior est misericordia tua super vitas: labia mea laudabunt te.
5 Sic benedicam te in vita mea: & in nomine tuo leuabo manus meas.
6 Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea: & labiis exultationis laudabit os meum.
7 Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te: 8 quia fuisti adiutor meus.
Et in velamento alarum tuarum exultabo, 9 adhæsit anima mea post te: me suscepit dextera tua.
10 Ipsi verò in vanum quæsierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ: 11 tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt.
12 Rex verò lætabitur in Deo, laudabuntur omnes qui iurant in eo: quia obstructum est os loquentium iniqua.

B commentario manuscripto, & Titelmanus, ac Agellius, nec non Cantapetrensis [a], tanquam scriptoris mendum; quia cum de sua Dauid hic fuga loquatur, à Saüle, non legitur vnquam ea fuisse in Idumæa, sed in terra Moab, vel Philisthinorum, vel Israel seu Iuda. In Theodoreto Latinè reddito lego etiam, *Idumææ*: & meminit Euthymius Græcæ quoq; huius lectionis. Conciliat Euthymius, dicens esse verisimile desertum illud antea regionis Idumææ fuisse, deinde Iudææ partem effectum. Genebrardus eidem deserto hæc vult nomina fuisse *Iudæa, Ziph, Idumæa*. Guilielmus Seepreus ait appellari vtroque nomine *Idumæa*, ac *Iudæa*, quoniam *Idumæa* Syriæ regio ampla, non solùm complectebatur tribum Iudæ, quam Paraphrastes hîc exprimit, vocans *desertum in finibus tribus Iuda*, sed totam Iudæam: & in Idumææ finibus quidam sunt saltus, desertæque loca, vt Ziph, Pharan, Hareth, &c. Aliter præterea respondet post Arguanum, olim Incognitum, quem non nominat, *Idumæam* per tropum significare quamlibet hostilem & inimicam terram. De hoc tropo dixi psalmo 59. Si verum esset, Iosephum scripsisse, tribu Iuda obuenisse totam superiorem Idumæam pertinentem vsque Ierosolyma, possemus intelligere pro Iudæa Idumæam, viceque versa. Sed quidquid sit de versione Rufini, Iosephus [b], τὴν καλουμένην Ἰουδαίαν nominat, non Ἰδουμαίαν: ita vt inde Ioannes Drusius [c] non bene colligat suam illam Idumææ distinctionem in superiorem & interiorem. *Desertum Idumææ* reperimus in historia [d] Regum, vt *Idumæa* pro separata regione sumitur.

Quid præter dicta respondeam, non occurrit, tamen editionem correctam Latinam & Græcam, quæ passim Latinis placet, & a Græcis agnita est, omnino retinendam censeo. Locus notatus in Bibliis ex 1. Regum 21. 5. est de saltu Hareth in terra Iuda. Plures nihilominus affirmant de deserto Ziph [e]: potéstque de aliis in eadem Iudæa, vel in Idumææ finibus intelligi.

Argumentum in deserto latet; nempe cùm Dauid in deserto aliquo ex iis deliteseceret, ad quæ Saülem fugitans receperat sese, optabat ardenti desiderio vt redire liceret ad reuisendum siue tabernaculum, siue arcam. Hoc ergo exponit votum suum; simul etiam promittit, cùm eius facta potestas fuerit, summis laudibus deuotissime celebraturum se clementiam tantam Dei: postremò vaticinatur suum istum reditum ac restitutionem, cum hostium excidio. Vnus,

a in addit. ad lib. 3 hypotypo.

Iosaphat et Iudæa.

De vsu Idumææ & Iudææ commutatis.

Idumæa per tropum quamlibet hostilem & inimicam terram.

b 5. antiq. c. 1. vel 3. c. 1. fin. 14. observat. c. 13. Idumæa assimilatur in superiori & inferiorem, mair.

d 4. Reg. 3. 8.

e 1. Reg. 23. 14. 15.

Argumentum psalmi.

Titulus, & argumentum.

Vers. 1.] Cùm esset in deserto Idumææ.

EX titulo illa egent expositione, *cùm esset in deserto Idumææ*. Codices Cõplutenses, Regij, & alij, habent *Iudæ*, prout & Hebraicè extat יהודה *iehudah*, atque Chaldaicè, & vertit Aquila, ac Symmachus; nec nõ Apollinarius, Euthymius, Nicephorus. Omnes Latini præsertim paulo antiquiores constanter legunt *Idumææ* præter Lyranum & Valentiam. Lyranus id reprehendit, & ex recẽtioribus Valenius, Bredẽbachius, Placidus, Iansenius, Vmfridus noster in

quod equidem ferunt, Agellius de fuga quoque Dauidis ab Absalone interpretatur, quando impetrauit repetitari arcam in vrbem, dicens; *si inuenero gratiam in oculis Domini, reducet me, & ostendet mihi eam, & tabernaculum suum*; tunc enim *secedebat contra viam; qua respicit desertum*, & abscondit se *in campestribus deserti*, non omnino displicet. Plenius verò totus & Christo & cultoribus huius congruere potest. Christus in hoc mundi deserto, ac in vtero etiam illo in quo diebus quadraginta manſit, suspirauit ad Patrem sæpe confortans se ipsum consideratione bonitatis eius, ac præuid. ns interitum nostrum, atque liberationem suam. Typum dicit Christi Hilarius Dauidis in deserto commorationem fuisse, atque quod in hoc solitudinis quieto otiosoque secreto, cum nihil in oculos & in mentem offensionis incurreret, solis diuinis studiis negotiosus vigil. Dionysius Carthusianus exponit allegoriam de Christo separatim. Quinis iustus hic exultans auide optat Deo coniungi, atque in cœlesti templo cum sanctis eum laudare, interim solatur seipsum contemplatione bonitatis gloriæque diuinæ, securus tum de aduersariorum, præsertim inuisibilium, perditione, tum de percipiendo beatitudinis æternæ gaudio per assertorem salutis Christum. Perpetuam de Ecclesia allegoriam Valentia persequitur. Si ob persecutionem in solitudinem receſseris, Marcellino scribit Athanasius, ne formidaueris tanquam solus ibi agas; sed cùm Deus tibi adsit, mane illi surgens canebis sexagesimum secundum psalmum. In Apostolicis constitutionibus iniungitur apud Clementem [b], conuenire in Ecclesiam singuli, rebus mane, & vespere, ad canendos psalmos & precationes in templo Domini faciendas; mane quidem recitando psalmum illum 62. vespere verò 140. Hoc adhuc tempore quotidie heri audio in Ecclesiis Orientis; in nostris autem, in laudibus mane canitur 62. vice autem totius 140. vespere, diebus Dominicis, & singulis feriis extra tempus Aduentus, Quadragesimale, Paschale, versus ille 2. *Dirigatur Domine oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.* Ratio est, quam Turrianus [c] quoque noster dat, quia psalmus vterque continet desiderium Dauid orandi in tabernaculo, cùm fugiebat Saulem; est autem Ecclesia nostra in nouo Testamento locus orationi dedicatus, quemadmodum tabernaculum in vetere. Athanasius [d] quoque Virgini præcipit matutino tempore recitare hunc psalmum. Chrysostomus [e] asserit decretum a patribus, vt quotidie duo recitentur, hic & 140. 140. tanquam piaculum peccatorum totius diei; nostri ritè, vt accendat mane desiderium in Deum. Imuit Cassianus [f] eandem consuetudinem de nostro isto psalmo. Lege rationale Durandi [g], qui etiam quærit cur cum 66. psalmo recitetur sub finem, *Gloria patri*, &c. & quare nunquam omittantur iidem, & *laudate Dominum de cœlis*, &c.

Vers. 2.] Deus Deus meus ad te de luce vigilo. Sitiuit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea.

SIngulari affectu Deum suum bis ingeminans, tanquam vnice amatum arte, cultumque, protestatur se cunctis aliis postpositis negotiis primo statim diluculo, velle ipsum quærere, ad eum suspirare, de illo attentius cogitare ac meditari. Declarat etiam ardentem animæ suæ sitim longe maiorem ea quam sentiebat in corpore habitans *in terra deserta, inuia, inaquosa* [a], vehemensque desiderium, vt interesse posset cum populo sancto Dei in eius domo, festiuis atque solemnibus laudibus, & sacrificiis, redundare tale desiderium in ipsum met corpus, quod sese continere non queat, quin præ cupiditate semetipsum illic sistêdi commoueatur, gestiat, exiliat; denique satis exprimi non posse quantopere id concupiscat. Allegorice de Christo vel etiam de Ecclesia, tropologicè de quolibet iusto locus hic cum psalmo toto exponitur. Verùm hæc attingemus in crucifixione partium singularum.

Deus Deus meus] Hieronymus, *Deus fortitudo mea tu es*: ex Hebræo אֵל חַיַּי אַתָּה *eloim eli atthah*. Potuit omitti, *es*, & *Eli* verti, *Deus meus*, quia *El* per se vnum est de Dei nominibus significans *ἰσχυρὸν, fortem*: & cum psalmo 21. primis verbis bis ponatur, *Eli Eli*, vertit ibi etiam Hieronymus, *Deus meus, Deus meus*, in vocatiuo. Vim affectus cùm quis Deum vocat suum iam aliquoties explicaui. Volunt aliqui [b] additione huiusmodi pronominum designari personam secundam, quæ per incarnationem nostra facta est: Hoc mihi satis dubium. Iam post incarnationem, ex eodem illo tenero gratóque affectu Paulus [c] scripsit, *qui dilexit me & tradidit semetipsum pro me*: & eiusdem discipulus Dionysius [d], veluti veniam deprecans, *sit dux verbi Christus*, ait, *etsi fas est dicere meus*. Obseruauit & Chrysostomus [e], circa repetitum hic nomen Dei, & alibi apud prophetas, magnam affectionem, qua communem Deum facit quis proprium sibi; & qui sic dicit, recedere ab omnibus rebus humanis, ad illúmque procedere, quem cum illa magna vocat affectione. Minùs placet notatio Hugonis vt sit Deus pater, iterum Deus filius, meus designet Spiritum sanctum, quia est donum: Deus ante legem colendus: Deus in lege metuendus: meus tempore gratiæ diligendus: Deus creator; Deus recreator, meus glorificator. Sed nec valde magni facio quod obseruauit Nebiensis in *Elohim*, numeri pluralis, & *El* singularis, innui mysterium Trinitatis; quasi se Dauid significet id inquirere velle, dicens, Dij sunt, Deus meus inquiram te. Augustinus [f] docet, etiamsi super omnes Deus sit, non facilè audere dicere *Deus meus*, qui non credit in eum, & eum diligit: sicque dulcedine affectus, & secura præfidentique dilectione loqui: sed tamen non ita quin sit aliorum, in omnibus integer, & in singulis integer, sicut est sonus audientium, lux videntium: denique plus apud eum habere loci qui plus attulerit non argenti, sed fidei.

Ad te de luce vigilo.] Hieronymus, *de luce consurgam ad te*. Alij, *quaram te mane*, aut *vigilabo ad te, ad te manabo*. Verbum Hebræũ futuri temporis pro præsenti poni solet ad magis indicandam eiusdem rei seu in eadem re perseuerantiã. Est אֲשַׁחֲרֶכָּה *aschacharecha* à שָׁחַר *schachar*, *nigrescere*, vnde שַׁחַר *schachar* aurora, ob nigrorem quendam lucis adhuc imperfectæ, in piel, veluti aurorare, diluculare, ad exortum aurorę quidpiam quærere aut facere. Quia verò quod quis mane quæsit summo, diligenter quærit, & ex ingenti reperiendi desiderio, propterea diligens ista inquisitio quocumque tempore fiat, per idem verbum significatur. nam meretrix, in Prouerbiis, *vecordi iuueni, in obscuro, aduesperascente die, in noctis tenebris & cali-*

gine

De fuga Dauidis ab Absalone apud Agellium.

a 2. Reg. 15 vsque ad 18. *Christus cum suis electis congruens psalmo.*

Allegoria. In singulos per sententiam singuli psalmi versiculi pro ferentes.

b lib. 2. cap. 58. aut 59.

Psalmi huius 62. 140. 87. 119. quinam cur quando, cur bis etiam perficiantur.

Ecclesia nostra in nouo Testamento est locus orationi dedicatus, quemadmodum tabernaculum in vetere.

d orat. de Virginitate.

e in ps. 140.

f Cassian. c. 4.

g lib. 5. c. 4.

Stasis loci.

a vers. 3.

Allegoria Tropologia.

Vis affectus cum quis Deum vocat suum.

b Salmeron tom. 1. prolegom. 10. quinquag. 2. cauy.

c Gala. 2. 20.

d de diuin. nom. c. 4.

e hom. 2 in 1. ad Corinth.

Hugonis notatio minùs accepta.

Nebiensis item obiurgatus.

f de ouibus c. vlt.

Quo recte audeat dicere, Deus meus.

Apud Deum plus habet loci non qui plus argenti, sed qui plus affert fidei.

gine [a] dixit *egressam* se *in occursum, desiderantē ipsum videre* [b] לְשַׁחֵר פָּנֶיךָ *liscohacher paneicha, ad manicandum faciem tuam*, id est, ad diligenter quærendum. Præterea, *diligenter erudire* dixit noster Interpres [c] quod est Hebraicè שָׁחַר מוּסָר *schacher musar*, mane quærere filio disciplinam seu eruditionem, vel quolibet mane; vel tum inde a pueritia: vel etiam tempore matutino. Redditur item alibi *mane quærere* [d], *vigilare* [e], *diluculo consurgere* [f], *de mane vigilare* [g], *mane consurgere* [h]. Dicunt præterea Hebræi vocibus duabus diuersis *consurgere diluculo*, [i] הַשְׁכֵּים בַּבֹּקֶר *hiscchim babboker*. Sed his formulis diligentiam & sedulitatem denotant, etiamsi non ipso fiat quid tempore matutino; quale illud etiam [k]; *in matutino interficiebam omnes peccatores terræ*: & in psalmo 5 [l]. vbi hac de re egimus: *ad te orabo Domine, mane exaudies vocem meam*; *mane astabo tibi*. Idem iudicandum de Græco verbo, ὀρθρίζω, quod hic habetur. Hoc etiam loco propriè sumi potest vigilia diluculi, quam precibus & contemplationi opportunam esse docui eodem illo psalmo. Sed Arnobio non concedo in toto psalterio nusquam inueniri orare se Danidem dicere hora quacumque alia, nisi matutino, mane, diluculo. Vespere quoque lego, & meridie [m], & nocte [n], & media nocte [o]. Idcirco etiam negare non debuit non loqui de tempore, sed de peccatorum nocte transacta. Tropologia est ista non impediens literalem sensum. *Semper* Dominus mane surgentibus paratus est, ait Hieronymus [p], qui possunt dicere [q]; *consurgam diluculo*, & *Deus Deus meus ad te de luce vigilo*. Affert hoc loco tropologiam allegoriæ mixtam Augustinus, ne dormiat anima, quamuis corpori tribuatur somnus necessarius, hoc est, ne Dei obliuiscatur, sicut erant obliti, & somniis agitabantur deliramentisque idolorum: quos excitans Apostolus [r], dicebat; *surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus*: vt proinde ipsa lux excitans sit Christus: à quo auersus, dormire censeatur. Cassiodorus, ad resurrectionem Christi diluculo factam respicit. Hugo, ad primæ ætatis tempus vel etiam totius præsentis vitæ: vel ad tempus gratiæ; vel ad tempus quo quis est in gratia cupiens ad gloriæ metam peruenire. Docet quoque malam quandam vigiliam esse ad mundum, vt rapias: vel ad crapulam, vel ad similia. De causis cur sit vigilandum differit Aiguanus, de hostium crudelitate, fidelis administrationis vtilitate, terrestris habitationis debilitate. Petrus [s] monet vt vigilemus contra aduersarium. Christus [t], expectando Dominum: itémque [u] ne sinamus perfodi domum. Numerat idem Auctor morbum triplicem qui solet accidere in somno, epilepsiam, ephialtem, lethargum. Indicani; perlege si libet.

Sitiuit in te anima mea.] Hieronymus [x], *ad te*. Potuit omitti præpositio, quia Hebraicè tantùm est לָךְ *lecha*; Græcè, σε, aut in emendatis Codicibus, σου, cui casui seruit magis litera (ל) cum secuta (ך) *le*, quamuis etiam accusatiuo [y] Hilarius & Augustinus legunt, *sitiuit tibi*. Monet idem Hieronymus [z], omnes Interpretes habere *tibi*, & hoc valere לָךְ *lecha*, quod est in textu, non autē אֵתְךָ *aitah*; fortassis voluit dicere אוֹתְךָ *othecha*: vel error scriptoris est. Phrasis ac sententia similis in psalmo 41 [a]. *Sitiuit anima mea ad Deum fortem viuum*: tametsi sit ibi Græca præpositio πρὸς. ibidem de hac spirituali siti dictum.

Sitim pro auida cupiditate vsurpant etiam profani, vt, *sitim vitæ*. Lucretius [b], Cicero [c], *aures sitientes*: Cato [d], *sitim discenda Græca lingua*. Rursum ex sacris alia suppetant exempla [e]. Minus toleratur sitis: & alio alimento magis necessarius videtur potus: & sitis bibit sanius, quam edit esuriens; vt demonstrant Aristoteles [f], Plutarchus [g], Macrobius [h]. *Vndes*, inquit Chrysostomus [i], quomodo ostendit verbum inflammati animi: vbi est autem amor Dei, omnia mala recedunt: vbi est Dei memoria, illic est peccatorum obliuio (ne videlicet fiant placentve amplius) & malorum interitus. Bernardus [k] expenit de desiderio primi Aduentus Christi; sequentia verba de secundo. Literaliter loquendo, credi potest alluisse Dauidem ad suā sitim, quā corpore patiebatur in deserto, de quo agit sequenti versu.

Quam multipliciter tibi caro mea.] Hieronymus, *desiderauit ad te caro mea*. Hebræum, vt modò est primum vocabulum cum mappik בָּמְּתָה *chammah*, significat *ardere desiderio* & *concupiscere*, quod Paraphrastes quoque vertit סְרֵיגַג *sueregg*: vel, רְגוּג *regug*. Symmachus, ἐμπέπλεκται. Non animaduertunt Fráciscus de Puteo dicere turpiter hic lapsos interpretes ignoratione dicti verbi, vel quòd putarent notam habere fœmininorum, quod melius declarauit Bredembachius, quasi esset בְּמַה *secundum quid*: vel כַּמָּה *chamoha*; vel potius בְּמָה *chammah, quoties*, quod Lxx. hic dixerunt ποσαπλῶς: Theodotio, ποσαχῶς *multiones, sæpissime*. Hilarius quasi legisset πῶς ἁπλῶς, *quam simpliciter*. Meminit Hieronymus [l] quardam exemplaria habuisse: *quomodo consumpta est*, vel, *contabuit caro mea*; Aquilæ interpretatio eò tendit, ἐπτάθη, *intendit se*. Quod intensum desiderium denotat, redundans vsque ad consumptionem quandam carnis. *Sanctus, carnium* dicitur *parunlarum*, ait idem Hieronymus [m], quæ in eo decrescunt quotidie, & per virtutes attenuantur; ita vt nequaquam caro appelletur, sed spiritus. Deficit etiam cum corde sæpe caro præ accenso desiderio in Deum [n]; sicut è contrario, *putredo ossium inuidia* [o]; & in genere, *frequens meditatio, carnis afflictio est* [p]. Sunt qui nostrum hunc locum declarent, *arefacta est propter te caro mea*, nimirum amore ac desiderio tui consumpta. Omnium tandem huc pertinet interpretationum scopus, vt significetur in carne quoque non in anima sola ingens desiderium, videlicet per quandam redundantiam ex animæ vehementiore desiderio; vt non illa tantùm sed hæc etiam desideret. Id importat particula (&) addita in commentario Augustini, & in Psalterio Romano atque Gallicano, & apud Hieronymum [q], *quàm multipliciter tibi & caro mea.* : id est, etiam illa sitiuit. Immo verò innuunt illa ista manus carnis desiderium; & ita declarat Apollinarius per ἔτι μᾶλλον.

Desiderium autem, mysticè agendo, omnes ferè dicunt resurrectionis esse, ac secundi Aduentus Christi, atque glorificationis: quando, inquit Bernardus [r], implebuntur desideria nostra: & quia, vt scribit Hieronymus [s], quanquam sitiat anima Deum, tamen multo plus carnis suæ labore quærit eum, nempe quia pugnat cum vitiis, vt reddat veluti desertam se ab iis, & aduersariis potestatibus, vt sit illis inuia; & vt absque humore ac rheumate libidinis tanquam in inaquosa terra commoretur. Gregorius [t] præterea, iterumq; Augustinus [u],

[a] prou. 7. 9. Exercitus.
[b] Isa. 26.
[c] Iob 7. 17. & 38. 12. Psal. 58. 11. Prou. 13. 24. & 19. 18. & 29. 17. Eccl. 30. 13. Ose. 5. 6. Iob 13. 15. Psal. 58. 11. Psal. 100. 8. Psal. 118. vers. 147.
[d] Psal. 5. 4. & 87. 14. & 118. vers. 147.
[e] Psal. 62. 7. & 76. 5. & 118. vers. 62. & 147. & 148. & 119. vers. 55. & 148. & 131. 4. & 133. 1. & 134. 1. & 142. 8.
[f] Psal. 100. 8.
[g] Psal. 62. 2. & 87. 14. & 118. vers. 147.
[h] Psal. 5. 4. & 87. 14. & 118. vers. 147.
[i] Psal. 118. vers. 62. & 147. & 148. & 119. vers. 55. & 148. & 131. 4. & 133. 1. & 134. 1. & 142. 8.
[k] Psal. 118. vers. 147.
[l] Psal. 5. 4. & 87. 14. & 118. vers. 147.
[m] Psal. 54. 18. & 90. 5. & 118. vers. 164. & 131. 4. & 133. 1. & 134. 1. & 142. 8.
[n] Psal. 21. 3. & 87. 14. & 118. vers. 147.
[o] Psal. 118. 62.
[p] In Ose. c. 6.
[q] Psal. 56. 9.
[r] Ephes. 5. 14.
[s] Matth. 9. 41.
[t] 1. Petr. 5. 8.
[u] Ibid.
[x] Hier. epist. 27. ad Rusticum.
[y] Pamel. in Tertull. — 17.
[z] epist. 135.
[a] vers. 3.
[b] Sitis pro auida cupiditate.
[c] a lib. 1.
[d] b 2. ad Attic. epist. 14.
[e] c apud Cicer. de [illegible]. Sitis videri sua [illegible] dicta opinatus.
[f] d Lib. 3. 5. Eccl. 31. 22. Matth. 5. 6. Vide amore Dei [illegible] [illegible] [illegible]

exponunt de resurrectionis desiderio. Hanc Paulus [a] nominat *redemptionem corporis nostri*, & scribit [b], quòd *ingemiscamus grauati volentes non expoliari, sed superuestiri*. Lyranus declarat de desiderio incarnationis, & carnem Dauidis multipliciter eam sitiuisse, quia cupiebat ipse, vt de suo semine descenderet, idemque post illum ad eosdem semen pertinentes, Ezechias, Iosias, Isaias, Daniel, &c. *multi enim reges & prophetæ desiderauerunt videre, quæ discipuli Christi viderunt* [c]. Porro Hilarius, ex editione illa, *quàm simpliciter caro mea*, elicit hunc sensum, vt sitiat anima mea Deo quam simpliciter sitit caro, id est, vt magis anima Deo, quàm carni & corpori; neque fames, angustiæ, illa genera passionum (quibus nempe obnoxia est caro, a caritate Dei, quæ est in Christo, separent [d]. Magis apparet nunc in nobis carnis nostræ sitis, desideriúmque beatitudinis pluribus in ea modis declaratur, quàm in anima, propter adeo multas miserias, quas patitur in omni sensu & in omni fere parte: quarum bene longam Iliadem liceret contexere; cùm anima sibi vnum poscat & corpori, hoc est, beatitudinem, & illam ad hoc ipsum concupiscendum tot caro modis perurgeat, quot ipsa nunc afficitur incommodis. Meminisse oportet homines in deserto hoc Idumææ non debere circa res vanas desiderium multifariam distrahere, non sitire sæculo, vt ait Augustinus, sed Deo, & in istis omnibus multiplicibus defectionibus nostris sitire illam incorruptionem à Deo. *Caro* nonnunquam *concupiscit aduersus spiritum*, sed *spiritus ambulans, desideria eius non perficit* [e]; quamuis præbeat occasionem tunc spiritui, vt sitiat magis Deum, & infelicem conditionem suam considerans, optet liberari *de corpore mortis huius* [f]. Quando necessaria tibi desiderat, censeri potest Deo desiderare, si a Deo illa expetat. In homine spirituali desiderat caro cum spiritu, ita vt cor & caro exultent in Deum viuum, & *anima concupiscendo deficiat in atria Domini* [g]. Cùmque anima consideret adeo mirabilem carnis secum à natura coniunctionem, simúlque compugnantiam, & per virtutis exercitium victoriam ex illa, non dubitat quin magi Deo tandem inseparabiliter possit, licet ab eo longiùs distet, & suum sibimet corpus in resurrectione, vt ratiocinatur Magister sententiarum [h]. Anima videtur quodammodo sitire lac simplicioris doctrinæ adhuc rudior [i]: iam velut adultior *aquam sapientiæ salutaris* [k]: vinum æternæ iucunditatis [l], vbi euasit perfectior. Pereat carnis appetitus in vitam, conseruationem sui, prolem. *Timor est fons* [m] *vitæ* vel *eruditio* [n] seu castigatio, vt *configatur timore* [o], atque coërceatur pœnis, vel etiam vt constringatur lege [p]. Adhibenda carni custodia, & firmanda in ea, sicut *in filia non aduertente se, ne inuenta occasione abutatur se* [q]; ob quoddam quasi coniugium cum spiritu, sitit & prolem caro; debet autem hæc proles esse disciplina, abstinentia, vigilia, peregrinatio, & similia, quibus iuxta lectionem illam, de qua meminimus ex Hieronymo, contabescit & consumitur caro. Arida carne corporeque debili, infirmo; languido, viget plerumque fortior promptiorque spiritus, & hic è contrario iacet mollior & tepidior in robusto ac vegeto corpore, vt Bernardus [r] docet, atque ita *virtus in infirmitate perficitur*, *δύναμις, robur*; & *inhabitat* eadem *virtus Christi* [s]. Hiante hic ore aperitóque diuini spiritus rorem attrahere animam [t] oportet, vt aqueum arida expectat, quoniam anima sine Deo est, sicut sine aqua terra [u], & in ista vitæ siccitate, nisi aspergeretur nobis desuper velut tenuissima quædam aura iustitiæ, arescerемus citius, ait Augustinus [x], quàm sitiremus. Sancti, vt scribit Isidorus [y], quandiu in huius sæculi vita habitant, desiderio supernorum roris corpus suum aridum portant: Caro enim tunc Deum sitit, quando per ieiunium abstinet, & arescit. Clamans inuitat Christus sitientes [z], aquâ offerens quæ sitim penitus eximat [a]: sed quæ tamen quatenus absque tædio est, cúmque recenti & grato semper gustu, acuere magis ac magis censetur sitim [b]. Sed satis dictum de siti sit, nec quantum sitiat vel scriptor vel lector, indulgendum, sed claudendi aliquando tandem riui, ne exundent.

Vers. 3.] In terra deserta, & inuia, & inaquosa, sic in sancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.

SEptem prima vocabula solet Augustinus annectere præcedenti sententiæ, vt significetur sitis fuisse in terra deserta, & inuia & inaquosa. Eadem distinctio placet Hebræis. At patrum id refert. Vult porrò Dauid, quòd quamuis ageret in solitario, remoto, arido ac siticuloso solo, siue in deserto, vitæ rebus necessariis destituto: sic tamen animo fixus in Deo erat, vt sibi videretur in sanctuario versari, corámque cernere suismet oculis *virtutem* & *gloriam* ipsius, id est, arcam, in qua solebat potentiam ac maiestatem suam declarare, ita vt hac se in tantis ærumnis contemplatione solaretur atque confirmaret. Potest etiam videri comparatio illa sumi de qua priùs dixi, ex aridę terræ quadam siti ad aquam imbibendum humorem. Nemo non percipit vt hoc tropologicè iusto hîc degenti, & cœlestia concupiscenti, atque quodam iam gustu præcipienti ac prægustanti, congruat. Sed postea paulo plura de eadem tropologia.

In terra deserta, & inuia & inaquosa.] Hieronymus, *in terra inuia, & consitiente sine aqua.* Ad verbum ex Hebræo, *in terra deserti*, seu, *solitudinis, sicca, arida, squalida, horrida, & sitibunda, non aqua*, seu, *absque aqua*, id est, *in qua non est aqua*: vel, *in terra deserti*, scilicet existens, *& sitibundus aut lassus, sine aqua*, hoc est *carens aqua*. Textus Hebræus hic est בְּאֶרֶץ־צִיָּה וְעָיֵף בְּלִי־מָיִם *beeretz ziiah veiahaeph beli maim* cum *zi* אֶרֶץ *ereths* generis quoque masculini, potest eius epithetum esse עָיֵף *hhaieph* generis eiusdem, significans non modò *lassum* sed etiam *sitientem*, quia lassus sitit; & psalmo 142 [h]. *Anima sicut terra sine aqua* dicitur עֵיֵף *hhaiephah, sitiens*, à Hieronymo. In psalterio Romano & Gallicano, apud Hilarium & Cassiodorum, *in deserto, & in inuio, & inaquoso*: apud Augustinum, *in terra deserta, & sine via, & sine aqua.* Malum hoc horribile & timendum vocat idem Augustinus *desertum Idumæa*, nempe præsentis sæculi, vt nescias qua exeas, non hominem videas ad solatium, non qua reficiaris aquam: ibi factam nobis à Deo viam, Christum ipsum [i],

datam consolationem per prædicatores, aquam spiritus communicatam vt *fieret fons salliens in vitam æternam* [a]. Item [b], appellat moribundam vitam quibuslibet mortalibus solatijs frequentetur, (ne *deserta* videatur) quibuslibet migrantibus comitetur, (ne *sine via*) quantalibet rerum copia (ne *sine aqua*) cumuletur.

Haud absimilem descriptionem huius Mundi sub vocabulo *deserti*, Christi verbis ad B. Brigittam vide in reuelationibus [c], de acceptione autem eiusdem *deserti* in vtramque partem, Auctorem operis imperfecti [d]. Greuens [e] interpretatur Christi crucem fuisse illi terram desertam, redditam tamen ab ipso fœcundam; & viam sanctam, ac irriguam. Proprietates deserti claustro conuenientes recenset Hugo & illas quæ congruunt Mundo. Bernardus [f] distinguit desertum momentaneæ vanitatis, Christianæ simplicitatis & humilitatis, quia paucorum est, innocentiæ puritatis, ex primo per secundum peruenire ad tertium, primum videlicet relinquendo. Præterea docet [g] mutum ac inaquosum desertum esse præsentis exilij, disciplinæ Christianæ, in quo peregrinantur filij Israël: cælestis Ierusalem, in quo relictæ *nouigenta nouem* oues [h], gehennalis miseriæ, quod vocari debet desertum solitudinis. Summus Ambrosius [i] in meliorem partem *desertum*, in quod etiam secessit Christus [k], ait, libenter Christum in nobis habitare, cùm corporis nostri quasi terram fame squalidam, ac siti aridam reperit, nec aliter ei nos apparere posse, sicut in sancto, nisi terra corporis nostri fuerit deserta mundanis deliciis, inuia diabolicis concupiscentiis, inaquosa libidinosis illecebris. Simile quid antea ex Hieronymo [l] retuli, non posse quenquam Deo apparere in sancto, nisi priùs in terra deserta à vitiis, & inuia aduersarijs potestatibus, & absque humore & rheumate vllius libidinis commoretur. Deserto tali & solitudine delectatur Deus, ibique loquitur *ad cor* [m], & apparet [n], & manna [o] dat. In eandem Gregorius [p] loquitur sententiam, vocans *loca arida* & *inaquosa* per quæ diabolus inambulat [q], corda iustorum, vitiorum tetro humore rauca. Atqui de deserto moraliter multa dixi in Euangelio, de ieiunio ac tentationibus Christi; inter alia dixi desertum libentiùs dæmonas incolere, ita vt maximè solitarium locum, scripturæ [r] nomine *habitationem dæmoniorum*. Caulam dicebam esse, quia credi voluerunt etiam turi præsse ac pecori: faciliùs agrestiores decipiunt; maiorem sic sibi reuerentiam apud homines conciliant; deterrent studiosos eremi [s]; alia ex parte ad eum mutant, vt inermes facilùs vincant. Quare quamuis remotior à turbis locus orationi sit opportunior, & sua alia commoda habeat, perpetua in eo habitatio suscipi sine consilio non debet, nec nisi spiritus instinctu diuini, qui vt Christum agat, ducat, expellat [t]. Interior illa quam dixi omnibus necessaria solitudo est ac eremus. Illic habitatur in spe [u], hoc est, vt ait Augustinus [x], in conscientia, vbi non solùm nullus hominum transit, sed nec videt donec ex spe fiat res, & cessabit eremus, quia cóspicui nobis erimus. Quo in genere nobile Abbatis Allois apophthegma est [y]; *Nisi dixerit homo in corde suo, ego sitio & Deus summus in hoc mundo, requiem non habebit.*

Sic in sancto apparui tibi.] Alij, supplendo, *vt*, similitudinis, *sic vt in sancto vidi te*: hoc est, perinde ac si essem in ipsomet sanctuario: & cum Iacus ac Secutus vertens in deserto, vt qui in illo. Item, sicut in deserto, sic in sancto, vicéque versa, sicut in sancto, sic in deserto, æque in vtroque. Vertit quoque Hieronymus, *apparui tibi*: Græce, ὤφθην σοι; quod ne scio cur Agellius religionis causa suspicetur à Lxx. factum, ne præberent occasionem existimandi, videri Deum oculis corporeis. non hac profectò Hieronymus religione tactus est; & non locis aliis idem Lxx. expressérunt [a] visum à nonnullis Deum: quod tamen neque de oculis corporis, neque de clara visione intellectus, qualis beatorum est, accipi debet; semper verò aut fere semper de Angelo Dei personam referente; cùm dissertè etiam dicatur à nemine homine videndum Deum [b], vel visum in hac vita mortali, vel videri posse [c], scilicet claré. Idem Hieronymus [d] alibi eandem phrasim Græcam reddidit per *videndi* verbum. *Apparere alicui*, est ita in conspectum illius venire, vt videri ac videre possit; quod plus est ex significandi modo quam dumtaxat videre, quæ est actiua notio verbi נָגַשׁ *chazah*, quod hic habetur. Felix, qui æquè vbique Deum colit, nec exilio, vel prosanitate loci ab interno saltem Dei cultu, si colere minùs valeat externè, impeditur: & cui sicut omnis feriatus ac festinus dies, ita & sacer atque sanctus locus est; quamuis rei vtriusque religionem, & sanctitatem rei extrinsecam amet, ac obseruet, cùm conceditur opportunitas.

Mysticè Deo *in sancto appárere* dicitur quis vel in Christo, *quem qui videt, videt & Patrem* [e], vel in pio desiderio, ac voto, vel in rebus diuinis atque spiritualibus, vel in ipsa cruce [f], vel sanctitati ac munditiæ studendo [g], vel in templo, vel monasterio, vel in Eucharistia. Explicat præter enarratores istius psalmi, etiam Chrysostomus [h] perpendens vim particulæ, *sic*, de desiderio & dilectione. [Quid est, ait, *sic?* cum hoc desiderio, cum hac dilectione, vt videam tuam gloriam, quæ potest vbique videri.] Sed concipi desiderium ac dilectio eiusmodi nequit, nisi in eo secessu desertóque de quo priùs egimus. *Deserta* huic terræ & *inuia solitudini* lætitiam atque exultationem promittit Deus, vt floreat, germinet, *gloria* ei *decórque Domini* sui concedatur [i]: præterea vt *effundat aquas super sitientem, & fluenta super aridam* [k]: item, *ponat in deserto viam, & in inuio flumina, in deserto aquas* [l].

Literalem porrò sensum Dauidis extendere possumus ad pios Christianos, qui etsi vt paulo antè dixi, tolerant necessariam à sacris locis, & interdum à Catholicis absentiam, *concupiscit* autem ac *deficit* eorum *anima* [m] *ad atria Domini*, & ad ædem sanctam, in qua ἀναπαύσεως, σωματικῆς, credunt Christum Eucharistia contentum præsentem esse, aut inardescunt etiam desiderio visendi loca vbi steterunt pedes eius: quod cum non licet, ad viuum suomet animo repræsentant, quam sapienter vocabat B.P.N. Ignatius [n] compositionem loci: & conuersa Daniel ad templum facie factitabat orando [o].

Vt viderem.] Hieronymus, *vt videam*: forsassis & ille, & Lxx. vt variarent phrasim, priùs

[a] Ioan. 4. 14. Hæc fuit ter. vet. vel ex R. Sal. aut Aug. ser. 77. de tēp. Matth. 5. 1. Cur dulcis quæ sit sacerdotum in aduentu habenda.

[b] Ibid.

[c] Luc. 15. 4. Ierem. cap. vet. vel ex R. Sal. aut Aug. ser. 77. de tēp. Matth. 5. 1. Cur dulcis quæ sit sacerdotum in aduentu habenda.

[d] Epist. 46.

[e] Quæ deserta & inaquosa debeat Christus habere. m Osee 2. 14 n Exod. 3. 2. c. 16. 14. & seq. p 35. moral. c. 1. q Luc. 11. 24.

[f] Desertum libentiùs dæmones incolere. r Apoc. 18. 2. Isa. 13. 21.

[g] Gallis. collib. 7. c. 25.

[h] Matth. 4. 1. Marc. 1. 12. Luc. 4. 1. de omnibus c. 14. el. 11. apoph. Patrum in 4. omnib. biblio. Patrum. [i] Quæ sit habitatio solitudinis apophthegma.

[a] Ex Hebraismo. Lxx. 6.

[a] Genes. 30. Exod. 3. 4. 10. 11. Esa. 6. 1. 5. Amos 7. 1. Visio Dei quomodo intelligenda est.

[b] Exod. 33. 20. Ioan. 1. 18. 1. Tim. 6. 16. c. 1. m. 5. 16. d. pl. 10. vlt. Exod. 23. 10. 12. Apparere alicui quid sit.

[c] Videre qui æque vbique Deum colit.

[d] Mystica sensus. e Ioan. 12. 9.

[e] Greuens ser. 11. c.

[f] Caietan.

[g] in ps 140.

[h] Esa. 35. 1. 2.

[i] c. 44. 3.

[k] c. 43. 20. Literalis sensus. Ad pios Christianos loca extensio.

[l] ps 83. 3.

[m] in lib. exercit.

[n] Dan. 6. 10.

dixerunt, *apparui tibi*, & non, *vidi te*. Hebraicum autem verbum hîc diuersum est ראות *raoth*. Paraphrastes, *sic in loco sanctitatis tuæ vidi te: purga me*, aut apud Nebiensem, *tribue mihi meritum, vt videam*, &c. quasi diceret, licet conet in sanctitate apparere conspectui tuo, non id per me possim. Particula, *vt*, euentum dicere potest, vt quia *in sancto*, id est, in sanctuario, apparuit, videre sibi videretur virtutem & gloriam Dei: vel causam, quòd ideo Deo appareret *in sancto*, seque in meditatione atque contemplatione illius sancti loci exerceret, vt videre virtutem & gloriam Dei posset, etiam in deserto vbi exulabat.

Virtutem tuam, & gloriam tuam.] Hieronymus, *fortitudinem & gloriam tuam*. Placet his duobus vocabulis aream intelligere, cùm Vatablo, Iansenio, Clario, Flaminio, Agellio. nam Psalmo 77 [a]. canitur, *Et tradidit in captiuitatem virtutem eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici:* & in historia Regum [b] appellauit vxor Phinees, filium *Ichabod*, ab area dicta *chabod*, dicens, cum à Philisthæis captam accepisset, *Translata est gloria de Israel, quia capta est arca Dei*. Idem sibi vult Ieremias [c], lamentans quòd Dominus *proiecisset de cœlo in terram inclytam Israel* תפארת *thiphereth*, δόξαν: vocatque præterea *coronam gloriæ* [d], & *solium gloriæ* [e]. Potest hîc tamen etiam Dauid intelligere vim potentiæ ac misericordiæ diuinæ, quam in tabernaculo arcáque declarare solebat Deus; sed eam in deserto quoque cupiebat experiri, ac sperabat, perinde ac si ei loco præsens adesset.

a vers. 61.

b Lib. 1. 4. 30. 21. 22.

c Thre 2. 1.

d Ierem 17. 12.

e Ezech. 1. 26.

Mystica expositio.

Mysticè etiam *virtus gloriáque Dei* Christus est, arca vera & propitiatorium, ipsáque *propitiatio pro peccatis nostris* [f]. Christum *Dei virtutem* nominat Paulus [g], & *splendorem gloriæ* [h], & *dominum gloriæ* [i]: quippe *gloria Patris Filius sapiens* [k]. *Virtus* est Christus, inquit Hieronymus, quia vicit diabolum, & liberauit genus humanum; & quia *quod infirmum est Dei, fortius est hominibus* [l]; gloria eidem conuenit, propter resurrectionem atque sessionem ad dexteram Patris, denique, quia, vt notat præterea Hilarius, *in gloria est Dei Patris* [m]. & multo meliùs gloria eius dicitur, quàm homo *gloria Dei* [n], quia expressior imago Patris, qui *pater* etiam *gloriæ* vocatur [o], & Christus *spes gloriæ* nostræ [p], nec non auctor illius, & ab eodem virtus omnis nostra proficiscitur. Potest item virtus siue potentia in vindice Deo spectari, gloria in misericorde; propriò siquidem magis modo glorioſum Deum demonstrat misericordia, eáque ipse gloriatur magis. *Prædestinauit nos Deus in adoptionem filiorum, per Iesum Christum in ipsum, secundùm propositum voluntatis suæ, in laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificauit nos in dilecto filio suo* [q].

f 1 Ioan. 2. 2.

g 1 Cor. 1. 18.

h Heb. 1. 3. *Christus quàm recte virtus dicatur.*

i 1 Cor. 2. 8.

k Prou. 10. 1.

l 1 Cor. 1. 25. *Quare quamuis et communis.*

m Philipp. 2. 11.

n 1 Cor. 11. 7.

o Ephes. 1. 17.

p Coloss. 1. 27.

Virtus suæ præsentia vindicis gloria in misericordia spectatur.

q Eph. 1. 5. 6.

Accommodatitiè adhuc virtutem sumere cum Bernardo [r] licet, pro morali, vt videri gloria beatitudinis in futura, absque virtutis nequeat exercitio in præsenti vita: vt sit secundùm eamdem accommodationem dominus virtutum, idem *rex gloriæ* [s].

r Sermo 5. de Aduentu.

s Psal. 23. 7. 9.

Vers. 4.] Quoniam melior est misericordia tua super vitas: labia mea laudabunt te.

Sensus loci.

AD contemplandam in exilio desertóque virtutem & gloriam Dei, applicuisse se animum libentissimè dicit, & ad ardenter concupiscendum in tabernaculo & area quasi conspectum Dei, nihil ærumnosa cum vita à tam pio impediente instituto, quoniam gratior optabiliorque longè sit misericordia qua Deus prosequitur suos, & qua tam familiariter versari cum hominibus dignatus est, quàcumque vita corporali cuiuslibet generis, & quantumuis feliciter, aut genialiter etiam ac diutissimè ducatur, vt proinde laudes diuinas frequentare, oréque proprio ac labiis vsurpare decreuerit. Sic etiam alio dixit Psalmo [a], *meliorem diem vnam esse in atriis Domini super millia*. Indicat præterea Dauid, sibi non adeo curæ esse, quòd ei vitam aduersarij conentur eripere, quódque ipsis prospere succederent omnia in vita: quoniã pluris multo æstimet benignum fauorem Dei, qui tueri ac prorogare in longissimum tempus hác etiam fugacem vitam, si velit, possit: propterea dum tendunt illi frustra vitæ suæ insidias, à Dei laudibus non cessaturum, atque in mediis eas periculis celebraturum. Quadrat sententia ex communi enarratorum explicatione, in vitam gratiæ & gloriæ immortalem, cuilibet vitæ mortali, & cuicumque viuendi rationi ac instituto præferendam, etiam honesto, quod nec simpliciter esse tale sine gratia valet.

Misericordia Dei omnibus vitæ hominum optabilior.

a Ps 83. 11. *Sensus vtr loci.*

Quoniam melior est misericordia tua super vitas.] Hieronymus, *melior enim est misericordia tua, quam vita*. Hilarius [b], Arnobius, Cassiodorus, *super vitam*. Hebræis *vita* numero tantùm plurali dicitur חיים *chaim*, vt necessaria nó sit notatio Agellij, numero illo designari hîc lõgissimam vitam, quasi quæ multis conueniat iusta vitæ mensura, vni simul tribuatur. Dicũt etiã *vitam* חיה *chayah*, singulariter, sed pro animali vita: nec memini *chaim* de alio vsurpari quàm de homine. Vnde colligunt aliqui duplicem hominis vitam inuui, præsentis & futuri temporis. Alij, triplicem, vegetantem, sentientem, rationalem. Paulo certè coniecturæ meliores, quàm quòd duobus nasi foraminibus respondeat, in quos Symmachus & Aquila inspiratum spiraculum vitæ dixerunt, εἰς μυκτῆρας, quod L x x. *in faciem* [c], εἰς πρόσωπον.

b hic & in Ps 91.

Agellij sententia nec sana nec vera.

Symmachi & Aquilæ versio aliquid vitæ conuenire

c Gen. 2. 7. *Propagata. Vitæ multitudine numero, quid.*

Iuxta tropologiam *vitæ* multitudinis numero, viuendi quos vocant status, conditiones, modos, genera sumit Augustinus, vt negotiandi, rusticandi, militandi, fœnerandi, &c. vnam cunctis meliorem vitam his quas eligunt sibi homines à Deo dari. Distingunt alij cõtemplatiuam & actiuam vitam, coniugatorum, eremitarum, cœnobitarum, liberè quasi volantium in cœlum, quas animalia Ezechielis [d] adumbrant, homo, leo, bos, aquila. Hoc videlicet vnum necessarium est, turbant alia plurima [e]: regnum Dei ac iustitia quærenda, cætera veniunt in cumulum [f]. Eadem notione *vitæ* Comicus [g] dixit:

d c 1 10.

e Luc. 10. 41. 42.

f Matth. 6. 33.

g Terent. in Adelphis Sce. 4. act. 3.

denique
Inspicere tanquam in speculum in vitas omnium
Iubeo, atque ex aliis sumere exemplum sibi.

Et Cicero [h], *quòd serpit per omnium vitas amicitia*, notatu certè dignum, quòd nullibi alibi in scripturis hoc nomen legitur Græcè vel Latinè pluraliter; nec, quod equidem sciam, Græcè apud auctores profanos; vt propterea quiddam hîc peculariter insinuari Lxx. intellexerint. Illud certè etiam de vita præsenti ac futura Paraphrastes declarauit, *quoniam melior est misericordia tua, quam facies iustis in mundo venturo, vita, quam dedisti impiis in mundo isto*. Apollinarius varias *vitæ*, seu *viuendi*, vias interpretatur.

h De senect. *Notanda in plurali vsurpatio.*

Κρεῖσσον ἐστὶ ἐλεεῖν ἄνακτα βίοτον κεκλῆσθαι:
Melior habes misericordiam Rex vita vita.

Denique præstat omnino non viuere quàm malè: melíùsque nec natum esse [a], quàm viuere cum Dei offensione, Nestoreos licèt viuat quis, aut Matusalæos [b] annos. Euthymius ac Nicephorus per *ζωὰς* intelligunt *τὰς τρυφηλὰς καὶ ἀπολαυστικὰς βιοτὰς, vitas delicias atq; voluptatibus deditas*, aut fortunas, & bona, quibus vita voluptuosè sustentetur. *Vitã* pro genuali absolutè sumi aliàs docui; & in scriptura etiã pro vere beata, vt, [c] *si vis ad vitam ingredi serua mãdata*, &, [d] *quis est homo qui vult vitã*, &c. Gratiæ vim & necessitatẽ hinc infert Augustinus & alij, nec non alio in loco Hilarius [e]. Non ipsa inquit iustitiæ opera (videlicet spectata secundùm se, vel sine diuini pacto beneplaciti, etiam si fiant cum gratia) sufficient ad perfectæ beatitudinis meritum, nisi misericordia Dei etiam in hac iustitiæ voluntate humanarum demutationum & motuum vitia non reputet: & quamuis probabilis per iustitię operationem vita iustorum sit, tamen per misericordiam Dei plus meriti consequetur: ex hac enim vita in vitam proficit æternam, & operationũ iustitiæ voluntatem in tantum misericordia Dei muneratur, vt miserans æternitatis quoque suæ iustum quemque tribuat esse participem. Citat hũc Hilarij locum Augustinus [f]: nec ineptè sanè quis Christi nocturnam considerans agoniam [g], id vsurpauerit: *Deus Deus meus ad te de nocte vigilo*, &c. satis verò nõ valens æstimare misericordiam ipsius, qua permotus obire talẽ voluit mortẽ, id quoque dixerit; *quoniam melior est misericordia tua*, Christe, *super vitas* omnium hominum, quæ damnationi æternæ per peccatum sunt obnoxiæ. *Labia mea laudabunt te*, eo quòd infiniti pretij tuam vitam dare volueris, vt æternæ quam amiserant, ius restitueres & *notas faceres vias* æternæ *vitæ* [h], & vt illi vitam haberent [i], atque abundantiùs haberent, beatam scilicet secundùm animam corpúsque: *sic benedicam te in vita mea* [k], hanc, inquam, duplicem, cuius mihi potestatem dedisti, acceptam ferens tibi, ac tibi totam perpetuò consecrans.

Quoniam.] Vel superiora respicit, vt reddat eorum causam: vel ad sequentia, vt propterea se laudaturum dicat, quia *melior est misericordia Dei super vitas*. Primum placuit Hieronymo in versione: secundo modo supplendum erit, *propterea*.

Labia mea laudabunt te.] Laudationis diuinæ per labia meminit sæpius Dauid [l]: quo pleonasmo demonstrat quanto id facere affectu & contentione velit. Hi sunt *vituli*, aut *fructus labiorum confitentium Domino* [m]. Consule dicta Psalmo 50 [n]. Addit Hilarius, *Domine*.

Vers. 5.] Sic benedicam te in vita mea: & in nomine tuo leuabo manus meas.

SIc vt dixerat, facturum confirmat, vt ex contẽplatione attenta virtutis diuinæ atque benignitatis, dumque præsentiã sibi atque ac tabernaculi proponit, & illùc se reuersurum sperat, prosiliat cum labiorum quoque sono & vocis concentu in laudes Dei, quo se cumque tandem res suæ modo habeant; & se felicem arbitretur viuere vitam, si hoc semper faciat; nec aliunde quàm à Deo, sublatis in eum inuocantis ritu manibus, opem deposcat, qui benignissimus iuxtà & potentissimus est: aut si ad orationem labiorum adhibeat quãtum est in se, manuum eleuationem, & quidquid agat, Deo agat duce & adiutore: præterea, vt non contentus inuocauisse, applicet ipse etiam se ad opus, nec ociosè desideat. Sed sunt fortassis duo postrema potiùs moralia; & eleuatio meliùs ad orãtis ritum refertur: de quo cùm satis copiosè in Actuum commentario [o] disseruerim, nihil est quod nunc repetam.

Sic.] Ita *οὕτως*, significare possunt, *itaque*, aut *cùm hoc ita sit*, nempe quod dixi, me *in sancto apparere* tibi, nec recedere à tui præsentia, iugique meditatione virtutis & gloriæ tuæ, propterea *benedicam te*, vel *sic*, eo modo quo nunc facio, vt Euthymio placet, & indicat Apollinarius, explicans optatiuè:

Ὧδε σε κυδαίνοιμι διαμπερὲς εἰσέτι ἐρπω.
Sic te glorificem semper donec repo.

vel *sic*, vt innuit Arnobius: si sic vt spero ac peto concesseris, reditum scilicet in patriam, multóque magis ad visendam arcam. vel *sic*, vt ait Augustinus, tribuendo & ascribendo tibi vitam & quæcumque habeo. Vel *sic in vita mea*, id est, quandiu viuam *benedicam te*, vel *sic*, modo quodam quem non satis queo exprimere, *ἐξ ὅλης ψυχῆς*, ait Nicephorus, *ex tota anima*. Hanc vim habet alibi; vt, *sic* [b] *Deus dilexit Mundũ*, vel *sic*, id est, *deinde, postea*. Dixi de eadẽ particula alibi [c]. Genebrardus putat hîc esse blandientis ac demulcentis particulam, eo modo quo illam crebrò vsurpat elegia quadam Ouidius [d], & Prudentius in hymno de Hippolyto martyre. Addi poterat imprecandi vsus aut bene precandi, apud alios poëtas, per eandem particulam, vt apud Martialem [e]. Atqui oporteret Hebræis id exemplis probare, vel saltem Græcis, quod haud ita sanè procliue sit. Eadem ferè de loco Psalmi præcedentis [f] ratio: *sic Psalmum dicam nomini tuo*.

In vita mea.] Videtur Augustinus intellexisse in ea re omni, quam se Dauid habere cognosceret, ac de se ipso toto, vt se ipsum totum, & omnia Deo referret auctori, & cum de omnibus laudaret. Alij, bene viuendo; vt non labiis tantùm, sed operibus quoque quasi gestando cum *tintinnabulis malogranata* [g]; & vt glorificent Deũ qui viderint lucem bonorum operum [h]. Simplicior sensus, vt omni vitæ spatio id facere velle profiteatur; quod priore Psalmo dicebat *in seculum seculi*, ac *de die in diem*, velle Psalmum dicere, votáque reddere. Quamquam respicere videtur Dauid ad vitas illas, quibus meliorem dixit Dei misericordiam, nempe vt agnoscat Dei misericordia se viuere, quod sui minimè hostes de sua præ se ferebant, tam iniquè viuentes. *In omni tempore benedici Deus debet* [i].

Et in nomine tuo leuabo manus meas.] Additum est, *&, in nomine tuo*, id est, in laudem tuam, tuo fretus auxilio, *σὺ ἐπαρούσιος*, vt canit Apollinarius; *tibi confisus*: nullum implorans alium, quàm te: vt celebrior efficiaris ac illustriùs cognoscaris: *leuabo manus*, hoc est, orantis ritu, ac, vt ait Arnobius, in similitudinem crucis, & quidem puras [k] atque operosas manus, iuxta parœmias, *Dy facientes adiuuant*, &, *Cum Minerua manum quoque move*. Priùs monui egisse me alibi [l] hoc de ritu eleuandi manus in oratione, monérque Dionysius

ylius Carthusianus, ceremonias corporales dis-
onere non modicùm ad deuotionem internam.
xemplis quæ tunc attuli, addi potest Paulus E-
mita, cuius Antonius, teste Hieronymo, re-
erit exanime corpusextensis in altum manibus:
em Martinus, quem scribit Sulpitius, oculis ac
anibus in cœlum semper intentis inuictum ab
ratione spiritum non relaxasse. Quare Hilario
on assentior neganti hoc loco in eleuatione
anuum habitum orandi, sed excelsi operis in-
ictum significari. In threnis [n], *leuare corda
um manibus ad Dominum in Cœlos*, Græcè di-
itur, ἐπὶ χεῖρας *in manibus*, tanquam corda su-
nantur in manibus, vt examinentur an sint pu-
a; vel purificata offerantur per opera bona
Deo, veluti manibus mundis. Pro *cum manibus*,
Hebraicè legitur אל־כפים *el chappaym*, quod reddi
otest *ad nubes*, aut *ad volas*. Primo modo sen-
us esset, vt leuentur corda ad nubes, id est, ad
edem & currum Dei: secundò, iuxta Panigа-
olæ piam interpretationem, vt ad Christi vo-
as, confixionis notis insignitas. At melior sen-
us, manibus altè in cœlum sublatis Deum ex
orde deprecandum.

Tropologiam illam de manuum eleuatione,
ro bonis operibus tractant Bernardus [b], Gre-
gorius [c], Hieronymus [d], Ambrosius [e], Orige-
nes [f], Enarratores capitis 2. prioris ad Timo-
heum. Quid si hîc etiam *in nomine leuare manus*
it iurare in Deo? Constat sic olim iuratum [g], vt
omittam alios vsus, vt dandi operam alicui rei,
quemadmodum quando ait Dauid se *manus le-
uauisse ad mandata Dei* [h]: aut percutiendi seu ca-
stigandi, vt cùm a Deo petit [i], *leua manus tuas in
superbias eorum*. Deprehendi postea placuisse
coniecturam meam Hectori Pinto [k], scriptori
non inerudito (tametsi de orantis etiam ritu in-
telligat [l], qui *dexteram iniquitatis*, in alio quo-
dam Psalmo [m], interpretatur mendacem, eiús-
que qui mendaciter iuret. Augetur inde coniec-
tura, quòd in fine Psalmi nostri laudandos ca-
nit, qui in Deo iurent, quasi dicere velit, quem-
admodum ipse facere solet. Paraphrastæ hoc lo-
co interpretatio est, *sic benedicam te in vita mea in
mundo isto, & in nomine verbi tui extendam manus
meas in oratione in mundo venturo*. Solet sæpe *ver-
bum* & nomen *verbi* exprimere, fortassis vt incar-
nationem indicet Verbi: hunc verò psalmum de
Christo cani sub nomine Dauid putat non pau-
ci. Deinde, quod ait de oratione in mundo ven-
turo, aut intelligit de spe beatitudinis in mundo
venturo adipiscendæ: aut innuit quòd etiam
beati & sancti orant in cœlo Deum, siue, quòd
orarent in limbo iustorum ante aduentum Chri-
sti; sicut de Ieremia proditum est in historia Ma-
chabæorum [n]; vnde argumentum pro aliis petit
Origenes [o], Petrus Venerabilis [p].

Quòt modis *leuandi* moraliter sint oculi, ani-
ma, vox, manus, docet Aiguanus; vt oculos quidē
leuemus intra nos ad peccati deformitatē, extra
nos, ad temporis breuitatem, supra nos ad Dei
sanctorúmque societatem; nec statuamus *oculos
declinare in terram* [q]: vt animam ad Deum pro-
ficiat notitiam veritatis, lætitiam deuotionis, fu-
gam confusionis; vt vocem, ad confitendum
peccatum, quærendum remedium, laudandum
Deum: manus, ad impugnandum malum, ope-
randum bonum, orandum Deum. Illustrat o-
mnia satis aptis testimoniis. Omitto, quia liber
in promptu.

A *Vers.* 6.] Sicut adipe & pinguedine re-
pleatur anima mea, & labiis exultatio-
nis laudabit os meum.

QVi de siti iam suprà meminerat, sub qua
comprehenditur & fames, seque significa-
uerat conatum vehementi desiderio satisfacere,
quo ardebat in Deum, & res diuinas, quas mul-
to pluris faceret quàm humanas; nunc maiore
adhuc inardescens, optat animum suum seria il-
la virtutis atque gloriæ Dei contemplatione, de
qua quoque meminerat, magis ac magis oble-
ctari, & sicut adipe & pinguedine satiari atque
saginari, hoc est, delicatissimis ac suauissimis epu-
lis spiritualibus: tūc autem fore asserit quod iti-
dem promiserat, vt labiis laudet Deum suauissi-
mè & iucundissimè, vtpote interna illa suauitate
atque iucunditate animi in corpus & labia re-
dundante; & vt ore ipso tanta beneficia commе-
moret. Alludi notat Hilarius ad gratum illud le-
gis veteris sacrificium, quo adeps offerebatur &
pinguedo [a]; sed in noua, illius loco aliud melius
offerendum erat, de quo dictum Psalmo 49 [b].
sub nomine *sacrificij laudis*: & 50 [c]. sub vocabulis
spiritus contribulati, cordis contriti & humiliati; qua-
si adipi & pinguedini succedat emaciatio atque
arefactio, & hęc ipsa pinguefaciat ac saginet ani-
mam, sicut adeps pinguedóque corpus. Hoc est
quod nuper ex Hieronymo [d] retuli, *sanctum car-
nium* dici *paruularum*; & pro verbis versus 2. *Quàm
multipliciter tibi caro mea*? quosdam eodem teste,
legere, *quomodo consumpta est*, vel, *contabuit caro
mea*?

Ambrosius [e] hunc ait esse fructum orationis,
itáque *in finem conuerti* [f] *orationem*, tanquam in
penetralia & intima receptacula; videlicet sicut
intus adeps latet ac pinguedo. Curis inseruien-
tes tantùm exterioribus Gregorius [g] vocat car-
nales aridos cute, absque internæ spei pinguedi-
ne: adipe pinguedinis animam repleri, cùm hanc
contra præsentium desideriorum æstum supernę
spei infusio refouet; nec finit attrahi pusillani-
mitate, sed facit ad futura tendi per longanimi-
tatem. Aponius [h] *vbera meliora vino* [i] declarans de
Christi corpore & sanguine, déque lactea Euan-
gelij doctrina, nec non de liquore baptismi &
pinguissimo butyro sacri chrismatis, accepit quo-
que de iisdem præsentem locum, & istius adipis
odore fauciatas à peccatis animas resuscitari.
Gregorius [k] iterum; Quisquis tingitur aut vngi-
tur, id est, baptizatur, vel sacramento chrismatis
confirmatur, hoc ait adipe atque pinguedine in-
teriùs impinguari. *Adipe* porrò, vt sumitur pro
Eucharistia, satiat suos Dominus [l], *pingui pane
prębente delicias regibus* [m], *pane pingui & vberrimo* [n],
requies est ista *mensæ plena pinguedine* [o], *conuiuium
pinguium medullatorum* [p]. hæc est *ebrietas ab vbertate
domus Dei & à torrente voluptatis diuinæ* [q], *& ani-
mam* præsertim *sacerdotum inebriat adeps* iste *fru-
menti* [r], & omnes *comedentes adipem in saturitatem,
atque bibentes sanguinem in ebrietatem de victima
quam immolauit* Christus [s], *comedentes bonum, &
delectati in crassitudine* [t], *animam aridam* non ha-
bentes [u], nec omnino *sine aqua* [x]. Notat Ber-
nardus [y] infundi priùs hîc Dauidē velle ac im-
pleri, deinde effundere, vt de plenitudine eruc-
taret, non de inanitate oscitaret: Ait præter-
ea [z] simile vide[r]i hoc Dauidis votū voto spon-
sæ de osculo sponsi [a], in cuius tactu perfusis la-

Sensus loci.

Allusio loci.

a Exo. 29. 13. Esa 1 11.
b vers. 19.
c vers. 18.

Sanctum carnium *dicitur* paruularum.
d in c. 16. & 44. Ezech.

e in ps. 38.
f Ps. 34. 14.

Curis inseruientes tantùm exterioribus Gregorius asserit.
Adipe pinguedinis anima repleri dicitur
g 8. moral. c. 6 vel 11.

Vbera meliora vino quæ dicantur.
h lib 1 in Cāt.
i Cant. 1. 2.

k 19 moral. c 11. vel 13.

l Ps. 147. 14.
m Genes. 49. 20
n Esa 30. 23.
o Iob 36 16.
p Esa 25. 6.
q Ps. 35. 9.
r Iere 31. 14. ps 80. 17.

s Exec. 39. 17.
t Esa 55. 2.
Bernardi admonitio.
u Num. 11 6
x Ps. 142 6.
y Serm 18 in Cant.
z Sermo. 9. in Cant.
a Cant. 1. 1.

bris pinguedine gratiæ & *ore repleto laude, canaret gloriam tota die & magnitudinem Dei* [a]. Radulphus [b], adipem qui operit vitalia, dicit esse affectum ad hanc vitam, vt nunquam si fieri posset ad mortem nos accedere vellemus: pinguedinem quæ intrinsecus est, amorem eorum quæ possidentur in hac vita, vt est domus, agri, pecunia, pater, & mater & alij propinqui: renes, voluptatem ex cõiunctione maris & fœminæ procedentem: rursus adipem iuxta ilia vel quo teguntur ilia, dictæ voluptatis affectum, sed moderatum: iecoris reticulum, nocendi appetitum: Dominum sibi cunctos hos adipes velle sequestrari, & in altari coram se incendi, vt per eius amorem dicti affectus ad iustum modum legitimámque mensuram redigantur; & quod orat Ecclesia, vt vrãtur igne sancti Spiritus renes nostri, & cor. Significat præterea in omni opere pio adeps ac pinguedo deuotionem quam gignit calor amoris diuini, quemadmodum calor naturalis gignit corporalem pinguedinem, vt docet Thomas [c], hoc est, alacritatem & delectationem: & vicissim per deuotionem, vt idem Doctor tradit, caritas nutritur, eo modo quo naturalis calor habet pinguedinem quasi pro nutrimento. Præterea obseruat [d], sanguinem victimæ fundi debuisse, adipem cremari ad idololatriæ tollendum periculum, quod innuitur in Deuteronomio [e], & ne sanguinis gustus incitaret ad homicidium [f], adeps prouocaret lasciuiam: & vt Deus agnosceretur auctor vitę, cui maximè necessarius sanguis, & cuius abundantiam nutrimenti denotat adeps: & vt innueretur effusio sanguinis Christi, & pinguedo charitatis eius, per quam se obtulit Deo pro nobis: & quia nõ generat adeps bonum nutrimentum [g], placuit sacrificium Abel de adipibus [h], hoc est, vt scribit Ambrosius [i], nitidum & quodam pabulo fidei ac deuotionis, verbique cœlestis vberiore alimonia saginatum, cuiusmodi holocaustum optat Psalmus 19. [k], regis esse.

Designat adhuc apud Glossam adeps in intestinis, pinguedo in carne, sapientiam, quæ stat in abscondito, & fortitudinem spiritus sine quibus anima macrescit, ac deficit. Aiguanus distinguit adipem ac pinguedinem desiderij æternorum, sanctitatis ac munditiæ, altaris caritatis. Enatat super liquores aliarum rerum adeps deuotionis, rectáque tendit ad Deum, cuius est *iure perpetuo* [l]; operit vitalia, quia vitam conseruat spiritualem, omnésque alias virtutes, sicut & caritas: qui eo abundat, minus habet sanguinis, id est peccati, & crescit magis hyeme aduersitatis, quàm prosperitatis æstate. Dauid noster adeo cupidus adipis huiusce spiritualis, totus quasi *adeps separatus à carne*, ἀπὸ σωτηρίου, *à salutari*, seu, ab hostia pacificorum, *sic erat filiis Israël* coram Domino [m], cui maximè carus, secundùm cor ipsius, illi veluti sacratus & concrematus, maioris dono sapientiæ illustratus. *Ex* corporis *adipe* & ex pinguedine, hoc est, copia bonorum quæ vocant fortunæ, *prodit iniquitas* (Hieronymus, *oculi processerunt à pinguedine.* Chald. *mutata est ob pinguedinem figura eorum*) transitúrque *in affectum cordis* [n], à quo abest adeps pinguedóque spiritualis: fitque vt *incrassatus, impinguatus, dilatatus recalcitret* [o] aduersus Deum, leges, magistratus, rationem; cuiusmodi ex Euangelio, splendidè epulatus dives [p], *viscera habens plena adipe & medullis ossa irrigata* [q], *adipem concluſum* [r]; *cor coagulatum* [s], *operiam faciem crassitudine* [a], refertus epulis, tanquam opimus bos [b]. Hæc ego paulo liberaliùs, quibus diebus illiberales in Deum Christiani, nimis liberaliter Liberalia renouant; me ipsum spiritali hac recreo sagina, & adipali opimóque diuino isto epulo oblecto.

Repleatur.] Hieronymus, *implebitur*, ex futuro תִּשְׂבַּע *tisbahh*. Addit Paraphrastes actiuè, *saturabis animam meam in lege*, scilicet, *non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei* [c].

Et labiis exultationis laudabit os meum.] Est etiam futurum יְהַלֵּל *iehallel*, quod vertit Hieronymus, *canet*, & רְנָנוֹת *renanoth* ab eodem, vt participium exponitur, *labijs laudantibus*; ab aliis, vt nomen, *labijs iubilationum.* In psalterio Romano & Gallicano atque apud Hilarium, Augustinum, Arnobium, Cassiodorum, *labia exultationis laudabunt nomen tuum.* Sed coniunctionem *&*, omittit psalterium Romanum, & Cassiodorus; sic est etiam Græcè in emendatis, ac in psalterio Æthiopico: in quibusdam verò Græcis codicibus, χείλεσι, *labio*, vt & in Arabico psalterio. Adhæret lingua eius qui non meminit Dei, palato [d]: *mel & lac sub lingua* laudantis Deum [e]. *Animæ linguam* Bernardus [f] feruorem deuotionis appellat: elinguem verò animam atque infantem, quæ linguam hanc non habet.

Vers. 7.] Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te.

Vers. 8.] Quia fuisti adiutor meus.

Et in velamento alarum tuarum exultabo.

Vers. 9.] Adhæsit anima mea post te: me suscepit dextera tua.

SEdulum illud suum de Deo meditandi, eúmque laudandi studium exprimit magis. nam ait: si quando succurrisset in lecto iacenti memoria Dei, mox à se somnũ excussisse, feciséque de ipso vt sedulò cogitaret vigilans, ac submissa submurmuraret ipsum voce, præterea vehemens cõcepisse desiderium vt coràm præsénsque ante arcam idem aliquando vsurparet, noctes etiam totas insomnes transigendo. Causa erat, quòd, vt opem aduersus hostes tulisset, adhuc laturũ eum speraret, sibíque cùm reuertisset, potestatem fore vt in tuta ibi custodia tanquam sub alis auicula, lętus caneret. Deinde, quia comperit experimento, se cum per fiduciam & amorem adhæreret Deo, nec diuelleretur ab illius memoria, frustratum non esse: sed sibimet Deum vicissim illum firmiter coniunxisse, suæque prouidentiæ quasi supposita manu fidelissimè & amantissimè complexum esse, atque sustentauisse.

Si memor fui tui super stratum meum.] In aliquot codicibus bibliórum, & enarratoribus nõnullis, vt Valentia, legitur, *sic.* Augustinus & Hilarius, *si memoratus sum tui.* Græcè in tẽpore imperfecto, εἰ ἐμεμνήμην, sicut & in sequentis mẽbri verbo ἐμετεώρισα. Euthymius ait hæc tempora pro præsentibus poni. Symmachus exponit ἀναμιμνήσκομαι, *recordor*: Hieronymus per participium, *recordans.*

a psal. 70. 8.
b lib. 2. in Leuit. c. 1. *Adipem, adipis, pinguedinis, renum, e repletio & cura eas obtinuata.*
c 2. 2. q. 82. a. 2. ad 2.
d 1. 2. q. 102. a. 3. ad 8. *D. Thomas de sanguine victimarum & sanguine victimæ fugiendo.*
e c. 12. 23.
f Gen. 9. 4. 5. 6.
g Idẽ Thomas 1. 2. q. 102. a. 6. ad 1. et R. Mose
h Gen. 4. 4
i 12 de Abel. & Cain c. 5.
k vers. 4.
l Leuit. 3. 17.
m Eccl. 47. 2.
n psal. 72. 7.
o Deut. 32. 15.
p Luc. 16. 19.
q Iob 21. 24.
r psal. 16. 10.
s psal. 118. 70.
a Iob
b Cic
c Deu Matt
d Psal
e Can
f Serm cant. 1 anim firmor mi. Elingu atq; in dicatu
Serm

Hebræum præteritum volunt quidam sumi pro futuro, aut sequens postea verbum futurum, *meditabor*, pro præterito. Quod attinet ad particulã אם *im* posse valere *certè* ac *vere*: & Felix reddat *certè*: alij, *amen*, cum interrogatione quæ responsionem exigit confirmatoriam: Hieronymus omisso, *si*, & *sic*, per simplicem affirmationem, *recordatus tui*: Budæus doceat, *ei*, quod pro ὅτι, id est, *si*, pro *quoniam*, &c. Iansenius & Genebrardus inendum volunt esse, sicut in Ioanne [a], *sic eum volo manere*, pro *si*: si tueri licet veritatem à multis lectionem, etiam in cantu tueamur; & fortassis Interpretem delectauit aliquoties antea repetitum, *sic*: sed postremam correctionem quæ habet, *si*, sequi oportet, consentiam psalteriis aliis, & Hilario, Augustino, Arnobio, Cassiodoro, Ruffino, Remigio, Bedæ, Hieronymo, Hugoni, Dionysio, Brunoni vtrique, Lyrano, Rolpho, Ricardo Pampolitano, & aliis. Hi ferè volunt sensum esse, aut à signo aut à comparatione minorum, aut à quadam causa cur ipse iuuicare possit quòd benedicat Deum in vita sua, ue semper, quoniam etiam in lecto, & matuno tempore, vbi & quo tempore quiescunt alij, somnum capiunt, ac interdum aliis rebus vant, id faciat. Vel quòd matutino quoque tempore, siue etiam nocte intempesta; & idcirco per lias diei partes quibus minùs incommodè id eri videtur posse, ac in omni vita, id est, semper, dem facturus cẽseatur. Id præ se fert versio Hieronymi carens particula, *si*, *recordatus tui in cubili eo per singulas vigilias meditabor in te*: & Symmachi, ἀναμνήσομαί σου ἐπὶ τῆς στρωμνῆς μου καθ' ἑκάστην φυλακὴν ἐμελέτων σὲ, *reminiscor tui super stratum meum, et vnamquamque custodiam meditabar te*.

Sed tropologicè *stratum* sumunt quietem in puritate conscientiæ [b] aut pudicitiæ [c], aut proximitatis tempus, cui matutinum, in quo solent homines exire ad opus, opponatur, tanquam tempus aduersitatis [d]: aut pro beneficijs ac tranquillitate gratias, quæ in matutinis agantur Deo, id est, quando gratiæ radius illuxerit [e]: aut scripturas, in quibus requiescendum [f]: aut sanctum otium comparatũ cum operibus matutini temporis bonis ac in luce factis [g]. Multum refert *in cubili* ipso *compungi* [h]; in lectulo, Dei meminisse: & ritati puritate inducias habere posse, & conscientiam orationis matutinæ, vt loquitur Hilarius: & quod idem addit, obrepentes sub secreto noctis cogitationes Dei recordatione comprimere, nosq; aduersus carnis incentiua luctantes metu nominis Dei nostri iuuare. *Lauit Dauid per singulas noctes lectum, lacrymisque stratum rigauit* [i]; Elaiæ *anima desideraui Deum in nocte, & spiritu meo, in præcordijs suis, de mane vigilabat ad illum* [k]. Placet etiam Hugonis admonitio, vt Dei simus memores in strato ægritudinis, exemplo Ezechiæ [l], & mensæ siue refectionis, vt ei mancemus & ad gloriam ipsius. Sed vltima notio non congruit proposito, vbi στρωμνὴ substantiuè non significat cœnaculum, vel mẽsam stratam, sicut nec יצוע *ietsuhbai* (quod videtur Hieronymus in singulari legisse יצועי *ietsuhbhi*) sed *lectum, cubile, strangulum, stratum* etiam substantiuè. Urget Chrysostomus [m] hoc Dauidis exemplum, ad persuadeat nocturnam vel matutinam orationem, respondens iis qui labores & occupationes diurnas causantur, & quieti ac somno destinatum noctis tẽpus. Sed hac de re dictum alibi. Sanctis etiam ipse somnus est oratio, ait Hieronymus [a].

In matutinis meditabor in te.] Hieronymus, *per singulas vigilias* בְּאַשְׁמֻרוֹת *beashmuroth*. Hoc denotat numerus pluralis, quemadmodum cùm scribitur quòd *sabbatis Christus ingressus in synagogam docebat* [b]: & quòd *castigatio* est *in matutinis* [c]. Quia verò *matutinum* est finis noctis, & diei principium, putat Aiguanus, per id continuationem ac perpetuitatem designari. Vox Hebræa *custodias* valet, sicut etiam exposuit Symmachus, vt antè dixi; καθ' ἑκάστην φυλακήν. Basilius ac Theodoretus *custodias nocturnas* interpretantur, quæ olim ternæ vel quaternæ à militibus obseruabantur.

Illustrat hunc alius locus: [d] *à custodia matutina vsque ad noctem speret Israel in Domino.* vbi Hieronymus, *à vigilia matutina vsque ad vigiliam matutinam.* Sed iuxta distinctionem Hebræam, nectẽs cum prioribus verbis, (*anima mea ad Dominum*, &c.) nomen Hebræum ibidem simile nostro est שֹׁמְרִים *sciomerim*, significans custodes ipsos. Idem nostrum cum simili sententia nomen extat in Threnis. [e] *Consurge, laude in nocte* (quod quidam legunt ἀδολέσχησαι, pro, ἀγαλλίασαι *meditare*, vel, *ad meditandum exercere*) *in principio vigiliarum, εἰς ἀρχὰς φυλακῆς σου, ad principia custodiæ tuæ.*

Ex duabus opinionibus de ternis vel quaternis vigiliarum custodijs, proculdubio quæ quaternas tradit, præferenda. quia quartæ habetur in Euangelio Matthæi [f] Marcique [g] mentio; nec à Luca [h] excluditur, licèt nominet secundam & tertiam, & non quartam. Quatuor numerant Origenes [i], Hieronymus [k], Augustinus [l], Euthymius [m], Theophylactus [n] aliíq; multi, & de militaribus ad clepsydrã Modestus [o], Vegetius [p], Suidas [q], Euthymius [r], Isidorus [s], Censorinus [t]. Possent videri qui de tribus asserunt, vt R. Salomon [u], Hugo [x] sancti Victoris, & alij, diurnis partibus quartam, hoc est, sero annumeratse, vel ternis horas quatuor assignasse, cùm alij ternas quatuor vigilijs seu excubijs totidémque quatuor diurnis stationibus. Cognoscat qui volet notata de hac re in commentario actuum Apostolorum [y]. Ergo pro *matutinis*, ὄρθροις, *diluculis*, verti potuisset, vt legitur apud Augustinum, *in custodijs & vigilijs*. Sed sic redditum est, quia de tempore quo iacetur in lecto, sermo fuerat, quod est nocturnum tempus, & solent homines studiosi sub diluculum surgere.

Hæc, opinor, verba simul cum primis psalmi mouerunt Ecclesiam ad vsurpandum in officio matutinali siue laudum, psalmum istum, sicut priùs annotaui. Isidorus [z] præterea ex his verbis confirmat matutinorum antiquitatem & auctoritatem, quem locum transcribit Aquisgranense Concilium [a] ad idem confirmandum. Scribit Nauarrus [b], Cosmam citans canonistam, apud veteres Christianos in vsu olim fuisse vt prima vigilia cùm plebs dormiret, surgerent soli clerici ad primum nocturnum, quia tempestiuè cubitum ibãt: post mediam noctem clerici, & coniugati tam fœminæ quàm mares: antequã lucesceret omnes etiam soluti & pueri, ac puellæ. Plura de eodem hoc argumento Ioannes Stephanus Durantus [c]. Cuius magis probo sententiam, singulis noctibus omnes initiatos interfuisse, nec quod Soto [d] sensit, Apostolorum tempore clerum per partes nocturnos celebrasse, hoc est quamlibet partem distinctam, clericorum; diluculo autem seu vigilia quarta omnes conuenisse ad laudes. Legatur etiam Marcellus Francolinus, [e] cui quam

Sãctus ipse somnus est oratio.
a epist. 22.

b Matt. 12.12.
c ps. 72.14.

Custodiæ nocturnæ ternæ vel quaternæ olim a militibus obseruatæ.
d ps. 129.6.

e c. 2.19.

De ternis vel quaternis vigiliarum custodijs sententiæ.
f c. 14.25.
g c. 6.48.
h c. 12.38.
i in Thren. c. 2.
k epist. 139. in c. 14. Matt. in Iob c. 35.
l quæst. in n. c. 5. serm. 14. de Ver. Dom. in cap. 14. Matth.
m ibid.
n lib. de vocab. rei militaris.
p 3. de re milit. c. 8.
q in voce στρουθυλακὴ
r in ps. 129.
s 2. de offic. Eccl. c. 19.
t de die natali c. 23.
u in Thren. c. 2.
x ibid.
y in c. 2. 15.

Psalmi huius vsurpatio in officijs matutinalibus.

Matutinorum antiquitas & auctoritas.

Surgendi mos & vsus apud veteres Christianos.
z 2. de offic. Eccl. c. 23.
a c. 129.
b de horis Can. c. 3. n. 30.

Durãti & aliorum sententia.
c 3. de ritib. Eccl. Catho. c. 5. & 6.
d vlt. de inst. & iure. q. vlt. concl. 5.
e de horis Canon. c. 1. &

dixi mihi placere, placet quoque magis opinio: ac fortassis etiam omnes quoque laicos quondã cunctas vigilias celebrasse; quamuis noster Theodorus [a] Peltanus putet initio per totum initiatorum cœtum distinctionem illam seruatã, postea humanæ infirmitatis habita ratione matutinas preces cum laudibus recitari simul cœpisse diuerso tempore à diuersis.

Meditandi non obest verbum, quia non mentis duntaxat actum significat, sicut & הגה *hagah* & μελετᾶν, sed vocis quoque prolationem, quemadmodum aliis suprà locis aliquoties. Hieronymus *in matutinis meditationem* applicat ad Christi resurrectionem, quia per integritatem fidei ea delectamur.

Quia fuisti adiutor meus.] In psalterio Gallicano, & apud Hilarium, Augustinum, Cassiodorum, *factus es*. distinguntur ista aliter ab Hebræis, ductoque hinc versus principio sequentibus iunguntur: *quia fuisti adiutor meus, & in vmbra alarum tuarum sperabo:* quo modo (&) (ו) (ve) valet *ideo*. Nihil hîc ad sensum hoc interest, sicut nec alias non rarò, vt vniuersè præcipit Augustinus [b] de vario distinguendi aut pronunciandi modo. Hieronymus abiitactè dixit, *quia fuisti auxilium meum:* עזרתה לי *hhezrathah li*. Hugo sic obseruans dici quòd fuit *adiutor Deus*, vt non etiam esse, ac futurus intelligatur, notat hîc & sequentibus verbis innui multa beneficia diuina, auxilium gratiæ præuenientis, cooperantis, confirmantis: protectiones contra mala sub nomine velamenti alarum: tractionis ad se, vt adhærescamus: glorificationis per dexteram suscipientem nos.

Et in velamento alarum tuarum exultabo.] Hieronymus, *& in vmbra alarum tuarum laudabo.* Alij, *exultans cantabo*, vel, *ouabo*, ארנן *arannen*, ἀγαλλιάσομαι. Symmachus, καὶ σκεπάσῳ ἐν ταῖς πτέρυξι σου ὑφήμνω, *& tectus in alis tuis benedicebam.* Paraphrastes pro *alis* maiestatem ponit שכינת *schechinath*; videlicet, quia tegebatur alis cherubim arca; quò videtur hîc allusum. Vel *alarum* vocabulo quasi brachia Dei significare voluit; sicut cùm *sub pennis sperare* dicit [c]: quo facto profani etiam scriptores *alas* pro brachiis accipiunt. *Velamentum* & σκεπη solidiorem ac firmiorem denotant protectionem, quàm vmbra. Eadem iam priùs formula est alibi [d] declarata, & hunc quoque Philo Carpathius [e] explicat locum de expansis in cruce brachiis Christi. Id Hugo præterea verbis illis confirmat [f]; *expandit alas suas, & assumpsit eos, atque portauit in humeris suis.* Vocat item *alas misericordiæ & veritatis* vel *potentiæ* atque *clementiæ*, vt vna defendat, alia foueat: sed & prælatos bonos, tanquam gallinarum, quæ pullos tuentur ab imbre, vento, puluere, miluo, vulpe, damnationis æternæ, superbiæ, auaritiæ, detractionis, (etsi de miluo nihil dicit) hæresis: malas alas eorum esse in quibus inuenitur sanguis pauperum & innocentum [g]. Adde alas aquilæ in leæna, & alas auis in pardo [h].

Adhæsit anima mea post te.] Chaldaicè, *post vias tuas*. & Apollinarius:

ἴχνεσι σῷ ξυνοστιδὸν ἐμὸν φίλον ἦτορ ἑρείδω:

Vestigio tuo comes meus carus animus firmatus est.

Significat דבקה *dauechah*, *apprehendit, amplexa est, coniuncta, agglutinata* (quomodo legit Augustinus) quod hîc dicitur ἐκολλήθη, postquam scilicet persequendo & confectando peruenit ac pertigit. Eodem verbo adhæsio viri ad vxorem expressa est [a], cum qua Chrysostomus [b], de hoc agens loco, animæ cum Deo coniunctionem comparat. Inde דבק *dauek, coniunctus* [c], & דבק *deuek, iunctura* [d] & *glutinum* [e]. *Anima Ionathæ conglutinata* legitur *animæ Dauid* [f], נקשרה *nikscrah, colligata*, quod valet etiam τὸ συναφθῆναι. Religat nos Deo spes, Paulo [g] teste, velut *anchora firma & tuta*; & *qui adhæreat ei, vnum cum ipso spiritum effici* scribit [h]: & noster Dauid [i] sibi ait, *bonum adhærere Deo & ponere in illo spem suam.* Caue igitur adhæreas *meretrici* [k], vel *adhæreat in terra venter* tuus [l], siue *anima pauimento* [m], vel *tibi sedas iniquitatis* [n], & *cor prauum* [o], sed vt adhæreas Deo, *testimoniis eius* adhære [p], & *non recedas à vestigiis ipsius faciens mandata illius*, exemplo Ezechiæ [q], iuxtaque monitum Iosue [r].

Magnum in his verbis obseruat Augustinus desiderium, sitim, affectum ex toto corde; gluten esse caritatem; posse Deum agglutinari animam illius, qui non consilio suo vult viuere, sed Dei sequi præcepta, ne repellatur sicut Petrus repulsus est, quando voluit consilium dare Christo passuro pro nobis, iussusque *redire post eum* [s], vt iam sequens diceret; *agglutinata est anima mea post te.* Finxerunt veteres amicorum nescio quas quasi consolationes, & compositiones inseparabiles & indiuisibiles. *Adhæsit Deo* Propheta, inquit Hilarius, non blandimentis seculi, non corporis vitiis amorem suum ab eo caritatémque retrahentibus. Probat id illo, quod attuli, testimonio Pauli, de *vno spiritu* cum Deo adhærentis, & illa Christi oratione qua suos *sic vnum effici* petebat à Patre, *quo modo ipse cum eo vnum esset* [t]. Nulla re se idem Paulus [u] negauit ab hac posse *caritate separari*, quem vocat hoc loco Nicephorus δεσμὸν ἀγάπης: & *credentium* inter se primorum *cor vnum* erat, & *anima vna* [x], quoniam agglutinabantur eadem caritate diuina, eodémque bitumine lita erat Ecclesiæ arca. *Surgite*, ait Micheas [y], *& ite, quia non habetis hîc requiem*, hoc est, interprete Hieronymo [z], in nullis mundi rebus, ita vt iubeamur quasi à mortuis resurgentes ad sublime tendere & ambulare post Dominum Deum nostrum, & dicere, inquit, *adhæsit anima mea post te:* hoc est, cùm *in omnibus requiem quæsieris*, nec inueneris, *in hæreditate Domini morari* [a]. Erit in cœlo adhæsio in beatitudine penitus inseparabilis, de qua hunc locum Gaudentius Brixiensis [b] vsurpat. Manendum in Christo vt & maneat ipse vicissim in nobis, simúlque sicut palmites inhærentes viti [c], non per fidem solam, sed per caritatem & mandati seruationem, vt sic, quod Cyrillus [d] monet, liceat dicere cuiuis nostrùm quod hîc scribitur, si, inquam, ardenti caritate, atque continuò immaculatè Christum sequamur, qua in re maximè spiritalis, inquit, coniunctionis virtus seruatur.

Adhæsionem istam perpendens Chrysostomus [e], exaggeránsque vim verbi κολλᾶσθαι, & quòd non tantùm dicat Dauid animam appropinquasse, quemadmodum nec priùs desiderasse, sed sitiuisse, hanc adhæsionem comparat cum confixione clauorum, qua idem Dauid *per timorem Dei configi carnem suam* cupiebat [f]; & cum arbore, quæ profundas radices proiecerit, ita vt nec vehementi procella valeat agitari.

Trahit post se Christus *in odorem vnguentorum suorum* [g] animam, vt prosequatur abeuntem in cœlum, & in eo *habitemus* interim *confidenter, & inter humeros illius requiescamus* vt *Beniami-*

[a] lib 3 de tribus bonorum operũ genes. c.6.pag.473.

Meditãdi verbum pro vocis quoque prolatione.

Et pro ideo. [b] 3. de doct. Christ. c.1.& 3.

Hugonis obseruatio.

[c] psl.90.4. Alæ pro brachijs.

[d] psl 16.8. pl.35.8. pl.56 2. pl.60.5. [e] in Cant. De expansis in cruce brachijs Christi loci explicatio. [f] Deut.32.11.

Prælatorum bonorũ ala quæ.

Malæ alæ quarum decantur.

[g] Ezec.2.34. [h] Dan.7. 4.6.

[a] Gen.

amen

amantissimus [a], vel, vt Ioannes dilectus, *recumbamus in sinu supráque pectus* [b].

Me susceptt dextera tua.] Additur *autem* in Psalterio Gallicano, *me autem*, & in codicibus Græcis Regius & Complutensibus est, μέ. Eadem phrasis in Psalmo 17 [c]. *Suscipere* protegere est, propugnare, iuuare, sicut ἀντιλαβεῖς, quod Apollinarius hoc pacto declarat:

ἡ γὰρ δεξιά σου ἐμὲ ὑπερμάχησεν.

Et tua dextera me potenter propugnauit.

Hebræum verbum תָּמְכָה *thamechach*, significat, *sustentauit, sustinuit, suffulsit*: & posset etiam passiue exponi de anima sustentata per Dei dexteram. Sed sæpius in actiua voce redditur, quemadmodum & in Psalmo 40 [d] in 16 [e]. autem *perficere gressus* oratur Deus, eodem verbo, quod sustentare. Hieronymus interpretatur & in 15 [f]. quod habemus, *tu es qui restituis hæreditatem meam mihi*, Hebraicè est תֹּמִיךְ *homich*, *sustentans*. Igitur significatur quòd adhærere quærentem Deo, Deus ipse sibi coniungit, ac veluti prehendens manu adiungit tibi, & sustentat potenti dextera sua.

Mysticè Christus est hæc dextera, & quatenus Deus humanam susceptt naturam, & factus est protector ac defensor noster, volens corpus nostrum conforme gloriæ corporis sui reddere, vt ait Hilarius, & animæ nostræ quodammodo inhiando, vt Ambrosius [g] loquitur, gratiam impartiri, vt faciat eam esse quod non erat, vt inquit, dicat [h]; *vivo autem iam non ego, vivit verò in me Christus.* sit videlicet per singularis gratiæ beneficium vt quem tenes, non dimittas [i]; nec auellaris ab eo, qui *leuam capiti supponis tuo, & dextera amplexatur te* [k]. *Hæc dextera plena est iustitia* [l], vt suos vindicet, & in eadé est *longitudo dierum* [m], *& delectationes* [n]. Dextera sua Deus *tenet manum dexteram nostram*, vt *in voluntate sua dedicat*, & *cum gloria suscipiat* [o]: *sit manus eius super virum dexteræ suæ, & super filium hominis quem confirmat sibi* [p]: *apprehendit dexteram eius ante cuius faciem subiucere vult Gentes. & dorsa Regum vertere* [q], tandem perducit ac statuit ad dexteram suam, proprium beatorum locum [r]; vt etiam videtur verba hæc Ecclesia intelligere, cum in officio de defunctis præcinit illi psalmo pro antiphona.

Vers. 10.] Ipsi verò in vanum quæsierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ:

Vers. 11.] Tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt.

Sensus lect.

IN tam fida tutáque positus custodia Dei omnipotentis, & dextera tali protectus, gloriosè insultat aduersariis, nihil se penitus eos vereri dicens, nec dubitare vllo modo affirmans, quin quæcumque sint adhuc machinati contra se, frustra fuerint, ac prorsus irrita; è contrario autem potiùs esse se certum, fore vt pro meritis, gladiis trucidentur, & mortui esca fiant vulpium quarum præsertim vafrum ingenium sunt imitati, & aliarum sanguinariarum ferarum; tum denique si quid superlit cadauerum, altè defodiatur; & animæ in tartara trudantur, diris veluti proscindendæ supplicijs & laniandæ ritu infernalium bestiarum. *Absisso capite, Saulis corpus fixum est in muro Bethsan* [t], & filiorum eius. De Iudæis Christi hostibus, de persecutoribus iustorum, de dæmonibus communibus aduersarius commodè satis hæc exponuntur, nam cæsi sunt Romanorum gladijs Iudæi, ferisque expositi: persecutorum exitus, infelix fuit; dæmones partim iam aliqui detrusi, partim in mundi fine detrudentur in Infernum. Denique videri potest hæc imprecatio similis vel diris vel minis, quibus hostes vtentes inducunt Ethnici scriptores. Et Seneca [a] scripsit de nescio quo, quòd

——— *obiecit feris*
Lanianda forsan corpora.

Item,

——— *auibus epulandos licet*
Ferisque tristè pabulum sanis trahat.

Ipsi vero in vanum quæsierunt animam meam.] Hieronymus, *ipsi verò interficere quærunt animam meam*, vel, apud Treuetum, *ad calamitatem quærunt animam meam.* Alij, *ad desolationem, deuastationem, perditionem*, aut, *ad desolandum, vastandum, perdendum*: vel, *in strepitu*, seu, *cum strepitu.* Chaldaicè, *in domum sepulturæ inquirent animam meam*: id est, quærent occidere. Hebraicè legitur nunc לְשׁוְאָה *leschoah.* Quæ maior vastitas & desolatio, inquit Ricardus Cenomanus, quàm vanum aut vanitas? Ita explicat in editione nostra non negari quin quæsierint perfidi animam perdere, sed simul dicere frustratos esse conatus eorum: Hieronymum, circumlocutione vsum, id quod significat desolatio. Scepreus exponit voluisse Interpretes, quòd *quærebant hostes animam eius*, vt abiret in vanum & exinaniretur. Bredembachius placet magis, legisse L x x. non שְׁוְאָה *schoah*, sed שָׁוְא *schau*; quod est etiam in illo præcepto [b] *non assumes nomen Domini Dei tui in vanum* לַשָּׁוְא *laschau.* In vanum quæsitus ad mortem Dauid, quia neminem læserat. Deus illum tuebatur: qui quærebant, frustrabantur spe sua, & recidebant in nihilum conatus ipsorum. nam *quærere animam in vanum*, vt exponit Scepreus, durè exponitur, & omnino absque simili vllo exemplo. Tametsi verum est *quærendi* verbum accipi hoc loco in malam partem, idémque esse ac illud in alio Psalmo [c], *qui quærunt animam meam, vt auferant eam.* Suscipit Deus *in pace animam ab his qui appropinquant* [d] *ei*, vt scilicet de medio tollant: sed *frustra iaciuntur rete ante oculos pennatorum* [e], id est, vt accómodatitiè id vsurpemus cum Hugone, pennis & alis Dei protectorum, *in quibus est sanitas* [f]. Obseruat idem Hugo in *quærendi* verbo, diabolum vrso similem esse, qui ligatus palo cæcatúsque circuit, nec nisi accedentem lædere potest ac deuorare: propterea monere auctorem Ecclesiastici [g], *Fuge peccata; si adilla accesseris, suscipient te dentes leonis.* Vtitur ad idem Augustinus [h] alicubi canis exemplo catenis innexi, qui neminem possit mordere, nisi eum qui se illi mortifera securitate coniunxerit, ita vt stultus sit, quem canis in catena positus mordet: qui se illi per voluptates & cupiditates seculi non coniungit, ad eum non præsumere accedere. Certè iusto noceri non potest; sed quinis persecutor vexando, potiùs ei seruit & prodest, vt ita sit illud verum, quod ait Sapiens [i], & exponitur à Gregorio [k], stultum seruire sapienti, dum ab omni vitiorum rubigine vrendo purgat, & ad meliorem statum premendo prouehit. Satanæ dixit Deus de Iob, *tu commouisti me aduersus eum, vt afflligerem eum frustra* [l], non solùm quia nil tale meruerat, sed quia non es quod volebas assecutus, vt de statu virtutis deiiceres.

a Deu.33.12. b Ioann.13. 1.25.

c vers.16. *Suscipere, protegere.*

Ἀντιλαβεῖς. *Apollinarius.*

d vers.3. *Perficere gressus.*

e vers.5.

f vers.5.

Mystica expositio.

g In psal.118. lect.10.

h Gala.2.20.

i Cant.3.4.

k c.2.6.8.3.

l Ps.17.11.

m Prou.3.16.

n Ps.5.12.

o Ps.72.24.

p Ps.79.18.

q Esa.45.1.

r Matt.25.23.

Sensus lect.

t 2. Reg.vlt. 10.12.

a in Thyeste.

Quæ maior vastitas & desolatio.

b Exod.20.7.

Quæritur verbum in malam partem accipi.

c Ps.39.15.

d Ps.54.19.

e Prou.1.17.

f Malach.4.2. *Imago superuacua in quærendo verbo. Ad ipsum & eundem alligatus accedentis reparatio & eius qui ad volat pennis.*

g c.21.1.

h Sermo.197. de temp.

Stultum seruire sapienti.

i Prou.11.29.

k 21. moral.c. 12.

l Iob 2.3.

Introibunt in inferiora terræ.] Hieronymus, *ingrediantur in extrema terræ.* & alibi [a], *ingrediantur ad extrema terræ*, item [b], *introibunt in inferiora terræ.* Vatablus exponit, morientur & peribunt. Lyranus vno modo declarat de aduersariis Dauidis quærentibus eum aliquando in cauernis & speluncis terræ. Caietanus, de cauernis, ad quas receperint se mortuo Saüle Israëlitæ, fugientes Philisthæos. nec displicet Scepræo. At quamuis dudum priùs Israëlitis quiddam simile contigisse narretur in historia Regum [c], ita vt absconderent se in speluncis & in abditis, in petris quoque & in antris, & in cisternis: tamen Saüle occiso leguntur tantùm fugisse, ac reliquisse *ciuitates suas* [d]. Quòd si etiam tunc illo modo eos delituisse concedamus; non id sanè innuit introitus *in inferiora & infima terræ*, εἰς τὰ κατώτατα τῆς γῆς, בתחתיות הארץ *bethachtithoth haarets.* nec significant ista sepulchrum, vt exponit Paraphrastes ac Treuetus, & approbat Genebrardus.

Maxime placet id hæreticis nostri temporis, qui volunt, ex hac dicendi formula, cùm nempe Christum Paulus [e] *in inferiores partes terræ descendisse* scribit, non probari descensum illius ad inferos & subterranea loca, siue receptacula animarum, sed tantùm in sepulchrum, vel figuratè loquendo, quòd pœnas sustinuerit earum animarum quæ sunt in loco damnatorum, quem solum agnoscunt subterraneum animarum receptaculum, non autem purgatorium aut limbum iustorum ante Christi aduentum, & alium cum solo morientium originali peccato. Articulus vnus est symboli Apostolici de descensu ad inferos, distinctè hunc exprimens. Ad sepulturas & ad figuras recurri non debet, literali relicto sensu, quem Patres, Ecclesiáque recipiunt. Hieronymus etiam hoc ipso loco: Nõ est sepulchrum, præsertim vt eo Iudæi vtebãtur, locus adeo profundus, vt per *inferiora terræ* intelligi commodè possit. Idem valet *infernus inferior*, ἅδης κατώτατος שאול תחתיה *seol thachtithjah*, à quo ereptam Dauid [f] animam suam, vel Christi, in sua canit persona, quem vocat Hieronymus *infernum extremum.* etsi quoque ibi non desint qui poëticè vel sepulchrum ita dici velint, vel summa pericula mortémque immanissimam, vel æternam damnationem, quam per peccata commeruerat, & commerituras fuerat, nisi sua illũ Deos gratia præseruasset.

Sed à communiore istorum locorum expositione qui recedit, periculo se temeritatis profectò exponit: & Genebrardus in secundi loci interpretatione pluribus acquiescit, & inferni quatuor regiones cum Catholicis distinguit: non septem cum Hebræis. Apud istos meminit ex R. Iehosua Galatinus [g], vnum de septem nominibus inferni esse ארץ תחתית *erets thachtith*, *terram inferiorem*; vel etiam *pauoris & contritionis.* Docet præterea [h], ex eorumdem sententia Hebræorum, *inferiorem infernum* dici respectu superioris; & superiorem, animarum iustarum receptaculum; inferiorem, malarum fuisse. Quod etiam confirmat verbis Deuteronomij [i]; *Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima* עד שאול תחתית *hhad seol thachtihith*, affert itẽ citatum Psalmi 85. locum, & alium ex Prouerbiis [k]; *semita vitæ super eruditum, vt declinet de inferno nouissimo* משאול מטה *misseol mattah.* Adde *terram nouissimam*, apud Ezechielem [l], βάθη τῆς γῆς, *profunda terræ* ארץ תחתיות *erets thachtihjoth*: & [m] *terram vltimam*, Hebraicè sicut priùs, Græcè γῆν βάθος, *terram profunditatis.* Vim maiorem habere [a] alibi docui testimonia in quibus est Græca vox ᾅδης, quæ nunquam pro *sepulchro*, sed semper sumitur pro *inferno subterraneo.* Quamquam hic non valde contendendum sit, cùm facilè admitti sint hæretici posse locũ istum nostrum de inferno subterraneo sumi, vt est damnatorum carcer, quem concedunt, quia etiam concedent nunc Dauidem prædicere hostium suorum damnationem æternam in eo loco. Tertullianus [b] disertissimè de Christi ad regionem inferũm subterraneam, vt ipse loquitur, descensu tradit, atque ita citatum suprà Paulum [c] interpretatur, sicut & hunc nostrum Hieronymus in Ionam [d]. Cùm Scythæ Persis occupantibus regionem dono misissent murem, ranam, auẽ, sagittas quinque, Gobryas, vt scribit Herodotus [e], interpretatus est, sagittis conficiendos esse, nisi velut aues in cœlum subuolarent, vel vt mures, terram subirent, vel, vt ranæ insilirent in paludes. Conferri hoc potest cum insultante hic Dauide iuxta vnam interpretationem, *introibunt*, seu, *introeant in inferiora terræ*, *tradentur*, vel, *tradantur in manus gladij, partes vulpium erunt, simve.* Negari tamen non potest vt ad formulam illam dicendi redeam *de inferioribus terræ*, quin Psalmo 138 [f]. figurata oratione *inferiora terræ* κατώτατα τῆς γῆς ארץ תחתיות *thachtijoth erets*, pro imo matris ventre sumantur; *Non est occultatum os meum à te quod fecisti in occulto, & substantia mea in inferioribus terræ.* Verùm aperta ratio persuadet id ibi ita intelligendum esse cum satis communi Interpretum consensu: qui in hoc nostro est is quem dixi, nimirum pro subterraneo animarum receptaculo. Enarratoribus huius nostri loci Origenem adde in Canticum Canticorum [g], & Hieronymum in Ezechielem [h], Esaiam [i], Ionam [k]. Expressit præ aliis id magis Apollinarius:

νυκτερίων ὑπένερθεν ἰκοίατο ῥίμφα βαράθρων:
Profunda infra veniant statim barathra.

Fortassis alludit simul Dauid ad absorptos humo Dathan, & Abiron [l], sicut & cùm in alio dixit Psalmo [m], *Descendant in infernum viuentes.* Gagneius, carmine Latino eleganter eum sensum extulit:

Inferna ad ima viui
Descendent cruciandi,
Subitóque terram abibunt
Vt Dathan, & Abiron.

Alter etiam elegans in Gallia poëta [n], Gallicè sic lusit,

Ceux qui cherchent ma vie, & me liurent la guerre,
Me voulant perdre y demeurront:
Et pour toute leur peine au plus creux de la terre
Bas abysmez ils se verront.

Hilarius vocat chaos inuiũ, quo separantur damnati à sanctis [o]: Hieronymus, damnationem in Iuferno. Nicephorus, τὸν τάρταρον, *tartarum*, quod etiam numero plurali nominat Aponius [p].

Pertinet ad tropologiã cum allegoria, vt quod ait Augustinus aliique *introire in inferiora terræ* dicantur Iudæi, quia cùm ne terram perderent, crucifixerunt Christum, terrenis cupiditatibus seruierunt, & terram ipsam amiserunt, & in ima vniuersæ terræ dispersi sunt. Malæ cogitationes, inquit Cassiodorus, in ima terræ verguntur, quia de ipsis exeunt, & in eandem iterum cœnositatem voluuntur. Origenes [q] moraliter etiam interpretatur, *introëuntes in inferiora terræ* illos esse, qui terram sapiunt, de terra loquuntur, in pro-

fundum ſtultitiæ deſcendunt, & non carnaliter tantùm viuunt, ſibique ipſis nocent ſolis, quomodo *terra eſſe, & in terra habitare* dici poſſent, nó in inferiora illius introire, ſed terrenis & carnalibus ſenſibus ſcripturas intelligendo, & alios ita docendo, atque argutias quaſdam argumentáque carnalis & terrenæ ſapientiæ confingendo, decipiunt: ac propter grauius hoc delictum pœna iis etiam futura grauior imminet, nimirum in inferioribus quoque terræ, id eſt, ipſiuſmet inferni locis. Aptat hũc Hugo locum ad pœnas damnatorum, vt ſit prima obſcuritas ac profunditas loci verbis iſtis indicata, *introibunt in inferiora terræ*; ſecunda, tormenti acerbitas deſignata per *traditionem in manus gladij*: tertia, malorum ſocietas, cùm dicitur quòd *partes vulpium erunt*, id eſt dæmoniorum. Adiicit de vſurariis morientibus, eorum corpora tradi vermibus *in inferioribus terræ partibus*; animas tormentis quaſi gladio, facultates prædonibus tanquam vulpibus. Vel de pœnis improborum in hoc etiam tempore, vt propriis premantur peccatis, veluti mole terræ *aggranando contra ſe denſum luſum* [a], vt non rarò gladiis pereant latrocinantium; vt opes eorum perueniant ad prædones vel principes, vulpium in morem inſidiantes, ſicque qui prædas collegerant, prædentur & ipſi [b].

Tradentur in manus gladij.] Hieronymus, *congregentur in manus gladij*. Alij, *occident eum*, vel, *fundere facient eum*, vel, *diſtrahent eum*, vel, *deiicient eum*, vel, *facient ruere*, vel, *currere*, vel, *fecari ſuper manus gladij*: vel, *abibunt ad eam partem vbi gladius vaſtat*. Sic habent Hebræa יַגִּירֻהוּ עַל־יְדֵי־חָרֶב *iaghirhu hhal iede chareu*. Primum verbum in hiphil futuri temporis numeri pluralis cum affixo tertiæ perſonæ maſculinæ ſingularis, eſt actiuæ ſignificationis à themate נָגַר *nagar*, quod eſt *diffundere, decurrere cum impetu & in præceps*: & in hiphil, *diffundere facere*, &c. Sic apud Ieremiam [c], *deduc eos in manus gladij*, ἀθροισον αὐτοὺς εἰς χεῖρας μαχαίρας, *congrega eos in manus gladij*, חַגְּרֵם עַל יְדֵי חָרֶב *hagghirem hhal iede chereu*, Chaldaicè, *trade eos in manus occidentiũ gladio*. Igitur L x x. ſenſum reddiderunt paſſiuè, ſicut & Hieronymus, & ſingularem perſonam tertiam collectiuè poſitam, pluraliter expreſſerunt; L x x. *tradi in manus gladij* dixerunt: Hieronymus, *congregari*, quod eſt gladium quaſi manibus ſuis facere fundi ac decurrere, vel fuſum congregari ſanguinem, tum Saulis ducis perſequentium Dauid, tum etiam iſtorum aliorum; quod accidit in montibus Gelboë [d]. Quare nihil eſt quod ſuſpicetur Agellius, aliud hîc thema סָגַר *ſagar*, pro נָגַר *nagar*, etiamſi hîc ſignificet *dare, tradere etiam in manum, concludere*, &c. & in hiphil exponatur alibi verbò *tradendi* [e]. Gladio tribuitur *os* [f], dicitúrque *deuorare* [g], & *inebriari* [h], ſed & aliàs [i] lego *manum gladij*, quippe quòd ſit *vltor iniquitatis* [k], & portet eum ad id poteſtas [l], ſeu Princeps ac Iudex, tanquam poteſtatis inſigne [m]. Gladium, ait Euthymius, metaphoricè manus habere finxit, vt illius ictum ineuitabilem eſſe indicaret, veluti qui quaſi manu quadam illos apprehenſurus, atque adacturus ſit. Obſeruaui aliàs gladio percuſſos martyres fere ſemper occubuiſſe, quamuis alia tormenta diuinitus ſuperaſſent, ſcilicet quia tortoris manu tenetur gladius, tractatúrque illius tum ſæuitia, tum libertate, quæ non ita obſequi Deo ſolet vt inanimæ res, tametſi compelli ab eo poſſit.

Indicat Nicephorus aliam cauſam cur appellentur *manus gladij*, quaſi ſint *manus beſtium inuiſibilium, quibus gladius agitatus euitari non poſſit*, χεῖρας ῥομφαίας, inquit, ὅτι ἀφ' ἑαυτῶν ἐγείρει τὸ ἀνίκητον τοῦ ξίφους. Denique *manus gladij* vim, robur, potentiam vel validum eius ictum ſignificant. Vel, κατ' ὑπαλλαγὴν, ponuntur pro gladio manuum ſeu pro manibus, vt ita dicam, gladiatis, & armatis, & pro gladio in manibus, aut quem manus corripiũt ad vulnera cædéſque: quemadmodũ *ſanguis gladij* dicitur [a], qui gladio fuſus eſt. Gladius quidã eſt qui vtraque tractatur manu ad expeditius deſecandũ. Ore Chriſtus geſtaſſe deſcribitur [b]; ſed aliàs de myſtica notione gladij ſatis, & paulo antè de ea quæ propoſito conuenit.

Partes vulpium erunt.] Hieronymus, in ſingulari, *pars*, legerunt fortitan L x x. מָנוֹת *manoth*, in plurali מְנָאוֹת *menaoth*, non מָנָה *menath*, in ſingulari. Reddunt alij *ſortem, prædam, portionem*, quaſi diceret futura cadauera illorum, prædam ac portionem vulpium, atque veluti dementum; ſicut cùm leonibus Babylonicis dabantur quotidie *duo corpora & duæ oues* [c], ſiue corpora hominum damnatorum intelligas, ſiue aliorum animalium maiorum quàm eſſent oues. non ergo priùs per *introitum in inferiora terra* ſepulturæ intelligebatur locus, quia partes vulpium non ſunt niſi corpora inſepulta: éſtque hoc ſupplicij quoddã genus, quod maximi faciebant Hebræi, carere ſepultura, & exponi *eſcas volatilibus* [d] *beſtiiſque*.

Iam dixi de Iudæorum internecione per exercitum Romanum, quod Caſſiodorus bene monet, ita vt inſepulti iacerent, eſca vulpibus, ferísque reliquis; non ſolùm de Saüle ſuſpenſo, quando occidit in bello cum ſuis [e], & aliquanto pòſt de ſeptem ex eiuſdem familia crucifixis, quos *Reſpha non dimiſit aues lacerare per diem, neque beſtias per noctem* [f], vt alia omittam exempla [g]. Addit Caſſiodorus, Iudæos, qui nunc ſuperſunt, eſſe partes vulpium, quia ſe doloſis & fraudulentis praua voluntate coniungunt. Caietanus vult, quod nec improbat Scepreus, reticens nomen Auctoris, his verbis idem repeti quod præcedentibus eſt dictum *de introitu in inferiora terræ*, vt ſcilicet ſe abdant in luſtra ſicut vulpes. Quin additur vt ea ſubeuntes inciderent in vulpes incauti à quibus laniarentur. *Quemadmodum ſi fugienti à facie leonis occurrat vrſus, & ingreſſum domum ac innixum manu ſua ſuper parietem, mordeat coluber* [h]. De vaſtitate ac ſolitudine habitationis indicat etiam Hieron. in Ezechielem [i], qui vulpes in deſertis eſſe ſcribit locis. Cur vulpes potiùs nominatæ ſint, ſeruato literali quoque dicto ſenſu, rationem reddit Euthymius, Nicephorus, Baſilius, Theodoretus, quoniam Philiſthæi non erãt fortes ac generoſi, ſed puſilli, imbecilles, doloſi, & aliquando irruentes, ſedulò autem pulſi, fugientes. Ianſenius refert hoc ad multitudinem vulpium in illis locis, ita vt Samſon trecentas capere facilè potuerit [k], & Ieremias [l] *vulpibus* feras alias imuere voluerit. Teſtantur id etiam qui Palæſtinam, atque Iudæam deſcribunt. Proprietates vulpis præcipuè comprehenſæ ſunt hoc diſticho, quod Hugo recitat, & ad mores applicat:

Fœtor, auis lar, vox, ſpia cauda, dolor, cuneus, pes,
Fraus, taxus, pulex, pellis, proles, pilus, vnda, canis, lux.

Conſulẽdus præterea Petrus Berthorius [m], Ioannes a S. Geminiano [n], ſylua Allegoriarũ. Geſnerus, malæ licèt religionis auctor, in hiſtoria de

Manus gladi eaſdem dicuntur.

a 4. Reg. c. 23. Signum gladij, vt diximus.

b Apoc. c. 16.

c Dan. 14. 31

Supplicij genus graue apud Hebræos, ſepulturæ carere, & exponi beſtiis.

d Deuter. c. 28. 26. Pſ. 78. 2. Ierem. c. 16. 4. c. 17. 7. c. 34. 20.

e 1. Reg. c. 17. 44. 46.

f 2. Reg. c. 21. 9. 10.

Iudæi qui ſuperſunt quæ modo partes vulpium dicuntur.

g Gen. 49. c. 19. 22. Nu. 25. 4.

h Amos 5. 19 i in c. 26.

Vulpibus cur ſolitudo nominata ſit.

k Iudic. 15. 4. l Thren. 5. 18.

Paleſtina vulpibus abundans. Proprietates vulpis.

m Lib. 10. reductorij moralis c. 110. n lib. 5 excpt. & inſtitut. c. 43.

quadrupedibus. Origenes [a] tractans illud ex Cantico [b] canticorum, *capite nobis vulpes parvulas quæ demoliuntur vineas*, docentiq; dæmones [c] esse, qui per cogitationes prauas & intelligentiã peruersam exterminant in anima virtutum florem, & fructum fidei perimunt, præterea peruersos doctores hæreticorum dogmatum; colligit alia scripturarũ loca, in quibus de hoc animali mentio fit, præter locum Cantici, & huius Psalmi. Docet autem, eos qui introeunt *in inferiora terræ*, id est, vt prius quoque retuli, carnaliter & viuunt, & docent, *partes vulpium fieri*, hoc est, pessimorum dæmonum: & hos in illis *foueas suas habere*, iuxta mysticum videlicet verborum Christi [d] sensum. Subdit, alligatas caudis vulpes, quæ Philisthæorum segetes incendant (simile quid Ouidius memorat [e],) esse confutatas aduersantes inter se propositiones hæreticorum: eos qui rident construentes mœnia orthodoxæ doctrinæ, quasi possint à vulpibus dirui, esse, qui putent fallaciis dialecticis & calliditate sermonum euerti facilè posse. Herodem postremò propter fallacem calliditatem nominatum esse *vulpem*. Attigit hæc omnia simul Hilarius hoc loco, Augustinus, Hieronymus, Ruffinus, Cassiodorus & alij, necnon Aponius [f], illud de Herode atque etiam de Cæsare; ita vt Iudæi repellentes agnum Christum verum regem, reges vulpes elegerint timidos & imbelles, simúlque astutos & sæuos, vt sunt vulpes. Sed labitur Aponius memoria, cùm ait, Herodẽ qui *vulpes* appellatus est à Christo, illum fuisse qui occiderat infantes. Celebratur ab Epiphanio [g], Isidoro [h], Oppiano [i], Alberto [k], Glyca [l], Michaële Hero, simulata vulpis mors, vt tanquam ad cadauer aduolantes capteret aues. Climacus [m] simulationem somni vocat. Addit Michaël Herus, quem citat Scholiastes Epiphanij, in argilla rubra prius volutari & inquinari, vt vulnerata videatur & cruenta. Vnum reperio Arnobium qui vulpem proponat imitãdam. Docet moraliter, cùm Dæmones quærunt animas nostras, & perueniunt vsque *ad inferiora terræ*, id est, corporis nostri; gladio verbi Dei concidendos esse velut in partes; has autẽ partes tanquã vulpium esse, quia vulpes tam astutè agunt, quemadmodum ex Physiologo recitat, vt non solùm suas partes non perdant, sicut canes, & aues, sed & alienas, vt lupi, occultè diripiant: ita & castitatis amatori faciendum, vt non solum suam seruet, sed eos quos dæmon prædatus est, arte qua potest quasi astutus eripiat, & has partes castitas comedat, & consumat. Hac ratione cum vulpe vulpinari licet, & vulpinem esse, vt Varronianè & Apulcianè loquar, quod βαζαρίζειν Cyrenæi dicebant; Aristophanes, in Vespis, ἀλωπεκίζειν τὸν ἕτερον ἀλώπεκα. Quod vulgo fertur & affirmat Ambrosius [o], atque citatus à me antea Isidorus, solam vulpis vtilem pellem, vt plurimum ita est, indéque ducitur similitudo ad hypocritas, qui

asturam [p] seruant sub pectore vulpem:

vel à tergo illam Archilochi [q], quorum sola laudabilis externa facies est. At prodit Galenus [r] autumno quando nutriantur vuis, palato gratissimas haberi, atque in Græcia esitari à venatoribus, de Bœotis testis Aristophanes [s], id vniuerse sensisse Mnesimachum Athenæus [t]: Constat etiam ex Plinio [u], plures alias ex eo animali vtilitates capi ad medicinas, qua de re plura Gesnerus, quem citaui. Ad vaticiem spectat vulpis etiam, quòd, vt Bernardus [x] scribit post alios, ita sua confundat vestigia, vt qua vel intret, vel exeat, non facile queat ab homine deprehendi; cumque pateat opus, non appareat auctor. Addit ex Oppiano tot facere foramina & aditus, ὅπως ἂν ἥκιστα ἕλωσι, vt minùs facile a venatoribus illaqueentur: & Aristomenes Messenius à Lacedæmoniis captus, vt scribit Plinius [b], Pausanias [c], Polyænus [d], euaserit, angustos vulpium secutus aditus. Denique nunquam mansuefieri dicitur vulpes: quod Aponius [e] ad auctores accommodat Hæreticorum, qui etiam capti & victi, nunquam, inquit, redeunt ad salutem. Tales sunt etiã hypocritæ ingenio, quos acerrimè insectatus est Christus supra peccatores alios, & grauissimum supplicij genus vocauit *partem habere cum hypocritis* [f], quasi diceret, cum vulpibus, & cum iis qui videri, non esse, voluerunt boni, nec nisi *ad oculum seruire* [g]. Quamquam Calpitas, Amyntas [h] apud Ælianum [i] vulpes tradit eiecures vt cuniculas esse. dicunt nominis Græci ἀλώπηξ etymon esse, παρὰ τὸ ἀλῶ τὸ πλανῶ, decipio, & ὠψ ὠπὸς, qui est *vultus faciesve*, & παίζω, illudo.

Vers. 12.] Rex verò lætabitur in Deo, laudabuntur omnes qui iurant in eo, quia obstructum est os loquentium iniqua.

IAm demum de hostium strage tutus ac lætus, deque sibi promisso regno certus, declarat quantam sit percepturus inde lætitiam, sed in Deo, quo solo auctore tanta prouenient bona, cuiusque adeo singularem experiatur nũc etiam benignitatem. Ait præterea illos in eodem Deo cum laude ipsius gloriaturos, qui cùm iurandum erit, non per aliud quam eius iurabunt numen nomenque, vtpote qui talem se colere Deum ferant, qui suos possit acvelit cõtra hostes tutare, illos profligando & delendo, illos liberando atque beneficiis afficiendo. Lætitiæ etiam ait esse causam, quòd tandem deprehendendum sit & euulgandum, quam falsa crimina hostes obiecerint, quam manifesta sibi de illo victoriam præmiserint, quàm in contrarium ipsis cuncta cesserint. Posset præterea si iuramentum, *in eo*, in ipsomet rege intelligas, non in Deo, vt Euthymio. Nicephoro, Basilio, Theodoreto, placet, hic sensus esse, vt laudetur quisquis in rege Dauide, in quo dũ Saũl viueret, nemo audebat, iurauerit, vel optando sibimet eam fœlicitatem, quæ obuenerit Regi: aut vt laudetur, glorietur, compos votorum hac qui regi fausta precatus fuerit: cùm nempe obstruetur os eorum qui contra regem sunt loquti; & dum illi alij in posterum nec hiscere audebunt, istorum libere os aperiatur ad gratulationes, vota, acclamationes, aut quidlibet aliud, rite ac iustè iurando.

Mystice Rex intelligitur Christus qui lætaturus erat in Patre post resurrectionem: vel iustus qui se bene regit, atque sacramenta Dei & Christi immobiliter seruat, & mentis ei obsequium inuiolabile compromittit: hi quorum obstruatur os, aut Iudæi post Christi resurrectionem, aut iidẽ atque omnes reprobi in futuro iudicio, quando victa obmutescet iniquitas. Ad hunc fere modum enarratores.

Rex verò lætabitur in Deo.] In Psalterio Romano & apud Cassiodorũ, *in Domino*. *Rex* Dauid dici-

a Hom. vlt. in Cant.
b c. 2. 15.
c Matth. 8. 22. Luc. 13. 32. Luc. 15. 4. 2. Esdræ 1. c. 4. 15. Adde Ezech. 13. 4. & thren. 5. 18.
d Matt. 8. 20. *Alligata caudis vulpes quæ segetes Philistæorum incendant, quid sibi mysticè.*
e 4. fast. die 4. post idus Aprilis.
Herodes cur vulpes dictus.
f lib. 4. in Cant. *Herodem & Cæsarem regis vulpes dicit: Iudæos verum regem Christum ægrè tulisse. Aponi memoria lapsa.*
g ad Physiologum c. 19. *Simulata vulpis mors ad quid, & alia eiusdem fraudes.*
h 12. originũ c. 3.
i 2. de Piscib.
k de animalibus.
Vulpis imitatio proposita & quæmate.
l Spec. annal. in gradu 15.
m in c. 9. Luc. o Pers. Sat. 5. *Cum vulpe vulpinari & vulpinè esse et loqui.*
Βαζαρίζειν. Ἀλωπεκίζειν τινὸς ἕτερον ἀλώπεκα.
p Plato 2. de repu. *Asturabundatia, imitatio. Eorum esse.*
q 4. de sanè tuenda ratione c. 8. 3. de alimentis facultat. 2. in lib. Hippocr. de morb. acut. comm. 4. num. 10.
r 10 Acarnẽsibus.
Vulpes ad medicinam.
s lib. 4. t lib. 8. u lib. 30. c. 11.

a Serm. 66. in Cant.
Animantes Messenæ a Lacedæmoniis captæ, angustos vulpium fossas secutæ euasere.
b libro c. 37. in Messenicis.
Vulpes tamen mansuescere.
Grauissimum impiorum genus comparatum cum vulpibus.
c lib. 3. Strategem.
d lib. 4. in Cant.
Vulpes quatenus mansuescat.
Ἀλώπηξ.
f Matth. 24. c. 51.
g Ioh. 6. 6.
h in mansionibus, c. 107. de anim. c. 17.
Sensus loci.
Vox hæc explicata.

tur, quia iam designatus & victus adhuc viuente Saüle: &, si ad Absalonis tempora psalmus referatur, in throno iã & possessione regni constitutus. Chaldaicè, *in verbo Dei*: quod exponi potest de Christo, quamuis, vt dixi, per regem, Christũ intelligant lætãtem in Patre per resurrectionem, vt Hieronymus & Cassiodorus. Non in hostium se lætaturum Dauid morte dicit, vt Græci notant, cùm luxerit morte tum Saülis [a], tum Absalonis [b]; sed in Deo liberatore. *Domine*, inquit alibi [c], *in virtute tua lætabitur rex*. De lætitia iustorum dictum aliàs.

Laudabuntur omnes qui iurant in eo.] Græcè & apud Hieronymum ex Hebræo in singulari, *laudabitur omnis qui iurat in eo*, ἐπαινεθήσεται πᾶς ὁ ὀμνύων ἐν αὐτῷ, יִתְהַלֵּל כֹּל־הַנִּשְׁבָּע בּוֹ *yithhallel chol hãnis babhbo*. Chaldæa paraphrastes dirimit homonymiam dum exponit, *in verbo eius: laudabit omnis qui iurat in verbo eius*: vbi etiam actiuè reddit verbum primum, quod Hebraicè significat actionem in se ipsum, vt in alio Psalmo [d], *In Domino laudabitur anima mea*, תִּתְהַלֵּל נַפְשִׁי *thithahllel naphshi*, *laudabit se, iactabit se, gloriabitur*. Sic ergo hoc loco, *laudabuntur omnes*, aut *laudabitur omnis*, id est gloriabitur, laudabit se, iactabit se, felicem se prædicabit. Sed falsum est, ἐπαινεθήσονται mediæ vocis verbum esse, vt quidam [e] notauit. Potest porro futurum pro optatiuo esse; quo pacto Apollinarius explicat:

αὐτὰς ἄναξ θεῷ ἀμῷ φίλην φρένα γηθήσειεν.
Cæterum Rex Deo carum animum exultet.

Clemens [f] quoque Romanus locum hunc de iuramento diuino intellexit.

Qui iurat in eo.] In auctore qui nomen habet Hieronymi, errore scriptum est, *qui sperant in eo*. Dixi æquiuocationem tolli à Paraphraste, qui declarat de eo qui iurat in verbo Dei, quomodo Latini passim exponunt de his, nempe qui iurent vel in Deo, vel in Christo; nec non Clemens citatus paulo antè, & Apollinarius:

πᾶς δ' ὅσοι ὀμνύμεν & κλέος ἄφθιτον αἰνητὸς ἔσαι.
Omnis verò ei iurans gloria immortalis laudandus erit.

Sed alij Græci de iuramento interpretãtur quod vsurpari solebat *per salutem*, aut caput regis [g], sicut & Rex ipse quandoque iurabat *per thronum & regnum suum* [h] quod Homerus [i], Herodotus [k], alij de aliis produnt. Placet magis prior opinio, ad quam reuocari potest modus dicendi tertius, quem Felicis versio vna insinuat, *laudabitur omnis adiuratus*, id est, qui adiurabitur per Deum. Iurare in Deo, vel in nomine Dei, & Domini, non differunt sicut nec per Deum nominve illius: licèt Cassiodorus notet non esse dictum per eum, ne crederemus imperatum, quod alibi vetitũ est [l]; sed *in eo*, secundùm inuiolabile mentis obsequium & promissionem, pro qua iuramentum ponitur, vt ibi, *iurauit* [m] *Dominus*, &c. cùm iurare per alium Deus non possit. Sed iuramentum quo pacto fiat à Deo, & nobis qua ratione prohibitum sit, aut licitum, docui alibi. In Apostolicis constitutionibus [n] vetatur periurium ac omne quoque iuramentum, videlicet non necessarium, sin minùs, saltem ait Clemens, iura verum: quia *laudabitur omnis qui iurat in eo*. Non assentior Hugoni, apud Matthæum prohibenti iuramentum per creaturas, non *per Deum* & *in Deo*, quamuis id Hieronymus in Matthæum significet. Nec etiam concedo Nysseno [o] laudari dumtaxat etiam per ista verba simplicem asseuerationem veritatis, adhibito, est, vel, non. Inclinant Patres maximè Græci in eam partem quæ penitus vetat iuramenta vt excessum cohibeant. Sed hæc de re aliàs. Quod Græcè est in Apocalypsi [a], ὤμοσεν ἐν τῷ ζῶντι, Latine redditur, *iurauit per viuentem*: nec apud Matthæum [b], *iurare in templo, in altari, in domo, in auro*, valet aliud quàm per templum, altare, donum, aurum. Quemadmodum *spiritum Patris in aliquo loqui* [c], vel *Christum* [d], est loqui per illum. nam quod est in libro Numerorum [e], *Num per solum Mosen locutus est Dominus? nonne & nobis similiter locutus est?* Græcè legitur vtrobique sine præpositione in dativo μωσῆ, & ἡμῖν, Hebraicè cum præpositione בְּמֹשֶׁה *bemoseh*, & בָּנוּ *banu*. Vnde nec aliud etiam est *principium loquendi Domini in Osee* [f], quam per Oseam, & iterum nil aliud *iurare in sancto* [g], quàm per sanctum. Denique in Euangelio Matthæi [h], *iurare per cælum, per terram, per Ierosolymam, per caput*, Græcè dicitur cum præpositione, ἐν τῷ οὐρανῷ, ἐν τῇ γῇ, ἐν τῇ κεφαλῇ, & cum alia præpositione atque accusatiuo casu plurali, εἰς Ἱεροσόλυμα. Ex Hebræo suspicor immediatè conuertentem Interpretem Græcum, imitatum phrases Euangelij Hebraici. Idem censeo de ista formula, cùm dicitur quis *iurare Domino* [i], quod sic Græcè & Hebraicè dictum in dandi casu nonnumquam Latinè vertitur *per Dominum* [k] interdum & Latinè, *in Domino* [l], Græcè, κατὰ τοῦ κυρίου. Qua in re Drusius [m] perperam reprehendit inscitiæ interpretem nostrum. Modum iurandi Domino religiosum apud Hebræos, & solemnem tradere videtur posterior Paralipomenon liber [n], *voce magna in subilo & in clangore tubæ, & in sonitu buccinarum, cum execratione in omni corde, quærendo eum in tota voluntate.*

Quocirca hîc etiam laus promissa iurantibus in Deo, requirit in iurante similem religionem, aut saltem conditiones illas iudicij, reuerentiæ, veritatis, nec arbitror verum quod Hugo docet, si hoc minimum laudatur, multo fortiùs & maiora laudari, ad eum modum quo parua improperantur in illa sententia iudicis [o]: *Esurijs & non dedisti mihi manducare*, &c. Quidquid sit de hac sententia, non censetur minimum quid opus illud religionis, præsertim si comprehendat reliquum cultum Dei, quod in iuramento, vt vocant, fidelitatis, ac in abrenunciatione in baptismo facta continetur, prout fere cæteri enarratores volunt.

Addit Folengius vota quæ nuncupantur à religiosis Deo.

De generali Christianorum quasi iuramento, quo se obligant Christo, velutique iurant & statuunt custodire *iudicia iustitiæ illius* [p], déque laude ac gaudio sic iurantium, & confusione pœnáque nolentium iurare: extat Esaiæ [q] egregium testimonium; *Ecce serui mei laudabunt præ exaltatione cordis, &c. vos clamabitis præ dolore cordis & præ contritione spiritus vlulabitis; & dimittetis nomen vestrum in iuramentum electis meis* (vt imprecari volens dicat, sic te vel me perdat Deus, vt Iudæos; vel vt dicamur Iudæi aut Israëlitæ secundùm spiritum, & populus Dei) *& interficiet te Dominus Deus, & seruos suos vocabit in nomine alio* (vt vocentur Christiani) *in quo qui benedictus est super terram benedicetur in Deo Amen.* (qui baptizatus est, benedicetur in Deo vero, quod

Primus veti. ius iurandum vt excessus cohibeatur.
a c.10.6.
Iurandi formula & phrasis scripturæ.
b c.23.20.21.
c Matth.10.
d 2.Cor.vlt.
e c.12.2.
f Osee 1.2.
g Ps 88.4.36. Amos 4.2.
h c.5.34.35.36.
i Ps.131.2.
k Esa.19.18.
l Sopho.1.5.
m lib.9.obiectu. c.10.
Inscitiæ malè reprehensus interpres noster.
Solemnis & religiosus iurandi Domino modus.
n c.15.14.15.
Laus promissa iurantibus in Deo, quid item requiras in iurante.
o Matt.25.35.37.
Christianorum generale quasi iuramentum quo se obligãt Christo.
p Ps.118.106.
q c.65.14.15.16.

Iurare Deo, Deũ, in Deo, in Deum, &c.

LXX. vertunt *benedicem Deum verum*, εὐλογήσω τὸν θεὸν τὸν ἀληθινὸν) *& qui iurat in terra, iurabit in Deo amen*, (ὁμνύων τὸν θεὸν ἀληθινὸν, *iurabit Deum verum*; vbi etiam apparet nullam esse differentiam inter, iurare Deo, Deum, in Deo, vel in Deum, vt prius monui) *quia obliuioni tradita angustiæ priores*, &c. Subdit Propheta descriptionem ingentis gaudij in populo illo sic iurante, & Deum verum videlicet tali ritu qui cætera comprehendat, colente.

a 5. de Trinit.

Hilarius [a] tractans eum locum; anne ambigitur, inquit, quis iuretur a Christianis? quis benedicatur? per quem nomen Christianorum benedictum sit? omne os credentium te Christe, Deum loquitur; omnium credentium fides te Deum iurat, Deum verum esse confitens, Deum verum esse prædicans. Quare *iurare in Deo* siue Christo non est solùm vocare rei alicuius affirmatæ testem, sed ei se deuouere, & quod solent milites, fidelitatis ei sacramentum offerre, militiam Christianam profiteri, inter Christianos censeri, & Christiane viuere. In hoc sensu iuramentum sumplsit ipsemet Dauid & verbis antea indicatis [b]: *Iurauí & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ*: & istis aliis [c], *sicut iurauit Domino, votum vouit Deo Iacob*. Idem valet alter Esaiæ [d] locus; *in illa die erunt quinque ciuitates* (plurimæ) *in terra Ægypti* (ibi vbi tot quondam etiam monachi & alibi per vniuersum mundum tot Christiani) *loquentes lingua Chanaan* (lingua sacræ Scripturæ, & doctrina quam tradiderunt discipuli Christi qui erant Iudæi) *& iurantes per Dominum exercituum; ciuitas Solis vocabitur vna* (diuini solis lumine illustrata.) Ex eodem Propheta [e] similis adhuc sententia; *in memetipso iurauí* (Deus loquitur) *egredietur de ore meo iustitia verbum* (euangelicum quod iustificat) *& non reuertetur, quia mihi curuabitur omne genu, & iurabit omnis lingua*, &c. *in Domino iustificabitur & laudabitur omne semen Israel*. Lxx. habent quidem ὀμνύειν πᾶσα γλῶσσα; sed videtur Paulus [f] ad eum alludens locum *iurandi* verbum per confitendi expositisse. In epistola verò ad Romanos Græce additur *cælestium & terrestrium & infernorum*.

b Ps. 118. 106.
c Ps. 131. 2.
d c. 19. 18.
e c. 45. 23. 24. 26.
f Rom. 14. 11. Philipp. 2. 10. 11.

γέγραπται γάρ, ζῶ ἐγὼ λέγει κύριος, ὅτι ἐμοὶ κάμψει πᾶν γόνυ ἐξομολογήσεται πᾶσα γλῶσσα. *Scriptum est enim, viuo ego dicit Dominus, quoniam mihi flectetur* (flectet nempe se) *omne genu* (*cælestium & terrestrium & infernorum*) tum subditur καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται τῷ θεῷ, *& omnis lingua confitebitur Deo*. Videntur ex epistola ad Philippenses illuc translata vocabula *terrestrium, cælestium & infernorum*. Quamquam loquatur Apostolus priore præsertim epistola de iudicio generali quãdo cunctí boni, mali angeli, homines veluti genu flexo adorabunt eum, confitebuntur illius diuinitatem, sententiam eiusdem excipient; & *laus erit vnicuique ab ipso* [a], qui merebitur illam.

a 1. Cor. 4. 5.

Hæc igitur omnia quæ dixi, per iuramentum *in Deo*, licet hìc intelligere: quamuis non propter vim phrasis Hebrææ, quà, vt multis exemplis docui, non plus importatur iurare *in Deo*, quàm *per Deum*, etiamsi Latina dicendi forma maiorem fortassis habeat emphasim, nempe *iurare in Deum, eiúsque verba*: Deriuantes aliqui nomen illud Dei אֱלוֹהַּ *eloha*, vel אֱלֹהִים *elohim*, ab אָלָה *alah*, quod est *iurare*, siue affirmando, siue execrando, colligunt in omni iuramento nomen Dei aliquo modo includi.

In omni iuramento nomen Dei aliquo modo includi.

Quia obstructum est os loquentium iniqua.] Hieronymus, *obstruetur os loquentium mendacium*. Hoc significat סָכַר *sacker*, tempus autem pro tempore sæpe ponitur. Chaldæe tribuitur Deo (*quoniam præfocabit os eorum qui loquuntur mendacium.*) quod Nebiensis tamen interpretatur, *claudentur ora*, &c. *Muta fient labia* [b] *dolosa; impij, in tenebris conticescent* [c], coram Iudice Christo, qui vt ouis *coram tondente se obmutuit* [d], *ita vt miraretur præses vehementer* [e], *vestem non habens nuptialem* obmutescet [f]; *omnis iniquitas oppilabit os suum* [g]. Rectè omnino qui abusus est officio linguæ orísque, non *ponendo ori custodiam, & ostium circumstantiæ labiis*, neque *custodiendo viam ne delinqueret in lingua* [h], *camo frenóque* constringitur [i], *obstruitur illis os* & fauces præfocantur. Accusatores etiam iustorum, diaboli proiicientur, ne in iudicio accusent sanctos [k]: improbi verò nihil pro se respondere poterunt. Sed & hoc ipso tempore *benefacientes obmutescere facium imprudentium hominum ignorantiam*, qui detrectabant de illis *tanquam de malefactoribus* [l]: facit is etiam qui *in omnibus se ipsum præbet exemplum bonorum operum, vt is qui ex aduerso est vereatur, nihil habens malum dicere de illo* [m]. In inferno nihilominus Deum reprobi semper *blasphemabunt, commanducando linguas suas, præ doloribus, & vulneribus suis tanquam agendo pœnitentiam* [n].

Tempus pro tempore positum sæpe.

b Ps. 30. 19.
c 1. Reg. 2. 9.
d Esa. 53. 7.
e Matt. 17. 14.
f c. 22. 12.
g Ps. 106. 42.
h Ps. 118. 2. Ps. 140. 3.
i Ps. 31. 9.
k Apocal. 12. 10.
l 1. Petr. 2. 12. 15.
m Tit. 3. 7. 8.
n Apocal. 16. 10. 11.

PSALMVS SEXAGESIMVS TERTIVS.

In finem.

1 Psalmus Dauid.

1 EXaudi Deus orationem meam cùm deprecor: à timore inimici E eripe animam meam.

3 Protexisti me à conuentu malignantium: à multitudine operantium iniquitatem.

4 Quia exacuerunt vt gladium linguas

suas: intenderunt arcum rem amaram,
5 vt sagittent in occultis immaculatum.
6 Subitò sagittabunt eum, & non timebunt: firmauerunt sibi sermonem nequam.

Narrauerunt vt absconderent laqueos: dixerunt: Quis videbit eos?
7 Scrutati sunt iniquitates: defecerunt scrutantes scrutinio.

Accedet homo ad cor altum, 8 & exaltabitur Deus.

Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum: 9 & infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum.

Conturbati sunt omnes qui videbant eos: 10 & timuit omnis homo.

Et annunciauerunt opera Dei: & facta eius intellexerunt.
11 Lætabitur iustus in Domino, & sperabit in eo, & laudabuntur omnes recti corde.

Titulus, & argumentum.

In finem.

Vers. 1.] Psalmus Dauid.

DE titulo nihil est quod dicatur, tam simplex est & communis. Quo magis Hilarius & Cassiodorus spiritualem notant hunc habēdum psalmum. Græcorum etiam canon est, psalmos qui nihil nouum habeant in titulo, simile præcedenti continere argumentum.

Orat itaque Dauid contra persecutionem Saulis: sub hoc autem typo ea intelligitur quæ cōtra Christum & eius membra excitatur, non tantùm vi ferróque, sed etiam dolis, fraudibus, falsis criminationibus, a quibus diuina speret potentia liberationē cum triumpho, ita vt ipsimet sui hostes telis confodiantur, ac terribile de se cunctis præbeant spectaculum hominibus, augeatur Dei timor apud malos, boni Dei prædicent iudicia, gloriam eius illustrent, gaudeant de eiusdem iustitia & bonitate. Augustinus docet, Domini passionem commendari maximè in hoc psalmo; martyribus tamen etiam & aliis tentationem patientibus à diabolo atque ab hominibus, conuenire. Cassiodorus hunc ait esse psalmum sextum ex iis qui passionem Domini resurrectionémque breui relatione contingunt. Hilarius vult & de Christi passione psalmum esse, siue de Iudæorum in eum conspiratione, & de Apostolorum prædicatione, qua veluti vulnerauerint eos, qui nullam iustæ persecutionis causam contra ipsos habebant; & generaliter de persecutione, quam philosophi, Hæretici, auari, ambitiosi, voluptuosi, moueant contra iustos. Athanasius Marcellino quidem proponit recitandum psalmum aduersus quoslibet, qui nobis insidias machinētur, perniciémque, sperare iubēs, fore vt sint imbelles ac inualidi tanquam pucrorum ictus ipsorum: sed in Commentario psalmorum qui citatur in Catena Nicetæ Heracleensis, ait eam psalmum a Dauide ex persona Apostolorum, orantium liberari ab hostibus prædicationis Euangelicæ, atque prudenter exponentium insidias sibi à Principibus Iudæorum factas, & quanta subierint pericula propter pietatem ac fidem in Christum.

Prophetia Apostolorum futura narrantis.

Recitans Ecclesia in officio Apostolorum psalmum istum, satis indicat non de persecutione tantùm quam sint Apostoli à Iudæis passi, sed ab aliis quoque illum intelligere. Quapropter minùs profectò verisimilis opinio R. Salomonis, & antiquorum aliorum Hebræorum, & Midras thehillim, quam sequi Lyranus videtur, & Aiguanus, de Daniele sermonem esse, qui fuit de semine Dauid ac semine regio, vt insinuatur in historia Regum [a], & erat coniiciendus in lacum leonum, indéq; mirabiliter liberandus. Vocat Valentia ineptam, extortam, valde literæ dissonam expositionem, quæque faciat iniuriam propheræ Dauidi. Quanquam Aiguanus & Petrus de Harentals, interpretentur allegoricè per Danielem, *virum desideriorum* [b], Christū, qui vocatur ab Aggæo [c], *desideratus cunctis gentibus*, & morti traditus est *per inuidiam* [d]; in agonia verò Patrem orauit [e].

[a] 3 Reg. 10. 18 Dan. 6.
[b] Dan. 9. 23. c. 10. 11.
[d] Marc. 15. 10.
[c] Matth. 26. 41. Luc. 22. 44.

Vers. 2.] Exaudi Deus orationem meam, cùm deprecor: à timore inimici eripe animam meam.

Sensus loci.

SEntentia facilis; precatur enim enixè se in tāntis constitutum periculis exaudiri ac liberari ab ingenti timore quem ex minis & machinationibus inimicorū conceperat, vel, ne timeat quidem illos. Petiit Christus vt homo, ne timor eum impediret à complenda dispensatione passionis, inquit Cassiodorus: martyr, ne timori atque tormentis cedens, negaret Christum, ait Augustinus: quiuis fidelis petit, vt notat Hilarius, ne periclitetur fides nostra, spésque, ac ne subrepentium illecebrarum æstu absorbeamur, & incautam securitatem hostis in speculis positus incurset, contra quem vigilandum in oratione; vt Deus semper oratus exaudiat, nósque ab his quæ timemus etiam antequam ingruerint, & quorum dominatum formidamus, eripiat.

Exaudi Deus orationem meam.] Hieronymus, *audi Deus vocem meam. Vocem* quoque habent biblia Complutensia, & Regia, & psalterium Gallicanum. Sic etiam textus Hebræus קוֹלִי *koli*, & multi libri Græci, φωνῆς μου, quo pacto item videtur Euthymius legisse. In emendatis Græcis est τῆς ἀγωνίας, quam lectionem secuti sunt Basilius ac Theodoretus: Apollinarius item exposuit *inuiam*, *supplicationem*. Vox quā petit exaudiri, vox orationis est ac supplicationis. Auctor speculi peccatoris, apud Augustinū [f], legit, *deprecationem*.

[f] c. 7. tom. 9.

Cùm deprecor.] Hieronymus, *loquentis*, est בְּשִׂיחִי *beschichi*, vel *in oratione* seu *locutione mea*, vel *in loqui me*, & *orare*, hoc est, dum loquor & oro, siue dum narro afflictiones & labores meos. Potest שִׂיחַ *sciach* verbum esse aut nomen; & hoc significat *quemuis cordis* aut *oris sermonem, disputationem*, præterea, *colloquium, preces, querelas obmurmurantis ac ranssuantis apud se, negotium, occupationem*. In Hilarij textu, & in quibusdā libris Augustini, & apud Cassiodorum, & Dionysio teste, necnon Fabro in translatione Romana, licèt tunc nō extet, in psalterio Ecclesiæ Vaticanæ legitur, *cùm tribulor*. Potest eam notionem ferre vocabulum dictum Hebræum, & שׂוח non solùm est *orare*, sed etiam *egere*. Sed non significat *deprecari*, contrarium eius quod quis antea precaretur & optaret, precari, nempe pro carnalibus spiritualia. notat.

Διάφωνα. Deprecari, nō hoc ipsi, contrarium eius quod quis antea precaretur & optaret, precari.

id Hugo,Moneo,ne id exacte verum putes.

A timore inimici eripe animam meam.] Hieronymus,*seruа vitam meam*, id valet חי *chaij*. Sed *anima* ſæpe pro *vita* ſumitur. Quanquam pro anima rationali, & eius ſalute, cui diabolus per ſe perque alios inſidietur,multi accipiunt:aliqui de vita,cuius timebat Chriſtus iacturam,cùm cœpit pauere [a],tædere,&c. Velle *eripi à timore inimici*, vel innuit iam præſentiam ſæuientis inimici,qui nocere poſſit,vel deſiderium,ne quidem facultas detur inimico accedendi,ita vt liberetur quis timore atque ſuſpicione. nam præpoſitio מן *min* (*à*) vel (*ab*)hanc vim etiam habet, vt ſententiam trahat ad negationem. Vix eſt qui ſit omni liber timore;ſed beneficio Dei non timet iuſtus mala, quoniam ſecum illum habet [b].Non placet,quod ait Hugo,petere Dauidem liberari *à timore inimici*, hoc eſt, ab eo quo corripitur is qui eſt inimicus Dei,timérque paupertatem,tribulationem,ægritudinem, eos qui *occidunt corpus* [c],nec *in flagella* parati ſunt [d]. Timor qui ab inimico eſt, non qui in eo,intelligitur.

Non libéter lego vel audio tropologias quantumuis veras bonaſq;,niſi cù ſenſu litterali apte congruant. Multo minùs recipiendi qui de Daniele in leonum lacu petente ſeruari vitam ſibi, vt antea monui, interpretantur. Auctor ſpeculi peccatoris,de quo priùs memini,locum hunc ad timorem illum accommodat, quem de communi aduerſario diabolo mortẽtes vt plurimùm experiuntur,ſicut & Martinus,cuius quoque affert exemplum.Certus eſto,ait ille, quod timor huius horrendæ beſtiæ omne genus tormentorum ſuperat,pluſquam in hoc mundo cogitari queat. Quod propheta pauidus expaueſcens ad orationem confugit, dicens; *exaudi Deus deprecationem meam cùm deprecor, à timore inimici eripe animam meam.* Non dicit,à poteſtate,ſed *à timore*, Quare? ad inſinuandũ quam maxima iam ſit pœna,quam horribilis,quam intolerabilis ſit terror ipſius inimici.Heu heu frater mi, ſi talis & tantus tremor eſt animæ peccatrici ex ſolo Satanæ viſu,quanta confuſio quantúſque horror, quanta afflictio, quanta lamentatio erit eius conſortium? Omnia ſunt dicti Auctoris.

Athanaſius in Catena Niceræ Heracleenſis,ait orare hìc Apoſtolos, eorúmve in perſona Dauidem, vt liberentur ab hoſtibus prædicationis Euangelicæ,ac prudenter exponere inſidias ſibi à principibus Iudæorum factas,& petere vt ſanctimentes ſuas,ne metuant inſultus illorum: ſimile autem eſſe illud ex Actuum [e] libro, *Et nunc Domine reſpice in minas eorum, & da ſeruis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum.* Sicut Deus ipſe appellatur *timor* à Iacob [f], ſiue *timor patris ſui Iſaac*, nec defuêre qui *Deum* à δείδω, quod *timor* eſt, vocatum dicerent,quia *primus in orbe timor deos feciſſe* dicitur, ſed non niſi honeſtus laudabiliſque conuenit Deo timor,id eſt, vt ex virtute timeatur; ita è contrario poſſet diabolo *timoris* nomen tribui, cùm ſcilicet ſola formidine pœnæ odit quis peccare,quem dicunt ſeruiliter ſeruilem ac mundanum timorem.

Pauorem & Pallorem Tullus Hoſtilius figurauit coluitque,teſte Liuio [g],Auguſtino [h], Lactantio [i],Minutio [k];Timorem ſiue formidinem φόβον Lacedæmonij, vt refert Plutarchus [l], ei caput leoninum affingendo & conſtituendo prope triclinium,vbi Ephori tribunal habebant, vt eſſent hi cæteris terrori: quemadmodum ſcuto Agamemnonis,vt ſcribit Pauſanias [m], inſidebat cadẽ forma Timor,cum inſcriptione,HIC TIMOR EST HOMINVM, SED EVM GESTANS AGAMEMNON. Acutè Lactantius. Quid de hoc dicam (Tullio Hoſtilio) nihi dignum fuiſſe, qui ſemper Deos ſuos,ſicut optari ſolet,ſecum præſentes haberet,id eſt,fautores? Quod ironice dicit,quia pauor pallórque non poſſunt fauere ſed nocere. Cur & Iniquitas Dea non ſit vel externarum Gentium,vt ratiocinatur Auguſtinus [b],ſi Pallor & Pauor,& Febris, dij Romani eſſe meruerunt?arridens etiam Hoſtilium [c], Hoſtilius certè rex, ait, & ipſe nouos Pauorem atque Pallorem propitiandos non introduceret, ſi deá iſtam noſſet & coleret, præſente quippe felicitate, omnis pauor & pallor non propitiatus abſcederet, ſed pulſus aufugeret.Occaſio Hoſtilio vouendi talibus templa numinibus fuit, quod commiſſo inter Romanos ac Veientes prælio, nunciatum eſſet Albanos deſciſcere,eámque ob rem pallere & pauere Romanos videret. Vnus verus Deus qui comprimit tetetrimos iſtos hominum affectus, quorum alter mẽtis territæ motus eſt, alter corporis,nec morbus quidem,ſed color,inquit idem Auguſtinus [d].*Timorem eius*(hoſtis)ne timeatis, *neque paueatis Dominum exercituum* (qui ſolent hortori eſſe)*ipſum ſanctificate*, monet Eſaias [e],*ipſe pauor veſter, & ipſe terror veſter, & erit vobis in ſanctificationem.* Interpretantur Eſaiam Cyrillus, Baſilius, Procopius,de Apoſtolis aliiſque diſcipulis Chriſti,ſuadentibus vt gentes colerent illum,nec furorem perſequentium timerẽt. Id nó præmonuerat ſolùm iã prior Chriſtus [f], nempe ne eos qui *occidunt corpus* timeremus,ſed poſtea Petrus [g], Eſaiam tantumnon tranſcribens; *timorem autem eorum ne timueritis, & non conturbemini*; *Dominum autem Chriſtum ſanctificate in cordibus veſtris.* Pollicetur autem Deus [h]: *nullus ſtabit contra vos*; *terrorem veſtrum & formidinem dabit Dominus Deus veſter ſuper omnem terram,quam calcaueris eſſio.*

Verſ. 3.] Protexiſti me à conuentu malignantium, à multitudine operantium iniquitatem.

EX priùs percepto auxilio diuinæ protectionis de futura ſpem ſe declarat habere, nec de futuram in poſterũ protectionem eandẽ aduerſus coniuratos numero magno hoſtes. qui nihil niſi quomodo noceãt communicatis inter ſe cõſiliis viribúſque cogitant & moliuntur.De necatoribus Chriſti Iudæis iam trita expoſitio, vt eã quoq; ex Auguſtini Commentario recitet ſolẽniter Eccleſia in officio matutino feriæ 6. hebdomadæ ſanctæ,ſicut feria 5.ex Commentario in pſalmum 54.Hi ſunt vituli,tauri,canes,cõcilium malignantium, quibus Dauid in eadem Chriſti perſona circumdatum & obſeſſum conqueritur pſalmo 21 [i].Vallat nos etiam,& circumſtat conuentus multitudóq; plurima inimicorum, internarum perturbationum, domeſticæ carnis cum ſenſibus, externorum tum hominũ, tum dæmonum.Opus *circumdante* nos *ſcuto veritatis diuinæ* [k]; atq; ſumi debet in omnibus *fidei ſcutum* [l]:vitanda diligenter ſocietas improborum:nec effugi cõtagium tantum ſine protegente poteſt Deo. Vſurpare hũc licet verſũ præſertim religioſis viris, vt Dionyſius notat:à dæmonibus ſunt tutiores, ab hominibus remotiores,etiã à domeſticis qui ſolẽt eſſe magis inteſtini atq; periculoſiores inimici.

---

a Marc. 14.33.

b pſ. 22.4. pſ. 26.3. prou 28.1.

c Matt.10.28.

d pſ.37.18.

e c 4.29.

f Gen.31.42. 53. Deus timorum.

g lib.1. h 4 de ciuit. c 15 & 23.lib. 9 c 10. i inſtit c.20 k in Octauio. l in Cleomene

m in Eliacis lib.5.

b ſupra lib.4. c.15.

c c.23.

d lib.6 c.23.

e c.8.12.13. 14.

f Matt.10.28.

g 1 ep 3 14.

h Deut.11. 25.

i verſ.2.17.

k pſ.90 4. l Epheſ 6.16.

Anima pro vita.

Iuſtus nõ timet mala, quia Deũ ſecum habet.

Hugonis opinio reprobata & expoſita.

Loci accommodatio.

Timor horrendæ beſtiæ eſt, diabolo, omne genus tormentorum ſuperat.

Timoris nomen ne poteſt Diabolo tribui.

Pauoris, Pallo-ris, & Timoris cultus.

Sanſon loco.

Hunc locum recitant in Eccleſia.

Humana verſicula ad ſimplicia apta religioſis viris.

Protexisti me.] Hieronymus, *abscondere me.* Hebraicum verbum cum affixo תסתרני *thastherení*, futuri temporis pro imperatiuo, sæpe solet, in quo est etiam σχῆμα, quomodo legit quoque Basilius, Theodoretus, Euthymius, Nicephorus; præterea psalterium Arabicum & Æthiopicum, quamuis in correctis bibliis ἐσκέπασας, itaque Apollinarius exponat per ἔκρυψας.

A conuentu malignantium.] Hieronymus, *à consilio malignorum.* Est סוד *sod*, *secretum*, atque etiam, quia consilio secretum & arcanum necessarium est, ipsummet consilium, ac deliberatio, & deliberantium consultantiúmve conuentus. Vocem συσσοφῶν Græci enarratores hic σύστημα exponunt coitionem coniuratoriam & conspiratoriam, præcipuè militarem. Opinatur Agellius de coniuratione, quam Absalon excitauit in patrem, hic agi & in historia Regum [a], pro σύστημα legi debere σύστεμμα. Singularis opinio est, cùm cuncti de persecutione Saulis velint hunc psalmum esse; quod etiam Caietanus probat, quoniam tractatur persecutio contra iustum: eam verò quam Absalom mouit, passus est David propter iniquitates suas. Deinde quid vetat coniurationem & conspirationem dici contra Dauidem iam designatum regem à Deo; vel etiamsi hoc aut nesciunt, aut non cogitarent curaréntve conspiratores, contra principem Saüli quidem subditum, sed innocentem, adeóque bene de republica regéque ipso Saüle meritum. Postremò, etsi correcta biblia, cui Agellius rei operam quoque nauiter contulit, pro συγκυμβάνω restituerint συστρωμένους, tamen σύστεμμα reliquerunt. Vtroque in loco est Hebræum vocabulum קשר *kescer*, & קושר *kosser*, quæ *colligationem, torquem, coniurationem* aut coniurantem & sese cum alio colligantem significant. Verùm quia συντριβὴς, Hesychio teste, dicitur, qui conuersatur & commoratur cum aliquo, posset ipsa conuersatio & commoratio, qui conuentus hoc loco dicitur, etiam σύστεμμα dici, atque pro coniuratione vsurpari. Si autem σύστεμμα *contritio* exponatur, ad hanc tendit coniuratio. & τὸ σύστεμμα, *malitiosum agmen ordine compositum progredientium impressionémque facientium.* Hoc obiter de alieno loco.

Distinguunt Hugo & Greuenus [b] alludentes ad nomen *conuentus*, vt de religioso cœtu dicitur, ad conuentum Dei, diaboli, mundi: & lepidè Greuenus ostendit quo pacto Diabolus Abbatis in suo conuentu personam gerat, & qui sint monachi nigri, qui albi, qui canonici regulares, qui ministri alij, qui cantus, & similia. Tolerari ac permitti hæc possunt, salua ea reuerentia quæ personis debetur sacris, ac venerando statui hominum Deo deuotorum, & quibus talia placent, indicasse sit satis.

A multitudine operantium iniquitatem.] Hieronymus, *à tumultu.* Alij *à commotione, à fremitu, à congregatione, à societate*, sed in multitudine tumultus est. Parum differt רגשה *rigseah*, à רגש *regches*. De hoc dictum psalmo 54 [c]: *in domo Dei ambulauimus cum consensu*; Hieronymus, *in terrore.* Alij, *in vna societate, in multitudine populi.* De verbo רגש *ragas*, actum etiam psalmo 2 [d], *quare fremuerunt gentes*, ἐφρύαξαν: nec enim coiri à multis potest sine strepitu.

Verſ. 4.] Quia exacuerunt vt gladium linguas suas, intenderunt arcum rem amaram.

Verſ. 5.] Vt sagittent in occultis immaculatum.

INimicorum, à quibus vt protectus antea fuerit, sic se protegendum speret deinceps, & optet, arma dicit esse sagittasque, quemadmodum iam dixerat psalmo 56 [e]: *dentes & linguam* pro gládio acuto, vt citiùs, certiùs, magísque lædant; quod est parata & meditata habere verba, quibus innocentem accusent & calumnientur, nihil tale cogitantem, nihil tale commeritum, nihil tale prospicere aut cauere valentem; quo solent modo aucupes magno silentio valdéque recte ad prædam capiendam arcum intendere. Quæ res vt auibus amara tristísque, sic miſero innocenti, qui sic impetitur, accidit, vtpote mortiferas imprimens plagas.

Non est difficile hoc de Iudæis Christum ad mortem apperentibus, falsis tum criminibus, tum testibus, & importunis clamoribus, intelligere cum Augustino & aliis. Et Augustinus quidem ita Euangelistas conciliat, cùm vnus crucifixum scribit Christũ hora tertia [b], alius fere hora tex ta [c], quia scilicet hora tertia Iudæi dicendo *crucifige, crucifige*; milites hora sexta, manibus propriis. *In acutis gladij* acutissimè calumnias excogitatas, ne viderentur iniustæ: *in arcu*, qui ferit eminus, insidias, & alienam operam, qua interficerent: *in gladio*, qui comminus, criminatricem linguam. Theatridam Plutarchus [d] memorat, cùm gladium exacuens togaretur *an esset acutus*, respondisse, ὀξύτερον διαβολῆς, *acutiorem quàm calumniam.* Transferri possunt eadem ad quem libet alium iustum similia patientem. Videntur que de tota hac figurata dicendi formula satis multa dicta in illo psalmo 56. nec non in 10[e]. vbi præterea habetur affinis isti sententia; *quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, paruerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde.*

Hugo tropolog. applicat ad iniquos & fraudulentos cauillatores atque litigatores. Athanasius refert ad verba quæ Apostolis à Concilio dicta sunt [f], *præcipiendo præcepimus vobis ne docereris in nomine isto.* Aut etiam, verba τῆς διαβολῆς, *calumniæ*, dici hoc loco *gladium* acutum: *linguam* συνεζευγμένην similem *sagittæ*, quoniam lædat etiam ablentes.

Quia.] Hilarius, *qui*, nec non Regia & Complutensia biblia: cuius item lectionis meminit Lombardus, & congruit editioni Græcæ, ὅτι τινες. Hebraice est אשר, *asser*, quam particulam Bredenbachius si aduertisset significare quoque *propterea quòd, eo quòd*, & eiusmodi alia, miratus non esset etiam in vertione Hieronymi esse *quamnec* debuit Varlenius Hebraicæ veritati tribuere priorem tantùm notionẽ: vel Iansenius aliam lectionem præferre. Chaldaicè habetur לי *qui*, vtraque lectio eundem facit sensum, sed retinenda nostra.

Exacuerunt vt gladium linguas suas.] Hieronymus *linguam*, in singulari לשונם *leschonam.*

Intenderunt arcum.] Hieronymus, *tetenderunt sagittam suam.* In Psalterio Gallicano & apud Gregorium Bataq; in bibliis Cõplutensibus & Regiis additur, *suum, arcum suum*: Græce, αὐτῶν. est etiam affixum pronomẽ Hebræum cum nomine significante *sagittam* חצם *chitsam*, licèt Paraphrastes reddiderit *arcus suos* קשתהון *kasuatheon.*

Nota

---

[a] lib. 2. 15. 13.

[b] Matt. 15. 25. Marc. 15. 25. Luc. 23. 44.

[c] Luc. 23. 44.

[d] in apoph. Lacon.

[e] verſ. 5.

[f] Actuum 5. 28.

[g] in moral. c. 18.

Συσσοφῶν.

De coniuratione Absalon in patrem loci interpretatio, minùs accepta. Lelius in historia Regum correcta.

Συντριβὴς.

Σύντριμμα.

Σύστεμμα.

Ad num. conuentus clarissimi Lubertum. 127.

Lepida Greuenij distinctio inter bonos, abbatis & suum conuentum, & malos, quomodo.

c verſ. 13.

d verſ. 1.

Grabrandi ad ætatis.

Notauit ante Genebrardum & Agellium Euthymius Nicephorusque ad hyperbaton explanandum, non sagittas, sed arcum intentum interpretatos Lxx. quia intenditur arcus proprie, sagittæ diriguntur, mittuntur, iaciuntur. Quamquam & Hebræum verbum, דרכו *darechu*, verti potuit *direxerunt*, & ad sagittas accommodari; quod & Apollinarius fecit:

ἔργα δὲ φρικτὸν τρέσαν ταυτοῖα τέξοι·

Opera autem horrendo proiecerunt omnino similia telo.

vbi τέξον pro *telo* sumpsit, quod interdum significat, non tantùm arcum, & non solùm τὰ βάλλοντα, sed etiam βαλλόμενα, vt Eustathius, Hesychius, alij docent.

Rem amaram.] Hieronymus, *verbum amarissimum*, ita quoque Aquila, ῥῆμα πικρὸν, Theodotio, λόγον. Symmachus, ἐτήλωσαν τὸν τοξον ἑαυτῶν λόγον πικρὸν, vel, λόγῳ πικρῷ, *instruxerunt arcum suum sermonem amarum*, aut, *sermone amaro*. Sumitur verbum λόγος דבר *dauar*, pro *re*, & *sermone*. Actus per appositionem *res amara* dicitur: quo pacto Arnobius exponit de sagittis in arcu amaro paratis. Amara res, hoc est, grauis, ac molesta, inquit Euthymius, huiusmodi vt: apparatu dolosæ calumniæ, vt in aperto quis laudet ac benedicat, clam & latenter conspiret atque maledicat. Paraphrastes, *vnxerunt sagittas suas veneno mortifero & amaro*, figuratæ locutionis vim expressit magis. Ex occultis amicorum insidiis exsistunt sæpe mala, tanto, inquit Augustinus [a], amariora, quanto pax dulcior fuit (vide illud [b], *qui mecum dulces capiebas cibos*, &c. & immani allusionem Cassiodorus ad commune exceptum ludam prodistoremique vera putata est, cum altutissime fingeretur. Cum dulcia degenerant, amara euadunt, & dulcibus rebus huius intenditur. Iubet Paulus [c] *viri, diligite uxores, & nolite amari esse ad illas. Amaram gentem* vocat Abacuc [d]. Qui tam amarum quam occidere Christum? inquit Ruffinus. Iudæ, qui laqueo periit; & Iudæis, quos Romani partim interemerunt, partim in captiuitatem perpetuam abduxerunt, mors Christi admodum amara fuit: & huius illis *memoria* nunc mortis *amara* [e] est: *amarum reliquisse Dominum Deum suum abiecto timore illius* [f]; cuius quoque mortem *Angeli pacis amare fleuerunt* [g]; quemadmodum & Petrus, quòd eum negauisset [h].

Rei grauis in quorundam fari, aut maledicere.

Ex amicorum insidiis malorum grauius tanto quanto pax dulcior fuit.

a Lib. 1. de ciuit. c. 5.
b Ps. 54. 15.
c Coloss. 3. 19.
d c. 1. 6.
e Eccl. 41. 1.
f Iere. 2. 19.
g Esa. 33. 7.
h Matt. 26. 75.

Vt sagittent.] Augustinus, *vt sagittarent*. licut & Hieronymus. Nihil porro refert quòd hinc nouus Hebraice versus inchoetur, ac in biblia Latina distinctione versuum vsque ad nonum, *immaculatum*.

In occultis.] Hieronymus, *in absconditis*. Augustinus, *in abscondito*. Hilarius, *in obscuro*. Symmachus, κρυφῇ, *clam*, & ἀφανῶς, id est, ex insidiis. In Psalmo 30 [i], *vt sagittet in obscuro*. Quid sibi velit relege commentarium. Tsaphon enim est צפון *ophel*, & σκοτομήνη, hic autem מסתרים *mistharim*, & ἀπόκρυφα; quod aduerbialiter exponit Apollinarius λάθρᾳ *clam*, quæ fieri dicique *coram Domino* [k] dicuntur, iustè ac recte tum fiunt, tum dicuntur, & Deo fauente, aspirante, annuente; contrà quæ perperam & cum peccato, solent *à Deo abscondita* vocari. Sic Psalmo 16 [l]. vidimus *de absconditis adimpletum ventrem*, quosdam intelligere, peccatis plenum cor.

i vers. 3.
k Gen. 27. 7. Num. 32. 22. Iudic. 16. 1. 1. Reg. 16. 6. Lib. 33. 45.
l vers. 14.

Immaculatum.] Hieronymus, *simplicem*, תם *tham*, ἄμωμον, de quibus dictum sæpius: & quo pacto talem se quis verè nominare possit, siue innocentem, integrum, syncerum; videlicet quod ad crimen obiectum talem se ferebat esse, sine, vt explicat Apollinarius, ἀναίτιον. Hilarius, mysticè nimirum agens, per *immaculatum* intelligit recens ablutum a sordibus, & maculis peccatorum, per baptismum, nondum dignum qui vocari absolute sanctus, fidelis, seu bimatæ fidei, & doctrinis spiritualibus eruditus atque iustus, possit, nondum contra pugnacis linguæ arma certantem, sed simplicem & ex nouæ natiuitatis infantia tenerum; & quem sine metu contradictionis alicuius per rerum ignorantiam in obscuro positum vulnerare intento iampridem arcu faciliùs queant. *Innocens* quandoque pro rudiore ac simpliciore sumitur, vt cùm dicitur, *credere omni verbo* [a]. Sed Græcè, ἀκακῶ, & Hebraice פתי *pethi*, vocatur quasi *inexperiens mali*, & *quem facile fallas*. Non meminit ἄμωμον תם *tham*, *immaculatum*, in ea notione de qua Hilarius; qui tamen Latini nominis hanc monet esse proprietatem. Ex quo videtur is etiam qui Hieronymus dicitur, imitatus. Quod Augustinus de Christo tradat, qui solus absolute nominari debeat *immaculatus*, acumen habet, vt nec tantum haberet maculæ quantum posset pungi a sagitta, vtpote agnus immaculatus, totus immaculatus, semper immaculatus, non cui maculæ ablatæ sint, sed qui maculas nullas contraxerit, & fecerit multos immaculatos, donando peccata, ipse immaculatus, non habendo peccata. Fortassis ad *maculam* respexit, vt Latine significat colorem notabilem in corpore differentem à reliquo eiusdem coloris, quique quasi pro meta, scopo, signo, possit esse, in quod dirigi sagitta valeat.

a Prou. 14. 15.

Vers. 6.] Subitò sagittabunt eum; & non timebunt. Firmauerunt sibi sermonem nequam. Narrauerunt vt abscunderent laqueos, dixerunt, quis videbit eos?

DOcet, aduersarios suos non modò ex insidijs, tectè clámque veluti eiaculaturos aut iaculati solitos contra se calumniarum tela, sed & subitò, derepente, ex improuiso, præter expectationem, dum nil minùs cogitare vel suspicari possent, atque sine vllo aut Dei, aut hominis, aut vllius legis timore quo retraherentur: quia obstinato prorsus obstinatóque animo decreuissent exequi, quod semel concepissent, ac sibi proposuissent, & inter se disceptantes constituissent, insidias abscondere, sibi persuadendo neminem cognituram, impedituram, vltorem, ne Deum quidem ipsum.

Subitò.] Augustinus, *repentè* significat, ait Nicephorus, ἐξάπινα, idem quod τὰ κρυπτόμενα, *occulte, obscure, clanculum, repentinè, ex improuiso & inexpectato*: quod αἰφνης etiam dicitur & ἀφανῶς, putátque aliquis ξ esse tenui in aspiratam mutata factáque metathesi vocalis (ι) natum ex ἐξαπίνης. Quidquid sit, ἐξάπινα vix alibi quàm hic reperiatur, & iterum apud Marcum [k], quod reddit Interpres, *subitum*. Posset exponi locus hic de comprehenso Christo tempore nocturno, veluti ex improuiso, cùm suos ad vigilandum cohortatus esset ne incauti deprehenderentur [c].

k c. 13. 36.
c Matt. 26. 40.

Sagittabunt eum.] Repentinus ad Christum cum impetu cohortis Iuda duce ipsum osculan-

te aduentus, potest allegoricè dici *sagittatio*, quia sagittæ citò, improuisò, validè percellunt, quando audis,

Exemplo [a] *teli stridorem, auráſque sonantes.*

Et non timebunt.] Meritò à timore inimici & inimicorum nihil timentium poscebat initio eripi animam suam. non pepulit à persecutoribus Christi timorem non modò tanta priorum multitudo miraculorum, sed nec quòd ille vnico eos verbo deiecerit *in terram* [b], immo, quamuis facta sibi ab eodem potestate [c], comprehendere ipsum veriti non sunt [d]. Iudex iniquitatis Deum non timet & hominem non reuerebatur [e], *nec est timor Dei ante oculos* improborum [f]; sed *illic trepidant vbi non est timor* [g], id est, vbi aut quomodo timendum non esset. Diabolus autem *factus est vt nullum timeret* [h].

Firmauerunt sibi sermonem nequam.] Hieronymus, *confortauerunt sibi sermonem pessimum*, ἐκραταίωσαν; pro quo Symmachus, ἐκράτωσαν, *tenuerunt*. Futurum יְחַזְּקוּ *iechazzeku*, vertunt alij etiam in futuro, quidam in præsenti, & significat *confirmare, obfirmare, corroborare, confortare*. Sermo item pro re accipi potest, qui hoc loco est λόγῳ & דָּבָר *davar*, & ita nonnulli vertunt rem malam. In aliis psalterijs & apud Hilarium, & Cassiodorum, *firmauerunt sibi verbum malum*: apud Arnobium, *affirmauerunt sibi verbum iniustum*. apud Aug. *obfirmauerunt sibi sermonem malignum. Firmare sermonem* [i], vel aliquid *sermone* [k], vel, *pactum* [l], alibi legimus addito etiam iuramento [m]: præterea *cor* [n], quod vltimum significat contumaciam & obstinationem mentis, ac veluti obdurationem, & cor induratum lapideúmque, vt nec à facie Dei turbetur quis, & *considerans eum timore solliciteturr*, nisi Deus *molliat cor* [o], & ablato lapideo det carneum [p]. Scribit de Christo Lucas [q], quòd *faciem suam firmauit vt iret in Ierusalem*, ἐστήριξεν, Syriacè ܐܬܩܢ *athkan*, præparauit; hoc est, certus omnino fuit illuc proficisci, rectà tendere firmo animo voluit, noluit vllo metu, vlláve ratione ab eo proposito reuocari, magno & erecto animo iter aggressus est. Sic *firmare super aliquem oculos* in Psalmo 31 [r]. denotabat fixam & permanentem sine diuersione protectionem. A tauris ductam existimat Maldonatus [s] metaphoram, qui quempiam cùm obstinati aggrediuntur, vultum corrugantes obfirmant. *Obfirmare faciem contra aliquem* hoc sensu dicitur Deus [t], vt perdat eum: Ezechiel [u] etiam, *ad ciuitatem*: denique *vir impius procaciter* [x], quod simul innuit sæuitiã. Huic opposita dicendi formula *vultum in diuersa mutare* [y], nimirum facilè vel erubescere, vel flecti. Hoc loco Apollinarius expressit procacitatem consiliorum & sermonum.

ἔμπεδον ἐστήριξαν ἀναιδέα δήνεσι μῶθον:

Solidè firmarunt procacem (seu impudentem) *consiliis sermonem.*

Verbum sermóve nequam, quem firmauerunt Iudæi sibi contra Christũ, fuit pronunciare eum reum mortis, negare *se regem habere, nisi Cæsarem* [z], repetitio verbi, *crucifige, crucifige* [a], quæ repetitio cessit ipsis in malum, sicut imprecati sunt dicendo, *sanguis eius super nos & super filios nostros* [b], vt Augustinus notat, Ruffinus, Cassiodorus, Remigius, Beda, vterque Bruno & alij. Glossa verò & Haimo existimant sermonem illum esse quem protulit Caiphas, *expedire vt vnus homo moreretur pro populo* [c], quem altè in memoria infixerint. Valentia interpretatur de tota deliberatione occidendi Christum, quam subitò & in occultis mandauerunt executioni, quia die Mercurij consilium inierunt, & sequenti die captus est ab eis: feria sexta crucifixus. Natiuum Iudæorum vitium obstinatio & ceruix dura durissimáque frons, ærea & attrita, vt cum Stephano docui, dum illius concionem declararem [d], déque immortali eorumdem egi odio in Christianos [e]. Iudaizat quodammodo qui est in peccato pertinax; immo quod Iudæis obstinatissimis obiecit Christus [f], *ex patre Diabolo* est, desideria eius perficere volens, hoc est, animæ propriæ interitum, in quem obstinatio demergit. fit autem nescio quomodo, vt malum verbum firmiùs hæreat in memoria, siue in nos prolatum, siue in alium, neque commoriatur [g].

Natiuum Iudæorum vitium, obstinatio, ceruix dura, & æra.

a Act. 7. 51.

b Ibid. 52.

Iudaizat quodammodo qui est in peccato pertinax.

c Ioan. 8. 44.

d Eccl. 19. 10.

Narrauerunt.] In Psalterio Romano, & apud Hilarium atque Arnobium, *disputauerunt*: in Gallicano, & apud Cassiodorum, *disposuerunt*. Retinuit Hieronymus, *narrauerunt*, ex סִפְּרוּ *sesapperu*, futuri temporis, quod significat *commentari, viro citróque colloqui, deliberare, consultare*, quod pro διηγήσαντο Symmachus reddit διεσκέψαντο, quæ idem præualent. Apollinarius ἐσκέψαντο, *considerauerunt*. Nicephorus συνεβίλευσαν, *consultauerunt*, quod Symmacho tribuit Euthymius. Non intelligitur ergo per *narrandi* verbum simplex narratio, vel historiæ recitatio & expositio; sed disquisitio, disceptatio, ratiocinatio, &c. quemadmodum & in Psalmo 72 [h]. *Si dicebam, narrabo sic, ecce nationem filiorum tuorum reprobaui.*

e vers. 15.

Vt absconderent laqueos.] Augustinus, *muscipulas*. Græce, παγίδα singulari numero in Complutensibus ac Regijs libris. & Apollinarius, δίκτυον, sed pluralem habent emendati codices, & alij enarratores Græci, sicut & Hebræus textus מוֹקְשִׁים *mokesim*. Vidit Antonius tensos orbe toto Diaboli laqueos, & audiuit ab humilibus euadi tantùm posse [i]. Rectè; nam Diabolus *Rex est super filios superbiæ* [k]; & eiusdem filij aliis pariter aliis seu fratribus suis eos tendunt. *Absconderunt*, ait Dauid [l], *superbi laqueum mihi*. Alieni videntur à superbo insidiarum laquei, & aperto potiùs marte agere deberet: tamen, quod paradoxum est, superbus, ignauus, pusillanimis, timidus: humilis è contrario audax, magnanimus, fortis; quia omnia hic potest in Deo [m], *qui confortat* [n], solámque voluntatem Dei curat; ille se ipso nititur & reformidat, si res non succedat, confusionem atque vituperationem.

f Athanas. in Anto.

g Iob. 41. 25

h Ps. 139. 6.

Superbi & humilis natura.

i Phil. 4. 13.

In Psalmo 118 [o]. quod legimus, *narrauerunt mihi iniqui fabulationes, ἀδολεσχίας, exercitationes in sermone cum quadam delectatione*, vt Augustinus explicat. Symmachus interpretatur, ὑπώρυξάν μοι ὑπερήφανοι ὑπόγεια, *suffoderunt mihi superbi subterranea*: Aquila, ἔστηλλόν μοι ὑπερήφανοι βρόχους, *sarriebant mihi superbi laqueos*: V. editio, ὤρυξάν μοι ὑπερήφανοι βόθυνον, *foderunt mihi superbi foueam*; quo vltimo modo etiam Hieronymus. Sic adeo multi pro *iniquis*, quos Lxx. παρανόμους *superbos* exposuerunt, Hebraicè זֵדִים *zedim*, & כָּרוּ *charu*, iuxta propriam suam notionem, pro qua Lxx. διηγήσαντο. Hoc item loco possumus intelligere *absconditos laqueos & fossas* à superbis; & quod narrare dicuntur, innuere tensionem laqueorum ac foueárum. Sed *frustra iacitur rete ante oculos pennatorum* [p], qui mentem ad Deum attollunt, seséque ad illum surrigunt & gloriam eius quærunt. lege Bernardum [q].

k vers. 85.

l Prou. 1. 17.

m Serm. 64. in Cant.

Dixerunt, quis videbit eos] Cassiodorus & Arnobius,

nobius,

nebius, *nos*. Quod etsi pronomen omnis personæ αὐτοὺς ferre potuit, non tamen Hebræum לָמוֹ *Lamo*. Porro cum παγίδες fœminini sint generis, pronomen masculini, non potest hoc referri ad laqueos, multo minus ad laqueum παγίδα numero singulari: sed erunt verba dicentium de se ipsis in tertia persona, *quis videbit eos*; vel, *dixerunt*, idem est quod, ita omnino decreuerunt: tum Dauid ipse ait; miratus vafritiem, ac nonnihil timens; *quis videbit eos?* sed sequentibus versibus responsum tubicit quo se ipsum consoletur. Augustinus, de discipulis quas posuerat, in textu intellexit, *quis videbit eos?* & tamen Bredenbachius & Genebrardus *eos* referri volunt ad laqueos, fortassis id etiam voluit Interpres Latinus de sensu magis quàm de constructione Græca curans. Latere putabant Deum & Christum Iudæi persecutores Christi: & in errore tali versantur multi insipientes in populo, dicentes, *non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob* [a], quos refellit acerrimè alibi Dauid [b], & nos alias non semel. *Væ qui profundis estis corde*, ait Isaias [c], *vt à Domino abscondatis consilium, quorum opera in tenebris sunt.* quem locum Hieronymus ibidem hoc nostro & similibus illustrat, & exemplis primorum parentum [d], & Cain [e], & testimonio Amos [f], & Psalmi 138 [g]. Conuicti ac detecti occisores Christi ab Apostolis, & hoc in suo Concilio confitentes [h], causabantur palam, *velle* illos *inducere super ipsos sanguinem eius* [i], quasi apud præsidem egissent reum illum, qui erat innocens, sicque contra ipsos deinceps concitare eumdem Præsidem vellent. Cauerunt propterea ne in die festo caperetur Christus, testes subornauerunt, ad tribunalia ciuilia & Ecclesiastica Christum protraxerunt, proditione discipuli vsi sunt, nocte comprehenderunt, seditionis inuisum crimen & ambitum affectati regni obiecerunt, &c.

Vers.7.] Scrutati sunt iniquitates, defecerunt scrutantes scrutinio. Accedet homo ad cor altum.

Vers.8.] Et exaltabitur Deus.

SOlatur deinceps Dauid se ipsum aduersus tot fraudes, tamque dolosa, secreta, perniciosa inimicorum consilia. Ait, illos varios excogitasse diligenter nocendi modos, & multiplices inuestigasse eum perdendi vias, ita vt scrutando, & ad vltimum scrutationis perueniendo, defatigarentur, nec satis idoneam reperire rationem possent præstandi quod moliebantur: præterea non prætermisisse quin adhiberent in consilium quemcumque scirent profundi cordis & magni consilij, valentem prudentia vsúque rerum; aut quin ipsimet per se magis ac magis quasi descenderent in imum cordis sui, vt eruerent artem perdendi ipsum: attamen frustra omnia fuisse, nec succedere contra Dominum consilia eorum potuisse, vel posse, quia Dominus, dum talia machinantur, velut ex edito & superiore loco dispiciens despicere solet, ac tanquam priùs iaceret & dormiret, expergisci, excitari, exurgere, erigi, comprehendere omnes tales sapientes ac prudentes in sapientia, prudentia, astutia sua, inefficaces & inanes reddere cunctas cogitationes, technásque, gloriam atque nominis sui exaltationem elicere cum depressione & confusione meditantium mania. Non est opus hoc pluribus verbis ad persecutores Christi Ecclesiæve applicare: omnes nullo negotio percipiunt, restatque solum vt difficiliora de sententiæ singulis partibus declarentur.

Scrutati sunt iniquitates.] In Gallicano Psalterio, & apud Hilarium, *perscrutati sunt iniquitates.* Augustinus, *perscrutati sunt iniquitatem.* Quamuis Faber tribuat Psalterio Gallicano, *scrutati sunt iniquitates*, & Romano, *iniquitatem*: & aliquando legatur in Hilario, *in iniquitates.* Hebræum nomen עוֹלוֹת *holoth*, est plurale. Græcum ἀνομίαν, singulare. Sed legerunt fortassis L x x. עוֹלָה *haulah*. Paraphrastes explicat *peruesligabunt vt inueniant iniquitates ad disperdendum iustos.* nescias an iniquitates Dauid intelligat scrutantium, vt quæ meditabantur & excogitabant iniqua essent; an eorum contra quos dirigebant eiusmodi cogitationes, vt scilicet inuenire & confingere studerent crimina quæ obiicerent, & propter quæ videri possent innocentem iustè persequi. Posteriori sensui fauet lectio, *in iniquitates.* Priori sensus placet pluribus, vt cùm Iudæi à discipulo tradi voluerunt Christum, damnari à Iudice, crucifigi à militibus, pretium sanguinis non mittere in corbonam, resurrectionem celare, totum facere, & nihil fecisse videri, quam simulatam eorum innocentiam & æquitatem vocat Augustinus duplicem iniquitatem, quia iniquitas est, & simulatio. *Ne insidieris*, ait Sapiens [a], *& ne quæras impietatem in domo iusti, neque vastes requiem eius.*

Defecerunt scrutantes scrutinio.] Hieronymus, & alia duo Psalteria, & Cassiodorus, *scrutinium.* Augustinus, *scrutationes.* Hilarius aliquando, *in scrutinio.* Aliqui, *scrutinia*, & Franciscus de Putteo in Catena textus, aliique quos Brugensis citat, Beda, Remigius, Ludolphus, Rickelius, Pastura, simul cum nonnullis codicibus. In Græcis Complutensibus ac regiis habetur ἐξερευνήσεις in plurali accusatiuo, atque ita Euthymius, Nicephorus, Apollinarius, legerunt, quia primi exponunt *ζητήσεις δολερὰς, inuestigationes dolosas*; vltimus, ἀπείρατα, *interminia*, hoc est, vt Basilius ac Theodoretus exprimunt, *solitudines*, & *petrosa loca*, per quæ nimirum constat à Saüle inuestigatum Dauidem. Apud Theodotionem est, ἐξερευνῶντες ἐξερευνήσει, sicut nunc in emendata editione L x x. & apud Aquilam in eodem casu numeróque, σκαλεύσει σκαλεύσασθαι, *fossione fodientes.* Hieronymus [b] legit, *scrutinio.* Hebræa sunt חֵפֶּשׂ חָפְשׂוּ מֶחְפָּשׂ *thamemu chephes mechappas*; quod quidam vertunt, *perfecerunt*, seu *executi sunt* (etiamsi non obtinuerint quod intendebant) *scrutinium perscrutatum*, sive *inuestigatum*, & *quod scrutando cogitarunt*, vel, *perfectè excogitauerunt quidquid scrutando excogitari potuit, ita vt nihil residuum fecerim:* hoc modo esset חֵמֵנוּ pro חֵמֵסוּ *thamemu* (ג) *nun*, pro (ם) *mem*, aut pro חֵמּוּ *thammu*, ita vt (נ) *nun*, indicaret defectum daghes literæ (ם) *mem*, in חֵמֵּנוּ *thammu.* Idem iudicium de חֵמְּנוּ *thamem*, in libro Numerorum [c], vbi significat *consumi per mortem.* Vtrobique verò legendum videtur prolato sceua *thamemu*, si concedamus esse, pro *thamemu*: quamuis qui nolit, cum eo non contenderim. At iuxta vltimam istam notionem illius verbi, alter nostri loci sensus esset, quem puto veriorem, quòd vsque ad deliquium quodammodo peruenerint deliberando, quod tamen ex alio sequitur, quia perfecerint, id est, nihil omiserint, quod ad consilium videretur quàm optimum fa-

cere posse, ita vt quod in alio Psalmo [a] eleganter dicitur, *omnis sapientia eorum deuoraretur*, seu absorberetur & deglutiretur, *anima in malis tabescente, turbatis ipsis & motis sicut ebrius.* Hoc profectò hic valet τὸ ἐξωλισθῆσαι, & apud Apollinarium, ἀλογηταλειπτικὸν, videlicet defectum, & quod dicebam, deliquium animi atque inopiam consilij. Et potest rursus id accipi, vel quia nihil supperetet præterea quod contulerent, nimis fatigati conferendo: vel quia quod optimum factu iudicauerant, & perficere tentauerant, ad exitum perducere nequiuerant. Contendit Genebrardus esse primæ personæ pluralis חמנו *thamnu*, & supplendum, *ascendo, scrutati sumus iniquitates, descendo, defecimus in scrutinio scrutato.* Scilicet erit tunc pro תמנו *thamnonu.* Confirmat in thesauro Pagninus alio loco ex Threnis [b]; *Misericordia Domini quia non sumus consumpti*, vbi est etiam תמנו *thamnu.* Innuit Felix aliud verbum Hebræum טמנו *tamenu*: dum etiam exponit per *abscondendi* verbum, *absconderunt scrutinium inuestigatum.* Bredembachius ita omnino legit. Sed Hieronymo & L x x. & aliis omnibus enarratoribus ac Interpretibus credendum; & iam prius præcesserat mentio de abscondione per idem illud verbum cum litera seruili למטמן *lamon.* nec difficile fuit apicem aliquem excidere ex litera secunda (ב) *mem* in תמנו *thamenu*, quod erat in textu, ita vt legatur nunc pro eo תמנו *thamnu.* Quæ mihi vltima coniectura magis placet, speróque placiturum lectori hoc editionis nostræ tuendæ studium nostrum, tametsi nonnihil spinosum & molestum.

De re ipsa prius dixi, præsertim de irritis occisorum Christi consiliis & Ecclesiæ persecutorum. Docet id Augustinus, tum verò de militibus mentientibus sublatum ex sepulchro à discipulis Christum, quem Augustini commentarium recitat Ecclesia, in matutino Sabbati sancti. Innocentiam Christi prodiit ipse fassus est; Pilatus & vxor; latro, centurio, alij percutientes pectora sua. Diocletianus persecutor sæuissimus anno persecutionis secundo abdicauit se ipsum imperio; quòd tæderet eum nihil proficere persequendo, vt innuit Eusebius [c], & apud eundem [d] Constantinus, in concione ad Sanctorum cœtum, disertè autem traditur in actis Menæ, & sociorum martyrum (apud Surium 10. Decembris) vbi est Diocletianum & Maximianum hanc abdicationis spontaneæ rationem amicis reddidisse, licèt apud alios prætexerent fortunæ fatietatem, & amorem mutationis. Idem testatur Zonaras [e] & alij, cùm tamen iidem imperatores iam columnis inscripsissent nomen Christianorum à se deletum, qui rempublicam euertebant: superstitionem Christi vbique deletam, cultu Deorum propagato. Recitat Baronius [f].

Hilarius *defectionem* istam *scrutaninm* contra Deum esse vult, & labefactari ingenia contradictioni veritatis intenta philosophorum & hæreticorum. Vtrosque Hieronymus [g], nec non Iudæorum Pharisæos, dicere solere scribit se non intelligi, cùm reuera *deficiant* ipsi *scrutantes scrutinio*, & absque Dei sapientia *in nihilum reputentur* [h]: & quemadmodum *in vanum vigilat sine Domino custodiens*, aut *ædificans ciuitatem* [i], ita nisi Dominus adiuuerit scientiam, in vanum laboret qui se putat esse sapientem; nisi Dominus omni custodia custodierit cor, in vanum vigilet qui putat illud sua diligentia posse seruari. Denique ait Hieronymus [a] de istis omnibus, quòd nudi vadunt in ventum, & nihil laborantes doctrinæ suæ secum ferent, quoniam *feruntur omni vento doctrina*, nec habent lucem, sed *in tenebris comedunt* sacramenta, *& in curis multis & in erumna atque tristitia* [b]. Sed & hi *scrutatores maiestatis opprimentur à gloria* [c], & *scrutabitur* eos Deus *in lucernis* [d], atque [e] *peccata eorum*, dabitque *secretorum scrutatores* [f] *quasi non sint*, quia non *scrutantur vias* suas [g], sed *fortiora* se & supernas res [h]. Potest id prolixa oratione demonstrari, & quanta sit humanæ vel scientiæ vel prudentiæ vanitas, & quàm obtusi sint non modò Iudæorum sensus [i], verumetiam hæreticorum & quotcumque terrena sapiunt, seséque in aranearum euiscerant telas; nec intelligunt *quod stultum est Dei sapientiæ esse hominibus* [k], *dissipatq; superbos mente cordis sui* [l], id est, eorum, vt alij legunt, canítque Ecclesia Vediolanensis, licèt auctor tractatus super *Magnificat*, apud Augustinum [m], de profundo Dei consilio interpretetur, vt homo fieret ac redemptor, ita vt hoc etiam hamo, quem præuidere nequiuerat Leuiathan, caperetur. Quod sanè violentum est, ac repugnans pronomini αὐτῶν.

Permitto accommodationis eum sensum quo torqueatur hic in illos locus qui quos confitentes audiunt, curiosiùs quàm par est perscrutantur, & nimis anxiè conscientias excutiunt. Verendum ne scrutando iniquitates, ipso deficiant in scrutinio, neu etiam deficere alios faciant, dum illis ignota imprudenter aperiunt, tanquam idola quæ supellectilem Iacob scrutando Laban quærebat [n]. Vnus perfectè *scrutatur corda Deus renésque* [o], & *spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei* [p]: *prauum est cor hominis & inscrutabile* [q] ab homine, ac multo adhuc magis *cor regum* [r]: tamen spiritu illo quem dixi cùm *sapiens videatur sibi diues, pauper prudens scrutabitur eum* [s], nihil dans gratiæ, non propter diuitias plus ei quàm par sit tribuens, prudentia & sapientia valens cum κατεγνώσθαι redarguere, atque confutare si sit opus.

Accedet homo ad cor altũ.] Augustinus, *accedit.* in Regijs & Complutensibus bibliis pro *ad*, legitur, *&*: cuius quoque lectionis Lombardus, Haimo, Remigius, Beda, Dionysius Carthusianus meminit. Sic autem se habet editio Hebræa, in qua est duplex particula coniungens (ו) *ve*: Græcè est coniunctio ante *cor*, καὶ καρδία βαθεῖα, ita Augustinum legisse Ricardus Cenomanus negat, quia in textu eius ponitur, *ad*, exponitque quòd accessit Christus seu filius Dei incarnatus *ad cor altum*, id est, secretum, quoniam cùm suscepit passiones, obiecit se oculis aduersariorum, tanquam purus homo.

De Augustino contrarium sentit Iansenius, confirmans auctoritate Lombardi, & Brugensis, probans testimonio Bedæ. Beda verò hanc videtur lectionem sequi, nec non Bruno & Dionysius Carthusiani, atque Arnobius. Citant præterea Iansenius & Brugensis codices alios non paucos psalmorum. Quidquid sit de Augustino, qui mihi potiùs editione nostra videtur vsus, non placet quod iidem Iansenius ac Brugensis, & præterea Ricardus Cenomanus, errore velint esse in editione nostra, quódque ita etiam in suo textu legant Lindanus & Agellius. nam Beda testatur suo tempore nostram translationem sic fuisse vt nunc est, aitque congruam esse posse, & Haimo negat illam aliam poni à sanctis Patri-

bus.

[a] c.6.16.

[b] c.3.22.

Diocletianus cur se imperio abdicarit.

[c] 8 hist. c.16.
[d] c.25.

Maximiani ob audaciam. Inuidia contra Christianos sopiendos.

[e] 13. parte Annal.

[f] to.3. annal. anno Christi 304. pag. 738. *Hilarij explicatio.*

[g] in c.29. Esa.

[h] Sap 5.07. 3 Pb.126.1.

[a] in c.5. Eccl.

[b] Eccl.5.16.
[c] prou.25. 27.
[d] Sopho.1.12.
[e] Iob 10.6.
[f] Lta 40 23.
[g] Thren.3. 40
[h] Eccl.3.22. 24.

[i] 2.Cor.3. 14.

[k] 1 Cor.1 25.
[l] Luc.1.51.

[m] to.9. tract. vlt.

Loci accommodatio.

[n] Gen.31.34.
[o] 1 paral 28. 9
ps 7.10. Ieremi.17.10. Rom 8.27. Apoc 2.23. Sap.1.6.
[p] 1 Cor.2.10.
[q] Ieremi.17.9.
[r] prou.25.3.
[s] prou. 28.11.

bus. Auctor operis de operibus Cardinalibus Christi, qui si Cyprianus nó est, eadem vixit ætate, vsus est eadem [a] lectione, licet *altum* sumens pro *excelso*, pro *accedet*, legit, *ascendet*: vel certè ita interpretatur, *accedere ad cor altum*, vt sit, ascendere & eleuari cogitatione ad alta & superiora. Hebræa ita se habent וקרב איש ולב עמק *vekereu isch veleubbamok*. Vertit Hieronymus nectens prioribus, (*defecerunt scrutantes scrutinium*,) hoc modo, *cogitationibus singulorum & corde profundo*: quod explicat Treuetus, facient tales inuestigationes cogitationibus singulorum & corde proofúdo, id est, quamuis singuli eorum cogitarent & profundè studerent, adhuc defecerunt ab intento. Aliorum ex Hebræo versio est: *& intimum vniuscuiusque & cor profundum* nempe *perfecerunt* siue *absoluerunt*, id est, quidquid humana potuit inueniri diligentia, quidquid excogitari ab homine, quidquid iniri consilij & astutiæ, quidquid ex intimo cuiusuis hominis & profundo promi corde, id ad se totum traxerunt vt me perderent: toti sunt in machinando quisque in sinu & pectore suo: non prosiliunt inconsulto, præcipiti, furioso contra me impetu, nec se proiiciunt: violenti sunt rapidíque post maturè susceptа consilia, & interim alia fouent coquúntque animo, ad varios rerum euẽtus ac diuersas in partes parati, nec in aperta ipsa eorum vi desunt fraudes, occulta consilia, latentes insidiæ.

Autoris sensus.

Mea, nec vana, vel fallor, suspicio, lectum à L x x. non וְקָרֵב *vekereu*, sed וְקָרֵא *vekrau*, facili mutatione punctorum, quibus carebant L x x. & contractionis ex longiore litera prima, quod significat, *accedet, appropinquabit*, &c. Vt autem Latinus interpres exponeret ad quid, pro particula (ל) &, maluit ponere *ad, accedet homo ad cor altum*: quod Græcè dicitur, *accedet homo*, προσελεύσεται, *progredietur vltra*, scilicet scrutando, *& cor altum*, καὶ καρδίᾳ βαθείᾳ, nempe & cor profundum accedet, aut erit illi: vel καὶ καρδίᾳ βαθείᾳ, id est, & corde profundo, seu profundi cordis, homo inquam talis, vel, & quidem accedet ac progredietur ad scrutandum corde profundo, & profundè, quod Galli dicunt, *songer creux*. Alij Græci Interpretes Hebræum textum, vt nunc est, secuti sunt. Aquila ἔσχατον ἀνδρὸς, καὶ καρδίαν βαθεῖαν, *intimum hominis & cor profundum*: Symmachus ἐξ ἐσχάτου ἕκαστος καρδίας βαθείας, *ex intimis quisque* (significat etiam איש *isch*, *vnumquemque*) *cordis profundi*: Theodotio, διάνοια ἀνδρὸς καὶ καρδία βαθεῖα, *mens viri & cor profundum*; quod ex eodem refert in accusatiuo Theodoretus iungens membro sequenti, καὶ διάνοιαν ἀνδρὸς καὶ καρδίαν βαθεῖαν καταπτοήσει ὁ θεὸς, *& mẽtem viri & cor profundum sagittabit Deus*. Ex his omnibus perspicitur per *cor altum* non intelligi hoc loco excelsum, eleuatum, sublime, siue, in bonam partem, quod in meditatione occupetur superiorum cælestium diuinarum rerum, vnde oriatur Dei in corde tali exaltatio, siue in malam, pro corde superbo, elato, ambulante in mirabilibus super se, à quo se Deus quasi altiùs ascendendo ac exaltando semetipsum subtrahat. Et tamen sensum priorem tradit hoc loco Hilarius Auctor operis de operibus Cardinalibus Christi antea citatus, & ille quidem confessionem laudis, hic ait, hinc inferri esse incomprehensibilem Deum. Cæsarius [b] Arelatensis *altitudinem cordis* interpretatur fidei altitudinem & magnitudinem, quæ in suscipiendo Christi corpore se habeat, sicut in cibo sumendo auiditas.

a in prologo.

Dei incomprehensibilitas. b hom. 7.

Sententiam eandem de alta, & quæ superet captum nostrum, Dei cognitione, sequitur Hugo, dicens in alia litera legi, *ad cognitionem altam*: præterea Haimo, vt homo rationalis cor suum erigat ad intelligenda alta, scilicet consilium Dei, vel, vt intelligat cor Dei, id est, eius secretum consilium, accedendo, quia id cognoscere nullus plenè valet: tunc verò *exaltabitur Deus* apud illum. Eódem spectant, qui quó quis corde animóque aggreditur excellentiora & sublimiora opera, hoc aiunt Deum magis exaltari & laudari, quales qui renunciant omnibus [a], &c. vel cognosci superiorem ac maiorem esse, plurimúmque deesse, vt tanto domino vel ex parte satisfieri possit [b]. *Altitudinẽ cordis* Arnobius accipit in deteriorem partem, explicans de hoste inuisibili, qui videns se defecisse, & hominem accedere ad superiorem gradum iustitiæ, facit ei *cor altum* (quasi legerit, *accedet homo*, nempe ad eum superiorem gradum iustitiæ, *& cor altum*, ei nimirum hostis ille facit) vt per elationem cordis eius, exaltet se Deus ab eo. Exponit Beda; *accedet homo ad cor altum*, hoc est, minor quilibet de Iudæis ad consensum principum, vt pernicioſa consilia mortis Christi perficiat, qui etiam Christus dicatur *cor altum*, & post mortem tamen idem qui simul est Deus, exaltetur. Refert Euthymius, quosdam, per *hominem*, Iudam intellexisse; qui ad principes Iudæorum accesserit, vt proderet Christum. Iterum Haimo, vt *homo* pro stulto sit, & *accedat ad cor altum*, nempe vt nesciens impleat altum consilium Dei de interficiendo Christo, sed *exaltetur Deus* illum resuscitando. Postremò idem ac Bruno etiam & Dionysius Carthusianus, legendo, *& cor altum*, & hoc in meliorem partem, & *hominis* nomine Christum intelligendo, *hominémque dominicum* appellando, aiunt quòd accedet sponte ad mortem, *& cor altum*, idest dispositio Dei erit cum eo, & *sic exaltabitur* Deus, vt laudetur, & Christus, qui homo ac Deus est, resurgat & in cœlum ascendat. Eodem ferè modo iuxta editionem nostram, quæ habet *ad cor altum*, declarat Dionysius de Christo accedente ad intuendum profundum Dei consilium, vt passione redimeret Mundum, eáque ratione laudaretur Deus, & exaltaretur Christus, & resurgeret atque ascenderet. Similis quam prius retuli expositio Augustini, accessisse Christum *ad cor altum* in passione, id est ad secretum, vt diuinitatem suam absconderet, & offerret formam serui. Remigius idem dicit, & ad idem fere quæ à pluribus aliis afferuntur possunt reuocari. Propior literali videtur sensus Hugonis, vt Iudæus intelligatur esse ille homo, qui accedat *ad cor altum*, hoc est, profundum, volens Christum dolosè de terra tollere, quod antea dicebatur esse *scrutari iniquitates*; tamen exaltandum Christum, quia deficiet Iudæi scrutinium, omnéque consilium contra Christum, & resurget ac ascendet.

Quod attinet ad omnino literalem sensum, hic meo iudicio est iam indicatus ab Hugone, quòd *accedet homo*, id est, quiuis ex aduersariis Dauidis, *ad cor altum*, nempe ad suum, vt profundissimè simúlque secretissimè commẽtetur quomodo capi & perdi queat: vel etiam ad quemlibet alium profundi cordis hominem, & maximè callidum, vt ab eo idem ediscat, cum illo conferat, quod acceperit ad Saülem secretò referat, auidissimum huiusmodi consilij. Consentit, si attendis, hic sensus cum interpretationibus ex Hebræo, quas priùs attigi, quæ huc tendebant vt

summam declaratent in consulendo diligentiam, fecereturque. Eadem ratione *profundo cordelhominis* legimus [a]; & *reuelationem sermonisque profundorum* [b], *profundas cogitationes Dei* [c]; *profundum sermonem* [d] huc altum, *altum profunditatem* [e], βαθὺ βάθος, & bis repetitū עמק עמק *hhamek hhamek*, quæ voces extant hoc loco, ita vt ex vltimo illo alio loco recte intelligatur *altum* hic pro profundo sumi, cuius Latini vocabuli, & *altitudinis* in eadem notione, alia sunt exempla non pauca: vt cùm dicuntur de *mari* [f], & *inferno* [g], *radice* [h], *puteo* [i]. Idem sibi volunt Basilius, & Theodoretus, declarantes de studijs, quæ mille modis occultare nitantur, sed frustra.

Altenor paulo expositio Euthymij & Nicephori, vt ad molientes contra se consilia praua dicat Dauid fore vt *accedat homo* aliquis aduersum se insecuturus, & sit homo ille cor profundum, hoc est, magni ac profundi consilij, & vergentis ad malum. Si *homo* non ad alios, sed ad ipsorum aduersarios collectiuè referatur, nihil differet hæc ab expositione tradita.

Explicat Agellius legens, *accedet homo & cor altum*, nouo quodam & subtili modo hunc locum, vt *accedere hominem* sit, cùm scrutatus antea sit maligna consilia contra Dauidem, tamen vultu & ore amicitiam simulare: & *cor altum* sit, corde abdito & obscuro consilia hostilia intus & secretò versare, exteriùs autem tegere. Talem putat fuisse Achitophelem, & hîc illum innui. Confirmat præterea, tum quia quandoque *accedere* idem valet quod fauere: tum quia psalmo 54 [k]. similis habetur sententia; *appropinquauit cor eius, molliti sunt sermones eius, & ipsi sunt iacula*; tum quia *cor altum* id solet dici, quod explorari ac deprehendi nequit. Nouitas mihi primùm nonnullâ ingerit suspicionem, vt & quòd solus de Absalonis persecutione plurimum interpretetur, cuius partes iuuabat Achitophel, vt iam pridem monui. Deinde vt *accedere* significet fauere, quod eo loco quem citat ex historia Regum [l] dicitur quidem Hebraice eodem verbo קרב *kerau*, quod hic habetur, sed Græco ὁμιλεῖν, non autem προσεκτέον, pendet ex antecedentibus & consequentibus: nec minùs accessio ad nocendum fieri, quàm ad fauendum potest. Denique citato psalmo 54. vidimus *appropinquare cor* ibi significare, hostiliter intus, foris amicè se gerere.

Et exaltabitur Deus.] Hieronymus, *sagittabit ergo eos Deus*, quod iungens cum sequentibus addit, *iaculo repentino*. Ex Hebræo ita fere alij reddunt, aut in præterito tempore, licèt sit futuri verbum יָרָם אֱלֹהִים *vnxorem Elohim*: & hinc ordiuntur nouum versum. Discrimen oritur quoniam nunc litera finalis (ם) *mem*, denotat pronomen affixum tertiæ personæ masculinæ; duæ mediæ sunt ex verbo יָרָה *sarah*, quod significat *iacere, iaculari, sagittare*, participium יֹרֶה *iereh*, quasi dicerent, & *iaculans* videlicet *est*, vel *erit* vel *fuit*, *eos Deus*. At Lxx. a verbo רוּם *rum* vel רָם *ram* legerunt in futuro יָרֵם *iarem* aut יָרוּם *iarum*, *exaltabitur, elevabitur*, &c.

Quæ in porro hæc *exaltatio* satis antea docui, & moraliter & literaliter. Ad literam egregiè antithesi etc., vt dum descendunt vasti profundique cordis homine in intimos illos recessus cogitationum, Deus iratus ille ex altiore loco, ac supra cælum cæli, vbi videtur stultis *rectum non contemplatore*, ambulans [m], atque velut longo gressu accedens, ablentesque perpetrent, ferutetur, exacte cognoscat: vel cum reprobat consilia eorum, dissipatque & redigit in nihilum, celebrior illius laus atque sublimior exiliat. *Hoc est ergo*, ait [n] Iob, *in quo non es iustificatus, respondebo tibi, quia maior sit Deus homine*, ורבה אלוה מאנוש *yrbeh eloah meenos*, *πλείων ἐστὶν ὁ θεὸς βροτῶν*, *æternus est superior hominibus*. Sed Hebræum *Enos, mortalem* significat, *miserum, exiguum sum* hominem; *heloah, Deum iudicem*; *yrbeh*, quòd *Deus quasi multiplicetur paruulus interuallis supra hominem*. Quam Dei supra hominem hac ire, hoc est in cognoscendo & diiudicando excellentiam bene insinuat editio Hebræa, vt nunc extat, nempe perinde acsi describat Deum de alto iaculantem dextera sua, non arces, vt ille eecinit [o], sed vilissimas casas, humillima gurgustia. Symmachus, *ἐκτοπίσει αὐτὸν ὁ θεὸς*, *sagittabit ergo eos Deus*, vt ex Hieronymo quoque retulimus: Theodotio, *κατατοξεύσει*, *sagittabit*: Aquila, *ῥιζάσει*, *insequetur cum stridore, circumaget*, ac *per aerem cum impetu agitabit*, vt cùm sagitta mittitur.

Vers. 8.] Et exaltabitur Deus.

Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum.

DE priore mẽbro quod alij adiungunt præcedẽti versiculo, dixi. Posterioris membri sensus est, quòd aduersariorũ verba, consilia, conatus, quibus tanquã plagis percutere ac vulnerare Dauidem voluerunt, &, vt antè dictum est [c], subitò sagittauerunt, non timendo, nihil parum ve nocumenti allatura essent, sed tumida futura imbellium & inualidorum ictibus puerorum, qui sagittando nihil aliud obtument, quam laborem, fatigationem, & non rarò propter impetitiam sagittandi, etiam lassionem. Vel, quod idem non à validis & peritis sauciandi sint ac interimendi, sed ab inexpertis & infirmis, cuiusmodi erant Philisthæi toties victi ac prostrati, quorum occubuit Saul cum suis gladio. Recte sagittantes sagittantur, fuisve pereunt sagittis: quemadmodum *perit gladio, qui gladio perimit* [d], *fundutur sanguis eius qui fundit eum* [e], *reddatur cuique sicut reddidit*, &, *in quo poculo miscuit ei seruet ei* [f], *qui obliniscuntur Dei, & qui se illudunt* [g], qui fornicantur, permittit Deus vt *eorum filiæ fornicentur*, & *adulterent sponsæ* [h]: quia miscebant Ægyptij sanguinem infantum Hebræorum cum aqua fluuij, coacti sunt versam in sanguinem aquam bibere [i]; *qui spoliauerant gentes spoliantur & ipsi* [k]: *qui prædantur & premunt, idem patiuntur* [l]; *qui comedunt, deuorantur* [m]: qui lacerant vidnas & pupillos, parem in suis pœnam ferent [n]: denique, *per quæ quis peccat per hæc & punitur* [o].

Mysticè nihil nocuisse Augustinus & alij docent, Christo Iudæorum conatus, sed puerorum similes ex canna telis seu sagittis, ita vt his plagis mors ipsa moreretur, promissa mundi salus velociter impleretur, leue admodum ellet vulnus, quia tam citò potit Christus resurrexit, plagæ non lethales, quatenus ad immortalitatis trãslatæ statum à Christo. De cæteris eorundem Iudeorum cauillis & argutationibus in Christum id quoque Hieronymus [p] alibi explicat. Hilarius [q], Rufinus, & quidam alij, præterea exponunt de prædicatione Apostolorum Christi,

a Prou. 20. 15. b Iob 11. 12. Dan. 2. 22. 1. Cor. 2. 10. c Psal. 91. 6. d Ezech. 3. 5. 6. Psal. 19. e Eccles. 25. Altum, altitudo, profundo. f Psal. 68. 3. Psal. 129. 4. Ioue 5. 4. g Sup. c. 29. Exod. 32. 16. h Sap. 4. 3. 2. Machab. 2. 19. Ioan. 4. 11. Chrysost. Euthym. & Nicephor. Psalmum explanant.

Accedere pro fauere. k Vers. 22.

l 1. Reg. 20. 7.

Sagittæ eorum quæ.

m Iob. 22. 14.

A

B

C

D

E

Sensus huius.

c vers. 5.

d Matt. 26. 52. e Gen. 9. 6.

f Apoc. 18. 6. g Osee 4. 6.

h Ibid. 13.

i Exod. 7. 17. k Abac. 2. 8. l Esa. 33. 1. m Ierem. 30. 16.

n Exo. 22. 22. 23. 24. o Sap. 11. 17. Mystica expositio.

p In cap. 23. Matth. q Hic & in ps. 118. Nonnulli alij.

discipulorum. Hæc professio nostra scrutatorum ingenia, inquit Hilarius, debilitat; hæc doctrinæ nostræ spicula, quæ per regeneratorum exordium *sagittæ sunt parvulorum*, stultas disputationes & ridicula de Deo dogmata vulnerant. Qui sagittabant & non timebant, ait Ruffinus, iam sagittis paruulorum feriuntur. *Elegit infirma mundi Deus vt confunderet fortia* [a], & *multitudinem nimiam* vinci voluit *per pedissequos principum prouinciarum*, vt *scirent omnes quia ipse est Dominus* [b]. Verba humilium penetrauerunt animos superborum, inquit Gregorius [c], sic hunc ipsum declarás locum. Dionysius Carthusianus iterum exponens, *parvulos* esse Iudæos ait: *sagittas* illorum *factas plagas* eorumdem, quia per eas meruerunt à Romanis occidi, & in æternum damnari, atque ipsimet seipsos spiritaliter occiderunt: quia *parvulum occidit invidia* [d].

Ad Ecclesiæ persecutores eadē transferri modis iisdem possunt. nam, vt ratiocinatur Dionysius, tyranni semetipsos damnarunt, & spiritaliter occiderunt: respondis iustorum martyrumq; confessi sunt, & dejecta idololatria: illi ipsi persecutores non rarò cruciati sunt iisdem responsis; adde & in ipsimet corporibus suis dira diuinitus immissa tormenta pertulisse. Hugo tropologiā tradit non solùm de inuidis, qui suismet lædūtur sagittis, per se alios non nocent, sed de prædicatoribus, qui quod dicunt, non faciunt, ideóque leuiter admodum feriunt, ac potiùs damnant seipsos. Illos deridet diabolus *vibrantes hastam* [e], *corpus habentes quasi fornix fusilia* [f], *nec timens fugari à viro* tali *sagittario*, sed *æstimans vt stipulam lapides funda & malleum* [g]: quoniam solis *munitis munitor addit Deus fortitudinem* [h]. Ephrem [i] vsurpat hunc locum aduersus inimicorum, præsertim inuisibilium, insultus & insidias, quemadmodum & illum Lucæ [k], *Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit.* Eandem vim habet illud [l], *Nolue timere pusillus grex: Ecce ego mitto vos sicut agnos* [m] *inter lupos*; *nolite* [n] *timere eos qui occidunt corpus.*

De mystica varia *sagittarum* significatione diximus aliàs, vt in deteriorem sumuntur partem, possunt exemplo esse Ismael [o] & Esau [p], nec non lanceam vibrandi & iaciēdi peritus Saül [q]. Optimum Bio magistratum cum sagittario perito comparabat: cuius non genus aut quid aliud tale interrogādum esset, sed scopo proposito quàm bene collimaret [r]. At refert quibus vtare sagittis, vt non solùm tangas, sed vulneres etiam & interficias.

Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum.] Licet Hebraice sit singulari numero חִצּוֹ *chets*, & Græcè βέλος, Latinè dicitur pluraliter *sagittæ*, quia, vt ait Hieronymus [s], non telonat, *sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum.* Idem Hieronymus, vt antea quoque memini, illud, *& exaltabitur Deus*, aliter interpretans, *sagittabit ergo eos Deus iaculo repentino, infirmentur plaga eorum.* Alij, *& iaculabitur seu iaculatus est in eos Deus sagittam subitò, fuerunt* (nempe etiam subitò siue mox) *plagæ eorum*, vel: *sed potest eos Deus sagitta de improuiso, qua plagis afficientur.* Hebraicè omissis primis verbis versus quibus respondent nostra, *& exaltabitur Deus*: & sunt prius expensa, sic legitur חִצּ֣וֹ פִּתְאֹ֣ם הָי֣וּ מַכּוֹתָ֑ם *chets pithom hayu macchothām.* Pro פִּתְאֹם *pithom* legerunt Lxx. פִּתְיָם *pethaim*; faciléque est ex (י) *vau*, fieri (ת) *tau*, & contra, & vna migrat non rarò in aliam; & (א) *aleph*, priori quiescit in puncto magno (.) *camets* posteriotis, vel etiam aliquando exprimitur: significat autem *pithom, subito* (quod puto sic legere voluisse aliquos, vt eidem responderet in versu 5. *subitò sagittabunt eum*:) *pethaim, parvulos, simplices* interdum, præterea *imperitos, insipientes, stultos, qui facilè capiantur verbis*, cum quo habet nonnullam affinitatem Latina *fauni* vox, sicut & Græcum verbum ἀπατᾶν de eo dicitur qui decipit. Bene conueniant hæ notiones prædicatoribus Euangelij, qui habiti sunt *stulti propter Christum* [t], & *prædicatio* ipsa *stulta* atque *stultitia prædicationis* dicta est [u]. Cur tales elegerit Christus Paulus docet [x], & Augustinus [y], Chrysostomus [z], Lactantius [a], alij, sed & omnino vere stulti persecutores Christi, Euangelij, Ecclesiæ: tandémque quamuis serò nimis, ipsi se insensatos fatebuntur, vocabúntque, quod vitam eorum quos angustiabant, & quorum auferebant labores, *æstimabant* & nominabant *insaniam* [b]. Eadem ratio de philosophis Gentilium, de hæreticis, de malis Christianis, qui qua possunt ratione aduersantur orthodoxæ doctrinæ ac religiosæ vitæ. Inter ea quæ reddunt irreconciliabiles inimicitias est *plaga dolosa* [c]: & *plaga linguæ commiuere* dicitur *ossa*, cum *flagellis plaga inorum* tantùm *faciat* [d].

Tandem illustrari locus hic potest Cassiani martyris exemplo, qui vt lentiore ac proinde leuiore morte cruciaretur, puerorum quos instituerat, stylis foraminandus permissus est. Descripsit egregie id Prudentius [e]. Idoneo Zebee & Salmana deprecati sunt Gedeonem ne à puero interficerentur, *quia iuxta ætatem robur esset hominis* [f]. E contrario irritus conatus eadem phrasi denotatur, qualis Pygmæorum qui sunt ausi Herculem dormientem balistis machimisque admotis aggredi. Testis Philostratus in imaginibus, & in Emblemate Alciatus.

Vers. 9.] Et infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum.

Conturbati sunt omnes qui videbant eos.

Vers. 10.] Et timuit omnis homo.

Et annunciauerunt opera Dei, & facta eius intellexerunt.

PLagas quas antea dixit paruulos ex suismet sagittis frustra in alios proiectis, ac in eos potiùs resilientibus, experturos, vocat linguas maledicas, quibus lædere alios nitebantur, & quas etiam prædixit [m], *exacuisse vt gladium*, & *intendisse arcum rem amaram*, vt sagittarent; pernicioſis nimirum prolatis consiliis & sententiis. Has affirmat nullam vim habituras in alios, sed irrito in eos ictu, in auctores proprios redituras, ac vulneraturas: hac de causa quotquot illos videbunt adeo turpiter frustratos conatibus suis, ingenti quodam stupore corripiendos, ac magno timore conturbādos, ita vt reuereātur atq; pertimescant

a 1.Cor.1.27.

b 3. Reg. 20. 14.

c 34 moral. c. 5. vel 10.

d Iob 5. 2. Ad Ecclesiæ martyres transfl.

Tropologia. Iaculorum vibratio.

e c.4.12.20.

f ibid. 5.

g ibid. 20.

h c.17.9. 1 tom. parœnet. 30.

k c.10.19.

l 12.32. m 10.5. n 12.5.

Mystica sagittarum significatio.

o Gen. 16 12. p c 27.3. q 1 Reg. 19.9. 10.

Magistratus optimus cum perito sagittario comparatus.

r Strabus Ies. 44.

s epist. 135.

Ἀπατᾶν.

Stultus propter Euangelium quomodo.

a 1 Cor. 4. 10.

b 1 Cor. 1. 21.

c ibid. 27.

d in plures ser. 10. & 61. de verb. dom. 2. de civit. cap. 3. tract. 6. in Ioan.

e hom. 3. in 1 ad Cor.

f lib. 5 c. 17.

g Sap. 5. 4.

Imprecationes in inimicos quid rectè.

h Ecclus. 27.

i c. 28. 22.

k De Coronis

l Iudicum 8. 20. 21.

Sensus lect.

m vers. 4.

meſcant diuinam iuſtitiam, potentiam, ſapientiã in tali vindicandi ſceleratos ratione: irridentque illos qui dicebant [a]; *quis videbit eos?* Sed & hæc ipſa dictorum attributorum opera paſſim prædicent: atque magis ac magis cum admiratione perpendant, intelligant, æſtiment, magnificent.

a vers. 6.

Liquet in Dauide poſt Saülis mortem, eorum veritas quæ hic dicuntur. Quibus autem facilè quoque peteipit quemadmodum quadrent iſta Chriſti perſecutoribus, atque prædicationis Euãgelicæ & Eccleſiæ; nec non quo pacto tam inſignia diuinorum illorum attributorum opera cõtra perſecutores Iudæos & Romanos deletos, ac deinde contra alios, celebre reddiderint nomen Chriſtianum, effecerintque vt & diſcipuli Chriſti, ad eorum ſucceſſores, prædicarent alacriùs, & ex perſecutoribus non pauci obſtupefacti talibus operibus, euaderent Chriſtiani [b], atque præcones impugnatæ priùs veritatis atque religionis [c]. *Infirmatas* cõtra Iudæos *linguas* Auguſtinus & alij exponunt, dum conuicti ſunt mendacij, ſiue quòd furto ablatum de ſepulchro Chriſti corpus diuulgaſſent [d], ſiue quòd quem irridendo ac impoſſibile credendo, deſcendere de cruce iuſſerant [e] reſurgere vidiſſent; ſiue quòd in diſputationibus cum Chriſto, retortis ipſorumet argumentis confutati eſſent. [f] Quæ ſit præterea illico poſtquam expirauit in cruce Chriſtus, animorum facta commotio mutatióque, in Centurione, ac turba quæ cõuenerat ad ſpectaculum, & in aliis, ob apparitionem ſanctorum ſuſcitatorum, vt poſteriora omittam tempora, conſtat ex Euangelica hiſtoria. His aduerſari profanæ linguæ contradictio non poteſt, ait Hilarius: ad horum omnium diſputationum & adhortationum noſtrarum fidẽ & trepidatio abnuentium, & metus eſt audientium. Refert Hugo ex quodã officio Eccleſiaſtico in ſeptimana Paſchæ verba quibus ridens Iudæos canit Eccleſia. Dicant nunc Iudæi quomodo milites cuſtodientes ſepulchrum, perdiderunt Ieſum: &, aut ſepultum reddant, aut reſurgentem adorent. Canitur etiam ab aliquibus, credendum eſt magis ſoli Mariæ veraci, quàm Iudæorum turbæ falſaci.

Contra: perſecutionibus quadrant. Euaſit alia interpretationes.

b actuũ 2. & 4.

c e.g. & alibi.

d Matt. vlt. 13.

e c. 27. 40.

f c. 19. c. 22. & alibi.

Verba quæ Iudæos ridens canit Eccleſia in feſtis Eccleſiaſticis in ſeptimana Paſchæ.

Infirmata ſunt contra eos lingua eorum.] Hieronymus, *& corruent in ſemetipſis linguis ſuis.* Alij, *& impingere facerunt*, aut *facient in ſemetipſos ipſam linguam ſuam.* Ad verbum, *& impingere facient eam*, *vel eum contra ſe linguam ſuam* וַיַּכְשִׁילֻהוּ עָלֵימוֹ לְשׁוֹנָם *vaiaſchilehu alèmo leſchonam.* Vbi affixum in verbo pronomen maſculini generis poteſt reddi in fœminino *propter linguam*, quæ Græcè ac Latinè huius generis eſt; ſed propter לְשׁוֹן *leſchon*, quod eſt etiam generis maſculini, poſitum eſt pronomen in eodem genere. *Impingere facient eam contra ſe linguam ſuam*, id eſt, accipiendo relatiuum cum antecedente pro ſolo antecedente, vt Hebræi ſolent, facient vt lingua ſua in ſeipſos impingant. Aut certè non ad linguam referẽdo pronomen, *eum* pertinere poterit ad אִישׁ *iſch* ex verſu 7. id eſt, ad quemlibet hominem; vel ad principem aduerſariorum Dauidis apud Saülem in deferendo, & accuſando, calumniando: vt ſit ſenſus, impingere, offendere, ruere, lapſare facient (nempe indefinite loquendo, aliqui,) eum calumniatorem, contra eos linguam ſuam; quia ipſimet nocebunt & calumniatori calumniatrix lingua illius. In pſalterio Romano & apud Arnobium, *& pro nihilo habuerunt contra eos linguæ ipſorum*, quod videtur exponere Arnobius, licèt myſtice agat, de dæmonibus, vt qui pro nihilo computant aduerſarios, contra ipſos faciant reuerti linguas eorum, & ea quæ malè locuti fuerint & ſuggeſſerint. Hilarius, *& nihil habuerunt contra ipſos lingua eorum*: hoc eſt, nihil profecerunt; vtpote quarum plagæ fuerint vt paruulorum & inualidæ. In pſalterio Gallicano, *& infirmatæ ſunt in ipſis lingua eorum.* Apud Auguſtinum, *& infirmatæ ſunt ſuper eos. Infirmatæ* in ipſis *linguæ* ſunt, quæ vim non habent contra alios; *ſuper*, aut *contra*, quæ ipſiſmet nocent, quorum ſunt, & infirmæ ſunt contra alios. In editione Lxx. emendata extat, καὶ ἐξεθύμωσαν αὐτὸν ἐπ' αὐτὸς αἱ γλῶσσαι αὐτῶν, *& pro nihilo habuerunt eum lingua eorum.* De pronomine αὐτὸν referri putat Agellius ad ſermonem nequam ex verſu 6. quem ſermonem quaſi gladium firmauerant hoſtes Dauid, ſed hoc loco illum linguæ ipſorum ſtrinxiſſe ac impegiſſe dicuntur contra ſeipſos vel ad aliquem vnum hominem, quem ait fuiſſe Abſalonem. Quod attinet ad verbum ἐξυθίσαν, Hilarius, Arnobius, & pſalterium Romanum, id expreſſerunt Latinè, vt dixi. Sed editio noſtra communior eſt, magiſque conſentanea Hebræo verbo וַיַּכְשִׁילוּ *iachſelu*: & Græcum ἐξησθένησαν quod eſt in Complutenſibus, Regiiſque bibliis, retinent Patres Græci, & Apollinarius interpretatus eſt *debiles linguas*; intelligens illud ἐπ' αὐτὸς, ſignificare *ſupra vires* ac ſuperbè loqui,

ἢ πλουσίαις γλώσσαις ὑπὲρ δύναμιν μυθίζοντες,
Debilibus linguis ſuperba loquentes.

Citat hunc ita etiam locum Ephrem [a], eodémq; pacto redditur in pſalterio Æthiopico, & Arabico. *Infirmatas linguas* iam docui cõtra loquẽtes eſſe, cùm loquentibus ipſis nocent, & vires nullas in alios in quos erant exertæ, habent. Aquila vertit, ἐσκανδάλισεν αὐτὸν ἐπ' αὐτὸς αἱ γλῶσσαι αὐτῶν, *ſcandalizauerunt*, id eſt, impingere fecerunt *eam aduerſus ipſos linguæ eorum*, αὐτὸν *eam* nempe κακρδίαν, id eſt, linguæ eorum fecerunt, vt cor noxia cogitans, machinánſque contra alios, impingeret contra ipſoſmet, qui cogitabant & machinabantur aliis nocere. Porro ἐξασθένησαν neutrale verbum ad paſſiuam ſignificationem reſtringitur hoc loco, vel ad actionem tranſeuntem, cuiuſmodi eſt Hebræi חִכְשִׁיל *hichſil* vt linguæ, infirmos reddiderint, perculſerint, vulneratuerint auctores ſuos. Per idem *infirmandi* paſſiuum verbum redditur alibi [b] τὸ σκάνδαλον ſimul cum σκανδαλίζεσθαι & σκανδαλίζεσθαι *offendi* & *ſcandalizari*. Sic etiam *ſcandalizare alios* in lege [c] dicitur σκάνδαλον & חכשיל *hichſeil*.

a to 2. parænes. 16. Infirmatæ linguæ, quæ dixi.

b Rom. 14. 21. 2. Cor. 11. 29. Σκάνδαλον. Προσκόπτειν Σκῶλ σκανδαλίζεσθαι.

c Malach. 2. 8.

Valet hìc illa præcedentis verſus tropologia in prædicatores, quorum non reſpondent facta dictis, vt *infirmentur contra eos lingua eorum*; quia in quo alios iudicant, ſeipſos condemnant, *eadem agendo quæ iudicant* [d]: vel contra eos quibus prædicant, quia debilis eſt lingua, quam manus non adiuuat. In bono quoque ſenſu contra paruulos, id eſt, humiles ac probos prædicatores infirmantur linguæ detractorum, quorum *benefacientes faciunt obmuteſcere ignorantiam* [e], ità vt conturbentur ad pœnitentiam qui vident eos, & ſuam cum illorum vitam comparantes, timeant, ac laudent Deum, ſeſéque ad rerum diuinarum cognitionem applicent.

d Rom. 2. 1.

e 1 Pet. 2. 15.

Conturbati ſunt omnes qui videbant eos.] Hieronymus, *fugient omnes qui viderint eos.* Significat יִתְנוֹדְדוּ *ithnodedu*, *commouebuntur ſe*, *excutabuntur*,

commo

commouebuntur, studebunt, capitis motu admirabuntur. Chaldaicè, *mouebunt capua sua* יְשַׁלְטְלוּן בְּרֵישֵׁיהוֹן *ietalielun bereiscehon.* De commotione capitis in hoc vsu & aliis egimus psalmo 43 [a]. Non repeto mystica, vt de compunctis ad prædicationem Petri [b], & quo modo præ magna reuerentia *cæterorum nemo audebat se coniungere discipulis, sed magnificabat eos populus* [c]. Augustinus conturbationem malam interpretatur Iudæorum aliorum dicentium, *quid faciemus hominibus istis* [d]? illo priore modo Balaam quos maledicere iubebatur, diuinitus benedicere compulsus mirabatur [e]. Vult etiam Petrus [f] nos adeo probos vt aduersarij *cõsiderent in timore conuersationem nostram*; ita vt, quod scribit Paulus [g], *verentur, nihil malum habentes dicere de nobis*: sed, vt ait Esaias [h], omnes *qui viderint cognoscant*, & dicant; *hi sunt semen cui benedixit Dominus.*

a vers.15. *Mystica interpretatio.*
b actuũ 2.37.
c c.5.13.
d c.4.16.
e num.24.9. 10.
f 1.ep.3.2.
g Tit.2 8.
h c.61.9.

Literalis expositio.

Caietanus, legens, *monebuntur*, literaliter exponit, quòd visa in Saülem vindicta Dei, sponte transituri essent de illius familia ad Dauidem, tanquam ad legitimum Regem, timendo ac prædicando magnitudinem ea in re diuini iudicij, dicendo; *Ecce* [i] *nos os tuum & caro tua fuimus; sed & heri & nudius tertius cùm esset Saul Rex super nos, tu eras educens & reducens Israel: dixit autem Dominus ad te; tu pasces populum meum Israel & tu eris dux super Israel.* Videri quoque posset similis fuga quam expressit Hieronymus, ei de qua in psalmo alio [k], *qui videbant me foras, fugerunt à me*, quasi quod ibidem habetur [l] timori eis esset & horrori ob atrocitatem calamitatis. Huc spectat huius loci sensus communis, quotquot viderint tales viros tantis excidere auus, vt Athanasius loquitur, turbatione ac terrore (seu horrore quodam diuino) replendos, admirando diuinam prouidentiam, & Deum fuisse qui dolos ac insidias irritas fecit, δολοπλοκίας ἀπρακτους, & demonstrata ab eo contraria in Dauidem consilia vana esse, adeo vt iam omnes pronuncient Dei hoc opus, eique omnia ascribunt, ac sibimet eiusmodi animaduersionem, quam approbant, & laudant, si pariter peccauerint, pertimescant.

i 1.Reg 5.1.2.
k psl 30.13.
l ibid.12.

Ex sensus communis.

Et timuit omnis homo.] Hieronymus, *& timebunt omnes homines.* Hebræum verbum וְיִרָא *ireu.* est plurale cum nomine singulari כֹּל *chol*, & אָדָם *adam* collectiuè sumptus. De timore intelligit, & eorum qui sagittabant nihil timentes [m], & aliorum qui priorum viderint exitum infelicẽ. Vertunt alij, *videbunt*, ex themate רָאָה *raah*, non autem יָרֵא *iare*, sed tunc non deberet esse duplex *iod* (י). Talis hæc sententia qualis illa [n] *videbunt multi & timebunt & sperabunt in Domino*: & [o], *videbunt iusti & timebunt, & super eum ridebunt*, &c. Videlicet editur in improborum supplicio ἀποβλεπτικὸν, indéque proficiunt moniti, non solùm improbi, sed iusti etiam. Vim facit Augustinus in *hominis* vocabulo, vt qui ratione vtitur timeat: qui non timet, nõ sit homo: sed pecus & bestia: item timeat is qui principio psalmi petebat *à timore inimici eruì animam suam*, vt dum ab illo erueretur, timori Dei subderetur; non timeret hominem, *occidentem corpus* [p], quemadmodum priùs Petrus negans Christum [q], sed qui potest *animam* quoque *perdere in gehennam* [r]: sicut idem Apostolus qui post resurrectionem in amore firmatus per trinam confessionem [s], *obediendum* fortiter respondebat *Deo magis quam hominibus* [t], quod cæteri quoq; Apostoli fecerunt; de quorũ omnium hac in re cõstantia lege Gregorium [u]. *Deum timẽs*

m vers.5.
n psl.39.4.
o psl.51.8.

In improborum supplicio profici monitis improbis & iustis.

In hominis vocabulo vis facta ab Augustino.

p Matt.10.28.
q c.26.34.
r Matt.10.28.
s Ioan.21.15.] 16.17.
t actuum 4. 19.c.15.29.
u 17 moral.c. 16.vel 19.

A *& mandata eius obseruans, est omnis homo* [a], id est, in hoc ita est perfectio hominis.

a Eccl.12.13.

Et annunciauerint opera Dei, & facta eius intellexerunt.] Reddit Hieronymus in futuro, vt sunt Hebræa verba. Sed confundi tempora sæpius monui. Opus quoque singulare ponit priore loco, opera in posteriore; fortassis quia legit cum (י) *vod* מַעֲשֵׂהוּ *mahhasechu*, sine qua litera nunc extat.

Mystica ecclesiæ de apostolorũ prædicatione explicatio.

Mysticè ipsamet Ecclesia de Apostolorũ prædicatione vsurpat hunc locum. Potest verò prior eius pars de illa, posterior de fructu accipi, vt scilicet annũciata & prædicata opera Dei ab Apostolis, alij rectè intellexerint. Opus potissimum passionis Christi Augustinus intellectum dicit, & quòd inuitatus ad descendendum de cruce, noluerit; post resurrectionem cognitum sit cur noluerit. Sed & vtrumque congruit Apostolis, quòd *annuncient opera Dei & facta eius intelligant*, propter lumen acceptum à Spiritu sancto in Pentecoste [b], quando quæ non poterant priùs portare ac percipere, per eũ ipsis suggesta sunt, & illi aliis declarauerunt, qui magis expressam fidem quoque consecuti sunt, quam qui sub lege aut naturæ aut scripta vixerát. *In operibus & factis manuum Dei exerceri, meminisse, meditari, exultare* [c], vtile atque iucundum; & ea videbat Dauid libenter [d], & alios inuitabat [e], immo & ipsamet opera recensens, vt laudarent atque benedicerent Dominum, & confiterentur ei [f]: rursus vt alij eadem annunciarent [g], conquerens quòd obliuioni traderentur [h] & non intelligerentur [i]. merentur ac exigunt id à nobis multo magis gratiæ *opera* planè *mirabilia*, & cognoscenda nimis ab anima nostra [k], *magna & exquisita in omnes voluntates Dei* [l], vt dicamus cum cœlitibus [m], *Magna & mirabilia sunt opera tua Domine Deus omnipotens, iusta & vera sunt via tua, rex seculorum.* Etsi loquantur de tamdiu tolerato Antichristo & ministris eius à Christo, de adeo atrocibus facinoribus illorum atque de suppliciis quibus eosdem demum affecit. Subdunt eodem loco quod facit ad timorem, de quo priùs actum est, quem concipiant qui viderint punitos improbos; *quis* [n] *non timebit te Domine, & magnificabit nomen tuum, quia solus pius es, quoniam omnes gentes venient, & adorabunt in conspectu tuo, quoniam iudicia tua manifesta sunt.*

b actuum 2. 4.
c psl.76.12 77. psl.91.5. psal 142 c
d ibid.& psl 8. 4.
e psl.45 9. psl.77.7.
f psl 103.22.
g psl 104.1. psl 106.22.
h psl.105.13.
i psl 27.5.
k psl 138 14.
l psl 110.2.
m Apoc.15.3.
n vers.4.

Vers. 11.] Lætabitur iustus in Domino, & sperabit in eo, & laudabuntur omnes recti corde.

Sensus loci.

HActenus de persecutione ac persecutorũ interitu, quo cognito laudetur ab aliis Deus; nunc de victoria ac triumpho eius, quem vocauit *immaculatum*, dixitque in eum improbos exacuisse *vt gladium linguas suas & arcum intendisse* absque vllo metu vt eum *sagittarent* [o]. Seipsum in tertia persona intelligit, certúsq; de victoria, & triumpho atque de liberatione à gladio, arcu, sagittis, sermone nequam, scrutatis iniquitatibus, quódq; cassi prorsus futuri essent inimicorum conatus contra Dei de se consilia, & quòd qui terribilem illorum viderent interitum, conturbarentur ac timerent, gestit omnibus lætitiis, & magnis spebus gaudet, & gloriatur in Domino; tantùm ei beneficium ascribens: sed & lætitiæ tam magnæ socios habere optat, habiturúmque præcinit, qui congratulentur, & vnà secum gratias agant Deo, quotquot longe dissimiles ab illis ascendentibus *ad cor aliũ*, profundíque cordis, va-

o vers.4.5.

tris & fraudulentis,cor habent & animũ rectum, simplicem,apertum,integrum,syncerum,sine dolo,fuco, fallacia, fraude. Vel qui tales sunt, ait, quòd sint tales, vt quemadmodum ipsi, eadem de causa mereantur ab insidiis aliorũ liberari, & quòd ejusmodi nacti sint candorem mentis, vt propterea simile huic suo beneficium obtinuerint, ingenti gaudio perfundẽdos,& Deo gratias maximas acturos,& semetipsos hoc nomine fortunatos ac beatos prædicaturos: denique tali ac tanto,tam bono,hdeli,forti patrono,vt est Deus, gauisuros atque glorianturos.

Mystica adaptatio.

Christo congruunt hæc mysticè, ac mystico eiusdem corpori,nimirum Ecclesiæ omnibusque iustis.nã lætatus est Christus in Domino, & cum summa exultatione gloriáque, diaboli, persecutorum, mortis ipsius vinculis diruptis resurrexit. *Resurrexit* verò etiã *propter iustificationem nostram* [a], & victoriæ nobis fructum communicauit, vt *de manu* omnium *inimicorum liberati, seruiremusque Deo in sanctitate & iustitia* [b], & recto corde, quo recta iudicamus, iustaque omnia iudicia Dei,tandẽ & ipsi resurgamus,& exultãtes gloriemur,& sedentes cum Christo, alios iudicemus, & iucundã su-

a Rom.4.25.

b Luc.1.75.

premi iudicis excipiamus sententiam; *Venite benedicti* [a], &c. cum *laus erit vnicuique ab illo* [b]. Augustinus lætitiam quoque intelligit,quã contulit Christus discipulis resurgens,mœstis prius, conturbatis, timentibus propter ipsius passionem & mortem, præterea quam promisit, non videntibus & credentibus [c].

a Mat.25.15.
b 2.Cor.4.5.

Dixi vltimo Psalmi 31. versu qui similis est isti, quæ ad istius intelligentiam facere possunt; *Lætamini in Domino & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde.*

c Ioan.20.29.
Psalmo 31. versui similis est.

Et laudabuntur.] Hieronymus,*exultabunt*. Laudabuntur *ipsi* à se ipsis, laudabunt ipsi se, quod propriè valet יתהללו *yithhalelu*: sed in Domino, quod ex primo versus membro suppleri debet, exprimitur autem in 33. Psalmo [d]; *in Domino laudabitur anima mea*, id est, gratulabitur sibi in eo. Videtur Hilarius legisse, *laudabunt*: quia exponit quòd Deum, qui recto sunt corde,laudant. Forsitan intellexit, vt dixi, quòd laudant se in Deo, ac proinde ipsum Deum magis.

d vers.3.

Rectis corde.] Augustinus, *qui recti sunt corde.* Et indicat Hilarius legisse se,*qui recto sunt corde.* Qui sint autem isti,docui dicto Psalmo 31.extremo.

PSALMVS SEXAGESIMVS QVARTVS.

In finem, Psalmus Dauid.

1 Canticum Ieremiæ,& Ezechielis populo transmigrationis, cùm inciperent exire.

2 TE decet hymnus Deus in Sion: & tibi reddetur votum in Ierusalem.
3 Exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet.
4 Verba iniquorum prævaluerunt super nos: & impietatibus nostris tu propitiaberis.
5 Beatus,quem elegisti, & assumpsisti:inhabitabit in atriis tuis.

Replebimur in bonis domus tuæ: sanctum est templum tuum, 6 mirabile in æquitate.

Exaudi nos Deus salutaris noster, spes omnium finium terræ,& in mari longè.
7 Præparans montes in virtute tua, accinctus potentia: 8 qui conturbas profundum maris sonum fluctuum eius.

Turbabuntur gentes, 9 & timebunt qui habitant terminos à signis tuis: exitus matutini & vespere delectabis.
10 Visitasti terram & inebriasti eam: multiplicasti locupletare eam.

Flumen Dei repletum est aquis, parasti cibum illorum: quoniam ita est præparatio eius.
11 Riuos eius inebria, multiplica genimina eius:in stillicidiis eius lætabitur germinans.
12 Benedices coronæ anni benignitatis tuæ:& campi tui replebuntur vbertate.
13 Pinguescent speciosa deserti: & exultatione colles accingentur.
14 Induti sunt arietes ouium, & valles abundabunt frumento: clamabunt, etenim hymnum dicent.

Titulus,& argumentum.

In finem, Psalmus Dauid.

Vers.1.] Canticum Ieremiæ, & Ezechielis, populo transmigrationis, cùm inciperet exire.

In tituli verbis discordia.

IN huius tituli verbis discordia magna. Omissis primis duobus,in quibus cõueniunt omnes editiones, respondẽtque Hebræo לַמְנַצֵּחַ *lamnatsseach*, Hebraicè nihil est præter שִׁיר *sir, canticum*. In Codicibus Græcis emẽdatis extat solùm, ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ, מזמור לדוד. *Psalmus Dauidi,canticum*. Basilius ac Theodoretus omittentes nomen מזמור,

memine

meminerunt in nonnullis exemplaribus adiungi, *Canticum Ieremiæ, & Ezechielis, & populi peregrinantis cùm profecturi essent*: sed hæc nec legi in Hebræo textu, neque in aliis Interpretibus, neque apud Lxx. in sexcuplici seu hexaplo: Videri autẽ, quempiam cùm neque Psalmi sententiam attendisset, neque historiam didicisset, hãc apposuisse inscriptionem: cæterùm non conuenire Ieremiæ, quia concessa sibi electione viuẽdi vbi liberet, voluit in patria vitam degere: nec profectis in seruitutẽ: quia, prout nefas iis erat per legem, & iuxta Psalmi [a] alterius verba, *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena*: canticum referuabant vsque ad reditum: quod etiam præ se fert prima præsentis sententia; *Te decet hymnus Deus in Sion, & tibi reddetur votum in Ierusalem.* Nicephorus præterea monet, quòd quæ præter ista, ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ, adiiciuntur, πᾶσιν ἄταξ ἀθετεῖσθαι τοῖς ἐξηγηταῖς, *ab omnibus omnino explanatoribus obelo confossa sunt*: qui verò adiecerũt, innuere voluisse ex quorũ persona Psalmus intelligendus esset. Attamen Apollinarius expressit Ieremiam, Ezechielem & populi transmigrationem. Sic autem ille in paraphrasi:

μέλπε μ' Ἰεζεκιῆλε, καὶ Ἱερεμία Σιῶν,
πῶς τότε δουλιον ἦμαρ ὑπηλυθον οἱ μετὰ γαῖαν,
ὡς ποτε νηὸν ἀνακλῖν ἀπὸ προλιτάνευες ἔβησαν,
μιλφατε τιμήεσσαν ὀλυμπίοισι βασιλῆϊ,
λαός τ' εὐκλειὴς σφετέων χάριν ἀμπλακιάων.
Cane mihi Ezechiele, & Ieremia clama,
Quo pacto tunc funestũ diem subierunt ipsi post terrã,
Vt aliquãdo templum Regis (Dei) deserẽtes venerunt,
Canite honoratum lamentantes Regis,
Populusque celebris suorum gratia peccatorum.

Ex Latinis antiquissimus omnium qui extẽt, Hilarius, omnia ista omisit. In Arnobij textu memoratur Aggæus, Ieremias, Ezechiel; sed in Cõmentario prætermittit Ezechielem: notat autẽ, in Hebræo nec Ieremiam, nec Aggeũ haberi, sed solum Dauid: Esdrã verò ex caritate qua illos prosequebatur, voluisse eos memorare, asserendo Dauidis Psalmum istum illos cecinisse in prophetationis suæ initio, hoc est, extra. Quod ego interpretor, vt cecinerint repræsentando populi captiuitatem, quia, vt ipse addit, non potest cãtare hymnos *in terra aliena* [b].

Ponere videtur hic auctor, titulos Psalmis affixos ab Esdra, sicut & Beda, Brunóque Carthusianus, qua de re dixi in præfatione. Augustinus recitat nomen Ieremiæ & Ezechielis, Aggæi non item (*canticum Ieremiæ & Ezechielis, ex populo transmigrationis cùm inciperent exire.*) Ita etiam vocatus Hieronymus, Cassiodorus, Beda (apud quẽ in titulo corruptè legitur *Ezechiæ*) Brunóq; vterque, saltem in suis cõmentariis. Remigius sicut Arnobius, nec non Ruffinus & Dionysius, prætereũt in commentario Ezechielem, & cũ Ieremia recensent Ezechielẽ. Hugo & Haimo memorant etiã Aggæum; hunc que post captiuitatem fuisse, Ieremiam ante, Ezechielem in ipsa. Lyranus dũ recitat ex quibusdãm bibliis, *in finem psalmus Dauid canticum Ieremiæ & Aggei, vel Ezechielis de verbo peregrinationis*, docet esse additionem factam ex expositionibus; eo quòd Psalmus iste loquatur de reditu captiuitatis Babylonicæ, quã captiuitatem prædixerunt Ieremias, & Ezechiel: Aggæus autẽ prophetauit his qui redierant pro reædificatione templi: Dauidem hîc agere de illo reditu déque fertilitate Iudææ quæ reditus desiderio captiuis generabat. Refert Valentia, docens expositoris quoque hoc additamẽtum esse, lectionem aliam, quæ addit Zachariam cũ illis aliis tribus. Meminit & Ruffinus pro Aggæo quondã posuisse Ezechielem: alios cum illis & Ieremia etiam Zachariam. Dionysius consentiens cum Lyrano & Valentia, hanc esse additionem Expositorum, scribit post Ruffinum, addi posse ad Ieremiam & Aggæum, præterea Ezechielem atque Zachariam: quia, inquit Ruffinus, exultauerũt Aggæus & Ieremias de reditu, alij duo fuerunt ex populo transmigrationis. Idem tradunt de additione ista Iansenius, Genebrardus, Bredenbachius.

Nõ permittitur de titulo quemadmodũ extat ambigere, quisquis eũ cõfecerit, quod aliàs [a] in genere definiui: quemadmodum itẽ docui [b], nec sequi Psalmos eorum esse, quorum præter Dauid nomina gerunt, vel etiãsi nec Dauid nomen sit, sed alterius. Meritò soli Ieremias & Ezechiel expressi sunt, vt nihil de Zacharia dicam: quem valde pauci nominant, quoniam Aggæus post reditum de Babylone prophetauit.

Agit autẽ Psalmus de tempore ipso captiuitatis quam illi prædixerunt, & quasi suum iidẽ de reditu desideriũ similibus Psalmi verbis exposituri essent, ut ipsummet hunc recitaturi Psalmũ; sic Dauid hoc præuidens illũ cõposuit, & vel ipsemet in titulo ipsos nominauit, vel Esdras, vel Lxx. iuxta diuersas de titulis opiniones, non autẽ aliud quispiã ex expositoribus; qui si tamẽ aliquis fuisset, iam auctoritatem Canonicam ab Ecclesia haberet. Nec refert quòd Ieremias non abierit in captiuitatem Babylonicã, vel quòd populus non cantaret canticum Domini in terra aliena, vt obiiciebant Basilius ac Theodoretus, quia desiderãs populi sui reditum Ieremias, potuit recitare hûc Psalmũ, præsertim tunc cùm, vt est in titulo, inciperet exire: populus autẽ, nec non significetur in eodem titulo cantasse, sed cantatũ ab aliis de illo, exire seu redire incipiente, Psalmum, potuit quoque cantare in ipso exitu siue egressu. Præterquam quòd etsi negauerunt Hebræi in captiuitate cantare canticum Domini coram populo prophano, & solemni eo ritu qui vsurpabatur in templo Ierosolymitano; at fortassis priuatim ac inter se, si non cantando, certè recitando hunc & alios psalmos recitauerunt.

Canticum.] Complutenses, Regij, aliique codices, pro ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ ᾠδή, habent, ψαλμὸς ᾠδῆς τῷ Δαυὶδ, ᾠδὴ Ἱερεμίᾳ, &c. *Psalmus Cantici Dauidi, canticum Ieremiæ*, &c. Videtur vacare ᾠδῆς, cùm Hebraice שִׁיר *scir*, semel ponatur tantùm post מִזְמוֹר לְדָוִד *mizmor ledauid*, *Psalmus Dauidis*, aut *Dauidi*. In codice quodam Vaticano extat, ψαλμὸς ᾠδῆς τῷ Δαυὶδ, *Psalmus cantici ipsi Dauidi.*

Nomen *cantici* collatũ post nomen proprium Dauid, & vocẽ *Psalmi*, hoc modo, *Psalmus Dauid canticum*, etiam in textu Hebræo, vbi nihil aliud additur, facit me in suspicionem venire aliquid desiderari in eodẽ textu Hebræo. nã in alio nullo Psalmo sit eiusmodi transpositio, sed semper dicitur *Psalmus Cantici*, vel *Canticum Psalmi*: in 75. *Psalmus Asaph. canticum ad Assyrios.* Ergo rectè addita sunt nomina Ieremiæ & Ezechielis, qui, vt indicat Nicephorus, ore tãtùm cecinerint, Dauid autem etiã pulsato psalterio; hoc enim significat *psalmus, canticum* verò, illud; vt aliàs docuimus. Euthymius habet, *Psalmus Cantici ipsi Dauid*; & nihil præterea. Eodẽ pacto videtur legisse Athanasius in catena Nicetæ Heracleẽsis, vbi notat Psalmo coniunctã odam seu canticũ denotare praxi copulatã theoriã, vnde reddatur homo perfectus.

Non sequitur Psalmos eorum esse quorum præter Dauid nomina gerunt, vel etiamsi nec Dauid nomen sit, sed alterius.

a in præfat. c. 13.
b Ibid. c. 2.

a Ps 136. 4.

Psalmus canticum Dauidis, quid denotet.

Ieremiæ & Ezechielis.] Dixi additos à nonnullis Aggæum & Zachariam, & errore quodam Ezechiam pro Ezechiele. De Ieremia autem non videor plura dicere nunc debere, cum iam dicta sufficiant ad intelligendum titulum, nempe dum Ezechiel in Babylone, Ieremiam vaticinatum Ierosolymis de captiuitate, & Psalmum istum vel recitasse vel recitare de eadem potuisse.

Populo transmigrationis.] In Græcis Codicibus Complutensibus, Regiis & aliis, τῷ λαῷ τῆς μετοικίας, *populi transmigrationis.* Quidam præponunt καὶ, &, vt scilicet indicetur, psalmum hunc Dauidis fuisse Canticum, non solum Ieremiæ & Ezechielis, sed etiam populi transmigrationis, siue ab hoc, sicut ab illis cantatum. Id præ se fert Apollinarius in carmine quod recitaui. & putatus Hieronymus, *& populi de captiuitate*, & in ipsomet textu tituli, *& populi peregrinationis*, vel *transmigrationis.* In editis libris Basileæ anno 1550. ὑπὲρ τῆς τῶ λαῶ μετοικίας, *de populi transmigratione*; vt scilicet hoc sit argumentum Psalmi, & de hoc Ieremias ac Ezechiel eum quoque cantauerint. Idem valet apud Cassiodorum & Remigium (cui non bene Brugensis tribuit sequentem lectionem) & in aliquot Latinis libris, *de populo transmigrationis*, apud Bedam, Ruffinum, Brunonem, Dionysium, Ludolphum, Carthusianos, *de verbo peregrinationis*: sed apud Arnobium & Haimonem vtrumque est, *de verbo peregrinationis, & de populo transmigrationis*: apud Glossam ordinariam, Hugonen, Aiguanum cum disiunctiua, *vel.* Fieri potest vt pro λαῦ legerint aliqui λόγῳ. Meminit Ruffinus alios legisse, *ex populo transmigrationis*, pro, *de verbo peregrinationis*, & monens, si verba discrepant, sententiam non discordare, exponit *verbum peregrinationis*, reuelationem pro captiuorum peregrinatione; *ex populo transmigrationis*, quia Ieremias & Aggæus, siue Zacharias, siue Ezechiel, fuerunt *ex populo transmigrationis.* Bruno Carthusianus dicit, *verbum peregrinationis* fuisse quando Eua & Adam cogitando in corde dixerunt, *Eamus sicut Deus*, si pomum à Deo vetitum comederimus, quod verbum fuit causa peregrinationis totius generis humani, tum quia propterea omnes à Dei fide, & contemplatione, & virtutum perfectione, ante Christi mortem, qua redempti sunt, alienabantur, tum quia etiam nunc peregrinantur ob mortalitatem, à Dei præsentia, & cœlestium Angelorum; & hoc innuit, cum dicitur in isto Psalmo [a]; *verbo iniquorum praualuerunt super nos.* Mysticum hoc est. Haimo verbum *exultationis* interpretatur, cùm inciperent peregrini reuerti. Sed *verbum peregrinationis*, si hæc recipiatur lectio, nil aliud est quam peregrinatio ipsa. Legit Augustinus, *ex populo transmigrationis.* At Ieremias quamuis fuerit ex populo qui transmigrauit in Babylonẽ, non tamen illuc trãsmigrauit, sicut nec Aggæus, & Zacharias: de quibus duobus vltimis minùs curandum nunc, quia non sunt in titulo nostro. Quocirca quod in eo habemus, *populo transmigrationis*, significat in illius gratiam populi transmigrantis, & de ipso transmigrante Psalmum esse.

Cum inciperet exire.] In Complutensibus, & Regio, *quando profecturi erant.* Hieronymi nomen habens auctor, *cum inciperet proficisci.* Remigius, Haimo, Beda, Cassiodorus, *cum inciperent proficisci.* Sed Beda in textu tituli, *quando incipiebant proficisci*, quam lectionem sequitur Hugo, Bruno, Dionysius, Glossa ord. Hoc quoque modo Ruffinus, & præterea, *quando incipium.* Vtitur lectione nostra Augustinus. Græce est, ὅτε μέλλον ἐξοδεύειν, quod significat, *quando erant exituri, quando nil propius erat quam vt exirẽt, quãdo iam iam exituri erant, quando iam erant in procinctu*, quod bene verti potuit, *cùm inciperet*, & numeti quidem singularis verbo, quamuis μέλλον sit plurale, habito respectu ad populum, cui, cùm collectiuè multos significet, vti iusuis numeti tribui verbum potest. Hæc pro titulo, quem nimis perfunctoriè alij declarauerunt, alij omnino neglexerunt: diligentiùs autem tractauerunt Bredẽbachius, & Brugensis.

Argumentum Psalmi.

Quod attinet ad argumentũ, captiuitas populi est, præsertim Babylonica, vt passim omnes docent, & ex dictis constat, dum ibi populus reditũ expeteret, aut ad eum iam sese pararet, vel etiam iniret, suspirans ad celebritatẽ religionis in tẽplo, & perfruitionem fœcũditatis copiæq; frugum ac fructuum in Iudæa. Iansenius magis propendet, vt Psalmum quadrare dicamus in tempora Dauidis, vt ipse extructo in monte Sion tabernaculo precetur Deũ, quo liberiùs illuc omnibus ex locis conueniri possit, remoueat penitus habitantium in circuitu hostium iugum, & quemadmodũ ibi Deus peculiari quodam modo habitabat, ita peculiariter laudaretur, tum propter alia, tum ob illam potentem benignitatem, qua immissis de cœlo imbribus, facit in vsus hominum terram fruges ac fructus copiosè producere. Genebrardus omissa mentione de tabernaculo, vult laudem Dei proponi ob ipsius in Sionem atque in vniuersum genus hominũ beneficentiam. Agellius ait esse orationem in persona Leuitarum factam pro fœcundãda pluuiis terra, quæ siccior aridiórque minitabatur annonæ penuriam, cùm in cætera sua Deus huius vniuersitatis administratione insignem potentiam ostenderit. Meminit Folengius istius opinionis.

Sensus hic alter. Mysticus.

Verùm admisso eo sensu literali de captiuitate Babylonica, qui pluribus placet, mysticus erit, quem Patres etiam tradunt, de reductione Gentium ab hac quasi Babylonica idololatriæ & de aliorum peccatorum liberatione, à seruitute Diaboli ad vnius veri Dei cultum, qui bonis ineffabilibus ditet, atque tum doctrina tum miraculis recreet & consoletur, donec ad cœlestẽ Sionem Ierusalémve perducat. Tractant copiosiùs hoc mysterium Augustinus, Remigius, Hugo. Beda verò ait, Psalmum totum auctoritate Patrum his aptandum, qui post peccata priora, mundi istius confusione (quam *Babylon* significat) damnata, ad Ecclesiam Christi venire contendunt.

Afferunt eundem sensum Græci enarratores, Basilius, Theodoretus, Nicephorus, & in Catena Nicetæ Heracleensis, Athanasius. Hic ait introduci eos qui ex Gentibus in Christum crediderunt, καταβοῶντας τῶν σοφῶν τῦ αἰῶνος τούτου: *vociferantes contra sapientes seculi huius*, ac orantes prioris impietatis dimissionem: præterea pro iis qui olim steriles & infructuosi erant, nunc verò fœcundi facti sunt per fidem in Christum.

Vsus Psalmi istius in officio defunctorum.

Vtitur Ecclesia Psalmo isto in officio defunctorum, vt etiam notat Alcuinus apud Lombardum, quasi deducens peregrinos regredientes de captiuitate exilióque vitæ præsentis; & valet ad nos in hoc exilio consolandos, quia certos reddit de libertate, & quòd peruenire aliquando valeamus ad patriam, vt notauit Aiguanus. Aptũ censet Athanasius Marcellino scribens, hunc Psalmum, si necesse sit laudare hymnis Deum.

Marcellino Psalmum hunc quando optimum iudicauit Athanasius.

[a] *Vers. 4.*

Vers. 2.

Vers. 2.] Te decet hymnus Deus in Sion, & tibi reddetur votum in Ierusalem.

A Sserie Propheta vel ex sua, vel ex peregrinantis Hebræi populi persona, vel etiam cuiusuis iusti suspirantis, tum ad Ecclesiam militantem, vt in illa numero ac merito & ipse & alij permaneant, atque aggregentur, qui nondum sunt; tum ad triumphantem; cùm Deum optimum & maximum deceat laus eique debeatur, nullibi verè omnino ac syncerè laudari posse præscriptis à lege ritibus ac sacrificiis, quàm in Ierusalem; nullibi, abrogata iam lege scripta, quàm in Ecclesia, nullibi cum exacta prorsus perfectione, quàm in domicilio beatorum. Dum hîc *peregrinamur* [a], *in cœlis conuersari* debemus [b] votis ac desideriis, donec detur hæc reddere, nobisque reddi, hoc est perfici, & cùm habitauerimus *in domo Domini*, *in secula seculorum* laudare eum [c]. Quasi per fenestras nunc Danielis [d] exẽplo contra cœlestem Ierusalem tendimus supplices preces: ædificatis muris eius, quod hîc interim fit tunsionibus pressurisque [e], *acceptabitur sacrificium iustitiæ* (sine periculo amittendi amplius illam) *oblationes*, *holocausta*; & *imponentur super altare diuinum vituli labiorum* [f] perpetuò *confitentium Deo* E. non ita nunc delectat decétque in ista plorationis valle, in hoc Babylonico ergastulo, *in hac terra aliena* non viuentium, sed mortalium, cantare ore rotundo, cordéque pleno, *canticum Domini* [h], quod soli cantant qui sequuntur agnum [i]; vel audiunt certè, si id aliud est ab eo quod cunctis beatis est commune. Qui *spe gaudet* [k], atque nauem in *ancora* hac *anima tua & firma* [l] habet, ac secundùm hanc spem cantat, iam censeri potest in portu *terráque* cantare *viuentium*, in qua, carne est non corde, vt Augustinus docet; dicens hoc esse cantare ac *psallere in corde Domino* [m], inde scilicet non vnde sumus in Babylonia, sed sursum habitamus; quia *non est speciosa laus in ore peccatoris* [n], *rectisque* tantum *decet collaudatio* [o]: *Deo* ab istis solis est *decora iucundáque laudatio* P. Hinc elicitur quoque certis Deo dicatis locis decentiùs coli Deum.

Te decet hymnus Deus in Sion.] Hieronymus, *tibi silentium laus Deus in Sion.* Alij, *te expectat*, seu *manet tibi expectatio laudis aut hymni in Sion*: vel, *tibi silet*, vel, *tibi formosa est.* Chaldaicè, *coram te reputatur sicut silentium laus Angelorum, ô Deus cuius maiestas residet in Sion*: sed Nebiensis textus habet duntaxat, *coram te reputatur sicut silentium laus Deus in Sion.* Vox Hebræa דֻמִיָּה *dumiyah* quam scribunt alij per (ו) à verbo דָּמָה *damah* potest significare *tacitam laudem*, vel *hymnum*, *silentium eius*, *expectationem*, *similitudinem* & quasi *imaginem pulchram.* Silet ac tacet Deo laus omnis etiam Angelorum, vt Paraphrastes declarauit; nec par tantis afferri operibus Maiestatisque illius potest. Testantur id gestu quodam sancta beatáque Seraphim, dum celebrando trisagion hymnum, velant faciem ac pedes. *Expectat Deum & manet laus*, quia illi vni per se soli absolutè atque simpliciter debita, nil et à nobis aliud reddi potest, hac se ratione honorificari sentit, cùm ait [q], *sacrificium laudis honorificabit me*: laus nostra expectat à Deo beneficia [r], nobis quippe non ipsi vtilis, *laudans* namque & inuocans *Dominum ab inimicis saluus fit* [s]: *laus expectat Deum in Sion*, quia ibi perfectè laudatur, hoc est, à Iudæis olim in Sion materiali, in Ecclesia à Christianis, in cœlo à beatis: *expectat* etiam ipsum, quia consequi non potest, & expectat vt se ipse captui nostro accommodet, cùm aliter non possit laudari. Deo reddenda laus, vt dicebam, decora, & per expressionem quandam veluti elegantis similitudinis atque imaginis, quam pro vitili & gratiæ diuinæ munere concipiamus, ac formemus de Deo ipso. [Est enim gloria, inquit ille [a], solida quædam, & expressa, non adumbrata, ea est consentiens laus bonorum, incorrupta vox bene iudicantium de excellente virtute, ea virtuti resonat tanquam imago voci.] Ad hanc vltimam notionem respicit, τὸ πρέπει, & *decet*; nec non ad priores duas: Nec enim cum decoro laudat Deum, nisi qui omni superiorem ac maiorem laude [b], sed qua potest tamen, dignum considerat, & attendens quam à nobis expectet, conatur quantum valet congruentem afferre meritis ipsius.

Tractans de officiis Ambrosius [c] decorum ac honestum quod in iis tantopere spectatur, & πρέπον vocatur, hoc inter alios [d] ex loco probat: exponítque præsentem sententiam, vt sit idem dicere: *Te decet hymnus Deus in Sion*, atque, honestum est vt te timeamus, te diligamus, te precemur, te honorificemus. Adeo multa comprehendi vult hymni ac laudis exhibitione; quia præcisa laus non sufficit, ac Aristotele teste [t], ἀρίστων οὐκ ἔστιν ἔπαινος, ἀλλὰ μεῖζόν τι καὶ βέλτιον, *optimorum non est laus, sed maius quid & melius*: quod probat, quia θεοὺς μακαρίζομεν, καὶ ἐνδαιμονίζομεν, *deos beatos ac felices prædicamus*, vt & viros maximè diuinos vitam beatam degere dicimus; nec beatitudinem laudibus efferimus, vt iustitiam & virtutes alias. Cùm laudatis, ait Augustinus [f], Deum toti laudate, cantet vox, cantet vita, cantent facta. Dionysius Areopagita præfatus in opere de diuinis nominibus [g], τὸ ἀπερινόητον καὶ ἄῤῥητον, *incomprehensibilitatem*, ac *ineffabilitatem Dei*, scribit tamen, quantum tenuitas humana patitur & edisci ex Patribus potest, celebrandos τοὺς θεαρχικοὺς ὕμνους, καὶ τὰς ἱερὰς ὑμνολογίας, *thearchicos hymnos*, *& sacras hymnologias.* Idem certa quadam proportione dici de Deipara debet, quam cùm sponsus, qui penitus incomprehensibilis est, ac inuoluendus tanquam silentij pallio, sicut pictor cum cuius exprimere satis dolorem nequibat, inuoluit [h]: (&, quomodo alius cùm formosas alias puellas depinxisset, designatum Helenæ vacuum reliquit locum, cum inscriptione, *hic locus est Helenæ*) laudauisset, addidit, *absque eo quod intrinsecus latet* [i], ἐκτὸς τῆς σιωπήσεως, *extra silentium*, vt omnis laus haberi silentium possit, & honoretur silentio melius quàm sermone; quod V. editio vertit, ἀπὸ πολλῆς τῆ κάλλους σου, *ex multitudine pulchritudinis tuæ*, quam pulchritudinem alio epitheto nominarent Græci σιγαλόεσσαν, quæ silentium ac stuporem inducat: vt meritò poscere à Deipara quemque iubeat Ecclesia, dignare me laudare te; quod à Deo petimus dicentes, *Domine* [k], *labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam*: ne scilicet, claudat ora canentium, id est, canere volentium eum. Idem Dionysius arcana cœlestia silentio veneranda dicit, quod importat quoque παρὰ τὸ μύειν, nomen μυστηρίου, *mysterij*: præterea Basilius [l], & Chrysostomus [m]; qui postremus refert olim supernè inscriptum in templis silentium fuisse. Angeronia Romanis erat Dea, ore obligato signatóque; vel digito ad os admo-

Angerona Tacita, Harpocrates, Sigalion, Harpocratis nomen à reticendo imitatus, colebant Ægyptij.

to, cum Tacita, sicut Harpocrates apud Ægyptios. dictus etiam Sigalcon a silentio. Colebant præterea crocodilum Ægyptij, qui caret lingua, vt innuerent, & perpetuo in silentio Deum quodammodo esse, & silentio coli melius. Tritmegistus in hymno quem canit Deo, *ineffabilem* vocat, solo prædicandum silentio: & Lyricus [a], *vtrumque* ait *sacro digna silentio. Mirantur vmbræ dicere.* De his Gyraldus [b]. Spectat eodem cognitio Dei per negationes, de qua R. Moses [c], Cyrus Smyrnensis episcopus, vt Nicephorus [d] Calixti memorat in die natalis Christi, concionans hortatus est silentio coli, quoniam auditu solo in virgine sancta conceptum esset Dei Verbum. Quasi diceret [e]; *Benedic anima mea Dominum, Dominus Deus meus magnificatus est vehementer*; *Confitemini Domino, &c. quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes eius*? Dauid [f] tamen imperat laudari Dominum *secundum multitudinem magnitudinis eius*, vt magis magisque in infinitum laude dignum iudicemus, nec satis vnquam laudatum arbitremur. Tritum illud Simonidis, non posse quauis data dilatione temporis, quid Deus sit, exponere pro dignitate [i], vt dolor sic amor, & quælibet immo dica ligat linguam perturbatio, atque quod quidam [k] dixit, *parua cura loquuntur, ingentes stupent*; sic effari de Deo nequit qui magni eum æstimat.

Quid Deus sit, exponi pro dignitate, quauis data dilatione temporis, non posse.

Sane ad Dei decentem laudationem quæ celebratur præsertim in Ecclesia, silentio opus est, quod mater ibi Nazianzeni Nonna tenacissimè seruabat [l]: qua de re Ambrosius [m], allatis profanis etiam exéplis, Augustinus [n], Basilius [o], Chrysostomus [p], Isidorus [q] Peluliota, & de diaconis Clemens Romanus [r], qui per templum inambulando contemplarentur vitios mulierésque, ne quis fieret strepitus, ne quis nutus faceret, aut mussitaret, aut dormitaret. Tale illud apud Ethnicos, *Fauete linguis*, vt rite peragi sacrum posset, nulla voce mala obstrepente, inquit Seneca [s], &, σίγα, πάτερ ὡς λιαὶ; *tace, omnis effomuisti.* Brissonij formulas lege [t], & de silentio in Ecclesia Ioannem Stephanum Durantum [u], quæque ipsi diximus in historiæ Apostolicæ commentario [x], & Ecclesiastæ [y], & psalmi 38 [z]. Denique si silentium retineatur, poterit venerationem ac reuerentem timorem denotare; sicut apud Zachariam [a]: *Sileat omnis caro a facie Domini.* Cessationem quoque veterum prophetiarum tempore Christi, quam patris Ioannis Baptistæ, ad quem vsque lex & prophetæ [b], silentium [c] innuit. Ruborem inniciunt quæ citatus profert Ambrosius exempla Gentilium: item quod Quintilianus docet [d], in templo parcitum verbis, animos compositos, tacitam mentem custodiri solitam, vt proinde ibi pulsare velut in solitudine, velut in secreto quodam ferendum non esset. Arrianus etiam [e] in Gentilium & Paganorum templis religioni scribit fuisse expuere, aut nasum emúgere. Sed veriora, mirabiliora, religiosiora hac de re de monachis Ægyptis, apud Cassianum [f] leges.

Hymnus.] Hieronymus, *laus* תְּהִלָּה *thehillah*, vnde huic quoque operi nomen est סֵפֶר תְּהִלִּים *sepher thehilim*, vt in præfatione [g] vidimus, & a Philone [h] Dauid vocatur ὑμνογράφος. Synonyma vox est sæpe cum psalmo; licet quandoque distinguatur, sicut & à Cantico. Paulus [i] certè distincte numerat; *commonentes vosmetipsos psalmis, hymnis & canticis spiritualibus.* Vbi Chrysostomus [k] vult *hymnum* esse rem diuinorem quam psalmum, & Angelis attribuit, & apud Græcos etiam profanos peculiariter accipitur pro carmine in honorem Dei, & quo Dei laudes dicuntur. Non omnino ineptè hymnum de quo hîc mentio est, ad eum applicaret aliquis quem dixisse post cœnam Christus scribitur [a], videlicet vt intelligatur eum decere dicere hymnum illum.

Peculiariter, pro carmine in honorem Dei & quo Dei laudes dicuntur.

[a] Mat. 14. 26.

In Sion.] De *Sion* monte, vbi arx Dauid, & in eius postea parte templum, dixi priùs non semel, nec non quod sit etymon eius. Cùm in scholio exponatur σκοπιὰ, *situens & siticulosa*, putat Agellius alludi simul cum templi loco ad siccitatem, cuius tempore ob penuriæ periculum psalmus hic sit editus. A communiore opinione recedit hic auctor de psalmi argumento, vt antea monuimus. *Speculationem* quoque significat, & in speculatione virtutum laudatur Deus, non in Babylone, hoc est, in cõfusione peccatorum, inquit Rufinus, alíque, & hîc vbi Deus videtur *per speculum in ænigmate* [b], donec in Ierusalem, quæ visio pacis est, perueniatur. Quanquam pro speculo non quadrat etymologia. Rationes alias de specula, vide apud Hugonem.

[b] 1. Cor. 13. 12.

Pro speculo quadrans Sion etymologia.

Et tibi reddetur votum in Ierusalem.] Voces vltimæ duæ non sunt in Hebræo textu, nec in emendata editione LXX. cùm tamen non solùm alij codices Græci habeant, sed enarratores quos viderim. *Sion* & *Ierusalem* valent sæpe idem, & a Sion principali parte denominatur ciuitas tota. Certè in ea Ierusalem parte vbi Sion erat, sicut laus ita reddi votum debebat, quemadmodum iam diximus, hoc est, votiua hostia, de qua etiam actum alibi aliquot præcedentibus psalmis. Vim autem habet *reddendi* verbum, vt omnia Dei esse intelligatur, maximè verò quæ quis voto eidem addixerit: Hebræum שָׁלַם *ieseullam* significat *cum pace perfici, perfectè, persolui.* Porro ne repetam indicatam initio anagogen Augustini & aliorum, de complemento votorum nostrorum in cælesti Sione & Ierusalem: hoc est, desideriorum vel eorum quæ Deo promisimus, vt in Baptismo corporis & animæ integritatem, allegoriam do præsenti Catholica Ecclesia, sub qua comprehendit Euthymius priuata templa in variis mundi partibus, persequitur Hilarius, egregie docens, nullam extra illam laudem, votum Deo nullum placere posse. Huius doctoris notatu dignissima propter nostri temporis hæreticos sententia. Omnia inquit, superstitionum genera, quæ extra religionem Dei sint, condemnat. Plures enim sunt in demersissimo erroris profundo locati, qui doctrinæ suæ peruersitatem quadam inanis laboris probitate commendent. Cernimus namque nudis philosophos corporibus algere (gymnosophistæ vocabantur isti) ipso etiam coniugiorum vsu magistri abstinent: hæretici sicco panis cibo viuunt (encratitas forsan innuit, quales nunc paucos aut nullos habemus) sed qui tandem ocioso huius propositi profectus est? Totum hoc inane atque ridiculum est, & cum ipsis superstitionis cautis miserabile. Deo ergo vouenda sunt, contemptus corporis, castitatis custodia, ieiunij tolerantia. Luculentum profectò tam antiqui & grauis auctoris testimonium, & pro votis corúmque materia & pro vnitate Ecclesiæ; quia vt subdit, vota tantùm Ecclesiasticæ religionis vtilia sunt, & dignis Deo cantionibus, & propositæ in Ecclesia obseruantiæ studio probantur. Hugo transfert hùc locum ad ordinem religiosum, in quo à viris religiosis

Allegoria.

Notatu digna circa superstitiones. Omnia superstitionum genera, quæ extra religionem Dei sint, condemnat.

Gymnosophistæ, coniugiorum, & abstinentia vana superstitio.

Vota quæ sint vtilia.

[a] Agathias, Sigalion, Harpocratis nomen à reticendo imitatus, colebant Ægyptij.

[b] Hier. 2. car. Odæ 13.

[c] Cyrus in Gentil. Syntag. 1. de diuersis dubiorum c. 58 & lib. 14. c. 46.

[d] Nicephorus lib. 1. cap. 19. in Laudem partus. in 1. de virgi.

[e] psal. 103. a. 35.

[f] psal. 105. a.

[g] psal. 105. a. 2. & psal. 150. a.

[i] Cic. 1. de nat. Deo.

[k] Seneca. Ad Dedicationem laudationis plenius opus est.

[l] Nazianz. ora. 19. in Laudem patris. in 1. de virgi.

[m] Ambros. de virgi. lib. 3. de virginum institutione cap. 1. & de tempo. hom. in psal. 38

[n] hom. 38 ad popu.

[o] lib. 1. Epist. 22. 45

[p] Ad constitut. c. 11.

[q] Isidor. in Etymol. lib. de vita beata c. 26.

[r] lib. 1. pag. 10 & seq.

[s] Sen. epist. 83. Tacere, meditationis est, meditari, studentis. de tranq. an. c. 15. de tranq. Eccl. c. vlt.

[t] in c. 13 verf. 16

[u] in c. 13 verf. 7

[x] verf. 1. Circa silentium exegesis.

[y] c. 2. vlt

[z] Matth. 11. 13.

[a] Luc. 1. 20

[b] declam 195.

[c] in Epist. ad Ephes. 4 c. 11.

[d] Inst. cap. 10.

[e] cap. 9.

[f] lib. de Mundo.

[g] Colos. 3. 16.

[h] hom. 9 Hymnus res diuinior quam psalmus Chrysost.

ligiosis hymnus ac laus exigitur Dei, & minuendatorum Deo propter ipsum mine Deum redditio votorum in Sion contemplationis & remotionis ab his inferioribus, atque in Ierusalem pacatæ pacificæque conscientiæ.

Vers. 3.] Exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet.

Sensus loci.

CVm destinatum laudationi ac votiuis hostiis oblationibusque dixerit Sionis locum esse; tanquam iam eo in loco esset, vel certè vt ad eum peruenire concedatur exulibus captiuisque, orationem flagitat exaudiri: si annuerit Deus, in domo quam *orationis* voluit appellari [a], & in qua ipse præuidet cunctos esse exaudiendos [b], ait quemlibet alium eò religionis atque orationis causa venturum, & quotquot volent de captiuitate Babylonis redituros. Itaque hoc ac priore versu quasi proœmio flectere Deum nititur, quod se profiteatur et laudes debere, vota spondeat; eidem conueniat Deo cunctorum exaudire orationes prout etiam id promissurum prospicit: hominem recordetur Deus esse *carnem* [c], probeque nouerit figmentum illius [d] tot obnoxij ærumnis. Dedicato templo Salomon postulauit vt audiret Deus *hymnum & orationem* suam, essentque ipsius *oculi aperti super domum* illam *die ac nocte* [e]; petiuit inter alia vt *postulantes plurimam exaudiret* [f]; insuper vt nec *alienigena* repelleret orationem, *discerentque* hoc modo *vniuersi populi terrarum nomen eius timere* [g]. Iuxta Hebraei textus formam enunciantis, non precantis, & omisso pronomine, *meam*, quod in eo non est, aut, quòd deceat Deum hymnus, eique persolactur votum, qui exaudit cuiusuis orationem, etiamsi caro sit & infirmus atque peccator.

a Matt. 21. 13. *b* 3 Reg. 8. 28. & seq.

c ps. 77. 39. *d* ps. 102. 14.

e 3. Reg. 8. 28. 29. *f* vers. 35 36.

g vers. 41. 42. 43.

Sententia de generalitate omnium ad Ecclesiam vocatione.

De Gentium omnium ad Ecclesiam vocatione concursuque ex omni genere & conditione virorum, mulierum, paupertum, diuitum, humilium, sublimium, doctorum, indoctorum, dominorum, seruorum, senum, iuuenum; adolescentum, puerorum, infantum, Iudæorum, Græcorum, Romanorum, Barbarorum; quam facit inductionem Augustinus; non est fere Catholicorum vllus qui non exponat: præterea de generali resurrectione, quem Hugo literalem putat sensum, indicátque Ruffinus, Caietanus de sistendis omnibus iudicio Dei tum particulari, tum vniuersali. Ego omnes mysticos recipio, sed primus propter tantum consensum existimari debet intentus à Spiritu sancto. Idem traditur à Hieronymo alibi [h] sensus, & à Gregorio [i].

Alia interpretationes. Literalis sensus.

h in c. 2. Zach. *i* hom. 11. in Euang.

Exaudi orationem meam.] Hieronymus, apud Treuetum, *exaudies*: quod idem valet ac, *exaudi*, vel, *exaudiens*, quod nunc participium est Hebraicè שמע *scemoneehh*, sed ablatis istis punctis potest esse imperatiuus שמע *scemahh*, quo pacto legerunt LXX. Chaldæus Paraphrastes in participio sic enarrat, *recipiens orationem ad te omnes filij carnis venient*, pronomen, vt antè dixi, *meam*, abest ab Hebræo textu. Hilarius negat id esse in authenticis, licet multi addiderint: & absentiam insinuare orationem hanc esse à Spiritu sancto interpellante *pro nobis inenarrabilibus gemitibus* [k], non ex sensu proprio Dauidis. Etiam Dauidis oratio ex instinctu diuino quem concedit Hilarius, illius dici potest, sicut & alia gratiæ munera, quando dantur, eorum dicuntur esse, quibus dantur.

k Rom. 8. 26.

Ad te omnis caro veniet.] Hieronymus, *donec ad te omnis caro veniat*, supplent alij, *propterea*: vt sit sensus, cùm sit Deus exaudiens orationem, propterea facilè ad ipsum omnes accedere etiam carnales. est עדיה *bhadecha, vsque ad te*; ac innuit antithesim, vt etiam caro perueniat vsque ad Deum, loquatur ei puluis [a] & cinis. Frequentabatur etiam à Gentilibus religiosè olim templum Ierosolymitanum, vt demonstrauit, disputans de Eunucho in actibus Apostolorum [b]. Nota Synecdoche, de qua monent hîc fere omnes, vt sicut *anima*, ita sumatur *caro* pro toto homine, & vniuersitate generis humani. Valet annotatio contra hæresim, quòd in Christo non esset anima, sed sola caro, eo quòd *Verbum caro factum* dicatur [c], & *incarnatus*. obseruauit hoc Augustinus [d], docens, quamuis philosophicè loquendo valeret aliquid fortassis ea locutio, tamen aduertere nos oportere, libri Christiani quemadmodum loqui soleant. Ait præterea idem esse in scriptura, viuere secundùm hominem & *secundum carnem* [e], carnalem esse, & *secundum hominem ambulare* [f], id est, non secundùm Deum, sed secundùm seipsum; vt etiam diabolus, qui non est caro, ambulat secundùm seipsum. Respondit Fulgentius [g] eidem hæresi idem obiicienti, non fuisse in Christo animam rationalem, eodem modo. Sed hoc, vt dixi, nimis compertum, & aliàs notatum. Quòd *omnis caro*, ait Hieronymus [h], non absolutè hominum & bestiarum, & volatilium & piscium, sed specialiter hominum accipiatur, illa scriptura significat; *exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet*, neque enim ad Dominum omnis caro irrationabilium ventura est animantium, sed illa quæ donum sancti Spiritus susceptura est, & de qua dicitur [i]; *Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Sagenam* declaratus *ex omni genere piscium congregantem* [k] Gregorius [l] de vocatis ad Ecclesiam, rationem comparationis & præsentis assignat loci, quia ad peccatorum veniam sapientes & fatuos, liberos & seruos, diuites & pauperes, fortes & infirmos vocat. Quidni verò omnis ad Deum veniat caro tum credendo & amando, tum suo post mortem tempore resurgendo, cùm fieri Deus caro & ad carnem venire dignatus fuerit, eandémque carnem super omnes cœlos sublimem constituere? *Incarnationis* vocabulum humilitatem Christi magis commendat & charitatem, vt annotant Augustinus [m], Nazianzenus [n], Cyrillus [o] Alexand. Theophylactus & alij in Ioannem [p]; & quòd non Angelos ac spiritus apprehendit Deus, sed hominem corporeum carne constantem, qui opponi solet spiritui: vt in ea Mosis oratione [q], *Dominus Deus spirituum omnis carnis*. Egi hac de re vberius in commentario actuum Apostolorum [r]. De nota vniuersali quo pacto ad Deum *omnis veniat caro* siue homo, nihil præter id quod ex Augustino attuli, dicendum censeo: exempla plura collegit Cantapetrensis [s], nec desunt adhuc alia multa satis frequentia & obuia; ex quibus aliqua prioribus quoque psalmis occurrerunt.

a Gen. 18. 27.

b c. 8. 27. 34. *Synecdoche.*

Contra hæresim quod in Christo fuit anima, apta amittere.

c Ioan. 1. 14. *d* lib. de continentia 2. c. 4.

Phrases scripturæ.

e Rom. 8. 13. *f* 1. Cor. 3. 4.

g 1. ad Thrasymund. c. 17.

h in ca. 2. Zacha. *Verum*, omnis caro, *per communionem tantum, spiritale intelligentiam.*

i Ioel 2. 28. *Sagenæ omni genere piscium congregantem* loco Matthæi interpretatio. *k* Matt. 13. 47. *l* homil. 10. in Euang.

Humilitatem Christi & charitatem commendat incarnatio.

m epist. 120. *n* epist. 1. ad Cledo. *o* in l. 10. Ioan. c. 11. *p* in c. 1. *q* Num. 27. 16. *r* in c. 2. 17.

s 16. hypotypo. c. 3.

Vers. 4.] Verba iniquorum præualuerunt super nos, & impietatibus nostris tu propitiaberis.

Sensus loci.

HÆc interim, dum reditum expectat oratio-nis materia & summa, vt in Deum præter-tim commissa peccata ignoscere Deus velit, propter quæ durum illud sustineant in Babylone ac intolerabile iugum seruitutis, & improbissimis sublint hominibus, quos ferre amplius nequeant, tam atroces in eos iniurias, blasphemias in Deum iactantium; & quorum imitari improbitatem quodammodo compellantur, & tot etiam denuo alia scelera committere, vt horum iam numero ac mole fere obruantur, nec eluere possint, vel cuitare, nisi ab eadem Dei benignitate ipsis citò succurratur. videlicet ingruente iam termino annorum septuaginta, quem captiuitati præscripsit [a]. Hostes visibiles inuisibilesque mystico intelliguntur sensu, suadentes idola coli, aut creaturam pro creatore Deoque vero; *propitiatio* autem allata per Christum sacerdotem & oblatorem, ac simul sacrificium, victimam, oblationem, vt præ cæteris optimè declarat Augustinus, & prior iam attigerat Hilarius. Arnobius autem faciens hic loquentes Apostolos, interpretatur *verba iniquorum*, Pharisæorum, qui persequebantur eos, & *impietates* passiue sumptas, pro iis accipit quas Apostoli patiebantur ab iisdem Pharisæis, impiè affligentibus.

a Ier. 25 vs. 11. 29.10. Malachiæ vltimo.

Verba iniquorum.] Augustinus, *sermones.* Hieronymus, *verba iniquitatum. Verba* pro rebus vsurpantur sæpenumero, abstracta pro concretis, id est, עוונות *hhauonoth*, iniquitates & prauitates pro iniquis prauisque. Quare non tantum exponi potest oratio maledica & blasphema impiorum, & iniquorũ apud quos captiui erant Hebræi, vt Euthymio placet ac Nicephoro, Basilio, Theodoreto, & iuxta sensum mysticum Augustino; sed ipsæmet Hebræorum iniquitates atque impietates, ob quas captiuitatem paterentur: quomodo *sermo Viæ* dicitur, negotium pertinens ad illam, in quo peccauit Dauid [b]. Videri possunt L x x. debuisse vertere ἀνομιῶν, tamen etiam ἀνόμων reddiderunt Symmachus, Aquila, Veditio: & hæc quidem ἰσχυροποίησαν ὑπὲρ ἐμέ, *innaluerunt super me*; Aquila, ἐδυναμώθησαν παρ' ἐμέ, *roborata sunt pra me*: Symmachus, κατεδυνάστευσάν με, *subiecerunt & oppreſserunt me.* Hilarius, *inualuerunt super nos.* Pro מני *menni*, legerunt L x x. ממנו *mennu*, pro affixo singulari primæ personæ, affixum pluralis. Præpositio autem מן *min*, comparatiua est, significans, verba iniquorum supra vires fuisse; aut quod in ipsis fuit, prævalere hostes supra vires captiuorum voluisse, vexando verbis, aut, si pro rebus verba sumuntur, & iniqua verba pro iniquitatibus, exercuisse nimiùm iniquitatum molem, *sustinue onus grane granatas* super illos captiuos [c], pluriquam ipsimmet captiuitatis ac seruitutis alioqui grauissimum iugum. Malo *verba*, seu *sermones*, & λόγους & דברים *deuarim*, pro molesta minacique captiuos opprimentium oratione sumere, qua captini frangerentur. Nicephorus oppositum tradit sensum, qui est alter duorum, quos affert Euthymius, λόγοι ἀνόμων ὑπερεδυναμωσαν ἡμᾶς. *Verba iniquorum valde fortes reddiderunt nos*, nec infirmarunt fiduciam aduersus te, sed potiùs effecerunt vt confideremus non inultas abituras iniurias eorum, & nostras nobis re impietates condonaturum. Repugnat phrasis Hebræa, & aliorum Interpretum versio. Agellius ad semel traditum de arenti solo sensum præceptique propluuia, trahit omnia; & *praualendi* verbum aquarum innuere vult exundantiam,

b 1. Reg. 15. 5.

c Ps 37. 5.

Nicephorus oppositum sensum sequitur.

A qualis de diluuij dicitur aquis [a] חמס נגרף *hammam ganeru*, ὑπερέχετε τὸ ὕδωρ.

a Gen. 7. 19.

Placet mihi sensus adhuc abundantior, nec tam restrictus, de quo dictum satis. Plane mysticum quod Bruno Carthusianus, Hugo, & alij de verbis dicunt parentum primorum quibus *diis ſe ſimiles futuros* dixerunt [b], ac se post lapsum excusauerunt [c], quin addunt patris mendacij Euam tentantis verba. Est alia tropologia Hugonis, prævalere detractorum verba super iustos, qui non resistunt, non in eis, quia nullum contra illos odium concipiunt: vt proinde, quod sequitur, liberiùs ac securiùs propitiationem postulent pro suis peccatis [d].

b Gen. 3. 5.
c Ibid. vs. 13.

Tropologia.

d Eccle. 28. a. 3 4.

Et impietatibus nostris tu propitiaberis.] Hieronymus, dempta coniunctione, *ſceleribus nostris tu propitiaberis.* Augustinus, *& impietates nostras tu propitiaberis.* Hilarius, *& impietates nostras tu propitiabis*, vtitur tamen etiam idem Augustinus in commentario casu datiuo. Emendati Codices Græci habent accusatiuum ἀσεβείας, alij datiuum, ἀσεβείαις. Psalmo 102 [e]. in datiuo quoque casu legimus, *qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis*, vbi correcti Codices Græci habent eumdem casum, πάσαις ταῖς ἀνομίαις, cæteri accusatiuum, πάσας τὰς ἀνομίας: priorem omnes editiones Latinæ. Potest futurum vim habere imperatiui vel optatiui. In hoc Apollinarius reddit,

B

τῶν δὲ θυμὸν ἔχοις ἐπίμονα δυσφροσυνητον.
nostris verò animum habeas misericordem stultitiis.

e Vers. 3.

C non semper *impietates & ἀσεβείας peccata in Deum* propriè significant, sed latiorem habent significationem, sicut & פשעים *peſcahhim*, quæ vertit Hieronymus hoc loco *scelera*; quemadmodum & aliis præcedentibus Psalmis [f], etsi in vno [g] est עון *hhauon*, quod in huius Psalmi versus priore membro pluraliter habetur. Quomodo Christus *propitiatio* sit, docui, Ioannis epistolas interpretans [h].

Impietatis nomine latius accepum.

Ασεβεια.

f Ps 5 11. Ps 31. 5.
g Ps 31. 5.

h 1. Ep 2. 2.

Vers. 5.] Beatus quem elegisti, & assumpsisti, inhabitabit in atriis tuis.

Replebimur in bonis domus tuæ, sanctum est templum tuum,

Vers. 6.] Mirabile in æquitate.

Sensus loci.

POstquam deprecatus est peccatorum veniam, quæ detinerent in captiuitate ac reditum impedirent, exardescens in captiuorum persona, desiderio magno redeundi in Sion, & in tabernaculum templúmque, prorumpit in epiphonema, quo pronunciat fortunatum ac felicem eum cui contingat ex Dei electione ipsi propinquum fieri, assidueque versari & manere in sanctis illis locis. Tum addit, si tam optata res miseris contingat exulibus captiuisque, futurum vt bonorum diuinorum quæ ibi sunt, contemplatione & gustu saturentur: templum enim quod præcognoscit construendum propter sancti Dei eximiam quandam præsentiam, omnino sanctum fore; in illo Deum responsa dando & exaudiendo, ac ratum & constantem tum fabricæ, tum ministerij ordinem constituendo, admirabilem iustitiam suam declaraturum. Videtur porro peculiarem respectum ad Leuitas habere, qui sacra tractabãt ex propria Dei designatione, ac oblatis vescebantur, & vnà cum tribu Iuda redierunt, aliis tri-

bubus

bubus remanere in Babylone volentibus. Sic ipsemet alius Psalmus Dauidicus templi desiderium exponit [a], & beatos affirmauit habitantes in eo, simulque ibi Deum laudantes [b]. Hic ergo etiam renouat idem votum nomine captiuorum, ex persona postillimum Leuitarum, quos dixi, & tribus Iuda, in cuius ditione Sion erat, locus templi, & Ierusalem sancta, cuius pars mons idem. Horum eorumdem de reditu ingens gaudium declarat Psalmus ille [c], *In conuertendo Dominus captiuitatem Sion, facti sumus sicut consolati*, &c. Sensu mystico beatus prædicatur quisquis ad Ecclesiam Dei vocatur, & secernitur ab infidelibus, participéque sit spiritualium bonorum, habitans in particularibus mundi Ecclesiis, Euthy. & alij Græci. Sed beatior adhuc quem Deus à massa perditorum assumit in sortem sanctorum & electorum, vt cum illis habitet in cœlesti domicilio, cumulatus omni bonorum genere, vbi non aliud *templum*, quam *Deus* ipse [d] sanctus, mirabili quadam æquitate singulis patriens bona illa & præmia, quemadmodum reprobis mala & supplicia [e]. Vel beata dicitur humana natura [f], quam assumpsit magno delectu filius Dei, & à primo conceptionis instanti habitare animam eius in arcis beatitudinis fecit, propterque ipsum ac merita Christi, *potestatem dedit filios Dei fieri his qui crederent in nomine eius* [g], & *vt ex plenitudine eiusdem omnes acciperent* [h], hic munera gratiæ, in cœlo gloriæ, cum sit & ipse *templi* [i], in quo *habitat plenitudo* diuinitatis corporaliter [k], & vtraque tum militans, tum triumphans Ecclesia; præterea mater ipsius, denique cuiuslibet etiam anima iusti corpusque [l], in quo omni templo est mirabili ac æquabili quodam ordine multiplex variumque ornamentum, & in omnibus fidelibus vnitas tanta, vt vnius membra sint corporis sub vno capite Christo [m].

De Gentibus vocatis, déque quolibet iusto, in quo *habitat & mansionem facit* Deus [n], & qui præclaro vitam hanc concludat, & assumatur in mansiones cælestes, declarat in Catena Nicetæ Heracleensis, Athanasius, dicitque verba hæc & exclamationem proferre meritò illos, qui sunt, τοὺς ἀπαλλαγέντας τῶν δεῦρο ζυλούντων καὶ μακαρίζοντας, *præsenti vita abstractos imitantes, & beatificantes.* Docet etiam, in Ecclesiæ domo bona esse diuersorum donorum Spiritus sancti, & in eadem perfici mirabiliter virtutem iustitiæ cum puritate quæ vocatur sanctitas. Alibi [o] de natura quoque humana quam Dei filius assumpsit, interpretatur, vt & similes alios locos [p]. Ambrosio [q] placuit anagoge de beatitudine, bonisque ipsius, de quibus tum sæpe Dauid meminerit [r], cum ibi tantùm sint, vbi vita perpetua, vita sine crimine; vt ferremus hinc bonum illud philosophos transisse quod summum asserunt: in quo bono est requies pura, lux immortalis, gratia perpetua, hæreditas animarum, pia & secura tranquillitas, non morti subiecta, sed erepta de morte, vbi nullæ lacrymæ, nullus est fletus. Hilarius hoc loco videtur omnes attigisse sensus mysticos de Ecclesia, de beatitudine, de Christo. Licet aptare præterea locum iis quos assumpsit Iesus in montem, vt ante eos transfiguraretur [s]; quis non enim illos ad rem tantam assumptos, electos pronunciet beatósque, licèt ibi diutius habitare concessum non fuerit, vt maximè coryphæus illorum volebat: Conuenit & suo modo locus hic dicatis Deo, siue clericali honore, siue ordine religioso hominibus.

Beatus quem elegisti & assumpsisti. Hieronymus, *beatus quem elegeris & susceperis.* Alij, *quem elegeris & appropinquare feceris tibi*, vel *adunxeris, sociaueris.* Valet hæc omnia תקרב *tiekaren.* Assumptionem quoque istam ad propius cum Deo veluti habitandum exposuit Apollinarius,

ἐκεῖνος ὃν παρὰ σοῦ ἀπολαμβάνει καὶ σῶμα λαμβάνει
Θεοῦ παρ' αὐλαῖς κλισίην πήξατο μακάρων.
Beatus, qui apud te præelectus domos habitat,
Tua apud atrienses casas; qui palatia.

Quos elegerit Deus, ait Moses [a], *appropinquabunt ei* את־אשר יבחר־בו יקריב אליו *eis assumet quemcumque-boiakrin elan, quem elegeris sibi, appropinquare faciet ad se.* Quod de Leuitis & sacrificantibus dicitur. Hoc autem loco Paraphrastes explicat, *beatus in quo tibi complacueris, & eum applicueris ad timorem tui.* Quamuis pauciora sint in textu Nebiensis, hoc est, eadem quæ in Hebræo. Circa illum de electione ad beatitudinem sensum ex iis quos priùs attuli, cautè Hilarium intelliges, cùm scribit hanc electionem non esse rem indiscreti iudicij, sed ex meriti delectu factam discretionem; beatumque esse, quem elegit Deus, ob id quia electione sit dignus. Monuit hac etiam de re [b] Sixtus Senensis. & similis aliorum patrum dictis, bene respondet [c] cum Thoma [d], non esse ex præuisione meritorum nostrorum primam dilectionem, qua diligit Deus, electionem, conscriptionem in librum vitæ, prædestinationem, vocationem, iustificationis inchoationem, seu primam iustificationem & gratificantis gratiæ receptionem; sed gratiæ auctionem, iustitiæ incrementum, æternæ felicitatis adeptionem, quia decreuit Deus dare amplioris iustitiæ incrementa his qui essent bene vsuri primo iustificantis gratiæ dono, & reddere ob merita bene seruatæ iustitiæ beatitudinis coronam: & quia hæc ipsa media sunt ex gratia & ordinatione eiusdem Dei qui *elegit nos ac prædestinauit, vt essemus sancti & immaculati coram eo, in laudem gloriæ eius* [e], & *creauit in bonis operibus* [f]: propterea hanc quandam prædestinationis partem & complementum spectando, & ab eo prædestinationem totam denominando, dici posse prædestinationem esse ex meritis. Posset hoc modo Hilarius intelligi, & nonnulli alij Patres. Sciendum præterea *electionis* nomen quandoque tam latè patere, quàm *vocationis*, quatenus non omnis qui eligitur, etiamsi gratiam quoque consequatur, perseuerat, vt Iudas de quo Christus [g]. *Nonne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est?* Interdum opponitur electio reprobationi, nec quisquis vocatur, etiam electus est; *multi enim sunt vocati, pauci electi* [h]. Hanc electorum paucitatem indicat beatus Paulus hoc loco in numero singulari; *sicut vitus accipiens brauium* [i]. Qua ratione adiuncta *electioni* iuxta priorem notionem *assumptio* accipi poterit vt propria eorum qui ad beatitudinem assumuntur. Alioqui etiam *assumptio* conuenit electioni in posteriore significatione; vt cum Paulus [k] docens *amissionem* Iudæorum fuisse *reconciliationem Mundi*, siue Gentium; subdit; *qua assumptio, nisi vita ex mortuis?* nam non quicumque assumitur ex mortuis ad vitam gratiæ, transfertur quoque vel assumitur ad vitam gloriæ.

Si te delectat vberior tropologia, Aiguanum lege, qui demonstrat quot Deus modis priùs probet quem ad beatitudinem eligit, vt solet pro-

a Num 16.5.

Cautè Hilarij locutio accipienda, circa electionem ad beatitudinem.

b 5. biblioth. annot. 185.

c Lib. 6 annotat. 251.

d 1. p. q. 23. *Eorum dilectionem qua diligit Deus, non ipse ex præuisione meritorum nostrorum.*

e Ephes. 1.4. 5.6

f Ibid. 2.10.

Electionis nomen quandoque tam latè patere quàm vocationis

g Ioan. 6.70

Electus interdùm reprobatum opponitur

h Mat. 20.16. *Non quisquis vocatur, est electus.*

Assumptionis & electionis conuenientia

i 1 Cor. 9.24.

k Rom. 11.15.

Diuersi gradus Diuinæ electionis quos vocatio præbet ab ipsa.

bati clericatus ante promotionem, nouitius ante professionem, baccalaureus ante inceptionem, denarius ante oblationem. Perequitat hæc multis non ineleganter, exemplo Dauid *electi* [a], Leuitarum [b], Multis qui dicitur *electus ex omni carne* [c], populi *in camino paupertatis* [d], vt sic sit Deus *electus cum electo* [e], adde vt colat sicut *vineam electam* [f], & ibi complaceat habitare in ea. Distinguit item Hugo electionem quæ à Deo fit prædestinando [g], vocando [h], iustificando [i], prærogando [k], probando [l]: quæ à Sapiente, bonorum operum [m], contemplationis [n], afflictionis [o], abiectionis [p]; quæ à stulto, vanitatum [q], voluptatum [r], mundanorum honorum [s]; quæ à Diabolo, principum [t], nobilium [u]. Delectatur istis Hugo percurrendo bibliorum quas vocant concordantias, quarum primus auctor fuit. Adhuc beatum, *cui quæ placita Deo sunt, manu gestantur* [x], qui *timet Dominum* [y], qui *non abiit in consilio impiorum*, &c [z]. qui *confidit in Domino* [a], cuius *remissa peccata* [b], cuius *auxilium à Deo* [c], quem *erudit Deus* [d], cuius *ipse Dominus* [e], qui *scit iubilationem* [f], qui est *immaculatus in via* [g], qui *in domo Domini iam beatus in seculo seculorum laudat eum* [h]. Sunt hæc omnia effecta electionis & assumptionis diuinæ.

Inhabitabit in atriis tuis.] Hieronymus, *habitabit enim in atriis tuis.* Psalterium Gallicanum, *habitabit in atriis tuis.* Romanum & Cassiodorus, *inhabitabit in tabernaculis tuis.* Arnobius, *habitabit in tabernaculis tuis.* Hilarius, *vt inhabites in tabernaculis tuis*: quamuis legat in ipso commentario, *inhabitauit in tabernaculis tuis.* Secundùm propriam acceptionem *atriorum*, per quæ videlicet in interiora intratur domus, præsentis statum vitæ intelligere mystice licet, in quo bene viuens transeat postea in cœlestia intima palatia. Tamen eodem nomine templum totum nonnunquam appellatur, & *domicilium beatorum* [i], sicut & vocabulo *tabernaculorum æternorum* [k]. Pluralis numerus innuit amplissimam capacitatem domus Dei Ecclesiæque, tum hic vbique diffusæ, tum in cœlo: vt liceat cum illo [l] exclamare, *ô Israel quam magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius: & cœlestes mansiones multas* Christus esse dixit [m]. *Stantes pedes in his atriis* [n], nec inde recedentes, benedicendo Deum corde, verbo, opere, tranibunt ad æterna non manufacta, & in sancta sanctorum. Hugo varios ordines religiosos, atria vult diuersa esse, vel omnem ordinem religiosum conferri atrium proprium templo seu sanctis sanctorum, alia atria (sub Salomone tantum duo erant, alia deinde adiecta sunt [o]) clericorum, laicorum, coniugatorum, pœnitentium. Si de commoratione beatorum per anagogen locus hic sumatur, est quod adhuc de Hilario moneam, ne quis fallatur. Ait in domo illa *mansiones multæ* cùm sint [p], Apostolis eam, quæ sibi propria est, Deum communicare, nec ob id bonorum cœlestium spem adimi, si non omnes ad cohabitationem Dei eligantur. Quisquis beatus est, cohabitat Deo, immo *intrat in gaudium Domini sui* [q], & *in lumine videt lumen* [r], Deum in Deo, *cognoscens* eum *sicuti & ipsemet cognitus est* [s], *similis ei*, quia *videns sicuti est* [t]. Apostolos ergo ibi manere vbi Christus est, sicuti ipsemet orauit Patrem Christus id ipsis concedi [u]. Hilarius intelligit de peculiari quodà dignitatis gradu in beatitudine, quo propiores fiant Christo; quemadmodum singularem in hac vita, præ cæteris sanctis, dignitatis gratia gradum consecuti sunt.

Replebimur in bonis domus tuæ.] Supplet Paraphrastes, *ducémque iussi. Repleri*, seu *satiari in bonis* Hebræo idiotismo dicitur, quod Græce ac Latinè absque præpositione: sicut *videre in bonitate*, & *lætari in lætitia* [x], & alibi [y] rursus, *replere in bonis desiderium.* Quamuis præpositio caulam innuere potest, ob quam repleri se, aut gaudere dicat: quæ autem sint bona ista, priùs diximus, in Ecclesia, in ordine religioso, in beatorum domicilio. Arguanus autem recte demonstrat quanta sit excellentia bonorum gloriæ; comparando cum bonis possessionis temporalis, operationis moralis, gratiæ salutaris, quia prima deceptoria, secunda insufficientia, tertia dubia. Id ille multis exequitur. *Domum* synonymè accipere possumus & *atria.* Vel tropologicè *atria* sunt præsentis vitæ, *domus* futuræ, vt hinc quasi ex esurie & emendicato velut pane transeamus ad vbertatem domus Dei, vt *torrente inebriemur voluptatis eius. In bonis* Hugo etiam exponit *inter bonos.* At Hebræa vox בטוב *betub*, singularis est.

Sanctum est templum tuum.] Hieronymus, *sanctificatione templi tui.* Alij, *replebimur*, seu *satiabimur bono domus tuæ, loco sanctiore templi tui, sacrario templi, sacra regia* קדש היכלך *kedos hechalecha.* Iuxta editionem nostram sensus idem sed non per appositionem in eodem casu cum præcedentibus; verùm seorsim describendo quam dixerat *domum Dei*, vt nempe hæc intelligatur esse *templum sanctum.* Creberrimè hoc epithetum templo tribuitur. Quid verò etiam significet mysticè, iam antea notauimus. Inter alia congruit hæc denominatio beatorum habitationi, *per quam non transit pollutus* [c], *in quam nihil coinquinatum intrat* [d], vbi sanctorum sancto canitur sempel, τρισάγιον ὕμνον, *Sanctus, Sanctus, Sanctus* [e]. Greuenus [f] demonstrat quo pacto *templi* nomen cœlo, vt in hæc inferiora naturaliter influit, conueniat, tum Mariæ, tum loco beatorum; præter alias priùs allatas notiones. De Maria idem Hugo demonstrat, quot per eam bonis repleti simus: vt idcirco nata videatur Septembri mense, qui est mensis fructuum, & celebriorum dierum apud Iudæos; quomodo templum sanctum, quia per eam porriguntur preces Deo, & sanctificata est (immo & præseruata ab omni peccato:) cur dicatur *mirabile templum in æquitate*, quoniam in Incarnatione, quæ multis de causis vocatur *æquitas.*

Mirabile in æquitate.] De lectione Hieronymi, Hebræorúmque siue Hebraizantium, dicetur sequenti versu, quæ hinc illi ordiuntur, sensu quoque pertinente ad sequentia. Est aliud templi ac domus Dei epithetum iuxta editionem nostram; quo simul cum epitheto *sancti* cõprehenduntur, quæ pluribus aliis verbis hactenus in Psalmo dicta fuerant de sanctitate ac maiestate templi. Ad verbum Hebræa נוראות בצדק *noraoth beTsedek*, significant *terribilia*, vel *mirabilia in iustitia*, &, supplendo verbum substantiuum, sensus est, quòd in templo sancto sint mirabilia & terribilia cum iustitia seu æquitate. *Terribilem* vocauit Iacob *locum* in quo *vidit scalam* [g]: Dauid, *mirabilem Deum in sanctis suis* [h]: נורא אלהים מקדשיך *noraelohim mikdasecha, terribilis ac sanctuarius tuus.* excitat admirationem terror, eáque voce Hebræa quidquid *illustre, manifestum, eximium, mirabile* est, ἐπιφανὲς, θαυμαστὸν, μέγα, ἀνδρεῖον κρατεῖον, nominant, vt alibi ostendi [i].

a 1 Par. 16.
b 2 Esdr. 12.
c Deut. 14.
d Esa. 48.
e Ps. 17.
f Esa. 5.
g Rom. 8.
h 1 Cor. 1.
i Rom. 8.
k 1 Cor. 9.
l 1 Cor. 8.
m 2 Cor. 8.
n Luc 7.
o Hebr. 11.
Concordantiarum librorum primus auctor fuit.
p Ps 83.
q Ecc. 4.
r Ps. 1.
s Cant.
t Exod 15.
u Ioan. 17.
Ps 140.
x Baruch 4.
y Psal 111.
Ps 111.
Ecclesia electionis & assumptionis domus.
x ps 1.
a ps 2.
b ps 31.
c ps 83.
d ps 93.
e Ps 41.
f ps 88.
g ps 1.
h ps 83.

Mystica atriorum interpretatio.

i ps 83.
k Luc 16.

l Baruc 3.

m Ioan 14.
n ps 121.
ps 133.

Mirabilia diuersa ordinum, & quorum diuersa sunt Monasteria.
o Riuera de templo c. 16. Barradius in Ezechielem, c. 17.

Cantica diuina de templi dedicatione Hymni.
p Ioan. 14.

q Mat 25.
r ps 35.

s 1 Cor 13.
t 1 Ioan 3.

u Ioan 17.

Repleri, seu satiari in bonis, ratio quod, repleri bona. Phrases scripturæ.
a Ps. 105.
b Ps. 102.

Excellentia bonorum gloriæ comparatione aliorum ostenditur.

Tropologia.

Mystica explicatio.

c Esa. 35.
d Apocal. 21. 27.
e Esa 6.
f Ser. 129.
Templi nomen adaptatum.
Maria recentior nata videtur mense Septembri.
Septembri, mensi fructuum & celebriorum dierum apud Iudæos.

Sensus verborum.

g Gen. 28.
h Ps. 67.

i Act.

Ex sanctuario diuinus oriebatur horror secundum partes eius omnes, *ulam, bechal, debir*, porticum, templum externum, adytum, siue oraculum, vt in edito dudum Psalmi 67. commentario docui. Iubet ipsemet Deus [a], *sanctuarium meum, restituite. ego Dominus: ἀντὶ ἁγίων μου φοβηθήσεσθε*, מקדשי תיראו *mikdasi thiraù*. id idem Dauid facturum se canebat [b], *adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. Mirabile* autem ac terribile *vi æquitatis* templum Dei erat, quia Deus ibi mirabilia edebat signa iustitiæ suæ: vel ipsa fabrica & ministerium templi diuinitus præscripta adeo apte, concinnè, æquabiliter, constanter, quanta ineesset Deo iustitia, indicabant, quàm vbique eidem in externis operibus cara & in mundi vniuersitate, quam tabernaculum & reliquus ornatus templi repræsentabat, maximè qui ad Pontificem pertinebat. Addit Rickelius quòd in templo causas dubias atque difficiles iudicarent sacerdotes, prout Dominus Moſi iusserat [c]: vel sumi *templum* pro congregatione populi quam reducebat Deus de captiuitate, quoniam constabat sanctissimis ac iustissimis viris, vt Esdra, Nehemia & aliis. sed quod primo loco dicitur, melius. Quòd si *iustitiam*, vt sæpe fit, sumas pro misericordia, eiusdem in templo magnitudo horrori erit summæque admirationi, vt idcirco antea dictum sit, omnem illuc carnẽ ventitare, omnes eò accurrere, opis & gratiæ causa. Regina Saba visa Salomonis domo, *ordinibus ministrantium*, cætera supellectile & *holocaustis quæ offerebat in domo Domini, non habuit vltra spiritum* [d]. Iosephus [e] ait miratam etiam de fabrica templi cum ordine ministrationum. Vmbræ ac typi erant illa omnia Ecclesiæ, atque materialium etiam templorum & rituum nostrorũ. Ornamentum internum quod maxime sit, æquitas est, iustitia, sanctitas, fides, alię virtutes, earúmque opera, vt antea vidimus, & præcipuè docet Hilarius. Refellit Origenes [f] Celsum, comparantem mysteria nostra cum rebus Ægyptiorũ: quorum luci, delubra, templa, propylea permagnifica erant, omnísque cultus in penetralibus, crocodili, canes, hirci, simiæ, & similia. Facit item ad admirabilem æquitatem æqualitas, vt non sit personarum acceptatio, & cuiuis velit Deus in Ecclesia patere aditum, saluti necessaria exponi, saluo caritatis ordine [g], *& bene ordinata castrorum acie* [h], & politici Ecclesiasticique magistratus cum variis gradibus distinctione & subordinatione. Quæ omnia locum suo habent modo in religiosis ordinibus, vbi maior adhuc æquitas, id est æqualitas, in vsu externarum rerum & exercitiorum conspicitur. Ibidem viget æquitas iustitiaque, id est, virtus omnis & sanctitas. sed in cœlo maximè vbi offertur perpetuò *sacrificium iustitiæ super altare* illud [i], sine periculo metúve amittendi vnquam iustitiam. vbi nihil maculosum vllúve quamuis leuissima inquinatum iniquitate admittitur: vbi habetur exacta cognitio iudiciorum diuinorum; vbi præmia singulis æquissimo iure redduntur ac distribuuntur ab eo *qui iudicas orbem in æquitate* [k], & *populos in iustitia*.

a Leui.19.30

b Psal.5.8.

Mirabile in æquitate templum Dei vt locutus.

c Deut.17.8.

Iustitia pro misericordia.

d 3. Reg.10.5 & Paralip. 9.4. Mirum quam sui similes sint gentes in superstitionibus. Ita Iosephus.

e Lib.3. contra Celsum.

Celsi cauillatio de mysteriis nostris cum Ægyptiorum, & eius refutatio.

f Lib.1. contra Celsum.

g Cant.2.4. & c.6.3.9.

h Psal.90.11.

i Psal.9. & 75.10.

Vers.6.] Mirabile in æquitate.

Exaudi nos Deus salutaris noster, spes omnium finium terræ & in mari longe.

A

REdit ad orationem inchoatam versu 3. iuxta Hebræorum editionẽ ac distinctionem, Deum primis verbis, quæ nexa sunt apud nos prioriversiculo, appellans *terribilem in iustitia*, vel optans vt in terribilibus ac stupendis miraculis, atque pro sua iustitia seu pro bonitate, quæ per *iustitiã* quãdoq; significatur, exaudiat captiuos in Babylone, vt illos quõdã in Ægypto, & in traditione legis: promit nomine captiuorum eorumdem hãc orationem, in qua simul Deum nominat Saluatorem populi sui, quin & spẽ omnium omnino hominũ vbique terram totam incolentium, ac lõge distitas quoque maris insulas. Vel hoc sibi vult; Terribilia in iustitia Deus sunt opera tua: & stupenda prorsus hæc ratio iustitiæ, vt cùm sis ipsissima iustitia, nos peccatores; tamen exaudias, & oracula tua edas, & salutem impertias. ipse, inquam, tu in quem sperãt quotquot in terra marique viuunt. Quæ oratio mitificè conciliat beneuolentiam Dei: omnes autem vbique sperare intelligit instinctu quodam naturæ, quo numen aliquod agnoscunt & inuocant, licèt non bene cuncti quod verum est cognoscant, colántque. Resecatis primis tribus dictionibus efficitur idem sensus. Augustiùs, vt adhuc fecit, Agellius, Leuitas orare vult non sua ipsorum causa, qui replerẽtur bonis domus Dei ac tẽpli, nec tali quasi horreo ac fonte bonitatis diuinæ nutriti metuerent sibi à siccitate, sed propter lõgius remotos terra marique quos premeret siccitas ac inopiæ malum, & quibus æquum esset Deum misereri, vtpote in eo spem suam collocantibus. Angustum dixi sensum; potui nimis amplum hac ex parte dicere, quòd siccitatem Agellius adeo extendat, & velit Leuitas de ea sollicitos precari Deum; quod etsi fieri posse non negem, certè ita factum non ita confidenter asseruero.

B

C

Inuocatur mystico sensu auctor salutis Christus, quem Deum priùs nominauerat, ad quem carnem omnem venturam dixerat, in quem non vna gens Iudaica dumtaxat, sed omnes Gentes sperent, nec *sit aliud sub cœlo nomen, in quo oporteat* cunctos *saluos fieri* [a]; & *pax euangelizetur non* his tantùm *qui prope*, sed & *qui longè* sunt [b]. Theophylactus [c] tamen de Patre interpretatur hìc dici spem omnium finium terræ.

D

Mirabile in æquitate.] Quid hoc sit vt sic in editione nostra legitur, dictũ antea satis. Sed & iuxta Hebræam editionem exposui in istius versus paraphrasi. Si vera narrant Epiphanius [d], Dorotheus [e], Comestor [f], Ezechielem auctorem captiuo in Babylone populo fuisse vastissimi fluminis Chobar traiiciẽdi sicco vestigio, ita vt quã plurimi de Chaldæis qui fugiẽtes insequebãtur, submersi fuerint: si præterea precibus impetrata piscium multitudine populum fame pæne enectum recreauit: si Danitarum & Gaditarum scelera morsibus vindicauit serpentum: si permultos mortuos reuocauit in vitam: si signum dedit in eodem illo fluuio, quando deficeret, desolandam populi regionem, cùm inundaret redituram ex captiuitate: si compescebat hostes editis signis: si rapiebatur ex Babylone puncto fere temporis in Ierusalem & hinc illuc: si hæc, inquam, non commentitia sunt, vt equidem esse arbitror, sed vera, Hebraizantium sensus, quem huic assignant loco, rectiùs perciperetur, vt sit oratio cũ vaticinatione in terribilibus miraculis iustè contra hostes editis, populũ de captiuitate Babylonica liberandum, sicut olim duce Mose

E

Sensus huius.

Iustitia interdum pro bonitate.

Agellius explicatus.

Mysticus sensus.

a Act.4.9.12.

b Ephes.2.17.

c in 1.Tim.1.

d De vita & interitu Prophet. Ex Ezechiele narrata ab Epiphanio, Dorotheo aliis. e in Synopsi. f in Ezech. ca. 6. hist. Scholast.

de Ægyptiaca: & eò referri sequentia possent, accinctum Deum potentia, conturbasse profundum maris; flumen Dei repletum aquis, paratasse cibum illorum, &c. Constat in ipsa captivitate occisum Ezechielem a suis [a]: & quidquid sit de illis prodigiis, hoc non est templum ipsum esse *mirabile in aquitate*, sicut in editione nostra quam sequi debemus, legimus.

a Hieron. & alij.

Salutaris noster.] Hieronymus, *salvator.* Quo item pacto Augustinus: quod & alias accidisse non semel vidimus.

Spes omnium finium terræ & in mari longè.] Hieronymus, *confidentia omnium finium terræ, & maris longinqui.* Ad verbum ex Hebræo וּבַיָּם רְחֹקִים *veiam rechokim*, & *maris remotorum*, nempe & finium terræ qui remoti sunt, & finium maris qui sunt remoti, nempe à Sione, qui remoti degùt in mari, qui procul mare habitant, id est, insulas. Bredembachius existimat indicari homines veros in ipsomet mari more piscium habitantes & degentes. Citat Plinium [b], & Ludovicum [c] Vives, húncque qui narret ætate sua in Batavia hominem marinum captum, & supra duos annos detétum, & iam cepisse fari, cùm priùs esset mutus, ac tandem bis ictum pestilentia in mare esse remissum, gaudentem & exilientem. Hoc de argumento diligenter prauæ licèt auctor religionis Conradus Gesnerus in historia de aquatilibus [d], laudans multos alios qui tractent eandem physiologiam: quibus adde Simonem Maiolú [e] Alexandrum ab Alexandro [f], & alios quos hic etiam citát. Sed ego quod attinet ad veram hominis naturam, si quis animalibus talibus inesse contendat, non magis credam quàm fabulamentis Tritonis, Nereidum, Sirenú, & terrestriu Faunorum ac Satyrorum, qui videlicet veri sint homines. Quare quid hi confícti homines, vera autem monstra & belluæ, de Deo sciant vel sperét, non est quòd laboret Bredembachius. Et quod ait esse certum illud de ipsis, quod est aliis etiam irrationabilibus commune [g]; *Oculi omnium in te sperant Domine, & tu das illis escam in tempore opportuno*, propriè dictam spem scientiámque non importat. Concedi potest, ob lõgam aquatum consuetudinem, & natandi vsum, quódque in mari quidam libentiùs ac diutiùs agerent, visos fuisse homines aquatiles & marinos, vt quem ex Nicolao Cola piscem postea cognominatum memorant hi quos Maiolus refert, aut nescio quem alium Calanum.

b Lib. 9. c. 5. lib. 32. c. 11. adde lib. 36. c. 5.

De homine marino in Batavia capto, qui narratur.

c In de veritate fidei Christi

d pag. 514. & seq.

e colloquio 2. dierum canicularium pag. 114. & seq. & colloq. 9. pag. 457. & seq.

f Lib. 3. c. 8.

g Psal. 144. 4.

Aquatiles ex marinis diuturna quadam tractu origine aquarum consuetudinem & natandi vsum.

Interpretatur secundùm tropologiam Augustinus *mare* de hoc seculo, quod salsitate amarum est, procellis turbulentum, vbi homines cupiditatibus perversis & prauis facti sunt velut pisces inuicem se deuorantes: ad istos etiam capiendos fecisse Christum Apostolos piscatores [h], intra rete fidei esse bonos cum malis, donec perducto ad littus reti *mittantur foras, eligantur in vasa boni* [i]; cauendum interim ne quis rete schismate scindat: orandum [k] Deum verbis huius Psalmi, vt in littore stans, nostraque aspiciens pericula, nos qui versamur in mari turbulento saluos faciat propter nomen suum, détque inter Scyllam & Charybdim ita tenere medium, vt vtroque periculo euitato, salua naue & mercibus securi perueniamus ad portum. Aliter Dorotheus [l] Abbas ait *in finibus terræ* esse, qui in perfecta iniquitate sunt, *in mari longè*, qui in extrema ignorantia, & tamen horum omnium Christum spé esse. Recitat Galatinus [m], & ex eo, vt solet, mutuatus Augustinus

Tropologica maris interpretatio.

h Matt. 4. 18. 19.

i c. 13. 48.

k Soliloq. c. 35.

l Doctrin. 12.

In finibus terræ, quos maris longe qui dicantur.

m Lib. 10. c. 3.

A Nebientis hoc loco, nomen tamen reticendo, vt probaret R. Hamina portas pœnitentiæ numquam clausas esse in Mundo illo, vsurpauisse præsentem Psalmi sententiam. Quemadmodum enim, aiebat ille, mare hoc nunquam clauditur, sed quicunque vult, lauat se ibi in omni hora qua vult: ita ipsam pœnitentiam, quacunque hora vult homo ipsam facere, facit; & Deus sanctus & benedictus recipit eam. Hugo *finium terræ* dicit spem Deum esse, quibus omnis terrenitas finita est & consumpta, & qui sunt *in mari longè*, non in eo periclitantes vel subuersi, hoc est, qui sunt in arcta pœnitentia. Vult Aiguanus *terra* peccatores; *mari*, designari pœnitentes: Deúmque omniú peccatorum, & pœnitentium spem esse. Bruno Carthusianus, Iudæorum finientium in se terrenitatem fidelium, quatenus fidem adepti erant Christi ante ipsius aduentum; & infidelium qui adhuc longe erant & conuertendi erant post aduentum eiusdem.

Porta pœnitentiæ numquam clausæ in mundo isto.

B

Terra, peccatorum designatiuè mare, pœnitentium.

Vers. 7.] Præparans montes in virtute tua, accinctus potentia.

Vers. 8.] Qui conturbas profundum maris sonum fluctuum eius.

Turbabuntur gentes.

C DEum, à quo exaudiri flagitauerat, quòd omnium eum spes votáque respicerent, describit à potentia, qua promptè, expeditè, facilè, vti possit, perinde ac suo quis quo accinctus est gladio strenuus miles, vel astringens vestimenta, diligens opifex, famulúve opus exequitur. Docet mirum non esse quòd suam diffundat Deus bonitatem per orbem, gratiamque cunctis hominibus communicet, cùm ab initio statim mundi nullus fuerit terræ angulus, in quo non reluxerit potentia ipsius. Inter potentiæ autem illustriora opera stabilem recenset mótium dispositionem, excitationémque tempestatum inde ab ipso maris profundo, vt sedare cùm voluerit, etiam possit, hoc est, plenam exercere in terra marique potestatem. Vnde cunctæ gentes ingenti quodam timore percelluntur & perturbantur, ac tanquam mare exæstuant.

Sensus loci.

D

Mystica interpretatio.

Mysticè Hilarius *præparari montes* explicat, supereminentis creatæ potentiæ, contra Deum sese efferentis, à Deo ipso, vt subdat eos sibi, & destinet ad pœnas; item conturbari doctrina Euangelica, & ciere fluctus quosdam degentes in hoc sæculi salo homines, idque ob vim eiusdem Dei, qui sese accinxit, corpus coaptando per incarnationem sibi: Augustinus, Arnobius, alij interpretantur per *montes*, Apostolos & Apostolicos viros, qui emineát in Ecclesia supra cæteros, vt eos Dei filius præparauerit in humana natura: sed potentia naturæ diuinæ, quæ in eodem Christo est veluti accincta, operà autem illorum cómouerit corda infidelium, & resistentium sermones excitauerit, atque persecutiones, sed compescuerit. Possunt & *montes* Angeli esse quos dedit Deus Ecclesiæ suæ custodes ac propugnatores aduersus marinos fluctus dæmonum atque tempestates, quibus Deo permittente, vehementer homines conturbantur. Athanasius etiam exponit aduersarias potestates quibus abyssus præparata est, ac supplicia, esse *montes quos præparauit Deus potens.* Idem & Cyrillus in Catena Nicetæ

E

conturbatam aiunt à Christo Gentium multitudinem instar maris profundi ac latissimi, non sinendo conquiescere in antiquis erroribus, sed perducendo ad cognitionem suæ potentiæ, & ad sui laudem excitando quasi fremitu quodam fluctuum. Vel mare hìc appellari ingentem illam spirituum impurorum multitudinem, qui conturbantur Christi aduentu; vnde etiam metuentes dicebant, *ante tempus venisse torquere eos* [a]: vel Tyrannos propter falsedinem siue acerbitatem idololatriæ: sonitum fremitúmve fluctuum, insidias sanctis martyribus intentatas.

Præparans montes in virtute tua.] *Virtus* est vis ac robur, synonymum potentiæ, sicut ἰχὺς, & δύναμις: etsi hæc *potentiatum* valet: כח *choach*, & גבורה *gheuurah*: *præparans* ἑτοιμάζων מכין *mechin*, idem est quod stabiliens, firmans, instruens, roborans, erigens. vnde vna templi columna *iachin*; quod & alias notatum [b] est; vbi Deus dicitur *orbem terrarum super maria fundasse, & super flumina præparasse.* Symmachus vertit, ὃς ἥδρασας ὄρη τῇ δυνάμει σου, vel participialiter ἑδράζων, *qui firmasti*, vel *firmans.* Aoristus autem secundæ personæ quo Symmachus vtitur, confirmat editionem nostram, quæ habet eiusdem personæ pronomen, sicut Hieronymus, licèt Hebræum affixum sit tertiæ בכחו *bechocho*, nisi dicas loco vltimæ literæ (ו) *vau*, fuisse (ך) *caph*, finale, quod facile credi potest. Paraphrastes retinens pronomen tertiæ personæ sic declarat, *qui præparat cibaria ibicibus montium in virtute fortitudinis suæ. Præparandi* verbum quia valet idem ac *firmandi*, vt Psalmo 23 [c]. vidimus, Hilarij non videtur notatio recipienda, ad terrenorum montium naturam sermonem istum non pertinere, quia firmati sint, non præparati, & præparatio futuræ operationis captum, & de accinctu potentiæ ac de virtute hìc fiat mentio.

Quamuis porro creatio constitutióque mundi pro miraculo propriè nó habeatur, non idcirco non rectè ad literam hìc intelligitur celebrari hoc nomine Deus creator, tãquam de re prorsus admiratione dignissima. Mysticus quidem meritò sensus Patrum præfertur, quem dum eruunt, à Spiritu ipso sancto credi potest intentum fuisse; at non damnandi qui solo literali contenti sunt, dummodo non respuant potiorem. Qua fortassis de causa Bredenbachius Iudæorum & Paraphrastis crassitiem hìc accusat. Est Dauid satis frequens in celebrandis & commendandis creationis operibus, atque in extollenda Dei circa illa potentia. Nam similis exempli causa, canit Dauid [d] *Dominum regnantem, decorem indutum, indutum fortitudine, & præcinctum*, quia *firmauit orbem terræ, qui non commouebitur:* item [e], quod *ascendunt montes & descendunt campi in locum, quem Deus fundauit eis.* Esaias quoque [f], quasi exprobrans ignorantiam vel inconsiderantiam: *Nunquid*, ait, *non intellexistis fundamenta terræ?* Ob naturalem tantam montium firmitatem, quos erexit Deus absque trochleis, machinis, instrumentis, sola vi potentiæ, *graui mole* constituit [g] *& librauit in pondere* [h], *& conformauit columnas eius* [i], inter prodigia eiusdem diuinæ potentiæ censetur, si quando fundamenta eorum conturbentur & commoueantur *ab irato Deo* [k]; si *conturbet* ipse illos *in fortitudine sua* [l]; si *sicut cera fluant à facie eius* [m], si *exultent* [n]: si *tacti fumigent* [o], si *transferantur à fundamentis* [p], si *subuertantur à radicibus* [q], si *cadentes desinant* [r]: si *tabescant* [s]: si *humilientur* [t]: si *triturentur & comminuantur* [u]: si *subuertantur* [x]: si *consumantur* [y]: si *conterantur* [z]: si *in planum redigantur* [aa]: si *separentur & scindantur* [bb]: tametsi figurata in his interdum dicendi forma sit. Multiplex è montibus vtilitas, ad vniuersi pulchritudinem, salubritatem aëris, fertilitatem ac maturitatem fructuum quasi sedem & habitationem certi generis plantarum & animalium, scaturiginem plurium fontium, fluminúmque [cc] ad compages telluris viscеribus densandas, & minimè quietas partes coërcendas durissima sui materia, vt scribit Plinius [dd], prærerea, vt furor ventorum reprimatur; frangantur fluctus ac impetus maris; tutum sit ab hostibus confugium: iisdem transitus inhibeatur, quasi positis repagulis, septis, mœnibus, castris. Quo fit vt probanda non videatur eorum opinio qui diluuij tantùm tempore montes extitisse sentiunt, rapta subductaque quibusdam in locis terra ab aquis in mare præcipitantibus: quod auctor libri de proprietatibus elementorum creditus Aristoteles, de inundationibus loquens, innuit: Certè quidem arcam constat, quã fabricauit Noë, diluuij tempore *quindecim cubitos supra* editiores *montes elatam esse* [ee]: *vigesima septima die mensis septimi quæsisse super montes Armenia* [ff]; *prima demum die decimi apparuisse montium cacumina* [gg]. Existimat Basilius [hh], Iansenius [ii], Eugubinus [kk] ipso primo conditionis mundi die cum terra creatos montes. Contendunt alij, vt Conimbricenses [ll] nostri cum Damasceno [mm], terram initio aquis circumfusam fuisse, ac ita perfectè globosam, vt eius exigebat natura: deinde tertia die montes qui primo constiterant in terra effectos, cùm Deus aquas secreuit tertia die in locum vnum & terræ cauernis inclusit: quod verò est in Psalmo [nn], *super montes stabunt aquæ*, vel ad tempus diluuij spectare, vt Augustino [oo] placuit; vel nomine *montium*, quod noster item Molina [pp] tradit, designari non aliquas terræ eminentias, sed terræ globum totum, quem tunc aquæ vndique circumfluebant. adde, idiotismo Hebræo posse intelligi, vt obseruat Genebrardus, quotidianas maris exundationes, quibus obrui montes ipsi possint. Ad priores libentiùs me adiungo, credóque (quidquid sit de noua alia montiũ generatione, ex vi impetúque aquarum, terræ motu, vi ventorum, ridet verò Cardanum Scaliger [qq], in solis radios reiicientem causam) ob aquarum distributionem, quæ fieri paulo pòst debebat, quod vidisse etiam Vallesius [rr] videtur, & ad alias necessitates ac vtilitates, quas attigi, terræ partes aliis alias altiores iam statim à principio factas fuisse, sed cum iusta quadam libratione in pondere reliquarum partium, de qua Esaias [ss], Assentitur nobis quoque cum Vallesio Scaliger quos citaui.

In virtute tua.] Dixi Hebraicè legi, *in virtute sua, & virtutem* pro vi ac robore sumi. Allegoricè virtus illa est qua induendos promiserat Christus Apostolos [tt]; tropologicè autem Hugo virtutem paupertatis intelligit, quam in beatitudinibus primam idem Saluator recensuit [uu], & est prædicatori cum primis necessaria. Potest amplecti mystico sensu plures virtutes.

Accinctus potentia.] Hieronymus, *fortitudine.* Chaldaicè, *accingens se cingulo in robore.* Augustinus, *circumcinctus in potentiatu:* vel apud Lombardum, *potentiatu tuo*, quod exponit

a Mat.8.29.

b Psal.23.2.

Præparare idẽ valere quod firmare. Hilarij notatio non recipienda. c vers.2.

Creatio & constitutio mundi per miraculo propriè nõ habeatur.

Iudæorũ & Paraphrastæ crassities hic accusata.

d Ps.92.1.

e Ps.103.8.

f c.40.21.

g Prou.8.25.

h Eccl.40.22.

i Ps.74.4.

k Ps.17.8.

2.Reg.22.8. Eccl.5.25. Nahum 1.5.

l Ps.45.4.

m Ps.96.5.

n Ps.97.8. ps.113.4.6.

Inter prodigia diuinæ potentiæ magna quod nos moueatur.

o Psal.103.32. ps.143.5.

p Ps.45.3. Iob 9.5. Matt.21. 21. Iudith 16 18.

q Iob 28 9.9.

a c.14.18. Esa.64.1.3. b Esa.34.3. c c.40.4. Luc.3.5. d Esa.41.5. e Ezech.38. 20. Multiplex è montibus vtilitas.

f Mich.c.1.4. g Abac.3.6. h Zach.4.7. i c.24.4. k Psal.103.6. 10.

l Lib.36.c.1.

Improbata verũ opinio qua diluuio tempore mõtes tantùm extitisse credunt.

m Gen.7.20.

n c.8.4. o Ibid.5. p Hom.4.hexa. Montes ẽ terra creati qui verba ipsa aliter.

q in ps.103. r Ibid. sin probl.sec. 2.in 2.

s Lib.2.c.9. & 10.

Loci expositio nes.

u Ps.103.6. x Ibid.

Idiotismus Hebraeus.

y de opere sex dierũ disput.11.ad 4.

z Exere 43.

a De sacra philosophia c.59.

Virtus pro vi ac robore.

b c.4.0 12.

c Luc.vlt.49.

mysticè vt circumcingant Christum qui credunt; quod ipsum ab eiusdem potentia habent. De hac formula repete dicta psalmo 44 [a]: *accingere gladio tuo super femur tuum.* Accingitur (nullo nunc discrimine à cingendo, præcingendo, succingendo, de quo Augustinus [b]) quis aut ad opus bellicum, aut domestici seruitij, aut opificij, aut peregrinationis. Dicto psalmo de cinctu militari sermo est, quemadmodum quando Cyro dicitur à Deo, *accinxi te* [c]. Omnia hæc executus Christus, pugnauit, seruiuit, operatus est, peregrinatus. Quod cingitur extrinsecum est cingenti, & cingens se cingulo nobiliori; ita si placet incarnationem per *accinctionem* intelligere, videretur potiùs humanitas rei habere accinctæ rationem, vt retulimus de Hilario. Quanquam *potentia* nomen propter similitudinem cum gladio, & ob efficacitatem, conuenit magis diuinitati, vt ea dicatur accincta humanitas, quæ vim inde accepit. Quam dixi Augustini sententiam, & est communior. Sed is qui cinxit, Deus fuit, ac omnes personæ Trinitatis; ipsum vt ita dicam cingulum, sola secunda persona: sicut è contrario si humanitas cinguli rationem habet, applicuerunt cingulum id secundæ personæ aliæ etiam duæ cum ipsa, sed applicitum est secundæ dumtaxat. *Cingulum* istud diuinitatis nunquam deposuit Christus, ita vt etiam in morte non esset hinc vinctum animæ, hinc autem corpori: tametsi triduo mortis non cingeret, vt ita dicam, integram humanitatem, quæ dissoluta erat in partes. Si potentiam ipsam actiuam, agendiue vim consideremus, ea dicitur accinctus Deus, quasi proximè semper aptus dispositúsque ad agendum, nec alio egens ad operandum, nisi vt velit, sicut qui sese accingit, aut accinctus est, videtur iam iis instructus quæ requirantur ad agendum, quoniam cinctus, inquit hoc loco Basilius Theodoretúsque, ad conficiendum quod vult, magis expeditus est: *zonam* eleganti figura virtutem nuncupauit, innuit etiam infinitatem ac immensitatem potentiæ Dei, quòd ea cinctus dicatur, qualique circumdatus. *Populus* esse *accinctus* debemus [d] in hac peregrinatione, seruitutis ergastulo, loco laboris, tentationis [e] militiæque; vna gladius manu tenendus, altera fabrile instrumentum [f]. Oportet prædicatorem maximè accingi & restringi continentia; quæ potentia dici potest, quia cùm infirma est caro, spiritus conualescit, & qui eo modo infirmatur, *potens est* [g], vt hic Hugo notat.

Qui conturbas profundum maris.] Hieronymus, *compescens sonum maris.* Sic alij quoque ex Hebræo, nec non Theodotio, κοιλαίνων, *sedans & mulcens.* Vocem Græcam κῦτος, scholion exponit κοίλωμα, πλάτος ἢ βάθος, *cauitatem, latitudinem,* aut *profunditatem:* & in alio scholio dicitur idem etiam esse atque quod alibi vocatur στολισμὸς, *amictus & vestimentum.* In quodam Vaticano Codice legitur, τὸ ὕδωρ, *aquam:* in aliis, τὸ κῆτος quod non *cetum* animal marinum dumtaxat significat, sed Hesychio etiam ἀπορίαν, σίφωνα, ἐνδειαν, ὑστέρησιν, πενίαν, *penuriam, priuationem, solitudinem, indigentiam, inopiam*; quam alij malunt dici χῆτος, & conueniret imo ac fundo maris, vbi desinunt aquæ. Euthymius conturbationem in eo docet esse, vt arena quæ in fundo maris iacet, commoueatur, ac sursum feratur, & considerandum, quòd venti nulla propria virtute, sed mandato Dei, id est, ab eo virtute accepta, & naturaliter indita, quamuis aliquando de nouo illos concitet, mare atque alia elementa conturbant. Digna profectò consideratione res omnibus effectis naturæ communis: sed in hac maris conturbatione potissimùm spectabilis, vbi se Deus potentem ac terribilem declarat, vt memini ostendisse [a] alibi, nec non & de maris profunditate [b] disseruisse: *Ego sum Dominus Deus tuus, qui conturbo mare, & intumescunt fluctus eius; Dominus exercituum nomen meum*, ait apud Esaiam [c] Deus.] Scribit etiam Ieremias [d]: *Hæc dicit Dominus, qui dat solem in lumine diei, ordinem lunæ & stellarum in lumine noctis* (valent ista pro sequentis versus intelligentia) *qui turbat mare, & sonant fluctus eius.* In psalmo 76 [e]. *viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ, & timuerunt, & turbatæ sunt abyssi:* apud Ionam [f]: *Dominus misit ventum magnum in mare, & facta est tempestas magna in mari.* Iob & de Leuiathan; *feruescere faciet quasi ollam profundum mare, & ponet quasi cum unguenta bullitum:* quod de cete siue balæna proditur ab Æliano [h] & Plinio [i]. Quod attinet ad Hebræum participium præsentis loci מַשְׁבִּיחַ *masbiach*, pro quo redditur *compescens* à Hieronymo, vt dixi, & à Theodotione κοιλαίνων, suspicatur Agellius Lxx. legisse מַבְעִית *maubbith*, *turbans* seu *turbare faciens, exagitans, extimulans, terrens, obstupefaciens:* Ricardus Cenomanus מַצְבֵּחַ *masbeh*, *intumescere faciens,* vel, *inflari.* Propius accedit hoc ad id quod nunc habemus, quàm quod affert Agellius. Nulla quoque facta mutatione idem Riccardus ac Genebrardus docent idem verbum Hebræis nonnunquam contraria significare, præsertim in piel & hiphil, vt בָּרַךְ *berech*, *benedixit & maledixit* קִדֵּשׁ *kiddesch*, *sanctificauit & profanauit.* Denique Pagninus de hoc ipso nostro themate, siue verbo, tradit velle aliquos non tantùm significare *laudare, laudibusque promouere,* sed etiam *cominere, cohibere, compescere.* Pro *profundo* notaui ex Hebraico verti *sonitum*, quem alij vocant *strepitum, commotionem, fastum.* Est שְׁאוֹן *seaon*, *sonitus* ac *strepitus ex irruptione aut ruina, vbi est profunditas.* In psalmo 39 [k], nomine *miseriæ* translata est illa vox, atque cum *lacu* coniuncta. Græcum vocabulum κῦτος generaliter significat *quidquid cauum est, cauitatem, cauum sinum, sinuosam cauitatem, ventrem cauum, cauitatem ventricosam, capacitatem, profunditatem*, ea demum quæ initio retuli. Hugo tropologicè præter dicta initio turbationem humilitatis ac timoris requirit in Euangelico præcone; tunc cùm angelus Domini turbauerit hanc piscinam, qui descenderit in eam, sanari ab omni infirmitate, id est, à peccatis erroribúsque auditores. Hilarius *maris fundum* de diabolo interpretatur, sicut *sonum fluctuum* qui mox subditur, omnia terroris diabolici ministeria, vt vatum murmura, inconditos bacchantium fremitus, æra simulachrorum sonantia, profanum cerimoniarum cantum resultantem; quæ Christo prædicato sileant, & dij virtute fidelium subiiciantur ad pœnam, verbis eorum torqueantur, lanientur, vrantur, contineantur, puniantur, abigantur, sileant quoque vates, muta sint templa.

Sonum fluctuum eius.] Hieronymus, *fremitum fluctuũ eius.* Græcè ἤχους, in plurali *sonos*, repetitur Hebraicè prior vox שְׁאוֹן *seaon*. Additur in Codicibus Complutensibus, Regiis, aliis, & apud Euthymium, τὸν ἀκοντισμὸν; *quis sufficiet?* quod etiam Latinè recitatur in dictis illis duobus bibliis, &

[a] vers. 3. *Formula loquendi, turca veteri, accingi, accinctus, earum expositio.*
[b] in ps. 92.
[c] Esa. 45. 5.
[d] Abac. 3. 16.
[e] Iob 7. 1.
[f] 2. Esd. 4. 17.
[g] 2. Cor. 12. 10
Κῦτος.
Κῆτος.
Χῆτος.
Manus elegans figura, zonæ innuit.
In maris commotione & profunditate ipse clamat & admiratur.
[a] Ibid. 5. 22.
[b] Ps. 92. 3. & 103. 6.
[c] Esa. 51. 15.
[d] Ier. 31. 35. & vers. 37.
[e] Ps. 4.
[f] Ion. 1. 4.
[g] Iob 41. 22.
[h] lib. 9. de animal.
[i] lib. 9. c. 7.
[k] vers. 3.
Eadem verba apud Hebræos contrarium significant.
Theologia. Turbatio humilitatis ac timoris in Euangelico præcone requisita.
Maris fundũ, sonum fluctuum vt exponit Hilarius

in psalterio Romano atque Gallicano, nec non apud Cassiodorum; apud Augustinum verò, *quis sufferet?* Est præterea in psalterio Æthiopico, & iterum Græcè apud Apollinarium,

τὶς ἐφέξει σφετέροιο σθένει σὺν μαλθακὸν ὁρμήν;
Quis ferre eius vim potest æstus impetum?

Docet tamẽ Hieronymus [a] hoc esse superfluum, & subaudiri, *qui conturbas profundum maris, & conturbas sonum fluctuum eius.* Videtur [b] auctor operis imperfecti confusè præsentem locum citare, *qui conturbas fundum maris, sonum autem fluctuum eius tu mitigas.* Hoc vltimum ex alio psalmo est, vbi dicitur, quòd Deus *dominatur potestatis maris, motumque fluctuum eius mitigat* [c], (iuxta præcedentis quoque membri Hebræam Hieronymi expositionem) etsi tantùm dicat, *stabit spiritus procellæ* [d] (quod reipsa fecit Christus [e]) *statuet procellam in auram, vt sileant fluctus maris* [f]. De mysticis nil est quod addi debeat. nec rarò vidimus *aquarum* vocabulo designari tribulationes: quia & altè decidentes & inferiores impetu copiáque submergunt & consumunt: quia periit diluuio mundus: quia grauissimum Hebræorum periculum in rubro mari fuit.

Turbabuntur gentes.] Hæc recitantes & canentes principium noui faciunt versus Hebræi: annectunt isti vltimo, qui aliter exponunt, sicut & Hieronymus ac Hebraizantes, *& multitudinem gentium*, apud Treuetum, *plebium.* Alij, *strepitum, fremitum, tumultum populorum* וְהָמוֹן לְאֻמִּים *vahamon leummim*, quæ videtur expressior declaratio profundi aut sonitus maris & fluctuum. Si vertas, vt verti potest, *& fremitus gentibus* vel *populis*, & suppleas, *erit*, efficies sensum quem Lxx. reddiderunt, *turbabuntur Gentes*, *παραχθήσονται τὰ ἔθνη.* Fortassis etiam legerunt Lxx. וְהָמּוּ *vahamu* ab הָמָה *hamah*, *resonare, tumultuari, strepitum facere*, addito (ן) *nun*, finali, & (ו) *vau* primo, vertente significationem præteriti in futurum: vel pro primo (ו) *vau* (י) *iod* יְהֻמּוּ *iehemun.* Sic psalmo 45 B. *Sonuerunt aquæ eorum*, ἤχησαν יְהֻמּוּ *iehemu.*

Vers. 9.] Turbabuntur gentes, & timebunt qui habitant terminos à signis tuis; exitus matutini, & vespere delectabis.

POtentiam Dei, quam in terra marique declarari dixerat, montes præparando ac firmando, conturbando mare sonúmque fluctuum eius, vnde spẽm & venerationem concipere omnes possent deberentque, nunc ait in signis cœlestibus atque syderibus conspici, quæ propterea eandem cum fiducia reuerentiam Dei valeant conciliare; simul etiam ingenti lætitia complere, efficeréque, vt ouantes laudent Deum, qui ortus stellarum tum matutinos, tum occidẽtibus aliis, aliarum vespertinos contemplantur, vbicumque tandem hi habitent, & quantumuis remotos orbis fines aut ad orientem, aut ad occidentem; siue etiam vel ad meridiem, vel ad septemtrionem.

Illustrat communiorem istum literalem sensum locus Ieremiæ [h] antea citatus: *Hæc dicit Dominus qui dat solem in lumine diei, ordinem lunæ & stellarum in lumine noctis, qui turbat mare* (sicut præcedentibus verbis hìc dictum fuit) *& sonant fluctus eius. Dominus exercituum nomen illi.* Lyranus, Dionysius Carthusianus, Caietanus, Placidus Parmensis (qui vestigiis insistit Caietani, quamuis eum non nominet) primum quidem membrum de admiratione accipiunt hominum omnium, propter mirabilia opera Dei in mari terráque, de quibus hactenus, alterum autem explicant de sacrificiis quæ mane ac vesperi solebant offerri; facturum ea sibi Deum accepta, & offerentibus delectabilia, nimirum post reditum de captiuitate. Initio psalmi per *hymnum* ac *vota* innuebantur sacrificia, vt vidimus: & in historia Esdræ [a] narratur, à iam reuersis *holocaustum oblatum Domino super altare mane & vespere*: & qui ad ea sacrificia accedebant, quando introibant, & illis expletis exibant, Deum laudabant; ita vt hìc dicatur, quòd exitus matutini & vespertini, hoc est, quando laudantes Deum ab vtroque sacrificio exeunt, delectabit Deus, id est, delectationem pro ea laude accipiet, erítque ipsi grata: vel ipse populum sic laudantem & sacrificio colentem, vt magnam inde percipiat delectationem & vtilitatem; aut magna cum delectatione laudet ac offerat. Eodem fere modo Bredembachius, quando ex Babylonis captiuitate reducentur, fore vt gentes, quæ illos vexauerant, turbentur: hi etiam, qui habitant terminos, id est, confines patriæ, nempe Palæstini, à signis & prodigiis quæ in reducendo edet Deus: egressus verò matutini ac vespertini sint dicta sacrificia. Retuli hanc expositionem propter acumen, & nonnullam speciem probabilitatis; cùm in ea non acquiescam, quod & pauciorum sit, & nonnullas difficultates in litera patiatur, de quibus postea: & non ita faueat sensui mystico, qui passim traditur à Patribus.

Mysticus autem sensus est, cùm viderint Gentes orbe toto dispersæ ad vltimos vsque fines eius, potentiæ diuinæ mirabilia signa, seu miracula Christi, magno ipsius timore percellendas, tamen sua Christum benignitate perturbationem timoris ablaturum, vt hilariter & cum gaudio spirituali cum laudibus celebrent mane ac vesperi, aut, quíque in Oriente habitant, quíque in Occidente; *A solis ortus cardine Ad vsque terræ limitem* [b]: aut & iuuenes & senes: aut & in prosperis & in aduersis, in blanditiis & minis. Attingit omnia Dionysius Carthusianus; quæ partim reperiuntur apud Hilarium, Arnobium, Augustinum, & alios. Hugo addit delectationẽm ex felici euentu resurrectionis & passionis Christi, ob glorificationem & redemptionem nostram: præter eam quam capiunt auditores ex prædicatoribus, & mane & vespere libenter eos audiendo, in quibus deprehendunt illa signa, quæ sunt priùs dicta paupertatis, mortificationis, humilitatis: denique canonici ex prouentibus quos colligunt surgendo ad matutinas, & recitando vigilias & anniuersaria.

Basilius, Theodoretus, Euthymius, perturbationem ac timorem ex miraculis Christi orturum dicunt; exitus matutinos ac vespertinos qui delectent, laudes diuinas vtroque celebrandas tempore: vel etiam ab habitatoribus orientis & occidentis, & in vltimis terræ finibus: duo primi & Nicephorus atque Athanasius miraculis adiungunt *τὸ παράδοξον* Euangelicæ doctrinæ, vt

a epist 135.
b hom. 23. in Matt.
c ps. 88. 10.
d ps. 106. 25.
e Matth. 8. 26.
f ps. 106. 29. Aquarum vocabulo designata interdum tribulationes.
g vers. 4.
Sensus literæ.
h cap. 31. 35.

quòd *separandus esset homo animus patrem* [a], &c. & quod, inquit Athanasius, amoliretur, dissolueret, immutaret, τὸ πατρῷον τῶν ἠθῶν σχῆμα καὶ τὴν πολιτείαν αὐτῶν, *paternum* seu *auitum Gentilium decus cultumque, & ciuilem conuersationem, & agendis rationem ipsorum.* Ex eodem Athanasio vna cum Eusebio, & Cyrillo, Nicetas addit delectationem, τὰ τῶν ἐξόδων, *ex egressibus* duobus; altero, *principio a diebus æternitatis* [b]; altero, vespere ex virgine sub complemento sæculorum. Adde summam oblectationem in ortu Christi euangelizaram quoque ab Angelis [c]; & eam quæ electis erit tum in morte, tum in iudicio: præterea quam capit iustus in prima iustificatione: & rursum in Domino moriens, cùm tempore medio toleret quasi æstum tribulationis, quemadmodum longioris diei ac proinde calidioris lætius principium ac finis.

a Matt. 10. 35.

b Mich. 5. 1.

c Luc. 2. 10.

Timebunt.] Additur in psalterio Romano & apud Cassiodorum, Arnobium, Augustinum, *omnes.*

Qui habitant.] Augustinus, *inhabitant.*

Terminos.] Hieronymus, *in extremis.* In psalterio Romano & Gallicano atque apud Cassiodorum, Arnobium, Augustinum *fines terræ*, apud Hilarium, *fines.* Paraphrastes, *incolæ finium abyssorum*, יחבי סיפי תהומיא *iaubeue seraphe thehomaya*, quamuis in textu Nebiensis non sit vltima dictio. Nescio quas abyssos velit ille alius textus, an eorum, qui dicebantur versu 6. *fines terræ*, & *habitare in mari*, longè: an qui extremas orbis partes, vnde tanquam ex reconditis & abstrusis locis oriri videntur, & ad oppositos astra occidere. Apollinarius quidem quasi sequenti nomini σημεῖον, absque præpositione, iungenda sint τὰ πέρατα, quæ hic sunt, ita exponit:

πέρατα καταστάντες ὅπου σφίσι πῆξαι τέλμων.

Terminos habitantes, ubi ipsis fixisti signum.

Valentia *terminos habitationis* exponens cum magis recepta sententia, nominatim exprimit Indos ab Oriente: ab austro Æthiopes; Scythas ab Aquilone; ab occasu Hispanos & Mauritanos.

A signis tuis.] Eodem pacto Hieronymus. Habet etiam textus Hebræus & Græcus præpositionem מאותתיך *meotheotheca*, ἀπὸ τῶν σημείων σου, vt nõ videatur probabilis interpretatio Apollinarij, quam recitauimus, vt *fines* aut *termini* dicantur, vbi fixerit Deus habitantibus signum. nisi eundem interpreteris Apollinarium, de fixis, vt Astrologi loquuntur, polis, sub quibus homines habitare dicuntur. Sed communis opinio est, hæc signa magis vniuersè accipi, vel de cunctis astris, præsertim solis ac lunæ, quæ dicitur Deus fecisse *in signa, & tempora, & dies, & annos* [d]: eo fere modo quo termini quos antea nominauit, distingunt agros & possessiones: vel de iisdem, vt ortu suo & occasu quasi dant signum, ac præsignunt agendis rebus terminum, vt orto sole *ad opus exeat homo vsque ad vesperam* [e], vel vt harum rerum peritis indicant variam qualitatem temperiem anni, seu imbres, ventos, nubilum aut serenum tempus [f], famem, pestem & similia: vel vt in ipsis ob insolitum ac nouum aspectum portenditur aliquid, quemadmodum sub mundi finem futura signa dicuntur [g].

Apollinarij non probanda interpretatio.

d Gen. 1. 14.

e Psal. 103. 23.

f Hier. 31. 35.

g Matth. 24. 3. & Luc. 21. 11.

Ad literam Treuerus explicat adhuc de signis, quæ Deus facturus esset in reducendo populo in terram promissam de captiuitate Babylonica. Nulla recitat idoneus auctor tunc edita, sed ex apocryphis duntaxat aliqua memorantur, vt nuper dixi. De miraculis Christi monui etiam communem esse consensum Patrum, saltem iuxta mysticum Allegoriæ sensum; in quo sensu signa non in astris tantùm spectanda sunt, sed generaliter in quibuscunque rebus. Infinitam prope miraculorum multitudinem nihil attinet hîc persequi, & quod ad hoc argumentum pertinet, sufficiunt quæ disputaui actuum Apostolorum commentario. nec hîc inculcare debeo, quod sum ibidem & alibi exercitus, à quibus cœli signis, vt Deus ipse canit, abstinendum sit. Consumit Ieremias bonam capitis decimi partem in hac prohibitione, potentia Dei exaggerata. Sic autem orditur [a]. *Hæc dicit Dominus; iuxta vias Gentium nolite discere; & à signis cœli nolite metuere, quæ timent Gentes, quia leges populorum vanæ sunt.* Eodem tendit prohibitio Deuteronomij [b], ne colantur astra; quod Plato [c] postea præcepit, & factitarum à Gentibus Ieremias innuit, ac Deuteronomij liber, scilicet quòd etiam vigeat apud multos opinio, animata esse.

a Vers. 2.

b Deut. 4. 19.

c In Epinomide.

Platonis præceptum de nõ colendis astris. Idem animatis apud multos opinio.

Exitus matutini & vespere delectabis.] Hieronymus, *egressus matutini & vesperi laudantes facies*: apud Treuerum, *egressus matutinos & hesperi cantabis*, videlicet cantare facies: apud Valentiam, *exitus matutinos & vespertinos laudantes facies.* Vnde liquet *exitus* in editione nostra esse accusatiui casus, qui casus exprimitur magis Græcè, ἐξόδους πρωΐας καὶ ἑσπέρας τέρψεις, vbi etiam genitiui casus intelliguntur esse, *matutini*, & in *vespere*, suppleri (qui sunt) nisi scribatur cum diphthongo, *vespera*, vt in Regiis Bibliis, & in psalterio Gallicano, quo vtitur Ecclesia Mediolanensis, & nos etiam ita legere Genebrardus iubet. In psalterio Romano & apud Cassiodorum atque Arnobium, *exitus matutini & vesperi*, (Cassiodorus, *vespere*) *delectaberis.* Hilarius, *exitus matutini & vespere delectationes.* Augustinus, *exitus mane & vespere delectabis.* Id est, ipsos exitus delectabis, vel homines propter illos exitus & in illis: ob exitus qui vtroque tempore sunt, delectationes erunt, & quas communicabis aliis, & quas ipse capies: *delectaberis* passiuè, propter exitus matutini & vesperi; vel, deponenter & actiuè, prò *delectabis*, nempe teipsum aut alios per seu propter eosdem exitus. Omnibus verò his modis possunt *exitus matutini & vespertini* sumi pro hominibus qui habitant vbi exit dies, & vbi exit nox, hoc est pro orientalibus & occidentalibus, vt sic iidem sint atque quos antea dixit vates, *qui habitant terminos*, & istos homines dicatur Deus delectaturus, siue delectare solere: quam vim futuri temporis habere verba in hoc tempore sæpius notauimus, vt denotent morem, idque quod habet quis in vsu. Hoc pacto non essent *exitus* hi materia delectationis, vel tempus, sed locus delectationis, hæcque ex signis, quorum facta mentio, vt nemo seu in oriente seu in occidente non percipiat ex illis signis delectationem. Plures interpretantur de tempore, vt Deus egressibus matutini temporis & vespertini faciat ouare & laudare (quod valet תרנין *tharnin* à רנן *ranan*, siue vt illis temporibus laudem excitet, vel qua laudent homines Deum propter varias causas, vel qua laudent eum ob ipsosmet exitus seu egressus astrorum matutinorum & vespertinorum, vel qua ipsamet astra laudent Deum; vel vt egredientes siue progredientes mane ac vespere homines Deus exhilaret ac moueat vt laudet eum: nem-

pe & vbique *qui habitant terminos*, & semper, tum mane, tum vespere, intra quæ dici extrema medium etiam illius includitur, partim ob ipsorummet astrorum iucundum aspectum, partim ob alia beneficia, quæ nunquam cessat Deus omnibus hominibus conferre: hic verò *exitus*, ἔξοδοι מוֹצָאֵי *motsaim, ortus, egressiones, exitus, excessus* tantùm significant, non occasus. Obseruat Valentia per Orientem & Occidentem ac orbem totum nunquam vllo puncto temporis in Ecclesia cessari à laudibus diuinis, recitando canonicas horas (id alij addunt etiam de missæ sacrificio) vt cùm in hemisphærio nostro diurnæ, in alio celebrentur nocturnæ, vicéque versa: idcirco quæ hic dicuntur non posse conuenire Ierusalem materiali. Probabile hoc attendendo ad mysticum sensum. illud aliud nescio quàm exactè sit verum, etsi aliqua ex parte concedi possit iuxta variam graduum & climatum altitudinem. Postremò per prosopopœiam ipsimet *exitus matutini ac vespertini delectare* nos, qua etiam Deum celebrant laude, dici possunt, eo modo quo cœli *enarrare gloriam Dei* [a], illum creaturæ omnes laudare [b], ac nominatim *astra matutina* [c], & *filij Dei iubilare*. Ipsamet sapientia Dei *delectata* scribitur *per singulos dies ac lusisse coram Deo* condente creaturas, *deliciasque cum filiis hominum habuisse* [d]. Citat Theodoretus interpretationem Symmachi hoc loco, *progrediente diluculo, & vesperi hymnos dicent*. Basilius, *ortus diluculi & vesperas hymnis & pacem celebrant*. Sed Symmachi verba hæc sunt, quæ omissa miror in scholiis ad editionem Lxx. correctam, προελεύσεις τῆ ὄρθρου καὶ τῆς ἑσπέρας ὑμνολογίας ποιήσεις. *progressiones diluculi & vesperæ hymnum dicentes facies*. A τέρπειν quod verbum hic vsurpant Lxx. vnam Poëtæ musam denominauerunt τερψιχόρην, quòd chorea & cantu delectetur, & delectet, & in Iob [e] Lxx. vocabulo τερπομένων *aues musicas* intelligi Agellius putat, quod nō credo, cùm aues, de quibus auctor ille loquitur, absonæ potiùs sint: struthio, (pro quo *pauonem* alij accipiunt) herodius, accipiter.

Valentia obseruatio. In omni tempore, vbi punctis temporis in Ecclesia à laudibus diuinis cessari.

Prosopopœia.

a Ps. 18. 2.
b Ps. 148. 1. 2. &c.
c Iob. 38. 7.

d Prou. 8. 30.

τέρπω. τερψιχόρη. τερπομένων.

e c. 39. 13.

Vers. 10.] Visitasti terram & inebriasti eam: multiplicasti locupletare eam.

Flumen Dei repletum est aquis, parasti cibum illorum: quoniam ita est præparatio eius.

HOc aliud potentis prouidentiæ Dei opus, quo allicitur ac fouetur spes hominum, & propter quod cum reliquis antea recensitis, captiui reditum suum de Babylone sperabant. Asserit propheta semel à se conditas initio Deum creaturas nunquam destituisse cura sua, sed veluti reuisisse, cùm opportunum erat, & aridiorem terram pluuiis irrigasse ac fœcundiorē reddidisse, pluuiis inquam adeo copiosis, vt è nubibus tanquam è flumine decidere videantur, torrentes gignant, redundent quoque in flumina & ea repleant: vnde proueniat quasi ab eodem Deo paratus vbertim victus, eiusmodi præparationem tam profundè curante.

Qui pro imbribus impetrandis Psalmum existimat editum Agellius, pressiore, ac nimis, vt dixi, angusto sensu, hoc in vltimum locum opus conjectum propterea dicit, & quia mox precatio

Strophicōs.

A subinde videtur de re eadem. De fertilitate maiore post reditum ex Babylone vaticinari videtur Ezechiel [a]: *Vos autem montes Israel ramos vestros germinetis*, &c. In Ægypto etiam quanto magis opprimebantur, tanto crescebant magis *filij Israel* [b]. Intelliguntur ista mystice de Dei ad terram corporis, quod sumpsit, & ad homines terrenos, per incarnationem salutari descensu, atque benefica visitatione, cum diuinis muneribus, quibus nos ditauit, déque cœlestis affluentia doctrinæ per se ipsum & discipulos tanta, vt redundet semper, nec exhauriatur vnquam deficiátve, sed suppetat omnibus, inde verò bonorum operum meritis præter Eucharistiæ suauissimum cibum nunc reficiamur, postea beato eorumdem meritorum fructu potiamur & gaudeamus in æternum.

a 36. 8.

b Exod. 1. 7. *Mystica vatis peroratio.*

B *Visitasti terram.*] *Visitandi* verbum ἀπὸ κοινοῦ sæpe in meliorem sumitur partem, quod ex adiunctis dignoscitur, vt 8 [c]. Psalmo docuimus, vbi videtur idem valere, ac memorem esse. Hoc loco Paraphrastes pro *visitare* posuit *recordari*, *recordatus es terræ Israël*. de terra quoque Israël in reditu ex Babylone declarat Euthymius, non solum Lyranus, Treuctus & Hebraizantes. Symmachus in imperatiuo ἐπίσκεψαι, *visita*. Sed Agellium mallem tueri suos Lxx. vt profitetur, nec præferre hac in re interpretationem Symmachi, etiam si commodum gignat sensum orantis modo acceptum verbum.

Visitandi verbū. sæpe in meliorem partem. c vers. 5.

C *Et inebriasti eam.*] Hieronymus, & *irrigasti eam*. Alij תְּשַׁקֶּהָ *theschokekeha*, vertunt sumpto futuro pro præterito, & supplendo aliquid (postquam desiderare fecisti eam) vel, desiderare fecisti eam, desiderium dedisti ei, id est, visitasti pluuia, cuius desiderium priùs habebat, & eam differendo, illud visus es ipsi dedisse, vulgo *gle haueste fatto desiderare, doppo dhauerglielo fatto desiderare*, vel, desideratti eam, vt nempe satiares; bene voluisti ei. Sic erit quadratum שִׂיחַ שְׂחַק *sciokek*, à שְׂחַק *sciuk*. Existimo lectum à Lxx. cum vnica litera (ק) *koph*, תַּשְׁקֶהָ *thaschkeh*, à שָׁקָה *sciakah, propinare, potare, irrigare*, quo pacto reddidit Symmachus, ποτίσεις αὐτὴν, *potabis eam*. Inebriationem istam Apollinarius niuibus ait fieri,

σκεδάσιν ὗ νιφάδεσσιν ἀναξ ἐμέθυσας ἄρουραν:
Visitans niuibus, rex, inebriasti terram.

Hebraismus vsitatus.

Per metaphoram *potari, bibere, inebriari* terra dicitur aqueo humore post aridit atem. sicut & *sitire* quando arida est. Sic alibi legimus, *cataclysmo*, id est, aquarum copia, *aridam inebriatam*, & huic inebriationi atque fluuio comparatam benedictionem Domini [d], siue beneficentiam; vt è contrario seueritatem & vltionem *conuersioni aquarum in siccitatem*, sterilitatem, salsuginem [e]. Similem quoque facit Deus efficaciam verbi sui *imbri descendenti & nimi de cœlo, quæ illuc vltra non reuertitur, sed inebriat terram & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti* [f]. Hyberno puluere lætiores fieri messes luxuriantis ingenij fertilitate (illius qui sic nimirum locutus est) dictum esse Plinius [g] scribit; vota verò arborum frugúmque asserit communia esse, niues diuinas fedare, non solùm quia animam terræ euanescentem exhalatione, includunt & comprimunt, retróque agūt in vires frugum, atque radices; verùm quòd & liquorem sepsim præbent, purum præterea leuissimúmque; quando nix aquarum cœlestium summa est: & humor ex niuibus non vniuersus ingurgitat di-

d Leuit. 19. 28.
e vers. 19.

f Esa. 55 10. 11.

g Lib. 17. c. 1. *Arborum frugúmque vota communia.*

uitque, sed quo modo stillitur distillans (num hæc non est ebrioſi bibentis hypotypoſis?) velut ex vbere alit omnia quæ non exundat.

Sensus mysticos prius indicauimus. Hi sunt fere de spiritualibus gratiis, quæ vocat Athanasius, τὰ πνευματικὰ χαρίσματα, Esaiæ citatú quoque ita intelligens locum, τῶν τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων χορηγίαν (Euangelicarum prædicationum munus.) Eodem etiam pacto loquitur Auctor operis imperfecti [a]. Addit Hugo visitandam terram tempore iudicij, vt reddat mortuos suos, & ex his qui fuerint iusti *torrente voluptatis potandos, & ab vbertate domus Dei inebriandos* [b], atque cœlestibus gloriæ diuitiis locupletandos. De spirituali ebrietate nõnihil Psalmo 22 [c]. & 35. [d]. & in Actibus Apostolorum [e] plura, & quomodo *inebriandi* verbum pro plena atque copiosa fruitione, non pro ebrietatis vitio dicatur, etiam cùm de potu est sermo. Confirmat hanc notionem Augustinus [f] loci præsentis testimonio, cùm refellit ebrioſos abutentes scriptura: in qua Ioseph narratur *bibisse*, & *inebriatus* esse *cum fratribus* [g]. Hieronymus [h] vt idem probet, affert cum hoc alia similia loca; & illum ipsum ex historia Ioseph. legi etiam Turnebus [i] potest de vsu eodem istius verbi apud prophanos. Ambrosius [k] porro eadem opera vim phrasis declarans, & eruens huius loci mysterium, ita scribit: Ebrietas terræ cùm infusa fuerit imbre cœlesti, suscitare semina, fructus multiplicare consueuit. Itaque vbi verbum, quod sicut pluuia descendit de cœlo, venas terræ nostræ, id est, animæ ac mentis, inebriauit prædicatione diuina, excitantur virtutum studia diuersarum (hoc est, *multiplicari genimina*) fructúsque fidei & castæ deuotionis adoleſcit. Tum sublicit allegoriam de Christo quomodò visitauerit terram & inebriauerit eam. Susceptione etenim corporis visitauit, vt sanaret infirmos: inebriauit gratia spirituali, vt anxios iucunditate mulceret. Vocat denique bonam ebrietatem quæ ad meliora atque iucunda facit quemdam mentis exceſſum, vt immemor sollicitudinum animus noster vino iucunditatis hilaretur. Admirabilis ebrietas, quæ sobrios facit, & vt cùm temporalia pollicens ac dans Deus bona, tam paucos haberet in vetere testamento sectatores, prædicans beatos pauperes Christus *, tantã post se traxerit multitudinem discipulorum. Arnobius *inebriationem* refert ad Christi sanguinem. Exaggeratio quoque diuinæ benignitatis magna & largitatis continetur in verbis *visitandi* & *inebriandi*, & in sequentibus *multiplicandi locupletare, & replendi, & parandi*. Christus ipse in die magno festiuitatis stans & clamans muitabat sitientes, promittens *flumina de ventre credentium fluxura aquæ viuæ* [l]. Esaias [m] præterea vaticinatus quòd *floreret solitudo, & arida esset in stagnum, & sitiens in fontes aquarum*. Bernardus, Malachiæ scribens vitam, de monachorum numero maximo & multiplicatione in Hybernia, ita vsurpat locũ istum, vt eam potissimùm asserat his ac sequentibus verbis Dauidem videri præcinuisse. Ad extremum aptè sententia congruit visitationi bonæ prælatorum, quæ magnam subditis gignit vtilitatem spiritualem.

Multiplicasti locupletare eam.] Hieronymus, *vbertate diuitiens. Tu ij, locupletas eam.* Augustinus, *multiplicando ditare eam.* Vertit Hieronymus eo modo quo Symmachus, πολυκαρπία πλουτίσεις αὐτήν. Apollinarius verò,

Ἐπλήθυνε δὲ αὐτὴν ἀγαθὴν ἐργασίαν κυρίῳ.

Posuisti vero diuitem bonis pregnantem (יִּתֵּן terram) *fructibus.*

Hebræa vox רַבָּה *rabbath*, nomen est in regimine significans *multum* substantiue aut *multitudinem*, & aduerbialiter sumi potest, vt sit idem quod *admodum, valde*, &c. interdum *sæpe*; vt ibi [a] *sæpe expugnauerunt me*, &c. Legerunt Lxx. à verbo רָבַב *rauau*, רַבֹּתָ *rabbotha*. Verba ista, inquit Cassiodorus, inexplicabilem modum donationis ostendunt: nam qui *multiplicat locupletare*, quantum sit, non videtur exprimere, sed in immensum ducitur, quod verbis talibus pollicetur. Ludit deinde in etymologia Latina, vt sit *locuples*, quasi plura loca tenens. Reperimus alibi simile phrasim, qua quis dicitur *multiplicare loqui* [b], *magnificare facere* [c]. Idem valet, *multiplicare misericordiam* [d], *magnificentiam* [e], quod, spiritualiter loquendo, est, quando ita vocat Deus, vt bonum vsum vocationis atque gratiæ tribuat, maximè verò si etiam perseuerantiæ donum. Nec verò abhorret à communi loquendi modo, vt *frugibus* ac *fructibus* ditari dicatur *terra & locupletari*, quamuis videatur Hilarius negare, sed ex fructuum suorum vbertate locupletare. *Diuitem* insulam, agrum, glebam, terram, vocant, & τὸ πίον, ὁ βαθύκοπρον, ἀγρὸν, vt ex Apollinario retulimus.

Mysticè, per Christi Incarnationem, cùm *visitauit* nos, vt Ioannis pater loquitur, in eodem Christo inebriati sumus [f], & *in omnibus diuites facti, in omni verbo, & in omni scientia, ita vt nihil nobis desit in vlla gratia* [g].

Flumen Dei repletum est aquis.] Alia psalteria & Hilarius, *aqua*. Augustinus, *fluuius Dei repletus est aqua*. Hieronymus, *riuus Dei plenus aqua*. Significat פֶּלֶג *peleg*, *riuum*, & quasi deriuatam aquam. Intelligitur porro quiuis fluuius terræ promissæ, qui Dei dicatur, quia sicut & illa terra tota Deo peculiariter dedicatur, celebrior erat Iordanis, quem Plinius [h] amœnum vocat, seséque etiam inuitis communicantem, & aquis laudatis salubribúsque calidis præditum. Opponit hunc præsertim Dauid Nilo, ex quo in hortorum morem aquæ ducebantur irriguæ ad Ægyptum fœcundandam, cùm terra promissa montuosa & campestris de cœlo expectaret pluuias [i]. Erat Iordanis magnus, de quo etiam Arnobius, Treuetus, Dionysius, Lyranus, verùm eo alij maiores, vt non propterea *Dei* dici censeri debeat [k], quia magnus, copiosus, abundans, eo modo quo montes [l], cedri [m], & aliæ huiusmodi res ob magnitudinem denominantur à Deo. Quamquã Lyranus audiuisse se dicit, prout aquæ Iordanis maiores aut minores sunt, plures vel pauciores produci fructus, & illius fertilitas indicetur in libro Ecclesiastici [n], déque eadem prodat Aristeas [o], cum Nilo comparans, Iosephus [p], Strabo [q].

In Psalmo 103. [r]. quæ dicuntur Latinè, *ligna campi*, Græcè, ξύλα τοῦ πεδίου, vocantur Hebraicè, עֵצֵי יְהוָה *hhatsé Iehouah*, *ligna Dei*, & à V. ac V I. editione, & [s] Symmacho, τὰ Κυρίου, ab Aquila & Theodotione, τοῦ πεδίου Κυρίου, scilicet quia non agricolæ manu consita erant, sed sponte prouenichant, velut ab auctore naturæ. Posset quis opinari *flumen Dei* hoc loco nubem vel vaporem esse, quemadmodum opiniono nonnullorum, *fons* ille, in Genesi [t], *ascendens è terra, irrigans vniuersum superficiem terræ*, nubes erat seu nebula, vel vapor: neque innui nùc pluuiis necessarius abundantiæ Palæstinam. Solet autem pluuia & cuiſ-

medi

a Hom 48.

b pſ.35.9.

c vers.5. d vers.10. e c.2.15. Inebriandi verbum pro plena atque copiosa fruitione.

f q in Genesi. 144.

g Gen.43.34. h in cap. 14. Oseæ.

i 3 aduers. c. 6.

k in pſ.118. ser.5.

Allegoria de Christo vt visitauerit terram & inebriauerit eam.

Bona ebrietas quæ sit.

* Matth. 5.3.

Ioann.7.37.

l Esa.35.1.7.

Dei huius verba de terra de monachorum numero & multiplicatione in Hybernia.

m Esa.44.4.

Multiplicasti locupletare eam.

Ioannis verba.

Flumen Dei non fuisse nubem aut vaporem.

a pſ.128.1.

b 1.Reg.2.3. c pſ.144.5. d pſ.16.3. e pſ.30.21.

Locupletis etymologia.

Hilarii improbata sententia.

Mystica interpretatio.

f Luc.1.68.

g 1.Cor.1.5. 7.

Iordanis amœnitas

h Lib.5. c.15.

Iordanis cur à Dauide opponatur Nilo.

i Deut.10.10. 11.

k pſ.35.7.

l pſ.39.11.

De Iordane quæ narrentur.

m c.24.36. n de septuag. interp. o 4 de bello Iud. c.8. p Lib.16. q vers.16.

Flumen Dei non fuisse pyſ. vaporem. r vers.6.

modi res aliæ meteorologicæ tribui peculiariter Deo : & impersonaliter dicendo, quòd *pluit, ningit, grandinat, tonat, fulgurat*, intelligi, Deum hæc operari. Obstat nonnihil, quòd non ita bene congruunt נֵפֶל *peleg*, & ποταμὸς, vapori & nubi. cùm iam deriuatas aquas denotent. Sed fauent nihilominùs Augustinus, Ruffinus, & alij, qui *visitationem terræ* per nubes factam exponunt : quamuis mystico sensu Apostolis nomen *nubium* tribuant. R. Esaias Tranensis, quem mutuum ex sua Columnensi bibliotheca liberaliter dedit magnæ indolis Comestabilis, *riuum* ait locum esse vbi sunt aquæ congregatæ siue in palude, siue in nube, siue in flumine.

Mystici sensus. Nubium nomen Apostolis tributum. Riuus pro loco vbi aut aquæ congregatæ, siue in palude, siue in nube, siue in flumine.

Quid mysticè *flumen* valeat, dixi Psalmo 45 [a]. Populum Dei Augustinus aliíque interpretantur, diuini spiritus & gratiæ quasi aquis repletum, vnde & cætera terra irrigaretur. Mundialis aqua, inquit Cassiodorus, aut imbribus accipit augmentum, aut siccitate defectum. Dei fluuius semper plenus, & æqualis, *lætificans ciuitatem Dei* [b], sitim sic sedans vt fiat in bibente *fons aquæ salientis in vitam æternam* [c]. Putatus Hieronymus in *flumine* baptismum nostrum obseruat, in *repletione aquarum* dona diuinæ gratiæ. Athanasius ait Dei filium *flumen* esse, nascentem ex substantia Patris, vt ex fonte, *plenumque gratiæ & veritatis* [d]. Vel Spiritum sanctum, qui plenus sit aquis, hoc est variis gratiæ donis. Procopius [e] *flumen & riuos aquarum* sumit anagogice pro beatitudine vbi *fons vitæ* Deus [f], ex quo emanat tanquam flumen Verbum Dei vnigenitum : Chrysostomus [g] allegoricè pro doctrina, nec non Hieronymus [h], explicans Esaiam [i] ; *Egens & pauperes quærunt aquas, & non sunt ; lingua eorum siti aruit : ego Dominus exaudiam eos, Deus Israel non derelinquam illos : aperiam in supinis collibus flumina, & in medio camporum fontes : ponam desertum in stagnum aquarum, & terram inuiam in riuos aquarum.* Ait præterea [k] hunc esse apud eundem Esaiam [l], *fluuium pacis, & torrentem inundantem*. Typus præcessit in deserto diuinitus communicata populo aqua [m]. Malorum & bonorum fluminum [n] idem obseruat acceptionem ; & de malis Augustinus [o] eleganter disputat : cùm de fluminibus Babylonis. His etiam fortassis opponit propheta *flumen Dei*, agens hîc de reditu populi ex Babylonis captiuitate.

a Psal. 45. b Psal. 45. 5. c Ioan. 4. 14. Putatus Hieronymus reprehensus. d Idem 1. 14. e in c. 30. Esa. Anagogice explicat. f Psal. 35. v. 10. g Allegorica. h Hier. to. 1 in ep. ad Hebr. i in c. 43. Esa. 1. c. 41. 17 18. k in c. 65. Esa. l c. 65. 12. m Exo. 17. 6. n in c. 3. Abac. o in Psal. 136.

Parasti cibum illorum.] Hieronymus, *præparabis frumentum eorum*. Ad præparationem pertinet *visitatio & inebriatio terræ, locupletatio* eiusdem : Symmachus, τελεσφορήσεις τὴν παναγεμίαν αὐτης, *ad finem*, seu *maturitatem, & fructum perduces omne semen eius*, nempe terræ. Est לָגָן *lagan*, generale nomen ad omnes fruges, & ad septem frumenti species, præsertim post excussionem & ventilationem. Vertitur Psalmo 4 [p]. *frumentum* ; in 77 [q]. *panis*. *Cibum* istum mystice pro Christo, pro Eucharistia, pro verbo diuino & gratia, satis communiter accipiunt, vel etiam pro esca beatitudinis. Penultimus dicendi modus est Euthymij, Nicephori, Basilij, Theodoreti : secundus Athanasij, vocantis τὸ τῦ χριστῦ μυστήριον ὅ ἐστιν ἄρτος ὁ ἐκ τῦ οὐρανῦ καταβὰς, καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ. *Christi mysterium* (quæ vox insinuat sacramentum) *qui est panis de cœlo descendens, & dans vitam mundo* [r]. De eadem Eucharistia diserte Hilarius exposuit, docens hunc cibum esse, à quo ad Dei consortium præparamur, & per communionem sancti corporis nos in communione deinceps sancti, vt illo in præsens saluemur, in posterum præparemur. Ita præterea sentit quem vocat Ruffinum auctorem commentarij, item Remigius, etsi dicat *panem* hunc *Angelorum* [a], *vita* & *intellectum* [b], non dentibus mandi, hoc est, more vulgaris cibi, sed animi auiditate deuorari. Dixerat iam id prior Cassiodorus, docens locum totum ad communionem sacram conuenienter referri, quando & Christi sanguinem bibimus, & de eius corpore saginamur. Explicat eodem pacto Glossa ordin. Hugo, Aiguanus, Dionysius Carthusianus, Valentia, Ludolphus. Præter enarratores Psalmi, Cyrillus Alexandrinus [c] interpretatus videtur hoc pacto locum istum, etsi etiam de gratia quam fideles frequenter accipiant, antequam quidquam à Deo petant, cùm *nesciant orare*, ac petere, *vt decet* [d], lege dicta Psalmo 22 [e]. *Parasti in conspectu meo semper.*

p vers. 8. q vers. 4. Mystica cibi expositio. r Ioan. 6. 33. a Psal. 77. 25. b Luc. 12. c Lib. 3. in Ioan. c. 13. d Rom. 8. 26. e vers. 5.

Quoniam ita est præparatio eius.] In aliis psalteriis, & apud Augustinum, Arnobium, Cassiodorum, *tua*, apud Hilarium, & *tua, &, sua*. Græcè in pluribus codicibus deest pronomen. Hieronymus [f] tamen retineri vult, éstque in Psalterio Arabico, & Æthiopico. Idem Hieronymus, *quia sic fundasti eam*, כִּי־כֵן תְּכִינָהּ *chi chen thechineha*, *quia sic præparabis, firmabis stabilies eam*. Imitatus est Hieronymus Symmachum, ὅτι ἕτως ἑτοιμάσας αὐτην. legerunt L x x. תְּכוּנָהּ *thechunah*, a תְּכוּנָה *thechunah*, quæ vox significat *locum paratum, dispositionem, ideam*, seu *figuram*. Sic secundum posteriorem acceptionem significaretur quòd ad cibum illum præparata a Deo sit terra, quam indicat affixum pronomen fœmininum iuxta peculiarem quandam quasi ideam ac typum animo eius conceptum atque formatum, vt non aliter aut meliùs præparari potuerit. Id quod attinet ad materialem cibum, declarant Euthymius & R. Esaias modum *præparationis* fuisse, vt priùs pluuiis inebriaretur terra. Dionysius, vt etiam flumen repleretur aquis ad eandem terræ fœcunditatem. Prima ratio spirituali quoque cibo conuenit, ac nominatim Eucharistiæ, vt & vtrique, ac præter Eucharistiam, cuius alteri spirituali, quòd, vt de Eucharistia Cassiodorus ait, non casu sed ex singulari quadam prouidentia & dispositione diuina est instituta. Describit Ioannes [g] apparatum Christi in celebranda prius legali cœna, & lauandis pedibus discipulorum : eodémque spectare possunt quæ narrant alij Euangelistæ [h], & Paulus [i], simul tractans quæ requiratur ab iis præparatio qui velint Eucharistiam sumere. Multo studio egit Deus & multo labore, ait Ruffinus, quatenus electorum mentes de se ipso posset reficere ; ita verò esse *præparationem*, id est, per Deum, quia tantum cibum præparare nec Apostolus, nec Propheta, nec Angelus potuisset, sed solus mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, qui nimirum erat quoque Deus. Non indignum pastorem vel coquum, ait Hugo, habet populus Christianus, sed ipsum Dominum, qui non vilem cibum vel insulsum præparat. Augustinus, Beda, Remigius, & alij, quia sine meritis nostris & ex sola gratia, qui solus poterat, Deus contulit huiusmodi cibum spiritualem. Athanasius videtur legisse pronomē αὐτῆς, vt & in Commentario Basilius ac Theodoretus, & refert ad τροφὴν, quod fœmininum generis nomen *cibum* significat ; explicat verò, quia summa prouidentia

f Epist. 1, 5. g c. 13. 5. & 6. h Mat. 26. 18. Marc. 14. 12. Luc. 22. 7. i 1. Corint. 11. 14.

dignéque Maiestate diuina sit præparatus talis cibus: & conueniat Deo talia præparare, quorum qui fiant participes, ij conscendant per pœnitentiam ad diuinam dignationem, vel dignitatem ἀξίαν. Vno verbo Apollinarius attigit rationes quotquot afferri possent:

κ) σφίσιν αὐτὸ θεὸς ἑρῶσιν προοίπαμε ἑτοῖμον,
& ipsis vt Deus cibum dedisti paratum.

quasi diceret, vt decuit Deum; quo dici nihil amplius potest. Omnia placent: sed ita vt *præparatio* non directò ad cibum referatur, nec hunc indicet pronomen *eius*, verùm terram, quia *cibus* Hebraicè לֶחֶם *dagan*, est masculini generis: affixum pronomen Hebræum in תְּכִינָהּ *thechineha*, vel, תְּכוּנָתָהּ *thechunaeh* fœminini, sicut nomen *terræ* אֶרֶץ *eretz*.

Vers. 11.] Riuos eius inebria, multiplica genimina eius: in stillicidiis eius lætabitur germinans.

QVam præuidens spiritu, terræ Palæstinæ fertilitatem in reditu populi de Babylone antea dixit, nunc orat vt præstet Deus, multiplicando fruges ac fructus illius per inebriationem fœcundantium aquarum, vt quidquid in ea terra germinabit, dictarum aquarum irrigatione lætè proueniat & matureſcat, seu terra ipsa sic germinans ac fructificans lætior existat, seséque speciosam ac feracem exhibeat. Mysticum sensum de imbre cœlestis doctrinæ percipit facilè, qui hactenus dicta perlegit, vt scilicet terrena corda nostra, veluti proscissa prædicationis aratro, proficiant, & suis iustitiæ frugibus lætentur, atque alios & Deum ipsum lætificent. Orandus verò Deus de iis etiam quæ dare decreuit, quia inter alia media propter quæ, aut per quæ sic decreuit, orationes sunt.

Riuos eius inebria.] Hieronymus & Augustinus, *sulcos eius inebria*. Volunt aliqui רְוֵה *reueh* non imperatiuum sed infinitiuum esse, vt & sequens נָחֹת *nacoth*, supplendo seruilem (ל) *lamed*, & poni pro tempore præsenti, vt non sit oratio, sed sicut hactenus, commendatio atque commemoratio beneficiorum Dei. Latini etiam Codices nonnulli habent, *inebrians*, nec non psalterium Romanum, & Gallicanum; indicatque Arnobius, legens, *inebriasti*, quasi, inebrians fuisti. ita quoque lego apud Gregorium [a] & Bernardum [b]. Sed & רְוֵה *rauueh* potest esse imperatiuus, & μέβοσον non potest esse nisi huiusmodi verbum. Chaldaicè, *vi sulcorum gemina eius inebria*, vel, *irrigationes germinum eius satia*. Quid *inebriare* valeat, dixi priore versu. Sulci qui medij sunt inter duas liras, siue porcas, vt agriculturæ scriptores loquuntur, id est, partes terræ quæ inter sulcos effertur, similes riuis riuulisve & canalibus ac tubis sunt, nec solùm sunt per quos delabitur aqua pluuia, vt Varro [c] scribit, quos & alij *elices* vocant, sed quibus aqua detinetur, vt præcipit Virgilius [d]. Hi cùm irrigantur & per eos fluunt aquæ, aut cum adeo copiosè decidunt imbres, vt per sulcos decurrant aquæ in morem riuulorum, faciunt vt iis inebriatus ager segetem reddat vberiorem. Hebræum nomen תְּלָמִים *thelamim*, vt & Græcum αὔλακες, significat *sulcos* & *areas*, aut etiam illos terræ tumulos siue cumulos, qui inter arandum prominentes relinquuntur in aruo. Deducebatur etiam Iordanis in alueos, vt in Ægypto Nilus, & certis locis terra sancta fontibus erat irrigua, vt prodit Plinius [e]. Rectè *inebriari* petit *sulcos*, qui dum fiunt, videntur *flere*, vt Iob [f] poëticè describit, quoniam agricola ipse propter laborem flet, vt & in alio psalmo [g] atque taurus ipse ingemit, vt Poëta [h] Latinus cecinit:

Depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro
Ingemere.

Maximus labor docendi, vt alibi docui [i], vt *bene patientes* sint *qui annunciant* [k], Paulusque cum doctrina omnem *patientiam* coniungit [l], cui vt portaret nomen Christi, ostendit idemmet Christus *quanta oporteret eum pro nomine ipsius pati* [m]. Conscindenda vomere dura corda, & belli labor *gladiusque* commutandus *in vomeren*, *lancea in falcem* [n], vt præter laborem veterum Patrum, *in quem introierunt discipuli Christi* [o], proprium adhibeant, & seminandi inter infideles maximè idololatras, & metendi inter Iudæos verbo diuino iam seminatos. De doctoribus, per quos deriuatur ad alios diuina doctrina, etiam Gregorius [p] locum istum interpretatur, vt cùm hi riui vbertore gratia spiritus inebriantur, fidelium numerus augeatur, & lætetur Ecclesia in iisdem, tanquam *in stillicidiis*, dum in eos velut in tectum, quo protegunt ac muniunt, intercedendo & admonendo cadit de cœlo aqua gratiæ, & ab iis ac per illos peruenit in nos, sicut in terram. *Sulcos* item Athanasius & Eusebius in Catena Nicetæ, profunditates cordium humanorum vocant, quæ inebriatione gratiæ reddantur fertilia, proferántque multos iustitiæ fructus: opera quoque magistrorum, quos comparant cum nubibus, quæ stillas rorantes mittunt, hoc est, notitiam & intellectum diuinarum scripturarum. Ambrosius [q], quem priùs protuli, vbi verbum, inquit, quod sicut pluuia descendit de cœlo, venas terræ nostræ, id est, animæ ac mentis, inebriauit prædicatione diuina, excitantur virtutum studia diuersarum (quæ sunt *genimina*, siue *generationes*) fructúsque fidei & castæ deuotionis adolescit. *Riuos* istos *inebriatos* Arnobius Apostolos affirmat, quos per ludibrium appellabant *ebrios*, ac *musto plenos*, in Pentecoste [r]. *genimina* fuisse omnem nationem eo tempore Ierosolymis congregatam. Deriuati sunt à fonte Christo Apostoli, & humilitatis effossi virtute. Vel vt *flumina* censentur Apostoli; doctores inferiores, *riui*.

Multiplica genimina eius.] Hieronymus, *fruges*. In psalteris alijs, *multiplicans generationes eius*. apud Hilarium, Augustinum, Arnobium, Cassiodorum, Gregorium [o], Ambrosium [p], *multiplica generationes eius*. Alij, *aqua cumulos eius*, vel, *descendere fac in lucas eius* aut *sulcos*, nempe pluuiam. Vel, *demitte pluuiam in vallículas eius*, vel, *comprime*, seu *frange glebas eius*, vel, *deprime cumulos eius*, vel, *occa glebas eius*, vel, *humilia ripas*, seu, *aggeres*. Chaldaicè, *compesce cohortes* aut *acies eius*. fortassis ne colonis & segetibus milites molesti sint, & prouentum impediant. *Genimina* in hac significatione pro frugibus ac fructibus quæ germinant & adolescunt, sæpius alibi occurrunt [q], *generationes* non nisi semel [r] vt puto; sed semper Græcè γεννήματα, non γενεαί. Hoc loco non est דור *dor*, sed numero singulari גְּדוּדָה *ghedudeha*, pro quo forsitan legerunt L x x. cum (ʹ) (*sod*) in plurali גְּדוּדוֹתֶיהָ *ghedudeha*. Est autem גְּדוּד *ghedud*, *turma*, *globúsque militum & exercitus*, vt etiam Paraphrastes

Sanctus Iacob.

Mysticus sensus.

Orandus Deus etiam denique dare decreuit.

a hom 10. in Ezech.
b in vita Malach.

c 1. de re rustica c. 13.

d 1. Georg.

Αὔλαξ.

a lib. 5. c. 4. *Vallium, tam numerosa, tam vtilium, tam feracium fossas.*
b c. 31. 38.
c Ps. 113. 6.
d Virg. 1. Georg.

e in ps. 50. 11. *Patientiam, sine qua prædicatio nihil.*
f ps. 93. 16.
g 2. Tim. 4. 2.
h actuum 9. 16.

i Isa. 2. 4.

k Ioan. 4. 38.

De doctoribus ad alios diuinam doctrinam deriuantibus, sua in terra.
l homil. 10. in Ezech.

m in ps. 118. ver. 25.

n actuum 2. 13.

o hom 10. in Ezech.
p in psal. 118. ver. 25.

Genimina, generationes, *pro frugibus ac fructibus quæ germinant & adolescunt.*
q Iob 31. 12. Ezech. 36. 30. Matth. 26. 29.
r Eccl. 24. 26.

traphraſtes vertit hoc loco זימה *gauaſilua*. Sed aliis alia placet acceptio, vt notaui, pro *limis* ac *profunditatibus inter ſulcos*, ſiue pro conuallibus inter eoſdem, quas vocant quoque *liras*, & quidam *porcas*: quamuis quidam hoc Latino vocabulo ſignificari volunt partes altiores. Placet coniectura Agellij, reddidiſſe L x x. latentem metaphoram, vt quia גדוד *ghedud* eſt *conglobatus militum cuneus*, intellexerint arctas ita fructibus denſas, vt cuneus denſatur militibus. Si audendi datur facultas, dicam legiſſe illos fortaſſis פריה *piriha*, *fructus eius*. Affinis quodammodo eſt litera (ב) *pe*, ſecundùm formam literæ (ג) *gimel*; multo magis litera (ר) *reſch* literæ (ד) *daleth*, nonnihil etiam litera (ו) *vod* eidem literæ (ד) *daleth*. Pro *germine* in Iob ponitur [a] תבואה *thenuah*, *prouentus*. & in Ezechiele [b] תנובה *thenuuah* eiuſdem ſignificationis, nempe *germen* & *fructus*. Poſtremò verbum נחת *nacheth*, quatenus valet inter alia *caſtrametari*, ſcitè à L x x. conuerſum eſt, *figuram euoluentibus*, per *πλήθυνον multiplica*, quia ex multis conſtant caſtra, & genimina, fruges, fructus, hîc denotari *exercitum* ſignificante Hebræo nomine גדוד *ghedud* exiſtimauerunt, ſi hoc inquam nomen retinemus, nec aliud quod dixi ſubſtituimus, cui tamen etiam conueniet dicti verbi ea notio, aut illa qua ſignificat *deſcendere facere*, id eſt, vt erumpant ac prodeant numero magno fruges fructúſque. Hominis frugi eſt bene ſentire de L x x. interpretibus, ac vulgatum noſtrum præſertim tueri; quod qui bona mente conatur, profectò conſequitur vt videor mihi iam toties effeciſſe.

Satis autem de myſticis actum priùs, & quòd ſeminet ſemen ſuum Deus [c], & *incrementum det* [d], cuius nos *agricultura* [e], vt obſeruauit Procopius [f]. *Gemmina* quoque dixi eſſe credentium multitudines; vel quas Apoſtolus [g] nominat, *fruges iuſtitiæ*. Addit Hilarius *generationes* ſiue *genimina* eſſe Euangelicos illos fructus, *trigeſimum*, *ſexageſimum*, *centeſimum*: præterea eaſdem *generationes* ac etiam *ſtillicidia*, ſacramentorum intelligentiam, prophetiæ ſcientiam, ſermonem ſapientiæ, ſpei firmitatem, ſanationum chariſmata, in dæmonia ſubiecta dominatum.

In ſtillicidiis eius lætabitur germinans]. Gregorius [k], *in ſtillicidiis ſuis lætabitur, cùm exoritur*. Hieronymus aliter Hebræa diſtinguens, *pluuiis irriga eam, & germini eius benedic*, vbi vltimum verbum ex initio ſequentis verſus iuxta editionem noſtram ſumptum eſt. Alij quoque ex Hebræo, *imbribus liquefac eam, germini eius benedic*, vel, *imbribus lubricam eam redde*, &c. vel, *ſubtiliſſimis imbribus eam macera, & germen eius amplifica*. Chaldaicè, *guttis diſſolues eam, germini eius benedices*, vel, *ſtillicidiis liquefacies eam; germinationibus eius benedices*. Apollinarius explicat de rore cœleſti.

αἰθερίοις λειβάδεσσι καταγλαΐσεται ἀντέλλουσα,
Cœleſtibus irrorationibus lætabitur germinans.

Sic ſunt Hebræa רְבִיבִים תַּם נִגְנָה צַמְחָהּ *biruuiim themogheghenna iſmmechah*. Significant רְבִיבִים *reuiuim*, *guttas* & *ſtillas pluuias* & *imbres*, & quidem præſertim temporaneas in Octobri, ſed etiam quaſlibet alias, à multiplicatione quam denotat verbum רָבַב *ranau*: & iterum exponitur id nomen per *ſtillicidia* [l], & per *ſtillas* [m], Græcè per nomen σταγόνες, pro quo vno loco [l] eſt ῥήσεται, *inchoamentur gutta*. Additum eſt pronomen αὐτῆς, *eius*, quod indicat ſtillas quæ ſint terræ, quia eas recipit; & ſi eſſet cum ſpiritu aſpero αὑτῆς, vt Genebrardus vellet, idem eſſet. τὸ ϝ αὐτῆς, inquit Nicephorus, τὸ δὲ αὐτὴν ἢ τὴν τοῦ ἑαυτοῦ ἴλιον, *illud* verò *eius*, *propter eam eſſe ſtillas ſignificat*, vnde *in ſtillicidiis eius* exponi poteſt, *in ſtillicidiis ſuis*, *lætabitur germinans*, nimirum terra; ſicut retuli legiſſe Gregorium, *ſuis*. Altera vox תם נגנה *themogh ghennah* cum affixo tertiæ perſonæ ſingularis fœminini generis eſt verbi טוּב *mug* in coniugatione poël futuruni quod poteſt eſſe tertiæ perſonæ generis item fœminini & ſecundæ maſculini: ſed ratione dicti affixi debet eſſe ſecundæ maſculini: & exponi, *liquefacies eam*, videlicet ô Deus, ita nimirum vt gaudio liquefieri videatur, eam, inquam, terram germinantem, ſiue quæ germinat, vt mox dicam. Propterea L x x. reſpicientes ad ſenſum, verterunt, *lætabitur germinans*, εὐφραθήσεται ἀνατέλλουσα, cùm potuiſſent vertere, *liquefacies*, nimirum Deus, *gaudio* (vulgo, *la diffara & liquefara dalle gregſſa*) *germinantem*, terram nempe. Vltima dictio צמחה *iſmmechah* cum mappik in vltima litera (ה) *he*, & daghes à (מ) *mem*, prout eſt in bibliis Regius, videtur mendosè legi, & vel tollendum daghes à (מ) *mem*, vt ſit צמחה *iſmchah*, *germen eius*: vt eſt in bibliis Complutenſibus, à nomine צמח *iſemach*, vel tolli debeat mappik ab *he*, & retineri daghes in (מ) *mem*, vt ſit צמחה *iſmmechah*, participium fœmininum in piel, pro quo Ricardus Cenomanus legi vult צומחה *iſomechah*, quod eſt item participium in Kal. eiuſdem generis fœminini, & ſignificat *germinantem*. Placet magis vt ſit עצמחה *iſmmechah*, quia transferunt Lxx. ἀνατέλλουσα, cuius vice Genebrardus nō debet exigere vt legamus ἀνατέλλον, *id quod germinat*, nec negare eſſe epithetum terræ, cùm contradicant omnes textus bibliorum, & Enarratorum Græcorum: & Hebræum עצמחה *thſimmecha* omnino faueat. & elegantior figura ſit vt ipſamet terra dicatur *germinare*, quod aliàs dicitur non ſemel in ſcriptura [a]. Ineptè aliqui *germinantem hominem* interpretantur, & comparant cum *metente*: niſi tropologicè ſumant, tanquam terram cui ſemina mandantur. *Terram* & *prata lætari*, ſicut & *videre*, vel *ſegetes ipſas lætas eſſe*, dicitur figuratè etiã à poëtis prophanis [b]; quemadmodum & Homerus [c] appellauit, πεδία λιπαίνετα, ἀνδρῶν πίονα ἔργα. inde *lætamen* [d] pro ſimo, qui pingues ac lætas facit ſegetes. quod etiã nunc vulgo Itali vocant *letame*, & *letandi* verbum ſignificans *ſimum iacere* [e]. Miratur Dei prouidentiam Iob [f] ac potentiam, quòd liget aquas in nubibus, vt non erumpant pariter deorſum, ne *ſi continerentur, omnia ſiccarentur; ſi emitteret eas, ſubuerterent terram* [g]. *Colligata in nubibus aqua* in libro Prouerbiorum [h] ſcribuntur, *quaſi in veſtimento*, id eſt, linteo, aut panno: vnde propterea neceſſe eſt exprimi, diſtillari, guttatim emitti. Non dicam plura de myſticè ſumptis ſtillicidiis ac ſtillis. Comparauit Moſes [i] ſermonem ſuum à Deo acceptum cum *ſtillis ſuper gramina* decidentibus: præterea Iob [k], cum *parua ſtilla*: etſi Hebraicè ſit dumtaxat שְׁמֶץ *ſcemets* particula abſque mentione *ſtillæ*: poſſitque pro re ſermo accipi. Diuinam quoque gratiam bene contuliſſe Arauſicanum ſecundum concilium [l] videtur cum ſtillis & rore. Nemo, ait, habet de ſuo, niſi mendacium & peccatum (hoc eſt, quamuis aliquod opus bonum naturæ viribus faciat, vt ego interpretor, ſine gratia ſupernaturalis ordinis, illi eſt perinde in ordine ad amicitiam Dei & ad beatitudinem, ac ſi mentiretur

a Gene 1. 11. & 12. 18. & alibi.

b Virg. Georg. eclog.
c Diodor.
d Plinius lib 18. cap. 16. Seruius in 1. Georg.
e Palladius 1. de re ruſt. titulo 6. *Dei prouidentia & ſapientia circa aquas in nubibus quàm admiranda.*
f c. 6 8.
g c. 12 15.
h c. 30 4
i Deut. 32. 2.
k c. 26. 14.
l *Diuina gratia ſtillis & rori comparatur.* Ieſa. 55.

dumtaxat

dumtaxat & peccaret)si quis autem habet homo veritatem atque iustitiam, ab illo fonte est quem debemus sitire in hac eremo, vt ex eo quasi guttis quibusdam irrorati, non deficiamus in via.

Illud tandem acutè dictum ab Hilario, quem solet imitari ac transcribere is quem vocant Hieronymum, stillicidia multiplicari posse vt riui sint, riuos inebriari, vt flumina, hoc est, vt eum ipse intelligo, augeri ac intendi gratiam posse meritorum nostrorum cum eadem gratia, accessione, & cooperatione, riuos & stillicidia esse Spiritus sancti varia dona.

Versus loca.

Verſ. 12.] Benedices coronæ anni benignitatis tuæ: & campi tui replebuntur vbertate.

VEl adhuc orat, ita vt sit futurum loco imperatiui; vel, exauditum se certus, prædicit, nomine captiuorum, fore vt Deus toti circulo anni benedicat, suam in ipso benignitatem ac beneficentiam declarando, ita vt campi compleantur fructuum abundantia, quæ in annum integrum, eiúsve ambitum & circulum sufficiat, ad vitam hilariter transigendam. *Annum benignitatis* intelligit aut quemlibet fructuum insignem vbertate; aut illum qui *remissionis* dicebatur, in quo vacabatur ab operibus agricolarum, cultúq; terræ. Dicit ergo, si, vt antea meminit, visitet Deus terram, atque imbres largos concedat, futurum frugum & fructuum cumulum tantum, vt septimo vacationis anno suppetat affatim ad victum; & idem annus, aut etiam alius, copia illa opibúsque quasi corona & diademate cinctus coronetur. nam *corona sapientum diuitiæ eorum* dicuntur [a]: & inter diuitias & coronam elegans est similitudo in vocabulis Hebræis עטרה *hhatarah*, seu עטרת *hhatareth* & ע שר *hhoſcer*.

a prou. 14. 24.

Mystice, tempus vniuersum gratiæ, appellatur *annus benignitatis*, & circulus anni nunquam destitutus benignitate ac beneficentia magis singularis gratiæ cum fertilitate munerum diuinorum, & operum, quibus excolantur & adornentur particulares tum Ecclesiæ, tum animæ, póstque benedictionem remissionis peccatorum, atque aliorum gratiæ donorum, concedatur demum euoluto circulo præsentis temporis, corona fœlicitatis æternæ, cuius Hugo numerat duodecim lapides pretiosos, aut fructus, id est, gaudia totidem, quæ tu apud ipsum legere potes; sicut apud Aiguanum, quot Deus coronet modis, eligendo, redimendo, dispensando, præseruando, illustrando, roborando. Nec improbabile quod Cassiodorus ait & Hugo, *coronam* pro cœtu & multitudine hominum totius mundi sumi, cui benedicat Christus, dicatúrque *corona anni benignitatis* ipsius, quoniam acquisiuit illam tempore gratiæ summæque benignitatis. Rectius temporis gratiæ vniuersitas *corona* vocatur *anni*, vt Hieronymo placet, quia circuli ad modum annus decurrit, quem & ideirco ἐνιαυτὸν appellant Græci, velut redeuntem in seipsum; & eiusdem symbolum siue hieroglyphicum Ægyptij expressérunt in angue, caudam suam sub guttur attractam occultante, quem Saturnus dextera teneret, nam,

Tempus vniuersum gratiæ annus benignitatis est.

Corona pro cœtu & multitudine hominum totius mundi sumi benedicat Christus.

Annus hieroglyphicus.

in se [b] *sua per vestigia voluitur annus.*

b Virg. 3. Georg.

Alter poeta [c] illud etiam habet de dicto hieroglyphico,

c Claud. 3. de laud. stilic.

——qua tempora vertit
Omnia qui placido consumit numine seruens
Ore vorat, tacito relegens exordia lapsu.

Denique alius [a] rotæ similem facit annum.

a Seneca in Hercule furente ad fin. chori *Viuere, annis deuolui.* An pro *rotatum.*

——volutuſq; die
Rota præcipitis voluitur anni.

Nomen ipsum *anni* apud Macrobium à circuitu deriuat Capito, quòd *an*, olim pro, *circum*, solerent ponere. Athanasius amplexus est vtrumque sensum literalem & mysticum, vt sit ad literam, *annus benignitatis*, εὐλογίας, *benedictus*, & εὐθηνίας, *prosperitatis* ac *fœcunditatis*, habénsque à Dei benignitate τὴν εὐστροφίαν, *commodam aeris temperiem*, sed & futurum sæculum in quo sancti coronabuntur, ἐν πολλῇ χρηστότητι, in multa magnáve Dei benignitate. Tribuitur in Catena Niceræ hic idem sensus vltimus Theodoreto. non extat in eius commentario. Sed cum Basilio eundem docet *annum benignitatis* esse cum eo quem nominat Esaias [b] *acceptabilem*, ac tempus quod Incarnationi Saluatoris successit, & pietatis attulit vbertatem. De cœtu fidelium, & de corona beatitudinis explicat simul hunc quoque locum Pagninus [c], post Hilarium, & Hieronymi nomine vocatum auctorem; qui victoriam præterea in passione Christi, de toto orbe, addit, & Hugo, de Diabolo, carne, morte, Iudæo: adiice de peccato. Nazianzenus [d], demonstrans quo pacto Christus sit *agnus anniculus* iuxta legem [e], assignat causam, quia est sol iustitiæ, vel è cœlo progrediens, vel circumscriptus & definitus, atque ad seipsum rediens, postremò vt benignitatis corona benedicta omni ex parte sibi similis & æqualis, ac vt virtutum quæ amicitiæ ordinísque lege leniter placidéque inter se coniunguntur & commiscentúr, orbem progignens. Niceta scholiastes explicat magis de egressu Christi, & regressu ad pristinam gloriam, & potentiam. Quod & verbis eiusdem Christi confirmari potest [f]: *Exiui à patre & veni in mundum; iterum relinquo mundum, & vado ad patrem*; & alius ex psalmo 18 6. *tanquam sponsus* (comparatus cum sole) *procedens de thalamo suo, exultauit vt gigas ad currendam viam; à summo cœlo egressio eius, & occursus eius* vsque *ad summum eius.* Addit scholiastes *corona* vocabulum de anno dici, quia quadripartitis temporibus circulus eius cinctus est; vocari *coronam* Christum, quoniam credentium animos exornat & condecorat. Ambrosius [h] scribit, Dominum operibus suis & gloria & honore sui tempus coronauisse aduentus: totum illum annum conuersationis eius in hoc mundo, diuersarum habuisse certamina passionum: præterea [i], coronatum ab vtero virginis quando eum formauit, (sic exponit quod est in Cantico [k], *coronam matris*) concepit, peperit, generauit, ad omnium salutem, sicque coronam capiti eius æternæ pietatis imposuit, vt per fidem credentium fieret *omnis viri caput Christus* [l]. Gregorius [m] quasi *coronam anni benedici* dicit, cùm finito laboris tempore, virtutum remuneratio confertur; *dies* huius *anni* singulas quasque virtutes esse; *menses*, multiplicia facta virtutum. De quouis iusto explicat Glossa moraliter, vt bene concipientem perducat Deus quasi circulo ad terminum bonæ consummationis, & percipiatur tunc fructus diuinæ benedictionis. Indicat id etiam Gaudentius Brixiensis [n], dicens, circulum victorialem operibus bonitatis Christi benedicendum. Est iustus *corona gloriæ in manu Domini*, & *diadema regni in*

Annum benignitatis vertit exponit.

b Esa. 61. 11. Luc. 4. 18. 19

c 2. Isagog ad myst. sens. c. 31.

d orat. 2. de pasch. *Christus vt agnus anniculus dicitur.*

e Exod. 12. 5.

f Ioan. 13. 3. & 16. 28.

g vers. 16.

Corona vocabulum de anno.

Corona Christus cur vocetur.

h de instit. virg. c. 5.

i c. 16.

k c. 3. 11.

l 1. Cor. 11. 3.

m 4. moral. c. 18. vel 22.

Corona anni quomodo benedici dicatur.

Moralis expositio.

n tract. 4.

manu

manu Dei sui [a], cui opponitur *corona superba & ebriorum similis flori decidenti* [b]. Constat ea corona variis vel gemmis vel floribus sanctorum: & Paulus [c] *coronam suam* vocat discipulos suos: nec abhorret à vero, vt *annus benignitatis* dicatur de tempore legis Euangelicæ secundum etiam externam cladium maximarum cessationem, & pacatiorem atque fœcundiorem mundi statum, ita vt aptè de Christo illud valeat vsurpari:

Aspice [d] *venturo lætentur vt omnia sæclo.*

qua de re Thomas [e] Bozius accuratè, citãs quoque Sibyllam Erythræam ex Lactantio [f]:

καὶ τότε δὴ γε χαρὰν μεγάλην θεὸς ἀνθρώποισι·
καὶ γῆ καὶ δένδρα καὶ ἄσπετα θρέμματα μαίης
δώσουσιν καρπὸν τὸν ἀνθιτὸν ἀνθρώποισι,
οἶνον, καὶ μέλιτος γλυκεος, λευκοῖο γάλακτος,
καὶ σῖτον, ὅσ᾽ ὀξὺ βροτοῖς κάλλιστον ἁπάντων.

Et tunc sanè gaudium magnum Deus hominibus dabit:
Etenim tellus & arbores, & innumera pecora terræ
Dabunt fructum verum hominibus,
Vini, & mellis dulcis, candidique lactis,
Et frumenti, quod est hominibus optimum omnium.

Tum accitatis aliis eiusdẽ Sibyllæ similibus versibus, concludit Lactantius: Viuent itaque homines tranquillissimam vitam, & copiosissimam, & regnabunt cum Deo pariter, & reges Gentium venient à finibus terræ cum donis ac muneribus, vt adorent & honorificent regem magnum, cuius nomen erit præclarum ac venerabile vniuersis nationibus, quæ sub cœlo erunt, & regibus, qui dominabuntur in terra. Hoc ipso quoque modo *benedictionem* dedit *legislator* [g]. Bona quidem veteris Testamenti ad veterem hominem pertinent, & bona noui nobis optanda sunt, vt Augustinus [h] admonet, potiora, nihilominus nec voluit hæc deesse Deus, vt homines quoque carnales alliceret, & nouæ legis argumento etiam tali apud infirmos veritatem confirmaret. Applicant Arnobius & Chrysologus [i] præsentem locum ad recurrẽtem solemnem Paschalem diem, quo tempore baptismus quoque frequentabatur. Valere etiam locus potest ad missum Spiritum sanctum, cùm iniuit veluti coronam regni ascendens Christus, & orbem circulúmve compleuit. Tunc repleta omnia benedictione sunt, & læti prolati fructus: & impleta gauisa viscera, afflata sancto Spiritu, diuersas voces intonuerunt loquendo magnalia Dei [k]. Obtulit quoque tunc primitias naturæ nostræ Christus, euchãdo in cœlum, & se & alios secum. Nec ineptè cuncta quæ hic dicuntur, ad annum Iobelæum Christianum possunt accommodari, in quo benignitatis thesauri largiùs aperiũtur, *campi* conuenientium in vrbem vndique nationũ *vbertate* operũ bonorũ *replentur, pinguescunt speciosa deserti*, hoc est, peccatores gratia priùs destituti, euadunt per pœnitentiã ad fructificãdum Deo apti: *exultatione colles accinguntur*, dum iusti etiam & probi alacriores eódem conuolant: *induuntur arietes ouium*, id est ditiores & viri principes, lana misericordiæ: vel qui etiã aliis præcellere videntur, meritis & satisfactionibus Christi, atque sanctorum: *valles abundant frumento*, nempe cùm copiosè subuenitur egentibus, aut magno concursu plurimi vsurpant Eucharistiam: postremò *clamant* omnes & *hymnum dicunt* ex vrbe templum efficiendo, & per omnes plateas die noctúque cum diuinis laudibus publicè procedendo. Quemlibet etiam annum in suo principio, Kalendisque Ianuariis, affirmare possumus benignitate Christi benedictum & coronatum, quando sanguinem circumcisus obtulisse memoratur. De spinea Christi corona possent hæc quoque declarari, cui tantopere benedixit Deus, & ipsimet Christo, cùm, vt Euthymius notat, *filium dilectum* nominauit, *in quo complaceret sibi* [a]. *Campi* cum reliquis ad finẽ vsq, psalmi quid mysticè designent, dicam in expositione verbali.

Benedices corona anni benignitatis tuæ.] Hieronymus, *voluetur annus in bonitate tua*: nectit enim textum aliter primum verbum iungendo præcedenti sententiæ, vt vidimus. Idem faciunt alij qui ex Hebræo transferunt, *coronasti*, vel, *coronas*, vel, *coronabis, cinges, cumulabis, exornabis annum bono tuo*: aut, *annum bonitatis tuæ*: in quo scilicet notam facies bonitatem tuam: quod cum nullo non anno facit, quamuis nunc liberaliùs, nunc restrictiùs; quodam tamen maximè cùm is præcellit copia & varietate bonorum. Paraphrastes eodem pacto, *coronasti annum bonitate benedictionis tuæ*. Exponit R. Esaias Tranensis, annum illum quem benedicere intendis tuo magno bono, benedictione coronas: Treuetus, iuxta versionem Hieronymi, quòd circumducetur annus in illa Dei bonitate, qua det pluuias & siccitates tempore opportuno. Haud absimilis versionis nostræ sententia, vt, quod ait Lyranus & Carthusianus, ex sua benignitate benedicat Deus anni circulo, dando rores, pluuias, calores, & alia quæ ad fœcundandam terram requiruntur. Hebræus textus sic habet, omisso verbo תִּבָרֵךְ *thenareth, benedices*, quod iungi priori membro ab Hebræis monui עִטַּרְתָּ שְׁנַת טוּבֶךָ *khitarth scenath tovkha*, vbi prima vox est verbum in piel, significans *coronasti*, id est, cinxisti, cumulasti, &c. vt psalmo 5 [b]. declaratum est, & exemplo alterius quoq; [c] psalmi explicatum, qui *coronat te in misericordia & miserationibus*. Caue ne quis *coronam tuam accipiat* [d], ne *cadat* [e], *legitimè certa vt coroneris* [f], & *esto fidelis vsque ad mortem, vt coronam consequaris vitæ* [g], *pro cinere* [h]. Legerunt autem LXX. nomen *coronam* significans עֲטֶרֶת *khatereth*. *Corona* autem *anni* quid sit, iam docui, nempe totus anni circulus aut ornamentum a frugibus & fructibus copiosis. Quod habetur in psalmo 141 [i]. *Me expectant iusti*, Hieronymus vertit, *in me coronabuntur iusti*, reddique potest actiue, *me coronabunt*, id est, cingent & circumstabunt, *magno numero*; sicut alibi dicitur [k], *Synagoga populorum circumdabit te*. Coronam istam tibi cõfecit Christus benignitate sua: *vix pro iusto quis moritur, pro bono audeat quis mori* [l]: hoc est, interprete Hieronymo [m], pro Deo quandiu in lege vetere vigebat iustitia, vix pauci inuenti sunt, qui suum fuderint sanguinem: in nouo autem instrumento, in quo bonitas est atque clementia, innumerabiles exstiterunt martyres. In aliis psalteriis, apúdque Augustinum, Cassiodorum, Hilarium, Hieronymum, saltem in cõmentario, & Chrysologum [n], Gaudentium [o] Brixiensem, Ambrosium [p], *benedices coronam*, εὐλογήσεις τὸν στέφανον.

Et campi tui replebuntur vbertate.] Hieronymus, *& vestigia tua rorabuntur pinguedine.* Paraphrastes, *& itinera viæ tuæ stillabunt dulcedinem pinguedinis*: vel, ex Nebiensis versione, *& conculcationes itineris tui stillabunt pinguedinem.* Alij, *& semita tua stillabunt pinguedinem*, vel, *& orbita currus tui stillabunt pinguedine*, id est, quacumq; iueris, apparebũt in vestigiis tuis signa fertilitatis maximæ. Nomẽ

a Esa. 62 3. b c.28.1.
c Philipp.4.1. 1.Thess. 2.19.
d Virg. eclog 4. e 15. de signis Ecclesiæ c.17. & 18.lib.20.c. 3.lib.22.ca.1. & 6. f lib.7.ca.3.
g ps.83.7. Bona veteris testamenti ad veterem hominem pertinent, bona noui potiora nobis optanda sunt.
h epist.120.c. 6.& 7.
i serm.73. Præsentem locum explicans.
k hymnus de Pentec. & 2. tuum 2.4. Ad annum iubilei accommodatio.
a Matt 3.17.
b vers.13.
c ps.102.4.
d Apoc.3.11. e 1.Ioan.5.16 f 2.Tim.2.5. g Apoc.2.10. h Esa.61.2. 1.Cor.22.11. quid sit
i vers.8.
k ps.71.8.
l Rom.5.7. m epist. 151 ad Aglasiam q.7.
n ser.73. o tract.3. de institut. virg.c.13.

Hebræum cum affixo מעגליה *maâgaleha*, ſignificat inter alia *viam plauſtro tritam, ſemitam, cultum, orbitam*, & quem vocant rei ruſticæ ſcriptores *actum, vbi arrienta trahere & vehiculum ducere licet.* Iſti acceptioni conuenit nomen *camporum*, & τῶν πεδίων. Alia pro nubibus & cœlis, quatenus hi de illis etiam aereque dicuntur, admitti poteſt, vt Deus quodammodo vectus nubibus (de quo figurate ſumpto curru Dei alias egi [a], eas circumagat, & veſtigia orbitaſque, τροχιὰς, relinquat; & ex iis rorem ac imbrem demittat ad pinguefaciendã terram. nam רעפו *ſtillabunt* quod ſequenti repetitum verſu vertitur, *ſpinguescent*, irrorationem ſignificat. *Aperiente manum Deo omnia implentur benedictione* [b], pedem inferens quodammodo & calcaus hoc ſolum, ditat, locupletat, impinguat, iuxta patrẽmiam [c], quòd vt equum Domini oculus pinguem facit, ita optimum agro ſterquilinium veſtigia eiuſdem forẽt. Quadrant huc illa Virgilij [d]:

Complentur vallesque cauæ, ſaltuſque profundi,
Et quocumque Deus circum caput egit honeſtum.

Eodem facit iuſſu Cereris Triptolemus agriculturam ab ea doctus, per orbem curru vectus, artem tradens hominibus ſeminandi [e]. Loquitur Virgilius de circumlata Bacchi ſtatua, vt vbicumque circumferretur, exiſtere crederetur vim prouentus.

Hilarius myſtice varios hic ſanctorũ aut meritorum ordines agnoſcit & in ſequẽtibus. *Campos* quorum in cultura vſus eſt, vocat opera ſub lege & cultura Dei; *fines* (hic enim legit pro, *ſpecioſa*) *deſerti*, populum Eccleſiæ ac repromiſſionis, qui diu antea deſertus fuit: *colles exultantes*, martyres cæteris cœliores: *arietes ouium*, patriarchas, prophetas, apoſtolos, duces gregis, cùm *induentur* habitum glorioſæ *immortalitatis* & *incorruptionis* [f]: *conualles* ſiue *valles*, humiliores, hõn impiæ fidei atque operis homines, fructum vitæ ſortiẽtes. Non abeut hinc lõgus alij, vt Hugo, qui nomine *camporum*, qui ſunt lati ac ſpatioſi, æquales, vt addit Auguſtinus, omnes intelligit iuſtos, vera libertate potentes: deinde, gentiles conuerſos: tum, martyres: poſtea, Apoſtolos, doctores, prælatos; denique, ſubditos. Præterea interpretatur *ſpecioſa deſerti* religioſos, qui ſunt in habitu externo pulchri, pingues intus deuotione & caritate; *colles*, contemplatiuos: *arietes*, prælatos ſacerdotẽſque indutos non *lanis ouium* [g], ſed *iuſtitiam* [h], *viſcera miſericordiæ*, *benignitatem* [i], &c. *valles* humiles, clauſtrales. Euthymius, *campos, colliculos, vallibus*, aut loca omnia fidelibus replenda denotari: *campos*, Eccleſiarum miniſtris: *montes*, anachoretis; *valles*, iis qui habitant in ſpeluncis. Vel *campos* eſſe humiles, nihil ſublime cogitantes: *montes*, qui ad inanes doctrinas & ad exteriorem hanc mundi ſapientiam eleuati ſunt: *valles*, deiectiores; quique *in profundum peccatorum prolapſi ſunt* [k]. *ſpecioſa deſerti*, qui deſtituti virtutibus, ſplendores tamen videntur ad earum proferendos fructus. *arietes*, Apoſtolos, principes gregis Chriſti, qui ſunt indati gratiam Spiritus in Pentecoſte; nec non Epiſcopos & ſacerdotes. Poſtremò adiungit, huc, quem vocat anagogicum ſenſum, (alij genuinum proprie eſt) pſalmo magis congruere, quia nuſquam repertatur in hiſtoria quòd populus qui ex Babylone reuerſus eſt, humiſmodi abundantiam habuerit. Concordant fere Græci. Latinique: ſed quæ reſtant, expendamus. nam quod attinet ad *campos*, in bono adhuc ſenſu alibi *Augustinus* [l] interpretatur, ſemitas, æquos, de quibus in alio pſalmo [m], *gaudebunt campi*: in malo [n], latam viam peditionis & voluptatis, atque pecuniam, vbi nihil arduum, nihil laborioſum, vbi Abel occiditur [o], vbi verſantur *pecora campi* [p], cum ſit *inſtituta ſicut montes Dei* [q].

Verſ. 13.] Pinguescent ſpecioſa deſerti, & exultatione colles accingentur.

HIc alius effectus benedictionis diuinæ atque fœcundantium aquarum, vt ſterilis prius deſerti palcum pinguia reddantur opportuno tempore, ac ſpecioſa & amœna: colles veſtiantur lætiſſimo gramine, copiaque frugum & fructuum exornentur, nec campi duntaxat exarati cultique, ſed loca etiam nulla hominum labore procurata, vtpote deſerta ſicciora, horridiora, quasique ſacco & cilicio ſterilitatis mœſta atque gementia. Senſus myſticos prius attigi & ſi quid aliud occurret, paucis poſtea.

Pinguescent.] Ita quoque Hieronymus, licet ſit idem verbum רעפו *ſtillabunt*, quod priore verſu per *irrorandi* verbum expoſuerat. *Fœcundam rorem* cognominant poëtæ, vt ille [r]:

& glebas fœcundo rore maritat. &,
vos [s] *in tenera pecori gratiſſimus herba.*

Habet ergo vim *vos* pinguefaciendi, coniungiturque *res cæli* ac *pinguedo terræ* in benedictione Iacob [t] & Eſau [u], quamuis in illa ſit priore loco *vos* nominatus; poſteriore in iſta, quod Tertullianus [v] obſeruauit, quaſi immutatur in forma benedictionis Eſau, a terrenis bonis eos qui ad legem veterem pertinerent, ad cœleſtia poſtea per Euangelium credendo, deducendos.

Speciosa deserti.] Hieronymus, *paſcua deſerti*. Paraphraſtes, *dulceſcent laudabilia deſerti*. Alij, nonnulla ſuppleto, *ſtillabunt* (ſuper, *habitacula*, ſeu *caſſas & caulas* paſtorum:) vel, ſtillabunt ſuper manſiones ſeu ſuper habitacula, ſuper campeſtria, ſuper paſcua: vt ſit ſenſus, quòd non tantùm e cœlis nubibuſque hauriet humorem terra quo fœcundetur, ſed effundet quoque plutuam Deus, & irrorabit (*vos* enim pro pluuia ſumitur) loca deſerta, & ſuæ partem benedictionis aliquam communicabit. De voc. בנאות *neoth*, dixi pſalmo 22 [w]. in loco *paſcua*, &c. & in pridem euulgato 67 [x]. *ſpecies domus*, &c. de נוה *naueh*, & eò Epiphanium [y] fortaſſis alluſiſſe, ſcribentem, apud Ægyptios paſcua circa vrbes vocari, *nomos*, cùm dicere voluerit aut debuerit *neoth*. *ſpecioſa deſerti* reperio alibi [z] non ſatis appellata, item *ſpecioſa paſtorum* [a], & abſolutè *ſpecioſum* [b], pro loco amœno, graminoſo, paſcuo, & pro rure campóue marato & inculto, in quo ſit quædam ſpecies, pulchritudóque diuerſarum herbarum ac florum. In emendatis bibliis Lxx. non eſt ὡραῖα *ſpecioſa*, ſed τὰ ὄρη, *montes*, quod ſecutus videtur Apollinarius:

ἡσεν ὄρεσσιν ἐρεύσατο σῖτον ἰόντα,
montes ſeras nutrientis ſiant pingues deſerti.

& forſitan ad colles & valles, de quibus mentio ſubditur, reſpectu habuerunt. In Æthiopico quoque pſalterio ſunt *montes*: in duobus aliis Latinis pſalteriis, & apud Hilariũ, Auguſtinũ, Arnobium,

a in pſal. 17. verſ. 11.

b pſ. 144. 16.

c Ariſt. 8. œconom. c. 16.

d 3. Georg.

Triptolemus agriculturam a Cerere edoctus. Bacchi ſtatua circumlata ad veri prouentum vberem.

e Virgil. 1. Georg. Ouid. Metamorph. 5. Hygin. fab. 274. Apollodor. lib. 1. Strabo l. 15. Mythol. Iacob.

f 1. Cor. 15. 53.

g Ezech. 34. h pſ. 131. 9. i Coloſſ. 3. 10. 12.

k prou. 18. 3.

l Aug. quæſt. expoſit.

m pſ. 25. 12.

n pſ. 36. 12.

o in pſ. 9.

d Gen. 4. 8.

e pſ. 88.

f pſ. 33. 7.

Senſus hic.

g Claud.

h Virg. eclog. 8. & 4. Georg. i Gen. & ſ. 27. 28. k ibid. verſ. 39. 40. l Aug. epiſt. Marcell. 3. vii.

Ros pro pluuia.

m verſ. 2. n verſ. 13.

o Hier. 24.

p Iſai. 9. 10. verſ. 14. 19. 20. c. 22. q Amos 1. 2. c. 14. 27. 10. Sopho. 2. 13.

Cassiodorum [a], Ambrosium, Paulinum [b], *sines.* quasi legerint οἱ ὄρη. Qua in re habita ratio videtur deserti, quod esse remotius solet, velutique in finibus & extremis. Sed propius accedit ad Hebræam vocem nomen ὡραία, & *speciosa.* Symmachus habet, γνοφωθήσονται τὰ ὡραῖα τῆς ἐρήμου, *caligine densa & roscida obtegentur* aut *madefient.* Scholion, ὁμιχλωθήσονται αἱ νομαὶ τῆς ἐρήμου, *nebula obtegentur pascua deserti:* quamuis Agellius primum Aquilæ verbum, Symmacho tribuat secundum. Euthymius ac Nicephorus *deserti* nomine redactam intelligũt in solitudinem à Babylonis Ierosolymam: per *speciosa* eas regionis partes quæ omnibus anni partibus aptiores ac elegantiores sunt, id est, fructiferæ, vel fructus ipsos ad maturitatem tempestiuè perductos.

[a] de institu. virg. c. 13. [b] epist 24.

Mystica expositio.

Mystica non repeto de Gentilibus aut de idoneis ad virtutum quibus careant ornamenta, aut de anachoretis: & de spirituali pinguedine dixi psalmo 62 [c]. & hoc loco differit Greuæus [d], Augustinus [e], de monasteriorum loquens gregibus, in iis mores diuinæ suaueolentiæ fuisse scribit, & vbera deserta eremi. In his degentes reperimus corpore etiam ipso pingues atque speciosos, vultúque meliore & corpulentiore, præ aliis in sæculo opimè viuentibus, quemadmodum pueris illis Hebræis in Babylone cõtigit, de quibus Daniel [f]. Athanasius ὡραῖα interpretatur Apostolos & Euangelistas, τὰς ἐντραφεῖς γεγενημένους τοῖς πνευματικοῖς χαρίσμασιν, *bene nutritos & fuginatos spiritualibus donis: deserum*, Ecclesiam, τὴν πάλαι ἔρημον ἕως τῆς σὲ τοῦ θεοῦ γνώσεως: *olim desertam vacuámque Dei cognitione.* Addunt Basilius ac Theodoretus dæmonum templa, videlicet priùs omni vera religione destituta, (ac non infrequenter in syluis, lucis, desertis condita) quæ nacta viros Deum continuè laudantes, & angelicam vitam complexos, illustria euaserunt, & spectatissima. Paulinus [g], pinguefactum docet cophino verbi Dei, nec non stercoris, id est, humilitatis, de sterili fertilé reddi, succumq; virtutis accipere, & qui operibus erat iustitiæ sterilis, euadere fructuosus.

c vers. 6. d ser. 150. e l. 8. confess. c. 6.

f c. 1. 15.

g epist. 29.

Et exultatione colles accingentur.] Solus variat in textu Hilarius, habens *erigentur*, cùm in Commentario solam recitat lectionem communem. Trita figura, vt *colles* ac *montes exultare* dicantur, sicut in psalmo 113 [h]. & alibi *sol* [i], *cæli, terra*, [k], *ligna syluarum* [l], & rursus *montes* [m], idque à conspectu Domini, quoniam venit: quamuis *exultatio* commotionem ac tremorem alicubi significet. Eadem ratio de laude ac benedictione quæ rebus assignatur etiam inanimatis, tam sæpe in psalmis, & cantico trium puerorum. *Accingi* verò est tanquam pulchra stola & eleganti vestimento circumdari & ornari. Sic *vestire vitem hedera corymbos* poëtæ [n] vsurpant, *gramine campos vestiri* [o]: *vestibulum fronde* [p], &c. & Hetruscos inter celeberrimus [q], *vestir's colli, & le campagne intorno.* Christus etiam videtur vsus hac formula [r], comparans vestimentum nostrum cum liliis & fœno agri, sicque vestire nos Deum dicens. Affinitatem habet illud Esaiæ [s], *lætabuntur deserta & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium, germinans germinabit & exultabit lætabunda & laudans.* Exultant colles dum varietate florum, frugum, fructuum, oculos oblectant aspicientium, & exultare faciunt. Basilius ac Theodoretus, ne plura de mysticis afferã, iam satis priùs indicata, hoc summet ætate impletũ scribunt, cùm essent ipsi montes quamlibet alti, occupati ab iis qui virtuti ac

h vers. 4. 6. i ps. 18. 6. k ps. 95. 11. l vers. 12. Exultatio pro commotione ac tremore. m ps. 97. 8.

n Virg. eclog. 3. o Claudi. 3. de raptu Proserp. p Catull. in epithal. q Petrarcha. r Matt. 6. 28. 29. 30. s c. 35. 1.

A precari darent operam. Athanasius præterea cum Cyrillo, in Catena Nicetæ, colles aiunt idolorum sacrificiis pollutos; quod & duos illos modò citatos obseruasse retuli, ab angelicis viris occupatos exultauisse: vel designari Ecclesiarum ἡγουμένους *duces*, & populorum ποιμένας, *præsides*, ἀπὸ τοιμένας τῷ διὰ πράξεως, *sunt pastores & auctores*: quod horum sit dignitas ὑψηλοτέρα, *altior*; & exultatione circumeingi, hoc est, consolatione spiritus. Berengosus [a] Abbas, excellentiores sanctos interpretatur, quorum dicatur Christus *desiderium* [b]. Minores sanctos tamen alij colles volunt designare, maiores montibus indicari, quos vidimus priore membro pro *speciosis* nonnullos reddidisse. Qui exultat & lætat, sic animè corpus librat, vt in certam reducat. Sic qui gradu, scientia, sanctitate cæteris eminet, descendere cum Moise [c] de monte debet, seseque ad inferiorum commoda captúmque attemperare; ac si opus sit, inclinare se, vt requiescant & recumbant, quomodo in Arnon scopuli torrentium inclinati sunt, vt libere trahiret populus, sicut prius per mare rubrum [d]. Ruffinus martyres exponit cingendos, id est, circumdandos in corpore & anima exultatione: quando circumdati repletíque fuerint ipsa diuinitate.

a lib. de myst. lignī dominici. b Gen. 49. 26.

c Exod. 19. 14.

d num. 21. 4.

B

C

D

E

Vers. 14.] Induti sunt arietes ouium, & valles abundabunt frumento, clamabunt, etenim hymnum dicent.

Sensus loci.

ALia vaticinatur effecta beneficentiæ diuinæ in terra promissionis, vt præ pascuorum [illegible] ac pinguedine, vestitos arietes induant, & frumento valles abundent, nec læta sola eorum victoria monitum, nec exundantium impetu torrentium. Tunc ait cantaturos & hymnum dicturos, vel homines, tanquis quæ adhuc immerata sunt beneficiis afflectos, vel campos, colles, valles, propter ornatum suum tam optimum & pulcherrimum; vel, quod vltimo loco commemoratum est, frumenti spicis & aristis grauis plenas, & leui aura agitatas, sicq; quendā veluti cantum edentes. Vtimus modus confirmatur ex simili prolopopœia rerum animi sensu carentium, de qua priori dixi versu, & præterea ex [illegible], qui tribuit montibus & collibus *risum lætantis*, & tignis syluarum *plausum manuum*: item vineæ, *canticum* [a]. rursus David 8 humanibus eundē *plausum*. Secundum modum probant quæ dicta sunt versu 11. de lætitia germinantis terræ. Primus, quem sequitur etiam R. Isaias Transensis est magis consentaneus psalmi principio; *Te decet hymnus Deus in Sion, & tibi reddetur votum in Ierusalem.* Idcirco magis quoque placet vt interrogamus eidem principio respondere finem, ac renouari desiderium laudes diuinas celebrandi, & sacrificia frequentandi post reditum de captiuitate Babylonis, in loco ad id rite præstando diuinitus constituto. Atque hæc communior sententia est, mysticóque sensui magis opportuna de hominibus cantantibus hymnos laudésque ob spiritualia præcipuè beneficia & gratiam noui testamenti, siue mystice rem loquendo similes dicantur homines *campis* siue *speciosis deserti*, siue *collibus*, siue *arietibus*, siue *vallibus*, quæ omnia priùs declarauimus. Hilarius quidem pluris meritò hunc mysticum sensum faciens quàm li-

e c. 55. 12.

f c. 27. 2. g ps. 97. 8.

teralem, ait: ne prophetici sermo, hos campos, hæc deserta, hos colles, hos arietes, hæc conualla, quæ aspectu nostro subiacent, voce & sensu carentia, significare existimaretur, adiecisse quod in fine Psalmi continetur, de hominibus qui Dei laudes ob hæc diuersa retributionum præmia indefessis & maximis vocibus concinant.

Induti sunt arietes ouium.] Potuit verti sicut antecedentia & consequentia in futuro, quamuis Hebræum verbum sit præteriti tẽporis לָבְשׁוּ *lauerũt*, quo pacto vertit quoque Hieronymus, *vestiuntur agnis greges*. Alij, *induerunt se pascua pecudibus*, vel, *vestita sunt ouium cœtus*: vel, *vestiuntur gramine pascua gregum*; vel, *vestient planicies pecora*: vel, *vestient se campi oue*. Paraphrastes explicat de fœcundo coitu, *ascendent arietes super pecora*. Sic sunt Hebræa, לָבְשׁוּ כָרִים הַצֹּאן *lauerũt charim hatson*. Non reperio vllum exemplum notionis verbi quam Paraphrastes expressit, quidquid sit de vsu aliarum linguarum, & quod ipse intectus maris super fœminam vestimenti rationem habere nonnullam videri possit. Nomen כָּרִים *charim*, potest significare tum *pascua*, *locumve pascuæ*, & *planitiem*, tum *arietes*, vel etiam *fœtus verueces*, vel *agnos*, vel *monocerotes*, cuius vltimæ acceptionis exemplum extat in Psalmo 36 [a], secundùm versionem Hieronymi: licet ibidem alij vertant *agnos* aut *verueces*. Denique צֹאן *tson*, vt aliàs quoque dixi, significat animalia minuta vt plurimùm, idque collectiuè, vt multas oues, capras, &c. nisi numeri adiecti restringant: aliquando animalia etiam grandiora: interdum certam speciem minuti, quam *ouem* vocamus. Placuit L x x. secundam dictionem pro arietibus accipere, quamuis hoc vno tantum loco sæpius pro agnis (qui tamen cum paulo maiores sunt, *arietes* quoque nominantur): & vltimam pro *ouibus*, ἐνδύσονται οἱ κριοὶ τῶν προβάτων, quod actiue reddi posset, cùm sit mediæ vocis verbum, *induerunt se arietes ouium*. Nec ita bene *campos* quis interpretetur, quia Iudææ campestria & plana frugifera, montana compascua erant. Occurrit Genebrardus poni כָּרִים *charim*, absolutè, non in regimine seu syntaxicè כְּרֵי *chare*, quòd illud vsurpent pro isto Poetæ ac Prophetæ, vel quòd litera (ם) *mem*, pertineat ad sequentem dictionem, tanquam nota præpositionis מִחֲצֹאן *mehatson*, arietes ex ouibus nati. Obiici potest Genebrardo quod attinet ad hoc vltimum litera finalis (ם) *mem*, quæ in dictionis initio non ponitur. Expositio Paraphrastæ non abhorret à Græca phrasi, quia ἐνδύειν est *ingredi* & *subire*: cumque de copia & fœcunditate locus hic totus tractet, commodè mẽtio fieri de gregibus intelligitur, qui generaliter sub certa specie arietum & ouium comprehendantur. Editio tamen Latina nostra non patitur hunc sensum, *induti sunt arietes ouium*: nec enim illo modo induuntur qui ineunt, sed qui ineuntur. Placet nihilominus Bellarmino secundùm Hebraicam phrasim, *induere*, esse, abundanter copiosèque regere, ac sensum huius loci esse, abundasse greges fœtibus. Sed ægre id intelligitur salua nostra versione, nisi dicas indui arietes ouiu ouibus, quãdo multis ouibus quas ineunt, veluti cinguntur: vel, indui facultate generandi. Augustinus & alij supplent nomen exultationis, vt dicantur *induti arietes* exultatione ne propter stolam iucunditatis, & vestem immortalitatis, atque quoniã duces animarum cum grege suo gaudebunt in æterna pace: & erit quasi indumentum, quando iam nulla pars molestiæ remanebit.

Cõmunior expositio ac facilior est, fœtionem esse de lanis ad vestitu nostrum, quibus lanis ipsimet arietes, dum eas ferunt, *induti* dicuntur, sicut nosipsi *pelle & carnibus vestiri* [n]: & paulo antè *colles exultatione accingi*: & valde sæpe *indui virtute aliqua*, vel *vitio*, vel *morbo*, seu *infortunio* dicimur: & res inanimatæ, vt ligna, *vestiri auro*, *argento*, &c. Apollinarius lanas ouibus attribuit ex arietibus natis, non ipsis arietibus,

ἐὰν τεκοῦσαν βαθυμάλλους ἔχῃ τοκάδας.

ouium lanigenarum abundantes sunt parentes. vbi etiam fœcundos ait esse arietes, quæ est alia illa expositio, de qua proxime dicebam. Arietes non alij sunt quàm ouiũ, vt nec agni: tamen sicut agni addito nomine ouium alibi [b] exprimuntur, ita nũc arietes, ouium, illo ipso idiotismo, quo *filij hominũ* pro hominibus, *filij arietum* [c] pro agnis. Confert plurimum ad velleris ac lanæ copiã bonitatémque copia pascuorum bonorum, vt idcirco spõsæ capilli comparentur cum gregibus caprarũ, quæ *ascendebant de monte Galaad* [d]: qui maximè pascuosus erat, feráxque plãtarum odoriferarum, ac totus coopertus gregibus: quo pacto & profanus poëta [e] de capillo puellæ cuiusdam cecinit,

quæ crine vincit Batici greges vellus.

Quod vellus laudatissimũ est ac in pretio maximo hodiéque, nec nisi propter pascuorũ præstantiã; vt ex eodem constat poëta [f] (qui etiã de ouibus ad Galesum Taréti flumen [g]) & ex Plinio [h], qui de laudatis aliorũ locorũ lanis agit. Inter laudes ouis arietisq; lanã numerant, qui de re rustica præscribũt, Virgilius [i], Columella [k], Palladius [l], Varro [m]. Pabuli describit primus conditiones:

Si tibi lanicium (id est lanarum pecus) cura, primum aspera sylua
Lappæq; tribulique absint; fuge pabula læta. (nimis pinguia.

Celebrantur præterea valde in Scriptura [n] *arietes Basan* regionis fertilissimæ in Galilæa.

Et valles abundabunt frumento. Alia psalteria, & Hilarius, Augustinus, Arnobius, Cassiodorus, Gregorius [o], Ambrosius [p], *conualles*. Hieronymus, *& valles plenæ frumento coaquabuntur*. Vltimum verbum nescio cur posuerit, & quo pacto respõdeat sequentis membri verbo יָתְרוֹעֲעוּ *yehrohahu*. pro quo habemus, *clamabunt*, nec aliter ipse conuertit. Alij, *& valles operuerunt se*, vel, *accingentur, amicientur, operientur, obtegentur, multiplicabuntur*, quæ omnia significat יַעְטְפוּ *iahtepu*. Recte *abundantia* verbo eadem declarata sunt; & Græci κατάβυσσον, καὶ αἱ κοιλάδες πλησθήσονται σίτου, & *valles multiplicabunt frumentum*. Aquila, ἐκλεκτὸν, *electum*, nempe σῖτον, *eximium frumentum*, vel *cibum*; *siliginémque* sunt qui quasi *selectam* denominent [q]. Symmachus, τροφὴν *alimentum*. sed fortasse Aquila per *electum* intellexit Christum, sic in Cãtico [r] vocatum, quia in humiliore loco tum cõceptus, tum natus, & rorante cœlo desuper ac nubibus pluentibus iustum *germinauit terra Saluatorem* [s]. sed interim omisso mysterio, *frumenti, oliui*, & בָּר *bar*, genera varia sunt, præteritis leguminibus omnem frugem quandoque frumenti vox cõprehendit, & legumẽ [t], cùm propriè distinguitur [u], & sit frumẽtum, cuius culmus spicam effert. Recensentur ordeum, far seu adoreum, siligo, blatta, farrago, triticum, & quarũdam terrarum arinca, zea, hinc spelta, generalique vocabulo semẽ, secale seu sigala, centenúmve, brance siue sandala, olyra, typhe: & tritici veluti species robus, siligo,

trimestre

a vers. 10.

Ἐνδύσ. Ἐνδύσ.

Commune expositio explicatur.

b 1 Iob 10. 11.

b Psal. 113. 4. 6. Exod. 19. 3.

c Psal. 28. 1.

d Cant. 4. 1. c 6. 4.

Aliud genus bonitatis pascuorum.

e Martial. lib. 1. epigrammat. 48.

f Lib. 12. 98 & in 1. Georg. & lib. 3. in fine & lib. 4. epist. 28. & 1. 8. ep. 28.

g Lib. 8. c. 28

h Lib. 8. c. 48

i 3. Georg.

k Lib. 7. c. 2. & 3.

l Lib. 9. tit. 4. in Lib. 2. c. 2.

m Lib. 1. de re rust. c. 44. 45. & 48.

n Deuter. 32. 14.

o Hom. 20. in Iesum 6. p. de Institut. virg. c. 14.

Frumenti vox quid complectatur.

q Isidor. 17. etymol. 4. r Cant. 8. s Esai. 45. 8. t Plin. lib. 18. c. 10. 11. 16. Columell. li. 2. c. 9. u Plin. sup. c. x Columell. sup. li. 18 c. 7. Varro 1 de rust. c. 44. 45. & 48. Palladius lib. 6. 1. lib. 10. c. 2. liber. c. 1. lib. 14. etym. c. 9. Rurilius lib. 2. c. 17. Hieron. in c. 9 & 28 Ezec.

trimestre vel trimẽse, bimestre. Insima & maximè propria frumenti ac tritici species excellenter sic nominata videtur *robum*. Exquisite de his Dei-tius [a] noster.

Porro inter agriculturæ præcepta non vltimum prædicere,

Et [b] quid quaque ferat regio, & quid quaque recuſet:
Hic ſegetes, illic veniunt felicius vua.

Qua de re præterea Varro [c], Plinius [d], Columella [e]: satis constat frumentis opportunos magis campos esse, & conualles atque planities, vtpote pinguiores. Nam

Nigra [f] ferè, & preſſo pinguis ſub vomere terra,
Et cui putre ſolum (namque hoc imitamur arando)
Optima frumentis.

Talis montuosa terra pleruque non est. Plinius [g], ex sententia Catonis, agrum crassum & lætum frumento assignat; adoreo cretosum, rubricatum aquosiorem; siccum non herbosum nec vmbrosum tritico; eidem adhuc & siligini apertum editúmque, qui sole diutissimè torreatur: item adoreo tarfve humilem: colles robustius sed minus reddere triticum. De sensu mystico dictum prius, próque ethnicis fructu spirituali abundantibus, cùm essent prius egentissimi & infœcundi, declarat Nazianzenus cum Athanasio in Catena Nicetæ. Gregorius [h] præterea *conualles*, siue *valles* asserit esse *humiles*, quorum mentes verbum prædicationis & gratiam accipiunt, qui lacrymæ doctrinæ repleantur eloquio, & virtutum gratia, iuxta illud etiam aliud [i], *qui emittit fontes in conuallibus*, & illorum ora pabulo veritatis implétur, qui mites ac simplices hinc mundo despicabiles esse videbantur. Chrysostomus [k], *conuallem tabernaculorum dimetiendam* [l], ait Ecclesiam esse, quæ spiritualium aquarum fontes, hoc est, baptismi, obtineat, quia salutis nostræ fructus in baptismi piscina multiplicatur. Ambrosius [m], vaticinium Christi de fructu ex grano frumenti, quod ipse-

A met erat, post mortificationem eius multiplicando implendu, dicit hîc etiam prædici, vt esset Ecclesia ſicut *acervus tritici* [a], continens in se *lilium conuallium* [b], *vallata liliis* [c]: item sic intelligit *ciborationem ex stipe frumenti* [d]. Arnobius autem hoc loco frumentum de Christi corpore interpretatur, quod scilicet adeo frequéter in Ecclesia percipitur, sed cum fructu tolum ab humilibus. Augustinus, Cassiodorus, Hugo, alij, explicãt de fructu bonorum operum, cuius profectò feraciores qui humiliores, vt publicanus [e]: Hieronymus & Ruffinus, de fructu vitæ æternæ: Cyrillus [f], de fructu multiplici ex semine quod Christus seminauit in agro suo [g].

B *Clamabunt.*] Dixi vertisse Hieronymum, *exequabuntur: valles plenæ frumento coaquabuntur.* Quod cur fecerit non video causam, nisi voluerit metaphoram ex parte euoluere, & explicare causam lætitiæ in frumẽto, cùm scilicet valles speciis plenæ sunt, ita vt cœquentur: vnde fiat quodammodo vt concordantibus inter se quasi fidibus harmonicum valles edant sonum. Etsi etiam docui satius videri clamorem musicum & iubilationis, atque recitationem hymni, hominibus assignare, quàm vallibus & collibus, & quàm segetibus.

Etenim.] Hieronymus, &. quo item pacto duo alia psalteria & Cassiodorus atque Arnobius: Hilarius verò hoc ponit ante, *cantabunt.* Euthymius & Nicephorus notant, γὰρ, *enim*, abundare, lege Psalmum 36. [h], vbi est גַּם *gam*, non autem hîc sed אַף *aph*, vt Genebrardus tamen innuit hoc loco.

C *Hymnum dicent.*] ὑμνήσουσιν יְשִׁירוּ *iaſiru*, ex quo est שִׁיר *ſir, canticum.* Græcum verbum respondet τῷ ὀνόματι, qui erat initio Psalmi: sed ibi vox Hebræa erat תְּחִלָּה *thehillah.* Aptius ergo de hominibus propriè asseritur hymni siue Cantici prolatio, quam de alus rebus ratione carentibus. Secundùm prosopopœiam; quod Cyrillus [i] quoque obseruat.

a Cant. 7.
b Cant. 2.
c Cant. 2.
d Pſ. 80. 16.

e Luc. 18. 14
f in Abac. c 3.

g Luc. 8. 5.

h vers. 15

i in Abac. 3

a in Hippolytum cæsarem actu 3 nu. 833.

b 1. Georg.

c 1. de re rust. c. 7. & 23.
d lib. 18. c. 18. edit. Ioan. de Vimi. & c. 4.

e Virg. 2. Georg.

f Lib. 18. c. 17.

Frumento, adoreo, quæ loca conueniant.

Mystice.

h Hom. 20 in Euang.

i Pſ. 103. 10.

k in pſ. 107.
l Pſ. 107. 8.

m de inſtitut. Virg. c. 14.

PSALMVS SEXAGESIMVS QVINTVS.

In finem,

1 Canticum Psalmi resurrectionis.

IVbilate Deo omnis terra, 2 psalmum dicite nomini eius: date gloriam laudi eius.

3 Dicite Deo quàm terribilia sunt opera tua Domine! in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.

4 Omnis terra adoret te, & psallat tibi: psalmum dicat nomini tuo.

5 Venite, & videte opera Dei: terribilis in consilus super filios hominum.

D 6 Qui conuertit mare in aridam, in flumine pertransibunt pede: ibi lætabimur in ipso.

7 Qui dominatur in virtute sua in æternum, oculi eius super gentes respiciunt: qui exasperant, non exaltentur in semetipsis.

8 Benedicite Gentes Deum nostrum: & auditam facite vocem laudis eius.

9 Qui posuit animam meam ad vitam: & non dedit in commotionem pedes meos.

10 Quoniam probasti nos Deus; igne

nos examinasti, sicut examinatur argentum.

11 Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro: 12 imposuisti homines super capita nostra.

12 Transiuimus per ignem & aquam: & eduxisti nos in refrigerium.

13 Introibo in domum tuam in holocaustis: reddam tibi vota mea, 14 quæ distinxerunt labia mea.

Et locutum est os meum, in tribulatione mea.

15 Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum: offeram tibi boues cum hircis.

16 Venite, audite, & narrabo, omnes qui timetis Deum, quanta fecit animæ meæ.

17 Ad ipsum ore meo clamaui, & exaltaui sub lingua mea.

18 Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus.

19 Propterea exaudiuit Deus, & attendit voci deprecationis meæ.

20 Benedictus Deus, qui non amouit orationem meam, & misericordiam suam à me.

Titulus, & argumentum.

In finem.

Vers. 1.] Canticum Psalmi resurrectionis.

HE Titulo difficultatẽ facit postremũ nomen *resurrectionis*. Nã primæ dictiones duæ occurrerunt sæpius; de Cantico psalmi dictum, cùm egimus de psalmo cantici, in titulo psalm. 29. & est nostro similis quantum ad hoc titulus 82. 87. 107. Chaldaice, *ad laudandum, canticum, & hymnum*: & in textu Nobiensis, *Laudatoria Dauidis, & canticum*. Neutrubi est vocabulum *resurrectionis*, nec apud Hilariũ, licet in Commentario, de resurrectione faciat mentionem, & Basilius, ac Theodoretus referunt non esse in Hebræo textu, non in editione aliorũ interpretum, non in hexaplo, secundum eam, quæ est Lxx. & videri appositũ ab aliis. Leo Castro [a] conqueritur ab Hebræis abrasum hic *resurrectionis* nomen: quod præter proprios præsentis psalmi enarratores, agnoscat etiam ex Latinis Ambrosius [b], ne adeo expressa esset de resurrectione Christi mentio, quemadmodum fecisse ait in aliorum titulis, qui de passione sunt eiusdem. Nominat Ambrosius psalmum istum *resurrectionis*, qui Christum expectat resurrecturum. Non Euthymius tantùm & Nicephorus ex Græcis absolute id nomen recipiunt, & iis vetustiores, quos dixi, Basilius, atque Theodoretus, sed in paraphrasi quoque Apollinarius:

ὁ τὴν ἀναστασιν νεκρῶν ἀναλογιζόμενος βιώσει, καλῶς τῶν βασιλέων ἐρημωσόμενον ἔσται, ἀμεμπτος θανατοῦται:

Si quis exitationem mortuorum consideret vitam, Appellatio (seu vocatio) quo pacto regis manda-

ta sequitur.

Non valde mirabitur.

Vbi *resurrectionem* intelligit generalem corporum nostrorum, quæ vocatione ac Dei fiet voce, siue Archangeli, Dei iussu [a]. Eãdem cum Christi resurrectione Latini ferè intelligunt. Græci sumendo *resurrectionem* pro transmutatione, volunt de reditu captiuorum ex Babylone Psalmũ esse, anagogicè autem (magis propriè allegoricè) de mutatione ex captiuitate peccati in Dei filiorum libertatem. Non sequor Agellij coniecturam pro primo verbo Psalmi Hebræo חריבו *haribbu*, quem piam ordine inuerso legisse חעיר *habbir*, & interpretatum ἀναστάσεως, *resurrectionis*, ad indicandum, vel excitandos homines ad laudes Dei, vel excitatum Deum vt populi sui debellaret hostes. Quis credat primum Psalmi verbum, quod extra titulum est, ac extra scribi solet, reiectum esse in titulum, mutila sic remanente sententia textus, vel inuersa? Deinde חעיר *habbir*, vt aliquo modo resurrectionem sonat, non est nomẽ, sed verbum in hiphil, significans *suscitare* à themate עור *hhur*: nomen autem עיר *hhir*, cui præponatur (ה) *he*, demonstratiuũ, significat *ciuitatem, hostem, vigilem*, &c. nihil autẽ per se pertinẽs ad resurrectionẽ. Postea quò euasit ex חריבו *haribbu*, transmutato in חעיר *habbiru*, postrema litera (ו) *vau*, cum scirem, quæ indicat personam pluralẽ masculinam secundã in Imperatiuo? Denique non est credibile tã leuiter, éxque imperitia factam mutationẽ approbatam à Patribus, atque declaratam quasi mysteriũ magnum continentem. Quod Castro Hebræis obiicit, facit suo more paulo seueriùs. Debuissent multò clariora de resurrectione Christi testimonia ex Psalmis auferre, nec deesset illis modus nomen resurrectionis aliter interpretandi, sicut ex nostris Græci fecerunt. Vndecumque titulus hic aut alij, vt nunc sunt in editione nostra, prouenerint, auctoritatem habẽt ac retineri debent.

Argumentum, ex plurium opinione, quos indicaui, resurrectio Christi est, & nostra, tũ secundùm animam per iustificationem, quam solã assignat Rickelius pro argumento, tũ secundùm corpus. Nec id negant Græci, qui cum liberatione Hebræorum de captiuitate Babylonica, aiunt agi de gentium salute, atque de Martyribus, quos addit Nicephorus, hoc est, de gloria illorũ. Id concedet etiã sensu mystico saltem Lyranus, qui refutato R. Salomone de Hebræorum aliquando futura liberatione per Messiam, docet Psalmum continere gratiarum actionẽ pro liberatione populi Iudaici de Ægypto. Hoc etiam affirmat Aiguanus. Rectè conuenit resurrectionis nomẽ his qui mortuis similes, dum essent in ærumnis, ex iis eruuntur; nec aliud per se ad literam valet quod Ezechiel [b] vidisse se scribit de ossibus aridis reuocatis ad vitam, atque id hîc valet infrà [c], quod *positam* dicit Dauid *animam suam ad vitam*. Perinde est si contendas tum antiqua populi beneficia commemorari duobus primis diapsalmatis, tum in tertio agere gratias Dauidem pro seipso, alios ad id secum faciendum inuitando, & cõpositum totum Psalmum, non tam ex occasione rei gestæ, quàm vt formula cuiuis parata esset ad Deũ pro opportunitate laudandum, & vouendum Deo laudes, & hostias in loco sacro. Vsurpari meritò à nobis potest, quòd refutatis Iudæis vocati fuerimus ad spem resurrectionis per Christi merita, vt Valentia notat, & Ecclesia videtur facere, dum Psalmum istum recitat in secundo nocturno Epi

[a] Lib 3. Apologiæ pagin. 347. *De Hebræo abrasum resurrectionis nomen, in hoc titulo, &c.*

[b] In Ps 16.

Anagoge. Allegoria.

Agellij coniectura reprobata.

Hebræis quæ obiicit Castro.

Argumentum.

[a] 1. Thessal. 4. 16.

[b] 37. 1. 4. & seq.

[c] vers. 9.

Huius psalmi vsurpatio & recitatio in festo duodecim martyrum Epiphanius.

no Epiphaniæ, quod est proprium festum gentium. Quod Augustinus adue dit, gaudium de resurrectione Christi natus esse, & de incarnatione, ideo tamquam infirmiori sexui apparuisse mulieribus Angelos, virtus in ascensione, & natiuitate, nolim simpliciter accipi. Nam nec Virgo, cui soli apparuit Angelus, infirma erat: & non comitat cum pastoribus aliquas nato Christo, & eodem ascendente nonnullas cum discipulis mulieres non fuisse, quæ Angelos potuerint audire. Hoc secundum certe alias [a] locum verisimilius esse.

Vers. 2.] Iubilate omnis terra, psalmum dicite nomini eius, date gloriam laudi eius.

QVatuor prima vocabula non satis aptè cum titulo versum vnum integrant, sed cum sequentibus alius. Sententia facilis. Quotquot in orbe sint homines, inuitat edere voce signa lætitiæ in honorem Dei, canendo etiam, Psalmumque quo nomen eius celebrent, recitando, atque glorificando laude dignam magnificentiam ipsius, quanto fieri potest apparatu, pompa, celebritate, vt omnes palam publiceque intelligant quantas mereatur laudes, quàm sit cunctis, quæ dici possunt, superior, quantopere conniti omnes oporteat, vt laudabilem nimis quantum possunt, laudent. Exordium hoc hominis est, gaudij copiam intra se continere, seséque capere præ magnitudine illius non valentis, & vocis potiùs incondito tono, quàm articulata oratione ipsam illam lætitiæ vehementiam foras erumpentem declarantis. Huc enim quod sæpe monui, *iubilus* importat, & *iubilare*, nempe, vt Hilarius quoque notat agrestem, & pastoralem sonum atque הָרִיעוּ *hariuu*, quasi dicas *tarantirizate*, & ἀλαλάζω onomatopœiam ab ἀλαλὰ, quæ vox est ἀπερθ ος & *inarticulata*, edi solita à militibus ante pugnam, vt sese prouocent, & incitent, vel in ipso concursu proterentibus hostem, vel successum victoriæ testantibus, vt idem Hilarius obseruat, & vt placet Eustathio, ab ἄλς accusatiuo nominis ἅλα, quod est *mare*, quasi strepitum eius perpetuum referat, maxime propter scopulos, de quibus etiam Silius [b] *iubila* vsurpauit:

Et lætus scopulis audiuit iubila Cyclops.

Dolendos dicit Augustinus non solùm Iudæos nondum collectos, sed multo magis hæreticos, qui collecti diuisi sunt, & cùm partem teneant, ac à toto præcisi sint, vlulare volunt non iubilare. Lætandum, ait Athanasius [c], Gentibus omnibus, ac laudes ab iis triumphales offerendas Deo per ἀλαλαγμὸν τοῦτον τὸν ὕμνον, *iubilationem, qui est victorialis hymnus cum soluus, ἀπὸ ἐχθροὺς πεπτωκότας, propter hostes deiectos*, quia principes seculi huius per Christi præsentiam sublati sunt, qui *nomen Dei* dicatur, quia quemadmodum nos cognoscimur ex nomine, ita Pater per Filium. Inducit præterea [d] vsurpantes Angelos occurrentes Patriarchis prodeuntibus cum resurgente Christo verba ista, & prouocantes omnes ad spectaculum: sicut & alia quæ hic [e] subduntur. *Venite & videte opera Domini, terribilis in consiliis super filios hominum.* Atqui quod ad nos attinet, si *iubilum* vocis nostræ, non autem soni, vt editur musico instrumento, fumimus, quem potest significare, vt clangorem aut tinnitum alium. Chrysostomo [a] parùm admoneri vt in iubilo cantuve Ecclesiastico vocem caueamus nihil significantem, vocem absurdam, vocem inconditam. Sed hac ipsa de re monita priùs dedi psalmo 32 [b], vbi præcipitur bene psallere Deo in vociferatione.

Iubilate Deo omnis terra.] Chaldaicè, *Iubilate coram Domino omnes habitatores terræ.* Vis verbi antea declarata est, *omnem terram* pro habitatoribus Paraphrastes exponit, quibus in lege præsertim gratiæ, nonnullus iubilus conuenit, cùm is absolutè proprius ac perpetuus beatorum sit: satisque verbo plurali, vt Hilarius monet, vniuersitatem nostram monstratur in primo parente Adam ex terra genitorũ hìc indicari, vt simul officium omnium doceatur, & origo. Profectò necesse est, vt dum hìc iubilas, esse te terram cogites, & *exultes Deo cum tremore* [c]. Valere idem Hilarius, & qui sæpe illum sequitur appellatus Hieronymus, affirmat, iubilationem, vt eruamur à spiritualibus nequitiis. Præcipiebat hoc etiam Antonius, & alij ascetici; & exemplo potest esse abactus a Saule spiritus malus Dauidis *cithara* [d]. Ait idem Hilarius moneri nos verbo Græco ἀλαλάξατε positos in vitæ istius præliis, & in hoc carnis & sanguinis nostri certamine aduersus diabolum, exercitúmque eius armis spiritualibus dimicantes, Deo in voce exultationis iubilare, illos terrere confessionis nostræ sermone, & orationum sonitu, atque belli victoriam exultationis voce monstrare. Veri iubili obiectum & causa Deus tantùm est, præsertim ob collatam salutem: sicut inuitat alibi Dauid [e]: *Iubilemus Deo saluatori nostro*: vt demum beati *sciamus iubilationem* [f], hìc solùm inchoatam. Symmachus vertit, πάντες οἱ ἐν τῇ γῇ, vel, ἐπὶ γῆς, προσκυνήσουσί σοι, μελῳδοῦντες σοι ἄσονσι τὸ ὄνομά σου, *omnes qui in terra, adorabunt te melos dantes canent nomen tuum.* Hoc est quod sequitur:

Psalmum dicite nomini eius.] Hieronymus, *cantate gloriam nomini eius*, potuit etiam reddere *nominis*, & *, psallite*, quod verbum Treuetus in Hieronymi textu ponit, & in suo habet Hilarius, atque Augustinus, & id significat וזמרו *zammeru*, & ψάλατε, nomen *gloriæ* omissum est, fortassis vt minus necessarium, & mox repetitum. *Gloria nominis* glorioſum nomen valet. Chaldaicè, *laudes dicite, glorificate nomen eius*, vel in textu Nebiensis, *Laudes dicite gloriæ nominis eius.* legit enim שִׁיר *ikar* nomen pro verbo יָקִירוּ *iakkiru*. Præter vocis officium, corporis quoque, ac operum, per psalmum, siue psalterium, hìc indicari passim notant: idque ad laudem nominis diuini, non propriam quærendo, vt qui lucem illorum vident, *glorificent Deum* [g].

Date gloriam laudi eius.] Elegans Hebraicè paronomasia שָׂמוּ שִׂימוּ *semo simu*, quamuis *semo* iungatur priori membro. Est שִׂימוּ *simu*, *ponite*. sensus verò, laudem Deo extollite, vt sit glorioſa, gloriosè ac magnificè laudem eius celebrate, pleno ore prædicate, ponite laudem Dei in gloriam, & efficite vt sit verò glorioſa, obtineátque quod meretur, & dignè quantum fieri potest, laudetur Deus, & *secundum nomen* ipsius, *sic & laus* eius sit [h]. Vulgò, *lodatelo honoratamente.* Id Euthymius, ac Nicephorus declarant, vt sit, εὐδόξως αἰνεῖν, *gloriosè ac magnificè* laudare, non humano more; si *laus* pro virtute sumatur, quia huius illa præmium est: nam,

a homil. de verbis Esaiæ. *Cineres sumus, nos tamen cineres cantu iubilemus.*

b versu 3.

c psal. 2. 11.

Sancti iubilatio vt eruamur à spiritualibus nequitiis. Antonij præceptum.

Ἀλαλάζειν.

d 1. Reg. 16. 23.

e psal. 94. 1.

f psal. 88. 16.

g Matt. 5. 16.

h psal. 47. 11.

sum [a] *hic sua præmia laudi. &,*
præmium [b] *meretur qui laude coronam,*
vt ad 8 [c]. quoque plenum annotauimus, & Roa [d] noster in suis singularibus profanis quoque testimoniis alius, erit *dare gloriam laudi Dei*, idem quod rebus eius præclarè magnificèque gestis, quemadmodum *narrare laudes* [e] idem importat, *inuitare laude* [f], continere vim ac potentiam, quod LXX. reddunt, τὰ ἐνδόξα ἐπάγειν ἐπί τινα, *gloriosa inferre super aliquem*; vnde quoque vocatur Deus *laus nostra* [g], id est, non tantùm, in quo solo laudamur, sed & à quo solo habemus vnde laudari possimus in ipso, nempe vires omnes. Alius præterea sensus, *date*, ac *ponite gloriam*, scilicet vestram, *laudi eius*, persuadete vobis dum laudatis eum, redundare in gloriam vestram, ducite hoc vobis gloriæ, laudare ipsum, eò referantur omnes laudes vestræ, vt glorificetur Deus, aut illuc tendat gloria vestra, vt ille laudetur, ne gloriam quidem beatitudinis æternæ velitis, nisi propter laudem Dei, sicut beati spiritus in illo templo nihil aliud agunt, nisi Deo dicunt gloriam [h], & hymnum gloriæ canunt sine fine trisagion. Fauet Symmachus, τάξατε εἰς τιμὴν τὸν ὕμνον αὐτῦ, *ponite in honorem hymnum eius*. Vrget multis verbis Augustinus, *dare gloriam laudi Dei*, esse omnia illi bona tribuere, sibi nihil. Vel *dare gloriam laudi*, siue laudationi Dei, τῷ αἰνέσει, est, glorificare Deum, quòd se à nobis laudari dignetur. Dat gloriam item Deo, laudique eius qui confitetur peccata, quemadmodum Achan [i]. At vereor, vt id hoc loco vates voluerit, prout Agellio videtur. Hugo *gloriam* numero singulari ait hîc poni, vt eandem intelligamus trium personarum gloriam esse, cúmque ter priùs diceretur: *Gloria Patri, gloria Filio, gloria Spiritui sancto*, propter Arianos institutum tollere, vt semel tantùm

[a] Virg. Aen. 1. [b] Ad 5. [c] vers. 3. [d] lib. 1. c. 13.
[e] Psalm. sin. præced.
[f] psal. 77. 4. [g] Ita. 45. 9.
[g] Deut. 10. 21. psalm. 7. 14. Ierem. 17. 14.
[h] psalm. 8. 3.
[i] Dat gloriam Deo, qui confitetur peccata. [i] Iosue 7. 19. 20.
Cùm ter priùs dicerentur, scilicet Patri, gloria Patri, gloria Filio, gloria Spiritui sancto, propter Arianos institutum tollere, vt semel tantùm dicerent Magistri. [k] Ioannes Eccius 15.
[l] Exod. 15. 11. Deut. 10. 21.

nomen gloriæ, tribus personis simul tribueretur. Non reperi alium, qui hoc prodat, nec vnquam aliter quam iunctis vnà personis sub vno nomine gloriæ non repetito. Lege Ioannem [k] Stephanum Durantum. Si cui placet כָּבוֹד *chauod*, *gloriam* pro arca sumere, vt alibi docui quandoque sumi, dicat mutare Dauidem ad laudandam arcam, siue in illa Deum. Verbum item שִׂים *simu* R. Elias Thesbites exponit *ordine componere*, quasi videlicet ad carmina componenda Dauid prouocet in laudem Dei. Sed hæc mihi minùs placent.

Vers. 3.] Dicite Deo quàm terribilia sunt opera tua Domine! in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.

HOc veluti laudationis thema, quòd ea sit operatus, quæ populo pepererint gaudia maxima, hostibus intolerabilé pauorem, vtroque vtrisque nomine ingentem admirationem. & ob magnitudinẽ potentiæ Dei, non solùm subiiciantur ipsi sponte amici, sed etiam inimici nolentes inuitique, & animo ficto, ac seruiliter præ se ferant subiectionem, atque cùm illustrissima exterrent diuinæ potentiæ argumenta, deprehendantur mendaces fuisse, qui nostriliter Deo resistebant, ac diuinum de medio numen tollebant. Terribilia opera Dei in liberando populo Hebræo. Cecinit Moses [l] post eorum mare rubrũ,

A vt præcedentes omnium plagæ decem in Aegypto, Dominum, cui nullus esset *similis in sanctitate, terribilem, laudabilem, facientem mirabilia*. Iubens præterea [a], vt populus bonum haberet animum, *Non timebis*, ait, *eos, quia Dominus Deus tuus in medio tui est, Deus magnus, & terribilis, ipse conterret nationes has in conspectu tuo, paulatim, atque per partes*. Pollicitus est etiam se suum *terrorem* immittturum *in præcursum* populi, vt audito nomine ipsius pauerent omnes habitantes sub cœlo, & in motem parturientium contremiscerent, & dolore renerentur [b]. De iisdem diuinis operibus Dauid loquens, quæ posteri prædicarent, hoc modo canit [c]: *Generatio & generatio laudabit opera tua, & potentiam tuam pronunciabunt, magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ loquentur, & mirabilia tua narrabunt: & virtutem terribilium tuorum dicent, & magnitudinem tuam narrabunt*. Dixit item Rahab peterebuntur apud exteros *terrorem* Israël, quem nempe incutiebat Deus hostibus eorum, ita vt *elanguescerent omnes habitatores terræ, nec remaneret in eis spiritus ad introitum* eorum [d]: & tamen, sicut Pharao, de quo Lyranus, ac Treuetus, ita Moabitæ, Amalechitæ, Amorrhæi, cæterique populi Chanaan territi sæpe diuinis prodigiis, pacem duntaxat simulabant, cùm autem sese offerret occasio, bellum denuo instaurabant.

C Conuenit id mysticè in Iudæos, qui mirificis operibus Christi, quæ considerans Abacuc [e] expauit, non commouebantur, sed calumniabantur, ascribentes diabolo [f], struentes insidias, crimina obicientes, subornantes falsos testes, tum ante mortẽ [g], tum post resurrectionem [h]: in qua potentiam Christus maximè declarauit, cùm quòd nullus ante ipsum, ipse suscitauerit seipsum, vt proinde appelletur *virtus* hæc *eius* [i]; denique

[a] Deut. 7. 21. 22.
[b] Psalm. 17. [c] Psalm. 144. 5. 6.
[d] Iosue 2. 9. 11.
[e] Mystica adaptatio. [e] Cap. 3. 2.
[f] Luc. 11. 15.
[g] Matt. 26. 60. [h] Cap. 28. 13.
[i] Philipp. 3. 10.

mentiebantur, atque contra ibentem loquebantur, dum quod reuera non poterant, negabant, scilicet diuinitatem Christi, cuius tot supra naturam mirabilia opera videbant, & ab ipsomet facta, & ab eiusdem deinde discipulis per inuocationem, & virtutem eius, & ad confirmádam veritatem prædicationis, quæ de illo erat. Sic Augustinus, & alij multi ex Latinis. Hilarius altiùs repetit ab exordio ferè mundi, & in ipsiusmet mundi fabricatione admiranda opera Dei, ex quorum cõsideratione peruenire poterat in eiusdem veram cognitionem, cultúmque, cùm plures nihilominus ex tanta multitudine virtutum Dei, veneratione falsorum Deorum mentiri sint.

D De hypocrisi & simulatione interpretantur, non Iudæorum præcisè, vt opinio prima, in qua sunt etiam Cyrillus, & Athanasius in Niceræ catena, sed Gentilium, & hæreticorum, Basilius, Theodoretus, magisque diserte Euthymius, ac Nicephorus, qui summam Dei & Christi potestatem timentes, quam declarauit præsertim in resurrectione, & quam habet in regno fidelium, & quam habent etiam fideles ab ipso, nec non ciuiliter simulaturi erant Deum, Christúmque, hoc est, fidem ipsam, & asserturi falsò, se illam in eo habere. Quem appellant Hieronymum complexus est recitatos dicendi modos, de terribilibus operibus Dei, in creatione, in electo Gentium, reprobato Iudæo, in occulto iudicio, quòd qui videntur electi, sunt reprobi, & vice versa: quod attinet ad mendacium, id exponit in Iudæis (quod etiam facit illum citans Treuetus)

E

quorum

quorum *mentita est iniquitas sibi* [a], & verùm *mendacia mentiuntur* Deo [b], cui promiserant, post visas virtutes, ac signa in Ægypto: & in mari rubro, omnia quæcumque præceperat, se facturos [c].

Dicite Deo.] Cyrillus, & Athanasius dirigi volunt orationem ad Iudæos, qui cum stupere deberent, calumniabantur miracula Christi, quasi diceret Dauid, desinite, ac potius dicite ipsi, *quam terribilia sunt*, &c. prout statim sequitur.

Quàm terribilia sunt opera tua Domine!] Additum est, *Domine*: quod nec Hebraicè, nec in multis codicibus Græce est, licet sit in emendatis, nec lego apud Patres Græcos, vel in duobus aliis psalterijs Latinis, præterea in Hilario, Augustino, Arnobio, Cathodoro. Augustinus autem habet, *quam timenda*. Hieronymus in singulari, *terribile est opus tuum*. Ad verbum ex Hebræo, *quam terribile opera tua* מַה־נּוֹרָא מַעֲשֶׂיךָ *mah nora mahhasecha*, quod sic resolui potest, quàm terribile est vnumquodque opetum tuorum! vel verti, quam terribilis es operibus tuis, vt legit Hieronymus absque iod מַעֲשֶׂה *mahhasecha*. Expectat autem lector נוֹרָא *nora*, non solùm *terribile*, ac *timendum*, sed *mirandum* quoque, ac *mirificum*, quia coniunctum habet sæpe timorem, tremorem, horrorem, admiratio stuporque, & vicissim vix sunt illa sine istis. Sola Dei opera merentur absolutam admirationem, ac terrorem, hæcque nobis dicenda, & celebranda, nec os nostrum loqui debet *opera* [d] *hominum*, vt ea extet, nisi quatenus sunt etiam opera Dei, & referuntur ad eum.

In multitudine virtutis tua mentientur tibi inimici tui.] Vertit Hieronymus, *fortitudinis*. Augustinus legit, *potentiæ*. Hoc valet כֹּחַ & עֹז *koach*, neque hic de morali virtute agitur. Præpositio *in*, significat, *propter* vel tantùm in suamet significatione, vt denotet obiectum in quo, seu circa quod versetur mendacium inimicorum: pronomen, *tibi*, non propriè significat in gratiam & vtilitatem tuam, hoc est, quod redundet in illam, etiamsi mentientes id non intendant. Quocirca verum est quidem quæ mentiti sunt Iudæi, ac postea cæteri persecutores, hæretici & Ecclesiæ, & hæretici circa virtutem, potentiam, diuinitatem Christi, aut quòd propter eundentiam illorum simulauerint, atque per hypocrisim coluerint illum, & religionem Christianam, redundantque in vtilitatem Ecclesiæ & Christi, iuxta mysticum huius loci sensum: tamen in literali sensu ille non fundatur. Nam literaliter *mentiri alicui* non significat, in eius vtilitatem, vt docui psalmo 26 [e], ad ea verba, *mentita est iniquitas sibi*. Literaliter *mentiri alicui* significat hoc loco subiicere se illi, ac eidem supplicter accidere, sed animo hæto. Negare etiam se prius inimicitias gessisse, & præ timore mentiri multa subinde, vt serui solent, cùm sit mendacium seruile vitium, vt hic notat Genebrar dus, & ante illum Antonius Fonseca in annotatione marginali ad Commentarium Caietani super caput 33. Deuteronomij, de quo postea. Sic in 17 [f]. *filij alieni mentiti*, dicuntur Dauidi, vel vtrobique, & psalmo 80 [g]. vbi etiam est quòd *inuenci mentiti* sunt ei, hoc est, mentiti essent si Hebræi obediuissent illi, significatur eadem subiectio, sed quatenus *mentiri* est spem frustrati, quo Abacuc [h] ait de opere oliuæ, vt alias quoque offendi etiam profanis exemplis, & non respondere expectationi, ac labori, vires debilitari, & frangi, quas quis existimabat, & affirmabat, & factum magnas, despiciendo, nec tanti

A

B

C

D

E

facicndo alienas, quasi facili eas negotio superaturus, experiri autem postea istas multo superiores, atque vel nolentem confiteri se victum, & vanam confidentiam fuisse, & magnæ temeritatis tam forti aduersario relitere, aut nihil nocentem, nec prouocantem adorti, & aggredi. Vulgo cupientes aliquid non ita esse, vt esse credimus, oprare nos dicimus *menaces esse* [a], aut cum confidimus non ita futurum vt alius persuadeat sibi, effecturos nos, vt sit mendax. Alius adhuc ex Deuteronomio [b] locus illustrat hùc locum, in quo sunt eadem verba quæ in nostro, eademque phrasis omnino Hebræa & Græca, quamuis Latina varier, *negabunt te inimici tui*, יְכַחֲשׁוּ אֹיְבֶיךָ לְךָ *iechachasciu oieuecha lach*, ψεύσονται σοι οἱ ἐχθροί σου, & Latinè verti potuit, *mentientur te* vel *tibi*. Subditur autem ibidem velut expositio, *Et tu eorum colla calcabis*. Priora verba Oleaster exponit, *deficient inimici tui*, quemadmodum illud psalmi 108 [c]. *Caro mea immutata est propter oleum*: id est, defecit כָּחַשׁ *obachas*, propter defectum olei, sine oleo. Symmachus, διὰ ἀνακολουθίας, *ab omissione vitilionis*. Vatablus declarat eundem locum Deuteronomij, *subiicientur inimici tui tibi*. Clarius, *debilitabunt se inimici tui erga te*. Habent in vsu Hebræi alia pro aliis verba ponere, cùm res significant vel affines vel coniunctas, vel quorum vna ex alia sequi solet: sic *fugere* [d] dicunt pro festinare, quia festinat maxime is qui fugit; *consolari* pro dolere [e], quoniam dolentibus adhibetur consolatio. Ad eundem modum *mentiri* pro subiicere se, eo quòd multa mentiuntur vel adulando, vel timendo qui se subiiciunt, aut pro deficere ac debilitari: non enim subiicere se solent, nisi quorum deficiunt vires atque debilitatæ sunt.

Non sunt de sensu mystico addenda plura, vt de Iudæis, hæreticis, Gentilibus, quibus adde Christianos malos, qui quem *nosse* Deum *dicunt* & profitentur, *factis negant* [f]. Cyrillus, & Athanasius volunt Dauidem prospicere Iudæos non gerere sibi morem, vt reuereantur terribilia opera Christi, conuertere hìc se ad Christum calumnijs affectum, eique dicere multam esse potentiam eius, quantumuis hostes ipsius de illo mententur, nec se præcellentia miraculorum ad obediendum permoueri sinant. Vsurpat eundem hunc in Iudæos locum Rupertus [g], qui in tanta virtutis admirabilisque potentiæ Christi multitudine, qua cæcum natum curauerat, inuenerentiti sunt, negantes esse *à Deo, qui sabbatum non custodiret* [h]. Mentiuntur, ait Rupertus, & vsque hodie in mendacio perseuerant odientes te, id est, non ignorantes, sed scientes, & inuidentes multitudini virtutis tuæ. Nos autem gentes benedicimus te, Deum nostrum, dicentes cum propheticæ vocis firmitate, *omnis terra adoret te*, &c. quia videlicet omnis terra illuminata est (sicut cæcus in corporeis oculis) ab ipsa in qua mentiuntur tibi inimici tui, multitudine virtutis tuæ. Hoc iam sequitur. Illud interim permirum sed verum, cùm vincere veritas debeat apud potentiores, minùs locum sæpe reperire, nec faciles ad eos aditus habere, quia amatur à paucis, & *veritas odium parit* [i], & *cum fortuna Principis sequuntur plures, quam cum ipso* [k], *veri copiam non faciendo, sed suspensa & quo ducantur inclinatura respondendo* [l]. *Miser est Imperator, apud quem vera reticentur* [m].

a Psal. 26. 12. b hic vers. 3.

c Exod. 34. 5.

d Psal. 26. 4.

In, pro propter.

Mysticus sensus.

e vers. 12.

Mentiri alicui quid sit hic.

Mentiri de iniusto seruile vitium.

f vers. 45.

g vers. 16.

Mentiri pro subiicere se. h cap. 3. 17.

Phrases Scripturæ.

a Micheæ 2. 11.

b cap. 33. 29.

c vers. 14.

d Cant. 8. vbi fugere pro festinare. Hebraismus phrasis. e Esa. 12. 1. Consolari pro dolere, vbi dicam pro tali. Mentiri pro subiicere se. Hebraismus phrasis.

Mysticus sensus.

f Tit. 1. 16.

g In Iohan. 5. 1. 2. Ioan. 5. 16.

h Ioan. 9. 16.

Mentiri apud Prophetas vsurpatur pro subiicere se. i Terent. k Tacit. Hist. l Ex Anim. Mentiri pro subiicere se apud quem dicitur. m Capitolin. in Antonin.

Vers. 4.] Omnis terra adoret te, & psallat tibi, Psalmum dicat nomini tuo.

Sensus loci.

CVm de inimicis Dei meminisset, sub eius potestatem non sponte, ac ex animo venientibus, sed ex quadam necessitate, & cum hypocrisi atque simulatione: syncere autem colere Deum, veréque sine codemine Deo, & gratia ipsius, nemo possit, Deo desiderium illud suum exponit, quod initio Psalmi posuerat, omnes inuitans, & ab eo petit vt dignetur laudari, & celebrari ab omnibus, quo modo decet. Quod reiectis Iudæis potissimùm de Gentilibus ad Ecclesiam conuocandis, communi satis consensu Enarratores nostri declarant, potissimùm Athanasius, Nyssenus, Cyrillus: licet, inquiunt, quasi verbis Dauidis, Iudæi te negaturi sint, subiicietur tibi tamen pro ipsis, & *adorabit te omnis terra*, siue gentes, quæ inhabitant terram; neque enim amplius adoratio fiet Ierosolymis, cùm iam legalis vmbra cessauerit, secundùm illud, adorabunt eum quisque in loco suo, & adoratio iam fiat in spiritu, & veritate. Hanc autem prædictionem impletam nunc dicunt, cùm in omnibus Gentibus vniuersorum Deus laudatur, ac Dominus noster Iesus Christus altissimus ab omnibus vocatur.

Omnis terra.] Per id quod continet, significatur id quod continetur, quemadmodum *loqui forum* dicitur, quia qui in eo sunt, vt notat Augustinus [a], loquuntur. Id priùs dixi à Symmacho expositum per τους ἐπὶ τῆς γῆς, *qui sunt in terra*, nempe hac morientium, non autem qui in terra viuentium beati, & qui in terra mortuorum damnati, quamuis ab omnibus adoretur Christus [b].

Adoret te.] Cum singulari *terra* nomine sunt verba pluralia Hebræa, & Græca יִשְׁתַּחֲווּ *ishachauu*, & bis יְזַמְּרוּ *iezammeru*, προσκυνησάτωσαν, & bis ψαλάτωσαν, futuráque Hebræa pro imperatiuis.

Nomini tuo.] In multis codicibus Græcis ponitur epithetum Græcum, ὑψίστε, *& altissime*, in aliis duobus Latinis psalteriis, apúdque Hilarium, Augustinum, Cassiodorum, qui de Christo etiam id interpretantur, cuius post humilitatem exaltatio, & *nomen super omne nomen* ab omnibus cognitum, & adoratum est [c]. In emendata editione Lxx. sublatum est hoc epithetum; tamen meminerunt illius, Athanas. Cyrillus, Nyssenus. Denique occurrit סֶלָה *selah*, & διάψαλμα, quo Hilarius & Hieronymus moneri nos volunt de transitu à Deo ad alios in sequenti versu. Sed quid hoc sit, alibi dixi. Omitto quæ adfert Hugo, vt *adorare* respiciat Deum creatorem, vel Patrem potentem, vel actum fidei; *psallere*, filium Redemptorem, vel filium sapientem, vel actum externum; *Psalmum dicere*, Iudicem, vel Spiritum sanctum, vel actum locutionis.

Adorare, psallere, psalmum dicere, vt apposite Hugo.

Vers. 5.] Venite, & videte opera Dei, terribilis in consiliis super filios hominum.

Sensus loci.

RVrsus ad inuitationem initio factam, hortatur atque omnes ad attentè & diligenter considerandum opera Dei, cùm sit, vt antè dixit, terribilis & admirandus in operibus, magis verò in modo, ratione, consilio, quo illa operatur; vt qui superet omnem captum; atque prudentiam hominum, in quorum gubernatione tanta illa sapientia & prouidentia Dei maxime percipitur.

Sensus mysticus apertus est. Athanasius autem ait induci personam Apostolorum, qui doceant Gentes, quòd iste, qui in præsentia sua secundum carnem diuina illa miracula operatus est, ipse idem sit, qui olim mare rubrum arefecit, & alia fecit, quæ deinceps recensentur, & vt intelligant quàm sit in consiliis eius ἀκατάληπτος *incomprehensibilis*, quamque sit sapientia eius ἄῤῥητος & *ineffabilis*, per quam humanum genus perducit ad pietatem.

Venite] quidem hortantis ac inuitantis verbum est, ad considerandum quæ commemorabit, sic alibi, vt aliàs [a] notauimus. tamen rectè mystico sensu cum Hilario, Augustino, & aliis, intelligitur David, aut prædicátor Euangelicus, tanquam ex loco superiore, contenta voce, vel obeundo remotiora loca conuocare, & prouocare laborantes Dei ignoratione. Euangelizauit Christus, vt Hilarius obtemperat, veniens, pacem iis *qui longè* fuerant, videlicet Gentilibus [b], & pacem iis *qui propè* [b], nimirum istis per seipsum, ac immediatè illis per discipulos suos.

a Psal. 33. 12.

b Eph. 2. 17.

Et videte opera Dei.] Sic in Psalmo 45 [c]. *Venite, & videte opera Domini.* Vtilis admodum consideratio diuinorum operum, in iis delectari, illa *meditari* [d], quod facere omittentes vacantéque voluptati reprehenduntur ab Esaia [e], apud quem mentio fit [f] de *opere alieno* à Deo, & de peregrino, quod possumus incarnationem interpretari, & passionem, quæ attentissimè frequentissiméque considerandæ sunt, sed simul cum consiliis, quæ hìc statim subiiciuntur.

c vers. 9.

d Psal. 142. 5. e cap. 5. 12. f cap. 28. 21.

Terribilis in consiliis.] Hieronymus, *terribilia consilia.* Alij, *terribilis opere*, vel *studio*, vel *consilio.* Paraphrastes accepit vt epithetum Dei, quo appelletur *terribilis: Videte opera Dei terribilis; auctoris adinuentionum.* Hebræa sunt numeri singularis נוֹרָא עֲלִילָה *nora hhalilah*, Græcè, ὡς φοβερὸς, *quàm terribilis*, nempe sit, sicut versu 3. ὡς φοβερὰ τὰ ἔργα σου, *quàm terribilia opera*; vbi etiam erat Hebræum nomen נוֹרָא *nora*, singulare. Habent quoque alia psalteria Latina, & Cassiodorus, *quàm terribilis.* De nomine עֲלִילָה *hhalilah*, dixi Psalmo 9 [g]. & 13 [h]. vbi Græcè sunt ἐπιτηδεύματα, Latine, *studia*, & in editione Hieronymi Psalmo 9. *cogitationes:* apud Augustinum, *mirabilia:* apud eumdem in 13. *affectiones*, in priore iuxta versionem Symmachi, μηχαναὶ, & alterius quem citat Chrysostomus μηχανήματα, *artificia, machinamenta, & molitiones.* in ea quæ est Aquilæ, ἀλλαγαὶ, *commutationes, inuersiones*, quasi diuersos ac interdum contrarios dicas exitus initiis, longè discrepantia consilia, vias, cogitationes diuinas à nostris, vt ipsemet dicit apud Esaiã [i]. Posuit hoc loco Symmachus μαχανήματα, φοβερὰ μηχανήματα, quibus affines Paraphrastæ תַּקִּיפִין *thhaskophin adinuentiones.* Omnia comprehenduntur vocabulo τῶν βουλῶν, *consiliorum. Consilium Dei in æternum manet* [k], *stat*que [l], nec vllum adhibet *consiliarium* [m], nec ipse disquirit quasi dubitans, vel ignorans, vt nos facimus, quo pacto Damascenus [n] in Deo negat esse consilium, sed quod semel voluit, constanter facit, sicut solent qui maturè deliberauerunt. Propterea *terribilis Deus in consiliis*, quæ prorsus immutari nequeunt, quem Apollinarius interpretatur ἄβατον, id est *inuictum, non* enim *est consilium contra Dominum, non sapientiâ, non prudentia* [o].

g vers. 12.

h vers. 1.

i cap. 8.

k psal. 32. 11.

l Isa. 46. 10.

m c. 40. 13. 14.

n lib. 3. c. 22. *Damascenus vt negat in Deo esse consilium.*

o Prou. 21. 30.

Super

Super filios hominum.] Hieronymus, *super filios Adam.* accipiendo appellatiue *Adam*, non vt proprium primi hominis nomen, cui nihil vetet ita quoque accipere: qua de re iapius dictum. Victorius recitat Hieronymum, *super filios hominum.* Treuetus, *super filios Adam.* Symmachus, in genitiuo, cui respondet Latinè ablatiuus, ὑπὲρ υἱῶν, *super filiis.* Aquila, ἐπὶ τοὺς υἱοὺς, *in filios.* Vtrumque sentium facere possunt omnibus linguis & versionibus hæc verba, vt consilia in quibus Deus *terribilis* dicitur, sint de filiis hominum, siue circa & extra illos, atque gubernationem eorum, vel supra captum ipsorum, vt neque excogitare, neque comprehendere, neque impedire possint. Iuxta editionem Hieronymi Treuetus addit tertium, vt sint *terribilia consilia super filios Adam* [a], siue *hominum*, istis metum incutiendo. Melior & communior expositio secunda, sed ita vt terror attendatur in iis qui aduersantur illis, quos decreuit Deus saluare. nam vt explicat Nicephorus, λίαν φοβερὸς καὶ μέγας ἐστὶν ἐν μεθόδοις καὶ οἰκονομίαις ὅταν θέλῃ σῶσαι τὸν λαὸν αὐτοῦ, *valde terribilis & magnus est in methodis, & œconomis, quando voluerit saluare populum suum.* In cæteris quidem operibus spectari possunt consilia Dei terribilia, hoc est, mirabilia, & horrorem quendam incutientia, quia *omnia in sapientia fecit* [b], & *mirabilis scientia eius* ex nobis, hoc est, supra vires nostras, *confortata* est, *nec poterimus ad eam* [c], sed in conditione, gubernationeq; humanis longe terribiliora & admirabiliora, præsertim secundùm ordinem supernaturalem prædestinationis illius, & aliorum quæ cum ea coniuncta sunt, simul cum mysteriis totius œconomiæ, pertinentis ad redemptionem nostram, vt de his maximè affirmare liceat esse *abyssum multam* [d], esse *exquisita in omnes voluntates eius* [e], esse *inscrutabilia iudicia, & inuestigabiles vias* [f]. Percurrat animo qui potest immensitatem, atque innumerabilitatē consiliorum illorum, sed pia ac sobria hâc, non inuestigatione, & perscrutatione, ne *opprimatur a gloria* [g], vt admonet Rickelius. Affert hoc exempli causa, quòd cum nolit Deus mortem peccatorum, sed vt conuertantur & viuat [h], vt *omnes salui fiant, & ad agnitionem veritatis veniant* [i], tamen voluit ne prædicaret *in Asia* Paulus [k]; & alias misit etiam ad eos quos sciebat non audituros [l], & obeditu-ros, denique *Iacob dilexit, & Esau odio habuit* [m]; Iudæos reiecit, quod & Augustinus, & alij hîc notant, Gentes elegit. Qua de causa Ambrosius [n] adhibens præsentis loci testimonium, præcipit vt interioris perfectionis cura potior apud nos sit, & laus hominis in finem differatur, quia Deus initio mundi conditas a se alias creaturas laudauit, non hominem, & ipse Deus laudandus magis in consiliis suis, vt hic dicitur, quam in operibus externis. Bernardus [o] exigens a quopiam vt quod animo propositerat promiseratque, vitæ iniret institutum religiosæ, terret alterius exemplo, qui in ipsa rei dilatione obierat. Tum exclamat: O iudiciorum Dei *abyssus*, ô *terribilis in consiliis Deus super filios hominum.* Spiritum donauit, quem erat denuò ablaturus, vt esset supra modum peccans peccatum, & gratia subintrauit, vt abundaret delictum. Gregorius [p] egregiè demonstrat quomodo humana consilia in eo quod Dei consilio nituntur resistere, obsequuntur: quod probat ex Iudæis contra Christum, ex fratribus Ioseph, qui vendiderant illum, ex Saule, qui Dauidem impugnauerat, ex Iona, qui nit-tentem fugeret Deum. Hæc ratione, inquit, *comprehendi sapientes in astutia, & consilium prauorum dissipari* [q]. *opera Dei magna esse, exquisita in omnes voluntates eius* [r], vt per omne quod ab hominibus agitur, eius voluntas exquiratur, *omnia quæcumque vult faciat* [s], *non fit*, vt etiam dixi, *consilium contra Dominum* [t]. lege dicta Psalm. 32 [u]. Hinc *terribilis Deus in consiliis suis super filios hominum.* sed si terribilis est, vt sapienter monet Bernardus [x], etiam misericors inuenitur. Videlicet, inquit, dum futuri formam iudicij non occultat, & quod alibi [y] vidimus, *dat metuentibus se significationem, vt fugiant a facie arcus.* Hanc eandem benignitatis cum terrore permixtionem ostendit adhuc idem Gregorius [z], vt si *terribilis* hoc loco dicatur Deus *in consiliis* a Dauide, dicat is exhilaratus [a], *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine*, &, *Quam* [b] *bonus Israel Deus!* hoc-que sibi volunisse quod Moysi aliquando apparebat in igne, nonnumquam in nube; quia nunc terret iustitiæ pauore, nunc erigit blandimento protectionis. Vtraque in re profectò terribilis Deus, id est, mirabilis, & incomprehensibilis.

Vers. 6.] Qui conuertit mare in aridam, in flumine pertransibunt pede: ibi lætabimur in ipso.

EX mirandis terribilibusque operibus Dei primum illud memorat, cùm rubrum mare siccauit, vt libere populus Ægyptios fugiens trãsiret, & iterum fecit, vt Iordanis alueum sicco transiret pede. Quæ fuit & illis qui tunc viuebant, beneficiúmque tantum percipiebant, lætitiæ causa in Deo, & posteris propterea in quos illud redundauit, vt eiusdem recordatione toti recrearentur. Commemoratione istorum facilliorem reditum de captiuitate Babylonis demonstrari Lutherus noter. In eo simile quid euenisse dixi priori Psalmo Hebræos nonnullos fabulari. De historia ipsa duplicis transitus per mare rubrum, & flumen Iordanis, lege quæ dixi in librum Sapientiæ [l], & Actuum Apostolorum [m].

Mystice declarant Latini fere omnes, conuersum ab amaritudine mundi, qui sitiat baptismi vel iustitiæ aquam dulcem, & eum qui facile transeat fluxum istius mortalitatis, sed in humilitate, atque in scipso, verum in Domino, exultando. *Cor impij quasi mare feruens* [n], conuertitur in aridam dum concutiat mundum, vt inde transeat in desertum, tandémque in terram promissam, vt notat Hugo. Vel conuersio hæc designat submotionem, tribulationem, vt sufficiat videre aquas à dextra & læua, id est bonos & malos affligi, solóque alieno malo timere, & sapere, vt Gieuæus docet [o]. Calcauit Christus, & Petrus mare [p], quia fortes fuerunt in tribulatione. Mare quomodo pœnitentiam designet, Aiguanus differit copiosè, conditiones eius tractans iuxtà illas, quas habebat mare æneum ædificatum à Salomone ante introitum Templi [q]. Indicò hæc scire studentibus.

Conuertit mare in aridam.] Hieronymus, *conuertet.* Sed apud Victorium & Treuetum, eo modo quo in editione nostra. Verbum Hebraicum הָפַךְ *haphach*, præteriti tẽporis est: licèt autem pro peccato sumatur aliquando præteritum, tatio tamen historiæ requirit præteriti significationem

[a] Iob 41.
[b] Psal. 103.
[c] psal. 138.
[d] Rom. 11.
[e] Ecclesiast. 3.
[f] de conuers. ad clericos c. 17.
[g] psal. 9.
[h] 1. Reg. lib. 1. Regum.
[i] psal. 30.
[k] psal. 72.
[l] Ioan. c. 8.
[m] In c. 1. Mysteriorum.
[n] Esa. 57.
[o] Serm. 11.
[p] Matt. 14.
[q] 3. Reg. 7.
[r] Psal. 103.
[s] Psal. 134.
[t] Psal. 32.
[u] Psal. 9.
[x] Psal. 59.
[y] Psal. 103.
[z] Psal. 138.
[a] Psal. 9.
[b] Psal. 72.

retineri,

tetineri, ne quis putet prædici similè quid fore, vt iam aliquos monui existimasse factu in egressu de Babylone. Græcum participium [1] μεταβαῖνον est præsentis temporis, quo obseruant Basilius, [2] Theodoretus, Euthymius, Nicephorus, pro præterito esse: sed si suppleas verbum substantiuum, ἦν, *erat*, habebit significationem præteriti: Symmachus expressit præteritum μετέβαλε, *transmutauit*, & Apollinarius,

κελεύσας & πόντον τραφερὴν μετετύξατο γαῖαν.

Iubens mare siccum coagulauit (transfixit) in terram.

Versam quoque aquam in siccum scribitur in Exodo [a], & in libro Iosue [b]. Conuersionem substantialem veram concedere necessarium non duco, cuiusmodi fuit petræ *in stagna aquarum*, & rupis *in fontes aquarum* [c], virgæ *in draconem* [d], vxoris Lot *in statuam salis* [e], aquæ *in vinum* [f], & similes aliæ. Nam in illis conuersionibus exstitit nouus terminus, cùm verò populus transiuit mare rubrum, & fluuium Iordanis, nudatum est dumtaxat solum aquis, & in mari rubro *reducta* dicuntur *aqua* [g], ac *reuersa* [h] super Ægyptios, *ac operuisse illos* [i], quæ priùs erant coactæ velut in murum densum, vel in vtrem, quod eodem modo fere de aquis Iordanis dicitur. Igitur *conuersio* significat idem quod auersio, aut diuersio; vel perinde liberum patuisse transitum Iudæis per illos alueos, ac si conuersæ reipsa fuissent, atque in auras euanuissent. Si ad hiatus fundi implendos, & ad æquabilitatē totius soli contendat quis aquarum partem conuersam in terram, non poterit conuinci. At quod nemo affirmat, primus excogitare aut proponere nolo; & venti vis fuit satis ad siccandum lutulentum, & limosum solum, in quo nulli tanti videntur hiatus, aut inæqualitas fuisse tanta, quæ impediret quominus Hebræorum pedibus meabile esset. Certè *conuersi planctum*, & tristitiam *in gaudium* [k], est primo succedere secundum. Sic veluti fuga maris, & *conuersio Iordanis retrorsum* [l], denotant recessum aquarum. Quamuis ibi ht successio post corruptionem rei, quæ cùm fit transit: hic verò rei permanentis, quæque, vt Zeno Veronensis [m] loquitur, gelido stupore frænata, quodammodo vitreum directa est in murum.

In flumine pertransibunt pede.] Sic vertit & Hieronymus in futuro, in quo etiam est Hebræum verbum יעברו *iabhauru*, sed obseruatum est, post aliud verbum præteriti temporis, id quod sequitur in futuro habere significationem præteriti. Transtulit in præterito Symmachus,

ποταμὸν διέβησαν ποδί,

& Apollinarius:

ἐν ποταμοῖς κελάδοντας ἐβήκαλο ποσσὶ κελεύθους:

Et flumina resonantia passi sunt pedibus vias.

Cæteri notant pro præterito positum futurum. Euthymius alibi [n], præterea ex Nazianzeno [o], qui quædam loca obijcientibus Arianis contrà coæternitatem filij, respondet multa, quæ ratione temporis dicantur inuerso & commutato temporum ordine pronuntiari: eam item esse Scripturæ consuetudinem, vt non præterita solùm tempora, aut præsentia, sed etiam futura commutet. Affert exemplum Psalmi 2 [p], *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania?* nondum enim, inquit, fremuerant. item præsentis, *in flumine pertransibunt pede*, id est, pertransierunt. In aliis psalterijs Latinis, *flumina pertransibunt pede.* præponit autem, &. Romanum. Hilarius, *in flumine transibunt pede*: etsi etiam in commentario, *pertransibunt*. Hebraice præpositio est vtrobique, *in flumine*, & *in pede*. *Pertransire in flumina*, non est ipsomet flumine calcato, sed in alueo eius remotis aquis, factisque, vt Apollinarium dicentem audiuimus, viis, & pede, ita vt pedestres transire possent, quamuis fortassis aliqui vel in equo, vel in curru transirent: quod adhuc in tanta vastitate aquarum fieri non posset, nisi remouerentur. *Pede sicco fundum maris perambulando transiisse*, dixit Achior [a]. Credo pedibus omnes iter illud per mare fecisse, quamuis apertè de solo transitu per Iordanem scribatur, quòd *pepigerint vestigia* pedum suorum in eo [b], quod etiam nominatim de Sacerdotibus tantum exprimitur portantibus arcam: sed non videtur dubitandum de aliis. Errauit proculdubio R. Samuel Marrochianus, qui ex Iudæo Christianus fertur ante 600. annos vixisse, cum scripsit in libro de aduentu Messiæ [c], quem Iudæi frustra expectant, ab aqua in exitu de Ægypto portata corpora filiorum Israel. Diuinæ literæ transiuisse tradunt per siccum, & diuisas aquas fuisse, & factas veluti murum, & conclusas sicut in vtre. Denique primus Christus sic aquis transiuit calcatis. Elisæus cum discipulo diuisis etiam aquis per siccum. Qua de causa Cassiodorus notat in editione qua vtitur, plurali numero posita flumina, etsi addit pro numero numerum poni.

Ibi lætabimur in ipso.] In Psalterio Romano, & apud Cassiodorum, *in idipsum*, apud Arnobium, *in vnum*, Augustinus, *ibi iucundabimur in ipso*. Hîc etiam pro tempore tempus est, nempe lætati sumus, aut lætabimur, *in ipso* autem Deum intelligit. *Ibi*, hoc est, in commemoratis operibus, aut locis, vbi facta sunt. Nicephorus ἐκεῖ, ait, ἀντὶ τοῦ *in talibus mirabilibus*. Lætatos Hebræos ambigi nequit in vtroque transitu, maris rubri, & fluminis Iordanis. Verùm de Cantico mentio fit solùm transito mari [d]: de situ fixorum lapidum in monumentum intra alueum aquarum, dumtaxat quando Iordanem transmiserunt [e]. Admirabilior simpliciter transitus primus, maioris quoque causa lætitiæ fuit: maior ibi moles aquarum erat, itérque per mare longius, hostes interfecti plurimi, quos euadere aliter Hebræi nequibant, & quorum opimis ditati sunt spoliis. Valida vi ventis venti siccatum est maris fundum: Celebrior denium, ac apud externos terribilior eius fama, memoriáque extitit [f]. Communem vtriusque miraculi finem Iosue prodidit, vt discerent omnes terrarum populi fortissimam Domini manum, & Hebræi ipsi *timerent Dominum Deum suum omni* [g] *tempore*. Tropologia Hugonis est, lætari eos, qui peruenerint in portum felicitatis, postquam pertransierint fluentem vitam istam, pedéque vno attigerint affluentes diuitias propter necessitatem. Imitatur Hugonem Greuæus [h]. Violentior est, quia constat pro pedibus pedem poni, quos etiam pluraliter expressit Paraphrastes, & Apollinarius. Paraphrastes autem videtur existimare, verba quæ nunc tractamus, esse Dauidis aut alterius, in cuius persona dicat, *ducam eos ad montem domus sanctuarij, ibi lætabimur in verbo eius*. Quod posset intelligi de captiuis in Babylone, vt redirent inde in Ierusalem ad Templum. Sed traditum sensum sequuntur etiam Hebræi, vt R. Æsaias Tranensis, nimirum de præterita lætitia Hebræorum. Cassiodorus post Hilarium allegoricè accipit de futura Ecclesiæ lætitia ob mysteria, quæ recogno-

sceret

[1] Psal. 113. 3.
[p] Serm. 132.
[a] c. 14. 22. [b] c. 3. 17.
[c] Psal. 113. 8. [d] Exod. 7. 15. [e] Gen. 19. 26. [f] Iac. 2. 23.
[g] Exod. 15. 19. [h] c. 14. 28. [i] Ibid. & psal. 105. 11. & Iudith 5. 13.
Conuersio, idem quod auersio aut diuersio.
[k] Psal. 29. 12. Ioan. 16. 20.
[l] Psal. 113. 3.
[n] Panop. l. 1. p. tom. 1.
[o] Orat. 2. contra Arian.
Scripturæ sacræ loquendi consuetudo.
[p] vers. 1.
[a] Iudith 5. 12.
[b] Iosue 3. 12. & seq.
Error R. Samuelis Marrochiani, in traditione de Ægypto, ab aqua portata corpora filiorum Israel.
[c] c. 13. tom. 4. bibl. Pat.
Tropologia.
[f] Iosue 2. 10. Iudith 5. 12. 13.
[g] Iosue 4. vlt.
[h] Serm. 132.
Allegoria.
[d] Exod. 15. & seq.
[e] Iosue 3. 15.

sceret, delituisse in dictis operibus. Athanasius de lætitia regnantium in cœlo cum Christo, qui quæ difficilia erant, leuia reddidit.

Vers. 7.] Qui dominatur in virtute sua in æternum, oculi eius super gentes respiciunt: qui exasperant, non exaltentur in semetipsis.

HIc ille est in quo lætabantur Hebræi mirabiliter traducti pede sicco per mare rubrum, & per Iordanem, & in quo lætandum his qui eiusdem egent ope, eandémque sperant, & cui iubilandum, psalmum dicendum, eiúsque nomini gloriam dandã, initio psalmi dictum est; Deus, inquam, est, qui suamet propria virtute, non mutuò accepta, vel ab alio communicata, perpetuum obtinet in res omnes imperium: ille ipse est qui perspicacissimis intelligentiæ atque prouidentiæ suæ oculis penitus cognoscit quæcumque toto terrarum orbe fiunt in omnibus nationibus. Quare caueant qui suis Deum prouocare ac irritare contumaciter non dubitant iniquitatibus, ac impietatibus, & præcipientem, monentem, minantem contemnere non desistunt, ne apud semetipsos insolenter atque impotenter efferantur. Nec enim potentiam ac scientiam tantam iusti Dei effugere poterunt.

Secundùm allegoriam exponitur ab Hilario, Augustino, & aliis Latinis, Græcisque, necnon ab Athanasio, & Eusebio, in Catena Nicetæ, sententia contra pertinaciam rebellium Iudæorũ, quorum loco prouidi benuolique Dei oculi, Gentes, quibus inuidebant ipsi, aspecturi sint, & vocaturi, quantumlibet illi iactent legem, & ceremonias, & glorientur in harum obseruatione. *Auferetur a vobis regnum* [a], ait Christus, quem hic Arnobius citat, *& dabitur genti facienti fructus eius*: & in Christo, cui *data est omnis potestas* [b], tristatur Iudæus, lætatur Gentilis: dicit Iudæus se patrem habere Abraham, sed *de lapidibus suscitat* Deus alios veriores *filios Abrahæ* [c], quia ille opera *Abrahæ* non *facit* [d], vocat se primogenitum, sed Esau refutatus est.

Qui dominatur in virtute sua in æternum.] Hieronymus, *qui dominatur in fortitudine sua in seculum.* Sed apud Treuerum, *à seculo*: apud Victorium, *seculo.* Alij, *seculo*, id est, orbi toti. nam עולם *hôlam*, & αἰὼν, vel pro *mundo*, vel pro *tempore* potest accipi. Primo modo significatur imperium Dei & Christi, non in Iudæos tantùm, sed in cæteras gentes, orbémque vniuersum. Hilarius, *qui dominabitur in potentia sua in æternum*, quamuis in commentario vsurpet etiam, *in virtute.* Cassiodorus, *qui dominatur in potentia sua in æternum.* Notat autem Hilarius de Christo, vt homine, istud dici, sicut quòd sit *exaltatus, eique datum nomen super omne nomen* [e], & *omnis potestas in cœlo, & in terra* [f]. Ait præterea, phrasim Græcam, τῷ διαιωνίζοντι ἐν δυνασείᾳ αὐτοῦ τοῦ αἰῶνος, Latinè non satis propriè reddi potuisse. Apud Græcos, τοῦ αἰῶνος, certi & designati seculi significationem, inquit, habet, apud Latinos (in æternum, omne tempus, sine definitionis alicuius proprietate.) Christus verò, subdit ipse, vt Vnigenitus Dei filius regnauit semper, non tamen semper in corpore, idcirco Græca voce tempus illud ostendi quo glorificato in gloriam Dei corpori Christi & nomen datur, & regnum, cùm scilicet euacuauerit omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & *nouissima denuncetur mors* [a], tùmque solus in virtute sua seculo dominabitur. Hoc mihi cum Hilario disceptandum non est, *αἰῶνα aternitatem* quoque significare posse, omnéque tempus sine definitionis alicuius proprietate. nam suppetunt exempla permulta. Siue pro αὐτοῦ legatur αὐτῷ, siue illud retineatur, potest exponi, *qui dominatur in virtute potentiæ, potentatu sui ipsius*: Vel, *suiipsius seculi*, seculi quod suum est. Priorem sensum sequitur editio nostra: nec alium fert affixum Hebræum cum nomine, & præpositione בגבורתו *biguuratho.* Existimo etiam idem valere *dominum* dici *seculi*, vt comprehendit omnia tempora quæ cœlestium orbium circulationibus existunt, & esse mundi, qui ab iis pendet, vel seculi, vt alias etiam durationes comprehendit indiuisibiles, quomodocumque vocentur, & cunctarum rerum creatarum. In isto sensu dicitur Christus, vt Deus præsertim; *rex seculorum* [b], & *per eum facta secula* [c]. Apollinarius exposuit de regni æternitate, quod præ se fert Latina versio:

κάρτει νικεμίως σφετέρῳ μιδέοντι ἠδ ἀλκῇ.
Fortitudine semper sua dominante, & virtute.

Græci reliqui de vtroque *seculo*, quod & vtrumque mundum, & vtriusque significare durationem potest, qui sensus in idem recidunt. lege de vtraque *seculi* acceptione Augustinum [d]. Datiuus Græcus, τῷ διαιωνίζοντι, refertur ad proximè præcedentem in alio versu, *ibi lætabimur in ipso*, ἐν αὐτῷ, vt sit videlicet lætitia in Deo dominatore omnium rerum. Dominationem, & potestatem quæ se se exerat, ac exerceat actionem, significari putat per מַשְׁל *maschal*, cuius hîc participium est מֹשֵׁל *moschel*, Hebræus, qui Caietanum docuit [e]. Non est id perpetuum, licèt quandoque alibi, atque hoc etiam loco, verum, sed sumitur non rarò pro ipsa ditione, dignitate, facultate, dominio habituali. *Gloria magna est sequi Dominum* (talique seruire Domino, & in eo sperare) *longitudo enim dierum*, (& præsentium, & æternorum, cùm sit omnium dominus vtpote in æternum, & seculi, siue mundi) *assumetur ab eo* [f].

Oculi eius super gentes respiciunt.] Omittit Hieronymus præpositionem, dicítque, *aspiciunt.* De vario in vtramque partem Dei aspectu in peccatores, & iustos, quódque *in omni loco oculi Domini contemplentur bonos, & malos* [g], nempe velut ex specula, quam indicat verbum צפה *tsaphah*, quod vtrobique est, agit Hilarius, nósque ipsi iam satis aliquoties alibi egimus. Misericordiæ hîc ille oculum interpretatur, & tanquàm ministerio famulantium Angelorum, protectionem gentium, atque in omnes credentes doni diuinæ miserationis effusionem. Communis autem ille de Gentium vocatione sensus à Cyrillo quoque traditur Alexandrino [h].

Qui exasperant, non exaltentur in semetipsis.] Hieronymus, *qui increduli sunt.* Alij, *rebelles*, vel, *defectores*, vel, *desertores*, סוררים *hassorerim*; aptum & conueniens Hebræis epithetum; quod etiam est in Psalmo 67 [i], cum eodem participio Græco loci præsentis παραπικραίνοντες, vbi reddit quoque Hieronymus *incredulos.* Vtrobique Symmachus, ἀπειθῶς, *incredulos.* Aquila, ἀφισαμένους, ibi Theodotio ἐκκλίνοντας, *declinantes.* Adi Psalmi illius separatim editũ à me cõmentarium.

a 1. Corin. 15. 26.

b 1. Timot. 1. 17.
c Heb 1. 2.

Gemina seculi acceptio.

d 5. de Genes. ad lite. c. 17.

e in Iob c. 25. 2.

f Eccl. 18. 38.

g Prou. 15. 3.

h l. 4. in Ioan. c. 31.

i vers. 7.

Nec enim repetere delectat dicta, vel decet. Romanum Psalterium, Hilarius, & Arnobius, *qui in iram prouocant.* Psalterium Gallicanum, & Cassiodorus, *in ira.* Augustinus, *qui amaricant.* Sed non vacat plura dicere. Solùm cõsidera tale cognomen generationis Iudaicæ sæpius repeti, vt non tantùm praua, sed *exasperans* [a] dicatur, & exasperatrix. Eodem conducunt quæ de *felle amaritudinis* docui, in quo Simonem Magum Petrus *videri* dicebat *esse* [b]. Multa sunt quæ Deum exasperant, & ad iracundiam prouocant, sed hypocrisis, ac simulatio maximè. *Spiritus* namque *Sanctus disciplinæ effugiet fictum* [c]: *& simulatores & callidi prouocant iram Dei* [d], nec acerbiùs indignatus legitur Christus quàm hypocritis: & à grauissimo irato Deo rex datur *hypocrita* [e]: & grauissimum supplicium idem Christus ait esse, *ponere partem alicuius cum hypocritis* [f]: Occurrunt & hic memoriæ ad librum Sapientiæ [g] disputata. Quicumque ipso vitæ genere, ac munere profitetur, præque se fert probitatem, sanctitatem, orthodoxam doctrinam, nec præstat, hypocrita est. Vnus palam ac ritè populus Hebræus illa quondam cùm profiteretur, nec factitaret, meritò *exasperans, defector, desertor, declinator, apostata, hypocrita*, nominabatur, tum etiam cùm suæ illius prætextu professionis, quæ iam exoleuerat, arcebat Gentiles ab exposita cunctis noui Testamenti gratia. Ergo hic *exasperantes* intelligimus *Deum*, tametsi Dei non apponatur nomen, quod addidit de suo Interpres in Iob [h]. *Simulatores, & callidi prouocant iram Dei*, quod L x x. exponunt, quasi prouocent Deum, vt instruat in eos exercitum, (τάξαι θυμὸν,) & partes vulpium faciat, ponátque illos cum hypocritis, vt aliàs etiam dixi [i]. Asperiores tum verbis, tum factis, indigni sunt qui exaltentur, & præsint aliis: hi etiam qui nimis erga seipsos austeri, cùm verendum sit, ne se & aduersus alios eodem gerant modo, quoniam, *Qui sibi nequam est, cui alij bonus* [k] *erit?* Sed hæc, quæ hinc elicit Hugo, non ita certè aptè contextus verbis congruunt, nam *exaltari in semetipsis* non est aliis præsse, & imperare, sed insolescere, & efferri, superbire, arrogáre sibi munera præsertim gratiæ.

Est in fine סלה *selah*, & διάψαλμα, quo denotari putat Hilarius, quæ sequuntur, non ex prophetæ persona, vt priora, sed ex Apostolorum dicti, vt illo inuitante, prædicantibus istis, eadem doctrina veteris ac noui Testamenti prædicatio contineretur. Aliis placet indicari ea nota reditum ad id quod initio Psalmi Vates dixerat, inuitando populum ad laudes Dei, gratiásque pro beneficiis diuinis.

Vers. 8.] Benedicite Gentes Deum nostrum: & auditam facite vocem laudis eius.

Sensus loci.

INcitatio est siue Prophetæ, siue iuxta mysticum sensum, Apostolorum, & Apostolicorum prædicatorum, qua Gentes omnes aduocantur, idolorum deserto cultu, ad laudandum, & colendum vnum verum Deum, & quod in se est, nomen eiusdem notitiámque longe ac late vbique propagandum. Tempus esse vt succedant Gentes Iudæorum ingratissimo populo, qui non desinit exasperare, atque ad iracundiam prouocare Deum, apostatare, ac recedere à Deo, præuaricari pactum illius, *dura facie & indomabilis corde* esse [a]. Confirmauit Deus promissiones Patrum, sed ad *Gentes* pertinet *super misericordia honorare illum* [b]. Decet benedici à Gentibus Deum, quas ille benedixit in semine Abrahæ, & numero prope infinitas, velut *stellas cæli & arenam, quæ est in littore maris*: Ecclesiæ suæ dignatus est aggregare, *& omnia benedictione spirituali in cœlestibus in Christo benedixit* [c].

Benedicite gentes.] Hieronymus, *populi.* Alibi monui [d], *gentes* ac *populos* גוים *goim*, & עמים *hhammim*, sæpe synonyma esse, quemadmodum גוי & אום, nec de solis Iudæis (populorum) de cæteris (gentium) nomen vsurpari.

Deum nostrum.] Nihil refert quòd casu dativo exponat Hieronymus. Vtroque in casu noster interpres vtitur *benedicendi* verbo satis frequenter, vt non sit opus exempla commemorare. Addunt in Romano Psalterio, *Dominum: benedicite Dominum Deum nostrum.* Perpendit pronomen, *nostrum*, Hilarius, non esse ex inani, hoc est, frustra, positum, vt ille significetur benedicendus Deus, cuius hîc opera recensentur, & *terribilis* dicitur *in consiliis super filios hominum*, hoc enim proprium Apostolicæ doctrinæ esse, (Apostolos enim hîc loquentes facit) Deum ex lege ac prophetis prædicare. Valet id etiam ne Gentes participes factæ spiritualium Iudaicorum [e] aduersus Iudæos insolescant, & hos exasperantes, ac inuidentes eorum saluti, imitentur. Mutuas vtriusque populi querimonias hac in re Paulus compescit, componitque, præsertim in Epistola ad Romanos, tum verò in cap. 15. eiusdem. Qui priora tropologicè ad agendam pœnitentiam transtulit Aiguanus de conuerso in aridam mari, &c. ait hîc suaderi patientiam, ac Dei laudem in tribulationibus, quæ remorari nos à pœnitentia solent.

Et auditam facite vocem laudis eius.] Non discrepat Hierouymus. In Psalterio Romano, apúdque Hilarium, *obaudite vocem laudis eius.* In Gallicano psalterio, & apud Arnobium, *obedite voci laudis eius*: apud Augustinum & Cassiodorum, *audite vocem laudis eius.* quo item pacto legit Hilarius in Commentario. Lectionis autem Græcæ vim, ex qua Latina nostra translata est, explicat idem Doctor, vt sit ἀκοῦσαι τὴν φωνὴν τῆς αἰνέσεως αὐτοῦ, efficere vt *audiatur vox laudis Dei*, sicut præcepit Christus [f]. *Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, & quod in aure auditis, prædicate super tecta.* Deus namque, inquit, constanti & publica prædicatione laudandus est, neque debet in commemorandis virtutibus eius fides nostra trepidare. Exprimit id magis translatio Symmachi, ἀκουστὴ ποιήσατε, vel ποιῆτε, *auditam facite.* In Psalmo 105 [g] eadem prorsus formula dicendi est à L x x. sic etiam expressa, *auditas facite omnes laudes eius*, ἀκουστὰς ποιήσω, &c. item in 142 [h]. *Auditam fac mihi mane misericordiam tuam*, ἀκουστὸν ποίησον, &c. Aliis exemplis supersedeo [i], in quibus est Hebræum verbum huius loci השמיעו *hismiiehu*; quod propriè valet, *audire facere.* Sic meliùs Latinè circumloquimur, quia, vt Hilarius ait, latinitas nostra proprietatem in alia translatione non habet, in qua nimirum legitur, *obaudite*, vel *audite.* Augu-

a pſ.77.8. Exech.2.5.6. 8.c.3.9.26. 27.c.22.2.3. 9.25.c.17.32. c.44.6.

b Act.8.23. *Hypocrisis maximè exasperat & ad iracundiam prouocat Deum.*

c Sap.1.5.

d Iob 36.13.

e c.34.30.

f Matt.24.51. & in c.25.

g c.6.

h c.36.13.

i In pſ.63.11. *Asperiores tum verbis tum factis, aut etiam erga seipsos austeri, indigni præsse aliis*

k Eccl.4.5.

a Exech 2.4.

b Rom.15.8. & seq.

c Gen.22.17.

d Eph 1.3.

e pſ.2.1.

f Rom.15.27.

In commemorandis Dei virtutibus fides nostra trepidare non debet.

h vers.2.

i vers 8.

h Esa 30.30. c.43.22. c.45.22. c.48. 6.20.c.62.22. & alibi.

Primus legerim, vt dicat, *annuntiare vocem laudis eius*, explicat, ne nos ipsos laudemus, sed ipsum, quia gratia ipsius sumus, quicquid boni sumus. Certe laus omnis debetur Deo, etiam in eo opere moraliter bono, si quod est, quod cum solo ardelio generali operari per naturales vires valeamus. Sed editio nostra non genuit hunc sensum, verùm vt prædicetur, atque celebretur voce & sermone laus Dei, vt ore confessio eius fiat *ad salutem* [a]; vt qui audit vocantem Deum, dicat cuiuis alteri, *venite* [b], vt *ex abundantia cordis* gratia Dei pleni, *ea ipsum loquatur* [c], & *evulsent labia hymnum* [d], & *memoriam suauitatis diuitiarum* [e].

a Rom. 10.1. b Apoc. 22. 17. c Matth. 12.34. d Psal. 62.6. e Psal. 144.7.

Vers. 9.] Qui posuit animam meam ad vitam: & non dedit in commotionem pedes meos.

MAteriam laudis proponit quod seipsum, atque alios, quos in ista comprehendit persona, liberauerit ex maximis malis, & ex ipsa morte impendente ereptos restituerit vitæ, neque permiserit lapsum, & casum, quasi fallentibus pedibus, in vltimum exitium, & in calamitatum barathrum profundum. Intelligunt nonnulli de Hebræis cum eliciunt in Ægyptiaca, aut, in Babylónica, captiuitate. Seruitus morti similis est, ait Euthymius. Mysticè conuenit, vt Hilario placet, Apostolis, & Apostolicis viris; quos prædicatum Christus mittens, vtique auditam facerent vocem laudis diuinæ, iussit vitæ propriæ non timere, certos de vita æterna, ad quam ipse animas eorum poneret. Augustinus, & alij Latini, nec non Nicephorus, de vita spirituali, deque liberatione ab oppositâ morte interpretantur, vt scilicet à morte peccati transferamur ad gratiæ vitam. Athanasius, vitam quoque accipit paradisi, ac æternam, similem quodammodo ei, quæ in paradiso terrestri erat. Vnde, si non peccauisset Adam, translatus esset ad illam meliorem; de qua etiam Paraphrastes exponit hunc locum.

Ipsa lex.

Seruitus morti similis est. Mystica adoptio.

Qui posuit animam meam ad vitam.] Hieronymus, *nostram*. Legerunt LXX. pro נפשנו *naphshenu*, cum affixo primæ personæ pluralis, נפשי *naphshi* cum affixo eiusdem personæ singularis: & eodem modo in sequenti membro, vbi *pedes meos* dicunt, pro, nostros, in quo etiam numero hunc versus sequentes tres; quamuis inde ad finem Psalmi alij sint in singulari. Paraphrastes expositio est, *qui connumerauit animam nostram in vita seculi*, siue, *mundi nostri*. Solent quæ magni fiunt in numerato haberi & recenseri. Quare indicat Chaldæa paraphrasis ita singulos hic dies numeratos à Deo propter singularem ipsius de illis curam, & prouidentiam. Quod Abigail dixit *animam exulis dari quasi in fasciculo viventium apud Dominum Deum* [f], & Christus neminem oues illius *rapturum de manibus suis* [g], sæpe *ex iis quos dederat ei Pater, non perdidisse quemquam* [h]. Ad eumdem igitur modum *ponere* Deum *animam aliquorum ad vitam*, est, quasi collocare in turo, ac veluti intra locum vel vas, vbi conseruetur anima, ne vt vitiscari possit, & vita per eam confertari, dum consistit tanquam in bene disposito loculamento, id est, in corpore. *Viuet*.

f 1. Reg. 25. 29. g Ioan. 10. 28. h Ioan. 17. 12.

A inquit Dauid [a] alibi, *anima mea*, & *laudabit te*, *non morietur* [b], *sed viuam, & narrabo opera Domini*, & ita dicit in præsenti Psalmo, eamdem ei ipse & alij ad id benedicere Deum debeant, & meditari facere vocem laudis eius, esse, quo nomen fecit vt retineat in corpore anima viuere incipiat, idque per eximiam quamdam prouidentiam, quam psalmis *ponentis animam ad vitam* importat, nam *ponere quidpiam ad aliquid*, est ordinare, innare, dirigere, dedicare, ita vt infallibiliter, & sine errore illuc perueniat. Quo pacto dixit Christus petasse se discipulos, vt *irent, & fructum afferrent, & fructus eorum manerent* [c]. Explicant Lyranus, & Treuetus, de Hebræorum in Ægypto vita, vt quo magis illam Ægyptij niterentur eripere maximis oneribus, & laboribus, hoc eam quoque Deus conseruaret magis, faciens vt magis multiplicarentur. Tandem innuit hæc oratio vitam humanæ animæ immortalem. *Ponere animam in manu alterius* [d]; esse permittere potestati eius, vt possit illam extrahere; *ponere ad vitam* erit, efficere vt vitam tribuat. Denique *ponendi* verbum frequentissimè singularem quamdam, & accuratam aliquid faciendi rationem denotat. Innuit Hilarius alium sensum, *vt ponere animam ad vitam*, vel *in vitam*, vt etiam loquitur, sit tribuere animæ donorum vitæ, vt cum se tolerandi dat occasio, anima quis præsente ac vitace spernat vitam, & quod mox subditur, non commoueatur, nec quod Paulus dixit [e], *æstimet animam*, id est vitam, *pretiosiorem quam se*, hoc est, quàm animare, vt rationalis est, & pro dignitate quam habet, comprimat inordinatum amorem vitæ. Sic *ponere animam ad vitam* erit, eam applicare ad dominandum vitæ. Nec displicet *ponere animam ad vitam* esse, veluti exanimatum animare, quod alibi vidimus dici *conuertere animam*. Eleganter carmine Gallico sic Philippus de Portis cecinit.

a Psal. 83. 3. b Psal. 117. 17. c Ioan. 15. 16. d 1. Reg. 19. 5. cum 28. 21. Ponere animam in manu alterius, quid? ponere ad vitam quid sit. e Act. 20. 24.

C'est luy qui nous r'anime, & nous fait cheminer,
Si seurement par tout, sans que le pied nous gliſſe.

Tropologicè hoc loco *ponere ad vitam*, vt iam priùs attigi, est, à Christo, qui se ipse nominat *vitam* [f], vitam habere, & *abundantius habere* [g], & pietatis consequi donum, quæ *promissionem habet vitæ, quæ nunc est, & futuræ* [h], à Deo proponi, præscribi, exhiberi cuncta, quibus adipisci vitam queamus tum gratiæ, tum gloriæ. Applicat nos Deus *ad vitam*, & *vitæ* docet [i] *vias* in sua veluti schola; diabolus ponit ad mortem; & mundi carnisque prudentia, quæ mors est ad mortem, vt indicat Hugo. Aliquando autem explicat, aduertis nos vinificari. Quo sensu liceret interpretari, tentationem, siue *militiam* esse *vitam nostram* [k], quia confert ad spiritualem vitam recuperandam & conseruandam in hoc corpore, ac ad æternam in futuro consequendam.

Tropologicè.

f Ioan. 14. 6. g c. 10. 10. h 1. Tim. 4. 8. i Psal. 31. 8. k Iob. 7. 1.

Et non dedit in commotionem pedes meos.] Hic quoque nomen plurali numero *pedes nostros* esse, Hebraicè. In Psalterio Romano & Gallicano seu veteri, seu Ambrosiano, & apud Hilarium, Arnobium, Cassiodorum, *non dedit commouere pedes meos*. Apud Augustinum, & Isidorum [l], *non dedit in motum pedes meos*. Quid sit, *pedes commoueri*, repete ex psalmo 37. [m]. *Dum commouentur*.

l Lib. Gen. c. 6. Quæst. Veteris. Test. m Vers. 17.

tur pedes mei, super me magna locuti sunt, quid *lapsus pedum*, ex psalmo 55. [a], de eodem præterea pedum motu, & commotione, aliis in psalmis mentio [b] fit, & de *offensione ad lapidem* [c], censeturque in beneficiis Dei, liberare pedes de lapsu, nec eos *dare in commotionem*, & *pedes seruare* [d], quemadmodum non permittere vt *manus peccatorum moueat* [e] *nos*, *ne exultent qui tribulant*, *si mota fuerimus* [f], sed à *dextris nostris esse*, *ne commoueamur* [g]. Hæc Isidorus [h] de nutante vagantéque Cain disputans, considerat, qui disperforum nunc Iudæorum typus fuerit. Cui est otium, persequatur causas propter quas firmiter pedes non consistunt, siue podagra laborent, siue spina transfixi sint, siue quid aliud occurrat. *Claudicatio* inconstantia est: *podagram* Hugo inflationem, tumoréve superbiæ interpretatur. *Spinas* amorem diuitiarum. Si clauis Christi, ac timoris, sancti configantur, non infirmabuntur, & cui auxilium est à Domino, non *dabit is in commotionem pedes* illius, neque dormitabit, aut dormiet custodiens ipsum [i].

Vers. 10.] Quoniam probasti nos Deus, igne nos examinasti, sicut examinatur argentum.

FActa priùs mentione de benignitate Dei liberantis à maximis periculis, ad eundem conuertens orationem, ait, illa pericula tribulationésque examinis loco fuisse atque probationis, & purgationis à peccatis, quemadmodum probatum igne ac examinatum argentum non consumitur, sed à scoria liberatur, mundum declaratur, purius euadit. In ista Babylonica captiuitate, de qua hic haberi sermonem volunt, pueri tres in ignis fornacem coniecti sunt [k]; Daniel in lacum leonum [l], alij variis vexati modis, vt omittam eos, quos iustè *fruxit in igne rex Babylonis* [m], etiamsi de lapidatione intelligant alij, vt & per ignem quæque cum igne coniuncta sunt, quamlibet tribulationem, quod alias notatum est: quidam verumque passos, primùm lapidationem, deinde concremationem, sicut diu ante illos Achan [n]. Qua de re consule Chiristophori à Castro nostri commentarium, sanè doctum in Ieremiam, qui demonstrat fuisse illos ipsos impudicos senes, ac iniquos Susannæ accusatores, & iudices. Protectò non illis sed aliis fuisset illa pœna vtilis *ad probationem*, ad *μαρτύριον*. Ignis & ollæ succensæ meminit idem Ieremias crebrò, nec non alij prophetæ, qui de Babylonica captiuitate scripserunt. Istam examinationis per ignem similitudinem ex argento examinauimus alibi [o]. Bene monet Hilarius, Deum non examinare tanquam ignorer, & ad comparandam cognitionem, sed *vt operetur tentatio probationem* [p] eorum, qui examinantur, vt igne purgati, & ab admixtione vitiorum carnalium delæcati, splendeant examinatæ innocentiæ claritate. Omnes historiæ sacræ & Ecclesiasticæ, plenæ sunt exemplis egregiæ istius examinationis & fortitudinis in Apostolis, Martyribus, Confessoribus: de quibus Enarratores hunc locum communiter interpretantur, præterquam Athanasius & Cyrillus in Catena Nicetę, & Epiphanius [q], & Ambrosius [r].

Probasti nos Deus.] Idem Hilarius obiectat sermonem cœptum ex vno referri ad plures, quia vnus est spiritus, & vna credentium fides, *anima vna, cor vnum* [s]. At Hebraice, vt dixi, etiam superiora sunt in numero plurali, & quod prius collectiuè dicitur, exprimitur postea distributiuè. Vera tamen illa & salutaris annotatio.

Igne nos examinasti sicut examinatur argentum.] Hieronymus, *igne nos conflasti, sicut conflatur argentum.* Augustinus, *ignisti nos sicut ignitur argentum.* Duo alia psalteria, & Cassiodorus, *igne nos examinasti, sicut igne examinatur argentum.* Includitur quidem vocabulum *ignis* vtrobique in repetito verbo צרף *tsaraph*, & πυρόω, sed satis intelligitur in argenti examinatione. Celeberrimus est hic locus, frequentissimèque de qualibet vsurpatus tentatione ac tribulatione. Ad eos, quos citaui, adiice [t] auctorem operis imperfecti, qui baptismatum quinque genera ait vnum esse, in igne, hoc est, in tentatione præsente. Idem de igne Cyrillus [u] docet, addita thuris comparatione, quod in ignibus odoris emittit suauitatem, dicítque viros sanctissimos æquo animo hilaríque fronte tolerantes, præsentis loci verba pronunciare, & nimia caritate (quam scilicet *ignis* designat) Deum diligere. Tertullianus [x] non solùm tormenta ignium, sed alia quoque supplicia, & martyria fidei examinatoria, *ignis* vocabulo intelligit, Zachariam [y] citans. Alios proferemus versu 12. qui est de transitu per aquam & ignem. Conflantur reprobi sicut plumbum, quorum *non consumuntur malitia* [z], & excoquuntur, *sed non quasi argentum* [a], ideóque non *argentum* absolutè, sed *reprobum* nominantur [b]. Quod ab Ezechiele [c] scribitur, de ære, stanno, ferro, plumbo, scoria argenti, déque ira Dei conflantis, Eusebius [d] ait Platonem videri transcripsisse, ac vt fabulam, vt Plato ipse vocabat, proposuisse. Videlicet narrabat omnes in eadem ciuitate degentes fratres esse: cùm Deus illos fingeret, aurum immiscuisse, qui ad gubernandum apti sunt: argentum, qui armis ciuitatem defendunt: ferrum, & æs agricolis, aliisque opificibus assignasse: interdum ex auro nasci argentum, ex argento aurum: præcipere magistratibus Deum, vt magnam diligentiam habeant, si quis degenerauerit ab auro in argentum, aut ex argento in peiora, nullo modo ignoscant, sed naturæ congruentem reddentes honorem, in opifices aut agricolas deducant; si à peioribus argentum, aut aurum productum sit; honoretur iste, & ad conuenientem locum argenti vel auri conscendat: si ferrum, aut æs ad regendum peruenerit, ciuitatem destruendam. Permixtum itaque argentum vel aurum vili metallorum aliorum colluuie purgandum flammis est, si fortè consumptis criminibus, ex plumbeo, ferreo, æneo, stanneo euadat quis argenteus totus, vel aureus; ex auaro, contumace, ac diro, & ex hypocrita, contrariis ornatus virtutibus. Quanquam ex arte conflatoria, vel chymica olim plumbum argento purgando permiscebatur, priusquam argentum viuum repertum esset, vt flueret faciliùs, minoréque detrimento excerneretur. Hoc potest censeri Dei auxilium internum, vel externum Angelorum solatium, quo recrean-

a Herm 64.
b 2 de Iacob. c 11.
c Aduũ 4.11.
d hom.5. *Baptismatum quinque genera.*
e Li.1 de in Gē.
ignis caritatis significatio.
f In Scorpiaco.c.7.
g c.13.9.
h Ierem.6 29.
i Esa 48.10.
k Ierem.6.30. l c.22. 18 & seq.
m 13. de præparat.c.23. *A Platone ex Ezechiele transcripta.*

cur

tur igne tribulationis excocti, sed interdum consumitur hoc sine fructu plumbum, non consumptis malitiis [a], vt antè dixi. Laborat sæpe quoque frustra probator, qui *probat* aliorum *vitam* [b], videlicet prædicator, aut prælatus, velut alter Ieremias, non solùm Deus ipse, tot vtens ad expurgandum modis, vt Nazianzenus [c] quoque obseruauit. Rupertus [d], in igneo flammeo gladio versatili ante [e] paradisum obseruat iram Dei cum misericordia, quia significabat non semper eadem districtione claudi hominibus aditum paradisi, & quòd per ignem examinati, & per Angelorum illuc transituri ministerium limus. Tritum etiam profanis res aduersas *igni* designare, ac dicere de illo qui summa obeat pericula, *transisse* (quod hîc versu sequenti est) *per ignes medios*, vel incedere, vel irrumpere, & parasitus ille Terentianus non grauabatur vel è flamma cibum petere.

Vers. 11.] Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro.

Vers. 22.] Imposuisti homines super capita nostra.

Transiuimus per ignem & aquam: & eduxisti nos: in refrigerium.

IGnis examinationem; hoc est, tribulationem declarat distinctius fuisse, quòd permiserit Deus in captiuitatem seruitutémque induci, vt viderentur veluti laqueo & vinculis constringi, quòd grauissimas molestissimásque quasi moles vexationum humeris ac dorso imponi siuerit, ita vt depressi penè succumberent, quòd duros experiri dominos fecerit, incumbentes & insidentes tanquam iumentis, vel etiam pedibus conculcantes, & proterentes, quòd in summa, nullum defuerit ipsis calamitatis genus, per extremas illas duas res, *ignis*, & *aquæ*, satis intellectum. Subdit mutationem benignitatis tandem suæ Deum non obliturum, ex tot malis liberaturum, & ad iucundam, tranquillam, prosperam vitam traducturum. Et literaliter de Hebræis aut in Ægypto, aut in Babylone sumuntur ista, aut mystice de Ecclesia, & quolibet iusto. Nec nunc hærendum diutius, sed in particulari enucleatione, si quid occurrat, asserendum.

Hoc vnum hic notari debet abusos Origenistas, Methodio teste, apud Epiphanium [f], loco isto ad errorem suum, de animarum existentia, peccatóque, vel merito priusquam demitterentur in corpora, vocabant corpora laqueos, veteres matrum, ignem, & aquam, propter calorem, & humiditatem, vel sphæram ignis, & aquas, quæ dicuntur esse super firmamentum, per quæ loca de cœlis delaberentur. Post alia Methodius, eáque, quibus antea docuerat, peccatum nullum admissum ab anima separata, sed ab homine composito ex eadem, & ex corpore, declarat hunc locum totum de martyribus vtriusque testamenti, qui piè ac fortissimè decertantes, gratias agunt Deo. Confirmat id etiam simili loco Sapientiæ [g], & cuiusdam alterius psalmi [h], in quo canitur euasio ab hominibus

A viuos deglutire volentibus, à torrente, aquáque intolerabili, a laqueo: & 25 [a]. qui cum illo nostro affinitatem habet, vbi mentio probationis per *visionem rerum, & cordis*: & Plato [b] pollicetur liberationem ab aqua, & igni. addi verò potest psalmus 16 [c]. eadem continens cum nostro, & cum 25. Adiungit ad martyres exemplum Abraham, Iob, trium puerorum in fornace Babylonis, quos hic innuì antea dixi, vt notat Euthymius. Tandem idem Methodius ait, quòd sibi licebit vbi in die Domini citra dolorem transgressus fuerit ignem, & impetum aquarum, vsurpare cum actione gratiarum præsentis loci sententiam. Eam Bernardus [d] beato Malachiæ attribuit. Porrò refellit Origenem fusiùs Sixtus Senensis [e]. Quo pacto etiam inducat Deus in laqueum, ac tentationem, ità vt *non sinat nos tentari supra id quod possumus* [f], dicam alibi.

B *Induxisti nos in laqueum.*] Hieronymus, *introduxisti nos in obsidionem.* Alij, *in angustum*, vel *in rete*. Videtur Hieronymus legisse cum litera (ד) *resch* מצודה *metsurah*, & qui *constrictionem* vel quid tale reddiderunt. Extat modo cum ד *daleth* מצודה *metsudah*, quod valet *rete*, *laqueum*, *sagenam*, *muscipulam*, quam hic legit Augustinus, & similia. A radice מצר *matsar*, significat *arcem*, *munitionem*, *cauernam*. Et inde potiùs videtur nomen tractum. Hieronymus legisse, ita vt non intelligatur ex his confectum rete, laqueusve, sed ergastulum, in quo dura quis catena vinculóque constringatur, sicut in Ægypto, & Babylone Hebræi. Basilius, Theodoretus, Euthymius, aiunt indicari lacum leonum, in quem Daniel coniectus est. Euthymius, ac Nicephorus etiam *πᾶσαν κακώσεως συνοχὴν, omnem afflictionis complexum, & vniuersitatem.* Vide psalmum 10 5. *Pluet super peccatores laqueos.* De martyribus exponens Hilarius, Cassiodorus, & alij, custodiæ catenas hic accipiunt, neutiquam carcerum, alij etiam strangulationem. Laqueo vitam finire iussi, Dorotheus, & Gregorius, vt memorat Eusebius [h], sed rariora hujus de martyribus nostris exempla, supplicij alioqui apud Romanos vetustissimi frequentissimique. Causa opinor, quod intra carcerem fere tantùm lueretur, vt Petrus Faber docet, martyres plecterentur palam & publicè. Notatu porrò dignum, hic Deum *induxisse* dici, sicut prius *probasse*, & *examinasse*, postea *posuisse*, & imposuisse, quia nihil horum alij facerent, nisi permissi à Deo, mala voluntate alioru vtente bene. Canonis huius extant exempla plurima, traditurque ab Augustino [k], Damasceno [l], R. Mose [m]. Hac de causa Dauid præceptum Semei dicebat a Deo, *vt malediceret* ei [n]. Rabsaces dixisse sibi Deum vt accederet ad terram Ierusalem, & *demoliretur eam*: Nechao iussu Dei venisse, nec impediri debere *cum quo Deus esset* [p]. Propter eandem rationem calamitates illatas à Satana Iob tribuebat Deo [q]. Denique, ne plura, Totila cuidam respondit *Dei se flagellum* esse, & Tamerlanus *iram Dei*, & Alexander se à Deo missum *in expeditionem* [r], & Titus se Deo iracundiam contra Iudæos demonstranti manus [s] præbuisse. De duplici laqueorum bonorum & malorum notione alias egi.

C *Posuisti tribulationes in dorso nostro.*] Hieronymus, *posuisti stridorem in dorso nostro.* Alij, *an-*

a vers. 2.

b 4. 2.

c vers 3.

Præsentis loci sententiæ vsurpatio.
d Serm. de S. Malachia.
e 5 bibl. annotat 185.

f 1. Cor. 10. 13.

g vers 6.

h 8 hist. c. 6. *Variegatissima supplicia apud Romanos fuere.* Iosephus c. 7. *Et vincula.*

i 12. semestr. c. 7. & 9.

k 6. de Ciu. c. 5.
l lib. 4. c. 14.
m 2 directorij c. 48
n 2. Reg. c. 16 10.
o 4. Reg. 18. 25.
p 2. Paral. 35. 21.
q Iob 1. c. 2.

r Iosephus 11 antiq. c. 8.
s Philostr. 6. de vita Apollon. c. 14.

guſtiam in lumbis noſtris, vel *coartationem*, *angoriam moleſtiam*, *morbum conſtringentem*, *tribulationem*, *gemitum*, *catenam*, *ſtrepitum*, *fremitum*, *crepitum*. Chaldæe, *poſuiſti catenam in lumbis noſtris*. Extat vox Hebræa מוּעקה *muhhakah* a radice עיק *hhik*, in hoc tantùm loco? Catenæ, onera, flagella, ſtridorem gemitúmque ac alia ſimilia extorquent. Aliud nomen cum affixo מָתְנֵינוּ *mothnenu* ſignificat *lumbos*. ſed *dorſum*, & *vertre* comprehendit vtrumque lumbum. In Ægypto Hebræi oneribus affligebantur, & opprimebantur à magiſtris operum, & *operibus luti, & lateris, omníque famulatu* [a], *& illuſione*: ſed & *qui præerant operibus filiorum Iſrael, flagellati ſunt ab exactoribus Pharaonis* [b]. Credi poteſt ſimilia paſſos Hebræos in Babylone. Euthymius, Nicephorus, Baſilius, Theodoretus, de verberibus interpretantur in Babylone toleratis, τας πλήξεις, vel, vt inquit Nicephorus, ſunt non ſolum μάστιγες *plagæ*, ſed etiam τὰ βάρη τῶν πειρασμῶν, *graues tentationes*, ſiue onera tentationum aliarum. Lyranus, Treuetus, & alij qui ſequuntur Hebræos, malunt de captiuitate Ægyptiaca intelligere. De Babylonica eſt illud in Threnis [c], *ceruicibus noſtris minabamur*, quod Paraphraſtes explicat de ſarcinis impoſitis ab hoſtibus, cùm deducerent captiuos, aut de lapillis data opera inclusis in ſaccos ad onerandum. Hilarius, Ruffinus, Caſſiodorus, Bruno Herbipolenſis, aliíque, myſticè ſumunt de flagellatis Apoſtolis, quod conuenit & aliis martyribus, & confeſſoribus, nec non etiam iuſtis, atque præterea peccatoribus pœnitentibus, quos caſtigationibus curuat Deus ad humilitatem, vt ait Hugo, vt ſit *virga in dorſo eius qui malget corde* [d]. *Fabricant ſupra dorſum* iuſtorum *peccatores* [e], ſed, vt antè dicebam, ipſemet Deus cenſetur id facere, immo & omne malum quod fit *in ciuitate* [f], ac vbique; non ſolùm permittendo, & ad bonum referendo malitiam peccati, ſed pœnam etiam per ſe conſtituendo. Rectè, facit qui flagellorum ſtridorem, & contuſionem, vt voces Hebræa & Græca denotant, ipſemet ſponte ſuſcipit, & in dorſo ſuo ponit, dico de flagellis etiam externis, quas vocamus *diſciplinas*, de quo argumẽto copioſe doctéque libris tribus Gretſerus noſter nóſq; alicubi tomo priore. Poſſent huc reuocari põdera ferri, & ſaxorum, dorſo, collo, pedibus, ori martyrũ ad cruciandum appenſa. Commodè ſatis locus hic totus de religioſis exponi poteſt. His manicæ compedeſque imponuntur, & collo torques [g], ſed aurei, quia ſpontanei, & ex ſingulari gratiæ diuinæ beneficio: *ſubiiciunt humerum, & portant* diſciplinam, *ne accedentur vinculis eius* [h], id eſt regulis, & aliis oneribus, necnon ſeuerioribus pœnis, vel impoſitis, vel vltro ſuſceptis: impoſitos habent homines ſuper capita ſua, hoc eſt, ſuperiores tum mediatos, tum immediatos, tranſeundum illis per ignem & aquam carnalium tentationum, & frigiditatis, ſeu tepiditatis, ac torporis: vt ſic in domo Dei, in qua degunt, alacriùs offerant holocauſta bonorum externorum corporis, animæ, operum omnium, prout conceptis verbis per labia diſtinctè pronunciatis promiſerunt, idque cum medullis hilaritatis, & incenſo deuotionis, nec bobus parcendo, nec hircis, id eſt, magnis, paruis, ſed cuncta abſque exceptione conſecrent Deo, Paulo aliter de iiſdem religioſis Hugo.

Impoſuiſti homines ſuper capita noſtra.] Sic Hieronymus, quamuis Hebræum nomen ſit ſingulare, אֱנוֹשׁ *enos*, quod *obſcurum*, & *ignobilem hominem*, indignúmque qui commemoretur, ſignificat, ſeu oblitione obrui debeat. Collectiue ſumitur nomen ſingulare, ſicut & ראשנו *roſcennu* cum affixo. Tales Ægyptij & Babylonij idololatræ, quibus Hebræi ſeruiebant. *Imponi ſuper caput alicuius alicuius*, vel vt ſonat Hebræum verbum תִּרְכַּבְתָּ *hirchauhha*, *equitare*, eſt ei ſuperiorem eſſe, ſibique ſubdere, ac ſubiicere, & in illum inſidere atque inſultare, vt eques iumentum, cui inſidet, fræno regit, & calcari, & virga, ipsáque proprij corporis, vel alterius onerisſarcina premit. ſic pſalmo 44 [a]. quod habemus, *proſpere procede*, Hebraicè extat, *proſpere aſcende*, vel, *equita*, צְלַח רְכַב *tſelach rechau*. Sumptam vult Euthymius metaphoram à vetere conſuetudine, vt qui alios deuicciſſent, captiuorum in triumphis colla calcarent. De ea egimus alibi, & omitto petulans Libani ſeruuli exemplum in Plauto [b]. Denique hoc eſt, *fieri hoſtes in capite* [c], *ſubditos in caudam* [d]. Poſſunt etiam intelligi ἐργοδιῶκται, *exactores operum*, qui adeo crudeliter vrgebant Hebræos in Ægypto, vt dixi, ac fortaſſis etiam in Babylone. Paraphraſtes hoc innuit, *inſiſti equitare auctorem exactionis*, vel, *increpationis, ſuper caput noſtrum*. Placet hic ſenſus Lyrano, Treueto, Caietano (hic addit equitatum Pharaonis perſequentem, ac imminentem ceruicibus Hebræorum fugientium) & aliis Hebræorum ſectatoribus. De Babylonica ſeruitute ſunt illa in Eſdræ 2. libro [e]. *Ecce nos ipſi hodie ſerui ſumus, & terra, quam dediſti patribus noſtris, vt comederent panem eius, & qua bona ſunt eius, & nos ipſi ſerui ſumus in ea, & fruges eius multiplicantur regibus, quos poſuiſti ſuper nos propter peccata noſtra, & corporibus noſtris dominantur, & iumentis noſtris ſecundùm voluntatem ſuam, & in tribulatione magna ſumus.* Qui congruant hæc myſtico ſenſu Eccleſiæ, iuſtíſque, nemo non videt, cùm ſub tyrannis, súbque dyſcolis, duris, crudelibus dominis vixerunt, & ſuiſmet *ceruicibus minati* ſunt [f]: ſicut miſeri hodie apud Turcas captiui Chriſtiani terram proſcindere coguntur loro tracti, grauia plauſtra, vel aratra, trahentes. Idem eſt ſi quando tales cõtingat heros & magiſtratus etiam Chriſtianos tolerare, diabolum addit Hieronymus, erectum ſuper contráque nos ad vexandum, probandum, & tentandum, ſed nec hi, nec homines haberent poteſtatem, *niſi data eſſet deſuper* [g] ab eo per quem *reges regnant* [h], & *regnare hypocritam* [i] quoque facit. *Impoſitos homines ſuper capita* propter capitalem ſententiam Caſſiodorus, Bruno Herbipolenſis, Beda, Haimo interpretantur. Hilarius, ob martyres, qui poteſtati irreligioſorum deſecanda felicium capitum colla ſubmittebant. A Deo *impoſitos ſuper capita noſtra* homines, vt ſint ipſi capita noſtra, & noſtra ſubdantur eis, ferre patienter debemus, quamuis improbos & ſæuos, iiſque obtemperare quamdiu contraria Deo non præcipiunt. Hoc Hincmarus [k], Dauidem feciſſe ſcribit, dum regnaret Saul. ac de illo ipſo intellexiſſe cùm iſta ſcriberet. In eodem ſenſu locum hunc vſurpat Piſtenſe Concilium [l]. Senſu adhuc oppoſito qui præſunt aliis, dici poſſunt *habere homines ſuper capita ſua*. Quo pacto Moſes querimonias exponens apud Deum, dicebat, *cur impoſuiſti pondus vniuerſi populi huius ſuper me* [m]? &, *non poſſum ſolus ſuſtinere omnem hunc populum,*

quia

[a] Exod. 1. 11. 14. 3. 5. 7. 8. 17. c. 4. 31. 05. 6. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. b c. 5. 1. 4. 15. 16. 17. 18. 19.

[c] c 4. 5.

[d] prou 10. 13. e Pſal. 128. 3.

[f] Amos 3. 6.

[g] Eccl. 6. 25.

[h] vers. 26.

[a] vers. 5.

[b] in Aſinaria actu 3. ſcena 3.

[c] Thren 1. 5.

[d] Deut 28. 13. 44.

[e] Cap. 9. 36. 37.

[f] Thren. 5. 5.

[g] Ioan 19. 11. [h] Prou. 8. 16. [i] Ioa. 34. 30.

[k] Epiſt. 3. 31.

[l] c. 1. Tom. 3 Concil.

[m] Num. 11. 11.

quia grauis est mihi [a]. Hoc ipsum Mosi soror eius dudum antea prædixerat [b]. Solent etiam profani quemlibet magistratum, *onus, pondus, farcinam* nominare, denique honorem onus appellare. Nomina Tribuum inscripta in Rationali, & in Superhumerali Pontificis, ob recordationem, & memoriale coram Domino, & Iudicium filiorum Israel, hoc designabant [c].

Transiuimus per ignem, & aquam.] *Fornacem* Paraphrastes exprimit cum *aqua*. Lyranus autem, & Treuetus explicant de labore lateres coquendi, & aquam comportandi ad commiscendum. Addit Lyranus *ignem*, qui *deuorauit extremam partem castrorum* populi murmurantis [d], & *aquam* Iordanis populo prætereunte *exsiccatam* [e]. Treuetus item per *ignem* exponit columnam ignis iter nocte ostendentem, per *aquam* rubri maris aquas cedentes, ac stantes à dextris, & à sinistris. Cæteri paræmialem phrasim esse dicũt, qua calamitates omnes sub duobus his velut externis comprehẽdantur. Eadem ratione varij cruciatus inferni *ad nimium calorem*, & *aquas nimium* reuocantur [f], ad fletum, qui colliquescit ignis æstu, fumõque, & *stridorem dentium* [g], quem intensissimum frigus efficit. De illo loco Iob consule Pinedæ dissertationem, Vtitur Philippus presbyter [h] similitudine rigoris, qui præcedit ignem febrium ardentissimum. Elementa maximè hominibus necessaria ignis, & aqua sunt, quo vtroque interdicebant, qui extinctum, ac deletum de hominum societate hominem volebant. Quare *per hæc transire* est multiplici tentari ærumnarum genere: & *trajicere* verbum indicat breuem moram. Loquitur eodem modo apud Esaiam [i] Deus, *Cum transieris per aquas, secum ero, & flumina non operient te, cum ambulaueris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te.* Mundi etiam vniuersi purgatio, expiatioque sicut tam fuit per aquas in diluuio [k], sic erit in fine per ignem [l].

Mysticè Hilarius & alij supplicia Martyrum designari volunt, qui etiam vltro in extructos rogos cucurrerunt, & trepidantibus pœnæ ministris, ignem saltu deuotę festinationis insiliẽrunt, vel in profundum sese aquarum demerserunt, toto ipso se corpore Deo hostiam, tanquam holocausta, præbentes. Nota sunt exempla. Nazianzenus [m] omne tribulationis genus per hæc duo intellexit. Nam, inquit Scholiastes Elias, partim vrunt, partim suffocant: sed imbecilliores, parumque attentos: attentiores verò magisque robustos corroborant, confirmant, consolidant, magis acutos reddunt, sicut ferri acies per ignem & aquam durior elicitur. Ephrẽ [n] præterea in ambobus agnoscit tribulationes. Anastasius [o] Synaita, has voces dicit esse celebrantium diem festum beatorum, qui pro Christo sunt accensi. *Transiuimus per ignem, & aquam, & eduxisti nos in refrigerium.* Plures, Augustino duce, *transiuimus* explicant per aduersa & prospera; quia ignis aduersitatis vrit, aqua prosperitatis corrumpit, & vas igne solidatum aquam non timet, si solidatum igne nõ fuerit, tamquam lutum soluitur, idcirco in exorcizando adhiberi priùs ignem, spiritu immundo clamante, ardeo, postea venire ad aquam baptismi, denique in refrigerium æternæ beatitudinis. Auctor [p] Ecclesiastici *ignis & aqua* tes intellexit aduersas & prosperas: [appósita namque dicit à Deo nobis, vt ad quod vellemus porrigeremus manum, & ante nos constituisse vitam, & mortem, bonum, & malum, vt quod placeret, daretur nobis.] Quæstionem, *An aqua sit dignior igne*, recitat ex Plutarcho Rhodiginus [q]. Indicat Hieronymus [r] *ignem* esse Spiritum sanctum, *aquam*, baptismum, & quod attinet ad *ignem*, hunc esse quem *venit Christus mittere in terram*, cupiens vt arderet [s], & quo Paulus [t] feruere nos volebat, adiungens mox in tribulatione patientiam [u], ideo nos incendio flammaque tribulationis non consumi, & deuorari, quia vox Domini *intercidit flammam ignis* [x]. Ambrosius [y] videtur in *aqua* baptismum, in *igne* ignem, quo sunt purganda etiam iustorum peccata post hanc vitam, interpretari, & ita quidem, vt nec Petrus, nec Ioannes sint immunes. Idem videtur dicere hunc etiam vsurpans locum Isidorus [z].

De hac sententia vltima quod attinet ad *ignem*, egi alibi [a], denique, vt sonat, verum non esse. Exponit quidam, hos Patres de Purgatorio loqui, sicut & iterum alio loco Ambrosium [b]. Cassianus [c] *ignem* vitiis attribuit, *aquam* virtutibus, quæ ardorem illorum extinguant, vt sic ad refrigerium perfectionis, puritate cordis mereamur perduci. Vtraque re tribulationes recte innuuntur, tum igne, tum aqua, vt exemplis multis ostẽdi potest, quæ facilè occurrent, & non semel indicata sunt hactenus à nobis. Bernardus [d] tristia & mollia exponens, ait deorsum esse locũ quem sibi totum vendicat ignis absque gutta etiam aquæ [e], & sursum, quem *lætificat fluminis impetus* [f], *voluptatis torrens* [g], *calix inebrians* [h]. In hoc medio boni & mali scientiam contineri, voluptatis & tribulationis experimentum, diem, & noctem, beatum esse, qui pertransit vtrumque, nec voluptati inhærendo, nec deficiendo in tribulatione. Energumenum illum ex Euangelio [i] diabolus frequenter & in ignem, & in aquam mittebat. Abraham [k] *de Vr Chaldæorum*, Moses *de aquis eductus* [l] etc. Athanasius [m] interpretatur ignem feruentis iræ, & aquam diffusarum voluptatum atque cupiditatũ, quas *transire*, dit in eiusmodi animi passionibus non permanere. Ita quoque Cyrillus [n] Ierosolymitanus scribit sanctos de transitu tentationis piè loqui, & profiteri se in illa non hæsisse. Eiusdem nominis alter Alexandrinus [o] Patriarcha, ignem aquamque tribulationes asserit esse. In Romano martyrologio 2. Aprilis scribitur de Amphiano martyre, quod cùm obnolutus pedibus, lino in oleum intincto & incẽto cruciatus, (id genus cruciamenti tunicæ molestæ simile Baronius vocat) in mare demersus postea fuisset, transiens per ignem, & aquam, *eductus est in refrigerium.* Quatenus ergo prosperitas huius mundi nóxia est etiam ac periculosa, meritò censetur inter tentationes, & quidem grauiores, & opponitur cum rebus aduersis refrigerio pacatæ mentis, tum hic quoad licet, tum penitus perfectè in beatitudine. Nouæ nuptæ veteres ignem apponebant cum aqua in limine domus, & vt significarent puram castámque permanere debere, quia res hæ conferunt ad purgandum: & vt intelligeretur, quia ignis agendi vi præditus est, aqua potiùs patiens, quæ sint viri & fœminæ propria munera: & vt scirent duci vxorem tamquam necessarium quoddam malum, quia

Θάλασσα, καὶ πῦρ, καὶ γυνὴ κακὰ τρία.
Mare, & ignis, & fœmina mala tria.

Produntur hæc à Pierio [p]. Nec absone quis dicat, Christum æstuantem magis amore quàm ipso meridiano æstu, itineríque fatigatione, à

a 1 reg. 14.
b Exod. 18.
c Exod. 28. 9. 10. 11. 15. & seq. 29. 30.
d Num. 11. 2. 33.
e Iosue 2. 10. & 4. 3. 8. 13. & seq.
f Ierem. Per aquam & ignem. Iob 24. 19.
g Matt. 8. 12. 22. 13. 24. 51. Luc. 13. 28.
h In Iob.
i Ierem.
k Gen 6. 17. Ipſ 96. 3.
l Mystica interpretatio.
m Orat. 16. in laud. Eulalii. & Orat. 2. cõtra Iul.
n Tom. 2. serm. ascetico p. 48. 54.
o Lib. 4. hexa.
p Eccl. 15. 17. 18.
a Exod. 4.
b Hier. & in Zach. 13.
c Luc. 12.
d Rom. 12.
e Ibidem.
f Ps. 28. & Ps. 103. Ser. 3.
h Tract. de Nat. Dom. & c. 6. 1. in 2. Ep. Pet.
k in Ps. 36.
l 5. Instit. c. 20.
m Serm. de S. Malach. n Luc. 16. 24. o Ps. 45. 5. p Ps. 35. 9. q Ps. 22. 5.
r Matt. 17. 15.
s Gen 1. 3.
t Exod. 2. 10.
u In Catena Nicetæ.
x Catech. 5. mystagog.
y in Mich. 2. Simplicianus martyr. cruciatus in aqua & igne, inter primos huius martyrii coronatus.
Nouæ nuptæ veteres ignem apponebant cum aqua in limine domus.
Vxor ducitur tamquam necessarium malum.
z Lib. 46 fol. 344.

Samaritana, quam sibi desponsare cupiebat, igne illo suo oblato, aquam exegisse [a]. Fabulantur, vt est apud eundem Pictorium [b], mortalem Thetim partus ex Peleo conceptos in ignem purgandos proiecisse; & Ægypti Sacerdotis thuribulum, aliúdve vas ignarium in aquario pingebant vase, aut phiala, quibus admonerent eluendas sordes ignitionis, & vitij. Quod autem diuinus adhuc, inuiebant, *mare ante Templum* [c], & perpetuus *in Templo ignis* [d] apud Hebræos. *Vidi Ioannes* [e] *tanquam mare vitreum mixtum igne, & eos qui vicerunt bestiam, & imaginem eius, & numerum nominis eius stantes super mare vitreum, habentes citharas Dei, & cantantes canticum Moysi serui Dei, & Canticum Agni.* Hi sunt aquis abluti baptismi, & igne Spiritus sancti, & magis adhuc purgati flammis tribulationum, ac nisi hîc satisfecerint, igne purgatorio, vt sic demum euadant in beatitudinis refrigerium. Arnobius hoc loco aquam baptismi, & ignem martyrij declarat.

Et eduxisti nos in refrigerium.] Augustinus habet, *ad*, pro, *in*. Duo Psalteria, Cassiodorus, & Ambrosius [f], *induxisti*, pro, *eduxisti*. Sed *eduxisti* significant ἐξηγαγες תוציאנו *thoisenu*, pro futuro præteritum, vt Ruffinus obseruat: si nimirum de captiuitate Babylonica, vel de reditu in cœlum fit sermo: proprie autem præteritum, si commemoratio est liberationis de Ægypto, & possessionis promissæ terræ. Pro *refrigerio*, quæ Græcè dicitur ἀναψυχὴ, Hebraicè רְוָיָה *reuaiah*. Apollinarius explicat ἀνάπαυμα *requietem*. Paraphrastes רְוָחָה *reuacha*, *latitudinem*. Alij, *terram irriguam*; vel *saturitatem, abundantiam, copiam*.

Terram promissam literaliter intelligit, *melle & lacte manantem*: mysticè tum præsentis temporis consolationes diuinas, de quibus Cassianus [g], post tribulationes & extincta vitia, &, vt Beda loquitur, propter conscientiam refrigeratam, vt Cyrillus Alexandrinus [h], propter τὸν ἐυκλεᾶ καὶ τρυφὴν, *laborum gloriam, & voluptatem*, tum præsertim beatitudinis æternæ, de quibus fere cæteri omnes. Ephrem [i] verò potissimùm tractans locum istum, ostendit necessariò transeundum tribulationum via ad beata. Innuit quoque præsens tempus, dum explicat quo pacto *serpentes* nos esse oporteat priùs, deinde *columbas* [k]; odio haberi, vt illos, priusquam amemur, vt istæ: antea formicas, quam apes, viles abiectósque, tum industrios: non ante mel cum resurgente Christo edere, quàm lactucas agrestes cum morente: primùm filios obedientiæ per labores, vt cuadamus patres in requie. Hanc vicissitudinem requiri post laborem Dauid Psalmo 114. describit, vt Hilarius hic etiam notauit; *Conuertere anima mea in requiem tuam*, &c. *Placebo Domino in regione viuorum. Pro certo habet omnis qui colit Deum*, inquit Tobias [l], *quia si in tribulatione fueris, liberabitur, quia post tempestatem tranquillum facit, & post fletum exultationem infundit.* Introgressos in illam paradisi amœnitatem, & à materialibus atque mundanis ad illa incorruptibilia, atque perpetua, gratias acturos domino sic dicit Ambrosius [m] his verbis, *Induxisti nos in refrigerium.* Iam cùm transierimus, ait Augustinus, ad illud refrigerium, nullum ibi timebimus inimicum, nullum rétatorem, nullum inuidum, nullum ignem, nullam aquam. Monet autem *refrigerium* non à frigore hic dici, sed propter quietem, & calorem etiam ibi censeri posse vbi refrigerium est, quia ibi non torpescimus: tamen non etiam ibidem æstum esse, quamuis *ferueant Spiritu* [n] beati; nec se abscondat quis à beatificantis Dei *calore* [o]. Cassiodorus ad curas, prius vigentes refrigerium habitudinem dicere vult. Valentia refert hoc ad pacatiora Ecclesiæ tempora sub Constantino. Communior expositio de refrigerio futuræ vitæ, *Iustus enim si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit* [p], & *qui steterit super vias suas, & viderit, & interrogauerit de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulauerit in ea, inueniet refrigerium animæ* [q] *suæ.* Vocat denique Petrus [r] alterius beatæ vitæ statum *tempora refrigerij*. Syriacè ܪܘܚܐ *denuchatha, tranquillitatis, & quietis*, quod Athei nullum concedunt [s].

Vers. 13.] Introibo in domum tuam in holocaustis: reddam tibi vota mea.

Vers. 14.] Quæ distinxerunt labia mea.

Et locutum est os meum, in tribulatione mea.

Vers. 15.] Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum: offeram tibi boues cum hircis.

PRopter veteris beneficia collata populo suo, spémque certam, quam de futuris concipit, spondet nomine populi eiusdem in Babylonica captiuitate constituti, vel suomet ipsius grauem calamitatem tolerantis, fore, vt, si quod maximè confidit, liberare dignabitur Deus, siue seipsum, siue populum, vel populus, vel ipsemet, quemadmodum antea obligauerat seipsum voto, quando vexabat eum tribulatio, offerat in Templo aut in loco Tabernaculi hostias pacificas, oprimáque holocausta, incensum thuris, quod in arietum & aliorum oblatione adoleri solebat, boues denique & hircos.

Variè iuxta mysticum sensum ista sumuntur, scilicet de intrãte intra seipsum, intra Ecclesiam, intra domicilium beatorum, quot accipi domus Dei modis potest. Holocaustum offert qui se totum dicat Deo, absque vlla exceptione, paratus pro Deo quiduis, ac mortem ipsam pati, cum aliis oblationibus bonorum operum, idque intra Ecclesiam, extra quam nihil est gratum Deo, vt sit tandem in cœlo pura prorsus sanctáque victima per omnia placens illi.

Introibo in domum tuam.] Aliquot antea aliis in Psalmis Dei *domum* vocari vidimus *Templum*, & *locum Tabernaculi* sacri. Minor, Euthymium & Nicephorum legere pluraliter εἰσελευσόμεθα *introibimus*, contra communem lectionem, & contra contextum sequentium verborum, quæ ipsimet numero singulari legunt. Videtur etiam ita legisse Athanasius in Nicetæ Catena; & Apollinarius optatiui modi plurali verbo expoluit ἐισέλθωμεν. Quamquam vter sit numerus nihil refert, quia singularis collectiue sumitur pro tota captiuorum vniuersitate.

In holocaustis.] id est, vt annotat Ambrosius [g], cum holocaustis, quemadmodum *in muneribus deprecari* [h]. Affert Ambrosius exemplum ex Psalmo 104. [i] vt ipse legit, *Eduxit eos in argento, & auro*, quod legimus (cum) & ex 43. [k] *Non egredietur in virtutibus nostris*, id est, cum virtutibus. Videtur ex Basilio [l] mutuatus Ambrosius, legensque

a Ioann 4. 7. 10 & 13.
b Lib. 6 fol. 341.
Thuribulum aliud ignarium magnum ad aquarium vas ignem purgantem, assidue Aegyptij.
c 3. Reg. 8. 8.
d Leuit. 6 12.
e Apoc. 15. 2. 3.
f In ps. 118. serm 3.
g 5 Inst. c. 2.
h In c. 1. Mich. c. 3.
i Tom. serm. Graec. pag. 108.
Per tribulationes transeundum ad beata.
k Matt. 10. 16.
l Cap. 12. 22.
m In ps. 118. serm 3.
n Rom. 12. 11.
o Ps. 18. 7.
p Sap. 4. 7.
q Ier. 6. 16.
r Act. 3. 20.
s Sap. 2. 2.
g 2. de S. Sancto, c. 10.
h Ps. 44. 13. 1 vers. 10. k vers. 10.
l de S. Sancto. c. 25.

Augustinum, locum citatum ex Psalmo 104. præpositionem (in) idem admonet. Congerit exempla plura noster Salmeron [a].

Holocausta quid sint, alias diximus, vtque mystice sumantur, tegit Gregorius potest [b]. Athanasius explicat, *παν ὁλοκαυτωμα θυμα οὐρανιον*, *donum cœleste*, vbi se consecrent Deo Apostoli, prouocates alios quoque ad sui imitationem, *ut τας ἑαυτων ὁλοκαυτωματων, instar holocaustomatum*. Docui quoque alibi holocausti rationem conuenire maximè martyrio, quod Hilarius asserit hoc loco, & solitus cum sequi is quem vocant Hieronymum, & alij, ita vt ignis, quo consumuntur holocausta, denoret ignem charitatis, cum qua martyres offerunt sese, atque patiuntur, & sine qua nihil prodest *etiam si quis tradat corpus suum, ita vt ardeat* [c]. Eadem ratio de holocausto religiosorum.

Reddam tibi vota mea.] Votiuas oblationes, & *reddendi* verbum, & nomen Hebræum נדרים *nedarim*, votiuas promissiones Deo factas indicant, quæ obligant, nec retractari, vel non solui propria auctoritate possunt, non sola desideria, optata, animi proposita, quæ interdum vocabulis εὐχῶν, & *votorum* significantur. Et Cassiodorus, Beda, Haimo, vterque Bruno hoc loco accipiunt pro desideriis laudandi ac celebrandi Dei laudes in beatitudine præsertim. Sed neque vota propriè censenda, de quibus aliqui exponunt, cùm in baptismo abrenuntiamus diabolo, & pompis eius, & nomen, ac religionem Christianam profitemur. Non item solemnes preces, quas tenentur aliqui soluere distinctè, & apertè ad intelligendum [d], vt placet Hugoni locum hunc etiam intelligere. Præcessit aliquot locis [e] eadem phrasis, & habetur in sequentibus nonnullis [f], vt aliorum librorum testimonia omittantur. Ex his & similibus alibi argumentati sumus, quanta sit votorum vis ad obligandum, quam hæretici nostri temporis & facto violant, et scripto violari debere suadent, non attendentes *habere se damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt*, sicut *viduæ luxuriantes* post votum, de quibus Apostolus [g]. Præsentem locum, præter Basilium, Theodoretum aliósque nonnullos Enarratores, de promissionibus Deo factis intellexit Fulgentius [h], & Bernardus [i]. Rogo, soror dilecta, inquit Bernardus, vt dicas cum propheta, *Introibo in domum tuam*, id est, in Monasterium, *in holocaustis*, hoc est, in spiritu contritionis, & compunctionis, *reddam tibi vota mea*, id est, me integram offeram tibi in ara cordis, quam tibi voui. Subdit postea, Necesse est, vt qui saluari desiderat, bona, quæ Deo vouit, cum omni deuotione reddat. Quicumque ad gaudia æterna desiderat peruenire, necesse est, vt bona, quæ Deo promisit, studeat adimplere. Vnde Propheta [k]; *Vouete, & reddite Domino Deo vestro*, ac si diceret, vosipsos vouete & reddite, quia necesse est, vt qui vouit, etiam reddat, quia vouendo se debitorem fecit, & melius esset non vouere, quàm post votum promissa non soluere. Hactenus ex Bernardo.

Quæ distinxerunt labia mea.] Hieronymus, *quæ promiserunt labia mea*. Alij, *vouerunt, aperuerunt: quæ diductis labiis voui.* Significat פצה *patsah*, à נפץ *patsah*, amplè ac liberè os aperire, cum lætitia, & cachinno interdum, aut *vorandi auiditate*, vt ibi [l], *Aperuerunt super te os suum*, & [m], *Aperuerunt super te os suum*, & [n], *Ergo Iob frustra aperit os suum, & absque scientia verba multiplicat.* Potest etiam innuere clamorem, & vociferationem calamitosi, & arumnosi, qui oris ac ritûs distinctione implorat opem, multa pollicens liberatori suo. Hoc vltimum congruit magis propositio, & his quæ sequuntur de nuncupatis votis in tribulatione. Qui vouet in tribulatione positus, clare & distinctè illam ei exponit, qui afferre remedium possit, contenta loquitur voce, vt exaudiatur, moueat, & persuadeat. Euthymius, *labia distinguere* idem affirmat esse, ac os loqui, vt proximè adijcitur. Genebrardus bene reprehendit volentes (*quæ*) nominatiui casus esse, & referri ad vota, vt ipsa vota dicantur esse, quæ distinguant labia, id est, faciunt, vt ea distinctè sermonem formant de ipsis internis votis. Articulus *ἅ*, est accusatiui casus. Distinctionem Augustinus, & alij in eo esse volunt, cùm voues, vt te accuses; Deum laudes, te intelligas; & confitearis creaturam, illum creatorem; te tenebras, illum illuminatorem; te mutabilem, illum incommutabilem; te sine illo nihil esse, ipsum sine te perfectum esse; te indigere illo, illum tui non indigere. Remigius addit; te peccatorem, illum misericordem; te mendacem, illum veracem. Rustimus, præter modò dicta, *labius vota distinguere* docet illum, qui præ omnibus aliis eligit Deum sibi, & seipsum offerre ei, quod est aliis votis præferendum: qui mente ac ratione discernit, rectè simul & offerendo, & diuidendo [o], nec mundi lucrum aut gloriam aliquam præter Deum requirendo, quæ vocat labiis internis edita vota. Hugo distinctionem in discretione spectat, reprehendens votum Iephte [p], & omnem *stultam promissionem*, quæ sicut *infidelis displicet Deo* [q]. Item in duobus testamentis, iisque quæ in illis discernuntur facienda. Denique *distinctio* posset conceptam vouendi formam verbaque importare cum distincta expressaque mentione eorum, ad quæ quis promittum fidémque, dum vouet, intendit obligare: quod fieri & attendi diligenter debet. Hæc est *vitta coccinea* quibus labia religantur [r], & *funiculus* eiusdem coloris, index libertatis [s], & iuramenti Deo dati, ac voti, ne *quæ procedunt de labiis fiant irrita* [t], rubricatis Christi sanguine, & hunc sermone libenter, crebróque vsurpantibus.

Et locutum est os meum in tribulatione mea.] Hieronymus, *cùm tribularer*, לי בצר *batsar li*. Alij, *dum esset angustia mihi*, vel, *coarctatio*. Sic Psalmo 119 [u], *Ad Dominum cùm tribularer, clamaui.* Hebraice, לי בצרתה *batsarathah li*, *in tribulatione mea*, & in 85 [x]. *In die tribulationis meæ clamaui ad te*, & in 129 [y]. *De profundis clamaui ad te Domine*, tum locis, tum calamitatibus. Multi sequuntur exemplum illius, qui dicebat [z]:

Cogar opémque tuam timidis exposcere votis.

Nam [1]

[m] *In vota miseros vltimus cogit timor.*

& Ouidius:

Dum peiora timentur
Est locus in voto, sors autem vbi pessima rerum,
Sub pedibus timor est, securáque summa malorum.

Tandem Lucanus [n]:

Nona vota timori
Sunt inuenta nouo.

Testes huius rei tabellæ votiuæ, præsertim propter maris periculum, cuiusmodi [o] alterius poëtæ illa

Me tabula sacer
Votiua paries indicat humida
Suspendisse potenti
Vestimenta maris Deo.

[a] Tom. 1. prolego. 16 pag. 191.
[b] 1. Moral. c. 35. 15. Homil. 12. & 20. in Ezech.
Holocausti ratio maximè martyrio conuenit.
[c] 1. Cor. 13. 3.
[d] 2. Esd. 8. 2.
[e] Ps. 21. 26. Ps. 49. 14. Ps. 55. 13. Ps. 60. 9. Ps. 64. 2.
Quanta sit votorum vis ad obligandum.
[f] Ps. 115. 14. 18. Ps. 131. 2.
[g] 1. Tim. 5. 10.
[h] Epist. 1. ad Gemellum dub. c. 5.
[i] Serm. 62. ad fratrem, seu de modo bene viuendi.
[k] Ps. 75. 12. *bona quæ Deo promittimus, studium est adimplere. Melius non vouere, quàm post votum promissa non soluere.*
[l] Ps. 21. 14.
[m] Thren. 2. 16.
[n] Iob 35. 16.
Labia distinguere quid sit.
Distinctio labiorum in nostri vocatu quæ esse debeat.
[o] Horat. lib. 1. Carm. Ode 5. Videtur Virgil. 12. Aen.

At votorum reddi pelagum sua Deo voluit vota, satisfacere Deo reipse non curant, exque reis olimoxiis damnatique fieri verentur, audiant, exemplique, illi nunc, qui

a Hac lib. 1. Carm. Od. 3.

a Neptunus Deo
Abstrecte pulsa.

& asseri, qui Thetidinco deo prouectum [b] fecerit, siue legitimati, cui, vulgari multorum sermone non dissimili, præterito jam periculo falsi promissio liberatorem sanctum, & imputatorem cui numeratum fuerat votum. Narrat de nescio quo Tritone Hugo exemplum. Contra verò Iouem aliud in vetustis monumentis [c] V. S. L. M. *Votum soluit libens merito.* Multa de vouentibus, cæremoniis, & materia votorum Alexander ab Alexandro [d], & in formulis Basilonus [e]. Ex historia sacra suppetit præter exemplum Iephte, cuius antea meminit, Absalonis [f] etiam exemplum, & Iacob [g]; si reduceret priorem Deum in Ierusalem, si posteriori suppeditaret necessaria. Violantium vota pœnas damnatas multis ex ephe. plurima extant in historiis nostris. Petrus Damiani [h] nonnulla commemorat, & quidem vnum cuiusdam, qui iactatus mari vouerat ordinem religiosum. Docet verò etiam [i] votum quamuis necessitate, vel metu mortis emissum, obseruandum: confirmatque auctoritate libri Numerorum [k]. *Si quis virorum votum Domino vouerit, aut se constrinxerit iuramento, non faciet irritum votum suum, sed omne quod promisit, implebit.* Fulgentius [l] autem, cùm probat ex hoc loco vota implere ac reddi debere, ait, ne quisquam sibi vellet excusationem tribulationis ad frustrandæ licentiam promissionis assumere, nec se putaret voti reum, si se dixisset ad aliquid vouendum non voluntate quidem sua, sed tribulatione compulsum, docere B. Dauidem omnia esse Deo reddenda, quæ fuerint legitimè dumtaxat etiam in tribulatione promissa, quia cùm dixisset Deo, *Reddam tibi vota mea quæ distinxerunt labia mea*, continuò subdit, *Et loquutum est os meum in tribulatione mea.* Profert alia duo scripturæ testimonia, ex Deuteronomio [m], & Ecclesiastico [n]. De hac re dixi alias.

b Chilad. 3. c. 40.

c Lib. 5. cap. 1. libri.

d 2. Reg. 15. 8. f Gen. 28. 20.

g lib. 2. Epist. Pasch. ep. 4. in 17. lib. in 16. Ep. cum 8 Nicol. Epist. 3. lib. 5. ep. 10. & 6.

Nec impunitus voti necessitate vel metu mortis emissum, obseruandum.

k cap. 30. l. 3.

l lib. 1. ad Monim. c. 3.

Vota emissa Deo reddenda, nec licentiæ promissa.

m c. 23. n. 21.

Holocausta medullata offeram tibi.] Varablus, & Pagninus supplent, *agnorum*, vt sit adiectiuum sine substantiuo. Credo quia mentio additur de **arietibus, bobus, hircis, ex quo quadrupedum** genere sacrificabatur, simul cum oue, sed ouem, & agnum Genebrardus comprehendit fortitan sub ariete, quando genera ex quibus tantum sacrificare fas esset, recenset dumtaxat arietes, boues, hircos. Nam in Leuitico [o] mentio est de ouibus & capris, apud Danielem [p] de holocausto arietum, taurorum, agnorum pinguium. Nomen מחים *mechim* aliquando per *agnos* exponitur ab interprete [q]. Solent agni pingues esse, & medulla abundare. Conqueritur Deus [r] victimam oblatam sibi cæcam, claudam, languidam, contemptibilem, debilem. Non repetam quod hic Hilarius monet, Deo per se non placuisse sacrificia externa. Id iam vidimus ps. 49 [s], & 50 [t]. quos citat, & quo pacto debeat intelligi, cum pro eo tempore quo Deus illa præcepit, se exegit, dumtaxat requirat ipsi placuisse. Legimus præterea ps. 62. de pinguedine. Certum est quod eruditi illorum doctores non hæc vouisse, sed [illegible] Atqui Basilius doctrina offerre Ecclesiæ, & consecrare sese, pro hoc fecisse, vt alibi quoque Sacerdotes & Leuitæ hæc offerrent pro

o c. 1. n. 10. p. 3. c. 1.

p Dan. 3. 40.

q Malachiæ 1. 8. & seq.

r cap. 2

s cap. 49.

t cap. 50.

peccatis sacrificiaque in odorem suauitatis, & ipsummet Martyrium, deinde vt ex Gentilibus, aut Iudæis conuerti, qui arcerent, aut triturarent in area Dominici, docendo, & prædicando, postremò vt etiam ridiculi [illegible] necessarii ad docendum, nec ad sacrificandum ordinati, sed aliorum commoti exemplo, ita vt illi sint similes hirci, primi holocaustis medullatis, secundi arietibus, tertij bobus. Auctor operis [a] imperfecti facit hic loquentem Christum, & offerentem Patri rationales arietes, id est, principes Christianorum, boues rationabilem terram colentes, hircos ex Gentibus, qui pro nomine Christi sunt passi, & hos posse intelligi tauros [b], & alia prandij parabolici, sanctos videlicet ecclesiæ **ex vtroque Testamento**, vt firmiter figerentur Tabernaculum, velumque in festo sceneopegiæ, idcirco exempli causa dixisse Paulum, quòd *impenderetur*, & *superimpenderetur* [c], quodque *deliberaretur* [d].

a hom 42.

b Matt 22. 4.

c 2 Cor 12. 15 d 2. Tim. 4. 6.

Tropologicè, ***holocaustum medullatum***, siue **pingue, de quo etiam in ps. 19** [e]. est, vt Gregorius [f] docet, bonum opus corde humili, etiam per lacrymas irrigatum. Cùmque vitiorum quos Creatoris sui inhiat, ad æterna contemplationis gaudia peruenire festinat, ipsum ex amore, quo accenditur, in fletibus macrat. Augustinus negat holocaustum offerri alibi quam in domo Domini posse, hoc est, in domicilio beatorum: nec enim penitus antea consumi igne diuino, quam mors absorbeatur in victoria: medullam esse caritatem internam, qua Deo placere penitus studemus. Addit Cassiodorus fidei efficacis pinguedinem, & firmitatem. Nicetas, Athanasium, Cyrillum, Basilium citat, declarantes, offerre arietes qui mactat & mortificat κινήσεις τὰ ὁρμὰς motus, & impetus, excitatos ἀπὸ τῦ θυμικῦ τῆς ψυχῆς, *ab irascibili animæ parte*, vel qui exhibeat λογισμοὺς ἰσχυροὺς, qui *passiones compescant*, quosque *cornibus petant* τῷ πάθη κερατίζοντες: boues sacrificare, qui seipsum offerat Deo hostiam viuam per actiones honestas: hircos, opera reliquentia, **quoniam pro peccato offerebantur: incensum bonum, odorem de animo puro expirantem.** Videntur hæc Euthymius & Nicephorus transcripsisse. Arnobius, *holocausta medullata* de oratione facta spiritu ac mente interpretatur: *incensum arietum*, de zelo repugnandi hæreticis: *boues*, de prædicatione: *hircos*, de subiugatione libidinis. *Gladius Dei discretor cogitationum, & intentionum cordis pertingit vsque ad diuisionem animæ ac spiritus, compagum quoque, ac medullarum* [g], & diuidicat an infit intus medulla, eaque irrigentur ossa nostra [h] veræ deuotionis, atque caritatis, an sint *arida ossa* nostra, *vt cremium* [i], an abundemus *medulla olei, vini, frumenti* [k], hoc est, misericordiæ, compunctionis, scientiæ.

e hom 40.

f Hom 20. in Ezech.

g Hebr. 4. 12.

h Iob. 21. 24.

i Psal. 50. 4. k Num. 18. 12.

Cum incenso arietum.] Ita etiam Hieronymus, qui reprehendit aliam lectionem, μετὰ θυμιάματος & τῶν κριῶν, *cum incenso, & arietibus*, quia in Hebræo, inquit, est עם קטרת אלים *simul ketoreth eim*, scilicet absque coniunctione. Hanc tamen habent non tantum Græci codices bibliorum, & enarratorum, sed etiam Latina duo alia platerna, Hilarius, Augustinus, Cassiodorus. Ita quoque Paraphrastes Chaldæus legit, interpretans, *cum suffitu, vel thure aromatico, sacrificiaque arietum.* Qui tollunt connectionem, exponunt tam sensum habeo tibi arietum adipe, vt Theodoretus, Lyranus, Caietanus. Trelmannus. Genebrardus,

Agellius,

Agellius, Vatablus, & fermè quotquot ex Hebræo vertunt, explanantium. Iansenius id refellit, quia *incensum* propriè dicitur suffitus thuris, Græcè θυμίαμα; quia cùm dicitur, *offeram tibi holocausta cum incenso*, &c. significatur *incensum* esse diuersum ab holocaustis, inter quæ videlicet vnum est ex arietibus: quia Græcè extat μετὰ θυμιάματος καὶ κριῶν, *cum incenso, & arietibus*; quia legendo etiam cum vulgata; *cum incenso arietum*, explicari potest, offeram holocausta arietum cum incenso, vt nempe, quod fieri solebat, inter libamina, quæ offerebantur, cum libaminibus thus esset. Sed & non Græci tantùm, verùm etiam Latini fere ita *incensum* accipiunt, dum per id orationem interpretantur, alibi cum incenso comparatam [a]. Apollinarius vocat μύρα ἡδύοσμα καπνὸν, *pigmenti fragrantem fumum*. Potest quidem קטר *hikter* esse *suffire*, & *adolere adipe victima* [b], licet altare מקטר *miktar*, sit id quod vocatur *thymiamatis*, & *thuribulum* מקטרת *miktereth*, tamen θυμίαμα, & *incensum* pro alio quàm pro aromatico odore vix videtur sumi, ac ne vix quidem quod sciam, si propriè loquamur. Quare fateor me non aliter intelligere, nec aliter posse, sed non hoc nomine arbitror me inscitiæ reprehendendum à Genebrardo. Concedo quod ille tamen non obiicit, dici *arietem offerri in incensum super altare oblationem Domino*, & *odorem suauissimum victima Domino* [c], & *Deum odorari odorem suauitatis*, cùm victimæ mactantur ei [d]. Sed quidquid sit de aliis editionibus locorum, in quibus id habetur (in priore correcti codices habent θυμίαμα, pro θυσιασμα) nego, *incensum*, & θυμίαμα, propriè aliud valere quam quod dixi; cùm ita verò sumi possint, eo etiam modo hîc debere nos sumere, quia sic sumunt passim Græci & Latini Patres. Campensis declarat (offeram tibi holocausta pinguium, & cum suffitu arietes, vel & victimas arietum) quasi Hebræa dicta vox pro *victima* etiam vsurpetur. R. Esaias Tranensis exponit de suffitu, eáque omni re, quæ super altari adoleretur. Non est ratio cur commenderetur potiùs nidor arietum, quam aliarum victimarum, neque quare incensum odoriferum potiùs intelligatur adhibitum arietum sacrificio, quàm animalium aliorum. Quapropter sensus est, offeremla holocausta arietum, & aliorum animalium simul cum incenso, non qui sit nidor, hic enim non est diuersa res à crematis animalibus, sed excitatus ex odoriferis rebus, vt ex thure, odor, super altare thymiamatis, præsertim quod erat à victimarum, seu hostiarum altari diuersum. Felix quoque réddidit *cum thure*, aut *suffumigatione*. Incenso, thure, odoribus in sacrificiis vti solenne fuit legi veteri, ethnicis etiam, & religioni Christianæ. Tractat de thymiamaterio, thuréque Ioannes Stephanus Durantus [e] copiosè. Magi thure oblato [f] Christum professi sunt inter alias causas sacerdotem, Deúmque, vt Patres tradunt [g]. *Thymiamatis* veteris mentio fit in Exodo [h], & thuribuli, quo vsus est Aaron, vt *ignem vastantem* cohiberet, in Numeris [i]. Arnobius [k] thuris vsum recéntiorem scribit in Gentilibus sacris fuisse, hoc est, post Romuli tempora. Lege Brissonium [l] in formulis, & Alexandrum ab Alexandro [m], cum Tiraquello, & quæ diximus ipsi Commentario libri Sapientiæ [n], vbi de dicto Aaronis thuribulo. De incenso, vt orationem designat [o], alio loco egimus [p].

Incensus, thura, odoribus in sacrificiis vti solit. in lege veteri, ethnicis & Christianis.

a Ps. 140. 2.
b Leuit. 17. 6.
c Exod. 29. 18.
d Gen. 8. 21.
Θυμίαμα.
e Lib. de ritibus Eccl. c. 9.
f Matth. 2. 11.
g Citat. Ioan. Steph.
h c. 30. 34. & seq.
i c. 16. 47. 48.
k lib. 7.
l In 1. pag. 26.
m lib. 1. c. 7. n. c. 18. 21.
n Ps. 140. 2. Apoc. 8. 3. 4.
o In lib. Sap. c. 18. 21.

Offeram tibi boues cum hircis.] Hieronymus, *faciam*, pronomine omisso. In emendatis Græcis bibliis est, ποιήσω, *faciam*, in aliis, ἀνοίσω, *offeram*. Est עשה *chiseseh*, *faciam*, id est, sacrificabo, vt apud Poëtam [a]:

Cum faciam vitula.

Quem imitatus alius [b] cecinit,

Pro populo faciens.

De qua dicendi formula Macrobius [c], extántque apud auctores Latinos, & Græcos exempla. Hi δρᾶν, ἔρδειν, ῥέζειν, ποιεῖν vtuntur. Telles [d] Athenæus, quòd οἱ παλαιοὶ τὸ θύειν δρᾶν ἀνόμαζον. *Veteres sacrificare, facere nominauerunt*: Rem diuinam facere crebrò sic dicunt Latini [e], aut rei diuinæ operam dare [f], aut operari, & quod Varro [g] ait, *Dij facientes adiuuant*, Muretus [h] interpretatur *operantes sacris*. Idem autem Varro [i] Q. Scæuolam refert voluisse nomen *Pontifex* dici, quòd sit potens facere, id est, sacrificare. Enarratores boni, Virgilij, de nostris Pontanus, & Cerda, & præterea Salmeron [k], atque Pineda [l], necnon Ioannes Stephanus Durantus [m], & hoc loco Ioannes Bochius, item Baronius [n], differunt super hac notione verbi eruditè. Hoc sensu dici potest dixisse Christum, Eucharistiæ instituto sacrificio [o]: *Hoc facite in meam commemorationem*. De sacrificio verba Christi qui exponant, veteres Patres producit Ioannes Stephanus Durantus [p]. Id sibi velle quoque potest, quòd pater *eum, qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecisse* scribitur [q], & quòd *qui in sacrario operamur, quæ de sacrario sunt, edunt* [r], & quòd *fecerunt* parentes pro Christo, *secundùm consuetudinem legis* [s], denique *facere hircum* [t], *& bouem* [u], *vitulum* [x], *phase* [y], est hæc offerre ac sacrificare. Hac ratione putant aliqui *animas fecisse in Haran*, dici Abraham cum vxore [z]: quia dicassent ac veluti sacrificassent Deo: sic Iob *faciebat cunctis diebus pro filiis* [a], hoc est, sacrificasse. Ratio est, quia quod in sacris præconis edicebatur clamore, *hoc agendum* [b]; summo apparatu, ornatu, sedulitate peragi sacrificium debet: quod adhuc nos præconium monet, idem Latinè esse *agere*, quod sacrificare, vt demonstrat Brissonius [c].

Quod attinet ad *hircos*, Hilarius expendit nomen Græcum χιμάρων, eos hircos qui eduntur, seu nascuntur hyeme, eodémque vocabulo *tormentes* appellari, significari autem nempe mysticè per istos ita nominatos hircos, eos quos ipsa persecutionis tempestas in martyrij gloriam generat, sequendo exemplum aliorum, sicut latro in ipsa sua damnatione confessus est [d]. Laudo piam interpretationem Hilarij, sed non hoc tantùm loco quod ipse ait, scriptura vocem illam Græcam vsurpauit χιμάρων pro hircis, siue hœdis, alibi τράγων. Lege Leuiticum [e], Numeros [f], Paralipomena [g], Esdram [h], Micheam [i]. Omitto quòd non appellatur torrens χίμαρος, sed χείμαρρος, licèt aliquando absque diphthongo hoc, & similia scribantur, & alterum (ρ) intercidere possit, vel dici, per allusionem locorum Hilarium. Præteriri notatio tota poterat, vt minoris momenti, nisi tanti Doctoris præiudicaret auctoritas, quam viri etiam docti inexaminatam sequuntur, vt Bredembachius fecit. Longior fui, nec opus de mystico sensu afferre plura. In fine est סלה *selah*, & διάψαλμα.

a Virg. ecl. 3.
b Iuuen. Sat. 9.
c lib. 3. c. 2.
d lib. 14. c. 23. Δρᾶν. Ἔρδειν. Ῥέζειν. Ποιεῖν.
e Facere pro sacrificare. Loci Varronis & Muretus interpretatio. Pontifex vnde dictus. Plaut. Curcull. Ammian. l. 22. Cic. pro Mure.
f Plaut. Curcull.
g § 1 de re Rustica.
h in Tibullū 1. 2. de Imp. Lat.
i 10. q. tract. 27.
k In Iob c. 1. vers. 5.
l In de ritib. Eccles. c. 3. & 41.
m In notis ad diem 9 Apr. & Luc. 22. 19.
n 1. Cor. 11. 24.
o Supra c. 1. q. 2. Cor. 5. 21. & 9. 15. & 9. 23.
p Luc. 2. 27.
q Leuit. 5. 18. & 14. Reg. 18. 13.
r Ezech. 46. 22. 24.
s Num. 9. 2. 6. 10.
t Gen. 12. 5.
u Iob. 1. 5. Agere quid sacrificare.
b Plautus in Numa & in Coriolano & alibi. Apud Festum in formulis l. 1. pag. 14 & 17.
c ibid.
d Luc. 23. 41.
Χίμαρος.
e c. 4. 23. c. 9. 3. 29. c. 10. 16. c. 16. 1. 7. 15. 18. c. 21. 22. 27. c. 23. 19
Χείμαρρος.
f c. 7. 16. 7. & alibi eodé libro sæpè
g lib. 2. c. 29. 21. 21.
h lib. 2 6. 17. c. 8. 15. c. 6. 7.

Vers.16.] Venite,audite,& narrabo,omnes qui timetis Deum , quanta fecit animæ meæ.

Sensus lem.

REdit ad prouocationem , & inuitationem priùs non semel positam : quem reditum , & mutationem , conuersionemque orationis indicari per diapsalma Hilarius existimat. Quidquid de hoc sit , quod alibi ostendi perpetuum non esse , quos antea inuitauit ad videndum & celebrandum terribilia opera Dei , Deúmque ipsum *terribilem in consiliis super filios hominum* , hoc est , in cura & prouidentia de hominibus , nunc exemplo præit , atque demonstrat in seipso eiusdem curæ ac prouidentiæ effectum. Alloquitur porrò illos , qui Deum timent , quasi iam persuasos Dei terribilia esse opera, Deúmque terribilem,& omni veneratione obseruantiáque dignum. Iubet ne mirentur si tam multa offerre se dixerit Deo velle , & vt audiant quanta in eum Deus beneficia contulerit,quóque pacto celeriter exaudierit , videlicet abhorrentem ab omni peccato, & iniquitate,ac ipsum semper & in aduersis , non minùs quàm in prosperis laudantem. Verùm hoc sequentibus versibus continetur. Vult vt hinc discant alij petere similia his quæ acceperit ipse, spémque in Deo locare,sicut fecit ipse. Etsi verò vnus hîc loquitur, & alios ad audiendum excitat, non sequitur vnum pro se tantùm loqui, vt Agellius argumentatur,non pro populo vniuerso, aut vniuersum populum ipsum. Potest populus bene multus alios populos inuitare , scilicet Hebræus in captiuitate alios eiusdem gentis suæ, qui remanserant in patria , vel etiam quoscumque per orbem , qui verum Deum colerent, quamuis non Hebræo ritu : & mysticè Christianus populus omnes infideles & alienos à vera religione. Apostolos Athanasius interpretatur Saluatoris mirantes miracula , quæ is omnium nostrûm animabus largitus est.

Agellii argumentatio.

Venite,audite.] Alia psalteria , & Hilarius , Arnobius, Cassiodorus inferunt (*&*) & psalterium Romanum (*me*) in fine. Omittit etiam primum verbum Apollinarius , metri fortassis causa, cùm alioqui habeat *ἐύφημον*. *Audite* hîc dicit,suprà [a], *videte*,quia ibi de magis communibus,& expositis omnium quasi oculis ac intelligentiæ , loquebatur operibus Dei ; nunc de magis particularibus ac nondum factis , sed futuris , quæ non nisi alio narrante cognosci possint. Placet Hugonis troprologia , vt *venire* sit per fidem ; *audire* , per obedientiam. *Accedemem ad Deum oportet credere* [b] nimirum, credendo accedere. *Appropinqua , vt audias*,ait Ecclesiasticus [c]. & Iosue [d]: *Accedite huc,& audite verbum Domini* , & Moses [e] : *Qui appropinquant pedibus eius , accipient de doctrina illius.* & iterum Dauid noster [f] : *Venite filij, audite me.* Aiguanus respiciens ad inuitatorium Matutinalis officij,distinguit varia quasi cantorum inuitatoria dicentium , *Venite :* voluptuosorum [g] , malitiosorum [h] , superborum [i], bonorum [k] , quod qui admittunt,audituri erunt, *Venite benedicti*,&c [l].

a vers.5.

Tropologia.

b Hebr.11.6.

c c.4.14.
d c.3.9.
e Deut.33.3.

f psl.33.12.

g Sap.2.6.
h Ierem.8.3.
i Genes.3.
k psl.91.14.
l Matth.25.34.

Et narrabo.] Addit psalterium Romanum , & Gallicanum , & Cassiodorus , Hilariusque, *vobis.* Hic verò,& psalterium Gallicanum, *enarrabo.* Est hyperbaton, sic euoluendum , *Venite , audite omnes qui timetis Deum, & narrabo.* &c. *Narrandi* verbum *διηγήσεως* & *ספר sapher*, distinctam commemorationem significat , & accuratam enumerationem, qua vti solent, qui grati animi causa,vel, vt alios instituant, res recensendo suas. Simplicitatem notat Hugo in proponendis absque argumentis diuinis iudiciis,beneficiis, mysteriis. Horum certè reddi exactè ratio nequit , quamuis quibusdam rationum adminiculis illustrari & confirmari possint.

Omnes qui timetis Deum.] Cassiodorus , *Dominum.* Per *timentes Deum* [a] , aliàs docui , proselytos à nonnullis intelligi. Possemus & hîc cum illis intelligere illos etiam , qui ex Gentilibus accedere velint ad Ecclesiam , si mysticum sectemur sensum,& in lege naturæ ita per Dei gratiam viuant, vt ad magis explicitam fidem sint magis dispositi. Ea notio pro proselytis ex adiunctis attendet, & eorum ratione vera est. Alioqui non videtur vbique ad illos restringenda , vt , *Timentes* [b] *Dominum glorificat : Qui* [c] *timetis eum laudate eum. Vota* [d] *mea reddam in conspectu timentium eum. Non est* [e] *inopia timentibus eum. Quam* [f] *magna multitudo dulcedinis tuæ Domine , quam abscondisti timentibus te. Immittet* [g] *Angelus Domini in circuitu timentium eum. Dedisti* [h] *hæreditatem timentibus nomen tuum. Prope* [i] *timentes eum , salutare ipsius. Particeps* [k] *ego sum omnium timentium te. Corroborauit* [l] *misericordiam suam super timentes se. Misericordia Domini ab æterno , & vsque in æternum super* [m] *timentes eum. Escam* [n] *dedit timentibus se. Conuertantur* [o] *mihi timentes te. Beati* [p] *omnes qui timent Dominum. Voluntatem* [q] *timentium se faciet. Beneplacitum* [r] *est Domino super timentes eum.* His locis, vt alios aliis ex libris præteream , alij præter proselytos intelliguntur , nec Hebræi duntaxat , sed vbiuis gentium colentes Deum , atque timentium Deum eadem nunc acceptio.

a Act.2.11.

Mystica expos.

b psl.14.4.
c 2.Esd.18.19.
d ibid.16.
e psl.33.10.
f psl.30.20.
g psl.33.8.
h psl.60.6.
i psl.84.10.
k psl.118.63.
l psl.102.11.
m ibid.17.
n psl.110.5.
o psl.118.79.
p psl.127.1
q psl.144.19.
r psl.146.11.

Quanta fecit anima mea.] Alij , *quæ.* Valet ὅσα *ascer , quæ :* simul etiam *quacumque , quotcumque,* quod etiam *quanta* significat. Ardens amore , & memori gerens amatorem beneficum mente, apud omnes exponere singillatim beneficia illius gestit , nec narrandi finem vllum reperit. Confirmat huius loci testimonio Thomas [s] paralytici factum nuntiantis Iudæis se à Iesu sanatum fuisse [t] , vt manifestaret, inquit, Christi virtutem ad sanandum. Causam præterea dat Cyrillus [u], vt medicum indicaret, si quis fortè sanitate indiguisset. Chrysostomus [x] , vt tanquam gratus,auctorem beneficij prohiberetur. Non fuit piger , ait Augustinus [y] , in euangelizando quem viderat. Christus quandoque exigebat [z] , interdum vetabat [a] , euulgationem suorum miraculorum , quibus curabat. Cuidam à quo exegit , dixit [b] , *Vade in domum tuam ad tuos, & annuntia illis quanta tibi Dominus fecerit , & misertus sit tui. Ille mox abiit , & cœpit prædicare in Decapoli , quanta sibi fecisset Iesus* [c]. Discrimen horum iussorum alibi assignaui. Quæ *fecisse* intelligat Deum *anima sua* Hilarius explicat iam priùs dicta , quòd posuisset eam in vitam , quòd induxisset in refrigerium, quòd introitura esset in holocaustis domum Dei. Vult Augustinus , & alij, quæ sequuntur esse illa, quæ vellet animæ suæ facta narrare.Eiusdem Augustini salubre monitum non inanibus narrandis rebus teri tempus debere , quantum pateat terra, quantùm distendatur cœlum , quot sint sidera, quæ vices Solis & Lunæ,& alia,quæ qui multùm curiosè quæsierunt , creatorem ignorarunt. Disserui alio [d] loco de commodis piæ narrationis earum etiam rerum,quæ à nobis ipsis, & à nostris geruntur , sed per gratiam Dei , cúmque ea moderatione

s In Ioan.c.5. lectione 2.
t Ioan.5.15.
u 2.in Ioan.c. 131.
x Hom.17.
y Tract.17.
z Marc.1.9. 2.c.1.44. c.5.43.
b c.8.19.
c versic.10.

Salubre Augustini monitum, de non terenda tempora in manibus rebus narrandis.

d Act.14.26. c.15.12.c.21. 19.

deratione, quæ tuentes Deum decet, non mentantes animus quam audientes. In Hebræo verbo נשׂע *hoscah* allusio videtur ad illud præcedentis versus, *efferam tibi hostias cum ambitu*: ubi erat, נשׂא *hoscah*, *precibus*, *rogabo*, *faciam*.

Vers. 17.] Ad ipsum ore meo clamaui, & exaltaui sub lingua mea.

Vers. 18.] Iniquitatem si aspexi in ore meo, non exaudiet Dominus.

Vers. 19.] Propterea exaudiuit Deus, & attendit voci deprecationis meæ.

HÆc videtur summa tantarum illarum rerum, quas *anima sua* dixerat Deum *scisse*, cùm se diffideret partem esse posse tam multis recensendis. Cum ore clamarem ad Deum flagitans opem, intérque clamandam lingua filium celebrarem, protestando ab eo vno expectandam salutem, ita vt mihi male conscius non essem, nec prauo cum precarer intentione, sensi exauditum me ab ipso, & votis meis annuisse, quod profectò non sentiebam, nec expertus essem, si animum ad iniquitatem applicuissem. Vult Augustinus beneficium indicari gratiæ Dei, vt verus præponatur, & inuocetur Deus, non idola. Hugo vocat gratiam orandi, qui appellatur *spiritus precum* [a]. Bruno Carthusianus, *puritatem innocentiæ*.

Ad ipsum ore clamaui.] Hieronymus, *ipsum ore meo inuocaui.* Sed editio nostra rectius exprimit præpositionem אל *el* & πρὸς. Pleonasmus est: *ore clamare*, sicut & *voce* [b], & *gutture* [c]. Quanquam clamor quoque quidam sit affectus, & animi & cordis [d], sicut Moysis [e]. sed hanc dicendi formulam expendi alias. *Non vox, sed votum clamat in ore Dei.*

Et exaltaui sub lingua mea.] Aliquot codices habent, *& exaltaui*, vt Beda meminit, sicque legit Haimo, Bruno Carthusianus, Hugo, Rufinus, Remigius, Rickelius, Ludolphus Pampolitanus, Turrecremata, Rainerius, alij, necnon, præter enarratores, Gregorius [f], & quod miror, etiam Lyranus. Reprehendit id merito Treuerus, nam Hebraicè est רוֹמַם *romam*, Græcè, ὑψῶν. Quare frustra exponitur de lætitia spirituali. Occurrerunt iam prius non semel similes permutationes verborum *exaltauit*, & *exaltando*, vt poneretur vnum pro alio. Ex Hebræo melius verteretur, *& exaltans* est (nimirum Deus) *sub lingua mea*: nam hoc valet רוֹמֵם *veremam*. legerunt forte alij omissa contingente litera (ו *vau*, cum (א *aleph* in futuro אֲרוֹמֵם *aromem*, quod pro præterito ponitur, vel, רוֹמַם *romam*, siue רוֹמֵם *romem*, (qua permutantur puncta ista) adhuc sumpserunt, *exaltans*, scilicet fui, *cum sub lingua mea*: quod est, exaltaui. Hieronymus legit, *in lingua*: quamuis תַּחַת *thachath* propriè significet, *sub*. Chaldaicè, *laus eius sub lingua mea* משבחנה תחות לשוני *thusbachetch thechoth leschoni*. Euthymius, & Nicephorus obtendant, ὑπὸ τὴν γλῶσσαν, *sub linguam*. idem esse ac ἐν τῇ γλώσσῃ, *in lingua*, sicut, ait Euthymius, illud, *sub lingua eius labor, & dolor* [g], & [h] *venenum aspidum sub labiis eorum*, addit [i], *mel & lac*

A *sub lingua tua*, id est, in lingua, in labris. Exponit idem Euthymius *exaltasse linguam*, Nicephorus, *vocem*. Multò melius ictus, vt dicatur exaltasse sub lingua, vel in lingua, Deum, siue *sub lingua* manu intelligitur in corde, ait ille, cultus, intra *conuentum* [a], quidam tacita voluntate eloquio, cum cordis puritate, vt Hilarius, & patres alij Latini loquuntur. est namque sub lingua תחת proferentem ad cor: hoc infantilius, ac voce prædita: quam præ dolore acerbitate continuare clamorem non potest: vulgò dicimus, *parlar forte voce*. id est, vt significet, attendisse, ac in promptu habuisse verba, quibus exoraret Deum, sicut e contrario os impedi cuiusquam dicitur *mandibulis premere*, & vt ante retexit, *sub lingua sua latere*, *& alia*. Credo Euthymium ad Symmachum allusisse, qui sic transtulit, *si aspexi in cogitatione*, ὑπόνοιαν παρεμβαλὼν ἀντὶ γλώσσης μου, quod explicat Theodoretus, Ratum vt obtenti preces, accepi quod petebam, & lætitia repletus ad hucharisticum, seu gratiarum actionis hymnum linguam moui.

B *Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus.*] Hieronymus, *si enim*, præfectum Romanum, & Gallicanum, & Cassiodorus, ac Italus, item Gregorius [b], *si cogitaui*. Augustinus, *respexi*, *aspexi*, *conspexi*. Ilarius, *si cogitauissem*. Plateritum Gallicanum, *non exaudiret me*. Hilarius, Cassiodorus, Arnobius, Plateritum Romanum, *Deus*. Cassiodorus, & Arnobius, præterea Gregorius, *non exaudiat*: quo modo etiam Lxx. *μὴ εἰσακούσεται*, & Symmachus eodem pacto, vel, *μὴ ἀκούσεται*. Affirmat Agellius ita præterea in plerisque Romano legi. Eandem constructionem deprehendo, nihil ante quemquam vius est ab ils aberrato, qui præstant. In eorum parum est momentum: verbi *exaudiendi* diuersitas mutat sensum. Nam si legamus, *non exaudiat*, imprecatio erit, ne Deus, siue Dominus, exaudiat, sed omnia diuinæ sit cum benignitatis, vt exponit Theodoretus, de populo, qui imploret liberationem a seruitute, atque reditum in patriam, si animum faciat attentus ad malefacta, & animo addictus ad scelerum inferendas. Pro *exaudiet*, sed lit apud Patres *exaudiuit vitam*, *nequam cogitationem meam* [c] vel etiam, si admiserit impietati. Lilæque religioni, quæ vigebat in Babylone, ad quæ, verba gratia, tres pueri cum Daniele tanquepere abhorruerunt. Scio, & memini non semel vsurpari futura pro imperatiuis, & verum est huiusmodi imprecationes esse in vsu, quod primo 7 [d]. videtur, vbi licet & Lxx. non bene interpretatus Auctor operis imperfecti. in Matth. Damasus de sua iustitia confidens. ea itaque quæ Græci declarant, & ex Latinis Ambrosius indicant verò etiam Cassiodorus & Prosper Aquitanus, de receptoribus, Beda Venerabilis, & Agobardus. Placet magis tamen sententia communior, simplicior, vt indicetur, Deum non solere peccatorem exaudire, & vt *exaudiet* exponatur hic locus cum Theodoreto, Ianseno, Vatablo, Genebrardo, Bonauentura, Placido, & aliis, si confessus fuisset peccatum, nimirum id studens pœnitentia delere, non exaudiret Deus, aut non exaudiret si talis fuisset ejus a natiuitate, quem curauit Christus, gratuitas atque libere pronuntiauit [e]: *Scimus, quia peccatores Deus non audit, sed si quis Deus cultor*

est, & voluntatem eius fecit, hunc exaudit. Origenes [a], & Augustinus [b], docent pronuntiatam sententiam falsam à nondum illuminato per fidem. Leontius, Euthymius, Theophylactus [c], locutum volunt de miraculis, quæ faciat quis in confirmationem innocentiæ, & sanctitatis suæ. Addit Toletus [d], peccatorem simplici oratione sua non impetrare miraculum absque vllo signo Christi, aut Ecclesiæ, per quod comprobetur veritas illorum, & sanctitas, & virtus: Christum solo verbo suo, vel facto proprio, vel oratione simplici, edidisse miracula. Idem iudicium de verbis illis aliis nonnullorum Pharisæorum [e], *Non potest homo peccator hæc signa facere*: & Nicodemi [f]: *Nemo potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.*

Vniuersè loquendo constat peccatorem deposita peccandi voluntate, nec petentem, quæ ad peccatum spectant (quod est, *iniquitatem aspicere in corde suo*) sed ad salutem animæ præsertim aut corporis, etiam exaudiri posse: præterea quandoque dum induit Ecclesiæ personam, vtiturque precationibus eius: ad hæc ob sacrificij dignitatem: propter fidem, atque deuotionem eorum pro quibus orat: vel merita, & intercessionem sanctorum, vel fidei propriæ firmitatem, vel quia confert valde quod petit ad commune bonum, & gloriam Dei. At quibus tandem cumque peccator oret modis, verum etiam est nunquam exaudiri peccatorem ex dignitate suæ personæ, aut meriti, sed ex Dei gratia, misericordia, benignitate. Lege D. Thomam [g]. Nauigans cum sceleratis Bias, qui orta tempestate, Deorum implorabant opem: *Silete*, ait, *ne vos hic isti nauigare sentiant* [h]. *Nos peccauimus*, inquit querulus Ieremias [i], *idcirco tu inexorabilis es*, videlicet intelligit quorum scripta veluti sunt peccata *virgæ adamantinæ* [k], & obstinati sunt, quorum quia *manus plenæ sanguine* [l], indignæ sunt vt exaudiatur. Alioqui, cur iubeamur orare [m], *dimitte nobis debita peccatorum?* quomodo exauditi essent publicanus [n], & Magdalena [o], quare in Litania solemniter precamur, peccatores, te rogamus, audi nos? Exaudit Deus *lugentem cordis sui conscientiam* [p]. Refellit Augustinus [q] argumentantes hinc Donatistas, non valere collatum ab hæreticis baptismum, ideo eum valere si consuetum adhibeant Ecclesiæ formam, quia sic nihil de suo conferant, nec opus id ipsorum est, sed Christi, sicut cum malis nomine Iesu inuocato, vel per signum crucis edunt miracula, quæ pariter non sunt illorum. In eo aliquando Cyprianus [r] errore cùm esset, similibus vtebantur argumento.

De oratione hic propriè sermo est, nec habet difficultatem quod adijcitur, *aspicientis iniquitatem in corde suo*, non exaudiri orationem, si tam nunquam ponitur, quia *fit ea oratio in peccatum* [s] (nam si præstat Deus quod petitur malum, non exaudit, sed punit,) & *qui declinat aures suas, ne audiat legem* [t], *oratio eius erit execrabilis*, & qui vocantem non audit Deum, cùm inuocat, sapius *non exaudiet illum Deus* [u]: & *si cor nostrum non reprehendit nos, fiduciam habemus ad Deum, quidquid petierimus, accepturos ab eo, quoniam mandata eius custodimus, & ea quæ sunt placita coram eo facimus* [x]. In huius postremi loci commentario nostro, leget qui volet, quæ ad rem præsentem faciunt. Adde ex Iob [y]: *Si iniquitatem, quæ est in manibus tuis abstuleris a te, & non manserit in tabernaculo tuo iniustitia, tunc leuare poteris faciem tuam absque macula*, &c. Vbi apponitur discrimen inter *innocentem*, & *impium*, *leuare* verò *faciem* Gregorius [z] expenit de oratione, afferens vtrumque modò citatum locum ex Ioanne, & ex Prouerbijs.

Crassior adhuc error Iudæorum obseruatus ab Agellio, iniquitatem, & peccata, quæ *aspicias in corde*, cordéque tantùm & intus admittas, denique non externa, sed interna, non exaudiri à Deo, hoc est, non curari, non puniri. Confutauit Christus cum damnauit eum, *qui viderat mulierem ad concupiscendum*, quòd *iam in corde mœchatus eam* contemplaretur [b], & iam in Decalogo vetita fuerat concupiscentia [c]. Postremò de orationis exauditione, non de iniquitatis sermonem esse demonstrant proxime sequentia: *propterea exaudiuit Deus, & attendit voci deprecationis meæ.* Cæterùm existimo potissimum *iniquitatis* hîc vocem sumi, pro ea qua læduntur alij, & *cum malum vir fratris suo cogitat in corde suo* [d]. Nihil ita impedit ne exaudiaris. Christus negauit Deo placere sacrificium absque *reconciliatione cum fratre* [e], & *magis misericordiam velle* dixit *quam sacrificium* [f], & sub mortem adeo eiusce caritatem commendauit [g], ne discipuli denegarent eam postea occisoribus ipsius, omni supra mortales omnes odio dignissimis, nec iis mala quæque imprecarentur, vt illi antea duo in Samaritanos inhospitales in Christum [h], & Chromatio teste [i], qui docet hîc Dauidem Euangelici præcepti per Spiritum sanctum, non ignarum esse. Repudiatus est Cain [k], quia iram retinebat aduersus fratrem, & miratur auctor Ecclesiastici [l], *hominem qui homini reseruet iram* à Deo quærere misericordiam.

Iniquitatem si aspexi in corde meo.] Superest dumtaxat, vt vim phrasis obseruemus, cùm de re iam sit dictum satis. Aliud est, inquit Gregorius [m], videre per iudicium; aliud, per appetitum. Videlicet tanquam iudex iniquitatem suam Dauid cognoscebat, & peccatum contra se, siue coram se, ac velut e regione oppositum aduersarium, quem odisset, atque persequeretur, habebat, vt psalmo 50 [n], docuimus, nunc negat *aspexisse in corde*, vt appeteret, & delectaretur: non modò iniustitiam re non efficiebat, inquit Hilarius, sed nec corde concipiebat, nullumque vitium iniquæ suæ voluntatis (vitium graue) in corde suo contuebatur. Non diligebat, ait Augustinus, nec acceptabat, dicens, *respectum* pro dilectione quotidiano sermone ponit, vt cùm dicimus quòd Deus *respexit nos*, id est, dilexit: & volentes, vt quis misereatur nostri, rogamus, vt *respiciat nos*, hoc est, diligat, attendat, misereatur. Ludit Augustinus in *respiciendi* verbo, quamuis vlurpet etiam verbum *conspiciendi*, vt iniquitatem, quæ subinde suggeritur, non respicias, id est, non retrò aspicias, reddens te sic *ineptum regno Dei* [o]: sed *quæ retrò sunt obliuiscaris* [p]. Solemus quæ amamus præ oculis ponere, vt nos iis delectemus. Ita existimant intelligi Deum dici *vidisse* quæ creauit [q], vt significetur delectatus operibus suis: & quidem *scandalum iniquitatis suæ statuisse contra faciem suam* [r], quia habere volebant ante mentis oculos, vt inde perciperent voluptatem. Ex opposito *non videre*, vel *auertere faciem*, scripturæ vlurpant, vt iram, indignationem, tristitiam significent. Prioribus psalmis occurrerunt

a hom. 5. in Exo.
b Tract. 44. in Ioh. & 1. contra Epist. Parmen.
c In Ioan. c. 9. d Ibid. Auson. 9.
d Toletus.
e Ioan. 9. 16.
f c. 3. 2.
Peccator quomodo exaudiatur aut non.
Nunquam exaudiatur peccator ex dignitate suæ personæ, sed ex Dei gratia, benignitate, misericordia.
g 2. 2. q. 83. a. 16.
Stramus ad scelerati vela gubernacula nauigantes, egregia appellatione.
h Lucretius.
i Thren. 3. 42. & c. 1. 18.
k Ezech. 3. 9.
l Esa. c. 1. 15.
m Matt. 6. 12.
n Luc. 18. 13. & c. 7. 48.
o 1. Reg. 8. 38.
p Psal. 50. 19.
q Contra Donatist. c. 20.
Donatistarum argumentum, non valere collatum ab hæreticis baptismum, refutatur.
r Ep. 64. & 80.
s Psal. 108. 7.
Ita Deus psallit, quid petitur malum, id exaudisse dicitur.
t Prou. 28. 9.
u Cap. 2. 18.
x 1. Ioan. 3. 21. 22.
y c. 22. 24. 25.
a hom. 5. in Exo.
b Matt. 5. 28.
c Exod. 20. 17.
d Zach. 7. 10.
Quomodo peccatores exaudiantur a Deo in genere.
e Matt. 5. 24.
f c. 9. 13.
g Ioan. 13. 34.
h Luc. 9. 54.
i in Matt.
k Gen. 4. 5.
l c. 28. 3.
m 12. Mor. c. 3.
n vers. 5.
Respectus præsentiæ Dei, respicere, prædilegere.
o Luc. 9. 62.
p Philipp. 3. Eorum videtur quæ creauit, quid sit.
q Gen. 1. 4. 10. 31.
r Ezech. 14. 7.
Non videre, auertere faciem, quid sit.

exempla non pauca. Et præterea tamen *ponet Deus iniquitates nostras in conspectu suo* [a] ; nisi velit punire ; *auertit faciem a peccatis* [b] , quando decreuit miserari.

Propterea exaudiuit Deus.] Græcè est pronomen (ὅτι) hîc in duobus aliis Latinis psalteriis, apúdque Hilarium, Augustinum, Arnobium, Cassiodorum, Bedam, Haimonem, Hieronymum, qui nomen, inquam, præfert Hieronymi. nam verus Hieronymus non in sua tantum versione omisit, sed monuit quoque [c] superfluum esse. affirmat verò Dauid ex eo quòd Deus eum exaudierit, liberando nimirum ipsum, aut alios, in sua persona, ab ærumnis, probabilem coniecturam esse, quòd non *aspexerit iniquitatem in corde suo* illam approbando, & volendo. *Quòd non mentiar*, inquit, explanans Theodoretus, & Basilius, *opera ipsa testantur*, ὅτι ἡ ἀνάδειξις, τὰ πράγματα μαρτυρεῖ.

Et attendit voci deprecationis meæ.] Psalterium Romanum, *intendit*. Gallicanum, *intendit voci orationis meæ*, sicut & Hilarius, Augustinus, Cassiodorus. In psalmo 5 [d] . *Intende voci orationis meæ.* Eadem Græca phrasis & Hebræa dicitur, nisi quòd ibi est שַׁוְּעִי *sciaubbi*, *clamoris mei*, hîc תְּחִנָּתִי *thephillathi*, *orationis*, aut *deprecationis meæ*. Exauditionem refert Hugo ad concessionem bonorum, hoc posterius membrum ad remotionem malorum. Videntur synonyma.

Vers. 20.] Benedictus Deus, qui non amouit orationem meam, & misericordiam suam à me.

GRatiarum actione clausulam imponit psalmo, quòd non repulerit Deus fusas pro auxilio preces, nec retraxerit benignitatem suam, laude dignum affirmans, & à se laudatum pronuntians. Intelligit autem de perseuerante oratione, quæ misericordiæ munus est, meretúrque alia eiusdem dona, & perseuerantiam, pro qua orandum, vt Augustinus monet. Magnus hic ac prope infinitus thesaurus, vt *quidquid orans petas, accipias* [e] , si quod petis, iustum sit ac bonum. Irati Dei maximum indicium, atque iniquitatis tuæ argumentum, cùm *transire ad eum oratio non potest, opposita* [f] veluti *nube*; & Deus *cùm clamaueris, & rogaueris, excludat orationem tuam* [g] . *Excludere* est שְׁתֹם *sciathem*, *occludere*, *obturare*, & ἀποφράττειν *sepire*, ne possit foras prodire. *Iniquitates nostræ diuidunt inter nos, & Deum nostrum, & peccata nostra abscondunt faciem eius à nobis ne exaudiat* [h] . Cauerat quoque Deus, ne *oraret* Ieremias [i] , *pro populo*, nec orando, *obsisteret sibi*, cùm decreuisset *non exaudire*. Grauissimum item Dei supplicium non mouturi qui *obstiterunt ei*, de quo ipsemet Deus queritur aliquoties [k] , necnon Esaias [l] . si minetur tantum, excitat simul Deus, qui fiducia magna deprecentur, & interpellent *gemitibus inenarrabilibus* [m] , & ipsimet Deo resistant [n] , ita vt is etiam cedens quodammodo de sibi illata vi conquiratur. [o] legendi Hieronymus [p] , & Chrysostomus [q] . Hic ait ad deterrendum populum prohibuisse Deum ne oraret Ieremias pro illo, non quòd eum cessare vellet ab oratione. Nec pro sorore Moses [r] , nec Samuel exauditus est pro Saule [s] , nec Antiochus pro se [t] . Egimus hac de re tractantes de *peccato ad mortem*, *pro quo* Ioannes [u] , *non dicit vt roget quis.* Cùm vult Deus ignoscere, aut quidpiam aliud concedere, priùs impertit fiduciam deprecandi, vt Ambrosius docet [x] , & *vt quis postulet*, credens, *in fide nihil hæsitans* [y] , & *semper* [z] , id est perseueranter.

Benedictus Deus.] Quid hoc sibi velit, & *Deum benedici* à nobis, quid sit, alibi docui. Alij habent, *Dominus*, vt psalterium Romanum, & Cassiodorus. Videtur autem Augustinus addiere, *meus.*

Qui non amouit orationem meam.] In psalterio Romano, & apud Hilarium, Augustinum, Cassiodorum, *deprecationem*. Non amouere, auferre, repellere, reiicere, spernere, despicere orationem, siue deprecationem, est exaudire, & acceptare. sic in psalmo 21 [r] . *non sprevit, neque despexit deprecationem pauperis, nec auertit faciem suam à me, & cùm clamarem ad eum, exaudiuit me.* In 54 [s] . *Exaudi Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam, intende mihi, & exaudi me.* In 101 [t] . *Respexit in orationem humilium, & non sprevit precem eorum.* In 87 [u] . *Vt quid Domine repellis orationem meam, auertis faciem tuam à me?* R. Esaias Tranensis, & Vatablus, volunt suppleri hoc loco (qui non amouit orationem meam à conspectu suo) cui fauent quæ nunc dixi. Alter sensus videtur Augustini, & aliorum, vt dicat se Dei gratia in oratione perseuerasse. Quo modo *amouendi* verbum iungendum erit simul cum oratione, & misericordia, vt nec à se Dauid amouisse orationem Deum significet, nec misericordiam. Numquam de manibus oratio deponenda tanquam *scutum* [x] militantibus nobis militiam istam [y] . Modos tradit Hugo, quibus amoueatur oratio. Tu consule.

a Psal.29.15.
b Psal.9.22.
c Epist.135.
d vers.3.
Præsumit oratio misericordiæ munus.
e Mar.11.24. Maximum iniquitatis vestræ argumentum & ira Dei indicium, cùm transire ad Deum oratio nō potest.
f Thren.3.44.
g vers.18.
A
B
C
D
a Esa.15.2.
b Ierem.7.16. c.11.14. c.14.11. Grauissimum & Dei supplicium non mouenturi qui obstiterunt ei.
c Ez.47.3.
c 57.17. Baruch 2.30. d c.6.4.
e Rom.8.26.
f Exod.32.10.
g Exod.32.10. & seq. Sap.18.24.
h in c.11. & 14.Ierem.
i Hieron. 14. in Ep. ad Rom. & Hom. 6. in 1 ad Timoth. & Hom. 5. in Matth.
k Num.12.14
l 1.Reg. 6.1.
m 2.Esdr.9.1
Cùm vult Deus ignoscere, priùs impertit fiduciam deprecandi.
n 1.Ep.c.16.
o in Ps.50.
p Ier.c.6.
q Ioan.ep.1. 1.Thess.5.25.
r vers.25.
s vers.2.3.
t vers.18.
u vers.15.
x Sap.18.21.
y Iob 7.1. Modi quibus amouetur oratio

PSALMVS SEXAGESIMVS SEXTVS.

In finem.

1 In hymnis, Psalmus Cantici Dauid.

2 DEus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.

3 Vt cognoscamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus salutare tuum.

4 Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes.

5 Lætentur & exultent gentes: quoniam iudicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis.

6 Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes: 7 terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, 8 benedicat nos Deus: & metuant eum omnes fines terræ.

Titulus, & argumentum.

In finem.

Vers. 1.] In hymnis, Psalmus Cantici Dauid.

TRIVS Tituli partes aliis in Psalmis præcedentibus extant, & quædam etiam in sequentibus, vel simul omnes in hoc tantum. Titulus 61. habet *in hymnis*. Ibi Hieronymus vertit *super organum*. Numen singularis nomine נגינה *neghinath*, hoc loco cum sit נגינת *neghinoth*, plurale, reddit *in Psalmis*, & reliqua interpretatur, *canticum carminis*. שיר מזמור *mizmor seu Psalmus* nempe hîc accipit pro Psalterio, vel Organis. Chaldaice, *ad laudandum, in fidium pulsatione, hymnus, & canticum*. Vel, *in laudem laudationis, laudatorium, & canticum*. In emendatis Græcis omittitur nomen ὠιδῆς. Nomen *Dauids* Hebraice non extat, sed inde colligere Apollinarium Dauidis non esse, cum additum fatentur à Lxx. quos ipse tanti facere solet. Argumentum Græci affirmant esse, ac Hilarius, bonaque Latinorum pars, de Incarnatione, deque Gentium vocatione. Psalmum vocat Hilarius brevem, sed Euangelica prædicatione absolutum, & omnem in eo admonitionem dicit esse vel Prophetarum, vel Apostolorum, quorum alij venturum in corpore vulgeritum Deum, alij venisse docuerunt.

A Transcribit eadé Hieronymus, & ideo inter alias causas non Hieronymus. Saltem hoc argumentũ latet sub typo literalis sensus, quem tradunt Hebræi, teste Lyrano, Treueto, Bredenbachio, Placido, de gratiarum actione pro fertilitate cuiuslibet anni, quem nimirum indicant illa verba, *Terra dedit fructum suum*. Certè, vt rationemur latentius, anni terrena fertilitas, aut alius temporalis exhibitus Hebræis fauor, non est conueniens occasio tertiæ Gentium omnium. Athanasius Marcellino suggerit vt misericordiam à Deo postulans, laudet eum, canens hunc Psalmum. Continetur hoc Psalmo communis oratio pro omnibus, quã Ambrosius [a] docet esse cum arrogantia nulla, humilitate maiore, fructu vberiore. Monui Psalmo 62. eum cum isto recitari quotidie ad Laudes sub vno versu, *Gloria Patri*, &c. vnaque antiphona. Guhelmus [b] Durandus in Rationali diuinorum officiorum reddit causam, quòd in 62. sitis ad Deum exprimitur, Trinitas in 66. sicque indicatur finis, & desiderium continuum ad Deum. Deinde quia in 62. populi Gentilis mentio fit, in 66. Iudaici, qui tandem conuenient in eamdem fidem. Adhæc, quoniam primus indicat amorem Dei, finemque eius, hic amorem proximi; vt cognoscamus in omnibus Gentibus salutare Dei. Postremo, quoniam gratium, quæ videtur in priori sentiri, in posteriori, vt collata declaratur. Et ad extremum gloria canitur propter misericordiam, qua miseria sublevatur. Adiicit tandem [c] quam hos psalmos omitti, & 148. 149. 150. quod sine fide ac desiderio Trinitatis, quæ in 62. & in 66. exprimuntur, & sine laude Dei, quæ per alios designatur, numquam possimus esse Christiani. Placuit ratio tertia Ioannis [d] Beletho, secunda Hugonis à sancto Victore [e]. Petrus Lombardus hoc loco notat, ei, qui tertius est in Laudibus, hunc adiungi Psalmum, quia benedictio Trinitatis in illo implorabatur, & in 62. sitis, atque ariditas exponitur, in isto Dominicæ benedictionis pluuia ad reficiendam sitim. Si minus cui satisfit, sciat in huiusmodi varietate ceremoniarum multa esse, quorum vix, aut numquam inueniri causæ possunt, vt ex Augustino [f] refertur in Decretis. Gerson [g] etiam docet in nonnullis obseruationibus per Ecclesiam datis, vix rationem posse aliter dari, quam quòd sic placuerit legislatori, vel Ecclesiasticæ consuetudini. Habetur præterea in quadam [h] lege, non omnium, quæ à maioribus constitutæ sunt, reddi rationem legum posse. Meminit autem Cassianus [i], de multiplici hac in re ritu, & alij, qui de hoc argumento disputant.

Marcellinus quò do proimpendus hic Psalmus.

a 1. de Abel. & Cain c. 9.

Hunc Psalmum in ea recitandum.

b Lib. 5. c. 4. num. 15.

Psalmi 148. 149. 150. cum 62. & 66. recitandi.

c de diuinoffic. c. 36 d Bened. Titul. 61. & 2 de alibi cito.

e Epist. 119. c. 10. f Ex omnibus d. 11. g In tract. de triplici circulo quadr. Nemo debet reprehendere, legere, vituperare. h Lib. 2. c. 8. de leg. i 2. Inst. cap.

Vers. 2.

Vers. 2.] Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.

IMplorat Dei misericordiam, beneficentiam, fauorem, vt vel iratus antea misereri dignetur, vel si propitius erat, plura misericordiæ eiusdem signa effectaque declaret, ac præbeat. Hæc porrò maximè optata viscera misericordiæ sunt a Patribus: hæc in benedictionibus illorum præfigurata benedictio: hæc summa beneuolentia, fauórque, vt mediator adueniret hominum, Deique Deus homo Christus Iesus expressa facies Patris, cumulans nos *omni benedictione spirituali in cœlestibus* [a], & diuino replens lumine tum fidei, tum gratiæ sanctificantis. Benedictionis primi parentes iacturam fecerunt tum spiritualis, quæ ornabat, ditabátque animam, tum terrenæ, quæ feracem reddebat terram. In semine nouo benedicendæ fuerunt omnes gentes, vt audire tandem ius lætam illam liceret vocem: *Venite benedicti* [b], ab eo, qui *gratiam dat & gloriam* [c]. Videri potest Dauid, vt hoc loco monet Agellius, & immittit ante ipsum Oleaster [d], ad Pontificiæ benedictionis formulam, quam præscripsit Deus, respexisse, & oculos conuertisse ad *Pontificem* Christum fidelem *repropitiatorem delictorum nostrorum* [e], *magnum, compatientem, infirmitatibus nostris, quia tentatus est per omnia* [f], sedentem *in throno gratiæ* [g], *sanctum, innocentem, impollutum, segregatum ab omnibus, non habentem necessitatem pro suis delictis offerre*, sed pro populi tantùm [h], *Sanctorum ministrum, & tabernaculi veri* [i], & *futurorum bonorum* [k]. Sic autem præcepit Deus, ab Aaron & filiis eius benedici filios Israël [l]: *Benedicat tibi Dominus, & custodiat te. Ostendat Dominus faciem suam tibi, & misereatur tui. Conuertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem.* Mox subdit Deus [m], *Invocabuntque nomen meum super filios Israël, & ego benedicam eis.* Memor benedictionis eiusdem auctor Ecclesiastici [n] sic orabat, *Da mercedem sustinentibus te* (expectantibus Messiam) *vt prophetæ tui fideles inueniantur, & exaudi orationem seruorum tuorum, secundùm benedictionem Aaron de populo tuo, & dirige nos in viam iustitiæ, & sciant omnes, qui habitant terram, quia tu es Deus conspector seculorum.* Explicat rectè Abulensis [o] post Lyranum [p], & Hugonem [q], post omnes hos vero Rickelmus [r], dictam benedictionem, præter carnalem Hebræorum exponendi modum, de quo etiam facit mentionem. Vt benedicat Deus per gratiam gratum faciente: custodiat ne amittatur, ostendat faciē, illustrando intellectū cognitione suam: misereatur, debitas peccatis pœnas remittēdo, conuertat vultum ad nos, consolando, ac tribulationes amouendo, det pacem, perturbationis materiam auferendo. Oleaster [s] obseruat sex in eadem benedictione, vt benè faciat nobis Deus, vt custodiat, vt dirigat ne erremus, vt misereatur, vt amicè nos respiciat, vt pacem nobiscum faciat. Caietanus [t] paulo aliter distinguit, partim de temporalibus bonis & malis concedendis ac repellendis, partim de spiritualibus. Idem autem Oleaster ex Hebræorum traditionibus notat, sex ad eam benedictionem necessaria fuisse, vt lingua Sancta proferretur, id est, Hebræa, vt stando, vt manus attollendo, vt alta voce, vt versa facie ad populum, vt in nomine Dei tetragrammaton. Hæc nunc ponere placuit propter similitudinem, cum præsenti precatoria, & benedictionis sententia, atque cū nonnullis, quæ in eodē illo psalmo sequuntur.

Deus misereatur nostri.] In Gallicano Psalterio, apud Hilarium, *nobis*. Græcè ἐλεήσαι ἡμᾶς non solum est optativi modi, vt Gulielmus Scepperius [1] ver. sed etiam imperativi, sicut & in fine versus εὐλογήσαι, & Latinum verbum est ad vtrumque modum se extendens. Hebraeū autem יחנני *vechunneni*, futuri temporis poni pro imperatiuo solet. nec refert Græcè esse accusativum ἡμᾶς, *nos*. nam vltimo versu Latinè quoque ponitur, *Benedicat nos Deus*, vbi tamen Hieronymus vertit etiam, *nobis*. Et docet Iansenius [2] apud Latinos Græcóque constructionem vtramque vim eandem habere. Obtineat Hilarius, doctrinæ ordine primùm misericordiam Dei posci, quia ex copia bonitatis luæ misericordiam in peccatorum remissione largitur, & peccatorum remissio non probitatis est meritum, sed spontaneæ indulgentiæ voluntas ex bonitatis diuitiis ad miserandi munus exuberans. Hoc est quod Theologi docent remissionē peccatorum non cadere sub meritum nostrum, quia meritum est personæ dignæ, quæ dignitas est per gratiam sanctificātem. Hugo attribuit hæc verba pœnitentibus: *misereatur nobis* proficientibus, *illuminet vultum suum super nos* perfectionibus huic perfectis: *& misereatur nostri* vniuersis: primos petere venias, secundos, gratiam illuminantem; tertios, beatitudinem, fruitionem gratiarum cōtemplationis, postremo, gloriam. Assignat quoque cuiusque initio, vel religioso confessionem miseriæ cum petitione misericordiæ, confessionem maledictionis cum petitione benedictionis confessionem tenebrarum, culpæ & ignorantiæ cum petitione illuminationis per vultum Patris, qui est Christus, vel secundum rationem nobis impressam, quod est *lumen vultus Dei signatum super nos* [3], confessionem pœnitentis cum petitione gloriæ. Ad hæc docet, vt bis primis postulari liberationē ab omni miseria, & pœna; secundis, omnem illustrationem, tertiis, plenam animæ, cognitionē, & corpori claritatem Solis; vltimis, corporum resurrectionem. Addit gloriosæ resurrectionis dotē primam, quæ est impassibilitas, indicari primo *misereri* verbo, vltimo simili subtilitatem, secundo agilitatem, tertio claritatem. Tandem notat in *Deus* nomine vnitatem essentiæ, in verbo *misereri* proprium actum Dei, in verbo *benedicendi* personam Patris, qui benedicat filiis sicut Patriarchæ suis; in *illuminandi*, personā Filij, qui est lux mundi; in repetito verbo *misereatur*, appropriatum, vt dicunt, actum personæ Spiritus S. propter attributum bonitatis. Visa sunt mihi hæc ingeniosa & pia. Hugo item S. Victoris [4] scribit priori Psalmo, qui erat de resurrectione, illud annecti, vt misericordia gratiáque impetretur ad credendū. Erat quippe, vt in Comment. Actuum Apostolorum docui, Gētilibus hoc mysterium creditu perdifficile. Vide, si placet, aliam horum distributionem apud Brunonem Carthusianum.

Et benedicat nobis.] Alia Psalteria, & Hilarius, Augustinus, Cassiodorus, *nos*. *Benedicere Dei*, esse, bene cū copia facere, vidimus aliquoties, & quo pacto benedicatur à nobis Deus. Augustinus aduertit prioribus duobus psalmis animam nostrā inuitatam fuisse ad benedicendum Deum; in hoc rectè orari, vt benedicat Deus, vtroq; modo crescere animam nostrā, & prodesse nobis vtrúque, non Deo. prioré in nobis esse benedictionē illius, tū sequi, vt & nos benedicamus, illā esse pluuiā, istū fructū. Quid importet benedictio hic postu-

a Eph. 1.3.
b Matt. 25.34.
c Psal. 83.12.
d in c. 8 Num. *Ad Pontificiā benedictionis formulam respexisse Dauidis.*
e Hebr. 2.17.
f c. 4 14.15.
g vers. 15.
h c. 7.26 27. & c. 8 2.
i c. 9.11.
k Num. 6.24. 25 26.
l vers. 27.
m c. 36 18.19.
n Ecclus. 36.
o in Num. c. 6 q. 14.
p Ibidem.
q Ibidem.
r Ibidem.
s Ibidem. *Oleastri obiectio.*
t Ibidem.
1 Coccius Patric. c. 42. *Hilarius explicatur.*
2 *Iansenius explicatur.*
3 *Hugo explicatur.*
4 *Hugo explicatur.*
a Psal. 4.7.
b de off. Eccles. c. 2.
c *Augustinus obiectatur.*

lata. Iá prius dixi cum Hilario quę imitantur alij

Illuminet vultum suum super nos.] Hieronymus, *Ostendat faciem suam super nos*, quibus ipsis verbis in Psalmo 30 [a], legimus, secundùm editionem nostram, *illustra faciem tuam super seruum tuum*, vbi Hieronymus, *ostende*: cùm sit eadem vtrobique phrasis Græca, & Hebræa. *Vultum* Græci, & Hieronymus de Filio Dei interpretantur, vt cum Pater mittat, atque ipse se Filius ostendat, κατ' ἀνθρώπησιν, *secundùm inhumanationem*, seu *incarnationem*. Redditus est per hanc visibilis Deus, licet simul *absconditus* [b] sit, quia tectus humanitatis velo, vt qui quasi absconditus est, idem posset esse *despectus*, *nec reputatus* [c]; sed ita vt velut per laternam emicaret diuinitas, & *lux in manibus abscondita* [d], tanquam per digitorum interstitia.

In ea benedictione sacerdotali, quam priùs recitaui, ex libro Numerorum [e], Theodoretus agnouit postulatum Christi aduentum verbis illis, *Ostendat Dominus faciem suam tibi, & misereatur tui, & conuertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem.* Sic præterea per *faciem* intelligit Christum apud Malachiam [f]: *Qui præparabit viam ante faciem tuam*, scribit Galatinus [g] & R. Moses. Apud Oseam [h]. *Viuemus ante faciem eius*: & in Psalmo 79. [i]. *Ostende faciem tuam, & salui erimus*: vt & nominatus Hieronymus in Psalmum 88 [k]. *Misericordia & veritas præcedent faciem tuam.* Significat vt illo alio psalmo docui, *illuminatio*, seu illustratio hilaris *vultus*, & faciei diuinæ *super aliquem*, benignum fauorem ipsius atque beneficum. Maxima profectò benedictio, & cæterarum fons omnium, causáque Incarnatio est. Explicant Latini tamen etiam de communicato lumine diuino in intellectu nostro, per quod inter cætera, discat anima benedicta *nomen Dei benedictum* celebrare, etiam inter calamitates, exẽplo Iob [l], vt Augustinus monet. Idem verò, bonorum externorum, quibus mali etiam abundant, benedictiones, quamuis a Deo sint, merito tali benedictioni postponit, & præoptandam illam docet, eleganti facta inductione, ac demonstratione cur voluerit Deus communia bonis ac malis externa illa bona effectum præterea id ait hic petij, vt impressa imago Dei cognoscatur à nobis in nobis, & attendamus quanti valeamus, quidque pro nobis datum sit, & discutiantur peccati tenebræ hanc obliterantes imaginem.

Et misereatur nostri.] Desunt hæc in Hebræo textu, & præcisa quoque sunt in editione Græca emendata, quòd in scholio Græco notetur non scribi, vt Collector notationum in dictam editionem notat, & quòd non sint apud Augustinum, nec in metaphrasi Apollinarij. Bredembachius suppositum putat, ac repetitum ex principio Psalmi loco dictionis סלה *selah*, & ἀπὸ προσλαμβ. Euthymius id recipit, & exponit bis Deu rogari à Davide vt misereatur, veluti à re optatæ valde cupido. Cassiodorus, Hatmo, Beda, Bruno, Carthusianus, alij, necessariam iterationem affirmant, quoniá, & a misericordia Domini proficere incipimus, & in bona spe, ipso largiente seruamur. Omnia Psalteria Latina hæc tetinent verba, & in multis codicibus Græcis extant, nec sequitur, eos qui non exposuerunt, non etiam admisisse, quia fortassis nihil occurrit quod notarent, sicut videre est præter Augustinum apud Rufinum ac Hieronymi nomine indigetatos auctores, & apud Arnobium, qui ne quidem quæ primo sunt loco explanat. Cum Cassiodoro autem cæteri fere hæc etiam repetita declarant: & in textu Hilarij expressa sunt. Græce in principio est διαπέρασαι. Hic ὑπόμνημα. Psalterio Æthiopico, & *viuemus*. Coniectura Bredembachij, de סלה *selah*, refellitur, ex eo quòd Hilarius vim eius ait esse ostendere in quem profectum *illuminationem vultus Dei* super se Dauid precetur: Denique quia illius vocabuli alius tradi vsus solet, de quo alias egimus, vt non sit verisimile quẽpiam loco illius repetere voluisse, (& *misereatur nostri* vel (*nobis*) vt habet Cassiodorus, Hilarius, & Psalterium Romanum. Vetus Psalterium, in quo desint, Agellius nescio quod intelligat de Vaticano vno constat. Sed sunt eadem verba in Arabico: in Æthiopico eo modo, quem dixi. Clemens Papa V. hanc formulam benedictionis pro signo accepit [a].

Vers. 3.] Vt cognoscamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus salutare tuum.

TAnta verborũ exaggeratione laudat misericordiam Dei Dauid, benedictionem, & illuminationẽ, vt omnes (quod conuersa exprimit oratione ad Deum) tota terra percipere Dei viã possent, quæ est, vt bonis inopes dicet, dei opem periclitantibus, & egentibus, & quo pacto saluari genus humanum Deus decreuisset, & salutis huius auctorem ac saluatorẽ, non Iudæi dumtaxat, sed omnes vbique cognoscerent, & adhærerent ei, qui se *viam esse* dixit [b], hoc est, Christo. Apostolos hîc loquentes Hilarius facit, tantæ prædicationi se impares esse, nisi illuminentur, ostendentes, & nisi quodam vultus Domini splendore lucescant, qui cùm sit *lux* [c], *lumen* quoque illos *mundi* voluit esse [d].

Vt cognoscamus in terra viam tuam] Hieronymus, *vt nota fiat in terra via tua.* Ad verbum לדעת *ladahhath*, & τῦ γνῶναι, *ad cognoscendum.* Quod, inquit Hilarius, sine personæ definitione est, atque ita secundùm illam Græcitatis, vt ipse loquitur, translationem, illuminari se ob id deprecantur, nempe Apostoli, vt cognita fiat Dei via, quæ est doctrina vitæ religiosæ, per quam ad Deum pergitur, & Christus est, qui se *viã* appellauit [e], ac *neminem* asseruit *venire ad Patrem nisi per ipsum* [f], cùm Thomas de via interrogaret [g]. Idem verò sibi voluit, cùm hanc dixit *esse viam æternam*, vt *cognoscerent homines Deum vnum, & quem misisset Iesum Christum* [h]. Certè non tam curabat Dauid cognoscere hanc viam cum suo populo, iam priùs & scripturis, & maiorum traditione, vtcumque indicatam, quàm vt nota Gentibus omnibus fieret per totum mundum. Communis nostris sensus quem dixi de Messia, siue Christo, atque Saluatore, innuitur in Midras thehillim, vt Galatinus [i] etiam citat, & a Gregorio traditur [k], fatentque in paraphrasi אמתי את ישו *ain appelo Iehoua Immanuel*, ex quibus vocabulis vltimum est pars nominis *Immanuel*; primum significat *splendorem* quem Patris respectu affirmat Paulus [l] esse Christum. Sed & ille alius, etsi non ita præcipuus, admitti potest, & ad hunc reduci, de cognoscenda via, id est, ratione ac modo, quem tenet Deus in rebus nostris gubernandis, qui modus, ratio, *via* duplex est, *misericordiæ*, atque *veritatis* [m]. Colligit Gregorius [n], hinc eamdem esse viam nobis ad cœlestem patriam, qui ex gentilitate venimus, & illi patribus, qui fuerũt in Iudæa, vt ideo in terra cognoscatur salutare, id est Iesus, quia Iesus Deus

[a] vers. 17.
[b] Isa. 45. 15.
[c] 53. 3.
[d] Iob 36. 32.
[e] quæst. lib. Num.
[f] c. 3. 1.
[g] lib. 3. c. 22.
[h] c. 6. 3.
[i] vers. 4.
[k] vers. 16.
[l] c. 1. 21.
* misericordia Dei incipimus agere ex bona spe ipso largiente seruamur.
Clementina ex domini nostri sententia super hac re edita.
Hanc formulam benedictionis vsurpauit a Clemente Papa V. a Alphonsus Ciaconius in vita.
Septuaginta.
b Ioan. 14. 6.
c Ioann. 8. 12.
d Matth. 5. 14.
e Ioann. 14. 6.
f Ibidem.
g Ibidem 5.
h c. 17. 3.
i lib. 6. c. 14.
k Hom. 22. in Ezech.
l Hebr. 1. 3.
m Psal. 24. 10.
n Supra. Vtinam qui ex gentilitate venimus ad eandem patriam ad cognoscendum Iesum veniamus.

ante sæcula, & homo factus in fine sæculi omnibus gentibus est manifestatus. Rursus idem [a] ostendit *viam* de Christo dici, propter humanitatis transitum, in quo cæcos secus viam clamantes audiit, & stans per diuinitatis potentiam curauit. Hominibus per trivia, & avia incedentibus, ac erratibus non per bivia solum Herculea, Christus plusquam lapis milliarius, Thesei filium, & Ariadnes, vel Mercurius: nec audiatur tantum, post tergum monens, *hæc est via* [b]. Sed deducit ac dirigit etiam [c] in via & semita, ipsemet præduc factus, & via, atque semita in mari quoque, & in aquis torrentibus [d], **in quibus homines cùm nullum vestigium ac indicium impressum fixumque habeant, ad astra recurrunt, oculósque dirigunt.** *Notam* aiebat noster alibi [e] propheta, *fac mihi viam, in qua ambulem, quia ad te levavi animam meam*, hoc est, periclitans in hoc mari, sustuli ad te oculos mentis meæ. Nolebat Moses, *nisi ipsemet Deus præcederet*, & nisi ambularet secum, atque cum populo Hebræo, *& sic glorificaretur Deus ab omnibus populis habitantibus super terram*, educere populum Hebræum, nec aliter sibi *fore* posse videbatur *hunc*, ac se *invenisse gratiam apud Deum* [f]. **Sed non rectè Agellius dixit de Mosem citat** [g], *si inveni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi viam tuam.* Ibi enim habetur, *faciem tuam.* Via Christi *gigantis currentis* [h], multiplex, difficultatéque cognitu, quam *aquilæ in cœlo, columbi super terram, navis in medio mari, viri in adolescentia sua* [i], quæ ita illicè solent ad ascensionem Christi, te inrectionem, passionem, incarnationem, accommodari: de quibus hoc etiam loco Hugo.

In omnibus gentibus salutare tuum.] *Si gentes* pro gentilibus propriè sumi volumus, designabit in priori membro terra terrenos Iudæos. *Salutare* autem voce ipsa Hebraïca præsentis loci: ישועתך *ieshuhhah* Iesum notat. Sæpe de hoc vocabulo actum est, necnon de Græco σωτηρία, déque aliis גוים *goim*, ἔθνη, *gentes*, quæ Iudæos etiam comprehendere posse ostendimus. Ardens alienæ cunctorum salutis hinc ostenditur & singularis quidem amor prioribus in verbis, quibus secundùm interpretationem Lxx. communicat propheta personam suam cum aliis, *ut cognoscamus.* In communione nos *orare* præcipit Christus [k], *sanctificetur nomen Dei*, & alia. Flagrans eodem desiderio **preces fundit Ecclesiasticæ auctor** [l], ut *Deus inferens ostendat lucem miserationum suarum, & immittat timorem suum super Gentes, quò cognoscendo quia non est Deus, nisi ipse, enarrent magnalia eius, & videndo potentiam eius sint, sicut in conspectu illarum sanctificatus fuerit Deus in Hebræis, ita in ipsorum conspectu magnificetur in illis, denique cognoscant Deum, sicut Hebræi cognoverant quod non esset alius Deus præter Dominum.* **Quadrant hæc satis belle his, quæ sunt hactenus in psalmo dicta, deincépsque dicentur. Hoc est quod vetulus ecce-**nit Simeon [m], *lumen ad revelationem Gentium, & gloriam plebis Israel*: & ante illum noster idem Dauid [n], *notum fecit salutare Dei, & revelatam in conspectu Gentium iustitiam ipsius, & visum salutare eius sit ab omnibus finibus terræ*, &, vt Esaias [o] loquitur, *ab omni carne.* **Eadem repetuntur clariùs** sequentibus versibus.

Vers. 4.] Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes.

QVali iam exultitus, & animo præ-gaudens quod optant, omnino ita fore, & tanquam factum contemplans, vt *rejiceant terra Dominum sicut aquæ maris operientes*, [p] & *multiplex semen sit* [q], montat omnes *ἀναβάσεις*, *docibiles Dei omnes, doctosque a Domino* [r], seu immediate, seu per doctores ipsius, vt cognitam Deum humiliter, ingenuè, intrepidè, liberè, gratè, magnificè confiteantur, & laudent velut auctorem omnium bonorum, & liberalissimum largitorem, saluatorem, **iustificatorem, glorificatorem, se verò sicut omni bono per se destitutos, omnium pœnarum reos,** peccatis obstrictos. Hilarius, cum similis versus postea repetatur, existimat in isto loqui Prophetam **de confessione peccatorum**: in illo, **de confessione laudis**: & per *populos* intelligere Iudæos, per eosdem addito nomine, omnes, Gentiles. Hieronymus nomen habentes commentarij idem indicant, & vt confessio laudis sit, imaginem Patris esse in Patre, & vt in Filio videatur, adoretur, **laudetur Pater. Ruffini quoque nomine dictus** consentit, necnon alij Latini multi post Augustinum. Credo de vtrisque populis vtroque versu sermonem esse, ac de confessione præsertim laudis, & professione fidei, non excludendo confessionem peccatorum. Ad cuius frequentationem facere Hugo notat quater repetitum *confitendi* verbum, vel ad effectus totidem ipsius, vt Deum glorificet, reconciliet aduocatum, excusatorémque faciat, vt Ecclesiam reintegret, videat, scopetque, aduocatum faciat, & obliget ad orandum, vt animam purget, decoret, exhilaret, cautam reddat, humiliet, vt diabolum aculeat, ac prodat, confundat, & interficiat, obliuiotam efficiat, atque deleat scripturas eius. Ea distinctio de Iudæis & Gentibus est etiam Euthymij. Colligit argumentum cum Augustino Cassiodorus contra Donatistas, qui putabant Ecclesiam non esse vbique diffusam. De cognitione Messiæ habenda a populo **vtroque Rabini item declarant in midras thehillim**, vt Galatinus [s] refert. Distinguit idem Hugo confessionem quadruplicem, propter *confitendi* tot vicibus hîc & sexto versu inculcatum verbum, peccati, & laudis, de quibus meminimus: præterea, fidei & prædicationis: & fidei, pertinere ad omnes; prædicationis, ad prædicatores ac prælatos; laudis, ad Clericos & religiosos; peccati, ad peccatores. Galatinus [t] ex R. Acha in bereteith rabba, **recitat denotari, quòd omnes populi confessuri essent Deum** corde, ore, operibus, & patter his omnibus.

Confiteantur tibi.] Chaldaicè יודוך *iosaach*, quod subiectionem voluntariam velut seruorum coram domino, & in oculis eius magis demonstrat, quemadmodum in psalmo 85 [u]. *Omnes gentes quascumque fecisti, venient, & adorabunt coram te Domine.* Nec refert futuri temporis Hebræum verbum cum affixo יודוך *ioducha*, quia loco imperatiui poni solet. Latinum est indifferens ad optatiuum, & imperatiuum. Græcum ἐξομολογησάσθωσαν est imperatiui modi; licet Apoll. narius vtatur futuro ἐξομολογήσωσι, quod restringit alterius verbi Græci & Hebraei significationem ad confessionem laudis.

Vers. 5.] Lætentur, & exultent gentes, quoniam iudicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis.

Sequax lect.

VT sit confessio laudis gratior & lætior omnium gentium, & animo lætentur, voceque & corpore exultent, orat vt intelligere illas faciat Deus, quanta æquitate, & bonitate iudicet, regat, moderetur, nullum vi opprimens, cunctos tuens, ac liberans, cuique reddens secundum merita, cunctis rectum iter monstrans, per idque deducens, ac dirigens, nullo eos bono carere sinens, donec ad summum perducat. Æquitas & directio innuunt præterea facilitatem diuinorum præceptorum, & summam eorumdem congruentiam cum ratione. nam *plenitudo legis est dilectio* [a], quam Christus maximum commendauit in modum, vocans *nouum mandatum* & *suum* [b], & inuitans ad *onus suaue*, *iugumque leue* [c]. Hæc *virga* regis nostri, ac *regni* eius, est *æquitatis, ac directionis* [d]. Applicat Augustinus, & alij lætitiam exultationemque ad confitentes peccata sua, quia confessio hæc non ducit ad pœnam, nec timent futura iudicia, tanquam damnandi, quibus Christus est aduocator, & indultor, non vindex aut vltor, & quos ad bona dirigit.

a Rom. 13. 10.

b Ioan. 13. 34.

c Matt. 11. 30.

d ps. 44. 7. Hebr. 1. 8. *Lætitia & exultatione appellatur ad ſua peccata confeſſio.*

Lætentur, & exultent.] Hieronymus secundo loco, *laudent*. Sed Hebræum verbum יְרַנְּנוּ *ieranneun*, significat exultantem lætitiam clamore quodam; vel etiam gestu corporis proditam, vt aliàs docui, sicut & Græcum ἀγαλλιάσθωσαν.

Gentes.] Non sunt hic גּוֹיִם *goim*, quæ vox pro gentilibus vsurpatur sæpe, vt à Iudæis distinguntur, licèt etiam pro vtrisque nonnunquam, sed לְאֻמִּים *leummim*, quo nomine passim quicumque populi comprehenduntur, sicut & Græca ἔθνη, quæ hîc est, non solùm Ethnici significantur non rarò.

Quoniam iudicas.] Futuri temporis est תִּשְׁפּוֹט *thiſpot*, & κρινεῖς, sicut pro sequenti *dirigis*, Græcum est εὐθυνεῖς in futuro, quo item pacto habetur in psalterio Gallicano, & apud Hilarium. Sed in præsenti bene redditum est etiam à Hieronymo, quia Hebræi verbis futuri temporis denotant id quod semper omnique tempore fit, ac fieri solet, non modò quod futurum est. Atque id hoc loco voluerunt qui סֶלָה *ſelah* in fine versus interpretati sunt, *semper*, vt Hieronymus, aut Chaldæus Paraphrastes, *in sæcula*. Melius autem perpetuitatem indicat præsens tempus, vt alias docui.

Populos.] Hoc item vocabulum synonymum est cum gentibus, quemadmodum λαοὶ cum ἔθνη, & עַמִּים *hhammim* cum לְאֻמִּים *leummim*, necnon cum גּוֹיִם *goim*.

In æquitate.] Suppleta est præpositio nomini מִישׁוֹר *miſcior*, de quo, & de Græco εὐθύτης lege psalmum 44 [e], vbi de *virga directionis*, aut *æquitatis*. Prouidentiam Dei probat hic locus ergà res humanas, tum verò vt hominum corda renouat, vitamque componit, & reformat; & cognoscitur etiam hic *iudicia faciens* [f], vindicans illatas alias iniurias sæpenumero, nec rarò, studiosos autem virtutis præmijs afficiens, maximè verò in generali futuro iudicio.

e vers. 7 *Dei prouidentia ergà res humanas, & ex hoc loco vtilis probata.*

f ps. 9. 17.

Et gentes.] Prius de hac egimus voce, & de Hebræa, Græcaque illi respondentibus.

In terra.] Vel tu, ô Deus, existens in terra dirigis gentes, vel gentes quæ in terra sunt. Vtrumque tradit Euthymius sensum. Hieronymus expressit secundum, *& gentium, quæ in terra sunt, ductor es.* Tertius ex vtroque sensus, vt per terram Deus dirigat, videlicet in hac degentes terra, tamquam in via ad illam *terram viuentium* [g], nostræ huic velut ἀντίχθονα, ipse, qui præsens est in terra, non tantùm in cœlo. Apollinarius vertit hoc modo:

ἔθνεσι δ' ἡγήσαιο χθόνι μετὰ γαῖαν ἐόντι.

Gentibus vero præsul amicam per terram iter facere.

Quartus, vt sit Christus director aut iudex omnium qui orti sunt de terra, etiam qui mortui iam sunt, vtpote constitutus à Deo iudex viuorum, & mortuorum. Quintus, iuxta lectionem Hilarij, *in terram dirigis*, vt quod paulò ante dixi, dirigat in terram viuentium, & beatorum. Etsi forsan legit, *in terra*, sicut Gallicanum psalterium, cum futuro, *diriges*.

g ps. 16. 13.

Dirigis.] Iam dixi aliam lectionem esse in futuro, *diriges*. Valet id verbum ad litteram *prosperum reddere*, & sæpius occurrit alibi. Inter alia dicitur Deus *dirigere viam nostram* [a], *greſſus* [b], *in semita recta* [c], *& in terra* [d]. Hieronymus, *& gentium quæ in terra sunt ductor es sempiternus.* In bibliis Regijs ex editione Hieronymi pro סֶלָה *ſelah* additur, *semper*, post epithetum, *sempiternus*. Sed nec Victorius, nec Treuetus recitant, nec præter סֶלָה *ſelah* quidquam est, quod respondere possit dicto epitheto. Habent emendati codices Græci διάψαλμα, & meminit Hilarius, admonens tamen nihil hîc innouasse. Sed Scepreus, quia non vidit emendatam editionem Lxx. negauit, quidquam respondere voci סֶלָה *ſelah*, Græcè, sicut nec Æthiopicè, vel Arabicè.

Dirigere, *prosperum reddere*

a ps. 5. 9.

b ps. 16. 13. ps. 139. 5.

c ps. 26. 11.

d ps. 118. 133. ps. 139. 12.

Vers. 6.] Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes.

Vers. 7.] Terra dedit fructum suum.

REpetit versum iam priùs positum, vt celeres faciat populos, vel promptiores reddat, inquit Euthymius, Basilius, Theodoretus, Hieronymus; qui ait, cùm Apostoli, quibus tribuit priorem versum, viderent eos reticescere, propterea id ipsum reiterare, quasi dicerét, semel diximus, non audistis, iterum dicimus, vt canatis. Dici quoque potest, præter ea quæ iam suprà diximus, cùm egisset prius Propheta de viæ Dei cognitione, ac reuelando Christo, qui est via Patris, & ideo gratias agendas, confitendumque Domino, nunc, quoniam etiam dixerat Deum iudicaturum populos in æquitate, & gentes in terra directurum, denuò inuitare populum ad easdem laudes, gratias, confessionem reddendam Deo. Quod vltimo loco est, iuxta vulgarem versuum distributionem, significat, Prophetam de seipso affirmare se plurimum fructum afferre, seu sicut certa suggerit spes, allaturum, quasi terram, cœli rore perfusam, atque pluuia irrigatam, ob dictam cognitionem Dei, & quòd vias rectas fuerit edoctus. Id Hebræi de fertilitate anni, frugibúsque in horrea congregatis, interpretantur, sicut & alij nonnulli, de quibus initio psalmi dixi. vt Lyranus, Treuetus, &c. à quo sensu recessisse Caietanum, próque literali tradidisse cum miror, præter morem, qui moralis est dumtaxat. Sed secundùm aliam separationem versuum, vt initium vltimi ducatur ab vltimis quæ hîc recitata sunt, sic explanant, quòd omnia suppetent ad perfectam temporalem felicitatem, si benedicat Deus, vel postponendo, si Deus benedicat, seu quia beni-

Lect. interpretatio.

gnus est, ideo terram luge suppeditaturum virum, & qua terra oriuntur ad nos iuuandem, sese effusse in pressura.

Mystice, ipse.

Idipsum tertio mystice designatur, postquam *cœli rorauerint desuper, rubesque pluerint iustum, & aperta terra germinauerit Saluatorem* [a], *Spiritus sanctus superueniret* in terram virgineam, ac *virtus Altissimi obumbrauerit* ei [b], & Christus ipse miserit tanquam imbres *eloquium* suum [c], fore, vt desideratus tot sæculis prodeat fructus, tum Christus ex vtero Virginis, tum iustificati per Christi prædicationem, cuiusmodi fuisse fructum Magdalenam Augustinus ait. Item, vbi Apostoli post acceptam doctrinam, & præceptum a Christo, tanquam *nubes volantes* [d], quæ tonent minis, coruscent miraculis, compluant verbis Euangelicæ prædicationis, effuderint imbres in terram, tunc hanc quæ *maledicta* [e] erit propter peccatum, hoc est, nos ipsos & animas nostras, liberas à peccatis, atque ab ea maledictione, & benedictionis diuinæ participes, ac seruos factos iustitiæ, edituros fructum in sanctificationem, cuius *finis* sit *vita æterna* [f]. Comparationem illam cum maledictione terræ nostræ sumptæ secundum tropologiam ob spinas, tribulosque vitiorum, & cupiditatum acu leos, & cum benedictione diuina per configurationem cum cœlesti Adamo, Hilarius tradit, & Augustinus, postque illos alij Latini, vt Hieronymus, Arnobius, & innuit Gregorius [g]: quamuis quidam fructum velint etiam contineri sententia sequentis versus. Euthymius amplectitur simul sensus tres, vt hominibus à Deo benedictis terra abunde fructificet (quo modo videtur conflare versum ex sequenti & postremis hic recitatis verbis, vt Hebræos facere dixi) vt homines ipsi à terra nati sint fructus, ac per tribulationes, & virtutum exercitationes (nimirum quasi per agricolationem) Deo in fructum dati sint, quod affirmant etiam Basilius, & Theodoretus: Vt ipsemet Christus sit fructus, nempe eo modo, quem expectamus, ex terra ortus virginea. Vocat Esaias [h] Christum, *germen Domini in magnificentia sua: & gloria, & fructum terræ sublimem.* Tertullianus [i] expositio mirabilior, qui legens [k], *terra dedit benedictiones suas*, declarat de ligno Crucis, quemadmodum locum alterius psalmi, additis vocibus, quæ nunc desunt, *regnabit a ligno.* item & alibi ait, Propheta ligni huius fructum prædicat, dicens, *Terra dedit benedictionem suam*, vtique illa terra Virgo (innuit etiam dictum illum alium sensum) nondum pluuio gratiæ, nec imbribus fœcundata, ex qua homo tunc primum plasmatus est, ex qua nunc Christus secundum carnem ex Virgine natus est. Similis locus est in psalmo 84 [l]. *Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum*, de quibus duobus locis consule Galatinum [m].

Cur B. Virgo dicatur *Terra*, causas dat Hugo, quia humilis in ea fundanda omnia bona nostra, cadentes recepit, iidem eius auxilio leuamur: immota permansit in fide: viuunt omnes de illa. Dicit præterea *nostram* vocari, quia nobis data est: velut *lacte ac melle manantem*, quatenus filium genuit hominem simul, Deumque: dici *dedisse fructum suum*, non autem reddidisse, quia absque suscepto semine; *suum*, quia absque commixtione viri; *fructum*, quia filio eius fruuntur sancti. Plurimi fieri debere huiusmodi terram, ac pro ea *optima benedicendum Domino Deo* [n]. Exponit etiam de terra voluntatis nostræ, quæ suscepto imbre gratiæ temporaneo, & serotino, id est, præuenientis & subsequentis, profert dignos pœnitentiæ ac iustitiæ fructus, semina boni propositi, ac meditatas operum bonorum fruges. Symbolicam terræ imaginem Augustinus explicat de Maria, vt scilicet mulier effingeretur *nouæ matris filius*, cuius corona in capite esset, minueret curtum, quem leones vectarent, vna manu clauem gereret, cymbalum alia: eius aurigæ vibrarent gladios, procedenti magali sequerentur.

Symbolica Terræ imago, ac virginis imago.

Terra dedit fructum suum.] Paraphrastes, *terra Israel.* Hieronymus, *germen.* Al.], *frumentum* Tertullianus, vt antea retuli; *benedictiones.* Est יבול *iebul* generale nomen ad omne quod gignit in vsum animantium terra, quam voces *productionem.* dicitur potius פרי *peri* de fructu arborum, sed confunduntur interdum, & καρπὸς *fructusque* omnia ista comprehendunt. Interpretans mystice Hilarius de innocenti terræ fructu, quisque sit Dei cognitione locuples, & castitatis, iustitiæ, misericordiæ operibus gloriosus; monet dici quod nostra terra, vetúsque homo exutus vitiis, & concupiscentiis, dat fructum suum, quia eum Adam cum habuisset, amiserat, & primum quidem exhibuit illum in Domino nostro, qui terrenum corpus assumpsit, nihil peccans. Iam prius tempore talis in Maria propter honorem futuri filij fructus præcesserat, vt nempe præseruaretur a peccato quod alioqui incurrisset. Iuxta hunc modum posset dici *reddidisse*, non tantùm *dedisse fructum* tuum, id est, illum qui fuerat in statu innocentiæ. Generaliter quoque quilibet respondens gratiæ, quam accepit, siue peccator, siue iam iustus, conferi potest *reddere fructum*, non *dare*, quia gratiam accepit tanquam semen, & tamen fructus ipse ita est illius, quatenus liberè cooperatur, vt sit magis eiusdem, cuius gratiæ semen, sicut semen est agricolæ, vel domini agricolæ, non autem terræ, quæ non est capax dominij, quamuis dicatur eius, prout ab ea producitur. Delectatus est Christus parabolis ex semine, & ex fructu vario inde producto [o].

Mystice, ipse.

Quis possit dare quod accepit, & meritum esse, dum præmiatur.

[o] Matth. 13. 23.

Vers. 7.] Terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster.

Vers. 8.] Benedicat nos Deus, & metuant eum omnes fines terræ.

DE versuum istorum, & præcedentis distinctione prius egi. Qui hanc, vt hic est, sequuntur, declarant ideo terram copiose fructificaturam, quoniam largiter Deus benedicet, & benefaciet, & benigne foouebit homines: vel modò id faciat, illud futurum. Tunc adhuc repetitur, & inculcatur eadem benedictio, vt cum homines ingrati considerent attentiùs: & ne diffidant: sed vicissim hunc quasi fructum beneficentiæ diuinæ rependant, tum in bonis temporalibus, tum præsertim in spiritualibus, vt nullo excepto, quemadmodum experiuntur omnes, benignitatis Dei effectu, timeant, reuereantur, ament, colant Deum. Secundum receptam vsu Ecclesiastico distinctionem, vt quatuor prima verba referantur in priorem versum, sensus est iste: Concludit Dauid psalmum oratione

Similis locus.

quæ ter à Deo efflagitat benedictionem. Enumerauerat prius tria Dei munera, cognitionem viæ, quæ Christus est, per quam videlicet viam cognoscatur Pater; præterea directionem in terra cum iudicio æquo, & imbrem diuinæ gratiæ ad fructum proferendum. Hic totidem pronde vicibus a Deo benedictionem petit, vt terminentes fidei dogmatum finus, vt obediamus Dei mandatis, vt bonorum fructus operum reddamus.

Satis multorum consentu repetitum ter nomen *Dei* verbo numeri singularis, designat in personis Deum trinum, vnum in essentia. Vide, ait Euthymius, apertum ac denudatum sanctissimæ Trinitatis mysterium hac triplicatione, *Deus, Deus, Deus.* Notauit idem Nicephorus, & ex Latinis Arnobius, Hieronymus, Rufinus, Cassiodorus, Beda, Haimo, Remigius, Bruno vterque, Hugo, Rickelius, Glossa interlinealis, Lyranus, & passim alij posteriores, præterea in Symbolum Ambrosius [a], Gregorius [b]. Ad hæc Durandus [c] & Magister [d], & ante omnes Alexander Papa I. [e] quem postea deprehendi, à Fabio & a Nebiensi citatum. Si tamen ambigi non possit an eius nomine epistolæ, quæ extant, ab illo reuera datæ sint. Item Athanasius [f], qui tamen sic recitat, ἐυλογήσει ὑμᾶς ὁ θεὸς ὑμῶν, ἐυλογήσει ὑμᾶς ὁ θεὸς, *benedicat vester Deus Deus vester, benedicat vos Deus.* Produxit hoc etiam testimonium contra Iudæos cum aliis similibus, Paulus Burgensis [g], & Galatinus [h].

Benedicat nos Deus Deus noster, benedicat nos Deus.] Dixi de diuersa lectione apud Athanasium, *benedicat vester Deus Deus vester, benedicat vos.* nescio, vnde sumpserit, ac suspicor alium quendam locum innuere ab hoc diuersum. Nihil refert hîc non haberi nomen tetragrammaton יהוה *iehouah*, sed אלהים *elohim*, communicabile creaturis. Nam ex adiunctis colligitur de Deo vero sermonem esse, nempe quod oretur benedicere, & optetur, vt *cum timeant omnes fines terræ.* Obseruant autem ex iis quos dixi Trinitatis hinc inferre mysterium, aliqui, dici *Deum nostrum* secundo loco, quia persona secunda per incarnationem nostra peculiariter facta est. Nobis namque datus, nobis natus est Dei filius generatione temporali, puer datus nobis, filius natus nobis. Sed & Augustiniani Ordinis religiosi ad nomen Christi, semper addunt Domini nostri, etiamsi non exprimatur. Quòd si quis inter legendum id omittat, iubetur exprimere repetendo. Obseruari quoque potest in nouo Testamento, sæpe *Dominum nostrum* nominari peculiariter Christum. Moses item contestans Deum vnum, Deus, ait, Deus tuus vnus est: secundo loco vocans *tuum*, sicut & Zacharias, ac alij *regem tuum* nominant. Affinitatem quandam habet illud ex Deuteronomio [i], *Audi Israel Dominus Deus noster, Dominus vnus est*, vbi primo loco est non יהוה *iehouah*, in aliis אלהינו *elohim*. Quem pro eadem Trinitate Augustinus [k] vrget locum, & Idacius [l], Nyssenus [m], Theodoretus [n]. Notat etiam Cassiodorus his *benedicendi* verbum poni, quia repetitus fructus debet, & hinc hîc optari, vtpote semper necessarium, & vt ipse loquitur semper proficuum: Basilius, & Theodoretus, vt quemadmodum bis ad hymnodiam Gentes excitatæ fuerant, ita & salutem bis propheta nidem exoptaret. Augustinus tamen, ac Hilarius, & Basilius atque Theodoretus nihil hîc de mysterio Trinitatis, & Apollinarius nec Dei etiam nomen plusquam semel ponit. Huius verò alienior interpretatio circa *benedicendi* verbum, vt non petatur benedictio, qua nos benedicat Deus afficiendo beneficiis: sed qua nos illum, scilicet concedendo, vt eum ipsi benedicamus, sicut paulo antè inuitauerat Dauid ad confitendum eidem, & in hunc ad eumdem metuendum.

ἡμέτερος θεὸς ἄμμι πέρι χαρίσατο αἶνον,
αἶνον ἀταῖξ πέρι ἄμμι.
Noster Deus nobis præbeat gratissimam laudem,
Laudem vox præbeat nobis.

Et metuant eum omnes fines terræ.] Ex pronomine singulari colligunt hi quos antè dixi, vnum Deum essentia, trinum in personis. Probabile tatis argumentum propter auctoritatem, non tamen concludens, cùm eiusmodi repetitiones fiant non rarò in aliis, ita vt in repetitione censeri possint, non magis personæ distingui quam naturæ. Propterea talibus non admodum premuntur aduersarij, sed melioribus, quæ non desunt. Ex his autem qui proprie disputant, & magis presse atque scholasticè de Trinitate, non legi, qui vrgeret hoc testimonium, etsi adferunt alia, quorum haud vis, maior; quæ, inquam propter grauitatem auctorum habent apud nos momentum.

Quid autem valeant *fines terræ* litteraliter ac mysticè, diximus aliàs, & hoc posteriore modo tum in bonam, tum in partem malam, prout etiam declarat Hugo. Galatinus [o] refert, veteres Thalmudistas statuisse vt similes loci ab vnoquoque Iudæorum bis saltem in die mane & vespere dicerentur. Vtpote quòd sub illis arcanum quiddam reuelandum tempore Messiæ assererent. Inter antiquos autem Rabinos, quorum nunc ab Hebræis corrupta exemplaria sint, ait se legisse qui diserte Trinitatis mysterium ex iisdem colligerent, tum verò, quam Græci tamen negant, processionem Spiritus sancti à Patre, & Filio.

Trinitatis mysterium hac obsecratione.

a cap. 3. b in 1 Reg. & 19 mor. c. 16. vel 27. c 4. Rational. c. 4. num. 5. d dist. 3. part. 1. e Epist. 1. de cõmunis essentia Patris, &c.

g 1 parte Scrutinij scripturarum. d. 10. 4 & addit. ad Plusq. h Lib. 2. c. 1.

Augustiniani Ordinis religiosi ad nomen Christi, semper addunt Domini nostri.

Aegyptiorum.

Trinitatis mysterium diserte ex vtili loco allegatum refellitur.

i Deut. 6. k lib. 1. de Trinit. c. 7. & de agnit. Dei, & ter. l. de Trinit. & Spir. sanct. c. 1. m lib. de Trinit. & de agnit. Dei, & ter. n in Psal. 66. & 67. & alibi. o Lib. 2. c. 11.

PSALMVS SEXAGESIMVS SEPTIMVS.

In finem.

1 Psalmus Cantici ipsi Dauid.

2 EXurgat Deus, & dissipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum, à facie eius.
3 Sicut deficit fumus, deficiant: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei.
4 Et iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei: & delectentur in lætitia.
5 Cantate Deo, psalmum dicite nomini eius: iter facite ei, qui ascendit super occasum: Dominus nomen illi.
Exultate in conspectu eius, turbabuntur à facie eius, 6 patris orphanorum, & iudicis viduarum.
Deus in loco sancto suo: 7 Deus qui inhabitare facit vnius moris in domo:
Qui educit vinctos in fortitudine, similiter eos, qui exasperant, qui habitant in sepulchris.
8 Deus cùm egredereris in conspectu populi tui, cùm pertransires in deserto:
9 Terra mota est, etenim cæli distillauerunt à facie Dei Sinai, à facie Dei Israel.
10 Pluuiam voluntariam segregabis Deus hæreditati tuæ: & infirmata est, tu vero perfecisti eam.
11 Animalia tua habitabunt in ea: parasti in dulcedine tua pauperi, Deus.
12 Dominus dabit verbum euangelizantibus, virtute multa.
13 Rex virtutum dilecti dilecti: & speciei domus diuidere spolia.
14 Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri.
15 Dum discernit cælestis reges super eam, niue dealbabuntur in Selmon: 16 mons Dei, mons pinguis.
Mons coagulatus, mons pinguis: 17 vt quid suspicamini montes coagulatos?
Mons, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo: etenim Dominus habitabit in finem.
18 Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium: Dominus in eis in Sina in Sancto.
19 Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem: accepisti dona in hominibus:
Etenim non credentes, inhabitare Dominum Deum.
20 Benedictus Dominus die quotidie: prosperum iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum.
21 Deus noster, Deus saluos faciendi: & Domini Domini exitus mortis.
22 Verumtamen Deus confringet capita inimicorum suorum: verticem capilli perambulantium in delictis suis.
23 Dixit Dominus: Ex Basan conuertam, conuertam in profundum maris:
24 Vt intingatur pes tuus in sanguine: lingua canum tuorum ex inimicis, ab ipso.
25 Viderunt ingressus tuos Deus, ingressus Dei mei: regis mei qui est in sancto.
26 Præuenerunt principes coniuncti psallentibus, in medio iuuencularum tympanistriarum.
27 In ecclesiis benedicite Deo Domino, de fontibus Israel.
28 Ibi Benjamin adolescentulus, in mentis excessu.
Principes Iuda, duces eorum: principes Zabulon, principes Nephthali.
29 Manda Deus virtuti tuæ: confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.
30 A templo tuo in Ierusalem, tibi offerent reges munera.
31 Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum: vt excludant eos, qui probati sunt argento.
Dissipa gentes, quæ bella volunt: 32 venient legati ex Ægypto: Æthiopia præueniet manus eius Deo.
33 Regna terræ, cantate Deo: psallite Domino: psallite Deo, 34 qui ascendit super cœlum cœli, ad Orientem.
Ecce dabit voci suæ vocem virtutis, 35 date gloriam Deo super Israel, magnificentia eius, & virtus eius in nubibus.
36 Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israel ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi suæ, benedictus Deus.

Hunc Psalmum, vt tam diuidum in Commentario nostro in Ecclesiasten, editus est, suo hic loco, & ordine, inter cæteros Psalmos, quorum omnium interpretationem paulo accuratiorem suscepimus, collocare omnino debuimus. Attamen cum eumdem recognouimus, non tam retractandum quàm nonnulla Paralipomena prioris editionis duximus inferenda: quemadmodum vtramque editionem comparare cupienti haud erit obscurum.

Titulus, & argumentum.

Vers. 1.] Psalmus Cantici David.

Non patiuntur angustiæ temporis, quod ad docendum supereſt, nec Instituti ratio, cum supplementi loco hunc exponamus Psalmum, vt quæ ad vniuersum Psalmorum spectant opus, nunc dicamus. Ponimus absque dubio contra Nicolaitas, Gnosticósque, & Paulum Samosatenum *, esse canonicum hunc, & sacrum librum, quem solent Hebræi velut in quinque partiri. Nec etiam disputamus de nomine Psalmorum, numero, diuisione, ordine, metro, auctore, materia, titulis eorum, multiplici editione, difficultate, dignitate, siue vtilitate. Illa persequemur, quæ necessaria, propriáve sunt huic Psalmo.

* Præcebat.

לְמְנַצֵּחַ עַל נְגִינוֹת שִׁיר *Lamnatsseach binginoth shir*, Εἰς τὸ τέλος ἐν ὕμνοις ᾠδὴ τῷ Δαυΐδ. Chaldæus: לְשַׁבָּחָא עַל יַד דָּוִד שִׁבְחָא וְשִׁירְתָא *Leshabbacha hual yad Dauid shebachá veshirtha. Ad laudandum per manum Dauid hymnus*, siue *Laus, & Canticum.* Pro, *In finem*, Hebraice habetur לַמְנַצֵּחַ *Lamnatsseach.* Interpres autem Latinus sequitur in versione sua Septuaginta Interpretes, qui reddunt: Εἰς τὸ τέλος. Illi verò, vt suspicatur Eugubinus [a], legerunt, נֵצַח *netsach*, quod sonat *æternum*, ac *sempiternum*: sicut in Psalmo quadragesimo nono [b], *Et vsque adhuc in finem*, עַד נֵצַח *hhoá lanetsach.* Hieronymus vertit: *Adhuc in sempiternum.* Aquila exponit, πρὸς διηνεκές, vt meminit idem Hieronymus [c]. Symmachus, εἰς τέλος. Theodotion: Εἰς τὸ τέλος: quamuis testetur Theodoretus [d] illum, & Aquilam potuisse, πρὸς διηνεκές, & Symmachum, εἰς τέλος, in quolibet Psalmo, in quo LXX. τὸ τέλος. Hi ipsi Interpretes ad fines videntur seculorum respexisse, hoc est, ad tempora Messiæ, quod & Rabbini fatentur. Ex quibus David hanc artem referri לְעַתִּיד לָבֹא *Lahbáthar lava*, ad futurum, quæ est velut descriptio seculi Messiæ. Veteres interlexerunt ipsammet victoriam, quam ibi Messias sui aduentus finem proponit. Item Vatablus Nyllenus [e], licet potius secundum tropologiam ad nos ipsos. Alij translatores rationem tribuerunt in eiusmodi titulis ad musicam: alij totum, & ad cantorem qui præsit, atque ad vincendum, & ad illum maxime, qui victoriale canit cantum: alij ad instrumentum per quod victoria canitur. Alij ad ipsum Deum, qui victoriam dat. Alij ad Christum, qui victoriam nobis meruit. Alij ad Ecclesiam, quæ victoriam de hostibus reportat. Alij ad Spiritum sanctum, qui victoriam in nobis operatur. Alij denique *mentis excessum.* Et quando mentio etiam fit de *communibus ejusdem* [f], vt nonnulla continet versio, legunt Hebraice לְכַנֵּת *lenatseach*, nec inique vocabulum est, cum pro illo ponitur *ministerium* [g]. Præterea in Cantico Habacuc [h]: *Dominus victor in Psalmis eorum*: Hebraice: לַמְנַצֵּחַ בִּנְגִינֹתָי *Lamnatseach binginothai*, Græce, ἐν ταῖς ᾠδαῖς αὐτοῦ ὑμνήσω αὐτόν. Lege ibi Ribeiam nostrum, qui bene demonstrat tantum Prophetæ eius de victoria, triumphatoreque Domino, qui finito iudicio deducat cum Sanctis in cælum ad canendum laudes ipsius. Eodem pertinet Chaldæus titulus: *Ad laudandum*, vel, *Ad laudem.* Sed pars est non leuissimum expositionem de Christo, quæ Patribus passim placet, nec tamen recedendum à vulgata lectione in Cantico Habacuc, vt pro *victor* legatur, *victori*, quod Ribera contendit.

Psalmus Cantici.] Chaldæus, *Hymnus*, seu *laudatio, & Canticum.* Distinguunt nonnulli Canticum à Psalmo, quod Canticum ore caneretur, & magis soluto metro, communique cantu, & quasi plano, Psalmus ad citharam, lyram, psalterium, aliaque musica instrumenta caneretur, metro magis lyrico, & artificioso. Quare *Psalmus Cantici* esset, quem nimirum ore, ac instrumentis cantores modularentur. Quod tamen à Psalmo denominatum Psalterium, Psalmis modulandis adhibitum sæpius videtur, quod nunc quæ sit, describere non vacat [i]. Memini alicubi *citharæ* Dauid [k]: sed Ioannes in Apocalypsi & non alia dat in Beatorum manus instrumenta musica, forsasse propterea, quoniam etiã *psalterium* concauum sit in parte superiore, lenumque caret sartum, qui proprius videtur Beatorum, tamen significare voluit laudes, quas Beati reddunt Deo, & lætitiam, quam percipiunt ex victoria per mortificationem habet enim, teste Hieronymo [l], Psalterium, quæ sit, & Cithara contentionem in parte inferiori. Legge Ioannem Ferrariensem [m].

Eugubinus vult *Psalmum & Canticum* esse synonyma, nec in Titulo dicendum *Psalmus Cantici*, sed, *Psalmus Canticum*, vel addita coniunctione, *Psalmus, & Canticum*, vt si diceres nudos artus atque oda, ad maiorem expressionem: sicut & Chaldaicè dicitur *Laus & Canticum.* Fi quidem verum est, aliquando poni Latine *Canticum* pro מִזְמוֹר *mizmor* [n], pro quo fere semper apud nostros ponitur *Psalmus*, & Græce poni ᾠδὴ pro eodem Hebræo nomine, cum tamen ᾠδὴ, & *canticum* respondeat Hebræo שִׁיר *shir.* Item *laus cantici* videtur dici pro Psalmo, ex ᾠδὴ. Attamen plurium præualet in eo quod diximus, auctoritas, præsertim, cum non adeò sæpe in titulo duo illa nomina exprimantur [o], & vbi dicit contrario *canticum Psalmi* [p]. Nonnulli *Psalmum cantici* dicunt esse similem cantico, *canticum Psalmi* simili Psalmo. Sic Vatablus, & alij. Aliqui, cùm vox & instrumentum musicum non iungebantur, sed modò vnum magis, modò aliud, ni est. vt *Psalmus canticus* esset, quando pulsu vocem instrumenti musici vox sequebatur humana, *canticum Psalmi*, e contrario. Sed Hebræi prohibentur se hoc ignorare.

Dauid.] לְ דָוִד *le Dauid*. Τῷ Δαυΐδ. Chaldaicè עַל יַד דָּוִד *hual iad Dauid. Per manum Dauid.* Mi nunc Eugubinus esse gentilium casum, sed cùm tangi possit etiam dativo, iuxta Grammaticos, credendum LXX. Interpretibus, atque ceteris

præsertim

---

a Lib. 1. c. 2.

b 1. Paralip. 25.

c 1. Paralip. 4.

d Ibid. c. 4. 13.

e Præfat. in Psal. 4. & 12. 67.

f Psalmus quasi cantus. Psalmus est cantus cum symphonia.

g Ps. 100. Ps. 112. Ps. 146. 7 & alib. Instrumenti quasi cantus. g. c. 5. d. c. 14. 2. c. 15. 2. c. 18. 32.

h Ps. 90 & 92. & 94.

i In Psal. 43. 66. 71. 91. & in illo c. Psal. 65. 82. & 107. Psalmus Cantici: Canticum Psalmi. quia

k Epistol. ad Dardanum.

l In Thesauro verbo Cithara.

m In Apocal. 5.

n Psalmus & Canticum. Psalmus & Canticum symphonia.

o In Titulo Psalm. 38.

præsertim cùm sic indicetur, vt notat Genebr. : dus, non tam auctorem esse Dauid, quàm velut amanuẽsem Spiritus sancti, qui, vt Chaldæus præ se fert, illius quasi manu veteretur. Putat præterea idem Genebrardus, per Hebraismum poni dativum pro genitivo. Certè nõ est omnino certum scriptos omnes Psalmos à Dauid. Et ratio illa prima non minus habet locum in reliquis Scriptoribus sacris. Non apparet quoque, cur talis Hebraismus toties repetatur in titulis Psalmorũ. In Psalmo 15. sic habet titulus: *Tituli inscriptio ipsi Dauid.* Aliud ergo sibi vult, quàm quòd Dauid sit Psalmi scriptor. In 17. item satis innuitur tali formula Psalmos peculiariter factos in gratiam Dauid, siue ab ipsomet, siue ab alio aliquo. In emendatis Bibliis Psalmus 27. continet titulum Latinè, *Psalmus ipsi Dauid*: cùm tamen aliæ editiones non varient. Idem est in 31. addito, *Intellectus*, in genitivo, Συνέσεως. Item in 33. *Dauidi*, declinato nomine, in 34. 35. 36. 39. 40. 67. 85. 92. 94. 95. 97. 98. 102. 103. 107. 137. 144.

Eadem ratio videtur, cùm in titulis alia nomina exprimantur. Exempli causa in 58. *Ipsi Idithum Canticum Dauid*: vtrique enim nomini præfigitur idem articulus (לְ) *le*, & τῶ. Dicitur autem *Idithun*, vnus de Præfectis Cantorum, sicut & *Core* [a], & *Asaph* [b], & *Ethan* [c], quamuis Rabbi Abraham velit esse concentum, vel tonum, quo tales Psalmi canendi essent. In Psalmo quidem 76. est, *pro Idithun, Psalmus e Asiph.* quemadmodũ nonnunquam sunt in titulis nomina instrumentorum musicorum. Sed & pro dicto articulo (לְ) *le*, reperio præpositionem לַ *lhal*, & Græcum ὑπὲρ, vt in Psalmo 61. Ad hæc eundem articulum (לְ) *le*, reddunt interdum Græci per præpositionem εἰς, Latini per (*In*) vt Psalmo 71. Denique res obscurissima est de titulis, præsertim cùm in textu Hebræo multi Psalmi careãt illis, & in aliis editionibus non eodẽ omnes modo se habeant: ita vt censuerint summæ auctoritatis viri [d], aliquãdo abradendos penitus omnes titulos: quod meritò tamen obtineri non potuit.

Quod attinet ad præsentis argumentum Psalmi, quem Rabbi Abrahã Auenezra testatur esse נִכְבָּד מְאֹד *nicbbad meod*, valde nobilem & gloriosum, necnon grauem, adde etiam, quod epithetum Hebræum significare potest, difficilem: certi esse debemus illum esse de Christo, cùm sic eum Paulus vsurpauerit, & intellexerit, in Epistola ad Ephesios [e], quem Caietanus, & Iansenius in Commentario Psalmi non satis consultò dixerunt vsum esse solo sensu mystico, vel etiam accommodationis. Græci Patres, Augustinus quoque, Hilarius, & cum ipsis multi Latinorum arbitrantur, Dauid admonitum ab Spiritu sancto de aduentu Filij Dei, cõtra perditores orbis Dæmones precari, vt acceleret, commemoratis multis prodigijs à Deo factis, quæ rei huius symbola erant: & adeò multorum beneficiorum nobis conferendorum à Christo, atque præterea mysteriorum ipsius. Non ergo Psalmus est duntaxat, vt Hebræi volũt, aut de lata lege, aut de bellis Dauid, aut de victoria contra Sennacherib, aut de Gog & Magog, siue de Antichristo: nec institutus tantùm, quando arca portabatur in Sion: vel cùm progrediebatur Dauid contra inimicos. Sed est de his simul vel aliquibus eorum, vt præsignificant, ac referunt Christum, cuius etiam Christi mysteria nonnulla satis in illo indicantur, vt Resurrectio, Ascensio, Missio Spiritus Sancti, Propagatio Ecclesiæ, Prouidentia in tribulationibus fidelium.

Non est omnino certum omnes Psalmos à Dauid scriptos.

a In multis Psalmis inscribendo à 42. b In multis inscribendo à 49. tum in 72. & alias. c Psalm. 88. & alibi.

d Sixtus V. *Edendi de Psalmis omnes titulos voluerit nonnulli.*

Psalmus hic nobilis, grauis, & difficilis.

De Christo Psalmus ipse passus e cap. 4. 8.

Vers. 2.] Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum, à facie eius.

Hic Versiculus totus ex libro Numerorum [a] sumptus est, vbi narratur, *cùm eleuaretur Arca* ad iter, dicere solitum Moisen: *Surge Domine, & dissipentur inimici tui, & fugiant: qui oderunt te, a facie tua.* Quo fit, vt si metro scripti sint Psalmi, metricè quoque tunc Moses locutus sit. Septuaginta eo loco, Ἐξεγέρθητι, *expergiscere*, quasi dormiret Deus: Sicut & in Psalmo 43 [b]. *Exurge, quare obdormis Domine*: Rabbi Salomon hoc Psalmo notat, id quod antè dixi, cãtatum istis verbis, quando portabatur Arca: cùm deponeretur, illis aliis ex Psalmo 131 [c]. *Surge Domine in requiem tuam, tu, & Arca sanctificationis tuæ*: quibus habentur similia, necnon sequentibus in eodem Psalmo, in secundo Paralipomenon [d], postquam Salomon Arcam deposuerat: & eirato loco libri Numerorum ista [e]: *Reuertere Domine ad multitudinem exercitus Israel.*

Quidda simile facere videtur Romanus Pontifex, cùm peregrè proficiscs præmittit vt itineris ducem venerabilem Eucharistiam, vt fecisse meminimus anno 1598. Clementem VIII. in expeditione Ferrariensi. Edidit hoc de ritu tractatum Angelus Rocca Papæ Sacrista, confirmans præsertim dicto exemplo de Arca, præter alia exempla, portatæ pro viatico Eucharistiæ, & præter Reliquias Sanctorum in castris præferri solitas, aut res alias eiusmodi pias: quod & nos illustrare pluribus testimoniis possemus, vt Constãtini Magni, Narsetis, &c. Abulensis [f] existimat ex his verbis Mosis inoleuisse in Ecclesia cõsuetudinem, vt in principio Canonicarum Horarum dicatur, *Deus in adiutorium meum intende*, &c. Hoc multo antè docuerat Amalarius [g], & Vualfridus Strabo [h], etsi non meminit de Arca, sed de Patribus antiquis, qui decreuerint in suis collationibus, non tantùm officiis, sed etiam operibus id præmitti. Plurima sunt de Versiculo illo Psalmi 69. apud Cassianum [i] pia valde, atque vtilia. Vtebatur Antonius contra Dæmones huius nostri Psalmi versiculo, vt testatur Athanasius [k]. Idem, aliúsve in Quæstionibus, decimam quartam proponit, quam diabolus maximè orationem timeat. Respondet verò, fide dignos ἀντιμαστεφόρους retulisse ab eodemmet diabolo visibiliter apparente responsum, nullam in vtroque Testamento adeo timeri à se, vt istam, & quamprimùm pronunciatur, se vlulando euanescere. Narrat Petrus Damiani [l] narrauisse beatum Leonem Papam IX. quòd ex amicæ suæ sanctimonialis narratione acceperat, cùm comitem suam ad diuinas laudes decantandas nocte somno pressam vocans excitare nequiuisset: iratiórque ac minùs attendens quid diceret, Diabole surge, dixisset, Diabolum sub comitis pygmææ forma præsto fuisse; vnà cum illa mutuos versiculos psallendo reddidisse: sed cùm ad huius Psalmi exordium peruentum esset, vltra progredi nequiuisse, sicque deprehensum, atque signo crucis mox pulsum

a Num. 10. 35.

b vers. 1.

c vers. 8.

d c. 6. 41.

e c. 10. 36.

Memorabile testimonium de more quo Romani Pontifices proficiscentes peregrè prosequuntur eos.

f In cap. 10. Num. *Inde mos in Ecclesia in principio Canonicarum horarum, cantandi, Deus in adiutorium meum.* g 4. de Eccles. offic. c. 2.

h De reb. Eccles. c. 25.

i Collat. 10. c. 11. *contra Dæmones respondi vsus.*

k In Vita.

l Lib. 6. epist. 10. sub finem.

pulum cum illo. Eodem spectat quod scribit Marcellino idem Athanasius, si terreant eum hostes, neque conquiescant ab insidijs, omniaque machinentur in ipsius perniciem, etiamsi plurimi fuerint, ne remittat, quia iacula puerorum, erunt plagæ eorum, siquidem cecinerit Psalmum istum cum 63.69.70.

Exurgat.] Ἀναστήτω. Hebraicè est futurum tempus קוּם *iakum*, sed vtuntur Hebræi futuro, pro imperatiuo. Vnde sine causa Vatablus vult nos in præsenti legere, *Simul atque exurgit Deus, inimici eius dispergũtur*, &c. Passim verò hic obseruant Interpretes planam fiduciam rei, quam sciebat Dauid futuram, vel sine prece prædictionem, si persistamus in futuri propria significatione; hoc est, vt veniret Deus Dei filius ad salutem generis humani contra Dæmones, quasi adhuc sedens, quia differens aduentum, aut in suæ adhuc Deitatis maiestate manens, nec dum factus homo. [a] *Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus.* Itaque, vt ait Euthymius, *exurgere*, est moueri quodam modo ad delinquentium vindictam: adde ad oppressorum auxilium. Verùm, quia Christus ante Resurrectionem ipse potiùs vilis est ab aduersatiis opprimi, Glossæ, & alij de resurrectione interpretantur, vt Hilarius, Arnobius, item Athanasius [b], & Gaudentius [c] Brixiensis. Rursus, quoniam ante Iudicium grassantur adhuc inimici: paulò verò pòst dicitur quòd deficient ac peribunt: explicat Cyprianus [d] de Iudicio. Interim *sedet Christus a dextris Patris, donec ponantur inimici scabellum pedum ipsius* [e]. Latiùs quoque sumi potest *exurgendi* verbum, sicut de simplici *surgendi* aliàs docuimus [f], pro eo quod est, aggredi, & excitare seipsum ad res gerendas, & in proposito ad ea omnia quæ pertinent ad Ecclesiæ salutem. Figmentum est Hebræorum, de quo Abulensis [g], cùm præcedente Arca verba ista pronunciarentur, omnem montem, & abruptam viam explanari solitam.

Et dissipentur inimici eius.] Deest Hebraicè, &, וְיָפֻצוּ *vaphutsu*, in futuro, iuxta sensum primi verbi huius eiusdem versus. significat etiam *dispergantur, conterantur, confringantur cum dispersione*: & Græcè διασκορπισθήτωσαν, *exinaniantur in medium sparganturque*, vel etiam simpliciter *dispergantur.*]*inimicos* [h] quidam intelligunt Gentiles, quorum per conuersionem fit Gentilitatis titulus, ac superstitio penitus delenda: ita vt hi qui oderunt Deum, & quos optat Dauid vt fugiant, sint Iudæi qui permittuntur in sua lege viuere, de quibus Christus dixit, quòd cùm se vidissent, *oderant ipsum* tamen *ac Patrem* [i]. Glossa interlin. & Lyranus, & Beda, & alij exponunt vtrumque de Iudæis. Euthymius, de Dæmonibus. Alij tropologicè, de peccatoribus, idque in bono sensu. Sed hùc ego sensum persequi non intendo: & ista duo συνιέμενος accipio, & quidem generaliter, comprehendendo simul Dæmones maximos inimicos Dei, quique mortales simul excitant ad odium eiusdem. Nam Iudæorum epithetum est, vt dispersi *dicantur*, & *Dispersionis* nomine intelligantur, & proinde quadrat ipsis istud verbum, *dissipentur*, simul cum euentu sub Vespasiano, & Tito. Sed concedo de Dæmonibus etiam inimicis, qui aliis nocent hominibus, multo meliùs Dauidem dixisse *inimicos* esse Dei, quàm suos, quia nullus odit Iustum, qui non oderit Deum, nec peccatorem Iustus odit, quòd illi noceat, sed quia Deo inuisus est. *Nonne qui oderunt te Domine, oderam, aiebat Dauid* [a], *& super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos, & inimici facti sunt mihi.* Hi sunt quos nominat Paulus [b] θεοστυγεῖς, *Deo odibiles*, vel etiam *Dei osores*, vel, vt legit Cyprianus [c], *Deo abhorrentes*, tanquam aut ἀθέους, aut ἀσεβεῖς. *Inimicus ero inimicis tuis*, ait Deus [d].

Qui oderunt eum.] Possunt aliqui esse inimici Dei, quos ipse odio prosequatur: *Similiter* enim *odio sunt Deo impius, & impietas eius* [e]: ille propter impietatem, quæ *non est ex Deo* [f], quia *diligit omnia quæ sunt, & nihil odit eorum quæ fecit* [g]: at non videtur posse Deus odio haberi, ne à damnatis quidem, quia nulla in ipso est ratio mali, quod est odij obiectum. Nihilominus qui Deo caros odit, censetur & ipsum Deum odisse, sicut *qui tangit*, ac lædit eos, *tangere*, læderéque *pupillam oculi* Dei [h]. Oderunt Deum quidam peccatores, vt aliis quoque locis dicitur [i], odio, quod speciale peccatum est, vel eo quod vocant, abominationis, dum alienantur ab ipso, quatenus eum experiri videntur vt noxium, & auertantes malum, tendunt quoque in Deum ipsum, vt aliquem habet ordinem ad illud: vel etiam odio inimicitiæ, volendo Deum, si fieri posset, non esse omnipotentem, &c.

Magis generaliter accipitur hic *odium Dei*, nec ita formaliter, nec tamen in amplissima illa notione, secundùm quam quiuis mortaliter peccans, Deum censetur odisse, à quo auertitur. Verùm quatenus quis pios, & Dei amicos infectatur, etiamsi fortasse non adeò directè, quia sint amici Dei. Lege Beatum Thomam [k], & quæ ipsi, dum illum exponeremus, diximus.

Fugiant à facie eius.] Nunc refellendus crassus error Anthropomorphitarum. Deo membra, & materiales quædam tribui solent actiones ἀνθρωποπαθῶς, accommodatè ad humanum captum nostrum: Sed intelligi θεοπρεπῶς debent congruenter Diuinitati eiusdè penitus immateriali. Sic etiam *a facie*, id est, a conspectu Dei, qui vbique est, & *a cuius facie fugere* nemo potest [l], dicitur fugere, qui sic perterretur, Deo peculiari quodam effectu vel re præsentiam suam declarante, vt solet homo hominem fugere, a quo sibi timet. Præsens erat Deus speciali quodam modo in Arca, idcirco precabatur Moses [m], vt ea præcedente, obuij extimescerent inimici, loco cederent, non resisterent. Ionas [n] *fugere* volebat *a facie Domini*, non quasi putaret, vt de eo Iosephus [o] scribit, se posse Deum effugere: non enim erat adeò rudis Propheta, neque, sentit Ioannes Cathardus [p], quòd crederet non loqui Deum Prophetis extra terram Israëlitarum: non ignorabat locutum in Ægypto ac Mesopotamia Abraham, Isaac, & Iacob, Mosi, vt & postea in Babylone Danieli, & Ezechiel. Volebat longè abire, vnde non esset probabile quempiam esse mittendum ad Niniuitas: idcirco tèdebat per mare mediterraneum versus occasum, cùm vergeret Ninive versus Orientem in Septentriones. Simili de causa Satan, qui affuerat, *quando filij Dei*, id est, Angeli, *venerant, vt assisterent coram Domino*; quod perinde dictum est, ac si dictum esset, ante faciem Domini, & *cui Dominus dixerat: vnde venis*: traditur postea egressus *a facie Domini* [q], quoniam desiit ei loqui Dominus: nec enim eis loqui solemus, aut quid cum illis agimus, qui nobiscum non sunt, aut à nobis recesserunt. Propterea dicitur etiam Deus quoddam *procedere a facie sua* [r],

& aliqui

a pl.138 21. 22.

b Rom.1 30. c Ep.68.

d Exo.23. 22.

e Sap.14.9. f 1.Ioann.3. 10. g Sap.11.25

h Zach.2.8 *Peruersitas odij in Deum.*

i Ioann.15.25. Deut.32. 41. Prou.1. Pf.138.21.

k 2.2.q.34.

Crassus error Anthropomorphitarum.

l Pf.138.7. *Quomodo quis dicatur fugere a facie Dei.*

m Nume. 10. 35.

Ionas vt intellexisse videtur fugere a facie Domini.

n Ionæ 1.3. 10.

o 9. Antiq. c. 11.

p In Ionam

q Iob 1.6 9. 12.c.2.3 7.

r Pf.50.13.

a pf.11.6.

Exurgere quod pro hoc.

b De Incarn. con. Apollinarem

c Tract.2.

d Lib.2. c.28.

e pf.109.1.

f Act.2.15.

Figmentum Hebræorum

g in c.10.Nu.

h Lucret. Tertullianus.

i Ioan.15.24.

Tropologia.

Nullus odit iustum, qui non oderit Deum.

& aliqui *profecti à facie oculorum Dei* [a]. Denique Cain dixit Deo [b]: *Ecce eiecis me hodie a facie terræ, & à facie tua abscondar*, id est, Non me hic permittis habitare, vbi te præsentem exhibes, non me deinceps benignè accipies. Crebrò Scripturæ, vt Dei declarent benignitatem, vsurpant *ostendere faciem & vultum illuminare*, seu *illustrare super aliquem*, & oppositis phrasibus, oppositum denotant. Ad eundem modum fugiunt Deum, & ab eius facie, qui despiciant Deum, vel quos ipse persequitur. Lege Riberam nostrum [c], & Pererium [d]. Porrò cum, vt dictum est, his, & sequentibus verbis, contineatur diuina prædictio declarata in modum optantis, non propriè Dauid malum imprecatur. Videt hoc, ait Augustinus [e], certissime peccatoribus imminere, & placet ei, quod Deus statuit, ne Deo ipse displiceat. Confirmat hunc Canonem aliis exemplis, vt Psalmi 68. in quo est maledictio Iudæ traditoris; & eorum, qui auditis vinculis, quæ Paulus passurus erat, dixerunt: *Domini voluntas fiat* [f]. Legendus sermo totus.

a Psal. 33.
b Gen. 4. 14.
c In Ioël. c. 1. d in Gen. c. 4.
e Sermo. 109. de Tempore.
f Act. 21. 14.

Vers. 3.] Sicut deficit fumus, deficiant: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei.

TAm facile tibi hostes de medio tollere, quàm euanescit facile fumus, & colliquescit, absumiturque ad ignē cera. Posteriorem visus est Dauid Psalmo 57. 8. similitudine, vt repentinum describeret hostium interitum: *Sicut cera, quæ fluit, auferentur.* Lege quoque Psalmum 21 [h]. & 101 [i]. & Micheæ 1. [k] & Amos 9 [l]. & Esa. 64 [m]. Prior habetur Psalmo 36 [n]. & 96 [o]. Hoc est, *dissipari*, & *fugere*, quæ sunt priore versu dicta, nempe deficere, liquescere, tandem abire in nihilum. Argutè nonnulli [p] *fumum ascendentem*, dicunt Gentiles elatos ob sapientiam, & potentiam, qui euanuerunt [q]: *ceram liquefactam*, Iudæos compactos ex fauo legis, & priuilegiorum diuinorum: qui consumuntur igne tribulationum. Vtrumque præstat vi diuina Christus, suo veluti vento & igne, quæ duo sunt symbola diuinitatis, in quibus & Spiritus Sanctus in die Pentecostes apparuit [r]. Beda in bono sensu de Iudæis illis accipit, qui Spiritus sancti vi, qui loquebatur in Petro [s], dixerunt, *Viri fratres quid faciemus?* Sed generalior oratio est: Comminatur Deus Idololatris [t]. *Idcirco erunt quasi nubes matutina, & sicut ros matutinus præteriens, sicut pulvis turbine raptus ex area, & sicut fumus de fumario.* Lege quem ante eram Augustini sermonem 109. qui totus versatur in declaratione istius versus. Aggreditur illum cum acerbo epiphonemate pleno tremoris, & honoris: & tropologicè interpretatur interitum peccatorum spiritualem, vt intereant in ipsis nunc peccata, ne ipsi intereant in futura vita: vt liquefiant à Dei amore, & calore Spiritus, & Scripturarum, hoc pacto spiritu feruentes, & colliquescentes in pœnitentiæ lacrymas: ut non deficiant tamquam fumus, sua per superbiam peccata defendentes. Quid mysticè *fumus* sit, docent Pagninus [u], Sylua allegoriarum [x], Bercorius [y], à S. Geminiano [z], Viegas [a], & in hunc locum Michaël Aiguanus antea dictus Incognitus.

Deficiat.] Hebraicè הִנְדַּף *hindaph*, *Propellatur*, quod fit, vento, cùm attollitur fumus in aëre. Septuaginta per verbum ἐκλειπέτω, rem ac finem, seu exitum expressérunt.

Deficiant.] Hebraicè הִנְדַּף *thimdoph*, *Propellet*.

Fluit.] Hieronymus, *Tabescit*. Hoc propriè est τήκεται, seu *dissolvitur*, *absumitur*, מָסַס *himmes*, *liquefit*.

Cera.] Docui alibi [a] satis incertū videri quod quidā volunt, ceræ vsum Hebræis non fuisse ad fomentum luminis, sed oppositum hinc potiùs, aliúsque ex locis colligi posse. De mystico sensu idem Michaël, & Augustinus, ac Hieronymus.

A facie ignis.] Id est, a præsentia, quomodo dicitur *facies terræ, oris, maris, abyssi*, &c. Græcè πρόσωπον, quasi anterior cuiusque rei aspectus; & Latinè *superficies*, quasi superior facies. Nec sola tamen significatur præsentia, sed efficacia, verùm tanta, vt orirī videatur ex sola præsentia. Gellius [b] ex professo docet Latinam vocem *facies* non hominis dumtaxat esse in ore, oculis, genis, sed formam omnem, & modum, & facturam quamdam corporis totius, à *faciendo* dictam, vulgo vocant *le fatezze*.

Peccatores.] רְשָׁעִים *reschahhim*. Hi qui priùs vocati sunt *inimici*, & *odientes Deum*. Plus significat Hebræa vox, quàm Græca ἁμαρτωλοί, nempe quos pro eadem illa Septuaginta Psalmo primo [c] reddiderunt *deæsos*, & *impios* nolim interpres. eodémque hic modo Hieronymus; quósque antea vocauimus *abeas* & διαβόλους, homines quidem, sed etiam ac præsertim Dæmones eorum impiorum hominum primarios duces. Theodoretus notat, *impios* hoc loco vocari a reliquis interpretibus, & ab Hebraico exemplari, atque Syro. Videntur aliquando *peccatores* κατ' ἐξοχὴν sumi pro Impiis, & infidelibus; & *peccatum* pro infidelitate. Sic Christus tradendum se dixit *in manus peccatorum* [d], id est, Gentilium Idololatrarum, & *Paracletum cum venisset, argeturum de peccato mundum* [e], quia videlicet non credidissent in eum, Iudæi quidem, sed & alij quicumque. Paulus [f] Iudæos distinguens à Gentilibus, vocat istos peccatores, *Nos natura Iudæi, & non ex Gentibus peccatores*. Ita Gentiles nominari solebant à Iudæis propter impietatem, quæ multo magis laxat criminibus omnibus frenos, præcipuè inhonestioribus, à quibus iidem Hebræi denominabant, sed alio modo κατ' ὑπεροχήν, honestatis causa meretrices. Idem illud vocabulum Hebræum significat *inquietos*, & *sæuos*. Quæ significatio quadrat persecutoribus Hebræorum, de quibus litteralis proximo sensu sermo est,

Pereant à facie Dei.] Vel recedendo ab ipso, iuxta dictum priùs modum, vel consumpti ab ipso tanquam ab igne, sicut ab hoc & recedit cera, & consumitur. Vis comparationis exigit secundum, necnon *perundi* verbum אָבַד *abedn*. Ab hoc verbo vnus ex Angelis Abyssi vocatur *Abaddon* in Apocalypsi [g], Græcè Ἀπολλύων, Latinè, *Exterminator*. Immo & *perditio* pro *Morte* sumitur, vel *Inferno cuncta perdente* [h], & nunc iungitur cum illa, nunc cum isto, estque nomen Hebræum, אַבְדוֹן *abedon*. *Deus* [i] quoque *ignis consumens est*, & *in dextera eius ignea Lex* [k], vt nempe præuaricantes perdat. Chaldæus, *Legem scriptam dedu nobis de medio ignis.*

a Act. 8
b Gen. 4. 14.
c Lib. 1. c. 9. Pererius Gen. in quæ ipse facio.
d Lib. 1. c. 9.
e vers. 1.
f Gal. 2. 15
g c. 9. 11.
h Iob. 28. 22. & 31. 12. Prou. 15. 11.
i Deut. 4. 24.
k Deut. 33. 2.

Vers. 4.] Et iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei: & delectentur in lætitia.

b Gen. 4. 14. Phrasis Scripturæ.
c In Ioël. c. 1. d in Gen. c. 4.
e Sermo. 109. de Tempore.
f Act. 21. 14.
g vers. 9.
h vers. 19. i vers. 4. k vers. 4. l vers. 5. m vers. 2. & 20. n vers. 20. o vers. 5. Aliqua expositio.
p Tyrobosci.
q Rom. 2. 21.
r Act. 2. 2. & seq.
s Ibid. 37.
t Osee 13. 3.
Tropologia.
u Lib. 5. Magn. scriptu. c. 13. Fumus magheri quid sit.
x verbo Fumus
y In Dictionario.
z de similitudinib. cap. 65.
a Apoc. 9. Com. 2. sect. 5.

EGregia antithesis: nihil enim ferè magis familiariter vsurpatur ab hominibus, quam inuicem epulari. Testes filij Iob celebrantes *conuiuium per domos vnusquisque in die suo* [a]: testis, aliis omissis, Christus, qui toties protulit parabolas ex cœnis [b], & nuptialibus conuiuiis [c], & meminit futurum vt *Beati manducent panem in Regno Dei* [d]: ibi *recumbant* [e], *edant & bibant, super mensam illam* [f], ipsomet iis *Deo ministrante* [g]. Potuit & aliusum intelligi à peritissimo Latino interprete, (qui profectò non ignorabat, Hebræum יִשְׂמְחוּ *iśchmechu*, & Græcum εὐφρανθήτωσαν, significare *lætentur*, vt reddit Hieronymus, & legit Hilarius, aut *iucundentur*, vt Augustinus) ad solennitates, in quibus epulabantur coram Domino de pacificorum carnibus, & libaminibus in Templo [h]. Id factitatum quoque à Gentilibus colligitur, tum ex his quæ scribuntur de Iethro inuitante eum Moyse, & Aarone, omnes seniores Israël [i], tum quæ sunt apud Virgilium de Maurusia gente, epulata pictis thoris, cùm Ioui *Lenæum libaret honorem* [k]: & cùm tibia incurua indixit choros Bacchi, dapes, *plena pocula mensæ*, hostiam pinguem [l]. Quinetiam adeo interdum genialiter id habebat, vt epulati domum parum sobrij reuerterentur. Id suspicatus Heli de Anna videtur, vocans temulentam, quòd solo labiorum motu orantem vidisset [m]: & Tibullus cecinit quòd

Rusticus è lucoque vehit male sobrius ipse,
Vxorem plaustro progeniemque domum.

Conuertebant etiam se præterea quidam inde ad lasciuiam libidinémque, vt illa quæ se pro salute victimas deuouisse dicebat, vota reddidisse, idcirco egressum in occursum adolescentis, &c. [n] Quare non debuit Augustinus Eugubinus carpere Interpretem, quasi nescirent quid Latine sit *epulari*, & Bacchanalia Iustis attribuerent. Intellexit non spirituales tantùm huius vitæ epulas *in azymis sinceritatis, & veritatis* [o], nec etiam omnis cibum saporis venerabilis Eucharistiæ duntaxat, vt placet Lyrano: nec item *securam mentem, quæ est quasi iuge conuiuium* [p]; sed *cœnam nuptiarum Agni* [q]. Reprehendisset, opinor, idem Eugubinus, si meminisset quod Latine legimus apud Lucam [r], *epulabatur*, εὐφραινόμενος, & alibi [s], *epulare*, εὐφραίνου, & [t], *Manducemus, & epulemur*, φαγόντες εὐφρανθῶμεν, & [u], *Caperunt epulari*, ἠρξαντο εὐφραίνεσθαι, & bis adhuc apud eundem [x]. Minùs id Eugubino licuit iis locis, qui sunt perspicuè de lætitia, & hilaritate ciborum, quæ *bona* quoque, iuxta scilicet diuitis illius opinionem, Abraham appellauit [y]: sed nec potuit iure præsentis loci interpretationem arguere, vt ex dictis constat. Adde probabile videri, Christum verbis illis [z]: *Intra in gaudium Domini tui*, idem significare voluisse, ac si dixisset, Recumbe, pascere cum Domino tuo. Notauit id Martinus Roa [a] noster, confirmauitque, pro *cœna gaudiū* sumi testimonio Horatij [b], & Iuuenalis [c].

„ *Vt tamen nouis* (ait primus) *quibus aduocetur*
„ *Gaudiis.* Et secundus:
nec magna gaudia cœna
„ *Sentirent postis ad templa & compita mensis.*

Exultent.] יַעְלְזוּ *iabhalsu*, ἀγαλλιάσθωσαν. Ter inuitat, prædicitve gaudia Iustorum, Epulentur, exultent in conspectu Dei, delectentur in lætitia. Vel sunt synonyma tria illa, vel vnum altero maius. Vtrouis modo, creuit oratio, primò scilicet, propter maiorē expressionem. Primum verbum iam declaratum est, comprehēdit nempe obiecti beatifici perceptionem, gustum, fruitionem, tametsi verba ipsa tum Hebræum, tum Græcum de simplici lætitia, & iucunda sumi possint animi affectione עָלַץ *bhalats*, cum quo est idem עָלַס *bhalas*, & עָלָז *bhalaz*, est *gestus lætitiæ*. Talis acceptio in alio Psalmo [a], *Exultabunt Sancti in gloria*. Importat motum quendam instar saltantis, quem & verbum Latinum denotat, sicut & Græcum ἀγαλλιᾶν, quasi ἀπὸ τοῦ ἄγαν καὶ ἅλλεσθαι, *valde saltare*.

In conspectu Dei.] A quo fugiunt, qui oderunt eum, & in cuius aspectu beatitudo est. *Lætificabis me in gaudio cum vultu tuo* [b]. Intelligi potest etiam de gaudio ex ea peculiari præsentia, quam ritè sacrificantes Deo percipiebant, vt priùs dixi. Nulla, nisi in conspectu Dei, lætitia vera, & vanam cohibet Dei præsentia, atque *proponere in principio lætitia Ierusalem* [c], id est, beatitudinem.

Delectentur in lætitia,] יְשִׂישׂוּ בְשִׂמְחָה *iaschischu beschimchah*, Τερφθήτωσαν ἐν εὐφροσύνῃ, *Animo oblectentur*, & cum quadam veluti reflexione animi, quod ipsum quoque per se verbum שׂוּשׂ *schus*, dicitur significare, Hieronymus vertit, *gaudeam*, Hilarius, *epulentur in lætitia*.

Vers. 3.] Cantate Deo, psalmum dicite nomini eius: iter facite ei, qui ascendit super occasum: Dominus nomen illi.

Exultate in conspectu eius, turbabuntur à facie eius.

PRouocatio est, ac exhortatio ad celebrandum laudibus Deum, præsertim ob triumphum. Sed nec Angeli soli, nec per se, vt Lyranus sensit, sed & homines inuitantur. *Cantate* videtur spectare ad altiorem theoriam; *psallere*, ad opera: hoc manibus fit, illud ore. Tamen vtrumque vult Paulus [d] fieri *spiritu & mente*. Lege differentiam aliam traditam ab Aria [e]. Theodoretus dicit inuitari Apostolos, vt cum tripudiis & hymnis ad Gentes currant, & iter vniuersorum Imperatori præparent.

Iter facite.] Hieronymus, *Præparate viam*. Cyprianus [f], *Viam facite*. Chaldæe סְלֹקוּ קֳדָם *kadamsalku*, *extollite*. Eodem modo Vatablus, Pagninus, Clarius, Caietanus. Hebræum autem סֹלּוּ *sallu*, à סָלַל *salal*, significat *eleuare viam*, siue *sternere aggesta terra, lapidibúsue*. Symmachus, teste Theodoreto, reddidit, μετασφώσατε, alias καταστρώσατε, *sternite viam*. Aquila, vt refert Scholiastes, ἀποκολοσίσατε, *purgate, complanate*: vnde *via Iustorum* dicitur סְלוּלַת *salulah, absque offendiculo* [g], Græcè in plurali τετριμμένας τρίβους, & per translationem significat quoque quempiam laudibus euehere, vt quod in proverbis [h] est: *Arripe eam, & exaltabit te*. Hebraice habetur סַלְּסֵלָהּ *salselehu*, hinc fortasse Italicum *inalzare*, id est, exalta, & exaltabit te, laudā, & laudabilem reddet, &c. Rab. Abraham, & Salomon, & Dauid, hunc locum Psalmi exponunt per חַלְלוּ *halelu, laudate*, quasi dicas, Cumulum laudem importate, parate, & ornate viam triūphaturo, varia laudatione, plausu, pompa, &c. Mysticè pertinet hoc ad parandam viam Domino per Apostolicam prædicationem, sicut placuit Augustino, Theodoreto, & aliis.

Ei qui ascendit super occasum.] Ἐπιβεβηκότι ἐπὶ δυσμῶν. Symmachus apud Theodoretum, τῷ ἐποχουμένῳ ἐν τῇ οἰκουμένῃ, *ei qui vehitur in inhabitato*, seu *deserto*.

a Iob 1.4.
b Luc 14. 16. c Matt 22.2. cap 25 10. d Luc 14 15. e Matt 8 11. f Luc 22.30. g Luc.12. 37.
h Exo. 24. 11. Deu 12.12. cap 15 19. cap 16.14. cap 26.11. i Reg 9 13. 2. Esd 8 10. Exech 18.6 k Exod 18. 12. l Aen.4. l Aen.10.
m 1.Reg.1.14.
n Prou.7. 14.
Interpres malè à Eugubino reprehensus.
o 1 Cor.5.8.
p Prou.15.15. q Apoc 19 9 r Cap.16.19.
s Cap 12.19. t Cap 15 23 u Ibid. 24. Εὐφραίνεσθαι.
x Luc 15. 29. 32 y Luc. 16. 25.
z Matt.25. 21. 23.
a 2 Simplicium. 24. Gaudium pro cœna b Lib 4. ode 11 c Sat.5.
Sensus loci.
Cătare, psallere, vt distinguuntur.
d 1.Cor.14. 15. e In cap Iud.
f Lib.2.c 6.
g Prou.15.19.
h Cap 4.8.

deserto. Hieronymus: *Ascendenti per deserta*. Pagninus: *Exaltate equitantem in supremis cœlis*. Vatablus: *Super cœlos: quibus vehit equo insidet*. Iudocus Clarius addit præterea: *qui pro vehiculo sunt nubibus*. Item ait per *desertum* posse cœlum supremum intelligi, quod ambit omnia, & ipsa cœlas motu mouet suo, & desertum est illis, aut idē dici *desertum*, qui perfectius reliquis orbibus, & ita secretum ac separatum ab iis, nec habens supra se corpus, in quo videatur habitare, & expāsum latumque est ceu cāpestria, quo pacto solet dici πεδὸς ὁμαλός. Alij volunt *cœlum* sic dici, ab alia notione vocis Hebrææ pro dulci, & iucūdo.

Εὐρὺς ὁμαλός.

Cajetanus Deum *equitare* dicit *super cœlum*, quia est primus, sed liber orbium motor. Chaldæus interpretatur: *Extollite sedentem super sedem gloriæ in nono cœlo*: existimauit nempe non esse plures nouem cœlis. Paulus Burgentis, vt & Rabbi Dauid, primum mobile vocari putant occasum, quia tendit ab ortu in occasum, longè pòst diei Deum ascendere ad orientem, vt intelligatur auctor totius motus cœli ab vno ad aliud punctum. Legimus Hebraicè, לָרֹכֵב בָּעֲרָבוֹת *Larocheb bahbaraboth*. Multiplex acceptio nominis עֲרָבוֹת *bbaraboth*, peperit tam varios explicatus, sicut & adeò multos habet verbum עָרַב *bbarab*. Sed cum constet inter alias significationes vnam esse pro eo quod est *occidere*, & *occasum facere*, quemadmodum & nominis pro *occasu*, & *occasa*, non debet in dubium reuocari nostra versio, quæ differt solo numero a Septuaginta, qui plurali τῶν δυσμῶν vsuntur. Passim exponūt Interpretes de ascensu Christi in cœlum versus occidentalem partem, sicut & facie fuit in Cruce versa ad illam. Adeo inter alias causas adoramus ad orientem, cùm Iudæi id facerent ad occidentem, vt alias docui. Et putant aliqui [a] denotatum singulare priuilegium, quo ipso prosecutus est occiduas regiones. Nonnulli, maxime Græcorum Expositorum, asserunt significari, Christum operis Discipulorum ascensurum fuisse *super occasum*, id est, tenebras, & ignorantias Gentium. Aliqui [b] Deum simpliciter *inequitare*, seu *habitare in occasibus*, id est, in tenebris, quia nobis inuisibilis est, ac *posuit tenebras latibulum suum* [c]. Gregorij [d] alius mysticus sensus est, *Ascendisse super occasum*, quia mortem, quam pertulerat, resurgendo superauit: & parari viam illi, ac iter fieri per prædicationem, immò & per cātum, de quo nuper hic facta mentio, quoniam, vt verbis Dauid ait Deus [e], *Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter est, quo ostendam illi salutare Dei*. Cæsarius frater Nazianzeni [f] dicit, spiritualiter Deum *ascendisse super occasum*, quia reformauit ærumnosam ac tenebrosam naturam, & orcum ipsum spolianit. Haud abludit Hilarius hoc loco. Iudocus Pellutiota quærit, cùm nomen Dei sit, vt dicatur *Oriens* [g], & sit lumen inaccessum, quo pacto hic dicatur *ascendere super occasum* [h]. Respondet nomen illud conuenire ratione diuinitatis: hoc autem dici propter humanitatem, quæ occasus est, ac veluti nox, comparatione superni luminis, quod est incomparabile.

Cur adoramus ad orientem, Iudæi ad occidentem.

a Tenebrarius.

b Iansen.

c Ps. 17. 12.

d Lib. 30. Mor. c. 3. & Hom. 2. in Ezechielem. & Hom. 17. in Euang.

e Ps. 49. 23.

f Dial. 2.

Potrò poëticè videtur Dauid Deum *equitare* dixisse, siue *ascendisse* velut super equum in cœlum. Simile profert Eugubinus [i] exemplum ex oraculo Apollinis, quod extat in libro Porphyrij, vbi Deus appellatur ἐποχούμενος, quo vtitur Symmachus, id est, *equitans, innectimus nostrum ἀναξ ἐφ' ἵππων, in manibus, orbibus, circumstantibus*, & habitans *in vertice altissimorum campis aetheris*. Alioquin, si proprie *desertum* accipias, videri posset termo de Deo ascendente cum populo per desertum.

g Lib. 1. epist. 10. 13.

h Zach. 14. 8. c. 6. 12.

i Hic & li. 3. de Doctrina Philolo. c. 4.

Dominus nomen ei.] Hebraice, בְּיָהּ שְׁמוֹ *beJah shemo. In Domino nomen eius*, vt vertit quoque Hieronymus, hinc in יָהּ *iah*, quod est nomen eius; quasi dicat, vt laudemus Deum, appellantes nomine suo, יָהּ *iah*. Symmachus, ἐν τῷ Κύριῳ ἡ ἐπωνυμία αὐτοῦ, *per Dominum nominatio eius*. Cyprianus [k] legit: *Deus nomen illum*, idq; probat Deitatem Christi. Cum ascendit Christus in cœlum, iniit tunc demum potestatem omnem sibi datum *in cœlo, & in terra* [l], tanquam Dominus. Vel ascendit Christus vetus Deus, gubernans cœlum, & omnia. In יָהּ *iah*, nomine eius, id est, per nomen, ac virtutem Diuinitatis, vel essentiæ suæ. Hieronymus [m] recēset hoc inter decē Dei nomina, dicens esse solius nomen eius, & extremam in הַלְלוּיָהּ *halleluiah*, syllabam. Sed quid valeat ibi, non exponit. Verùm alio loco [n] ait significare *inuisibilem*. Hebræi tradunt significare Deum vt creatorem Mundi; quibus consentit Vatablus: Rab. Salomon, denotare eundem vt timendum, quasi moneamur per הַלְלוּיָהּ *halleluiah*, quod est adeò frequens in Psalmis, id est, *Laudate Iah*, ita laudare Deum, vt simul timeamus, ac vereamur. Sic est ex verbo יָהַל *iahhal*, ābbreuiatum, vt paulo pòst dicam, habebit potius notionem timentis, quo pacto Iustinus [o] *Halleluiah* explicat, ἐυφήμως μετὰ φόβου τοῦ θεοῦ. Turrecremata [p] ait, *Halleluiah* significare, *Laudate nomen Domini*, ex Hieronymo, *hale*, esse, *cantate: lu, laudem facite: Iah, ad Dominum*: ex Ambrosio, *Alle, luce: lu, virtus: Ia, vita*. Ex Gregorio, *Alle, Patere: lu, Filius: Ia, Spiritus sanctus*. Hæc in citatis Patribus nec reperio, nec iis digna duco.

k Cypr. Test. l. 2. c. 1.

l Matt. vlt. 18.

m Epist. 126.

n Lib. in ca. 26. Isa.

Halleluiah, *quasi*, laudate Iah *vos inuicem exhortantes.*

o Qui sic ad Ort. Histo. Lib. Reg. S. Benedict. ca. 72.

Scripsit de *Halleluia* epistolam Hieronymus [q] Marcellæ. Sed solum reddit causam, cur Ecclesia verbum istud Hebræum, quemadmodum alia similia retinuerit. Alibi meminit Monachos reuocatos ad collectam, per *haleluiah* [r], & rusticos etiam ipsos inter laborandum id cantare solitos esse [s]: & Vigilantium negauisse alias quam in Pascha te *Haleluia* cantandum [t]: & vbi duo *haleluia* præscribuntur Psalmo, vnum spectare ad finem prioris Psalmi, alterum ad eum, qui sequitur. Habent hunc titulum Psalmi viginti, 104. 105. 106. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 134. 135. 145. 146. 147. 148. 149. 150. qui omnes Psalmi pleni sunt exultationis, & enarrationis magnificorum Dei operum. Idem Hieronymus [u] epistola quadam ad Damasum, petit ab eo, vt vbi Deus & homo honorabili voce cātatur, *Haleluia* semper cum omnibus Psalmis affigatur. Quo fit, vt non ineptam arbitrer coniecturam esse יָהּ *iah*, contractum nomen ex יְהוָה *tetragrammaton*, & designare Verbum abbreuiatum per incarnationem, & fortasse punctum mappik, quod forsan magis extundit, magis exprimit sensibilem naturam assumptam à Verbo. In Cantico illo Ezechiæ [w], quod est de Christo; *Vbi fortitudinis nostræ Sion, Saluator*, &c. versiculus ille: *Sperastis in Domino in sæculis æternis, in Domino Deo forti*, &c. pro, *In Domino Deo*, habet Hebraice: בְּיָהּ יְהוָה *beIah Adonai*, quasi dicas, *in incarnato Deo*. Vbi tamen Chaldæus *timorem* ponere videtur pro יָהּ *iah*, iuxta vnam ex allatis antea notationibus. Forerius putat ibi designari quod dixi, scilicet Deum de Deo, aut Filio Dei. Confirmat verbis alterius Cantici eiusdem Esaiæ [x]: *Quoniam fortitudo mea, & laus mea Dominus*, יָהּ יְהוָה לִישׁוּעָה *iah*

p Quæst. ad Orth. Lib. Reg. S. Benedict. ca. 72.

q Epist. 27. Ad Principiam virginem de Hebraicis quibusdam nominibus.

r Epist. 27.

s Epist. 10.

t Contra Vigilantium, quæ de veteri Epist. Aug. & Hieron. ad Sisinnium, & Stephanum Diaconum de Hebraicis nominibus, & plura loca Stephani de Hebraicis nominibus, & Hieronymi in Psalmos halleluia. Tom. 9.

u Epist. 126. & lib. 1. de Hebraicis nominibus.

w Cap. 26.

x Cap. 12.

Adonai Iashuhhah, Et factus est mihi in salutem. Deus de Deo erit mihi Iesus, aut *in Iesum*, id est, Factus est homo mihi. Leo Castro ior, & in priorem locum notat quoties de Christo dicitur nomen *Dei*, non rarò vtrumque poni, יה יהוה *iah Adonai*. Fateor tamen illam causam non adeò probabilem; alioqui dicendum idem foret de אל *el*, ab אלוה *eloah*, aut אלהים *elohim*.

Epiphanius [a] auctor est, ab Aggæo primo decantatum solemniter *Halelujah* iuxta Sebiæ [b] prophetiam. Eximiam quandam ac lætiorem denotat laudem verbum הלל *halal*, præsertim in tertia coniugatione Piel, ita vt à Thalmudicis teste Rabbi Dauid [c], vocetur *domus gaudij, & gemalus*, hinc etiam *thalamus*, בית חילולה *beth hilulah*, eo modo, quo Moses [d] appellauit הלולים *hilulim*, *fructus laudabiles Domino*, pro quibus cum insigni gaudio laudandus Dominus. Fauet id, quod est in psalmo centesimo quadragesimo sexto [e]: *Laudate Dominum, quoniam bonus est Psalmus*, id est, iucundus, lætus, הללויה *hallelujah*. Ac tantam quandoque idem verbum lætitiam importat, vt de insaniente dicatur, quemadmodum de Dauid [f]; & in Ecclesiaste aliàs notauimus, quod legimus [g], *Risum reputaui errorem*, Hebraicè dici, *Risui dixi*, *Insanis*, vel *Insanire facis*. Tale videtur apud Hebræos, quale apud Gentiles *Io Paan* lætantium, vel bacchantium.

Exultate in conspectu eius.] Eadem phrasis, quæ versu quarto, vbi יעלצו *iahhalisu*, hìc verò עלוז *hhilzu*, eiusdem significationis verbum. Reliquæ omnes editiones habent coniunctionem *&*, quæ in iis deerat priore versu ante *exultent*, quasi nectantur hæc, & pendeant à præcedentibus. Nulla maior lætitia & alacritas quam ante Principem suum esse, ita vt ei simus conformes: nulla maior iu hac vita securitas, quàm incedere in oculis Dei: optima religio, quæ exercetur præsente ac intuente Deo absque hypocrisi, & simulatione. Hilarius intelligit de gaudio Discipulorum ob visum Dominum post resurrectionem, & contrectatum [h].

Turbabuntur à facie eius.] Desunt hæc in textu Hebræo, & Chaldæo, & versione Hieronymi, atque recentiorum. Græce est in Imperatiuo ταραχθητωσαν ἀπὸ προσώπου αὐτου. Quæ putat Eugubinus nec ad rem esse, nec à Septuaginta posita, sed aliquo casu irrepsisse, & delenda. Genebrardus ait ad connexionem commodè inserta, vel potius duplicem lectionem fuisse ac significatus Hebraei verbi, quod significat tum gestire præ lætitia, tum tremere ac moueri præ metu, vel impotentia: esseq; sine præterito. In re imperatiuum יעלו *hhilzu*, aut עלו *hilzu*, pro futuro יעלזו *iahhalzu*. Non debet vllo modo lectio ista improbari, quam omnes recipiunt, & interpretantur. Sed nescio cur Cyrillus Ierosolymitanus [i] legat, *Turbentur si ma à facie tua*. Augustinus [k] sic explicat exultandum in conspectu Dei prædicatoribus, vt sciant tamen se ab aliis turbandos. Sed (quasi per parenthesim adiectum sit,) *Turbabuntur à facie eius*, qui conturbabunt illos in conspectu hominum, turbandos esse à Deo ipso, qui est, quod sequitur sequenti versu, & nexum habet cum dicta exultatione, tanquam causa, ob quam sit exultandum, pater orphanorum, & iudex viduarum, contolitis videlicet tum prædictos prædicatores & desolatos, tum, illos quos ipsi docent iuxta monita Christi, separari à parentibus, & coniugibus, eáque de causa & illi, & dicti prædicatores tribulatione patiuntur ab nonnullis ethnicis mundi. Alijus interpretari Hilarij notarique, vt iuxta Arnobium ad Iudæos restringat. Theodoretus extendit ad tempus, quo Christus ipse prædicabat, & Dæmones tum perturbabantur. Quare de inimicis Dei sermo est, quibus male minio imprecatum est, quique, qui Iustos persequuntur Deo caros, Dei contentui inimici. Non igitur iusti a cantu & exultatione abstinere debent, quantumuis Dei turbent inimici, turbabuntur enim & ipsi a Deo.

Verse. 6.] Patris orphanorum, & Iudicis viduarum Deus in loco sancto suo

QVo pacto necti debeant prioris membri verba cum posterioribus diximus. Addunt Clarius & Eugubinus hæc dici, ne quis arbitretur, Deum, quòd ascendat, vel obequitet *super occasum*, id est, cœlum, aut in nubibus, tenebrisve habitet, vel non videre, vel nō curare res humanas, vel tantam Maiestatem non dignari descendere. Item Eugubinus ait, videri proponi argumentum, ac verba cauenda à Iustis de Deo, & nomine eius, nempe *Pater orphanorum, Iudex viduarum, Deus in loco sancto suo*. Idem fere habet Caietanus, vt iam inuitati ad gratias agendas Deo, nunc aggrediantur exponere beneficia collata populo Hebræo. Hoc nimis angustum.

Patris orphanorum.] אבי יתומים *abi iatomim*. Resoluunt alij per casum rectum, & verbum substantiuum, *Pater est pupillorum*. Hieronymus, *Et exultate coram eo, Patre pupillorum, & Iudice viduarum*. Caietanus vertit: *Pater meus pupillorum*. At constat non aliter exprimi nomen hoc אבי *abi*, in regimine. Cùm autem est cum affixo primæ personæ numeri singularis, scribitur hoc modo, אבי *abi*, cum camets [a]. Illud etiam confirmatur ex compositio nomine *Abimelec*, quod significat: *Pater Rex*, non autem, Pater meus Rex. Et simile est in Melchisedec, Adonibesech, Adonisedech, Achimelech, Achitob, Aminadab, Abinadab, Abitag, & similibus, in quorum compositione additum ij ornatus cauta. Paulus [b] quidem interpretatur, *Melchisedec, Rex Iustitiæ*, non, Rex meus iustitiæ: Iosephus [c], *Rex iustus*, necnon Hieronymus [d], & alij. Cyprianus [e] colligit, non propriè Deum ab hominibus Patrem appellari: qui enim recens patres suos amiserunt, eorum Pater Deus vocatur, non quòd ex eo sint progeniti, sed quòd illorum curam gerit, & illos protegit. Christi verò solùm natura Pater est Deus, non per adoptionem: nota contra illos, qui vocant ipsum Filium Dei adoptiuum, & hominem quidem in tempore, Christum ante tempora.) Idem prorsus annotauit Cyrillus Ierosolymitanus [f]. Peculiaris illa, quam Deus habet de orphanis cura, recte dicitur ipsius esse vt Patris, quoniam locum supplet patris, licèt generalis prouidentia eiusdem erga omnes homines, immò & erga res omnes, denominat ipsum patrem, quia quas creauit, conseruat & gubernat.

Pluribus Scripturæ locis declaratur singularis & maxime benigna Dei de orphanis, hoc pupillis, atque de viduis cura, quos etiam sæpius coniunctos legimus. Enumerat nonnullos Cyprianus [g]. Duo ista nomina, inquit Tertullianus [h], *in quantum despectui humano*,

a De vita Prophet. Aggæi
b Cap. 1. 2. 2.
c In ps. 104.
d Leuit. 19. 24.
e verba.
f 1. Reg. 21. 13.
g Cap. 2.
Cum summa latitia, alacritate, frontis, religio.
h Matth. 28.
i Catech. 4. Ipsum tetigerunt.
k Hic loco.
Turbentur si ma à facie tua.
Turbabuntur à facie eius.
a Lege Thesaurum Linguæ Hebraicæ.
Sarra(i) mutatum in Sarra, ad significandum maiestatem matrimonij Abrahæ.
b Hebr. 7. 2. c. 1. Antiq. ex 1. 4. de Bello Iudaico, cap. 18.
c Propter Deum patres non appellari.
d Psal. 116.
e In Symbo.
Contra eos qui vocant Christum filium Dei adoptiuum, horum.
f Catech. 7.
g Lib. de 113 b Libro ad Vxorem c. 8

in tantum diuinæ misericordiæ exposita. Dominus suscepit eum. Quare per hoc infelicium duplex genus, qui sunt omnium maxime destituti, cætera genera solent comprehendi, licet non rarò quoque iis aduena coniungatur [a], & interdum mercenarius [b]. *Iob ne buccellam* quidem *comedebat, ex qua non etiam pupillus* [c], quem ad propriam adhibebat mensam, vt existimat Gregorius [d]. Curam gessit semper magnam in Ecclesia magistratus vterque, Ciuilis, & Ecclesiasticus, orphanorum, vt testantur orphanotrophia in vtroque iure, atque exemptio à censu capitationis iis concessa cum viduis, & sacris Virginibus à Valentiano, & Valente [e]. Extat etiam in actis Basilij, Ambrosij, Chrysostomi, aliorúmque episcoporum, qui *panperum Patres* nominantur, & sunt, peculiari studio consuluisse viduis, & harum contra ipsosmet Imperatores, aliósve Principes patrocinium fortiter suscepisse. Clericorum regularium ordo, qui *Somaschini* vocantur, Orphanorum ex instituto curam profitetur.

Spiritualiter *orphani*, quorum pater Deus, inquit Hilarius, sunt qui Diabolo patri renunciarunt, & in quibus Christus recedens alium submisit *Paracletum* [f]. Illi quoque, iuxta Augustinum, orphani, qui verbi gladio, separati sunt à parentibus: vt & viduæ, quæ à viris. Hi consolationem habent; qui dicere quoque possunt [g]: *Pater meus, & mater mea dereliquerunt me, Dominus autem assumpsit me.*

Iudex viduarum.] Citatis locis Iudiciũ viduarum commendatur, id est, vt earum sedulò tractentur causæ, & ab iniuriis, quibus expositæ sunt, vindicentur. *Index* hîc ergo idem est, atque, vt exponere Tertullianus [h] videtur, adsertor. Hebræum דָּיַן *daijan*, à דִּין *dun* hanc quoque significationem habet, nec non præterea eius qui consulit alteri, & prospicit. Iob [i] quidem certè, vbi enumerasset aliquot beneficia Dei ex creaturis, quas condidit in gratiam hominum, vel ad potentiam suam declarandam, subdit: *Per hæc enim iudicat populos, & dat escam multis mortalibus.* Quamuis sensus ibi simul esse possit, Deum condemnare illos, qui talibus beneficiis abutantur, & ab ipsis rationem exigere.

Hebræi *viduam* vocant אַלְמָנָה *almanach*, quasi ab אָלַם *alam*, *colligauit*, *obmutuit*, quòd viro mortuo velut ligata sileat, nec gaudens lætis canticis, colloquióque, &c. nec valens litigare: vnde & אַלְמֹן *almon*, cuius nomen reticetur, & פְּלֹנִי *pelóni*, cuius est occultum [k]. Hispani eadem significatione dicunt *fulano*. Græcè χήρα, vel est ἀπὸ τοῦ χαίρειν per antiphrasim, quia caret deliciis & oblectamentis: vel à χηρεύω, *desolo*. In Ecclesia proprius fuit quondam viduarum gradus, & illas Ignatius [l] appellabat *altare Dei*. Sed non omnes viduæ, *vere viduæ* [m]. Hilarius indicat idcirco vocari Deum *iudicem viduarum*, quia sub nomine *viduarum* pleræque non viduæ sunt, sed *delicatæ* (aut *luxuriatæ*) *in Christo nubere volunt* [n], vel fallunt humana iudicia: *Scrutans* autem *corda & renes Deus* [o], earum solus mentem sensúmque diiudicat. Quid si & illud adiiciamus, viduis assignari peculiariter Deum, qui omnium est, quoniam dedecet à fœminis etiam orbatis vitro iudicia exerceri, ita vt proximè venturi signum Antichristi Sibylla Erythræa [p] prædixerit vnius imperium viduæ: qua de re Petrus Gregorius [q]. Legendi qui de Bono viduitatis scripserunt, maximè Tertullianus [r] iam citatus, Augustinus [s], Hieronymus [t], Ambrosius [u] testatur se viduis librum scripsisse in vltimo Tomo 4. Operum contineri. Longe alia Lex Christi, quæ ipsam etiam virginitatem suadet, & Romanorum, quæ viduas ducere detrectantes punichat [x], quam legem Imperatores Christiani reuocauerunt [y]. Isidorus Pelusiota [z] eundem Petro præcipit, vt ad eos qui pupillis iniuriam inferre nomine vetentur, hoc dicat, quod *rex* ille *regum*, & *dominus dominantium*, *pater orphanorum*, & *iudex viduarum* appellari gauderetur in sublimibus quidem, vt quando agit cum Dauid, cum Nabuchodonosor & similibus, dominationis nomen collocet: in humilibus autem curæ ac sollicitudinis: allotum enim, inquit, dominum se asserit, horum parentem. Quocirca nemo pupillos iniuria afficiat, patrem cogitans: nec viduam opprimat, iudicem ob animum sibi proponens, &c.

Porrò his verbis, & sequentibus: *Qui educit*, &c. putat Pradus [a] exprimi vim nominis יה *iah*, & proinde etiã יְהוָה *Adonai*, ex quo illud est abbreuiatum, vt nempe יהוה *Adonai*, significet redemptorem Israel, qui prospexerit viduatis vxoribus, interfectorum orphanis, ne submergerentur, vt Pharao præceperat; parentibus, ne orbarentur liberis, vinctis seruitute, vt liberarentur. Vnde vult significare יהוה *Adonai*, seu tetragrammaton, *Ego sum qui sum*, vel Heb. *Ero qui ero*, non tantùm ipsam Essentiam vel fidelitatem, sed facinus, quod editurus erat, liberando populum, quasi dicat: Sum, qui futurus sum, id est, is, qui liberabo.

Dominus in loco sancto suo.] בִּמְעוֹן קָדְשׁוֹ *bimkhon kodsjho*, Chald. *In habitaculo domus Maiestatis sanctæ suæ*, ὁ Θεὸς ἐν τόπῳ ἁγίῳ αὐτοῦ. Hieronymus, *Deus in habitaculo sancto suo*. Symmachus: Ἐν ἡγιασμένῳ κατοικητηρίῳ αὐτοῦ. Aquila, Ἐν ἁγιωσύνῃ ἁγίου αὐτοῦ. *In regnis*, siue *palatio*, & *basilica*. Hebræa vox מָעוֹן *maôn*, per se quoque sola sumitur interdum pro *ædificio*, *templóque* [b], & Deus quidem sedebat in Arca vt in loco, & sede sua sancta. Vnde in Psalmo [c]: *Deus sedet super sedem sanctam suam.* Hoc loco cœlum intelligitur, quæ propria Dei sedes, & habitatio dicitur, cùm sit vbique, qua de re aliàs, & legi Augustinus [d] potest, & in Psalmo [e] dicitur: *Dominus in cœlo sedes eius*: quia ibi se manifestat Beatis, & suam potentiam declarat. Id prosàm etiam homines agnoscunt, insita quadam opinione, vt Aristoteles [f], sed nõ idonea ratione, quod immortali immortale coaptetur, nisi de quadam id attributione accipiatur.

Cur ergo *Sanctus* appellatur *locus*? Propterea Hebræi de Ierusalem, siue de Sion sermonem esse volunt, vbi religiosè colebatur Deus. Patres, de Ecclesia, vt vnitatem fidelium comprehẽdit, qui vocari solent Sancti: vel peculiari quadam ratione de orphanis, viduisque, quorum proximè facta mentio, & qui sunt Deo curæ, necnon de aliis, de quibus mox dicetur, qui sunt vnanimes, & concordes. Non obstat nihilominus, vt *sanctum* vocetur cœlum, quia Sanctus Sanctorum, & soli incolunt id Sancti, illum perpetuo celebrantes Trisagio hymno. Sapiens postulat, vt sapientiam ipsi *mittat Deus de cœlis sanctis suis, & à sede Maiestatis suæ* [g]. Litteraliter intelligi potest cœlum, & Ecclesia. Eandem porrò Ecclesiam aliis hic nominibus appellatam videmus, *domum, hereditatem, Dei montem, montem pin-*

[a] Patres orphanorum & iudices viduarum nimirum ab humanitate & spiritu Dei sperare. 2 Deuter. 14. 29. c. 16. 11. 14. c. 24. 29 & seq. c. 26. 12. 27. c. 27. 19. Ierem. 22. 3. Zach. c. 10. Malach. 3. 5. pf. 145. 9. Cura orphanes & viduas curæ magistratuum.

[b] Malach. 3. c. Iob 31. 1 d In eundem locum.

[e] L. 4. de Cen. lib. C. Theod.

Somaschinorum regularium ordo.

Spiritualiter orphani qui dicantur.

[f] Ioan. 14.

[g] Ps. 26. 10.

[h] Lib. 2. ad vxorem, c. 7.

[i] c. 36. 31.

[k] Ruth 4. 2.

χήρα.

[l] Epistol. ad Tarsenses. [m] 1. Tim. 5. 3.

[n] 1. Tim. 5. 11.

[o] Ps. 7. 11. Prou. Oraculorum Sibyll. [q] Li. 4. Syntagma c. 11. Sibyllæ Erythræa oraculum de aduentu Antichristi tẽpore. [r] 1. ad vxorẽ. [s] Lib. de Bono viduitatis.

[a] In Ezech. de prima Visione parte 2. tract. 1.

[b] 3. Reg. 2. 1 Par. 16. 29.

[c] Ps. 46. 9.

[d] Lib. 8. Quæst. c. 6.

[e] Ps. 102. 19.

[f] In Timæo textu 22.

[g] Sap. 9. 10.

quem, monitem coagulatum, sanctum cursum Dei, multa latantium, Ecclesias, templum Dei in Ierusalem, Sancta, hinc Sanctuaria.

Vers 7.] Deus qui inhabitare facit vnius moris in domo:

Qui educit vinctos in fortitudine similiter eos, qui exasperant, qui habitant in sepulchris.

ALia diuinæ prouidentiæ ac beneficentiæ effecta, vt non solùm fœcundet, & posteritatem donet sterilibus, verum etiam propaget domum Ecclesiæ suæ, in quam adeo multos congregat per vnitatem Fidei, & morum, vt extrahat de limbo iustorum animas, & dissoluat efficacia gratiæ suæ peccatorum vincula, etiam proteruiorum, quique suis sunt vitijs toti consepulti.

Qui inhabitare facit vnius moris in domo.] Chald. *Deus est, qui copulat coniugia vnica cum filio legitimo simul vt ædificet domum ex eis.* Septuaginta, pro, *vnius moris*, dicunt, μονοτρόπους. Symmachus, Δίδωσι μοναχοῖς οἴκῳ οἰκεῖν. *Dat monachis*, id est, solitarijs, *habitare domum.* Aquila, Καθίζει μονογενεῖς ἐν οἴκῳ, *Sedere facit vnigenitos in domo.* Quinta editio Κατοικίζει μονοζώνους, (aliàs μονοζῶνες, quasi dicas *eximios*), *Habitare facit eos, qui sunt eiusdem vitæ*, vel *eiusdem fluxus ac præstantiæ in domo.* Augustinus, *Vniusmodi.* Hieronymus, *Solitarios.* Vaticanum Psalterium: *Vnanimes*: quo pacto & Cyprianus, qui postea citabitur. Hebraice יְחִידִים *iechidim*, significat *solitarios, singulares, vnices*, quomodo vertit Pagninus, Vatablus, Clarius, Caietanus, ac proinde etiam eos qui erant desolati. Itaque sensus potest esse, Deum efficere, vt steriles familiam habeant, nempe obstetricibus in Ægypto *ædificans domos* [a]: quod exprimit illud μονογενεῖς, Aquilæ, & Chaldæi סוּר וְזוּגִים *mecazmer Zeuugim, copulans coniugia*; vbi videtur vti Græco ζεύγεσιν. Item quòd quemlibet derelictum ac destitutum ab omni ope, quales ante nominati orphani ac viduæ, iuuat Deus, tribuens vitam, opes, domum, familiam. Præterea subuenire præsertim Deum iis, qui sunt simplicium morum, sine duplicitate, vafricia, &c. parando ipsis, tum aliquando materiales domos in hac vita, tum præcipue *non manufactas, in cœlis* [b]. Adhæc facere vt præ amore cœlestis contemplationis sese nonnulli recipiant ad deserta: vel careant peccatis, vt ait Hieronymus.

Sed melior, vt communior, expositio de concordia fidelium quæ describitur in Actibus Apostolicis [c], vbi nos egimus de illa. Sic præter Interpretes locum istum intellexit non semel Cyprianus d, vtens columbæ exemplo, & moribus. Et fauet Chrysostomus e, vtens similitudine ficus, quæ conflat multis granis, etiamsi de Synagoga loquitur. Eodem sensu locus hic vsurpatur à patribus Concilij Triburiensis [f], vnà cum verbis vltimi versus.

Alias explicationes non respuimus, excepta Rabbi Salomonis, & aliorum Rabbinorum de desolatis & desertis Iudæis; per Messiam, quem expectant, colligendis in stationem tranquillam: at contendimus editioni nostræ magis congruere quam attulimus, eamque bene cohærere cum vocabulo Hebræo יְחִידִים *iechidim*, significante

A vnitos, & ex multis compositos: nec oportuisse aliter verti, eo modo quo Calumnus vult, reprehendens translationem vulgatam, *Qui habitare facit vnitos in domo.* quasi solus ille recepti sensus debeat, quòd orbos & solitarios dicat Deus familia. Lege Bellarminum [a].

a 2. De Verbo Dei, c. 13.

Qui educit vinctos in fortitudine.] Chald. *Qui eduxit filios Israel, qui erant ligati in Ægypto, propter opera patrum suorum retra, soluauit eos in pompa.* Heb. בַּכּוֹשָׁרוֹת *bakkosaroth*, Vatablus, *compeditos*, & Pagninus, & Clarius, Caietanus, *In conuenientis.* Id est, educens vinctos filios Israel vinculis imperij Pharaonis, tempore congruo, in quarta generatione, iuxta promissionem Abrahæ, factam [b]. Eugubinus interpretatur de eorundem Hebræorum catenis, & clausura, ita vt πεπεδημένους ἐν ἀνδρείᾳ sint, *compeditos fortiter.* Confirmat ex Didymo, qui exponit πεπεδημένους ἐν σειραῖς τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων; *compeditos catenis suorum peccatorum.* Est hæc quidem quoque Patrum aliorum sententia, sed catenas, aut vincula includunt participio πεπεδημένους, & *vinctos*: at, ἐν ἀνδρείᾳ *in fortitudine*, referunt ad educentem Deum seu Christum verbo virtutis suæ, verbi gratia, quando Christus filiam illam Abrahæ tamdiu ligatam a Satana liberauit [c]. Sic Hilarius, Hieronymus, & alij. Vel, *educit in fortitudine*, ita vt qui vinculis vndique peccatorum circumdati fuerit, fortes euadant. Hoc modo Theodoretus: qui cum exempli loco cum Matthæo & Zacchæo Iacobum proferat, nescio: is enim idem est cum Iacobo minore, quem in ipso etiam vtero sanctificatum, ex aliorum traditione meminit Hieronymus [d]: & si alius fuit, quod aliqui sentiunt, vt aliàs [e] docui, non video quare ille peculiariter peccatorum vinculis fuisse ligatus dicatur. Quidam id referunt ad Christi descensum ad inferos, liberationémque iustorum de limbo, vt Nicetas Choniata [f]. Interpretatio Caietani non abhorret prorsus ab Hebræa dictione, cui similis כְּשִׁירִים *cheschiron*, eiusdem significationis, de qua diximus in Ecclesiasten [g], sed passim describitur ab omnibus. Lxx. & editio nostra *fortitudinem* intellexerunt, seu causam pro effectu, videlicet aut ligatos fortiter ab alio, aut eductos fortiter. Tamen quia ἀνδρεία est potiùs nomen virtutis; virtute autem non qui ligauerunt, sed qui soluit præditus fuit, ad hunc potiùs referre, quam ad illum debemus, hoc sensu, qui virtute sua & robore magnitudinis suæ virtutis solum compedi tos, immo & *fortem* illum de quo Christus in Euangelio [h]. Cyprianus [i] legit, *in virtute.* Augustinus exponit de virtute. & gratia cohortatur eos, qui erant vincti, vt valeant deinceps incedere in via præceptorum Dei.

a c. 4.

b Gen. 15. 16

c Luc. 13. 11. 16.

Iacobus cum Nicephoro Callisto confundit cum eo, qui in Actis memoratur. Hieronymus eum distinguit. Epiphan. Baron. ad Act. 1. 13.

f 2. Thessal. 1. num. 15.

g c. 4.

h Luc. 11. 22.

i Lib. 2. c. 28.

Similiter eos, qui exasperant, qui habitant in sepulchris.] Chaldæus, *Pharao autem, & exercitus eius, qui pertinaces fuerunt ad amittendos filios (Israelitas) inhabitabant siccum* (ibi mersi, vbi sicco Israelitæ vestigio euaserunt, & qua ipsi eos persequentes transibant, perinde ac si tellus foret sicca.) Sed alium attuli sensum; quamuis hoc ipsum per allegoriam solet intelligi de Diabolo, & liberatione spirituali.

Allegoria.

Symmachus: οἱ δὲ ἀπειθοῦντες κατοικοῦσι καλάμους ξηροὺς. *Increduli autem habitabant calamos aridos.* Aquila, οἱ παροξυνόμενοι ἐκλιπεῖν τὴν ἡσυχίαν. *Rebelles habitauerunt rupem.* Theodotio, Ἐκπαροξυνόντες, *declinantes.* Augustinus, *amaricantes.* Hilarius, *Qui exacerbabant*: exemplum afferens, Paulum

antea persecutorem [a], tum etiam persecutores legis, & quotquot contra nomen Christi dissérebant. Hieronymus, *Increduli autem habitauerunt in siccitatibus.* Arnobius in Commentario: *Qui in iram prouocant*, dicens tales esse Magos. Illo verò modo legit Psalterium Vaticanum: *Similiter & eos, qui in iram prouocant*, item Ambrosianum. Pagninus: *Verumtamen rebelles habitauerunt siccum*, id est, in sicco. Vatablus: *Habitant in siticuloso loco.* Caietanus: *Tantum rebelles habitauerunt siccitatem.* quasi dicat, hos solos non esse liberatos propter siccitatem: qui sensus innuitur quoque à prioribus duobus Auctoribus, & a Clario: *Sed qui eum exasperant, habuant in locis aridis*: necnon à versione Hieronymi allata, & à Felice: *Certè rebelles inhabitauerunt siccitatem.* Omnes enim isti sumunt particulam אך *ach*, exceptiuè, non similitudinarie, quod Septuaginta dicunt ὡσεὶ. Fuerunt præterea Symmachus, & Aquila, tempore quoque futuro vtentes, & aduersatiua, seu assertiua (אך.) Verùm adhærendum editioni nostræ, & communiori sententiæ de quantumlibet magnis peccatoribus ope diuina liberandis. Et quidam de Hebræis sub typo intelligunt, qui desertores erant, & vita malgni.

Similiter.] אך *ach*, inter alias significationes, hanc habet, seu, quod idem est *etiam*,: licet Eugubinus omnino neget. Fortasse erat אף *aph*. cuius hæc significatio crebrior.

Eos qui exasperant.] סרים *forerim, peruersos, refractarios, rebelles, recedentes, contumaces, immorigeros, intractabiles, indisciplinabiles, auertentes se ab alterius imperio*, vel *à consuetudine*: quos Apostolus nominat, υἱὸς ἀπειθείας *filios diffidentiæ.* Augustinus Græcum παραπικραίνοντας melius expressit per *amaricantes*, qui aliter dici possunt *exacerbantes*, ad amaram iram concitantes. Omnis quidem peccator Deum naturâ dulcem ad amaritudinem adducit, & facit sibi amarum, vt Hieronymus docet; at is præsertim, qui, vt alij exponunt, contumax est, rebellis, &c. de quo apud Ieremiam [c] Deus ipse: *Scito & vide, quia malum, & amarum est reliquisse te Dominum Deum tuum & non esse timorem mei apud te, dicit Dominus Deus exercituum.* De talibus quoque loquitur Paulus [d], verbis Psalmi 94 [e]. qui obdurarunt *corda sua, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto*, id est, sicut in die tentationis, &c. & *audientes exacerbauerunt*, vbi est, παραπικρασμὸς, & παραπικραίνω. Apud Oseam [f] loquitur etiã Deus, *Ad iracundiam me prouocauit, Ephraim in amaritudinibus suis*, & apud Ieremiam [g]: *Pone tibi speculam, constitue tibi amaritudines*, id est, considera peccata idololatriæ tuæ, quibus ad iracundiam me prouocasti. Et Petrus Simoni Mago dicit [h]: *In felle amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te esse.* Et in Threnis est [i]: *Ad iracundiam prouocauimus.* Hebraice מרורים *marirum*, *Ad amaritudinem.* Postremò quoddam iracundorum extremum genus est, quos vocat Aristoteles [k] *amaros*, qui difficile placantur, & lõgo tempore sunt sub ira. Sed & *amarundo* pro morte crebrò [l] capitur. Itaque peccatores hi sunt, qui sibi ipsis mortem à Deo, prouocata eius ira, conscisunt, aut sunt quoque sæuiores, & crudeliores in alios, ideoque indigni misericordia, quoniam *Iudicium sine misericordia ei, qui non fecerit misericordiam* [m].

Habitant in sepulcris.] Hebræa dictio ציונים *ziionim*, significat locum eminentem, & altum instar petræ, siue rupem, aut siccum, atque squallentem, id est, siccitatem ipsam, sitim, horrorem, & aliquando nitorem & glabritiem, & veluti caluitiẽ, qualis est in talibus locis, vbi nullæ crescunt herbæ, vel gramina. Quia verò sepulcra solent esse arida & sicca, idcirco Lxx. τάφους posuerunt, eósque vulgata editio sequitur, cùm cæteri vertant vel *siccum*, seu *siccitatem*, vel *rupem*, vt vidimus. Rectè peccatores maximi, & in malo obfirmati dicuntur *habitare in sepulcris*, quasi longius remoti à vita, & à salutis remedio. Idcirco solet Lazarus ex sepulcro ipso excitatus [a] dici Symbolum huiusmodi peccatorum. Ita quidem hoc loco Augustinus, qui deteriores istos ait esse, quam priores vinctos, siue compeditos. Quin etiam innuitur refurrectio corporum per istam loquendi formulam de habitantibus in sepulcris, qui sint inde educendi. Igitur malè Caluinus contendit legi debere tantùm, *in siticuloso loco*: non potuerunt Septuaginta ignorare vocis illius notionem, sed horrorem deserti expressérunt, vnde populus Hebræus eductus est: & sub hoc typo peccatores, quo modo Ezechiel [b] captiuitatem Babylonicam appellauit *sepulcra*, & populum *ossa arida*, vt etiam ibi explicat Hieronymus.

a Act. 9. 1 Tim. 1. 1. Cor. 15.

Omnis peccator Deum natura dulcem, ad amaritudinem adducit.

c c. 2. 19.

d Hebr. 3. 16. e vers. 8.

f c. 12. 14.

g c. 31. 21.

h Act. 8. 23.

i c. 3. 42.

Iracundorum extremum quoddam genus, qui amari dicti.

k 4. Ethic. c. 5. *Amarundo, pro morte.*

l Deuter. 32. 24. Psal. 63. 4 & alibi.

m Iacob. 2. 13.

a Libr. 4. in Ioan. c. 12.

b Cap. 37.

Caluini in hoc loco improbata.

Peccatores maximi dicuntur habitare in sepulcris.

Vers. 8.] Deus cùm egredereris in conspectu populi tui, cùm pertransires in deserto.

Ex Cantico Deboræ sumptus. c Iud. 5. 4. 5.

DEsumptus videtur hic & sequens versus ex Cantico Deboræ [c]: *Domine cùm exires de Seir, & transires per regiones Idumææ, Terra mota est, cælique ac nubes distillauerunt aquis. Montes fluxerunt à facie Domini, & Sinai à facie Domini Dei Israel.* Exemplo maximi beneficij aduersus Hebræos liberatos de Ægypto confirmat, & ostendit, vsus etiam argumento ex comparatione minorum maiorúmque: quantum sit illud, quod ab ipso Christo liberatore generis humani oporteat sperare, exspectare, quando cœperit Euangelij in dilemmari in Gentilitatis deserto.

Putat Augustinus, hæc & sequentia sensu litterali de Hebræis non intelligi, quoniam quo tempore sunt educti de Ægypto, nulli tunc propriè compediti, seu vincti, nulli habitantes in sepulcris ostendi possunt, etsi quod habetur versu 10. de pluuia voluntaria segregata hæreditati Dei infirmatæ, sed à Deo perfectæ, de manna, & eodem populo sumatur illud fastidiente, non debuit, inquit, dicit perfectum populum fuisse, sed perculsum: Denique mortui sunt omnes in deserto, demptis duobus: & licet in posteris posset censeri hæreditas perfecta, spiritualis sensus liberiùs teneri debet, cùm omnia contingerent illis in figura. Nec ego dubito potiorem esse spiritualem sensum, atque per se ab Spiritu Sãcto intentum illum qui traditur communi consensu à Patribus. Verumtamen simul existimo, verba eadem aptè posse exponi de Hebræis, quod faciunt quoque non pauci ex Interpretibus, ac præterea Cyrillus Alexandrinus [d], & facilius, suauius, firmiùs elici alium illum spiritualem sensum, si prior bene stabiliatur, atque declaretur. Non hoc negat Augustinus. Hilarius autem, Hieronymus, & cæteri vt certum ponunt, & monent: Eugubinus malè negat.

Cùm egredereris.] Augustinus: *Cùm egredieris*: item Eugubinus: videlicet, vt sic ostendatur, set-

ponem totum esse de re futura, non de præterito egressu Hebræorum ex Ægypto. Hebræum & Græcum verbum infinitiui modi cum præpositione בצאתך *betsetsechecha*, *ἐν τῷ ἐκπορεύεσθαί σε*, admittit illam vertionem: licut & quod Symmachus reddit *προσερχομένου σοι*, *procedente te*. Sed repugnat omnibus aliis, & sequentibus etiam, quæ tunc præteriti téporis. Chaldæus vertit hoc modo: *Deus cùm egrederetur in columna ignis nocte, & in columna nubis die, ante populum Israel, cùm perambularet in deserto solitudinis*: quam paraphrasim Hilarius approbat, Hieronymus, & passim alij, vt dixi.

Egreditur Deus pertransitve, sicut & exurgit, propter nouum effectum, ducis instar, aut pastoris, &c. quem alicubi operatur, qui nullo abest à loco. Rabbi [a] Moses an *egredi Deum* dici, quando magnum parat de aliquo sumere supplicium, vel aliquo opere potentiam, quæ prius abscondita videbatur, erigit. Hieronymus [b], cùm vult vltionem sumere, quod est alienum ab eius ingenio, id est, à benignitate. Quieuit veluti domi Deus, nec nisi lacessitus foras exit. Hinc Esaias [c]: *Ecce enim Deus egredietur de loco suo, vt visitet iniquitatem habitatoris terræ contra eum.* Et in Psalmo [d]: *Non egredieris Deus in virtutibus nostris*, id est, cùm nostri exercitus pugnauerint. Sic igitur nunc *egredi* dicitur *in conspectu populi*, vt nempe illorum aduersarios perderet.

Cùm pertransires in deserto.] Augustinus, & Eugubinus, *transieris*, aut *pertransieris*. Hieronymus, *Et ambulares per desertum.* Psalterium Romanum, seu Vaticanum (quod nunc nempe in æde S. Petri recitatur:) *Et cùm transgredereris per desertum.* Ambrosianum: *Dum transgredereris in deserto.* Symmachus, Theodoreto etiam teste, βαίνοντος διὰ τῆς ἀοικήτου, & refertur ad λαῦ σοῦ, & ad præcedentia alia verba: *Deus cùm egredereris*, &c. & vt Symmachus vertit, *Deus cùm tu præcederes ante populum tuum transeuntem per desertum.* Repugnat Hebræo verbo בצעדך *betsaadcha*, quod affixum habet secundæ personæ. Significat autem id verbum *incedere cum pompa*, *deambulare*, vulgò *passeggiare*. Cur autem tam lentos progressus populum facere per desertum Deus in terram promissam voluerit, dixi in Actibus Apostolicis [e]; necnon de annis, fuerintne quadraginta, plusve. Additur hic Hebraicè, sicut & aliquot locis aliorum Psalmorum, & in Cantico Habacuc, vicibus 73. סלה *sela*, Græcè διάψαλμα. Reddit hoc loco Chaldæus, *In æternum.* Hieronymus, *Semper.* Disputat de ista voce diligenter Ribera in Habacuc, Toletus Commentario in Psalmum trigesimum primum [f], post veteres, Hieronymum [g], Chrysostomum [h], Theodoretum [i], Euthymiũ [k], & recentiores, Paulum Burgensem [l], Auctorem Thesauri Hebraici [m], & Græcè [n], Eugubinum [o], Vatablum [p], Genebrardum [q], &c. Variis modis exponitur, pro signo interponendi silentij, quam Musici vocant *pausam*: aut commutati metri; aut noui sensus: aut rhythmi, id est, vel vocis intermittendæ, vel instrumenti musici. Hæc ex Hieronymo, qui citat Origenem. Addit Theodoretus pro signo variandæ nouæ vocis humanæ, vel instrumenti: & idcirco dici à Septuaginta διάψαλμα: quod facit etiam Symmachus ac Theodotion. Qua in re non audiendus Eugubinus, dum negat hic vertisse Septuaginta: Suidas autem scribit διάψαλμα esse μέλους ἐναλλαγὴ, *cantus immutationem.* Vatablus [r] & Rab. Dauid, pro signo, vocem elle intendendam, & magna quadam attentione perpendendum id quod præcessit: sicut, ait Toletus, quando nunc Musici insigunt bemol. Eugubinus [s] pro nota ornationis orationis, illo fere modo, quo vsurpatur à Græcis μέν, γάρ, μὴν, τοί, δή, πώ, θήν, &c.

Aliam retuli sententiam ex Chaldæo, & Hieronymo, vt significet *semper*, siue *in sæcula*, (quam item sequitur V. & VI. Editio, & Aquila, significationem,) siue quòd, vt Hieronymus dicit, quæ præcesserunt, aut sequuntur, ad æternitatem pertineant. Idem Eugubinus adhuc refert esse vocem exaggerationis affirmationis, vt apud eosdem Hebræos, *amen*, seu, *emeth*, seu *chen hu*, vt ait Rab. Abraham, & Augustinus [t] meminit; qui tamẽ potiùs assentit in dictam dictionem διάψαλμα & pro *intervallo*, *intermissione*, *silentio in psallendo.* Rursum Hieronymus [u] docet idem valere quod apud Latinos, opere completo explicit, aut feliciter, aliúdve tale: & Hebræos scripta confirmando ponere *Amen*: vt feliciter translata protestentur, *Salom*, id est, *pax*: vt scripta scribendáve magis celebrent, *selah*, id est, *semper.* Postremò recitat Euthymius sententiam dicentium, denotare illuminationem diuini Spiritus, quæ canentibus tunc appareret. Difficilis est inter tot opiniones optio, imnò vix vlla satisfacit, cùm cunctæ rationes hæ locum videantur habere non minùs aliis in Psalmis, in quibus illa dictio non ponitur. Reperitur præterea in Psalmorum fine [d], & in Psalmis bene longis [e], inquit Hieronymus, non inuenitur; in his exigeretur mutatio aliqua, in illis non posset esse.

Probabilius videtur notam esse vocis contentioris, vel potiùs è contrario quietis, ac silentij, ad monendum de notabiliore sententia, quæ mereretur memoriam sempiternam, quod nempe potissimùm pertineret ad Christum, & Gratiæ mysteria, & mores. Sic auditores inuitabantur ad fauendum, & consentiendum dictis, aut ad rei propositæ grauitatem meditandam. Et quidem διάψαλμα significans intermissam cantilenam, satis designat dictum silentium: at, *semper*, indicat causam cur silentium fieret. Itaque narrato hic beneficio liberationis populi Hebræi de Ægypto, cùm ipsemet præibat dux Deus, & tanta edebat prodigia, merito appositum est סלה *selah*, & διάψαλμα, vt tanti momenti res facto silentio attentiùs consideretur; aut per contentionem vocis, quàm sit magna, intelligatur. Si Psalmus, in cuius fine collocabatur *selah*, vltimus etiam erat eorum, qui tunc canebantur, non ita congrueret ratio de silentio: ipse enim cùm esset cantus totius finis, silentium per se satis imponebat.

Equidem cùm videam ab Interprete Latino præteriri hanc dictionem, mihi persuadeo non pertinuisse ad integritatem orationis, verùm fuisse duntaxat notam vnum aliquod significantem ex dictis, fortasse magis intendendam vocem, aut sonum propter allatam causam. Illa porrò causa de maiore orationis vel asseuerationc, vel ornatu requisit, vt dictio ipsa exprimeretur: ea verò quam nunc dixi, non item, sed solum monebat cantorem, quo pacto quæ caneret, aut instrumẽto musico pulsaret, certa modulatione exprimeret. Nec tamen adhuc video cur dictione ad id opus fuerit, vt non sufficerit nota alia siue character, vt sunt, quibus apud Hebræos accentus notantur, non Grammatici tantum, &

a Ibidem, & in Pr. 67.

b in pſ. 4.

c Ep. ad Marcellam.

d Vt in Pſ. 3 & 23.
e Vt in pſ. 36. & 77. & 118.

Rhetorici,

Rhetorici, sed præterea Musici: & Musici nostri, sicut dixi, notas habent puncta, & modificationis vocis, & Carthusiani, vt ad ea quæ cantant, magis attendant. psallantque iuxta consilium Pauli [a], meliùs mente spirituque, vtuntur in medio cuiusuis versus aliquo temporis interstitio. De radice שלה *selah*, nihil certi compertum. Constat סלל *salal*, esse *exaltare*, & *elevare*: שלח *selalah*, *aestimare*. Hodie Hebræi addunt extremis suis precibus & epitaphiis אמן סלה *amen selah*.

a 1. Cor. 14. 15.

Vers. 9.] Terra mota est, etiam cæli distillauerunt à facie Dei Sinai, à facie Dei Israel.

HInc narratio incipit de prodigiis. Terræ motum, & cæli distillationem Genebrardus metaphoras esse putat de calamitatibus in hostes Iudæorum Ægyptios & Arabicos immissis, quo pacto & Rahab [b] celebrat perterrefactos hostes Hebræorum à Deo. Cyrillus Alexandrinus [c], *terram commotam* aut sibi videri Ægyptiam hic intelligi: & commotam tunc, quia agitationem inconsuetam sustinuit in tam nobili exercitu filiorum Israel, latente mortalium neminẽ. Videtur sententia Rabbi David Kimhi: propterea subiici in ex versu sequenti: *Pluuiam voluntariam segregabis Deus hæreditati tuæ*, &c. Annuit Caietanus iuxta illud [d], *Tunc conturbati sunt Principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor.* Ribera [e] quoque indicat fuisse in hoc admirationem & stuporem, quo commouerentur omnes ad res admirabiles quæ fiebant, sicut & in Psalmis decantatur *montes exultare, & colles, & terra moueri à facie Domini* [f]: & prouocantur cæli, *vt lætentur, terra, vt exultet, mare, vt commoueatur* lætitia, *campi vt gaudeant* [g], & apud Aggæum [h], est de aduentu Christi in carnem. *Adhuc vnum modicum est, & ego commouebo cælum, & terram, & mare, & aridam, & mouebo omnes gentes, & veniet Desideratus cunctis Gentibus.* Lætati sunt cum Angeli, ac descenderunt [i], & magna exciterunt bella paulò ante, atque prodigia, etiam terræ motus, &c. Meliùs Chaldæus, & cæteri de Lege interpretantur, quæ cum daretur, auditæ sunt voces [k], vitæ confessiones, totus fumigauit mons, &, vt Hebræi tradunt, tremuit etiam. Typus autem fuit eius terræ motus, qui contigit Christo patiente, atque mystici alterius, quo Gentium natio accurrit ad Euangelium operâ Apostolorum [l], qui *vt cæli distillauerunt à facie Dei*, id est, per gratiam ipsius: super quas præterea Gentes diuinitus fauoris defluxit, & panis cælestis Christi corporis ipsis communicatus est. Ita ferè Patres Hilarius, Hieronymus, Augustinus, Theodoretus, ac reliqui nostri colligentes etiam eundem esse vtriusque Testamenti Deum. Sed Arnobius de stella Magorum [m], accipit in distillationem, & pluuiam, cantum Angelorum nato Christo [n].

Terra mota est.] Dixi quomodo: & aliàs [o] docui, maiestatem ac potentiam suam hac ratione Deum declarare tolere. Legendus Aretas in Apocalypsim [p]. Hinc docet *terra motum* fuisse rerum mutationem, vt ibi [q]: *Adhuc semel commouebo.* Dicit etiam hoc loco egressionem Israelitarum ex Ægypto vocari terræ motum. Eodem pacto vult vocari terræ motum, qui prædicitur in Apocalypsi [r], vel de Romanis euersuris Ierosolyma, vel de grauissimis afflictionibus tempore Antichristi. Veruntamen propriè loquendo censeo terræ motus, de quibus aliqui dictorum locorum disputant Interpretes, & de præsente idem censeo: tametsi liber Exodi non adeò diserte meminerit: nam & quædam Psalmus LXXVII. exprimit, quæ ibi non sunt de plagis, &c. vt ærugine fructus consumptos, moros in pruina, pestilliones igni, licèt conetur Peretius [s] ad decem plagas reuocare, quæ sunt in Exodo. Sic verò in Deboræ recitato Cantico habetur, *Terra mota, & cælorum, & nubium in aquas distillatio*: vt & Arias in eius loci expositione annotat.

Etenim cæli distillauerunt.] Hebraicè גם *aph*, *etiam*, &c. Sic nonnunquam *enim* aut *etenim* affirmat, vel nectit, non causam reddit, & causalis apponitur coniunctioni per τὸ παρέλκον. Hoc modo dicimus, *enimvero, verumenimvero.* In Psalmo centesimo vigesimo octauo [t]: *Sæpe expugnauerunt*, &c. *etenim non potuerunt mihi*, גם *gam, etiam, certè*, &c. Chrysostomus & alij legunt, ἀλλ' ἴσε, *sed non*, &c. *Cælorum* porrò *distillationem* pro fauore diuino interpretatur Eugubinus, vt illud *Det tibi Deus de rore cæli benedictionem*, &c, *Rorate cæli desuper* [u]: Rab Kimhi, & alij pro aeris obfuscatione contra hostes, ingentibusque pluuiis quibus Sehon oppressus est rex Amorrhæorum: Theodoretus, pro manna, id quod etiam tenet Caietanus, nec negant Patres Latini, & multi tradunt Hebræorum: qui præterea dicunt duplici rore manna tectum fuisse: inferiore, qui purgabat terram, & cui manna superueniebat: superiore, quo cum priore ceu in theca concluderetur: & quando superior ad orientem Solem euanescebat, illud appareret: qui typus, inquit Genebrardus, censeri posset corporis Christi latentis in speciebus Sacramentalibus, & non prius ab intellectu nostro intellecti, quam tos humanæ rationis dispareat ad lumen fidei. Verùm de hoc egimus in librum Sapientiæ [x]. Addit Iansenius, & Hieronymus Osorius, pluuias, & fulgura. Fauet Deboræ Canticum prius citatum [y]: *Cœlique ac nubes distillauerunt aquas.* De pluuiis Lyranus consentit ex nube densissima defluentibus, quæ operuerat montem. Augustinus exponit de rore prædicationis Apostolorum, qui vocantur *cæli enarrantes gloriam Dei* [z], cuius quoque verbum comparatur cum *rore* [a].

Cæli.] Notissimum est pro aere *cælos* vsurpari: quo pacto & ipsum manna *panis de cælo* nominatur [b], id est, decidens de aere: quanquam & a cœlitibus factum, neque panis Angelorum. *Et mandauit nubibus desuper, & ianuas cæli aperuit. Et pluit illis manna ad manducandum, & panem cæli dedit eis, Panem Angelorum manducauit homo* [c]. Appellatur item hoc manna *pluuia de cælo* [d]: *& cum descenderet nocte ros, descendebat pariter & manna* [e].

Distillauerunt.] נטפו *natephu*, ἐσάλευσαν. Hæc verba de manna, & rore, & pluuia intelligi possunt, non ita de fulgutibus, quæ Iansenius addiebat; nec etiam de aeris obfuscatione proprie loquendo, quam Rab. Kimhi; sed nec de maioribus imbribus, qui decidentes impetu terrefacerent hostes. Quanquam terrorem in Sina fuisse certum est, non propter hostes, sed propter Hebræos ipsos, vt sancto quodam terrore concussi, legem religiosiùs acciperent. Fateor, *stillandi* verbo, sicut & *pluendi*, interdum significari animaduersionem, & punitionem diuinam [f], fortassis

a 1. Cor. 14. 15.

b Iosue 2. 9.

c In Nahum c. 1. n. 5. & in Agg. c. 1. n. 13.

d Exod. 15. 15.

e In cap. 2. Aggæi n. 21.

f [Ps. 113. 4. 6. 7.]

g Ps. 95. 11.

h Cap. 2. 7. 8.

i Luc. 2. 9. 13. 14.

k Exod. 19. & 20.

Typus eius terræ motus, qui contigit Christo patiente.

l Act. 2. 2. 6.

m Matth. 2. 2.

n Luc. 2. 13.

o Act. 4. 30.

p Cap. 8. vel 6.

Terræ motus, rerum mutationes.

q Apoc. 2. 7.

r cap. 6. ...

s In c. 2. Exod. Dubit. 11. n. 4.

Etenim, etenim nonnumquam affirmat, nonnumquam causam reddit.

b Vers. 1.

Cælorum distillationem pro fauore diuino interpretatur Eugubinus.

c Genes. 27. 28. d Deut. 33. 28.

e Psal. 77. 24.

Manna duplex rorem habuit.

Stillandi verbo & pluendi interdum animaduersio & punitio diuina significatur. Vide alia exempla apud Pererium n. 1. Psal. 17. Medicam 2. 6.

f Iudic. 5. 4.

g Psal. 21.

h Deut. 32. 2.

i Sap. 18. 20.

k Psal. 77. 23. 24. 25.

l Exod. 16. 4.

m Numer. 11. 9.

talis eo tempore, quo pluuius aquæ perit Mundus: & Sodomæ ignis, ac sulphuris. & crebrò quando pugnat Deus aduersus impium aliquo supplicio, id facere inducitur tanquam *pluens de cœlo* [a]; sed & *stillare* Propheta dicitur, quando comminatur seuerius: stillæ namque deteeniunt cum nimbo, & impetu, & quamuis leuiter primum cadant, indicant tamen procellam sæuiorem. Attamen constat quoque, *stillare* esse blande loqui, & accommodatè ad captum auditorum [b], & cum fructu: dicitúrque de rebus maximè odoriferis, vt & nomen *stacte* [d], siue *gutta* [e], נָטָף *nataph*, σταγών. Hoc autem loco pluribus Auctoribus, vt dixi, videtur exprimi benignitatis Dei opus.

a Psal. 17. Isa. 30. 30. b Ezech. 21. 2. Esdr. 2. 4 Mach. 1. 6 11. Amos 7. 16.

c Deut. 32. 2. Iob 29. 22. 2. Mach. 8. 27. Amos 7. 13. d Exod. 30. 34. e Ps. 44. 9.

A facie Dei] Hebraicè: *A faciebus Dei*, זֶה סִינַי *zeh sinai*. Pagninus vertit, *hic Sinai*, nempe tremuit. Eodem pacto Vatablus, Clarius, & Caietanus. Felix, *hoc Sinai à facie Dei*. Hieronymus, *hoc est in Sinai*. Augustinus, *Mons Sina a facie Dei Israel*: & posterior supplere vult, *distillauit*: monétque, in quibusdam codicibus Latinis & Græcis non haberi, *mons Sina*: sed, *à facie Dei Sinai, à facie Dei Israël*, vt sit sensus: Cœli distillauerunt à facie Dei, qui legem dedit populo Israël, & benedictionem daturus erat, qui legem dederat [f]. At Genebrardus reddit: *Huius Sinaitd* est, A facie Dei, qui est Deus huius Sinai, vbi contigerunt dicta mirabilia [g]: In aliquibus codicibus Græcis, vt in Vaticano, Τοῦτο Σινᾶι. In libro Iudicum [h], vnde dixi videri sumptam sententiam istam, sic legimus: *Montes fluxerunt à facie Domini, & Sinai à facie Domini Dei Israel*, זֶה סִינַי *zeh sinahi*, τοῦτο Σινᾶ, Psalterium Vaticanum, *A facie Dei*: *mons Sina a facie Dei Israël*, vbi supplendum aliquid videtur, verbi gratia, tremuit, aut fluxit, &c. Psalterium Ambrosianum, *A facie Dei, qui est in Sina*. Iansenius post Theodoretum, supplet, *A facie Dei Sinai*, qui apparuit in Sinai. De nomine *Sinai* dixi Actuum 7 [i].

f Ps. 85. 8.

g Exod. 19. & 20. h Iud. c. 5. 5.

i Vers. 30.

A facie Dei Israel.] De voce Israël, & quare peculiariter dicatur Deus Israël, egi in eadem Historia [k].

k Cap. 2. 6. Cap. 13. 17.

Vers. 10.] Pluuiam voluntariam segregabis Deus hæreditati tuæ: & infirmata est, tu verò perfecisti eam.

POsito superiùs exemplo de manna, videtur prædicere Dauid multo nobiliorem pluuiam cœlestis & Euangelicæ doctrinæ, qua reddatur valens, ac perfecta Ecclesia, quæ debilis priùs erat, & infirma. Et quidem satis communis Nostrorum sensus confirmatur ex verbo temporis futuri, cùm fuerit præcedente versu præteritum tempus. Confirmat Hilarius *pluuiæ* nomine doctrinam intelligi, Mosis exemplo in Deuteronomio [l]. Hieronymus comprehendit vnà & prædicationem sanctam, & legem quæ per Mosem data est [m], nimirum tanquam typum illius. Hugo Cardinalis docet, cur prædicationi congruat *pluuia* nomen, præterea Christo: denique lacrymis. Lege. Quòd si priora de pœnis, quas essent aduersarij passi, placet intelligere, antithesis maior erit blandioris & fœcundioris pluuiæ, &c.

l Deut. 32. 2.

m Ioan. 1. 17.

Voluntariam.] Εὐδόκησας, נְדָבוֹת *nedaboth*. Pagninus, *Munificentiarum*. Caietanus, *Voluntatum*. Vatablus, primo & secundo modo, aut *liberalitatum*, & *abundantem*. Explicat Caietanus de duplici pluuia matutina, & vespertina, & vtramque fuisse *voluntariam*, id est, appetitionum propriarum, appetentis cibum, & carnes: Iudicat id Gloria ordin. [n]; & vtramque fecisse Deum eleuare; (ne enim vertit, pro *segregabis*, vt videbimus) quia ambæ miraculo factę sunt, licet per causas secundas. Theodoretus ait *voluntariam pluuiam* dici, siue *spontaneam*, ob liberum arbitrium, quoniam non ex necessitate irrigatur aliquis, sed doctrinæ acquiescens consequitur gratiam. Hilarius, Quoniam prouidus voluntatum, & bonæ voluntatis cuiusque, segregauit nonnullos ad prædicandum, vt Paulum persecutorem, Petrum negatorem Christi. Augustinus [a], propter singularem electionem, qua sibi Deus elegit Hebræum populum, *Non faciens taliter omni nationi, nec multitudini suæ manifestans* aliis [b], & propter gratiã, quæ sine meritis datur ab eo, qui *voluntariè genuit nos verbo veritatis* [c], & *sancto bonæ voluntatis suæ circumcelsit nos* d. Arnobius: Quando cecinerunt Angeli pacem *hominibus bonæ voluntatis* [e]. Genebrardus, de liberalitate in Ecclesiam, ita vt in Synagogam distillauerit Deus, ac depluerit imbres iracundiæ suæ, vt prioribus verbis indicatur, iuxta vnam expositionem. Ambrosius [f], de diuina & sanctificante gratia, cuius per se auctor Deus, non homo, & illius typum esse pluuiam illam, sicut & rorem, Gedeonis [g] nempe, & Ioëlem locutum de illa gratia Spiritúque, illis verbis [h]: *Effundam de Spiritu meo*, &c. Hoc sensu Gregorius [i], *pluuia patrem* [k] interpretatur Deum, qui siccam terram humani cordis guttis scientiæ gratuitò aspergit, non pro nostris meritis, sed pro suæ munere benignitatis, & aliquando prohibet huiusmodi stillas contumacibus [l]. Denique prædicatio, stillarum instar est, rorisque teneri, quando prædicator dispensatione aliqua temperat sermonem, vt vbertim pluuia manans, cùm quæ de supernis sentit, virtute qua præualet, loquitur. Vtrumque à Mose expressum dicente [m]: *Expectetur sicut pluuia eloquium meum, & descendent sicut ros verba mea.*

a 4. de Trin. c. 1. & lib.

b Ps. 147. 20.

c Iacob. 1. 18. d Ps. 5. 13. e Luc. 2. 14.

f 1. de Spiritu sancto in proœmio.

g Iud. 6. 37. & seq. h Cap. 2. 28. Act. 2. 17. i 2. 9. Moral. c. 15. vel 20. k Iob 38. 28.

l Isa. 5. 6.

m Deut. 32. 2.

Credo *voluntariam* quoque *pluuiam* dici, quia tempestiua, opportuna, & desiderata: non prima quidem omnino gratia, quæ nobis sine nobis, id est, consensu nostro, datur, sed alia, quæ respondenti, acceptanti, desideranti: quamuis & de prima nonnullum desiderium naturale imperfectúmque esse non repugnat, posita nõnulla subauditione, quòd talis dari possit vel soleat à Deo. Chaldæus explicat *pluuias vnificationis* & *rores spontaneos.*

Segregabis.] Psalterium Vaticanum & Ambrosianum, *Segregans*. ex Hebræo vertit Hieronymus, *Eleuasti*. Pagninus, *Fecisti eleuare*. Caietanus, *Facies eleuare*. Vatablus, *Destillabas*. Felix, *Eleuabas*. Alij, *stillare facies*, idque, pro stillasti, vel stillas, vel stillabas: aut *rigas*. Græcum verbum ἀφορίσεις est futuri temporis, propriè significans *segregabis*, siue *separabis*: Hebræum תָּנִיף *thaniph*, eiusdem temporis, multa significat, *stillare*, *effundere*, *aspergere*, *eleuare*, *cribrare*, *concutere*. Chaldaicè אַרְמִיתָא *aremitha*, *proiecisti*. Etsi autem quandoque præteritum pro futuro, & vice versa ab Hebræis vsurpetur, tamen standum hic iudicio Septuaginta, & Interpretis nostri. *Segregatio* denotat vim diuinæ vocationis, & electionis; *eleuatio*, finem, qui altus est, nempe beatitudo. Quòd si pluuia, Eucharistia est, voluntaria est, quia summa volun-

tate

tate instituta, summóque amore, cùm *in finem Christus dilexisset suos* [a], & *exquisita in omnes voluntates ipsius* [b]; summopere item a nobis expetenda & magna voluntate percipienda.

Hæreditas tua.] Sæpe populus Hebræus *Domini* vocatur *hæreditas* [c], ipseque vicissim illius [d]. De secũdo facilior causa, quia omnis quidẽ Iustus adoptione Filius Dei fit, ac proinde hæres, salua simul ratione præmij, vt alias docuimus; peculiariter tamen ij, qui magis proprio & peculiari Deum colunt ritu, legeque. Primi ratio ferè eadem, vt licet omnium sit Deus hæreditas, finis, & beatitudo, qui eam consequuntur, præcipuo tamen modo illorum a quibus studiosius, ceu paternum atque hæreditarium bonum, custoditur, & amatur. Cuilibet priuatim licet dicere; *Domine pars hæreditatis meæ* [e], &, *Hæreditate acquisiui testimonia tua* [f]; &, *In hæreditate Domini morabor* [g]: atque hoc nomine in Nouo Testamento aliquoties felicitas dicitur [h]. Multo magis Dei centetur hæreditas Ecclesia, & huius è contrario potiore iure Deus. Non inuidet nobis Deus hæreditatem Filij sui naturalis: Non confunditur hic Filius nos appellare *fratres suos* [i], non periclitatur hæc hæreditas diminui, dum communicatur tam multis: non possident hæreditatem filij sine patre, quoniam iste non moritur, sed possidemus eum, & ille nos, & suamet hæreditate ac felicitate fruitur ipse; semel adita hæreditas hæc nunquam perditur, quippe *incorruptibilis, incontaminata, immarcescibilis, conseruata in cœlis* [k]. De his Augustinus [l].

Illud præterea verum est, Hebræum populum descendisse de Sem primogenito Noë [m], & primogenitos in lege naturæ Sacerdotali munere functos: & Deum præcepisse in lege scripta primogenitos offerri sibi. Quocirca posset propter illam causam aliquo modo vocari populus Hebræus *hæreditas Dei*. Non facit quidem ad rem præsentem, nec omittenda tamen annotatio, vocabulum *hæreditatis* necnon *sortis*, & *partis*, nonnunquam in deteriorem partem sumi, atque de pœna, & supplicio [n]. Totus homo hæreditas Dei est, nec sui ipsius est, sed illius. Fornicator est, ac profanus, qui propter quamlibet creaturã, sicut Esau propter vnam escam [o], vendit primitiua, subtrahens se Deo, & Deum sibi, pro parua voluptate magnam dignitatem, inquit Cyrillus Ierololymitanus [p].

Et infirmata est; tu verò perfecisti eam.] Refert Theodoretus interpretationem Symmachi, & Aquilæ. Prior sic habet: τὴν ἐξηπίνησας, καὶ ἐποίησας: *quam efecisti*, vel *adoptasti*, vel *emancipasti*. Posterior hæc est: Καὶ μετεχθνώσας συνέβασας, & vt vertisse videtur Hieronymus: *laborantem tu confirmasti*. Chaldæus: *Et Ecclesiam, siue congregationem laborantem tu erexisti*. Vatablus: *Et laborantem confirmabis*. Pagninus: *Et labore confectam tu confirmasti eam*. Alij: *Et si fatigata fuit, tu confirmasti eam*, vel, *cum defecta est viribus, tu reficis illam*, restituendo nempe fœcunditatem, qua ad tempus vitus es illam priuasse. Caietanus: *Et fuit lassa; tu firmasti ipsam*. Genebrardus cum Rab. Kimin vult esse hypotheticam phrasim cum eclipsi particulæ, *si*: quod si hæreditas tua infirmata est, fatigata, oppressa, afflicta, male affecta ab hostibus, tu tamen stabilisti, & roborasti eam. Psalterium Vaticanum, *etenim infirmata est*, verbum ἀσθενεῖ est, *infirmata est*, נִלְאֲתָה *nileach*, *Laborauit, defecit, fatigata est, lassata, debilitata*. Potest hypothetico sensu quod in præterito dicitur, vel in præsenti (vtrumuis enim fert Hebræum verbum) intelligi quoque in tempore futuro, quasi diceret, Si fuerit infirmata, perficies, infirmatam perficies. Existimat Ribera [a], verti potuisse pro, *infirmata est, cœpit.*) *infirmari* enim Hebræos dicere, pro *incipere*, quia res dum incipit, minus habet firmitatis, vtrumque. Fateor verbum חָלָה *chalah*, & חָלַל *chalal*, & חִיל *chil*, de quo ibi disputat, habere vtramque significationem: at non idem est de לָאָה *laah*. huius loci verbo.

Fecit id Deus hæreditati suæ Synagogæ, id est, facere solet, & facturus prædicitur Ecclesiæ suæ. Percussos Hebræos cũ daretur lex, tot tonitruis, fulgoribus, & coroborauit, & recreauit Deus: multo melius Ecclesiam, vt pusillum gregem confirmauit Christus [b], constantem ex Gentibus, quas dedit ei Pater *hereditatem* [c]. Nam Petrum negantem *respexit* [d]: persecutorem Paulum vocauit [e]: caliphizato dixit *gratiam* ei suam debere *sufficere* [f]: fugientes Apostolos post resurrectionem inuisit [g], & columnas firmas Ecclesiarum fecit [h]: vt Paulum [i], sic sine dubio segregauit ex veteris matrum Apostolos cæteros, vt *imaginem imbres emitterent eloquia* sua [k]: legé, quæ *infirmabatur* præ impossibilitate *per carnem* [l], adimpleuit [m], vberiore gratia cõmunicata: fortem aduersarium ligauit [n]: vicit mundum [o]: victoriam nobis cõtulit [p]. Hæc ferè Theodoretus, siue Basilius, Hilarius Augustinus, Hieronymus, siue Origenes, & passim ceteri expositores, nec nõ Bernardus [q], qui propterea notat Petrum Paulumque meritò vocari *viros misericordiæ* [r], propter multam misericordiam quam sunt consecuti, & qua fiunt post peccatorum infirmitatem confirmati. Arnobius confirmatos intelligit Apostolos a Christo, quando post resurrectionem ostendit eis *plagas* [s], &c.

Sed latiùs patet *confirmatio*, & *perfectio*, tum propter Spiritum principalem [t], & Sacramentum quod *confirmationis* vocatur, & alia Sacramẽta, quibus corroboramur, tum propter Christi promissa tempore persecutionum, vt detur os, & sapientia, *cui non possint resistere, & contra dicere omnes aduersarij* [u], denique *vt portæ inferi non præualeant* [x].

Vers. 11.] Animalia tua habitabunt in ea, parasti in dulcedine tua pauperi Deus.

Hic effectus cœlestis illius pluuiæ, & roboris diuini, vt Dei grex pacatus degat, siue peculium, quæ dicta prius est *hæreditas*, & in magna quadam in præparatis à Deo escis suauitate, atque iucunditate. Theodoretus Apostolos intelligit, quibus Deus quodammodo conscensis, homines conuertit. nam & *equos* ab Habacuc [y] nominati, hodiéque habitare Apostolos in Dei hæreditate, id est, Ecclesia, tum per scripta sua, tum per Reliquias, per quas reddunt sanctos illos, qui accedunt ad eas. Adde Euangelistas, qui passim per *animalia quatuor* in Ezechiele [z], & Apocalypsi [a] designati dicuntur. Talem esse Paulam *Vas electi omis* appellatum [b]. Hilarius explicat per eloquia diuina reddi spirituales, qui priùs erant animales, & ea ipsorum effici faucibus dulcia, cum exaruerint pauperes spiritu. Consen-

a Ioan. 13. 1.
b Ps. 110. 2.
c Exod. 15. 17. Deut. 4. 16. 29. cap. 32. 9. 1. Reg. 10. 1. Ps. 27. 8. & alibi.
d Num. 18. 20. Deut. 18. 2. Iosue 18. 7. & alibi.
e Ps. 15. 5.
f Ps. 118. 111.
g Eccl. 24. 11.
h Gal. 3. 18. Ephes. 1. 2 4. 18. Cap. 5. 5. Coloss. 3. 24. Tit. 3. 7. Hebr. 1. 14. Cap. 9. 15. 1. Petr. 1. 4. Iacob. 2. 5.
i Hebr. 2. 11.
k 1. Pet. 1. 4.
l Sermo. 12. de verbis Apostoli, & ser. 119. de Tempore, & in Psalm. 86. & 149. *Literas populo de Sem discessit.*
m Gen. 6. ac.
n Hæreditatis, sortis, & partis nomen nonnunquam in deteriorem partem. o Iob. 20. 29. p Ps. 72. 11. Esai. 1. 14. o Gen. 25. 34. Hebr. 12. 16.
p Cateches. 4.
a Ofeæ 11. no 25. Infirmati *apud Hebræos pro incipere.*
b Luc. 12 32.
c Ps 2. 8.
d Luc 22. 61.
e Actuum 9.
f 2. Cor. 12. 9.
g Ioan. 20.
h Ps. 74. 4.
i Gal. 2. 15.
k Eccl. 24. 9.
l Rom. 8. 3.
m Matt. 5. 17.
n Luc. 11. 22.
o Ioan. 16. 33.
p 1. Cor. 15. 57.
q Serm. 2. de Petro & Paulo. *Petrus & Paulus merito viri misericordiæ dicuntur.*
r Ecclesia ex Ecclesiastico cap. 44 10. in Octaua Apostolo. Petri & Pauli.
s Ioan. 20.
t Ioel. 2. 24.
u Luc. 21. 15.
x Matth. 16. 18.
y Cap. 3. 8. *Ascendit vehemãter hodie hostis in Dei hæreditate.*
z Cap. 1. & 10.
a Cap. 6.
b Act. 9. 15.

tit Hieronymus, Glossa Interlin. Gentes mansuefactas, & conuersas. Quò posset pertinere linteum ostensum Petro [a]. Beda vult significari minores fideles qui sunt adhuc perficiendi, & alendi. Chaldæus explicat de Angelorum custodia, his verbis: *Vnificationem tuam*, siue *animalia tua, collocasti in ea, præparasti exercitum castrum Angelicorum, vt benefaceres pauperibus Dei.* Vocare solent Angelos Hebræi nomine *Animalium*, vel potiùs quod apud eos significat Hebræum חַיָּה *chaiah*, vt & apud Græcos, ζῶον, *Viuentium*. Quo etiam pacto ab Aristotele appellatur Deus ζῶον μακάριον, *Animal beatum*. Latinè non ita loquimur, quia dicitur ab anima, quæ compositi pars est, & respirat omis notionem includit, quasi ἄνεμος.

Sunt & qui per dicta illa Animalia in quadriga Ezechielis Angelos intelligant, qui Angeli quandoque *throni* appellantur, quibus insideat Deus. Pradus noster intelligit vexilla præcipuorum populi ducum, in quorum singulis propria imago erat cuiusdam animalis ex iis quatuor quæ describit Ezechiel. Hieronymus Oforius de Hebræis exponit, non quibuscunque, sed valentioribus, instar animalium brutorum, imperitis, ita vt & his consuluerit Deus, non tantum magnis, ac sibi carissimis: illos enim item alicubi dicit fuisse suauitate atque dulcedine. In psalmo quodam alio [b] est: *Homines, & iumenta saluabis Domine: quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam Deus.* Videri posset præterea sermo esse de pecore, & armento, propter abundantiam pascuorum ex pluuia illa voluntaria, & spontanea, quam pollicitus est Deus [c], ad differentiam Ægypti, vbi in hortorum morem aquæ ducuntur irriguæ. Deus ipse dicit [d]: *Quoniam mea sunt omnia feræ siluarum, iumenta in montibus, & boues.* Nec deest qui de coturnicibus à Deo missis [e] accipiat animalia, de quibus egimus in libro Sapientiæ.

Animalia tua.] חַיָּתְךָ *chaiathecha, Animal tuum.* Synecdoche numeri singularis pro plurali, & alia figurea, qua de hominibus vsurpat vocem *gregis*, vt & alibi pro gubernatore, *pastoris*, nisi Angelos cum Chaldæo velimus interpretari, vt antè diximus. Vatablus, Clarius, Pagninus, Caietanus, & alij vertunt, *congregatio*, siue *cœtus, societas*, vel *grex, peculium, armentum, fera*, &c. figuratè, vt mortali, homines intelliguntur. sed minùs aptè per *ferum*, nec satis bene. Chaldæa vocem חַיֵּי הָה *chechiiathae*, reddit Latinus Interpres, *viuificationem tuam*: cùm statim de Angelis eadem exprimatur. Melius dixisset, *victum tuum*, hoc est, necessaria ad victum populi. subditur enim: *Parasti in dulcedine tua*, &c. Quanquam & *viuificationem* pro sustentatione vitæ quidam dicunt, & Angelorum bene mentio subiiceretur, quorum opera manna confectum est [f].

Habitabunt in ea.] Hieronymus, *Habitauerunt*, Caietanus. *Sederunt*, id est, quieuerunt, inquit. *in pluuia Manna.* Alij *in terra promissa*, vel *in Ierusalem*, vbi pro paupere & afflicto populo magnificàm Deus mansionem parauit. Vel, *In hereditate tua* (sic Hieronymus) id est, in populo tuo erit multitudo copiosa. Hilarius, aut *in pluuia*, aut *in hereditate*. Hebraicè est præteritum יָשְׁבוּ *iaschebu*. Græcè præsens, κατοικοῦσιν. Sensus nil variat: nam habitabunt cùm veniet Christus: habitauerunt, vel habitant propter prædictionis certitudinem, & propter typum Ecclesiæ, qui præcellit in populo Hebræo.

Parasti.] תָּכִין *thachin*, futurum tempus, sed significatio præterita, quia præcessit aliud verbum similis temporis. Valet autem etiam verbum, idem quod, *paraisti, firmasti, firmiter parasti*, nempe per Apothopesim, manna, victum, vitæ necessaria, &c. vel, vt placet Hilario, aut hæreditatem, aut pluuiam, de quibus antea.

In dulcedine tua.] בְּטוּבְךָ *betubtubecha*. Ἐν χρηστότητί σου, *In benignitate, bonitate* (sic Hieronymus) *in suauitate* (hoc modo Augustinus) *in beneficiis, in deliciis*: fluebat enim Terra promissionis *lacte & melle* [a]: *vestimenta* quoque per quadraginta annos *non sunt attrita* [b]: manna continebat omnem saporem [c]: protegebantur, ac tegebantur *columna nubis, & ignis* [d]: denique populus ille tanquam *dilectus* [e], *incrassatus, impinguatus, dilatatus* est à Deo [f]. *Parasti cibum illorum*, ait alibi Dauid; *quoniam ita est præparatio eius.* Vnde quidam dictum putant כִּי *chon*, quasi *paratum*. Lege Genebrardum g. Augustinus gratiam Noui Testamenti exponit, prouenientem ex liberalitate Dei, quæ facit, vt bonum opus fiat non timore, sed amore: non formidine pœnæ, sed delectatione iustitiæ. Et sic Domino dante suauitatem, siue *benignitatem, terra nostra det fructum suum* [h].

Nil dulcius Eucharistia, de qua Carthusianus quoque, necnon de necessariis ad sustentandam vitam, quæ suppeditantur affatim pauperibus spiritu: quod & Lyranus confirmat exemplo primorum Discipulorum [i].

Pauperi.] Orphanis, viduis, desolatis, de quibus antea meminit, id est, omni ope destitutis: Gentili destituto gratia Dei (nempe copiosiore) vt ait Theodoretus: cuiuis, qui spiritu pauper sit, vt inquit Hilarius, & suam agnoscat indigentiam, vt vult Augustinus, non cui opprobrio sit paupertas, quibi abundare sibi videatur [k]. *Esurientes implebuntur bonis* [m], hoc est, vt mysticè Theophylactus [n] exponit, Gentiles, qui non, vt Iudæi, proprias iactabant spirituales opes.

Deus.] In Sixtianis Bibliis editionis LXX. iungitur *Deus* cum *Dominus*, sequentis versus, ὁ Θεὸς Κύριος. Sic etiam Hilarius. Potest obliquè poni iuxta editionem Hebræam hoc sensu: *Parasti in dulcedine pauperi Dei.* Chaldaicè quidem ita est propter statum regiminis לְמִנֵּי *lahhanuje*, idque numero plurali, *pauperibus Dei.* Diadocus [o] hinc probat, & ex sequentibus, *dabit verbum euangelizantibus virtute multa*: & ex psalmo 73 [p]. *Pauper & inops laudabunt nomen tuum*, charisma Theologiæ, tractationisve verbi Dei nulli a Deo præparari, nisi seipse ita præparauit, vt propter gloriam Euangelij Christi, omnium bonorum suorum relinquat possessionem, vt in paupertate Deo amica, diuitias Euangelij regni Dei prædicet.

Vers. 12.] Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa.

PRædicitur vis & efficacia prædicationis Euangelicæ in Apostolis & Discipulis Christi, qui prius *inermes* vocati sunt, & tanto egregiores virtute maiore, quantò minùs erant a naturæ doctibus instructi, & piscatoribus rudibusque futura erat cum Sophistis, Philosophis, Rhetoribus. Virtus autem, mentis dantæ vt eximiæ cumul-

dam

a Act. 10. 11.

Zῶον μακάριον.

Anima quasi ἄνεμος.

b Psal. 35. 8.

c Exod. 16. 3. 4. Deut. 11. 10. 12.

d Psal. 49. 10.

e Psal. 77. 27. Num. 11. 31. Sap. 16. 2.

Vnificatio pro sustentatione vitæ.

f Psal. 77. 25. Sap. 16. 20.

a Exod. 3. 17. c. 33. 3. c. 33. 1. Num. 20. 24. Num. 13. 28. c. 14. 8. c. 16. 13. 14. Deut. 6. 3. c. 11. 9. c. 26. 9. 15. c. 27. 3. Iosue 5. 6.

b Deut. 29. 5.

c Sap. 16. 20.

d Exod. 13. 21. & alibi.

e Deut. 32. 15.

f Psal. 64. 10.

g ibid.

h Psal. 84. 13.

i Act. 2. & 4.

k de perfect. c. 66.

l Psal. 33. 4.

m Luc. 1. 53. Matth. 5.

n Psal. 73.

o de perfect. c. 66.

p vers. 21.

Sensus loci.

dam fortitudinis, nec illa quidem proprie, sed gratis datorum donorum est, linguarum, interpretationis sermonum, miraculorum, & similium; protectionis præterea diuinæ, atque Angelicorum exercituum. Meminit de hac suæ prædicationis virtute Paulus [a], & Christus ipse aperte [b]. Sic passim fere omnes nostri: & Ambrosius [c], & Hieronymus [d], & Apponius [e], & Chrysostomus [f], vbi notat prædictionem hic Euangelij contineri, etiam secundum nomen. Idem docet Elias Cretensis [g]. Arnobius autem exponit de mulieribus, quæ iubente Christo ipsius Discipulis annuntiauerūt resurrectionem: quoniam ab eo sexu mortis extiterat origo, vt notant Hilarius [h], Ambrosius [i], Augustinus [k], Hieronymus [l]. Qua in re tamen non perspicio adeò magnam seu multam virtutem. Chaldæus & Rabbini accipiunt de lege ferenda exercitui, siue populo magno Israel, per Mosem & Aaron. Verba Chaldæi sunt: *Verbum Dominus dedit verba legis populo suo: Verum Moses, & Aaron euangelizabant verbum Dei cæteris vnius Ieue.* Item ex Rabbi Dauid, quia vt videbimus, pro *euangelizantibus*, Hebraicè fœminino genere legitur *euangelizantibus*, de magno exercitu, siue multitudine mulierum nūciantium venire castra Sennacherib regis Assyriorum contra Ierusalem, qua de re sit ipse Psalmus totus. Alij quòd hostes fugient, quantisuis irruant copijs: daturum namque Deum, vt plures nuncij deferantur, multos ac validos fusos exercitus esse, cæsosque. Confirmant ex sequentibus, *Vos cum medij eritis, dilecti*, quod Hebraicè sonat, *Reges exercituum fugient*: ita vt hæc sit futura fama, hoc verbum, quod dabit Dominus, faciétque vt percrebrescat.

Placet id Eugubino, eíque generalem sermonem de victoris per Dei clementiam reportandis, vtique externis quidem, sed potissimùm aduersus Dæmonas, quorum vel prædictus initio psalmi, vel optatus sit interitus; *Exurgat*, vel *Exurge Deus, & dissipentur inimici tui*, &c. & quod attinet ad externas alias victorias, eæ celebrari carmine solebant a mulieribus, vt a sorore Mosis [m], & ab aliis in Historia Regum [n]. Caietanus quòd id quod significabatur per signa, quæ edidit Deus in lege danda [o], & misit per Angelos suos, seu per nuncios operatores, tot coruscationum, tonitruorum, &c. fuerit executurus, si paruissent Deo, & voluissent dormire, id est, habitare inter cleros, & confinia promissæ terræ, in eā intrando: nempe destructionem inimicorum per eosdem Angelos, & regum exercituum. Legit enim, *reges exercituum*: adeò vt habitatrix domus (sic legit pro, *speciei domus*) & quilibet imbellis nec sequens castra, diuidat spolia fugatorum à Deo, & omnes instar columbæ futuri sint, quod est animal, minime pugnax, ornati diuitijs, vt sunt illius pennæ deargentatæ, & alæ deauratæ. Nos quod initio diximus, vt magis commune, sic quoque magis verum putamus. Sed enucleatis singulis, melius intelligetur.

Symmachus præter Chaldæum lectionem, de qua dixi, ita legit κύριος ἔδωκε ῥῆμα εὐαγγελιζομένοις φωνῇ πολλῇ, *Dominus dedit sermones, aut locutiones, euangelizantibus exercitu multo*. Hieronymus: *Dominus dabit sermonem annuntiantibus fortitudinis plurimæ*. Felix: *Dominus dabit sermonem annuntiantium exercitui multi*, vel *dictum euangelizantium virtutem magnam*. Pagninus & Caietanus: *Dominus dabit sermonem annuntiantium exercitui multi, aut magni*. Vatablus: *Dominus dabit verbum annuntiatricibus magni exercitus*. Clarius: *Dominus dabit eua gelizantibus virtutem magnam*. Textus Hebræus pati potest omnes has versiones: יְהוָה יִתֵּן אֹמֶר מְבַשְּׂרוֹת צָבָא רָב *Iehouah iitten homer mebasserouth tsaba rab*, *Dominus dabit verbum, sermonem, dictionem, locutionem, annuntiatricibus exercitum multum*, aut *magnum*, vel *virtutem*, aut *fortitudinem*: aut *exercitus, virtutis, fortitudinis*: aut *exercitu, virtute, fortitudine*: aut *annuntiatricum virtus, fortitudo, exercitus multus*, siue *magnus est*: *quibus Deus verbum dedit*, seu *tum loquendi, prædicandi, annuntiandi*. Vnde vel significatur, eas accepta à Deo dicendi vi aut occasione ex rumore & fama, annuntiare multum magnúmque numero ac robore exercitum fusum esse: & tunc perinde est, ac si sit casus genitiuus, & accusatiuus: vel in ablatiuo casu, fore vt annuntient prædictæ annūtiatrices prædita virtute multa, & magna, siue morali, siue externa, & aliorum donorum, aut exercitu, aut numero multo, magno, copioso. Et quidem id quod annuntient, sit verbum quod suppeditat Deus; illud ipsum, quod absolutè vocatur *Verbum Dei*.

Hic posterior sensus omnino retinendus: quamuis vertendo *virtutis*, seu *fortitudinis*, cum Hieronymo, aut cum aliis in accusatiuo, nō abhorreret ab illo, id est, *Dabit Dominus verbum, sermonem, dictum*, &c. id est, os, sapientiam, vim, & quicquid necessarium est euangelizantibus fortitudinis, aut fortitudinem multam, id est, mysteria Christianæ religionis, quæ sunt maxima, &c. Verùm inhærendo, vt par est, in editione nostra, quæ etiam est Patrum omnium Latinorum, significatur, virtutem futuram esse in euangelizantibus, & prædicatoribus. Casus quoque datiuus Lxx δυνάμει, & Symmachi φωνῇ, idem denotat; vtuntur etiam Græci casu illo, vt instrumentum significent, & id quo aliquid fit. Quanquam & nouus videri posset sensus iuxta Græcas illas editiones, vt Dominus det verbum euangelizantibus δυνάμει, καὶ φωνῇ πολλῇ, *virtuti, & exercitui multo*, vniuersitati omnium hominum, & ex his, multis sapientibus, potentibus, nobilibus secundùm carnem. Illud quoque verum est, futurum, vt prædicetur, exercitum ac multitudinem maximam conuersam esse. At hoc non tanti est, atque illam ipsam prædicandis conuertere. Qua propter exponitur his verbis munus eximium prædicationis, quod constat magna virtute, vel simul etiam numero magno.

Dabit.] Symmachus δώσει, *dabit*. Hieronymus, *dabit*: Chaldæus, *iecit*: & hic pro Domino, *verbum Dei*, secundus in vocatiuo, *Domine*. Modica in his differentia.

Verbum.] אֹמֶר *omer*, ῥῆμα, Symmachus, ῥήσεις. Latè patet Hebræum vocabulum, at non vt דָּבָר *dabar*, quod pro re quacumque sumitur. Putant quidem אמר *omer*, designare secundam Trinitatis personam, cùm etiam Moses in describenda Mundi creatione [a], vsus sit verbo אָמַר *amar*, & non דבר *dabar*. Quomodo Ioannes [b] λόγον dixit, non ῥῆμα, dum ageret de eadem persona. Attamen quodam Psalmo [c], quod Latinè dicimus: *Verbo Domini cœli firmati sunt*, Hebraicè dicitur בִּדְבַר *bidbar*, לא בְּאִמְרָה. Et in alio [d]: *Ipse mandauit* צִוָּה *tsiuah*, ἐνετείλατο. Vbi addidit Interpres noster, *dixit & facta sunt*, cum Lxx. qui vtuntur verbo ἔπω.

a Gen. 1.

b Capitul. & 1. in Euangel. & in Apoc. Praef. 32 6.

c Ps. 148. 5.

a 1. Cor. 1. & seqq. Colos. 2. 2 & seqq.

b c. 10. 19. 20

c In psal. 118 octonar. 1.

d Prædixit Euangelium loco à Hier. S. in ex. Ebr. & in Agg. in fine. & Procl. lib. 2. in Zachar.

e Libro 6. in Cant.

f Hom. 1. in ep. ad Rom.

g In orat. 1. Nazianzeni num. 1. 2.

h Can. 16. in Matth.

i De spiritu sancto l. 2. & in c. 1. Luc. k Serm. 27 de Temp.

l In ep. ad Matthæ.

m Exod. 15. 20 n 1. Reg. 18. 6.

o Exod. 19. & 20.

Evangelizantibus.] E Græcis mutuatũ verbum Hebraice מְבַשְּׂרוֹת *hammebaseroth*, fœminino genere. Propter hoc genus fœminarium Rabbini, & qui libentius cos, tametsi Christiani, sequi solent, de mulieribus interpretantur, vt vidimus, quæ victorias Hebræorum celebrarent. Eugubinus refert ad τὰς ψυχὰς, τὰ ζῶα. Hieronymus Oleorum priores sectatus. Nil opus hac interpretatione, vel etiam sensu: nam cum genere neutro careant Hebræi, & fœminino vtantur pro illo, potest referri hoc nomen ad animalia, quæ nomine fœminino dicet singularis, dicebantur superius, & de prædicatoribus quidem, iuxta nonnullorum expositionem חַיָּה *chaiah*, intelligi.

Deinde, vt docuimus explicantes Ecclesiasten, cùm ibi dicitur עֵסֶק קָרְחֹת *amare locuti*, verbo masculino, nomine fœminino, vtuntur Hebræi fœmininis pro masculinis, vt rei alicuius præstantiam significent. Idcirco egregiæ Concionatorem nomine fœminino scriptum expectes, & hoc loco Euangelici prædicatores designantur eodem pacto. Lege quoque Riberam [a], vbi hic docet apud Aggæum [b] Hebraice haberi: *Amore in Dominum ne amerdum*, ita vt legere debeamus, non vt nunc est בִּירוּשָׁלַיִם *Ierusalem ibi*, *in legatione*. Editio enim Græca & Latina vertit *mortem*, sed בְּלֵאמֹת *humeloareth*. Pineda [c] sensu quodammodo contrario vult per genus fœmininum denotari Apostolorum atque Christi prædicationem totam naturalem ac veluti fœmineum ex se mutabilitatem, quam Christus virtute multa corroborata fecit. Et hinc quidem, inquit, de cauta vocari concubinam nomine ancillarum, cùm dicitur Sapientia *mittit ancillas suas, et vocat ad arcem* [d] *aliquam*, qui ibi sunt *ad extollere super montes excelsos, et qui evangelizat Sion* [e]. Hebraicè appellari nomine fœminino illo ipso, quo est hic מְבַשֶּׂרֶת *mebasereth*, quo item genere lectum aliquando in Latinis Codicibus monet Hieronymus [f], *præcursoria* : vbi tamen Castro refert ad vocem clamantem, quæ dicitur de Ioanne Baptista [g] *Convertens, ad Sion, & Hierusalem, id est, ad Ecclesiam, aliàs, ad societatem Apostolorum*, &c. Tandem quod Hebraice & Latine in Iob [h] est: *Nunquid tradet ei quasi qui ari habet eum ancilla tua?* pro: Septuaginta reddunt *puero, famulo*, vestra tamen editio rem magis exaggerat ob infirmitatem sexus.

Porrò verbum in Pihel בשר *bisser*, ex radice, בָּשַׂר *basar* ad est, *arcere*, & etiam *iungere*, illud propriè significat quod Græce τὸ εὐαγγελίζεσθαι, *nuntium lætum dare*, vel ferre, vel mittere, quasi dicas carnem humanum, gratum. Quamuis autem & de malo nuncio interdum videatur vsurpari [i], Maldonatus conatur exempla quæ afferuntur, in meliorem partem interpretari [k]. Apud Ieremiam [l], *Maledictus vir, qui annunciavit patri meo dicens: Natus est tibi puer masculus, et quasi gaudens lætificavit eum.* Vbi redditi videtur propriam vim, & notio dicti verbi. Hoc omnino vim ita videtur propriam Ecclesiæ, sicut & *euangelizare*, atque *Euangelium*: & fortasse, quia nobis *Verbum caro factum est* [m] : & quicquid præterea ad hoc Verbum refertur, quod est caro factum. Suspicatus Eugubinus hoc verbũ ex Hebraico assumptum in linguam Italicam, *cui nunquid dicevi ch'el sia recitagione, nuncio, &c. Meglio, ciel, grazia.*

Voce melius. Habitus, *verbo melius* : Hieronymus reddit nomen *fortitudo* : aliàs aliter, vt prædixit. חַיִל *chaiil* hoc certum significat, virtutem Dei עֲצֻמַת *ipsius, valde* [a] *excellentem*, quæ Septuaginta sæpe reddunt, *magnus*, &c. Interpretes Latinus, *eius*, Leui hoc loco *eorum*, & *earum* : Symmachus vero *gens*, ex voce hebraica transferens. Tonantem Dominum, & Angelorum, qui nubes [b] *ac montes* dicebantur, & ad stellas, & ad omnem ordinem quique eius. Sed cùm est in numero plurali, tribuitur soli Deo, cùm ait ac tam ipsa, omnia, gubernat, vt soleant dicere sapientes nostri, *Deum* [c] *ipsum* linguam transferre, & loqui, vt cùm dicimus *Deum* [d] *mittere spiritus sanctos*, nec id Apostolos fecerint. Is ergo est, vt significet quoque nomen quam עֲצֻמָה *ipsius, valde* ac fortitudinem, quæ in tonitru ac potentia est, non quatenus metalis virtus est, de altero masculina forma plurali עֲצֻמִים *ipsorum*, pro quo Lxx. *fortium* posuit Iunius, Latinus, *virtutes*, id est, exercitus vt in Psalmo 102 [e]. *Benedicite Dominum omnes virtutes eius*. Et terminatione fœminina, Psalmo 23 [f]. *Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ*. Quæ verba postmodo quidam subscripsit, quibus apud Auctorem est multarum virtutum, & meritorum Deus, idem est & gloriæ. Non debent Lugubinus hunc locum reprehendere Interpretem, quòd *virtutes* sit vltus pro *exercitus* : quamuis non tam crebrò Latinis *virtus* id significet, immò vt contendit ipse, nusquam. Nam Cicero [g] ea voce vtitur pro opibus, facultatibus, viribus cuiusvis: vetatem erat Diphilum tragœdum. Quocirca Dominus hoc loco dicitur prædicetur verbum *euangelizantibus virtutem multa*, non male (quæ ipsa tamen dictio sæpe, planeque retenta) hæc enim hebræa, Græcave dicendi ratio significetur, sed, vt ante docuimus, vi magna ad eximia & mirabilia opera, vel numero ac multitudine copiosa. Hinc nos monuimus videtur interdum aliquidem exponi virtutem superiorem, quæ, vt est versu sequenti, dicetur Regis, & Dominio, & Deo, vt Petrus, Paulus, Ioannes. Sed quod dixi, melius. Theodoretus exponit de exercitu Fidelium concionatorum, qui & ipsi sunt prædicatores. Alphonsus Mendoza vsus de quæstionibus, quas vocat politicas, conficitur in hunc & sequentium versuum duorum expositionem [h] : Vnum ex eo decerpi pro illo potest versu, de fœminis quæ nihil nisi nidum vigilarent in cæteris, hoc est, excubarent in omni tabernaculi, ibique orarent, ieiunarent, Deo vacarent, eo fere modo quo nunc monachales nostræ. Concedo huiusmodi deuotas Deo fœminas fuisse, de quibus Canisius noster [i]. Sed agere addunt [k] sum vt credam eas, quæ nec sacrum illum locum tenebant, nec vt illæ auctor confirmat, ego autem non credo. In historia Machabæorum [l] inueniuntur *virgines conclusæ, quæ procurabant ad ianuam*, palam ac publicè eam glutinare & decantare conuocandi virginis a Deo concessos. Profectò quæ ab eodem auctore dicuntur deinceps de mulieribus illis euangelizantibus, nullas tacitas conuenire minimè possunt : exempli causa, quòd in deuictorum hostium castra gaudio sunt prædabundæ, quodque præ ingenti cupiditate, cùm ea ex loco pugnæ spectarent, & expectarent, itque victoriam clara voce nuntiarent ea, ex quo obtentam prædicarēt. Hæc omnia [m] aliter spiritum sanctum intelligi per *nuntium*, omnique genere fœminas innuptas dicendas, sicut Græcè dicuntur : Lectio, moderatus, vt patet ex iam dictis, nullam in dictis esse censeo.

A

B

C

D

E

a In c. 1 Aggæi nos. b c. 1. 3.

c In Iob c. 40. tom. 3.

d Prou. 9. 3.

e Esa. 40. 9.

f Hieron.

g Matth. 3. 1. Act. 13. Matth. 3. Luc. 3. 4. Esa. 40. 3.

h Iob 40. 24.

i Maldonat. Iansen. Gan tere

k Procop. in Esa. 40. Forer. 19.

m Ioan. 1. 14.

a Deus ipsius, valde b excellentiam, qui Septuaginta sæpe reddunt, magnus, &c. Interpretes Latinus, eius, Leui hoc loco eorum, & earum : Symmachus vero gens, ex voce hebraica transferens. Tonantem Dominum, & Angelorum, qui nubes [a] ac montes dicebantur, & ad stellas, & ad omnem ordinem quique eius. Sed cùm est in numero plurali, tribuitur soli Deo, cùm ait ac tam ipsa, omnia, gubernat, vt soleant dicere sapientes nostri, *Deum* [b] *ipsum* linguam transferre, & loqui, vt cùm dicimus *Deum* [c] *mittere spiritus sanctos*, nec id Apostolos fecerint. Is ergo est, vt significet quoque nomen quam עֲצֻמָה *ipsius, valde* ac fortitudinem, quæ in tonitru ac potentia est, non quatenus metalis virtus est, de altero masculina forma plurali עֲצֻמִים *ipsorum*, pro quo Lxx. *fortium* posuit Iunius, Latinus, *virtutes*, id est, exercitus vt in Psalmo 102 [d]. *Benedicite Dominum omnes virtutes eius*. Et terminatione fœminina, Psalmo 23 [e]. *Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ*. Quæ verba postmodo quidam subscripsit, quibus apud Auctorem est multarum virtutum, & meritorum Deus, idem est & gloriæ. Non debent Lugubinus hunc locum reprehendere Interpretem, quòd *virtutes* sit vltus pro *exercitus* : quamuis non tam crebrò Latinis *virtus* id significet, immò vt contendit ipse, nusquam. Nam Cicero [f] ea voce vtitur pro opibus, facultatibus, viribus cuiusvis: vetatem erat Diphilum tragœdum. Quocirca Dominus hoc loco dicitur prædicetur verbum *euangelizantibus virtutem multa*, non male (quæ ipsa tamen dictio sæpe, planeque retenta) hæc enim hebræa, Græcave dicendi ratio significetur, sed, vt ante docuimus, vi magna ad eximia & mirabilia opera, vel numero ac multitudine copiosa. Hinc nos monuimus videtur interdum aliquidem exponi virtutem superiorem, quæ, vt est versu sequenti, dicetur Regis, & Dominio, & Deo, vt Petrus, Paulus, Ioannes. Sed quod dixi, melius. Theodoretus exponit de exercitu Fidelium concionatorum, qui & ipsi sunt prædicatores. Alphonsus Mendoza vsus de quæstionibus, quas vocat politicas, conficitur in hunc & sequentium versuum duorum expositionem [g] : Vnum ex eo decerpi pro illo potest versu, de fœminis quæ nihil nisi nidum vigilarent in cæteris, hoc est, excubarent in omni tabernaculi, ibique orarent, ieiunarent, Deo vacarent, eo fere modo quo nunc monachales nostræ. Concedo huiusmodi deuotas Deo fœminas fuisse, de quibus Canisius noster [h]. Sed agere addunt [i] sum vt credam eas, quæ nec sacrum illum locum tenebant, nec vt illæ auctor confirmat, ego autem non credo. In historia Machabæorum [j] inueniuntur *virgines conclusæ, quæ procurabant ad ianuam*, palam ac publicè eam glutinare & decantare conuocandi virginis a Deo concessos. Profectò quæ ab eodem auctore dicuntur deinceps de mulieribus illis euangelizantibus, nullas tacitas conuenire minimè possunt : exempli causa, quòd in deuictorum hostium castra gaudio sunt prædabundæ, quodque præ ingenti cupiditate, cùm ea ex loco pugnæ spectarent, & expectarent, itque victoriam clara voce nuntiarent ea, ex quo obtentam prædicarēt. Hæc omnia [k] aliter spiritum sanctum intelligi per *nuntium*, omnique genere fœminas innuptas dicendas, sicut Græcè dicuntur : Lectio, moderatus, vt patet ex iam dictis, nullam in dictis esse censeo.

a 1 Reb. 15. 29. & alibi.

b Psal. 149.

c 1 Reb. 4. 7. 8.

d Luc. 11. 49.

e Psal. 23. 10.

f Libr. Lect. ad Attic. 1. 4. ep. 19.

g Mayor. in 2. Phil. 2. 11.

h Lib. 2. c. 19.

De fœminis non pigebit sententiam eorum in textu, auctoris sententia.

i In Esa. c. 50.

Vers. 13.] Rex virtutum dilecti dilecti: & speciei domus diuidere spolia.

IS qui *verbum daturus est euangelizantibus virtute multa*, seu robore, seu numero, Rex est ac dominus omnis roboris, omnisque exercitus, maximè Angelorum, quorum in eo numero partes quoque sunt non paruæ: præterea Pater est dilectissimi Filij ibi consubstantialis. Ille ipse Discipulis talem ac tantam victoriam cõcedet, vt totum inter se, ceu quædam spolia, partiantur orbem, & aggregent Ecclesiæ. Vnde ipsi Ecclesiæ resultabit decus, & ornamentum singulare. Sed vt hæc sententia percipiatur, varia recitanda loci lectio, vnáque multiplices expositiones adiiciendæ.

Rex virtutum dilecti, dilecti, &c.] Hebraicè מַלְכֵי צְבָאוֹת יְדִדֻן יְדִדֻן *malche tsebaoth ydddodun ydddodun*. Hieronymus vertit, *Reges exercituũ fœderabuntur, fœderabuntur: & pulchritudo domus diuidet spolia.* Chaldæus: *Reges cum exercitibus suis migrauerunt de prætorijs suis, & Sapientes domorũ sunt a scientia sua: & congregatio Israelis diuidebat prædam de cœlis.* Pagninus: *Reges exercituum fugiebant, fugiebant: & habitatio domus diuidebat spolium.* Felix discrepat in eo duntaxat, quòd ponat verba futuri tẽporis. Vatablus: *Reges ingentibus copijs instructi fugerunt, fugerunt*, inquam, *qui domi desidebant, diuisserunt spolia.* Alij in secundo membro: *Et habitatrix domus diuisit spolia.* Caietanus: *Reges exercituum mouebuntur: & habitatrix domus diuidet spolium.* Hue omnes isti, (quibus consentit Hieronymus Osorius) videntur collimare, quod priore quoque versu significaui, victorias de hostibus illustres futuras, etiam de Regibus vno veluti fœdere conspirantibus, & spe, sapientia, robore frustratis, fugeréque compulsis, ita vt licuerit, opima pulchráque spolia, ipsismet mulieribus, domi remanere, ac potiùs formæ atque elegantiæ vacare solitis, partiri inter se.

Sunt verò, vt Vatablus refert, qui verba dicant esse ipsarum mulierum renuntiantium, aut canentium victoriam versu præcedente cõmemoratam. Rabbini maiore ex parte ita sentiunt: quamuis aliqui per *habitatricem domus*, vel *formam*, vel *speciem domus*, intelligi velint Synagogam ipsorum formosam atque speciosam. Attamen iuxta traditum sensum, qui probatur Patribus, & Eugubino, Genebrardo, Varlenio, & aliis de triumpho Ecclesiæ, declaranda & defendenda editio nostra, quod non ita fideliter omnes præstant, licèt transferant ad Ecclesiam, vt Osorius.

Rex.] Sic Lxx. in singulari, ὁ βασιλεὺς Hebraicè מַלְכִי *malche*, & Chaldaicè מַלְכָא *malchaya*, in plurali. Symmachus quoque οἱ βασιλεῖς. Quamuis autem aliquando non referat vter numerus sit, hoc tamen loco refert, quia de vno Deo vel Christo intelligendus est. Quare dicendum, vltimam litteram abundare, vel מַלְכִי *malchi*, legi debere, *Rex meus*, vel vltimam litteram denotare solum regimen, vt docui superiùs de אָבִי *abi*, & de compositio *Melchisedec*, & de similibus. Sic in Psalmo secundo a, מַלְכִּי *malchi*, vertitur à Septuaginta, *Rex: ego autem constitutus sum rex*, &c. licèt alij, vt Hieronymus, vertant: *Ego autem ordinaui regem meum.* Genebrardus ait (1) *iod*, esse ibi & alibi paragogicum, & alludi ad Melchisedec, secundum cuius ordinem Sacerdos Christus: est enim quoque pro constitutus נִסְכַּת *nasachthi, vnctus sum.* Augustinus putat, Deum, Christum, vèl etiam Patrem intelligi, item Hilarius, Hieronymus, & alij. Theodoretus legens, *Reges*, & pro, *virtutum, militum*, exponit de Apostolis, qui fuerunt dilecti, & amici Christi, & acceperunt ab ipso spolia, id est, eos, quos conuerterunt per *speciem domus*, id est, per gratiam sancti Spiritus, quæ reddit domum, id est, illos ipsos, pulchram.

Nos cum pluribus, maximè Latinis, sentimus, cum quibus & Euthymius consentit, qui dicit præterea, quòd Apostoli acceperunt potestatem Gentes conuertendi speciei domus, id est, pro Ecclesia, vel specie domus, id est, per pulchritudinem Euangelij, tanquam per instrumentum.

Virtutum.] צְבָאוֹת *tsebaoth* δυνάμεων. Symmachus, στρατιῶν, *militum.* Dixi priore versu quid valeant Hebræa dictio, & Græca qua vtuntur Lxx. στρατιαὶ, id est, *Milites*, pertinent ad notionem illarum pro exercitibus. Dicitur Deus rex harum virtutum, militum, exercituum; nec ita commodè virium & roboris, &c. quia Hebræum nomen plurali numero, vt dixi. Deo conuenit, tanquam Duci, & Imperatori: misi per Metonymiam, *vt copiæ* ac *vires* pro exercitu Latinè vsurpantur. Cùm autem, Hieronymo auctore, docuerimus, idem nomen pluraliter de Deo solùm vsurpari, non video cur Genebrardus neget *Regem virtutum* hic Deum significare, sed regem quemlibet potentissimum, & fortissimum. quãuis eo posito quod vult, sensus quem affert, sit verus. Reges potentissimi dilecti sunt, vel erunt, id est, ad dilectum pertinent, aut pertinebunt, eum, inquam, qui est dilectus, hoc est, dilectissimus Deo Patri, quippe consubstantialis illi Filius: cedent, succumbent, in eius venient ditionem & possessionem.

Copiæ, vires, *pro exercitu.*

Dilecti dilecti.] τῦ ἀγαπητῦ. Semel tantùm nunc legitur apud Septuaginta in Bibliis Complutensibus & Regijs, & aliis multis, & hoc monet Augustinus, & ita legit Hilarius. Symmachus, qui verterat, *reges militum*, addit (ἠγαπήθησαν, ἀγαπητοὶ ἐγένοντο. *Amati fuerunt, amati, seu amabiles facti sunt.* Quod indicat bis positum à Lxx. τῦ ἀγαπῆ ἀγαπητέ, pro vt etiam restitutum modò est in Bibilis Sixtianis, & sic existimat Eugubinus ipsos Septuaginta posuisse, cùm geminatio reperiatur in textu Hebraico, & editione Latina. Adde; Chaldæam paraphrasim, Hieronymum, & alios, qui aliter vertunt, non per nomen, sed per verbum, duplex quoque verbum expressisse. Psalterium tamen Vaticanum, & Ambrosianum, semel duntaxat legit, *dilecti.* Hic autem dilectus est Christus, cuius, & eius virtutum, vel Apostolorum, vel donorum, ac ministeriorum, quæ sunt ipsis communicata, Rex est Deus Pater: & dicitur iterum *dilectus*, quia maximè talis, & is accepit à Patre suo virtutes illas, & vt pulchra atque speciosa sponsa Ecclesia sibi compararet ereptos à Diabolo Gentiles.

Ceterum credere debemus, voces Hebræas, non verba, sed nomina fuisse, & quidẽ eius significationis, quã cũ nostra editione. & Septuaginta, Symmachus agnouit, licèt partim verbo vtatur ἠγαπήθησαν, partim nomine ἀγαπητοὶ. Hebraice voces sine punctis sunt hæ יְדִדֻן יְדִדֻן *ydddedun ydddedun*, vbi si loco (1) *vau*, substituatur (י) *iod*, quæ permutatio facilis est, & sub primo (ד) *daleth*, in-

a vers. 6.

telligatur proferri aliud (?) *iod*. habebimus יְדִידִין *iedidim*. Sed fallitur Eugubinus, in Pſal. LXXXIII. eſſe hoc ipſum nomen. Eſt enim plurale fœminini יְדִידוֹת *iedidoth*, quod refertur ad aliud eiuſdem generis מִשְׁכְּנוֹתֶיךָ *miſchpenothecha*. Genebrardus coniicit exiſtimaſſe Septuaginta יְדוּדוֹן *iedudun*, (mutando puncta aliter quam modò ſint,) eſſe cognomen Chriſti (ſicut Salomonis fuit יְדִידְיָה *iedidiah* [a]) formæ, יְשׁוּרוּן *ieſchurun*, quod eſt cognomen populi Iſrael [b], pro quo Latine eſt *dilectus*, aut *rectiſſimus*. Græce ἠγαπημένος & ἠτιμένος Forerius [c] vertat *primogenitum*, ſicut & quodam [d] loco noſter Interpres. Addit Genebrardus, poſſe eſſe formatum nomen a דוד *dod*, quod ſignificat quoque *dilectum*, vt ſit (?) *iod*, heemantica ſeu formatrix littera. Placét hæc magis, quam quod extremo affert loco, reſpexiſſe ad ſenſum Septuaginta, quoniam fuga illa, & clades nó tam ſignificet abolitionem, quam conuerſionẽ. Non conuertitur, qui fugit, ſed ſpiritualiter etiam loquẽdo, is qui cæditur, &c. Oportuit Latinam venerabilem editionem noſtram tueri: Græcam verò Lxx. quòd hæc ex illa tranſlata ſit, vt proinde laborare non debeamus de verbo יָרַד *narad*; vide alij futurum putant eſſe יְרִידוּן *iedidun*. Pradus [e] interpretatur, *Imperator exercitus dilectiſſimi ſui Iſraelis*.

a 2 Reg 12. 25.
b Deut. 32 15. Eſa. 44 2. Dan. 8. c.
c In Eſaiam.
d Deut. 33 17.

Et ſpecies domus diuidere ſpolia.] Dabit numerum is, qui *Verbum euangelizantibus, Rex virtutum dilectus* fuit ſui, vel tum illorum, tum ſuus ſpecioſæ domui ſuæ Eccleſiæ, aut ad ſpeciem, & ornamentum eius (eſt enim dativus caſus ſpeciei τῇ ὄψει αὐτοῦ, vt diuidat. & comparet ſibi ſpolia, id eſt, Gentiles detractos de diaboli poteſtate, ac tyrannide. Non licet ambigere, נָאוֶה *naveh*, poſſe ſignificare pulchritudinem, ac ſpeciẽ, ac amœnitatem, affini ſignificatione nominis נָאָה *naah* [f], quò videtur Epiphanius [g] alluſiſſe, dum ſcriptit, Ægyptios appellare paſcua circa vrbes lingua ſua *nomus*, dicere volens *neoth*, cùm illud ſit Græcum. Apud Ieremiam [h], editio Latina habet: *Specioſa, & delicata aſſimilaui filiam Sion*, vbi Hebraicè eſt נָוֶה *naueh*. Apud Iob [i], eadem dictio redditur per Latinam *pulchritudinem*, nec non iterum apud Ieremiam [k], & Eſaiam [l], & rurſus apud Ioel [m], per *ſpeciem*. Poteſt per *ſpeciem domus* intelligi vxor. Sponſa, ab effectis, quod ſit familiæ pars ſpecioſiſſima, & domum ipſam reddat ſua cura ſpectabilem. *Mulieris enim bona ſpecies in ornamentum domus ſuæ* [n], & natura eſt ſua *exhibere* [o]. Talis Eccleſia Dei ſponſa toties in Canticis appellata *pulchra, formoſa, ſpecioſa, perfecta, integra, columba, ſine macula, immaculata, pulcherrima*, ſingularum quoque partiũ eius deſcripta pulchritudine. *Chriſtus* etiam *quam dilexit Eccleſiam, tradidit ſe pro ea, vt illam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ, in verbo vitæ, vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam illam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed vt eſſet ſancta, & immaculata* [p]. Vſitata aqua externas cutis eluere maculas poteſt, at non rugas, ac multo minus internas ſordes, quantumlibet adhibeatur *nitrum*, vel *herba ſaponis* [q], *Maculata es, inquit Deus, vt iniquitate tua rotam meam.*

e In Ezechiel. de prima viſione Ezech. par. 2. ſect 12.
f Matth 24.
g cap. 6. 2.
h cap. 6. 2.
i cap. 11. 41.
k cap. 2. 15.
l cap. 5. 24.
m Eccleſiaſt. 26. 22.
n Hier. epiſt. 28. ad Gaudentium.
o Epheſ. 5. 26. 27.
p Ier. 2. 22.

Retuli paulo antè Theodoreti expoſitionem, *ſpeciem* accipientis pro gratia Spiritus ſancti, quæ ſpecioſos & pulchros facit. Symmachus apud eundem ſic habet: Καὶ ὁ θεσμὸς τοῦ οἴκου διανεμεῖ λάφυρα, & *habitatio, aut regimen domus diuidet ſpolia. Regimen domus* poteſt intelligi mulier, cuius eſt habere œconomicam curam.

Diuidere ſpolia.] Chald. *Dabit Dominus dicere, vt annũtiet*, &c. Heb. *Dominus ſpecies eorum*, חַתֵּל *thechallik*. Nec debuit mutare tamen Eugubinus, cùm Septuaginta per caſum dand. ſ. ὀψαίνειν vertere voluerint; tetulerunt enim ad verbum, *dabit*, ex verſu præcedẽte. *Spolia* ſunt, vt dixi, Gentiles, & quicumque armis Euangelicæ prædicationis rapiendi ſunt de Diaboli tyrannide: ipſa præterea Idola, aræ, templa, &c. vel diruenda, vel in pios vſus conuertenda. Huc ad nos venit, igne gladioque armatus Chriſtus, bellum indicens [a], ligaturus hoſtem, *direpturus vaſa, & arma & ſpolia* ipſius *diſtributurus* [b], *eiecturus principem mundi huius* [c], *expoliaturus principatus, & poteſtates, & traducturus confidenter, palamque triumphaturus illos in ſemetipſo* [d], immo & *nos ipſos* [e], efficiendo vt & nos triumphemus, & per illum viuamus [f]. Idcireo nomen Chriſto impoſitum eſt iuſſu Dei [g], *Accelera ſpolia deprædare, feſtina prædari. Væ qui prædaris, nonne & ipſe prædabere*? &c. *Domine* [h], *miſerere noſtri, ſe enim expectauimus*, &c. *& congregabuntur ſpolia veſtra, ſicut colligitur bruchus, velut cùm foſſa plena fuerint de eo* [k].

a Mat. 10 34.
b Luc. 11 22. Matt. 12. 29.
c Ioan. 12 31.
d Col. 2. 15.
e 2. Cor. 5. 14.
f Ioan. 16 11.
g Eſa. 8. 1. 3. Cor. 15. 57.
h Eſa. 8. 1. 2. Machab. 3.
i Eſa. 33. 1.
k Eſa. 33 4. Ezech. 39. 4. & Ier. 51. Mauid. . . q v. 12. *Incauta primitias ſuas corripuit, mox cum immenſo ſe mundo bonorum dare pugnam. & tanta ſua.* Hieron. ep. 14. Lætam. in Euangel. Domin. 1. Quæſtiõ. o Epheſ. 2. 2. c. 3. 10.
p Ioan 14. 30. 31. 15 22.
q Eſa 9. 3.

Gregorius [l] præſentis verſum Pſalmi exponit de ſpoliata Synagoga, & ditata Eccleſia. Eadẽ profaſus ſententia, & ipſiſſima verba ſunt apud Hieronymum [m]. Alias docui [n], Diaboli principatus, quo pacto in hunc mundum homineſve mundi huius dici poſſit iuſtus, & iniuſtus. *Spoliorum* nomen indicat iniquitatem ipſius, & iniuſtitiam belli contra illum. Aguſtinus [o] vnam hic, ſcilicet præcipuam iuſtæ deprædationis & ſpoliationis cauſam dat, quoniam Diabolus *operabatur in filios diffidentiæ* [p], abutens eorum infidelitate ad voluntatem ſuam, & occidit incarnatum Verbum, nihil reperiens in eo morte dignum [q]. Attigit Eſaias [r] hanc ſpoliationis cauſam: *pro eo quòd laborauit arena eius*, &c. *ideo diſpertiam ei plurimos, & fortium diuidet ſpolia*, &c. Ingens eſſe gaudium ſolet *in meſſe, & exultatio victorum capta præda, quando diuidunt ſpolia* [s]. Sed cautio bellica tenenda, ne prædæ intentos occupet aduerſarius [t]. Poſtea [u] mentio erit de Benjamin, id eſt, de Paulo, qui vt *lupus rapax, manè comedit prædam, & veſpere diuiſit ſpolia* [x]. Non arbitror *ſpolia* in Scripturis aliquando ſumi pro bonis ſimpliciter, vt ſenſiſſe tamen quoſdam teſtis eſt Ianſenius [y], & hoc loco Genebrardus docet: nam quem iſte locum profert ex Prouerbiis [z], *Et ſpolius non in ignobu*, obeſt potiùs. Eſt namque ſenſus, tantam fore mulieris ſortis diligentiam, vt vir non deſideret hoſtilia ſpolia, procedúve ad bellum propter illa.

g Iſa. 8. 1. 2. Machab. 8. Hieronymus 8. Hieronymus c. 10. lib. 2. c. 5. Polybius vero Claudianus c. contra ad. Rufinum.
t Prou. 28.
u Gen. 49. 27.
x in cap. vlt. Prou. Verſ. 20.
y ibidem.

Verſ. 14.] Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & poſteriora dorſi eius in pallore auri.

ES apoſtrophe ad ſpeciem domus, id eſt, ad Eccleſiam, ad eos maximè, quibus datur *diuidere ſpolia* prædicando, ſed & ſimul ad illos, qui conuertentur operâ ipſorum. Si vos præſertim Prædicatores, & Prælati, immo & quicumque fideles, vertabimini, & quietè continebitis vos intra confinia, terminoſque veſtrarum diœceſeon, inquit Panigarola [z], aut inter duplicẽ velut hæreditatem cœleſtem, ac terrenã, ita vt dum viui-

z in Paraphraſi Latina

tis,

tas, nec tori litis in contemplatione, nec tuti in actione, sed in medio, inquit Bellarminus [a], tunc erit Ecclesia pulchertima vt columba, habens alas deargentatas, & dorsum deauratum. Primum sensum sequitur Lanientius, dicens contineri sub typo populi quietam habeatis in Terra promissionis habitationem: Confirmat vaticinio de Isachar [b], qui dicitur eadem phrasi quæ hic est (nisi quòd pro *cleros*, qui tamen ibidem Græce sunt, ponuntur *termini*) *accubans inter terminos*, id est, mare Mediterraneum, & mare Galilææ: quanquã explicét alij, inter duas sarcinas: nèpe adeo fortis asinus, vt inter eas cubet, cumque illis furgat. Illacharitæ namque dicũtur fortissimi fuisse ad labores, tum verò, agriculturæ. Denique quia Petrus [c] vocat *cleros*, Ecclesias particulares, quando monet non debere pastores *dominari in cleris*.

Ad secundam sensum potest pertinere, quod Augustinus affert de duobus Testamentis, quia per illa datur κληρονομία, id est, *hereditas*; & de duabus hæreditatibus, vt æterna patienter expectetur, præsens nimis ardẽter non expetatur, sed dormiamus, id est, moriamur, seu vitam hoc modo claudamus, vt post eam in resurrectione pennas consequamur, quibus *rapiamur in nubibus obviam Christo in aera* [d]: vel hac ratione celebretur, ac tanquam pennis, fama euehatur Ecclesiæ. Eadem Hieronymus [e] de duobus Testamentis exposítio est, *in quo vtroque inueniatur columba Spiritus sancti*, & *penna deargentata* ob exteriorem literæ sensum, *pallor auri* propter interiorem mysticum [f]: vel quod est item apud Hilarium, *pennæ*, sint prædicatores, *posteriora dorsi*, & scapulæ, quæ pectus operiunt, fructus bonæ conscientiæ; cui aurum, honórque regius tribuitur cum vitore æternitatis. Contenit in duplici Testamento Ambrosius [g], & Paulinus [h] ille vero addit etiam dormientibus exigere alas istas, & dum dormiunt, vigilare. Illi alteri parti sententiæ Augustini simile est quod Tyrannius ait in confectiæ vitiere puritate, qui sic vertitur inter militantem & triumphantem Ecclesiam, vt bonus vtens vitæ præsentis, non amittat æterna. Arnobius *dormientes inter cleros*, intelligit Scribas, & Phariſæos negligẽtes Scripturarum libros, ac tenentes regni claues, cum nec intrent ipsi, nec alios ingredi sinant [i]: sed sint *penna columbæ deargentatæ*, & formam auri præferant (sicut hi colores in columba sunt solum apparentes) quia timendant se simplices & probosciorum autem loco substitui a Deo de cœlo reges, id est Apostolos, quorum opera & prædicatione candor conferatur sanctitatis. Euthymius post Didymum, & Cyrillum, *cleros* Gentiles ait esse, si Apostoli moriantur inter illos, futurum, vt tunc *aurudani*, seu ad eos adducantur *pulli*, id est, vt plures conuertantur, indéque sequatur in Ecclesia pulchritudo columbæ. Theodoretus *cleros* Testamenta interpretatur: in his dormiendum, id est, immobiliter versandum: tunc *pennas columbæ deargentatas* futuras, id est, dandam Spiritus sancti gratiam secundam simpliciora & facilliora dona: *pallorem auri* denotare perfectiora & maiora. Chrysostomus [l], *pennas deargentatas & aureas* eleemosynæ tribuit, quæ conuolet ad ipsam regalem thronum. Bernardus [m], *inter medios cleros ac mirabiliter*, qui in spe dormiat, & requiescat, medius inter timorem, & securitatem, tanquam inter lævam & dexteram, molli suppolito caritatis

[a] 2. de verbo Dei. c. 13.

[b] Gen. 49. 14.

[c] 1 Pet. 5. 1. *Cleri pro Ecclesiis particularibus. Secundum sensum.*

[d] 1. Thess. 4. 16.

[e] Hic & in c. 13. Ezech.

[f] Idem dicit in cap. Ecclesiastæ, & Rupertus Cant. 1.

[g] Lib. de Paradiso, & lib. de Tobia, & 20. & 40. cap. 97.

[h] In Psal. 118. 0. 13. 14.

[i] Matt. 23. 13.

[l] Hom. 2. de Pœnit.

[m] Serm. 51. in Cant. *Inter medios dormire, qui sit ter cardo.*

A strato: & cum *pallore auri* id est, cum humilitate, atque timore: quod pallens amum. aurichalco fulgente humanæ sapientiæ melius [a]. Gregorius [b], mansuetum vt columbam, *pennas* hinc habere, *deargentatas* luce sermonis diuini: sed in posterum sæculo speciem auri, id est, caritatis ipsius, in se continere.

Hi sunt præcipui modi, quibus obscurus hic declaratur locus, adhærendo lectioni vulgatæ: & similes præterea reperies in Hugone Cardinale, & aliis. Notat ille in hoc versu octo conditiones necessarias sacerdoti. Lege etiam Cardinalem alterum Virtuacum [c]. Adde istis sensibus alium, quem post Genebrardum affert Pineda [d]. Si dormiatis *inter medios cleros*, siue *sortes*, in tanto scilicet discrimine, vt sortiantur milites, cuius futuri mancipia sitis [e], aut missis deliberent sortibus de facultatibus vestris, iuxta illud,

miserum [f] septena quotannis,
Corpora natorum, sparsis ductis sortibus urna.

quo item pacto super Christi veste sortes missę [g], immò de vobis interficiendis, huius rei exempla plura colligit Tiraquellus [h]: eritis tamen tecti, ac tuti. Confirmat exemplo Petri, qui cum dormiret inter duos milites vinctus catenis duabus, & ita sopitus somno, vt latere perculso debuerit excitari, liberatus diuinitus est [i].

Pintus [k] paulò aliter: Si dormiatis, siue habitetis *inter medios cleros*, siue *sortes*, ac terminos duarum, nempe hereditatum, vel regionum, vbi multa solet esse iocunditas, & iuxta inimicos vestros, vos præsertim Pastores, & Prædicatores, non domi vestræ ac vobis, & genio indulgẽtes, sed semper vigiles, & ad omnem hostis excitati ramorem, pulchra erit vobis commissa Ecclesia, instar columbæ, &c. Eugubinus legens *cleros* pro *terminis*, & *limitibus*, ait indicari, si angustè habitent, si versentur in angustiis, si vexẽtur, tamen prospere cuncta euentura. Pradus [l]: Si iacuerint de vobis sortes ad vitam, vel interitum, inter milites Babylonios, qui pro vexillo gestant columbam argẽtatam, cuius dorsum rutilat quasi aurum fuluum, eruemini, & vos potius eorum diuidetis spolia, de quibus præcedente versu. Fuere Ambrosius [m] videtur, qui præter duo testamenta dicit quoque Aaron tunc *inter cleros fuisse*, quando inter duas partes populi constitutus, mortem a defunctis terpere mortem viuorum, sui corporis non permisit obiectu [n].

Placet hæc expositio, & prima duæ reliquæ quatenus ad illas referũtur, in cæteris enim quæ continent, tropologicæ magis sunt, aut anagogicæ, quam literales. Aliæ sunt, quæ mutantur aliis editionibus, præsertim Hebraicæ, quas auidiùs Recentiores amplectuntur; nec eas respuimus, quamdiu non abhorrent ab illa, quæ cohæret cum Latina vulgata editione, & cum communiore Patrum sententia, quos bonæ Ecclesiæ filij audiunt, sequunturque libentius quam Hebræos, & hebraizantes. Apte verò columba in exemplum allata est, quia præter natorem est simplex, innocẽs, timida, aprius exposita, volatus pernicissimi, pérque diuturni.

Dormiatis.] Per catachresim, iaceatis, stetis, &c. vel somno præ tristitia opprimamini, interim dum de vobis iacitur alea. Sed de dormitione mortis, quidam Patres accipiunt, quos ante recitauit.

Inter medios cleros.] בין שתים *ben shephathaim*, Chaldæus vertit בגלגלתא *bgulgulta*, *Aquila*.

[a] Idem sentit in Cant.

[b] Hom. 15. in Ezech. & in c. 1. Cant.

Alius sensus.

[c] Serm. in Dom. 7. post Pentecosten.

[d] Iob 5. vers. 22. num. 1.

[e] Virg. Æneid.

[f] Iohan. 21. 11. 24.

[g] Dentro proposito 27. quæstione 1. 17. & seq.

[h] Act. 12. 4. 6. in cap. 4. 6. Ezech.

[i] De Tobia c. 20.

[k] in cap. 17. Exodi vers. 3. sent. cap. 24.

[l] Num. 16. 46. & seq.

Dixit Deus, vos reges, scilicet exteri, vt Ægypti, & aliarum nationum, si dormiatis inter aulas, cuius Ecclesia Israelis, quæ similes est columbæ, cooperta nuribus gloriæ, diuitiis prædam Ægyptiorum, argentum repurgatum, & areolæ plenas obrizo purissimo. Hebræa vox *labia* significat, & quæ in ore nostro sunt, & quæ per translationem in aliis rebus extremitates vocantur, vel termini, seu limites. & confinia, vel pedes ollarum, seu tripodes, quæ etiam *labia*, & *labra* dicuntur, quibus ollæ imponuntur, immò & ollæ ipsæ, necnon vasa patula alia, in quæ infunditur aqua aut ad lauandum, aut ad aliud. Pagninus vertit *tripodes*. Vatablus, *ollæ*, siue *caldarias vasaque plena fuligine*. Felix, *chytropodes*. Caietanus, *cornua*. Hieronymus, *medios terminos*. Caietanus verò hypotheticam orationem vult esse. Si paruissent Deo Hebræi, in confiniis habitassent, id est, in præstitutis locis Terræ promissionis abundantes opibus, quas columba deargentatis pennis & aureo dorso designat. Alij, absolutè promitti felicitatem, quamuis videantur iacere in sordibus, in fuligine, in nigredine, quæ denotat res aduersas, (vt è contrario secundas, albedo,) licet etiam torreantur. Quod tum de Hebræis, tum potissimum de Ecclesia, qui Christiane hebraizant, plurimi interpretantur, quos longum est numerare, & inter illos sunt etiam citati Pineda, & Pintus, atque præterea Genebrardus, sed omnium optimè, quoniam docet, *cleros*, siue *sortes* significare pericula, & parœmiali formula dici *iacere* quempiã, *dormire, cubare, versari inter medias sortes*, vt si diceres, in extrema alea, Gallicè, *entre les hazards*, inter cruces, lebetes, tripodes, in rei cardine, vel articulo, in acie nouaculæ, inter malleum & incudem, inter sacrum & saxum, &c. id est, in summo discrimine, in rerum desperatione. Antonius Gueuara [a] obseruat, cùm Syri columbas albas, atque Palæstini venerati sint (sicut accipitrem, aut Ibin Ægyptij. vt ait Strabo [b], & Herodotus [c], vel Tibullo [d] teste,*

" *Quid referam, vt volitet crebras intacta per vrbes*
" *Alba Palæstino sancta columba* (aliàs vire) *Syrô*)

(aliàs, *vire*, vel, *suo*, quasi Palæstinum *Syrum* dicere tam repugnet, quàm Gallum Celtam: Romanum Italum: quod tamẽ nó valde repugnat.) Necnon Diodoro [e] Siculo, qui causam reddit, addens. Babylonios, quòd Semiramidem fabularentur à colũbis in deserto educatam, & meminit quoq; talis cultus Eusebius [f], & Lucianus [g], (dicens Reginam versam in columbam, vel cultam columbam propter castitatem [h], ipsúmque nomẽ Semiramis, dicitur significare auem & columbã & Iustinus Martyr [i], & Athenagoras [k]. Hoc inquã posito, ait videri hoc loco Dauidem velle dicere, vtentẽ futuro pro præterito: Quãdo inter medios hostium terminos passi, imbecilli instar dormientium, languidi degeretis, tamen eratis Palæstinis timori, ac veluti religioni, non secus ac alba colũba, cuius vel plumas euellere, & pennas detrahere nefas erat. De tertore hostiũ populi Hebræi plura sunt testimonia [l]. Et *columbæ* nomine Babylonius Rex in Scripturis quandoque designatur [m]. Pintus [n] accipiens nominis Hebræi significationem pro labiis humanis elicit istam sententiam: Si cùm de vobis homines detraxerint, qui eueritis inter ea labia, non vosmetipsos defendentes. eritis columbis albis similes, eoque magis celebrabitur fama nominis vestri, quo depressior videbitur. Verumtamen licet Hebræa dictio possit adeo multa significare, nec reprehendi sint penitus qui ex singulis extrahuntur sensus, si alioqui nihil repugnans contineant, ille maximi faciendus, & solus litteralis habẽdus, qui congruit cum significatione, quam Interpres elegit. Itaque nec ollæ, aut tripodes, nec labia oris nostri litteralem nobis parunt per se inteutum sensum, præsertim etiam cùm Patribus penitus incognitus sit. Super nomine *cleros*, quod Græcum est, sed ab Interprete retentum, qui alicubi vertit *terminos*, & alibi *sortes*, extrui debet litteralis sensus. Ambrosius [a] recitans hunc locum, legit *sortes*, aliquando [b] *cleros*. Psalterium vetus S. Germani Pratensis, teste Genebrardo, *inter medium sortium*. Quare licet exponere hunc locum, retenta significatione *sortis*, ac *termini*; tum etiam, quoniam auctore Suida, κλῆρος, est quoque τόπος, χῶμα, κληρονομία, μέρος γῆς, præter alias notiones, quæ non faciunt ad rem. His significationibus congruunt expositiones, quas annotatione præcedente approbaui, ex quibus vna est Genebrardi, quam hìc fusiùs tetuli, nec ab iis discrepat Gueuara, nisi quòd ad Ecclesiam potissimum accommodari debent, quæ ille ad Hebræos, qui typus Ecclesiæ fuerunt.

Non arbitror vim fieri debere in forma duali nominis שִׁפְתַּיִם *schephathaim*, ad probandum non debuisse verti *ollas*, quoniam hæ non duæ, sed plures sunt [c]: nam *terminus* quoque sunt plures, potéstque aliquis esse in triuio, & in cõmuni multiplici. Alioqui cur nunquam Lxx. & noster Interpres dualem expressêrunt? Id non fecerunt, quia non alio numero repetertt dictam vocem, nec aliter vertere necesse fuit, quam numero indefinito.

Inter medios cleros.] Ἀνὰ μέσον τῶν κλήρων. Augustinus ait, expressiùs ex Græco transferri, *inter medium clerorum*, sed tantundem valere nostram lectionem, non tamen si diceremus, *inter cleros*, quoniam *intermedium* dici solet de iis rebus, quæ inter se debent habere consentium. Probat aliquot exemplis, & accommodat ad sensum illum suum superiùs allatum, de duobus Testamentis, vel hæreditatibus, &c. Non videtur adeo necessaria notatio, sicut nec de illo consensu. Idiotissimus ex Lxx. cui satis Latinè responderet solum, *inter*, vel sic magis exprimitur periculũ, in cuius medio constituti sint, & medij positi. Ambros. [d] nonnunquam legit: *Si dormiatis inter cleros medij*. Legi postea in Gretsero nostro [e] apologiam pro isto præsertim loco, & aliis huius psalmi, aduersus Nouatorum nouas translationes.

Penna columbæ deargentatæ.] Ambrosianum psalterium addit, ibi, πτερυγωμένοις, *circumargentate*, כנפי יונה נחפה בכסף *canpe ionah nechpah bacheseph, ala columbæ tecta in argento*; vbi idiotissimo Hebræo singulare verbum iungitur numero plurali, quod fit, quando nomen plurale distributiuè sumitur, vt hic quælibet penna tecta: quemadmodum etiam in Genesi [f] בָּנָה עֶבְרָה, *banoth tsaharu, Filiæ discurrunt*, id est, vnaquæque filiarum discurrit.

Penna deargentata sunt albæ, vnde sic Poeta [g] de ansere:

" *Atque hìc auratis volitans argenteus anser*
" *Porticibus Gallos in lumine ahesse canebat.*

Sic Theodoricus apud Cassiodorum [h] equos *ar-*

[a] In cap. 5. Hubac. Syri & Palæstini columbas albas venerantur.
[b] Lib. 17.
[c] In Euterpe.
[d] Lib. 1. eleg. 7.
[e] Lib. 2. c. 8. Semiramin à columbis educatam, versam in columbam, fabulã.
[f] De præparat. c. 5.
[g] Lib. de Syria Dea.
[h] In Ioue tragœdo.
[i] Apolog. 1.
[k] Orat. pro Christ.
[l] Exod. 15. 16. Iosue 10. 21. Cui similia de Babylonijs memorantur apud Herodotum, Diodorum, Curtium, Iustinum, &c.
[m] Ier. 46. 16. & 50. 16.
[n] In c. 40. Ezech.

a Epist. 7. edit. Rom. & de Tobia, c. 5.
b De Tobia, c. 10. in Psal. 118. octon. 14.

Κλῆρος.

c Facit id Bellarm. 2. de verbo Dei, c. 13.

d In Psal. 18. octon. 14.

e Tom. 1. pro Bellarm. lib. 2. cap. 15.

Idiotismus Hebraicus.

f Cap. 49. 22.

g 5 Æneid.

h 4. Varia. epist. 1.

gentes cotare vestitos dicit, ni fallor, albos.

De columba Iudæi accepta fabulæ super omnes Vlysses Aldrouandus [a]. Nos prisca nunc dicenda propositio nostro recollucet. Conflat eandem filiarum aonidi, & Deorum pauen quo dæmonia externa. Credit hoc potest apocryphus liber Enoch Iudæi [b], in quo scit, de Deorum tibi ex omnibus vocabulis nominatis: columbam vnâ, vt ex arboribus vitem, ex floribus lilium, ex pecudibus ovem, ex popalis Heorum, ex cunctis Sion, &c. Indeo sunt multa, quæ Scripturæ tradita de columbis, tum ad sacrificia [c], tum ad agnum cessimus Iliaum [d], tum ad testimonium baptismi Spiritus sancti de sanctitate Christi, tum ad commendandos mores [e], tum ad celebrandam sponsam Ecclesiam [f], & quod cum columbam templi scissum est in Christi passione, eorum in templum ejecti: vita est, vt prodidit Epiphanius [g], vidit oculis meis:

Raucæ, vt hyperion, cælestes cepere columbæ alas [h].

Hebræo Vates nolle optabat [i] sibi *alas vt columbæ*, earum & collo nonnunquam epistolas obsignasse ad auxiliares amicos illegatas mittere traslantur in historiis, vt Herodotus, & Beroaldus [k] ex eodem Mutinensi: & eadem Aly, dum per de causis alarum facetantur, vt scribunt Varro [l], Ælianus [m], Sabellicus [n], Martinus Polonus [o] in Chronico, Sigismundus liber Beroaldi [p]. Mox modo, gemendo *raucæ* videntur [q], & vocem ipsam quæ Hebraice est יונה *ionah*, quam loquax vtrumque Hebræo *meore* Græcum est, ac si gemam si forte mussicet, primum perinde ac si videret, verberat, & erecto horret: penuria. Terræ non innotuit nisi ad pabulum. Lutat corpus & infecit: hunc dum paluere. Fœtorem omnem expellit. Commutui cœpta nec quam violat, quamvis facetissimus. Diligit impense [illegible] & in mutuum degunt amore. Volet: possit eandem cum ipsa præcepta eum oblatio à muliere post partum [r], ceu peculiarem amisse virginitatis: & alias ab aliis, vt Deo tanquam cœnugi fimuter nungi viderentur, sed nonnulli ea ætate, qua nondum nata dies, fovere libentem, vt notat Berosus [s]. Adeo iam rimate, ac imbecillitate [t]. Clementia & mansuetudine [u] vitæ humanæ que delectatur hospitio. A simplicitate laudare Christus videtur [x], cum viperei Ozias [y]: Sed Christus sine temperamento ex serpentum prudentia non laudat. Sic nobilium felicitatis habebatur ab Hebræis, apud quos quondam res erant, eius alas gypso illitas affigebant tectis, vt post Lactantium narrat Pierius [z].

Porro Tyrrhenorum [a] mollecam soldeos causam, quare tutus sit Abrahæ [b] sacrificare: vitulum, arietem, turturem, columbam, ait significata per hæc quæ familiæ captivis obvenerant erant, per vitulam primo vitulia, tres generationes in incolatu per turturem egressum populi & peregrinationem in deserto, quo turtur delectatur per columbam, generationem illam, quæ terram promissam accepit, quæ fœcundum animal est, inquit, hoc animal, & domesticum. Ex his, & similibus perspici potest, quare columba in exemplum addueta sit melioris fortunæ, & eam quidem, quæ albi coloris est, quoniam, vt præclare demutat colorum rerum fœcundus ver admittas alteri Legi de colore albo Romanorum nostrum, & quæ dicuntur ad Acta [c] Apostolorum.

Si dormiatis inter cleros.] Hieronymus non hic, sed ad Ibi [d] vertit, *posteriora & humeros*: & rursus [e], *posteriora*, hinc *interiora dorsi eius*. Augustinus, *inter scapulas*. Hebr. מבתרים *ebrotaim*, *femora eius*, Græce μετάφρενα, quasi ἐξ ὀπίσω, & est pars tota corporis posterior a collo vsque ad cruscum, quæ obvertit se præcordiis a tergo, qui si dicas, *resp præcordia*, & recte dicitur dorsum, aut scapulæ.

In pallore auri.] Hieronymus, *in auro*, & alibi [f], *in pallore*, vel, *virore*. Augustinus, *in viriditate*, nec non Hilarius. Vaticanum Psalterium, *in pallore* atque etiam Ambrosius [g]. Alij, *vt aurum lucens*. Nomen Hebraeum יקרקה *iecrecah*, *æs cæreum* significat, aut flavum colorem, siue croceum. χλωρὸς proprie id vocat, vel etiam pallor. Videtur color non omnino purus, sed ad alium declinans, qui vulgo dicitur *cangiante*. Notam Diogenes apophthegma: *Pallere autem, quia habeat mentis impotentiam*. Est quidem quod radiat, fulget, fulgeret, nobilius aurum. Sed color in columnæ collo magis refert viridis ac pallidi colorem aut Senecas [h] gentium permanentia ac invisorem denotare simplicitatis, candoribusque simplicem ac communem Spiritus sancti munera, tam dotis, perfectionibus alienam conferre. Hoc alij dicunt hoc loco interpretes, & ambo Hieronymus. De colli autem coloribus, vernat, *cum ver redeat*, & apparentes, Physicis Opticisque disputandum: Satis constat, quod columbarum nonnulli agitata splendent colla, vel varie radiis percussa, quod & Nero Cæsar [i] vidit:

Cum Tyrrhena (alias Cythereaca) *splendent agitata columba.*

& is quem Apuleius [k] vocat flavum, cæruleus, nunc alius coloribus.

Nunquam alias fit cærulea sit subrubra purpura,
Iuvet eam cum viridis mista sit smaragdus.

Seneca [l], falli coloris speciem & permutare, & summere sectum. Cicero [m] plures ait videri colores, nec esse plures vno, vt remus in aqua inflexus videtur, qui revera non sit. Hoc Arcesilas, teste Maecenio [n], permanas vertentis aeris tenue, amplius affluere *aggressus* coepit. Eadem de Iride ratio, ac maior multo propter flexibilitatem eius.

Hinc quam olim, trahens cursus a vertice flexi
Iris

Thaumantis filiam fabulantur quæ nihil ea mirabilius, nihil obviatu dignius. De columba non deest qui eximium aliquem prædictum coloribus, ac diversitas habere superficies ex diversitate pennularum partiumbus radiantes [o]. Difficere id est, ac experientiæ parum congruens. Sed his immorari nō vacat, vt nec mythicos perlequi sensus. Notat Augustinus, alarum, & pennarum vocabulis, & volatu earum vtrumque, quoniam in hoc psalmo quod cari resurrectionem, & reditum in cœlum. Sic vero & Varro alterum, Magosque Persarum dixisse. Animam duas habentem alas, e cœloque venientem, vnam amittit, cunctandum si revolare velit, vt alam recipiat.

Vers. 15.] **Dum discernit cælestis reges super eam, nive dealbabuntur in Selmon.**

DEus habitator cœli, atque omnipotens Deus & Christus profana pagana bit Ecclesia,

a 11. Odyssea. log.

Genera variæ Psalmi 13. ... cæpere dicta

b 4. Esdr.

c Exod. 5. ... xxiv. 8. Levit. 4.

d Genes. 8. & 15.

e Matth. 10. 16. Cant. 1. 2. 5. & 6. 8.

f Sed. de pall.

g Acacii. h P. ... Callibaeon ... Hebraeis ... ad ... ...

i Psalm. 10. 10. 37.

l Varro de re rustica.

m Ælian. de natura ... Libro 10. ... Laudat ... libro.

n De rebus Mutinens.

o Ex Biblioth. Vincent. Nauclerus 2.

p Ex Biblioth. Vincent.

q Ovid. Metam. 11.

r Levit. 12. Luc. 2. 24. ... malieres post ... a ... ...

satis eo tempore, quo pluuius aquæ pernè minus: & sodomæ ignis, ac sulphuris: & crebrò quando pœnas Deus aduersus impium aliquo supplicio, id facere inducitur tanquam *pluens de cœlo* [a]; sed & *stillare* Propheta dicitur, quando comminatur lenius. Stillæ namque deiectæ cum impetu, & impetu, & quamuis leuiter primum cadant, indicant tamen procellam leuiorem. Attamen constat quoque, *stillare* esse blandè loqui, & accommodatè ad captum auditorum [c], & cum fructu: dicitúrque de rebus maximè odoriferis, vt & nomen *stacte* [d], siue *gutta* [e], נטף *nataph*, sanctè. Hoc autem loco pluribus Auctoribus, vt dixi, videtur exprimi benignitatis Dei opus.

a Psal. 10. 7. Ezech. 21. 2. Ezech. 6 11. Amos 7 16.

c Deut 32. 2. Iob 29 22. 2. Mach 8 27 Amos 9 13

d Exod 30. 34.

e Pſ 44 9.

A facie Dei] Hebraicè: *A facieb⁹ Dei*, זה סיני *zeh sinai*. Pagninus vertit, *hic Sinai*, nempe tremuit. Eodem pacto Vatablus, Clarius, & Caietanus. Felix, *hoc Sinai à facie Dei*. Hieronymus, *hoc est in Sinai*. Augustinus, *Mons Sina a facie Dei Israel*: & posteriot supplere vult, *assiluit*: monétque, in quibusdam codicibus Latinis & Græcis non haberi, *mons Sina*: sed, *a facie Dei Sinai, à facie Dei Israël*, vt sit sensus: Cœli distillauerunt à facie Dei, qui legem dedit populo Israël, & benedictionem daturus erat, qui legem dederat [f]. At Genebrardus reddit: *Huius Sinai*: id est, A facie Dei, qui est Deus huius Sinai, vbi contigerunt dicta mirabilia [g]: In aliquibus codicibus Græcis, vt in Vaticano, Τὸ τοῦ Σινᾶ. In libro Iudicum [h], vnde dixi videri sumptam sententiam istam, sic legimus: *Montes fluxerunt à facie Domini, & Sinai à facie Domini Dei Israël*, זה סיני *zeh sinahi*, τὸ τοῦ Σινᾶ, Psalterium Vaticanum, *A facie Dei: mons Sina à facie Dei Israel*, vbi supplendum aliquid videtur, verbi gratia, tremuit, aut fluxit, &c. Psalterium Ambrosianum, *A facie Dei, qui est in Sina*. Iansenius post Theodoretum, supplet, *A facie Dei Sinai*, qui apparuit in Sinai. De nomine *Sinai* dixi Actuum 7 [i].

f Pſ 67. 8.

g Exod. 19. & 20.

h Iudic. 5 5.

i Vers 30.

A facie Dei Israel.] De voce Israel, & quare peculiariter dicatur Deus Israël, egi in eadem Historia [k].

k Cap 1. 6. Cap 13. 17.

Vers. 10.] Pluuiam voluntariam segregabis Deus hæreditati tuæ: & infirmata est, tu verò perfecisti eam.

POsito superiùs exemplo de manna, videtur prædicare Dauid multo nobiliorem pluuiam cœlestis & Euangelicæ doctrinæ, qua reddatur valens, ac perfecta Ecclesia, quæ debilis priùs erat, & infirma. Et quidem satis communis Nostrorum sensus confirmatur ex verbo temporis futuri, cùm fuerit præcedente versu præteritum tempus. Confirmat Hilarius *pluuia* nomine doctrinam intelligi, Moïs exemplo in Deuteronomio [l]. Hieronymus comprehendit vnà & prædicationem sanctam, & legem quæ per Mosem data est [m], nimirum tanquam typum illius. Hugo Cardinalis docet, cur prædicationi congruat *pluuia* nomen, præterea Christo: denique lacrymis. Lege. Quòd si priora de pœnis, quas essent aduersarij passi, placet intelligere, antithesis maior erit blandioris & fœcundioris pluuiæ, &c.

l Deut 32. 2.

m Ioan. 1. 17.

Voluntariam.] Ἑκούσιον, נדבות *nedabeth*. Pagninus, e *Munificentiarum*. Caietanus, *Voluntatum*. Vatablus, primo & secundo modo, aut *liberalitatem*, & *abundantem*. Explicat Caietanus de duplici pluuia manna, & coturnicum, & vtramque fuisse *voluntatum*, id est, appetitorum poscis, appetentis cibum, & carnes: Indicat in Glossa ordin. & vtramque fecisse Deum clemate (ce enim vertit, pro *segregabis*, vt videbimus) quia ambæ miraculo factę sunt, licet per causas secundas. Theodoretus ait *voluntariam pluuiam* dici, siue *spontaneam*, ob liberum arbitrium, quoniam non ex necessitate irrigatur aliquis, sed doctrinæ acquiescens consequitur gratiam. Hilarius, Quoniam prouidus voluntatum, & bonæ voluntatis cuiusque, segregauit nonnullos ad prædicandum, vt Paulum persecutorem, Petrum negatorem Christi. Augustinus [a], propter singularem electionem, qua tibi Deus elegit Hebræum populum, *Non faciens taliter omni nationi, nec iudicia sua manifestans* aliis [b], & propter gratiã, quæ sine meritis datur ab eo, qui *voluntarie genuit nos verbo veritatis* [c], & *fecit bona voluntatis sua circumdedit nos* [d]. Arnobius: Quando cecinerunt Angeli pacem *hominibus bona voluntatis* [e]. Genebrardus, de liberalitate in Ecclesiam, ita vt in Synagogam distillauerit Deus, ac depluerit nubes iracundiæ suæ, vt prioribus verbis indicatur, iuxta vnam expositionem. Ambrosius [f], de diuina & sanctificante gratia, cuius per se auctor Deus, non homo, & illius typum esse pluuiam istam, sicut & rorem, Gedeonis [g] nempe, & Ioëlem locutum de illa gratia Spiritúque, illis verbis [h]: *Effundam de Spiritu meo*, &c. Hoc sensu Gregorius [i], *pluuia patrem* [k] interpretatur Deum, qui siccam terram humani cordis guttis scientiæ gratuito aspergit, non pro nostris meritis, sed pro suæ munere benignitatis, & aliquando prohibet huiusmodi stillas contumacibus [l]. Denique prædicatio, stillarum instar est, rorisque teneri, quando prædicator dispensatione aliqua temperat sermonem, vt vbertim pluuia manans, cùm quæ de supernis sentit, virtute qua præualet, loquitur: Vtrumque à Moïse expressum dicente [m]: *Expectetur sicut pluuia eloquium meum, & descendent sicut ros verba mea.*

a 4 de Trin. c. 2. &c.

b Pſ 147. 20.

c Iacob 18.

d 1. Pet. 1. 23.

e Luc. 2. 14.

f 1. de Spiritu sancto in præfat.

g Iud 6 37. & seq.

h Cap 2. 28. Act 2 17

i 29 Moral. c. 15 vel 20.

k Iob 38. 28.

l 1 Reg 5 6.

m Deut 32. 2.

Credo *voluntariam* quoque *pluuiam* dici, quia tempestiua, opportuna, & desiderata: non prima quidem omnino gratia, quæ nobis sine nobis, id est, consensu nostro, datur, sed alia, quæ respondenti, acceptanti, desideranti: quamuis & de prima nonnullum desiderium naturale imperfectúmque esse non repugnat, ponita nónulla subauditione, quòd talis dari possit vel soleat à Deo. Chaldæus explicat *pluuias vinificationis*, & *rores spontaneos*.

Segregabis.] Psalterium Vaticanum & Ambrosianum, *Segregans*. ex Hebræo vertit Hieronymus, *Eleuasti*. Pagninus, *Fecisti eleuare*. Caietanus, *Facies eleuare*. Vatablus, *Destillabas*. Felix, *Eleuabas*. Alij, *stillare facies*, idque, pro stillasti, vel stillas, vel stillabas: aut *rigas*. Græcum verbum ἀφορίσεις est futuri temporis, propriè significans *segregabis*, siue *separabis*: Hebræum תניף *thaniph*, eiusdem temporis, multa significat, *stillare*, *effundere*, *aspergere*, *eleuare*, *cribrare*, *concutere*. Chaldaice ארמית *aremitha*, *procelli*. Etsi autem quandoque præteritum pro futuro, & vice versa ab Hebræis vsurpetur, tamen standum hic iudicio Septuaginta, & Interpretis nostri. *Segregatio* denotat vim diuinæ vocationis, & electionis; *eleuatio*, finem, qui altus est, nempe beatitudo. Quòd si pluuia, Eucharistia est, voluntaria est, quia summa volun-

rate instituta, summóque amore, cùm *in finem Christus dilexisset suos* [a], & *exquisita in omnes voluntates ipsius* [b]; summopere item a nobis expetenda & magna voluntate percipienda.

Hæreditas tua.] Sæpe populus Hebræus *Domini* vocatur *hæreditas* [c], ipseque vicissim illius [d]. De secúdo facilior causa, quia omnis quidē Iustus adoptione Filius Dei fit, ac proinde hæres, salua simul ratione præmij, vt aliàs docuimus; peculiariter tamen ij, qui magis proprio & peculiari Deum colunt ritu, legeque. Primi ratio ferè eadem, vt licet omnium sit Deus hæreditas, finis, & beatitudo, qui eam consequuntur, præcipuo tamen modo illorum à quibus studiosiùs, ceu paternum atque hæreditarium bonum, custoditur, & amatur. Cuilibet priuatim licet dicere; *Dominus pars hæreditatis meæ* [e], &, *Hæreditate acquisiui testimonia tua* [f]; &, *In hæreditate Domini morabor* [g]: atque hoc nomine in Nouo Testamento aliquoties felicitas dicitur [h]. Multo magis Dei censetur hæreditas Ecclesia, & huius è contrario potiore iure Deus. Non inuidet nobis Deus hæreditatem Filij sui naturalis: Non confunditur hic Filius nos appellare *fratres suos* [i], non periclitatur hæc hæreditas diminui, dum communicatur tam multis: non possident hæreditatem filij sine patre, quoniam iste non moritur, sed possidemus eum, & ille nos, & suamet hæreditate ac felicitate fruitur ipse; semel adita hæreditas hæc nunquam perditur, quippe *incorruptibilis, incontaminata, immarcescibilis, conseruata in cœlis* [k]. De his Augustinus [l].

Illud præterea verum est, Hebræum populum descendisse de Sem primogenito Noë [m], & primogenitos in lege naturæ Sacerdotali munere functos: & Deum præcepisse in lege scripta primogenitos offerri sibi. Quocirca posset propter illam causam aliquo modo vocari populus Hebræus *hæreditas Dei*. Non facit quidem ad rem præsentem, nec omittenda tamen annotatio, vocabulum *hæreditatis*, necnon *sortis*, & *partis*, nonnunquam in deteriorem partem sumi, atque de pœna, & supplicio [n]. Totus homo hæreditas Dei est, nec sui ipsius est, sed illius. Fornicator est, ac profanus, qui propter quamlibet creaturā, sicut Esau propter vnam esca [o], vendit primitiua, subtrahens se Deo, & Deum sibi, pro parua voluptate magnam dignitatem, inquit Cyrillus Ierosolymitanus [p].

Et infirmata est; tu verò perfecisti eam.] Refert Theodoretus interpretationem Symmachi, & Aquilæ. Prior sic habet: Καὶ ἐξεπίνωσας, καὶ ὑδρευσας: *quam eiecisti*, vel *adoptasti*, vel *emancipasti*. Posterior hæc est: Καὶ μεμοχθηκυῖαν σὺ ὐδρευσας, & vt vertisse videtur Hieronymus: *laborantem tu confirmasti*. Chaldæus: *Et Ecclesiam, siue congregationem laborantem tu erexisti*. Vatablus: *Et laborantem confirmabas*. Pagninus: *Et labore confectam tu confirmasti eam*. Alij: *Et si fatigata fuit, tu confirmasti eam*, vel, *cùm defecta esset viribus, tu refecisti illam*, restituendo nempe fœcunditatem, qua ad tempus vitus es illam priuasse. Caietanus: *Et fiant lassa; tu firmasti ipsam*. Genebrardus cum Rab. Kimhi vult esse hypotheticam phrasim cum eclipsi particulæ, *si*: quòd si hæreditas tua infirmata est, fatigata, oppressa, afflicta, male affecta ab hostibus, tu tamen stabilisti, & roborasti eam. Psalterium Vaticanum, *etenim infirmata est*, verbum ἰσχνανε est, *infirmata est*, נלאה *nileach, laborauit, defecit, fatigata est, lassata, debilitata*. Potest hypothetico sensu quod in præterito dicitur, vel in præsenti (vtrumuis enim fert Hebræum verbum) intelligi quoque in tempore futuro, quasi diceret, Si fuerit infirmata, perficies, infirmatam perficies. Existimat Ribera [q], verti potuisse pro, *infirmata est, cœpit.*) *infirmari* enim Hebræos dicere, pro *incipere*, quia res dum incipit, minus habet firmitatis, vtrumque. Fateor verbum חלה *chalah*, & חלל *chalal*, & חיל *chul*, de quo ibi disputat, habere vtramque significationem: at non idem est de לאה *laah*, huius loci verbo.

Fecit id Deus hæreditari suæ Synagogæ, id est, facere solet, & facturus prædicitur Ecclesiæ suæ. Perculsos Hebræos cū daretur lex, tot tonitrūis, fulgoribus, &c. roborauit, & recreauit Deus: multo melius Ecclesiam, vt pusillum gregem confirmauit Christus [r], constantem ex Gentibus, quas dedit ei Pater *hæreditatem* [s]. Nam Petrum negantem *respexit* [t]: persecutorem Paulum vocauit [u]: coliphizato dixit *gratiam* ei suam debere *sufficere* [x]: fugientes Apostolos post resurrectionem inuisit [y], & columnas firmas Ecclesiarum fecit [z]: vt Paulum [a], sic sine dubio segregauit ex veteris matrum Apostolos cæteros, vt *tanquam imbres emitterent eloquia* sua [b]: legē, quæ *infirmabatur* præ impossibilitate *per carnem* [c], adimpleuit [d], vberiore gratia cōmunicata: fortem aduersarium ligauit [e]: vicit mundum [f]: victoriam nobis cōtulit [g]. Hæc ferè Theodoretus, siue Basilius, Hilarius Augustinus, Hieronymus, siue Origenes, & passim ceteri expositores, nec nō Bernardus [h], qui propterea notat Petrum Paulumque meritò vocari *viros misericordiæ* [i], propter multam misericordiam quam sunt consecuti, & qua sunt post peccatorum infirmitatem confirmati. Arnobius confirmatos intelligit Apostolos à Christo, quando post resurrectionem ostendit eis *plagas* [k], &c.

Sed latiùs patet *confirmatio*, & *perfectio*, tum propter Spiritum principalem [l], & Sacramentum quod *confirmationis* vocatur, & alia Sacramēta, quibus corroboramur, tum propter Christi promissa tempore persecutionum, vt detur os, & sapientia, *cui non possint resistere, & contradicere omnes aduersarij* [m], denique *vt porta inferi non præualeant* [n].

Vers. 11.] Animalia tua habitabunt in ea, parasti in dulcedine tua pauperi Deus.

HIc effectus cœlestis illius pluuiæ, & roboris diuini, vt Dei grex pacatus degat, siue peculium, quæ dicta priùs est *hæreditas*, & in magna quadam in præparatis à Deo escis suauitate, atque iucunditate. Theodoretus Apostolos intelligit, quibus Deus quodammodo conteenses, homines conuertit. nam & *equos* ab Habacuc [o] nominati, hodiéque habitare Apostolos in Dei hæreditate, id est, Ecclesia, tum per scripta sua, tum per Reliquias, per quas reddunt sanctos illos, qui accedunt ad eas. Adde Euangelistas, qui passim per *animalia quatuor* in Ezechiele [p], & Apocalypsi [q] designati dicuntur. Talem esse Paulum *Vas electionis* appellatum [r]. Hilarius explicat per eloquia diuina reddi spirituales, qui prius erant animales, & ea ipsorum effici faucibus dulcia, cùm euaserint pauperes spiritu. Consen-

a Ioan 13.1.
b Ps.110.2.
c Exo.15.17. Deu.9.26. 19. cap.32.9. 1.Reg. 10.1. Ps.27.8. & alibi.
d Num.18.20. Deut. 18.2. Iosue 18.7. & alibi.
e Ps.15.5.
f Ps.118.111.
g Eccl. 24.11.
h Gal 3.18. Ephes.1.14. 18. Cap.5.5. Coloss. 3.24. Tit.3.7. Hebr.9.15. Cap.9.15. 1.Pet.1.4. Iacob. 2.5. 1. Hebr.2.11.
k 1.Pet.1.4.
l Serm. 17. de verb. Apostoli, & ser. 119. de Tempore, & in Psal. 80. & 149. *Hebræi populo die Sem distans.*
m Gen. 6.10.
Hæreditatis, sortis, & partis nomen nonnunquam in deteriori parte.
n Iob. 20. 29. Prou. 1.31. Esai. 17.14.
o Gen. 25.34. Hebr.12.16.
p Catech.16.4.
q Cap.3.8. *Animalia tua habitabunt in ea, id est, habitabunt in Dei hæreditate.*
r Cap.1. & 10.
a Cap.6.
b Act.9.15.
a Osee 11. 10. 25. Infirmari *apud Hebræos pro incipere.*
b Luc. 12.32.
c Ps 2.8.
d Luc.22.61.
e Actuum 9.
f 2.Cor.12.9.
g Ioan.20.
h Ps 74.4.
i Gal 1.15.
k Eccl.19.9.
l Rom.8.3.
m Matt.5.17.
n Luc.11.22.
o Ioan.16.33.
p 1.Cor.15.57.
q Serm.1. de Petro & Paulo. *Petrus & Paulus meus* viri misericordiæ *dicuntur.*
r Ecclesia ex Ecclesiastico cap 44.10. in Octaua Apostolo. Petri, & Pauli.
s Ioan.20.
t Ps.50.14.
u Luc.21.15.
x Matt.16.18.
y Cap 3.8. *Animalia tua habitabunt in ea habitare habitare in Dei hæreditate.*
z Cap.1. & 10.
a Cap 6.
b Act 9.15.

tit Hieronymus, Glossa Interlin. Gentes mansuefactas, & conuersas. Quò posset pertinere linteum ostensum Petro [a]. Beda vult significari minores fideles qui sunt adhuc perficiendi, & alendi. Chaldæus explicat de Angelorum custodia, his verbis: *Vnificationem tuam*, hinc *animalia tua, collocasti in ea, preparasti exercitum castrum Angelicorum, vt benefaceres pauperibus Dei.* Vocare solent Angelos Hebræi nomine *Animalium*, vel potius quod apud eos significat Hebræum חַיָּה *chaiah*, vt & apud Græcos: ζῶον, *Viuentium.* Quo etiam pacto ab Aristotele appellatur Deus ζῶον μακάριον, *Animal beatum.* Latine non ita loquimur, quia dicitur ab anima, quæ compositi pars est, & respirationis notionem iucludit, quasi ἄνεμος.

Sunt & qui per dicta illa Animalia in quadriga Ezechielis Angelos intelligant, qui Angeli quandoque *throni* appellantur, quibus insideat Deus. Pradus noster intellexit vexilla præcipuorum populi ducum, in quorum singulis propria imago erat cuiusdam animalis ex iis quatuor quæ describit Ezechiel. Hieronymus Osorius de Hebræis exponit, non quibuscunque, sed vilioribus instar animalium brutorum, imperitis, ita vt & his consuluerit Deus, non tam in magnis, ac sibi carissimis: illos enim item allicièdos fuisse suauitate atque delicijs. In psalmo quodam alio [b] est: *Homines, & iumenta saluabis Domine: quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam Deus.* Videri posset præterea sermo esse de pecore, & armento, propter abundantiam pascuorum ex pluuia illa voluntaria, & spontanea, quam pollicitus est Deus [c], ad differentiam Ægypti, vbi in hortorum morem aquæ ducuntur irriguę. Deus ipse dicit [d]: *Quoniam mea sunt omnia feræ siluarum, iumenta in montibus, & boues.* Nec deest qui de coturnicibus à Deo missis [e] accipiat animalia, de quibus egimus in libro Sapientiæ.

Animalia tua.] חַיָּתְךָ *chaiyathecha, Animal tuum.* Synecdoche numeri singularis pro plurali, & alia figura, qua de hominibus vsurpat vocem *gregis*, vt & alibi pro gubernatore, *pastoris*, nisi Angelos cum Chaldæo velimus interpretari, vt antè diximus. Vatablus, Clarius, Pagninus, Caietanus, & alij vertunt, *congregatio*, siue *cœtus, societas*, vel *grex, peculium, armentum, fera*, &c. figurate, vt monui, homines intelliguntur. sed minùs aptè per *feram*, nec satis bene. Chaldæa vocem חַיֵּי תָּךְ *thechiyathac*, reddit Latinus Interpres, *viuificationem tuam*: cùm statim de Angelis eadem exprimatur. Melius dixisset, *victum tuum*, hoc est, necessaria ad victum populi. subditur enim: *Parasti in dulcedine tua*, &c. Quanquam & *viuificationem* pro sustentatione vitæ quidam dicunt, & Angelorum bene mentio subiiceretur, quorum opera manna confectum est [f].

Habitabunt in ea.] Hieronymus, *Habitauerunt*, Caietanus, *Sedarunt*, id est, quieuerunt, inquit, *in pluuia Manna.* Alij *in terra promissa*, vel *in Ierusalem*, vbi pro paupere & afflicto populo magnificam Deus mansionem parauit. Vel, *In hæreditate tua* (sic Hieronymus) id est, in populo tuo erit multitudo copiosa. Hilarius, aut *in pluuia*, aut *in hæreditate.* Hebraicè est præteritum יָשְׁבוּ *iaschebu*, Græce præsens, κατοικοῦσιν. Sensus nil variat: nam habitabunt cùm venerit Christus: habitauerunt, vel habitant propter prædictionis certitudinem, & propter typum Ecclesiæ, qui præcellit in populo Hebræo.

Parasti.] תָּכִין *thachin*, futurum tempus, sed significatio præterita, quia præcessit aliud verbum similis temporis. Valet autem etiam verbum, idem quod, *fixisti, firmasti, firmiter parasti*, nempe per Apothopetim, manna, victum, vitæ necessaria. &c. vel, vt placet Hilario, aut hæreditatem, aut pluuiam, de quibus antea.

In dulcedine tua.] בְּטוּבְךָ *betubhecha.* Ἐν χρηστότητί σου, *In benignitate, bonitate* (sic Hieronymus) *in suauitate* (hoc modo Augustinus) *in beneficijs, in deliciis:* fluebat enim Terra promissionis *lacte & melle* [a]: *vestimenta* quoque per quadraginta annos *non sunt attrita* [b]: manna continebat omnem saporem [c]: protegebantur, ac tegebantur *columna nubis, & ignis* [d]: denique populus ille tanquam *dilectus* [e], *incrassatus, impinguatus, dilatatus* est à Deo [f]. *Parasti cibum illorum*, ait alibi Dauid; *quoniam ita est præparatio eius.* Vnde quidam dictum putant טוּב *chon*, quasi *paratum.* Lege Genebrardum g. Augustinus gratiam Noui Testamenti exponit, prouenientem ex liberalitate Dei, quæ facit, vt bonum opus fiat non timore, sed amore: non formidine pœnæ, sed delectatione iustitiæ. Et sic Domino dante suauitatem, siue *benignitatem, terra nostra det fructum suum* [h].

Nil dulcius Eucharistia, de qua Carthusianus quoque, necnon de necessariis ad sustentandam vitam, quæ suppeditantur affatim pauperibus spiritus: quod & Lyranus confirmat exemplo primorum Discipulorum [i].

Pauperi.] Orphanis, viduis, desolatis, de quibus antea meminit, id est, omni ope destitutis: Gentili destituto gratia Dei (nempe copiosiore) vt ait Theodoretus: cuiuis, qui spiritu pauper sit, vt inquit Hilarius, & suam agnoscat indigẽtiam, vt vult Augustinus, non cui opprobrio sit paupertas, quòd abũdare sibi videatur [k]. *Esient pauperes, & saturabuntur* [l]: *Esurientes implebuntur bonis* [m], hoc est, vt mysticè Theophylactus [n] exponit, Gentiles, qui non, vt Iudæi, proprias iactabant spirituales opes.

Deus.] In Sixtianis Bibliis editionis Lxx. iungitur *Deus* cum *Dominus*, sequentis versus, ὁ Θεὸς Κύριος. Sic etiam Hilarius. Potest obliquè poni iuxta editionem Hebræam hoc sensu: *Parasti in dulcedine pauperi Dei.* Chaldaicè quidem ita est propter statum regiminis לְעַנְיֵי *lahnaniye*, idque numero plurali, *pauperibus Dei.* Diadocus [o] hinc probat, & ex sequentibus, *dabit verbum euangelizantibus virtute multa*: & ex psalmo 73 [p], *pauper & inops laudabunt nomen tuum*, charissima Theologiæ, tractationisve verbi Dei nulli à Deo præparari, nisi seipse ita præparatit, vt propter gloriam Euangelij Christi, omnium bonorum suorum relinquat possessionem, vt in paupertate Deo amica, diuitias Euangelij regni Dei prædicet.

Vers. 12.] Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa.

PRædicatur vis & efficacia prædicationis Euangelicæ in Apostolis & Discipulis Christi, qui prius *in mollia* vocati sunt, & tantò egerunt virtute maiore, quantò minùs erant à naturæ dotibus instructi, & piscatoribus rudibusque res futura erat cum Sophistis, Philosophis, Rhetoribus. Virtus autem non meritis duntaxat eximæ cuiusdam

dam

[a] Act. 10. 11.

[b] ps 35. 7.

[c] Leu. 26. 4. Deut. 11. 10. 11. 12.

[d] ps. 49. 10.

[e] ps. 77. 29. Num. 11. 31. Sap. 16. 2.

[f] ps. 77. 25. Sap. 16. 20.

Vnificatio pro sustentatione vitæ.

ζῶον μακάριον.

Anima quasi ἄνεμος.

[a] Exo. 3. 17. 8. 13. 33. 3. Leuit. 20. 24. Numer. 13. 28. 14. 8. 16. 13. 14. Deut. 6. 3. 11. 9. 26. 29. 5. 31. 20. 27. 3. Ezech. 20. 6.

[b] Deut. 29. 5.

[c] Sap. 16. 20.

[d] Exod. 13. 21. & alibi.

[e] Deut. 32. 15.

[f] Psal. 80. 10. & alibi.

[g] ibid.

[h] ps. 84. 13.

[i] Act. 2. & 4.

[k] ps. 21. 27. Ipsi ...

[l] ...

[m] Luc. 1. 53. & alibi.

[n] ...

[o] de perfect. c. 6. 6.

[p] vers. 21.

Sensus laet.

dam fortitudinis, nec illa quidem propriè, sed gratis datorum donorum est, linguarum, interpretationis sermonum, miraculorum, & similium; protectionis præterea diuinæ, atque Angelicorum exercituum. Meminit de hac suæ prædicationis virtute Paulus [a], & Christus ipse aperte [b]. Sic passim fere omnes nostri: & Ambrosius [c], & Hieronymus [d], & Aponius [e], & Chrysostomus [f], vbi notat prædictionem hic Euangelij contineri, etsi secundum nomen. Idem docet Elias Cretensis [g]. Arnobius autem exponit de mulieribus, quæ iubente Christo ipsius Dominici sepulchi annuntiatrices resurrectionem: quoniam ab eo sexu mortis exstiterat origo, vt notant Hilarius [h], Ambrosius [i], Augustinus [k], Hieronymus [l]. Qua in re tamen non perspicio adeò magnam seu multam virtutem. Chaldæus & Rabbini accipiunt de lege ferenda exercitui, siue populo magno Israel, per Molem & Aaron. Verba Chaldæi sunt: *Verbum Dominus dicet verba legis populo suo: Verum Mosi, & Aaron euangelizabant verbum Dei coram multo exercitu.* Item ex Rabbi Dauid, quia vt videbimus, pro *euangelizantibus*, Hebraicè fœminino genere legitur *euangelizantibus*, de magno exercitu, siue multitudine mulierum nunciantium venire castra Sennacherib regis Assyriorum contra Ierusalem, quæ de re sit ipse Psalmus totus. Alij quòd hostes fugerent, quantus ille exercitus esset, dominum namque Deum, vt plures numeri deferantur, multos ac validos filios exercitus esse, cæteroquin. Confirmant ex sequentibus, *Rex virtutum dilecti, dilecti*, quod Hebraicè sonat, *Reges exercituum fugient*: ita vt hæc sit futura fama, hoc verbum, quod dabit Dominus, faciétque vt percrebrescat.

Placet id Eugubino, etiámque generalem sermonem de victoriis per Dei clementiam reportandis, usque externis quidem, sed potissimum aduersus Dæmonas, quorum vel prædictus initio psalmi, vel optatus sit interitus; *Exurgat*, vel *Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius*, &c. & quod attinet ad externas alias victorias, eæ celebrari carmine solebant a mulieribus, vt a sorore Mosis [m], & ab aliis in Historia Regum [n]. Caietanus quòd id quod significabatur per signa, quæ edidit Deus in lege data [o], & mittit per Angelos suos, seu per nuncios operatores, tot coruscationum, tonitruorum, &c. fuerit executurus, si paruissent Deo, & voluissent dormire, id est, habitare inter cleros, & confusis promissæ terræ, in eâ introitando: nempe destructionem inimicorum per eosdem Angelos, & regum exercituum. Legit enim, *reges exercituum*: adeò vt habitatrix domus (sic legit pro, *ipsa quæ domum*) & quilibet imbellis nec sequens castra, diuidat spolia fugatorum a Deo, & omnes milites columbæ futuri sint, quod est animal, maximè pugnax, ornati dentibus, vt sunt illius pennæ deargentatæ, & alæ deauratæ. Nos quod initio diximus, vt magis commune, sic quoque magis verum putamus. Sed enucleatis singulis, melius intelligetur.

Symmachus præter Chaldæam lectionem, de qua dixi, ita legit hunc locum: ἰσχὺς χειρὸς αὐτοῦ ἐδώρησε τοῖς εὐαγγελιζομένοις φωνὴν πολλήν, *Dominus dedit sermonem, aut benignitatem, euangelizantibus multum exercitum multi.* Hieronymus: *Dominus dabit sermonem annuntiantibus fortitudinis plurima.* Felix: *Dominus dabit sermonem annuntiatricem exercitui multi*, vel *virtutum euangelizantium exercitui multi.* Paginus &

a 1 Cor. 1. & 2. Gal. 3. & 4. & 1 Thess. 1. & 2. Thess. 2. & 1 Tim. 1. & 2. Tim. 1. & 4. & Tit. 1. & 2. & 3. & Hebr. 2. & 13. & 1 Pet. 1. & 2. & 4. & 5. & 2 Pet. 1. & 2. & 3. & 1 Ioan. 1. & 2. & 3. & 4. & 5. & Iud. & Apoc. 1. & 2. & 3. & 5. & 7. & 10. & 11. & 12. & 14. & 17. & 18. & 19. & 20. & 21. & 22.

b Matth. 28. & Luc. 24. & Ioan. 20. & 21. & Act. 1.

c In Psal. 118. Serm. 19. & 20. & Lib. 10. in Luc. & Serm. 97. de Temp. & Lib. 1. de Spir. Sanct.

d In Psal. 67. & Epist. 151. ad Marcell. & Epist. 150. ad Eustoch. & Epist. 27. ad Principiam. & Epist. 28. ad Leam. & Epist. 30. ad Paulam. & Epist. 31. ad Eustoch. & Epist. 32. ad Furiam. & Epist. 33. ad Marcellam. & Epist. 34. ad Fabiolam. & Epist. 35. ad Nepotianum. & Epist. 36. ad Damasum. & Epist. 37. ad Pammachium. & Epist. 38. ad Marcellam. & Epist. 39. ad Paulinum. & Epist. 40. ad Eustoch. & Epist. 41. ad Pammachium. & Epist. 42. ad Marcellam. & Epist. 43. ad Ctesiphontem. & Epist. 44. ad Eustoch. & Epist. 45. ad Asellam. & Epist. 46. ad Eustoch. & Epist. 47. ad Eustoch. & Epist. 48. ad Eustoch. & Epist. 49. ad Eustoch. & Epist. 50. ad Eustoch. & Epist. 51. ad Eustoch. & Epist. 52. ad Eustoch. & Epist. 53. ad Eustoch. & Epist.

Euangelizantibus.] E Græcis mutuatũ verbum Hebraice מְבַשְּׂרוֹת *hammebaseroth*, fœminino genere. Propter hoc genus fœmininum Rabbini, & qui libentius consentiunt Chaldæum, sequi solent, de mulieribus interpretantur, vt vidimus, quæ victorias Hebræorum celebrarent. Euge bonus refert ad τὰ ἀγαθὰ, τὰ ἐπηγγελμένα. Hieronymus Olivetus priores secutus est. Nil opus hac interpretatione, vel etiam fuit: nam cum genere neutro careant Hebræi, & fœmininum vtantur pro illo, potest referri hoc nomen ad animalia, quæ nomine fœminino, licet singulari, dicebantur superius, & de prædicatoribus quidem, iuxta nonnullorum expositionem חַיָּה *chaiah*, intelligi.

Deinde, vt docuimus explicantes Ecclesiasten, cum ibi dicitur אֵשֶׁת מְרוּבִים *amat e iacerdi*, verbo masculino, nomine fœminino, vtuntur Hebræi fœmininis pro masculinis, vt rei alicuius præstantiam significent. Idcirco egregius Concionator nomine fœminino septies expressit, & hoc loco Euangelici prædicatores designantur eodem pacto. Lege quoque Ribeiram [a], vbi hæc docet apud Aggæum [b] Hebraice habeti: *Annuncia Domino diem ne accubui*, ita vt legere debeamus, non vt nunc est מַלְאָכִית *bemalcaith*, *in legatione*. Editio enim Græca & Latina vertit *nuncium*, sed מַלְאָכוּת *bemalacuth*. Pineda [c] sensit quo dammodo contrario vult per genus fœmininum denotari Apostolorum atque Christi prædicatorum infirmitatem ac veluti tirunculam ex fœmineæ debilitatem, quam Christus virtute multa corroborauerit. Et hæc quidem, inquit, de causa vocali eodem nomine nuncupantur, cum dicitur Sapientia *misit ancillas suas vocauerunt ad arcem* [d] illum, qui iuberet *ad videndos fores meretrices exercitum, & qui euangelizant Sion* [e]. Hebraice appellari nomine fœminino illo ipso, quo est hic מְבַשֶּׂרֶת *mebaseereth*, quo item genere fœtum aliquando in Latinis Codicibus monet Hieronymus [f], *quæ in Euangelio*: vbi tamen Calixto refert ad vocem clamantem, quæ dicitur de Ioanne Baptista [g] missorem, ad Sion, & Hierusalem, id est, ad Ecclesiam, aliis, ad societatem Apostolorum, &c. Tandem quod Hebraice & Latine in Iob [h] est: *Annuncia mihi si quis est, aut loquatur cum angelis tuis*, aiunt *pueri*: Septuaginta reddunt *puer*, *medius*, nostra tamen editio rem magis exaggerat ob infinitam eius fortitudinem.

Porrò verbum in Piel בשר *basser*, ex radice, בָּשָׂר *bassar*, id est, *are*, ac etiam *bona*, illud proprie significat, quod Græce εὐαγγελίζεσθαι, *nuncium bonum annunciare*, vel ferre, vel mittere, quasi dicas carneum, humanum, gratum. Quamuis autem & de tristi nuncio interdum videantur vsurpari [i]. Maldonatus conatus exempla quæ afferuntur, in melioremi partem interpretari [k]. Apud Ieremiam [l], *Maledicimus vos, qui annunciatis pacem mihi dicens: Natus est vbi puer masculus, & quasi gaudentes lætificauit eum.* Vbi redditi videtur propriam vim, & nexum dicti verbi. Hoc omnino ita videtur proprium Ecclesiæ, sicut & *euangelizandi*, atque *Euangelij*: & fortasse, quia nobis *Verbum caro factum est* [m]: & quicunque prædicentur ad hoc Verbum referuntur, quod est caro factum. Suspicatus Isaguinus hoc verbũ ex Hebraico allatum in Latinam Italicam, *qua, inquit, dicimus rudere fera, leonem, tonare*, &c. Melius, *fremere, frendere.*

Exercitus multus. Pagninus, *turmatim multæ*: Hieronymus reddit nomen *fortitudinis*: alij aliter, vt prius dixi. צָבָא *tzabaa*, *exercitum* significat, vnde Deus צְבָאוֹת *ihehouah tzebaoth*, *Dominus exercituum*, quem Septuaginta hoc pacto reddiderunt, κύριος σαβαώθ. Interpres Latinus, *omnipotens*, licet hoc Hebraicum, & *virtus*: Symmachus vero ἰσχὺς, ex voce Hebræa transierunt ad ordinem Dominatorum, & Angelorum, qui nobiscum, *id est nostri* dicuntur, & ad nostras, & ad omnem orbem ordinemque eorum. Sed cum sit in numero plurali, tribuatur toti Deo, cum; atque ad multitudinem omnia, quæ iubet, vt loquantur, copiæ intelligantur exercituum: ad aliam lectionem transferri debet, vt omnem necessitatem, quam nos Spiritus Sanctus docuit, nec id Apostolus fecerit. Inde fit, vt significet quoque nonnunquam צָבָא *tzeba*, *robur* ac fortitudinem, quæ in toto ac potentia est, sicut quatenus motum virtus est & alterum masculina forma plurale צְבָאוֹת *tzebaoth*, pro quo LXX. etiam ponunt δυνάμεις Latinus, *virtutes*, id est, exercitus vt in Psalmo 102 [n]. *Benedicite Dominum omnes virtutes eius.* Ita terminatione fœminina, Psalmo 23 [o]. *Dominus virtutum ipse est rex gloriæ.* Quæ verba parum apte quidam accepit, qui ait Auctor est mentionem virtutum, ac magnificum Dei, idem esse & gloriæ. Non debuit Lugdunus noster reprehendere Interpretem, quod *virtus* sit vis pro exercitu: quamuis non ita crebrò Latine *virtus* id significet, immò vt contendit ipse, nunquam. Nam Cicero [p] ea vi ce vtitur pro opibus, facultatibus, viribus cunctis: vertem erat Diphilum tragœdum. Quocirca Dominus hoc loco datutus prædicatur verbum *euangelizantibus virtute multa*, tam multis, quæ ipsa tamen datur sæpe, plurimaque refert. Hæc enim hebræa, Græcæve dicto eum figuli erit, sed, vt ante docuimus, vi magna ad animi & mentis opera, vel numerosæ multitudine expressa. Hilarius morabitur videtur intelligere: de quibus exponit virtutem repertum eos, qui [q], vt est verbi sequenti, dicere Rex, & Dominus, & Deo, vt Petrus, Paulus, Ioannes. Sed quod dixi, messias. Theodoretus exponit de electum Fidelium comitatorum, qui & ipsi sunt prædicatores. Alphonsus Mendoza vnam de quattuordecim, quas vocat postremas, continuat in finitus & sequentium verbum duorum expositione [r]: Vnum ex undecim pro illo potest verso, de fœminis quæ militat multitudo vigilarent in castris, hoc est excubarent in officio rebus sacris, sinque orarent, ieiunarent, Deo vacarent, coferre modo quo nunc monachæ nostræ. Concedo huiusmodi deuotas Deo feminas fuisse, de quibus Cantius noster [s]. Sed agite addite: persuasum vt credam eas, quæ intra sacrum illum locum tenebantur: & vt ipse auctor confirmat, ego autem non credo. In historia Machabæorum [t] legimus *virgines concidisse, quæ procurrebant ad prælia*, priusquam ac pariter cum gladiare & decertare constituisse victoriam a Deo concedi. Profecto quæ ab eodem auctore dicuntur deinceps de mulieribus illis cum gehennabus, ne illas ideo eas contenere manifestè possunt: exempli causa quod in deiectorum locum castra gradiantur prædabundæ, quodque prælij euentum, [illegible] ac locum pugnæ spectarent, & expectarent, itq; te victoriam eluta voce animarent, & cum obtentam prædicarent. Hæc omnia [u] ab ibi Spiritum sanctum aut intelligi per communemque genere fœminino appellari Hebræice, sicut Græce neutro: hæc, malorum, vt iure negamus, tantam in damnis esse vim.

[a] In ea Aggæi 2. cap. 1.

[b] Aggæi 2.

[c] In Iob 2. 40. mihi 7.

[d] Prou. 9. 3.

[e] Isa. 40. 9.

[f] Ibidem.

[g] Matth. 3. Luc. 1. 4. Marc. 1. Luc. 1. 4. Ibi 40. 3. Ioh. 30. 4.

[h] Iob 30. 4.

[i] Theodoretus Hugo Card. Carth.

[k] Procop. in Esaiam 1. Cornel. 40.

[l] Ieremiæ 20.

[m] Ioan. 1. 14.

[n] Psalm. 102.

[o] Psalm. 23.

[p] Philip. 2. cap. 19.

[q] Hilarius ad Constantium filium 2. circa fin.

[r] Ribera 1. prol. ad Apoc. 1. pag. 19.

[s] Ludo. de Ma nariena.

[t] 2. Machab. 12.

[u] De feminis suæ vigilantes nullam omittens in castris, audacis sententia.

[x] Esa. 40.

[illegible]

Vers. 13.] Rex virtutum dilecti dilecti: & speciei domus diuidere spolia.

IS qui *verbum daturus est euangelizantibus virtute multa*, seu robore, seu numero, Rex est ac dominus omnis roboris, omnisque exercitus, maximè Angelorum, quorum in eo numero partes quoque sunt non paruæ: præterea Pater est dilectissimi Filij sibi consubstantialis. Ille ipse Discipulis talem ac tantam victoriam cõcedet, vt totum inter se, ceu quædam spolia, partiantur orbem, & aggregent Ecclesiæ. Vnde ipsi Ecclesiæ resultabit decus, & ornamentum singulare. Sed vt hæc sententia percipiatur, varia recitanda loci lectio, vnáque multiplices expositiones adiicienda.

Rex virtutum dilecti, dilecti, &c.] Hebraicè מְלָכִי צְבָאוֹת יְדִידִן יְדִידִן *malche tsebaoth yddodun yddodun*. Hieronymus vertit, *Reges exercituũ fœderabuntur, fœderabuntur: & pulchritudo domus diuidet spolia.* Chaldæus: *Reges cum exercitibus suis migrauerunt de prætoriis suis, & Sapientes dimoti sunt à scientia sua: & congregatio Israelis diuidebat prædam de cœlis.* Pagninus: *Reges exercituum fugiebant, fugiebant: & habitatio domus diuidebat spolium.* Felix discrepat in eo duntaxat, quòd ponat verba futuri tẽporis. Vatablus: *Reges ingentibus copijs instructis fugerunt, fugerunt*, inquam, *qui domi desidebant, diuiserunt spolia.* Alij in secundo membro: *Et habitatrix domus diuisit spolia.* Caietanus: *Reges exercituum mouebuntur: & habitatrix domus diuidet spolium.* Huc omnes isti, (quibus consentit Hieronymus Osorius) videntur collimare, quod priore quoque versu significaui, victorias de hostibus illustres futuras, etiam de Regibus vno veluti fœdere conspirantibus, & spe, sapientia, robore frustratis, fugeréque compulsis, ita vt licuerit, opima pulchráque spolia, ipsismet mulieribus, domi remanere, ac potiùs formæ atque elegantiæ vacare solitis, partiri inter se.

Sunt verò, vt Vatablus refert, qui verba dicant esse ipsarum mulierum renuntiantium, aut canentium victoriam versu præcedente cõmemoratam. Rabbini maiore ex parte ita sentiunt: quamuis aliqui per *habitatricem domus*, vel *formam*, vel *speciem domus*, intelligi velint Synagogam ipsorum formosam atque speciosam. Attamen iuxta traditum sensum, qui probatur Patribus, & Eugubino, Genebrardo, Varlenio, & aliis de triumpho Ecclesiæ, declaranda & defendenda editio nostra, quod non ita fideliter omnes præstant, licet transferant ad Ecclesiam, vt Osorius.

Rex.] Sic Lxx. in singulari, ὁ βασιλεὺς Hebraicè מְלָכִי *malche*, & Chaldaice מַלְכָּיָא *malchaya*, in plurali. Symmachus quoque οἱ βασιλεῖς. Quamuis autem aliquando non referat vter numerus sit, hoc tamen loco refert, quia de vno Deo vel Christo intelligendus est. Quare dicendum, vltimam litteram abundare, vel מְלָכִי *malchi*, legi debere, *Rex meus*, vel vltimam litteram denotare solum regimen, vt docui superiùs de אָבִי *abi*. & de composito *Melchisedec*, & de similibus. Sic in Psalmo secundo [a] מַלְכִּי *malchi*, vertitur à Septuaginta, *Rex ego autem constitutus sum rex*, &c. licet alij, vt Hieronymus, vertant: *Ego autem ordinauí regem meum.* Genebrardus ait (ו) *iod*, esse ibi & alibi paragogicum, & alludi ad Melchisedec, secundùm cuius ordinem Sacerdos Christus: est enim quoque pro constitutus נִסַּכְתִּי

[a] vers. 6.

nasachthi, vnctus sum. Augustinus putat, Deum, Christum, vèl etiam Patrem intelligi, item Hilarius, Hieronymus, & alij. Theodoretus legens, *Reges*, & pro, *virtutum*, *militum*, exponit de Apostolis, qui fuerunt dilecti, & amici Christi, & acceperunt ab ipso spolia, id est, eos, quos conuerterunt per *speciem domus*, id est, per gratiam sancti Spiritus, quæ reddit domum, id est, illos ipsos, pulchram.

Nos cum pluribus, maximè Latinis, sentimus, cum quibus & Euthymius consentit, qui dicit præterea, quòd Apostoli acceperint potestatem Gentes conuertendi speciei domus, id est, pro Ecclesia, vel specie domus, id est, per pulchritudinem Euangelij, tanquam per instrumentum.

Virtutum.] צְבָאוֹת *tsebaoth δυνάμεων*. Symmachus, στρατιῶν, *militum*. Dixi priore versu quid valeant Hebræa dictio, & Græca qua vtuntur Lxx. στρατιῶν, id est, *Militum*, pertinent ad notionem illarum pro exercitibus. Dicitur Deus rex harum virtutum, militum, exercituum; nec ita commodè virium & roboris, &c. quia Hebræum nomen plurali numero, vt dixi, Deo conuenit, tanquam Duci, & Imperatori: nisi per Metonymiam, *vt copia* ac *vires* pro exercitu Latinè vsurpantur. Cùm autem, Hieronymo auctore, docuerimus, idem nomen pluraliter de Deo solùm vsurpari, non video cur Genebrardus neget *Regem virtutum* hic Deum significare, sed regem quemlibet potentissimum, & fortissimum. quãuis eo posito quod vult, sensus quem affert, sit verus. Reges potentissimi dilecti sunt, vel erunt, id est, ad dilectum pertinent, aut pertinebunt, eum, inquam, qui est dilectus, hoc est, dilectissimus Deo Patri, quippe consubstantialis illi Filius: cedent, succumbent, in eius venient ditionem & possessionem.

Copiæ, vires, pro exercitu.

Dilecti dilecti.] τὸ ἀγαπητόν. Semel tantùm nunc legitur apud Septuaginta in Bibliis Complutensibus & Regus, & aliis multis, & hoc monet Augustinus, & ita legit Hilarius. Symmachus, qui verterat, *reges militum*, addit (ἠγαπήθησαν, ἀγαπητοὶ ἐγένοντο. *Amati fuerunt, amati, seu amabiles facti sunt.* Quod indicat bis positum à Lxx. τὸ ἀγαπητὸς ἀγαπητόν, pro vt etiam restitutum modò est in Bibilis Sixtianis, & sic existimat Eugubinus ipsos Septuaginta posuisse, cùm geminatio reperiatur in textu Hebraico, & editione Latina. Adde; Chaldæam paraphrasim, Hieronymum, & alios, qui aliter vertunt, non per nomen, sed per verbum, duplex quoque verbum expressisse. Psalterium tamen Vaticanum, & Ambrosianum, semel duntaxat legit, *dilecti*. Hic autem dilectus est Christus, cuius, & eius virtutum, vel Apostolorum, vel donorum, ac ministeriorum, quæ sunt ipsis communicata, Rex est Deus Pater: & dicitur iterum *dilectus*, quia maximè talis, & is accepit à Patre suo virtutes illas, & vt pulchra atque speciosa sponsa Ecclesia sibi compararet ereptos à Diabolo Gentiles.

Ceterum credere debemus, voces Hebræas, non verba, sed nomina fuisse, & quidé eius significationis, quã cũ nostra editione. & Septuaginta. Symmachus agnouit, licèt partim verbo vtatur ἠγαπήθησαν, partim nomine ἀγαπητοί. Hebraice voces sine punctis sunt hæ ידדן ידדן *yddedun yddedun*, vbi si loco (ו) *vau*, substituatur (י) *iod*, quæ permutatio facilis est, & sub primo (ד) *daleth*, in-

telligatur profecti aliud (י) *iod*, habebimus יְדִידִין *iedidin*. Sed fallitur Eugubinus, in Psal. LXXXIII. esse hoc ipsum nomen. Est enim plurale fœminini יְדִידוֹת *iedidoth*, quod refertur ad aliud eiusdem generis מִשְׁפְּנוֹתֵיכָה *mischpenothecha*. Genebrardus coniicit existimasse Septuaginta יְדִידוֹן *iedidon*, (mutando puncta aliter quam modò sint,) esse cognomen Christi (sicut Salomonis fuit יְדִידְיָה *iedidiah* [a]) formæ, יְשֻׁרוּן *ieschurun*, quod est cognomen populi Israel [b], pro quo Latine est *dilectus*, aut *rectissimus*. Græce ἠγαπημένος: etsi Forerius [c] vertat *primogenitum*, sicut & quodam [d] loco noster Interpres. Addit Genebrardus, posse esse formatum nomen a דוד *dod*, quod significat quoque *dilectum*, vt sit יָדוֹד *iedod*, heemantica seu formatrix littera. Placet hæc magis, quam quod extremo affert loco, respexisse ad sensum Septuaginta, quoniam fugi illa, & clades nō tam significet abolitionem, quam conuersionē. Non conuertitur, qui fugit, sed spiritualiter etiam loquēdo, is qui creditur, &c. Oportuit Latinam venerabilem editionem nostram tueri: Græcam verò Lxx. quòd hæc ex illa translata sit, vt proinde laborare non debeamus de verbo נָדַד *nadad*; vnde alij futurum putant esse יָדוּן *iededun*. Pradus [e] interpretatur, *Imperator exercitus dilectissimus suis Israelis*.

Et species domus diuidere spolia.] Dabit nimirum is, qui *Verbum euangelizantibus, Rex virtutum dilectus* Filij sui, vel tum illorum, tum istius speciosæ domui suæ Ecclesiæ, aut ad speciem, & ornamentum eius: est enim datiuus casus speciei τῇ ὡραίᾳ, vt diuidat, & comparetur tibi spolia, id est, Gentiles detractos de diaboli potestate, ac tyrannide. Non licet ambigere, נָוֶה *naueh*, posse significare pulchritudinem, ac speciē, ac amœnitatem, affini significatione nominis נָאָה *naah*, quò videtur Epiphanius [f] allusisse, dum scripsit, Ægyptios appellare pascua etiam vrbes lingua sua *nomas*, dicere volens *neueh*, cùm illud sit Græcum. Apud Ieremiam [g], editio Latina habet: *Speciosæ & decentes assimilauit filiam Sion*, vbi Hebraicè est נָוָה *naueh*. Apud Iob [h], eadem dictio redditur per Latinam *pulchritudinem*, nec non iterum apud Ieremiam [i], & Esaiam [k], & rursus apud Iob [l], per *speciem*. Potest per *speciem domus* intelligi vxor. Sic ponit, ab effectu, quod sit familiæ pars speciosissima, & dominum ipsum reddat sua cura speciosum. *Maieris* enim *bona species interna mentium domus suæ* [m], & natura est sua φιλόκαλος [n]. Talis Ecclesia Dei ponsa toties in Canticis appellata *pulcra, formosa, speciosa, perfecta, integra, columba, quæ macula, immaculata, tuberrima*, singularum quoque partiū eius descripta pulchritudine. *Christus* etiam *quam dilexit Ecclesiam, tradidit se pro ea, vt illam sanctificaret, mundans lauacro aquæ, in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt esset sancta, & immaculata* [o]. Visitata aqua externas cutis eluere maculas potest, at non rugas, & multo minùs internas sordes, quantumlibet adhibeatur *nitrum*, vel *herba borith* [p], *Maculata es, inquit Deus, in iniquitate tua coram me.*

Retulit paulo ante Theodoret. expositionem, *speciem* accipientis pro gratia Spiritus sancti, quæ speciosos & pulchros facit. Symmachus apud eundem sic habet: Καὶ ἡ ὡραία τοῦ οἴκου διανομὰς ἀγρευθήσεται, *& habitatio, aut regimen domus diuidet spolia. Regimen domus* potest intelligi mulier, cuius est habere œconomicam curam.

Diuidere spolia.] Chald. *Dabit Dominus diuidere, vt auidus*, &c. Heb. *Diuidet Dominus speciem nemini*, חָלַק *thechalek*. Nec debuit narrari tamen Eugubinus, cur Septuaginta per casum diuidi ὡραίαν vertere voluerint; retulerunt enim ad verbum, *dabit*, ex versu præcedēte. *Spolia* sunt, vt dixi, Gentiles, & quicunque armis Euangelicæ prædicationis rapiendi sunt de Diaboli tyrannide ipsa præterea Idola, aræ, templa, &c. vel diruenda, vel in pios vsus conuertenda. Huc ad nos venit, igne gladioque armatus Christus, bellum indicens [a], ligaturus hostem, *diripiturus vasa, & arma & spolia* ipsius *distributurus* [b], *eiecturus principem mundi huius* [c], *expoliaturus principatus, & potestates, & traducturus confidenter, palamque triumphaturus illos in semetipso* [d], immo *& nos ipsos* [e], efficiendo vt & nos triumphemus, & per illum viuamus [f]. Ideo nomen Christo impositum est iussu Dei [g], *Accelera spolia detrahere, festina prædari. Væ qui prædaris, nonne & ipse prædaberis* [h]? &c. *Domine* [i], *miserere nostri, te enim expectauimus*, &c. *& congregabuntur spolia vestra, sicut colligitur bruchus, velut cum fossæ plenæ fuerint de eo* [k].

Gregorius [l] præsentis versum Psalmi exponit de spoliata Synagoga, & ditata Ecclesia. Eadē prorsus sententia, & ipsissima verba sunt apud Hieronymum [m]. Alias docui [n], Diaboli principatus, quo pacto in hunc mundum hominesve mundi huius dici possit iustus, & mirstus. *Spoliorum* nomen indicat iniquitatem ipsius, & iniustitiam belli contra illum. Augustinus vnam hic, scilicet præcipuam iustæ deprædationis & spoliationis causam dat, quoniam Diabolus *operabatur in filios diffidentiæ* [o], abutens eorum infidelitate ad voluntatem suam, & occidit incarnatum Verbum, nihil reperiens in eo morte dignum [p]. Attigit Esaias hanc spoliationis causam: *pro eo quia laborauit anima eius*, &c. *ideo dispertiam ei plurimos, & fortium diuidet spolia*, &c. Ingens esse gaudium solet *in messe, & exultatio victorum capta præda, quando diuidunt spolia* [q]. Sed cautio bellica tenenda, ne prædæ intentos occupet aduersarius [r]. Postea [s] mentio erit de Benjamin, id est, de Paulo, qui vt *lupus rapax, mane comedit prædam, & vespere diuisit spolia* [t]. Non arbitror *spolia* in Scripturis aliquando sumi pro bonis simpliciter, vt sensisse tamen quosdam testis est Iansenius [u], & hoc loco Genebrardus docet: nam quem iste locum profert ex Prouerbiis [x], *Et spolis non in luctu*, obest potius. Est namque sensus, tantam fore mulieris fortis diligentiam, vt vir non desideret hostilia spolia, procedat ve ad bellum propter illa.

Vers. 14.] Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri.

Est apostrophe ad speciem domus, id est, ad Ecclesiam, ad eos maximè, quibus dicitur *diuidere spolia* prædicando, sed & simul ad illos, qui conuertentur operā ipsorum. Si vos præsertim Prædicatores, & Prælati, immo & quicunque fideles, vertabimini, & quiete continebitis vos intra cubilia, terminosque veltrarum diœceseon, inquit Panigarola [z], aut inter duplices velut hæreditatem cœlestem, ac terrenā, ita vt dum viui-

tis,

a 2 Reg 12. 25.
b Deut. 32. 15. Esa. 44. 2. Psal. 18. 6.
c In Esaiam.
d Deut. 33. 12.
e In Ezechielē primus vitulus Ezech. patrē. sect. 12.
f Hæres. 24.
g cap. 6. 2.
h cap. 3.
i cap. 31. 23. k cap. 5. 14.
l cap. 5. 24.
m Euchar. 2. n. Hieron. ep. 22. ad Gaudentium.
o Ephes. 5. 26.
p Ier. 2. 22.
a Mar. 10. 34. b Luc. 11. 22. Matt. 12. 29.
c Ioan. 12. 31.
d Colos. 2. 15. e 2. Cor. 2. 14.
f Ioan. 14. 19. g Cant. 5. 7. h Luc. 6. 39. Rom. 2. 1. i Psal. 5.
k Esa. 33. 4. Lege item c. 40. 24. & lege 1. 11. Moral. c. 9. vers. fin. Diabolus primitiuus quis? ante omnia tempora homines, & Angelos creauit & in sua.
l In Euang. homil. 1. Quadrag.
m Ephes. 2. 2. n Ep. 98.
p Ioan. 14. 30. q Esa. 53. 12.
r Esa. 9. 3.
s 1. Machab. 4. 17. 18. Prometheus 1. strateg. c. 10. lib. 2. c. 5. Polyæn. 10 Claudianus 2. in consul. Honor. p. 1. vers. 28.
t Gen. 49. 27. u in cap. 18 Isaiæ 8. vers. 2. x ibidem.
z in Paraphrasi in Psal.

tas, nec tori situs in contemplatione, nec foti in actione, sed in medio, loquit Bellarminus [a], tunc erit Ecclesia pulchertima vt columba, habens alas deargẽtatas, & dorsum deauratum. Primum sensum sequitur Iansenius, dicens contineri sub typo populi quietam habentis in Terra promissionis habitationem: Confirmat vaticinio de Hachar [b], qui dicitur eadem phrasi quæ hic est (nisi quòd pro *cleros*, qui tamen ibidem Græce sunt, ponuntur *terminos*) *accubans inter terminos*, id est, mare Mediterraneum, & mare Galilææ: quanquã explicẽt alij, inter duas sarcinas: nẽpe adeo fortis asinus, vt inter eas cubet, cumque illis iurgat. Illicharitæ namque dicũtur fortissimi fuisse ad labores, tum verò, agriculturæ. Denique quia Petrus [c] vocat *cleros*, Ecclesias particulares, quando monet non debere pastores *dominari in cleris*.

Ad secundum sensum potest pertinere, quod Augustinus affert de duobus Testamentis, quia per illa datur κληρονομία, id est, *hereditas*; & de duabus hæreditatibus, vt æterna patienter expectetur, præsens nimis ardẽter non expetatur, sed dormiamus, id est, moriamur, seu vitam hoc modo claudamus, vt post eam in resurrectione pennas consequamur, quibus *rapiamur in nubibus obviam Christo in aera* [d]: vel hac ratione celebretur, ac tanquam pennis fama eucharistiæ Ecclesiæ. Eadem Hieronymi [e] de duobus Testamentis expositio est, in quo vtroque mueniatur columba Spiritus sancti, & *penna deargentata* ob exteriorem literæ sensum, *pallor auri* propter interiorem mysticum [f]: vel quod est item apud Hilarium, *penna*, sint prædicatores, *posteriora dorsi*, & scapulæ, quæ pectus operiunt, fructus bonæ conscientiæ; cui aurum, honorque regius tribuitur cum virore æternitatis. Contentit in duplici Testamento Ambrosius [g], & Paulinus [h] ille [i] verò addit etiam dormientibus exurgere alas istas, & dum dormiunt, vigilare. Illi autem parti sententiæ Augustini simile est quod Lyranus ait in conscientiæ viuere puritate, qui sic versatur inter militantem & triumphantem Ecclesiam, vt bonis vtens vitæ præsentis, non amittat æterna. Arnobius *dormientes inter cleros*, intelligit Scribas, & Phariseos negligẽtes Scripturarum libros, ac tenentes regni claues, cum nec intrent ipsi, nec alios ingredi sinant [k]: sed sint *penna columbæ deargentata*, & formam auri præferant (sicut hi colores in columba sunt solum appatentes) quia simulant se simplices & probosciorum autem loco substituit a Deo de cœlo reges, id est Apostolos, quorum opera & predicatione candor confessionis sanctitatis. Euthymius post Didymum, & Cyrillum, *cleros* Gentiles ait esse; si Apostoli moriantur inter illos, futurum, vt tunc *dividant*, seu ad eos addicantur *spolia*, id est, vt plures conuertantur, indeque sequatur in Ecclesia pulchritudo columbæ. Theodoretus *cleros* Testamenta interpretatur: in his dormiendum, id est, immobiliter versandum: tunc *pennas columbæ deargentatas* futuras, id est, dandam Spiritus sancti gratiam secundum simpliciora & faciliora dona: *pallorem auri* denotare perfectiora & maiora. Chrysostomus [l], *pennas deargentatas & aureas* eleemosynæ tribuit, quæ conuolet ad ipsam regalem thronum. Bernardus [m], *inter me & cleros dormire* dicit, qui in spe dormiat, & requiescat, medius inter timorem, & securitatem, tanquam inter lævam & dexteram, molli supposito caritatis

A stratu: & cum *pallore auri* id est, cum humilitate, atque timore: quod pallens aurum, auri chaleo fulgente humanæ sapientiæ melius [n]. Gregorius [o], mansuetum vt columbam, *pennas* hic habere, *deargentatas* luce sermonis diuini: sed in posteriori sæculo speciem auri, id est, caritatis ipsius, in se continere.

B Hi sunt præcipui modi, quibus obscurus hic declaratur locus, adhærendo lectioni vulgatæ: & similes præterea reperies in Hugone Cardinale, & aliis. Notat ille in hoc versu octo conditiones necessarias sacerdoti. Lege etiam Cardinalem alterum Vitriacum [p]. Adde istis sensibus alium, quem post Genebrardum affert Pineda [q]. Si dormiatis *inter mediocres cleros*, siue *sortes*, in tanto scilicet discrimine, vt sortiantur milites, cuius futuri mancipia sitis, aut missis deliberent sortibus de facultatibus vestris, iuxta illud,

miserum [r] septena quotannis,
Corpora natorum, stat ductis sortibus vrna.

quo item pacto super Christi veste sortes missę [s], immò de vobis interficiendis (huius rei exempla plura colligit Tiraquellus [t]) feritis tamen securi, ac tuti. Confirmat exemplo Petri, qui cum dormiret inter duos milites vinctus catenis duabus, & ita sopitus somno, vt latere percusso debuerit excitari, liberatus diuinitus est [u].

C Pintus [x] paulò aliter: Si dormiatis, siue habitetis *inter medios cleros*, siue *sortes*, ac terminos duarum, nempe hereditatum, vel regionum, vbi nulla solet esse securitas, & iuxta inimicos vestros, vos præsertim Pastores, & Prædicatores, non domi vestræ ac vobis, & genio indulgẽtes, sed semper vigiles, & ad omnem hostis excitati rumorem, pulchra erit vobis commissa Ecclesia, instar columbæ, &c. Eugubinus legens *cleros* pro sortibus, terminis, & limitibus, ait indicari, si anguste habitent, si versentur in angustiis, si vexẽtur, tamen prospere cuncta euentura. Pradus [k]: Si iaciantur de vobis sortes ad vitam, vel interitum, inter milites Babylonios, qui pro vexillo gestant columbam argẽtatam, cuius dorsum rutilat quasi aurum fuluum, etiamsi, & vos potius eorum diuidetis spolia, de quibus præcedente versu. Fuere Ambrosius [l] videtur, qui præter duo testamenta dicit quoque Aaron tunc *inter cleros fuisse*, quando inter duas partes populi constitutus, mortem a defunctis terrere [m] sortem vtrorum, sui corporis non permisit obiectu [m].

D Placet hæc expositio, & primæ duæ, si liquæ quatenus ad istas referũtur, ut cæteris enim quæ continent, tropologicæ magis sunt, aut anagogicæ, quàm litterales. Aliæ sunt, quæ nituntur aliis editionibus, præsertim Hebraicæ, quas audius Recentiores amplectuntur; nec eas respuimus, quamdiu non abhorrent ab illa, quæ coluerat eum Latina vulgata editione, & cum communiore Patrum sententia, quos bono Eccl fuisse audiunt, sequuntúrque libentius quàm Hebræos, & hebraizantes. Aptè verò columba in exemplum allata est, quia præter nitorem est simplex, innocẽs, timida, rapiens expolita, volatus pernicissimi, pérque diuturni.

Do mutire.] Per catachresim, iaceatis, fletis, &c. vel somno præ tristitia opprimamini, interim dum de vobis iacitur alea. Sed de dormitione mortis, quidam Patres accipiunt, quos antè recitauit.

Inter medios cleros.] בין שתימם *ben shephathaim*, Chaldæus vertit בין קרקתא *bein kerkatha*, Aquila.

[a] 2. de verbo Dei c. 13.
[b] Gen. 49. 14.
[c] 1 Pet. 5. 3. Cleri pro Ecclesijs particularibus.
Secundum sensum.
[d] 1. Thess. 4. 16.
[e] Hic & in cap. 22. Ezech.
[f] Idem dicit in c. 1. Ecclesiastæ, & Rupertus Cant.
[g] Lib. de Paradiso, 9. lib. de Tobia, & 20. & ep. 37. & ep. 82. & in Psal. 118. octon. 14.
[h] Natal. 1.
[i] In Psal. 118.
[k] Matt. 23. 13.
[l] Hom. 1. de Pœnit.
[m] Serm. 61. in Cant. inter medios cleros dormire, quod sit Bernardo.
[n] Idem serm. 61. in Cant.
[o] Homil. 19 in Ezech. & in c. 1. Cant.
Alius sensus.
[p] Ser. In Dom. 2. post Pentecosten.
[q] Iob 5. vers. 22. num. 1.
[r] Virg. Æneid.
[s] Ioan. 19. Matt. 27.
[t] De iure primogen. l. 17. gloss. 1. n. 52. & seq.
[u] Act. 12. 6.
[x] In cap. 44. Ezech.
[k] In cap. 37. Ezech. vers. 5. & in cap. 24. vers. 6.
[l] De Tobia c. 10.
[m] Num. 16. 47. & 17. 4.

Dixit Deus, vos reges, scilicet exteri, vt Ægypti, & aliarum nationum, si dormitis inter aulea, ecce Ecclesia Israelis, quæ similis est columbæ, cooperta nubibus gloriæ, diuidit prædam Ægyptiorum, argentum repurgatum, & areolas plenas obrizo purissimo. Hebræa vox *labia* significat, & quæ in ore nostro sunt, & quæ per translationem in alijs rebus extremitates vocantur, vel termini, seu limites, & confinia, vel pedes ollarum, seu tripodes, quæ etiam *labra*, & *labra* dicuntur, quibus ollæ imponuntur, immò & ollæ ipsæ, necnon vasa patula alia, in quæ infunditur aqua aut ad lauandum, aut ad aliud. Pagninus vertit *tripodes*. Vatablus, *ollæ*, siue *caldaria vasaque plena fuligine*. Felix, *chytropodes*. Caietanus, *confinia*. Hieronymus, *medios terminos*. Caietanus verò hypotheticam orationem vult esse. Si paruissent Deo Hebræi, in confinijs habitassent, id est, in præstitutis locis Terræ promissionis abundantes opibus, quas columba deargentatis pennis & aureo dorso designat. Alij, absolutè promitti felicitatem, quamuis videantur iacere in fordibus, in fuligine, in nigredine, quæ denotat res aduersas, (vt è contrario secundas, albedo,) licet etiam torreantur. Quod tum de Hebræis, tum potissimùm de Ecclesia, qui Christiane hebraizant, plurimi interpretantur, quos longum est numerare, & inter illos sunt etiam citati Pineda, & Pintus, atque præterea Genebrardus, sed omnium optimè, quoniam docet, *cleros*, siue *sortes* significare pericula, & parœmiali formula dici *iacere* quempiã, *iacere, cubare, versari inter medias sortes*, vt si diceres, in extrema alea, Gallice, *entre les hazards*, inter cruces, lebetes, tripodes, in rei cardine, vel articulo, in acie nouaculæ, inter malleum & incudem, inter sacrum & saxum, &c. id est, in summo discrimine, in rerum desperatione. Antonius Gueuara [a] obseruat, cùm Syri columbas albas, atque Palæstini venerati sint (sicut accipitrem, aut Ibin Ægyptij. vt ait Strabo [b], & Herodotus [c], vel Tibullo [d] teste,*

" *Quid referam, vt volitet crebras intacta per vrbes*
" *Alba Palæstino sancta columba* (aliàs viro) *Syro?*

(aliàs, *viro*, vel, *suo*, quasi Palæstinum *Syrum* dicere tam repugnet, quàm Gallum Celtam: Romanum Italum: quod tamẽ nó valde repugnat.) Necnon Diodoro [e] Siculo, qui causam reddit, addens, Babylonios, quòd Semiramidem fabularentur à colũbis in deserto educatam, & meminit quoq; talis cultus Eusebius [f], & Lucianus [g]. (dicens Reginam versam in columbam, vel cultam columbam propter castitatem [h], ipsúmque nomẽ Semiramis, dicitur significare auem & columbã & Iustinus Martyr [i], & Athenagoras [k]. Hoc inquã posito, ait videri hoc loco Dauidem velle dicere, vtentẽ futuro pro præterito: Quãdo inter medios hostium terminos patrei, imbecilli instar dormientium, languidi degeretis, tamen eratis Palæstinis timori, ac veluti religioni, non secus ac alba colũba, cuius vel plumas euellere, & pennas detrahere nefas erat. De terrore hostiũ populi Hebræi plura sunt testimonia [l]. Et *columna* nomine Babylonius Rex in Scripturis quandoque designatur [m]. Pintus [n] accipiens nominis Hebræi significationem pro labijs humanis elicit istam sententiam: Si cum de vobis homines detraxerint, quæuerites inter ea labia, non vosmetipsos defendentes. eritis columbis albis similes, eoque magis celebrabitur fama nominis vestri, quo deprehensor videbitur. Verumtamen licèt Hebræa dictio possit adeo multa significare, nec respiciendi sint penitus qui ex singulis extrahuntur sensus, si alioqui nihil repugnans contineant, ille maximi faciendus, & solus litteralis habẽdus, qui congruit cum significatione, quam Interpres elegit. Itaque nec ollæ, aut tripodes, nec labia oris nostri litteralem nobis parunt per se intentum sensum, præsertim etiam cùm Patribus penitus incognitus sit. Super nomine *cleros*, quod Græcum est, sed ab Interprete retentum, qui alicubi vertit *terminos*, & alibi *sortes*, extrui debet litteralis sensus. Ambrosius [a] recitans hunc locum, legit *sortes*, aliquando [b] *cleros*. Psalterium vetus S. Germani Pratensis, teste Genebrardo, *inter medium sortium*. Quare licet exponere hunc locum, retenta significatione *sortis*, ac *termini*; tum etiam, quoniam auctore Suida, κλῆρος, est quoque τόπος, κτῆμα, κληρονομία, μέρος γῆς, præter alias notiones, quæ non faciunt ad rem. His significationibus congruunt expositiones, quas annotatione præcedente approbaui, ex quibus vna est Genebrardi, quam hic fusiùs retuli, nec ab iis discrepat Gueuara, nisi quòd ad Ecclesiam potissimùm accommodari debent, quæ ille ad Hebræos, qui typus Ecclesiæ fuerunt.

Non arbitror vim fieri debere in forma duali nominis שִׁפְתַיִם *schephathaim*, ad probandum non debuisse verti *ollæ*, quoniam hæ non duæ, sed plures sunt [c]: nam *termini* quoque sunt plures, potestque aliquis esse in triuio, & in cõmunio multiplici. Alioqui cur nunquam Lxx. & noster Interpres dualem expressêrunt? Id non fecerunt, quia non alio numero repererũt dictam vocem, nec aliter vertere necesse fuit, quam numero indefinito.

Inter medios cleros.] Ἀνὰ μέσον τῶν κλήρων. Augustinus ait, expressiùs ex Græco transferri, *inter medium clerorum*, sed tantundem valere nostram lectionem, non tamen si diceremus, *inter cleros*, quoniam *intermedium* dici solet de iis rebus, quæ inter se debent habere consentium. Probat aliquot exemplis, & accommodat ad sensum illum suum superiùs allatum, de duobus Testamentis, vel hæreditatibus, &c. Non videtur adeo necessaria notatio, sicut nec de illo consensu. Idiotismus ex Lxx. cui satis Latinè responderet solum, *inter*, vel sic magis exprimitur periculũ, in cuius medio constituti sint, & medij positi. Ambros. [d] nonnunquam legit: *Si dormiatis inter cleros meos*. Legi postea in Gretsero nostro [e] apologiam pro isto præsertim loco, & aliis huius psalmi, aduersus Nouatorum nouas translationes.

Penna columbæ deargentatæ.] Ambrosianum psalterium addit, *ubi, πτερυγωμένας, circumargentatæ*, כַּכְנְפֵי יוֹנָה נֶחְפָּה בַכֶּסֶף *carpe ionah nechpah bhac. hesiph, ala columbæ tectæ in argento*; vbi idiotismo Hebræo singulare verbum iungitur numero plurali, quod fit, quando nomen plurale distributiuè sumitur, vt hic quælibet penna tecta: quemadmodum etiam in Genesi [f] בְּנוֹת צָעִירָה, *banoth tsaharah, Filiæ iuuentutis*, id est, vnaquæque filiarum discurrit.

Penna deargentatæ sunt albæ, vnde sic Poëta [g] de ansere:

" *Atque ibi auratis volitans argenteus anser*
" *Porticibus Gia ioi in lumine ancsse canebat.*

Sic Theodoretus apud Cassiodorum [h] equos *argenteo*

a in cap. 1. Habac. Syriæ Palæstinæ columbas albas venerantes.
b Lib. 17.
c In Euterpe.
d Lib. 1. eleg. 7.

e Lib. 3. c. 8. Semiramin à columbis educatam, versam in columbam, fabulæ.
f 8. De præparat. c. 5.
g Lib. de Syria Dea.
h In Ioue tragœdo.
i Apolog. 1.
k Oratione pro Christ.

l Exod. 15. Terror irruet. 21. Columbæ ne mirum habeamus, si nos Babylonius serpens quotidie lacerat, & spoliat. Isai. 60. 8. Quasi columbæ. 16. Ezech. 40.
m In Ezech. 40.
n Varia. Ipsius.

a Epist. ad lit. Rom. & de Febron. 3.
b De Tobia, c. 20. In Psal. 118. o. 100. 14.

Κλῆρος.

c Facit id Bellarm. 2. de verbo Dei, c. 13.

d In Psal. 118. octon. 14.
e Tom. 1. pro Bellarm. lib. 2. capit. 1.

Idiotismus Hebraeus.

f Cap. 49. 22.

g 8 Æneid.

h 4 Varia. Epist. 1.

genteo

genitos esse vertimus dextrè, si dixisset albo.

Dicolumbis differit accuratissime Iapygum mores Virgilius Aldouandus [1]. Non pauca nunc dicturus proposito nostro necessaria. Conflat tamen frequentissimum, & Deorum præcipuis quodammodo sacrum. Credibile potest apocryphi libri Esdræ libro [2], in quo ait, in Deum sibi ex omnibus volatilibus nominatis columbam vnâ, vt ex floribus vitem, ex floribus lilium, ex pecoribus oviem, ex popalis Hesperidum, ex cinnamis Seres, &c. In Deo tam multa, quæ Scripturæ tum Dei de columba, tum ad sacrificia [3], tum ad ingressum cœlestium lilium [4], tum ad testimonium tubæ personæ Spiritus sancti [5], de sanctitate Christianorum ad communem laudis modum [6], tum ad celebrandam sponsam Ecclesiam [7], & quod cum velum templi scissum est in Christi passione, eiusmodi Templum eo tempore vsu est, vt prodidit Ephrem [8], volat oculatim:

Rubri ver loquitur, colores vesque commutabilis [9].

Heitco Vites nuper optabat [10] sibi *alas vt columbæ*, eas & collo nonnunquam epistolas obtexit ad auxiliares amicos illigatas mittendas tradantur fo liferis, vt Horatius, & Beatus Iun obiadense Mutinensis & eadem alij [11], itaque de cruris delectu fecitarunt, vt scribunt Varro [12], Ælianus [13], Sabellicus [14], Martinus Polonus in Chronico S. Gregorius mundus liber Bardo [15]. Mascendo, gemendo *vociferari* videtur [16], & vocem ipsam quæ Hebraice est יגה *iaanah*, quamloquè vsurpant Hebræi pro *mœrore*. Gregarius est, ac ingemiscam si te immiscam, primum perinde ac si oderis, verberat, & e rectis horret pennis. Terræ non innatat, nisi ad pabulum. Lauat corpus & impingit hunc etiam pulvere. Fœminem omnem expellit. Connubia cruenta nunquam violat, quamvis fœcundissima. Diligit impense prolem, cum ea tum fœminam, & hi mutuo degunt amore. Videri potest ea de causa præcepta eius oblatio à muliere post partum [17], seu periculum amittendæ virginitatis: & alias ab aliis, vt Deo tanquam coniugi fœmoris ruga videretur, sed nonnisi ea tetigere, quæ nondum nata erat, foret libidinem, vt notat Berardus [18]. Admodum timet, ac imbecillitatem [19], Clementia & mansuetudine præstat humanis quæ delectatur hospitio. A simplicitate laudare Christus videtur [20], cum vitiaperet Oseas [21]: Sed Christus sine temperamento ex serpentina prudentia non laudat. Symbolum fœcunditatis habebatur ab Hebræis, apud quos qui diuites erant, cum alios gypsi filitas affligebant tectis, vt post Lesbyum narrat Plenius [22].

Porro Theodoretus [23] mysticam reddens causam, quare iussus sit Abraham [24] sacrificare vaccam, caprum, arietem, turturem, columbam, ait ista omnia per hæc designari quæ simulatæ ipsius obuenturæ erant, per tria prima animalia, tres generationes in mediatum per turturem, egressum populi & peregrinationem in deserto, quo turtur delectatur: et columbam, generationem illam, quæ terram promissionis accepturam turturem cum sit, insuetum hoc animal, & domesticum. Et his, & similibus peritus; potest, quare columba in exemplum adducta sit melioris fortunæ, & ea quidem, quæ alibi coloris est, quoniam, vt prædixi, denotat colorem in resurrectione, vt idcirco vterque de colore caeloo Roman [25] notatum, & quæ dicuntur ad Acta Apostolorum.

Et post humeros dorsi eius.] Hieronymus non hic, sed alibi [a] vertit, *posteriora* & *humeros* & rursus [b], *posteriora*, siue *interiora dorsi eius*. Augustinus, *inter scapulas*. Heb. אברותיה *ebrotheiah*, *germana eius*, Græce τὰ ὀπίσω, quasi ὀπίσσεια, & est pars tota corporis posterior a collo vsque ad cinctum, quæ obtinet præcordia a tergo, quasi dicas, *quæ præcordia*: & recte dicitur dorsum, aut scapulæ

Si pallore auri.] Hieronymus, *in ruore*, & alibi [c], *In vallore*, vel, *varore*. Augustinus, *in viriditate*, recentiores Hebræus. Vaticanum Psalterium, *in gratia*: atque etiam Ambrosius [d]. Alij, *vt aurum palatum*. Nomen Hebræum יקרקה *iecrakah*, *ex ærem* significat, aut flauum colorem, siue croceum, χλωρόν, proprie ex ære, vel etiam pallor. Videtur color non omnino purus, sed ad flauum declinans, qui vulgo dicitur *cæsareus*. Notam Diogenis apud Pachegium, *Pallere aurum*, *quia nobis multa imperarent*. Et quidem quod rarius, fulget, fulgetque, nobilius aurum. Sed color in columbæ collo magis refert viridis ac pallidi coloremauri. Statius [e] pennarum aureo nitore denotare simpliciter, nos dicendo quique simplicem communicari Spiritus sancti munera, aurum dicit, perfectionibus alterius conuenire. Hoc alij dicunt hoc loco interpretes, & alibi [f] Hieronymus. De colli autem coloribus, verme fiat, ait [g] *varios nitescit*, & apparentes, Physicis Opus... que de purâdum: Satis constat, quòd columbarum nonnulli agilata splendent colla, vel varie tinctis pericula, quod & Nero Cæsar cecinit:

Cœli Libyssæ (alias Cytheriacæ) *splendent agitata columbæ.*

& is quem Apuleius [h] vocat floccalum, comma nunc apparet nigredine, cœruleum, nunc alius colorious.

Nunquam alias fit reciusa sub rubra pruina,
Iris aquam quidam sparsa ut crudescat,
Inverso cum ex adverso se cernit imagine.

Seneca [i], falli coloris speciem & penitere, & fumeæ scribit. Cicero [k] plantes ait videri colores, nec esse plantes vno, vt tenuis in aqua intextus videtur, qui reuera non sit. Hæc Aristoteles, tefte Marciano [l], permotus varietatis incertitudine, amplius attuere *de coloribus* corpit. Eadem de Iride ratio, ac minor multo propter flexibilitatem tenuitas.

Mixta... cum est, trahens cornua se sole colores.

Thaumantis filiam fabulantur quia nihil ea mirabilius, nihil obseruatu dignius. De columba non deest qui exitimet diuersis præditam coloribus, ac diuersas habere superficies ex diuersorum pennularum portionibus radiantes [m]. Difficile id est, ac experientiæ parum congruens. Sed his immorari nó vacat, vt ne e mythicos persequi fenitas. Notat Augustinus, alarum, & pennarum vocabulis, & volucrum vtriusque, quodam alio psalmo [n] indicari resurrectionem, & reditum in cœlum. Sic verò & Zoroastrem, Magosque Persarum diuisse, Aumam duas habentem alas, e cœloque tacentem, vnam amittisse, conandum si reuolare velit, vt alam recuperet.

Vers. 15.] Dum discernit cœlestis reges super eam, nive dealbabuntur in Selmon.

DEus habitator cœli, atque omnipotens Deus & Christus profus potuisset Ecclesia,

discernens

a Exc. Omnibonus

Genesis quæ Latinè dicitur vertere posset dicere.

b 4. Reg.

c Leu. 7. cap. 13. 8. Luc. 2. 24.

d Gen. 8. 21. &c. seq.

e Matth. 1. 10. Ioannis 3. 1. Matth. 10. 10. 2. Cor. 11. 2. & 5. & 6. 2. Sect. 3. pal.

f 5 Aeneid. g Psal. 7. Collaterem: de manu alius, qui stellarum gaza ad excolendum amicum mittit.

h Pom. lib. 10. c. 17.

i 3. De re rustica.

k Lib. 2. 9. l Ennead 9. lib. 2.

m De rebus Moscouit.

n Lib. 3. 14. c. 7. 11. Nauarr. 1. c.

o Leuitic. 8. Luc. 2. 22. & mulieres post partum certum tempus præscriptum purificabant. p Sect. 19. in Cant.

q Ezech. 7. 16.

r Matt. 10. 16. 2 Cap. 6. 7. 11.

Symbolum simplicitatis columba, alumbat.

s 22. Hieronymus in Osee 4. & in Osee. t Aquil. u Matth. 3. cap. de columba, quæ super eum, qui baptizatus est, descendit, & manens super eum.

x Singulis.

y Cap. 1. 10.

a Ezech. 1. 10.

b Genes. 15. 9.

c Psal. 118.

d In cap. 4. Zachar.

e In cap. 22. Luc. 1.

Metaphora.

f In pf 118. Origen. 14.

g Citatis locis

χλωρόν.

Pallere aurum quare nobis hæc omnia imperarent. Ironicè apophthegma.

Mystica explicatio.

h Ep. 150. q. 1

i 3. de Asino aureo.

k Lucret. libro 2.

l Natural. Institut. cap. 6. m Cic. Acad. 4.

n De nupt. Philolog.

o Virg. 4. Aeneid.

p Aldouran. mentum 15. Ornithol. c. 18.

q Psalm. 67.

r Stafus lari.

discernens ac dissipans potentes in terris, tum Dæmones, tũ impios homines aduersarios. ipsa Ecclesia quodammodo niuescet, ac lætabitur mirifice felix quo solet pacto Selmõ, per se alioqui cauernosus, & vmbrosus mons, niue splendescere. Theodoretus & Euthymius explicant de missione Spiritus S. in Pentecoste, quando Apostoli, qui reges sunt, & principes constituti super Ecclesiam [a] in Selmon, id est, in Ierusalem, linguarum differentiam gratiam acceperunt, & iis deceps orbis regna dimissa sunt, & ceu nix, tum sanctitate, tum nominis celebritate euluserunt. Accedit Hieronymus, & Augustinus: sed ille, iuxta etymologiam *Selmon* pro vmbra, notat imperfectionem scientiæ in hac vita, hic gratiam Spiritus sancti obumbrantis, vel etiam Christi, quia cùm vmbra constet lumine, & corpore, illud, quod *in principio erat Verbum*, atque lumen verum, vt vmbraculum meridianum haberet nobis, *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis* [b]. Hilarius extendit ad omnes, qui prius dicebantur *pulli*, & ab Apostolis conuersi sunt: futuros reges super Ecclesiam, quæ per eos pulchra fit, & dealbandos niue felicitatis *in Selmon*, id est, in pace; hic enim eam vocem exponit. Arnobius ait præcedente versu notatum, quòd mali doctores, vt Scribæ ac Pharisæi, habebant solam speciem doctrinæ, & pietatis, ceu *pennas deargentatas*, & *pallorem auri*; hic autem dandos veros doctores, quorum opera cæteri vero colore albo imbuantur.

Omnes boni sensus, sed primus magis ad literam, quem Eugubinus tradit, & Genebrardus; licet semper sub typo Hebrææ prosperitatis, de qua Vatablus, & similes hebraizãtes duntaxat interpretantur. Et sanct Paraphrastes Chaldæa Caietanus accipit de quinque regibus, quos Iosue deiecit, & de *lapidibus grandibus*, quos immisit [c] Deus. Rabbini aliqui de tempore Antichristi & aliis aliis variis modis, quos refert Author Thesauri Hebraici verbo פָּרַשׂ *paras.h.* Aliũ adhuc lege paulo post ad ea verba *niue dealbabuntur*.

Dum discernit.] בְּפָרֵשׂ *bepharesh*, Ἐν τῷ διαστέλλειν. Hebræum verbum ab aliis qui de Hebræo vertunt, exponitur, *extendere, dissipare, disiungere, frangere, conterere, peruertere, mutare*; (quod vltimum est Hieronymi,) & in deteriorem sumunt partem contra reges, qui aduersabantur Synagogæ, & qui postea Ecclesiæ, quasi vel sternerentur, vel velut in triumpho ducerentur. Secuti sumus hanc acceptionem in allato primo sensu, licet eum non adeo multi sequantur, sicut secundum. Significat Græca vox *διασκεδάζω*, non tantum *mutuo, amicos inter nunc nuncio*, & *fines terminos ac pristinos desero, limito*, &c. item *decerno, destino*, quæ notiones iuuant secũdum sensum, verùm etiam *diduco, aperio, dimitto, separo, discerno, ad sternuo*. quæ primum illustrant. Lege Commentarium Græcæ linguæ Budæi. In Psalmo 49. [d] *discernens* verbum דִּין *din*, & διαχέω, significat *mutare, abdicare, cœlum aperiens, & terram extendens, & populum fundens*. immo, vt exponit Chrysostomus [e], *dimittere & punire*. & in Psalmo 42. vbi legimus [f]: *Iudica me Deus, & discerne causam meam*. Græcè est, Κρῖνόν με ὁ Θεὸς, καὶ διάκρινον τὴν δίκην μου. Hebraice רִיבִי *ribi*. Cognationem habet cum פָּרַשׂ *paras*, aliud verbum פָּרַץ *parats*, a quo locus, vbi victoriam retulit Dauid de Philistæis, denominatus est בַּעַל פְּרָצִים *Baalpharasim*, quia *irruit Dominus* inquit Dauid, *inimicos meos coram me, sicut diffluunt aquæ* [g]. *Propterea vocauit locum illum Baalpharasim*. Chaldæus: *Fregit Dominus in eorum inimicos meos ante me, sicut frangitur vas testæ, quod repletum est aquis: propterea vocauit locum illum plateam ruptuarum*.

Cœlestes.] Græcè, ἐπουρανίους, Hebr. שַׁדַּי *shadai*. Augustinus, *Supercœlestes*. Hieronymus, *Potentissimus*. Alij *Omnipotens*, vel a שָׁדַד *shadad*, est *vastator*, vel a שׁ *shin*, & דַּי *dai*, *sufficientia, cui sufficit, seu sufficiens*. Nomẽ שַׁדַּי *shadai*, valde conuenit propositæ de regibus ac tyrannis crudelibus dissipatis, fractisque. In Psalmo 90. [h] vocant Lxx. ὑπὸ τὴν σκέπην, quem pariter Hebræus textus nominat שַׁדַּי *shadai*, *In protectione Dei cœli commorabitur*. Vbi Aquila, teste Hieronymo [i], reddit ἀρκοῦντος, quod nos, inquit Hieronymus, *robustum, & sufficientem ad omnia perferenda* accipere possumus. Remotissimus ab inferioribus his eget minime, atque fortior, sicut & superior, habetur maxime à Gentilibus, qui alia in terris ac inferis agnoscebant Numina. & ex *Dus fabricium* putabant nonnulli Hebræorum, esse Deum ipsorum [k], & *ex Dus montium* [l]. Hinc fit, vt *cælum* aliquando pro Deo ipso ponatur absolutè [m]: licèt Latinus Interpres *Dei* interdum nomen addat, vt in libro Machabæorum [n]: *Non est differentia in conspectu Dei cœli liberare in multis, & in paucis, in auxilio cœli*. Sæpe vocatur *Deus cœli*, quando sermo est de Gentilibus, quòd talem magis timebant: & inter causas, cur iubeat Christus vt orantes dicamus, *Pater noster qui es in cœlis* [o], hæc esse potest, vt cogitemus & verum Deum, & maxime potentem.

Super eam.] עָלֶיהָ *bah. In ea*, ἐπ' αὐτῆς. Præpositio *super*, indicat sensum secundum ac tertium, quasi super Ecclesiam constituãtur reges, hoc est, rectores. Verùm dici potest, *super*, idem esse quod (iuxta vel cõtra) id est, *Dum discernit Deus*, hoc est, dissipat, perdit, &c. *reges super eam*, nimirum Ecclesiam (quæ *species domus* antè vocata, & aliis nominibus,) qui iuxta ipsam erunt, & super eam, atque cõtra irruent. Nonnumquam verùm quoque particula, *super*, Interpres, pro, *in*, verbi gratia, *Anima autem mea exaltabit in Domino, & delectabitur super salutari suo* [p].

Nive dealbabuntur.] תִּשְׁלַג *thashleg*. Hieronymus: *Nive dealbata est*. Alij: *Nimgere faciebat*, vel *Niuescebat*, seu *candescebat niues instar*. Verbum est futuri temporis, ellegue potest & secundæ personæ masculinæ, & tertiæ fœminæ. Recta constructio requirit secundum, ob proximè præcedens פָּהּ *bah*, vt nempe squalida prius Ecclesia dealbata sit. Quamquam per Apostrophen dirigi Selmo posset aut ad Israel, vt voluit Vatablus, & sub typo eius ad Ecclesiam, quasi dicat: Tunc ô Israel, vel potiùs Synagoga, & ô Ecclesia, dealbata es, siue dealbaberis: aut ad Deum; Tunc ô Deus reddes candidos fideles tuos.

Quid ℏ addatur & hic sensus: Tunc reges Deus & reges hostes Ecclesiæ nitgentur, grandinabuntur, lapidibus grandibus opprimentur, & opprimentur, sicut annis lustris [k], de quibus & Caietanus putat hic agi. Cum Apollinaris replam Brennus vastaret, a Pythia responsum fertur, ἐπὶ τοὺς τοῦτο κελεύσαντας πέμπειν. Alibi cum Gallis, atque eorum regibus; vel, vt vertit Cicero [l]: *Eos prouocato cum iam & adhæsuros*: mox albo Gallis oblata spectra esse cum armata, & cruẽ furentia exercitum nostrum: adebruisse perniciem. Chris-

a 2. Reg. 5. 22.

b Ioan. 1. 14.

c Iosue. 10.

d Psal. 49.

e In Psal. 49. 1 vellet.

f Psal. 42. 1.

g 2. Reg. 5. 20. 1. Paral. 14. 11.

h Psal. 90. 1.

i Epist. 129. ad Dardan.

k 1. Reg. 4. 8. 2. Reg. 10. 2.

l Cæsar pro Deo sæpe. 1. Lucan. 13. 2. Machab. 5. 18.

Contra eos qui volunt Pater noster qui es in cœlis in Matth. 6. 9

Psal. 34. 9.

k Iosue. 11.

Pythia erat mulier quæ Delphis in templo Apollinis vaticinabatur. 1. de Diuina.

re videtur, quòd ex collatione cum Selmon niuoso monte, immò & cum aliis, quidam paulo pòst longè nobilior celebratur mons, & multo felicior. Alioqui quadrat sanè sensus hic cum expositione prioris membri, *Dum discernit cœlestis rex*, id est, dum dissipat ac perdit hostes. Responderi posset, ex occasione Selmon, digressum esse Dauid ad laudes Ecclesiæ sub epitheto, & appellatione *montis*. Sola minùs placet hæc expositio nouitate; cùm tamen nullam vel editioni nostræ vim, nullum ipsi veritati videatur incommodum, aliorúmque interpretationibus afferre. Legi postea Hieronymi Osorij Paraphrasim, qua hic mihi sensus attingi videtur. Cùm reges, inquit, iudicio diuino propter scelus in cœlestem Rempublicam conceptum discordes extiterint, tu Domine manissimis eos cogitationibus instos densis niuibus obrues, vt conglaciati frigoribus euertantur.

In Selmon.] Cum sit nomen hoc Hebræum retentum, non dubito montis Ephraim propriũ esse sic appellati, iuxta traiectum Iordanis, qui mons ferè perpetuis candebat niuibus: sed per se, ac sine illis cauernosus erat, horridus, caliginosus, vmbrosus, quasi צַלְמוֹן *tsalmon*, ab vmbra cognominatus. Ex eo móre Abimelech, omnísque populus eum imitatus, præciderunt ramos arborum ad incendendos aduersarios [a]. Tunc verò suppleri debet comparationis particula, *sicut*, Id est, sicut in Selmon est nix: vel prouerbialiter *dealbari in Selmon* est, recreari, feliciter agere, &c. aut è contrario, affligi, deleri, &c.

Rabbini sumunt appellatiuè, vt sensus sit, Dei domum, & hæreditatem, & synagogam dealbandam, recreandam, beneficijs affluendam (quam Lxx. multitudinis numero significare voluerũt) *In Selmã*, id est, cùm versaretur prius in vmbra, & in obscuro, ac infelici rerum statu, quasi צַל מָוֶת *tsal maueth*, *vmbra mortis*, vt vertit quoque, quamuis aliis verbis, Chaldæus. Fauent Glossa Interlinearis, Lyranus, Burgensis, Hugo Cardinalis, Carthusianus, Titelmanus, Varlenius, & alij, quos priùs dixi. Hieronymus & Augustinus etymologiam eandem secuti sunt, licet sensu diuerso. Ambrosius [b] accedit aliquo modo ad Hieronymum explicans, *nunc dealbari in Selmon*, id est, inumbratione, quam dicit esse præsentem vitam. Alia notatio Hilarij, de qua quoque ante meminimus, pro pace, non est ex צַלְמוֹן *tsalmon*, sed שַׁלְמָה *shalmon*. Qui Arnobius dicitur, sed reuera non est, ait, *Selmon*, locum esse, in quo purificabantur proselyti, vel ij, qui fatebantur grauioribus se pollutionibus inquinatos: velle autem prophetam, *vt niues in eo*, omnem locum, in quo ij qui nigrificarunt se peccatorum sordibus, dealbentur. Hoc de Selmon qui asserat, præter illum Auctorem, non legi, nec credo.

[a] Iud. 9. 48. 49.

Dealbari in Selmon, vt fumatur.

[b] In ps. 61.

Selmi qui locus.

Vers. 16.] Mons Dei, mons pinguis, mons coagulatus, mons pinguis.

MOns niuosus Selmon, ex quo tracta comparatio est, præbuit occasionem transeundi ad alium feraciorem mótem Basan (hic enim *pinguem* sonat) ita vt, ob rerum affluentiam, populus Hebræus dici possit sic Dei beneficijs opimari quodammodo, vt est mons ille ferax ac frugifer. Pinguior Ecclesia repleta *adipe & pinguedine* A *ne* [a] *donorum diuinorum*: siue ingrediatur, siue egrediatur, *pascua* reperiens *uberrima* [b]: delectata *in crassitudine* [c]: à fructu *frumenti, vini, & olei* (Sacramentorum) *multiplicata* [d]: saginata corpore, & sanguine Christi, meritísque ipsius: ad terram viuentium, *lacte ac melle manantem* [e], imitata: munita simul, & circumuallata præsidijs, ideoque inexpugnabilis: quæ potè *supra montem posita* [f], immò mons altissimus, & fundamenta habens in montibus [g]: attollens se altissimè per contemplationem, & remouens ab inferioribus omnibus. Nota hæc ferè Patrum Græcorum maximè communis de Ecclesia vel Doctoribus eius interpretatio: qua de re Interpretes Esaiæ [h], præsertim Chrysostomus, & Cyrillus, nósque ibi aliquando, & Origenes [i].

[a] Psal. 62. 6.
[b] Ioan. 10. 9.
[c] Esa. 55. 2.
[d] ps. 4. 8.
[e] Exod. 3. 8. 17. cap. 13. 5. & alibi.
[f] Matt. 5. 14.
[g] ps. 86. 1.
[h] cap. 2.
[i] 5. cont. Celsũ.

B Sed quidam ex Latinis, vt Hilarius, accipere *montem* videtur pro beatitudine cœlesti, & nonnulli pro Christo ipso, quibus cè idem fauet Doctor, & Arnobius, & apertè Hieronymus, & Augustinus iuxta Esaiæ [k] vaticinium de monte Domini *præparato in vertice montium, elevato super colles*, ad quem fluant omnes gentes. Eadem Aponij [l] de hoc loco sententia, & Bernardi [m]. Est mons Dei, inquit Aponius, quia *plenitudo diuinitatis habitat in eo* [n]: vber parùulis animabus Apostolica vbera porrigendo: creatus, firmioribus solidum cibum præbendo carnis suæ.

[k] cap. 2. 2.
[l] lib. 3. in Cantica.
[m] Ser. in id: Qui habitat, &c.
[n] Coloss. 2. 9.

Contra Augustinus *incasseatum* dicit propter paruulos, quib. lac gratiæ delectabilis de visceribus maternis datur: *vberem* ad roborandum, ac ditandum donorum excellentia. Bernardus, C *Montem* sublimitate, *coagulatum* multorum congerie, *pinguem* caritate.

Mons Dei.] Putat Augustinus melius esse, si legamus *montem*, & referamus ad Selmon, de quo priore extremo versu, & id ferè Græcum textũ, in quo est ὄρος & neutrius generis. Sic quoque legitur in Psalterio Vaticano, & Ambrosiano. Acquiescendum in editione vulgata: nec sanè ita bene dicitur quis *dealbari niue in montem*, &, vt prædixi, sensus est cum comparatione ad Selmon, & cum transitu ad alium ab eo diuersum montem.

Mons pinguis.] הַרְבָּשָׁן *harbashan*. Dixi quosdam legere in Accusatiuo *montem pinguem*, vel, *vberem* & nonnullis videri proprium nomen. Nullum video incommodum in secundo, quia & aliàs D lego positã pro nomine proprio nominis ipsius etymologiam à Septuaginta, vt. *Factus est in pace locus eius* [o]: Εν εἰρήνῃ. Hebr. בְּשָׁלֵם *b'shalem, in Salem*, pro qua Chaldæus habet, *in Ierusalem*: erat enim vnum de nominibus eius. Igitur eodem nunc modo Septuaginta dixerunt ὄρος πίον, habentes rationem significationis, & scopi, quem vates intendebat. Non inuerisimile, affusionem cõtineri ad regionem omnem Basan, cum monte cognomine, vbi Og regnabat: sicque innui, Ecclesiam Dei, occupaturam Gentes, quæ cæle gladio Spiritus, quod est verbum Dei [p], & mortificatæ deinceps in anima, repleantur cœlesti adipe, & pinguedine, vt erat omnis regionis Basan vberrimum solum, pascuis in primis lætum, & constabat sexaginta vrbibus, quas alti muri, portæ, vectes muniebant, cùm eam populus Hebræus vastauit [q]. Typus Ecclesiæ, Sion, qui mons nihil habebat fertilitatis; at ob gratiam inde diffluentem ad omnes, quia Deus eum incolebat, comparari potuit cum Basan, immò, vt est versu sequenti, cunctis lõgo interuallo præponi.

[o] ps. 75. 3.
[p] Eph. 6. 17.
[q] Deut. 3. 3. 4. 5. Sion, mons parũ fertilis, vt Basan, ipse typus.

Cohibit

Coaluit primùm Ecclesia ex abiectis hominibus.& infœcundis,sine facundia,potentia,splendore generis,&c. Verumtamen nec Basan, nec omnia Mundi regna comparari vllo modo cum ipsa possunt,propter ipsius auctorem, & præsidem Deum,& Christũ. *De Sion enim exibit Lex* [a], *illic mandauit Dominus benedictionem, & vitam vsque in seculum* [b], dum diuina ibi mysteria celebrata sunt,missus Spiritus sanctus [c], Discipulorum habiti conuentus sacri.

a Esa.2.3.

b psal.132. & Act. 2.2. & seq.

Mons coagulatus.] הַר גַּבְנֻנִּים *gabnunnim*, τυτυρωμένον. Hieronymus,& Felix, *Mons excelsus*: qua ratione item Chaldæus: *Mons qui habuit in excelsis.* Paginus accedit,dum exponit, *Mons gibborum.* Eodem ferè modò,alij hebraizantes, *Mons excelsorum*,vel *celsitudinum*,*Mons in vnga assurgens*,& *gibbosus.*At ex Patribus,qui sequi solent editionem Græcam, paulò aliter aliqui vertunt. Hilarius, *Mons consistentiæ.*Et id quod est paulò post, *Montes coagulatos*,reddit,*Caseatos* : dicitque quòd græcitatis sermo vtrumque complectitur,hoc est,& coaguli & casei speciem. Ita præterea legit Augustinus, *Mons incaseatus*, &, *Montes incaseatos.* Aponius [d], *Mons creatus.*Omnis homonymia ex Hebræo nascitur. nam גַּב *gab*, *excelsum*, *altum*, *eminens*,significat,vt dorsum in animali, supercilium in oculo,item gibbum, ac dorsum ipsum, & גִּבְעוֹן *gibbon gibbosus* est : Latina, vt videtur,voce de Hebraica mutuata. Ex eadem radice deducunt aliqui גִּבְעָה *gibmah*, aut גִּבְנָה *gebinnah*, *caseus*,ab eminentia,nec non גַּבְנוּן *gabnun*, eiusdem significationis: quod alij tamen malunt *excelsum* significare. Septuaginta, Casei sunt notionem amplexi;siquidem τυρὸς *caseus*,&inde τυρόω *coagulo*,in caseum cogo,hic in caseum densò. In libro Iob [e], *Caseus* Latine est, vbi Græce τυρὸς. Et, *coagulasti* : vbi Græce ἐτύρωσας. Hebraicè autem pro *caseo* גְּבִנָּה *gebinnah*. In Psalmo 118. S. [f] *Coagulatum est sicut lac cor eorum*, ἐτυρώθη. *Mons* itaque *coagulatus*,& *caseatus est* qui caseis abundat. Volait forsitan Hilarius,eundem putans esse Montem Selmon,& hunc, interpretans *pacem*, vt vidimus, *coagulatum* dici,vt ipse legit,quia propter copiam pascuorum abundat pecore,& armento, quæ pacis tempore affatim pascuntur,& offerri Deo sacrificij nomine possunt.Aponius cur *creatum* dixerit,nescio,nisi mendum dicas;pro *creatus*, id est, concretus. Eugubinus immeritò reprehendit Lxx. & consequenter Editionem vulgatam,credens potiùs Rabbinis,denotari montem gibbosum,& præaltum, & quidem nomine Gabaon,sed ineptè. *Gabaon* enim est Hebraice גִּבְעוֹן *gibbon*.

d Lib. 3. in Cant.

Gibbosi vox Latina ex Hebraica mutuata.

e Cap.10.10. Τοροὺς. Τυρὸν. f Vers.70.

Mons pinguis.] Et hic repetitur בָּשָׁן *basan*,de quo prius.

Vers. 17.] Et quid suspicamini montes coagulatos?

Mons, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo: etenim Dominus habitabit in finem.

NON est quòd tãti quisquam faciat aliorum quorumlibet vbertatem montium: præstat is longissimo interuallo hac in re,quem sibi Dominus delegit velut fixam sedem. Obuia facilisque & ab omnibus approbata sententia, nec esse quòd vllus ex hostibus insultet populo Dei, scriptum dilaudet, sibi placeat, se præferat, non Iudeorum synagoga, non secta Hæreticorum, non superstitio Paganorum. Coaluit, & coagulata est religio Christiana quodammodo per Ideam:pinguis electa per bona opera, & alios modis,quos antè dixi.

A

Quòd si de Christo *mons* ille sumatur, nullus debet illius iustitiam cum aliorum Iustorum comparare iustitia. Sunus enim omnes *Iustitia Dei in ipso* [a], *& illuminat ipse*, & quidem *mirabiliter*, *à montibus æternis* [b], dando sanctis vitam æternam, atque per eos sanctarum Scripturarum auctoritatem constituens : & homines sancti *lumen* sunt [c], sed vna *lux vera omnem hominem illuminans* [d]: montes multi, sed vnus in vertice montium [e]. In alios habitat Deus, sed in iis per ipsum, *in ipso corporaliter plenitudo diuinitatis* [f].

B

a 2.Cor.5.21. & 1.Ioan.1.10. b ps.75.5.

c Matth.5.14. d Ioan.1.9.

e Esa.2.2.

f Coloss.2.9.

Nemo itaque suspicetur alios montes, tanquam Christo superiores. Nemo cum Ioanne Baptista,Elia,Ieremia,vllove Prophetarum conferat [g]: multo minus audeat blasphemare, [In principe Dæmoniorum eiicere Dæmonia [h]; nemo erret erroreve spargat contra Christi Incarnationem,veramque Humanitatem, & Diuinitatem, in hypostasi Verbi. Hæc, iisque similia colligantur ex citatis Patribus:vltimum,præsertim ex Hilario. At Genebrardus putat esse correctionem rhetoricam, quasi dicat, *Dixi montem coagulatum*:cur aliquis tam crassa minerua intelligit me? *Montem* loquor Deo carum, & spiritualia cogito, enuntióque non carnalia: scilicet vel de Ecclesia, vel de Christo. Hac ratione sensus hic recipi potest, vt nempe ad Patrum expositiones accommodatur. Hoc semper obseruandum, vt iuxta vnanimem Patrum consensum sensum Scripturis demus.

C

g Matth.11.14.

h Matth.12.

Vt quid suspicamini.] ἱνατί ὑπολαμβάνετε. Symmachus (ἱνατί ἀλαζονεύεσθε, *vt quid affectatis?* Aquila : ἵνα τί ἐρίζετε, *ad quid contenditis?* Chaldæus:*Dixit Deus, Quare falsitatis montes excelsi*,&c. Hebraicè, לָמָּה תְרַצְּדוּן *lammah therazedun.* Hieronymus : *Quare contenditis montes excelsi aduersus montem, quem dixit Deus vt habitaret in eo*, &c. Hilarius,*Vt quid suspicor* (alias *suspicamini*) *montes caseatos*,&c.Calliodorus : *Vt quid suspexistis nos montes vberes?* quasi per Prosopopœiam loquantur alij montes, refutantes sui comparationem cum illo alio,quo sint infinitis partib. minores. Psalterium Vaticanum : *Vt quid suscepisti montem vberem*(nempe alium præter illum excellentẽ, &c.) Psalterium Ambrosianum : *Vt quid susp c tus montem vberem.*Cur alium miramini? Eodem legisse Arnobius videtur modo, sed *montes* in plurali, dicítque argui qui pluralem faciunt Deitatem. Hebræum verbum,Campensis(quem Calvinus, reprehendens editionem nostram, sequitur,) & Vatablus vertunt *inuidetis.* Alij ex Rabbinis, & Hebraizantibus cum Chaldæo, *exultatis*, seu *saltatis*,id est,insultatis præ desiderio perdendi montem,quem amat Deus? aut humiliatis, sive humiliare conamini, aut intentis oculis inspicitis expectatisque? Pagninus,*despicatis.*Versio nostra optima,& Græco sumpta,cùm Lxx. Hebræũ verbum quod hic semel tantùm reperitur, per ὑπολαμβάνειν reddiderint, quod inter alia *suspicari* significat. Eôdem notio eiusdem pertinet, vt sit *existimare*:Item *alterius sermonem velut excipere*, & *ei respondere*:quasi vno verbo Latini boni Auctores dicunt,vel *excipere*, vel etiam *suscipere.*

D

E

Y' πλαμβάνετε.

Excipere, sic accipere, quid sit.

[1] *Suscipit Aeneias, atque ordine jugula pandit.*

Et

Et quoniam qui suspicatur, ad non satis facit, vel simuli hoc ipsum mutatur, ac suspicit, propterea aliæ Latinæ vel Patrum, vel Psalteriorum Interpretationes exstitere potuerunt præter nostras per verba *suspicandi, & suscipiendi*. Non abhorrent à nostra versione aliæ Græcæ, nec Chaldæa, nec Hieronymi. Contentiosus enim est omnis suspicax. Apud Lucam legimus [a]: *Suspiciens autem Iesus*; sicut Balaam dicitur locutus *assumptus parabolæ* [b].

a c. 10. 30.

b Num. 23. 7. 18. cap. 24. 3. 20. 25.

Montes coagulatos.] Casum rectum fecit Hieronymus, & Chaldæa paraphrasis, & alij. Sed sine iactura sententiæ, & vertit Hieronymus, *Evecti*. Aquila, ἐξεγηγερμένα, *Superexcelsi*.

Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo.] Hebr. הַר חָפַר *habar chamad*, sapple אשר *asher*, *Mons quem desiderauit*. Hieronymus: *Quare contenditis montes excelsi aduersus montem, quem elegit Deus, vt habitaret in eo?* τὸ ὄρος, nempe τὸ ἅγιον *sanctum*: Aquila, *montes cornuti montem, in quo placuit* ὁ Θεὸς *Deus* τοῦ κατοικεῖν *habitare* (alias *inesse*). Hebræum חמד *chamad*, bene expressit Aquila. Hieronymus forte abstinuit ab imperfectione, quam importare videtur desiderium velut rei absentis, & quæ desideranti sit iucunda, vel similis, &c. Verbum autem חמד, quo LXX sunt vsi, denotat diuinæ voluntatis beneplacitum, atque amorem, & dilectionem puram. Illa verò *In eo*, & *in eo*] non sunt Scripturarum propria, vt hoc loco putauit Cassiodorus, sed Hebræis Græcisque satis vsitata.

Habitare fecit. Græcismus.

Etenim.] גם *gam*, *Etiam, certe*. lege verbum nomen.

Habitabit.] vel *sedebit*, ex vi verbi שכן *sachan*. Aquila, vel *erit, vt in tabernaculo*, ἔσται ὡσεὶ ἐν σκηνῇ.

In finem.] *Semper*, vt vertit Hieronymus. In Sion, die, & donec noua succedat lex, vel melior res per eam adumbratæ quæ est Ecclesia, quo postea lex scripta dici solet *æterna*: vel in hac Ecclesia iuxta promissionem Christi: vel in Christo ipso, prout ante dictum est, & *super* quem Ioannes vidit *Spiritum sanctum manentem* [d], & in corpore quod accepit de Sancta Maria Christus, manet semper, qui cum eo est exaltatus in cœlum, ait Hieronymus. Possunt & hæc transferri ad Ecclesiam quæ pinguis est, & in qua semper Christus habitat.

Lex scripta post modo locutur æterna.

c Matth. 28. 20. d Ioan. 1. 33.

Vers. 18.] Currus Dei decem millibus multiplex: millia lætantium: Dominus in eis, in Sina, in Sancto.

ESt *mons, in quo beneplacitum est Deo habitare in eum*, semperque, ac in eo fœdere, siue Christi Humanitas, siue Ecclesia, siue etiam cœlum empyreum beatitudinis locus innumerabili vallatus Angelorum multitudine collætarium cum ipsis: sicut olim in Sancto Sion comites adhibuit Deus, dum legem daret, & postea eosdem in Sancto templo sui tabernaculi ac templi. Itaque multis præsidijs Deus Christusque instruit Ecclesiam suam.

Sic verò Angeli *currus Dei* dicentur, cùm & dicatur Deus *sedere super Cherubim* [e] quatuor personarum, vt loquitur Hieronymus, leonis, hominis, vituli seu bouis, aquilæ: siue quoddam

e Ezech. 1. 10. & 10. 14.

A de his quatuor in eodem Cherubi fuerit, facies hominis, ad leonis aquilæque imbæ leonis species vitulinæ distinctæ animalium integrorum forma: qua de re Prudas noster in Ezechielem, vbi pluribus tenet. Hilarius de Angelis exponit, & contra Iudæos legem eorum datam eumdem verò illorum, & nostrum Deum. Cyrillus Alexandrinus [a] Angelos hic notatos affirmat, cum quibus & deiecensuras sit Christus in iudicium, tanquam in curru. Confirmat id alibi [b] Hieronymus, exemplis currus Eliæ [c], currum Ezechiel [d], & illorum in hoc Psalmo: denotari autem illa ratione Deum vt victorem, ac triumphantem. Consentit Nouatianus [e] exemplo item Cherubim, vt sit mundus currus, & autem regatur a Deo per Angelos. Præterea Procopius in cap. vltimum Esaiæ. Dionysius Iuniores Eliæi plurimos illos currus ait fuisse Angelos. Hoc ipso loco Chaldæus interpretatur de Angelis in Sina. Eodem videtur Paulus alludere [f], Accessistis, inquit, ad montem, & multorum millium Angelorum frequentiâ. Theodoretus & Euthymius exponunt de multitudine longè maxima Sanctorum, quibus abundat Sanctum, id est, Ecclesia, quam Sina, hoc est, Synagoga. *Vidit Ioannes* [g] *turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat.* Hi sunt, ait Euthymius, qui priùs [h] iusti sunt facti *ascendentes super occasum* Ecclesiæ, & sunt currus Dei, quicumque Fidei habenas susceperunt, & *suaue iugum* Christi [k], eumque ascensorem, ac aurigam habent. Eadem opinio Augustini de Sanctis, qui portando Deum [l], hunc quodammodo *currum* eius, & sunt lætantes, quia *spe gaudentes* [m], dum inter tribulationes Dominus est in eis per gratiam suam. Cassiodorus, Beda, & plurimi solent Augustinum sequi, & in hoc sequuntur. Rursum Cyrillus [n] eandem istam tradit expositionem: innumeros enim fuisse qui cervices mentium Saluatoris iugo subiicerent, & vbique terrarum gloriam eius circumferrent, & verbum veritatis rectè tractarent, ac velut totam terram equestri virtute subiugarent. Sed Beda ne irrig. ad precationes qui portant vbique nomen Dei, & Deum ipsum. Clemens Romanus [o] munit de multitudine Prædestinatorum, & Eluandorum in noua lege, præ paucitate illorum qui pertinebant ad veterem. Hoc sensu accepit Iudas ex alio Psalmo [p]: *Cadent à latere tuo mille, & decem mille a dextris tuis*: ita vt vterque numerus sit de Electis. Alij, vt Lyranus, & Carthusianus, Ludolphus, Vatablus, Genebrardus, volunt hic Angelos inuitari ad deferendū Christo ascendenti consortium, quoniam subditur: *Ascendisti in altum*: sed exemplo eorumdem assistentium Deo, quando legem dedit, sicut scriptum est: [q] *Dominus de Sinai venit*, &c. & cum eo Sanctorum millia. Eandem sequitur sententiam Cyrillus Ierosolymitanus, & Drogo Cardinalis [r], hoscque etiam dici posse *equos*, & *quadrigam*, de qualibus Habacuc [s]. Isidorus [t] sanctè, comparans eum curru regio, qui datus est Ioseph à rege Ægypti [u].

a Lib. 4. in Ezech.

b In c. 66. Esaiæ. 1. 4. Reg. 2. 11. 4. Reg. 6. 17.

c De Trinit. lib. 8. apud Tertull.

d Cassiod. Hieron. cap. 13.

e Hebr. 12. 22.

f Apoc. 7. 9.

g vers. 5.

h Matth. 11.

i 2. Cor. 6. 10.

k Rom. 12. 12.

l Ps. 90. 7.

m Const. c. 14.

n Deut. 33. 2.

o Catech. 14. p Serm. de Sanct. Dominicæ post. q Cap. 6. 8. r In Gen. cap. 28. s Gen. 41. 43. Ego quo currum meum vehi Ioseph fecimus.

t Ascens. 8. u Ioseph. Rerum Iudaic. lib. 11. cap. 4. 21. Plin. 8.

Currus Dei.] Aitas [x] docuit vtiquiorem currus vsum esse, quam quem Pelusiotes [y] assignat. Deus in Arca testamenti, quæ solet vocari *gloriæ eius, & pulchritudo virtutis eius*, sedebat equitantis in morem. Erat enim Arcæ forma lectica tecta cum sella. Cherubim siquidem à lateribus Arcæ propitiatorium, quod erat eius scabellum Dei, omnibus sustinebant, & alis binis inuicem extensis, atque contortis videbantur sor-

x Gen. 41. 43. Ego quo currum meum vehi Ioseph fecimus.

y Ascens. 8.

mare ſolium ſupra propitiatorium, quod Arcæ, quam tabula alia tegebat, ſuperne imminebat: Ibi Deus reſponſa dando ſedere cenſebatur. In deſerto, ad itineris commoditatem, non erat Arca maior cubitis duobus & ſemis: quando autem Ieroſolymis extructum eſt templum, loco duorum Cherubim, quæ dici poſſet biga, facti ſunt quatuor, veluti quadriga, vt circa illud Dei ſolium ſtaret, & pro lectica vehiculum, ſiue plauſtrum, quod Arcæ ſubiceretur, conſtans rotis, ſeu pedibus, qui ſucceſſerunt tabulæ, quam Arca ſub ſe priùs habebat, cui erant intus incluſtatæ volæ quaternæ, pedeſve quibus eleuabatur à terra. Vocatur hæc quadriga Cherubim, in libro primo Paralipomenon [a] Hebraice מרכבה *marchabah*. De hac re tota Pradus noſter, docens etiam eandem eſſe viſionem Ezechiæ [b], Eliæ [c], Ioannis [d], Danielis [e], & Moſis [f]. Hæc, vltima ad rem præſentem facit, confirmaturque ex prioribus verbis [g]: *Qui aſcendit ſuper occaſum*, & ex ſequentibus, *Super* [h] *cœlum cœli ad orientem*: Item, *Viderunt* [i] *ingreſſus tuos Deus*, id eſt, pompam triũphalem in Sinai, ingreſſus Dei mei, & Regis mei, qui eſt in Sancto, id eſt, qualis in Sanctuario eſt apparatus triumphi, tunc viſus eſt. Præterea ex alio Pſalmo [k]: *Vox tonitrui tui in rota*, id eſt, rotis Arcæ, qui eſt currus tuus, edidiſti tãtum ſtridorem, vt hoſtes exanimarentur; & vox fuit illa, de qua ibidem [l]: *Vocem dederunt nubes*, id eſt, emiſerunt fulgura, & tonitrua, grandines, &c. *Exeunt* [m] *ſagittæ tuæ tranſeunt*, id eſt, illa quæ modò dixi, quaſi de ſolio Arcæ eiaculata.

Gentiles, præſertim poëtæ, vectationem illam Dei, æmulati videntur in ſuo Ioue, Apolline, Mercurio, & aliis: cuius fabulæ in Hiſtoria Regum [n] extat teſtimonium, cùm Ioſias abſtuliſſe narratur è tẽplo equos quos dederant Soli regi Iudæ, atque ſolis currus igni combaſſiſſe. Appellat Philo, vt Eugubinus refert, cœlum *tabiorem Dei currum*, πλωτὸν ἁρμα τὸν αὐτοκρατορα κόσμον, quem ipſe currum, ἡνιοχεῖ quaſi *habenis regit*, ſicut & κυβερνήτης dicitur *gubernator* propriè à nauibus.

Decem millibus multiplex.] רבתים *ribbothaim*. Chaldæus ponens *currus* pluraliter, vertit, *hinc myriades ignis ardentis*, תרין רתוהי דנור דליק *thareen rebbuah denur dalik*. Hieronymus, *Innumerabilis*. Pſalterium Vaticanum & Ambroſianum, *Decem millibus multiplex*. Pagninus, Caietanus, Vatablus, (qui *equitatum* legit) *Duæ myriades*, ſeu, *Bis dena millia*. Felix, *Centena millia*. Alij, *Myriadum*. Græcè eſt, Μυριαπλασιων, quod optimè reddidit Interpres, & dici quoque poſſet *Decies millecuplex*, vel vt ait Auguſtinus, *Decies millies multiplex*, ſeu *Decem millium*, ſeu *denùm millium multiplex*, quoniam *mille* apud Græcos inquit, χίλια dicuntur, μυριάδες autẽ *plura dena millia*, μυριὰς quippe vna *decem millia* ſunt. Vox Hebræa dualis numeri idem valet, ſiquidem רבות *ribboth*, ſignificat *decem millia*, ſicut & רבבה *rebabah*, immò & in plurali רבבות *rebabboth* [o]. Sed aliquando reddit interpres *multitudinem*, vt *Reuertere Domine ad multitudinem exercitus Iſrael* [p]. Sunt namque nomina iſta a רבב *rabab, multiplicauit*, & רב *rab, multus*. vt propterea hic etiã rectè Hieronymus expoſuerit, *innumerabilis*, qui præterea in Daniele [q] רבו רבין *rabboth rabban, multa multa* vertit. Nouatianus [r] legit, *Decies millies multiplicatus*, id eſt, inquit, numerus infinitus, immenſus. Apud eundem Danielem [s] Chaldaicis vocabulis legitur, רבו רבין *rabbo rabban*, quod proprie eſſet, *Decẽ millia decem millium*, quoniam ſingularis & pluralis eadem ſignificatio, vt מאה *meah*, & מאות *meoth*, *centum*. Sic verò locum illum legit Dionyſius [a], nempe *Decies mille dena millia*. & Auguſtinus [b], idemque valet quod Tertullianus [c] exprimit, *Mille es centeni millies*, eodem Inſtinus [d]. Sed Hieronymus dixit *centena milia*. At in prioribus verbis cruſdẽ Danielis, quod habemus, *Millia millium*, iſti idem habent, *Decies centies centena millia*. Quo pacto maior exprimeretur numerus miniſtriãtium Angelorum, quam aſtantium; Et hos verò mitti ac miniſtrare, bene probat Ribera [e], & diſputant Vaſques [f], atque Valentia [g], cùm ſecus tamen videatur nonnullis, vt nempe in ordinibus nobilioribus maior ſit multitudo, ſiue ſpecie diffiteantur omnes, ſiue in eadem ſpecie plures numero reperiantur: & ita ſecundum verſionem noſtram eſſe colligatur, ſicut & Dionyſius contendit.

Denique quod ad Angelos pertinet, corũ eſt infinitus quidam numerus, vt paſſim docẽt omnes, & indicat Iob [h], Paulus [i], Ioannes [k], Chriſtus ipſe [l], & Eliſæus [m], ac diſertè tradit is, qui de Angelis exactiſſimè diſſerit Dionyſius [n], quem alius omiſſis Gregorius [o] imitatus, Numerus, inquit, ſupernorum ciuium infinitus eſt, & definitus exprimitur, vt qui Deo eſt numerabilis, eſſe hominibus innumerabilis demonſtretur. Scribit S. Iſtinus [p] reuelatum pro vnoquoque homine pluſquam decem Angelos creatos eſſe. Ratio latet aſſignari, vt quemadmodum cœli magnitudine vincunt alia corpora, ſic numero ſuperent Angeli res omnes corporeas: tum etiam quia ſingulis hominibus aſſignari creduntur Angeli ſinguli, diſtinctique, & hi ex infimo ordine. Quocirca numeri hic expreſſi denotãt ſine certo numero multitudinẽ, quę interdum etiam ſignificatur per decem, vel centũ, vel mille, tam à ſacris, quam à profanis Auctoribus: qua de re præter alios, Bongus in opere de Myſteriis numerorum.

Millia lætantium.] Chaldæus, *Duo millia Angelorum ducunt eos*. Hebræus, שׂנאן *ſchinean*. Hieronymus, *Abundantium*. & Curterius Interpres Procopij, dum hic [q] locum præſentem Græce citat, *Exuberantium*. At Heruetus verterat Cyrillum [r] eodem loco vtentem: *Diligentium*. Pagninus, *Millia duplicata*. Vatablus, *Multa millia Angelorum*. Caietanus iungendo cum præcedentibus: *Duæ myriades millium Angelorum*. Nonnulli [s], *Millia diuerſa*. Quidam [t], *Millia currum ſalientium*. Alij apud Vatablum: *Millia ſecundi ordinis*, id eſt, quæ ſtatuuntur ſecundo loco, vel acie. Rabbi Salomon, & Eugubinus: *Millia alternantium*, nempe Angelorum viciſſim cantantium. Celebrari diuinas laudes carmine à Cœlitibus, & Gentiles profitentur. Recitat ex Porphyrio Eugubinus oraculum, in quo ſi haberetur. Platonem præterea, qui Iouem facit obambulãtem in quadriga per cœlum, comitantibus eum Diuis. Alternatio verò in cantu eſt apud Etiam [u]: vnde tradunt nonnulli [x] Antiphonæ originem; ſignificat enim antiphona vocem reciprocam, duobus choris alternatim pſallentibus ordine commutato, quaſi dicas, *De vno ad vnum*. Sed & Ignatium ferunt Angelos vidiſſe, audiſſeque Trinitatem alternã decantantes vicẽ, ideòque ſerraam illam ita canendi tradidiſſe Antiochenis, indeque per Orientem propagatam [y]. Vox Hebræa שׂנאן *ſchinean*, vt deriuatur à שׁנא *ſchana*, vel עׂנה *ſchanah*, *mutauit*, *iteravit*, *duplicauit*, ſi-

[a] 1. Par. 13. 6. 7. 8. Cæl. Hier. [b] 2. Reg. 6. 2. Pſal. 17. 11. Ezech. 1. 4. 10. 1. [c] 3. Reg. 19. 11. [d] Apoc. 4. 6. [e] Dan. 7. 9. [f] Deut. 33. 2. [g] Pſal. 67. 5. [h] Pſal. 67. 34. [i] Pſal. 67. 25. [k] Pſal. 76. 19. [l] Pſal. 76. 18. [m] Pſal. 76. 18. [n] 4. Reg. 23. 11. [o] Num. 10. 36. [p] 4. Reg. 18. 8. [q] Dan. 7. 10. [r] Tert. de Trin. cap. 31. [s] Dan. 11. 11. [a] Cap. 6. Cap. 4. Ap. Cap. 7. Exod. 24. vers. 5. vers. 34. vers. 35. [b] Contra Prax. cap. 5. [c] Cont. Tryphon. [d] Inſtit. [e] In c. 1. Ezech. [f] 1. P. Diſput. 244. [g] 1. P. Diſput. 1. Sect. 6. [h] Iob 25. 3. [i] Hebr. 12. 22. [k] Apoc. 5. 11. [l] Matth. 22. 30. [m] 4. Reg. 6. 17. [n] Cap. 4. [o] Greg. Mor. lib. 32. cap. 9. [p] Reuela. cap. [q] In c. vlt. Eſa. [r] Procop. in Iſai. [s] Vatabl. [t] Ibidem. [u] Cap. 8. 2. Ethic. 6. etymo. [x] Ambr. de Dium. offic. lib. 2. cap. 7. Amalar. de Diuin. offic. lib. 1. cap. 17. Rupert. de Diuin. offic. lib. 1. cap. 8. Cassiod. in Pſal. 137. [y] Georg. in vita Chryſoſtomi. Socrat. 6. Hiſt. cap. 8. Tripart. lib. 10. cap. 7. Itaque laudes celeſtibus carmine celebrari Procopius ait. Hieron. & Valer. de Rebus Eccleſiaſticis. Baſilius de Can. obſeruand. quæſt. 11. Ambros. 4. de Virg. cap. 3. [a] Dion. [b] Aug. [c] Tert. [d] Inſtin. [e] Rib. [f] Vaſq. [g] Valent. [h] Iob 25. 3. [i] Hebr. 12. 22. [k] Apoc. 5. 11. [l] Matth. 22. 30. [m] 4. Reg. 6. 17. [n] Dion. [o] Greg. Mor. lib. 32. cap. 9. [p] Reuelatum. [q] In c. vlt. Eſa. [r] Procop. in Iſai. [s] Vatabl. [t] Ibidem. [u] Cap. 8. 2. Ethic. 6. etymo. [x] Ambr. de Dium. offic. lib. 2. cap. 7. Amalar. de Diuin. offic. lib. 1. cap. 17. Rupert. de Diuin. offic. lib. 1. cap. 8. Cassiod. in Pſal. 137. [y] Georg. in vita Chryſoſtomi. Socrat. 6. Hiſt. cap. 8. Tripart. lib. 10. cap. 7. Itaque laudes celeſtibus carmine celebrari Procopius ait. Hieron. & Valer. de Rebus Eccleſiaſticis. Baſilius de Can. obſeruand. quæſt. 11. Ambros. 4. de Virg. cap. 3.

gnificat *duplicationem*, seu *duplionem*, vel *alternationem*, vt a שנה *schanah*, *acuit*, *curram fulcarum*. Sed Rabbi Kimhi, & alij, aut esse genus quoddam Angelorum. Septuaginta vertunt, Ἐν μύριασι. quos Hieronymus in interpretatione sua ex Hebræo sequi mihi videtur, potius quàm textum Hebræum, dum, vt dixi, reddit, *abundantium*, cui æquivalet, *exuberantium*, quo versum quoque Procopij translatorem Cutterium, monuisse enim Ἐβρώνεν, *prospera fortuna successibus per vtor, bona habeo, vigeo, exubero, gliscо gaudio, hilaresco vino, lætor.* Cùm tã multa significet Græcum verbum, Interpretis nostri multo aptior videtur versio: nec enim de Angelis intelligendo stipantibus triumphantem Deum in quadriga, prædicari quid melius potuit, quam lætitia gestite, & lætis celebrare laudibus triumphum. Hoc quia vice faciunt alterna, indicauit Hebræa vox רכבתים *schenaim*, vt dixi potiùs quàm ordinem secundum, & actem, aut duplum numerum, aut currus falcatos. Hieronymus non abluit a sensu, quoniam ibi abundantes, & prosperè agentes, ac beati Angeli læti sunt, & Deo canunt encœnia. Suspicari quoque possemus iuxta vnam notionem vocabuli eundem Hebraicè pro duplicato, vertere Hieronymum voluisse, *abundantium*: nam *duplicia* dicit Scriptura pro *multis*, & copiosis, vt argentum [a], vestes [b], &c. Soli verò, vt modo dicebam, abundantes beatitudine lætantur, & læta decantant.

Ἐβρώνεν.

Duplicia pro multis.
a Gen. 43. 12.
b Prou. 31. 21.

Dominus in eis.] Chaldæus: *Manifestus Dominus quiescit super eos super montem Sinai in sanctitate*, nempe qui esset super millia lætantium Angelorũ. Sedet enim super Cherubim, & vnus ordo est Thronorũ, quibus super eos sedeat Deus. Sed quidam, vt etiam Psalterium Vaticanũ, & Ambrosianum, efficiunt vnam sententiam cum sequentibus: *Dominus in eis in Sina in sancta ascendit in altum*: quasi sub typo montis sancti Sina, vbi lex data est in dispositione Angelorum [c], denotetur ascensio Christi in cœlum comitantibus Angelis. Alij, vt Genebrardus, sapiendo similitudinem, explicant, quòd idem Dominus est cum eis in sancto monte Sion, sicut olim fuit in monte Sinai, vel per allegoriam, quòd Dominus cum eis in Sina, & in sancto monte Sion: in vtraque nimirum Ecclesia, cum vetere, quæ per *Sinai* adumbrabatur: tum noua, quæ per *Sion*, qui ideirco peculiariter vocatur *sanctus*: quamuis hoc etiam nomine appelletur a Petro [d] is in quo transfiguratus est Christus [e].

c Act. 7. 53.

Per Sinai vetus Ecclesia adumbrata per Sion. nou.

d 2. Epist. 1. 2.
e Matth. 17. 1. & seq.

In Sina.] Aliquando *Sinai*, vt supernè, vbi Græcè erat Σινα: hic autem est in Complutensibus Regius, aliisque codicibus Σινᾶν, positor, in fine, propter primam litteram vocalem sequentis dictionis ἐν. Sed in Bibliis emendatis habetur hic etiam Σινᾶ, Hebraice semper mons dicitur סיני *Sinai*, desertum verò סין *sin*, quod erat circa montem. Latinus Interpres montem hunc *Sina* vocat, nunc *Sinai*. Antea dixi, *Sina* dici à סנה *seneh*, *rubus*. Augustinus exponit *mandatum*, & *mensuram*.

In sancto.] Alij vertunt, *In sanctitate*. Primo modo est epithetum *Sion*, vel etiam *Sina* iuxta nonnullos; sed melius illud: quod pertinet, vt sumatur pro templo, quod ibi erat. Secundo modo significat Deum aut demonstrasse sanctitatem suam in Sina, legem dando, cum tot signorum & prodigiorum apparatu: aut etiam significat eundem illum montem Sion sanctum præter templum. Hoc secundum verum, sed adhuc ita, vt Ecclesiæ nostræ typus fuerit, quæ in Sion quoque coaluit, vel etiam cœli, vbi laudatur à sanctis suis Deus.

A

Vers. 19.] Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem: accepisti dona in hominibus:

Etenim non credentes, inhabitare Dominum Deum.

Hic præmoneo quod antè polliceram, ad versum sextum & decimum quintum, aliâ esse versuum partitionẽ in officio Ecclesiastico, aliam in Bibliis. In his habita ratio partitionis Hebraicę & Græcæ. Illam non mihi constat qui primus instituerit: nam de partitione quæ in Bibliis est, testis Hieronymus [a] est, eam se vidisse in Hebraicis. Satis porrò constat non pari dictionum numero versus constare, aut syllabarum, apud Hebræos; etiam in Psalmis: de quorum Psalmorum metro nil dum certi compertum puto: sicut constabant apud Græcos, & Latinos. Nam verbi gratia, Augustinus [b], vt versum vnum citat, in quo sunt sex dictiones [c]: *Populus eius, & oues pascuæ eius*: duos, in quibus duodecim: *Quot* [d] *sunt dies serui tui, quando facies de persequentibus me iudicium?* Tres, in quibus octodecim: *Laudent* [e] *nomen eius in choro, in tympano, & psalterio psallant ei, quia beneplacitum est Domino in populo suo.* Hebræi pœnitentur se hac in re Traditionem sequi ab Esdra, vtrisque Synagogæ magnæ acceptam. Lege Sixtum [f].

B

a Præfat. in Psalm. & Lib.

Non pari à Iudæis omnium versuum, aut syllabarum numerus, vt nec apud illos brevitas.

b In Speculo Scripto.
c Ps. 99. 3.
d Ps. 118. 84.
e Ps. 149. 3. 4.

C

f De Interpret. Veter. Testam. l. 1. sect. 2. annotat.

Iã verò versiculi præsentis sensus est, per Apostrophen ad Christũ, ascendisse ipsum in cœlum cum triumpho, & Angelorum comitatu, sicut olim & in Sina, & in Sion itidem honorifice septus erat, quãdo ex humili Ægypto Dux ipse populi sui ascendit, captiuos faciens hostes Ægyptuos, marique mergẽs: Suos verò illos Hebræos, antea velut Ægyptiorum captiuos, deduxit, afficiens beneficio libertatis cum tot aliis mirificis donis, necnon cum direptis rebus Ægyptiorũ [g].

Elias Cretensis [h] explicat de ascensu Christi in crucem, iuxta illud [i]: *Cum exaltatus fuero à terra*, &c. quia tunc profligauit deleuitque huius secũli principem, ab huius tyrannide captiuos abducens, & eundem lancea crucis confodiens, atque opprimens. Idem habet Dorotheus [k].

D

g Exod. 12. & 13. & 14.
h In orat. 3. Nazianz. num. 19.
i Ioann. 12.
k Dorotheus.

Ascendisti in altum.] Complutenses, ac Regij Codices Græci, aliique, ἀνέβη εἰς ὕψος. Quomodo etiam legit Augustinus [l], Ἀνέβης εἰς ὕψος καὶ ἠχμαλώτευσας αἰχμαλωσίαν, ἔδωκας δόματα πρὸς τοὺς ἀνθρώπους: *Ascendi in altum, captiuam captiuitatem, dedit dona filijs hominum.* Eodem fere modo Psalterium Arabicum Romæ editum. Hilarius: *In sancto ascendit in altum, cepit captiuitatem*: alias, *captiuam cepit*, &c. *dedit dona hominibus.* Sic verò Psalterium Vaticanum, & Ambrosianum iungunt: *In sancto ascendens, captiuam duxit captiuitatem.* quod explicat Hilarius: Vt qui erat in Sina, idem ascendit in sancto, id est, in Christo, in quo fuit forma hominis, & vocatur *Sanctus* [m], & sese hominem ex mortuis reuehẽs in cœlestibus, accepit eos, qui à Diabolo erant capti, quos & ad pulchritudinem domus *spolia duxit* [n]. In Epistola ad Ephesios [o] sic est: *Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit bona hominibus.* Ad eundem modũ sæpius legunt Patres in suis Tractatibus, & Sermonib. vt Ambrosius, Maximus, Gregor. qui

F

l In Tryphonem.

m Luc. 1. 35. c. 4. 34.

n Luc. 11. 22.
o cap. 4. 8.

Dundem citantes, vtuntur tamen verbis prout iacent apud Paulum.

Ascendisti.] Sic Hebr. & Chald. in secunda personamtamen retuli ex Iustino, *ἀνέβης*, in tertia, & ex Hilario, *ascendit*, & ex Paulo, *ascendens*, *ἀναβάς*, vel *ascendendo*, vel, *cum ascendisset*, in tertia. Paulus scripsit potiùs sensum quàm verba. Athanasius [a] legit: *Ascendens in altum, captiuam duxisti captiuitatem.*

In altum.] Chaldaicè לרקיעא *larkiibha*, *In firmamentum*. Recte, propter ascensionem Christi, licet fuerit vltra firmamentum, vsque ad vltimum empyreum cœlum. Tertullianus [b]: *Ascendit in sublimitatem*, id est, inquit, in cœlum. Arnobius & Euthymius intelligunt etiam de Cruce, tunc enim omnia *exaltatus traxit* [c]. Alij de ascensu ex Ægypto, quæ depressior erat: & quodammodo de ascensu super arcum triumphalem, hoc est, super Arcam, cui inidere videbatur Deus, vel quòd Deus in curru suo diuino omnia inambulans, victoriam retulerit de hostibus profligatis. Rabbi Kimhi oppositò prorsus modo exponit, *ascensum* istum denotare permissionem Dei, vt Hebræi abducerentur ab Ægyptiis; *accepta dona*, ablatam ab iisdem beneficentiam ipsius. Caietanus de Mose, qui acceptâ captiuitate, id est, reductis captiuis Hebræis de Ægypto, ascendit in altum montem Sina, vbi dona accepit diuina in homine, & legem cum aliis prærogatiuis. Quæ ipsa typus erant dictæ ascensionis Christi in cœlum. Vatablus, de officio vindicis, & de victoria contra hostes populi: hoc enim esse *ascendere*, & *captiuos capere*, id est, facere, posse a *accipere dona* in illis, id est, efficere, vt tributum pendant, vel spolia ipsa hostium recipere, dedentium se.

Cepisti captiuitatem.] שָׁבִיתָ *shabitha*, *Reuera fecisti*, vel, *Duxisti captiuitatem.* Augustinus, *Captiuando captiuitatem.* Alij, *Captiuum cepisti*, vel *duxisti captiuitatem*, vel, *Praetam praedatus es.* Septuaginta, & Paulus in tertia persona, *ἠχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν*. Quod est, vel eos qui captiui erant, captiuos tradere, id est, recuperare sibi, & asserere, vt ex tyrannica seruitute erepti, liberam Deo seruiant seruitutem: vel hostes ipsos debellare, & punire, ac velut in triumphum ducere. Vtrumque contigit in liberatione populi de Ægypto, quæ Ægyptij puniti sunt, & Hebræi in libertatem filiorum Dei asserti. Sed & Christus ascendendo in cœlum, Patres qui detinebantur in limbo, reduxit, Dæmones vicit, ex eorum potestate viuentes quoque peccatores eripuit. Hoc fortasse facit Paulus citata Epistola ad Ephesios, & docent interpretes eiusdem ac præsenti, loci, & quem dixi Athanasius. Ambrosius [d] autem, vel Maximus, & Gregorius [e], & Augustinus [f], humanam totam naturam, ac nominatim carnem, prout cœlis illata est per Christum illuc ascendentem, explicant dici *captiuam captiuitatem*: naturam enim humanam & Christi ipsius, prout eius rei habebat rationem, per quendam videlicet denominationem Diaboli prius captiuam, factam esse Christi captiuam. Denique, vt ecce in alijs triumphis fit, præcedisse ante triumphantem, sed comitatam, immò coexisse quodammodo Christum ipsum, ita vt ipsa captiuas portaret, & portaret.

Tertullianus [g] exponit mortem à Christo deuictam, vel humanam seruitutem vindicatam: vel anima suppeditata, & vincula quibus quodammodo constringerentur peccata [a]. Ambrosius [b] iterum triumphales euacuatæ mortis exuuias, quas Christus reuexit, simulque libertatem, qua nos ipsos hic donauit: quia enim iniuria Diaboli, scilicet Christo illata in Passione, omnes amiserat quos tenebat [c], in se recurrentem captiuam factam esse ipsam captiuitatem, iam non Belial addictam, de qua sub nomine potestatis Christus alloquutus est Paulum [d], sed Christo, cui seruire libertas est: *qui enim in Domino vocatus est seruus, liberus est Domini.* Hieronymus [e] genus humanum ait, totum captiuum antè à Diabolo, & Dæmonibus, reductum à Christo, illud restituendo & donando sibi ipsi, ac liberum reddendo; hacque ratione dando dona [f]: sed & simul tunc *captiuam* dici *captiuitatem* alia meliore captiuitate, tamirum sub Deo: & quodammodo est *capta captiuitas*, inquit [g], reducendo in excellum, qui antè capti fuerant in perditionem, dum per secundam captiuitatem qui priùs capti fuerant, liberantur. Hinc fieri notat, vt vocemur *hereditas*, & *sors Dei*, quoniam de alia potestate transmigramus ad aliam, de permissa vel vsurpata Dæmonum, ad propriam Dei. Auctor Operis Imperfecti in Matthæum [h], confirmat illa similitudine *fortis armati*, quem fortior vicit [i], & *diripit vasa eius*. Sic enim *captiuos* dici Impios quantum ad Diabolum, postea quantum ad Christum. Iustinus [k] *duci captiuitatem* intelligit liberari, & quidem ab errore. Gloriosè vocare se Paulus solet *vinctum Iesu Christi*, tametsi loquatur de vinculis externis, multò magis de internis intelligens ob beneficia, quibus erat illi deuinctus. Familiari sermone vsurpamus nos *deuictos* cuiquam, *obligatos*, *deuinctos*, *mancipia*, &c. cuius videlicet magna sunt in nos promerita.

Itaque sensus esse posset, Christum quando ascendit, licet abesset corpore, omnes tamen sibi deuinctos reliquisse, & omnium secum corda dulcibus ligata funiculis traxisse. Testimonio fuit gaudium, quod mox ab eius ascensione senserunt, iuge in pia opera studium, & quod attinet ad Christum, breui ad eos missum Spiritus sancti donum. Sed vnà iungi debent, quæ dixi, cum citatis Auctoribus de recuperata a Christo & euecta in cœlum natura nostra, dando ius cùctis ascendendi quò ascendebat propria ipsius Humanitas: præterea proprio quodam tunc modo, cùm ascenderet, restituta spiritualis libertas, & noua imposita collo nostro catena, iugúmque nouum diuinæ seruitutis. Legendus etiam Augustinus [l] alibi, & Ambrosius [m], Leo [n], Prosper [o]. Concilium verò Constantinopolitanum sub Agathone Papa [p], *captiuitatem* illam interpretatur de captiuitatis tyranno, quasi velit intelligere diabolum à Christo triumphatum. Epilcopi præterea quinque scribentes ad Innocentium Papam primum, hinc argumentantur quod non solùm naturæ donum sed etiam gratia est per Christum. Item Concilium Arausicanum [q] colligit quòd inde habet quicumque aliquid habet.

Captiuitatem.] *captiuos.* Sic in Deuteronomio [r], vb: est: *Captiuásque duxeris, & videris in numero captiuorum mulierem pulchram.* Hebræa, & Septuaginta, habent, *Captiuaueris captiuitatem*: & 2. Paralipomenon [s], *Reducite captiuos quos adduxistis de fratribus vestris.* In alijs editionibus, *Reducite captiuitatem, quam captiuam duxistis.*

Accepisti dona in hominibus.] Omissa interpretatione, vt *accepere* sit auferre, (לקח *lakach* enim

a Athan. cap. 18. b Tert. Spiritu libro. c Act. 26. 18.

a Athan. ad Antiochum.

b Tert. Contra Marcion. lib. 3.

c Iustinus.

d Ambros. in c. 22. Luc. & in c. 2. Mich. & in c. Nahum. e Greg. Nyss. ad Eph. f Aug. Tract. 3. Tract. 4. in Ioan.

g Tert. Contra Marcion. lib. 3.

d Idem in c. 22. Luc. & in c. 2. Mich. & in c. Nahum. e Iacob. Epist. ad Eph. f Aug. Tract. 3. Tract. 4. in Ioan.

h Hieron. i Luc. 11. 22.

k In Tryphonem.

l Serm. 184. de tempore. in Ioan. 62. m Serm. 2. de Pentec. n Ser. 3. part. de pass. o Prosp. *Non solùm naturæ donum sed gratiam per Christum, argumentatur.* p Act. 8. c. 16.

q Cap. 11. 10.

r Cap. 21. 11.

s Cap. 28. 11.

est quoque *prada i*) siue cum Rabbi Kimhi ab Hebræis ipsis, permissis ire in captiuitatem Babylonicam, siue a Diabolo qui priuatus est captiuis quos tenebat, & donis siue spolijs: vel cum Caietano, de lege, quam Moses accepit: quoniam Paulus *accepere* intellexit dare. Variam istam lectionem, vt inquam pro *accepit* sit dare, sic Augustinus componit hic & alibi [a], vt quæ Paulus dedisse dicit Christum dona, dixerit Dauid accepisse: illud, quatenus auctor erat donorum, vt Deus, & caput nostrum: hoc, pro vt est in membris suis, sicque accepisse in terra, dedisse, de cœlo. Plures alij volunt accepisse Humanitatem nostram, & animas limbi, dedisse Spiritum sanctum. Theodoretus, ac Euthymius, accepisse, & accipere solere ab accedentibus fidē, & gratiarum actionem, dare multiplicia charismatum dona. Quanquā & *fides donum Dei* est [b]. Theophylactus [c], Dare sua dona, accipere ministerium, & opera. Hieronymus [d], quæ acceperat à Patre prius, completa ascensione dedisse. Alij statim vt misit, deditque Spiritum sanctum, accepisse tot millia hominum, quæ conuertit Petrus [e]. Fauet Hilarius loquens de Gentibus, iuxta illud [f]; *Dabo tibi Gentes*, &c. Iansenius, significari à Paulo, quòd Deus non accipit dona ab hominibus, nisi sua priùs det: atque ita hic dici Deum *cepisse captiuitatem*, quia sibi deuinxit homines, efficiendo, & dando vt se sponte illi traderēt, quod est accipere, quia dedit.

Placet mihi cum Genebrardo Iansenius, qui Campensem citat, accipere vt des, idem esse, ac dare: Christum verò postquam ascendit, accepisse Spiritum S. à Patre, vt mitteret. Paraphrasis Chaldæa sic expositit verbum *accipiendi*, namque reddit, *Docuisti verba legis, dedisti dona* יְהַבְתָּ *iehab ta*, &c. *filijs hominum*. Aliis tes eadem confirmari potest exemplis: vt, *Loquere ad filios Israël, vt accipiant mihi primitiua* [g]; &, *Accipe* [h] *mihi parum aquæ*, iuxta editionem Hebræam, & Lxx. cùm legamus, da. Interpres præterea pro לֶקַח *lekech*, ponit *donum*, & Lxx. δῶρον [i]. *Donum bonum tribuam vobis, legem meam ne derelinquatis.*

Dona.] Tertullianus [k] legit *Data*, & interpretatur Donatiua, atque charismata. Ambrosius [l] eodem pacto. Rationem quoque dat, quia sicut *Filius datus est* [m], ita & gratia spiritualis ipsēque *Spiritus sanctus* [n]. Patres qui tractant hunc psalmum, vel epistolæ caput quartum ad Ephesios, vel Sermones, scribunt de Pentecoste, & Ascensione, colligunt ex hoc loco ascensionem Christi, & missionem Spiritus sancti in Pentecoste, deincépsque; necnon Tertullianus [o], Ruffinus [p], Prosper [q], Iustinus [r], & alij: quæ dona in morem aliorum triumphantium summa miserit munificentia. Quidni? hoc enim facit dicta epistola Paulus, vt, quod sum psalmi præfatus initio, debeat iste recipi tanquam ab Spiritu sancto intentus sensus. Licèt verò Spiritus sancti priùs dona communicata essent, etiam Patribus legis veteris; attamen nec ita copiosè, nec visibiliter, nec adhuc adeò innotuerat illorum ipsorum quæ antea data fuerant auctorem ac fontem fuisse Christum per sua merita. Iustinus quidem Esaiam interpretatur prædicentem, requieturum fuisse septemplicem illū Spiritum super Christum, non quasi egeret, sed quia Iudæis non erat in posterum concedendus, sed ab ipso postea Discipulis suis. Verum non acquiesco Iustino in eo, scilicet quòd vt gratis data dona vsurpans, ait sapientiæ Spiritum in Salomone fuisse: intellectus, & consilij in Daniele: fortitudinis, & pietatis in Mose: timoris in Elia: cognitionis in Esaia: Sed ita modò per partes non omnia, sed singula ex his duntaxat a Deo tribui. Nam communis nunc opinio Scholasticorum habet, huiusmodi dona iustorum omnium esse, simúlque dari cum gratia sanctificante, nec numeranda inter illa quæ proprie vocantur *gratis data*, possuntque in peccatoribus reperiri.

In hominibus.] Qui legunt *dedit*, detrahunt præpositionem, sicut & Paulus. Psalterium Ambrosianum legit, *in homines*, quasi diceret, (*Accepit mutuando in homines*) quod confirmat præcedentem expositionem verbi *accipiens* pro verbo *dans*. Hebraicè est בָּאָדָם *baadam*. Felix, & Caietanus, *in Adam*: Pagninus, *in homine*. & putat Eugubinus haberi respectum ad Adamum, cuius diuina dona in posteros quoque transfundenda Diabolus dilapidarat, sed Christus restituit. Tertullianus [a] *filius hominum*: eodémque modo Iustinus [b]. Eleganter inquit Tertullianus, ait, *spiritus hominum*, non passim hominibus, nos ostendens filios hominum, id est vere hominum Apostolorum. Probat id autem verbis Pauli dicentis [c]. *In Euāgelio ego vos generaui*, & [d], *Filij mei, quos parturio rursus*. Et Hieronymi tamen canon est, *filios hominum* numero isto plurali Scripturā in deteriorem partē vsurpare: licèt id minimè perpetuum esse alibi docuerim [e].

Non videtur mihi בָּאָדָם *adam*, hoc loco proprium, sed appellatiuum nomen, sicut & alias non rarò, vbi pariter plurali numero redditur [f], humúsque rei punctum longum sub litera (ב) *beth* indicium est; ponitur enim ad denotandum litteram (ה) *he*, demonstratiuam, quæ propriis præponi nominibus non debet. Portò præpositio, *in*, quandoque valet, *propter*, aut, *pro*, vt, *Salutem accepimus in misericordia* [g], significat propter misericordiam. Eodem modo *cr beseere in aliquo* [h], *sæuire aliquem in malitia ipsius* [i], *humiliari in iniquitatibus suis* [k], *laudare Deum in re aliqua* [l], &c.

Etenim non credentes inhabitare Dominum Deū.] Etiam facies vi donorum tuorum, vt maximè peruicaces & increduli, ad te, qui Dominus Deus es, accedant: tecum & in Ecclesia tua habitent, túque in ipsis: tui sint, qui minimè credere volebant te hominem, Deúmque humanam in cœlum naturam euexisse: aut huc quoque eam assumpsisse, & cum hominibus habitasse, qui desperabant, ac ne volebant quidem, in Ecclesia tua habitare. Hac, inquam, ratione captiuitatem maximè accipies, & ab hac sic deuicta sumes dona, dum se ipsi dedent, & sua sic dona offerent. Ad hunc modum Hilarius, Hieronymus, Augustinus Euthymius, Theodoretus, Iansenius, Genebrardus, & alij. Et refert Theodoretus Aquilæ clariorem versionem, Καὶ γὰρ ἀπειθοῦς τὸ κατασκηνῶσαι, *etiam rebelles*, siue *incredulos & diffidentes ad inhabitandum*, nempe, vel vt in ipsis inhabitares, vel vt ipsi in te, & Ecclesia tua. Non respexisti, ait exponens Theodoretus, in antiquam eorum perfidiam, verùm & repugnātes videns, perseueraſti eos beneficiis afficere, donec ipsos propriam habitationem efficeres. Hieronymus vertit, *Insuper & non credentes inhabitare Dominum Deum*. Scri

a 17. de Trinitate, c. 19.

b Ephes. 2. 18.
c In c. 4. ep. ad Ephes.
d Ibid.

e Act. 2. & 4.
f Psal. 2.

g Exod. 25. 2.
h 3. Reg. 17. 10.

i Prou. 4. 2.

k 5 Contra Marcion. c. 8.
l De Spiritu sancto, c. 5.
m Esa. 9. 6.
n Rom. 5. 5.

Ascensio Christi & missio Spiritus S. in Pentecoste, ex hoc loco illustrata.

o 5. Contra Marcion. 8.
p In Symbolum.
q 2 De promiss. &c.
r Contra Tryphonem.

Loci Esaiæ interpretatio.

a 5. Contra Marcion. c. 8.
b Con. Tryph.

c 1. Cor. 4. 15.
d Gal. 4. 19.
e Hoc non ita de vero & proprio filiorum hominum semine sæpe.
c Act. 7. 55.

f Vt Psal. 10. 4. Psal. 11. 2.

In hoc propter, aut pro.
g Psal. 43. 17.
h Psal. 68. 7.
i Psal. 92. 13.

k Psal. 106. 43.
l Luc. 2. 20.

Sensus loci.

bens verò Suniæ, & Fretelæ [a] de psalterij totius emendatis locis, docet quòd illæ ſe legiſſe dicebant Latinè: *Etenim non credunt inhabitare Dominum*, & Græcè: Καὶ γὰρ ἀπειθοῦσι τοῦ κατασκηνῶσαι: *Etenim non credentes inhabitare*: vtrumque falſum eſſe: ſe verò tranſtuliſſe: *Etenim non credentes inhabitare Dominum*, nempe, vt arbitror, ex L x x. editione, quam emendauerat, & nunc tamen ſic habet, niſi quòd deſunt, *Dominum Deum*: vt hic, inquit, ſenſus pendeat ex ſuperioribus: *Aſcendiſti in altum, cepiſti captiuitatem, accepiſti dona in hominibus, & eos qui non credunt Deum inhabitare poſſe mortalibus.* Fauet nonnihil Chaldæus: *At ſuper rebelles proſelytos, qui reuertuntur ad legem, quieſcit maieſtas gloriæ Domini.* Hebraizantes [b] quoque iuuant eundem ſenſum, dum explicant Deum non tantùm potitum victoria contra dediticios, accipiendo ab illis munera, ſed etiam rebelles domuiſſe, vt cognoſcerent vel Hebræi, ſeſe habituros fuiſſe fixum in Sion domicilium, firmámque protectionem in Deo, vel ipſimet eorum aduerſarij malo id ſuo experirẽtur. Caietanus exponit inter dona quæ Moſes acceperit, hoc vnum fuiſſe, vt cognoſceret Deum inter Hebræos toties rebellantes habitare.

Etenim.] יאך *veaph*, Lege verſum 17. & 9. ſignificat *certè, etiam*, &c.

Non credentes.] In accuſatiuo caſu, ſi referatur ad verbum *accepiſti*, & in Complutenſib. ac Regiis eſt ἀπειθοῦντας. In emendatis eſt nominatiuus ἀπειθοῦντες. Tunc ſenſus erit; Etiam illi, qui ſunt increduli, inobedientes, rebelles, deſperati, ſupple (ad te pertinebunt.) & inhabitabunt, vel pertinebunt ad te, qui non credunt, quòd habites cum hominibus homo factus, aut detrectant habitare cum tuis in eadem Eccleſia. Item per epiphonema: Et erunt adhuc qui non credant, qui deſperent, &c. poſt tot dona Spiritus ſancti miſſa in Eccleſiam. In accuſatiuo ſenſus eſſet: *Accepiſti* etiam *pro hominibus*, id eſt, pro Eccleſia tua potiſſimùm, obſtinatorum hominum genus. De Hebraico סוררים *ſoterim*, verſu 7. vbi *exaſperantes* Interpres vocauit, & Lxx. παραπικραίνοντας, hic autem ἀπειθοῦντας.

Inhabitare Dominum Deum.] Cepiſti etiam rebelles illos, vt iam inhabitet, vel inhabitaret in eis Deus, & cum eis: vel vt ipſi Deum ſiue cum Deo. Aut: *Accepiſti captiuitatem, & dona*, &c. ita vt inhabitaret quoque Deus, *non credentes*, non ſolùm Iudæos aliqua ratione diſpoſitos, ſed Gentiles adhuc magis remotos à cognitione, cultúque Dei, לשכן *liſchchon*, τοῦ κατασκηνῶσαι, *ad habitandum.*

Dominum Deum.] Deſiderantur in quibuſdam codicibus Latinis, & in editione Græca, nec legunt Hilarius, & Auguſtinus, ſed expreſſit Chaldæa paraphraſis, & ſuppleri debet in Græca. Hebraicè ſunt duo nomina. יה אלהים *iah elohim*, quibus antè docui [c] denotari Deum incarnatum.

Verſ. 20.] Benedictus Dominus die quotidie: proſperum iter faciet nobis Deus ſalutarium noſtrorum.

EPiphonema gratulabundum Deo pro narratis ſuprà beneficiis, quibus fiat, vt ſit certus Dauid futurum, vt proſperè ſuccedant cuncta eòdem protegente Deo, qui ſalutis omnis Auctor eſt.

Benedictus Dominus.] Κύριος ὁ Θεὸς εὐλογητὸς, εὐλογητὸς Κύριος, *Dominus Deus benedictus, benedictus Dominus.* Videtur prima tria verba redundare, & duo priora ponenda fuiſſe in caſu obliquo, ac referenda ad præcedentem verſum, vbi dixi deeſſe Græce quæ Latine leginus, *Dominum Deum.* In pſalterio Vaticano poſt, *inhabitare*, legitur nouo quodam principio: *Dominus Deus benedictus benedictus Dominus.* Hieronymus in illa Epiſtola ad Suniã, & Fretelam [a], melius ait legi vt nũc Latine legimus: *Benedictus Dominus* vel *Deus.* Idem eſt ac, Benedicatur, aut laudetur: aut dignus eſt quem benedicant omnes laudéntque. Benedictus Deus à creatura, cùm hæc illum laudat, & bene optat, creatura creaturæ benedicit pariter his modis, & beneficio afficiendo: Deus creaturæ, vltimo iſto præſertim.

Die quotidie.] Ἡμέραν καθ' ἡμέραν.] Sufficere poterat ſecundum, tum Græcè, tum Latinè. In pſalterio Vaticano, & Ambroſiano: *De die in diem*, quo item pacto legit Hilarius, & Auguſtinus, magis tamen probans lectionem noſtram. Hieronymus: *Per ſingulos dies*: licet ex Græco retineat lectionem noſtram citata ſæpius Epiſtola. Hebraicè eſt יום יום *iom iom.* Hilarius ait indicari æternitatem Chriſti veri Dei, licèt natus, paſſus, mortuus ſit.

Proſperum iter faciet nobis.] In Compluten. & Regiis Bibliis eſt Græcè καὶ εὐοδώσει, vel infiniti ui modi vocis actiuæ Aoriſtus primus; & ſenſus eſſet: Benedictus ſit Dominus, vt proſperum iter faciat: vel καὶ εὐοδωσάτω imperatiui modi mediæ vocis Aoriſtus item primus. & ſenſus eſſet: Proſperum iter faciat. In emendatis legitur: Καὶ εὐοδώσει ἡμῖν, &c. *Et proſperum iter faciet nobis*, atque ſic legunt Patres, quamuis abſque coniunctione, &, nempe in futuro. Facilis fuit permutatio in εὐλογήσω, & εὐλογήσει, *Laudans inuocabo Dominum*, ait alias [b] Dauid, *& ab inimicis meis ſaluus ero.* Hebraicè in huius noſtri pſalmi verſu iſto eſt, יעמס *iahhamas.* Hieronymus vertit, *portabit nos.* Pagninus: *Imponet in onus nobis Deus ſalutem noſtram.* Vatablus, & alij: *Qui nos quotidie cumulat* (beneficiis) vel *confert*, ſiue *portat*, & *apportat nobis bona*, vel *onerat nos donis*, aut *onerabit*, aut *oneret.* Felix: *Aggrauabit nos Deus ſalute noſtra.* Caietanus: *Onerabit Deus ſalutem noſtram.* Senſus erit, quòd Deus onerabit nos, id eſt, accumulabit beneficia, ille, inquam, qui eſt ſalus noſtra: vel quòd onerabit nos ſalute noſtra, ſeu ſalutem nobis, quia variis modis eam procurabit; aut inde ſequetur, vt maior à nobis exigatur ratio, maiúſque ſit in nobis gratitudinis onus, vt eo magis ei pareamus, &c. Hoc forſan voluit Chaldæus: *Qui ſingulis diebus onerat nos, addens nobis præcepta ſuper præcepta.*

Hæc omnia verè ac rectè, dummodo accommodatè ad noſtram verſionem. *Proſperum iter facere* cenſetur inter alia, & expeditum, qui remouet impedimenta, & nobis, id eſt, in gratiam noſtri portat onera noſtra, & ſarcinas, ac nos ipſos imponit iumento, aut vehiculo, aut ſuiſmet etiam humeris. Hoc à Deo Propheta expectat, & ſibi de Deo pollicetur ſiue futuro tempore, ſiue imperatiuo. In Deuteronomio [c] dicitur Deus populum *circumduxiſſe, cuſtodiſſe, vt pupillam oculi, ſuper eum volaſſe, aſſumpſiſſe, portaſſe in humeris, ducem fuiſſe.* In noua lege *iugum* eſt

[a] Ep. 135.
[b] Vatablus.
[c] verſ. 5.
[a] Ep. 135.
[b] Pſal. 4.
[c] Cap. 32. vers. 11.

ſuaue,

ſuaue & onus leue [a], quia idem nobiſcum ſubit Chriſtus,& vberiore gratia iuuamur, vt nō nos, ſed *gratia Dei nobiſcum* [b], peculiari modo magis quam in vetere, operetur: ſed in eadem quoque à nobis, quibus *plus datum* eſt, *plus requiritur*, & *petitur* [c]. Idcirco vocantur Dei dona *munera* [d], & *talenta* [e], à pondere, & onere gratitudinis, &c.

Vulgò etiam dicitur quis *obrutus beneficiis*, & Cicero [f] ait quorundam *mentem oppreſſam præmio, linguam astrictam mercede. Ego feci*, ait Deus [g], *& ego feram, ego portabo, & ſaluabo, vſque ad ſenectam, & vſque ad canos*: hoc eſt quod hîc dicitur, *die quotidie & ſemper.*

Deus ſaluatorium noſtrorum.] יְשׁוּעָתֵנוּ *ieſ hubhaſtenu, ſaluatis noſtræ*, vel iuxta aliam interpretationem ex priore verbo Hebræo: *Portabit nobis Deus ſalutem noſtram*, aut, *Ieſum Saluatorem noſtrum*, reſpiciens ſemper in faciem eius, nobis benefaciēs propter ipſum, dirigens omne iter vitæ noſtræ in viam pacis. Nec audio tamen Eugubinum reprehendentem Hieronymi verſionem qua dixit, *Portabit nos Deus ſalutis noſtræ*, & Lxx. dum ſic habent vt nos. Nam *ſalutaria* in plurali σωτήρια, quibus Lxx. vtūtur, ſignificant omnia bonorum genera pertinentia ad ſalutem. Videtur etiam clarior ſententia, vt dicatur *portare nos Deum*, qui eſt Deus ſalutis noſtræ, quàm portare nobis ſalutem. Nec ignoraſſe Eugubinum arbitror licet id præ ſe ferat (7) *Iomer*, cum ſecta denotare datiuum caſum, ſed etiam aliquando genitiuum, & accuſatiuum Chaldæus hæc ſalutaria. & ſalutem, vt à Deo eſt, expreſſit dicendo: *Fortis qui eſt Redemptor noſter, & Deus noſter ipſum.* Sed & ſequenti verſu magis adhuc declaratur. Affirmat ſe *ſaluare, & prouidere.* Sic alio Pſalmo [h]: *O Domine ſaluum me fac. O Domine bene proſperare:* Ω Κύριε σῶσον με, Ω Κύριε εὐόδωσον δή. Lege quæ dixi ad epiſtolam tertiam Ioannis [i]. Porrò hic iterum Hebraicè eſt סֶלָה *ſelah*, Græcè διάψαλμα. Lege verſum octauum.

Hieronymi verſio ab Eugubino reprehenſa.

Salutaria quid ſint.

a Matth.11.30.

b 1.Cor.15.10.

c Luc. 12.48.

d 1. Reg.19.15.

e Matth.25.15.

f In Piſon.

g Iſa. 46.4.

h Pſal.7.25.

i vers.2.

Verſ.21.] Deus noſter, Deus ſaluos faciendi: & Domini Domini exitus mortis.

IDcirco à Deo ſalus petitur, & expectatur, quia ſolus eam conferre poteſt, & *ſua in manibus omnium* [k]: ſolus effugia mortis, ac periculorum eius concedere, vel hoſtes in ea conijcere valet. Non *vltionum* ſemper *Deus*, & *Dominus* eſt [l] ſed ſaluationum, & conſeruationum, & illas ipſas vltiones, ac exitus, id eſt, modos varios mortis, nimirum inferendæ, viuipit Deus contra ſuos noſtroſque æmulos. Habet claues vitæ *mortisque* [m]: occidit, & viuificat: *Videte* [n], inquit ipſe, *quòd ego ſim ſolus, & non ſit alius Deus præter me: ego occidam, & ego viuere faciam* (Homo, & Diabolus primum poteſt, non ſecundum.) *percutiam, & ego ſanabo.* Denique, *Domini eſt ſalus, & ſuper populum ſuum benedictio* [o].

Patres porrò, *Domini* dicunt eſſe *exitus mortis*, quia mortem Chriſtus deuicit, tum primam corporis noſtri, tum ſecundam damnationis & inferni. Nam *moriendo mortem noſtram abſtraxit* [p] reſurrectionis, nobis aditum, & beatitudinis reſeranit, *confregit portas æreas, vectesque ferreos contriuit* [q]. Addi poteſt animæ mors, ex qua mortes alię, & quam peccatum intulit: hoc enim peccatum ſua quoque Chriſtus morte deſtruxit. Vnius Chriſti eſt *exitus mortis*, inquit Hilarius, ceteris qui veniunt in vitam, ingreſſus in mortem eſt: ille naturæ noſtræ corruptionem in gloriam cœleſtem poſt exitus mortis exulit. Auguſtinus ait conſolationem contineri, ne quis queratur ſe mori, ſi verum ſit à Domino præſtitam ſalutem, quoniam & Dominus ipſe nullo peccato debitor mortis, mortis exitum ſubire voluit.

Deus noſter.] לָנוּ *lanu*, nobis nimirum eſt.

Deus ſaluos faciendi.] לְהוֹשָׁעוֹת *lehoſioth*, *ad ſalutes*, ſiue *ſaluationes.* Chaldæus, *Deus noſtra fortitudo, & redemptio.*

Et Domini Domini.] Hebraicè quoque ſunt duo nomina וְלַיהוָה אֲדֹנָי *velaihuah Adonai.* Græcè, Κυρίῳ, Κυρίε. Hieronymus, *Domini Deo.* Pſalterium Vaticanum legit ſemel tantùm, & Hilarius, & Auguſtinus. Lyranus monet non eſſe negationem, ſed primum eſſe nomen puræ ſubſtantiæ diuinæ, ſecūdum cum reſpectu dominij ad creaturam. At Hieronymus inuerſo tranſtulit ordine. Emphaſim arbitror repetitione denotari, & quid maxime proprium Deo, ſiue ſit eadem duplicis nominis repetitio, ſiue eadem ſignificatio. Parum etiam refert, an quis cum Pagnino vertat *Domino*, pro *Domini*, cùm vt dixi, (ל) *lamed*, vtrique caſui ſeruiat, & idem ſit dicere *Domini ſunt*, & *Domino ſunt.*

Exitus mortis.] Hebr. לְמָוֶת תּוֹצָאוֹת *Lammauet thoſaoth*, *Ad mortem ſunt exitus*, vel *mortis*, εἰ διέξοδοι τοῦ θανάτου. Chaldæus, *Et a conſpectu Domini concertant in impios mori, & exeunt animæ in ſuffocationem.* Videtur διέξοδος intellexiſſe de modis interficiendi & Ægyptios notaſſe ſuffocatos a quis maris [a]. Et hæc pars etiam eſt muneris Saluatoris tollere aduerſarios de medio. Sed & illa alia, vt liberet a periculis mortis etiam magnis: multo magis à communibus tum mortis, tum aliarum rerum.

Tertia erit acceptio de ſimplici morte, quam, vt ante cum Auguſtino dixi, Chriſtus ipſe ſuſtinuit, vt eius exemplo mortem patienter toleremus, nec ideo putemus non contingere ſalutem, quòd mortales ſimus, & moriamur. Hinc, vt a pertiſſimo teſtimonio probat Auguſtinus [b] mortem ac reſurrectionem Chriſti: qui dicatur *Deus ſaluos faciendi*, iuxta notionem nominis *Ieſus* [c], nec alios habuerit exitus de hac vita, quàm mortis, vt moriendo ſaluaret. Sed mirando, inquit, dictum eſt, *Domini*: tanquam diceretur: Talis eſt vita mortalium, vt nec ipſe Dominus aliter ab illa exiret, niſi per mortem. Iſidorus probās hinc verè mortuum Chriſtum, legit verſum totum: *Deus noſter, Deus ſaluos faciet nos, & Domini mors, & Domini exitus.*

Præmia in vita, ingreſſus in mortem eſt.

Conſolatio ſi quis queratur ſe mori ſi vera ſint omnia.

Mortis ac reſurrectionis Chriſti mysterium teſtimonium

a Exod.14.27. 28.

b 13.de Ciuit. Dei, c.8.

c Matth.1.21.

k Pſ.59.13.

l Pſ.93.1.

m Apoc.1.18. 1.Reg.2.6. Deuter.32.

n Deuter.32.

o Pſ.3.9.

Vt dicamur Domini exitus mortis.

p Eccleſia in præfatione de Reſurrect. Dom.

q Pſ.106.16.

nes, videlicet recensiti ab annis viginti, & supra.

Verumtamen. Πλὴν, אך *ach*, hoc Hebræum vocabulum exponit Eugubinus: *Tantum*, & *solum*: vt solus intelligatur Deus esse, qui hoc possit quod dicitur. At certum est id quoque significare, quod Græce & Latinè habetur.

Confringet. Συνθλάσει, Hilarius, &c. Augustinus [a], *conquassabit*. nec non Paulinus [b]. Hebraice יחץ *ymchats*, quod verbum significat *transfodere, transfigere, sauciare, vulnerare, cruentare, inficere sanguine*, & habetur etiam versu 24. sed Græcum valet *contundere, elidere*: & videtur onomatopœicum à sono. In Psalmo 109 [c] illis verbis: *Conquassabit capita in terra multorum*, est vtriusque linguæ idem verbum.

Capita.] Hebraicè ראש *rosh*, in singulari, seu vnius cuiusque caput, sicut & citato 109. Psalmo. Lethale capitis vulnus est.

Verticem capilli.] Partem summam capitis, in qua diuiduntur capilli, & dispeiciuntur hinc ad dexteram, hinc ad sinistram. Symmachus κορυφὴν τριχῶν ἐκτινάξει ἀναστρεφομένου ἐν τοῖς πλημμελήμασιν αὐτοῦ, *verticem capillatum volutantium se in delictis suis*. Significat crinitum, capillosum, cirratum, cincinnatum, hirsutum, qualis latro impiúsve solet esse. Et Diabolus vocatur *pilosus*, שָׂעִיר *sehabbir* [d], & *Faunus, Satyrus*: Hilarius Dæmonũ exprimi vult malitiam tantam, vel insistendi quadam leuitate, vel potestate dominandi, & per momenta in orbe commeandi, vt perambulent super capita hominum, qui vix ipsos quoque sentiant, vt sũt sine sensu capilli. Hieronymus præterea hos *inimicos* vocat Dæmones, & de his accipit quod est alio Psalmo [e]: *Tu confregisti capita draconis in aquis*, quia quot peccata, tot Diaboli capita: & *verticem capilli confringi*, quoniam nec minimum remaneat in Diabolo quod non frãgatur. Theodoretus item de Dæmonibus intelligit, quos confregerit Christus, cùm ij adeò diligenter inquirant hominum peccata, vt ne capillum quidem, id est, nec minimum peccatum despiciãt, & in Christo quidem etiam quærituros; at nil reperisse [f]. Euthymius hoc approbat: additque significatum dominium, quod habent Dæmones in peccatores, eorum calcando capita, & comam. Augustinus accipit ipsimet homines, sed nimis se de malitia sua extollentes, & superbientes in delictis suis: tum qui aduersus doctrinam eius extollebãt se, atque tanquam mortem hominis irridebãt [g]. Istorum autem *capita conquassari, & confringi*, dicit, cùm à superbia deiiciuntur, siue humilitate corrigantur, siue in ima Tartari abrepti.

Idẽ Doctor [h] Paulino respondens quærenti [i], quid esset *vertice capitis perambulare in delictis*, cùm sit capillus sine sensu, cur nõ potiùs dixerit Propheta verticem capitis: & an ea phrasi repletum peccatis hominẽ voluerit ostẽdere; ait significari superbiam nimiã sese extollentiũ in delictis: quasi per hyperbolem *capilli verticẽ perambulando* calcaret. Sed tamen & illa nõ displicet, quam obiiciendo Paulinus proposuit, ratio, vt denotetur maxima malitia, quæ omnia repleat, omnia inficiat, etiã capilli verticem, & summũ crinem, &, vt alibi dicitur [k], *ascendat semper*. Chrysologus [l] aut Magdalenã capillis capitis sui tersisse Christi pedes [m], vt iuxta Psalmistam, verticem capilli, ex quo ambulauerat in delictis suis in lauet tatem tali verteret seruitute. Rursus differens [n] de malitiæ inclinata quæ omnino non poterat sursum respicere, propter spiritũ infirmitatis & Satanæ vexationem [o], docensque pondus peccati grauitatemque super quotidis aliud onus [p] designasse, ideoque & publicanum *oculos ad cælum leuare* nequiuisse [q], dicit, quòd hoc suffumens Propheta noster, sui operis aperuit auctoré verbis istis: *verticem capilli peramulantium in delictis suis*, quia qui non resistunt delictis sed perambulant in eis, eorum diabolus equitat & percurrit in verticem, vt qui ad mala suo vadunt studio, ad peiora diaboli ducantur impulsu, Apostolo dicente, *tanquam cunctes ducebamini* [r].

Christus est noster Nazaræus capillo tectus sacro: ipsius qui apparuit *in rubo* [s], venit *benedictio super verticem* nostrum [t]: vt & nos efficiamur Nazaræi, & ille ipse verticem capilli nostri perambulet amputando superflua delictorum, sanctificando ornamenta virtutum, inquit Ambrosius [u]: imponamus hunc hominem *super capita nostra* [x]. Chaldæus; *Euellet capillos viri ambulantis in flagitiis suis*. vbi potest innui turpis decaluatio & acerba depilatio quæ dolorem continet; atque seruitutis ignominiam, vt videre fuit in legatis Dauid [y]. In hoc veluti caluario figet Christus crucem suam, vbi sedem sibi superbia fœminarum, & quorundam etiam effœminatorum virorum, locauit, vt indicat Drogo Cardinalis [z].

Vers. 23.] Dixit Dominus: Ex Basan conuertam, conuertam in profundum maris.

PRoposuit Deus Ecclesiam suam sic liberare, vt olim populum de Og rege Basan [1], & de Ægyptiis mari mersis [m]: sed & ad illam aggregare Gentium confusionem, & remotiores insulas maris.

Ex Basan conuertam.] אשיב *aschib*, ἐπιστρέψω. Chald. *De Iudæis, qui mortui sunt, & deuorati à feris siluestribus, dixit Dominus, de Basan reducam*. Hilarius, & Augustinus: *Ex Basan conuertar*. Eodem pacto Psalterium Ambrosianum. Augustinus tamen meminit nostræ lectionis, quæ etiã est Hieronymi, nisi quod habet (*de*) & congruit textui Hebræo Græcoque. *Conuertam*, explicat Deum ipsam dicere, cui dicimus; *Deus virtutum convertere nos* [n]. quo versiculo mirifice delectabatur Licentius & eum succinebat, ac etiam cùm ad requisita naturæ foras exiliet, paulo clariùs canebat [o]. &, *Convertere nos Deus salutaris noster, ex Basan*, id est, ex confusione peccatorum, ex siccitate inopiæ: ita vt *Basan* & *confusionem*, & *inopiam* significet. Præterea iuxta aliam lectionem, ait dici, *ex Basan convertar*, quoniam ad nos conuertitur, qui dicit [p]: *Convertimini ad me, & ego convertar ad vos*. Hieronymus consentit in etymo de confusione, quia nos converterit Christus per crucem suam, quam putãt *stultitiam* [q], & confusionem, de confusione huius seculi. Item Hilarius *confusionem, pudoremque* interpretatur *Basan*: & Deum conuertisse ex ea confusione, pudoréque, quem populus patiebatur sub Ægyptiis. Addit illud de toto humano genere quod liberauerit per Crucem Christus, & per profundas ceu mare passiones de confusione sub Dæmonum quos *triumphauit in semetipso* dominatione [r]. Theodoretus pariter *Basan* interpretatur *peccati dedecus*, à quo nos cõuerterit

a Hic, & epist. 55.
b Epist. ad. apud Aug.
c vers. 6.
Diabolus pilosus dictus.
d Etymol. lib. cap. 14. *Faunum malum.*
e Psal. 73. 14. *Quot peccata, tot Diaboli capita.*
f Ioan. 14. 30.
g Matth. 27. 40. & seq.
h Epist. ad Aug. quæ est 31. Epistol. *Verticem capilli perambulare in delictis, quid sit.*
i Psal. 135. 1. Sam.
k Luc. 7. 38.
l Serm. 105.
a Luc. 1. 2. & seq.
b Paul. ep. 31.
c Luc. 18. 13.
d 1. Cor. 12. 2.
e Exod. 3. 2.
f Deut. 33. 16.
g In Ps. 43.
h Ps. 65. 12.
i 2. Reg. 10. 4.
k Ser. de Pass. Dom.
l Num. 21. 24. 35.
m Exod. 14. 27. 28.
n Ps. 79. 8. *Lectionis hoc positæ quam sæpe diuulgatæ.*
o Aug. 1. de ordine, c. 8. *Deus Basan fit gaudium cordis.*
p Zach. 13.
q 1. Cor. 1. 23.
r Colos. 2. 15.

Deus,

Deus. Idem est apud Euthymium, necnon de sordibus, nempe de conuersione ab Idolorum confusione, atque a sordibus peccatorum Athanasius [a] tradit similem explicationem, legens: *Reuertar & Basan*, pro turpitudine sumens: *Reuertar ex Basan, & reuertar in profundum maris*: hoc est, de Cruce ad Infernum redibo, vt illa confusa hinc deprædet, & captiuum ducam. nam crucem Iudæi execrabilem putabant. Eugubinus exponit ceu ex edito loco Deum ex monte Galaad aspicientem hostiles manus, secum dixisse: *Eripiam seruos meos, & in profundum maris me gam hostes, efficiamque vt eorum cuncta sanguine redundent.* Ad eum ferè modum quo Habacuc [b] inducit *Sanctum venturum de monte Pharan*, & Moses [c] scripsit benedicens populum, quòd *Dominus de Sinai venit, & de Seir ortus est nobis, & apparuit de Pharan, & cum eo Sanctorum millia*, id est, Angelorum, de quibus etiam paulo ante dictum hoc Psalmo [d]. Genebrardus ait induci promittentem Deum fore, vt de fœtissimis hostibus liberet, quemadmodum fecit quondam de Og rege Basan, & de Pharaone, quem mari mersit cum Ægyptus aliis. Hæc optima expositio, a qua nec alij dissentiunt, sicut nec vt hostes figurate intelligantur per *Basan*, propter fortiores dictæ regionis *Basan* arietes [e], qui reuerti tamen compellantur, & velut in profundum maris mergi, sicut Ægyptus accederat.

Qui *Basan* etymologiam tradunt, vt sit confusio, dedecus, turpitudo, & ex dedecus a בוש *bosh*, vnde & בשנה *bosh-nah*, *putor*; sed alij putant significare *sanguem*, vt prius vidimus. Quo modo autem *Basan* Hieronymus priorem secutus notationem, & expositionem *reuertam De sinu hostium* vult, non satis percipio.

Conuertam in profundum maris.] Ex *Basan*, *In profundis*. Sic quoque Augustinus, qui explicat quod etiam ibi Deus conuertat ad se *de profundis clamantes* [f]. Et, *in profundum* dicit, pro, *in profundo*: vbi cõuersus ille dicit, *De profundis clamaui*, & c Cassiodorus Hieronymi præfert versionem, *De profundis maris*, & ipsemet alibi Hieronymus [h] legit, *De profundis*. Lege Notationes Lucæ Burgensis. Testis præterea Rab. Kimhi aliquã do ם *mim*, vlurpari pro ב *be*, vt [i] *in Sinai*, pro, *de Sinai*. Symmachus, vt ante *Basan*, legit; ita & ante Βοσόρ, *A Basan*, & *A profundis*. Chaldæus: *Reducã Iustos qui sunt suffocati, & quos absorpserunt pisces in profundum maris.* Id est, etiamsi hoc accideret, possum liberare, quemadmodum illud de Basan accipiebat de deuotatis à feris syluestribus. Antè dictum est, innui mersionem Ægyptiorum, & *aquarum* quoque nomine cladem solent inundantes opprimentésque calamitates intelligi. Nihil obstat præterea, denotari liberationem detentorum in Limbo, vt placet Eugubino. Euthymius & Hieronymus profundum grauiorum peccatorum interpretantur, in quibus, id est, ex quibus conuertit Deus, ad veritatis adducens lucem, necnon ex commotione fluctibúsque seculi, videlicet variarum tentationum. Dixerante, Hilario videri, *profundum maris* esse labores, ac dolores, quos tolerauit Christus: sed & quidam existimant, ex quibus est Panigarola in Paraphrasi, conuertendas insulas remotas, non tantùm Basan, reliquæ Gentilitatis. Id nostra potissimùm contigit ætate.

* * *

Vers. 24.] Vt intingatur pes tuus in sanguine: lingua canum tuorum ex inimicis, ab ipso.

POëtica descriptio est victoriæ, quæ tanta sit, vt vincentis pes tingi possit in cæsi hostis sanguine, necnon hic insepultorum sanguis lingi à canibus. Euenit hoc Iudæis ad internecionem cæsis a Vespasiano, Traiano, Adriano, à quibus post mortem Domini, (quorum dici typus hac in re possit: Ægyptus) capti, vniuersa supplicionum ac miseriarũ genera perpessi sunt, ait Hilarius. Consentit Hieronymus, & extendi potest ad excisum Romanum Imperium, quod Ecclesiam adeo vexauit. Theodoretus & Euthymius, & Hieronymus adhuc victoriam de Dæmonibus a Christo partam hîc sumunt; quos ille *calcauit in furore suo tanquam in torcular, & tinxerit vestimenta sua, aspersi habens eorum sanguine* [a]. Idem Euthymius docet pedem Christi esse ipsius Ecclesiam, quæ fert eum vbique per fidem, & illius est intincta signatáque sanguine, vt quemadmodum ferrum tinctura, sic & ipsa eodem sanguine consolidata ac roborata sit.

Quartus apud Euthymium, sed ex iis quos dat, tertius, sensus est, de Martyrum sanguine, qui Dæmonum sanguinem ipse fundat, eósque quodammodo interficiat. Augustinus [b] conflat è duobus vltimis vnum, vt qui conuertuntur ad Christum *de Basan, & de profundis*, eo modo qui antè declaratus est, in tantùm gratia eius proficiunt, vt fiant pes Christi inter membra illius ad annunciandum Euangelium; & pro nomine eius vsque ad sanguinem certent. Gregorius [c] eadem ratione vult *linguam canum ex inimicis* prodire, quia conuersos Gentiles Dominus etiam prædicatores facit, de quibus Esaias [d]: *Canes muti non valentes latrare*, quando non funguntur officio. Idem tradit Aponius [e]. Gentiles à Iudæis vocantur כלאים *chelaim*, *mixtiones*, vt a Christo Chananæa [f], & modò Christiani à Turcis, & ab Hispanis Christianis Mahumetani atque Æthiopes. Vilissimi quippe per contemptum sic appellantur in Scripturis [g].

Porrò Ambrosius [h] secundùm tropologiam iubet nos *tingere pedem* nostrum in Christi *sanguine*, id est, animi vestigium, & mentis incessum, indubitata confessione Crucis Dominicæ, & diluendo vitia, peccata detergendo, mortem Christi in carne circumferendo. Videri quoque posset sensus accommodationis, quem iidem indicant Patres, & alio rursum loco Hieronymus [i], Christum ipsum pedem suũ *intinxisse in sanguine*, quando crucifixus est, propter copiam effusi sanguinis. At non sufficit lambere more canum sanguinem: manu admota ad os siue proiiciente, lambentes soli probi milites Gedeonis [k], & Christi: hoc est, qui linguæ & præconio, ac gustui passionis Christi & sanguinis, adhibent opus imitationis.

Cajetanus præcedentem & sequentem versum diuersò valde modo, & oppositò explicat, ac nectit etiam cum 22. vbi fuit sermo de confringẽdis capitibus inimicorum, &c. At cùm præcepto Dei, ne populus vltra progrederetur, is inobediens fuisset, ideo cæsum esse [l]: hoc autẽ loco præceptum id contineri: reuerti enim compulsum populum ex refutata aggressione Basan. Vnde sensus est, inquit, *De Basan conuertam*, id est,

[a] Quæst. 114. ad Antiochũ

[b] cap. 3. 3.

[c] Deut. 33. 2.

[d] vers. 18.

[e] Deut. 32. 14.

Basan etymon.

[f] Ps. 129. 1. & Ihaiam.

[h] In Michæã sub finem.

[i] Deut. 32. 2.

Aquarum ne mine saudantes & opprimentes calamitates intelligi

Sensus lect.

Sub Romanis Iudæorum internecio.

[a] Esa. 63. 1. & seq. *Varius sensus loci.*

[b] Hic, & Epi 29.

[c] 2. Mora. c. 7.

[d] c. 56. 10.

[e] Li 4. in Cãtica sub finem. *Caneres Iudæi reuera Gentiles, ex multis Christianis a Turcis. Canes vide, vtri quoque per contemptum appellari*

[f] Matt. 15. 26. & 2. Reg. 8. 2. 16 9. lib. 4. 8 11.

[g] Li 5. in c. 7. Lucæ.

[i] In c. 63. Esa.

[k] Iudic. 7. 6.

Cantani explicatio, & versus præcedentis & sequentis & tam 22. quam 23.

[l] Num. 14. 40. & seq. Deut. 1. 40.

Reuerti faciam, & *de profundis maris*, id est, per viam maris Rubri [a]. Idcirco per Apostrophen ad populum subdit vates, Quia noluisti redire, sed progredi, *tinget pedem tuum in sanguine*. quia persequetur Amorrhæus te vsque ad internecionem, & viam sanguine complebit, vt qui fugiet, pedes cruentent, & canes illac transeuntes linguant sanguinem.

Vt intingatur.] Psalterium Vaticanum: *Donec intingatur.* Symmachus: ὅπως ἂν συγκατάξῃ ὁ πὺς ⸗ μὴ αἱματος, ἡ λαλιὰ γλώσσα κυνῶν ⸗ ἀπὸ ἐχθρῶν ⸗ τῶν ἐχθρῶν ⸗. *Vt confringatur pes tuus cum sanguine, & lambat lingua canum tuorum ex vnoquoque inimicorum tuorum.* Hebræum תחתו *thumchat*, potest significare, *calcabit*, vel etiam *subiicet*, per metathesin יחתם *tachmats*, *conculcabitur*. &c. sicut dixi versu 22. & cùm possit esse secunda persona masculina, vel tertia femininа, item significatio tum actiua, tum passiua, verti variis modis potest, *vt intingas*, vel *cruentes pedem tuum*, vel *intingat*, vel *intingatur*, &c. Pagninus vtitur *fingendi* verbo: Symmachus, *contringat*, vt dixi: & videtur denotare cantam in cædendis hostibus constantiam, vt citius frangantur pedes merfi sanguine, quam defiliant à cæde. Hieronymi versio est, *Vt calcet pes tuus*, &c.

Pes tuus.] O Deus, ò Christe, vel ò Dei populе, ò Ecclesia.

In sanguine.] Similis phrasis, *Manus suas lauabit in sanguine* [b] &c. *lauabo in innocentia manus meas* [c], &, *lauabam pedes meos butyro*. Hebraice יִרְחַץ *pelibmaan* pedes suos siue *plantas*,

——— [d] *Beda Dorcas bella*

Et Tbrim vndas fumantem sanguine cerno.

Effudit enim [e] *sanguinem ipsorum tanquam aquam in circuitu Ierusalem, & non erat qui sepeliret.*

Lingua canum tuorum.] Etiam intingetur, lambet, &c. *Canem* in bonam etiam fumi partem à Scripturis, docet Augustinus [g], & alij, nosque diximus Commentario in Ecclesiasten [h]. Mattes insignium duorum sanctorum & prædicatorum, Bernardi atque Dominici, vitæ sibi sunt canes in vtero gestare ac parere. Quidam *canes* figuratè sumunt hoc sensu, vt non modò *intingatur pes in hostium sanguine*, sed ipsimet hostes in eodem suo sanguine prostrati, suas ipsorum linguas in ipso intingant, quibus caninum in morem populum Dei momorderunt, & vexauerunt. Hieronymus, Iudæos, qui inimicorum, id est, Dæmonum instinctu clamarunt, *Crucifige* [i], &, *sanguis eius super nos* [k], illic ipse sanguis, quem sponte fudit Christus.

Ex inimicis.] In sanguine, inquam, fuso *ex inimicis, intingatur & pes tuus, & lingua canum tuorum*, lambendo illum.

Ab ipso.] Ab ipso, inquam, sanguine eodem qui effluit ex inimicis, vel ab ipso, vnoquoque ac singulo inimicorum. Aliqui intelligunt ab ipso Rege Assur Sennacherib, quem eius *filij gladio occiderũt* [l], seu ab ipso sanguine dicti Regis, alteriusve qui totius exercitus moderator erat. Cajetanus putat significari sanguine fusum ab inimicis non more bellico, sed expresso, ac directo quodã tanquam inimici animo, eoque. Augustinus [m], *ab ipsis*, exponit, Christo, cuius gratia hac, vt qui erãt inimici, canes, id est, prædicatores, fiant. Hieronymus reddit, *A temetipso*. Quod certe non ita congruit cum מִמֶּנּוּ *mimmenu*, & cum παρ' αὐτῶν: quorum vis magis cum Græco pronomine, quod omnibus personis inseri potest. Esset autem sensus, quòd sanguis ille propria ipsius fundendus esset manu. Arnobius exponit, a Diabolo, qui excitauit Iudæos tanquam canes ad latratum contra Christum, vt ante retuli ex Hieronymo.

Vers. 25.] Viderunt ingressus tuos Deus, ingressus Dei mei: regis mei qui est in sancto.

TV ipse Deus itineris ducem te præbuisti, & visus es incedere, dum in Arca fœderis, vbi sanctè colebaris, & agnoscebaris, quodammodo solenni pompa vehereris, & exires in pugnam contra inimicos populi tui, iisque superatis redires cum triũpho: dum demergeres Ægyptios, dum præire faceres columnam nubis & ignis, dum tot ederes alia signa per teipsum, & Angelos astellores.

Hæ vmbræ sunt progressionis tuæ, ô Christe, atque aduentus tui per incarnationem, & œconomiæ tuæ totius circa Redemptionem in sancta Ecclesia tua, quã suismet oculis illis beatis [a] Apostoli coràm sunt intuiti: *Interus enim vobiscum & cum hominibus conuersatus es* [b]: donec *videntibus illis elevatus es in cœlum* [c]. De hoc in cœlum itinere Hilarius, & Hieronymus: Augustinus de reditu ad iudicium, qui visus sit, id est, magis manifestatus in Nouo Testamento: vbi Petrus fatetur se, atque condiscipulos, iussos [d] prædicare, atque testificari quòd constitutus est Christus à Deo Iudex vinorum & mortuorum. Ceteri, viam totam transactam ab incarnatione, modòsque varios in nostra procuranda salute adhibitos; vt Theodoretus, & Euthymius. Rursus idem Augustinus [e], vel Eucherius [f], istos *ingressus* & *egressus*, de Christo interpretantur: quos & quodam loco Gregorius [g] vocat *saltus*. Sponso aptari possunt quæ dicuntur de Sponsa [h]: *Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia Principis!* Et quod de Prædicatoribus Eliæas [i]: *Quam pulchri super montes pedes annuncians & prædicantis pacem, annunciantis bonum, prædicantis salutem, dicentis Sion; Regnabit Deus tuus!*

Viderunt ingressus tuos.] Hieronymus: *Viderunt itinera.* Augustinus: *Visi sunt gressus tui.* hoc etiam pacto Vaticanum Psalterium, & Ambrosianum. præterea Isidorus [k], explanans de ascendente in cœlum Christo, qui sit visus ab Apostolis atque quingentis viris. Idem Hieronymus [l] scribit Suniæ, & Fretelæ, Septuaginta vertisse ὑποφήσαν αἱ πορεῖαι ⸗ ὁ Θεὸς, id est, *Visi sunt ingressiones Deus*, in Hebræo esse, רָאוּ הֲלִיכוֹתֶיךָ אֱלֹהִים *raau halicotheca elohim*, Aquilam, Symmachum, Theodotionem, Quintam ac Sextam editionem reddidisse: *Viderint itinera tua Deus*, & vitium esse editionis, quam piæ illæ fœminæ referebant: *Viderunt ingressiones tui Deus*. Et quamuis repererit in Septuaginta, & in hexaplis, ὑποφήσαν τὰς πορείας σου, tamen in multis codicibus haberi ὑποφήσαν, atque id obtinuisse consuetudinem. Hoc nunc certè modo passim legimus, etiam in emendatis Bibliis Lxx. nempe in passiua significatione, ὑποφήσαν αἱ πορεῖαι ⸗, &c. Attamen nil variat propterea sensus, dummodo vitium, de quo monet Hieronymus, vitetur. Sensum optimè Chaldæus Paraphrastes expressit: *Viderunt domus Israel incessum Maccabæorum super mare Deum, dicentes: Incessus Dei nostri regnantis fuit vniuersum orbem in*

a Deut. 1. 40.

b Psal. 57. 11. c Gen. 49. 11. d Iob 29. 6.

e Actor. 1. 6.

f Psal. 78. 5.

g Epist. 59. in Cap. 4. S. Bernard. & Dominici mat. sanctor. in sum. regio cani

i Ioan. 19. 6. k Matt. 27. 25.

l 4 Reg. 19. 37.

m Hie. & epist. 59.

Sensus Iua.

a Luc. 10. 24.

b Baruc. 3. 38. c Act. 1. 9. & seq. Quare interpretationes.

d Infr. 10. 42.

e Tom. 4. lib. De ciuitate Dominante. f De formu. spiritu. intellig. g Homil. 27. in Euang. h In Cant. 1. i Capite 52. Nahum 1. 15. Rom. 10. 15.

k De natiu. Domini, &c. 28. & 37.

l Ep. 135.

Vincentium, & triumphantium, propriè exit. a Iudic 18 vers. 14. & 15.

sanctuario. Porrò Paraphrastes ista significat vidisse, qui voluerunt, Arcam in deserto magna incedentem pompa, & iubilatione: Vel ingressus ita denotant ipsas ouationes, triumphosve conspicuos: præterea pompam circa solemne sacrificium in sancto, id est, in sanctuario. Nam *ingredi, incedere, gaudere, & concrepare, transire*, verba sunt eorum, qui vincentium atque triumphantium in morem ingrediuntur. Exéplis id Pineda [a] noster illustrat, & ad ascensionem præcipue Christi cum reliqua vitæ ipsius peregrinatione transferri potest. Licet verò Iudæi propriè non viderint ingressum Christi in mundo, id est, incarnationem, sed processum per effectus; non ideo tamen præferre debuit Burgensis in versione, *gressus* (ingressibus.) Latine enim idem significare possunt.

b Ep. 135.

Ingressus Dei mei, regis mei.] Vltimum pronomen Græci præmittunt, & psalterium Vaticanum, atque Ambrosianum, & Hilarius. Sed male ac mendaciter omittitur, inquit Hieronymus [b], cùm sit Hebraice, & blandientis denotet affectum, vt qui omnium Deus, & Rex est, suus specialiter Deus fiat, & rex merito seruitutis. Vide, inquit Euthymius, quam ingenuè Dauid Christum fateatur esse Deum. Non vides necessitatem illationis; sed illum qui prouinè dictus est *Deus* in vocandi casu, *meum ingressus tuos Deus*, cum pio affectu vocat Dauid *Deum suum*, ac *Regem suum*. Neque quod sequitur, *In sancto*, Patrem significat, vt idem Auctor vult, quasi denotetur Christum esse in Patre.

c vers. 18.

Qui est in sancto.] In Sanctuario, siue Arca, in cœlo quoque, vt antè notauimus, & in Ecclesia, item in sacrificio, vel in sacro conuentu, vbi, qui se *in medio duorum trium ve congregatorum in eius nomine* dixit *esse* [d], quodammodo chorum agit, & incedit. De Patre refutaui paulo ante interpretationem Euthymij.

d Matt. 18. 20.

Vers. 26. Præuenerunt principes coniuncti psallentibus, in medio iuuenculatarum tympanistriarum.

Sensus loci.

PArta victoria ex pugna, ad quam egressus fuerat in desertum, & cum rediret Deus, præcesserunt in pompa triumphali, ac in solemni populi conuentu Principes, siue primarij viri, siue præcentores, iis coniuncti, qui musicis ludebant instrumentis, & cum iisdem puellæ tympana pulsantes, & quod est versu sequenti, dicentes. Sub hoc autem typo in Ecclesiæ triumphi quos præstitit Christus, Apostoli fuerunt militiæ Principes, hisque adiuncti sunt ex vtroque sexu, & ex fœmineo, etiam iuniores, qui ad laudes triumphantis omnes inuitarent, sequentibus verbis. Hoc modo Patres. Vel de ascensione, vt Hilarius, & Hieronymus, in qua principes Angelorum sanctorum præuenerunt animas, quæ mortificato corpore concinebant [e]: *Attollite portas*, &c. & *tympanistria* vocârit, quoniam mortuum erat peccato corpus ipsarum. Sed & viuentem Christum, præter Apostolos, ac Discipulos, mulieres sequebantur [f], quadam Apostolos [g], quamuis præsertim ad obsequium victus, vt Patres exponunt [h], seu, vt loquitur Tertullianus, de victualia exhibitione. Per *principes* quoque præcipui Doctores possunt intelligi Apostoli, & apostolici viri, vel etiam reges, ac principes, qui se ad Ecclesiam adiuncturi præsentarent. Huius est ad forotem Mosis cum duplici canentium choro [i], & simile quid fecisse Debora videtur in suo Cantico cum Barach [k], & aliæ mulieres, occiso Golia [l]: & cantores atque cantatrices cùm cum Hebræis, dum rediret de Babylonia, vt leniret itineris molestias, reducesque recrearent [m]. Fecit sibi quoque Salomon cantores & cantatrices, vt vidimus in Commentario Ecclesiastis [n]. Constat præterea solitos præcedere cantores in Hebræorum exercitu. Nam [o] inter alia narrant sacræ litteræ *iecisse Iosaphat consilium populo, & constituisse cantores Domini, vt laudarent eum in ornatu sancto, & antecederent exercitum, ac voce confessionis dicerent: Confitemini Domino quoniam in æternum misericordia eius.* De Lacedæmoniis plurimi prodûnt [p], deque cantu, quem vocabant [illegible], de Germanis [q], & de Gothis aliqui [r], de Nicanore Historia Machabæorum [s]. Suidas [t] docet Græcos vios alalagmo, & eleleu, acclamasse cum moderato motu. Frequentatâ apud eosdem Pæan duplex, teste Scholiaste Thucydidis [u], *ἰὴ παιὰν* & *ἰὴ παιὰν*, Martio, ante prælium congressûs: & *ἰὴ παιὰν* Apollini, post prælium, victorialis. De Romanis [x] traditum, voce Martia cecinisse, suorumque laudes Imperatorum extulisse. In ipso congressu quoddam pium decantatum à Christianis legimus in Historiis, vt, *Crux vexit* [y]: *Halleluiah* [z], *Hostem repellas longius* [a], &c. & Hispanos accepimus patronum suum Iacobum Apostolum inuocantes, multas de Mauris victorias reportasse. Docuimus [b] initio Psalmi plures in Titulo Psalmos gerere, *Νικητικὸν*, vel *νικοποιὸν*, vel *νικητικὸν*, cùm certi etiam designati cantores essent apud Hebræos ad epinicion [c], & epinicia festiuæ agitari solerent [d], & fausta fieri acclamationes [e], precesque [f].

A

B

C

Sed ad rem præsentem faciùt maximè preces post bellum, quorum, præter initio posita exempla, possunt addi Machabæi [g], & Iudith cum populo post truncatum Holofernem [h]. Legendus [i] Iosephus Iudæus, & alter cognomento Stephanus [k], ex quo nonnulla hic mutuati sumus, & de Musica egimus in expositione Antiphonæ, *Regina Cæli*: & Mazzarinus noster [l] in Iudinum L.

D

Cæterum sensu opinor accommodationis, qui Bernardo familiaris est, per *Principes* cum eodem [m] possumus Angelos intelligere, qui se iungant psallentium choris: Hinc tamen colligere possimus duplicem distinxisse chorum Hebræos ad cantandum, psallendumque, virorum, & mulierum. Id asserunt de Cantico Mosis [n] Oleaster [o], & Philo [p].

E

Præuenerunt Principes coniuncti psallentibus.] קדמו שרים אחר נגנים *kadamou scharim achar nogenim.* Hieronymus: *Præcesserunt cantores eos qui post tergum psallebant.* & eodem ferè modo cæteri, qui vertunt ex Hebræo præter Caietanum, qui hoc modo: *Præuenerunt principes post sonatores*, & ait describi triumphos Iudicum, & Saulis in victoriis quas retulerunt, illosque præiisse ante exercitum, sed præcedentibus sonatoribus, hinc & hinc iuuenculis tympanistriis concinentibus in vias. Chaldæus: *Præuenerunt & diuerunt Canticum post Mosen, & Aaron, qui modulabantur ante eos.* Septuaginta: Προέφθασαν ἄρχοντες ἐφεξῆς ψαλλόντων Sed emendata Biblia ἐχόντων ἐν. Vox Hebræa שרים *scharim*, significat *principes*. in ש *sin*, habeat punctum in finistro cornu; *cante-*

Iuuenum, vel tympanistriarum.

Principes quos Apostoli intelligi.

Illustr. loci.

a Bexad. 1. 1. 10.

b Iud. 5.

c 1. Reg. 18. 6.

d 1. Esdr. 1. 5. e Esdr. 2. 1. 2. Paralip. 35. Machab. 2. Lib. Sapient. 10. 5. 8. Cap. 12. 27.

Cantores in ordine præcedentes in Hebræorum exercitu.

e Theophil. de Repub. Lacedæm.

f Thucyd. lib. 5. Plutarch. in Lycurgo.

g Statius Empyricus. Matthematicos, c. 22. Max. Tyrius. 21. Cæl. Rhod. Quæ lect. lib. 10. Gyrald. Syntag. 11.

Cantus varij barbarum populorum in congressu bellorum.

h Iordanes de Rebus Geticis, c. 11.

i Lib. 2. 15. 25.

l In verbo.

m Lib. 1.

n Marcellinus lib. 19 & 20. Dio Cassius lib. 71. Pausan. lib. 1. & 11.

o Gedren. in Basil.

p Beda 1. Histor. ca. 20. Paulus Diac. 1. 5. Ado Trec. in Martyrol. Kal. Octo. Constantius in vita S. Germani Antissiodoren.

Sensus accommodatitius.

q Historia Sacra Monast. Manuens. cont. Albrig.

r 1. Mat. 15. 21. s 2. Machab. 8. 13.

Inclinatio loci ad quæ Hebræi adcantandum assueti.

t 1. Machab. 9. 40.

u 1. Mach. 15. 25.

x 2. Mach. 15. 29. & lib. 14. 24.

y Iudith. 15. 12. z 2. 26. Hesych. a 14.

b Iosh. lib. 1. Machab. 13. vers. 2.

c Dissertat. Sect. 8. n. 4.

d Vers. 10. 7. in Cant. & 1. 28.

e 1. 2. 15.

f Lib. 1. 3. de Vita Mosis, c. 11. de Agricol.

res, si in dextro. Vtraque hoc loco significatio concurrere potest, vt sint principes cantores, siue præcentores. Sic cantorem illud tuum Moses prior cecinit, vt Oleaster citatus ac Philo docent, nec non Abulensis [a], & alij. Hoc ipsum potius innuit Chaldæus a me positus, quam opposuram, vt tamen Eugubinus contendat nostram reprehendens Interpretem. Vidimus quoque in principio præfectos cantorum fuisse dictos מנצחים *menatsechim*, erant autem propriè שרים *scharim* qui ore canebant, vt & שיר *schir*, ore pronunciatum canticum, sicut ibidem notauimus.

Cantate psallentibus.] Ex Hebræo posset verti, *post illos sequebantur psaltantes instrumenta musica*. Hieronymus vertit: *Præcesserunt cantores eos, qui erant post eos psallebant.* Græce autem ἐγγίζω est *accedere* atque coniungi *dicam, post manus sequentes.* Sic Apostolus [b] appellant ἐγγίζοντας τῷ θανάτῳ *accedentes ad mortem*, si legas ἐγγίζοντας, tunc sensum erit ἐγγίζοντας, *ad bellatores.* *Prænecant pueri pugnæ, pedem ferit hostis*, si ἐγγίζοντας, cum nomen significans qui proximi erant, vel coniunctæ psallentibus, siue in priori statu in loco, siue illi: vtrique enim præcedebant reliquam multitudinem. *Psallentes*] Eutymius mystice Prophetas intelligit, qui cecinerint, ac prædixerint omnia quæ pertinebant ad Christum, hi Ayoth scilicet *in medio*, siue, *à proximo*, ac vicinos exiisse, quia tempore, & prædicationi illos consecuti sunt. Symmachus de Prophetis, ut interpretatus est *ἐκ τῶν ἐγγιζόντων τοῦ προφητεύειν.*

In medio earum Iuuenculæ tympanistriarum.] Chaldæus: *In medio mulierum in Iudæum cum Maria cantent psaltrium.* Pro *iuuenculæ* Hieronymus dixit *puellæ*. Augustinus *adolescentulæ*. Hilarius, Psalterium Vaticanum & Ambrosianum, *iuuenes.* Septuaginta hæc omnia ignorabant: at עלמות *halamoth*, *occulta*, quæ adhuc publicè ignorarant, & abscondita fuerant, & nondum cognita. *Occultare* autem honesto verbo dicunt Hebræi virginitatem eripere, ac deflorare virginem. Theodoretus certe virginitatem exercentes hac re elegit, quod faciunt quoque qui observant in tympanis cutis mortificationem, quia tympana sunt, inquit Augustinus, *cutis siccata, & extenta.* Eandem Eutymius retinendam dat, ex duplicem adhuc fontem, tam de Synagoga quæ Iudæus, quam ab imperfecto *ἀπὸ τοῦ ἀτελοῦς ἐπὶ τὸ τέλειον*, hæc aliqui illud: *Adolescentiæ meæ ne memineris Domine* citant legunt de amore quodam imperfecto ob veritatem aliquam propria permixtam, *tympanistriæ* dicantur, quia non tam spirituale quam corporale obsequium Deo exhibebant velut corporea pellis tympana de Ecclesiis nostris quas *ad lascivula* vocemus propter nitedam, parum, sinceram fidem: *tympanistriæ*, quoniam corpus mortificant, sicut ex mortui corpore pelle tympana fiunt. Summam & eximiam *virginem* Virginum Virginem Mariam vocat Augustinus [d]. Sunt quoque *tympanistriæ* prædicatores, qui docent ex Scripturis, quæ in pellibus siue membranis reperiuntur, vt indicat Rupertus [e], qui multos huius Psalmi locos explicat. Adde, vt *cor* sit *corpus*, *ne cum mulieribus inueniri, nec ἀπὸ τοῦ ἀτελοῦς ἐπὶ τὸ τέλειον* [f].

Benedicite Deo Domino, de fontibus Israel.

VEl tunc verba Cantic. intuentes illam, & animam psallentem, qui alios ad collaudandum Deum inuitat, vel Vatem, qui præcinuerit futuræ tympanistrias, atque etiam illas omnes quæ progenitæ [g] Israel Ecclesiam tradunt, sentiunt eis, vt particulares Ecclesiæ & fideles omnes: nec enim laudetur extra Ecclesiam Deus, aut Rupertus [h] laudant Deum, qui in Apostolis velut a fontibus duodecim processerant, simulque ex doctrina contenta in veteri Testamento: Denique quia *fluunt ex latere eius* [i], atque ex ipso Christo secundum carnem [k], qui *fontes aperuit* [l], & exinbuit *aquam viuentem in eum credentibus, ac qui habent eum fontem in se ascendunt* [m]. Vnam erant Israelitarum templum, inquit Theodoretus, siue Ecclesiarum primatum [n] matrem habebo, quia vetus Testamentum celebrat. Sed *fontes* hoc intelligit hic Vatum libros, ex quibus dulcem carmen Deo offerimus: vt tamentur sequentes versus diuinate de Apostolis. Consentit omnino Eutymius: Hilarius, Augustinus, Hieronymus, Rupertus [o] fuerunt, cui videtur non accipere de doctrina Ecclesiæ, atque prædicatoribus, qui sint, vtique, vltimus ceu puellæ Rebeccæ filiæ [p], quemadmodum & qui deducebat Rebeccam Eliezer iubet potest Patres, alium beatus hoc loco per Iacobum ad decantandum? Nyssenus [q] *fontes* interpretatur Apostolos, eosque figuratos in illis duodecim in deserto, sicut & ibi, *magnalia Dei* [r] eosdem erant Discipuli. Tertullianus [s] quoque consentiri dicit hac prædictionem Ecclesiæ, *Erat & ibi Ecclesia Dei viuentis de viuis lapidibus.*

In Ecclesiis.] Nyssenus [t], Illisve interpretor, *in cantus hos.* Plaudat Carpzouius, *ecclesiasticis*: eosque bonum laudabiliter ac damnabilium malorum esse, quo magis velut tartari Horum ego lectorum redderet rationem reprehendo. Hebræa namque vox מחללים *mekhalelim*, propriè significat *congregationes, concentus, cœtus, conuentus, Ecclesias.* Suspicor, Nyssenum legisse מהלל *mahelah* quod videtur nomen instrumenti, vel cantici esse. Eutymius *cœtum* interpretatur. Cyrillus Hierosolymitanus [u] aut denotari plures Ecclesias Testamenti Veteris, pro quibus Catholicam nostram Christus super Petrum ædificauit [v], & veterem Iudæorum quæ vocatur *Ecclesia malignantium* [w]. Chrysostomus hinc probat hunc Auctor Operis imperfecti, non esse nobis cœre publicè, sed tantum eo proposito, vt videamur: ab hominibus. Nil obstat vniuersi Ecclesiæ, vt plures nominentur Ecclesiæ, vt docet Augustinus [x], & patet ex septem Ecclesiis nominatis in Apocalypsi [y].

Deo Domino.] Tertullianus [z]: *Dominum Deum* nec non Psalterium Vaticanum, & Hilarius, & Augustinus. Psalterium Ambrosianum: *Deum Dominum.* Hieron. sanè aurem hoc *pungere* videtur: *Benedicite Deo*, deinde, *Dominum ex fontibus Israel.*

De fontibus Israel.] מפקדי *mimmekor*, numero singulari, *De fonte.* Sunt verba Chaldæus ponit זכותא *zechutha*, *fœnus*, sicut & in alio Psalmo [a]: *Iuuate fœnus fœneratoris eius.* Vnicat *cum vnica suum fœnus Israel.* Sed posito dicto מקור *mekor* à fingendum, significatum non est hic, sed posterius, sed Christus, vt ante dixi.

[a] In cap. 15. Exod.

[b] Hebræus.

[c] Ne vos ἐγγίζοντας ad bellatores.

[d] Psallentes me dico quia vitia regni Domini.

[e] Nyssenus.

[f] Cognoscere hoc loco dicit pro coniugem Hebræi.

[g] In tympanis carnis mortificatio designata.

[h] Cantici p.

[i] Summa de eximia Virginum Virginem Mariam vocat Augustinus.

[k] Ad Ecclesias.

[l] Ad Ecclesias.

[m] Ad Ecclesias.

[n] Ad Ecclesias.

[o] Ad Ecclesias.

[p] Ad Ecclesias.

[q] Ad Ecclesias.

[r] Ad Ecclesias.

[s] Ad Ecclesias.

[t] Ad Ecclesias.

[u] Ad Ecclesias.

[v] Ad Ecclesias.

[w] Ad Ecclesias.

[x] Ad Ecclesias.

[y] Ad Ecclesias.

[z] Ad Ecclesias.

[a] Ad Ecclesias.

Vers. 28.] Ibi Benjamin adolescentulus, in mentis excessu.

Principes Iuda, duces eorum, principes Zabulon, & principes Nephthali.

Videtur, interiecto priore versu, reditus ad processionem & pompam, ac nominari principes, qui intererant. Causa subest magna, cur vos ex Israël prognati Deū laudibus celebretis, quoniam in illa tribus gentis vestræ triumphis, minor inter tribus Benjamin, maximo mētis est affecta stupore, ac admiratione, cum gentilem suum vidit Saulem tam eximias victorias reportare. Sed & de tribu Iuda plures principes, dicesq; tui triumphum egerunt: quandoque etiam ex tribu Zabulon, & Nephthali. At his designātur Apostoli, qui ex istis tribubus erant futuri, ac multo insigniores spirituales victorias reportaturi. Illud Hebræi, hoc passim notari: quod expendendo singula, melius intelliget.

Benjamin adolescentulus.] Saul ex hac tribu primus rex sæpius triumphauit [a]: & Hebræorum more proprium nomen patronymicè sumi potest. Tribus ipsa minima dicitur, quæ penè delecta funditus fuerat ob stuprum Gabaæ factum [b]: vel quia filius Iacob nata minimus Bēiamin, qui vt in Genesi [c], ita hic vocatur צָעִיר *tsahir*, & ibidem קָטֹן *katon*, & נַעַר *naahar*. Sed passim Patres interpretātur de Paulo Apostolo, qui fuit & ipse de tribu Benjamin [d], & eodem dictus nomine, quo primus rex Saul: quod & nos notauimus in Historia Apostolica, iuxta vaticinium quoque Iacob [e], de quo nunc Hilarius meminit, vt tanquam *lupus rapax mane comederet prædam, & vesperè diuideret spolia.*

Adolescentulus.] Nempe & Augustinus, & Psalterium Vaticanum, atque Ambrosianum, *Adolescentior.* Hilarius, *Iunior.* Hieronymus, *Paruulus.* In Psal. 118 [f]. pro eodem quod hic est צָעִיר *tsahir*, habetur quoque νεώτερος, & *ad iuuenculus*, at in Genesi [g], *minimus.* Paulo conuenit, quia vltimus ad Apostolatum vocatus [h]: & *minimus* quoque se *Apostolorum* nominat [i], & erat *statura* [k], hoc est, *ætate adolescens*, eo modo quem aliàs docuimus [l].

In mentis excessu.] Duo illa Psalteria, & Hilarius, *In pauore.* Augustinus, *In ecst si.* Et tribus quidem Benjamin obstupuit de electione Saul in Regem, & de victoriis eiusdem: & Paulus quando vocauit eum Christus [m], tumuit valde in via, & quandam passus est ecstasim tum ibi, tum triduo Damasci: & *raptus vsque ad tertium cœlum* [n], vel in eodem triduo, vel postea, prout suo loco disputatum est: & de se dicebat; *Siue mente excessimus, Deo* [o]. Præterea, vt addit Augustinus, pauor denotatur admirationis magnæ, qui fuit in Discipulis aliisve ex Pauli cōuersione adeo miraculosa [p]. Hebraice habetur רְדֵם *rodem*, quod verat Hieronymus, *Continens eos.* Alij, *Dominator eorum*, vel *Dominans ipsis.* Aquila, ἀρχόντων αὐτῶν, *Continens eos*, aut *Dominator eorum*, &c. Theodotio: παιδευτὴς αὐτῶν, *Eruditor eorum.* Sauli regi primo conueniunt hæc, & melius Paulo qui constitutus est *Apostolus, & Magister Gentium* [q], & *sollicitudinem* gerebat *Eccl siarum* [r]. A רָדָה *radah*, *dominatus est*, potest esse רֶדֶם *radam*, *Dominator eorum*: ac si esset רָדָה נִם *radah hem*, A רָדַד *radad*, *extendit*, *continuit*, &c per cōtractionem רַד *rad*, *continens eos*, A רָדַם *radam*, *Soperatus*, vel רֶדֶם *rodem*, significaret *alio deriuatus sono.* Vnde הַרְדֵּמָה *thardemah*, *sopor quo Adamus* [s] *in mentem ſus est*, & *sibi abit* [t], & alius.

Principes Iuda.] Eugubinus putat sermonem esse de ordine, qui seruatus sit in panegyri laudātium Deum, & incedentium pompa; ita vt prior esset in tribu Benjamin: vel in quodam excessu iuxta Septuaginta: vel secessu mentis extra sensus, suauius cātando, & admiratione maiorestū deinceps aliæ sequerentur tribus, vt Iuda. De Iuda proxima mentio, quia post Saulem de tribu Benjamin, Dauid in regno successit de tribu Iuda. Potuerūt ex Apostolis nonnulli esse de tribu Iuda, vt affines Christi, Iacobus & Ioannes filij Zebedæi, alter Iacobus, Iudas, & Simon frater: sicut ad litteram Caietanus intelligit de Iuda duce, siue Iudice [a], & de Dauid [b]. Quanis Euthymius ac Theodoretus solos dictos Domini fratres dicūt fuisse de tribu Iuda: Petrum, Andream, Iacobū & Ioannem: atque Philippum ex Bethsaida, Matthæum & Iacobum ex Capharnaum: Simonem Cananæum ex Cana: quæ loca pertinent ad Galilæā, quæ obuenerat tribubus Zabulon, & Nephthali, Theodoretus asserit: Euthymius inter fratres Domini, Iacobum, & fratres numerat: Ioannem adiungit iis, qui ex Bethsaida: Iacobum, qui erat in Capharnaum cum Matthæo cognominat Alphæi. Cassiodorus per *Principes Iuda* vult intelligi Christum de ea tribu: per Zabulon & Nephthali, omnes Apostolos. Haymo sentit de omnibus illis quatuor tribubus aliquos Apostolos fuisse.

Bernardus [c] mystice Psallentium distinguit Ordines secundùm horum nominum etymologias, Confitentium, Continentium, Contemplatium: quia *Iudas* est cōfitens, & laudans: *Zabulon*, habitaculum fortitudinis: *Nephthali*, cervus emissus. At in his ego tropologicis non moror: quæ præterea traduntur à Cassiodoro, Ruffino, & ab aliis, ex Augustino mutuantibus, qui docet incertum esse fuerintne Apostoli ex hac tribu Iuda, an solum ex Zabulon & Nephthali: notationes autem vocabulorū assignat, cōfessio, habitaculū fortitudinis, fortalis apud Bernardū legitur mēdose *certitudinis*; dilatatio mea, quæ sint conditiones Ducum Ecclesiæ, quorum primi Martyres, in quibus est confessio, fortitudo, latitudo in præmio, vel vt sit cōfessio fidei, fortitudo spei, latitudo caritatis.

Duces eorum.] Ἡγεμόνες αὐτῶν. Chaldæus: *Et petit eos descendere Principes Iuda obruentes ipsos tribus lapidibus: & post Saul regnauit Dauid de tribu Iuda, & principes Iuda indusi sunt purpura, vt ministrarent ei.* Hieronymus: *Principes Iuda in purpura sua.* Sed in Commentario vocat Apostolos *principes Iuda*, id est, Christi, iuxta illud: *Iuda te laudabunt fratres tui* [d]. Ex Hebræo vertunt alij [e]: *Principes Iuda congregatio*, siue *congregatio eorum*: id est, illic aderant. Quidam [f], *Lapis eorum*, id est, robur, & fortitudo. Nonnulli [g], *Interritus eorum*: vel [h], *In Phrygionicis suis*, quod conuenit cum purpura, siue cum purpuratis. Hebraicè est רִגְמָתָם *regmatham*; quod propriè significat *obruitionem lapidum*, & præterea *discursum*, vel *congregationem*, vel *præcipuam partem.* Primo modo volunt aliqui hinc allusisse Christum [i], quando vocauit Iacobum & Ioannem בְּנֵי רָגֶם *bene regem, filios tonitrui*, quòd vi Euangelij multos esset obruturus. Sed videtur potiùs *Ioanne reges* esse à רָגַשׁ *regheshi*. Porrò *purpura*, vel *phrygionum opus* dicitur רִקְמָה *riqma*, vulgò *riçamo.*

Principes Zabulon, & Principes Nephthali.] Ex his tribubus Apostolos plures fuisse, quorundā opiniones retuli, eo quòd Galilæi essēt, & ad

a 1 Reg 15. *Hebræis mos proprium nomi patronymicis sumi passim est.*
b Iud. 20. 46. 47.
c Cap 42. 12. Cant. 1931. Cap. 44. 20. *De Paulo hæc interpretatio.*
d Philip 3 5. Rom. 11. *Paulus & de tribu Benjamin & eadem nomine quo primus rex Saul.*
e Gen. 49. 27.
f vers. 14.
g Cap. 43. 33.
h Act. 9.
i 1. Cor. 15. 9.
k Act. 7 57.
l Ibid.
m Act. 9.
n 2. Cor. 12. 2.
o 2. Cor. 5. 13.
p Act. 9. 21.
q 2. Tim. 1. 11.
r 2. Cor. 11. 28.
s Gen. 2. 21.
t Gen. 15. 12.

Terribui & Iudices & alij de qua tribu.
a Iudic. b 2. Reg. 2. 8. & lib. 5.
c Serm. 7 de Cant. *Mystica psallentium distinctio.*
d Gen. 49 8.
e Vatablus, & Caietanus.
f Pagninus.
g Felix. h Hem.
i Mat. 3. 17.
Ex quibus tribubus prognati Apostoli.

a Iosu. 19. 10. &c.
b Cap. 9.
c Matt. 5. 14.

eas tribus Galilææ superioris portio pertineret[a]: quod & Esaias [b] vaticinatus videtur: cuius ad idem propositū Matthæus [c] locum citat, portans vocationem quandam Apostolorum, itaq; vtetque passim exponitur, præsertim ab Hieronymo. Nec obstat quòd idem [d] doceat de captiuitate Babylonica solas remansisse tribum Iuda, & Benjamin, in quibus & Leuitica comprehendi solet, quod prodidit quoque Iosephus [e], & demonstrat fusè noster Ribera [f]: quoniam simul verum est, multos ex vniuersis tribubus vixisse in Terra promissionis, licet perpauci essent, collati cum reliqua decem tribuū multitudine. Quamquam ex nominibus Zabulon & Nephthali non sequitur necessariò, vt de hominibus harum tribuum sit sermo: sed de Iudæis, ex quacunque tandem tribu habitantibus, vbi erant vicini pertinentes ad illas tribus in Galilæa, vt in eorum idem Hieronymus [g]. Hebræi nominatas dicunt istas tribus, quia mediæ erant inter Iuda, & Benjamin maximam, & minimam: vel quoniam illarum laus præcipua continetur in Cantico [h] Deboræ, ex qua huc quidam versus transferri sunt. Origenes refert ex hoc loco collegisse veteriores, se ordine quodam tribus duodecim pertotidem in mari ruētes deuitā quasi nauigationē fundē. Et quoniam diutius cantari psalm. 155 [k]. in diuisiones. Verum de his re alias.

d In c. 11. Osee & in c. 21. & 32. Ezech. In c. 2. Zach. In c. 1. Malachiæ. & lib. Antiq. c. 1. 4. & 5.
e In cap. 1. Oseæ, vers. 9. & seq.
f In ca. 9. Esa. Cur ille tribus nominatæ.
g In Catal. Hebr. Quæ tribus Israel, per totidem diuisa sint, & transmissa in mari rubro: vnde colligitur ex hoc loco nauigandi.
h Iud. 5. 18.
i Hom. 5. in Exod. Duodecim tribus Israel, per totidem diuisa sint, & transmissa in mari rubro: vnde colligitur ex hoc loco nauigandi.
k vers. 13.

Verſ. 29.] Manda Deus virtuti tuæ: confirma hoc Deus quod operatus es in nobis.

HOc adeò eximium beneficium cum abs te non ignoremus profectum, & sentiamus absque te conseruari non posse, quæsumus, vt hoc nostræ salutis opus tua dignetis virtute confirmare, vt quod statuisti, nullo vnquam tempore conatibus hostium dilabatur. Hilarius negat, neminem proprie *mandare virtuti suæ*: hoc tamen hic dici, quia Patris *virtus* est Filius [l], qui superiora omnia perfecturus est nullo vtique Patris, & stabilituras re, facloque per quam, quod ante mundi constitutionem immobiliter statuerat. Hieronymus *virtutem* ait esse Christum, id *quod operatus est*, Deus, videlicet per illum, in nobis, esse Baptismum: *Confirmationem* quæ postulatur, esse Spiritus sancti infusionem, iuxtā illum in Pentecoste, vt auxilio illo incedamus homines infirmi, in virtutibus. Augustinus consentit, & *mandare Deo* ipsum esse commendari. *Commendasse* namque *caritatem suam Deum in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est* [m]; atque *cum illo omnia nobis donauit* [n]. Denique etiam *mandare Deum* docet hoc, *confirmare* iubendo. Euthymius prima verba refert ad Patrem, vt Filio præceptat, quem vocat Apostolus *Dei virtutem*, & *Dei sapientiam* [o], & nihil se loqui a seipso professus est, sed quæcunque audiret a Patre [p]: sequentia ad Filium, vt redditur Euangelij validiorem prædicationem. Idem atque Theodoretus prima sequentis versus verba, *a templo tuo*: iungunt illis: vt confirmet Christus, inquit Euthymius, quod operatus est a templo suo, id est, per templum corporis sui, quod habitauit in Hierusalem, vbi *compassum est Deo, predicare præceptum Dei* [q]: vel confirmet ait Theodoretus, gratiam, quam dedit per templum, quod ex nobis reparauit, collocauitque *super omne imperium, potentiam, nomen*, videlicet: *in cœlesti Ierusalem, quæ est mater nostra* [r].

l 1 Cor. 1. 24. *Virtus explicatur.*
Mandare filius virtuti suæ *propriè nemo dicitur*
m Rom. 8.
n Iob 8. 32.
o 1 Cor. 1. 24.
p Ioan. 8. 28.
q
r Gal. 4. 26.

Addit præterea, petit, vt a templo, id est, ob sacrificium, nempe creatum semel factum, & tempus metuente, fiamus cumulo beneficiorum collati. Cyrillus Alexandrinus [a] agnoscit in his eadem verbis mandatum ac missionem Patris, vt Filius carnem assumeret, neque quod in nobis fabricatum erat corpus, roboraret, & ab interitu liberaret. Per *templum* præterea Dei Christum interpretatur [b]. Idem placuit Ethe Oretenti [c].

a Lib. 12. in Ioannem cap. 17.
b Lucas theophylactus, Dei templum.
c Vers. 17.

Manda Deus.] עזה אלהיך *tsiuah elohim*, *Præcepit Deus tuus*, vt vertit etiam Hieronymus. Credendum potius Lxx. ponentibus Imperativum modum, quamuis quoque sequenti membro, & mutatis paucis, potest esse in eodem verbo צוּה *tsiuah*. Nec obstat affixum ך *cheph*, *Deus tuus* hoc sensu, qui alioqui malus non est, Mandauit, seu præcepit Deus tuus ô populē, virtuti, seu de virtute, vel (vt legit Hieronymus) *de fortitudine tua*. Aut quia deest in Hebræo præpositio ל, *Præcepit Deus tuus, fortitudo tua*, vel *mihi hanc fortitudinem tuam*. Hæc, inquam, lectio cum dicto affixo nihil impedit: siquidem facile fuit, vt pro יי *iom*, esset ך *cheph*, vel pro (ם *mem*: quæ litteræque Masoretæ [d] docent, vt Genebrardus monet, *cheph* legi pro *mem*, in hoc eodem vocabulo. Chaldæus interpretatur eodem pacto *Præcipe Deo fortitudine tua*. Symmachus, ἐντείλαι ὁ Θεός.

d 3. Reg. 1. 1.

Virtuti tuæ.] תעזך *Tauzecha*. Symmachus, Περὶ ἰσχύος σου: posset etiam reddi *virtute tua*, *virtutem tuam*, *de virtute tua*, *fortitudine tua*, vel *roborc*, תעז *hinzecha*. Augustinus, Psalterium Vaticanum, & Ambrosianum: *Manda Deus virtutem tuam*. Hilarius dicebat, non dici propriè vllum mandare virtuti suæ. Credo tamen nō adeò rasam & nō sidentem phrasim esse, & similem esse ei, qua dicimus vocare rationem nostram in consilium, imperare nobis ipsis. Nam quod est Psalmo nonagesimo septimo [e], *Saluauit sibi dextera eius*, Græce est, αὐτῷ, sicut, *Hosanna filio Dauid* [f]. Verbum enim הושיעה *hoshiahh*, iungitur dativo.

e vers. 1.
f Matt. 21. 15.

Confirma hoc Deus.] Hebraizantes nouam Apostrophen hic dicunt esse. At eadem est quæ prius. Vel est ad virtutem, id est, ad Christum qui etiam Deus est. Chaldæus: *Fortis esto Deus.* Recte autem confirmationem illam antè diximus de Confirmationis Sacramento intelligi posse. Posset præterea תעז *hazzecha* nomen esse, hicque effici sensus: Virtus, fortitudo, robur, Deus hoc operatus es nobis. Non recedendum tamen ab editione vulgata, & Lxx. & Συνεφώρωσον τοῦτο, & Symmachi, ἐπίσχυσον, &c.

Quod operatus es.] Ο κατηργάσω, sed in emendatis κατηρτίσω, *perfecisti*, eodemque modo in psalterio Æthiopico Symmachus, Ἐτοίμασας, Apollinarius, ἥτοιμας. Fulgentius [g] ex hoc loco probat opus bonum nonnisi à Deo in nobis, & in Deo à nobis fieri: quemadmodum cum alibi dicitur [h] *Ipsa Deo faciemus virtutem*, id est, inquit, opus virtutis.

g 1 ad Monimum. Opus bonum nonnisi a Deo in nobis, & in Deo a nobis fieri. Quemadmodum cum alibi dicitur, Ipsa Deo faciemus virtutem, id est, opus virtutis.
h Psal. 59. 14.

Verſ. 30.] A templo tuo in Ierusalem tibi offerent reges munera.

ANtea dixi, de primis verbis, necesse non nullos illi cum priore versu: & tamen Symmachus: Διὰ τὸν ναόν σου τὸν ἐπάνω τῆς Ἱερουσαλήμ. *Confirma Deus quod fecisti nobis, per templum*

tuum, quod eſt ſuper, vel ſupra, & alte in Ieruſalem; aut per templum cœleſte, cuiuſmodi ſpiritualis Ieruſalem. Quo modo, vel eſſet ſermo de templo materiali, quod ſit typus templorum noſtrorum, & ſacrificij noſtri, quod etiam in Ieruſalem celebrati cœperit vel de corpore Chriſti [a], cuius item typus illud materiale templum; vel de domicilio Beatorum, cuius quoque figura fuit idem templum, totáque ciuitas Ieroſolymitana. Atque hos quidem ſenſus citati tradunt Græci Hebraizantes: *Confirma, ſeu robora Deus id quod operatus es a templo tuo ſuper Ieruſalem*, id eſt, *Mitte forſitan auxilium tuum è templo tuo ſuper populum tuum electum*: Vel ſeiungendo à præcedentibus: *A templo tuo ſuper Ieruſalem prodit tale auxilium: ideò tibi offerent*, &c. vel, *A templo tuo in Ieruſalem prodeat auxilium tuum, & offerent tibi*, &c. quia debet id tibi referri acceptum.

Myſtica interpretatio.

Hilarius autem, Hieronymus, Auguſtinus, & poſteriores Latini myſticas oblationes, myſticos reges, myſticum ſumunt templum, vt qui ſibi imperant, iuſti, offerant à templo corporis, quod benè viuendo ſanctum facinnt, in cœleſti regno, Regi æterno, ſeipſos *hoſtiam viuam, placentem Deo* [b], in conſpectu omnium Angelorum. Nec excludit Auguſtinus reges terræ, & eos quos diſcernit ſupercœleſtis *ſuper columbam deargentatam*, id eſt, Prælatos ſuper Eccleſiam. Euthymius præter alium illum ſenſum, de quo priùs egimus, putat quoque verſiculorum immutato ordine, id eſt, eo, quem habemus, poſſe de muneribus externis intelligi, quæ reges terræ dabũt ædificando templa, largiendo prædia, & alia ad Dei cultum pertinentia: & hæc omnia in templo materiali ferent Deo in ſupernam Ieruſalem, quia per terreſtrium horum oblationem acceſſum & gratiam apud Deum conſequentur.

Marcus Eremita [c] videtur ſenſu tamen magis morali ſimile quid innuere. Notat enim non dici hoc loco ab Ieruſalem, in templum oblaturos reges munera, quod fieri ſolebat, ſed *a templo in Ieruſalem*, quoniam animus cuiuſque, maximè regius, ab occulto cordis ſui templo primum ſumit honeſtas & bonas ſuggeſtiones, quæ ſuggeruntur ab inhabitante Chriſto, quas etiam adducit ad politiam virtutibus plenam, quæ dici poteſt Ieruſalem: iterúmque per bonam intentionem offert eas ipſi, qui donant Chriſto. Verum eſt, *Magos à templo in Ieruſalem*, & à Ieruſalem *obtuliſſe munera* [d], id eſt, recedendo à Ieruſalem, & à templo, vbi forſitan credebant offerenda. Sed non videtur mihi litteralis ſenſus. Cajetanus putat Dauidem propter beneficium, quo dignatus eſt Deus habitare in templo, quod illius ipſe inſtinctu [e] deſignauit, orare, dignetur etiam robur firmitatis & augmenti beneficiis cœptis dare, ac ſtabilire fixam regni ſedem in familia ſua; vnde fiat, vt offerant reges celeberrima templo munera.

A templo tuo.] Symmachum retuli vertiſſe διὰ τὸν ναόν σου, *propter templum tuum.* Sic non raro præpoſitio (*a*, vel *ab*) vſurpatur, vt, *A verbis tuis formidauit cor meum* [f]: *A mandatis tuis intellexi* [g]: *A iudiciis tuis timui* [h]: *A iudicio tuis non declinaui* [i]: *A voce exprobrantis, & obloquentis a facie inimici, & perſequentis* [k]. Hieronymus vertit, *De templo tuo.* Pſalterium Vaticanum: *A templo ſancto tuo.*

In Ieruſalem.] לִ֝ירוּשָׁלִָם *lehal*, *ſuper*, & εἰς, quod valet idem, vel *in*, Hieronymus, Pſalterium Vaticanum, & Ambroſianum, *quod eſt in Ieruſalem*, Symmachus, τὸν ἐν ἁγίοις τῆς Ἱερουσαλήμ.

Tibi offerent reges munera.] Obtulerunt reges templo Iudaico munera, vt aliàs dixi [a]: ſed hæc figura eſt regum plurimorum, qui, ſicut Magi Chriſto [b], ſint oblaturi munera, & ipſi colla ſubdituri.

Verſ. 31.] Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum: vt excludant eos, qui probati ſunt argento.

Diſſipa gentes, quæ bella volunt.

ORatur Deus vt ſuam illam virtutem exerat in ſæuũ ſimos hoſtes armatos lanceis, & qui feris ſunt ſimiles, quæ nidificant, incolunt, & latitant in arundinetis, ac tanquam feroces tauri vna cum populis ſuis, vaccarum laſciuientibus in morem, conſpirant, vt deiciant e ſua hæreditate illos, qui Deo probati ſunt ad ſimilitudinem puriſſimi argenti: denique perdat immanes gentes, quæ bella comparant, & hominibus perniciem exitiúmque machinantur. Vel cùm proximè de muneribus offerendis Eccleſiæ ſermo fuerit, nunc petitur à Deo vt repudiet antiqua victimarum ſacrificia, & vitulorum multitudinem populorum ſubiunctam curribus, eos etiam, qui ſe cum argenteis fragmentis abiicũt, vt diuinum numen legis ritu ad miſericordiam inflectant, cùm ignorent delectari Deum magis *miſericordia, quàm ſacrificiis* [c]: Hoc modo Otorius. Vel, quia in tanta Eccleſiæ propagatione, ac felicitate, quando reges ipſi ſeſe adiungent, & munera deferent, aduerſarij non deerunt ferina quadam lætitia, & taurina atque vaccina quadam laſciuia contra puriſſimæ fidei profeſſores, illos compeſcat Deus & comprimat.

Hilarius indicat per *feras* Dæmones intelligi: vt & per *draconem aprum* [d], principem Mundi Satanam, per *tauros, vaccaſque*, Iudæos, ſicut etiam cum dicitur: *Tauri* [e] *pingues obſederunt me.* Auguſtinus [f] exponit de Hæreticis, qui ſint *fera arundinis*, ſiue *calami*, id eſt, ſtyli Scripturarum, quoniam has perueniunt ad ſuum aliorúmque interitum [g]; *tauri*, ob indomitam ſuperbiam: hos autem *vaccas populorum* ſequi, qui ſeducuntur, animo ſcilicet effœminato *inſtar mulierecularum, qua onerata peccatis ducuntur variis deſideriis, ſemper diſcentes, & ad veritatis ſcientiam nunquam peruenientes* [h]: inde fieri vt *probati in ſeipſis ſiant* [i], appareant, emineant. Accedit Rupertus [k], & alio rurſus loco idem Auguſtinus [l]. Hieronymus amplectitur vtrumque ſenſum tum Hilarij, tum Auguſtini: & Dæmonas dici *beſtias calami*, quia ſunt fragilis infirmæque virtutis. Addit præterea, per *feras arundinis* belluinam ſumi poſſe Iudæorum ſuperbiam, non ſolum per *tauros*. Idem alio loco [m] innuit Hæreticos eſſe *feras calami*, quia ſcribant iniquitatem. Theodoretus putat peti, vt exigat Deus *feras*, id eſt, peccata; *tauros*, Iudæos, ſic dictos, propter audaciam, qua præuideantur *vaccas iuuencas* impetituri, hoc eſt, credentes ex Gentibus, vt excludant ac priuent felicitate, quæ iis data fuit, qui inſtar argenti igne examinati, declarati ſunt eſſe *probati*. Paulum de

---

a Ioan. 2 21.

b Rom. 12 1.

c Li. de Bapt.

d Matt. 2 9. 11.

e 2. Reg. 7. 1. & ſeq.

A, *vel*, ab, *præpoſitionem* a *pro* propter.
f pſ. 118. 161.
g ibi. 104.
h ibid. 120.
i ibi. 101.
k pſ. 43. 17.

a Actuum 8. cum de Eunucho.
b Matt. 2 11.

Scripſi loci.

Oſee 6. 6. Matt. 9. 13.

Varie vertit expoſitores. 1 pſ. 79. 14.

a pſal. 17.
b Hil. & ibi de Doct. cap. 14. Hæreticos vt feras arundinis vel calami dicamus, ait tau
g 2. Pet. 3 16.

h 2. Tim. 3 7.
i 1. Cor. 11. 19.
k in Gen. c. 44
l in pſ. 106.

Dæmones beſtiæ calami tur dicuntur.

m in cap 40. Iſaiæ. & epiſt. 27. in Epitaphio Paulæ.

illis scribere [a], *Aemulantur vos non bene: sed excludere* ἐκκλεῖσαι *vos volunt.* Euthymius feras ait esse Dæmonas, qui habitant in arundinibus: id est, in hominibus, qui ad ferendas virtutes sunt steriles, ad nutriendas voluptates succum & humorem multum habent. Hoc significatum in libro Iob [b] de Behemoth: *Sub umbra dormit in secreto calami, & in locis humentibus.*

Quod attinet ad *tauros*, iis vult Pontifices & Scribas, reliquosque Iudæorum principes designari, sicut & *vaccarum* nomine subditos Iudæos: illos autem conatos excludere, id est, impedire Apostolos, argento fidei virtutumque probatos, ne prædicarent, prohibendo, cædendo [c], &c.

Possent *fera arundinis* accipi pro Gentilibus persecutoribus: *tauri*, & *vaccæ*, pro Iudæis adoratoribus quondam vaccarum: aurearũ in Samaria sub Ieroboã [d]. Sed & omnia ista animalia æque de vtrisque vsurpari possunt. Sunt enim & Gentiles, *tauri, vaccæq.*, tum propter superbiam, tum propter lasciviam: & Iudæi vacui diuino Spiritu; nec aliud Christo sceptrum offerentes quam *arundinem* [e]. Sæpius etiam *arundo*, & *calamus*, & *arundinetum* pro Iudæis accipitur, vt a Gregorio [f] iuxta illud Sapientiæ [g]: *Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent*, & aliud [h], *Calamum quassatum non confringet*, vt à Hieronymo ad Algasiam [i], vt ab Augustino [k]. Immò & generaliùs conueniunt ista quibuslibet peccatoribus, qui varias formas bestiarum exprimũt moribus, & sunt Petro ostenti *in linteo* [l]. Sic sane præsentem intellexit locum Ambrosius [m]. Paraphrastes Chaldæus vniuersè interpretatus est: *Increpa exercitus peccatorũ*, חֵיוַיָּא *chauaiam*. Leo Papa IX. Michaëli scribens Imperatori [n] aduersus Ecclesiam insolescenti, comparat illum, vtens præsenti loco, cum seris arundinis: & ipsius imperium siue mundanam potestatem, cum arundineto: quia arundo exteriùs nitida est, intus vacua: & huiusmodi potestas *calami secreto* similis est, *sub cuius umbra dormit Behemoth* [o], sed in arundineto iusti discurrunt [p]; ventoque agitatas arundines combatent.

Increpa] גְּעַר *gehar*, quod verbum Kimhi docet iunctum cum præpositione בְּ *be*, significare *increpare*: sine illa, *corrumpere*, & *perdere*. Tamen Lxx. & Larinus Interpres vix vnquã aliter quã verbo *increpandi* exponunt, sicut & nomine increpationis, inde deducta nomina: & est de increpatione per formidabilem aut exitialem vocem.

Feras arundinis] Hieronymus, *Bestiam calami*: & alibi locis citatis eodem fere modo, aut certe numero plurali bestias exprimendo. Augustinus: *Feras calami*. Hilarius, *Feras silua*. Psalterium Vaticanum, & Psalterium Ambrosianum, & Ambrosius [q], & Cassiodorus, *Feras syluarum*. Theodoretus notat in aliquibus exemplaribus fuisse θηρῶν, id est, *silua*, aut *nemoris*. Hebræa prima vox est numeri singularis חַיַּת *chauath*, in regimine sicut versu 11. vbi זֹאת &c animalia, nisi velis detractis punctis esse pluralem numerũ, qui cum punctis est חַיּוֹת *chauoth*, sine ו *vau* cum *holem*. Hanc vocem hîc aliqui, sicut ibi, vertunt *congregatio*, *cœtus*, &c. Secũda vox est קָנֶה *kaneh*, vnde *Canna*, Græca κάλαμος, qui & Latinè *calamus* vocatur. Chaldæus, qui exercitus peccatorum intellexit, non à calamo, siue arundine, & Cauea denominauit, sed vt hi confringantur tanquam cauna. Venenata præsertim animalia latitant & morã-

tur in arundinetis, & caricetis: & arũdinis tamen ictu leuissimè intereunt, vt præter alios Athanasius [r], transferens id ad arundineum Christi sceptrum, docet. Sed & *arũdo* etiam apud Auctores profanos pro lancea oblonga sumitur, proque iaculo alio, vt, quod ante tetuli, *fere arundines* dici possint hostes lanceati, siue lancearij, lanceis aliisve iaculis instructi. Satis ineptè quidam reddunt: *Increpa cœtum hominum viuentium aromate* (quæ vulgo *Canella* dicitur.)

Congregatio taurorum.] Hilarius, *Concilium*, & Psalterium Vaticanum, siue Basilicæ Vaticanæ & Ambrosianum, & Cassiodorus; Hieronymus, *Congregatio fortium*, eodẽ pacto Pagninus, sed in Accusatiuo: *Congregationem Iustorum*, referendo ad præcedens verbum vnà cum *feris arundinis*: vt videtur etiam exigere textus Hebræus, in quo est in regimine עֲדַת *hhadath*, cum אַבִּירִים *abbirim*, ita vt sint velut per appositionem, *fera* illæ *arundinis* Hebraïn singulari, *fera*) *congregatio taurorum*, siue fortium, & robustorum aduersariorũ. אַבִּיר *abbir*, *fortem* significat (inde fortitan Latinum *Vir*) & de Angelo dicitur, quia *virum* quem Lxx. vocãt *Angelorum* [s], Hebraïcè dicitur אַבִּירִים *abbirim*, præterea de equo, homine tauro, Deo ipso, propter vires, sæpius de tauro [t]. Symmachus pro his & sequentibus ita legit: Σύνοδον παρανόμων ταύρων, nempe (ἐπιτίμησον increpa) μετὰ συνεδρίου λαῶν τῶν δοκιμαζόντων τὰς ἐδωδίμους, vel ἐδωδὰς ὡς ἂν εἰώθει τις εἰπεῖν. *Increpa conuentum prægnantium, cum consessu populorum, illos qui edendum petunt probatos, tanquam improbatum argentum.*

In vaccis populorum.] Hilarius, Augustinus, Cassiodorus, Romanum, & Ambrosianum Psalterium. *Inter vaccas populorum* Hieronymus, *In vitulis populorum*, בְּעֲגְלֵי *behhegle*, *in tauis populorum*. Congregatio intelligitur *taurorum* cum vitulis, & vaccis, principum proteruientium & lasciuientium cum subditis familibus. Nomen Hebræũ est generis masculini, significans *vitulum* siue plaustralem, siue alium. Legerunt fortan Lxx. עֲגָלוֹת *hhagloth*, nam fœminino genere dixerunt, *Iumenta*, quo nomine significãtur *iuuencæ*, & *vitulæ*, *bouiculæ*: interdum cum articulo masculino τοὺς, & cum fœminino etiam *vaccæ*. Eugubinus sic explicat omnia superiora. Increpa, seu lethalem profer sententiam, in ferinos ac sæuos homines: sed & idola ipsa, quæ erant more Ægyptiorum apud quos bos Apis colebatur. Chald. *Congregationem virorũ, qui confidunt in vitulis ut Deo Genitori.*

Vt excludant eos qui probati sunt argento.] Psalterium Romanum, & Ambrosianum, & Augustinus, *Vt excludantur hi*, &c. Et fuere Græca τοῦ μὴ ἐκκλεῖσαι. Sed Sixtiani codices, τὰ μὴ ἐκκλεῖσαι, *Vt non excludantur*. Quo etiam pacto legit Hilarius, & Psalterium Æthiopicum. Nec variat propterea sensus: nam retẽta negatione intelligimus orari Deum, vt increpet ne excludantur *qui probati sunt argento*. Si dicit negatio, vetitor, & vaccas ac feras illud conari, vt excludant *probatos argento*: quod ne faciant, petit a Deo, vt *increpet*. Cassiodorus legit: *Vt non exclamantes hi*, &c.

Expono Augustino, ex Hæreticorum seductione, qua capiuntur vaccæ, id est, faciles, leues, &c. consequi, vt alij constãtes, ac in fide firmi, & bene argento eloquiorum diuinorum *probati* appareant, eminent. atque, vt aut Apostolus [u], *manifesti fiant*: ita vt hoc disputatio cum Hæreticis commodum afferat, vt, quod faciunt qui de contritione malæ fortunæ valis exprimunt arte ar-

[a] Gal. 4. 17.
[b] c. 40. 16.
[c] 4. Reg. 24. 18. c. 5. 20.
[d] 2. Reg. 12. 28. & seq.
[e] Matt. 27. 29.
[f] 31. Moral. cap. 3.
[g] Cap. 3. 7.
[h] Esa. 42. 3. Matth. 12. 20.
[i] Epist. 101.
[k] 2. Quæst. Euang. c. 3.
[l] Act. 10. 11. 12.
[m] 2. De Spiritu sanct. c. 11.
[n] cap. 4.
[o] Iob 40. 16.
[p] Sap. 3. 7.
[q] 2. De Spirit. sanct. c. 11.

Cannæ vocis etymon.

[r] Sect. de Corpore Dominæ. Arundo *pro lancea.*
Inepta quorum dam interpretatio.
[s] Apud Vatablum.
[t] Vide Iunium Vir. Virtus, &c. Pagn. 25.
[u] Ephes. 5. 13.

gentarij, dicti propterea *exclusores*, cómodiori de plumbeis Scripturarum sensibus extrahatur.

Aliter præterea explicat, vt per *tauros* illos Hæreticos doctores excludantur a *vaccis*, id est, ab earum animatem, quas volunt seducere, hi qui *probati sunt argento*, hoc est, qui sunt idonei Dei eloquia Domini. Hieronymus vertit, *In exactis populum calcitrantem contra vota argentea.* Leo Papa IX. [a] explicat *congregationem taurorum* esse cœtus hæreticorum, qui certo ordo ductu posse se simulant vaccas lasciuarum animarum. Alij [b]. *Cum exactis populum increpa conculcantem, id est, increpa conculcatum populum cum fragmentis argenti*, vel *gloriantem in conclusis, siue fragmentis argenti.* Vel, *Donec quisque eorum conculcet se tanquam argenti* id est, Donec præbeant se calcandos eorum more, vt dent tributum aut, donec defecti, ac veluti glebæ facti, argenti tributa pendant. Vel supplendum, *se*, vt dum supplent in fragmentis, seu cum fragmentis, & tributo argenti, quæ reddat, quæ minus antea libenti, & rebelli, paratoque, quod in se est, & si vires recuperet, denuo insurgere. Alij *increpatorem in fragmentis argenti*, id est, *Iehoiarib*, *secundum autem Eliadarum*, id est, vero prælios Eleazarum: *In regni beatus eius, venerunt tauri eius, ita vt in exactis populorum qui currunt ad agones, vel qui pro argentea fulgent vt aduocent ea.* Chaldæus: *Increpa eum est in populis qui diuisit montes suos in lege, in loco pretioso argento.* Omnium discrepantia tanta ex Hebræo מחרפס ברצי *mithrappes beratzi thesphe.* Primum participium si accipiam in casu recto, potest exponi de Deo: *Increpatus a nobis, & congregauerunt eos quasi & conculcatores*, vel ברצי *beratzi*, cum dagheso in צ צי *tzi*, *legas, in fugam conijce*, id est, si argentes argentum, vt ad te deferant. Vel sine dagheso a רצה *ratzah*, *velle*, רצון *beneplacitum*, *in beneplacitis*, & *complacentibus*, id est, eos, quibus placet argentum, aut vt hostiliter accipiant, aut vt colligant, vel item sine dagheso a רוץ *ruts*, *currere*, ברוצי *beruzi*, *in curremibus*, id est, currentes ad argentum, vt aut hostiliter etiam acquirant, aut superstitiose colant, aut mutuo, leue deferant tributum nomine. Quod si dativum participium sumatur in Accusatiuo casu, referri debebit ad *congregationem*, *eorum in vacas populorum*, id est, ad vnumquemque de populo, ita vt increpet Deus vnumquemque conculcatum inter eos, qui aut si fingant argentum, aut id colant, aut ad illud eruant. A

At nihil melius interpretatione Lxx. & nostra: *Congregatio taurorum in vaccis populorum*, nimirum hæc propria est, similisue illi cœtui, qui dictus est *turba asinarum*, & increpandi est sicut ille, vt exhibeat eos, qui *probati sunt argento*, (quasi dicat ex Hebræo) quæ calcat, & premit, siue exprimit calcando in se, id est, eos, *qui complacent sibi* (sicut) *in argento*, vel potius, qui placentes sunt Deo, sicut argentum. Tunc autem non erit figendum dagheso in צי *tzi*, nec derivandum a רצץ *ratzats*, sed nec a רוץ *ruts*, a quo vltimo participium quoque ברוצי *beruzi*, siue dagheso scribetur. Hieronymus retinens Metaphoram *vitulorum*, & *vaccarum*, pro pecudum aliarum, & exactorum, pro pecudum aliarum, vertit, vt dixi, *in vitulis populorum exactorum* / מחרפס *mithrappes*, *conculcatum eum suisque vnus argentea*, videlicet pluraliter, & רצי *ratzi*, intellexit *currentes vacas*, a רוץ *ruts*. Eodem allusit nuper citatus Symmachus, vtens participio *Lacticinijs*, *alacres*. Chaldæus denique videtur respectum B

ad רצי *ratzi*, vt est ex רעה *ratzia*, *eum, lacuit.* Ignoscat Lector studio defendendæ editionis nostræ. C

Qui probati sunt argento.] Paulò clarius, *sicut argentum*, vt explicat Euthymius, quasi dativus Græcus, & ablatiuus Latinus sit similitudinis, vel metonymice, ait Genebrardus, *argento*, id est, argenti igne, quo purgatur & probatur argentum. Symmachum antea retuli dicentem: *Ἵστε ταῦροι διαπαντὸς τῶν ἀδοκίμων ἀργύρων. Conculcant probatos, perinde vt conculcantur improbum argentum.* Sed eodem redit sensus: qui enim vere sunt probi, ab improbis conculcantur vt improbi, vt scoria, vt purgamentum, vt peripsema.

Dissipa gentes.] פזר עמים *pharzi ammim*, *Dissipauit populos.* Mutatis punctis potest esse modus Imperatiuus פזר *hazar* & *Gentes*, atque τὰ ἔθνη, non propriè hic significent qui *Gentiles* dicuntur distincti a Iudeis, hi enim alias potiùs vocant גוים *goim*. Cassiodorus, *Dissipe*. sed & *Gentes* de Iudeis dici alias notaui. D

Vers. 32.] Venient legati ex Ægypto: Æthiopia præueniet manus eius Deo.

CVm dissipauerit Deus gentes quæ bella volunt, & increpauerit competenterque fetas tauros, vaccas, omnes aduersarios, venient vltro legati ex Ægypto fœdus cum Deo, eiusque populo inire cupientes: præterea accurrent Æthiopes, vt manus extendant fœderis iungendi causa, & adorandi, & offerendi munera. Hoc maxime locum habuit in Religione Christiana, quâ Eunuchus Candacis Æthiopum Reginæ ritum recepit, & ad suos detulit, quibus præterea Matthæus prædicauit (seu proselytus ipse fuerit, seu puræ Gentilisque de re dictum in Actibus Apostolicis [a]: Ægypti quoque sub Marco celebris admodum Ecclesia, & Christiana fuit schola, de qua visus loqui Philo [b]. Verum huius ex Alexandria Ægypti legationem ad Cæsarem immò: & ob amicitiam cum Petro, aliisque Christianis contractam, postquam redit tam Christianus, construxisse Marco Ecclesiam, fictitium planè iudicio & fulsura, quamuis Aignanus nō improbet, citans librum nescio quem virorum illustrium. In honorem Marci Ecclesia exstitit non potuit, sed nec vlla alia eo tempore. Philo Christianus non fuit. Hieronymus in Catalogo scriptorū Ecclesiasticorum Philonem Iudæum nominat: & cur inter eos auctores posuerit, se excusat, quod visus sit eos laudare. Conueniunt omnes Patres in hac expositione. Theodoretus Ægypti nominatim fieri mentionem notat, quòd ab antiquo impietatis imperio emerserit. Euthymius, quia propter amplitudinem imperij orbem significat, & *Thracia* Diabolum ab orbe prius cultum: *Æthiopia* eiusdem orbis fines, quòd sint Aethiopes hominum, qui Orientem incolunt & Occidentem, extremi. Clarius hoc expletū dicit, vel Magorum ad Christum aduentus [c], vel in Pentecoste [d]. Hoc secundum affirmat etiam Theodoretus & sunt qui Magos veni[illegible] de Aethiopia [illegible] Christus [illegible] Magos posse dici [illegible] Scriptu[illegible]

[a] cap. 8. 27. [b] Lib. qui sub Nero. Historia Ecclesiastica. [c] Lib. de Sup. plicio.

Gentes non hoc loquitur tantùm ista Iam & de Iudæa vix dicta.

Sensus loci.

De Marco fundatore Ecclesiæ, fictitius fabula.

Iosue Lorini Commentarii in Psal.

Hieronymus, *Offerantur velociter*, quamuis Cassiodorus aliter citet *Offerunt*, &c. & explicans [a] mansionem vigesimam sextam Asmona מַשְׁמֹנָה *chaschemonah*, docet significare *festinationem*, & hoc loco pro *Legatis* in Hebræo legi, *festinantes*. Alij [b] vertunt, *Magni Principes*, seu *Satrapæ*, seu *magni viri, duces, optimates, præstantiores*, vel *munera*: & quidam credunt fuisse nomen familiæ. Sed cùm hoc asseratur de Machabæorum familia, qua de re optimi illius historiæ Interpretes Serarius noster, & Ioseph Stephanus, non pertinet ad præsentem locum, vbi de Ægyptijs est sermo.

In genere tradunt Hebræi, nomine isto Hebræo significari, qui regio aliquo munere fungũtur, vel sunt Præfecti, maioresve magistratus: hac tenus est Elias Leuites [c], Iudæorum Italorũ confessione, Cardinales S.R.E. *Aschamonim* dicti, quia sint optimates, & primarij Senatores Ecclesiæ. **Venient igitur etiam primarij: multo magis mediocres, & infimi.** Quãuis Augustinus, Ruffinus & alij explicent de prædicatoribus, qui ex Gentilibus quoque fient, & legatione fungentur, sicut Paulus faciebat, cæterique Apostoli pro Christo [d].

Æthiopia.] De hac, & de *Ægypto* dixi nonnihil in Historia Apostolica: nec minus hęc quam *Ægyptus* pro peccatoribus omnibus, sed propter nigredinem, vt iurpatur, vt docet Origenes [e], dicens eorum figuram fuisse Mosis vxorem Æthiopissam, propter quam murmurarunt Maria soror, id est, Synagoga: & ideirco *Sponsam nigram* vocari [f], nempe antea, ob peccatum, sed formosam, cùm eam sibi sponsus Christus desponsauit. Eadem opinio Theodoreti, Ruffini, Augustini, & aliorum tum hic, tum in Psalmum 71 [h]. vbi prædicitur velut generaliter: *Coram ipso procidunt Æthiopes*: postea peculariter reges: *Reges Tharsis*, &c. Meritò Nahum [i] de Æthiopia simul cum Ægypto scripsit: *Æthiopia fortitudo eius, & Ægyptus*, nempe secundum allegoriam, Ecclesiæ. Rectè etiam Ambrosius [k] eodem mysterio, Abdemelech Eunuchum Æthiopem exposuit, qui *Ieremiam leuauit de lacu* [l], denotare nos Gẽtiles, qui nigri eramus ob delicta, & infructuosi, demersam cœno prophetiam à Iudæis, & contemptam, libenter suscepturos. Eadẽ quoque ratione *Sponsam nigram* intelligit per culpam, decoram per gratiam: nigram per conditionem, decoram per redemptionem; nigram, exercitij sui puluere, dum præliatur, decoram, dum victoriæ suæ insignibus coronatur. R. Moses [m] eandem tradit expositionem loci Cãticorum, quem attulimus, *vt nigredo* denotet sordes ignorantiæ atque peccati: *formositas*, sapientiam & iustitiam. Græci Patres in enarratione libri eiusdem conueniunt *nigredine Sponsæ* collectam intelligi de Gentibus Ecclesiam, quam spernebant Iudæi vt vilem & abiectam, quemadmodum Mosis vxorem Æthiopissam Maria soror contemnebat [n], vt antè dixi. Eodem reuocari potest aduentus Reginæ Sabæ ad Salomonem [o]; est enim Saba in Æthiopia. Gregorius [p] item per *Aethiopissam præuenientem* Gentilitatem intelligit, infidelitate cæteriſque peccatis nigram, sed se saluandam omnipotenti Deo, priusquam Iudæa crederet, offerentem. Eòdem refert [q] Ioannem præcurrentem Petro in sepulcrum Christi: fidelius docebit prædici conuertendam nigram peccatis Gentilitatẽ ante Iudæos, tametsi ad hos redimendos primum

A vẽturus esset Deus. Omnia simul complexus est paucis verbis Hieronymus [r], quæ hoc & 71. dicuntur Psalmo de Abdemelech & Eunucho Candacis, de Sponsa, quæ primum nigra, postea dealbata describitur: de vxore Mosis: & quòd mulier Gẽtilis prius curata est a Christo [s] quam *filia Principis* Iudæorum. Docet quoque idẽ adumbrari per nomen *Chusi* apud Sophoniam Patrem Sophoniæ, qui *Chusi* significat vel *humilitatem*, vel *Aethiopẽ meum*. Philo Carpathius [t] ita prorsus *ingredientem*, & *formam Sponsi* intellexit allato simul exemplo Eunuchi Candacis, & præsenti loco. Hunc aptat quoque locum Cyrillus Hierosolymitanus illi Eunucho, quẽ Philippus in Æthiopiam vsque remiserit præconẽ Christi.

B *Praueniet manus eius Deo.*] Alij Codices Complutenses. & Regij, & alij, *Manum eius*. Hieronymus [u]: *Festinet dare manus Deo*. Psalterium Ambrosianum: *Praueniet manus suas*. Ambrosius [x]: *Praualebit manui suæ*. Et vim etiam facit in prima significatione istius verbi Latini, quasi sit elenare de cœno ac de profundo, &c. prout antea notauimus. Alij, *Currere faciet manus suas*, vel *accelerabit, celeriter protendet*, seu *exhibebit, curret manibus suis ad Deum*, prompte offeret munera sua Deo, testando obedientiam, *Manus procedet ad veniam*. Chaldæus: *Filij Eius current, vt expandant manus suas in oratione coram Domino*. Græcè Προφθάσει χεῖρας αὐτοῦ. Videtur autem actiuæ significationis verbum, quasi dicas, *Præmittet*, ac festinabit dare, sicut vertit Hieronymus. Hebraicè יָרִיץ יָדָיו *Iharits iadaiu*, *Currere faciet manus suas*, vel *eius*. licet illud quam hoc, Latinius, & sic Augustinus mallet vt Interpretes Latini transtulissent; quoniam planius hoc, inquit, esset, quam quod dictum *est*. Monet præterea in paucis codicibus Græcis esse χεῖρας numero plurali. Satis *præuenire* de verbo celeritas denotatur, ac veluti cursus quidam & celeritas Æthiopum, in afferendis muneribus, vel in obsequio prompto. Et, si Magi erant Æthiopes, hi qui adorauerunt Christum [y], id reipsa præstiterunt: sicut olim regina Saba velociter aduolauit ad Salomonem [z], & Æthiops Eunuchus promptissimus fuit in Baptismo postulando, & recipiendo [a]. Placet Deo, qui citò dat, & homines cẽsent bis sibi dari ab eo qui tãc det, nec fert tarda molimina Spiritus sancti gratia [b], ideirco *abiit Maria cum festinatione* ad Elizabeth [c]. Paulus currit [d], & nos currere præcipit [e], *& in odorem Sponsi* currunt [f]. *Si me amas*, ait Marcus Tullius [g], *tantum quantum profecto amas si dormis, expergiscere; si stas, ingredere; si ingrederis, curre; si curris, aduola.*

Euthymius explicat, quòd Æthiopia extendit Candacem illum (hoc putat Eunucho proprium nomen esse) quem *manum* nunc Propheta appellet, veluti potentem inter Æthiopes, vis etenim, ac robur, inquit, hominis, in manu potissimùm dignoscitur: potens autem erat ille Candaces, cum post reginam in imperio dignus haberetur. Hilarius *præcentio tem*, vt ita dicam, sumit: de vehementi desiderio Baptismi, quo flagrant Eunuchus à Philippo institutus [h]. Chrysologus [i] explicat de Magis, cunabula Christi adorantibus [k]: & multos refert de spadone ex Aethiopia suspicatos. Addit, quòd Gentilis qui erat nouissimus, factus est primus: quia tunc ex magorũ fide est gentium credulitas dedicata, & Iudæorũ est notata crudelitas. Augustinus de quouis, qui per conuersionẽ præuenit vindicta Dei, iuxta

Illud:

a Epist. 127.

b Apud Autorem Thesauri Hebr.

c In Thisbi. pag. 126. S.R.E. Cardinales Allamonim eos dicti.

d 2. Cor. 5. 20

e c. 7. & 8. Æthiopia sicut Ægyptus pro peccatoribus omnibus propter nigredinem.

f Hom. 1. & 2. in Cant. inscd. Nigra sũ, &c. Moses vxor Æthiopissa, quorũ figura. Sponsa nigra cur vocetur.

g Cant. 1. 5.

h vers. 9.

i cap 3. 8.

k 2. De Spir. sanct. c. 11. Mystica expositio de Eunucho qui Ieremiam leuauit de lacu.

l Iere. 38. 13.

m Iba. Justo. dubiorũ, c. 55.

n Num. 12. 1.

o 3. Reg. 10. p 18. Moral. c. 27. vel 35.

q Ibid. & ho. 13 in Euang. c Ioan. 20. 4. De vocat. Gent. l. 1. c. 4.

r In Soph. sub prin. & in c. 2. 3.

s Matth. 9. 20. & seq.

Per nomen Cuth quod adumbratum in Sophonia c. 2. in Cant. c. 1.

t In Cant. c. 1.

u Hic & in c. 11. Isa.

x De Spirit. sanct. c. 11.

y Matth. 2. 11.

z 1. Reg. 10. 1. Matth. 12. 42. Luc. 11. 31. Dicque eum dare Deus det, quem ipse dat.

a Act. 8. 27. 36.

b Luc. 1. Luc. 1. 59.

c Luc. 1. 39.

d 1. Cor. 9. 26. non sic currit incertum. 2. ad Timoth. 4. 7.

e Hebr. 12. 1.

f Cant. 1. 3.

g Epist. ad Attic. Ep. 23.

Euthymij & aliorum explicationes.

h Act. 8. 36.

i Serm. 160.

k Matth. 2. 11.

illud: *Præueniamus faciem eius in confessione* [a]. Rufinus post Augustinum, addit, quòd credēdo *præueniet manus eius*, id est opera sua, quoniam iustificatur homo per fidem *sine operibus legis* [b]. Cassiodorus obseruat morem bellicum, vt qui timēt ab hostibus interitum, dedant manus, armáque deponant. Haymo idem dicit, & præterea, quòd *manus eius*, id est, Ægypti operationes præuenient Æthiopia, meliores habitura quàm Ægyptus. Hoc non adeò ad rem. Bruno existimat idem significari per *Ægyptum*: antequam verò veniant ex *Ægypto Legati*, id est, prædicatores, fore vt ipsa Æthiopia, quæ eadem est cum Ægypto, saltem mystice propter tenebras, & nigredinem, *præueniat manus*, id est prætendat, ac dedat se Deo. Hilarius iungit sequentibus, *Regna terræ*: aitque votum hoc esse, ac vaticinium de generali per orbem Euangelij prædicatione, & quod omnia regna Dominum Christum Deum intellectura, licet serò, sunt, &c. Idem facit Augustinus, licet moneat in plurimis Latinis & maxime in Græcis codicibus, *Deo*, in fine huius versus poni, & quidem rectius. Cæteri referunt ad præcedentia, *præueniet manus eius Deo*.

a Ps. 94. 2.

b Rom. 3. 20. cap. 4. 4 5. Gal. 3. 2. & seq.

Vers. 33.] Regna terræ, cantate Deo: psallite Domino: psallite Deo.

FAcilis sententia, voti rationem simul habēs, vt dixi, & vaticinij. Vltima duo verba deliderantur in codicibus Hebræis, Chaldæis, Græcis, (præterquam in Sixtinis) & quibusdam Latinis. Et forsitan posita sunt loco סלה *Sela*, siue διάψαλμα. Psalterium vetus, siue Ambrosianum retinet, sed, *cantate*, pro *psallite*. Hilarius etiam habet, verùm in primis verbis, *Domino*, pro, *Deo*. Hieronymus omisit vltima; in aliis dixit: *Cantate Deo, cantate Domino*, & in epistola ad Suniam & Fretelam [c] refert hæc Aquilam sic legisse, non legisse se in suo Psalterio quod nunc est secundo loco, *Psallite Domino* quoniā illatum sequitur post diapsalma, *Psallite Deo qui ascendit*, &c. Monet autem, iuxta Hebraicam veritatem sic legendum, *cantate Deo psallite Domino*: & illud quod in principio versus alterius sequitur, *Psallite Deo*, non esse in libris authēticis, sed obelo prænotatum: ideo relinquendum. Attamen retinenda sunt, propter approbationem Ecclesiæ, & quia sic etiam legunt Psalterium Vaticanum, & Ambrosianum, & Hilarius, & Augustinus, & Rufinus, & Remigius, & Cassiodorus, quamuis cum leui aliqua differentia, quam notaui.

c Ep. 135.

Vers. 34.] Qui ascendit super cœlum cœli, ad Orientem: ecce dabit voci suæ vocem virtutis.

DIgnus carmine, dignus Psalmo Deus altissimus super omnes Deos, insidens summo cœlo circa Orientem, vnde lucis origo. Christus etiam, qui illuc cum suo corpore ascendit, & vt Deus cœlos, omniaque moderatur, & [d] *lucem habitat inaccessibilem*, sic tamen vt suis absque occasu exoriatur semper. Nec minus est potens, quàm altus, quippe voces mittens efficaces, & tonitruorum, & Euangelicæ prædicationis, & iudiciariæ tubæ, quæ à mortuis etiam exaudiatur [e].

d 1. Tim. 6. 16.

e Ioan. 5. 28. 1. Thess. 4. 15. 1. Cor. 15. 52.

A Hilarius *ascensionem* Christi exponit super omnes cœlos, ad Orientem, cùm prius ascendisse dictus sit super Occasum [a] ob resurrectionem, quia est *Oriens ex alto* [b], eóque regressus vnde descenderat, & omnibus rursus auctor oriundi in hunc cœlestis sedis ascensum. Conuenit penitus Hieronymus & in vocis efficacia, quam Hilarius quoque de miraculis, de Sacramentorum vi, de voce, quæ ad vitā reuocabit mortuos, & ad iudicium, accipit. Quod placet quoque Magistro [c] sententiarum. Augustinus *ascensionem* hic intelligit ad Orientem, quoniam regio in Oriente est, vbi vixit Christus, mortuus est, resurrexit, ascendit. *Vocem* autem iudicaturi, qui iudicatus sine voce, vt agnus, fuit [d]. Theodoretus discrepat in voce; illam enim esse, quæ in Pentecoste vehementior audita est misso Spiritu sancto [e], quem Christus *Virtutem* appellauerat [f]. Dedit ergo Christus voci suæ, id est, Apostolis, ait Euthymius, *vocem virtutis*, dictum Spiritum sanctum, cum sono vehementi, vel Ioanni Baptistæ, qui *vox fuit clamantis* [g], dedit veluti tubicinem Christum, cuius ille præcursor fuerat. Christus autem quę dicebat, opere implebat, siue docendo, siue vt quid mirifice fieret, imperando. Quod verò spectat ad ascensionem, ait idem factam in Orientem, id est, palam & manifeste, *videntibus* quidem Apostolis in terra [h], & omnibus Angelis, cùm descendisset huc ipse velut in Occidentem, hoc est, clam, latenter velata obtectáque Diuinitate. Recipit præterea opinionem de situ montis Oliueti, vnde ascendit ad Orientem, respectu Ierusalem.

a Vers. 5.
b Luc. 1. 78.
c c. 4. dist. 45.
d Esa 53. 7. Act. 8. 32.
e Act. 2. 2.
f Luc vlt. 49. Actuum 1. 8.
g Esa. 40. 3. Matth. 3. 3.
h Ac. 1. 9.

Qui ascendit.] רֹכֵב *Larocheb*, *equitanti*. Lege versum 5. & 18.

Super cœlum cœli.] Psalterium Vaticanum, & Ambrosianum, *Super cœlos cœlorum*, nec non Cassiodorus. Augustinus verò: *Super cœlum cœlorum*. Hebr. בִּשְׁמֵי שְׁמֵי *bischemé schemé*, quæ sunt dualis numeri, nec alio in numero extat id nomen: ita vt & vnum, & duo, & plures per id cœli possint significari. *Ascensus super cœlum cœli*, aut cœlum cœlorum, denotat suprēmum orbem, & nobilissimum, Beatorū videlicet sedem, sicut Canticum canticorum est nobilissimum, Sanctum, & Sancta Sanctorum, sanctissimus in templo locus. Hebræi cœlos tres distinguunt, Aërem, Ætherem, siue vbi stellæ sunt, & Beatorum domicilium. Eo putant aliqui Paulum modo dixisse, *raptum se ad tertium cœlorum* [i], etsi aliter alij, quod nunc non disputo. *Habitare Deus in cœlis* dicitur, qui vbique est, sed peculiariter *in cœlo cœli*, siue cœlorum, quod & peculiariter datum dicitur Domino, siue Christo, sicut *filius hominum terras* [k].

i 2. Cor. 12. 2. Deus vt habitare dicitur in cœlis.
k Psal. 16.

Ad Orientem.] Cassiodorus, *Ab Oriente*: & explicat de Orientali plaga, in qua sit locus, ex quo ascendit Christus: quam retulimus aliorum de his verbis expositionem. Hebraicum קָדַם *kedem*, regitur à שָׁמַי *schemo*, quasi dicas: Qui ascendit super cœlos cœlorum Orientis, vel iuxta notionem aliam eiusdem vocis: *Super cœlos cœlorum antiquitatis*, vel, *mundi*: id est, qui fuerunt iam inde, duraueruntque semper ab initio. Si *Orientem* quis referat ad cœlum ipsum suprēmum, cùm sit fixum, improprie loquetur. Quare accipiūt nonnulli de primo Mobili, in quo Deus insideat velut motor tam versus Orientalem partē, quàm versus Occidentalem, de qua sit dictum versu quinto. Hieronymus primum de cœli antiqui-

tate sensum expressit: *Qui ascendit super cœlum cœli a principio*, etsi *a principio*, de Deo sumi potest, qui statim atque conditum ab ipso fuit cœlum, ei quodammodo insedit & præsedit. Eugubinus refert Symmachum vertisse ἐκ τῆς γενέσεως, & Theodoretum (fortasse Theodotionem dicere voluit) ὁμοῦ τε καὶ τὸν ἐξ ἀρχῆς ἐφ' ἑαυτοῦ ἔχει ἐκάστοτε ἐν τῷ ὑψηλῷ. *Laudate eum, qui a principio, & semper desuper cœlos fuit.* Præterea recitat ex Euthymio: ἢ Συμμαχος ἐκ τῆς γενέσεως, συνεχῶς ἐπὶ τοῦ ὑψους ἐστὶν ἐπὶ τὸ ἄνω τὸν ἐξ ἀρχῆς ἐφ' ἑαυτοῦ τὸν τῶν ὅλων ἔχοντα. Symmachus transtulit, *A principio*, consonè ei quod Christus dixit [a]: *Pater clarifica* (seu *glorifica*) *me gloria* (aut *claritate*,) *quam habui, antequam mundus esset.* Sed procliuior debuit esse Eugubinus in Interpretem nostrum, & in LXX. vt intelligatur & Deus & Christus regere cœlos omnes, quacumque ipse dicatur ex parte; vel iuxta communiorem sententiam, Christus ex terra Oriental. loco in cœlum ascendisse, licet, vt versu quinto dixi, facie fortasse conuersa versus Occasum. Genebrardus interpretatur etiam de Regno Christi, quæ vocatur per metaphoram *ascensus*, Lyræo, Orientales, vt versu illo quinto dictum fuerat, de Occidentalibus. Ac prius quidem regnasse Christum in Europa, Africa, & Asia Occidentalibus partibus Ierosolymæ respectu: in regionibus magis Orientalibus tardius, vt in Mesopotamia, Chaldæa, Arabia, Persia, Indiæ certe finibus vniuersæ, ac publicè: eandem vero euangelizat Christus in Oriente, vbi conuersa est Antiochia [b], vt habetur in Apocalypsi. Cuius rei propemodum nunc ab anno quingentesimo supra millesimum nauant operam Lusitanorum ac Hispanorum ad illos populos nauigationes. Pia interpretatio, sed nec satis litteralis, nec adeo vera, cùm toti Orientis prouincias Apostoli peruagauerint, & ad Christum adduxerint. Tropologice vero *dat vocem virtutis*, quisquis quod laudet, profert, inquit Bernardus [c], tibi illud *ego* volentem persuasisse: & cùm opera verbis confirmat, homo, verba operibus, vt cures prius facere, quam docere. Sed hæc de re diximus in Actibus Apostolorum [d].

Dabit voci suæ vocem virtutis.] Hebraice קול בקולו *bekolo, in voce sua*. τῇ φωνῇ αὐτοῦ Lxx. Siriaca codices habeant, in eadem, & Arabs ipse. Hilarius, Augustinus, Cassiodorus, Psalterium Veronense, & Ambrosianum, *Vocem suam.* Nempe vt ego sensi: & quod velit, ante dixi. Chaldæus intellexit vocem prophetarum & hanc, de qua, quibus Dei declaratur maiestas, & Euangelium cõfirmatur. Hieronymus pro, *virtutis*, potius *fortitudinis.*

Vers. 35.] Date gloriam Deo super Israël: magnificentia eius, & virtus eius in nubibus.

Celebrandus laudibus Deus, propter beneficia in populum suum Israel carnalem, & potissimum in spiritalem collata, quæ declarantur variis tonitrui, fulgoribus, imbre, grandine, columna nubis, & ignis ad illum e gentium populum, & nubes super templum ad hunc usque, Apostolos, vt rotunda, mittendo nubes; transfiguratum Filium nube vestiendo, & ascendentem in cœlum, & redeuntem ad iudicium cum potestate magna & maiestate. Hilarius vita disiungendo: *Date gloriam Deo super Israel magnificentiæ eius, & virtutis eius in nubibus.* Primum membrum ait significare Deo honorem exhibendum pro voce illa virtutis, quæ conferat magnificentiam. Secundum, vt hoc ipsum quod tonat, & nouorem, quem exhibent homines, nouerint prouenire a Deo, & in his ita repertis quæ sunt *Israelitæ* in Spiritu [e], *in quibus dolus non est* [f], atque originem trahant è nubibus, & cœlo, tanquam *Israël Dei* [g], non *secundum carnem* [h], & *ea omnia pro obiecta Christo in nubibus* [i]. Eadem traduntur ab Aug. Ruffino, Cassiodoro, & aliis Latinis, ac a Theodoreto. Hieronymus, licet in versione sua retinere videatur eandem distinctionem, in Commentario tamen explicat: magis Deum, quam carnalis Israel fecerit, honorare, & non *ut Vetus Iudæa* [k], *sed nouæ* [l] opinionis magnificentia ipsius & virtus in Apostolis eius, & *Maiestatem nubibus desuper, ut pluant super* dictum Israel. Euthymius dicit generaliter in eum, quod misericordiæ Dei operis innotescant vocantibus, contemplationem dantes, & in Deum fiducia conuertantur mentem, tanquam Israelitæ, quia *Israël*, id est, *videns Deum.* Sed nos rationem aliam adhuc confirmauimus.

Date gloriam Deo.] הבו לאל *confitemini.* Cassiodorus, *confitemini.* Videlicet, De confitendine laudate Deum: Refert vtrosque omnes acceptas Deo.

Cyrillus Alexandrinus [m], vt ex ipsis verbis probatis Christum non esse Deum, quod ei quandoque datæ quædam legationis a Patre, præter dilectionem de ipsius natura, virtutis, diuina & humana, vt secundum potestatem sibi intelligamus datæ non tempori etiam, id, quod datur ficturi, dari non habeant, vel magis semper esse, quæ dari, quam quæ accepta. Quid cum respondebis, ait ipse, si Psalmista nauiter dicentem: *Date gloriam Deo* [n] gloriari e cæteris Deum putabis, aut maiorem Creatore creatorum hominem arbitraberis, qui gloriam Deo afferre iubeantur? Plena gloriæ Deitas est, etiamsi nihil a nobis acceperit. In psalmo 28 [o]. dicitur: *Afferte Domino gloriam, & honorem*, vbi pro, *honorem*, est *fortitudo* הב עז: & in Apocalypsi [p] cleboio auribus insonat: *gloria, Deo & Agno in æternum, benedictio, virtus, fortitudo, fortitudo per sæcula sæculorum, amen & amen* [q] (quamvis Græce ita nomen ἰσχὺς, & in quibusdam Latinis Auctoribus, vt in Tyconio, *fortitudo* pro *virtute* accipiatur, & hæc reliqua similia manifestentur, & cognoscantur ab aliis, ac nos ipsi nos exhibeamus gratos pro acceptis beneficiis, vt Deum secundum se laudabilem, licet laudis non egentem, laudando, religionis atque pietatis exerceamus actum.

Super Israël.] Iam dixi, hæc a quibusdam verba referri ad sequentia. Sed Chaldæus nectit prioribus: *Date gloriam et fortitudinem Deo, quæ est super Israël.* Sic psalmum quoque nostrum omnes in respectatos vidimus. Ita quibus Euthymius notat *super Israël* dictum esse, ac si diceretur, *pro Israël.* Priore modo ex positis dictis, sensus erit, vt laudet in Deus, qui præstitit Israëli posteriore pro beneficiis ei collatis primo: quæ certum Dei circa se illo.

Magnificentia eius.] גאותו *gaauatho.* Alii, *Superbia*, vel, *celsitudo*, vel *gloria.*

Virtus.] Μεγαλοπρέπεια, עזו *bhuzzo*, ac *robur*, Septuaginta.

In nubibus.] Chaldæus *in Israël.* & Hebr. בשחקים

Iohan. 17. 5.

In quibus partibus primo prædicauerit Christus in primis Ecclesiam.

b Cap. 6. 11.

Ecclesiarum & Religionum in Occidente mutationes per fidem in Christum.

Tropologia Vocem laudate vocem virtutis imperfectis docentur.

c Serm. 50. in Cant. & Epist. 201.

d Cap. 11.

Sensus loci.

Super Israël, id est, pro Israël.

she hakim: non tantùm *nubes*, sed *cœlos* etiam aliquando significet, vt ibi [a], *Terra mota est, & cœli distillarunt*, גַּם־שָׁמַיִם *gam-schamaim*, & alias cum dicitur [b], *Quis in nubibus æquabitur Domino?* Et, *Veritas tua usque ad nubes*: videntur pro cœlis *nubes*, sicut *cœli* toties è conuerso accipiũtur pro nubibus, & aere. Eodem plane modo *nubes* dicuntur *pluere iustum* [d], id est, cœli. Et apud Iob [e], *Tu forsitan cum eo fabricatus es cœlos?* Hebr. שְׁחָקִים *schechakim*, vbi putant contrà nonnulli, *cœlos* pro aere Latine poni: sed hoc loco *nubes*, proprie retinere possumus, in quibus toties eluxit Maiestas Dei, vt alibi [f] ostendi.

a Ps. 28. 38.
b Iob. 37. Ps. 35. 6. Cœli *pro nubibus* & nubes *pro aëre*.
d Esa. 45. 8.
e cap. 37. 18.
f Ad. n. 9.

Vers. 36.] Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israël: ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi suæ, benedictus Deus.

Sensus loci.

CLauditur egregio Psalmus Epiphonemate, vt verè Deus admirabilis prædicetur in Sanctuariis suis, atque in hominibus, quos ille sibi sanctificauit. Simul certa concipitur fiducia, futurum vt suppeditet plebi suæ vires Deus: tandem rursus benedicitur, & vt eum benedicant omnes, maximis votis expetitur. Hilarius Sanctos intelligit ad immortalitatem, atque beatitudinem euectos per virtutem & fortitudinem communicatam. Consentit Augustinus, & Hieronymus, addens interim in hac vita mirifica opera, quæ facere per illos Deus dignatur magis, quam per alias creaturas, & virtutem ad tolerandas passiones mundanas, vel spirituales nequitias. Cassiodorus *virtutem* patientiæ, & fidei *fortitudinem*; Rufinus beatis *virtutem*, qua sit anima beata: *fortitudinem*, qua corpus incorruptum. Sed plenè *mirabilis Deus in sanctis suis*, non modò in cœlibus, sed etiam in terrenis, ait Bernardus [g]. Vtrobique Sanctos habet, & in vtrisque mirabilis est, illos quidem beatificans, istos sanctificans. Hinc quoque probat [h] gloriam ac laudem tribuendam Deo pro sanctitate Sanctorum. Dignus certè, qui perlegatur. Id obiter quoque colligit Prosper [i]. Hugo [k] autem de S. Victore: Si mirabile, inquit, est, quod ad seruitutem factum est; quod ad imaginem factum est, quomodo mirabile non est: *Mirabilis Deus in sanctis suis*. Ne ergo illos foris respicias; non quod foris est, mirabile est. Intus ergo vide, & non mirabeberis quicquid foris apparet. Petrus Damiani [l] *fortitudinem* sumit pro morali virtute.

g Ser. de Dedicat.
h Ser. 14. in Cant.
i Ad Demetriadem.
k Tom. 2. Aug. in Ps. c. 59.
l Lib. 1 Epist. 10 [illegible].

Mirabilis.] נורא *nora*, *Terribilis*. Et verò terror admirationem ac stuporem conciliat: nec tam nunc timorem molestum significari puto, quam horrorem sanctum, atque venerationem. Sic Iacob cum illum sanctificatum diuino viso, vocauit *terribilem* [a]: fortasse terrorem quoque indicat Dauid, sed contra hostes populi Dei. Sic namque iussit Moses, vt metum deponeret, dicens [b]: *Non timebis eos, quia Dominus Deus tuus in medio tui est. Deus magnus, & terribilis* נורא *ora*, *ipse consumet nanque eos hac in conspectu tuo*, &c. Aliquando vertit Interpres *horribilem*, *vt crystallum* [c], nempe propter splendorem qui perstringit oculos.

a Gen. 28. 17.
b Deut. 7. 21.
c Ezech. 1. 22.

In sanctis suis.] Græcè ambiguum, Latinéque, an Sanctos intelligere debeamus, an Sancta, siue Sanctuaria. Sed Hebraicè est מִמִּקְדָּשֶׁיךָ *mimmikdaschecha*, *de Sanctuariis tuis*, quasi prouenirent inde mirabilia, siue, vt Chaldæus reddit, *e Domo Sanctuarij*. Et Hieronymus: *Terribilis Deus de Sanctuario suo*. Vocatur templum מִקְדָּשׁ *mikdasch*, & extenditur id nomen ad palatium Regium, quod est ceu asylum, & ad quoduis refugium. Numerus autem pluralis hoc loco indicat partes templi tres אוּלָם *ulam*, *porticum*: הֵיכָל *hecal*, *templum*: דְּבִיר *debir*, *oraculum*, *adytum*, *partem interiorem templi*. Erat ergo *Deus mirabilis ac terribilis in Sanctuariis*, vel *de Sanctuariis*, id est, à templo, quoniam ab habitante in templo admiranda horrendaque opera proficiscebãtur. Multo meliùs id conuenit Ecclesiis nostris, vbi Deus ipse corporaliter inhabitat, & res longè diuinores tractantur; sed & hominibus sanctis, quos nominat Apostolus [d] *Templa Spiritus sancti*.

d 1. Cor. 6. 19.

Ipse dabit.] הוּא נֹתֵן *hu noten*, *Ipse dans*.

Virtutem, עז *hhoz*, Δυνάμεις, *Robur*, *vires*, *potentias*, *præsidium*.

Fortitudinem.] תַּעֲצֻמוֹת *thahhaschmoth*, *ægritudines*, *Confirmationem*, *roborationem*, *firmamentum*, *fortitudinem*. Vel hæc eadem in plurali numero. Hieronymus, *Robur*.

Plebi suæ.] Cassiodorus: *Plebis*, sed melius, *Plebi*, τῷ λαῷ. & littera seruilis seruit etiam dativo.

Benedictus Deus.] Chaldaicè: *Proinde adeamus*, &c. Sed verba possunt esse Psalmographi. Lege versum vigesimum. Nos verò etiam iisdem Deum verbis laudemus, atque lucubrationem hanc nostram concludamus cum Augustino. Quoniam itaque prolixum, & ad intelligendam difficilem Psalmum (vocant eum Rabbini) vt præfatus sum, מְבָרֵךְ *mebarec mod*, tandem aliquando ipso adiuuante, finiuimus. Benedictus Deus, Amen.

PSALMVS SEXAGESIMVS OCTAVVS.

1 In finem, pro iis qui commutabuntur, Dauid.

2 SAluum me fac Deus: quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam.
3 Infixus sum in limo profundi: & non est substantia.
Veni in altitudinem maris: & tempestas demersit me.
4 Laboraui clamans, raucæ factæ sunt fauces meæ: defecerunt oculi mei, dum spero in Deum meum.
5 Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis.
Confortati sunt qui persecuti sunt me inimici mei iniustè: quæ non rapui, tunc exoluebam.
6 Deus tu scis insipientiam meam: & delicta mea à te non sunt abscondita.
7 Non erubescant in me qui expectant te Domine, Domine virtutum.
Non confundantur super me, qui quærunt te, Deus Israel.
8 Quoniam propter te sustinui opprobrium: operuit confusio faciem meam.
9 Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filiis matris meæ.
10 Quoniam zelus domus tuæ comedit me: & opprobria exprobrantium tibi, ceciderunt super me.
11 Et operui in ieiunio animam meam: & factum est in opprobrium mihi.
12 Et posui vestimentum meum cilicium: & factus sum illis in parabolam.
13 Aduersum me loquebãtur qui sedebant in porta: & in me psallebant qui bibebant vinum.
14 Ego verò orationem meam ad te Domine: tempus beneplaciti Deus.
In multitudine misericordiæ tuæ exaudi me, in veritate salutis tuæ.
15 Eripe me de luto, vt non infigar: liberame ab iis qui oderunt me, & de profundis aquarum.
16 Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum: neque vrgeat super me puteus os suum.
17 Exaudi me Domine, quoniam benigna est misericordia tua: secundùm multitudinem miserationum tuarum respice in me.
18 Et ne auertas faciem tuam à puero tuo: quoniam tribulor, velociter exaudi me.
19 Intende animæ meæ, & libera eam: propter inimicos meos eripe me.
20 Tu scis improperium meum, & confusionem meam, & reuerentiam meam.
21 In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me, improperium expectauit cor meum, & miseriam.
Et sustinui qui simul contristaretur, & non fuit: & qui consolaretur, & non inueni.
22 Et dederunt in escam meam fel: & in siti mea potauerunt me aceto.
23 Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributiones, & in scandalum.
24 Obscurentur oculi eorum ne videant: & dorsum eorum semper incurua.
25 Effunde super eos iram tuam: & furor iræ tuæ comprehendat eos.
26 Fiat habitatio eorum deserta: & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet.
27 Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt: & super dolorem vulnerum meorum addiderunt.
28 Appone iniquitatem super iniquitatem eorum: & non intrent in iustitiam tuam.
29 Deleantur de Libro viuentium: & cum iustis non scribantur.
30 Ego sum pauper & dolens: salus tua Deus suscepit me.
31 Laudabo nomen Dei cum cantico: & magnificabo eum in laude.
32 Et placebit Deo super vitulum nouellum: cornua producentem & vngulas.
33 Videant pauperes & lætentur: quærite Deum, & viuet anima vestra.
34 Quoniam exaudiuit pauperes Dominus: & vinctos suos non despexit.
35 Laudent illum cœli & terra, mare,

& omnia reptilia in eis.

36 Quoniam Deus saluam faciet Sion: & ædificabuntur ciuitates Iuda.

Et inhabitabunt ibi, & hæreditate acquirent eam.

37 Et semen seruorum eius possidebit eam, & qui diligunt nomen eius, habitabunt in ea.

Titulus, & Argumentum.

Vers. 1.] **In finem pro iis qui commutabuntur.**

NOn hærebimus in titulo, cùm idem iã præcesserit in 44. & 59. Psalmis, siquæ adhuc in 79. Quidam codices Latini addũt, *Dauid*. alij, *Psalmus Dauid*. & legit Hilarius in dativo, *ipsi Dauid*, quamuis non adeo verum patẽ quod ars significant non à Dauide, sed in ipsum esse cantatum Psalmum, vt alias ostendi. Ex Græcis aliqui, τοῦ αὐτοῦ τῷ Δαυίδ, nec non Euthymius atque Nicephorus, & innuit Apollinarius: nonnulli tantum, τῷ Δαυίδ, quo pacto est in emendata editione Lxx.

Psalmi 44. & 59. & 79. cum titulus conueniat Nisi à Dauide fuit in Dauidem cantatum, tum ipsi Dauid suum iuxta quæ vidit.

Commutationem spiritualem in melius intelligunt mystico sakem sensu ex homine vetere in nouum, ac tandem renouatum per resurrectionem. Videtur Hilarius alludere ad notionem vocis vnius Hebreæ שושנים *sosannam*, & illa significat, de qua dictum Psalmo 44. cùm scribit coniungens id quod legimus, *pro iis qui commutabuntur*, aut, *immutabuntur*, in his *qui immutabuntur*, Euangelicæ spei fideles significari. qui aut ex legis obseruatione, aut ex gentili impietate, ad cognitionem Dei demutati, tanquam renascentes incorruptæ æternitatis candore florerent.

Multiplex expositio.

De argumento sensit idem Hilarius ambigi nõ debere, quin Sacramentum Passionis Domini Psalmus iste contineat, omniáque ad Christum, hic dicta, sint referenda. Id autem probat, quia Ioannes Apostolus [a] in patratione aceti (de qua videlicet hic [b] mentio fit) consistere consummationem scripturarum testatus est, & meminit Apostolos aliam illam ex isto eodem Psalmo [c] sententiam de Christo intellexisse: *Zelus domus tuæ comedit me.* Adde Petrum [d] citantem: *Fiat habitatio eorum deserta* & Paulum [e]: *Fiat mensa eorum*, &c. &, *impropería improperantium tibi, ceciderunt super me.* Negat quoque Augustinus dubitare omnino permitti, quòd hic loquatur Christus: & post prolatos Apostolos, qui eum Psalmum citant, quis, inquit, agnus non sequatur arietes? Legendus idem oratione aduersus Iudæos cap. 5. Cassiodorus etiam, qui quintum vocat Psalmum ex iis qui passionem resurrectionemque Dominicam latius eloquuntur, dubitare non posse quenquam dicit, cùm talis & tanta sit huius getur autoritas. Latinorum aliorum opinio eadem, & Euthymius de Græcis testis est, appellans hanc actuationem atque tuitionem, nec ita commodè declarari posse. quæ in Psalmo dicuntur de populo Hebræo in Babylone captiuo, reditumque inde desiderante. Basilius. Iste Theodoretus hic meo potiùs iudicio quàm ille, quia Theodoro fauit, de quo dicam) sic agi sensit de liberatione à dicta captiuitate & ædificatione Ierusalem, ac pristina Iudaicæ terræ felicitate, vt contineat etiam Psalmus prophetiam passionum Dominicarum, & omnimodi excidij, quod illarum gratia, Iudæorum nationem erat comprehensurum. Addit Athanasius, expositionem Euangelicæ conuersationis rudimenta, & illius in spiritu & veritate adorationis doctrinam, propter quam Psalmus etiam. ita vt diximus. inscribatur. Ne Lyranus quidem, & Caietanus, Hebræis alioquin addicti, reuocant hoc in dubium, ac priorem opinionem præterea reiicit de liberatione Iudæorum à præsenti captiuitate, quam patiuntur, vel Dauidis, a Saulis persecutione. Qui hoc vltimum existimant, Lansenius & Arias, volunt sub eo typo designari Christum, atque de illo meliùs accipi hic decantata, quàm de Dauide. Ferè: potest tum hoc, tum illud quod memorauì de Theodoreto, ita vt lenius ita sentientes tractandos censeam, quàm faciat Agellius, audaciæ superbiæque illis impingere crimen non dubitans. Hac dignus censura Theodoretus Mopsuestiensis est, atque grauiore, quòd τῆς λέξεως sic interpretetur istum, aliósque Psalmos, quemadmodum in præfatione [a] monuimus, vt nihil propriè Christo conuenire, sed accommodatitiè dumtaxat vel ἰσχανῶ contendat, hoc est, ex euentu. Damnatum ibi retuli Theodorum à Synodo V. quæ post Hilarij ac Augustini ætatem celebrata est. In ea Synodo nominatim, quod de præsente ille Psalmo sensit, in exemplum adducitur. In officio matutinali feriæ V. in cœna Domini ordinatur Ecclesia ab hoc Psalmo. Accommodari posse Euthymius rectè notat cuilibet fideli, qui à visibilium atque inuisibilium hostium oppressione fuerit liberatus. Paulinus [b] Valgio Catechumeno naufraganti applicat eleganter, & eadem ratione conuenit aliis in simili periculo constitutis, sicut etiam Ionæ, cuius oratio isti similis est [c].

Censura notatur Theodorus Mopsuestenus in interpretatione huius Psalmi. a cap. 1. *Damnatio Theodori à Synodo.*

Huius Psalmi accommodatio.

b Epist. 34.

c Ionæ 2. 3. & seq.

Vers. 2.] **Saluum me fac Deus: quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam.**

Vers. 3.] **Infixus sum in limo profundi: & non est substantia.**

Veni in altitudinem maris: & tempestas demersit me.

PEriculorum suorum grauitatem triplici declarat similitudine, hominis in aquis constituti, quum illæ nimiùm affluentes & ascendentes, ac per os ingredientes, nihil propius est, quàm vt cor suffocent animámque, seu vitam extinguant: deinde illius, qui delapsus in lutosam & limosam foueam altam, nullo hærere loco potest, nulla inde se ratione extricare, sed quò se versat magis, ac nititur euadere, hoc altiùs ac irremediabiliùs infigitur: postremò naufragantis, ac sæpius vehementiúsque in profundo maris agitati, nulla vt spes supersit effugiendi submersionem imminentem: & suomet Christus ob aduersariorum, calamitatum, & tormentorũ multitudinem nomine orat, & nomine membrorum suorum. Tentationes præterea, vel cogitationes prauæ, necnon peccata hisce similitudinibus

Sensus loci.

Argumentum Sacramentum passionis hoc Psalmo contentum quo sensu dicatur de Christo.
a c. 19. 28. & seq.
b vers. 22.
c vers. 10.
d Ioan. 2. 17.
e Act. 1. 20.
f Rom. 11. 9.
g Rom 15. 3.

Quartus Psalmus ex iis qui passionem & resurrectionem Domini latius eloquuntur.

Aliorum interpretationes.

eas tribus Galilææ superioris portio pertineret[a]: quod & Esaias [b] vaticinatus videtur: cuius ad idem propositũ Matthæus [c] locum citat, nonnihil varians vocationem quandam Apostolorum, itaq; vicinque passim exponitur, præsertim ab Hieronymo. Nec obstat quòd idem [d] doceat de captiuitate Babylonica solas reuertisse tribum Iudæ, & Benjamin, in quibus & Leuitica comprehendi solet, quod prodidit quoque Iosephus [e], & demonstrat fusè noster Rabera [f]: quoniam simul verum est, multos ex vniuersis tribubus vnisse se Terræ promissionis, licet perpauci essent, coliati cum reliqua decem tribuũ multitudine. Quamquam ex nominibus Zabulon & Nephthali non sequitur necessariò, vt de his nominibus harum tribuum sit sermo: sed de Iudæis, ex quacunque tandem tribu habitarint eas, vbi erant vicini pertinentes ad illas tribus in Galilæa, vt notarit idem Hieronymus [g]. Hebræi nominatas dicunt istas tribus, quia mediæ erant inter Iudã & Benjamin maximam, & minimam: vel quoniam illarum laus præcipua continetur in Cantico [h] Deboræ, ex qua huc quidam versus transcripti sunt. Origenes [i] refert ex hoc loco collegisse veteriores se ordine quodam tribus duodecim per totidem in mari rubro diuisa quasi itinera transisse. Et quoniam diuisum canitur psalm. 135 [k]. in decathones. Verum de hac re alias.

Vers. 29.] Manda Deus virtuti tuæ: confirma hoc Deus quod operatus es in nobis.

HOc adeò eximium beneficium cum abs te non ignoremus profectum, & fatemur absque te conseruari non posse, quæsumus, vt hoc nostræ salutis opus tua digneris virtute confirmare, vt quod statuisti, nullo vnquam tempore conatibus hostium dilabatur. Hilarius notat, neminem proprie *mandare virtuti suæ*: hoc tamen hic dici, quia Patris *virtus* est Filius [l], qui superiora omnia perfecturus est missu suo ipsique Patris, & stabilisturus re, sic absque per ipsum, quod ante mundi constitutionem immoto licet statuerat. Hieronymus *virtutem* ait esse Christum, id *quod operatus est*, Deus, videlicet per illum, in nobis, esse Baptismum: *Confirmationem* quæ postulatur, esse Spiritus sancti infusionem, nimirum in Pentecoste, vt auxilio illo incedamus homines infirmi, in virtutibus. Augustinus consentit, & *mandare Christum* esse commendare. *Commendasse* namque *caritatem suam Deum in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est* [m]; atque *cum illo omnia nobis donauit* [n]. Denique etiam *mandare Deum* docendo, *confirmare* iubendo. Euthymius prima verba refert ad Patrem, vt Filio præcipiat, quem vocat Apostolus *Dei virtutem*, & *Dei sapientiam* [o], & nihil se loqui a seipso profitetur, sed quæcunque audiret a Patre [p]: sequentia ad Filium, vt reddat Euangelij validiorem prædicationem. Idem atque Theodoretus prima sequentis versus verba, *a templo tuo*: iungunt illis: vt confirmet Christus, inquit Euthymius, quod operatus es a templo suo, id est, per templum corporis sui, quod inhabitauit in Hierusalem, vbi *constituisti ecclesiam*, *prædicans præceptum Dei* [q]: vel confirmet ait Theodoretus, gratiam, quam dedit per templum, quod ex nobis reparauit, collocatoque super omne imperium, potentiam, nomen, videlicet in cœlesti *Ierusalem, quæ est mater nostra* [r]. Addit præterea, peti, vt a templo, id est, ob sacrificium, nempe cruente semel factum, & sepius iterumque cumulo beneficiorum in nos collati. Cyrillus Alexandrinus [s] agnoscit in his eisdem verbis mandatum ac missionem Patris, vt Filius carnem assumeret, sicque quod in nobis tabernaculum erat corpus, roboraret, redderet, & ab interitu liberaret. Per *virtutem* præterea Dei Christum interpretatur [t]. Idem placuit Eliæ Cretensi [u].

Manda Deus.] עזה אל היה *ezzah elohecha*, *Præcepit Deus tuus*, vt vertit etiam Hieronymus. Creberrimum postea Lxx. ponentibus Imperativum modum, quamvis quoque sequenti membro, & mutatis punctis, potest esse in eodem verbo *ayw ischue*. Nec obstat affixum ך *chaph*, *Deus tuus*: hoc sensu, qui alioquin malus non est, Mandauit, seu præcepit Deus tuus ô populi, virtuti, seu de virtute, vel (vt legit Hieronymus) *de fortitudine tua*. Aut quia deest in Hebræo præpositio, *Præcepit Deus tuus, fortitudo tua*, vel *mihi hanc fortitudinem tuam*. Hæc, inquam, lectio cum dicto affixo nihil impedit: siquidem facile sunt, vt pro (כ) *mem*, esset (ך) *chaph*, vel pro (ם) *mem*: id limeteque Masoretæ [d] docent, vt Genebrardus monet, *chaph* legi pro *mem*, in hoc eodem vocabulo. Chaldæus interpretatur eodem pacto *Præcipe Deus fortitudini tuæ*. Symmachus, κατισχυσον ὁ Θεός.

Virtus tua.] Τῇ δυνάμει σου. Symmachus, Περὶ ἰσχύος σου: posset etiam reddi *virtute tua*, *virtutem tuam*, *de virtute tua*, *fortitudine tua*, vel *roborea*, עזך *lehuzzecha*. Augustinus, Psalterium Vaticanum, & Ambrosianum: *Manda Deus virtutem tuam*. Hilarius dicebat, non dici proprie vilum mandare virtuti suæ. Credo tamen nõ adeò rarum & insolentem phrasim esse, & similem esse ei, qua dicimus vocare rationem nostram in consilium, imperare nobis ipsis. Nam quod est Psalmo nonagesimo septimo [e], *Saluauit sibi dextera ejus*, Græce est, αὐτῷ: sicut, *Hosanna filio David* [f]. Verbum enim הושיעה *hosciahh*, iungitur dativo.

Confirma hoc Deus.] Hebraizantes nouam Apostrophen hic dicunt esse. At eadem est quæ priùs. Vel est ad virtutem, id est, ad Christum qui etiam Deus est. Chaldæus: *Fortis esto Deus*. Rectè autem confirmationem istam antè diximus de Confirmationis Sacramento intelligi posse. Posset præterea עזה *hezzecha* nomen esse, hucque effici sensus: Virtus fortitudo, robur, Deus hoc operatus es nobis. Non recedendum tamen ab editione vulgata, & Lxx. & δυνάμωσον τοῦτο, & Symmachi, ἐνίσχυσον, &c.

Quod operatus es.] Ὃ κατειργάσω, sed in emendatis κατηργάσω, *perfecisti*, eodemque modo in psalterio Æthiopico Symmachus, ἐτελείωσας, Apollinarius, τέλειον. Talgentius [g] ex hoc loco probat opus bonum nonnisi à Deo in nobis, & in Deo a nobis fieri: quemadmodum cum alibi dicitur *opera Dei fatemur virtutem*, id est, inquit, opus virtutis.

Vers. 30.] A templo tuo in Ierusalem tibi offerent reges munera.

ANtea dixi, de primis verbis, nectere non nullos illa cum priore versu: & sanè Symmachus: Διὰ τὸν ναόν σου τὸν ἐπάνω τῆς Ἱερουσαλήμ. *Corrobora Deus quæ a seculis nobis, per templum*

a Ios. 19. 10. 32.
b Cap. 9.
c Mat. 5. 15.
d In c. 1. Oseæ & comment. & 37. Ezech. In c. 1. Zach. 2. 3. & 4. Malachiæ.
e 11. Antiq. c. 3. 4. & 5.
f In cap. 1. Oseæ, nu. 93. & seq.
g In ca. 9. Esa. *Cur ille tribus nominatas.*
h Iud. 5. 18.
i Hom. 4. in Iosue. *Duodecim tribus Israel, per totidem duodecim itinera transisse in mari rubro vnde colligitur ex hoc loco nouenario.*
k vers. 15.
Sensus loci.
Mandare virtuti vim hanc proprie nemo dixerit
l 1. Cor. 1. 24. *Virtus explicatur.*
m Rom. 5. 8.
n Iac. 8. 32.
o 1. Cor. 1. 24.
p Ioan. 8. 28.
q
r Gal. 4. 26.
s Lib. 2. in Ioannem.
t Ioan. 10. 18. *Christus virtus Dei.*
u
Planè sequimur.
e vers. 1.
f Matt. 21. 15.
g Ad Monimum. Ep. *Opus bonum non nisi a Deo in nobis, & in Deo a nobis fieri. Quemadmodum cum alibi dicitur opera Dei fatemur virtutem, id est, inquit, opus virtutis.*
1 Ep. 94.

tuum, quod est super, vel supra, & aliè in Ierusalem; aut per templum cœleste, cuiuscunque spiritualis Ierusalem. Quo modo, vel esset sermo de templo materiali, quod sit typus templorum nostrorum, & sacrificij nostri, quod etiam in Ierusalem celebrari cœpit vel de corpore Christi [a], cuius item typus illud materiale templum; vel de domicilio Beatorum, cuius quoque figura sunt idem templum, totaque ciuitas Ierosolymitana. Atque hos quidem sensus citati tradunt Græci Hebraizantes: *Confirma, seu robora Deus id quod operatus es à templo tuo super Ierusalem*, id est, *Mitte fortem auxilium tuum è templo tuo super populum tuum electum*: Vel seiungendo à præcedentibus: *A templo tuo super Ierusalem prodit tale auxilium: ideò tibi offerent*, &c. vel, *A templo tuo in Ierusalem prodeat auxilium tuum, & offerent tibi*, &c. quia debet id tibi referri acceptum.

a Ioann.3.11.

Mystica interpretatio.

Hilarius autem, Hieronymus, Augustinus, & posteriores Latini mysticas oblationes, mysticos reges, mysticum sumunt templum, vt qui sibi imperant, iusti, offerant à templo corporis, quod benè viuendo sanctum faciunt, in cœlesti regno, Regi æterno, seipsos *hostiam viuam, placentem Deo* [b], in conspectu omnium Angelorum. Nec excludit Augustinus reges terræ, & eos quos discernit supercœlestis *super columbam deargentatam*, id est, Prælatos super Ecclesiam. Euthymius præter alium illum sensum, de quo priùs egimus, putat quoque versiculorum immutato ordine, id est, eo, quem habemus, posse de muneribus externis intelligi, quæ reges terræ dabùt ædificando templa, largiendo prædia, & alia ad Dei cultum pertinentia: & hæc omnia in templo materiali ferent Deo in supernam Ierusalem, quia per terrestrium horum oblationem accessum & gratiam apud Deum consequentur.

b Rom.12.1.

c Li. de Bapt.

Marcus Eremita [c] videtur sensu tamen magis morali simile quid innuere. Notat enim non dici hoc loco ab Ierusalem, in templum oblaturos reges munera, quod fieri solebat, sed *à templo in Ierusalem*, quoniam animus cuiusque, maximè regius, ab occulto cordis sui templo primum sumit honestas & bonas suggestiones, quæ suggeruntur ab inhabitante Christo, quas etiam adducit ad politiam virtutibus plenam, quæ dici potest Ierusalem: iterúmque per bonam intentionem offert eas ipsi, qui donauit Christo. Verum est, *Magos à templo in Ierusalem*, & à Ierusalem *obtulisse munera* [d], id est, recedendo à Ierusalem, & à templo, vbi fortasse credebant offerenda. Sed non videtur mihi litteralis sensus. Caietanus putat Dauidem propter beneficium, quo dignatus est Deus habitare in templo, quod illius ipse instinctu [e] designauit, orare, dignetur etiam robur firmitatis & augmenti beneficiis cœptis dare, ac stabilire fixam regni sedem in familia sua; vnde fiat, vt offerant reges celeberrima templo munera.

d Matt.2.9.11.

e 2.Reg.7.2. & 1.Par.

A templo tuo.] Symmachum retuli vertisse ἀπὸ τοῦ ναοῦ σου, *propter templum tuum*. Sic non raro præpositio (a, vel *ab*) vsurpatur, vt, *A verbis tuis formidauit cor meum* [f]: *A mandatis tuis intellexi* [g]: *A iudicijs tuis timui* [h]: *A iudicijs tuis non declinaui* [i]: *A voce exprobrantis, & obloquentis facie inimici, & persequentis* [k]. Hieronymus vertit, *De templo tuo*. Psalterium Vaticanum: *A templo sancto tuo*.

A, *vel*, ab, *præpositionem* a *pro* propter.
f Ps.118.161.
g Ibid.104.
h Ibid.119.
i Ibid.101.
k Ps.43.17.

In Ierusalem.] לִ֝ירוּשָׁלִַם *lhal*, *super*, & לְ, quod valet idem, vel, ut, Hieronymus, Psalterium Vaticanum, & Ambrosianum, *quod est in Ierusalem*, Symmachus, τὸν ἐν αὐτῷ τῇ Ἱερουσαλὴμ.

A

Tibi offerent reges munera.] Obtulerunt reges templo Iudaico munera, vt alias dixi [a]: sed hæc figura est regum plurimorum, qui, sicut Magi Christo [b], sint oblaturi munera, & ipsi colla subdituri.

a Actuum 8 circa de Eunucho.
b Matt. 2 11.

Vers. 31.] Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum: vt excludant eos, qui probati sunt argento.

B

Dissipa gentes, quæ bella volunt.

Scripturæ loci.

ORatur Deus vt suam illam virtutem exerat in seuissimos hostes armatos lanceis, & qui feris sunt similes, quæ nidificant, incolunt, & latitant in arundinetis, ac tanquam ferocissimi tauri vna cum populis suis, vaccarum lasciuientibus in morem, conspirant, vt deiiciant è sua hæreditate illos, qui Deo probati sunt ad similitudinem purissimi argenti: denique perdat immanes gentes, quæ bella comparant, & hominibus perniciem exitiumque machinantur. Vel cùm proximè de muneribus offerendis Ecclesiæ sermo fuerit, nunc petitur à Deo vt repudiet antiqua victimarum sacrificia, & vitulorum multitudinem populorum subiunctam curribus, eos etiam, qui se cum argenteis fragmentis abiiciũt, vt diuinum numen legis ritu ad misericordiam inflectant, cùm ignorent delectari Deum magis *misericordia, quàm sacrificio* [c]: Hoc modo Osorius. Vel, quia in tanta Ecclesiæ propagatione, ac felicitate, quando reges ipsi fidei adiungent, & munera deferent, aduersarij non deerunt ferina quadam sæuitia, & taurina atque vaccina quadam lasciuia contra purissimæ fidei professores, illos compescat Deus & comprimat.

C

c Osee 6.6. Matt.9.13.

Hilarius indicat per *feras* Dæmones intelligi, vt & per *tauros autem apros* [d], principem Mundi Satanam, per *tauros*, *vaccásque*, Iudæos, sicut etiam cum dicitur: *Tauri* [e] *pingues circumdederunt me*. Augustinus [f] exponit de Hæreticis, qui sunt *feræ arundinis*, siue *calami*, id est, styli Scripturarum, quoniam has peruertunt ad suum aliorumque interitum [g]; *tauri*, ob indomitam superbiam: hos autem *vaccas populorum* sequi, qui seducuntur, animo scilicet effœminato *instar mulierculorum, quæ onustæ peccatis ducuntur variis desideriis, semper discentes, & ad veritatis scientiam nunquam peruenientes* [h]: inde fieri vt *probati non sint* [i], appareant, eminent. Accedit Rupertus [k], & alio rursus loco idem Augustinus [l]. Hieronymus amplectitur vtrumque sensum tum Hilarij, tum Augustini: & Dæmonas dici *bestiæ calami*, qui sunt fragilis inhumæque virtutis. Addit præterea, per *feras arundinis* belluinam fuisse Iudæorum superbiam, non solum per *tauros*. Idem alio loco [m] innuit Hæreticos esse *feras calami*, quia feribant iniquitatem. Theodoretus putat peti, vt exigat Deus *feras*, id est, peccata; *tauros*, Iudæos, sic dictos, propter audaciam, qua præuideantur *vaccas iuuencas* impetituri, hoc est, credentes ex Gentibus, vt excludant ac priuent felicitate, quæ iis data sunt, qui instar argenti igne examinati, declarati sunt esse *probati*. Paulum de

Varie versũ exponitur.
d Ps.79.14.
e Ps.21.13. Hil. & lib. de Synod. cap.14. *Hæreticos vt feras arundinis ne vastari dicamur, nil tau.*
g 2.Pet.3.16.
h 2.Tim.3.7.
i 1.Cor.11.19.
k in Gen.c.44
l in ps.106.
Dæmones bestiæ calami cur dicantur.
m in cap.40. Ezech. & Epist. ad Paul.

illis scribere [a], *Aemulantur vos non bene: sed excludere* ἐκκλεῖσαι *vos volunt.* Euthymius feras aut esse Dæmonas, qui habitant in arundinibus: id est, in hominibus, qui ad ferendas virtutes sunt steriles, ad nutriendas voluptates succum & humorem multum habent. Hoc significatum in libro Iob [b] de Behemoth: *Sub umbra dormit in secreto calami, & in locis humentibus.*

Quod attinet ad *tauros*, iis vult Pontifices & Scribas, reliquosque Iudæorum principes designari, sicut & *vaccarum* nomine subditos Iudæos: illos autem conatos excludere, id est, impedire Apostolos, argento fidei virtutumque probatos, ne prædicarent, prohibendo, cædendo [c], &c.

Possent *feræ arundinis* accipi pro Gentilibus persecutoribus: *tauri*, & *vaccæ*, pro Iudæis adoratoribus quondam vaccarum aurearũ in Samaria sub Ieroboã [d]. Sed & omnia ista animalia æque de vtrisque vsurpari possunt. Sunt enim & Gentiles, *tauri, vaccæ*, tum propter superbiam, tum propter lasciviam: & Iudæi vacui diuino Spiritu; nec aliud Christo sceptrum offerentes quam *arundinem* [e]. Sæpius etiam *arundo*, & *calamus*, & *arundinetum* pro Iudæis accipitur, vt à Gregorio [f] iuxta illud Sapientiæ [g]: *Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent*, & aliud [h], *Calamum quassatum non conteret*, vt a Hieronymo ad Algasiam [i], vt ab Augustino [k]. Immò & generaliùs conueniunt ista quibuslibet peccatoribus, qui varias formas bestiarum exprimũt moribus, & sunt Petro ostensi *in linteo* [l]. Sic sanè præsentem intellexit locum Ambrosius [m]. Paraphrastes Chaldæus vniuersè interpretatus est: *Increpa exercitus peccatorũ*, חֵיוָתָא *chaiuatha*. Leo Papa IX. Michaëli scribens Imperatori [n] aduersus Ecclesiam insolescenti, comparat illum, vtens præsenti loco, cum feris arundinis: & ipsius imperium siue mundanam potestatem, cum arundineto: quia arundo exteriùs nitida est, intus vacua: & huiusmodi potestas *calami secreto* simi lis est, *sub umbra dormit Behemoth* [o], sed in arundineto iusti discurrunt [p]; ventoque agitatas arundines comburent.

Increpa] גְּעַר *gehar*, quod verbum Kimhi docet iunctum cum præpositione בְּ *be*, significare *increpare*: sine illa, *corrumpere*, & *perdere*. Tamen Lxx. & Latinus Interpres vix vmquã aliter quã verbo *increpandi* exponunt, sicut & nomine increpationis inde deducta nomina: & est de increpatione per formidabilem aut exitialem vocem.

Feras arundinis.] Hieronymus, *Bestiam calami*: & aliis locis citatis eodem sæpe modo, aut certe numero plurali bestias exprimendo. Augustinus: *Ferus calami.* Hilarius, *Feras silua.* Psalterium Vaticanum, & Psalterium Ambrosianum, & Ambrosius [q], & Cassiodorus, *Feras siluarum.* Theodoretus notat in aliquibus exemplaribus fuisse θηρῶν, id est, *silua*, aut *nemoris.* Hebræa prima vox est numeri singularis חַיַּת *chaiath*, in regimine sicut versu 11. vbi חַיַּת & animalia, nisi veris detractis punctis esse pluralem numerũ, qui cum punctis est חַיְתוֹ *chaiuth*, sine ו *vau* cum *holem*. Hanc vocem hic aliqui, sicut ibi, vertunt *congregatio, cœtus*, &c. Secũda vox est קָנֶה *kaneh*, vnde *Canna*, Græca κάννα, qui & Latine *calamus* vocatur. Chaldæus, qui exercitus peccatorum intellexit, non à calamo, siue arundine, & Canna denominauit, sed vt hi confringantur tanquam canna. Venenata præsertim animalia latitant: & morã-

tur in arundinetis, & carectis: & arũdinis tamen ictu leuissimè intereunt, vt præter alios Athanasius [r], transferens id ad arundineum Christi sceptrum, docet. Sed & *arundo* etiam apud Auctores profanos pro lancea oblonga sumitur, proque iaculo alio, vt, quod ante retuli, *feræ arundinis* dici possint hostes lanceati, siue lancearij, lanceis aliusve iaculis instructi. Satis inepte quidam [s] reddunt: *Increpa cœtum hominum viuentium aromate* (quæ vulgo *Cancla* dicitur.)

Congregatio taurorum.] Hilarius, *Concilium*, & Psalterium Vaticanum, siue Basilicæ Vaticanæ: & Ambrosianum, & Cassiodorus, Hieronymus, *Congregatio fortium*, eodẽ pacto Paginus, sed in Accusatiuo: *Congregationem fortium*, referendo ad præcedens verbum vnà cum *feris arundinis*: vt videtur etiam exigere textus Hebræus, in quo est in regimine עֲדַת *hnadath*, cum אַבִּירִים *abbirim*, ita vt sint velut per appositionem, *feræ* illæ *arundinis*: Heb. in singulari, *fera*] *congregatio taurorum*, siue fortium, & robustorum adiectiuorũ. אבּיר *abbir*, *fortem* significat: inde fortitan Latinum *Vir*: & de Angelo dicitur, quia *tanit* quem Lxx. vocat *Archangelorum* [t], Hebraicè dicitur אַבִּירִים *abbirim*, præterea de equo, homine tauro, Deo ipso, propter vires, sæpius de tauro [u]. Symmachus pro his & sequentibus ita legit: Σωμάτων ταμιεύουσαν, nempe (ἐπιτίμησον increpa] μᾶλλον συνεσκίασεν λαὸν τὸν διακεκαπνισμένον τῇ ἁμαρτίᾳ, vel ἁλισκόμενον εἰς ἀδικίαν ἀσεβείας. *Increpa conuentum propranarum, cum contemptoribus populorum, illos qui calcibus petunt probatos, tanquam improbatum argentum.*

In vaccis populorum.] Hilarius, Augustinus, Cassiodorus, Romanum, & Ambrosianum Psalterium. *Inter vaccas populorum.* Hieronymus, *In vitulis populorum*, בעגלי *beiegle*, *vitulis suis.* *Congregatio* intelligitur *taurorum* cum vitulis, & vaccis, principum, proceru. etium & latementium cum subditis similibus. Nomen Hebræũ est generis masculini, significans *vitulum* siue plausum ilem, siue alium. Legerunt forsan Lxx. עגלות *hegloth*, nam fœminino genere dixerunt, Ἐν ταῖς δαμάλεσιν, quo nomine significãtur *iuuencæ*, & *vitulæ*, *inculæ*: interdum cum articulo masculino *vitulo*, & cum fœminino etiam *vacca*: Eugubinus sic explicat omnia superiora. Increpa, seu lethalem profer sententiam, in ferinos ac fœuos homines: sed & idola ipsa, quæ erant more Ægyptiorum apud quos bos Apis colebatur. Chald. *Congregationem virorũ, qui confidunt in vitulis id est Gentium.*

Vt excludant eos qui probati sunt argento.] Psalterium Romanum, & Ambrosianum, & Augustinus, *Vt excludantur hi*, &c. Et fuerit Græca τοῦ ἐκκλεισθῆναι. Sed Sixtiani codices, τὰ μὴ ἐκκλεισθῆναι, *Vt non excludantur.* Quo etiam pacto legit Hilarius, & Psalterium Aethiopicum. Nec variat propterea sensus: nam retẽta negatione intelligimus orari Deum, vt increpet ne excludantur *qui probati sunt argento.* Si desit negatio, contra, & vaccas ac feras illud conari, vt excludant *probatos argento*: quod ne faciant, peti à Deo, vt *increpet.* Cassiodorus legit: *Vt non excludantur hi*, &c.

Exponit Augustinus, ex Hæreticorum seductione, qua expiuntur vaccæ, vt est, fideles homines, &c. consequi, vt alij constãtes, ac in fide firmi, & bene argento eloquiorum diuinorum probati appareant, eminent, atque, vt ait Apostolus [x], *manifesti fiant*: ita vt hoc disputatio cum Hæreticis commodum esse ait, vt, quod faciunt qui de confusione mali fermenti vasis exprimunt aere ar-

[a] Gal. 4. 17.
[b] c. 40. 16.
[c] 4. Reg. 18. c. 40.
[d] 2. Reg. 12. 28. & seq.
[e] Matt. 27. 29.
[f] 21. Moral. cap. 3.
[g] Cap. 3.
[h] Isa. 42. 3. Matth. 12. 20.
[i] Epist. 151.
[k] 2. Quæst. Euang. c. 3.
[l] Act. 10. 11. 12.
[m] 1. De Spiritu sanct. c. 11.
[n] cap. 4.
[o] Iob 40. 16.
[p] Sap. 3. 7.
[q] 1. De Spirit. sanct. c. 11.
[r] 1. Cor. 9. 27.
[s] Canna vnde etymon.
[t] Ser. de Conuersione Pauli. Arundo pro lancea.
[u] Incerta omnia apud interpretes.
[x] Apud Varablum.
[x] 1. Cor. 11. 19.

genitrij, dicti propterea *exhibitores*, cómodiori de pluribus Scripturarum sensibus extrahatur.

Alitèr præterea explicat, vt per *tauros* illos Hæreticos doctores excludantur a *vaccis*, id est, ab auribus animarum, quas volunt seducere, hi qui *probati sunt argento*, hoc est, qui sunt idonei discere eloquia Domini. Hieronymus vertit, *In conuallibus populorum calcatricem contritam argentea.* Leo Papa IX.[a] explicat *congregationem taurorum* esse cœtus hæreticharum, qui cornicoso ductu post se trahunt vaccas lasciuientium animarum. Alij[b]: *Cum turmis populorum in interpositione conculcantium*, id est, *interpositi conculcatium populum cum fragmentis argenteis*, vel *gloriantem in fragmentis*, siue *fragmentis argenti.* Vel, *Donec qui sunt eorum conculcentur sicut in stipite argenti* id est, Donec præbeant se calcandos eorum more, vt dent tributum: aut, donec electi, ac sacrificales facti, argenti tributa pendant. Vel suppleas, ferendam suppliciter in fragmentis, seu cum fragmentis, & tuo more argenti, quæ refert, quæ mens animo illibenti, & rebelli, paratoque, quando in te est, & si vires recuperet, denuo insurgere. Alij *Ignominiam in fragmentis argenti*, id est, Holiverit, *venti autem tanquam argenti*, id est, viros probos Legabimus: *Interpositione sectarum*, *vitulum tauros non*, *vitulos in turmis populorum qui exterrent ad opprimendum*, vel *offerant argentea scilicet vt adorent eos.* Chaldæicè: *Increpationem cum est in populis qui statuerunt mentem suam in lege, multo pretio argento.* Origenes differentia tamen ex Hebræo מחרפס בקרי *mahrappa beraf. shefp*[c]. Primum participium si accipiam in casu recto, poterit exponi de Deo: *Increpationem auium*, *congregationem taurorum populorum*, vel ברף *b raf.* cum daghes in ק קרי *raffe*, *rape*, *in fine gemebat*, id est, si argentea argentum, vt ad te deferant. Vel sine daghes a רצה *ratsah*, *placuit*, רצי *beratse*, *in eo mirum*, & *complacuerunt*, id est, eos, quibus placet argentum, aut vt hostiliter accipiant, aut vt colligant, vel item sine daghes a רוץ *ruts*, *cursum* בקרי *beraqi*, *in curruculis*, id est, currentes ad argentum, vt aut hostiliter etiam acquirant, aut superstitiosè colant, aut inuiti, licèt defecerint tributi nomine. Quòd si liceat in participium sæuiatur in Accusativo casu, referri debebit ad *congregationem taurorum in vaccis populorum*, id est, ad vnumquémque de populo, vt increpet Deus vnumquemque conculcatum inter eos, qui aut frangant argentum, aut id volunt, aut ad illud currunt.

At nihil melius interpretatione Lxx. & nostra: *Congregatio taurorum in vaccis populorum*, inuitum increpa eos est, similisve illi cœtui, qui deus est *increpandus*, & increpandi est sicut ille, vt excludat eos, qui *probati sunt argento*, (quasi dicat ex Hebræo) qui calcat, & premit, siue exprimit e sese tudo in eis, id est, eos, *qui complacent sibi* (sicut) *in argento*, vel potius qui placentes sunt Deo, sicut argentum. Tunc autem non erit figendum daghes in קרי *raffe*, nec derivandum a רצץ *ratsats*, sed nec a רוץ *ruts*, a quo vltimo participium quoque קרי *raffe*, siue daghes fortè erit. Hieronymus terminum Metaphoram *vnitorum*, & *vaccarum*, nempe pinnosarum, vertit, vt dixi, *in conuallibus populorum calcatricem* מחרפס *mahrappes*, *conculcatricem tumescentesque rotas argenteas*, videlicet planas, & רצי *rafe*, intellexit *currentes rotas*, a רצץ *ratsats*. Eodem allusit nuperrimè citatus Symmachus, verbi participio ἀναπεπτηῶτα, *allitteratum*. Chaldæus denique videtur respectum habuisse ad רצי *rafe*, vt est ex רצה *ratsa*, *complacuit*. Ignoscat Lector studio defendendæ editionis nostræ.

Qui probati sunt argento. Paulò clariùs, *sicut argentum*, vt explicat Euthymius, quasi dativus Græcus, & ablativus Latinus sit similitudinis, vel metonymicè, ait Genebrardus, *argento*, id est, argenti igne, quo purgatur & probatur argentum. Symmachum antea retuli dicentem: *Ἵνα ταῦροι διακαυτίζωσι τὰς ἐλεήμονας ὡς ἐλεήμονας ἀργύριον. Concalcent probatos, perinde vt concalcentur improbum argentum.* Sed eodem redit sensus: qui enim vere sunt probi, ab improbis conculcantur vt improbi, vt scoria, vt purgamentum, vt peripsema.

Dissipa gentes.] גוים פזר *Pharahmmin*, *Dissipauit populos.* Mutatis punctis, potest esse modus Imperatiuus בזר *bazar* & *Gentes*, atque τὰ ἔθνη, non propriè hic significant qui *Gentiles* dicuntur distincti a Iudæis, hi enim illas potius vocant גוים *goim*. Cassiodorus, *Disperge*. sed & *Gentes* de Iudæis dici alias notaui.

Vers 32.] Venient legati ex Ægypto: Æthiopia præueniet manus eius Deo.

CVm dissipauerit Deus gentes quæ bella volunt, & increpauerit competenterque fœdatos, vaccas, omnes aduersarios, veniet vltro legati ex Ægypto, fœdus cum Deo, eiusque populo inire cupientes: præterea accurrent Æthiopes, vt manus extendant fœderis iungendi causa, & adorandi, & offerendi munera. Hoc maximè locum habuit in Religione Christiana, qui Eunuchus Candacis Æthiopum Reginæ natum receptus, & ad suos delatus; quibus præterea Matthæus prædicauit: seu potiùs ipse fuerit, seu pure Gentilis quia de re dictum in Actibus Apostolicis[a]: Ægypti quoque sub Marco celebris admodum Ecclesia, & Christiana fuit schola, de qua vitas loquitur Philo[b]. Verum huius ex Alexandria Ægypti legationem ad Caium mutuit: & ob amicitiam cum Petro, aliisque Christianis contractam, postquam rediit tam Christianus, construxisse Marco Ecclesiam, fictitiùs planè rudibo & falsum, quamuis Aiguanus nō improbet, citans librum nescio quem virorum illustrium. In honorem Marci Ecclesia exstrui non potuit, sed nec vlla alia eo tempore. Philo Christianus non fuit. Hieronymus in Catalogo scriptorū Ecclesiasticorum Philonem Iudæum nominat: & cui inter eos auctiores poluerit, se excusat, quòd vitas sit eos laudare. Conueniunt omnes Patres in hac expositione. Theodoretus Ægypti nominatim fieri mentionem notat, quòd ab antiquo impietatis imperio emerserit. Euthymius, quia propter amplitudinem imperij orbem significat, & Pharaō Diabolum ab orbe prius cultum: Æthiopum eiusdem orbis fines, quòd sint Aethiopes hominum, qui Orientem incolunt & Occidentem, extremi. Illarius hoc expletū dicit, vel Magorum ad Christum aduentu[c], vel in Pentecoste[d]. Hoc secundum affirmat etiam Theodoretus: & sunt qui Magos venisse putent de Aethiopia[e]. Chrysostomus[f] arbitratur eosdē Magos posse dici Legatos Aegypti, ac totius Mundi, quia Scripturæ Mundum totum Ægypti vocabulo solent nominare.

Legati.] חשמנים *Chal. Filij Chā Nigri de Ægypto, vel fuit præfectus.* He יאתי *iethau chasch mānim.*

Sensus loci.

Genies non hic proprie sumitur tam quam de Iudæis vsurpata.

a c. 8. 27. Ægyptius sub Marco Alexandrinæ Ecclesiæ.

b l. de Supplicib.

De Marco fraudis Veteres, pia Alexandrina fabula.

Ægypti cur hic nominatim mētio.

Æthiopia sinus.

c Matth. 2. 1.

d Act. 2. 10.

e Apud Baronium, & Suarez, & interpretes Matthæi.

f Ægypti vocabulo Mundum totum in Scripturis significari Homilia in varios deos Matthæi.

Hieronymus, *Offerantur velociter*, quamuis Cassiodorus aliter citet *Offeruntur*, &c. & explicans [a] mansionem vigesimam sextam Asmona חשמונה *chaschmonah*, docet significare *festinationem*, & hoc loco pro *Legatis* in Hebræo legi, *festinantes*. Alij [b] vertunt, *Magni Principes*, seu *Satrapæ*, seu *magni viri, duces, optimates, præstantiores*, vel *munera*: & quidam credunt fuisse nomen familiæ. Sed cùm hoc asseratur de Machabæorum familia, qua de re optimi illius historiæ Interpretes Serarius noster, & Ioseph Stephanus, non pertinet ad præsentem locum, vbi de Ægyptijs est sermo.

In genere tradunt Hebræi, nomine isto Hebræo significari, qui regio aliquo munere fungũtur, vel sunt Præfecti, maiorésve magistratus: ac testis est Elias Leuites [c], Iudæorum Italorũ confessione, Cardinales S.R.E. *Assamonim* dici, quia sint optimates, & primarij Senatores Ecclesiæ. Venient igitur etiam primarij: multo magis mediocres, & infimi. Quãuis Augustinus, Ruffinus & alij explicent de prædicatoribus, qui ex Gentilibus quoque fient, & legatione fungentur, sicut Paulus faciebat, cæteríque Apostoli pro Christo [d].

Æthiopia.] De hac, & de *Ægypto* dixi nonnihil in Historia Apostolica: nec minus hęc quam *Ægyptus* pro peccatoribus omnibus, sed propter nigredinem, vsurpatur, vt docet Origenes [e], dicens eorum figuram fuisse Mosis vxorem Æthiopissam, propter quam murmurarunt Maria soror, id est, Synagoga: & ideirco *Sponsam nigram* vocari [g], nempe antea, ob peccatum, sed formosam, cùm eam sibi sponsus Christus desponsaturus. Eadem opinio Theodoreti, Ruffini, Augustini, & aliorum tum hic, tum in Psalmum 71 [h]. vbi prædicitur velut generaliter: *Coram illo procident Æthiopes*: postea peculiariter reges: *Reges Tharsis*, &c. Meritò Nahum [i] de Æthiopia simul cum Ægypto scripsit: *Æthiopia fortitudo eius, & Ægyptus*, nempe secundum allegoriam, Ecclesiæ. Rectè etiam Ambrosius [k] eodem mysterio, Abdemelech Eunuchum Æthiopem exposuit, qui *Ieremiam leuauit de lacu* [l], denotare nos Gẽtiles, qui nigri eramus ob delicta, & infructuosi, demersam cœno prophetiam à Iudæis, & contemptam, libenter suscepturos. Eadẽ quoque ratione *Sponsam nigram* intelligit per culpam, decoram per gratiam: nigram per conditionem, decoram per redemptionem: nigram, exercitij sui puluere, dum præliatur, decoram, dum victoriæ suæ insignibus coronatur. R. Moses [m] eandem tradit expositionem loci Cãticorum, quem attulimus, *vt nigredo* denotet sordes ignorantiæ atque peccati: *formã*, sapientiam & iustitiam. Græci Patres in enarratione libri eiusdem conueniunt *nigredine Sponsæ* collectam intelligi de Gentibus Ecclesiam, quam spernebant Iudæi vt vilem & abiectam, quemadmodum Mosis vxorem Æthiopissam Maria soror contemnebat [n], vt antè dixi. Eodem reuocari potest aduentus Reginæ Sabæ ad Salomonem [o]; est enim Saba in Æthiopia. Gregorius [p] item per *Æthiopiam præuenientem* Gentilitatem intelligit, infidelitate ceteríque peccatis nigram, sed se salutandam omnipotenti Deo, priusquam Iudæa crederet, offerentem. Eodem refert [q] Ioannem præcurrentem Petro in sepulcrum Christi [r]. Isidorus [s] docet hic prædici conuertendam nigram peccatis Gentilitatẽ ante Iudæos, tametsi ad hos redimendos primùm

[a] Epist. 127.

[b] Apud Aquilam Thesaurum Hebr.

[c] In Thisbi. pag. 126. S.R.E. Cardinales Assamonim *cur dicti.*

[d] 2. Cor. 5. 20

[e] c. 7. & 8. Æthiopia *sicut Ægyptus pro peccatoribus omnibus, propter nigredinem.*

[f] Homil. 2. in Cant. *Indè Nigra sũ, &c. Mosis vxor Æthiopissa, quæ figura.*

Sponsa nigra cur vertitur.

[g] Cant. 1. 5.

[h] vers. 9.

[i] cap 3. 9.

[k] 2. De Spir. sanct. 2. 11. *Mystica expositio de Eunucho qui Ieremiam leuauit de lacu.*

[l] Iere. 38. 13.

[m] Libr. duodecim dubiorũ, c. 55.

[n] Num. 12. 1.

[o] 3. Reg. 10. [p] 18. Moral. c. 27. vel 35.

[q] Ibid. & hom. 12. in Euang. Ioan. [r] Ioan. 20. 4.

[s] De vit. & obit. sanct. c. 4.

A vétus esset Deus. Omnia simul complexus est paucis verbis Hieronymus [a], quæ hoc & 71. dicuntur Psalmo de Abdemelech & Eunucho Candacis, de Sponsa, quæ primum nigra, postea dealbata describitur: de vxore Mosis: & quòd mulier Gẽtilis prius curata est a Christo [b] quam *filia Principis* Iudæorum. Docet quoque idẽ adumbrari per nomen *Chusi* apud Sophoniam Patrem Sophoniæ, qui *Chusi* significat vel *humiliatem*, vel *Æthiopẽ meum*. Philo Carpathius [c] ita prorsus *nigredinem*, & *formam Sponsæ* intellexit allato simul exemplo Eunuchi Candacis, & præsenti loco. Hunc aptat quoque locum Cyrillus Hierosolymitanus illi Eunucho, quẽ Philippus in Æthiopiam vsque remisertt præconẽ Christi.

B *Præueniet manus eius Deo.*] Alij Codices Complutenses, & Regij, & alij, *Manum eius*. Hieronymus [d]: *Festinet dare manus Deo*. Psalterium Ambrosianum: *Præueniet manus suas*. Ambrosius [e]: *Præualebit manus suas*. Et vim etiam facit in prima significatione istius verbi Latini, quasi sit eleuare de cœno ac de profundo, &c. prout antea notauimus. Alij, *Currere faciet manus suas*, vel *accelerabit, celeriter protendet*, seu *exhibebit, curret manibus suis ad Deum*, prompte offeret munera sua Deo, testando obedientiam, *Manus protẽdet ad veniam*. Chaldæus: *Filij Cœus current, vt expandant manus suas in oratione coram Domino*. Græcè Προφθάσει χεῖρας αὐτοῦ. Videtur autem actiuæ significationis verbum, quasi dicas, *Præmittet*, ac festinabit dare, sicut vertit Hieronymus. Hebraice יָרִיץ יָדָיו *iarits iadau*, *Curcere faciet manus suas*, vel *eius*, licet illud quam hoc, Latinius, & sic Augustinus mallet vt Interpretes Latini transtulissent; quoniam planius hoc, inquit, esset, quam quod dicitur *eius*. Monet præterea in paucis coelicibus Græcis esse χεῖρας numero plurali. Satis *præuenẽdi* verbo celeritas denotatur, ac veluti cursus quidam & celeritas Æthiopum, in afferendis munoribus, vel in obsequio prompto. Et, si Magi erant Æthiopes, hi qui adorauerunt Christum [f], id ipsa præstiterunt: sicut olim regina Saba velociter aduolauit ad Salomonem [g], & Æthiops Eunuchus promptissimus fuit in Baptismo postulando, & recipiendo [h]. Placet Deo, qui citò dat, & homines cẽsent bis sibi dari ab eo qui sic det, nec sit tarda molimina Spiritus sancti gratia [i], ideirco *abiit Maria cum festinatione* ad Elizabeth [k]. Paulus currit [l], & nõe currere præcipit [m], & *in odorem Sponsi* currunt [n]. *Sume amas*, sit Marcus Tullius [o], *tantum quantum profecto amas si dormis, expergiscere si stas, ingrederere si ingrederis, curre si curris, aduola.*

D Euthymius explicat, quòd Æthiopia extendit Candacem illum (hoc putat Eunucho proprium nomen esse) quem *manum* nunc Propheta appellet, veluti potentem inter Æthiopes, vis etenim, ac robur, inquit, hominis, in manu potissimum dignoscitur: potens autem erat ille Candaces, cum post reginam in imperio dignus haberetur. Hilarius *præuentionem*, vt ita dicam, sumit de vehementi desiderio Baptismi, quo flagrauit Eunuchus à Philippo institutus [p]. Chrysologus [q] explicat de Magis, cunabula Christi adorantibus [r]: & multos refert de spadone ex Æthiopia suspicatos. Addit, quòd Gentilis qui erat nouissimus, factus est primus: quia tunc ex magorũ fide est gentium credulitas dedicata, & Iudæorũ est notata crudelitas. Augustinus de quouis, qui per conuersionẽ præuenit vindictã Dei, iuxta

[a] In Soph. sub princ. & cap. 2. circ. p.

[b] Matt. 9. 20. & seq.

Per manum Christi Spiritus adumbratum in Sophonia. Cyrill. Cant. c. 1.

[c] Hic & in c. 11. Isa. c. 18. de Spiritu sancto, c. 12.

[d] Ps. 71. 10.

[e] Ps. 67. 32.

[f] Matth. 2. 11.

[g] 3. Reg. 10. 1. *Mali Principes eundat quo eundat, quo ciet dat.*

[h] Act. 8. 27. 36.

[i] Luc. 11. 13.

[k] Luc. 1. 39.

[l] 1. Cor. 9. 26.

[m] 1. Cor. 9. 24.

[n] Cant. 1. 2. 3. 4. Ambr. de Abrah. Ep. 23.

Euthymij & aliorum explanatio.

[p] Act. 8.

[q] Ser. 160.

[r] Matt. 2. 11.

Illud

illud: *Præuenimus faciem eius in confessione* [a]. Rufinus post Augustinum, addit, quòd credēdo *præuenient manus eius*, id est opera sua, quoniam iustificatur homo per fidem *sine operibus legis* [b]. Cassiodorus obseruat morem bellicum, vt qui timēt ab hostibus interitum, dedant manus, armaque deponant. Haymo idem dicit, & præterea, quòd *manus eius*, id est, Ægypti operationes præuenient Æthiopia, meliores habitura quam Ægyptus. Hoc non adeò ad rem. Bruno existimat idem significari per *Ægyptum*: antequam verò veniant ex *Ægypto Legati*, id est prædicatores, fore vt ipsa Æthiopia, quæ eadem est cum Ægypto, saltem mystice propter tenebras, & nigredinem, *præueniat manus*, id est prætendat, ac dedat se Deo. Hilarius iungit sequentibus, *Regna terræ*: aitque votum hoc esse, ac vaticinium de generali per orbem Euangelij prædicatione, & quod omnia regna Dominum Christum Deum intellectura, licet serò, sunt, &c. Idem facit Augustinus, licet moneat in plurimis Latinis & maximè in Græcis codicibus, *Deo*, in fine huius versus poni, & quidem rectius. Cæteri referunt ad præcedentia, *præueniet manus eius Deo.*

a Ps. 94. 2.

b Rom. 3. 20. cap. 4. 4. 5. Gal. 3. 2. & seq.

Vers. 33.] **Regna terræ, cantate Deo: psallite Domino: psallite Deo.**

FAcilis sententia, voti rationem simul habēs, vt dixi, & vaticinij. Vltima duo verba desiderantur in codicibus Hebræis, Chaldæis, Græcis, (præterquam in Sixtianis) & quibusdam Latinis. Et fortassè posita sunt loco סלה *Sela*, siue διάψαλμα. Psalterium vetus, siue Ambrosianum retinet, sed *cantate*, pro *psallite*. Hilarius etiam habet, verùm in primis verbis, *Domino*, pro, *Deo*. Hieronymus omisit vltima, in aliis dixit: *Cantate Deo, cantate Domino*, & in epistola ad Suniam & Fretelam [c] refert hæc ita scripsisse, non legisse se in suo Psalterio quod nunc est secundo loco, *Psallite Domino*, quoniā statim sequitur post diapsalma, *Psallite Deo qui ascendit*, &c. Monet autem, iuxta Hebraicam veritatem sic legendum, *Cantate Deo, psallite Domino*: & illud quod in principio versus alterius sequitur, *Psallite Deo*, non esse in libris authēticis, sed obelo prænotatum: ideo relinquendum. Attamen retinenda sunt, propter approbationem Ecclesiæ, & quia sic etiam legunt Psalterium Vaticanum, & Ambrosianum, & Hilarius, & Augustinus, & Ruffinus, & Remigius, & Cassiodorus, quamuis cum leui aliqua differentia, quam notaui.

c Ep. 135.

Vers. 34.] **Qui ascendit super cœlum cœli, ad Orientem: ecce dabit voci suæ vocem virtutis.**

DIgnus carmine, dignus Psalmo Deus altissimus super omnes Deos, insidens summo cœlo circa Orientem, vnde lucis origo. Christus etiam qui illuc cum suo corpore ascendit, & vt Deus cœlos, omniáque moderatur, & [d] *lucem habitat inaccessibilem*, sic tamen vt suis absque occasu exoriatur semper. Nec minus est potens, quàm altus, quippe voces mittens efficaces, & contrariorum, & Euangelicæ prædicationis, & iudiciariæ tubæ, quæ a mortuis etiam exaudiatur [e].

d 1. Tim. 6. 16.

e Ioan. 5. 28. 1. Thess. 4. 15. 1. Cor. 15. 52.

A Hilarius *ascensionem* Christi exponit super omnes cœlos, ad Orientem, cum prius ascendisse dictus sit super Occasum [a] ob resurrectionem, quia est *Oriens ex alto* [b], eoque regressus vnde descenderat, & omnibus rursus auctor oriundi in hunc cœlestis sedis ascensum. Conuenit penitus Hieronymus & in vocis efficacia, quam Hilarius quoque de miraculis, de Sacramentorum vi, de voce, quæ ad vitā reuocabit mortuos, & ad iudicium, accipit. Quod placet quoque Magistro [c] sententiarum. Augustinus *ascensionem* hic intelligit ad Orientem, quoniam regio in Oriente est, vbi vixit Christus, mortuus est, resurrexit, ascendit. *Vocem* autem iudicaturi, qui iudicatus sine voce, vt agnus, fuit [d]. Theodoretus discrepat in voce; illam enim esse, quæ in Pentecoste vehementior audita est misso Spiritu sancto [e], quem Christus *Virtutem* appellauerat [f]. Dedit ergo Christus vocem suæ, id est, Apostolis, ait Euthymius, *vocem virtutis*, dictum Spiritum sanctum, cum sono vehementi, vel Ioanni Baptistæ, qui *vox fuit clamantis* [g], desit veluti successorem Christum, cuius ille præcursor fuerat. Christus autem quę dicebat, opere implebat, siue docendo, siue vt quid mirifice fieret, imperando. Quod verò spectat ad ascensionem, ait idem factam in Orientem, id est, palam & manifestè, *coram vobis*. Apostolis in terra [h], & omnibus Angelis, cùm descendisset huc ipse velut in Occidentem, hoc est clam, latenter velata obtectáque Diuinitate. Recipit præterea opinionem de situ montis Oliueti, vnde ascendit ad Orientem, respectu Ierusalem.

a Vers. 5.
b Luc. 1. 78.

c c. 4. dist. 43.

d Esa 53. 7. Act. 8. 32.

e Act. 2. 2.
f Luc vlt. 49. Actuum 1. 8.

g Esa. 40. 3. Matth. 3. 3.

h Act. 1. 9.

Qui ascendit.] לָרֹכֵב *Larochcb*, *equitanti*. Lege versum 5. & 18.

Super cœlum cœli.] Psalterium Vaticanum, & Ambrosianum, *Super cœlos cœlorum*, nec non Cassiodorus. Augustinus verò: *Super cœlum cœlorum*. Hebr. בִּשְׁמֵי שְׁמֵי *bishcme shcme*, quæ sunt dualis numeri, nec alio in numero extat id nomen: ita vt & vnum, & duo, & plures per id cœli possint significari. *Ascensus super cœlum cœli*, aut cœlum cœlorum, denotat supremum orbem, & nobilissimum, Beatorū videlicet sedem, sicut Canticum canticorum est nobilissimum, Sanctum, & Sancta Sanctorum, sanctissimus in templo locus. Hebræi cœlos tres distinguunt, Aërem, Ætherem, siue vbi stellæ sunt, & Beatorum domicilium. Eo putant aliqui Paulum modo dixisse, *raptum se ad tertium cœlorum* [i], etsi aliter alij, quod nunc non disputo. *Habuare Deus in cœlis* dicitur, qui vbique est, sed peculiariter *in cœlo cœli*, siue cœlorum, quod & peculiariter datum dicitur Domino, siue Christo, sicut *filius hominum terra* [k].

i 2. Cor. 12. 2. Deus vt habitare dicitur in cœlis.

k Psal. 13. 6.

Ad Orientem.] Cassiodorus, *Ab Oriente*: & explicat de Orientali plaga, in qua sit locus, ex quo ascendit Christus: quam retulimus aliorum de his verbis expositionem. Hebraicum רָכַב *Rachab*, regitur à שַׁוְּ *scheuo*, quasi dicas: Qui ascendit super cœlos cœlorum Orientis, vel iuxta notionem aliam eiusdem vocis: *Super cœlos cœlorum antiquitatis*, vel, *imi*: id est, qui fuerunt iam inde, durauerúntque semper ab initio. Si *Orientem* quis referat ad cœlum ipsum supremum, cùm sit fixum, improprie loquetur. Quare accipiūt nonnulli de primo Mobili, in quo Deus mirabiliter vehitur motor tam versus Orientalem partē, quàm versus Occidentalem, de qua sit dictum versu quinto. Hieronymus primum de cœli antiqui-

tate sensum expressit: *Qui ascendit super cælum cœli a principio*, etsi *a principio*, de Deo sumi potest, qui statim atque conditum ab ipso fuit cœlum, ei quodammodo insedit & præsedit. Eugubinus refert Symmachum vertisse ἐκ τῆς ἀρχῆς, & Theodoretum (fortasse Theodotionem dicere voluit) μαρτύρεται γὰρ αὐτῷ τὸν ἐξ ἀρχῆς καὶ ἐκ παλαιῶν χρόνων τῶν ὑμνῳδούμενον. *Laudatur igitur eum, qui a principio, & semper desuper cœlis fuit.* Præterea recitat ex Eusebio: ἐξ ἀρχῆς Συμμαχος ἐκ παλαιᾶς, οὗτος γὰρ ἀρχαῖον μὲν τὸ ἄνω λέγει τὸν κύριον τῶν. Symmachus transtulit, *A principio*, consonè ei quod Christus dixit [a]: *Pater clarifica* (seu *glorifica*) *me gloria* (aut *claritate*,) *quam habui, antequam mundus esset.* Sed prochuior debuit esse Eugubinus in Interpretem nostrum, & in Lxx. vt intelligatur & Deus & Christus tegere cœlos omnes, quacumque spectentur ex parte; vel iuxta communiorem sententiam, Christus ex terræ Orientali loco in cœlum ascendisse, licet, vt versu quinto dixi, facie forsan conuersa versus Occasum. Genebrardus interpretatur etiam de Regno Christi, quæ vocatur per metaphoram *mane nostrum*, Iuper Orientales, vt versu illo quinto dictum fuerat, de Occidentalibus. Ac prius quidem regnasse Christum in Europa, Africa, & Asia Orientalibus gentibus Ierosolymæ respectu: in regionibus magis Orientalibus tandem, vt in Mesopotamia, Chaldæa, Arabia, Persis, India; certè nunc vniuersè, ac publicè: tandem verò vigesimo Christum in Oriente, vbi Constantinopolis est Antichristus, vt habetur in Apocalypsi [b]. Cui tertiæ primatorum nunc ab annis quingentesimo supra mille Helium nauant operam Lutheranorum ac Hæreticorum ad illos populos naugationes. Pia interpretatio, sed nec satis literalis, nec adeo vera, cum tot Orientis provincias Apostoli peragrauerint, & ad Christum adduxerint. Tropologice *vocem virtutis*, quæcumque quod Hieron. [c], prius, inquit Bernardus [d], sibi illud cognoscunt persuasisse: & cum opera verbis confirmat, homo, verba operibus, vt cures prius facere, quam docere. Sed hæc deridximus in Actibus Apostolorum [e].

Dabit voci suæ vocem virtutis.] Hebraicè יִתֵּן בְּקוֹלוֹ קוֹל עֹז *hebolo, in vocem sui: τῇ φωνῇ αὐτοῦ φωνὴν δυνάμεως.* Licet Sixtinus codices habeat, *in vocem*, & *ad vocem*. Hilarius, Augustinus, Cassiodorus, Plusquam Verum, & Ambrosianum, *Vocem suam.* Nil vtique refert: & quid velit, ante dixi. Chaldæus intellexit vocem prophetarum & hanc, & alia, quibus Dei declaratur magnificus, & Euangelium confirmatur. Hieronymus pro, *virtutis*, ponit *fortitudinis*.

Vers. 35.] Date gloriam Deo super Israel: magnificentia eius, & virtus eius in nubibus.

CElebrat his laudibus Deus, propter beneficia in populum suum Israel carnalem, & potentissimum, in spiritu dæmonum collatis, quæ declarabit variis tonitrui, fulgoribus, imbre, grandine, columna nubis, & ignis ad illum regendum populum, & nube super templum ad hanc usque diem, Apostolos, vt rotundi, mittendo mirificè; transfiguratum Filium nube vestiendo, & ascendentem in cœlum, & redeuntem ad Iudicium cum potestate magna & maiestate. Hilarius ita distinguendo: *Date gloriam Deo super Israel magnificentia eius, & virtus eius in nubibus.* Primum meritum aut significare Deo honorem exhibendum pro voce illa virtutis, quæ conferet immortalitatem. Secundum, vt hoc ipsum quod tenetur, & honorem, quem exhibent homines, nouerint proficisci a Deo, & in eis illa reperiri, quæ sunt *Israelita in Spiritu* [a], *in quibus dolus non est* [b], atque originem trahant e nubibus, & cœlo, tanquam *Israel Dei* [c], non *secundum carnem* [d], & *rapiendi post obuiam Christo in nubibus* [e]. Eadem traduntur ab Augustino, Ruffino, Cassiodoro, & aliis Latinis, ac a Theodoreto. Hieronymus, licet in verbone sua retinere videatur eandem distinctionem, in Commentario tamen explicat: magis Deum, qui in cœlestibus Israel fecerit, honoratum, *in nube* vt Ismaelitæ [f], *sed aquæ*: qui vtiam magnificentia ipsius & virtus in Apostolis esset, & *Mandauit nubibus desuper, vt pluant super* dictum Israelitæ. Euthymius dicit generaliter meum, quod mirifica Dei opera innotescunt vocem his contemplationem humanam, & in Deum sui conuertunt mentem, tanquam Israelitæ, quia *Israel* exercitus eius *mens videns Deum.* Sed nos hoc meum diximus alias [g] confutauimus.

Date gloriam Deo.] vt *libi* [h] *fortitudinem.* Cæ. fortitudinem, *in vocem.* Videlicet, De fortitudine lætitiæ Deum. Refert vtres omnes acceptas Deo.

Cyrillus Alexandrinus [i], vt respondeat Arianis probantibus ex his Christum non esse Deum, quod ei quandoque data quædam legantur a Patre, præter distinctionem de duplici natura in Christo, diuina & humana, vt hæc eandem potiorem illa intelligantur: docet non semper eum, id, quod datur legitur, datum non habuisse, vel minorè semper esse, qui dat, eo quem accipit. Quid enim respondebis, dicit ipse, si Psalmista audientibus dicentem: *Date gloriam Deo* [k] gloriæ cultore Deum putabis, aut maiorem Creatore creatos homines arbitraberis, qui gloriam Deo afferre inbeantur? Plena gloriæ Deus est, etiamsi nihil a nobis acceperit. In psalmo 28 [l]. dicitur: *Afferte Domino gloriam, & honorem*, vbi pro, *honorem*, Cæ. *fortitudinem vt libi*: & in Apocalypsi [m] creberrimè *datur* scribitur *gloria Deo & Agno in throno, benedictio, virtus, sapientia, gratiarum actio, potestas, salus*, immo & *anima* [n] (quam is Græce sit nomen ψυχὴ, & in quibusdam Latinis Auctoribus, vt in Tyconio *Lauriarum*, plurimum vt hæc hisque similia manifestentur, & cognoscantur ab aliis, ac nos ipsi nos exhibeamus gratos pro acceptis beneficiis, vt Deum secundum se laudabilem, licet laudis non egentem, laudando, religionis atque pietatis exerceamus actum.

Super Israel.] Iam dixi, hæc à quibusdam verba referri ad sequentia. Sed Chaldæus recte prioribus: *Date gloriam in fortitudine Deo, qui est super Israel.* Sic psalmum quoque nostros omnes interpretatos vidimus. Ex quibus Euthymius notat *super Israel* dictum esse, ac si diceretur, *Deo Israel*. Putare modo ex posterioribus, sentiat, vt laudetur Deus, qui præsidet Israeli; præterea pro beneficentia collatissimo magnificentiam Dei elucere in illo.

Magnificentia eius.] מגאתו *gaauatho.* Alij, *Superbia*, vel, *excelsio*, vel *sublimis.*

Virtus.] Μεγαλωσύνη αὐτοῦ, עזו *hozo*, ac robur, Zoranus.

In nubibus.] Chaldæus *Israeli* & Hebræus בשחקים

---

a Cap. 17. 5.

In quibus partibus primo receperit Christum fructus Euangelij.

b Cap. 16. 13.

Lutheranorum & Hæreticorum in Orientem nauigationes pro fide in Christum.

Tropologia Vocem virtutis suæ cum virtutem, vt quæ dicatur c Serm. 10. in Cant. & Epist. 201.

d Cap. 11.

e

Sensus loci.

f

g

h

i

k

l

m

n

Super Israel, ad Hebræos.

ſhe hakim: non tantùm *nubes*, ſed *cœlos* etiam aliquando ſignificat, vt ibi [a], *Testis meus in cœlo fidelis*, בשחק *baſchachak*, & alias cum dicitur [b], *Quis in nubibus æquabitur Domino*? Et, *Veritas tua vſque ad nubes*: videntur pro cœlis *nubes*, ſicut cœli toties è conuerſo accipiũtur pro nubibus, & aere. Eodem pacto *nubes* dicuntur *pluere iustum*[d], id eſt, cœli. Et apud Iob [e], *Tu forſitan cum eo fabricatus es cœlos*? Hebr. שחקים *ſchechakim*, vbi putant contrà nonnulli, *cœlos* pro aëre Latine poni: ſed hoc loco *nubes*, proprie retinere poſſumus, in quibus toties eluxit Maieſtas Dei, vt alibi [f] oſtendi.

a pſ. 88. 38.
b Iob 35. 5. pſ. 35. 6. Cœli pro nubibus & nubes pro aëre.
Cœli pro aëre apud nonnullos. d Eſa. 45. 8.
e cap. 37. 18.
f Act. 2. 9.

Verſ. 36.] Mirabilis Deus in ſanctis ſuis, Deus Iſraël: ipſe dabit virtutem, & fortitudinem plebi ſuæ, benedictus Deus.

Sanctis suis.

CLauditur egregio Pſalmus Epiphonemate, vt verè Deus admirabilis prædicetur in Sanctuariis ſuis, atque in hominibus, quos ille ſibi ſanctificauit. Simul certa concipitur fiducia, futurum vt ſuppeditet plebi ſuæ vires Deus: tandem rurſus benedicitur, & vt cum benedicant omnes, maximis votis expetitur. Hilarius Sãctos intelligit ad immortalitatem, atque beatitudinem euectos per virtutem & fortitudinem communicatam. Conſentit Auguſtinus, & Hieronymus, addens interim in hac vita mirifica opera, quæ facere per illos Deus dignatur magis, quam per alias creaturas, & virtutem ad tolerandas paſſiones mundanas, vel ſpirituales nequitias. Caſſiodorus *virtutem* patientiæ, & fidei *fortitudinem*; Ruffinus beatis *virtutem*, qua ſit anima beata: *fortitudinem*, qua corpus incorruptum. Sed plane *mirabilis Deus in ſanctis ſuis*, non modò in cœleſtibus, ſed etiam in terrenis, ait Bernardus [g]. Vtrobique Sanctos habet, & in vtriſque mirabilis eſt, illos quidem beatificans, iſtos ſanctificans. Hinc quoque probat [h] gloriam ac laudem tribuendam Deo pro ſanctitate Sanctorum. Dignus certè, qui perlegatur. Id obiter quoque colligit Proſper [i]. Hugo [k] autem de S. Victore: Si mirabile, inquit, eſt, quod ad ſeruitutem factum eſt; quod ad imaginem factum eſt, quomodo mirabile non eſt? *Mirabilis Deus in ſanctis ſuis*. Ne ergo illos foris reſpicias: non quod foris eſt, mirabile eſt. Intus ergo vide, & non mirabere quicquid foris apparet. Petrus Damiani [l], *fortitudinem* ſumit pro morali virtute.

g Ser. 1. de Dedicat.
h Ser. 15. in Cant.
i Ad Demetriadem.
k Tom. 2. in pſ. 59.
l Lib. 1. Epiſt. 10 [illegible].

Mirabilis.] נורא *nora*. *Terribilis*. Et verò terror admirationem ac ſtuporem conciliat: nec tam nunc timorem moleſtum ſignificari puto, quam horrorem ſanctum, atque venerationem. Sic locum illum ſanctificatum diuino viſo, vocauit Iacob *terribilem* [a]: fortaſſe terrorem quoque indicat Dauid, ſed contra hoſtes populi Dei. Sic namque iuſſit Moſes, vt metum deponeret, dicens [b]: *Non timebis eos, quia Dominus Deus tuus in medio tui eſt. Deus magnus, & terribilis* נורא *nora*, *pſ conſume nanos eas in conſpectu tuo*, &c. Aliquando vertit Interpres *horribiles eas, vt cryſtallum* [c], nempe propter ſplendorem qui perſtringit oculos.

A

a Genes. 28. 17.
b Deut. 7. 21.
c Ezechiel. 1.

De sanctis suis.] Græcè ambiguum, Latinéque, an Sanctos intelligere debeamus, an Sancta, ſiue Sanctuaria. Sed Hebraice eſt מקדשיך *mimmikdaſchecha*, *de Sanctuariis tuis*, quaſi prouenirent inde mirabilia, ſiue, vt Chaldæus reddit, *e Templo Sanctuario tuo*. Et Hieronymus: *Terribilis Deus de Sanctuario ſuo*. Vocatur templum מקדש *mikdaſh*, & extenditur id nomen ad palatium Regium, quod eſt ceu aſylum, & ad quoduis refugium. Numerus autem pluralis hoc loco indicat partes templi tres אולם *vlam*, *porticum*: היכל *hechal*, *templum*: דביר *debir*, *oraculum*, *adytum*, *partem interiorem templi*. Erat ergo *Deus mirabilis ac terribilis in Sanctuariis*, vel *de Sanctuariis*, id eſt, à templo, quoniam ab habitante in templo admiranda horrendáque opera proficiſcebãtur. Multo meliùs id conuenit Eccleſiis noſtris, vbi Deus ipſe corporaliter inhabitat, & res longè diuiniores tractantur; ſed & hominibus ſanctis, quos nominat Apoſtolus [d] *Templa Spiritus ſancti*.

B

C

d 1. Cor. 6. 19.

Ipſe dabit.] הוא נתן *hu nothen*, *Ipſe dans*.

Virtutem, עז *hhoz*, Δύναμιν, *Robur*, *vires*, *potentiam*, *præſidium*.

Fortitudinem.] תעצמות *thaabhuſ moth* κραταίωσιν, *Confirmationem*, *roborationem*, *ſummam*, *firmitudinem*. Vel hæc eadem in plurali numero. Hieronymus, *robur*.

Plebi ſuæ.] Caſſiodorus: *Plebi*. ſed melius, *Plebs*, τῷ λαῷ. & littera ſeruilis ſeruit etiam datiuo.

D

Benedictus Deus. Chaldaice: *Prouidebit nobis*, &c. Sed verba poſſunt eſſe Pſalmographi. Lege verſum vigeſimum. Nos verò etiam iiſdem Deum verbis laudemus, atque lucubrationem hanc noſtram concludamus cum Auguſtino. Quoniam itaque prolixum, & ad intelligendum difficilem Pſalmum (vocant eum Rabbini) vt præfatus ſum, נבבר קשר *nichbar meod*, tandem aliquando ipſo adiuuante, finiuimus. Benedictus Deus, Amen.

PSALMVS SEXAGESIMVS OCTAVVS.

1 In finem, pro iis qui commutabuntur, Dauid.

2 SAluum me fac Deus: quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam.

3 Infixus sum in limo profundi: & non est substantia.

Veni in altitudinem maris: & tempestas demersit me.

4 Laboraui clamans, raucæ factæ sunt fauces meæ: defecerunt oculi mei, dum spero in Deum meum.

5 Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis.

Confortati sunt qui persecuti sunt me inimici mei iniustè: quæ non rapui, tunc exoluebam.

6 Deus tu scis insipientiam meam: & delicta mea à te non sunt abscondita.

7 Non erubescant in me qui expectant te Domine, Domine virtutum.

Non confundantur super me, qui quærunt te, Deus Israel.

8 Quoniam propter te sustinui opprobrium: operuit confusio faciem meam.

9 Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filiis matris meæ.

10 Quoniam zelus domus tuæ comedit me: & opprobria exprobrantium tibi, ceciderunt super me.

11 Et operui in ieiunio animam meam: & factum est in opprobrium mihi.

12 Et posui vestimentum meum cilicium: & factus sum illis in parabolam.

13 Aduersum me loquebãtur qui sedebant in porta: & in me psallebant qui bibebant vinum.

14 Ego verò orationem meam ad te Domine: tempus beneplaciti Deus.

In multitudine misericordiæ tuæ exaudi me, in veritate salutis tuæ.

15 Eripe me de luto, vt non infigar: liberame ab iis qui oderunt me, & de profundis aquarum.

16 Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum: neque vrgeat super me puteus os suum.

17 Exaudi me Domine, quoniam benigna est misericordia tua: secundùm multitudinem miserationum tuarum respice in me.

18 Et ne auertas faciem tuam à puero tuo: quoniam tribulor, velociter exaudi me.

19 Intende animæ meæ, & libera eam: propter inimicos meos eripe me.

20 Tu scis improperium meum, & confusionem meam, & reuerentiam meam.

21 In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me, improperium expectauit cor meum, & miseriam.

Et sustinui qui simul contristaretur, & non fuit: & qui consolaretur, & non inueni.

22 Et dederunt in escam meam fel: & in siti mea potauerunt me aceto.

23 Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributiones, & in scandalum.

24 Obscurentur oculi eorum ne videant: & dorsum eorum semper incurua.

25 Effunde super eos iram tuam: & furor iræ tuæ comprehendat eos.

26 Fiat habitatio eorum deserta: & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet.

27 Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt: & super dolorem vulnerum meorum addiderunt.

28 Appone iniquitatem super iniquitatem eorum: & non intrent in iustitiam tuam.

29 Deleantur de Libro viuentium: & cum iustis non scribantur.

30 Ego sum pauper & dolens: salus tua Deus suscepit me.

31 Laudabo nomen Dei cum cantico: & magnificabo eum in laude.

32 Et placebit Deo super vitulum nouellum: cornua producentem & vngulas.

33 Videant pauperes & lætentur: quærite Deum, & viuet anima vestra.

34 Quoniam exaudiuit pauperes Dominus: & vinctos suos non despexit.

35 Laudent illum cœli & terra, mare,

& omnia reptilia in eis.

36 Quoniam Deus saluam faciet Sion: & ædificabuntur ciuitates Iuda.

Et inhabitabunt ibi, & hæreditate acquirent eam.

37 Et semen seruorum eius possidebit eam, & qui diligunt nomen eius, habitabunt in ea.

Titulus, & Argumentum.

Vers. 1.] In finem pro iis qui commutabuntur.

ON hærebimus in titulo, cùm idem iã præcesserit in 44. & 59. Psalmis, sitque adhuc in 79. Quidam codices Latini addit, *Dauid.* alij, *Psalmus Dauid.* & legit Hilarius in dativo, *ibi Dauid*, quamuis non ideo verum putẽ quod aut; significari non à Dauide, sed in ilium esse cantatum Psalmum, vt aliàs ostendi. Ex Græcis aliqui, Λοιπὸν τῷ Δαυίδ, nec non Euthymius atque Nicephorus, & innuit Apollinarius: nonnulli tantum, τῷ Δαυίδ, quo pacto est in emendata editione Lxx.

Psalmi 44. & 59. & 79. eiusdem tituli cum hoc. Psalmum à Dauide fuisse cantatum: & omnes hunc quo vtitur.

Multa expunx.

Commutationem spiritus idem in melius intelligunt mystico sallem sensu ex homine vetere in nouum, ac tandem renouatum per resurrectionem. Videtur Hilarius alludere ad notionem vocis vnius Hebreæ שושנים *Susannim*, & *Iliis* significat, de qua dictum Psalmo 44. cùm scribit coniungens id quod legimus, *vobis qui commutabuntur*, aut, *immutabuntur*, in his *qui immutabuntur*, Euangelicæ spei fideles significari. qui aut ex legis obseruatione, aut ex gentili impietate, ad cognitionem Dei demutati, tanquam renascentes incorruptæ æternitatis candore florerent.

Argumentum Satis constanter possumus hoc Psalmo contineri omnia quæ vna de Christo.

De argumento sensit idem Hilarius ambigi nõ debere, quin sacramentum Passionis Domini Psalmus iste contineat, omniáque ad Christum, hic dicta, sint referenda. Id autem probat, quia Ioannes Apostolus [a] in potatione aceti (de qua videlicet hic [b] mentio fit) constitisse consummationem scripturarum testatus est, & meminit Apostolos aliam illam ex isto eodem Psalmo [c] sententiam de Christo intellexisse: *Zelus domus tuæ comedit me.* Adde Petrum [d] citantem: *Fiat habitatio eorum deserta* & Paulum [e]: *Fiat mensa eorum*, &c. &, *impropería improperantium tibi, opprobria exprobrantium tibi, ceciderunt super me.* Negat quoque Augustinus dubitare omnino permitti, quòd hic loquatur Christus: & post prolatos Apostolos, qui eum Psalmum citant, quis, inquit, agnus non sequatur arietes? Legendus idem oratione aduersus Iudæos cap. 5. Cassiodorus etiam, qui quàm recte Psalmum ex iis qui passionem resurrectionemque Dominicam latius eloquuntur, dubitare non posse quenquam dicit, cùm talis & tanta sit huius auctoritas. Latinorum aliorum opinio eadem, & Euthymius de Græcis testis est, appellans hanc accuratiorem atque tutiorem, nec ita commodè declarari posse, quæ in Psalmo dicuntur de populo Hebræo in Babylone captiuo, reditumque inde desiderante. Basilius. Fuit Theodoretus hic meo potius iudicio quàm ille, quia Theodoro fuit, de quo dicam, sic agi censuit de liberatione à dicta captiuitate & ædificatione Ierusalem, ac pristina Iudaicæ terræ felicitate, vt contineat etiam Psalmus prophetiam passionum Dominicarum, & omnimodi excidij, quod illarum gratia, Iudæorum nationem erat comprehensurum. Addit Athanasius, exponi Euangelicæ conuersationis rudimenta, & illius in spiritu & veritate adorationis doctrinam, propter quam Psalmus etiam. ita vt diximus. inscribatur. Ne Lyranus quidem, & Caietanus, Hebræis alioquin addicti, reuocant hoc in dubium, ac priorem opinionem præterea reiicit de liberatione Iudæorum à præsenti captiuitate, quam patiuntur, vel Dauidis, a Saulis persecutione. Qui hoc vltimum existimant, Ianlenius & Arias, volunt sub eo typo designari Christum, atque de illo melius accipi hic decantata, quàm de Dauide. Ferri potest tum hoc, tum illud quod memoraui de Theodoreto, ita vt lenius ita sentientes tractandos censeam, quàm faciat Agellius, audaciæ superbiæque illis impingere crimen non dubitans. Hac dignus censura Theodoretus Mopsuestiensis est, atque grauiore, quòd τῷ κεφαλαίῳ sic interpretetur istum, aliósque Psalmos, quemadmodum in præfatione [a] monuimus, vt nihil proprie Christo conuenire, sed accommodatitiè dumtaxat vel ἐκλαικῶ contendat, hoc est, ex euentu. Damnatum ibi retuli Theodorum à Synodo V. quæ post Hilarij ac Augustini ætatem celebrata est. In ea Synodo nominatim, quod de præsente ille Psalmo sentit, in exemplum adducitur. In officio matutinali feriæ V. in cœna Domini ordinat Ecclesia ab hoc Psalmo. Accommodari posse Euthymius rectè notat cuilibet fideli, qui à visibilium atque inuisibilium hostium oppressione fuerit liberatus. Paulinus [b] Valgio Catechumeno naufraganti applicat eleganter, & eadem ratione conuenit aliis in simili periculo constitutis, sicut etiam Ionæ, cuius oratio isti simulis est [c].

Censura notat Theodorum Mopsuestenum in explanatione huius Psalmi. a cap. 1.

Damnatio Theodori damnatis Synodo.

Huius Psalmi accommodatio.

b Epist. 34.

c Ionæ 2. 3. & seq.

Vers. 2.] Saluum me fac Deus: quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam.

Vers. 3.] Infixus sum in limo profundi: & non est substantia.

Veni in altitudinem maris: & tempestas demersit me.

PEriculorum suorum grauitatem triplici declarat similitudine, hominis in aquis constituti, quum illæ nimiùm affluentes & ascendentes, ac per os ingredientes, nihil propius est, quàm vt cor suffocent animámque, seu vitam extinguant: deinde illius, qui delapsus in lutosam & limosam sollam altam, nullo hærere loco potest, nulla inde se ratione extricare, sed quò se versat magis, ac nititur euadere, hoc altiùs ac irremediabiliùs infigitur: postremò naufragantis, ac sæpius vehementiúsque in profundo maris agitati, nulla vt spes supersit effugiendi submersionem imminentem: & suomet Christus ob aduersariorum calamitatum, & tormentorũ multitudinem nomine orat, & nomine membrorum suorum. Tentationes præterea, vel cogitationes prauæ, necnon peccata hisce similitudinibus

Sensus istius.

designan

designantur. Idem Christus nostra suscepit peccata, doluitque pro nobis, & vt ab illis liberaremur, enixe precatus est. De oratione Christi egimus alias. Voces quoque illas primi Parentis deplorantis peccati sui ratum, Athanasius ait esse, ac ab eius gurgite liberationem efflagitantis. Potest quisuis peccator aut ærumnosus isdem vti.

Valentia triplex periculum distinguit aquarum in torrente aut flumine, tempore magnarum pluuiarum: in aliquo loco profundo & limoso, nunc cœnosorum tempestate nauis: denotari verò decet persecutionem populi, hypocritarum, regum seu principum, quam hi patitur Christus.

Hugo *aquas* interpretatur Iudæos persequentes Christum, *iniquissimum in Deum principium*, quod ex auaritia profundaque malitia sint eum persecuti, eam *non esse in habitantis* vel opum, vel facultatis resistendi, quarenus vti nolebat ea, nec eam habere videbatur; aut non esset Iudæis, quia ob improbitatem reducti sunt prope in nihilum: *aduenisse in altitudinem maris*, descensum Christi ad peccatores, *tempestatem demergentem*, illatam mortem. Addit Tropologiam, vt sint *intrantes aquæ*, carnis voluptates, *limus* auaritia, quod etiam dicitur *densum lutum* [a]; *tempestas*, nauis ambitio.

Saluum me fac Deus.] Hieronymus, & Psalterium Gallicanum, *seruа*. Chaldæus, *redime*. Orant *cum clamore valido lucrum sui*. Christus Deum, qui *saluum faceret ipsum a morte* [b], per resurrectionem, ne morte detineretur, & pro aliis orauit, *dictus obtemperantibus sibi causa salutis, & aliquam consummatus est* [c], id est, resurgendo morte perfunctus. Nec frustra orauit moriturus, vt & verbis primis 21. Psalmi, quoniam humanam infirmitatem declarauit, & conscientia diuinitatis spem tenuit salutis in morte spectandæ, vt Hilarius docet. Dirigitur eadem oratio recte ad Iesum, cui nomen a *salute*, cum sit hoc loco יְשׁוּעָה *Iesuhh*, ex cuius vnde thematе יֵשׁ *iesshh* formatur.

Ingressæ sunt aquæ.] Hieronymus, *venerunt*. Arnobius, *peruenerunt*. Psalterium Gallicanum, *introierunt*, nec non in commentario Hilarius, & Augustinus. Monet autem Arnobius esse consuetudinem humanam, vt grauem calumniam patientem, graui dicamus tempestate occumbere, & Hilarius solere infectationes populi motúsque gentium hoc dicendi genere significari. *Bacuit Iacob* [d], transeunda hinc nouæ aquæ, aut *Elue nobis* [e], hoc est, crucis ac fauoris Christi ope. Si mandent super caput vt videatis periisse, inuoca nomen hoc *de locis nouissimis* [f], Christum veram non extinguit aquæ [g], nisi velimus. *Aquas* Chrysostomus [h] hoc loco exponit secularia negotia fluxa & mortalia, vt per petram designentur spiritualia. Tropologice docet Hugo quibus modis *intrantes* velut in animæ nauem tentationum *aquas* efficiamus, exhauriendo per timorem, & confessionem; exonerando per Eleemosynam, vel paupertatem, obturando sensuum foramina, vota nuncupando. Addit Greg. [i] anchoræ electionem, disputans de spirituali naufragio.

Origenes [k] explicat de tentationibus, quæ nobis recens natis imminent à Diabolo tanquam a Pharaone. Cõfirmat Hilarius ex Psalmo 123 [l]. & Matthæi cap. 27 [m]. Hanc præterea Hieronymus [n], Gregorius [o] inter alias, figuratam notionem *aquarum* tradentes, probant in eius loci testimonio. Vertit hoc loco Paraphrastes, *aut peruenerunt castra peccatorum*, vel *irruit cohors peccatorum*. Infrà [p] clarius exprimitur: *libera me ab his qui oderunt me, & de profundis aquarum*. Recognosce Psalmum 17 [q]. *Eripuit me de aquis multis*. Hic, priusquam progrediamur vlterius, in genere notandum est, vt cum Hilarius, quem modestio percurrendum pede scribit Hieronymus [r], videtur nonnunquam expertem facere Christum doloris, ac miseriæ, etiam dum mortem deprecatur, quod item præstitit in opere de Trinitate [s], excusemus, ac interpretemur cum Magistro sententiarum [t], *non faceamus errasse*, vt Claudianus [u] Mamertus concessit. Ait Magister locutum Hilarium de merito patiendi, ita vt quamuis haberet necessitatem naturalem patiendi, & reuera pateretur, ea necessitas non esset orta ex humanæ vitio conceptionis, sed vltro suscepta. Iustiniani [x] fuit Imperatoris error ille, & Eschadocitarum [y]. Lege Saxum Senensem [z]. Præoculis habenda distinctio passionis & propassionis, nec solius Christi: prior cæterorum. Egimus eadem de re Psalmo 21.

Vsque ad animam meam.] Scilicet tollendam, sicut *vsque ad mortem est tua* [a], est adeo tristis, vt ex tristitia mors sequi posset, animæque a corpore separatio. *Anima* ergo pro *vita* sumitur. Eadem vis verborum Ionæ in oratione [b] *circumdederunt me aquæ vsque ad animam*: & Iob [c], *Putabas impetu aquarum inundantium non oppressum iri?* Porrò pronomen, *meam*, suppletum est.

Sensu mystico *intrare aquas vsque ad animam*, significat periclitari tentationibus, vel peccatis, vel tribulationibus animæ salutem. Ita verò posteà explicat Augustinus; quo pacto prius dicat Dauid se *demersum tempestate* [d]: deinde oret *non demergi* [e]; nempe illud intelligi secundum carnem, hoc secundùm spiritum: quasi nunc etiam agatur de eodem salutis animæ periculo. Si tribulationum aquæ transeundæ, ac decurrendo per Christi plagas, ceu per saxeas valles, perque glareas ad nos pertenerint, & *intrauerint vsque ad animam nostram*, erunt subtiliores, dulciores, salubriores, vtpote etiam medicam vim inde tanquam ex attactu cornu rhinocerotis [f]; aut ligni quo amarities tollatur [g], concipientes: *Quæ colligabat aquas vitæ sicut in vetamento* [h]. Tertiò dicitur *talos*, *genua*, *reues*; nec posse *consistere* [i].

Infixus sum in limo profundi.] Chaldaicè in textu Nebiensis, *demersus sum in captiuitatem, tanquam in locum profunditatis*. Alij *demersus sum in limum profundum, vel voraginis* בִּמְצוֹלַת יָם *lyncm meisulah, eis ἰλὺν βυθοῦ*; Est Hebraismus, in obliquo vsurpare subitãtiuum nomen adiunctum alteri, pro adiectiuo; & מְצוֹלָה *meisulah*, *profundarium* valet *aquarum*.

Symmachus ἐβαθύνθην εἰς ἀπεράντους κατωδύνας, *mersus sum in interminatas voragines*. Apollinarius *fundum carnosum* reddit βόθρον σαρκὸς: nisi malis *mucidum* vertere. Testis enim Euthymius etiam in editione Lxx. legisse nonnullos ὕλην (ita legit Epiphanius:) pro ἰλὺν. Vtut autẽ legatur, aut hic significari faecem, quæ sub profundo aquæ solet esse. Constat nihilominus ὕλην quoque *faces* ac *sordes* significare; vt exemplis docet Synesius ac Nazianzeni collector thesauri. Sic in alio Psal. [a] dicitur *lacus miseriæ*, & *lutum faecis*: & paulo post in isto [z], *limum*. Apud Rufinum [y], quem alij vocant Cyprianum, comprobantem hunc defectum

a Abac. 2. 6.

b Heb. 5. 7.

c Ibid. vers. 9.

d Genes. 32. 10.
e 4. Reg. 20. 3.

f Thren. 3. 55.
g Cant. 8. 7.

Aquarum interpretatio hæc loca.

h Homil. 3. in Matth. Tom. Tropologia Intrantes in animam nostram tentationum aquæ vt intrauerint.

i Serm. 113.

k Homil. 2. in Exod.

l vers. 4. 5. m vers. 34. Luc. 23. 44. Matth. 27. 46.
n Mat. 19. 14.
o Moral. 19. 14.

A monio. Vertit hoc loco Paraphrastes, *aut peruenerunt castra peccatorum*. vel *irruit cohors peccatorum*. Infrà [a] clarius exprimitur: *libera me ab his qui oderunt me, & de profundis aquarum*. Recognosce Psalmum 17 [b]. *Eripuit me de aquis multis*. Hic, priusquam progrediamur vlterius, in genere notandum est, vt cum Hilarius, quem modestio percurrendum pede scribit Hieronymus [c], videtur nonnunquam expertem facere Christum doloris, ac miseriæ, etiam dum mortem deprecatur, quod item præstitit in opere de Trinitate [d], excusemus, ac interpretemur cum Magistro sententiarum [e], *non faceamus errasse*, vt Claudianus [f] Mamertus concessit. Ait Magister locutum Hilarium de merito patiendi, ita vt quamuis haberet necessitatem naturalem patiendi, & reuera pateretur, ea necessitas non esset orta ex humanæ vitio conceptionis, sed vltro suscepta. Iustiniani [g] fuit Imperatoris error ille, & Eschadocitarum [h]. Lege Saxum Senensem [i]. Præoculis habenda distinctio passionis & propassionis, nec solius Christi: prior cæterorum. Egimus eadem de re Psalmo 21.

Vsque ad animam meam.] Scilicet tollendam, sicut *vsque ad mortem est tua* [k], est adeo tristis, vt ex tristitia mors sequi posset, animæque a corpore separatio. *Anima* ergo pro *vita* sumitur. Eadem vis verborum Ionæ in oratione [l] *circumdederunt me aquæ vsque ad animam*: & Iob [m], *Putabas impetu aquarum inundantium non oppressum iri?* Porrò pronomen, *meam*, suppletum est.

Sensu mystico *intrare aquas vsque ad animam*, significat periclitari tentationibus, vel peccatis, vel tribulationibus animæ salutem. Ita verò posteà explicat Augustinus; quo pacto prius dicat Dauid se *demersum tempestate* [n]: deinde oret *non demergi* [o]; nempe illud intelligi secundum carnem, hoc secundùm spiritum: quasi nunc etiam agatur de eodem salutis animæ periculo. Si tribulationum aquæ transeundæ, ac decurrendo per Christi plagas, ceu per saxeas valles, perque glareas ad nos pertenerint, & *intrauerint vsque ad animam nostram*, erunt subtiliores, dulciores, salubriores, vtpote etiam medicam vim inde tanquam ex attactu cornu rhinocerotis [p]; aut ligni quo amarities tollatur [q], concipientes: *Quæ colligabat aquas vitæ sicut in vetamento* [r]. Tertiò dicitur *talos*, *genua*, *reues*; nec posse *consistere* [s].

Infixus sum in limo profundi.] Chaldaicè in textu Nebiensis, *demersus sum in captiuitatem, tanquam in locum profunditatis*. Alij *demersus sum in limum profundum, vel voraginis* בִּמְצוֹלַת יָם *lyncm meisulah, eis ἰλὺν βυθοῦ*; Est Hebraismus, in obliquo vsurpare subitãtiuum nomen adiunctum alteri, pro adiectiuo; & מְצוֹלָה *meisulah*, *profundarium* valet *aquarum*.

Symmachus ἐβαθύνθην εἰς ἀπεράντους κατωδύνας, *mersus sum in interminatas voragines*. Apollinarius *fundum carnosum* reddit βόθρον σαρκὸς: nisi malis *mucidum* vertere. Testis enim Euthymius etiam in editione Lxx. legisse nonnullos ὕλην (ita legit Epiphanius:) pro ἰλὺν. Vtut autẽ legatur, aut hic significari faecem, quæ sub profundo aquæ solet esse. Constat nihilominus ὕλην quoque *faces* ac *sordes* significare; vt exemplis docet Synesius ac Nazianzeni collector thesauri. Sic in alio Psal. [t] dicitur *lacus miseriæ*, & *lutum faecis*: & paulo post in isto [u], *limum*. Apud Rufinum [x], quem alij vocant Cyprianum, comprobantem hunc defectum

a vers. 15.

b vers. 18.

c Lib. 13. *Claudius expostulat cur ab inferis reuocauerit Iudam Hilarius, etiam dum nouissimum ante mortem degeret.*
d Lib. 10.
e 3. Dist. 15. f 2. de Incarn. Verb. c. 10.

g Euang. lib. c. 29. *Iustiniani Imperatoris error.*
h Damas. de Hæres. c. 84. i Lib. 5. Bibliothec. Sanct. 182. & 183.
k Mat. 26. 38. *Anima pro vita.*

l cap. 2. vers. 6.

Similitudo simul.

m vers. 8.

n vers. 3.

o vers. 16.

p Deut. 32. 17. q Exod. 15. 25. Bern. de Pass. c. 44.
r Prou. 30. 4.
s Ezech. 47. 3. 4. 5.

t Hæres. 56.

u Hæres. 56.

Descensus Christi in infernum tribuit locis profundis.

sum Christi in infernum, le gitur, *descendisse in profundum profundi*, cuius certe lecti. ionis reddere rationem nequeo, quod attinet ad secundæ personæ verbum, quamuis *in ipso vita non fuerit subsistentia*, seu subsistentia, & consistentia, delensum primas, alioquin in accusandi casu verti quoque debet Hieronymus [a], qui & Graece hic est ὡς ἰλὺν. Ita hic habet quoque in commentario Hilarius. Bernardus [b] accipit *infixionem* de Christi incarnatione, secundum quam firmiter affixit veluti sibi corpus humanum, videlicet cum anima, quod corpus in paradiso formatum *ex luto* [c], propter peccatum cuasit, *limus profundi*. Eandem prius hoc ipso loco incarnationem indicari vult Hilarius: Augustinus plurelque alij, ipsos persecutores Christi, qui sic peccando, & cadendo à salutis, *limus profundi* facti sint, & quorum manibus figi atque crucifigi se permiserit. quem dicunt Hieronymum, vetera populi Hebraei peccata eodem alludit in vero alio opere idem Doctor [d], interpretans viros *defixos in faecibus suis* [e], ac demersionem in ima scelerum: rursus [f] locum & quasi lacum similem luto cœnóque loci Ieremiæ [g], qui potest suffocare magis quam refrigerare sitientem, & ut damnatorum accepta culum, in quo mordacium dives ille quondam *preparatus* [h]. Epiphanius [i] quasi graueolentiam, & impurum pestilentemque ac cœnosum odorem hominum, qui persecutionibus & vituperiis impetebant. Prius dixi cum Hugone, *limo profundi*, denotari posse densum auaritiæ lutum, quod aggrauat [k], luxuriæ præterea fœtentis, de qua Nyssenus [l] etiam, infractuosaque superbiæ, qui dici quoque possunt *putei lutum aqua in valle syluestri* [m]. Lutosus ille vitiis, turpis, tenax est, in profundo à solis calore ac efficacia remotior. *Visum Deus fecit in mari aquis fœtis, ut luto aquarum multarum*, ut se Hesychius explicat, *Dæmonum*, quæ superati valeant illi. Videtur Ionas [n] imitatus Dauidem, *Proiecisti me in profundum in corde maris*. Aquis illis vel lutulentis, vel salsis, & amaris sedari sitis non potest, nec, Tantalo simillibus, fas est gustare luculentas dulcesque, sed si ardent magis, magisque diuti, illius in morem [o], cuius meminit.

Et non est subsistentia. Hieronymus, *& non possum consistere*. Alij, *& non est firmamentum, stabilis, roboratus*, nempe limus, id est, non est indurates, sed mollis, liquidus, lubricus, vt proinde nequeam in eo hærere, & consistere, non valeam figere membrum vllum, si me coner sustentare parte aliqua corporis, vt exiliam inde, méque totum extraham, non possim. Idem valet aliorum interpretatio, *non est firma consistentia*, seu *status*, quod Symmachus exponit, *non in eo stabo*, vel, *non est vt queam subsistere*: vel, *non est stabilimentum*, scilicet membrum vllũ quod firmiter stare possit Chaldæus *nec est vestigij locus*, aut, *non est mihi locus vt consistam*. Eadem vis omnium explanationum, vt significetur priuatio fundi, soli, solidi loci, & quasi pauimenti, stabilitatis, consistentiæ, firmitatis in loco. Hebræa sunt וְאֵין מַעֲמָד *veen maamad*, a verbo עָמַד *hamad*, *stare, sistere se, subsistere, consistere* quasi contrarium verbo מָעַר *maad*, literis transpositis, quod est *mutare*, atque *euellere*. Crucius noster bene reddidit carmine:

Hæreo per lubrum, nusquam dilutus humor,
Est vbi durum cor ita nulla fides.

Sic alter non minùs feliciter Poeta Gallus [q]:

Et dum in cruce lumbos, qui nisi pondere tenuit,

A *Effundere me voy.*

Eadem prorsus ratione declarant Patres Græci, maximè Euthymius & Nicephorus, vt nimirum significetur per absentiam τῆς ὑποστάσεως primario ἐδράσματος, *firmitatis*, quod non σωμάτιον non *corpusculum*, soluta διὰ τὸ πλῆθος τοῦ ὕδατος, *propter copiositatem lacunosam*, quasi in lama, lacuna, palude. Nomen יְוֵן quo vtuntur LXX. idem importat inter alia, hoc est, *fundamentum, basim, fundamentum*, cui quid infidet, & firmiter hæret, cùm ipsum per se stet. Vnde *fidem* Paulus [a] definit ὑπόστασιν *rerum sperandarum*, quia *quod videt quis non sperat* [b], & nemo sperat, nisi certus de rebus quas sperat, quasi ipsa spes super fide fundetur, quæ reliquarum etiam virtutum prima basis est. Ipsi verò rem ipsam Apollinarius explanant, dum pro *vita* sumpsit *hypostasim*:

βύθιος ἐν νεκύων πάσχεις ἀναπνοὴν ἀπ' ἴχνους
Fundo in cœnoso ingressus vita caret.

quoniam necesse est mori immersum profundo cœno, vnde non potest emergere: quo pacto Bruno etiam Carthusianus explicat Christum non victurum: tamen *vitam* ὑπόστασιν propriè non significat. *Sæpe non subsistere* vsurpat Scriptura pro eo quod est non superesse, non viuere, mori, non posse resistere, & *in miseris non subsistere* [d], est succumbere. Mystice loquuntur, qui cum Augustino docent, non fuisse substantiam in limosis persecutoribus Christi, quia peccatum, quo sese propria voluntate pluſquam lutulentè contaminauerunt, & illeuerunt, recedendo non solùm à prima formatione vt cæteri, sed aliis modis mala agendo, nihil est, redditque *subsistentiam tanquam nihil* ante Deum [e]. Bruno Herbipolensis, Haimo, Hieronymus, Cassiodorus, alique quòd nulla esset virtus carnis ad euadendã mortiferam passionem: *ibi namque abscondita erat fortitudo* [f] eius.

Vltra hæc quòd Christus non pateretur secundum substantiam & hypostasim suam diuinam, sed secundùm limum corporis, in quem veluti sese merserat per incarnationem: alij, quòd in Christo patiente *non erat subsistentia*, id est, fundamentum cur pateretur, culpa nimirum, cui tanquam fundamento pœna nititur; sic namque paulo [g] pòst dicit, *Quæ non rapui, tunc exolebam*. Adhuc Augustinus de paupertate, quam suscepterat Christus, qui se appellat postea [h] *pauperem*. Tandem de quolibet peccatore, qui luteus factus est totus, affirmari potest, *non esse in eo substantiam*, tum ob illam rationem, quia peccatum nihil est, ac infra ipsummet nihil quod immodo, præterea quia naturæ viribus extrahi ac liberari de fœo luto non potest. Commodius huiusce rei typus in Ieremia submisso funibus, non *in cisternam*, vt Ioseph fuerat [i], nec *lacum leonum*, vt Daniel [k] (qui tamen euadere inde per se non valebant), sed *in lacum in quo non erat aqua*, sed *lutum* [l]. Iosephus [m], *Cœnosam putemque* vocat, vt ibi præfectus moreretur, vsque ad collum verò mersum ibi mansisse. Funes quibus extractus est, salutaria monita conferri tropologice possunt, quamuis asperiora; veteres panni sub cubito manuum, superque funes, præcedentium bona exempla, qualium nubem quandam Paulus [n] excitat & recitat, quibus facilius ac suauiùs reducuntur infirmi ac timidi, suis in peccatis profundè demersi peccatores, vt à Gregorio [o], & à Bacchiario [p] notatum est. Nam eiusdem rei mysticum alium Ambrosius [q] elegantem tradit sensum

Defectus Christi in infernum tribuit locis profundis.

a in c. 9 Zac.

b Ser. 4 in Vigilia Natiu.

c Gen. 2.

d in Sophon. c. 2. ibid. vers. 12. & Zach. c. 9. c. 13. 7. 8.

e Hæc 36.

f Luc. c. 13. 14.

g Hæc 36.

h Abac. 1. 6.

i De vit. n. 8.

m Gen. 14. 10.

n Abac. 3. 19.

o Ezech. 24.

p Psal. 16. 13. 14.

q Philippus Desportes.

a Heb. 11. 1.

b Rom. 8. 24.

Non subsistere, vt in sequentibus ὑφίστασθαι sæpe. In numeris 26 similiter. pro succumbere.

c Iob 3. 26. c. 7. 21. c. 32. 12. Psal. 10 2. 16.

d Psal. 9 11.

e Psal. 38. 6.

f Abac. 3. 4.

g vers. 5.

h vers. 30.

In quo peccatore verificatum sit nihil subsistentiæ.

Defectus Ieremiæ *in lacum in quo non erat aqua, tropologica expositio.*

i Gen. 37. 24.

k Dan. 6. 16.

l Ierem. 38. 6. 11. & 13.

m lib. 10. antiq. c. 2.

n Hebr. 11. 12. Scripturæ testimonia Mosaica.

p Epist. ad Iudæos.

q 2. de Spir. S. 11. & 12.

de sermone prophetico, quem pluris faciat ex Gētibus Ecclesia, quam adumbrat Abdemelech Æthiops Ieremiæ liberator, quàm Synagoga. De *substantia* voce Phœbadium [a] lege contra Arianos, docentem frequentari in scripturis. Quanquam haud scio, quàm sint ad rem exempla omnia, quæ profert. Niceas etiam Choniata [b], *hypostasis* notiones explicat.

Veni in altitudinem maris.] Hieronymus, *veni in profundum aquarum*, alibi [c], *in profundum maris*. Alij, addita legentes litera (ו) *sed*, nota numeri pluralis, quam etiam legerunt Lxx. *in profunda*, בְּמַעֲמַקֵּי־מַיִם *bemahhamaqqe maim*, εἰς τὰ βάθη. Pro. *aquis*, *mare* iidem Lxx. transtulerunt; *Congregatio* enim aquarum, copiáque maior, mare est [d]. Nisi dicas legisse Lxx. יָמִים *iamim mania*, vel, ἀναπεπταμένοις מַיִם *maim*, pro יַמִּים *iamim*. Paraphrastes explanat: *peruenis ad profunda fortitudinis cohortis impiorum*, vel, *applicuisti in validam fortitudinem cohortis peccatorum*. Eadem repeti pluribus modis Euthymius notat, ad magis exprimendam varias calamitates; & primùm appellatas *aquas*, propter impetum, & suffocandi vim; deinde, *limum profundi*, propter infinitatem; tertiò, *profunda maris*, ob copiam atque amaritudinem; postremò (quod est in sequenti membro) *tempestatem*, ob summam huiusmodi calamitatum vehementiam. Similes dicēdi formulas obseruat Hilarius in Iob [e] & Iona [f]; *nunquid ingressus es profunda maris, & in nouissimis abyssi deambulasti? nunquid aperta sunt tibi porta mortis, & ostia tenebrosa vidisti?* quasi profunda maris sint inferiora terræ, ibique sedes mortis; &, *protecisti me in profundum in corde maris*. *Magna vi mare, contritus* Christi passioque (quam sponte susceperit verbum (*veni*) Augustinus notat innuere), tamen præ magnitudine amoris æstimauit ipse illam vt *calicem* [h]; nobis autem *in mensura potum dat in lacrymis*, & tribulationibus [i]. Quamuis in Threnis, pro כַּיָּם *chaiam*, *sicut mare*, legisse Lxx. videntur, כּוֹס *chos*, vertentes ποτίσει σωτηρίᾳ, *poculum contritionis*: Paraphrastes autem vim comparationis attendit in confractione fluctuum maris magni. Trita comparatio ab aquis ducta, præsertim à marinis, ad exprimendam ingentem ac vastam quandam malorum abyssum. Nam verè dictum,

[k] κακῶν δὲ πάντων ποτιμώτατον ἐπιτέρπεται·
ἀνὴρ δ' ἄξυνον πέλαγος ἀμαλδύνων πόρον.
Malorum autem inuitissimo finuius velut superuenit:
Calamitatis verò vt abyssus, vel sine fundo pelagus, non valde bene meabile.

Item [l]:

κακῶν δ' ὁ τέλας πέλαγος ἐισορῶ
Τοσοῦτον, ὥς τε μήποτ' ἐκνεῦσαι πάλιν.
Malorum verò miser pelagus intueor
Tantum, vt non aliquando enatare possim.

Coniecit prior Delrius noster in commentarium Threnorum [m] duo hæc Græca testimonia; & à contrario tamen effectu natum adagium, quod

[n] θάλασσα κλύζει πάντα τ' ἀνθρώπων κακά.
Mare proluat vniuersa hominum mala.

Accommodatè de seipso Gregorius [o] vsurpat hunc locum, deplorans pastoralis curæ molestias, pauores, terrores, cumque statu priore comparans, in quo sibi videbatur tanquam in quodam rerum vertice stare. Admonet præterea Ephrem [p] animā negligentem, vt si se residere in portu putet, montes fluctuum respiciat, ne subitanea tempestas superueniens in maris eam profundū corripiat; tuncque cum dolore ac gemitu dicere incipiat: *venit in profundum maris, & tempestas demersit me; laboraui clamans, rauca facta sunt fauces meæ*: verè etenim *abyssum maris* infernum esse, atque *magnum* illud *chaos* inter iustos & peccatores *immanum* [a]. Voluit fortassis Christus iactationem periculúmque in mari discipulis permittere [b], atque in summo discrimine remedium adferre, vt redderet magis sollicitos ac diligentes, cùm tentationes ingruerent, aut pulsarent. Narrat votum suum Nazianzenus [c] pro tranquillanda tempestate, votóque nuncupato mox respondentem, visa à nescio quo iam defuncta illius matre, quæ mare ingressa nauim prehensam haud magno labore ad terram pertraheret. Celebre quoque Valgij, seu Victoris Catechumeni; quod prodit Paulinus [d], exemplum, alias à me simili de causa indicatum. Nec desunt his plura: sed non prætermittendum, quod idem de se ipso Nazianzenus [e] commemorat, quemadmodum animi relaxandi gratia, solus inambulans, vergente iam in occasum sole, ad maris ripam, & fremitum ac fluctus spectans illius, atque partim extrusa leuiora quædam, rursúmque arrepta, partim inconcussè remanentes ictibus vndarum verberatas petras, sic secum statuerit, mare, hanc nostram vitam esse, rēsque humanas amaritudinis & instabilitatis plenas: tentationes ingruentes, ac inopinatos euentus, ventos censeri, & id hisce quæ præ manibus sunt, verbis Dauidem significasse, ac illis quæ præcesserunt & sequuntur: sententia eadem: eorum qui tentantur, alios velut algas, lapillos, buccinas, leuissima ostrea, spiritus expertia, sine robore, firmitate, pondere, prudentis & cordatæ rationis fortunis calibus obluctantis abripi distrahique, nec tantillum quidem aduersarum rerum impetum sustinere; quosdam petræ instar esse, petra super quam stamus, & quam colimus, dignos, id est, Christo [f], atque philosophica ratione vtentes, supra vulgi humilitatem euectos, humana omnia immoto & firmo animo ferentes. Paulò aliter operis Auctor [g] imperfecti, vbi hoc ipso loco, *mare* sæculum interpretatur, *ventos* nequitias spirituales, *fluctus* tentationes, quibus illi delæuiunt, ad Ecclesiæ naufragium. De *maris profunditate* alio loco egi [h]. Consule Plinium [i], Plutarchum [k], Cleomedem [l], Oppianum [m], Clauium nostrum [n], & alios à me citatos.

Et tempestas demersit me.] Hieronymus, *& flumen operuit me*: alij, *fluxus*, vel *cursus*, nempe aquarum, *inundat, rapit, obruit, submouet*. Plenior eiusdem rei descriptio est versu 16. Paraphrastes autem hoc loco de captiuitate declarat; *& rex fortis, sicut alueus aquarum, quæ rapiditate feruoris, captiuum me abduxit*: Vel breuius in textu Nebiensis, *& rex impius captiuum tenet me*. Hebræa sunt וְשִׁבֹּלֶת יְשִׁבְּלֵנִי *vesciabboleth iesitaphthni*. Significat *fibbol ib* (cuius prauā pronunciatio *jibboleth* carò nonnullis constitit [o]) *alueum*, & *fossam*, per quam labitur flumen cum impetu; præterea inundationem aquarum non tantùm spicum, quæ etymologiæ ratio posterior in Scriptura [p] traditur. Iterum versu 16. occurrit idem nomen addito vocabulo *aquarum*, vbi Hieronymus reddidit *fluctum aquæ*. Pleonasmus ibi est, cum per se Hebræa vox melādat *aquas*. *Tempestas* latius patet, continens procellam, turbinē, grandinē, & similes impressiones vi maiore propellētes, & e cælo

a Luc. 16. 26.

b Matt. 8. 24.

c Oratione de fuga sua. Nec tamen pro tranquillanda tempestate, & voto nuncupato statim super illud altare vidua

Vide celebre exemplum.

Nazianzeni laus restituta.

d Epist. 13.

e Orat. 20. ante med. cum in vrbem redisset postea quæ à Maximo perpetrata fuerant.

f 1. Cor. 10. 4.

g Hom. 24. in Matth.

h in Ad. Apoc. c. 18.

i Lib. 2. cap. 102.

k in vita Pauli Aemilij.

l Lib. 1. m Lib. 1. Halieut. n In Spic. c. 1.

o Iudic. 6.

p Ibidem.

potissimùm siue aëre excitatas, quod scribit Iob [a], *ab interioribus egredi tempestatem.* Non demergit procella, ventusque ingruens ac delabens cum impetu, quem ἐμπνεῦσις valet: nisi quatenus ciet undas & fluctus, qui decidentes nauem replent, atque nauigantes obruit & suffocat, & quod Hebræum שטף *seuuash*, importat, lauat cum vehementia & raptatione. Transfertur alibi [b] per *absorbendi* verbum, & καταποντίζειν, quod habetur etiam hoc Psalmo.

a c.37.9.

b Ps.123.4.

Vers. 4.] Laboraui clamans, raucæ factæ sunt fauces meæ: defecerũt oculi mei, dum spero in Deum meum.

Sensus loci.

IN periculis illis tantis, de quibus dixit, & quibus quia nihil propius fuit, quàm vt periret, sic locutus est, ac si periisset, (postea namque orat pro liberatione ab iisdẽ, verbis fere eisdem [c],) ait se vociferando ad Dominum vsque ad rauim raucedinémque, valde fatigatum esse, oculos etiam intentos in cœlum cum lacrymis, & expectantes inde opem, debilitatos caligauisse, ac penè videndi vsum perdidisse. Clamauit Christus, non docẽdo tantùm, vt Hieronymo, atque Cassiodoro, & aliis placet, cùm res nempe maioris momenti essent, vel agendo [d], sed etiam passionis tempore, vt Euangelistæ [e], Paulúsque [f] tradunt, & Hilarius, Athanasius aliique intelligũt, & quidẽ pro se ipso, non solum, vt August. cũ sectatoribus, pro membris suis; cùm alioqui *cœlã tendente*, immo tundente se *obmutescere* [g], nec verbum quandoque respondere ad calumnias [h]. *Laborem clamoris*, & *raucedinem faucium* Cassiodorus, Remigius, Rufinus, Augustinus, quod attinet ad doctrinam Christi, declarant hanc minùs gratam auditoribus fuisse, ac suo illum labore frustratum Rufinus, inexcusabiles auditores ob tantum clamorem Christi. Obicit Augustinus & Remigius *raucas* non videri *fauces* Christi, propter clamorem in cruce, qui nec tantus, nec adeo diuturnus fuerit: & quia in passione *non inuenitur in ore redarguentes* [i], taceburque, vt diximus: cõ figurare *raucum* diei etiã tempore passionis, quoniã priùs clamauerat *incallum*, & nihil apud quamplurimos docendo profecerat. *Defectum* præterea *oculorum* ab sperãdo (sic enim legit) argumentatur Christo non conuenire, sed morbis ipsius, quia non desperauit is, *in quo Deus erat mundum reconcilians sibi* [k], imo ipsemet Deus erat. Concedo Christum non desperasse, cuius oppositum blasphemia Calumniæ est, a nobis Psalmo 22. confutata, docentibus inter alia, orationes humillimo ii: Christi, quod Cyrillus [l] quoque obseruat, non desperationis, sed dispensationis fuisse, & exempli. Sed non necessariò significat desperationem defectus oculorum; verùm quòd inter expectandum, & orandum, & sperandum, eo modo quo cõuenire Christo spes potest, oculi lacrymis attriti attenuatique, & in altum suspensi longa expectatione [m], defectum & caligationem passi sint. Quod nihil vetat æstimare de Christo, tum in aliis orationibus, quas crebrò etiam pernox [n] fudit, habitu quoque cœlum fixe aspicientis, tum præcipuè in ea, qua, *positus in agonia prolixius orabat* [o]. Raucedinem Christus ideo verum, ac certa fidem contrahere facilè potuit, fugida nocte sub dio diu orans, contracta voce, aëre pestilenti, præ tristitia, metu, pauore, sanguinis humorúmque aliorum ejectione, pororum apertione: deinde in cruce bis *clamauit valdè*, quæ validitas stare cum raucedine potest, præsertim iam priùs cõtracta; & sicut negari clamor eius nequit, ita raucedo cur negetur non video, cùm, vt argumentari videtur Hilarius, infirmitates alias vestras susceperit (de illis intelligit quæ non sunt morbi), & somni, lassitudinis, sitis, esuritionisque necessitati se commiserit. Idemmet Augustinus [a] vim comparationis ex *gallina pullos congregante*, qua Christus est vsus [b], attendit, in raucedine quoque vocis.

c vers.15.16.

d Luc.6.5.12. Luc.9.18.37. cap.11. e Mat.27.46. Marc.15.34. Luc.23.46. f Hebr.5.7. g Isai.53.7. h Mat.26.63. Marc.14.61.

i Ps.37.15.

k 2.Cor.5.19.

l Cyrillus obseruat. l.10.c.49 Esa.

m Esa.38.14.

n Luc.6.12.

o c.22.43.

Lyranus & Rickelius raucedinem oriri dicentes, ex siccitate humorum in faucibus & arteriis, affirmant in Christo fuisse, quia multos humores emisit in passione de corpore, per sanguineum sudorem, flagellationem, spinæ coronæ impositionem, clauorum transfixionẽ. Istis porro morbi per vitam negentur Christo, quid incommodi extremo illo tempore vitæ, concedere ea incommoda in corpore admisisse, quæ ex iniuriis cœli oriuntur, & ex aliis causis naturaliter sequi possent. Ex dictis vnam de fletu gemitúque Hetruscus quoque Poeta attulit:

Sut fra l'herbe gia del pianger poco.

Raucedinis ori-gines.

a in psl.58.

b Mat.23.37.

Laborauit clamans.] Alij, *lassa facta sum in clamando.* Lapsus memoria in Psalterio fuit, dum in collectione ex Gregorij scriptis in vtrumque testamẽtũ citat in ea quæ est de Psalmis, *laborauit sustinẽdo.* Verba sunt illa Ieremiæ [c], vel Isaiæ [d]. Cum verò negat laborare sustinendo Dominũ (quod intellige etiam de clamore), quòd potentiam [e] diuinitatis eius nulla fatigatio contingit, concedit quoque, vt homo erat secundùm patientiam suam dici posse *laborauisse.* Certe reuera *fatigatum* Ioannes [f] scribit. Et verò talem nobis decebat esse *Pontificem*, qui *compati* posset patiendo [g], *ad quem*, sicut ad ducem accurrerent omnes, qui essent amaro animo, quemadmodum olim ad Dauidem [h] qui laborans ipse, & collaborans laborantes imitaretur [i]. Pauper hic, & *in laboribus à iuuentute sua* [l] commodat laborantes *in gemitu* [k], *sustinendo* [l], *rogando* [m], aliis modis. Habet oratio denota laborem gemitus, & abundantiam luctus annexam. vt Ioãnes Vitalis Cardinalis [n] notat, vt intus gemas, foris fleas. Clamandum orauit docet, velut emendicanti victum quotidianum [o], timenti naufragium [p], ignem [q], morbum [r]. Orationẽ suam Ezechias [s] columbina contulit cum meditatione, hoc est, submurmurante raucáque voce. Alter Cardinalis Hugo, *laborem clamoris* interpretatur tropologicè de prædicatione, vel cantu Ecclesiastico, ne qui exercerent, parcãt voci, & laboris operæ præcedant priùs *facientes*, quàm *docentes*, exẽplo Christi [t]: Ipsiusmet clamor Christi comparatur cum leonis clamore [u] quo excitans bestias fami satisfaciat, earum ejulatus vel mortuos triduo, vel potiùs dormientes excitat; seipsum ad audendum vrget, simul cauda verberando.

c c.6.11. d c.1.14.

e c.4.6.

f 1.Heb.4.15.

g 1.Reg.22.2. h 1.Mac.11.48. i Psal.119.

Habet oratio denota laborem gemitum & abundantiam luctus annexam. Clamandum orauit velut emendicanti victum quotidianum.

k Ps.6.7. Ierem.45.3. l Ierem.6.11. m c.15.6.

Tropologica interpretatio. Clamor Christi cum leonis clamore comparatur.

n Specul. moral script. verbo, Oratio. o Gen.41.55. p Mat.14.26. q Ieel.c.19. r Esa.38.14. s Ibidem. t Actor. u Apoc.10.3.

Rauca facta sunt fauces mea.] Hieron. *exsiccatum est guttur meum.* Alij, *siccatum est*, vel, *adustũ est*: vel, *raucum factum est*: vel, *aridum.* Græce ἐβραγχίασεν ὁ λάρυγξ μου, vnde βράγχος, influxio pertinens ad fauces, aut, ad laryngem, & trachæam, siue asperam arteriam, ita vt membranam interiorem tunicámve exasperet, & vocem reddat βραγχιῶσαν *raucam.* Vocant præterea ἀφωνίαν. Consulendus Paulus Ægineta, Aurelianus, alij medici. Salernitana schola ita distinguit.

Diuersimodi defectus.

Si fluat ad pectus, dicatur rheuma, catarrhus.
Ad fauces bræchus, ad nares ozæna fluxus.

a lib. 4. c. 1.

Causa 1. omnis defluxionis assignata.

b lib. 1. sep. 10. circa fin. 1. Ratio de voce vocis auctus.

Quamuis aliter alij, de quibus Celsus [a], qui generalem vocem Græcorum posteriorum ait esse κατάῤῥοον; & ῥεῦμα etiam de omni defluxione aliqui vsurpant. Auicenna [b] raucescere vocem docet, ob multitudinem clamoris, & attractionem humoris ad tunicam cooperientem guttur & epiglottidem. Tradit dicta schola Salern. tana sex illius causas:

Nux, oleum, ficus capiti pice, anguina, pulsus,
Ac pomum crudum faciunt hominem fore raucum.

Sed aliter hic etiam alij. Sola facit ad rem: quæ prouenit ex clamore immodico. Intereunda: inducedinis, pauor est, quem quia conspectus concitat hominum lupi, nihil adiungere velis *ἐπιπλάττειν*, inde fit vt deserat vox illum à lupo visum prius, teste Theocrito, Virgilio [c], Plinio [d], Solino [e], Isidoro [f], indicatque Plato [g]. Lege de nostris Virgilij Scholiastas, Pontanum, & Cardan. Experimento etiam compertum, præmota hæsere faucibus vocem, nec facilè, nisi ieiuna emitti. Magis ordinariæ causæ præter dictam, & defluxionem, vehemens ciens atus clamoris, inspiratio aeris frigidioris, haustus vel aspiratus pulueris. Aliquas ex his reperiri potuisse in Christo satis verisimile mihi prius facile videor, vt cum tota figura Ecclesiæ conueniat esse pollutum. Nec erat hæc difficile ad mores transferre, & quid te aspici nos prius a lupo. Illa adquoque libenter inculco, vt Euangelista, *famulæ non esse*, iuxta nouum Esaiæ [i], *vultum in fortitudine, verbis, in mœrore, in pœnitentiam*, vsque etiam ad raucam; quid facitant incantationes, si muliando non proficiunt, causatumque portum, à quibus paratum

Item causa raucedinis pauor.

c Idyllio 14. & Eclogæ 9.
d lib. 8. c. 22. lib. 28. c. 19.
e cap. V.
f lib. 12. c. 2. & 1. de 10. sub
Cur hominem a lupo visa perit, deperat vox.

i c. 58. 1.

fortè profluvium. de qua Plato [k], *Erat sanè horum, mutum vocem mutare.* Id Paulus, hortatus Timotheum *in omni doctrina patientiam, longanimitatem, obsecrationes, increpationes, instantiam opportunam, importunam* [l], vsurpabat quoque, non cessans die ac nocte tacitè vnumquemque eorum *cum lacrymis* [m], & volens *κατολλάξαι τὴν φωνὴν mutare vocem* [n], variis videlicet modis illis, quos præscribebat Timotheo suo [o]. Denique militat galliare super pulsis suis, quod de Christo dixit Augustinus paulo ante retuli, rancescendo, vt fieri potest, *clamore*, vt est in alio proverbio, *nemora vocare*, quorum fingunt clamore feras in latum discedere, vt ea de causa Samos ab incolis deserta fuerit. Ariam [p] quoque lege.

1 a. Tim. 4. 2.

m Act. 20. 19. n Gal. 4. 20.

o Supra.

Clamore nudas pinere.

Samus ab incolis ob clamores desera. p de antiq. Iudaica.

Defecerunt oculi mei dum spero in Deum meum.] Hieronymus *expectans eos Deum meum.* Alij, *dum expectarem*, vel *à spectando*. Chaldæe, *consumpti sunt oculi mei, ob spem quam habebam in redemptione eorum Domino Deo meo.* vel breuiùs, *propter expectationem Dei mei*, id est, qua illum expecto. Aquila narius,

ὄλειψις μου, ἀναμένων τὸν θεόν μου ἐστιν.
Perditio mea, Regem Deum μου (expectans) *meum.*

Hebræum vocabulum מיחל *meiahel*, vt his puncta scribuntur hoc est, cum scena in primi syllabæ principium est; sicque sedet deberet ex modo, quo reddidit Hieronymus, *ex vi* singularis numerus per distributionem declaratur: vel *supplendo*, *quæsiui*, *sustinui sum sperans*. Legerunt in tetrastichio cum Hiera (ה) *nem* notam puncto

A chimeh katon, indicante præpositionem, qui verterunt, *a spe eorum*. Augustinus, *ab spe mea*. Psalterium Gallicanum: *cum sperarem in Deo meo*. Cassiodorus, *in Deum meum*. Significat verò חכה *cachah*, *amare & anxie exspectare*, quod fit directis, intentis, circum se agentibus huc illuc, fixis etiam oculis, ita vt ideireo lassentur, attenuentur, languescant, desinant, vsum videndi perdant, quod vltimum expressit Apollinarius. Auxiam illam expectationem explicant Græci, verbo *προσδοκᾶν*, quasi dicas expectare ipso capite, & oculis varias in partes conuersis, & connectis, atque circumspicientibus, an quod sperator, & expectatur, aduenerit; sicut iumoris Tobiæ absentis mater faciebat [a], *quotidie ascendens, & circumspiciens, & circumiens vias omnes, ex quibus spes remeandi videbatur, vt procul veniens eum, si iam posset, venientem.* Desiderio quædam, inquit Ambrosius [b], *nostri sustinent oculi*, dum non perspiciunt, quem requirunt, *defecerunt* enim Prophetæ *oculi*, id est, Dauid, cuius erant verba, quæ tractamus; quia nondum videbat, quem sperabat se esse visurum: ita etiam ait *intenti oculi* Apostolorum, cum toto lapsi corpore, ascendentem in cœlum Christum, quia incessu pedum non potuerant, oculis sequebantur, & licet ad eum deducerdum visio humana deficeret, fides deuotio non defecit. *Oculorum* hic *defectio* aliquoties in scriptura designat, vehementis desiderium, & expectationem, ac spem animo fouere, ad extremum pertinacia quadam infatigabili, varias identidem in partes respectando: sic modici Prophetæ reliquatus *dos esse in clamorem Dei* [c]; & *in salutare* [d]; elevatos, ac intentos in Deum fuisse, vt sunt *cervicum*, & *auribus*, *donec misereatur Deus* [e]; *oculos omnium in eum sperare* [f]. Exempla item cæ-

B

C

a Tob. 10. 7.

b Ser. 60. sect. 2. de Pentec.

c Act. 1. 10. 11.

d Psal. 83. 6. e Psal. 122. 2. f Psal. 144. 15.

D

E

i Ioan. 11. c. 7. k Luc. 8. 11. Psalm. 4. 17.

l Thren. 4. 17.

m c. 2. 18.

Rick. in medii quare interpretatio.

orationis mentalis; quæ dum in cruce pendens Christus, Deum indesinenter aspiceret, viderentur deficere, id est, frustrari, & suo effectu, seu diuina subuentione priuari, relinquente illum Patre manibus impiorum, qui etiam insultabant [a]; *Confidit in Deo, liberet eum nunc, si vult.* Nec admodum placet, quod sequuntur satis multi, cum Augustino, & Glossa psalmi 87. in id, *oculi mei languerunt pra inopia*, ex Gregorio, de discipulorum, qui Christo erant cari, vt oculi, defectione, tépore passionis, triduóque, quo iacens Christus in sepulchro, expectabat resurrectionem (quod, inquit Hugo extinctas in matutino eorumdem dierum candelas indicare), quos resurgens Christus, partim *stultos, tardóque corde ad credendum* nominauit [b]: partim *incredulos* [c]: partim exprobrauit illis incredulitatem [d]. Recipi possunt hi, vt commodi sensus mystici. Sed seuerior Augustini videtur sententia; omnes tunc discipulos desperauisse. Nemo propriè desperat, cum iudicio expresso, & formali, quòd sibi remitti non possit peccatum, aut quòd Deus deneget sufficiens auxilium in hac vita, nisi qui fidem amiserit. Pro Petro autem rogauerat Christus, *vt non deficeret fides ipsius* [e]. Neque verum est, quod scribit Turrecremata [f], repugnare scripturis, Patribus, & communi fidei vniuersalis Ecclesiæ, quòd nō defecerint à fide omnes Apostoli. Miratur meritò Bellarminus [g] noster ita opinantem, propter argumentum ex extinctione petitum candelarum, vna dempta, quæ Deiparæ indicet vnius fidem, cæterorum Apostolorum infidelitatem; quia Rupertus [h] prodit, suo tempore solitas omnes candelas extingui, & designare, diuersis priùs sæculis occisos à Iudæis prophetas, ac tandem Christum, cuius illi morte tenebras sibi densissimas pepererint; per ignem autem, qui post extincta omnia lumina, nouus excitatur, significari nouum lumen Christianorum, quod ex lapide Christo à Iudæis percusso in membris nostris ortum est. Addit cum Abulense [i], retento vsu Ecclesiæ, vt non extinguatur vna candela, denotari explicitam fidem resurrectionis in sola B. Virgine fuisse; nec adhuc ad huiusmodi fidem Apostolos obligatos fuisse, cum loquétem de sua resurrectione Christum non intelligerent [k], sed figuratè loqui putarent; & postquam resurrexit, tradat de se ipso, ac de sociali Petro Ioannes [l], quòd *nondum scriptura resurrecturum, quia oporteret eum a mortuis resurgere.* In eo sensu interpretari Augustinum fas est, aliósve Patres à Turrecremata citatos, qui asserunt omnes Apostolos defecisse, desperasse, fidem amisisse; vel quia, quòd non habuerant, amisisse censeri non possunt: ipso facto, & fuga visos fidem amisisse, quia fidem confessi, ac protestati præmetu non sunt; quamuis intus fortassis non tantùm Petrus, sed nec vllus alius, excepto Iuda, fidem amiserit. Profectò, vt omittam Nicodemū, Ioseph um ab Arimathia, & alios, constat non consensisse nec Christi, sed improbasse; & Magdalenam caritate tunc flagrasse, quæ sine fide non consistit. Verisimile autem non sit religionis Christianæ capita fidem perdidisse, & in aliis eam inferioris ordinis sexúsque remansisse. Accedit, quòd in candelarum numero varium ritum Durandus [m] notat esse, vt sint alicubi 72. vel 24. vel 16. vel 12. vel 9. vel 7. quibusdam locis numerus incertus. nec ille dicit extinctam, sed pene extinctam fuisse Apostolorum fidem, quamuis illud postea videatur absolute asserere, & variè hac de re loquatur.

a Matt.27.40. Mar.15.29.

b Luc.vlt. 25.
c Ioan. 20.27.
d Marc.16.14.
Seuerior Augustini sententia.

e Luc.22.32.
f 3.summæ de Eccl.c 61. Turrecremata impugnatur

g 1.de Eccle. milit.c.17. Exemplo candelarum ex Ecclesia ex tinctarum nouus excitatus post tenebrilla omnia lumina.
h 5.de off c. 25. & 28.

i q.14. prologo in Matth.

k Luc.18.34.

l Ioan.21.

De Apostolorum defectione, desperatione, fide amissa, fiducia.

In candelarum numero varius ritus.
m 6.rationali officij c.72. nu.15. & seq.

Vers. 5.] Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis.

Confortati sunt qui persecuti sunt me inimici mei iniustè: quæ non rapui, tunc exoluebam.

MEritò se adeo clamasse dicit ad rauim vsque, & tam anxiè ac attente circúspexisse vsque ad lassitudinem, caligationem, defectum oculorum, quòd plures capitis sui capillis, inimicos haberet, penéque innumerabiles, quos nulla in re lætisset, sed gratis, absque causa, sine vlla commodi spe, ex mera maleuolentia, & inuidia eum odissent odio irreconciliabili, immo proprio ipsorummet grauissimo damno: & quod erat periculosius, potuerint magnis viribus, vt iis resisti non posset; irruerint autem tanquam in latronem, pœnásque reposcerent eorum, quæ ne quidem animo cogitauisset. Has etiam intelligit *aquas, limum profundi, altum mare, tempestatem*, de quibus non sine magna doloris significatione in principio dixit. Athanasius quidem, aut alius auctor Græcus, quem citat Agellius, explicat de dæmonibus, qui *μυρίοι ἀδιαπαῦστοι παρ' ἡμῶν*, sunt *atrocissimi inexcusabiles, nihil lasi à nobis violarive perdere nos festinant studentve.* Sed communior opinio de Iudæis Christi persecutoribus est, atque occisoribus, qui abrasi veluti à capite Christi, quem crucifixerunt in Caluario, prævaluerint, & numero supra sectatores Christi, eique adhærentes eo modo, quo capiti capilli, & viribus, quoniam sic permisit Deus, atque qui oblatus est, quia ipse voluit [a] Christus.

Sensus loci.

Communior ex platonis.

a Esa. 53.7.

Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis.] *Multiplicatio super capillos*, indicat numerum, qui facile iniri non possit, ac prope infinitum, sicut quando comparatur cum stellis cœli, & arena *in littore maris* [b]. Nam res istius generis vix est qui numeret, vel exactè numerare valeat, cùm alioqui non videatur tantus capillorū numerus præsertim, vel stellarum etiam, si quis ad numerandum applicet sese. Eadē comparatio præcessit psalmo 39 [c]. de multitudine iniquitatum: *Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei. Multiplicatos inimicos super capillos capitis* Christi, explicant Hilarius, Augustinus, & alij, de illius persecutoribus Iudæis, qui vnum de ipsius discipulis adiunxerunt sibi, & omnes rasi sunt, quando in loco Caluariæ crucifixus est, indignique habiti peculiari cura Dei, apud quem omnes capilli capitis iusti numerati sunt [d]. Idē Hilarius, Cassiodorus, Remigius, Beda, Haimo, vterque Bruno, Hugo, plures interpretantur discipulis Christi fuisse illos, qui persequebantur eum, & qui non adornabant, sed decaluabāt caput eius, &, quod Hugo addit, vt pueri Elisæum [e], ridebant tanquam caluum, quos ab Elisæo maledictos, numero *duos supra quadraginta, vrsi duo laceraverunt.* Tot annis post mortem Christi Vespasianus ac Titus Iudæos exciis Ierosolymis vastauerunt.

b Gen.22.17.

c vers. 13.

Hilarii & aliorum explicatio.

d Matt.10.30.

e 4 reg 2.23. & seq.

Hierosolyma 42. annis post mortem Christi sub Tito euersa.

Qui oderūt me gratis.] Idē habetur psalmo 34 [f]. & in eodē [g], ac in aliis [h] formulæ dicēdi similes: & Christus, vt monui psal. 14. hunc locum, aut di-

f vers 19.
g vers 7.
h pl 108.3. Pl 118.161. Plura 7.

eti psalmi, citaut, cum dixit [a], *sed vt adimpleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est, quia odio habuerunt me gratis.* Innocentiam suam Christus inde probat, de qua præsentem quoque locum enarratores explanant, maxime Augustinus, qui laudabile ait esse *odio habere gratis*, ac hinc causa, cùmque nulli noceas, & retribuant etiam tibi mala pro bonis, vt sit laus in causæ bonitate, nō in pœnæ acerbitate, quæ in malefactis sæpe minor est, qui *digna facit*, quemadmodū latro [b] malus, *recipiunt.* Notatu digna mansuetudo Christi, tam ardox flagitiorum occasionis suæ non exaggerantis, sed simplici oratione illa declarantis, quòd *eos haberent cum mentes suo gratis.* Sic idololatriam **populi vocauit Deus** *vxorem sua quam acceperat ex Aegypto* [c]. Repete dicta psalmo 34. & quo pacto librum etiam psalmorum Christus in omne *legem* appellauerit. Hoc item Thalmudistas diuersis locis testari Galatinus [d] notat, nempe scripturæ libros omnes vocari *legem*, retulit autem Iudæos negare causam destructionis suæ esse mortem Iesu Nazareni, sed *odium gratis*, quod erat inter ipsos, & maius crimen censeri idololatriæ, reuelatione pudendorum, effusione sanguinis.

Confortati sunt.] Hilarius, *corroborati*, id enim valet עצמו *hoc sensu* & *vrgere multos.* Erat Augustinus **idem repeti aliis verbis**, idemque esse, *confortati sunt*, quod, *roborati sunt*, fieri & sequentia non differre à prioribus, *qui persequentes sunt me inimici mei iniuste*, **ab illis verbis**, *qui oderunt me gratis.* Rufinus, Cassiodorus, Beda, Remigius, alij, & quidem probabilius, retenta verborum proprietate, aiunt *confortatos* dici, qui non solùm excederent malitiæ dare, sed odium animo conceptum, etiam persequendo implerent, ac vires malevolentiæ respuentes haberent, adiuti fauore Præsidis, & Regis.

Qui persequuntur me inimici mei.] Psalterium alij duo, Hilarius, Augustinus, Cassiodorus, *qui persequuntur me*, quidam pro *mei*, alij postponunt, *vt me inimici.* Chaldæus, *inuadentes me*, aut iuxta Nebiensem, *aduersarij mei, inimici mei, tortores me duces.* Deteriores videntur hic expressi, quam qui *astare* dicuntur *graues*, membro præcedente, & plus est רדפי *persequentes*, quam עמדי *stantes*, quam עצמו *fortes.* Est אמץ *æstimauit, existimare, disputare, subuertere, opprimere, premere, dispare* &c. Quod **Agellius notat, non video vt** probet, habere hic hoc verbum significationem actionis, & interdictis actionem vindicatam, quique aere meo alieno, antequam ad se pertinentem vindicet vbi in seruitutem. Locus ex Leutico [e] declarat, aliter, quàm ab ipso, vt videre est apud Tagnum **in thesauro** [f].

Iniuste.] Sic etiam Hieronymus. Alij exponunt שקר *falsè, fraudulenter, mendaciter, absque causa.* Paraphrastes vt epithetum tertium merdaciam. In psalmi 37. 8. valde simili sententia: *tumefacti autem mei vulnera, & corruptæ sunt plagæ mee, & multiplicatæ sunt, qui oderunt me iniuste.* Hieronymus pro vltimo vocabulo Hebræo שקר *falsò*, reddit, *in vacuum*, alij, *falsi*, aut *sine causa.* arbitratur hic etiam Augustinus, aduerbium, *iniuste*, aduerbio *gratis* esse synonymum. Certè qui *gratis oderunt*, si non verbo, facto mendax est, ac iniustus, quique persequitur iniuste, non sine nonnullo mendacio id facit, & *gratis*, hoc est, absque causa iusta, cum quo gratis illud fecit, nec iniusta quidem causa inesse videtur, id est, non solum quæ alium respiciat, sed etiam, quæ odienti ipsi commodum aliquod pariat. Ambrosius explanans 37. psalmum, de inimicis Dauid cum odientibus iniquè, discrimen statuit ab inimicis *odientibus* Christum *gratis*, de quibus vult præsentem locum esse. Homo enim, ait, potest vni alicui vulneri non patere, vtpote iustitiæ, intemperantiæ, impudicitiæ, aliis autem vulneribus patet. In Christo autem nulla causa esse potuit, qua peccati alicuius potuerit vulnus accipere, immunis a culpa, & integer à delicto, atque immaculatus a vitio. Subdit esse qui putent vtrumque psalmum ex persona Christi esse decursum, sic verò in 37. diuidit se ap; etitum contra iniustitiam, hic contra gratiam. Consule quæ illo eodem 37. psalmo diximus.

Quæ non rapui, tunc exoluebam.] Hieronymus, *quæ non rapueram, tunc reddebam.* Tertullianus [a], *quæ non rapueram, tunc exoluebam.* Hilarius, *quæ non rapui, tunc exsinere repetebar.* Alij in futuro, *exoluam, reddam, rependam* אשיב *asciva*; vel exponendo futurum per præsens, *exolvo*, &c. ten; *exoluere cogor*: & est **μετώνυμα**, vt notauit Treuetus, qua cum minus dici videantur, plus dicitur, vt sub vnius personæ capitui, se hostibus dicant bona solutide, quæ iniquè possidebant, & non tantum eorum iactatam ac direptionem patitus, vt sæpe fit, sed vt fures, raptores, iniquos possessores, falsis criminibus infamatos. Id etiam R. Ezias Tremenis docet. Paremialem orationem hanc esse omnes affirmant, quam Genebrardus alia confirmat ex Hebræis: Tobias deliquit, & Zigud patitur. Auctoritatis maioris illa quam vocat Ezechiel [b] *parabolam*, & *pro exemplum*; *quid est quod inter vos parabolam vertitis in proverbium istud in terra Israel, dicentes; patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt?* Extat idem adagium in Ieremia [c], forteque, vt omnis homo qui comederit vuam acerbam, obstupescant dentes eius: hoc est, inutilè puniri alienis in se peccata queruntur Hebræi, quod adhuc magis dicere faciunt in Threnis [d], *patres nostri peccauerunt, & non sunt, & nos iniquitates eorum portauimus.* Et verum fane quadamtenus, id est, inutile peccatum, quod tum sæpe appellatur Ieroboam, quia illud imitabantur, Iosia colendo, quod ille fecerat, quo pacto iure Deus *visitet iniquitatem patrum in filios* [e], *vsque in tertium eorum & quartum filios* [f], vt obseruauit quoque Cyrillus [g] Alexandrinus, Augustinus [h], alij, nóque etiam in fabulas fictis nobis [i]. Sic etiam non est simpliciter verum, quod

[k] *Quæcunque delirant reges plectuntur Achiui.*

sed potius illud:

[l] *Delicta maiorum immeritus lues*
Romane, donec templa refeceris.

immeritus quòd non præuerit exemplo primus, meritus tamen, quoniam vetus peccatum contraxit, nec dilata illatâ retexit iniuriam: immeritus secundum leges Romanas, quæ ne perduellionis quidem crimē in innocente puniebant filium, at non deorum iudicio, qui quod de vero scribitur Deo [m] in quantum vique gradum patrum scelera vlciscebantur, teste Platone [n], & Plutarcho [o]. Christus alienum luit furtum, hoc est, Adami, & Euæ, qui diripuerūt pomum, & *ejus ac vel a fuit* [p], ab eo instinctu, qui iam prius vsurpauerat idem secundum quādam imitationem, sibi diuinitatem, & eidem traditi, tanq; iam

pœnæ

[a] Leuit. 5. 25.

[b] Laudabile est odio habere gratis.

[c] Luc 23. 41.

[d] Exod. 22. 8. Liber Psalmorum omnes Scripturæ libros vocant nomine legis dicit.

[e] lib. 4. c. 15. Refutatio Iudæorum negantium causam destructionis suæ esse mortem Christi.

[f] Exod. 20. 5. [g] Ierem. 31. 18. [h] 6. In adorationem primo. Item, Aliter nec 7. mat. post eos. cons. Deuter. cap. 7. q. 42. in Deut. [i] Horat. lib. 1. epist. 2. Lucan lib. 3 cum. ode 6.

[k] Ex Ennio. Meurs.

[l] c. 25.

[m] Exod. 20. 5. Deuter. 5. 9. Ezech. 18. 2. Ieremiæ 31. 29. Lamentat. 5. 7.

[n] Plato de legibus. [o] Plutarch. de sera numinis vindicta. [p] Genes. 3. 5. Cyrillus alienum, id est, peccatum, ab eo inflictum, qui primus peccauit.

[q] Gen. 3. 5.

[a] Exod. 22. 7. Leuit. 5. 25.

[b] Luc 23. 41.

[c] Exod. 22. 8. Liber Psalmorum omnes Scripturæ libros vocant nomine legis dicit.

[d] lib. 4. c. 15. Refutatio Iudæorum negantium causam destructionis suæ esse mortem Christi.

[e] Leuit. 5. 25.

[f] verbo אשם

[g] vers. 20.

[h] Iniuste & gratis non est idem, vna Augustini.

pœnæ debitæ exactori. *Violenta* fuit *fugata* Christi, *absque vllo peccato* [a]. Conueniunt in hoc explanatores præsertim Latini, nec non Didymus, & ad Marcellinum de interpretatione Psalmorum Athanasius: & indefinitè Hilarius de cæteris peccatis omnibus exponit, pro quibus pœnas & mortẽ Christus luit, *de peccato condemnãs peccatum in carne* [b], & *factus peccatum* [c], id est, habitus peccator, vera ipse hostia pro peccato, cùm auctor peccati, seu *princeps mundi huius non inueniret in ipso quicquam* [d], hoc est, culpam, ob quam occidi deberet. Huius debiti nostri *chirographum*, & syngraphã, soluto iam pretio, *delenit, ac de medio sustulit, affigens cruci* [e], vt hoc loco Didymus obseruat, dicens quod hic dicitur ἀποσυλᾶσθαι idem esse, ac ἀπεκδύσασθαι. Anselmus [f], aut Bernardus [g], prouerbium illud Ezechielis, ac Ieremiæ, coniungentes cum isto, per apostrophẽ alloquitur Christum: *Ego vnam acerbam comedi, & deuies tui obstupuerunt, quia quæ non rapuerã, tunc exoluebam.* Adiicit Augustinus, non rapuisse Christum à diabolo, sed extorsisse, ac diripuisse, eũ alligando [h], & furtũ reiiciendo, quod nẽpe furcifer ille vendicauerat sibi: *iura, turris domus* illius [i], quos tam carò redemptos decreuerit cõseruare. Questus est Christus comprehensum se tãquam *latronẽ* [k], & cum *latrone suis* crucifigi tamẽ voluit [l], ac latroni *Paradisi* postponi [m], subiens latronum supplicium maxime infame. *Inter mortuos liber* erat [n], & agere contra diabolum non potentia statuit, sed iustitia, vt Augustinus hunc perpendens locum [o] alibi docet, *rapinam* quoque intelligens peccatum, quia, inquit, vsurpatum est contra licitum. Gregorius [p] contentit, declarans verba Iob [q], *commouisti me aduersus eum, vt affligerem illum frustra*, quæ applicat ad Christum: citat etiam ex libro Sapientiæ [r], *cum sis iustus, omnia disponis, cum tempore, qui non debet puniri, condemnas*; quia mediator noster puniri pro semetipso non debuit, quoniam nullum culpæ contagium perpetrauit: sed si ipse indebitam mortem non susciperet, numquam nos a debita morte liberaret: ita vt iuxta semetipsũ affligeretur frustra, iuxta verò nostra acta, non frustra. Sed vt in commentario eiusdem libri Sapientiæ docui, recta lectio nunc etiam restituta, habet: *ipsum quoque qui non debet puniri, condemnare, exterum existimas à tua iustitia.* Eadem potest referri querimonia Iacob cum socero [s]: *Ego omne damnum reddebam; quicquid furto peribat a me exigebas.* Fortassis Iudæi, cùm querimonium illam Christi audirent, quòd comprehenderetur, ligaretur, duceretur tamquam latro, vt latronibus comitatus crucifigeretur, ac pessimus ei latro præferretur, apud Præsidem contenderunt. Fieri potest quoque, vt huc Paulus respexerit, quodque *idium se Dei* fecisse accusaretur [t], duo ista complectens diceret [u]: *non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo.* Tantum abest, inquit, vt alienam rem rapuerit, vt suamet se ipsum quasi possessione, ac diuinitate quodammodo spoliauerit, & seruilem formam *exinaniendo sese* induerit [x]. Quid si et iam subibat memoriæ Iudæorum, parabolis inuectum Christũ in illos, ductis ex latronibus, vt *inuentus in latrones, ab vsque despoliatus: & plagis fere vsque ad mortem affectus*? dixisse præterea, quotquot antè ipsum venissent, *fures* fuisse & *latrones* [y], propterea latronum supplicio, & societate, acceptam, vt ipsi putabant, vlcisci iniuriam voluisse. Accusauerat eosdem Christus, quòd præ-

A

B

C

D

E

textu pietatis, ac traditionum suarum, subtraherentur oblationes diuinas [z], & quòd Dei domum fecissent *speluncam latronũ* [b]. Denique sciebant Iudæi nulla solere homines tangi communicatione aduersus latronum supplicia, quos communium hostium habent loco; sed tolli de medio mirificè lætantur. Indignatus item diabolus tamquam aduersus violentum raptorem, ac suspicans hunc esse illum, cui nomen, *vocitera spolia auferre, festina* [c] *praedari*, impulit ad hoc insanum consilium Iudæos. Nihil profecerat infamis prædo, rapaciúmque dux luporum, Caco peior, immo τὸ κακὸν, καὶ πονηρὸν, tentans Christum, vt deitatis, quam tantisper exuerat, vel potiùs absconderat, eámque celauerat, ante tẽpus formam declararet [d]. Timor, quem timuit, euenit illi: direptus est, quamlibet fortis a fortiore [e], qui venatores post se misit [f], nec non & lupos bonos, in quibus Paulum [g]; direpto priùs, ac spoliato inferno, *vt inde quæque captiuare* [h], cùm adhuc viuens fugit, & euasit illos, quos, quòd ab omni ambitu scirebant alienissimum, *venturos præcognouerat, vt raperent, & facerent eum regem* [i]. Nec alia verò lege cœlorum conquiri regnum, quam vi & *rapina* [k] decretum est: priùs etiam rapiat nos mors necesse est [l], æque corpore animam eripiat, quàm *rapiamur obuiam Christo in nubibus in aera* [m]. Conscripsit de varia verbi *rapiendi* notione tractatum Salmeron noster [n].

Hic tandem notari debet, Christum, qui non vt reus, pœnas dedit (etsi ἀποτινύειν luere pœnas significare possit, quicquid Ianenius dicat) sed nobis debitas redemit, non ipsas inferni pœnas in specie, ac formaliter luisse, vt Caluinus, & sectatores blasphemauerunt. Pretium sufficiẽs pro meritis, & passiones suas exoluit; nec possunt inferni pœnæ pretij rationem habere; sed mors hæc secunda *finis peccatorum* est [o], quod offertur pro pretio, ad medij rationem pertinet. Cùm autem *quæ non rapuit* Christus *exoluerit*, ac proinde pro aliis, non pro se; meritò cauit Cyrillus Alexandrinus [p], ne quis dicat Christum pro se, hoc est, pro suis peccatis, obtulisse. Egimus eadem de re Psalmo 21. & aliis. Hilarius in *rapiendi* verbo, notat peccatum in eo esse, vt quæ sunt cõtra naturam desiderata, sponte rapiantur, non necessitate peccandi: propterea quoque, hoc est, propter illam rapinam, vocati *peccata, acbita.*

Vers. 6.] Deus tu scis insipientiam meam: & delicta mea à te non sunt abscondita.

ITa vt dixit esse, quòd immeritus dederit pœnas, ipsummet vocat Deum testem: qui optime sciat an non re vera innocens fuerit; vtrum vel etiam imprudens, non solum sciens, ac volens vllum læserit, aliquáne admiserit peccata, talibus expianda malis: quemadmodum sui de illo hostes, dictorumque auctores malorum, sibi persuadebant, & in vulgus iactabant. Conueniunt illa innocentiæ Christi, quam optime perspectam habebat Pater, quicquid secus alij de ipso sentirent; ita vt loquatur sub Christi persona Dauid, ex aliorum opinione, cùm suam vocat insipientiam, & delicta. Vel *insipientiam* intelligit opus ipsum redemptionis, atque solutionem pro his *quæ non rapuerat*; quia *Gentibus stultitia*

[a] Iob 34.6.
[b] Rom 8.3. c 2.Cor.5.21.
[d] Ioan.14.30.
[e] Colos.2.14. Ἀπεκδυσάμενος.
[f] in speculo c.10.
[g] tract. de passio. Dom.
[h] Mat. 12.29.
[i] Ioan.10.28.
[k] Mat.26.55. l c.27.38.
[m] Ioan.18.40.
[n] Ps.87.6.
[o] 11.de Trin. c.14. & tract. 79.in Ioan.
[p] 3.Mor.c. 11. vel 12.
[q] cap. 2.3.
[r] c.12.15.
[s] Gen.31.39.
[t] Ioan.19.7. u Phil.2.6.
[x] Ibid.7.
[y] Luc.10.30.
[z] Ioan.10.8.
[a] Matt. 15.3 & seq.
[b] c.21.13.
[c] Esa.8.3.
[d] Matt. 4.1. & seq.
[e] c.12.29.
[f] Ier.16.16.
[g] Gen.49.27.
[h] Ps.67.19.
[i] Ioan. 6.15.
[k] Mat. 11.12.
[l] Sap. 4.11.
[m] 1.Thess 4. 16.
[n] Tom.13.pa. dox. 30.
[o] Rom.6.21.
[p] anathe. 10.

Hilarii obseruatio in verbo rapiendi.

Sensus loci.

erat, sicut *scandalum Iudæis* [a]: delicta verò sua, quia suorum, pro quibus Patri satisfaciebat. Hic de *insipientia* dicendi modus nominatim Athanasio placet, & Eusebio, ex Græcis: Augustino etiam, & Latinis multis; qui *delicta* sumunt, tum pro Christi operibus, quæ damnabant Iudæi; tum pro veris delictis nostris, quorum fuit susceptor, non commissor.

Deus tu scis insipientiam meam.] Hieronymus, *stultitiam*, Augustinus, *imprudentiam*. Synonyma sunt, significantúrque per ἀφρσύνην, & אִוֶּלֶת *iuueleth*, non ita tamen, vt omnem rationis negent vsum: sed vt omnis peccãs dicitur ignorãs, & imprudẽs; aut quatenus modus quidã peculiaris est peccandi ex ignorantia non ex malitia, vel passione. Non displicet expoti locum totũ ironice, sicut etiam Hugo iudicat, vocans hunc vsuatem sermonem, id est, vsitatum. Tu scis iniuriam fieri mihi ab inimicis, ita illos me tractare & accusare, ac si magni criminis reus essem: integritatem ipse meam nosti, quódque nec ignoranter, nec scienter peccauerim: equidem bene mihi conscius sum; tu optimus mihi testis. Videlicet insipiens, stultus, imprudens, delictis obstrictus non sum: hæc scis, non quòd in me sint, sed quòd non sint. Verùm iuxta tritum illum sensum de œconomia redemptionis nostræ, ac passionis Christi (qui sapientia ipsissima est, alioqui Psalmo [b], licèt non exauditus, negauit orationem esse *id insipientiam* sibi,) cuiuis facilis erit inductio per singula, quib. humano iudicio inesse videatur insipientia, imprudentia, stultitia. Sic nos *per stultos* in Christo decet vt simus *sapientes* [c]. Hieronymus [d] non veretur horum principem stultorum appellare Christum, hic loquẽtem, & alibi *parvulos*, ac *insipientes* inuitantem [e], *stultaque mundi eligentem* [f]. Illud quoque de Christo eodem interpretatur Hugo, quod est in prouerbiis, [g] cùm is qui visionem acceperat à Deo, Deo secum morante confortatus, appellauit se *stultissimum virorum*, negauítque *sapientiam hominum secum esse*. Refert Eusebius, loco τῆς ἀφροσύνης, Symmachum ἀπορίαν reddidisse hoc loco, essèque τὴν ἀπὸ τῆς ἰσχύος τῶν ἀνθρώπων ἀλλοτρίωσιν, *a malitia hominum alienationem*: & idcirco esse καλὴν *bonam*, atque deferri Deo tamquam auctori. Habuit sanè Christus malorum & peccatorum inexperientiam.

At simplicior veriórque sensus est quem tradidi in principio. Possumus, ac debemus de insipientia, ignorantia, stultitia, imprudentia, nosmetipsos accusare; dum vacat, resipiscere; nec expectare, ac differre in illud tempus, in quo eum insensatis, quam nunc forte iustorum vitam iudicamus insaniam; cogamur fateri, summam sapientiam fuisse, quando stãtes videbimus in magna constantia ante tribunal Dei, bonorum operum conscientia securos [h] lætosque. Sapientes est, nũc seriò id vsurpare [i]: *quis superponet in cogitatu meo* (in parte cognoscente) *flagella*, (vt percipiat intellectus minas, pœnas castigationes quas deinde proponat alteri patti, quæ sequitur,) *& in corde meo* (in appetitu, atque voluntate) *doctrinam sapientiæ* (qua cæcus appetitus, ac voluntas regitur) *vt ignorationibus eorum*, (tã partis intelligentis, quam appetentis, quia & in hanc redundat illius ignoratio) *non parcant mihi* (flagella, coercitio, castigatio) *& non appareant delicta eorum* (eorũdem partium duarum, ita vt non prodeãt in opus) *& ne adiiciescam ignorantiæ meæ & multiplicentur delicta mea, & peccata mea abundent, & metuam in conspectu aduersariorum, & gaudeat super me inimicus meus.* Insipientiam quam scit Deus, aperiente illi te ipsam, & delicta, quæ non sunt ab eo abscondita, cùm eidem illa confiteris, fructum consequuntur Dominicæ passionis, vt subtiliter notauit Michael Aginanus; *quis* enim *abscondit scelera sua, non arrigetur* [a].

Et delicta mea a te non sunt abscondita.] Hieronymus, *peccata*: videtur synonyma: nec *delicta* hic sumi, quasi derelicta, seu omissa, omissionisve peccata. *Non abscondi* etiam *a Deo*, est plane perspectum esse, sicuti ibi [b]; *gemitus meus a te non est absconditus*. Obseruat Agellius in voce, τῶν πλημμελημάτων, prout significat ea, quæ supra rem fraudatam redduntur pro mulcta; innuere Dauidem, vel in eius persona Christũ, cùm neminem, ne per imprudentiam quidem fraudasset, neque aut fraudatæ rei restituendæ, aut pœnæ pro delicto soluendæ obnoxius esset, sibi nihilominus, pœnam mulctámque impositam, ac si re vera deliquisset. Fauet Hebræum vocabulum מְשָׁם *asciamoth*, significans quoque *oblationes pro delictis*, aut præterea quarũlibet rerum restitutiones, vt Hebrææ linguæ periti tradunt [c]. Ita quoque constat interdum Latinum nomen *delicti* vsurpari in scriptura. Sed ea notio, quam affert Agellius, nullo exemplo, quod sciam, probari potest: nec τὰ πλημμελήματα videtur quadrare, quæ potiùs incurię, incogitantię, omissionis culpa propriè est: verùm τὰ πλημμελήματα [d]. Præstat, vt principio monui, generaliorem significationem accipere, & nisi res cogat, à tam exacta distinctione abstinere, quæ tamè solide constitit Apollinarius in hoc, & priore membro, *stultitias*, atque *stoliditates* transtulit:

οἶδας ἄνακτ' ὅτ' ἄφρασ' ἐγκοσμήτωρ ἐμῶν
ὐφ' τῆς ἐκφυγὸν ἀπαιδαλίας ὑφ' ὁσιότης.
Nosti, rex, quæ patraui stultitias meas:
Neque a tuo abscondi sunt stoliditates meæ conspectu.

Aliorum delicta tribuere sibi Christum satis frequens est, quod Augustinus [e] etiam vult de illo dici, sub persona Salomonis, illis verbis [f]; *qui si iniquè egerit*, &c. non quòd Christi ipsius, inquit, qui est caput Ecclesiæ, possint inueniri vlla peccata, sed quia inueniuntur peccata in corpore, ac mẽbris eius, quæ sunt populus eius, vt intelligamus de ipso quodammodo dici, quod de corpore eius dicitur. Quo pacto noscantur à Deo peccata & mala cuncta, falsáque, non entia etiã, & impossibilia, disquirant scholastici, vtrùm per suæmet cognitionem essentiæ, an potiùs per ideas illis contrarias, quas in Deo secundum nostrum concipiendi modum distinguimus. Re ipsa idem est; ac verum, quod affirmat Dionysius [g], Deum per semetipsum tenebrarum accipere visionem, nec aliunde videre tenebras, quàm ex lumine, hoc est, per suimet intellectus perfectionem, atque perspicacitatem. Quamuis id faciat, non immediatè cognoscendo essentiam suam, sed respiciendo ad entia, bona, vera, quorum sunt non entia, mala, falsa, immediatæ priuationes. Quãdoque dicitur Deus mala non nosse, secundum scientiam videlicet approbationis, coniunctámque cum diuino beneplacito. vt [h],

mundi sunt oculi tui, ne videant malum, & ad iniquitatem respicere non poteris.

***

[a] 1.Cor.1.23.

[b] Ps.21.3.

[c] 1 Cor.3.18.
[d] in Esa. c.55.

[e] Prou.9.4.
[f] 1.Cor.1.27.

[g] c.30.2.

Salubris admonitio.

[h] Sap.5 1.
[i] Eccl.23 1 3

Insipientiam ea delicta quæ non sunt, & Deo abscondita, non ea confiteamur, quibus Dominicæ passioni

[a] Prou.28.13.

[b] Ps.37.10.

[c] Thesa. radice מָשַׁם. Delicti nomen in scriptura vt interdum vsurpatur.

[d] Num.5.6.

[e] 17.de ciuit. c.19
[f] 2.Reg.7.14.

Scholasticorum disquisitiones.

[g] Diuin.nom. c.7.

[h] Abac.1.13

Ps. 7.]

Vers 7.] Non erubescant in me qui expectant te Domine, Domine virtutum.

Non confundantur super me, qui quærũt te, Deus Israel.

Sensus loci.

ALio argumento, præter expositam proximè ante innocentiam suam, contendit exaudiri a Deo, qui dominus est longe ac late, vbique imperans, tum verò exercens imperii in omnes exercitus & angelorum, & hominum. Vis argumenti est, vt, cum pro sua ista potentia tanta liberare possit Deus, & saluare, id facere non præter-mittat, quorum alioquin alij deterrebuntur ab inuocando Deum, desinentque patienter expectare opem ipsius, pudore quodam suffusi, si animad verterint non exaudiri a Deo, qui tandiu & adeo constanter atque enixe illum inuocarunt, magnitudineque amplius audebunt Deum Israelis tam opere celebratum a potentia, & misericordia, implorare, eiusque amicitiam, & auxilium studiose, vt faciebant, quærere, qui viderint hoc facientem frustrati spe præcedenti vt ipsi etiam pudeat pudoris, ac ruboris, quē ille sentit, quòd votis eius non sit satisfactum. De Christo intelliguntur ita: vt, quia insipientia, de qua dictum est, licèt probetur Deo, ab hominibus tamen habetur, tanquam vera insipientia stultitiaque, ac iudicetur, vt homines, qui non *gloriam, quæ a Deo est*, sed quæ ab hominibus, *quærunt* a, non erubescerent de hoc falso insipientia, & stultitia ortoret Christus Patrem, vt hominibus det, de se non erubescere, nec scandalizari in ipso, quia cum tali erubescentia frustra expectarent. Vel, quod innuit Hilarius, vota Christi primum adsentatio expectationum, atque desiderantium, indicantium, & flagitantium, ne confundantur ab expectatione sua, qua in expectatione ipsemet sit, eaque non raro verbis, ac scripto expresserit. Sed prior plurium sententia est. Denique fiunt aliqui, vt Augustinus, precantem Christũ, ne fuisset Deus illos, qui colebant ipsum, & Deum ac in eum sperabant, ipe quam conceperant de resurrectione Christi, neque sibi eo modo persuadentes. Christum propter insipientiam, & delicta propria iuste crucifixum fuisse, & exprobrando dicatur eis, vbi est Christus vester? aut **exemplo illorum duorum dicant** b; *vos autem speraba-mus*: & puderet colere Crucifixum. Idem Augustinus accommodat ad Ecclesiam, quæ oret haereticorum non premi scandalis, ita vt eorum filij erubescant de ipsius depressione. Non erubescebat Paulus Euangelium; laudantique eum, qui non erubescebat carcerem ipsius c: & hortabatur Timotheum *ne erubesceret* d: sicut quemlibet Christianum Petrus e; & Christus erubescentibus comminatus est f. Rursum a Timotheo Paulus g exigebat, vt esset *verecundus circa vestem, incorruptibilitatem*, absque confusione, qui neque confunderetur ipse, neque confundi de illo Ecclesia & fideles possent. Augustinus h legit *non erubescentem*; Anselmus, *reprehensibilem* Ambrosius, *inverecundum*. Hoc qui sque pro ciuili curate Christianus, & Clericus, & Religiosus debet, ne nomini, ac cultui suo ignominiæ inuitat noxium, ne sit dedecori; nec possit quisquam in illis quod Paulus conspectabatur de Galatis i, *confundi*, vel *erubescere*. cui simile Isaiæ *erubuerunt sol cum celamento suo, & luna in vultu suo, cum regnauerit Dominus exercituum* k.

a Ioan. 5. 44.

b Luc. vlt. 21.

Ad Ecclesiam accommodatur.

c Rom. 1. 16.

d 2. Tim. 2. 16.

e 1. Pet. 4. 16.

f Luc. 9. 26.

g 2. Tim. 2. 15.

h Lib. 1 contra Crescon. 33.

Cur Christus magis Christiano, quàm Iudæo, aut Gentili erubescendus sit, & quo pacto erubescendum sit.

i Galat. 4. 20.

k Isaiæ 24. 23.

Non erubescant in me.] Vel, *propter me*, hi qui me noverunt, amantque, & compatiuntur, & sæpe audiverunt magnificè prædicantem benignitatem tuam, ac profectò mihi multa pollicentem de te: Vel etiam *propter me* idem, & alij ad quos forte de iisdem calamitatibus sæpeque mea tuimor pervenerit, rectè desinunt a te deprecando, & sperando in te, in rebus item adversis. Vel me pudeat, amicos quondam meos tam afflicto ac destituto tungi amico, quémque videatur Deus abiecisse, sicut priùs se cum ærumnoso Iob gessisse, amici visi sunt a.

a Iob 2. 11. & seq.

Qui expectant te.] Qui sperant. vel expectant sperando. Referunt aliqui ad desideria expectantium eum qui vocatur *expectatio Gentium* b, & *Israel* c.

b Gen. 49. 10.

c Ierem. 17. 13.

Domine, Domine virtutum.] Hieronymus, *Domine Deus exercituum*. Prior loco est יהוה אדני *Adonai*, posteriore nomen *Iehouah*, sed cum punctis eiusdem יהוה *Iehouih*: aliis autem cum legimus יהוה *Iehouah*, volunt Hebræi esse pronunciãdum *Adonai*, & huius puncta supponi nomini tetragrámato, quod vocant *ineffabile*. Habent alia quoque Psalterii Latina, *Domine Deus*, nec non Cassiodorus Hilarius semel, *Domine*. Græce hic bis est, κύριε, κύριε: pro, *virtutum*, *sabaoth*, Hebraice, צבאות *tzebaoth*, de quibus vocibus egimus alibi, monuimusque non significare virtutes morales, de quibus tamen Hugo, & alij interpretantur. Cum autem potissimum de Angelis hoc dicatur nomen, fortasse huc allusit Christus, dicens d: *qui me erubuerit, & meos sermones, hunc Filius hominis erubescet, cum venerit in maiestate sua, & Patris, & sanctorum Angelorum.*

d Luc. 9. 26. Matt. 10. 38.

Non confundantur super me.] Eadem cum priore sententia: potuitque verti, *in me*: quia vtrobique est בי *bi*, præpositio cum affixo, & idem verbum Græcum καταισχυνθῶσι, in Marco redditur verbo *confundendur*: Luca per verbum *erubescendi*: quamuis hic sint diuersa בושו *iebosciu*, & יכלמו *iechalemu*.

Euangelista.

Qui quærunt te.] Chaldæus, *qui quærunt doctrinam a*. Potius, auxilium, & opem.

Deus Israel. Totius populi Israelitici, peculiariter autem Iacob, qui eo nomine natus est *Israel*, & sperasse fructum in tribulationibus tuis præ cæteris percepit. Memini nos iam supra non semel hac de re egregie Græcum, quem citat Agellius, explanat locum totum; quasi diceret Christus, qui non tenui mortem pro hominibus gustare, auferatur illa etiam confusio, quæ illi olim per mortem contigit, vt ad imaginem Dei conditi, mortis labellent imperio.

Vers. 8.] Quoniam propter te sustinui opprobrium: operuit confusio faciem meam.

Vers. 9.] Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filiis matris meæ.

Sensus loci.

ORabat ne sineret Deus, vt amici sui aliique qui Deũ expectabant querebantque, cõfunderentur, & erubescerent, si se viderẽt frustra orare, nec impetrare, & sibi persuaderent in causa esse ipsius peccata, idcircoque diffiderent & illi in simili causa, ac verterentur ad Deum supplices recurrerentque aut se talem apud illos

ignominiam passum, totaque facie pudore tanto ac rubore cooperitum, non ob vllam culpam, sed quia studiosum se diuini cultus præbuit, & à vero æquoque recedere nunquam voluit, nunquam Deum negare, blasphemare, desperare, zelum in se diuini honoris, vt est in 10. versu, sustiens. Eò etiam processisse dedecus dicit, vt intimi maximéque necessarij haberent cum loco externi incognitique hospitis, atque ne aspectu quidem verbóve dignarentur. Christum opprobrius, dedecore, iniuria, contumelia a Iudæis affectum omnis loquitur Euangelica historia, & *nec fratres eius credidisse in eum* [a]: cõtribules *præcipitare* voluisse [b]: *discipulos fugisse* [c]: vnum ex iis *prodidisse* [d]; fratres, notósque illo crucifixo *stetisse a longè* [e]: totã synagogæ, ac gẽtis suæ inuisum fuisse, quæ negabat *suæ se ondè natum esse* [f]: nolebat *regnare super se* [g]: *Samaritanum* vocabat [h]: *in propria clementem recipere* recusabat [i]: præ tormentorum multitudine, & magnitudine quasi *deformem vultum eius, & faciem, non sicut hominum* [k]. Ait ipse se hæc libentèr passum propter non modò decretum, & voluntatem Patris, vtque ei obediret, sed etiam propter honorem eius, quem prædicabat ac defendebat.

a Ioan. 7.5.
b Luc. 4 29.
c Matt. 26 56.
d Matt. 26. 15
e Luc. 23. 49.
f Ioan 9. 29.
g Luc. 19. 14.
h Ioan 8. 48.
i c. 1. 11.
k Esa. 53. 3.

Quoniam propter te.] Fortassis commodè supplebitur ex versu 6. *sciendi* verbum, *quoniam tu scis*, &c. sicque, *quoniam*, non αἰτιατικῶς accipiendum erit, sed ἀξιωματικῶς; non vt causã, sed vt asseverationis expressiuum. Quo pacto apud Ieremiam [l], qui locum illum videtur transcripsisse, legimus: *Scito quoniam sustinui propter te opprobrium.* Illa quoque, *propter te*, duplicem, quem dixi, habere sensum possunt. Verum posteriori melior, magisque cum sequentibus cohærens, præsertim cum zelo domus Dei, de quo mentio fit versu 10. Propter nos etiam passus est Christus, propterque nostram salutem, quia se ipsemet, ac eius Pater voluit. Placuit Hilario sensus primus, quem imitantur Hieronymus, & Remigius, & alij. Secundum cum primo attigit Arnobius, dicens: dum Patris voluntatem faceret, alios offendisse. Hilarius hinc colligit non fuisse in Christo naturalem infirmitatem, sed assumptam, quia propter Deum hæc improperia suscepisse passionem, & alienum a natura sua corpus, *& qui peccatum nesciret esse*, secundum Apostolum [m], *pro nobis Pater eum esse peccatum, dum vsque ad mortem Crucis*, ipsi exprobratum est, quod *cæteros saluos faceret, se ipse non saluet* [n]; contumelias *spuentium & alapantium* que perpessus est [o]. Ex communiore sensu, quem sequimur, elicit Augustinus Ethicum præceptum, qui sustinet quia peccant, propter se sustinere, non propter Deum; *neque*, quod Petrus quoque monet, *gloriam esse si peccantes punimini, & patimini*; sed quia mandatum Dei seruant. Item quemlibet sustinere debere non solum propter Deum, sed propter se ipsum, vt quamuis non habeat peccatum quod obijciatur, sciat tamen hinc minus, habere se aliud, quod dignè in se flagelletur; nec debeat indignari ac pati se ruus pro meritis suis, quod Dominus audiuit, & passus est, nullis meritis suis. Innuit se verba ista tamquam loquentis Christi cum homine, cui dicat, *propter te*, & non quasi Patrem alloquatur.

l c. 15. 15.

Vade H larium colligat ne fuisse in Christo naturalem infirmitatem sed assumptam

m 2. Cor. 5. 21.

n Matt. 27. 42.
o c. 27. 30.

Qui sustinet quia peccant, propter se sustinet, non propter Deum

p 1. Pet. 3. 19.

Sustinui opprobrium.] Alia psalterium, & Cassiodorus, *supportaui improperium.* Arnobius, *patiar improperium.* Hilarius, *sustinui improperium.* Hieronymus, *portaui opprobrium.* Augustinus, *sustinui exprobrationem.* Hanc significat *exaudiens.* Paulus, omnis, sarcinam important verbum נשא *nasa tui*, & כאוב *caaus*. Græci βαρος, & βαρεῖς *onerosi sunt*, vocabula præsertim de re molesta & odiosa vsurpant, maxime de irritione, & βαρὺς de *austero, insolente, tædioso, molesto, arrogante*, & quem Latini etiam vocant *grauem*, vt ferri difficile possit. Appellant Itali contumeliam, *carico*, vel *mettere*, & Hispani quamlibet molestiam, *pesadumbre*, quem admodum Hebræi vaticinationem rei molestæ משא *massa*.

Βαρὺς. Pontus Heuterus.

Operuit confusio faciem meam.] Romanum psalterium, Hilarius, Arnobius, Cassiodorus, *reuerentia.* Psalterium Gallicanum, & Augustinus, *irreuerentia*, quamuis Faber, quod lego in psalterio, quo Ambrosiana vtitur Ecclesia, & Gallicanum voco, tribuat Romano, & Gallicano, id quod retuli de Romano, seu Vaticano. Oritur ex opprobrio, pudor, confusio, reuerentia. *Irreuerentiam* retinendo, interpretarer eius qui opprobrando, alium pudore afficit, & suffundit; non autem illius, qui suffunditur. nam opponitur reuerentia, vt est idem cum pudore, sub ore confusione; irreuerentiæ, atque impudentiæ. Rectè intelligi potest ab impudente, & irreuerente calumniatore, cuiuspiam faciem operiri probris, & inde exoriente confusione, & reuerentia, ita vt illius irreuerentia operire dicatur hunc reuerentia: sed ita operitas, non bene dicitur operiri irreuerentia ipsa, quæ in illo sit, quia potiùs veretur, & ipsum pudet. Augustinus autem vtens *irreuerentia* vocabulo, exponénsque de Christo, acsi in illo esse significaretur, facit ita Christum loquentem. Non puduit me, non fum confusus audiens opprobria, & conuitia; sed irreuerens fui, & perfricui frontem, & quasi frontosus fui. Qua in re iubet nos imitari Christum, vt libera fronte, eoque cruce armata est, ac sine vlla verecundia, cõtemnamus aduersus calumnias, quæ nobis, nostræque fiant religioni, nec erubescamus coram hominibus. Quo pacto Tertullianus [a] voluisse Dominum scribit, vt per contemptum pudoris, humani probaretur homo bene impudens, & feliciter stultus. Sensus hic quidem purus, & acutus: sed Augustini dicam venia, non ita commode, ac leniter fluens ex literali significatione יִכְלְמָה & כְּלִמָּה *cheimmah*: nec dubito mendosam lectionem asserere, qua legatur, *irreuerentia*, quæ contraria est reuerentiæ atque confusioni; etsi ea retenta, confici sententia illa possit, quam antea dixi: cui fauet Symmachus, reddens ἀχημοσύνη, *dedecus*, atque *turpitudinem.* Arnobius porro præter confusionem, ex opprobriis verborum, de quibus antea meminimus, explicat de illa, quæ in facie Christi nata sit, cùm palmis, vt ipse loquitur, at: rectata est, videlicet, tum ab aliis [b], tũ a seruo Pontificis [c]. Adde sputis fœdatam faciem, sicut & Iob [d] quondam, spinisque lancinata tempora. Quid autem sit *confusione faciem operire*, lege psal. 43 [e]. *tota die verecunda mea contra me est, & confusio faciei cooperuit me.* Formula dictionis Tertullianus [f] vti videtur simili: cùm scribit, quòd omne malum aut timore, aut pudore, natura perfudit. Naturam scribit Macrobius [g] pudore tactam, sanguinem ante se pro velamento diffundere, & obtendere: soléntque qui erubescunt, manum tibiante faciem opponere, quia reprehensionem timent, & opprobrium, ac dedecus. Legendus quoque Gellius [h]. *Operiri peccator sicut diploide confusione* [i], sicut & *duplici contritione conteritur* [k], quia interiùs exteriusque

a De carne Christi c. 5

Irreuerentia non placuit.

Ἀχημοσύνη.

b Matt. 26. 67.
c Ioan. 18. 22.
d c. 30. 11.
e c. 43. 16.

f Apolog. c. 1.

g lib. 7. c. 11. *Natura pudore tectis sanguinem ante se pro velamento diffundere, & obtendere voluit.*

h lib. 13. c. 1.
i Psal. 108
k Ierem. 31.

Christus,

Christus, & quius iustus tantùm in facie, genus & habens sponsæ gens similes, sicut corticis *mala punica* [a]. *Sustinuit Christus crucem, confusione contempta* [b]. Quæri hic potest cum Aiguano, quis tristetur magis, quemque magis pudeat, patientem iure culpa iniuriam, vel cum culpa. Cassiodorus hoc loco ait illud solere euenire in bono negotio lacerates, vt tanto amplius ad tempus tristes efficiantur, quanto in se cognouerint iniqua confingi. Ibi certe maior iniustitia cum videtur operari effectum, passimque audimus, causantes innocentiam, grauius conqueri si plectantur. Alia ex parte, in eo, qui meritus punitur, duo mala sunt pœnæ & culpæ, deestque innocentiæ, ac bonæ conscientiæ solatium, & internus malæ carnifex dirè verberans, adest. Secunda hæc sententia verior, si ad rationem exigatur; non autem quid perturbatus agit animus, attendatur. Nam iniustitia, quæ in innocentis interuenit supplicio, non est illius patientis, sed alterius agentis, ac inferentis: nocens ipse iniustus est. Constat, Socratem post sententiam, vt scribit etiam Tertullianus [c], obuiæ coniugi, & muliebriter inclamati, *Iniuste damnatus es Socrates*, respondisse: *volebas aeternùm ire?* Hoc nomine Christus quidem minùs erubuit, si ita loqui de illo fas est, quia innocentissimus. Et cum rubor, confusio, verecundia virtutis rationem propriè non habeat, nec homini probo per se competat, vt Philosophus [d] docet: de Christo affirmatur, non secundum se, sed secundum causam quæ talem effectum in aliis gignere solet; sed & sicut admiratio nonnulla eidem conceditur, quantum ad scientiam experimentalem, vt sentit D. Thomas [e], dicens assumpsisse hunc defectum ad nostram instructionem, vt scilicet doceret esse mirandum, quod ipse etiam mirabatur: ita licet non pari omnino ratione, posset nonnulla verecundia in illo videri fuisse, quatenus ab iis abhorrebat, & sibi displicere declarabat, quæ cæteris hominibus etiam probis ruborem ac verecundiam ingerunt, vt cum tot audiebat, támque turpia conuicia, cùm conspuebatur, cùm toto corpore mulcabatur. Nonnunquam nomen virtutis tribuitur verecundiæ, vt est metus quidam infamiæ, vel dedecoris ob aliquod factum, quod quamuis re vera turpe non sit, hominum existimatione tale censetur. Sic loqui videntur Cicero [f], Seneca [g], Ambrosius [h], idem Aristoteles [i].

Extraneum factus sum.] Hieronymus, *alienus*. Augustinus, *alienatus factus sum a*, &c. psalteria dato alia, & Hilarius, & Paulinus [k], *exteri*: Arnobius, *exterus*: videtur Augustini lectio expressisse Græcam ἀπηλλοτριωμένος &c. Qua voce concederem Agellio immutationem tantam, vt nec à familiarissimis quidem dignosci posset, iuxta Esaiæ vaticinium [l]; *Non est species ei, neque decor; & vidimus eum, & non erat aspectus; & desideravimus eum, despectum, & nouissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem: & quasi absconditus vultus eius, & despectus, unde nec reputauimus eum.* Quo pacto etiam in transfiguratione dicitur *species vultus eius* [m] *alteri*, τὸ εἶδος τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἕτερον. Sed Hebræa vox זר *mezar* non fauet significatque potius veluti *spurium* qui tetento nomine Hebræo alio *manzer* appellatur [n], de scorto natus. Christo neganti Iudæos *ex fornicatione nasci*, respondisse se *ex fornicatione natos non esse*; eique hanc ei calumniam regerentes. Ideo Christo existimasse, ac pronunciasse Iudæos, affirmat Isidorus Pelusiota [o], Origenes [p], Cyrillus [q], Leontius [r], nec improbat Euthymius [s]. Erant Iudæi illi ex fornicatione tum spirituali propter creberrimam idololatriam maiorum suorum, de qua Ieremias [t] præsertim, Ezechiel [u], Oseas [x], ac historiæ Regum; tum carnali, quia tribus Iuda ex Phares Iudæ filio descendit, qui Iudas ex incesto concubitu cum nuru Thamar, filium illũ suscepit [y]. Simplicior sensus, iudicatum Christum veluti δαιμονῶντα, Samaritanum, magum, dæmoniacum, furiosum, indignũ societate ciuili, & Ecclesiastica, velut ethnicum publicanum, peccatorem. *Contrarium operibus* [z] suis, vitæ, moribus, Iudæi diaboli proles quædam [a], extraneum, peregrinũ, hospitem, alienum vocitabant: cum è contrario egregias res agentes quamlibet patria dissitos Scythia censerent eo habendos loco, quo domesticos habemus, nostrateisque [b]: Alexander pro consanguineis bonos quoscunque; malos pro peregrinis [c]: Traianus proximum tibi, coniunctissimúmque, quem optimum, quem Diis inuenisset similimum, vt Neruã, quo cum nulla ei cognatio, nulla necessitudo, nisi quòd vtique optimus erat, adoptarit tibi. *Extraneum* denique, & *alienum*, intelligere potes pro improbo, incommodo, vitioso, noxio, vt medicis loqui mos est, exempli gratia, Celso [d]: item pro abalienatæ mentis homine, & amente, quos Hispani *desgenerados* vocant, & loquentes *desatinados*, quod etiam Itali dicunt *stranare*. Lege psalmum 17 [e]: 189, 48 [f]. 53 [g]. vbi de alienis.

Fratribus meis.] *Fratres* sicut & filios matris, intelligimus de Christo exponentes, Iudæos, ex quibus Christus secundum carnem: quemadmodum & matrem, synagogam: præterea magis coniunctos Christo vel affinitate, vel discipulatu, quibus, prout priùs declarauimus, Christus *extraneus* fuit, & *peregrinus*: non autem omnino propriè fratres ex eadem matre Maria, vel ex eodem patre Ioseph, qui esset Christi putatiuus, aliorum naturalis. Hæc absque hæresi, licet parum probabiliter, dicitur a nonnullis: illud non nisi ab hæreticis, virginitati Deiparæ aduersatis. Quo pacto autem appellentur in euangelio *fratres Christi* [h], alibi docui. Arnobius interpretatur de fuga discipulorum. Typus quidam præcessit in Ioseph, quem sui *pecus fratres distraxerunt* [i]: & in Iephte, cui fratres dixerunt: *haeres in domo patris nostri esse non poteris, quoniam alia mulier es* [k], nempe meretrice [l], ex qua Christus, vt dixi, existimatus est esse: & in Ieremia, aliisque prophetis à gente propria afflictis, & occisis. R. Esaias Tranensis explicat de populo Hebræo, quem vexauerint filij Ismael, & Esau, qui censebantur fratres ipsius.

Et peregrinum.] In aliis psalteriis, Hilario, Augustino, Arnobio, Cassiodoro, *hospes*. Videntur synonyme sumi *extraneus* & *peregrinus*, vel *hospes*: quamuis Græcarum & Hebræarum vocum vis alia possit esse, vt diximus. *Hostem* veteres peregrinum appellabant, vt ait Festus, & Cicero [m], Virgilius etiam dixit [n],

Deturbare finibus hostem,

id est, peregrinum, aut aduenam infestum. Verè peregrinus Christus, qui etiam *peregrini* forma visus est post resurrectionem [o] ab illis, quorum peregrinabatur in mentibus, habeb. turque tanquam extraneus, & peregrinus, vt notat Gregorius [p]. *Quasi colonus in terra quasi peregrinus autem de-*

ei de anima c 1.
Socrates ad rectum respondit.
Rubor, confusio, verecundia virtutis rationem propriè non habet, nec homini probo per se competit.
Virtutis nomen nonnunquam vt verecundiæ datur.
Extraneum factus sum matribus meis & peregrinum hospitibus meis.

a Cant. 4. 3.
b Hebr. 12. 2.
c lib. de anima c 1.
d 4. Eth. ca. 9. lib. 2. c. 7.
e 3 p. q. 15. a. 8.
f lib. 1. de finib. & in partit.
g lib. 1. epi. in fi.
h lib. 1. offi. c. 18. i c. 6. lib. 3. Rhet. c. 8.
k Epist. 5. ad Severum.
l c. 53. 2.
m Luc. 9. 29.
n Deut. 23. 2.
o Ioan. 8. 39. 41.
a Iib. 1. epi. 18
b Tomo 22. Ioan.
c In catena Græca in Ioan. c. 8
d Ioan. c. 8
e ibid.
f c. 1. 2. 9.
g c. 10. 25. & seq.
h 2. 2. 4.
i Genes. 30. *Simplanius sim.*
k Sap. 2. 12. Tertull. 44. *Egregiè in vos accusatrix, quia thesaurizatis iram diuitiis, & habentes in vobis quæ domui nostræ nolitis, foris quæritis. Petrarc. S. pulchrè inuehitur. Iudæi pro consanguineis malos pro peregrinis habebat Alexander.*
l Esaiæ, huc de aduentu.
m Petrarc. de vitiis Alexandri. *Traianus elegans exemplum.*
n Iuuenalis & alibi *pro inimico, hostis, &c. alibi.*
o lib. 4. c. 5. & 7. c.
p vers. 46.
q vers. 14.
r vers. 11.
s vers. 5.
t In c. 5 actus.
u Gen. 17. 18. *Ismahelitis dicit se pectus, & ad Iephtes fratres verba, cuius rei typus.*
x Iudic. 11. 2.
y vers. 1.
Hostis vetus dictus qui peregrinus esset.
z 1. Offic. Iosue. a 7. Aene.
b Luc. 24. 15.
c hom. in Euang. 23.

Et quatenus

clinantem ad manendum, & veluti virum vagum, & vt fortem, qui non possit saluare, Christum Ieremias [a] nominat mystico fultem sensu; qui potè *cum in propria veneret, a suis receptus non fit* [b]: nec hic ad vsum per se rerum istarum descenderit, vbi nec habuit quo loco *reclinaret caput* [c]; profitens *regnum suum non esse de hoc mundo* [d], scil. vt duntaxat communitam sibi à Patre humani generis salutē procuraret. & *pertransiret benefaciendo* [e], & vnde exiuerat, breui rediit, nimirum *ad Patrem* [f], & *ad summum cœlo* g, postquam accelerauisset *ipsius detrahere*, & festinasset *prædari* [h]. Apud Ieremiam pro, vagus, Hebraicum nomen נוד *nudam*, quod semel tatum extat ibi, nullibi præterea, significat *territum*, *stupefactum*, *attonitum*, *somno sopitum*, quem vocant Lxx. ἐνύπνιον, quales esse solent, qui alieno vagantur in solo, plane noui, & hospites. Denique vt vir fortis fuit Christus, non potens saluare, iudicio aduersariorum, qui hoc ei etiam exprobrabant in cruce [i], & *despicies in conuiuio inimicum fortem adinuentem suum* k. De peregrinatione nostra secundum tropologiam spectata diximus alias [l].

Filij matris meæ.] Per pleonasmum fidem hic dici *filij matris* videntur, qui antea fratres. Sic item in Psalmo 49 [m]. *sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum.* Præterea in cantico [n], *filij matris* ponuntur loco *fratrum*: in Deuteronomio [o] coniunguntur *frater*, & *filius matris*. Huiusmodi tamen additio indicare potest fratrem tam ex parte matris, quam patris: etiamsi possent alioqui eiusdem matris esse filij, non autem patris. Vt verò teneriorem quidam amorem matris est, quam patris: ergo filios, ita inter fratres habere se videtur; qui matre eadem geniti sunt, & *germani* vocantur, plusquam de substantia eadem participant.

a c.14.p.9. *Ieremias loco mystico fultus.*
b Ioan.1.11.
c Matth.8.20.
d Ioan.18.36.
e Actuo.38.
f Ioan.16.28.
g Ps.18.7.
h Isa.8.6.
i Matt.27.42.
k Abac.3.4.
l In 1.epist. Petr.2.11.
m vers.20.
n c.1.5.
o c.13.6. *Filij matris, ad est fratres.*
Fratres germani, quare filij dicantur.

---

*Vers.*10.] Quoniam zelus domus tuæ comedit me: & opprobria exprobrantium tibi, ceciderunt super me.

Sensus loci.

SI hic adhuc suppleatur ex versu 6. *Deus tu scis*, & affectui tumatur, *quoniam*: siue hanc particulam causaliter accipiamus, sensus est, vt demonstret tanta se pallium, de quibus dixit, propter Deum, nempe opprobrium, confusionem, & vt *extraneus* ac *peregrinus* haberetur ab amicissimis etiam, maximéque necessariis. Aut ergo, propter Deum illa se tolerasse, quia vrebat animum ipsius cura domus Dei, tum vt communitatem colentium Deum significat, tum vt locum religiosè colendo Deo dicatum; & ardentissimum gloriæ illius desiderium, ita vt nihil accidere molestius posset, quam negligi religionem, cultum, honorem, à domo Dei, vel domui Dei debitum. Præterea, eorum qui exprobrabant Deo, tantopere sibi opprobria displiciuisse, vt longè iniquiori ea ferret animo, quàm si iisdem ipsemet affectus esset: & pro iniuriis, quas aduersus gloriam Dei, aut verbis, aut factis irrogabant alij, dolorem fere tantum conciperet, atque se coram Deo humiliaret, vt placatus ipsis tandem esse studeret; ac si illas ipse in manus fecisset Deo. R. Isaias, ac Trenetus etiam declarant de captiuis in Babylone, qui veluti cælitus diserti essent ob diruptum templum, quodque, sicut prius Rabsaces [p], exprobratem Deo fecerit impotentiam Dei, & traditos eos illis esse, quia confiderent in eo, & eum colerent. Id quoque siue Basilius, siue potius Theodoretus, tradit; sed Theodoretus, ob vsum quem habuit cum Theodoro Mopsuestieni, quem aliquoties monui nihil in psalmis de Christo scribi sensisse, interpretationes non ratò seiuniores consectatur, omnibus iis quæ de Christo sunt. Hunc porro locum dixi etiam principio psalmi, secundum quidem primum membrum, ab Apostolis, teste Ioanne [a], de Christo intellectum: à Paulo [b], de eodem, secundum alterum. Ex primo membrio collegerunt Apostoli quid sibi vellet, *soluite templum hoc, & in triduo excitabo illud*; scilicet, manufactum illud templum corporis sui, Christum figuram esse significare voluisse, in quo diuinitas habitabat corporaliter; vt si tantopere indignaretur violatoribus istius, multo magis indignari deberet iis qui hoc essent dissoluturi, hoc, inquam, quod eius esset, qui sicut materiale templum temporis momento destruere posset, mox que instaurare; ita decreuisset suum ab illismet violatoribus, manufactum, dissoluendum per interfectionem, post triduum suamet potentia excitare, & resuscitare, vt hinc intelligerēt, in qua potestate illud fecisset, quod interrogabant, quia nulla maior esse potest, quam istius, qui seipsum à morte posset excitare. Inde certe Iudæi non meliorem captare occasionem potuerunt interficiendi Christum, quam accusando, quòd se dixisset *soluere posse templum, & post triduum excitare* [c]; quod iam quoq, crucifixo exprobrauerunt [d], quasi ea in re Christus declarasset contemptum cepli, quod Iudæi tanti facerent [e]; simul eiiciendo vendentes necessaria sacrificiis, inter quos asserunt Anacletus [f], Pius I. & Iulius I [g]. Sacerdotes quoque fuisse: & seipsum iactasset, ac minatus esset posse, aut etiam velle destruere templum, quod aut solis præstigiis, falsisque imaginibus obiectis tanquam magus faceret: aut saltē primum ex pacto cum dæmone; siue etiam per occultos quosdam cuneos, minasque subterraneas. Cæterum cùm Christus bis idem fecerit, & sub initium prædicationis, & postea non multo ante passionem, quod tres alij enarrant Euangelistæ [h], voluit adeo mirabili, ac tantæ auctoritatis opere, quod non dubitat Hieronymus [k] præponere miraculis cæteris, excitare veluti torpentes, sopitósque hominum animos: & abolendum significare ritum Iudaicum: & se tamen interim non esse contemptorem, & violatorem dicti ritus, & vniuersæ legis; sed studiosum zelatorem. Rationem secundam assignat Cyrillus [l]; Chrysostomus [m], vltimam, qui nihil euidentius dici potuisse docet [n], ac prædici. Et hæc ad rem præsentem potissimùm facit. Nam narrat Ioannes [o], vt prius dixi, recordatos primo vice discipulos istius loci ex psalmo, id Apostolis tūc occurrisse. Verosimilius est non post resurrectionem tantùm, quidquid contradicant Rupertus, Caietanus, Titelmanus, communiori oppositæ sententiæ. Ersi verò ita recordari potuerunt (licet rudes, vt solent, qui sunt tales, inculcata sæpius quædam sacræ curæ loca) vt putarent zelum illum Christi similem esse zelo, quem Dauid habuisset: credibile tamen est locum de Christo ipso intellexisse. Magnus zelus fuit periculo se tanto exponere pro Dei reuerentia, domóque, quam *decet sanctitudo* [p]; vt non dubitaret adeò multos, ne sacerdotibus quidem exceptis, vt

A
B
C
D
E

Theodoreti ieiuniores interpretationes, &c cur.

a c.2.21.
b Rom.11.1. *Locus de Christo ab Apostolis in coloribus ipsum primum vnicum à Paulo, secundum alterum.*

c Matt.26.61.
d cap.27.40.
e Ieiem 7.4.
f epist.1.
g epist.1. *Iuxta vendentes necessaria sacrificiis in templo multos sacerdotes, qui quinque à Christo quæ volant.*
h cap.2. Epistola Quarta pro Athanasio.

Miracula potissimum ex fama auctoritatis apud multitudinem, præcipuus meretur.

i Matt.21.12. & seq. Matt.11.15. & seq. Luc.19.45. & seq.
k in Matt. 21.
l 2.in Ioan. c. 12.
m hom.33.in Ioan.
n hom. Quòd Christus sit Deus.
o c.2.22.

Vt captiuus ad loca sacra, suos exprobrantes 2. 4 Reg.18. 28 & seq.

p Ps.92.vlt.

dixi,

dixi, tanto impetu ignominiáque tanta eiicere, vt obseruauit idem Chrysostomus [a]. Hieronymus [b] idipsum exaggerat, vt vnus homo, & illo tempore contemptibilis (multo magis erat cùm prima id fecit vice) & in tantum vilis, vt postea crucifigeretur, scribis & pharisæis contra se sæuientibus, & videntibus lucra destrui sua, (sæuitia illa contigerat magis post primam eiectionem, quàm ante, cùm parum adhuc innotuisset) potuerit ad vnius flagelli (compositi forsan ex funiculis, quibus alligata erant animalia) verbera, tantam eiicere multitudinem (appetebat enim vtraque vice pascha, quo tempore plurimi confluebant Ierosolymam, mensásque subuertere, & cathedras confringere, & alia facere, quæ infinitus (hyperbolicè dictum) non fecisset exercitus. Tum adeò mirifici rationem signi reddens, subdit: Igneum enim quiddam (quod *zelus comedens* indicat) atque sidereum, radiabat ex oculis eius, & diuinitatis maiestas lucebat in facie. Dixi ad psalmum 25. de cura zeloque cultus diuini in templis, & de dilectione decoris domus Dei, quæ vocantur etiam *dilecta tabernacula* [c]. Extant eadem de re apud Bartadium [d] nostrum nonnulla: déque cura tum propriæ, tum aliorum animæ, nyssicique corporis Christi, quod est Ecclesia: quibus rebus ratio domus Dei conuenit.

Quoniam zelus domus tuæ comedit me.] Symmachus ἐκτήκωσεν, *consumpsit*. Quid sit *zelus*, docui psalmo 36 [e]. Lege Hieronymum [f]. Cùm sit nomen ἀδιαφόρον, sumitur in bonam partem hoc loco pro cordis quodam affectu, studio, impetu quo impellitur quis ad amici vlciscendam iniuriam. Talem adhuc declarauit alibi Dauid: *Vidi* [g] *prævaricantes, & tabescebam, quia eloquia tua non custodierunt*: &, *tabescere* [h] *me fecit zelus meus, quia obliti sunt verba tua inimici mei*: &, *ieiecto* [i] *tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam*: talis fuit Eliæ dicentis [k], *zelo zelatus sum pro Domino exercituum*. Illustria quoque Phinees [l], & Matathiæ [m] exempla. Posterior etiam euocatione inuitauit, voce vtens magna, vt *omnis, qui zelum habebat legis, statuens testamentum* (volens stabilire & conseruare legem, patriósque tueri mores) *exiret post se* [n]. *Zelo comedi* aliquem; est quodammodo transire, ac mutari in zeli naturam: *zelum comedit Dei*, qui eum veluti transmutat in se, & pro conditione naturæ suæ, reddit zelum infirmum, nulliusque roboris, & efficaciæ. Si zelus indiscretus fuerit, erit & immoderata ira, furórve. De iræ moderatione repete dicta psalmo 6. [o] & quæ scribit Gregorius [p], qui præterea scribit de zelo [q] animarum, ex quo cùm transcribat nonnulla hoc loco is, qui Ruffinus dicitur, liquet non esse Aquileiensem, vt etiam in præfatione [r] ostendimus. Zelus diuinus, & secundùm scientiam comedit eum, in quo est quatenus facit, vt suimet obliuiscatur, moriatúrque sibi, & soli viuat Deo, qui est *caritas* [s], ac proinde zelus, qui & *Zelotes* cognominatur [t], ac *ignis consumens* [u], & nullus residcat vitæ amor, mortis horror, honoris commodorúmque cupiditas, atque ad ossa ipsa exedi videatur. Quam experiri non decebat Christum carnis in sepulchro *corruptionem* [x], & inferni tormenta, tolerare voluit per zelum, qui *fortis est vt mors*, & per æmulationem, quæ *dura velut infernus* [y], quo nomine intelligitur, & subterraneus locus, & sepulchrum. Vnusquisque Christianus, inquit Augustinus [z], zelo domus Dei comedatur. Tum quæritur quis comedatur zelo domus Dei? qui omnia, quæ ibi forte videt peruersa, satagit emendare, cupit corrigere, non quiescit si emendare non potest, tolerat, gemit. Hoc ait Bernardus [b], esse decolorari a sole, & illius ardore nigrescere, ac *fuscum* esse, nempe propter animarum zelum, & caritatem fraternam. Notat Deus tanquam zelotypus omnia opera, verba, risus, nutus, aspectus nostros: absenti timilis obseruat nos per ministros suos, tanquam per eunuchos reginarum custodes: ipsemet obseruat per seipsum, ac speculatur: simulat interdum recessum, vel diuersum habitum: suspectos habet quotquot sua nobis offerunt munera: tanto indignatur magis quanto persona vilior est, cui ingemiscit, deprehensos adulteros vindicat: quandoque coram amatoribus punit, ad confusionem maiorem: interdum per ipsosmet amatores, sine adulteros. Illustrat hæc scripturarum testimonius Greueus [d] satis aptè. Hugo meminerat prior de custodibus, de prospectu per foramina, de aduentu improuiso, de habitus mutatione, de ablatis sponsæ vestibus, quòd non pareat vir adulteræ, quòd valde irascatur nocentibus sponsæ. Illud constat, zelotypiæ vim tantam esse, ac zeli, & æmulationis, cuius fortitudo comparatur cum morte, cum inferno duritiei [c], & furoris cum illis coniuncti, vt non pareant *die vindictæ* [e], sed propria vir manu adulteros interimat, qui aliena punit seruos. Quomodo Christum ipsum antea diximus, sumpto in manus flagello, domus Dei vindicare iniuriam voluisse. *Idolum zeli* ad prouocandam æmulationem, quod Ezechiel [f] vidit, cum adeò magnis & multis abominationibus, fecit, vt non parceret oculus Dei, nec misereretur, sed iussu ipsius occidio ingens fieret. Simeon, & Leui furiosus, ac absolutè malus zelus, & a Iacob reprehensus [h], laudatur à Iudith [i], quatenus iussu permittit Deus interfectionem Sichimitarum, quamuis inuitè ab illis patratam, licet zelo secundùm se bono. Nisi secundum scientiam sit [k] zelus, hicque illa comprimatur, *mouebit pedes, effundéque gressus nostros* [l], ac ministrabit furor animam, & ipsummet consumet, in quo est, conuersis eiusdem in ipsum armis. Nó caret acumine quod per accommodationem nonnulli [m] dicunt, quòd zelus domus Dei comedit Christum, id est, effecit vt seipsum comedendum exhiberet in Eucharistia: is autem, qui sumit indigne, lacerárque, in seipsum conuertit, & aduersum se, Christi zelum, atque furorem; quem induit ipse, ac ab illo transformatus est, quando sæuiit in violatores templi. Denique Hugo rectè monet, dici nunc posse, quòd *Zelus domus Dei comedit* omnes zelatores suos, quia iam nullus supereft, sed *quærunt* omnes, *quæ sua sunt* [n]; *domus Dei deserta est, & festinat vnusquisque in domum suam* [o]. Huiusmodi *zelantes* sua commoda (vt erant Iudæi, ferentes indigne gentibus Dei communicari beneficia) videbunt, & *ignis deuorabit eos* [p], seu *ignis zeli* [q].

Et opprobria exprobrantium tibi cecidérunt super me.] Numero singulari vertit Hieronymus eadem retenta phrasi. Retineri debuit pluralis numerus, in quo est חרפות *cherpoth*. Chaldaicè, *& vituperia impiorum, qui vituperant te, dum participia faciunt idola sua gloriæ tuæ, ceciderunt super me*; vel, *dum laudant idola sua pro honore tuo*, &c. His vsum verbis Paulum in epistola ad Romanos [r], priùs

[a] hom. 33. in cap. 26. Matth.

[b] in cap. 20. Matth.

[c] psal. 83. 2.

[d] tom. 2. Concord. Euang. lib. 2. c. 9.

[e] vers. 1.

[f] in c. Nahum. *Zelus, quid sit loco.*

[g] psal. 118. 158.

[h] ibid. 139.

[i] ibid. 53.

[k] 3 Reg. 19. 10.

[l] Num. 25. 17. Eccl. 45. 28. psalm. 105. 30.

[m] 1. Machab. 2. 26.

Zelo comedi, quid sit.

[n] vers. 27.

Qui zelo indiscreto, erit & immoderata ira furorve.

[o] vers. 1.

[p] lib. 8. epist. in 7.

[q] hom. 11. in Ezech. tract. 6.

Zelus diuinus & secundum scientiam quatenus facit vt suimet obliuiscatur.

[s] 1. Ioan. 4. 16.

[t] Exo. 20. 5. c. 34. 14.

[u] Deut. 4. 24. Hebr. 12. 29.

[x] psal. 15. 10.

[y] Cant. 8. 6.

[z] tract. 10. in Ioan. *Qui zelo domus Dei comedatur.*

[b] Serm. 28. in Cant.

[c] Cant. 1. 5.

Deus vt æmulator notat & obseruat.

[d] Serm. 140.

Zelotypiæ & æmulationis vis.

[e] Cant. 8. 6. Epiph. 6. 34. *Propria vir sua manu adulteros interimat, qui aliena punit seruos.*

[f] c. 8. 5. & seq. vsque ad finem & c. 9. 1. & seq.

Simeon & Leui malus zelus & furiosus, a Iacob reprehensus, à Iudith laudatus, sed quomodo.

[h] Gen. 49. 7.

[i] c. 9. 2. 3.

[k] Rom. 10. 2. *Secundum scientiam zelum esse debere, & hos per illum comprimi.*

[l] psal. 72. 2. *Æquum non est commodatitiæ humanæ.*

[m] Vitalis Tricolinus hom. 45. in Matth.

[n] Phil. 2. 21.

[o] Agg. 1. 9.

[p] Esa. 26. 11.

[q] Sophon. 3. 8.

[r] c. 15. 1. 2. 3.

notaui, vbi editio Latina habet, *improperia improperantium*: & Ambrosius, *detractiones*: & pro, *in te*, legit, *te*. Debemus, ait nos firmiores imbecillitates infirmiorum sustinere, & non nobis placere. Vnusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum, ad ædificationem. Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est: *improperia improperantium tibi ceciderunt super me.* Quasi diceret Christus, longe abesse se à vitio *de alieno carere vel in seipso*, sed propriæ gloriam Patris præstabile, non suam, sed illius, qui nullam, quæ vere proprietas Patris æstimatur vt propria, habuerit: qui quodammodo suppositus sit ad carnem velut iacula excipienda, & ab illo auertenda. Vel, vt Chrysostomo placet, significat Christus, hæc vltrà pauis verba, nihil vbi non accedere, dum opprobria iactantur in reatibus, qui probris afficerent Deum in veteri testamento, illicere in nomine filium eiusdem. Hinc precatur Hanno, lætens mentionem de opprobriis, quibus populus afficit Deum in deserto, & de idololatria. Item malicat, flagitia improperiis ac peccatis, quibus offensus est Deus, debita cecidisse super se, vt ea perferret *in corpore suo*. Præterea intelligi, vt antea dixi, de omnibus calumniis, & **improperiis, quæ Iudæi contra Christum**, præsertim tam cruciatum, commisceri nata vt fieret *ea verba Dei in ore omnium*. Colligit verò Apostolus hoc argumentum, cùm Christus non sibi placuerit, nec pepercerit, sed omnium peccata sustinuerit, æquum esse, vt sub eo militantes non sibi placeant, aut parcant, quamuis firmiores videantur, & præstantiores; immo hac ipsa de causa libenter aliorum tolerent infirmitates, ac imbecillitates. Hac oportuisse nos ratione de maledicto liberari, opprobrioque, animaduertit idem Chrysostomus: vt liberaremur à maledicto, & opprobrio, & contemptu propter violationem diuini præcepti. Sed non potest quis tutò hanc liberationem postulare, nec impetrare, nisi respondeat Dei *flumini exspectationi*, & cultoditurum: nec nisi opprobrium illud amputetur ei quo iniuria Dei subpeditur iniucunda. Porrò *exsecrandi* verbum inualuit non quasi casu, & non ex deliberatione, multaque exprobrata in Christo, sed quòd veluti iaculum, aut grandius factum, grauesque pondus, vt Hanno loquitur, ad obruendam & opprimendam probrosa miserint verba hostes Christi contra illum: & cùm nocere denatis non potuerint vitiorum, reliquerunt in fragilitatem humanitatisque deitati contumelia erat, vt ait Lyranus. Sed tandem, *qui voluit lapidem, reuoluetur ad eum*: & *qui mittit lapidem in altitudinem, decidet ille, & per eos quibus mittitur amico, dissipauit inimicum*. Denique *nihil est grauius saxo, arena sabulo, plumbo*.

Vers. 11.] Et operui in ieiunio animam meam: & factum est in opprobrium mihi.

Vers. 12.] Et posui vestimentum meum cilicium: & factus sum illis in parabolam.

Vers. 13.] Aduersum me loquebãtur qui sedebant in porta: & in me psallebant qui bibebant vinum.

EXponit se non adulantes ac dimmi tacitum honorem, probra blasphemiaque aduersus Deum ægerrimè tulisse, perinde ac si aut ipse met lætus esset, aut Deum lædilet, nec angore tantum animi cruciatuue has veluti vitium mentis intrinsecus esse, verumetiam proprio corpore peccata ista luere voluisse, ad satisfaciendum honorem Dei, & imponum procurandam salutem, corpus macerando per ieiunium, & affligendo carnem, mœstitiamque demonstrando, per saccum cilicium. Nihilominus ab inimicis, quibus hoc nomine carior debebat esse, habitam ludibrio irrisamque huiusmodi humiliationem, ita vt omnibus esset **fabula. Præterea**, primarij quique, qui considebant ad iudicandum in porta, publicè, audientibus multis, obloquerentur, detraherent, condemnarent: sed & vino sese ingurgitantes, iocos atque scommata cum concentu ac musico instrumento in illum decantarent. De Christo vt hæc accipiantur, ostendam in singularium partium disquisitione commodiùs, quæ variant auctores.

Et operui in ieiunio animam meam.] Augustinus, *cooperui*, & Episcopi in epistola ad Siricium Papam. Hieronymus, *flebam*, hoc est, deflebam meipsum, animam, & vitam meam grauiter periclitantem, in ieiunio, siue ieiunando. Dissentit Vatablas, *& fleui*, deinde, *in ieiunio*, supple, (afflixi animam meam.) **Felix**, *& fleui, dum esset in ieiunio anima mea*, vel *dum ieiunaret anima mea*. Pagninus, *& fleui, in ieiunio animæ meæ*. Campensis, *flebam, ac ieiunio me affligebam*. Hebræa sic habent וָאֶבְכֶּה בַצּוֹם נַפְשִׁי *vaeucheh batsum naphshi*, significat וָאֶבְכֶּה *euchi, flebo*; solétque futuram non rarò per præteritum verti. In emendata editione Lxx. legitur *καὶ ἔκλαυσα*, *ploraui*, vbi *καὶ ἐκλαυσάμην*, *& fleui*, Agellius diligenter notauit alia duo loca, in quibus idem pro alio verbum Græcum extat. Alter est in 4. Regum de Elisæo, *καὶ ἀνέβη, καὶ συνέκλυσεν ἐπὶ τὸ παιδάριον, & ascendit, & incubuit, incurauit se.* Nam ibidem proximè ante habetur eadem sententia, cum eodem verbo Hebræo יִגְהַר *igbar*; Latinè, *incuruauit se*, Græcè, *συνέκαμψεν*. Alter in libro Ecclesiastici secundùm aliquos codices, qui quod Latinè legitur, *ante pedes suos curuabit virtutem suam*, habent Græce, *πρὸ ποδῶν κολύψει ἰσχὺν αὐτῆς*, *operiet*, pro *κάμψει curuabit*, vt est in emendatioribus. In Æthiopico psalterio transfertur, *incuruauit*, in Arabico, *humiliauit*. Apud Apollinarium, *συνέκλασε*, *infregit*:

ταπείνωσεν κραταίωσιν κατέκλασε δυνάμεώς μου.
Ieiunij laboribus infregit animum meum.

Theodoretus etiam, aut Basilius, explanat, *ὅτι τύπως ἀνέῳγα, καὶ ἐκτετάκω τὸ σῶμα, prouerea defecior, & ieiunio confecto corpus.* Eusebius declarat verbo *κακῶσαι τὴν ψυχὴν ἐν νηστείᾳ. laborare animam in ieiunio.* Ricardus Cenomanus defendens editionem Latinam, & consequenter Græcum verbum *συνεκάλυψε*, opinatur legisse Lxx. Hebraice נסך *anucheh*, id etiam scribi potuisse sine puncto vocali (ו) à נוך *kuch*, quod est *se perplexum, imbecillari, coarctari*: vt sit sensus, vndique afflictam animam esse ieiunio. Id confirmari posset similibus dicendi modis, cum dicitur *confundere faciem operire faciem quia confusione*, seu *pudore*, *rubore suffundatur*, *vultum imprimere*: *labore laborum*

Manule

Mauult Agellius lectum אכפה *eclipeh*, scilicet vt pro (ב *beth* sit (כ) *chaph* modico flexu differens, & literæ transponantur, sicque à כפה *capiah*, *coercuare*, *comprimere*, *cogere*, *subigere*, *inuertere*, *inclinare*. Biedembachius affert fuisse אכסה *ecisseh*, a כסה *casah*, quod etiam significat *operire*. Tueri conuenit editionem Latinam, quam constanter Latini cuncti enarratores sequuntur. Quidnam autem legerint Lxx. nō laboro, optionemq; ei permitto. *Anima* totum hominem denotat, aut secundam partem, quæ viget magis in carne. *Operire in ieunio animam*, erit seipsum vel carnem contegere quodammodo, & obtuere frequentibus ieiuniis: affligere, & emaciare. Quò pertinent exempla verbi *operiendi* priùs allata, quibus similia sunt de *manendi* verbo, vt dicatur quis *indui putredine* [a], *confusione*, aut *pudore* [b], *iustitia* [c], *salutari* [d], *fortitudine* [e], *decore*, & *honore* [f], *maiore* [g], *itupore* [h], *incorruptione*, ac *immortalitate* [i], *nouo homine* [k], *Iesu Christo* [l]. Nec dupliceat, si subaudias cum Genebrardo (operiri me, oppleuique lacrymis, lamentando.) Quod est consentaneum versioni Hieronymi, & Hebræo verbo, quod nunc extat אכפר *cuceor*; & ita simul intelligeretur, in animam ipsam rationalem meritissimam redundare. In 34. psalmo [m] affinis isti sententia est: *Ego autem cum mihi molesti essent, induebar cilicio. Humiliabam in ieunio animam meam.* Idem ibi vult interpretatio Apollinarij, Eusebij, Theodoreti, aut Basilij, quam attulimus, nimirum, vt aliis verbis exprimant sententiam a Lxx. declaratam. Quidquidem Lxx. per τὸ ἐκκαυθῆναι videntur mihi non magis exaggerare, quam per συνεχυθῆναι, quia plus est vndequaque, & omni ex parte totum operiri in ieunio, siue ieunio, quam, nec iuuari, & quam, fleri. Verisimile item est, in figurata illa dicendi forma, quæ sumitur ex vestiendo, alludi hoc loco, sicut & paulo post mentio fit de vestimento cilicino, ad exercitum habitum vestitumque. Cæterum, omitto vel Dauide, vel populo, quemadmodum (de quo videntur intelligisse etiam Basilius, vel Theodoretus) hic aut ille *operuerit in ieunio animam suam*, quod non est difficile intelligere: videndum quo pacto accipi de Christo debeat, an de abstinentia cibi, & potus materialis: an quia abstinuerit à potentiæ ac dominatus suæ manifestatione maiore, præsertim dum pallas est, nec vindicauit seletam quia famem sitimque sensit humanæ salutis, paucósque quasi comedit, & bibit, quo tempore mortalis inter nos vixit; ita vt externa etiam esurie [n], & siti [o] hoc ipsum innuerit, & impiis non consentiendo, veluti abstinuerit ab ipsis. Amplectitur vltimum dicendi modum Augustinus; confirmans inde præterea, quòd acetum ac fel propinatum est Christo, vt ieiunare maluerit, quam amaritudinem & amaritudines accipere; ideireo factum id ipsi esse in opprobrium, quoniam insultabant, à quibus abstinebat, nec iis consentiebat. Transferbarius, quem Rufinum vocant, Augustinum: nec dissentit alius nomen gerens Hieronymi, Haymo item, Beda, Remigius, Cassiodorus, Hugo, Ludolphus Pampolitanus, Bredembachius, alij, quasi hoc sit *esurire*, & *iure iniuriam* [p] *ouerimentum* verbo aliqui ex his interpretantur veluti de pallio tristitiæ, quam Christus expertus sit, ob spiritalem dictam famem, si-

A timque. Apud Bedam lego *semetipse in ieunio*, cùm nullam inuenirent, quo se reficerent: & *operuisse animam suam*, ostendendo se illis per aliquam vindictam manifestam. Legi credo debet cum negatione eo modo, quo Remigius explicat, repressisse animositatem suam, vt in apertam vindictam non surgeret; & Haymo (qui sequi Bedam solet) vt erga eos iratum se non ostenderet, cohibuisse, & quasi operuisse voluntatem suam: & Bruno Carthusianus celasse animam suam esse potentem ad eos damnandum, quæ solo velle posset interficere: vt patientiæ daret exemplum: & Hugo, quia potentiam non exerent se vindicando, nec se

B Deum ostendit. Remigius, *ieiunium* vult quoque maciem multam fuisse, qua Christus afflictus fuerit; quia populus quem eiurabat, mortem ipli dederit, quod Rickelius quoque *pallium* nominat *compassionis*, ac *tristitiæ*. Caietanus, tametsi fleuerit, & ieiunauerit Christus, negat aliud hic significari, & per *cilicium*, versu sequenti, quam abiectam, luctuosam, ac multiplicis patientiæ plenam vitam, quia solebant homines in luctu pœnitentiæ flere, ieiunare, sacco vti: non quòd etiam ipse sacco sit vsus. Placidus Parmensis Caietanum pro more sequitur. Concordat Varlemus. Idem, quem dixi, vocatus Hieronymus, externam famem,

C pro qua sit opprobrium Christus passus, attendit, quando Satanas post ieiunium 40. dierum tentauit eum modis adeò indignis [a]: item cùm discipuli dixerunt, *Rabbi* [b] *manducet*. Hæc non probo, quia probrum non fuit: illud magis, quod traditur etiam ab Hilario, Arnobio, Lyrano, Rickelio, Valentia: & ex Græcis Euthymio, & Hesychio: quamuis prior asserat etiam alias sæpenumero Christum ieiunasse. Nicephorus ait, quod Christus ἐκουσίως ἑαυτὸν ἐν τοῖς τῆς πείρας πάθεσιν ἐτίθει, καὶ ἐκρύπτετο ἐν τῷ ἀφανεῖ τῆς θεότητος, *occultauit seipsum per ieiunium diabolo*, & *suspicatus est diabolus illum temere, ac eum hominem esse*. Itaque indefinite sumit *ieiunium* pro

D esurie, cibique indigentia. Eusebius non solùm explicat de Apostolis, qui tempore passionis Christi ieiunauerint (addi posset corpus mysticum Christi, hæc Ecclesia) vt *ablato sponso Christo ieiunaremus* [c]; verùmetiam de Christo ipso, quem sit verisimile, animam suam afflixisse ieiunio, saccúmque induisse, cùm prospiceret passionem, & mala, quæ Iudæos consecutura erant: hi autem impij reliquum diei congregati maledictis in eum conflictis obiectati fuerint, seducentes eos, qui per portam ingrediebantur (continentur hæc in sequentibus); & cum cibi sumendi tempus esset, carmina aduersus eum inter pocula componebant. Placet Agellio ita sumere ieiunium Christi, cùm ab vltima cœna per totam parasceuen, in qua passus ac mortuus est, nihil cibi accepit, sed respuit quoque myrrhatum vinum. Negari non

E potest, Christi viuendi rationem frugalem fuisse, pauperem, vilem; tametsi *curator*, & *potator vini* appellaretur [d], quia intererat aliquando conuiuiis, nec in secessu viuebat, sicut Ioannes; qui quòd nec manducaret, nec biberet, id est, non nisi supra modum parcè, *dæmonium habere* dicebatur [e]. Videtur quoque factum Christo in opprobrium viuendi genus illud humile, & obscuritas parentum, ac discipulorum, quæ iudicabant minime digna, sed pro-

a Iob. 7. 5. Psal. 34. 26 p. 108. 29
c p Psal. 9. Iob 29. 14.
d psal. 131. 16. Sap. 5. 19.
Esa. 59. 17.
e Esa. 51. 9.
f Baruc. 5. 1.
g Ezech. 7. 27. h Psal. 68. 8.
i 1. Cor. 15. 53. 54.
k Eph. 4. 24. l Rom. 13. 14. Gal. 3. 27.
m vers. 13.

Caetani reprehensio & aliorum.

a Matt. 4. 1 & seq.
b Ioan. 4. 31.

c Matt. 9. 15.

n Matth. 21. 18
o Ioan. 4. 7. c. 19. 29.

Citatio vitæ frugalis, pauperis, vilis. d Luc. 19.

e versus.

p Matt. 5. 6.
q

brosa Messiæ sui maiestati. Crediderim etiam Christum, non illis duntaxat diebus 40. ieiunasse, nec quibus id erat Iudæis solenne facere, verumetiam aliis, quamuis à communi honeste viuentium modo non abhorreret. Admitto & ieiunium illud ab extrema cœna ad mortem vsque, quod, ob exhaustas vigilia & tormentis vires, erat difficilius toleratu, ita vt satis facile deprehendi per se posset, & dicentis ab ore, *sitio*, cognosceretur, ludibrio autem haberetur, propinato felle, & aceto. Accedit huc præterea spiritualis fames illa, & sitis, de qua Augustinus, & alij; quæ cessit ad opprobrium, quatenus obiiciebatur, nullos eum habere de principibus sectatores, sed plebeios *ignaros legis* [a], à quibus etiam demum passionis tempore desertus est. Quocirca conflatur mea ex cæteris sententia.

a Ioan. 7. 49.

Tropologice.

Tropologice *operiri* dicitur *anima in ieiunio*, vt Ambrosius ipse [b] per se, & cum collegis in epistola ad Siricium Papam docet [c], quia, qui non ieiunat, intectus, ac nudus est, patétsque vulneri (adde iræ Dei): & si Adam se texisset ieiunio, non fuisset nudus effectus. Quasi Dauid ita loquens respexerit ad nuditatem probrosam, de qua erubuerunt primi parentes, postquam seipsos nudauerunt quodammodo veste ieiunij, & abstinentiæ [d]. Certè ieiunij effectus est, comprimere carnis contumaciam, vnde nascitur pudendam opprobrium erubescentiæ. Quia nudos facit, ait Ambrosius [e]; ieiunia operiunt etiam exutos: bonum operimentum, quod animam tegit, ne à tentatore deprehendatur, ne à tentatore nudetur; bonum velamen, quod tegit culpam, tegit abstinentiam, dum obumbrat vitium, mœsto abscondit affectu, atque extenuat pœnitendo: bonum vestimentum, quo circumdat Dominus, & operit ieiunantes. Animæ spiritualis corpus est velut vestimentum, sed crassum: corpori recte assignatur saccus crassus ciliciúmve: animæ ieiunium, quo illa, ménsque eleuetur, & quasi ex crassiore cœno emergat. Hac tanquam tessera suos agnoscit Deus, dummodo cætera non desint, ac licet cœlestes ciues cernit. Vt propterea conquererentur quidam apud Esaiam [f]; quòd *cum ieiunassent, non aspiceret Deus, & cum humiliassent animas suas, ipse nescivisset.* Non *operit ieiunio animam*, qui solo ieiunat corpore, non abstinens à vitiis, neque corporale ieiunium referens ad animæ salutem; sed vt videatur ab hominibus ieiunans in *extremo mœsta facie* [g]. Non est hæc deponenda vestis abstinentiæ, operiens totos nos, nihil cum vestis carnis. Vtitur eâ ad arcendas nequitiarum spiritualium inuitiatum ad velãdam, imo abolendam turpitudinem; tum ad ornatum, tum ad distinctionem, quam prius indicaui. Intimam oportet esse quam fieri possit maximè, magis, quàm indusium, vel internam tunicam, interulámve. Nam Hieronymus difficultatẽ se, scribit Eustochio, passum maiorem, vt consuetudine lautioris cibi propter regna cœlorum castraret, quam domo, parentibus, sorore, cognatis. Atqui priùs imus in ieiunio, de quo alibi liberalius & encomiastice, & elenchice contra Hæreticos, vt qui æquo plus, & qui minoris faciunt. Ornat quidem virtus omnis animum, & hac ratione assentior Theophylacto [h], non esse ieiunium corporalem exercitationem, sed quiddam spirituale: at si cum aliis compa-

b de Elia c. 4. c. 10. 1. con cil. & apud Ambr. epist. 7. edit. Rom.

c Gen. 3. 9.

d de Elia c. 4. *Et quo operimentum quod animam tegit.*

e Psal. 34.

Non operit in ieiunio animam, qui solo ieiunat corpore.

f Matt. 6. 16. *Verba abstinentiæ quæ vsum habeat.*

Tristi vultu in frequentandis conuentibus lautique cibi propter regnum cœlorum castratio, quanta.

g Psal. 7. 14. *Ieiunium corporale exercitatio quædam, non spirituale.*

A retur maioris momenti virtutibus: Melania Romana sapienter admonuit eas mulieres, quæ videbantur in eo omnia collocare, alias virtutes negligere, animæ, ceu sponsæ, virtutes alias esse nuptialia indumenta, vnamquamque ornare aliquam veluti partem; ieiunium esse pedum ornamentum. Ieiunium, ait Hieronymus [a], non perfecta virtus, sed cæterarum virtutum fundamentum est.

Melania Romana sapiens ad monita.

a Epist. 8. ad Demetr. c. 6. *Ieiunium cæterarum virtutum fundamentum.*

Et factum est in opprobrium mihi.] Nihil refert quòd alia psalteria, Patrésve, pronomen præponant, *& factum est mihi*: quódque omittat Hilarius particulam coniungentem. Editio nostra congruit cum Hebræa, & Græca. Opprobrium autem Christo quomodo factum sit, satis constat ex his quæ antea diximus.

Et posui vestimentum meum cilicium.] Hieronymus, Hilarius, Augustinus, Arnobius, *saccum*, qui tamen Psalmo 34 [b]. retinent nomen *cilicii*, quamuis vtrobique sit σάκκος, & שק *sak*: hic autem Paraphrastes pluraliter ponit *saccos*. Eodem Psalmo egimus de *cilicio*, & vtrùm eo sit vsus Christus. Videntur hoc loco enarratores negare, próque carne interpretari, qua texit diuinitatẽ, & in qua passus est in habitu illo seruili, asperiore; & Psalm. 29 [c]. dicitur *vestis cum conscissa*. Hilarius, Cassiodorus, Bruno vterque, Hauno, Hugo, quia hic habitus est lugentium, exponunt de Christi fletu, verbi causa, super Lazarum [d], & aliis de causis. Beda considerat materiam cilicij ex pilis caprarum & hœdorum, quia fuit Christi caro *in similitudinem carnis peccati* [e]: vilitatem, quia Christus fuit spretus, vt solet talie vestimentum: & quòd aliquos, qui priùs horridi ac hispidi peccatis erant, incorporauerit sibi, & suum quasi vestimentum fecerit, iuxta pollicitationem Patris apud Psalmum [f]; *his omnibus velut vestimento vestieris*: propterea factum esse in parabolam, cùm obiiceretur, quòd *cum publicanis, & peccatoribus* manducaret [g]. Eadem sunt Remigij, qui latronem, & centurionem affert in exemplum eorum, quos aptauit sibi Christus tanquam cilicium, conuertendo illos ad se. Aspero ipso cilicio Christum vsum concedunt Valentia, & Bredembachius; Rickelius, Caietanus, Placidus, exponunt de asperiore, ac rudiore vestitu. Probat autem Rickelius, quia laudauit hoc nomine Ioannem, reprehendens mollitiem vestium [h]; cœpit verò *facere*, & *docere* [i]: præterea quia *tunica* Christi erat *inconsutilis* desuper contexta per totum, quemadmodum vestes cilicinæ fieri solent. Qui ad carnem vtitur cilicio, non exponitur aliorum opprobrio. Quanquam sæpe *cilicium*, & *saccus* non pro tunica, quæ carni adhæresçat immediatè ad cruciandum, sed quæ foris tegat ad luctum declarandum, vsurpatur [k]. Vestitus extremus Christi quamuis non cilicinus, vel ex sacco erat, sed honestior, nec abhorrens à communi tenuiorum: tamen, vt antea monui, sufficiebat, vt Christum redderet contemptibilem apud Iudæos, qui regiam pompam & apparatum in suo expectabant Messia. Quapropter exutum vilibus vestibus induerunt per ludibrium chlamyde purpurea, dederunt pro sceptro arundinem, flexo genu salutauerunt regem, quasi monerent, si rex vellet esse, regio non sordido habitu vestiendum; *coronam spineam* imposuerunt [l]. Singularis mihi visa opinio Agellij, cilicium, siue saccum impositum Christo ad lumbos, cùm eum

b vers. 13.

c vers. 22.

d Ioan. 11. 35.

e Rom. 8. 3.

f c. 49. 18.

g Matt. 9. 11.

Aspero cilicio quos concedant vsum Christum.

h Matt. 11. 8.

i Act. 1. 1.

Cilicium & saccus vt interdum sumantur.

k 1. Reg. 21. 27. 2. Reg. 3. 31. 1. Esdr. 9. 3. 4. 5. Esth. 4. 1. Ierem. 4. 8. c. 6. 26. c. 49. 3. Ezech. 7. 18. Ioel. 1. 8. 1. Machab. 3. 47.

l Matt. 27. 29. *Agellij singularis opinio.*

crucifigerent, tanquam τετραγωνα, idque iuxta mortem seruatum circa illos qui crucingerentur, vt ad crucem firmius astringerentur, corpusque sic sustentatū facilius clauis adfigeretur, & simul vt pudori consuleretur. Hoc habitu, vnà cum ieiunio & oratione facit Christum sese pro nobis offerentem, vt victimam salutarem, in cruce. Cōfirmat ex verbis, quibus Petro mortis per crucē genus Christus indicauit [a]; *cùm esses iunior, ambulabas ubi volebas; cum autem senueris, extendes manus tuas, alius te cinget, & ducet, quò tu non vis:* quoniam, vt Tertullianus [b] ait, tunc Petrus ab altero cingitur, cùm cruci astringitur. Demonstrauit Psalmo 21 [c]. omnino nudum, ac sine omni protsus velo, aut perizomate Christum crucifixum: qua de re Gretserus noster [d], & Damel Mallonius [e]. sic verò quoque Ambrosius [f] verba illa Psalmi 43 [g], *tota die confusio mea, & verecundia mea contra me est*, interpretatur, vt à Christo ducta de sua nuditate in cruce: quam nuditatem, ait [h], *talem fuisse, quales nos, auctore Deo*, natura formauit, & qualis homo primus in paradiso habitauerat. Quo item pacto loquitur Athanasius. Deinde argumentum ex Petro, probat solum, extentione manuum crucifixionem denotari, & cinctu per alios facto, vincula, vt exponit Theophylactus [i]. Quæ vincula possunt adhuc bifariam intelligi, aut de illis, quibus vincti tenentur in carcere; & cum quibus educuntur ad supplicium; ita vt per anticipationem crucifixionis mentio præcellentis: aut de funibus, ac restibus, quibus manus pedesque alligarentur, constringerentur, immoti tenerentur, donec clauis figerentur, siue quis in lecto cruciligendus esset cruce, siue in erecta, vt eodem illo cruam 21. Psalmo diximus. Tamen cum dicit Christus, *alius cinget te, & ducet quò tu non vis*, indicare potiùs videtur vincula, quibus rei vinciuntur, quam cinctum lumborum in ipsa crucifixione; quamuis *lumbos* importet τὸ ζωσαι, & eos etiam exprimat Syriaca translatio; & ἀγειν significans *trahere*, conuenire possit attractioni in crucem, non solum eductioni in carcerem, aut vsque ad eandem crucem. Postremò desideratum rei tantæ, & pacis hactenus auditæ, vel nulli, quod sciam, alteri, maiorem probationem. Itaque non video quid apriùs intelligi possit, quam vilitas & rudioras quædam vestitus Christi per *cilicium*, siue *saccum*, aut numero plurali, quo Paraphrastes vtitur, *saccos*, qui omnes vestes tales fuisse designant.

Et factus sum illis in parabolam.] Alij, *in prouerbium, dicterium, ludibrium, exemplum, similitudinem, irrisionem, improperium, fabulam*: hoc est, vt cùm de vili aliquo homine homines loquerentur, eum mihi cōpararent: vt in ore versarer quorumcumque etiam de triuio: vt essem, quod ait Apollinarius, γελοιαστικον μελημα, *ludicrus sermo*, & quod Nicephorus, ac Euthymius, παροιμιαν *exemplum*, vt talia imprecarentur hostibus, qualia me pati viderant: vt omnes ærumnas meas, fluctuumque luctuosum deriderent, ac falso sermone deluderent; vt, quod sentit Caietanus, ortum sit derisorium de me prouerbium inter Iudæos. Quid sit *parabola*, & מָשָׁל *mascal*, dictum Psalmo 48 [o]. lequque possunt Ribera [l], & Salmeron [m], & Gaspar Grajar [n]. Sensus, quem dixi, literalis est, & ab Augustino, Ruffino, Beda, Remigio, Haimone, Hugone, explicatur, vt si quis de quopiam dicat; sic ille pereat, quomodo ille parabola est, id est, comparatio, & similitudo maledicti. Locus alter ex Paralipomenis [a] valde illustrat præsentem. Ibi minatus Deus auertenti se populo ab ipso, & derelinquenti iustitias eius, & præcepta, & seruienti diis alienis, ait: *Eiiciam eos de terra mea, quam dedi eis, & domum hanc, quam sanctificaui nomini meo, proiiciam à facie mea, & tradam eam in parabolam, & in exemplum cunctis populis*: לְמָשָׁל וְלִשְׁנִינָה *lemaschal veliscnnah, eis παροιμιαν, καὶ εἰς διηγημα*, & significat secunda vox Hebræa, *prouerbium acuium*, & *acerbum*: *Et domus ista, quæ erat excelsa, erit in prouerbium* (est Latine hoc nomen suppletum) *omnis qui transibit per eam, obstupescet, & dicet: Quare fecit Dominus sic terræ huic, & domui huic?* &c. Similes sententiæ in libro Iob [b], Tobiæ [c], Deuteronomij [d], Ieremiæ [e]. Ita verò etiam parœmialiter dici videtur apud eumdem Ieremiam [f]; *ponat te Dominus sicut Sedechiam, & sicut Achab, quos frixit rex Babylonis igne.* Discipuli illi peregrinantes cum ignoto Christo videntur indicasse iam inualuisse de illo prouerbium [g]; *tu solus peregrinus es*, &c. Id sibi quoque vult *dimittere nomen suum in iuramentum* [h], nempe execratorium. Huc apte illud Lyrici [i] retuleris:

Heu me per vrbem! nam pudet tanti mali!
Fabula quanta fui!

Eodem reuocandi, qui explicant de verbis ad irridendum & insultandum compositis, vt Arnobius. Nimis anguste Hilarius, & Hieronymus, de Iudæis declarant, qui Christi fletum super Lazaro mortuo ridebāt. Minus adhuc proprie Cassiodorus, Bruno vterque, Haimo, volunt Christum significare se non solùm carne velatum, sicut sacco, & cilicio, sed accommodatè ad captum audientium parabolas vsurpasse. Arnobius [k] finem legis esse, moxeque soluta illa ænigmata Prophetarum. Quocirca cùm apud Esaiā [l] dicitur, *sumes parabolam istam*; & subditur *quomodo cecidisti de cœlo lucifer*, &c. non sequi necessariò, quæ ibi dicuntur de rege Babylonis, intelligi per figuram, seu parabolam de primi angeli peccato. Nam *parabola* ibi potest significare non similitudinem, quæ continet sensum parabolicum, sed fabulam, & prouerbium vulgi in derisum.

Aduersum me loquebantur, qui sedebant in porta.] Ambrosius [m], Arnobius, & psalterium duo, *exercebantur*. Augustinus, *insultabant*. Hilarius, *detrahebant*: quamuis Gallicano psalterio, Faber tribuat, *loquebantur*, & veteri, scholiorum collector in editionem Lxx. *insultabant*. Græcum ἐδοξαζον, insultationem indicat, quæ nugando fit, & fabulando. Addit Paraphrastes, *in domo anguli*. Frequentabantur apud Iudæos portæ ciuitatis, quia ibi agitabantur causæ, vt aliàs notaui [n], ita vt hic indicetur habitos de Christo sermones maledicos ab imis, & summis, à plebeiis, & primoribus. *In porta*, inquit Augustinus, nihil aliud quam *in publico*. Ita quoque Ruffinus, & alij. Exprimit autem Hier. Scribas, & Pharisæos; Arnobius, Sacerdotes sedentes *in iudicio, scientiæque clauem habentes*, cùm tamen *nec introirent ipsi, nec alios introire permitterent* [o]: Remigius, quosuis iudices: Cassiodorus cū Hilario, vltro citróque commeantes per portas, & in iisdem otiosè consistentes: Euthymius, & Hesychius, portas templi, & conuentus ibi celebratos in quib. disquireretur quid homines Christus

a Ioan. 21. 18.

b in Scorpiaco c. vlt.

c vers. 18. *Christus extensis nudus, ac sine omni prorsus velo, cum perizomate, crucifixus.*
d de cruce, c. 22.
e De stigmatis sanctorum, c. 6.
f in Psal. 43. g vers. 16.
h Lib 10. in Lucam.

i in Ioan. c. 21.

De voce parabolæ consulendus noster.
k vers. 7.
l in Medit. 2. num. 9. & seq. item 7 tract. 8 in c. Mich.

a Isa. 7. 19. 20. 21.

b c. 30. 9.
c c. 18. 18.
d c. 28. 37.
e c. 24. 9.
f c. 29. 22.

g Luc. vii. 18

h Psa. 65. 15.
i Horat. Epod. Ode 11.

k in Psal. 43. l c. 14. 4. 14.

m in psal. 43. *Agitatur tam à cunctis apud Iudæos in portis ciuitatis.*

n psal. 9. 14.

In porta, id est, in publico.

o Luc. 11. 52.

esset: Eusebius, illos qui tempore passionis Christi, seducebant eos, qui per portam ingrediebantur. Hippolytus, quem citat Agellius, eos, qui extra portam Christum crucifigendum deduxerũt. Ambrosius [a], quos Christus *otiosos* increpabat; videlicet, qui *otio habebant corripientem in porta* [b].

Omnia concedi possunt. sed planior sensus de consensu eorum, qui præerant publicis causis, vel ciuilibus, vel Ecclesiasticis. Quamuis cùm subessent Romanis Iudæi, non exercerẽt Romani publicum illud munus in portis: nec fortassè id Iudæi, quod eis permittebatur, & erat exiguæ auctoritatis. Attamen dicendi olim vsitata formula vigebat: sicut hodieque apud Turcas, & alios, vt *portæ* vocabulo significaretur eiusmodi locus. Opponuntur seria tractantibus ea, qui postea dicuntur bibentes vinum, genio indulgentes, otioſique. Ostendit Galatinus [c] iudiciariam potestatem in aduentu Messiæ penitus auferendam fuisse. Meminit autem de porta montis domus, id est, templi & de alia, quę vocabatur aerij. præter locum Gazith, siue dolatum, & politum, in quo sedebant olim Sanhedrin. Notat dixisse Christum in præterito [d]; *super cathedram Moysi sederunt*, &c. & Iudęos Pilato [e]; *nobis non licet interficere quemquam.* Consule præterea Sigonium de republica Hebræorum [f]. Commodè huc trãsferri possit ex alio Psalmo [g]; *sederunt principes, & aduersum me loquebantur.* Borcardus [h] ex portis Ierusalem vocat secundam veterem, quia erat etiam tempore Iebusæorum, & iudiciariam. Extra eandem sumebatur de damnatis supplicium; Christúsque per illam eductus est ad crucem.

Et in me psallebant, qui bibebant vinum.] Hieronymus, *& cantabant bibentes vinum.* Alij, *& cantiones* (nempe factas sum) *bibentibus siceram, & quidquid potest inebriare.* Chaldaice, *& cantilena eorum ero, qui vsuri sunt bibitum siceram in domo cauponaria.* Nomen נגינות *neghinoth*, est instrumenti musici, numero plurali. Viliores & abiectiores innuuntur, qui compotando, carmina ad musicum instrumentum decantabant, vel vt sese oblectarent, vel in aliorum etiam locupletiorum gratiam; qui *symphonia* inter conuiuandum & *choro* vtebantur, vt est apud Lucam [i]. Populus item cùm *offerret* vitulo *holocaustia*, & hostias, *manducareque, & bibere et, surrexit ludere* [k], hoc est, canebat, & tripudiabat: celebratas præterea constat nuptias musicis instrumẽtis, & Hymenęo [l]; *in bonis* quoque *ducere aues* dicuntur, qui *tenent tympanum, & citharam, & gaudent ad sonitum organi* [m]. Denique huius rei alia sunt sacra testimonia [n]. Supersedẽdum profanis exemplis, quæ reperias in Athenæo, & scriptoribus conuiuiorum antiquitatum; & Pradus noster eadem de re disputat [o]. Cantum saltationémque Homerus [p] vocat anathemata, id est, ornamenta, vel appendices conuiuij, seu dicatas conuiuio. Comœdiæ initium dedit iuuentus, Comum lasciuiæ & comessationis colens Deum, vt quidam putant, per eámque occasionem rudia & inculta fundens carmina, quibus quos videbatur, nominatim perstringeret. Ad rem facit maximè Esaias [q]; *cithara, & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in conuiuiis vestris, & opus Domini* (cantatem Christi incarnati, passíque) *non respicitis*: item [r]; *cum cantico non bibent vinum*: & Amos [s]; *qui cantus ad vocem psalterij, sicut Dauid putauerunt se habere vasa cantici, bibentes vinum in phialis*; & Ezechiel [t]; *rex multitudinis exul animi erat in ea*, nempe mensa; quo loco Pradus noster consule. Citat is præter indicatos locos, alium ex epistola ad Ephesios [u]; *nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed implemini Spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in Psalmis, & Hymnis, & canticis spiritualibus* Tertulliani [x] quoque, & Cypriani [y] testimonio, confirmat initio Ecclesiæ in cœnis Christianorum cantus adhibitos. Vtilitatẽ Plutarchus [z] musicæ in conuiuiis potissimam ducit, ex Aristoxeni sententia; quòd sit potens reuellendi ac mitigandi feruidam vini vim. Atqui conqueritur Dauid, seu in eius persona Christus, abusos ebriosos compotatores musico carmine in eius ludibrium, prosilientibus facilè, vt ita dicam, ad huiusmodi arma bene potis, & à fœcundis calicibus distentudinem nanciscentibus, cantandique vim effusiorem; & bibaces τῦ ὀίνυ Plato ἐπιπολαιοτέρως loquens, asserit ὅτι δοκεῖ νῦν ἔχειν, *existimare se mentem habere, ac sapere* [a]. Vsurpauit Paulus [b] Iurisconsultus *psalterium* pro cantico in alterius infamiam compositio.

Credi potest, qua Christus nocte comprehensus est, pene totam ductam insomnem, à plurimis aduersariis, præ gaudio indulgentibus prolixiori compotationi, & ludicro sermoni, carminúque de eodem, etiam cum cantu musicóque instrumento. Et fortassis notis musicis carmen erat haud pridem compositum in Christum, præsertim à paucis diebus, quibus triumphantis more ingressus fuerat ciuitatem. Fieri quoque potest, vt aliud post passionem sit editum, cuius esset eadem passio argumentum: cuiusmodi fuerunt longe post acta apud Pilatum contra Christum confecta, iussu Maximini [b]; & Arianorum cantilenæ contra ὁμοούσιον [c]. Licuit Christo illud vsurpare [d]; *factus sum in derisum omni populo meo, canticum eorum tota die*: & [e], *sessionem eorum, & resurrectionem eorum vide*, siue orientur, siue quid operis aggrediantur; siue seria tractent, quasi in sedibus, solijs, thronis, subsellijs, siue inde surgant, & feriantur. *ego sum Psalmus eorum.* Præterea [m]; *in eorum canticum* (Lxx. ex haram) *versus sum, & factus sum eis in proverbium*: adhæc [n]; *posuit me quasi in proverbium vulgi, & exemplum sum coram eis* תופת *thopheth, tympanum*; quasi pulsari se dicat velut tympanum, aut hostes lætitiæ signa edere, ob illius calamitates tanquam pulsato tympano; qui appellatur quoque *plausus manuum* [o]. Obnoxia sunt conuiuia, quæ συμπόσια vocant Græci, quasi *combibia*, & vinum immodicè sumptum, quo nomine ipsa conuiuia tota intelliguntur, tanquam à præcipua parte: etsi apud Persas putant [p] aliqui, ob vsum vini, in secunda mensa, quæ erat pomorum, cùm in priore carnium piscíumve, vterentur aqua, vocari conuiuium vini in Esther [q], משתה היין *mishteh hayain*; & in libro Ecclesiastici [r], συμπόσιον ὄινυ; sunt hæc, inquam, obnoxia maledicentiæ, ac detractioni, vt multis doceri possit. Postremò, sine modo vtentes vino redduntur amentes, quamlibet sese putent νῦν ἔχειν, immò, & acephali, vt acutè Clemens Alexandrinus [s] notat, qui tales comparat cum cœlesti figmo acephalo (de quo Scholiastes Heruetus) cuius compressum, atque confidens caput est in pectus, ita vt vix extet. Nam in his, ait ille, facultas ratiocinãdi non in capite, sed in intestinis collocatur, iræ, & cupiditati seruiẽs.

a in Ps. 41.
b Amos 5.10. pro quo male Arnobius Ieremiam citat. *Planior sensus*
Portæ vocabulo quid locus apud Turcas.
c Lib. 4 c. 5. 6
d Matt. 23. 39.
e Ioan. 18. 31.
f Lib. 6. c. 4. & seq.
g Ps. 118. 23.
h Lib. de locis sanct. p. 1 c. 7. § 45. *Ex portis Ierusalem secunda* vetus & iudiciaria *dicta.*
i c. 15. 25.
k Exo. 32. 6.
l 2. Macha. 9. 37. 41. *In bonis ducere dies qui dicantur.*
m Iob 21. 12. 13.
n Eccl. c. 31. 1 2. 4 5. c. 40. 20. c. 46. 12. Esa 5. 12. c. 24. Amos 6. 5. Ezech. 23. 42.
o in Ezech. c. 23. vers. 42.
p Odyss. 1. *Cantica quis dederit initium, Comus lasciuus & comessationi Deus.*
q c. 5. 12.
r c. 32. 6.
s c. 6. 5. 6.
a c. 23. 42.
b c. 3. 18. 19.
c Apol. c. 39.
d ad Donatũ. *Initia Ecclesiæ in cantu Cerealium, rapiuntur adeuntes*
e Opusc. de musica *Iubal: musica inuentum.*
f Plutarc. 7. Sympol. q. 10
g Lib. 5 sect. tit. 4. *Psalterium pro cantico in alterius infamiam compositio.*
Scilla apud Pilatum contra Christum confecta, iussu Maximini
h Euseb. 9. hist. c. 7. Socrat. lib. 1. c. 8.
i Ebre. 3. 14.
k Ps. 63.
m Iob 30. 9.
n c. 17. 6.
o Thre. 2. 15.
p Franc. Patr. 1. de repub. tit. 9. Bertat. in Esth. *Apud Persas vini vocatur secunda mensa, aqua.*
q c. 5. c. 2. *Comessatio male dicentia & detractionem vinum.*
Vini intemperies Magnum vitium est, cum excellens acephalo comparatur.
r c. 31. 41.
s 2. Pædagog. c. 2.

Pernicio-

Pernicioſa vini effecta Sapiens [a] enumerans, rixarum vnum ponit [b]; & Græce λίχνα exprimuntur, id eſt, *ineptiæ*. Cauet etiam [c] ne in conuiuio vini arguat quis proximũ: quamuis per ſe ſpectat illud monitum, ne reprehendatur is, qui conuiuatur, eo ipſo tempore conuiuij. Hic demum (volo enim hic eſſe ſobrius) nota pro *vino* Hebraicè *ſiceram* eſſe שֵׁכָר *ſecchar* a verbo שָׁכַר *ſchachar*, *inebriare*, atque omne potus genus accommodatum ad inebriandum ſignificare; & idcirco ſæpè per *vini* nomen declarari, ac merum quidem, purum, plenum, vinum, temetum, non dilutum ſignificare: interdum vt diſtinctam a nomine *vini* [d] Num. 6.3. [e] Leuit. 10.9. [f] Iudic. 13.4. [g] ibid. verſ. 13.

[a] Prou. 23. 20. 21. 29. & ſeq. Eccl 31. 21. 31. & ſeq.
[b] Prou. 23 29.
[c] Eccl 31. 41.

Vinum, poni verbi gratia, cùm de Nazaræis agitur [d], vel de ſacerdote ingreſſuro *tabernaculum* [e], vel cuipiam diſtincte vtrumque inhibetur, vt Samſonis matri [f], & Samſoni [g] (qui ne appetitu in eas res ferretur, matri prohibitæ ſunt propter ſympathiam, & inhærentes fœtui maternas affectiones, ac appetitiones,) & Ioanni Baptiſtæ [h]; vel contra imperatur dari vtrumque [i]. Paronomaſiam verò cum ſimili radice, cuius ſit in ſiniſtro cornu litteræ (ש) *ſin*, punctum, שֵׁכָר *ſchar*, & ſignificat *munus*, quo principes inebriantur, ita vt ideirco dari illis ſicera vetaretur [k], non tanti facio [l].

[h] Luc. 1. 15.
[i] Prou. 31.6.
[k] ibid.
[l] hic Vatablus c. 17. Ezech. & confirmat ex Apoc. 17. 4.

Verſ 14.] Ego verò orationem meam ad te Domine: tempus beneplaciti Deus.

In multitudine miſericordiæ tuæ exaudi me, in veritate ſalutis tuæ.

Senſus loci.

AD cætera lugentis mœſtique ſigna, in ieiunio, & ſacco, cilicióve, ait, orationem ſe adhibuiſſe; nec irriſionibus, ſannis, contumeliis aduerſariorum ab eo inſtituto retardari, vel de Deo diffidere, etiamſi minùs attendere ad illa, vel curare videretur Deus, potuiſſe. Sed hoc vnum in tantis malis remedium opportuniſſimum reperiſſe, dirigere ad Deum orationem; ac cuixe figitare, vt bonitati eius placeret, tandem in tantæ calamitatis articulo opitulari; ſuammet quoque ipſius miſericordiam multiplicem conſiderando, nec non fidelia promiſſa, ac veriſſima de præſtanda ſupplicibus ſalute. Chriſti cenſeri oratio poteſt paſſionis ſuæ tempore, quod κατ' ἐξοχὴν tempus eſt εὐδοκίας, aut διαλλαγῆς, vt exponit Symmachus, *beneplaciti*, & *reconciliationis*; præterea *tempus acceptum*, ſeu *acceptabile*, *diéſque ſalutis* [m]. Eo præſertim tempore, diéque orauit Chriſtus *cum clamore valido, & lacrymis vdum, qui ſalutem facere poterat eum a morte* [n], & mundũ totum, pro quo patiebatur, ab æterna damnatione. Quamuis autem iam priùs bis appellauerat eum *ſuum dilectum, in quo bene complaceret ſibi* [o], tunc tamen maximè, beneplaciti tempus eſſe. Hoc Euſebius diſerte his ipſis verbis expoſuit; Didymus illud quoque, de poſtulata ſalute pro mundo toto; quaſi diceret, inquit, ἵν' ἡμᾶς ζωοποιήσῃ τοὺς νεκροὺς ζωοποιηθῆναι οἱ ἐν ἁμαρτίαις νεκροί, *vt me viuificante, ſimul viuificentur, qui per peccatum mortui ſunt.* Addi poteſt *tempus beneplaciti* eſſe illud ipſum paſſionis, quo placuit Patri, vt filius eius cum hoſte congrederetur pro ſalute humani generis: & multitudinem miſericordiæ allegari, propter immenſam quandam multitudinem peccatorum: veritatem ſalutis, ob adeò multas promiſ-

[m] Eſa. 58. 5. 2. Cor. 6. 2.
[n] Heb. 5. 7.
[o] Matt. 3. 17. c. 17. 5.

A ſiones, ac figuras de hac redemptione, quæ iam complendæ erant: denique orationem particulariter fuiſſe, quam pro crucifixoribus in ipſamet cruce fudit [a]. Tradunt hunc omnes paſſim ſenſum. [a] Luc. 23. 34.

Ego verò orationem meam ad te Domine.] Hieronymus, *mea autem oratio ad te Domine.* Alij, *at ego orationem meam ad te Iehouah*, nempe conuerto, *tempore beneplaciti.* Vel, *ego autem orationem meam tibi*, aut *in te*, nempe fum, *Domine.* Chaldaicè, *& ego orationem meam coram te*, ſcilicet effundo, *Domine, in tempore beneplaciti.* Auguſtinus, & vetus pſalterium, vt refertur in Scholiis ad editionem Lxx. *ego autem oratio mea, ad te Domine.* Explicat verò Auguſtinus; ego autem ad te eram: B ſed quomodo? ad te orando. Græcè ex editione Lxx. ἐγὼ δὲ τὴν προσευχήν μου πρός σε κύριε: *ego autem orationem meam ad te Domine*; nimirum, conuerti me, aut quid ſimile. Aquila reddidit, σοὶ, *tibi*: Theodotio, ἐμὴ δὲ ἡ προσευχή: *mea autem oratio*: Symmachus eodem pacto: ſed σοὶ, *tibi* pro πρὸς σε, *ad te.* In tranſlatione vulgata eclipſis eſt verbi alicuius, *ego vero orationem meam ad te Domine* cõuerto, extollo, dirigo fundo; cuius vltimi verbi participium Arnobius expreſſit. Quod ſi quis dicat, *tempore beneplaciti* ſignificabitur orationem fieri tali tempore. Præſtat tamen nihil immutare, vt poſtea dicemus. Apollinarius ita clarè C declarauit:

αὐτὰρ ἐγὼ καλέων σε διηνεκέως λιτάρευον,
ſed ego vocabam te ſemper, obſecrans.

Hilarius cùm exponit, quòd oratione ſua totus ad Deum erat, videtur ſecutus verſionem Lxx. & ſuppleuiſſe verbum ſubſtantiuum; quamuis in eiuſdem textu ponatur editionis vulgatæ lectio. Hebræa וַאֲנִי תְפִלָּתִי לְךָ יְהוָה *vaani thephillathi lecha Iehouah*, ad verbum reddi poſſunt, *& ego oratio mea ad te, Domine*: vel *orationem meam.* Sed clarior interpretatio poſterior, in eáque faciliùs ſubintelligitur neceſſarium verbum. Si te nõ offendit cõſtructio, repetas ex priore verſu *pſallendo* verbum hoc modo; *in me pſallebant, qui bibebant vinum: ego vero orationem meam ad te Domine pſallebam.* D

Tempus beneplaciti Deus.] Hieronymus, reiecto vltimo vocabulo in ſequens membrum; & ſupplendo verbum ſubſtantiuum, *tempus reconciliationis* eſt, quam reconciliationem Symmachus Græcè expreſſit καιρὸς διαλλαγῆς ὁ θεός. Declarauit alibi quid ſibi velit *diδοκία*, & *beneplacitum*, & רָצוֹן *raſon*; quod *beneplacitum* poſuiſſe ſcribit Deum Paulus [b] in Filio ſuo; & hic Patri dicebat [c] *ſua Pater quoniam ſic placitum eſt ante te.* Cum autem ſit hîc in verſione Lxx. & Symmachi, ὁ θεὸς in caſu recto, Latinum nomen, *Deus*, videtur etiam in eodem ſumi debere. Quo pacto nec ad ſequens membrum pertinebit, & ſuppleri debebit ſubſtantiuum, *eſt*, tempus beneplaciti eſt E Deus, hoc eſt Deus ipſe eſt tempus beneplaciti. Verùm, quia durior eſt hæc oratio, neque ſatis percipitur quo modo Deus ſit ipſum tempus beneplaciti, dicendum etiam cum articulo caſus parientis, & forma nominis caſus eiuſdem, qui Atticè quoque pro vocatiuo ſumitur, vocatiuum deſignari. Sic in pſalmo 21. *Deus, Deus meus reſpice in me*, ὁ θεὸς, ὁ θεός μου. Videtur Euthymius hic legiſſe iterum κύριε, quod erat priore membro, & ὁ θεὸς iunxiſſe cùm ſequenti. Idem porrò & Nicephorus hoc tempus interpretantes de tempore paſſionis, putant hanc vocaſſe Chriſtum ho-

[b] Epheſ. 1. 9.
[c] Matth. 11. 26.

ram, cum dixit [a], *Pater venit hora*. Qua ratione | A
sæpius Ioannes [b] horam passionis ita nominat:
Paulus [c], *plenitudinem temporis*, non præcise de
illo, quo passus est Christus, sed de toto, quo vixit
inter nos, præcipue mortalis. De eodem tempo-
re illud etiam est in alio psalmo [d]; *tu exurgens mi-
sereberis Sion, quia venit tempus miserendi eius, quia
venit tempus*. Hic etiam est accubitus sponsi Chri-
sti, in quo *nardus* humilis orationis *dat odorem
suum* [e], & exauditur faciliùs: nunc aditur maio-
re fiducia ad thronum gratiæ eius, *vt misericor-
diam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio
opportuno* [f]. Præter communem sensum, vt *bene-
placiti tempus* dicatur, quo Christus, & Patris vo-
luntati placere voluit per incarnationem, atque
passionem, & libimetipsi, ac propensæ voluntati | B
suæ erga salutem nostram, cum nulla in nobis
causa esset cur saluaremur: præter hoc merum
beneplacitum diuinum, vtroque sumptum mo
do, potest cuius per tropologiam hoc idem con-
gruere, vt fidenter Deum oret, si sentiat in semet-
ipso pronam paratámque voluntatem ad Dei per fi
ciendam bonam, beneplacentem, perfectam [g].
Quod legitur in Cantico [h], *pulchra es amica mea,
& decora*, Græce est, *ὡραία καὶ εὐπρόσωπος*, Hebraice
chetsirisah: Chaldaice, *quam pulchra es tu dilecta
mea, in tempore quo vis facere voluntatem meam!*
Idem Christus magna confidentia dicebat Pa-
tri [i]: *Ego sciebam, quia semper me audis*; nimirum,
quia ipse vicissim profitebatur, semper secum il
lum esse, nec reliquisse solum, quia, quæ *placita
sunt ei, faceret semper* [k]. Propterea nullis hac velu
ti nos lege orare; immò, & hoc ipsum orare, vt
fieret voluntas Dei [l]. Nec abludet a sensu, qui vo-
cabulum Hebræum *Thirtsah* faciet proprium ci-
uitatis regiæ regũ Israël [m] perpulchrę, quæ *Iuer
sa* dicitur, cum qua sponsæ pulchritudo compa
retur, sicut & cum pulchritudine Ierusalem, quæ
mox nominatim exprimitur, & *ὡραιότης* significat *visionem pacis*, vt videlicet animus eius intel
ligatur pulcherrimus, & visione dignus diuina,
qui studeat ad Dei se beneplacitum per omnia
accommodare. Nemo abutatur tempore bene-
placiti, locóque pœnitentiæ [n], ac *tempore mise-
rendi* [o], *quia cùm acceperit Deus tempus*, etiam | D
iustitias suas abit [p], cùmque venerit dies Domini,
& defecerit dies hæc nostra, *qua ad pacem* nobis
conceditur [q].

In multitudine misericordiæ tuæ exaudi me.] Idem
est, quod in multa multiplicíve misericordia tua;
de qua lege psalmum 50 [r]. Monui prius nonnul-
los hic præponere nomen, *Deus*.

In veritate salutis tuæ.] Idem, quod in vera salu-
te tua quasi dicat, vt ait Euthymius, & Nicepho-
rus, *μόνη ἀληθὴς ἡ σωτηρία ἡ παρὰ σοῦ, sola vera sa-
lus, quæ a te est*; homo etenim hominem iuuare
non potest, seu *vana est salus hominis* [s]. Basilius, ac
Theodoretus, *veritatem* pro iustitia sumentes, ex-
plicant, vt iusto Deus vratur iudicio aduersus | E
eos, qui tantis eum malis affligebant. *Iustitiam*
quoque Augustinus interpretatur, & alij, quæ
cum misericordia coniungatur, cuius immedia-
tè facta mentio est sicut & alias crebrò coniungi
solent; quia *vniuersæ viæ Domini misericordia, &
veritas* [t]. Tertiò, *veritas* veracitatem significare
potest, seu fidelitatem, vt promissis facta respon
deant. Quartò, *veritatem salutis* Hieronymus,
Cassiodorúsque declarant de vera resurrectione,
post veram mortem. Quintò, Apollinarius vult
postulari cognitionem veritatis:

*σῆς σε· ἀλήθειάν μοι ἄναξ μίμνε φέρ[ων] καὶ ὀπάζων:
Tua verò veritatis mihi rex magnum lucem pra-
beas.*

Sextò, *veritas* opponi potest vmbris, & figuris,
ita vt *veritas salutis*, hoc est, salus vera, iustitiam
veram denotet, & verè ac penitus curari velit,
qui suorum orat nomine Christus, ac intrinse-
cam tribui suis iustitiam, non externam, & cere-
monialem, cuiusmodi ferè solam quærebant, cu-
rabant, venditabant veteris legis homines; ne-
que sit contentus sola iustitia legis, eáque, quam
vt *suam statuere volentes, iustitiæ Dei non sunt subie-
cti* [a]; quos crebrò Christus appellat *hypocritas*.
Non minùs certè periculosè peccant, errántque,
qui sunt simulatè tantùm sancti, quàm qui cor-
poris morbum simulant: nec minùs perspicuis
deprehendi notis possunt, quàm isti illis, quas as-
signauit Galenus [b].

a Rom. 10. 3. *Non minus periculose peccant & errant simulate tantum sancti, quam qui morbos corporis simulant.*

b In Isagogicis libris, libro, quem de morborum temporibus deprehendendi.

Vers. 15.] Eripe me de luto, vt non infigar:
libera me ab iis qui oderunt me, & de
profundis aquarum.

Vers. 16.] Non me demergat tempestas
aquæ, neque absorbeat me profun
dum: neque vrgeat super me puteus
os suum.

ORationis materiã magis disertè exprimit,
quæ nihil ferè nisi repetitio est secundi ac
tertij versus, hoc est, luti, inimicorum, profundi,
tempestatis: per quæ simul cum puteo, pericu-
lorum describitur magnitudo, & di in ea incolat,
exeundi inde difficultas: quod attinet verò ad
Christum, remigrandi ex sepulchro, & inferno,
spectata secundum se rei natura. Quæ prioribus
dicta sunt versibus, ad corpus multi referunt, hęc
ad animam; sed tropologicè. Si quid occurret no-
tatu dignum, id disquisitione particulari expen-
detur.

Eripe me de luto, vt non infigar.] Chaldaice, *de cap-
tiuitate, quæ similis est luto, & non submergar.* In
opere luti occupabantur in Ægypto captiui [c];
fortassis in Babylone. In psalterio Gallicano,
salua me a luto, vt non inhæream. Augustinus, *sal-
uum me fac de luto vt non inhæream*. In Romano
psalterio, & apud Cassiodorum, & Gregorium [d],
eripe me de luto, vt non inhæream, apud Hilarium,
vt non hæream. Infigendi verbum Græcè etiam ac
Hebraicè idem est. versu 3. pro *luto limus* est; loco
τῆς πηλοῦ est ἰλὺ βυθοῦ: & quod hic שיט *tit*, ibi
יון מצולה *iaunen metsulah*. Priore loco querebatur
se infixum, sicut & demersum, hìc petit, ne
infigatur, & ne demergatur. Sed infigi mergive
censetur, qui proximus est periculo; vel qui in
periculum iam incidit, petit ex eo emergere, &
ne, quod in fine dicitur, *vrgeat puteus os suum*.
Quod de Christo intellectum, significat, vt qui
in has miserias malaque defecerat propter nos,
vt ex his extraheret, illis non detineretur, neque
daret Deus sanctum suum videre corruptionem, vel
animam relinqueret in inferno [e], vt non more cæ-
terorum, quod inuit Hieronymus, tanquam
luto constans, in id resoluatur, qui etiam voca-
tur *puteus mortis* [f]. Explanat Augustinus (quem
cùm nomino, plurimos eiusdem sectatores in-
telligo) antea de corpore, nunc de animo, vt si

c Exod. 1. 14.

d c. 34. moral. c. 9. vel 13. & lib. 18. c. 27. vel 31.

e ps. 15. 10.

f ps. 21. 16.

corpus

a Ioan. 17. 1. b c. 7. 10. c. 8. 20. c. 12. 23. 27. c. 13. 1.

c Gal. 4. 4.

d ps. 101. 14.

e cant. 1. 11.

f Hebr. 4. 16. *Omnem festinationem, quod hic ait, beneplaciti tempus.*

g Rom. 12. 2 h c. 6. 3.

i Ioan. 11. 42.

k c. 8. 29.

l Matt. 6. 10.

m 3 reg. 14. 17. c. 15. 21. 33. c. 16. 6. lib. 4. 15. 14.

n Iob 14.

o ps. 101. 14.

p ps. 74. 3.

q Luc. 19. 42.

r vers. 3.

s ps. 59. 13.

t ps. 24. 10.

Se corpus tuum teneatur premi: sed ne ad iniquitatem, non hæreat consentiendo.

corpus tuum teneatur, premi: sed ne ad iniquitatem, non hæreat consentiendo. Remigius, ne quasi incorporemur, & (vt ita dicam) commisceamur in luteam iniquorum massam; quod præsertim de libidinosis intelligi potest, seu de luteis desideriis, mundique cupiditatibus, ne his adhærescamus tanquam turpi ac tenaci visco, & quod natura sumus, simus vitio quoque μολύνσι. Distinguit ex scripturis Arguanus quasi sex luti generalium *corporis* nostri [a] *peccati* [b], *pœnæ*, seu *miseriæ* [c] *gratiæ*, *pietatis* [d], *auaritiæ*, & *cupiditatis* [e]: *sepulchri*. Vltimam notionem videtur literaliter de Christi sepulchro hic exponere, quia omnis lapis, ex quo erat illud sepulchrum, de luto, aut terra producitur: vel, vt aliqui putant, lateritio aliquo opere ornabatur exteriùs. Hugo ad Christum applicat secundum partem sensitiuam, ita vt oret Christus, ne nimio illi amore adhærescens mortem pro generis humani salute detrectet: quod & in horto legitur *orasse* [f]. Arnobius *lutum mortis* interpretatur. Alia Gregorij [g] distinctio est, pro rerum terrenarum multiplicitate [h]; pro nimia doctrina, quæ fordidū [i] sapiat; pro illecebris desiderij carnalis: quam vltimam notionem vult esse præsentis loci. Luto quippe inhærere, inquit, est fordidis desiderijs concupiscentiæ carnalis inquinari. Docet etiam quòd *Leuiathan autem sibi quasi lutum pœnæ* [k], quando eos, qui intra sanctam Ecclesiam fulgore iustitiæ resplendere videbantur, vel terrenarum rerum concupiscentia; vel erroris desitimæ contagio (hoc est, quod alibi dixisse meminit de Arriano cano, qui se mortuo quasi lenata mine eo prose fluxurum fuisse dictitabat) vel carnal bus libi voluptatibus subiicit. Difficile, ac etiam impossibile, non contingere lutum lutea gestientibus nobis vasa, non minus ex humo, limo, luto, fictis hominibus, & fictilibus τετυγμένοις, atque πεπλασμένοις; nihil xio, ac inlæsio cauenda, nobisque valide, cum Dei gratia, *lutum* nostrum debemus *in hoc luto aquarum multarum*, vt fecisse creditur Deus *equi fœ-*. Idem Gregorius [m] comparans statum beatorum, quorum corda sibi inuicem, & claritate fulgent, & puritate transluent, cum auro, & vitro, ita vt & corporalibus oculis ipsa etiam corporis harmonia patescat; ait nunc, vbi nec hoc fieri naturaliter potest, nec vt alteri alterius innotescat animus, intra lutea vascula concludi corda nostra; & huic luto per passionem mentis inhærere Prophetam, proferentem verba ista formidare: à Paulo [n] autem appellari *domum terrestrem*, & sponsam de sponso affirmare quòd *stet post parietem* [o], vt non posset abscondita in assumpta humanitate videri diuinitas.

Ad Christum applicatur.

Luti varia genera distinctio.

a Iob 10.9.
b ps.17.43.
c ps.39.3.
d Ioan.9.6.
e Abac.3.6.

f Matt.26.39.
g 14.moral. c. 9.vel 13.

h Abac.3.6.
i c.3.15.

Luto inhærere, quid sit.

k Iob 41.22.

Aliter cum de se dictum.

l Abac.3.15.
m 18 moral. c.17 vel 31.

Beatorum status comparatus cum auro & vitro.

n 2.Cor.5.1.

o Cant. 2.9.

Libera me ab iis qui oderunt me.] Alia psalteria, & Cassiodorus, & Beda [p], *ex odientibus me*. Augustinus, *eruar ex iis, qui oderunt me*. Hilarius hoc omisit. Hi ipsi sunt, qui versu 5. dicebantur magno numero odientes gratis. Hugo sicut luto concupiscentiam carnis designari putat; ita per hos, qui nos oderunt, aduersarios diabolos, hinc superbiam vitæ, quia, qui eorum primus est, ex dicitur *super filios superbiæ* [q]: præterea per *profunda aquarum*, de quibus mentio subiicitur, intelligit concupiscentiam oculorum: quæ tria recenset Ioannes [r]. Notat quoque peti, ne luto infigamur, quia nemo adsistere penitus potest à necessariis sustentationi carnis: simpliciter autem eripi ab aliis, vt omnino fugiantur, nec attingantur, videlicet superbia vitæ, amórque diuitiarū.

p lib 3. in Iob c.5.

q Iob 41.25.

r 1.Ioan.2.16.

A Sed quoniam vix euadi potest ab his etiam duobus tentatio, postulari sequentibus verbis, vt nō demergat nos *tempestas aquæ*, id est, superbia ex bonis spiritualibus; nec *absorbeat profunditas* auaritiæ: *nec urgeat supra nos puteus* luxuriæ *os suum*.

Et de profundis aquarum.] Hieronymus, *ac profundis aquis*. Alia psalteria, & Hilarius, Augustinus, Cassiodorus, *a profundo aquarum*. Hebraicæ voces hic eædem sunt, quæ versu 3. מעמקי־מים *mahhamakke maim*, vbi legimus Latinè *altitudinem maris*: Græcè τὰ βάθη τῆς θαλάσσης. Diximus initio psalmi *aquis* tribulationes figuratè significari. De hac significatione *aquarum* in malam partem, vt & de alia in bonam, lege Hieronymum [a].

B *Non me demergat tempestas aquæ.* Hieronymus, *ne operiat me fluctus aquæ*: & alibi [b]: *non me præcipitet tempestas aquæ*. Dicebatur versu quoque 3. *tempestas*, & καταιγὶς. & שבולת *sibboleth*, quemadmodum hoc loco: erat item verbum huius loci *demergere*, & καταποντίζειν. & שׁשׁ *sesuph*.

Neque absorbeat me profundum.] In psalterio Romano, *absorbeat*. Profundum Hebraicè sicut versu 3. dicitur מצולה *metsulah*.

Neque urgeat super me puteus os suum.] Hieronymus, *& ne coronet* Alij, *c audat*, vel, *obstruat*, vel *concludat*, vel *contingat*. Hilarius, & Beda [c], *contineat*. Augustinus, *coarctet*. Expressit Hieronymus vim verbi non חשר *sheter*, quod propriè significat *claudere, obturare, obstruere*; sed תעצר *tatsar*, quod valet *coarctare, cogere, circumdare*; quod verbum vidimus psalmo 5 [d]. & 64 [e]. Hugo satis commodè tribuit Christo hanc orationem duplici hoc versu comprehensam; vt petat, quod antea dictum est, *eripi à luti infixione*, ne amori vitæ opus impediat redemptionis per mortem: ab odientibus Iudæis: *ne profundis aquarum*, id est, de consiliis, & machinationibus eorumdem: *à tempestate aquæ demergentis*, hoc est, ab impetu, vehementiáque doloris: ab *absorptione profundi* inferni: *a puteo ore gentis os suum*, id est, à limbo. Hac ratione possumus interpretari Christum hæc initio psalmi passum se significasse, nunc orare ne patiantur alij, pro quibus est passus; nam & sic Ionas, Christi typus, mersione sua mersionem impediit aliorum [f], vt Ambrosius [g] perpendit. Totius istius loci tropologiam Gregorius [h] elegantem tradit; dum tractat verba Iob [i], *Extrahes draconem in hamo, & fortiet linguam eius funiculo*, & demonstrat quòd qui vitæ viam deserens, in peccatorum se tenebras deiicit, semetipsum quasi in puteum, vel foueam mergit: si verò diutina perpetratione etiam consuetudine iniquitatis opprimitur, ne ad superiora iam possit exurgere, quasi angusti ore putei coarctatur. Post citatū verò hunc locum, in quo sub specie peccantium exoret Prophēta, subdit: Quē enim mali operis iniquitas à bona stabilitate cōmouit, quasi tempestas aquæ rapuit: sed si adhuc longa consuetudine non præualuit, non demersit. Iam *in puteum* cecidit, qui hoc, quod diuina lex prohibet, perpetrauit. Sed si adhuc longa consuetudo non deprimit, nequaquam os suum puteus coangustauit. Confirmat Ieremiæ [k] testimonio, sub suamet persona lamentantis Iudæam iniquitatibus longa consuetudine obrutam: *lapsa est in profundum malorum, & non est qui deprimat super me*. Adhibet alium Dauidis locum gratulantis [l], quòd *non concluserit Deus eum in manibus inimici*, sed *statuerit in loco spatioso pedes eius*. Eodem spectat lapidis tropologia super spelun-

a in Ezech.ca. 47.

b Ibid.

c lib. 1. in Iob c.5.

d vers. 13.
e vers. 22. *Oratio Christo accommodata.*

f Ionæ 1.12.15.
g in ps.17. *Tropologia.*
h 26.moral. c. 14.vel 30. & 31.
i c.40.16.

k Thren 3.53

l ps.90 9.

cum,

cam, in qua latebant reges [a]: aut super Lazari sepulchrum [b]: aut super lacum Danielis [c], quæ sunt etiam figuræ sepulti Christi cum lapide posito super sepulchrum [d]: *lapides* item *quadri*, quibus idem Ieremias [e] *conclusas* querebatur *vias suas*. Augustinus hoc loco de nolente peccatum confiteri, & *de profundis* clamare [f], sed *cum in malorum profundum venerit, contemnente* [g], sese que defendente, interpretatur *os putei clausum*. Alibi autem [h] de puteo infernali, cùm sine pœnitentiæ remedio peccator infelix illo excipitur, hicque aperitur deorsum, clauditur sursum, dilatatur in profundum, spiramine nullo, nullo libero anhelitu, claustris desuper agentibus, relicto. *Puteum interitus* licet appellare, de quo egimus Psalmo 54 [i]. cum Hilario ibidem, qui hic explicat esse puteum infernæ mortis: & addi potest ex Apocalypsi [k] *puteus abyssi*. Prior expositio pluribus arridet enarratorum, nec non Petro Damiano [l], Idem Gregorius [m], & Beda [n] *infernus os*. eo quòd amplum sit ad recipiendum (*dilatat enim animam suam, aperuit os suum ab quovis termino* [o]) arguitur esse dicunt ad dimittendum, quos in abyssi suæ immensitatis absorbet. Narrauit mihi vir fide dignus, patrum memoria contigisse, vt illiteratus nescio quis iuramentis, ac blasphemiis, dum in ludo pilam, quæ in cisternam siccam decide rat, ira feruens, & deierans, blasphemánsque illuc descendens requireret, quasi etiam reperturus, inuito numine; vbi permemisset ad imum, continuò supernè sic obstructum diuinitus cisternæ os, nulla vt ratione amplius aperiri potuerit, sed misero ibi moriendum fuerit, ac *si defecisset vultus in infernum* [p].

Vers. 17.] Exaudi me Domine, quoniam benigna est misericordia tua: secundùm multitudinem miserationũ tuarum respice in me.

Vers. 18.] Et ne auertas faciem tuam à puero tuo: quoniam tribulor, velociter exaudi me.

Vers. 19.] Intende animæ meæ, & libera eam: propter inimicos meos eripe me.

Sensus lect.

CAusas affert, propter quas exaudiri debeat; quia sic deceat benignam, liberalem, multiplicem Dei misericordiam, qui solo etiam prospicit aspectu succurrere: quia magnitudo tribulationis in eo, qui se Dei professetur, exhibeatque illi addictissimum & obsequentissimum seruum, diuini fauoris moram ac dilationem non patiatur, sed celeritatem efflagitet: quia singularis improbitas impietásque aduersantium, & contra illum, & contra ipsummet Deum, requirat, vt declaret Deus sibi res humanas esse curæ, valere, & velle innocentum tueri causam; nolle impunitate, atq; dissimulatione animi sceleratos maiorem dare, vt vltra læuiant, prouidentiam negent, male factis exultent, efferantur in peius. Quæ omnis oratio recte congruat Christo secundum humanitatem seruo Dei, in sua deprecanti passione pro animæ redemptione, corpusque pro cæterorum salute, nominatim autem pro inimicorũ. Duplex Christi motus notat Ioannes [q] in Christo, tum adueneri, tum præparare-

ris. Videntur his contenta versibus ad primum spectare, sequentibus alterum. Singula excutiamus.

Quoniam benigna est misericordia tua.] Hieronymus, *bona*. Gallicanum Psalterium, Hilarius, Augustinus, *suauis*. Sed addit Hilarius, *mihi*: & omnes suppleri verbum substantiuum, quod Græce ac Hebraice deest. Vox autem χρηστὸν, patitur omnium illarum Latinarum notiones, & præterea vt significet vtilitatẽ. In Psalmo 108 [a]. Latinè *misericordia suauis* dicitur, iuxta editionem quoque vulgatam, vbi eadem sunt nomina Hebræum, & Græcum. Obiicit Augustinus, hoc videri magis cõsequens futurum fuisse: *exaudi me Domine, vt suauis mihi* (vbi lectionem indicat Hilarij) *sit misericordia tua*: sicut paulo pòst; *quoniam tribulor, velociter exaudi me*. Respondet, homini in tribulatione posito necesse esse vt *suauis* sit *misericordia* Dei; quemadmodum non est panis dulcis, nisi fames præcedat: ideirco cùm Deus permittit, aut facit vt in tribulatione aliqua simus; etiam tunc misericordem esse, quia non alimentum subtrahit, sed desiderium mouet. Confirmat id Ecclesiastici [b] sententia: *speciosa misericordia Dei in tempore tribulationis; quasi nubes pluuiæ in tempore siccitatis*. Ibi Græce est admirantis particula, ὡς ὡραῖον ἐστὶν, *quam pulchra*, vel *speciosa*, vel etiam *tempestiua, & opportuna misericordia*! quæ vltima acceptio conuenit optimè cum similitudine nubis pluuiosæ, arente solo, cui certe etiam grata, suauis, iucunda, benigna est; sicut Psalmo 64 [c]. de benedictione dictum est, quæ fieret *corona anni benignitatis*, videlicet propter opportunos imbres. Eadem comparatio in Psalmo 125 [d]. *Conuerte Domine captiuitatem nostram, sicut torrens in Austro*; vt sic nempe fiamus *consolati* [e], repleatur *gaudio os nostrum, lingua exultatione* [f]: denique *lætamur pro diebus, quibus nos Deus humiliauit* [g]; & *secundùm multitudinem dolorum in corde* nostro, *consolationes diuinæ lætificant animam nostram* [h]. Inuitantur peccatores ad conuersionem, quoniam Dominus Deus *benignus, & misericors est, patiens, & multæ misericordiæ, & præstabilis super malitiæ* [i]. Innuit Hilarius alium sensum, legens, vt dixit *suauis est mihi* &c.) vt Christus dicat, quia sibi suauis misericordia sit, hoc est, grata, iucunda, & placeat, qua Pater motus miserit hunc ipsũ, ad procurandam generis humani salutem, dignetur peccantem exaudire, non tam pro seipso, quàm pro aliis, quorum tractet, vt aduocatus, causam, & vt propitiator satisfaciat. Porrò is, qui homiliam cõdidit super 17. vetus creditus Chrysostomus [k], quem valde suspicor auctorem Latinum esse, non enim sequitur translationem Lxx. seu Latinam vulgatam ex illis confectam, obseruat, Dauidem magna suauitate repletum, delectatum odore illo suauitatis, protulisse verba illa: & suauitatem, quæ est in Deo nostro, dulcem esse, sapore sancto repletam, mittere, fouere, defendere, fortificare, consolationem præstare, benignitatem non negare, tolerantem facere, iustum, sustinentem, humilem, benignum, largum, febrium, caltum, caritate plenum, hospitalitate præditum, prudentia ornatum, temperantia clarum, fortitudine firmum, iustitia liberatum, perducere vsque ad præsentiam Dei. Subdit admonitionem, ne quis ita blandiatur de misericordia Dei, vt cogitet, quia non erit iudicium; primò nos corrigendos, vitam corrigendam, malam consuetudinem mutandam, vetustam

[a] Iosue 10. 27.
[b] Iudicum 15. 8
[c] Dan. 6. 17.
[d] Matt. 27. 60
[e] Thren. 3.
[f] Ps. 129. 1
[g] Prou. 18. 3.
[h] lib 30. hom. 10 16.
[i] vers. 4.
[k] c. 9. 2.
[l] Lib. 1. epist. 10. 18. & tract. 2. de S. Vitale mart.
[m] 26. Moral. c. 24 vel 21.
[n] Lib. 3. in Iob c. 5.
[o] Esa. 5. 14.
De blasphemo cum tentatione assumpto, hyberne
[p] Ps. 54. 16.
[q] 1. ep. fr. 2. 1. 2.

[a] vers. 21.
Cum Deus permittit nos in tribulationem, faciat, etiam tunc misericors est.
[b] c. 35. vlt.
[c] vers. 12.
[d] vers. 4.
[e] vers. 5.
[f] vers. 2.
[g] Ps. 89. 15.
[h] Ps. 93. 19.
[i] Ioel. 2. 13.
[k] Tom. 1. *De Cruce, oratio humana super 17. Psalm.* controuersa.
Prudenter admonet, ne quis sibi blandiatur de misericordia Dei.

indictionem

institutionem dimittendam, & ita dici posse, *Exaudi me Domine, quia suauis est misericordia tua, secundum multitudinem miserationum tuarum*, &c. Quæ vltima verba non sunt consentanea editioni nostræ, & Lxx. propterèque arguunt, vt prædixi, non esse illum auctorem dictæ homiliæ Græcũ. Amplificat eandem benignitatẽ Dei Augustus, nec non Christi, de qua Paulus [a], illustrans aliquo modo similibus exemplis Alexandri [b]; Panopionis fratris [c]; Curtij [d], qui primus victo Armeniæ regi regnum restituit; secundus pro domino proscripto mortem subiit: tertius pro republica in hiatum terræ se præcipitauit, qui mox hiatus coaluit.

a Tit. 3. 4.
b Valer. lib 5. c. 1.
c Lib. 6. c. 8.
d Lib. 5. c. 6.
Benignitatis summa exempla.

Secundum multitudinem miserationum tuarum.] Cassiodorus, *misericordiarum*. Hilarius, *misericordiæ*. Quæ vltimo modo cum legantur extrema homilia, quam paulo ante citauit, merito suspicari non possumus non esse ab auctore Græco scriptã, quod & dictio tota satis indicat. Melius verò respondet Græco vocabulo ἐλεημῶν nomen *misericordiæ*, etiam *misericordiarum*, sicut & in Ps. 50 [e]. vbi phrasis eadem est. Multis inferationibus opus est aduersus aquas minantes vsque ad animam, limum profundi, altitudinem maris, tempestatem, innumerabiles hostes, persequentes, maledicentes, irridentes.

e vers. 3.

Respice in me.] Hieronymus, *respice ad me*. Hilarius, *conspice in me*. Fauor in respectu conspectúve ille est, vt sæpe vidimus.

Et ne auertas faciem tuam.] Carent constanter particula codices Græci, Latinique Regij, Complutenses, alij: psalteria quoque duo alias; item Hilarius, Augustinus, Cassiodorus. sed in emendatis Græcis restituta est, habeturque in omnibus Hebræis. Quid sit hæc auersio dictum alibi.

Ad puero tuo.] Hieronymus, *à seruo tuo*. Hoc valet סמכה *meibaudeka*, & *tuæ seruum* quoque significat, sicut & *puer*, non tantum vel *filium*, vel *ætate parum*. Lege tractatum Psalmi 17. Christus autem quo pacto dici *seruus* possit, alias docuimus. Non dubitant hoc loco Hilarius, Hieronymus, Hugo, Haimo, qui citat translationem Hieronymi, Bruno Carthusianus, Beda, Caietanus, Placidus, Pagninus, Lyranus, ita Christum nuncupare. Alij puritatem spectant iuxta etymon, sicut & Ambrosius [f]; Turrecremata etiam, humilitatem: Dionysius Rickelius; Euthymius, Raynerius, quòd filius Dei sit Christus. Ludolphus filiationem coniunxit cum seruitute, ob duplicem naturam. Genebrardus non negat vocari Christum seruum Dei Patris: sed fortassis propter eiusdem decus, & humanam formam in vnitatem personæ diuinæ inseparabiliter coalescentem, maluisse Lxx. *puerum tuum* nominare, quam *seruum suum*: vbi enim locutio est periculosa, & intelligi facilè aliter, dilucidiusque, vel præcipue loquendum, vel aliquanto communius, ac magis vniuerse, vt subesse possit distinctio: *pueri* verò nomen patere ad *seruum*, & *filium*. Laudari aliquando notationem istam fateor, licet non omnino necessariam.

Malis.

f s. de Abraham, c. 5.

Pueri nomen de seruo & de filio.

Quoniam tribulor, velociter exaudi me.] Hebraice sunt duo verba imperatiui modi מהר ענני *mahar, haanenì*: *festina, exaudi me*. Vrgens ratio; vt & in Psalmo 29 [g]. *Audi Domine, quoniam tribulor*. Velocitas auxilij fuit paucarum horarum, quibus iacuit Christus in sepulchro.

g vers. 10.

Intende animæ meæ.] Hieronymus, *accede ad animam meam*. Alij *ad propinquet*. Significat illa קרבה *karebà*, sicut solet medicus, inquit Theodoretus, accedere ad infirmum. Vel quia videbatur Deus ad tempus abiisse, ac defecisse. Vitam corporalem Lyranus exponit. Alij de subitania ipsa animæ, vt redimatur ac liberetur de limbo, redeatque in corpus. Est dictum Hebraeum verbũ aliquando Castrense, *communis pugnare* significans: cum præpositione ferè tantùm. Conuenit ea notio proposito קרבה אל־נפשי *karebà el nafshi*, si sumeremus præpositionem אל *el*, pro על *hhal*, & vertamus, vt valet, *cum*, & *propre*: quasi dicat; pugna cum anima mea, aut pro anima mea, scilicet eam seruando. Græcum προσέχειν significat *animum applicare*: quod fit quadam quasi appropinquatione, & accessu. Inuenitur præterea, Hebraeo præsertim verbo, ius quoddam propinquitatis, propter quod exaudiri, orare, petere, quia Deus creator sit, & Dominus, atque Christi etiam pater. Adhæc indicat, membra Christi, in quorum loquitur persona, esse a Deo alienata, & à tyranno diabolo vendicata, à legitimo autem Domino recuperanda, & in pristinum ius libertatemque restituenda & reuocanda. Hoc sequentia magis exprimunt.

A

B

Et libera me.] Suppleta est coniunctio. Hieronymus, *redime eam*, scilicet animam, de qua prius, *accede ad animam meam* גאלה *ghaelàh*, quo verbo ius illud propinquitatis, de quo diximus, potest denotari, vnde גאל *goel, a propinquo*. In Psalmo 48 [1]. *fratres non redimet* alio verbo Hebraeo vocatur, quod est פדה *padàh*; sed ibidem, sicut hic, est idem Graecum λυτροῦν, quo pretij solutio indicatur pro alio.

1 vers. 8.

C

Propter inimicos meos eripe me.] Hieronymus, *libera*. Chaldaice, *vt non se efferãt in me inimici mei, redime me*. Quod aliter Euthymius ac Nicet. Lorus dicũt, ἵνα μὴ ἐπαίρωνται τὰ ἐχθρὰ αὐτῶν, καὶ λατάσσωνται ἐπὶ τῇ ἐμῇ ἀπωλείᾳ, *ne lætentur interitu ipsius*. Basilius, vel Theodoretus, *ne impropèrent inimici*. Mirandum vocat Augustinus istam petitionem; sensúmque docet esse, vt confundantur, & crucientur liberatione eius, quem persequuntur inimici: vt liberentur ipsimet inimici, & conuertantur: Antiochum, verbi gratia, Machabæorum occisorem esse cruciatum: Nabuchodonosorem persecutorem trium puerorum, conuersum: Christo resurgente, & in cœlos ascendente, & Spiritum sanctum desuper mittente, conuersos ad fidem, qui in eius morte fæuierant, & ex inimicis amicos factos, per illius gratiam. Gregorius [b] eandem sententiam quasi per paraphrasim ita explanat, scribens, Prophetam hîc vocem martyrum susciperé, ac si diceret; propter me quidem eripi de temporali tribulatione non appeto; sed tamen eripi propter aduersarios meos concupisco: vt dum mea vita saluari mirabiliter cernitur, ipso miraculorum visu inimicorum duritia conuertatur. Imitanda caritas, vt non tam tua velis causa liberari de persecutoribus, quàm vt ipsimet conuertantur, & resipiscant, congeruio etiam *carbones super capita eorum* [c].

D

Mirabilis petitio visa hæc ab Augustino.

b 26. Moral. c. 14. vel 15.

E

Caritatis imitatio, vt non tam tua causa velis liberari de persecutoribus, quàm vt ipsi fiant conuertantur & resipiscant.

c Prou. 26. 21. Rom. 12. 20.

Vers. 20.] Tu scis improperium meum, & confusionem meam, & reuerentiam meam.

Vers. 21.] In conspectu tuo sunt omnes

qui

qui tribulant me, improperium expectauit cor meum, & miseriam.

Et sustinui qui simul contristaretur, & non fuit: & qui consolaretur, & non inueni.

Sensus lect.

REpetit iam priùs dicta in versu 8. de opprobrio, confusione, reuerentia: hæc est cùm quis publicum refugit præ pudore, quæ res acerbissimæ videri solent, difficilioresque toleratu quibuslibet aliis iniuriis. Nec semel contentus exposuisse quid eo in genere passus esset, citat Deum ipsum conscium, ac testem, non sine quadam veluti querimonia, quòd hæc permittat, & quòd spectante ipso tam multi audeant tanta, vt nihil sibi aliud expectandum videatur, quàm vnum super aliud opprobriũ, & iniurii, noui, & acerbi animi angores. Illud verò demum deplorat omnium malorum grauissimum, defuisse expectatum, & concupitum licèt, qui compateretur, condoleret, consolaretur; sed omnes dilapsos esse, se à cunctis desertum, atque destitutum. Satis liquet quo pacto Christus, qui deinceps de se loquitur, tanquam de propitiatore atque satisfactore, improperium, confusionem, reuerentiam tulerit, quot & quantis petitus opprobriis & improperiis, quantopere derisus ac delusus fuerit, vt nisi constantiam retinere decreuisset, satis superque ipsa sufficerent ad pudefaciendum eum, & efficiendum, vt sese, vitans aspectum hominum, abderet in latebras. Constat hæc eadem etiam illi non inexpectata & improuisa fuisse, sed antè cognita & prædicta [a]. Tandem omnes *relicto illo*, cùm captus est, *fugerunt* [b], proculdubio tristes, vt canit Ecclesia, de nece sui Domini; in agonia subinde ad suos reuertens mœstus a mœstis ac dormitantibus nihil solatij reperit [c], vt Euthymius notat: ne *angelus* quidem *apparens* (qui minimè numeratur inter homines, de quibus videri posset locus intelligi) *ut eadem aperuit* [d], proprie confortauit, ita vt interdiu nec consolationem vllam senserit: *stabant non cum longè* [e]: mulieres ad lacrymas pronæ, nec tam ex ratione, quàm ex sensibili quadam sympathia flentes, & carnaliter, vt ait Augustinus, flere prohibitæ sunt [f]: qui commiseratione tactus Petrus cum alio discipulo prosecutus est, quàuis à longè, Christum vsque ad domum Pontificis, ter negatione eiusdem repetita, dolore affecit maiore [g]: Mariam non ambigo, quæ *stabat iuxta crucem* [h], erecto magis animo firmoque, quàm corpore, ritè ac sanctè contristatam filio fuisse; sed eidem illum consolari non licuit; & ipsiusmet optimæ matris dolor, melioris filij dolorem intendebat. Ne illa quidem potuit eo dolore affici, tristitiáque tanta, quam sentiebat filius, non dico solùm tanta, quantam ex tormentorum capiebat experientia, sed propter causas, vt innuit Augustinus, loquens vniuersè de omnibus, negánsque comitem doloris Christum habuisse) Hugo, Glossa interlineatis, quæ animum vehementiùs discruciabant, quàm corpus. optime intelligentis Christi pretium tantum frustra pendi pro plurimis Iudæis, & ex reliquo hominum genere, pro maiore quoque parte, quod matri fortassis incompertum adhuc erat, vel certè ad id tunc non aduertebat. Denique quia perpauci plorauerunt, & fleuerunt de morte Christi, sicut ipsemet prædixerat [i], mundus autem gaudens

Omnium malorum grauissimum in ipso Hieronymus dejerat.

Improperia, tristia, opprobria a Christo patiuntur.

a Matt. 20. 18. & seq.
b c. 26. 56.
c vers. 40. & seq.
d Luc. 22. 43.
e c. 23. 49.
f Luc. 23. 28.
g Mat. 26. 69. & seq.
h Ioan. 19. 25
i c. 60. 20.

Comitem doloris Christus non habuit.

A est, nullos hic ait fuisse, vt docent Lyranus, Aiguanus, Rickelius, communem secuti loquendi modum, quo generaliter negatur de omnibus, id quod paucis conuenit tantum. Qui communis etiam loquendi modus in hoc est, vt expectauisse se dicat qui contristaretur, & consolaretur, quamuis quod non futurum præsciebat, non expectaret, vel quæreret, ac expeteret: quoniam solent iure quodam suo, qui ingentia præsertim contulerunt in aliquos beneficia, ab iisdem, si contingat illos ærumnas pati, aliquid opis, aut saltem compassionis, & consolationis expectare, & exigere. Expectasse igitur & sustinuisse se dicit, more cæterorum, vt significet frustra id futurum fuisse, si expectasset atque sustinuisset. Hæc ferè omnium, quam perstrinxi, mens; paullo accuratiùs deinceps perpendenda singula.

B

Tu scis.] Græcè inseritur causalis particula, *σὺ γὰρ γινώσκεις, tu enim scis.* Eandem habent duo alia psalteria Latina, & Hilarius, Cassiodorus, Augustinus; qui vltimus, legit, *tu enim agnoscis:* quasi reddat causam cur proximè orauerit, *propter inimicos meos eripe me.* Suprà etiam versu 6. dixerat; *Deus tu scis insipientiam meam, & delicta mea a te non sunt abscondita.* Vtrumque Hilarius eò spectare dicit, ne quis hæc putaret non sponte assumpta; sed necessariò tolerata. Valet præterea professio ista, tum ad leniùs ferendas res aduersas, quas Deo sciamus esse notas, qui possit ac velit, si sic expediat, afferre remediũ: tũ ad ipsummet flectendum Deum, cui hoc modo protestamur nos curæ esse: tum ad bonum conscientiæ nostræ testimonium, quæ non subterfugiat iudicium diuinum, sed ei se libenter permittat. Quid si etiam hic dicendi modus innuit magnitudinem calamitatis, quam solus cognoscere Deus, vt par est, possit, solus comprehendere, solus æstimare. solus Pater nouit filium, dignitatémque ipsius infinitam: solus *super pastorem suum*, id est, a se missum, vt esset pastor hominum, & super *virum cohærentem sibi*, hoc est, consubstantialem, ac in ipsomet existentem, vt erat Deus, potuit imperare, vel permittere vt *framea* iustitiæ *suscitaretur* [a]. *Tu autem Domine*, ait Ieremias [b], *scis omne consilium eorum aduersum me.* Leuia sunt, ac nullius momenti opprobria, improperia, contumeliæ, conuitia, quæ pati homo ab homine possit, si comparentur cum illis quæ Dei filius tolerare dignatus est propter homines.

C

D

Improperium meum.] Quo mihi impropere ut ab aliis. Hieronymus, & Augustinus; præterea Ambrosius [c], *opprobrium meum.* Hilarius vtitur nomine *improperij*, sed pronomine semel tantùm in fine versus 8. erat idem nomen Græcum ὀνειδισμὸς, & Hebræum חֶרְפָּה *cherpah.* Latinum autem, *opprobrium*; vbi monui alios legere *improperium.* Probrosa verba passus est Christus, de quo hunc quoque locum intelligit Ambrosius [d], & antè aliquando, & maxime in passione: confusionem in facie consputa, velata, percussa reuerentiam in ipso genere mortis, aliorumque tormentorum, quæ cruciatui dedecus habebant adiunctum. *Aperuerunt super me*, ait Iob [e], & vilipare id licuit Christo, *ora sua & exprobrantes percusserunt maxillam meam: saturati sunt plenis meis:* quibus verbis indicatur improperium, confusio, reuerentia seu verecundia passionis, & mortis. Quo autem pacto in Christo confusio, & reuerentia, verecundiáve fuerit, iam diximus eodem versu. Certè vt Remigius Euthymius, Nicepho-

E

a Zach. 13. 7.
b c. 18. 23.
Innuit se nullius momenti opprobria, quæ patiuntur homines, si comparentur cum illis quæ Christus tulit.
c in psal. 118. rem. 5.
d Ibidem.
e c. 16. 11.

De rauuis iuſto Iudicio interpretatio.

tus notare Iudæis videbatur his cum perturbationibus affici. Eadem tria de quonis iuſto Auguſtinus, aitque interpretantur, cùm quid ei obiectur, vt eſſe Chriſtianum; ſed non inde, vel ſin conſcientia confundatur, vel verecundatur in fronte: de eo præterea, qui propter probro dignum peccatum confunditur ſalubriter, compungatur, conuertatur, ſed adhuc publice coram impiis confiteri erubeſcat; ita vt Chriſtus oret nunc in perſona illius, vel commendet eum Patri. Quo verò attinet ad Chriſtum, Ambroſius [a] appellat crucé eius *opprobrium*, ſeu *improperium*; quod Moſes æſtimauerit *maiores diuitias ipſius, quàm Ægyptiorum* [b]. *Si opprobrium tuum gloria eſt, Domine Ieſu*, ait Ambroſius, *quanta eſt gloria tua? Tuæ igitur gloriæ participationi quid erimus, cuius ſumus ſpolia gloriæ?* Tum ſubdit, *nolle auferri a ſe hoc opprobrium, quo noſtra auferantur opprobria.*

a in pſal. 8. ſerm. 5.

b Heb. 11. 26. Et opprobrium Domini gloria eſt, quanta eſt gloria?

Et confuſionem meam.] Alia duo Pſalteria, & Caſſiodorus, omittunt coniunctionem, & proponunt Hebraicum pronomen. Vtrumque textus Hebraicus & Græcus habet.

Et reuerentiam meam.] Citant omnes, & Auguſtinus, nec non in ſua tranſlatione Hieronymus, *verecundiam*. Poteſt quoque reddi *rubor, pudor, ignominia*. Verſu 8. quæ dicitur Latinè *confuſio*, reſpondet iiſdem vocabulis, quæ hîc ſunt כלמה *chelimmah*, & ἐντροπή. Exponit Apollinarius, μετὰ τῆς ἐρυθήματος, *magnum rubore*m. Bredembachius negat ſatis commode vertille Interpretem, *reuerentiam*. In Pſalmo tamen 34 [c]. ſunt eædem tres voces; *imbuantur confuſione, & reuerentia*. In libro Eccleſiaſtici [d] *reuerentia* ponitur loco τῆς εὐχαριστίας, *pro reuerentia accedet tibi bona gratia*; quamuis tota ſententia Græca breuior ſit, quàm Latina, ἀπὸ ἕρματος ἀστραπὴν οὐ φεύξεται, καὶ ἀπὸ βιαίου ἀστραπῆς ἀστεμφὴς χάρις, *ante grandinem* (tonitruum) *praibit confuſio, & ante verecundiam* (verecundum) *præibit gratia*, & (addantur Latinæ ſequentia) *pro reuerentia accedet tibi bona gratia*. Eodem antea [e] extat idem vocabulum *reuerentia*, quamuis nihil ſit Græce, quod reſpondeat ſententiæ, *audi tacens, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia*. In priore ad Corinthios [f]; *ad reuerentiam*, ait Paulus, *vobis dico*, πρὸς ἐντροπὴν ὑμῖν λέγω, quod ſcilicet ignorantiam Dei, quidam haberent. Eſt ἐντροπὴ, proprie, cùm præ pudore ac rubore faciem quis deflectit: & τὸ ἐντρέπεσθαι Badæus [g] exponit per τὸ ἐγκλίνειν τὴν ὄψιν, *obſtupui*. De confuſione, ac verecundia bona, & ſecundam Deum, quæ ad pœnitentiam adducit, nec mediocrem affert animæ fiduciam, præſentem locum Antiochus [h] Abbas interpretatur, diuidens de vtraque ſpecie, nimirum etiam de mala.

a in pſal. 9.

c verſ. 26.

d Eccl. 41.

e verſ. 9.

f 1. Cor. 15. 34.

Ἐντροπή.

Ἐντρέπεσθαι.

g Commentat. ling. Græcæ, p. 676.

h Homil. 60. Tom. 1. Bibl. Patrum.

In confuſione tuo ſunt omnes, qui tribulant me.] Hieronymus, *coram te ſunt omnes hoſtes mei*. In aliis Pſalteriis, apudque Hilarium, & Auguſtinum, *in conſpectu tuo ſunt omnes tribulantes me*. Omittunt codices Complutenſes, ac Regij, verbum ſubſtantiuum, quod nec Græce eſt: ſed ſubintelligitur. Solatia ſeipſum, **quod** nouerit Deum eos permittat, vt, quæ dixit, ab hoſtibus patiatur, licet illi neſciant, quodque præſentes habeat non tantum cognitioni, ſed etiam poteſtati voluntati, vt coerceat pro arbitrio poſſit. Hoc alibi dicebat, poſſens inhiberi gentes in conſpectu Dei. Paulo remotior Hugonis tropologia, in conſpectu Dei eſſe eos, qui tribulant alios, hoc eſt, ſæpe huiuſmodi eſſe illos,

A qui excubant in tabernaculo Dei. quos vocamus *Eccleſiaſticos*, & clericos, *facientes in domo Dei ſcelera multa* [a]; *fabricantes lumen nouum lumen Dei, poſuiſſeque iuncta poſtes illius, murum inter ſe, & ipſum, & polluentes nomen ſanctum eius* [b].

a 1. Reg. 2. 15.

b Ezech. 43. 8.

Improperium expectauit cor meum.] Hieronymus, *opprobrio contritum eſt cor meum*. Alij, *probrum contriuit cor meum*, vel *afflixit*. Auguſtinus, *opprobrium expectauit cor meum*. Gallicanum Pſalterium, *improperium expectauit animam meam*, illud, inquam, **quo** vtitur Eccleſia Mediolanenſis ſiue Ambroſiana; recitat enim Faber ex Gallicano *cor*. Græce eſt ψυχή, *anima*. Hebraicè לב *leb*, חרפה שברה לבי *cherpah ſchiberah libbi*. **Sed** Lxx. legerunt in ſecundo verbo literam (ש) cum leni ſpiritu, quem indicat poſt inuenta puncta, punctum affixum in ſiniſtro cornu שׂ *ſaureon*. Expectatio illa, quæ προσδοκία, ſiue ἀναμονή, ſicut & ἐλπὶς etiam apud Latinos, de malis rebus dicitur, cùm ſit propriè ſolum de bonis, denotat aut voluntariam Chriſti paſſionem ab eo præuiſam, ac etiam concupitam [c], vt Hilario placet, aliiſque: aut potius, quoniam tota eſt mœrentis ac lamentantis oratio, ingruentium malorum aliorum ſuper alia, **timorem. Feriunt minùs præuiſa tela, ac libenter tolerata. ſed aliunde ipſa expectatio**, priórque mora differunt magis; nec dempſit doloris quidquam Chriſto tam libenter obita mors, tormentaque tolerata. *Expectaui bona*, vbi, & cùm non oportet, *ventura mea* [d]. De *ſperandi* verbo in malam partem ſuppetunt apud profanos exempla non pauca: & obſeruauit id Seruius [e]. *Expectare* ita quoque ſumpſit Frontinus [f]. Græcos etiam eodem interdum pacto loqui Priſcianus [g] monet, nempe vſurpando verbum ἀναμένω. Citat Herodotum [h]. Addi poſſunt alij, vt Q. Calaber [i], Sophocles [k], Pauſanias [l].

c Luc. 12. 50. 22. 15.

d Iob 30. 26. Sperare, exponit, *mitte tantùm malam partem.*

e in 4. Aeneid.

f lib. 2. ſtratag.

g lib. 18. de ἀναμένω. h lib. 1. i lib. 2. k in Trachin. l in Phocicis.

Et miſeriā.] Hieronymus, & *de peruerſis ſum*. Alij *dolor*, vel, *opprobrium, improperium meum illud agnum fecit me*: vel, *cor meum de peruerſo eſt*: vel, *tam opprobrium meum ſecum me, ſeu cor meum*, vel, *flagella mea fecerunt aſperum ſum*. Eadem voc. אנושה *anuſchah* apud Hebræorum poteſt eſſe verbum. Sed cùm id non niſi præter nomen, & mutato puncto (ו) *vanoſch*, vel (י) *yanoſch*, & per le ſit nomen tertius in viii cum puncto vocali — *chateph patach*, ſub prima litera אנושה *anuſchah*, & ita legerunt Lxx ſic etiam nos legere oportet. Ab eadem radice nomen hominis vnum eſt אנוש *vnus, ceramium calamitoſumque* ſignificans. Apollinarius loco τῆς παλαιστίνης reddidit λοιμὸν *calamitatem*. Miſeriam intellige horum tormentorum & dolorum Chriſti. Summa Chriſti miſericordia miſeriam ſibi ſummam copulauit: vt pro aliena lueret miſeria; miſeriam crucifigentium quoque miſerando, cùm, vt Auguſtinus obſeruat, pro ipſis orauit in cruce [m]. Nos quo plus habemus miſeriæ, minus habemus miſericordiæ. Dines in miſericordia, locuples eſt in miſeria: quia etſi forte non experitur miſeriam ſicut Chriſtus, certè cōpatitur alienæ, eamq; ſublenat.

Summa Chriſti miſericordia miſeriam ſuam ſuis ſibi copulauit.

m Luc. 23. 34.

Et fuit in eis, qui ſuum conſiderabant, & non fuit; & qui conſolabantur, & non inueni.] Nihil fere differt Hieronymi tralatio. Vertit *expectaui*, & in plurali, *conſiderauerunt*: quo etiam pacto habet editio Latina bibliorum Complutenſium, & Regiorum, propter patricipium Græcum eiusdē numeri τὰ συναλγοῦντα. Habet idē Hieron. in cōmentario Eſaiæ [n], *expectaui*. In Pſalterio Romano, ſiue Vaticano,

n in c. 33.

apúdque Arnobium, & Gregorium [a]: *& sustinui, qui simul contristaretur, & non fuit: consolantem me quæsiui, & non inueni.* In Psalterio Gallicano, & in textu Cassiodori sic habet membrum secundum, *consolantem me, & non inueni.* Augustinus, *& consolantes, & non inueni.* Hilarius, *& sustinui commœrentem, & non fuit, & consolantem, & non inueni.* Emendati codices Græci habent singulariter in posteriore membro, συμπαθοῦντα. Ita quoque videntur enarratores Græci legisse: etsi non satis diserte exprimant. Ita quidem Apollinarius:

Ὠδί μοι ἀλγεινοῖσιν ὁμήγορος ἦλυθεν ἀνήρ.
Ὠδ' εὑρὼν πάθεν ἄμμι πάλιν παμμυθίην ἀπάτην.

Vnus Nicephorus videtur legisse numero plurali, declarat enim παρακλήτους per παραμυθητὰς vertere. Est etiam plurale participium Hebræum מנחמים *menachamim*. Sensus vtrouis modo idem. De reipsa dictum prius, qua ratione Christus expectauerit, vel quæsiuerit (quod significat ὑπέμεινα, & קוה *akauech*, qui contristaretur secum, & consolaretur eum; & quomodo defuerit, nec ipse inuenerit. Præter ea, quæ dixi, Hilarius docet non quæsiuisse Christum commœrentis & consolantis solatium, sed fidem; cuiusmodi postea Paulus attulit solatium, conuersus, adimplens passiones illius [b], consepultus in baptismo [c], sciens eumdem esse *finem legis* [d]. Insinuat eumdem sensum Augustinus, *consolantes* accipiens pro proficientibus, qui deerant tempore passionis Christi. Gregorius [e] id illustrat exemplo Iob, quem amici non in flagellis constitutum, sed post flagella restitutum in statum pristinum consolati sunt. Vbi simul demonstrat quam sit grauis mœror duris cordibus infructuosè prædicare: quanta consolatio prædicatorum ex subsequente profectu auditorum. Arnobius indicat non fuisse, *qui simul contristaretur*; quia non poterat simul pati diuinitas tristitiam, sicut Sol ii in ligno sit, quando cóciditur lignum, simul concidi non potest. Durior expositio, quamuis verissima. Verum vnà, ac magis aptum, vt, quod addit, consolantes dicantur defuisse adeò multi à Christo saturati, sanati, edocti; adiice, nec admisisse Christum consolationem vllam, quæ posset ex parte superiore redundare, vel etiam ex visione Dei. Quamuis non idcirco concedi potest, quod Canus [f] probabile censet, Christum in cruce continuisse gaudium, ne ex visione Dei oriretur in voluntate, vt eo modo diceretur *derelictus à Deo* [g]. Actum hac de re alibi. Augustinus iuxta tritam magis sententiam, non fuisse, qui contristaretur ex ea re, qua ipse contristabatur, vim facit in particula *simul*. Includit istam particulam participium συλλυπέμενος; quamuis in לנוד *lanud*, quod est verbum cum præcedente articulo, non indicetur. Valet id autem verbum *consolari*, quasi mouendo se de loco huius officij causa, vel caput agitando, qui gestus est condolentis, vt alias monui; denique, quod Latinè dicimus, moueri commiseratione. Eodem portò multi referunt Esaiæ [h] locum illum, vbi Christus dicens inducitur, se solum calcauisse torcular, ita vt de gentibus non esset vir secum, & cum circumspexisset, non fuisse auxiliatorem; cum quæsiuisset, non fuisse, qui adiuuaret. Procopius, qui præsentem Psalmi citat locum, & ex discipulorum confirmat fuga: & Cyrillus in eius loci commentario, interpretantur, quòd nemo patienti adfuerit; nemo ex vlla gente condoluerit; omni prorsus humano destitutus auxilio fuerit. Aut Procopius, παρεῖσθαι τὸν συμπάσχοντα πάσχοντι, *nemo affuit, vel condoluit patienti.* Fauet ibidem Hieronymus vtens hoc etiam loco. Placet id quoque Hugoni. Ambrosius [i] præterea declarat Esaiam, quòd Christi passio adiutore non eguerit. Huc illud quadrat ex Threnis [k]: *non est qui consoletur eam* (dic eum) *ex omnibus caris eius: omnes amici eius spreuerunt eam* (eum) *& facti sunt ei inimici.* Item [l]: *longe factus est à me consolator:* &, *audierunt* [m], *quia ingemisco ego, & non est, qui consoletur me.* Ecclesia certe in lugubri officio de Christo patiéte, threnos vsurpat. Affinis Psalmi 141 [n] sententia; *considerabam ad dexteram, & videbam, & non erat qui cognosceret me: periit fuga à me* (id est, effugium) *& non est, qui requirat animam meam.* Ad cumulum ærumnarum facit, neminem habere condolentem, consolantem, consulentem: si quis vel compatiatur, parté videtur oneris ac laboris imminuisse. Occurrentium in electione sua Chrysostomus [o], amicorum lacrymas, gemitus, lamenta testatur non parum valuisse ad leniendum dolorem, cùm id quod contrarium est tanquam graue & intolerandum Propheta hoc loco deploret. Is cunctorum iudicio flagitiosissimus habetur, quem oderunt cuncti, nec est, qui vlla eius commiseratione tangatur. Talis haberi voluit Christus, tales & habendos prædixit suos, vt *odio* nimirum *essent omnibus* hominibus [p], & *arbitrarentur omnes obsequium se præstare Deo, si illos interficerent* [q]. Illud vltimum, vt ait quidam, miseris, miserationé perdere. Pro tali ducitur Christus ab illis, qui sanguinem ipsius *conculcant* [r]: tantùm abest, vt *patientur super contritione* eius tanquam *Ioseph* [s] (quamuis pro populo vniuerso dicitur hoc nomen) vel, qui *fleant super eo, qui afflictus est, & compatiatur anima sua pauperi* [t], Christo qui *cum esset dives, propter nos egenus factus est* [u], vel qui super *calumnias maximas omniũ, quæ sub sole* vnquam *gesta sunt*, & lacrymas innocentissimi Christi, consolatoris fungatur officio [x]. Atqui si non eris socius passionis, nec eris consolationis, non coregnabis, nisi compassus fueris [y]. Non pati tantùm voluit Christus, vt exemplo tanto disceremus, & nos pati [z]; sed nec admisit aliorũ compassionem, vt & in simili miseriæ quasi profundo, instructus esses ad patientiam. Denique ex his quæ passus est, etiam cùm ei nemo compassus sit, compati didicit [aa] his, quibus alij non compatiuntur, multo quàm illa, partibus infinitis melius, quæ dicebat:

Non ignara mali miseris succurrere disco.

Querulus, sed cum summa patientia, Iob flebiliter amicos compellabat: *miseremini mei, miseremini mei saltem vos amici mei.*

Vers. 22.] Et dederunt in escam meam fel: & in sitim meam potauerunt me aceto.

TAntum abest, vt esset, qui simul contristaretur, néque consolaretur, inquit, vt potiùs augere calamitates studuerint: ac vt prætemialiter loquar, pro cibo fel, acetum præbuerint pro potu, cùm vtraque premeret necessitate naturæ, atque pietatis prætextu afflictionem adderent afflicto homines inhumanissimi: quorũ dicere merito vna possit *vna salus, horror*

[a] 35. Moral. c. 9. vers. 11. & libr. 17. cap. 2. vers. 3.

Non quæsiuit Christus commœrentis & consolantis solatium sed fidem.

[b] Coloss. 1. 24.
[c] Rom. 6. 1. & c. 4.
[d] c. 4.

[e] 35. Moral. c. 9. vers. 11.

Duris cordibus infructuosè prædicare quàm graue, & è contra.

Durior expositio.

Canus sententia non admittenda.

[f] Lib. de locis, cap. 4. sub finem.

[g] Psal. 21. 2.

[h] c. 63. 3.

[i] Epistol. 82. ad Ocean. tract.

[k] Thren. 1. 2.

[l] Thren. 1. 16.

[m] Thren. 3. 61. *Illud vltimum non fecit, misericordiæ præstitit.*

[n] Psal. 141. 5.

[o] Epistol. 82. ad Ocean. tract.

[p] Luc. 21. 17.

[q] Ioan. 16. 2.

[r] Hebr. 10. 29.

[s] Amos 6. 6.

[t] Iob 30. 25.

[u] 2. Cor. 8. 9.

[x] Eccles. 4. 1.

[y] Rom. 8. 17.

[z] 1. Pet. 2. 21.

[aa] Heb. 5. 8.

[a] Aeneid. 1.

[b] Iob 19. 12.

ama iſſimus, ſel draconum, virum eorum [a]. Nullas de Chriſto lueulentior locus, nullus matore Catholicorum auctorum conſenſione de eodem intellectus; ita vt in V. Synodo [b] Theodorus Mopſueſtenus damnetur, quòd negauerit eſſe de Chriſto, ſicut & ſequentes verſus. Immò ita hunc videtur Ioannes intellexiſſe, ſic ſcribens [c]: *Poſtea ſciens Ieſus, quia omnia conſummata ſunt, vt conſummaretur ſcriptura, dixit, ſitio.* Tunc ſubdit [d]: *Vas ergo poſitum erat aceto plenum. Illi autem ſpongiam plenam aceto, hyſſopo circumponentes, obtulerunt oris eius. Cùm ergo accepiſſet Ieſus acetum, dixit, conſummatum eſt.* Narrat etiam Lucas [e], Marcus [f], Matthæus [g] oblatum iam crucifixo acetum. Vtrimi duo modum exprimunt cum primo, de ſpongia, hyſſopo prætermiſſa. Addunt autem circumpoſitam ſpongiam plenam aceto, fuiſſe calamo, ſeu impoſitam arundini. Matthæus [h] meminit, cùm perdixit is eſſet Chriſtus in Golgotha, ſiue Calvariæ montem, datum ei vinum bibere cum felle mixtam, & cùm guſtaſſet noluiſſe bibere. Marcus [i] vocat *myrrhatum vinum*, quod ipſe non acceperit, id eſt, guſtauerit duntaxat, non tranſmiſerit in ſtomachum. Docet Pſalmo 44 [k], de myrrhato vino non videri fuiſſe guſtatu ſuaue, aut propinatum ex pretioſo myrrhino vaſe; ſed vinum, in quod cum felle myrrha quoque infecta fuerit, ad maiorem amaritiem, ſimul cum ſoporatione, non ſola myrrha, quæ, vt Agellius hoc loco ſentit, quòd amara eſſet, *fel* nomine vocata ſit, quamuis id ante illum docuerit Auguſtinus [l] quem non citat, & Maldonatus noſter [m], & Cyrillus Ieroſolymitanus [n], ſed idem tamen Auguſtinus, cùmque eodem Strabus, Bedа, al j, hoc quod affirmo, probabile ducunt: Matthæum *fellis* tantùm, Iohannem *myrrhæ* Marcum meminiſſe. Dicamus modò de *fele, ſitu, & aceto.*

A re omnia ponendum, ideo *fel*, quod citra figuram ſumendum eſt, nec pro amaritudinibus, doloribuſque, quorum laudi cauſa Chriſto fuerant, vt Auguſtinus tamen ſentit, Haimo, Bruno vterque, Caſſiodorus, *eſcam* appellari, *cibum* eſſe, quia craſſus, ſpiſſius, concretus, ad quod conferebat etiam permixtio myrrhæ (poculum vini erat ita conditi compoſitique) quam liquidi aceti, quod poſtea datum eſt. Deinde *fel* lumptum diſtinctè, vt à *myrrha* differat (quid enim obſtat? vel cur non ita ſumatur, vt Scripturæ diſerte diſtinguunt?) propriè illud intelligo, quod ex animalibus extrahitur, non quod, *Fiere* vocant, alitèr *centaurion*, herbæ genus de quo Plinius [o], & Dioſcorides [p] cum Matthiolo, qui teſtatur vocari quoque *rhapontium*. Nam *fellis* nomen abſolute poſitum liquorem illum biliioſum ſignificat, & ad potum fel hoc parabilius & accommodatius eſt, quàm herba. Nec puto χολὴν vnquam de herba dici abſolute: quamuis ראש *roſch*, quodlibet venenum toxicumve ſignificet, etiam ex herba expreſſum venenatam; quæcumque illa ſit, vt accipitam, cicuta, & aliquando vertatur *venenum* [q], ſed cum addito, vt *ſpinum*. Adhæc, non aſſentior Euthymio [r], fragmenta fellis aridi in aceto emollita eſſe, vt acetum quidem loco vini eſſet, illa fragmenta pro buccella panis: vel potiorem Saluator ſe *ſitiſſe* dixit, alij acetum tantum attulerint ad bibendum; alij ſel ad manducandum: alij inſuper ſel aceto miſcue-

A rint. Non eſt oblatū ſel Chriſto in cruce, quamuis id etiam videatur Chryſoſtomo [s], & Iſidoro [t]: præterea in commentario Pſalmi Hieronymo, & Genebrardo, item Cyrillo Ieroſolymitano [u], Hugoni [x], Ludolpho [y], Maiori [z]; ſed ſolum acetum. Fragmenta fellis concedo aridi, etſi ſciam χολὴν, quam cognominant λιθοβόλον, per ſe craſſiorem eſſe; & quemuis liquorē, quando cōcreſcit, aridum haberi poſſe, ſi ſecum comparetur, dum liquidus eſt. Indicat quoque Abacuc [a] fel miſſum in potum! *Væ, qui potum dat amico ſuo, miſcens fel ſuum, & inebrians.* Niſi malis metaphoricè, ac parœmialiter loqui, vt cùm etiā Moſes [b], quē recitatu, *vuam felis* nominat, quē & *botrum amaritudinis*. Tertull. [c] fortaſſis reſpiciens ad ſenſum potiùs quàm ad verba, pro *eſca* legit *potum*; *Miſerunt in potum meum fel.* Hos appellat præterea numero multitudinis *potus amaros* [d]. Et ſunt quædam, quæ ſumuntur tanquam ſimul habentia eſcæ cibive rationem, ac potus, vt lac, de quo Paulus [e], licèt figurato ſermone, *lac vobis potum dedi, non eſcam*, & Ezechiel [f]; *lac comedetis.* *Eſca* quoque vocabulum vſurpat Sibylla [g], ſeu Ερύμαντ@.

B

ἐὶς δὲ τὸ ἔδεσμα χολὴν, καὶ εἰς πόσιν ἔξω ἄκρατον
δυσεβέϊ δώσουσι κακῶν ἐπιβολήσιν ἐόντες.

In eſcam autem fel, & in potum acetum purum
Impie dabunt malo percuſſi conſilio,

C Item [h]:

εἰς δὲ τὸ ἔδεσμα χολὴν, καὶ πόσιν (vel ἀ' εἰς δίψαν) ἔξω ὀξος
τῶν δὲ φιλοξείνων πούτοι πίσυν ἡράπιζαν (vel P ἀφιλοξένιος δείξαν ἡράπιζαν)

In eſcam autem fel, & bibere (vel & in ſitim) acetum dederunt,
Illi ſpiritalitatis autem huius ſoluent menſam:
Vel,
Inhoſpitalitatis hanc oſtendent menſam.

D Fieri quoque poteſt, vt fuerit verbum δώσουσι, *ponent*: ſenſus autem,

Hoſpitalitatis autem huius (per antiphraſim) *hanc ponent menſam.*

Vel,

Inhoſpitalitatis hanc ponent menſam.

Præterea [i],

φαίνῃσι τε χολὴν ἰκέρατας,
terribilique fel miſcuiſſe.

E Ieremias [k] vaticinatus videri poteſt de hoc amaro poculo; *replevit me amaritudinibus; inebriavit me absinthio*; quam Lxx. ibidem χολὴν vocant, id eſt, *fellitem*; *recordare* [l] *abſinthii, & fellis*: cuiuſmodi formula pro verbalis eſt in Iob [m], *implet me amaritudinibus*: & in Deuteronomio [n]; *inter vos radix germinans fel, & amaritudinem* (quidam & *abſinthium*;) rurſus apud Ieremiam [o], *potum dedit nobis aquam felle.* Sed communis expoſitio præſentis huius loci noſtri de Chriſto, facit vt non contenti ſimus adagio. Reddunt verò etiam probabilem ſententiam illam, de qua meminimus, myrrhatum & felle mixtum vinum non differre, dicique *myrrham*, *fel*, quia fellis in amaritudine ſimilitudinē habeat, exem

a Deuteron. 32. Lactantius de Christo testimonia collegit 4. Theodoretus Mopsuesteno opponens ea quæ hunc de Christo locutum, damnator. c. 12. 28.

d vers. 29. 30.

e c. 23. 36.

f c. 15. 36.

g c. 27. 48.

h c. 27. 34.

i c. 15. 23.

k vers. 9. Myrrhatum vinum Christo oblatum quale credendum.

l 2. de consens. euang. c. 11. in Matth.

m Catechu. 13.

n Lib. 15. c. 6.

o Lib. 25. c. 6.

p Lib. 3. c. 6. & 7.

q Deuteron. 32. 33.

r Hic, & in Matth.

s in Matth. hom. 88. vel 89. ex edit. Savil. tom. 5. pag. 19 Ioan. c. 1. de cruce Christi, c. 63. & in Ioann.

t Isidor. Hispal. de ortu & obitu Patrum c. 69.

u Cyrill. Hierosol. Catech. 13. n. 39.

x Hugo Cardinalis.

y Ludolphus Saxo.

z Maior.

a c. 2. 15.

b Deuteron. 32. 32.

c Tertull. l. cont. Iud. c. 10.

d c. 10.

e 1. Cor. 3. 2. & c. 10. 4.

f Ezech. 3. 3.

g Lib. 8 Sibyll. citat.

h Lib. 8 Sibyll. citat.

i Matth. 27. 34.

k Psalm. 44. 9.

l Ambros. lib. 4. c. 8.

m Iob 9. 18.

n Deuteron. 29. 18.

o Ierem. 9. 15.

p Ierem. 8. 14.

q Ierem. 23. 15.

r Thren. 3. 15.

s vers. 19.

t c. 3. 17.

u c. 29. 19.

x c. 8. 14.

Myrrhatum & fellis mixtum vinum non differentia.

pla, quæ modò aliis ex locis protulimus. Nihilominus malo salutem orationis de re vtraque proprietatem, cùm retineri commodè possit. Cyrillus Ierosolymitanus [a] huc aptat *demissam myrrham in horto* [b], videlicet propter vinum myrrhatum. Idé habet auctor tractatus in Symbolum, dictus aut Cyprianus, aut Ruffinus. Lege Hilarium, Lyranum, Rickelium, Caietanum. Suares etiam [c]. Expositio autem grossè interlineatis, Arguti, Lutemj, Bedæ, Auctoris antehermenon [d], Augustini, non adeò coëxtet, vt *accesse* intelligantur Christo *fel vinum*, id est, super, vel contra illam, quam iam Christus prius acceperat cum discipulis, Eucharistiam sustinendo, his, qui resistebant veritati. Legunt aliqui, *in ea*, vt Cyprianus, vel Ruffinus in Symbolum. Trevetus refert hunc locum, & alium ex Abacuc 2 [e]; *Væ, qui potum das amico tuo, misces fel tuum, & inebrians, vt aspicias nuditatem eius*, exponi à quibusdam de Nabuchodonosore, qui Sedechiæ potum laxativum dederit, vt coram omnibus ignominiosè subiaceret. Id etiam de loco Abacuc sequitur Lyranus, & Magister Iustoriæ Scholasticæ [f], sed irridet merito Hieronymus. Memoria [g] fel his luteis salubrior nobis, quam fel oculis Tobiæ [h].

Sequitur nunc agendum de siti, in qua potatus aceto Christus dicitur. Vinos de illa Ioannes [i] mentionem facit, verum tenuis. Sine dubio vera sitis corporea erat, etsi spiritualis multo maior, qua laborabat salutem nostram, proque illa, si opus esset, pati adhuc prima. Multis coparitilium largum per tudorem, flagella, spinæ, clauos, vigilata nox tota, mirandæ alia cœli, dolores intimi, ardent illimam tum efflictebant, quæ oblitum quodammodo nolentium

[k] Psal. 21. 16

[l] Psal. 9. 6.
[m] Matth. 26. 41.

[n] Ioan. 19. 30.

[o] Cant. 2. 9.
[p] Gen. 49. 22.

[q] Psal. 7. 5.
[r] Psal. 128.

[s] Iudic. 15. 18
[t] 1. Reg. 30.
[u] 2. Reg. 23. 15.

[x] Psal. 68. 22.

[y] Psal. 21. 16.

A lege vetitum, experitus item, cuius acetor, quam famis dolor. Fortasse pallio tota hinc velit a termino, ad quem dominatur cælo. Tandem, quod attinet ad acetum, de eo, vt prius dixi, tenebunt Euangelistæ. Lucas excepto, sed Ioannes, Matthæus. Ait Ioannes, vas ibi positum fuisse aceto plenum; præterea hyssopum cum spongia. Negat Baronius [a] ad mortem accelerandam propinari crucifixo acetum, sed vinum. Vocat commentum, antique, ad fatigationem sustendum tria ista adhibita. Citat Plutarchum [b], & Dioscoridem [c], qui non solum acceto, præsertim cum spongia taliculo illigata hyssopi, vim prodant illam elidi si bibatur, sed si ad vulnera exterius applicetur: item Tertullianum [d] profert, qui spongias memorat retiariorum, quibus vulnerationum gladiatorum fluens sanguis siccabatur: confirmat adhuc ex marmoribus, in quibus Adonidi ab apro recenter vulnerato nimis ferè admota spongia cruorem siltere conspicitur: & ex spongia ipsa Christi, quæ in Lateranensi huius ex sanguine cruentis conspersa cernitur. Confirmat Lucas Brugensis [e] displicem finem acetis: fuisse, sed tantum ad recreare apponendo id naribus, & illicere ad bibendum, vt dictum. Ad admonendo, vt diutius tormenta cruciatus perferrent. Atqui Theophylactus [f], quem laudat Baronius, vt probet confidram fuisse ipsum et hyssopo acetum, mirum est eos opinionem eandem ab eodem refutatam, qua affirmat hyssopum cum aceto, ceu refert alios, & exhilarare vocatum *calamum* in nonnullis locis, quod obstat breuitati, & pernicitati. Illos [g] *ne crucifixi ita, cum corpora suspensorum fuisse, & exhibitum, vt sic moriendo, vt breuiter quisque, & penitus ipsum.* Idemmet iam prius dixerat Chrysostomus [h]. In contrarii quippe sententia Baronius [i] est Caietanus [k], Iansenius [l], qui Chrysostomum erasse existimat, referat a tam optimo nemine de vino mixto cum, quod ex calore quasi acetum habere erat. Recentiores [m] qui meminit alterius sententiæ, quod pro vino bono suppeditetur militibus acetum. Lorinus [n], qui tamen etiam de tertio modo sententiam præfert, comprobans ex quodam libro Hebraico, cui titulus, *Liber Iudicum animarum*, & alium de accelerandæ mortis relatis, quia fugitivæ sua potius acetum differret mortem. Adolphus [o], Maior [p], Simeon [q] de Cassia (qui addit hyssopi vtilem, præter amaritudinem in potu, facile ad aspergendam vultum Christi, quam ex labore sudante Beatus [r] Lucas, Toletus [s], Salmeron [t], Albertus [u], qui docet, acetum illud potatum à militibus in vilas etiam sitis restrictionem, ad quem effectum acetum aquæ mixtum valet, meritò autem probat sententiam de accelerandæ morte Confirmant Iansenius, Lucas, Salmeron, accelerari aceto mortem, quia Plutarchus [x] Antonium probat vinum potulanter ad bibendum cum vulnerates esset, eoque pacto expiratione obitum. Quæ autem recte: potest tamen, valeatne eandem effectum operari acetum, vt ex Euthym. adducimus. Iansenius probat. Alter argumentatur idem Iansenius, quia scribat Hieronymus [y] Christum peculum, ad consopiendam. Dicunt idem acetum cautum ad celerandæ mortis fuisse cum in militibus, vt dictis considerent ad crucifixi exitium, tum in Iudæis, *ne mors eius a cruce corpora fabricis* [z], & vt citò sua eius morte, quem oderant maxime,

[a] Cyrill. Hierosol. Catech. 4.
[b] Cant. 5. 1.

[c] Suar. 3. part. q. 46. art. 2. Peregrin. q. 46. sect. 1. Alij non male ignorant.
[d] Hilarius, Lyranus, Rickelius, Caietanus, Suares, Auctor antehermenon, Augustinus, non adeò coëxtet, vt accesse intelligantur Christo fel vinum, id est, super, vel contra illam, quam iam Christus prius acceperat cum discipulis, Eucharistiam sustinendo, his, qui resistebant veritati. Legunt aliqui, in ea, vt Cyprianus, vel Ruffinus in Symbolum. Trevetus refert hunc locum, & alium ex Abacuc 2 [e]; Væ, qui potum das amico tuo, misces fel tuum, & inebrians, vt aspicias nuditatem eius, exponi à quibusdam de Nabuchodonosore, qui Sedechiæ potum laxativum dederit, vt coram omnibus ignominiosè subiaceret. Id etiam de loco Abacuc sequitur Lyranus, & Magister Iustoriæ Scholasticæ [f], sed irridet merito Hieronymus. Memoria [g] fel his luteis salubrior nobis, quam fel oculis Tobiæ [h].
[e] Abac. 2. 15.
[f] Lyran. in Matth. 27. Hist. Scholast. cap. 19.
[g] Tob. 6. 9. Fiunt cumulis in quod Tobiani de compositione fuerunt. cap. 11.
[h] Tob. 11. 12.

[i] Ioan. 19. 28.

[a] Baron. ann. 34. num. 43. & 44. Quæ ratione cruciatus accelerandi mortem adhibita. Citat Plutarchum [b], & Dioscoridem [c], qui non solum acceto, præsertim cum spongia taliculo illigata hyssopi, vim prodant illam elidi si bibatur, sed si ad vulnera exterius applicetur: item Tertullianum [d] profert, qui spongias memorat retiariorum, quibus vulnerationum gladiatorum fluens sanguis siccabatur: confirmat adhuc ex marmoribus, in quibus Adonidi ab apro recenter vulnerato nimis ferè admota spongia cruorem siltere conspicitur: & ex spongia ipsa Christi, quæ in Lateranensi huius ex sanguine cruentis conspersa cernitur. Confirmat Lucas Brugensis [e] displicem finem acetis: fuisse, sed tantum ad recreare apponendo id naribus, & illicere ad bibendum, vt dictum. Ad admonendo, vt diutius tormenta cruciatus perferrent. Atqui Theophylactus [f], quem laudat Baronius, vt probet confidram fuisse ipsum et hyssopo acetum, mirum est eos opinionem eandem ab eodem refutatam, qua affirmat hyssopum cum aceto, ceu refert alios, & exhilarare vocatum *calamum* in nonnullis locis, quod obstat breuitati, & pernicitati. Illos [g] *ne crucifixi ita, cum corpora suspensorum fuisse, & exhibitum, vt sic moriendo, vt breuiter quisque, & penitus ipsum.* Idemmet iam prius dixerat Chrysostomus [h]. In contrarii quippe sententia Baronius [i] est Caietanus [k], Iansenius [l], qui Chrysostomum erasse existimat, referat a tam optimo nemine de vino mixto cum, quod ex calore quasi acetum habere erat. Recentiores [m] qui meminit alterius sententiæ, quod pro vino bono suppeditetur militibus acetum. Lorinus [n], qui tamen etiam de tertio modo sententiam præfert, comprobans ex quodam libro Hebraico, cui titulus, *Liber Iudicum animarum*, & alium de accelerandæ mortis relatis, quia fugitivæ sua potius acetum differret mortem. Adolphus [o], Maior [p], Simeon [q] de Cassia (qui addit hyssopi vtilem, præter amaritudinem in potu, facile ad aspergendam vultum Christi, quam ex labore sudante Beatus [r] Lucas, Toletus [s], Salmeron [t], Albertus [u], qui docet, acetum illud potatum à militibus in vilas etiam sitis restrictionem, ad quem effectum acetum aquæ mixtum valet, meritò autem probat sententiam de accelerandæ morte Confirmant Iansenius, Lucas, Salmeron, accelerari aceto mortem, quia Plutarchus [x] Antonium probat vinum potulanter ad bibendum cum vulnerates esset, eoque pacto expiratione obitum. Quæ autem recte: potest tamen, valeatne eandem effectum operari acetum, vt ex Euthym. adducimus. Iansenius probat. Alter argumentatur idem Iansenius, quia scribat Hieronymus [y] Christum peculum, ad consopiendam. Dicunt idem acetum cautum ad celerandæ mortis fuisse cum in militibus, vt dictis considerent ad crucifixi exitium, tum in Iudæis, *ne mors eius a cruce corpora fabricis* [z], & vt citò sua eius morte, quem oderant maxime,
[a] Baron. ann. 34. num. 43. & 44. Quæ ratione cruciatus accelerandi mortem adhibita.
[b] Plutarch. in Antonio. Antonium vulneratum vinum dimidiato potulanter.
[c] Dioscor. lib. 5. cap. 43. Vinum acetum.
[d] Tertull. de spectac. cap. 20.
[e] Lucas Brug. in Matth. 27. & Marc. 15. & Ioan. 19.
[f] Theophylact. in Matth. 27. & Marc. 15. & Ioan. 19.
[g] Ioan. Chrysost. hom. 84. in Matth. & hom. 85. in Ioan.
[h] Chrysost. hom. 84. in Matth. & hom. 85. in Ioan.
[i] Baron. ann. 34. num. 43. & 44.
[k] Caietan. in Matth. 27. & Marc. 15. & Ioan. 19.
[l] Iansen. Concord. cap. 143. Ioannes.
[m] Ibid.
[n] Ibid.
[o] Adolph. de vita Christi cap. 63. sect. 10. ad quid potissimum sal. quidnam de potione. cap. 80.
[p] Maior in Matth. 27. & Marc. 15. & Ioan. 19.
[q] Simeon de Cassia in Matth. 27. & Marc. 15. & Ioan. 19.
[r] Beatus Lucas in Matth. 27. & Marc. 15. & Ioan. 19.
[s] Toletus in Matth. 27. & Marc. 15. & Ioan. 19.
[t] Salmeron in Matth. 27. & Marc. 15. & Ioan. 19.
[u] Albertus in Matth. 27. & Marc. 15. & Ioan. 19.
[x] Plutarch. in Antonio. Antonium vulneratum vinum dimidiato potulanter.
[y] Hieronym. in Matth. 27. & Marc. 15. & Ioan. 19.
[z] Deuteron. 21. & Ioan. 19.

P pula

popularis tumultus impediretur. Appellat hic etiam Apollinarius ὄξος θανατηφόρον, *mortiferum acetum*.

Asserti sententia de potu Christo oblato.

Sic sentio. Primùm in cruce duntaxat iam cõfixo Christo acetum oblatum: & mendosam lectionem esse in textu Græco Matthæi [a], quæ habet ὄξος *acetum*, quod felle mixtum datum sit ei ante crucifixionem, vt noster Maldonatus [b] demonstrat; vel (quod minus tamen probabile est, ne occasio detur idem asserendi de aceto dato in cruce) *acetum* dici vinum quod acetosum erat, & acerbum, seu vini loco, quod alioqui offerri solebat cruciariis: & duobus aliis latronibus, pro more fortassis propinatum est à piis hominibus, vel eorum necessariis, yappa euanida, mucida, acida. Deinde, arbitror vas aceto plenum, quidquid sit de condito ac pretioso ante supplicium extremum vino, magistratus auctoritate allatum, pro recepta consuetudine, non ad potum, sed ad alia duo illa effecta, tum ne deficeret crucifixum anima, tum ne nimius proflueret cruor; sed lento illo mortis genere diutius cruciaretur. Nam, quod attinet ad Christum, credi facilè poterat, valde breui cum interiturum ob præcedentia tot tormenta, laborésque: tametsi validiores quandoque perdiu viuerent, biduum, vt Andreas [c], triduum, vt Victorinus [d], diebus nouem, vt Timotheus, & Maura [e], & alij, de quibus Eusebius [f], Seneca [g], Iustinus [h], Iosephus [i], quos ante me vna omnes recitauit Lipsius [k]. Certè tam citò mortuum Christum mirati sunt omnes [l]: & ad accelerandam mortem propter sabbati religionem, crurifragium erat, quod alij latrones experti sunt, & ne Christus fortassis errore mortuus esset, latus illi lancea perfossum est. Postea concedo, quod affirmare alios monui, de hyssopi vi ad continendum manantem affluentius sanguinem: eámque non pro calamo, aut ligno hyssopi (ita vt alij hoc ligno, alij calamo spongiam aceto plenam, quod arbitratur Cyrillus [m], offerrent) sed nec pro herbæ succo, quod Baronio videtur placere: Nonnus, ὄξος ὑσσωπῳ κεκερασμένον, vocat *acetum hyssopo permixtum*: sed pro herba ligante, ac stringente, *spongiam* sumo, quæ simul arundini inhæc esset, longioríque calamo, vt Caietanus docet; vel ita vt in summa arundine, quod Suarez [n] excogitauit, esset ex herba illa receptaculum, veluti que canistrum, in quod spongia immitteretur; nam ὕσσωπος pro ὑσσῶ & legi absque temeritate nequit [o], id est, *gessus*, seu *pilum*, *hasta*, telum Romanum, qui dicatur aliter ῥάκαυ&. Hinc fit vt a communi cunctis cruciatus vsu illo duplici, quem dixi, quo nec alij latrones cum Christo crucifixi priuati sunt, in Christo autem locum præcipuæ habuerunt, quia sæuius tractatus fuerat, & flagellis, & spinis, traduxerint immites insolentésque milites, instructi etiam fortassis a Iudæis litigantibus Christum omni genere tormentorum vexati, tùmque præsertim cum exaudissent de siti conquerentem, ad exhibendum acetum fuctus potúsque gratia, spongiam non aceto duntaxat imbutam, & hyssopi amarore, sed totam etiam cruore infectam ex vulneribus, quibus stagnandis applicita fuerat, ita vt sorbendum ipsummet suum Christo sanguinem inhumanissimi, ac ferris crudis immaniores proposuerint. Hoc vltimum suadet cruenta spongia Christi, quam in Basilica Latera-

Qui biduum, qui triduum, qui nouem diebus in cruce vixerint.

a c.27.34.
b ibid.
c in Martyrol. 5 septembr.
d in Martyrol. 5 septembr.
e 3. Maij.
f lib. 5. c. 8.
g de vita beata c. 19.
h lib. 22.
i in vita sua lib. 2. de cruce c. 12.
k Mart. 15. 44.
l *Hyssopi vis ad continendum manantem affluentius sanguinem.*
m lib. 12. in Ioan. c. 35.

Spongia vt hic sumenda.

n 3. p. tom. 2. disp. 34. sect. 3.
o Bongersius in Num. c. 19. mem. 8.

A nensi asseruati diximus. Itaque nec retinendæ diutius, nec maturandæ in ea re vitæ Christi rationem propinatores aceti habuerunt; aut si qua ex his eos ratio mouit, primam potius existimo, cum ad breuiandam vitam suppeteret id, quod dixi, crurifragium.

Quod ex Plutarcho de vino M. Antonij alij afferebant, ad acetum propter similitudinem transferri commodè nequit, cùm sint vtriusque contrariæ qualitates calefaciendi, & frigefaciendi: sed alia ex causa possunt eadem in moribundis effectum eundem accelerãdæ mortis operari. Solent de hoc aceto interpretari, quod Ieremias [a] nomine Dei conquerítur *de vinea conuersa in prunum*, & Esaias [b], de illà, quæ *pro vuis labruscas*. Transferunt quoque ad omnes incredulos & acetum, & vinum felle ac myrrha mixtum, quia non solum credere nolunt, sed præterea Deum veluti consopire, quod Hieronymus [c] ait, vt eorum mala non videat. Id autem Iansenio non sanet, datum acetum ad accelerandam mortem, quia non de aceto, sed de vino loquitur, quod etiam vinum, & non acetum, eam vim habet. Nec sanè credibile est, si potu necare decreuissent, acetosum, vel amarum oblaturos fuisse, quod respuendum ab eo persuadere sibi possent. Vt idcirco vinum illud cum felle mixtum, non ad occidendum dedisse credendi sint, ante crucifixionem, sed ad irridendum, cùm loco alterius salubris supponerent, & simul ad vexandum, saltem leui delibatione, si non ebiberet. Christus autem noluit leuiter gustatum ebibere, vt ipsomet crucis supplicio periret, non letifero poculo, aut si diuersum erat myrrhatum à fellito, quod quidam arbitrantur, noluit sibi vel sensus obtundi doloribus vluaciter percipiendis, vel gustui satisfacere suauitate potus; sed vnicum amarum poculum præbitum esse, melior communisque sententia est. Christus *acetum* accepit, vt scribit Ioannes [d]. Rickelius, quidamque alij confundunt *vinum*, & *acetum*, ita vt quod narratur, Christum noluisse accipere, vel bibere cùm gustasset, de aceto intelligant, quod tantùm de vino intelligi debet. Fieri autem facilè potuit, vt, si non sponte Christus fugeret spongiam, permitteret ex applicata & compressa nonnihil per os subire, ita vt gustaret. Denique omnino videtur cum in gustatu dolorem tunc experiri voluisse, & ea ratione consummare scripturam, & perficere opus redemptionis, & ebibere calicem passionis. & luere pœnam male gustati pomi, vt prius etiam diximus.

Acuti & vim contrariæ qualitatis calefaciendo & frigefaciendo.

a c.2.21. *Loci Ieremiæ & Esaiæ interpretatio*
b c.5.2.
c in Matth. c. 27.
d c.19. 30.

Et dederunt in escam meam fel.] Iam monui, apud Cyprianum, siue Ruffinum, in expositione symboli legi, *in esca*: apud Tertullianum contra Iudæos, *in potum*, vt ex priore lectione intelligeretur accusatiuum casum cum præpositione non fauere expositioni de felle incredulitatis contra escam diuini verbi, vel Eucharistiæ: ex posteriore cur *fel*, *esca* dicatur, quod ad potum tamen exhibitum est. Quidam præterea pro *esca*, *cibum* vertunt, vt Hieronymus in Esaiam [e]. Chaldaicè vocatur hoc loco *fel capitum basiliscorum*, seu *regulorum*. *Dare fel in escam*, posset explicari, fel escæ miscere, non fel ipsum per se solum præbere edendum, sicut *mutare lignum in panem* [f], est panem inficere ligno veneficio, & lethifero, siue sit taxus, siue aliud ligni, succúsve inde

e in c.5.

Dare fel in escam. vt possit explicari.
f Ierem. 11. 19 *Mutare lignũ in panẽ, quid sit.*

aut ex herba noxia expressus. Dixi autem prius quid valeat *fel*, רֹאשׁ *roseh*: & hoc quidem cum significet prima notione *caput*, ideo fortassis Paraphrastes *capita basiliscorum* expressit. Placet *fel* accipi proprie, vt antea etiam monui, quamuis Hebræa vox quodlibet *venenum* significet, & Apollinarius χολὴν interpretetur per generale nomen τὸ ἰόν. Denique cum hic locus totus apud Euthymium [a] citatus reperiatur tanquam Danielis, vel memoriæ lapsus in eo est, vel error in typographo.

a panoplix. tit. 6.

Et in sitim meam potauerunt me aceto.] Lactantius [b], & Augustinus [c] alibi, *potum mihi dederunt acetum.* Hæc omnia ob prædictionis certitudinem scribuntur, vt iam præterita. Notauit id Nouatianus [d], Hieronymus [e], Petrus Damiani [f]. Eiusdem rei alia plura exempla sæpius antè occurrerunt, & passim occurrunt. Cùm verò scribit Ioannes [g], *vt consummaretur scriptura, dixisse Iesum, sitio*, sensus est, non quòd prædixerit scriptura dicturum tuisse *sitio*; sed cùm sitiret, acetum ei loco potus propinandum: quod factum non esset, nisi ex eius verbo sitire cognouissent. Athanasius [h] de hoc eodem loco Ioannis, & de similibus, cùm aliqua facta narrantur, vt implerentur scripturæ, fiunt autem malè, admonet ne quis putet nulla alia de causa facta, & extra culpam esse, atque adeò laude dignos, qui illa fecerint, vt obtemperarent scripturis. Non est Propheta istis mala patrantibus auctor, sed ea, inquit, quæ ipsi facturi essent prospiciens, futura esse prænunciauit, illique postea idipsum opere executi, verum esse sermonem Prophetæ declarauerunt. Neque vt inferuientes prophetiæ verbis, ista contra Christum ausi sunt, sed suo ipsimet studio, sponte, volentésque, τῇ ἑαυτῶν πονηρίᾳ, perpetrauerunt. Multa in eandem sententiam lectu digna persequitur, tum illam comparationem ex oculis contuentium, qui contuendo non falluntur, nec tamen videlicet proinde his quæ contuentur, necessitatem imponunt.

b lib. 4. c. 18. c 17. de ciuit. c. 19.

d de Trinit. c. 28. apud Tertull. *Lucæ Euangelii expositionem & superiorum Actuarij admonitus.*

e in c. 11. Esa.

f libro 1. epist. 17. ad Desiderium, c. 8.

g c. 19. y 28.

h Serm. de passione, & cruce Domini.

Vers. 23.] Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributiones, & in scandalum.

IMprecatur vaticinándo, vaticinatúrque imprecando, vel optandi specie, vt ait Augustinus [i], prophetat, pro tam inhospita acerbaque fellis & aceti mensa, mensam conuiuatoribus suis expantiam in mortem laquei, qua irretiantur interitumque capiant pro deliciis, & vt tale fiat eis, quale apposuerunt prandium, recipientes, quæ promeruerunt, & vt denique cedat eis in ruinam ipsorum adeò illiberale, inhumanum, ferum conuiuium. Iudæos conitat, idque hic notat Aiguanus, festissimo Paschali tempore, cùm frequentissimi ad agni conuiuium solemne conuenissent, ab exercitu Romano obsessos, & conclusos fuisse [k]. Quod spectat ad mensam quoque spiritualem, hæc est Scriptura sacra, quæ Iudæis ipsis eadem, cùm perperam intelligatur ab ipsis, occasionem parit, vt variis illaqueentur erroribus, vt scandalizentur præsertim audita crucis mentione [l], vt pro plurima parte pereant in æternum; nec alius finis quæratur ex calamitatibus, ac ærumnis illorum, nisi retributio, vindicta, pœna, cruciatus. *Mensam* præterea Chrysostomus innuit esse, in qua celebrabantur sacrificia, simul cum deliciis omnibus, vt vitra detineret esse sancta, sed πανὶ ἁπλῶς ἰσχυρὰ καὶ κακὸν, *laqueus mortis validus, & malus* Didymus explanat ἀντὶ τοῦ νοερὸν γεγραμμένον, *animum inspiratam scripturam*, cuius θεωρία, *contemplatio*, καὶ νόησις, *& intelligentia*, cibi animæ rationem habeat: κατὰ ἀνάγνωσιν, seu explicatio per orationem; mensæ similis videatur. Ita etiam interpretatus Eusebius confirmat ex prouerbiis [a], vbi Sapientia, quæ Christus est, inuitat ad *panem conuiuiumque.* Auctor [b] operis imperfecti consentit, & hoc loco Euthymius, & in epistolam ad Romanos [c] Origenes, alique. Latini etiam enarratores psalmi conueniunt: & Hilarius nominatim distinguit *mensam dæmoniorum* [d], consistentem in sacrificiis (cuiusmodi profectò censeri debent quæ celebrantur à Iudæis) & cœlestis doctrinæ, de qua Paulus [e] hunc ipsum locum intellexit, & citauit præterea Rupertus [f]. Quocirca meritò damnatur à V. Synodo [g] Theodorus Mopsuestenus, quòd Christo, & Iudæis, propter illum, neget ista litteraliter, aut per se conuenire: qua in re Theodoretus, vt pridem annotaui, nimis illi adhæserit. Iacobus de Valentia satis acutè in hoc & sequentibus tribus versibus, obseruat velut antithesim inter tormenta, quæ Iudæi Christo intulerunt, & ipsi ferre compulsi sunt. Nam qui negarunt se *regem habere nisi Cæsarem*, refutato Christo, a Cæsare rebellantes, exciti sunt: Paschali tempore, vt antè dixi, obsessi sunt à Romanis, quo tempore olim Romani crucifigendum tradiderant Christum: & pro fele aceto que, summam ciborum penuriam passi: pro velata Christi facie, cùm iuberent prophetizare quis eum percussisset, obscurati sunt oculi mentis, cæcitatéque percussi: incuruatum est dorsum illorum seruitutis iugo, quia crucem coëgerant portari à Christo: sicut furore acti, vociferati sunt; *crucifige, crucifige*; ita effudit Deus furorem iræ suæ super eos, vt sint illi odibiles, nec vllis hominibus placeant, sed aduersarios experiantur: cæcti sunt à sua ciuitate, ac ditione, quemadmodum extra ciuitatem eductum crucifixerant: deleuit eos de libro viuentium, is, quem illi penitus de mundo tollere voluerunt: postremò recentibus ac nouis semper molestiis vexantur, & iniquitatibus nouas cumulant cum pertinacia hi, qui tot Christum vexauerunt pœnis, tot in eum crimina confinxerunt. Inepta expositio apud Treuerum, de extincto Balthasare statim à conuiuio [h], & huc spectare illud Esaiæ [i]; *pone mensam, contemplare in speculo comedentes, & bibentes: surgite principes, arripite clypeum.* Origenes [k] vrget Iudæos, vt ostendant mensam, in qua prandent, & cœnant, & quomodo in ea facta sint quæ hic dicuntur. Leo Castro in apologia [l] acriter persequitur eosdem Iudæos, hoc ipso loco, & eos, qui faueni ipsis; & cùm apud Origenem notatur deesse in psalmo ex editione Lxx. *in captionem*, nec in textu Hebræo: & è contrario apud Paulum non esse *coram ipsis*, negat ita scripsisse Origenem, sed cum interpretem, Iudæos verò reliquisse *in captionem.* Nimius profectò est hic auctor in causa alioquin bonæ propugnatione.

Fiat mensa eorum. Alii Paraphrastes, *quam pa-*

i 17. de ciuit. c. 19. *Sensus loci.*

k Iosephus 7. de bello Iudaic. c. 17.

l 1. Cor. 13.

a c. 9. 5.

b hom. 55.

c in c. 11.

d 1 Cor. 10. 21.

e Rom. 11. 9. fin. Matth. 9. collatus. *Theodori Mopsuesteni sententia de hoc psalmo vrgentur litteraliter aut per se conuenire & Iudæis tormenta. Theodoretus in eorum adhæret sententiam. Mopsuestenus negauit, regem se habere nisi Cæsarem, negauit, & arma rebellantes excitasse Iudæos.*

f Treuerus impia expositio.

h Dan. 5. 30.

i c. 21. 5.

k in c. 11. ep. ad Rom.

l lib. 5.

Theodori Mopsuestiæni condemnatio.

a In epist. ad Rom. hunc v. Mensæ nomine omnes delicias & bona. Eosdem ritus alias accipiemus.

b Hom. 53.

c in c. 11. Mensa malorum cur maledictum.

d 2. Reg. 13. 29.

e Iudith 13. 10 &. seq.

f Matt. c. 14. & seq.

g vers. 6.

h in Ezech. com. 2. pro. lib. 3. cap. 10.

i Luc. 15. 29. 25.

k c. 2. de serm. in monte, c. 42.

l Epist. 2.

m Rom. 11. 9.

n ps. 54. 16.

Tropologia.

o Luc. 12. 1. & seq.

p 1. Tim. 6. 9.

q Luc. 16. 25. r Ro. 14. 21. *Mercatoris mensa, voluptuosi, ebriosi, quæ sit.*

s Luc. 14. 12.

vauerunt coram me in laetu meo; vel, si legas cum Nebiense, non בְּאֹהֶל *beculi*, cum (ב) *beth*, sed בְּאֵבֶל *beculi*, cum (כ) *caph*, *vt comederem*, seu *in cibo meo*, aut *ad cibum meum*. Imprecatio, vt dixi, fatidica, vt pœnas luant amaræ mensæ, instructores eius, quod priore versu indicabat in Sibyllæ quodam carmine citato, verbum *nouum*, vt ibidem obseruauimus. Non damnaretur Theodorus Mopsuestenus, si non negasset congruere Christo, & aduersariis eius, quæ hic dicuntur; & si pœnâ illam ita de rebus molestis & aduersis per *mensam* figurate designatis explanasset, vt non excluderet receptum ab aliis sensum. Nam Chrysostomus, præter illum, quem ab eo quoque traditum retulimus, & à quo Agellius miratur Theodoretum recessisse, in Pauli cómentario [a] *mensa* nomine declarat omnes delicias, & bona. Qua ratione hoc etiam loco Nicephorus docet, quòd ἡ τράπεζα τῶν ἀγαθῶν συνήθως, *mensa obiectamenta significet, quæ sequuntur* κακίαν, *vitiositatem*. Nec verum est hoc modo *mensam* sumptam corporaliter, non esse Iudæis factam in scandalum, vt Auctor operis [b] imperfecti contendit, volens de scriptura tantum intelligi Ambrosius, aut alius commentarij auctor in epistolam ad Romanos [c], ideo *mensam* docet maledici malorum, quia illic decipi solent innocentes: vt ab Absalone Amnon frater [d]: & Holophernè put uisse, Iudithan se posse decipere [e]: & in mensa Herodis sæuitum in caput Ioannis [f]. Rectè verò etiam pro altari sacrificiorum *mensæ* nomen hic sumi posse diximus, & Psalmo 22 [g] demonstrauimus, fecitque id non indiligenter Villalpandus [h] noster. Christus ipse *mensa* censeri potest, nempe agnus super crucis ara assus, qui coram Iudæis violentibus, in quem confixerunt, fuit in laqueum, retributiones, & scandalum. Parata est filio prodigo mensa ista, indignante fratre maiore [i], & ad hanc opiparam mensam cœnæ, prandiue, venire inuitari neglexerunt. De formula verò imprecatoria meminimus multoties, eamque eorum de hoc eodem loco Augustinus præter eiusdem citata testimonia in alio [k] obseruauit, & Anacletus [l] Papa, si tamen exploratus is epistolarum est auctor.

Coram ipsis.] Omittit has voces, vt antè dixi, Paulus [m], citans hunc locum. In iis perpèdit Augustinus indicari tales esse amaros istos conuiuatores, támque pernicioso̅s, vt iniquitatem suammet nouerint, & in ea pertinacissimè perseuerét, ac descendant *in viternum viuentes* [n], pedemque mittát in mu̅scipulam, quam norunt. Elegans est Hugonis tropologia de mensa diuitis *epulante splendide*, nec pauperi compatiente [o], cui est in laqueum, vt pungat eum conscientia, seséque deprehendant acquiescendo tentationi incidisse *in laqueum diaboli* [p]: & in retributionem, quòd *recepérit bona in vita sua* [q]: & in scandalum, quia scandalizauit alios [r]. Addit mercatoris mensam, quæ sit in laqueum ad alios illaqueandos, & decipiendos: voluptuosi, quæ in retributionẽ, dum inuitat vt inuitetur vicissim [s]: ebriosi, quæ in scandalum, ob rixas, contentionésque, & quia vacillat corruitve. Agit præterea de mensa scripturæ, quasi *de lignis fœtum imputribilibus*, quæ sit in laqueum dicenti, & non facienti: in retributionem dicenti, vt sciat, sciatúrve; in scandalum non recipienti sanam doctrinam. Item de mensa altaris, docet fieri in laqueum indigne accedentibus ad eam, *ubique terrarum manducantibus*, &

A *bibentibus*: in retributionem pœnæ, vt propterea instituantur, & *dormiant* ad eſt, *mortantur multis* [b] (potest comparari cum pane illo, quem vidit quidam volui, & in castra descendere, gladium que interpretatus est [c]:) in scandalum proximorum, qui inde offenduntur. Ponit denique mensam numulariorum, & vsurariorum, quæ fit eis in laqueum, propter dolos: in retributionem, ob vsuras: in scandalum, quando exigunt.

In laqueum.] Augustinus, *in muscipulam*. Mensa laquei rationem habet, aut retis, propter expansionem: sed ratio similitudinis melior ex bestiis, quæ capiuntur esca; item quia immodico sæpe cibo intemperans veluti laqueo suffocatur; præterea, quia mordentur homines, & comeduntur,

B & *consumuntur* [d], dum epulis vacant. Idcirco cum superbo oculo, & *insatiabili corde* edere Dauid nolebat [e], hoc est cum superbis, inuidisque, qui alienis pascantur malis, nec le lætentur, de illis gaudendo, vt obseruat Augustinus [f], dicens, talibus cibis pastos Iudæos, videlicet suæ crudelitatis, & pœnarum Domini, dum hic pascebatur cibo misericordiæ suæ. Isidem Iudæis laqueus est scriptura sacra perperam intellecta, vt dixi, nec non vetera sacramenta, quę iam in noua lege sumentibus sunt mortifera: & nihilominus nõ sumentibus afferunt mortem, quia negligunt, quæ necessaria, quamuis errando, purant. Capti sunt à Christo interdum, qui capere eum in sermone

C volebant, conuicti quoque ab aliis Apostolis per ipsamet scripturarum testimonia.

Et in retributiones.] Sic etiam Hieronymus, quia Hebraice est לִשְׁלוּמִים *holomim*. Sed alij hoc exponunt, & *quod ad pacem, vel pro pacibus, vel pro pacifico*, vel *cum ex eadem illa patera, sit illis in scandalum*, & *offendiculum*, & *impingant velut in retia*: quod rete, scandalúmve proxime post subditur absque particula coniungente לְמוֹקֵשׁ *lemoqes*. Paraphrastes dum sacrificia exprimit, & *sacrificia eorum in scandalum*, innuit pacifica. Puto participium esse cum nota articuli, in kal, vt sit sensus: Fiat mensa eorum non tantum in laqueum, sed

D etiam in retribuentes, vt nimirum tali vsi mensa perueniant in manus eorum, qui vicem, debitamque pœnam retribuant. Legerunt forsitan Lxx. & Hieronymus nomen שְׁלוּמִים *salumim*, quod significat *retributiones*. In aliis Psalteriis, & in bibliis Complutensibus, Regiisque, & apud Hilarium, Augustinum, Cassiodorum, numero singulari est, *retributionem*, sicut & Græcè ἀνταπόδομα. *De retribuendi retributionisque* vocabulis, aliàs egimus. Ante sequentes dictiones habet Hilarius hoc loco duas cum coniunctione, & *in captionem*. Hieronymus quoque in Esaiam [g]. Citatur ita etiam in epistola ad Romanos [h], Græce, εἰς θήραν, *in venationem*, vel *præsidium*. Quod videtur Paulus addidisse de suo, ad magis exprimendam vim Hebræi nominis מוֹקֵשׁ *moqes*, quod hoc

E significat non tantùm *laqueum*. Dicti autem Patres citando Psalmum, eo modo protulerunt, vt est apud Apostolum. Sed thesauri Græci auctor (verbo σκάνδαλον) male, vt ex Psalmo, citat etiam εἰς σαγήνην.

Et in scandalum.] Hieronymus, *ad corruendum*. Symmachus pro *retributione* τιμωρίαν reddidit, id est, *castigationem*, siue *supplicium*, propriè ad vindicandum honorem læsum; & loco istorum vocabulorum vertit, ὅτε συλλαμβάνεται, *vt comprehendantur*. Aquila pro σκάνδαλον, dixit παγίδος, quod, Hesychio teste, significat *spina quo idam genus*, &

a 1. Cor. 11. 29.

b Ibid 30.

c Iudic. 7. 14.

d Gal. 5. 15.

e ps. 100. 5.

f Ibidem.

g in c. 6. h c. 11. 9.

rem molestam, quæ pungat. Rursum Hieronymus [a] legit, *in ruinam.* De nomine quoque *scandali*, dictum Psalmo 48 [b]. & 49 [c]. quamuis ibi Hebræa nomina diuersa sint, nec à Hieronymo reddantur per *scandalum*, sicut hic, vbi habetur מוקש *mokes* & in 105 [d]. vbi etiã est idem, necnó in 139 [e]. quo loco synonymum *offendiculi* nomen ponit, & in 140 [f]. Intelligitur *scandali* hoc loco nomen, non tam quo alij offendantur, quam quo ipsimet lædantur, in quibus esse dicitur, vel quidpiam iis in illud fieri. Ægidius Romanus explanans c. 11. epistolæ ad Romanos, intelligit hæc omnia Iudæorum supplicia, propter abusum diuinæ scripturæ, vt illaqueatus non accederet ad veritatem, captus, & in captiuitatem abductus non recederet à seruitute, & a fallitate; scandalizatus (apud Paulum enim ponitur priore loco, *& in scandalum*, quam, *& in retributionem illi*) vituperiũ, & opprobrium sentiret, retributionem patere tur æternæ pœnæ. Recitat aliam expositionem glossæ, vt mensa malitiæ, qua delectabantur Iudæi, sit iis in laqueum, impediendo à bono; in captionem, detinendo in malo; in scandalum, vt de peccato in peccatum ruant; in retributionem, vt subeant æternam pœnam. Vel rursus, vt mẽsa scripturę fiat iis in laqueum erroris, in captionem Romanorum; in scandalum probri, ac dedecoris apud omnes gentes; in retributionem damnationis æternæ.

[a] Lxx. 14.
[b] v. 23.
[c] Ioan. 9. 39.
[d] Esa. 6. 9.
[e] c. 29. 21. Ier. 6. 10.
[f] c. 42. 19.
[g] 2. Cor. 3. 15.
[h] Lib. 11. c. 35.
[i] 2. Cor. 4. 4. Per quam deus temporis huius Saeculi excæcauit mentes infidelium.
[k] Cap. 6.

Vers. 24.] Obscurentur oculi eorum ne videant: & dorsum eorum semper incurua.

ALiud malum omen, vt subtracto diuino lumine, in ignoratione versentur veritatis; & elũbes veluti factæ, grauique onere ac iugo pressi aut seruitutis, & plagarum, ritu mancipiorum; aut cerimoniarum legis sustentaculo nullo nixi, similes illis efficiantur, qui oculis capti, & viribus fracti, quæ consistunt in lumbis, & dorso, consistere, resistere, ingredi sine lapsu, periculo, damno non possunt. Sapit Hebraismum expositio Treueti de Babyloniis, qui prædicantur ob male tractatos captiuos Iudæos in captiuitatem abducendi à Medis, nec id malũ, quasi obscuratis oculis, præuisuri. Fauet nihilominus Theodoretus (a quo nil differt, qui dicitur Basilius) scilicet, vt sæpius monui, Theodorum secutus Mopsuestienem. Cùm de Iudæorum verò excæcatione, déque legis onere grauissimo in actibus Apostolicis egerim, superfluũ reor hic plura dicere. Quo pacto autem non idcirco Iudæi excusandi sint, nec accusandus Deus, quod ibidem satis docuisse videor, lege Hieronymum Esaiæ [g] similem huic locum enarrantem. Quid ergo mirum, argumentatur Augustinus in opere de ciuitate Dei [h]; si hæc manifesta Iudæi non vident, quorum oculi sunt obscurati ne videant? Quid mirum, si cœlestia non suspiciunt, qui vt in terrena sit proni, dorsum eorum semper incuruum est? His enim verbis translatis a corpore, vitia significantur animorum. Similia sunt in eiusdem oratione aduersus Iudæos [i]. Cõgruunt autem cum commentario præsentis loci, in quo affertur præterea similitudo de incuruata muliere: (eandem affert Hieronymus in Amos [k]) qua magis curui secundùm animum videlicet Iudæi, quòd Christus eam curasset Sabbato scandalizati, & *magnam iram* [a] sunt item quasi gentili, ac basuli nostri, vt pridem vidimus [b], diuinas post nos scripturas portantes. Hilarius præsertim deprimens legis onus explicat: vt quod sustinere non possunt, ferant. Addit Hieronymus, quem citauit, in Esaiã, quod Dominus in Euangelio sacramentum cæci à natiuitate, qui receperat oculos, vertit ad tropologiam, dicens [c]; *in iudicium ego ueni in hunc mundum, vt uidentes non uideant, & non uidentes uideant*; & in Amos, *quod incuruatum est dorsum Iudæorum, ne cœlum inspiciat*, sed cum Euangelica illa muliere, quæ habebat spiritum infirmitatis, semper terræ incumbant. Vidit Esaias [d] in solio excelso & eleuato Deũ, sed fumo plenam synagogæ domum: vaticinatus est etiam claudendos Iudæorum oculos, forcéque ipsis *librum signatum* [e]: imprecatur iisdem *excæcationem* [f]; & *cæcum populum* nominat [g]: *velamen* adhuc *positum super cor eorum* scribit Paulus [h]: quod reipsa quamuis nolentes, & facto demonstrant, cum hodiéque, teste Adriano [i] Fino, post lectionem librorum Mosis in synagogis, lectores ipsi, & alij nonnulli, obtegant velamine faciem; obtusos nempe sensus habentes, vt ait idem Apostolus [k]. Egregiè idem sæpius citatus Augustinus [l] expendens botrum à duobus portatum [m], salutem suam, inquit de Iudæo, ille ante conspectum suum gerit, ille post dorsum: hic obsequium præfert, ille contemptum. Postea, citato hoc loco, subnicit: Incedunt duo sub sacro fasce ordine. Hic semper videt, ille semper relinquit. Iudæus autem proximum se existimat, sed absentat. Christianus ergo præsenti munere fruitur; Iudæus solo onere prægrauatur: quia Christus sicut credenti salus, ita onus est nõ credenti, &c. Portat quidem Christum in lege Iudæus, sed à gratia, quam in mysteriis portat, auersus est, &c. ab hoc, id est, Christiano, adorante gestatur, ab illo se auertente suspenditur; ac sic impletum est in Iudæis; *posuerunt* [n] *ad me dorsa, & non facies suas.* Hortatur demum ad glorificandum, & portandum Deum *in corpore nostro* [o]; iugúmque suaue, ac *onus leue* [p], & proiiciendum *iugum diaboli* [q], quod non erigit, sicut Christi, sed deprimit. Eandem portati botri allegoriam videtur Isidorus [r] ex Augustino transcripsisse.

Obscurentur oculi eorum, ne videant.] Hieronymus, *tenebrentur*: quod magis exprimit vim verbi Græci σκοτισθήτωσαν, & Hebræi futuri, quod est pro imperatiuo חַחְשַׁכְנָה *thechsciachnah*, quæ tenebras indicant. Citat Procopius [s] hunc locum in futuro σκοτισθήσονται. Nonnullis Christus dixit; *adhuc modicum lumen in vobis est*; *ambulate dum lucem habetis*, *vt non vos tenebræ comprehendant* [t], sed τὸ *modicum*, non est iungendum cum lumine: siquidem Græcè legimus, ἔτι μικρὸν χρόνον, *adhuc modicum tempus*. Non modò velamen illud Mosis, aut Iudæorum, de quo priùs meminit, huius rei typus erat, sed præterea, vt Cyrillus [u] Alexandrinus obseruauit, quòd Moses idem abscondit faciem, nec audebat *aspicere contra Deum* [x]. Grauissimum cæcationis malum, quo Samson [y], & Sedechias [z], plexi sunt, & alius hoc paciscí volebat cum hostibus, vt erueret *oculos dexteros* [a], quod etiam Deus minatur supplicium cum præcisione quoque *brachij dexteri* apud Zachariam [b], quod Cyrillus [c] exponit de mutilatione corporei ac spiritalis roboris. Christus respondit se in parabolis locutum, vt *audientes*

[a] Luc. 1. 14.
[b] v. 16.
[c] Ioan. 9. 39.
[d] Esa. 6. 1.
[e] c. 29. 11.
[f] c. 6. 10.
[g] c. 42. 19.
[h] 2. Cor. 3. 15.
[i] Lib. 11. c. 35.
[k] 2. Cor. 4. 4. Per quam deus temporis huius Saeculi excæcauit mentes infidelium.
[l] Tract. 44. in Ioan. n. 2. Num. 1. 25.
[m] Num. 13. 24.
[n] 2. Par. 29. 6.
[o] 1 Cor. 6. 20.
[p] Matth. 11. 30.
[q] 1. Ioan. 2. 13.
[r] In lib. num. c. 13.
[s] In c. 10. Esa.
[t] Ioan. 12. 35.
[u] 2. de ador.
[x] Exod. 34.
[y] Iudic. 16. 21.
[z] 4 Reg. 25. 7.
[a] 1. Reg. 11. 2.
[b] c. 11. 17.
[c] Ibidem.

non viderent, & *ad humeros eorum semper incurva* [a]: quorum-
A nam hoc propter alia peccata merebantur. Vocat Augustinus [b] medicinalem Iudæis cæcitatem, atque temporalem, & quæ fuerit occasio humilis conuersionis, diligentis inquisitionis, feruentis dilectionis. Hieronymus [c] negat Iudæis incredulis profuisse, sed Gentibus admissis in eorum locum, quia diminutio eorum diuitiæ sunt Gentium, amissio eorum reconciliatio mundi, cæcitas ex parte in Israel contigit, donec *plenitudo Gentium intraret* [d]. Conuersi sunt aliqui pauculi in incredulitate permansuri, permanebuntque vsque ad finem seculi, de quibus Esaias [e], Christus [f], Paulus [g], & noster Dauid hoc loco agit: & quibus idem Christus commi-
B natus est in peccato suo *morituros* [h]. Quod indicant etiam sequentia verba, *& dorsum eorum semper incurua*. Apollinarius addit epithetum oculis, aspectiue, vt indicet, malefice, malenole, inuide, ac truculenter atque entes ad iactantios priuatione rectorum dignos esse.

Ἐσκοτίσθω τὰ ὄμματα αὐτῶν τοῦ μὴ βλέπειν,
Summa indignatione exaggerato spectatum.

Oculorum tropologiam, sequentia verba declarantes, afferemus.

Et dorsum eorum semper incurua] Hilarius, *in perpetuo*. Forsitan, *perpetuo dia παντὸς*. Trenellius ex Hieronymo legit, *lumbos eorum*, quomodo etiam alij vertunt Hebraicum nomen cum affixo מָתְנֵיהֶם *mothnehem*. Verterunt Lxx. ὀσφῦν, sumentes pro posteriore corporis parte, tergoque toto, in quo lumbi etiam continentur; & incurvationem, hinc debilitationem, & nutationem, vt conuenit spinæ toti dorsali. Descriptio eadem ibi-
C mitatis extat in Ezechiele [i]: *quando apprehenderunt te manu, & compactiones, & percussit omnem humerum eorum, & universibus eis super te, comminutus es, & dissipasti omnes renes eorum* מָתְנֵיהֶם *mothnehem*, ὀσφύας. Aristoteles [k] τὸν ὀσφὺν partes facit scapulas, spinam, lumbos, aut renes, seu quidquid est a posteriore parte ab occipite ad extremum coccygem, constans vertebris triginta quatuor. *Dorsum* dici volunt [l], quia sit deorsum deuexum. Non iure reprehendit Leo [m] Castro transferentes pro *dorsa lumbos*, aut *renes*, quia nemo
D Philosophorum afferat in renibus vires esse. Constat *curuum* dici, qui debilis est, nec se prae lumborum debilitate valet erigere. Curuo igitur ad lumbos vsque corpore inualidum recte significat. Incarnationem item pro mentis, ac voluntatis ad imas terrenasque res depressione Cyrillus [n] etiam Alexandrinus explicat, loquens de Iudæis murmurantibus circa panem, quem dicebat Christus esse se, ac de cœlo descendisse [o], dignos autem hoc loco significari, vt mali male perdendi. An praterea [p], dum scribit non intelexisse, ac in deteriorem partem accepisse, quod idem Christus dixerat [q] *in tribus diebus resurgam*: *eorum se complum*: quasi inclinatos propter scelera sua defectu, ac sola terrena respicientes, nec patrocinio Dei ab eis ablato, sublimia Christi dogmata speculari nō posse, sed contemnere tanquam infanos Christi doctrinam, & aduersus salutem suam irruere. Comparat eosdem [r] cum gibbolis repudiatis à lege [s]; hos enim esse quodammodo incurvatos, & quorum animus deorsum aspicat, & sit ad carnis affectus proclivis, & qui oculos spirituales ad res terrenas detorserunt, neque in eam sententiam venerint, vt erigere animum ad res supernas sapere dare fugiendum pu-
A tent. Quasi videlicet id illis aptetur; *oculos suos statuerunt declinare in terram* [a], *adhaesit uxorius terrae eorum* [b]. Denique tractans locum Michææ [c] ex editione Lxx. *ἰδοὺ ἐγὼ λογίζομαι ἐπὶ τὸ γένος τοῦτο κακὰ, ἐξ ὧν οὐ μὴ ἄρητε τὰ τράχηλα ὑμῶν, καὶ οὐ μὴ πορεύσητε ὀρθοί, ὅτι καιρὸς πονηρὸς ἐστι. Ecce ego cogito super generationem istam mala, de quibus non auferetis colla vestra, & non ambuletis erecti, quia tempus malum est*, explicat tam onerosa, & intoletabilia mala fore, vt sint futuri similes inclinantibus cervices, duritieque, ac intolerandam in modum incurrentur. Confirmat & præsentis Psalmi testimonio illos. & 3ti. *iniquitates meae supergressae sunt caput meum, & sicut onus graue grauatae sunt super me.* Addit, *insipiens* [e] *ego sum, & ignorans sum coram te.*
B Et *in finem* & *posuisti* [f] *retributionem in dolo nostro, imposuisti homines super capita nostra* & *super* [g] *dorsum meum fabricauerunt peccatores*, vbi Hieronymus, *super cervicem meam aratuerunt arantes*; Aquila, & Theodotio ἐπετείναντο, *aratuerunt*, quasi sulco facto, vt transfert idem Hieronymus, quod sequitur, *prolongauerunt iudicium suum*, pro iniquitate. Quod indicat subactam, & depressam gibbam. Subdit Cyrillus, qui iugum, & onus vocantis Christi *suaue* [h], *leue* [i], excusserunt, non illinc labantes, ac pressos remansisse, nec valuisse, ἐκ τοῦ κάτω τόπου, *inuenire recte*: Dauidem verò in illos exclamasse ad Deum, vt superna non respicientes, neque oculum mentis ad ipsum sanctorum,
C & præclaram in cœlis ciuitatem attollere valentes, terrena duntaxat inuentur, *ἀνένευσε κεκυφότας τὸν νοῦν non inuenimus*, & animum insolentem. Denique ossium cadueis & carnalibus *ἐφεδρεύοντας ἀγγείους*, seu *subsidentes*, & *adiacentes*. Placent illustrare vnius Cyrilli tot testimonijs locum item celebrem de Iudæis, quia plenioris vice commentarij sunt, & receptam expositionem optime comprobant. Prius docui per *incurvationem* deligi oculique ad literam, seu eiusdem corporis, & aptationem corporum ad verbera. Subiectionem item indicat Abacuc [k]; *incurvati sunt colles mundi*, & Esaias [l], *vadent inferna demisso capite ad te*. Iubet Genesis [m]; *inclinemini ante te parentes tui*, & [n] *curvata Lacob, & adorarunt fines virgae eius*, & [o] *prostrati Ioseph ante illum* Iob [p], *sub quo curvantur, qui portant orbem*: tandem Dauid [q], *curvam me fecisti subtus me*. Importat autem *incurvandi* verbum animum demere vestitatem, vt apud Esaiam [r], *incurvatae sunt habitationes in excelso* &c. & quandoque nomine שחה *shachah*, intellexit Interpres, ac transtulit *incurvum* [s]. At aduerbium, *semper*, impedit ne talem vastitatem interpretemur hic, vt voluit Antonius Guevara [t]; sed in superstitibus grauissimas quasdibet calamitates. Postremò *obscuratio oculorum, & incurvatio dorsi*, indicat, neque consilio neque re posse nocere aliis vtroque affectis incommodo. Quod de iisdem alij Iudæis declarantes, in *oculis* E Scribas, Pharisæos, principes Sacerdotum norunt volūt; in *dorso* reliquā inferiorum multitudinē, quòd ex priorum, qui sunt veluti oculi, obscuritate, atque cæcitate, posteriorum sequatur curuitas depressioque ad terrena. Gregorius [u] *id vniuersè tradit de duplici hoc genere* quorumcunque hominum; vt hac ratione *dum caecus caco ducatum praestat, ambo in foueam cadant* [u]. Oculi quippe sunt, ait, explicans hunc locum, qui in ipsa honoris summi facie positi, prouidendi in eis officium suscipiunt; quibus hi nimirum, qui subsequenter inhaerent, *dorsi* nomen an-

[a] Luc. 8. 10
[b] quæst. in Matth. c. 4.
[c] in c. 6. Esa
[d] Rom. 11. 25.
[e] c. 6. 9.
[f] Luc. 8. 19. Marc. 4. 12.
[g] Rom. 11. 25 & Act. vlt. 25. 26.
[h] Ioan. 8. 21. 24.
[i] c. 29. 7.
[k] 1. de hist. anim. c. 13. Νῶτον.
[l] Dorsum *vide dictum.* Festus. Aponen. l. 5. pag. 155.
[m] Exanibit *quia curuus.*
[n] 4. in Ioann. c. 3.
[o] Ioan. 6. 41.
[p] Lir. in Ios. c. 43.
[q] Ioan. 2. 19.
[r] 12. de alor.
[s] Leuit. 21. 20.
[a] Psal. 16. 11
[b] Psal. 43. 25.
[c] cap. 2.
[d] vers. 5.
[e] Psal. 37. 7.
[f] Psal. 61. 11. 12.
[g] Psal. 128. 3.
[h] Matth. 11. 30.
Per incurua *ipsum quod dicitur.*
[i] c. 1. 6
[k] c. 3. v. 23.
[l] c. 10. 29.
[m] c. 43. 6.
[n] c. 49. 23.
[o] c. 9. 23.
[p] Psal. 72. 9.
[q] *Incurvandi verbi quid impium.*
[r] c. 26. 5.
[s] Prou. 28. 10.
[t] in Abac. c. 3.
[u] 3. p. Pastoral. c. 1. & 13. Moral. c. vlt.
[u] Matth. 15. 14.

tur.

tur. Obscuratis ergo oculis, dorsum flectitur, quia cum lumen scientiæ perdunt qui præcunt, profectò cuncti ad portanda peccatorum onera curuantur, qui sequuntur. Asseit tamen etiam [a] in exemplum Pharisæos, & sacerdotes, cum turba Iudæorum: demonstrans quo pacto iuxta Iob [b] sententiam, faciat Deus [regnare hypocritam propter peccata populi.]

Alia tropologia, saltem per accommodationis quendam modum, non displicet, vt curiosorum alienæ vitæ scrutatorum Deus oculos obscuret, sicque incuruati, ad sese que reflexi, in sese tentent descendere, nec præcedenti spectetur semper mantica in eorum dorso [c]. Quid si hoc voluit inter alia Christus, dum pertinaciter accusantibus aliis adulteram, *inclinabat se deorsum* [d]?

a 15. moral c. vlt.

b c.34.30.

c Persius Sat.4 d Ioan.8 6.8.

Verſ 25.] Effunde super eos iram tuam: & furor iræ tuæ comprehendat eos.

Series loci.

VIndictæ diuinæ vehementioris magnitudinem, quam suis vel optat, vel prædicit aduersariis, exprimit *effundendi* verbo, & *comprehendendi*, atque nominibus iræ, & furoris, vt quasi euacuato vase, halitúve igneo efflato, nihil reliqui sit, & capiat, cingat, stringat ira, furorque, ita vt nullus euadat, quantumlibet fugere nitatur, nullus in vlla sui parte ex singulis non alliciatur aliquo tormento, seueritatis effectum diuinæ cuncti experiantur. Hanc Paulus [e] iram in Iudæos peruenisse testatur, qui Dominum occiderant Iesum, & prophetas, & ipsum, aliosque Christianos persequebantur, & Deo non placebant, & omnibus hominibus aduersabantur, & prohibebant Gentibus loqui, vt saluæ fierent, & implebant peccata sua semper. Vt mirum non sit, si & nunc ita Dauid imprecetur, & prioribus verbis, vt dorsum eorum Deus incuruet semper; quia, inquam, implebant peccata sua semper. Quomodo de Romanorum exercitu, qui deleunt Gentem Iudæorum, hic intelligatur locus, dictum antea satis.

e 1.Thess.2.15. 16.

De Romanorū exercitu qui gentem Iudæorum deleuit, locus tractatus.

Effunde super eos iram tuam.] Hieronymus, *indignationem tuam* עַסְּךָ *zaabhrecha*. In hoc versu sunt alia præterea duo diuersa iræ, seu furoris vocabula חֲרוֹן *charon*, & אַף *aph* nec desunt alia in prioribus psalmis, & sequentibus; vt רֹגֶז *regaz* קֶצֶף *ketzeph* חֵמָה *chemah*, vel חֵמָא *chema*, זַעַף *zaabhaph* חֹרִי *chrem* עֶבְרָה *hbeurah* פְּנִים *panim* רְגְזִי *rghzi* רוּחַ *ruach*. Subiectum extra insecum iræ, id est, partem, in qua se prodit ira, significant *aph*, & *chotem*, nempe *nasum faciem* vero *panim*, alia innuunt commotionem, feruorem, seu furorem, halitum, siue flatum vt *ruach*, ardorem, & similia. De *effundendi* verbo, quod psalmo quoque 78 [f], iungitur iræ, egimus alias [g]. A liquoribus metaphora sumitur, qui de vase profertur. Sic apud Oseam [h] Deus ait, *super eos effundam quasi aquā iram meam.* Sed geminata veluti figura Ieremias in Threnis [i] dicit, *effudit quasi ignem indignationem suam*: & Nahum [k], *indignatio eius effusa est vt ignis.* Propter priorem similitudinem describit Ioannes iram Dei in Apocalypsi [l] sub nomine phialarum effusarum. Duo iræ diuinæ instrumenta ignis, aqua: hac iam peracta purgatio mundi per diluuium, illo peragetur in fine sæculi. Nullus liquor facilius effunditur quàm aquæ: nihil agit effi-

f vers.6.

g ps.14.3. h c.5.10.

i cap.4. k c.1.6.

l cap.16. & seq. Duo iræ diuinæ instrumenta, ignis & aqua.

caciùs, quam ignis. Sic habet Deus iratus in promptu, vt leuiter putat. Consumit ignis omnia, subit aqua, & penetrat cuncta; *ira Dei nemo resistere potest, sub quo curuantur, qui portant orbem*; [a] *ante faciem iræ eius quis stabit? & quis resistet in ira furoris eius* [b]? Indicat *effusio* copiam iræ; *quis nouit autem iram Dei timuerunt* [c]? Quia porrò postquam sumpsit Deus vindictam tanquam supplicijs iam exhaustis, placabilis redditur, hinc fit, vt quandoque placari, & misereri significetur, cùm dicitur *iram effundere.* Exemplum est in Ecclesiastico [d]; *potens exoratus, & effundens iram, secundum misericordiam suam sic correptio illius, hominem secundum opera sua iudicat.* Græce, *ὅτι ἰσχὺς ἐυιλασμῶν ἐξιλασμῶν, ecce potens placationum*, id est, *multus ad ignoscendum* [e], *apud eum misericordia, & copiosa redemptio* [f]. Vulgo dicant *sfogarsi*, quasi flammam omnem cuomete, & conquiescere.

a Iob 9.13. b Nahū 1.6 c ps.89.12.

Iram effundere vide supra Ieremiæ 10. d vers.20.

e Esa.55. 7. Ephes.1.7.

Et furor iræ tuæ comprehendat eos.] Hieronymus, *ira furoris.* Alia psalteria, & Cassiodorus, ac Isidorus [g], *indignatio iræ tuæ apprehendat.* Augustinus, *comprehendat.* Hilarius, *animatio iræ tuæ, τὸν θυμὸν τῆς ὀργῆς σου ἐπιλάβοιτο.* De vocibus istis Græcis, déque aliis dixi alibi. Qui *furorem* ira maiorem faciunt, de pœna æterna interpretantur, Iudæis obstinatis debita, *iram* de temporali, quæ profit ad conuersionem. *Comprehendere, συμπλακῆναι* נִשַּׂג *nasciag* innuunt fugam, qua quis elabi conetur, sed frustra; quod Apollinarius explicat per *περιλαβεῖν, circumdare, & obsidere.* Præterea indicant *premere, & quasi manibus tenere apprehensum. Omnes persecutores eius apprehenderunt eam inter angustias* [h]: *migrauit Iudas propter afflictionem, & multitudinem seruitutis; habitauit inter gentes, nec inuenit requiem* [i]. Quasi *pullus equi in fugabitur, & vbi non speratur (συνίησιν, si species est) apprehendetur, & erit accidens omnibus, eo quod non intellexerint timorem Domini* [k].

g de vocc. Hebr. cap.

h Thren.1.3.

i ibid.

k Eccles.1.30. 31.

Verſ 26.] Fiat habitatio eorum deserta: & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet.

Series loci.

EVersionem optat, prædicítque Iudæorum, vt non solùm diruantur palatia, ac domus, sed casulæ pecorum ipsorum, & extemporanea tabernacula, nec liceat amplius immorari, & habitare, sed partim trucidentur, partim trudantur longiùs absque spe postliminij. Vaticinatus est Christus *relinquendam eremum*, id est, vel vrbem, vel templum, vel synagogam Iudæorum *desertam* [l]; *circumdandam cunctarum valle, coangustandam vndique, ad terram proflernendam, & fines eius in cinere relinquendum lapidem super lapidem* [m]. *Venerunt Romani, & tulerunt locum eorum, & gentem*, sicut male, sed vere, sibi ominati fuerant [n]. Petrus de proditore diserens, vt eius loco subrogaretur alius, factaque de agro *Haceldama* mentione, citauit versum illum [o], Paulus P de omnium proditorum Iudæorum solitudine, ac vastitate, déque exilio extra Ierusalem, & vniuersam Iudæam intellexisse videtur, proferens versus 25. & 24. Consule nostrum commentarium, etsi Apostolorum. Obseruat Didymus, etsi Petrus vsurpauerit de Iuda, tamen pluralem numerum, quo Dauid vtitur, demonstrare, *ὅτι πολλοὺς τοὺς τῆς θεοσεβείας ἐχθροὺς εἶναι φησὶν αὐτὸ, id accipiendum de omni-*

l Matt.23. 38. m Luc.19.43. 44. n Ioann.11.48. o Actuū 1.20 p Rom.11.10.

bus

bus Iesu proditoribus, quòd eorum ciuitas deserta futura sit. Huc facit Ieremiæ [a] vaticinium, accommodatitio saltem sensu, siue simili; *Sion quasi ager arabitur* (aratro namque inducto ædificari [b], destrui, reducto, ciuitates solebant [c]) *& Ierusalem in aceruum lapidum erit, & mons domus in excelsa syluarum.* Certe iuxta vaticinium Ieremiæ [d] eiusdem, alium longè postea Ierusalem situm occupauit, auctore Ælio Adriano, qui vrbi nomen *Ælia* indidit, omnem Iudæorum nationem arcens regione finitima Ierosolymis, vt ne de excelliore quidem prospectu eminus saltem paternum eis solum, quod Eusebius [e] prodidit, liceret contueri. Innuit Isidorus [f] hoc ipsum, aliis allatis præterea locis Esaiæ [g], Ieremiæ [h], Danielis [i]. *Debellata est*, inquit, *ciuitas, expugnati Iudæi, multáque mala interfecta, nullúsque iam modo permanet accolatus Iudæorum, vbi Christum crucifigendum acclamauerunt.* Videtur ex Augustino tranctipsisse. Scribit verò etiam Gregorius [k] suo tempore in eo loco Ierusalem constructam fuisse, vbi extra portam fuerat Dominus crucifixus, ac priorem funditus euersam.

Fiat habitatio eorum deserta.] Hieronymus, *commoratio*, quo etiam pacto extat in actibus Apostolorum [l], Alij, *palatium, domicilium*, &c. Immeritò Lindanus [m] reprehendit lectionem nostram, volens legi, *sinus* & non *eorum*. Vox Hebræa טירה *tirah* idem valere dicitur, quod ארמון *armon*, *palatium*, & ædes lapidibus læuigatis constructa. Reddit Hieronymus interdum pluraliter, *caulæ* [n]. Vim facit Didymus in nomine Græc. ἐπαύλεως, vt ciuitas ipsa sic appelletur, διὰ τὸ κοινόβιον τρόπον, videlicet *caula*, propter bestiales mores Iudæorum. Allusit vult Agellius ad caulas ipsas pecoris, vt sint quæ sequuntur, hominum tabernacula, vt sic penitus exterminandos Iudæos innuatur, nec pecori superstit locus, nec homini. Arbitror, quàuis casam, villam, stabulum, σταῦλον valeat, & κοίτην *tabernaculum*, scenam, papilionem, hæc synonyma esse, tectéque ab Aria exposita:

Destructa his iaceant alta palatia;
Ac tentoria, qui colat:
Horum permaneat nemo superstitum.

Vel, vt placet Euthymio, ac Nicephoro, ἔπαυλιν λέγει τὴν πᾶσαν ἐρημίαν, ἵν' ὁ κατὰ τοὺς διεκπίπτοντας ἐπελεύσεται τιμωρία, ἢ ἐπὶ τοῖς οἰκίαις αὐτῶν. Primam dictionem, quæ redditur *habitatio*, vel *commoratio*, *dicit ciuitatem Ierusalem, in qua Deicidæ communiter habitabant: tabernacula verò proprie ac priuatim, domos eorum.*

Et in tabernaculis eorum non sit, qui inhabitet.] Scilicet, de Iudæis. Breuiùs Petrus [o]: *& non sit, qui inhabitet in ea*, nempe, commoratione, seu habitatione, & loco, qui prius inhabitabatur. Fit sæpe, quod Hugo notat, vt in amplis domibus pauci tantúmque diuitum, præsertim vsurariorum, & rapacium, nullus post mortem ipsorum habitet. Subtilius illud, sed minùs solidum cùm dicitur, non esse qui inhabitet, verum esse etiã, cùm est qui habitet, si sit malus, eo quòd malus non sit quis, sed quasi quis iuxta Isaiæ [p] verba; *quid tu hic, aut quasi quis hic?* &c. Significat Esaiæ locus, quid tibi hic negotij est? quemnam hic habes? & in cuius gratiam hoc illud ive agis? vel quid hoc loco facultatum habes? quis hæres erit tibi? quasi diceret, & ipsum cum facultatibus, & vniuersam similiter inde transferendam, fructúsque de condendo sepulchro esse tollendum, vt statim ibidem subdit Propheta. Hoc moneo, ne quis ad eiusmodi tropologias auidius inhiet. Legendi topographi locorum sanctorum; de miserabili autem Ierosolymorum excidio præter Iosephum, etiam Hegesippus, & Hieronymus [a]. Hic ait de ruinis, & cineribus in Æliam ab Ælio Adriano susceitatam, & tantam calamitatem, adeoque diuturnam ad mundi vsque finem duraturam captiuitatem demonstrat à Iudæis tolerari, ob sanguinem illius, quem ipsimet *super se, & filios* imprecati sunt [b]; & quia se *nonnisi Cæsarem habere regem* professi [c] sunt, cui Cæsari cum scribit seruituros, donec *introeat Gentium plenitudo*; intelligit non habituros principem proprium, sed sub Cæsare futuros, vel sub alijs, quorum si politici sint, primus Cæsar est.

Ierosolymorum excidium quale & quantum.

a ep. 129. ad Dardanum & 27.

b Matt. 27. 25
c Ioan. 19. 15

Vers. 27.] Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt: & super dolorem vulnerum meorum addiderunt.

Vers. 28.] Appone iniquitatem super iniquitatem eorum: & non intrent in iustitiam tuam.

Vers. 29.] Deleantur de Libro viuentium: & cum iustis non scribantur.

Sensus lect.

OMisso, vt ferè adhuc feci, vel posito literali sensu primo, ac rudi de persecutoribus aut Dauidis, aut populi captiui, pergere intelligimus in sua Christum contra Iudæos imprecatione, & prædictione. Ait nihil se abhorrens ab æquo & iusto optare quia per summam inhumanitatem illi non modo compassi non sunt, tot modis, ac tam diu afflicto, prout Pater permiserat, quē alloquitur, sed hac abutendo permissione, transilierunt cunctos crudelitatis limites, addentes afflicto afflictionem. Nam calumnijs, conuitijsque affecerunt in ipsis cruciatibus constitutum: extinctum, lancea vulnerauerunt: iam rediuiuo non pepercerunt, quin furto sublatum persuadere vellent, pecunia milites corrumpendo [d]: post eiusdem ascensionem, ab illius persequendis discipulis nunquam destiterunt. Quare metentur, inquit, exigitque iustum iudicium tuum, Pater, vt in alia & alia labi eos peccata sinas, quæ *impleant semper* [e], nouasque veteribus iniquitates accumulare, &, vt quasi *duplici contritione conteras* illos [f], ac magis magísque vexes. Vnde fiat, vt iustitiæ tuæ doni non sint participes, neque iustificentur, nec misericordiam & clemẽtiam tuam (iustitia enim nonnunquam sic accipitur) experiantur: sed qui ex iustis descenderunt, éxque populo Dei cultore, atque beneficiis diuinis affecto, deinceps Deum vera fide minimè cognoscant & colant; indigni habeantur honorifica illa populi Dei appellatione, ac benevolentiæ fauore; quem iustis exhibuit: compellantur, velut ex albo viuentium deleti, mori violenta morte; quodque deterrimum est, intelligãt cæteri illos non esse inter electos, prædestinatos, conscriptos ad vitam æternam; verum ex numero præscitorum, reproborum, damnatorum. Continet strictim hæc paraphrasis meliores & communiores expositiones, seu ex pluribus vnam componit; quæ ideirco magis per partes tractanda est.

d Matt. 28. 12.

e 1. Thess. 2. 16.

f Iac. 4. 8.

a c. 26. 18.

b Aen. 3. vbi designat aratio.
c Seneca 1. de clemen. c. 26. Iuuenal. sat. 7. Horat. lib. 1. carm. ode 14. Cicero Philip. 3 & 13. Aelius *nomen loco Ierusalem indidit, & vocabulum ciuitatem fuit, a praenomine suo, a praenomine alius*
d c. 31. 38 & seq.
e 4. histo. c. 5. vel 6.
f De vocat. Gent.
g c. 3 c. 5.
h c. 1
Ierusalem euersionis vbi extra portam Dominus fuerat crucifixus, prius funditus euersa.
i c. 8
k hom. 39.
l c. 1. 20.
m 3. de optimo genere interpret. c. 2.

n Esai. 1. 4. Ζωναρ. in 1.

o Act. 1. 20.

In amplis domibus paucissimi, imò nemo habitat, cum expressum sit, ne sepulchrum quidem habuisse.

p c. 22. 16. *Malus non est quis, sed quasi quis.*

Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt.] In psalterio Romano ad litt. *ipsi, & me.* In Gallicano, & apud Augustinum, & alibi apud Hieronymum [a] pronomen, *ipsi*, quod etiam habent biblia Latina Regia, & Complutensia, & in textu Græco est *αὐτὸν*. Pater percussit filium, vt Esaias [b], & Zacharias [c] docent; nec pepercit, vt scribit Apostolus [d]; non tantum, vt Augustinus, & alij [illegible], cum fecit vt carnem sumeret, ac mortalis esset; qua in re nihil peccatores operati sunt; etiamsi pro illis incarnatio sit facta; sed ratione omnium omnino tormentorum, & iniuriarum, quas accepit Christus à Iudæis, & Pater per Iudæos liquet ac manifestè constare potest; etiam cùm, non mitescentes dira flagellatione, & coronatione, vt futurum [illegible]erabat Pilatus, importunissimis clamoribus popolorum ad crucem: præterea quidquid eidem, & adhuc in eadem cruce viuenti, & postea contigit, vt lanceæ vulnus, & calumniatio resurrectionis (de hac Helychius, Nicephorus, Hilarius: de illo Isidorus [e]; Hugo de vtroque; immò & membris ipsius mysticis Apostolis, & discipulis, eunetisque Christianis (de quibus Hieronymus, Lyranus) a persecutiente Patre profectum eadem ratione est; quatenus absque permissu eiusdem non fuisset: & ille id retulit ad salutem nostram. Malitia Iudæorum, qua Deus vsus est bene, atque peruersa voluntas, iniquissimaque aduersus Christum animus, persecutio quæ iam fiunt, ad percussionem Patris adiecta.

Hic item sensus commodus, vt percussum a Deo persequi, fuerit, præ se ferre, insugere, gloriari etiam, quòd iustam causam haberent persequendi, velut ministri Dei, eum, cui iam Deus esset infensus, & quem percuti ab aliis vellet. Iuuat mei de Iob amici, illos habitos iudicium

[a] [illegible] in Esa. & [illegible] Zach.
[b] c. 53. 8.
[c] [illegible] 13. 7.
[d] Rom. 8. 32.
[e] de natiuit. Dom. c. 47.
[f] Iob 19. 22.
[g] [illegible] 13. 14. [illegible] c. 24. c. 27. 2.
[h] Ioan. 16. 2. Item de pas.
[i] Ezech. 12. 6.
[k] [illegible] 42. 7. 30. 2. 104. 15.

A Iuda occiderent [illegible], vt ei ad cænam se iungeret eorum crudelitas [a]. Incepissent, ac impulsum. Canam, seu Cnam, Iudam proditorem adorabant proditionem regni beneficium reputantes, & asserentes præclarum quantum profuturum esset humano generi passio Christi, eaque de causa Christum ad occidendum tradidisse [b]. Honorabant Cherinthus eundem [c]. *Non consurgit aspex tribuat o* [d]: nec punit bis Deus in idipsum: nec addenda afflictis afflictio, seu flagellatis, & in vno afflictus, releuandus est in alio, ne detur afflictio afflicto [e]: *nec exasperet super pauperem in malo suo*, vel *cor inopis affligendum* [f]. Contrarium faciebant qui percussum persequebantur, & super dolorem vulnerum addebant; & *puncturam insanabilem macerationis, deputsam* in pellebant [g], & gaudebant *vt casu, & in ruina* exultabant [h]; tantum abest, vt *mœrenti sic eam, vinum darent ei, qui erat amaro animo, vt obliuisc. possit egestatis, & doloris* [i]. Percutit Pater, persequuntur hostis: & Christi Pater tradidit eum [k], ipseque seipsum Christus [l], inquit Augustinus [m]; in eodem facto Deum laudamus, Iudam detestamur, qui non pro nobis, sed pro argento, quo vendidit eum Colligere demù debemus cum Hieronymo [n], si proprio filio non pepercit Pater, sed percussit, sed tradidit pro nobis, etiam tradere iustos passioni: dolorem enim facere, & reddere priuatæ famulati

B *Et super dolorem vulnerum meorum addiderunt.*] Hieronymus, *& vtinam gerent vulnera eius suos, narrabant.* Alij, *& de dolore vulnerat. meorum narrant*, vel, *& super dolorem vulnerationum meorum addiderunt.* legerunt, vt putat Agellius, Lxx. pro יספרו *sesapperu, narrabunt* יוסיפו *iosiphu, addent*, seu sumpto iustino pro præterito, *addiderunt*, demptaque litera (ר) *resch*: & pro חֲלָלַיִךְ *chalalecha* חֲלָלַי *chalalei*, *vulnerum*, vel *eius*. Narrare dolorem vulnerationum Dei, vel sic dolore eorum, est vel gloriando referre, quòd hi à te vulnerentur, quos iubeat Deus vulnerari, quasi zelo id facias, vel iucunde, ac iucunde recitare, quæ illi tolerent (id R. Elias Tranensis docet) vel consilium inire, quo pacto augeas dolores vulneratorum a Deo: vel hoc ipsum deliberare, sed ita vt *vulnerati Dei* dicantur, non quos ipse vulnerauerit, sed qui sub eius velati vexillo, propterque ipsum vulnerati sint, sicut versu 14. *vos estis Dei* appellantur, & *vinctum Christi*. Paulus [o] se nominat. Et ita etiam priora verba, *quem tu persecutus*, possent intelligi de illo, qui ipsius Dei causa sit persecutus. Fieri potest vt Lxx. ita reddiderint non τραύματα *vulnerum*, sed τραυματίαι *vulnerationum*, sicut apud Lia. [p] *multiplicabuntur interfecti a Domino*, τραυματίαι, qui etiam sunt *vulnerati*. Hebraicè ibidem חֲלָלִים *chalalim*. Habita ratione sensus, *dolor vulnerum meorum*, significat dolorem, qui excitatur ex vulneribus meis: & indicatur *dolor vulnerationum meorum*, significat dolorem, qui in membris meis est, quæ tua quoque censetur per communicationem corporis mystici. & *vulnerati* nominati possunt. Aliqui dicas legisse Lxx. חֲלָלֶיךָ *chalalecha*, si reperiatur in hac notione. Ricardi Cenomani sententia quoque probabilis, vt יספו *vesaphu*, quia *numerare* significat, recte *addere* verbo expressum sit, cum numerus creleat per additionem, & adiat, qui numerat. Vult etiam חֲלָלֶיךָ *chalalecha* indifferenter esse ad vulneratos, & vulnera. Super dolorem vulnerum Christi quid, vel qui, vel quemadmodum sit ad Deum, conflare ex dictis

C

D

E

[a] Ps. 54. 22.
[b] Ioan. 6. 72. Item de pas.
[c] Epiph. haer. 28. Theodor. l. 2. fab. c. 3.
[d] Prou. 3. 28.
[e] Deut. 24. 12. 15.
[f] Eccli. 4. 2.
[g] Ps. 63. 4. in proem. 2. & 26. 1. proem. 6.
[h] Reg. 2. 31. Ephr. 5. 25. in ps. 118. [illegible] Esa. *Dum dolorem facere, & reddere priuatæ famulati*
[i] Prou. 31. 6.
[k] Ioan. 19. 16.
[l] Ioan. 10. 18.
[m] Tract. 84. in Ioan. Item de pas. Dom. c. 47.
[n] in Matth. 26. 15.
[o] Ephes. 3. 1. 4. 1. Philem. 1. 9.
[p] c. 66. 16.

potest.

potest. Tolerare possumus, vt per accommodationis sensum, præter inimicos, de quibus proprie sermo est, hoc facile dicatur etiam Petrus, cum negauit [a]. Quod autem indefinite ponitur, *adiderint*, emphasim habet, quasi non satis declarari valeat quid, & quantum sit. Quemadmodum eadem de causa dictum notauimus versu 20. *tu scis improperium meum*, &c. quia nequeat ab alio perfecte ferri, ac æstimari, quam ab ipsomet Deo. Vt dicat ergo iubeat non Paulus [b] *recogitare ἀναλογίσασθαι* eum, qui talem sustinuit a peccatoribus aduersũ semetipsum *contradictionem*, ἀντιλογίαν. Innuit verbum Græcum iterum iterumque, ac sæpius cogitare, atque etiam cum quadam analogia, & comparatione. Denique *vir* erat Christus *dolorum*, & *sciens infirmitatem* [c]. Affinem lego in Iob sententiam, sed cùm de se, ac de Deo loquatur [d]: *circumdat me lanceis suis, conuulnerauit renes meos, non pepercit, & effudit in terra viscera mea: concidit me contritione super contritionem.* Vitupat Isidorus [e] eum nostro loco illum de vulnere lancex, sicque additum aliquid super dolorem vulnerum aliorum, terrendo etiam in mortuum. Propterea etiam Ecclesia *mucronem lancex* nominat. Quadrant item Christo Ieremiæ verba, *vide manus et dolorem, et mitte eos manum mouens*: videlicet *quia non est mortuus sed dolens*. Etsi postò Theodoretus hoc loco tela omnia abiecerit accepta cum Theodoro Mopsuesteno, quẽ non contemnam de Christo, tamen de Christo etiã tanta in dialogo primo, cum Iempo[f], cuius vtatur testimonio, vt deceat potiorem fuisse.

Apponе iniquitatem super iniquitatem eorum.] Hieronymus, *de* Id significat תנה *thenah*, vel *pone*. Sensus est, vt permittat Deus lapsum de peccato in peccatum nec efficacem gratiam consequantur, qui de facto pœnitent, deddet *in reprobum sensum* [g], finaique *nolidere in impiam audaciã* [h]. Peccatum peccati potest esse pœna, vt Thomas docet [i], vt non solũ permittat Deus, aut subtrahat abundantias auxilium, sed etiam quod immodo poenale, illa etiam beneficia conferendo, quibus aliquem ad peccãdum fert abiturum. Verum hoc alibi exactius tractauimus. Hoc est *effunde eis*, quod iniquitatem facere eis *peccatum* le minatur Deus [k]. Lege Augustinum [l], & Gregorium [m], & Hilarium [n]. Vindictam etiam alias nomen *iniquitatis* pro pœna ipsa vindicta. In isto sensu apud Ezechielem [o], Deus minatur *iniquitatem iniquitatem, iniquitatem impositionem meam*, id est obliquitatem, & curuitatem עון *hh vah*: quod explicant [p], de inclinatione regiæ dignitatis, vt edictis recta utique illius, cuadat incurua, in symbolum loquendi. *Portare iniquitatem* [q], est ferre pœnam, & supplicium. Ita dicitur, quòd *maior offensa est iniquitas illa populi Israel, peccato Sodomæ* (Isaiæ 1.) *quæ* (Sodoma) *subuersa est in momento* [r], & Pythonissæ verenti damnare, dixit Saul, *non euenet tibi quidquam mali* (עון *hhauon*, iniquitatis) *propter hanc rem* [s]. Euthymio placet hic sensus, & Nicephoro: prior que testatur esse multorum. Eundem amplecti tur Basilius, Theodoretus, & de recentioribus, Vatablus, & Agellius: item Glossa interlinearis, ac Treuetus, qui persecutiones iniquas interpretantur. Iuxta priorem sensum censeri potest hæc *plaga inimici, & castigatio crudelis, & infandabilis dolor* [t], & *duplex contritio*, qua Deus *conterat* [u], debellans, *copiæ eius usque in internecionem* [x], & permittens vt sis *contra Dominum semper* [y], & *adhuc peccatorem* [z]. Huc refert Gregorius [a], præsentem quoque vsurpans locum, quod Amorrhæorum nondum *complerit* scelus [b], *iniquitates* [c], & quod aliorum peccata plura *numerauerit*, *singulisque sua quemque* [d]. Adhæc, quos ait Paulus [e], *proprie in peius* [f], & *impie e peccata imperitum, atque nocet, nocuit adhuc, & qui in seruitio est seruiet adhuc* [g]? Præterea potest tam de Iudæis implendus *mensuram patrum vestrorum* [h], vt quemadmodum prophetas, ita occiderent Christum: & potest præsentibus in hac iniquitate similes essent, persequendo Ecclesiam, quæ *sequitur Christi crucem per ipsa*, & *super eius sanctorum* [i]. Indicant Rufinus, Cassiodorus, Apollinarius, Glossa interlinearis, alij, Augustinus [k], qui hoc loco intelligit *appositam a Deo iniquitatem super iniquitatem Iudæorum*, qua excæcauit eos, vt putantes se iustum hominem occidere, occiderent & Dei filium. Interdum alligatos ad combutendum, explicans de peccatoribus vnius generis inter se confungendis, monet, ne iniquitatem *apponamus super iniquitatem*, nec addamus peccata peccatis.

Et non intrent in iustitiam tuam.] Hieronymus, *& non veniant in iustitia tua*. Alij *nec ingrediantur ad iustitiam tuam*. Vt sit sensus: Iudæos communiter quidem ob pertinaciam, vt sint pauci capes salutis, atque ablolutum, & satisfaciens [illegible] quæ imputantur iniquitates diuinæ. Gregorius [l], *non veniant in iustitia tua*, quo pacto valeant etiã legisse Auctor operis imperfecti [m], vt quidem est in editione Latina. Græcam enim non licuit legere, sed & nescio an extet. Augustinus cũ patientia contingere, sed in ablatione etiam, *& non veniant in iustitia tua*. Euthymius ac Nicephorus explanant ne ingrediantur, vt iustificentur a Deo, & consequantur misericordiam: quo modo illi, quibus dicetur [n]: *venite benedicti*, &c. Refert præterea Euthymius alios declarantes de Euangelio, quod *iustitia* dicatur, quia omnes æque vocat ad salutem, omnesque suscipit, qui ad illud accedunt. Eodem spectat Hilarij mens, ne concorporales, & compartices Christo fiant, *qui nobis iustitia, sanctificatio, redemptio à Deo facta est* [o]. Cassiodorus addit, ad *iustitiam* referendum verbum, vt non sit participato iuxta in illo regno iustitiæ, nec ad illud perueniant. Innuit eiusdem verbi vim, illud, quod aiebat Euthymius de mutatis benedictis ad regnum, scilicet etiam cuius dicetur [p], *intra in gaudium Domini tui*. Rectè *iustitia* regnum nominatur, vbi *rex noster Melchisedech* rex iustus [q], qui ubi naturali iure debitum regnum, nouo iure comparauit; vbi perpetua cum pace (quam *Salem*, cuius idem *rex* [r], significat) iustitia, sine periculo vllius iniquitatis, vbi cuique redditur *corona iustitiæ* [s]; vbi nemo admittitur, nisi legitime ac iuste certauerit. In psalmo 117 [t]. *aperite mihi portas iustitiæ* flagitat David, *vt ingressus in eas confitear Domino*: vocátque *portas Domini*: & ait, quòd *iusti intrabunt in eam*. Intelligit quidem de Ierusalem, quæ *ciuitas iustitiæ* appellabatur [u]; sed sub eo typo Ecclesiam, quæ vocatur *ciuitas iusti* [x], & per cuius portas ingreditur *gens iusta custodiens veritatem* [y]. Quod verum est, quatenus vera Ecclesiam vera iustitia sanctificans non efficiet in eã ingredi possit etiam non iustificatus (quidquid minus cautè oppositum dicet Agellius) [z], tenens quoque, qui adultus baptizatur hãc. Laudo quod idem auctor ait, *veteres*, & *ingressi in priora*,

[a] Mat. 26. 16. 70. & seq.
[b] Hebræorum. Ἀναλογισασθαι.
[c] Esa 53. 3.
[d] Iob 16. 14. 15.
[e] de natiu. Domini c. 27.
[f] Theod.
[g] Thren. 1. 13.
Theodoretus de Christo hæc accepta, tam hic, & in alium locum
[h] lib 1. c. 2. 32.
Stulta lect.
[i] Rom. 1. 8. 1. Tim. 3. Primum peccatum pœna ipsius præcedentis 1. 2.
[k] Ierem. 30. 14. 15. Vide & 2. Reg. 24. 1. Esa. 40. 2. Ezech. 4. 6. 2. Reg. 24. 10.
[l] Ierem. 30. 14. 15.
[m] Ezech. 4. 6.
[n] lib. 1. c. 2. 32.
Stulta lect.
[o] Ezech. 4. 5. cõmodat ei 390. dies. Augustinus 11. in Ezech. 8. 10. mortales 6. 7. vel 12.
Portare iniquitatem pro pœna ipsius vindicta. 1. 9. 18. in Ezech. 4. 5. cõmodat ei 390. dies. Augustinus 11. in Ezech. 8. 10. mortales 6. 7. vel 12.
[p] Prædus nostri codicis.
[q] Ezech. 14. 3. 4. 7.
[r] Thre. 4. 6.
[s] 1. Reg. 28. 10.
[t] Ierem. 30. 14. 15.
[u] Esa. 1. 26.
[x] Ierem. 30. 14. 15.
[y] Esa. 26. 2.
[z] Esa. 26. 2.

[a] Esa. 1. 5.
Chrysostom. in Psal.
[b] Gen. 15. 16. Deus dicit Abrahæ, ex. loco 3. 13. 14. Exodi 3. 16.
[c] 2. Apoc. vii. 11.
[d] Matth. 23. 32.
[e] 1. Mach. 27. 25.
[f] serm. 19. de Sanctis.
[g] 1. Tim. 4. 2. 1. Cor. 3. 20.
[h] Matth. 23. 32.
[i] Hebr. 7. 2.
[k] Ibid.
[l] 1. Tim. 4. 2. 1. Cor. 3. 20.
[m] hom. 21. in Matth. Augustinus 54. in Matth.
[n] Esa. 2. 16.
[o] Ibid.
[p] c. 26. 2.
[q] Psal. 7.

vel *aperiri portas iustitiæ*, aut *in iustitiam intrare*, & *ingredi*, esse idem posse, quod facultatem dari contemplandi, æstimandi, verbis etiam celebrandi iustitiam Dei, quod facere, & eam *enarrare* vetatur peccator [a]; & quem dixi Dauid, facturum se profitebatur, vt scilicet *introiens in potentias Domini, recordaretur iustitiæ ipsius solius* [b]; qui dici quoque *introitus in sanctuarium* possit [c]. Alius dicendi modus non improbabilis traditur ab eodem Agellio in huius psalmi nostri commentario, *iustitiam* pro clementia, & misericordia, quod non infrequenter alibi fieri vidimus, accipiendo, vt postulet Dauid seu suo, seu Christi nomine, ne inhumanissimi ac ingratissimi hostes tractentur a Deo, vt solet quos fauore prosequitur, μὴ τύχωμεν, vt Basilius, aut potius Theodoretus loquitur, τῶν ἀγαθῶν ἃ τοῖς δικαίοις ἀπένειμε, *non consequantur bona, quæ iustis tribuit*: non censentur (quod sequentia clarius exprimunt) numero eorum, qui vt Euthymius ac Nicephorus scribunt, τυγχάνουσιν ἐλέους, *consequuntur misericordiam*. Sic illud in Iob [d], quod Latinè legimus de *nocte*, vel *die*, *qua natus est, nec numeretur in mensibus*, Hebraicè habetur, *in numerum mensium non veniat*, vel *ĝintret*, בספר ירחים אל־יבוא *bemisfar ierachim al iavo*. Nec sperno Treuerum declarantem, vt ab iniquis persecutoribus permittat Deus persecutionem pati persecutores iniquos, nec per iustitiam suam liberet eos ab iniqua persecutione. Præferenda communior primo loco allata expositio; cui nonnihil fauet Chaldæa paraphrasis: *& non merebuntur intrare in Ecclesiam iustorum tuorum*. Ex eo autem, quòd quis priuatur fructu iustitiæ, vt ne iustificetur, sequitur vt non etiam intret in locum iustis destinatum, seu beatis. Id innuit Apollinarius etiam.

[a] ps 49.16.
[b] ps 70.16.
[c] ps 32.17.
[d] c 3.6.

μηδὲ δικαιοσύνῃ πίσυνοι τὸ ὄρθρον ἰκέσθων:
neque iustitia freti tuam sedem ingrediantur.

Deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur.] Celebriorum scripturæ locorum hic vnus est, vt & disputatio de libro vitæ, paulò quidem solito accuratiùs, sed non scholastico tamen more tractandus. Disquirendum quis *liber vitæ* sit, aut *viuentium*: quo pacto deleri quis ex eo possit: an sit idem *cum iustis scribi*, & *in libro viuentium: deleri, & non scribi*: vel vtrum nondum scriptus deleri dici possit, & deleri verè valeat, qui sit semel scriptus. Vt ordiar à facilliori, arbitror esse hoc loco synonyma *deleri*, & *non scribi*; ac proinde non oportere antea scriptum esse, qui *deleri* dicatur. Tunc autem deleri aliquem, erit indignum esse, qui scribatur, & declarari, ac innotescere aliis, quòd non sit scriptus, qui alioqui capax esset vt scriberetur. *Liber vitæ, viuentiumve* (חיים *chaim* enim vtrumque significat) *non est cœlum, in quo sint futuri omnes euentus descripti, ac notati*, & in quo tanquam in tabulis legerit Iacob, quæ filiis vaticinatus est, vt etiam videtur Origenes [e] existimauisse, non minùs erroneè, quàm fabulosè, depromens ex apocrypho libro, cui titulus, *Narratio Ioseph.* Alius in scriptura liber vitæ temporariæ extat, qui est veluti catalogus viuorum, cùm quis censetur ac numeratur inter viuos. De hoc locutum libro Mosem putant, quando nisi exoraret pro populo veniam, deleri se petebat *de libro vitæ, quem scripserat Deus* [f], hoc est, tolli de mundo; & desinere in viuis esse. Tertius liber ad præsentem quoquè vitam spectans, erat, in quo censebantur hi, qui terram viuentium dictam incolebant, nempe, vt alias dixi, promissam. Indicat Elias [a], cum scribit; *& erit omnis, qui relictus fuerit in Sion, & residuus in Ierusalem, sanctus vocabitur, omnis, qui scriptus est in vita* (לחיים *lachaim*, *ad vitam*, aut *ad viuentes*) *in Ierusalem*. Quamuis Paraphrastes exprimat vitam æternam: & esse hic illius typus possit; vel etiam congregationis sanctorum in hac vita degentium, videlicet Ecclesiæ, qui sunt alij duo libri. Crebra *libri vitæ*, qui *agni* quoque dicitur, mentio in Apocalypsi [b]; interdù in epistola Pauli ad Philippenses [c], & apud Danielem [d]; Christus etiam [e] vocat *nomina scripta in cœlis*. De eodem autem illo typico libro est præterea illud in Ezechiele [f] comminatorium testimonium; *in concilio populi mei non erunt, & in scriptura domus Israël non scribentur, nec in terram Israël ingredientur*. Sextus liber est vniuersalis cognitio, scientiáve Dei, quam dicunt visionis, in quo libro omnes scripti scribuntur, & boni, & mali, vt est in psalmo 138 [g]. Septimus de scientia eiusdem Dei dici potest, sed approbationis, quæ solos iustos comprehendit, qui omnes secundùm præsentem iustitiæ statum approbantur; *nouit enim Dominus viam iustorum* [h], & *qui sunt eius* [i]; quamuis possent hi loci de libro prædestinationis etiam intelligi. Octauus, in quo præclara facinora illustrium virorum, & iustorum conduntur, qui vocatur quoque *liber iustorum* [k]. Vltimus denique liber, aliis omissis ad rem non ita facientibus, de prophetia, euangelio, mysteriis [l], Christo ipso, æterna beatitudine, *rationum* vocari potest in quo cuiusque acta bona, mala, continentur, de quo Ioannes [m], & Daniel [n], siue conscientiæ liber singulorum, siue quid aliud. Disputat ex professo B. Thomas [o] *de libro vitæ*. Docet [p] *librum vitæ* in Deo esse notitiã, qua retinet sibi se aliquos prædestinasse ad vitam æternam, sicut Scriptura sacra dicit, *describi in tabulis* [q] *cordis*, quæ altè infiguntur in memoria. Ait deinde [r], propriè solos electos scribi, non autem omnes iustos, qui possunt esse, sùntque ex numero reproborum; quia etiam apud homines hi solent tantùm scribi, qui ad certum finem eliguntur, verbi gratia, milites vt pugnent, non vt armentur duntaxat. Concedit tamen [s] iustos omnes aliquo modo in libro vitæ æternæ scribi, quia quamuis non omnes hanc habituri sint, ius ad illam habent in causa, id est, in gratia. At præstat simpliciter fateri solos prædestinatos in æternæ vitæ libro scriptos esse. Nam disertè negantur in Apocalypsi [t] *scripta in libro vitæ nomina à constitutione mundi*, id est, ab æterno, illorum, qui damnantur, quia vix concipimus aliquid ante constitutionem creationémque mundi diuturnius. Quo modo etiam Christus in iudicio dicturus est [u], *possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi*, hoc est, ab æterno. Sic scripti deleri nunquam possunt. Nihilominus oratur hoc loco, vt quidam deleantur, id est, Augustino interprete, (qui præcisè negat scriptum vnquam deleri, argumentans à minori, ex verbis Pilati [x], *quod scripsi, scripsi*,) vt constet illis, se ibi non esse, quemadmodum sibi persuadebant, neque cum iustis, seu electis, scriptos. Idem est, si dicas cum Ambrosio [y], & alijs, vt illud ipsum aliis innotescat, qui putabant illos esse iustos, ac in vitæ libro scri-

[a] c 4.3.
[b] ea.1.c 13. & c 12.8. c 20. 11. c 21.27.
[c] c 6.4. 3 c 1.27.
[d] Luc 10. 20.
[e] c 13.9.
[f] c 32.33.
[g] vers 16.
[h] ps 1.6. 2. Tim. 2.19.
[i] Isa 10.13. 2 1cp. 1.12.
[k] Eccl. 24.23.
[l] Apoc 20. 12. nec 7 10. 21.[illegible] 24. part 1.
[m] Dan 10.
[n] prou. 1.1 In libro vitæ qui scripti præpositi dicuntur. 1 art 2.
[o] art 3.
[p] c 17 8.
[q] Matt 25.34.
[r] Veruntamen in libro vitæ scripti, vnquam deleri. 2 Ioan 13.21.
[s] in c 3 apoc.

pros,

ptos. Ad quem ipsum modum licet apte interpretari promissum Dei, non deleturum nomen *ac libro vitæ* [a], quoniam daturus est perseverantiæ donum, & faciet vt intelligant alij beatitudinem ipsius, & firmiter ac immobiliter fuisse scriptum in libro vitæ, etiamsi hoc sit commune cuiusque, qui sit semel in eo scriptus. Lege Augustinum & hic, & in opere de Dei civitate [b]: distinctionem multiplicis libri vitæ apud Euthymium hoc loco: tractationem de re ipsa tum quam instituunt Scholastici ad 24. quæstionem primæ partis, præsertim Suarez [c], tum Enarratores Danielis, Apocalypsis, epistolæ ad Philippenses, Lucæ, Exodi, quorum indicauimus testimonia: ex his in primis consulendus Ribera [d], & Petrus [e]. De Mole quod attigi nonnullos existimare, cùm petiit nisi Deus populo dimitteret noxam, vt ipsum *deleret de libro suo, quem scripserat*, id est, vt mori præoptaret, opinio est Euthymij in istius psalmi commentario, atque Genebrardi; præterea Origenis [f], Gregorij [g], Hieronymi [h]. Videtur vero Moses idemmet desiderium moriendi explicatius iterum protulisse, cum detrectans onus gubernationis, *in aliter* [i], aut, *tibi videtur, obsecro vt interficias me, & inueniam gratiam tuam, ne tantis afficiar malis.* Meritò potiori iudicata a Petrello [k] nostro hæc inter decem interpretationes, quas de priore dicto illo Mosis recenset, quas attingit etiam Ludouicus Ystella [l]. Ita quoque Hieronymus [m] intellexit optasse Paulum *anathema esse a Christo pro fratribus.* Quidquid sit de Mose, vel Paulo (hunc autem placet magis loqui de se, cum adhuc esset Iudæus, & zelator supra modum legis, omnimòque vellet anathema esse, atque separari a Christo, & eius doctrina, discipulisque, vt explicant Hieronymus in expositione Pauli, & Anselmus, & Cajetanus: præterea Bartholomæus Cametarius [n], & noster Vasquez [o]) noster hic locus, aut explicandus est de vita temporali, præsertim quæ degebatur in terra promissionis, dici solita nomine *terræ viventium*: vel de vita æterna beatorum. Primam asserunt Didymus, & Euthymius, & facile defendi potest. Secundum plures asserunt: & declarari debet eo modo, quem diximus de *libro vitæ*, vt sumitur pro prædestinatione. Nisi etiam velis *librum vitæ* sumere, vt dicitur secundùm quid de iustis, qui excidere à iustitia, & sunt reprobi: quo modo *deleri* dicuntur, quia pro vno tempore iudicati digni æterna vita, pro alio videantur indigni, quod aliqui explicant per librum scriptum foris, ita vt qui sunt in libro scripto intus, non possint deleri. Sed hoc minùs propriè dicitur; vt etiam demonstrant, Ribera, Vasquez, & præterea Mazzarinus [p]. De prædestinatione eadem nonnulli [q] psalmi 39 [r]. verba interpretantur, *in capite libri scriptum est de me*, quòd Christus sit prædestinatorum primus. Quocirca non adeò probabilis, quam innuit Hilarius, & Hieronymus, opinio, sermonem hic esse de libro, quem notamus vocatum *iustorum*, in quo egregia illustrium virorum facinora continerentur, vel in quo populi duces scriberentur. Nec satis Theodoretus cohæret secum, dum imprecationes illas ait esse Iudæorum captiuorum contra Chaldæos, siue Babylonios. Nam illos fere certum erat ab æterna vita futuros alienos, ita vt id prædicere superuacaneum esset. Non etiam fuberat

A causa illudem imprecandi, ne in promissionis terram venirent, quibus multo gratius erat habitare in propria.

Deleantur de libro viuentium.] Dixi potuisse vetti, *vitæ*, quia חיים *chaim* valet vtrumque. Sciendum præterea, *librum*, qui cum addito *vitæ* nomine dicitur, vt prædestinationem significat, vel etiam *agni vitæ*, quandoque in eadem significatione poni absolutè, vt apud Dantelem [s], *saluabitur populus tuus omnis, qui inuentus fuerit in libro*: nec non iuxta quorumdam sententiam in Exodo [t], *dele me de libro, quem scripsisti*, item quem vocat Malachias [u] *librum monumenti*, vt placet Cyrillo Alexandrino [x], qui addit ex psalmo 138 [y], *in libro quo omnes scribuntur*, quæ tamen videtur generalior liber. In singulari numero, & seorsim nusquam videtur *liber* a Scriptura sacra vsurpatus in malam partem, ita vt præcisè significet librum mortis. Sed liber, in quo *omnes scribi* dicuntur [z], non minùs comprehendit reos damnatosque ad mortem, quam iustos, & prædestinatos. Plures libri aperiendi, ex quibus iudicandi sunt mortui, mortui, inquam, secundùm corpus, qui suo tempore resurgent, denotant simplicem in se mutationem, ac infallibilem Dei, virtute multiplicem, de operibus bonorum, & malorum. Quo fit, vt admitti possit in Deo non tantùm *liber vitæ* pro electis, sed *mortis* etiam pro reprobis, quia Deus in seipso veluti in libro, legit vtrorumque opera. Fauent huic loquendi modo Nazianzenus [a], Basilius [b], Eusebius [c], Hieronymus [d], Augustinus [e]. Liber mortis potiùs attribuitur diabolo accusatori, & instigatori malorum, vt idem Hieronymus subnotat [f], propterea que nomina electorum *in libris* [g], reproborum *in terra* [h], scribi dicuntur. Postremò electi omnes sunt in vno libro vitæ, id est, in præscientia, & prædestinatione Dei, qua elegit, & ordinauit eos ad vitam: & iudicandi tamen dicuntur ex libris, id est, ex notitia, quam idem Deus habet de operibus bonis, quibus meretur dem debitam reddet. Idem est, proportione quadam, de reprobis; nisi quod non soleat appellari *liber mortis*, vt appellatur *liber vitæ*, cum illorum, inquam, nominum adiectione, tametsi Sixtus Senensis [i] etiam de libro mortis commentetur; quod repugnat communi loquendi modo aliorum [k]. Eundem Sixtum lege de vitæ & mortis libris differentem. *Vitæ librum vitæ* pro beatitudine ipsa sumi confirmat auctoritate eius, qui de triplici habitaculo [l] scripsit, & dicitur Augustinus. Refert etiam fabulam ex Thalmud [m]; quolibet anno Deum decem primis lunæ Septembris diebus scribere bonos *in libro vitæ*, malos in libro mortis.

Et cum iustis non scribantur.] Idem hoc etiam dixi videri cum priore membro, vt præcedens affirmatio declaretur per hanc negationem; & *deleri de libro viuentium* sit, non scribi cum iustis, siue in libro illorum. Sic *deleri* non supponet antecedentem scriptionem, sed scriptionem non fieri, & excludi a prædestinatione, quam liber vitæ significat: vt verum sit positiue scriptum nunquam deleri, & prædestinatum nunquam excidere à prædestinatione. Illa expositio alia B. Thomæ [n] probabilis est, quam priùs quoque innui, *scriptum in libro vitæ* secundum gratiam temporalem, deleri posse: non autem secundùm perpetuam, seu vitæ

[a] Apoc. 3.5.

[b] lib. 20. c. 21.

[c] 1. p. fl. de essentia prædest. c. 20.

[d] in Apoc. c. 3. & lib. 2. de templo lib. 2. & 3. in Dan. 12. & in epist. ad Rom. c. 9. disp. 4.

[e] in c. 9 epist. ad Rom. & 10. moral. c. 7.

[f] hepi. 125. q. 9.

[g] Num. 11. 15.

[h] in c. 9. epist. ad Rom. disp. 4.

[i] in Exo. c. 32. in Sup. q. 6.

[k] in dialogo catholicor. 6. o. 1. q. 14. a. 3.

[l] in pf. 50. discurs. 14. q. Molina, & Valentia in 1. p. q. 24. Aluar. in pf. 39. Aug. vel. Tiren hom. 4. in Apoc. Ruper. in Ezech. c. 13. [m] vers. 8.

[n] 1. p. q. 24. a. 3. *Scriptus in libro vitæ vt deleatur, vt non.*

[o] 1. p. q. 24. a. 3. diff. 10. [p] Ieie. 17. 13.

[q] 2. bibliath. verbo, mortis liber.

[r] vt Thom. 1. p. q. 24. a. 1. ad 3. diff. 11. q. 2. a. 2. q. 2. q. 7. de verit. a. 8. Alens. 2. p. q. 71. m. 2. Bonau. q. d. 46.

[s] Dan. 12. 1. Apoc. 20. 12. *Libri aperiendi ad iudicandos omnes, qui.*

[t] *Libri nunc absolute quandoque pro libro vitæ.* a. c. 32. 32. b. c. 32. 33.

[u] c. 3. 16.

[x] ibid. c. vers. 16. *In malam partem nusquam vsurpatum in Scriptura.*

[y] vers. 16. *Liber in quo omnes scribi dicuntur quid significet.*

[z] Dan. 12. 1. Apoc. 20. 12. *Libri aperiendi ad iudicandos omnes, qui.*

[a] orat. 9. ad suos de fuga. *Liber mortis, Diaboli attributus.*

[b] in cap. 6. Esa. nec non in c. 1. Dan. [c] lib. 1. de loc. q. 8.

[d] ibid. [e] ps. 68. 29. ps. 138. 16.

[f] lib. 1. in Ieie. 17. 13.

[g] 2. bibliath. verbo, mortis liber.

[h] vt Thom. 1. p. q. 24. a. 1. ad 3. diff. 11. q. 2. a. 2. q. 2. q. 7. de verit. a. 8. Alens. 2. p. q. 71. m. 2. Bonau. q. d. 46.

[i] Viuimus libri *vitæ, pro beatitudine.*

[k] *Thalmudistarum fabula.*

[l] ordine 3. tract. 8.

Deus vt aeternus dicitur, quod antea, vitat.

æternæ: vt tamen deletio fiat non per libri mutationé, sed conscriptorú in eo: quemadmodum nunc nescire dicitur Deus, quod antea sciebat, quia res mutatur, hoc est, in subiecta materia, nescire nunc esse iustum, quem esse iustum sciebat, quia ille peccando iustitiam amisit. Hoc pacto posset præterea distingui *liber vitæ* à *libro iustorum*, vt ille prædestinatorum duntaxat, hic esset omnium, qui aliquando sunt iusti: & petatur in primo membro vt deleantur, seu non scribátur in libro prædestinatorum, sed deleantur nomina eorum in seculum, & *in seculum seculi* [a]: in secundo, vt nec etiam in libro iustorum. Intelligitur autem id in genere de reiiciendis Iudæis, qui olim erant tanquam in electione, & peculio Dei, nó verò de singulorum reprobatione; quoniam semper aliqui ad Ecclesiam, & Christum conuertuntur. Cyrillus [b] Alexandrinus initiuat intellexisse se locum ipsum de Iudæis, qui a Christi conuersatione, præ ignauia, extorres facti fúr, quam Hilarius in commentario nominat concorporationem: & huiusce rei typum ait fuisse, quòd conferentur olim soli masculi apud Hebræos, & numeri eorum ratio tantum haberetur. Ex dictis Catherini [c] confutatur distinctio duplicis classis eorum, qui vitam sint æternam consecuturi, inligniorum sanctorum, & aliorum plurium inferiorum, qui quamuis non fuerint prædestinati, sola tamen Dei gratia electi, & non ob præuisa eorum merita, tamen felicitatem consequentur. *Soli, qui fuerunt in libro scripti, saluabuntur* [d]: scripti verò, & prædestinati minil differunt.

Distinctio libri vitæ, & libri Iustorum.

a pl. 9 6.

b 4 de adora. in spiritu & in c. 3. Malac.

c Lib de prædest. *Confutatio distinctionis, duplicis classis eorum qui vitam æternã consequuntur.*

d Daniel 12 1. Apoc 20 12. & 21 27.

Vers. 30.] Ego sum pauper & dolens: salus tua Deus suscepit me.

Sensus loci.

AD seipsum redit, gratiásque agit Deo, quia pauperem se omni destitutum humano auxilio, ac summo mœrore affectum, salutari ope, atque solatio subleuare dignatus sit; quod & de inceps facturum non dubitet in simili casu articulove necessitatis. Christum Paulus [e], *propter nos egenum* factum scribit, *cùm esset dives vt illius inopia diuites essemus.* Ipse nec *vbi reclinaret caput* habere se dixit [f]. Etenim [g] *dolorum* nomine *virum*, quique *dolores nostros portauerit*, & pro nobis doluerit. Hæc duo, vtrumque ex Propheta Ambrosius [h], & ex Paulo recte declarat. Psalmo item 87 [i] loquitur Christus, *pauper sum ego, & in laboribus a iuuentute mea. Suscepit* verò *Christum salus*, quia humanitatem persona diuini filij, vt operaretur salutem: & mortuum excitauit eadem persona, Trinitásque tota, & *potestatem omnem dedit in cælo, & in terra* [k]; *nomen super omne nomen* [l], salutem toti mundo per merita ipsius. Etsi verò posset intelligi fieri mutatio personæ, vt non Christi nomine, sed suo, vel cuiusuis alterius, qui fructum salutis a Christo factæ perciperet, loquatur Dauid, oratione ad Christum Deum directa, expositáque miseria paupertatis, & doloris, à qua beneficio Christi sit liberatus, præstat in eadem hærere persona Christi, quam hucusque loquentem audiuimus, vt passim etiam Enarratores faciunt. Recte Graci Cyrillus, Euthymius, Nicephorus *paupertatem* Christi ejectam in susceptione humanitatis, *dolorem* in passione, & cruce. Vtraque conuenit humilitationis & exinanitionis ratio: & Chrysostomus [a], ac Ambrosius [b] dicunt, monstratam paupertatem à Christo, in passione. Omni creaturæ, quia de nihilo, & creatore atque conseruatore egens, paupertas consentaneo pluribus constat, indeque pauperior; solus bonorum nostrorum, nec aliorum *non indiget Deus* [c], *αυτάρκης, sibimet sufficiens*, & omnibus, ideoque omnium dominus. De Christi paupertate, vt propriè sumitur, deque doloribus disputari hic posset. Egimus de secundo argumento priore tomo aliquando; de primo quantum ad modum. Lis olim magna inter ipsos etiam summos Pontifices Nicolaum IV [d]. & Ioannem XXII [e]. propter paupertatem Francisc. anorum. Et quod ad Christum attinet, quæstio tota est de paupertate circa vsum; dominium enim, quod appellant excellentiæ, in Christo fuisse erga omnes creaturas etiam, vt homo erat, ob vnionem hypostaticam, ita vt libere vti omnibus posset, dubitari nequit. Summa est; Christum antea quidem, sed præsertim cùm tibi discipulos adiunxit, nonnullum dominum, saltem in communi, *rerum aliquarum mobilium habuisse, vt pecuniarum, quarum loculos gerebat Iudas* [f], & vnde emebant discipuli *victus necessaria* [g], in particulari verò tum antea, tum postea partim habuisse, partim caruisse denique non videri, quòd professus sit, seu proposuerit, & decreuerit nihil vnquam nec in communi, nec in particulari possidere. Lege Bellarminum [h], Suarez [i], Turrecremata [k], Sotum [l]. Ostendimus etiam alias cuiusmodi esset regnum & dominium Christi temporale, atque politicum, an formaliter, per se, directè, primariò, an secundariò, indirecte, per accidens; & propriè tantum, & absolute dici debuerit spirituale, atque propter solam finem spiritualem. Lege Valentiam [m].

a Hom. 10 in Matth. 4 [illegible]

b pl. 21

c Ex 21 Ad Corinth. 8 & extra. cum in 21. 8. extr. Quæ quorundam dicta de verb. significat. n. 8. Ioan. 12. 6. c. 13. 29.

d creauit de verb. significat. in c. *De paupertate Christi circa vsum, quæstio. Dominium, quod appellant excellentiæ, in Christo fuisse erga omnes creaturas etiam, vt homo erat, ob vnionem hypostaticam, ita vt libere vti omnibus posset, dubitari nequit.*

e Ex 21 Ad Corinth. 8 & extra. cum in 21. 8. extr. Quæ quorundam dicta de verb. significat. n. 8. Ioan. 12. 6. c. 13. 29.

f c. 4. 8 c. 6. 5.

g c. 4. 8 c. 6. 5.

h 4 de sanct. Potest. c. 14 resp. cum 2. in 3. 8 de 2. & 2 Summæ de Eccl. cum 1 ad de rad. q. 1 art.

Ego sum pauper, & dolens.] Hieronymus, omisso verbo substantiuo, *ego autem pauper, & dolens*, particulam (?) *ve*, quæ propriè significat, &, illo modo vertens, quo etiam pacto verti sæpè solet, & potest. Græce verbum *eimi*, & pronomen *ἐγὼ* ponuntur vltimo loco: *pauper, & dolens sum ego. πτωχὸς καὶ ἀλγῶν εἰμι ἐγώ.* Sic etiam Latine habetur in bibliis Complutensibus, & Regiis: item in Psalterio Ambrosiano: in Romano autem, & apud Hilarium, Cassiodorum, Augustinum, Ambrosium [n]: *pauper, & dolens ego sum.* Arnobius legit, *pauper ego, & dolens.* Exponit autem primum, vt nos diuites faceret; secundùm, vt à doloribus æternis nos eriperet: Augustinus, vt discceremus paupertatem spiritus, & luctum, cui consolatio promittitur [o]. Aliter respondet, sic loqui de se Christum, vt significet se ad imprecationes priores adactum, quia perduxerunt ipsum ad egestatem tantam, & dolorem: quamuis non maledicat stomachando, sed prophetando prædicat. Solet ad egestatem redactus ex opulentia, vehementius indignari, nec parcere his, per quos eò deuenerit, quin malis accipiat verbis. Tandem vere dicit omnem Christianum esse pauperem, in comparatione diuitiarum cœlestium, quas sperat, omnéque aurum suum arenam deputare. Adde, & dolentem, quamdiu à veris illis abest diuitiis, & bonis. Paupertatem Iudæi execrabantur, parum de cœlestibus opibus edocti; parum eas concupiscentes: propterea rem adeo exosam multis vociferatis velut ditarunt, appellantes

m to 4 Hilar. 1. 9. 23. punctate 6.

n in pl. 35 & 40.

o Matt. 5.

Iudæi paupertatem execrabantur.

eumdem

Pauperum & diuitum nomina varia apud Iudæos.

eundem pauperem אֶבְיוֹן *euion*, ab אָבָה *auah, auere*, & *concupiscere*: חלכה *chelechah*, quasi *mœrenté* aut *egenum*, aut *lambendo vilitantem*: מסכן *mischen*, vulgari quoque lingua *meschino*, à סָפַח *sachan*, *recondere*, & *prouidere*, quod conquirat, & curet quibus caret: רושׁ *rusch*, ab *egestate*: עני *hboni* ab *oppressione*, & *afflictione*, & hoc nomen hic habetur; דך *dach*, à *tenuitate*, & *contusione*: דל *dal*, quòd sit *exhaustus*: חשׁוך *chasciochk*, *obscurus*, ac *tenebrosus*: רק *rek*, *vacuus*. *Diuitem* quoque, quem tanti faciant, multifariam appellant חי *chai viuentem*, quasi solus viuere censendus sit: כָּבֵד *chaued*, *grauem*, & *gloriosum*: כסיל *chesil*, *stultum*, & *instabilem* (quod nomen ad laudem non pertinet) עָשִׁיר *hhasir*, quasi *decimas ferat*: שוע *scioahh*, à *clamore*, id est, à confidentia, loquendique libertate, & quod clamore ac tumore populari celebretur. *Opes* etiam multo pluribus nominibus appellãt הון *hon*; יתרון *ythron*; כָּבוֹד *chauod*; כוח *choach*; מלאכה *melachah*, נְכָסִים *neches*, *substantia*; פקדה *pekuddahh*, צור *tsur*, רכש *reches*, vnde fortasse vulgare nomen *ricche*; שׁוע *scioahh*, ex quo fortassis vox Gallica *cheuance*; חָמוֹן *hamon*, cui simile *mammona*, Syriacum vocabulum; חוּן *haunah*; cum quo affine Italicum verbum, *thauero*, sumptum pro nomine חַיִל *chail*. Placuit has voces percensere, omissis aliis, si quæ sunt, vt docerem quam sint facundi Iudæi in commendanda facunditate diuitiarum, quàm eloquentes in damnanda pauperie; quàm diuites in diuitiis cohonestandis, & in vituperanda inopia: homines, nimirum, *dorso* ad ima terrenáque, vt antea dictum [a] est, *semper incuruo*.

Oeum plura nomina apud Iudæos.

[a] vers. 22.

Salutare tuum Deus susceperit me.] Hieronymus, *susceperit me*, prout est etiam in textu Græco, qui nunc habetur passim in bibliis, & apud Euthymium, Nicephorum, Basilium, seu potius Theodoretum (cui aliam lectionem, de qua mox dicam, non recte tribuit collector scholiorum ad Sixtiana biblia Græca) ἡ σωτηρία σου θεὸς ἀντιλαβοίτό μου. In dictis emendatis Sixtianis extat, addita etiam particula coniungente, καὶ ἡ σωτηρία τὸ πρόσωπόν σου ἀντιλαβοίτό μου. In Arabico Psalterio, *salus tua*, ponitur: in Latino Ambrosiano additur coniunctio, *& salus tua susceperit me*. Iuxta posteriorem lectionem Græcam legerunt Psalterium Romanum; ac vetus, & Hilarius, Augustinus, Cassiodorus, & *sanus vultus tui susceperit me*. Eandem lectionem expressit Apollinarius:

δὸς ἰχνος ἴασιν, & ἐκ προσώπου ἄλαρ ὑπερθῆς.
Sed habeo regia vindicem opem vultus.

Cùm nil in Hebræo textu sit de *vultu*, credo glossema aliquod irrepsisse in textum. Cæterùm tanti temporis Hebræum verbum תשגבני *thesaggebeni*, pro præterito est, vt sæpè aliàs: & vis verbi denotat *in loco alto stamere*, & *clamare*, ac proinde in tuto; vt non semel notatum est. *Salutem vultus eius* explicat Hilarius de persona Verbi, quæ humanitati coniuncta eam extulit, & nimirum, alias præterea salutem contulit. Augustinus, & alij, *pauperem*, *dolentemque* membro priore interpretantes de priuato aliquo pio paupere, dicunt istius egestatem abscondi *in vultu Dei* [b], in quo sint diuitiæ tantæ, vt nunquam esuriat, doleatve. Euthymius, ac Nicephorus hinc & deinceps ex Ecclesiæ persona sermonem haberi existimant. Sensus verus est, quem initio posui de Christo ipso, præsertim ratione resurrectionis. Quo modo psalmo 3. [c] dicebatur *autem Domine susceptor meus es*: & in 72. [d] *tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me.* Idem autem valet, quòd quempiam Dei suscipiat salus, & quòd sit *susceptor salutis* illius [e]; quia salus Dei, quæ suscepit aliquem, ad eumdem pertinet, qui salute susciputur, & salutem nanciscitur. Hæc est veritas salutis, in qua exaudiri prius [f] vates petebat. Tropologicè pauperem, ac dolentem in Domino, propterque Dominum suscipiet salus, & humilem spiritu gloria [g], qui spernens hæc inferiora, marcescit in cœlestium amorem, suámque spiritualem agnoscens ac defiens paupertatem, diuinæ gratiæ mendicus est. Sed multi e côtrario possunt dicere, ait Hugo, *Ego sum diues, & locuples*; & ideo non salus, sed damnatio suscipiet me, *vt* itaque *diuitibus habentibus hic consolationem suam* [h]. & *diues indutus purpura, byssoque, ac epulatus quotidie splendidè, sepultus est in inferno* [i].

[b] psal. 30. 20. 21.

[c] vers. 4.

[d] vers. 24

[e] psal. 88. 27.

[f] vers. 14. Tropologia.

[g] Prou. 29. 23.

[h] Luc. 6. 24.

[i] c. 16. 19. 23.

Vers. 31.] Laudabo nomen Dei cum cantico, & magnificabo eum in laude.

Vers. 32.] Et placebit Deo super vitulum nouellum: cornua producentem & vngulas.

ISte pauper, & dolens spe plenus, quòd eum Dei susceptura sit salus: iste, qui cùm clamauerit, confidit *exaudiendum*, & *ex omnibus tribulationibus saluandum* [f]: iste pauper, & inops, cuius est *laudare nomen Dei*, quia *non auertitur in humilitate*, & abiectione factus *confusus* [g], nunc spondet laudes, atque gratiarũ actiones nomini Dei magnificas, & gloriosas, cum cantico, quæ Deo ipsi gratiores futuræ sint quolibet sacrificio, etiã vituli teneri, cuius enasci cornua iam incipiũt, & vngulæ indurari. Hilarius, Augustinus, alij, aiunt innui plus Deo placere *sacrificium laudis*, eoque honorificari Deum magis, vt alio quoque Psalmo [h] habetur, quàm externis veteris legis sacrificiis. Euthymius, & Nicephorus addunt extinctionem etiam illorum indicari, seu *mortificationem*, quia cornua & vngulæ, emortuæ quædam partes sunt in corpore. Indicantur etiam Iudæi cornibus & vngulis armati superbiæ, & rapinæ, vt Aiguanus notat.

[f] psal. 33. 7.

[g] psal. 73. 21.

[h] psal. 49. 23.

Laudabo nomen Dei.] Græcè & Chaldaice additur, *mei*: nec non in Psalterio Romano. In postrema editione Hilarij, mendosa lectio est, *nomen suum*.

Cum cantico.] Hieronymus, *in cantico*, quod est propriè בְּשִׁיר *beschir*, sicut proxime post, *in laude*. Nec rarò præpositio vna Latina & Græca ponitur alterius loco, nempe, *cum*, pro, *in*, μετὰ, pro, ἐν. Sic *introire in domum Dei in holocaustis* [i], idem est, quod cum holocaustis.

[i] psal. 65. 13.

Et magnificabo eum in laude.] Hieronymus, *in confessione* בְּתוֹדָה *bethodah*: ἐν αἰνέσει, *in laudatione*. Sæpe diximus quid sit *magnificare Deum*: & proxime antè monui idem valere, *cum laude*, & *in laude*. Celebritatem importat laudis verbum *magnificandi* in piel גִּדֵּל *ghiddel*, & nomen תּוֹדָה *thodah*. Insinuat canticum lætitiam interiorem. Vera, & grata Deo laus ex intimo procedit corde, nec bene psallitur, nisi fiat id *spiritu mentéque* [k]. Non satis intelligo, quo modo Hugo tribuat Christo in cruce laudationẽ cum cant.eo

Vera & grata Deo laus quæ sit

[k] 1. Cor. 14. 15.

per seipsum, per Apostolos verò magnificatione in laude. Cum in cruce dixit [a] *Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?* non proprie videtur laudasse cum cantico: potiùs deplorasse visus est; & quodammodo conqueri. Verumque commode satis de tempore post resurrectionem accipi potest, cum narrauit ipse *nomen fratribus suis* [b], diu versans cum iis, loquénsque *de regno Dei* [c].

Super vitulum nouellum, cornua producentem, & vngulas.] Hieronymus, *cornua efferentem.* Al.], *quam bos vitulus*: ita vt *vitulus* nomen indicet minorem & florétem ætatem bouis, quæ describitur etiam ex eo, quòd, qui aliter vocatur *iuuencus*, incipiat producere cornua, & vngulas. Appellat Paraphrastes *bouem pinguem*, & *electum*: Augustinus, *vitulum pubescentem*, & in taurinam audaciam grandescentem. Talis in lege offerebatur pro peccato, inquit Hilarius. & ἀμμαὶ &, vt loquitur Nicephorus, & ἄρσην, vt Apollinarius, id est, *florentis ætatis*, & τελείου, τριετοῦς &, vt Cyrillus, hoc est, *trimes. & perfectus.* Sed Hugo vnius anni fuisse vult. Varro [d] in bubulo genere ætatis gradus distinguit quatuor: primam *vitulorum*; secundam, *iuuencorum*; tertiam, *boum nouellorum*; quartam *vetulorum*, qui dicantur *taurus*, & *vacca*. Interdum tamen etiam *vituli* nomen de iuuenco, tauróve nouello vsurpatur.

[c] *Tam vitulus bona curuans tam cornua fronte.*

Incompertum mihi, quo præcise anno immolari lex vitulos iubebat. De agnis hœdísque præteribatur, vt essent anniculi. Vnus, quod scio, Abrahæ imperata triennis vacca, sed & eiusdem ætatis capra, *triéque* [f] quamuis Paraphrastes, & R. Dauid Kimhi loco annorum multiplicent animalia singula, vaccas tres, ac totidem capras, & arietes. Rectiùs diceretur *iunix*, vel *iuuenca*, quam *vacca*, quæ designat ætatis Varronianum gradum tertium, aut quartum. Quemadmodũ distinguitur agnus ouis, adatia, Græce ἐριφος &, *hœdulus capra*; χίμαρος &, *capella vnius anni hœdiscens*, αἴξ *capra adulta*. Abutuntur etiam quandoque Latini voce *vitula* pro *vacca*:

[g] *Ego hanc vitulam, ne forte recusес,*
Bis venit ad mulctram, binos alit vbere fœtus,
Depono.

Lego præterea in Michæa [h] holocausta *vitulorũ anniculorum*. Certe ad annum vsque tertium ordinariè dilatũ vituli sacrificium non credo; nec non ante illud tempus profert cornua, vngulasve indurat vitulus. Ergo siue *anniculum* dicas, siue *trimum vitulum*, siue omnino priusquam cadat in iuuencum, vel taurum, qui

[i] *Iam cornu petat & pedibus qui spargat arenam:*

vituli, vitulæve sacrificium dictorum erat, ideóque gratius, non Deo tantùm vero, sed fallis etiã æmulantibus diuinitatem:

Cum faciam vitula, inquit [k] ille, *pro frugibus.*

sed alius [l], qui de *agna* pro iisdem dixerat,

Cernite fulgentes vt eat facer agnus ad aras.

Subdit discrimen inter diuites, quorum erat *vitula*, & pauperes, quorum *agna*. sumuntur verò quandoque masculi pro fœminis, & vicissim, vt exemplis demonstrat Ribera [m] nostri: vt & minoris ætatis vocabula pro iis animalibus, quæ iam sunt ætate grandiora, v. g. *vitula* pro *vacca* [n] (quod ante quoque dixi.)

Vos quoque felices quondam, nunc pauperis horti
Custodes, ferus manera vestra lares.
Tunc vitula innumeros lustralem cæsa iuuences,
Nunc agna exigui est hostia parua soli.

Agna cadet vestri quam circum rustica pubes
Clamet, Io, messis, & bona vina date.

Simile quid de Persis in celebratione diei natalis prodit Herodotus [a], quem Athenæus citat [b]; qui Herodotus [c] etiam auctor est, apud Ægyptios boues fœminas in veneratione fuisse, & illi consecratas, mares boues vitulosque solitos immolare. Hunc ritum Ægyptiaca superstitione imbuti Hebræi imitati, ita vt qui dicuntur Latinè *facti vituli aurei* a Ieroboam, vocentur Græce in libris Regum [d], & a Iosepho [e] δαμάλεις χρυσοῖ, *vitula aurea*: quem idololatriæ ritum laborat valde sed frustra, Franciscus Monczius [f], vt probet non fuisse in Ieroboam, qui vitulos illos, aut vitulas cõstruxit: immò, vt & Aaronem vindicet ab omni culpa in vituli conflatione [g]. Itaque propter victimæ præstantiam recte Dauid super vituli victimam futuram dixit laudationem Dei, & quidem *vituli véi*, id est *boue*, vt est generecum nomen, qui iam sit in tertio gradu a tatis a Varrone constitutæ, quam vocat *nouellorum*: vel quia de productione cornuum, & vngularum fit mentio, qui adhuc in iuuencis censeantur, inque secundo ætatis gradu. Hebrææ huius loci voces duæ שׁוֹר *seor*, & פַּר *par* hanc vim habent: Priori per se, ac seorsim habitiorem crassioremque bouem plenum, ac distento iam corpore, iusta ætate magnitudinéque significat; Chaldaicè תּוֹר *thor* (permutata, vt in aliis solent Chaldæi, litera שׂ) *sen* in (ת) *thau*) vnde *taurus* Græcè, ac Latine. Posterior *iuuencum* iam adultiorem denotat, nondum annis magnum, quasi à פָּרָה *parah*, quod valet fructificare: éstque de Thalmudicorum sententia, vt R. Kimhi refert, trium annorum. Vt non sit mirum, si *vetula*, hoc loco, id est, *iuuenca*, Cyrillus vocaret, quod priùs retulimus, & vulgatus interpres, ac Hieronymus nouellum, seruata proprietate vocabuli, distinctionisque a Varrone traditæ, de qua etiam diximus. Aliud est nomen tertium עֵגֶל *hegel*, pro *vitulo prorsa ætate*. Duo prima simul hic iuncta nomina veteres ad verbum, *taurum iuuencum*, disparata notione. Quare vel primo significatur genericè quiuis bos, vt restrictio significationis per secundum fiat, quod asserit Vatablus, reddens, *bos vitulus*, & Caietanus, ac R. Esaias Tranensis, *bos taurus*, vel supplenda media particula coniungens, *placebit Deo super bouem, taurumve, & super iuuencum* quo pacto recitat vertisse Hieronymũ Treuetus, *super bouem, & taurum*, & Arias reddit *taurum*, vel *vitulum*; Campensis, *taurum, ac vitulum*, & suppleta est pariter coniunctio in Hebræis פָּרִים *makrin*, מְפָרִים *maphrin*, vel synonyme sumuntur distincta alioquin nomina, vt aliquando fit maximè à Poëtis; sed subiecta descriptio demonstrat quis *bos* intelligi debeat. Hoc vltimum fortassis melius. Nec improbabile Paraphrastem legisse non פַּר *par*, sed כַּר *bar*, quia exposuit תּוֹר *thor*, Hebraice שׁוֹר *seor, taurum, seu bouem pinguem, & electum*. In textu Nebiensis additur ficta interpretatio: *magis quàm bos pinguis, & electus, quem offerebat Adam primus, cuius cornua præcedebant vngularum fissionem.* Primæ nascuntur ante cornua simul cum lanulo bouis, vngulæ. Eiusdem figmenti Treuetus meminit, docetque *seor*, & *bar* confundi aliquando. Vt maiorem vim habeat comparatio, pulcherrimus, elegantissimus, iucundissimus, sacrificio aptissimus, & gustatu suauissimus vitulus accipiendus. Cuiusmodi non est,

a Matth. 27. 46.
b Ps. 21. 23. Ioan. 20. 17.
c Act. 1. 3.
d 2. de re rust. c. 5. In bubulo genere, ætatis gradus quatuor dicebantur.
e Virg. 4. Georg.
f Gen. 15. 9.
Vitula pro vacca interdum.
g Virg. Eclog. 8.
h c. 6. 6.
i Virg. Eclog. 5.
k Idem ibid.
l Tibullus lib. 2. Vitula, diuitũ; agna pauperum victima. Masculina nomina pro fœminis & vicissim. Minora ætatis vocabula pro ætate grandiore. m In Oseæ c. 10. num. 14. n Oseæ 10. 11.

a Lib. 2.
b Lib. 14.
c Lib. 2.
Simili quid de Persis in celebratione natalis diei.
d 3. Reg. 12. 28.
e Antiq. c. 8.
f Lib. 1. de Asserc. purgat. huc de vitulo auro.
g Exod. 32. 4.
Ficta interpretatio ex textu Nebiensis.

a Iudæa Cius. tom.

& cornua

Qui fert iam pro libris prosubigat, que solum:

Sed qui mittere cornua incipiat, blande comiscare, vngulas duriores protrudere; denique qui sit oblationi maturus, quam secum videtur importare שור *sciur* a themate שור *scinr*, iuxta vnam illius notionem, cuius demum, præsertim si sit primogenitus, commendabilis *pulchrungulo* b. Omni genere animalium, quæ sacrificiis inseruirent in lege vetere, docui psalmo 50 c. apte significatum Christum, etiam *vitulo, taurove*. Licet illud de ipso vsurpare cum Ambrosio d,

& maxima taurus

Victima, id est, triumphalis.

Quæ maior enim, ait Ambrosius, victima, quàm quæ mundi totius peccatum suo cruore mundauit? Subiicit elegantem allegoriam de cornibus Christi, de quanos alibi f. Simeon & Leui Iacob imprecatur, quia *in furore suo occiderunt virum, & in voluntate sua suffoderunt murum* g, Græce, ἐνεδρεύσαντο τοῦρον, *subneruauerunt taurum*: est namque שור *sciur taurus*, שור *sciur*, *murus*. Duas illas tribus præ cæteris mortem Christo machinatas Tertullianus h, & Ambrosius i existimant: qui Christus, vt dixi cum eodem Ambrosio, maxima taurus victima est; & *pulchrungulo eius qui primogenitus taurus* k; *subneruatum* autem Tertullianus intelligit, clauis suffixum. Figuræ mysticæ apud Ezechielem *aquila, leo, homo, vitulus*, designare dicuntur angelum, regem, hominem, sacrificium. &, quidquid alia denotent aut de aliis rebus, aut de Christo, *vitulus* significationem sacrificij semper retinet. Placet autem Deo tale sacrificium, in quo idem est sacerdos, & victima super vitulum, & hostiam quamlibet externam, partibus absque vlla comparatione infimis. Non hic repetere tropologias debeo indicatas alibi l de vitulo, & quos *vitulos* seu *frutices labiorum* Apollos m nominat. Augustinus hoc loco notat ventilari ab orthodoxo in vitæ nouitate ambulante hæreticum, quasi cornibus, vngulis exeitari terrenum, qui abiecte sapit. Arnobius interpretatur cornua duorum testamentorum (potuit etiam brachiorum crucis) & vngulas quatuor Euangeliorum. Illud etiam verè dicitur ab Hugone, sed non satis apte sumpta significatione dictionis, *super*, quæ hoc loco idem valet, quod plus, & magis quam, laudem Dei Deo placere, quæ sit velut impolita super iuuenes ætate, nouitiolve, ac nouellos in religione, quasi in templo mactandos pro peccatis aliorum hominum, cum ipsi sint innocentes, non cornupetæ per superbiam & contradicendi studium more bouis *cornupeta* n, sed præditi cornibus miserationis o; similes filiq; Iob, cui nomen *Cornus libri* P, adde cornua in fronte vt Moisi q, radiorum ex diuino consortio, bonique exempli: vngulis etiam præditi discretionis, & fortitudinis, quæ prius inesse debent, quam potestas, quemadmodum antea nascuntur vngulæ, quàm cornua. Qui talibus præditi cornibus vngulisque seruiunt Deo à prima præsertim ætate, tanquam vituli nouelli: his Deus promittit *cornua ferrea, & vngulas æneas, ad comminuendum populos multos, & ad interficiendum illi rapinas eorum, & fortitudinem eorum Domino vniuersæ terræ* r; nimirum infringendo dæmonum vires, idolorum superstitiones delendo, errorum & hæresum pestes tollendo, plurimos ad Deum conuertendo. Tota istorum vita laus Dei est, canticúmque, &, vt Augustinus hoc loco loquitur, gemmas de thesauro interiore proferunt: *verba* quoque *tollunt*, vt ait Oseas s, quibus Deum sibi aliquæ placent: quod maximum splendidissimúmque sacrificium esse Chrysostomus t psalmi præsentis testimonio confirmat. Bernardus u immolandos Deo distinguit vitulos tres, nouæ conuersionis effectum, quasi *vitulum nouellum cornua producentem, & vngulas* lactæ religionis profectum, vt *vitulum tenerrimum de armento*: consummatæ virtutis affectum, tanquam *vitulum saginatum. Hunc vitulum nouellum* de Christo Chrysologus x interpretatur, qui vt est in parabola huius prodigi y, occisus dicitur, cùm illum pater excepit: & qui semel patris occisus voluntate, in epulis nostrum quotidie ac iugiter immolatur.

Vitulum.] שור *sciur*. Præter dicta, elegans notanda paronomasia inter שור *sciur* nomen *vituli*, & nomen cantici שיר *scir*, quod placiturum Deo dicitur super vitulum.

Cornua producentem, & vngulas.] Antea mutum duo participia esse absque coniungente particula סקרין מפרים *mactat mactans* quæ tamen recte supleta fuerit. Campensis reddit *cornutum*, & *vngulatum*: Caietanus *cornificantem*, & *vngulificantem*. Non placent vllo modo, qui formalis propter participium secundum à פרס *parsa*, quod inter alia significat *extendere*, alludi hic putant ad morem illum, quo victimæ non trahebantur, sed ducebantur, & aræ sistebantur, atque admouebantur, teste Poeta z:

Et auctos cornu stabit sacer hircus ad aras.

vnde tropologiam eliciunt, sponte accedendum ad Deum, ex destinatione cordis, non ex tristitia, aut ex necessitate, quia *hilarem datorem diligit Deus* a, & vt ei seruiatur *in lætitia* b; & hoc modo animo gloriæ ei reddatur, hilarique vultu, in exultatione sanctificando decimas, adorando *in exultatione* c. Refert Rua d notari hunc dicendi modum, confirmans exemplo Isaac, qui sponte ad ferri voluit e; Christum referens, qui obtulit, *quia ipse voluit* f. Non aliud afferri exemplum potest verbi dicti Hebræi in hiphil, sed semper cum vsum habet, qui hic est expressus, vt significet *vngulam auellere*, seu *præcidere*: vnde & *vngula* פרסה *parsah*. Deinde quamuis ducatur victima sponte ab eo qui offert, non ipsa se offert sponte, aut cetuices præcidendas extendit vltro. Denique aliena expositio est à communi exterorum sententia. Eidem Christo tribuit Bruno Carthusianus *cornua*, quibus possit expellere inimicos Iudæos, & *vngulas pedes*, quibus præstare intelligatur discretione, atque prudentia. Ait etiam nos tacite moneri, vt re vtraque valeamus ad expellendos omnes inimicos inuisibiles visibilésque.

Vers. 33.] Videant pauperes & lætentur: quærite Deum, & viuet anima vestra.

HÆc videtur laus, canticúmque, quod pro vitulo nouello pollicitus est, vt eos, qui audierint, excitare velit ad lætitiam, spemque consequendi beneficij, sicut & ipse consecutus est. Propterea inuitat, vt strenuè ac alacriter Deū quærant, implorentque magna fiducia opem eius, & auxilium; quod cum pro voto fuerint adepti, quodammodo reuiuiscent, atque præmœrore eiectam veluti animam recuperabunt. Monet, ne curent superbos duces in impetuosis

a Deut. 33. 17.

b vers. vlt.

c in psal. 43.

d 3. Georg.

Omnium maior victima, quæ mundi totius peccatum suo cruore mundauit.

e in psal. 43. & 21.

f Gen. 49. 6.

g 3. cont. Marc. c. 18. & 1. contra Iudæos. tit. de benedict. Patriarc. c. 18.

h Deuter. 33. Figura mystica apud Ezechielem animalium, quid designent.

Tropologia.

i in psal. 91.

k Heb. 13. 15.

l Exod. 21. 29.

m Ezech. 34. 19. 20.

n Michæe 4. 13.

a 2. Cor. 9. 7.

b Eccles. 20. 12. Hieron. ad Gal. 4. Isai. 57.

c 3. Georg.

Tropologia.

d Rua.

e Gen. 22. 9.

f Ioan. 10. 18.

Senſus duplex.

Deus præfert sacrificium laudis, quod in potestate habent pauperes, & propterea offerre Deo quam aptissimè possunt.

illis sacrificiis gloriantes; cùm, vt proximè antè dictum est, præferat Deus sacrificium laudis, quod in sua pauperes potestate habent, & promptius etiam offerre, quam opulenti Deo, possunt. Christus censeri potest suos alloquens, cohortari suo exemplo ne dubitent, aut vereantur pauperiem, & sub hoc generali communique nomine, alias quaslibet ærumnas, incommoda, tribulationes, tentationes: sed attente inspicientes quis exitus, quàm lætus, quam felix passionis fuerit; similem & ipsi, per eandem ingredientes viam, absque vlla cunctatione expectent; solum quærendo Deum sint *spe gaudentes*, dùm sunt *in tribulatione patientes* [a]: & iustitiæ studendo, meminerint, quòd *iustus ex fide viuit* [b]. In psalmo 21. eorum, & istius, argumentum passio Christi est, similis cohortatio subinci videtur, post nuncupata promissaque vota *in Ecclesia magna, & in conspectu timentium Deum* [c]; *Edent pauperes, & satiabuntur, & laudabunt Dominum qui requirunt eum, viuent corda eorum in sæculum sæculi* [d].

a Rom. 12.12. b Rom. 1.17. Galat. 3.11. Hebr. 10.38.

c vers. 26.

d vers. 27.

Videant pauperes, & lætentur.] Hieronymus, *videntes mansueti lætabuntur.* Alij, *videbunt humiles*, aut *afflicti* Apud Augustinum, *mites.* Est רָאוּ *rau* præteritum. Si legeremus רְאוּ *reu*, esset imperatiuus: עניים *hhauanim* significant quos diximus. Similis phrasis in psalmo 33. [e] *audiant mansueti, & lætentur*, יִשְׁמְעוּ עֲנָוִים וְיִשְׂמָחוּ *iismeehhu hhauanim veiissmechu. Pauperes* allegoricè sunt Gentiles, per se destituti fide ac religione; videntes, vt ait Euthymius & Nicephorus, quæ propter eos Dominus passus sit, & quæ præclara adnunciarunt: lætantes verò de sua vocatione, & de Christi laude, cùm Iudæi dolore inuidiaque discrucientur. Tropologicè Hilarius, Augustinus, alij, spiritu pauperes, humilésque intelligunt, qui superbiæ saginam non eructant, sed humiliter de se sentientes, panem quærunt, quo salubriter viuant. Non est diuitum huius sæculi vera lætitia. *Ague*, inquit Iacobus [f], *nunc diuites, plorate, & ululate in miserijs vestris, quæ aduenient vobis.* Receperunt *bona in vita sua*, postea cruciandi. [g]

c vers. 3.

Pauperes allegoricè qui dicantur.

Tropologia.

f c. 5. 1.

g Luc. 16. 25.

Quærite Deum.] Hilarius, & *quærite.* Augustinus, & psalterium Romanum, *quærite Dominum.* Hieronymus, *qui quæritis.* Legit vt nunc est principium דרשי *doreshe*, *quærentes*, ante quod supplent alij, &: nec non, *vt debuit*, hoc modo, *quærentes Deum videbitis*, ita vt fiat mutatio personarum. Nec displicet, quod adhuc Treuetus supplet, vt humiles ac mansueti, qui videntes misericordiam Dei super afflictos. & ideo lætâtur, exhortentur sibi similes, dicendo; ô vos, qui quæritis Deum, in eo confidite, ne dubitetis, quia viuet ac reuiuiscet cor seu anima vestra. Pauperũ aperti & perspicaces sunt oculi: diuitum oculos *Deus huius sæculi mentésque excæcauit* [h]: idem pauperes, qui & mansueti terræ, Dominum quærunt, & inueniunt, quia *iudicium operantur* [i]: cæteri quamuis in gregibus suis, & in armentis suis vadant *ad quærendum, non inuenient* [k]: nec si quærant *in lectulo suo* [l]. *Quærendus Dominus dum inueniri potest* [m], eo quoque modo, quo debet, ac potest. Doctrinam quærendam à Deo, explicat Paraphrastes. Studium hic notari potest animæ perfectioris, quæ alias adducat ad Deum: sicut faciebant illi dicentes [n]: *quò abiit dilectus tuus, ô pulcherrima mulierum? quò declinauit dilectus tuus? & quæremus eum tecum.* Sic Andreas fratrem adduxit ad Iesum [o]; Nathanaelé Philippus [p]; Obiernant id Nyssenus, ac Philo Carpathius [q], alíque

h 2. Cor. 4. 4.

i Sopho. 2. 3.

k Osee 5. 6. l Cant. 3. 1.

m Isa. 55. 6

Anima perfectioris desiderium, alias adducit ad Deum.

n Cant. 5. 17.

o Ioan. 1. 41. p ibid. 46. q in Cant.

A

B

C

D

E

confirmat huius loci sententia. Quærendo viuit anima, quia dum viuimus, quærere semper debemus. *& fac eos Deo semper* [a]: donec illum clarè intueamur: ille *desiit semper & ad scientiam veritatis non peruenit* [b], nec in hac, nec in vita futura, qui extra viam veritatem quærit. Lege Augustinum [c].

a psal. 104. 4.

b 2. Tim. 3. 7.

c tract. 63. in Ioan.

Et viuet anima vestra.] Sic etiam ex Hieronymo recitatur in bibliis Regijs, & in editione Victorij. Sed melius Treuetus refert, *& viuet cor vestrum*, quia לבבכם *leuauchem* significat *cor vestrum.* Per metonymiam pro *corde*, *anima* posita est, quia cor animæ seruit: & si bene sit affectum, quodammodo viuificat, recreat, exhilarat. Alio qui non tam viuit anima, quàm animando & informando viuificat, vitamque tribuit. *Viuere anima* etiam dicitur psalmo 21 [d]. & 118 [e]. & iterum *corda ipsa*, in 21 [f]. Explicat vitã istam R. Esaïas Tranensis, quòd videntes mirabilia Dei, ac experturi, eidem credituri sint, atque in ipso iudiciam habituri. *Iustus*, vt prius notauimus, *ex fide viuit* [g]. Quod attinet ad formulam illam, vt *cor*, vel *anima viuere* dicatur, sicut etiam *conuerti* [h], aut redire, quando reficitur, & curatur ab angoribus, mœroribúsque, exemplo Iacob potest esse, cuius *spiritus*, allato bono nuncio, *reuixisse* scribitur [i], Hebraicè, *viuisse* תָּחִי רוּחַ *techi ruach*, quãuis Paraphrastes exponat, *requieuisse Spiritum sanctum super eum.* E contrario, Nabalis memoratur cor ad ingrati nuncij auditionem *emortuum intrinsecus, ita vt fieret quasi lapis* [k]: Hebraice וימת לבו *vaiemoth libbo*; Græce, ἐνεπάγησαν αἱ πτέρνες αὐτοῦ.

d vers. 30. e vers. 175. f vers. 27.

g Rom. 1. 17. Gala. 3. 11. Hebr. 10. 38. *Formula loquendi.*

h psal. 22. 4.

i Gen. 45. 27.

k 1. Regum 25. 37.

Cæterum in præsenti loco psalmi codices correcti habent solum ζήσονται, *vivent.* Correctionis non video causam, quia communem lectionem sequitur Euthymius, & innuit Apollinarius:

ποιμένα ζήτει ψυχῶν βίοτον δοτῆρα:
Pastorem quærite animarum vitæ datorem.

nec vllum auctorem Græcum aliter legisse reperiri; idemque congruit cum editione Hebræa, nisi quòd in ea *cor* est, nó *anima*, vt dixi. Fortassis pleonasmum aliquis exponere voluit, vt *viuere* simpliciter diceret, pro eo, quod *anima viuere* dicitur; deinde, irreplit vnum pro alio, in textum. Mysticè magnus fructus eius, qui quærit, vt inueniat; & vitam, si vitam, hoc est, Deum, & Christum, *qui est vita* [l], viuificans vita etiam gratiæ supernaturali, tum inchoata præsentis, tum perfecta futuræ æternæque vitæ. *Quærue bonum, & non malum*, ait Amos [m], *vt viuatis.* Queritur à nonnullis Christus, & non inuenitur [n]; quæraut eum aliqui, vt interficiant, adeò de se benemeritum [o]: quidam, vt saturentur [p]; à nonnullis quid quærerent, ipsimet interrogauit, vt se illis ducem ac magistrum præberet, vitámque diuinam communicaret [q]: ab aliis, vt se iliis frustra humi diuina vi detectis, occidendum traderet [r]: inuenitur etiam à non quærentibus [s], sed quia ipse quærit, & acquirit eos sibi. *Qui quærit, quærat* [t], gratiæ respondendo, & feriò quærendo; & *in toto corde* [u], *exalte inter*, ac *lætanter* [x]; semper, & perseuerantes vsque *tum inueniri D. us potest* [y], vt antea monui. *Inueniet hic vitam, & hauriet salutem a Domino* [z]. *Qui non quæsierit, moritur* [a].

l Ioan. 11. 25. c. 14. 6.

m c. 5. 14.

n Ioan. 7. 34. 36.

o c. 8. 37. 40. & 11. 8. p c. 6. 26.

q c. 4. 18.

r cap. 18. 4 & 19.

s Esa. 65. 1.

t Esa. 55. 6.

u Ierem. 29. 13. x psal. 62. 9. y psal. 104. 4. z Esa. 55. 6. a psalm. 33. b 2 Paral. 15. 13.

Vers. 34.] Quoniam exaudiuit pauperes Dominus: & vinctos suos non despexit.

Sensus loci.

EST quòd quærere diligenter Deum possint, ac debeant, fecuro hilarique animo pauperes & alienæ opis egentes, quia Dominus istos, qui ei peculiariter sunt relicti [a]; & quorum se profitetur ac præstat patrem [b], libenter exaudit; tum verò si qui ipsius causa sint in vinculis, aut captiuitate, horum in primis rationem habet, & habuit semper. Habet affinitatem quod est in Psalmo 101 [c]. *respexit in orationem humilium, & non sprevit precem eorum; &c. quia prospexit de excelso sancto suo, Dominus de cœlo in terram aspexit; vt audiret gemitus compeditorum, vt solueret filios interemptorum* Etsi porrò *vincti* videantur innuere captiuos in Babylone, de quibus etiam Basilius, aut potius Theodoretus, Theodorum sequens Mopsuestenum, interpretatur, qui sese solentur, & ad spem cõfirment, vetere maiorum suorum exemplo, liberatorum de captiuitate Ægyptiaca: nihilominus plurisæstimari mysticus debet sensus de liberatione à vinculis diaboli, peccati, mortis, à quibus nos Christus passione sua liberauit: & eos etiam ab externis vinculis, qui hæc ipsius causa patiantur, liberat, vel reipsa, cum expedit, vel ab ijs, & à tormentis, ac morte pro ipso obita, transferendo ad veram fœlicitatis æternæ, atque filiorum Dei libertatem. Paulus certe nominat seipsum *vinctum in Domino* [d]. Patres quoque cum detinerentur in limbo, vocari poterant *vincti Domini* [e], vt Lyrano placet, & Arguano iusti etiam cupientes *dissolui, & esse cum Christo* [f]; ac *educi de custodia animam suam ad confitendum nomini Dei* [g]. Item deuincti vinculo caritatis, & subiectionis inter se, vt ait Bruno Carthusianus, seu votis astricti: præterea cuncti, vt ait Cassiodorus, qui legibus diuinis vinciuntur, *inflexo* veluti *pectore in compedes, cerebro in torques, nec arcendando vinculis* [h]. Talium *gemitus compeditorum* audit Deus [i], vt dixi, intrantque *in eo spectu aures eius* [k]; *soluit* denique ipsos [l], & *educit vinctos in fortitudine* [m]: quemadmodum Christus filiam illam Abrahæ tandiu ligatam a Satana [n], & illum, quē compedibus, & catenis vinciebant agitatum a dæmone [o], liberauit. Lege psalmum præcedentem [p]. Exaudiuit Cyrillus dicit Christum pro pauperibus suis (tales enim elegit etiam, teste Iacobo [q]) iudique, quod est apud Efaiam [r] dixisse *ut qui in vinculis erant, vt exirent, & his, qui in tenebris, vt reuelarentur.*

Et vinctos suos non despexit.] Romanum psalterium, & Cassiodorus, *non spernit*; psalterium Gallicanum, *non annulata est*, id valet ἐξουθένωσεν. Augustinus, *& compeditos suos non sprevit.* Plus significat, quam dicit, καὶ τὰν λεπόδετον, quam notat Bruno Carthusianus, plúsque est *non despicere*, seu *non spernere*, quam *exaudire*: quemadmodum in citato priùs psalmo 101 [s]. maius quid videtur *non spernere precem humilium*, quam *respicere in orationem eorum.* Tot locis, quos antea indicaui, ostenditur Deo cæræ esse vinctos, compeditósque, vinculis etiam, & compedibus externis. Præter geminum huiusce rei exemplum in Apostolis omnibus [t], deinde seorsim in Petro [u]; extant alia non pauca in Ecclesiasticis historijs; ita vt sanctorum opera, verbi gratia, Germani Antisiodorensis, Leonardi, Aniti Arueruni, Columbani, Nicolai mirabiliter liberatorum similes legamus; & dignatus est Christus carceratorum visitationem in operibus misericordiæ commendare, quorum publice in iudicio reddenda ratio sit [x]. Catenas, quoque, ac vincula sanctorum suorum in honore haberi voluit, & miraculis coruscare, vt Petri, Pauli, Alexandri Papæ I. &c. Iniecit etiam eam mentem Christianis Imperatoribus, vt Paschatis tempore carceres laxarentur [a], præterquam sacrilegis, in maiestatem reis, in mortuos veneficis, siue maleficis, adulteris, raptoribus, homicidis: immò, vt omnibus diebus Dominicis sub fida custodia rei educerentur [b]. Quot vincti dicantur modis priùs indicaui. *Vinctos terra* lego etiam apud Ieremiam [c]; quos Olympiodorus [d] aut cibi mortales vinculis comparatos peccatorum, ad distinctionem vinctorũ dæmonum, quibus de cœlo præcipitatis, remedium nullum. Appellãt Græci corpus σῶμα quasi à σώζειν, quòd seruet animam tanquam carcer, & in id illa immissa sit, detrusáque; quod affirmantes contingere ob præcedentia peccata, & ex hoc dicendi modo colligentes, refellit Epiphanius [e]. Concedi potest Nazianzeno [f] *vinctos nos* dici, quia impedit animam nostram corpus, ne libera feratur, & inoffensa in res diuinas contemplatione.

Vers. 35.] Laudent illum cœli & terra, mare, & omnia reptilia in eis.

GAudium illud suum exultationémque, & animi gratificationem, vt declaret magis, communicat eum creaturarum omniũ vniuersitate cœli, terræ, maris, quæque in hoc, & in illis etiam habitant, inuitans vt vna secum laudibus Deum concelebrent. Vsitata hæc Vati nostro multis in psalmis prosopopœia, & aliis Prophetis, tum tribus pueris in cãtico suo [h]. Inuitationis huiusce, ac prouocationis Hilarius indicat causam, quia his, qui pauperes spiritu sunt, de quibus actum priùs, in cœlorum regno cõstitutis, creatura omnis cõgemiscens, & doleens, in gloria filiorum Dei liberanda est, *cui non sua sponte subiecta* [i]. Sed causam exprimunt sequentes versus Hieronymus, & Cassiodorus mystice *cœlo, terra, mari*, cœlestes, terrestres, infernos habitatores interpretantur, quos, *iam flectere Christo* scribit Paulus [k]. Hugo Cardinalis, & Bruno Carthusianus Apostolos, synagogam, Gentes, peccatores, id est, qui priùs tales erant: Remigius, maiores de Ecclesia, minores aptos ad culturam, fluctus Gentium, qui sustentantur per *cœlum, terram, mare*: Augustinus, & cum eo alij res creatas, quarum vsus moderatus iuuerat nos ad laudandum Deum, quamdiu tenemur vincti ferro illo necessitatis, & corpore, quod *aggrauat* [l] *animam*. Beda, complatores (id est, prædicatores, *cœlum* sumendo pro nubibus) *terram* bene cultam de Iudæis: *mare*, Gentiles, priùs amaricantes: *reptilia in eis*, nempe cœlo, ac terra, & non volatilia, hoc est, humiles tum de Iudæis, tum de Gentilibus: Genebrardus metonymicè accipit cælites angelos, terrestres sanctos, conuersos insulanos: Hugo clericos, agricolas mercatores, milites; vel contemplatiuos, actiuos, pœnitentes, debiles, ac infirmos. Arnobius inuitari *cœlum* dicit ad laudandum Christum, quia ascendit; *terram*, quia resurrexit; *mare*, quia pedibus illud ambulauit: præterea Sion, id est, Ecclesiam, quia ædificabit eam non habentem maculam, neque rugam: ciuitates Iudæ animas Apostolorum, quæ inhabitantur ab eo. & is hæredi-

Mysticus sensus.

[a] Psal. 9. [b] Psal. 67.
[c] vers. 18. 20. 21.
[d] Ephes. 3. 1. Coloss. 4. 18. Philem. 1. 9. Philem. vers. 1. 9.
[e] Zach. 9. 11.
[f] Philip. 1. 23.
[g] Psal. 141. 8.
[h] Eccl. 4. 15.
[i] Psal. 101. 21.
[k] Psal. 76. 11.
[l] Psal. 145.
[m] Psal. 67.
[n] Luc. 13. 16.
[o] c. 8. 29. Matth. 8. 4.
[p] vers. 7.
[q] c. 8. 5.
[r] c. 49. 9.

Nõ spernit, non despicit, plus quam exaudit.
[s] vers. 18.
[t] Act. 5. 18. 19.
[u] cap. 12. 7. & seq.
[x] Matt. 25. 31.

[a] C. Theod. l. 1. de indulgen.
[b] C. Theod. l. 7. de custod. reorum.
[c] Thren. 3. 34.
[d] ibid.
[e] Hær. 64.
[f] ota. 11.
[g] Sap. 9. 15.

Sensus loci.
[h] Dan. 3.
[i] Rom. 8. 20.
[k] Philip. 2. 10
[l] Sap. 9. 15.

tatem primam acquisiuit illas: item semen seruorum Christi, quique diligunt nomen eius, possidendos ab iisdem Apostolis, vicissimque possessuros istos doctrinam eorum, atque habitaturos in eadem doctrina, & fide, nec non in Ecclesia.

Cœli, & terra] Paraphrastes, *angeli cœlorum, & habitatores terræ.*

Mare.] Non satis commodè infernus, & habitatores eius per *mare* intelliguntur. Nec sanè dæmones damnatique laudant Deum: sed contremiscunt, ac blasphemant. Error Origenis est post iudicium omnes etiam dæmones consecuturos salutem. De hoc alias.

Origenis error de salutem consecuturis post iudicium etiam dæmonibus.

Et omnia reptilia in eis.] Hilarius, & Augustinus, *& omnia repentia in eis.* In Complutensibus, Regiisque bibliis, *in eo*: quia Græce habetur, ἐν αὐτῇ. Sed in emendatis Græcis codicibus est, ἐν αὐτοῖς: quam lectionem ascribit Agellius Aquilæ, & Symmacho. *Mare* Hebraice hoc loco pluraliter dicuntur יַמִּים *iammim*: Græce θαλάσσα in singulari. Vnde pronomen singulare congruit eidem numero; plurale nomini singulari collectiue sumpto. Vel *omnia reptilia in eis*, seu omne repens כָּל־רוֹמֵשׂ *chol romes* denotat, quæ in mari mouentur, ac in terra. Hieronymus vertit, *& omnia quæ mouentur in eis*. Felix, *omne, quod mouetur in eis*. est רמס *ramas*, non tantùm *repere*, ac *reptare*, vel *calcare*, sed etiam *ambulare*, & *moueri*. In Genesi [a] omne animal, *quod mouetur super terram*, illatum *in arcam*, Græce declaratur, per ἑρπετὰ ἑρπετὰ ἐπὶ τῆς γῆς; Hebraice per רמש [b] *romes*: item, *omnis caro, quæ mouetur super terram*, explicatur eodem Hebræo participio, & Græco κινουμένη. Motus physicus non conuenit proprie, cœli incolis angelis; nec astra per se mouentur, sed cum suis orbibus. Tamen si placet *reptandi* verbum, & *reptilium* nomen, per catachresim, licèt duriorem, non solùm ad terram, & mare, id est, ad animantia aquatilia, & terrea, etiam ad homines transferre, sed ad Angelos quoque & astra, nullum hinc incommodum est. Occurrunt incommodo, si quod est ex dicta catachresi, alia duo Psalteria, & Cassiodorus, legendo, *& omnia quæ in eis sunt*, sicut extat in aliis Psalmis [c]. Beda in commentario indicat eandem lectionem, dum per participium ait, *entia in eis*, verùm exponit de his, quæ sunt in terra, & mari. Apollinarius de solo mari piscibusque ipsius, explanat.

a c.9.3.

b vers. 21.

c ps.95. 11 12. & 148.7.

τὴν ἀντιφορὰν ἐξ ἴσου τρίτος οἶδμα θαλάσσης.

Mare immensi in, & quatuor quæ nutrit humor maris.

Notat Euthymius impropriè de piscibus vsurpatum nomen τῶν ἑρπετῶν, *reptilium*, aut *repentium*: fortassis autem ob eorum multitudinem. De his alibi [d], *illic*, d est, in mari, *reptilia, quorum non est numerus.* In eodem libro Geneseos [e], *reptile animæ viuentis* ab aquis productum appellatur nomine Græco numeri pluralis τῶν ἑρπετῶν, sed Hebræo singulari שֶׁרֶץ *sceretz*, quod propriè sonat *scaturiginem in magna copia per motum ebullientem, eructationis, emanationis.* Dicitur non tantùm de productione piscium [f], sed ranarum [g]; & verbum שָׁרַץ *scharats*, de repentibus in terra [h]: & de hominibus numero magno nascentibus [i]. Adhuc in Genesi [k], reptilibus, quæ terra produxit, & Græcè, ἑρπετὰ τῆς γῆς nominantur. assignatur vocabulum רֶמֶשׂ *remes*, ex eodem verbo, cuius hoc loco est רמס *romes*; & vt ibi distinguntur à iumentis, bestiisque terræ, significat, quæ propriè non gradiuntur, sed repunt, vel saltitant. Atque vt antea dixi, *reptilia in eis*, vel soli pisces sunt in maribus, siue aquis, & in terra etiam: vel quidquid & in his, & præterea monetur in cœlo aereo, vt aues; tum æthereo, vt astra, orbisque eorum, tum angeli, qui moueri possunt illic, aut illinc ad nos descendere, & per elementa quoque motum suum localem exercere. Fiat hæc semel explicandus locus accuratius, ob similes alios, qui occurrere possunt.

d ps.103. 25.

e c.1.20.

f Ibidem.

g Exod. 8. ps. 104. Ioan. 5. Gen. 1. Exod. 1. & 8. Leuit. 11. 29. 46.

h Exod. 1. & 8.

i Exod. 1.

k c. 1. 24.

Vers. 36.] Quoniam Deus saluam faciet Sion: & ædificabuntur ciuitates Iuda.

Et inhabitabunt ibi, & hæreditate acquirent eam.

Vers. 37.] Et semen seruorum eius possidebit eam, & qui diligunt nomen eius, habitabunt in ea.

Scopus loci.

GAudere secum Deúmque collaudare homines, ac insensibiles etiam creaturas docet debere, propter istam causam, siue Propheta ipse, siue Christus; quoniam talus, quam operatus est Christus, pertinebit ad plurimos. Nam spiritualis longè melior terrena Sion, id est, Gentium Catholica Ecclesia, & amphores ciuitatibus Iudææ materialibus, Ecclesiæ particulares, post hostes & aduersarios omnes deuictos, tum dæmones, tum homines, à communis vindice salutis initiabuntur: & à fidelibus Christi, ac Dei seruis, & amicis, eorumque prole ac progenie, iure perpetuo quasi hæreditario & pacifico incolentur, atque possidebuntur, donec veniat consummatio seculi, & in cœlestem illam ciuitatem, nulli obnoxiam miseriæ, incommodo, vicissitudini, transferantur. Polliet præterea laudis, & gratiarum actionis suppeditata Gentium Ecclesiæ inteligi materia, quoniam tandem, tardè licèt, velut postliminio, Iudæorum natio deserta, salutem consequetur, eiúsque *reliquiæ saluæ fient* [a], & variæ ex iisdem Ecclesiæ constituentur; requiescent *super humum suam* [b], vt non sint amplius in terra Christianorum, tanquam in aliena, sub tributo; non vocabitur amplius Sion *electa*, nec *habens requirentem* [c]: reuertetur *virgo Israel* (vera iam culerix Dei, & Christi sponsi sui) *ad ciuitates*, suas, desinens esse filia *vaga* [d]: *reducetur in terram suam, ædificabitur, & non destruetur*: non mouebitur populus hic Dei iterum de loco suo, sed *plantabitur, & non euelletur amplius* [e]: iniet hæreditatem paternam, non tam externam, quàm fidei, ac pietatis, indignúmque talium patrum semen, quorum imitabuntur vitam: & facti filij promissionis, æternam sine fine beatitudinis hæreditatem possidebunt, quæ est *Ierusalem*, non terrena seruiens cum filiis suis, sed *mater nostra* æterna, in cœlis [f]. Fauet isti expositioni Augustinus in oratione contra Iudæos [g].

a Rom. 9. 27. c.11.5. Soph. 3. 13.

b Esa. 14. 2.

c Iere 30. 17.

d c.31.22.

e c.24.6.

f Galat. 4. 26.

g cap 5.

Quoniam Deus saluam faciet Sion.] Typus Ecclesiæ Sion sæpenumero est, vt prioribus quoque Psalmis vidimus. Habèt hæc similitudinem cum his, quæ sunt in 101 [h]. *Tu exurgens misereberis Sion, &c. ædificauit Dominus Sion, & videbitur in gloria sua.* Tale quoque illud ex Psalmo 50 [i] *benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion, vt ædificentur muri Ierusalem.* Repete ibidem dicta, le-

h vers. 14 17.

i vers. 20.

git Hilarius, *Dominus saluos faciet*, multisque verbis efficaciter demonstrat sermonem hic non esse de materiali: Sion, sed de mystica, præsertim de cœlesti, vbi vnica etymon Hebræi vocabuli, speculabimur Deum: & propter tantum bonum, ad quod adeo multi conuocandi sunt, merito exigi hoc loco gratulationem cœli, terræ, maris, omnium creaturarum, cùm *super vnum peccatorem pœnitentiam* tantum in cœlis *gaudium sit Angelorum* a: denique hoc titulum innuere Psalmi, *in finem, pro his, qui immutabuntur.*

a Luc. 15. 10.

Et ædificabuntur ciuitates Iuda.] Ecclesias & cœtus Iudæorum secundùm spiritum, qui confirmantur Deum in humilitate, intelligunt passim. Hugo Sion Romanam, ex cuius, inquit, salute pendet ædificatio aliarum: vel ordinem religiosum, de quibus cætera piè & acutè ad finem vsque Psalmi declarat: quæ non inutile erit legere. Si præterea sumatur *Sion* pro Ecclesia triumphante, cum Paulo b, dicitur saluari per nouos ei ascriptos quotidie ciues, & ædificari ciuitates Iudæ, restaurãdo, hac veluti ratione, Angelorum ruinas dilectorum secundum diuersos ordines. Attingit hoc Aiguanus. Opinionem de materiali extructione, & fabrica, Hilarius absque intelligentia, vtilitate, rei cõmunis scientia, ratione, natura, asserit esse, nec inopem dumtaxat, sed etiam impiam. Nulla etiam, inquit, in ædificandis saus est, quæ sint postea destruenda, sed quæ salutem, & felicitatem (summa hæc verborũ illius) homines consequantur per Christum pacificatorem, & reconciliatorem eorum, quæ in cœlis sunt, & in terra. Legé citatam Augustini contra Iudæos orationem. Reprehendit Hieronymus c etiam carnalem intelligentiam illius, & similis in Esaia loci d, vbi scribitur, quòd *ædificabunt domos, & habitabunt, & plantabunt vineas*, &c. Argumentatur Hieronymus, quoniam de Sodoma quoq; Ezechiel e vaticinatur, quòd *restituetur in antiquum*. Idem ibi præterea dicitur de filiabus eius, hoc est, de ciuitatibus, & villis ei subiectis: item de Samaria. Subdit sanctus Doctor *addenda* sumenda, vel de virtutibus, vel de *donis spiritualibus apud Patrem* f: hac talem domum centies ædificatam *supra petram* g. Videtur autem Ezechiel per Sodomam Samariamque restaurandas, innuisse Gẽtilium Ecclesiam priùs constituendam, quàm ex Iudæis, vt non fiat *salus omnis Israel, donec intret plenitudo Gentium* h; non introducatur veluti per vim frater natu minor quam prodigus minor i; non introeat, quamuis præcurrens ante Petrum, Ioannes k; sint *nouissimi primi*, & contra l: ad æmulationem addiscant Iudæi *in non gentem* m; hoc quidem quando vocabuntur, quos ne gentis quidem nomine dignabantur. Ciuitates item istas, vt & Sion, atque Ierusalem Origenes n censet esse cœlestes, & eas mansiones apud Patrem, de quibus ex Origene, vt opinor mutuatus, dicebat Hieronymus: illas præterea ciuitates, super quibus potestatem dat bene negotiati seruo Dominus o. Conducunt huc, quæ alias p de Ecclesiastico vsu diximus vocabulorum *ædificandi, & ædificationis*. *Ædificans Ierusalem Dominus, dispersiones Israelis congregabit* q: & quasi per præconem iubetur hoc indici r: *dic ciuitatibus Iudæ: ecce Deus vester: ecce Dominus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur*, vt nimirum valde reiectis hostibus, ædificare ac integrare ciuitatum ædificia possit.

b Hebr. 12. 22.

Sion *pro Ecclesia triumphante.*

c in c 65 Esa. *Illius & similis Iesaiæ loci carnalis intelligentia reprobat, & ab Hieronymo d c 61. 4. e c. 16. 55. 56.*

f Ioan. 14. 2. g Matt. 7. 24. 25.

h Rom. 11. 25.

i Luc. 15. 11. & seq.

k Ioa. 20. 4. 5. Matt. 21. 16. m Rom. 10. 19.

n Hom. 25. in Iosue.

o Luc. 19. 17. p in 18. c. 4. 5. c. 9. 51.

q pſ. 146. 2. r Esa. 40. 10.

Et inhabitabunt ibi.] Hilarius, *in ea*: in Sion videlicet tanquam metropolitana etiam in aliis ciuitatibus Iudæ. Nulla verò vis in composito Latino verbo; quamuis Hugo & Aiguanus significari velint habitare in Ecclesia non solùm numero, sed etiam merito. Hieronymus legit, *habitabunt*, quod præterea Interpres in fine Psalmi posuit, licèt sint alia verba Hebræum, & Græcum: sed hoc nõ minùs compositum, quàm quod hic extat, id est, κατοικήσουσιν, & *habitabunt*.

Et hereditate acquirent eam.] Hilarius, *hereditabunt terram* Hieronymus, *possidebunt*. Psalterium Gallicanum, *hereditabunt*. Simplicia verba sunt יִירָשׁוּ *ieraschu*, & κληρονομήσουσιν, absque nominis adiectione: & sæpe redduntur per Latinum *hereditando* a. Alibi docui, quo pacto res eadem, quæ sub meritum cadit, *hereditas* tamen appellatur. Quod attinet ad Ecclesiam, indicatur continua orthodoxorum successio. *Hæredes sanctis nepotes eorum* b, &, quod statim hic subditur, *semen seruorum Dei*. At sunt, qui *hæreditate possidere* velint *sanctuarium Dei* c, non hæreditate spiritus, & virtutis, sed carnis, & sanguinis, quos ponet Deus, *vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti* d; ita vt firmiter, ac fixè possidere, & habitare nõ possint. Cœlestis beatitudo sola absolutum hæreditatis meretur nomen, quia sine periculo amittendi possidetur, non sicut eæ res, quas hic habemus, etiamsi sit iustitia & gratia, vt obseruat Bernardus e.

a pſ. 24. 13. pſal. 68. 36. 37. 69. pſ. 81. 8.

b Eccl. 44. 11.

c pſ. 82. 13.

d vers. 14

e serm. 21 in cant.

Et semen seruorum eius possidebit eam.] Verba Hebræum & Græcũ sunt pluralia יִנְחָלוּהָ *inchalu*, & κατακληρονομήσουσιν, sumendo videlicet nomen *seminis*, & זֶרַע *zerahh*, & Σπέρματος collectiuè; quos vocat filios בָּנִים *bene*, Paraphrastes Augustinus, *obtinebũt*. Accipitur *semen* pro seminis fructu, & genitis ex semine. Valde id vsitatum Hebræis. nonnunquam etiam Græci fructum reddituum partu, & humanam propaginem prolémve vocant. *Semen seruorum Dei* sunt ex Dei protemnati seruis, Abraham, Isaac, & Iacob, & horum opera facientes, & ad illud vnũ semen pertinentes, cui benedixit Dominus. Illis solis debetur seminis gratiæ fructus gloria. Quod verò attinet ad allegoriam de Ecclesia, opportunè Hugo Cardinalis monet, eius posteritatem atque administrationem tribui debere semini seruorum Dei, qui Apostolorum imitentur fidem, & probitatem, vt non tantùm, inquit, de nobilibus, nec rãtùm de Romanis fiant Cardinales, aut Papa, sed tantùm de bonis cuiuscumque generis, vel nationis: qui etiam, vt sequentibus dicitur verbis, diligant nomen Dei, exemplo Petri, à quo Dominus requisiuit dilectionem, & amorem, cùm ei agnos, & oues pascendas commendauit f.

Semen pro seminis fructu.

Σπέρμα.

Allegoria Hugonis Cardinalis prima notanda.

Cardinales & Papa vnde & quomodo assumpti.

f Ioan. vlt. 15 & 17.

Et qui diligunt nomen eius.] Iudaos in spiritu hæc magis exprimũt, vt obseruauit Hilarius, verumque semen, ac filios Abrahæ, vt pietatis magis sit, non generis electio: quia præstet omnibus caritas Dei, quæ in Christo est; sicut Petrum nihil aliud, quam verum se amaret, interrogatus ideni Christus, quod etiam paulo antè diximus.

Habitabunt in ea.] Hilarius, *inhabitabunt eam*. Id notò, ne quis in synonymis frustra discrimen requirat: etiamsi non eadem verba sint, Græcum & Hebræum, κατοικήσουσιν, & יִשְׁכְּנוּ *ischenu*, in quibus non deesset nonnullum, vt ita dicam mysterium, si proprietatem exactè attenderem. *Non amo nimium diligentes* g, & *minutam diligentiam* h.

g Cic. 2. de orat. h vide in part.

PSALMVS SEXAGESIMVS NONVS

1 In finem, Psalmus Dauid.

In rememorationem, quòd saluum fecerit eum Dominus.

2 DEus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me festina.

3 Confundantur, & reuereantur, qui quærunt animam meam:

4 Auertantur retrorsum, & erubescant, qui volunt mihi mala:

Auertantur statim erubescentes, qui dicunt mihi: Euge, Euge.

5 Exultent & lætentur in te omnes qui quærunt te, & dicant semper: Magnificetur Dominus: qui diligunt salutare tuum.

6 Ego verò egenus, & pauper sum: Deus adiuua me.

Adiutor meus, & liberator meus es tu: Domine ne moreris.

Titulus & Argumentum.

Vers. 1.] In finem, Psalmus Dauid.

In rememorationem, quòd saluum fecerit eum Dominus.

NIhil nos morātur primæ dictiones quatuor, quæ toties occurrunt. Non omnes aut non eodem ordine sunt in omnibus editionibus, tam illæ quam sequentes. Hebraice omittitur nomen Psalmi, nec non Græce, ac Latine in bibliis Complutensibus, & Regiis, & apud Nicephorum, Basilium, Theodoretum. Quæ sequūtur post quatuor primas, testatur vel Basilius, vel Theodoretus non extitisse in aliquibus codicibus Græcis, nec in textu Hebræo, nec apud alios interpretes, videlicet diuersos à Lxx. Nunc textus Hebræus habet לְהַזְכִּיר *lehaZchir*, sicut & in titulo Psalmi 37. vbi quemadmodum & hic Græce τὸ ἀναμνῆσαι.

Ad iuuandam memoriam valere hunc Psalmū significatur, aut esse dignum, qui frequentetur propter accepta à Deo beneficia, illud maximè quo continetur consequentibus verbis, vel suggeratur velut Deo, vt quemadmodum antea fecerit, iuuare in posterum dignetur. Nil refert quòd in auferendi casu aliqui legant, *in rememorationem*, vt Hilarius, & fere cæteri Latini. Alium dissimen est, quia ex iisdem Latinis, multi habēt vice pronominis, *eum*, pronomen, *me*, quod etiam Latine & Græce biblia Complutensia, Regia que, & Græcum, με, omnia biblia, atque Græci Enarratores. Hieronymus, Remigius, Haimo, Aiguanus, Bruno Carthusianus, & Herbipolensis; item Lyranus, Rickelius, Hugo, retinent, *eum*. Perinde est de se in prima vel in tertia loqui persona. Postremò, *fecit*, & non, *fecerit*, legamus, parum interest, etiamsi plurimum sit prior lectio. Græca, εἰς τὸ σῶσαί με Κύριον, possent reddi, *vt saluet me Dominus*, quia aoristus, præsentis temporis vsum habet: & Basilius vel Theodoretus, denotari volunt orationem pro futura salute, auxilioque: quod indicant etiam Euthymius, Nicephoros, Apollinarius. Hic isto modo explicat, τὰ γενόμενα μιμνήσκων Δαυὶδ ἔφη, Σῶζέ μὲ δέσποτα, *omnia facientem commemorans Deus Dauid dixit, salua vtique me Domine.* Latinos oportet sequi, quibus fuerit *rememoratio*, quæ de præteritis est, quamuis inest illa, vt oratio instituatur pro futuris; nec necesse est suspicari cum Iansenio legisse apud Græcos Interpretem nostrum, εἰς τὸ σῶσαι. Arnobius aut ad præcedentis Psalmi verba, *saluum me fac*, titulum respexere, quasi gratias agat saluatus. Denique tenuerit titulus totus debet, quisquis ad Hebræa quidpiam adiecerit, maioris procul dubio auctoritatis nunc saltem, post Ecclesiæ approbationem, quàm simplex expositor, cui Lyranus & Rickelius eam additionem tribuunt. Augustinus tituli nullā fecit mentionem, quia fortassis nihil iudicauit in eo notatu dignū. Omitto quod R. Esaias hoc loco affert לְהַזְכִּיר *lehaZchir*, esse principiū cuiusdam noti cantici, cuius concentu Psalmus hic modulate canendus est. Agellio non assentior a Lxx. positum in titulo id quod in Hebræo est initium Psalmi. Cur enim id fecerint, non assequor profectò rationem, qua suam illam coniecturam tueri nititur, & omnino nouam opinionem. Vim certè ratio non habet vt nos ab aliis abstrahat, communique & recepta lectione, & si ea translatio facta esset, non essent vti verbo σῶσαι, sed *βοηθῆσαι*, quod ipse in veteris Vaticani codicis textu prætermissū testatur. In titulo Chaldæo non moror *pro fasciculo thuris* לְאַקְטָרָא לְבוּנְתָּא *Haiserir leuunthā*. Innuit fortassis orationem illam compendiosam quam gereret Dauid velut suauem fasciculum, quem tanquam *ignis mentatione* [a] incenderet, cùm eam mente ac spiritu recitaret. Constat enim cum incenso orationem comparari, & in quodam alio Psalmo [b], & in Apocalypsi [c] nomen etiam *fasciculi* alludit ad rememorationem.

Iam verò titulus hic indicat Argumentum. Redigit in memoriam veterem liberationem,

[a] Psal. 18. 4. *Orationem cum incenso comparatio.*
[b] Ps. 140. 2.
[c] c. 5. & 8.
[d] *Argumentum.*

vel ab

vel ab Abſalone, vt placet Baſilio, ſiue Theodoreto: vel a Saule, cùm eos fugeret (vtrumuis R. Kimhi aſſerit) vel ab alio graui periculo: ſcilicet quòd ſimili ſit tunc vſus oratione: quam, quòd adeo vtilis fuerit; memoriæ cauſa in carmen retulerit, tum vt ad ſimilem neceſſitatis articulum in promptu haberet, tum vt memoris gratique animi ſignificationem ederet in conſpectu liberatoris ſui Dei, tum, quod idem Græci Patres affirmant, & Euthymius ac Nicephorus, vt præ manibus haberet quoties delicti reminiſceretur aduerſus Vriam commiſſi, atque tanquam potens carmen caneret contra dæmones, qui ſe in illud barathrum conieccerant, ne ampliùs ſui dominarentur.

Latini explanatores pro maxima parte conueniunt, clamare ſub Chriſti perſona Prophetam ad Deum Patrem, cum commonefaciendo eorum quæ decreuerit ab æterno per Filium ſuum facere pro Eccleſia, & electis, contra hoſtes ipſorum: vt propterea iuuet liberétque ſe à graui luctu, quam ſit initurus cum illis.

Simile quid etiam aſſerunt de oratione corporis Chriſti myſtici, quod eſt Eccleſia, & nos ipſi, quibus dum in hac verſamur vitæ militia, neceſſarium eſt aſſiduè implorare auxilium Dei, vt hoſtes quidem confuſi tandem abeant, nos ex impenſa nobis ope, obtentáque victoria, conſequamur lætitiam.

Martyribus & Confeſſoribus Caſſiodorus aſſignat hunc pſalmum: Auguſtinus, omnibus iuſtis; Athanaſius, in Epiſtola ad Marcellinum, vtilem ait eſſe, cum 63. 67. & 70. pſalmis, cuilibet, quem terreant inimici, neque conquieſcant ab impiis, omniáque machinentur in eius perniciem, etiam ſi plurimi ſint. De crebro vſu primi verſiculi dicam poſtea.

Vſus huius pſalmi cum 63. 67. & 70. quando.

Quia verò totus pſalmus parum differt ab vltimis quinque trigeſimononi verſibus, non erit hic nobis hærendum diutius, ſed quæ præſenti ſunt propria, ſolùm attingenda. Simile quiddam notauimus pſalmo quinquageſimo ſexto de illis, & de 107. & idem contigit primis verſibus 20. & 70.

Totus hic pſalmus fere idem cum vltimis quinque trigeſimi noni verſibus.

Verſ. 1.] Deus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me feſtina.

SI ex pſalmi trigeſimi noni verſu decimoquarto; *Complaceat tibi Domine vt eruas me, Domine ad adiuuandum me reſpice*, tollas primum verbum, quod eſt Hebraicè רְצֵה *retſéh*, Græcè, εὐδόκησον, & pro יְהוָה *Iehouah*, prioris loci, legas *Eloim*, quo eſt in iſto; reliqua Hebræo ſermone nihil differunt: Græco autem ibi eſt, ἐυδόκησον κύριε τοῦ ῥύσασθαί με, κύριε εἰς τὸ βοηθῆσαί μοι πρόσχες; hic ὁ Θεὸς εἰς τὴν ϛοήθειάν μου πρόσχες, κύριε εἰς τὸ βοηθῆσαί μοι σπεῦσον. Hieronymus dempto primo verbo, alterius pſalmi, & nomine *Domini* pro nomine *Dei*, tranſfert vtrobique eodem modo, niſi quòd priori loco, *ad adiuuandum me*, in hoc: *vt auxilieris mihi*. Placuit Lxx. Interpretibus nonnihil variare; & pro רְצֵה *retſéh*, ex priore pſalmo, vſurpare πρόσχες, quaſi legiſſent hic elementis ſimile רָאֵה *reeh*, vide: *pro* τῦ ῥύσασθαί με, *vt liberes ſeu eruas me*, nomen cum præpoſitione εἰς τὴν βοήθειάν μου, & pro πρόσχες quo erant vſi in ſecundo membro alterius pſalmi, & in primo iſtius, adlubuerunt hic in fine verbum σπεῦσον, *feſtina*.

Deus.] Iam monui pſalmo trigeſimo nono, verſu decimo quarto, vertiſſe Hieronymum, *Domine*; quia ibi eſt יְהוָה *Iehouah*; hic אֱלֹהִים *Eloim*, quæ tamen vtrouis modo exponi poſſunt. Ibi etiam eſt κύριε, *Domine*; hic ὁ Θεὸς, *Deus*. Nomina duo, *Domine Deus*, coniungunt Romanum Pſalterium & Hilarius.

In adiutorium meum intende.] Idem Hilarius docet orari, vt is qui *poſuit adiutorium ſuper potentem* a Chriſtum, *intendat in* idem *adiutorium*. Opus habemus nos multo magis, quàm Chriſtus, ſempiterno, vt Auguſtinus loquitur, adiutorio in iſto ſeculo. Parum ſolida Brunonis Carthuſiani notatio eſt: vt *intendere* ſit intenſum ſe in iuuando gerere. *Adiutorium* quod Hugo dicit, vxor, quæ viro data eſt in hunc finem b; vel certè caro ipſa, contra quas oretur quatenus nocent. hoc verſu Deus; in tertio, contra Dæmones, qui quærunt animas: in quarto, contra inimicos apertos, qui volunt nobis mala: in quinto, contra fictos qui dicunt, *Euge Euge*, vel, vt, in primo (ſupputando verſus abſque titulo) petatur donum Timoris: in ſecundo, Pietatis: in tertio, Scientiæ: in quarto, Fortitudinis: in quinto, Conſilij: in ſexto, Intellectus: In ſeptimo, Sapientiæ. Delectatur his Hugo. Dum abſit ineptia, & non præ ſe ferat qui his vtitur, aliud quàm accommodationem quandam ſenſus, tolerari poſſunt: non autem ſi proferat velut ex literali ſenſu; quod factitant ignari ſcripturarum in ſermonibus ad populum, non ſine vel riſu, vel ſtomacho.

a pſ. 88. 20. *Opus habemus ſempiterno in iſto ſeculo adiutorio.*

Parum ſolida Brunonis Carthuſiani notatio.

b Gen. 2. 20.

Hugonis interpretatio.

Placet magis diſtinctio Arguani de multiplici hominum genere, quibus adiutorium Deus præbet. Auctorem omnium conſulat qui vult, diſputantem præterea de illis qui Dei contemnant adiutorium, aut qui Dei adiutores ſunt. Monet demum in genere aptari poſſe verſus ſeptem totidem extirpandis capitalibus vitiis.

Diſtinctio Arguani apta.

Feſtina.] Agellius negat membrum ſecundum appoſitum à Lxx. ſed ab illo Interprete: at qui in textu Hebræo totum eſt: nec ab illis omiſſum credi debet, & aliquo modo reiectum in titulum; ſicut priùs quoque monui. Denique Græci legunt vt partem textus, etſi non diffiteor apud Apollinarium extare interpretationem ſolius primi membri:

ἄρθητι νοῦ πόνου σκοτίζειν πάντοτ' ἀθανάτῳ:
Immortalis, noſtrum obſcura ſemper auxilium.

Sed contentus fuit ſemel dixiſſe, quod ſynonymè bis dicere poterat. Quomodo etiam ab Auguſtino & Hilario prætermiſſa eſt interpretatio membri eiuſdem.

Verbum חוּשָׁה *chuſiah*, pro quo in pſalmo trigeſimonono c eſt πρόσχες, & *reſpice*, hic autem σπεῦσον, & *feſtina*, habet ſignificationem vtramque tum *feſtinandi*, & *accurrendi cum celeritate*, ita vt exaudiatur ab aliis, tum *ſentiendi*

c 65. 14.

suam obtestatione: quod facit qui intendit; & vt psalmo 118 [a]. vertitur ἑτοιμάσθην, *paratus sum*: & מַחְשָׁבָה *chasiah*, atque חשיה *chasiah*, *solicitudinem diligentiamque* significat. Quod festinatum vrget Dauid auxilium, Caietanus ait vel prius per reuelationem didicisse id esse præstitutum Deum: vel quia grauitatem sentiebat periculi. Conuenit secunda ratio cuilibet. Si placet vtin Græci vocabuli ἐπι, *perpendere*, quatenus derivatur ἐπὶ ἐπάνω, & ὄψις, *contemplari*, & ὁράω, *videre*, propter prouidentiam quam gerit de omnibus, vt annotauit quoque Dionysius [b], meritò hanc ab illo exigitur τὸ προσέχειν καὶ τὸ ἐπιδοῦναι, *intendere & quæ se tuare*.

De verticulo toto Cassianus [c] (quem hoc loco Cassiodorus meritò cognominat facundissimum. Licet non in omnibus sequendum, nempe cùm de gratia disputans vergit ad Pelagianos) multa disserit, demonstrans vtilitatem eius tantam esse, vt quicquid Monachi assumpserint, sine illius trina iteratione non inchoent. Videtur Isaac, apud Cassianum, ad psalmi titulum alludere, cùm ait, quòd ad perpetuam Dei memoriam possidendam, hæc inseparabiliter proposita nobis esse debeat formula precum, quia recipiat omnes affectus quacunque inferri humanæ possunt naturæ, & ad omnem statum atque vniuersos incursus proprie satis & competenter aptatur, & adiuuetur vniuersi deprimina inuocationem Dei: præterea humilitatem piæ confessionis, sollicitudinis & timoris perpetui vigilantiam, considerationem fragilitatis suæ, euadendi fiduciam, confidentiam præsentis semperque assistentis præsidij, amoris & caritatis ardorem, insidiarum contemplationem inimicorumque formidinem, &c. postremò, qui se semper, & in omnibus, inquit, desiderat adiuuari, manifestat quòd non tantùm in rebus duris ac tristibus, sed etiam in secundis ac lætis pari modo Deo egeat adiutore. Subiicit longam, elegantem, piam per capitalia vitia, & alia pericula inductionem, contra quæ plurimum præsentis recitatio attenta versus conducat. Iam hortor vt hunc versiculum, in opere quolibet seu ministerio, vel in itinere constituti canitare non desinamus: hunc & dormientes & reficientes, & in vltimis naturæ necessitatibus meditemur, hunc meditantibus nobis somnus irrepat, donec incessabili eius exercitatu ne somnum, etiam per soporem cum decantare consuescamus, vt expergefactis primus occurrat: nobis vigilantibus, cogitationes anticipet vt messis: de nostro surgentes cubili cuiuscunque gentium tradit; atque illinc discipulos ad omne opus actumque dedicat: omni tempore prosequatur, hunc meditemur secundùm præcepta legislatoris [d], sedentes in domo, ambulantes in itinere, dormientes atque consurgentes: hunc scribamus in limine & in postibus oris nostri; hunc in parietibus domus nostræ, & penetralibus nostri pectoris collocemus, ita vt hæc ad orationem procumbentibus sit acclinis decantatio, & exinde consurgentibus, atque ad omnes vsus vitæ necessarios recedentibus fiat erecta & integris oratio. Docet etiam [e] hoc versu, si nimium recte concipiatur, pulle paupertatem spiritus comparari [f], per quam nihil nos præsidij, nihil virium habere cognoscentes, de alienæ largitate quotidianum poscimus auxilium, *mendici* & *pauperes* Dei, qui *solus* noster est, ac inuitat nos [g], ita vt sic pauperes & inopes ex animo laudemus nomen illius [h].

Retuli in summam quæ pluribus de verticulo isto Cassianus persequitur, quibus si consentanea vbique de gratia docuisset, reprehensionem Prosperi & aliorum non meruisset de gratiæ namque necessitatem vix potuit melius quàm citato loco tractando verticulum præsentem, demonstrare. Quòd Cassianum Cassiodorus trinæ iterationis in vsurpando verticulo a monachis in quolibet opere meminisse dicit, eundem non reperio. Mentionem minoi minime factam a Cassiodoro de recitando, recitarique solito eodem verticulo ad omnium horarum canonicarum principium. Dixi nonnihil psalmo quinquagesimo, cùm exponerem verba illa [c]: *Domine labia mea aperies*, &c. monuique à nonnullis etiam in matutinali officio ante illa recitari verticulum hunc nostrum [d]. Admonet de dicto exordio horarum ab isto verticulo Glossa ordinaria quæ ex Alcuino sumpta est, & refertur etiam a Petro Lombardo, Arguano, Rickelio, Valentia, & aliis recentioribus.

Causam reddit Alcuinus, quia cùm orare debemus, maxime tunc nititur tentare diabolus, vt *musca morientes perdant suauitatem vnguenti* [e]. Vltimi dao putant id etiam præcipuum in spiritu à Dauide fieri potest; vix credo. Amalarius [f], & Strabo comparant vsurpationem istam verticuli cum verbis, quæ recitabantur, quando efferebatur Arca [g]; *Surge* [h] *Domine, & dissipentur inimici tui*, &c. Id notauimus psalmo sexagesimo septimo [i]. Quòd idem Strabo institutionem refert ad antiquos Patres, intelligens proculdubio quæ dicuntur à citato Cassiano, non arbitror satis certum: quia generaliter adhibendam præcipit ad omnia nec in tropario Græcorum vel apud vllum alium scriptorem Græcum exrat huiusmodi ritus vllum indicium. Hic in fine suggero quod alias notaui de prima Ecclesiastæ sententia frequentanda [k], & alia quæ tantopere placuit Alexandro Seuero; *quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris* [l]. Idem eodem iure meretur, vt Cassianum audiamus, noster iste verticulus. Placet Bonifacio VIII. hic verticulus pro Symbolo [m].

Vers. 3.] Confundantur & reuereantur qui quærunt animam meam.

IN Versu 15. eadem sunt prorsus Hebraicè, & Græcè, nisi quòd pro ὑπρατήτωσαν, imperatiui modi, est optatiui modi ὑπρατήσαιεν: & in vtraque lingua; atque in Latina additur, *vt auferant eam*, & in tribus editionibus *simul*, post *reuereantur*. Confusio & reuerentia in vtramque partem sumi possunt; sed potius in malam, & de persecutoribus Christi, Ecclesiæ, cuiuscumque iusti. Vt qui vitæ insidiantur, operiantur confusione, & pudore; cum persecutionibus ipsis, & mortibus proficere Christi Religionem & virtutem vel inuiti deprehendent; certè fabrem olim pos-

[a] vers. 60.

[b] De diu nomin. [illegible]

[c] Quidam de [illegible] mentionem, & circa eum caute habendus. [c] Coll. 10. c. 10.

[d] Alludit ad Deut. c. 6.

[e] Exhortatio ad hæc verba [illegible] non [illegible] sed [illegible]

[f] Matth. [illegible]

[a] psal. 16.

[b] [illegible] 7. 11.

[c] Cassiani error [illegible] Prosperi & aliis

[d] Versiculi huius recitatio quando.

[c] vers. 17.

[d] In Regula S. Benedicti, c. 9.

[e] Eccles. 10. 1.

[f] 4 de Eccles. officiis. c. 2.

[g] De reb. Eccles. c. 23. [h] Sueto. 55. [illegible]

K. Chrysost. Hom. 1. in Euang. Tom. 5. Lambertius in Seueto.

[i] Versiculus hic pro Symbolo Bonifacio VIII. in Graeco. 10 vitæ.

[a] Eph. 4. 18. 1. Thess. 4. 16

[Moralis distinctio confusionis in vitiis.]

[b] Aug. 9. 2.

[c] ps. 70. 24.

[d] Eccl. 4. 31.

[e] vers. 25.

[f] ps. 141. 5.

[g] 1. Pet. 1. 8.

Verſ. 4.] Auertantur retrorſum, & erubeſcant, qui volunt mala mihi:

Auertantur, ſtatim erubeſcentes, qui dicunt mihi: Euge, Euge.

EXtat prior iſtius pars hoc modo in verſ. 15. Pſalmo 39. poſteriore parte. *Conuertantur retrorſum, & reuereantur qui volunt mihi mala.* Græca & Hebræa vtriuſque loci ſunt eadem, niſi quòd optatiui modi verba Græca ibi, quæ hic imperatiua. Ad præcedentem verſum tanquam vnicum cum illo reiecit editio Hebræa & Græca iſtius verſus omnes dictiones vſque ad *mala*. Habet duplicem quoque ſenſum ſententia hæc, ſicut præcedens, bonum & malum, ſed malus literalior. Hoc & ſequenti ſe verſu Bernardus [h] armabat muniebátque contra malenolos laudatores, & beneuolos, verùm nimios. Ita verò exponebat precari ſe vt quicúque exiſtimarent de ipſo ſupra id quod videbant in ipſo, aut audiebant aliquid ex ipſo, auerterentur, id

[h] Bernard. contra laudatores nimios, qui ei bona de ipso, contra animum, arma ferebant.

A eſt, a laudibus ſuis in quas ignari nimis ferebantur, reſilirent, & pedem retraherent, quandoquidem videlicet cognoſcentes plenius, quem tam moderatius laudabant, & conſequenter erubeſcentes, vel errorem ſuum, vel amici deprehenſam inutilitatem, & tam vilis & abiectus eis appareret, quatenus puderet eos talem ita laudaſſe, & ſic deſinerent iam indiſcretè laudare.

Erubeſcant.] In Pſalterio Gallicano, *confundantur*, quod priore iam verſu poſitum fuerat, *qui volunt mihi mala*, in Pſalterio Romano, & apud Auguſtinum, & Hilarium, ſaltem in huius commentario, *qui cogitant*. Legerunt fortaſſis βουλόμενοι, non autem βουλόμενον: & ita ſe quoque legiſſe innuit Apollinarius in metaphraſi:

B

προσβολὴν μηχανᾶται ὁ μοι κακὸν βουλόμενος.
Auertantur vituperabuis mihi mala moliens.

Perpendens Auguſtinus *cogitandi* verbum, docet primò fuiſſe impetum perſequentium; modò remanſiſſe malenolentiã cogitantium mihi malis cogitationibus, tanquam in abyſſo (innuit hunc abyſſum illud Apollinarij, βυθοδομούμενον) vinco ligatum diabolum, & alibi ait etiam Auguſtinus ad ligatum in abyſſo diabolum [a], fremere & non erumpere: *vincere, miſeris, ventibus ſæuire, tabeſcere* [b].

[a] Apoc. 5. 2.

[b] pſal. 111. 10.

C Inimicos homines Hugo, qui nocere, maliſque nos afficere conentur, hic intelligit; priori verſu, diabolum, vt dixi, animæ inſidiantem: nec non admitti poteſt de malignis cadentibus retrorſum, cùm Chriſtus ſe reſpondit eſſe quem venerant comprehenſum [c]. Generaliter omnes comprehendi aduerſarij poſſunt: mixta verò Auguſtini diſtinctionem, hi qui pietatis, & Chriſtianitatis prætextu errantibus Eccleſiam perſequuntur; quorum auerſio, & erubeſcentia, vel bona, vel mala hic intelligitur. Auguſtinus interpretans de bona, ſeptem illius explicat modis ex diuinis litteris petitos intendi cupiens digitum.

[c] Ioan. 18. 6.

Auertantur ſtatim erubeſcentes qui dicunt mihi, Euge Euge.] In Pſalm 39. hic habet verſus 16. *Auertant confeſtim confuſionem ſuam, qui dicunt mihi, Euge Euge.* Variant quoque nonnihil, Hebræa, & Græca. Primum Hebraicum verbum, id eſt, יָשׁוּבוּ *iaſciommu, peredã*, יָשׁוּבוּ *iaſciuu, auertantur*, ſeu *reuertantur*, & *conuertantur*: Græcum eo loco, κομισάτωσαν, *ferant*, in hoc ἀποστραφήτωσαν. Pro, *ſtatim*, ibi eſt, *confeſtim*: Græcè, παραχρῆμα, & hic παραυτίκα. Eaſdem Hebræas voces עַל עֵקֶב *bhal bh kau*, Hieronymus vertit hinc, *ad veſtigium*: tunc, *poſt*. Vltimo pro nomine confuſionis & αἰσχύνη, ponitur hoc participium, *erubeſcentes*, & αἰσχυνόμενοι, cum ſit idem nomen Hebraeum cum affixo בָּשְׁתָּם *boſch ham*, & reddat Hieronymus priore Pſalmo, *poſt confuſionem ſuam*; in iſto, *ad veſtigium confuſionis ſuæ*: quod aliter transfert pro Caietano Rabbinus, *ſuper veſtigio*, & Caietanus declarat *in ſignum*. Ego autem idem arbitror eſſe atque quod etiam Latinè valet, *è veſtigio*, id eſt, ſtatim, confeſtim, &c. quaſi dicas, ſimul ac veſtigium tublatum eſt pèſve ambulantis; apud Gregor. [d] legitur, *confunduntur ſtatim*, &c. Dũ autem exponit ſententiam hanc aduerſus adulatores, vt feciſſe Bernardum docuimus, ſcribit, verbis iſtis deceri eorum linguas non eſſe in ſubſequenti tempore differendas. Adulatio etenim, ait, ſi vel ad tempus patenter ſuſcipitur,

[d] Hieronym. in Eccles. 4.

per seipsum, per Apostolos verò magnificationē in laude. Cum in cruce dixit [a], *Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?* non propriè videtur laudasse cum cantico: potius deplorasse visus est; & quodammodo conqueri. Verumque commodè satis de tempore post resurrectionem accipi potest, cum narrauit ipse *nomen fratribus suis* [b], diu versans cum iis, loquénsque *ac regno Dei* [c].

Super vitulum nouellum, cornua producentem, & vngulas.] Hieronymus, *cornua efferentem.* Alij, *quam boi vitulus*: ita vt *vitulus* nomen indicet minorem & florētem ætatem bouis, quæ describitur etiam ex eo, quòd, qui alitur vocatur *iuuencus*, incipiat producere cornua, & vngulas. Appellat Paraphrastes *bouem pinguem*, & *electum*: Augustinus, *vitulum pubescentem*, & in taurinam audaciam grandescentem. Talis in lege offerebatur pro peccato, inquit Hilarius. & ἀμαὶ &, vt loquitur Nicephorus, & ἥβης, vt Apollinarius, id est, *florentis ætatis*, & τελείας, ἡ πλήρους &, vt Cyrillus, hoc est, *firmus, & perfectus.* Sed Hugo vnius anni fuisse vult. Varro [d] in bubulo genere ætatis gradus distinguit quatuor: primam *vitulorum*; secundam, *iuuencorum*; tertiam, *boum nouellorum*; quartam *vetulorum*, qui dicantur *taurus*, & *vacca*. Interdùm tamen etiam *vituli* nomen de iuuenco, taurove nouello vsurpatur.

[a] Matth. 27. 46.
[b] Psal. 21. 23. Iosue 20. 17.
[c] Act. 1. 3.
[d] 2. de re rust. c. 5. *In bubulo genere, ætatis gradum quatuor distinctio.*

[c] Tum vitulo bona curuans tam cornua fronte.

[c] Virg. 4. Georg.

Incompertum mihi, quo præcisè animo immolari lex vitulos iuberet. De agnis hœdisque præferi debebatur, vt essent anniculi. Vnus, quod ferè, Abrahæ imperata triennis vacca, sed & eiusdem ætatis capra, *mixque* [f]; quamuis Paraphrastes, & R. Dauid Kimhi loco annorum multiplicent animalia singula, vaccas tres, ac totidem captas, & arietes. Rectiùs diceretur *iuuix*, vel *iuuenca*, quam *vacca*, quæ designat ætatis Varronianum gradum tertium, aut quartum. Quemadmodū distinguitur agnus ouis, a talia, Græce τοκὸς, *hœdulus capra*, χίμαιρος, *capella annus anni haud ferè*, αἴξ *capra adulta*. Abutuntur etiam quandoque Latini voce *vitula* pro *vacca*:

[f] Gen. 15. 9.

[g] Ego hanc vitulam, ne forte recuset,
Ibis veni ad mulctram, binos alit vbere fœtus,
Depono.

Vitula pro vacca iuuenca.
[g] Virg. eclog. 3.

Lego præterea in Michæa [h] holocausta *vitulorū annuculorum.* Certe ad annum vsque tertium ordinariè dilatū vituli sacrificium non credo; nec non ante illud tempus profert cornua, vngulásve indurat vitulus. Ergo siue *anniculum* dicas, siue *trimum vitulum*, siue omnino priusquam euadat in iuuenem, vel taurum, qui

[h] c. 6. 6.

[i] Iam cornu petat & pedibus qui spargat arenam:

[i] Virg. Eclog. 3.

vituli, vitulæve sacrificium diuinorum erat, ideóque gratius, non Deo tantùm vero, sed falsis etiā æmulantibus diuinitatem:

Cum faciam vitula, inquit [k] ille, *pro frugibus.*

[k] Idem ibid.

sed alius [l], qui de *agna* pro iisdem dixerat,

Cernite iam fœtus vt ea det facere agnus ad aras.

[l] Tibullus lib. 2. *Pecula, diuitiæ: agna pro pecudum vsu posita. Masculina nomina pro fœminis & vicissim. Mirum quam vocabula pro ætate grandiore ritu.*

Subdit discrimen inter diuites, quorum erat *vitula*, & pauperes, quorum *agna*. sumuntur verò quandoque masculi pro fœminis, & vicissim, vt exemplis demonstrat Ribera [m] noster: vt & minoris ætatis vocabula pro iis animalibus, quæ iam sunt ætate grandiora, v. g. *vitula* pro *vacca* [n] (quod aute quoque dixi.)

[m] In Oseæ c. 1. num. 14. & Osee 10. 1.

Vos quoque felices quondam, nunc pauperis horti
Custodes, ferus mouetis vestra lares.
Tunc vitula innumeros lustrabat cæsa iuuencos,
Nunc agna exigui est hostia parua soli.

Agna cauet vestri, quam circum rustica pubes
Clamet, Io, mactes, & bona vina iuuat.

Vitula vtrumque, quam vacca.

Simile quid de Persis in celebratione diei natalis prodit Herodotus [a], quem Athenæus citat [b]; qui Herodotus [c] etiam auctor est, apud Ægyptios boues fœminas in veneratione fuisse, & Isidi consecratas, mares boues vitulósque solitos immolare. Huc ritum Ægyptiaca superstitione imbuti Hebræi imitati; ita vt qui dicuntur Latinè *facti vituli aurei* à Ieroboam, vocentur Græcè in libris Regum [d], & à Iosepho [e] *ἑξαμμένοι χρυσοῖ, vitula aurea*: quem idololatriæ ritum laborat valde sed frustra, Fracisius Mouerius [f], vt probet non fuisse in Ieroboam, qui vitulos illos, aut vitulas cōstruxit: immò, vt & Aaronem vindicet ab omni culpa in vituli conflatione [g]. Itaque propter victimæ præstantiam recte Dauid super vituli victimam futuram dixit laudationem Dei, & quidem *vituli viui*, id est *bouis*, vt est genericum nomen, qui iam sit in tertio gradu ætatis à Varrone constitutæ, quam vocat *nouellorum*: vel quia de productione cornuum, & vngularum fit mentio, qui adhuc in iuuencis centeantur, inque secundo ætatis gradu. Hebrææ huius loci voces duæ שור *seor*, & פר *par* hanc vim habent: Priori per se, ac seorsim habitiorem crassioremque bouem plenum, ac diutento iam corpore, iuuta ætate magnitudinéque significat; Chaldaice תור *thor* (permutata, vt in aliis solent Chaldæi, littera (ש) *sin* in (ת) *thau*) vnde *taurus* Græce, ac Latine. Posteriori *iuuencum* iam adultiorem denotat, nondum annis magnum, quam a פרה *parah*, quod valet fructificare: éstque de Thalmudicorum sententia, vt R. Kimhi refert, trium annorum. Vt non sit mirum, si *tenellæ*, hoc loco, id est, *iuuencæ*, Cyrillus vocaret, quod priùs retulimus, & vulgatus interpres, ac Hieronymus nouellam, seruata proprietate vocabuli, distinctionisque à Varrone traditæ, de qua etiam diximus. Aliud est nomen tertium עגל *hheghel*, pro *vitulo primæ ætatis.* Duo prima simul hic iuncta nomina verteres ad verbum, *taurum iuuencum*, dispartata notione. Quare vel primo significatur genericè quiuis bos, vt restrictio significationis per secundum fiat, quod asserit Vatablus, reddens, *bos vitulus*, & Caietanus, ac R. Esaias Tranensis, *bos taurus*, vel supplenda media particula coniungens, *placebit Deo super bouem, taurumue, & super iuuencum* quo pacto recitat vertisse Hieronymū Treuetus, *super bouem, & taurum*, & Arias reddit *taurum*, vel *vitulum*, Campensis, *taurum, ac iuuencum*, & suppleta est pariter coniunctio in Hebræis מקריו *makriu*, ומפרים *mapriu*, vel synonymè sumuntur distincta alioquin nomina, vt aliquando fit maximè à Poëtis; sed subiecta descriptio demonstrat quis *bos* intelligi debeat. Hoc vltimum fortassis melius. Nec improbabile Paraphrastem legisse non פר *par*, sed בר *bar*, quia expoluit תור *thor*, Hebraice שור *seor, taurum*, seu *bouem pinguem, & electum.* In textu Nebiensis additur ficta interpretatio: *magis quàm bos pinguis, & electus, quem offerebat Adam primus, cuius cornua præcedebant vngularum fissionem.* Primæ nascuntur ante cornua simul cum tumulo bouis, vngulæ. Eiusdem figmenti Treuetus meminit, docetque *seor*, & *bar* confundi aliquando. Vt maiorem vim habeat comparatio, pulcherrimus, elegantissimus, iucundissimus, sacrificio aptissimus, & gustatui suauissimus vitulus accipiendus. Cuiusmodi non est,

[a] Lib. 1.
[b] Lib. 1.
[c] Lib. 2.

Bouis fœmina in veneratione apud Ægyptios & Isidi consecrata.

[d] 3 Reg. 12. 28.
[e] 2 Antiq. c. 12. Liber 8. & 9. de Aarone purgato, huius de vitulo auctore.
[f] Exod. 32. 4.

Vitula vtrumque. Varia interpretationes ex textu Nebiensis.

a Iudices Cretenses.

b Deut. 33.17.

c vers. vlt.

d In psal. 43.

e 3. Georg.

Omnium maior victima, quæ mundi totius peccatum suo cruore mundauit.

f In psal. 41. & 21.

g Gen. 49. 6.

h 3. cont. Marc. c. 18. & lo. cont. Iudæos. 11. i de benedict. Patriarc. c. 3. k Deut. 33. 17. Figura mystica apud Ezechielem quatuor animalium, quid significent.

Tropologia.

l In psal. 50. vers. 21.

m Hebr. 13. 15.

n Prou. 21. 29.

o Eſa. 5. 1.

p Iob vlt. 14

q Exod. 34. 29. 30.

r Michæ 4. 13.

a *cornua*

Qui fieri sinu pedibus promugiique solum:

Sed qui mittere cornua incipiat, blande conficare. vngulas duriores protrudere; denique qui sit oblationi maturus, quam secum videtur importare שור *saur* a themate שור *saur*, iuxta vnam illius notionem, cuius demum, præsertim si sit primogenitus, commendabilis *pulchritudo* [b]. Omni genere animalium, quæ sacrificiis inseruirent in lege vetere, docui psalmo 50 [c]. apte significatum Christum, etiam *vitulo, taurove*. Licet illud de ipso vsurpare cum Ambrosio [d],

c *& maxima taurus*

Victima, id est, triumphalis.

Quæ maior enim, ait Ambrosius, victima, quàm quæ mundi totius peccatum suo cruore mundauit? Subiicit elegantem allegoriam de cornibus Christi, de qua nos alibi [f]. Simeon & Leui Iacob imprecatur, quia *in furore suo occiderunt virum, & in voluntate sua suffoderunt murum* [g], Græce, ἐνεδρεύσαντο ταῦρον, *subneruauerunt taurum*: est nàque שור *saur taurus*, שור *saur*, *murus*. Duas illas tribus præ cæteris mortem Christo machinatas Tertullianus [h], & Ambrosius [i] existimant: qui Christus, vt dixi cum eodem Ambrosio, maxima taurus victima est; & *pulchritudo eius qui in primogenitis tauri* [k]; *inbuernatum* autem Tertullianus intelligit, clauis suffixum. Figuræ mysticæ apud Ezechielem *aquila, leo, homo, vitulus*, designare dicuntur angelum, regem, hominem, sacrificium. &, quidquid alia denotent aut de aliis rebus, aut de Christo, *vitulus* significationem sacrificij semper retinet. Placet autem Deo tale sacrificium, in quo idem est sacerdos, & victima super vitulum, & hostiam quamlibet externam, partibus absque vlla comparatione infimis. Non hic repetere tropologias debeo indicatas alibi [l] de vitulo, & quos *vitulos* seu *fructus labiorum* Apostolus [m] nominat. Augustinus hoc loco notat vexillari ab orthodoxo in vitæ nouitate ambulante hæreticum, quasi cornibus, vngulis excitari terrenum, qui abiecte sapit. Arnobius interpretatur cornua duorum testamentorum (potuit etiam brachiorum crucis) & vngulas quatuor Euangeliorum. Illud etiam verè dicitur ab Hugone, sed non satis apte sumpta significatione dictionis, *super*, quæ hoc loco idem valet, quod plus, & magis quam, laudem Dei Deo placere, quæ sit velut imposita super iuuenes ætate, nouitiosve, ac nouellos in religione, quali in templo mactandos propeccatis aliorum hominum, cùm ipsi sint innocentes, non cornupetæ per superbiam & contradicendi studium more bouis *cornupeta* [n], sed præditi cornibus miserationis [o]; similes filiæ Iob, cui nomen *Cornus libij* [p], addo cornua in fronte vt Moses [q], radiorum ex diuino consortio, bonique exempli: vngulis etiam præditi discretionis, & fortitudinis, quæ prius metui debent, quam potestas, quemadmodum antea nascuntur vngulæ, quàm cornua. Qui talibus præditi cornibus vngulisque seruiunt Deo à prima præsertim ætate, tanquam vituli nouelli: his Deus promittit *cornua ferrea, & vngulas æneas, ad comminuendum populos multos, & ad interficiendum illis rapinas eorum, & fortitudinem eorum Domino vniuersæ terræ* [r]; nimirum infringendo dæmonum vires, idolorum superstitiones delendo, errorum & hæresum pestes tollendo, plurimos ad Deum conuertendo. Tota istorum vita laus Dei est, canticúmque, &, vt Augustinus hoc loco loquitur, gemmas de thesauro interiore proferunt: *vitula* quoque *labiorum*, vt ait Oseas [a], quibus Deum sibi aliisque placent: quod maximum splendidissimúmque sacrificium esse Chrysostomus [b] psalmi præsentis testimonio confirmat. Bernardus [c] immolandos Deo distinguit vitulos tres, nouæ conuersionis effectum, quali *vitulum nouellum cornua producentem, & vngulas*: sacræ religionis profectum, vt *vitulum teneriorem ac armento*: consummatæ virtutis affectum, tanquam *vitulum saginatum*. *Hunc vitulum nouellum* de Christo Chrysologus [†] interpretatur, qui vt est, in parabola filij prodigi [*], occisus dicitur, cùm illum pater excepit: & qui semel patris occisus voluntate, in epulũ nostrum quotidie ac iugiter immolatur.

Vitulum. שורו *seor*. Præter dicta, elegans notanda paronomasia inter שור *seor* nomen *vituli*, & nomen cantici שיר *sir*, quod placiturum Deo dicitur super vitulum.

Cornua producentem, & vngulas. Antea monui duo participia esse absque coniungente particula סקרין מפרים *mekarin mafarim*, quæ tamen recte supleta fuerit. Campensis reddit *cornutum, & vngulatum*: Caietanus *cornificantem*, & *vngulificantem*. Non placent vllo modo, qui sine aliis propter participium secundum à פרם *parah*, quod inter alia significat *extendere*, alludi hic putant ad mortem illum, quo victimæ non trahebantur, sed ducebantur, & arae inliebantur, atque admouebantur, licet ait Poeta [d]:

Et auctum cornu stabit sacer hircus ad aram.

vnde tropologiam eliciunt, sponte accedendum ad Deum, ex destinatione cordis, non ex tristitia, aut ex necessitate, quia *hilarem datorem diligit Deus* [e]; & vt ei seruiatur *in lætitia* [f]; & bono animo gloria ei reddatur, hilarique vultu, in exultatione sanctificando decimas, adorando *in exultatione* [g]. Refert Roa [h] notiet hunc diei modum, confirmans exemplo Isaac, qui sponte offerri voluit [i]; Christum referens, qui oblatus est, *quia ipse voluit* [k]. Non aliud affert exemplum potest verbi dicti Hebræi in hiphil; sed semper cum vsum habet, qui hic est expressus, vertit significet *vngulam dividere*, seu *findere*: vnde & vngula פרסה *parsah*. Deinde quamuis ducatur victima sponte ab eo qui offert, non ipsa se offert sponte, aut cernices præcidendas extendit vltro. Denique aliena expositio est à communi cæterorum sententia. Eidem Christo tribuit Bruno Carthusianus *cornua*, quibus posset expellere inimicos Iudæos, & *vngulas fidei*, quibus præstare intelligatur discretione, atque prudentia. Aut etiam nos tacite moneri, vt vtraque valeamus ad expellendos omnes inimicos inuisibiles visibilésque.

a c. 14. 3.

b Item, quem habuit præcipuè dilexerunt, scilicet *Hymnum trium Dei immolandorum differentia. Tropologia.* c In Circumcis.

† Serm. 8.

* Luc. 15. 23.

d 2. Georg.

Tropologia

e 2. Cor. 9. 7.

f Psal. 99. 2.

g Eccles. 50. 9.

h 6. ungularum est.

i Gen. 22. 2. 7.

k Esa. 53. 7.

Vers. 33.] Videant pauperes & lætentur: quærite Deum, & viuet anima vestra.

Hæc videtur laus, canticúmque; quod prouitula nouello pollicitus est, vt eos, qui audierint, excitare valeat ad lætitiam, spémque consequendi beneficij, sicut & ipse consecutus est. Propterea inuitat, vt strenuè ac alacriter Deũ quærant, imploréntque magna fiducia opem eius, & auxilium; quod cùm pro voto fuerint adepti, quodammodo renouilscent, atque præmœrore eiectam veluti animam recuperabunt. Monet, ne curent superbos diuites in turpe lucris

Scripsit hoc.

Deus præfert sacrificium laudis, quod in potestate habent pauperes, & præponit offerre Deo, quam opulenti possint.

illis sacrificiis gloriantes; cùm, vt proximè antè dictum est, præferat Deus sacrificium laudis, quod in sua pauperes potestate habent, & promptius etiam offerre, quam opulenti Deo, possint. Christus censeri potest suos alloquens, cohortari suo exemplo ne dubitent, aut vereantur pauperiem, & sub hoc generali communique nomine, alias quaslibet ærumnas, incommoda, tribulationes, tentationes: sed attente inspicientes quis exitus, quam lætus, quam felix passionis fuerit; similem & ipsi, per eandem ingredientes viam, absque vlla cunctatione expectent; solum quærendo Deum sint *ipse gaudentes*, dùm sunt *in tribulatione patientes* [a]: & iustitiæ studendo, meminerint, quòd *iustus ex fide vivit* [b]. In psalmo 21. eorum, & istius, argumentum passio Christi est, nimis cohortatio subinci videtur, post nuncupata promissáque vota *in Ecclesia magna, & in conspectu timentium Deum* [c]; *Edent pauperes, & saturabuntur, & laudabunt Dominum, qui requirunt eum, vivent corda eorum in seculum seculi* [d].

Videant pauperes, & lætentur.] Hieronymus, *videntes mansuetis lætabuntur.* Alij, *videbunt humiles*, aut *afflicti.* Apud Augustinum, *inopes.* Est רָאוּ *rau* præteritum. Si legeremus יִרְאוּ *reu*, esset imperatiuus: עניים *hhananim* significant quos diximus. Similis phrasis in psalmo 43. [e] *audiam me sum, & lætentur*, יִשְׂמְחוּ עֲנִיִּים וישמחו *vesimchu hhanaiim vesimchu. Pauperes* allegoricè sunt Gentiles, per se destituti fide ac religione, videntes, vt ait Euthymius & Nicephorus, quæ propter eos Dominus passus sit, & quæ præclara administrauit: lætantes verò de sua vocatione, & de Christi laude, cùm Iudæi dolore inuidiáque discrucientur. Tropologicè Hilarius, Augustinus, alij, spiritu pauperes, humiléque intelligunt, qui superbiæ saginam non eructant, sed humiliter de se sentientes, panem quærunt, quo salubriter viuant. Non est diuitum huius sæculi vera lætitia. *Ague*, inquit Iacobus [f], *nunc diuites, plorate, & vlulate in miserijs vestris, quæ aduenient vobis.* Receperunt *bona in vita sua*, postea cruciandi. [g]

Tropologia.

Quærite Deum.] Hilarius, & *quærite.* Augustinus, & psalterium Romanum, *quærite Dominum.* Hieronymus, *qui quæritis.* Legit vt nunc est participium דֹּרְשֵׁי *doreshe*, *quærentes*, ante quod supplent alij, &: nec non, *videbunt*, hoc modo, *& quærentes Deum videbunt*, vt fiat mutatio personarum. Nec displicet, quod adhuc Treuetus supplet, vt humiles ac mansueti, qui videntes misericordiam Dei super afflictos, & ideo lætátur, exhortentur sibi similes, dicendo, ô vos, qui quæritis Deum, in eo confidite, ne dubitetis, quia viuet ac reuiuiscet cor seu anima vestra. Pauperũ aperti & perspicaces sunt oculi: diuitum oculos *Deus huius sæculi excæcauit* [h]: itidem pauperes, qui & mansueti terræ, Dominum quærunt, & inueniunt, quia *iudicium operantur* [i]: alij quamuis in gregibus suis, & in armentis suis vadant *ad quærendum, non inuenient* [k]: nec si quærant *in lectulo suo* [l]. *Quærendus Dominus dum inueniri potest* [m], eo quoque modo, quo debet, ac potest. Doctrinam quærendam à Deo, explicat Paraphrastes. Studium hic notari potest animæ perfectioris, quæ alias adducat ad Deum: sicut faciebant illi dicentes [n]: *quò abijt dilectus tuus, ô pulcherrima mulierum? quò declinauit dilectus tuus? & quærimus eum tecum.* Sic Andreas fratrem adduxit ad Iesum [o]; Nathanaelẽ Philippus [p]; Obtemperant id Nysseni, ac Philo Carpathius [q]: illáque confirmat huius loci sententia. Quærendo viuit anima, quia dum viuimus, quærere semper debemus. & *sic eum Deus semper* [a]: donec illum clare intueamur: ille *discit semper & ad scientiam veritatis non pervenit* [b], nec in hac, nec in vita futura, qui extra viam veritatem quærit. Lege Augustinum [c].

Et vivet anima vestra.] Sic etiam ex Hieronymo recitatur in bibliis Regijs, & in editione Victorij. Sed melius Treuetus refert, *& vivet cor vestrum*, quia לְבַבְכֶם *levavchem* significat *cor vestrum.* Per metonymiam pro *corde*, *anima* posita est, quia cor animæ sedes est: & si bene sit affectum, quodammodo viuificat, recreat, exhilarat. Alioqui non tam viuit anima, quam animando & informando viuificat, vitamque tribuit. *Vivere anima* etiam dicitur psalmo 21 [d]. & 118 [e]. & iterum *corda ipsa*, in 21 [f]. Explicat vitã istam R. Esaïas Tranensis, quòd videntes mirabilia Dei, ac experturi, eidem crediturí sint, atque in ipso fiduciam habituri. *Iustus*, vt prius notatum, *ex fide vivit* [g]. Quod attinet ad formulam illam, vt *cor*, vel *anima vivere* dicatur, sicut etiam *convertí* [h], aut *redire*, quando reficitur, & curatur ab angoribus, mœroribúsque, exemplo Iacob potest esse, cuius *spiritus*, allato bono núncio, *revixisse* scribitur [i], Hebraicè, *vixisse* רוּחַ יַעֲקֹב תְּחִי *techi ruach*: quãmis Paraphrastes exponat, *requieuisse Spiritum sanctum super eum.* E contrario, Nabalis memoratur cor ad ingrati nuncij auditionem *emortuum intrinsecus, ita vt fieret quasi lapis* [k]: Hebraice וַיְהִי לֵבוֹ *vaiehi lebo simoth libbo*; Græce, ἐγενήθη ἡ καρδία αὐτοῦ εἰς λίθον. Cæterum in præsenti loco psalmi codices correcti habent solum ζήσεται, *vivetis.* Correctionis non video causam, quia communem lectionem sequitur Euthymius, & innuit Apollinarius:

ποιμένα ζητεῖτε ψυχῶν βίοτον δοτῆρα·

Pastorem quærite animarum vitæ datorem.

nec vllum auctorem Græcum aliter legisse reperio: denique congruit cum editione Hebræa, nisi quòd in ea *cor* est, nó *anima*, vt dixi. Fortassis pleonasmum aliquis exponere voluit, vt *vivere* simpliciter diceret, pro eo, quod *anima vivere* dicitur; deinde, irreplit vnum pro alio, in textum. Mysticè magnus fructus eius, qui quærit, vt inueniat; & vitam, si vitam, hoc est, Deum, & Christum, *qui est vita* [l], viuificans vita etiam gratiæ supernaturali, tum inchoata præsentis, tum perfecta futuræ æternæque vitæ. *Quærite bonum, & non malum*, ait Amos [m], *vt vivatis.* Quæritur à nonnullis Christus, & non inuenitur [n]; quærunt eum aliqui, vt interficiant, adeò de se benemeritum [o]: quidam, vt saturentur [p]; à nonnullis quid quærerent, ipsemet interrogauit, vt se illis ducem ac magistrum præberet, vitámque diuinam communicaret [q]: ab aliis, vt se illis frustra humi diuina vi deiectis, occidendum traderet [r]: immò nitur etiam a non quærentibus [s], sed quia ipse quærit, & acquirit eos sibi. *Qui quærit, quærat* [t]; gratiæ respondendo, & seriò quærendo; & *in toto corde* [u], *exultanter*, ac *lætanter* [x]; semper, & perseuerantes [y] adque *tum inuenit D. vt potest* [z], vt antea monui. *Inueniet hic vitam, & hauriet salutem a Domino* [a]. *Qui non quæsierit, morietur* [b].

Vers. 34.] Quoniam exaudiuit pauperes Dominus: & vinctos suos non despexit.

a 1 Cor. 4. 4.
b 2. Tim. 3. 7.
c matth. 6. in Ioan.
Anima pro corde.
d vers. 30.
e vers. 175.
f vers. 2.
g Rom. 2. 17. Esaiæ 3. in Hebr. 12. 18. Formula loquendi.
h Psal. 22. 3.
i Gen. 45. 27.
k 1. Reg. 25. 37.
l Ioan. 11. 25. c. 14. 6.
m c. 5. 14.
n Ioan. 7. 34. &c.
o c. 8. 37. 40. c. 11. 8. p c. 6. 26.
q c. 1. 38. r cap. 12. 4. & 16. s Esa. 65. 1. t c. 22. 12.
u Ierem. 29. 13. x Psal. 9. 3. y Psal. 104. 4. z Esa. 55. 6. a Prou. 8. 35. b 1. Psal. 1. 6.

Sensus loci.

ESt quòd quærere diligenter Deum possint, ac debeant, secuto hilarique animo pauperes & alienæ opis egentes, quia Dominus istos, qui ei peculiariter sunt relicti [a]; & quorum se profitetur ac præstat patrem [b], libenter exaudit, tum verò si qui ipsius causa sint in vinculis, aut captiuitate, horum in primis rationem habet, & habuit semper. Habet affinitatem quod est in Psalmo 101 [c]. *respexit in orationem humilium, & non sprevit precem eorum*; &c. *quia prospexit de excelso sancto suo, Dominus de cœlo in terram aspexit, vt audiret gemitus compeditorum, vt solueret filios interemptorum* Etsi porrò *vincti* videantur innuere captiuos in Babylone, de quibus etiam Basilius, aut potiùs Theodoretus, Theodorum sequens Mopsuestenum, interpretatur, qui sese solentur, & ad spem cõfirment, vetere maiorum suorum exemplo, liberatorum de captiuitate Ægyptiaca: nihilominus pluris æstimari mysticus debet sensus de liberatione à vinculis diaboli, peccati, mortis, à quibus nos Christus passione sua liberauit: & eos etiam ab externis vinculis, qui hæc ipsius causa patiantur, liberat, vel ipsa, cum expedit, vel ab ea, & à tormentis, ac morte pro ipso obita, transferendo ad veram fœlicitatis æternæ, atque filiorum Dei libertatem. Paulus certe nominat seipsum *vinctum in Domino* [d]. Patres quoque cùm detinerentur in limbo, vocari poterant *vincti Domini* [e], vt Lyrano placet; & Aiguano iusti etiam cupientes *dissolui, & esse cum Christo* [f]; ac *educi de custodia animam suam ad confitendum nomini Dei* [g], item deuincti vinculo caritatis, & subiectionis inter se, vt ait Bruno Carthusianus, seu votis astricti: præterea cuncti, vt ait Cassiodorus, qui legibus diuinis vinciuntur, *nectto* veluti *pedum compedes, collo, in torques, nec ad euadendo vinculis* [h]. Talium *gemitus compeditorum* audit Deus [i], vt dixi, intrãtque *in conspectu illius* [k]; *soluit* demone ipsos [l], & *educit vinctos in fortitudine* [m]: quemadmodum Christus filiam illam Abrahæ tandiu ligatam a Satana [n], & illum, quẽ compedibus, & cæteris vinciebant agitatum a dæmone [o], liberauit. Lege psalmum præcedentem [p]. Exauditum Cyrillus dicit Christum pro pauperibus suis; (tales enim elegit etiam, teste Iacobo [q]) laudatque, quod est apud Isaiam [r] dixisse *iis qui in tenebris erant, vt exirent, & his, qui in tenebris, vt reuelarentur.*

Et vincios suos non despexit.] Romanum psalterium, & Cassiodorus, *non sprevit*; psalterium Gallicanum, *non annihilauit*, id valet ἐξουθένησεν. Augustinus, *& compeditos suos non sprevit.* Plus significat, quam dicit, τὴν δέησιν, quam notat Bruno Carthusianus, plúsque est *non despicere*, seu *non spernere* quam *exaudire*: quemadmodum in citato priùs psalmo 101 [s], maius quid videtur *non spernere precem humilium*, quam *respicere in orationem eorum.* Tot locis, quos antea indicaui, ostenditur Deo curæ esse vinctos, compeditosque, vinculis etiam, & compedibus externis. Præter geminum huiusce rei exemplum in Apostolis omnibus [t], deinde seorsim in Petro [u]; extant alia non pauca in Ecclesiasticis historiis; ita vt sanctorum operâ, verbi gratia, Germani Antissiodorensis, Leonardi, Aurei Aruerni, Columbani, Nicolai mirabiliter liberatos nominatim legamus; & dignatus est Christus carceratorum visitationem in operibus misericordiæ commendare, quorum publicè in iudicio reddenda ratio sit [x]. Catenas, quoque, ac vincula sanctorum suorum in honore haberi voluit, & miraculis coruscare, vt Petri, Pauli, Alexandri Papæ I. &c. Iniecit etiam eam mentem Christianis Imperatoribus, vt Paschatis tempore carceres laxarentur [a], præterquam sacrilegis, in maiestatem reis, in mortuos veneficis, siue maleficis, adulteris, raptoribus, homicidis: immò, vt omnibus diebus Dominicis sub fida custodia rei educerentur [b]. Quot vincti dicantur modis priùs indicaui. *Vinctos terræ* lego etiam apud Ieremiam [c]; quos Olympiodorus [d] ait esse mortales vinculis constrictos peccatorum, ad distinctionem vinctorũ dæmonum, quibus de cœlo præcipitatis, remedium nullum. Appellãt Græci corpus σῶμα quasi à σώζειν, quòd seruet animam tanquam carcer, & in id illa immissa sit, detrusáque; quod affirmantes contingere ob præcedentia peccata, & ex hoc dicendi modo colligentes, refellit Epiphanius [e]. Concedi potest Nazianzeno [f] *vincto nos* dicenti *ea* impedire animam nostram corpus, & *ea quæ sunt* [g], ne libera feratur, & mossenia in res diuinas contemplatione.

Vers. 35.] Laudent illum cœli & terra, mare, & omnia reptilia in eis.

Sensus loci.

GAudium illud suum exultationémque, & animi grati significationem, vt declaret magis, communicat cum creaturarum omniũ vniuersitate cœli, terræ, maris, quæque in hoc, & in illis etiam habitant, inuitans vt vna secum laudibus Deum concelebrent. Visitata hæc Vati nostro multis in psalmis prosopopœia, & aliis Prophetis, tum tribus pueris in cãtico suo [h]. Inuitationis huiusce, ac prouocationis Hilarius indicat causam, quia his, qui pauperes spiritu sunt, de quibus actum priùs, in cœlorum regno cõstitutis, creatura omnis cõgemiscens, & dolens, in gloria filiorum Dei liberanda est, *semitam non sinens pone subiecta* [i]. Sed causam exprimunt sequentes versus Hieronymus, & Cassiodorus, mystice *cœlo, terra, mari*, cœlestes, terrestres, infernos habitatores interpretantur, quos *genu flectere Christo* scribit Paulus [k]: Hugo Cardinalis, & Bruno Carthusianus Apostolos, synagogam, Gentes, peccatores, id est, qui priùs tales erant: Remigius, maiores de Ecclesia, minores aptos ad culturam, fluctus Gentium, qui sustentantur per *cœlum, terram, mare*: Augustinus, & cum eo alij res creatas, quarum vsus moderatus meretur nos ad laudandum Deum, quamdiu tenemur vincti ferro rito necessitatis, & corpore, quod *aggravat* [l] *animam.* Beda, complutores (id est, prædicatores, *cœlum* sumendo pro nubibus) *terram* bene cultam de Iudæis: *mare*, Gentiles, priùs amaricantes: *reptilia in eis*, nempe cœlo, ac terra, & non volatilia, hoc est, humiles tum de Iudæis, tum de Gentilibus: Genebrardus metonymicè accipit cælites angelos, terrestres sanctos, conuersos insulanos: Hugo clericos, agricolas, mercatores, milites, vel contemplatiuos, actiuos, pœnitentes, debiles, ac infirmos. Arnobius inuitari *cœlum* dicit ad laudandum Christum, quia ascendit; *terram*, quia resurrexit; *mare*, quia pedibus illud ambulauit: præterea Sion, id est, Ecclesiam, quia ædificabit eam non habentem maculam, neque rugam: ciuitates Iudę animas Apostolorum, quæ inhabitantur ab eo. & is hæredi-

tatem

Mysticus sensus.

a psal. 9. 10.
b psal. 67. 6.
c vers. 18. 20. 21.
d Ephes. 3. 1. & 4. 1. 1. Tim. 1. 8. Philem. vers. 1. 9.
e Zach. 9. 11.
f Phil. 1. 23.
g Ps. 141. 8.
h Eccl. 6. 25.
i ps. 101. 21.
k ps. 78. 11.
l ps. 145. 7.
m ps. 67. 7.
n Luc. 13. 16.
o c. 8. 29. Matt. 9. 4.
p vers. 7.
q c. 1. 5.
r c. 49. 9.

Nõ spernere, non despicere plus quam exaudire.

s vers. 18.
t Act. 5. 18. 19. & cap. 12. 7. & seq.
u cap. 21. 7. & seq.
x Matt. 25. 31.

A
B
C
D
E

a C. Theod. l. 1. de indulgen.
b C. Theod. l. 7. de custod. reorum.
c Thren. 3. 34.
d ibid.
e Hær. 64.
f ora. 11.
g Sap. 9. 15.
h Dan. 3.
i Rom. 8. 20.
k Philip. 2. 10
l Sap. 9. 15.

tatem primam acquisiuit illas: item semen seruorum Christi, quique diligunt nomen eius, possidendos ab iisdem Apostolis, vicissimque possessuros istos doctrinam eorum, atque habitaturos in eadem doctrina, & fide, nec non in Ecclesia.

Cœli, & terra] Paraphrastes, *angeli cœlorum, & habitatores terræ.*

Mare.] Non satis commodè infernus, & habitatores eius per *mare* intelliguntur. Nec sanè dæmones damnatique laudant Deum: sed contremiscunt, ac blasphemant. Error Origenis est post iudicium omnes etiam dæmones consecuturos salutem. De hoc alias.

Origenis error de salutem consecuturis post iudicium etiam dæmonibus.

Et omnia reptilia in eis.] Hilarius, & Augustinus, *& omnia repentia in eis.* In Complutensibus, Regiisque bibliis, *in eo*: quia Græcè habetur, ἐν αὐτῷ. Sed in emendatis Græcis codicibus est, ἐν αὐτοῖς: quam lectionem asscribit Agellius Aquilæ, & Symmacho. *Mare* Hebraice hoc loco pluraliter dicuntur יַמִּים *iammim*: Græcè θαλάσσα in singulari. Vnde pronomen singulare congruit eidem numero; plurale nomini singulari collectiuè sumpto. Vel *omnia reptilia in eis*, seu omne repens עֹף־רֹמֵשׂ *ciual remes* denotat, quæ in mari moueantur, ac in terra. Hieronymus vertit, *& omnia, quæ mouentur in eis*: Felix, *omne, quod mouetur in eis.* est רָמַשׂ *ramas*, non tantum *repere*, ac *reptare*, vel *calcare*, sed etiam *ambulare*, & *moueri*. In Genesi [a] omne animal, *quod mouetur super terram*, illatum *in arcam*, Græcè declaratur, per ἑρπετὰ ἑρπετοῦ ἐπὶ τῆς γῆς; Hebraice per רֶמֶשׂ [b] *remes*: item, *omnis caro, quæ mouetur super terram*, explicatur eodem Hebræo participio, & Græco κινουμένου. Motus physicus non conuenit proprie cœli incolis angelis; nec astra per se mouentur, sed cum suis orbibus. Tamen si placet *reptandi* verbum, & *reptilium* nomen, per catachresim, licet duriorem, non solùm ad terram, & mare, id est, ad animantia aquatilia, & terrea, etiam ad homines transferre, sed ad Angelos quoque & astra, nullum hinc incommodum est. Occurrunt incommodo, si quod est ex dicta catachresi, alia duo Psalterria, & Cassiodorus, legendo, *& omnia quæ in eis sunt*, sicut extat in aliis Psalmis [c]. Beda in commentario indicat eandem lectionem, dum per participium ait, *entia in eis*, verùm exponit de his, quæ sunt in terra, & mari. Apollinarius de solo mari piscibusque ipsius, explanat.

τῶν ἐν αὐτῇ ἐμψύχων καὶ ὅσα τρέφει εἴδη θαλάττης.

Maris animantium, & quæcunque nutrit humor maris.

Notat Euthymius impropriè de piscibus vsurpatum non ea τῶν ἑρπετῶν, *reptilium*, aut *repentium*: forsitan autem ob eorum multitudinem. De his alibi [d], *illic*, d est, in mari, *reptilia, quorum non est numerus.* In eodem libro Geneseos [e], *reptile animæ viuentis* ab aquis productum appellatur nomine Græco numeri pluralis τῶν ἑρπετῶν, sed Hebræo singulari שֶׁרֶץ *sceretz*, quod proprie sonat *scaturitionem in magna copia per motum ebullitionis, eructationis, mutationis.* Dicitur non solùm de productione piscium [f], sed ranarum [g]; & verbum יִשְׁרְצוּ *sciarats*, de repentibus in terra [h]: & de hominibus numero magno nascentibus [i]. Adhuc in Genesi [k], reptilibus, quæ terra produxit, & Græcè, ἑρπετὰ τῆς γῆς nominantur, assignatur vocabulum רֶמֶשׂ *remes*, ex eodem verbo, cuius hoc loco est רֶמֶשׂ *remes*; & vt ibi distinguntur à iumentis, bestiisque terræ, significat, quæ proprie non gradiuntur, sed repunt, vel saltitant. Atque vt antea dixi, *reptilia in eis*, vel soli pisces sunt in maribus, siue aquis, & in terra etiam: vel quidquid & in his, & præterea mouetur in cœlo aereo, vt aues; tum æthereo, vt astra, orbisque eorum, tum angeli, qui moueri possunt illic, aut illinc ad nos descendere, & per elementa quoque motum suum localem exercere. Fiat hæc semel explicandus locus accentatius, ob similes alios, qui occurrere possunt.

[a] c. 7. 8.
[b] vers. 21.
[c] ps. 95. 11 12. & 97. 7. & 145. 6.
[d] ps. 103. 25.
[e] c. 1. 20.
[f] Iordanes.
[g] Exod. 8. 3. psal. 104. 30.
[h] Gen. 7. 21. & 8. 17. Leuit. 11. 29. 46.
[i] Exod. 1. 7. & c. 8. 24.
[k] c. 1. 24.

Vers. 36.] Quoniam Deus saluam faciet Sion: & ædificabuntur ciuitates Iuda.

Et inhabitabunt ibi, & hæreditate acquirent eam.

Vers. 37.] Et semen seruorum eius possidebit eam, & qui diligunt nomen eius, habitabunt in ea.

Vsus loci.

GAudere secum Deúmque collaudare homines, ac insensibiles etiam creaturas docet debere, propter istam causam, siue Propheta ipse, siue Christus; quoniam salus, quam operatus est Christus, pertinebit ad plurimos. Nam spiritualis longè melior terrena Sion, id est, Gentium Catholica Ecclesia, & ampliores ciuitatibus Iudææ materialibus, Ecclesiæ particulares, post hostes & aduersarios omnes deiectos, tum dæmones, tum homines, a communis vindice salutis initiantabuntur: & a fidelibus Christi, ac Dei seruis, & amicis, eorumque prole ac progenie, iure perpetuo quasi hæreditario & pacifico incolentur, atque possidebuntur, donec veniat consummatio seculi, & in cœlestem illam ciuitatem, nulli obnoxiam iniuriæ, incommodo, vicissitudini, transferantur. Posset præterea laudis, & gratiarum actionis suppeditata Gentium Ecclesiæ intelligi materia, quoniam tandem, tardè licèt, velut postliminio, Iudæorum natio deserta, salutem consequetur, eiúsque *reliquiæ saluæ fient* [a], & variæ ex iisdem Ecclesiæ constituentur; requiescent *super humum suam* [b], vt non sint amplius in terra Christianorum, tanquam in aliena, sub tributo; non vocabitur amplius Sion *civitas*, nec *habens requiescentem* [c]: reuertetur *virgo Israel* (vera iam culerix Dei, & Christi sponsi sui) *ad ciuitates*, suas, desinens esse filia *vaga* [d]: *reducetur in terram suam, ædificabitur, & non destruetur*: non mouebitur populus hic Dei iterum de loco suo, sed *plantabitur, & non eradicetur amplius* [e]: iniet hæreditatem paternam, non tam externam, quàm fidei, ac pietatis, indignúmque talium patrum semen, quorum imitabuntur vitam: & facti filij promissionis, æternam sine fine beatitudinis hæreditatem possidebunt, quæ est *Ierusalem*, non terrena seruiens cum filiis suis, sed *mater nostra* æterna, in cœlis [f]. Fauet illi expositioni Augustinus in oratione contra Iudæos [g].

Quoniam Deus saluam faciet Sion.] Typus Ecclesiæ Sion sæpenumero est, vt prioribus quoque Psalmis vidimus. Habèt hæc similitudinem cum his, quæ sunt in 101 [h]. *Tu exurgens misereberis Sion, &c. adiecauit Dominus Sion, & videbitur in gloria sua.* Tale quoque illud ex Psalmo 50 [i]. *benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion, vt ædificentur muri Ierusalem.* Repete ibidem dicta. le-

a Rom. 9. 27. c. 11. 5. Soph. 3. 13.
b Esa. 14. 2.
c Ierem. 30. 17.
d c. 31. 22.
e c. 24. 6.
f Galat. 4. 26.
g cap. 5.
h vers. 14 17.
i vers. 20.

git Hila

git Hilarius, *Dominus saluificauit*, multisque verbis efficaciter demonstrat sermonem hic non esse de materiali Sion, sed de mystica, præsertim de cœlesti, vbi iuxta etymon Hebraici vocabuli, speculabimur Deum: & propter tantum bonum, ad quod adeo multi conuocandi sunt, meritò exigi hoc loco gratulationem cœli, terræ, maris, omnium creaturarum; cùm *super vnum peccatorem pœnitentem* tantum in cœlis *gaudium sit Angelorum* [a]: denique hoc titulum innuere Psalmi, *in finem, pro his, qui immutabuntur.*

a Luc. 15. 10.

Et ædificabuntur ciuitates Iuda.] Ecclesiæ & cõuentus Iudæorum secundùm spiritum, qui confiteantur Deum in humilitate, intelligunt passim: Hugo Sion Romanam, ex cuius, inquit, salute pendet ædificatio aliarum: vel ordinem religiosum, de quibus cætera piè & acutè ad finem vsque Psalmi declarat: quæ non inutile erit legere. Si præterea sumatur *Sion* pro Ecclesia triumphante, cum Paulo [b], dicitur saluati per nouos ei ascriptos quotidie ciues, & ædificari ciuitates Iudæ, restaurãdo, hac veluti ratione, Angelorum ruinas dilectorum secundum diuersos ordines. Attingit hoc Augustinus. Opinionem de materiali extructione, & fabrica, Hilarius absque intelligentia, vtilitate, rei cõmunis scientia, ratione, natura, asserit esse, nec inopem duntaxat, sed etiam impiam. Nulla etiam, inquit, in ædificandis lucri est, quæ sint postea destruenda, sed quò salutem, & felicitatem (summa hæc verborũ illius) homines consequamur per Christum pacificatorem, & reconciliatorem eorum, quæ in cœlis sunt, & in terra. Lege citatam Augustini contra Iudæos orationem. Reprehendit Hieronymus [c] etiam carnalem intelligentiam istius, & similis in Esaia loci [d], vbi scribitur, quòd *ædificabunt domos, & habitabunt, & plantabunt vineas*, &c. Argumentatur Hieronymus, quoniam de Sodoma quoq, Ezechiel [e] vaticinatur, quòd *restituetur in antiquum.* Idem ibi præterea dicitur de filiabus eius, hoc est, de ciuitatibus, & villis ei subiectis: autem de Samaria. Subdit sanctus Doctor, *ædificia* sumenda, vel de virtutibus, vel de *diuersis mansionibus apud Patrem* [f]: ac eadem domum centum ædificatam *supra petram* g. Videtur autem Ezechiel per Sodomam Samariámque restaurandas, immitte Gẽtilium Ecclesiam prius constituendam, quam ex Iudæis, vt non fiat *saluus omnis Israel, donec intret plenitudo Gentium* [h]; non introducatur veluti per vim frater natu minor quam prodigus minor [i]; non introeat, quamuis præcurrens ante Petrum, Ioannes [k]; sint *nouissimi primi*, & contra [l]: ad æmulationem adducatur Iudæi *in non gentem* [m]; hoc quidem quando vocabuntur, quos ne gentis quidem nomine dignabantur. Ciuitates item istas, vt & Sion, atque Ierusalem Origenes [n] censet esse cœlestes, & eas mansiones apud Patrem, de quibus ex Origene, vt opinor mutuatus, dicebat Hieronymus: illas præterea ciuitates, super quibus potestatem dat bene negotiãti seruo Dominus [o]. Conducunt huc, quæ alias [p] de Ecclesiastico vsu diximus vocabulorum *ædificandi, & ædificationis. Ædificans Ierusalem Dominus, dispersiones Israelis congregabit* [q]: & quasi per præconem iubetur hoc indici [r]; *dic ciuitatibus Iudæ: ecce Deus vester: ecce Dominus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur*, vt nimirum validè reiectis hostibus, ædificare ac integrare ciuitatum ædificia possit.

b Hebr. 12. 22.

Sion *pro Ecclesia triumphante.*

c in c. 65. Esa. *Iudæus & Iudaizans Hieronymus carnalem intelligentiam reprobat.*

d c. 60. 21.

e c. 16. 55. 56.

f Ioan. 14. 2.

g Matt. 7. 24. 25.

h Rom. 11. 25.

i Luc. 15. 11. & seq.

k Ioa. 20. 4. 5.

l Matt. 20. 16. in Rom. 10. 19.

m Hom. 23. in Ioluc.

n Luc. 19. 17.

o Ezech. 4. huc 4. 51.

p Ps. 146. 2.

q Esa. 40. 10.

Et inhabitabunt ibi.] Hilarius, *in ea*: in Sion videlicet tanquam metropoliuim: etiam in aliis ciuitatibus Iudæ. Nulla verò vis in composito Latino verbo; quamuis Hugo & Augustinus significari velint habitare in Ecclesia non solùm numero, sed etiam merito. Hieronymus legit, *habitabunt*, quod præterea Interpres in fine Psalmi posuit, licèt sint alia verba Hebræum, & Græcum: sed hoc nõ minùs compositum, quàm quod hic extat, id est, κατοικήσουσιν, & κατοικιοῦσιν.

Et hereditate acquirent eam.] Hilarius, *hæreditabunt terram* Hieronymus, *possidebunt.* Psalterium Gallicanum, *hereditabunt.* Simplicia verba sunt יירשו ieraschu, & κληρονομήσουσιν, absque nominis adiectione: & sæpe redduntur per Latinum *hæreditare* [a]. Alibi docui, quo pacto res eadem, quæ sub meritum cadit, *hereditas* tamen appelletur. Quod attinet ad Ecclesiam, indicatur continua orthodoxorum successio. *Hæreditate sancta nepotes eorum* [b], &, quod statim hic subditur, *semen seruorum Dei.* At sunt, qui *hæreditate possidere* velint *sanctuarium Dei* [c], non hæreditate spiritus, & virtutis, sed carnis, & sanguinis, quos ponet Deus, *vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti* [d]; ita vt firmiter, ac fixè possidere, & habitare nõ possint. Cœlestis beatitudo sola absolutum hæreditatis meretur nomen, quia sine periculo amittendi possidetur, non sicut eæ res, quas hic habemus, etiamsi sit iustitia & gratia, vt obseruat Bernardus [e].

a ps. 24. 13. psal. 30. 13. 22. 29. 36. 11.

b Eccl. 44. 11.

c ps. 82. 13.

d vers. 14.

e serm. 28. in cant.

Et semen seruorum eius possidebit eam.] Verba Hebræum & Græcũ sunt pluralia וזרע zeraschu, & καὶ σπέρμα, sumendo videlicet nomen *semen*, & זרע zerahh, & Σπέρμα & collectiue; quos vocat filios בנו bene, Paraphrastes Augustinus, *obtinebunt.* Accipitur *semen* pro seminis fructu, & genitis ex semine. Valde id vsitatum Hebræis: nonnunquam etiam Græci fructum redditum partu, & humanam propaginem prolemve vocant Σπέρμα. *Semen seruorum Dei* sunt ex Dei proientinati seruis, Abraham, Isaac, & Iacob: & horum opera facientes, & ad illud vnũ semen pertinentes, cui benedixit Dominus. Istis solis debetur terminis gratiæ fructus gloriæ. Quod verò attinet ad allegoriam de Ecclesia, opportunè Hugo Cardinalis monet, eius possessionem atque administrationem tribui debere semini seruorum Dei, qui Apostolorum imitentur fidem, & probitatem, vt non tantùm, inquit, de nobilibus, nec tãtùm de Romanis fiant Cardinales aut Papæ, sed tantùm de bonis cuiuscumque generis, vel nationis: qui etiam, vt sequentibus dicitur verbis, diligant nomen Dei, exemplo Petri, à quo Dominus requisiuit dilectionem, & amorem, cùm ei agnos, & oues pascendas commendauit [f].

Semen pro seminis fructu.

Σπέρμα.

Allegoria. Hugonis Cardinalis prudens monitum.

Cardinales e Papa vnde & quomodo assumi debeant.

f Ioan. vlt. c. 16. 17.

Et qui diligunt nomen eius.] Iudæos in spiritu hæc magis exprimũt, vt obseruauit Hilarius, verúmque semen, ac filios Abrahæ, vt pietatis magis sit, non generis electio: quia præstet omnibus caritas Dei, quæ in Christo est; sicut Petrum nihil aliud, quam vtrum se amaret, interrogatum idem Christus, quod etiam paulo ante diximus.

Habitabunt in ea.] Hilarius, *inhabitabunt eam.* Id noto, ne quis in synonymis frustra dilerimen requirat: etiamsi non eadem verba sint, Græcum & Hebræum, κατοικήσουσιν, & ישכנו ischenu, in quibus non deesset nonnullum, vt ita dicam mysterium, si proprietatem exactè attenderem. *Non amo nimium diligentes* g, & *minutam diligentiam* h.

g Cicero de orat. lib. 1. *Nihil in partitione.*

PSALMVS SEXAGESIMVS NONVS

1 In finem, Psalmus Dauid.

In rememorationem, quòd saluum fecerit eum Dominus.

2 DEus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me festina.

3 Confundantur, & reuereantur, qui quærunt animam meam:

4 Auertantur retrorsum, & erubescant, qui volunt mihi mala:

Auertantur statim erubescentes, qui dicunt mihi: Euge, Euge.

5 Exultent & lætentur in te omnes qui quærunt te, & dicant semper: Magnificetur Dominus: qui diligunt salutare tuum.

6 Ego verò egenus, & pauper sum: Deus adiuua me.

Adiutor meus, & liberator meus es tu: Domine ne moreris.

Titulus & Argumentum.

Vers. 1.] In finem, Psalmus Dauid.

In rememorationem, quòd saluum fecerit eum Dominus.

NIhil nos morātur primæ dictiones quatuor, quæ totos occupārunt. Non omnes aut non modo eodem sunt in omnibus editionibus, tam illæ quàm sequentes. Hebraice omittitur nomen Psalmi, nec non Græce, ac Latinè in bibliis Complutensibus, & Regia, & apud Nicephorum, Basilium, Theodoretum. Quæ sequūtur post quatuor primas, testatur vel Basilius, vel Theodoretus non extitisse in aliquibus codicibus Græcis, nec in textu Hebræo, nec apud alios interpretes, videlicet diuersos à Lxx. Nunc textus Hebræus habet לְהַזְכִּיר *leha?chir*, sicut & in titulo Psalmi 37. vbi quemadmodum & hic Græce εἰς ἀνάμνησιν.

Ad inuitandam memoriam valere hunc Psalmū significatum; aut esse dignum, qui frequenteretur propter accepta à Deo beneficia; illud maximè quod contineatur consequentibus verbis, vel suggeratur veluti Deo, vt quemadmodum antea fecerit, iuuare in posterum dignetur. Nil refert quod in auferendi casu aliqui legant, *in rememoratione*, vt Hilarius: & fere cæteri Latini. Alioui differimen est, quia ex isdem Latinis, multi habēt vice pronominis, *eum*, pronomen, *me*, quod etiam Latinè & Græcè biblia Complutensia, Regiaque, & Græcum, με, omnia bibliа, atque Græci Enarratores Hieronymus, Remigius, Haimo, Arguanus, Bruno Carthusianus, & Herbipolensis; item Lyranus, Rickelius, Hugo, retinent; *eum*. Perinde est de se in prima vel in tertia loqui persona. Postremò, *fecit*, & non, *fecerit*, legamus, parum interest, etiamsi plurium sit prior lectio. Græca, εἰς τὸ σῶσαί με Κύριον, possent reddi, *vt saluet me Dominus*, quia aoristus, præsentis temporis vsum habet: & Basilius vel Theodoretus denotari volunt orationem pro futura salute, auxilioque: quod indicant etiam Euthymius, Nicephoros, Apollinarius. Hic isto modo explicat, Ὑπὲρ παντὸς γινώσκοντος μιμνήσκεσθαι τῶν Δαυὶδ ἃ εἶπε, ἐξαιρεῖσθαι δὲ μᾶλλον, *omnibus scientem commune esse Dei Dauid dixit, saluum vnique me Domine.* Latinos oportet sequi, quibus sanè *rememoratio*, quæ de præteritis est, quamuis inest alia, vt oratio intimatur pro futuris; nec necesse est tale quid cum Iansenio legisse apud Græcos Interpretem nostrum, εἰς τὸ σῶσαι. Arnobius ait ad præcedentis Psalmi verba, *saluum me fac*, titulum respicere, quasi gratias agat saluatus. Denique tenueri titulus totus debet, quisquis ad Hebræa quidpiam adiecerit, maioris procul dubio auctoritatis nunc saltem, post Ecclesiæ approbationem, quàm simplex expositor, cui Lyranus & Rickelius cæca addictione tribuunt. Augustinus tituli nullā fecit mentionem; quia fortassis nihil iudicauit in eo notatu dignū. Omitto quod R. Esaias hoc loco affert לְהַנְעִיר *leha?chir*, esse principiū cuiusdam noti cantici, cuius concentu Psalmus hic modulatè canendus est. Agellio non attentior a Lxx. positum in titulo id quod in Hebræo est initium Psalmi. Cur enim id fecissent, non assequor profectò rationem, qua suam illam coniecturam tuerī nititur, & omnino nouam opinationem. Vim certè ratio non habet vt nos ab aliis abstrahat, communique & recepta lectione, & sicca translatio facta esset, non essent vti verbo ἀνάμνησις, sed ἐνθύμησις, quod ipse in veteris Vaticani codicis textu prætermissū testatur. In titulo Chaldæo non motor *pro fasciculo thuris* מַקְטִיר לִבְזֵכָּא *Haleferre leuuntha*. Innuit fortassis orationem illam compendiosam quam gereret Dauid velut suauem fasciculum, quem tanquam *ad rememoratione* [a] incenderet, cùm eam mente ac spiritu recitaret. Constat enim cum incenso orationem comparari, & in quodam alio Psalmo [b], & in Apocalypsi [c] nomen etiam *fasciculi* alludit ad rememorationem.

Iam verò titulus hic indicat Argumentum Redigit in memoriam veterem liberationem,

a psal 18.4. *Orationi cum incenso comparatur.*

b psal 140.2. c c. 5.8. v. *Argumentum.*

vel ab Absalone, vt placet Basilio, siue Theodoreto: vel a Saule, cùm eos fugeret (vtrumuis R. Kimhi asserit) vel ab alio graui periculo: scilicet quòd simili sit tunc vius oratione: quam, quòd adeo vtilis fuerit; memoriæ causa in carmen retulerit, tum vt ad similem necessitatis articulum in promptu haberet, tum vt memoris gratique animi significationem ederet in conspectu liberatoris sui Dei, tum, quod idem Græci Patres affirmant, & Euthymius ac Nicephorus, vt præ manibus haberet quoties delicti reminisceretur aduersus Vriam commissi, atque tanquam potens carmen caneret contra dæmones, qui se in illud barathrum coniecerant, ne ampliùs sui dominarentur.

Latini explanatores pro maxima parte conueniunt, clamare sub Christi persona Prophetam ad Deum Patrem, cum commonefaciendo eorum quæ decreuerit ab æterno per Filium suum facere pro Ecclesia, & electis, contra hostes ipsorum: vt propterea iuuet liberetque se à graui iuncta, quam sit iniurus cum illis.

Simile quid etiam asserunt de oratione corporis Christi mystici, quod est Ecclesia, & nos ipsi, quibus dum in hac versamur vitæ militia, necessarium est assiduè implorare auxilium Dei, vt hostes quidem confusi tandem abeant, nos ex impensa nobis ope, obtentáque victoria, consequamur lætitiam.

Martyribus & Confessoribus Cassiodorus assignat hunc psalmum: Augustinus, omnibus iustis; Athanasius, in Epistola ad Marcellinum, vtilem ait esse, cum 63. 67. & 70. psalmis, cuilibet, quem terreant inimici, neque conquiescant ab insidijs, omniaque machinentur in eius perniciem, etiam si plurimi fuerint. De crebro vsu primi versiculi dicam postea.

Vsus huius psalmi cum 63. & 67. & 70. quando.

Quia verò totus psalmus parum differt ab vltimis quinque trigesimononi versibus, non erit hic nobis hærendum diutius, sed quæ præsenti sunt propria, solum attingenda. Simile quiddam nouimus psalmo quinquagesimo sexto de illo & de 107. & idem contigit primis versibus 50. & 70.

Totus hic psalmus fere idem cum vltimis quinque trigesimi noni versibus.

Vers. 2.] Deus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me festina.

SI ex psalmi trigesimi noni versu decimoquarto; *Complaceat tibi Domine vt eruas me, Domine ad adiuuandum me respice*, tollas primum verbum, quod est Hebraicè לְהַצִּילֵנִי *retsleh*, Græcè, εὐδόκησον, & pro יְהוָה *Iehouah*, prioris loci, legas *Elohim*, quod est in isto; reliqua Hebræo sermone nihil differunt: Græco autem ibi est, εὐδόκησον κύριε τοῦ ῥύσασθαί με, κύριε εἰς τὸ βοηθῆσαί μοι πρόσχες, hic ὁ Θεὸς εἰς τὸν βοηθεῖν μου πρόσχες, κύριε εἰς τὸ βοηθῆσαί μοι σπεῦσον. Hieronymus dempto primo verbo, alterius psalmi, & nomine *Domini* pro nomine *Dei*, transfert vtrobique eodem modo, nisi quòd priori loco, *ad eruendum me*, in hoc: *vt auxilietur mihi*. Placent Lxx. Interpretibus nonnihil variare; & pro רְצֵה *retsleh*, ex priore psalmo, vsurpare πρόσχες, quasi legulent hic elementis simile הַצִּילֵנִי *retsleh*, vide: *pro τοῦ ῥύσασθαί με, vt liberes seu eruas me*, nomen cum præpositione εἰς τὸν βοηθεῖν μου, & pro πρόσχες quo erant vsi in secundo membro alterius psalmi, & in primo istius, adhibuerunt hic in fine verbum σπεῦσον, *festina*.

Deus.] Iam monui psalmo trigesimo nono, versu decimo quarto, vertisse Hieronymum, *Domine*; quia ibi est יְהוָה *Iehouah*; hic אֱלֹהִים *Elohim*, quæ tamen vtrouis modo exponi possunt. Ibi etiam est κύριε, *Domine*; hic ὁ Θεὸς, *Deus*. Nomina duo, *Domine Deus*, coniungunt Romanum Psalterium & Hilarius.

In adiutorium meum intende.] Idem Hilarius docet orari, vt is qui *posuit adiutorium super potentem* a Christum, *intendat in* idem *adiutorium*. Opus habemus nos multo magis, quam Christus, sempiterno, vt Augustinus loquitur, adiutorio in isto seculo. Parum solida Brunonis Carthusiani notatio est: vt *intendere* sit intensum se in iuuando gerere. *Adiutorium* quod Hugo dicit, vxor, quæ vito data est in hunc finem b; vel certè caro ipsa, contra quas oretur quatenus nocent, hoc versu Deus; in tertio, contra Dæmones, qui quærunt animas: in quarto, contra inimicos apertos, qui volunt nobis mala: in quinto, contra fictos qui dicunt, *Euge Euge*, vel, vt, in primo (supputando versus absque titulo) petatur donum Timoris: in secundo, Pietatis: in tertio, Scientiæ: in quarto, Fortitudinis: in quinto, Consilij: in sexto, Intellectus: In septimo, Sapientiæ. Delectatur his Hugo. Dum absit ineptia, & non præ se ferat qui his vtitur, aliud quàm accommodationem quandam sensus, tolerari possunt: non autem si proferat velut ex literali sensu; quod facitant ignari scripturarum in sermonibus ad populum, non sine vel risu, vel stomacho.

a ps. 88. 20. *Opus habemus nos plurimum in isto seculo adiutorio.*

Parum solida Brunonis Carthusiani notatio.

b Gen. 2. 20.

Hugonis interpretatio.

Placet magis distinctio Arguani de multiplici hominum genere, quibus adiutorium Deus præbet. Auctorem obiurum consulat qui vult, disputantem præterea de illis qui Deo contemnant adiutorium, aut qui Dei adiutores sunt. Monet demum in genere aptari posse versus septem totidem extirpandis capitalibus vitiis.

Distinctio Arguani apta.

Festina.] Agellius negat membrum secundum appositum à Lxx. sed ab illo Interprete: atqui in textu Hebræo totum est: nec ab illis omissum credi debet, & aliquo modo reiectum in titulum; sicut priùs quoque monui. Denique Græci legunt vt partem textus, etsi non diffitear apud Apollinarium extare interpretationem solius primi membri:

ἄρθητι τοῦ λαοῦ σωτηρία, τῷ παντὶ ἀφανῆ:
Immortalis, auxilium obscurum semper auxilium.

Sed contentus fuit semel dixisse, quod synonymè bis dicere poterat. Quomodo etiam ab Augustino & Hilario prætermissa est interpretatio membri eiusdem.

Verbum חוּשָׁה *chusiah*, pro quo in psalmo trigesimonono c est πρόσχες, *& respice*, hic autem σπεῦσον, *& festina*, habet significationem vtramque tum *festinandi*, & *accurrendi cum stepitu*, ita vt exaudiatur ab aliis, tum *sentiendo*

c 65. 14.

cum obiectatione: quod facit qui intendit; & vt psalmo 118 [a]. vertitur ἑτοιμάζω, *paratus sum*: & חפץ *chafetsah*, atque חפצי *chafetsi*, *solicitudinem dei gentemque* significat. Quod festinatum vrget Dauid auxilium, Caietanus ait vel prius per reuelationem dudum ille id esse præbitarum Deum: vel quia grauitatem sentiebat periculi. Consentit secunda ratio cuilibet. Si placet vim Græci vocabuli σκέπτομαι, perpendere, quatenus deriuant ἀπὸ διανοίας, & θεωρῶ, *contemplari*, & σκοπῶ, propter prouidentiam quam gerit de omnibus, vt annotauit quoque Dionysius [b], meritò autem ab illo exigitur τὸ προσέχειν καὶ τὸ ἐπιτείνειν, *intendere & quæ sit tendere*.

De verticulo isto Cassianus [c] (quem hoc loco Cassiodorus meritò cognominat facundissimam, licet non in omnibus sequendum, nempe cum de gratia disputans vergit ad Pelagianos) multa dulcia demonstrans vtilitatem eius tantam esse, vt quicquid Monachi assumpserint, sine illius trina iteratione non inchoent. Videtur Isaac, apud Cassianum, ad psalmi tertium alludere, cùm ait, quòd ad perpetuam Dei memoriam possidendam, hæc inseparabili tet proposita nobis esse debeat formula pietatis, quia recipiat omnes affectus quæcumque inferri humanæ possunt naturæ, & ad omnem fructum atque vniuersos incentus proprie satis & competenter aptatur, & aduersus vniuersa discrimina inuocationem Dei: præterea humilitatem pix confessionis, solicitudinis & timoris perpetui vigilantiam, confiderationem fragilitatis suæ, exaudationis fiduciam, confidentiam præsentis semperque assistentis præsidij, amoris & caritatis ardorem, insidiarum contemplationem inimicorumque formidinem, &c. postremò, qui se semper, & in omnibus, inquit, desiderat adiuuari, manifestat quòd non tantùm in rebus duris ac tristibus, sed etiam in secundis ac lætis pari modo Deo egeat adiutore. Subiicit longum, elegantem, piam; et capitalia vitia, & alia pericula inductionem, contra quæ plurimum præsentis recitatio attenta versus conducat. Iam hortor vt hunc verticulum, in opere quolibet seu ministerio, vel in itinere constituti cantare non dimittamus: hunc & dormientes & reficientes, & in vltimis naturæ necessitatibus meditemur, hunc mediantibus nobis somnus irrepat, donec necessabili eius exercitatione formati, etiam per soporem eum decantare consuescamus, vt expergefactis primus occurrat: nobis vigilantibus, cogitationes anticipet vniuersas: de nostro surgentes cubili curuationi genuum tradat; atque illinc deinceps ad omne opus actumque dedicat: omni tempore prosequatur, hunc meditemur secundum præcepta legislatoris [d], sedentes in domo, ambulantes in itinere, dormientes atque consurgentes: hunc scribamus in limine & in postibus oris nostri; hunc in parietibus domus nostræ, & penetralibus nostri pectoris collocemus, ita vt hæc ad orationem procumbentibus sit accliuis decantatio, & exinde consurgentibus, atque ad omnes vsus vitæ necessarios incedentibus fiat erecta & iugis oratio. Decet etiam [e] hoc versu, si minimum recte concipiatur, posse paupertatem spiritus comparari [f]; per quam nihil nos præiudij, nihil vitium habere cognoscentes, de aliena largitate quotidianum petimus auxilium, *mendici* & *pauperes* Dei, qui *solus noster* est noster, ac iuuat nos [g], ita vt sic pauperes & inopes ex animo laudemus nomen illius [h].

Retuli in summam quæ plaribus de verticulo isto Cassianus persequitur, quibus si consentanea vbique de gratia docuisset, reprehensionem Prosperi & aliorum non meruisset: gratiæ namque necessitatem vix potuit melius quam citato loco tractando verticulum præsentem, demonstrare. Quòd Cassianum Cassiodorus trinæ iterationis in vsurpando verticulo a monachis in quolibet opere meminisse dicit, equidem non reperio. Mentionem miror minime factam a Cassiodoro de recitando, recitarique solito eodem verticulo ad omnium horarum canonicarum principium. Dixi nonnihil psalmo quinquagesimo, cùm exponerem verba illa [c]: *Domine labia mea aperies*, &c. monuique à nonnullis etiam in matutinali officio ante illa recitari verticulum hunc nostrum [d]. Admonet de dicto exordio horarum ab illo verticulo Glossa ordinaria quæ ex Alcuino sumpta est, & refertur etiam à Petro Lombardo, Arguano, Rickelio, Valentia, & aliis recentioribus.

Causam reddit Alcuinus, quia cùm orare debemus, maximè tunc nititur tentare diabolus, vt *musca morientes perdant fœnum vngenti* [e]. Vltimi duo putant id etiam præuisum in spiritu à Dauide. Fieri potest; vix credo. Amalarius [f], & Strabo comparant vsurpationem istam verticuli cum verbis, quæ recitabantur, quando efferebatur Arca [g]; *Surge* [h] *Domine, & dissipentur inimici tui, &c.* Id notauimus psalmo sexagesimo septimo [i]. Quòd idem Strabo institutionem refert ad antiquos Patres, intelligens proculdubio quæ dicuntur à citato Cassiano, non arbitror satis certum: quia generaliter adhibendum præcipit ad omnia nec in tropario Græcorum vel apud vllum alium scriptorem Græcum exstat huiusmodi ritus vllum indicium. Hic in fine suggero quod alias notaui de prima Ecclesiæ sententia frequentanda [k], & alia quæ tam opere placuit Alexandro Seueto; *quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris* [l]. Idem eodem iure meretur, vt Cassianum audiamus, noster ille verticulus. Placet Bonifacio VIII. hic verticulus pro Symbolo [m].

Vers. 3.] Confundantur & reuereantur qui quærunt animam meam.

IN Versu 15. eadem sunt prorsus Hebraicè, & Græcè, nisi quòd pro ὑπερασπιστὴν, imperatiui modi, est optatiui modi ὑπερασπίσαι: & in vtraque lingua, atque in Latina additur, *et auferant eam*, & in tribus editionibus *simul*, post *reuereantur*. Consilio & reuerentia in vtramque partem sumi possunt; sed potius in malam, & de persecutoribus Christi, Ecclesiæ, confusumque iusti. Vt qui vitæ insidiantur, operiantur confusione, & pudore; cum persecutionibus ipsis, & mortibus proficere Christi Religionem & virtutem vel inuiti deprehendent; certè saltem eum po-

[a] vers. 60.

[b] De Nom. Diuin. c. 4.

[c] Cassianus in Collat. vltimo num. 18. & circa eum exacta habenda. 1. Coll. 10. c. 10.

[d] In Regula S. Benedicti, c. 9.

[e] Eccl. 10. 1.

[f] 4 de Eccles. offic. cap. 2.

[g] De reb. Eccles. c. 11. 1. Num. 10. 35. cæremon.

[h] Alterius est ad Deum vota.

[i] vers. 17.

[k] Chrys. Hom. 1. in Eutrop. Tom. 5. Lactantius in Seueto.

[l] Confirmat hæc ex Symbolo Bonifacij VIII. in Clement. 10 vltim.

[m] Exhortatio ad hunc verticulum perpetuo recitandum.

[n] Cassianus expostulat cum Prosperi reprehensione.

[o] Prosperi huius reprehensio quando.

[p] Mentio

[q] Mentio

[r] Mentio

[s] Mentio

[t] Mentio

[u] Mentio

[v] Mentio

[x] Mentio

[y] Mentio

[z] Mentio

[aa] Mentio

[bb] Mentio

[cc] Mentio

[dd] Mentio

[ee] Mentio

[ff] Mentio

[gg] Mentio

[hh] Mentio

[ii] Mentio

[kk] Mentio

[ll] Mentio

[mm] Mentio

[nn] Mentio

[oo] Mentio

[pp] Mentio

[qq] Mentio

[rr] Mentio

[ss] Mentio

[tt] Mentio

[uu] Mentio

[vv] Mentio

[xx] Mentio

[yy] Mentio

[zz] Mentio

[aaa] Mentio

[bbb] Mentio

[ccc] Mentio

[ddd] Mentio

[eee] Mentio

[fff] Mentio

[ggg] Mentio

[hhh] Mentio

[iii] Mentio

[kkk] Mentio

[lll] Mentio

[mmm] Mentio

[nnn] Mentio

[ooo] Mentio

[ppp] Mentio

[qqq] Mentio

[rrr] Mentio

[sss] Mentio

[ttt] Mentio

[uuu] Mentio

[vvv] Mentio

[xxx] Mentio

[yyy] Mentio

[zzz] Mentio

[aaaa] Mentio

[bbbb] Mentio

[cccc] Mentio

[dddd] Mentio

[eeee] Mentio

[ffff] Mentio

[gggg] Mentio

[hhhh] Mentio

[iiii] Mentio

[kkkk] Mentio

[llll] Mentio

[mmmm] Mentio

[nnnn] Mentio

[oooo] Mentio

[pppp] Mentio

[qqqq] Mentio

[rrrr] Mentio

[ssss] Mentio

[tttt] Mentio

[uuuu] Mentio

[vvvv] Mentio

[xxxx] Mentio

[yyyy] Mentio

[zzzz] Mentio

suammet mortem, & in generali iudicio, confundentur, inquit Hilarius. Christi animam quærendo, quem eum peremerint, scient eum viuere, quia Deus vitæ & resurrectionis est Dominus: dehinc (quod postea sequitur) auertentur ne [a] occurrant cum sanctis *obuiam Christo in nubibus* raptis. Postremò auersi, non in alia quam, retrorsum resurgentes, vltionisque iudicio, in infima terræ, vnde emersérant, reuertentur. Imitatur Hieronymus Hilarium.

a Eph. 4. 14. 1. Thess. 4. 16

Moralis distinctio confusionis in vitiis.

In bono sensu exemplum vindictæ affert Augustinus in Saulo confuso, & reuerito, prostrato, erecto ad obediendum, qui inflammatus erat ad persequendum. Moraliter distinguit Augustinus confusionem in vitiis, quando mens ipsa perturbatur, &, vt ita dicam, deordinatur formaliter propter vitia [b], pœna vitiis cum tanquam pœna & effectus malus consequitur ex illis, contra vitia cum displicent, & pœnitet peccatorem: primo & secundo modo præsidem hoc loco; tertio etiam optat. Ferri tamen desiderium potest in confusionem peccatoris secundam, vt conducit ad tertiam, & ad reuerentiam quatenus importat honorē quem defert offenso Deo peccator, timens pœnam. Vouet alibi [c] Dauid fore vt *lingua* eius *tota die meditetur iustitiam Dei, cum confusi & reuerriti fuerint qui quærunt mala mihi.* In genere Sapiens [d] tradit esse duplicem confusionem, quæ adducit peccatum, & quæ adducit gratiam gloriámque.

b AQ. 9. 2.

c psl. 70. 24.

d Eccl. 4. 31.

Reuertantur.] Addunt, *inimici mei*, Psalterium Romanum, & Cassiodorus.

Qui quærunt animam meam.] Dixi additum Psalmo 39 [e] *vt auferant eam.* Ibi verò etiam docet; quod hoc itidem monet loco Augustinus, bene ac male quæri Christi animam posse, & quæri Christum in alio [f] Psalmo, quòd non esset qui requireret animam eius; eo loco doluisse se non quæri ad imitandū; hic gemere se quæri ad opprimendum. Postremo non malè Hugo, vt etiam prius notauit eos qui animam quærant, dæmones interpretatur, qui animæ præsertim optant interitum, id est, damnationem, & leonis rugientis more quærunt quem hoc pacto deuorent [g].

e vers. 15.

f psl. 141. 5.

g 1. Pet. 5. 8.

Vers. 4.] Auertantur retrorsum, & erubescant, qui volunt mala mihi:

Auertantur, statim erubescentes, qui dicunt mihi: Euge, Euge.

EXtat prior istius pars hoc modo in vers. 15. Psalmo 39. posteriore parte. *Conuertantur retrorsum, & reuereantur qui volunt mihi mala.* Græca & Hebræa vtriusque loci sunt eadem, nisi quòd optatiui modi verba Græca ibi, quæ hic imperatiui. Ad præcedentem versum tanquam vnicum cum illo reiicit editio Hebræa & Græca istius versus omnes dictiones vsque ad *mala.* Habet duplicem quoque sensum sententia hæc, sicut præcedens, bonum & malum, sed malus literalior. Hoc & sequenti se versu Bernardus [h] armabat muniebátque contra malenolos laudatores, & beneuolos, verùm nimios. Ita verò exponebat precari se vt quicúque existimarent de ipso supra id quod videbant in ipso, aut audiebant aliquid ex ipso, auerterentur, id est, a laudibus suis in quas ignari nimis ferebantur, resilirent, & pedem retraherent, quandoquidem videlicet cognoscentes plenius, quem immoderatius laudabant, & consequenter erubescentes, vel errorem suum, vel amici deprehensam inutilitatem, & tam vilis & abiectus eis appareret, quatenus puderet eos talem ita laudasse, & sic desinerent iam indiscretè laudare.

h Epist. ... *Omnes laudatores nimios ... beneuolos, verùm nimios, ita orabat ... arma retorsit.*

Erubescant.] In Psalterio Gallicano, *confundantur*, quod priore iam versu positum fuerat, *qui volunt mihi mala*, in Psalterio Romano, & apud Augustinum, & Hilarium, saltem in huius commentario, *qui cogitant.* Legerunt fortassis βουλόμενοι, non autem βουλεύονται: & ita se quoque legisse innuit Apollinarius in metaphrasi:

Ἐρεθέτω μισοῦντάς μοι κακὸν βουλεύοντι.
Auertantur vituperabiles mihi mala molientes.

Perpendens Augustinus *cogitandi* verbum, docet primò fuisse impetum persequentium; modò remansisse malevolentiā cogitantium grauis cogitationibus, tanquam in abyssō (innuit hinc abyssum illud Apollinarij. ἐμπεσέτωσαν) vitio ligatum diabolum, & alludit etiam Augustinus ad ligatum in abyssō diabolum [a], frustrare & non erumpere: *vincire, captos, omnibus frustrare, tabescere* [b].

a Apoc. 9. 2.

b psl. 111. 10

Inimicos homines Hugo, qui nocere, malisque nos afficere conentur, hic intelligit; priori versu, diabolum, vt dixi, animæ insidiantem: nec non admitti potest de multitudine cadentibus retrorsum, cùm Christus se respondit esse quem venerant comprehensum [c]. Generaliter omnes comprehendi aduersarij possunt: iuxta verò Augustini distinctionem, hi qui pietatis, & Christianitatis prætextu erroribus Ecclesiam persequuntur; quorum auersio, & erubescentia, vel bona, vel mala hic intelligitur. Augustinus interpretans de bona, septem filias explicat modos ex diuinis litteris petitos intendi cupienti digitum.

c Ioan. 18. 6.

Auertantur statim erubescentes qui dicunt mihi, Euge Euge.] In Psalm 39. hic habet versus 16. *Reuertantur confestim confusionem suam, qui dicunt mihi, Euge Euge.* Variant quoque nonnihil, Hebræa, & Græca. Primum Hebræum verbum, id est, יָשׁוֹבּוּ *iascuvmu, pereā*, יְשֻׁבוּ *iascuvm, auertantur*, seu *reuertantur*, & *conuertantur*: Græcum eo loco, κατισχυνθήτωσαν, *fiant*, in hoc ἀποστραφήτωσαν. Pro, *statim*, ibi est, *confestim*: Græcè, παραχρῆμα, & hic παραυτίκα. Eadem Hebræas voces עַל־כַּף בֹּשְׁתָּם *bhal kh kev*, Hieronymus vertit nunc, *ad vestigium*: tunc, *post.* Vltimo pro nomine confusionis & αἰσχύνη, ponitur hoc participium, *erubescentes*, & αἰσχυνόμενοι, cùm sit idem nomen Hebræum cum affixo בָּשְׁתָּם *boschi ham*, & reddat Hieronymus priore Psalmo, *pro confusione sua*, in isto, *ad vestigium confusionis sua*: quod aliter transfert pro Caietano Rabbinus, *super vestigio*, & Caietanus declarat *in signum.* Ego autem idem arbitror esse atque quod etiam Latinè valet, *è vestigio*, id est, statim, confestim, &c. quasi dicas, simul ac vestigium sublatum est pedve ambulantis; apud Gregor. dd legitur, *confundantur statim*, &c. Dū autem exponit sententiam hanc aduersus adulatores, vt fecisse Bernardum docuimus, scribit, verbis istis doceri eorum linguas non esse in subsequenti tempore differendas. Adulatio etenim, ait, si vel ad tempus patienter suscipitur,

d Hom. 11. in Eccles.

augetur, & paulisper demulcet animum, vt a rigore suæ rectitudinis mollescat in delectatione sermonis. Sed ne crescere debeat, statim est, & sine mora, ferienda. Ita quoque Augustinus præsentem locum declarat de adulatoribus, plus volens horum linguas persequi, quam manus interfectorum. Sed hoc de vitio dictum alibi. Lege etiam eundem Gregorium [a]. Cur toties repetatur *erubescent, rubor, confusio*, notat Hugo, nempe quia pudere nos debet propter peccata ingratitudinémque nostram, & ob Dei longanimitatem. Obseruat etiam *euge* vsurpari ad irridendum [b], applaudendum [c], adulandum [d], admirandum [e], commendandum [f]. Egregius psal. 39 [g]. de eadem voce: at nolim Hugoni credas, *euge* Latinam vocem derivari a Græcis *& bene, & gaudeo*, quòd adulatores tertia solent bona laudare. Insolens est hujusmodi derivandi ratio vnius linguæ vocabuli ex peregrina lingua. Valet ea interiectio idem quod, *macte*: in quo laus cum adhortatione continetur: quasi eum cui dicis optes *magis auctum*, & eidem, *magnificentiam*, id est, *maius augmentum* [h], præsertim virtutis & honoris. Chaldæum geminatum חַדְוָא חַד נָא *chadvna chadna* melius videtur interpretatus Nebiensis, *gaudeas, gaudeas*, quam sit in bibliorum versione, *gaude, gaude, gaude gaude*.

Adulatoribus longe plus nocet quam manus interficientium.

a 22. Moral. c. 5. vers. 5. Hugo in hunc locum.

b Psal. 34. 16. c Psal. 39. vers. 16. Hugo. d Psal. 39. 16. Hugo, vbi de eo. e Psal. 69. 4. f Ezech. 29. 16. g Matt. 25. 21. & vers. 23.

Macte, magnificentia, quid sit. h Seruius in 4 Aen. Macte nostra virtute, &c.

Vers. 5. Exultent & lætentur in te omnes qui quærunt te, & dicant semper: Magnificetur Dominus: qui diligunt salutare tuum.

NIhil differt aliud 39. psalmi versus 17. nisi quod habet, *super se*: & *quærentes*, quod participium Græce hic etiam est, ὁ ζητοῦντες. Ibidem additur κύριος, *Dominus*: hic, ὁ θεὸς, *Deus*, vt notauit etiam Euthymius. In emendatis bibliis Græcis hoc loco non est ὁ θεὸς, & omisit Apollinarius: Latine autem exstat, *Domine*, in aliis quibusdam psalteriis & apud Cassiodorum. Quod idem Euthymius addit pro vltimo nomine *Dominus*, esse ibi *Deus*, non reperio in libris qui nunc extant: sed vtroque legitur κύριος, *Dominus*. Hilarius priorem psalmi partem interpretatus de precatione contra impios, docet, hanc quæ sequitur, quia rememorationis erat psalmus, id est, cum gerebat in titulo, continere orationem pro sanctorum spebus. Vt scilicet resurgant in lætitiam, sicut illi alij in confusionem, & cum priores quia intulerat, & mala cognauerint, rubore suffundendi sint, isti propterea quòd salutare dilexerint Dei ad confessionem magnificentiæ illius proficiant. Generaliorem sequimur sensum

Lætentur.] Augustinus, *iucundentur. Exultandi & lætandi* seu *iucundandi* distinctionem aliàs attigimus. Crebrò synonyme vsurpantur: nec *exultare*, ad corpus; *lætari*, ad mentem semper pertinet; quamuis vtrumque partis gaudium intelligi hic possit.

Qui quærunt te.] Rectè idem Augustinus monet prius à Deo ipso quæsitos esse qui quærunt eum. Tum argumentatur apposite: Contemnet te ô Ouis quærentem se qui prior quæsiuit contemnentem se, & non quærentem se, *lætetur cor quærentium Dominum* [i], inuenient si in tota tribulatione cordis quæsierint eum [k].

Et dicant semper.] Ita videntur patrum alij necti vt sit similis illi sententiæ, *vouebo eum Dominum* [a] *in omni tempore, semper laus eius in ore meo.* Apollinarius magis clarè id exprimit.

a Psal. 34. 1.

πάντοτε βοᾷζοντων μεγαλα αυχέα δῶρα θεοῖο.
semper loquamur magnifica dona Dei.

Tamen Augustinus refert ad verbum *magnificetur*, vt hoc dicant, semper magnificetur Dominus. Expleat etiam vt sit magnificandus à te, quando vocat te, id est, quando confitenti peccata secundùm inspirationem suam dedit veniam: quando incipis iuste viuere, nec velis ipse viquam, aut vsquam magnificari: sed etiam tunc magnifices eum vt regat, & si perseueras vsque in finem, vt glorificet.

Magnificetur Dominus.] Quo pacto magnificari Deus à nobis possit, alibi monuimus. Hilarius notat non indigere aliquo Deum, aut quidquam expectare à terum naturis & mentium opinionibus, cùm ad æternæ beatitudinis naturâ sibi sit ipse sufficiens, & nihil extra quod sibi desit, ne aliunde expectet, dereliquerit: magnificari per beneficiorum suorum incrementa nobiscum, cùm magnificentia eius & commodorum nostrorum sensu ac iucunditate, & referendæ gratiæ laude cumulatur; denique quotiescumque magnificetur, dicimus toties aut optandi nobis a Deo muneris, vota esse, aut sumpti perceptique confessione, magnificentiæ eius laude nobiscum, per commodorum nostrorum incrementa nascente. Malo posteriorem acceptionem pro confessione & laude magnificentiæ diuinæ; additur quandoque attributis aliis, quæ cùm celebramus, magnum Deum esse declaramus. Rarò reperies vsurpatum per modum optantis seu imperantis *magnificatur* verbum, vel indicantis, & enunciantis, vt significet petere nos, vel optare, vel asserere beneficia Dei erga nos; vt, *magnificamus Dominum*; *magnificatur Dominus*, *magnificetur Dominus*, &c. Nec etiam quando dicitur *anima magnificare* [b] *Dominum*, aliud significatur, quàm celebrare illum vt magnum; quamuis verum sit, quòd *magnificare Dominum misericordiam suam cum aliquo* [c], vel, *magnificare facere cum aliquo* [d], sit magnificentiæ opera exercere, & magnis afficere beneficiis. In libro Numerorum [e], quod scribitur; *Magnificetur ergo fortitudo Domini*: videtur habere eadem notionem, pro desiderio, vt sint fortitudinis effecta & signa edat. Hoc loco post lætitiam & exultationem iussi vel inuitati dicere, *Magnificetur Dominus*, non iubentur, aut inuitantur ad poscenda beneficia noua, sed ad gratias laudesque pro iam acceptis, sine à se siue etiam propter communionem caritatis, ab alijs. Pareamus sapienti [f]; *lætetur anima vestra in misericordia eius*, & *non confundemini in laude eius*.

Vertit magnificando magnificat.

b Psal. 68. 31.

c Psal. 144. 7.

d Psal. 17. 51.

e Num. 14. 17.

f Eccl. vlt.

Qui diligunt salutare tuum.] Non ascenderunt in cor hominis quæ præparauit Deus *expectãtibus eum & diligentibus se*: diligentibus aduentũ eius tum primum, tum secundum: dicit *coronam* [g] *iustitiæ*, gloriabuntur in eo *qui diligunt nomen eius* [h], habitabunt in cœlesti Hierusalem [i]: inque electis tabernaculis Domini [k]. Quid ibi velit *salutaris* vocabulum, vidimus alibi. Diligit hoc salutare, vt ait Augustinus, qui à Deo salutem cognouit esse, non à se se sanatum, sed priùs ægrotum, vt ipse se sanare requireret, nec alius homo; quia [illum]

g 1 Cor. 9. 25. 2 Tim. 4. 8. Iac. 1. 12. 1 Pet. 5. 4. h Psal. 5. 12. i Psal. 83. 5. k Psal. 14. 1.

salus hominis [a] *nec in eo est salus* [b], sed *Domini est* [c]. Præterea diligit non amore solo concupiscētiæ, sed amicitiæ, syncerāque caritatis, hoc salutare, qui non ideo quia tibi ipsi bonum, sed quia ipsum in se ac per se, nec illud vni sibi optat, sed alijs, volēs exemplo Dei omnes homines saluos fieri. Ad hęc salutem & salutare diligere cēsetur, is tantum, qui non negligit salutem [d]. Est nempe via adipiscendi eam, quod est operari ipsam [e]. Suscipit *scientiam salutis* [f], & *annunciatam viam* [g], *pœnitentiam fiduciam in salutem* habet [h]: meminit se positum *in acquisitionem salutis* [i], etiam si capiatur alio nomine tanquam *hereditas* [k], longanimitate Dei bene vtuntur arbitrantes esse *salutem* [l], hoc est, occasionem & *diem salutis* [m]. Denique vt alia præteream, qui secum reputat, quòd *salus animæ in sanctitate iustitiæ melior est omni auro, & argento* [n]. quamuis hæc verba vltima videantur esse de sanitate, quæ vocatur ibi, ὑγίεια καὶ ἰσχὺς, *sanitas*, & *bona habitudo*: nec hi Græce mentio de sanctitate iustitiæ.

a pſ. 59. 13.
b pſ. 144. 15.
c pſ. 3. 9.
d Heb. 2. 3.
e Philip. 2. 12.
f Luc. 1. 77.
g Act. 16. 17.
h 2. Cor. 7. 10.
i 1. Theſſ. 5. 9.
k Hebr. 1. 14.
l 2. Per. 3. 15.
m 2. Cor. 6. 2.
n Eccl. 30. 15.

Vers 6.] Ego verò egenus, & pauper sum: Deus adiuua me.

Adiutor meus, & liberator meus es tu Domine, ne moreris.

IN psalmi 39. vlt. versu legūtur ista hoc modo, *ego autem mendicus sum & pauper, Dominus sollicitus est mei. Adiutor & protector meus tu es: Deus meus, ne tardaueris.* Ioh Græce pro, ὁ δὲ θεός βοήθησόν μοι, *Deus adiuua me*, habetur, καὶ ἐγὼ πτωχὸς μέ, *Dominus sollicitus est mei*: pro ῥύστης, *liberator*, ὑπερασπιστὴς, *protector*; pro κύριε, *Domine*, ὁ θεός μου, *Deus meus*. In Hebræis hæc differunt. Pro אֱלֹהִים *elohim*, est ibi אֲדֹנָי *adonai*: pro חוּשָׁה *chusciah, festina*, יַחְשׁ *tachasion, cognabit*, aut *sollicitus erit*: pro עֻזִּי *hhezri* עֻזָּתִי *hhezrath* quæ valent, *auxilium meum*: pro יְהוָה *iehouah* אֵל הַי *elohai*. Hoc præsertim Hebræi textus discrimen obserno, ne quis tot eorundem diuersis in psalmis repetitionem versuum putet fieri absque vlla prorsus mutatione: quod tamen poeta facere pro arbitrio potest, vt se varia det occasio.

Egenus & pauper sum.] In psalmo 39. *mendicus, & pauper sum.* Græca ac Hebræa nomina, eadem. Verbum substantiuum hoc loco deest Hebraice & Græce, & abest à quibusdam codicibus Hilarij, atque Augustini. Hic etiam vrget Augustinus professionē necessitatis gratiæ: solum Deum ideo verè Dominum, quia omnes eo, ipse nullo eget [o]; aliter alterius hominis ope, etiā seruus, qui dominus vocatur, ac propterea non absolutè dominus. Alludit præterea ad nomen mendici Lazari [p], quem asserit esse typum Ecclesiæ, significare autem iuxta etymologiam, *adiutum*, & semper confiteri Ecclesiam debere adiutorio sibi opus esse. Voluit dicere *adiutorium Domini*, & passiuè sumere, prout est in alio. Nam Hebræum nomen proprium Eleazar, quo, vt more Latino inflectitur, & dicitur Eleazarus, Pauli

o pſ. 15. 2.
Mendicus Lazarus, Ecclesiæ typus.
p Luc. 16. 20. & 22.

A nas [a] dictum appellat mendicum, habet dictam notionem *auxilium Domini* ab לא *el*, *Deus*; & עזר *hhezer auxilium*, siue *auxilium*. Syriace in Euangelio appellatur לעזר, *lahhazar*, Græce, λαζαρος. Hebræi vocarent אלעזר *elhhazar*, qui Græce, ἐλεάζαρος, & Latine, *Eleazar*, quod fuit nomen filij Aaron [b], & aliorum, interdumque in scriptura ἐλεάζαρος. & Eleazarus protensō nomine dicitur. De Christi paupertate Hilarius hunc interpretatur locum, confirmátque, quòd ei ne ad paschę quidem cœnam, nisi quęsita & aliena domus fuerit [c]. Pluribus alijs argumentis id alias ostendimus. Drogo [d] Cardinalis, vnum quemlibet ex nobis egenum pauperémque interpretans, &, nimirum, salutis egentem, non ineptè comparat cum mendico illo & claudo ex Actibus Apostolorum [e], qui sedebat ad portam templi Speciosam, cùm ascenderent Petrus & Ioannes hora orationis nona ad templum, quia eadem Christus orauerit hora in cruce, & expirauerit [f].

a epiſt. 11. ad Antonium.
b Exo. 6. 25.
c Mat. 26. 18.
d de paſſ. Domini tom. 2. bibl. Patrum.
e cap. 3.
f Luc. 23. 46.

Deus adiuua me.] Meminit Hugo alios legere, *adiuuat me.* non reperi apud alium huiusmodi lectionem.

Adiutor meus & liberator meus es tu] Augustinus, *& eruitor.* Id quoque valet ῥύστης. *Eruitor* idem doctor, implicato nexibus diuersarum curarum quæ hinc atque inde dilaniant quasi spinæ & sepes in angusta via, necessarium docet: hærere, qui dicat, sufficit, iustus sum; neminem debere arbitrari se iam accepisse, perfectum esse, apprehendisse [g], qui se putet scire, quondum scire, quē admodum oporteat eum scire [h], quæ sunt retro, obliuisci oportere, & in ea quæ ante sunt, se extēdere, & sequi ad palmam supernæ vocationis: cauendum ne non modò audiantur qui tibi dicunt, sed ne ipse tibi dicas, *euge, euge*, teipsum laudando, laudantibus consentiendo.

g Philip 3. 12.
h 2. Cor. 9 2.

Domine ne moreris.] Psalteria duo alia, & Hilarius, Augustinus, Cassiodorus, Arnobius, *ne tardaueris*, sicut est in ps. 39. iuxta vulgatam editionem, & videntur nomen *Domine*, pungere præcēdētibus, quod ad sensum nihil refert. Augustinus acutè declarat, cùm non sit reipsa venturus Deus antequam statuerit, ne tardius videatur nobis spatium quod statuit: & habeamus tolerantiam, sine qua tardum videtur; & deflectimus à Deo, similes illis qui in eremo fatigati, festinauerūt à Deo petere delicias, quas illis in patria seu in terra promissa referuabat, & cùm non darentur, quibus fortè corrumperentur, murmurauerunt redieruntque corde in Ægyptum [i]. Hilarius interpretans de Christo, vult indicare Christum tarditatem sibi nullam in patiēdo quæsiuisse, qui & passionis moras non ferēs, proditori dixerit [k]: *Quæ facis fac citò*: simul etiam festinare, liberari in se susceptæ carnis infirmitatem maturatæ resurrectionis virtute. Quisquis periculum sentit imminere, aut boni quidpiam sperat, censet esse periculum in mora, & *ob dilatam spem affligitur* [l]: descēdere quodammodo Deum orat, priusquam subeatur periculum, sicut Regulus faciebat [m]: ipsique cum Daniele [n], dicit, *ne moreris propter temetipsum Deus meus.*

i Exod. 16. 3.
k Ioan. 13. 27.
l Prou. 13. 12.
m Ioan. 4. 46.
n c. 9. 19.

PSALMVS SEPTVAGESIMVS.

1 Psalmus Dauid,

Filiorum Ionadab,& priorum captiuorum.

IN te Domine speraui, non confundar in æternum : 2 in iustitia tua libera me,& eripe me.

Inclina ad me aurem tuam, & salua me.

3 Esto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum : vt saluum me facias.

Quoniam firmamentum meum,& refugium meum es tu.

4 Deus meus eripe me de manu peccatoris,& de manu contra legem agentis & iniqui:

5 Quoniam tu es patientia mea Domine:Domine spes mea à iuuentute mea.

6 In te cõfirmatus sum ex vtero:de ventre matris meæ tu es protector meus.

In te cantatio mea semper: 7 tanquam prodigium factus sum multis:& tu adiutor fortis.

8 Repleatur os meum laude.vt cantem gloriam tuam : tota die magnitudinem tuam.

9 Ne proiicias me in tempore senectutis:cùm defecerit virtus mea, ne derelinquas me.

10 Quia dixerunt inimici mei mihi : & qui custodiebant animam meam, consilium fecerunt in vnum,

11 Dicentes:Deus dereliquit eum, persequimini,& comprehendite eum : quia non est qui eripiat.

12 Deus ne elongeris à me : Deus meus in auxilium meum respice.

13 Confundantur, & deficiãt detrahentes animæ meæ:operiantur confusione,& pudore qui quærunt mala mihi.

14 Ego autẽ semper sperabo:& adiiciam super omnem laudem tuam.

15 Os meum annunciabit iustitiã tuam: tota die salutare tuum.

Quoniam non cognoui literaturam,

16 introibo in potentias Domini : Domine memorabor iustitiæ tuæ solius.

17 Deus docuisti me à iuuentute mea: & vsque nunc pronunciabo mirabilia tua.

18 Et vsque in senectam & seniũ : Deus ne derelinquas me.

Donec annunciem brachium tuum generationi omni,quæ ventura est:

Potentiã tuam, 19 & iustitiam tuam Deus vsque in altissima, quæ fecisti magnalia: Deus quis similis tibi?

20 Quantas ostendisti mihi tribulationes multas, & malas:& conuersus viuificasti me:& de abyssis terræ iterum reduxisti me:

21 Multiplicasti magnificentiam tuam: & conuersus consolatus es me.

22 Nam & ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam:Deus psallam tibi in cithara,sanctus Israël.

23 Exultabunt labia mea cùm cantauero tibi:& anima mea,quam redemisti.

24 Sed & lingua mea tota die meditabitur iustitiam tuam : cùm confusi & reuereriti fuerint qui quærunt mala mihi.

Titulus & Argumentum.

*Vers.*1.] Psalmus Dauid,

Filiorum Ionadab , & priorum caprinorum.

In te Domine speraui , non confundar in æternum.

VETVSTA biblicam nostrãm versuum distributionem,comprehenditur versu vno titulus cum rectaris aliis verbis.In biblijs Cõplutensibus , & Regijs præponitur Græce,& Latine, τῷ Δαυὶδ ψαλμὸς , *Dauid psalmus*, et postponitur, ἀπαρχὴ τῶν ἑξῆς ἐστιν , *principium sequentis Hebraei*. Et ita quidem in textu Hebræo nullus omnino titulus est : affirmat autem Basilius , siue Theodoretus , verbis illis Græcis tectari qui fecit inscriptionem,illam in Hebræo non reperiri. Euthymius ait , cùm Dauid hunc

psalmum

psalmum conscripserit ex persona filiorum Ionadab, & aliorum qui primò a Babylonijs in captiuitatem ducti sunt, LXX. præsens: psalmo hanc inscriptionem imposuisse, cum omni prorsus inscriptione careret apud Hebræos illum inuenissent.

De titulo audiendum.

Quisquis tituli sit auctor, & siue omnium qui extant, LXX. siue Esdras, vt hoc loco sentit Haimo, quæ de re disputatum in præfatione [a], pari hic reuerentia recipiendus, ac reliqui. De LXX. scribit Hieronymus [b], non pauca de suo vel addidisse, vel abstulisse, ita tamen auctoritatem data ipsa vetustate. Augustinus [c] non dubitat asserere si quid sit in codicibus Hebræis, & non apud LXX. noluisse Spiritum sanctum per istos, sed per illos prophetas Hebræos, nempe Scripturarum editores immediatos, dicere: & contrà si quid apud LXX. & non in dictis libris, per hos noluisse dicere: quidquid apud vtrosque inuenitur, voluisse per vtrosque, sed ita, vt illi præcederent prophetando, isti sequerétur prophetice illos interpretando. Sed nunc non discepto quanta debeat apud nos esse LXX. interpretum auctoritas. Constat editionis vulgatæ Latinæ multo potiorem esse quam scilicet approbauit, & nobis proposuit Ecclesia. Qui titulum nullum recipiunt, eiusdem argumenti cum priore psalmo esse contendũt, quod & vniuersè pronuntiant de quibuscumque Psalmis titulo carentibus, qui post alios titulo insignitos consequantur, vt eodem præfatione monuimus [d]. Lyranus negat a priore distingui, & parum facit hũc titulum: vt fere solet satis inconsultè, aliorum psalmorum: nec veretur dicere appositum secũdum imaginationem, vel opinionem alicuius expositoris, & non videri multum concordare cum litera psalmi. Treuerens eodem pacto dicit non esse diuersum psalmum à præcedente. Arguanũ, & Valentia refellamus, cùm Hebraice notatur numerali nota distincta. Expendamus iam tituli partes seorsim. Meminit Ieronymus titulum Heron. [e] ad Paulinum.

Titulum vltimi psalmi qui non recipiunt, eiusdem argumenti cum priore esse contendunt, & alios simile carentes. Lyranus & alios refellit.

Filiorum Ionadab.] Monui, apud alios extare ante hæc, alia verba, *Dauid psalmus*. legit Nicephorus ordine oppositio, Ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ, *psalmus ipsi Dauid*, sed nihil refert. Apud Augustinum exat solum, *ipsi Dauid*, apud Hieronymũ, Bedam, Brunonem vtrumque, Haimonem, Hugonem, Rickelium, *psalmus Dauid*: Apud Cassiodorum, *Dauid psalmus*: apud Ruffinum, & Glossam ordinariam, *in finem psalmus Dauid*. Indicat Arnobius se legisse, *psalmus filiorum Ionadab*. Cõueniunt omnes non illum hic Ionadab (Apollinarius Ἰωναδὰβ vocat) intelligi, qui filius erat Semmaa fratris Dauid, vir prudens valde, & impurum consilium Ammoni nepoti dedit potiundæ amatæ Thamar sorore fratris sui Absalon [f], sed qui patrem habebat Rechab, de quo mẽtio fit in historia Regum [g], vbi narratur socius fuisse Iehu in occidendis reliquis domus Achab, & cultoribus Baal. Sed à Ieremia [h] præcipuè. Hic Rechabitarum filiorum Ionadab admirabilem constantiam commemorat, tum virorum, tum mulierum in obedientia patris sui, circa vini abstinentiam, & non ædificandas domos, & non possidenda vinea, & agro, & non habenda semente, & exprobrat Dei nomine inobedientiam populi erga expressa eius præcepta, & Rechabitis promittit propter tantam obedientiam, quod *non deficeret vir ex ipsis* ipsorum, seu *Ionadab filius Rechab stans in conspectu eius cunctis diebus*. Quo promisso quid contineatur, & quodnam mysterium, est incertum. Munus Leuiticum. & sacerdotale suadet fuisse quod prodit, Eusebio [a] teste, Egesippus [b], cùm Iacobum lapidibus obtererent Iudæi pergerent, ex Sacerdotibus vnum de filijs Rechab filij Rechabim, qui sunt Ieremiæ testimonio commendati, emissa voce contentiùs dixisse. Quid agitis? iustus pro vobis Deum precatur. Monachorum duces Hieronymus [c] hos Rechabitas nominat cum Elia, Elisæo, filijs prophetarum, atque de iisdem esse psalmi præsentis titulum Haimo, & Bruno Carthus vocant hoc loco Rechab Sacerdotem: difficile id est, si non fuerunt de Tribu Leui, sed Iuda, vt fere creditum, Rechabitæ. Psallendi munus habuisse Didymum Agellius ac Theodoretum asserere scribit. & propterea canẽdam illis psalmum à Dauide datum. Non hoc Theodoretus dicit, & gratis fieri non dubito. Plura de Rechabitarũ origine Abulensis [d], & Christophorus [e] Castro noster: prior autem quibus in rebus admirabiles fuerint religiosos, qui fũt in Ecclesia. Videtur Deus voluisse vt hic nunc nominarentur *filij Ionadab*, quos modestiæ causa Ionadab institutos tam præ familiæ, non à se, sed à suo patre Rechab *Rechabitas* cognominabat. Ludunt multi in cognomẽ *Ionadab*, *Deus spontaneus*, qui dicere possit [f], *voluntariè sacrificabo tibi*. Item, *In me sunt Deus vota, quæ reddam laudes tibi*, & ad psallendum tales inuitari, &, vt ait Arnobius, sobrietatis viros. Bruno Carthusianus Christum interpretatur Sacerdotem [g] oblatum, quia voluit [h]; filios suos inuitantem ad renuntiandum omnibus [i], & virę religionis perfectionem sectandam, vel certè exactam obedientiam diuinæ legis.

Et primum captiuorum.] Augustinus, *& eorum, qui primi captiui ducti sunt.* In plurimis Bibliis Græcis ἐξ τῶν ἀρχαλωσίων, sed in emendatis ἀρχαίων, id est, & qui primi captiui ducti sunt, vel, vt legit Augustinus, primi. Meminit Haimo lectionis absque particula cõiungente, *primorum loco tab priorum captiuorum*. Illam Apollinarius omisit:

καὶ ἐκ Ἰωναδὰβ μεγαλήτορ, οἳ τὸ παροῖθεν
ἐσταότα Βαβυλῶνος ἀγὸν κατὰ δοῦλιον ἦμαρ,
filij Ionadabis magnanimi, quibus antea (primo loco)
incolæ Babylonis attulerunt seruilem diem.

Ruffinus tangi docet his verbis historiam, quomodo filij Ionadab in prima captiuitate in Babyloniam ducti sunt. Græci satis fauent, & apud cæteros captiuos in honore fuisse, vt illis præ aliis psalmus meritò inscribatur. Nihil propriè de horum captiuitate diuinis literis proditũ extat. Solum citatus Ieremias [i] refert ex tabernaculis, vbi habitare tantùm ex religione ipsis licebat, recepisse se in Ierusalem, vt Chaldæorum ac Syrorum vitarent exercitus. Occupata ciuitate hos celebris famæ homines abductos credi potest. Hieronymus [m] de institutione Monachi scribens Paulino, explicantique psalmi titulum de Rechabitis, vt priùs dixi, ait hanc primos captiuitatem sustinuisse dici, quòd post solitudinis libertatem, id est continuam habitationem in tabernaculis, vrbe quasi carcere recluſi sunt. Nõ negat longius inde abductos, vsque in Babylonem, & equidem credo; quamuis videatur aliter sentire Augustinus, dicens, non captiuos ductos, sed illis, qui captiui ducendi erant, oppositos a

a c.12.

b Ep.101. de optim. gen. interp.

c c.16. de Ciuit. c.43.

c Epist.53.

Cur Ionadab hic tantùm, & non alibi.

f 2.Reg.13.3. 4.5.

g Lib.4.10. 11. & seq. & 23.

h c.35.10.12.

a c.35.10.11.

b Lib.5.

c Epist.13.

d 1.2.Paral. 2.4.30. & 31. e 1.2.Reg. 10. Ier.

f Psal.53. 8.

g Psal.53.12.

h Hebr.10.37. i Isa.53.7.

k Luc.14.33.

l c.35.10.11.

m Epist.13.

tatem primam acquisiuit illas: item semen seruorum Christi, quique diligunt nomen eius, possidendos ab iisdem Apostolis, vicissimque possessuros istos doctrinam eorum, atque habitaturos in eadem doctrina, & fide, nec non in Ecclesia.

Cœli, & terra.] Paraphiastes, *angeli cœlorum, & habitatores terræ.*

Mare.] Non satis commodè infernus, & habitatores eius per *mare* intelliguntur. Nec sanè dæmones damnatique laudant Deum: sed contremiscunt, ac blasphemant. Error Origenis est post iudicium omnes etiam dæmones consecuturos salutem. De hoc alias.

Origenes error de dæmonum restitutione post iudicium.

Et omnia reptilia in eis.] Hilarius, & Augustinus, *& omnia repentia in eis.* In Complutensibus, Regiisque bibliis, *in eo*: quia Græcè habetur, ἐν αὐτῇ. Sed in emendatis Græcis codicibus est, ἐν αὐτοῖς: quam lectionem ascribit Agellius Aquilæ, & Symmacho. *Mare* Hebraicè hoc loco pluraliter dicuntur יַמִּים *iammim*: Græcè θαλάσσα in singulari. Vnde pronomen singulare congruit eidem numero; plurale nomini singulari collectiuè sumpto. Vel *omnia reptilia in eis*, seu omne repens כָּל־רוֹמֵשׂ *chol romes* denotat, quæ in mari mouentur, ac in terra. Hieronymus vertit, *& omnia, quæ mouentur in eis*: Felix, *omne, quod mouetur in eis.* est רָמַשׂ *ramas*, non tantùm *repere*, ac *reptare*, vel *calcare*, sed etiam *ambulare*, & *mouere*. In Geneli [a] omne animal, *quod mouetur super terram*, illatum *in arcam*, Græcè declaratur, per ἑρπετὰ ἑρπετῶν ἐπὶ τῆς γῆς; Hebraice per רֶמֶשׂ [b] *romes*: item, *omnis caro, quæ mouetur super terram*, explicatur eodem Hebræo participio, & Græco κινούμενον. Motus physicus non conuenit proprie, cœli incolis angelis; nec astra per se mouentur, sed cum suis orbibus. Tamen si placet *reptandi* verbum, & *reptilium* nomen, per catachresim, licet duriorem, non solùm ad terram, & mare, id est, ad animantia aquatilia, & terrea, etiam ad homines transferre, sed ad Angelos quoque & astra, nullum hinc incommodum est. Occurrunt incommodo, si quod est ex dicta catachresi, alia duo Psalteria, & Cassiodorus, legendo, *& omnia quæ in eis sunt*, sicut extat in aliis Psalmis [c]. Beda in commentario indicat eandem lectionem, dum per participium ait, *omnia in eis*, verùm exponit de his, quæ sunt in terra, & mari. Apollinarius de solo mari piscibusque ipsius, explanat.

πάντα ἑρπετὰ & κτήνη πάντα τρέφει αἰθὴρ θαλάσσης.

Mare omnes feras, & quæcunque nutrit humor maris.

Notat Euthymius impropriè de piscibus vsurpatum non esse τῶν ἑρπετῶν, *reptilium*, aut *repentium*: fortassis autem ob eorum multitudinem. De his alibi [d]; *illic*, id est, in mari, *reptilia, quorum non est numerus.* In eodem libro Geneseos [e], *reptile animæ viuentis* ab aquis productum appellatur nomine Græco numeri pluralis τῶν ἑρπετῶν, sed Hebræo singulari שֶׁרֶץ *sceres*, quod proprie sonat *scaturiginem in magna copia per motum ebullientem, eructationis, motationis.* Dicitur non solùm de productione piscium [f], sed ranarum [g]; & vel bum שָׁרַץ *sciarats*, de repentibus in terra [h]: & de hominibus numero magno nascentibus [i]. Adhuc in Geneseos [k], reptilibus, quæ terra produxit, & Græcè, ἑρπετὰ τῆς γῆς nominantur, assignatur vocabulum רֶמֶשׂ *remes*, ex eodem verbo, cuius hoc loco est רֶמֶשׂ *romes*; & vt ibi distinguntur à iumentis, bestiisque terræ, significat, quæ proprie non gradiuntur, sed repunt, vel saltitant. Atqui vt antea dixi, *reptilia cœli*, vel soli pisces sunt in maribus, siue aquis, & in terra etiam: vel quidquid & in his, & præterea mouetur in cœlo aereo, vt aues; tum æthereo, vt astra, orbisque eorum, tum angeli, qui moueri possunt illic, aut illinc ad nos descendere, & per elementa quoque motum suum localem exercere. Fiat hic semel explicandus locus accuratius, ob similes alios, qui occurrere possunt.

Vers. 36.] Quoniam Deus saluam faciet Sion: & ædificabuntur ciuitates Iuda.

Et inhabitabunt ibi, & hæreditate acquirent eam.

Vers. 37.] Et semen seruorum eius possidebit eam, & qui diligunt nomen eius, habitabunt in ea.

GAudere secum Deumque collaudare homines, ac insensibiles etiam creaturas decet debere, propter istam causam, siue Propheta ipse, siue Christus; quoniam salus, quam operatus est Christus, pertinebit ad plurimos. Nam spiritualis longè melior terrena Sion, id est, Gentium Catholica Ecclesia, & ampliores ciuitatibus Iudææ materialibus, Ecclesiæ particulares, post hostes & aduersarios omnes deuictos, tum dæmones, tum homines, à communis vindice salutis instaurabuntur: & à fidelibus Christi, ac Dei seruis, & amicis, eorumque prole ac progenie, iure perpetuo quasi hæreditario & pacifico incolentur, atque possidebuntur, donec veniat consummatio seculi, & in cœlestem illam ciuitatem, nulli obnoxiam iniuriæ, incommodo, vicissitudini, transferantur. Polliet præterea laudis, & gratiarum actionis suppeditata Gentium Ecclesiæ intelligi materia, quoniam tandem, tardè licèt, velut postliminio, Iudæorum natio deserta, salutem consequetur, ciuisque *reliquiæ saluæ fient* [a], & variæ ex iisdem Ecclesiæ construentur; requiescent *super humum suam* [b], vt non sint amplius in terra Christianorum, tanquam in aliena, sub tributo; non vocabitur amplius Sion *euella*, nec *habens requirentem* [c]: reuertetur *virgo Israel* (vera iam cultrix Dei, & Christi sponsi sui) *ad ciuitates*, suas, desinens esse filia *vaga* [d]: *reducetur in terram suam, ædificabitur, & non destruetur*: non mouebitur populus hic Dei iterum de loco suo, sed *plantabitur, & non euelletur amplius* [e]: iniet hæreditatem paternam, non tam externam, quàm fidei, ac pietatis, indignúmque talium patrum semen, quorum imitabuntur vitam: & facti filij promissionis, æternam sine fine beatitudinis hæreditatem possidebunt, quæ est *Ierusalem*, non terrena seruiens cum filiis suis, sed *mater nostra* æterna, in cœlis [f]. Fauet isti expositioni Augustinus in oratione contra Iudæos [g].

sensus loci.

Quoniam Deus saluam faciet Sion.] Typus Ecclesiæ Sion sæpenumero est, vt prioribus quoque Psalmis vidimus. Habet hæc similitudinem cum his, quæ sunt in 101 [h]. *Tu exurgens misereberis Sion, &c. adeptaui Dominus Sion, & videbitur in gloria sua.* Tale quoque illud ex Psalmo 50 [i]. *benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion, vt ædificentur muri Ierusalem.* Repete ibidem dicta. le-

a Rom. 9. 27. c. 11. 5. Soph. 3. 11.
b Esa. 14. 2.
c Ierem. 30. 17.
d c. 31. 22.
e c. 24. 6.
f Galat. 4. 26.
g cap. 5.
h vers. 14. 17.
i vers. 20.

a c. 7. 8.
b vers. 21.
c pl. 95. 11. 12. pl. 145. 8.
d psal. 103. 25.
e c. 1. 20.
f In hom. 2. Euthal. pisces ponit pro omni genere animantium. Basil. c. 8. 17. Leuit. 11. 20. 46.
g Exod. 1. 7.
h c. 1. 24.

git Hilarius, *Dominus saluificauit*, multisque verbis efficaciter demonstrat sermonem hîc non esse de materiali Sion, sed de mystica, præsertim de cœlesti, vbi iuxta etymon Hebræi vocabuli, speculabimur Deum: & propter tantum bonum, ad quod adeo multi conuocandi sunt, meritò exigi hoc loco gratulationem cœli, terræ, maris, omnium creaturarum, cùm *super vnius peccatore pœnitentiam* tantum in cœlis *gaudium sit Angelorum* [a]: denique hoc titulum innuere Psalmi, *in finem, pro his, qui immutabuntur.*

a Luc. 15. 10.

Et ædificabuntur ciuitates Iuda.] Ecclesias & cõuentus Iudæorum secundùm spiritum, qui confiteantur Deum in humilitate, intelligunt passim: Hugo Sion Romanam, ex cuius, inquit, salute pendet ædificatio aliarum: vel ordinem religiosum, de quibus cætera piè & acutè ad finem vsque Psalmi declarat: quæ non inutile erit legere. Si præterea sumatur *Sion* pro Ecclesia triumphante, cum Paulo [b], de eius saluari per nouos et aliscriptos quotidie ciues, & ædificari ciuitates Iudæ, instaurãdo, hac veluti ratione, Angelorum ruinas distinctorum secundùm diuersos ordines. Attingit hoc Aiguanus. Opinionem de materiali extructione, & fabrica, Hilarius absque intelligentia, vtilitate, rei cõmunis scientia, ratione, natura, asserit esse, nec inopem duntaxat, sed etiam impiam. Nulla etiam, inquit, in ædificandis laus est, quæ sint postea destruenda, sed quò salutem, & felicitatem (summa hæc verborũ illius) homines consequamur per Christum pacificatorem, & reconciliatorem eorum, quæ in cœlis sunt, & in terra. Lege citatam Augustini contra Iudæos orationem. Reprehendit Hieronymus [c] etiam carnalem intelligentiam illius, & similis in Esaia loci [d], vbi scribitur, quòd *ædificabunt domos, & habitabunt, & plantabunt vineas*, &c. Argumentatur Hieronymus, quoniam de Sodoma quoq; Ezechiel [e] vaticinatur, quòd *reuocaturus in antiquum*. Idem ibi præterea dicitur de filiabus eius, hoc est, de ciuitatibus, & villis ei subiectis: item de Samaria. Subdit sanctus Doctor, *ædificia* sumenda, vel de virtutibus, vel de *diuersis mansionibus apud Patrem* [f]: ac talem domum centies ædificatam *supra petram* [g]. Videtur autem Ezechiel per Sodomam Samariamque restaurandas, immanissimũ Gẽtilium Ecclesiam prius constituendam, quàm ex Iudæis, vt non fiat *cæcitas omnis Israel, donec intret plenitudo Gentium* [h]; non introducatur veluti per vim frater natu maior quàm prodigus minor [i]; non introeat, quamuis præcurrens ante Petrum, Ioannes [k]; sint *nouissimi primi*, & contra [l]: ad æmulationem adducantur Iudæi *in non gentem* [m]; hoc quidem quando vocabuntur, quos ne gentis quidem nomine dignabantur. Ciuitates item istas, vt & Sion, atque Ierusalem Origenes [n] censet esse cœlestes, & eas mansiones apud Patrem, de quibus ex Origene, vt opinor mutuatus, dicebat Hieronymus: illas præterea ciuitates, super quibus potestatem dat bene negotiãti seruo Dominus [o]. Conducunt huc, quæ aliàs [p] de Ecclesia Iudaico vsu diximus vocabulorum *ædificandi, & ædificationis. Ædificans Ierusalem Dominus, dispersiones Israelis congregabit* [q]: & quasi per præconem iubetur hoc indici [r]; *dic ciuitatibus Iuda: ecce Deus vester: ecce Dominus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur*, vt nimirum valide reiectis hostibus, ædificare ac integrare ciuitatum ædificia possit.

Sion *pro Ecclesia triumphante.*

b Hebr. 12. 22.

c in c. 65 Esa. *Iudæos & humilia Dei carnalis intelligentia reprehendit Hieronymus*

d c. 61. 4.

e c. 16 55. 56.

f Ioan. 14. 2.

g Matt. 7. 24. 25.

h Rom. 11. 25.

i Luc. 15. 11. & seq.

k Ioa. 20. 4. 5.

l Matt. 20. 16. & Rom. 10. 19.

m Hom. 23. in Iosue.

n Luc. 19. 17. & in Matt. c. 4. in c. 9. 31.

o Luc. 19. 17.

p in Psal. 68. 4. & 101. 17.

q Psal. 146. 2.

r Esa. 40. 10.

A *Et inhabitabunt ibi.*] Hilarius, *in ea*: in Sion videlicet tanquam metropoli: ibi etiam in aliis ciuitatibus Iudæ. Nulla verò vis in composito Latino verbo; quamuis Hugo & Aiguanus significari velint habitare in Ecclesia non solùm numero, sed etiam merito. Hieronymus legit, *habitabunt*, quod præterea Interpres in fine Psalmi posuit, licèt sint alia verba Hebræum, & Græcum: sed hoc nõ minùs compositum, quàm quod hîc extat, id est, κατοικήσουσι, & κατακληρονομήσουσι.

Et hereditate acquirent eam.] Hilarius, *hereditabunt terram*. Hieronymus, *possidebunt*. Psalterium Gallicanum, *hereditabunt*. Simplicia verba sunt יירשו *ieraschu*, & κληρονομήσουσι, absque nominis adiectione: & sæpe redduntur per Latinum *hereditare* [a]. Alibi docui, quo pacto res eadem, quæ sub meritum cadit, *hæreditas* tamen appelletur. Quod attinet ad Ecclesiam, indicatur continua orthodoxorum successio. *Hereditas sanctis nepotes eorum* [b], &, quod statim hîc subdit, *semen seruorum Dei*. At sunt, qui *hæreditate possidere* velint *sanctuarium Dei* [c], non hæreditate spiritus, & virtutis, sed carnis, & sanguinis, quos ponet Deus, *vt retiam, & sicut stipulam ante faciem venti* [d]; ita vt firmiter, ac fixè possidere, & habitare nõ possint. Cœlestis beatitudo sola absolutum hæreditatis meretur nomen, quia sine periculo amittendi possidetur, non sicut ea res, quas hîc habemus, etiamsi sit iustitia & gratia, vt obseruat Bernardus [e].

B

a pf 24. 13. pfal. 36. 11. 22. 29. pf. 81. 8.

b Eccl. 44. 11.

c pf. 82. 13.

d vers. 14.

C *Et semen seruorum eius possidebit eam.*] Verba Hebræum & Græcũ sunt pluralia. יִנְחָלוּ *inchalu*, & κατακληρονομήσουσιν, sumendo videlicet nomen *seminis*, & זֶרַע *zerahh*, & Σπέρμα & collectiue: quos vocat filios יִטְּבוּ *bene*, Paraphrastes Augustinus, *obtinebũt*. Accipitur *semen* pro seminis fructu, & genitis ex semine. Valde id vsitatum Hebræis: nonnunquam etiam Græci fructum reddituum partu, & humanam propaginem prolemve vocant. *Semen seruorum Dei* sunt ex Dei proientium terris, Abraham, Isaac, & Iacob, & horum opera facientes, & ad illud vnũ semen pertinentes, cui benedixit Dominus. Istis solis debetur seminis gratiæ fructus gloria. Quod verò attinet ad allegoriam de Ecclesia, opportunè Hugo Cardinalis monet, eius possessionem atque administrationem tribui debere semini seruorum Dei, qui Apostolorum imitentur fidem, & probitatem, vt non tantùm, inquit, de nobilibus, nec tãtùm de Romanis fiant Cardinales aut Papa, sed tantum de bonis cuiuscumque generis, vel nationis: qui etiam, vt sequentibus dicitur verbis, diligant nomen Dei, exemplo Petri, à quo Dominus requisiuit dilectionem, & amorem, cùm ei agnos, & oues pascendas commendauit [f].

c Hieronymus in Psal. 68. 4. Semen proximum significat.

Σπέρμα.

Allegoria. Hugonis Cardinalis piam mentem.

Cardinales & Papa vnde & quomodo assumendi.

f Ioan. vlt. 15. 16. 17.

D *Et qui diligunt nomen eius.*] Iudæos in spiritu hæc magis exprimũt, vt obseruauit Hilarius, verumque semen, ac filios Abrahæ, vt pietatis magis sit, non generis electio: quia præstet omnibus caritas Dei, quæ in Christo est; sicut Petrum nihil aliud, quam verum se amaret, interrogatus idem Christus, quod etiam paulo antè diximus.

E *Habitabunt in ea.*] Hilarius, *inhabitabunt eam*. Id noto, ne quis in synonymis frustra discrimen requirat: etiamsi non eadem verba sint, Græcum & Hebræum, κατοικήσουσιν, & יִשְׁכְּנוּ *iischenu*, in quibus non deesset nonnullum, vt ita dicam, mysterium, si proprietatem exactè attenderem. *Non amo nimium diligentes* [g], & *minutiam diligentiam* [h].

g Cicero de orat. lib. 1. & in partit.

PSALMVS SEXAGESIMVS NONVS.

1 In finem, Psalmus Dauid.

In rememorationem, quòd saluum fecerit eum Dominus.

2 DEus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me festina.

3 Confundantur, & reuereantur, qui quærunt animam meam:

4 Auertantur retrorsum, & erubescant, qui volunt mihi mala:

Auertantur statim erubescentes, qui dicunt mihi: Euge, Euge.

5 Exultent & lætentur in te omnes qui quærunt te, & dicant semper: Magnificetur Dominus: qui diligunt salutare tuum.

6 Ego verò egenus, & pauper sum: Deus adiuua me.

Adiutor meus, & liberator meus es tu: Domine ne moreris.

Titulus & Argumentum.

Vers. 1.] In finem, Psalmus Dauid.

In rememorationem, quòd saluum fecerit eum Dominus.

NIhil nos morātur primæ dictiones quatuor, quæ toties occurrerunt. Non omnes aut non modo eodem sunt in omnibus editionibus, tam illæ quam sequentes. Hebraice omittitur nomen Psalmi, nec non Græce, ac Latinè in bibliis Complutensibus, & Regiis, & apud Nicephorum, Basilium, Theodoretum. Quæ sequūtur post quatuor primas, testatur vel Basilius, vel Theodoretus non extitisse in aliquibus codicibus Græcis, nec in textu Hebraico, nec apud alios interpretes, videlicet diuersos à Lxx. Nunc textus Hebræus habet לְהַזְכִּיר *lehazkir*, sicut & in titulo Psalmi 37. vbi quemadmodum & hic Græce τὸ ἀναμνῆσαι.

Ad iuuandam memoriam valere hunc Psalmū significatum, aut esse dignum, qui frequentetur propter accepta a Deo beneficia; illud maximè quo Leuitæ nectur consequentibus verbis, vel suggeratur velati Deo, vt quemadmodum antea fecerit, iuuare in posterum dignetur. Nil refert quòd in auferendi casu aliqui legant, *in rememorationem*, vt Hilarius, & fere cæteri Latini. Aliud discrimen est, quia ex iisdem Latinis, multi habēt vice pronominis, *eum*, pronomen, *me*, quod etiam Latinè & Græce biblia Complutensia, Regia que, & Græcum, με, omnia biblia, atque Græci Enarratores Hieronymus, Remigius, Haimo, Arguanus, Bruno Carthusianus, & Herbipolensis; item Lyranus, Rickelius, Hugo, retinent, *eum*. Perinde est de se in prima vel in tertia loqui persona. Postremò, *fecit*, & non, *fecerit*, legamus, parum interest, etiamsi plurium sit prior lectio. Græca, εἰς τὸ σῶσαί με Κύριον, possent reddi, *vt saluet me Dominus*, quia aoristus, præsentis temporis vsum habet: & Basilius vel Theodoretus, denotari volunt orationem pro futura salute, auxilioque: quod indicant etiam Euthymius, Nicephoros, Apollinarius. Hic isto modo explicat, ὑπὲρ πάντα γὰρ τὰ γενόμενα μεμνήσκων ὁ θεὸς Δαυὶδ ἔφη αὐτῷ, ζῶσόν μέ δέσποτα, *omnia fidelem commemorans Deus Dauid dixit, viuifica me Domine.* Latinos oportet sequi, quibus fauet *rememoratio*, quæ de præteritis est, quamuis inuet illa, vt oratio instituatur pro futuris; nec necesse est subpeari cum Iansenio legisse apud Græcos Interpretem nostrum, ἐν τῷ σῶσαι. Arnobius aut ad præcedentis Psalmi verba, *saluum me fac*, titulum respicere, quasi gratias agat saluatus. Denique retinere titulus totus debet, quisquis ad Hebræa quidpiam a fecerit, maioris procul dubio auctor, tatis nunc saltem, post Ecclesiæ approbationem, quàm simplex expositor, cui Lyranus & Rickelius eam additionem tribuunt. Augustinus tituli nullam fecit mentionem, quia fortassis nihil iudicauit in eo notatu dignū. Omitto quod R. Elias hoc loco affert לְהַזְכִּיר *lehazkir*, esse principiū cuiusdam noti cantici, cuius concentu Psalmus hic modulatè canendus est. Agellio non assentior a Lxx. positum in titulo id quod in Hebræo est initium Psalmi. Cur enim id fecissent, non assequor profectò rationem, qua suam illam coniecturam tueri nititur, & omnino nouam opinionem. Vim certè ratio non habet vt nos ab aliis abstrahat, communique & recepta lectione, & si ea translatio facta esset, non essent vsi verbo σῶσαι, sed ῥυσθῆναι, quod ipse in veteris Vaticani codicis textu prætermissū testatur. In titulo Chaldæo non moror *pro fasciculo thuris* יְקָרָא לְאַקְטָרָא *lehaasfir leuunsha*. Iunxit fortassis orationem illam compendiosam quam gereret Dauid velut suauem fasciculum, quem tanquam *per meditationem* [a] incenderet, cùm eam mente ac spiritu recitaret. Constat enim cum incenso orationem comparari, & in quodam alio Psalmo [b], & in Apocalypsi [c] nomen etiam *fasciculi* alludit ad rememorationem.

Iam verò titulus hic indicat Argumentum. Redigit in memoriam veterem liberationem,

a psal 38. 4. *Orationes cum incenso temperatio.*
b psal 140. 2.
c c. 5. 8. c. 8. 3.
d *Argumentum.*

vel ab

vel ab Absalone, vt placet Basilio, siue Theodoreto vel à Saule, cùm eos fugeret (vtrumuis R. Kimhi asserit) vel ab alio graui periculo: scilicet quòd simili sit tunc vius oratione: quam, quòd adeo vtilis fuerit; memoriæ causa in carmen retulerit, tum vt ad similem necessitatis articulum in promptu haberet, tum vt memoris gratique animi significationem ederet in conspectu liberatoris sui Dei, tum, quod idem Græci Patres affirmant, & Euthymius ac Nicephorus, vt præ manibus haberet quoties delicti reminisceretur aduersus Vriam commissi, atque tanquam potens carmen caneret contra dæmones, qui se in illud barathrum coniecerant, ne amplius sui dominarentur.

Latini explanatores pro maxima parte conueniunt, clamare sub Christi persona Prophetam ad Deum Patrem, cum commonefaciendo eorum quæ decreuerit ab æterno per Filium suum facere pro Ecclesia, & electis, contra hostes ipsorum: vt propterea iuuet liberétque se à graui luctu, quam sit initurus cum illis.

Simile quid etiam asserunt de oratione corporis Christi mystici, quod est Ecclesia, & nos ipsi, quibus dum in hac versamur vitæ militia, necessarium est assiduè implorare auxilium Dei, vt hostes quidem confusi tandem abeant, nos ex impensa nobis ope, obtentáque victoria, consequamur lætitiam.

Martyribus & Confessoribus Cassiodorus assignat hunc psalmum: Augustinus, omnibus iustis; Athanasius, in Epistola ad Marcellinum, vtilem ait esse, cum 63. 67. & 70. psalmis, cuilibet, quem terreant inimici, neque conquiescant ab vltibus, omniaque machinentur in eius perniciem, etiam si plurimi fuerint. De crebro vsu primi versiculi dicam postea.

Vsus huius psalmi cum 63. 67. & 70. quando.

Quia verò totus psalmus parum differt ab vltimis quinque trigesimononi versibus, non erit hic nobis hærendum diutius, sed quæ præsenti sunt propria, solum attingenda. Simile quiddam nouimus psalmo quinquagesimo texto de illo & de 107. & idem contigit primis versibus 10. & 70.

Totus hic psalmus fere idem cum vltimis quinque trigesimi noni versibus.

Vers. 1.] Deus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me festina.

SI ex psalmi trigesimi noni versu decimoquarto; *Complaceat tibi Domine vt eruas me, Domine ad adiuuandum me respice*, tollas primum verbum, quod est Hebraicè רְצֵה *retseh*, Græcè, εὐδόκησον, & pro יְהוָה *Iehouah*, prioris loci, legas *Elohim*, quod est in isto; reliqua Hebræo sermone nihil differunt: Græco autem ibi est, εὐδόκησον κύριε τοῦ ῥύσασθαί με, κύριε εἰς τὸ βοηθῆσαί μοι πρόσχες; hic ὁ Θεὸς εἰς τὸν βοηθόν μου πρόσχες. κύριε εἰς τὸ βοηθῆσαί μοι σπεῦσον. Hieronymus dempto primo verbo, alterius psalmi, & nomine *Domine* pro nomine *Dei*, transfert vtrobique eodem modo, nisi quòd priori loco, *ad eripiendum me*, in hoc: *vt auxiliatoris mihi.* Placuit Lxx. Interpretibus nonnihil variare; & pro רְצֵה *retseh*, ex priore psalmo, vsurpare πρόσχες, quasi legissent hic elementis simile רְאֵה *reeh*, vide: *pro τὸ ῥύσασθαί με, vt liberes seu eruas me*, nomen cum præpositione εἰς τὸν βοηθόν μου, & pro πρόσχες quo erant vsi in secundo membro alterius psalmi, & in primo istius, adiunxerunt hic in fine verbum σπεῦσον, *festina.*

Deus.] Iam monui psalmo trigesimo nono, versu decimo quarto, vertisse Hieronymum, *Domine*; quia ibi est יְהוָה *Iehouah*; hic אֱלֹהִים *Elohim*, quæ tamen vtrouis modo exponi possunt. Ibi etiam est κύριε, *Domine*; hic ὁ Θεὸς, *Deus.* Nomina duo, *Domine Deus*, coniungunt Romanum Psalterium & Hilarius.

In adiutorium meum intende.] Idem Hilarius docet orari, vt is qui *posuit adiutorium super potentem* a Christum, *intendat in* idem *adiutorium.* Opus habemus nos multo magis, quàm Christus, sempiterno, vt Augustinus loquitur, adiutorio in isto seculo. Parum solida Brunonis Carthusiani notatio est: vt *intendere* sit intensum se in iuuando gerere. *Adiutorium* quod Hugo dicit, vxor, quæ viro data est in hunc finem[b]; vel certè caro ipsa, contra quas oretur quatenus nocent, hoc versu Deus; in tertio, contra Dæmones, qui quærunt animas: in quarto, contra inimicos apertos, qui volunt nobis mala: in quinto, contra fictos qui dicunt, *Euge Euge*, vel, vt, in primo (supputando versus absque titulo) petatur donum Timoris: in secundo, Pietatis: in tertio, Scientiæ: in quarto, Fortitudinis: in quinto, Consilij: in sexto, Intellectus: In septimo, Sapientiæ. Delectatur his Hugo. Dum absit ineptia, & non præ se ferat qui his vtitur, aliud quàm accommodationem quandam sensus, tolerari possunt: non autem si proferat velut ex literali sensu; quod facitant ignari scripturarum in sermonibus ad populum, non sine vel risu, vel stomacho.

a ps. 88. 20. *Opus habemus sempiterno in isto seculo adiutorio.*

Parum solida Brunonis Carthusiani notatio.

b Gen. 2. 20.

Hugonis interpretatio.

Placet magis distinctio Aiguani de multiplici hominum genere, quibus adiutorium Deus præbet. Auctorem omnium consulat qui vult, disputantem præterea de illis qui Deo contemnant adiutorium, aut qui Dei adiutores sunt. Monet demum in genere aptari posse versus septem totidem extirpandis capitalibus vitiis.

Diuisio Aiguani aptata.

Festina.] Agellius negat membrum secundum appositum à Lxx. sed ab illo Interprete: atqui in textu Hebræo totum est: nec ab illis omissum credi debet, & aliquo modo reiectum in titulum; sicut priùs quoque monui. Denique Græci legunt vt partem textus, etsi non diffitear apud Apollinarium extare interpretationem solius primi membri:

ἄφθιτε καὶ πρὸν σκοπιάζεο πάντοθ' ἀρωγὴν:
Immortalis, nostrum obserua semper auxilium.

Sed contentus fuit semel dixisse, quod synonymè bis dicere poterat. Quomodo etiam ab Augustino & Hilario prætermissa est interpretatio membri eiusdem.

Verbum חוּשָׁה *chusiah*, pro quo in psalmo trigesimonono c est πρόσχες, & *respice*, hic autem σπεῦσον, & *festina*, habet significationem vtramque tum *festinandi*, & *accurrendi cum strepitu*, ita vt exaudiatur ab aliis, tum *sentiendi*

c 65. 14.

cum obtestatione: quod facit qui mendit; & vt psalmo 118[a]. vertitur ἑτοιμάσθην, *paratus sum*: & חפז *chasciah*, atque חפזון *chasciasiah*, *festinationem diligentiam que* significat. Quod festinatum vrget Dauid auxilium, Caietanus ait vel prius per reuelationem dictic ſſe id esse præbiturum Deum: vel quia grauitatem sentiebat periculi. Conuenit secunda ratio cuilibet. Si placet vim Græci vocabuli σπεύδω, perpendere, quatenus dicimus σπουδὴ, & σπεῦσαι, *contemplari*, & *curare*, propter prouidentiam quam gerit de omnibus, vt annotauit quoque Dionysius[b], meritò hanc ab illo exigimus τὸ προσέχειν καὶ τὸ σπεύδειν, *intendere atque festinare*.

De versiculo toto Cassianus[c] (quem hoc loco Cassiodorus meritò cognominat facundissimum, licet non in omnibus sequendum, nempe cùm de gratia disputans vergit ad Pelagianos) multa dixerit, demonstrans vtilitatem eius tantam esse, vt quicquid Monachi assumpserint, sine illius trina iteratione non inchoent. Videtur Isaac, apud Cassianum, ad psalmi titulum alludere, cùm ait, quòd ad perpetuam Dei memoriam possidendam, hæc inseparabili ter proposita nobis esse debeat formula precis, quia recipiat omnes affectus quicumque inferri humanæ possunt naturæ, & ad omnem statum atque vniuersos incursus propriè satis & competenter aptatur, & aduersus vniuersi differentia inuocationem Dei: pro vera humilitatem piæ confessionis, sollicitudinis & timoris perpetui vigilantiam, considerationem fragilitatis suæ, exauditionis fiduciam, confidentiam præsentis semperque assistentis præsidij, amoris & caritatis ardorem, insidiarum contemplationem inimicorúmque formidinem, &c. postremò, qui se semper, & in omnibus, inquit, desiderat adiuuari, manifestat quòd non tantùm in rebus duris ac tristibus, sed etiam in secundis ac lætis pari modo Deo egeat adiutore. Subiicit longam, elegantem, piam per capitula vitia, & alia pericula inductionem, contra quæ plurimum præsentis recitatio attenta versus continuat. Iam horror vt hunc versiculum, in opere quolibet seu ministerio, vel in itinere consistenti cantare non detrectemus: hunc & dormientes & reficientes, & in vltimis naturæ necessitatibus meditemur, hunc meditantibus nobis somnus irrepat, donec incessabili eius exercitatione formati, etiam per soporem eum decantare confaciamus, vt expergefactis primis occurrat nobis vigilantibus, cogitationes anticipet vniuersas: de nostro surgentes cubili eumdem omni gentium tradat; atque illinc decessos ad omne opus actúmque deducat: omni tempore prosequatur, hunc meditemur secundùm præcepta legislatoris[d], sedentes in domo, ambulantes in itinere, dormientes atque consurgentes: hunc scribamus in limine & in stipitibus oris nostri; hunc in parietibus domus nostræ, & penetralibus nostri pectoris collocemus, ita vt hæc ad orationem procumbentibus sit accliuis decantatio, & exinde consurgentibus, atque ad omnes vsus vitæ necessarios accedentibus fiat erecta & integris oratio. Decet etiam[e] hoc versu, si nimium recte concipiatur, paupertatem spiritus comparari[f], per quam nihil nos præsidij, nihil virium habere cognoscentes, de alieni largitate quotidianum peccatorum nostrorum

lium, *mendici & pauperes* Dei, qui *solus* eius est noster, ac iuuat nos[g], ita vt sic pauperes & inopes ex animo laudemus nomen illius[h].

Retuli in summam quæ pluribus de versiculo illo Cassianus persequitur, quibus si consentaneus vbique de gratia docuisset, reprehensionem Prosperi & aliorum non meruisset gratiæ namque necessitatem vix potuit melius quàm citato loco tractando versiculum præsentem, demonstrare. Quòd Cassianum Cassiodorus trinæ iterationis in vsurpando versiculo à monachis in quolibet opere meminisse dicit, equidem non reperio. Mentionem miror minime factam à Cassiodoro de recitando, recitarique solito eodem versiculo ad omnium horarum canonicarum principium. Dixi nonnihil psalmo quinquagesimo, cùm exponerem verba illa[c]: *Domine labia mea aperies*, &c. monuique à nonnullis etiam in matutinali officio ante illa recitari versiculum hunc nostrum[d]. Admonet de dicto exordio horarum ab illo versiculo Glossa ordinaria quæ ex Alcuino sumpta est, & refertur etiam à Petro Lombardo, Aiguano, Rickelio, Valentia, & aliis recentioribus.

Causam reddit Alcuinus, quia cùm orare debemus, maximè tunc nititur tentare diabolus, vt *noctua morientes perdant suauitatem vigiliarum*[e]. Vltimi duo putant id etiam præuisum in spiritu à Dauide. Fieri potest; vix credo. Amalarius[f], & Strabo comparant vsurpationem istam versiculi cum verbis, quæ recitabantur, quando efferebatur Arca g; *surge*[h] *Domine*, &c. *dissipentur inimici tui*, &c. Id notauimus psalmo sexagesimo septimo[i]. Quòd idem Strabo institutionem refert ad antiquos Patres, intelligens proculdubio quæ dicuntur à citato Cassiano, non arbitror satis certum: quia generaliter adhibendum præcipit ad omnia: nec in tropario Græcorum vel apud vllum alium scriptorem Græcum extat huiusmodi ritus vllum indicium. Hic in fine suggero quod alias notaui de prima Ecclesiastæ sententia frequentanda[k], & alia quæ tam topere placuit Alexandro Seueto; *quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris*[l]. Idem eodem iure meretur, vt Cassianum audiamus, nostet ille versiculus. Placet Bonifacio VIII. hic versiculus pro Symbolo[m].

Vers. 3.] Confundantur & reuereantur qui quærunt animam meam.

IN Versu 15. eadem sunt prorsus Hebraicè, & Græcè, nisi quòd pro ἐντραπήτωσαν, imperatiui modi, est optatiui modi ἐντραπεῖεν: & in vtraque lingua; atque in Latina additur, *vt reuerentur eam*, & in tribus editionibus *simul*, post *reuereantur*. Confusio & reuerentia in vtramque partem sumi possunt; sed potius in malam, & de persecutoribus Christi, Ecclesiæ, cuiuscumque iusti. Vt qui vitæ insidiantur, operiantur confusione, & pudore; cum persecutionibus ipsis, & mortibus proficere Christi Religionem & virtutem vel inuiti deprehenderint; certè saltem clam po-

[a] vers. 60.

[b] Dion.

[b] De hac nomine.

[c] Cassianus de Cassiano summum, & vera sæpe dicta habentem.

[c] Coll. 10. c. 10.

[d] In Regula S. Benedicti, c. 9.

[e] Eccl. 10. 2.

[f] 4 de Eccles. offic. c. 2.

[g] De reb. Eccles. c. 15.

[h] Num. 10. 35. vers. 12.

[i] Exhortatio ad hunc versiculum perpetuo recitandum.

[k] Chrysost. Homil. in Euthrop. Tom. 5. Lamentatio in Seueto.

[l] Alleg. est ad Deut. 6.

[m] Versiculus hic pro Symbolo Bonifacio VIII. in Concil. in vita.

[a] 11

[b] Dion.

suammet mortem, & in generali iudicio, confundentur, inquit Hilarius, Christi animam quærendo, quem cum peremerint, scient eum viuere, quia Deus vitæ & resurrectionis est Dominus: deinde (quod posteà sequitur) auertentur ne a occurrant cum sanctis *obuiam Christo in nubibus* raptis. Postremò auersi, non in alia quam, retrorsum resurgentes, vltionisque iudicio, in infima terræ, vnde emerserant, reuertentur. Imitatur Hieronymus Hilarium.

Actualis distinctio confusionis in nimis.

In bono sensu exemplum vindictæ affert Augustinus in Saulo confuso, & reuerito, prostrato, erecto ad obediendum, qui inflammatus erat ad persequendum. Moraliter distinguit Aiguanus confusionem in vitijs, quando mês ipsa perturbatur, & (vt ita dicam) deordinatur formaliter propter vitia [b], pro vitijs cum tanquam pœna & effectus malus consequitur ex illis, contra vitia cum displicent, & pœnitet peccatorem primo & secundo modo præsenti hoc loco; tertio etiam optat. Fieri tamen desiderium potest in confusionem peccatoris secundam, vt conducit ad tertiam, & ad reuerentiam quatenus importat honorē quem defert offenso Deo peccator, timens pœnam. Vouet alibi [c] Dauid fore vt *lingua eius tota die meditetur iustitiam Dei, cum confusi & reuersi fuerint qui quærunt mala mihi.* In genere Sapiens [d] tradit esse duplicem confusionem, quæ adducit peccatum, & quæ adducit gratiam gloriamque.

Reuertantur.] Addunt, *inimici mei*, Psalterium Romanum, & Cassiodorus.

Qui quærunt animam meam.] Dixi additum Psalmo 39 [e] *et auferant eam.* Ibi verò etiam docet; quod hoc itidem monet loco Augustinus, bene ac male quæri Christi animam posse, & quæri Christum in alio [f] Psalmo, quòd non esset qui requireret animam eius; eo loco dolausse se non quæri ad imitandū, hic gemere se quæri ad opprimendam. Postremo non male Hugo, vt etiam prius notauit eos qui animam quærant, dæmones interpretatur, qui animæ præsertim optant interitum, id est, damnationem, & leonis rugientis more quærunt quem hoc pacto deuorent [g].

a Eph. 4. 16. 1. Thess. 4. 16

b Act. 9. 7.

c psl. 70. 24.

d Eccl. 4. 31.

e vers. 15.

f psl. 141. 4.

g 1. Pet. 5. 8.

Vers. 4.] Auertantur retrorsum, & erubescant, qui volunt mala mihi:

Auertantur, statim erubescentes, qui dicunt mihi: Euge, Euge.

EXtat prior istius pars hoc modo in vers. 15. Psalmo 39. posteriore parte. *Conuertantur retrorsum, & reuereantur qui volunt mihi mala.* Græca & Hebræa vtriusque loci sunt eadem, tàm quòd optatiui modi verba Græca ibi, quæ hic imperatiui. Ad præcedentem versum tanquam vnicum cum illo reiicit editio Hebræa & Græca istius versus omnes dictiones vsque ad *mala.* Habet duplicem quoque sensum sententia hæc, sicut præcedens, bonum & malum, sed malas literaliter. Hoc & sequenti se versu Bernardus [h] armabat muniebatque contra malenolos laudatores, & beneuolos, verùm nimios. Ita verò exponebat precari se vt quicunque existimarent de ipso supra id quod videbatur in ipso, aut audiebant aliquid ex ipso, auerterentur, id

h Epist. 111. *Contra laudatores malignos & benevolos nimios, etiamsi mentiantur, parma ferendi.*

A est, a laudibus suis in quas ignari minime tetrahebantur, resilirent, & pedem retraherent, quandoquidem videlicet cognoscentes plenius, quem immoderatiùs laudabant, & consequenter erubescentes, vel errorem suum, vel amici deprehensam mutilitatem, & tam vilis & abiectus eis appareret, quatenus puderet eos talem ita laudasse, & sic desinerent iam indiscretè laudare.

Erubescant.] In Psalterio Gallicano, *confundantur*, quod priore iam versu positum fuerat, *qui volunt mihi mala*, in Psalterio Romano, & apud Augustinum, & Hilarium, saltem in huius commentario, *qui cogitant* Legerunt fortassis συλλογίσωνται, non autem βουλόμενοι: & ita se quoque legisse innuit Apollinarius in metaphrasi:

B

σφεδὸν μαίνονται ὅτι ὁ μοι κακὰ βουλεύσαντων.
Auertantur vituperabilis mihi mala molientes.

Perpendens Augustinus *cogitantis* verbum, docet primò fuisse impetum persequentium; modò remansisse malevolentiā cogitantium mala: vtris cogitationibus, tanquam in abysso (nimirū hunc abyssum illud Apollinarij, βυθοδρομοῦσι) vinco ligatum diabolum, & asserit etiam Augustinus ad ligatum in abysso diabolum [a], fieri mere & non erumpere *nocere, vastare, insidias facere, tabescere* [b]. a Apoc. 9. 2.

b psalm. 10.

Inimicos homines Hugo, qui nocere, malique nos afficere conantur, hic intelligit; priori versu, diabolum, vt dixi, animæ insidiantem: nec non admitti potest de multitudine cadentium retrorsum, cùm Christus se respondit esse quem venerant comprehensum [c]. Generaliter omnes comprehendi aduersarij possunt: iuxta verò Augustini distinctionem, hi qui pietatis, & Christianitatis prætextu errantibus Ecclesiam persequuntur; quorum auersio, & erubescentia, vel bona, vel mala hic intelligitur. Aiguanus interpretans de bona, septem illius explicat modos ex diuinis litteris petitos intendi cupienti digitum.

C

c Ioan. 18. 6.

Auertantur statim erubescentes qui dicunt mihi, Euge Euge.] In Psalm 39. hic habet versus 16. *Tunc confusio eorum fugiens, qui dicunt mihi, Euge Euge.* Variant quoque nonnihil, Hebræa, & Græca. Primum Hebræum verbum, id est, יָשׁוּבוּ *iasciuu*, *auertantur*, seu *reuertantur*, & *conuertantur*: Græcum eo loco, κατισχύθητωσαν, *fiant*, in hoc ἀποστραφήτωσαν. Pro, *statim*, ibi est, *confestim*: Græcè, παραχρῆμα, & hic παυσάσθω. Eadem Hebræas voces עַל בֹּשְׁתָּם *bhal bhoschām*, Hieronymus vertit nunc, *auertantur*: tunc, *post*. Vltimo pro nomine confusionis & αἰσχύνη, ponitur hoc participium, *erubescentes*, &c, αἰσχυνόμενοι, cùm sit idem nomen Hebræum cum affixo בָּשְׁתָּם *boschām*, & reddat Hieronymus priore Psalmo, *post confusionem suam*, in isto, *ad vestigium confusionis sua* quod aliter transtert pro Cajetano Rabbinus, *super vestigio*, & Caietanus declarat *in signum*. Ego autem idem arbitror esse atque quod etiam Latinè valet, *è vestigio*, id est, statim, confestim, &c. quasi dicas, simul ac vestigium sublatum est pedis ambulantis; apud Gregor. [d] legitur, *confundantur statim*, &c. Dū autem exponit sententiam hanc aduersus adulatores, vt fecisse Bernardum docuimus, scribit, verbis illis doceri eorum linguas non esse in subsequenti tempore differendas. Adulatio etenim, ait, si vel ad tempus patienter susciptur,

d Hom. 11. in Ecclef.

D

E

augetur, & paulisper demulcet animum, vt à rigore suæ rectitudinis mollescat in delectatione sermonis. Sed ne crescere debeat, statim est, & sine mora, ferienda. Ira quoque Augustinus præsentem locum declarat de adulatoribus, plus volens horum linguas persequi, quam manus interfectorum. Sed hoc de vitio dictum alibi. Lege etiam eundem Gregorium [a]. Cur toties repetatur *erubescentia, rubor, confusio*, notat Hugo, nempe quia pudere nos debet propter peccata ingratitudinemque nostram, & ob Dei longanimitatem. Obseruat etiam *euge* vsurpari ad irridendum [b], applaudendum [c], adulandum [d], admirandum [e], commendandum [f]. Egimus psal. 39 [g]. de eadem voce: at nolim Hugoni credas, *euge* Latinam vocem deriuari à Græcis ἐῦ, *bene*, & γῆ, *terra*, quòd adulatores terrena soleant bona laudare. Insolens est huiusmodi derivandi ratio vnius linguæ vocabuli ex peregrina lingua. Valet ea interiectio idem quod, *macte*: in quo laus cum adhortatione continetur: quasi eum cui dicis optes *magis auctum*, & eidem, *magnentum*, id est, *maius augmentum* [h], præsertim virtutis & honoris. Chaldæum geminatum חַדְיָא חַדְיָא *chaiena chadena* melius videtur interpretatus Nebrensis, *gaudeat, gaudeat*, quàm sit in bibliorum versione, *gaudi, gaudi, gaudi*.

Vers. 5. Exultent & lætentur in te omnes qui quærunt te, & dicant semper: Magnificetur Dominus: qui diligunt salutare tuum.

NIhil differt aliud 39. psalmi versus 17. nisi quod habet, *super te*: &, *quærentes*, quod participium Græce hic etiam est, οἱ ζητοῦντες. Ibidem additur κύριος, *Domine*: hic, ὁ θεὸς, *Deus*, vt notauit etiam Euthymius. In emendatis bibliis Græcis hoc loco non est ὁ θεὸς, & omisit Apollinarius: Latine autem extat, *Domine*, in aliis quibusdam psalteriis & apud Cassiodorum. Quòd idem Euthymius addit pro vltimo nomine *Dominus*, esse ibi *Deus*, non reperio in libris qui nunc extant: sed vtrobique legitur κύριος, *Dominus*. Hilarius priorem psalmi partem interpretatus de precatione contra impios, docet, hunc qui sequitur, quia rememorationis erat psalmus, id est, eam gerebat in titulo, continere orationem pro sanctorum spebus. Vt scilicet refrangant in lætitiam, sicut illi alij in confusionem, & cùm priores quia irriserint, & mala cogitauerint, rubore suffundendi sint, isti propterea quòd salutare dilexerint Dei ad confessionem magnificentiæ illius proficiant. Generaliorem sequimur sensum.

Lætentur.] Augustinus, *iucundentur. Exultandi & lætandi* seu *iucundandi* distinctionem alias attigimus. Crebrò synonymè vsurpantur: nec *exultare*, ad corpus; *lætari*, ad mentem semper pertinet; quamuis vtriusque partis gaudium intelligi hic possit.

Qui quærunt te.] Rectè idem Augustinus monet prius a Deo ipso quæsitos esse qui quærunt illum. Tunc argumentatur optime: Contemnet te ô Deus quærentem se qui prior quæsiuit contemnentem se, & non quærentem se, *lætetur cor quærentium Dominum* [i], inuenient si in tota tribulatione cordis quæsierint eum [k].

Et dicant semper.] Ita videntur passim alij necte re vt sit simile illi sententiæ, *benedicam Dominum* [a] *in omni tempore, semper laus eius in ore meo.* Apollinarius magis clarè id exprimit.

πάντοτε βαζόντων μεγαλωσύνας δόξας θεοῦ.
semper loquantur magnifica dona Dei.

Tamen Augustinus refert ad verbum *magnificetur*, vt hoc dicant, semper magnificetur Dominus. Explicat etiam vt sit magnificandus à te, quando vocat te, id est, quando confitenti peccata secundùm inspirationem suam dedit veniam: quando incipis iustè viuere, nec velis ipse vnquam, aut vspiam magnificari: sed etiam tunc magnifices eum vt regat, & si perseueras vsque in finem, vt glorificet.

Magnificetur Dominus.] Quo pacto magnificari Deus à nobis possit, alibi monuimus. Hilarius notat non indigere aliquo Deum, aut quidpiam expectare à rerum naturis & mentium opinionibus, cùm ad æternæ beatitudinis naturâ sibi sit ipse sufficiens, & nihil extra quod sibi desit, ne aliunde expectet, dereliquerit: magnificari per beneficiorum suorum incrementa nobiscum, cùm magnificentia eius & commodorum nostrorum sensu ac iucunditate, & referendæ gratiæ laude cumulatur; denique quotiescumque magnificetur, dicimus toties aut optandi nobis à Deo muneris, vota esse, aut sumpti perceptique confessione, magnificentiæ eius laude nobiscum, per commodorum nostrorum incrementa nascente. Malo posteriorem acceptionem pro confessione & laude magnificentiæ diuinæ; additis quandoque attributis aliis, quæ cùm celebramus, magnum Deum esse declaramus. Rarò reperies vsurpatum per modum optantis seu imperantis *magnificamus* verbum, vel indicantis, & enunciantis, vt significet petere nos, vel optare, vel asserere beneficia Dei erga nos; vt, *magnificamus Dominum*; *magnificetur Dominus*, *magnificetur Dominus*, &c. Nec etiam quando dicitur *anima magnificare* [b] *Dominum*, aliud significatur, quàm celebrare illum vt magnum; quamuis verum sit, quòd *magnificare Dominum misericordiam suam cum aliquo* [c], vel, *magnificare facere cum aliquo* [d], sit magnificentiæ opera exercere, & magnis afficere beneficiis. In libro Numerorum [e], quod scribitur; *Magnificetur ergo fortitudo Domini*: videtur habere dictam notionem, pro desiderio, vt sint fortitudinis effecta & signa edat. Hoc loco potè lætitiam & exultationem nulli vel inuitati dicere, *Magnificetur Dominus*, non iubentur, aut inuitantur ad poscenda beneficia noua, sed ad gratias laudésque pro iam acceptis, siue à se siue etiam propter communionem caritatis, ab aliis. Pareamus sapienti [f]; *lætetur anima nostra in misericordiis eius, & non confundemur in laude eius.*

Qui diligunt salutare tuum.] Non ascenderunt in cor hominis quæ præparauit Deus *expectantibus & diligentibus se* [g], diligentibus aduentũ eius tum primum, tum secundum. reddet *coronam* [h] *iustitiæ*, gloriabuntur in eo *qui diligunt nomen eius* [i], habitabunt in cœlesti Hierusalem [k]: inque dilectis tabernaculis Domini [l]. Quid sibi velit *salutaris* vocabulum, vidimus aliàs. Diligit hoc salutare, vt ait Augustinus, qui à Deo salutem cognoscit esse, non à seipso sanatum, sed prius ægrotum, vt ipse se sanare nequiuerit, nec alius homo; quia *vana*

salus

a 32. mora' c. 5. vel 9. & 10. Hugonis obseruatio.

b Ps. 34. 16. c Ibid. 36. d hic & Ps. 69. 4. e Ezech. 25. 16. f Matt. 25. 21. g vers. 10.

Macte, magnificum, quid sit. h Seruius in 4 Aen. Macte noua virtute, &c.

Verbi magnificandi vsurpatio.

a Ps. 33. 1.

b Luc. 1. 46.

c Ibid. Ps. 125. 3.

d Ps. 125. 2.

e Num. 14. 17.

f Eccl. vlt.

g Ps. 144. 20. Cant. 5. 9. h 2. Tim. 4. 8. i Ps. 5. 12. k Ps. 68. 37.

l Ps. 83. 2.

salus hominis [a] *nec in eo est salus* [b], sed *Domini est* [c]. Præterea diligit non amore solo concupiscentiæ, sed amicitiæ, syncerâque caritatis, hoc salutare, qui non ideo quia sibi ipsi bonum, sed quia ipsum in se ac per se, nec illud vni sibi optat, sed aliis, volés exemplo Dei omnes homines saluos fieri. Ad hęc salutem & salutare diligere cẽsetur, is tantum, qui non negligit salutem [d]. Est nempe via adipiscendi eam, quod est operari ipsam [e]. Suscipit *seruitutem salutis* [f], & *annunciationem veram* [g], *pœnitentiam stabilem in salutem* habet [h]: meminit se positum *in acquisitionem salutis* [i], etiam si capiatur alio nomine tanquam *hæreditas* [k], longanimitate Dei bene vtuntur arbitrantes esse *salutem* [l], hoc est, occasionem & *diem salutis* [m]. Denique vt alia præteream, qui secum reputat, quòd *salus animæ in sanctitate vigilia melior est omnis auri, & argenti* [n]. quamuis hæc verba vltima videantur esse de sanitate, quæ vocatur ibi, ὑγεία & ἔξις, *sanitas*, & *bona inuentutis*, nec sit Græce mentio de Fortitudine iustitiæ.

a ps. 59.11. b ps. 107.13. c ps. 3.9.

d Heb. 2.3. e Philipp. 2.12. f Luc. 1.77. g Act. 16.19. h 2. Cor. 7.10. i 1. Thess. 5.9. k Hebr. 1.14.

l 2. Pet. 3.15. m 2. Cor. 6.2.

n Eccl. 30.15.

Vers 6.] Ego verò egenus, & pauper sum: Deus adiuua me.

Adiutor meus, & liberator meus es tu Domine, ne moreris.

IN psalmi 59. vltr. versu legitur ista hoc modo, *ego autem mendicus sum & pauper, Dominus solicitus est mei. Adiutor & protector meus tu es: Deus meus, ne tardaueris.* Ibi Græcè pro, ὁ θεὸς βοήθησόν μοι, *Deus adiuua me*, habetur, λύτρωσαί με, *Domine solicitus esto mei* pro ῥῦσαι, *liberator*, ὑπερασπιστὴς, *protector*; pro κύριε, *Domine*, ὁ θεός μου, *Deus meus*. In Hebræis hæc differunt. Pro אֵל הִים *elohim*, est ibi: אֲדֹנָי *adonai* pro חוּשָׁה *chusiah*, *festina*, יְחִשׁ *tachsion*, *cogitabit*, aut *sollicitus erit*: pro עֻזִּי *hhezri* עוזרי *hhozrati* quæ valent, *auxilium meum*: pro יְהוָה אֱלֹהִי *iehouah elohai*. Hoc præsertim Hebraei textus discrimen obtenuo, ne quis tot eorundem diuersis in psalmis repetitionem versuum putet fieri absque vlla prorsus mutatione: quod tamen poeta facere pro libitu potest, vt se varia det occasio.

Egenus & pauper sum.] In psalmo 39. *mendicus, & pauper sum.* Græca ac Hebræa nomina, eadem. Verbum substantiuum hoc loco deest Hebraice & Græcè, & abest à quibusdam codicibus Hilarij, atque Augustini. Hic etiam vrget Augustinus professionẽ necessitatis gratiæ: solum Deum ideo verè Dominum, quia omnes eo, ipse nullo eget [o]; alter alterius hominis ope, etiá seruiat, qui dominus vocatur, ac propterea non absolutè dominus. Alludit præterea ad nomen mendici Lazari [p], quem asserit esse typum Ecclesiæ, significare autem iuxta etymologiam, *adiutum*, & semper confiteri Ecclesiam debere adiutorio sibi opus esse. Voluit dicere *adiutorium Domini*, & passiuè sumere, prout est in alio. Nam Hebræum nomen proprium Eleazar, quo, vt more Latino inflectitur, & dicitur Eleazarus, Pauli

o ps. 15.2.

Mendicus Lazarus, Ecclesiæ typus.

p Luc. 16.20. & 21.

A mus [a] dictum appellat mendicum, habet dictum notionem *auxilium Domini* ab לא *el*, *Deus*; & עזר *hhezer adiutorium*, siue *auxilium*. Syriace in Euangelio appellatur לעזר, *lahhazar*, Græce Λαζαρος, & Hebræi vocarent אֶלְעָזָר *elhhazar*, qui Græce, ἐλεάζαρος, & Latine, *Eleazar*, quod fuit nomen filij Aaron [b], & aliorum, interdúmque in scriptura ἐλεαζαρος. & Eleazarus protenso nomine dicitur. De Christi paupertate Hilarius hunc interpretatur locum, confirmátque, quòd ei ne ad pascha quidem cœnam, nisi quæsita & aliena domus fuerit [c]. Pluribus aliis argumentis id alias ostendimus. Drogo [d] Cardinalis, vnum quemlibet ex nobis egenum pauperémque interpretans, & minimum, salutis egentem, non inepte comparat cum mendico illo & claudo ex Actibus Apostolorum [e], qui sedebat ad portam templi Speciosam, cùm ascenderent Petrus & Ioannes hora orationis nona ad templum, quia eadem Christus orauerit hora in cruce, & expirauerit [f].

a epist. 121. ad Ariz. hrum.

b Exo. 6.25.

c Mat. 26.18.

d de pass. Domini comment. lib. Patrum.

e Act. 3.2.

f Luc. 23.46.

Deus adiuua me.] Meminit Hugo alios legere, *adiuua me.* non repert apud alium huiusmodi lectionem.

Adiutor meus & liberator meus es tu.] Augustinus, & *erutor*. Id quinque valet ῥύστην. *Liberator* idem dicitur, imò ferè nexibus diuertiarum entium quæ hinc atque inde dilaniant quasi spinæ & sepes in angusta via, necessarium decet: hærere, qui dicat, sufficit, iustus sum; neminem debere arbitrari se iam accepisse, perfectum esse, apprehendisse g, qui se putet scire, nondum scire, quẽadmodum oporteat eum scire [h], quæ sunt retro, obliuiscí oportere, & in ea quæ ante sunt, se extẽdere, & sequi ad palmam supernæ vocationis cautendum ne non modò audiantur qui tibi dicunt, sed ne ipse tibi dicas, *euge, euge*, teipsum laudando, laudantibus contentiendo.

g Philip. 3.12. h 2. Cor. 9.2.

Domine ne moreris.] Psalteria duo alia, & Hilarius, Augustinus, Cassiodorus, Arnobius, *ne tardaueris*, sicut est in ps. 39. iuxta vulgatam editionem, & videntur nomen *Domine*, tangere præcedentibus, quod id sensum nihil refert. Augustinus, acutè declarat, cum non sit recipia venturus Deus antequam statuerit, ne tardius videatur nobis spatium quod statuit: & habeamus tolerantiam, tunc qua tardum videtur; & deflectimus à Deo, similes illis qui in eremo fatigati, festinauerũt à Deo petere delicias, quas illis in patria seu in terra promissa referebat, & cum non darentur, quibus fortè corrumperentur, murmurauerunt redieruntque corde in Ægyptum [i]. Hilarius interpretans de Christo, vult indicare Christum tarditatem sibi nullam in patiẽdo quæsiuisse, qui & passionis moras non ferẽs, proditori dixerit [k]: *Quæ facis, fac citiùs*: simul etiam festinare, liberari in se susceptæ carnis infirmitatem maturatæ resurrectionis virtute. Quisquis periculum sentit [illegible], aut boni quidpiam sperat, censet esse periculum in mora, & *ob dilatam ipsam offligere* [l]; desecédere quodammodo Deum orat, priusquam subeatur periculum, sicut Regulus faciebat [m]: ipsique cum Daniele [n], dicit, *ne moreris propter temetipsum Deus meus.*

i Exod. 16.3.

k Ioan. 13. 27.

l Prou. 13.12.

m Ioan. 4.46. n c. 9.19.

Deus præfert sacrificium laudis, quod in pauperis habitat pauperes, & propriùs offerri Deo, quam opulentis possint.

illis sacrificiis gloriantes, cùm, vt proximè antè dictum est, præferat Deus sacrificium laudis, quod in sua pauperes potest ite habent, & promptius etiam offerre, quam opulenti Deo, possiunt. Christus censeri potest suos alloquens, cohortari suo exemplo, ne dubitent, aut vereantur pauperiem, & sub hoc generali communique nomine, alias quaslibet ærumnas, incommoda, tribulationes, tentationes: sed attente inspicientes quis exitus, quam lætus, quam felix passionis fuerit; similem & ipsi, per eandem ingredientes viam, absque vlla cunctatione expectent; solum quærendo Deum sint *ipse gaudentes*, dùm sunt *in tribulatione patientes* [a]: & iustitiæ studendo, meminerint, quòd *iustus ex fide vivit* [b]. In psalmo 21. cuius, & istius, argumentum passio Christi est, timilis cohortatio subiici videtur, post nuncupata promissaque vota *in Ecclesia magna, & in conspectu timentium Deum* [c]; *Edent pauperes, & satiabuntur, & laudabunt Dominum, qui requirunt eum, viuent corda eorum in sæculum sæculi* [d].

a Rom. 12.12. b Rom. 1.17. Galat. 3.11. Hebr. 10.38.

c vers. 26.

d vers. 27.

Videant pauperes, & lætentur.] Hieronymus, *videntes mansueti lætabuntur.* Alij, *videbunt humiles*, aut *afflicti.* Apud Augustinum, *inopes.* Est רָאוּ *rau* præteritum. Si legeremus רְאוּ *reu*, esset imperatiuus: עֲנִיִּים *hhanaiim* significant quos diximus. Similis phrasis in psalmo 33. [e] *audiant mansueti, & lætentur*, יִשְׁמְעוּ עֲנָוִים וְיִשְׂמָחוּ *iismeihhu hhanaiim veiismechu. Pauperes* allegoricè sunt Gentiles, per se destituti fide ac religione; videntes, vt ait Euthymius & Nicephorus, quæ propter eos Dominus passus sit, & quæ præclara adnuntiarit: lætantes verò de sua vocatione, & de Christi laude, cum Iudæi dolore inuidiaque discrucientur. Tropologicè Hilarius, Augustinus, alij, spiritu pauperes, humilésque intelligunt, qui superbiæ saginam non eructant, sed humiliter de se sentientes, panem quærunt, quo salubriter viuant. Non est diuitum huius sæculi vera lætitia. *Agite*, inquit Iacobus [f], *nunc diuites, plorate, & ululate in miseriis vestris, quæ aduenient vobis.* Receperunt *bona in vita sua*, postea cruciandi. [g]

e vers. 33.

Pauperes allegoricè qui dicantur.

Tropologicè.

f c. 5. 1.

g Luc. 16. 25.

Quærite Deum.] Hilarius, *& quærite.* Augustinus, & psalterium Romanum, *quærite Dominum.* Hieronymus, *qui quæritis.* Legit vt nunc est participium דֹּרְשֵׁי *doreshe*, *quærentes*, ante quod supplent alij, &: nec non, *& debunt*, hoc modo, *& quærentes Deum videbitis*, ita vt fiat mutatio personarum. Nec displicet, quod adhuc Treuetus supplet, vt humiles ac mansueti, qui videntes misericordiam Dei super afflictos. & ideo lætâtur, exhortentur sibi similes, dicendo; ô vos, qui quæritis Deum, in eo confiditis, ne dubitetis, quia viuet ac reuiuiscet cor seu anima vestra. Pauperũ aperti & perspicaces sunt oculi: diuitum oculos *Deus huius sæculi excæcauit* [h]. Idem pauperes, qui & mansueti terræ, Dominum quærunt, & inueniunt, quia *iudicium operantur* [i]: alij quamuis in gregibus suis, & in armentis suis vadant *ad quærendum, non inuenient* [k]: nec si quærant *in lectulo suo* [l]. *Quærendus Dominus dum inueniri potest* [m], eo quoque modo, quo debet, ac potest. Doctrinam quærendam à Deo, explicat Paraphrastes. Studium hic notari potest animæ perfectioris, quæ alias adducat ad Deum: sicut faciebant illi dicentes [n]: *quò abiit dilectus tuus, ô pulcherrima mulierum? quò declinauit dilectus tuus? & quærimus eum tecum.* Sic Andreas fratrem adduxit ad Iesum [o]; Nathanaelé Philippus [p]; Obtemperant id Nyssenus, ac Philo Carpathius [q]. Illáque confirmat huius loci sententia. Quærendo viuit anima, quia dum viuimus, quærere semper debemus. *& fac eum Deus semper* [a]: donec illum clarè intueamur: ille *discit semper & ad scientiam veritatis non pervenit* [b], nec in hac, nec in vita futura, qui extra viam veritatem quærit. Lege Augustinum [c].

h 2. Cor. 4. 4.

i Sopho. 2. 3.

k Osee 5. 6. l Cant. 3. 2.

m Isa. 55. 6

Anima præfertur sæpè diuitum, eorúmque admittit ad Deum.

n Cant. 5. 17.

o Ioan. 1. 42. p ibid. 46. q in Cant.

Et viuet anima vestra.] Sic etiam ex Hieronymo recitatur in bibliis Regijs, & in editione Victorij. Sed melius Treuetus refert, *& viuet cor vestrum*, quia לְבַבְכֶם *lebabchem* significat *cor vestrum.* Per metonymiam pro *corde*, *anima* posita est, quia cor animæ seruit: & si bene sit affectum, quodammodo viuificat, recreat, exhilarat. Alioqui non tam viuit anima, quàm animando & informando viuificat, vitamque tribuit. *Viuere anima* etiam dicitur psalmo 21 [d]. & 118 [e]. & iterum *corda ipsa*, in 21 [f]. Explicat vitã illam R. Esaïas Tranensis, quòd videntes mirabilia Dei, ac experturi, eidem crediturí sint, atque in ipso fiduciam habituri. *Iustus*, vt prius notaui, *ex fide vivit* [g]. Quod attinet ad formulam illam, vt *cor*, vel *anima viuere* dicatur, sicut etiam *convertí* [h], aut redire, quando reficitur, & curatur ab angoribus, mœroribúsque, exemplo Iacob potest esse, cuius *spiritus*, allato bono nuncio, *revixisse* scribitur [i], Hebraicè, *vixisse* חָיָה רוּחַ *techi ruach*: quãuis Paraphrastes exponat, *requieuisse Spiritum sanctum super eum.* E contrario, Nabalis memoratur cor ad ingrati nuncij auditionem *emortuum intrinsecus, ita vt fieret quasi lapis* [k]: Hebraice יָמֹת לִבּוֹ *iamoth libbo*; Græce, ἐπετάρασσεν αὐτὸν ἐπὶ τοῖς λόγοις αὐτοῦ. Cæterùm in præsenti loco psalmi codices correcti habent solum ζήσονται, *& viuent.* Correctionis non video causam, quia communem lectionem sequitur Euthymius, & innuit Apollinarius:

ποιμένα ζήτησε ψυχῶν βίστιν σοφόν:

Pastorem quærite animarum vitæ datorem.

nec vllum auctorem Græcum aliter legisse reperiendenique congruit cum editione Hebræa, nisi quòd in ea *cor* est, nõ *anima*, vt dixi. Fortassis pleonasmum aliquis exponere voluit, vt *viuere* simpliciter diceret, pro eo, quod *anima viuere* dicitur; deinde, irreplit vnum pro alio, in textum. Mysticè magnus fructus eius, qui quærit, vt inueniat; & vitam, si vitam, hoc est, Deum, & Christum, *qui est vita* [l], viuificans vita etiam gratiæ supernaturali, tum inchoata præsentis, tum perfecta futuræ æternæque vitæ. *Quærite bonum, & nõ malum*, ait Amos [m], *vt viuatis.* Quæritur à nonnullis Christus, & non inuenitur [n]; quærunt eum aliqui, vt interficiant, adeò de se benemeritum [o]; quidam, vt saturentur [p]; à nonnullis quid quærerent, ipsemet interrogatus, vt se illis ducem ac magistrum præberet, vitámque diuinam communicaret [q]: ab aliis, vt se illis frustra humi diuina vi delectis, occidendum traderet [r]: inuenitur etiam à non quærentibus [s], sed quia ipse quærit, & acquirit eos sibi. *Qui quærit, quærat* [t]; gratiæ respondendo, & seriò quærendo; & *in toto corde* [u], *exultet inter*, ac *lætantes* [x]; semper, & perseuerantes [y]; adque *tum inueniri Dominus potest* [z], vt antea monui. *Inueniet hic vitam, & hauriet salutem a Domino* [a]. *Qui non quæsierit, morietur* [b].

i Gen. 45. 27.

k 1. Reg. 25. 37.

l Ioan. 11. 25. c. 14. 6.

m c. 5. 14.

n Ioan. 7. 34. 36.

o c. 8. 37. 40. & 11. 8. p. 6. 26.

q c. 2. 18.

r cap. 18. 4. & 19.

s Esa. 65. 1. t Esa. 55. 6.

u Deut. 29. 13. x ps. 60. 5. y ps. 104. 4. z Esa. 55. 6. a prou. 8. 35. b 1. Sam. 25. 37.

Vers. 34.] Quoniam exaudiuit pauperes Dominus: & vinctos suos non despexit.

Sensus loci.

EST quòd quærere diligenter Deum possint, ac debeant, securo hilaríque animo pauperes & alienæ opis egentes, quia Dominus istos, qui ei peculiariter sunt relicti [a]; & quorum se profitetur ac præstat patrem [b], libenter exaudit; tum verò si qui ipsius causa sint in vinculis, aut captiuitate, horum in primis rationem habet, & habuit semper. Habet affinitatem quod est in Psalmo 101 [c]. *respexit in orationem humilium, & non sprevit precem eorum; &c. quia prospexit de excelso sancto suo, Dominus de cœlo in terram aspexit, vt audiret gemitus compeditorum, vt solueret filios interemptorum* Etsi porrò *vincti* videantur innuere captiuos in Babylone, de quibus etiam Basilius, aut potiùs Theodoretus, Theodorum sequens Mopsuestenum, interpretatur, qui sese solentur, & ad spem cõfirment, vetere maiorum suorum exemplo, liberatorum de captiuitate Ægyptiaca: nihilominus pluris æstimari mysticus debet sensus de liberatione a vinculis diaboli, peccati, mortis, à quibus nos Christus passione sua liberauit: & eos etiam ab externis vinculis, qui hæc ipsius causa patiantur, liberat, vel reipsa, cùm expedit; vel ab iis, & a tormentis, ac morte pro ipso obita, transferendo ad veram fœlicitatis æternæ, atque filiorum Dei libertatem. Paulus certe nominat seipsum *vinctum in Domino* [d]. Patres quoque cùm detinerentur in limbo, vocari poterant *vincti Domini* [e], vt Lyrano placet; & Arguano iusti etiam cupientes *dissolui, & esse cum Christo* [f]; ac *educes de custodia animam suam ad confitendum nomini Dei* [g], item deuincti vinculo caritatis, & subiectionis inter se, vt ait Bruno Carthusianus, seu votis astricti: præterea cuncti, vt ait Cassiodorus, qui legibus diuinis vinciuntur, *inuitis* vel luti *pedes in compedes, collum in torques, nec ad cedendo vinculis* [h]. Talium *gemitus compeditorum* audit Deus [i], vt dixi, intrantque *in conspectu eius* [k]; *soluit* denique ipsos [l], & *educit vinctos in fortitudine* [m]: quemadmodum Christus filiam illam Abrahæ tamdiu ligatam a Satana [n], & illum, quē compedibus, & catenis vinciebant agitatum a dæmone [o], liberauit. Lege psalmum præcedentem [p]. Exaudiuit Cyrillus dicit Christum pro pauperibus suis (tales enim elegit etiam, teste Iacobo [q]) illudque, quod est apud Isaiam [r] dixisse *vt qui in vinculis erant, vt exirent, & hi, qui in tenebris, vt reuelarentur.*

Et vinctos suos non despexit.] Romanum psalterium, & Cassiodorus, *non sprevit*; psalterium Gallicanum, *non annihilauit*, id valet οὐκ ἐξουθένησεν. Augustinus, *& compeditos suos non sprevit*. Pius significat, quam dicit, κατ' ἐξοχήν, quam notat Bruno Carthusianus, plúsque est *non despicere* seu *non spernere* quam *exaudire*: quemadmodum in citato priùs psalmo 101 [s]. maius quid videtur *non spernere precem humilium*, quam *respicere in orationem eorum*. Tot locis, quos antea indicaui, ostenditur Deo curæ esse vinctos, compeditosque, vinculis etiam, & compedibus externis. Præter geminum huiusce rei exemplum in Apostolis omnibus [t], deinde ieorum in Petro [u]; extant alia non pauca in Ecclesiasticis historiis; ita vt sanctorum operā, verbi gratia, Germani Antisiodorensis, Leonardi, Aniti Aruerni, Columbani, Nicolai mirabiliter liberatos nominatim legamus; & dignatus est Christus carceratorum visitationem in operibus misericordiæ commendare, quorum publicè in iudicio reddenda ratio sit [x]. Catenas, quoque, ac vincula sanctorum suorum in honore haberi voluit, & miraculis coruscare, vt Petri, Pauli, Alexandri Papæ I. &c. Iniecit etiam eam mentem Christianis Imperatoribus, vt Paschatis tempore carceres laxarentur [a], præterquam sacrilegis, in maiestatem reis, in mortuos veneficis, siue maleficis, adulteris, raptoribus, homicidis: immò, vt omnibus diebus Dominicis sub fida custodia rei educerentur [b]. Quot vincti dicantur modis priùs indicaui. *Vinctus terræ* lego etiam apud Ieremiam [c], quos Olympiodorus [d] ait esse mortales vinculis constrictos peccatorum, ad distinctionem vinctorū dæmonum, quibus de cœlo præcipitatis, remedium nullum. Appellat Græci corpus σῶμα quasi a σώζειν, quòd seruet animam tanquam carcer, & in id illa immissa sit, detrusáque; quod affirmantes contingere ob præcedentia peccata, & ex hoc dicendi modo colligentes, refellit Epiphanius [e]. Concedi potuit Nazianzeno [f] *vinctos nos* dici, quia impedit animam nostram corpus, & *aggrauat* [g], ne libera feratur, & mollenta in res diuinas contemplatione.

Vers. 35.] Laudent illum cœli & terra, mare, & omnia reptilia in eis.

Sensus loci.

GAudium illud suum exultationémque, & animi grati significationem, vt declaret magis, communicat cum creaturarum omniū vniuersitate cœli, terræ, maris, quæque in hoc, & in illis etiam habitant, inuitans vt vna secum laudibus Deum concelebrent. Visitata hæc Vati nostro multis in psalmis prosopopœia, & alias Prophetis, tum tribus pueris in cãtico suo [h]. Inuitationis huiusce, ac prouocationis Hilarius indicat causam, quia his, qui pauperes spiritu sunt, de quibus actum prius, in cœlorum regno cõstitutis, creatura omnis cõgemiscens, & dolens, in gloria filiorum Dei liberanda est, *vanitati non sua sponte subiecta* [i]. Sed causam exprimunt sequentes versus Hieronymus, & Cassiodorus mystice *cœlo, terra, mari*, cœlestes, terrestres, infernos habitatores interpretantur, quos *gemu pectore Christo* scribit Paulus [k]: Hugo Cardinalis, & Bruno Carthusianus Apostolos, synagogam, Gentes, peccatores, id est, qui prius tales erant: Remigius, maiores de Ecclesia, minores aptos ad culturam, fluctus Gentium, qui sustentantur per *cœlum, terram, mare*: Augustinus, & cum eo alij, res creatas, quarum vsus moderatus incitat nos ad laudandum Deum. quamdiu tenemur vincti ferro isto necessitatis, & corpore, quod *aggrauat* [l] *animam*. Beda, complatores (id est, prædicatores, *cœlum* sumendo pro nubibus) *terram* bene cultam de Iudæis: *mare*, Gentiles, priùs amaricantes: *reptilia in eis*, nempe cœlo, ac terra, & non volatilia, hoc est, humiles tum de Iudæis, tum de Gentilibus: Genebrardus metonymicè accipit cœlites angelos, terrestres sanctos, conuersos mundanos: Hugo clericos, agricolas mercatores, milites; vel contemplatiuos, actiuos, pœnitentes, debiles, ac infirmos. Arnobius inuitari *cœlum* dicit ad laudandum Christum, quia ascendit; *terram*, quia resurrexit; *mare*, quia pedibus illud ambulauit: præterea Sion, id est, Ecclesiam, quia ædificabit eam non habentem maculam, neque rugam: ciuitates Iudę animas Apostolorum, quæ inhabitantur ab eo. & is hæredi-

tatem

a pſ. 9. 34.
b pſ. 67. 6.
c vers. 18. 20. 21.
a C. Theod. l. 1. de indulgen.
b C. Theod. l. 7. de custod. reorum.
c Ierem 3. 34.
d ibid.
Mysticus sensus.
d Ephes 3. 1. Philem. 1. 8. Philem. vers. 1. 9.
e Zach. 9. 11.
f Phil. 1. 23.
e Hær. 64. f ota. 11.
g Sap 9. 15.
g pſ. 141. 8.
h Eccl 6. 25. i pſ. 101. 21. k pſ. 78. 11. l pſ. 145. 7. m pſ. 67. 7.
n Luc. 13. 16.
h Dan. 3.
o c. 8. 29. Matth. 4. 24.
p vers. 7.
i Rom 8. 20.
q c. 8. 5. r c. 42. 7.
k Philip. 2. 10
Ne spernere, non despicere plus quam exaudire.
s vers. 18.
l Sap 9. 15.
t Act. 5. 18. 19. u cap. 12. 7. & seq.
x Matt. 25. 31.

tatem

tatem primam acquisiuit illas: item semen seruorum Christi, quique diligunt nomen eius, possidendos ab iisdem Apostolis, vicissimque possessuros istos doctrinam eorum, atque habitaturos in eadem doctrina, & fide, nec non in Ecclesia.

Cœli, & terra.] Paraphrastes, *angeli cœlorum, & habitatores terræ.*

Mare.] Non satis commodè infernus, & habitatores eius per *mare* intelliguntur. Nec sanè dæmones damnatique laudant Deum: sed contremiscunt, ac blasphemant. Error Origenis est post iudicium omnes etiam dæmones consecuturos salutem. De hoc alias.

Origenis error de, aliquam non fruiturus post iudicium etiam dæmonibus.

Et omnia reptilia in eis.] Hilarius, & Augustinus, *& omnia repentia in eis.* In Complutensibus, Regiisque bibliis, *in eo*: quia Græce habetur, ἐν αὐτῷ. Sed in emendatis Græcis codicibus est, ἐν αὐτοῖς: quam lectionem asscribit Agellius Aquilæ, & Symmacho. *Mare* Hebraicè hoc loco pluraliter dicuntur יַמִּים *iammim*: Græce θαλασσα in singulari. Vnde pronomen singulare congruit eidem numero; plurale nomini singulari collectiue sumpto. Vel *omnia reptilia in eis*, seu omne repens כָּל־רוֹמֵשׂ *chol romes* denotat, quæ in mari mouentur, ac in terra. Hieronymus vertit, *& omnia, quæ mouentur in eis*: Felix, *omne, quod mouetur in eis.* est רָמַס *ramas*, non tantum *repere*, ac *reptare*, vel *calcare*, sed etiam *ambulare*, & *moueri*. In Genesi [a] omne animal, *quod mouetur super terram*, illatum *in arcam*, Græcè declaratur, per ἑρπετὰ ἑρπετῶν ἐπὶ τῆς γῆς; Hebraice per רֶמֶשׂ [b] *romes*: item, *omnis caro, quæ mouetur super terram*, explicatur eodem Hebræo participio, & Græco κινούμενον. Motus physicus non conuenit propriè cœli incolis angelis, nec astra per se mouentur, sed cum suis orbibus. Tamen si placet *reptandi* verbum, & *reptilium* nomen, per catachresim, licèt duriorem, non solùm ad terram, & mare, id est, ad animantia aquatilia, & terrea, etiam ad homines transferre, sed ad Angelos quoque & astra, nullum hinc incommodum est. Occurrunt incommodo, si quod est ex dicta catachresi, alia duo Psalteria, & Cassiodorus, legendo, *& omnia quæ in eis sunt*, sicut extat in aliis Psalmis [c]. Beda in commentario indicat eandem lectionem, dum per participium ait, *entia in eis*, verùm exponit de his, quæ sunt in terra, & mari. Apollinarius de solo mari piscibusque ipsius, explanat.

πάντῶν ἀναριθμήτων καὶ ὅσα τρέφει σύστημα θαλάσσης.

Mare immensum, & quæcunque nutrit humor maris.

Notat Euthymius impropriè de piscibus vsurpatum nomen τῶν ἑρπετῶν, *reptilium*, aut *repentium*: fortassis autem ob eorum multitudinem. De his alibi [d]; *illic*, id est, in mari, *reptilia, quorum non est numerus.* In eodem libro Geneseos [e], *reptile anima viuens* ab aquis productum appellatur nomine Græco numeri pluralis τῶν ἑρπετῶν, sed Hebræo singulari שֶׁרֶץ *sceres*, quod propriè sonat *scaturiginem in magna copia per motum ebullientis, eructationes, motationis.* Dicitur non tolum de productione piscium [f], sed ranarum [g]; & verbum שָׁרַץ *sciarats*, de repentibus in terra [h]: & de hominibus numero magno nascentibus [i]. Adhuc in Genesi [k], reptilibus, quæ terra produxit, & Græce, ἑρπετὰ τῆς γῆς nominantur. assignatur vocabulum רֶמֶשׂ *remes*, ex eodem verbo, cuius hoc loco est רֶמֶשׂ *romes*; & vt ibi distinguuntur à iumentis, bestiisque terræ, significat, quæ propriè non gradiuntur, sed repunt, vel saltitant. Atque vt antea dixi, *reptilia eius*, vel soli pisces sunt in maribus, siue aquis, & in terra etiam: vel quidquid & in his, & præterea mouetur in cœlo aereo, vt aues; tum æthereo, vt astra, orbisque eorum, tum angeli, qui moueri possunt illic, aut illinc ad nos descendere, & per elementa quoque motum suum localem exercere. Fiat hic semel explicandus locus accentatius, ob similes alios, qui occurrere possunt.

[a] c. 7. 8.
[b] vers. 21.
[c] ps. 95. 11 12. & 145. 6.
[d] ps. 103. 25.
[e] c. 1. 20.
[f] Ibi Ieron.
[g] Exod. 8. Sapient. 19. 10.
[h] Gen. 9. 21.
[i] Num. 1. cum 11. 20. 40.
[k] Exod. 1. 7.
[l] c. 1. 24.

Verſ. 36.] Quoniam Deus saluam faciet Sion: & ædificabuntur ciuitates Iuda.

Et inhabitabunt ibi, & hæreditate acquirent eam.

Verſ. 37.] Et semen seruorum eius possidebit eam, & qui diligunt nomen eius, habitabunt in ea.

GAudere secum Deúmque collaudare homines, ac insensibiles etiam creaturas docet debere, propter istam causam, siue Propheta ipse, siue Christus; quoniam salus, quam operatus est Christus, pertinebit ad plurimos. Nam spiritualis longè melior terrena Sion, id est, Gentium Catholica Ecclesia, & amplior ciuitatibus Iudææ materialibus, Ecclesiæ particulares, post hostes & aduersarios omnes deuictos, tum dæmones, tam homines, a communis vindice salutis initiabuntur: & a fidelibus Christi, ac Dei seruis, & amicis, eorumque prole ac progenie, iure perpetuo quasi hæreditario & pacifico incolentur, atque possidebuntur, donec veniat consummatio seculi, & in cœlestem illam ciuitatem, nulli obnoxiam iniuriæ, incommodo, vicissitudini, transferantur. Posset præterea laudis, & gratiarum actionis suppeditata Gentium Ecclesiæ intelligi materia, quoniam tandem, tardè licèt, velut postliminio, Iudæorum natio deserta, salutem consequetur, eiúsque *reliquiæ saluæ fient* [a], & variæ ex iisdem Ecclesiæ construentur; requiescent *super humeri suum* [b], vt non sint amplius in terra Christianorum, tanquam in aliena, sub tributo; non vocabitur amplius Sion *electa*, nec *habens requirentem* [c]: reuertetur *virgo Israel* (vera iam culterix Dei, & Christi sponsi sui) *ad ciuitates*, suas, desinens esse filia *vaga* [d]: *reducetur in terram suam, ædificabitur, & non destruetur*: non mouebitur populus hic Deus iterum de loco suo, sed *plantabitur, & non eicietur amplius* [e]: iniet hæreditatem paternam, non tam externam, quàm fidei, ac pietatis, indignúmque talium patrum semen, quorum imitabuntur vitam: & facti filij promissionis, æternam sine fine beatitudinis hæreditatem possidebunt, quæ est *Ierusalem*, non terrena seruiens cum filiis suis, sed *mater nostra* æterna, in cœlis [f]. Fauet isti expositioni Augustinus in oratione contra Iudæos [g].

Quoniam Deus saluam faciet Sion.] Typus Ecclesiæ Sion sæpenumero est, vt prioribus quoque Psalmis vidimus. Habèt hæc similitudinem cum his, quæ sunt in 101 [h]. *Tu exurgens misereberis Sion, &c. ædificauit Dominus Sion, & videbitur in gloria sua.* Tale quoque illud ex Psalmo 50 [i] *benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion, vt ædificentur muri Ierusalem.* Repete ibidem dicta. Ie-

Sensus loci.

[a] Rom. 9. 27. c. 11. 5. Soph. 3. 13.
[b] Esa. 14. 2.
[c] Ierem. 30. 17.
[d] c. 31. 22.
[e] c. 24. 6.
[f] Galat. 4. 26.
[g] cap. 5.
[h] vers. 14 17.
[i] vers. 20.

git Hilarius, *Dominus saluificauit*, multisque verbis efficaciter demonstrat sermonem hic non esse de materiali: Sion, sed de mystica, præsertim de cœlesti, vbi nuncupatiuum etymon Hebræi vocabuli, *speculabimur Deum*: & propter tantum bonum, ad quod adeo multi conuocandi sunt, meritò exigi hoc loco gratulationem cœli, terræ, maris, omnium creaturarum; cùm *super vnius peccatoris pœnitentiam* tantum in cœlis *gaudium sit Angelorum* [a]: denique hoc titulum innuere Psalmi, *in finem, pro his, qui immutabuntur.*

a Luc. 15. 10.

Et ædificabuntur ciuitates Iuda.] Ecclesias & cõuentus Iudæorum secundùm spiritum, qui confiteantur Deum in humilitate, intelligunt passim: Hugo Sion Romanam, ex cuius, inquit, salute pendet ædificatio aliarum: vel ordinem religiosum, de quibus cætera piè & acutè ad finem vsque Psalmi declarat: quæ non inutile erit legere. Si præterea sumatur *Sion* pro Ecclesia triumphante, cum Paulo [b], dicitur saluari per nouos ei ascriptos quotidie ciues, & ædificari ciuitates Iudæ, restaurãdo, hac veluti ratione. Angelorum ruinas distinctorum secundum diuersos ordines. Attingit hoc Augustinus. Opinionem de materiali extructione, & fabrica, Hilarius absque intelligentia, vtilitate, rei cõmunis scientia, ratione, natura, asserit esse, nec inopem duntaxat, sed etiam impiam. Nulla etiam, inquit, in re fiendis laus est, quæ sint postea destruenda, sed quòd salutem, & felicitatem (summa hæc verborũ illius) homines consequamur per Christum pacificatorem, & reconciliatorem eorum, quæ in cœlis sunt, & in terra. Lege citatam Augustini contra Iudæos orationem. Reprehendit Hieronymus [c] etiam carnalem intelligentiam illius, & similis in Esaia loci [d], vbi scribitur, quòd *ædificabunt domos, & habitabunt, & plantabunt vineas*, &c. Argumentatur Hieronymus, quoniam de Sodoma quoq; Ezechiel [e] vaticinatur, quòd *restituetur in antiquum*. Idem ibi præterea dicitur de filiabus eius, hoc est, de ciuitatibus, & villis ei subiectis. Item de Samaria. Subdit sanctus Doctor, *ædificia* sumenda, vel de virtutibus, vel de *duce sit mansionis apud Patrem* [f]: ac talem domum centum ædificatam *supra petram* [g]. Videtur autem Ezechiel per Sodomam Samariamque restaurandas, innuisse Gentilium Ecclesiam prius constituendam, quàm ex Iudæis, vt non fiat *cæcitas omnis Israel, donec intret plenitudo Gentium* [h]; non introducatur veluti per vim frater natu minor quàm prodigus minor [i]; non introeat, quamuis præcurrens ante Petrum, Ioannes [k]; sint *nouissimi primi*, & contra [l]: ad æmulationem addiciuntur Iudæi *in non gentem* [m]; hoc quidem quando vocabuntur, quos ne gentis quidem nomine dignabantur. Ciuitates item istas, vt & Sion, atque Ierusalem Origenes [n] censet esse cœlestes, & eas mansiones apud Patrem, de quibus ex Origene, vt opinor mutuatus, dicebat Hieronymus illas præterea ciuitates, super quibus potestatem dat bene negotiati seruo Dominus [o]. Conducunt huc, quæ alibi [p] de Ecclesiastico vsu diximus vocabulorum *ædificandi, & ædificationis*. *ædificans Ierusalem Dominus, dispersiones Israelis congregabit* [q]: & quasi per præconem iubetur hoc iudex [r]; *dic ciuitatibus Iuda: ecce Deus vester: ecce Dominus in fortitudine veniet. & brachium eius dominabitur*, vt nimirum validè reiectis hostibus, ædificare ac integrare ciuitatum ædificia possit.

Sion *pro Ecclesia triumphante.*

b Heb. 12. 22.

c in c. 40 Ezech. *Illius & similibus Isaiæ locis carnalis intelligentia reprobat, ac Hieronymus.*

d c. 60. 21.

e c. 16. 55. 56.

f Ioan. 14. 2. & Matt. 7. 24. 25.

g Matt. 16. 18.

h Rom. 11. 25.

i Luc. 15. 11. & seq.

k Ioan. 20. 4. 5.

l Matt. 20. 16. & Rom. 9. 30.

m Hom. 13. in Iosue.

n Luc. 19. 17. & in c. 6. Matt. 9. 31.

o Luc. 19. 17.

p in c. 4. Isai. 9. 31.

q Psal. 146. 2.

r Isa. 40. 10.

Et inhabitabunt ibi.] Hilarius, *in ea*: in Sion videlicet tanquam metropolitana ciuitatum Iudææ. Nulla verò vis in composito Latino verbo; quamuis Hugo & Augustinus significari velint habitare in Ecclesia non solùm numero, sed etiam merito. Hieronymus legit, *habitabunt*, quod præterea Interpres in fine Psalmi posuit, licèt sint alia verba Hebræum, & Græcum: sed hoc nõ minùs compositum, quàm quod hìc extat, id est, κατοικήσουσιν, & κατοικήσουσι.

Et hereditate acquirent eam.] Hilarius, *hereditabunt terram* Hieronymus, *possidebunt*. Psalterium Gallicanum, *hereditabunt*. Simplicia verba sunt ירשו *iarasu*, & κληρονομήσουσιν, absque nominis adiectione: & sæpe redduntur per Latinum *hæreditando*. [a]. Alibi docui, quo pacto res eadem, quæ sub meritum cadit, *hæreditas* tamen appelletur. Quod attinet ad Ecclesiam, indicatur continua orthodoxorum successio. *Hereditate sancta nepotes eorum* [b], &c, quod statim hìc subditur, *semen seruorum Dei*. At sunt, qui *hæreditate possidere* velint *sanctuarium Dei* [c], non hæreditate spiritus, & virtutis, sed carnis, & sanguinis, quos ponet Deus, *vt ratam, & sicut stipulam ante faciem venti* [d]; ita vt firmiter, ac fixè possidere, & habitare nõ possint. Cœlestis beatitudo sola absolutum hæreditatis meretur nomen, quæ sine periculo amittendi possidetur, non sicut ea res, quas hic habemus, etiamsi sit iustitia & gratia, vt obseruat Bernardus [e].

a Psal. 24. 13. Psal. 36. 11. 22. 29 Psal. 81. 8.

b Eccl. 44. 11.

c Psal. 82. 13.

d vers. 14.

e serm. 21 in cant.

Et semen seruorum eius possidebit eam.] Verba Hebræum & Græcũ sunt pluralia. יחלו *iachalu*, & κατέξουσιν, sumendo videlicet nomen *seminis*, & זרע *zerahh*, & Σπέρματα & collectiue; quos vocat filios בני *bene*, Paraphrastes Augustinus, *abstinebit*. Accipitur *semen* pro seminis fructu, & genitis ex semine. Valde id vsitatum Hebræis. nonnunquam etiam Græci fructum reddituri partu, & humanam propaginem prolemve vocant Σπέρμα. *Semen seruorum Dei* sunt ex Dei proseminati seruis, Abraham, Isaac, & Iacob, & horum opera facientes, & ad illud vnũ semen pertinentes, cui benedixit Dominus. Illis soli debetur seminis gratiæ fructus gloria. Quod verò attinet ad allegoriam de Ecclesia, opportunè Hugo Cardinalis monet, eius possessionem atque administrationem tribui debere semini seruorum Dei, qui Apostolorum imitentur fidem, & probitatem, vt non tantùm, inquit, de nobilibus, nec tãtùm de Romanis fiant Cardinales aut Papa, sed tantùm de bonis cuiuscumque generis, vel nationis: qui etiam, vt sequentibus dicitur verbis, diligant nomen Dei, exemplo Petri, à quo Dominus requisiuit dilectionem, & amorem, cùm ei agnos, & oues pascendas commendauit [f].

Semen pro seminis fructu.

Σπέρμα.

Allegoria. Hugonis Cardinalis piam mentem.

Cardinales & Papa vnde & quomodo assumendi.

f Ioan. vltim. 15 17.

Et qui diligunt nomen eius.] Iudæos in spiritu hæc magis exprimũt, vt obseruauit Hilarius, verumque semen, ac filios Abrahæ, vt pietatis magis sit, non generis electio: quia præter omnibus caritas Dei, quæ in Christo est; sicut Petrum nihil aliud, quam verum se amaret, interrogatus ideni Christus, quod etiam paulo antè diximus.

Habitabunt in ea.] Hilarius, *inhabitabunt eam*. Id noto, ne quis in synonymis frustra discrimen requirat: etiamsi non eadem verba sint, Græcum & Hebræum, κατοικήσουσιν, & ישכנו *iscenu*, in quibus non deesset nonnullum, vt ita dicam mysterium, si proprietatem exactè attenderem. *Non amo nimium diligentes* [g], & *minutam diligentiam* [h].

g Cicero de orat. lib. ad in part.

PSALMVS SEXAGESIMVS NONVS.

1 In finem, Psalmus Dauid.

In rememorationem, quòd saluum fecerit eum Dominus.

2 DEus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me festina.

3 Confundantur, & reuereantur, qui quærunt animam meam:

4 Auertantur retrorsum, & erubescant, qui volunt mihi mala:

Auertantur statim erubescentes, qui dicunt mihi: Euge, Euge.

5 Exultent & lætentur in te omnes qui quærunt te, & dicant semper: Magnificetur Dominus: qui diligunt salutare tuum.

6 Ego verò egenus, & pauper sum: Deus adiuua me.

Adiutor meus, & liberator meus es tu: Domine ne moreris.

Titulus & Argumentum.

Vers. 1.] In finem, Psalmus Dauid.

In rememorationem, quòd saluum fecerit eum Dominus.

NIhil nos morātur primæ dictiones quatuor, quæ toties occurrerunt. Non omnes aut non modo eodem sunt in omnibus editionibus, tam illæ quam sequentes. Hebraice omittitur nomen Psalmi, nec non Græce, ac Latine in bibliis Complutensibus, & Regiis, & apud Nicephorum, Basilium, Theodoretum. Quæ sequūtur post quatuor primas, reflatur vel Basilius, vel Theodoretus non existisse in aliquibus codicibus Græcis, nec in textu Hebraico, nec apud alios interpretes, videlicet diuersos à Lxx. Nunc textus Hebræus habet לתודיר *lehatchir*, sicut & in titulo Psalmi 37. vbi quemadmodum & hic Græce τὸ ἀναμνῆσαι.

Ad inuandam memoriam valere hanc Psalmū significatur; aut esse dignum, qui frequentetur propter accepta a Deo beneficia; illud maxime quod contineatur consequentibus verbis, vel laggeratur vel ati Deo, ve quemadmodum antea fecerit, iuuare in posterum dignetur. Nil refert quòd in auferendi casu aliqui legant, *in rememorationem*, vt Hilarius & fere cæteri Latini. Alium discrimen est, quia ex iisdem Latinis, multi habēt vice pronominis, *eum*, pronomen, *me*, quod etiam Latine & Græce bibliis Complutensia, Regiaque, & Græcum, με, omnia biblia, atque Græci Enarratores. Hieronymus, Remigius, Haimo, Aiguanus, Bruno Carthusianus, & Herbipolensis; item Lyranus, Rickelius, Hugo, retinent, *eum*. Perinde est de se in prima vel in tertia loqui persona. Postremò, *fecit*, & non, *fecerit*, legamus, parum interest, etiamsi plurium sit prior lectio. Græca, εἰς τὸ σῶσαί με Κύριον, possiene reddi, *vt saluet me Dominus*, quia aoristus, præsentis temporis vsum habet: & Basilius vel Theodoretus denotari volunt orationem pro futura salute, auxilioque: quod indicant etiam Euthymius, Nicephoros, Apollinarius. Hic isto modo expleat, τὰ πρὸ τούτου γεγραμμένα μεμνῆσθαι τὸν Δαυὶδ ἐποίησεν, ζητῶν δὴ μὲν ἐκπεσεῖν, *omnia præcedentia commonere visum est Deus David auxit, saluum vsque me Domine.* Latinos oportet sequi, quibus sapiet *rememoratio*, quæ de præteritis est, quamuis inest illa, vt oratio ad futura feratur pro futuris; nec necesse est adjicere cum Iansenio legisse apud Græcos Interpretem nostrum, ἐν τῷ σῶσαι. Arnobius aut ad præcedentis Psalmi verba, *saluum me fac*, titulum respicere, quasi gratias agat saluatus. Denique retineri titulus totus debet, quisquis ad Hebræa quidpiam adhecerit, maioris proculdubio auctoritatis nunc saltem, post Ecclesiæ approbationem, quàm simplex expositor, cui Lyranus & Rickelius eam additionem tribuunt. Augustinus e tuli nulli in fecit mentionem, quia fortassis nihil iudicauit in eo notatu dignū. Omitto quod R. Elias hoc loco affert לְהַקְטִיר *lehatchir*, esse principiū cuiusdam noti cantici, cuius concentu Psalmus hic modulate canendus est. Agello non attentior a Lxx. positum in titulo id quod in Hebræo est initium Psalmi. Cur enim id fecissent, non attentior profectò rationem, qua suam illam conuertit, tueri nititur, & omnino nouam opinionem. Vim certè ratio non habet vt nos ab aliis abstrahat, communique & recepta lectione, & si ea translatio facta esset, non essent vsi verbo σῶσαι, sed βοηθῆσαι, quod ipse in veteris Vaticani codicis textu prætermissū testatur. In titulo Chaldæo non mouet *pro fasciculo thuris* מַקְטֵרְתָּא לְאַקְרָבָא *Ithaseferir leuuntha*. Innuit fortassis orationem istam compendiosam quam gereret Dauid velut suauem fasciculum, quem tanquam *igneis mentationes* [a] incenderet, cùm eam mente ac spiritu recitaret. Constat enim cum incenso otationem comparari, & in quodam alio Psalmo [b], & in Apocalypsi nomen etiam *fasciculi* alludit ad rememorationem.

Iam verò titulus hic indicat Argumentum. Redigit in memoriam veterem liberationem,

[a] psal 38.4. Orationes cum incenso comparantur.

[b] ps 140.2. c. 5. & c. 8.

Argumentum.

vel ab

vel ab Absalone, vt placet Basilio, siue Theodoreto: vel à Saule, cùm eos fugeret (vtrumuis R. Kimhi asserit) vel ab alio graui periculo: scilicet quòd simili sit tunc vius oratione: quam, quòd adeo vtilis fuerit; memoriæ causa in carmen retulerit, tum vt ad similem necessitatis articulum in promptu haberet, tum vt memoris gratique animi significationem ederet in conspectu liberatoris sui Dei, tum, quod idem Græci Patres affirmant, & Euthymius ac Nicephorus, vt præ manibus haberet quoties delicti reminisceretur aduersus Vriam commissi, atque tanquam potens carmen caneret contra dæmones, qui se in illud barathrum coniecerant, ne amplius sui dominarentur.

Latini explanatores pro maxima parte conueniunt, clamare sub Christi persona Prophetam ad Deum Patrem, eum commonefaciendo eorum quæ decreuerit ab æterno per Filium suum facere pro Ecclesia, & electis, contra hostes ipsorum: vt propterea iuuet liberétque se à graui luctu, quam sit inituras cum illis.

Simile quid etiam asserunt de oratione corporis Christi mystici, quod est Ecclesia, & nos ipsi, quibus dum in hac versamur vitæ militia, necessarium est assidue implorare auxilium Dei, vt hostes quidem confusi tandem abeant, nos ex impensa nobis ope, obtentáque victoria, consequamur lætitiam.

Martyribus & Confessoribus Cassiodorus assignat hunc psalmum: Augustinus, omnibus iustis; Athanasius, in Epistola ad Marcellinum, vtilem ait esse, cum 63. 67. & 70. psalmis, cuilibet, quem terreant inimici, neque conquiescant ab insidiis, omniaque machinentur in eius perniciem, etiam si plurimi fuerint. De crebro vsu primi versiculi dicam postea.

Vsus huius psalmi cum 63. 67. & 70. quando.

Quia verò totus psalmus parum differt ab vltimis quinque trigesimononi versibus, non erit hic nobis hærendum diutius, sed quæ præsenti sunt propria, solùm attingenda. Simile quiddam notauimus psalmo quinquagesimo sexto de illo & de 107. & idem contigit primis versibus 30. & 70.

Totus hic psalmus fere idem cum vltimis quinque trigesimi noni versibus.

Vers. 2.] Deus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me festina.

SI ex psalmi trigesimi noni versu decimoquarto; *Complaceat tibi Domine vt eruas me, Domine ad adiuuandum me respice*, tollas primum verbum, quod est Hebraice רְצֵה *retseh*, Græce, εὐδόκησον, & pro יְהוָה *Iehouah*, prioris loci, legas *Elohim*, quod est in illo; reliqua Hebræo sermone nihil differunt: Græco autem ibi est, εὐδόκησον κύριε τοῦ ῥύσασθαί με, κύριε εἰς τὸ βοηθῆσαί μοι πρόσχες; hic ὁ Θεὸς εἰς τὸν ἐπιβοηθόν μου πρόσχες, κύριε εἰς τὸ βοηθῆσαί μοι σπεῦσον. Hieronymus dempto primo verbo, alterius psalmi, & nomine *Domini* pro nomine *Dei*, transfert vtrobique eodem modo, nisi quòd priori loco, *vt eruas me*, in hoc: *vt auxilietur mihi*. Placuit Lxx. Interpretibus nonnihil variare; & pro רְצֵה *retsah*, ex priore psalmo, vsurpare πρόσχες, quasi legissent hic elementis simile רָצָה *rezah*, vide: *pro τοῦ ῥύσασθαί με, vt liberes seu eruas me*, nomen cum præpositione εἰς τὸν βοηθόν μου, & pro πρόσχες quo erant vsi in secundo membro alterius psalmi, & in primo istius, adiunxerunt hic in fine verbum σπεῦσον, *festina*.

Deus.] Iam monui psalmo trigesimo nono, versu decimo quarto, vertisse Hieronymum, *Domine*; quia ibi est יְהוָה *Iehouah*; hic אֱלֹהִים *Elohim*, quæ tamen vtrouis modo exponi possunt. Ibi etiam est κύριε, *Domine*; hic ὁ Θεὸς, *Deus*. Nomina duo, *Domine Deus*, coniungunt Romanum Psalterium & Hilarius.

In adiutorium meum intende.] Idem Hilarius docet orari, vt is qui *posuit adiutorium super potentem* a Christum, *intendat in* idem *adiutorium*. Opus habemus nos multo magis, quàm Christus, sempiterno, vt Augustinus loquitur, adiutorio in isto seculo. Parum solida Brunonis Carthusiani notatio est: vt *intendere* sit intensum se in iuuando gerere. *Adiutorium* quod Hugo dicit, vxor, quæ viro data est in hunc finem b; vel certè caro ipsa, contra quas oretur quatenus nocent, hoc versu Deus; in tertio, contra Dæmones, qui quærunt animas: in quarto, contra inimicos apertos, qui volunt nobis mala: in quinto, contra fictos qui dicunt, *Euge Euge*, vel, vt, in primo (supputando versus absque titulo) petatur donum Timoris: in secundo, Pietatis: in tertio, Scientiæ: in quarto, Fortitudinis: in quinto, Consilij: in sexto, Intellectus: In septimo, Sapientiæ. Delectatur his Hugo. Dum ablit ineptia, & non præ se ferat qui his vtitur, aliud quàm accommodationem quandam sensus, tolerari possunt: non autem si proferat velut ex literali sensu; quod factitant ignari scripturarum in sermonibus ad populum, non sine vel risu, vel stomacho.

a ps. 88. 20. *Opus habemus sempiterno in isto seculo adiutorio.*

Parum solida Brunonis Carthusiani notatio.

b Gen. 2. 20.

Hugonis interpretatio.

Placet magis distinctio Aigvani de multiplici hominum genere, quibus adiutorium Deus præbet. Auctorem obuium consulat qui vult, disputantem præterea de illis qui Deo contemnant adiutorium, aut qui Dei adiutores sunt. Monet demum in genere aptari posse versus septem totidem extirpandis capitalibus vitiis.

Distinctio Aigvani aptata.

Festina.] Agellius negat membrum secundum appositum à Lxx. sed ab illo Interprete: atqui in textu Hebræo totum est: nec ab illis omissum credi debet, & aliquo modo reiectum in titulum; sicut priùs quoque monui. Denique Græci legunt vt partem textus, etsi non diffiteat apud Apollinarium extare interpretationem solius primi membri:

ἄρθητι καὶ πέρυσι σκοτιάζετο πάντοτ' ἀρωγήν:
Immortalis, nostrum obserua semper auxilium.

Sed contentus fuit semel dixisse, quod synonymè bis dicere poterat. Quomodo etiam ab Augustino & Hilario prætermissa est interpretatio membri eiusdem.

Verbum חוּשָׁה *chusiah*, pro quo in psalmo trigesimonono c est πρόσχες, & *respice*, hic autem σπεῦσον, & *festina*, habet significationem vtramque tum *festinandi*, & *succurrendi cum strepitu*, ita vt exaudiatur ab aliis, tum *sentiendi*

c 65. 14.

cum obiectatione: quod facit qui intendit; & vt psalmo 118[a]. vertitur ἀτενίζω, *paratus sum*: & שחח *chasiah*, atque שעשע *chasis sah*, *solicitudinem dil gentiamque* significat. Quod festinatum vrget Dauid auxilium, Caietanus ait vel prius per reuelationem didicisse id esse præbiturum Deum: vel quia grauitatem sentiebat periculi. Conuenit secunda ratio cuilibet. Si placet vim Græci vocabuli σκέψις, perpendere, quatenus deriuant ἀπὸ τοῦ σκοπεῖν, & σκοπὸς, *contemplari*, & *cernere*, propter prouidentiam quam gerit de omnibus, vt annotauit quoque Dionysius[b], meritò hinc ab illo exigitur τὸ προσέχειν καὶ τὸ ἐπιστῆσαι, *intendere atque seruare*.

De verticulo isto Cassianus[c] (quem hoc loco Cassiodorus meritò cognominat facundissimum. Licet non in omnibus sequendum, nempe cùm de gratia disputans vergit ad Pelagianos) multa differit, demonstrans vtilitatem eius tantam esse, vt quicquid Monachi assumpserint, siue illius trina iteratione non inchoent. Videtur hinc, apud Cassianum, ad psalmi totum alludere, cum ait, quòd ad perpetuam Dei memoriam possidendam, hæc inseparabiliter proposita nobis esse debeat formula pietatis, quia recipiat omnes affectus quicumque inferri humanæ possunt naturæ, & ad omnem statum atque vniuersos incertus proprie satis & competenter aptatur, & aduersus vniuersa discrimina inuocationem Dei; præterea humilitatem piæ confessionis, sollicitudinis & timoris perpetui vigilantiam, considerationem fragilitatis suæ, exauditionis fiduciam, confidentiam præsentis semperque assistentis præsidij, amoris & caritatis ardorem, insidiarum contemplationem inimicorúmque formidinem, &c. postremò, qui se semper, & in omnibus, inquit, desiderat adiuuari, manifestat quòd non tantùm in rebus duris ac tristibus, sed etiam in secundis ac lætis pari modo Deo egeat adiutore. Subiicit longam, elegantem, piam per capitalia vitia, & alia pericula inductionem, contra quæ plurimùm præsentis recitatio attenta versus conducat. Iam hortor vt hunc versiculum, in opere quolibet seu ministerio, vel in itinere constituti cantare non desinamus: hunc & dormientes & reficientes, & in vltimis naturæ necessitatibus meditemur, hunc meditantibus nobis somnus irrepat, donec necessabili eius exercitatione fatigemur, etiam per soporem eum decantare consuescamus, vt expergefactis primus occurrat nobis vigilantibus, cogitationes anticipet vniuersas: de nostro surgentes cubili cunctorum genuum tradit; atque illinc deinceps ad omne opus actúmque deducat: omni tempore prosequatur, hunc meditemur secundùm præcepta legislatoris[d], sedentes in domo, ambulantes in itinere, dormientes atque consurgentes: hunc scribamus in limine & in ianuis oris nostri; hunc in parietibus domus nostræ, & penetralibus nostri pectoris collocemus, ita vt hæc ad orationem procumbentibus sit accliuis decantatio, & exinde consurgentibus, atque ad omnes vsus vitæ necessarios incedentibus fiat erecta & iugis oratio. Decet etiam[e] hoc versu, si rectè concipiatur, potiùs paupertatem spiritus comparari[f], per quam nihil nos præsidij, nihil virium habere cognoscentes, de aliena largitate quotidianum petamus auxilium, *mendici* & *pauperes* Dei, qui *sui* nuncupati sumus nostri, ac nimirum nos[g], ita vt sic paupertes & inopes ex animo laudemus nomen illius[h].

Retuli in summam quæ pluribus de verticulo isto Cassianus persequitur, quibus si consentanea vbique de gratia docuisset, reprehensionem Prosperi & aliorum non incurrisset: gratiæ namque necessitatem vix potuit melius quàm citato loco tractando verticulum præsentem, demonstrare. Quòd Cassianum Cassiodorus trinæ iterationis in vituperando verticulo a monachis in quolibet opere memoratum dicit, equidem non reperio. Mentionem miror minimè factam à Cassiodoro de recitando, recitarique solito eodem verticulo ad omnium horarum canonicarum principium. Dixi nonnihil psalmo quinquagesimo, cum exponerem verba illa[i]: *Domine labia mea aperies*, &c. monuique à nonnullis etiam in matutinali officio ante illa recitari verticulum hunc nostrum[k]. Admonet de dicto exordio horarum ab isto verticulo Glossa ordinaria quæ ex Alcuino sumpta est, & refertur etiam à Petro Lombardo, Aiguano, Rickelio, Valentia, & aliis recentioribus.

Causam reddit Alcuinus, quia cùm orare debemus, maximè tunc nititur tentare diabolus, vt *musca morientes perdant suauitatem unguenti*[l]. Vltimi duo putant id etiam præuisum in spiritu à Dauide. Fieri potest; vix credo. Amalarius[m], & Strabo compatant vsurpationem istam verticuli cum verbis, quæ recitabantur, quando efferebatur Area[n]; *Surge*[o] *Domine*, &c. *dissipentur inimici tui*, &c. Id notauimus psalmo sexagesimo septimo[p]. Quòd idem Strabo institutionem refert ad antiquos Patres, intelligens proculdubio quæ dicuntur à citato Cathano, non arbitror satis certum; quia generaliter adhibendum præcipit ad omnia: nec in tropario Græcorum, vel apud vllum alium scriptorem Græcum extat huiusmodi ritus vllum indicium. Hic in fine taggero quod aliàs notaui de prima Ecclesiastæ sententia frequentanda[q], & alia quæ tantopere placent Alexandro Seuero; *quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris*[r]. Idem eodem iure meretur, vt Cassianum audiamus, noster iste verticulus. Placet Bonifacio VIII. hic verticulus pro Symbolo[s].

Vers. 3.] Confundantur & reuereantur qui quærunt animam meam.

IN Versu 15. eadem sunt prorsus Hebraicè, & Græcè, nisi quòd pro ἐπιστράφητωσαν, imperatiui modi, est optatiui modi ἐπιστραφεῖεν: & in vtraque lingua; atque in Latina additur, *vt auferant eam*, & in tribus editionibus *simul*, post *reuereantur*. Confusio & reuerentia in vtramque partem sumi possunt; sed potiùs in malam, & de persecutoribus Christi, Ecclesiæ, cuiuscumque iusti. Vt qui vitæ insidiantur, operiantur confusione, & pudore; cum persecutionibus ipsis, & mortibus proficere Christi Religionem & virtutem vel inuiti deprehenderint; certè saltem olim post

[a] vers. 60.

Græc.

[b] De diuin. nom. c. 3.

[c] Cassianus de Cœnobiorum institutionibus, & vitiis eorum libro 2. c. Coll. 10. c. 10.

Exhortatio ad hoc verticulum frequentandum in re bus agendis.

[d] Alludit ad Deut. c. 6.

[e] vers. 11.

[f] Matth. 5.

[g] psal. 118.

[h] psal. 73. 21.

[i] Cassiani expositio de verticulo Deus in adiutorium.

Verticulus hunc recitatus quando.

[k] vers. 17.

[l] In Regula S. Benedicti, c. 9.

[m] c. Eccles. 10. 1.

[n] l. 4. de Eccles. Offic. c. 6.

[o] De reb. Eccles. c. 1. Num. 15. c. 22.

K. Chrys. Bas. Hom. in Euseb. Tom. 5. Lamindius in Seuero.

Verticulus hic pro Symbolo Bonifacio VIII. in Graecis. Ioannes.

suammet mortem, & in generali iudicio, confundentur, inquit Hilarius, Christi animam quærendo, quem cum peremerint, scient eum viuere, quia Deus vitæ & resurrectionis est Dominus: deinde hinc (quod posteà sequitur) auertentur nec [a] occurrant cum sanctis *obuiam Christo in nubibus* raptis. Postremò auersi, non in alia quam, retrorsum resurgentes, vltionisque iudicio, in infima terræ, vnde emerserant, reuertentur. Imitatur Hieronymus Hilarium.

a Eph. 4. 14. 1. Thess. 4. 16

Moralis distinctio confusionis in vitiis.

In bono sensu exemplum vindictæ affert Augustinus in Saulo confuso, & reuerito, prostrato, erecto ad obediendum, qui inflammatus erat ad persequendum. Moraliter distinguit Augustinus confusionem in vitiis, quando mens ipsa perturbatur, &, vt ita dicam, deordinatur formaliter propter vitia [b], pœna vitiis cùm tanquam pœna & effectus malus consequatur ex illis, contra vitia cum displicentia, & pœnitet peccatorem primo & secundo modo præsenti hoc loco; tertio etiam optat. Fieri tamen desiderium potest in confusionem peccatoris secundam, vt conducit ad tertiam, & ad reuerentiam quatenus importat honorē quem defert offenso Deo peccator, timens pœnam. Vouet ibi [c] Dauid fore vt *lingua eius tota die meditetur iustitiam Dei, cum confusi & reuerriti fuerint qui quærunt mala illi.* In genere Sapiens [d] tradit esse duplicem confusionem, quæ adducit peccatum, & quæ adducit gratiam gloriamque.

b Act. 9. 7.

c ps. 70. 24.

d Eccl. 4. 31.

Reuertantur.] Addunt, *inimici mei*, Psalterium Romanum, & Cassiodorus.

Qui quærunt animam meam.] Dixi additum Psalmo 39 [e] *vt auferant eam.* Ibi verò etiam docet; quod hoc itidem moneat loco Augustinus, bene ac male quæri Christi animam posse, & quæri Christum in alio [f] Psalmo, quod non esset qui requireret animam eius; eo loco doluisse se non quæri ad imitandū; hic gemere se quæri ad opprimendum. Postremo non malè Hugo, vt etiam prius notauit eos qui animam quærant, dæmones interpretatur, qui animæ præsertim optant interitum, id est, damnationem, & leonis rugientis more quærunt quem hoc pacto deuorent [g].

e vers. 15.

f ps. 141. 5.

g 1. Pet. 5. 8.

Vers. 4.] Auertantur retrorsum, & erubescant, qui volunt mala mihi:

Auertantur, statim erubescentes, qui dicunt mihi: Euge, Euge.

EXtat prior istius pars hoc modo in vers. 15. Psalmo 39. posteriore parte. *Conuertantur retrorsum, & reuereantur qui volunt mihi mala.* Græca & Hebræa vtriusque loci sunt eadem, nisi quòd optatiui modi verba Græca ibi, quæ hic imperatiui. Ad præcedentem versum tanquam vnicum cum illo reiicit editio Hebræa & Græca istius versus omnes dictiones vsque ad *mala.* Habet duplicem quoque sensum sententia hæc, sicut præcedens, bonum & malum, sed malus literalior. Hoc & sequenti se versu Bernardus [h] armabat munieratque contra malenolos laudatores, & benevolos, verùm nimios. Ita verò exponebat precari se vt quicunque existimarent de ipso supra id quod videbant in ipso, aut audiebant aliquid ex ipso, auerterentur, id

h Epist. 111. *Contra laudatores nimia et ex benevolentia, prudenter adhibenda arma litterata.*

A est, a laudibus suis in quas ignari nimis ferebantur, resilirent, & pedem retraherent, quandoquidem videlicet cognoscentes plenius, quem immoderatius laudabant, & consequenter erubescentes, vel errorem suum, vel animi deprehensam mutilitatem, & tam vilis & abiectus eis appareret, quatenus puderet eos talem ita laudasse, & sic desinerent iam indiscretè laudare.

Erubescant.] In Psalterio Gallicano, *confundantur*, quod priore iam versu positum fuerat, *qui volunt mihi mala*, in Psalterio Romano, & apud Augustinum, & Hilarium, saltem in huius commentario, *qui cogitant.* Legerunt fortassis βουλόμενοι, non autem βουλόμενοι: & ita se quoque legisse innuit Apollinarius in metaphrasi:

B

σφαλεῖεν μηχανῶντι ὅ μοι κακὸν βουλομένοις.
Auertantur vituperabuntur mihi mala molientes.

Perpendens Augustinus *cogitandi* verbum, docet primo fuisse impetum persequentium; modò remansisse malevolentiā cogitantium prauis cogitationibus, tanquam in abyssō (innuit hinc abyssum illud Apollinarij. βυθοῦ κρατοῦν) vinculo ligatam diabolum, & adiicit etiam Augustinus ad ligatum in abyssō diabolum [a], fremere & non erumpere: *tacere, vastari, dentibus frendere, tabescere* [b].

a Apoc. 9. 2.

b ps. 111. 10.

Inimicos homines Hugo, qui nocere, malisque nos afficere conentur, hic intelligit; priori versu, diabolum, vt dixi, animæ insidiantem: nec non admitti potest de malignis cadentibus retrorsum, cùm Christus se respondit esse quem venerant comprehensum [c]. Generaliter omnes comprehendi aduersarij possunt: iuxta verò Augustini distinctionem, hi qui pietatis, & Christianitatis prætextu errantibus Ecclesiam persequuntur; quorum auersio, & erubescentia, vel bona, vel mala hic intelligitur. Aiguanus interpretans de bona, septem illius explicat modos ex diuinis litteris petitos intendi cupienti dignum.

C

c Ioan. 18. 6.

Auertantur statim erubescentes qui dicunt mihi, Euge Euge.] In Psalm 39. hic habet versus 16. *Ferant confestim confusionem suam, qui dicunt mihi, Euge Euge.* Variant quoque nonnihil, Hebræa, & Græca. Primum Hebræum verbum, id est, יָשֹׁמּוּ *iasciommu, pereāt*, יָשׁוּבוּ *iasciuu, auertantur*, seu *reuertantur*, & *conuertantur*: Græcum eo loco, ἀναστραφήτωσαν, *stent*; in hoc ἀποστραφήτωσαν. Pro, *statim*, ibi est, *confestim*: Græcè, σπουδῇ, & hic παραυτίκα. Eadem Hebræas voces עַל־עֵקֶב *bhal bh kau*, Hieronymus vertit nunc, *ad vestigium*; *iam*: tunc, *post.* Vltimo pro nomine confusionis & αἰσχύνη, ponitur hoc participium, *erubescentes*, &, αἰσχυνόμενοι, cùm sit idem nomen Hebræum cum affixo עָלְמָם *bosch ham*, & reddat Hieronymus priore Psalmo, *post confusionem suam*; in isto, *ad vestigium confusionis sua*: quod aliter transfert pro Caietano Rabbinus, *super vestigio*, & Caietanus declarat *in signum.* Ego autem idem arbitror esse atque quod etiam Latinè valet, *è vestigio*, id est, statim, confestim, &c. quasi dicas, simul ac vestigium sublatum est pedis ambulantis; apud Gregor. [d] legitur, *confundantur statim*, &c. Dū autem exponit sententiam hanc aduersus adulatores, vt fecisse Bernardum docuimus, scribit, verbis istis doceri eorum linguas non esse in subsequenti tempore differendas. Adulatio etenim, ait, si vel ad tempus patienter suscipitur,

D

E

d Hieron. in Ezech.

augetur, & paulisper demulcet animum, vt à rigore suæ rectitudinis mollescat in delectatione sermonis. Sed ne crescere debeat, iterum est, & sine mora, ferienda. Ita quoque Augustinus præsentem locum declarat de adulatoribus, plus volens horum linguas persequi, quam manus interfectorum. Sed hoc de vitio dictum alibi. Lege etiam eundem Gregorium [a]. Cur toties repetatur *erubescentia, rubor, confusio*, notat Hugo, nempe quia pudere nos debet propter peccata ingratitudinemque nostram, & ob Dei longanimitatem. Obseruat etiam *euge* vsurpari ad irridendum [b], applaudendum [c], adulandum [d], admirandum [e], commendandum [f]. Egimus psal. 39. de eadem voce: at nolim Hugoni credas, *euge* Latinam vocem deriuari à Græcis & *bene*, & γῆ, *terra*, quòd adulatores terrena soleant bona laudare. Insolens est huiusmodi deriuandi ratio vnius linguæ vocabuli ex peregrina lingua. Valet ea interiectio idem quod, *macte*: in quo laus cum adhortatione continetur: quasi eum cui dicis optes *magis auctum*, & eidem, *magnentum*, id est, *maius augmentum* [b], præsertim virtutis & honoris. Chaldæum gemiñarum חַדְיָנָא *chedena chadena* melius videtur interpretatus Nebiensis, *gaudeas, gaudeas*, quam sit in bibliorum versione, *gauisi sumus, gauisi sumus*.

Vers. 5. Exultent & lætentur in te omnes qui quærunt te, & dicant semper: Magnificetur Dominus: qui diligunt salutare tuum.

NIhil differt aliud 39. psalmi versus 17. nisi quod habet, *super te*: & *quærentes*, quod participium Græce hic etiam est, ἐπὶ ζητοῦντες. Ibidem additur κύριος, *Domine*: hic, ὁ θεὸς, *Deus*, vt notauit etiam Euthymius. In emendatis bibliis Græcis hoc loco non est ὁ θεὸς, & omisit Apollinarius: Latinè autem extat, *Domine*, in aliis duobus psalteriis & apud Cassiodorum. Quod idem Euthymius addit pro vltimo nomine *Dominus*, esse ibi *Deus*, non reperio in libris qui nunc extant: sed vtrobique legitur κύριος, *Dominus*. Hilarius priorem psalmi partem interpretatus de precatione contra impios, docet, hanc quæ sequitur, quia rememorationis erat psalmus, id est, eam gerebat in titulo, continere orationem pro sanctorum spebus. Vt scilicet resurgant in lætitiam, sicut illi alij in confusionem, & cùm priores quia irriserint, & mala cogitauerint, rubore suffundendi sint, isti propterea quòd salutare dilexerint Dei ad confessionem magnificentiæ illius proficiant. Generaliorem sequimur sensum.

Lætentur.] Augustinus, *iucundentur*. *Exultandi & lætandi* seu *iucundandi* distinctionem aliàs attigimus. Crebrò synonymè vsurpantur: nec *exultare*, ad corpus; *lætari*, ad mentem semper pertinet; quamuis vtrumque partis gaudium intelligi hic possit.

Qui quærunt te.] Recte idem Augustinus monet prius a Deo ipso quæsitos esse qui quærunt illum. Tunc argumentatur oprime: Coronamet te ô Ouis quærentem se qui prior quæsiuit contemnentem se, & non quærentem se, *lætetur cor quærentium Dominum* [g], inuenient si in tota tribulatione cordis quæsierint eum [h].

Et dicant semper.] Ita videntur psalmi alij necte re vt sit simile illi sententiæ, *benedicam Dominum* [a] *in omni tempore, semper laus eius in ore meo*. Apollinarius magis clare id exprimit.

πάντοτε βαζόντων μεγάλ' αὐχέα δῶρα θεοῖο.
semper loquantur magnifica dona Dei.

Tamen Augustinus refert ad verbum *magnificetur*, vt hoc dicant, semper magnificetur Dominus. Explicat etiam vt sit magnificandus à te, quando vocat te, id est, quando confitenti peccata secundùm inspirationem suam dedit veniam: quando incipis iustè viuere, nec velis ipse vnquam, aut vspiam magnificari: sed etiam tunc magnifices eum vt regat, & si perseueras vsque in finem, vt glorificet.

Magnificetur Dominus.] Quo pacto magnificari Deus à nobis possit, alibi monuimus. Hilarius notat non indigere aliquo Deum, aut quidpiam expectare à rerum naturis & mentium opinionibus, cùm ad æternæ beatitudinis naturâ sibi sit ipse sufficiens, & nihil extra quod sibi desit, ne aliunde expecter, dereliquerit: magnificari per beneficiorum suorum incrementa nobiscum, cùm magnificentia eius & commodorum nostrorum sensu ac iucunditate, & referendæ gratiæ laude cumulatur; denique quotiescumque magnificetur, dicimus toties aut optandi nobis à Deo muneris, vota esse, aut sumpti perceptique confessione, magnificentiæ eius laude nobiscum, per commodorum nostrorum incrementa nascente. Malo posteriorem acceptionem pro confessione & laude magnificentiæ diuinæ; additis quandoque attributis aliis, quæ cùm celebramus, magnum Deum esse declaramus. Rarò reperies vsurpatum per modum optantis seu imperantis *magnificari* verbum, vel indicantis, & enunciantis, vt significet petere nos, vel optare, vel asserere beneficia Dei erga nos; vt, *magnificamus Dominum*; *magnificetur Dominus*, *magnificetur Dominus*, &c. Nec etiam quando dicitur *anima magnificare* [b] *Dominum*, aliud significatur, quam celebrare illum vt magnum; quamuis verum sit, quòd *magnificare Dominum misericordiam suam cum aliquo* [c], vel, *magnificare facere cum aliquo* [d], sit magnificentiæ opera exercere, & magnis afficere beneficiis. In libro Numerorum [e], quod scribitur; *Magnificetur ergo fortitudo Domini*: videtur habere dictam notionem, pro desiderio, vt sua fortitudinis effecta & signa edat. Hoc loco post lætitiam & exultationem iusti vel inuitati dicere, *Magnificetur Dominus*, non iubentur, aut inuitantur ad poscenda beneficia noua, sed ad gratias laudésque pro iam acceptis, siue à se siue etiam propter communionem caritatis, ab aliis. Pareamus sapienti [f]; *lætetur anima vestra in misericordia eius, & non confundemini in laude eius*.

Qui diligunt salutare tuum.] Non ascenderunt in cor hominis quæ præparauit Deus *expectantibus & diligentibus se* [g], diligentibus aduentū eius tum primum, tum secundum, reddet *coronam* [h] *iustitiæ*, gloriabuntur in eo *qui diligunt nomen eius* [i], habitabunt in cœlesti Hierusalem [k]: inque dilectis tabernaculis Domini [l]. Quid ibi velit *salutaris* vocabulum, vidimus aliàs. Diligit hoc salutare, vt ait Augustinus, qui à Deo salutem cognouit esse, non à se; se sanatum, sed priùs ægrotum, vt ipse se sanare cupiuerit, nec alius homo; quia [illegible]

[a] Greg. lib. 2. moral. c. vlt. [b] psal. 34. 16. [c] psal. 36. [d] psal. 39. [e] Matth. 11. vers. 19. [f] Eccle. 18. [b] Seruius in Aen. Mantuanus, Macte virtute, &c.

Verbi magnificandi vsurpatio.

[a] psal. 33. 2.

[b] Luc. 1. 46.

[c] ibi Luc. & psal. 125. 3.

[d] Gen. 24. 27.

[e] Num. 14. 17.

[f] Eccl. vlt.

[g] Esa. 64. 4. 1. Cor. 2. 9.

[h] 2. Tim. 4. 8. 1. Pet. 5. 4.

[i] psal. 68. 37.

[k] psal. 83. 2.

[l] psal. 83. 11.

salus hominis [a] *nec in eo est salus* [b], sed *Domini est* [c]. Præterea diligit non amore solo concupiscētiæ, sed amicitiæ, syncerāque caritatis, hoc salutare, qui non ideo quia tibi ipsi bonum, sed quia ipsum in se ac per se, nec illud vni sibi optat, sed aliis, volēs exemplo Dei omnes homines saluos fieri. Ad hęc salutem & salutare diligere cēlestium, is tantum, qui non negligit salutem [d]. Est nempe via adipiscendi eam, quod est operari ipsam [e]. Suscipit *sententiam salutis* [f], *& annunciatam viam* [g], *pœnitentiam stabilem in salutem* habet [h]: meminit se positum *in acquisitionem salutis* [i], etiam si capiatur alio nomine tanquam *hæreditas* [k], longanimitate Dei bene vtuntur arbitrantes esse *salutem* [l], hoc est, occasionem & *diem salutis* [m]. Denique vt alia præteream, qui secum reputat, quòd *salus animæ in sanctitate iustitiæ melior est omni auro, & argento* [n]. quamuis hæc verba vltima videantur esse de sanitate, quæ vocatur ibi, *ὑγίεια καὶ ἕξις, sanitas, & bona habitudo*; nec sit Græcè mentio de sanctitate iustitiæ.

a Psal. 59. 13.
b Psal. 14. 5. 13.
c Psal. 3. 9.
d Heb. 2. 3.
e Philip. 2. 12.
f Luc. 1. 77.
g Act. 16. 17.
h 2. Cor. 7. 10. 1. Thess. 1. 9.
k Heb. 1. 14.
l 2. Pet. 3. 15.
m 2. Cor. 6. 2.
n Eccl. 30. 15.

Vers 6.] Ego verò egenus, & pauper sum: Deus adiuua me.

Adiutor meus, & liberator meus es tu Domine, ne moreris.

IN psalmi 39. vlt. versu legūtur ista hoc modo, *ego autem mendicus sum & pauper, Dominus sollicitus est mei. Adiutor & protector meus tu es: Deus meus, ne tardaueris.* Ibi Græce pro, ὁ Θεὸς βοήθησόν μοι, *Deus adiuua me*, habetur, *καὶ ἐγὼ πτωχὸς εἰμὶ ἐγώ, Dominus sollicitus erit mei*: pro *βοήθησόν, liberator, ὑπερασπιστὴς, protector*; pro *κύριε, Domine, ὁ Θεός μου, Deus meus.* In Hebræis hæc differunt. Pro אֱלֹהִים *elohim*, est ibi אֲדֹנָי *adonai*: pro חוּשָׁה *chusciah, festina*, יַחְשַׁב *iachasion, cogitabit*, aut *sollicitus erit*: pro עֻזְרִי וּמְפַלְטִי *hhezri umphalti* quæ valent, *auxilium meum*: pro יְהוָה יְהוָה *iehouah* אֱלֹהַי *elohai*. Hoc præsertim Hebræi textus discrimen obseruo, ne quis tot eorundem diuersis in psalmis repetitionem versuum putet fieri absque vlla prorsus mutatione: quod tamen poeta facere pro arbitrio potest, vt se varia dat occatio.

Egenus & pauper sum.] In psalmo 39. *mendicus, & pauper sum.* Græca ac Hebræa nomina, eadem. Verbum substantiuum hoc loco deest Hebraicè & Græce, & abest a quibusdam codicibus Hilarij, atque Augustini. Hic etiam vrget Augustinus professionē necessitatis gratiæ: solum Deum ideo verè Dominum, quia omnes eo, ipse nullo eget [o]; aliter alterius hominis ope, etiā serui, qui dominus vocatur, ac propterea non absolutè dominus. Alludit prætereà ad nomen mendici Lazari [p], quem asserit esse typum Ecclesiæ, significare autem iuxta etymologiam, *adiutum*, & semper confiteri Ecclesiam debere adiutorio sibi opus esse. Voluit dicere *adiutorium Domini*, & passiuè sumere, prout est in alio. Nam Hebræum nomen proprium Eleazar, quo, vt more Latino inflectitur, & dicitur Eleazarus, Pauli

o Psal. 15. 2.
Mendicus Lazarus, Ecclesiæ typus.
p Luc. 16. 20. & 22.

A nas [a] dictum appellat mendicum, habet dictam notionem *auxilium Domini* ab אל *el*, *Deus*; & עזר *hhezer adiutorium*, siue *auxilium*. Syriacè in Euangelio appellatur לעזר, *lahhazar*, Græcè, λαζαρος. Hebræi vocarent אֶלְעָזָר *elhhazar*, qui Græce, ἐλεάζαρ, & Latine, *Eleazar*, quod fuit nomen filij Aaron [b], & aliorum, interdumque in scriptura ἐλεάζαρος. & Eleazarus prótenso nomine dicitur. De Christi paupertate Hilarius hunc interpretatur locum, confirmátque, quòd ei ne ad paschę quidem cœnam, nisi quęsita & aliena domus fuerit [c]. Pluribus alijs argumentis id alias ostendimus. Drogo [d] Cardinalis, vnum quemlibet ex nobis egenum pauperémque interpretans, & nimirum, salutis egentem, non ineptè comparat cum mendico illo & claudo ex Actibus Apostolorum [e], qui sedebat ad portam templi Speciosam, cùm ascenderent Petrus & Ioannes hora orationis nona ad templum, quia eadem Christus orauerit hora in cruce, & expiraverit [f].

Deus adiuua me.] Meminit Hugo alios legere, *adiuuat me*, non reperi apud alium huiusmodi lectionem.

Adiutor meus & liberator meus es tu] Augustinus, *& erutor*. Id quoque valet ῥύστης. *Erutorē* idem doctor, implicato nexibus diuersarum curarum quæ hinc atque inde dilaniant quasi spinæ & sepes in angusta via, necessarium docet: hærere, qui dicat, sufficit, iustus sum, neminem debere arbitrari se iam accepisse, perfectum esse, apprehendisse [g], qui se putet scire, nondum scire, quēadmodum oporteat eum scire [h], quæ sunt retro, obliuiscī oportere, & in ea quæ ante sunt, se extēdere, & sequi ad palmam supernæ vocationis: cauendum ne non modò audiantur qui tibi dicunt, sed ne ipse tibi dicas, *euge, euge*, teipsum laudando, laudantibus consentiendo.

Domine ne moreris.] Psalteria duo alia, & Hilarius, Augustinus, Cassiodorus, Arnobius, *ne tardaueris*, sicut est in psal. 39. iuxta vulgatam editionem, & videntur nomen *Domine*, iungere præcedētibus, quod ad sensum nihil refert. Augustinus acutè declarat, eùm non sit reipsa venturus Deus antequam statuerit, ne tardius videatur nobis spatium quod statuit: & habeamus tolerantiam, sine qua tardum videtur; & deflectimus à Deo, similes illis qui in eremo fatigati, festinauerūt à Deo petere delicias, quas illis in patria seu in terra promissa reseruabat, & cùm non darentur, quibus fortè corrumperentur, murmurauerunt rediérúntque corde in Ægyptum [i]. Hilarius interpretans de Christo, vult indicare Christum tardiatem sibi nullam in patiēdo quæsiuisse, qui & passionis moras non ferēs, proditori dixerit [k]: *fac quod facturus es, citò*: simul etiam festinate, liberari in se susceptæ carnis infirmitatem maturatæ resurrectionis virtute. Quisquis periculum sentit ingrui, aut boni quidpiam sperat, censet esse periculum in mora, & *ob dilatam ipsam afflictur* [l]: discēdere quod immodo Deum orat, priusquam subeatur periculum, sicut Regulus faciebat [m]: ipsique cum Daniele [n], dicit, *ne moreris propter temetipsum Deus meus.*

a Epist. 31. ad Alexand.
b Exo. 6. 25.
c Mat. 26. 18.
d de pass. Domini tom. 2. bibl. Patrum.
e Cap. 3.
f Luc. 23. 46.
g Philip. 3. 12.
h 2. Cor. 9. 2.
i Exod. 16. 3.
k Ioan. 13. 27.
l Prou. 13. 12.
m Ioan. 4. 46.
n c. 9. 19.

PSALMVS SEPTVAGESIMVS.

1 Psalmus Dauid,

Filiorum Ionadab,& priorum captiuorum.

IN te Domine speraui, non confundar in æternum : 2 in iustitia tua libera me,& eripe me.

Inclina ad me aurem tuam, & salua me.

3 Esto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum : vt saluum me facias.

Quoniam firmamentum meum,& refugium meum es tu.

4 Deus meus eripe me de manu peccatoris,& de manu contra legem agentis & iniqui:

5 Quoniam tu es patientia mea Domine:Domine spes mea à iuuentute mea.

6 In te cõfirmatus sum ex vtero:de ventre matris meæ tu es protector meus.

In te cantatio mea semper: 7 tanquam prodigium factus sum multis:& tu adiutor fortis.

8 Repleatur os meum laude,vt cantem gloriam tuam : tota die magnitudinem tuam.

9 Ne proiicias me in tempore senectutis:cùm defecerit virtus mea, ne derelinquas me.

10 Quia dixerunt inimici mei mihi : & qui custodiebant animam meam, consilium fecerunt in vnum,

11 Dicentes:Deus dereliquit eum, persequimini,& comprehendite eum : quia non est qui eripiat.

12 Deus ne elongeris à me : Deus meus in auxilium meum respice.

13 Confundantur, & deficiãt detrahentes animæ meæ:operiantur confusione,& pudore qui quærunt mala mihi.

14 Ego autẽ semper sperabo:& adiiciam super omnem laudem tuam.

15 Os meum annunciabit iustitiã tuam: tota die salutare tuum.

Quoniam non cognoui literaturam,

16 introibo in potentias Domini : Domine memorabor iustitiæ tuæ solius.

17 Deus docuisti me à iuuentute mea: & vsque nunc pronunciabo mirabilia tua.

18 Et vsque in senectam & senium : Deus ne derelinquas me.

Donec annunciem brachium tuum generationi omni,quæ ventura est:

Potentiã tuam, 19 & iustitiam tuam Deus vsque in altissima, quæ fecisti magnalia:Deus quis similis tibi?

20 Quantas ostendisti mihi tribulationes multas, & malas:& conuersus viuificasti me:& de abyssis terræ iterum reduxisti me:

21 Multiplicasti magnificentiam tuam: & conuersus consolatus es me.

22 Nam & ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam:Deus psallam tibi in cithara,sanctus Israël.

23 Exultabunt labia mea cùm cantauero tibi:& anima mea,quam redemisti.

24 Sed & lingua mea tota die meditabitur iustitiam tuam : cùm confusi & reueriti fuerint qui quærunt mala mihi.

Titulus & Argumentum.

*Vers.*1.] Psalmus Dauid,

Filiorum Ionadab , & priorum captiuorum.

In te Domine speraui , non confundar in æternum.

IVXTA biblicam nostram versuum distributionem,comprehenditur versu vno titulus cum recitatis aliis verbis.In biblis Cõplutensibus , & Regiis præponitur Græce,& Latine, τῷ Δαυὶδ ψαλμὸς , *Dauid psalmus*, & postponitur, ἀπὸ τῆς Ἑβραΐδος , *sine titulo apud Hebræos*. Et ita quidem in textu Hebræo nullus omnino titulus est : affirmat autem Basilius , siue Theodoretus , verbis illis Græcis tectari qui fecit inscriptionem,illam in Hebræo non reperiri. Euthymius ait , cùm Dauid hunc

psalmum conscripserit ex persona filiorum Ionadab, & aliorum, qui primò à Babyloniis in captiuitatem ducti sunt, LXX. præsenti psalmo hanc inscriptionem imposuisse, cum omni prorsus inscriptione carere apud Hebræos illum inuenissent.

De tituli auctoritate.

Quisquis tituli sit auctor, & siue omnium qui extant, LXX. siue Esdras, vt hoc loco sentit Haimo, quæ de re disputatum in præfatione [a], pari hic reuerentia recipiendus, ac reliqui. De LXX. scribit Hieronymus [b], non pauca de suo vel addidisse, vel abstulisse, ita tamen auctoritatem data ipsa vetustate. Augustinus [c] non dubitat asserere si quid sit in codicibus Hebræis, & non apud LXX. noluisse Spiritum sanctum per istos, sed per illos prophetas Hebræos, nempe Scripturarum cõditores immediatos, dicere: & contra si quid apud LXX. & non in dictis libris, per hos maluisse dicere: quidquid apud vtrosque inuenitur, voluisse per vtrosque, sed ita, vt illi præcederent prophetando, isti sequerẽtur prophetice illos interpretando. Sed nunc non discepto quanta debeat apud nos esse LXX. interpretum auctoritas. Constat editionis vulgatæ Latinæ multò potiorem esse quam scilicet approbauit, & nobis proposuit Ecclesia. Qui titulum nullum recipiunt, eiusdem argumenti cum priore psalmo esse contendũt, quod & vniuersè pronuntiant de quibuscumque Psalmis titulo carentibus, qui post alios titulo insignitos consequuntur, vt eadem præfatione monuimus [d]. Lyranus negat a priore distingui, & parui facit hũc titulum: vt fere solet satis inconsultè, aliorum psalmorum: nec veretur dicere appositum secũdum imaginationem, vel opinionem alicuius expositoris, & non videri multum concordare cum litera psalmi. Trenetus eodem pacto dicit non esse diuersum psalmum a præcedente. Arguanus, & Valentia refellunt, quia Hebraice notatur numerali nota distincta. Expendamus iam tituli partes seorsim. Meminit huius tituli Hieron. [e] ad Paulinum.

Tituli in hic psalmo qui non recipiunt, eiusdem argumenti cum priore ipsi contendunt vt & alios titulo carentes. Lyrani & aliorum sententia.

Filiorum Ionadab.] Monui, apud alios extare ante hanc, alia verba, *Dauid psalmus*. legit Nicephorus ordine oppositio, ψαλμὸς τοῦ Δαυὶδ, *psalmus ipsi Dauidi*, sed mihi id refert. Apud Augustinum extat solùm, *ipsi Dauid*, apud Hieronymũ, Bedam, Brunonem vtrumque, Haimonem, Hugonem, Rickelium, *psalmus Dauid*: Apud Cassiodorum, *Dauid psalmus*: apud Ruffinum, & Glossam ordinariam, *in finem psalmus Dauid*. Indicat Arnobius se legisse, *psalmus filiorum Ionadab*. Cõueniunt omnes non illum hic Ionadab (Apollinarius Ἰωναδάβου vocat) intelligi, qui filius erat Semmaa fratris Dauid, vir prudens valde, & impurum consilium Ammonis nepotis dedit potiundi amata Thamar sorore fratris sui Ablalon [f], sed qui patrem habebat Rechab, de quo mẽtio fit in historia Regum [g], vbi narratur socius fuisse Iehu in occidendis reliquiis domus Achab, & cultoribus Baal. Sed a Ieremia [h] præcipuè. Hic Rechabitarum filiorum Ionadab admirabilem constantiam commemorat, tum virorum, tum mulierum in obedientia patris sui, circa vini abstinentiam, & non ædificandas domos, & non possidenda vinea, & agro, & non habenda semente, & exprobrat Dei nomine inobedẽtiam populi erga expressa eius præcepta, & Rechabitis promittit propter tantam obedientiam, quod *non deficeret vir ex ipsis* ipsorum, seu *Ionadab de Rechab stans in conspectu eius cunctis diebus*. Quo promisso quid contineatur, & quodnam mysterium, est incertum. Munus Leuiticum, & sacerdotale suadet fuisse quod prodit, Eusebio [a] teste, Egesippus [b], cùm Iacobum lapidibus obterere Iudæi pergerent, ex Sacerdotibus vnum de filiis Rechab filij Rechabim, qui sunt Ieremiæ testimonio commendati, emissa voce contentiùs dixisse. Quid agitis? iustus pro vobis Deum precatur. Monachorum duces Hieronymus [c] hos Rechabitas nominat cum Elia, Eliseo, filiis prophetarum, atque de iisdem esse psalmi præsentis titulum. Haimo, & Bruno Carthus. vocant hoc loco Rechab Sacerdotem: difficile id est, si non fuerunt de Tribu Leui, sed Iuda, vt fere creditur, Rechabitæ. Psallendi munus habuisse Didymum Agellius ac Theodoretum asserere scribit, & propterea canẽdum illis psalmum à Dauide datum. Non hoc Theodoretus dicit, & gratis dici non dubito. Plura de Rechabitarũ origine Abulensis [d], & Christophorus [e] Castro nostri prior autem quibus in rebus adumbrauerint religiosos, qui fũt in Ecclesia. Videtur Deus voluisse vt hic nunc nominarentur *filij Ionadab*, quos modestiæ causa Ionadab instituit tam piæ familiæ, non à se, sed à suo patre Rechab *Rechabitas* cognominabat. Ludunt multi in etymo *Ionadab, Domini sponte meus*, qui dicere possit [f], *voluntariè sacrificabo tibi*. Item, *In te mihi sunt Deus vota, quæ reddam laudes tibi*, & ad psallendum tales inuitari, &, vt ait Arnobius, sobrietatis viros. Bruno Carthusianus Christum interpretatur Sacerdotem [h] oblatum, quia voluit [i]; filios suos inuitantem ad renuntiandum omnibus [k], & viræ religiosæ perfectionem sectandam, vel certè exactam obedientiam diuinæ legis.

Et priorum captiuorum.] Augustinus, *& eorum, qui primi captiui ducti sunt.* In plurimis Bibliis Græcis καὶ τῶν πρώτων αἰχμαλωτισθέντων, sed in emendatis πρώτων, id est, & qui prius captiui ducti sunt, vel, vt legit Augustinus, primi. Meminit Haimo lectionis absque particula cõiungente, *priorum loco tab priorum captiuorum*. Illam Apollinarius omisit:

παῖδες Ἰωναδάβου μεγαλήτορος, οἳ τὸ πάροιθεν
ἐσσεῖται Βαβυλῶνος ἐπ' ἀντιπέρηθεν ἐόντες,
filij Ionadabiis magnanimi, quibus antea (primo loco)
in vicem Babylonis attulerunt seruilem diem.

Ruffinus tangi docet his verbis historiam, quomodo filij Ionadab in prima captiuitate in Babyloniam ducti sunt. Græci satis fauent, & apud cæteros captiuos in honore fuisse, vt illis præ aliis psalmus meritò inscribatur. Nihil propriè de horum captiuitate diuinis literis proditũ extat. Solùm citatus Ieremias [l] refert ex tabernaculis, vbi habitare tantùm ex religione ipsis licebat, recepisse se in Ieruſalem, vt Chaldæorum ac Syrorum vitarent exercitus. Occupata ciuitate hos celebris famæ homines abductos credi potest. Hieronymus [m] de institutione Monachi scribens Paulino, explicánsque psalmi titulum de Rechabitis, vt priùs dixi, ait hanc primos captiuitatem sustinuisse dici, quòd post solitudinis libertatem, id est continuam habitationem in tabernaculis, vrbe quasi carcere recluſi sunt. Nõ negat longiùs inde abductos, vsque in Babylonem, & equidem credo; quamuis videatur aliter sentire Augustinus, dicens, non captiuos ductos sed illis, qui captiui ducendi erant, oppositos a

a c.22.

b Epist. de optim. gen. interp.

c 18. de Ciuit. c.43.

c Epistola.

Quare Ionadab hic nominetur &c.

f 2. Reg 13. 3. 4. 5.

g Lib 4 10. 10. & seq. & 23.

h c.35 10.10.

d In 1. Paral. 1. q. 10. & 21. c. in 35. Ier.

e Psal. 8. f Psal. 53.

b Hebr. 10. 21. i Isa. 53. 7.

k Luc. 14. 33.

l c. 35. 10. 11.

m Epist. 13.

Ieremia, vt scilicet obedirent hac in re illi Deo, sicut illi patri obediuerant in abstinentia, de qua diximus, & intelligerent ideo se captiuos duci, quia in aliis non obediuerant.

Hinc de argumento ferri iudicium potest. Est psalmus supplex oratio in Babylone captiuorum Hebræorum, inter quos eminebant pietate filij Ionadab, siue Rechabitæ. Vel, si, quod Hebræi malùt, apud quos Psalmus est *אשרלדוד*, *Abſalomi ſeruo*, de seipso Dauid agit, cùm Absalomis patereturperfecutionem iam senex, de qua ætate sit postea mentio [a], vt notat R. Esaias Tranensis, Caietanus, Iansenius, Gagneius, Arias, Agellius, Aignanus. Deinde qui titulum postea aeriplit, aptam censuit dictis captiuis psalmum aut iudicauit etiam, Dauidem, cùm suam illam calamitatē deploraret, habuisse in mente futuram populi captiuitatem, de qua ipsum Deus per reuelationem docuisset. Denique quod nostri Patres Latini præsertim, docent, longius Dauid simul prospexit ad asserторē libertatis nostrę Christum, qui nostram induens personam, pro suæ oret velut captiuitate mortalitatis, & liberatione per resurrectionē, tum pro captiuis sub durissima dæmonis, mortis, damnationis, propter peccatum captiuitate, & sub lege membrorum, quæ captiuos nos ducit in lege peccati, vt infelices liberentur *a corpore mortis huius* [b], quamdiu adhuc sumus captiui primi, nondum secundi, hoc est, in ipso iam inferno, & morte secunda: exemplum autem proponat simul Rechabitarum, & quotquot in tua illa Babylonica pie ac patiēter de Deo sperabant, non contumaciter diffidebāt. Athanasius [c] istius psalmi eumdem monet vsum esse atq; præcedentis, & ὑπὲρ τοῦ &c. si terreant nos aduersarij, neque conculcent ab inimicis, omnesque machinentur in nostram perniciem, etiamsi plurimi fuerint.

In te Domine speraui, non confundar in æternum.] Psalmo 30. Græcè & Hebraice habetur eadem sententia. Hic tamen psalteria duo alia, & Augustinus, atque Cassiodorus legunt, *Deus in te speraui, Domine non confundar in æternum.* Quod dicitur, *non confundar in æternum*, indicat, vt obseruat Augustinus, vel quòd nunquam fuerit confusus, qui hoc orat, & peccat nūquam confundi, vel quòd aliquando fuerit confusus, sed nolit deinceps confundi. Nemo est qui non fuerit confusus in Adam, aut ego saltem non debeat dici peccauisse in illo, etiam si forte præseruatus sit ne confusionem contraheret peccati inhærentis vt Deipara. Confunditur quisque in Adam, & in se: accedendo ad Christum illuminatur, & *facies eius non confunditur* in æternū [d], nec erubescit in his, quæ in actum nullum verum proferre possunt [e].

Simplicior sensus, vt postulet exaudiri ne cōfundatur, quia confundi solet, cui aliquid negatur, quemadmodum aliàs docuimus. Hypothecticum hic latere syllogismum Cassiodorus vult: Si Deus, in te speraui, non confundar in æternum: attamen Deus in te speraui, non confundar in æternum, id est, inquit, in illa iudicii pretributione, vbi confundi omnino pœnale est: hic autem frequenter et prospere confundimur, quando a pessima intentione reuocamur, & in bonam partem traducti probabilitet erubescimus, qui pridem de nostro scelere gaudebamus. Videtur præterea Dauid obiicere Deo, de ipsius age exiſtimatione, fide, auctoritate bonitate, potentia, ne frustra speratus in eum videatur, inanes fuisse preces, vota concepisse mania, & quidem, quantum existimet, æqua & iustaequali prestare vel nolit Deus, vel non possit, quod iis promisit, qui sperent in eum. *Qui persequuntur iustum cadent, & infirmi erunt, confundentur vehementer, quia non intellexerunt opprobrium sempiternum quod numquam delebitur* [a]. Lege quæ dicta sunt primis tribus versibus psalmi trigesimi, quibus hic, & sequentes duo sunt similes.

Vers. 2.] In iustitia tua libera me, & eripe me.

Inclina ad me aurem tuam, & salua me.

IN psalmo 30. deest ex primo membro, *& erripe me*: loco, *& salua me*, est, *accelera vt eruas me*. Quamuis, vt ibi monuimus, Græcè, & in Latinis codicibus nonnullis extent eadem verba, *& eripe me*, καὶ ῥῦσαί με, vt Hebraicè ibi פלטני *palleteni*, hìc in futuro, quod habet vim imperatiui תצילני תחלצני *thatzilenni tehpalleteni*. Legit hoc loco Augustinus, *erue me*, *& exime me*, pro, *libera me*, *& eripe me*. Cassiodorus, & Psalterium Romanum, *libera me*, pro, *salua me*. Augustinus, *saluum me fac*.

In iustitia tua.] Misericordiam interpretatur Cassiodorus, & Bruno Herbipolensis: quia cùm non sufficiat nobis nostra iustitia, pertineat ad misericordiam Dei parcere. Iustitiam synonymam facit æquitati Cassiodorus. Alioqui non est nouum, nec semel notatum sumi pro misericordia nomen *iustitiæ*, Psalmo 30. Symmachus ἐλεημοσύνῃ loco δικαιοσύνῃ vsurpauit. Iustitiæ quoque promissi dictum, vt hic, est misericordiæ Dei inquos aduersarios nostros, & ipsius inest Dei respectu censetur iustitia id quod eum decet, atque ad ipsius quasi munus permanet. Denique si agitur de liberatione, saluteque humani generis, misericordia est, quòd ea illi impendatur: iustitia, quod eo modo, vt simul satisfiat debito, atque iustitiæ diuinæ. Non etiam perfectè liberatur peccator, nisi in iustitia Dei, hoc est, in dono iustitiæ sanctificantis, quod inhæreat animæ illius, & sit simul illius, & Dei, quia a Deo est, ab eoque data, vt ait Augustinus, contra eos, qui *ignorantes Dei iustitiam, & suam volentes constituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti* [b], nec in eum credant *qui iustificat impium* [c], & gloriantur *quasi non acceperint* [d].

Inclina ad me aurem tuam.] Dictum aliàs de hac phrasi. Humilem se, ait Cassiodorus, iacere profitetur, quia nisi diuina gratia se ad hominem liberandum inclinauerit, ad illam misericordiā suis meritis non potest peruenire, quam cupit: neque cuiusquam meritum ad illum attingit, nisi ipse misericors ad peccatores pronus aduenial. Meritum suum nullum esse priore professus est membro: in hoc flagitat clementia diuina supplesi quod sibi desit, vt non valentem ad Deum ascendere per se, & appropinquare in conspectum eius, dignetur velut occurrendo excipere orationem. Nunc quasi delapsum, & deficentem Dei ad eruitem, tenuit illud in psalmo 30. *Accelera vt eruas me* [e].

* * *

Vers. 3.]

[a] Vers. 18.

[b] Rom. 7. 24.

[c] Tract. 1. in inscript. psal. ad Marcellinum. [illegible] psalmi [illegible]

[d] Is. 33. 6.

[e] Rom. 6. 21. sensus huc

[a] Psal. 72. 27.

[b] Rom. 10. 3.

[c] c. 4. 5.

[d] 2. Cor. 5. 7.

[e] vers. 19.

Iustitiæ nomen pro misericordia.

Non perfectè liberatur peccator, nisi in iustitia Dei.

Ad Dei misericordiam suo merito non peruenit homo peruenitur, nisi gratia diuina se ad liberandum humanum inclinauerit.

Vers. 3.] Esto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum: vt saluum me facias.

Quoniam firmamentum meum, & refugium meum es tu.

VAriant nonnihil ista, secundùm omnes editiones, prout nunc notabimus, ab his quæ sunt in psalmo trigesimo.

Et in locum munitum, vt saluum me facias.] Hebraicè legimus hoc loco לְבוֹא תָּמִיד צִוִּיתָ לְהוֹשִׁיעֵנִי *lauo thamid tsiuitha lehoschiahheni*, quæ sic reddit Hieronymus, *vt ingrediar iugiter præcepisti, vt saluares me.* Alij accipiendo præteritum pro futuro, & hoc pro imperatiuo, vel optatiuo, *sis mihi rupis instar munitissima*, (quod priora valent verba) vt iugiter obãbulare, autò videlicet, possim, & eò me recipere, cùm opus erit, mandes vt me seruent, nempe Angeli tui, vt ait Clarius, aut subaudiendo (sicut) esto mihi in Deum protectorem, siue in robustum habitaculum, vt illud ingrediar semper, sicut præcepisti vt me seruarent, vel (mandasti) idem est, ac statuisti, decreuisti, promisisti. Philippus de Portis carmine Gallico eleganter sane sensum ex Hebræo expressit integri versus.

Declare toy mon defenseur,
Et fais le dongeon maut & seur
Ou i'aye touſiours ma retraite.
Car tu m'as promis tout ſupport.

Et explicans eum qui sequitur, subdit:

Tu es mon roc, tu es mon fort:
Et la franchiſe où ie me sette.

Nonnihil forsan aliquis suspicabitur recitata Hebræa propter nonnullam literarum similitudinem permutata esse illo modo ab iis, quæ ps. 30. habentur לְבוֹא *lauo*, pro, לְבַיִת *leueith*, תָּמִיד צִוִּיתָ *thamid tsiuitha*, pro, מְצוּדָה *metsudoth*. Non autem id approbare; Video tamen Agellium absque hæsitatione asserere vsos LXX. eadem hic verborum lectione, quæ est in Psal. 30. [a]. Chaldaicè, *sis mihi rupes fortis ad refugium iugiter.* Græcè in Psalmo 30. est, εἰς οἶκον καταφυγῆς, & Latine in editione vulgata, *in domum refugij*, hoc loco εἰς τόπον ὀχυρὸν, *in locum munitum.* siue firmum, & tutum, qui aliàs dicitur ὀχυρὸς ab ἔχειν, *hærere.* Apollinarius exponit, ὕψωμα & οἷα τις οἶκος, *firma velut quadam domus. Turris fortissima nomen Domini: ad ipsam currit iustus, & exaltabitur* [b]. Meretur propria quadam ratione protectionem Dei, vt Augustinus obseruauit, vt ve pro munito ei sit loco, qui studet iustitiæ [c], misericordiæ, seu vt pecuniam [d], aliàque misericorditer impendat fideli amicitiæ [e]. Quamuis præterea iustum Deus dat, & ponit *in ciuitatem munitam* [f], nunc muniens [g] donec deducat in cœlestem absque vllo prorsus periculo munitam [h]. Ordinem religiosum Hugo demonstrat esse *munitum locum*, propter duodecim causas, hoc disticho comprehensas, & ab eodem declaratas:

Murus, densales (propugnacula) *turres, vigiles,*
tuba, fossa,
Mons, aqua, saxa, cibi, machina, fossa, vici.

Christus ipse factus est nobis per incarnationem & passionem protector, qui vt Deus vmbra carebat, carnis fuerat creator, & post peccatum victor, factus est, inquit Augustinus, locus refugij nostri, qui primò erat metus fugæ nostræ [c]. Sub vmbra eius licet sedere concupiscentiæ metuentibus æstum, & dulces guttur fructus degustare [a], ac in eadem vmbra viuere *in gentibus* [b], hoc est, inter perturbationes. Obiecit se item in passione scutum ad excipiendos ictus nostris peccatis debitos, & ni scutum laboris sui dedit *cordi nostro* [c]. Munitus est item nobis locus factus, & *altissimum refugium* [d] in Cruce horridum, ac senticosum ob spineam coronam, inaccessibile secundum diuinitatem. Lege Philippum Greuecum [e]. Tandem, si mihi aliunt locum elegero, ait Augustinus, saluus esse non potero, non est munitior, non est, quò fugiatur ab illo, nisi ad illum & Gregorius [f], In sola Creatoris nostri protectione fidendum scribit, cùm antiquus hostis terrarum locis à tentatione non excludatur, qui etiam in paradiso hominem strauit.

a vers. 3.

Ὀχυρὸν.

Ἔχειν.

b Proverb 18. 10.

c Eccl. 17. 9. & 29. 30.

d 1. 6. 6. & 12.

e c. 6. 6. & 12.

f Isa. 2 18.

g Sap. 4. 17.

h ps. 59. 11. Ordo religiosus, murus in locus tur duratur.

Vers. 4.] Deus meus eripe me de manu peccatoris, & de manu contra legem agentis, & iniqui.

QVæ sequuntur noua sunt, nec in 30. psalmo contenta, sicut quæ præcesserunt. Præfatus itaque in genere iã eripi petit de potestate peccatoris persequentis, ac de vi & oppressione hominis exlegis, iniqui & legem violantis, sine vllo vel timore, vel pudore, sed pro arbitrio & cupiditate, ita vt *fortiudo sit ei lex iustitiæ* [g], id est, iustum putet, próque lege habeat quod se viribus propriis nixus præstare putet posse. Talis creditur Absalon, qui patrẽ pepulit regno, moreque prædonis inualit regnum, nulla pietatis habita ratione, nil pensi habens humanam, diuinam, naturalem legem. Vel erant Babylonij, quos collectiue vnius nomine intelligit, aut eorum rex qui captiuos detinebat Hebræos, & indignissime tractabat. Sequitur cum Gracis & nonnullis Rabinis, Treuetus istam sententiam, priorem plures de Rabinis, & Lyranus, aliique, quos antea retuli, ita vt, sine lege agens, Absalon sit, iniquus, Achitophel.

Sensus loci.

g Sap. 2. 11.

Mystica expositio.

Myſtice plurimi Latinorum, duce Augustino, loquentem Christum faciunt, aut Ecclesiam, & liberari poscentem ab hostibus suis, tum Iudæis & malis Christianis, qui contra traditam legem agunt, veteremque nouamque, tum Paganis, qui legem quidem positiuam, vt vocant, a Deo non acceperunt, nihilominus peccantes sine tali lege, ac ferarum viuentes more, sed contra rationis & legis insitæ præscriptum perire merentur [h].

h Rom 2. 12.

Et pe me] Hieronymus, *saluo*. Augustinus, *erue*: Psalterium Gallicanum, *libera*. Minus respondet versio Hieronymi Hebræa פַּלְּטֵנִי *pallete eni.*

De manu peccatoris.] Hieronymus, *de manu impij.* Generale nomen est ἁμαρτωλὸς, vt proinde recipi possit in sequentibus vocibus ea quasi specifica distinctio, de qua meminimus, siue Absalon, & Achitophel, siue legem acceptam præuaricantium, siue peccantium etiamsi eam non acceperint. At רָשָׁע *rascahh*, quamuis etiam generalem patiatur significationem, propriè denotat impium, vt est interpretatus Hieronymus. Idcirco bene conuenit impio in patrem Absaloni, vt Caietanus expositit, eidem et hinc quoque epi-

theta quæ sequuntur. Quòd autem vim, robur, potentiam significet *manus*, notius est, quàm vt repeti nunc debeat. Nihil porrò refert quod ד sequ. hic sit, sequēti membro יד *chaph, cava manus*, aut *palma eius*. Distinguit Hugo hoc vocabulum & sequentia duo, non solum illo dicto modo, vt peccator sit veluti genus, continens alias duas species, sed vt sint omnes diuersæ peccatorum formæ, *peccator diabolus* antonomastice [a], *contra legem agens* malus prælatus [b]: *iniquus*, falsus, fiat. Vel peccator, quius cum diabolo superbus [c]: contra legem agens, auarus qui legem illam naturæ violat [d], *quod tibi non vis fieri, vide ne tu alteri feceris*: iniquus, luxuriosus, *sibi ipsi nequam* [e], & *in proprium corpus peccans* [f]. Vel peccator, in se; contra legem agēs, in Deum; iniquus in proximum. Adde carnem, eiusque concupiscentiam, quæ dici peccatum solet, diabolum tentatorem, sæculum nequam. Nouit Deus de tentatione (carnis) nos *eripere* [g], eripuit de *potestate tenebrarum* [h], *dedit semetipsum vt nos eriperet de præsenti sæculo nequam* [i]. Bernardus [k] transfert sententiam ad illum qui orat, vt à seipso petat eripi, vocando se peccatorem, exlegem, iniquum, quia peccauerit, voluntate perstitat agere contra legem, *sibi ipsi sit nequam* [l].

(contra legem agentis.) Augustinus, *legem prætereuntis*. Arnobius, *contra leges agentis*: & videtur omisisse nomē prius *peccatoris*. Hieronymus vertit, *iniqui*. Alij, *peruersi*, vel, *iniusti*, vel, *iniqua agentis*, vel, *torquentis*, vel, *fraudantis*, seu *fraudulenti*. Chaldaicè, *auctores iniquitatis*. Hebræa vox est מעול *mehhaamel*, in qua per se non includitur significatio παραβαίνοντος, *& contra legem agentis*. Caietanus attendens potestatem Hebrææ vocis, notari arbitratur in Absalone, sicut per nomen *impij* priore membro impietatem contra patrem, ita per hanc tortionem, quod ait iniquum studium fuisse ad perueertendum populum, denique per sequentem quam reddit, *violenti*, violentiam, qua cum exercitu molitus est debellare regem.

Et iniqui. Hieronymus, *nocentis*. Alij, vt de Caietano nunc dixi, *violenti*. id valet חמס *chomets*, seu *opprimentem, rapientem, cum ira vim inferentem*, & in psalmo 72 [m]. exponitur verbo *inflammare*, hoc est, excandescendi. Paraphrastes vtitur hoc loco nomine *violentia* חטיפה *chatoph*.

Vers. 5] Quoniam tu es patientia mea Domine: Domine spes mea à iuuentute mea.

REddit rationem cur tantopere liberationem suam vrgeat, quoniam iam inde à primis annis, cùm primum diluxit rationis vsus, nullo in alio spem collocauit suam: nullius alterius in tribulationibus, quas experiri contigerit, auxilium patienter expetit, expectauitque, quam Dei: deligens cum sibi perpetuum patronum, atque defensorem, & quod ante dixit, Deum protectorem, locum munitum, firmamentum, refugium. Hoc potuit Hebræus populus dicere iam inde à tempore, quo exiit de Ægypto, quos Oseas [n] etiam nominat *diem iuuentutis eius*, eosdem quos ascensionis eiusdem de terra Ægypti. Hoc sentiunt Basilius, sine Theodoretus, & Didymus. Trenetus autem subtiliter ait varios populi status comparari cum variis ætatibus nostris, vt infantia dicatur status populi ante ingressum in Ægyptum, puertia post ingressum Ægypti, vsque ad legem datam, adolescentia à lege data vsque ad tempora Regum, iuuentus sub regibus vsque ad captiuitatem, vt tunc esset senectus. Quare legens hic, *ab adolescentia*, interpretatur tempus datæ legis: quod sequenti versu habetur, *ex vtero & de ventre matris*, tempus illud aliud infantiæ. Legi apud Auctorem operis imperfecti [a] nativitatem Iudaici populi fuisse ex tempore Abrahæ vsque ad exitum de Ægypto, tunc enim quasi infantem fuisse: iuuentutem ex tempore Moisis vsque ad Reges: virilitatem inde vsque ad transmigrationem Babylonis: senectutem vsque ad Christum, quando mortuus est populus interficiens propriam vitam. Alij explicant de Dauide, vel etiam de alio iusto in genere secundùm illius, vt Didymus loquitur, τὸν ἐκ γαστρὸς ἀφορισθέντα, *de vtero progressum*: mysticè adhuc etiam de Christo, quatenus ei aliquo pacto spes tribui potest, vt iam aliquoties obseruauimus, sed ætatum distinctio conuenire eidem propriè nequit, si senectam seniúmque comprehendat, de quo postea [b].

Tu es patientia mea.] Hieronymus, *expectatio*. Quod nomen in psalmo 38. ponitur, *Et nunc quæ est expectatio mea? nonne Dominus?* vbi est idem nomen Græcum ὑπομονὴ, & verbum קוה *kauitsi*, ex quo hic extat nomen cum affixo תקותי *tikuathi*. Habetur hoc idem nomen tum Hebræum, tum Græcum in alia simili sententia [d]: *Quoniam ab ipso patientia mea. Deus patientiæ & solatij* cognominatur [e], & Christo peculiariter attribuitur [f], tum sanctis [g]. Est quidem his locis *patientia* idem quod expectatio, & vtrumque rem expectatam patienter, significat, hoc est Deum: tamen virtutem etiam ipsam patientiæ significat, quæ perneccessaria est vt quis eripiatur *de manu peccatoris, contra legem agentis, iniqui*, quatenus hi modis illis, quos diximus, intelliguntur. Nam omne peccatum, ait Tertullianus [h], impatientiæ ascribendum: malum impatientia est boni. Confirmat exemplis. Nemo impudicus non impatiens pudicitiæ, & improbus probitatis, & impius pietatis, & inquietus quietis: & concludit; Vt malus vnusquisque fiat, bonus perseuerare non poterit. Quòd si cupis effigiem habitumque patientiæ velut in pictura descriptum cognoscere, sic ex eodem accipe [i]. Vultus illi tranquillus, & placidus, frons pura, nulla mœroris, aut iræ rugositate contracta, remissa æquè in lætum modum supercilia, oculis humilitate non infœlicitate deiectis, os taciturnitatis honore signatum, cōlor qualis securis & innoxiis, motus frequens capitis in diabolum, & minax risus. Cæterum annectus circum pectora candidis, & corpori impressus, vt qui nec inflatur, nec inquietatur. Sedet enim in throno spiritus eius mitissimi & mansuetissimi, qui non turbine glomeratur, non nubilo luet, sed est tenerę teneritatis, apertus, & simplex, quem tertiò vidit Elias [k], &c. Hic opus patientia fuit mihi, vt hæc transcriberem, quod illibens facere soleo, maximè cùm in Commentario Ecclesiastæ [l] locum eundem recitauerim, aliúmque præterea similem Prudentij [m], quem ne lectoris abutar patientia, non repetā. Hæc demum vt imitator Tertulliani scribit Cyprianus [n], nō solum custodit bona, sed & reperit aduersa, quia Spiritui sancto famulens, & cœlestibus inhærens contra facta car-

Manus pro vi, robore, potentia

a Ioan. 8. 44. 1. Ioan. 3. Act. 13. b 1. Reg. 22. c Iob 41. 25. d Tob. 4. 16. e Eccl. 14. 5. f 1. Cor. 6. 18.

g 2. Pet. 2. 9. h Coloss. 1. 13. i Galat. 1. 4. k Serm. 81. in Cant. l Eccl. 14. 5.

m vers. 21.

Sensus loci.

c. 2. 12.

a Rom. 5. & in Matth.

Mystica interpretatio.

b vers. 8.

c vers. 8.

d Ps. 61. 6.

e Rom. 15. 5. Patientia pro expectatione. f 1. Thess. 1. 3. g Apoc. 14. 12.

h de patien. c. 4. Omne peccatū impatientiæ adscribendum. Malum impatientia est boni.

i c. 15. Tranquillo patientiæ facies describitur.

k 3. Reg. 18. 44. lib. 4. c. 11. Matth. 7. 24. l in c. 7. 9.

m in Psychom.

n de bono patientiæ.

nis & corporis, virtutum suarum propugnaculo reluctatur. Quòd fauere Spiritui sancto patientiam asserit, etsi Deum non abiurent, sed eis a quo est, respondere & placere. Tam verò Spiritus sancti munus patientia est, vt ipse, siue Deus, hic atur hoc loco *patientia nostra*. Hoc ipsum declarat Augustinus [a] ita dici, quia donum Dei est, non autem Dei substantia, idque plurimis locis [b]. magis explicari verbis illis, *Quoniam ab ipso patientia mea*. Disputat simul cur nō aliquando de Deo, tu es caritas mea, & absolute pronuntietur de Deo, *Deus caritas est* [c], non autē, Deus patientia est, spes, misericordia, &c. At nos hoc ipsum disputauimus, cùm Ioannis enarrauimus Epistolas [d]. Qui bene distinguet, bene etiam loquetur, & sine errore poterit Deum appellare caritatem suam: Deus caritas mea, vt eundem vocare patientiam, spem, misericordiam. Deus patientia est, spes, misericordia, quia videlicet horum omnium auctor, largitor, conseruator, finis, & obiectum. Nec verò displicet Hieronymus, vt dicatur Deus *patientia nostræ*, quia pro illius patimur voluntate. Adde quia reddit præmia pro iis quæ ipsius causa patimur. Quo pacto intelligi potest, quod Angelo Philadelphiæ dicitur [e]: *Ego dilexi te, quoniam seruasti verbum patientiæ meæ*, id est, fecisti quod præcepi de seruanda patiētia, aut passus es sicut ego: aut expectasti me credens me veracem, qui tibi mercedem redderem. Vnde subdit, *& ego seruabo te ab hora tentationis*. Idem Augustinus [f] citans indicatum Cypriani locum in quo ait, quòd patientia Dei res est, confirmat, quia sequentibus verbis ostendit Dauid quà curreret, & quò peruenerit.

Domine spes mea.] Omittitur secundo loco repetitio nominis, *Domine*, in psalterio Romano, & apud Cassiodorum. Augustinus legit, *Dominus est spes mea*, quamuis in Commentatione vtatur lectione nostra. Græce bis est, κύριε ἐλπὶς μου, Hebræa nomina diuersa sunt אֲדֹנָי יְהוָה ex quibus primum est *Adonai*, secundum habet literas nominis *Iehouah*, sed quia hoc nomen non proferunt, sed cùm per se solum est per *Adonai*, cuius etiam tunc habere puncta dicunt, propter concursum eiusdem *Adonai*, proferunt vt אֱלֹהִים *Elohim*, supponentes huius puncta, nec legentes seu pronuntiantes *Iehoui*, quod nullum est nomen Dei apud Hebræos, & sapit potiùs Gentilium Iouem. Sed qui negligunt illam eorum religionem, non curabunt puncta, nec dubitabunt omnibus punctis *Elohim* dicere *Iehouah*. Equidem de his parum curo.

A iuuentute mea.] Hieronymus, *ab adolescentia mea*. Alij, *ab infantia*, vel *puertia*.

Crucius nostet hoc modo:

O spes ab annis primulis, adducta
Ab vnguibus infantia.

Paraphrastes vocat עלומי *tal-uth*, quam dictionē Latinus interpres bibliorum Regiorum *puertiam* exponit. Nebiensis *adolescentiam*. Apollinarius appellat νεότητα ἄνευ, *virescentem pubertatem*. Hebræum nomen *ætatis* in plurali tantùm numero נעוריים *nehhurim* translatum reperio, nunc *adolescentiam* [g], nunc *infantiam* [h], nunc *virginitatem* [i], nunc *iuuentutem* [k]. Ætatum distinctionem cum propriis nominibus cuiusque nunc non vacat afferre. Sufficerit proposito quòd eadem vox interpretes pluribus ætatibus, & iuuentus tribuitur adolescenti, adolescentia iuueni, vt ibi, *lætare iu-*

uenis in adolescentia tua [l]. Pete ex eisdem loc. commentario, & ex alio in actus Apostolorum [m] cum disputo, Cur Saulus adolescens nominetur. quæ de tota hac re desideras. Cur enim iam dictis videat noua, scripta cudere? Legi præterea Gregorius [n], & Aselmus [o] possunt, agentes de adolescentia Timothei. Profectò pastoritiam artem non factitabant vel exercere poterant ab infantia fratres Ioseph, quos iussit ipse Pharaoni respondere, se inde ab eo tempore pastores esse, *sicut & patres nostri* [p]. Iob etiam cum asseuerat *ab infantia sua creuisse secum misericordiam, & de vtero matris suæ egressam esse secum* [q], noluit sanè dicere se iam inde libero rationis, & voluntatis vsu misereri aliorum potuisse. In locis vbi hæc habentur; Hebræū præteritis loci vocabulum est, in secundo Græcum ἐπεποίθεις, quod huc item extat, in primo phrasis ἐκ παιδὸς, *a puero*. Si ergo infantia puertiaue propriè ac exactè sumantur, ante tempus, quo sapere incipimus, ac diiudicare, sicut sequenti versu, *ex vtero*, & *de ventre matris*, hyperbole erit, vt Euthymius obseruat; allato eo, quod ex Iob diximus exemplo, ad indicandum intelligendi cognoscendique initium, & tempus, quo cognoscere ipse ac sapere incepit. Hieronymus interpretatur iuuentutem esse initium ætatis corporeæ. Bonauentura iuuenem Ecclesiam considerat secundum paruitatem, iuxta id [r], *Iunior sum*, quando erant pauci, scilicet, tempore Abel: & deinde Apostolorum: secundum fortitudinem tempore martyrum, ratione quorum est illud: *Sæpe* [s] *expugnauerunt me a iuuentute mea*: secundum decorem in patria, quando *renouabitur* [t] *vt aquilæ iuuentus eius*.

Vers. 6. In te confirmatus sum ex vtero: de ventre matris meæ tu es protector meus.

In te cantatio mea semper.

NOn à iuuentute solùm, vel adolescentia, vel puertia sperasse se, nec expectasse cum patientia Deum dicit, sed a quo tempore conceptus in vtero sit, egressusque ex vtero, plus præsidio se stabilitatum fuisse, vt nullo vnquam deceperit malo, semper eum protegeret Deus: in Deum quam primum licuit per ætatem sperantem, tanquam in firmissimum sustentaculum cui firmiter inniteretur, ac sibi protectorem deligeret. Ait etiam quòd Dei semper fuerit expertus protectionem, cuius laus carminibus canticisque semper celebrauisse. De actu spei, qui exigat rationis vsum, vnus exponit Euthymius, nocans hyperbolem, de qua antè meminimus. Didymus, Basilius, seu Theodoretus declarant generationem ac partum de exitu populi ex Ægypto: & eò spectare Ezechielem [k] scribentem, *quando nata es in die ortus tui non est præcisus vmbilicus tuus, & aquis non es lota in salutem, nec sale salita, nec inuoluta pannis*: quasi diceret, populum adhuc ex materno vtero alimentum trahere pristinæ idololatriæ, ac impietatis Ægyptiorum: sed hoc loco Dauidem loqui sub persona cœtus piorum, qui se afferant spem iam inde ab initio in Deū habuisse. Idem Didymus adhuc explicit de quouis homine pio, qui à primis annis, vt primùm diluxit rationis lux, pietati

---

a lib. 15. de Trin. c. 17.
b vers. 6.
c 1. Ioan. 4. 14.
d Ibid.
Deus vt patientia, spes, misericordia, dicatur.
e Apoc. 3. 10.
f Serm. 37. de diuers.
g Ecc. 47. 25. Vatem. Græci 8. 22. Ezech. 16. 60. cap. 23. 8. 19. 22. Malach. 2. 15.
h Gen. 46. 34. Iob 11. 18.
i Thren. 3. 27.
k Ier. & vers. 17. psal. 102. 5. psal. 70. 12.
Iuuentus adolescentia attribuitur, & adolescentia iuuentuti.
Sensus loci.
l c. 11. 8.
m c. 7. 58.
n hom. 2. in Ezechielem. & 3. p. past. cap. 16
o in 1. Tim. 4
p Gen. 46. 34
q c. 31. 18.
r psal. 118. 141.
s psal. 128. 1.
t psal. 102. 5.

virtutisque studet, ac Deo dicat inuium τῦ νοῆν τι ἢ διεγεῖν, *intelligendi & agendi*. Probat id simili sententia Iob, quæ antea producta est cum Euthymio, quem suam illam notationem de hyperbolica oratione, cuius etiam meminimus, ex Didymo mutuatum non dubitamus. De spe quoque Apollinarius declarat:

Cui θεσβαρσῶμεν ἐκ νηδυ & εἰμὶ πεποιθώς,
Tibi confidens ex vtero sum innixus.

Tertio denique modo Didymus explicat de natiuitate diuina nostra ex aqua, & Spiritu sancto [a], ita vt pro vtero, seu ventre, & matre, sit sacramentum, pro patre δῶρα διδασκαλικὰ *diuinum magisterium, & doctrina*. Eadem est glossæ interlinearis sententia, quam tradere videntur fere tractatores Latini. Ex his Augustinus vim faciens in *iuuenitutis* vocabulo ex priore versu, quia ætas militum est, qui iuuenes nempe à iuuando dicti feruntur, videtur velle per regenerationem conferri arma nobis ad pugnandum [b], cùm pugnamus diuinis armis instructi, constitutique in procinctu exercitus Dei, tunc à iuuentute nos dici sperare, & fide, caritate, exteriſque donis confligere aduersus inuisibiles inimicos: tamen casuros, nisi ille sit spes nostra, cui clamamus, *Domine, spes mea à iuuentute mea*. Rufinus, præterhoc, parationem vocat, qua quis instruitur, cùm credere incipit, qualique in vtero formatur spiritualiter; vt deinde in lucem veræ cognitionis pariatur, & renascatur de baptismate, sicque gratiam diuinam commendari, quæ *operatur in nobis velle & perficere pro bona voluntate* [c].

Huc spectant qui exponunt de Ecclesia, quæ à primo tempore, quo nata est, conseruata sit Dei munere, ne vnquam deficeret, scilicet Deo illam protegente per continuum auxilium suum. Ita sentit Iacobus Iansonius, qui Ecclesiæ initium negat sumendum à die quo Adam in iustitia creatus est, cùm putet eum non illàm tàtùm, sed fidem quoque peccando amisisse, sed ab eo die, quo à lapsu atque errore reuocatus, fidei ac vnanimitati est restitutus; imò non rectè videri, Ecclesiam ante lapsum, eam ea quæ est à lapsu, vnam esse, quia illa non erat corpus Christi, & ratio perueniendi ad salutem diuersa erat. Denique docet *vterum* hoc loco non esse limum è quo formatus est protoplastus, sed illum sinum in quo fouebatur, & præparabatur homo lapsus, donec formaretur Christus in eo, & deinceps nunquam deficeret Ecclesia. Valentia *vterum* triplicem distinguens, lateris Christi, vnde orta sit Ecclesia; flaminis Spiritus sancti, vnde dona in Pentecoste; fontis baptismalis, quo regeneramur; aderit nanui hic regenerationem per baptismum, & gratiam Sacramenti Confirmationis. Duas præterea Euthymius insinuat expositiones, vt significet Propheta per *vterum* ventremque matris, priorum ac religiosorum parentum institutionem. Vel quod pro more ac lege gentis suæ per circumcisionem octauo factam die, ex ipso quasi vtero fuerit dicatus Domino. Sextam Theodoretus attingit, dum, vt priùs dixi, adolescentiam quidem, quæ vocatur iuuentus præcedente versu, tempus datæ legis interpretatur, ita vt indicet Propheta populum quem loquentem hic facit, in Deum sperauisse etiam a principio infantiæ, quod ait esse tempus, antequam ingrederetur in Ægyptum. Septima est Lyrani, affirmare Dauidem de se, quòd in vtero matris fuerit à Deo protectus, sine qua protectione non fuisset de vtero matris natus, & quòd in eadem Deus protectione perseuerauerit vsque ad illud tempus, quo hoc scribebat. Placuit id etiam Eusebio, nisi enim Dei vis, inquit, maneret in ventre fœtum, non vtique consisteret, & vitæ compos esset. Octaua, quam idem Lyranus nonnullorum fuisse ait [e], innititur autem a Bernardo, & eam refellit, vt significet Dauid se in vtero sanctificatum. Quò referri possunt, qui de confirmatione in gratia explicant, vt Hugo, & Aignanus, qui *vterum* ait cum Gregorio [b], esse prædestinationem, quæ est causa confirmationis in bono, *protectionem* verò Dei *de vtero matris*, vult fieri per Sacramenta, quibus ab Ecclesia generamur in Christo. Nona, Hieronymi, de Christo processisse ex vtero legis & ventre synagogæ; semper autem credidisse ac speraſſe, nimirum vt cadere hæ in illum virtutes possint, id est constantem, atque perseuerantem in Patris voluntate fuisse. Confirmari potest simili loco Psal. 21 [c]. *Qui niam tu es, qui extraxisti me de ventre, spes mea ab vberibus matris mea, in te proiectus sum ex vtero, de ventre matris meæ Deus meus es tu*: Id sibi vult Arnobius, confirmatum Christum ex vtero virginali: & in Deo. Item Bruno Carthusianus conceptum sine peccato legéque concupiscétiæ, ac ab omni deinceps immunem peccato, & protectorem Deum habuisse, quatenus homo erat in vtero conceptus, & ex ventre natus. Decima Eusebij de eodem Christo, cui etiam soli conueniat, sic ab vtero confirmatum esse, quoniam cùm in eo gestabatur, mentem in eo immaculatam habebat; item protegi à Patre ab ipso ventre, cùm aliorum forsan genituris præsint Angeli. Adde conceptionem, formationem, natiuitatem Christi factam opera Spiritus sancti, absque commixtione sensuum, quod eodem illo psalmo docuimus indicari, nec Angelorum eguisse custodia, quam tamen de aliis loquens Origenes [d] comprobat ex hoc loco, & citati psalmi 21. præterea ex 138 [e]. *Suscepisti me de vtero matris meæ*, & ex aliis.

Quid ad literã propius mihi videretur, principio dixi, nec differt à septima opinione Lyrani, & Eusebij, quam plurimi sequuntur recentiores, & est cõsentanea textui Hebræo, ac interpretationi Hieronymi, de quibus postea. Aliæ sunt probabiles aut de populo Hebræo, aut de Ecclesia, & quolibet iusto. Ea quæ de Christo est, non excedit probabilitatem, quia non adeo multorum Patrum suffragia habet, nec psalmus hic de illo exponi solet, aut ita etiam commode, vt alij, potest. Quocirca Caietanum approbo, docentem diuina Dauidem hic beneficia commemorare collata sibi priusquam posset spem suam ponere in Deo, vt ostendat quòd etiam ex beneficiis naturalium donorum causam habeat speraudi in Deo. Illud quoque rectè ab eodem dictum, & a nobis etiam indicatum, commemorare fiduciam suam in Deo sibi innatam, velutique congenitam secum creuisse, quemadmodum in alio psalmo [f] quosdam vocauerat *alienatos a vulua, & errantes ab vtero*, propter pronitatem maiorem ad malum, vt idcirco subiiciat gratũ se animum semper habuisse, vt Deum laudaret, coleretque, & in eo iugiter gloriaretur. Placido Parmensi perpetuo Caietani sectatori idem placuit. Bene illustrant confirmántque sententiam istam, testimonia illa psalmi 21 [g]. & 238 [h]. quæ proferebantur ab Origene: præterea quæ de corpore

[a] Ioan. 3. 5

[b] Ephes. 6. 11.

[c] Philip. 2. 13.

[d] Tract. 3. in Matth.

[e] vers. 13.

[f] psal. 57. 4.

[g] vers. 10. & 11.

[h] vers. 9.

Iuuenes à iuuando dicti.

Ecclesia inuium a die, immediato quo, Adã in iustitia creatus est, sumpsit exordium, & à quo die sumus vsus.

Vterus triplex, & distinctio vnde vera Ecclesia.

Iuuenum

humani formatione digitis ipsis quodammodo facta Dei, scribit Iob [a], & a matre Machabæorū [b] dicta memorantur. At de sanctificato intra matris ventrem Dauide propterea minùs assentior, quia sic sanctificatos alios, postea mortaliter peccasse passim negatur: quod non potest de Dauide negari. Nec displicet, vt hinc etiam cum eodem Origene & Rickelio colligamus Angelorum custodiam, & ab ipsa quoque conceptione cuique proprium assignat Rickelius, citans B. Thomam, aliósque: quod non est forsitan adeo verum, quia intra ventrem fœtus est aliquid matris; ideóque sub custodia angeli matris.

De Angelorum circa nos custodia.

In te confirmatus sum ex vtero.] Hieronymus, *à te sustentatum sum ex vtero*: Alij, *semper te*, vel *tibi innixum sum ab vtero*, עָלֶיךָ נִסְמַכְתִּי מִבָּטֶן *hhalecha nismachti mibbeten*. Ambiguum est an *ex vtero cōfirmari* sit, cùm adhuc est fœtus in vtero, an cum primùm extrahitur ex vtero. Vtrumque concedi potest. Primum mauult Rickelius & Campensis, explicans, tuo præsidio sustentatus sum a tempore quo in vtero concipiebar, quasi non tā gestaret, ac sustentaret mater, quàm Deus ipse confirmans, & consolidans materiæ seminalis fluxum, atque conceptum primum, & continuans perducéntque formationem vsque ad tempus partus. Exprimit Iob id per compressionem lacti, & casei coagulationem: & mater Machabæorum appellauit *formationem naturalis hominis* [d]. Quod psalmo [c] 21. legimus, *Sustentatus me de vtero matris meæ*, vertit Hieronymus, *onustus es me in vtero matris meæ*, & Hebraicè habetur תְּמַכְתָּנִי בְּבֶטֶן אִמִּי *thesucconi beuten immi*. Refert idem Hieronymus ibi in Commentario transtulisse quintam editionem, *confortasti me de ventre matris meæ*. Alij reddunt, *extraxisti me*. Communior sententia est secunda, & fauet magis præpositio ex, ἐκ τοῦ *min*. Quare significat Dauid se ex vtero egredientem Dei velut manibus exceptum, sustentatum confirmatum ab actis infantiæ, & aliis periculis defensū, a quibus quodammodo tectus erat. Hoc pacto synonymum erit quod sequitur, *De ventre matris meæ tu es protector meus*. Aliqui, *confirmatus sum*, reciprocè sumentes, explicant, à me, aut, ipse me confirmam, & spem meam in te. Spei est confirmare in similitudinem ancoræ, vt Apostolus loquitur [f], & *paratum cor eius sperare in Domino. Confirmatus* etiam *est*, vt in alio psalmo [g] dicitur, *neque commouendum donec dispiciat inimicos suos*. At quæ communior, melior expositio est.

De ventre matris meæ tu es protector meus.] Exponit Apollinarius, *in vtero*, quasi legerit, ἐν κοιλίᾳ, non, ἐκ κοιλίας.

αὐτὸς μοι σκεπαστὴρ ἦσθα ἔτι ἐν γαστρὶ μητρός·

Ipse mihi protector fuisti adhuc in vtero matris.

Sed præpositio ix מִן *min*, & *de*, potiùs innuunt exitum de ventre, siue de visceribus, quæ hic Hebraicè vocantur מֵעַי *meëim*. Transferunt alij, *tu es extractor meus, factor, auulsor, eductor*, seu *educens, auulsens, secernens, extrahens*. Chaldæice, *a vētre matris meæ tu extraxisti me in verbo tuo*. Id valet Chaldæum vocabulū מפקי *mappeki*, vnde notum illud Grammaticis punctum mappik, quasi *educens*, nempe sonum literæ, cui infigitur. Est σκεπαστὴς propriè *qui tegit, operit, tuetur, defendit*. Non improbabile quod monet Agellius, legisse Lxx. גּוֹי *gōi* non autem גּוֹי *goi*. Literarum certe similitudo non parua est. Significat גּוֹי *goi, caudam, excisorem*, &c. quali Deus ipse excideret umbilicum, quod apud Ezechielem [h] negatur factum,

[a] c. 10. 8. & 10. 11.
[b] 2. Mach. 7. 22. 23.
[c] c. 10. q. 10.
[d] 2. Mach. 7. 23.
[e] versu 3.
[f] Hebr. 6. 19.
[g] psalm. 7. 8.
[h] c. 16. 4.

loquendo mysticè גּוֹי *goi*, *gentem, regionem, claudicationem*, &c. vnde מְגוֹי *maghen, clypeus*. In psalmo 21 [i]. *Tu es qui extraxisti me de ventre*. Hebraicè est, גחוני *gachoni, educens, & extractor meus*. Græcè ἐλπίζοντά με. Hoc sibi Sixtus V. ex istis verbis sumpsit figmēti [k].

In te laudatio mea semper.] Alia duo Psalteria Latina, & Augustinus atque Cassiodorus, *uectatio*. Hieronymus, *laus*. Alij, *de te laus*, nam præpositio (ב) *be* valet quandoque *de*, *propter*, & similia. Græce autem est in dativo ἐν σοί, indicans materiam, circa quam, cuiusve qui laudatur, quod alia præpositione in eodem casu dicunt, v. g. εἰς τὸν σωκράτη, *in Socratem*, cùm inscribunt, de quo sit oratio, carmen, aut quid eiusmodi. Notat Nicephorus poni ἐν σοί, pro, εἰς σέ. Sensus est, de te laudē meam omnem consumo, in te laudando fum occupatus assiduè monitis a te semper beneficiis affectior quæ me cogunt laudes tuas perpetuò celebrare, nullum edam carmen, quod nō de laudibus tuis aliquid loquatur: profitebor quidquid sum, habeo, valeo, abs te esse: nullo in alio gloriabor nihil in templo laudari nisi in te: suppetit mihi semper materia, vnde laudem temnunquam cessabo a laudibus, & quoad vixam, & cum illuc peruenero vbi laudatis ab habitatoribus domus tuæ *in secula seculorum* [c] absq; cessatione vbi *in te laudabor semper* [c], vt ait ille, *beati habitant in domo tua, in secula seculorum laudabunt*. Vox Hebræa cū affixo est תְּהִלָּתִי *thehillathi*, quā sicut Hieronymus vertit rectè laudem, ita Græcam *hymnos* possemus reddere *hymnum decantationem*, quasi dicas, *hymnos eorum m.* Porrò non Hebræi tantùm, sed etiam Psalteriū Romanum, & Cassiodorus istas quatuor dictiones illigant vni huic eidem versui, vocāque Cassiodorus versum vnum, qui ex his & ex proximis constat. Iuxta quam distinctionem aptius colæret sensus, videlicet vt pro commemoratis beneficiis, in quibus alia includi vult, profiteatur se perpetuum laudatorem Dei, atque decantatorē, ac præconem laudum ipsius: Deum, quod alibi quoque dicitur [f], *esse laudem suam*, quemadmodum & *Israel* [g] vocatur. Sic in psalmo 121 [h]. propter accepta beneficia protestatur: *Gratias agam Domino, qui bona tribuit mihi, & psallam nomini Domini altissimi*, & in 88 [i]. *Misericordias Domini in æternum cantabo*, & in 102 [k]. *Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius. Benedic anima mea Domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius*. Et in hoc psalmo pòst: *Repleatur os meum laude, vt cantem gloriam tuam, tota die magnificentiam tuam*. Hieronymus explicat de Christo qui se dicat in passione a Deo protectū, nomen eius postea celebraturum. Tale nimirum quod psalmo 21 [l]. dicitur, *Narrabo nomen tuum fratribus meis*. Transferendo hunc Hugo, & Aquinas locum ad cantum Ecclesiasticum obseruāt quod dicitur *in tè*, vt sit de Deo, proptérque gloriam Dei, non de Venere, nec Veneree videlicet vanoq; modo, nec ad ostentationem: *semper*, cum spe atque desiderio decantandi hymnos cum militia cœlestis exercitus, & hìc statis semper horis, tùmque sine interruptione, ac tam in aduersis quam in prosperis. Lege quæ de Ecclesiastico cantu dixi psalmo 32. Quod Bruno Carthusianus *in Deo cantationem semper* esse interpretatur, cùm quis omnem delectationem in eo habet, terrenis omnibus neglectis, est quidem consequens, ac verum de eo, qui vt debet, Deum cantat semper, laudátque, nec enim id faceret nisi delectaretur in Deo: tamen *semper* non hìc

[a] versu 10.
[b] Theodoretus quispiam scholiast. in Vatic.
[c] psal. 83. 5.
[d] psal. 28. 9.
[e] Vulg. Edit.
[f] psal. 21. 26. psal. 107. 14. Ezech. 28. 3.
[g] psal. 24. 4.
[h] vers. vlt.
[i] vers. 1.
[k] vers. 12.
[l] vers. 23.

accipitur prout concentus oblectat suauitate, sed vt sit celebratio laudum Dei.

Vers. 7.] Tanquam prodigium factus sum multis: & tu adiutor fortis.

CVm vacaret perpetuò laudibus diuinis, etiã inter aduersas res, & varias calamitates, dicit non defuisse multos, quibus esset spectaculo, prodigio, horrori, abominationi, piaculo, quique obstupescerent adeò diu vexatum, & cruciatum, vel a Deo, vel sua ipsius sponte ad pœnitentiam, non patienter modò, sed hilare etiam, exultanter, cum decantatione laudum Dei, vitam ærumnosam transigere; immo fuisse præterea non paucos, qui spectãtes calamitatis grauitatem præ terrore illum vitarent, & fugerent. Nihilominus protestatur, & Deo cum gratiarum actione confitetur, se fortissimum illum adiutorem expertum, vt vel quæ viderentur insuperabilia mala superaret, vel quæ toleratu impossibilia, bono animo ferret. Intelligit etiam se trassis *prodigium factum multis*, in bono sensu, nempe tanquam insigne exemplum tum patientiæ, tum fiduciæ, vt cùm animaduerterent eum tot ac tam grauia passum, constanter Dei opem expectauisse, illámque tandem adeo liberaliter & gloriosè adeptum esse, in suis quoque malis discerent patientiam, & spem. Basilius, vel Theodoretus, explicant per auxilium diuinum immutationem factam tantam vt multis, quæ illi accidissent, signi ac prodigij cuiusdam loco reputarentur. R. Esaias Tranensis innuit eundem sensum, vt propter prodigia, quæ ipsi fecisset Deus, Deum multi laudarent. Refert idem ex anonymo nescio quo Genebrardus, & consentit Treuetus. Sensus primus præferendus videtur, cui R. Kimhi fauet, dicens significare prophetam se insigne factum exemplar iudiciorum diuinorum, & vindictæ, quòd puniat Deus iniquitates, nempe quas commisisset contra Vriam.

Prodigium Christus fuit, vt ait Eusebius, in conceptione, & morte: adde vitam, miracula, doctrinam, resurrectionem, ascensionem, factus etiam est *in signum cui contradiceretur* [a], à Iudæis, Paganis, Hæreticis, & malis Christianis: audiuit, auditque contumelias multorum in circuitu, sed Dominus cum eo tanquam *bellator fortis* [b]. Edidit in eo Pater portentosum exemplum seueritatis, tam atrociter sæuiendo in ipsum luere volentem pro peccatis nostris, & ipse Christus prodigiosæ patientiæ dedit exemplum, ac portendit quanta reprobi passuri sint in inferno. *Ecce ego*, inquit, *& pueri mei, quos dedit mihi Dominus in signum, & in portentum Israel, à Domino exercituum, qui habitat in monte Sion* [c]. Appellat eosdem Angelus loquens cum Iesu sacerdote nostri Iesu typo, *viros portendentes* [d] ἄνδρας τερατοσκόπους אנשי מופת *anshe mopheth*. Paraphrastes, *dignos quibus fiant miracula*: alij, *spectatores prodigiorum diuinorum*, rebúsque diuinis studentes: quidam, *amantes signa*: aliqui *futura præsignificantes*. Conueniunt hæc omnia sanctis. Explanat hunc quoque locum Hieronymus de Christo: quem vocauerunt *Samaritanum, & demoniacum* [e], sed Pater *Filium dilectum in quo sibi complacuisset* [f]. Augustinus, & plures Latinorum declarant de fideli, quem irrideat infidelis, credentem quæ non videt, contemnentem præsentia, timentem etiam prospera, non alibi securum nisi in promissis Dei, denique tenentem viam, & vitam *arctam*, & *angustam* [g]. Illi *insensati vitam* iustorum putant *insaniam* [h], steriles vt Michol [i], tanquam viles scurras, qui laudibus vacent Dei in sancta humilitate, ebrios ac musto plenos, qui spiritu diuino pleni loquantur *magnalia Dei* [k]. In huius loci postremi commentario egimus quæ ad præsentem pertinere possunt: lege quem tunc citaui Bernardum [l]. Erat Ezechiel populo *in portentum* [m], nec non Esaias [n]. Lyrani, & Caietani expositio de Dauide non arridet, tanquam miraculum fuisse, cùm adhuc adolescens interficeret vrsum, & leonem, Goliam obtruncaret, sæpe vinceret Philistæos, toties mirabiliter euadens Saülem, obtineret regnum, adeò multas referret de Syris, Idumæis, & aliis nationibus victorias. Non essent hæc adeo ad rem, si psalmi argumentum, vt ipsemet Lyranus, & Caietanus voluit, est persecutio filij Absalonis. Nec dissentit multum hæc expositio ab ea, quam retuli ex R. Esaia.

Tanquam prodigium factus sum.] Hieronymus, *portentum*, Caietanus, *miraculum*: sunt aliis linguis מופת *mopheth*, & τέρας. Eadem vox Græca est in psal. 45 [o]. cum Latina *prodigiorum*, sed Hebræa diuersa. Consule locum, & quæ in Actus Apostol. dixi [p] *de his nominibus*, quæ cùm Latinè synonyma sæpe sint, frustra censeo scrutari hoc loco qua ratione Christus *prodigium*, *portentum*, *miraculum* fuerit, nec non discipuli eiusdem, quod quosdam [q] facere scio, verè ac piè. Homo à quo abhorreant alij, sic appellatur, eo modo, quo Tullius [r] Clodium nominat *furiæ portentum prodigiúmque*.

Multis.] Euthymius *multos* in Scriptura vsurpari docet pro impudentibus, & vitiore multitudine, vilissimúsque quibuslibet. Idipsum Arganus monet, & nos iam alibi notauimus.

Et tu adiutor fortis.] Hieronymus, *& tu spes mea fortissima* ועזי מחסי *machsi hhoz* supplent aliqui, *amen*, quamuis videlicet habear pro prodigio à multis, & horreant aspectum meum, tantum abest, vt iuuare velint. Hugo, nihil curo, quia *tu adiutor fortis, & qui deridetur ab amico, sicut ego, inuocabit Deum, & exaudiet eum* [s]. Treuetus, quia tanquam prodigiosè, & supra modum beneficiis à te affectum me multi suspiciunt, cognosco, & cognoscere illi possunt, quòd sis adiutor, seu spes mea prævalida. Tali ac tanto opus adiutore aduersus peccatorem, contra legem agentem, iniquum, qui rideat, & exsecretur te: & huiusmodi nixus adiutorio, meritò se confirmatum priùs dixit, & summa potientem securitate, gaudióque bonæ conscientiæ cantare semper, ac Deum in omnibus laudare. Itaque primus ex modò allatis melior sensus.

Vers. 8. Repleatur os meum laude, vt cantem gloriam tuam: tota die magnitudinem tuam.

QVi se animi proposito promptáque voluntate dixerat priùs cantare laudes Dei velle, quem fortem experiretur adiutorē aduersus persecutores, atque irrisores, vt idipsū præstare plenè ac perfectè posset, petit ab eodemmet Deo, vt os ipse illi aperiat, & replent, suggerens, acveluti in os ingerens quid potissimum, & quàm cõmo-

a Cap. 2. 34.
b Sap. 5. 4.
c 2. Reg. 6. 23.
d Act. 2. 11. 13.
e Epist. 27.
f Ezech. 12. 6. 11. 24. 14. 17.
g Lyrani & Caietani expositio minùs accepta.
h vers. 9.
i in c. 6. 8.
k Virgat. in Apocal. 19. 20. Comment. Ribera. Iun. Pradum.
l Multi pro impudenti vbique, vitiosa multitudo, vilissimus quisque.
m Iob 12. 4.
n Esa. 8. 18. Zach. 3. 8.
o Psal. 77. 32. Matth. 17. 5.
p Esa. 20. 11.
q Luc. 9. 34.
r Cæsar. melior.
s Esa. 7. 14.

distinctè & continenter, assidueque proferat de gloria, atque magnitudine bonitatis, & beneficentiæ diuinæ. Hoc simul est precari Deum, vt sua in illo munera, & benefaciendi voluntatem tueatur, pergátque semper magis de ipso bene mereri, & nouam suppeditare laudium suarum materiam, & celebrandæ gloriæ, quæ ex benefactis maximè splendescit, ita vt os pleno nunquam desit quod loquatur, canátque de laudibus Dei. Similis hæc mihi videtur sententia cum illa psalmi 50. [a] *Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam.* Inde huc trásferri, quæ dicta tunc sunt, possunt.

[a] vers. 17.

Repleatur os meum laude.] Addunt, *tua*, iuxta Hebræum תְּהִלָּתֶךָ *thehillathecha*, Hieronymus [b], Cassiodorus, alia duo psalteria Latina. Potuit verti ex Græco αἰνέσεως *laudationis*, & loco illius ex Hebræo tam hic poni ὑμνήσω, quàm versu sexto, vbi legebatur & Latine *cantabo*, quia ibi est idem nomen Hebraicum. In psalmo 80. quod habetur *dilata* (vel, ex Hieronymo, *aperi*) *os tuum, & implebo illud*, perinde est, interprete Origene, ac si optione data diceret Deus, ἐὰν δώσεις αἴτησιν, αἴτησαι, καὶ πλεῖονα παρέξω σου αἰτοῦντος, *si quid votes petere* (seu *audes? pete*, vel (*aude petere*) *plura præbebo, quàm petes.* Quod carnaliter Paraphrastes interpretatur ibi de bonis, quæ per os intrant, id est de cibis, ad quos populus illic inhiabat, & cui promittebatur, si legé obseruaret, fore vt *bona terræ comederet* [c]. Igitur dicere vel imperantis modo, vel optantis; Græce in imperatiuo, προσθῆκα, pro προσθοῦ, vt Euthymius & Nicephorus admonent, Hebræum autem futurum מְלֹא *ymmale* pro voto nostro est *repleatur os meum laude*, potest indicare iam apertum & hians os esse in morem famelicentis, qui ea oris apertione vacuitatem stomachi demonstrat, séque auidissimè concupiscere, vel diuina beneficia, quæ sunt seges laudum Dei, vel ipsasmet laudes, ac laudationes Dei, quibus pascatur tamquam suauissimo & salubertimo cibo. *Canare* etiam *pleno ore*, est libere id facere, sine metu, tota contentione, magna voluptate, de qua formula egimus alias. Dicitur *repleri gaudio os, & lingua exultatione*; item, *os ejus, & labia subito* [f], non solùm quando externo rictus & oris gestu, & rideudo, qualíque cachinnando declaramus lætitiam, ac hilaritatem mentis, verumetiam cùm festiua & grata significamus oratione nos accepisse eximium aliquod beneficium. Non potest plenum aliena os materia Deum loqui, & si fœtentia sint præcordia, ex eorum abundantia [g] talem proferent orationem. *Si eorum spirant præcordia pharmacum* [h], expirabit & os eundem, id est, Deum. Arguanus *repletionem* illam putat indicare statum beatitudinis, quemadmodum & totam diem vbi in sæcula sæculorum perfectéque laudatur Deus, & per vniuersos vicos cœlestis Ierusalem decantatum *halelujah* [i]. Coactius est, quod quidam dicunt, replendum os prius laude vt cantet gloriam Dei, & magnificentiam, id est, laude dignum esse debere, & commendabilem coram Deo, vt recte laudare illum possit.

[b] in versione, & in Comment.

[c] vers. 11.

[d] Esai. 55.

Formula loquendi.

[e] psal. 125. 2

[f] Iob 8. 21.

[g] Matth. 12. 34.

[h] Claudian. lib. 1. de raptu Proserp. fol. mihi 10.

[i] Tobiæ 13.

Vt cantem gloriam tuam.] Hebraicè desunt ista, nec videntur, si vera asserit Catena, quam citat Agellius, ab vllo interprete, nec à Lxx. quidem Græce posita. Meminit tamen Euthymius, nec aliter constitit syntaxis sententiæ, quæ in his & sequentibus sic habet, ὅταν ὑμνήσω τὴν δόξαν σου, ὅλην τὴν μεγαλοπρέπειάν σου. ex Hebræo ita transtulit Hieronymus versum totum, *ut laudem te mea lingua tota die magnificentia tua*, in aliis Latinis psalteriis duobus, & apud Cassiodorum extat, *vt possim cantare* in textu Augustini, *vt hymno dicam* in vetere psalterio, *vt hymnificem* compositio verbo, nisi mendum sit, pro, *hymno dicam* quod respondet Græco ὑμνήσω, nec simplici verbo reddi potuit, nisi ficto *hymnizandi*, sicut versu sexto dicebam de nomine ὕμνος, quam interpres *cantationem* vertit, ficto nomine *hymnizationem* vocari posse. Perstringit Bonauentura, quas aliàs, pluribus prosecuti sumus vtilitates cantus Ecclesiastici, aut laudis, orationísque vocalis, vt exerceatur pigritia nostra, vt proximus audiendo corrigatur, vt meritum nostrum augmentetur, vt laus mente & corpore exprimatur, ne sit dup'ex cor. Hugo, gloriam cantandam, à magnitudine, de qua in sequenti membro, ita distinguit, vt ad hilaritatem gloriæ cantetur, quando dicimus, *Gloria Patri*, &c. magnificando, cùm *Magnificat anima mea*, &c. *gloriam canare* censeamur laudando recreationis mundi opus, quod est redemptio, *magnitudinem*, opus creationis, siue creandi potentiam; *gloriam*, misericordiæ; *magnificentiam*, institutæ. At magnitudo Græce est μεγαλοπρέπεια, quæ in psalteriis aliis Latinis duobus, & apud Augustinum, atque Cassiodorum dicitur *magnificentia*, Hebraicè תִּפְאֶרֶת *thiphereth*, quam interpretantur alij *gloriam*, *pulchritudinem*, *suauitatem*. Apollinarius μεγαλοφυΐας ἕνεκα, *magnificentiæ causa*, id est *magnæ gloriam*. Paraphrastes שִׁבְחָךְ *laudem*, quæ vox quoque *gloriam* significat.

Cantus Ecclesiastici vtilitates, item laudis & orationis vocalis.

Hugonis distinctio gloriæ & magnitudinis cantandæ.

To a die magnitudinem tuam.] Proximè admonebam quomodo *magnitudinem* alij acceperint, & voces Hebræam Græcamque interpretentur. Quum legit Cassiodorus *magnificentiam*, refert ad magna, quæ sibi Deum præstitisse dixit Dauid, vt aures inclinaret, protegeret, eriperet, confirmaret, de ventre matris protegere decerneret. Symmachus pro *tota die* reddidit, *per singulos dies*, vel *per perenne* pro ὅλην ἡμέραν, videlicet καὶ πᾶσαν ἡμέραν, quod idem valet ac διὰ παντὸς, vt norunt B Hilarius seu Theodoretus, & Euthymius, ac Nicephorus. Hæ voces כָּל *chol*, ὅλη *tota*, vltrapantur satis sæpe pro omni, & hæc non rarò pro tota re seu integra occurrerunt præcedentibus psalmis exempla non pauca. Simile nostro est illud [a]: *Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam, tota die laudem tuam*, ὅλην τὴν ἡμέραν. כָּל־הַיּוֹם *chol hayom*. Integritas vnius diei fauet magis expositioni de æternitate, cuius antea meminimus. Cassiodorus obseruat *diem* sine nocte nominari, cùm tamen apud viros religiosos, eo tempore Vespertini dicebatur hoc officium lucernarum: vt aut Cassiodorus; nocturni Matutini peragantur, quoniam per synecdochem *dies* noctem quoque comprehendit. Augustinus *tota die* designari vult prospera, quibus Deus consolatur aduersa, quibus nos corrigit: antequam essemus, quia nos fecit; cùm essemus, quia salutem dedit; cùm peccassemus, quia ignouit: cum conuersi essemus, quia adiuuit: cum perseuerassemus, quia coronauit.

[a] psal. 34. 28.

Cassiodori obser. uatio.

Vers. 9.] Ne proiicias me in tempore senectutis: cùm defecerit virtus mea, ne derelinquas me.

Sic laudare vult, vt laudans simul inuocet [a], & inter laudes lætas non sit immemor periculorum, ac necessarij vel noui, vel continuandi auxilij diuini. Quare cum prius à iuuentute speraſſe ſe dixiſſet in Deum, ab eodem cõfirmatum ex vtero, de ventre matris habuiſſe protectorem, nunc ſupplex orat cum ad inclinatam peruenisſet ætatem, ne ſe hactenus à puero cuſtoditum, & per tot iuuentutis diſcrimina cum incolumitate ad id ætatis perductum, abiiciat à cura & protectione ſua, & quando illum deſtituere vires inceperint, ſua ipſe ope non deſtituat, & velut inutilem ſeruum, domo eiiciat iam ſenem, ſed eodem quaſi manuum baculo ſuſtentet, quibus manibus egredientem ex vtero plane imbecillum excepit, ne caderet.

De tempore captiuitatis Hebræorũ apud Babylonios explicant Baſilius, vel Theodoretus, & Euthymius, ex Latinis Treuetus: De ſtatu peccati, præſertim cùm eſt multiplicatum, ſuóque onere vires animi grauat ac deprimit, Euſebius, Didymus, & adhuc Euthymius, atque Nicephorus, & Ruffinus: De Chriſto qui prodigium factus in cruce, ibi infirmatus eſt, ac irritus, quod totum ex vetuſtate aſſumpſit, Auguſtinus. De quolibet qui cùm feſſam, quaſi ſenio vetuſtatis antiquæ, ac naturalis facultatis virtutẽ agnoſcit, ſéque ex ſe deficere, & molleſcere ſub onere tribulationis, tunc rectè implorat diuinum auxilium, cúmque ſic infirmatur potẽs fit, Gloſſa interlinearis, quæ eſt Caſſiodori, & eamdem multi ſequuntur. De vergente cuiuſque præſenti ad finem ſuum ætate grandiore, Hieronymus: De fine vitæ, quo uis tempore adueniat, Hugo: De ſeneſcente Eccleſia, alij, vt Lindanus, cùm ſcilicet *refrigeſcet charitas multorum* [b].

Duo primi ſenſus maximè literales videtur, & de Dauide ipſo explicãt Lyranus, Caietanus, Vatablus, Hebræi, qui colligunt hunc a ſene Dauide compoſitum pſalmum eſſe. Quod argumẽtum non eſt neceſſarium, ſi dicas orare non pro præſente, ſed pro futura ſenectute, ſi contigerit eam attingere. Secundus ſenſus ſi vt literalis admittitur, tamẽ cõſtat figurata oratione, qua *ſenectus* accipiatur pro tẽpore, quo Hebræi vtẽtes regibus, ab exteris, præſertim Babyloniis, in captiuitatem ſunt abducti. Si ſenectutis ætatem ipſam ſecundum ſe ſpectemus, de qua etiam verſu 18. Dauid loquens ſub nomine *ſenectæ*, & *ſenij*, orat eo tẽpore non derelinqui, ſicut hoc loco *non prouoci*, cùm virtus ac vires deficiant: huius ætatis incommoda multa eſſe ambigi non poteſt: quãuis alijs bonis ad animum præcipuè pertinentibus compenſari, ac etiam præſtare, Gabriel Palæotus conetur in opere de bono ſenectutis probare. De incommodis repete, ſi vis, dicta capite vltimo Eccleſiaſtæ, & Senecæ lege præfationem ad controuerſias [c], & Epiſtolam 12 30.61. Denique tritum illud:

[d] *Multa ſenem circumueniunt incommoda*, &c.
Multa ferunt anni venientes commoda ſecum,
Multa recedentes adimunt.

Item:

[e] *Heu quãmultus habet ſenectus ærumnas*, &c.
Ætas enim longa plurimas affert calamitates.
ὡς δύσκολον τὸ γῆρας ἀνθρώποις ἔφυ.
Quam difficilis res ſenectus hominibus extitit.

Ad hæc:

χαλεπὸν τὸ γῆρας ἐστὶν ἀνθρώποις ἅπασι,
Moleſta ſenectus, eſt homini omnino.

Tandem:

[a] *Sed quam continuis, & quantis longa ſenectus*
Plena malis.

Vnde & *atras mala* [b] vocari ſolet. Plura ex aliis auctoribus Tiraquellus [c]. Noti etiam ſatis ſub irremediabili morbo ſenectutis hi quaſi particulares comprehenſi, quos Hieronymus [d] enumerat, crebrę infirmitates, pituita moleſtiſſima, Græce, χοφυζα, ſeu φλεγμα caligantes oculi, acceſcentes cibi, tremens interdum manus, nudis gingiuis dentes, & inter cibos cadentes. Ad hæc torminibus, inquit, & aculeis ſtomachi, podagræque & chiragræ doloribus ſæpe torquetur, ita vt ne ſtilum quidem, aut calamum tenere queat, vt ſuis pedibus non poſſit incedere, magnáq; parte vitæ videatur eſſe truncata, & multis membris præmortua. Ambroſius [e] inducit arguentem illos Deum, qui longam deſiderant ætatem, quòd erterent non intelligentes, nec aduertentes ſenectutem miſeriarum eſſe veteranã, proceſſionémque ætatis ærumnarum ſtipendia, denique longæuitatem indultam, interdum eſſe vindictam, ſicut in Cain. Nazianzenus [f] appellat, *triſtiſſimos ſenectutis dolores, omniſque Sæculi ſcopulis grauiores*. Quomodo Cicero [g] plerique, ſic odioſam ſcribit vt *onus ſe Ætna grauius* dicant *ſuſtinere*. Auctor etiã legendus libri de duodecim abuſionibus [h], ſiue is ſit Cyprianus, ſiue Auguſtinus, ſiue alius potiùs. Habet anima etiam vitioſam ſenectutem ſuam, non ſolùm quia imbecillitas corporis animæ quoque vires ſecum trahit, vt ex quadã controuerſia Hieronymus [i] refert, ſed cùm refrigeſcit in anima caritas, debilitatur virtutis vigor, ſegnis ineptáque redditur ad officia pietatis, ita vt *inueteraſcat inter inimicos* [k]. (de qua re dixi in explicatione illius loci) *ſenectã laborare* anima videtur; tum verò maximè, quando vitiorum contraxit habitus. Cauendum Bernardus [l] monet ne in die virtutis noſtræ ſecuri ſimus (quam licet appellare iuuenilem ac florentẽ vigentémque ætatem) ſed clamemus ad Deum cum propheta, & dicamus, *cùm defecerit virtus noſtra ne derelinquamur*, ſicque ſimiles illi ſimus, *apud quem non eſt tranſmutatio nec vicissitudinis obumbratio* [m], ſemper idem ipſe eſt, nec *anni eius deficiunt* [n], nec ſeneſcit vmquam, & inter aduerſa & proſpera mutabilium temporum teneamus quãdam æternitatis imaginẽ, & vindicemus nobis in huius mutabũdi ſeculi dubiis euentibus, certíſque defectibus perennis quodammodo immutabilitatis ſtatum, & *ſicut Deus eſt, & nos ſimus in hoc mundo* [o].

Prolixum in Eſaia [p] Dei promiſſum, in quo coniungitur cura, quam velit gerere eius, quem in ſuomet quaſi vtero portauerit, & geſtauerit in vulua, eundémque ipſemet velit portare, ferre, ſaluare vſque ad ſenectam & canos, ſine dubio de medio quoque tempore intelligit, ſed extrema, periculoſiora, opíſque magis indiga. Idcirco *ſperandum in Domino à cuſtodia matutina vſque ad noctem* [q].

Qui Ruffini nomine circũfertur in iſtius loci enarratione, negat legi poſſe hũc verſum in perſona Chriſti, vt a Patre poſtulet, ne illum deſerat in tẽpore ſuæ paſſionis, quando viſa eſt defecille virtus eius in miraculis. Certè in aliorum magis proprie perſona loquentem derelictum ſe Chriſtũ dixiſſe [r], verũ eſt, & auctor ille ex Auguſtini commentarijs id videtur mutuatus, quod aſſerit.

At non

---

a pſ.17.4.

Varia tentationes iuuenes.

b Matth 24. 12.

Senectutis incommoda bonis ad animũ ſpectantibus compenſantur.

c Sub initium.

d Horat. in arte Poẽt.

e Euripid in Bacch.

A

B

C

D

E

a Iuu Sat. 10.

b Nonius c. 1. c. rege 9 Cornuib. nu 26.

d Proœm in lib. 2 in Amos.

Senectutis incommoda.

e c 2. de Cain & Abel. c vlt.

f In morbum.

g de Senect.

h cap. 2.

Vitioſam ſenectutem vt habet anima.

i proœm in lib. 2 in Amos.

k pſ. 6. 8.

Senectã laborare quando dicatur anima.

l Serm. 21. in Cant.

In die virtutis noſtræ ne ſecuri ſimus, Bernardi monitum.

m Iaco. 1. 17.

n pſ. 101. 28.

o 1 Ioann. 4. 17

p cap. 46. 4. & ſeq.

q pſ. 129. 6.

In perſona Chriſti non legi Ruffinum hunc locũ poſſe.

r Matth. 27. 46.

At non negat Augustinus, nec negari debet, de seipso etiam Christum conquerendo intellexisse propter acerbitatem tormentorum, & iis de causis, quas primis vigesimi primi psalmi verbis attulimus. Alius vitiosus error circa ætatem Christi, si hunc de illo intelligere locum placet, ne senem credamus fuisse, vel 46. annorum, vt de quibusdam refert Augustinus[a], vel 50. aut etiam supra, vt sentit Irenæus[b]: ob Iudæorum verba[c]: *quinquagintà annos nondum habes.* Aliter hic Augustinus attribuit senectutem, & vetustatem Christo, nimirum ratione naturæ humanæ, quam assumpsit, egebátque renouatione. De verbis autem Iudæorum curari parum debet (nec verò recedendum ab editione vulgata, vt pro 50. legamus 40. cum Chrysostomo, Euthymioque) qui adeo multa mentiebantur de Christo. Hi, quem primum suggessit memoria, numerum annorum temere protulerunt, vel eum, qui celebrior erat propter Iobelæum: vel quia ex motu maturitate, aut ex corpore laboribus confecto maiorem quadragenario iudicauerunt, vel voluerũt, quod certum erat dicere, vitare autem errandi periculum, si forte minorem attribuissent numerum.

Ne proijcias me.] Metaphoram Genebrardus a pueris proiectitijs ductam vult. Non cógruit illi ætati figurata hæc locutio, tametsi bis pueri vocentur senes, dicátúrque *repuerascere*. Alij, vt Hugo, velut inutile pondus indicari notant, iuxta illud[d]: *Vos estis omne, propterquam qui, pe eos, dicit Dominus*: nonnulli vt repudiatam sponsam libello repudij dato, vt seruum inutilem eiiciendum domo, vt infensum, ac inuisum, indignum conspectu heri, vel amici, vel patris.

Melior allusio (etsi cùm Dauid viueret, in vsu id fuisse, incertum) ad barbaricem Derbicum in Persis, longius ætate progressos viros more hostiarum immolandi ad aras, & mulieres senescẽtes præfocandi[e], præterea Hyperboreorũ longæuos post epulas redimitos sertis ex rupe abrupta in mare præcipitandi[f]. Similia de Tybarenis produntur[g]. Indi & Massagetæ[h] senio confectos cædebant in frusta, & carnibus vescebantur: nec parentibus Derbices[k] cum Hibernis[l] parcebant. Sardi fustibus cædebant, & vnà cum illis interemptorem sepeliebant[m]. Insulæ Co incolæ ad Hellespontum supra 60. annos natos aconito vitam finire cogebant, ne virorum annorum absumerent, & aliorum partes ac locum occuparent ignavi, desidésque[n]. Caspij parentes septuagenarios domi claudebant, aut in inculta desertáque loca exponebant fame, siti, inopiá consciendos[o]. Colligit de his Tiraquellus testimonia ad Alexandrum ab Alex.[p] Adiice quod illius patræmiæ, *sexagenarios de ponte deiecere*, id est, natu maiores quasi debiles, & ad omne vitæ munus inutiles in ocium relicere, atque ab omni functione negotiorum relegare, origo inde fertur, quòd olim ea præditis ætate nõ erat ius ferendorum suffragiorum, vel munia publica obire, quia de ponte ferri suffragia cœperãt. Tametsi alia ratio redditur, quòd post Vrbem a Gallis liberatam, ob ciuatus inopiam, cœptum est de ponte sexagenarios in Tyberim deiicere. Adi auctorem adagiorum, prætérque illos quos citat de simbris istis sexagenarijs de ponte, Festum, Varronem, Nonium, Ouidium, Macrobiũ, lege Alexandrum ab Alexandro[q].

Cùm defecerit virtus mea.] Hieronymus, *fortitudo*. Vires ac robur corporis præsertim significat כח *coach*, & ἰσχὺν, non autem virtutem moralẽ. Apollinarius interpretatur βίαν, quasi dicas Latine, *vim*. Quod attinet ad vires animi, si de acquisitis habitibus agatur, prouectíum est, quòd *adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea*[a], & *ossa* (senis) *implebuntur vitijs adolescentiæ eius, & cum eo in pulvere dormient*[b]. Alioqui viget senili ætate prudentia magis propter experientiam, nec tantis quatitur perturbationibus, & *annorum multitudo* docet *Sapientiam*[c], crescítque in senibus[d]: quippe

[c] *Sapientia ætas conuenientem habet, Sapiens ætati cibum sit.*

Sed senex imitandus Seneca, qui sic de se scribebat[f], *Ante senectutem curam, vt bene viuerem, in senectute, vt bene moriar, bene autem mori, est libenter mori.* Audiendus melior Seneca Nazianzenus[g].

αἰεὶ μὲν ἐρρωσθαί σοι σωτηρίας·
καιρὸς δὲ μάλιστα ἡ βίου λύσις·
τὸ γῆρας ἦλθεν, ἐξόδου κήρυξ βοᾷ·
πᾶς δ' ἐρετίζει, πανδίκου δ' ἡ κρίσις.
Semper salutis tu quidem stude tuæ,
Potissimum autem sub diem vitæ vltimam,
Venit senectus, exitium præco canit:
Parentur omnes, communes iudex Deus.

Vel magis ad verbum:

Semper quidem operare salutem:
Opportunum tempus verò certe maxime est, vitæ solutio:
Senectus venit, exitium præco clamat;
Omnis bene conuersetur, prope namque iudicium est.

Accipe item auctoris quem citaui libri de duodecim[h] abusionibus mortem hac ipsa de re; Illo porrò tempore, & articulo mortis periculosissimo, cùm destituimur corporis viribus, & cõcidunt vnà etiam vires animi, verendúmque ne nos *inquitus circundet culex meus*[i], & *obdormiam* (senibus *in morte* immortalis insultet inimicus *prævaluisse se aduersus nos*[k]: tunc, inquam, maximè cùm vtraque deficit & corporis virtus, & animi, necessarium ne à sua nos Deus peculiari proiiciat cura, neque derelinquat.

Ne derelinquas me.] Præponitur nomen, *Deus*, in aliis duobus Latinis psalteriis.

Vers. 10.] Quia dixerunt inimici mei mihi: & qui custodiebant animam meam, consilium fecerunt in vnum:

Vers. 11.] Dicentes: Deus dereliquit eum, persequimini, & comprehendite eum: quia non est qui eripiat.

VRget præsto esse auxilium, nec proiici, aut derelinqui tanta pressum necessitate, ac sine viribus, quoniam coacti inter se inimici, atque contra ipsum conspirantes, diligenterque obseruantes omnem eum perdendi occasionem, deprehendisse se dicebant illum à Deo penitus derelictum, cuius fauorem semper iactare solebat, & hactenus se de hostibus superiorem euasisse gloriabatur, actum esse de illo, ac proculdubio in manus eorum peruenturum, quia nec opitulatur Deus, nec alius quisquam est, qui eum liberare possit, aut suppetias ferre audeat, tantæque ipsorum poten

Citra ætatem Cirilli error vitandus.

a 2 de Doctr. c. 9.
b l. 2. c. 39. & 40.
c Ioan. 8. 57.

d Ier. 23. 33.

e Strab. l. 11. Ælian. 2. de varia hist. c. 1.
f Mela l. 3. c. 5. vbi de Scythis. Plin. l. 4. c. 12. Solinus c. 16.
Contra iuuenes aut imperio ætate progressos diuersum genus varia secundæ mortis genera.
g Euseb. 1. de præparatio. c. 5.
h Herodot. in Thalia & Melpomene. Strabo lib. 15. Mela l. 1. c. 2. Solinus c. 16. Hieron. l. 2. Strabo. loc. Tzetzes Chil. 1. cont. Marcion. c. 1. qui citat Polem. Hieron. cont. Iouin. l. 2. Theodoret. to. 3. in Matth. Euseb. l. de præparatione. Sexagenarios de ponte iecere ea pars vita.
k Euseb. Hieron. Chryst. Strabo citati.
l Strabo lib. 4. m Ælian. 4. var. hist. c. 1.
n Strabo l. 10. Ælian. var. hist. lib. de republica.
o Strabo l. 11. Euseb. Hieron. in præfationibus c. 3. q. lib. 3. c. 3.

a Prou. 22. 6.
b Iob 20. 11.

In senili ætate vigor prædicta.

c c. 32. 7.
d Hier. Ep. 2. ad Nepotia.
e Plaut. in Trinum.

f Epist. 61.

g in Carm.

h cap. 2. *In mortis articulo cuius vsus Dei potissimum meminisse.*

i Ps. 48. 6.

k Ps. 12. 5.

Sensus loci.

tiæ reluctari. In tempus, quo Dauidem persequebatur Absalon, illa conuenire possunt, quando dixit Achitophel ad Absalon [a]. *Eligam mihi duodecim millia virorum, & consurgens persequar Dauid hac nocte, & irruens super eum* (quippe qui lassus est, & solutis manibus) *percutiam eum; cunctique fugient omnes populus qui cum eo est, percutiam regem desolatum, & reducam vniuersum populum, quemodo vnus homo reuerti solet: vnum enim virum tu quæris, & omnis populus erit in pace.* Sed & iidem persecutores Dauidis, tum ingrauescentis ætatis eius occasione, ac valetudinis imbecillioris, vtebantur, tum adulterij, homicidiique, & inuasi, Saulis, vt dicebant, regni, pro quibus destitutum, ac magis adhuc a Deo destituendum confidebant, tum quòd res iam illi alias haud ita prosperè cecidisse animaduertebant. Semei quidem fugienti exprobrabat Dauidi maledicendo, & mittendo lapides contra illum, & vniuersos seruos eius. *Egredere, egredere vir sanguinum, & vir Belial. Reddidit tibi Dominus vniuersum sanguinem domus Saul, quoniam inuasisti regnum pro eo, & dedit Dominus regnum in manu Absalom filij tui, & ecce premunt te mala, quoniam vir sanguinum es* [b].

Græci de populo interpretantur in captiuitatem abacto, & quia Deũ prior dereliquisset per idololatriã, derelicto ab eodẽ Deo, nec euadere valente, quamuis fugere conaretur, quia hostes illius cohortantes sese, & conspirantes, obsidebant vias omnes, nec elabi quemquam sinebant. Per tropologiam, aut similitudinẽ extenditur ad omnes patientes persecutionẽ sententia, siue ab hominibus, siue a mundo, à diabolo, à carne. Existimantur etiam ac dicuntur *à Deo dereliqui*, qui calamitates patiuntur, vt Cassiodorus notat, & probatur exemplo vxoris, amicorúmque Iob, [c] vxoris quoque Tobiæ [d]. Allegoriam de Christo attingit Augustinus, Ruffinus, & Hieronymus, qui & se derelictũ veluti cõquerebatur in Cruce [e], & in eadem eidem exprobrabant, *sine veniat Elias, & liberet eum, alios saluos fecit, seipsum non potest* [f] *saluum facere*, &c. & crebrò in illum consilia inierant tum ante, tum ipso tẽpore passionis. Incidit præcedentibus psalmis non semel mentio de acerbissimo isto genere insultãdi afflictis, quod qui sectantur, meritò Antiochus [g] Abbas temerè insolescentes vocat, flagitiosos, nefarios, nec mentis satis synceræ, & illorum consortes, qui cruci Dominum fixerunt, & ei à cruce pendenti conuitiabantur, vt diximus. Multa idem auctor de eodem argumento aptè differit; ac demum optandum, vt mundo isti simus deridiculi, fuíque nos ille sannis insultet, ac exemplum consectemur benigni hominũ amatoris Domini. Illustrat mirificè nostrum similis in Ieremia [h] locus. *Audiui enim contumelias multorum, & terrorem in circuitu, persequimini, & persequamur eum: ab omnibus viris, qui erant pacifici mei, & custodientes latus meum: si quo modo decipiatur, & prævaleamus aduersus eum, & consequamur vltionem ex eo.*

Dixerunt inimici mei mihi.] Chaldaicè, *dixerunt aduersum me inimici mei malum*, sic expl initur in Psal. 40 [i]: *Inimici dixerunt mala mihi.* Significatur autem per, *mihi*, idem quod, *de me* vel, *contra me*: vel, *propter me*: & Græce, vt notant Euthymius, ac Nicephorus, ἐμοὶ ponitur pro ἐν ἐμοὶ, τοῦ ἐμοῦ, διὰ ἐμὲ, & rationem reddũt, ὅτι ἐν ἐμοὶ ἀλλήλους, *dicebant autem mutuò inter se.* Eamdem formulam aliàs declarauimus illo exemplo [k], *ait mihi quod frater tuus sim*, id est, *dic de me*. Hugo, quia non explicite hic est, quid inimici dixerint, ait intuli omne malum, quod possent dicere. Atqui paulò pòst dixisse dicuntur: *Deus dereliquit eum*, &c.

Qui custodiebant animam meam.] Hieronymus, *obseruabant*. Euthymius, & Nicephorus φυλακτῆρες explicant, qui vocantur alitèr ὀπτῆρες, & ἐνεδρεύοντες, *qui obseruant, & insidiantur.* Non male possent iidem φυλακτῆρες animæ, sumi pro iis qui appellantur etiam σωματοφύλακες, *custodes corporis*, vt non soli aperti inimici, sed qui erant intimi ac domestici, consilia tractasse intelligantur, atque persecutionem commouisse. Rarò certè admodum de insidijs vsurpantur שָׁמַר *seruare*, & φυλάσσειν, & *custodire*. Testis tamen Hesychius φυλάττειν, *quandoque esse ὀπτεύειν, obseruare*, & captare occasionem, quod etiam dicitur παραπηρεῖν, vt Budæus [a] notat, & suppetunt exempla nónulla [b]. Quandoque Q. Cicero coniunxit *custodire*, & *obseruare* [c], & M. Cicero *speculari*, & *custodire* [d]; *Fac*, ait ille, *vt se abs te custodiri, atque obseruari sciant*: iste autem, *Oculi & aures omnium te speculantur*, inquit, & *custodiunt*. In Psalm. 36 [e]. *Considerat peccator iustum, & quærit morticare eum.* & [f], *Obseruabit peccator iustum, & stridebit super eũ dentibus suis.* Pro Latino primo verbo sunt alia Hebræa, & Græca, quæ non sunt hic; in posteriore loco שׁם *Somem*, & παραπρόσπου, in primo צוֹפֶה *tsopheh*, & κατασκοπῶν. Apud Ieremiam [g], *custodientes latus* dicũtur Hebraicè שׁוֹמְרֵי צַלְעִי *soiomere tsélahi*, sed Græcè alio modo dicti loci sententia redditur, παράσατε τὴν ὑπόστασιν αὐτῶν, &c. *custodite*, id est, *obseruate opinionem eius*, &c. Chaldaicè, *qui insidiantur, vt malefaciant mihi*, &c. De custodientibus autem latus ambigi potest, an significent amicos, insidiantes tamen Ieremiæ, an insidiatores qui etiam non essent amici. Placet hoc loco per *custodientes animam* intelligere obseruantes, ac insidiantes: consilium faciebant in vnum faciliùs qui alieniores erant à Dauide; sicut animo, ita & loco. Apollinarius ita enarrauit:

ψυχῆς ἡμῶν φύλακες σκέψαντο μολόντες.
Animæ nostræ custodes explorarunt cocuntes.

Quare non satis commoda Hugonis interpretatio, vt *custodientes* Dauid *animam* intelligantur, qui custodire illam debebant, etsi id non facerent, sed oppositum, nempe perdere studerent: nec satis propterea commodè ad Episcopos ac Sacerdotes malos hoc transfert.

Consilium fecerunt in vnum.] Sicut maligna in Christum consilia Iudæi inierunt, posteáque in discipulos eius, vt Euangelij & Actuum prodit historia, & de posteris Ecclesiastica, tum Iudæis, tum Gentilibus, tum hæreticis, tum improbis Christianis; ita qui his interest ac præest diabolus consilijs, nunquam ab eorum cessat machinatione, admiscens etiã quæ suggeruntur à carne. Vide apud Gregorium [h] talium prauorum exemplo consiliorum.

Dicentes: Deus dereliquit eum.] Hoc est, quod inimicos dixisse voluit priùs intelligi: iidem nãque inimici, & qui custodiebant, id est, obseruabant animam Dauidis. Secundùm allegoriam Christus, quo pacto relictus debeat censeri, aliàs ostensum est Psalmo 21. Bernardus [i] id in persona dictum eorum vult à Christo, qui ob tribulationum grauitatem videri possent derelinqui: vel conquerendo futuros aliquando qui deserent vnitatem corporis, quod est Ecclesia. *Non derelinquit Deus sanctos suos, sed in æternum conseruantur* [k]: nobiscum & cum Ecclesia sua est, vsque

a Comment. Græcor. Custodire & obseruare, idem, speculari & custodire, eadem. b in hebraic. c de perit. Consu. d 1 in Catil. e vers. 12. f vers. 22.

g c. 20. 10.

h 32. Mor. c. 17. vers. 20. & seq.

i tractat. de passio.

k ps. 36. 28.

a 2. Reg. 17. 1. 2.

b c. 16. 5. 6 7. 8. 9.

Tropologia.

c Iob 1. 9. 10.

d Tob. 2. 2. & seq.

e Mat. 27. 46.

f Ibid. vers. 42. 43.

Afflictis insultare acerbissimum est.

g In Pandect. hom. 58.

h c. 20. 10.

i vers. 8.

Φυλάττειν.

ad consummationem saeculi [a]. Non est, vt Luciferum refert Hieronymus [b] dixisse, ex casta Virgine Christi, scortum diaboli facta, quod non pudet Hæreticos nostri temporis blasphemare. Narrat Hugo in morte B. Marthæ, candelis extinctis, dixisse dæmones: Deus dereliquit eam; denuo autem diuinitus eas accensas. Idem lego apud Vincentium Bellouacensem [c], qui refert id accidisse media nocte ante transitus eius horam, vique turbinis à dæmonibus immissi septem cereos nō modicos extinctos, & lampades tres; Martham autem, cùm dæmones aspiceret scripta prætendentes, quibus quæ illa gessisset peccata, continerentur, fusa prece ad Deum, inter alia dixisse, cuncta hæc se à vociferantibus audisse prolata, *Deus dereliquit eam, persequimini, & comprehendite eam, quia non est qui liberet eam: Eli ne elongeris a me, Eli in adiutorium meum intende.* Petrus de Natalibus [d], & Mombritius [e], & Iacobus de Voragine [f] idem produnt. Per me licet credat qui vult. Equidem neque contradico, neque consentio, sed rem in medio relinquo. omnino verum axioma, derelinqui à nobis Deum, priusquam derelinquat nos, vt iure dici derelictus possit, ac debeat. [g] *Quare dereliquistis Dominum vt derelinqueret vos?* Verè etiam Achior [h] affirmauit, *non fuisse qui insultaret populo Hebræo, nisi quando recessit a cultu Domini Dei sui.*

Non est qui eripiat.] Addunt alia psalteria, *eum:* nec non Cassiodorus, Augustinus, Bernardus [i], Vincentius Bellouacensis [k]; sed vltimi duo legunt, *liberet.* Augustinus, *eruat*, quo modo etiam Hieronymus. Tale illud psalmi septimi [l], *dum nō est, qui redimat, neque qui saluum faciat. De manu Dei nemo alium eruere* [m], aut *rapere* [n] *potest*, sed nec de manu inferi, & damnationis æternæ.

a Matt. vlt. vlt. b Cōtra Lucif. *Quæ narrantur ab Hugone in morte B. Martha.*

c Specul. hist. lib. 28. cap. 105.

d de Saul. e In vitis Sanct. f Ibid.

Derelinquatur a nobis Deus, antequam nos derelinquat.

g 2. Par. 24. 20. h Iudith 5. 17.

i tract. de pass. domini k Spec. hist. l. 8. c. 10. l vers. 3.

m Iob 10. 7. n Ioan. 10. 28. 29.

Vers. 12.] Deus ne elongeris à me: Deus meus in auxilium meum respice.

Vers. 13.] Confundantur, & deficiant detrahentes animæ meæ: operiantur confusione, & pudore qui quærunt mala mihi.

Sensus lect.

PRocax aduersariorum oratio, & animus ad nocendum obfirmatus, quædam etiam in Deum blasphemię, quod in se sperantes deserat, aut etiam eripere quamuis velit, non valeat, extimulāt supplicem vehemētius, vt citum imploret auxilium, & intentam in res suas curam Dei: atque vt hic vindicans propriā simul iniuriam, padefaciat perfidos negatores prouidentię, & irritos reddat conatus obloquentium, & mala quæque in vulgus de ipso spargentium, ac machinantium. Rogat non abesse longius, sed velutiſi xè intueri, præsentiáque tueri aduersus persequentes, & comprehendere gestientes; id & iudicem æquum decere, quod primum denotare nomen Dei potest, & proprio iure dominum suum, quod innuit repetitum nomen cum pronomine *Deus meus.* Exauditum Dauidem notat Caietanus, cùm prevalente consilio Chusi, periit Achitophel, & Absalom, cæteri que persecutores frustrati sua spe, valde confusi sunt. Non egent versus hi explanatione maiori, cùm parum distent à nonnullis proximè præcedētis psalmi, & aliorum priorum.

A *Deus ne elongeris à me! Deus meus, in auxilium meum respice.*] In psalmo 21 [a]. vnus versus est huic persimilis; *Tu autem Domine ne elongaueris auxilium tuum à me, ad defensionem meam conspice.* Repete, quæ ibi dixi. Post nomen *Deus*, primo loco additur in Regiis, & Cōplutensibus libris, Græcè ac Latinè, & in psalterio Latino, Gallicano, & apud Augustinum & Cassiodorum, pronomen, *meus*; legitque Augustinus, *Domine Deus meus.* Idem Patres atque psalterium Gallicanum, & Romanum, *ne elonges à me.* Cassiodorus loco nominis, *auxilium*, habet, *adiutorium.* Scribit Hieronymus [b] pronomen primo illo loco esse superfluum. Pro verbo *respice*, hoc loco Græcè προσχες, idem Hieronymus legit, *festina*, quasi esset חושה *chusiah*, sicut in prioris psalmi sententia, *Domine ad adiuuandum me festina.* Et ita quoque Paraphrastes vertit וְזַרֵז zerez. Extat nunc חישה *chisiah*, licet cum nota, quam vocāt keri chethiph, vt scilicet aliter legatur, quàm scribitur, & legēdum sit חושה *chusiah.* Permutantur hæ literæ (ו) & (י) facile, & absque detrimento significationis. Posset etiam חישה *chisiah* esse aduerbiū significans *cito*, siue *festinanter.* Quemadmodum elongari censeatur Deus, docui aliàs. Euthymius, ac Nicephorus dicunt propter peccatorum nostrorum *βαρος* grauem, & molestum odorem.

a vers. 20.

b Epist. 135.

B *Et deficiant.*] Suppleta est coniunctio etiam à Hieronymo, qui vertit, *& consumantur*, alij, *pereant, absumantur* יִכְלוּ *ychlu*, quod exponi quoque in futuro potest, sicut & præcedens verbum, per modum prædictionis, non desiderij, vel imperij; sed frequenter mutuos hi modi ac tempora vsus habent. Aquila, *ἀναλωθήτωσαν*, *consumantur.*

C *Detrahentes animæ meæ.*] Hieronymus, *aduersarij.* Alij, *aduersantes*, vel, *insidiantes.* Participium שָׂטָן *sotene* id valet, vnde tritum nomen *Satan*, Græcum etiam si διαβαλλοντες ex cuius minùs composito verbo, διαβάλλω, altera vox *diabolus*, Symmachus reddidit οἱ ἀντικείμενοι, *aduersarij, oppositi, resistentes.* Duobus modis intelligi possunt officio quasi satanæ vti hi, quos antea *custodes*, id est, obseruatores, animæ suæ nominauerat, vel criminādo, & ficta crimina obiiciendo, siue accusando; quo pacto accusator fratrum diabolus

Satan vnde dictus.

D velut per etymologiam dictus est [c]: vel obsistendo, impediendo, interrumpendo aliorum conatus, qua ratione de Angelo, qui viam Balaam impediebat, scribitur, quòd ἀντικατέστη διαβάλλων αὐτὸν, Hebraice לְשָׂטְנוֹ *lesatan* quasi dicas *in satan*, quod minùs rectè qui ex Græco trāstulit, Latinè in Bibliis Complutensibus ac Regiis, expressit, *vt calumniaretur eum*: ita verò vt debuit is, qui ex Chaldæo, vbi est idem verbum Hebræum לְשַׂטְנָה *lisitan*, vt *aduersaretur*, & ita nonnunquam retento vocabulo Hebræo *satan*, ponitur pro *obstaculo*, & *occursu malo* [d]. Sed malendum nobis vulgatam defendere Latinam editionem nostram, quæ *detrahentes* habet, quàm Græcam, vt Agellius tamen facit. *Detractionem* videntur interpretari, siue *calumniam*, Euthymius, & Nicephorus. Apollinarius autem eandem describit per *conferientes malis.*

c Apocal. 12.

d 1. Reg. 29. 4. 2. Paralip. 20. 29.

E ὅτοι ἥπερ ἡμῶν βάλλουσι καρδίαν:
qui cor meum ferunt malis.

Augustinus, & vetus psalterium legunt, *committentes animam meam*, & exponit August. prouocantes ad rixandum, & resistendum Deo, & vt in malis nostris Deus nobis displiceat, & in mœ-

toribus ac tribulationibus non fatigemur, & non exeat ex ore noſtro, quid eſt hoc: quid enim fecimus? non tantum fecimus, quamuis peccatores, quantum quiſpiam alius, nec vt iſta digni ſimus pati. Id eſt Deum pronuntiare iniuſtiorem nobis, & bellum gerere contra illum, & quanto grandiores lapides in cœlum miſerimus, tanto fortiore ruina premi. Sumit præterea in meliorem partem, vt oretur iſtis verbis pro illis, qui eo modo committunt animas noſtras, vt confundantur de malis ſuis, & deficiant a peruerſis viribus ſuis, de quibus præſumunt: ſed conquieſcendum in vulgata tranſlatione, ac detractione declarandus locus, vt dixi.

Operiantur confuſione, & pudore.] Hieronymus *opprobrio, & confuſione.* Alij, *probro, & pudore*, vel, *opprobrio, & pudore*, vel, *opprobrio, & ignominia*, vel, *pudore, & infamia*: vel, *vmbraculo, & erubeſcentia.* Non arbitror hic primam vocem referendam ad animum, ſecundam ad corpus, ſed eſſe ſynonymas, quemadmodum pſalmo 34 [a]. *induantur confuſione, & reuerentia*, vbi ſunt eadem Græca vocabula quę hoc loco αἰσχύνη, & ἐντροπή. Hebræa בּשֶׁת *huſ eth*, & כְּלִמָּה *chelimmah*: hic priore loco חֶרְפָּה *cherpah*. In 108 [b]. magis affinis adhuc noſtræ ſententiæ eſt; *induantur qui detrahunt mihi, pudore, & operiantur ſicut diploide, confuſione ſua*, vbi ſunt Hebræa nomina eadem, quæ in 34. nec non Græca, quæ in eodem, & in illo, ſed ordine inuerſo, & verbum, *detrahunt*, reſpondet ſicut hic participio Hebræo שָׂטָנַי *ſotenai*, & Græco, οἱ ὑπεναντίοι. Chaldaice idem vocantur שִׂנְאַי *ſanei*, *oſores* à Hieronymo, vt hic *aduerſarij*. Agellius quoque de calumniatoribus interpretatur, cum aliter præcedente verſu, vt vidimus. Apollinarius etiam κατηγορίαν τες, *vituperatores*. Legit Auguſtinus hoc loco, *induantur confuſione, & verecundia*. De laudabili confuſione, & pudore, ſiue verecundia, quam optet inimicis ſuis Dauid, interpretantur Auguſtinus, & alij vocátque Caſſiodorus quaſi quoddam velum roſeum, quod induant qui actiones priſtinas vita meliore condemnant. Egimus de hac re alias.

Qui quærunt mala mihi.] Auguſtinus, *qui cogitant*. Hieronymus, *malum*. legerunt LXX. רָעָתִי *rabhothi* in plurali, non vt nunc eſt רָעָתִי *rabhathi*.

Verſ. 14.] Ego autem ſemper ſperabo: & adiciam ſuper omnem laudem tuam.

Verſ. 15.] Os meum annunciabit iuſtitiam tuam: tota die ſalutare tuum.

Quoniam non cognoui literaturam.

DEclarat ſpei ac fiduciæ ſuæ magnitudinem, quódque nunquam diffiſurus ſit, quamlibet furant & bacchentur aduerſarij, quos non dubitet, cùm ſe fruſtrà niti cognouerint, pudore turpiter ſuffundendos; ſpondet præterea ſe ad præcedentes laudes, quibus ob accepta beneficia iam inde à teneris vnguiculis laudauerit Deum, nouas & nouas maiore ac maiore ſemper ſtudio adiecturum: nunc maximè, cùm ex omnibus, quæ vnquá ſit paſſus, graui periculo liberatus fuerit. Iſtarum verò laudum ſummam, præcipuúmque argumentum ait ad duo reuocari, vt non ſolum memorem ſemper gerat gratúmque animum: ſed & oratione celebret quàm fuerit Deus in præſtandis promiſſis fidelis, ac in vindicandis iniuſtè ſuorum clientum iniurijs diligens: & vt nullo vnquam tempore non prædicet, quàm idem in danda illi ſalute promptum ſe munificúmque præbuerit. Denique harum duarum rerum iugi contemplatione, atque prædicatione contentũ ſe dicit, ac plurimùm delectari; tametſi non teneat numerũ ſingularum aliarum innumerabilium perfectionum Dei, vel beneficiorum, quę à Deo acceperit; & quamuis literis inſtitutus nõ fuerit, & humanis diſciplinis, vt pote de poſt fœtantes, éxque ruſtico paſtore aſſumptus in militiam, ac poſtremò in regnum. Sic alibi proteſtatus eſt, *multa feciſſe Deum mirabilia ſua, & cogitationibus eius non eſſe ſimilem illi, annuntiauiſſe & locutum eſſe*, ſed *multiplicatas ſuper numerum* [a], *terribiliter magnificatum* eſſe, atque *mirabilia ipſius opera cognoſcere animam ſuam nimis* [b], *mirabilem factam ſcientiam Dei ex ſe*, id eſt ſupra vires ſuas, *confortatum eſſe, nec poſſe ſe ad eam* [c]. Quæ vt verè de quouis affirmari valeant, multò magis ſecundum humanam æſtimationem de illo, qui ſtudio, labore, induſtria liberales ſibi ſcientias nõ comparauerit. & per eorum quæ videntur ſenſibúſque aliis percipi poſſunt, notitiam, inuiſibilia intellectu conſpiciat, *ſempiternam* quoque *virtutem, & diuinitatem* [d]. Videtur hic vltimorum præſertim verborum ſenſus veluti ex duobus cõflatus, melior, de quo poſtea in enucleatione textus, allatis aliis quæ ſeſe offerent.

Ego autem ſemper ſperabo.] In pſalterio Gallicano, & apud Caſſiodorum, *in te ſperabo*, in pſalterio Romano, *in te ſperabo Domine*. Hieronymus, *ingiter expectabo*. Emphaſim habent: *Ego autem*, id eſt, quicquid agant, dicántve improbi, *ſemper ſperabo, etiamſi me occidere Deus* [e]. Videtur hęc deſcriptio iuſtorum, vt appellentur *ſperantes in Domino*, quod eſt cũcta cogitata, dicta, facta, omnéſque vitæ rationes, & quidquid expectari poteſt, poſtremò ſeipſum totum proiicere in Deum, & in ſpem, contra ſpem, quidquid contra obiiciat ſeſe, credere, *non hæſitare diffidentia, confortari fide*, ſiue fiducia, *dare gloriam* ſemper, & in omnibus *Deo* [f].

Et adiciam ſuper omnem laudem tuam.] Hieronymus, *ſuper omnes laudationes tuas*. Legit forſitan תְּהִלֹּתֶיךָ *thehillotheca* in plurali, non in ſingulari תְּהִלָּתֶךָ *thehillatheca*. Adiectio vel ſolam numeri additionem innuit, vel maius ſtudium curámque, vt pluries laudare ſe velle ſignificet, aut maiore contentione, conatu, diligentia, ita vt *omnis laus* pro perfecta dicatur, & *adijcere ſuper omnem laudem* ſit, conari perfectiſſime laudare. Apollinarius hoc modo ſub tertia perſona, de Deo loquens,

καὶ οἱ αἰνέτην ὕμνον ἔτι πλέον ἢ πρὶν ἄσειν.

Et ipſi laudabilem hymnum adhuc plus quam priùs cantabo.

Myſticè Auguſtinus explicat adiici ad omnes alias Dei laudes quòd ſuſcitauerit carnem in vitam æternam, vel etiam quòd quos poterat homines omnes propter maſſam peccatorum dãnare noluerit, ſed iuſtificare impium. Quo quis maior peccator, hoc ſi conuertatur, adhibet maiorem Deo laudem; vt magis Deus inde laudetur, & enitereſcat magis miſericordia ipſius. Quiſquis etiam laudat quàm maximè poſſit Deum, *adiecit ſuper omnem laudem*, cum, quod res eſt, fatetur

[a] verſ. 26.
[b] verſ. 19.
Senſus loci.
Myſtica expoſitio.

omni maiorem laude esse. *Glorificantes Dominum*, ait Sapiens [a], *quantumcunque potueritis; superexaltabit enim adhuc & admirabilis magnificentia eius. Benedicentes Dominum, exaltate illum, quantum potestis; maior est enim omni laude. Exaltantes eum replemini virtute, ne laboretis; non enim comprehendetis. Quis videbit eum, & enarrabit? & quis magnificabit eum sicut est ab initio? Multa abscondita sunt maiora his; pauca enim vidimus operum eius.* Attendam, inquit Remigius, te excedere omnes laudes virorum. Hoc est, quod psalmo 47. vidimus. *Magnus Dominus, & laudabilis nimis.* Addit Hugo tropologiam, vt diuino officio & orationi tempus adiiciatur, non detrahatur, & scripturas diuinas, quantum per vires & gratiam diuinam conceditur, explanare copiosius studeamus. Nam, *verbum sapiens quodcunque audierit, sensus laudabit, & ad se adiiciet* [b], id est, *sciens*, ὁσιώσει, *adiiciet ad ipsum verbum*, ἐπ' αὐτὸν λόγον. Euthymius, & Nicephorus *adiicere* dicunt *super omnem laudem* illos, qui non sermone tantùm, sed etiam operibus laudant Deum, efficiúntque, vt videntes eorum opera bona, glorificent *Patrem qui in cœlis est* [c]. Præter quatuor, quos attigi sensus, Aiguanus duos insinuat, vt Dauid *super omnem laudem* dicatur *adiicere*, quia nullus tot Dei laudes prosecutus est ex alijs prophetis, ac de tam multis Deum beneficiis, vt ipse, laudauit: quia etiam Ecclesia plusquam alia secta quælibet, Deum, & Christũ de plurimis attributis, & mysteriis laudat. Vel quoniam eadem secũdum statum suum, vt insinuat Hieronymus, (opponens sacrificijs legis) & Bruno Carthusianus, perfectiore viuendi genere magis laudat Deum. Qui septimus censeri potest horum verborum sensus. Remigij adhuc octauus est, adiicere te intelligam super laudem tuam à nobis factam, quia plura in nobis operaris, quam nos intelligere possumus, *potens facere superabundanter quam petimus, aut intelligimus* [d]. *Operuit cœlos gloria Dei, & laudis eius plena est terra* [e].

Os meum annuntiabit iustitiam tuam.] Hieronymus, *narrabit*, quod psalmo 50. [f] verbo eodem Græco, quod hic est, de laude, seu laudatione dicitur, ἀναγγελεῖ τὴν αἴνεσιν σου, quæ laus hoc loco proximè præcessit, ita vt omnis, id est, perfecta laus Dei videatur consistere in eius iustitia, si *iustitiam*, quod sæpe fit, pro misericordia sumamus, iuxta quam Deus, vt nunc docet Augustinus, iustificat impium. Legunt alia psalteria, & Augustinus, *pronuntiabit*. Cassiodorus, nisi mendum sit, *pronuntiauit*.

Tota die.] Etiam nocte, vt notat Augustinus, & nos alias non semel. Et *tota* idem est, quod, omni.

Salutare tuum.] Salutem quæ à Deo est, & synonymè accipi potest cum iustitia. De hoc dictum quoque alibi.

Quoniam non cognoui literaturam.] Hieronymus, *literaturæ*, quo pacto etiam est in Complutẽsibus, Regiísque bibliis, tum Latinè, tum Græcè, & quidem Græcè, γεγραμματεῖα. Idem verò Hieronymus in Commentario Epistolæ ad Galatas [g] legit etiam in singulari, *literaturam*. Ex Hebræo ספרות *sephoroth*, transferunt alij, *numeros*, vel, *narrationes*. Eodem vocabulo dicitur liber, ac numerus, & literis tum *numeratur*, tum liber conscribitur. Dixi vel profiteri Dauidem se numerum inire non posse, & æstimare quanta & quam ingentia fuerint erga ipsum efficta diuinæ

iustitiæ, id est, misericordiæ in remouendis malis, & procurãda salute: Vel in harum velle immorari cõsideratione rerum, atque prædicatione; quamuis rudis literarum sit, & disciplinarum: quæ, vt ait Caietanus, tradebantur olim sub numeris; primaque disciplinarum erat Arithmetica; aut numeros non nosse, est exacta, &, vt dicitur, numeris absoluta carere cognitione rerum. De numeris, & vt dicunt vulgò, de computo, & supputandi ratione, plures qui consectantur Hebræa, sentiunt, & Paraphrastes, ita vt ideirco recipiat se Dauid quotidie ore pronunciaturum iustitiam, & salutem, id est, beneficia Dei omnia, vt quantum potest satisfaciat infinito numero, magnitudinique illorum. Fauet Symmachi translatio, ὃ οὐκ ἔστιν ἐξαριθμῆσαι, *non eorum nouit dinumerare*. Videntur id approbare Basilius, vel Theodoretus: sed ita vt non tam rationem dictam det ad satisfaciendum, quàm esse corrigat, quòd plusquam præstare possit, promiserit. Confirmant testimonio Psal. 39. quod antea protulimus. Secunda expositio de disciplinarum ignoratione, non tãtum est Caietani, sed Euthymij etiam, atque Nicephori; verum, vt, quia minus propterea præstare valeat, quod promiserat, *ingredi* (quod subditur deinde) se velle dicat *in potentias Domini*, qua fretus id aggrediatur. Insinuat idẽ Haymo per calliditates huius vitæ, & artes. Bruno Herbipolensis per scientiam sæcularem, & eloquentiam vanam malis actibus inquinatam: præterea Lyranus. Tertiæ meminit idem Euthymius vt γεγραμμασίας sint scribarum legis veteris scripturæ, atque mandata, quibus ter in anno iubebant populum ingredi in Templum Ierosolymitanum: Dauid autem dicat se posthac non ob scribarum iussa, sed ex diuina potentia illuc ingressurum. Quarta parum à priore differt, quam iuxta hanc quoque lectionem tradit Augustinus, licet aliam sequatur, qui non sectetur literam occidentem, vt non operibus legis, aut meritis propriis absque gratia factis, asscribat iustitiam suam, nec de se præsumat, literaturam non cognoscere, sed introire in potentiam Domini, per quam sibi nouerit esse veram iustitiam, & facultatem legem implendi, & opera meritoria faciendi. Consentit Rufinus, Remigius, Beda, Bruno Carthusianus, Hugo, Aiguanus; & de recentioribus Iansonius. Valentia verò attribuit ista verba fidelibus tempore Antichristi; qui non sinent se decipi literali solo Scripturæ sacræ sensu, neque studio vanorum aliarũ scientiarum, quæ quæruntur ad negotiationem, & lucrum; & non vt per hanc quasi portam introeatur *in potentias Domini*, diuinaque mysteria, ad quæ intelligenda Christus posti resurrectionem aperuit discipulis sensum [a] vita vt hi deinde scripturis ipsis conuincerent Iudæos [b]. Eandem attingit Hieronymus expositionem in Epistolam ad Galatas [c]. Quinta est aliorum de Christo [d], qui annorum duodecim concinit admirationem sui, ob prudentiam, & responsa [e], & in ætate virili de eodem mirabantur, *quomodo literas sciret, cum non didicisset* [f].

Idem Hugo tres alias affert morales explanationes, ortas videlicet ex secunda; de viro iusto, qui detrectet magistratum Ecclesiasticum & politicum; quia scientia idonea careat, sicut qui apud Esaiam [g] ait, *Nolite constituere me principem populi*: de illiteratis, qui facilius sese subdunt vitæ secularis; & de laicis alijs idiotis, qui etiam expe-

[a] Eccl. 43. 32. 33. 34. 35. 36.
Tropologia.
[b] Eccl. 21. 18.
[c] Matth. 5. 18.
[d] Ephes. 3. 20.
[e] Abac. 3. 3.
[f] vers. 17.
Iustitia pro misericordia.
[g] in c. 2.
Sensus 1. 2. 3.
Literatura.
Γραμματεῖα
[a] Luc. vlt. 45.
[b] Act. 2. 16. & seq.
[c] in c. 2. Pauli.
[d] Fabri.
[e] Luc. 2. 47.
[f] Ioan. 7. 15.
[g] Esa. 3.

diùs

ditus meant vitam æternam, præsertim si eas vi-
gent literæ, quæ litibus interdant. In eodem
sensu Isidorus [a] citat hûc locum, vt probet nihil
aliud agere amorē humanæ scientiæ, nisi extol-
lere laudibus hominem, & quanto maiora fue-
rint literaturæ studia, tanto animum arrogantiæ
fastu inflatum maiore intumescere iactātia. Pro-
fectò *scientia inflat* [b], & pauorum est literatè do-
ctorum *animum non sic inflatum Dei*, & salu-
tem, cum pio animi affectu, & humilitate, atque
in spiritu orationis adytis, & cellam vinariam myste-
riorum Dei. Deplorauit id aliquando Augusti-
nus [c] (vetam quę tamen postea doctrinæ & pie-
tatis ac deuotionis, quas eius vbique spirant
scripta, vsque ad miraculum consecutus) cum de
Antonio meminit, & aliis. De quo Antonio me-
minit Athanasius [d] comparasse philosophos im-
peritiam illius despicientes, cum admirarentur
priores literis esse sensus, & ex his illarum eluere
hi incolumes, literis non requisitis. Respondit
quoque Arsenius Evagrio literatum Græcarum
peritissimo, propterea monachos Ægyptios ra-
des alioquin & indoctos tantis esse virtutibus
ornatos præ aliis, quoniam alij philtris confidentes
laboribus, non ita possint tanquam ex pro-
prio sibi peripateticos monachi, occupari in pro-
priis laboribus, etiam fructus propinquos colligāt.
Scribit Gregorius [e] Benedictum, deiectis litera-
rum studiis, recessisse, relicta domo, rebusque pa-
tris, cum Deo placere desiderauit, & sanctæ con-
uersationis habitum quærere, sciens nescien-
tem & sapienter indoctum. Bernardum [f] lege
differentem de scientiæ commodis coniungere
cum pietate. Verè Hieronymus [g], nec rusticum
& simplicem aut ideo se sanctum patere debere,
si nihil nouerit nisi peritum ac eloquentem, lin-
guæ vltimate sanctitatem. Retulit signum se re-
sponsum is, qui inscientiam literarum, quam
pro munere minimè habere debuit, excusabat,
dicendo, *litera occidit*: bene cauisti ne te litera oc-
ciderent, quia nullam calles. Id facete Morus lusit
epigrammate.

Mygerę puer dominę cauit literas, ne ore
Hinc, rem, quę cauet literas, semper habes.
Cauisti bene tu, ne te vlla occidere posset
Littera: nam nulla est littera nata tibi.

Hactenus tractatus hic locus ex editione vulga-
ta, quæ habet *in naturam*: & in multis codicibus
Græcis atque apud Euthymium, Nicephorum,
& vt videtur etiam apud Basilium siue Theodo-
retum, γραμματείαις, pro quo plurali numero le-
git in singulari γραμματείαν interpres Latinus.
Deinceps agit de alia versione valde celebri
apud Latinos, & apud aliquos Græcos, quæ-
que in nouata editione LXX. reficta est, vt
minutim legitur, *quoniam*, vel, *quia, non cognoui*
negotiationem. Græce, πραγματείαν. Sic Latine extat
in duobus psalteriis, quæ soleo nominare id est, in
Gallicano, & Romano, cui additur vetus: item
apud Augustinum, Arnobium, Cassiodorum, &
in Commentario Hieronymi, præterea in meta-
phrasi Apollinarij, quæ sic habet:

ὅτι οὐκ ἔγνων δύναμιν τὴν ἐμὴν ἐν ἀδίκῳ ἄνω.
Quia non cognoui potestatem meam in iniquo damno.

Citat eadem pacto Auctor operis imperfecti [h],
quamuis cum Græcè legere non licuerit, & La-
tinum aliqui esse confingant. Augustinus etiam,
qui vulgatæ nouæ versionis meminit, eamque
declarat, vt vidimus, vidisse te Græcam indicat;
dum docet negotiationē in Græca lingua ab *actu*
dici, quasi diceret πραγματείαν ἀπὸ τοῦ πράττειν. Vtitur eadem lectione Gelasius Papa in Episto-
la Decretali [i]. Ita legit & Ambrosiaster [k], quam
vis indicet legisse, *non cognoui negotiationem meam*. Puto
potuisse vocem eandem Hebræam reddi per *ne-*
gotiationes, & eandem significare etiam per γραμ-
ματείας; ita vt non sit opus propterea legere
πραγματείαν; quo tamen modo restitutum est in
emendata editione Lxx quod male factum mihi
asserere Agellium; qui emendationi interfuit.
Nā apud Hebræos סֵפֶר *sepher*, Græce γραμματεῖον
& Latine *scriba* est *liber ab scribendo scriptus, quo rationum, no-*
tarius quòd in scribendo annalium, temporum, gestorum,
actorum publicorum, censuum ac tributorum, & causa-
rum, idemque aliquando quod *quæstor*; præterea,
interpres diuinarum scripturarum legis & Scripturæ
interpres, versatus in rebus Ecclesiasticis, qualis Es-
dras magni nominis, sicut iuxta priorem quæ-
storis notionem Saphan dictus *scriba Templi Do-*
mini [l], curans comitari pecuniam ad fabricam:
ac non alius, qui dicebatur, *scriba principis militum*, & *probabat tyrones* [m]. Græcè scribens populo
ait, γραμματεὺς τῶν λαῶν, γραμματεῖον τῶν
λαῶν τῆς γῆς. Hebraice אסיפת הם *hammaasiph*, *congre-*
gatio cœtuum, quæ congregatio expressius Chal-
daice dicitur per בֵּית מַנְדְּשָׁא *manjh*. Ergo cum scriba
hæc duo significet, possunt etiam סְפוּרוֹת *sphoroth*,
significare *literaturas*, vt hæ comprehendunt tum
literarum peritiam, tum literas tractandis negō-
tiis necessarias, & ipsa negotia, siue negotiationes, in quibus continetur etiam computus, ac
numerus, qui exacte initur de rebus maioris
momenti, & quæ sunt nobis magis cara, & curæ.
Fateor *literaturæ* acceptionem apud alios linguæ
Latinæ auctores non aliam reperiri, quam pro
grammatica, vel litterarum, id est, scientiarum,
peritia & cognitione. Græca vox γραμματεῖαι
Suidæ est idem quod ἐξετάσεις, itaque hic accipi
vult, sed γραμματεῖον, atline nomen, *tabula est*,
seu *ubi agraphum, tabella, libellus, commentarius aut ar-*
gentary, locus quoque *ubi pecunia reponebatur*. Vt
non sit mirum, si vniuerse *negotiationes* denotet,
etiam *sæpius*, vt Apollinar. exposuit, id est, *mer-*
caturæ, non solùm scientiam literarum. Mercato-
ria quidem negotiatio, vel alterius generis non
ita facere videtur ad rem, sicut vel enumeratio,
vel scientia, prout antea declarauimus: nisi per
catachresin animi occupationem in supputan-
do, aut discendo, *negotiationem* vocare placeat.
Tamen ex *negotiatorum* vocabulo captauit occa-
sionem Augustinus, & alij, id grediendi in eius-
dem pericula: licèt ipsam per se non damnent,
sicut nec artes, & alia opificia, & diuitias; sed
abusum, quem etiam Christus, cùm eiectis
mentibus, & vendentibus de Templo, venit
id fieri domum negotiationis [e]. Et ludit idem
Augustinus in etymo Græci vocabuli πραγμα-
τείας, ab opere: & Latini, *negoti*; quòd neget otiū;
mystice quoque inter, pretetur hæc nescire, qui sibi
metipsi non attribuit meritum bonorum ope-
rum, sed Deo. Cum autem Cassiodorus negotia-
tionem dicit, quæ possint vitius comparari,
cariùs velle habere, & indicat esse talem à
Christo; & Auctor [f] operis imperfecti scribit,
quicunque rem comparat, vt integram & im-
mutatam vendendo faciat, esse mercatorem,
qui de templo Dei eiicitur; S. Thomas [g] respon-
det loquutos de illo, qui vltimum finem in lu-
cro constituat; plusque præcipue videri, quando
rem non immutatam ea vendit: tamen in-

[a] Isid. lib. 1. Etym. c. 1.
[b] 1. Cor. 8.
[c] 8. Conf. c. 2.
[d] In vita.
[e] Dial. 2. c. 8.
[f] Serm. 36. & 70. in Cant.
[g] Epistola.
[h] Hom. 33. in Matth.
[i] Decret. Gelas. Papæ I. c. 6.
[k] 1. Cor. 6.
[l] 4 Reg. 22. 3. & seq.
[m] Ierem. 52. 25.
[e] Ioan. 2. 16.
[f] Homil. 38. in Matth.
[g] 2. 2. q. 77. a. 4. ad 1.

Περγαμηνὴ

Literatura quid vocetur.

Γραμματεῖα.

Γραμματεῖον.

Negotiatum, quasi negotium.

com

cerum intendi posse licite propter alium finem necessarium, & honestum. Cassiodorus quidem aperte approbat vsum negotiationis tum exemplo Paphnutij, qui negotiatori comparatus est, tum parabolas Christi [a], & quod traditur dimittere, vt essemus boni trapezitæ; tum quod testatur inuentos suo tempore in Ecclesia tractatores mercimonia, qui summa fide pollerent. Negotiatores ejecti sunt à Christo, quia irreligiosè tractabat locum sacrum. Et in genere verum est quod ait Augustinus, hominum non rerum peccata esse. Propter circumstantiam quoque personarum, quas non decet exercere mercaturam, Gelasius [b] vsurpans hunc locum, & alium Pauli [c], *ne militans Deo, implicet se negotijs secularibus*, reprehendit Clericos negotiantes. Postremo cauendum curijs negotianti, ne *in multitudine negotiationis repleantur interiora eius iniquitate* [d], quoniam *diffícile exuitur negotians à negligentia, & non inuoluatur crapula & peccatis labiorum* [e]. & is, cuius *in multis sunt actus*, & sic fit *anima non est immunis a delicto* [f]. Ita debemus quoque Ambrosium [g] intelligere; cùm scribat sanctum Dauidem, in negotiationem introisse se negare, quia pretiorum captare incrementa non simplicitatis, sed versutiæ est. Vtos Christianos commercijs gentilium, Tertullianus [h] docet: quamuis complectatur de eorum sterilitate lenones, tecarij, venenarij, magi, arioli, aruspices, mathematici, & alij, quibus, inquit, infructuosus esse magnus fructus est. Leo [i] autem scribit, quòd qualitas lucri negotiantem excusat, aut arguit, quia est, & honestus quæstus, & turpis. Subdit verò quod poenitenti verius est eum dispendia pati, quam periculis negotiationis obstringi, quia difficile est inter ementis & vendentis commercium non intercurrere peccatum. Subtilitèr disputat Greuenus [k] de triplici negotiatione laicorum, clericorum, mercatorum: simul de literatura, vbi cum explicat non cognoscere, qui ex his tanquam ex voce, fructum temporalem non requirit, profectò per accommodationem loquitur, & *cognoscendi* vsurpat verbum.

a Matth. 13.

b Epist. decr. c. 11. & est in Decreto 88. 6. contra quosdam *Clericos negotia non oportere exercere*.

c 2. Tim. 2. d Eccles. 20. 10.

e Eccles. 20. 28.

f Caput 12.

g Officior.

Cùm vetus Christianorum cum Gentilibus.

h Apolog. c. 37.

i Ep. 92. ad Rusticum Narbon. Epist. 94. *Quæritur licet negotiatori cuiquam aut artifici.*

Inter commercium ementis & vendentis nullum esse non interuenire peccatum.

k Vide Greuen. in Politica.

Vers. 16.] Introibo in potentias Domini: Domine memorabor iustitiæ tuæ solius.

Scrupus lect.

DIctiones primas quatuor multi quidé coniungunt cum fine præcedentis versus; sed Hebræus textus, quem hac in parte sectatur editio vulgata Biblica, & Augustin. hunc ordiuntur versum nouum. Cuius distinctionis Euthymius quoque meminit. Posteriore modo asserit Dauid absolutè se *introire velle in potentias Domini*, ac memoriæ iustitiæ ipsius solius. Priore autem datur rationem cur *introire* decreuerit *in potentias Domini*, ac memor esse iustitiæ ipsius solius; quia scilicet non cognouit literaturam. De priore nexu dictum antea satis, & quo pacto videatur ignoratio literaturæ in causa esse, vt quis tota die incumbat in prædicationem iustitiæ ac salutaris diuini, siue literatura numerum, siue scientiam, siue etiam negotiationem significet. Verum modo *introire in potentias Domini*, dum pollicetur Dauid, intelligit fortia, & egregia Dei facinora potentiam illius excellentius testantia aggredi: tandio velle, vt laudibus celebret; tum etiam commemorare iustitiam [a], fidelitatem, & clementiam in promissis præstandis, in se de hostibus vindicando ac liberando; item præ se ferre, palamque profiteri, nullo suo id merito factum, sed benignissima omnipotentia Dei: deinde solam se spem in summo discrimine, proponendo ante mentis oculos, quanta soleat Deus benignitate atque potentia opitulari sperantibus in eum: & quia id iam prius multoties sit expertus, tandem implorare potentis auxilium Dei: vt quod expers ac rudis scientiarum non potest, valeat vtcunque prodigere præ dicare laudes Dei. Euthymius innuit esse introire in Templum Ierosolymitanum, vbi laudatur Deus rogitet, & potentia ipsius, vt ibi potè eiusdem periculum commemoret, & commendet solam iustitiam Dei, qua solus de hostibus vindictam sumpserit:

Mystica interpretatio.

Mystica interpretatio. *Introibo in potentias Domini*, qui salui sibi, sed illi tribuo, & memor est iustitiæ solius eiusdem, qui quam ipse habet, eadem accepiam fert. Sic Augustinus, & alij. Quò spectat, vt se ab infirmitate legis translatum factum dicat ad efficaciam Euangelij. Id idem innuunt, nec non in Epistolam ad Galatas [a], Hieronymus, quod quoque prius monui. Cassiodorus habens respectum ad versionem, in qua est vox *negotiationum*, ait, *introire in potentias Domini*, qui talibus artibus ditari, ac potens fieri non quærit, sed hoc vnum curat, vt ad cœlestia regna perueniat, & cum iustus iudex veniet tententiam, introeat in gaudium Domini sui. Hanc Bernardus [b], opponens potentias istas infirmitatibus, quibus penitus exuuntur beati, nihil nisi iusta, & iustitiam cogitantes, toti ebrij, ac tam formati in Deum, & vnus Spiritus facti cum ipso. Quidam [c] *introitum in potentias Domini* de cœlesti quoque accipientes beatitudine, per *potentias* virtutes ex Ordinibus Angelorum, quæ vocantur Potestates interpretantur, aut omnes etiam Angelos, qui sunt potentes virtute, & ministri, instrumentaque potentiæ Dei, & mirabilium operum, quæ potentia exercent.

a In c. 1.

b Serm. 2. in Pf. Qui habitat, & Epist.

c Dicens se ego introibo in potentias Domini, & quæ sequuntur, per communionem Sanctorum.

Introibo in potentias Domini.] Hieronymus, *ingrediar in fortitudine Domini* & alibi [d], *in fortitudinem*. Sed recitat Treuetus hoc loco, *ingrediar fortitudines*, éstque Hebræum nomen pluralis numeri cum præpositione בגבורות *biguburoth*, quod mutato puncto posset esse singularis גבורת *geburath*. Græce legitur numero vnius, *in fortitudine*, & legit Augustinus, *in potentiam*. Psalmo 58 [e], ad ea verba, *non introibit in iustitiam tuam*, egimus de hac formula, quid importet *introire in iustitiam*, *in gaudium*, & similia. Potest significare aggredi, narrare fortia Dei facta, adhibere animum ad Dei contemplandam in suis mirandis potentiam: incedere ac progredi fretum Dei potentia in expeditione bellica, vel alia contra persecutores: perstare in firmo proposito, statuque perpetuo, & non deficere, aut retrocedere, aut se alienare à Deo, quantumuis grauent mala, quia satis habet ille potentiæ, vt ab omnibus liberet: totum se committere, ac permittere potentiæ Dei, vt faciat quidquid collibuerit, *humiliare se sub potenti manu Dei* [f], introspicere quid sibi velint mirabilia opera Domini, & ipsam quasi medullam illorum penetrare, quod non faciebat rudiores Hebræi circa prodigia edita à Deo: adiectus quasi habet obiectiones infidelium, & hæreticorum, & malorum Christianorum, Deo opponere poten-

d Isaiæ 45. Ep. ad Galat.

e vers. 8.

f 1. Petri 5.

tiam.

tiam, vt quamuis expers literaturæ scientiæque, respondere ac satisfacere non possis, satis tibi sit scire omnia Deum posse: vt tota ratio facti potentia sit facientis, neque admodum cures ignorantiam literaturæ, sed profitearis etiam libenter *te factissimum eorum*: & quòd *sapientia hominum non est tecum, nec didicisti sapientiam, & non nouisti scientiam sanctorum* a, id est, beatorum. *Potentias* pro Ordine Angelorum, qui potestates dicuntur, non reperio, nec dicuntur *Fortitudines* sed *Virtutes*.

Donec annunciem brachium tuum generationi omni.] Primum nomen iungit Hieronymus & alij prioris membro, *introibo*, seu, *ingrediar in potentias Domini Dei*. perinde est quomodo legas modo. Sensus est, vt se illi metipsi molle hic iter non vagari, velutique per varias ætatis huius ideas, & circumspicere vnde colligat auxilium, vbi spem locet, velle in vno Deo figere fontes, & cogitationes omnes, illa mira suauitate Dei, quam se prouectiorum perpetuò profectus est, tantorum aut beneficiorum, quæ interdum nullitia significat, aut in præstandis promissis fidelitate. Caietanus nullitia intelligit, quam Deus exercuerit in primos parentes, primum hominem in limo, in diluuio, &c. quæ se Dauid ingenuè cõmemorare velle ait, vita cum potentijs Domini. hoc est, rebus a Deo potenter gestis, tum ad iustitias hostes Hebræorum Ægyptios, Amorrhæos, & alios. Quæri potest, quomodo *ingrediatur* quis *in potentias Domini*, & *memoretur* tamen *iustitiæ eiusdem solius*. Respondeo *si ingredi in potentias*, sit de illis cogitare, ac non potius in eas tefe velociter proijcere, vt inde vires colligas, cogitatio illa eò tandem intelligenda spectare, vt iustitiæ diuinæ potissima ratio habeatur, quatenus Deus potentiæ suæ opera refert ad iustitiam. Eis modis sumptam, quos diximus. & prout qui hic loquitur, opponit merita sua, quæ nulla in se per se agnoscit esse, diuinæ iustitiæ, quam potenter & ex beneplacito gratiæ dispensat esse exercere. Hac ratione vel reliqua includit attributa Dei ad horum vtilitatem, vel de hoc præterea fit expressa mentio, propter allatam causam. Viderint Hæreticos esse, solam ita iustitiam Dei agnoscentes, vt nullam nobis veram concedant. *Nemo vos seducat*, ait Ioannes b, *qui facit veritatem ex Deo est, sicut & ille iustus est*. Dauid quoque nolit Dominet iustitiæ præponit Deo vt hic verbum *memoriam ipsius* Eadem iustitia, quæ semeta nostra est, dictum Dei solius, quia tota me primo vocationis, & auxilij, solus est Deus operatus ad id nobis sine nobis; & ipsam habitam gratiæ prodiit tolles etiam in adultis: hæc sola, absque dispositione, quæ ipsa secundum a rebus gratiæ præuenientis a solo Deo est. Quæ omnia hic lectionis de hac gratia, hac iustitia meminisse oportet, & etiam si mentem peteret, qui meminerit vult iustitiæ, vt solius Dei est, non negat meritum suam, quæ a Deo est. In Psalterio Romano ab his verbis versus incipit, & bene procedit versio ad *donec annunciem*, &c. In Gallicano idem est prope punctum, sed ibi desinit *a iuuentute mea*. Quæ dicendo, quid sentiat, ostendit, in quibus non immorabitur. Moneo quoque videri vtendum lectionem apud Au

Donec annunciem potentias tuas, in memoriam iustitiæ tuæ solius. Repugnat omnium ad-

lectionum exemplaria, & [illegible]

lenandi vitia.

* * *

A *Vers.* 17.] Deus docuisti me à iuuentute mea: & vsque nunc pronunciabo mirabilia tua.

Vers. 18.] Et vsque in senectam & senium: Deus ne derelinquas me.

Donec annunciem brachium tuum generationi omni, quæ ventura est:

Potentiam tuam.

QVia ingenuè fatius erat, se non *cognouisse literaturam*, siue scientiæ, siue numeri, vt pellam æstimare, & aliquo pacto comprehendere, per illum posset supputare, ac percensendo numerare infinitam multitudinem & diuinarum perfectionum, & beneficiorum, quæ accepisset a Deo, ac proinde constitutam sibi fuisse inhærere in contemplatione potentiæ atque iustitiæ Dei: nunc ait pro doctoribus hominibus aut libris, vsum se Deo ipso docente, iam inde ab infantia exstare, nempe per experientiam dictæ potentiæ ipsius, iustitiæque, & per inspectum diuinum, quo perspiceret quæ a Deo donarentur sibi. Quapropter, vt se huius ipsius veluti noui ad priora beneficij, sine quo frustra viderentur esse, memorem declaret & gratum, promittit se, quod nec facere hactenus omiserit, palàm sempérque, quoad vita suppetet, vsque etiam ad extremam senectutem in cunctos, præsertim operum illius admiratione dignissima, quanta quæ fecerit animæ suæ, ad miraculum ac stuporem etiam aduersariorum. Sed quoniam satis agnouerit, nec hoc sibi præstare fas esse, sine eiusdem beneficentia sui Dei auxilio, etiam si contra ætatem illam senectutemque grauiorem, debiliorémque: idque vt posteris testificetur vim ac robur brachij, seu potentiæ Dei, posthumus se quoties, tàmque mirabiliter à summis periculis liberauerit, vt valeat ad exemplum & doctrinam aliorum. Multis modis hæc eadem iunguntur mystice, qui melius in particulari explanatione attingentur.

Deus docuisti me a iuuentute mea.] Hieronymus, *ab adolescentia mea*. lege iam dicta versu 5. vbi est eadem Hebræa vox נעורי *adolescentiæ*, & Græca νεότητος. In Psalterio Gallicano, *Deus qui docuisti me*, in bibliis Complutensibus, & Regijs, *Deus meus, qui*, sed Græce ibidem, & apud Euthymium, ac Nicephorum, ὁ θεός μου ὃ ἐδίδαξάς με. *Deus meus qui docuisti me*. Videtur eo modo legisse Apollinarius, aliquid supplendo:

ἐξ οὗπερ μ' ἐδίδαξας ἄπαρ ἔτι παῖδα νεμεῖν,
Ab adolescentia docuisti me, qua fui immortalis pastor.

In emendatis bibliis Græcis, ἐδίδαξάς με ὁ θεός. *Docuisti me Deus*. Aquila ὁ θεός ἐδίδαξάς με. Rectè monet Hieronymus a pronomen, *meus*, illic superfluum: & Hebraice est אלהי *deum*, absolute, sine affixo, & quidem ante verbum cum affixo מנעוריי *iammadihem*. Duo illi Græci notant hic hyperbaton, & sic euoluunt, *Deus meus annunciabo mirabilia tua, quæ docuisti me a iuuentute mea, & vsque nunc*. Placet etiam Iansenio, non autem quod alij explanant, sumendo pro præterito futurum. *Docuisti me a iuuentute mea, & video usque in hoc tempus semper pronunciare mirabilia tua*. Dauid edocetur in se dominus profiteatur, tum in

a Ephes. 3.

historia

a Iosa. 23. 1. 3. 4. b vers. 8

historia Regum a, tum in Psal. 50 b. Non est repetenda ætatū distinctio vel nostrarum, vel mystico sensu, hominum ante legem & deinceps, quā hic adhuc Græci innuant, & Auctor operis imperfect c, vel Ecclesiæ in iuuentute, vt ait Glossa, quæ est Cassiod. & Aug. alio-tūmque, sub martyrib. nūc quando proficitur senect, cū incipiet frigescere caritas, mundique tempora decrescent; in senio, tempore Antichristi: vel cuiusuis fidelis, vt idem Aug. Cassiod. Rabb. alij docent, qui doceatur a iuuentute per fidem, tum etiā postea vsque ad extremū vitæ vel ætatis iuuetur auxilio gratiæ. Auctoris quē modò nominaui, nō possum quin hoc loco rursum ponā sententiam dum explicat illud cuiusdā responsum d, *hæc omnia seruaui à iuuentute mea.* Iuuentus eius, inquit, fuit à tēpore Mosis vsque ad Reges: Virilitas ex tempore Regū eius vsque ad transmigrationem Babylonis. Senectus a transmigratione Babylonis vsque ad Christum, quando & mortuus est populus ille, propriā interficiens vitam. Tum subdit de illo ætatib. loqui nunc populum per Prophetā, & ita citat *Dum ne memorabor non habeas tua fōlue*, vitiose *fōlue*, pro, *fōlue*, vt antea monui) *Domine, quam docuisti me ex iuuentute mea*, i. ex tempore Mosis, quando legē ad eruditionē tuam accepit, *& vsque nunc pronunciabo mirabilia tua*, quod est in tempore Regū, & vsque ad senectā & tenium. *Deus ne derelinquas me, donec annunciem brachium tuū generationi omni, quæ ventura est.* quod factum est in tempore Christi; quando qui digni fuerūt ex eis credere in Christum, brachiū Domini annuntiauerunt omni generationi gentium postmodū credentium in Christū. Videtur hinc Auctor doctrinæ materiā interpretari iustitiæ, de qua prox. nē mentio præcesserat, cāmq; sub lege quā credidit Deus Moysi, fuisse comprehensam. Eandem iustitiā indicant illa ex Apollinario prius citata ἀ ὑμᾶς, ἃ ἐφύλαξα: & Aug. quòd *memoriam iustitiæ tuæ solius* debeamus, considerando non redditam debitam pœnam, sed gratiam. Sed Græci quæ doctum se dicit a Deo, volūt esse mirabilia, quæ hic exprimuntur; & possumus interpretari *mirabilia*, tum in liberādo populo, tum in lege dandā, & eodem deducendo per desertum, præter alia in prioribus operibus creationis, diluvii, conflagrationis Pētapolitanæ, & alia, nec nō quæ vocatur *mea lex* de lege considerāda e. Hoc præ se fert lectio Græca, de qua memini; ὁ θεός μου ἐδίδαξάς με ἐκ νεότητός μου, καὶ μέχρι νῦν ἀναγγελῶ τὰ θαυμάσιά σου. *Deus meus quæ docuisti me à iuuentute mea, & vsque nunc pronunciabo mirabilia tua*; illa scilicet quæ docuisti me. Modus docendi a Cassiodoro fuisse dictum, aut per libros, aut per tabulam fidē. Hugo etiā, per flagella vt docere pueri solent. Nō potest quis super omnes docentes exti. infecus, nisi sit *θεοδίδακτος & doctibilis Dei* f, & *manu ducta Dei quasi* b ad fidē eundem ea. Opportunè idē Hugo illos reprehendit, quorū non vnus *magister* Christus h, *a iuuentute sua*, sed vel Iustin. vel Galen vel Arist. Accōmodare secta tam possumus ad eos, qui pene a puero cœperūt imbui cognitione rerū diuinarū, cuiusmodi fuit Origenes: vel qui, ex quo cōplexi sunt Christianā religionē, in ea mirabiliter docti fere confestim euasērūt; quales Cypr. Hil. Ambr. quod multò magis affirmari potest de rudiore prima Ecclesia, per S. sanctum viuibiliter cōmunicatum, qui deinceps docet, suggeritque eidem Ecclesiæ omnia necessaria tum in dogmatibus, tum in moribus communibus.

d Matt. 19. 20.

c psa. 9. 12.

f Esa. 54. 13. Ioan. 6. 45. 1 Thess. 4. 9. 1 Pet. 2. 17. h Matt. 23. 10. Quæ non vnus magister Christus a iuuentute sua docuit, sed alij ante alios, certum est prophetas. Quæ ratio accommodatior.

A *Et vsque nunc.*] Vel, *quæ docuisti me a iuuentute mea, & vsque nunc*, tam inde ad hoc vsque tempus *pronunciabo*, nimirū *mirabilia tua*: vel *vsque nunc*, *& a iuuentute mea*, quæ docuisti. & simul pronūciabo etiam in futurum, eadem nēpe *mirabilia tua*, vel *quæ docuisti me a iuuentute mea*, & quæ inde *vsque nunc mirabilia tua* præcesserūt, ac perdurarunt, illa *pronunciabo*. Quodlibet eligo, dummodo percipias in hac oratione (*vsque nunc pronunciabo*) hæc cētil. nō quidpiā suppleri, quia verbum futuri temporis magitur aduerbio rēporis præteriti. Quare, aut, *vsque nunc*, necti debet cum verbo præterito, docuisti, i. quæ docuisti vsque nunc, illa *pronunciabo*, videlicet *mirabilia tua*: aut subaudiri, licut vsque nunc pronunciaui, pronūciabo quoque deinceps. Nulla autem ratione admitto, vt in versione Latina futuri temporis, *pronunciabo*, sumamus pro præterito, *pronunciau*, quidquid sit de Hebræo verbo, quod in altero expressum, accipi potuit, debeatve pro alio. Nā cum interpres Latinus alterum debuit ponit, non facit potestatē, vt pro altero accipiamus. Apollinarū audit: ἕξ ὧν μέ ἐδίδαξας ἄνωθεν ἐκ παιδὸς, τ' ἀνέκ θεν ἐκ παιδὸς ἕως γήρους. *Ab adolescentia me docuisti, quæ fui, immortalis fui*; *& usque dicam opera, & hæc vsque nunc prædicabo.* Refert illud τὰ ἄνωθεν *hucusque*, ad opera in illud vsque tempus facta. Facilior expositio Euth. & Nicepb. quā retuli, propter quā puto aliquem ad textū iuxta vnam editionem, quam etiā recitauī, adiunxisse pronomen *a*: *Deus, quæ docuisti me a iuuentute mea, & vsque nunc mirabilia tua, pronunciabo.* Et clarius, *Deus pronunciabo mirabilia tua ea quæ docuisti me a iuuentute mea, & vsque nunc.* Vbi obseruandum quoque quod (*nunc*) inclusit præsens tempus, nō excludit futurum, & significatur quòd vsque ad præsens tempus docuerat Deus, non quòd in posterū non esset docturus. Nec satis aptam censeo sententiā Augusti, vt *vsque nūc*, significet quamdiu durat hæc vita, & promittat Dauid se quoad viuat, mirabilia Dei pronuntiaturum. Nam particula *vsque* restringit potius præteritum, quam minuat limitationem futuri.

B

C

D *Pronunciabo mirabilia tua.*] Hier. & Aug. *annunciabo*, illa quę docuisti me à iuuēnte mea, & vsq; nunc, sunt verò mirabilia. Vel, quia docuisti me à iuuentute mea vsque nunc, i. eo pronūciabo mirabilia tua. Pro *mirabilia* vertunt alij, *sapientia*, vel *disciplina*, vel *miracula*. *Mirabilia* quæ intelligat, diti. Horum filios narrationem Dauid crebrò proponit a, & ad eandem alios imitat b, ac ipsamet opera vt *magnificentur Domino* c, & narrāda prædicit d, & scribit Sapiens e: *Nunne Dominus fecit Sanctos enarrare omnia mirabilia sua, quæ, &c.* Mirabilia opera naturæ; sed multò magis quæ sunt in ordine gratiæ, eāq; quæ pertinent ad iustificationem, quam egregiè hoc loco præfert Aug. exceptionem à mortuis. Hilar. f de diuina Ioānis loquens doctrina, quę in exordio Euāgelij elucescit, quærite, ait, & intelligite, circūspicite vtium mirabilius factis mortuū excitasse, an imperito (pisc. tori, vt ipse cū vocat, genti, ignoto, indocto, manibus lino occupatis, veste vuida, pedibus limo obliris, quique totus erat è nauī scientiā doctrinæ illius intimatis? Mirabilia Cassiod. ait fuisse, vt doceretur indoctus, vt ex perfido fieret deuotus, vt ex peccatore iustissimus. Rufinus, vt Creator fieret creatura. Deus humanā naturā susciperet, sanguine suo peditum hominem redimeret, de morte ad vitā, de mundo ad gloriam reduceret.

E

a Psa. 9. 2. Psa. 70. 17. Psa. 74. 2. Psa. 104. 2. Psa. 105. 2. b Psa. 39. 6. Mirabilia operis nostra sed mirabilia magis [illegible] gratiæ. c Exod. 15. 11. d Psa. 144. 5. e Eccl. 42. 17. f Ioan. Tract.

Opera gratiæ mirabilia super omnia.

Et usque in senectam & senium ne derelinquas me.] Hier. *Imperat & usque in senectutem, & canos. Alij, quam & usque in senium, & canitiem, vel in senio, seu senectute & ætate decrepita.* Duplex sēsus, aut quod cū docuerit Deus vtq; ad hanc suprema ætatem, quo pacto separatim peteret non derelinquat, aut vt eōdē contextu oret in dicta ætate non deseri: sicut nec eo vtq; destitutum se fit expertus a docente ipsum Deo. Ait enim etiā versu 9. orauerat *ne projicias me in tempore senectutis, cum defecerit fortitudo mea, ne derelinquas me.* Alio namq; tempore, *usque ad senectam, & canos*, quod sequitur, *donec annuntiem brachium meum generationi omni, quæ ventura est.* &c. Mystice de Ecclesiæ senectute quidā ætatem hanc intelligunt, inter quos diuinus ex Augustino, & alij. Quod attinet ad *senectam & senem*, notat Cassiod. licet Aug. duo nomina esse apud Græcos dicta, *senectam* grauitatē vitæ, *senium* ætatem sic Latinam. sed quia Latinitas hæc duo discretiora nomina non habet, ætates hic duas quam simili nomine suscepimus, id est, senectæ, & senij. Nam πρεσβύτης ait Aug. dicitur *grauis*, vnde apud nos *Presbyter*, & *presbyter & senex*. Hoc loco ab exacta nomina sunt γήρους καὶ πρεσβύτου, ordine inuerso ab eo, quem Aug. & Cassiod. declarat merito, indicates maiorē ac posteriorē ætatem esse senij, & minorē, quæ prius hoc Græca dicitur, ad eā γηρας, quæ is esse quam πρεσβύτης, vt teneretur. Apud Latinos prouidentiores nitis nominibus distinguebantur ætates, vt distincta essent, *puer, adolescens, iuuenis, senex, senectus*. Sæpius quidem ex canitie indicē ū seniores de grandiore ætate, vt proinde qui ex Hebraico vertant, non solum Apollinaris loco tempore canos canitiemque potuerint. At contingit etiā interdū præmaturā nōnullis canitiem, vt ēā tetigisse Horat. [a] de nonnullis ab ipsa quoque puertia in Alaunia Plinius [b] nec non ex aliquo morbo, de quo Aristoteles [c] quibus tamen cum recuperata valetudine deliuerēt cani, se renasci crederent. Sed ecclesiastes integrum vniuersæ expectabat ab anno 50 vel 56. vel summum a 60. quia circa hæc spatia corporis vires meq; iam minuuntur, vt cani nec deficere, homo senex non deficere, quod idem ēo tēpore *senectus* appellatur [d]. Extremam senectutem, senia neque sunt qui eo definiāt annum, de quo hæc contexuerit verba Psal. 89 [e]. *Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni*, &c. Alij addunt, & quidem vsque ad 120. annum. Nominatur a Seneca [f] senectus quasi flatus non sentiendi, deficere, non cupiendi, quæ ætas maxime eos claudicare consuetudine sermonis, quidam grauem, quidam odiosam, quidam molestam, quidam tristem, quidam ad omnia inutilem, quidam ad bene beateq; viuendum impotentem, & quasi dicas *mortuam*, *quæ tamen* (inquit) *hanc animi propensionem habet, vt in suscepta semper iuuet*. Quamquam Latini dicebant *Capulator senex*, hoc est mortī adeo propinquos, vt non capulo, seu feretro sint eludendi, & Græci etiā γηροβοσκοτάφοι, aut etiā *proferati*, *senes, ac ipsa ætas*, ἡλικία μακρά, καὶ γηροβοσκοτάφος. In Ecclesiastico [g], *nimis ætas senectutis*, & *ætas senectutis*. Græce dicitur πλησμονὴ γήρους, & γῆρας γεμᾶν. Ibidem qui Latine seniores, vocantur γεγηρακότες, γηρᾶν. Apud Hebræos conferatur quę de posteriore positum loco יָשִׁישׁ *senex*, quam מִזְקֵן *senior*, & Doctores in Midrash senectutem Ithamari ad annos 60. cum ea ad 70. ac Samuel

A dicebat de ea, *Senectus*, זִקְנָה, *senectus*, יָשִׁישׁ *senex*, apud Hebr. Græcos, Latinos, ita ש יָשִׁישׁ זִקְנָה, *senex senectus

turus est, vel, *meæ ætatis hominibus*, & *vniuersæ posteritati*, vel, *generationi*, *cuicunque venturæ*: vel, *generationi*, *omni qui veniet*. Aug. *generationi omni superuenturæ*. Psalterium Gallicanum, *generationi venturæ*. Hebraicum verbum לְדוֹר *lador*, indicat genus masculinũ. Est autem דור *dor*, generis fœminini. Paraphrastes generationem alteram explanans, obstat Campensi, cuius est illa interpretatio de hominibus, qui viuerent Dauidis ætate. Dauid porrò annũtiaturum se posteris intelligit scriptione Psalmorum suorum, qui sua viuentibus ætate annuntiauerat multis modis, variisque sermone. Augu & Remigius colligunt Ecclesiæ perpetuitatem, vsque ad finem seculi; quia finito seculo, iam, inquit, nulla superueniet generatio. Isidorus [a] argumentatur non solùm propter Iudæos, sed & propter omnes gentes, testamentum legis datum esse. Affert similem locũ ex Psalmo 21 [b], *Annuntiabitur Domino generatio uentura*. Consule quæ ibi dicta sunt. Asserit Irenæus [c] prædicationẽ Ecclesiæ vndique cõstantem esse & æqualiter perseuerantẽ, & testimonũ habentẽ a Prophetis, & ab Apostolis, & ab omnibus discipulis per mitia, & medietates, & finem, & per vniuersam Dei dispositionẽ, nosque eam perceptam ab Ecclesia custodire, & illam semper à spiritu Dei, quasi in vase bono eximium quoddam depositum iuuenescere, & iuuenescere facere ipsum vas in quo est. Profectò iuxta hanc Irenæi sententiam argumentari licet, multo magis verbum ac spiritum Dei, quibus alitur, & vnitheatur Ecclesia, ipsam ab omni corruptionis ac vetustatis spiritualis iniuria posse liberare, quàm liberasset ab vltrò incommodis corporalibus vitalis in paradiso ligni gustatus. *Renouatur* vetus homo noster beneficio gratiæ *de die in diem* [d], vt non frustra sit, si eo velimus vti beneficio, adhortatio Pauli [e], vt *renouemur spiritu mentis nostræ*, & vt *in nouitate vitæ ambulemus* [f]. *Lætificat Deus iuuentutem nostram* [g], & renouat, *vt aquilæ* [h]: imò impedit quandoque, ne vnquam veterascat, ita vt vsque ad senectam, & senium non deficiat, id est, non permittat inueterascere, ac senescere. Philosophum nescio quem Galenus [i] reprehendit, qui se rationem professus nosse, eo vsque quo quis nõ senescaret, docetque nullum esse animal ἀγήρων, *insenescibile*, cùm sit naturalis senectus, & opera naturæ sint ineuitabilia. Et ob naturalem loci constitutionem memorant aliqui [k] posse diutulinè vitam protrahi, sicut in Hiberniæ quibusdam insulis; ita vt deficiente demum humido radicali anima tamen ex corpore difficile recedere valeat, ideoque ad cõsulendum, ex diuturnis laboribus doloribusque, fastidio vitæ, illinc procul in aliam regionẽ trãsferri se homines curent; vbi facile moriantur. Difficilè id sapientes viri probãt. Nihilominus quid hoc ad immortalẽ vitam supernaturalem immortalis secundum naturam animæ? Vtitur idem Irenæus [l] ad perpetuitatem istam, veluti*que* insenescẽtiam Ecclesiæ, demonstrandam, exemplo vxoris Lot *in statuam Salis* conuersæ [m], & offendentis per naturalia ea quæ sunt consuetudinis hominis, id est, menstrua (de quibus seu Tertullianus, seu Cyprianus, in Carmine de Sodoma) quoniam & Ecclesia, quæ est *Sal terræ* [n], subrelicta est in confinio terræ, patiens quæ sunt humana, & dum sæpe auferuntur ab ea membra integra, perficeretur statua Salis; quod est firmamentũ fidei, firmans & præmittẽs filios ad Patrem ipsorum. Habet igitur Ecclesia perpetuam posteritatem suã, & in senecta senió ve non deficit, aut derelinquitur, sed renouatur.

Potentiam suam.] Has voces distrahunt aliqui ad sequentem versum. Commodè cohærent etiam cũ isto. Reddit Hieronymus, *Donec annunciet brachium tuum generationi, cunctisque qui venturi sunt, fortitudines tuas*, quasi pluraliter legerit גְּבוּרֹתֶיךָ *gheburothecha*, non autem in singulari, vt nunc est גְּבוּרָתֶךָ *gheburathecha*. Paraphrastes exponit, *sicut fortitudinem brachii, ita virtutem fortitudinis*: & interdum nominatur *potentia in brachio* [a], *fortitudo brachij* [b], *magnitudo brachij* [c], *brachium virtutis* [d], *brachium cum potentia* [e], *virtus brachij* [f], *terror brachiorũ*, *brachium fortitudinis* [g], *iuuitum brachium fortitudine* [h], *brachium forte* [k], *tremor brachij magni* [l]: & sæpe *brachium excelsum*, & *extentum*.

a Luc. 1. p.

b Iob 22. 8. Sap. 16 10. Dan. 11. 6.
c Exod. 15. 16. psal. 78 11.
d psal 88. 11.
e ibid. ver. 14.
f Sap. 18. 22.
g Esa 30. 30.
h c. 44. 12. c. 62. 8.
i c. 10. 9.
k Ieie 21. 5. Ezech. 30 21.
l Mach. 15. 21.

Verſ. 19.] Et iustitiam tuam Deus vsque in altissima, quæ fecisti magnalia: Deus quis similis tibi?

PEndet ex priore versu sensus. Videlicet, orat auxilio Dei non destitui etiã in senectute, & senio, vt valeat Dei à se scriptas laudes trãsmittere ad posteros, de potentia, iustitia ipsius, & quidẽ illas laudes in altũ extollẽdo, quemadmodum Deus ipse suam quoque illam potentiam, atque iustitiam vsque in altissima seu altissimè extulerat, & magnificentissimo quodam modo declarauerat, ita vt nemo cõferri cum illo posset, nullus ei similis haberi. Denique hæc optat omnia fieri sibi, *annunciare brachium Dei, potentiam, iustitiam, magnalia*. Qui vltimas præcedentis versus voces, *potentiam tuam*, ponunt in istius principio, aut supplent ex eodem præcedente, *donec annunciem*, aut fortiùs accipiẽdo, subintelligunt, *extulisti*, nempe potentiam tuam, & iustitiam tuam Deus *vsque in altissima, extulisti*, quæ fecisti, &c. Videri quoque posset admirabilis ab inflammato affectu prodiens exclamatio, similis ei, quæ habetur 66. Psal. [m]. *Quoniam magnificata est vsque ad cælos misericordia tua, & vsque ad nubes veritas tua.*

m vers 11.

Mystica expositio.

Mysticè ex Cassiodoro, & Brunone Herbipolensi, & Glossis, *Potentia* Dei spectatur in liberando humano genere: *iustitia*, vt id etiam fecerit exigendo pœnas à filio suo, ac deinceps tanto beneficio abutentes puniendo: *altissima*, ad quæ vsque prædicationem perductam à se dicat Vates. est enectio filij hominis ac exaltatio vsque ad dexteram Dei. Vel, vt Augustino placet, & Ruffino, Remigio, Bedæ, Haimoni, aliis, potentia Dei prædicatur, qua potentem reddit hominẽ ad bonam iustitia, qua iustum facit, & quæ *est vsque in altissima*, vt per eã ordines ipsi cœlestes facti sint magni, ac sanctitatem suam cõtecuti, non solum ipsummet esse, quod habẽt: apostatæ verò Angeli per iustitiã Dei deturbati, ac detrusi in barathrũ: Addit Haimo cœlestes creaturas esse redemptas per Filium: & subdit; legitur enim quòd quidam Angeli, licèt non credamus, consentientes Angelis cadentibus, peccauerunt. Angelos cadentes alios aliis consensisse, aut omnes Lucifero, latis recepta opinio est; quòd propter eos, qui primũ ceciderunt, alij deinde illis consentiendo, peccauerint, meritò negat Haimo se credere. Sed nec vllas cœlestes creaturas per Filium, siue Christum, redemptas esse dici proprie potest, quia nullus Angelus post lapsum recuperauit gratiam, aut recuperaturus est, quidquid senserit Origenes [n], cuius opinionem vsurpat Hieronymus [o] eam aliosqui

Cœlestes creaturæ ipsi per Filium redemptæ sint dicendæ, quæ tamen ministrent Angelis cadentibus, peccauerunt.

n Homil. xiii in Ieu. Homil. 24 in Num. Homil. in Epist. Ephes. de gen. Sion. Origenes de Angelorum lapsu.

a De vocat. Gentium c. 19.

b vers 32.

c Lib. 3. c. 40. *Perfectam Ecclesiæ quoque.*

d 2 Cor. 4. 16.
e Ephes 4. 23.

f Rom. 6 4.
g Psal. 42. 4.
h Psal. 102. 5.

Galeni reprehensio rursùs qui se rationem non posse senescendi, esse professus.

Dicta natura animalia.

i de Marcor. c. 2.

k Abulens. in c. 2 Genes. q. 8. Scot ob quæ propria causa. *Vita annalium alia prima ob naturalem constitutionem. Hiberniæ insulis vita ad mille annos protrahitur plurimos.*

l lib. 4 c. 51. *Propinquitas ac vnitas inferior ipsius Ecclesiæ.*

m Gen. 19. 26.

n Matt. 13.

dãnatus [a], sicut & a Theophilo Alexandr. [b] refellitur, atque in V. Synodo damnatur, teste Nicephoro [c]. Quòd si, *redimi*, interpretemur eum qui per gratiam habet, vt non cadat, idem affirmari possit de Angelis bonis, pendet ex ea quæstione: Vtrum Angeli gratiam per Christũ acceperint, & eorum dicendus sit caput; quamuis nõ ita homogeneum, sicut hominũ; quia non apprehendit & assumpsit Angelicã naturam, sed humanam. Optime autem affirmamus prohibitis eil. eique nominibil fieret Augustinum cæteris, qui priorem mysticum sequuntur sensum, & nomine, *brachii* Christum intelligunt lege Thomam [d], & alios Scholasticos [e], dum de capite Christo differunt, aut de ipsius prædestinatione, aut de gratia Angelorum. Iuxta **merito illorum**, an inter alia necessarius fuerit actus fidei in Christum.

Et brachium tuum.] Nempe donec annuncietur vnà cum brachio tuo, & potentia tua.

Vsque in altissima.] Hieronymus, *vsque in excelsissimum*; pacto Symmachum, & Aquila [f] secutus, ex Hebræo עד מרומים *had marom*, quod Basilius vel Theodoretus declarãt, quæ sunt à Deo facti hominis adeo celsa, vt nullis ãd omnibus persuadendum, vt nouerint ipsum Altissimũ. At sensisset, volo annuncient: eã quæ dixi, quæ sunt, magnalia, admirabilia, vt ea mouet per se ad eos pertingere quæ; & idem ei magnificentiam concedit multa gratiam ad hoc præstantissimum. Sic alibi [g] vocata est *ciuitas Dei*, sicut *montes Dei*. Non potest comprehendi modus, quem seruat Deus in sua liberalitate, & in complendis decretis ac promissis suis. **De mystico sensu priùs dixi. Euthymium adde Nicephorumque**: dici *magnalia ascendere vsque ad altissima*, id est, vsque ad cœlos, eo quòd cœlestes virtutes eorum intelligant, & congaudeant super eum. Theophylactus exponit *Ea magnificentia Deus vsque à cœlos exaltat* (quos [h] ad respondet sequentibus verbis) *facit nos cœlos*. De cœlestibus & angelis exponit Hugo: & Euthymius vult significari tanta esse beneficia quæ accepturi à Deo, tam **que admiranda, vt eorum fama ad ipsas etiam cœlestes potestates perueniat**.

*Ad mysticum spectat quoque sensum, vt potentiam dicatur Deus exercuisse in Martyribus; iustitiam verò in confessoribus, vt nempe ad iustitiæ culmen pertingant: quo pacto scribebat Apollinaris [i], quòd *diuina potentia eorum ab idolorum in veram pietatem conuersione tota*. Tertullianus declarat de prædicatione peruenisse vsque in alienas regiones quæ fecit Deus circa redemptionem nostram. Sunt etiam alij, qui ordinem nouam hanc sententiam a primis verbis, ea in recto casu exponunt. Sic poëta Gallus [k]:

Tu, ô Dieu tout puissant,
Via par l'vniuers se haussera:
Et par tout c'est cà ta merueille
De tes faicts ce grands & parfaicts.
Seigneur, qui t'egala iamais?
Quel autre ha la force pareille?

Nec multo plane dissentit, vt, *vsque in altissima*, vel iuxta H. huius מרומים *chaï marom*, & Græcam versionem Symmachi, ac Aquilæ, *sus ô Theos*, cui sim. ilis tum fluxit Hieronymi, *vsque in excelsissimum*, referatur ad voluntatem Domini, vt velle se cœpit promittendo, & magnificentiam vsque ad summum, & excelsissimum altitudinem, id est, perfectissimo modo, mirabilia Dei, & brachium, potentiam, iustitiam; nec non magnalia; & vsque in cœlum, ac in immensum; vt vbique

exaudiatur. Cæteri autem *vsque* ad summum explicat de exacta Dei iustitia, fecerit quam Dauid magnificè, Deum nec sua nec peccatorum tantam impunita reliquisse peccata. Optime primo loco citatus lenius hæc ait: *quæ fecisti magnalia.*] Hieronymus, *quæ in se magnalia Deus.* Alij, *quæ tecum magnalia.* In Græcis ac Latinis libris Complutensium, & Regius addunt pronomen *mei, mihi, me fecisti magnalia*, nec non ab Euthymio, & Nicephoro, qui ea non addit, præsente pro *fecisti*, fieri vertit Hieronymus; & hæc verba cum affectu legendi, & cordi. Videntur iuxta translationem nostram *magnalia*, laudanda *dixisse*, vt eadem dicantur *dixisti*, & *mirabilia*. Denique mirabilia omnia Dei opera recte cognominantur *magnalia*, vt quæ etiam locum sortiuntur accepto Spiritu Sancto [l] recipuli [m], & vocantur ab eo [n] *magnalia*, *vsque vltra cœlos, mirabilia, quorum non est numerus*, & in libro Ecclesiastici *magnalia sapientiæ Dei.*

Deus quis similis tibi?] Non refert an nomen, *Deus*, præponas huic allegoriæ Hieronymo, an copules, vt hæc est. Occurrit eadem sententia prius in psalmo 34 [o]. & 39. postea in 82 [p]. 85 [q]. 88 [r]. 112 [s]. & prius quam in Exodo [t], in Deuteronomio [u]. Præterea habetur quòd *non sit alius Deus vel in cœlo, vel in terra, qui possit facere opera eius, & comparari fortitudini illius.* **Adi præterea historiam Regũ** [x], Paralipomena [y], Ieremiam [z], Micheam [a]. Sed satis multa vereamur dixisse ad 34. psalmum. Posset adhuc illa conferri cum ista sententia Danielis, præsertim si intelligas *magnalia* hæc de magnis in se collatis a Deo beneficiis, sicut nonnulli ea, quam dixerit omnia qua pronomen, *mihi*, apponitur. Et est in Paralipomenis [y] verbi postquam summa demissione gratias egisset Deo sic dicit; *quid vltra addere potest David, cum ea quæ locutus est seruo tuo, & cognouerit eum? Domine propter seruum tuum, & secundum cor tuum fecisti omnem magnificentiam hanc, & nota esse voluisti omnia magnalia: Domine non est similis tui, & non est alius Deus absque te ex omnibus, quos audiuimus auribus nostris.* Adiicit deinde communia beneficia facta toti populo, vt scilicet propria magnificentia animo commemoret, precibusque eorumdem confirmationem deprecetur. Similem Deborah cecinit in Cantico [z] tationem, vt antequam concessam a Deo victoriam recenseret, perstringeret prodigia, quæ in data lege fuit edita. **Non vidit, nec videre similem sibi potentem Deus**, ideoque soli eique comparationi superiorum conuenit vbique gradus. Nam, vt quæ philosopharur de illo Dionysius, omittam, in Theologicis libris suis, Aristoteles, aut si quis est alius auctor libri de mundo [b], de Deo, hæc nos vult sentire esse ὁ ὄντως ἰσχυρότατος, ὑφ' οὗ τὰ σύμπαντα ἐστὶ, ζῶά τε ἄφθαρτα, καὶ τὰ κράτιστα, potentia valentissimum, iecore sui omnium, vita immortalem, per se, & a se omnia operantem.

Vers. 20.] Quantas ostendisti mihi tribulationes multas, & malas: & conuersus viuificasti me: & de abyssis terræ iterum reduxisti me:

Vers. 21.] Multiplicasti magnificentiam tuam: & conuersus consolatus es me.

PRobat Deo similem non esse, ex plurimis & maximis periculis, ex quibus nisi opitulante ipso patuit eos esse ex omnibus beneficiis, quæ

nec

[a] Epiph. 69. 21. Augustinus lib. 1. ad Bonifac. cap. 27. & 28.

[b] Basil. 8. 2. 4. & Theod. lib. 5. de Trinit. cap. 6. & 9.

[c] pf 35. 7.

[d] Isaiæ 57. Ego videbo, & non tacebo, & reddam consolationem Israel.

[e] pf 144. 4.

[f] Ioël 2. Effundam de spiritu meo super omnem carnem.

[g] 1. Cor. 12.

[h] In Psalmum 118. Resh. Prophetia.

[i] Ad Donat. Tertull. lib. contra Iudæos. Origen. hom. 4. in Ezechiel. Hilar. in Psalm. 118. Resh. Prophetia.

[k] Gallus Elegia.

[a] Act. 2. 11. Beda 9.

[b] cc 42 31.

[c] Exod. 9. Deuter. 4. Exod. 15. 11. Deuter. 3. 24. Psal. 85. 8. 88. 7. 112. 5. Exod. 18. 11. Deuter. 10. 17. Iosue 2. 11. 1. Reg. 4. 8. Psal. 134. 5. Ier. 10. 6. 7.

[d] 2. Reg. 7. 23. 1. Par. 17. 21.

[e] Ier. 32. 19. Mich. 7. 18.

[f] Iudic. 5. 4. & seq.

[g] Aristoteles aut alius, autore libro de mundo, græcissa.

nec alius quisquam valuisset conferre. Eadē quoque opera ob memoriam veteris ictus erga se benignitatis, liberalitatisque diuinæ, renouat & auget fiduciam adiersus eiusdem Deū. Igitur ait fecisse Deū, vt experiretur tribulationes multas, & molestas, mox tamen, veluti redeundo, qui videbatur discessisse, integrasse fauorem, atque de grauissimo discrimine mortis, ac veluti fouea profundiore, ipsoque sepulchro, & subterraneo animarum, quæ hinc abeunt, loco, retraxisse. Deinde pro numero ingenti, & acerbitate calamitatum, multis modis declarasse multiplicē munificamque bonitatem, quæ non auxilium dumtaxat, sed & solatium ac voluptatem afferret. De periculis intelligit Dauid, quibus in tota vita defunctus fuerat, tum persequente eum filio.

Non vacat probabilitate adhuc pēdere quę hic dicuntur, ex superioribus, hoc pacto, vt se asserat Propheta velle annunciare non tātum prius indicatū, sed præterea, quantas, quot, & quam magnas, Deo permittente, aut volēte etiam, sit passus tribulationes, ex quibus eiusdē benignitate emerserit, cumulatus insuper summis muneribus & iucundissimis voluptatibus. Descendit in hāc sententiam Agellius, cui debes quoque, lector, alias duas, de populo ex captiuitate Babylonica reuerso, & de Christo, quatenus altera recitat ex Theodoreto, ex Eusebio altera. Theodoretus ex manu scripto prolatus cū hypothesi dicit, si de his qui Babylone redierūt, sermo sit, ostēdere Dauidē captiuitatis illius ærumnā, & reditum, θλῖψιν καὶ ἐπάνοδον, quē reditū expectauerāt, iuxta vaticinium Ezechielis [a], *Ecce ego aperiā tumulos vestros, & educā vos de sepulchris vestris populus meus, & inducā vos in terram Israel.* Quasi autem legulet nomen *Babylonis*, aut certe parapraxice declarans Ezechielem, curat vt Ezechielis verba, (quod Euthymius quoque facit) ἀναξῶ ὑμᾶς ἐκ βαβυλῶνος, *reducam vos ex Babylone*, & subiicit explanationē, τοῦτ' ἔστι, πρὸς τὴν ἀνθρωπίνην ἀπόγνωσιν, id est, *ad humanam, inquit, desperationem.* Quē etiam ad modum declarat Hieronymus eiusdem prophetæ parabolam de ossibus aridis. Eusebius explanans de Christo, obseruat in eo quod hic dicitur, *ac abyssi terræ rursum reduxisti me*, perspicue ostendere Christum se in abyssos terræ descendisse. Item recte dicit, *ostendisti mihi tribulationes*, quoniam, ὅσαι γὰρ αὐτῶν ὑπῆρξαν, μὴ ἀλλὰ ὑπ' αὐτῶν, ἀλλὰ κρείττων γενόμενος, *pectasse illarum fuit, non ab illis captus, sed melior*, id est, superior iisdem. Quæ sententia iugulat Caluini blasphemiam horribilem, quòd Christus apud inferos maximis tormentis cruciatus sit. Arīæ Montanæ arrisit expositio Eusebij, cuius tamen non ponit nomen, significari hoc loco grauissimos & plurimos dolores, quos senserit Christus, Patre ita consulente ad nostram hominum salutem, reuocatum etiam esse ab inferis, morte, sepulchro. Is, quem vocant Hieronymum, consentit. An autē, quod ait Eusebius, spectarit præsens Christi anima tormenta inferni, valde dubito, id est, an in illum tormentorum locū descenderit animo prorsus animus in negantem propendet partem, qua de re aliàs egi, differitque noster Suarez diligenter [b], & Bellarminus [c], cui etsi affirmans pars aliquando placeret, tandem tamen retractauit. Augustinus [d] quidem scribit nullam occurrere causam, cur illo venisse credatur Saluator, nisi vt ab inferni doloribus saluos faceret; non ergo descendit ad illum locum, vnde neminem liberaturus erat; quod saltem concludit de loco damnatorum, & puerorum cum originali peccato mortuorum. Alioquin etiam nō alius Christi animæ locus conueniebat satis, præter eum, in quo detinebantur aliorum animæ iustorum; in subterraneis aliis verò locis si quid Christum operari decebat, id poterat etiam absens, perque solam locutionem mentalem, vel alium efficientiæ modum. Postremò si anima diuitis epulonis, vt ratiocinatus est postea Bellarminus, ex inferno damnatorum videre potuit Lazarum in sinu Abrahæ quiescentem, & cum ipso Abrahamo colloqui, multo facilius potuit Christus ex limbo iustorum, seu ex sinu Abrahæ, omnes inferni partes inspicere, & ab omnibus spiritibus conspici, alios quidem redarguendo, alios autē consolando. Est hęc longè communior opinio Theologorum in 3. sententiarum [a], & B. Thomæ [b]. Præter literalem sensum, vel de Dauid, vel de populo captiuo, & allegoricam de Christo aut de martyribus, tropologicus de quolibet iusto traditur satis communiter, aut si mauis, etiam allegoricus de omni genere humano, quod a tribulationibus, quibus obnoxium est, propter originale peccatum, deque ipso barathro damnationis æternæ incarnati Verbi beneficio liberatum est, atque ei potestas cōcessa resurrectionis, tum secundum animam per iustificationem, tum suo tandem tempore secundùm corpus: interim præterea magnifica gratiæ munera communicata multipléxque genus consolationis diuinæ. Sed hæc in explanando singulas partes paulo diuinctius demonstrabimus.

Bellarmini ratiocinatio, vt Christus animæ damnatorum se ostenderit, vbi voluit.

a dist. 22. b 3 p. q. 52. a. 2.

Alii genera tropologiæ.

a c. 37. 11.

De Christi ad inferos descensu.

b 1 part. disput. 45. lib. 4. de Christo a cap. 6. ad cap. 19.

Quantas ostendisti mihi tribulationes.] Hieronymus, *qui ostendisti*. Id valet etiam Chaldæum (ד) *de*: Hebræum autem אתי *asher* omnis generis ac numeri pronomen relatiuum est. Testatur Agellius legisse se in aliquibus libris אשר, quia id etiā potest significare eadem dictio Hebræa. Neutro modo videlicet si legamus, *qui*, aut, *quia*, erit hæc oratio cum admiratione, & affectu legenda, vt præcipiunt Euthymius, Nicephorus, Cassiodorus, aliique. Apollinarius complectitur ὅτι, *quia*, & ὅσα, *quanta*, & explicat non esse qui Deo sit similis in hoc quòd multas & malas tribulationes ostendat, & ex iis videlicet etiam eripiat:

τίς γοῦν ἄλλος ὅμοιος ἐμοὶ τοσαῦτα κἀκεῖνα δείξας;
Quis vnquam tibi alius similis curas, seu mala conciliauit?

Potuit præterea verti, pro, *quantas, quas*, & per hęc duo idem significari, atque, quotquot. Tādem, vt priùs dixi, posset hæc oratio à superiore pēdere, vt se affirmet Dauid annunciare etiam velle, quot & quàm magnas tribulationes tolerauerit, & vt ex iis mirificè à Deo liberatus fuerit. Atqui præstat cum pluribus sentire, præsertim cùm editio nostra magis præ se ferat admirationem. In textu Hebræo verba *ostendisti, suscitasti, reduxisti*, quibus iunguntur pronomina primæ personæ numeri singularis, Latinè & Græcè scribuntur cum (ו) vau sciurek, in fine, quod plurale pronomen eiusdem primæ personæ designat, sed cum chirik katō suppositō, & nota impositō supra (ִי) quam vocant keri chetiph, & monet aliter pronūtiari quàm scribatur. Qui eū pronomine plurali legere voluerūt, exposuerunt nō de vno Dauide, sed de multitudine captiuorū. Potuerunt id etiam retento singulari, sed collectiuè sumpto. Et Hieronymus expressit singulare pronomē hoc loco, postea plurale. Testatur legisse se Ricardu

Cenomanus vnum Codicé, qui perpetuo haberet (1) *vau* cum punctulo chirik, alterum qui semel (') *iod*, & bis (1) *vau*, tertium, qui vbique (') *iod*.

Formula loquendi.

De formula illa, vt ostēdere quis aliquid alicui dicatur, seu videre facere, id est, experiri, diximus psalmo 4 [a]. *Quis ostendit nobis bona.* & in 49 [b]. *Illic iter, quo ostendam illi salutare Dei.* & in 59 [c]. *Ostendisti populo tuo dura.* Alia exempla sunt locis aliis in vtramque partem [d]. Rufinus explicat ostensum malum homini per experimentum, quando *aperti* memorantur *oculi eorum* [e], scilicet exteriores, quia clausi fuerant interiores. Sapienter ac pie non fortunæ, fato, persecutoribus, sed ipsimet Deo tribuit, quòd per varias tribulationes iactatus fuerit. *Multæ tribulationes iustorum, multa flagella peccatorum* [f]. Ostendit Deus, nō tantùm, quia experiri facit, sed velut signum, vt *fugiamus à facie arcus* [g] æternæ tribulationis, vt quod ait Augustinus Rufinus, & alij, sint nobis disciplina & admonitio, nō desertio, vt clausos mentis oculos aperiamus, exēplo arioli Balaam [i]: vt caulam cur tribulationes patiamur, quę multiplex est, inspiciamus; vt conditionem harum rerum inferiorum consideremus, cumque superioribus cōparemus. Postremò *tribulationes ostendere nobis*, est, nos docere, quæ cognoscere nos oporteat de illis, & per illas. Idcirco Christus ipse dixit ostēturū se Saulo, quanta *oporteret eum pro nomine suo pati* [k]. Ferūt multi tribulationes, quibus non eas ostendit Deus, id est, virtutem ac vtilitatē earum, & percussi non dolent, attriti renuunt accipere disciplinam, indurant facies suas supra petram, & *noluntreuerti* [l]. Per tribulationes quas quis experitur, & vexationē, *quæ dat intellectum*, potest quis melius annūciare, ac pronūtiare mirabilia Dei, brachium, potentiam, iustitiam, altissima magnalia, tum opera, tum mysteria. Nouem gradus hic & in sequentibus quibus ascendatur in cœlū, obseruatos ab Hugone Indico tibi, si legere cupis.

Tribulationes ostendere nobis quid sit.

Nouem gradus quibus in cœlū ascendatur.

Non incommodè tota sententia hinc ad finem vsque psalmi attribui posset adulteræ ad Christum delatæ [m], vt postquam libera dimissa est, hęc omnia, hisve similia vsurpauisse intelligatur. *Quanta ostendisti mihi tribulationes multas, & malas*, cum nihil propius fuit, quàm vt lapidarer; *& conuersus viuificasti me*, quando inclinans te deorsum videbaris me denuò fingere, vitámque restituere: *& de abyssis terræ iterum reduxisti*, cum inquam, quasi nouam creaturam me formasti: *multiplicasti magnificentiam tuam*, inclinando te in terram, vt sic fugares meos accusatores: *& consolatus es me*, quærendo per modum irridentis & gratulantis, *vbi sunt, qui te accusabant? nemo te condemnauit?* atque benignissimè absoluendo; *nec ego te condemnabo; vade, & iam amplius noli peccare.* Propterea, *Confitebor tibi, psallam, exultabo, tota die meditabor iustitiam tuam* quia *redemisti animam meam, & confusi, & reuerita sunt quę querebant mala mihi.* Congruunt eadem prodigo humaniter a patre recepto, tractatoque [n].

Multas, & malas.] Quosdam codices Græcos κακὰς legere subsantiuè, id est, *mala*, testis Agellius. Symmachus habet κακώσεις, *afflictiones*, seu *vexationes*. Hebræa vox רַבּוֹת *rabboth* potest sumi pro adiectiuo, & substantiuo, priore autē modo respondebit fœminino substantiuo צָרוֹת *tsaroth*. Apollinarius, vt antea memini, per κῶλα declarauit θλίψεις κακὰς, hoc est, *per cursus*. Tribulatio per se mala non est moraliter; sed malum pœnæ, eo modo, quo vocatur malum, id quod est laboriosum, difficile, molestum. Bona est, qua quis vtitur bene; mala, qua male; & impellit quodammodo ad malum. Inde porro exaggeratur beneficium Dei, vt quamuis tribulationum grauitas pondere veluti suo deprimere videretur posse ad impatientiam, diffidentiam, blasphemiam, iniustitiam; tamen Deus ita illas attemperauerit, librauerit, direxerit, vt eas pallis melior fieret, & ab ipso viuificaretur. Infania nulla falsa; & aliquas tamen falsas cognominat noster Propheta psalmo 39 [o]. cùm, vt ibi dicebamus, in ipsimet infantis homo infans, seipsoque decipi ac falli sinit. Si Ecclesiam hic loquentem facimus, *mala* vocat tribulationes, quæ de suis aliquos à fide deficere fecerunt, ac in illam domum descendere, quæ parata est homini facienti malum [b].

Et conuersus viuificasti me.] Hieronymus, absque coniunctione, (quæ omittitur etiam in Romano Psalterio) & in futuro, *conuersus viuificabis nos.* Alij, *reuersus viuificasti me*, vel *restituisti*, vel *recreasti.* Hebræum verbum primum שׁוּב *thaschiu* futuri temporis iunctum est alteri futuro, quod ante dixi per keri cheriph notari cum affixo primæ personæ pluralis, & eum puncto chirik indicante singularem תְּחַיֵּנִי *thechaiēnu*, vel *thechayem.* Solent verò duo verba absque coniunctione deinceps posita sic reddi, vt pro priore sit participium, pro posteriore verbum. Eadem sententia psalmi 84 [c]. *Deus, tu cōuersus viuificabis nos*: & oratur alibi [d] Deus, vt conuertatur. Explicat Deum conuerti Cassiodorus, cùm sit inconuertibilis, & immobilis, quia conuerti nos facit distortos per legem peccati. Id mysticè verum. Euthymius explicat participium ἐπιστρέψας, aut quia prius auersus conuertitur ad nos Deus, aut quia conuertat ad se viuificando, id est, de imminenti morte liberando; *mortis* enim nomine varias calamitates & afflictiones significari, *vitæ* autem liberationem à malis. Significat שׁוּב *scin*, vnde est תְּשׁוּבָה *thaschiu, reuerti*, ac propterea reuerti viuificare, seu reuertendo viuificare, significat, denuo, iterum, rursus viuificare. Non rarò quoque aliàs vsurpatur idem verbum Hebræum, ac Latinum, & Græcum ἐπιστροφὴν pro reditu, & reuersione, non pro vera conuersione, nisi quatenus qui redit reuertitúrque, videtur quodammodo idem punctum repetere, quod in circulari motu conuersionis maximè perspicitur.

Apud Matthæum [e], *Nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut parvuli*, eandem vim habet, atque quod apud Ioannem [f] dicitur, nasci denuò, & pueritiam repetere, quod Nicodemus rudi Minerua intelligebat, *an ventrem matris suæ iterato introire, & renasci* [g]. Voluit hoc loco dicere Dauid, Tu me priùs occidisti, hoc est, in vitæ discrimen adduxisti, vel descendere permisisti: sed idem postea è contrario me viuificasti, & à mortis periculo liberasti, vitæque quodammodo restituisti. Sicut citato psalmo 84 [h]. *Deus tu conuersus viuificabis nos*, significat, quemadmodum nos priùs occidisti, ita nunc vice versa viuificabis. Id enim *vult canat* valere verbum docent plura alia exempla, de quibus in psalmo 40 [i]. Potest præterea, *conuerti*, contrariam quandoque responsionem innuere, vt cùm Christus conuersus dixisse Petro scribitur; *Vade post me Satana* [k], sensus est, non tam quòd oculos ad respiciendum conuerterit, vt Marcus [l] exprimit dicens, quòd *conuersus*, & *videns discipu-*

a vers. 5.

b Rom. 11. 32.

c vers. 7.
d psal. 79. 3. psal. 13. Deus vt conuerti dicatur.

e Matth. 18. 3.
f c. 3. 4.

g vers. 4.

h vers. 7.

i vers. 3.

k Matth. 16. 23.
l c. 8. 33.

pul-,

pulos, commutatus est Petro, quam quòd contrariam responsionem illi dederit; vt quia obiurgauerat pati volentē, obiurgaret eū ipse, quia pati cum nollet. Quocirca quæ nonnulli philosophātur circa huiusmodi vocabula *conuertendi*, & *cōuersionis*, pro morali resipiscentia, & iustificatione, non semper satis firmo nituntur fundamento.

Et de abyssis terræ iterum reduxisti me.] Hieronymus, *educes nos*. Alij, *ex voraginibus terræ conuersus ascendere fecisti me*: vel *placatus reuocasti*. Caietanus legens hìc, & priore membro, *reuertens*, primum refert ad viuificandum, secundum ad eleuandum ex imo, & ex deiectione ad regnum. Communior expositio, vt *abyssi terræ* profundiorem denotēt locum subterraneum, in quem descendunt animæ mortuorum, & vnde reducitur qui resuscitatur, aut à descendendi, seu moriendi periculo liberatur. De seipso id Dauid dicit, & quod iterum ceu à Deo conuerso, hoc est, reuerso, factum ait, intelligit, vel quia sæpius fecit, vel eo modo, quem antea notaui, nempe quia retraxit ruentem in periculum, siue semel, siue pluries. Verum est figuratè per has *abyssos*, vt notauit Euthymius infernum, lacum, sepulturam, & alia huiusmodi nomina, sæpenumero vastas atque immensas calamitates in Scriptura intelligi; quod confirmat ex Ezechiele [a], quem prudem citauimus. Sed idem auctor præter Eusebium, Hieronymum, & Ariam, quos etiam prius nominauimus, exponunt de Christo, quem Deus eduxerit è sepultura, vt ait Euthymius, atque de inferis, vt ceteri addunt, quam vocat Hieronymus profunditatem inferni. Dicant nunc, inquit Hieronymus, Iudæi qui hunc psalmum in solum Dauid canere volunt, quando de profundo abyssi est eductus. Prius dictas declarat de Christo eodem tribulationes, *multiplicatam* verò *magnificentiam*, & cōsolationem, cùm detenti in inferno tetigerunt cum ipso; confessionem *in vasis psalmi*, quando repleti vino nouo Euangelicæ & Apostolicæ prædicationis, intellexerūt Christum in psalmis celebrari, &c. Cæteri Latini profunditatem, & submersionem peccati interpretantur; & iterum reductionem inde fieri, quia sæpius, nec vnico modo, videlicet, vt loquitur Rufinus per baptismum, pœnitentiam, conuersionem, &c. Vel primùm per fidem, iterum per speciem, nunc recte viuendo, iterum æterna beatitudine perfruendo, surgendo mente, fide, spe, charitate, postea etiam corpore, & quia hoc iam spe tenemus, rectè vt iam factū ac præteritum dici. Priores eadem fere docuerant Apollinarius & Augustinus: quia qui ex hoc transcripsit, verus nō est Rufinus: & illud (iterum) quod postea repetitum sequenti versu, legit, explicat, quia resurgente Christo, reducta est natura nostra, & per eius resurrectionem iustificati sumus, credentes, ac sperantes resurrectionem corporis nostri. Cassiodorus explicans, *iterum*, idem esse, quod frequenter, aut multipliciter, repetit quos attulerat psalmo sexto, septem remissionis peccatorum modos, per baptismum, martyrium, eleemosynas, cùm debitoribus nostris debita laxamus, per conuersionem fratrum, per abundantiam charitatis, per pœnitentiam. Licet præterea per *abyssos* latibula, & solitudines intelligere, in quibus errabant fideles, & delitescebant, fugiendo persecutionem: per reductionem verò, quando redire licuit in publicū, vt de sua refert ætate Cyprianus [b]: quamuis haud diu pax, & securitas tenuerint. Quid sit *abyssus*, videmus præcedentibus psalmis [c]: & constat esse profundiorem in terra, vel in aqua locum; vel quemlibet situm inferiorem. Nam abyssus, quæ *vocem suam* [b], Iordanis inferior quam arca, pars erat, per quam illa vehebatur, benedictiones *abyssi iacentis aquarum, benedictionibus* oppositæ *cœli desuper* [c]: vel de abysso subiacente, non tam terræ aquarúmque designant profunditatem, quam situm inferiorem. Porrò terræ profunditatem vsque ad centrum aliqui, teste Clauio nostro [d], metiuntur 3500. miliaribus Italicis.

Multiplicasti magnificentiam tuam.] Is qui dicitur Hieronymus, habet in commentario in fine, *Deus*. verus autem Hieronymus, *multiplicabis magnitudinem meam*. Alij, *auxisti magnitudinem meam*, vel, *dignitatem, amplitudinem, potentiam, decus, honorem meum*. Omnia valet cum affixo primæ personæ גדלתי *ghedullathi*. Solet autem Deus non tantum pristinam fortunam restituere, sed in sublimiorem quoque honoris & opum gradum extollere. Exemplo sunt Iacob, Ioseph, Iob, Tobias, plurimi alij. Significare quoque vult Dauid, non minora, vel minus mirabilia Deum in ipso liberando, ac de tantis tribulationibus eripiendo, fecisse, quam priùs vnquam fecerit. In Bibliis Græcis Complutēnibus, Regnis, & aliis, est ἐπλεόνασας ἐπ' ἐμὲ τὴν μεγαλωσύνην σου: *multiplicasti super me magnificentiam tuam*: in editione Symmachi in futuro, αὐξήσεις τὴν μεγαλειότητά μου, *augebis magnitudinem meam*, & in eodem futuro Theodotio, & Aquila πολυνεῖς, multiplicabis. In emendatis Bibliis Græcis restitutum est, ἐπλεόνασας τὴν δικαιοσύνην σου: *multiplicasti iustitiam tuam*: quæ lectio etiam est in Psalterio vetere, in Romano, & in Gallicano quod addit, *super me*. Item apud Arnobium, Cassiodorum, Augustinū, licet aliquando mendosè in eo legatur, *iustitiam meam*: præterea Psalterium Æthiopicum habet idem, Arabicum etiam, sed addito, *super me*. Postremò sectatus est eamdem lectionem Apollinarius:

οὐκ ἐκ τοσούτων ἀγαθῶν ἐθλάσθης ἀλλήλοις:
Tua mihi iustitia immensam effudisti eam.

Nihil habet affine iustitiæ nomen Hebræū צדקה *iu tzedeh*, cū nomine גדלה *ghedull.i*; vt suspicari liceat pro altero alterū positū. Potius credi potest glossema, quo magnitudo seu magnificētia Græcè μεγαλωσύνη, exposita est ab aliquo per δικαιοσύνην, id est, tanti tribuentis magnitudo comparatur cum montibus Dei, postea in textū loco alterius irrepsisse. *Multiplicationem in bonis Dei* Cassiodorus explicat de multis modis, quibus cōsequimur iustitiam à Deo. Ait præterea, *iustitia multiplicationē* indicare multas illas, & malas tribulationes: de quibus paulo antè dictū est; & in illis ipsis immittēdis misericorditer & magnificè agit nobiscum Deus. Ita etiā explicat August. de flagellis Dei. Sic profectò est, magnam Dei misericordiā esse posse atque magnificentiam, dum multis & malis tribulationibus exercet suos. Multa de multiplicata in Ecclesiam suam Dei magnificentia dici possunt. *Magnificentia* quoque nomen abstractum Christo ipsi tribuit Aiguanus, in quo multiplicitas est naturę triplicis, diuinę personę, corporis, animæ. Adde omnia donorum genera, quibus exornata est natura humana eiusdem. Lxx. *tuam*, dixerunt, non *meam*, & est Hebraicè magnificentiam, vel quia legerunt גדלתה *ghedullathecha*, quod facilè fit producendo literam (ה) *hed*, in (ת) *tau* finale: vel potiùs, quoniam in-

[a] Abyssus quid sit.
[a] 26.vers.12. 31.15. 32.24.
[b] Psal. 41.8.
[b] Abacuc 3.10.
[c] Gen.49.25.
[d] In Sphæra.

Abyssi variæ sumptiones.

Iterum, id est quod frequenter.

Septem remissionis peccatorū modi.

[b] Serm. de lapsis, ab initio.

telligebant, hanc magnificentiam, quam Dauid suam vocat, a Domino proficisci, vt propterea illi attribuerint. Et quod attinet ad Christum, affirmauit ipse *omnia mea esse Patris, sua* etiam esse, ac vicissim [a]. De Phrasi, qua dicitur Deus *multiplicare magnificentiam*, vide quæ dixi psalmo 35 [b] vbi dicitur *multiplicare misericordiam*: & in 64 [c]. vbi *multiplicare inopulentare*: & in psalmo 137 [d]. *multiplicare virtutem*: Et similis est forma, qua dicitur *multiplicare facere* [e] *cum aliquo*.

Et conuersus consolatus es me.] Hieronymus *consolaberis me*. Sine ambage vlla Hebraice est affixũ primę personę singularis, cum in præcedentibus verbis, vt monui, simul videri posset affixũ pluralis. Symmachus ἢ περικυκλώσεις, aut περικυκλώσεις με παραμυθίᾳ, & *circumdet*, vel *circumdabis me consolatione*. Pro *consolatus*, in Gallicano Psalterio, & Romano est, *exhortatus*, nec non apud Cassiodorum. Vtrumque valet παρεκάλεσας. Græce etiam in emendatis libris repetitur, ἢ σὺ ἐκ τῶν ἀβύσσων τῆς γῆς πάλιν ἀνήγαγές με. nec non Latinè in Bibliis Cõplutẽsibus, & Regijs, præterea in Psalterio vetere, & in Gallicano; atque apud Augustinũ, & Cassiodorũ. Expressit eandẽ repetitionem Apollinarius, & Euthymius; Augustinus, alique repetitionis causam reddunt, quam priùs attigimus.

Vers. 22.] Nam & ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam: Deus psallam tibi in cithara, sanctus Israël.

Vers. 23.] Exultabunt labia mea cùm cantauero tibi: & anima mea, quam redemisti.

Vers 24.] Sed & lingua mea tota die meditabitur iustitiam tuam: cùm confusi & reuerити fuerint qui quærunt mala mihi.

NVnc extrema psalmi parte spondet Dauid, sicut Deus quod muneris ipsius erat adeò liberaliter præstiterit, & adhuc præstiturum minimè dubitet, ita se quod ad suum pertinet officium, nulla ratione prætermissurum, vt illũ quibus possit laudibus efferat, maximè verò veritatẽ eius, siue veracitatem, & fidelitatem in complendis promissis, & iustitiam iunctam summę misericordię, iniurias vindicando, a periculis liberando, confundendo inimicos, malorum consiliorum, & factorũ fatores, & operatores, vt noccãt. Modos porrò quibus id exequi velit, ait esse psalterium, citharam, aliáque musica instrumenta. oris proprij harmonicum concentum, externum corporis festiuum gestum, sed super omnia internum animi affectum. Hæc ipsa, vt superiora omnia, exponi vel de populo captiuo possunt, cùm rediit, vel de Christo, qui per suos quasi per hymnos, & instrumenta bene aptata, redditurus esset laudes Deo, præsertim propter veritatem typis ac symbolis succedentem, & ob confusionem eorum qui frustra nitantur nos lędere, & Deum, ac veram religionem blasphemare. Fauent postremo sensui Eusebius & Euthymius.

Nam & ego confitebor tibi.] Hieronymus, & Cassiodorus, *ego autẽ*. Augustinus, *etenim ego*, alia duo psalteria *& ego*. est גַּם־אֲנִי *gam ani, etiam ego*. Non abundat ἡ 70, vt sentit Euthymius. Importat potiùs veluti vicem, & compensationem illam, quam dixi, pro diuinis beneficiis, quibus respondere se propheta velle dicat. Vel cõparationem indicat, vt quemadmodum populus Israel, cuius Deum hic sanctum cognominat, post liberationẽ de abyssis maris eductus, laudes Deo cecinit, sic se de periculis propriis, quæ nõ minoris æstimet, liberatum, facere affirmet velle. Confessio non est hoc loco de peccatis, vt Arnobius tamen vult, sed laudis.

In vasis psalmi.] Ante hæc verba codices Complutenses, & Regij habent Græcè, ἐν λαοῖς λέγει κ., *in populis Domine &*. Et ita quoque legit Basilius, siue Theodoretus, & Euthymius, nec non Psalterium Gallicanum; & Euthymius declarat, vt se confiteri velle dicat Deo, gratiásque agere, nõ in vno tantùm populo, neque in solis Iudæis, sed etiam in omnibus gentibus; quod etiam, inquit, manifestius dicit circa finem Psalmi 17 [a]. Inde arbitror huc migrasse, quãuis sibi pro λαοῖς, sit ἔθνεσι. Cęterùm pro, *vasis Psalmi*, legitur in duobus aliis Psalteriis, & apud Cassiodorum, *in vasis Psalmorũ*, in editione Hieronymi, *in vasis Psalterij*, in correctis biblis Græcis singulari numero, ἐν σκεύει ψαλμοῦ, *in vase Psalmi*. Hebraicè etiam nunc nomen vtrumque singulare est נֵבֶל *bichli neuel*. Addito punctulo, vt fieret tsere, esset plurale נְבָלִי *bichle*. Et ita legisse Lxx. arbitror, quia sic legunt Græci enarratores, ex quibus Apollinarius explicat per πολυφωνίαν μουσικὴν, *variè verum cantum*, videlicet instrumenti musici. *Vasis* nomen & כְּלֵי *cheli*, & σκεύους, quàm latè pateat, aliàs docuimus [b], quid item sit נֵבֶל *neuel*. Psalmum hîc pro carmine ipso si sumeremus cũ Græcis, rectè intelligeremus plura vasa eius, esse musica instrumenta diuersa, ad quæ, & ad quorum sonum, pulsumque id caneretur, postea vnum magis peculiare, ac ordinariũ exprimi, quod est cithara. Hoc pacto appellat Amos [c], *vasa cantici* כְּלֵי־שִׁיר *chele ſir, vocem* autem *psalterij*, *vocem*, seu *os nabli* פִּי נֵבֶל *pi neuel*. Apud Esaiam [d] *vasa musicorum* כְּלֵי הַנֶּבֶל לְיָם *chele hanneualim*. dicuntur, ita vt נֵבֶל *neuel*, sit generale vocabulum instrumenti musici, sicut & variis modis reddi ostendimus. Si pro Psalterio, vt Augustinus accipit & alij Latini, tũc *vasa* pluraliter pro vase ponẽtur, & similiter deinde aliud instrumẽti genus distinctè nominabitur, nempe citharæ. Vocãtur *vasa cãtici Dauid viri Dei* [e], quia vir hic insignis, afflatu Dei his vtebatur in decãtandis psalmis, & ea instituit ad idem adhiberi.

Mysticum sensum.

Mysticum sensum ex modo diuerso pulsandi psalterium, & citharam, repetit nunc obiter Augustinus, & alij, vt illud à parte pulsatum superiore animam designet, cithara corpus; quoniam sonum edit ab inferiore; vel fidem, & operationem. Nos de eo alibi egimus [f]. Non displicet, *vasa Psalmi* de hominibus interpretari, destinatis ad pulsandos & decantandos psalmos, eo modo quo quidam *vasa iniquitatis bellantia* [g], aut *electionis* [h], aut aliter nominantur. Hugo etiam Clericos ad hoc officium deputatos intelligit; sed horum vasorum *quædam esse in honorem, quædam in contumeliam* [i]. Arnobius vasa de corporibus intelligit intra quæ rectæ fidei veritas includatur; scilicet in animabus eam habendo. Alia tropologia, vt *vasa Psalmi*, & cuiusuis orationis offeras Deo plena deuotione, non vacua.

Tropologia.

Veritatem tuam.] Quòd sis verax in promissis, quòd potens ea quæ promiseris, præstare: quòd verus Deus, non vt gentium, dij falli. Continent psalmi, tanquam vasa, & dolia quædam hæc &

a verſ. 50.

b Act. 9. 15.

c c. 6.

d c. 22. 24.

e 2 Esdr. 12. 45.

f in psal. 32. 2.

g Gen. 49. 5.

h Act. 9. 15.

i 2. Tim. 2. 20.

Veritatis emphasis in antiquis.

alia, velut vinum incorrupti saporis, vt Cassiodorus obseruat, & Bruno Herbipolensis. Veritas præterea triplex ab Hugone distinguitur, vitæ, iustitiæ, doctrinæ. Sed nunc *communia a filiis hominum* [a] *corruisse in plateis, nec posse ingredi* [b], *non esse in terra, sed omnia ferè declinasse, cum olim peccatum* [c].

a psal.11.2.
b Isaiæ 59.14.
c Osea 4.1.2.

Deus.] Hieronym. *Deus meus.* Est ita Hebraice אלהי *elohai.* Vocatiuus casus est Atticè, ὁ θεός. Patrum autem refert hoc nomen connectere priori, vel sequenti membro.

Psalmum vbi.] Hieronymus, *cantabo. Psallere in cithara*, per catachresim dicitur, si *psallere* propriè accipiatur, vt est psalterium pulsare. legimus alibi verbum idem *psallendi in psalterio decem chordarum* [d] rursus, *in cithara* [e] item, *in decachordo* [f] denique *in tympano, & psalterio* [g].

d psal 32.2.
e ps.56.9. ps.140.7.
f ps.143.9.
g ps.149.3.

Sancto Israel.] Hieronymus in vocatiuo. *Sancte.* Sed est etiam Atticus vocatiuus, ὁ ἅγιος, & Israël genitiui casus, τοῦ Ισραήλ. Idem cognomen Dei, vt appelletur *Sanctus Israel*, id est, Israel, repetitur ps.77 [h]. & 88 [i]. & extat apud Esaiã [k], Ieremiam [l], Ezechielem [m]. Docui alio loco cur peculiariter ab Israel cognominari Deo placuerit, siue a Iacob, quod erat ei Patriarchæ nomen duplex, communicatum deinde toti populo Hebræo, cuius duodecim Tribuum [n] parens, isdemque eiusdem Patriarchæ filij totidem. Dicere scribæ sanctor Ecclesiastici [o], Domini Dei hoc esse cognomen, vt appelletur *Deus Israel.* Sed vno loco Ieremias [p] appellat populum ipsum Israel, *Sanctum Domino, primitias frugum eius*, id est, sic dicatum Domino, vt res eidem aliæ sacræ dicebantur, ad eum modum quo Deus ipse dixit [q], *Veritatis mihi in regnum Salomonis, & genus eius:* & Dauid [r], quòd in exitu Israël de Ægypto *factus sit Iudas sanctificatio eius.* Eodē specie in Ieremia comparatio ex primitiis frugum, idque sibi vult etiam, cùm appellatur populus sanctus Domino, electus vt esset ei populus peculiaris de cunctis populis, qui *sunt super terram* [s], vel *pars Domini, & funiculus hereditatis eius* [t], vel *congregatio ipsius, quam possedit ab initio* [u]; vel patres populi, quasi prima poma siculneæ in cacumine visi à Deo [u]. Reciprocatio quædam est, vt quemadmodum populus sanctus Domini & Domino dicitur, sic dicatur Deus eidem ac eiusdem populi sanctus. Quia item ratione, & Deum populus elegisse scribitur [x], & ipsum Deus [y]. Habita quoque ratio Patriarchæ Iacob, qui & Israel, quatenus cognominatus est *fortius Dei* [z], ob eximiam pietatem, religionem, deuotionem in cultu Dei per vota, & dedicationem sacrorum locorum. Ergo nominatur Deus sanctus Israëlis, & obiectiuè, quia colebatur ab eo ritè, ac sanctè, & efficienter, tum quia illum tractabat Deus tanquam sanctum, ita vt eo officio se offertum reputaret. *Omnes, qui deuorant eum, delinquant*, ait Deus apud citatum Ieremiam [a], *mali veniant super eos*: nempe tanquam super violatores primitiarum, rerumque sacrarum, tum quia non potest violari, hoc est, impediri ab aduersariis populi sui, quominus puniat, & coerceat illorum quia sanctis institutis, sacramentis, doctrinis illum ornabat: tum quia maiore copiâ quàm alios etiam intus in anima sanctificabat. Magna causa tam festiue confitendi, & psallendi omni genere musicæ, vocis & organi, tota corporis & animi exultatione; quia *sancta mihi nomina sanctus Israël* [b], à quo sanctitas nostra. Idcirco bene puto spiritus gaudio perenni triumphaturos cùm iam

h ps.77.41.
i ps.88.19.
k cap.4 c.5.19.24. c.12.4. c.17.7. c.29.19. c.30.12.15. c.31.1 c.37.23. c.41.14.20. c.43.1. c.45.11. c.47.4. c.48.17. c.49.7. c.54.5. c.55.5. c.60.9.14.
l cap.3. c.50.29. c.51.5.
m c.39.7.
n c.47.19.
o cap.1.
p Ierem.2.3.
q ps.111.2.
r Deut.7.6.
s c.33.9.
t ps.73.2.
u Osea 9.10.
x Deut.26.17.
y vers.18.
z Dan.3.35.
a c.2.3.
b Esaiæ vlt.

A ab eo hymno cessare, quo ter sanctum profitentur Deum, ei suam asscribentes sanctitatem. Contra impij faciũt, quos acerrimè coarguit Esaias [a]. *Ve gens peccatrix, populo grauis iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis, dereliquerunt Dominum, blasphemauerunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum. Sanctos* [b] *nos oportet esse, quia Sanctus Dominus Deus noster.*

a c.1.4.
b Leuit.11.44. 45.

Exultabunt labia mea, cùm cantauero tibi.] Hieronymus, *laudabunt.* Psalterium Romanum, & Cassiodorus, ac Augustinus [c] alibi, *gaudebunt.* Gallicanum Psalterium, & Augustinus hoc loco, *cum psallam.* Verba Hebræa sunt רננה *ieranneenah*, & בזמרך *azzamrecha*, Græca ἀγαλλιάσεται σοι, & ψαλῶ. De his dictum alibi. Clarior est versio, qua vsus est Augustinus, vt nempe significet Dauid exultaturã labia, & mouendi cum exultatione, tunc quando psallet, cantabitque. Eundem quidem sensum patitur translatio nostra: sed etiam occasionem præbet existimandi de motu post peractum iam cantum, quasi ex concitata illum cantando agitatione hilariter facta, superfierit adhuc eorundem labiorum nonnullus motus, vt ars vel instrumenti musici finito pulsu, tectat etiam non cantatus aliquis. Hoc pacto quemadmodum Anna sine voce labia mota [d] præteritum orationis animi recordabant affectum; ne posse videri cantoris deuotionem minuere, remotus potest cantum labiorum motus, quodamque veluti gustatus percepti saporis. & sentimæ velut iæ congrationis [e], quam constabatur prior vocis harmonica formatio.

c Serm.2. Assumpt. B.
d 1.Reg 1.13.
e ps.75.11.

Sed fateor priorem sensum simpliciorem, & melliorem, vt sit idem *exultare labia*, quod labia in proferendo moueri cum exultatione; sicut *linguam exercere* [f], nihil aliud est, quam exultanter loqui. Psallendum præsertim, & orandum *mente, ac spiritu* [g], atque adorandus Deus *in spiritu, & veritate* [h]. Sed tamen psallendum etiam & orandum voce, vt vtraque nostri parte colatur Deus, & cor caróque exultent *in Deum viuum* [i], & exerceatur interna deuotio, vel excitetur per corporis motum. Egimus hac de re alibi, legendusque Augustinus [k]: qui docet, quamuis inuisibilis voluntas nostra, & cordis intentio Deo nota sit, nec ille indigeat externis indiciis, vt humanus ei pãdatur animus; tamen his magis nos excitare nosipsos ad orandum, gemendúmque humilius atque feruentius. Et nescio quomodo, inquit, cùm hi motus corporis fieri nisi animi motu præcedente non possint, eisdem rursus exterius visibiliter factis, ille interior inuisibilis, qui eos fecit, augeturiae per hoc cordis affectus, qui vt fierent ista, præcessit, quia facta sunt, crescit. Idem Augustinus [l] gaudium, siue exultationem in Domino esse debere colligit ex his verbis (*amicã auero ab*,) hac autem exultatione nullum gaudere, qui de præsentibus tantùm exulter, æternísque bonis interesse non concipiscat, exilium credens patriam, & mortem æstimans vitam, & cui Deus venter.

Plurales scripturæ.
f ps 50 16.
g 1 Cor.14.15.
h Ioan 4 24.
i ps.83.3.
k de cura pro mort.c.5.
l Sermo 2 de Assumpt. B.V.

Et anima mea quam redemisti.] *Redemptio animæ* est liberatio a mortis periculo, siue ex morbis createtur, siue alium de. De morbis Apollinarius:

Ψυχῆς δ' ἐν ῥ' ἐλεεῖν Κύριλλε ἀπειλήσαντα νόσον,
Ἀνέστης (nempe *exultem* γήθησαι μοι) μιν ἐπεὶ θάνατον ἔφυγες, *rex liberasti morbis.*

Præcesserunt alia exempla [m]. Idem est *redimere de interitu vitam* [n]. Mystice de redemptione a seruitute peccati, quomodo hæc formula sit accipienda,

m ps.32.23. Iob.33.28. ps.48.16. ps 54 19
n ps.102.4.

pienda, docuimus aliis in psalmis. Conuenit & corpori sua redemptio, de qua sequentia verba interpretatur Augustinus, videlicet cùm lingua ipsa exterius in æternitate post resurrectionem laudabit Deum. Non dubito vocis quoque sono laudaturos corpore recuperato beatos Deum: quod disputatione de beatitudine demonstraui.

a Rom 8 11. Paulus [a] autem scribit nos hic interim *mirari nos gemere adoptionem filiorum Dei, expectantes redemptionem corporis nostri.*

Meditati. quid sit. *Sed & lingua mea tota die meditabuur iustitiam tuam.*] Hieronymus, & psalterium Gallicanum, *insuper &* Augustinus, *adhuc autem &*. *Meditari,* A מגה *hagah*. de mente., déque lingua; seu ore dici sepius monuimus. & totâ diem pro omni die, singulisq; diebus, quâuis aliqui æternitatis, veluti vnicam sine nocte diem designari putent. Meditari.

Cum confusi, & reuerti fuerint, qui quærunt mala mihi.] Hieronymus, *quia confusi sunt, & ashamefaati quærentes malum mihi.* Augustinus, *cum confusi fuerint, & erubuerint.* In Romano psalterio, *dum*, significat ב *chi*, inter alia, &, *quia*, &, *cum*, seu *ali*, & *quãdo*. Idem valet *confundi*, & *reuereri*, seu *erubescere*, quod, vt dicebatur versu 13. *operiri confusione, & pudore.* Quæ vocari potest *depios* [a] *confessionis*, interna, & externa, & quidem æterna. a Psal 118.

PSALMVS SEPTVAGESIMVS PRIMVS.

Psalmus,

1 In Salomonem.

2 DEus iudicium tuum regi da: & iustitiam tuam filio regis.

Iudicare populum tuum in iustitia, & pauperes tuos in iudicio.

3 Suscipiant montes pacem populo: & colles iustitiam.

4 Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum: & humiliabit calumniatorem.

5 Et permanebit cum Sole, & ante Lunam, in generatione & generationem.

6 Descendet sicut pluuia in vellus: & sicut stillicidia stillantia super terram.

7 Orietur in diebus eius iustitia, & abũdantia pacis: donec auferatur luna.

8 Et dominabitur à mari vsque ad mare: & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum.

9 Coram illo procident Æthiopes: & inimici eius terram lingent.

10 Reges Tharsis, & insulæ munera offerent: reges Arabum, & Saba, dona adducent:

11 Et adorabunt eum omnes reges terræ: omnes gentes seruient ei:

12 Quia liberabit pauperem à potente: & pauperem, cui non erat adiutor.

13 Parcet pauperi & inopi: & animas pauperum saluas faciet.

14 Ex vsuris & iniquitate redimet animas eorum: & honorabile nomen eorum coram illo.

15 Et viuet, & dabitur ei de auro Arabiæ, & adorabunt de ipso, semper: tota B die benedicent ei.

16 Et erit firmamentum in terra in summis montium, superextolletur super Libanum fructus eius: & florebunt de ciuitate sicut fœnum terræ.

17 Sit nomen eius benedictum in sæcula: ante Solem permanet nomen eius.

Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ: omnes gentes magnificabunt eum.

18 Benedictus Dominus Deus Israël, qui facit mirabilia solus:

19 Et benedictum nomen maiestatis eius in æternum: & replebitur maiestate eius omnis terra: fiat, fiat. C

20 Defecerunt laudes Dauid filij Iesse.

Titulus & Argumentum.

Psalmus,

Vers. 1.] In Salomonem.

VOd ita simpliciter emendati codices Græci Latinique in titulo habent, εἰς Σαλομών, *in Salomonem*, & Hieronymus, *Salomonis*, ex Hebræo לשלמה *lisłomoh*, aut, *ipsi Salomoni*, aut *pro Salomone*, aut, *ipsius Salomonis*, aut *de Salomone*; Codices Complutenses ac Regij legunt cum addito, *in Salomonem psalmus Dauid*, εἰς Σαλομὼν ψαλμὸς τοῦ Δαυίδ, quo pacto legunt etiam Euthymius ac Nicephorus. Extat apud Ruffinum, Remigium, Arnobium, Haimonem, Brunonem Carthusianum, Hugonem, Glossam, & alios, *psalmus Dauid in Salomone*. apud Bedam, *psalmus in Salomonem*, apud Brunonem Herbipolensem, *in Salomonem psalmus*. Chaldæus paraphrastes exposuit, *per manum Salomonis dictus propheticè*. Illi quæ *Dauidis* apponunt nomen, pro

D

literea

terea fortassis faciunt, quia Dauidem inuentiauctorem psalm esse volunt: exponere quod Hebraeam וּלְשְׁלֹמֹה *Iuxta Salomonem* interpretationem ipsius Salomonis, ab eo compositum: cæterum nomen Salomonis ad argumentum retulerunt: Siue *Dauidis* retineatur nomen, siue iuxta emendatiores libros non retineatur, iam docui in præfatione. Verò verisimiliorem sententiam, quæ psalmos omnes ascribit Dauidi. Quod verò ad præsentem pertinet, indicant, vt arguunt aut Victorinus, Cassiodorus, Placidus Parmensis, Iansenius, auctorem Dauidem postrema eius verba, *defecerunt laudes Dauidis filij Iesse*. Confirmat Valentia Hieronymi autoritate, qui contrariam alibi a quibusdam tentatam tenuerit sententiam, in sermone de assumptione virginis. At hic sermo a peritis negatur esse Hieronymi. Videtur Apollinarius eruditè de eo scripsisse absque titulo psalmum huic quod Heliodorus refert:

Τοῦτο ἄρα τὸ ἐπιγεγραμμένον ἐν τῷ ἑξηκοστῷ ἕκτῳ ψαλμῷ.

Illud itaque quod scriptum est in sexagesimo sexto Hymno.

Deinde tamen tutiùs qui eius est mentionem facit:

Τοῦτο μὲν οὖν Σολομῶντι προσφωνεῖται μᾶλλον ἐπιγεγραμμένον.

Quod carmen Salomoni magis est inscriptum.

Magna porrò, vt ad argumentum psalm. accedamus, Catholici consentiunt omnes, ipsum hoc de Christo; & probant, quia Salomon tam diu mortalis, non permanet cum sole, nec etiam fuit ante lunam: nec dominatus fluuios terræ nec ante solem fuit nomen eius, nec ab orientalibus & occidentalibus tribubus accepit, nec propter hoc beatus est ab omnibus regibus terræ, vel est benedictum est ab omnibus gentibus, vel benedicent in ipso omnes tribus terræ, vel descendit sicut pluuia in terram stillauit, vel eius tractus elongatus est super Libanum; vel manuet ad pedes prouoluti pulueremlinguent. Negat Basilius vel Theodoretus vel etiam Iudæos iniciam posse scribere: autem affirmat quicunque de Salomone dictum tempora non sit imperaturus, facile concedit: etiam prima psalmi verba Salomoni valeant conuenire, quia successor illius ac filius Roboam totam regnauit in Iudæa, ac ne in toto quidem, duas scilicet decem autem tribus defecerunt. Athanasius recitans Marcellinum totus eandem adducit sibi de libro psalmorum dictum, præcipua quæque Christi mysteria hinc peti testatur, tum verò regni eius potestatem iudicandi, condemnandi in carnem adeuntem, vocationem Gentium. In quæstionibus quoque ad Antiochum cum tamen operis eius auctor esse non dubitat assumta de mentem Iudæum, qui de Salomone psalmum hic interpretetur. Iustinus nihil eorum quæ psalmo continentur, audet Iudæo Tryphoni asserere, Salomoni congruere, *sed ut Carmen propheticum esse*. Augustinus alibi in locis præter commentatum, docet, quòd psalmus licet in Salomonem quidem tribuatur, sed quæcunque ibi dicta sunt, quæ in illum regem temporalem, & postea grauiter peccantem conuenire non possunt, ea omnia ipsius Iudæos de Christo esse prædicta: ut tollere illine desiderantur; nullas autem Christianos negare aliis enim dicta esse, de quibus dubitari non possit quid ad Christum pertineant. Hieronymus multotiens asserit sub nomine *Salomonis* agi de Christo in hoc psalmo, & ad Ruffinum de iudicio Salomonis nudam ait esse dubitationem, Salomoni mortuo hunc psalmum non conuenire, sed Christi maiestati. Tertullianus affirmat quòd hic quidem psalmus Salomonem canit. sed quæ soli competant Christo. Dicta ex posteriore demonstrat Ambrosius, & Chrysostomus qui ait, neminem eorum qui erant vehementer desiderant, facere, de his quæ de natura nostra sunt. Isidorus. Putant R. Salomo antiquos Hebræos hunc psalmum intellexisse de Messia; & in Midras tria illum, id est, in expositione psalmorum, & in libro Sapientiæ & R. Moses Hadarsan id prodidisse. Refert item Nebrensis. hoc loco & Genebrardus fere memorato, vt loco primo dicto vocis. Paraphrastes eadem hic quoque tenuerit. Nec Theodoretus Mopsuestenus, improbare negat eos qui de Christo psalmos ad literam, aliis ex negare dubitat. Cum porro Hilarius Salomonem in hoc psalmo loquentem facit, ad tribuam respectu, huc illo consumptum esse, hinc non de Salomone autem loquutum tulerit.

Cur ergo inquies *Salomonem* inscripsisse, si falsa sit aliquorum Rabinorum opinio R. Salomonis, & R. Elias Thesbitis, quod psalmo Dauidis pro Salomone filio, eaque ipsa prosperitate quam ibi: Deus prouisionem &c. Respondent omnes nostri Salomonem gestisse Christi typum, & nomine ipsius & regni eius, *pacem* enim Christus verò *Salomon*, id est, & *pacifer*, & prosperitatem promissam filio Dauidis de Christo; cui congruunt quoque mystice ingentia Salomonis diuitiæ, sapientia, pietas, cæteraque regalia pacifica, nec non & illius quæ de sibi Salomone in historia Regum, & sub quibusdam mysteriis præcipuo cæremoniis, vel de eiusdem pacifica & filia *Sulamitis* congruentia. id est, *pacifera*. Augustinus vnum esse quæ grandem illam promissionem parent in Salomone fuisse completam; vel primam, vt iuxta, iperent: sed illo sed in nouissimam temporis futuræ, & figuram quidem quæ ad mediatam, vt ipsam veritatem præfigurat. Eadem rei figuram notat esse quòd superiores a Rege Dauid sub Salomone regnasse, cum tamen dicta promissio loqueretur de subiugando regi postquam Dauid impleuit: dicit Deus, & Salomonem cum patribus suis. Docet præterea Hieronymus, ex parte, & quæ in veritas, & magnæ veritatis in Salomone quod in promissione esse, vt in Dominum Salutare perfectius impleretur. Arnobius vero Salomonis laudem in hoc psalmo contineri. Quidquid sit de promissione illa, vtram de Salomone intelligi debeat ad literam, de Christo sub quodammodo typo & allegoria, & de Christo dumtaxat, quod Rabera notet accurate dicunt, prior adhærens patri, omnes conuenire debet, in psalmo nostro pugnata de solo Christo, & non de Salomone decisa ut literaliter posse, vt prius attigimus, & omnes Catholici consentiunt, & in progressu magis ostendetur. Sive vt secundam hæc quæ Salomoni conuenire non potuit, non posse Salomonem typum Christi habere quemadmodum certum est Salomonem ratione idolatriæ suæ non fuisse illius typum.

Hinc fit vt *Salomonis* nomen in titulo psalmi nostri figuratè intelligendum sit, & non proprio filio Dauidis ac Bethsabeæ ad eum modum quo *Dauid* nomen apud Ezechielem de Christo sumtum intelligitur, cum scribit, *Suscitabo super eas pastorem unum, qui pascat eas, seruum meum Dauid*. & apud Oseam *quærent Dominum Deum suum, & Dauid regem suum*. Eadem ratio de titulo psalmi 15.

a Ex *Prosperitas iustitia ejus pacis non auferetur donec auferatur*.

b in prologo.

Psalmus hic sine titulo vulgatur tribuitur Apollinario.

Argumentum huius Christi psalmus, non ut Salomonis.

c eundem vitio in explicando d & deserti, in desertis.

e quippe.

f de vera Ieiunia. S. Aug. lib. 83. quæst. q. 61. in Psalm. 71.

g in c. 23. Ezech. in cap. Danielis.

h q. contra Marcionem lib. 3.

A

B

C

D

E

F

Hæc Nebrensis tamen sic non sentit quæ Christo

a epist. 1 Damas. 9

b in c. 4. Esa. & lib. de vocat. Gentium c. 2.

d in hoc. c. 4.

Theodori Mopsuesteni de hoc psalmo sententia.

e in psalm. 7.

f 2. Reg. 7. 11.

g 2 Reg. 12. 24. & 3. Reg. 3. & 8. 66.

h hoc 6. & 8. ... rep. de civ. c. 9

i in c. 5. Dan.

k in c. 66 Esa.

l in c. 25 Esa. ... Hieronymus & Isa.

m in c. 34.

n cap. 37.

o c. 15.

qui est, ipsi Dauid, in quo tamen, vt vidimus, illa de solo sunt Christo [a]; *non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem* Genebrardus satis probabiliter sentit *Salomonis* nomen hoc loco patronymicam esse, quasi dicas *Salomoniam*, aut *Salomoniadem*, id est, filium, nepotem, prolem, a Salomone ortum: vel appellatiuum, pro pacifico, vt in Cantico [b] canticorum, **in quo tam grandia dicuntur & sublimia**, vt quadrare nequeant in proprie dictum Salomonem, vxorémque illius. Sic verò etiam constat in scripturis *Iudam* pro Iudæis vsurpari, pro Rubenitis *Ruben*, *Leui* pro Leuitis, *Israel* pro Israelitis. Accedat postremò iudicium Ecclesiæ quatenus in præcipuis Christi mysteriis festiue solemnitérque hoc psalmo vtitur, in natiuitate Domini, Epiphania, feria quinta, cœna, festo Trinitatis: in antiphonis quoque ad primas vesperas natiuitatis vocat Christum regem pacificum, magnificatum super omnes reges vniuersæ terræ; cuius vultum desideret vniuersa terra. Legi demum his à me iam delectis polemicam 5. Deluj nostri in die annunciationis B. Mariæ, in qua illud propositum tractat; *descendet sicut pluuia in vellus*, &c. & quod hactenus probaui de psalmi argumento, etiam ipse comprobat.

Vers. 2.] Deus iudicium tuum regi da: & iustitiam tuam filio regis.

Iudicare populum tuum in iustitia, & pauperes tuos in iudicio.

DAuid considerans filium suum Salomonem, **de quo tam multa ei pollicitus erat** Deus, iam in solio collocatum, se ad regni moderandas habenas applicantem, orat ei a Deo, cũ iudicio & iustitia id facere secundam potestatem **diuinitus traditam**, iuxtáque imitationem tradenris illam Dei æquissimi ac iustissimi, & vt commissum sibi populum arbitretur ipsiusmet **Dei populum esse**, atque tanquam pauperes ipsius curæ commissos ab eodem Deo cui *derelicti* sunt *pauperes* [c], & quorum *pater* [d] *est*, nitatur tueri ac vindicare ab iniquis oppressoribus. Appellat autem ipsum Salomonem, & *regem* & *regis filium*, hoc est, suum, quem primum ex tribu Iuda regem Deus idem constituerat [e]. Hoc Eusebium [f] prius monui concedere Salomoni proprie conuenire. At nihil obstat simul de Christo regum rege Dauidem cogitasse, qui etiam κατ' ἐξοχὴν & absolutè *rex* nominatur, vt psalmo 44. & aliis vidimus. Quatuor ante mortem annis tradidisse Salomoni regnum Dauidem scribit Vitali Hieronymus: quod cùm nulli alteri contigerit regi, vt notauit Augustinus [g], præfiguratio quædam Dei Patris fuit, qui *omne iudicium dedit filio*. Christus rex regis filius est, vel regis seculorum **secundùm diuinitatem**, vel Dauidis secundùm carnem, qui primus in Christi genealogia *rex* nominatur [h]. Huic tanquam filio hominis omne iudicium optando prædicit, oprátque prædicendo. Græci atque Latini enarratores concordant: & Euthymius ac Nicephorus obseruant *regem* vocari Christum, & *regis filium*, non dicto dumtaxat modo, sed quia simul Deus, simul Dei filius est. Basilius aut Theodoretus hunc loquendi modum confirmant, quia etiam idem Christus nunc *seo* vocatur, nunc *carnis seo* [i]. Tertullianus [k] quem hoc loco videtur imitatus is quem vocant Hieronymum, ita etiam declarat; *eius iudicium tuum regi da*, id est, Christo regi vero. Sed quod sequitur, *hic regis*, interpretatur de populo Christi; quia filij eius, inquit, sunt, qui in ipso renascuntur. Sequitur eandem explicationem de Christo Nouatianus [l] & Cyprianus [m]; hinc probantes Christum regem esse atque iudicem. Hoc ipsum innuit Origenes [n], & apertius asserit Athanasius [o], Iustinus [p], Hieronymus [q], qui Christum ipsum abstractè nominat *iudicium*, & *iustitiam*, sicut & *redemptionem*, atque *sanctificationem* [r], & eundem Christum vocabulo *regis*, & *filij regis*, esseque illum, *in cuius labris diuinatio est*, & *in iudicio non errat* [s], quia nullus est regum **temporalium qui nunquam erret in iudicio**: præterea Bernardus [t]; qui ea in re Deum se patrem misericordiarum declarasse dicit, quòd per hominem **homines iudicari voluerit**, quò **in tanta** trepidatione & perturbatione malorum electis fiduciam præstaret naturæ similitudo: denique hoc Dauidem nunc orando pariter & prophetando prædixisse; & Angelos significasse qui assumpto iam in cœlum Christo sic venturum responderunt, **quemadmodum** visus fuerat iuisse **in cœlum** [u]. Gregorij [x] eadem sententia, datum iudicium à Deo Patre regi, quando Dei filius carnis humanæ substantiam assumpsit. Rupertus [y] idem docet. Nyssenus [z] confirmat hinc etiam **iudiciariam potestatem Christi**; **húncque**, vt quidem est Deus, *regem* esse ac *filium regis*; vt homo, factum esse regem ac filium regis, nempe Dauidis. Ex hoc loco Ambrosius [a] refellit Iudæos, qui contendebant & Dauidem & Salomonem appellari posse filium Dei; ac rursus cætera regat simpliciter *pacificum* dici posse Salomonem, quia **occidit Ioab** [b], & Adoniam [c]. Colligit item Nazianzeni Scholiastes Elias Cretensis definitionem personarum Patris & Filij, licet subobscurius indicetur, vt Nazianzenus [d] docet in vetere testamento, magisque obscurè persona Spiritus sancti. Inferre demum licet, iure animo peractã redemptionem a Christo, atque tum in eo tam ab eo factum iudicium & iustitiam; ita vt liceuerit ei dicere, *nunc iudicium est* [e] *mundi, nunc princeps huius mundi eiicietur foras*: & *Spiritus sanctus arguet mundum de hoc iudicio & iustitia simul cum peccato* [f].

Deus iudicium tuum regi da & iustitiam tuam filio eius.] Chaldaicè, *Deus sententiam iudiciorum tuo tam regi Christo da tuo, & iustitiam tuam filio Dauidis eius.* Intelligit de Messia, sed qui expectatur a Iudæis frustra. Christus autem verus quo pacto *rex* dicatur & *Dei regis*, antea dixi: *regnum* etiam qua ratione illi conueniat & *iudicandi potestas*, alias docui. Dictum rex nuptias fecisse filio, id **est, Deus Pater Christo** [g], **vt notat Augustinus**: & *iudicando* verbo præcipuè in libro Iudicum regere atque gubernare designatur; & Elias [h] simul dixit, *in natura regnandi regum principium iudicio profuturos*. Familiaris Hebræis phrasis, vt *vir hominis* idem sit, quod homo; *filius regis*, quod rex: tamen quãdo simul cõiunguntur, non nullum discrimen iudicari videtur. *Iudicium* porro & *iustitia*, vel in plurali [illegible] nunc eodem, nunc ordine inuerso crebrò coniunguntur [i]; nonnunquam appellantur iudicia, *iustitiæ* [k] aut *iudicia omnes* [l]: interdum dicuntur *iudicia æquitatis* esse: aliquando *conuertere iudicia in*

a Gen. 49. 9. b Cant. Marchesius 9.

c Psal. 9. 10. Ierem. 49. 11. Osee 14. 4. Zachar. 11. 7. Psal. 10. 14. d Psal. 67. 6. Isaiæ 63. 16. Ierem. 3. 4. 19. Malach. 2. 10. e 2. Reg. 5. 2. 1. Paral. 11. 2. f Lib. de pace ad Marcellinum. g In Psal. 44. h Matth. 1. 6. Isaiæ 9. 6. Ierem. 23. 5. Ezech. 34. 23. Zachar. 9. 9. Malach. 3. 1. c. 4. 2. Luc. 1. 32. i Chrysost. hom. 55. Isaiæ 58. 8. Ieremiæ 10. c. 14. Zachar. 11. cap. 3. Malach. 3. c. 4. c. 16. Prou. 8. *Deus pater misericordiarum dicitur, quod per hominem homines iudicari voluerit.* k Tract. 10. l Serm. 73. in Cant.

m Act. 1. 11. n In ipso præsentiam. *Iudicium Christo filio præsentia ex hoc loco confirmata.* o In Cant. p In fragmento tom. 7. Bibliothecæ Patrum. *Iudæorum refutatio, contendentium & Dauidem & Salomonem filios Dei, & quæ sequuntur.* q Hieronymus 4. r 3. Reg. 2. 44. 1. Reg. 2. 26. *In hunc locum Tirinus adde hunc etiam.* s Orat. 6. de Spiritu sancto. t Lect. 11. u Luc. 24. x Ioannis 16. y Matth. 24. z Cap. 11. a Gen. 18. 19. 2. Reg. 8. 15. 3. Reg. 10. 9. 1. Paral. 18. 14. 2. Paral. 9. 8. Psal. 32. 5. 36. 6. 88. 15. 96. 2. 118. 121. 164. Prou. 1. 3. 8. 20. Isaiæ 1. 27. 5. 16. Ierem. 4. 2. 9. 24. Ezech. 18. 21. 33. 14. Dan. 4. 24. Osee 2. 19. Amos 5. 24. Mich. 6. 8. *Iudicare idem quod regere ac continere.*

a Psal. 94. 11.

b 2. Reg. 8. 15. 1. Par. 18. 14.

c 3. Reg. 10. 9. 2. Par. 9. 8.

d 2. Par. 7. 17.

e Gen. 18. 19.

f Esa. 30. 18.
g Eze. 33. 5.

h 2. Paral. 19. 5. & seq. *Iudicia & iustitia distinctio.*

i Psal. 98. 4.
k Psal. 88. 15.

l cap. 6. 8.
m Serm. 25. 6. de Temp. c. 3.

Iudicium & iustitia synonyma.

iudicium [a]. Dauidem scribitur *regnauisse super omnem Israel, fecisse iudicium, & iustitiam omni populo* [b] *suo*. Gratulata est Salomoni regina Saba, quòd constituisset eum Deus regem, vt faceret *iudicium & iustitiam* [c]; & ab eodem Deus exemplo patris sui eandem exegit conditionem, vt *iustitias suas iudiciaque seruaret* [d]: hac etiam Deus de causa *benedixerat* pollicitus est in *Abraham omnes nationes terræ*, quia *sciret quòd ipse præcepturus esset filiis suis, & domui suæ post se, vt custodirent viam Domini, & facerent iudicium & iustitiam* [e]. Recte verò orat Dauid, vt Deus *det iudicium suum, & iustitiam suam*, quia *Deus iudicij Dominus* est, vt misereatur & parcat [f]: & illius beneficio impleatur *iudicio & iustitia* [g] Sion, id est, Ecclesia, & quilibet iustus: & iudices aliorum iuxta præceptum Iosaphat (quem etymologice possis interpretari à iudicio Dei) videre oportet quid faciant, quia non hominis exercent iudicium, sed Domini iudiciū & causam [h]. Distingui possunt hæc duo, *iudicium & iustitia*; vt sumendo iustitiam, quod non raro fit, pro misericordia, clementia, æquitate, significetur iudicij rigor, seueritatem, acerbitatē leniendā, moderandā, temperandam, quia *honor quidem regis iudicium* [i] *diligit*, sed misericordiam quoque & iudicium [k] simul. Spectari præterea *iudicium* potest in vero absque errore cognoscēdo; *iustitia* in tribuendo cuique quod suum est: vel prima virtutis pars in fontibus damnandis; altera in absoluendis innocentibus: vel illa circa causas capitales, hæc circa ciuiles: vel iudiciariam potestatem significat *iudicium*; *iustitia* virtutem in ea exequenda; vel *iudicium* pertinet ad seipsum, *iustitia* ad alterum: sicut ad Deum, vt Micheas [l] monet exponitque Augustinus [m] solliciè ambulare cum illo: vel in Christo *iustitia* est qua nos reconciliat Patri; *iudicium* quo iudicat omnes. Nihil etiam vetat hæc synonyma existimare cùm & seorsim variis in locis ad idem vsurpata legantur, & hoc ipso loco mox repetatur secundùm ordinem inuersum, iudicare populum in iustitia, & pauperes in iudicio. Vbi vtrumque habitudinem dicit ad alterum; & si iustitia benignitatem significaret, pauperibus potius attribui debuisset. Illas repetitiones, ait Augustinus, alia eorundem proferens exempla, multum eloquia diuina commendare, siue eadem verba alia sententia, siue aliis verbis eadem sententia repetatur; & maxime reperiri in psalmis, & in eo genere sermonis, quo animi est mouendus affectus. Notarunt id alij post Augustinum, vocárque Cassiodorus figuram τῆς ἐπιμονῆς, quasi dicas immorationem: is qui gerit Ruffini nomen endiadem, quæ vox quid sibi velit nescio, nisi dicas eādem illam moram, quia ἐνδιὰ, & ἐνδιάζειν, *insistere, morari, hærere*, significat; ἐνδιατὰ, καὶ διατρίβων, & ἐνδιάτριτος, idem quod διατεθῶ *continuetur*: & τὰ ἐνδία idem quod διατριβὰ præsertim μεσημβρίας, *immorationes meridianas*. Sed hoc non motor. Idem Augustinus [n] admonet quòd amat Scriptura ista duo simul ponere; & fortasse propter vicinitatem significationis etiam alterum pro altero poni posse: tamen si propriè dicantur, aliquid interesse non dubitare.

Ἐνδιᾶν. Ἐνδιάζειν. Ἐνδία.

n in Psal. 105.

Iudicare populum tuum in iustitia, & pauperes tuos in iudicio.] Ex Hebræo יָדִין *iadin*. Hieronymus & alij, *iudicabit*. Apollinarius quasi duos diiunxisset *regem*, & *filium regis*, expolit τὸν διαφέροντα, *vt diiudicent*. Quamuis deinceps numerum sequatur singularem. Addunt alia duo psalteria, & Cassiodorus pronomen, *nostra sunt*. Est autem Græcismus quo infinitus pro gerundio ponitur. Confirmat Augustinus, exemplo Proverbiis [a], *Ad percipiendas Salomonis disciplinas, Dauid filium. Percipiam & disciplinam.* Sed in versione nostra legimus *ad faciendam Sapientiam & disciplinam*. & Hebraice cum littera seruili לַדַּעַת *ladaabh*: quod est Græce in simplici infinitiuo γινώσκειν. Suppetūt plurima apud omnes scriptores Græcos exempla, nec fere aliter Græci seruiunt loquutiuo. Hoc est exercitū seruitus optare iudicij, & iustitiæ vt rex regiue filius, qui est idem nempe sensu saltem mystico, Christus, regat iuste ac recte pro potestate à Deo accepta, quæ neut semet Deus abdicare non potest, nec subditis, qui vocantur *populus*, & *pauperes De*: quemadmodum Petro commendauit pascendas oues, non quæ Petri essent præcisè, sed etiam suæ, imò magis suæ quam Petri, quoniam illas *acquisiuit sanguine* [b] *suo*. Prædixit Micheas Christum *iudicaturū inter populos multos, & corripiturum gentes fortes usque in longinquum*: Esaias [d] ex quo ille videtur mutuatus, *iudicaturum populos multos*: Abdias [e] *ascensores fore saluatores in montem Sion, vt iudicaret montem Esau, & futurum Domino regnum*. Alludit ad tempus quo degebant Hebræi sub Iudicibus, qui vocabantur etiam *Saluatores* [f]. Vidit Daniel [g] *accepisse filium hominis* hanc *potestatem, & honorem, & regnum, vt omnes populi, tribus, & linguæ ipsi seruirent*. Tunc manifestiùs super solium Dauid, & super regnum eius sedit, vt *confirmaret & corroboraret illud in iudicio & iustitia* [h]: & gestauit *in femore scriptum ac in vestimento rex regum, & dominus dominantium* [i].

a cap. 2.

b Act. 20. 28 c 1. 4. 5.

d cap. 4.

e vers. 11.

f Iudic. 3. 9. 15. Iudit. 9. 17. g c. 7. 13 14.

h Esa. 9. 7. i Apoc. 19. 16

Pauperes vnus. Idem est populus, & pauperes. Sed *pauperum* fit mentio nominatim, quia horum iustitia siue ius, vt notat Caietanus, facile contemnitur, & cum hi iudicandi, hoc est, eorum causæ decidendæ dicantur causæ, vt vindicentur, multò credibilius est alios minimè præteriendos. *Pauperes* etiam elegit initio præsertim Christus [k]: & tropologice soli se iudicari ac regi a Deo sinunt, qui, vt ait Augustinus, & alij, in Deo diuites, in seipsis egentes sunt; non inflantur scientia, sed præditi sunt *charitate* [l], *scientes sine illa se nihil esse, etiamsi distribuerint omnes facultates pauperibus* [m], scientes etiam *spiritu qui ex Deo est, non huius mundi, quæ à Deo data sint* [n], sibi nec *ignorantes Dei iustitiam, & suam volentes statuere*, subtrahentes se a subiectione *iustitiæ* [o] *Dei*. Hugo distinguit pauperes diaboli; vt qui dicebantur de Lugduno quidam hæretici; mundi & non Dei, vt fures: Dei & non mundi, vt Dauidem & similes bonos diuites: Dei & mundi, vt monachos Græci paupertate quoque secūdum tropologiam interpretantur ob infidelitatem, & peccatum, & seruitutē diaboli, aliasque necessitatem calamitatum. *Propter miseriam* horum *inopum & gemitum pauperum* tandem *exurrexit* [p] *Dominus: pauperibus euangelizare* [q] missus est; *iudicare in iustitia pauperes, & arguere in æquitate pro mansuetis terræ*: primam beatitudinem pauperibus assignauit [r], *diuites in fide & heredes regni* faciens [s]: *væ diuitibus* denunciauit [t]; & perdifficile ait esse *intrare in regnum cælorum* [u]. Postquàm Deum descripsit Moses *Deum esse deorum, & dominum dominantium, Deum magnum, & potentem, & terribilem, qui personam non accipiat, nec munera*; statim subdit, *facere iudicium pupillo, & viduæ, amare peregrinum, & dare ei victum*. Iob [x] etiam affirmat quod *iudicium*

k 1. Cor. 1. 28. Iacobi 2. 5.

l 1. Cor. 8. 1. m 1. Cor. 13. 2. 3.

n 1. Cor. 2. 12

o Rom. 10. 3. *Pauperum ni fallor.*

Tropologice pauperes sunt peccatis.

p Psal. 11. 6. q Esa. 35. 5. Matth. 11. 5. r Esa. 11. 4. s Matth. 5. 3.

t Psal. 14. 10. u Luc. 6. 24.

x Matt. 19. 23.

y Deut. 10. 17. z Iob 36. 6.

pauperibus tribuat: Dauid [a] quod *iacentem inopem & egenum pauperem*: *populum* [b] *humilem saluum facit*: *animam pauperem ac* [c] *inopem*. Sophonias [d] quod *uere requiet in modo* (id est, vt saperet, viuat, vigeat, floreat) *populum pauperem & egenum, ita vt speret in nomine Domini*: vocat item Deus populum suum *pauperem* [e]. Sed proinde ptalmis aliquoties actum eodem de argamento.

a Psal. 112. 7. Psal. 81. 4. & 71. 12.

b Psal. 18. 28.

c Esa. 32. 7.

Verſ. 3. Suſcipiant montes pacem populo: & colles iuſtitiam.

Petit vtiq; pauis prosopopœiam aut metaphoram, vt vniuersa terra designata per montes & colles, suscipiat ac proferat, tanquam fruges quæ in montibus & collibus feliciter prouenirũt, pro cuncto populo Dei pacem iustitiamque, ac omnium loco pacate & recte viuatur sub isto rege, absque metu & periculo impiorum & iniquorum. Vel, vt assolet terra terram ac fructuum copia, sintque *montes pax*, & *fruticeta* [f] *iustitia*; *pax ad portum*, & *abundantia in breuitio*. cũ enim abundant omnia, pax est, vicissimque ex inopia nasci discordia solet vtriusque ex rapto, quando vrget necessitas, & quam facile rixantur etiam pro regula ablata. Vel, vt nec hi qui per montes iter agunt, & colles, lædantur a prædonibus, sed tutò transeant ob pacem quam profert iustitia. Vel, vt iuuet habitatores montium & collium bellis ac seditionibus assueti mitescant & colla pacifico iustoque regi submittant. Vel, vt qui de populo in regno illius regis montibus collibusque sunt similes, ob altitudinem & excellentiam dignitatis ac potestatis, illa eadem duo in totius populi gratiam feruent ac tueantur. Quod allegoricè de primoribus Ecclesiæ præconibus potest intelligi, vt *legi viam pro Christo pergentes* [g] annuncient, & euangelizent omnibus bona, pacem & reconciliationem cum Deo; satisfactionem factam iniuriæ Dei a Christo Christum ipsum, exercitium iustorum operum, vtque seruatur coram Deo a liberatis de timore inimicorum, *in sanctitate & iustitia* [h]. Vel, vt sub regno Christi, maiores minoréque principes, ei sese subdentes, afferant veluti munus eidem, ac populo ipsius pacem & iustitiam, nec amplius exercentes se ad prælium [k]. Deo ponente vibrationem populi sui pacem, & præpositos eius [l] iustitiam, *τοὺς ἀρχοντας αὐτῆς ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ τοὺς ἡγουμένους αὐτῆς ἐν δικαιοσύνῃ, principes in pace, & episcopos in iustitia*. Vel, vt pacis iusti tixique copia tanta sit quam suscipere, id est, leuare ac attollere sicut omnis quoddam montes & colles possint. nam iustitia Dei comparatur cum *montibus* [m] *Dei*. Vel, vt inhabitatos quondam ab idololatris montes colleſque incolant monachi Angelorum viuentes more, & alludens precibus gratiam Dei recõciliare populo studentes. Vel, vt sublimes illæ habitationes, videlicet Angeli, qui propter impias superstitiones horrebant prius habitationem cum hominibus reformant pacem cum iustitia, & hominibus iam iustificatis reconcilientur. Vel, vt etiam agrestes homines, barbari, remoti ab vrbibus communione habitationis, non vrbani duntaxat ac commodioribus prædicti motibus pacem seruentur, & iuste tanquam Christi lex rem vtramque maxime commendat. Vel, vt cessent propter potentiam, diuitias & humana illam pacem vtilitatemque suscipiant quam populus adeptionis Dei, id est, Christum ipsum, qui est pax nostra & iustitia. Vel, vt qui eminent sanctitate aut potestate, pacem humilitatis amplectantur, ne se inferioribus præferant. dic autem iustitiam per obedientiam quam illis debent. Sed imprimis Deo & Christo, cui non interponendi serui sunt, vt se quis dicat vegetiſe *Cyrus* aut *Dauid*, aut [a] *Apollo*.

a 1. Cor. 3. 4.

Literalis sensus placet Hebræis, nec incommode Salomoni aptari potest. Frequenti expositione illa de manufactis habitatoribus montium & collium: alia de tuto per obsessos a prædonibus montes colleſque itinere, R. Elasæ Tranensis & Genebrardi, quamuis neminem citet. Ex allegoricis Euthymius recitat tres de monachis, quæ est Basilij seu Theodoreti, immixtque Nicephorus de Angelis, quã tradidit Athanasius: de principibus viris ad fidẽ cõuersis pacificèque ac benignissime sese habentibus erga populum Christi. Latinus fere placet subordinatio superiorum qui præsunt, & pacẽ procurãt docendo fideliter & bene viuendo ad sui imitationem prouocando; & inferiorum qui obediunt & iustitiam inter se conseruant: quæ duo *suscipi* dicuntur *populo*, id est, in commodum populi, qui constat ex vtroque hominum genere. Repetit hoc alibi Augustinus [b], ex cuius colligi sententia potest diuina mysteria & voluntatẽ nobis non immediatè innotescere, sed per diuinas Scripturas, vel prædicatores ac prælatos. Hugo, *montibus* vt denotant contemplatiuos, pacem; *collibus*, vt actiuos, assignat *iustitiam*; de illis qui sunt in vtroque perfecti: dici posse, quod *iustitia & pax osculatæ* [c] *sunt*. Agathias acutè satis alludi vult sensu contrario ad illatas prius mũdo pœnas quasi de cœlo cui propinqui montes, vt diluuium [d], confusionem linguarum [e], ignem [f] ac sulphuratum autem Christo de cœlo Angelos *pacem euangelizant & gaudium futurum omni populo* [g], non quomodo mundus dat, Deus pacem dat, sed *quæ exuperat omnẽ sensum* [h]. Intellexit Hieronymus redigendos superbos sub iugum Christi, ad eum modum quo est populus qui ipsius censetur per adoptionem.

b Tractat. 1. in Ioan.

c Psal. 84. 11. *Aliter acute satis allusio.*

d Gen. 7. 10.

e c. 11. 7.

f c. 19. 24.

g Luc. 2. 10.

h Phil. 4. 7.

Probantur & mihi sensus hi omnes, nec non & de temporali vbertate, felicitate, pace, iustitia, quas eximio quodam modo excellere sub Euangelica lege magis quàm sub alia vlla demonstrari facile posset. Id alias in hoc ipso opere non semel attigi; & disputantes de signis notisque Ecclesiæ diligentiùs exequuntur, vt Thomas Bozius. *Pacem* ante omnia annunciari Christus iussit, & *præsentem* [i].

i Matth. 10. 13. c. 4. 17. *f*

Suscipiant montes pacem populo.] Hieronymus, *assument*. Alij, *offerent*, vel, *ferent*, vel, *extollent*, vel, *portabunt*. Hebræum verbum futuri temporis pro imperatiuo, est נשׂאו *nisseu*, significat inter alia, *portare* atque etiam *producere*, seu *proferre*. De Christo quidem est illud; *aperiatur* [k] *terra & germinet saluatorem, & iustitia oriatur simul*; hanc tamen ἀναλαβεῖν notionem quod hic est non habet, nempe pro *productione*. Athanasius vim fecit in compositione, quasi ἀναλαβεῖν sit *rursum sumere*. Chaldaicè, *afferent habitatores montium pacem populo domus Israel*. In aliis deinde Latinus psalteriis & in Æthiopico, apudque Cassiodorum, additum pronomen secundæ personæ, *populo tuo*: & meminit Augustinus. Datiuus casus *populo*, idem est, quod pro populo, & in commodum illius. Denior expositio suppositi Hieronymi, vt sit in similitudinem populi adeptum suscipi pacem atque iustitiam a superbis, quos ad eum montes &

k Esa. 45. 8.

Ἀναλαβεῖν.

Hieronymi suppositum. Aliter ego sensi.

colles.

colles. Non displicet *suscipiendi* verbo immutatio libertatem voluntatis adiutæ per gratiæ efficacis auxilium, ad consentiendum, acceptandum, & operandum. Digreditur longius Iacobus Iansonius in huius controuersiæ disputationem. Illi sensum, quem dixi, satis communem de diuina declarandi doctrina in inferiores per superiores, vtcunque fauet alterius psalmi locus [a], cū commentario Augustini: *Ioannes in mirabilibus a montibus æternis*; præterea *unguentum descendens a capite Aaron in barbam*; *usque in oram vestimenti* [b], vt exponit etiam Augustinus [c]; item quòd Christus prius Apostolis pacem dixit, mox remittendi peccata contulit [d] potestatem, vt obseruauit Gregorius [e], eòdem referens osculum datum Sauli regi designato à Samuele [f]: & quòd antea Christus *amicos* vocauit suos, tum dixit se illos posuisse vt *irent & fructum afferent* [g].

a psal. 75.

b psal. 132. c Ibidem, & in cantica Moysis Deut. 32. d Ioann. 20. 23.

e Lib. 4. in 4. Reg. c. 5. f 1. Reg. 10. 1.

g Ioan. 15. 16.

Et colles iustitiam.] Ita etiam Hieronymus; quamuis Hebraice sit præpositio בְּצְדָקָה *betsedacah*, quod aliqui reddunt, *in iustitia*: vel, *ob iustitiam*, vt sit sensus; suscipiant montes pacem populo, & colles eandem suscipiant in iustitia, aut ob iustitiam; quasi medium ad pacem sit iustitia. Vocat quidem Esaias [h] *pacem opus iustitiæ*; sed præstat dicere præpositionem redundare: & nostram sequi versionem, quam Augustinus de alia mentionem faciens quæ habet *in iustitiam*, merito meliorem affirmat. Exponit tamen, si lectionem illam sequamur, ita, vt duæ dictiones in iustitia referantur in sequentem versum, & sensus *suscipiant montes pacem populo & colles*, constituentes integram per se sententiam, significent vtrosque prædicatores Euangelicæ pacis sine præcedentes, sine subsequentes. Delectatur Scriptura [i] crebrò cum iustitia pacem coniungere, quam videlicet effectum: cum causa. Hoc ibi apud Atticenses in prytaneo volebant cum legimus Solonis statuæ pacis & Vestæ [k] apud alios de Pax cū comitibus, Fide, Iustitia, Concordia, vnde Petronius:

h c. 32. 17.

Talibus & Pacis comitabilis umbris
Pax erat in Latia

i Iustitia & Pax complexa inuicem. Psal. 84. 11. Ecce in Italia c. 17. Basil. Dion. Roman. 4. & Pausanias in Atticis.

k Vesta Terra apud Hesiodum Theog. 164. Ecce in Italia c. 17. Basil. Dion. Roman. 4. & Pausanias in Atticis.

Hunc (pacis) amet & fiscera fides, & crine soluto
Iustitia, & lacera mœrens concordia palla.

Legi apud Ariam Montanum [l] ex libro Mishnaioch, tractatu de festis & ieiuniis, veteres Hebræos quæ publicè sciri vellent, præconis voce de montibus proclamari curauisse, huc verò alludi verbis Esaiæ [m]; *Super clamantis in deserto*; & *adnocate eam*: item [n] *Laudate habitatores petræ, de vertice montium clamabunt*: præterea [o], *quam pulchri super montes pedes annuncians & prædicans pacem*: denique apud [p] Nahum, *Ecce super montes pedes euangelizantis & annuncians pacem*. Ideireò videtur Christus in monte prædicasse præsertim celebrem illum ac longum sermonem [q] inchoatum a beatitudinibus, in quibus vera pax cōtinetur & iustitia. De Apostolis etiam Apostolus Paulus [r] vsurpauit Isaiæ citatum locum, quo *pulchri* vocantur *pedes euangelizantium*. Ibi Græce est ὡραῖοι, quod explicat Hieronymus *tempus curam, solicitudinem, celebritudinem*. Cyrillus etiam ὡραῖον, quod refert ad Christum vel Apostolos, qui cum venit plenitudo temporis, denunciarunt euangelij solemnitatem & lætitiam. Aliqui volunt innui eos qui apud Græcos curam temporum solemnium habebant & horologiorum publicorum, vt ideirco ὡραῖοι appellarentur, vel etiā gnomones, vt meminit Rhodiginus [s], quod & Cursoris apud Romanos officium Plinius [t] & Gellius [u] fuisse scribunt.

l Lib. 11. c. 9.

m Isa. 40. 6.

n Isa. 42. 11.

o Isa. 52. 7.

p c. 1. 15.

q Matt. 5. 10.

r Rom. 10. 15.

s Lib. 11. c. 9.

t Lib. 7. c. 60.

u Lib. 3. c. 3.

A *Vers. 4.*] Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum: & humiliabit calumniatorem.

Sessio 1.

REpetita ad Deum apostrophe, Propheta velut certus se exaudiri, eoque nomine gratias agens, affirmat fore, vt rex regisve filius de quo diximus, sua vtens iudicandi potestate, vindicet ab iniuriis pauperes, eorumve filios, & a violentis oppressionibus liberet, quique calumniosis insectentur accusationibus, ac denique & tyrannice dominari nitantur. Sit hoc habere in Salomone locum potest, sed multo melius in Christum conuenit, de quo pergunt enarratores exponere, præterque illos Athanasius [a]. Nam *dissoluat opera diaboli* [b], Calumniatorem, accusatorémve significat Græca vox διάβολος, *ligauit* [c] *fortem*; eiecit *principem* [d] *mundi huius*, liberauit *oppressos*, & *vexatos à diabolo* [e], & ab eodem ad extremam inopiam redactos: præterea qui quemlibet Ecclesiæ persecutorem, præsertim verò Antichristum *spiritu oris sui interficiet, & destruet illustratione vultus sui* [f]. *Pauperes* quoque peculiariter seu filij pauperum, vt idem sunt, intelligi possunt omnes inopi, præditi paupertate spiritus: aut qui studiose paupertatem etiam externam, propter Christum & Christi exemplo sectati sunt, tum si qui tales in veteri testamento fuerunt, tum in nouo tam multi, Apostolorum quoque & primorum Christianorum hac in re imitatores. Denique præcipuam Christus etiam habere vult rationem pauperum & miserabilium personarū [g]: idque in primis Apostoli præcipui Paulo Barnabæque commendauerunt [h]: & Ecclesiasticæ leges consulunt iis ac tuentur, quos secularia tribunalia vel male tractant, vel negligunt. Euthymius *iudicandi* exponens verbum in deteriorem partem & *pauperes populi* rudiores quosque Iudæorum, qui intellectu & prudentia erant pauperes, dum nudæ legis literæ inistentes, ad occultas sancti Spiritus diuitias prospicere non valebant: aut *filios pauperum* esse fideles in Christum, qui per illum salui fiunt. Vel *pauperes* accepit pro Apostolis, qui re ipsa pauperes erant & aspectu viles, sed à Christo iudicati, hoc est, selecti ac secreti sunt de mundo; *filios pauperum* discipulos eorum fideles qui salutem consecuti sunt. Chrysostomus [i] *calumniatorem* diabolum scribit *inimicitiarum* a Christo fuisse, quādo tentationes eius [k] elusit, & *uncum* [l] *illusit*, & *confregit capita* [m], illius, & *adduxit in hamo*. Arnobius vocat populum Iudaicum *calumniatorem* Christi. Augustinus omnē persecutorem Ecclesiæ, & quemlibet qui prauo exemplo rapit spiritualia bona aliorum: quod Gregorij [o] confirmat auctoritate.

a Ad Marcellinum.

b 1. Ioan. 3. 8.

c Matth. 12. 29. Ioannes 12. 31.

d Ioan. 14. 30.

e Act. 10. 38.

f 2. Thess. 2. 8.

g Matt. 25. 40.

h Gal. 2. 10

i Homil. 1. de variis in Matth. & 4. in Matth. 4. psal. 103. 26. in psal. 114. 4.

k Iob 40. 19.

l Iob 40. 19.

m Iob 40. 19.

o 26. moral. c. 9. vel 10.

Iudicabit pauperes popul.] Eodem pacto etiam Hieronymus, & Paraphrastes. Meminit Augustinus alterius lectionis, *in iustitia iudicabit*, eam non ita probat, vt nostram. Illam indicat Arnobius; & est apud Tertullianū [p], *in iustitia iudicabit mendaces*; & in psalterio Æthiopico: & in emendatis bibliis Græcis ἐν δικαιοσύνῃ κρινῶ. & in metaphrasi Apollinarij:

Πῶς χὼ δικαιότροπον ὑπ' εὐθύνοις δίκης ἕξειν,
Pauperum populoribus in æquitatibus iudicare.

Addito autem pronomine tertiæ personæ habet psalterium Romanum & Cassiodorus, *in sua iustitia*. Sed Cassiodorus, Arnobius, psalterium Romanum bis nomen *iustitiæ* ponunt hic, & in fine sententiæ præcedentis; cæteri hoc tantum loco,

p 4. cont. Marcion. c. 14.

Hebraice semel duntaxat est cum præpositione, ungentque pallium ab omnibus, & in ipso textu Hebræo cum priore versu. *Denunciandi* verbo monui a nonnullis accipi in malam partem, quo modo & paupertes esse sumendi. Plurimi melius in bonam interpretantur & *pauperum* & *maledicendi* vocabula, vt sit defendere ac tueri destitutos opisque indigentes.

Et salvos faciet filios pauperum.] Hebraice בְּנֵי אֶבְיוֹן *Benai ebion* singulare collectiue pro pluribus. Nisi placeat singulariter quendam pauperem intuin: vel Christum, qui dicerat salvos facturus imitatores suos, & factaturus vt sint tales; vel ipsum illum qui postea vocatur *calumniator*, scilicet, diaboli um famulis gratiæ opibus propter peccatum spoliatum, & in maximam egestatem redactum, quæ sub typo regum superborū describitur ab Elaia & ab Ezechiele [b]. Augustinus censet eosdem esse *pauperes & filios pauperum*, sicut eadem est, inquit, *cunctus Sion*, & *tota Sion*. Vel si distinctius intelligendum est, *pauperes* accipi qui prius dicti sunt montes, *filios pauperum* qui colles: illos Prophetas & Apostolos: hos qui sub eorum auctoritate proficiant. Potest etiam *vindicare* verbum exponi per salutem facere, vt sit in hoc a perdendis damnandisque discernere, ac proinde donare salutem parcendo: vel latere *in tempore nouissimo* [c]. Denique considerate nos iubet dictum [d] antea, *(iudicare populum)* nunc (*pauperes populi*) quæ priùs fidem intelligebantur esse *populus Dei*. & *pauperes eius*, id est, tantummodo boni, & ad dexteram partem pertinentes: iam verò discretio atque separatio bonorum a malis, ita vt *populi* nomen denotet ex vtrisque commixtionem. Videri tamen potest exaggeratio in *filios pauperum*, quia vendi solebant nisi eorum qui non erant soluendo; & quamuis hoc non fieret, paterno prædio destituti erant. Quid porrò differant πτωχὸς, & πένης, tem עני & אביון *ebion* *ani*, quos editio nostra hic vocat communiter *pauperes*, quamuis primo loco Tertullianus [e] *mendicos*, alibi notatum est. Sæpe synonyma sunt, & in præsenti quoque sententia.

Et humiliabit eos calumniatorem.] Ordinantur hinc versum nouum alii duo Latina psalteria, vsque ad illud, *in frenum. fecit*, Gallicanum autem omittit continuationem. Hieronymus, *conf ingit*. Alij *conteret, frangit, comminuet, contundet, perdet*, & pro *calumniatore* (*inimicum.*) Omnia ita valent Hebraïca voces מרכא עשׂק *mirkaa asak labbosseq*, significat etiam *turbare & bene lacere* ea quæ verbis aliis tanquam annexa vel consequentia humiliationem & depressionem indicant. Pro עושק *labbosseq* cuius vim alibi declaramus, est Græce συκοφάντης quem & Latini Sycophantam nominant, ac tenuiore *calumniatorem* vocabulo reddimus, & de eodem Græco diximus etiam alias. Apollinarius: *Deiungendo ait, filium iniquum, aut filium accusatorem eorum.* Vnus pro malus dicitur, aut κατ' ἐξοχὴν, ille vnus inimicus homo *διαβολὸς* & *accusator peccatorum*, & *calumniator* [f]. Quot i modis fieret diabolus, dixit: etiam enim nos Deiparque docuisse alio loco meminit. Notant hic Græci calumniam diaboli adversus Deum quasi de primis parentibus dixit inuidiose recognitum sumeret vestitum [g], nunc etiam passim omnes calumniari: hoc tibi velle nomen *διαβολὸς* Basilius aut Theodoretus, dicit exemplum falsi apud Deum delati Iob. Scrit præterea inter homines obtrectationes, scripsit vt alteri alteros calumnientur. [illegible] præterea spiritus sanctus hanc dixerit [illegible] quæ [illegible] inter nos innatæ [illegible] amentia, [illegible] peccatique contagio, quæ [illegible] semper Christi redemptæ [illegible] Verbi [illegible] est rite *calumniator* a Christo in passione: quando tamen entia [illegible] veritatis dedit testimonii per ipsimaice [illegible], & vt quidam putant, per Pilati vocem [illegible] quando destitutus est innocentia a [illegible] Herode [d], a latrone in ipsamet cruce. Hæc [illegible] est a tam variis sanctis humana itaque postrema [illegible], a femina, a pueris, &c. Secundum Bernardus [i] appellat iudicium, vt superbus ille hominum malleator, cui lem qui recteris fabricet coronas perpetuas, rapiga modo omnes: & omnibus incommodis sequelam vbique & semper, inquit, *cunctabit humanas copias, & famas sanctorum pauperum, & humanam calumniam auferet.* Humili bitur enim in iudicio, quando pronuntietur [k] ac penè pronuntiatus in supplicium æternum. Tunc forsan etiam licebit vocet parabolam illam funestæ & detestandæ [l], *quamdiu cessauit ecclesia, quoque indicium* & [m], *ubi que vlta est calumniatorem*, qui [illegible] *calumniatorum* olim clamabamus & exclamabamus *propter vim bonorum oppressorum. Conabitur calumniari* etiam *super* [illegible]: & in hoc fieri Deus exigit *auxilium & refugium* à nobis, vt liberemus *eripiamus de manu calumniatoris*. Cassiodorus observat iudices antiquos literam (K) damnationibus affigere solitos facile: & quoniam crudelis impugnator condemnationibus tanquam ardens, literæ (K) nuditatem calumniæ acrem appellare voluisse: & calumniatorē esse qui innocentem alienā in tractum nitatis expositā machinatione perdiderit: id congruere diabolo, qui humanum genus suis fraudibus tot retrò seculis impetat. & auctor sit criminum, atque culturam libri vetit vendicare terrarum. Aliusio illa ad literam (K) locum habet duntaxat in vocabulo Latino *calumniatoris*. Illius autem notæ, vt ad obiter etiam dicatur, fuisse per comicebatas reperi vestigia. Petrus Diaconus in libro de notis ad Constantinum, & Aldus Manutius in libro suo de eodem argumento eadem repetens, etsi mentionem de priore non facit, docent duabus illis literis (K. C.) vel (K. K.) significari calumniæ causa. Videbantur enim veteres in plerisque literis (K pro (C.) Atque ideo constat calumniatori ex lege Remmia [n], quam vocant alij Rhemniam, aliqui Memmiam, in fronte imprimi literam, qua indicaretur calumniatum eum esse cui imprimebatur. Vocat M. T. literam: Plinius puncta & notas quibus frons conuulneraretur: addit Suetonius [o] stigmatum notas, quibus os deformaretur. Lege Cinacium [p], Fabrum [q], Petrum [r] Gregorium, Menochium [s], alios qui scribunt de legibus, ve Antonium Augustinum, Panuinum Manutium. Non hoc dictum prorsus κατ' ἐξοχὴν, si minus enim ad id quod Cassiodorus voluit de calumniatore diabolo, certè ad calumniandi crimen in genere pertinet.

Vers. 5.] Et permanebit cum Sole, & ante Lunam, in generatione & generationem.

DEuceps quæ sequuntur non ita aptè de Salomone, [illegible] quæ de Christo.

[a] 2 Par. 19. 4 & seq. [b] c. 28. 1 & seq. Pauperes, & filij pauperum eleuati in auro desiderio.

[c] 1 Petr. 5 d versu.

[d] Psal. 9 e versu.

[e] 4. cont. Marcion. c. 14.

Tamnisou.

Συκοφάντης.

[f] Apoc. 12. 10.

Sycophanta calumniator.

[g] Gen. 3.

[h] Iob 1. 10.

[i] Serm. 17 in Cant. Iucundum Dei cursus Diabolo nouum.

[k] Apoc. 12. 9.

[l] Esai. 14. 4.

[m] Esai. 26. 21.

[n] Iuuenal. Satyra 13. Mutamnationibus assueti pilum apud iudices antiquos.

Literæ (K) pro damnatione & Literæ K. K. in Calumniatorem pœna. Cicero pro Rosc. Amer. in Peroratione pro Caio Rabirio. Tacitus lib. 13 Annal. & Senatusconsultum. Tacitus lib. 14 eadem causa. Sueton. in Nerone. Plinius lib. 29. cap. 4. Rosc. Amer. Cinacius de stigmatibus. Fabrum in Semestrium. Petrum Gregorium. Menochium. Antonium Augustinum. Panuinum Manutium. Vide ibi [illegible] de [illegible] [illegible] [illegible]

Huius autem quia typus Salomon etiam secundum ea quæ adhuc dicta sunt, iudiciariam potestatem multo maiorem quam Salomonis, ostendit esse in Christo,& ea Christum dignum esse, ob eximias laudes eiusdem. Quarum prima est, quod dicta potestas illius, regnúmve nullo spatio temporis concludatur, nullum alium habeat successorem,sed in suo rex hic regno sit permansurus quoad existet sol,& in conspectu lunæ,seu quandiu durabit illa, per omnes generationes, ætates, tempora, quæ iuxta cursum vtriusque istius præsertim syderis & *luminaria magna*[a], mutari atque mensurari solent. Nam *regni Christi non erit* [b]*finis*:& regnum eius *regnum omnium saculorum* [c]:potestas eius,*potestas æterna, quæ non auferetur,& regnum eius, quod non corrumpetur* [d]:*regnabit in monte Sion,ex hoc nunc & vsque in saculum* [e]. Itaque sermo est tum de iustitia, iudicióque Christi, quib. regnet ac regat, & de regno eiusdem,tum de ipsomet Christo, vt tam hic quam illa permaneant semper. Basilius seu Theodoretus,Euthymius,& Nicephorus, præterea Cyrillus Hierosolymitanus [f] diuinitatem Christi volunt ostendi,*sine principióque carentem, ἀτελεύτητον & ἄναρχον*; illud cùm dicitur *permansurus cum sole*, hoc cùm dicitur quod *erat ante lunam*. Idem ferè dicunt Latini(præter enarratores, etiam Petrus & Alphonsus, qui vixit anno Christi 1106.) de humanitate Christi nunquam separãda a sole diuinitatis(quod est etiam apud Euthymium) deque eodem Christo nunquam repetando a luna Ecclesiæ suæ, sed permansuro coram illa, & ante faciem eius, sicut promisit se cum ea futurum *vsque ad consummationem saculi* [h]. Ex quo inferunt cum Augustino nunquam defuturam Ecclesiam propter præsidem Christum, qui sua præcedit immortalitate, vt ait Augustinus, lunam, id est,incrementa defectusque mortalium, & omnia mortalia. Sic diuersis modis luna nunc Ecclesiam, nunc res mortales omnes designat; qua de re postea.

Et permanebit cum sole.] Hieronymus, *& timebunt te quandiu erit sol.* Alij,*timebunt te cum sole*, id est,quandiu sol erit. Vel in imperatiuo *timeant te quoad sol erit.* Chaldaice, *timebunt a te cum ascensu solis*, vel *cum ortu.* Hebræa יִירָאוּךָ עִם־שָׁמֶשׁ *yiraucha hhem schamesch* significant ad verbum, *timebunt te cum sole*; quod Hieronymus exposuit, quandiu erit sol, & ita transtulit Symmachus, φοβηθήσονταί σε ὁσον ὁ ἥλιος. Exponit R. Eliæas Tranensis vt Deum timeat rex ac populus eius, quandiu sol & luna durauerint in vniuerso. Alij apud Treuetum, quòd eiusmodi erit Salomonis iustitia,vt cedat in honorẽ Dei. Deúsque timeatur a subditis illius,idquè in perpetuum, loquẽdo hyperbolicè,vel quia, si perpetuò duratent, perpetuò etiam timerent. Caietanus inhærens quoque versioni ex Hebræo, *timebunt te cum sole, & ante lunam, generatio generationũ*, describi vult terribilitatem iudicij futuri per Christum, ex vniuersalitate locorum & temporum,vt *generatio generationum*,hoc est,motus cœli, qui consistit in fieri,& est causa omnium generationum, timeat cum sole & stellis quæ apparent in cõspectu lunæ,& non in conspectu solis, id est, se habeant ad similitudinem timentium; quia cessãbit motus cœli, cessãbunt sol & stellæ apparentes in conspectu lunæ ab influxibus suis:cessabit generatio, ita vt non sit opus alio amplius iudicio. Refert ex Rabbinis Galatinus [i] aliam expositionem de Messia,timebunt te cum sole,idest,Israelitæ, aut alij quicunque, ob coniunctionem diuinitatis & humanitatis,& ante lunam,id est,ante regnum Dauid,vel Ecclesiam. Septuaginta ad sensum respexerunt non ad verba;quia is qui timetur semper, & colitur ab aliquibus; semper item permanet, sempérque apud illos eius cognitio,timor,honor. Putat præterea Genebrardus fortassis accepisse Lxx. metathesim poeticam vt יִירָאוּךָ *yaarech* crederent esse pro יַאֲרִיךְ *iaarech*, videlicet quia hoc secundum habet literam essentialem (כ) *caph* ab אָרַךְ *arach*, quod significat *prolongare, exporrigere*, ac proinde permanere, sæpéque addito nomine dictum dicuntur hoc verbo Hebræo *prolongari dies* [a]. Ricardus Cenomanus connect thema esse Chaldæum יָרַךְ *yarach*, significans quoque *prolongare*. Duplex litera (י) *iod* magis fauet isti sententiæ; quia innuit thema inchoatum radicaliter, vt loquuntur,etiam a (י) *iod*.potuit autem litera (א) *aleph* facile omitti, quæ etiam quiescit in verbo quod nunc legimus יִרְאוּךָ *yraucha* à themate seu radice יָרֵא *yare,timuit*. Sed & Genebrardus quandoque fatetur vsurpatas in psalmis voces Chaldæas. Denique facilior hic dicẽdi modus quàm de metathesi poetica. Extat Græce,συμπαραμενεῖ τῷ ἡλίῳ; quod Augustinus Latine legit, *permanebit soli*, quamuis fateatur meliorem translationem nostram, *permanebit cum sole*: quia præpositio includitur in composito Græco verbo; nec satis Latinè dici potuisse *compermanebit*. Docet autem *permansionem* illam *cum sole*, non tam de Christo, per quem facta sunt omnia, intelligi, quàm de Ecclesia, quam putabant quidam vsque ad certum tempus in hoc sæculo victuram, & postea non futuram.

Præter mysticos alios sensus, tradit quoque tropologicum Hugo de sapiente & sancto, quia homo sanctus in sapientia manet sicut sol; nam *stultus vt luna mutatur* [b]. Quamuis auctor Ecclesiastici,cuius hæc verba sunt, agat de narratione sapientiæ, in qua sanctus & pius constanter sit occupatus ad aliorum vtilitatem, sicut sol communicat semper lumen suum:*ἡμῖν δὲ ὁ Σοφὸς διαμαρτὸς σοφίᾳ*,vel, *ἐν σοφίᾳ*. Ita etiam prior hunc psalmi locum exposuerat Ambrosius [c] tropologicè, illo sermone, quo populum obiurgat ob quandam lunæ superstitionem. Eódem pertinet quod interpretatur Hugo, sapientem *permanere cum sole*, qui est Christus iustitiæ sol, & *ante lunam*,id est,B.Mariam, continuè illam colẽdo & venerando. Sed quod spectat ad literalem sensum; similis exornatio, siue hyperbolica oratio videtur cantici [d] canticorum:*antecta mea mihi, & ego illi,qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ*: id est, diligam & diligat perpetuò ac sine fine,sicut dictum noctiúmque successio ac duratio creditur vulgò perpetua futura, saltem loquendo naturaliter.

Et ante lunam.] Hieronymus, *& vltra lunam.* Felix, *in conspectu lunæ.* R.Eliæas Tranensis, *coram luna.* Caietanus, *faciebus lunæ.* Durior hæc versio cum interpretatione cuius ante meminimus. *Vltra lunam permanere* est semper, sicut *& cum sole*; vt idem duplici illo dicendi modo exaggeretur: quemadmodum cùm dicitur *in æternum*, & *vltr.*; ac proximè hic subiicitur *in generationem & generationem*: & deinde infrà similes aliæ formulæ, *donec auferatur luna,in sæcula, ante solem*; *in æternum.* Sed quamuis לִפְנֵי *liphne* verti potuerit, *faciebus*,

a Gen.1.16.

b Luc.1.33.
c Psal.144.13.

d Dan.7.14.

e Mich.4.7.

f Cathec.11. *Dominatur Christus nunc quoque, quia regnat hac oblatus.*

g titul.8. de Christo.

h Matth.vlt. 20.

a Deut.5.16. 33.c.22.7. Iosue 24. 31. 1.Reg.3.14. Prou.28.16.

Tropologicus sensus.

b Eccl.27.12.

c serm.4. edit. Rom.

d c.2.16.17.

Formula loquendi.

cum Caietano, tamen coactior est, vt dixi, tota sententiæ interpretatio, & plane singularis quam affert. Hieronymus autem exponendo *vltra*, respexit profectò ad sensum potius quàm ad exactam significationem dictæ vocis cum seruili litera לפני *luphne*, vt ideo sic verterit, quia quod coram alio & in conspectu eius est, ea ratione propter oppositionem, vltra id esse censeatur. Simul respectum habuit ad sequentia vocabula, *in generatione & generationem*. Significat prius tempore, & coram, seu in conspectu, sicut & Latina particula *ante*. Si retineretur notio prior, non esset constructio cum verbo futuro, *permanebit*, sed supplendum esset, permansit, vel *fuit*, seu erat, permanebat, &c. Id profectò suppleuerunt Basilius, siue Theodoretus, Euthymius, Nicephorus, qui priore membro doceri volunt carere fine Christum, posteriore, non habuisse principium.

At communior & facilior sensus est iuxta posteriorem acceptionem, ita vt dicatur & Christus & regnum iustitiáque eius permansura tum cum sole quandiu erit, tum ante lunam, hoc est, coram illa, & in conspectu ipsius, & quasi semper præsens ei, &, vt postea [a] dicitur, *donec auferatur illa*. Similis item infrà [b] phrasis, *ante solem permanet nomen eius*; vbi eædem particulæ לפני *luphne*, & πρὸ, & in Hieronymi versione, *vltra*. Quamuis ibidem Paraphrastes interpretetur, *a nequam creatus est sol*; hic verò, & *orabunt coram lumine luna*. Præterea in psalmo 60. [c] *permanet* (aliàs *permanebit*) *in æternum in conspectu Dei*, vbi Hieronymus reddit eodem pacto eandem vocem לפני *luphne*, pro qua Græcè est, ἐνώπιον. Recitat Agellius ex vetere quodam Græco annotationem de (πρὸ,) vt hoc loco non significet tempus, quia nullam habet πρὸ τὸ παραμένειν ἀκολουθίαν, *ad permanere consequentiam*, quod dicitur, εἰς τὸ ἔξης, *in id*, & *de eo quod sequitur deinceps*, ac *in futurum*; sed supplendo, ἀπὸ τοῦ κτίσεως, *a conditione*, verbum, *permanebit*, ὑπεροχὴν *excellentiam*, in hoc ipso quod est *permanere*; vt scilicet de pace & iustitia (adde & de Christo) dicatur quod permanebunt *cum sole*, id est, æquando ipsum splendore, & πρὸ τῆς σελήνης, *ante lunam*, hoc est, supra illam, ὡς προέχειν τὴν σελήνην κατὰ τοῦτο, τὸ τὴν μὲν ἡλίου *vt præcedat lunam hac in parte*, quia luna habet multa tempora μειώσεως ἀπαυγασμοῦ. Sic duplex existet sensus, præter reiectum de prioritate temporis; vt *ante lunam* sit ante conspectum eius, & excellendo seu præstando supra illam: & lucere supra ipsam ipsa quoque præsente. Hoc indicat Apollinarius:

ἠελίῳ φαίδιμα διαμπερὲς ἶσα φαείνει
σὺν τῷ ἐπιλήμτου κεκαὶ πρὸ τάρυβε σελήνης.
Solis lucerna semper æqualiter luceat
Omnes collustrans cornutam ante lunam.

Verũ לפני *luphne* recipit duntaxat propriè secundum, *ante lunam*, id est, coram illa, & in cõspectu seu ante conspectum eius: quasi dicas, quòd luna semper in conspectu habeat illa quæ diximus, ac respiciat vnà secum permanentia. Quod etiã dici potest de aliis [d] verbis, *ante solem permanet nomen eius*, πρὸ τοῦ ἡλίου. Cùm autem eadem vtantur præpositione periti Græcæ linguæ scriptores, vt est idem quod ἐμπροσθεν & ἐνώπιον, *coram & in conspectu*, vt collectores Græcarum dictionum demonstrant; verbi gratia dicendo, πρὸ ὀμμάτων, vel, πρὸ ὀφθαλμῶν, *ante oculos*, & *pro oculis*, nescio cui Genebriardus & Agellius dicant ea hic vlos impropriè Lxx. Apollinarius quidem quem etiam, vertit προπάροιθε. Videtur mihi similis in Martiali extare dicendi formula, sed assentatoriæ, plusque quam hyperbolicæ:

Mauortius altum Flauie decus gentis
Cum sole, & astris, cumque luce Romana,
Inuicta quidquid condidit manus, cælum est.

De mysticis lunæ significationibus non est agendum modò, siue pro Deipara, siue pro Ecclesia, siue pro omni re corruptibili, siue pro stulto, & aliis. Obuij sunt quos consulas. Subinde & vere Ambrosius [b] in eo sermone quo obiurgat populum ob quandam lunæ superstitionem, cùm nẽpe laborante ac deficiẽte illa vociferaretur quasi eam adiuturus, ait *mutari stultum sicut* [c] *lunam*, dum cerebrum eius ita exinanitur sapiẽtia, sicut lunæ obscuritas, ac teterrimis tenebris mẽtis inuaditur: optandum verò etiam vt sicut ipsa mutaretur; quia citò ad plenitudinem suam redit, ille ad sapientiam nec serò conuertitur: ipsa velociter colligit quod amiserat lumen; ille nec tarde fidem recipit quam negauit: ipsa defectum luminis patitur; ille salutis: ipsa à statu suo non sponte mutatur, sed vt seruiat; ille sensu suo spõte mutatur: ipsa in diminutionem sui conditione deducitur; ille in detrimentum sui voluntate pertrahitur. Subdit quo pacto lunam imitari oporteat: nimirum non cùm deficit, sed quando est plena atque perfecta: quia scriptum est de iusto; *sicut luna perfecta in æternum* [d]. Lege eundem in hexameron [e].

In generatione & generationem.] Hieronymus [f], *in generatione generationum*; & alibi, *in generationes generationum*. Nec mihi verò placent [g] qui cum sole permansurum Christum interpretantur; ante lunam, vel coram luna, vel ad faciem lunæ, quæ lucet alieno mutuatóque lumine, & faciem habet partim obscuram, partim lucidam, & declinat ac deficit, exponunt de regno Salomonis. De Christo vtrumque passim exponitur; & non obstãte lunæ defectu aut mutuatione luminis, tam est ratus eius cursus quàm solis, & *ordinatione Dei perseuerat* [h] *dies* pendens à sole & à luna, ideóque perpetuitas quædam vtroque luminari significari potest. Psalterium Gallicanum & Arnobius, *in secula seculorum*, etsi non exprimit Arnobius, *seculorum*: Psalterium Romanum & Cassiodorus, *in seculum seculi*, vetus Psalterium & Augustinus absque præpositione, *generationes generationum*. Caietanus, *generatio generationum*. Hebraicè דור דורים *dor dorim*, *generatio generationum*, quod Chaldæus vertit, *generationes generationum*, sed solet suppleta præpositione reddi, *in generatione & generationem*, aut, *generationes*: & absque præpositione obscurior est sensus. Græcè legitur in correctis bibliis, γενεᾶς γενεῶν, *generationes generationum*; in aliis cũ duplici genitiuo, γενεᾶς γενεῶν, *generationis generationum*. Priorem lectionẽ Græcam præfert Augustinus. Supplendum, ἕως, *vsque*, quod aliàs [i] exprimitur. De formula ista dictum alibi. Apollinarius, πάντας, *omnes*, exposuit. Omisso Caietano declarante *generationem generationum*, vt ipse transfert, de motu cœli, vt priùs dixi, Iacobi Iansonij alia expositio est recens etiam excogitata, vt quia non dicitur, *in omni generatione & generationem*, sed, *in generatione & generationem*, significetur, regem, de quo nunc est sermo, id est, Christũ quatenus Deus est, in sola sua immutabilitate permansurum, donec decurrant

a vers. 7.
b vers. 17.
c vers. 8.
d vers. 17.
Mystica lunæ significationes.
b Ser. 4 edit. Rom.
c Eccl. 27. 12.
Lunam quo pacto imitari oporteat.
d Ps. 88. 38. e lib. 4. c. 8. f in c. 66. Esa.
g Pineda l. 6. de Salomone c. 20.
h Ps. 118. 90.
i Ps. 60. 7. Ps. 99. 5.

rant in seculo aliquot generationes, videlicet septuaginta sex; his verò decurtis, nimirum generatione septuagesima septima, nô permantaram solummodò ante lunam, vt prius; sed futurum sub luna, humanæque se mutabilitati, per humanæ naturæ assumptionem subiecturum; cum *descendet sicut pluuia in vellus*, &c. Confirmat Augustini [a] testimonio, docentis voluisse Dominũ generatione septuagesima septima descendere, vt eo numero significaret se omnium peccatorum remissionem seculo afferre, propter dicti numeri mysterium, de quo idem Doctor.

Simplicior, & melior sensus de duratione indefinita, & quodam modo infinita, qua duret rex cum regno suo, quod est Ecclesia præsens, aut simpliciter infinita, ratione triumphantis Ecclesiæ; præsertim iuxta magis receptam opinionem, quod secundùm substantiam cœli permanebunt cum terra, quicquid sit de aliis corporibus. Recitat Palatinus [b] Rabbinos explicantes *generationem generationis*, de Messia habente duas naturas, diuinitatis & humanitatis, & tres generationes, id est, substantias, nempe corporis, animæ, diuinitatis. Valet hoc ad coarguendam perfidiam Iudaicam, licèt sensus sit parum in se aptus.

a 2. De consensu Euang. c. 4.

b Lib. 3. c. 5.

Vers. 6.] Descendet sicut pluuia in vellus: & sicut stillicidia stillantia super terram.

HOc adhuc literaliter de Salomone quidam declarant. R. Eliæas Tranensis de verbis eius, quæ optet Dauid auribus populi gratè illabi placidéque quomodo imber detonsæ præsertim ac demessæ iucundus est herbæ. Trancetus de iustitia eiusdem; quam Dauid prædicat ita suauiter, sinéque strepitu à subditis admittendam, vt in vellus ros blande decidit, pluuiæque stilę in terram, quarum vix casus percipitur; quia cum tanta clementia exercebitur, vt nulla sit rebellio, nullaque murmuratio. Vatablus & alij de eadem iustitia ordineque politico, sine quo non pullularet genus humanum, neque conseruari posset; quemadmodum inter medios calores æstatis, vbi tôta fuerint prata, radices etiam ipsæ arescerent, nisi pluuia sequeretur. Placet aliis describi lætitiã, quia rex placidissimo vultu recreàs subditos excipietur; iuxta illud; *in* c *hilaritate vultus regis, vita & clementia eius quasi imber serotinus*: qui imber *descendit super vellus*: id est, detonsam terram, quam [d] Amos vocat *tonsionem*. Posset præterea intelligi descriptio sapientiæ & doctrinæ, vt prima volebat opinio, quoniam dicitur doctrina *stillare sicut pluuia, fluere verbis eloquium*, & *quasi imber super terram*, & *quasi stillæ super* [e] *gramina*, quæ est *benedictio* [f] *legislatoris*, & *imber matutinus atque serotinus* quem *descendere fecit* ad nos Dominus Deus [g] noster. Hanc eadem Lyranus exponendi rationem soli Christo accommodat, atque bonitati regiminis secũdùm mansuetudinem, iuxta illud etiam ex psalmo 89 [h], *quoniam superuenit mihi mansuetudo*, & *corripuisti me*: id Zachariam [i] quoque vaticinatum, quem citat Matthæus [k], vocãdo regem pauperem & mansuetum. Addit simul suauem ac imperceptibilem descensum in Virginem per incarnationem, ita vt latuerit etiam mundi principem; & sicut pluuia in vellere recipitur, & ab eo exprimitur sine corruptione velleris: sic Christus concepturs, & natus absque corruptione Virginis.

Hic idem sensus multorum præterea est, ac ab Ecclesia ipsa receptus in vna ex antiphonis ad laudes officij de Circumcisione, & ad vesperas primas de Purificatione, & in officio paruo de B. Virgine post Natiuitatem Domini, & in litanus Marianis. Enarratores omnes in hoc sensu concordant, excepto Augustino, qui de Christo quidem etiam explanat, sed aliter, vt postea dicam. Tertullianus [a] ait, placidam hic describi descensum Christi, & insensibilem de cœlo in carnem. Salomon autem, inquit, etsi descendit alicunde, non tamẽ sicut imber, quia non de cœlo. Nã facessere ipse iubere nos hìc debere censeo fabulosum illum & impurum imbrem auteum [b]. Non hinc abit [c] Lactantius, dicens, sicut pluuia si descẽdat in vellus, animaduerti non potest, quia strepitum non facit, ita Christum in terra sine cuiusquam suspicione venturum significari, vt iustitiam doceat & pacem. Ita præterea hunc intellexit locum Ambrosius [d], qui huius quoque rei causas reddit, quas nequeo breuiore, non dicam meliore, sed nec æquè apto vt ipsiusmet sermone, proponere, præsertim cùm quæ dicuntur sparsim ab aliis, videatur simul complexus. transcripsit verò eundem prorsus verbatim is qui nominatur Ruffinus, commentarij auctor in Psalmos, vt æque dubium possit esse, an ille sit etiam vetus Ambrosius. Quid enim, ait, tam silenter, & sine strepitu fit, quàm cùm imber in lanæ vellus infunditur [e]. Nullius aures sono verberat, nullius corpus humore repercussionis aspergit, sed sine inquietudine ouiũ totum imbrem per multiplices effusum partes toto corpore in se trahit, vnius meatus scissurã nescient, solida mollitie plures præbens meatus; & quod clausum videtur per densitatem, est patulum per tenuitatem. Rectè ergo Maria velleri comparatur, quæ ita concepit Dominum, vt toto eum hauriret corpore, nec eius discissuram corporis pateretur, sed esset mollis ad obsequiũ, solida ad sanctimoniam. Rectè, inquam, Maria velleri comparatur; de cuius fructu salutaria populis vestimenta texuntur. Vellus planè Maria est siquidem de molli sinu eius agnus egressus est; qui & ipse matris lanicium, hoc est, carnem gestans, mollí vellere cunctorum aperit vulnera populorum. Omne enim peccati vulnus Christi lana suffunditur, Christi fouetur sanguine, & vt sanitatem recipiat, Christi indumento vestitur. Hucusque Ambrosius. Cyrillus [f] Ierosolymitanus *pluuiam* dici docet, διὰ τὸ ἐπουράνιον, *propter supercalestẽ*, id est, diuinitatem; *vellus*, διὰ τὸ ἀνθρώπινον, *propter humanitatem*: quia pluuia super vellus descendens, ἀθορύβως καὶ ἡσυχαίως, *sine strepitu descendit*: vnde & Magi quærebant vbi natus: Herodes vbi nasceretur [g] Christus. Adde latuisse ipsummet diabolum. Exponit eodem pacto [h] Basilius Seleucientis [i], Bernardus Ephrem [k]. Vellus, inquit Bernardus, de carne tonsum, sed sine vulnere carnis, in area ponitur: & nunc quidem lana, nunc verò area rore perfunditur, cum assumitur caro de carne Virginis, absque detrimento virginitatis; & distillantibus cœlis tota se ei infundit plenitudo diuinitatis, adeò vt ex hac plenitudine omnes accipiamus, qui sine illa nónisi terra arida sumus. Distillationem præterea super terram attendit in prædicatione quodámque strepitu verborum, ac fonitu mirãculorum.

a 5. cõt. Marc. c. 9. *silentio descensus Christi, qui scripsit se, de cœlo in carnem descripsit.*

b Terent. in Eunuch. & ex eodem Aug. l. Contra Ro. c. 10. *Ineptia Sapientis.*

c Ser. 9 de Nat. Domini, qui est circum de Natiuitate.

Maria Virginis ex vellere comparatus.

d c. 7. a.

c Prou. 16. 14.

e Deut. 32. 2.

f p. 83. 7.

g Ioel. 2. 23.

h vers. 10.

i c. 9. 9.

k c. 21. 5.

e Catech. 12.

f Matth. 2. 4. ad Hebr. vers. In ar tom 2. b Parmen. c Sedul. Iun. Mallas rei, & tom 2. Super Matth. cap. 4. g Ire dem. Mariæ. *Mariæ fœcundæ de B. Virg.*

Placet idem [a] Ruperto [b], Niceræ Choniatæ [c], Niceræ Heracleensi [d]; Damasceno [e], Sophronio [f], Proclo, Chrysologo [g], cuius verba duco elegantem retinere sententiam. Vellus cum sit de corpore, refert corporis pathonessile virginitas cum sit in carne, vitia carnis ignorat. cœlestis ergo imbrem virgineum in vellus placido se fudit illapsa, & tota diuinitatis vnda bibulo se nostræ carnis velamini in vellere, donec per patibulum crucis expressum terris omnibus in pluuiam salutis effunderetur: & sicut stillicidia stillantia super terram, vt vitalibus partita stillicidiis tempora fidei rigarent germina, non necarent. Epiphanius [h] explicat vim similitudinis, quòd Verbum in Virginem descendens, adduxit ei sine viri opera fœcunditatem, vt daret illa fructum suum, quem hoc ipso nomine appellauit Elisabeth [i], Notat etiam, sicut planta transfertur, ac transsubstantiatur quodammodo in plantæ, quam rigat, naturam; ita Verbum non quidem in hominis transiisse substantiam, sed ex vtero eius in quem descendit, exque materia humanæ naturæ fecisse carnem matri consubstantialem (quæ actio Physicè communis fuit toti Trinitati) eámque sibi in vnitatem suppositi copulasse (quod non fecerunt aliæ personæ.) Eosdem tractat verba Deuteronomij [k]; *descendat sicut pluuia eloquium meum.* Intimat hoc etiam Hieronymus [l], & Chrysostomus [m]. Verum idem Rupertus [n] declarat præterea eo modo quo Augustinus hoc loco, & aliis [o] nonnullis, & Chrysostomus [p], Ambrosius [q], Isidorus [r], Origines [s], qui omnes vt & cæteri, Gedeonicum [t] vellus vnà coniungunt. Summa est, tanquam in area in toto orbe terrarum siccum *vellus* simile populum Hebræum: Christum descendisse *sicut pluuiam*, cùm eum docuit, ad quē & se missum dixit [u], & dare pulos primùm ire voluit [x]: postea gutturnine *stillicidia*, cùm sicca remansisset gens Iudæorum, descendisse super omnem terra gentium omnium. Iudæos cum vellere comparari, vel quia expolitandi facerant auctoritate doctrinæ, sicut omis expolitur vellere: vel quia in abdito eorum pluuiam detinebant, nolentes Gentibus prædicari. Addit Chrysostomus, quia Sacerdotes docti erant: *guttas* etiam esse miracula eorum a Christo quod & Bernardus dixisse refert), præterea denique locum Esaiæ [y]: *o vos omnes qui sitis, venite ad aquas, & qui non habetis argentum, &c.* Augustinus [z] recte exponi sione velleris exisse pluuiam à Iudæis, quando in per prætiratam a se exclusorum Christum. Attingit eundem sensum Eucherius [a]. Origenes autem refert quendam ex præcessoribus suis illum tradidisse ac scriptum reliquisse: placuitque Didymo & Eusebio. Dici verò potest, designari *terra* gentes, non modò propter voluptatis, fertilitatem, solidaturam, sed etiam propter fragorem, commotionem, perturbationem quæ accidere debebat decidente velut imbre prædicationis Euangelicæ: denique propter magis planam, apertam, expositam mysteriorum intelligentiam, non iam per integumenta quasi per vellera agni, ouis, hirci, hædi, caprę, vt liceat *reuelata facie gloriam Dei speculari, & eandem imaginem tanquam à fermo claritate in claritatem, tanquam a spiritu Domini.*

Nicephorus Blemmida primum quidē versus membrum de incarnatione interpretatur, ac de assumpta carnis natura: quod & asserunt etiam Basilius, siue Theodoretus, Eusebymius, Hesychius: sed secundum de secundo Christi aduentu, quando non amplius clàm & latenter, sed palam & aperte, cum spiritu veniet ad iudicandum.

Illustrari potest quod de suaui Christi doctrina dictum est, Esaiæ [a] verbis, prout à Cyrillo [b] explicantur, quibus comparatur Verbum Dei cum *imbre & ninc descendente de cælo, quæ inebriant & infundunt terram, & germinare faciunt, vt det semen serenti, & panem comedenti.* Confirmat Cyrillus ex Psalmo 64. *Visitasti terram & inebriasti eam* &c. Accedit ex Deuteronomio [c]; *Destillabit sicut pluuia doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum; quasi imber super herbam, & sicut stilla super gramina.* Legit eum locū hoc loco Arnobius, *expectetur sicut pluuia verbum meum.* & quem ibi iussit Deus Pater expectari sicut pluuiam, in Euāgeliis præsentauisse sicut pluuiam, non ex inferioribus semine humano erumpente progenitum, sed verbo Patris de cœlorum altitudine quasi pluuiam venientem exortum. Hilarius præterea in explanatione Psalmi 67. illa verba [d]; *Pluuiam voluntariam segregabis Deus hereditati tuæ*, de prædicatione intelligens, scribit, quòd Salomon hoc loco (Salomonem vocat propter titulum, quasi ab eo compositum innuat) hanc eloquij prædicationisque pluuiam, terræ ad spei securitatē nunciauit. Citat allatum Mosis locū, & quòd aliquibus nubibus, ne super vineam pluerent, præceptum [e] est. Denique *rore* significari veritatem, doctrinam, eloquentiam, prodidit etiam Horapollo [f].

Caietanus paulò aliter legens, nempe, *descendet velut pluuia super tonsum, velut imbrium gutta terra*, totam accommodat sententiam ad secundum aduentum Christi. Ait hunc aduentum responsurum expectationi iustorum, quasi post tonsionem, & successum germen præsentis vitæ, quod nouum resurrectionis expectat: & ad idem tendere alteram similitudinem, quoniam ariditas terræ, id est, humani generis arefacti per mortem, huiusmodi pluuiam desiderat.

Præferendas meritò communior de incarnatione per pluuiam in vellere sensus, & de vtilitate quæ veluti per expressionem guttarum ex vellere prouentura toti terræ, id est, omnibus hominibus, erat. Quò facilè reduci possunt alij sensus de doctrina euangelica, de miraculis, de perturbandis inimicis crucis, ac resistentibus Euangelio, de secundo aduentu. Nam & hæc ad institutam, pacémque conducunt, de quibus antea dictum erat, proximèque post dicitur. Sic autem vel duo versus membra pertinebunt ad idem, vel ad diuersa, sed cum habitudine ad vnum.

Placet hic etiam iuxta versionem nostram, alludi ad Gedeonis vellus. Gedeon verò designatus populi sui dux & liberator nouitate rei illectus, quòd ex infima familia esset, poposcit magna fide confirmationem per signum [g]. Seipsum cum vellere comparauit exilio (hoc significat ipsum nomen *Gedeon*) ac postremò, quia se in tota sua tribu familiáque postremum professus fuerat [h], & se perinde cum suo populo contemptum esse velle significabat, vt planibus vellus lanæ partibus villisq; vnica pecudis pelle ortis constat: per *rorem* intellexit benignitatem ac fauorem Dei in expeditione, ad quam destinabatur eam. locum certum constituit, in quo Angelum prius viderat [i] omnem terræ [illegible] voca-

[a] Ruper. l. 2. de trin. c. 11. Nicet. Chon. l. 2. thes. c. 3. Nicet. Heracl. in cat. Greg. Naz. Damas. Chrys. serm. 4. de nat. Dom. Dep. e. 1. de fide orth. Sophr. l. 1. de nat. Chr. c. 1. Procl. de nat. Chr. serm. 8. Chrys. de nat. Dom. serm. 165.

[b] Hier. 4

[i] Luc. 1. 42.

[k] c. 32. 2

[l] epist. 7.

[m] Hom. 44. in Matth. hom. quod Christus sit Deus.

[n] Supra

[o] in Ps. 45. 12 cum Eusebio. Ser. 3. de verbo Apost. Ser. 1. de verbo Dom. de temp. 3 4 5. in l. Iudic. de vasc. Eccl. 1. 1 prom. 1. hom. in hæc verba *Descendit sicut* q. de Spir. S. in princ. t. de voc. Gen. c. 23.

[p] Hom. in Ps. de

[q] l. Iudic. c. 17.

[r] Matth. 15. 24. c. 10. 6

[y] c. 4. 9.

[z] supr. 41

[a] in fe multit. c. 8.

[b] c. 32. 3.

[c] Hesych. l. 2. c. 30.

[d] Nicet. Heracl. in cat. Greg. Naz. Damas. Chrys. serm. 4. de nat. Dom. Dep. e. 1. de fide orth. Sophr. l. 1. de nat. Chr. c. 1. Procl. de nat. Chr. serm. 8. Chrys. de nat. Dom. serm. 165.

[e] Hier. 4

[f] Luc. 1. 42.

[g] c. 32. 3

[h] epist. 7.

[i] Hom. 44. in Matth. hom. quod Christus sit Deus.

[k] Supra

[l] in Ps. 45. 12 cum Eusebio. Ser. 3. de verbo Apost. Ser. 1. de verbo Dom. de temp. 3 4 5. in l. Iudic. de vasc. Eccl. 1. 1 prom. 1. hom. in hæc verba *Descendit sicut* q. de Spir. S. in princ. t. de voc. Gen. c. 23.

[m] Hom. in Ps. de

[n] l. Iudic. c. 17.

[o] Matth. 15. 24. c. 10. 6

[p] c. 4. 9.

[q] supr. 41

[r] in Ps. multit. c. 8.

[s] c. 32. 3.

[t] Hesych. l. 2. c. 30.

[u] Nicet. Heracl. in cat. Greg. Naz. Damas. Chrys. serm. 4. de nat. Dom. Dep. e. 1. de fide orth. Sophr. l. 1. de nat. Chr. c. 1. Procl. de nat. Chr. serm. 8. Chrys. de nat. Dom. serm. 165.

[x] Hier. 4

[y] Luc. 1. 42.

[z] c. 32. 3

[a] epist. 7.

[b] Hom. 44. in Matth. hom. quod Christus sit Deus.

[c] Supra

[d] in Ps. 45. 12 cum Eusebio. Ser. 3. de verbo Apost. Ser. 1. de verbo Dom. de temp. 3 4 5. in l. Iudic. de vasc. Eccl. 1. 1 prom. 1. hom. in hæc verba *Descendit sicut* q. de Spir. S. in princ. t. de voc. Gen. c. 23.

[e] Hom. in Ps. de

[f] l. Iudic. c. 17.

[g] Matth. 15. 24. c. 10. 6

[h] c. 4. 9.

[i] supr. 41

[k] in Ps. multit. c. 8.

[l] c. 32. 3.

[m] Hesych. l. 2. c. 30.

[n] Nicet. Heracl. in cat. Greg. Naz. Damas. Chrys. serm. 4. de nat. Dom. Dep. e. 1. de fide orth. Sophr. l. 1. de nat. Chr. c. 1. Procl. de nat. Chr. serm. 8. Chrys. de nat. Dom. serm. 165.

[o] Hier. 4

[p] Luc. 1. 42.

[q] c. 32. 3

[r] epist. 7.

[s] Hom. 44. in Matth. hom. quod Christus sit Deus.

[t] Supra

[u] in Ps. 45. 12 cum Eusebio. Ser. 3. de verbo Apost. Ser. 1. de verbo Dom. de temp. 3 4 5. in l. Iudic. de vasc. Eccl. 1. 1 prom. 1. hom. in hæc verba *Descendit sicut* q. de Spir. S. in princ. t. de voc. Gen. c. 23.

[x] Hom. in Ps. de

[y] l. Iudic. c. 17.

[z] Matth. 15. 24. c. 10. 6

[a] c. 4. 9.

[b] supr. 41

[c] in Ps. multit. c. 8.

[d] c. 32. 3.

[e] Hesych. l. 2. c. 30.

[f] Nicet. Heracl. in cat. Greg. Naz. Damas. Chrys. serm. 4. de nat. Dom. Dep. e. 1. de fide orth. Sophr. l. 1. de nat. Chr. c. 1. Procl. de nat. Chr. serm. 8. Chrys. de nat. Dom. serm. 165.

[g] Hier. 4

[h] Luc. 1. 42.

[i] c. 32. 3

[k] epist. 7.

[l] Hom. 44. in Matth. hom. quod Christus sit Deus.

[m] Supra

[n] in Ps. 45. 12 cum Eusebio. Ser. 3. de verbo Apost. Ser. 1. de verbo Dom. de temp. 3 4 5. in l. Iudic. de vasc. Eccl. 1. 1 prom. 1. hom. in hæc verba *Descendit sicut* q. de Spir. S. in princ. t. de voc. Gen. c. 23.

[o] Hom. in Ps. de

[p] l. Iudic. c. 17.

[q] Matth. 15. 24. c. 10. 6

[r] c. 4. 9.

[s] supr. 41

[t] in Ps. multit. c. 8.

[u] c. 32. 3.

[x] Hesych. l. 2. c. 30.

[y] Nicet. Heracl. in cat. Greg. Naz. Damas. Chrys. serm. 4. de nat. Dom. Dep. e. 1. de fide orth. Sophr. l. 1. de nat. Chr. c. 1. Procl. de nat. Chr. serm. 8. Chrys. de nat. Dom. serm. 165.

[z] Hier. 4

[a] Luc. 1. 42.

[b] c. 32. 3

[c] epist. 7.

[d] Hom. 44. in Matth. hom. quod Christus sit Deus.

[e] Supra

[f] in Ps. 45. 12 cum Eusebio. Ser. 3. de verbo Apost. Ser. 1. de verbo Dom. de temp. 3 4 5. in l. Iudic. de vasc. Eccl. 1. 1 prom. 1. hom. in hæc verba *Descendit sicut* q. de Spir. S. in princ. t. de voc. Gen. c. 23.

[g] Hom. in Ps. de

[h] l. Iudic. c. 17.

[i] Matth. 15. 24. c. 10. 6

[k] c. 4. 9.

[l] supr. 41

[m] in Ps. multit. c. 8.

[n] c. 32. 3.

[o] Hesych. l. 2. c. 30.

[p] Nicet. Heracl. in cat. Greg. Naz. Damas. Chrys. serm. 4. de nat. Dom. Dep. e. 1. de fide orth. Sophr. l. 1. de nat. Chr. c. 1. Procl. de nat. Chr. serm. 8. Chrys. de nat. Dom. serm. 165.

[q] Hier. 4

[r] Luc. 1. 42.

[s] c. 32. 3

[t] epist. 7.

[u] Hom. 44. in Matth. hom. quod Christus sit Deus.

[x] Supra

[y] in Ps. 45. 12 cum Eusebio. Ser. 3. de verbo Apost. Ser. 1. de verbo Dom. de temp. 3 4 5. in l. Iudic. de vasc. Eccl. 1. 1 prom. 1. hom. in hæc verba *Descendit sicut* q. de Spir. S. in princ. t. de voc. Gen. c. 23.

[z] Hom. in Ps. de

[a] l. Iudic. c. 17.

[b] Matth. 15. 24. c. 10. 6

[c] c. 4. 9.

[d] supr. 41

[e] in Ps. multit. c. 8.

[f] c. 32. 3.

[g] Hesych. l. 2. c. 30.

[h] Nicet. Heracl. in cat. Greg. Naz. Damas. Chrys. serm. 4. de nat. Dom. Dep. e. 1. de fide orth. Sophr. l. 1. de nat. Chr. c. 1. Procl. de nat. Chr. serm. 8. Chrys. de nat. Dom. serm. 165.

[i] Hier. 4

[k] Luc. 1. 42.

[l] c. 32. 3

[m] epist. 7.

[n] Hom. 44. in Matth. hom. quod Christus sit Deus.

[o] Supra

[p] in Ps. 45. 12 cum Eusebio. Ser. 3. de verbo Apost. Ser. 1. de verbo Dom. de temp. 3 4 5. in l. Iudic. de vasc. Eccl. 1. 1 prom. 1. hom. in hæc verba *Descendit sicut* q. de Spir. S. in princ. t. de voc. Gen. c. 23.

[q] Hom. in Ps. de

[r] l. Iudic. c. 17.

[s] Matth. 15. 24. c. 10. 6

[t] c. 4. 9.

[u] supr. 41

[x] in Ps. multit. c. 8.

[y] c. 32. 3.

[z] Hesych. l. 2. c. 30.

[a] Nicet. Heracl. in cat. Greg. Naz. Damas. Chrys. serm. 4. de nat. Dom. Dep. e. 1. de fide orth. Sophr. l. 1. de nat. Chr. c. 1. Procl. de nat. Chr. serm. 8. Chrys. de nat. Dom. serm. 165.

[b] Hier. 4

[c] Luc. 1. 42.

[d] c. 32. 3

[e] epist. 7.

[f] Hom. 44. in Matth. hom. quod Christus sit Deus.

[g] Supra

[h] in Ps. 45. 12 cum Eusebio. Ser. 3. de verbo Apost. Ser. 1. de verbo Dom. de temp. 3 4 5. in l. Iudic. de vasc. Eccl. 1. 1 prom. 1. hom. in hæc verba *Descendit sicut* q. de Spir. S. in princ. t. de voc. Gen. c. 23.

[i] Hom. in Ps. de

[k] l. Iudic. c. 17.

[l] Matth. 15. 24. c. 10. 6

[m] c. 4. 9.

[n] supr. 41

[o] in Ps. multit. c. 8.

[p] c. 32. 3.

[q] Hesych. l. 2. c. 30.

[r] Nicet. Heracl. in cat. Greg. Naz. Damas. Chrys. serm. 4. de nat. Dom. Dep. e. 1. de fide orth. Sophr. l. 1. de nat. Chr. c. 1. Procl. de nat. Chr. serm. 8. Chrys. de nat. Dom. serm. 165.

[s] Hier. 4

[t] Luc. 1. 42.

[u] c. 32. 3

[x] epist. 7.

[y] Hom. 44. in Matth. hom. quod Christus sit Deus.

[z] Supra

[a] in Ps. 45. 12 cum Eusebio. Ser. 3. de verbo Apost. Ser. 1. de verbo Dom. de temp. 3 4 5. in l. Iudic. de vasc. Eccl. 1. 1 prom. 1. hom. in hæc verba *Descendit sicut* q. de Spir. S. in princ. t. de voc. Gen. c. 23.

[b] Hom. in Ps. de

[c] l. Iudic. c. 17.

[d] Matth. 15. 24. c. 10. 6

[e] c. 4. 9.

[f] supr. 41

[g] in Ps. multit. c. 8.

[h] c. 32. 3.

[i] Hesych. l. 2. c. 30.

[k] Nicet. Heracl. in cat. Greg. Naz. Damas. Chrys. serm. 4. de nat. Dom. Dep. e. 1. de fide orth. Sophr. l. 1. de nat. Chr. c. 1. Procl. de nat. Chr. serm. 8. Chrys. de nat. Dom. serm. 165.

[l] Hier. 4

[m] Luc. 1. 42.

[n] c. 32. 3

[o] epist. 7.

[p] Hom. 44. in Matth. hom. quod Christus sit Deus.

[q] Supra

[r] in Ps. 45. 12 cum Eusebio. Ser. 3. de verbo Apost. Ser. 1. de verbo Dom. de temp. 3 4 5. in l. Iudic. de vasc. Eccl. 1. 1 prom. 1. hom. in hæc verba *Descendit sicut* q. de Spir. S. in princ. t. de voc. Gen. c. 23.

[s] Hom. in Ps. de

[t] l. Iudic. c. 17.

[u] Matth. 15. 24. c. 10. 6

[x] c. 4. 9.

[y] supr. 41

[z] in Ps. multit. c. 8.

[a] c. 32. 3.

[b] Hesych. l. 2. c. 30.

[c] Nicet. Heracl. in cat. Greg. Naz. Damas. Chrys. serm. 4. de nat. Dom. Dep. e. 1. de fide orth. Sophr. l. 1. de nat. Chr. c. 1. Procl. de nat. Chr. serm. 8. Chrys. de nat. Dom. serm. 165.

[d] Hier. 4

[e] Luc. 1. 42.

[f] c. 32. 3

[g] epist. 7.

[h] Hom. 44. in Matth. hom. quod Christus sit Deus.

[i] Supra

[k] in Ps. 45. 12 cum Eusebio. Ser. 3. de verbo Apost. Ser. 1. de verbo Dom. de temp. 3 4 5. in l. Iudic. de vasc. Eccl. 1. 1 prom. 1. hom. in hæc verba *Descendit sicut* q. de Spir. S. in princ. t. de voc. Gen. c. 23.

[l] Hom. in Ps. de

[m] l. Iudic. c. 17.

[n] Matth. 15. 24. c. 10. 6

[o] c. 4. 9.

[p] supr. 41

[q] in Ps. multit. c. 8.

[r] c. 32. 3.

[s] Hesych. l. 2. c. 30.

[t] Nicet. Heracl. in cat. Greg. Naz. Damas. Chrys. serm. 4. de nat. Dom. Dep. e. 1. de fide orth. Sophr. l. 1. de nat. Chr. c. 1. Procl. de nat. Chr. serm. 8. Chrys. de nat. Dom. serm. 165.

[u] Hier. 4

[x] Luc. 1. 42.

[y] c. 32. 3

[z] epist. 7.

[a] Hom. 44. in Matth. hom. quod Christus sit Deus.

[b] Supra

[c] in Ps. 45. 12 cum Eusebio. Ser. 3. de verbo Apost. Ser. 1. de verbo Dom. de temp. 3 4 5. in l. Iudic. de vasc. Eccl. 1. 1 prom. 1. hom. in hæc verba *Descendit sicut* q. de Spir. S. in princ. t. de voc. Gen. c. 23.

[d] Hom. in Ps. de

[e] l. Iudic. c. 17.

[f] Matth. 15. 24. c. 10. 6

[g] c. 4. 9.

[h] supr. 41

[i] in Ps. multit. c. 8.

[k] c. 32. 3.

[l] Hesych. l. 2. c. 30.

[m] Nicet. Heracl. in cat. Greg. Naz. Damas. Chrys. serm. 4. de nat. Dom. Dep. e. 1. de fide orth. Sophr. l. 1. de nat. Chr. c. 1. Procl. de nat. Chr. serm. 8. Chrys. de nat. Dom. serm. 165.

[n] Hier. 4

[o] Luc. 1. 42.

[p] c. 32. 3

[q] epist. 7.

[r] Hom. 44. in Matth. hom. quod Christus sit Deus.

[s] Supra

[t] in Ps. 45. 12 cum Eusebio. Ser. 3. de verbo Apost. Ser. 1. de verbo Dom. de temp. 3 4 5. in l. Iudic. de vasc. Eccl. 1. 1 prom. 1. hom. in hæc verba *Descendit sicut* q. de Spir. S. in princ. t. de voc. Gen. c. 23.

[u] Hom. in Ps. de

[x] l. Iudic. c. 17.

[y] Matth. 15. 24. c. 10. 6

[z] c. 4. 9.

[a] supr. 41

[b] in Ps. multit. c. 8.

[c] c. 32. 3.

[d] Hesych. l. 2. c. 30.

[e] Nicet. Heracl. in cat. Greg. Naz. Damas. Chrys. serm. 4. de nat. Dom. Dep. e. 1. de fide orth. Sophr. l. 1. de nat. Chr. c. 1. Procl. de nat. Chr. serm. 8. Chrys. de nat. Dom. serm. 165.

[f] Hier. 4

[g] Luc. 1. 42.

[h] c. 32. 3

[i] epist. 7.

[k] Hom. 44. in Matth. hom. quod Christus sit Deus.

[l] Supra

[m] in Ps. 45. 12 cum Eusebio. Ser. 3. de verbo Apost. Ser. 1. de verbo Dom. de temp. 3 4 5. in l. Iudic. de vasc. Eccl. 1. 1 prom. 1. hom. in hæc verba *Descendit sicut* q. de Spir. S. in princ. t. de voc. Gen. c. 23.

[n] Hom. in Ps. de

[o] l. Iudic. c. 17.

[p] Matth. 15. 24. c. 10. 6

[q] c. 4. 9.

[r] supr. 41

[s] in Ps. multit. c. 8.

[t] c. 32. 3.

[u] Hesych. l. 2. c. 30.

[x] Nicet. Heracl. in cat. Greg. Naz. Damas. Chrys. serm. 4. de nat. Dom. Dep. e. 1. de fide orth. Sophr. l. 1. de nat. Chr. c. 1. Procl. de nat. Chr. serm. 8. Chrys. de nat. Dom. serm. 165.

[y] Hier. 4

[z] Luc. 1. 42.

[a] c. 32. 3

[b] epist. 7.

[c] Hom. 44. in Matth. hom. quod Christus sit Deus.

[d] Supra

[e] in Ps. 45. 12 cum Eusebio. Ser. 3. de verbo Apost. Ser. 1. de verbo Dom. de temp. 3 4 5. in l. Iudic. de vasc. Eccl. 1. 1 prom. 1. hom. in hæc verba *Descendit sicut* q. de Spir. S. in princ. t. de voc. Gen. c. 23.

[f] Hom. in Ps. de

[g] l. Iudic. c. 17.

[h] Matth. 15. 24. c. 10. 6

[i] c. 4. 9.

[k] supr. 41

[l] in Ps. multit. c. 8.

[m] c. 32. 3.

[n] Hesych. l. 2. c. 30.

[o] Nicet. Heracl. in cat. Greg. Naz. Damas. Chrys. serm. 4. de nat. Dom. Dep. e. 1. de fide orth. Sophr. l. 1. de nat. Chr. c. 1. Procl. de nat. Chr. serm. 8. Chrys. de nat. Dom. serm. 165.

[p] Hier. 4

[q] Luc. 1. 42.

[r] c. 32. 3

[s] epist. 7.

[t] Hom. 44. in Matth. hom. quod Christus sit Deus.

[u] Supra

[x] in Ps. 45. 12 cum Eusebio. Ser. 3. de verbo Apost. Ser. 1. de verbo Dom. de temp. 3 4 5. in l. Iudic. de vasc. Eccl. 1. 1 prom. 1. hom. in hæc verba *Descendit sicut* q. de Spir. S. in princ. t. de voc. Gen. c. 23.

[y] Hom. in Ps. de

[z] l. Iudic. c. 17.

[a] Matth. 15. 24. c. 10. 6

[b] c. 4. 9.

[c] supr. 41

[d] in Ps. multit. c. 8.

[e] c. 32. 3.

[f] Hesych. l. 2. c. 30.

[g] Nicet. Heracl. in cat. Greg. Naz. Damas. Chrys. serm. 4. de nat. Dom. Dep. e. 1. de fide orth. Sophr. l. 1. de nat. Chr. c. 1. Procl. de nat. Chr. serm. 8. Chrys. de nat. Dom. serm. 165.

[h] Hier. 4

[i] Luc. 1. 42.

[k] c. 32. 3

[l] epist. 7.

[m] Hom. 44. in Matth. hom. quod Christus sit Deus.

[n] Supra

[o] in Ps. 45. 12 cum Eusebio. Ser. 3. de verbo Apost. Ser. 1. de verbo Dom. de temp. 3 4 5. in l. Iudic. de vasc. Eccl. 1. 1 prom. 1. hom. in hæc verba *Descendit sicut* q. de Spir. S. in princ. t. de voc. Gen. c. 23.

[p] Hom. in Ps. de

[q] l. Iudic. c. 17.

[r] Matth. 15. 24. c. 10. 6

[s] c. 4. 9.

[t] supr. 41

[u] in Ps. multit. c. 8.

[x] c. 32. 3.

[y] Hesych. l. 2. c. 30.

[z] Nicet. Heracl. in cat. Greg. Naz. Damas. Chrys. serm. 4. de nat. Dom. Dep. e. 1. de fide orth. Sophr. l. 1. de nat. Chr. c. 1. Procl. de nat. Chr. serm. 8. Chrys. de nat. Dom. serm. 165.

[a] Hier. 4

[b] Luc. 1. 42.

[c] c. 32. 3

[d] epist. 7.

[e] Hom. 44. in Matth. hom. quod Christus sit Deus.

[f] Supra

[g] in Ps. 45. 12 cum Eusebio. Ser. 3. de verbo Apost. Ser. 1. de verbo Dom. de temp. 3 4 5. in l. Iudic. de vasc. Eccl. 1. 1 prom. 1. hom. in hæc verba *Descendit sicut* q. de Spir. S. in princ. t. de voc. Gen. c. 23.

[h] Hom. in Ps. de

[i] l. Iudic. c. 17.

[k] Matth. 15. 24. c. 10. 6

[l] c. 4. 9.

[m] supr. 41

[n] in Ps. multit. c. 8.

[o] c. 32. 3.

[p] Hesych. l. 2. c. 30.

[q] Nicet. Heracl. in cat. Greg. Naz. Damas. Chrys. serm. 4. de nat. Dom. Dep. e. 1. de fide orth. Sophr. l. 1. de nat. Chr. c. 1. Procl. de nat. Chr. serm. 8. Chrys. de nat. Dom. serm. 165.

[r] Hier. 4

[s] Luc. 1. 42.

[t] c. 32. 3

[u] epist. 7.

[x] Hom. 44. in Matth. hom. quod Christus sit Deus.

[y] Supra

[z] in Ps. 45. 12 cum Eusebio. Ser. 3. de verbo Apost. Ser. 1. de verbo Dom. de temp. 3 4 5. in l. Iudic. de vasc. Eccl. 1. 1 prom. 1. hom. in hæc verba *Descendit sicut* q. de Spir. S. in princ. t. de voc. Gen. c. 23.

[a] Hom. in Ps. de

[b] l. Iudic. c. 17.

[c] Matth. 15. 24. c. 10. 6

[d] c. 4. 9.

[e] supr. 41

[f] in Ps. multit. c. 8.

[g] c. 32. 3.

[h] Hesych. l. 2. c. 30.

[i] Nicet. Heracl. in cat. Greg. Naz. Damas. Chrys. serm. 4. de nat. Dom. Dep. e. 1. de fide orth. Sophr. l. 1. de nat. Chr. c. 1. Procl. de nat. Chr. serm. 8. Chrys. de nat. Dom. serm. 165.

[k] Hier. 4

[l] Luc. 1. 42.

[m] c. 32. 3

[n] epist. 7.

[o] Hom. 44. in Matth. hom. quod Christus sit Deus.

[p] Supra

[q] in Ps. 45. 12 cum Eusebio. Ser. 3. de verbo Apost. Ser. 1. de verbo Dom. de temp. 3 4 5. in l. Iudic. de vasc. Eccl. 1. 1 prom. 1. hom. in hæc verba *Descendit sicut* q. de Spir. S. in princ. t. de voc. Gen. c. 23.

[r] Hom. in Ps. de

[s] l. Iudic. c. 17.

[t] Matth. 15. 24. c. 10. 6

[u] c. 4. 9.

[x] supr. 41

[y] in Ps. multit. c. 8.

[z] c. 32. 3.

[a] Hesych. l. 2. c. 30.

[b] Nicet. Heracl. in cat. Greg. Naz. Damas. Chrys. serm. 4. de nat. Dom. Dep. e. 1. de fide orth. Sophr. l. 1. de nat. Chr. c. 1. Procl. de nat. Chr. serm. 8. Chrys. de nat. Dom. serm. 165.

[c] Hier. 4

[d] Luc. 1. 42.

[e] c. 32. 3

[f] epist. 7.

[g] Hom. 44. in Matth. hom. quod Christus sit Deus.

[h] Supra

[i] in Ps. 45. 12 cum Eusebio. Ser. 3. de verbo Apost. Ser. 1. de verbo Dom. de temp. 3 4 5. in l. Iudic. de vasc. Eccl. 1. 1 prom. 1. hom. in hæc verba *Descendit sicut* q. de Spir. S. in princ. t. de voc. Gen. c. 23.

[k] Hom. in Ps. de

[l] l. Iudic. c. 17.

[m] Matth. 15. 24. c. 10. 6

[n] c. 4. 9.

[o] supr. 41

[p] in Ps. multit. c. 8.

[q] c. 32. 3.

[r] Hesych. l. 2. c. 30.

[s] Nicet. Heracl. in cat. Greg. Naz. Damas. Chrys. serm. 4. de nat. Dom. Dep. e. 1. de fide orth. Sophr. l. 1. de nat. Chr. c. 1. Procl. de nat. Chr. serm. 8. Chrys. de nat. Dom. serm. 165.

[t] Hier. 4

[u] Luc. 1. 42.

[x] c. 32. 3

[y] epist. 7.

[z] Hom. 44. in Matth. hom. quod Christus sit Deus.

[a] Supra

[b] in Ps. 45. 12 cum Eusebio. Ser. 3. de verbo Apost. Ser. 1. de verbo Dom. de temp. 3 4 5. in l. Iudic. de vasc. Eccl. 1. 1 prom. 1. hom. in hæc verba *Descendit sicut* q. de Spir. S. in princ. t. de voc. Gen. c. 23.

[c] Hom. in Ps. de

[d] l. Iudic. c. 17.

[e] Matth. 15. 24. c. 10. 6

[f] c. 4. 9.

[g] supr. 41

[h] in Ps. multit. c. 8.

[i] c. 32. 3.

[k] Hesych. l. 2. c. 30.

[l] Nicet. Heracl. in cat. Greg. Naz. Damas. Chrys. serm. 4. de nat. Dom. Dep. e. 1. de fide orth. Sophr. l. 1. de nat. Chr. c. 1. Procl. de nat. Chr. serm. 8. Chrys. de nat. Dom. serm. 165.

[m] Hier. 4

[n] Luc. 1. 42.

[o] c. 32. 3

[p] epist. 7.

[q] Hom. 44. in Matth. hom. quod Christus sit Deus.

[r] Supra

[s] in Ps. 45. 12 cum Eusebio. Ser. 3. de verbo Apost. Ser. 1. de verbo Dom. de temp. 3 4 5. in l. Iudic. de vasc. Eccl. 1. 1 prom. 1. hom. in hæc verba *Descendit sicut* q. de Spir. S. in princ. t. de voc. Gen. c. 23.

[t] Hom. in Ps. de

[u] l. Iudic. c. 17.

[x] Matth. 15. 24. c. 10. 6

[y] c. 4. 9.

[z] supr. 41

[a] in Ps. multit. c. 8.

[b] c. 32. 3.

[c] Hesych. l. 2. c. 30.

[d] Nicet. Heracl. in cat. Greg. Naz. Damas. Chrys. serm. 4. de nat. Dom. Dep. e. 1. de fide orth. Sophr. l. 1. de nat. Chr. c. 1. Procl. de nat. Chr. serm. 8. Chrys. de nat. Dom. serm. 165.

[e] Hier. 4

[f] Luc. 1. 42.

[g] c. 32. 3

[h] epist. 7.

[i] Hom. 44. in Matth. hom. quod Christus sit Deus.

[k] Supra

[l] in Ps. 45. 12 cum Eusebio. Ser. 3. de verbo Apost. Ser. 1. de verbo Dom. de temp. 3 4 5. in l. Iudic. de vasc. Eccl. 1. 1 prom. 1. hom. in hæc verba *Descendit sicut* q. de Spir. S. in princ. t. de voc. Gen. c. 23.

[m] Hom. in Ps. de

[n] l. Iudic. c. 17.

[o] Matth. 15. 24. c. 10. 6

[p] c. 4. 9.

[q] supr. 41

[r] in Ps. multit. c. 8.

[s] c. 32. 3.

[t] Hesych. l. 2. c. 30.

[u] Nicet. Heracl. in cat. Greg. Naz. Damas. Chrys. serm. 4. de nat. Dom. Dep. e. 1. de fide orth. Sophr. l. 1. de nat. Chr. c. 1. Procl. de nat. Chr. serm. 8. Chrys. de nat. Dom. serm. 165.

[x] Hier. 4

[y] Luc. 1. 42.

[z] c. 32. 3

[a] epist. 7.

[b] Hom. 44. in Matth. hom. quod Christus sit Deus.

[c] Supra

[d] in Ps. 45. 12 cum Eusebio. Ser. 3. de verbo Apost. Ser. 1. de verbo Dom. de temp. 3 4 5. in l. Iudic. de vasc. Eccl. 1. 1 prom. 1. hom. in hæc verba *Descendit sicut* q. de Spir. S. in princ. t. de voc. Gen. c. 23.

[e] Hom. in Ps. de

[f] l. Iudic. c. 17.

[g] Matth. 15. 24. c. 10. 6

[h] c. 4. 9.

[i] supr. 41

[k] in Ps. multit. c. 8.

[l] c. 32. 3.

[m] Hesych. l. 2. c. 30.

[n] Nicet. Heracl. in cat. Greg. Naz. Damas. Chrys. serm. 4. de nat. Dom. Dep. e. 1. de fide orth. Sophr. l. 1. de nat. Chr. c. 1. Procl. de nat. Chr. serm. 8. Chrys. de nat. Dom. serm. 165.

[o] Hier. 4

[p] Luc. 1. 42.

[q] c. 32. 3

[r] epist. 7.

[s] Hom. 44. in Matth. hom. quod Christus sit Deus.

[t] Supra

[u] in Ps. 45. 12 cum Eusebio. Ser. 3. de verbo Apost. Ser. 1. de verbo Dom. de temp. 3 4 5. in l. Iudic. de vasc. Eccl. 1. 1 prom. 1. hom. in hæc verba *Descendit sicut* q. de Spir. S. in princ. t. de voc. Gen. c. 23.

[x] Hom. in Ps. de

[y] l. Iudic. c. 17.

[z] Matth. 15. 24. c. 10. 6

[a] c. 4. 9.

[b] supr. 41

[c] in Ps. multit. c. 8.

[d] c. 32. 3.

[e] Hesych. l. 2. c. 30.

[f] Nicet. Heracl. in cat. Greg. Naz. Damas. Chrys. serm. 4. de nat. Dom. Dep. e. 1. de fide orth. Sophr. l. 1. de nat. Chr. c. 1. Procl. de nat. Chr. serm. 8. Chrys. de nat. Dom. serm. 165.

[g] Hier. 4

[h] Luc. 1. 42.

[i] c. 32. 3

[k] epist. 7.

[l] Hom. 44. in Matth. hom. quod Christus sit Deus.

[m] Supra

[n] in Ps. 45. 12 cum Eusebio. Ser. 3. de verbo Apost. Ser. 1. de verbo Dom. de temp. 3 4 5. in l. Iudic. de vasc. Eccl. 1. 1 prom. 1. hom. in hæc verba *Descendit sicut* q. de Spir. S. in princ. t. de voc. Gen. c. 23.

[o] Hom.

tacio gentes cæteras quibuscum pugnandum ei erat, & ne tibi repugnare poterit, ipsarum. Compertus factus, maiore electionis fiducia, & gaudio gestiens, cum meis exilibus operariis pergit ad salutem diuinitus Israelitico populo, caput fere quid hostilibus tantum esset. Proposuit actutum eam symbolum, vt ellet *solum vellus plenum*, & *omnis terra vere madens*, vt peteperet rorem, cum alteri sumendo pro labore ac fudore, an prosperæ victoriæ cum adiectarum gentium exinanitate magna foret, absque vllo tui ipsius ei electi populi labore negotioque. In his perendi signo, peccatis contendis non est, nec vendi qualem cunctitate, & diffidentia quadam, vt Ambrosius tamen sentit. Hæc qua ratione congruant recensionem & vnguentis œconomiæ redemptionis humanæ, liquet facis ex dictis. Ambrosius [b] ostendi dicit quod ad Ecclesiæ eandem Ecclesiam, Dei filiæ humanum corpus declarata vera diuinitate, abdicato populi Iudaici errore, quibus hostiarum ademptæ sunt immunitia diuinitus. Theodoretus [c] docet tunc ille duo Hebræi Israelitas quondam gratia positos esse, nec vellus tectæ postea vniuersam hominum naturam adeptam esse spiritualia dona, quæ vnus tanquam tore vellus Israel primarius est. Adiit denique potest iudicium signo secundo populos electos nulla, velleris hæreditate nec mundis cunctos imbrem indigna rerum dari. Vel per vtrumque tempus agit, hæc putantibus, dum colligat Iudæos [d] plena propheticarum testimonia. Hieronymus [e] defectionem Paulæ sanctæ peregrinationes, cum perduxit eam ad supremum Aden, Ur Ch. gregis, vbi pastores erant, quibus Angeli euangelizauerunt natum Christum [f], aut, dum seruabant oues inuenisse agnum: Dei puro & mundissimo vellere, quod in mundissimo totius terræ corpore compactum erat. Cæterum renouatum velleris miraculum in epistola Bernardi, cum ternis eam sub diu, & sanctus desiderat cæli imbrem, nec tamen charta compluerentur.

Descendet sicut pluuia super vellus. Ita quoque Hieronymus. Tertullianus sic placenti vel præterito tempore, *descendit super vellus imber*. Verum alii ex Hebræo *descendet sicut imber*, vel *descendam*, vel *non ideo*, vel *ante me*; vel *ne tantum*, vt [g] gramen nec tam, sine de vellum, quod licet non aquam, vt pluuia non deficeret, exaresceret vique ad ipsas radices Chaldæus, *super herbam cum sicut imber*, quod ii, hiemore tempestate 5 guineat vt *ghez*, & *gemes cæsum* existentibus adhuc radicibus quæ pluuiæ beneficio germinare posset, & *tantum vt jam vellus*, a verbo *yrd*, *descendere, excrescere, semitas* frequentior accepto pro *vellere* [h]; nec non alterius nominis *gnzah*, fœcundum aliam *de herba messi*, docuimus principio quis efficacius sensus. Potest quoque dustum verbi Amos [k], quibus vastitatem populi confert cum hostilis arboribus arbores ac segetes, eo tempore, quo calamus expectabatur. Sicut ros imber, quæ apud Apollonium extremo in Palæstina & omnium rerum abundantiam pollicebantur. *Hæc dicit tibi Dominus Deus*, inquit, & *ecce vidua locusta in principio germinationum seruum ambos, & ecce germinatio post tonsionem regis*. Vbi Hebr. vox *yrd*, *germen* exsiliendum. Similitudinem ex locustis sperans Deus loco, vt dixi, & Hebraicum nomen *gnzah*, *germen* [i] significet, quo modo vellus hordeus, frondes, flores, &

A redditi solet *cunctis*. Inde suspicari licet Hebræum *quod non pascentur* mutatum [illegible] per litteram [illegible] Deus dedit Christus oportune [illegible] reflectam a diuina gratia gentes [illegible] *sicut terram pro* [b] *aqua* eum eis manifestandi ad liberandos, vt iterum germinarent, reflectere rent, *locutum* malum [illegible] vt [illegible] *Fortasis* poetice *edit* de herba dixerit, & subeatur deronio de herba: sic *lacte tenui* [illegible] *pruna* vtur pat Virgilius [c]:

nocte arma pruna

Tinea tur.

Et dicuntur *tondere* ac *tondere* pecudes [illegible] *tondere* [illegible] *arma* [illegible] *camum, pabula* [illegible] Tertullianus [illegible] rel gentes homines, in labia [illegible] vellus Gedeonis Dauidem relpexisse. Quærunt Rabbini, & obseruant Agellius Gussetius, de Mesha interpretantes [illegible] *Ego pacificus* dixerit, & [illegible] *manus eius, & defecerunt*, alias autem [illegible] *ecce Ker non venit*: venret ad templum [illegible] tardem eo tempore [illegible] quæ, quam dat, vt *venire* dicatur, [illegible] quæ [illegible] fiunt hominem cum [illegible] *mutatum* [k] *ejus venire*, tanquam de cœlestino palatio, nec enim cum in illas Psalmi verbis *descendit* scribitur [illegible] palearum ad id ideum, vt nominant Rabbini, [illegible] sed illud cœleste.

C Aduentum ac descensum Christi primum legerem, ac mirem, accedente, cuique scripsit, *pauca se luce* [illegible] *descensa*: vt colligat Chrysostomus [l], timuit & ex Elisa [m], quem citat Macharius [n], & eo ipsum [illegible] Cœnitantes [o] polliceri [illegible] Iudæos interpretentur, *tumultuose*, dicit, dedita sacrificiis, atque cæremoniis superstitiosis, nec facta ad ferendum fructum, propterea propterea [illegible] culpam, idoneos: b. Mariam, in cui gremio [illegible] Dei filium carnis [illegible] & carnis assumpta ex eadem mulier, illibatque prodidit, ac imago mundi, vt [illegible] vellus aqua, redidit sic. Hic ego vt [illegible] *pruna* subrem [illegible] *dare*, imputum Iouis [illegible] Danaes, præuertibo, [illegible] famosum aurea pelle [illegible] Colchos, & magne, nunc agis aureum vellus, nobilis notam [illegible] in Burgundia ordinem, auctore Philippo bono duce, anno 1429. ac ad Austriacos hæredum successione transmissum [p], cui [illegible] debitum Mariæum, vt ita dicam, vellus laudatum antepone, vellet notam & indelebilem præferre. Velleris Mariæ candidi lanam, & aureum, addit, splendidissimum, quæ pote *amicta sole* [q]: munditiæ illinæ, mundi[illegible] animæ, tanquam agni gemmis, ceu exuuium corpus: sicut adhærens arcte carni, sicut carnis vulnere vellus detondetur, ita nullum illi fecidit carnis vulnus contagiumve, tamen degeret in carne: solida velleris mollities aquam integre admittit, nihil amittit, nusquam discindit: Mariæ Christo concepto, nasciturque mundata peritant integritas nexibus, carnisque.

Proprietates velleris in eodem Hugo [r] demonstrat, quæ verbibus istis complectere dant.it.

Sacra vestis omnium sanctorum mystica.

Hæc est pelo mollis, humilis, & pronus.

Pectinat, nent, texunt, quod si quos pellit & urget.

Et Maria Lucca plena pietatis, vellus protegens innocentes, lampicet, [illegible]

[illegible]

a Q. 47. & 48. Ex regum Armenorum [illegible] Ecclesiæ [illegible] ornata.

b de Virgin. [illegible]

c [illegible] Hebræ. q. 10.

d de vocat. Gen. cap. 24. e ep. 27 *Paulæ iactæ peregrinationes*

f Luc. 2. 10.

Charta D. Bernardum vellus [illegible] ornata [illegible] ornata [illegible] ornata

g 1 Cor. Mat. 6. 9.

h Deut. 11. 4. [illegible] 1 Sam. 14. 28

k cap. 7. 1.

2 Isa. 1. 1. Vbi 4 [illegible]

b Psal. 6 [illegible] Ioan. 7. 37

a cap. 16

c 1. Georg.

[illegible] Ecclesiæ. [illegible] Ecclesiæ. g Lucas [illegible] *Germinum pingue.*

h [illegible] Matth. 4. 16.

i Ioan. 1. 9.

l Ioan. 64 in Matth. & [illegible] [illegible] Bartholo. Dion. [illegible] Ad. 1. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

m [illegible] Ad. 1. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

p Franc. Sanctius de [illegible] Ægidius [illegible] Guiliel. [illegible] Aulli [illegible] [illegible] Sanctius [illegible] [illegible] Apoc. 12. 1.

q Apoc. 12. 1.

r fol. 148.

vellus in propriam

[illegible]

les motus; non sonuit vel conquesta est etiam transuerberata gladio doloris de nece filij. hirta, quia non compta: pilo molli, ob cogitationes pias: bibulo, propter situm, & conseruationem verbi Dei: tingi parata, virginali pudore: pectant illam, qui laudibus dilatant: nent, qui subtiliter prædicant: tevant, qui prolixiores de eadem orationes habent: pellit fragora inlideri tatis: ornat charitate, ceterarum virtutum exemplis. Philippus de Græue [a] versum totum interpretatus de primo placido Christi aduentu, dicit venisse Christum, vt se induceret; quia autem omne vestis genus fit ex lana & lino. *descendit sicut pluuium in vellus*, vt de vellere sibi exteriorem vestem assumeret, *& sicut stillicidia stillantia super terram*. vt terra irrigata, frugum, vndè vestis ipsi fieret interior, germinaret: sicut alibi de sapientia; quòd *quasi* [b] *lanam & linum*, extendit. Præterea quomodo *hæc* proprietates humilitatis, *lini*, virginitati conueniunt: nam vt lana, sic humilitas facilè constringitur, nec perdit quid de sua quantitate: vt detonsa lana renascitur, sic suppetit semper vnde quis humilietur: vt lana bibula est, sic humilitas capax diuinæ gratiæ: vt lana imbuta, si leuiter comprimatur, reddit aquam, sic humilis nullo negotio sensum commutat requisitus. Memorabile nos pelliceorum tunicarum oportet, quas Deus iam morte damnatis primis parentibus fecit, eósque illas induit [c], aurea maximè salutaris huius rei memoria, vtique mortalitatem eandem Dei filius induere dignatus sit, ac similis iis fieri, qui similitudinem ipsius affecturi antea immortalitatis vellus restituit Deus reformatis, & configuratis similitudini eius per gratiam baptismalis aquæ, quæ illa longe præstat, in qua nutriri aureum prodant vellus, vt & lanam in memorati speciem metalli, gigni in litoribus [d].

Et sicut stillicidia stillantia super terram.] Nihil addendum ad sensum: & vt alius possint hæc exponi modis, quos priùs attigimus, ille probabilis, vt sint prioribus synonyma, idemque valeant *stillantia super terram stillicidia*, quod *in vellus pluuia descendens*, nimirum significationem lenis & obscuri aduentus primi: nec enim propriè stillant cum impetu strepitúque *stillicidia*, seu *stillæ distillantes in terram*, vt legit Tertullianus [e], vel, vt Hieronymus, *irrorantes*, & Apollinarius de niuibus tacitè descendentibus explicauit.

ὡς χάλαζαν ψιχάδουσιν ἐπ' ἀγρωτὴν ἄνυδρον Cæsa;
sicut terram nimbus quando cælum ruere parat.

De primo Christi aduentu blando & humili Nicetas Nazianzeni [f] Scholiastes hunc locum interpretatus in quo propter humilitatem sicut agnus, margarita, & similibus nominibus alibi appellatur, ita & πρωτογενὴς. Nihil tamen obstat de secundo etiam Christi aduentu terribili, aut de strepitu prædicationis cum persecutione interpretari, prout antea ex nonnullorum opinione referebamus, quia σταγὼν στάξαι *stillæ stillare* potest id importare, quatenus stillæ super terram, vt fragorem edat, quemadmodum & imber: quem quidem etiam hoc loco expressit: sed & Hebræa vox נטף *natsaph* hanc vim habet, vt Agellius quoque vidit, siue vnica sit, siue compositi ex נצף, & טף. nam si sit vnica, potest significare idem quod עצב in priore membro, id est, herbam euellam, & extirpatam, si composita, id quod est alienam & inutilem, ac propterea plurium non naturalem terræ, sed quarumcunque inutilium; vel stillationem: vel id quod capiunt, ac remouetur, & id quod cum fructu sit & errore, præsertim in ponderibus, ac mensuris. Prædicatio Euangelica euertit omnes errores: de quibus lege in psal. 64. [a] *in stillicidiis eius lætabitur germinans*. Videtur hoc membrum mouere miraculum illud Gedeonis secundum, quando nec o vellere maduit terra.

Vers. 7.] Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis: donec auferatur luna.

Aduentus Christi, atq; prædicationis Euangelicæ fructum hunc futurum docet, vt cum priùs præualeret in mundo iniquitas, ac impietas; & quod inde necessario sequitur, dissidium hominum cum Deo, & inter se, ac in propria cuiusque conscientia grauis admodum perturbatio; beneficio gratiæ per Christum allatæ, & reconciliationis cum Patre, seu pacificationis eorum, quæ in cœlis, & quæ in terris [b], & salutiferæ doctrinæ, tanquam imbris fœcundantis terram; vigeret vbique iustitia, pax vbique multa, atque trãquillitas, non obiter, aut breui tempore, sed vsque dum a suo luna cesset officio, id est, vsque ad consummationem sæculi, ac etiam vltrà. Fuit quidem sub Salomone aliquandiu pax, & iustitia, cuius pene quoque puer insigne exemplum edidit [c], & *impe esse* scribitur *in diebus pacis* [d], sed constat ab ipsomet grauiter, ac satis diu violatam Dei legem, adeò vexatum populum, vt scindendi regni causam dederit, constructa pluribus in locis excelsa, culta idola, mulieres alienigenas adamatas, contráque legem in vxores ductas, reiectum timorem ac pietatem Dei, siue illum tandem pœnituerit, siue non pœnituerit, de quo dilerui præfatione ad Ecclesiasten [e], fuit etiam aduersarium Adad, & Razon, & Ieroboam contra ipsum [f]. Christum vocandum *principem pacis*, vaticinatus est Esaias [g], & Ieremias [h], *Dominũ iustum nostrum*. Rursus Esaias [i] votum suum exposuit, vt *rorarent cæli desuper, & nubes pluerent iustum* (quæ sententia indicata est priore versu) *& aperiretur terra, & germinaret saluatorem*. Eodem illud eiusdem [k] spectat, *sicut terra profert germen suum, & sicut hortus semen suum germinat, sic Dominus Deus germinabit iustitiam*. Docet lex Euangelica omnem iustitiam, & vires ad eam habendam, exercendámque suppeditat, & iustitiæ Dei pro nobis ab eiusdem auctore Christo satisfactum est; qui dicitur quoque iustitia, & pax nostra. Externa etiam orbe toto pax cùm natus est, erat, ac species quædam iustitiæ, dum silebant vbique bella. Sed veræ, internæque iustitiæ, ac pacis munera, & perduratio cum ipso mundo & Ecclesia hic maximè intelligitur, quam per se Angeli canentes euangelizarunt in Christi natiuitate [l], & adeò sæpe Christus idem tum dedit suis, tum commendauit, vt alibi dixerit.

Eusebius occurrit obiectioni, quòd iustitia & pax non permaneant modò in omnibus vt quidem [illegible] sed multæ adhuc hodie ciuitates inter se inimicè agunt; non hinc esse fermonem de vniuersali pace, sed de ea quæ inter veros fideles futura esset, Christique sermones, vel de pace, ac iustitia in Deum: eandem

a Serm 148.

b Prou. 31. 13. *Lanæ proprietates humilitatem commendant: linum, virginitatem.*

c Gen. 3. 21.

d Ambros. 5. hexaem. c. 11.

e Tertull. contra Marcion. cap. 3.

f In orat. 40. num. 18.

a vers. 5.

Sensus loci.

b Colos. 1. 20.

c 3. Reg. 3. 25.

d Eccl. 47. 25.

e cap. 2.

f 3. Reg. 11. 23.

g cap. 9. 6.

h cap. 23. 6.

i cap. 45. 8.

k cap. 61. 11.

l Luc. 2. 10.

Eusebius obiectio.

videntur [a] Origenes priori dixisse; vt sit, hoc est, condigne, vnus dium: extra sanctæ Trinitatis adoretur, & pax fiat cœlestium & terrestrium, quæ vsque ad sæculi conflammationem permaneat, & , quod addit Nicephorus , sit ἡ τοῦ ἁγίου ἀξίως ἐορτὴ διανομή , *distributio* numerum in præmiis, & supplicijs, *iuxta dignitatem cuiusq;*; sed exponamus modò sententiæ partes ; vnde constet etiam, quam sit receptus iste de Christo sensus, quem vrget Hesychius [b], quia nullus discipulorum saluatoris, vel aliorum Christianorum, in tabulis & chartis scripsit, sed filij circumcisionis, siue Iudæi.

Oriatur.] Hieronymus, *germinabit*. Alij, *florebit*: aut imperatiuo, *floreat*. Hoc valet יפרח *iphrach*, & eam significationem exigit quoque comparatio præcedens ex stillicidijs stillantibus super terram, vt scilicet non de luce, sed intelligamus de germine. Eadem catachresi vti sunt Lxx. apud Esaiam [c] eo loco quem antea citauimus, vbi est, quòd *Dominus germinabit iustitiam*, Græce, sicut & hic, ἀνατελεῖ, sed Hebraice, יצמיח *iatsmiach*, sed & cæteri autores Græci satis frequenter ita vsurpant ἀνατέλλειν, pro eo quod est *ensilire*, & *ortum facere, producere, emittere*, & neutraliter pro *existere, oriri, emicare*, &c. Hoc loco posset etiam significari quòd iustitia, hinc iusti faturi essent in pretio, vel ipsemet Christus ἀνατολὴ iustus, ac iustitia ipsa, vtpote *roratibus cœlis desuper, & nubibus pluentibus eum, atque germinante terra filium suum, & ortum iustitiæ simul* [d]. Ipsemet promisit se quasi rorem Israëli futurum, *vt germinet sicut lilium, & erumpat radix eius vt Libani; eant rami eius, & sit quasi oliua gloria eius, & odor eius vt Libani* [e]. Exponit Paraphrastes multiplicandos esse iustos: Hieronymus in Ieremiam [f] obseruat in *oriendi* verbo hic indicari nomen quod Propheta [g] hic attribuit Christo, vocans *germen iustum*, siue, inquit, *orientem iustum*, צמח *tsemach*, ἀνατολὴν, vbi Chaldaicè nomen משיחא *meshichaa*, Messiæ ponitur. in Zacharia [h] item, cum nominatur *oriens*, ἀνατολὴ, צמח *tsemach*, & reddi Latine posset *germen*, sicut apud Ieremiam habetur idem nomen Messiæ in editione Chaldæa. Innuunt illa nomina ortum Christi, ex radice penè emortua, eumque non humana opera, sed sponte ipsius, ac diuina virtute.

Et abundantia pacis.] Pronomen transfert Augustinus in sequentem vocem, *iustitiæ eius*: quamuis autem Græcum αὐτὸ commungi posset cum illa, tamen affligitur Hebraice eum nomine dierum יומי *beiamai*. *Dies* Hieronymus Christi explicat, non solùm cùm natus est orbe pacato sub Augusto, sed totum spatium quo complent opus redemptionis nostræ, in conceptione, natiuitate, natiuitate, cum opera Patris operatus est, cùm patribus, cum ad inferna descendit, cum resurrexit, cum se discipulis præbuit, cum ascendit. De diebus Christi mystice consideratis Origenem [i] consule.

Iustitia.] Hieronymus, *iustus*. Sed legerũt Lxx. צדק *tsedek*, non צדיק *tsaddik*. In psalmo [k] 84. habetur, quòd *veritas de terra orta est*, & *iustitia de cœlo prospexit*, vbi pro *orta est*, legitur Græcè, ἀνέτειλεν, Hebraicè נצמח *tsmach*, eadem *iustitia* ibi *de cœlo prospexisse* dicitur, hic *oriturus quasi de terra*, iuxta vim verbi Hebræi יפרח *iphrach*, vt priùs diximus. Idem Dei filius, quò fieret nobis iustitia, descendit de cœlo, vt oriretur in terra, hoc est, ex vtero matris. Hoc est *germen iustum* de quo Ieremias [l], & *germinare faciet ius*, quod *germinat sicut Deus Dauid* [m]; vt idem propheta dixerat, quia omnis iustitiæ fanctimoniq; nostræ fons est, qui iustè quia exercuit iudicium iustum: quia semper iustus iam inde à prima conceptione.

Et abundantia pacis.] Hieronymus [c], & Iulianus Pomerius [d], *multitudo*. id significat ברב *rov*. fallitur dupliciter Ageninus, quòd & hic, & apud Etiam [e], vbi vocatur Christus, *princeps pacis*; putet Hebraicè esse רב *rav*. Est hoc loco רוב *rov*, vt dixi, & ibi שר *sar*. *Abundantia pacis*, rerum vbertatem quoque denotat externum. De externa sub Augusto pace, sub quo Christus natus est, explicat præsentem locum etiam Iulianus Pomerius [f], docens transacta iam esse huiusmodi tempora prædicta de natiuitate Christi ab Esaia [g], item & Michæa [h], mũdum verò ex eiusdem Christi [i] prædictione bellorum potius finè claudendum.

De aliis modis pacis dictum antea satis. Abũdantia pacis inde cognoscitur, quod toties in Euangelio inculcatur, & quòd *filius* [k] *laboris eius* à Deo dicitur, id est, promissionum Dei, lege Augustinum [l]. Copulantur iustitia & pax, etiam in psalmo 84 [m]. & *osculari* dicuntur: & ab Esaia [n] *opus iustitiæ pax*. Coli à nobis pax cõcordiaque religiosius debent, quam quo modo dicatur templum sex Romani quondam coluerunt, illud vel à Tiberio, vel à Liuia Germanici matre; hoc a Vespasiano, & Tito, vtrumque non longe à temporibus Christi.

Donec auferatur luna.] Hieronymus, *donec non sit luna*: quod propriè significat יהרח בלי *kiloh beli iarеach*, Chaldaicè, *donec destruantur serui lunæ*. Simplex sensus est vt indicetur vel vbicumque luna cernitur, (quod innuit R. Esaias Tra-

[a] Hom. 2. in lib. Iudic.
[b] Homil. 1. de Deip.
[c] c. 61. 11.
[d] Esa. 45. 8.
[e] Ose. 14. 6 7.
[f] in c. 23. Hieronym. observat in orient. verbo.
[g] c. 23. 5.
[h] cap. 6. 12.
[i] Homil. 1. in lib. Iudic.
[k] vers. 12.
[l] c. 33. 15.
[m] c. 23. 5.
[n] c. 32. 17.
[a] Hic, & in hoc c. 9 & c. 19.
[b] Lib. 1. cont. Iulia.
[c] c. 9. 6.
[d] Lib. 1. cont. Iulian.
[e] c. 2. 4. hic 2. 3. & 4.
[f] Matth. 24. 5.
[g] Esa. 57. 17.
[h] Hebr. 11. 8.
[i] c. 32. 17.
[k] Hebr. 4. 8. & Num. 8. & 10.
[l] Hieron. c. 6.
[m] 1. Cor. 15. 26.

De Christo ista propriè locutum esse, non Ezechiam.
[o] 3. Reg. 5. 4. 24.
[p] Homil. 5. in Matth.

Pacis & Christi duratio sub Romanis.

Donec auferatur.

re olauit, exponit de Ecclesia, vt præ iustitiæ excellentia contradictio rebellatioque carnis vincatur, vt præ abundantia pacis, Ecclesia, quam Luna designat, eleuetur per gloriam resurrectionis. Chrysostomus [a] videtur eundem sensum probare, explicans, donec finiatur omnis prædicatio Ecclesiæ, quæ crescit in sanctis, decrescit in peccatoribus, sed posteà tãtùm bonis plena erit. Quidam nomen habens Hieronymi, auctor epistolæ de celebratione Paschæ [b], legens etiam donec interficiatur luna, vult innui, donec tollatur & abluminatur omnis mutabilitas mortalitatis; videtur excepisse Augustinum [c]. Cum verbo Græco αἴρεσθαι, nulla ratione cohærere posset verbum *extollendi*, vel *tollendi*, nisi vt hoc valeat idẽ quod *auferre* significat Hesychio, ἀφανιζειν, *euanescere*; Suidæ, κλειειν interpretanti, vel κατασβεννυειν, quod idem est: proprie autem significat *vicissim sumere*, siue *recipere*, sicut ἀντιλαμβάνεσθαι. Didymus quem citat Agellius, Ecclesiam hic adhuc ait quasi nothum lumen habere, & *ex parte* tantùm *cognoscere* [d], tandem euasuram veluti in solem, *cùm venerit, quod perfectum est* [e]; nunc *prægredi, vt aurorum*, deinde vt lunam, fore demum admirationi tanquam alterũ solem [f]. Procopius [g], quẽ transcriptum puto in collectaneis additis ad Cyrilli [h] Alexandrini opera, *Lunam auferri* exponit principem tenebrarum; quique, vt luna videatur præesse nocti ac tenebris, & tanquam adulteri nam quandam lucem mundi sapientiam cordibus indat deceptorum: luna decimaquarta passum Christum, quia tunc gloria lúxque illius cœpit dissolui, aliquando tandem penitus defitura & consummanda. Scholiastes Nazianzeni Nicetas [i] hoc ipsum docens, obtendat in compositione verbi αἴρεσθαι, quod significare vult *vicissim tolli*, & *auferri*, quòd quia quasi diabolus hominem antea sustulerit, vicissim ipse tollatur de medio: hoc autem opera Christi futurum fuisse indicatum immolatione qui decimaquarta luna, quando incipit lumen ipsius imminui.

Quicquid sit de his mysticis sensibus, literalis est quem tradit etiam Hieronymus, explicans Esaiam [k], scribentem: quòd multiplicabitur imperium Christi, & pacis eius non erit finis, vt significet, *donec auferatur luna*, idem, quod vsque ad consummationem seculi, seu vitæ, vt Eusebius [l] loquitur, videlicet tum Christi quoad inter homines vixit, tum cæterorum hominũ quandiu viuent aliqui & perdurabit hic mundus. Hieronymi verba vsurpare Isidorus [m] videtur. Relege quæ de lunæ defectu & incremento accommodatè ad mores ex Ambrosio [n] priùs attigi. Quæstionem hic non excito de luna, & aliis cœlestibus corporibus, ac de sublunari quoque mundo toto, an sint penitus destruenda, tum verò postea instaurandi cœli, elementa, & aliqua corpora alia. Dixi nonnihil in commentario Petri epistolarum.

Vers. 8] Et dominabitur à mari vsque ad mare: & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum.

NOn erit solùm hoc regnum æquissimum ac pacatissimum, sed latissimè etiam extensum; scilicet à mari occidentali vsque ad orientale, & à magno flumine Euphrate ad extremos vsque fines terræ, vel à mari Australi, quod etiã vocant Idumæę vsque ad Aquilonare siue Oceanum; & à flumine orientali quod egreditur de Eden, eíque ad finis orbis, vsque ad hos orbis terræ, qui circumstant eos ad Occidentem: vel à quouis mari vndecumque sumpseris initium, vsque ad aliud oppositum, quam longè ac late patet, & a quolibet flumine, vsque ad terminos orbis terrarum. Flumen etiam multi Iordanem accipiunt. Vnde Christus baptizatus, prædicandi principium fecit. Rabbini, quos hac in re Treuetus sequitur, & Vatablus, Flaminius, & ferè alij qui carmine paraphrases edunt, de Salomonis regno interpretantur, etsi plures concedant Christi regni typum fuisse. Propterea maria duo aiunt esse, Rubrum & Palæstinum, vel Mediterraneum, quod erat ab Occidente, & mare Salinarum, quod terræ promissionis ab Oriente: flumen Euphratem, & fines terræ, spatium terræ habitabilis promissæ Hebræis vsque ad desertum. Narratur quoque Salomon habuisse in ditione sua *omnia regna a flumine terræ Philistiim vsque ad terminum Ægypti, & omnem regionem quæ erat trans flumen a Thapsa vsque ad Gazan, & cunctos reges illarum regionum* [a]. Dicunt etiam tempore Salomonis completum quod promissum fuerat Abrahamo [b]: *semini tuo dabo terram hanc, à flumine Ægypti, vsque ad flumen magnum Euphratem*, &c. item quod promissum postea est Israeli [c]; *Ponam terminos tuos à mari rubro, vsque ad mare Palæstinorum, & à deserto vsque ad fluuium* [d]; *a deserto & a Libano, & a flumine magno Euphrate, vsque ad mare occidentale erunt terminivestri*, quia *omnes Reges Arabiæ duces Syriæ, & vniuersa terra desiderans vultum eius* [e], videbatur eupere transire in illius dominatum sponte offerendo munera: & *erat in ditione sua habens omnia regna à flumine terræ Philistiim vsque ad terminum Ægypti, & seruientium sibi mone a, & seruientium ei cunctis diebus vitæ eius* [f]: & posuit Deus manum (sinistram) eius in mari, & in fluminibus dexteram eius, cùm tot classes misit: & ibi, ac in Tyro, Ægypto, Sabæa dominatus dici potest, non quidem potestatem ac imperium exercendo, sed vti manu tumendo, & contrectando delicias & opes illarum prouinciarum & locorum. Quo pacto, quod Samson *sumpsisse fauum* dicitur *in manibus* [g], & *mel de corpore Leonis*, Hebraicè dicere dominatum esse, vel abstulisse instar dominantis. Verumtamen Patres citati sæpius nõ dubitat negare præsentem locum alteri ad literam quàm Christo conuenire. Hoc soli datum est Christo, inquit Tertullianus [h]. cæterùm Salomon vni & modicæ Iudææ imperauit. Soli Iudaicæ genti ne totos quidem decem & septem annos præfuit, ait Eusebius [i], idem docent Hieronymus [k], Augustinus [l], & alij. De hac regni Christi magnitudine, & amplitudine diximus multoties. Eam his ipsis verbis Zacharias, in eo præclaro testimonio, quod Euangelistæ [m] de Christo sunt interpretati, expressit [n]; *& loquetur pacem gentibus & potestas eius a mari vsque ad mare, & à fluminibus vsque ad fines terræ.* Id ipsum Galatinus [o] demonstrat ex Rabbinorum commentariis. Hinc verò solet Augustinus Donatistas confutare, qui Ecclesiam ad vnum orbis angulum contrahebant [p]. Docet præterea [q] de sua ætate multas gentes in Africa nondum Euangelium audiuisse, adhuc habuisse Ecclesiam quo crescceret, donec fieret quod hîc prædicitur.

A mari vsque ad mare.] Dixi quot modis hæc

exponi

---

a in Hom. 18 huic loco.

b tomo 9

c epist. 119. ad Aurelium Hipp.

Κωλυμῶν τινες.

d 1. Cor. 13. 9.

e ibidem.

f cant. 6. 9

g in Exod. pag. 197.

h capitt. De principe tenebrarum iam capto.

i in Grat. 41. fine t. de Pat. Cath.

k in cap. 9.

l 17. de demonst. in 7.

m de natiuit. &c. c. 6.

n Ser. 4. de Iob & Dauid, c. 3.

Breuis locus.

Salomonis regnum fuit.

a 3. Reg. 4. 21. 24.

b Gen. 15. 18. 17. 20. 21.

c Exod. 23. 31.

d Deut. 11. 24. Iosuæ 1. 4.

e 1. Reg. 10. 15. 24.

f cap. 4. 21.

g Iud. 14. 9.

Alteri ad literam præsens locus non conuenire quam Christo

h 3. cont. Marcionem cap. 9.

Salomonis imperium.

i 7. de demõst. in 7.

k in Dan cap. 11.

l 17. de ciuit. cap. 8.

m Matt. 21. 5.

n Zach. 9. 10.

o lib 4. c. 16. & lib 8. ca. 1. Vocat Flaminium confutatum.

p de vnit. Eccles. 8. 7. cont. lite. Petiliã. cap. 16.

q Epist. 80.

exponi valeant Chaldaicè, *ab angulo maris magni, vsque ad angulum maris Oceani*, quod retento nomine vocatur ים קלסמי *kelsami*. Dicendi similis formula est in Amos [a], Michea [b], Zacharia [c], quem antea citaui: potestque, vt etiam prius dicebam, non certa maria, sed quæcumque indefinite inter se opposita significare: ita vt, quod ait Caietanus, significentur hoc loco vniuersa maria terræque vniuersæ, quicquid sit de locis aliis. De Gregorio VII proditum [d] est, cùm adhuc puer ludereret ad pedes patris fabri ligna dolantis, ex relectaneis segmentis inter se dispolitis, & coagmentatis, quamuis literas omnino nescirent, expressisse illam sententiam. *Dominabitur a mari vsque ad mare*; quasi numine manum eius ductante, præsagitio quædam hæc foret amplissimæ auctoritatis quam aliquando nactus esset.

Et a flumine vsque ad terminos orbis terrarum.] Tertullianus [e], *vsque ad terminos terræ*: quo etiam pacto psalterium Gallicanum, & Cassiodorus: Augustinus, & Romanum psalterium, orbis terræ. In emendatis codicibus Græcis est etiam in singulari, ἀπὸ τῆς πόλεως, sicut Aquila transtulit, quod in Complutensibus, Regiis, aliisque bibliis pluraliter, & secundum editionem Latinam, & Græcam, etiam apud Zachariam [f], quamuis ibidem, sicut hic nomen Hebræum נהר *nahar*, sit numeri singularis, sed Hieronymus hoc loco in commentario legit, *a fluminibus*. Galatinus [g], regnum Christi, seu Ecclesiam explicat esse a mari mediterraneo, vsque ad mare Oceanum saltem Anglicum, a flumine Danubio, quod inter alia maximum est, & vltra Græciam in mare Ponticum descendit, vsque ad terminos orbis terrarum, id est, vsque ad Hispanium, quæ est caput terræ, ac vulgò certus in ea locus appellatur, *finis terræ*. Vltimo loco notatum est, nomen *flumen* singulare Hebræum, pluraliter & collectiue sumendum, vt amplitudo regni Christi intelligatur, prolatúmque imperium:

Super [h] *Garamantas & Indos,*
Extra sidera,
Extra annum, Solisque vias, vbi cœlifer Atlas
Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.

Eusebius [o] conferens inter se hunc psalmi locum cum Zachariæ loco, cuius mentio à me non semel facta est, & rursum considerans eundem per [p] se, citat sæpius *flumen* ex psalmo in singulari; sed ex Zacharia in plurali [q]; semel tamen etiam [r] ex eodem psalmo pluraliter. Lego item hunc eumdem psalmi locum cum nomine plurali τοταμῶν, apud Athanasium, eúmve qui apud illum respondet Antiochi quæstionibus [s]. Præterea ita legerunt Nicephorus & Euthymius: quamuis hic de Iordane etiam interpretatus, vbi Christus baptizatus est (quod Basilius adhuc facit, vel Theodoretus, legendo in singulari) moneat pluralem pro singulari numero esse iuxta idioma Hebræum. quæ obseruatio hic locum non habet, vbi נהר *nahar*, est numeri singularis. Suspicari posset aliquis ea ratione *flumina* pluraliter de ingenti vno dici, qua *behemoth*, cùm sit etiam nomen plurale plurium bestiarum, de immani bestia. cum additio vocatur Euphrates *flumen magnum*, non semel [a], & absolutè, ac sine proprio nomine videtur *flumen magnum* de Euphrate dici [b]. Appellant Assyrij *regium flumen*, vt Ioannes Britannicus testatur [c]. cur autem vocetur *magnum flumen* differit nosse Peterius [d]. Placet magis per *maria* & *flumina* idem significari, vt idem Euthymius docet ac Nicephorus, *fluminaque* pluraliter dici, veluti partes quasdã Oceani: & per multitudinem illam maris totum terræ ambitum, qui cingitur aquis. Designatio fluminis Iordanis, de qua modò dixi, recipitur passim ab omnibus Latinis, vt paterna Christus voce ibi à baptismo declaratus, & ab Spiritu sancto Columbæ specie indicatus [e], dominari ac regnare tunc cœpisse confirmetur, vel eò à cum discipulos euocauit ad se de mari [f].

Alios tradunt alij sensus mysticos, vt dominatio Christi, qua per suam gratiam do minatur & regnat in fidelibus, inceperit a Maria, quæ comparatur multis de causis cum mari: quando in ea conceptus est, & processit per totum orbem vsque ad mare, id est, ad omnes, per pœnitentiam, pro peccatis amaros. Sic Augustinus. Hugo autem addit, *mare* tribulationis: *flumen* esse prosperitatem; *terminos terræ* contemptum terrenorum cum desiderio æternorum. Indicat præterea *maris* & *fluminum* esse iustitiam pacémque, de quibus mentio præcessit. nam scriptit Esaias [g], Deum dixisse, *vtinam attendisses mandatis meis: facta fuisset vt flumen pax tua, & vt iustitiæ tuæ sicut gurgites maris.* Omnium bonorum, tum spiritualium, tum temporalium abundantiam significat *pacis* ac *iustitiæ* vocabulis: & vocabulo *iustitiæ*, bona etiam temporalia quæ tribuuntur à Deo in præmium iustitiæ; videtur enim tanquam iustos illos declarare, quibus prospera sunt cuncta, nec vllas immittit calamitates atque per ipsum nomen *iustitiarum* quandoque beneficia intelligantur, siue misericordiæ. Sic quod Samuel dicit [h]: *Nunc ergo state, vt iudicio contendam adversùm vos, coram Domino, de omnibus misericordiis Domini, quæ fecit Dominus vobiscum & cum patribus vestris*; Hebraice legimus כל־צדקות *chol tsidkoth*, Græcè, πᾶσαν δικαιοσύνην, *omnes iustitias*, & *omnem iustitiam*.

Vers. 9.] Coram illo procident Æthiopes: & inimici eius terram lingent.

Vers. 10.] Reges Tharsis, & insulæ munera offerent: reges Arabum, & Saba, dona adducent.

Vers. 11.] Et adorabunt eum omnes reges terræ: omnes gentes seruient ei:

ARgumentum amplissimi regni, de quo dictum est, hoc optimum, quòd extremarum incolæ regionum barbaricque mediterranei sese aduoluent pedibus regis: cuiusmodi sunt Æthiopes, & quibus antea mussus, & offensus erat, summæ demissionis ergò, & ad perfectam demonstrandam subiectionem, toto strati corpore, humum ipsam coram eo deosculabuntur. Præterea Reges Tharsis, siue Tyri, siue Cartha-

a cap 8.12.
b cap 7.20.
c cap.9.10.

De Gregorio VII. prodita. d Baron. tom. 11. annal. anno 1073.

e Tertull. Marc. 3.

f cap.9.10.

g lib.4 c.16. *Regnum Christi seu Ecclesia sanct.*

h Æne 6.

o lib. demonstr. in 4.

p lib 7.in 7. demonstra. q in idem, & lib. 8. in 4. & lib 9 in 1. r lib.9.in 17.

s quæst.136.

a Gen.13.18. Deut.1.7. & 11.24. Ios.1.4. Flumen magnum Euphrates lib.Machab. 7.8. cum Iuuenal. sat.8. dum cap. 15. Genes.

b Mich.7.12. Zach.9.10. *Flumen magnum de Euphrate.*

c Matth.3.16.

d cap.4.15.

e cap.48.18.

f Reg.12.7.

gans, siue Cilicæ, siue quicumque maritimi cum regibus populisque insulanis, annuis quasi tributis eidem fere subditos protestabuntur; nec non & Arabes, Sabæique: omnes demum orbis totius reges ac gentes, ipsius se seruos profitebuntur. De Salomone hæc vtcumque pollunt intelligi, quoniam ad eum venit Regina Saba, (quæ creditur Æthiops fuisse, & regni metropolim Sabam habuisse, eumque muneribus [a], *vbi nebat omnem regionem trans flumen a Thapsa vsque ad Gazam, & cunctos reges illarum regionum* [b]: *erat nomen eius in vniuersis gentibus per circuitum* [c]: *Venerabant de cunctis populis ad audiendam sapientiam eius, & ab vniuersis regibus terræ* [d]: *Vniuersum populum, qui remansit de Amorrhæis, & Hetthæis, & Pherezæis, & Heuæis, & Iebusæis, qui non sunt de filiis Israel, horum filios qui remanserant in terra, quos scilicet nescierant filij Israel exterminare, fecit tributarios* [e] *usque in præsentem diem ex Opher adduci curabat nimiam structa classe* [f]: & alia ex Tharsis cum argento, *dentibus elephantorum, simiis, pauonibus*: *Omnes etiam reges Arabiæ, duæque terræ aurum afferebant* [g] *singuli deferebant ei munera, vasa argentea, & aurea, vestes & arma bellica, aromata quoque & equos & mulos per annos singulos* [h]: *exercuit etiam potestatem super cunctos reges a flumine Euphratæ vsque ad terram Philistinorum, & vsque ad terminos Ægypti* [i].

At sine vlla dubitatione multò melius congruunt ista Christo, de quo similia vaticinatus est Esaias [k]; *reges videbunt, & consurgent principes, & adorabunt propter Dominum: & eunt* [l] *reges nutritij tui, & reginæ nutrices tuæ: vultu in terram demisso adorabunt te, & pulueren pedum tuorum lingent.* & [m] *ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui, & camelorum* [n] *de Saba venient, aurum & thus deferentes, &c. me* [o] *enim insulæ expectant, & naues maris in principio, vt adducam filios tuos de longe, argentum eorum, & aurum eorum cum eis nomini Domini Dei tui, &c.* Et [p] *adorabunt te genua cuncta, & reges eorum nutrientur tibi, &c.* & [q], *Venient ad te curui filij eorum qui humiliauerunt te: & adorabunt vestigia pedum tuorum omnes qui detrahebant tibi, &* [r], *Labor* [s] *Ægypti, & negotiatio Æthiopiæ, & Sabaim viri sublimes ad te transibunt, & tui eorum: post te ambulabunt, vincti manicis pergent, & te adorabunt, teque deprecabuntur: &* [t], *vbi ra summitas Æthiopiæ, vnde spines mei, filij asperserunt merore mihi referent munus tibi, &* [u], *Dedi propitiationem meam Ægyptum, Æthiopiam, & Saba pro te.*

Coram illo procident Æthiopes.] Hieronymus in editione Victorij, & Treueri, *ante eum*, Hilarius [x], *in conspectu eius*, & Hieronymus [y]. Alij, pro *Æthiopes*, reddunt, *habitatores aridi*, siue *sitientes*, aut, *exsiccati*, aut, *sicci*, aut, *nudi*. Significat plurale nomen ציים *ziim*, *siues*, & *nudi*, & *bestiæ bluedines*; denique *horridi* & *calentes loca deserti*. Nebrensis nimis ample *populos*, interpretatus est. Ili præsertim voce mutuantur Hebræa, qui quod etiam Aiθιοψ, ab αἴθω, & ὤψ, sonat, quasi dicas, *vir in facie*, præ calore exusti sunt, sitientes, squallentes. Eamdem vocem transtulerunt iterum interpretes psalm. [z] 73. *Æthiopia*. Psalm. [a] 67. legitur, quòd *Æthiopia præueniet*, quæ vocem Hebraice כוש *Chus*, ibi docuit vt & in cap. 8. [b] Actuum Apostolorum symbolum peccatorum Æthiopas esse, ob atrorem [c], & primitias quasdam ex gentibus in Ecclesia Æthiopiam fuisse, quando Æthiopum reginæ Eunuchum Philippus diaconus baptizauit. Paraphrastes exponit, humiliados proceres. Quam autem late patuerit Æthiopia demonstrat Antonius Guevara de gentium tam ex Homero, qui appellat Æthiopas extremos hominum, bifariamque illos dirimit ad Occidentem & Orientem, quos Seneca [d] *binos* nominat. Qui Christo supplices cadunt, aut e vrillus [e], ab ipso illuminantur. Verbum Hebraicum יכרעו *achribun* valet *incuruare*. Sicut in Abacuc [f]. *Incuruati sunt colles mundi*, quod Esaias [g] dixit, *tumulus in terram demissus adorabit*, de qua incuruatione obsequiandi causa & subiectionis alibi quoties meminit liber Geneseos [h], & psal. 68. dum videmus [i] pro vastitate, ac detectione omnimoda.

Et inimici eius terram lingent.] Verti potuit *pulueren*, quem significat נחש *hhapsar* & χοῦς, pro quibus etiam apud Esaiam [k] pelant cum interpres, *& pulueren pedum tuorum lingent*; vbi præterea est, *vultu in terram demisso adorabunt te*. Tertullianus [l] *pulueren* legit. Hilarius [m], *limum*. Eiusmodi & in Threnis sententia [n], *ponet in pulueren os suum, si forte sit spes*. quo loco addit Chaldæus: & *prosternent coram Domino suo*, &c. & apud Melchæam [o], *lingent pulueren sicut serpentes*. Iudæi quoque velle, *vertere faciem*, apud prophanos scriptores, ad placanda numina, ostendunt de mortis Christophorus a Castro ibidem, & Martinus Roa [p], vel *fouere*, seu *procumbere inter cineres*: idem indicari, cùm *sessorum*, seu *erigi de pulueri*, aut *de terra* dicitur *egenus*, vel *pauper*: item quando *humiliata in pulueri anima, conglutinata in terra venter* [q]: vide ibidem animaduersa. Omissis Deorum supplicibus, quorum citati proferunt auctores exempla, propiùs ad rem nostram facit L. Pisonis, qui profligatus hostis, pedesque Iudicum osculans, os cœno repleuit [r]. Præterea Parthi, quos Martialis [s] scribit,

Pictorum sibi bella fuisse regum.

De quo more Heraldus [t] plura, & Iosephus [u], Stephanus Binsonius [x]. Minus mihi placet Euthymij dicendi modus, hac formula significari occisionem inimicorum Christi, quos ait esse eosdem occisores Iudæos: quicunque violenta pereunt morte, solent præ graui dolore mordicus terram apprehendere. Hæc de reliquis varijs etiam Græcis auctoribus Petrus Victorius [y], ad illud Virgilij [z].

Procubuit moriens, & humum semel ore momordit.

Nec ita eiusdem atque Nicephori explicationem probo, de perficiendis dæmonibus, ac in terram deiciendis, & adeò conculcandis, vt ipsam humum lambere videantur, dum illinc exurgere nequibunt. Clemens Alexandr. [a] in deteriorem partem interpretans hunc locum, alludi vult ad pœnam indictam serpenti [b] de comedenda terra, dehortaturque gentes ab imitatione illius; sed vt à terra in æthera extollantur, respiciant in cœlum, admirentur, desinant mancipari calcamento inferorum, & viam veritatis impedire. Eodem alludit in Michæa [c], *lingent pulueren sicut serpentes*, amatores terrestrium bonorum; alij interpretantur, quæ *longe* dicantur, non *mordere*, vel *comedi*, quæ non fatuant, nec accendunt appetitum; sic Hugo & Cassiodorus, qui de Iudæis aduersariis Christi terrena tantum sapientibus; item ceteri Patres alios explanasse de Iudæis, qui in obsidione Titi præ fame compelli essent sordidas res, in reliquiis cenarum proiectas comedere. Valentia animos vult esse de vrbis, sed pol. contrahorem

Regnorum. 3. Reg. 10. 2. Paralip. cap. 17. 18. & cap. 20. 1.

Nomadi accommodatum. Ierem. 3. in psalm. 9.

Ad Adulamum refugisse dicitur, cap. 1. 2. Paralip. 11. & 12. Psalm. 56. 1.

Cap. de promissionib. & cap. 49. 23.

Matth. 13. 41.

In cap. 10. vers. 45. & 11.

Cap. 48. 31. Silvest. cap. 9. Ioan. de Ianua. & cap. 13.

In Mesauace

In vers. 8. Quid est Regum ossa contingere.

2. Reg. 12. 30.

Cap. 60.

Cap. 4. de Sabaeis cap. 14. & 15.

1. Reg. Cantico. 2.

Genesis 1.

Thuisi ety mologia.

Insulae in mari Indico innumerae, quae Atlanticum ab Africa cingunt.

Vers. 4. 5. & 17.

Ioannes noster videtur Sabaeos apud Plinium, a verbo Graeco σεβομαι, colere, ac vene-

A Varlemus, Agathius, Genebrardus, & al. Omnia to mysticum, etiam ex etymologia Thuisti, vt ita explorato gaudeat, vel contemplatio.

Insulae.] Alii, *& insulani*: videlicet reges insularum: vel *insulae.* Est enim textus plenarius meus. Caldaice, *insulae mari Occidentali*, scilicet Indico, & Eoi, in quo plures sunt insulae, & procreatrices gemmarum, aliarumque rerum pretiosarum, recenset que Valentia cum Ptolomaeo in mari Indico mille octingentas, praeterea Cycladas, & insulas Fortunatas in Oceano Atlantico, & vigenti Orcades, seu Albion, ex positione Ptolemaei. Potest tamen ad eas insulas, quod Vatablus vertit, refugiat ad eum in tribulationem qui abundans est. Cibeae vtique in Graecia. Indaeos etiam, atque hinc conversos commodo, nauigio Christum laudaturos gentes, & conversos dare operam Domino, ac fide coniungi cum eo in cunctis eius operibus. Psalmus Hilarius: *Cunctis gentibus ad eum venientibus, & in eo, & per eum, & hunc confitentibus, insulae, & quae ultra sunt ad eum, per eum, & in eum.* Vide hoc exemplo indubitatae fidei, quo in plurimis locis Latini veteres, ac nostri aetate hoc tempore Ecclesiae, non bene versi, ac nostra tempora postulant, laborent: Ipse a Babylone regressi, & in veteres Reges Iudaeae, & mare verterint, quibus Christus praeterea, quod deprehendimus Gregorium VIII. pontificem, & Sixtum V. Pontificem Maximum, ita locutos, ut Sixtus nos me quam nostra & optata respectatorem, & alios benigna voluntate adiecerit.

Munera offerent.] Apollinaris hoc verbum ex dono expectationem tantum importare exponit.

Offerent dona, dicendo: accipe quae tibi debentur.

Adjice ipsa nova, quae tibi dona ferunt Tarsi primates.

Item

Et Arabum vates Sabaeique ex aethere munus.

Ab Arabum terra Sabaique opulenta munera.

Reges Arabum & Saba.] Hieronymus; *Reges Arabiae & Saba.* Hilarius, *reges Arabum & Sabaeorum*: alii, *reges Sabaei, & Arabes, & Saba.* Hebraea verba, vt noui Hieronymus, Ioannes, & Isaacus, primo aperte, & breuiter, מלכי שבא, *melachi Scheba*, מלכי ערב, *melachi Arab*, idem differentes eorum in propriorum nominum primitiua Christi Ascensione, quae vocat Regna: mani porro nomen hoc Hebraea pronunciem Iein, prioris lamech valent Latine. Constat duorum apud scriptores, prophanos, non tamen Sabaei, quos Arabum populos nominat Plinius, ad utrique maris, id est, Persicum & Arabicum, sui Rubrum portum generibus haud ante, quae ad eos illis vocabulis Sabaei dicti, gentis ad aetatem. Constringunt hoc loco, cum Iob dicentis verbis Arabum, & Saba, tum Graecorum Latinorumque, quibus Indos coniungas: labebatur, quorum longe ad fastigium Christi magistri Arabicam tantam vergentes, potens Regnum ad Persicum. Vocant etiam eodem Annius & Aethiopes scilicet qui Indi Aethiopes Orientales. Vtique Arabum ad Eurum, id est, Indos accessio. De Sabaeis ex Christi memoria Isaias alterum ex Regina regina fuit, quae vnica Salomonem, vt Euangelium demonstrat, contra Iosephum, deprehendit Iob Iectanidem, *nouissimum filiorum*, qui

Ioannes Locorum Communium Tom. 2. Mm 2

B

C

D

E

Genesis 10. Numer. 24. Sabaeus apud Virgilium.

Cap. 11. 14. 3. Reg. 10.

Genesis 10.

rari, quod Sabæo thure, aliisque gentis eiusdem odoramentis colere ac venerari Deum plerasque soleant gentes, non est à Græcis excogitatum & inditum id nomen. Similis prædictio Esaiæ [a]; *omnes de Saba venient.*

Ecclesia & Esaiæ locum istum, & præsentem psalmi, de Magis, qui adorauerunt in cunabulis Christum, prohetetur se intelligere in effecto Epiphaniæ. Marcellinus quoque Papa [b] sic tractauit, indeque probauit Christo tanquam vero Filio Dei factitiatum: Synodus [c] Francofordiensis, ex aliis verbis, *& adorauerunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruient ei*, colligit, Christum non esse seruum. Tertullianus obiicit eandem hunc locum Iudæis [d] & Marcioni, vocans Magos reges, & spolia Damasci, ac Samariæ, quæ dirripienda Esaias [e] prædixerat, ob idolatriæ abiectionem, ratione cuius Magi figuratè vocati sint Samaritani, sicut per eandem figuram alij alienis nominibus, quæ ipse ostendit Hilarius [f]. Consentit allato simul alio Esaiæ [g] loco: *Labor Ægypti, & negotiatio Æthiopiæ, & Sabaim viri sublimes ad te transibunt, & tui erunt; post te ambulabunt, vinctis manicis pergent, & te adorabunt, teque deprecabuntur*, &c. Recitat paulò aliter: *Laborauit Ægyptus, & mercatus Æthiopum & Sabaim viri excelsi ad te transibunt, & tui erunt serui, & post te sequentur alligati vinculis, & adorabunt te, & in te deprecabuntur te.* Tum explicat; quod in Magis & muneribus, *labor Ægypti & mercatus Æthiopum, & Sabaim* ostenditur, scilicet mundi error Magis adorantibus, & electa Gentium munera adorato ab his Domino oblata, &c. Eadem Chrysostomi [h] sententia, & Idacij [i], qui videtur transcriptisse quæ recitauit ex Marcellini epistola, & Hieronymi, in huius loci commentario. Vbi Gentium regumque typum tenuisse dicit; & Haimonis, & Hugonis qui monet versiculum istum in die Epiphaniæ cantari, ac reperiri frequenter. Item Aquani & Lyrani, Arnoldi Bonævallis etiam [k], & Isidori [l]. Galatinus [m] refert, ex Rabbenu in bereseith. rabba, omnia munera, quæ legitur Iacob dedisse fratri Esau, à Regibus mundi restituenda fuisse Messiæ, propter huius psalmi testimonium, & verba illa. *Non addacent*, quæ legi vult aliter, *munus reddent*. Procopius [n] idem de hoc nostro loco innuit: Prosper [o] magis diserte tradit. Id multò antè de dictis muneribus nouerat Hieronymus [p] à sancta fide, ex Iudæo Christianus, tum ex Rabbi Mose in bereseith. rabba, tum ex R. Osia in bereseth. rabba.

Controuersia est, ex qua regione Magi venerint, an ex Chaldæa, an ex Persia, seu ex terra Basilath, an ex Arabia, seu parte illius dicta Magodia, an ex India Orientali, siue ex Brachmanis & Gymnosophistis, an ex Mesopotamia Orientali, quæ terra quoque Chaldæorum cognominatur [q], & vide Balaam [r] erat, an ex Æthiopiæ parte extrema. Vocabula Hebræa *seeba*, & *seera* huic Arabiæ: tum præterea quia vicinum, quo permoti creduntur Magi, editum est in Moab a Balaam [s], quæ pars est Arabiæ; tum quia Madiam & Epha, de quibus Esaias [t] in simili prophetia hæc scribit, maxime coniuncti Abrahamo, alter vt filius, alter vt nepos ex Cethura dimissi sunt ab eo cum muneribus auri, thuris, myrrhæ quæ illic a regibus abstulerat à se dictis ad Damascum, vt Iudæi tradunt, Epiphanio [u] teste: tum quia ex eodem Abrahamo Regina Austri orta creditur, quæ cum muneribus etiam ad Salomonem venit [x], diuitiasque, ac dicta de quo Beda [y] varie mutatus fuerat, venisse Meccha, quod situs Hieronymus à sancta fide, corrigit Rabbinos ait, quod Reginæ venisse scribitur ad Salomonem, *audita fama eius in nomine Domini*: tum quia sic bene percipitur, quo pacto Christus, adhuc infans abstulerit eadem dia sporis Daniele [z]: tum quia munerum tantum non alia ita feraces regiones, vt Arabia, præterea quam vocant Felicem: tum quia ita sentiunt Latinus [a], Cyprianus [b], Epiphanius [c], Cyrillus Alexandrinus, Tertullianus [d], & de recentioribus Baronius [e], Suarez [f], & alij.

Confirmatur quia Sabæos Plinius [g] Arabas vocat, & regionem Saba Hieronymus [h] docet esse Arabiam, ac de ea hoc loco sermonem esse: & Isidorus [i] ait Magos venisse de gente Persarum, & de Arabia, & de Saba. Arabia verò Arabia Felix potest nomine Persiæ, quoniam solo sinu Persico separatur ab ea, quo fortassis modo possent intelligi, qui de Perside venisse Magos dixerunt.

Hæc opinio probabilis: quamus præsentem psalmi locum Augustinus, & plures de Latinis; Græci etiam fere omnes enarratores generaliter interpretentur de futura Gentium variarum, ac regum, principúmque conuersione per prædicationem Euangelicam, atque de muneribus ab iisdem offerendis Christo, & Ecclesiæ. Legendus etiam Barradius [k] noster, & Maldonatus, & alij in Matthæum [l].

Dona adducent.] Hieronymus, *tributum conferent.* Tertullianus [m] *munera afferent ibi.* Galatinus [n] refert, Rabbinum veterem summi nominis, obseruasse, non esse hic *munus adducent*, sed, *reuehent*. illud nempe omne, quod obtulerat Iacob fratri [o] suo, vt priùs quoque meminimus. Sed munus illud non legitur ex auro, thure & & myrrha fuisse, ita vt non liceat inde argumentari de Christo, muneribus à Magis affecto. Deinde יַקְרִיבוּ *iakrivu, offerre*, significat, non reddere, nec vis in *adducendi* verbo inesse mihi videtur, vt designet ipsosmet homines offerendos sponte Deo auctoritate Regum qui conuertentur, non amplius victimas. *Adducendi* Latinum verbum crebro vsurpant diuinæ literæ de rebus quoque inanimatis, non de his tantùm, quæ ambulare valent, vt hoc tamen Rufinus loco notat, & indicant alij. Pro *donis* est nomen Hebræum singulare, quod iterum duntaxat [p] alibi occurrit, אשכר *eschar*, quasi eleas inebriatium, id est, exhilaratium, quam vim habent munera; vel merces & pretium, si scribatur cum ע *in* leni, seu cum puncto in sinistro cornu, vel est quadriliterũ, vel peregrinum nomen, quod quidam ξένιον volunt esse, hoc est, hospitale, hospitibusve offerri solitum benevolentiæ gratia.

Et adorabunt eum omnes reges terræ.] Puto errore typographico legi, *fines terræ*, apud Idaciũ [q]. Cassiodorus omittit, *terræ*, sicut etiam Tertullianus [r], & Hilarius [s], & in Hebræo textu non est: Hieronymus docet [t] superfluam esse: & emendati codices græci non habent, tamen retinendo nomen *terra*, placet *reges terræ* opponi *regibus Tharsis, & insulis*, id est, habentibus in mari, seu trans mare & in insulis, principatum. Comple tum longe melius in Christo fœminum Ioseph, quam in ipso Ioseph [u], Isidorus [x], obseruat, vt

[a] cap. 40. 6.

[b] Scribitur in appendice ad Ecclesiæ & Martyrum Sacramentarium epist.

[c] Synodus Francofordiensis ex allegat. testim. vtitur, & quo ad hunc locum. Galeac. de controuersia cap. 9.

[d] Lib. 3. contra Marcionem cap. 12.

[e] Esa. 8. 4.

[f] de Trinit. lib. 10. 14.

[g] Esa. 45. 14.

[h] hom. 12. in cap. 2. Matth. & Chrysostomus a Victimarum.

[i] tract. de laudibus B. Mariæ.

[k] Arnoldus Carnotensis hoc loco citatus in de mirabilibus sacramentis Sanctæ Mariæ lib. 8. c. 3.

[l] Isid. lib. 1. de Ortu & obitu Patrum cap. 6. quo tamen loco Magos ex Perside venisse scribit.

[m] Galatinus lib. 8. de arcanis Catholicæ veritatis cap. 6.

[n] Procopius in Esaiam.

[o] Prosper de promissionibus & prædictionibus Dei part. 2. c. 4.

[p] Hieronymus in Esaiam 60.

[q] Arabia Saba.

[r] Num. 22. 5.

[s] Num. 23. 7.

[t] Esa. 60. 6.

[u] Epiphanius contra Marcionem.

[a] Lactantius lib. 4. cap. 15.

[b] Cyprianus lib. 2. ad Quirinum testim. 6.

[c] Epiphanius hæres. 30.

[d] Tertullianus lib. 3. contra Marcionem cap. 13.

[e] Baronius tom. 1. annal. Ecclesiast. Petrus vocatur Perses, vt Orig. quoq. Ita Hieronymus, Origenes, & Beda lib. 1. in Lucam & alij. Quæritur, vtrum Magi fuerint Persæ, an Arabes. Vide Genebrard. lib. 1. de natiuitate Christi.

[f] Suarez 3. part. tom. 1. disp. 14.

[g] Plinius lib. 6. cap. 28.

[h] Hieronymus in Esaiam 60. & in Ezechielem 27.

[i] Isidorus lib. 1. de Ortu & obitu Patrum cap. 6.

[k] Barradius tom. 1. concord. Euangel. lib. 2. c. 8. princ. cap. 1.

[l] Maldonatus in Matthæum 2.

[m] Tertullianus lib. 3. contra Marcionem cap. 13.

[n] Galatinus lib. 8. de arcanis Catholicæ veritatis cap. 6.

[o] Genes. 33. 11.

[p] Ezechiel. 27. 15.

[q] Idacius Clarus.

[r] Tertullianus lib. 3. contra Marcionem cap. 9. vt supra pag. 444.

[s] Hilarius in psalm. 64. & 65.

[t] Hieronymus epist. 151. ad Algasiam quæst. 11. Græci etiam codices non habent.

[u] Ioseph. lib. 2. antiquit. cap. 4.

[x] Isidorus lib. 1. de Ortu & obitu Patrum cap. 6.

Addacendi verbum vt crebrò vsurpatur in Scriptura.

Symmachus [illegible] Græci codices [illegible]

nativitate

manipuli aliorum fratrum adorarent manipulum illius. Neque Dauid, neque genti Hebræorum, aut idem sanctus [a], conceditur est, nisi tantummodo Christo, vt adoraretur ab omnibus regibus, & ei seruiretur ab omnibus gentibus, & has haberet hæreditatem possessionemque, terminos terræ. Idem fecerat prior Tertullianus [b] argumentum, & Iulianus Pomerius [c], & Augustinus [d], & alij quos antea citaui, sicut aduersus Donatistas idem Augustinus [e]. Ex adoratione autem ista colligit Fulgentius [f] diuinitatem Christi.

Omnes gentes seruient ei.] Tertullianus [g], & *seruient ei omnes nationes.* Non repetenda quæstio de prædicato vbique Euangelio, & propagato Christi regno. Oportet, ait Augustinus [h], vt in omnibus gentibus aliquando futura sit Ecclesia, non vt omnes, qui sunt in gentibus, credant. Etsi verò in quibusdam locis, inquit Iulianus, incredeuli adhuc populi habeantur, dominatum tamen Christi in hoc penitus non effugiunt, cùm à talibus principibus premuntur, in quorum cordibus iam per fidem Christus ipse habitare dignoscitur. Subdit, se non putare aliquam remansisse gentem, quæ Christi nomen ignoret, & quæ, licet non habuerit prædicatorem, ex vicinis nationibus opinionem fidei potuerit ignorare. Eludent Hebræi exponentes ista, non in futuro, sed per optandi modum, & fausta precationis pro Salomone. Cæterum recte post adorationem Regum omnium, omnium quoque gentium seruitus subiicitur: quia subditi principum sequi exemplum solent: & ab illis quodammodo fermentantur, vt de populo Israëlitico à Ieroboã fermẽtato loquitur Oseas [i], quem similem præterea pictori facit [k], & subditos ait [l] *in malitia sua lætificauisse Regem, & in mendaciis suis principes.*

a de natiuit. Dom. c. 1.

b 4. contra Marcion. c. 14. lib. c. 9. c. lib. contra Iudæos in 5. lib. de aduentu Christi.

Certissima demonstratio ex hoc loco colligens Fulgentius d. 17. de ciuit. c. 8. & orat. cõtra Iudæos. Ita ga & Arian. *Omnes gẽtes seruient ei quando futura Ecclesia? at non omnes qui sunt in gentibus, credituri. ergo non Ecclesia.* 8.

f respon. contra Arian. & lib. ad Donatum.

g 3 cont. Marcion. c. 9.

h epist. 80.

Illusio Hebræorum.

i cap. 7. 4.

k ibid. vers. 6.

l ibid. vers. 3.

Vers. 12.] Quia liberabit pauperem à potente, & pauperem cui non erat adiutor.

Vers. 13.] Parcet pauperi & inopi, & animas pauperum saluas faciet.

Vers. 14.] Ex vsuris, & iniquitate redimet animas eorum, & honorabile nomen eorum coram illo.

CAusa cur se cuncti subiecturi libenter sint summo regi, tum reges tum populi, quia liberabit omnes à potentioris tyrannide, atque illum, qui destitutus omni ope auxilióque, pateat alienæ inimicę, tum humanæ, tum præsertim diabolicæ. Præterea, quia facilem se, benignum, indulgentem subditis exhibebit, qui propriæ paupertatis inopiæque conscij, ad eum recurrent, ipsorum salutem curans, vitámque & corporis, & potissimùm animæ, parcens vtrique, id est, à periculo seruans: deinde, quoniam eruet vnumquemlibet ab omni debito & onere quo miseri constringũtur, partim propter externas necessitates, partim propter peccati reatum; efficiens, vt nec sit qui opprimat in posterum, nec, qui ab iniquitatis malitia per gratiã liber, eadẽ amplius teneatur, si velit gratiæ respondere: postremò, quia efficiet, vt qui tamquam viles animæ sordidaque prius mancipia habebantur, in magno apud

Sensus loci.

A eum pretio & honore sint, eidem perchari gratissimique, & vulgò ac passim vigeat hæc de illis fama & nomen, quòd maximi fiant ab ipso, & honori atque gloriæ ducatur esse ac dici Dei seruum, & Christianum.

Aptissime congruunt ista Regi Christo: Salomoni haud ita; qui iustè gubernauit quidem multo tempore, sed non reperit à tyranno aliquo subditos oppressos, & ipse tandem adeò graui tributo illos vexauit, vt quia id remittere filius recusauit, scissionis regni, & defectionis ac defectionis decem tribuum causam præbuerit [a]. Auctores huius interpretationis nominandi non sunt, tam multi sunt, & iam antea indicati: & si quid nonnihil differepans ab iis aliisque afferatur, obiter in partium singularum enarratione admonebimus.

B Habent hic autem quod imitentur principes erga subditos, vt pauperes à potentioribus liberent: vt legum seueritatem in illis remittant potius quam in alios: vt nimiis tributis non vrgeant: vt quodam honore prosequantur, expediendo causas illorum citiùs quàm diuitum, ita vt sit iuxta vim phrasis Hebrææ, pretiosus sanguis eorum coram ipsis. Nunc *diuites per potentiam opprimunt* alios & *trahunt ad iudicia*: [b] *Principes infideles, socij furum, diligunt munera, sequuntur retributiones, pupillo non iudicant, & causa viduæ non ingreditur ad eos* [c]: *causam viduæ non iudicant; causam pupilli non iudicant, iudicium pauperum non iudicant* [d]. Tamen prophani quoque dixerunt *regis maiestatem sanctis esse tutelam* [e]. *Principem à Deo datum, qui ergo omnium hominum generi vice sua fungatur* [f]. De qua re plura psalmo 81. Videatur nunc Theodoricus rex apud Cassiodorũ [g] illam mutuatus sententiam. *Inter gloriosas Reip. curas, quas perpetis cogitatione, Deo auxiliante reuoluimus, cordis nostri est leuamen humanum contra potentiam superborum.*

C *Liberabit.*] Hieronymus, *eruet*, etiam in futuro, quod est Hebraice יַצִּיל *iatsil*, in præterito est Græcum ἐῤῥύσατο. & in eodem legit psalterium Romanum, Augustinus, Cassiodorus, Ruffinus, Remigius, Tertullianus [h], Ambrosius de Tobia [i]. Auctor hypognosticon [k], aliique satis multi, nempe, *liberauit*. & Lombardus meminit vtriusque lectionis.

D *Pauperem à potente.*] Eodem pacto Hieronymus. alij ex Hebræo, *pauperem*, seu *inopem clamantem*, vel, *querulum inopem*, seu *conquerentem*: Cassiodorus, *mendicum à diuite*. Tertullianus [l], *à diuite mendicum*, quod est Græcè, πένητα ἐκ δυνάστου. Athanasius [m], ἐκ χειρὸς δυνάστου, *de manu potentis*, seu *tyranni*. Augustinus, *egenum à potente*. Hebræa nunc sunt אֶבְיוֹן מִיָּד, vbi secunda dictio est bonum, siue participium coniugationis Piel. Legerunt autem alij cum præpositione nomen מִשֹּׁחֵק *mesciohh*, quia שׂחק *sciohh* significat *maiorem* [n], *tyrannum* [o], *magnificum* [p], & hebraizantes fere interpretantur, *diuitem*, *liberalem*, *prodigum*. Est E שׂחק *sciahhh*, *clamare*, præsertim salutis & opis causa. Quare is ad quem illa de causa clamatur, quasi *clamatum* dicas, vocatur שׂחק *sciohh*, vel actiuè quasi *clamans*. si contrario sensu clamet, ac vociferetur, & perterreat nimis, & vt Iob [q] tyrannum describit, eo nomine appellatum, *desæuiat contra pauperem*. Cuius opposita optimi principis Christi conditio, *vt non clamet, neque audiatur vox eius foris* [r], seu *non contendat, neque clamet, neque quis audiat aliquis in plateis* vocẽ eius. Facor

a 2 Regum 12. 13.

Et principes inuenta.

b Iacobi 2. c.

c Esaiæ 1. 23.

d Ier. 5. 28.

e Curtius l. 8.

f Panius in Panegyr. [illegible] gio; vnus epist. [illegible]

g 4 epist. Marcion. 14 1 cap. 4. [illegible] 1. [illegible]

h 4 cont. Marcion. 14.

i in tractat. de pr. ac Marcell.

k Esa. 32. 5. 1 Reg. 4. 19. Ieremiæ 22. 5.

l Iob 39. 19

m Esaiæ 42. 2.

n Matth. 23. 19.

in lib. Iob [a], in valde affini sententia eandem dictionem Hebræi participij ab interprete Latino redditam per participium *vociferantem*, *eo quod liberasset pauperem vociferantem, & pupillum, cui non esset adiutor.* Hebraicè עני משוע *himni meshiannuah*, sed Græcè πτωχὸν ἐκ χειρὸς δυνάστου, *pauperem de manu potentis.*

Præter querimonias Esaiæ & Ieremiæ de spretis in lætabundis personis, præsertim in iudicio, extat in psalmo 81. seuerissima hac de re admonitio Dei ipsius, obiecta inter Deos iudices confidentis ac præsidentis præsentia. *Deus stetit in synagoga Deorum, in medio autem Deos diuidicat. Vsquequo iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum sumitis? Iudicate egeno & pupillo, humilem & pauperem iustificate.* Tertullianus [b], *iudicate, inquit, egenum, eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate.* Vocatur etiam Deus *eripiens inopem de manu fortiorum eius, egenum & pauperem a diripientibus eum* [c].

Mysticè *potens*, est peccati auctor Diabolus [d], antea vocatus *calumniator*, & a Christo *fortis* [e], vt Augustinus hîc obseruat, dicens quòd non sua eum virtus potentem, sed peccata nostra reddiderunt. Cæteri concordant, auctorque operis hypognosticon [f]. & demonstrat Galatinus [g], veteres etiam Rabbinos locum istum accepisse de saluatione, atque redemptione spirituali per Messiam futura. De paupertate, cuiusmodi nunc intelligatur, repete ex versu 2.

Et pauperem.] Alia duo psalterii, vt Cassiodorus, & Auctor hypognosticon [h], *inopem*: sed synonymæ voces sunt, sicut *egeni miserique*, quamuis alioqui differimen afferri possit, vt sæpe monuimus.

Cui non erat adiutor.] Non potuit genus humanum cuiusquam alterius virtus liberare, vel quisquam homo iustus, vel aliquis Angelus, vt Augustinus docet aliique. nec abhorret ab Hebræo præsertim textu, *cui non adiutor erat*, si exponatur de liberatore, vt hîc, nempe Christus, in opere liberationis, ac redemptionis, negetur adiutorem & auxiliatorem habuisse; iuxta illud [i]; *oculus eius super gentibus respicit, ne extollantur qui exacerbant eum.* Regia Theodorici vox [k], quam suprà recitaui. *Inter gloriosas Reipublicæ curas, quas pro pacis cognitione, Deo auxiliante reuoluimus, cordi nostro est leuamen humilium, vt contra potentiam superiorum nostra pietatis erigamus obsidacula, nec liceat quicquam apud nos audacie, cuius est proposita superba calcare.* Non sine lacrymis referebat opinor Ecclesiastes [l], *Vidi lacrymas innocentium, & neminem consolatorem, nec posse resistere eorum violentiæ, cunctorum auxilio destitutos.* Consule commentarium nostrum.

Parcet pauperi & inopi.] Augustinus, *parcet ipsi inopi & pauperi.* Tertullianus [m], *parcet meo inopi & pauperi.* Alij ex Hebræo רחם *rachos*, *miserebitur, pius erit, commouebit, dolebit*; Quo postremo modo vertit Hieronymus Ionæ locum [n]. *Tu doles super hederam.* alibi præterea vertitur, *concedere* [o], *fieri* [p]. Ergo significat, quòd Rex, ac redemptor Christus, cum dolore quodam & sympathia miserturus erat pauperis, & inopis, optime cognoscens figmentum eius [q], simul eius infirmitati compatiendo, simul oculos veluti claudendo, ac tegendo ad tantam imperitudinem peccati contractam a nobilissima natura humana, condita ad imaginem ipsius.

Repetitio quidem hic prioris videri sententiæ potest, vt sit idem *parcere pauperi & inopi*, quod liberare pauperem, tamen Euthymius mysticè, nomen primum Græcum πτωχὸς, ἀπὸ τοῦ πεσεῖν, *cadere*, ad Iudæum accommodat, qui ab ope atque diuitiis ceciderit diuini auxilij, alterum, πένητα, ad gentilem. Arguanus *pauperem*, ait esse fidelem, qui fidem habet sine operibus & charitate, & ideo aliquid, sed parum; *inopem*, qui nihil habet, nec fidem quidem. Augustinus, *parcere* interpretatur de remissione peccatorum, quæ sit humili, de suis meritis non confidenti, nec de sua virtute salutem speranti, sed præ se ferenti indigentiam gratiæ saluatoris sui, & nimirum, quod addit Hieronymus, pœnitentiam agenti, & diuitias, quod etiam addit Euthymius, abiicienti propter ipsum. Vera est quoque sententia non rarò de pœnis huius temporis, quas Deus condonat humilianti se: quia *exiguo conceditur misericordia; potentes autem potenter tormenta patientur* [a]. & tamen *non parcit Deus delinquenti* [b], quia delictum, vt Gregorius [c] docet, sine vltione non deserit, quod vel ipsemet homo in se, pœnitens punit, vel Deus vindicat, cùm hominem percutit, pœnitenti autem parcit, *sicut vir parcit filio suo* [d].

Alius in Deo & Christo *parcendi* modus est *pauperi & inopi*, non exigere summo rigore, quod posset, nempe charitatis, pœnitentiæ, gratitudinis, bonorum operum perfectionem summam, sed pro talentis, quæ cuique dedit, *secundum propriam virtutem*, id est, habita etiam ratione imbecillitatis, quæ in quolibet est, minimè *austerius, nec volens quod non possit*, aut *metens quod non seminauit* [e]. Maria cecinit eum *qui potens fecisset sibi magna, deposuisse potentes de sede, & exaltauisse humiles* [f], vbi vox δυναστῶν, est eadem quæ hoc loco, & vsurpatur etiam à Latinis. Hæ artes optimi regis,

Parcique [h] *imponere morem,*
Parcere subiectis, & debellare superbos.

Easdem in rege agnouit noster, noster hoc loco Propheta, vt adhuc vidimus. Quocirca falsò asserit, aut abutitur nomine Seneca [i] Stoicus, cùm misericordiam vitium vocet pusilli animi ad speciem aliorum malorum succidentis.

Et animas pauperum saluas faciet.] Et hoc synonymum præcedentibus: etsi non de sola vitæ corporalis, quam significat sæpe *anima*, salute sumatur; sed etiam de spirituali, vltra peccatorum remissionem priore membro indicatam, insinuatur collatio gratiæ sanctificantis, ac demum glorificatio. Euthymius nomine *pauperum*, πενήτων, Gentiles, vt antea monui, intelligés, (quibus prius aliud nomen Latinum *inopis* respondebat) eorum animas saluari ait, quia Iudæi, eo quòd Christum non receperint, dimissi sunt; Gentiles admissi.

Ex vsuris & iniquitate redimet animas eorũ.] Hieronymus, *ab vsura*, &c. Tertullianus etiam in singulari, *ex vsura & iniustitia*, &c. Cassiodorus, Arnobius, Ambrosius [k], Auctor hypognosticon [l], *ex vsuris, & iniqui ate liberauit*: psalterium Gallicanum, *liberabit*. Hebræum & Græcum nomen est singulare, pro quo *vsuras* interpres posuit, nempe תוך *thoch*, & τόκος, quod secundum, sonò congruit cum primo, sed non derivatione, lege psal. 14 [m]. vbi est alia vox Hebræa נשך *neschech*, & 54 [n]. vbi תוך *thoch*, quæ hîc habetur etiam pro *vsura*. Exponunt alij hoc loco תוך *thoch*, *intus*,

[a] cap. 35. 15.
[b] 4 lib. Marcion. c. 14.
[c] psal. 34. 10.
[d] Mystica potestas exposita. [e] Matt. 12. 29. Diabolum potentem non sua virtus, sed peccata nostra reddiderunt. [f] apud Aug. tom. 7. circ. c. 2. [g] lib. 6. c. 6.
[h] lib. 5. c. 1.
[i] Esa. 65. 5. [k] Cassiod. in variis lib. Regis Theodorici vbor.
[l] cap. 4. 1.
[m] 4. contr. Marcion. c. 14.
[n] cap. 4. 10. [o] Ierem. 13. 14 [p] cap. 21. 7.
[q] ps. 102. 14.
[a] Sap. 6. 7. [b] Iob 9. 28. [c] 9 mor. c. 27.
[d] Malac. 3. 17.
[e] Matt. 25. 15.
[f] Luc. 1. 52.
[g] cap. 1. 52.
[h] Æne. 6.
[i] 2. de clemen. cap. 5.
[k] de Tob. c. 4. [l] lib. 5 c. 2.
[m] vers. 5.
[n] vers. 12.

Πτωχὸν

Pauperes & inopes in hac loca interpretatio.

In Deo & Christo pauperi & inopi parcendi modus

Animas, de vita corporali, saluet. vsurpatur, saluet.

Τόκου.

siue *fraudem*: quo item pacto redditur in psal. 10 [a], secundum suppatationem LXX. tum Græce, tum Latine, *cum maledictione os, lemum est, & amaritudine*, & *dolo* תוך *tou hoth*, ϗ δόλου: & à Hieronymo, *& usuris*. Cum namque תוך *thouch*, medium significet, recte de *dolo* ac *fraude* dicitur, quæ in medio pectoris condiue occultatur: & de *vsura*, quæ prætexit commodum alterius. Est denique Chaldæum præsentis loci nomen אשוקא *vnesa, fraus*, vel *oppressio*. Placuit LXX. interpretibus restringere ad τόκον, siue ad vluram, aut vluras, generationem nominis תוך *hoch*, nottonem, quia hoc plerumque pauperes, & inopes laborant incommodo, vt accipere pecuniam ad vsuram constringantur, & quidem sæpenumero implicitam & palliatam propter fraudulentos cõtractus: altero præterea; vt rapinæ pateant, quam חמס *chamas* significat, & potest *iniuriæ* significare. Treuetus notari ad literam vult magnam copiam auri argentique sub Salomone [b], vt opus vluris non fuerit, & facile fuerit ab iis se liberare.

a vers. 7.

b 3 Reg. 6. 21.

Sensus mysticus. Nemini no vluras atque iniquitates suo exercitio emere peccata quæ fingunt diabolus.

Sensu mystico, cuncti fetè enarratores, per hæc duo mala *vsura* atque *iniquitas* intelligi volunt omnia peccata, quæ potens ille diabolus, idemque calumniator suggerit, & subministrat, & propter quæ, qui illa committunt, eidem tamquam fœneratori debitores & obnoxij sunt. Augustinus, quem solent alij imitari, peccata, quæ etiam vocantur *debita* [c], idcircò *vsuras* vocari vult, quia plus mali inde fit in supplicijs, quàm commissum est in peccatis. Affert exemplum homicidæ, cuius perit & corpus & anima in gehennam, cùm alterius tantum corpus peremerit. Et in genere id explicans Cassiodorus, ait, in peccato verè intimbus vluram crescere malorum, quia quod in temporali cõuersatione delinquunt, in æterna calamitate recipiunt. Augustini sententiam Thomas [d] declarat non de excessu pœnæ in intensione & grauitate, quasi puniat Deus supra condignum, qui potiùs citra, sed secundùm declarationem; sicut è contrario meritis temporalibus redditur præmium æternum. Est & præter vluram culpæ, & aliam pœnæ, vlura etiam quædam gloriæ; vt ideircò iubeat nos Christus dare tibi, *eamdem* creditam *ad usuram*, vt *veniens cum vsuris exigat* [e], vluris, inquã, tum quas ipsi soluamus, reddendo pro doctrina, & gratia, bona opera & merita; tum quas ipse nobis reddendo pro *momentaneo & leui*, quorumlibet meritorum nostrorum, *æternum gloriæ pondus* [f], *& centuplum* [g]. Distinguit Hugo vsuras, siue fœnora, quæ Deo [h] dantur, mundo [i], diabolo [k], ventri [l], conuitianti [m], benefacienti [n], fœneranti [o].

c Augustinus de verbis Domini.

d 4. d. 46. q. 2. artic. 2.

Vsura culpæ, vsura pœnæ, vsura gloriæ.

e Luc. 19. 23.

f 2 Cor. 4. 17.

g Matth. 19. 29. *Æquarum de similibus.*

h Luc. 19. 23. Matth. 25. 27.

i Eccli. 29. 1. & 2.

k ps. 108. 6. *In peccato seruorum rationes.*

l Eccli. 20. 16.

m Luc. 6. 24.

n Prou. 19. 17. *Primo vsura contracta in primorum peccato parentum.*

o Leon. 25. 37. p. de D. c. 4. Sent. & 5. de fact. c. 4. q. 1. dist. c. 2. Hugo, & Neophytus.

Eleganter ostendit Ambrosius [p] in peccato rationem fœnoris, & Diabolus quo pacto fœnerator sit, Christus autem, vt chirographum abstulerit, simul magnum vocat, & memorabile beneficium liberati ab vsuris, quia inferunt seruitutem. Primam vsuram contractam docet in primorum peccato parẽtum, quòd ad nos transfusum est. Simile quid scribit Auctor hypognosticon, quòd Eua peccatum à Diabolo mutuauit, Adam consensu cautionem fecit, vsura posteritati creuit, chirographi vsuræ etiam in infantibus sunt malignissimę passiones. Chrysostomus [q] ait, quòd Adam initium induxit debiti, nos fœnus auximus posteritatis peccatis. Redemptio ab vsura culpæ pœnæque & ab iniquitate, sumsit pretium sanguinis Christi, quo liberamur à peccatis, à pœnis æternis, à captiuitate Diaboli, cui debebamus etiam pœnas illas. Præterea, vt Græci docẽt, legis Euangelicæ præcepta, quibus magis dilecte vetantur vsuræ, iniustitiæ, omniaque peccata. deinde illam rationem, vt Arnobius notat, delendi debita, quæ soli Deo debebantur, sed accipiunt etiam dæmones, nequeunt autem solui a nobis mendicissimis, vt nostra inter nos debita remittamus [a] & iniurias condonemus, dictum satis psalmo 14 [b]. de vsura, & an Iudæis liceat exigere ab externis; ipsa quoque per se, quam sit mala, quod memoriæ causa indicat hic versus, continens ea, cõtra quæ per vluram peccatur.

p 2. de Tob. c. 4. Sent. & 5. de fact. c. 4. q. 1. dist. c. 2. Hugo, & Neophytus.

q Hom. 21. ad Neophytos.

a Matt. 6. 12.

b vers. 5.

Vsura mala.

Lex, natura, Deus, homo, virtus, tempora, vita.

De his hoc loco Hugo. Hic locus indicat Iudæis in lege veteri permissas tantum vluras ab externis impune, beneficium autem Messiæ vtinam futurum fuisse, vt liberarentur ab ea iniqua cupiditate. Redemit Christus ab vsuris externis pecuniariis, & eos, qui accipiebant illas, & illos qui soluebant, penitus eos prohibendo; à spiritualibus, satisfaciendo pro debitis pœnis, & præbendo modum, quo satisfaciamus condonãdo etiam peccata, & gratiam communicando, qua in posterum eadem non contrahamus. ab iis præterea quas venter exigit, & varia naturæ necessitas, acquisito nobis iure immortalitatis tempore suo tribuendæ, vt liceat libera tunc, læta, grata orãtione cantare: *Quomodo* [c] *cessauit exactor, quieuit tributum? Quis non rapuit* Christus, *exclusit* [d]. Fur est diabolus & latro, non tam respectu nostri, quam Dei, quia volentibus furtum non fit, nos verò peccamus volentes, & contra voluntatem Dei, quæ dicitur signi & beneplaciti, peccatum committimus, & ad id nos diabolus inducit: quod quia fraude ac dolo facit, iniquus atque iniustus respectu etiam nostri hoc pacto dici potest.

Restaurat Christus ab vsuris externis & spiritualibus.

c Esa. 14. 4.

d ps. 118. 5. *Diabolus fur & latro non tam respectu nostri quam Dei.*

Et honorabile nomen eorum coram illo.] Hieronymus, & *pretiosus erit sanguis eorum coram eo*. Eadem ratione cuncti Hebraizantes, qui exponunt, vitam subditorum, quæ *sanguis animaque* dicitur, futuram in pretio apud regem siue Salomonem, siue Messiam, vt non sinat impunè, vel temerè ab aliis fundi: ipse etiam nullum facilè occidat, aut laboribus opprimat, aut in vilibus seruitiis operisve occupet. Confirmat id Treuetus de Salomone, quoniam *Amorrhæos* quidem, *& Hethæos, & Pherezæos, & Heuæos, & Iebusæos, qui non persecrant exterminari*, non occidit, sicut Moses iusserat, sed *fecit tributarios de hac die. filios autem Israel non constituit seruire quemquam, sed erant viri bellatores, & ministri eius, & principes, & Duces, & Præfecti currium, & equorum* [e]. Hoc ipsum etiam est esse *honorabile nomen* Iudæorum, & aliquo item pacto aliorum subditorum exterorum: eáque in re non est vlus Salomon illo iure, seu more, quo aliarum gentium iniquiores reges vti solitos iussit Deus per Samuelem populo renunciari regem poscenti, nempe vt subditos adhiberent ad vilia quæque opera [f]. Veruntamen postea sicut recessit a cultu Dei, ita & ab æquitate, qua subditos tractauerat: illo namque mortuo flagitauit populus a filio eius Ieroboam, *vt minus aurissimum imperium, & iugum grauissimum atque seruitutem* [g]. Quocirca nec Salomon typus exactè Christi fuit, cuius *iugum suaue, & onus leue* [h], ac pretiosior nostrum loco

e 3 Reg. 9. 20. 21. 22. 2. Par. 8. 8. & 9. 10.

Iniquorum regum mos.

f 1 Reg. 8. 11. & 16.

g 3 Reg. 11. 4. 1 Par. 10. 4.

h Matt. 11. 30.

sanguinem veluti dixit, cum suum pro nostro fuderit. Cauet quoque legibus suis Christus, ne cuiusquam fundatur sanguis innoxius, & ne cui noceatur, ne nos ipsi vindicemus: Petrumque stringentem gladium acriter reprehendit. Eandem illam ex Hebræo versionem Græce tradidit etiam Aquila, καὶ πρισθήσεται τὸ αἷμα αὐτῶν ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, id est, pretiosus erit sanguis eorum in oculis eius; Hebræa sic se habent וְיִיקַר דָּמָם בְּעֵינָיו vocabit autem sanguinem eorum in oculis eius; Græca, καὶ ἔντιμον τὸ αἷμα αὐτῶν ἐνώπιον αὐτοῦ: quamuis in Complutensibus, Regius, aliisque bibliis ordine inuerso ponantur pronomina; sicut & apud Euthymium, præterea que apud Augustinum, & nomen abile nomen eius coram ipso: & apud Arnobium, nec non in Gallicano psalterio, & pretiosum nomen eius coram ipsis. Iuxta nostram Latinam correctam versionem pro honorabile, Tertullianus [a] legit, honoratum: psalterium Romanum, & Cassiodorus, præclarum. Vel Lxx. legerunt Hebraice ⊂פּשׂ faciem, nomen eorum, pro ⊂דּם damum, sanguis eorum. vel verterunt τιμιον, ἀγιον, pro quo deinde inrepsit honoratum nomen: primum suspicatur Ricardus Cenomanus: Genebrardus secundum. mihi primum placet magis: & omnino iolam probo editionem nostram Latinam quantum ad omnia, quamuis illa commodum signat sensum. quæ habet honorabile, vel pretiosum nomen eius coram ipsis, nempe vt regis Christi nomen in honore sit apud eos, quorum redemerit animas ex vsuris & iniquitate, vt, quod ait Augustinus, dent honorem nomini eius pro tantis beneficiis, respondeantque dignum & iustum esse, gratias agere Domino Deo suo. vel, vt apud fideles, quod ait Euthymius, adeo honoratum sit Christi nomen, vt pro summa dignitate eis sit. & ad amplissimam nobilitatem reputetur, quòd ab eo Christiani appellentur. Nostræ versionis, honorabile nomen coram ipsis, (à qua non differt si dicas honoratum, aut præclarum, aut etiam pretiosum, quia eadem hæc omnia valet. necnò verbum dictum Hebræum יָקָר iekar inuenimus quoque Augustinus explicat verò, quòd cùm videantur huic sæculo contemptibiles Christiani, nomen eorum coram ipso fuit honorabile, qui eos illud dedit, tam non memor nostrum omnium pro tabe sua [b], quibus antea vocabantur, cum essent gentiliam superstitionibus obligati, vel suorum malorum meritorum signati vocabulis, antequam essent Christiani. Incidit expositio, cum ea quam tertullianus ex Euthymio. Addit Rufinus illud esse honorabile nomen, atque omni iucunditate plenum, quod ipse prius Dominus, discipulis suis imponere dignatus est, dicens [c]: Iam non dicã vos seruos, sed amicos.

De honore, pretio, nobilitate præclari nominis Christiani secundum se, & quam vile tamen, sordidum, criminosum quoque sit habitum, docui, explicans Actus Apostolorum, & Petrum [d]; Vetabat Petrus erubescere, si quis pateretur, vt Christianus, sed glorificare Deum in isto nomine, & Agatha, aliique solo glorificabuntur hoc nomine magis, quam quauis alia celebritate famæ, generis, potentiæ, honoris, doctrinæ, alterius rei, quæ hominum iudicio plurimi æstimetur, & Christus iubebat de hoc gaudere, quod nomina nostra scripta essent in cœlis [e], quod est esse honorabilia, honorata, præclara, pretiosa coram Deo, & vt Cassiodorus docet, ante ipsum, & in ipsius regno viuere. Hoc reuera est nomen in peccatore animæ

[a] c 65 15.

[b] c 62.2.

[c] c 15.15.

[d] Ioan.1.12.

Calculi candidi.

[e] Apoc. 3.4. Scribo calculum.

[f] Ier.31.20.

[g] vers 22.

[h] Psal.8 17.

[i] Mal.2.9. Rom.9.17. 1 Reg.2.30. Rom.2.10.

[k] Sup.12.18.

[l] Luc.7.2.

Etsi dignitas esset hominum diuersa inter se, pondo, vna est omnium natura.

[m] Sunt homines terra & lutum. Eccl.6. 10.7.

[n] Ibi c.11.

[o] Sup.8.in vers.

[p] 3.Sc 4. de gloriat. c.11.13.

[q] Psal.

[r] Psal.

[s] Psal.

[t] Psal.

[u] Psal.

[x] Psal.

[y] Psal.

[z] Psal.

[a] Psal.

[b] Psal.

[c] Psal.

[d] Psal.

[e] Psal.

[f] Psal.

[g] Psal.

[h] Psal.

[i] Psal.

[k] Psal.

[l] Psal.

[m] Psal.

[n] Psal.

[o] Psal.

[p] Psal

mittere, quantum per eiusdem gratiam heuerit, quod nomini eiusdem honorem deferat, vel deferre cogitet. Nullus desperare debet, quoad vivit, etiamsi magnus videatur peccator, sed honorari, vt Ethnicus [2] inungebat eius. Si quidem, ait Leo [b], viatimus nostrimus in optimos mores transire de pessimis, &c. & quos vites fecit carnalis sapientia, nescimus quam pretiosos spiritalis sit factura gratia. Celebris Asiæ Patauii historia, quòd famina reuerentia non boni nominis, inuentem prosequeretur, quòd mutuo [c] a Deo dignandum honore præcinuisset. *Vocauit* autem qui *nomina sua in terris fuit* [c], & *fecit* sibi *nomen* volunt [d]: at delet eorum Deus nomen in æternum, & in seculum seculi [e], vt *cum isto non feruentur* [f], sed in terra [g]. Quæ de caula Hugo hoc loco mendici Lazari nomen expressum, suppressum dimittit [h] notat. Visum est quibusdam [i] *nomen* hoc loco idem esse, quod syngraphum, siue tabulas, quarum nomine vi iure exigi pecunia ab aliquo possit, ita vt *honorabile nomen eorum Deo sit* Christus ipse, à quo denominantur Christiani, & ius ac potestatem petendi, & exigendi a Patre quæ velint, nomine Christi, habent [k], & Pater hoc quasi diploma regum excusserint, capiti imponat, honore prosequatur, quatenus exaudit, & annuit postulatis. Nonnihil obest, quòd in eorum quo *honorabile nomen* fore dicitur, videatur esse Rex hactenus descriptus, ac proinde Christus. Deinde quia notio illa nominis pro syngrapha tabulisque debitorum, non congruit vocabulo Græco ονομα, vel Hebraico שם *sem*. Denique acuminis laudem interpretatio habet, sed auctoritate aliorum destituitur, paulòque durior apparet.

a 4 Reg. 5. 14. & 17.

Nullus debet desperare quod sit peccator magnus vel quod fuerit peccator, grabus mutari. Illustratum quod dixit de peccatore transeunte. Celebre Asiæ Patauinæ historia

a in Chronic.
b serm. 10. de Quadrag.
c prou. 19.
1 Cor. 13.
e psal. 82.
f Iob 31. 20.
g Iere. 22. 30. secundum Lxx. nemo erit de semine eius vir prosperabitur sedens super solium Dauid & potestatem habens vltra in Iuda. Nomen pro syngrapha sine tabula.
h Luc. 16.
i Rod. 1. diag. c. 7.
k Ioan. 14. 16.

Vers. 15.] Et viuet, & dabitur ei de auro Arabiæ, & adorabunt de ipso semper, tota die benedicent ei.

Sensus text.

SPlendorem, pompam, apparatum regum, copiam opum regis describit hic, ac deinceps. Imprimis ait, quòd viuet felix, omnibus bonis circumfluens, eique de Felici Arabia laudatissimam & probatissimum dabitur aurum, ac pretiosiora quæque munera. Præterea pro eiusdem regis prospero successu eundi semper orabant, nec ab illius vnquam laude cessabunt, & obseruantia. Omnes reges Arabiæ, & Satrapæ terrarum comportasse scribuntur aurum & argentum Salomoni [l], præter Saba, cuius nomen hic laudatur שבא *Seeba*, regina, & alios: ipsique omni cum ex parte aggratulationes, & fausta precationes hebant, sed hic, vt & in cæteris typus est Salomon Christi [m], cuius post resurrectionem vita est immortalis [n], & cui conuerti reges multi obtulerunt aurum, & alia pretiosissima munera, ad ædificationem Ecclesiarum, cultum religionis, subsidium egenorum: & laudes ipsius celebrat hymnis & psalmis ordo præsertim Ecclesiasticus, omnesque fideles adorant, & orant Deum per ipsum; ac ipsummet etiam, vt Deus est, tum propter accepta, tum propter sperata beneficia. Modis aliis exponuntur singula, qui ad veritatem tamen facile reducuntur sensum, de quibus nonnihil dicemus.

l 3 Reg. 10. 15. 2 Paral. 9. 14.

m Rom. 6. 9.

Et viuet.] Symmachus, διαμενεῖ, *permanebit*. Alterior expositio R. Elias Tranensis, de pau-

A pete, cuius al[illegible] intelligi [illegible] quod respi[illegible] pro eodem paupere hoc est pro populo, *& tota die benedicent ei*: eamdem populum, ad cuius ei alimentum & benedictionem, nec grauis munus, quo possit mutari. Differunt al[illegible] Rabbini, quod interpretentur orationem de populo pro rege, similiter & benedictionem, quam is in templi dedicatione effudit solemni ei Salomon pro populo, & *et benedixit* [a], ideoque alius credito fieri esse credi possit. Recepto tamen illo sensu potest transferri ad Christianos pauperes, necessitatem ad externos, quibus Ecclesia liberaliter aurum erogat, vt Agellius obtestatur. Quod dicunt *viuet*, indicat florentem, fortem, diuturnam vitam, & pro genuali aiebant suum nomen fieri proles vtuntur prophani: *sacri*, pro beata, vt alibi memini dixisse. Quod si hic etiam tibi in mentem acclamatio fuisset, *Viuat Rex* [b], *viuat in æternum viue*, diuinus hieres familiarius; & posteriori etiam formula regius Ethnicus communicare legitur [c]. Coniectaram iam ne eam vel: poetica mdicatam a Christophoro Sanctorio Iobo. Iauet Campensis, interpretans, *viuat* licet & sequentia verba in Imperatino. Græcus quidem Ζεὺς deorum rex dicitur, quasi ζῆν, *viuere*, ἀπὸ τοῦ ζῆν, quod ridet Lactantius [d]. Lege Commentarium Actuum Apostolorum [e]. De Christi vita perpetua post resurrectionem, & post mortem, qua redemit pauperes sublata *ac tetra* vita eius [f], nuntii explicant: Cassiodorus de vita diuina, quæ triumphetur meretur: [g] a nomen. Hieronymus de vita qua Christus vivit in suis, quemadmodum affirmabat de se Paulus [h]. *Mors* enim semel Christo *vita non dominabitur* [i]: ipse idem [k] *vivit Deo*: est nobis *viuere* Christus, & *vita lucrum* [l]. Deus *vitam* concessit *vobis*, & *abundantius habere* [m]. Interdum, *viuere* in scripturis idem valet, quod effi-

B

C

D

E

c Iustin. in Paraenet. ad Graecos. Leuit. 18. 5. Deut. 32. 40. Abac. 2. 4. Ezech. 33. 11. 37. 5. 14. 18. 33. 10. 20. 3. 21. 21. 35. 37. 10. 11. 47. 9. Dan. 4. 31. Matt. 6. 25. Tempus vitæ. Tempus. Leuit. 25. 29. Deut. 32. Tempus vitæ. Tempus. Vitæ tempus. Tempus vitæ. Tempus. Vitæ tempus. Tempus vitæ. Tempus. Vitæ tempus

Rex, puppe secum vincere pauperes
Auro Sabæo te jubam regyo
Dicabit.

Confirmant, quia Salomon *pabus ejus dabitur auri Saba, et vivet in perpetuum, quod legitur; et tribuet ei de auro quod transmittitur*[a]. Gerebrardo credit non debere, non debuisse hæc recidi Arabiam, sed Æthiopiam, unde Regina Saba venit, ad quam alludere videtur Arabum nonnemo, qui Arabiam recenseri inter regiones Æthiopiæ vult; nam nomen hujus loci שבא *Seba* apud Ethnicos Arabiam non modo *deserta Sabæa ac beatam*, sed & *gentem, aurum*, & Cassiodorus aut ceteri vt prolixum præteream, Arabiam Felicem, quæ ipsa Æthiopiæ vicina, & proxima Terræ Hebræorum, de Arabia plane hæc fuisse credi non debet, ac Damascum propterea Arabiæ, ante quam ea nomen haberet, adscribere, ex distinctione Strabonis: *Circumjacet Arabiæ Damascum*[b], id est, amnis, eius. Et quam diuturno ferret usu Arabia, probe nobis cum comparatum esse celebrata, quæ vocabulo obtinet, efficere[c]. Primus Arabiæ Pater inter indigenas adscitos appellatur, vt quæ pro maxime ipsis Romanorum & Parthorum fuisse dicuntur, & vendicentur, quæ e manibus eripiuntur, ac vbi Romanos redimere ea. Quæ nunc illum Psal. illustrius tectum nomen Zacharias Lvb. pro Deo tum *nomen a nomine* vocat, quæ *nomen* [illegible] *nomen* [illegible] *nomen* [illegible]

cum oratione alia multa complecti ad religionem pertinentia. Eunuchum illum, qui secundum a Lucam, *venerat Ierosolymam*, Tertullianus b, & Nicephorus c Callisti, dicunt profectum orandi gratia. Lege commentarium nostrum in Actus Apostolorum d. Repete, quod ibi dixi, *adorare*, ab *ore* derivatum, (etsi alteri alij putent) idem interdum valere, quod ipsum simplex orare. Adde etiam *adorare* dici ab Apuleio e pro eo quod est alloqui; Infusa, inquit, aqua, populum sic adorat. vtpote quoniam Poëtæ, *precè numen adorare* f, *adorare precibus* g, & *adorare* pro orare, cuius acceptionis recitat Pontanus h noster exempla non in Virgilio i duntaxat, quem enarrat, verùm etiam in Propertio k, & Iuuenale l. Consule Bissonij formulas m.

Tu a die benedicent ei.] Expolita est sæpius phrasis hæc. Græcus auctor apud Agellium declarat, *εὐλογεῖσθαι ἀξιοῦσιν αὐτὸν, perpetuo glorificabant eum*, & Euthymius, quòd semper cum fideles laudabunt. Psalterium Gallicanum hinc inchoat nouum versum.

a Act. 8. 27.
b De bapt. c. 20.
c Hist. l. 2. c. 27.
d Adorare deos aut aras dictum non quod manibus ori admoueri negant, sed de vbicunque precatione. Augustinus de vtilit. cred. c. 16.
e Metam. 2.
f Virgil. Aen. 8. Virg. 4. Aen. Sol. Iust. lib. 3. Ouid. 4. Fast. 1. Fast. 1. Stat. l. 1. Syluar. in Oct. Aug. 4.
g Ouid. 10. Aen. 1. 10. Aen. 4.
h lib. 2. eleg. 4.
i Sat. 3.
m Tom. 1. pag. 47.

Vers. 16.] Et erit firmamentum in terra in summis montium, superextolletur super Libanum fructus eius: & florebunt de ciuitate sicut fœnum terræ.

Sanctus Deo.

DOcet sub tali tantoque rege summum fore omnium ac rerum ad victum necessariarum abundantiam, ita vt ex paucis iactis seminibus, ad ipsa montium fastigia fruges & fructus ascendant, atque densius & copiosius, quam prouenire arbores in fertilissimo altissimoque Libani monte soleant, nec minorem arbitrer ventò agitatæ fontium edituri, quam in Libano dictæ arbores, quando ventus illas agitat: præterea vt in ciuitatibus adeò large suppetant, ac si turgesceret atque pullularet fœnum, siue herba; vel vt ex principe ciuitate Ierusalem prodeat infinita hominum multitudo, quemadmodum ab agro fertili prope infinita exoritur herba.

De Salomone Hebræi nonnulli interpretantur, & Tremellius, Flaminius, alique: quoniam tempore illius, *Iuda & Israël innumerabiles sicut arena maris in multitudine*; *comedentes & bibentes, atque lætantes* n. Quidam de Messia veruntamen, vt, quod Lyranus refert, cum venerit, frumenta crescat sicut cedri Libani, faciántque spicas magnas & latas, ex quibus vento flante decidat simila, vnde Iudæi pro voluntate valeant latiari. Catholici, præsertim recentiores, Eucharistiæ, & antiquiores, verbi diuini panem nunc docent, vtrumque per summos Ecclesiæ vertices Apostolos, & Apostolicos viros ministrandum, auctore vtrumque Christo & confirmatore. Confirmat hinc panis duplex corda nostra, ne *deficiamus in hac via* o, & fructus eiusdem dupleis panis excedit altitudine ac multitudine frugiferum Libanum: & regiæ ciuitatis incolas, id est Ecclesiæ, reddit bonis operibus virentes ac florentes, tantoque numero crescentes, quanta in agro graminis esse germinatio solet. Hoc indicauit Christus p per semen post mortificationem viuificandum, & de se ipso potissimùm intelligens, & de paucis Iudæis, paulis suis discipulis verbo diuinum, & in montanis ac desertis locis exemplo quidam extiterunt sancti, vt monachi; & in campis ciuitatis coporotet, licet non adeò sublimes actorum fruges. Secundò, Esaiæ vtrumque *ge men i bunt.* Erit *in terra gaudens & gloria & fructus terræ sublimis.*

n 4 Reg. 4. 20.
o Matth. 5.
p Ioan. 12. 24.

Arbitrantur etiam quidam, hunc & sequentem versum optatiuè fundendum, ac de precatione, vt sit hæc illa benedictio precatoque vltimus indicata prioris versus vertex, *tota die benedicent ei*: quasi dicas, sit firmamentum, &c. Primus ex enarratoribus Lyranus, sperat expeditionem de Eucharistia, quam Episcopi, & sacerdotes, velut montes Ecclesiæ, super capita sua eleuant. Sed iubet nos legere, non *frumentum*, quem errorem censet; verùm *frumenium*, de qua lectione postea. Consentit Paulus Burgensis, & Michaël Augustinus, & Beatus Antoninus p, qui sermonem integrum scribit super hoc loco. Valentia hic notat, non tantum Christo mineta offerendo, quod ante dictum fuerat, sed ipsummet quotidie offerendum in obiationem sub forma panis per sacerdotes in Eucharistia, & eleuandum super capita eorum; fructus verò illius, fructibus Libani meliores esse collationem gratiæ, restaurationem deperditæ, reconciliationem membrorum ad caput, multiplicationem fidelium, augmentum virtutum, vitam æternam. Fauent Rabbini etiam veteres, quos R. Salomon, vt refert Galatinus q, cum negat plurimum esse de Messia, fatetur exposuisse de placenta in diebus illius. In libro autem Sephre, & Chebarioth, id habetur, quod Hebræos Lyranus arbitrabatur intellexisse, frumenti copia magna. Sed in mandras Choheleth, hoc est, in explanatione Ecclesiastæ, quòd ipsemet Messias erit placenta frumenti in terra, sicut Moses olim defecisse fecerat manna de cœlo, & R. Moses Hadarsan explanans ea. 14. Geneseos idem asserit: atque R. Iohas multis annis antiquior Christo; hocque perpetuum sacrificium, futurum loco priorum sacrificiorum quæ deficerent. Alia eorundem Rabbinorum testimonia circa alios scripturæ locos recitat idem Galatinus r. & post illum Iodocus Coccius s, Claudius de Sanctes t Iohannes Rofelli, Iohannes Eckius u, Ioannes Stephanus x Durantus, Ioannes de la Haente k, Blasius Viegas y noster, Leo Castro m, Ioannes Garetius z, Iacobus Pamelius o, Gulielmus p Alanus, Thomas q Bozius, Auctor libri cui nomen triumphus Crucis r, Bartholomæus Spina s.

Hic vltimus ad quod in historia regum t habetur, *offerat nummum argenteum, & veniam panis*, ait, pro *nummo* Hebraice esse *calicem*, qui si cum placentula panis coniungatur, præsignificet sacrificium sanguinis in calice, sicut corporis in placentula, siue torta panis. Idem docet Adrianus Finus u & alij, qui omnes vrgent præsentem locum, sicut & in eiusdem commentario Ricardus Cenomanus, Agathius Guidacerius, Genebrardus, Varlenius, Lansenius, Felix Nebiensis, Folengius, Franciscus de Puteo, Petrus de Harentals, Faber, Tirelmanus. De enarratione autem Eucharistiæ veterum scriptorum aucti vetates colligit omnium postremus diligentissimus Coccius s. Nituntur omnes illi auctores, versione, vt est ex Hebræo, & Chaldæo; de qua, mox nostro, separatim agemus. Valet certè hoc argumentum ad hominem contra Iudæos, & a fortiori contra Sacramentarios hæreticos. Rectè autem Tirelmanus monet non debere nos ab hac sententia retardari, quòd veteres Christianæ

a c. 4. 2.
b lib. de resurrect. carn.
c Lyranus obiectionem.
d Ibid.
e Lyranus Thomas Cardinal. de Vio. c. 1. & 4. & 16.
f cap. 9. de Euchar.
g de Sacerdot. l. 2.
h de sacrif. missæ c. 6.
i Ecclesiast. 3.
k in cap. 14. Matth. in Apoc. c. 2.
l Apolog. lib. cap. 10.
m de Euchar. c. 2.
n Liturg. pag. 8. & 17.
o de Euchar. c. 7.
p de signis lib. 2. c. 6. lib. 1. c. 6.
q in 12. prophet. in Malach. 1. & quæst. 26.
r lib. 2. c. 4. ad quæst. 26.
s Coccius tom. 1. lib. 2. c. 16.
t Tirinus ad hunc locum.
u Lyranus ad hunc locum.

doctores

doctores eam non indicauerint; proficere enim nouis Ecclesiam subinde temporisque successu, illuminationibus. Sed non ausim maius momentum illi dare, quam quod inest in sectatoribus illius, & quia cum vulgata editione satis apte potest cohærere, vt modò videbimus.

Et erit firmamentum in terra, in summis montium.] Nec Hebraice, nec Græcè extat coniunctio. Hieronymus, ea quoque omissa, vertit, *erit memorabile triticum*, vel *memoriale tritici in terra, in capite montium*, etsi quidam [a] errore quodam obliuionis asserant vertisse, *erit placentula in summis montium*. Alij, *erit pugillus frumenti in terra*, nempe satus *in capite montium*. vel, *erit multiplicatio frumenti*, &c. vel, *extensio*, vel, *deprecatio*, vel, *complacentia*, vel, *placenta*, seu *placentula*: vel, *particula*, vel, *buccella*, vel, *fragmentum*, vel, *vola* seu *palma*, quæ idem valent ac pugillus. Refert B. Antoninus aliam aliam lectionem, *erit panis triticeus*: Chaldaice, *erit substantificus panis in terra in capite montium*: vel, teste Luca Brugensi, *erit fulciens* seu *confortans panis in terra*, &c. Admonet Nebiensis nequiuisse se reperire aliam Chaldæam paraphrasim, quæ sic habet, *erit sacrificium frumenti in terra in capite montium Ecclesia*. Galatinus ait hanc non esse Rabbi Akilas, ut R. Ioseph cœci, cui tribuitur illa quam habemus in bibliis, sed Rabbi Ionathan, recipique non solum à nostris, sed etiam ab Hebræis: & citat librum Kibucim, id est, collectionum: vbi *montes* dicuntur esse sacerdotes, in quorum capitibus fiet sacrificium panis: & oculis carere, qui hoc non videant, psalmúmque totum conuenire Messiæ. Paulus Burgensis etiam facit mentionem, Chaldæam paraphratim vertisse, *erit placentula in area in capitibus sacerdotum*. Neque Lyranus audiendus, neque Aiguanus, neque Valentia, dum videntur admittere in editione nostra per errorem legi, *firmamentum*, pro *frumentum*, nullo modo potest *frumentum* significare στήριγμα nomen Græcum, ex qua lingua immediatè confecta est editio nostra. Conuenit nihilominus bene *firmamenti* vox *frumento*, quia dicitur psalmo 103 [c]. quòd *panis cor hominis confirmat*, στηρίζει; & in 104 [d]. quòd *Deus omne firmamentum panis* πᾶν στήριγμα ἄρτου, *confregit*. quem Hieronymus reddit *virgam panis* ex Hebræo nomine מטה *matteh*; quod est etiam in Leuitico [e]: vbi dicitur *confringi baculus panis*: idemque valet apud Esaiam [f], *robur panis* מַשְׁעֵן *mathteh*, & ἰσχύς. *Baculum* item seu *virgam panis* מַטֵּה *matteh*, & στήριγμα vocat Ezechiel [g]. *Montes* verò figuratè pro principibus accipi hoc ipso psalmo [h] videmus, quamuis pro altaribus quoque sumi possent summitates, siue cacumina montium. Tot alij quoque illi modi transferendi ex Hebræo & Chaldæo redeunt eòdem, & iuuare possunt allatam expositionem de Eucharistia. Hebræa sic habent וְיִהִי פִּסַּת־בָּר בָּאָרֶץ בְּרֹאשׁ הֶהָרִים *vehi pissath bar baarets beros harim*. Tota difficultas est in duabus vocibus פִּסַּת־בָּר *pissath bar*, vt simul coniunguntur, nam בָּר *bar*, vt psalmo 2 [i]. docuimus, ad ea verba, *apprehendite disciplinam*, vbi pro *disciplina* est בָּר *bar*, inter alia significat *frumentum*, seu *triticum*; quod attinet ad פִּסַּת *pissath* in regimine ex מַפָּה *pissah*, satis ineptè R. Ira, vt Galatinus [k] refert, dixit lingua Romanorum *placentam tenuem* & *extensam* vocari *pissa*. *Pizza* vulgus non Romanorum tantum, sed aliorum Italorum vocat: quamuis *aliqui* rudiores *pissa* proferant. Veteres Romani Latinique illam vocem non agnoscunt, nec verisimile est recentiores Italos ab Hebræis suam *pizzam* mutuatos. Lucas Brugensis deriuat à Chaldæo verbo פַּס *pas*, quod valet *cernum reuocare, premere, fuscire*, vt proinde Lxx. transtulerint στήριγμα *firmamentum*. Fateri possumus, id quod alias cum Genebrardo concessimus, vocabulis Chaldæis vti quandoque Dauidem; sed cur Lxx. non addiderint interpretationem nominis בָּר *bar*, si solùm מַפָּה *pissah*, est *firmamentum*? Certe nullibi alibi absque addito *panis*, ἄρτου, absolute vsurpauerunt στήριγμα. Non occurrit quid dicam, nisi vel Lxx. non legisse בָּר *bar*, vel excidisse ex eorum interpretatione nomen ἄρτου, alliúdve simile: vel ex adiunctis per στήριγμα iudicauisse satis intelligi, esse firmamentum panis, seu tritici. Quid sibi voluerit Hieronymus per *memorabile*, aut, *memoriale*, nescio, nihil habet commune cum Hebræis vocibus: etiamsi Eucharistiæ apte accommodetur illud [a]: *Memoriam fecit mirabilium suorum*, & בָּר *bar* significet *purum*, ac *nobilem*. Zacharias [b] appellat *frumentum electorum*. *Viuent tritico eius*, ait Oseas [c]; & posset hic alludi nonnulli.. esse ad id quod præcessit *viuet*, &c. quasi respondeatur etiam viuent alij de firmamento frumenti. *Ariseat cor eius, qui obmutescitur comedere* hunc *panem* [d]. In Alexandria condenda designati sunt muri farinæ, quam ideò aues consumpserunt: augures autem futuram vrbis abundantiam vaticinati sunt [e]. Surgit Ecclesiæ ciuitas, & corroboratur pane illo gustato. *Assiduo sonitu gradientis in cacumine pyrorum* pugnarunt feliciter Hebræi [f]; sic nos, ope, sic per sacerdotum capita, eleuati Christi.

Vetustiores Latini misso illo de quo dixi in paraphrasi, de copia & abundantia externa frugum, ita vt ex pugillo sato plurima messis colligatur etiam in altissimis montium verticibus sterilibus, *firmamentum* simpliciter accipientes, nulla *panis* mentione facta declarauerunt de promissionibus & prophetiis confirmatis in Christo, & quòd Christus sit firmamentum omnibus timentibus eum, &, vt loquitur Hieronymus, magnum terræ labenti afferat aduentus eius, passio, ac resurrectio firmamentum, gratiáque baptismi, per quam peccata tolluntur, super omnes altitudines sæculi eleuetur. Iacobus Iansonius *firmamentum panis* interpretans, idque de sana doctrina, docet eam in terra esse; id est, iuxta nos, ita vt non sit exigenda peculiaris reuelatio, & inspiratio priuata: & *in summis montium*, hoc est, *in iis*, qui eminent potestate & culmine auctoritatis Ecclesiasticæ; quod culmen est in sede illius, cui dictum est [g]: *tibi dabo claues regni cœlorum*; & *confirma* [h] *fratres tuos*. Pluralis *montium* numerus plures comprehendit, quàm vnum Petrum, vel successorem eius. Tropologicè etiam dici *firmamentum* potest cum Hugone, *in summis montium*, de insignioribus sanctis anachoretis, qui habitauerunt in montibus.

Superexaltabitur super Libanum fructus eius.] Hinc incipit versus nouus in psalterio Gallicano. Hieronymus, *eleuabuntur sicut Libani fructus eius*. Alij, *& cedrum sicut Libani fructus eius*: vel, *augebitur*: vel, *cum montibus*: vel, *super montes*: vel,

super in

a Salmeron to. 9. tract. 23.

b 3 part. tit. 14 c. 5.

c vers. 15.

d vers. 16.

e c. 2. 626.

f c. 3. 1.

g c. 4. 16 ca. 5. 16. c. 10. 13.

h vers. 3.

i vers. 12.

k lib. 10. c. 4.

a Psal. 110. 4.

b c. 9. 17.

c c. 14. 8.

d Psal. 101. 5. *In Alexandria condenda designatio murorum ex farina.*

e Rutilius fol. 189.

f 2 Reg. 5. 24.

g Matt. 16. 19.

h Luc. 22. 32.

Tropologia.

fragorem reddat : vel, *concutietur* : vel, *colliactum* : vel, *resecti, fructificabit, multiplicabitur. Etenim* aut collusio quanta est *arborum Libani* maximè altarum, & vento agitatarum, per hyperbolem denotat frugum plenarum copiam : vt paßim ad literam exponunt Hebræi, & alij recentiores, & in paraphrasi diximus, aut certè de multiplici prole, ac liberis Hebræorum exponitur multiplicatio. Alia similis Libano, aut per metathesim יעשׂ *iphhas* pro ישׂר *ipsi fiet*, quod secundum significet, *irrabitur*. Figmentum verò illud Rabbinorum ex R. Cattaia recitatum a Galatino [a] non referrem, nisi cuperem Hebræorum aliquàdo ruditatem cum pertinacia coniunctam risui, & execrationi, & commiserationi exponere. Nugabatur ille plantatle Salomonem intra templum omnia genera fructuum ex auro, producique veros ac naturales inde solitos tempore suo: cum autem flaret ventus in eos, defluxisse; & hoc sibi velle verba psalmi, *omitem ejus, vt Libanus fructus eius*: quando Gentiles intrauerunt siccatas esse arbores aureas, idque dictum a Nahum [b]: *flos Libani elanguit.*

Vetustiores Latini mysticè declarant gratiam baptismi, ac legis Euangelicæ, & charitatis, quæ super omnes altitudines sæculi, intorquive, & candorem, seu etiam odorem opinionis ac famæ externæ eleuata est, ut eximios sanctos, quorum opera fructus Spiritus sancti sunt, & egregium æternæ vitæ præmium.

Eusebius [c], per *Libanum* accipiens ciuitatem Ierosolymitanam, propter arcam & suffitum thuris, aliasque causas, & Prophetarum testimonia ita vsurpantium, explicat Christi fructum, quæ est ex gentibus Ecclesia, super Libanum extollendum, id est, Ecclesiam super synagogam.

Euthymius & Nicephorus declarant superandam idololatriam, quæ maxime in Libano exercebatur, ab Euangelica prædicatione. Alij non adeo antiqui, explicant de fructu Eucharistiæ, panisque datum, ex quo manducans *vinet in æternum* [d], præsertim propter diuinitatem Christi, quam B. Augustinus [e] intelligit per *ij montes* nomen. Verbum Hebræum ויריעו *y hhai* recte interpretes tradiderunt ὑπερανατελοῦσιν, *superexistent*, & Hieronymus, *exuberabunt*, quia sic exprimitur motum rectum vibrationi similem, quem dictu importat verbum, & qui cernitur quodammodo in augmento, & incremento viuentium. In abstracto verò motionis & agitationis notionem, quam habet idem verbum, latis apte Gandacenus obtemperauit unum fructum veritatémque sanctissimæ placentulæ altaris, & hostiæ, concutiendam fuisse nouissimis temporibus a Berengarianis, Oecolampadianis, aliisque Sacramentariis, vt mons Libani à diuersis impetitur concutiturque ventis: sed vt venti, postea quam aliquàdiu irruendo, in montem flauerint, excidunt, mónsque ipse ad pristinam suam redit tranquillitatem, sic hæreticos interituros. & Sacramenti sanctitatem veritatemque & cultum in finesque sæculorum permansurum. Adde, proprietates Libani, de quibus aliàs egi, Eucharistiæ optimè congruere, siue spectes montis candorem, siue thuris, & aliarum odoriferarum plantarum productionem: huc fœtiditatem laporum in fructibus, quos produxit, quorum laporum defectus septem in Eucharistia B. Antonius [f] demonstrat, iuxta id quod in libro sapientiæ [g] de manna scribitur, siue altitudinem montis & arborum huc quid aliud. Quòd si *fructum* placet intelligere, vt quandoque sit pro prole, hanc inter hoc & fructus Eucharistiæ, sicut & vinum sacram eandem *germinare* facit *virgines* [h], & sanctam Ecclesiæ prolem multiplicat, atque corroborat: quod sequentibus quoque verbis indicatur.

Et florebunt de ciuitate, sicut fœnum terræ.] Petrus de Arentals, ait in translatione Romana haberi, *sicut fructus terræ*: penes illum solum fides huius est: nec enim alibi lego. Videtur Arnobius legisse, *florebit*, in singulari, significatur ampliorem copia in ciuitatibus, in metropoli præsertim quæ Chaldæus nominatim exprimit Ierusalem, vel sobolis, ita vt sint ciuitates magna hominum refertæ multitudine: quæ res pertinet ad felicem regni statum, & connecta solet esse cum abundantia rerum ad victum necessariarum. De tempore Salomonis quod tum est, quòd *Iuda & Israel innumerabiles erant, sicut arena maris in multitudine comedentes, & bibentes, atque lætantes* [i].

Ad Eucharistiam & Ecclesiam facilis applicatio, & huius rei etiam a Sion, siue a Ierusalem [k], de qua postea florebimus in cælesti, tribulationibus interim affecti, vt Cassiodorus notat. Eucharistia, vt ante dixi, sobolem Ecclesiæ multiplicat, & præterea florentes suaui odore virtutum facit.

B. Antonius [l] ad multitudinem Angelorum refert, qui de ciuitate cælesti descendunt ad Eucharistiam; item, fidelium, qui ad eandem accurrunt, vt tota fere deuotio illorum remanserit in hoc Sacramento. Dici quoque potest, vt prius monui, *germen Domini in magnificentia, & gloria, fructus terræ sublimis* [m].

Augustinus *ciuitatem* etiam in malam partem sumit, & *fœnum* vt significetur comparandum fœno terræ quicquid pro magno habetur in sæculo: diffamandum super omnia, quod in æternum promittitur.

Simplicior sensus requirit, vt *fœnum* accipiamus in meliorem partem profructifera, qualis est frumentum, vt placet etiam Augustino, vel in fœno herbæve qualibet attendatur cum Cassiodoro, non vanitas, quod que citò arefcat & decidat, sed quod facile copioseque prouenit & viret: & *de ciuitate* sit idem quod ex ciuitate (hoc loco Græce est ἐκ, & Hebraice מן *min*,) & in ciuitate, & qui pertinent ad ciuitatem. De hac inferiore ciuitate ad superiorem Christus fructus detulit animarum sanctarum Patri, & obtulit, cùm ascendit: dicens, vt ratiocinatur Chrysostomus [n]: *vide fructus terræ, hos omnes tamquam primitias tibi offero*; & tu Domine Deus virtutum Deus Israël, intende vt visites omnes gentes. Ego visitauit & implebo terram eius, & nunc autem ad te venio. intende & tu, vt visites gentes, & mandes eis alium Paracletum Spiritum sanctum tuum. Fere semper ex fœno comparatio in scripturis maiestatis. Sed in bono sensu non solum eo modo quem iam dixi. Hic accipitur, & ab Arnobio pro Christo, vt se ille accommodat radicibus, tam quam fomentis, quod Hilarius [o] quoque docet, sed præterea subiugatam carnem [p] & fructum bonorum operum [q]. Similis et quam dixi comparationis ratio legitur in Iob [r]: *Scies quoque quoniam multiplex erit semen tuum, & progenies tua quasi herba terræ*, vbi est עשׂב *ibesb*, sicut hic significans modicum herbam, tenerum, gramen, olus, semen, fœnum: & alibi sæpius vertitur *herba* [s]: iterum adhuc *fœnum*

[a] Pigmentum ex dictum Rabbinorum, omnes generis fructuum ex auro plantato a Salomone intra templum.
[a] lib. 4 c. 9.
[b] c. 1. 5.
[b] Mysticus sensus
[c] demonstrat. in 7.
[d] Ioan. 6 v. 52 part. 1. 14. c. 5.
[e] Gui lacrym ob firmatio
[f] 3. part. tit. 14. c. 5. § 16 20.
[g] Proprietates Libani Eucharistiæ optime congruentes.
[h] Zacha 9 17.
[i] 3 reg. 4 20.
[k] Esai. 5.
[l] 3 part. tit. 14 c. 1.
[m] Esa. 4. 2.
[n] Cur Ioannes ea gens rationem reddat.
[n] hom. 2. de pœ. S.
[o] hunc comparationis modum scripturæ vsurpant.
[o] in psal. 146
[p] Hesych. in Mat. 1.
[q] Hier. ep. 14 ad Marcellam. c. 25.
[r] Genes. 28.
[s] Genes. 2. 5. 6. 29. 30. 31. 3. 18. 4. 12. 20. 21. 25. 9. 3. Exod. 9. 22. 25. 10. 12. 15. Num. 11. 5. Deut. 11. 15. 29. 23. 4. 32. 2. Iudic. 6. 4. 1. Reg. 20. 19. 2. Reg. 23. 4. 3. Reg. 18. 5. 4. Reg. 19. 26. Iob 5. 25. 6. 5. 8. 12. 14. 2. 24. 6. 40. 15. Psal. 36. 2. 89. 5. 101. 5. 103. 14. 105. 20. 146. 8. Esai. 15. 6. 37. 27. 40. 6. 7. 8. 42. 15. 44. 4. 51. 12. 66. 14. Ier. 12. 4. 14. 5. 50. 11. Ezech. 21. 32. Dan. 4. 12. 22. 5. 30. Ioel 1. 12. 2. 22. Amos 7. 2. Nah. 1. 10. Zach. 10. 1. Apoc. 8. 7. 9. 4.
[t] Cassiodorus pro fœno ponit herbam.
[u] Hieron. ep. 14 ad Marcellam. c. 25.
[x] Genes. 1. 11. 12. 29. 30. 31. 2. 5. 3. 18. 9. 3. Exod. 10. 12. 15. Num. 11. 5. Deut. 11. 15. 29. 23. 4. 32. 2. Iudic. 6. 4. 1. Reg. 20. 19. 2. Reg. 23. 4. 3. Reg. 18. 5. 4. Reg. 19. 26. Iob 5. 25. 6. 5. 8. 12. 14. 2. 24. 6. 40. 15. Psal. 36. 2. 89. 5. 101. 5. 103. 14. 105. 20. 146. 8. Esai. 15. 6. 37. 27. 40. 6. 7. 8. 42. 15. 44. 4. 51. 12. 66. 14. Ier. 12. 4. 14. 5. 50. 11. Ezech. 21. 32. Dan. 4. 12. 22. 5. 30. Ioel 1. 12. 2. 22. Amos 7. 2. Nah. 1. 10. Zach. 10. 1. Apoc. 8. 7. 9. 4.

Græcè, nunc χλόη [a], nunc χόρτος [b], sicut etiam hoc loco, nūc πραιβόσκων [c], aliquādo עשב *hæsæb*, additur alteri nomini עשר *desce*, Latinè, *herba virens*, Græcè βοτάνη [d] χόρτου. Ad idem valet alia similitudo, qua Esaias [e] exprimit veluti florentem ac germinantem exultationem. *Videbitis, & gaudebit cor vestrum, & ossa vestra quasi herba germinabunt* כדשא *chadāsie ōs* βοτάνη. Potest verò etiam ducta ex fœno comparatio aliter accipi secundùm tropologiam, vt superueniente quasi calore amoris diuini, & insufflante spiritu Domini deferuescat, deficiat, decidat, exarescat amor seculi, quamuis hoc non tam sit florere, vt hic dicitur, quam defloreſcere, & florem perire.

In quo sensu Euthymius, atque Theodoretus non tantum de multiplicandis fidelibus explicant, crescente Euangelij prædicatione, perituros habitatores ciuitatis Ierusalem, omnesque Iudæos, & vniuersam synagogam celerrime instar herbæ; sed præ se fert Theodoretus accepisse oppositam notionem verbi ἐξαυθῆναι, quasi significet, *defloruit flos*. Et quidem ἐξανθεῖν aliquando idem, quod ἐκπαθῆναι, sed rarò admodum, nec arbitror ex Lxx. afferri exemplum posse; repugnat autem ea significatio Hebræo אבל *iabēsa*. Innuisse porro videri quoquomodo Christus potest dictum illum sensum, natus in Bethleemitico præsepio, fœnoque, vel floré nostri fœni (Nazaræus *florem* significat) ipsum esse, & prouerbio finem imposuisse, *quid paleis ad triticum* [f]?

Vers. 17.] Sit nomen eius benedictum in sæcula: ante Solem permanet nomen eius.

Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ: omnes gentes magnificabunt eū.

POstquam tā multa de Rege ratiocinatus est potissimùm de Christo, cuius figura Salomon typusque, & posteaquam de nominis Christiani amplitudine quasi legete votum suum deprimat, quo se desiderare significat: aut quia supra quoque dixerat *adorabunt eum omnes*, & *seruient ei omnes gentes* [g], exponit hoc fere vltimis sermone, quo se dicant optare, vt nomen ipsius Christi, & Christianorum, omnes perpetuò laudent, quod in conspectu huius solis, & quandiu ille durat, permanet, permanebitque: Et quia per eundem Christum, sicut Patriarchis & Prophetis promissum, & prædictum est, omnes absque vllo discrimine vel exceptione, terræ nationes benedicentur omni benedictione, præsertim spirituali in cælestibus, & ipsæ se quoque propter illum beatas prædicabunt, denique à cunctis celebrabitur supra omnes maximus & beatissimus.

Sit nomen eius benedictum in sæcula.] Hieronymus, *erit nomen eius in æternum.* In psalterio Romano & Gallicano, & apud Hieronymum putatum in commentario, & *erit nomen eius benedictum in sæcula.* In bibliis Complutensibus & Regis Græcè ἔσται, Latinè, *erit*, id parum refert. Participium εὐλογημένος, *benedictum*, Basilius testatur, à nullo interprete poni, & Theodoretus apud nullum exemplar legi, neque in sexemplici, siue hexaplo, neque in Hebraico, cùm tamen id legant omnes, excepto Tertulliano [h], qui citat, *sit nomen eius in æternum*, & retentum sit A auctoritate Ecclesiæ, vndecumque sit, siue ex textu, siue ex glossemate, quod inciderit in textū.

Parcere Agellius labori potuisset, quo probare contendit vocem *nominis* quandoque sumi pro posteritate, vt in Deuteronomio [a], cùm *semen* dicitur, Hebraice, *nomen*: in psalmo 108. [b] cum *reliqui nomen in generatione vna*, & apud Esaiam [c], cùm *perdā*, apud eumdem [d], cùm *stabit semen, & nomen.* Explicant verò etiam omnes *nomen* pro honoris celebritate, famæ, & gloriæ; sicut quod est in psalmo 112. [e] *Sit nomen Domini benedictum*, ad quæ verba vtriusque psalmi soliti pij viri religionis ergò capita incluare, quod facere desinent auditis quidem, seu recitatis huius verbis, qui Agellium sequi malent, quàm cæterorum consentium. Pendet quidem nomen alicuius, & fama apud homines non parum ex eiusdem posteritate; attamen durat non rarò illud quàm ista diutius. Præterea fauet, quòd sequitur, vt *benedicantur* [f] *omnes tribus terræ* g, *vt sit benedictus Deus*, vt *benedictum nomen maiestatis* h *eius.* Denique loca, quæ affert Agellius, ostendunt magnam coniunctionem posteritatis & nominis, sed indicant simul distinctionem: vt i *fiant nati eius in interitum, in generatione vna deleatur nomen eius*: & *perdam Babylonis* k *nomen & reliquias, & germen, & progeniem, &* sic [l] *Stabit nomen vestrum, & semen vestrum.* Quòd autem loco vocabuli זרע *semen*, quod *nomen* significat, reddat interpres [m] alicubi, *semen*; solum indicat, quam dixi nominis coniunctionem cum posteritate, ad quam nomen proprium descendit. Is qui cohonestatur Hieronymi nomine, cum legat *erit*, interpretatur, benedicendum nomen Domini Christi in secula ab his quos transtulerit in cælestem Ierusalem, vbi de fœno floridо & viridi, coma perdurante sanctorum ornantur coronæ. Gramineas vocare possis, impositas liberatis ab hac mortalitatis obsidione a liberatore, non liberatori ipsi, vt apud homines solebat [n], nisi eo modo etiam liberatori à liberatis, quomodo seniores ex Apocalypsi [o] abiiciunt suas, quas se agno profitentur debere; quæ benedicendi, laudandique ratio optima. Quid sit *benedici Deum*, ex dictis alibi petendum, *ante solem permanet nomen eius.* Hieronymus, *vltra solem perseuerabit nomen eius.* Alij, *quandiu fuerit sol, propagabitur nomen eius*, vel, *coram sole pullulabit nomen eius*: id est, sicut filius ducit nos in memoriam patris, estque illius veluti memoria, seu monimentum, τὸ μνημόσυνον, sic nominis eius erit memoria in seculum; aut, sicut quotidie sol oritur mundo, sic efficiet Dominus, vt continua sit successio regni, semperque verè nominari possit tanquam existens. Rursus alij [p], *priusquam esset sol, iam ab æterno, filius erat nomen illi*, nempe Christo, Filio coæterno Patris, vel, *instar solis inueneſcat nomen eius*, vel, *ante solem germinum est nomen eius*, vel, *ante solem filiabit nomen eius*, vel, *ante solem dominabitur nomen eius*, vel, *ante solem Ihesus nomen eius* nempe proprium vnum nomen Messiæ. Caietani versio est, *faciebus solis pullabitur nomen eius*: expositio autem, quòd in clara luce, & palàm in toto vniuerso nomen Messiæ, filiatione cognoscetur; hoc est, ab omnibus cognoscetur, quòd ipse est Filius Dei, quòd esse filium Dei, est ei nomen proprium. Hunc autem, aut vulgatum apud Iudæos nomen Messiæ: *Filium Dei*; ac propterea sæpius in Euangelio induci & homines [q], & Dæmones [r] appellantes Christum *Filium Dei*: Cai-

pham

[a] nomen nominis pro posteritate sumptum ab Agellio
[a] c. 25. 5 7.
[b] vers. 13.
[c] c. 14. 22.
[d] c. 66. 22.
[e] vers. 21.
[f] hoc versu.
[g] vers. 28.
[h] vers. 19.
[i] psal. 108. 13.
[k] Esa. 14. 22.
[l] c. 66. 22.
[m] Deut. 26. 2. 19.
[n] Gellius lib. 5. c. 6.
[o] c. 4. 10.
[p] Campensis.
[q] Matth. 14. 33. c. 16. 16. 17. 14. Ioan. 1. 14. 49. c. 6. 70. c. 11. 27. 1. Mar. 8. 29. Mar. 3. 11. c. 5. 7. Luc. 4. 41. c. 8. 28.

pham etiam, qui interrogauit [a] *Si tu es Christus filius Dei*, & ita vocandum prædixit Gabriel [b]. Ex Rabbinis Galatinus [c] recitat testimonia de filiatione Diuina, quam hic tribui Christo explicant; Præterea [d] iuxta illam versionem *ante solem filius habebit nomen eius*, vel *non sis facies* quòd nasci faciet omnes dormientes in puluere, nempe per resurrectionem. Hebræa sunt יהי שמו לפני שמש *iehie semeso lifne schemesch yinnon semo*, vbi vltimum verbum habet notam, quam vocant Keri chetrie, quæ monet aliter legi, aliter scribi. Suspicatur Genebrardus lectum a LXX יתן *yehon*, in niphal, vel ob affinitatem literarum, vnum pro alio sumptisse, quia יכן *chun* significat *præparare*, & *firmare*, & Paraphrastes exponit: *& antequã creatus esset sol, præparauit erat nomen eius*. Possem & ipse nõ improbabilius cõiicere de ינין *yalin, perma[n]ebit, morabitur, manebit*. Si fieri posset, nihil mutandum, dicendumque potius ad sensum LXX. respexisse, & figurate יהן *yinnon*, quod a נין *nin*, *germinare* vnde Hispani *niño*, & aliud nomen Hebræum מנן *manon*, pro quo interpres [e] vertit *consumacem*, vsurpauisse pro eo, quod est veluti per filiationem, & propagationem permanere, quo modo aliter dici solet, *in generatione & generationem*, perinde ac si nomen Christi denuo generetur in posteris, immo ipsemet qui aliquando dixit [f], *cum qui Patris sui fecerit voluntatem esse manebit sicut*. Quare interpretationes illas ex Hebræo non magni facio, mihi, vt nobis aduersus hostes nostros Iudæos argumentum suppeditant, cuiusmodi argumentum conficit hoc loco Paulus Burgensis ex Iudæo Christianus, dicens, ex necessitate literæ Hebraicæ colligi dari in diuinis filium, seu filiationem ab æterno. Quod attinet ad editionem nostram; in aliis duobus psalteriis Latinis, est futuri temporis. *permanebit*: autem in correctis bibliis Græcis, διαμενεῖ, & apud Tertullianum [g], *ante solem manebit nomen eius*: sed enarratores, tum Græci, tum Latini retinent præsens tempus, quamuis Hebræum verbum, de quo egimus, sit futuri temporis. legit Arguanus cum coniungente particula, *& ante solem*, volés, &, esse pro *quia*, vt ideo sit nomen Domini benedictum, quia hoc nomen permanet ante solem.

Additur in dictis duobus psalteriis, *& ante lunam sedes eius*; quod etiam Chrysostomus [h] videtur legisse. & Isidorus [i], & Athanasius [k], qui *lunam* nominat, sed non *solem*, ὃς τὸν ἥλιον διαμένειν τὸ γένος αὐτοῦ καὶ ὡς τὴν σελήνην εἰς ἀεὶ μένειν. De phrasi ipsa quid sit *permanere ante solem*, idem prorsus hic sentio, quod vers. 5. *& permanebit cum sole, & ante lunam*: vt, *ante solem*, non sit, priusquam sol esset, sed in conspectu eius, & quãdiu licebit eritque. Repetit hic quoque Apollinarius τὸ ἀϊδιαφθόρητον, quod eam vim habet, quam volumus. Attentior probantibus hinc æternitatem Christi, sed non quia, *ante solem*, denotet durationis æternitatem ante ipsum solem, in qua permaneret nomen Christi. *Permanendi* verbum, & διαμένειν, vt vers. 5. dicebam, extensionem indicat, in futurum, non ita proprie habitudinem ad præteritum. Etsi tamen *permanere ante solem*, exponi posset, consistere tamen inde antequam sol esset, quomodo videntur enarratores intellexisse, qui passim de æternitate declarant. secundum partem anteriorem Explicat etiam de Christo hunc locum Cyrillus Ierosolymitanus [l], vt probet frustra laborantem a Iudæis in illo conterendo: Nyssenus [m] item, vt demonstret Deum esse, & Isidorus [n], vt ostendat Christo filio Dei creditura omnes gentes. item Athanasius [o] vt confirmet eiusdem diuinitatem. Si *nomen* incomplexè sumeremus, quæri posset, quo pacto conueniat, ante solem Deo, seu Dei filio, & Christo. vt Dei filius est, nimirũ ab æterno. At neque ita *nomen* hic accipitur, neque ante, *ante solem*, illo modo. Ab æterno esse verbum & filium Dei, conuenit personæ secundæ. Ambrosius [p] ait, quòd cognoscés Moysis mentem Deus, interrogantis *quod esset nomen eius*, non respondit nomen, sed negocium; hoc est, tem expressit non appellationem, dicens, *ego sum, qui sum*; quia nihil tam proprium Dei, quam semper esse. Qui ergo, inquit, negant Christum coæternum Patri, videant, quia Deum negant, cuius est semper esse nec aliquando non fuisse.

Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ.] Hieronymus, *omnes gentes* כל־גוים *chol goim*. Tertullianus [q] *omnes gentes*: qui addit, quòd in Salomone multa nationes benedictum, in Christo verò omnes. ait, *& benedicent se in eo omnes gentes*. Videntur supplesse Lxx. *omnes tribus terræ*, quia in textu Hebræo extant semel duntaxat *omnes gentes*: quas voces referunt aliqui ad sequens membrum, quod parum refert.

Hebraizantes bifariam explicant, vt quoties gentes volent sibi aliisque bene precari, dicant, sit mihi, vel tibi Deus beneficus, quemadmodum erga Salomonem fuit; vel vt Deum adeo beneficum aduersus Iudæos agnoscant, vt eamdem cupiant fortunam sibi & suis. Tradit priorem modum etiam R. Isaias Tranensis, & Treuerus. Vtrumque verum, quòd fideles, & se in Christo beatos agnoscent prædicabuntque huc in eius merito, vt Paraphrastes explanat, & benedicentur in ipso, id efficienter ab ipso, tum moraliter propter merita, tum physice, ob realem gratiæ donorumque illius productionem in animabus fidelium. Allusio est ad promissionem factam Abrahæ, vt *in eo*, id est in semine ipsius, *benedicerentur vniuersæ cognationes*, siue *tribus*, siue *gentes*, siue *nationes terræ* [r], quæ promissio iterum facta est Isaac [s], & Iacob [t]. Huc facit Etasius [u] *per quem* (nomine nouo Christianos) *qui benedictus est super omnia, benedicitur a Deo, Amen*, hoc est, qui in Christo, propterque illum benedictionem sibi precantur, iurant se ab eo, qui est Deus fidelis, atque beneficus petere benedictionem.

Omnes gentes magnificabunt eum.] Hieronymus, *& beatificabunt eum*. id proprie valet Hebræum verbum. cum affixo יאשרוהו *iaschruhu*. & Græcum, μακαριοῦσιν αὐτόν. Ita etiam est in Galbeato Psalterio, *omnes gentes beatificabũt eum*. Magnificatur Deus & beatificatur, cùm magnus & beatus cognoscitur, & prædicatur, vt sæpe dictum est. Sic hoc loco Apollinarius optatiuè.

εὐλογητὸν γένοιτο ὑπὸ πάντα τὰ ἔθνη τὸν θεόν.

Beatissimum vocent semper Deum gentes omnes.

Tertullianus [q] *& beatum eum dicent.*

Vers. 18.] Benedictus Dominus Deus Israël, qui facit mirabilia solus:

Vers. 19.] Et benedictum nomen maiestatis eius in æternum: & replebitur maiestate eius omnis terra: fiat, fiat.

a Matt. 26. 63. b Luc. 1. 35. c lib. 3. c. 11. 4. cap. lib. 12. cap. *Rabbinorum testimonia de filiatione diuina.* d lib. 22. c. 4.

Hispanorum nino vnde

e Prou. 29. 21.

f Matt. 12. 50.

g 1. cont. Marc. c. 9.

Hinc ex Esai. & vide cap. 9.

h de vocat. gent. c. 2. i *Isp. 3 cont. Ana.*

Mirum lati de Christo expositio quod probã dum

k de sent. Dion. l Catech. 12. m Orat. contra Eunom. n de vocat. gent. c. 2. o disp. 3. cont. Arian. & quæst. 136. ad Antioc. *Quæstio nota hoc loco*

p in psal. 43.

q 5. cont. Marcion. c. 9.

r Gen. 12. 3. cap. 18. c. 22. 26. Gal. 3. 8. Hebr. 11. 8. c. 26. 4. 1. c. 28. 4. g. c. 61. 16. s supra.

PErgit in fausta precatione, votoque, vt bene dicetur ab omnibus Deus Israelis, q ia non Gentium Deus, sed hic solus nec alicna egens opes, sed ipsemet sol, vt bonus atque potens, opera quæ dam mirabilia designet per eum regens, & circa eum, de quo hactenus dictum est, exercens, pro salute humani generis: quo quid nullo modo alienum ab eo qui sit, cuius virtute sit. Repente etiá, vt sit apud omnes celebris, laudatáque tempestatibus illis, & compleatur orbis vniuersus, cognitione atque prædicatione eiusdem.

Quod ad extremum confirmat gemina voce Amen, Amen, & affectu animi de se omnino vere quæ velle, ac optare, quod pronunciat. Habet verò etiam hæc desiderium exprimens oratio, rationem præcationis, vt alibi, non raro

Benedictus Dominus Deus Israel.] Eadem sententia declarata est psal. 40. extremo. Tertullianus [a] exprimit gentilium *Israele*, & asserit de Christo sermonem esse, & Deum hic dici. Minor duo tamen nomina ponit *Dominum* & *Deum*, etiam a Hieronymo [b], cũ ipsemet sit testis in Hebraico esse, & apud LXX. semũ extare nomẽ *Deus* & manifestius nimis explicẽ *Dominus Deus Deus*, municipatione affectat esse invocatum Trinitatis. Monet eadem de re Bruno Herbipolitanus. Fateor probabile, sed non argumentum necessarium esse. Paraphrastes Hebræum textum sectatus est, & alij qui transferunt ex illo. In psalmo 40. vbi eadem habentur verborum, duo soli nomina sunt יהוה *Iehouah* & אדני *Adonai*. Hic bis *Deum*, & *Deus* in regimine, præter *Iehouah*.

qui facit mirabilia solus.] In psalterio Romano quod per Cassiodorum, additur *operatum*, *magnalia* (*mira bona magna*) ex psalmo 135. [c] videlicet sanctum, vbi est, *qui facit mirabilia magna solus*, cui illinc alia se[illegible] psalmi 85. [d] *quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia tu es Deus solus.* Deum in Christo mirabilia solum facere ita modis quos dixi docent fere omnes commentatores, præsertim autem, quia Deus etsi communicat vim patrandi mirabilia hominibus, ita etiam ut voluerit *miracula per illos* [e] quidem per se ipsum [f], *propriis virtutibus* [g], præmissis etiam operis sacerdotis, *quæ nemo alius ante ipsum* [h], tamen per se, vt propria, sine alio solus id potest Deus, nullis alijs absque ipso. Propterea cum Petrus eiusdem curaliet, dixit non esse quod mirarentur, aut se ac Ioannẽ collegia miraretur, quasi ea virtute ac potestate hoc edidissent cum ambulare: glorificare Deum voluisse filium suum Iesum, & in fide nominis illius, quæ ad confirmandum fidem in eum, data a Deo per fidẽ, & miraculorum, videlicet loci, integram sanitatem [i] illam. Et idem tamen aliquando, vbi non propriæ tatis sed communicatæ, nec ostentationis indebitæ, quæ mandatum in curatione illa claudi, & Tabithæ [k] suscitatione, Ananiam, & Sapphiram interemit [l], vt obtenerat Gregorius [m]. Sed frequentior fuit edendi miracula modus primus, in aliquo Christo secundus, qui cum faciebat, *quæcunque Pater facit, ea similiter & filium facere* [n]; *sic vt Pater suscitat mortuos, ita & filium, quos vult viuificare* [o]. Lazarum suscitando dixit, *vt credant* [p]. Damnatum enucleando ego *præsentem tibi exi* [q].

De falsis autem nunc mirabilibus, miraculisque eo pacto discernendis a veris, non est otiũ agere. Qui contra superstitiones magorum disputant, præcipue Delrius, ac Petrus de Nostris, & hoc etiam loco Ioannes Bochius, de regnat. quod

[a] Tertul. lib. 3. contra Marcion. cap. 9.

[b] epist. 135.

[c] vers. 4.

[d] vers. 10.

[e] Matthæus. Marcus. Lucas. Ioannes.

[f] Ioan. 14. 12.

[g] Matthæus. Marcus. Lucas. Ioannes.

[h] Act. 3. 12.

[i] Actor. 4. 30. Ioannes 11.

[k] Actor. 5. 10.

[l] Actor. 5. 5.

[m] Gregor. lib. 9. epist. 122.

[n] Ioan. 5. 19.

[o] Ioan. 5. 21.

[p] Ioan. 11. 42.

[q] Matthæus 26.

A

B

C

D

E

[a] Tertull. contra Marcion. lib. 3. cap. 9. Israelem, Deum quatenus videbatur.

[b] Deuter. 32. 7. Psal. 67.

[c] Deuter. 10. 20. 2 Reg. 19. 15. Esaiæ vers. 19. Dan. 9. 1 Paralip. 10.

[d] Psal. 85. 8. Psal. 94. 4. 6. Psal. 134. 5. Psal. 85. 10. Psal. 135. 4. Esaiæ 40. 19. Ecclesiast. 18. 4.

[e] Matth. 8. 8. Matthæ. 9. 18. Luc. 7. 11. Luc. 8. 41. Luc. 9. 38.

[f] Luc. 8. 21. Rom. 15. 19. Ioan. 6. 63. Ioan. 10. 38. Actor. 4. 30. Actor. 5. 12. Actor. 14. 3. Hebr. 2. 4. Luc. 4. 14. Nomen Iesu non ad omnem omnino virtutem, sed quatenus tribuitur, non exercetur aliter quam per Deum.

[g] Ioan. 14. 12.

[h] Ioan. 17. 1.

[i] Actor. 3. 7.

[k] Actor. 9. 40.

[l] Actor. 5. 5.

[m] Gregor. lib. 9. epist. 122.

[n] Ioan. 5. 19.

[o] Ioan. 5. 21.

[p] Ioan. 11. 42.

[q] Matthæus 26.

[r] Romanor. 15. 1. Timoth. 6.

[s] de filio c. 20.

[t] Psal. 85. 10. Psal. 135. 4. Esaiæ 40. 19. Ecclesiast. 18. 4. Deum solum verum, non ad alios excludendos, sed ad illos, seu falsos Deos.

[u] Psal. 85. 8. Psal. 94. 4. 6. Psal. 134. 5. Psal. 135. 4. Esaiæ 40. 19. Ecclesiast. 18. 4. Deum solum verum, non ad alios excludendos personas; sed ad illos, seu falsos Deos, vnum enim verum esse Deum Patrem cum quo consubstantialis filius cum sit verus Deus idem, nunquam ac nusquam non efficit. Patet sine dubio ac Spiritus sanctus Sapiens est, *habentem immortalitatem*, ac *in lucem inaccessam habitat* eadem, etiam si ea de Christo affirmet Paulus [x], & in hymno angelico canat de Christo Ecclesia, *tu solus sanctus, tu solus Dominus, tu solus altissimus.* Tandem vox (*solum*) in dicta sententia non subsecuti, sed attributi rationem habet, vt sit sensus, ut *cognoscant te solum verum Deum*, id est te, qui es ille Deus, qui solus verus est, non autem, vt te qui solus es verus Deus: quod adhuc magis clare Graecus [illegible] indicat, τὸν μόνον σε τὸν

[x] Romanor. 16. 1. Timoth. 6.

[illegible]

μόνον ἀληθινὸν θεὸν. vbi etiá ſicut *verum* pertinet ad attributum, ita *ſolum*. Poteſt præterea per attributionem dici Pater *ſolus Deus*, quia Deitatis fons eſt, atque ἀίδιος & ingenitus, vt adnotauit Theodorus Heracleotes; Auguſtinus, aliúſve, qui ex eius libris de Trinitate collegit quæſtiunculas de eadem [a], docet ad ſolam Patris perſonam non pertinere hanc & ſimiles dicendi formulas, dum dicitur *ſolus Deus*, ſiue in nouo, ſiue in veteri teſtamento; aut cum dicitur, quod *Deus ſolus*, ſiue hoc, ſiue illud facit, ſed ad totam Trinitatem ſanctam, quæ eſt vnus Deus omnipotens, omnia faciens, quæ in cœlo, & in terra. Annotat demum Guidacerius, eò quòd repetatur nomen *Dei* bis cum nomine *Domini*, ne quis plures ſuſpicetur Deos, hic additum, *ſolus*.

a tomo 5.

Et benedictum nomen maieſtatis eius in æternum.] Hieronymus, Auguſtinus, Tertullianus [b], & vetus pſalterium, *gloria*, quam ſignificat vocabulum δόξης, & כבוד *eſma* 104. Argumentantur Tertullianus de Salomone hanc locum non eſſe, quia etiam quam habuit, in Deo gloriam amiſit, per mulierē in idololatriam vſque perductus. Cùm *benedictum nomen* Dei ter dicatur, vel *benedictus Deus* hic, & verſu 17. atque 18. Faber obſeruat perſonas Trinitatis Filium, Patrem, Spiritū ſanctum, & hoc eſſe quod Catholici pronunciant. *Benedicamus Patrem, & filium, cum ſancto Spiritu, laudemus, & ſuperexaltemus eum in ſecula.* Refert etiam, quod Gulielmus, ex Hebræo Chriſtianus, ac tempore S. Guliermi Bituricenſis Archiepiſcopi baptizatus, affirmabat illam hymnologiam Hebræis iam olim fuiſſe traditam, & in eorum codicibus extare. Guidacerius per *benedictum nomen maieſtatis*, ſiue *gloriæ*, intelligit filium, quem Paulus [c] nominat *ſplendorem gloriæ Dei*. Monet Hieronymus illa alia quæ ſe legiſſe Suſiana & Fretela ſcribebant, *& in ſæculum ſæculi*, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, nec in Hebræo textu eſſe, nec apud LXX. Extat in duobus pſalteriis, Romano & Gallicano, necnon apud Auguſtinum & Caſſiodorum, videturque Apollinarius legiſſe,

b 5. cont. Marcion. c. 9.

Locum huius de Salomone non eſſe Tertulliani argumentatio.

Fabri obſeruatio.

Hymnologia Hebræis iam olim tradita.

c Hebr. 1.

χρόνου, εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ ἐπὶ τοῦ αἰῶνος τοῦ αἰῶνος.

Et nunc, & poſtea, & futuris generationibus.

Auguſtinus cùm legiſſet *in æternum, & in ſæculū ſæculi*, obſeruat ita Latinos vertiſſe, qui non poſſent dicere, *in æternum, & in æternum æterni*; fortè autem commodius dicturos fuiſſe *in ſæculū & in ſæculum ſæculi*, vt *in ſæculum* intelligeretur quātum hoc ſæculum durat, *in ſæculum* autem *ſæculi*, quod poſt huius finem futurum promittitur. Alias expenſa formula iſta eſt, nunc minus neceſſaria notatio, cùm legamus duntaxat, *in æternum*, & quālibet hoc longam durationem ſignificet.

Et replebitur maieſtate eius omnis terra.] Et hic legant, *gloria*, qui in membro præcedente, cum ſint eædem voces Hebræa & Græca. Iungit Paraphraſtes *ſplendorem gloriæ*. Occurrit alibi vt *maieſtas Dei* dicatur *replere & implere* [d], & vt cum addito *gloriæ* maieſtas appelletur [e], & ſæpius pro *maieſtate*, δόξα eſt, & כבוד *chauod* apud Eſaiam [f] quod legimus, *ea quæ ſub ipſo erant, replebant templum*; Græcè eſt, πλήρης ὁ οἶκος τῆς δόξης αὐτοῦ, *plena domus gloriæ eius*, ſcilicet quæ ſub Deo eſt incarnatio, cum ille ſe ſubdidit, gloriā ei peperit magnam. Subdit Eſaias [g] audiuiſſe ſe Seraphim cum clamarint *plenam omnem terrā gloria Domini*. Plenam teſtantur diuinæ literæ *terram miſericordia*

d 2. Par. 7. 1. Eſdr. 8. 1.
e Exod. 16. 19.
f Cap. 6.
g vers. 3.

Dei [a], & *totam* [b] laudi nominis Dei gloriáq; ſpectatum potiſſimum in miſericordia eiuſdem, ſed & cólpicua hæc in operibus iuſtitiæ, quæ in extremo potiſſimùm iudicio exercebitur. Intuēri nec etiam, vt clicere luminis videtur, maieſtate diuina replēdam fuiſſe omnem terram per Incarnationem, non vt Verbi aiunt, volantis ſed quatenus infinita maieſtas per hoſpitalem vnitā particulam naturę humanę, extra quam nuſquam alibi eſt, eo modo gloriam ſuam toti verò orbi terrarum declaratura, vt equidem interpretor. Deo [c], quis autem, illis præſentem non intelligat maieſtatē, vbi veram videt apparere virtutem? Bernardus [d] autē repletam dicit maieſtate totam corporis noſtri, & in ea inhabitaturam gloriā in reſurrectione, cùm erit incorruptibile, impaſſibile, agile, conformatū corpori claritatis Chriſti [e] animā etiam, quādo perfecta in illa erit ſcientia, multa lætitia. Videtur Bernardū tranſcripſiſſe is, qui apud Auguſt. vocatur auctor libri de ſpiritu, & anima [f]. Nihil replere ac explere non poteſt præter immenſā Dei maieſtatem, nihil lætare, niſi *aſpectum gloriæ ipſius* [g]: templum Dei, tabernaculumve, quod ſumus nos, ſola replet *gloria Domini* [h]. In quotidiana præfatione miſſæ cuiuſlibet Deus, Pleni ſūt cæli & terra gloria tua, id eſt, manifeſtatione gloriæ tuæ, pleni Angeli, homines quippe, vel ruminā fideles amici Dei, tum inimici eruces Chriſti, qui tot ſecula tantùm ſapiunt vim gratiæ diuinę percipiunt, quæ vocatur aliquando *gloria* [i], cum dicūtur omnes peccaſſe, & egere gloria Dei. In maieſtate, vt latus accipitur, notauit iſta, vt Hugo meminit:

Gloria, ſigna, timor, virtus, perſona, poteſtas.
Magnum, magnificum, vlcl, honor, arma, clēs.

Fiat, fiat.] Lege dicta in fine pſ. 40. tum de varia lectione, tum de ſententia, quòd per huiſmodi voces in extremo cuiuſpiā pſalmi poſitas integrum pſalmorum opus diſtinguatur in libros quinque. Id non cohæret cū alia ſententia, quòd ſequentis verba verſus ad hunc ſpectēt pſalmū: ſic enim vltima clauſula non eſſet per *fiat, fiat*, ſiue *amen, amen*, ſiue, *vere, vere*, γένοιτο γένοιτο, πιστὸν πιστόν, *fideliter, fideliter*, aut ἀληθινὸν, ἀληθινόν. De generali, & Catholica Eccleſia prora, totumque pſalmū intelligens Auguſtinus, ait, ſicut iuſſit Deus ita fieri, ita omnino fieri, & arguit Donatiſtas in angulum Africę redigētes Eccleſiam [k]. Ite nunc Donatiſtæ, inquit, & clamate, non fiat, non fiat. Vicit vos verbū Dei, dicēs, *fiat, fiat*. Ecce manifeſte eſt in pſalmis Eccleſia toto orbe diffuſa, ſuper quā requieſcit gloria regis ei⁹.

h Pſal. 32. 5.
i tomo 3.
k Rom. 11. In maieſtate quæ notantur.
Per hæc voces Fiat, fiat in extremis cuiuſpiā pſalmi, quid ſit verbum miſtum.
Donatiſtarū in angulū Africæ redactorum error.
k Ite vnitat. Eccleſ. 8.

Verſ. 20.] Defecerunt laudes Dauid filij Ieſſe.

STatuendum eſt ante omnia, hūc verſum qui tamen in Eccleſiaſtico nō ponitur officio, nec recitatur, nec a Paraphraſtis, vt pars pſalmi exprimiturque ad hunc pſalmū pertinere, nō ad titulū ſequentis, quamuis hęc poſteriori opinio ſit eius, quem vocant Ruffinum, item Auguſtini, Caſſiodori, Remigij, Bedæ, Haimonis, Hugonis, Brunonis Carthuſiani, Riccardi Pampolitani, Dionyſij Carthuſiani, & de recentioribus Lindani, atque Ianſſonij, denique Ambroſij, in commentatio pſalmi ſequentis. Ex Græcis, Euthymij, Nicephori, Apollinarij qui ſic etiam exponit,

Δαυὶδ μείζονα ὑμνῳδίαν ἐποιήσατο τοῦτον τὸν ψαλμὸν, παῖδες Ἰεσσαὶ, ἐξ ἑκατοντάρχης.
Κτλ. δ' ἀνάγνωσις, οὐ ἰαχὰ πνευμάτων θείων,

ἐξέλιπον ὑμνοὶ τοῦ δ τοῦ τοῦ υἱοῦ Ἰεσσαί.
Damitas carminum quidem ei sunt finita mens
Fuit Iesse, ex imprecibitate.
Aspicius vero surrexit, & respondit ipse in domino,
Septima decadis finem tum & primum mutens.

Sed de hoc, quod initio dixi, non ad sequentis titulum spectare verba illa, verum ad hùc psalmum, credi debet emendatis auctoritate Pontificia bibliis, in quibus hic in fine, & ante sequentem psalmum notantur, tametsi in vetustis aliquot, & impressis, & manuscriptis referantur ad dictum titulum, & in quibusdam omnino prætermittantur, in Græcis etiam correctis tanguntur titulo. Ex citatis in oppositam sententiam auctoribus meminerunt Beda, & Bruno Carthusianus nostræ: & Bruno citat Hieronymum, húneque docuisse ab Esdra partem illam psalmo præsenti appositam: quod in eius, qui Hieronymi nomine circumfertur, commentariis cum non extet; argumentari licet eum esse suppositicium Hieronymum. Verus autem Hieronymus, ad Marcellam [a], docet finem esse illius psalmi, *defecerunt hymni Dauid filij Iesse*. Alter Bruno Herbipolensis præcise idem sentit, & nunc quotquot ex Hebræo interpretantur, siue Hebræi, siue Catholici, (vt hæreticos taceam.) Lyranus etiam, Treuetus, Valentia, & alij. Scholion quoque quoddam Græcum, quod collector notationum ad biblia Græca Sixtina editionis Lxx. recitat, non dubitat appellare qui contradicant, ἀπειρίαν τῆς ἀκριβείας τὸ ἀναγινωσκόμενον, *experies ex. cte exquisitaq; lectionis*, quæ cum Hebræo textu concordat.

a Epist. 34.

Sensus autem est, quem Dauid intendit, si ascripsit, vel is qui psalmos digessit, siue Ezechias, siue Esdras, siue alius: vt postremum hunc, à Dauide compositum psalmum licet alios quosque sequentes composuerit, sed eo ordine dispositi non sint, quo pro vario tempore composuit: aut quia hucreliqui tendunt psalmi, hoc est, ad regnum Christi, de quo psalmus hic agit, & ad id omnia Dauidis vota referuntur, vt quid præterea optaret, peteret, caneret, prædiceret non haberet. Tale illud Christi in Cruce: *consummatum* [b] *est*, vt suo patiendi desiderio satisfactum significaret, completáque scripturas de omnibus, quæ pati debebat. Eiusdem generis quod Iob dixit [c]: *reposita est hæc spes mea in sinu meo*, postquã de videndo à se aliquando redemptore, in carne propria, locutus fuisset; vbi forma dictionis Hebræa nostræ similis כָּלוּ כִלְיוֹתַי בְּחֵקִי *chalu chiliothai vechekj*, *consumpti sunt*, vel *defecerunt renes mei in sinu meo*, id est, hoc vnicum desiderium meum, & concupiscentia vehementior, & ardentior appetitus, cuius renes sunt sedes, & cum quo coniuncta spes. Significare volunt illud votorum suorum complemẽtum esse. Huc possit etiam conferre, quod scribitur de eodem Iob [d]: *finiti sunt verba Iob*, non modò quia deinceps in eo libro admodum pauca & rarò narratur locutus sub finem libri, Deo respondendo; sed etiam quòd cùm multa prolixéque dixisset prius pro se absque interpellatione inimicorum, nihil haberent illi amplius quod obiicerent, nihil ipse, quod afferret, cùm plene satisfecisset, iesúque purgasset. Id certe Lxx. expressisse initio c. 32. secundum sepputationem, quæ apud eos est. ἕως ἐπαύσατο Ἰὼβ ἐρωτῶν, ἐπέλιπον δὲ καὶ οἱ τρεῖς φίλοι αὐτῷ τοῦ ἀποκριθῆναι Ἰὼβ, & *cessauit Iob à verbis, cessauerunt autem & tres amici eius contradicere*. Quamquam de illa sententia, *finita sunt verba Iob*, ambigi potest an sit canonica, non tantum quia desideratur in multis libris, & expositoribus, sed etiam quoniam in emendatis bibliis scribuntur minutioribus characteribus per modum annotationis, quemadmodum in medio psalmi 9. (psalmus 10. secundum Hebræos) & totus titulus psalmi 17. & in medio item cap. 3. Danielis (hæc vsque in Hebræo non habetur, & quæ posuimus, de Theodotionis editione translata sunt.) Nam quæ sunt in hunc cap. 51. Ieremiæ, & ante principium Threnorum, eodem genere characteris scribuntur, ex nostris Pineda horum reliquit opinari vtcuuis modo de verbis Iob: de titulo ante Threnos negat Christophorus a Castro [a], & Azor [b], & Serarius [c], hoc ego secundum non auderem. De verbis psalmi quæ tractamus nullo modo ambigendum censeo quin canonica sint.

De titulo ante Threnos controversia.

a Abb. in præf. c. 1. Isaiæ. Castr. l. 1. contr. hær. c. 1. Sixt. in prolog. bibl. annot. 19. q. 21.

Defecerunt laudes Dauid.] Hieronymus, *completæ sunt orationes*: alij, *finem habentes orationes*; vel *finitæ sunt*. Explicat Campensis, hæc vt euenirent, summa fuit votorum Dauidis: credibile est legisse Lxx. non תְּפִלּוֹת *thephilloth*, quod significat *orationes*, sed תְּהִלּוֹת *thehilloth*, quod *laudes*, siue *hymnos*, quo modo legit etiam Hieronymus [d], & Augustinus; Ambrosius autem *psalmos*: vt & *liber Psalmorum* vocatur qui Hebraice תְּהִלִּים *thehilim*. Quare discrimen ab Euthymio & Nicephoro allatum inter *hymnum*, & *psalmum*, minimè necessarium videtur, ita vt hic significetur vltimus ex hymnis à Dauide ipso decantatis, non autem ex psalmis, quos aliis decantandos dedit; vt Asaph, qui est in titulo sequentis psalmi, & aliorum aliquorum deinceps.

d ep. 34.

Differentia inter hymnum & psalmum ab Euthymio & Nicephoro hoc loco allata.

Idem verò Augustinus, & alij qui referũt ista ad psalmum sequentem, defectum istum interpretantur de regno temporali Dauidis, pro quo laudabant Hebræi Deum carnaliter, nondum intelligentes quid in illis figuris præsignaret, & promitteret Deus, vt idcircò deficiẽtibus rebus, pro quibus laudabant, defecerint hymni Dauid, non filij Dei, sed filij Iesse. Hinc argumentati sumus alibi, à Dauide compositum esse hunc psalmum, nec propterea non etiam alios, quamuis iste videatur vltimus compositus.

Filij Iesse.] Attigi ex Augustino mysticam rationem, quare hic expressum sit nomen Patris Dauid, nó alibi toto hoc libro. In Act. bus Apostolorum [e] egi de isto nomine *Iesse*, dixique videri exaggerationem diuinæ liberalitatis, ac propriæ quoque laudis ipsius Dauid, quando apponitur patris nomen, non solùm quòd ex tam humili radice rex, sed tantus Propheta exiterit. Certè in historia Regum cum inducatur cygneas illas de Christo loqui voces, de eo ita scribitur [f]; *Hæc autem sunt verba Dauid nouissima; dixit Dauid filius Iesse: dixit vir, cui constitutum est de Christo Deo Iacob, egregius psaltes Israël: spiritus Domini locutus est per me*, &c.

Mystica ratio cur hic expressum nomen Patris Dauid.

e c. 13. 22.

f 2. Reg. 23. 1.

PSALMVS SEPTVAGESIMVS SECVNDVS.

1 Psalmus Asaph.

QVàm bonus Israël Deus his, qui recto sunt corde!
2 Mei autem pene moti sunt pedes: penè effusi sunt gressus mei.
3 Quia zelaui super iniquos, pacẽ peccatorum videns.
4 Quia non est respectus morti eorum: & firma nentum in plaga eorum.
5 In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur:
6 Ideo tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate & impietate sua.
7 Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorũ: transierunt in affectum cordis.
8 Cogitauerunt, & locuti sunt nequitiã: iniquitatem in excelso locuti sunt.
9 Posuerunt in cœlum os suũ: & lingua eorum transiuit in terra.
10 Ideo conuerteretur populus meus hic: & dies pleni inuenientur in eis.
11 Et dixerunt: Quomodo scit Deus, & si est scientia in excelso?
12 Ecce ipsi peccatores, & abundantes in sæculo, obtinuerunt diuitias.
13 Et dixi: Ergo sine causa iustificaui cor meum, & laui inter innocentes manus meas:
14 Et fui flagellatus tota die, & castigatio mea in matutinis.
15 Si dicebam: Narrabo sic: ecce nationem filiorum tuorum reprobaui.
16 Existimabam vt cognoscerem hoc, labor est ante me:
17 Donec intrem in Sanctuarium Dei: & intelligam in nouissimis eorum.
18 Verumtamen propter dolos posuisti eis: deiecisti eos dum alleuarentur.
19 Quomodo facti sunt in desolationẽ, subitò defecerunt: perierunt propter iniquitatem suam.
20 Velut somnium surgentium Domine, in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges.
21 Quia inflammatum est cor meum, & renes mei commutati sunt: 22 & ego ad nihilum redactus sum, & nescivi.
23 Vt iumentum factus sum apud te: & ego semper tecum.
24 Tenuisti manum dexteram meam: & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me.
25 Quid enim mihi est in cælo? & à te quid volui super terram?
26 Defecit caro mea, & cor meum: Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.
27 Quia ecce, qui elongant se à te, peribunt: perdidisti omnes, qui fornicantur abs te.
28 Mihi autem adhærere Deo bonum est: ponere in Domino Deo spem meam:

Vt annunciem omnes prædicationes tuas, in portis filiæ Sion.

Titulus & Argumentum.

Vers. 1.] Psalmus Asaph.

Quàm bonus Israël Deus his qui recto sunt corde.

DEM omnino titulus fuit psal. 49. & eiusdem Asaph nomen extat in titulis psalmorum sequentium vsque ad 82. inclusiue. Nec sequuntur tamen videcim istos psalmos ab Asaph esse compositos, vt neque alios, quorum tituli aliorum nomina gerunt. Non etiam propterea in fine præcedentis psalmi habetur illud, *Defecerunt laudes Dauid filij Iesse*, quia qui sequuntur non pauci nomine alio inscribantur, quam *Dauid*. Rationem aliam dicto priore psalmo reddidi, docuique verba illa non pertinere ad titulum istius, vt quidam tamen volebant. De *Asaph* quoque dixi psal 49. & tum in præfatione, tum alias nõ semel, psalmos omnes a Davide compositos multò probabilius esse demonstraui: Asaph & similes alios fuisse præfectos cantorũ quibus certi dabantur canendi psalmi. *De titulo.* *Psalmi omnes a Davide compositi.*

Argumentum totum hic cum est, consolationem continens piorum, qui non dubitant interdum impiorum vruntur & offenduntur in prosperitate: respiciendum nãque attente ad arcana Dei consilia, sapientiæ ac iustitiæ plena, & ad exitum qui semper in impietate perseverantibus infelix est, felix permanentibus in pietate. Proinde [illegible] *Argumentum.*

dum nihil melius esse quam sol: Deo hdere, atque firmiter adhærere. Theodoretus, Euthymius, Nicephorus Blemmida efferêdum hunc psalmũ ex Israelitici populi persona volũt, qui captivus, detinebatur in Babylone: præsertim ex illorum qui magis pij ac religioli erant: quamuis vnicuique etiam hdei accommodari queat, qui suam, vel proximi sui velit *μιμεῖσθαι τὴν ψαλμῳδοῦσαν παρρησίαν imitare*, consolari. Enarratores Latini non dissident in generali argumento, sed per allegoriam arbitrãtur indicari querimonias carnalis populi Hebræi seu synagogæ (*Ἀγαθὴ* enim *congregationem* sonat) temporalia bona quærentis: consolationem verò spiritualis ad nouum testamẽtum pertinentis & æterna concupiscentis; quòd etiam fuerint in vetere testamento illi qui viuebant secundùm spiritum, & intelligebant hæc præsentia bona esse velut vmbram verorum quæ in futurum expectantur. Hieronymus in Esaiam [a], docet loqui Prophetam in hoc psalmo ex persona eorum qui Dei iudicijs pertæsi barbaros. Et indicat, in Malachiam [b], sub popali persona loqui reuersi de Babylone, cum viderent Babylonios & alios idolis seruientes abundare diuitijs, vigere corporibus, omnia quæ bona putantur in sæculo, possidere, se qui veram notitiam habeat Dei, squalore, inedia, seruitute coopertum. Asserit exemplum Lazari, diuitisque purpurati [c]. Idem quodam sermone tradit Augustinus [c], pertractans obiter maiorem psalmi partem: & in opere de ciuitate Dei [d] totius psalmi paraphrasim refert ad vtriusque testamenti distinctionẽ illam quam dixi.

Athanasius monet Marcellinum, vt cùm viderit impios pace florere, ne offendiculũ ei inde nascatur & vacillet, recitet hunc psalmum. Ephrem [e] scribit in illo psalmo contentam plurimum conferre doctrinam, exponi enim humanæ vitæ varietatem & inæqualitatem, tentationésque; tum quomodo alij capiantur tentationibus, alij eadem superent in patientia: singulorum remunerationes itidem ascribi: superbiam atque arrogantiam, vanamque gloriam euerti, & ad veram gloriam salutari cupientibus iter parari. Negat Chrysostomus [f] loqui Dauidem in hoc psalmo ex persona propria, sed narrare illorum qui claudicant, animi perturbationes Nyssenus [g] totum psalmum percurrit explanando iuxta traditam a nobis argumenti rationem.

Quam bonus, &c.] Vt seipsum excitet magis, & grauem ex impiorum felicitate perturbationẽ, de qua mox dicet, excutiat, prorumpit contenta voce in admirationem bonitatis atque benignitatis diuinæ ad rectos eos qui corde recto syncerôque, ac vera studeant intentione in omnibus Deo placere, siue bonis afficiat, siue mali quidpiam illos pati aut iubeat aut sinat. similé quãdam Ieremias [h] expostulatus querelam suam, ita præfatur cum professione iustitiæ Dei; *Iustus quidem tu es Domine, si disputem tecum, verumtamen iusta loquar ad te.* Eodem pacto Abacuc [i], *Mundi sunt oculi tui ne videas malum; & respicere ad iniquitatem non poteris: quare respicis impios agentes, & tacebis deuorante impio iustiorem se?* Non idem fuit animus eorum qui capere vellent Christum in sermone, honorifice prænominauerunt *veracem, viam Dei in veritate docentem, cui non esset cura de aliquo, nec respiceret personam hominum* [k]. Iob [l] idem argumentum priuilegiam tractare aggrediatur: *quare ergo impii viuunt, roborati sunt, confirmatique diuitijs?* &c. præmunit se ac præmonet amicos quibuscum loquebatur, ne videretur ipsemmet Deum arguere iniustitiæ; *Numquid* [a] *contra hominem arguitur mea cura?* &c. *Ego quando recordatus fuero pertimesco, & horret caro mea tremore:* Monet Chrysostomus [b], quamuis hi quos diximus ambigerent, Deum non accusasse, aut ipsius iustitiam taxasse. Nazianzenus in carmine de humana natura similẽ habet querimoniam:

Ἀλλ' ἐμὸν ἐμοὶ κτέαρ ἐστὶ, καὶ ἀθρήσασα χαρείην,
Εἰ μὴ ἐμοὶ τόδε τερπνὸν, ἐμὴ μακάρισσα πρὸ μοίρης
Κεῖμαι· ὀλιγοδρανέων.

Plus ego mihi habeo: quid non malim amplius autem?
Nam quæ vitam salvam pars foret æqua mihi.
Oppressus luctu.

Quam bonus Israel Deus.] Hieronymus, *attamẽ*. Alij, *profecto, vere, reuera, certe, quamuis*, vt sit velut abruptum principium, & postquã Dauid quantum valuit, restitit tentationi contra prouidentiam Dei, tandem erumpens dicat; *& tamen bonus Deus*, &c. Ideoque valeant omnes cogitationes quæ me tantopere torserunt, quasi Deus aut improuidens esset aut iniustus. Habent (ὡς) & (ὅτι) *scio*, notionem istam *τῆς βεβαιώσεως*, & alleuerationis seu confirmationis, qua tanquam ex proprio experimento non dubitet Dauid pronunciare bonum Deum Israeli esse, & his qui secundùm spiritum nomen id mereantur: sed interpres Latinus per particulam, *quam*, vel comparationem indicare voluit, vel incrementum. Clemens Alexandrinus [c] videtur hic intellexisse exaggerationem beneficentiæ Dei erga nos. Nyssenus [d], quam sit admirãdum bonum quod esse inter homines voluit Deus, comparando cum vanitate & futilitate fallacis hominum studij in hac vita: Isidorus [e] Pelusiota comparationẽ cum amplificatione, quemadmodum cum Ioannes [f] vocat *gloriam* Christi *quasi vnigeniti a Patre*. Non enim quidquam his formulis *ἀκριβῶς*, *immmmi*, sed innui *βέβαιον*, *βεβαίωσιν*, *διαίωσιν*, *intentionem*, *confirmationem*, *similitudinem*. Exponit quoque Apollinarius, *τοῖς τὸν ἀγαθὸν κατὰ τὸ ὅμοιον*.

Quapropter non audiatur Agellius contendens *ὡς* idem esse quod *ὑπαρξεῖ* enim esse possit, itaque sentiat Euthymius, non esse permodest communior interpretatio, & Latina particula, quam, quæ per se ac solitarie posita, vel comparationem importat, vel amplificationem.

Israel.] Τὸ Ἰσραήλ. Apollinarius, *Θεὸν Ἰσραήλ*, *Deus Israelis*, quod etiam Theodoretus innuit, vt cognominetur *Deus Israelis*, non, quòd sit bonus Israelii. De nomine Israël, cúrque inde cognominetur Deus, alias dixi. omissa etymologia, vt significet *vnde tam Deum*, quam non esse veram cõstat, non licet hinc inferre quòd visio Dei reddat beatum formaliter & essentialiter, quatenus est expressa cognitio siue iudicium bonitatis diuinæ, loquendo præcisè: quo nomine recte Vasquez [g] notet & Salas [h] recentiores quosdam reprehendat. Bonitas namq; est singulare qui adiam attributum Dei; cognitio autẽ vnius dumtaxat attributi, non beat, quoniam vt sic perfecta non est. De bonitate autem Dei disputat D. Thomas quæst. 6. primæ partis, an ei conueniat, an soli, an etiam alijs, siue bonitas metaphysicè consideretur siue moraliter, *nemo bonus nisi solus Deus* [i] per excellentiam & essentiam, quæ quia

per se

[a] Esa. c. 63.
[b] In c. 2.
[c] Luc. 16. & seq. [c] Ser. 150. de temp. c. 3. 4. 5. d Hab. c. 23.
[d] Psalmi huius vestes.
[e] tom. 1 pag. 222. edit. Rom. Ne de non supereminet in te vestimentis, &c.
[f] in ps. 115. hom. 1.
[g] Tract. 2. in ps. cxl.
[h] Ier. 12. 1.
[i] c. 1. 13.
[k] Matth. 22. 16.
[l] Iob 21. 7.

[a] vers. 7.
[b] Lib. de Prouid.
Psalmus accommodatus.
[c] l. 1. Pædag. c. 11.
[d] Tract. in ps. 28.
[e] lib. 1. ep. 10. 272.
[f] c. 1. 14.
Sic pro ὕστατα malebat Agellius.
[g] 1. 2. q. 3. a. 8. corpori. & 9. 1. & 2. q. 1. a. 1. ad 3. & 4. seq.
[h] Matth. 19. 17. Luc. 18. 19.

per se necessariò independenter ac vt debitum continet omne bonum, recte se nominant *omne bonum* [a], vt ratiocinatur S. Thomas [b]. Hic locus notet; vt & finalis in Threnis [c], Deum bonum significet eum habitudine ad aliud, quatenus est ei conueniens ac appetibilis, & quod ait Dionysius [d], ex quo omnia subsistunt, denique finis vltimus: Proprio autem modo creaturæ rationalis tanquam obiectiua illius beatitudo. A bono Deo (nec verò alia est non bonus) creata *omnia valde bona* [e]: Eiusdem bonitas enituit in opere iustificationis [f]: in patienter expectando peccatores, *diuina bonitatis* [g]: abundantes diuitiæ gratiæ, in *a mittendo ad confessionem suum in cœlestibus* [h]: bonæ pastoris munus *in damnis pro ouibus animam* [i] *ponit*.

Hic qui recto sunt corde.] *Hieronymus, qui mundo sunt corde.* In psalterio Gallicano, & apud Augustinum atque Cassiodorum, *recti corde*. Hieronymi versio magis expressit Hebræum textum. nam *recti corde* dicuntur יִשְׁרֵי־לֵב *iisre leu*, non autem vt hic habetur בָּרֵי *bare*, quod *puros* & *mundos* significat. At cor non est rectum nisi sit mundum purumque. *Gloriantur vt Dominum videant corde* [k], videntes gloriam eius: & hanc videndo *mundo corde, beati sunt* [l]. Et, si vera esset notatio, *Israel* vt significaret *videntem Deum*, recte per appositionem Israël rectos corde denotaret. *Cor* vtrumque rationalem animæ partem potest significare, sed pro recta mente, cogitatione, iudicio Græci explicant, vt in meliorem semper accipiat partem quicquid facit Deus, etiam quando flagellat; cùm sit certum id ex amore illius proficisci. De cordis rectitudine egimus psalmis [m], docuimusque synonyma videri *corda recta* esse ac *sine dolo*, & Nathanaelem ingenuum merito *verum Israelitam in quo dolus non erat* [n]. Semper *virtutem ex* [illegible] & omnia quæ videlicet Dei reguntur prouidentia, *Diligentes Deum cooperatur in bonum* [o]. Nemo potest Deum bonum facere, ait Ambrosius, nisi hic qui non ex suis cœlitus commodorum suorum sed ex cœlestium mysteriorum profundo & diuinæ dispositionis ratione bonitatem eius cognoscat, quæ non [illegible] præsentium sed futurorum vtilitate pensanda est. Iusto itaque semper bonus est Deus, & cùm torquetur doloribus corporis, & cùm alii genus acerbitate pœnarum. Et post illam Iob [p] sententiam, *si bona suscepimus*, &c. subdit; omnia hæc semper est Deus, qui nouit quo tempore metat. Tum postea: semper ei bonus Deus, quia semper quæ bona sunt de Deo sperat. Tandem cùm docuisset bonum Deum, quod in se est, omnibus esse qui *vult omnes saluos fieri* [q]: Hos tamen ait reipsa solitarios esse, quos sui [illegible] & quibus peccata donat. Psalmistam de iis loqui qui aliter de Deo sentire non norunt, quia bonus ad omnia & in omnibus est. Profectò cum quis in id quod amat soleat transformari, qui Deum amat diligitque, cuiusmodi est qui recto, rectabili, mundo corde est, cætera quæcumque sint, diligendo propter Deum, faciet vt in eundem velut conuertantur, & idem eo vt hic *diligens Deum*, quique in ipsum transit, *conuertentur in bonum*, quoniam Deus non nisi bonæ causa est. *Recti diligunt Deum* [r], & vicissim hos *diligit ille & amat* [s], itaque bonus est, benevolus, beneficus. Cum sanctus sanctus est, *cum peruerso peruertitur* [u]. Peruersi corde sunt, & prauo, & distorti, qui Deo non acquiescant, vt multis verbis demonstrat Augustinus [x].

[a] Thom. 1. p. q. 5. a. 1. [b] 1. contra gent. c. 28 [c] c. 3. v. 57. [d] de Diuin. nom. c. 4 [e] Genes. 1. [f] Rom. 11. 22. [g] c. 2. 4. [h] Ephes. 6. [i] Ioan. 10. 15 [k] psal. 33. 6. 1 Matth. 8 [l] Quid significet. [m] psal. 7. & alibi. Corde rectus, & sine dolo, synonyma [n] Ioan. 1. 47 [o] Eccles. 3. 14. [p] Rom. 8. 28. Omnia bona quæ ipse facit [q] 1. Tim. 2. 4. [r] c. 144. 20. [s] Prou. 8. 17. [u] psal. 17. 27. [x] Ep. 250.

Vers. 2.] Mei autem penè moti sunt pedes: pene effusi sunt gressus mei.

Vers. 3.] Quia zelaui super iniquos, pacem peccatorum videns.

FActo primus veritatis fundamento, atque syncera hac luce facta professione, quod nulla in Deo sit iniquitas, sed omnibus æquus ac bonus sit, exponit quantam passus difficultatem fuerit, cùm animaduerteret cuncta iniquis & impiis tam prospere succedere. Affert nihil propius fuisse, cum vigeretur vereturque immodica quadam secundum speciem iustitiæ, indignatione ac zelo, quin, quamuis maxime dubitaret de eo quod primo loco posuit, humanis vacillaret & labascenti in prauia, æquali, confragosa, lubricaue via, excideret à sano iudicio, à fide in Deum, à studio virtutis, desineret *ambulare in lege Domini* [b]. & *in vias eius* [c], non amplius recto corde esset, nec rectâ incederet gradi eiusque, quasi pedibus intellectus & voluntatis, prudenter æstimando & agendo, sed me efficeret eum inuidia, impatientia, cupido etiam quædam, adeò, vt quidem tunc euitauerim, ea vos imitatus, eodémque quò peruenissent illi, per eadem antea malas peruenirem: sed & minus timor me tenet ipsemet a via recta exorbitet, Deoque minus eius probetur vita. Vltimum Gregorius [d] minuit, Quasi si etiam iudicet præferendam animam vlciscédi aliorum ac Dei iniurias, quasi se sentiret extimulari ad eorum effundendum sanguinem, quorum ad idem videbat *vehementes pedes* esse [e]?

Videri autem potest non totum antecessisse ad prius appellatos *rectos corde*, claudicantium ob distortas quasi tibias pedésque; sed alludit præterea ad furentes, rusanos, ebrios, qui toto nutant & titubant corpore, atque transuersum huc illuc aguntur, licèt pedibus inualidis minimè sint. Tales certè Hebræa vox הוללים *Hololim* significat, de qua postea. Quasi septuum accuset quòd non coniiciens in Deum oculos, cùmque fauentium, assistentium, potentiam, bonitatem, sed nimis defixos tenens in consideratione exteriore impiorum felicitatis, quibus nihil reconditantis stultiúsque, illorum eademmet quodammodo vitia mentis abalienatæ atque vacillantis contraxerit, & ineptiæ vitus fit, vt loquitur Olympiodorus [f]. Simul gratias tacitus agit Deo, quòd se dum præcipitans tenderet in scelestatis & impietatis pestilentissimi generis perniciosa de illo iudicia, barathrum, liberauerit: ita vt *eadem cadendi non fuerit*, E, *impulsum ac euersum vt caderet, sic operata Dominus* [g].

Accommodatitie Bucherius [h] accipit illam sententiam de periculo æternæ damnationis, & de præteritis peccatis, peccandique tentationibus; vt & illud alterius psalmi [i]: *Saepe expugnauerunt me a iuuentute mea*. In arctâ angustaque via [k], extra quam ruina & præceptum est, non sine periculo pedes oblique moueas, gressus labantur tui, pœniteat te eam iniisse, inde retrahas, vt perpendit Auctor [l] operis imperfecti. Sed, vt initio dixi, grauis molestaque tunc etiam vitis tentatio pacem atque proficientiam nequiorum videre: qua se Fernandus [m] tentatum

[a] Thren. 3. 25. in hunc, & locum ac tempo. [b] Psal. 118. 1. [c] Psal. 118. 2. [d] 6 Moral. c. 4 [e] psal. 1. [f] Ioan. 7. Eccl. [g] psal. 36. 24. [h] psal. 72. 33. Accommodatitie [i] Ep. ad Ianuar. [k] psal. 118. 1 Matth. 7. 13 [l] c. hom. 18. [m] Ep. 250.

pulsatū testatur his ipsis ad idem vsurpatis verbis. Statuendi *pedes supra petram*, vt *dirigantur* [a] *gressus*, orādus Deus vt eripiat *pedes de laqueo* [b]; nec eos det *in commotionem* [c]: & si forte moueantur, *misericordia illius adiuuet nos* [d].

Mei autem pene moti sunt pedes.] Hieronymus, *pene vacillauerunt.* Alij *declinauerunt, inclinati sunt.* vel, *euersi*, item, *& ego sicut parum inclinatus pedes meos*: sic sonant Hebræa vt nunc sunt וַאֲנִי כִּמְעַט נָטוּי רַגְלָי *vaani chimhhat natui raglai*, si tamen legas נָטוּי *natui*, nam vt sit *moti pedes*. vel, *mouerunt se pedes*, legendum נָטְוּ *naseu*, vel in participio נָטוּי *neiue*: & vltimum nomen in singulari רַגְלִי *ragli*, in plurali רַגְלַי *regalai*. Emphasis est in pronomine cum recto casu וַאֲנִי *vaani*, *& ego*: quasi dicat, etiam ego; ego tamen, qui quod initio asserui, penitus mihi persuadeo; ego qui tanta cura studui Deo placere; ego tot ab eo beneficijs affectus; ego alios officij mei & pietatis erga Deum monere solitus; ego, inquam, eò prolapsus sum vt fere Diuinam prouidentiam reuocarem in dubium: inuiderem quodammodo alienæ fortunæ: metirer fœlicitatem ex carentia calamitatum. Talis emphasis pſ. 68 [c]. *Et ego orationem meam ad te Domine.* Verbum Græcum est σαλεύω, quod fluctuationem importat, & sali seu maris fluctus. Apollinaris, κλονεῖσθαι interpretatur, id est, *vacillabant* seu *agitabantur*. Augustinus hic & alibi legere solet, *commoti sunt*. Lege dicta pſalm. 16 [e]. *Perfice gressus meos vt non moueantur vestigia mea*: Et 17 [f]. *Non sunt infirmata vestigia mea* Et 36 [g]. *a Domino gressus hominis dirigentur*, vbi Origenes [h]: & 37 [i]. *Dum commouentur pedes mei*: & similia, in 39 [k]. & 55 [l]. Remedium claudicantis in huiusmodi rebus ratiocinationis fides est cum humilitate, vt colligit Chrysostomus [m], facta quoque huius loci mentione ex pſal. 115 [n]. *Credidi, propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis*, videlicet agnoscendo ac deflendo, vt Athanasius [o] loquitur, τὸ ἀσφαλέστερον, *tu brachitatem*, labendique & fallendi periculum. *Resistendum diabolo fortiter in fide* [p], sed in hac *fortiter & viriliter agendo* [q]: sic enim *fugiet a nobis* [r], immo *velociter conteret eum Deus sub pedibus nostris* [s], vt obseruat Origenes [t], exemplo Mosis ante Pharaonem stantis [u], & constanter brachia in pugna eleuantis [v]: similia in eandem sententiam affert Hieronymus [x]. Hic *motus pedum efficiendi gressus* nondum secuta, primos indicat quos vocant motus in peccatis, qui non sunt in nostra potestate, nec reos nos efficiunt, si absit consensus; tuuant potiùs ad exercitium meritumque, si quis eis reluctat. Non dubium quin sanctissimi etiam viri, nonnunquam sinantur eiusmodi motus experiri, tum turpes, vt de Paulo quidam credunt, dum de stimulo carnis [a] scribit, tum contra fidem, & blasphemos. Huius generis Hugo Gratianopolitanus Episcopus [b] molestissimas sensit tentationes. Dubitationem, timorem, inconstantiam *motio pedum* solet denotare in scripturis Diuinis [c].

Pene effusi sunt gressus mei.] Ad verbum, ex Hebræo, כִּמְעַט שָׁפְכָה אֲשֻׁרָי *chimhhat shafcha asurai, fere non* (quasi dicas, tantum non, fere nihil abfuit quin, &c.) Parum tutè hac figurata formula significat, quin defluxerit mea aqua, id est, recesserit a mandatis Dei: vel quin collabi fecerit eo modo quo solent ambulantes per lubrica, quum lubrico erroris effuderint, vt Ambrosius explicat:

καὶ μοὶ, ait Apollinaris, ὅσον οὐ ἐκ τοῦ ἐμπεδοῦντος ἴχνους πέζης:

Et mea hinc & hinc diffluebant vestigia pedis.

Ambrosius & Augustinus, vetúsque Psalterium, *paulo minus*: in priore membro erat Græcè, παρὰ μικρὸν, in hoc, παρ' ὀλίγον: ibi Hebraice כִּמְעַט *chimhhat*, *quasi parum*; hìc, vt dixi, כְּמְעַט *cheam*, *quasi*, seu, *tantum non*. In pſalmo 8 [a]. Interpres reddit, *paulo minus*, pro מְעַט *mehhat*: & in 93 [b]. & 118 [c]. pro כִּמְעַט *ch mehhat*. Symmachus ita sententiam totam reddit, παρὰ μικρὸν ἐκινήθη τὰ διαβήματά μου, *propius nihil factum est quam vt soluerentur ea quæ me sustentabant*. Recte definita est fides, ὑπόστασις [d], quasi *fundamentum* & firmamentum cui fixe & immobiliter niti debemus: ab ea facilè excidunt qui peruersis contra prouidentiam Dei cogitationibus constanter non occurrunt.

Credi potest Augustino synonyma dici in vtroque membro: & verum est quod idem & Ambrosius docent, ipsúque alias, *pedum & gressum* vocabulo profectus animæ accipiendos. Nam quis, inquit Ambrosius [e], tam stolido ingenio est, qui putet Dauid de corporali pedum motum ingressu esse sollicitum? De verbo etiam *effundendo*, vt ad res varias adhibetur, alibi egimus [f]. Vult Hier. [g] hoc & alijs locis, *effundere*, prænatum ostendere magnitudinem. Diceremus de isto loco, lapsus magnitudinem & grauitatem, seu periculum labendi. Innuitur per idem verbum tropúmque, quòd insanæ ac parum firmæ cogitationes adiectus Deum, euanescunt, vt obseruant Basilius, Theodoretus, Euthymius, Nicephorus, Bruno Carthusianus, quemadmodum ea quæ effunduntur. Ita Paulus ait de quibusdam impijs & iniustis, *qui veritatem Dei in iniustitia detinebant, eramq; inexcusabiles*, cum *quem cognouerant Deum, non sicut Deum glorificabant, aut gratias agebant*, quòd *euanuerunt in cogitationibus suis* [i], ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν. Sapientis eloquium illud *vt vas & fictile* [k]; *cor fatui quasi vas confractum, & omnem sapientiam non tenebit* [l]. Repete alio pſalmo [m] dicta de *lubrico* vię; cui loco simili sunt alia [n]. Hìc etiam Iob [o], *Pedes meos subuerterunt, dissipauerunt itineri meo.*

Quia zelauī super iniquos.] Hieronymus, *æmulatus sum contra iniquos*. Alij, *in insipientes, insensatos, stolidos insipientes gloriabuntur filios*, id est, qui ebrietate fortunæ ad insaniam vsque sibi placent, vel, *cupidi iniquis* vel, *in stultum æmulationem incidi*. De tota phrasi dictum pſalmo 36. [p] *Noli æmulari in malignantibus: neque zelauerit facientes iniquitatem.* Hoc loco pro, *super iniquos*, & Græcè, ἐπὶ τοῖς ἀνόμοις, est Hebraicè, בְּמְהֹלֵלִים *Beholelim* cuius loco Paraphrastes substituit בְּמַחֲל עַבְיוּת *bemihla hhauana in irrisoribus*. Est הָלַל *halal, laudare, lætari, insanire*; & in Piel, *gloriari*, sæpius מְהֹלֵלִים *holel in iniquos* reddit Interpres [q]. Sumi quoque posset vt *zoar*, id est, nomen formæ, pro insanijs, quo modo dicere Dauid se zelauisse in insanijs, id est, insanè ac stultè. Certè mihi stultius inuidia, quæ auctorē suum excruciat: & *parvulum occidit* [r]: מַכְעִיס פֹּתִי *putiuh* Idem valet *zelare super iniquos*, quod, *in iniquis*, vt constat ex eodem pſalmo 36. Vbi est vtraque præpositio, cùm Hebræa בְּ *b*, sit vnica. Hoc loco in Psalterio Romano & apud Ambrosium, Augustinū, Cassiodorum, *in peccatis hic*. Hieronymus [s] aliquādo, *exercitus sum super iniquos*.

a pſ.39.3.
b pſ.55.13.
c pſ. 61.2. pſ 120 3.
d pſ.93.18.
e vers.14.
f vers 5.
g vers 17.
h vers.23.
i hom.4.
k vers.17.
l vers 3.
m vers 14.
n hom. 6. in pſ. 115.
o vers.10 secundum Hebræos
p ad Marcellinum in. de pſal.
q 1 Petri 5.8. 1 1. Cor 16 13.
r Iacob 4.7
s Rom 16 20.
t hom. 3. in Exodum lege hom. 5 in Ioſ.
u Exod 5. 20.
v Exod 17 11.
x tract. 18. Ecclesiastæ
Primos quos vocant motus in peccatis, ut sunt in nostra potestate. Reos non efficiunt nos si absit consensus. Augustinus tract. 18 in Ioannis citatur a Gratiano.
a 2 Cor 12.
b sec 12 2.
Hugonis Gratianopolitani insolentissima tentationes.
Motio pedum in scripturis quid significet
c pſ 17 37 1: 61 3.
d 118 116
e Ioh. 14 22.

a vers.4.
b vers.17.
c vers.83.
d Heb 11.1.
e hic, & in pſ. 118 octo. 17.
f in pſ. 118. oct.17.
g pſ. 22. 15. pſ 34.3. pſ.41.3. pſ.61 3. pſ.68.3. hinc c.9.Ezec.
i Rom.1.18. 20 21.
k Deut.32 2. 1 Esdr 21.17.
m pſ.54 6.
n Hier.23.22. e pſ 22. Thren.4 18. os.50.11.
p vers.1.
q pſ 6.6. pſ.9.4.5.
Nihil stultius inuidia, quæ auctorem suum excruciat
r Iob 5.2.
s in pſa. 5 16. & in Matth. c.2.

De

De zelo bono & malo, eodem 36. psalmo disseruimus, & in 68 [a]. *Malum zelum* appellare possimus *studium zeli ad provocandam aemulationem*, de quo Ezechiel [b]. Et quæ Paulus [c] appellat *desiderium erroris*. Quamuis apud Ezech. videri possit *idolum zeli* dici, quod provocat zelum & indignationem Dei, cum videlicet ei præponeretur idolum Baal, *& in sculpturibus ad aemulationem illum provocarent* & exacerbarent [d] siue *in area a tumultibus* illis. *Non zelet gloriam & opes peccatoris*, inquit sapiens [f], *non enim scis quæ ventura sit subversio illius: Bonis aemulatoribus nihil nocet*: sed iis qui *aemulationem* etiam *Dei habent, non secundùm scientiam* [h], nec sciunt *cuius spiritus sint* [i], *& maledicto furore* aguntur [k], & *in igne* vel *in spiritu grandi & in commotione, non in sibila aura tenuis* [l].

Pacem peccatorum videns. Hieronymus, *Impiorum*. Augustinus, *Iniquorum*: Chaldæe: *in tempore pacifico improbos videbo*. Verbum Hebræum שלו *Ereb*, futuri temporis est. Pacem pro prosperitate ac omnibus rebus abundante statu sumi, pluries notatum est. Importat etiam impunitatem scelerum & ἀνεξιτηρίαν, ita vt nullus improbos pertubet, vt Euthymius ac Nicephorus docent: Præterea improborum inter se conspirationem, concordiámque ad malum, vt indicat Apollinarius:

τὸν λαὸν διαστρεφόμενον & κακίαν ἐργαζόμενον.

Pacem videns improborum societatem.

Pax impiis vera *non est*, nec *cum venit* Christus *mittere*, sed *separationem & gladium* [n], *Domus eorum securæ sunt & pacatæ, & non est virga Dei super illos*, ait Iob [o], similia his quæ hic dicuntur, tractans. Vbi Hebraice legitur מפחד בלתי *bathebem salo mippachad*, *Domus eorum pax a timore*, id est, expertes timoris, Græce autem, οἱ εἶκοι αὐτῶν εἰρηνικοί, ᾗ καὶ ἄφοβοι, *domus eorum pacificantur*, tunc *abundant*; *timore vero nequaquam*. nimirum est Infœlices *errando circa Dei scientiam, & in magno viventes insipientiæ bello, & tam magna mala pacem appellant* [p], cuius loci commentarium nostrum potes consulere. Ibi dixi animatam sapientiæ Dei veteres fabricatos: exhibitam in cantico *Salomonem, et castrorum aciem ordinatam* [q], & in qua nihil quàm *castrorum chori* viderentur [r]: *in mundi pace amaritudinem amarissimam esse* [s], *nullum qui rejicit Deo, habere pacem* posse [t]; *pacem quam Deus det, dare non posse mundum* [u]. Pax ita mundi cum conscientia semper litigat, inquit Cassiodorus, rixatur intrinsecus; & cùm hostem non habeat, secum ipsa decertat: Conspirant peccatores, ait Ambrosius, aduersus innocentes, coeunt vt iustos opprimant, vitam exterminét, vel expugnent eius pudorem. Pacem precatur Ecclesia in Canone Missæ, vt ope misericordiæ adiuti & à peccatis simus semper liberi (secundùm pacem internam, interiorémque deuotionis religionem, vt Alcuinus [x] docet) & ab omni perturbatione securi (quantum ad exteriorem pacem) nam, vt scribit Horus [y], pax, in qua non Diuinæ Religioni sed mundanæ cupiditati seruitur, non est iustorum, sed iniquorum: prout hoc loco habetur. Pax Christi, Hieronymo [z] teste, est, dum tranquilla mens nullis passionibus perturbatur. & vt optima quædam dissentio est, ita pernicioſam dicit Nazianzenus [a] esse quandoque concordiam; pacem amandam quæ bona est bonique causa initur, nósque Deo conjungit: meliorem contentionem pietatis causa susceptam, quàm turpem & vitiosam concordiam: & [c], Paci non esse studendum cum veræ atque orthodoxæ fidei pernicie. Denique bellum missum est a Christo bonum, vt turbaretur pax mala, inquit Hieronym. [b] in alia pace & securitate, & quamlibet sibi quis plaudat de illa, pax maxime censeri potest; sed *cum dixerint, pax & securitas, repentinus eis superveniet interitus* [c].

Vers. 4.] Quia non est respectus morti eorum, & firmamentum in plaga eorum.

DEscribit deinceps peccatorum pacem seu prosperitatem. Primùm autem hanc in eo consistere asserit, quòd non ita passim illorum acerba funera morteique cernantur frequenter laboriosæ, sicut iustorum; nec sint adeo visendæ & suspiciendæ, aut illis horribiles & timendæ, sed leniter ac placidè moriantur; nullis quasi detenti vinculis. Deinde, quoniam in illorum afflictione atque calamitate nulla fere firmitas aut perseverantia est, nulla quasi soliditas & grauitas; sed si qua fortè incidat, aut sit leuis, aut si paulo grauior, mox liberentur. Vel, si absque negatione membrum legatur secundum; adest quis robur, & opes, quibus illam facilè eiúsque repellere valeant. Postremò, si mori contingat, non agitantur magnis & longis doloribus angoribúsve, sed leuibus morbis, quos summa etiam diligentia ipsos, & exquisitis vtuntur medicamentis, nihilque eis negatur quod leuamento & & solatio queat esse, ita vt vix de morte cogitét, aut se morituros putent, aut vereantur. Hic ex variis dicendi modis integratur sensus, verus, & literalis, vt ex singularum sententiæ partium explanatione constabit, vbi de mystico nonnihil attingetur.

Quia non est respectus morti eorum.] Hieronymus, *non cogitauerunt de morte sua*: quæ Symmachi etiam translatio est. vt scioliorum ad biblia Sixtina refert collector, & Agellius approbat, ἐκ διανοίας τὸν θάνατον οὐκ ἔχουσιν, id est, *non putarunt animo & fecerunt, nihil eos cura fuit, non exogitarunt eos agitare de morte*, quippe cum tam bene & laute cuncta, ne subiret quidem suspicio aut recordatio mortis. Hoc pacto *non est respectus illius* (nempe illius) *morti eorum*, idem esset atque, non respiciunt ad mortem, aut, iuxta nomen Græcum, ἀναίσθητος, non animum suggerentibus mortis memoriam, vel occurrenti per se cogitationi de illa. Quod non tendit ad accusandos peccatores, ob incogitantiam & incuriam mortis, sed ad eorum prosperitatem exprimendam, quia ob optatæ tranquillitatem cutim & corpus, vix vllum doloris habent sensum, quo stimulentur ad cogitandum & curandum de morte; ad extremam perueniant ætatem, & tamquam fructus maturus, ex corpore anima sponte abeat, ac imprimis. Alij item ex Hebræo אין חרצבות *en charsibbi lò non sunt ligamina*, id est, non trahuntur quasi vinculis grauium dolorum & morborum ad mortem, sed quasi laxatis habenis & spatio, diutius viuere iuuantur; non veluti catenis in corpore ligata violentè anima extrahitur; non diu languent, ægramve trahant animam, non stringuntur huiusmodi vinculis ad pœnitentiam, non habent molestiam ligaminum quæ vulneribus adhibetur

---

[a] Psal. 58.
[b] Ose. 12. 14.
[c] 1 Cor. 4. 12.
[d] Psal. 58.
[e] Ose. 12. 14.
[f] Eccl. 9. 16
[g] 1 Petr. 4. 13
[h] Rom. 10. 2.
[i] Luc. 9. 55
[k] Gen. 49. 7.
[l] 3. Reg. 19. 10

Pax pro prosperitate & omnibus rebus abundantia.

[m] Isa. 45. 22
[n] Matth. 10. 34.
[o] cap. 21. 9 & seq.
[p] Sap. 14. 22.
[q] Cant. 6. 9.
[r] ibid. vers. 12.
[s] Esa. 38. 16.
[t] Iob 9. 4.
[u] Ioan. 14. 27.

Pax mundi cum conscientia semper litigat.

[x] de Dini & c. de cor. mitiæ
[y] in expos. mitiæ
[z] in c. 5 ep. ad Gal.

Pax Christi pax extra omnia quietem primum & semper, & per omnia pacatæ quietæ mentis. Aug. de pace.

Quæ pax amanda, sit.

Ne vlus contentionis causa suscipiatur quam

[a] Orat. de pace.
[b] in cap. 10. Matth.
[c] Ierem. 6. 14. Ezech. 13. 10. 1. Thess. 5. 3.

Impios hos. Peccatorum pax & prosperitas.

---

tur, non sunt colligati & coniurati in mortem eorum, vt exponit Theodoretus; sed aevus eorum discedit anima, & per se facilique negotio; cúmque duxerit ut *in bonis dierum suorum, in puncto ad superna aspectum* [a], *vt ait Paulus, in requie*, & placida morte defungendo, saluo, quantum ætas patitur, nullis vexata morbis molestiis; robore, & sanitate, cum diuitijs, & felicitate, *cum vasculis plenis ubique, fibulisque meum latus irrigatis* [b], & absque cogitatione vitæ prius male actæ, vt præueniant. & meditatione futuræ, vt de ea tibi prospiciant. Eo respicit Aquilæ versio, *ἐκ οὐκ ἐνθυμήσεως τὰς ὀδύνας αὐτῶν, non fuit defectus passiones*, seu acerbi dolores mortis eorum. Tribuit hanc Aquilæ interpretationem Basilius; Theodoretus autem Symmacho, adhuc dicens, addidisse, *& non conquiescentes de morte sua*. Vox Hebræa quam levi difficultatem habet. Occurrit quæ adhuc semel tantùm apud Esaiam [c], vbi sunt *colligationes*, σύνδεσμοι, in singulari: Chaldaice, חַבְלָא *chabla*, *funiculum*. Eum Ricardus Cenomanus componit ex חֵרֶץ *cheres*, *secretio* ac *decretum*, *mentiam*, & בַּת *bath*, id est, *pupilla*, quasi dicas, decreta pupillæ oculorum, hoc est, mentis, quæ non sint morti peccatorum, quod est alibi dicere, non esse respectum & ἀνάλογον, quatenus ipsi nihil de ea decernunt vel cogitant, vel non respiciunt ad illam. Agellius duas alias coniecturas affert, aut compone ex אַחַר *achar*, *differre* ac *negare*, & צָפָה *tsafa*, vel צָפָא *tsafah*, *cupere*, vt sit sensus. Deum nihil eorum cupiditati denegare, sicut ægrotis conclamatis medici nihil negant: aut a חָרַד *charad*, *pauere*, & עָצַב *hb etsab*, *dolere*, vt significetur peccatores illos in morte nec pauere nec dolere. Quo pacto vertit Paraphrastes Chaldæus, *non terrent se nec conturbantur propè diem mortis eorum*. Alias tres Forerius notationes affingit, vel si חָרַץ ad ientitiam a חָרַד *charad*, *alacrem esse*, qua vincula adamant & exhilarant spectrum vitamque; vel si לֵב a לִבָּה *labah*, *ardere*, quod significat etiam *acuere*, qua excernunt & pungunt: vel a חָרַה *charah*, *vrere*, & צָפָה *tsafah*, quod valet quidquid *incendere*, quia vincula tanquam cera faciunt membra. Si cui placent hæ derivationes, primam eligat: & si vult, suspectum etiam Iob a Lxx. Symmacho, Hieronymo, בְּחֶרְיוֹן בח *charuchon*, vocibus duabus. *Non est Chaberon quisquam secretum pupillæ eius a tenuam cogitationem mortis eorum*, id est, de sua morte, nemo cogitat de illa. Nam חֶרְיוֹן *charuts* significat *secretum*, *secludere*, *arcanum*, *remotum*, *inde grauem*, *solicitum*, *excludere diligentem*.

Eum quod attinet ad editionem Lxx. retinendum nomine ἐνθύμιον, id nomen constanter censeo retinendum, nec suspicioni Genebrardi dandum locum, legat ille versum *vacuitas*, *vestigatio* & *constrictio*, cum enarratores Græci eo modo legunt, & Latini vsurpent vocabula, quæ illud aliquo modo sonant. Videamus prius quid afferant Græci. Videtur nobis Apollinarius intellexisse nó posse quidem abnu. mortem, & vitari ab illis, & plagis tandem duris accipi quod pertinet ad membrum sequens, quamuis quod est in alio versu, ordinarios in vita hominum aliorum labores nõ subeant.

τοῖν ἀτρεμὲς ἀεὶ καὶ ἀδιαφθόρῳ τὸν θάνατον,
κἂν ἔστιν ὅτε πληγὰς ἐπιφέρηται βαρείας
ἀλλ' οὐχ ὡς ἄνθρωποι τοὺς πόνους ἀνέχονται.

His immutabilis semper & irremeabilis erat mors,
Et valida flagella in plagis grauibus

Hominum tamen non sustinent semper sunt.

Hoc pacto, ἐκ τοῦ ἐνθύμιον ἐν τῷ θανάτῳ αὐτῶν, exponetur, *non est remissio, repulsa, aut negatio in morte eorum*, id est, non possunt remuere, repellere, denegare aditum morti, mortem recusare, aut vitare, moriendum illis necessario. Basilius, Theodoretus, & is quem citat Agellius, Theodoretum fortasse citat, *remissionem* hic expiret, seu *abnuunt*, *recusationem*, & vt habet versio quædam Latina, de qua postea, *declinationem*, vt intelligamus, illos, etiam si versari quandoque videantur in periculis, nunquam præ se ferre defatigationem, declinationem, animi defectum, & desperationem; sed breui ab iis se expedire, euincere liberare. Euthymius & Nicephorus referunt hæc ad alios, vt non inde cerni ab aliis illorum abnuenda & respuenda mors, quæ potè secundùm naturam adueniat & sponte, ἑκ μὴ βιαίως, *non violentè*, quasi videlicet etiam ex morendi modo iudicari felices possint, & optandum sic mori, quemadmodum optabat ille *mori animam suam in morte iustorum*. & *ponatur finis suus similis eorum* [a]. Reuocari huc potest quartus ab ea iudicatus, licet non auctorum Græcorum, diceret si modus, vt *remissio* de Deo accipiatur, qui peccatoribus, de quibus hic agitur, nihil deneget in morte, cuncta illis concedat, placide & quiete mori faciat.

Quod ad Latinos porrò attinet, pro, *respectus*, qui in editione vulgata est, legit, *decimauit*, quidam Remensi Gallicanum, & aliud quid vocant veteres: præterea Cassiodorus: Augustinus verò in genere, *mors*. Ambrosius, *non est reclinatio mentis eorum*. *Respectum non esse mortis* peccatorum, explanat Hieronymus, simul *nec firmamentum in plagis eorum*, quia ab infirmitate & plagis veniet omnia delenda, nec, quod est versu sequenti, sicut homines tribulationum flagellis quatiuntur. Hugo & Lyranus vim nominis *respectus* attendunt, vt quasi deceret coniectum cogitationem & aduertentiam, & significetur quod non videantur aliis citò mori, nec plagis morbisve diu affici propter præsentia efficaciáque remedia, quæ opibus, quibus pollent, conquirunt. Declarat Rufinus non esse in eis respectum diuinæ misericordiæ, vt liberentur ab æterna morte, & in plagis peccati non esse *finem mentium* aliquod, id est, sed cumentum pœnitentiæ: hic non flagellari, vt solent filij Dei. Imitatur hoc Haimo, adhibens exemplum medici, qui nihil prohibet ægroto de cuius valetudine desperat. Brunonis Carthusiani & Hugonis similis sententia. Gregorius [b] vitat alias comparatione calamitatis, quæ si auertat oculos ab infirmo, signum dicetur mortis eius; si conuertat, vitæ; atque ita dum *Deus conuertitur ad nos, nos conuertere* [c], licet cùm *respexit Petrum* [d]. Remigius exponit, quòd mors quam præmeruerunt, non respiciet eos, & si quando plagis percutiantur, non esse firmas, sed transitorias, neque ita puniantur, vt solent homines vrentes ratione. Idem adhuc explicant modo contrario, tanquam permissa effecta pœnæ, quia mors non respiciat, id est, non se auertat ab eis, sed semper eos expectando, intueatur; aut est *firmamentum in plaga*, quæ ipsis reseruatur perpetua duratura, cum interim peccatis ipsis neque more hominum, & filiorum Dei castigentur. Haimo, Bruno Herbipolensis, Hugo, docent, non respectum esse, nec timeri mortem, quia non ut cæteri plectantur pro meritis,

a num. 20.

Hoc in nomine respectus notata.

b sermone. *Dic aut calamitatis vitæ infirmi, qua narratur*

c psal. 84. 7.

d Luc. 22. 61.

vt

vt a pace illa sua mala desinant atque lugeant, & pœnitentiam agant, neque *insanientem ipsi gladium eorum*, vt moueantur compunctione peccatorum, & cessent a peccatis, quæ nondum habent in proximo propositum. Confirmatur Hieronymi versione priùs recitata; vt etiam notat Hugo, *non cognoscentes mortem suam*. Dionysius Carthusianus refert plures ex allatis opinionibus quòd peccatores non respiciat mortem, quòd eos non respiciat Deus in morte; quòd non respiciatur mors eorũ ab aliis, cùm tãdiu viuant. Vltimam certè reprimam. Quartam reclamantes etiam de morte, quòd ipsa non respiciat; id est, nõ retro aspiciat, & non recedat. Iuxta editionem quæ habet, *nõ est ligatus mortis*, vel *mortis eorum*, interpretatur Augustinus, & Hugo, ideo permitti peccatoribus pacem, & vt floreant in terra, quia certe illos mors & æterna manet, quæ nec declinat ab eis, nec ipsi declinare ab ea possunt. Inter Catholicos, quia peccatores in mortem eternam non declinant, nec de præsentia vigentur extremo, sed cum ea ad pœnitendum detur spatium vitæ, dili gens Ecclesia probantur augere.

Vltima verò lectio, quæ est *insanientes*, tradita ab Ambrosio, qui præcedentem reprehendit, quamuis ab hoc lego *insanientes* [illegible] & de damnatione interpretetur æterna. Sensum autem dicta esse, quòd per errores maximè impij se recte viuere putent, hoc est, quasi in alteram partem se conuertere, propter hæc gaudium, & se erigere ad certitudinem, & *elegere in mentes*, cum sint *eorum mors pessima*, quales in inferno sepulti diuites, qui vocat Abraham non totum se, sed tantùm erigebat, quod autem Christo commoriens, & cõsepultus, non solùm reclinetur, sed etiam resuscitetur; Cur itaque Iob, Dauid, sadde Lazarum me addecam? Quare præterea, *cum consurgam, iniquum me in memoria habuisti*, inhumanis pallidus fulgetra, mors rectorum, quæ mors eorum sanctorum reprehensa & horrenda.

Certum est mihi semper tueri vulgatam editionem nostram, quæ cum ex Græca Lxx. immediatè prodierit, oportet vt *respectum* vocabulum, cum eodem apte conueniat. Arbitror literaliorem sensum, vt significetur, sua illa pace atque potentia, nullum esse respectum eorum, aut in morte sua de morte sua, quia illam non timent, non cogitant, non prospiciunt, vt deberent, existimant, non recedant, aut remittant mortem, quod est *ἀναχωρεῖν*, quia illis horrendam non reddit, præsentem non timent, non appetendam dicunt animo, non admittunt quasi vocanti morti, quam nec attendunt vocantem, vel, secundum Chaldæum interpretem verbi Græci, non reflectunt caput ad id vel istum, non se obtemperant, aut conuertunt, & respiciunt in aliam partem, vt Deum dolentibus & angentibus morbi precibus. Et [illegible] Ezechias fecisse legitur, quia nullos expectant. Explicatur hoc loco per hæc præcipuus peccatorum, redditurque causa quare pronuncietur illos habere pacem, & recedere ea quæ quotidie cohibitat pax. Ad eam verò mentem commodè spectant alij illi dicendi modi, quòd mors non se auertat ab illis, quod Deus illos nec cor ipsa non respiciat, quòdve alij non respiciat aut morientes, aut morbum eos, sed quòd facile, placide, & prout lequitur de Iob audiemus, mortuntur in pace. Iuxta hanc interpretationem, versio Hieronymi, & alia omnes ex Hebræo, hoc vnum &

A & quasi fines doloris accipias (vtique eadem nomine מרים *chevalim* dicantur) finem autem quo quis veluti vinculo præpediatur, mortem legunt. Græcis expositoribus vtimur duos; ex Latinis, quæ sequuntur editionem vulgatam, prima & secunda; ex aliis quæ nomen *de hominum* retinent, secunda. Respectus nunquam legitur nutum sicut *ἀναχώρησις* aliquando; nec temere dici debet pro *despectu*, *respectum* irrepsisse, etiam si *de humano*, quæ in alia editione est, despectum indicet. Phrasis eadem occurrit alibi aliquoties, vt *respicere* dicatur *misereri ei*, vel *non respicere*, vel *non curare*, vel vocetur *locus respectus*. Sed Græca vox est *ἐπισκοπή*, aut *πρόνοια*. legi commentatio ibi etiam in librum Sapientiæ. Non autem est necessarium, *respectum* hoc loco, quod Sanctis, sed a respectu

B *Et plagæ eorum non sunt*. ‖ Hieronymus, *& non sunt castigati eorum*: quæ Symmachi est versio: *καὶ οὐκ εἰσὶ παιδευόμενοι αὐτῶν*. Alij *plaga eorum*, vel, *flagellum eorum*, vel, *percussio eorum*, vel, *plagarum integumenta eorum*, & *plagæ*, vel, *percussiones eorum*: Chaldæus, *& non sanitas plagarum eorum, & versum & pinguis & fortis est cor eorum*. Recepta idem significatione, ‖ negatio ex priore membro repetatur, quod plaga eorum, non est gratuita, nec diuturna, sed sana perstat vis, ac fortitudo, si non repetatur, quòd qui valent corporis robore, & nerui diuitiarum, incidentem plagam facile depellant, malique vim superent, quod perinde, atque qui porticus, aut palatia bene munita, & plena hominibus habent, animosque, qui tuentur hostes, ita illi vitium vetustam inertiæ perfectionem, si quod Græce exprimitur, & quæ actiue interpretantur, quod pigritia, qua alios afficiunt, est fortis ac velut murus, & sunt in nocendo potentes. Melior prior expositio, nata verò diuersitas ex textu Hebræo, quem non eadem omnes modo legerunt. Is namque habet וְבְרִיאָה אוּלָם *boni*, *suus*. nam בְּרִיאָה *ei* eadem valet, quod לוֹ, *ei*, vt sit vitiosa scriptio *mem*, מ, hoc est tertiam, id est, formatricem nominis; idem etiam, quod אוּלָם, *olam*, non perpetuum, vel *perpetuum*. Alij existimauerunt esse deductam literam finalem loco affixi pronominis pluralis, tertiæ personæ: legunt enim בְּרִיאָתָם *sanitates eorum*, vel forsitan ex אֵל *Deo*, quod ex eadem significatione nata vt sit *Deus*. Quidam vel certè ex בְּרִיאָה *bonum*, quod significat *creatura*, vel מְלִיאָה *creatura*, a מָלָא *implere*, vt, *plenitudo* cum affixo per literam ם *eorum* indicato. Penultima lenitum est Ricardi Cenomanensis. Aquilæ, pars ob affixum situm in probabilis, nec refert quod anima sit Græce pro spiritu, *ἀναπνοὴ τῆς ἀναπνοῆς αὐτῶν*, quod in Aquilam editione est, *πνοὴ αὐτῶν*. Vitiosa autem Lxx. apud procerò nomine בְּרִיאָה *boni*, quod significat *pinguem*, *nitidum*, *conspicuum*, *nitentem*, quasi dicas bene cretum aut recretum. Non est quod lybra de hoc membro afferam, præter ea quæ dicta, de præcedentibus, nec secundùm literalem, sine secundùm mysticum. Augustinus notat, humanæ est, perpetuò de reproborum flagella. Ambrosius, flagella à Deo post mortem præparata. Ita non regnum particulare non inhabet, poterunt repetere se à Lxx. hic intelligit de præsentibus flagellis. Et [illegible] quam attuat prius de toto loco [illegible] Ambrosij.

---

5 In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur:

a Sap. 10. Ne [illegible] Ecclesiast. 9. Nescit homo [illegible] *hoc est* [illegible] *ante illum*.

a de parad. ca. 14.

b psalm. 138.

c Ps. 33.

d Luc. 16.

e Ps. 40.

f Iob 3.

g 4 Reg. 20.

Sensus lect.

HÆc alia probatio vulgo existimatæ prosperitatis ac felicitatis impiorum, quòd quas homines pati pallim solent naturæ necessitates, secundum tamen, ut ita, frigus, æstum, fatigationem, labores in comparando victu, & ni genus alia, ab his fere liberi sunt, nec afficiuntur sicut alii diuersis calamitatibus, quæ interdū occurrunt, ac immittuntur a Deo & malorum plurimos, cuiusmodi sunt caritas, seu penuria, bellū pestis, popularē morbi, &c. denique communia etiam Reipublicæ onera destinant, & in aliorū humeros capitaq; reiectunt. Exitimo *homines* hic generaliter accipi, pro cōditione naturæ obnoxios multiplici necessitati, & ærūnæ, siue sint iusti, siue iniusti. Negatio etiā laboris, & flagellorum prius importat, quam præterfert, hoc est non tantum redarguendā, in qua quidam philosophi summam beatitudinis constituere: at, sed copiam quoque, & affluentiam externorum bonorum quæ afferunt voluptatē.

Quidā Enarratores asserunt, vt Cassiodorus, & alij, nec aut nū calamitat bus flagellis, & quod is bene vtantur, laborādo, vt per eas vera sibi felicitatem comparent, reprehendantq; volūtatē & amorem Dei, qui *negocia omnem ; unum, quem recipit* a; & quod sæpius contingat vt impios potiantur fortunæ bonis, ac rebus iucūdis, & quod susceptī pro bonis externis labores, nō hominū, ni est, ratione res æstimantiū, sed beatorum more vitæ istā censentium fiant, & quod qui *una nate* sine Christo adsit, non ea quæres, quæ prosint, aut placeāt, quæ prodant ad salutē, *vel certe* b verum profecto est. Sed generaliorē dixi esse propositionē ex vulgi potius opinione, deque illis, qui re ipsa non experiantur cōmunes labores, & miserias. Nam si rē exacte despiciamus, cōperiemus, si minùs externis, quāuis & hi aliquādo nō desint, certe internis laboribus & aegritudinibus dilūnum quemque deterqueri.

Proprīū ac peculiare animā hominum esse ait Euthymius, vt labores tollat ex, quod confirmari testimonio Iob c possit, dū ait, *homo laborem ad laborem natus est*. Vnde argumentari licet, mancum hominē esse, atque velut impiū, qui laborare detrectet, & ea cætera quadam fallentia, atque lenitate, qua peccantē, qui *laborem manuum suarum* d *manducat*, & *qui beatus est & bene sibi erit* e. Nemo ex omnibus filiis Adæ, inquit Bernardus f, sine labore hic vivit nemo sine dolore. Est qui declinat aliquos, sed incidit procul dubio in grauiores. *Labores eius mundum non sunt, & cum hominibus nō flagellabitur*. Non tamen continuo in labore non est, & cum hominibus non flagellātur; quòd nec laboris anxietatē nec flagelli tenuiorem, prout insensibiles, vehementiorem indicat passionis. Sed & pauper in opere suo, sed numquid nullus animi dolor intus, in ipsa sua cogitatione laborat? Aperit *ille os suum in ascitatione, aperit ille in cruciatione*: & interdum ille grauius latrōnis, quam ille medius, cruciatur, &c. Indulgentiam item & remissionem Dei, suspensionem plagarum & flagellorū, atque patientiam, cum non patiuntur, sed afficit etiam beneficiis, quibus deteriorem quempiā præuidet euasurum. Aegritudinem dicit pertinere ad obdurationem, sine indurationē, & tamen Dionysius h diuinæ iustitiæ docet esse non emollire optimorum virorum fortitudinem materialium donationibus. Videlicet credit eum modi emollitionē indurationē. Horū Paulus i Thessalonicenses ne quis eorū crederet in tribulationibus ipsis, eadem [illegible]

non pejus patiuntur. Obtemperat id Gregorius k. Liquet, ait Bernardus l eos, *qui in labore hominū non sunt*, & cū illis *non flagellantur*, nec dubium a Deo nec recipi.

In labore hominum non sunt.] Alii præterea & Ambrosius, Augustinus, Cassiodorus, *in labore ibus*, Græce, *ἐν κόποις*, qui etiā dolores denotant, esse & ad nomē hominis maledictione circa cultūrā terræ m. Hebræū nomen אָדָם *adam*, est singulare, ad etiā pro quo nomen *hominum* plurale & *ἀνθρώπων*, licet אָדָם *eos* significet *homines terrenos*, vt alias dixi. Aquila vertit, *ἀνθρώπου, in uncum*. Fortassis volunt dicere, nō esse exteris hominibus similes, ac tanquam vnum de medio vulgi, & de trunco, in labore non esse aliquem. & per hypallagen, laborem non esse in aliquo. Paraphrastes exponat, *labori eorum legi operum mandatorum, non cooperantur*; vel, vt reddit Nobilensis, *in labore suorum laborantium in lege non loquuntur*. Esset sensus, non compati labori, quem ferunt viri iusti, præsertim vt legem obtemperent, non loqui mentionem ve facere, aut curare de hac re; tot os occupari in eo, vt per fas ac nefas beatam & hilarem vitam transigant. Sed alter antea traditus sensus communior est. Nihil inferius hac felicitate. Ferre Diabolus non potuit arcam Dei apud Philisthæos esse, tum cum Deus tormēto impulit eos ad pœnas eorū n. Solos tamen Diabolus patienter aduersa tolerantes, quemadmodū solos quidam respondit Thebanus, eos ab Alexandro timeri, quod cæteris libertate donatis, soli detinerentur in seruitute. Si *pollet, vellet tollere Deum nobis, quem bene fecit quæri ab iis, quos occidit, & cruciat* o, & *in tabibus eos in tribulatione* p. Vel, serò tandem qui fugitant labores, antequā tempus cessare ab is volunt deprehendent, ac inuiti fatebuntur, *lassatos se hic fuisse in viis iniquitatis, & ambulasse vias difficiles* q. Qui in labore hominum non sunt, ait Bernardus r, in labore dæmonum profectō erūt; & erunt necessariō in labore dæmonū, qui cum hominibus non flagellari, in labore hominū non fuerant. Inuehitur etiam s in quosdam clericos, qui, cùm singula quæque genera hominū laboris aliquid, aliquid voluptatis habeant, solerti ac miro quodam artificio illa discernunt, & ab illorum sequestrantes, totum quod delectat, eligunt; quod molestum est, fugiunt & declinant. Inductione id ita esse demonstrat, & hāc Dauidis sententiam graue vocat cauterium ad inurendum latera.

De vario genere laboris boni malique, lege hoc loco Hugonem. Affinem priori Bernardi reperio apud Ambrosium t sententiam, dum scribit Iudam Iuam peccatum suum, & flagellatum esse; ac bonum nobis esse condemnari in peccato, & flagellari in delicto vt cum hominibus flagellemur. Cain, quia voluit crimen negare, indignum habeatum, qui puniretur in peccato, & accusatori diabolo esse accusationem reseruatam esse, vt cum eius angelis flagellemur, qui cum hominibus nolunt flagellari. Hoc est quod sequitur.

Et cū hominibus hic nō flagellabuntur.] Chaldæice, *& cū homines huius mundi non patiuntur mutationē, non vertentur*. Sed generaliorē docui sententiā esse, nō propterea reformam. Nam & *peccatores mundi* dicūtur *peccare*, *cognitione q.* verbū vtrumque, non de vitiis dumtaxat, sed etiā de inultis, quibus illos dicatur Deus flagellare tanquam *filios* u. Quæ ratio monet eos, qui de inflictis flagellis interpretantur hunc locum, quos iam dixi. Ambrosius v rursus vergens in hoc eundem sensum: scribens inter alia, quod non vult Deus esse communia sanctis

a 1 Mac. 1. 41. Esse omnes unius populi, & suas quisque leges abdicare.

c Gen. 3. 19

b Psal. 83. 8. Solos vincit Diabolus, patientes aduersa tolerantes. Sicut ait Thebanus dictum.

c Iob 7. 1. Militia est vita hominis super terram.

d Psal. 127. 2. Quia in labore manuum suarum non sunt, in labore dæmonum erunt. Infra. 129. 3. super. cant.

e Psal. 127. 2.

f Bern. in ad. Eccle. non sunt sicut ceteri homines. Ibid.

g de parad. c. 14.

Peccatum condemnari in peccare & flagellari in delicto.

h de diuin. nom. c. 8.

i 1 Thess. 3. 3.

k Greg. 28. de Iob. c. 12. Iuuenis in fortitudine corporis, & robore virtutis, ad tentationes grauiores, & ad certamina fortiora transmittitur.

l Bern. ut supra.

m Psal. 89. 3.

n Psal. 72. 5.

o Psal. 78. 6.

p Psal. 87. 8.

q Sap. 5. 7.

r Bern. ut supra.

s Psal. 89. 10.

t Ambr. lib. 1. de Cain & Abel. c. 6.

u Psal. 93. 12.

v Ambr. ut supra.

cum diabolo sueris consertum esse iudicij: diabolum enim & ministros eius, cum hominibus non flagellandos, separatim esse pœnam, vbi dissat & culpa: idcirco scriptum est, *Non consurget impius in iudicio, neque peccatores in concilio iustorum.* Psal. 1. Peccatores, quos miseratus Deus, citò castigat, vt non diuturnis afficiantur futuri expectatione iudicij, vt non prolixius misera reatus sorte macerentur. Confirmat ex iudicio quorundam reorum, & quia differatur iudicium quoque diaboli punitio timore perpetuo, nondum pœnis suis subiecti. Quod cum moderatione debet intelligi de pœnis accidentalibus, & de detrusione in carcerem perpetuum inferni post iudicij diem.

Quæ moderatio sæpe omnibus capienda est.

Nomen *hominum* hoc loco Hebraicè est singulare sed collectiuum, & appellatiuum אדם *Adam*; vilitatem imuens formati de limo, seu creta corporis, ac proinde obnoxij confractioni & contritioni. Allusio quoque potest esse ad primum hominem, qui, vt antè dixi, damnatus est *in sudore vultus vesci pane*[c], sic Zacharias ipse[d]. *Homo agricola ego sum, quoniam Adam exemplum meum ab adolescentia mea, dixit mihi dominus & iussit me operari agrum hominum.*

c Gen. 3. 19.

d c. 13. 5.

Vers. 6.]Ideo tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate & impietate sua.

TAnta illa rerum secundarum copia, pax, fortuna prosperans, felicitas insolentes facit, quasique tumentes, ac turgentes, & erecto incedentes collo reddit, perinde vt quibus torques colli strictus tenet toros, & quemadmodum totum vestis hominem tegit, ita & sua iniquos impios; toros inuolant inquinatas in proximum, contra Deum impietas, quo et à velari duplici vestimento se sperantes excusationes in peccatis, excusantiorum etiam notabiles præteritis videri volunt: semetipsos tuentur aduersus externa quælibet mala, propositentes sibi *tenuitatem* & vires suas *pro lege iustitiæ*[e]: sas putantes quod possunt *Deum non timere, & homines non reuereri*[f]: sapto viuentes, diteſcentes, sese splendidè componentes.

e Sapi. 2. 11. Luc. 18. 2.

Denotant quoque hæ formulæ, malitiæ magnitudinem, vimque tantam, vt necessitare quadam, quibus melle ceu manibus iniectis apprehendat stringatque, nec elabi sinat, vt ait Calliodorus, & per modum habitus, vt Lyranus, permaneat, & alteram quandam transeat naturam, &, vt ita dicam, [illegible] non viam alteramve occupet partem, de [illegible] sed animam totam, corpusque, sensus externos, &c. [illegible] ipsas rationalis animæ facultates; &, quod obiicit Augustinus, nec permittat, vt eo modo circumamictus tectúsq; videat, quia contemptum nutrit vel data securitas; nec vt videantur interiora eius, quia ibi miser est, qui felix putatur, & qui illius inspiceret interiora, videret trucem cõscientiam, qui animam cerneret, videret diuerberari tantis perturbationibus cupiditatum & timorũ. *Pariter* dicas, & *superbia dealbata*[g]; templũ *abominationibus plenum*[h], ostilia personata. Ludit eleganter Ambrosius in similitudine, vestimentum vocans iniquitatis malum quod si quis voluerit nobis tenere, remittere nos oportet; ab tunicam spiritalem auferre, remittere pallium iniquitatis, & sumere operimentum fidei atque patientiæ, quo se Dauid *operiebat vt vestimento*[k]; Ioseph sancta sobrietate[l]; Adã verò exuit sepulum[m], *vestitus ficulneis foliis male actionis*[n], quæ integumẽta sunt dolorũ[o].

f Psal. 35. 2. Rom. 3. 18.

g Matt. 23. 27. Act. 23. 3. Luc. 11. 39. & 12. 1.

h Matth. 5. 40.

i Psal. 68. 11. & 118. 70. Gen. 3. 10. & 18. 18. & 19. 31.

Luco tenuit eos superbia.] Hieronymus, *in eo sunt*

A *ad superbiam.* Alij, *vsque quo congregauit, aut, donec eos superbia*, seu *circumdet, aut circumamictat*, vel *operiat*, seu *onerauit.* Chaldæe, *coronauit.* In emẽdatis Græcis libris, διὰ τῦτο ἐκράτησεν αὐτὸν ἡ ὑπερηφανία: in alijs additur αὐτῶν ἐστι πλόκος, nullum enarratorẽ Græcum aperte video aliter legisse, quam sit in emẽdata editione, quãuis Theodoreto tribuat collector scholiorũ in bibliis Sixtina, Lxx. legisse ὡς στέφος. In Latino psalterio Romano, & apud Cassiodorũ, *ideo tenuit eos superbia eorum*: in Gallicano, *superbia eorum in finem.* Ambrosius & Augustinus, *circumdat eos superbia.* Posset quis opinari, Hieronymũ non legisse, vt nunc est ענקתמו *chanaq hmo*, à nomine ענק *chanak*, *torquere* quod esset, vt ita dicã, torquauit eos, torque ornauit, seu coronauit: vide ענקים *anacim* gigantes, quasi torque insignes, vel etiã absolute, figurata tamẽ locutione, onerauit, vt soleat onerari torque collũ sed ענקתמו *anaqatemo*, *circumdedit eos* ענק *anaq*, quod est *torquere.* Est iuxta verbũ quod nunc extat, *torquere* verti potuit, hoc est, *ita pinguescere, ac opimari*, vt adeps, de quo postea, sit instar torquis, ad eũ modum, quo legimus in Iob[a], *aperuit fores ventris eius, & abstulit lateribus eius axungia dependet.* Idem verò etiã Hieronymus, *tale quiddam de gigantibus*, expedit in Deuteronomio[b], quod est Hebraice קשה רעב ק תשב *ki tesab rab q tsahabah*, *cum sederis in vrbibus tuis*: & exponunt phrasim Hebraicã, *vexatio obsidionis*, vt *multitudo circumcingere.* Ergo *superbiã tenere*, esset onerare muneribus, & opibus, nutrire, ornare, coronare, circumdare. In acceptione autẽ oneris lateret egregia antithesis, quia intelligeretur depressio per superbiam ipsam, cuius videtur proprium, vt ait Apollinarius:

Anacim gigantes unde dicti.

a c. 15. 27.

Locus Deuteronomij explicatus.

b c. 20. 14.

σύνεσις ἔστιν ἔκπαλαι κατακεκυφέναι,

Iuxta quem ab antiquis depressi fuerunt.

Similes illæ phrases, cùm dicimus *angustiis teneri aliquem*[c], *cauea*, & *carcere*[d], *fame*[e], *morbo*[f], *vinculo*[g]. Præterea quod aliter dicimus obligari, vel astringi debito aliquo, dicimur *teneri*[h], *teneri* & *teneri obligatum*[i], quidicẽdi modi prophanis quoque scriptoribus sunt communes: quæ vsurpant *teneor me deposterum tenere & facere*, quo eo quod est, valde ac vehemẽter desidero. Sic ingeniosè æstimare possumus, quod *superbia teneri* dicatur quia vehementissimè addicti sint superbiæ, & hæc eorum dominata est; teneve superbos superbiæ diabolus, omnium quidem sed vitij superbiæ præsertim auctor, cuius durissima & inquieta seruitus est.

Similes phrases Virgilianæ
c 1 Reg. 1. 9. & 2 Reg. 4. 9. & 6. 7. & 18. 6. & 24. 13. Isai. 49. 24.
d Gen. 42. 16. & 43. 5. & 44. 17. & 47. 14. & 50. 25. Exod. 22. 26.

Sunt quoque tropologiæ vtiles alij modi, quos [illegible] notatione, & in paraphrasi, attulimus. Donec [illegible] quit Origenes[k], *ex laboribus hominũ non ex* [illegible] *superbia* paulò pòst profitet. *Flagellatur, tenuit eum* verberatus efficitur, dicẽs prius, *nescire melior*q; nũ, postea petens orari pro se, dignumq; Dei esse in virtute signorũ, cõfidens confessãtibus Magis.

k hom. 3. in Exo.

Operti sunt iniquitate, & impietate sua.] Hieronymus, *circumdederunt iniquitatem sibi.* Alij, *induunt se quasi vestimento violentia*, id est, aut iniquitate, seu violentia, tanquã veste, aut veste, per vim & iniquitatẽ parta vel, *operiet*, sine *iocabuntur se vestibus prædam sibi*, vel, *violentia* [illegible] *amicti sunt quasi vestimento, femoralibus, femur, pudendis, sibi.* Iuxta Hebræam, phrasim priore quidem membro, videtur immo caput ornatũ superbia per hoc autem corpus reliquum tectum violentia, aut caligis, seu femoralibus partes corporis, quæ ibis tanquã honore circũdantur, vt loquitur Apostolus[m], & in

l Forte R. Abraham R. Dauid.

m 1 Cor. 12. 23.

quibus homines vanã ornatum curiosè conquirant: tantaque ipsas partes pingues reddãt cõfo adipe, nimiaque pinguedine. Ita est Hebraice, יָשְׁעוּ שֹׁת חֵמֶס לִבָּמוֹ *dilatarunt sub cleamat latus*, *circumdedit*, aut *circumambit*, seu *cooperiet quelibet eorum ornamentum, seu vestium sibi*, quod significat שׁית *sith*, vel *nates*, quas שׁת *seeth*, a ponendo, quod est שׁוה *sitah*, quoniam, ea parte ponitur homo sedendo. Honestius tem eandem explicarunt Lxx. proque vnica voce חֵמֶס *hamas*, quæ valet *violentiam*, *rapinam*, *vim apertam*, duas posuerunt, ἀδικίαν, & ἀνομίαν, contra homines Deumque. Et quis est an sicut præcedenti hæc quoque adiecta est quasi coronas cuiusdam, ita hæc illi quasi vestis ornatus. Iniqui corporis, præsertim secundum eam partem, quæ illi magis seruit, & cui vt inseruiatur, violatum omne ius diuinum humanumque? Apostolus de sola luxuria meminit, appositò ei epitheto.

ὧν τὸ τέλος ἐν φθορᾷ ἐστιν, ὧν ὁ θεὸς ἡ κοιλία: *Et cuius finis interitus, quorum Deus venter.*

Non admitto Agellij cõiecturã, legisse Lxx. pro שׁית *seeth* שׁד *sod*, cuius hoc significat vastationem, direptionem, prædam, &c Chaldaicè, *corona quam imposuerunt capiti suo, ac rapinæ illorum ei*. Ambrosius legit, *cooperti sunt*. Augustin. vim Græci verbi περιέχονται, inclusa expressit, per *circumdati*: quo declaratur adeo magna improbitas, vt nihil in quod non eam prodat, & manifestet, nulla veluti munita impietate pars, nulla actio, tecto vallus, aut corporis habitus gestusve. Habitus boni malique ita nominantur, quasi vestimenta animam, & inducmur *spiritu bonitatis vestem bonam*, vt *induamur nouum*, & ipsummet Iesum Christum, cum armis lucis, *confestim in gratiæ*, lenitate, charitate, &c. Tam difficilis est morum expolitio tam bituum, vt cõfecti potius debeat excoriatio, & mortificatio vetustatis, cui secundum legem extra hi pellis debet. Certe, quoad viuimus strictã carni ineam veltem adhærere operæ, vt quam purissime rebus de terra ortis vtamur: vestimenta alia catenulis, aut vittis colligari, vt non nisi necessitatis, vel caritatis colligati vinculo, ea vtar pemus.

Vers. 7.] Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum: transierunt in affectum cordis.

DOcet non extrinsecam duntaxat iniquitatem esse, qualisque ei cõiectum debeat fumorum, non lenem, quæ, sed opulentam, cumpolluted. vt ita dicã, vnde valeat expiari: proque tumore redundante exiguitatis, ac tenuiori prius meditatam, ita vt qui quid animo conceperint & affectauerint, re ipsa consequantur, & in opus dedicent; immo etiam vincat expectationem desideriumque euentus prosperæ fortunæ, præterea, vt non obiter, sed cum affectu sustinique magno exequantur præconcupitam iniquitatem magna contentione, & ex habitu, [illegible] opera exerceant. Exaggeratur peccatum exemplo quòd quis per ingrauitudinem abstinuerit diuinas beneficentias ad percipiendum, & *incestatus, immundus, detestandus deceperit Deum fallerem*, & beneficentem *fauum*, quod *magnificatus & auctus, exaltatus, & impinguatus præterea se muneri Dei posset*: quod *non comederit & futuræ se [illegible]*

pinguatus, & abundauerit delicijs in bonitate Dei magni; prouocet eum ad vindictam, & recedat ab eo, & permittat legem eius post tergum suum, & peccata sua occultet. Et ferunt *Sodomæ vrbem* ob hoc *superbam* & otio fluentem, quo comprehenderat luxuria, *panitatis panis & immunditiæ, & manum egentis & pauperis non porrexisse* (quod mihi spiritalitatem & beatitudinem in exteros videat.)

Et venit quasi ex adipe iniquitas eorum.] Hieronymus meliùs errare qui legant *prouidit*, quia Græce est, ἐξεπήδησεν, non ἐξεπορεύθη; quo modo tamen extat in bibliis Complut. & Regijs. Idem vertit, *vox eorum quasi per pinguedinem eius coquo modo* Symmachus, ἐφθέγξατο ἀπὸ λιπαρίας & δι' ἀκροχολίας ἐξεπήδησεν) *sonat*. Chaldæus, *mutata est sub pinguedine in iniquitatem vultum eorum*: vt scilicet vix agnoscantur præ pinguedine. Alij ex Hebræo, יָצָא כַחֵלֶב עֵינִימוֹ *exiit incrassatum cor eorum, egressus est vterque oculus præ adipe*. id est, prominent eis oculi præ pinguedine. Sub qua metaphora significatur affectorum tanta, vt multum superet ac redundet. Ita quoque vulgo dicunt, *crepuit oculi mihi præ bono tempore*; *ego crepo oculis præ bono*, &c. meralitas sunt eidẽ oculi, nimirum cum elatus felicitate, nec aspectu alium dignatur, prodit ex oculis malitia. Videlis et cum cauati soleãt aliquantulum esse oculi ad cernendum commodius acutiusque, pinguedo adeò excrescere posset, vt exæquari videantur genis, ac supra etiã extare, protrudique extra orbes suos, & vix apparcant, & egredi, aut decidisse centũtum, aut etiam diffluisse ad res, quas vident, concupiscendas, ac veluti hauriendas, aut fere prodere plenos anaritia luxuriaque, immũdos, ira, &c. aut, quod tritus habet etiam termo, impinguari videantur oculi, tenaque improborum facies, inque agendo. Pollet eõdem vtcunque parœmia

---

a Hic & 9. de fide c. 2.

b Coloss. 3. 9. 10.

Matthæus expo

Terentius loco.

c Deut. 31. 29.

d Ierem. 9. 7. 8.

A

B

C

D

E

e Psal. 55. 16.

f Theocr. in Amarylli &c. g Plaut.

h Iudic. 3. 17.

i Marcus Cato apud Gellium lib. 7. c. 12. & Aconitum. Plin. lib. 27. c. 8. Athen. lib. 2. c. 6. Contra obscœnos & pingues macilenti, & gracilenta multæ contra mulieres Gellius lib. 7. c. 12.

k Alex. ab Alexandro & Ioan. Meursius Athenæi Dipnosophistarum memorat Gent.

l epist. 2 ad Nepotianum contra Tritheitas.

m Varro 2 rerustic. 5.

n Ioan. 1. 14.

o Ioan. 1. 14.

non nego, cui cum natura ipsa creuit adeps, licet patrimonia, ac tormento etiam curari minuique possit, vt de Nicomacho Smyrnæo Galenus [a], Rodericus [b] Toletanus de Sancio primo Asturum rege, de Dionysio Heracleote tyranno scribit Ælianus [c], & de religiosissimo Francisco Borgia ordinis nostri Præposito Generali tertio adhuc pene recens memoria est. Attamen si luxuriando exuberet immodicè caro, ac immodica sagina exerescat, & ex iniquitate prodeat, prodibit denuo facile inde iniquitas, nisi temperantia sese quis castiget. arbitror verò, quod antea innui, figuratum dicendi modum hunc esse, pro effundente sese, ob affluentem quasi segetem ipsius iniquitatem. Legendo autem *oculos*, vel *aspectū*, non improbabilis explanatio R. Esaiæ Tranensis, eorum aspectum, ac vultum resultasse pulcrum, & iucundum propter copiam pinguedinis. Ad id etiam respexisse potuit Dauid, quod accidit vnctis oleo, vel butyro, currus rotis, vt facilè tunc etiam onustus procedat currus. nam [d] *præcordia fatui, quasi rota carri.* Suspicabar & ipse priùs, quod Ricardum Cenomanum obseruasse deprehendi, legisse Lxx. non עֵינֵימוֹ *hhaineimo*, *oculi eorum*, sed עֲוֹנֵימוֹ *hhauneimo*, *iniquitas eorum*. Hoc melius quam quod Genebrardus ait, censuisse idem pollere hæc duo. Lege quæ dixi psal. 16. [e] *adipem suum concluserunt*. & psalm. 62. [f] *sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea.* Comparat istos pingues Augustinus hoc loco cum tauro deuoto victimæ [g]: dicit etiam damnandos quidem macie malos, & necessitate quadam improbos, quia ferenda magis omnis necessitas, quàm perpetranda aliqua iniquitas: tamen multo damnandum magis diuitem, qui abundans rebus tantis, diripiat res alienas, nec ferat corripientem, sed indicat inimicitias. eoque eodem adipe iniquitatē in ipsum effundat, vel cum Dei respondeat contemptu. Hic ille est de quo Iob [h]: *Contra omnipotentem roboratus est, cucurrit aduersus eum erecto collo, & pinguis cernice armatus est*; quia rebus temporalibus armatus inquit Gregorius [i], contra præcepta veritatis, quasi de magnitudine carnis erigitur. Extat Sidonij Apollinaris [k] epistola elegantiæ admirabilis, in qua paralitū describit inter cætera, ab aruina, & pinguedine immensa. Inferat sibi dies *mortemque vermiculatam* [l], ne *sublime sapiat* [m], sed vermiculorum cælatis moueatur imaginibus ad deprimendam superbiam, & deponendam iniquitatem, & abiiciendum *Deum ventrem suum, gloriamque in confusione* [n], id est, in re pudenda, vt explicat Hieronymus [o]. Caueat abusum opum, quæ facilè inducunt obliuionem Dei, & alias iniquitatis species, quas enumerat Hugo. *Viscera plena adipe* [p] gignūt iniquitatē, sicut enim ex abundanti cibo adeps, ait Gregorius [q], ita ex abundantia rerum, superbia nascitur, quę impinguat mentem diuitis, dum eleuatur animus superbientis; superbia quippe cordis, quasi quædā pinguedo est crassitudinis. Vnde quia plerique ex abundantia peccata perpetrant, per prophetam dicitur, *prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum.* Diuites cur sint contumelioſi, contumaces, delicati, arrogantes, & peiores aliis, causas tradit Aristoteles [r]. Consentit Plato [s] Thucydides [t], Cicero [u], Terentius [x], Cæsar [y] & alij.

Transierunt in affectum cordis.] Hieronymus, *trāsierunt cogitationes cordis.* Alij eodem ferè modo ex Hebræo synonymè, & in tempore præsenti, *transgrediuntur speculationes*, vel *præsentiæ cordis* עָבְרוּ מַשְׂכִּיּוֹת לֵבָב *hhauerū maschioth leuav.* Et sensus est plura recepisse à Deo, quam optarant, vel cogitarant. Sed nil opus opinari lectum מַחְשָׁבוֹת *machsceuoth*, quod significat *cogitationes.* Aliqui tamen etiam iuxta Hebræam phrasin, quæ nunc est, *declarant*, plus cogitauisse, quàm par sit homines cogitare, longius cogitando processisse animo speque mundum totum, ac plures etiā, vt de Alexandro proditur [a], deuorasse, delineasse, ac finxisse apud animum suum nescio quas imagines, & picturas, quas denotat nomē מַשְׂכִּיּוֹת *maschioth* à singulari מַשְׂכִּית *maschith*, vnde forsan *larua* nomē, *mascara* idiomate Italico, & Hispanico; Gallico *masque*, castra, vt dicere solemus, in aere fabricasse, atque, vt ait ille [b], dum vitant humū, nubes & inania captasse; res nouas & omnino inusitas excogitauisse. Græcè est, *διαβαίνουσιν εἰς διάνοιαν καρδίας*, Symmachus reddidit, *παρέδραμον τὰ φαινόμενα τῆ καρδίᾳ*, *præterierunt quæ apparent cordi*, id est, cogitationes visitatas cordi humano, & quas cor ordinariè suggerit aliis. Secundum priorem translationem Lxx. legimus in Psalterio Romano, & Gallicano, apud quos Ambrosiū [c], Augustinum, Cassiodorum, Gregorium [d], *transierunt in dispositionem cordis*, quam ferè *διάθεσιν*, & significat *affectum circa aliquid*, & fixam veluti quę habitualem propensionem, aliter vocatam ἕξιν ἢ ἕξιν. Habitum malum Athanasius, Euthymius, Nicephorus interpretantur.

Basilius, ac Theodoretus, licentiam & securitatem malè agendi: Apollinarius, veluti contrectationem sedulam curarum animi, circa opes nimirum aggerendas, & concupitis potiundum: ἐπῆλθον ἁψαμένοις ἐν μελετήμασι δυμῶ. *Prodibant contrectantes sui curas animi.*

Vno verbo, quicquid subibat animo & libebat, executioni mandabant, vt exponit etiam Beda. Aug. *transitum in dispositionem cordis*, exponit de diuitibus, qui transiliunt superba cogitatione, iudicióque & desiderio, viam omni communem homini, metas humani generis excesserunt, homines se pares cæteris non putauerunt, tumore ac typho eleuati sunt. Illustrat collatione inter diuitem epulonem, & pauperem vlcerosum [e].

Hieronymus *transitum* notat à Dei voluntate ad faciendam propriam: Cassiodorus, a rectis semitis veritatis, vt rationabiles homines forte tetterrima idolis seruirent, quod applicari ad *ventrem* potest aliquorum hominum *Deum* [f], & ad auaritiam, quæ vocatur *idolorum seruitus* [g]. Ambrosius, lapsum in errorem nō fortuitum, sed ex consilio & dispositione. Bernardus [h], cùm cuipiā ipsa complacet malitia, etiam nulla spe alterius commodi blandiente. *Transeunt* præterea *in affectum cordis*, qui quod volunt, & inordinatus eis suggerit affectus, impotenter efficere, conantur; æstuantes nimio zelo, etiam secundum speciem bonū, non ex ordinatione caritatis, nec ex caritate; de qua re idem Bernardus [i] præcipit egregiè. Item *transeunt in dispositionem cordis*, qui diuina, tum iudicia, tum mysteria, ex sui cordis æstimāt dispositione. Id Ambrosius [k] torquet in Arianos, qui Dei filio scientiam derogare non perhorrescebant, cùm nec dispositioni sit subiectus Deus, nec ordini, & ex similitudine humanæ naturæ dispositionem sibi nemo debeat cælestis arcani. Ad hæc *transire* censentur *in affectum cordis*, qui affectui & concupiscentiæ consentiunt, ita vt *concupiscentia concipiens pariat peccatū, & hoc quidem*

a lib. de differ. morbo. c. 9
b 5. rerum Hispan. c. 10.
Exempla eorum qui natum cum natura adipem curarunt, vel incuriarunt.
c 9. var. histo.

d Eccl. 33. 5.

e vers. 10.
f vers. 6.

g Prou. 7. 7. b. 23. 14. 6.
Damnandus quo ex necessitate fit improbus: sed multo magis damnandus abundans, diripiat res alienas.

h cap. 16.

i 12. mor. c. 22.

k lib. 3. ni. 13.

l Cant. 1. n. m. 2. Tim. 6. 17.

n Philip. 2. 19
o epist. 128.

Abusus opum quamplures ea vrodat.
p Iob 15. 24. q 15. mor. cap. 25. vel 33.

r 3. Rhet. c. 16. s 9. Hesiod. t lib. 3. & 6. u pro Sextio. & Verres. Agra. x Hecyra. act. 3. scen. 1. y 5. de bell. Gal.

a Seneca epist. 91 & 114 & 120. & lib. 1. de benef. c. 13. lib. 6. quæst. c. 23. & Arrian. Curtius, Iustinus. Alij plures apud Iosephū Stephanum ad 1. Machab. c. 2. vers. 1. Maique *Gallicum vnde potest eorum habere.*
b Horat. de art. poet.

c hic & 5. de fide c. 7. c. 14. Mor. cap. 1. vel 22. Διαθέσεις.

d hic & 5. de fide c. 7.

e Lucæ 16. 20.

f Philip. 3. 19.
g Gal. 5. 20.

h serm. 85. in cant.

i serm. 49. in cant.

k 5. de fide c. 7.

consummatum fuerit, generet mortem [a], *& videntes, verbi gratia, mulierem, ad concupiscendam eam, tam nocchantur eam in corde suo* [b], *& post concupiscentiæ suæ* [c] *eunt*, faciunt vias suas, & *miserunt voluntates eorum*, vt loquantur & faciant quæ volunt [d]. Denique transeunt in affectum cordis, qui sese trāsmurant, ac transformant totos in affectus carnales, & bestiales, ita vt cor feræ illis, quemadmodū Nabuchodonosori, esse videatur [e]. Hos Paulus [f] vocat *desperantes*, & *semetipsos tradentes impudicitiæ in operationem omnis immunditiæ*. Pro *desperātes* Græce ἀπαλγηκότες, Hieronymus interpretatur *indolentes* aut *indolorios*, hoc est, absque dolore ac remorsu peccantes, & qui non sentientes ruinam suam; ferantur in profluium, & tanquam bestiæ ferrum videntes, in mortem ruunt, *desperantes* enim dicit ἀπαθεῖς, & illos alios esse qui in vitio deprehensi delectentur, & non solum non doleant, verum etiam glorientur, & putent se quandam turpitudinum palmā & victoriā consecutos.

a Dan 3.10.
b 1.Mach. 6. 16.
c Actuum 12. 20.
d Iob 1.21.
e Dan. 4.13.
f Ephes 4.19.

Vers. 8.] Cogitauerunt, & locuti sunt nequitiam: iniquitatem in excelso locuti sunt.

Vers. 9.] Posuerunt in cœlum os suum: & lingua eorum transiuit in terra.

ARgumētum, quòd reneat diuites improbos superbia, quòd operti sint toti iniquitate, & impietate, quòd pro facultate copiáve rerum quas habent, inique agant, quòd faciā: quicquid eorum dictat & instigat affectus, horum, inquā, argumentum omnium probatioque satis euidēs est, quoniam non verentur quæcumque veniant in mentem, libere ac licenter eloqui, cúmque sui similibus communicare, atque tractare, vt consiliorum malorum sibi socios & adiutores adiungant; nec pudet de loco etiam superiore palam publicéque & elato animo vultúque, cōceptam ac etiam commissam eulgare iniquitatem; imo contra excelsum & altissimum Deum ipsum blasphemare, neque cælestibus aliis superisve, neque inferis parcendo; sed os maledicū, ac venenatam in verosuis linguam exerendo, atque euacuando; vel obliti se linguam vilem, carneam, terream, & in terra ipsa morantes, habere, non dubitant aduersus sublimem Deum verba proferre, persuadent sibi, quæ dicant ipsi, cælestia esse, ac tanquam oracula, & effata diuina, rata, atque immutabilia humillimi terrigenæ: audent & de cœlo numen deturbare, & eiusdem quoque de rebus inferioribus prouidentiam superbissimo & insipientissimo suo sermone auferre: non timent de cælestibus diuinisque pro arbitrio censere, ac de Deo terrena nugari, iudicia incerta ex cœlis & astris ferre, atque his terræ incolas dementare, transilire cogitatione & oratione terrena omnia, quasi essent his superiores, nec in terram vmquam conuertendi per mortem.

Complexus sum conflauíque in vnum multa, quæ commodè venire in vnius compositionem valeant, sed præcipuum tenet locum effrænata improborum maledicentia in Deum, hominésque. Pharaonis [g], Sennacherib [h], Nabuchodonosor [a], Antiochi [b], Herodis [c] & similium notissimæ notatissimæque blasphemiæ & in Deum ac homines contemptus, ita vt negarent Deum vllum esse qui suis obniti consiliis conatibusque posset, & negarent se nosse Dominum, vel *omnipotentem* [a].

g Exod. 5.2.
h 4.reg. 18.13

Cogitauerunt.] Hieronymus, *irriserunt*. Alij, *dissoluunt*, aut *dissolauerunt*, *liquefaciunt*, aut *liquefecerunt*, *contabescere facunt*, aut *fecerunt*, nimirū verbis suis alios alioqui bonos; adeo sunt formidādi terribilesque; & alios contumunt loquendo de dolo ac fraude, (inquit R. Efaias Tranensis,) vel, neutraliter; *defluunt*, hoc est, lasciuiunt supra modum in superbiam, vt se obliuiscantur esse homines, vt cæteros præ se despiciant & irrideant, vt Hieronymus videtur intellexisse. Nā *calumnia* [c] (& irritio) *conturbat sapientē, & perdet robur cordis illius*. Treuetus tamen exponit Hieronymi versionem de irriso Deo: Ricardus Cenomanus, de iis quos illi viderunt moribus suis contrarios. Alij, *sordem eis omnia*, scilicet præter ea quæ sentiunt & loquuntur. Quidam, *defluerunt se ipsis*, nempe in omnes cogitationes, torquent se variis modis, tabescunt commentatione desiderióque malè agendi, & hoc sibi voluerunt Lxx. per τὰ διανοήματα. Etenim *frequens meditatio, carnis afflictio est* [f]. Sic verò, quamuis antea dixisset, pingues & oppletos pinguedine, nec in labore flagellisque cæterorum esse, sed compotes affectus cupiditatisque suæ; nihilominus indicat non deesse molestas cogitationes, & curas, quibus magis magisque infinitæ illi cupiditati suæ satisfaciant. Chaldaice, *liquefient pra humore*: vel iuxta versionem Nebiensis, *propter pinguedinem*. Hebræum verbum est יסיקו *iamiku* significās *dissoluere, liquefacere, tabescere*, atque per metalepsim fœtere, sicut & מסך *mak_k*. Huic notioni cōuenit ea sententia: *Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis* [g]. Inde sermones tales, quos indicat verbum sequēs, *& locuti sunt*, ita vt dilleminauisse & diffudisse intelligantur putorem & corruptelam cordis sui. Non est Agellij coniectura cōtemnēda, legisse Lxx. adiecta litera (ע) יעמיקו *iahhamiku*, *profundum fecerunt*; seu *facient*, sumpto futuro, pro præterito, nempe consilium; sicut apud Esaiam [h], *Væ qui profunde estis corde, vt à Domino abscondatis consilium*; *quorum sunt in tenebris opera, & dicunt quis videt nos? & quis nouit nos?* Quasi Dauid velit significare, istos non raptim, & inconsultò, sed cum præmeditatione, consideratione, summo studio, vt Euthymius Græcique cæteri notant, & nonnulli ex Latinis, cuncta egisse, ita vt inducerent in animum ne Deo quidem ipsi perspectas esse huiusmodi cogitationes & consilia.

a Dan 3.10.
b 1.Mach. 6. 16.
c Actuum 12. 20.
e Eccl.7.8.
f c.12.22.
g Ps.13.1.
h c.29.15.

Et locuti sunt nequitiam.] Gregorius [i], *nequitias*. Hieronymus, *in malitia*, quo pacto etiam est Hebraice ברע *berahh*, & Græcè, ἐν πονηρίᾳ. Chaldaicè, *vt noceant*. Augustinus, & psalterii vetus, *malignitatem*. Alij, *malitiose*: posseteque coniungi cum eo quod sequitur, *loquuti sunt in malignitate*, seu *in malitia*, & malitiosè iniquitatem, aut calumniā, aut oppressionem, aut occupationem alienorum bonorum, vt liberè, audacter, impudenter sibi dicant licere capere quicquid velint. Simplex sensus, quòd cogitatam *locuti sunt nequitiam*, & quòd, vt canit Apollinarius,

i 34.Mor.c.18. vel 22.

τύπτειν ἐρεαίνουσιν ἀδίκως με δίχοντο.
Pectoribus cogitantes iniqua loquebantur.

Fortassis autē intelligit de sermone iniquo aduer-

sus

sus proximum innocentem, sicut in psal. 30. [a] *mutta fiant labia adusta, quæ loquuntur aduersus iustum, in superbia, & in abusione.* Obseruat Hugo in his sequentibusque verbis quinque genera, seu modos peccandi; peccatum cordis in verbo, *cogitauerunt in corde suo, locuti sunt*: læsæ maiestatis, ac blasphemiæ, *in excelso*: temeritatis, *posuerunt in cælum os suum*: detractionis, *lingua eorum transiuit in terra.* Aliquanus exemplis demonstrat *nequitiam* de quolibet ex septem peccatis mortalibus dici; at non eodem vbique respondent voces Hebraeæ & Graecæ.

Iniquitatem in excelso locuti sunt.]Ambrosius [b], *in excelsum*: Hieronymus, *calumniam de excelso loquentes.* Alij iungentes primum nomen עשק *bosseck* priori membro, vt ante monui, supplentesque particulam, *immo*, vertunt, *immo de excelso loquuntur*, quod tripliciter exponi potest de Deo, qui dicatur abstracte ipsa celsitudo, & τὸ ὑψος, vt placet Euthymio ac Nicephoro, Apollinario, qui sic ait:

ὑπερήφανον ὕψος ὑπερβολὴν ἔβαλλον:

Pernicioſis aliſſimum conuiciis feriebant.

præterea Treueto, Lyrano, Glossiæ, Hieronymo, qui ad Iudæos, aut hæreticos applicat, Aiguano, Brunoni Herbipolensi, Osorio, Gregorio [c], Cassiodoro & aliis, necnon R. Esaiæ Tranensi, ita vt blasphemeetur Deus, quasi vel non sit excelsus, id est super ipsos, vel non habeat prouidentiam, quod est *loqui aduersus Deum iniquitatem* [d], peccare & mentiri contra Dominum, *loquique calumniam & transgressionem* [e]. Alter modus est, vt sint locuti excelso seu superbo corde, tàquam superiores, & nō ex communi sorte aliorum, sic Paraphrastes, *& ad tyrannidem de celsitudine cordis sui loquuntur.* Haimo explicat, *in superbia sua.* Tertius, locuti sunt de excelso loco & edito, alta & contenta voce (qui potest haberi quartus modus) ita vt exaudiri vellent, & existimari pro imperio ac potestate loqui. Oritur hic ex priore modis, & placet Augustino, qui legit, *in altum.* Graecè, εἰς τὸ ὑψος, & explicat locutos clarè, audientibus omnibus, superbe, quasi diceret quispiam eorum, ego facio, ego ostendo, senties cum quo habes (sic vulgo Itali, *con chi'hai*) viuere te non finxim. Remigius publicam gloriationem de nequitia interpretatur, & quasi ex *cathedra pestilentiæ* [f]. Contentit Rufinus in audaci, claro, aperto sermone: Beda, Bruno, ac Dionysius, Carthusiani, Hugo, in publico, seu manifesto, ad similitudinem illius, inquit Bruno, qui in altum locum ascendit, vt vox eius omnibus, in circuitu existentibus manifesta sit, quod Hugo *pulpitum* vocat. Placet magis vltimus sensus, quia conuenit magis Hebraeo nomini cum præpositione מִמְּרוֹם *mimmarom*, & vulgatæ editioni *de excelso*, non enim est idem, quod contra excelsum, siue cœlum, siue cœli præsidem Deum, sed quasi ex loco superiore, aut ex altitudine, siue præ altitudine non tantùm loci, & vocis, quæ fortasse literalibus denotantur, sed etiam potentiæ vel superbiæ. Nec memini vel מרום *marom*, vel ὑψος vsurpatum pro Deo. Quod versu 11. dicitur, *si est scientia in excelso*, Hebraico nomine עליון *hhelion*, & Graeco ὑψιστος, docuit approbant quoque hanc expositionem Iustinus & Genebrardus. Quod Iustinus declarat *locutos iniquitatem*, quæ vox ferretur & clamet in excelso, cum Graeca phrasi, εἰς τὸ ὑψος, *in altum*, conferre potest, qua motus in locum significatur, non item cum Hebraea מרום *mimmarom*, *de excelso*, nisi dicas cùm illuc peruenerit, illic clamare. Sed quæ dici solent *clamantia in cœlum peccata* intelliguntur hunc illuc vsque clamantia.

Denique simplicior sensus tertius, quasi dicas illos *peccatum suum sicut Sodomam prædicasse*, & *non abscondisse* [a]. De superbia verò Gregorius [b] locum istum optimè declarat, cum in antithesi quam statuit inter Christum & inter Leuiathan, *regem superborum* [c], ait quòd Leuiathã nihil aliud mentes sibi subditas docet, quàm celsitudinis culmen appetere, cuncta æqualia mentis tumore transcendere, societatem omnium hominum alta elatione transire, ac sese & contra potentiam conditoris erigere.

Posuerunt in cœlum os suum.] Hieronymus in Esaiam [d], *posuerunt in excelsum os suum.* Symmachus, ἐπ' αὐτὸν διέστησαν. Paraphrastes, *in sanctos* aut *sanctos cœlorum.* De Deo passim reliqui explanant, de quo impij blasphement *sermones contra excelsum loquendo* [e], vt vel negent esse, vel prouidentiam habere, vel obstare conatibus eorum posse. Scripturæ idiotismus videtur, *ponere os in aliquid*, pro eo quod est de eo loqui; *ponere verba*, vel *sermones in ore cuiusquam* [f]; dictare ac suggerere, quæ loquatur, *ponere in corde* [g], meditari, seriòque cogitare. Requirunt autem adiuncta, vt hoc loco in deteriorem partem accipiatur. Vulgaris quoque lingua eundem sic vsurpat dicendi modum, vt *ponere os* significet temere, contemptim, indignè de re aliqua loqui. *Cœlum* præterea sumitur interdum pro Deo, vt aliàs docui, suntque non pauca exempla [h]: & quod exprimitur, *in conspectu Dei cœli*, Graecè tantùm est aliquando, ἐναντίον τοῦ οὐρανοῦ [i].

Puto satis literaliter intelligi posse, *ponere in cœlum os*, ferè synonymum esse cum eo, quod antè dictum est, *in excelso loqui*, iuxta vltimum ibi allatum sensum, id est altè & publicè. Etenim [k], *mutes locutus est*, ait Sapiens, *& omnes tacuerunt, & verbum illius vsque ad nubes perducent.* Hoc ipsemet diues per se efficere nititur. Etiam in inferno diues epulo in lingua peculiariter punitus cohibere linguam nequiuit, & præscribere voluit modum prædicandi, ac docendi viuentes [l]. E contrario *ponere in puluere os* [m], est, suppressa loqui voce, abiectè, humiliter, ac se *puluerem* nominando, non se in cœlum extollendo; sic se Abraham coram Deo *terram* appellabat, & *cinerem* [n]. Ambrosius explicat hãc phrasim, per illam aliam de Prodigo, qui se *peccasse* dicebat *in cœlum*, & *coram patre.* Docet etiam id eis conuenire, qui sibi criminum auctores, natiuitatibus putant quadam necessitate deferri, nec cœlo, nec terris parcentes, vt cursu quodam stellarum arbitrentur vitam hominis gubernari, nihil prouidentiæ, nihil bonis moribus derelinquentes. Meminit Euthymius de hac expositione, qua carpi vult nimis curiosè stellas, & astra contemplantes, sicut & de philosophis, perperam de Deo loquentibus. Placuit id Treueto. Vsurpat Leo Papa IX eandem sententiam contra Michaelem Constantinopolitanum, & Leonem Acridanum Episcopos [o], qui circa ritum azymorum, non verebantur Latinam Ecclesiam reprehendere, humanisque argumentationibus, & coniecturis antiquam fidem confodere, ac subuertere. Eodem pacto attribuit idem hæreticis & Iudæis Hieronymus [p], & Gregentius in disputatione cum Herbano Iudæo [q], iisdem Iudæis Deo maledi-

a vers. 19.

Hugonis obseruatio huc vsque.

Nequitia de quolibet ex septem peccatis mortalibus.

b 5. de fide c. 7.

c 14 Mor. c. 18. vel 22.

d Ps. 72. 6.

e Esa. 59. 13.

f Ps. 1. 1.

A

B

C

D

E

a Esa 3. 9.

b 34. Mor. c. 18. vel 22.

c Iob 41. 25. *Diabolus mittit suos subditos vt nostros.*

d c. 54.

e Dan. 7. 25.

Scriptura idiotismus.

f Deut 4. 15. 2. Reg. 14. 3. 19 Esa 51. 16.

g 1 Reg 21. 12. Iob 22. 22.

Cœlum pro Deo interdum.

h Luc. 15. 18. c. 20. 4. 1 Mac. Iud 2. 7 Deut 30. c. 4. 10. c. 9. 46. Iob 2. 11. 10. 1 1. Machab. 3. 18.

i Eccl. 5. 28.

l Luc 15 1 & seq. m Thre. 3. 29.

n Gen. 18 27

Natiuitatibus suis quadam deferri, & cursu stellarum vitam hominis gubernari, male arbitrantes.

Huius sententiæ vsurpatio a Leone Papa contra quos.

o vide.

p hic & in Esa c. 54. & in Abdiam. q tom. 4 bibl. Patrum.

centibus & Christo. Valet id etiam, interprete Hugone, in eos, qui magistratibus, quos *Deos* vocat scriptura [a], detrahunt, aut spiritualibus viris. Alienior eiusdem sensus in meliorem partem, de prædicatoribus, qui censeantur *ponere in cœlum os suum*, quando in oratione familiariter Deo loquuntur: postea *lingua eorum transire in terra*, cùm prædicant peccatoribus.

Et lingua eorum transiuit in terra.] Hieronymus, *deambulauit*: quomodo & Symmachus, διεπάτησε, *deambulabat*. Hebraice est futurum, quo præterito, scilicet יִתְהַלֶּךְ *thithalach*. Chaldaicè, *& lingua eorum ardet in iustos terra*; aut, *lingua eorum inflammans iustos terra*. In aliis psalteriis Latinis, & apud Augustinum, atque Cassiodorum, *& lingua eorum transiit*, seu, *transiuit super terram*. Hieronymus alibi [b], *pertransiit ad terram*: &, *transiuit* [c] *in terram*. Præter indicatos antea sensus, Ruffinus explicat maledicta contra Ecclesiam, non modò contra Christum; præterea nimiam de se ipsis laudem, quæ metas humanitatis excedat; & *linguam suam magnificando, & a se labia esse* iactando, audeant *dicere; quis noster dominus est* [d]? Hoc etiam Cassiodorus, Hugo, aliique obseruant; sed Hugo nonnihil violètè ista distinguit, vt *lingua*, quæ est *in terra*, id est, hominum qui sunt in terra, & de terra, *transeat*, hoc est, transiliat, ac peruenire ad cœlum vsque contendat. Quæ tamen expositio Græci auctoris videtur, quem citat Agellius, βλάσφημα προφέρον εἰς τὸ θεῖα ῥήματα, καὶ τοῦτο τοιούτους ὄντας, καὶ τὴν γλῶτταν ὅτι τῆς γῆς ἔχοντες, *blasphema proferebant in Deum verba, itaque cum humiles, seu viles essent, & linguam in terra habentes.* Idem est, si dicas, *in cœlum os posuisse*, quasi diuina, & omnino rata effantes, cùm eorum *lingua in terra*, & de terra esset, vbi omnia mutabilia, & *qui de terra est, de ea quoque loqui* tantùm possit [e]: Vel frustra quasi iacula blasphemiarum misisse in cœlum, à quo tam longè abest lingua, vtpote versans in terra. Illa eiusdem quoque Hugonis tropologia durior, *transire* prædicatorum *linguam in terra*, cùm postquam *os posuerint in cœlum*, familiariter cum Deo loquendo prædicant peccatores.

Ad maximè literalem sensum, vt improbi lingua vsurpent, quicquid vbique in terra fit, ac de rebus omnibus, vt libet agant, & ex suo iudicio æstiment, siue quas in terra & mundo hoc inferiore operatur Deus, siue quas homines alij: adiungi potest similis, excogitatus à Iansonio, & ex illo consequens, *lingua* impiorum, qui pollent opibus & potentia, *transit in terra*, quia sermones eorum impij, blasphemi, superbi, inhonesti, iniusti & iniurioſi, abeunt in prouerbium, & frequentantur passim à vulgo, qui talia facilè imbibit, siue suamet pronitate ad malum, siue studio quodam gratificandi potentioribus. *Linguam* Treuetus ait esse sermonem ac famam de prædictionibus quas ex astris, *os in cœlum ponendo* impij faciebant, *illis* fortunam suam ascribendo. Denique *transit lingua in terra* libero aditu, transituque, nullo prohibente, vt Pineda [f] noster explicat. Gallico prouerbio de licentiosè ac quodlubet loquente lingua dicitur: *Sa langue trotte par tout. Ardere* etiam, quod vsurpauisse Paraphrastem dixi, Nonius atque Seruius explicant, cum quodam ardore festinare.

Vers. 10.] Ideo conuertetur populus meus hic: & dies pleni inuenientur in eis.

OBscurior locus etiam iuxta editionem nostram. Communior antiquiorum maxime Latinorum expositio est, vt Propheta errorem illum ac perturbationem agnoscens ex impiorum prouenientem prosperitate, corrigat se ipsum & alios, qui simili errore labi possent, & ad populum Dei pertinent, cui se ipsum annumerat. Cùm tandem ea secum reputauerit, quæ dixit; videri ait, sibi & sui similibus relipiscendum, vt non tanti faciant breuem ac temporalem illam prosperitatem, sed dierum æternitatis, qui numquam deficiunt, pleníque sunt veræ felicitate, rationem per se solam ducant. Parum differunt, qui non Prophetæ sed Dei volunt verba esse, scilicet, vt asserat populum suum conuertendum, ne nimio ac immoderato tangatur zelo circa impiorum prosperitatem; sed de futura æterna felicitate sit sollicitus, & eam curet, bene de Deo sentiendo, & bene viuendo, sibi comparare. sic Hugo. Addunt aliqui *plenitudinem temporis*, in qua venturus erat Christus [a], quo tempore futura erat conuersio, vt fideles non quærerent terrena, ac temporalia, sicut olim Iudæi, sed æterna, & cœlestia bona. Sic Augustinus, Cassiodorus, & alij. Ex recentioribus Iansenius existimat, significari populum conuersum iri ad eiusmodi illum immoderatum zelum, quo initio psalmi, se tactum fuisse dixerat, ita vt dies plenos, id est, longos ac prosperos concupiscat, quos conspiciat viuere iniquos. Iansonius, Agellius, Titelmanus, interpretantur, populum obseruantem quæ dicta sunt, & impune ac felicitet agere improbos, conuertendum intro ad huius rei considerationem, atque dies plenos inueniendos in ea consideratione, vt nimirum veluti in ipsa defixi perueſtigent rei adeo difficilis rationem; quam difficultatem paulo pòst [b] maximam expertum seipsum Dauid fatetur. Genebrardus, Osorius, Vatablus, & alij hebraizantes, explicant, populum ad ista cogitanda conuertendum, & eandem passurum difficultatem, quam se Dauid passum dixerat, atque plenos dies amaro quodam calice, seu amaras aquas pleni calicis gustaturos.

Græci loqui volunt Dauidem, vel ex sua, vel ex Dei persona, de redituro populo ex captiuitate Babylonica, prænunciando, ac promittendo fore vt ei liceat in patria æuo frui lõgiore, atque beatiore, quamuis eum, dum captiuus tenetur, impiorum perturbet prosperitas. Paraphrastes declarat de supplicio impiorum, (*propterea decretum est verbo Domini, vt percutiat eos malleus, & lacryma quasi aqua multa defluent illis.*) Quamuis Nebiensis reddat aliter de impiis in pios desæuientibus, (*propterea conuertuntur aduersus populum Dei, & ferium eos malleis, & lacrymis multis humiliant eos.*) Satis probabiles omnes opiniones, iis exceptis quæ recedunt ab editione nostra, quæ de aduentu Christi atque conuersione populi ad eum, magis mystica, quæ de reditu captiui populi, anguſtior. Ergo ille verior sensus, vt propter peruulgatos illos impiorum, velutique transeuntes, & ambulantes in terra sermones, de quibus antea dictum est, etiam populus alioqui fidelis trahatur in eam, vel dubitationé, vel sententiam, quæ tollit de rebus Deum, aut prouidentiam eius.

Ideo conuertetur populus meus hic.] Hieronymus, *propterea conuertetur populus eius huc.* Alij, *reuertitur populus eius huc: vel redux fiet*, nimirum

Sensus lect.

a Galat. 4. 4.

b vers. 16.

Verior sensus.

Deus, *populum suum huc*. cum enim tantis malos bonis afficiat Deus, efficere videtur vt etiam fideles ad eam quæstionem conuertantur, sæpeque redeant, ac fere illa obtriti fere ad improbas adiungerit, mundentes fortunæ ipsorum: quo pacto Iob, Ieremias, Abacuc antea retulimus non parum eadem quæstione pulsatos, ac turbatos fuisse. Quidam, *reuertetur populus eius conuersus*, in alios plateimus, & apud Ambrosium, Augustinum, Cassiodorum, *ideo conuertetur huc populus meus*, aduerbium huc est הֲלֹם *halom*, & *eò*, significantque & *hic*, & *huc*, &, vt nonnullis placet, quasi gemmetur hinc & illinc, vt nempe denotetur vertio populi mox fluctuantis in varias partes, & agitati concussique dicta illa molesti sima quæstione. Qui *populum conuersum* interpretantur, vt Felix, legunt pro הֲלֹם *halom*, הֲלוֹם *halum*, non autem הֵנָּה *hinnah*, vt Ricardus Cenomanus tamen voluit: qui, *populus eius*, עַמּוֹ *hamo*, quo pacto nunc extat pro עַמִּי *hammi*. Chaldæus interrogata paraphrasi *malleum* expressius reijcere ad הַלְמַח *halmah*, quæ vox *malleum* valet, & *reuerti facere* intellexit de manu, vt Deus manum suam reuerti faceret super persequendo: illa ratione, qua scribitur in Hiere. 50. *conuertam in me manum meam & conteram malleum totius terræ*. Verbum יָשִׁיב *iashiv* valet, *conuertetur*, seu *reuertetur*: יָשִׁיב *iashiv*, vt legunt alij, *conuertere facit*, aut *reuerti*, seu *redire*, *conuertetur*, aut *reuertetur populus*; *conuerti*, aut *reuerti populum facies Deus huc*, vel *huc*, vel *illuc* huc est, *ad ea*, quæ prius dicta sunt. Quare non agitur hoc loco proprie de conuersione ad meliorem frugem mentemque, nec ita commode de reditu ex captiuitate declaratur, vt in hæc cum cæteris Græcis Apollinaris scopum tendens:

Ideo conuertetur meus populus in hoc populus.

nec placet ad eundem explicatio [e], vt conuertendam dicat populum ad reliquos, vt claudant ordinem laudis eius, vt ingenti comitatu itinerari ac fieri, vt concedi ad eorum se contubernium conuertant.

Et dies pleni inuenientur in eis.] Ambrosius, *& impleti dierum fiet*. Hieronymus, *& aquæ plenum inueniuntur in eo?* quod exponit Hugo, quia nullus fertilis conuertatur; sed potest lingua transeuntem in terra, id est, in die Iam; sed metu dumtaxat illius. Tropologice dictum. Trenerii alia expositione, quamuis Hieronymi enarrans verbionem, prolixius se literaliter agere, videtur mihi etiam tropologiam videlicet, vt ob detestationem blasphemiarum, quas in impiis deprehendet, conuertatur populus ad cultum Dei, is tamen tamen in eo erit latitatus ex omni parte beatus, & plena perfectaque potiens felicitate. Alij, Hebraeo transferunt, *& aquæ plenæ* (nempe calicis) *expriminentur*, aut *exprimentur eis*: vel, *in eos fluent calore frigent*, id est ea quæ dicta sunt, populo debitudentur, vt bibat, inquit Campensis. Clarius, veluti aquæ immistæ plenum calicem hauriet dolorem, & cruciatum magnum ex prospero improborum successu. Vel passiue, *expriminentur aquæ*, videlicet ex oculis largissimæ lacrymæ. Genebrardus hoc approbat. fauet Paraphrastes, *Lacrymæ, quasi aquæ multæ cadent illis*. Refert Clarius aliam expositionem, quòd qui se audirent impios prosperari e tranquillis, ita etiam tangentur aquæ plenis calicis, hoc est, bene ac felicissime hausturi. Pineda [g] *plenum etiam tri-*

Impiorum prosperitas, vehementer quassat etiam pios.

a Ecquis.

Xerxis gesta exprimit.

b Pineda in hunc versum.

c Iob 21.

Tropologia.

f Supra

A *bus* nidem illis inquis, vt *expriment* quotidie splendide, & alij etiam, qui non adulantur, sequuntur, propterea liberaliter. Cajetanus explicat populum Dei tunc præcipue conuerti, id est, vacillare, ob sequentem dictam impiorum prosperitatem, & adeam redire, quando impij habent aquam nitidam, ipsi turbidam: ibi abundant, illi penuriam patientur etiam corruptorum ciborum: Hoc non velle, *aquæ plenæ exprimuntur*, vt sint *aquæ plenæ*, aquæ bene plenæ alienæ matri, vt luto seu *luce*, denique sint aquæ turbidæ: per *expressionem* autem verbum significaretur has plas aquas parcè communicari. Hebræus textus sic habet יִמֵּי מְלֹא יִסְגֵּי לְמֵי *tunc male immissa limo*: Græcus, *ἐμπεσεῖται ὕφασμα ἐν ὕδατι*.

B Docte annotarat Ricardus Cenomanus Hieronymum legisse יִמֵּי *imi*, & *qui*, pro יִמֵּי *imi* & *aquæ*: Lxx. יִסְגֵּי *iesge*, *luxerit*, quia מְלֹא *male* est numerus singularis, sequente nomen collectivum ad plurale כִּי *aquæ*, id est, aquæ calicis pleni: verbum יִסְגֵּי *immittet* derivatur Lxx. atque Hieronymum a סָגָא *masa*, *inuenit* in nitidum (male apud Ricardum scribitur סָגֵה *masah*, quod habet significationem sequentis verbi, al ex a מָצַץ *matsats premere, exprimere, comprimere*, vel a מָצָה *matsah* quod idem valet. Genebrardus existimat lectii Lxx. יִסְגֵּי pro יִמְצוּ *vicmu*, & יִמְצוּ *ymmatsu* pro יִמְצְאוּ *ymmatsu*, comprimendo literam quiescentem (א) ex מָצָא *matsa*, *inuenit*. Laudabilis, & probanda vtriusque apologia pro Lxx. Addi posset legisse בְּמוֹ *bemo* pro לְמוֹ *lamo*, quia *bemo* significat *in eum*, *in eo*, *imo* tantum *eo*, & pro מְלֹא *male* מְלֹאי *malee*, quamuis collectiua tamen possit singulare *male*, pro plurali *malee*, & *tum* idem valere, quod *bene*.

C *Vicissim dicam* [h] populus tepescens, imo lucrans *impleri dierum* circa aliquid, quem retulit secundum fatis communem ac receptam. Non occurrit aliud exemplum, nec negari potest per se fatis dictam dicendi formulam esse. Liberè etiam declarat dies plenos futuros in populo circa prouidentiam Dei decepto, vt ten pora multa comperiantur errorum; seductionisque eiusdem. Qui *dies plenos inueniri*, secundum tropologiam interpretantur, de felicibus, ac præsertim de æternis, inueniri obsernant quia non effluxerint, nec vacui abierint, sed tandem fructus meritique perfecerint. Eodem volunt pertinere, si quis *animi habere* dicatur, vt Paralyticus, [i] & *in infirmitate* [k], quòd in morbo tam longo potentiam seruauerit eam. Quòd sanctorum dumtaxat virorum computentur anni in scriptura exacte non autem malorum: Vt Cain, Lamech, Ismael, Esau, Absalom: Saulem autem refert duobus annis vixisse, quia solis illis bonus fuit, cum tamen regnauerit annis 40 [l]. *Quam ad terram mulier, cui cum mortua est* [m]; & *pleni* non sunt *spes* [n] eius, qui non respondet diuinæ gratiæ, sed *mercenarius* [o], quin etiam dies ipse. Diserte Gregorius [p] de diebus vacuis, & plenis, distinguens dies naturæ, gratiæ, gloriæ; primos impleri per gratiã, hos per gloriam, vacuos naturæ dies esse nihil agentibus, vel negligentibus; mala agentibus, seu peccantibus, temporalia quærentibus, bona non agentibus: tempus gratiæ solum *plenum* dici, sine *plenitudinem temporis* [q], quia lex vetus temporalia fere dũtaxat promittebat bona; nec tamen absolute *plenos* certeri hos dies, quia pa-

a Ioan 5.4.

Anni fœlicitatem vocant in S. scriptura computatio annorum.

b 1 Reg. 11. & Act 13. c. 7. d Ambr. in e Ioan. 3. f Sum. 3. 11. *Incolæ mortis, vita, gloria, beatitudo.*

g Ga. 4. 4.

tantum accessionem, cum non nulla nube, ac velo fidei, sacramenti, pœnæ, siue pœnalitatis. Auctorem ipsum lege. Euthymius *nec plenè* explanat vel vitæ mentita longitudines, vel operibus virtutum: vel quod inimicorum dies malis erant pleni, **ita vt ad eorum prauitatem nihil desit.**

Vers. 11.] Et dixerunt: Quomodo scit Deus, & si est scientia in excelso?

Sensus loci.

POpulum illum, quem Dauid[1] suum, siue suomet nomine loquens, siue Dei, appellauerat, aut adeo improborũ prosperitate offensum fuisse, vt apud se ipsos dicerent, quæreréntque, **quo modo fieri possit, vt scientiam Deus rerum, & prouidentiam habeat,** & inde de cœlo curet hæc inferiora, quererentur etiam de iniuriis, quas ab huiusmodi patiebantur iniquis. Referri hoc etiã posset ad impios ipsos; ita ex animi deliberatione aduersus Deum blasphemantes, siloque persuadentes, vel illum omnino non esse, vel humanis negotiis non prospicere, cum tam sibi feliciter succedãt cuncta, quamuis neque illum colant, **neque illi credant. Sic Basilius, ac Theodoretus de Babyloniis, qui captiuos vexabant** Hebræos. Mouentur in priorem personæ fabrinde, vt ab hac secum sententia numine retrahere debeant Agellium[c], iòd paulo pòst quæretur vnus *sine causa tacit. suã se cor suum.* Etsi concedo primum sensum facilioremesse. Conuerti oratio per interrogationem potest ad illos, qui talia sciscitantur **de Deo, in dubiúmque reuocant** scientiam atque prouidentiam Dei. *Quare*[a] *dicis Iacob, & loqueris Israel, abscondita est via mea à Domino? & iudex*[b], *qui cernit omne Deus, & quasi per caliginem iudicat, nubes latibulum eius, nec nostra considerat, & circa cardines cæli perambulat. Et dicunt*[c]: *non cernet Dominus nos, derelequit Dominus terram. Et non dicas*[d]: *a Deo absconditur, & ex summo, quis memor erit mei? populo magno non agnoscar; quæ est enim anima mea in omnem carnem.* Error philosophorum quorundam est, **qui tribuit** etiam Aristoteli[e], **non conuenire** particularium scientiam Deo, **quia vilesceret, mutationi subiiceretur, ab extrinseco perficeretur. Sed** Aristotelem vindicat ab huiusmodi sententia Suarez[f] noster. Certe simplex scientia, quam de omnibus habet per se ipsum Deus immediate (ἀπλῆ δὲ τὴν τοιαύτην ἴσασιν, *diu autem omnia nouit*, ait ille) non inuolut imperfectionem, sed perfectionem; nec aliter potest intelligi, quo modo dirigantur **omnia in finem, nec Deus efficiens omnium causa, nihil cum natura agat frustrà: & Deo carissimi sint viri boni, præsertim** qui actiuæ contemplatiuam coniungunt: & talium **curam habeat**; nisi concedatur illi omniũ scientia, cuilibet ipsum omnino lateat. Hæc autem pronunciantur ab Aristotele multis locis. Quid ad rem tamen nostram haud multum facit. Vetus hic error, à muliere, sed lancta coarguitur[h]; *recedant vetera de ore vestro, quia Deus scientiarum Dominus est, & ipsi præparantur cogitationes.* Et hic tamen Deus, quod Seneca[i] scribit de pluribus, omnium rerum optimus auctor, beneficia ignorantibus eum, **date incipit, ingratis perseuerat, licèt alius illi obiiciat negligentiam nostram, alius iniquitatẽ; alius illum extra mundum suum proiecerat, & ignauum hebetémque, siue luce, siue vllo opere destitutum.** Ad Annæos *Iunium*[k] transfert sententiam, perstrepentes in Christo scientiam omnem esse non posse. Hoc autem loco docet, finish verbo, quod hic tractatur, laborasse Phariseum illum, qui dicebat *se nouisse* Iesum Christum si propheta esset, quæ & quales *esset futurus*, a quo se *longè* probat[b], qui si hoc symbolum ita prosperetur: sed patientia Dei, inquit, non præiudicat veritati, & præscientia eius, & prouidentia hoc ipse amplius probatus, quòd in peccato positus succedu affluat fœcunditatem prosperitatum: quod fortior videns videt, incautus traducitur, & monetur.

Quomodo scit Deus.] Hieronymus, *ro. 11.* Romanum psalterium, Ambrosius[c], Augustinus, Cassiodorus, *hæsitant* etiã Hebraice יָדַע *nadahh*, & Græcè, ἔγνω. Non tam de modo quærunt, quæ tantumve, qui Theologis ipsis difficilis est ad intelligendum, **quàm de re ipsa; alioquin laudabiliter à quibusdam interdum dubitatum legimus, ac propositas Deo ipsi quæstiones, dubitándive rationes.** Monui hæc de re alias. Monet verò Hieronymus defuisse in aliquibus codicibus Græcis nomen (Θεὸς, *Deus*.)

Et si est scientia in excelso?] Ambrosius & Augustinus, *in alii sermo*: rursumque Ambrosius[d], *si sit scientia omnia*, &c. Vnum de nominibus Dei hoc loco est עליון *hielion* & ὑψ. &: Versu autem 8. pro *est* erat מרום *merom*, & ὑψος, vt ibidem notauimus suppleta est particula *ut*, *si*, habens hic & alibi vim interrogandi, non autem conditionis. Sic rectum 1.[e] *Si in tempore hoc restituis regnum Israel?* Ibi de hoc vsu præsentis particulæ diximus, interrogatio autem est cũ exaggeratione, propter dictum attributum excessu, quasi non videatur quòd is qui circa cardines cœli perambulat, vt antea retulimus, nostra consideret[f], &c ideirco admirabundus alibi cecinit[g], *quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in cœlo, & in terra.* Nec tarò cum celsitudine, & altitudine Dei, **coniungit eiusdem scientiam, atque prouidentiam de inferioribus.** vt, *Excelsus Dominus*[h], *& humilia respicit; hæc*[i] *dicit excelsus & sublimis habitans æternitatem; & sanctum nomen eius in excelso, & in sancto habitans, & cum contrito, & humili spiritu, vt viuificet spiritum humilium, & viuificet cor contritorum.* Pars quoque sententiæ contra Nabuchodonosor pronunciatæ hæc fuit; *donec*[k] *cognoscant viuentes, quoniam sum altissimus in regno hominum, & cuicumque voluerit dabit illud, & humillimum hominem constituet super eum.* De eadem Dei de omnibus scientia extant alia scripturæ testimonia[l].

Vers. 12.] Ecce ipsi peccatores, & abundantes in sæculo, obtinuerunt diuitias.

Sensus loci.

CAusa cur ambigatur, quomodo sciat Deus, vel certè non impediat, **adeo, vt** quidem videtur, iniustè ac iniquè distribui opes inter homines, **vt immeriti eas consequantur, immo digni** primatione illarum atque supplicio, & qui **iam abundant, iis adhuc ampliores obtineant;** vt ratiocinatur Ambrosius: iusti egentes iacent, & si quid habeant, hoc spolientur. Hæc est illa, quam impiè vocant *pacem peccatorum*: & non

eunten

a 5 de fide c. 7.

b Luc 7.39.

c supra.

d 5 interrogationis particula vbi & alibi, ob mutationem. e vers. 6.

f Iob 22.14.

g psal 112 5.

h psal. 137.6.

i Esaiæ 57.15.

k Dan. 4.14

l psal. 118. 1.1. Reg. 2.30. Baruch. 1. 32. Dan. 3.42.

1 Esa. 40.27.

b Iob 22.13.14

c Ezech. d. 22.

d Eccl. 16.16 17.

Philosophorum error, omnium non particularium scientiam Deo.

e 12. Metaph. text. 51

f in Metaph. disputat. sect. 30. cap. 40

Simplex scientia quam Aristoteles tribuit Deo, non inuolut imperfectionem.

g Hunc vide vbi. *also*

h 1. Reg. 2 3.

i 7. de benef. c 31.

contentus deſcripſiſſe martis modis, adhuc inculcat aliter: tanquam valde agitatus, & peruſus zelo indignationis, & hoc vel illic, id eſt, ad eandem conuerſus & reuerſus moleſtiſſimam cogitationem. Loquitur autem, vt de re comperta omnibuſque nota, digitum veluti infrendens, cum admiratione, ac ſtupore in peccatores, impietate aduerſus Deum, & iniuſtitia contra proximum, notaciſſimos, quorum *iam proſperari* complerant omnes, *beatq; viuere eos*, *qui prauaricantur*, & *impie agunt* [a]. Babylonios Euthymius, atque Nicephorus, qui captiuos detinebant Hebræos, intelligunt, ſed nimis anguſto ſenſu.

Ecce ipſi peccatores.] Hieronymus, *impij*: quos ſæpe ſignificant רְשָׁעִים *reſciabim*. Prima particula demonſtratiue & admiratiue ſumitur; non inducat rem nouam; immo quo minus nouam, eo mirabiliorem, ita vt magis inſcientia vel negligentia Dei de rebus humanis arguì videatur, vel etiam impotentia, cùm res quæ tam iudicatu abſurda, contingat inhilominus, tam frequenter. Eandem effectum malum operantur nimiæ diuitiæ in eis qui habent illas, ſæpiſſimè vt plurimum, improbi, & in eis, qui ipſis deſtituti omnino ſunt, & alioqui boni ſunt, vt in tanta inæqualitate, an ſit Deus, dubitent. Profectò hoc erat Dauidem hanc rem & Iob, & Ieremiam, & Abacuc, de quibus non ſemel meminì, vehementer perturbant, ita Salomon, idem veritus periculum, rogabat eiuſmodi *mendicitatem remoueri a ſe. Diuitiaſq; ne forte ſaturatus diceret: quis me videt? aut compulſus egeſtate compilarem, & peierarem per nomen Dei* [b]. Sed & Iacob voluit hoc vt *eſſet Dominus in Deum* [c]. Et vitæ neceſſaria ſubminiſtraret [d]. Cum. ſit facile in rerum copia eſtendi, & non reminiſci Deum ſui, vt ipſemet Dominus Deus noſter *præmonuit* [e]. *Ne quando ſaturati, qui poſſunt fieri in diem malum, habeamus cor conuertens Deum contemnat, & dicant eis in manibus ſuis* [f].

Et abundauerunt in ſæculo.] Ex Hebræo שַׁלְוֵי עוֹלָם *ſeculi otiosi*, verterunt alij *pacati, facili*, aut *tranquilli, aut ſilentes*. Inde eſt שָׁלוֹם *ſolom* [g] pactum Meſſiæ [h], quaſi dicas ſaluum, ſaluatorem, pacatum, ſenectæ, augustum, etſi alij a שָׁלַל *ſolal*, detrahere, & deducunt (ם) affixum femininum, innuere Virginem, ſed repugnat punctum cholem deſignans (ו) *ſolom*, cum hic debuiſſet *ſolab*. Malunt alij dic. tanquam שָׁלוּ *ſolu*, cuius omnia ſint: quod ab Græce nonnulli legunt, τὰ ἀπόκρυφα, *quæ abſcondita*: quidam, τὰ ἀπόκειμενα, *quæ repoſita ſunt ei*, aut, *cui repoſitum eſt*. Aliis videtur שָׁלֵה eſſe pro שָׁלָה *ſalah*, *ſine cura*, nimirum Dei, ut Iuda; nonnulli eſſe nomen loci *Siloh*, quo deficiente veniet Rex Dauid [i]. Aliqui שִׁלֹּחַ *ſiloah*, *miſſum*, vel *rem ſum ipſi*, nempe virgæ, ſacerdotio. Videtur Hieronymus legiſſe שִׁילוּחַ *ſiloach*, exponens, *miſſor dei*. Paraphraſtes expreſſit nomen Meſſiæ. Pura Geneſis interpretes, maximè Perennis, Deleſtiique. Porro Græce hoc loco εὐθηνοῦντες ἐν πείνᾳ, ſunt *qui proſpere agunt in hac vita*, vel *diu*, & veluti progerminant more plantarum fertilium. Idem verbum εὐθηνῶν reddit interpres apud Ieremiam [k] *pei, bene eſſe*; ibidemque [l] cum Deo agens, ait Propineet; *plantaſti eos* [m] *& radicem miſerunt, proficiunt, & faciunt fructum*. Chaldæus, *ecce iſti impij permanentes in tranquillitate in mundo, abundauerunt in ſæculo*, ſecundum tropologiam opponitur, illi qui vocatur *in Deum dues* [n], & qui, vt ait Beatus Antonius [o], abundat in ſecularitate, & vitijs mundi.

Obtinuerunt diuitias.] Hieronymus, *multiplicauerunt*: alij, *apprehenderunt*, tamen חַיִל *chail*, *robur*, *potentatum*, *opes* ſignificat. Verbum vero *hiſga* ſignificat *merely heare* a שָׂגָה *ſagah*. Sed Lxx. legerunt רשׁע *raſag*, a רָשַׁע *raſag*, *in agere*, *acquirere*, *comprehendere*. Hoc ſecundo modo ſignificatur diuitias veluti fugientes, fugaces, volucres, nitidas quas impij inſequuntur ſtudiosè, atq; illas adepti, tamma conſeruet cura veluti quæ ſit fugax, lapſu facile, defluere, euaneſcere: violentè etiam comparari, & retineri. *In fortitudine brachij tui*, ait Iob [p], *poſſidebas terram, & potens, inhabitabas eam*. Hæc eſt *fortitudo brachij*, ſeu potentia; & apud Æſchinem [q], χειρὸς ῥώμη: *manuum lex*, quibus apprehenduntur cuncta, tenacitérque retinentur. Quocirca non eſt cur Dionyſius Carthuſianus hic locus interpretandus de hereditaria poſſeſſione.

Verſ. 13.] Et dixi: Ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meum, & laui inter innocentes manus meas:

Verſ. 14] Et fui flagellatus tota die, & caſtigatio mea in matutinis.

VEl ex ſis met ſenſu Dauid, cùm pulſaret eum vretétque zelus, quem principio dixit: vel ex perſona cuiuſpiam de populo, quem etiam ſcripſit conuerſurum, ſeu reuerſurum, ac reditum ad eiuſmodi cogitationes, de proſpero improborum ſuccellu; hanc ratiocinationem colligit. Si Deo curæ non ſunt res noſtræ, meliùſque inquiſierit, quam nos; fruſtra & ſine fructu, mandum ſtudui conſeruare me ipſum ab omni iniuſtitia, & iuxta patrocinium, *innocentes manibus cum innocentibus*, quod diligenti ſtudio cauent, ne quas ex aliena re iniuſta manibus contrahant ſordes, & veteri meritò poſſe videor, ne non ex vero virtutis præſcripto adhuc viuerem, nec modò fruſtra id, ac ſine fructu fieri; ſed etiam cum detrimento damnoque. Nam nulla dies abiit, in qua non aliquam ferre me calamitatem oportuerit, nulla vnquam diluxit dies, quæ mihi mox moleſtiam non attulerit. Et tamen contemni cogor impius, nullo labore aut flagello affici, ſed affatim eis cuncta pro votis euenire.

Et dixi. Suppleta ſunt iſta ad ſimilitudinem præcedentium in verſu 11. *& dixerunt*, ſed numero ſingulari, in quo & ſententia tota eſt.

Ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meum.] Hieronymus, *ergo nec fruſtra mundaui cor meum*. Augustinus [r] alibi, *nunquid vane*: & in anti-iudore eiusdem editionis, *in innocentibus*: quod idem eſt ac *inter innocentes*, cámque vim habet, ἐν ἀθῴοις. alij, *vere in vanum*, &c. אַךְ רִיק *ach rik*, ἄρα μάταιος. Symmachus, *ſane ita*, *Lxx. ſiquidem*: Theodotio, πλήν, *ceterum*, *verè*, &c. Apollinarius, μὴ ματαίως, *num forte*. Non deeſt in Auguſtino emendato particula *ergo*: vt collectori tamen ſcholiorum ad biblia Sixtina editionis Lxx. voluit. Diſtreno veteri id concedo. Pro τὰς χεῖρας μου, ἐν ἀθῴοις, vertit Aquila, ἐν ἀθῳότητι, *munditiam*, quod ſignificatum verbo זכה *zacah* [s], cui pertinet nomen

---

[a] Ieremi. 12. 1.

[b] Prou. 30. 7. 8. 9.

[c] Genes. 28. 20. 21.

[d] Deut. 8. 17.

[e] Amos 6. 3.

[f] Pſalm. 77. 34. ſecundum Hebr.

[g] Gen. 49. 10.

[h] pſ. 71. 7.

[i] Ezechiel. 21. 27.

[k] Ieremi. 12. 2.

[l] Versu 3.

[m] Plantaſti eos, & radicem miſerunt, proficiunt, & faciunt fructum.

[n] Ieremi. 5. 26.

[o] Beatus Antonius paragr. 4.

[p] Iob 36. 19.

[q] Æſchines contra Timarchum.

[r] Auguſtinus.

[s] Zacharias 13. 1.

Diuitiæ temporales non ſine labore.

Ieremias.

Symmachus.

Lxx.

Auguſtinus.

lanto hæc lordes putares, sed etiam ne contra
mereantur, & tantam intelligit de his quibus
maiuter laudatur pietas in Deum, vel proximi
[illegible] personas. Extendi potest sententia ad omnem innocentiam, atque ad studia sobriæ con-
[illegible] Ambrosius loquitur, & ad quem-
dodo modum dormiendi a peccatis, aut emun-
dandi ab eadem inter quæ Remigius confes-
sionem ponit bona viaticum per se Deo factam.
Suggerit de tempore, quo scribebat David, non
[illegible] mentalem, quę nouæ legis est. Ruffinus, Be-
da, Primasius, alii, mundiciam parientis membri re-
ferunt ad circumcisionem, sequentes, ad actiones Ex
verbo *iustificandi se ipsum*, & *eo fiunt*. colligun-
nec ex iustificatione tertia efficienter concurrere
tem primam quidem dispositionem, meritoque de
congruo; in ea quæ dicit augmentum iustitiæ,
quemdo reatu *ut [illegible]*, etiam meritorie de condigno quemdo habitum gratiæ solus Deus pluvice, ut prius ex quo caussa præcedat & [illegible]. Sacramentum [illegible] pium privatum in-
strumentum. Simile dicendi forma in Ioannis epistola prima [illegible].

Omnis qui habet hanc spem in eo sanctificat se.
Sciendum vero, quod quicumque alia minus perfecti hominis est, meticuloris quodammodo laborem, opúsque virtutis, ex mercede præsertim temporali. Hoc tamen ratione in omnibus dicere, multoque magis æterna pertinentia, damnabile non est omnino, sed ad animandum, secundum se, propter se, & super omnia Deum tendamus. Sed & tanta est virtutis in se spectatæ tanquam honesti boni, quam vocant, appetibilitas, ut nullo alio proposito præmio quidem eam potius appetere, contemnique esse, nec compotem cum ratione valeat, quibuscumque circumfluat imperiosi externis bonis; ipsa verò primum tantum eadem, aut malos etiam afficiantur, si vna adsit polenda virtutis. Videntur hæc nonnulli quoque de Gentilium philosophis, nec admittendum quidem [illegible] *non [illegible] [illegible] [illegible]

re, increpationem reprehendere primum dilectio iubet, increpet de te ipso, vel etiam a Deo, huc reuertens, huc quoque aliqua quasi externa admonitione. Vim dictæ formulæ, psalmo 5.[a] expendi. *Mane exaudies vocē meā, mane astabo tibi.* Augustinus, *aguitio mea & matutinum.* In psalterio Romano, & apud Cassiodorū, *iudex meus in matutinis.* In psalterio Gallicano, *iudex meus in matutinis.* Ambrosius, *custodes meus in matutinis.* Indicē Christū Cassiodorus ait fuisse in matutino resurrectionis suæ, qui nobis viā veritatis, Euāgelicis prædicationibus indicauit, & tempore matutino resurgens ipsem nostrā de isto mundo auferens, ad cælorum regna prouexit. Ambrosius, quòd in aperto & perspicuo lux veritatis non esset cum hæc scriberet, quæ dicerat, sed renuntiabat, & redarguebat, & cōpuncto corde illorum mouebat affectum. Idē valere nomē *iudicii*, & *aguitionis.* Hanc proprie sonat ἐπαγρύπνησιν, sed hic quoque sic reuocando, indicando vtrobique modo.

a vers. 5.

Cæterum synonymum videtur illud cum præcedente membro: nec enim accommodatitiæ applicari ad Christum matutino tempore castigationem, vel, quod licet Hieronymus, ad Adam prodicotem, qui sequenti post preceptum Christum die, ibique & laqueo se suspendit, vel, cum Hugone, & Dionysio, ad eum qui *primo mane* in opus exiit Dei[b], & *potest ingemiscere absque offensa*[c], & ad laudes dominas euigilat[d], reloquæ castiget, ac erga *Dominum exhortetur*[e], vel ad lucis diuinæ matutinum illustratum, post confectum temporum, qui priores minus sanas cogitationes castigetur. *Castigatio Dei in matutinis*, est ad literam, cita, nec dilata, tota die, seu omni die facta: *Melius tempore semper e peccatoribus ex sententia agere, sed fiat magis citius, quàm ex gratia beneficii differatur*[f], sine castigatio præcedat, ne quis peccet, sine ieiunet, vt reliqui, quando ad exercitū dominicæ virtutis, aut meritum, aut exēplum, calamitas quæpiā immittitur. *Castigatio* seu *aguitio* ἐπαγρύπνησις & παιδεία, *id est disciplina*[g], habitudinem nō cedunt ad peccatum. Si placet *castigationē in matutinis* intelligere eum qui ab exēplo expēdit rationes cōscientiæ tuæ: ex ipsum castigat, obēdimus autoritati hoc ēpos vtrationi, & meditationi opportunū. Quo fit vt magis reprehendēdi, qui cogitāt *inutile, & operatum nationis cubiculis suis, & in lucē matutina facētibus illud*[h], *& consurgunt mane ad ebrietatem sectandam, & potandum usque ad vesperam*[i].

a Matth. 20. 1 Thessal. 5. d Psal. 62. 2 e Psal. 118. f 2 Machab. 6. g in psa. 5. & 87. h Machab. 12. i Esaiæ 5.

Vers. 15. Si dicebam: Narrabo sic: ecce nationem filiorum tuorum reprobaui.

COrrigit scriptum eorque qui similem cum ipso tenuerat de Dei prouidentia cogitationem habuerat: deprehendisse nanque, ita cogitare, ac loqui, nihil aliud esse, si quis destituere cōsentiat, & examine proueniret, quam non modo vanum se vanitatis, verumetiam vniuersam eorū rationem condemnare, quos Deus filiorum habet loco, quam si ipsa ita crederet veritati, Deumque ipsum hac causa & fructu colāt: cum pathim modus nullus exigatur, nec bonos abundiem exteris, quibus tanquā circumfluāt. Hoc est, cū reprobos conferre cum quot ecclesiæ sanctorū numeros, qui nouerāt per multas tribulationes ad beatitudinem peruenitum, & placuerunt Deo: præterea sanctorum reprehēdere testimonia, quibus hoc ipsum inculcant, gerere Deū curam de rebus humanis, nihil sine amare, & quæ pro meritis reddere tempore suo. Obiurgatione, tam

Scripsa loca.

A exēpla, tum testimonia, vt necesse no[illegible]

Si dicebam, narrabo sic. Hieronymus, si dicebam, *narrabo*, vel, apud Theodoretum, *si narrabo sic.* Examen in psalmo 93. quod Hebraice, & Græce, eodē modo habetur, *si dicebam, labitur pes meus, חמט רגלי, misericordia tua domine adiuuabat me.* vertit Hieronymus, *si dicerem.* Ambrosius ita enunciat, *inclinatus* scilicet ruina, contextis cum corde meo *gressibus peccatrix*, quod *pene cuncta egi, cum cui.* Cognata causa nostra, cū textu Hebraico. Chaldæus: *si dicebam, narrabo quæ cogitaui cor meum*, cū reputū quam ferens mihi gratias bonis malos, bonos malis. *Narrare sic*, מסר ἀφορεῖ est *prodere, enarrare*, quasi de te certa, vt nō vidimus.

1 vers. 13.

Ecce nationē filiorū tuorū reprobaui. Hieronymus, *eligui.* Alij, *ecce natio, locum mutauit*, quippe Deus quod *reprobauerat ipse*, vel, *prius ille*, *ecce generationem tuorum prauaricationem fuisse* id est, si quando apud me fuisse promiscuam de hac re, quod cum cæteris fidelibus, vt ipse prouinciæ cōfiteor. Deus fidelis, qui non patiatur *supra* id est, quod non prime est, tradam se tua quæ cæteris quorū potestatē habere. Vel, *ecce nationem filiorum tuorum*, *corripe te ipse*: hoc est ecce factus mihi duo psalterio Romano, *ecce natio filiorum tuorum, gubernatio tua*, Gallicano, & apud Cassiodorū, *ecce nationem filiorum tuorum, cui dispone.* Ambrosius, *ecce generationes filiorū tuorū te disposui.* Explicat Ambrosius, quasi occurreret vox Dei dicēs: Ecce his scripturis inuenis ô tu Adam, quia disposui generationem filiorum tuorum, quia fortasse ad eā ne merito eorū, vt mox subduxerit ad impossibilem aliquo merito deteriorantur, nec prima virtutis sunt emolumenta thesaurizare, nec cōtrario propria peccatis ad vel indiscretē; hoc tibi etiā volebat illud fortuito, vt sunt ita, quæ modo flumeris quodā torculi profluuio voluntatum. Cassiodorus sic declarat, vt ipsemet David nō ipsi dicat & velut cogitationi, ac sermoni contra prouidentiā Dei respōdeat quo pacto fore incēsi cupiat, aut cū aliis narrare. Hæc contraria non tenet docuit, & scripturæ sacræ posse. Hæc tandem est, ita ea edissertem cum ea, re procurare, ac improbare probatum narrare, quam tories antea probauerat, & Deo cæsum esse, curam, ipsū de se habere promiscuam, & prouidentiā ab illis legerat. In textu Græco sic legitur passim, ὅτι εἰ μὲν ἔλεγον διηγήσομαι οὕτως ἰδοὺ γενεὰν τέκνων σου ἀπεδοκίμασα. quod cum apud alios habetur ἐξεδιήγουν, tunc cum deberet esse, εἰ δὲ ἔλεγον, &c. quomodo recte. ex psalterio Romano, *ecce natio*, & idem atque Gallicanum. cū Ambrosio, & Cassiodoro, cum vtrantur verbo ἀποστέλλω videntur legisse ἀπέστειλα. Ambrosius autē vertens, *ne dispone* accepisse ἀπόστειλαι vt ad nec bonū similitudinis. Basilius & Theodoretus legerunt ἀπεστάλησαν, in secūda persona, & mentem Euthymius huius lectionis esse vt sit sensus, cum Theodoretō. S. Basilium, ecce si dicēs, cū tantum filiorum tuorum non ternatis pœna conuenia τὰ παράδοξα τῶν τεκνοποιῶν σου ἐνέργειαν, quam magnificas tuæ cōpositas promissiones? Videris, aut Euthymius, hoc populo, quē toties appellare *progeniem eius*, & filios Dei geritos & exaltatos, quia, te creatore agnouisse, ac tuis seruare mādata, quale te dera, quæ olim cū Abrahā, & progenitoribus nostris pepigeras, de terra promissionis, & similibus aliis. Amplectitur Nicephorus hanc exp. sed tenē a prima persona quæ est cum Hebraico verbo נצר *hoga eis* quibus

B

C

D

E

1 vers. 13.

Ἀτιμάζω.

τίθημι, vel ἀθωθοῦω, per (a) priuatiuum *reprobare*, quasi rupto fœdere, incomposita, & non vtilia, vel grata loqui, præuaricari, fallere. sic in 2. Esdræ [a] vertit interpres, ἀθωτιθῆναι ἐν τῷ θεῷ, *præuaricari in Deo*, & in epistola ad Romanos [b], quos *incompositos* ex Græco ἀθωθέτους, editio Syra exponit, cum quibus nullum est certum fœdus. Apollinarius legit sine dubio ἀ συνίστημι.

ὡς εἶπαν τοῦτο ἐξ ἑτέρας ἀγορεύσω
παιδῶν σῶν χεῖρ ὠμὸς κατάπαυμα ἔργοις
Existimaui vnde nam sic aperte nauabo
Filiorum tuorum generationi aquè tabesco operibus.

a cap. 13. 27.

b cap. 1.

quasi non solum *vitiorum prauaricatores, tabescat* [c], sed etiam iustos, ob prosperitatem illorum, & aduersitatem istorum. Atqui בָּגַד *bagad*, est *fallere, fraudare, dolo decipere, perfidè agere*. Constat verò sensus ex dictis, quòd se Dauid significet, si eiusmodi sermones, se populo Dei qui fidebat tibi, fraudem facturum, & cum spreturum, tam pernicioſa docendo, contraria pactis diuinis, doctrinæ à se ipso traditæ, officio & quasi pacto, quo tanquam rex & Propheta, & scripto sacer obstringatur; vt ob similitudinem Dei, cuius gerit vices, doceat *vitia* [d]; se iniuria cultores Dei affecturum, qui male ipsum docuerint, maloq; exemplo præuerint: multa passi, cùm docerent de suis curâ à Deo geri. Non est quidem omnino improbabile; sed tamen nonnihil violentum, interpretari, Deum ipsum induci loquentem, vt se Dauid videri sibi audire dicat, si talia pergas cogitare & loqui, atq; impenetrabilia Dei iudicia rimari, ecce te tuisq; similes reprobaui. Ita Varlenius, Hieronymo etiã, sed non vere tribuens. *Corrumpunt bonos mores colloquia prava* [e], scripta quoque, nec vlla magis, quàm quibus de medio tollitur prouidentia Dei, Deúsve ipse, simul enim laxantur vitiis frœni, iacétque virtus, & contemnitur.

c psl 118 158.

d Esa 48.17.

e 1. Cor 15.33.

Vers. 16.] Existimabam vt cognoscerem hoc, labor est ante me:

Vers. 17.] Donec intrem in Sanctuarium Dei: & intelligam in nouissimis eorum.

Sensus loci.

IN tanta illa mentis fluctuatione, animiq; perplexitate, & molestissimarum agitatione cogitationum, de Dei prouidentia, de iniquorum felicitate, de aduersitate iustorum ait adhibuisse diligentiam, vt comperiret veritatem, sibiq; satisfaceret, & conquiesceret: speranisse quidem se rem tam difficilium cognoscere causas posse: cæterum secus euenisse, ac deprehendisse, aliquin se id absque magno labore non posse: nec aliter, quam animũ prorsus abstractũ à creaturis, ipsimet Deo contemplando, eiusq; vnius per sanctam contemplationem, discere volũtatem conãdo, & in adyta illa consiliorum arcanorum ipsius, quæ etiam scripturæ bene intellectæ prodũt, more sanctuarij, in quo edebantur oracula, humiliter subeundo, auxilium ad intelligendũ adito etiã templo, & per merita Christi *sancti* [f] *sanctorum* flagitando, vnde tãdem perciperet, quem exitum essent iniqui habituri, quorum præsens felicitas tãtopere perturbat humana etiam iustorum iudicia; quem quoque consecuturi finem iusti, tantis nunc miseriis affecti, vel certe, vt certa fide confirmatus, ipséq; roborat us, tanti sper expectaret extremam vtriusque mortem, iudicium ve vnius cuiusque, & illud tempus, quo ipsemet hunc euocatus in beatorum domicilium, clarissimè intelligat, quàm sit

f Dan. 9. 24.

A iustus Dominus, & rectum iudicium eius [a], & quo pacto illius prouidentia, in sui dispositione nõ fallatur; & plena retributiones, ac pœna reseruẽtur in futurum.

a psl 118 137.

Existimabam vt cognoscerẽ hoc.] Ambrosius, *existimabam me cognouisse, & hoc labor*, &c. In psalterio Gallicano, *& ego existimabam*. Hieronymus, cũ coniunctione, quæ Hebraice & Græce habetur, & *cogitaui vt intelligerem istud*. Alij, *expendi, consideraui, supputaui, direxi animum, applicui studium*, vel *cogitationem, constitui*. Omnia significat verbum Hebræũ in piel cũ (ה) paragogico חָשְׁבָּה *achsebbeh*. Græcũ est ὑπολαμβάνω, quod non tãtum valet, *existimare*, quod Symmachus reddit, ἐλογιζόμην, *cogitabam*, & similia, sed etiã *suscepi, aggressus sum, conatus sum*: & aliquando redditur in Euangelijs [b] per *suscipiendi* verbum, valétq; respondere, ac sermonem excipere. Meminit Hugo nescio cuius versionis, quę habet *suscepi*, & explicat, proposui. Reperi etiã in Augustino super psalmum 41. Laudabile sciendi studiũ, vt tueamur prouidentiam, & diuina mysteria alia, & eximamus angores, quos vel nos, vel alij ob ignorationem sentiunt.

Ὑπολαμβάνω.

b Luc. 10. 30.

B *Labor est ante me.*] Hieronymus, *in oculis meis*, ἐνώπιόν μου, בְּעֵינָי *beëinai*, non significat *ante me*, supra me, sed simpliciter, vt sonat, coram me: & Græcè pronomen demõstratiuum iungitur huic membro, τοῦτο κόπος ἐστιν: & Ambrosius præponit coniunctionẽ, *& hoc labor est*: rursum Hieronymus [c], *hoc labor est in conspectu meo*. Reuera de inquisitione diuinorum iudiciorum, solas consulendo rationes humanas, ac sine diuino lumine affirmari potest, quòd *qui addit scientiam, addit & laborem* [d], ac dolorem. Labor est ante me, ait Augustinus; sed ante Deum non est labor: fac te ante Deum, vbi non est labor, & nec tibi erit labor.

c in cap. 43. Ezech.

C Variis modis hanc sententiam Hugo per tropologiam explicat de Adam & genere humano, post peccatum, existimasse, vt haberet scientiam boni & mali; sed laborem omnem ac doloré natumde illo qui habens magnam scientiam, conuertit se ad meditationem & imitationẽ passionis Christi, ita vt iã nihil reputet se scire, nisi *Dominum Iesum Christum, & hunc crucifixum* [e], qui est *labor* vitæ *portandus in humero, & circumdandus* [f] *gutturi, ligatura* [g]: de alio qui se præsumit statim habere, vel habiturũ sciẽtiam, præsertim scripturæ, quod sine magno studij labore non potest; ita vt etiam si quis dicat, *sapiens efficiar, sapientia longius receda* [h]: & *quãto plus laborauerit ad quærendum* rationẽ operum Dei, *tãto minus inueniat* [i], & cùm *difficile æstimemus scire quæ in terra sunt, & quæ in cõspectu nostro sunt, inuenimus cum labore, quæ in cœlis sunt, non sit qui valeat inuestigare* [k]. Deniq; vt monet Gregorius [l], Auctoris facta semper indiscussa venerãda sunt, quia iniusta nequaquã esse possunt. *Quis dicere Deo potest, cur sic facis?* [m] *quis est qui respondeat Deo miseratorem opprimis* [n]. Primum gradum scientiæ Cassiodorus affirmat, quando ceperimus intelligere minimè nosse, quod antè nos scire putabamus. Hieronymus ait, qui hæc perscrutatetur laboriose, tandem cognoscere, *quòd non sunt condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in sanctis* [o]. Lege 4. Esdræ, licèt apocryphi c. 4. vbi Vriel inducitur curiosum retundens scrutatorem multis similitudinibus.

d Eccl. 1. 18.

Tropologia.

e 1. Cor 2. 2.

f Ioh 11. 36.

g Eccl 7. 14. & c. 8. 17.

h Sapient. 9. 16.

i 2. mortal. ca. 8. vel 11.

k Ioh 9. 12.

l Rom. 9. 20.

m Prou. 15. 17.

Primus gradus scientiæ quis sit.

o Rom. 8. 18.

Donec intrem in sanctuarium Dei.] Hieronymus, *donec veniã ad sanctuarium Dei*. Ambrosius, & Augustinus, *introeam*: iterum Hieronymus [p], *ingrediar*, & Augustinus [q]. Inde ducit exordium versus, continuans se cum sequenti membro absque

p In cap. 41. Ezech.

q in psl 41.

coniunctione, *intelligam in nouissimo eorum*. Hebræum nomen est plurale אחריתם *nouissima*. Communis sensus est, laborem cognoscendi esse, ac perdurare, donec perueniatur ad sanctuarium, seu, sanctuaria Dei, quo nomine quid intelligatur, postea. Vnus Ambrosius ita declarat, quia videbat mihi veram sententiam comprehendisse legit enim, vt monui: *existimabam me cognouisse, & hoc labor est ante me, donec introeam in sanctuaria Dei*, & cognitionem rei ipsius esse affectus, dicebam mihi, hoc labor est ante me, donec, &c. id est, inquit idem doctor, solus mihi superest labor, vt ingrediar in sanctuarium Dei, vbi est Cherubim, id est, cognitionis profunditas, & non labor, qui est in vanis & incertis opinionibus. Reuocari quidem & hæc quoque ad communem expositio posset, vt quia Dauid falsum se opinione deprehenderit, nec affectum, sicut exoptabat, dictam sententiam ἐκδεδιηγημένον in hac vita perfecte assequi posse, hoc sibi vnum curandum & expectandum duxerit, vt in sanctuario Dei doceatur certò & manifestè. Habet omnes editiones, prioris membri particulam causalem (vt) saltem implicite, quia demonstratur, vox nisi cognoscere, non autem quòd se cognouisse persuaserit sibi.

Iam verò quid *sanctuarium* sit attigi varios dicendi modos in paraphrasi, de contemplatione diuina, de lege, de scripturis, de Christo, de beatitudine, de templo per analogiam aduersus, vbi responsa reddebantur. Ex Græcis Basilius, Theodoretus, Euthymius, Nicephorus, interpretantur de reditu Hebræorum, ex Babylonica captiuitate, ad templum Ierosolymitanum, vbi populus sanctificari solet, tũc demum cognituros, in quorum Dauid persona loquitur, non frustra *iniquasse cor suum*, cum etiam, quod sequentibus continueri volunt verbis eidem superueniet Babyloniis interitus, opera Cyri, qui eos in potestatem redacturus est, & remissurus Hebræos in patriam. Nimis arcta expositio.

Athanasius explicat de die iudicij quãdo reddetur cuiq, secundum opera sua. Euthymius analogicum iudicat sensum istum; & cum ἀγιάζειν, vnde ἁγιασθήσεται, significet etiam *determinare*, recte id nomen pro *iudicio* accipi, cùm in eo omnũ hominũ præmia suppliciaq; determinentur. tunc autem vel ipsi etiam pusillanimes intelligẽt, quid nam prosit virtus, & obsit vitium. Augustini eadem sententia videtur, & aliorum, sed ita vt in illud quis ratione inciret, colligens absque dubio propterea permitti malos florere in hoc sæculo, vt puniantur grauius in futuro, bonos tribulari, vt purgati gaudeant in æternum. Hieronymus idem indicat *sanctuarium* accipiẽs, pro sanctorum cœtu, in quem quis mẽte ingrediatur, intelligatq; *in paucis vexatos, in multis bene dispositos*. Si tũ ineris, hoc est, profecteris, & perueneris ad spiritualia, & sic intraueris in sanctuariũ Dei, vt intendas in nouissima; cognosces, ait Augustinus, quòd superbi *locum, quem videbant superexaltatũ, & elevatum, modicum est*. Christum Hugo sanctuarium nominat plenum *thesauris sapientiæ & scientiæ*, qui cùm esset summè sapiẽs, omnes sæculi diuitias & prosperitates contemsit, & omnia mala sæculi sustinuit. Ecclesia item sanctuarium est, in quam qui non intrat, non potest exactã habere de Deo prouidentiaq, ipius cognitionem, cùm sit magistra, firmamentũ, & columna veritatis. Ambrosius designat locum vbi est Cherubim: cũ candelabro, quamuis indicet se loqui de præsenti tempore, quantũ ad cognitionem sacras, atq; interiores veritatis, quæ laborẽ exuimus, quia omnis ignorantia est; quia qui nescit tutus, reposita est præmia, non reficitur à laboribus; sed magis imprudẽtiæ suæ labore, curuatur & frangitur. Vulgi etiam oratio est, vt cum dicat *irasci in sacrarium*, vel *sacrarium*, & *sanctuarium*, qui conetur arcana cuiuspiam, scire taq; nolle consilia. Itaque significatur hoc loco frustra fuisse suscepti laborẽ disquirendi, de iniquorũ secundis, & aduersis rebus bonorũ, nisi ad primam reuocaretur causam humanæ voluntatis, quæ optima iustissimaq; est, omniaq, potest, vt necesse sit, hoc attente cogitantẽ aeq nescientẽ hinc abeat, perpetuò fluctuare & agitari. Nam licet in iudicio aut in beatitudine, de qua Hieronymus & Augustinus, atque hic quidem tractans illud, *ingrediar in locum tabernaculi admirabilis*, omnis huiusmodi labor multo perfectius demanet; nihilominus in hac ipsa vita esse quãdam fati, potest, & de illo certum esse mentem esse, suadent antecedentia psalmi, & consequentia.

Figurata verò locutio ex sanctuario indicat, a consulenti, ac humiliter Deum & diuina eius iudicia reuerente: consolationis, amplam oraculũ ac responsum edi reddique ab eodem Deo interius veritatem suggerente. Hæc sunt *cella vinaria*, in quæ sponsus *introducit*, hæc *interiora vel mysteria*, hæc *multa & abscondita & alij ordinis*: hæc schola Dei. Huc affectus multum inuitatus, in quem se scribit Augustinus aliquãdo intromissum. Sed plenam *gaudia Domini*, id quod ferũ iubet Dominus *intrare*, pertinet ad futuram vitam. Quamquã & in illa ipsa vita, sine peculiari reuelatione nemo aperte scit, cui Deus, ex improbis hoc potius præstat quam illos, qui tam æque, vel magis etiam improbi. cur hoc loco, tempore, modo, &c. quare sinat multos ex eodẽ genere prosperè agere. In iudicio autem, cùm patebunt omnium dementia, mentisque, intelligetur fidei eorum diuinorum occulta nunc ratio. Adhibent Primasius, Haimo, Ansbertus in expositione Apocalypseos locum præsentẽ, vt declarent, quo modo post septem plagas de templo extractas fumus, *impletum* dicatur *templum fumo a maiestate Dei, & de virtute eius, & nemo potuit introire in templum, donec consummarentur plagæ*. Nemo, inquiunt, potest penetrare hoc secretum iudiciorum Dei, donec fluxerint plagæ; tunc enim intelliget, quid voluerit Deus illa tanta pœnarũ acerbitate efficere.

Et intelligam in nouissimo eorum. Hieronymus, *in nouissima eorum*. Alij, *intelligam nouissima eorum*. Monet autẽ superfluum esse ו, quod Hebræi cè quoque non extet, nec in emendata editione Lxx. Psalterium Romanum, *in nouissima eorum*. Augustinus eodẽ pacto, sed absque pronomine, & alibi: *intendam in nouissima*. Ambrosius, *in nouissima*. elicium eumdẽ cuncta sensum, vt, quod ante dixi, non posset perturbata mẽs cogitatione prosperitatis iniquorum, & tutorum aduersitatis tranquillari, donec peritius introspiciat, ac prospiciat, quis demum finis, exitusque sit eorum futurus, & abundantiæ, ac prosperitatis iniquorum. Sed Ambrosius legens, *in nouissima*, interpretatus sensu alienore aliquãtulum, contingere sapientiam, & prudentiam perfectam, processu ætatis. Apollinarius opponens palatia, quamuis magnificentissima, quæ inhabitantur ab iniquis, sanctuario, id est, cœlo, quæ est Dei sedes, ita illa declarat velut nouissima, hoc est, ima.

ἀσκεῖ τινὰ ἐπὶ τὰ ἀπόκρυφα εἶναι

Sanctuarium quæ sit.

Ἁγιάζειν. Ἁγιασθήσεται.

a Sap. 3.4.

b concio. 3. in psal. 36.

c psal. 72. & Coloss. 2.3.

Templum, sanctuarium qd.

a In psal. 41. hinc & in cap. 2. ad Eph. c. 3. & 5.

1 capite 1. 2 Hieron. in 1. ploje 20

g 19. confess. 20

h Matt. 25. 21.

i Apoc. 15. 8.

k epist. 131.

l concio. 3. in psal. 36.

καὶ ὁ ἐπιτίμων ἐκεῖ ἄλλον συνιέναι τὰ ἔσχατα.
Deus ecce ingreditur Dei impositam tomum.
Et sacrum fabulorum ultimum finem in pium.
Intelligere in nouissimis, aut, *in non stipo eorum.*

לְאַחֲרִיתָם *l'acharitham*, idem valet, quod nouissima, vel, nouissimum: sicut *vacare in bonitate*, idem quod, bonitatē seu bona, vt vertit Hieronymus, quamuis hoc loco non sit (ב) hæ præpositio, sicut insuper articulus (ל) hic. Vertit Chaldæus, *intelligam finem eorum. Vtinam sapierent, & intelligerent, & nouissima prouiderent* [b], & hæc *memorantes* homines *non peccarent* [c].

Vers. 18.] Verumtamen propter dolos posuisti eis: deiecisti eos dum alleuarentur.

HOc demum dolicisse se indicat in aduersis illis contemplationis diuinæ, atque in sanctuario & tacitario arcanorum consiliorum Dei, Deum iniquis prosperitatem concessisse, vt per eam desperentur, & cum ipsos reprobauerit, finiret vt, abutendo illa, nec futura verendo supplicia, horum sibi reatū cumularēt, atq; ex dicto prosperitatis gradu sublimiore, præcipites in dānationis profundum deicerentur, neque veluti dolo caperentur, qui dolis & iniuriis alios affecerint, & non in nouissimis tantum ac in hac, sed in hac ipsa vita puniretur, occulto quodā iudicio, vt ait Rufinus. Non Chaldæos diminuxit Babylonemve intelligit, vt Euthymius ac Nicephorus exponunt, sed in genere quoslibet iniquos, præsertim dolis ac fraudibus vtentes ad rem augendam. Non abest hinc longius Hebræorū expositio, *in lubrico positos* iniquos a Deo, vt miserabili casu de tanta illa sua felicitate laberentur, atque præcipites agerentur.

Verumtamen.] אך *ach.* אבל. Alij, *proceliè*, & similibus aliis modis, vt alias notauimus; Ambrosius *quia*. Non omnino vacat, aut superflua hic vox est, vt Euthymio tamen placet, qui tollatur Symmachum in vertisse *sane*.)

Propter dolos posuisti eis.] Hieronymus, *in lubrico posuisti eos*. Alij, *in locis lubricis*: hoc est, lubrica, flaxa, labilia, periculosa sunt quæ dolisti es vel, *in adulationes*. Significat enim præpositione מחלקות *bechalaboth, adulationes blanditias*, sicut & geminatum חלקלקות *chalacalaboth*, vt alias docuimus [d]. Additur in codicibus Complutensibus, & Regis Græce ac Latine *vana mala*. Sic etiam in psalterio Romano & Gallicano, & apud Cassiodorum. & ex Græcis apud Euthymium, ac Nicephorum, expressè, verè etiam apud Basilium & Theodoretum. & Euthymius refert, a Symmacho translatum, *paralia*. Ambrosius autem addit, *bona*. variant autem editiones hoc pacto. In psalterio Romano, *propter dolos dissipasti eos mala*. Apud Cassiodorum, *propter dolos posuisti eos mala*. In Gallicano psalterio, *propter dolositatem posuisti eos malos*. Apud Ambrosium, *propter eorum te grauissimos posuisti eos bona*. Apud Augustinum, & psalterium vetus, *propter dolositatem eorum posuisti eos*: Chaldaicè, *in tenebris posuisti eos*, vel *in obscuro*: quasi legerit Paraphrastes Hebraice נשנים *be cheschoch*.

Lubricitas linguæ, adulatio, blanditia, pertinet ad dolum vel dolos, δόλους, aut δολιότητα; sunt autem & doli *tenebræ* quædam, vt Chaldæus vertit, & *tegumentationes*, vt legit Ambrosius; quod autem absolute, *ponenti* verbo deerat, aliqui tunc interpretati, mala; nonnulli bona; & glossema tantum postea in textum, vt alias interdum. Rufinus tabet subaudiri diuitias, in quibus cōfidūt, quas fallacus dolisque adepti sunt. Videtur Augustinus *dolos* iterum repetendo supplere, *propter dolos, posuisti eis dolos*, vt qua fraudem fecit, fraudem patiantur. Valentia intelligit finem felicitatis, vt eū *posuisse*, id est, impossibile, dicatur Deus, *posuit* Deus *iniquis mala & bona*, concedendo illis rerum externarum affluentiam, & prosperam quam vocant fortunam, quia bonis indifferentibus, bene vti cùm possent, malè vsuros præuidit, & nihilominus nolunt auferre, sed eorum vsum dare, qui nec aliquo modo potest positiuus quida indurationis effectus, vt alias docuimus. Simul tamen quoque verum est, quod monet idē Rufinus, non dare iustū ac bonum Deum tēporalia bona malis, vt sic eos dece pere intēdat, sed in his bonis, inquit, quæ bene ipse, qui bonus est, mairs ponendo tribuit, ipsa corū voluntas prona, & peruersa vsus ipsos corrumpunt. Nā acceptis a bono Deo terrenis bonis, vnde meliores, bene dispensando, & misericorditer largiendo, esse debuerunt; inde proprio vitio suæ cupiditatis & superbiæ corrupti, fallacias, dolos, inuidias, & cætera mala exercuerunt. Causa ergo proxima est Deus ita posuerit, seu disposuerit, *dolo* dicuntur (nam frequentissimum est, vt præpositio (*in*) valeat (propter [a],) vel vt esset iniquis prosperitas, tanquam dolus, laqueus, rete, *m. s. pala* [b]; vel quia dolis ac fraudibus, quibus aduersus alios vti fuerant, similis debebatur pœna, scilicet vt terrena bona eligentes, & reliquentes æterna, pro terrenis bonis æterna supplicia luerent, ac *animæ* damnum sine *detrimento paterentur* [c] vt ait Augustin. De dolis contra alios Hieronymus explicat; Vtrumque placet, & *dolos* pro quibuslibet quæ peccatis, præsertim quibus læditur alius, vsurpari, vidimus alibi; de pœna etiam præcedentium fraudium Apollinarius declarauit.

τοῦτο γὰρ ἐστὶ δόλιον ἀντὶ ἔξιν ὧν ἔπραξας ἔργων.
Hoc lubricum dolosis parem præbuisti operibus.

Quocirca nō est quod zeles, vel turberis, ac indigneris, ob prosperitatem iniquorum, sed potiùs condoleas, cùm ex eapsi sibi dolum faciant, & laqueum nectant, idque iusse permittente Deo, in pœnam doli & fraudis aduersus alios vsurpatæ.

Allusionē Hugonis ad positionē philosophicē sumptam lege, si libet, cùm nempe ponūtur quæda, seu cōceduntur disputādi causa, ad tēpus, quæ falsa sunt quasi etiā, cum quis instituitur Episcopus, Papa, Rex, Imperator, &c. dicatur ei à Deo, *ponatur te esse talē*; & sicut opponens, potest positionem deponere, ita Deum, qui *dat, & auferre* cū *placet* [d], *ponit animam*, & *sumit* [e]. Citat illud propositum, *iectorem* [f] *te posuerunt*; & *anima* [g] *habes multa bona posita in annos plurimos*. Plura idem, & acutè, & piè; sed secundùm solam accommodationem; quam equidem, non curiosis permittendam censeo, nec sine aliqua cautione, & præmonitione; ne pereat cum plausu, sonitu, situ, & contemptibilem reddat sacram tum scripturam, tum concionem. In Ambrosij sensu non moror, qua *tegumentationes*, vt dixi, legit. & explicat concessos a Deo successus profanos sæculorum commodorū, & abundantiam diuitiarum iniquis, ne cala-

[a] Psal. 101 5.
[b] Deut. 32 29. [c] Eccles. 8 12.
[a] Sensus loci.
[b] Sap. 14 11.
[c] Matt. 16 26.
[d] Apoll. 11 3. psal. 34 6.
[a] Imperium pro sperare ea omnia est eorum præsumere.
[a] Lege indicem Sa. In pro, propter.
[b] Sap. 14 11.
[c] Matt. 16 26.
[d] Dolo pro quibuscumque peccatis pœna infertur alius.
[d] Hugonis allusio huc usque.
[e] Iob 1 21 & 2 10. [f] Esa. [g] Luc. 12 19.

Tertur

rétur propter inopiam seu acerbitatem alicuius doloris, & luctus minus fuisse denotos, atque in culpam latrocinij & direptionis studium, necessitate egestatis impulsos non ad tranquillitatem vitæ, vtiamque lætitiæ, diuitijs opimatos, aut honoribus elevatos, sed vt querela excluderetur, coaceruaretur æruinna, prout sequèti membro habetur. Bona ratio ad compescendum vaecillantem circa prouidentiam animum, edutioni nostræ minus accommodata.

Existimat Rosa [a] noster, & obiter etiam Pineda [b] atque Pradus [c], nec non Rutilius Benzonus [d], hoc loco *propter dolos* idem esse, quod prope, iuxta, non longe; *dolos* esse technas, fallacias, fraudes, artificia, stratagemata, cuniculos, insidias, denique qui appellatur dolus malus: sensum esse, quòd iuxta iniquos tetendit ac parauit Deus laqueos, & cuniculos, ac quidè tam prope, vt cum adhuc erigerent caput & eleuarent, illos deiecerit; tantum abest, vt in ea felicitate sint permansuri, quæ initio psalmi describitur: denique id esse, quod aliter [e] dicitur, *propter inanitiam suam mendaces sunt*. Obstat, quòd eo modo dicendum esset, propter dolos; id est, prope, posuisti eos, non autem, eis, nec enim ita commode intelliges, posuisti eis mala, vel bona, prope dolos, sed propter dolos, accipiendo, *propter*, causaliter. Tandem, quicquid sit de præpositione (ב), & Latina (*in*, præpositionem *ita* cum accusatiuo, cum quo hic est, *sin dejectiones*, aut ἐξαίσιως significare, prope, siue iuxta, nullo doceri exemplo potest.

Dejecisti eos dum alleuarentur] Hieronymus, *dejecisti eos ad interitum*. Alij, *corruere fecit*, aut *jacere eos in desolationes, ruinas, extremas miserias*. Chaldaicè, *projecisti eos in fauces*. Vocabulum Hebræum cum litera seruili articulum indicante מַשְׁאוֹתָם *lem issuoth*, à themate נָשָׂא *nasa* cum sinol, siue puncto in inistro cornu, significat *eleuationes*, & *tona, prohibitas* quoque *graues, ac molestas*. Sed Hieronymus & alij ex Hebræo vertentes, videntur legisse a radice נָשַׁם *nasam* cum puncto in dextro cornu; quo pacto denotat *desolationes*, & *destructiones*. Idem fere iudicium de versu 3. sequentis psalmi vbi hoc secundo modo scribitur idé nomen, licet ab aliis primo. In psalterio Gallicano, & apud Augustinum atque Fulgentium [f], *in ruinam extolluntur*, notat scholium Græcum in textu elide pro ἐπῆραν, fuisse ἐπέλαβες, *apprehendisti*: Error erat, nisi *apprehendere* intelligas ad deiciendum. Obseruat Augustinus non dictum, quia elati sunt, quasi postea quàm elati sunt, deiecerit eos Deus; sed in eo ipso quòd elati sunt: sic enim efferri, iam cadere esse. Docet præterea nitro [g] modo humilitatem sursum facere cor, elationem deorsum; quia pia humilitas facit subditum superiori, nihil autem superius est Deo: elatio eo ipso quòd respuit subiectionem, cadit ab illo, quo non est quicquam superius, & sic, inquit, quod scriptum est, *deiecisti eos dum extollerentur*: ita vt ipsum extolli, iam deiici sit. Alium assignat Gregorius [h] modum, tractans verba Iob [i]: *qui ponit humiles in sublime*; quia cum hi se ex humilitate substernunt, altæ mentis iudicio cuncta temporalia transcendunt, & cùm se indignos in omnibus æstimant, rectæ cogitationis examine, huius mundi gloriam transcendentes calcant. Repetit eamdem priorem sententiam idem Gregorius [k]; & ordinante diuino iudicio, suam superbis & elatis culpam verti in pœnã, vt hoc ipsum sit verè intus cadere, quod foris ostenditur profectisse. De se ipso autem scribit [l], conquerens de onere prælationis, multùm proficiendo exteriùs, interiùs cecidisse, & cùm honoribus profecerit, moribus cecidisse; e contrario *ascensus in corde ascendit in conuallem lacrymarum* [m], ab eo qui tanto verius ascendit, quanto forte humilius iacet. Placent & Petro Damiani [n] sententia eadem, per hoc ait, manescunt, per quod intumescunt inde corruunt, vnde sublimes fiunt: non postquam ad extrema deuenerunt, tunc nihil sunt, sed tunc proculdubio sunt nihil, cũ videntur aliquid. Rupertus [o] ait, tumore ascendere, veraciter descendere esse: quia vbi res eleuatur, ipsa eleuatione deficitur. Profectò athleta subleuat inimicum à terra, vt fortius ferrat, &, vt ait ille [p],

tolluntur in altum,
Vt lapsu graviore ruant.

Ponuntur quoque, *vt rota* inimici Dei [q], quòd, vt ait Aug. [r] ex his quæ retro sunt exoleuerint, & ex his quę ante sunt deficiunt. Confert superbum Chrysostomus [s] cum stupa flammescente, quæ post incendium inflatur fargue, postea leuiori manus tactu solutitia in cinerem tenuissimum, & in terram cadit: humilem nulla tempestate moueri, quia non habet vnde cadat. Nonne hic subditus est. Exemplo est Lucifer, qui conatus ascendere in cœlum, & *super altitudinem nubium, in similitudinem altissimi*: sed *detractus est in profundum laci*, & *sicut fulgur de cœlo cecidit*: quod & de Bethsaida, & Corozaim vaticinatus est Christus [t]. De quolibet superbo, qui humilitate reiecta, aduersus virã sum tumeat, & in mortem per superbiam recidat, Fulgentius [u] hunc locum vsurpat. Periclosam cẽsent Hippocrates, aliique medici summã & excellentissimam corporis valetudinem. Vtitur adhuc Gregorius [x] fumi similitudine, quoniã in psal. 36 [y]. dicitur, quod peccatores *deficientes, quasi fumus in fumum deficient*, quia fumus ascendendo deficit, & sese dilatando euanescit; & cum peccatoris vita, præsens felicitas comitatur, vnde ostenditur vt altus sit, inde agitur vt non sit. Explicat præterea magis locum psal. 8 [z]. ex rota, quia peccator cum in præsenti vita profecerit in anterioribus, id est, æternis, ac permanentibus bonis, corruens, ex posterioribus, hoc est, præsentis vitæ bonis, eleuatur. Citat [a] item psal. 36 [b]. *pusillum adhuc, & non erit peccator: & intelliges super exaltationem, &c. transiuit & ecce non erat, & non est inuentus locus eius*: pro terra Iacobum [c], qui de vita nostra scribit, quòd est *vapor ad modicum parens*; & Esaiam [d] cõparat autem breuitatem gloriæ carnalis cum fœno floreque fœni: denique *deiecti peccatores dum allevantur*, quia eo intrinsecus corruunt, quo malè extrinsecus surgunt. *In ignem deiecisti eos*, ait [e] alibi: Dauid, *in miseriis non se humiliem*: & in [f] Abdia Deus: *superbia cordis tui extulit te, sed si exaltatus fueris vt aquila, & si inter sidera posueris nidum tuum, inde te detrahã*, dicit Dominus. Meritorum Dauid [g] de se ipso: *eleuans allisisti me*; nam quæ volumus grauiter ad terram affligere, solemus alte extollere & quo altiùs euehitur quis, maioribusque afficitur à Deo bonis, siue naturæ, siue fortunæ siue gratiæ, grauior postea & molestior est, atque periculosior eiusdem casus. *Nihil est tam miserabile*, ait quidam [h], *quam ex beato miser*. Miseriam hanc ipsam, vt pateretur quodammodo Christus, paucis diebus excipi triũpho voluit, ante passionem suam.

[a] lib. 1. singular. c. 6.
[b] in Iob c. 5. vers. 7. num. 1. & in Ezech. c. 3. 20.
[c] lib. 3. in cãt. Magnificat c. 20. quòd 4
[d] lib. 3. in Gen. c. 1. *Tumore ascendere, veraciter descendere est.*
[e] Chrys. in cont. Rufin.
[f] pf. 81. 14.
[g] Idem.
[h] hom. cont. Iosepha & Susannã 5. *Superbit cum homo se tanquam ceteris ex terra conditis eminentiorem putat.* Consule eo quod Dauid dixit. Quæ tuus ego! 10. 8.
[i] Esa. 14. 15.
[k] Luc. 10. 15. & Luc. 11. 23.
[l] lib. 1. ad Monimum c. 18. *Sunt quos ex ipsa corporis valetudine perculsa.* vide ep. in 5. ψ. vers. 10.
[m] Ier. mor. c. 15. vers 10.
[n] c. 4. 15. & c. 40. 6.
[o] *Deiici peccatores dum allevantur, vt dicitur.*
[p] pf. 39. 11.
[q] vers 3.
[r] pf. 101. 11.
[s] *Nihil tam miserabile quam ex beato miser.* 2 Cicero pater.

Vers.19.] Quomodo facti sunt in desolationem, subitò defecerunt: perierunt propter iniquitatem suam.

Vers.20] Velut somnium surgentium Domine in ciuitate tua, imaginē ipsorum ad nihilum rediges.

Sensus loci.

PErgens in sermocinatione cum Deo, vel ea intermissa, secum ipse loquens, vehementer admiratur iniquorum subitum ac improuisum casum, prioritque sanctam felicitati, catastrophen, exemptionem, vastitatem, solitudinem, redactionem ad nihilum. Adhibet similitudinē somnij, quod ab experrectis ac vigilantibus illico vanum & mane deprehenditur; ad eundem modum fore, vt Deus (cum quo in colloquium rediit, aut inchoatum continuat) in sua ciuitate, id est, in cœlo, atque in congregatione, & societate sanctorum, vmbratilem & imaginariam illā felicitatem, & famam, quam inquit apud mortales habebant penitus deleat; illi autem excitati tandem de graui sopore, ac stupore, quo nūc tenentur, intelligant quam turpiter delusi & nihilo beati fuerint, lictis, fallacibusq; aspectuum horum simulacris, quibus tantopere delectabantur, & gloriabantur. Tunc nimirum ferò licet, ferò dicent: *Quid nobis profuit superbia? aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquam vmbra*, &c. Ponuntur ibidem simillitudines *nauis, auis, sagittæ, imaginis, somni, somni, memoriæ hospitis vnius diei.* De his egimus in cōmentario libri Sapientiæ. Nec ad Sennacherib nec ad Babylonium Regem tetrastichi sententiam, sed generalem esse censeo, sicut præcedentes, & sequentes, psalmumque totum.

Vmbratilis & imaginaria felicitas & fama inquinata.

Qui modo facti sunt in desolationē.] Hieronymus, *quomodo subita sint* coniungit quidam sequens aduerbium, *subitò*, vt per asyndeton subiungātur sequentia verba. Parum refert. *Depositio* idem est, quod solitudo, Græcè, ἐρήμωσις. cùm destituitur locus habitatoribus, homo amicis, & alius etiam rebus. Significat שממו *obstupuit, admiratus est* quoque, seu rem admiratione dignam, & *stuporem* [b]. Hæc sunt nouissima prius indicata, vt Augustinus notat, & Olympiodorus [c], huc ad mortem, & infelicem eorum statum pertinere velis. sin etiam ad ærumnosam huius ipsius vitæ conditionem, in quam non rarò aliqui delabuntur ex ingenti aliqua prosperitate.

[a] Sap. 5. v. 10. 11. 12. 13. 14. 15.

[b] Ierem. 2. 12.

[c] in c. 9. Eccl.

Subito defecerunt.] Alij, *finem ceperunt*, seu *finiti sunt*, aut *finiri sunt*, סָפוּ *saphu. Lami impiorum breues, & gaudium hypocritæ ad instar puncti* [d], *& in puncto ad nihilum descendunt, & maledicuntur radici eorum* [e], statim, quæ videbatur *firma* [e].

[d] Iob 20. 5.

[e] c. 5. 3.

Perierunt propter iniquitatem suam.] Ambrosius, *& exte mutauit sonum*: duo psalteria alia, *& perierunt propter iniquitates suas.* Hieronymus, *consumpti sunt quasi non sint.* Alij, *consumpti sunt à terroribus*, vel *ab vmbris*, vel *turbationibus*, vel *horroribus*, vel *commotionibus*, מִפַּחְדֹתֵימוֹ מִבַּלָּהוֹת *min ballahoth.* Chaldaicè מִמְּחִיצְתְהוֹן *meithogheseam.* Significatur interitus repentinus, vt solet vi procellæ desperatæ leuiter grassetur, præcipua gloria, aut in medio diuitus fulmina, insolitive perdendi, ac veluti fulminandi modi, aut quod horribilibus terroribus tales examinati sunt esse impij, aut quod intimo

A propriorum peccatorum horrore perculsi. Id facere Deum quandoque ostendi testimoniis & exemplis potest. sit satis modò, quod attinet ad externum pastorem *sensum gradientis in carmine pyrorum* [a]. Aliqui nomen illud בלהות *ballhoth*. aiūt esse quasi per metathesin pro בחלות *bahalaleth, terrores, formidines*, &c. Sumpserunt fortasse LXX. terrores, ac turbationes, quibus iniquos turbaūerunt, & ideireo reddiderunt ἀνομίας, *iniquitatem*. Vere etiam nihil adeo horrendum, aut cōfusum: si derives à בלל *balal, confudit*, vnde בל idolum *bel*, & חבלות *chabalim, confusio, scelus*) quam peccare. Legit, opinor Hieronymus בל חיות *bal hayoth, non esse*, vel, בלוה *beloth, vanitates*; vel, חבלות *hebaloth, vanitates*, quamuis non extet, nisi sub forma masculina הבלים *hebalim* vanitates, quæ omnia optimè quadrant iniquitati, cum verò etiam, vt ratione illius peccator diabolo sit obnoxius.

[a] 1. Reg. 5. 11. 14.

B

Velut somnium surgentium Domine] Referunt alij, *Domine*, ad verba sequentia, & inchoant versum nouum a, *Domine*. Legunt autem in singulari, *exurgentis*, duo alia psalteria, & vetus, & Ambrosius, ac Augustinus: sed Cassiodorus, *exurgentis* in textu Græco ἐξεγειρομένου, licet videantur Theodoretus & Basilius legisse ἐξεγειραμένου, quem quoque numerum sequatur Apollinarius ἐγειρομένου. Hoc autem pacto tenuis est, quod perierunt, velut somnium, &c. alioquōd Dominus, velut somnium, rediget in nihilum imaginē eorum in ciuitate sua. Hieronymus, *quasi somnium vigilantis Domini*. Chaldaice, *sicut somnium ab homine ebrio qui expergiscitur a somno suo* (euanescit) *Domine in die iudicij magni, cum fuerint exuuiæ de sepulchris suis an furore imaginem eorum pernes*: vel, *sicut somnium hominis ebrij vigilantis, Deus in die iudicij magni surgere eos faciet, à domo sepulchri, & frementes imaginem eorum spernet.* Alij, supplendo aliquid, *sint velut somnium ab exercefacto homine*, aut *postquam expergefactus est* כחלום מחקיץ *chechalom mehakits.* Comparat iniquorum prosperitatem, cum somnio vigilantis; sicut Esaias [a] cum *somnio visionis nocturnæ, & cum ejuricione, qui somnians comedere sibi videtur, & surgens, quia habere, cum expergefactus, vacua sit anima illius, atque sitiat, ac esuriat lassus.* Vel deletionem imaginis iniquorum, de qua membro sequenti, cōferit cum somnio, quod euanescit. Iuxta modum priorem declarant Euthymius, & Nicephorus, & quidem ille de Babyloniis, qui iam tractata prosperitate sic dolebūt, vt solent, qui, quæ læta somniauerunt, hisse carere postea deprehendunt. Eadem vetitur iterum comparatione Dauid [b], *dormierunt somnium suum; & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis*, & Iob [c]: *dines cum dormierit, nihil secum auferet; aperuit oculos suos, & nihil inuenit, apprehendet eum, quasi aqua, inopia*, in quem locum confule Gregorij [d] commentarium; rursus [e]: *velut somnium auolauerit, & inuentus non fuerit, transiet sicut visio nocturna.* Item auctor Ecclesiastici [f]: *Vana spes, & mendacium viro insensato, & somnia extollunt imprudentes: quasi qui apprehendit umbram, & persequitur ventum; sic & qui attendit ad visa mendacia; hoc secundum hoc visu somniorum, ante faciem hominis, similitudo hominum.* Philo [g] scribit somnium esse vitam hominum. nam sicut in somniorum visionibus, videntes non videmus, audientes non audimus, mente inaniter sine vllis veris obiectis pugente sibi simulacra rerum non existentium; eodem modo etiam vigilantium imaginationes somniis sunt simillimæ; veniunt, abeunt, oc

[a] c. 29. 7. 8.

[b] psalm. 75. 6.

[c] c. 27. 19.

[d] 18. Mor. c. 9. vel 12. c. cap. 8.

[f] c. 34. 1. 2. 3.

[g] lib. de Iosepho. Somnia mala hominum.

C

D

E

currunt, refugiunt; priusquam comprehendantur, anolant. Describit Lucianus [a] insulam somniorum, cum & portu & regia nomine somnus, & templo noctis, ac impostura, & aliis permultis, incolas vt plurimum circumuenire alios, mendaces ac subdolos esse, vera perrarò loqui. Diceres esse ciuitatem, quam hoc loco vates noster memorat, quæ & dormientium est, simulque semper vigilantis Dei, ac permittentis somnia, & vanitates iisdem contingentes [b]. Idem Lucianus [c] querentem inducit Micyllum, de importuno galli cantu, quo tempore somnum nocte caperabat, & dulciter somniabat, gallumque respondentem, videret, ne qui otiosum indulgeret somno somnioque, per somnium diues excitaret expertectus. Denique:

Sed [d] non longa fatis gaudia somnus habet.

nec descendet cum mortuis gloria eorum, sumentesque omnia [e]. Bene somnum suum dormiunt fæculares viri, aut Ambrosius [f], qui licet fæculo vigilet, Deo dormiunt [g], in tenebris sunt, & in tenebris ambulauerunt, nec retulit aliquod eorum boni operis vestigium, filij tenebrarum sunt priuati lole iustitiæ, & ipsen lore virtutis: quod legitur psal. 89 [h] *quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt*; vertit Hieronymus, *pereuntes te eos, vt somnium erunt*, alij, *inuentus eris*: hoc est facis ceu impetu quodam ruere eos, vel instar nimbi diffluere, vel tapis de mundo subito, quasi immissa mundatione *somnium sint*, id est, omnis eorum vita, & prosperitas somno somnioque similis. Hugo temporalia bona comparat cum somnio, quia somnia amplexantur somnia pro veritate, pro vanitate mortuorum, varia somnia habet, extollitur de somnio: illa lat per ea diabolus: exponi solent somnia contrario modo: aucutiunt vanum timorem: de vitis mortuos faciunt: redeunte vigilia, euanescunt somniata: præludia sunt futurorum: securos efficiunt: sola restat post illa memoria, quæ animum potius affligit, quam delectet. Plura ex somnio orta prouerbia, quibus fallacia denotetur felicitatis. hominem ipsum Pindarus appellauit σκιας ονειρον, *somnium vmbræ*. Visionis nocturnæ somnia alius ex vetis Prophetis [i] appellat: & noster iterum *oculos diuitiarum* canit *dormitasse somnium tuum, & nihil inuenisse in manibus suis* [k]: Arburi necnon placet super hac re arbitrium:

Nocte sopo operta velut cum somnia ludunt
Exanimes oculos assolans, prouulit aurum
In lucem velut e fessi manus improba furtum,
Tinctaque ostque rapit: sator quoque proinit ora,
Cauda quo dicis secreto fauit amori.
E montem vnde valuis habet, ne forte grauatum
Excutiat premium secreti conscius auri.
Mox vbi fugerunt elusum gaudia mentem,
Verdque forma redit: animus quæ perdidit, optat
Atque inopem exercita sui totum, in ipse versat.

Lege Chiliad. 1 cent. 7. adag. 87. & Delrij nostri adagium ad hunc locum.

In cinerem imaginem ipsorum ad nihilum redigis. Hieronymus, *in ciuitate imagines eorum ad nihilum redigis.* Psalterium quoque Romanum & Gallicanum, & Ambrosius habent numero pluratis *imagines*, idem Hieronymus [l] alibi, *de ipsis*. Alij *cum fastidium, imaginem eorum spernes*: id est, dum fastidium habes mortuos, imaginem, vel figuram eorum spernes), hoc est, animam factam ad imaginem Dei, resurget enim aliqui *in opprobrium* [m]; aut, fulgorem illum externum totum pompæ, auctoritatis, gratiæ, sapientiæ, prudentiæ, quem mirari mundus in proceribus solet, & in quo sibi tantopere placebant iniqui, quam & Paulus [n] vocat *figuram mundi*, & in qua *imagine* dictum est psalmo 48 [o]. quòd *pertransit homo*, demonstrabis in die iudicij fuisse duntaxat apparentem, imaginarium, vanum. Fauet Paraphrastes: *Domine vt die iudicij imago, cum fueris resuscitati de sepulchris suis, in furore imaginem eorum spernes*; aut, *Deus in die iudicij imago surgere eos faciet a tumulo sepulcri, & frementis imaginem eorum spernet*: aliter quidam de tempore præsenti exponunt, vt id, quod est dictum, Deus demonstret, quando suscitabit, & transire faciet illa omnia, vel cùm signum aliquot potentiæ, ac prouidentiæ suæ cœperit edere, & perturbatum rerum mundi statum propter improbitatem nonnullorum, restituere in alium meliorem. Oritur æquiuocatio ex בְּצִיר *bahhir*, quod potest esse, vel verbum, vel nomen cum litera seruili vna expressa, nempe (ב) *beth*, & altera implicita, videlicet (ה) *he* בְּהָעִיר *behahhir*. nam עִיר *hhir*, quatenus verbum עִיר *hhir* significat *festinare*, & simul, vt nomen, *ciuitatem*. LXX. & Hieronymus etiam secundo modo, & quidem facilliore accepernt. nomen *imaginis* Hebræum est singulare, cum affixo צַלְמָם *selmam*, in quo etiam numero extat Latine, in editione Hieronymi apud Victorium.

Difficultas est, quid *imagines*, & *ciuitatis* vocabulo intelligatur, præsertim, vt dicitur Dei, etsi desit pronomen respondens Latino, *tua*; & Hieronymus, aliique Hebraizantes omiserint. Basilius, Theodoretus, Euthymius, Nicephorus, felicitatem temporariam Babyloniorum, vt *somnio*, de quo in priore membro, hic *imagini* similem, quæ imitatio tantùm externa veræ rei est, in ciuitate Ierusalem, quæ carissima Deo erat, & Iudæorum metropolis quidem ebantur apud Babylonios captiui, hoc est, propter illam, & in gratiam eius, quam illi adeò malè tractauerant, interpretantur à Deo in nihilum redigendam, breuique tantùm tempore duraturam. Si hoc admittimus, facilius est, *in ciuitate Dei*, explicare, non propter illam (constructio namque durior esset) sed quia intra ipsam teneri Hebræi ex captiuitate spretum ac irrisui erant attritam Chaldæorum potentiam a Persis: nec ita commoda expositio foret, *ciuitatem Dei* Babylonem intelligere, quòd eam Deus veluti subacturus esset, atque pro potestate alteri traditurus. De Sennacherib qui declarant, paulo apertiùs docent, quo pacto in ipsamet ciuitate Dei, quam obsidebat, imago ipsius, hoc est, felicitas, & potentia magna quidem in se, sed comparatione diuinæ, ficta & imaginaria, fuerit contempta, & ad nihilum redacta [p].

Sed antea dixi generalem sententiam, & sermonem psalmi totius esse de omnium iniquorum adumbrata, apparente, imaginaria, fallaci felicitate, quam talem esse, quamuis nunc tanti fiat, aliquando tandem Deus, in sua declarabit ciuitate Ierusalem cœlestis, de qua etiam Ephrem [q], cùm singulis reddet *secundùm opera* [r], & *laus erit vnicuique a Deo* [s], & suis res cuncte momentis veritique rationibus æstimabuntur. Hac ratione plurimi declarant locum illum, præsertim Latini, ita vt *imago* sit omnis mundi prosperitas, *ciuitas Dei*, locus vbi seipsum beatis communicat. Alludunt præterea ad imaginem Dei contemptam per peccatum a superbis dominibus præsertim Nomine digni sunt, ait Augustinus, hæc pars.

[a] Veratum Auctor. *Somniorum insula Lucianea descripta.*

[b] Eccl. c. 5. *Somnia, seu galli.*

[c] Ouid. ep. 21.

[d] ps. 48. 18 In psalt. d. loc. 7

[e] hoc loco.

[f] vers. 5.

Temporalium bonorum cum somnio comparatio.

[g] Esa. 29. 7.

[h] ps. 72. 6.

[i] Hinc Ezech. 8. 12. & 22. 28. in c. 19. Ecclesiast.

[m] Dan. 12. 2.

[n] 1. Cor. 7. 31.

[o] vers. 7.

[p] 2. Reg. 19. 35. 36. Esa. 37. 8.

[q] tom. 1. serm. de rebus his temporis.

[r] 1. Pet. 1. 7.

[s] 1. Cor. 4. 5.

vt Deus in ciuitate sua, imaginem illorum ad nihilum redigat, quia & ipsi in ciuitate sua terrena imaginem Dei ad nihilum redegerunt? imago naturalis manet semper, obscuratur peccatis aliquo modo: ea, quæ consistit in configuratione & cóformitate gratiæ, & ad Christum tamquam ad exemplar & prototypum, penitus obliterari potest; iustus autè, & quicumque pie honestéque se gesserit, intrat in ciuitatem Dei, & infert imaginem suam, vt in illa Dei fulgeat ciuitate, vt loquitur Ambrosius: inde, inquit Hieronymus, *discedere* iubentur *operarij iniquitatis* [a]. Videtur Chrysostomus citatus in 2. synodo Nicena [b], & ab Adriano [c] Papa I. imagines sanctorum approbando, vsurpare hunc locum contra imagines prophanas; sed rursus Ambrosius [d] elegantèr sanè, ad vanitatis conculcationem adhortans, ait: Tu deponis imaginem æterni Imperatoris, & effigis in te imaginem mortis. Euce magis de ciuitate animę tuæ imaginem diaboli? ciuitas & insula somniorum dici potest, de qua ex Luciano prius meminimus) & attolle imaginem Christi: hæc in te fulgeat in tua ciuitate, hoc est, in anima resplendeat, quæ obliterat vitiorum imagines, de quibus ait Dauid [e]: *Domine in ciuitate tua ad nihilū ac inanes imagines eorum.* Cùm enim depinxerit Ierusalem Dominus ad imaginem suam, tunc aduersariorum omnis imago delebitur. Huc vsque ex Ambrosio, quem etiam lege in 6 Exameron [f], vbi de duplici imagine Adam terrestris & cœlestis, & quòd prior intrare in ciuitatem Dei non potest, sed ille cuius in fronte agni nomen scriptum est.

Sed literalis sensus est, vt *imago* designet quicquid ad pompam, fastum, celebritatem, insigne ac notabile est, velutique effigiatum, & coloribus expressum, vt sunt etiam nobilitatis indices imagines vetustæ, ac fumosæ, tituli ac nomina, quæ *vocare* solent homines *in cerris suis* [g], de quibus item Augustinus [h] accipit hunc locum, appellans vanas gloriæ famuli in terra nominis, *vanitates & imposturas falsas* [i]. Deus in ciuitate sua etiam nunc, & de alto solio gloriæ suæ despiciens, has in charta cordis humani delineatas inanes imagines, interdum redigit ad nihilum; vt suo statuat alias diuinas, atque veluti describat cœlestem Ierusalem, imprimàrque desiderium illius, & bonorum æternorum. Putant stolidi homines non videre Dominum, *quæ faciunt vnusquisque in abscondito cubiculi sui* [k]: Hebraicè חדרי משכיתו *secreta cubilis mei*, *in cubilibus depictis*, seu *in cubiculis picturæ suæ*. De eodem nomine משכית *mischith* repete, quæ dixi versu 7. In illa cœlesti aula tot elegantibus peristromatis adornata, imagines hæc ac picturæ nostrates nihili dicuntur, & deridentur tamquam somnia depicta, vel somniatæ picturæ. Explanans citatum Ezechielem Hieronymus [l], ait, in nostri templi parietibus idola depicta ostendi, quando omnibus vitiis subiacemus, & pingimus in corde nostro peccatorum conscientiam, imagines que diuersis, & de his in hoc psalmo sermonem esse, ic in 18 [m]. Verumtamen *in imagine* ambulat, seu *pertransit homo*, nec vllum esse, qui aliquam imaginem non habeat siue sanctitatis siue peccati. Præterea [n] scribit, cùm in vno homine, tam diuersa sit facies animorum, Prophetam deprecari, vt in ciuitate sua imaginem eorum deliberet, scilicet vitiorum; cum enim ad imaginem, & similitudinem Dei, inquit, conditi simus, ex vitio nostro personas nobis plurimas superinducimus. Deinde, ait, exemplo histrionum, nos tot habere personarum similitudines, quot peccata. Tandem dicit exponens Ecclesiasten [o], scribentem [p], quòd *labor stultorum affligit eos, qui nescierunt vt in ciuitatem*, Philotophos veritatem omni quidem studio quæsiuisse, sed quia non habuerunt ducem & præuium itineris, & humanis sensibus rati sunt se comprehendere posse sapientiam, ad ciuitatem minimè peruenisse, de qua hoc loco; omnes enim vmbras, & diuersas imagines atque personas, quas sibi in variis dogmatibus induerunt, in vrbe sua Dominum dissipasse, hoc est, in Ecclesia. R. Moyses [q] docens hominem factum ad imaginem Dei, secundum animam, non secundum corpus, ne quis credat Deum corporea forma præditum, producit præsentem locum; quia contemptus adhæret animæ, tamquam forma spiritualis, & non membris, vel formæ eorum. Sed quicquid sit de illo, posset enim quoque dici contemptus de corpore: non approbo Galatinum [r], cùm argumentatur, despici quidem peccatorum imaginem, sed ad nihilum ne quaquam redigi, & infert apertè liquere nostræ editionis auctorem non rectè traduxisse, *ad nihilum rediges*. Traducit eodem pacto Hieronymus in editione ex Hebræo: & versu 22. cùm de se ipso Dauid iuxta eandem editionem nostram, ait ad nihilum redactum esse, non intelligit de propriè sumpta annihilatione; sicut nec aliquot alis in psalmis [s], in quibus est eadem phrasis, & vulgo etiam ita loquimur, vt *ad nihilum redigere*, aut *annihilare* vsurpemus pro eo quod est valdè despicere, spernere, contemnere. Solent reorum quorumdam imagines, proscriptorum & absentium, publicè proponi, tamquam extremo supplicio affectorum, suspendij, ignis, &c. ad eumdem modum, donec palam & publicè sistantur in iudicio reprobi, eorum quasi statuæ imagines que Inentiam æternam pœnam, exponuntur cum inscriptione causaue, per diuinam scripturarum sententiam pronunciata. Quamquam, quod notat Valentia, nonnullorum etiam imagines ac statuæ comminutæ, ac in nihilum redactæ sunt. Exempla colligit auctor theatri [t], nec, desunt haud ita vetera exempla. Sed in antiquis illustre Seiani [u]. Attigit id Ambrosius in genere, monens, vt videamus in ciuitatibus bonorum principū imagines perseuerare, deleri imagines tyrannorum.

Sumit præterea tropologicè Hugo *ciuitatem* pro Ecclesia, *imaginem* pro inutili prælato, seu pastore, quem vocat Zacharias [x] *idolum*, item pro religione, vbi ad nihilum redigi debent imagines, id est, cogitationes de sæcularibus & temporalibus.

Vers. 21.]Quia inflāmatum est cor meum, & renes mei commutati sunt.

Vers. 22]Et ego ad nihilum redactus sum, & nescivi.

POstquam intellexit, ac exposuit diuina de iniquis iudicia, longè ab eo iudicio diuersa, quod ipse fecerat, nonnihil offensus eorum prosperitate, vt initio psalmi dixit, iam agnoscit, ac profitetur se tunc immoderato quodam zelo, &

a Luc. 13. 27. b Actione 6. Sy. 6. c Illum locū vsurpatio contra imagines prophanas. d in templo de imagin. d. c. 49.

e v. 7.

Literalis sensus.

f ps. 48 12. g 15. de ciuit. c. 11.

h ps. 30 7.

i Ezech. 8. 12.

k in c. 8. Sy. 14 & 16. & 20. l In nostri templi parietibus idola depicta ostendi quando de vitiis dicit versu 7.

m epist. 13.

n Sensus lect.

o 1. 10. 15.

p c. 1. dirett. dubitum c. 1.

q Moyses homo sui pretij ad quid.

r Galatini argumentatio minus probata. d lib. 2. c. 8.

s ps. 13. 4. Ps. 57. 8. Ps. 59. 14. ps. 72. 59. ps. 102. 14. Ad nihilum redigere, annihilare, vt vsurpatur.

t volu. 3. li. 10. Pag. 1017.

u Dion. lib. 58. De ciuitatibus bonorum principum durare imagines: tyrannorum, delitur. Tropologus.

x c. 11. 17.

vehementi cogitationum procella æstuasse, agitatumque fuisse corde irrequieto, & commutatis interioribus animi contra iniquos affectibus, nec non etiam aliquo modo immutatis, ita vt illa ipsa concupiscere inciperet, quibus iniqui vacabant, & delectabantur, parumque abesset quin imprudens parúmque cautus, nec rationem perpendens iudiciorum diuinorum in rectissimorum, virtute deserta, prolaberetur in peccata, & redigeretur, faciens gratiæ Dei iacturam, in nihilum, & bestiæ similis efficeretur ob ignorationem. Vel certe ait, se quæstionis illius difficillimæ solutionem percepisse, non proprij ingenij, sed instinctu ac impulsu quodam diuino, cùm se sentiret inflammatum discendi desiderio, nihilque inquirendo humanas ac terrenas ratiocinationes promouere, eáque inanes & nullius momenti esse. Vel trahendo sententiam inclusiue, vsque ad versum 24. significat iniquos post prosperitatem periisse, ac in nihilum cum illorum quasi imaginem redactam: e contrario se dextra manu Dei sustentatum, benevolentia magna deductum, cum gloria exceptum, dum varias experitus tribulationes, & angores, nec satis intelligens qua de causa, etiam si turbaretur interdum, tamen de constantia, deque sana sententia, & syncero Dei cultu abduci se non ineret, eiusdem Dei nixus auxilio. Conflari vnus integer, ex his quasi partibus, potest sensus literalis. Dispicienda singula cum mysticis quæ occurrent.

Quia inflammatum est cor meum.] Hieronymus, *contractum*. Alij, *præsertim exæstuauit cor meum*: vel, *quasi acer acris pertulum fuit*: vel, *velut æstu affectum*: vel, *accensum fuerat*: vel, *inflatum*: vel, *tanquam fermentatum*. Chaldaice, *cremum fuerat*, aut *compunctum*. Sed *fuit*, aut *compunctum est cor meum*.] In emendatis Græcis, ἐπυρώθη, *delectatum est*: quo etiam pacto legitur in psalterio Latino vetere, & Romano, atque apud Ambrosium, Augustinum, Cassiodorum. In psalterio Gallicano, *exarsit*. Nullum reperi enarratorem Græcum, qui non sequatur vulgatiorem editionem, ἐξέκαυσε. Hebræum יִתְחַמֵּץ *inualescebat*, à חָמַץ *chamets*, *fermentare*, *trasci*, *opprimere*, vnde etiam nomen חָמֵץ *chometz*, & *acetum*, & *fermentum*, quia minus fermentata pasta gustum acidum habet, significat, *trasciuit, exacerbatur, perturbabitur*, sumpto autem futuro pro præterito, vt sæpe fit, rectè transtulit interpres Græcus, ἐξεκαύθη, & Latinus, *inflammatum est*, Hieronymus, *contractum*, id est, oppressum, & constrictum, quum vim habent acetosa. Non satis video, quid tibi velit, *delectatum est*, nisi figurata oratione fermenti qualitas ad meliorem trahatur partem, in qua nonnunquam sumitur [a], non tantum in malam [b]. Eam delectationem, Augustinus, & Cassiodorus intelligunt malam, cum inciperet Dauid sis delectari, quibus iniqui: Ambrosius, bonam, ex consideratione eorum, quæ de infelici exitu dixerat iniquorum, iustaque prouidentia Dei, qui humana curat, & respicit. Rursum Augustinus concedit de bona delectatione in Deum. *Inflammatio cordis* magis ad literam valet, quam Græci exponunt indignationem, ipsumque *zelum* nominatum initio psalmi, & Haimo ac Hugo vocant inuidiam, quam vetat auctor Ecclesiastici [c], *ne incendatur flamma ignis peccatorum iterum*. Beda *inflammatum* nominat desiderium seu cupiditatem boni, in temporalium exemplo iniquorum: Valentia vehementiorem voluntatem sciendi proponit quæstionem. Designat maxime iram *flammæ* verbum, sicut in vno priorum psalmorum [d]. *Concaluit cor meum intra me*, vel cruciatus tumultus, qui & *zelo* quandoque nominatur. Suspicatur Agellius legisse Lxx. ἐφλογίσθη *in immanib.* a שׁמם *samah*, *lætari*: qui autem vertunt, *inflammatum est* בחמם *inh hammam*, a חם *æstus, calefactio*, quod priùs docui, his suspicionibus non indiget. Post illam, literalior sensus Ambrosiano similis, vt exarserit eor gaudio; vel Arnobij, vt amore Dei. Hunc Rufinus appellat ignem Spiritus sancti, quo accensa corda illius non nisi spiritualia debeant tractare, vt idcirco cum tanto contemptu temporalium sit locutus Propheta. Remigius amplectitur vtrumque sensum. Bruno Carthusianus explicat de flamma sapientiæ Spiritualis: Dionysius, de zelo bono iustitiæ, ex igne Spiritus sancti, eo modo quo Ieremias [b] dicebat *factum sermonem Domini in corde suo quasi ignem exæstuantem*. Plane mysticus est Hieronymi sensus de Christo, vt Patris faceret voluntatem.

Et renes mei commutati sunt.] Hieronymus, *et lumbi mei vertere ignis vestigium*. Alij, *lumbi mei fuerunt compuncti sunt, quasi tela acuta* vel, *acuta punctis sunt*: vel, *renibus meis sagittæ infixæ sunt*: vel, *renibus meis acuar*, aut, *acuam me*. Chaldaice, *renes mei ardebant sicut ignis*. Interpres omnia complexus est per *commoueri*, siue quasi ob infixionem sagittæ, aut aculei, aut spinæ, ac stimulationem & compunctionem; siue propter admotas flammas *commutatum* legitur *lumini*, *repleti dolore*, *renes & cor vrit*, *a plagis pene eram* confodi [f], *dissolui* [g], *deficere* [h]. Lege quæ dixi psalmo 37 [i]. Cæterum interpretatur voluntatem cogitationem corporis, vt & per *cor accipiens*, luctum spontaneum. In psalterio Gallicano, *& renes mei immutati sunt*: in Romano, & apud Arnobium, & Cassiodorum, *resoluti*: apud Augustinum, *mutati*: apud Ambrosium, *& renes mei*: quasi facta in melius mutatione, quia ex maxima fatigatione veteris imprudentiæ requieuisse, inquit, se dicit, per agnitionem boni coelestis, & gratiæ Iesu: at etiam lectionem, quæ habet, *resolutus*: dicens quod relaxatus ad requiescendum cœlestis agnitione doctrinæ, & quasi pulchro quodam tutelo cœlestium præceptorum subnixi fouentur. Eandem resolutionem Arnobius in bonam partem accipit, nempe ad castitatis libertatem, à mali exempli, quod iniqui dederant, vinculo: Id Hieronymus etiam secundum nostram editionem applicat ad Christum, ne prævaleret ei luxuria cogitationis humanæ. Nicetas verò Nazianzeni Scholiastes [k] vtrumque de castitate declarat, & Augustinus hoc loco præter malum appetitum prosperitatis mundanæ; intelligit etiam libidines mutatas in castitatem. Contra Cassiodorus interpretatur malum in resolutionem, atque instabilitatem mentis, & inconstantiam, dum commotus prosperitate iniquorum, incauta præceptique voluntate ferretur in eandem. Propius accedit hoc ad literalem sensum, & editionem nostram, & indicat magnam agitationem mentis in inuestigatore sæpe dictæ quæstionis, aut quòd cuiuscunque voluntas quodammodo, & mens carnalis; alia sapiunt magis tropologiam. Nec ita placet alius dicendi modus Agellij, vt Dauid optet & oret magnitudinem iniquorum, seu prosperitatem, in Dei ecclesiam

Fermentum nō nisi putant in bonam partem vti, sed in malam, non priùs
a Matth. 13. & 1. Cor. 5. & 7. 8. Galat. 5. 9.

c Ecclus. 23.

exempli, quod iniqui dederant, vinculo: Id Hieronymus etiam secundum nostram editionem applicat ad Christum, ne prævaleret ei luxuria cogitationis humanæ. Nicetas verò Nazianzeni Scholiastes [k] vtrumque de castitate declarat, & Augustinus hoc loco

His congruit optatum.

k Innovat. 40. Nazian.

Sedulius meus gratis interpretatus.

tute, ad nihilum redigi, ita vt lætetur cor eius, & tenes de dolore in gaudium, in cognitionem de ignorantia commutentur. Hebræum verbũ, quod modò extat, est אשתונן *esthonan*. Habet vtcunque similitudinem coniectura Ricardi Cenomani, lectas a Hieronymo voces duas אש עשן *esch hiasçian*, *ignis fumans*, supplendo velut תנן *thenan*. Alij malunt Chaldæum nomen etiam pro *fumo*: a Lxx. quod etiam sentit Genebrardus habuisse rationem radicis שנה *scianah*, quod est *mutare*, non autem שנן *scianan*, quod *acuere*: etsi fatendum est illam formam hitpael, ex qua ita ro poel non ita conuenire radici שנה *scianah*, vt norunt periti grammaticæ. Fortassis erat ætate Lxx. יתנה *esthnamich*. in futuro. In ista commutatione spectare possumus tremorem qualis in rebus zelantis Mathatiæ [b].

Et ego ad nihilum redactus sum.] Hieronymus, *Et ego insipiens*: alij, *imprudens, ignarus, stultus, bestialis*. Chaldæice, *fatuus* שטיא *seauia*, cui simile Gallicum *fol*. Vocabulum Hebræum בער *bahhar* à themate בָּעַר *bahhar*, *ardere*, *succendere*, *depascere*, significat *insipientem*, itaque vertitur psalmo 91 [c]. aut *stultum*, vt in 48 [d]. & בְּעִיר *behhir*, *iumentum*, à depascendo, quia & stulti ac deliri, pleriumque voraces, & aliis noxij. Rectè igitur siccutus interpres sensum, eo modo vertit, quasi dicat Dauid se corde inflammatum, rebus defectum, toto corpore exesum, & consumptũ, & penè etiam ad insaniam redactum, & in bestiam transfiguratum: quod adhuc postea magis exprimit. Vim se ipsum vexat manifeste ac sine fructu meditatione molestissimæ quæstionis toties repetitæ, de prouidentia Dei, & iniquorum secundis rebus, & ad eas etiã inhiare videtur, quasi exhauriens spiritum totam, & vires, redigénsque se ad nihilum, rerum quæ nihil sunt appetitione. Pœnam potiùs quam contemptum significat hoc loco ita formula, quam sic reddit Apollinarius:

οὐ τὰς ἐχθρὰς ἀνόητος ὡς ἄλογα ἐμαυτῷ,
Ait ego stulte inde animus non cognoui animo.

Hic quoque Caietanus explicat, iustos patienter ferre, quod habeantur bestiales, & videantur eiusmodi ignominias, perinde ac si bruta essent, non percipere. Alienior sensus a litera, quemadmodum & Remigij de humiliatione voluntaria, vt magnificetur Deus: Arnobij, de ignoratione, quod *non sint condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam* [e]. Hieronymi de Christo, qui se humiliatum, & ignorantem dicat, vt verum hominem monstret, quod ipsum erant intelligere non de vera ignorantia, etiam vt Christus homo erat, sed quia ignorans haberi volebat. Similes istiusmodi sententiæ sunt hæ. *Combussi* [f] *eum ut carbonem, & non cognouit, & succendit eum, & non intellexit*: & 5. *pertransisti eos, & non doluerunt*: &, *ve bercauerunt* [h] *me, sed non dolui; traxerunt me, & ego non sensi*: &, *comederunt* [i] *alieni robur eius, & ipse non sensit*. Accommodatitiè, vt solet Bernardus [k], ait se ad nihilum redactum, id est, ad peccatum, & nescisse, quia non erat ibi, cùm primus parens deuorauit eum morsu amaritudinis. Deum solum esse, qui absolutè sit: nos propterea nihilum corde confractos esse, & corpore defluere in voluptates, in amaritudines, debere nostram culpam, pœnam cognitam, totos fluidos & enerues esse: non videri participationem & communionem nobis, qui nõ simus ad illum esse qui est; tam diuersã nõ posse coniungi, nisi, quod alio versu postea dicitur, adhæreamus Deo.

Et nesciui.] Hieronym. per nomen (*& nescium*) quemadmodum præcedente membro, *insipiens*: atque ita fere transtulit Symmachus vtrumque membrum, *nullus & dementauit, & non cognouit*. Augustinus, *& non cognoui*. Ponitur pro futuro præteritum, vt sæpe alias: est enim ידה *edahh* futurum. Quid *a sensu* dicat, dixi, nempe vel quo pacto expediret quæstionem hactenus tractatam, vel quomodo redactus esset in nihilum Relege dicta membro præcedente.

Vers 23.] Vt iumentum factus sum apud te: & ego semper tecum.

FAretur se bruto similem factum, & sicut equum, & mulum, *quibus non est intellectus* [a], neque alia curant quam præsentia, in expendendis consiliis diuinis, & concupiscendis externis, temporalibus, sensibilibus bonis, magisque distare a sapientia, prouidentiáque diuina partibus infinitis, quàm bruti distet cognitio ab hominis scientia: tamen diuina gratia factum esse, vt non recederet a Deo, errans in fide, & religione, sed fixus apud eum permaneret, quamuis penè mouerentur pedes, effunderentúrque gressus, nec leuiter concuteretur. Vel hoc ait, vt ferè Græci explanant, iniisse optimum consilium in re tam ardua, & adeo graui tentatione, vt se ante conspectum Dei, reputaret velut iumentum, ac Dei simpliciter subiiceretur impetio, curiosè non inquirens consiliorum, iudiciorum, & diuinæ voluntatis rationem, non obmurmurans aduersus illam, nihil ab ea profectum reuocans in dubiũ, sed se sinens trahi, moueri, agi. & quouis onere tribulationis grauari, semper affixus illi, nec latũ vnguem recedens ab eo; hac dumtaxat re distans à bruto, quòd certa mentis deliberatione, definitóque voluntatis proposito, sentire ac velle debere statuat quicquid sentiat & velit Deus. Pergit Hieronymus in allegoria de Christo, qui se factum iumentum dicat in portandis peccatis hominum, sed ita vt semper quatenus Deus, in Patre sit, & in ipso Pater, & ratione humanitatis nunquam recedat ab eius voluntate; & hoc pacto, vt Ambrosius notat, desinat homo esse iumentum, incipiátque homo esse gratia Dei, qui per imprudentiam prætẽdebat insensibilitatem, & inscientiam bestialem. Idacius [b] de Christo hunc locum, cum aliis similibus interpretatur; vt doceat quo pacto intelligatur, quòd Christũ Deus fecit, seu quòd sit factus Christus. Laudabile docet Euthymius esse, vt apud Deum nos ipsos existimemus tanquam iumenta, quamuis contrà reprehensibile sit, vt iumentum haberi apud Dæmonem, vt est in psalmo 48 [c]. *homo cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis*. Nyssenus [d] primis verbis affectionem rationis expertem demonstrari scribit; posterioribus modum coniunctionis cum Deo, vt & nos discamus quomodo qui prius instar iumenti erat, postea cum Deo consocietur. Fidei simplicitatem, quæ requiritur à nobis in hac vita, probat hinc etiam Ambrosius [e]; supra nos enim esse scire altitudinem sapientiæ; satis esse nobis vt credamus. Bernardus [f] comparans præsentem cum loco psalm. 48 [g]. vbi probro ducitur com-

Iumentu Christi esse fœlicissimu.

paratum esse hominem iumentis insipientibus, iubet nos iumentum Christi esse, cum Propheta, quem ait hic loqui Deo cum quadam congratulatione; honorabile esse homini sub onere Dei non recalcitrare, nec esse qui non inuideat plurimum illi iumento, cuius in humili tergo ad commendationem suæ mansuetudinis dignatus est sedere Saluator [a], si cum illius tam pretiosi oneris gestatione intelligentiam quoque tam singularis habuisset honoris: patienter sustinendum à nobis onus, sed honorem intelligendo, & sapienter, ac delectabiliter cogitando tam ipsius oneris qualitatem quàm propriam vtilitatem, egregium planè titulum dignitatis, & commendationem honoris immensi esse, quo Ignatius Mariam datis ad eam epistolis consalutat, vocans Christiferam; cui enim seruire, regnare est; gestare hunc non onerari esse, sed ornari. Huc facit præterea, quod Ecclesia, & fidelis quælibet anima comparatur cum *quadrigis Aminadab* [b], in Cantico canticorum, vt exponunt tres Patres apud Theodoretum iuxta lectionem Lxx. ὅτι με ἅρματα Ἀμιναδάβ, *posuit me currus Aminadab*; id est, inquiunt illi, currus me suos constituit, quæ disciplinis eum in me ipsa, ad vos, habita cuiusque vestrum ratione, perferrem. Tradit eandem allegoriam loci ex Cantico canticorum Ambrosius [c], & alterius ex eodem libro de [d] equitatu, quem etiam Origenes eodem explicat sensu [e], quatenus frænum disciplinæ admittitur, & *iugum* sponsi *suaue* portatur [f], & sinunt se aliqui spiritu Dei agi, & recipiunt Deum sessorem dorso incuruato obsequentissimè, sed obsequio libero. Immo liberum arbitrium auctor hypognosticon [g] apud Augustinum [h] iumento rectè comparari docet, & gratiam sessori, quia sicut iumentum animal viuacissimum, vt dometur, inquit, ad opus homini necessarium, de armento vagum apprehenditur, & incipit per curam domantis se, ad eius proficere voluntatem, ita & liberum arbitrium, quod vulneratum viuit in homine, gratia Dei apprehenditur de armento luxuriæ sæculi, in quo sub pastore diabolo vagabatur per incongruas voluntates, vt & malæ conuersationis deposita feritate humilietur, & vt ad obediendum ad opus Domino necessarium corrigatur, & ita per eius semper curam, incipiat in Dei proficere voluntatem. Plura idem ibi de comparatione liberæ voluntatis & gratiæ cum equo & sessore. Sed Augustinus [i] differte declarat, quo pacto salua libertate agamur, vt Apostolus [k] loquitur, *spiritu Dei*, docens, quòd nisi Deus regat, cadimus; nisi ille regat, iacemus: Agimus autem, & agimur, ac tunc bene agimus, si a bono agamur; adiuuamur, quia & ipsi aliquid agimus. Idem [l] præterea monet: Ergo humilis porta Dominum tuum; esto iumentum sessoris tui. Bonum namque tibi est vt ipse regat, & ipse ducat; nam si ipsum sessorem non habueris, ceruicem erigere potes, calces potes mittere, sed væ tibi sine rectore, quia libertas ista in bestias te mittet comedendum. Eodem spectare possunt alias dicta de non *calcitrando contra stimulum* diuinum [m]. Illud quoque Hieronymi monitum ad Saluinam [n], nostrum esse, voluptatis aduersarem maiore Christi amore restinguere, & lasciuiens iumentum, fœnis inediæ subiugare, vt non libidinem, sed cibos quærat, ac desideret, & sessorem Spiritum san-

Maria Christi fœna ab Ignatio consalutata.

Ecclesia & fidelis cuiuslibet anima comparatio cum quadrigis Aminadab.

Allegoria.

Liberi arbitrii cum iumento comparatio.

Liberum voluntatis & gratiæ cum equo & sessore comparatio.

a Matt. 21. 5.

b Cant. 6. 11.

c in ps. 118. Set. 2. lib 3. de virginibus 2. de Abraham c. 8. lib. de Isaac c. 8. lib. de Nabuthe. c. 15.

d c. 1. 8.

e hom. 2. in cant.

f Matt. 11. 3.

g lib. 3. c. 21.

h tom. 7.

i epist. Ioan.

k Rom. 8. 14.

l in epist. Ioan.

m Act. 9. 5. *Heroes ægre patientes iumentum n. spiritu.*

n epist. 9.

ctum, moderato atque composito portet incessu. Hoc assequetur facilius, qui animam sessoris dabit loco, corpori; & paleis non hordeo id nutriet, ne lasciuiat, & calcitret, vt Hilarionem & dixisse & fecisse scribit idem Hieronymus [a], fame conficiet & siti, graui onerabit pondere, per æstus indagabit & frigora. Gregorius [b] quidem etiam equum docet vnicuique sanctæ animæ corpus suum esse, quod nouit & ab illicitis continentiæ fræno restringere, & rursum charitatis impulsu in exercitatione boni operis relaxare.

Lenit comparationem, hoc loco, particula *vt*, siue *velut*, *tanquam*, &c. vt obseruauit Origenes [c], volens indicari ascensionem Verbi super nos, cùm alioqui, quantum ad Deum, iumenta sint nobis multo prudentiora, & quantum ad Christum, simus oues eius, quoniam tanta, inquit, distantia est inter eum & nos, quanta inter hominem, & qualecumque iumentum. Idem indicat Hieronymus [d]. At sunt nonnulli, qui quasi *pulli onagrorum se liberos natos putent* [e], nec vt iumenta domestica præceptorum loris, vt idé notat Gregorius [f], mentis colla subiiciunt, vt vitæ præsentis itinere ad nutum præsidentis pergant. Exemplum ponit bene ligati loris iltis Prophetæ nostri, prout verba præ se ferunt, quæ tractamus, & agrestioris prius quasi iumenti, Sauli recalcitrantis [g], *Cognouit* pia iumenta *possessorem suum, & præsepe Domini sui* [h], in quo posticum est eis piissimum fœnum, ipse qui panis est Angelorum, inquit Bernardus [i]. Idem lectu dignus in sermonibus de Dominica in Ramis palmarum. Inter alia dum comparat [k] processionem Christi ingredientis in Ierusalem cum processione cœlesti, in ea iumentum irrationabile, in ista rationabile obseruat fuisse, ideoque nunc dici *vt iumentum*. Præterea [l] designari vult duros corde & animos quodammodo bestiales, virga & calcaribus egentes; posse tamen si disciplinam ferre velint, de iumentis in homines commutari; interim nullos propiores esse Christo, qui *prope est tribulatis corde* [m]. Repete si placet quæ dixi ad verba psalmi 35 [n]. *homines & iumenta saluabis Domine*. Tropologia etiam quam hic Hugo tradit in partem vtramque, satis commoda est. Sed longior fui.

Bernardi obseruatio.

Vt iumentum fui ante te.] Nec Hebraice, nec Græce extat cóparationis seu similitudinis particula, & alicubi omittitur à Hieronymo [o], videtur tamen omnes saltem subintelligere, & videtur inuolui in nomine בהמות, quasi dicas *immanis*, vel *iumento similis*: parum refert quòd aliqui legant, *vt*, alij, *velut*: quidam, *sicut*. Prætermittit etiam Hieronymus [p] aliquando *factus*: quamuis, vt antea monui, vis à nonnullis fiat, cum in participio, tum in similitudinis nota. Augustinus, *quasi pecus factus sum ad te*. Nomen Hebræum בהמות *behemoth*, pluralis est numeri, & pom solet pro ingenti bestia, quæ videlicet multis æquiualere videatur, siue agrestes sint, siue domesticæ. Sic significat Dauid, se, vt vulgari sermone dicere solemus, magnam bestiam fuisse, hoc est, valde rudem, stupidum, & à ratione longius remotum, quando tantopere commotus, ac perturbatus est aduersus prouidentiam Dei, & non consideranit, quis demum esse iniquorum soleat exitus. De Behemoth apud Iob, Pineda [q] noster, & nos in psalmo 49 [r].

Apud te.] Potest quoque עמך *hhommanch* vel tu

a in vita.

b 11. mor. c. 9. vel 12. *Et unique sancta anima quum corpus est.*

c tract. 14. in Matth.

d in Abac. c. 3.

e lib 11. 12.

f 13. mor. cap 10. ve. 15.

g Act. 9. 5.

h Bern. 1.

i ser. 3. de circumc.

k serm. 1.

l serm. 2.

m ps. 33. 19.

n vers. 7.

o in Mich. c. 6.

p in Eccle. c. 1.

q in c. 40. v. 10.

r vers. 10.

tecum. vel *ad te*. vel *coram te*. Paraphrastes exposuit, *reputatus apud te*, videlicet significabar, te quasi aliorum, & tuo interdum iudicio videretur sapiens prudensque, reliqua arte iudicium Dei vis differre a bruto. Videtur mihi locum totum Philippus de Portus eleganti Gallico carmine reddidisse vna cum tribus vocabulis, quæ sequuntur. hoc est, versus tres præcedentes.

Qu'est donc ainsi troublé mon esprit s'agitant,
Et que mainct aiguillon au dedans me perçoit,
Veiant plein d'ignorance,
Que bestes couvers tes propos, & sans discours,
Mais ores tiens toutefois-moi, Seigneur, car toujours
Seront tes ordonnance.

Satis tuta phrasi dicitur *quis est cum alio*, qui pertes eius reputatur, illi est addictus, ipsi famulatur. Hic locutus interrogationem Iobi ad Angelum; *noster es*, נחנו לנו, *Latinum arbitrabar, num nobis tu*, nempe, *fautes*? an *aduersarius*? Chaldæe, *non vt nobis opem feres, venisti, an vt hostibus vestris*? & Christus, *Qui non est*, inquit, *mecum, contra me est* [b]. Sic Galli, *estes-vous à nous, ou à nos ennemis*? & Virgilius [c], *Noster eris*.

Et ego semper tecum.] Idem Hebræum עמך *immmach*, quod erat in priore membro, transtulerunt Lxx. μετὰ σοῦ, vbi μετὰ sæpe. Vult dicere, quamuis adeo deliquerit brutoque iumento in prædicando vitus fuerit, nihilominus Latisse in fide & religione veram non cessasse voluntatis in tot ios illos errores, qui vehemèter quatiebant animum ipsius, non recessisse a Deo per grauem transgressionem legis, sed & vestigium fe, tametsi multas experius sit tribulationes, a Dei prouidentia, cuius protectione tectum, vel defensum non fuisse, immo tanquam iumentum bero & sessori semper subiectum fuisse. Græci de futuro tempore intelligunt, idque supplent, vt se, quæ iuxta priorem modum dicebamus, proponat ac polliceatur tacturum: tum vero, vt de Deo cogitet, & loquatur quæ Dei sunt, ab illius memoria nunquam recedat, sequatur prouidentiam ipsius, hauquaquam curiose inuestigans. Apollinarius ad præteritum retulit, expositusque semper Deo earum extitisse.

Cùm diuinitus ejus sit, præsentiæ & curæ;
Sed ingrate bonis gregibus oculis.

Vel, sub perpetua cura & fauore oculorum benignorum tuorum, licebat etiam inter aduersa, & tunc maxime. Nam *cum ipso sum*, ait Deus, *in tribulatione* [d], &c. *Prope est Dominus his qui tribulato sunt corde* [e]. Retuli prius Hieronymi allegoriam de Christo, qui nunquam fit separatus à Deo, ex quo ei coniungi cœpit, nempe, quia licet in morte desiuerit homo, defecit vnio Verbi cum illo non tamen a partibus separatum est, moxque in resurrectione integro hominis Christo coniunctum est Athanasius [f]. Hinc argumentatur inseparabiliter coæternũ Patri Filium fuisse, hancque hoc loco dicere se loquitur. Caietanus explicat, de contemplatiuam & solitariam degentibus vitam.

Vers. 24.] Tenuisti manum dexteram meã: & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me.

MAgis declarat, qua ratione cum Deo semper fuerit, quia Deus ipse semper cum illo fuit, sinaque illius manu apprehendit, ac tenuit, nec dimisit, aut finit vacillare rem in tempus de prouidentia cogitationibus ruere, sed iuxta beneplacitum benignæ voluntatis suæ rexit & duxit, faciens vt eam colligeret, teque ei conformaret in omnibus; &, si quas interdum patires permisit aduersas, atque tribulationes, & molestias illas tentationes quibus aliter videbatur in bruti naturam, cum ipse in eis existens, *eripuit eum, & glorificauit eũ* [a], decernens post humanæ vitæ miserias, gloriam beatificam in claræ diuinæ sapientiæ, potentiæ, bonitatis, cæterorum attributorum, totiusque diuinitatis contemplatione.

Cassiodorus attingit allegoriam de suscepta natura humana à Verbo diuino, & ad cœlestem gloriam euecta.

Hieronymus, de descensu Christi ad Inferos, de Resurrectione, de Ascensione: Athanasius, quòd tenuerit ge eri humano dexteram iam mortuo, iam fœtenti, duxerit à voluntate diaboli ad voluntatem suam, & assumpserit in gloriam.

Vt sensum literalem eradunt Basilius, Theodoretus, Euthymius, Nicephorus, reductionem populi de Babylone, quasi optimi ductoris manu, aut brandi Patris, Deus aberrantem filium, dextra illius apprehensa, domum reduxerit, atque seruitute liberatis præstiterit per gentes tranquillæ facilitatem, atque illustrem, reddiderit, & gloriosum. Sed, quod sæpius monui, ea gustior expositio est, cui vt augustior, & communior, ita verior.

Tenuisti manum dexteram meam.] Hieronymus, *tenebas*, in duobus psalterii Romano, & Gallicano, atque apud Augustinum, *manum dexteræ meæ*. fortasse legerant Græce, ἐκράτησας τῆς χειρὸς τῆς δεξιᾶς μου, non autem vt nunc est, & esse debet secundum Græcam constructionem. Idem correxit in psalmo 120 [b]. *Dominus protectio tua super manum dexteram tuam*; vbi etiam quos hic dixi, legunt, *manum dexteræ tuæ*. Imo vtrobique Augustinus rationem huius dicendi modi inuestigat; ac tandem pro potestate declarãs *manum, dexteram*, æterna bona, quæ dabuntur constitutis ad dexteram iudicis [c], ait *manum dexteræ* esse potestatem, quam concedit nobis Deus, vt si velimus, donante illo simus ad dexteram; quæ est *potestas filios Dei* [d] *fieri*. non valet autem nisi eam Deus ipse teneat, & protegat. *non permittens tentari supra id quod possumus* [e]. Nihil securius & sapientius. At non dubito nihil aliud locutaliter significari, quàm manum quæ dextera est, hoc, & illo alio psalmo, nec *manum* potestatem designare, quamuis alibi eam significet, vt cùm dicitur *mittis manus in aliquem* [f], aut linguæ tribuuntur *manus* [g], quæ Augustinus exemplis tetigit, & nos hoc opere pluribus.

Ambrosius docens, ita vt habemus, legi debere, secundum Græcum textum, quem etiam recitat, multa egregie ad præsentem locum obseruat, quæ præterunda non iudico. Ait indicari, eos a malis animalibus separari, quibus cũ paucis versibus comparati literamus, & in hominũ assecla conformia, quæ Deus visitat, & tuetur: deinde illustrat quod hic dicitur, verbis psalmi 15 [h]. *Dominus a dextris mihi, ne commovear*; de quibus repete dicta in commentario nostro. Postea dicit, cum Adam obtinis esset mandatum Dei, & voluntatem ei præcepti implere, ne amitteret

a Iobi c. 33.

b Lucæ 11.

c Aeneid. 2

a psal. 90. 15.

Allegoria.

Sensus literalis.

Aliter ex Ambr.

b versic. 5.

c Matth. c. 25.

d Ioann. 1. 12.

e 1 Corinth. 10.

Ambrosius sententia.

f Athanas. ad Epictetum & lib. 3 de Trinit.

g psal. 90. 10. & psal. 118. 19.

Allegoria de Christo.

Confusus sum.

h versic. 8.

i Gen. 2.

dimisit.

diabolum tenuisse, & ad lignum feriendæ bonis & malis extendere fecisse, atque in illo præiudicatū omnibus, cæpisseque vniuersis aduersarium *adducere*[a], sed huius maledictionis duræ vincula, benedictione ista maxima laxari, ideo Dominum letum *ad iecoram* sibi diabolum statuisse[b], quia hominis caulam locumque susceperit, & quasi bonum athletam permisisse, vt ille sibi ad dextram staret, vt retrorsum repelleret[c]; nostrum cuius, me idem à dextris staret, dixisse, *venit*[d], *tequeere me.* Subdit *tenere manum dexteram* nostram Deum, vt iam peccare non possimus (id est, possimus non peccare) & lubrico ante fluctu abūdi vestigio, fida iam possimus statione consistere.

Confirmat exemplo Petri, qui videri possit hāc rotam pronunciauisse sententiam, quando cum turbatū Dominus vidit, & *extendens manum* dexteram suam, turbari non passus est, atque intrepido firmauit incessu[e].

Tandem desinit, *dextera* denotari actuosam animæ virtutem, quæ si Domini voluntate dirigatur, nihil aliud desiderat, nil quærit, nullas mundi huius opes, nulla adumenta deposcit: vt quæ hic subiecta tantum, significant. Hactenus in summam redactis Ambrosius. Quod vltimo habet loco de *dextra* manus notione tropologica, traditur etiam ab Euthymio, & fere à Latinis, vt per eam indicentur laudabiliores, & meliores actiones, quibus quasi æterna sibi bona promereatur, & consilium ad dexteram. Conueniunt præterea, *tenere manum dexteram à Deo*, cùm tegit, defendit, iuuat: & sumptam similitudinem ab optimo doctore, qui puerum, vel infirmum per se ire non valentem manu deducat, sic etiam tantam esse in beatitudinem nostram, quod nominatim Rufinus notat, vt in bono per se proficere minimè valeat, nisi eam diuina virtus semper teneat & trahat. Ephrem[f] etiam agnouit hic illam comparationem p[ro]ac bonitate, illum sibi carum habentis. Nyllenus[g], Dei auxilium per mentis ad dexteram tranſitionem. Nazianzenus Scholiastes Niceta[h] docet eum in Dei voluntate deduci, & *a dextera* [illegible], qui carnis affectum exuit atque ad mandatorum ipsius obseruationem se confirmauit: Dei susceptionem atque auxilium esse quoque mentis ad res dextras & cum laude conuersantis impetum, & ad virtutem propensionem, & in tuto pacto portum requiem. Hinc obiter simul intelligitur, quod alias demonstrauimus, honoratiorem quandoque esse locū huiusmodi lateris, manui vacante vt horum, cùm quis dextram tenet, vt alibi tuetur, & protegat, quasi similia sua teneat illius dexterā & dextera libera expeditaq; defendendi, ac totius corporis oppositu, si sit opus, fungens in ea re latentis & fatellitis officio: cuius qui beneficio vtitur, hoc quidem nomine honoratior est. Porro Bernardus[i] tractans verba sponsæ, *tenui eum, nec non dimittam*, occurrit obiectioni, quo pacto hic *tenere* dicatur sponsus, siue Deus, ibi *tenere* vel sponsa tum *tenere*, tum *teneri*. Tenet, in quantum fidei humilitate, tenet deuotionis affectu, at nequaquam diu teneret, si non teneretur: tenetur autem potentia, & misericordia Domini. Audeo dicere quòd non tantum, non diu teneret, sed nec vllo temporis momento, si ille ex gratiæ defecto auxilium.

Docet Cyrillus Alexand.[k] expendens ab Angelo *apprehensam manum* Lot, *ne vnum, ac diuersum sortiretur exitum*, vt educeret extra Sodomam[l] ad esse

A argumento euidentissimo, nos non verbis tantū, & admonitionibus in animum immissis incitari, vt a peccatis recedamus, sed etiam ad eam erga nos benignitatem descendere omniū saluatorē Deū, vt efficaci nos auxilio iuuerit sibi velle sententia istam nostram. Non est opus monere, quod alias monuimus, monet autem quodā sermone Augustin.[a] Deum humana forma & membris carere, tametsi dicatur hic alterius *se prehendere manū dexteram*: Figurata locutio est frequens ac familiaris diuinis literis. Similis ibi sententia inter alias est apud Esaiam[m]: *apprehendi manum tuam, & formauite. & custodiui te. & dedi te in apprehendo dexteram*: quod est, vt exponit Procopius, hoc ipso nostro citato loco *ἀσπαζόμενος ὑπερασπίζειν, defensurum signum.* Lege etiam præ

B cedentes psalmos 15.[b] 17.[c] 59.[d] 62.[e]

Et in voluntate tua deduxisti me.] Hieronymus, siue particula contingere, *in consilio tuo deduces me.* In biblijs Complutensibus, Reginque, tū Graecis cum Latinis, *ἐν τῷ θελήματί σου*, id quod valet בִּרְצוֹנְךָ *bitzonecha*. Accepitur quasi vox pro *voluntate, consilium*, & hoc pro illa, nec non alterutrius (vnius vna pro altera) loquum pollet suspicio esse legisse בְּרֵעָה *berehah* infinitiuum à רָעָה *rahah*, pro nomine, illos qui verterunt *in voluntate*: & Lxx. vertisse, *ἐβουλεύσω* aut *βούλημα*. Tale quod psalmo 30.[f] *propter nomen tuum deduces me.* Gratiam Augustinus interpretatur meritis oppositam. Sumi etiam potest *deducito* per viam, à Deo præceptam & rectam, per quam *dedicat spiritus bonus*[g], docens *facere voluntatem Dei*[h], legem ac præcepta obseruare.

C *σοῦ καθηγουμένου τῇ σῇ κάλλει ἤγαγόν με*

Tuis præceptis qui me beate deduxisti, inquit Apollinarius.

Ephrem[i] verò declarat, quòd exutam carnis voluntatem, & ad susceptionem & ad obseruationem mandatorum intentum, in voluntate sua Deus deduxerit. Postremò significat deductum se in cognitionem voluntatis & consilij diuini, vt iudicium ac voluntatem suam accommodaret Deo, etiam si penetrare rationes eorum non posset, atque difficultates experiretur ejus prouidentiam ipsius; vt sæpenumero vidimus.

D *Et cum gloria susceptisti me.*] Hieronymus, & *postea in gloria susceptes me.* Alij, non supplentes præpositionem quæ non est in Hebræo, & *postea gloria susceptis me.* Gloriam futuræ præsertim vitæ intelligit; sed etiam præsentis, quæ consistit in particularibus quotidiani gratiis beneficiisque. In aliis Latinis psalteriis est, *Assumpsisti me*: & apud Ambrosium, Augustinum, Arnobium, Cassiodorum. Chaldaicè *Et postquam completa fuerit gloria, quam dixisti te adducturum esse super me, accipias me*: vel, *postquam compleuerus gloriam, quam dixisti venturam super me, accipies me*, id est, euocabis ex hac

E vita, aut euoces. Græci reditum populi de Babylone explicant, edicto Cyri, ad vniuersas immundi regiones. Opinatur Agellius vertisse Lxx. *μετὰ δόξης*, *post gloriam*, & supplet *σοῦ tuam*, quasi illa anteiret velut dux, ne ipse abiò diuerteret, ac aberraret. Item vertendo ex Hebræo, *& post, gloria assumes me*: exposuit; voluntate quidem, seu consilio deduxisti me, quasi præuio duce, & post, gloria tua suscepisti, & assumptisti: & allusionem vult esse ad Angelum, qui deducebat populum per desertum

a psal. 108.

b Zach. 3. 1.

c Matt. 4. 10.

d c. 19. 22.

e c. 14. 31.

Tropologica.

Tenere manus dextera a Deo teneatur.

f Ephr. tom. 1. de tuam sulpicatur tela. hinc mutuata.

g Nyll. in pi. c. 6.

h Nazian. in pi. 118.

Sensus de tenere manum quo sumpto.

i Bern. ser. 79. in cant.

k Cyrill. de adorat. in spir. lib. 16.

l Gen. 19.

Latini Genesis reprehensum.

a ser. 112. de diuers. 3. Deus vt apprehendere manum dextram intelligendus.

b c. 45. 2.

c c. 46. 1.

d vers. 8.

e vers. 20.

f vers. 7.

g vers. 9.

Locus iam proximus explicatus.

h vers. 4.

i psa. 142. 10. Ephrem.

i Hieron. locum de non supplendo, verbis hisce mouet.

& ad duplicem columnam, quæ nominari potest *gloria Domini*. Confirmat verbis Esaiæ [a]: *Anticibit ante faciem tuam iustitia tua* (tamquã dux præmonstrans iter) *& gloria Domini colliget te* (velut à tergo sequens cogensque ne erres. & ex agmine digrediaris,) ἀκολουθία σε, quod secundo affert loco probari potest: primum aduertatus editionem Græcæ ac Latinæ passim receptæ.

a c.58.8.

Vers. 25.] Quid enim mihi est in cælo & à te quid volui super terram?

Vers. 26.] Defecit caro mea, & cor meum, Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.

Sensus loci.

ARdens iam cupiditate verorum & æternorum bonorum, atque gloriæ, cum qua se dixit assumptum, id est, assumẽdum, cœpit cogitare felicitatem cœlestem, & arguere se, inquit Augustinus, quia pecus fuit, & terrena desiderauit. Affirmat, percontando se ipsum, & arguendo, nihil aut in cœlo, aut in terra esse, quod tibi esse gratum possit, vel dignum, in quod teratur desiderio suo, præter Deum verum: a nullo alio Deo, siue cœlesti, siue terrestri expectare, vel expetere opem, & felicitatem debere; quin etiam tantum in se esse desiderium adhærendi Deo, vt præ magnitudine illius deficiat, langueſcat, contabescat, & caro, & spiritus. Tum directo ad Deum sermone, singularem declarante affectum suum, vocat vnicum Deum suum, vnicè concupitum, solum cordis, & voluntatis obiectum, solam hæreditatem portionem.

Potest etiam David intelligere de voto, desiderio, spe quam protecerit in Deũ totũ, nec prosperas iniquorum res cuiãs, nec aduersas suas timens, dũmodo vnum à se Deum habeat, & illius nitatur auxilio; Hoc indicãt Nicephorus, Basilius, Theodoretus; illud aliud Latini magis communiter, hoc non excluso, nec non Athanasius, qui appellat τὰς ἄνω διατριβάς, *quas sursum sunt mansiones*; quo item pacto Ephrẽ', Isidorus [b], Chrysostomus [d], Bernardus [e], Nyssenus [f].

b tomo serm. de non iudicandis rebus inice momentane.

Mystici sensus.

Mystici sunt alij sensus. Cassiodorus interpretatur, quid aliud petam, quàm quod mundo daturus es, nempe beneficiũ incarnationis? ego veritatis ignarus qualia priùs sperabã in terra miserum bona peccatoribus communia, cùm tu beneficia parares in cœlo permãsura. Arnobius loquentem facit Deo Christum. In terra positus ita cœlestem vitam exercui, vt dum in cœlum ascendero, nihil mihi supersit, quod in terra nõ impleuerim. nihil enim *præter te solus super terram*, & etiam si *defecerit cor meum*, & *caro mea* in passiones; *pars mea quia Deus est, non defecit*; sed manet in sęcula. Tribuit Hieronymus eamdẽ orationem Christo, neque in cœlo, neque in terra aliũ *præter te quæsiui, à te enim impleta est voluntas mea*, vt mihi *stectatur omne genu cœlestiũ, terrestriũ, & infernorum* [g]. Euthymius refert duas alias expositiones, vt ipsemet Deus loquatur cum natura humana. Prior *quid mihi* aliud *in cælo est* ab Angelis, nisi cultus, adoratio, atque obedientia? & *à te quidnam aliud volui in terra*, quàm vt eadem mihi præstares, quæ ab Angelis mihi sũt in cœlo? Posterior, *quid mihi in cælo* aliud curæ est quàm tu ipse natura humana? & *& a te quid nam aliud volui*, quam vtilitatem, & commodum tuum? non immorabor in diiudicatione, cùm tamquam sensus mysticos admittendo, tam exactam rationem requirere non oporteat.

c pſ.118.112.
d Matt.19.27. Quis gradus sublimioris & affectus dignetur. e Serm. de diuers. 2 Heurb. animæ.

f cant 3 4 homil 5 in epist. ad Rom.

Magis literalem communémque Nyssenus [a] optime persequitur, adhibẽs, & exemplũ eius qui in carcere natus, tenebras illas quibus inuolutus est, & educatus, eximij boni loco reputat; sed deinceps luminis aetei particeps factus, condemnat primus illud suum iudicium, narratq; qualibus spectaculis solis & stellarum, omniq; pulchritudinis, quæ in cœlo conspicitur, præpoluerit caligine, cui assuetus erat, quòd meliora ignoraret.

Literalis & communissima sensus. a tract. 2. in psal. 6.

Quid enim mihi est in cælo?] Cum emphasi hoc legẽdum Hieronymus monet, Cassiodorus, Arnobius, Ambrosius; Alia duo Latina psalteria legunt, *quia enim mihi est in cælo?* Deest Hebraice particula causalis. Vertunt aliqui ex Hebræo, *quis mihi est in cælo?* id est, nullus, quem scilicet optem tecum, & præter te: vel *quis mihi in cælo?* nempe desideratus, nisi tu? Aquila quoque vertit, *tis, quis?* Paraphrastes, *quis summus tui, qui meus es in cælo nisi tu?* Legit & Hieronymus, *quod*. Sensus idem perseuerat, & fieri potest, vt fuerit antea מה *mah*, *quæ* non, מי *quis*. Non audio Hugonem tumentẽ *quia*, admirative & indeterminate, quasi magnitudinem denotet rei expetitæ. Interrogationem important dictiones Hebræa & Græca. Excludit verò David hac interrogatione numina cœlestia, vt Ambrosius indicat, vel dispositionem seu fatum astrorum, vt Treuetus. Inhibitum fuerat Hebræis *facere tibi sculptile, & omnem similitudinem, quæ in cœlo desuper, & quæ in terra deorsum, & quæ in aquis sub terra* [b]. Dixit etiam postea Salomon Deo; *Non est sicut tu Deus in cœlo & in terra* [c]. Volebant filij Zebedæi *considere dextra & sinistra in regno* [d] *Christi*; sed carnaliter intelligebant, ac loquebantur. Cœlestis verè intellecta beatitudo, & rectè intellectus ad Christi dextram in iudicio locus, optari potest licitè ac honestè, *cóq; inclinari ad facilè ea suppicationes Dei propter retributionẽ* [e], & *seruari mandata, vt ad vitam ingrediamur* [*]. Gradus sublimior, & affectus dignior est, ait Bernardus [f], cùm penitus caritate corde nihil aliud desiderat anima, nihil aliud a Deo quærit, quam ipsum Deum, neque suum aliquid, non felicitatem, non gloriam, non aliud quicquam, tãquam priuato sui ipsius amore, desiderat anima; sed tota pergit in Deum, vnicumque ei ac perfectum desiderium est, vt *introducat* eam rex *in cubiculum* suum [g], vt ipsi adhæreat, ipso fruatur. Chrysostomus [h] vrget valde, vt ametur Christus propter se, non propter mercedem, cùm ideo & gehennã sit comminatus, & cœlorum regnũ promiserit, vt à nobis amaretur, & ipsummet amare illum sit magna merces, regnum cœlorum, voluptas, deliciæ, gloria, honor, lumen, beatitudo infinita: hic amor & amicitia, præ qua iuxta sententiã istam nostram, nec præsentia bona, nec futura quicquã æstimentur. *Habet mulier*, quam vidit Ioannes [i], *lunam sub pedibus*, id est, Ecclesia, & fidelis anima, res omnes temporales, quas contemnit: *Dominus Deus exercitus posuit eam cœli & terra* contenta [k], qui est *merces magna nimis* [l], *a die subtegminis, cóq; ad contegendas aliquid valet* [m], *calceatus hyacintho* [n], qui siue flos, siue gemma, coloris est cœlestis: a desiderio rerum cœlestiũ, vt ideireo laudẽtur *gressus eius in calceamẽtis* [o], quę quatenus cõstãt corio, hoc est, affectu terreno, ipsis sũt Moses [p], & Iesus [q] illa solenne de pedib. Petr [r] vitoel gustato Deo, seu Christo, ait, *bonus est nos hic esse* [s], & imitatus Esaiã, *palatia regni oculos* [t]: *desi clunes fauis ac pedes* [u], & *aurum*

b Exod 20.4. c 1 paral. 6. 14.

d Matt. 20. 21.

g cant 1 4

i Apoc 12. 1.

k Gen 14 22. c 15. 5. m cant 4 13. n Ezech 16. 20. o Cant 7. 1. p Exod 3. 5. q Iosue 5. 15. Moses & Iosue ne ipse quidem calceamenta deponere. r Matt. 17. 4. s 1 Reg 19. 4. t Esai 6. 2.

petit *in pace* [a], ne quid vel cogitet, vel desideret præter Deum. Diutius hæsit Ioseph in carcere, quia spem non nullam posuerat in eo, cui se cõmendauit, vaticinans liberationem ipsius [b], vt obseruauit Ambrosius [c], & Chrysostomus [d]. *Dominus spes nostra est* [e]. Sunt nonnulli, qui à Domino obtinere tẽporalia, seu spiritualia quæque concupiscunt, ait Bernardus [f]; sed perfecta charitas solùm sitit quod summum est; tota desiderij vehementia clamat. *Quid mihi est in cœlo, & a te quid volui super terram Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.*

Et a te quid volui super terram?] Hieronymus, & *tecũ nolui in terra*, quo item pacto reddidit Aquila, ὃ μετά σου οὐκ ἠθέλησα ἐπὶ τῆς γῆς, *aliquid tibi coordinans*, addit Theodoretus, συντάττων. Iuxta membri præcedentis versionem ex Hieronymo eodẽ, nostræ similem declarat Treuetus, ibi se Dauidẽ reprehendere, quod visus esset quærere quid ageret secundum cœli dispositionem, id est astra, vel fatum; hic asserere, quòd nihilominus vellet in terra cõsentire cũ Deo in omnibus factis suis. Editionis nostræ sensus est, vt in cœlo, sic in terra nihil voluisse a Deo præter Deum ipsum; idem fere valeret, si prout est Hebraice עִמָּךְ *hhimmecha*, transferremus, *tecum*, vel, *apud te*: & opinaremur Lxx. vertisse παρὰ σοῦ, non vt nunc extat, παρὰ σοι. nam *nihil velle in terra*, seu *super terram, cum Deo*, vel *apud Deum*, est non solum Deo contentũ, vno & vero, cuncta velle ab ipso recipere, sed etiã nolle cuiquam tanquam terrestri Deo diuinitatẽ communicare; quemadmodum gentiles cum cœlestibus dijs alios terrestres colebant velut infernos, & secundi ordinis. Hoc innuit quẽ citaui Theodoretus, nec non Basilius. Non video quare Genebrardus notet hoc loco præpositionem מן *min* negationem includere, sicut Latinè *abs te*, id est, præter rem, vel cõparationem vt, *præ te*, quasi videlicet hoc loco, & membro præcedente: *Quid mihi est in cœlo, & à te quid volui super terra*, referendo, *a te*, ad præcedens quoque membrum, significet, quid præter te, ac sine te, aut quid præ te, & plus quàm te. Notatio vera est, ac à me etiã alibi allata, sed præpositio מן *min*, hic non habetur, nec legitur מִנֶּךָּ *minnecha*, sed עִמָּךְ *hhimmecha*, & παρὰ neutrum vsum habet Caietanus cum nota interrogationis interpretatur, (& tecum quid nõ volui in terra?) hoc est, nihil refutaui in terra, quod cũ te amato manere aut sustineri posset, omnia pertuli, omnia subij tecũ, consumpta est caro mea: & quod deinceps in textu sequitur. Absque interrogatione vult esse sensum, tecũ non volui in terra aliquid aliud, & te, id est, te & alia simul, sed te solam. Iste sensus non differt à literali communi: prior violentus est.

Defecit caro mea, & cor meum.] Hieronymus, tẽ*summata est*. Monet autem peruersum ordinem esse, vt dicatur, *defecit cor meum & caro mea*: eo modo extat Græcè, & in duobus psalteriis aliis Latinis, & apud Ambrosium, Augustinum, Arnobium. Ordo editionis nostræ in textu Hebræo seruatur שְׁאֵרִי וּלְבָבִי *sheeri* (vnde forsan *chair* Gallice *pulmo*). In psalmo 83. [b] *cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum*, tenet primum locum cor, quoniam redundantia significatur gaudij spiritualis ex animo in corpus: hic autem de defectu est sermo, qui à carne incipit, vel significat defectum, & deliquium quoddam animi corporisque, præ desiderij ardore, (qualis *languor*, & liquefactio *sponsa præ amore* [i]; morbus Amnon præ amoris impudici vehementia [k]: Scieuci, qui deperibat nouercam [l]: Perdiæ, qui patris Alexandri pellicem [c]: Phædræ, quæ priuignum Hippolytum [d]: Delfini pisces, qui puerum [e]. Denique amor *morbus*, & *languor* dicitur [f]: vel, etiã si deficeret carne, & corde, & propriis viribus corporis animique, tamen satis se roboris habere in Deo, immo plenum perfectamque felicitatem. Gregorius [g] non semel amoris diuini vim illam, quod modò dicebam, tractans, & illustrans exemplis Iacob [h], atque Danielis [i], confirmat etiam simili sententia psalmi 118. [k] *defecit in salutare tuum anima mea*, & 83. [l] *Concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini*, & Cantici [m], *anima mea liquefacta est, vt* dilectus *locutus est*; & Danielis [n], qui se post visionem testatur *elanguisse, & agrotauisse per dies* plurimos; Ambrosius [o] dum explicat citatum locum ex psalmo 118 profert in exemplum Tobiæ tumoris matrem, quæ filium peregrinantem expectans, deficiebat à desiderio, in angustijs constituta, & tamquam resoluta viribus. Eodem spectat illud psalmi 118. *defectio tenuit me pro peccatoribus* [p], alia namque defectio bona est, alia mala; vt annotat Hieronymus [q]. Hoc sibi vult Hierotheï apud Dionysium [r] sententia, amantes pati diuina. Defectus hic in Deum, tolli a Deo affert, vt ex proprio Augustinus [s] docet experimento. vulnera charitatis [t], medicina sunt animæ. Philosophicè ac medice, quæ de deliquio animi differuntur, prætermitto, possunt huc non incommodè deriuari. Attingit paucis causas, & effecta illius in Photij [u] bibliotheca Theophrastus. definit priuationem caloris, vel frigiditatis circa pulmonem, id etiam contingere ab ipso calore, quia maior ignis tollit minorem; & ab æstu præfocante, & alio calore, & maxime condensato, cum hæc nos opprimunt, animo nos deficere, ac deliquium pati, extinguente externo internum calorem. Sic sanè deforis, ac de cœlo inditus à Deo charitatis calor consumit noxium fomitem, & quod ibi non sit, ipsemet subiens permanet, ac vehementiùs accendit, ita vt cum deliquio defectúque naturalis & praui, viua vigeat flamma diuini amoris, & supranaturalis. Interpretatur *deficere carnem, & cor*, Hieronymus [x], malam cogitationem, & malum amorem: Ruffinus, carnis concupiscentias, & pristinas cogitationes; vt caro spiritui reluctari non possit, cor, & voluntas, ac præsumptio resecetur. Paulinus [y] ait conteri, destrui, & ad nihilum redigi terrenam imaginem, vt perficiatur illa; in qua nos pingi non pudeat, & eam præferentes dicamus, quòd *defecit caro & cor*, id est, actus voluntatis, & fructus carnis, & a corporeis nexibus liberati, & à corde nostro purgati, dicere audeamus: *Deus cordis mei, & pars mea Deus in sæcula*, & iuxta Simeonis [z] verba: in tuina sit nobis Christus exteriori nostro, & interiori resurrectio, vt cadat in nobis peccatum, quod anima cadente consistat, & exurgat ille immortalis, qui cecidit exurgente peccato; & *cum infirmamur, tunc potentes sumus* [a]. Non possumus, ait Ambr. perpetua succedere, nisi terrena defecerint: deficit caro, quãdo mortificantur, quæ sunt carnalia, cor, quando *cogitationes malæ, quæ à corde procedunt* [b]. Quamuis, inquit, Cassiodorus, aliqui dicant, in cerebro esse sapientiæ sedem, cum sit illi potius credendũ dicenti de corde, qui corda formauit. Sed hoc alias.

[a] Lucæ 2. 29.
[b] Gen. 40. 23.
[c] serm 82. de nomine. & in epist ad Titum. c. prol. 99. 9.
[d] Ioan. 9. super psalm. 90.
[e] Sensus loci.
[f] Graue rudi notatio huc loco.
[g] cepisti 135.
[h] Verebuntur hanc vocem potest et hic habere. In sect. 3.
[i] Cant. 2. 5. c. 5. 8.

[a] Exempla vehementiæ & allegoria amoris.
[b] 2 Reg. 11. 8.
[c] Plutarch. De mirabilibus. Varro lib. 5. c. 7. Macrob. lib. 1. c. 15. Gellius 7. progne. Hippol. c. 7. & 10. & lib. 19. ouidij progenie. c. 6. & Seranus. Cous.
[d] Euripid. in Hippol.
[e] Gellius lib. 7. c. 8.
[f] Plautus in Cistella. Cicero Tusc. 4. Horat. epod. ode 11. Apulei. de metam. Plato in Rhetor. Ioan. Benedict. lib. 6. c. 9. & 4. mora. ca. 1. lib. 6. c. 9. 14. mo. 114. & Lorich. lib. 3. lo. c. 24. mo. 25. in Luc. 8.
[g] Alia defectio bona, alia mala. Amantes pati diuina, quæ sit apud Dionys. li. Gen. 31. 9. 10. 11.
[h] Vulnera charitatis, medicina animæ. 1. c. 8. 27.
[i] Cant. 5. vers. 8. & Cant. 3. mo. 5. c. 6. c. 8. 27.
[k] Defectus animi causæ & effecta apud Photium. cod. 250.
[l] Photius quæ Sopho. c. 1.
[m] de diuin. nomin. c. 2.
[n] Cassiod. in psalm. 72.
[o] Cant. 4. 9. & prg. 5.

[x] In c. 3. Thre.
[y] ep. 23. 8.
[z] Lucæ 2. 14.
[a] 2. Cor. 12. 9. 10.
[b] Matth. 15. 18.
Sapientiæ sedes vbi homines.

Caietanus, vt antè dixi, sentit, dicere Dauidem se propter Deum cuncta aduersa libenter tulisse, ac posthabuisse quicquid est carnis propriæ cordisve. Arnobius vult loqui Christum, qui se, vt etiam attigi, nihil voluisse asserat, præter Deum, etiam si *defecerit cor, & caro* in passiones. Sumunt alij in malam partem, vt Remigius, *aqueere carnem, & cor*, ob originale peccatum, & prauas tum appetitiones, tum cogitationes. Initio posui sensum literalem.

Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.] Hieronymus, *robur cordis mei.* צור *sur*, de quo alias, vt de vno siue nomine, siue epitheto Dei, quod hic etiam apte ponitur post mentionem factam de defectu & consummatione, seu consumptione carnis, & cordis, vt dum non æque secundo prauis appetitionibus, & cogitationibus, infirmitatem contrahunt, robur a Deo acquirat, sicut etiam priùs notauimus. Verba hæc, ait Euthymius, desiderio atque affectu plena sunt. Pro, *in æternũ*, alia psalteria, & Augustinus, Arnobius, & Cassiodorus, *in sæculum*. Quo pacto sit Deus *pars*, siue *hæreditaria pars*, ac *hereditas tota*, docuimus psalmo 15 [a]. item qua ratione vicissim *pars Domini populus eius* [b]. Lege Hieronymum [c], qui totum etiam præsentem hic declarat locum [d], cum prioremembro defectus ait, dictus est, quoniam deest illi effectus. & ante cogitatio carnalis defecerat, quæ se eruale noscebat, sed illi cõfiretur, cui culpam reuelare remedium est, delicta confitendo secuntes. Et notandum quòd in vno versu cor, & in bono ponitur, & in malo. Defecit cor, vtique mala cogitatio: Deus autem cordis, hoc est, auctor boni intellectus. quia eum, sine eius gratia nemo habet. Illius verò hominis Deus est pars, qui se maiestati ipsius, & credulitati confociat, & probabili actione commendat. In sæcula verò quod addidit, *in æternum*, semper ipsi adhærere se promisit, quod re vera perfectorum est, numquã ab illo velle discedere, sine quo cõtingit semper errasse. Hoc transcripsi, vt monerem lectorem. cùm verbis totidem exter in commentario Cassiodori ad hunc locum, probabilem sententiam esse, quæ negat commentarium in Threnos, sub nomine Hieronymi à Hieronymo editũ; & quamuis Marianus Victorius cõsentire vereatur, non dubitat Sixtus Senensis [e], qui obseruat centonem esse ex variis diuersorum auctorum dictis, potissimùm ex Gregorij integris etiam sententijs, & capitibus. Accentationem verò admiratoré Rabanum fuisse. Stylus profectò, & commentandi ratio Hieronymiana non est. Petrus Damianus [f], hunc applicat locum cum Hieronymo [g], & similes, ad clericos, canonicos, siue regulares, qui viuunt in congregatione. Notat porrò Augustinus in opere de ciuitate Dei, quòd cùm Dauid de vtroque dixisset, id est, de corde, & de carne deficiente, non subiecit, Deus cordis mei, & carnis meæ, sed *Deus cordis mei* per cor quippe caro mũdatur, iuxta illud: *Mundate* [h] *quæ intus sunt, & quæ foris sunt, munda erunt.* Hic autem pie admodum idem doctor breui inductione, demõstrat, homines cupiditatum diuersitate dilaniari, & partes sibi facere de rebus humanis: Cor castũ gratis amare Deum; nec ab illo petere aliud præmiũ, quod nullum est præter ipsum. Hoc Deus Abrahamo dixit, fore se illius *mercedem magnam nimis* [i]. Hoc Thomas Aquinas respondit scisciitanti Christo, quam mercedem acciperet, qui bene scripsisset de illo, non aliam nisi ipsummet. Deus cordis tui non est, nisi tuũ Dei cor sit, non mutuò, aut venditionis quasi contractu, sed dono, & sponte, ac liberaliter datum, non ad tempus, nõ per partes. Mutuat, inquit Augustinus, qui spe seruit retributionis temporalis, & si hæc desit, cor subtrahit, vendit, qui pro mercede tantùm temporali diligit, nec de Deo cogitat, nisi quantum beneficij vrgetur memoria. *Diuisum est cor eorum, nũc interibunt* [a]. *Seruientium Domino corde perfecto atque verissimo* [b], *& toto* [c]: præbendum ei filiali amore [d]. Tandem si confirmatum sit, in hoc syncero amore cor, *ex omnium parte* in æternũ [e], sicut & *carnis numquam excidat* [f]. *Lætatur cor quærentium Dominum* [g], & Esther testificabatur se *lætitiam non esse sensisse nisi in Deo* [h]. Poetarum prophanorum, non sunt adeo puri castique amores, vt sui Deum cordis indigitent. Vulgus Hispanicum vsurpat: *Dios de mi coraçon y de mis entrañas.* Capacissimum cor solo repletur Deo, & cordi Deus, atque Christus est omnia. Ex quibus quæstiuncula dilucidatio recensentur, quod Hugo recitat, & explicat:

Exemplum, socius, mercedis, pater, auctor:
Vita, cibus, amor, pes, latus, patria, virtus.

Vtebatur verbis istis *pars mea Deus in æternũ*, pro symbolo Honorius Papa IV.

a Osee 10 2.
b Iosue 24 14.
c Deut. 6. 5.
d Prou. 23. 26.
e ps. 111. 8.
f 1. Cor. 13 8.
g ps. 103. 33.
h Esther 14. 18.
Symbolũ Honorij IV. Papæ
i Ciacon. in vita.

Vers. 27.] Quia ecce, qui elongant se à te, peribunt: perdidisti omnes, qui fornicantur abs te.

IDcirco cordis Deum esse, & partem suã docet, quoniam qui eum non habent in corde, quive alium in cor admittunt, & à se Deum longiùs remouent, atque sese abillo subducũt, æternæ perditioni obnoxij erunt, & perdet Deus omnes, qui violata quasi sponsali fide, castoque pudore, per turpem amorem alteri adhærere non dubitauerint, & alterum præter eum, quod se Agnes facturam negabat, admittere veriti non fuerint, qui Deos falsos coluerint, vel etiam, cunnis creaturæ Creatorem prætulerint, mortaliter peccando, & *cor cum eo rectum non habendo, nec fidelitatem in testamento eius seruando* [k].

k ps. 77. 37.

Quia ecce, qui elongant se à te, peribunt.] Augustinus omisso primo vocabulo; *ecce qui longe fit facit a te, peribunt*: Chaldæe, *quia ecce impij qui abhorrent à cultu tuo, peribũt.* Optatiuè Apollinarius, ἀπολοίατο, *pereant.* Vim habet demonstratiua particula, indicans vel rem manifestam, vt ait Ruffinus, vel breui futuram, vt Caietanus. Adde admirationem, exultationem, insultationem. Rectè Ambrosius, *elongationẽ* istam *a Deo* declarat, quæ cõsistere in locis nequit [l]. Vnusquisque, inquit operibus suis pietati Dei sese, aut iungit, aut separat. Fregit enim Deum, qui operatur ea, quorum cogitatione metuat; sicut ille qui tectus parietibus, & circumfusus tenebris, à Domino Deo sese existimat non videri. Hieronymus [m] disputans de Christi ad Patris dexteram sessione, docet, quod proximum esse Deo, vel ab eo procul recedere, non secundùm locorum spatia, sed iuxta merita sentiendum sit, quia sancti iuxta eum sint, peccatores verò (quod præsenti probat sententia,) ab omni eius vicinia submoueantur. Peccatores dicunt Deo *recedere à nobis* [n], *iniquitates diuiserunt inter illos & Deum* [o], *longe ejecit ab illis* [p], profecisse *mutur pergere* ab eo *in regionem longinquam* [q], *chaos magnum firmatum est* inter ipsum & illos [r]. Nõ elongant peccatores Deum à se quia semper est pro-

l ps. 138. 7. 8. 9. Eccli. 23. 26. & seq.

m in 1 epist. ad Ephes.

Proximum esse Deo, vel procul ab eo recedere, vt interpretandum.

n Iob. 21. 14.
o Esa. 59. 2.
p Deut. 32. 19.
q Luc. 15. 13.
r Luc. 16. 26.

pe, si

pe, si non per gratiam, saltem per iustitiam, sed se ipsos à Deo: Deus ait non tantum se *e vicino esse*, sed etiam *Deum de longe* [a]. Quamuis hoc ita explicet Ambrosius [b], vt Deus appropians esse intelligatur, non repulsor appropiantium, vtpote qui omnibus velit salutis causa esse, non mortis, & meminè repellat, nisi qui se ab eius conspectu putauerit sequestrandum. Damnatis dicet rex, *discedite a me* [c], quia iam ab eius gratia recesserant, & *longè in terra* fuerant [d]. Denique praeuaricator, & Apostata dici quiuis peccator potest, derelinquere Deum, ab eoque recedere: Deus etiam nunc prope iustos, nunc longe dicitur ab iniustis esse, longèue à peccatoribus saltus. Illam elongationem, qua peccator se ipsum elongat à Deo, non ita à se Deum, notauit Hugo. Prius notauerat Chrysostomus [e], & eos elongare se, qui correctionibus Dei insultant, ac indignantur, similes peruersis filiis, qui à parentibus, traditi magistris, vel impatientes laboris, vel fugientes verbera, parentum aspectus declinant, reluntque: nihil verò inde lucrantur, nisi quòd plurimis & grauioribus incommodis se implicant, atque in aliena regione famis, erroris, morborum, ignominiæ, seruitutis iniurias subire coguntur. Nihilominus concedi potest, quòd peccator *elongat se à Deo*, qui etiam ei dicere dicitur, vt antè dixi, *recede a nobis*, & per peccatum eiecit à se gratiam physice etiam, vt quidam putant; Theophylactus [f] prodigi filij profectionem *in regionem longinquam* [g], tropologice per hanc explanat sententiam, & aliam indicatam ex Prouerbiis [h], & in eodem illo Lucæ loco Ambrosius ait esse longinquius ire, quam à se recedere; nec regionibus, sed moribus separari: studijs discretum esse non terris, quasi interfuso luxuriæ sæcularis æstu, diuortia habere factorum: qui se à Christo separat, exulem edit a patria, etiam esse mundi. Regressa in patriam Noëmi dicentibus, *hæc est illa Noëmi*, vetabat ita loqui, nomine designante *pulchram*, sed *Mara*, id est, *amaram*, quia *amaritudine valde repleuisset eam omnipotens*, & *cum egressa esset plena, vacuam reduxisset Dominus, humiliasset, & afflixisset* [i]. Malum & amarum est relinquere Dominum Deum nostrum [k].

Perdidisti omnes, qui fornicantur abs te.] Hieronymus, *perdidisti omnem fornicantem à te*. Augustinus, *omnem qui fornicatur abs te*: ita etiam Diogo Cardinalis [l]: Alij, *facere tales, conse ith*. Sæpe redditur per *perdendi* verbum Latinum נזה *ifsmaḥ*, secundùm varias coniugationes; vel per *desperandi*; aliquando per *dissipandi* [m], *labendi* [n], *perundi* [o], *conturbandi* [p], in hiphil, cuius coniugationis est hoc loco נזנה *huſmattah*, per *tabescere facere* [q], *confortari* [r], *perfigi* [s], *interficere* [t]; sæpius perdere, & *à perdere* [u]. Vult Caietanus metaphoricè describi poenam inferni per incisionem. Paraphrastes explanat de aberrantibus à Dei timore. Cæterum *fornicari à Deo*, licet de quocumque grauiter peccante, & ita fidem, id est, fidelitatem, frangente dici possit, sæpius tamen in scripturis vsurpatur, de idololatris illis, qua vera fide cultúque Dei defecerint: distinguique idem Caietanus hic ait duo genera iniquorum elongantium se à Deo per reliqua crimina, & fornicantium ab illo per idololatriã. Dei idololatria penè omniũ enarratorũ expositio est, quamuis aliqui de aliis etiam peccatis affirment, proferriq; possint multa scripturarũ exẽpla [x]: retulique Hieronymus [y] est inuenire in locis plurimis prophetarum, idololatriam, *fornicationem* appellatam. *Fornicium* enim *formica omnis*, ait auctor [z] libri Sapientiæ, *est exquisitio idolorum*, cuius loci consule commentarium nostrum. B. Thomas [a] vocat hanc fornicationem spiritualem, & metaphoricã, sicut & oppositam castitatem, de qua Paulus [b]: *Aemulor enim vos, virginem castam exhibere Christo*, cum scilicet mens delectatur in spirituali coniunctione ad Deum, & abstinet se ne delectabiliter aliis coniungatur præter debitum ordinis diuini, tandemque præsentem declarat locum de huiusmodi fornicatione, sicut & S. Antoninus [c], & rationem conuenientem assignant Philo [d], & Lactantius [e]. Denique monet Augustinus [f] scripturæ consuetudinẽ esse fornicationẽ vocare, cùm diis multis & falsis anima prostituta subiicitur. Sic etiam videtur in Apocalypsi [g] Ioannes loqui, vt quidem non nullis placet [h], *hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati; virgines enim sunt*; hoc est, idolis exhibere cultum, cum vitæ quoque dispendio noluerunt, & per *omnem fornicationis* [i] intelligit idololatriam, sæpius porrò appellatur nomine *fornicationis* idololatria, quam *adulterij*, qua Deo nupta virgo manet, vt modò retuli ex Apostolo, vt id circo plebs Israelitica, *ex gentis* vocabulo nominata, quamdiu perstitit in pietate, cum primam colunt idola, dicatur *constuprata* [k], & *fracta est mamma in Ægypto* [l]. Deinde quoniam ad similitudinem turpissimæ meretricis, omnibus idolis sese plebs eadem dabat pollicenda; quod vxorata non ita facit, sed vni dũtaxat, vel alteri se prostituere. Postremò, quia infatiabili quadam libidine, summáq; impudentia cũcta quasi impatiens alienorum palam & publicè, perinde ac si sui iuris esset, frequentabat, *ipso perhibente se iuxta Deum aequipollentem cunctorum* [m]. Sed interdum tamen *vocabuli* verbo idem expressit Ieremias [n]. & Christus [o] *generationem priuam* nominauit & *adulteram*. Esti porrò magis propriè sæpèq; de violata religione ac fide fornicatio idololatriæ, & de populo Hebræo dicatur, tamen de Gentilibus quoque vsurpatur aliquando [p]. Secundum generaliorem & metaphoricam notionem nominat Paulus [q] *anastrophẽ idolorum seruientem*: per quam *anastrophen* putat Hieronymus [r] non tantum diuitiarum auiditatem intelligi, sed etiam cupiditatem voluptatum, & confirmat alio eiusdẽ Apostoli loco ad Thessalonicenses [s], vbi est, πλεονεξίαν, vnde πλεονεξίαι: quãquam posset simul *anastrophe* sumpta pro luxuria, referri ad idololatriam, vt cùm scribit Esaias [t], *propter iniquitatem auaritiæ eius iratus fui*. Ibidem namque aperte agit de Idololatria. Videlicet etiam *meretricem* à merendo, & à mercede quæréda appellamus, & זונה *zonah meretrices* nomen, deriuatur à זון *zon*, quod est quidpiam *exponere*, communéque facere mercedis causa, vt & πόρνη, a *merce diuendo*, ita vt hospitæ, seu caupone ita appellentur; ac tales credantur à quibusdam fuisse Rahab [u], & duæ illæ contendentes de filio apud Salomonem [v], quia verè meretrices vix susceptum liberos Diligétes hæc omnia declarat [x] Pradus noster, & de Rahab legẽdus Arias, alibi in Iosue, & in Matthæũ, hic noster maximè Maldonatus; & Serarius ibi. Video tamẽ fere Patres propriè dictum meretriciũ fœminis illis, & Rahab tribuere; nec tanti apud nos Chaldæi debet esse auctoritas vocãtis *hospitas*, quæ tamen etiam vix stupri vitant periculum, vel suspicionem; contendúnteque alij vocem Chaldæam *pandochyha*, propriè *meretricem* sonare. & ergo filius

a Iere 23. 23. b hic, & in psal. 45.

c Matt. 25. 41. d Iere. 17. 13.

Elongatio peccatoris a Deo, qua dicatur.

e 1. de prouidentia.

f in c. 15. Luc. g Luc. 15. 13.

h c. 25. 29.

Nil est longinquius ire, quam a se recedere.

i Ruth 1. 19. 20. 21. k Iere. 2. 19.

l Iet. de sacra. Dom. passi. m Iob 6. 17. n Thren. 1. 15. o Iob 23. 17. p psal. 17. q psal. 118. r pl. 68. 3 s psal. 5. 1 vers. 8. u psal. 7. 48. pl. 31. 7. pl. 93. 23. pl. 144. 12. x Iosue 2. 1. & 6. 17. Lorin. 17. 7. c. 10. 5. & Deut. 32. 16. Iudicum 17. & 18. 30. 31. Paral. 5. 20. Iob 20. 21. 11. 23 31. 1. 3. 9. Esa. 1. 21. 30. c. 21. Iere. 2. 1. & 3. Ezechiel 20. c. 23. 30. c. 5. 7. Ezech. 6. 9. c. 16. 15. 16. 17. 26. 28. 31. 41. c. 20. 30. c. 23. v. 19. 29. 30. 37. 43. 44. Osee 1. 2. c. 2. 5. c. 3. 3. c. 4. 10. 12. 14. 15. 18. Sedulius v. 1. 3. in c. 5. ep. ad Ephes.

Idolatria fornicationis sæpe dicta

a c. 4. 12.

b 2. 2. q. 151. art. 2. & ad 3.

c 2. Cor. 11. 2.

d 2. par. tit. 5. c. 3. § 1. & 2. e lib. de vitiis contrariis. f de vanis sapientia. c. 3. g tract 42. in Ioan.

a cor. 4. 4.

b Pradus in Ezech. cap. 16. vers. 15.

k c. 23. 8. *Idolatria ipsa sæpe nomine fornicationis appellatur, quem adulterij.*

l Ieremiæ 30. m Ezech. 23. 5.

n Esa. 57. 8. o c. 54. 8. 9. c. 57.

p Matt. 12. 39.

Fornicatio idolatriæ magis propriè de violata religione ac fide dicitur de populo Hebræo: secundum tamen generalitatem & Gentilibus.

q Levit. 34 Num. 5. 4 Apoc. 17. 2. πλεονεξίαν

r Ephes. 5. 3 Colos. 3. 5. 1 Thess. 4. & 5. s 1. Ephes. t 1. cap. 4. 3. u c. 17. 17. Meretrix *vnde dicta.*

Rahab & duæ meretrices de quibus meretrices apud Salomonem, quales credantur fuisse.

x Iosue 2. 1. y 3 Reg. 3. 16 z in Eccles. c. 16. vers. 15.

etiam à meretricibus aliquando constat.

Quidquid sit, verum item est *fornicandi* verbo latius comprehendi quodlibet mortale peccatum, quo dissociatur anima veluti a fœdere maritali, & fidem sponso frangit, ita vt viti sint Origenes[a], Augustinus[b], Strabus[c], cùm verit Christus [d] dimitti vxorē excepta *fornicationis* causa, interpretari, ob omnia peccata fas esse dimittere, quæ in scripturis *fornicatio* vocari solent. Retractasse id postea idem Augustinus [e] videtur, certè dubitat, latebrosissimam quæstionem vocans. Sed veritas emersit iamdudum ex latebris, nec dubitare amplius licet, diuortij perpetui causam esse fornicationem quæ in stupris est, hinc adulterus, vt si vir velit, dimissā retinere nunquam teneatur vxorem. Lege canonem 5. sessionis 23. Concilij Tridentini; & c. 2. de diuortijs in 6. decretalium [f]. Iacobus *adulteras* appellat, qui amici esse sæculi huius volunt, Dei non curantes inimicitiam. Tuto quoque sermone *adulterari verbum Dei* dicitur, merces, tabulæ, iudicia, monetæ, arbores quoque quando inseruntur, quas alia de causa *mutari* dicunt. Efficitur hinc autem argumentum, nec Deum peccare, nec esse peccati auctorem; perdit enim omnes, qui fornicantur à se; perdit & actiuè puniendo, & passiuè illos veluti amittendo, & ignorat iam elongatos per peccatum, nominatim per luxuriam, licet fecit virginitas, *Agnū sequi quocunque ierit*[g], & *incorrupto proximum Deo esse*[h]. Colligit Fulgentius [i] ex eadem sententia, & quòd *elongare se* peccatores dicantur a Deo, & quòd deficiunt ac pereunt propter iniquitatem suam, peccatorum proprium & voluntarium malum esse, quo malo se ipsos perdant, & pereant per suam malam voluntatem, quæ non est ex Deo, qui iudicio non perderet, nisi per suas iniquitates ipsi perirent.

Vers. 28.] Mihi autem adhærere Deo bonum est: ponere in Domino Deo spem meam.

Vt annunciem omnes prædicationes tuas, in portis filiæ Sion.

ALiis à Deo elongantibus sese, atque fornicantibus ab eodem, & ideirco pereuntibus, decernit, nihil melius esse, quam vt humillimè atque cum parabilitate adhæresceat illi per fidem, & ductum spei *anima amorum*[k] *suauissima*, pèr quæ dilectionem, quæ *fortis est, vt mors, dura vt æmulatio*[l], nec duelli ac separari permittit a dilecto[m], vt perceptis à Deo gratiæ beneficijs, ac demum post hanc mortalē vitam, gloriæ & beatitudinis cœlestis immortali, sempèr pulamque celebret laudes ipsius, & quicquid is per Filium euulgari voluerit, tùm in frequentibus colentium ipsum conuentibus, hic viuentium, tum in beatis illis cœlitum cœtibus, qui & ipsi *in fistula fecularum, laudant eum*, & in illo *non in multiloquio sperando*[o] *nouam eadem ipsa*[p]; illic iam cum admodum facrit in Sanctuarium Dei, plenā inque acceperit super quæstione de prouidentia solutionem, tum quia iam quoque, quantum satis est, eam comprehendit, gaudio gestiens effert se tamquam præconem, vt promulget, quam sit Deus, & iustus, & prouidus in cura humanarum rerum, vtnec ipse, nec quisquam vacillare deinceps hac in re vllo modo debeat.

Mihi autem adhærere Deo bonum est.] Hieronymus, *appropinquare*. Ad verbum ex Hebræo: *egregium filio Dei*, id est, ad Deum; aut, *Deo*, mi mihi ad me, *mihi bonum*, seu, res bona est מוב לי ואני קרבת אל רים לי טוב *vnum kirbath li tob*. Videtur subaudiendum pronomen tibi: *mihi autem adhærere* tibi *Deo bonum est*, quia & præcedentia, & sequentia continent orationem directam ad Deum, quamquam mutationes personarum in psalmis infrequentes non sunt. Illud, & *ego*, iam aliquoties occurrit prioribus psalmis, & cū emphasi idem valet, atque, quod ad me attinet. *Accedere a cultum Dominū* explicat Paraphrastes; & προσεγγιζειν, quo vtitur Apollinarius[a], *appropinquare* quoque significat. Respexit opinor Paraphrastes ad vnam verbi קרב *karau* notionem pro *adire*: vide קרבן *korban, obtatio*, quo pacto verti potuisset, *mihi fruere me ipso Deo bonum est*. Cultor Dei populus Israeliticus appellatur *appropinquans ei*; nec ad suos dijudijs *appropinquant*[b], non solum prouidentia, potentia, beneficentia, sed ea quam vocant consanguinitatem, vel affinitatem, & propinquitatem, seu coniunctionem naturæ propter incarnationem, & Eucharistiæ communicationem. Sacerdotibus decus amplissimum esse scribit Nazianzenus[c], vel tantulum appropinquare ad Deum, nempe ob ministerium sacrum. Præcipui quoque inter Angelos cognominantur *assistentes*[d], vocantur item eodem nomine sacrificantes Deo [e]. Placet magis tamen, vt cum Euthymio per *adhærendi* verbum, quod est Græce κολλασθαι, quasi dicas, *glutinari*, id canus intimi coniunctionem inter coniuges, sic melius euitescit antithelis cum *fornicantibus a Deo*, eodem quoque Græco verbo, quod Hebraicè est, דבק *dabak*, iubetur *homo adhærere vxori suæ*, vt sint *duo in carne vna*[f], ne quo ad viuunt, separentur vmquam. Vnde Paulus[g] argumentatur, non esse adhærendum meretrici, qui autem adhæret Deo, vnum spiritum esse, sicut ex illa coniunctione fit vna caro; vnum corpus mysticum effici ex Christo & Ecclesia[h]. Consummatio veluti, ac vltima perfectio matrimonij, exactaque adhæsio, in cœlo erit cœlestisque Sion, vt indicat Augustinus[i] & alij, cùm totum quod liberandum est, fuerit liberatum, interim per fidem, spem, caritatem, virtutes reliquas, gratiam præsertim, quæ diuinæ consortes facit naturæ[k]. Dicebat Epicureus, ait Augustinus[l], *malum frui carne bonum est*: Dicebat Stoicus; *mihi frui mea mente, bonum est*; Dicebat Apostolus, non eodem sermone, sed sensu: *Mihi autem adhærere Deo, bonum est*. Inductio longior ab eodem alibi[m] fit, & magis adhuc longa confici posset, tum per alias sectas, tum per adeo varia studia etiam fidelium, sed per caritatem non adhærentium Deo, nec *testimonijs*[n], id est, præceptis illius, neque cœlo secundùm desiderium, sed *pecuniæ*[o], & *ventri eo glutinatis in terra*[p]. Aliis in necessitate bonum est consilium suum, ait Hugo S. Victoris [q]; aliis in prosperitate, bonum est gaudium suum: mihi vnum bonum est, adhærere Deo; illos consilium non liberat, gaudium non conterunt; vt ideirco vnus dicere[r]: *respexisti peccata mea nulla in anima mea*: alius [s], *gaudebunt* [t] *ibi decem millia*: Greuens[u] de-

Pœnitentia lib. 1. de pœnit. c. 16. a tract. in Matth. 5. de sermo. in monte c. 16. c in c. 5. Matth. d Matth. 19. e retract. lib. 2. c. 57. Laudabilissima quæstio apud Augustinum circa fornicationis verbum Pauli.

f c. 4. 4.

Argumentatio ex hoc loco. Nec Deus peccat, nec est peccati auctor.

g Apoc. 14. 4. h Sapient. 4. 1. ad Mosem cap. 19.

Sensus loci.

k Heb. 6. 19.

l Cant. 8. c. in Rom. 8. 35.

m p. 31. 2. p. 54. 7. 24. p. 118. 143. 11.

a p. 118. 14. b Deut. 4. 7.

Sacerdotum decus amplissimū. c. in apolog.

d 1. Reg. 1. 6. Tob. 12. 15. Dan. 7. 10. 16. Zach. 1. 9. c. 4. 14. Apoc. 1. 4. Παρεστηκασι. e Leuit. 10. 3.

f Gen. 2. 24. Matth. 19. 5. 1. Cor. 6. 16. Ephes. 5. 30. g 1 Cor. 6. 16. 17.

h Ephes. 5. 32.

i hic & 10. de ciuit. c. 25.

k 2. Pet. 1. 4. Irenæus lib. 4. de verb. Apost. c. 7.

l Ibi.

m 10. de ciuit. c. 18.

n p. 118. 31.

o ibi. vers. 35. p. 44. 25.

p annot. in p. 118.

q 1. Reg. 1. 2. r Eccl. 2. 2. Chrysost. 54. in p.

s p. 12. 3. t Ecc. 3. 22. Greuens in p.

monstrat quam sit malum, carni, mundo, diabolo adhærere. Augustinus [a] colligit argumentum, nil bonum melius esse quam niti & inhærere Deo. Rei cuiusque perfectio in adhæsione ad suum principium consistit, *nec ferre fructum palmes potest, nisi manserit in vite* [b], nec anima nisi *adhæserit post Deum* [c]. Quisquis, inquit idem Augustinus [d], ita vult esse similis Deo, vt ad illum iter, *fortitudinemque suam*, sicut scriptum est [e], *ad illum custodiat*; non ab illo recedat; ei cohærendo signetur, tamquam ex annulo cera, vbi affixus habeat imaginem eius, faciens quod factum est; *mihi adhærere Deo, bonum est*; verè custodit similitudinem & imaginem ad quam factus est. Hoc diuino qui flagret amore, vt inhærere velit Deo, Basilius [f], omnia prorsus impia Deum scribit cõtemnere, & diuina quadam insanum insania fieri, & sicut Dei filius thronos & dominationes deserit, & a forma Dei, ad serui formam per nimiam amoris vim se exinanit, vt nobis ratione immortalitatis adhæreret; ita nos illi immortalitatis ratione adhærere debere, relicto patre, matre, omnibus. Bernardus [g] addit, animam adhærentem Deo, ac in intimis suis, Dei præsentiã suspirantem, vel ipsam gehennam ad tempus experiri, horribilius pœnale ve non ducere, quam post spiritualis studij huius gustatam suauitatẽ, exire denuo ad illecebras, vel potius ad molestias carnis, sensumque inexplebilem repetere curiositatem, & si quis ab hoc bono auertere illam conaretur, haud secus acceptura, quam si se de paradiso, & ab ipso introitu gloriæ conspiceret deturbari. Hæc videlicet vna res *a Domino petenda, & requirenda* [h], hoc *vnum necessarium, optimaque pars* [i], vt is quem Hieronymum vocant, auctor commentarijm Threnos [k] apud illum notat Ipsa formalis, quam vocant, beatitudo, in adhæsione quadam & coniunctione consistit, vt vniatur beato Deus, in quo vis infinitis partibus ad attrahendum ad se maior, quam in magnete ad ferrum, aliusque ad alia. *Dilectus meus mihi* dicebat *sponsa, & ego illi*, nimirum adhæreo, vt supplet Ambrosius [l]. Et Paulus: *Viuo* [m] *ego iam non ego, vivit vero in me Christus*, & Dionysius [n] hanc magistri sui sententiam expendens, docet quòd mẽtis excessum extasimque facit amor diuinus, amatores sui iuris esse non sinẽs, sed in ea quæ amãt, penitus transferens; & [o], quòd præstat Dei esse, quam iuris nostri. Meritò igitur Augustinus [p] alloquebatur Deum hoc pacto: *Cum inhæsero tibi ex omnibus me, nusquam erit mihi dolor, & labor, & vita mea tota plena te.* Item [q], *hoc tantùm bonum, quia male mihi est præter te, non solum extra me, sed & in me ipso; & omnis mihi copia, quæ Deus meus non est, egestas est.* Mirabilis autem inhæsionis ratio, in qua trahit Deus amantis voluntatem, trahit amantis intellectum, ac vnit amatum libi. Nihil celebria illa apud Gentiles amicorum nonnullorum paria, seu coniugationes, nihil inflammati libidine amores, nihil confictus a Vulcano è duobus vnus, nihil *conglutinata Sichem anima, cum anima Dinæ* [r], aut Ionathæ, & Dauidis, quem ille *dilexit sicut animam suam* [s]. Hæc, inquam, vel naturalia duntaxat, vel hyperbolica, vel fabulosa, vel etiam turpia, nullius momenti sunt, aut pretij, si comparentur cum honestissimo sanctissimóque supernaturali, ac diuino amore infinito, quo *sic Deus dilexit mundum, vt filium vnigenitum suum daret* [t], & *omnia cum illo* [u], nostrúmque ad se amorem raperet. Comparans Augustinus [a] locum præsentem cum loco Pauli de caritate [b], ait, quod ille latissimè, & pluribus dixit verbis, commodissimè hic & brevissimè vno verbo contineri, nempe, *inhærentes*, quod etiam ibi dicitur [c], *diligentibus Deum, omnia cooperari in bonum*, seu *proficere*, hoc loco exprimi, *bonum est* Hunc amorem Bernardus [d] *glutinum* vocat, de quo Esaias [e] *gluten* bonum, pudorem, quo quis ligatur ne peccet, esse tanquam funem; timorem gehennæ, claustrum: optimum esse *adhærere Deo*, per hoc glutinum suauiter, & securè, vt terribilius & horribilius ipsa gehenna iudicem in re leuissima vultum omnipotentis sciẽter offendere. Hoc appellat Apostolus [f] *vinculum perfectionis*. Bonam istam adhæsionem Ieremias [g] pluribus modis expressit, *Bonus est Dominus sperantibus in eum, anima quærenti illum: bonum est præstolari cum silentio salutare Domini: bonum est viro, cum portauerit iugum ab adolescentia sua.* Quæ de adhæsione ad Deum per charitatem præsertim, dicta sunt, ea demonstrat Augustinus [h] Angelis sanctis conuenire; Confitendum, inquit, est cum debita laude Creatoris, non ad solos sanctos homines pertinere; verumetiam de sanctis Angelis posse dici, quòd *caritas Dei diffusa sit* in eis, *per Spiritum sanctum, qui datus est* [i] eisdem tantum hominum, sed primus præcipuéque Angelorum bonum esse, quod scriptum est, *mihi autem adhærere Deo, bonum est*; Hoc bonum quibus commune est, habent, & cum illo, cui adhærent, & inter se societatẽ sanctã. & sunt vna ciuitas Dei, eadémq; viuum sacrificium eius, viuúmque templũ eius. Sic apud Augustinum, qui denique mirificè sententia ista delectatus, quam toties tractat & versat, flagitat [k] à Deo: Nihil mihi tam dulce, quàm cum Domino meo esse: *mihi autem adhærere Deo bonum est.* Da mihi Domine, donec his fragilibus assisto membris, tibi adhærere. Placuit etiam sine dubio eadẽ formula Moysi [l]; qua veluti de se ipse ciuitatẽ Dei populũ suum, quẽ dixi vocari à nostro Dauide *populum appropinquantẽ Deo* [m]; itémq; posteà successori Mosis Iosue [n]. Hos audire nos etiã oportet, vt Deo adhæreamus, timendo illum, ac seruiendo illi soli, diligendo, ambulando in omnibus vijs eius. Christum *antes* adumbrauit, *ornis hic inter vepres hæret* [o], quæ vocant alij *virgulta Sabech*, quo nomine volũt misericordiã significari, & amorem, qui humanę ipsum fecit inhærere naturæ. Ignatium inter alios martyrẽ Christiferũ, Christo perfectè adhæsisse cõstat, ita vt Christi post mortẽ, in eius corde impressum distinctis characteribus nomen repertũ prodatur [p]. Auctori insignitæ à Iesu Societatis nostræ cognominem, imitatus est in exacta suæ ad voluntatẽ diuinã & gloriam, quam vnam quærebat semper, & in omnibus adhæsione. Beati titulo, & quadã quasi nobilitatum apotheosi, nondum tamen solẽniter, ac rite adscriptũ sanctorum catalogo, hoc ipso die quo scribo, id est, [q] Aug. anni 1609. ex auctoritate, & concessione Pauli V. nostri ordinis homines in vrbe, Ecclesiastico officio sacrificióq; publicè denuo cohonestantur, qui dies erat octauus ab eo, in quem incidit felix eiusdem e viuis migratio; quo ipso item die occurrit cõmode mihi, ille ex eodem vlto psalmo tractandus versus, quadrans in Ignatium: *Inflammatum est cor meum.*

Ponere in Domino Deo spem meam.] Hieronymus, *posui*: & supplent alij, ideo. Vel, reddunt, vt pœnam. Legerunt forsan LXX. Hieronymus & alij in makor, seu in infinitiuo נתן *simil*

a lib 83. q in 14. *Res cuiusque perfectio in adhæsione ad suum principium consistit.*
b Ioan 15. 4.
c pl. 62. 9. in pri. pro.
e pl. 58 10.
f tract. de vera virginitate.
g serm 35 in cant. *Anima Deo adhærens, quid interdum experiatur.*
h pl. 26 4.
i Luc. 10. 42.
k c 3. 14.
l Cant. 2. 16. c. 6. 1. c. 7. 10. in ser Isaac c. 8
m Galat. 2. 20.
n de diuin. nom. c. 4. p. 1. *Amor diuinus quid præstet.*
p 8. 7.
q 10. confess. c. 28.
r lib. 13 c. 2. & 8.
Mirabilis inhæsionis ratio qua trahit Deus amantis voluntatem, trahit amantis intellectum.
s Gen 34 3. t 1 Reg. 18. 1.
u Ioan. 3 16. x Rom. 8. 32.

a de mor. Ec. cath. c. 14
b Rom 8 35.
c vers 28
Quem deum Propheta orat, vt cum ad se veniat, & quo.
e c. 61. 7.
f Coloss 3. 14. g Thren. 3. 25. 26 27.
h 11. de ciuit. c. 9.
i Rom 5. 5.
k medit c. 1.
l Deut. 4 4. c. 10. 20 c. 11. 22. c. 13. 4 c. 30. 20 in ps 184 4.
m Iosue 22 5 c. 23. 8.
Christo adhæsisse quo pacto creatura rationalis & corporea hæret in o Gen. 22 13
De Ignatio quæ credimus.
p Anno 1 2 q. 18. mense 9 die 1.
B Antoninus 4 p. hist. tit. 7 c. 8. par. 22. & alij passim
Eiusdem Ecclesiæ officium pro viris sanctis publicè celebratum

& non שית *ſciatibi*. Importat verò etiam id verbum diſpoſitionem, ordinem, concinnitatem; ita vt denotetur apte admodum colliocata in Deo ſpes, non temere, inconſideratè, coacte. Eadem
a vers. 7. phraſis in pſalmo 77 [a]. *vt ponant in Deo ſpem ſuã*, quamuis aliud ſit Hebræum verbum שית *ſeth*, ſed ſynonymum verbo huius loci שית *ſcatibi*. Cogitatus, & *ſollicitudo prouidenda in Deum* [b]; ſed
b pſ 54.23. 1. Petri 5.7. ſpes ac fiducia, conuenienti quodam modo reponenda in ipſo.

Vt annunciem omnes prædicationes tuas.] Hieronymus, *vt narrem omnes annunciationes tuas*. Alij, *omnia opera tua*: ſeu, *operationes*, & quidem ſummo artificio veluti elaborata: vel, *miſſiones*. Hebræũ nomen cum affixo מלאכותיך *malachotheche*, ſignificat *opera tua*, & *opes, quas opere, & quaſi artificio parauereris*. Metonymicè reddiderunt L x x *prædicationes*, ſeu *laudationes*, αἰνέσεις, aut Hieronymo
c epiſt. 135. teſte, ἀναγγελίαματα, *annunciationes*, ac *promiſſa*, ſicut & Aquila, ἀγγέλους σου, *angelos*, & *nuncios tuos*, pro rebus & operibus, prædicatione, annunciatione, laudatione dignis, vel quas promiſit Deus, vel quæ nuncij quidam ſunt attributorum diuinorum, præſertim prouidentiæ, de qua pſalmus totus fuit. Duo alia pſalteria, & Ambroſius (ſaltem in commentario) Auguſtinus, Caſſiodorus habent, *laudes*. Arnobius, propiùs ad αἰνέσεις, *laudationes* annunciare ſe, ſeu narrare ספר *ſapper*, & ἐξαγγέλλειν ſe dicit velle tum ſcripto, tum verbo, *omnes* autem *prædicationes*, per hyperbolem, quantum ſibi licuerit, ſicut alibi [d] *omnia mirabilia*, & alios ad idem inuitat [e]. Rectè poſt mihi-
d pſ. 9 2. pſ 21.7. — e pſ 102.2. A ſionem cum Deo ſpondet prædicationem, ſicut pſ. 50. poſt cordis munditiam & Spiritũ ſanctum communicatum. Prædicator enim, inquit Hugo, præcipuè ad amorem Dei & contemptum temporalium inuitare debet. Enumerat idem auctor ſeptem de Deo prædicanda, quæ ſunt:

Septem de Deo prædicanda. *Sanctitas, virtus, ſuauitas, laus, præmia, pœna.*

a lib. de ciuit. c. 25. Vult omnes tamen Auguſtinus [a] in hac ſpe præſentis vitæ conſtitutos eſſe pro modulo noſtro angelos Dei (alludit credo ad ἐξαγγέλλειν, & nomen etiam Hebræum maſculinum, fœminino ſimile, nempe מלאך *malach*, *angelum*, ſignificat) id eſt, nuncios annunciantes eius voluntatem, & gloriam, gratiamque laudantes.

In portis filiæ Sion.] Non ſunt iſta in textu Hebræo, nec in Vaticano optimo codice, vt Agellius teſtatur: Auguſtinus autem, ac vetus pſalterium habent *in atriis*: quod eſt Græce, ἐν ταῖς αὐλαῖς. Fortaſſis ex pſalmo 9 [b]. huc tranſlata ſunt, vbi
b vers. 15. eſt: *vt annunciem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion.* Ibi vide quæ dixi, de *portis filiæ Sion*. Refert hoc Auguſtinus ad amatores Dei, qui laudant, quem amant, & ſatiant ſe cum coamatoribus eius, cupientes, vt ſecum eum ament & cæteri: id autem intra Eccleſiam, præter quam prædicatio inanis eſt, vt attendant ad vnitatem, non diuidant populum, rapiant ad vnum, & faciant vnum. Ait [c] præterea hanc eſſe glorioſiſſimam
c 20. de ciui. c. 25. ciuitatem Dei, quæ vnum Deum nouit, & colit: hanc annunciatam ab angelis ſanctis, qui nos ad eius ſocietatem inuitauerunt, ciuéſque ſuos in illa eſſe voluerunt.

PSALMVS SEPTVAGESIMVS TERTIVS.

1 Intellectus Aſaph.

VT quid Deus repuliſti in finem: iratus eſt furor tuus ſuper oues paſcuæ tuæ?

2 Memor eſto cõgregationis tuæ, quam poſſediſti ab initio.

Redemiſti virgã hereditatis tuæ: mons Sion, in quo habitaſti in eo.

3 Leua manus tuas in ſuperbias eorum in finem: quanta malignatus eſt inimicus in ſancto!

4 Et gloriati ſunt qui oderunt te: in medio ſollemnitatis tuæ.

5 Poſuerunt ſigna ſua, ſigna: & non cognouerunt ſicut in exitu ſuper ſummum.

6 Quaſi in ſilua lignorum ſecuribus exciderunt ianuas eius in idipſum: in ſecuri, & aſcia deiecerunt eam.

7 Incenderunt igni Sanctuarium tuum: in terra polluerunt tabernaculum nomi- C nis tui.

8 Dixerunt in corde ſuo cognatio eorum ſimul: quieſcere faciamus omnes dies feſtos Dei à terra.

9 Signa noſtra non vidimus, iam non eſt propheta: & nos non cognoſcet amplius.

10 Vſquequo Deus improperabit inimicus: irritat aduerſarius nomen tuum in finem?

11 Vt quid auertis manum tuam, & dexteram tuam, de medio ſinu tuo in finem?

D 12 Deus autem rex noſter ante ſæcula: operatus eſt ſalutem in medio terræ.

13 Tu confirmaſti in virtute tua mare: contribulaſti capita draconum in aquis.

14 Tu confregiſti capita draconis: dediſti eum eſcam populis Æthiopum.

15 Tu dirupiſti fontes, & torrentes: tu ſiccaſti fluuios Ethan.

16 Tuus est dies, & tua est nox: tu fabricatus es auroram & solem.

17 Tu fecisti omnes terminos terræ: æstatem & ver tu plasmasti ea.

28 Memor esto huius, inimicus improperauit Domino: & populus insipiens incitauit nomen tuum.

19 Ne tradas bestiis animas confitentes tibi, & animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem.

20 Respice in testamentum tuum: quia repleti sunt, qui obscurati sunt terræ domibus iniquitatum.

21 Ne auertatur humilis factus confusus: pauper & inops laudabunt nomen tuum.

22 Exurge Deus, iudica causam tuam: memor esto improperiorum tuorum, eorum quæ ab insipiente sunt tota die:

23 Ne obliuiscaris voces inimicorum tuorum, superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper.

Titulus & Argumentum.

Vers. 1] Intellectus Asaph.

Vt quid Deus repulisti in finem: iratus est furor tuus super oues pascuæ tuæ?

Quæ tituli alius psalmus recipiat.

QVid sibi velit *in finem* in titulo, dictum est psalmo 21. eratque idem nomen in titulo 41. psalmi, & 43. 44. 51. 52. & est in aliquot sequentium. Occurrit *Asaph* psalmo 49. & 72. & extat in sequentibus ad 82. vsque inclusiue. Vertit Hieronymus *eruditio*: Paraphrastes, *intellectus bonus*. Al. aliter, vt citato psalmo 31. vidimus. Idem Hieronymus [a], cum citaret versum 15. vbi fit mentio de fluuio Etham, affert ita cecinisse Dauidem, illi attribuit psalmum hunc, etiamsi nomine *Asaph* notetur. Cur autem neque psalmi, neque hymni, neque cantici mentio fiat in titulo, Eusebius causam reddit, quia hic agitur de rebus tristibus.

[a] epist. 126. de mansionib. in 3.

Cur neque hymnus, neque psalmus, neque canticum fiat mentio in hoc titulo Argumentum.

De argumento variant Hebræi, testibus Lyrano, & Valentia, vt sit vel facta clades populi Hebræi per Babylonios, vel per Antiochum, vel per Romanos, tempore Vespasiani ac Titi, quæ adhuc durat, & ex qua se liberari petunt a Messia. Catholici veteriores tam Græci quam Latini propendent magis in vltimam sententiam, sed ita vt non intelligatur expectari Messiam, qui liberet ab illa, quod somniant Hebræi, sed quia verum Messiam siue Christum occiderunt, ita illatam esse, ac duraturam vsque ad finem mundi cùm *reliquiæ ipsorum salua fient* [b]. Suadet sententiam istam, quod versu 9. dicit Propheta, Signa deesse ac prophetas, nec amplius cognoscendum populum a Deo, cùm aliæ captiuitates finem habuerint, & in iis aliqui prophetæ fuerint; quòd item versu 1. conqueratur eos *in perpetuum irasci*, id est, vsque ad mundi finem.

[b] Esa. 10. 21. 22.

De Babylonica captiuitate sentit Lyranus, A Caietanus, Treuetus, Praedus de eadem intelligendoque templi, tub Antiocho, Iansenius, Cianus, Arias. Omnia tria illa mesta tempora complecti videntur Vatablus, Gagneius, Polengius, Flaminius, Valentia: Eusebius autem citatus ab Agellio, tempus Babylonicæ & Romanæ captiuitatis, argumentans hinc inde pro vtroque. Hieronymus etiam vtrumuis, & Aguanus. Arnobius existimat agi de arca capta tempore Heli [a], mystice de animi constantia, quam quotidie nobis hostes conentur eripere.

[a] 1 Reg. 4. *Nec huius interpretatio.*

Hunc vltimam opinionem minime probabilem duco; reliquas vna recipi posse credo, eum his quos id facere tetuli; denique valere psalmũ ad quodlibet grauiorum temporum Iudaicæ tribulationis & captiuitatis, & ad Ecclesiæ persecutiones applicari posse, tum verò quæ tam diu per B Mahometum facta est, fiétque per Antichristum, vt Valentiæ placet atque Iansenio. Genebrardus sub templi & populi clade comprehendi vult Geg & Mageg, quos putat in Chronologia esse Mahometanos, Saracenos maxime, ac Turcas. Idem innuit Faber, & Titelmanus sub figura saltem Babylonicæ captiuitatis. Nã quod obiectũ eli ex versu 9 prophetas defecisse, quamuis de tempore Antiochi siue sub Machabæis, sit magis verũ, quam de captiuitate Babylonica, in qua erant Ieremias, Baruch, Olda, & in Babylone ipsa Ezechiel, Daniel; & in reditu ex ea Zacharias, & Aggæus, multoque adhuc magis de tempore captiuitatis sub Romanis, quod adhuc durat, nihilominus non inuerisimiliter dici posset verba esse non populi Hebræi, sed Babylonici, confingentis cum exprobratione, tãquam ab illo essent prolata: sed & tres pueri dixisse in Babylone prophetam dicebant [b], quia rarus erat; vel pauci qui aderant, tunc actu non vaticinãtur. *Desinere* etiam *in finem*, idem potest esse ac penitus, vt placari non posset Deus, quin præscripto tempore duraret captiuitas. Aduersus captiuitatem Romanam, cui plures fauêre auctores, facit negotium, quòd, vt obiecit Eusebius & Caietanus, cessit hæc in gloriam Dei, & tempore illius desiit populus Hebræus esse populus Dei, ac de omnibus eius; neque imprecaretur male Romanis propheta qui pœnas à Christi crucifixoribus expetierunt. Sed occurri potest, populum Hebræum induci lamentantem, & auertere à se conantem tribulationem tantam, ne contingeret; vel certè ne tam diu duraret. Quo modo nihil vetat, si etiam dicantur imprecari persecutoribus suis, à quibus iniustè, vel vltra modum vexari se existimabant. Tandem admitti potest tropologia multorum de captiuitate spirituali. Athanasius proponit Marcellino psalmum istum ad consolationem, si quando irascatur Deus in populum suum.

[b] Dan. 3. 38.

Tropologia.

Marcellino ad quam propositus hic psalmus.

Vt quid Deus, &c.] Lamentationis psalmum Carthusianus hunc merito vocat cum 78. & 136. ind cantibus caritatem, & ex proximi pietate ac dilectione compunctionem & fletum. Quare querimoniã suam statim in initio exponit Propheta, quòd videretur Deus a sua in perpetuum cura & fauore abiecisse populum suum, atque ind gnationis demõstrauisse seueritatem in eos, quos tãquam oues pascenda regendaque prius delegerat sibi intra promissionis terram; quæ nuncupatione designat Ecclesiam, vbi pascua sunt verb. diuini, Eucharistiæque potissimum.

Lamentationis psalmus hic de causa quam 77. & 136.

Vt quid Deus repulisti in finem.] In psalterio ve-

Promissa terra typus cœlestis dei Ecclesiæ.

tere & Romano, & apud Augustinum, *vt quid repulisti nos Deus*: apud Cassiodorum, *vt quid repulisti Deus*. Hieronymus [a] ait, apud Græcos male legi ordine commutato, *vt quid repulisti Deus*. Aquila, pro *vt finem, eis τέλος*, habet, *ait victor*, *ad victoriam*, nimirum passiue, vt vincamur. Vtrumq; significat לַנֶּצַח *lanetsach*. præterea, *in sæcula*, quomodo Paraphrastes vertit לְעָלְמִין *lealmin*. Nonnones hæ omnes fauent communiori sententiæ de Hebræorum præsenti captiuitate sub Romanis, quæ durabit vsque in mundi finem, ac proinde per omnia sæcula, id est, ætates eius, & ita vt penitus ac irremediabiliter vincantur. Quia tamen qui diutius aliqua premuntur calamitate, cuius exitum non vident, eam nunquam desituram putant, propterea hæc dicendi formula conuenire aliis opinionibus potest de calamitate, quam passus est populus, aut in Babylone, aut sub Antiocho. Sic psalmo 43 [b]. orat Dauid, *Exurge quare obdormis Domine? exurge, & ne repellas in finem*. Tropologice peccator *in finem* repellitur, quando est impœnitens: & sic *obdormit in morte* [c]: allegoricè, longiores ac molestiores Ecclesiæ persecutiones infidelium, hæreticorum, schismaticorum, videntur indicare eam a Deo repulsam esse, ac repudiatam.

Iratus est furor tuus.] Hieronymus, *fumabit furor tuus*. Alij, *fumat*: sic tempora facile commutantur. Est autem futurum יעשן *ieshi seuan*; & eiusmodi est illa phrasis in psalmo 17 [d]. *ascendit fumus in ira eius*. Exæstuantis iræ descriptio est, ducta ab equis, vrsis, tauris metaphora, qui fumum per nares emittunt: vnde ille [e],

——*rabido nec perdimus ore*
Fumantem nasum, cui temauerit vrsi.

Et [f],

Dissice, sed ira cadat naso, rugosaq; summa.

Et [g]:

χὠλὸς πρὸ ἑνὸ ῥέθεται.
Ira in naso residet.

Quo autem pacto de Deo *ira* dicatur & *furor*, docuimus iam alibi aliquoties. In psalterio Gallicano, & apud Augustinum *iratus est animus tuus*, videlicet ex Græcis vocabulis, ὠργίσθη σου; quamuis & rectè *furor* positus est, sicut aliis in locis. Similis ex fumo forma alibi [h], *ascendat fumus de naribus eius: ascendat fumus in ira [i] eius: de [k] naribus eius procedit fumus*, *sicut olla succensa atque feruens*; lege quæ dixi psalmo 17 [l]. Laertius [m] inter Platonis placita illud refert, ὅτι ἐχεῖ τὸ πῦρ πυριώτερον, *deos esse vt plurimum igneos*. Huc facit symbolum Pythagoricum, *ignem gladio ne fodito*; de quo Lilius Gyraldus, & quod iste hieroglyphicum Ægyptium refert iræ furorisque, craticulæ, cui subiectus ignis, cor superpositum. Omissis aliis adagis & exemplis, cur irati caleant, Aristotelem [n] consule.

Super oues pascua tua.] Hieronymus, *in grege pascua tua*. Alij psalteria, & Augustinus atque Cassiodorus, *super oues gregis tui*. *Pascua* & locum significat, in quo pascantur oues, & actū ipsum pastoris, quę dicitur quoque *pastio*. Eadem ratio de מִרְעִית *marhith*, quod cum affixis tantum reperitur, & de *repā*. sed videtur potius hic pro *loco* sumi, & Latinè subaudiri, terræ, aut regionis, quia non reperitur, nisi vt nomen adiectiuum *pascuus*, *pascua*, *pascuum*. *Pascales* Cato vocat oues delicatiores, vt differant à pecudibus, quæ pascebantur in agro Tarentino. Est אמר vt plurimum nomen minoris pecoris. Lege psalmum 8 [o]. Crebrò populus Dei vocatur huc nomine [p]; aliquando *oues manus eius* [q]; & Christus *pastoris* titulo delectatur in comparatione ad *oues* [r], appellans quoque *populum gregem* [s]. Moses etiam petit a *Domino Deo spirituum omnis carnis*, *hominem*, *qui esset super multitudinem*, & *posset exire & introire ante eos*, & *educere eos vel introducere*, *ne esset populus Domini sicut oues absque pastore* [t]. Eodem vocabulo Christus vtetur *ouium*, fidelium curam committit Petro [u], & Petrus [x] vicissim alium nominat *pastorem ouium*, & pastorum principem, & Paulus [y], *magnum ouium omnium*. Nihil magis ouis imbecillum, simplex, parcum, mansuetum, obsequens, patiens, fœcundum, timidum, domesticum, stolidum, vtile. Ergo dum *ouium* hic exprimitur nomen, suggeritur Deo quæ sit opis eius necessitas, quàm sit conueniens vt suammet in hac ipse cura rem agat. Franciscus [z] Arias nostrer pie iuxta & docte partes omnes boni pastoris in Deo demonstrat; pascua distinguens veteri, consolationis spiritualis, virtutum & donorum, gratiæ, Eucharistiæ, tribulationis: qua ratione etiam defendat & tueatur per se, Angelosque; quomodo requirat, reuocet, reducat errantes: præterea vt audire pastoris vocem oues quamprimum debeant; item de pascuis bonorum temporalium ad victum, vestitum, habitationem necessariorum, commodorum, iucundorum. Exempla insignniora pastorum, qui oues pauerunt summo labore, ac vitæ periculo, Iacob [k], & Dauid [l], Christum præfiguraverunt, qui propterea se *bonum pastorem* dixit *a Patre*, *qua poneret* pro ouibus *animam suam* [m], non timens *rugientem leonem & catulum leonis super praedam* [n]; *in brachio suo congregans agnos*, *& in sinu suo leuans*, *& fœtas portans* [o], eaque omnia pastoris optimi munia exercens, quæ idem illi duo exercuerunt, & ab Ezechiele describuntur, sicut & ab eodem, atque à Zacharia [p] opposita. Egimus eodem de argumento alias [q]; quàmque ars pastoritia cum politica cognationem habeat, & quo pacto reges vocati sint ποιμένες λαῶν, *pastores populorum*. Vocant etiam Deum Plato [r] ποιμένα ἀνθρωπείων ἀγελῶν, *pastorem humani gregis*, quod & per suum Pana gentiles adumbrauerunt. Porro parum apta Hugonis notatio mihi videtur, *furorem Dei* dici *super oues pascua*, id est, *super eos qui sunt super oues*, nempe Prælatos, nec vnquam pronunciare *vae ouibus*, sed pastoribus frequenter [s]. Ab ouibus quandoque ducitur cōparatio in malum: *sicut oues in inferno positi sunt*. Deinde præpositio ἐπὶ cum accusatiuo & (2)*be*, non denotant altiorem & superiorem dignitatis locum. Denique nomen *ouium* quandoque in malam partem accipi demonstrat Canus [t], vt probèt intra Ecclesiam & ouile Christi malos etiam contineri: propterea enim *alias oues* Christum esse dixisse, *quæ non essent ex suo ouili* [x], & oues Petro commisisse [y], videlicet etiam malos: quandam ouem *errantem* dici [z].

Vers. 2.] Memor esto congregationis tuæ, quam possedisti ab initio.

Redemisti virgam hereditatis tuæ mons Sion, in quo habitasti in eo.

MVltis modis, vt admonet Cassiodorus, benevolentiam Iudicis quærit Dauid, pro-

[a] ephatis.
[b] vers. 23.
[c] Tropologia.
[d] Allegoria.
[e] psal. 43. 4.
[f] vers. 9.
[g] Matthias lib. 6. epigr. in 64.
[h] Petr. satyr. 5
[i] Theocr. idyll. 1.
[k] 2. Reg. 22. 9. & psal. 17. 9.
[l] Iob 41. 11.
[m] vers. 9. in lib. 3.
[n] Ira furorq; bestiæ pessima Aristoteli.
[o] sec. 8. probl. 18. 17. 16. 7. 10. 3
[p] Pascua quid sit.
[q] Oues caleri quæ sint apud Cato. rem.
[r] vers. 8.
[a] psal. 21. psal. 78. 13. psal. 99. 3. Ezech. 34. 1 & seq.
[b] psal. 22. 7.
[c] Ioh. 10. 12. Act. 12. 32. c. 17. 4 & seq.
[d] Num. 27. 16. 17.
[e] Ioan. 21. 17.
[f] 1 ep. 2. 25.
[g] Heb. 13. 20.
[h] lib. de imitat. Christi. l. 1. c. 50. & seq. vsque ad 73. Boni pastoris partes omnes in Deo.
[i] Gen. 31. 38. & seq. 1. Reg. 17. 34. & seq.
[k] Ioan. 10. 17.
[l] Esa. 31. 4.
[m] c. 40. 11.
[n] c. 11. 16. & seq. Actus pastoritia cum politica comparatio.
[o] Num. 20. & Act. 7. atque 20.
[p] in Politico. Pan Gentilium quid adumbrauerit. Parū apta Hugonis notatio.
[q] Ab ouibus quā dequē compara tio in malum.
[r] Ierem. 23. 1. & seq. Ezech. 34. 2 & seq.
[s] psal. 48. 15. Oues quando nomen quandoque in malam partem.
[t] 4. de locis c. vlt.
[x] Ioan. 10. 16
[y] c. 21. 17.
[z] psal. 118. 176. Luc. 15. 4.
Confusa loca.

stita dona numerando, & ad beneficia confiteta illius animum inuitando, rogatque vt sua potius beneficia in eis, quam eorum considerare velit erratas: igitur exigit a Deo, vt qui tamdiu videatur eorum fuisse immemor, sinens tanto tempore vigere tribulationes, tãdem se memorem declaret illius congregationis, quam iam dudum tanquam peculiarem hæreditatem possedit, atque delegit, separauitque velut virga mentoria, & illa ipsa quam Mosi tradidit ad patranda miracula, ex omnibus gentibus, in peculium, quando ex Ægyptiaca illam seruitute asseruit in libertatem. Nominat quoque *montem Sion*, & metropolim promissæ terræ, præ cæteris omnibus maximè celebrem, atque religiosum, & Deo eã locũ, & propria quadam ratione singulariter ab eo inhabitatum, vt vindicet eum à vastitate hostium quam ipse præuidet, vel certè in pristinum statum restituat. Ecclesiasticam intelligere congregationem possumus cum Hieronymo, & aliis, quam Patriarcharum, siue Prophetarum, vel vocationibus, inquit ille, vel sacrificiis Deus figurauit. In solemni quidem prece hac concepta forma oramus aut pro Ecclesia vniuersali, aut, vt loquitur Paulus [a], pro domestica, cui nomen *congregationis* magis conuenit.

a Rom.16.5. 1.Cor.16.19.

Memor esto congregationis tuæ.] Græca vox est συναγωγὴ, *synagoga*, vt vtrpari propriè solita de cœtu Hebræorum, vt ab Ecclesia Christiana distinguitur. Sed hoc loco sumitur generalius; quemadmodũ & עדה *hhedah* pro quolibet cœtu, conuentu, congregatione. De differentia synagogæ, & Ecclesiæ, dixi alias. Pro eadem voce συναγωγὴν, *congregationem* transtulit aliquot alis locis [b] interpres, vbi est etiam idem nomen Hebræum.

Synagoga *propriè de cœtu Hebræorum.*

b psl.61.9 psa. 67.11 psal.105. 17 psl.110.1.

Quam possedisti ab initio.] Alia psalteria, & Cassiodorus, *quam creasti*. sola editio nostra vera, respondens Græco ἐκτήσω, & Hebræo קנית *kanitha*, legerunt alij ἔκτισω, quæ lectionis diuersitas extat etiam in illis verbis Proverbiorum [c], *Dominus possedit me*, alias, *condidit*, vel *creauit me*; cum tamen Hebraice sit קנני *kanani*; vt supervacanea videri possit, si quis attendat ad Hebræum verbum, altercatio, de verbis *possidendi* & *creandi*; quod Hieronymus [d] monet. *Congregatio* Hebræi populi *possessa* est *ab initio*, ex quo primum coaluit in formam politicam sub Mose, vel cùm Deus iam certo sibi circumcisionis signo designauit, quod auctori omnium Hebræorum Abrahæ, quique sic primus cognominatus est, dedit. Athanasius [e] tractans dictum ex prouerbijs locum; *Dominus creauit me*, legénsque, ἔκτισεν, & ostendens de Christo intelligi, prout homo est, quique initium acceperit, tanquam creatura; confirmat præsenti loco, quamuis Græce citetur ἔκτισεν, & translator ponat, *condidisti*. Denique vult *ab initio fieri quidpiam*, esse, post principium, cùm nondum esset; *in principio* esse id quod nunquam non fuit, sicque scribi [f], quòd *In principio erat Verbum*. Euthymius præterea docet, ἀπ' ἀρχῆς, idem valere quod *olim*, & *primò*. Coniunguntur aliquando σὺν τῷ αἰῶνι, & ἀπ' ἀρχῆς, vt ibi [g], *ab initio*, & *ante sæcula creata sum*. σὺν τῷ αἰῶνι & ἀπ' ἀρχῆς ἐκτισέ με, *ante sæculum, ab initio creauit me*. *Creandi* quoque verbum concedo passiue etiam dici de diuina persona Filij in bono sensu, ob continuam dependentiam a Patre generante, & aliis de causis, sed non est præsentis temporis hoc expendere; cùm hoc loco, vt dixi, *possidendi*

c c.8.22.

d epi.ad Cyr

e ora.3.contra Arianos.

De Christo hæc interpretatio.

Ab initio fieri quidpiam, & in principio, vt distinguenda Verba.

Ἀπ' ἀρχῆς.

Πρὸ τοῦ αἰῶνος

g Eccl.24.14.

Creandi verbũ passiue de diuina persona filij in bono sensu.

A verbum omnino debeat retineri. Ecclesiam possedit Deus & Christus ab initio, vt a Synagoga distinguitur (alioqui pro iustorum aut coentium cœtu iam inde ab exordio cœpit mundi) ex quo primum tempore inchoauit, siue viuente adhuc Christo, siue post millionem Spiritus sancti: vel item ab æterno tam illa, quam aliorum omnis congregatio iustorum, quatenus prædestinati sunt & electi, atque *gratificati in* [a] Christo, qui vocauit *vocatione sua sancta, secundum propositum suum & gratiam ante tempora secularia, manifestata nunc* [b] in hoc tempore. Magnam vim habet *possidendi* verbum, de qua alias, & ostensum etiam quomodo *meminisse* dicatur Deus, aut *obliuisci*.

Ecclesiam quando possidere cœperit Deus & Christus ab initio.

a Ephe.1.6.

b 2.Tim.1.9.

B *Recordare virgæ hæreditatis tuæ.*] Ita quoque Hieronymus, & alij ex Hebræo: supplent autem aliqui, *quod*: & repetunt, *memor esto, quod redemisti*, &c. Theodoretus legisse videtur, ῥάβδου κληρονομίας, *virgã hæreditatem*; vt per *virgam* intelligatur Deus hæreditatem redemisse. Symmachus etiam in accusatiuo, *σκῆπτρον κληρονομίας, sceptrum hæreditatis*. Quod tibi velit V. editio, cum reddit, Σκῆπτρον φυλῆς, *Sabat tribũ*, nescio. *Virga* dicitur שבט *scevet*, tribus autem *sebat* nulla est. Chald. *redemisti ab Ægypto tribum hæreditatis tuæ*. Sensus iuxta communiorem lectionem est, quòd Deus redemerit seu liberauerit (quo modo Cassiodorus habet absque psalteria duo) a multis sæpe periculis populum suum; quem tanquam hæreditatem & peculium habebat, quique appellatur nonnunquam *funiculus hæreditatis Dei* [c]; & appellari potest *sceptrum, virgáque regia*, seu regnum hæreditarium, *virga virtutis* [d] seu potentiæ, de qua re dixi psalmo [e] 2. & 44 [f]. Funiculus dimensam fuisse terram promissionis psalmog 15 vidimus, & ex libro Iosue [h] potissimum colligitur. Posse in Paraphrasi *virgam mensoram*, quam dicunt etiam *pertecam*; ita vt hac, & non funiculo dumtaxat diuiderentur agri. Sic quidem hoc loco sentiunt Vatablus, Iansenius, Iansonius, Genebrardus: & Villalpandus [i] noster in Ezechielem. Id probabile duco; vtramque nempe dimetiendi rationem, vt nunc quoque non vno in loco fit, adhibitam. Ezechiel [k] meminit *funiculi lini simul cum calamo mensuræ*; sed in vsum ædificandi: sicut & in Apocalypsi [l] mentio est de *mensura arundinea*, & calamo simili virgæ; quamuis Aretas ibidem *geometricum* vocet illi similem, qua geometræ terram dimetiuntur. Clariùs id Ieremias [m] expressit, *non est hæc similis pars Iacob*, &c. & Israel *virga hæreditatis eius*. vbi Hugo, Thomas, Lyranus, Vatablus agnoscunt metonymiam, & hæreditatem virgã sicut & funiculo dimensam.

c Deut.32.9.

d ps 109.2.

e vers 9.

f vers.7.

g vers.6.

h c.17.5. 1.Par. 23.4 2.1.

i in Ezech.10. 2.p.2.l.3.c.8. *Agros dimetiõ di ramo.*

k c.40.3.

l c.21.15.

m c.30.16.

Virga tribuum, de quibus in libro Numerorum [n] scribitur, ad rem faciunt; quatenus virgæ singulæ singulas tribus designãt: quas etiam Paraphrastes exponit hic liberatas ab Ægypto. Hoc autem pacto *virga* pro virgis collectiue, poneretur: & שבט *scevet*, *tribum* quoque significat, quòd velut ex arbore, seu stirpe sit nata, id est, ex patre. Sunt qui hoc loco indicari virgam velint, qua Moses miracula patrans in Ægypto, inde eduxit populum. Innuit Ruffinus; & fauet recitata lectio ex Theodoreto, (*recordare virgæ hæreditatis tuæ*) quamuis denotare quoque possit potentiam, & non præcisè virgam illam.

n cap.17.1. & seq.

Myttice idem Ruffinus, Hieronymus, & alij, nomine *virgæ* intelligant Christum præfigura-

Mystica virgæ interpretatio.

tum in virga Moſis, & ſic appellatum ab Eſaia [a], & Ieremia [b] adde Balaam [c]: liberatum autem & redemptum ab inimicis. *Virga hereditatis* Dei ſeu *hæreditaria*, eſt item Eccleſia, quam Chriſtus *acquiſiuit*, & poſſedit, poſſidétque *ſanguine ſuo* [d]; & Petrus [e] nominat *populum acquiſitionis*. Hic eſt mons Sion, *quem acquiſiuit dextera ſua* [f]. Imitatus videtur Dauid Moſis orationem illam: *Domine* [g] *Deus, ne aſpernàs populum tuum & hæreditatem tuam, quam redemiſti in magnitudine tua. quos eduxiſti ac Ægypto in manu forti: recordare ſeruorum tuorum, Abrahæ, Iſaac, & Iacob*; qui ſunt autores congregationis, id eſt, ſynagogæ, & fidelium; qui ſunt ſecundùm ſpiritum filij eorum in Eccleſia) *ne aſpicias duritiam populi huius, & impietatem, atque peccatum.*

Mons Sion.] Hieronymus, *montem Sion*: videlicet, vt initio verſus dixerat, recordare, vel, redemiſti. Tribuit præterea Hieronymo Lombardus aliam lectionem, *montis Sion*: id eſt, hæreditatis tuæ, quæ eſt mons Sion. Alij, *recordare, quos redemiſti montem Sion*, qui nimirum peculiari magis ratione eſt *virga hæreditatis tuæ*. Vel, *memor eſto congregationis tuæ montis Sion*. In pſalterio Gallicano, & apud Auguſtinum, *montem Sion* ſcilicet redemiſti: apud Caſſiodorum, *montis Sion*, nempe, *memor eſto*, vel potius, *redemiſti virgam hæreditatis tuæ montis Sion*: id eſt, hæreditatis tuæ, quæ peculiariter eſt mons Sion. Symmachus, ἐφ' ὃ ἐκτήσω, vi delicet *virgam hæreditatis tuæ*, ſeu populum tuum hæreditarium, *ad Sion montem ſanctum tuum*: εἰς τὸ ὄρος Σιὼν τὸ ἅγιόν σου τοῦτο. Editio noſtra, cum quia poteſt Græca conſentire, vt & cũ ea quæ habet *montem*: quia τὸ ὄρος & nominatim eſſus eſt & accidentali, nec nó cum textu Hebræo הר ציון זה *har tſion zeh, mons Sion iſte*, vel, *montem Sion iſtum*, reddit ſenſum imperfectum, aſſunde ſupplendum. Vel *virgam hæreditatis*, quæ eſt mons Sion præſertim. Genebrardus ait ſic diuiſim & noua velut clauſula enunciare voluiſſe LXX. vt nos retinerent in contemplatione montis Sion. Confirmat ſententia Græca ex Apocalypſi, ἀπὸ τοῦ ὢν, καὶ ὁ ἐρχόμενος, pro, ἀπὸ τοῦ ὄντος, καὶ τοῦ ἐρχομένου; ne vox præteriti imperfecti periret, quæ ſic etiam Latine reddita eſt, *ab eo qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt*. Vel, *mons Sion*, cum emphaſi, & quod vocant παθητικῶς, ſic abſolutè ponitur, id eſt mons Sion vaſtatus eſt. Sic Sá, & alij: Apollinaritus aliam indicat ſenſum: vt ſit epiphonema in laudem montis Sion, cuius ſcilicet deploret Dauid ruinam:

ἀναστὰ ἐφ' ἡμᾶς ὅτι ἔκαυσαν πάντα ἁγιάσματα.

Cæteri Græci idem innuunt, quamuis non tam deplorationem vaſtati Sionis, quam commemorationem ſacram beneficiorum Dei in eumdem locum. Hæc beneficia inſinuantur a Moſe in cantico [h]; *introduces eos, & plantabis in monte hæreditatis tuæ*; & ab Apoſtolo [i], *non acceſſiſtis ad montem tractabilem, &c. ſed acceſſiſtis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis*, &c. De Sion actum iam alibi ſatis.

In quo habitaſti in eo.] Suſtulit Hieronymus poſtremas duas dictiones, vt non neceſſarias; & alibi [k] ſic etiam demptis illis, ait: Hebraicè, ſi oratio bene diſpũgatur, nil redundabit בו שכן הר ציון זה *har tſion zeh, mons Sion iſte, in eum*, nimirum, eſt: deinde שכנתו *habitationi habitauit in eo*. Græce manifeſtior pleonaſmus, ἐφ' ᾧ ᾠκίσω τὸν κατασκήνωσιν σου ἐπ' αὐτό. Chaldaice, *in quo requieuit tabernaculum tuum*. Habitauit ibi quoque Chriſtus ſecundum præſentium corpoream manſionem, quæ eſt Eccleſia, vt alias demonſtratum. Qui has decendi formulas in Eccleſiaſte reprehendunt, aut ita defendantur. *Ego mortis* appellat Auguſtinus [l], & eo inhumiores, quo doctiores videri volunt, non veram ſcientiam, qua æſtimamur, ſed ſignorum, quæ non inflant, nimirum difficile ſit. cum & ipſa veram ſcientiam, iæpe eruditam erigat, nulli Dominico reprimatur iugo. Quid enim obeſt, inquit, intellectori quod ita ſcriptum (humile hunc noſtro exemplum præbet) quæ eſt terra in qua ibi habitent (alias, habitant) ſuper eam, ſi bona eſt, aut nequam: & aut (alias, &) quæ ſunt ciuitates, *in quibus ipſi inhabitant in ipſis*? quam locutionem magis alienæ linguæ eſſe arbitror, quam tentum aliquo modo (alias aliquem) ſtitorem. Annotauimus ipſi iam prius [b] non ſemel, alia exempla ſimilia, in quibus ponuntur duo tela tua, & occurrent adhuc nullo negotio plura. Vocari quoque *mons*, & quidem *Sion*, vocabulo, Eccleſiam, docuimus, docetque Chryſoſtomus [c], in verò quem nominant Athanaſium in quæſtionibus ad Antiochum [d], agens de myſticis aliis notionibus *montis*, ait: hoc loco ſignificari Chriſtum in illo habitaſſe. Eſſi porrò *habitatio Dei in Sion* abſolute citra allegoriam de Chriſto accipi poſſit ratione tabernaculi, quemadmodum & pſalmo 9 [e], 67 [f], 83 [g], tamen prophetice hoc loco reſpectus habetur ad futurum in eodem templum, id eſt, in vna illius parte ſiue colle, quidicebatur *Moria*.

Verſ. 3.] Leua manus tuas in ſuperbias eorum in finem: quanta malignatus eſt inimicus in ſancto?

POſita Dei beneuolentia & beneficentia erga populum, proſpicientique animo, quantas ab aduerſariis calamitates paſſurus eſſet, tum verò præſertim locus ille religioſus, & ſanctus, Deo dicatus, & ab eo inhabitatus in monte Sion, quam grauem vaſtitatẽ; implorat, ſub ipſiſſime: populi perſona, Deum, vt priſtinis reſpondeat beneficiis, nec amplius iuſtitiæ ac omnipotentiæ quaſi manus demittat, ſed exerat eas, & eleuet contra hoſtium inolerandam inſolentiam, nec ante ſe cohibeat continuatve, quam funditus perdat, atque deleat. Tandem vehementi pretius dolore, & ingemiſcens ac ſtupens, exclamat, grauia & multa eſſe, quæ maligne atque malignè inimici egerint, id eſt, tanquam præſens interelſet, ac cerneret, acturi ſint contra dicti loci ſanctitatem. Intelligit autem potiſſimum templi profanationem, & deſtructionem vltimam ſub Romanis, ſecundum ea quæ in argumento docuimus, etſi hæc quoque modo iniuriæ poſſint locum in tempore perſecutionis Babylonicæ, vel Antiochi. Valet imprecatio illa contra Eccleſiæ perſecutores, vt Hieronymo placet. Caſſiodorus, poſt Auguſtinum, in bono ſenſu refert ad Romanorum Idololatriæ additamentum, deprimendi in ſuperbiam & potiſſimum in finem, vt perdendi in finem, id eſt, ad Chriſtum, & ex veſtigiis tot profanatorum templorum quæ extant, conſtet quãta ſuperſtitio in quantam contumatia ſit redacta, quam diu in tot martyrum locis ſtetit, in eorum magnem vetra humanitatem, & [illegible]

[a] c. 11. 1.
[b] 1 Reg. 12. 22. Num. 24. 17.
[c] Num. 24. 17.
[d] Act. 20. 28.
[e] 1 Pet. 2. 9.
[f] Pſal. 77. 54.
[g] Deut. 9. 26. 29.
[h] Exod. 15. 17. 1 Reb. 14. 8. 22.
[i] Hebr. 12. 18. 22.
[k] In Iſa. c. 40.
[a] Lib. 2 de doct. Chriſt. c. 42.
[b] Pſal. 12. 13. Pſal. 104. 5. vſque ad 15.
[c] Hom. 1 de Sion.
[d] Quæſt. 3.
[e] verſ. 17.
[f] verſ. 18.
[g] verſ. 6.
Sempiterna loca.

crucis etiam hi qui tenebant sceptrum.

Leua manus tuas in superbias eorum in finem.] In psalterio Romano, & apud Augustinum, *eleua manum tuam in superbiam eorum in finem*: apud Cassiodorum, *in superbia*. In Gallicano psalterio, *eleua manum tuas in superbiam eorum*. Hieronymus, *sublimitas pedum tuorum dispara est vsque in finem*; id est, exponente Treuetto, templum, quod est locus de quo Esaias [a]; *locum pedum meorum glorificabo*, desolatus est penitus ea desolatione, quæ fit per incendium. Alij ex Hebræo, *leua gressus tuos*, aut *peaces in desolationes eius in sæculum*: quasi dicat, erigere in pedes, vt obuiam hostibus profectus, erige te, exurge, accelera, malis extremis eos afficias: vel attolle pedes, vefugiáque, quibus illos conculces, & proteras. Quidam, *leua percussiones*, aut *paupertates eorum*: vel, *eleua malicos tuos, vt perdantur manu tua omnes hostes tui, qui templo nocuerunt*. Hebræa hic habent: מרומם פעמיך לשמות נצח *marumah paamecha lemamoth netsach*. In psalmo 57.[b] *manus fuas lauabit in sanguine peccatoris*, vertunt aliqui, *pedes suos*, quod est פעמיו *peamaiu*. Sequens dictio cum puncto in finistro cornu literæ (ש) significat *eleuationes & superbias*; in dextro (ש) *vastationes, ruinas, desolationes*, &c. Chaldaicè, *leua gressus tuos ad desolandas nationes in perpetuum*. Retinendo *manus*, metaphora sumitur ex iis, qui manus in altum tollunt, vt verberent, ac fortius feriant. Quod valet *minas*, vel *brachium excelsum*, siue *excelsum* apud Esaiam, & alios; sicque in psalmo 54.[c] & 137.[d] *ex excelso manuum*, in 105.[e] *eleuauit* in 135.[f] *manu potenti & brachio excelso*. Posset etiam alicui videri ad vnum ex signis militaribus, quod forma expansum erucis, extentam superne præferebat, & leuatam manum. Confirmat hanc Rosa[g] notter non omnino inuenustam coniecturam ex Esaia[h], dum *extentam* nominat *manum*, & loquentem inducit Deum[i]: *leuabo ad gentes manum meam, & ad populos exaltabo signum meum*: item in Ezechiele[k], qui pariter vsurpat *extendere manum* ac *leuare*; & ex Zacharia[l], qui *leuare*, & ex psalmo 105.[m] *& leuauit manum suam super eos, vt prosterneret eos in deserto*. Attamen simplicior & verior lenius est, vt hæc omnia, quemadmodum dixi, denotent validam percussionem: nemineque facilè credo talem militare signum in vsu fuisse apud Hebræos.

Multiplex ratio leuandi manus.

De multiplici ratione *leuandi manus* egi alibi, & attingit noster Ribera[n], & Pintus in Ezechielem[o], vt ad gratulandum, laudandum, inuitandum, orandum, promptè quid & libenter agendum, ad vocandum, auxiliandum, seu protegendum: denique ad vlciscendum, & feriendum. Vltimo modo, qui magis conuenit proposito; adiici solet, in aliquem, vel, contra, vel, super.

Tropologia.

Manus in plurali poni notat Hugo tropologicè propter vindictam præsentem, & futuram: contra superbiam in Deum & proximum; item contra superbiam in corde, voce, veste, opere, alijs. *Superbiæ* numero plurali non occurrunt, quod sciam, nisi adhuc semel in Epistola Iacobi[p]: & significant effecta externa prodeuntia ex interna elatione animi. Ibi verò etiam tribuitur huiusmodi superbiæ exultatio maligna, quemadmodum hoc loco *superbi* dicuntur maligni; *manet autem*, inquit, *exultatio in superbis verbis: omnis exultatio talis maligna est*. Sed ibi sunt ἀλαζονεῖαι, hic ὑπερηφανίαι. Vtrobique indicatur insultatio, & exultatio, & peruicacia, atque proiecta & impudens audacia.

Superbiæ, numero plurali, posita.

Postremò, *in finem*, significat vel penitus, vel in perpetuum, sicut & versu 1. Si ad Antiochum hæc & sequentia referre placeat, constat maximè superbum fuisse. Nam scribitur *fecisse cædem hominum*, & *locutus in superbia magna*[a], *existimabat se pro superbia terram ad nauigandum, pelagus vero ad iter agendum deducturum, propter mentis elationem*[b]: *sibi videbatur etiam fluctibus maris imperare, supra humanum modum superbia repletus, & montium altitudines in statera appendere; sidera cæli contingere se arbitrabatur*[c]. Denique recte *superbia* numero plurali eidem conueniunt, id est, non tantum ὑπερηφάνια, *superbia & tumor*, sed etiam ἀλαζονεία[d], *iactantia & arrogantia*, ὑπερηφία[e], *negligentia, contemptusque aliorum*. ὕψωμα, *sublimitas*, φρόνημα, *animi fastus*, θράσος, *insolentia & audacia*[f], ὄγκος, *factus, tumor, intolerantia*, ὕβρεις[g], *contumelia*, ἀντιβίωσις, *ostentatio*, & *iactantia audaciæ feroculæ, qua Deus impiè contemnitur, ipsique vota facere quis non curat*, vt ait Theophrastus[h].

De variis *superbiæ* gradibus B. Thomas[i], quique gradus humilitatis enumerant; Ieiephus quoque[k] Stephanus, differens de Antiocho. De Romanorum superbia & fastu qui Ierosolyma deleuerunt, nihil attinet dicere. His imprecatio inducuntur hoc loco Iudæi. Vel, vt Rickelius ait, etiam fideles ex malo, vt destruatur Romanum Imperium, quantum ad extinctionem Gentilium Imperatorum, & populi infidelis, non autem in quantum Christo subiecti fuerunt. Et ita, inquit, completum est tempore Constantini, quando cœpit regnum Christi vigere in mundo.

Quanta malignatus est inimicus in sanctis.] Hieronymus *omnia mala quæ inimicus in sanctuario*. Alij superioribus nectendo, *leua pedes eorum ad desolationes in sæculum super omnem inimicum, qui malefecerit in sanctuario*: vel, *vt vastes seu perdas in perpetuum hostes vniuersos, qui mala multa fecerunt*. Chaldaice: *leua gressus tuos ad deplandas nationes in perpetuum, quia pro viribus suis detrimenta intulerunt in mici nostri in sanctuarium*: vel, scitissimè sumendo hoc membrum, *nihil non labefecit inimicus in sancto*. Hebraice, כל הרע אויב בקדש *kol herabh oieb bakkodes*, quod ad verbum vertit Hieronymus, & præterea transferri potest, *omne malum inimicus*, aut *super omnem inimicum*, &c. Lxx. reddiderunt ὅσα, quod exponere quoque licet, *mala quæque, cuncta, omnia, quam multa*. Emendati codices Græci habent, ἐν ἁγίοις σου, *in sanctis tuis*, nec non psalteria Latina, vetus, Romanum, Gallicanum, præterea Arabicum; item Augustinus (qui etiam habet, *malignè opera sua est*), Cassiodorus, & ex Græcis Apollinarius:

Ἐκακοποίησεν ἐχθρὸς ἐν ἁγίασμασι σου τοσαῦτα:

Quanta quidem sanctis maligne excogitauit sceleratus.

At Basilius apud quem corruptè legitur *in euangelio* pro *in sanctis*, siue Theodoretus, negant vel Hebræum, vel cæteros interpretes, vel Lxx. in sexcuplici, seu hexaplo, posuisse plurali numero, *in sanctis*, sed singulariter, *in sancto tuo*: vt manifestum esset, de templo, eos qui hæc aiunt, dicere, lugentes & deplorantes ea quæ in id facta sunt. Hieronymus[l] minari se scribit quis in codice Suniæ & Fretelæ emendando peruerterit, vt pro *sancto, sancta* ponerent, cum & in codice quem habebat, *in sancto*, inuenisset; licèt Græci legerent ἐν τῷ ἁγίῳ σου, id est, *in sancto tuo*. Aquila transtulit, ἐν ἡγιασμένοις, *in sanctificatis*. Per

a c.60.13.

b vers.22.

c vers.10.
d vers.7.
e vers.26.
f vers.22.

g 1. Angula. c.1.
h c.9.13.17. 21.
i c.49.22
k c.16.36. 22.20. 5.6.15. 23.28. 42. cap. 24.9.15.
l c.2.v.
m vers.26.

n lib.1. in cap.1. Zachar. v.21. & seq.
o in c.37.

a 1. Mach. 1. 25.

b 2. Mach. 5. 21.

c c.9.8.10.

d Iacobi 4.16. Sapien 5.8.
e Iob 25.24.

f c.82.13.
g prouerb. 21. c. Iob 5.22.

h in charact. libro de superbia circa fin.

i 2.2.q.162. a

k 1. Mach. 1. vers.5.

l epist.135.

Sanctum & sanctitas quid sint.

sanctum & sanctitas, intelliguntur templum, & sacra, nec non personæ sacræ: quæ omnia satis liquet quàm sacrilege profanata ac violata sint à Nabuchodonosor, & ab Antiocho. Nam Romani, post abolitam iam veteris legis Religionem, & templi sanctitatem, quatenus ex eiusdem præscripto sacra in eo fiebant, non ita verè, ac proprie sacrilegi censendi sunt. *Vetuit* Antiochus *holocausta, sacrificia, placationes in Templo* [a]; *iussit coinquinari sanctia* [b]; *templum* tempore ipsius *factum est sicut homo ignobilis* [c]; cognominatum *Ionis* [d] *Olympio repletum* [e] *luxuria & concessionibus gentium, & scortantium cum meretricibus*; *sacratis aedibus mulieres se ultro ingerebant, intro ferentes ea, quæ non licebat*: *altare etiam plenum erat illicitis, quæ legibus prohibebantur*, *templum* Rex *expoliauit* [f], *effuderunt sanguinem innocentem per circuitum sanctificationis*, *& contaminauerunt sanctificationem* [g]: ita vt psalmum 78. totum ad ea tempora referant Eusebius [h] & Euthymius [i]: iure fuillæ carnis templum conspersserunt, & porcos super altare mactauerunt [k]; *sanctificatio desolata est sicut solitudo* [l]. Præterea Nabuchodonosor & Chaldæi iam prius *domum Dei succenderant* [m]; *columnas æreas, quæ erant in Templo Domini, & bases & mare æreum confregerant, & transtulerant as omne in Babylonem cum aliis vasis etiam aureis & argenteis* [n]; *tulerant sacerdotem primum*, & alios [o]; *interfecerant iuuenes gladio in domo sanctuarii* [p]. De Romanis consulendi Iosephus, & Egesippus. Christus ipse templi destructionem antea prædixit, & ciuitatis [q]. Constat etiam inuito ac reluctante Tito ipso Imperatore, incensum templum mensis Augusti die decimo (quo etiam alias a Rege Babylonis fuerat concrematum [r]) cum sex hominum millibus, qui eò se contulerant salutis causa, prout pseudopropheta fieri præceperat [s].

Eadem sententia detorqueri multo magis potest in sacrilegos profanatores sacrosanctorum Ecclesiæ Catholicæ locorum, personarum, sacramentorum; quales legimus fuisse nó solum gentiles sed apostatas fideles, ac piæ matris perduelles filios hæreticos, non ex veteribus duntaxat historiis id fecisse didicimus, verumetiam calamitosis hisce temporibus spectauimus. Vt omittamus adulteratum & incestatum verbum Dei, atque deprauata, corrupta, violata religionis ac fidei mysteria, & dogmata. Hoc Lateranensis sub Martino I. Synodus [t] ab Hæreticis factum conquerens, præsentem vsurpat locum.

Patet latissimè disputatio de sanctitate dicatorum & consecratorum Deo locorum, déque iure asyli & immunitatis. Edidit Anastasius Germonius libros tres de sacrorũ immunitatibus: & affert ad eamdem rem nonnulla Ioseph Stephanus [u]: Nec inutiliter hic inuehi liceret in irreligiosos Christianos, tam indignè obeuntes versantésque in Ecclesiis, tum verò in eos qui proprie nominantur Ecclesiastici, minimè respondentes tanto nomini officioque. Hugo quidem subtiliter omnia quæ Antiochus in templo vastauit, ad varios hominum ordines refert. Diabolum per *inimicum* interpretatur: alij tamen etiam comprehenduntur nomine *inimici*; sed quia se profitentur cultores Dei & amicos, conuenit & in illos ea sententia [x]; *quid est quòd dilectus meus in domo mea facit scelera multa?* simul etiam vocati possunt hostes; mittentes *manum suam ad omnia desiderabilia*, ingrediendo *in sanctuarium* [y].

a 1. Mach. 1. 47.
b vers. 49.
c c. 1. 8.
d lib. 2. 4. 2.
e vers. 4. 5.
f c. 9. 16.
g lib. 2. 9. 19. lib. 10. de demonstr. ev. in ps. 78.
h Iosephus 13. antiq. c. 16. l. 1. Machab. 1. 41.
i 4. Reg. 25. 9. 2. par. 36. 19. Ierc. 39. 8. c. 52. 13.
k 4 Reg. 25. 13. 14. 15. ca. 24. 13. 2. para. 36. 7. 10. 18.
l vers. 18. 19. p 2. par. 36. 17
q Luc 21. 20. *Templum Hierosolymitanũ ruinis Tito Imperatore extremum.*
r Iosephus 7. de bello Iud. c. 10.
s c. 11.
t In Concilio Lateranensi sub Martino I. ac. 16.
u in 1. Mach. 1. 39.
x Ierc. 12. 15.
y 2. Reg. 11. 2.

Vers. 4.]Et gloriati sunt qui oderunt te: in medio sollemnitatis tuæ. Posuerunt signa sua, signa.

Sonjus Iust.

SVperbi ac victoria elati prædáque inimici & aduersarij Dei, odio prosequentes religiosum cultũ atq; pietatẽ, ipsíssimet solemnioribus, festiuioribus, & sacratioribus diebus per summam insolentiam profanando sacra omnia, voces inconditas edebant, quibus illam suam ostentabant, & deprædicabant irreligiosam victoriam, eidémque Deo blasphemè insultabant, quasi eo inuito talia patrarent, & tanquam victoriæ vexilla, seu trophæa erigebant, siue in templo, siue in portis ciuitatis: mœrentibus ad tam tristè spectaculum pijs viris, quos decebat tali tempore cum gaudio rem diuinam agere & Dei laudes decantare. *Vocem dederunt*, ait Ieremias [b], *in domo Domini, sicut in die solemni*; Chaldæi nimirum, cum in Templi combustione, atque depræda tione tam hilariter voces contendebant, quàm solebant cantores ac Leuitæ; vel horum etiam voces exprimebant cum irrisione. Quod attinet ad Romanos, idem credi de illis potest, idque in die solemnitatis Paschalis, quo contigit incendi templum, sicut & prius Christum crucifigi. vt obseruant Basilius, Theodoretus, Euthymius, Nicephorus, & ex Latinis Augustinus, Rufinus, aliique.

b Thren. 2. 7.

Et gloriati sunt qui oderunt te.] Hieronymus, absque coniunctione, *fremuerunt hostes tui*. Alij, *rugierunt, ruberunt, sublata voce clamarunt*. Ista significat שאגו *seaagu*, maximè propriè *rugitum leonum*, & *rugiendi* verbo translatum est psalmo 37 [c] *rugiebam à gemitu cordis mei*. *Gloriati* dixerunt Lxx. fortassis vt alluderent ad leonis rugitum quem edit maximè iam capta præda, veluti exultans & insultans, vt alias dixi. Grauior peccati circumstantia, *lætari cum malè feceris*, & *exultare in rebus pessimis*, [d], & gloriari in malitia. Totum locum istum arbitratur cum aliis, Augustinus Iustinianus Nebiensis Episcopus de Mahomete intelligi, quem, inquit, constat adulterasse & temerasse Euangelium ac legem Christi. Si sit extendenda sententia, malim latiùs id fieri ad omnes persecutores. Opinionẽ verò illorum de Antichristo, nisi malis potiùs errorem appellare quòd is fuerit Antichristus; nec alia sit proprie diuersa expectãda persona, confutat propria disputatione Peterius noster, quam adiecit commentariis in Apocalypsim. Adde auctoribus dictæ sententiæ, quos citat, Franciscum Feuardentium [e], & Arnaldum Pontacum [f]. Non dubitat Martinus Cantapetrensis [g] negare, vllum qui scripturas legerit, eam receptarum; sicut nec de Solimano Rege Turcarum, nec de Luthero. Peterius noster ait [h], Annium dictæ opinionis primum Assertorem, sine dubitatione vehementer hallucinatum, atque deceptum. Thomas [i] Maluenda negat vlli erudito atque prudenti venire in mentem posse, Mahometum verum esse Antichristum. Suarez [k], noster quoque scriptor ordinis perdoctus, existimat esse omnino certũ, nondũ venisse Antichristum proprie dictum, & quem singulariter Scripturæ

c vers. 9.
d Prou. 2. 14.
De Mahometo falsa interpretatio.
e in Ieremiam lib. 5. ca. 26. & 50.
f in Chron. g Chypotyp. c. 8. & lib. de Antichr. disp. 1.
i 2. de Antich. c. 5.
k 3. p. tom. 2. disp. 54. sec. 2.
Antichristi nõdum adsumptum.

prædicunt fore. Refellit etiam noster Salmeron [a] eam idem opinionem.

In medio solemnitatis tuæ.] Hieronymus, *in medio pacis tuæ*; alij, *in medio synagogarum tuarum*, vel, *Ecclesiarum*, vel, *sanctuariorum*, vel, *templi*: quod quia triplici constabat parte, vt alias dictum est, pluriali nomine cum affixo מועדיך *mohhadecha*, exprimitur. Significat hoc nomen inter alia, *tempus*, quæ notio frequens est, aliquando exponitur per *testamentum*, vt [b], *fœdus in monte testamenti*; per *testimonium*, vt [c], *in tabernaculo testimonij*: per *domum*, vt, *vbi* [d] *constituta est domus omni vicenti*, nempe sepulchrum; per *solemnitatem* verò etiam alibi quam hic, vt [e], *eo quod non sint qui veniant ad solemnitatem*, etsi alij exponant de sanctuario: & [f], *respice Sion ciuitatem solemnitatis nostræ*: suntq; alia exempla non pauca pro statis festis, ac festiuis diebus [g], & nomen *festorum* interdum ponitur [h]: item per *festiuitatem eius*, vt [i]; *oblitionis tradidit Dominus in Sion festiuitatem*, quamuis etiam alij declarent de sanctuario, aut de ingi sacrificio per tabernaculum, vt [k]; *demolitus est tabernaculum suum*: infrà versu septimo redditur nomine *sanctuarij*. Itaque *solemnitas* amplectitur & tempus, & locum, & oblationem sanctam, siue sacrificium, & pactum, testimonium ve, siue legem de ritu religioso, & cœtum conuenientium ad sacrificium. Paraphrastes vertit *tempora*, intelligens sacra: psalterium Romanum, & Cassiodorus *in medio atrio tuo*: sumitur autem *atrium* pro templo, non exacte pro medio exteribus, quibus illud constabat; nam hostes nullius atrij religione tangebantur, ac ne loci quidem, quem appellabant *sancta sanctum*. Quod attinet ad *medium solemnitatis*, placet quidem quod retuli, ex satis communi sententia, de solemnitate Paschali, quæ medium, id est, principatum, tenebat inter omnes alias; quemadmodum & apud nos nostra: sed extend. possunt verba hæc ad quascunque solemnitates. Simili ratione quod Ieremias [l] lamentatur *cessare de esse in domo Domini, sicut in die solemni*, Chaldæus, de solo Paschatis die; cæteri, de quocunque solemni explicant. *Prohibus* sunt Hebræi ab Antiocho *celebrare sabbatum, & dies festos*, quod postea restituit Demetrius [m]. In historijs sacris, Ecclesiasticis, politicis, obseruari festiuioribus diebus atrociora patrata scelera, vel æmulante, ac inuidente diuinum honorem dæmone vel molestè ferente profectum nostrum spiritualem, vel abutente hoc alioqui ocio sancto; & magis incauti imptouidique inimus alienas metuimus & cauemus insidias. Ætatis meæ in Gallia præsertim nostra, possum nō ignobilia proferre exemplà, estque trita nobis paræmia, *a bon iour bon œuure*. Sic instar omniū Christus crucifixus in die festo, licèt impij ac hypocritæ dicerent in concilio suo [o], *non in die festo*: die etiam festo amissus a Matre Christus [p] licèt nulla prorsus parentum culpà vel errore. Rabbinorum traditio est, sabbati sui sanctione adeo dæmonas offensos, vt eo die nulli remanserint inter homines, sed speluncas deserta quæque loca petierint [q]. Fabula. Nam ad Christianas religiosiores festiuitates ex omnibus latebris, sicubi latent, confluere caterua tota dæmonum videntur; nec peperciisse credendum est solemnitatibus Iudæorum, quas Deus toties execratur [r]: & ipsimet illi deridere dicuntur [s], accommodatitio saltem sensu: Ideireo *dies festi* plerumque conuertuntur *in* lamentationem, & *luctum* [t].

Fingebant veteres Aspidem thermotem bubalino studiose nutritam butyro, intra templum, eos, qui illuc irreligiose intrarent, aut mala mente, letaliter mordere solos solitum fuisse [a]. Hoc nunc si fieret, quàm multi inter nos *insani* essent, quam *dormire i malis* [b].

Posuerunt signa, sua signa.] Hieronymus, *posuerunt signa sua in tropæum.* Alij, *pro signis ac tropheis*: vel, *vexilla in tropheum*, videlicet dejectis etiam signis & imaginibus diuinis, seu diuinam maiestatem religionemque veram repræsentantibus. Symmachus apud Theodoretum quem citat Græce Agellius, ἀντὶ τῶν σημείων αὐτῶν ἐπέστησαν γράμματα, *posuerunt signa sua insignia*, *inscitiam*, seu *insigne*, & *ornamentum monimenti cassi*. Tum verò, inflectis primis verbis versus sequentis, per hyperbaton, aut parenthesim, & *non cognouerunt*, alia quæ in eo sequuntur, *sicut in exitu super summum*, ὡς ἐπὶ τὴν ἔξοδον ὑπεράνω: vel ex eodem Symmacho, κατὰ τὴν εἴσοδον ἐπάνω, *secundum ingressum*, vel, *in ingressu suprà*. Sensus est, quòd ea signa, siue vexilla, & trophæa sint posita in muris ac portis, per quas ingrediuntur, & egrediuntur omnes. Is, quem vocant Hieronymum, sic etiam refert ex Symmacho: *posuerunt signa sua manifeste in exitu in introitu portarum.* Augustinus, cæteriique fere Latini, nec non & Græci, de signis ac vexillis militaribus interpretātur, vt quas nominat Augustinus Romanorum aquilas, vel draconcs. Addit præterea statuas: & tertiò, signa vaticinorum, quæ audierant a vatibus dæmonum suorum. Ponit quoque Rufinus & hoc vltimum, quod magis ac ferè tantùm probat Agellius, exemplo etiam regis Babylonis, *interroganris Idola in hepate, omen omnis sagittarum* [c]; Ego minùs probabile duco, propterea quòd, *ponere*, non ita proprie refertur ad hirnam sententiam; quòd sint vera dicta vaticinia. Positionem, & constitutionem rei in loco significat, seu collocationem, Latinum verbum, & Græcum τιθέναι, & Hebræum שים *sum*. Etsi verò τιθέναι quandoque sit *existimare, supponere*, sed *ponere thesim & hypothesim*, & *ponere* eadem notiones habere possit, Hebræi שים *sum* exemplum non reperio, nisi aliquid addendo, quo id denotetur; vt *ponere in corde*, aut *super cor*, aut simpliciter *cor*, quod est elle sollicitum [d]: aut *in ore* [e], id est, in præcepto: aut intellectum [f], hoc est, *aperire ad intelligendum*, aut aliquid aliud tale. Basilius, vel Theodoretus, præter signa, ac trophæa super portas erecta, meminit de Pilato, quia regia signa vbi intulit, & de imagine suilli capitis, quam Romani reges lapidibus portæ insculpserunt: hæc autem omnia indicare voluisse Christum per *abominationem desolationis* [g]. Quidquid sit de Pilato, vel etiam longè pòst de Adriani statua, cùm Pilatus quoque Cæsaris statuam locatam, clam de nocte inter vexilla militaria, victus precibus Iudæorum, subduxerit cum vexillis [h], & loquebatur Christus de re futura: præterea, vtcumque se illud aliud habuerit, & suilla insculpta imagine ad contemptum Iudaicæ religionis; ii de Romanis interpretemur, illos intelligere debemus, nō qui redegerunt in potestatem & sub imperium Iudæos, sed qui tandem funditus Ierosolymam, atque templum diruerunt, & habitatores partim occiderunt, partim vendiderunt, partim expulerunt, partim in captiuitatem abduxerunt.

a in 1. Thess. 2. disp. 2.

b Esa. 14. 13.
c Exo. 27. 21.
d Iob 30. 10
e Thren. 1. 4.
f Esa. 33. 20.
g 2. Paral. 23. 1. 1. lib. 24. ca. 30. 3. Zacha. 8. 19 Esa. 1. 14. cap. 44. 24. Numer. 3.
h Leuit. 25. 1. 1. ca. 6
k Thre. 2. 6.
l Thren. 1. 4.
m 1. Macha. 1. 41. lib. 2. c. 6. lib. 1. loc. 4. *Prohibuerunt diebus plurimis, parratæ atrocia scelera.*
o Matth. 14. 2.
p Luc. 2. 43.
Rabbinorum fabula.
q Ludo Granatensis in Ioannem. 16. post Pent. n. 21.
r Esa. 1. 11. Amos 5. 21. & alibi.
s Thre. 1. 7. 1. Amos 8. 10. Tobi. 2. 6.

a Scipio Amicatus.
b 1. Cor. 15. 34.
c Ezech. 21. 21
Vide 2.
Sculti capitis imago lapidibus portæ Hierosolymitanæ insculpta a Romanis regibus.
g Matth. 24. 15.
h Ioseph. 2. de bell. Iudaic. 8.

De abominatione desolationis, quæstio non parua, paucis, & alieno loco hic non expedienda. Omnino, omissis illis opinionibus quas indicaui, & alia de tempore Antichristi, & cæteris, quas perpendit Maldonatus [a], & post alios Thomas Maluenda [b], quam *statuam* nominat Matthæus, imuri esse statuam; Theophylactus [c], ac Euthymius [d] aiunt, Titi Imperatoris in templo positam imaginem fuisse. Iosephus [e] quidem narrat, postquam seditioni ad ciuitatem confugêre, templo, itemq; omnibus circum locis ardentibus, signa in têplo posuisse contra portã orientalẽ, ibíque celebrato sacrificio, maximis cum clamoribus declarasse Titum Imperatorem. De Titi statua non ita facile probari potest. In Machabæorũ historia [f] narratur ab Antiocho ædificatum abominandum Idolum desolationis, super altare Dei.

Ego, ne longiorem, vt dixi, tractem quæstionẽ proponam meo minime necessariam, arbitror, cõmodiorẽ sensum esse de *signis*, vt vexilla significãt; quæ non a Romanis duxerat, sed & ab Antiocho constituta esse ambigi non potest. Hanc quoque *desolationem abominationis* esse vult Clarius [g], Arias [h], Baronius [i], de quo parum laboro. Sententiæ autem alii de vexillis valde cõmuni, fauet etiam Ambrosius [k]. Quamuis porro *vexillum* proprie dicatur נס *nes* אות *oth* quod hic habetur, non ita reperiatur in ista significatione; tamen, sicut illud etiam pro quouis signo, ita hoc pro vexillo sumi nihil prohibet. Placet Roæ [l] nostro tenẽtia eadẽ, sed non atque placet mihi, quod *lenae e manus* in vers. 5. vt ibi monui, de lignis vexillorum interpretatur; ita vt orare Deum vt *leuet manus*, sit, vt opponat signa signis, trophæa trophæis. Amplectitur præterea de nostris Viegas [m] eandem opinionem. Adde magnam asseuerationem: & secundum Diodorum admirationem quomodo Dei templum sit manibus hostium traditum. Repetitis signa imuunt, vt notat Hugo, doloris magnum sensum, cum quo Propheta hanc suã pronunciabat vaticinationem.

Affert idem auctor satis commodã tropologiã, de lignis, quæ sibi ponũt viri principes ac Prælati, nec nõ Dæmones. Piget transire tam eleganter operę pretium est; quemadmodũ & quæ Greuæus [n] habet de lignis Domini, quibus signat suos; de lignis item diaboli siue characteribus, quos imprimit. Citatus quoque paulo ante Ambr. admonet, ne spiritus, nequam ligna suscipiamus in pectore nostro, sed Dei retineamus imaginem.

Vers. 5.] Et non cognouerunt sicut in exitu super summum. Quasi in silua lignorum securibus.

Vers. 6.] Exciderunt ianuas eius in idipsum: in securi, & ascia deiecerunt eam.

PErturbata nõnihil videtur sectio versuum, & obiecura sententia, & sine dubio pendens ex præcedentibus. Hugo sic optime coluit. Inimici Dei Babylonij, aut Romani, *posuerunt signa*, id est, vexilla (*& non cognouerunt* se Dei ipsius nutu ac potestate, victoriam cõsecutos, atque ruinæ illius auctores extitisse) *super summum*, seu templũ, seu locum aliumue sicut fieri solet in exitu, nempe vel in portis, per quas exitur, vel in exitu viarum, id est, in compito. Denique sancti, & solemnitatis, hoc est, templi, vbi sancta celebrabantur, & solemnes agebantur dies, ianuas exciderunt, totámq; ciuitatem diruerunt impetu tanto, & libertate tanta, atque adeo magna petulantia & irreuerentia, ac solent qui cæduam intrant syluam, arbores quas volũt, ferro deiicere. Theodoretus, aut quis alius recitatus Græce ab Agellio, agnoscit hoc loco hyperbaton, & sic disponendã orationem: *posuerunt signa sua signa tanquã in exitu*, hoc est, in porta. *super summum, & non cognouerunt*, id est, non aduerterunt se aduersus Deo dicatam ciuitatẽ tanta ausos, & in ea ipsa collocare propria vexilla, velut insignia victoriæ, atque dominij. Sed explicemus seorsim singula.

Et non cognouerunt sicut in exitu super summum.] ex Hebræo יָדַע כְּמוֹבָא לְמַעְלָה *iuuadabh chamoui lemaalhe h* translatio satis disparata. nam vertit Hieronymus, *manifesta in introitu desuper*, nempe signa quæ posuerunt in trophæum, erunt *manifesta in introitu*, scilicet portarum, *desuper*, id est, fixa in loco alto. Alij, *notus erat velut afferens superne*: hoc est, adeo celebris, nobilis, illustris erat, tanquam qui adduceret aliquid ad sublime, is qui (quod sequitur) secabat arbores ad ædificiũ templi, ac si eadem ligna de cœlo obtulisset, vel atque si ol. tulisset Deo sacrificium. Vel, *notum est*. seu *palam est, quemadmodum in superiora* (scilicet templi) *velut* (quod continetur sequenti membro) *in cognitione*, siue *perspicuates flumina. securibus inuolucrint*, id est, quo pacto tabulata templi, quæ auro ornata erant, deculserint, non secus quàm qui arbores in syluis detruncant. Vel, eodẽ sensu, *scietur*, (nempe inimicus *ipse ad ea cum fossum in ramo lignis securis*, (nempe in excindendo templo.) Propiùs accedit ad versionem nostram interpretatio Pagnini, pro primo verbo ponentis, *conteritur est*: aliquid autem ita cõmuni potest, inquit Ricardus Cenomanus, vt postea vix eius vestigiũ agnoscatur. Hoc sibi videntur voluisse Lxx. reddendo negatiue οὐκ ἔγνωσαν, *& non cognouerunt* (quod cũ affirmatione Aquila, & Theodotio; ἐπέγνωσθη, & γνωσθήσεται) Symmachus per nomen γνώσιμα, quasi dicas, & non est inuentus locus; seu têpli, seu ciuitatis funditus deletæ. Eodẽ spectat Chaldæa paraphrasis, *consumati malle*. Significat quandoq; יָדַע *iudabh*. Vnde hoc loco in niphal יִוָּדַע *iuuadabh*, *subuersi est*, & *conteritur*. sic nonnulli explicant, quem apud Esaiam [a] legimus, *sentiens infirmitatẽ*, *contritum infirmare* יְדוּעַ ח לִי *iuuadabh choli*. Itaque non cognouerũt habitatores ipsi habitationes suas in Ierusalem, & templum, quia contritum est (sumẽdo futurum pro præterito) quidquid ibi erat.

[a] c. 53.

Alter sensus de iisdẽ Iudæis, traditur à Basilio, siue Theodoreto, vt non cognouerint vllam Dei protectionem super se, sed desperauerint. Adiice quòd causam cur tot ac tanta paterentur, non aduerterint, seséque decipi fallis pollicitationibus pseudoprophetarum fuerint: veras autem Prophetarum voces non cognoscentes, id est, non recipientes, sed irriserint, quamuis tandem earum veritatem, nolentes experti sint.

Alij sensus.

Tertiò non cognouisse Iudæos Euthymius ac Nicephorus velit, quia cùm essent occupati circa solemnitatem Paschalem, nullis aliis rebus intendebant, & ex improuiso iam posita ab hostibus signa sua viderunt.

Quartũ idẽ Euthymius assignat sẽsum, qui passim recipitur ab aliis, ipsosmet inimicos non cognouisse quo pacto ceperint ciuitatẽ; videlicet, nõ

quia

quia non posset Deus prohibere, ac viribus eorũ resistere, sed quia voluit eorum vti opera ad Iudæos puniendos, vel ob alia peccata, cum Nabuchodonosor & Antiochus occuparant ciuitatẽ, vel cùm Romani penitus illam deleuerunt, propter interfectum ab ipsis Christum, ita vt caperentur ipsi & occiderentur in Paschate, in quo interfecerint Christum. Id etiam Clemens Romanus [a] obseruat de præsenti loco.

[a] citatur in indice Tuttiani ad Clemen. 6.

Quinto Diodorus, quem profert Agellius, exponit hoc ita dictum à Propheta, *ἀντὶ τοῦ, ὅσον κόπον ἐλάξατο τῶν καθ' ἡμᾶς συμφορῶν, nondum satietas eos cepit nostrarum calamitatum.*

Sextum addit Agellius, vt *non cognouisse* sit, pro nihilo duxisse, & contempsisse maiestatem templi, atque magnificentiam; nec pepercisse, quamuis parci Titus maximè vellet, ac seuerissimè, vt priùs dixi, præciperet. Idẽ adhuc auctor, accipiens *signa* pro auspiciis, ominibus, portẽtis: declarat quòd non cognouerunt alij illa, sed hostes tantùm, quibus data & ostensa fuerant: vel quòd ipsimet dij falsi, qui dabant, non cognouerunt; quemadmodum paulo pòst [b], inducuntur hostes asserentes Iudæis, de suo verò, dixisse cum despectatione, *signa nostra non vidimus, iam non est propheta, & nos non cognoscet amplius.*

[b] vers. 5.

Oratio concisè pathetica, & perturbata, tam varios fert sensus. Quartus optimus; ex aliis minùs probãdus quintus: duo postremi minimè: hi, quia *signa* vsurpant præter communem sententiam; ille, quia insõlens, ac durum, vt, *nũ cognoscere*, sit, non saturari. Graue damnum ab ignorãtia, *quia si cognouisses & tu*, ait Christus [c], non minùs lamentabili voce; & [d] *si scires donum Dei*: & cæcus vnum illud vrgebat, *Domine* [e] *vt videam*. Surdus & cæcus est qui cõfidit in alio quàm in Deo vero [f]. Bene perpendit Hugo exaggeratum hic persecutorum peccatum; quòd *superbia* nominatæ sint; quòd dictum, *quamdiu*, ad quantitatem denotan dam; quòd maligni as indicata; circunstantia loci sancti, blasphemia in gloriando de perpetratione mali; obstinatio in Dei odio: violatio temporis sacri & solemnitatis: arrogantia, ponendo *signa*: infelicitas, quia *non cognouerunt*.

[c] Luc. 19. 42.
[d] Ioan. 4. 10.
[e] Luc. 18. 41.
[f] Esa. 42. 18. 19. *Propensus ob Hugonem locus*

Sicut in exitu.] Præter ea quæ dixi, perpendenda nunc magis editionum in his verbis discrepantia. Hieronymus, vt retuli, vertit, *in introitu*: omittens comparationis particulam. Alij hanc ponunt, sed reddunt participialiter, *adducens*, seu *afferens*, Hieronymus, vt & Lxx. legerunt cum litera (כ) *beth*, quæ præpositionem indicat, si subiiciatur ei sceua (ב) *be*, & מבי *meus* sumpserunt tanquam nomen simile מטה *manu*, pro *compito*: qui etiam apud Matthæum [g] appellantur *exitus viarum*, vt magis demonstrat Genebrardus. Cæteri Hebraizantes, ante dictam vocẽ, acceptam vt participium, agnouerunt literam indicem similitudinis (כ) *kaph*, cum sceua (ב) *che*. In bibliis Græcis & Latinis comparatio est cum præpositione: Græca emendata habent, *ὡς εἰς τὸν εἴσοδον, si vt in introitum* siue *ingressum*. Idem valet apud Apollinarium *εἰσόδῳ*. Sed singularem indicat sensum, vt hostes tanto impetu irruisse, ac irrupisse dicantur, quanto solent qui contendunt & connituntur euadere angustias alicuius loci.

[g] c. 22. 9.

Εἰσόδῳ.

οἷόπερ εἰσόδῳ τινὸς βιζαῦτες ἐνερδεν.
Velut introitum angustum ingressi intra.

Vtũtur quoque vocabulo *εἰσόδου* Aquila, Symmachus, Theodotio. In vetere psalterio Latino, & apud Augustinum, *sicut in egressu*, in psalterio Romano, & apud Cassiodorum & Ambrosiũ [a], *sicut in via*. Viam ingredimur & egredimur, aut compitum, siue quadriuium, aut portam: vt patrum referat quo modo nomen Hebræum reddatur. Sensum antea dixi esse, quòd signa hostes posuerint, vt moris est ponere in obuio loco: quod factum Symmachus exprimit, *ὡς ἀμβλεῖς ξυλίνοις ὡς ὅπλοις ξυλίνοις, in instrumentis ligneis*, hoc est, in hastis siue contis.

[a] in psal. 41.

Super summum. Hieronymus, Augustinus, psalterium Gallicanum, desuper. Hoc valet לְמַעְלָה *lemahalah* & *ἀνωτέρω*, quod Aquila transfert *εἰς ἄνω*, Symmachus, *ἐν ἄνω*. Paraphrastes videtur pro participio in hiphil accepisse: siquidem declarat, *sicut vir qui leuat manum suam*, quod ad verbum esset, qui ascendere facit: sed sensus est, signa posita in editiore loco, & collocata super eminentem & conspicuum locum, vt omnium disertissimè Haymo declarat. Quòd autem Bruno Carthusianus explanat, sicut victores dum exeunt fecere solent, coactius videtur.

Augustini expositio mystica est, vel accommodatitia, quòd hostes non cognouerint sicut in egressu desuper, quoniam nescierunt desuper, vt loquebatur Christus [b], *datam sibi potestatem desuper*; & vt Danieli Gabriel [c], *egressum esse sermonem*; & quòd nisi desuper egrederetur iussio, nũquam ipsis talia licerent. Imitatus proculdubio Augustinum est is quem nominant Ruffinum, quod verus non faceret Ruffinus, antagonista Hieronymi, communi retenta lectione, vt *non cognouerunt sicut in exitu super summum*. hoc est, esse super summum, & apud summum Deum, sicut in exitu fiebat, id est, sicut a diuina dispositione exibat. Id quoque Beda dicit, & Bruno Carthusianus approbat; atque de recentioribus Valenius, & Ianssonius; sed, quod ego nõ attentior, vt sensum literalem.

Mystica expositio.

[b] Io. 19. 11.
[c] Dan. 9. 23.

Quasi in silua lignorum.] Omissa comparante particula Hieronymus, *in saltu lignorum secures*, nempe sicut se habent ibi secures, ita cuncta vastantes in ciuitate templóque hostes. Explicat ad eumdem Paraphrastes modum; *ontunde (nempe hostis) malleo, sicut vir, qui leuat manum suã in perplexitatem ligni, vt incidat securibus.* Nec discrepat Hebraizantes alij. Quamquam Campensis versio exhibet totius sententiæ priorum & sequentium non nihil differentem sensum (*audax gradietur securi; iisperne est silua tonantis venies frager*). Eiusdem paraphrasis seu apud eumdem, aliter (*palmi videntibus cunctis ascenderunt vastaturi templum, non aliter quam syluam lignorum ingressi arbores truncare solent.*) Hic melior & communior sensus, & à nobis etiam antea positus.

Descriptio poetica elegans est ista, qua designatur hostilis cladis magnitudo, non in diruendis dumtaxat ædificiis, quod hic exprimitur, sed in cædendis quoque hominibus. Similem Valerius Flaccus [d] in Herculis describendis ictibus rationem habet:

[d] lib. 5.

Ac veluti magna iuuenum cùm densa, securi
Silua labat, cuncti que gemit graue robur adactis;
Iámque abies, piceæq, ruunt; sic dura sub ictu
Ossa vnum malæq, sonant.

Eadem formula dicendi extat apud Ieremiam [e], cùm vaticinatur vastitatẽ Ægypti per Nabuchodonosorem, *quoniam cum exercitu properabunt, & cum securibus venient ei, quasi cædentes ligna. Succiderunt saltum eius, qui supputari non potest.*

[e] c. 46. 22. 23.

Securibus excciderunt ianuas eius in idipsum, in securi & asia deiecerunt eam] Hieronymus primo ad priora nomine relato, vt retuli, sic alia connectit, *& nunc sculpturas eius pariter bipenni, & dolatoriis deraserunt* Ita quoque distinguunt Hebraizantes alij, vertuntque, aut, pro *dolatoras*, malleos, pro *deradendi*, verbum, conterendi, perdendi, confringendi, deiiciendi, conquassandi: & pro *ianuas*, vtuntur tum cælaturas, tum sculpturas: pro *asia*, dolabram, runcinum; per pronomen, *eius*, intelligunt templum: *securibus* respondet, קַרְדֻמּוֹת *kardummoth*, *ianuis eius* פִּתּוּחֶיהָ *pithuchehha*, *securi* בַּשִּׁיל *cassil*, *asia* בִּילְפוֹת *chelappoth*; verbo deiecerunt, יַהֲלֹמוּן *iahlomun*. Vocabula Græca sunt, ἀξίνας, δίπρας, πέλεκυς, λαξεύειν, καταφάξαι: loco nominis secundi Hebræi quod sculpturas, & cælaturas, quæ fiunt aperiendo, valet, legerunt LXX. פִּתְחֵיהָ *pethachehha*. Tertium est synonymum primo nomini, sicut & quartum, quod hoc duntaxat loco reperitur; tametsi etiam dicatur significare, *malleos*. Vltimum verbum significat *contundere*, *concutere*, *conquassare*, *confringere*, *conterere*. Eadem præterea fere significatio est nominum Græcorum ἀξίνης & πελέκεως. Est autem λαξεύειν non tantùm idem quod illa, nempe *scindere*, *asciare*, *bipenni*, sed etiam quod vocant *exlam.* & *instrumentum lapicidæ*. Ex Latinis *asia* propriè instrumentum est fabri lignarij, quo materiam fabricæ dolat, vnde *dolatura* eiusdem notionis: *securis* generalius instrumentum ad secanda ligna: *bipennis*, vtraque ex parte habens aciem. Augustinus legit, *in dolabra, & fractione*: psalterium Romanum & Cassiodorus atque Ambrosius [a], *in bipenni & asia*; psalterium Gallicanum, dempta præpositione, *eodem pacto*: in codice Romano, *deiecerunt eam*. nempe ianuas; & apud aliquos [b], *ea*, scilicet sanctum, solemnitatem, ianuas; vt significent duo priora templum. Ad excindendum atque deiiciendum dolatio minùs idonea est, dolatoriúmve instrumentum, seu expoliatorium; tamen maiora instrumenta innuunt, vt notat Bruno Carthusianus, ære studium comminuendi omnia, non tantum deturbandi moles grandiores.

Pro, *exciderunt* modò legitur יַחְדָּו *iahhdau* cũ notula illa suprà in fine, quæ indicat deesse (ה) *he*, & vertit Hieronymus, *& nunc*: Suspicatur Agellius legendum פִּתְחֵי *pathhi* à פָּתַח *pathah*, *frustrum concidere*, *frangere*, in *fragmenta*. Similitudo quædam est in literarum charactere (ע) & (פ) *hhain* & *pe*. Genebrard. putat esse (ע) pro (ח) *hhain* pro *h re* quasi legis nomen חֵתֶם *chathem*, *contritio*, vel verbum חָתַת *hhathath*, *contriuerunt*.

Circa portas templorum & aliorum ædificiorum ornamenta veterum & etiam hodie.

De *ianuis* mentionem fieri notat Bruno Carthusianus, quia magis ornatæ partes templi erant, & antiqui magis in illis ædificandis studebant Potest id exemplis ostendi in templi Ierosolymitani portis, & in aliorum templorum tum sacrorum, tum profanorum, & præterea in aliarum domorum portis. Capitolij fores auratæ erant, & crassis auri laminis obductæ, vsque ad Honoriũ, teste Zozimo Portæ templi Pancleon ornamentorum adhuc vestigia cernimus, & mediæ in basilica Petri extant adhuc ornamenta non vulgaria: & de porta speciosa templi Ierosolymitani egimus cum ea tractatus act. 3 Apostolorum [c]; alium ciuitatis vocant auream, quam tamen reiicit Villalpandus noster [d]: Alludit huc in genere Horatius dum *fores* nominat *munimenta*: Virgil [e]. *Capitolij fores auratæ.*

c c. 3. 2. Ierosolymitani Ecclesiæ libri 5. cap. 3; cum Orte.

d l. 6. Æne.

clara elegantes *fores* templi Chalcidici a Dædalo: Cicero [a], *valuas magnificentissimas* Syracusani. ex auro & ebore. Quod attinet ad templum ab Antiocho euersum. portas exustas, postea reparatũ Iudæi [b]. Tropologiã de ianuis, & de securi, aseráque lege apud Hugonem & Aiguanum, præterea apud Ambros. [c] Quod autem Dionysius testatur de suo, nos multo pollimus magis testati de nostro tempore, in quo vidimus tot ab hæreticis Catholicorum templa & imagines profanatas, direptas, euersas; ne antiquiora arcessamus Arianorum, Icomachorum, & aliorũ exempla. Genebrardus digreditur hic in laudatũ & pium imaginum vsum.

a 4. in Verr.

b 1. Machab. 4. 38. *Tropologia.*

c in ps 37.

Vers. 7.] Incenderunt igni Sanctuarium tuum: in terra polluerunt tabernaculum nominis tui.

PLana & satis ex dictis perspecta sententia. Ostensum namque suprà quanta malignatus fuerit inimicus in sanctum, siue in sanctuarium templúmque. Prædixit quoque Daniel [d] quòd *ciuitatem & sanctuarium dissiparet populus cum duce venturus, & finis eius esset vastitas*: exprimit præterea nominatim Romanos, qui *polluant sanctuarium, & auferant iuge sacrificium* [e].

d c. 9. 26.

e c. 11. 30. 31.

Pollutio multis modis contigisse potuit, quorum nonnullos antea indicaui, & illatos aliqui equos ad stabulandum addunt. *Pollui* dicebat Deus [f] *altare lapideum*, quod erat de non sectis lapidibus, *si leuarret quis cultrum super eum*. Sed de tempore peregrinationis loquebatur, vt annotauit Theodoretus [g], quando extemporaneas aras oportebat esse; ne si fixæ & fabrefactæ remanerent, idololatriæ aliis causam darent. Non ergo pollutionis reiici causa potest in ferramenta de quibus proxima mentio fuit.

f Exo. 20. 25.

g q. 44. in Exo.

Incenderunt igni sanctuarium tuum.] Hieronymus, *miserunt ignem*, ad verbum ex Hebræo, *miserunt in ignem sanctuaria tua*, id est, ignem in sanctuaria שִׁלְּחוּ בָאֵשׁ מִקְדָּשֶׁךָ *scillechu baes mikdascha*. Præter ea, quæ priùs attuli de incendio templi sub Nabuchodonosor, proferri potest ex Esdræ lib. 3, [h] licèt Apocrypho, testimonium; vbi scribitur, quòd quando exterminata est Iudæa a Chaldæis, Idumæi templum incenderint. De incendio sub Tito à Romanis facto plures interpretantur.

h c. 4. 45.

In terra polluerunt tabernaculum nominis tui.] Sic ponitur in emendatis bibliis, hoc membrum separatim à præcedente, vt scilicet primæ duæ dictiones non pertineant ad illud. Ita quoque Hieronymus, & alij Hebraizantes, necnon enarratores Græci distinguunt, atque psalterium Gallicanum, & Romanum; Augustinus verò, *polluerunt in terra*, &c. Græcè cum accusatino, εἰς τὴν γῆν, *in terram*, quod indicat metum, & casum rei, nec ita bene incendio conuenit, atque pollutioni, vt significat profanam deiectionem, deturbationem, conculcationem, aut quid simile. Euthymius & Nicephorus, πρὸς ἐβεβήλωσαν, docent esse, ἀντὶ τοῦ βεβήλωσαν καὶ ἀσεβῶς κατέβαλον, *polluerunt*, pro *soluere*, seu *profane atque impiè proiecerunt, & solo æquarunt*. Ita etiam Apollinarius,

ἐν γῇ δὲ πεδήλεσαν ἀγήρατον οὖας σέθεν.

In terra profanarunt immaculatum nomen tuum.

& Paraphrastes, *ad terram prostraverunt tabernaculum in quo invocatum est nomen tuum*. Eadē ratione in psalmo 88. [a] *profanabis in terra sanctuarium eius*, ἐβεβηλωσας εἰς γῆν αὐτου, &c. & Hebraicè eadem vtrobique phrasis. Sed non debuit Agellius Latinè legere, *in terram*, editione nostra neglecta. Nam Hugo rectè declarat, *in terra*, id est, vsque ad terram deiicientes: & Cassiodorus, vsque in terram deducentes templi culmina, Ruffinus, aras, mensas, libros, vestes, & similia proicientes pedibúsque conculcantes: Haimo, ita vt non remaneret lapis super lapidem. Quocirca non placet Bedæ, Remigius, Aiguanus, Valentia, Iansonius, Caietanus, *sanctuarium* in terra dici, quia solum in terra illa factum erat; nec Bruno Carthusianus; quoniam in cœlesti templo nihil hostes illi iuris habebant. *Nihil* illuc quidem *coinquinatum intrabit* [b]; *nec quid iniquinatum in sapientiam incurrit* [c]; nec etiam in se pollui Deus potest, peccator tamen, quod in se est, filium Dei conculcat, & *sanguinem testamenti pollutum* ducit [d]; & malas sacerdos pollut *sanctuarium Dei* [e]; *offertq; super altare panem pollutum* [f]; Verum, vt dixi, dictiones duæ, *in terra*, iungendæ membro huic, denotant externum & materiale tabernaculum deiectum; quod Euthymius notat appellari, non *Dei* absolute, sed *nomen Dei*; quia nullum diuinæ substantiæ immensæ potest esse tabernaculum. Sed malo, quod ex aliorum subdit sententia, per circumlocutionem idem esse, ac si tabernaculum Dei dictum fuisset.

Triplex tabernaculum moraliter distinctum.

Distinguit moraliter Aiguanus tria tabernacula, Mariam, [g] Ecclesiam, & cuiusuis fidelis animam [h], eodem beatorum [i]; primum pollui ab hæreticis negantibus virginitatem Mariæ in conceptione, secundum, à peccatoribus, qui malunt quam in Dei domo cum humilitate, habitare in tabernaculis peccatorum [k]; tertium, ab illis qui negant retractionem, nec recipientur *in æterna tabernacula* [l]. Adde quartum, cum Valentia, nempe Christum, quod multiplici quoque hæresi, errore, vitio polluitur. B. Antoninus [m] accommodationis sensu exponit hunc locum de luxuria. Lege hoc etiam loco Hugonem Hieronymus quoque colligit item ex præcedentibus tropologiam; vt habeat quisque in corde vexillum crucis, non aduersarij signum, ne eius securi succidatur à gratia, sed falce euangelica purgetur ad gloriam: non succendatur in concupiscentiis, sed accēdatur à spiritualibus sacramentis: non polluatur vitiis, sed virtutibus repleatur: nec existimet Deum aliquid non posse cognoscere, sed cōtreatur nihil oculis eius abscondi: non præbeat consensum in impropериis diaboli, sed glorificet nomen Dei sui. Ambrosius [n], recitans hunc locum ita, *quantum maligne operatus est inimicus tuus in sanctis tuis, & gloriati sunt qui oderant te, in medio festi tui? Posuerunt signa sua signa, & non cognouerunt sicut in via supra summum exquasi in silua lignorum securibus confoderunt ianuas eius*: declarat, inimicis meis signa iniquitatis suæ supra summum posuerūt, id est, supra caput, vbi sensus est, atque Christus sapientia, ego non cognoui, hoc est, non acquieui, non his consensi, & meæ sententiam cogitationis adiunxi: quia malis operibus & iniquitatis suę securibus euertunt animæ fidelis ingressus: & crudelibus factis scindunt puræ mentis vestibula, ne per ea possit Christus intrare. Subdit Nihil insolens & superbum nostro ex ore procedat, ne securim leuemus, aut malleum, quæ non intrant in Ecclesiam Domini.

[a] vers. 40.

[b] Apoc. 21. 27.
[c] Sap. 7. 25.
[d] Hebr. 10. 29.
[e] Ezech. 22. 26.
[f] Malach. 1. 7.

[g] Ecc. 24. 22.
[h] Apoc. 21. 3.
[i] ps. 84. 2.
[k] ps. 83. 11.
[l] Luc. 16. 9.
[m] 2 p. tit. 4. c. 2. *Accommodatio sensus.*
Tropologia.
[n] in ps. 37.

Vers. 8.] Dixerunt in corde suo cognatio eorum simul: quiescere faciamus omnes dies festos Dei à terra.

Sensus loci.

DEliberata, & meditata, & obstinata hostium mens malitiáque fuisse dicitur, vt ex condicto tollerent de medio cultum omnem Dei, non quem ipsi verum, sed quem putabant Iudæi, quos illi vexabant, talem esse. Communior, & verior hic sensus, quàm vt Iudæi ipsi loqui censeantur, vt Cassiodorus voluit, & ex eadem Glossa ordinaria, & prior Augustinus, quasi qui dum viderent euersum ciuitatem suam, & Dei sanctuaria profanata, insipienter, & furiosè dicerent inter se: abiiciamus legem Domini, qui nos vindicare contempsit, & liberare. Rationi, quæ mouit Augustinum, iam occurri. Deum ab impiis non nominari ex propria sententia. Respondet Hugo additum nomen *Dei* à Propheta, quemadmodum, inquit, in ea sententia [a]; *dixit enim in corde suo, non mouebor a generatione in generationem sine malo*; posuimus duas dictiones addidit de suo. Bruno Carthusianus ait, perinde esse, ac si hostes ipsi dicerent; dius nostris spretis, nescimus quem illi Deum colunt, cui festa faciunt: sed nos templum destruamus, & sic faciemus, vt amplius dies festi non celebrentur. Idem indicat Beda, etsi priorem quoque sententiam ponat. Sequitur eandem Caietanus, sed legens, *incenderunt omnes conuentus Dei*, inde vt interpretatur, querimoniam esse Iudæorum captiuorum.

Deus ab impiis non nominatur ex propria sententia.

[a] ps. 10. 6.

Dixerunt in corde suo.] Non solam cogitationem significat, sed consilium deliberatum, & sermonem meditatum, ex toto corde atque ex tota animi promptitudine, vt exponunt Euthymius, & Nicephorus; quod vtique plus est, inquit Ruffinus, quàm si dixissent in ore suo, videlicet in solo. Nam in hoc quòd *in corde dixisse* perhibentur, voluntas affectus, & intentio demonstratur. Sic ille. Alioqui, loquendo absolutè, *dicere in corde*, est per se solam cogitare, vt aliquot in psalmis præcedentibus [b]: Probat Euthymius ex verbo, *τειπε δ' ἐν τῇ*, nisi aduerbialiter accipiatur, inquit, pro, *etiam age* &c.

[b] ps. 4. 5. 9. 10. secun. Hebr. 11. 13. ps. 13. 1. ps. 14. 1. ps. 36. 8. psal. 37. 9. ps. 39. 14. 35. ps. 51. 2. ps. 57. 2. ps. 61. 5.

Cognatio eorum simul.] Hieronymus, *posteri eorum simul*: Chaldaicè, *tota cohors*: alij ex Hebræo נינם *ninam*, *depopulemur eos pariter, occidamus, iactemus sicamus, vim inferamus, deprædemur, diripiamus, subuertamus*, à נוה *nanah*; Refellit Genebrardus; quia scribendum esset, ac legendum נינם *nimam* cum tsere: & verbum illud est inusitatum in kal, nisi in benoni. Neutra ratio valet. Nam ex simili coniugationis verbo יגה *iagah* extat נינם *nyam*: & נגה *nagah* non esse in vsu in kal, nisi in participio, affirmat, sed non probat: multi autem dicti Hebræi, & Hebraizantes illud tenent. Ego tamen minimè dubito, solam nostram editionem veram esse, quę non pauci quoque alij Rabinus, & qui eiusdem linguæ peritiam profitentur, placet; ita vt sit נינם *nam*, quod collectiue significat *multos illos*, vt alio quoque loco monuimus, & inde videri esse Hispanicum *muño*. Totus cœtus hominum eiusdem gentis, & familiarium cogitatum intelligitur, nō solorum posterorum, quasi pro-

[c] Quasi non ausi.

ribus mortuis, sed descendentium, & ascendentium, etiam superstitum, quæ dicuntur συγγένειαι. Caietanus tamen priore modo exposuit.

Durior Agellii interpretatio.

Coactior profectò duriorque, quam veriorem putat Agellius, interpretatio; vt hostium verba sint illa, *cognatio eorum simul*: & hortentur se ipsos ad gentem totam exscindendam, dicendo, iam cognatio Iudæorum simul in hanc vrbem collecta est; eam deleamus, sicut & templum, &c. Vel singularitas reddit suspectam expositionem. Magna conspiratio in malum, vt numero tanto, & consilio eodem in perniciem, & cladem irruant hostes, & odio adeo magno Iudæos infectentur, vt nec Imperatoris vetiti qui uerint præcepto Romani milites, quin templum incenderent, funditúsque delerent. Oportebat namque vaticinium Christi compleri, quòd *lapis super lapidem relinquendus non erat* a.

a Luc. 19. 44

Quiescere faciamus omnes dies festos Dei à terra.] Hieronymus, *incenderunt omnes solemnitates Dei in terra*. Chaldæus addit, *patres nostri incenderunt patres nostri*, &c. Alij, omissis illis verbis, *incenderunt omnia tabernacula Dei in terra*: & intelligunt etiam de synagogis, non de templo solo. Et quia tertiæ personæ verbum est שרפו *sarephu*, quidam sic explicant hæc, & priora: *dixerunt in corde suo*, ac statuerũt apud se subuertere penitus omnia, quod & factum est, quia exusserunt templum tuum, ô Deus, vt sit oratio continuata cum Deo. Atqui personæ facile commutantur, & Lxx. sensus rationem habentes, quoniam hic habetur eos *dixisse in corde suo*, & subditur, fecisse; exponunt, dixisse se facturos, ita vt, quod vulgo dicimus, propter celerem executionem consilij, *dictum factum* fuerit, id est, mox factum quod dictum; De hoc loco poni debet hic annotatio Hieronymi b. Refert secundum editionem Lxx. legi debere, non λύπῃ κατεπαύσωμεν, quod vertendum esset; *heu, & quiescere faciamus*, sed λύτη, ἐκατεκαύσωμεν, *incendamus*; quia Hebræum verbum est שרפו *sarephu*, & transtulerunt Aquila, & Symmachus, ἐνεπύρισαν, *incenderunt*, éditio quinta, κατέκαυσαν, *combusserunt*: sexta eo modo quo Lxx. κατεκαύσαμεν ἐν, *combussimus*. Theodotio, ἐμπυρίσωμεν *succendamus*. Vnde sequitur psalterium nostrum Latinum non esse illud quod Hieronymus transtulit ex versione Græca Lxx. sed quod emendauit, translatum ab antiquo interprete ex editione S. Luciani Martyris. Monet tamen idem Hieronymus hic psallendum, vt nunc habemus, *quiescere faciamus*, propter auctoritatem vetustatis. Indicat etiam illud κατεπαύσωμεν, *quiescere faciamus*, fuisse declarationem alterius verbi, κατεκαύσωμεν, *incendamus*; quòd scilicet non aliter incendi proprie possint solemnitates & festi dies, quam efficiendo vt prorsus quiescant, & cessent. Nisi Hebræam vocem מועדים *moadim*, sicut & in versu 4. pro *templo* ipso accipiamus. Refert Scholiastes, Aquilam, & Theodotionem vertisse, ἐνεπύρισαν πάσας συναγωγὰς, *incenderunt omnes synagogas*, vel, *conventus*. Theodotionem, καιρούς, *tempora*, nempe stata & solemnia, quæ alij ἑορτὰς vocant. Posito autem verbo κατεκαύσαμεν, *incendamus*, dicendum Lxx. vertisse non ἀπὸ τῆς γῆς, *a terra*, sed ἐπὶ τῆς γῆς *in terra*; sicut se etiam habet Hebraice יקדו *kaarets*, & Aquila & Symmachus tradiderunt, ἐπὶ τῆς γῆς. Nec enim *incendi quia a terra* proprie dicitur, sed *in terra*, proprie autem cessare heri, per catachresim vel metaphoram, *incendi* dicitur, quòd penitus perditur, quamuis flammis ignéve non absumatur. Apollinarius Hieronymo vetustior, vtitur quoque verbo καίειν, vt cum necesse sit ita legisse id editione Lxx.

A

λύπῃ ἵνα πανσώμεθα μίαν & πᾶσαν ἑορτὰς ἐορτάς:
Eia ergo, cessare facientes Deum in terra festum tantum.

In psalterio vetere Romano, & Gallicano, & apud Augustinum, & Cassiodorum, *venite, comprimamus*, &c. Sed Augustinus *solemnitates* pro festis ponit. Recitat eamdem sententiam illis verbis Martinus Papa I. in synodo Lateranensi a contra Monothelitas, per dies festos, quos comprimere vellent, interpretans sacras voces venerabilium Patrum, de Saluatore & Domino nostro relatas. Egregia antithesis in versione Latina, *quiescere faciamus dies festos*, dies, inquam, qui quieti dicati sunt, & sabbata vocari possunt, id est, quietes. Quies, quietis, vt ita dicam, & otij, motus est, negotiumque, & homo inquietus. Qui die igitur operatur festo, & negotiatur, quiescere illum facit ac suo fine frustrari: Vel certè, si non Deo vacat, sed diabolo, qui propterea diabolus deridet huiusmodi *sabbata nostra* b. Proponenda talibus quæstio illa Christi: *licet e sabbatis bene facere, an male?* Profectò non nisi bene; cùm nec vllo alio etiam profano die liceat malè; sed tunc, non nisi peculiari quadam ratione operis religiosi. Et Deus tamen permittit vacationem festi sui, hoc est, ne tunc tenearis opere cultúque religionis, si grauior vigeat proximi necessitas. Omnem vero bonum Diogenes c diem festum æstimabat esse; ac, si sapiamus, etiam festissimum, quia mundus tantum quotidiam est sanctissimum, & maxime Deo dignum. Ignauus semper feriæ; pigris semper festum: Viro pio ac de Deo cogitanti, etiam reliquiæ cogitationis diem festum agunt d:

B

C

Mundus, cum, tot harmonia diuersa mouent prælia:
In cursu tot phantasmata turbatur cordis sabbatum.

De festi celebratione omitto generalem tractationem: Multa de festis legis antiquæ Ribera noster in opere de templo e, etiam in mystico sensu. *Feriæ* ethnici sive a feriendis victimis, sive à ferendis epulis, pollui dicebant, si quis vacaret forensi negotio, iurgio, liti; & seruus, si operi & labori f: Scæuola Pontifex cenſuit, non pollicere, qui vel opus ad Deum pertinens, sacrorúmve causa faceret; vel ad vrgentem vitæ necessitatem respiciens: & agi festo licere, quod prætermissum noceret; vt si bos in specum decidisset, eumque paterfamilias adhibitis operis liberasset; ut qui trabem tecti fractam fulciendo, ab imminenti ruina vindicaret g; Bouis exemplo & Christus in re simili vtitur h: & non modò nimia religio sabbati Machabæis noxia fuit i; sed illi Iudæo in Anglia, cui nomen Salomoni, qui ex cloaca in quam inciderat, die sabbati extrahi noluit, cum diceret in hanc sententiam:

D

E

Sabbata sancta colo, de stercore surgere nolo.

Sequenti verò die Dominico, cauit iudex extrahi; sed respõderi à patrefamilias, cum quo versabatur:

Sabbata nostra quidem Salomon celebrabis ibidem.

Refert ex annalibus Angliæ Stapletonus m. Legi Iosephum Stephanum n, qui alia profert eiusdem Iudaicæ superstitionis in bellis exempla, rebusque alijs, & quo pacto eam Tertullianus o confutet.

a Secretario, seu consultatione 1. *Contra Monothelitas frequenter applicatur. Notanda egregia.*

b Thren 1. 7.
c Matth 5. 4.

Omnis vir bonus dies festus.
d Plutarch. de tranquill. animi.
Ignauis semper feriæ, pigris semper festum.
e Aragon.

f ps. 75. 28.

g lib. 1. *Feriæ vnde dictæ.*

Festum pollui dicebatur, vt ait Cicer. de diuin. & 2. de legib. ex lege 12. tabula.

h Macrobius. 1. Saturn.
i Lucas 14. 5
k 1. Machab. 2. 41
Sic Iudæi in cloacam decidentem die sabbati extrahere, inhibuerunt.

m Prop. mor. in dominica 6. post Pent. ex 4. in 2. Machab. 14. & seq. 4 (ex Strab. cap. & conf. lib. 16. 4.

Vers. 9.] Signa nostra non vidimus, iam non est propheta: & nos non cognoscet amplius.

Sensus lect.

INducit iam nonnullos ex iis quos vexabat dira persecutio, seu Nabuchodonosoris, seu Antiochi, seu potiùs Romanorum, post longum illius tempus desperantes, ac deplorantes, nulla eiusmodi apparere signa, prodigia, miracula diuinæ beneuolentiæ, cuiusmodi alias experti sunt, potissimùm in exitu de Ægypto, & in lege Deus promisit; nullum existere Prophetam, qui vt in aliis contigit calamitatibus, consolari valeat, edendo dicti generis mirifica opera, vel sermone, quo prædicat quamdiu sit hæc tandem dura tura tribulatio: hinc perspici Deum deposuisse curam ipsorum, ac tanquam alienos, incognitos, inimicos, à se reiecisse.

Probabilior opinio.

De illata à Romanis clade ideo probabilior opinio, quia post eam potissimùm defecerunt signa illa, & prophetiæ donum apud Iudæos, qui nunc dies multos sedent sine Rege, & principe, & sine sacrificio, & sine Altari, & sine ephod, & sine theraphim [a]. Pro vltima voce vtuntur Lxx. voce Σύνεσιν, vel Συνέσεως, & significat diuinas prædictiones defuturas, & prophetas; per quos futura doceantur, quod antea fiebat; & per illos, & per אורים *vrim* in rationali, quod etiam vocabant Græcè Δήλωσιν, aut Δήλωσιν, aut *in reliquis manifestationem, & illuminationes.* Qui hunc locum intelligunt de captiuitate Babylonica, in qua constat Prophetas fuisse nonnullos, respondent, vt initio dixi, referri verba ista tanquam quæ Chaldæi dicta confingerent à Iudæis iam desperantibus, id hac illis ratione exprobrantes. Vt perinde sit, ac si qui priore loquebantur versu Iudæi, hic etiam loqui intelligantur; quamuis reuera non ita loquerentur. Accedit quod Ieremiæ [b] obiiciebant, *non esse missum a Domino, & mendacium loqui.* Ea est Agellii opinio; sed communi contraria est, neque ideo iudicio satis probabiliter probata. Videtur autor Græcus quem citat, hostes inducere dicentes, postquam nimium audiuerint ipsi sic prope desperantium Iudæorum lamentabiles illas voces; non est propheta apud eos aliquis, qui quæ clanculum facimus dicimúsve, prædicat illis, aut incursionem nostram obseruet, vt olim accidisse per Elisæum ferunt & alios: vel hæc, inquiebant illi, olim iactabant Iudæi & commiserebantur, quæ reipsa nunquam euenerunt, nec profectò magis quam nunc, quando in eodem discrimine versantibus nihil tale auditur aut cernitur in eorum gratiam fieri dicive. Quidquid sit de hac hostium exprobratione, contendo conuenire ipsismet Iudæis præsentem orationem, nec illis dumtaxat aptam. Nec refert quod proxime subnectitur, *vsque quo Deus improperabit inimicus*, &c. quasi hoc denotet sententia quam tractamus, contineri exprobrationem ab hostibus factam. Nam de hoc ipso queri possunt, quòd suasmet querimonias hostes irriderent, & improperarent; tum etiam quòd insultarent iis modis, qui sunt in versibus præcedentibus. Si legeremus, *signa eorum non vidimus*, &c. aut, *non videmus*, sensus esset, quem qui legunt hoc modo, Euthymius, & Nicephorus, tradunt; negasse Romanos milites miracula se vnquam vidisse, quæ obscuri Hebræi fortassis iactanter commemorabant, & communicabant, A

[a] Osee 3. 4.

[b] Ierem. 43. 2.

Agellii opinio.

B

C

D

E

iis similia, quæ patrata olim in alios hostes eisdem; non etiam Prophetam; ac proinde nihil veteri cognitionem Hebræorum Dei. Alterius lectionis, quam tribuit Scholiastes, Lxx. Aquilæ, Theodotioni, Symmacho, (*signa vestra non vidimus*, &c.) eadem sententia foret; nisi quòd loquerentur hostes, non inter se, vt præ se ferat penultima lectio; sed cum iis quos oppugnant. Videtur Basilius, vel Theodoretus eandem sensum secutus; quoniam vterque sic loquentem facit Prophetam, ac si referret hostium verba; Nã inquit sub Prophetæ persona, vel certe sub persona Iudæorũ, quasi hic legatur, *signa nostra non viderunt*, &c. quòd hostes hæc quæ dicta sunt, audientes, neque miracula respexerunt quæ maiorum nostrorum tempore declarata sunt, neque prophetica sunt gratia correpti. Quamquam hæc inuicem se consequuntur, vt nos nostra signa non videamus, nec ea videãt hostes nostri. Atque ita quod illi Patres dicunt, reuocari ad communem sententiam potest.

Signa nostra non vidimus.] Ita quoque Hieronymus; Paraphrastes autem addit (*quæ dicerunt in hac Prophetia.*) Paullo ante retuli quosdam legere Græce σημεῖα αὐτῶν, *signa eorum*: alias, ὑμῶν, *vestra*. Editio vulgata congruit cũ textu Hebræo, in quo est nomẽ cum affixo primæ personæ הֹתֵנוּ *otiotenu*. Cassiodorus legit in præsenti, *videmus*: & potest pro hoc præteritum poni, vt sæpe alias. Signa quidem cuncta beneuolentiæ, ac fauoris diuini, quibus populum Deus in miseriis solaretur, sed præsertim mirifica & prodigiosa quædã opera intelligit, cuiusmodi extiterunt & in exitu de Ægypto, & præterea quando Heliodorus templum profanare voluit. Sed versu 4. erant *signa* pro vexillis, vt ibi diximus. De signis illis mirabilium operum est alius ille in psalm. [a]. locus: *posuit in Ægypto signa sua, & prodigia sua in Campo Taneos* אֹתוֹתָיו וּמוֹפְתָיו *othoth eu umophthau*. item in 134 [b]. *misit signa & prodigia in medio tui, o Ægypte.* Videmus, ac videmus etiamnum quandoque talia signa in Ecclesia, numero, & qualitate multo absque vlla comparatione praestantiora, quàm quæ contigerint in lege antiqua. Ex hac Paulus comparatione argumentatur *abundantius oportere obseruare nos ea quæ audiuimus* [c], *Iudæi signa petunt* [d]. Sed tot ac tantis quæ negare non possunt, frangi illorum adhuc peruicacia durissimaque ceruix non potest. Recitat Galatinus [e] testimonia ex Thalmud, & ex Rabinis, de miraculorum defectu, quæ priùs contingebant in templo, post mortem Simeonis iusti, qui creditur ille ipse, à quo *in vlnas susceptus* est Christus [f]; atque ea de re esse varietatem hoc loco. Eiusdem autem rei typum Galatinus ait fuisse *scissum templi velum* in morte [g] Christi. Refert præterea [h], interpretatos hunc locum Rabinos de generatione scelestorum, qui non crederent signis Messiæ, sed artibus magicæ tribuerent, & nominibus immunditiæ; & quòd non esset apud ipsos Propheta, qui posset manifestare veritatem eorum, debebat probationem verborum suorum afferre, alioquin ipsi interficerent eum: propterea in exclamatione quæ hic subditur, *vsque quo*, &c. flagitari à Deo, ne similia verba patiatur. Gregorius [i] tractans moraliter de signis, quæ Samuel Sauli dederat, quem Deus Regem designauerat, & applicãs ad prædicatores, prælatosque, ait, Psalmistam voce infirmorum deplorare cum prophetiæ signa, de quibus egit, ei adesse puerum-

[a] vers. 43.

[b] vers. 9.

[c] Hebr. 2. 1. 3. 1. 4.

[d] 1. Cor. 1. 22.

[e] lib. 4. c. 8.

[f] Luc. 2. 28.

[g] Matt. 27. 51.

[h] lib. 8. c. 5. *Rabinorum interpretatio.*

[i] in 1. Reg. c. 10. col. 4. *Signum applicatio.*

dentem;

dentur, quasi diceret quius eorum; esse nunc prophetam dicerem, si dona spiritus cernerem, quibus prophetæ persona fulgere debet. Vsurpare id etiam licet in pseudoprophetas hæreticos, qui suæ missionis, ne dicam intrusionis, ostendere signa non possunt; quibus tanquã idonei doctores cognoscantur, ac recipiantur. Possunt & religionis nostræ fundatores Apostoli, alique, peccatoribus dicere, vt obseruat Hugo, signa nostra non videntur in vobis, humiliatis, patientiæ, pœnitentiæ, &c. imo signum Christi, quod est *Tau* [a], id est, Crucis & *stigmatum* ipsius [b]: propterea non est propheta inter vos, hoc est, nemo ex vobis est qui factis ac operibus quodammodo prophetet, præsentia contemnendo, esse appetenda futura; vnde infelices coguntur respondere; *& nos Deus non cognoscet amplius*; dicturus in morte, iudicióque, *numquam vos, & nescio* [c] *vos*, quia mea in vobis signa non recognosco. Cauendum etiam fidelibus ac piis inter tribulationes ac persecutiones, vt inuit Rickelius, ne frangantur animo, vel diffidant, & desperent; quamuis desint nunc signa miraculorum, & prophetiæ donum, aliaque similia gratis data, saltem adeo frequentia, & illustria. Illos vehementer formidare oportet, qui orthodoxæ in se signa doctrinæ non recognoscunt; nec prophetam audiunt vel recipiunt, qui legitime missus illam tradat: præterea, quibus haud ita grata est verbi diuini prædicatio, iustóque iudicio Dei, *famem patiuntur audiendi verbi Dei* [d]. Sed ea de causa non dolent nec ei remedium procurant. Propterea non audiunt, quia *ex Deo non sunt* [e]: & quoniam non sunt ex ouibus, Pastoris vocem non percipiunt [f]. Hæretici quidem id obiiciunt nobis, vt de Monothelitis refert Martinus Papa I. [g], sed collatis signis victoria nostra erit.

a Ezech 9. 4.
b Gal. 6. 17.
c Matth 7. 23. c. 25. 12.
d Amos 8. 11.
e Ioan. 8. 47.
f Idem c. 10. 5. 14.
g in syno. Lateran. celebrat. 3.

Iam non est propheta] Hieronymus, *non est vlra propheta*. Congruit hoc potissimùm ac per se, vt Dionysius argumentatur, soli postremæ captiuitati in qua versantur adhuc Iudæi. *Vsque ad Ioannem lex & prophetæ* [h]; & quæcumque præcesserunt, *in figura contigerunt eis* [i]. Ideo tanto animi ardore *omnis Iudæa regio, & circa Iordanem exibat ad Ioannem* [k], quia caruerant prophetis à secundi templi constructione vsque ad illud tẽpus, quando Machabæi *dæmolita sunt* profanatum prius a Gentibus altare holocaustorum; *lapides reposuerunt in monte domus in loco apto, quoadusque veniret propheta, & responderet de eis* [l]. Expectabant etiam *donec surgeret propheta fidelis, qui esset super eos dux* [m]. Spectabat id ad prouidentiam Dei, vt maiore cupiditate & auiditate tum Ioannem, tum Christum exciperent, cuius ille præcursor erat. De varia notione nominis *propheta*, egimus alibi. Ex profanis autoribus multa Ioannes Franciscus Mirandulanus tradit [n]. Præcipua est a futurorum prædictione, ac visione, vt scriptura testatur [o], nec non Apulcius [p].

h Matt. 11. 13.
i 1. Cor. 10. 11.
k Matth. 3. 5.
l 1. Mach. 4. 46.
m cap. 14. 41. 42.
n 2. de rerum præcog. c. 2. *Nomen prophetæ notat.*
o 2. Reg. 9. 9.
p libro de mundo.

Et nos non cognoscet amplius.] Hieron. *& non est nobiscum qui sciat vsque quo*, id est, non est propheta qui sciat finem horum malorum, & quousque sint futura; vt sit repetitio prioris mẽbri *(iam, seu vltra non est propheta.)* Hebræa nihilominus efficere sensum editionis nostræ possunt, אל יראנו עדנו *velo iethanu iotseihh hhad mah*, Legerunt Lxx. אתנו *othanu*. Caietanus explicat captiuos in Babylone eo modo locutos de propheta, qui sibi deesset; quoniam Ieremias non iuit in Babylonem; sed in Ægyptum ductus est à reliquis Iudæorum, vbi & occisus est.

Iansonius intelligit de captiuitate sub Romanis, vt etiam si propheta esset, non agnoscerent eos esse, quibus prophetare deberet: atque id sibi velle verba illa Esaiæ [a], *Abraham nescivit nos*, id est, non agnouit pro filiis suis; idque donec veniat Elias, qui *conuertat cor patrum ad filios* [b]: & sic Abraham, Isaac, Iacob, denuo amabunt conuersos, vt filios suos.

Genebrardus quoque idem sentit; vel in genere significari, quòd nullus sit, qui adeo calamitosos agnoscat, vel curet.

Approbant eandem opinionem Hebraizantes; præterea Euthymius & Nicephorus.

Immutatio Aegyptiorum.
a c. 63. 16.
b Luc. 1. 17.

At communior, maximè Latinorum, sententia est de Deo, qui phrasi scripturæ satis trita, dicatur *non cognoscere* quibus non fauet, quos negligit, quos non liberat, quos punire non desinit, & quidem sine fructu. Proxima quidem relatio videtur ad prophetam esse; sed vt in oratione pathetica, suppleri alia potest hîc persona, licèt aut omnino expressa non fuerit, aut remotiùs. Apollinarius è Græcis concordat,

οὐκ ἔτ' ἄναξ ἡμῖν ὁπάονα θήσεται, οὐδ' ἱερῆας.
Non amplius rex Deus nobis curator, neque sacerdos vel *propheta.*

Communior sententia.

Vers. 10.] Vsquequo Deus improperabit inimicus: irritat aduersarius nomen tuum in finem?

Vers. 11.] Vt quid auertis manum tuam, & dexteram tuam, de medio sinu tuo in finem?

INdignatus Propheta, & suomet & ærumnosorum captiuorum nomine tantam in hoste superbiam inesse, tam atrocem aduersus Deum blasphemiam, quasi penitus vel non possit, vel nolit adeo graui calamitati adhibere remedium, expostulat quodam modo cum eodem Deo; ferre non debere se sic à perditis illis nebulonibus irrideri, & irritari, ita vt nullum faciant obtrectandi & blasphemandi finem, numquam ipse exerat manus ad vindictam, sed inertes, otiosas, velutique inualidas intra sinum contineat, fulmina non vibret, non eiaculetur sagittas, non compescat, puniat, perdat; non simul suis opituletur, eos vindicet, protegat, liberet; se ipsum prouidum, beneuolum, omnipotentem ostendat.

Sensus lect.

Cassiodorus, & alij solum prophetam loqui volunt, inuehentem in Iudæos, desperantes, tamquam de Deo malè ac impiè sentientes, loquentésque; & optantem non interitum ipsis, sed mentem saniorem. Glossa ord. Hugo Cardinalis, & Lyranus Gentiles notari dicunt Iudæorum persecutores, qui dictitarent minimè verum Deum esse, qui cultores suos liberare noluisset, ac ne quidem valuisset. Hieronymus [c] ait, Prophetam, quasi desertum à Domino populum Iudæorum, conqueri, & quòd nolit peccatores populos intueri, vt adhuc in sua videantur permanere nequitia. Gemina hęc præcedénsque ei sententia, quæ habetur psalmo secũdùm Hebræos decimo [d], videtur. *Dixit enim in corde suo; Obliuiscetur Deus, auertit faciem suam, ne videat in finem. Exurge Domine Deus, exaltetur manus*

c in cap. 2. Lamentat.
d vers. 11. 12. 13.

tua; ne obliuiscaris paupertum: Propter quid irritauit impius Deum? dixit enim in corde suo: Non requiret.

Vsquequo Deus improperabit inimicus.] Hieronymus, & Augustinus, *exprobrabit*. vtrumque valet, חרפו & יחרפו *iecharephu*: & exponit Apollinarius ὕβρεσιν ὀφλήσειν contumeliam augere. Euthymius ac Nicephorus, ad vexatos, & ad Deum referunt, vt intelligantur vtrique affici contumelia tanquam infirmi atque imbecilles. Tales de nimia quadam Dei patientia, dissimulatione, tarditate in vindicandis suis, & suorum iniuriis, conquestiones occurrerunt iam crebrò aliis in psalmis. Cuius orationis apud Deum vis & efficacia magna est. Aptari hoc etiam potest ad Ecclesiæ persecutores, tum homines tum dæmones. Lege librum Exodi [a] & Numer. [b] & Iosue [c]: & in Deuteronomio [d] habetur, Deum quandoque abstinuisse à sumendo condigno supplicio de populo suo, *ne forte superbirent hostes eorum*, & Esaia [e], *ne blasphemarent nomen ipsius.*

a c.32.
b c.14.
c c.7.
d c.32.27.
e c.48.11.

Irritat aduersarius nomen tuum in finem?] Hieronymus, *blasphemabit*. Alij, *spernet, contemnet, sine cessabit, abominabitur*: item, *communibitur nomini tuo*. Hebraicè נאץ *inaetz* omnia hæc possunt significari; παροξύνειν acutam & acerbam indignationem importat; quam Latino Cassiodorus *irruendi* verbo caninæ similem indicari vult, quia dum latrat canis (r) litera plurimum sonat. Quæ ratio communis est aliis verbis, in quibus eadem litera geminatur, & ideo parum vendibilis. Dictiones postremæ duæ, *in finem*, cum nota interrogationis, quod alij reddunt, *in sæculum*, *in perpetuum*, *perpetuò* indicant querimoniæ causam, quòd tamdiu sinantur hostes Deo & Dei cultoribus improperare, ac Dei nomen irritare. Quare, quod nonnulli aiunt, esse responsum ad interrogationem, scilicet Iudæos illud facturos, donec in fine reliquiæ eorum saluæ fiant; ad accommodationis potiùs pertinet sensum. Etsi verò longior mora opinioni de captiuitate sub Romanis magis faueat; tamen qui de aliis captiuitatibus interpretantur, possunt respondere, afflictis breue etiam tempus, videri nimis longum.

Παροξύνειν.

Vt quid auertis manum tuam & dexteram tuam de medio sinu tuo in finem.] Psalterium Romanum, & Cassiodorus, *vt quid auertis faciem tuam*. &c. Meminit quoque Haimo, & ita etiam citat Isidorus [f]. Hieronymus (*quare conuertis manum tuam, & dexteram tuam, ad medium sinum tuum consumens*) sed in editione Victorij, & apud Riccardum Cenomanum, *de medio sinu tuo*: apud Treuctum, *a medio*: apud Fabrum, *in medio*. Explicat Treuetus, de manu, quæ se conuertat, & auertat, ne puniat vindicétque, & de dextera, quâ Deus a medio seu in medio sinu consumat, id est, abscondat; ac si esset absumpta, & perdita. Idem valere dicit aliam translationem ex Hebræo, *dexteram tuam ad medium sinum tuum consumens*, id est, abscondas, tanquam consumptam, ad medium sinum tuum; nempe conuertendo. Alij, *vt quid reuocas manum tuam, & dexteram tuã? è medio sinus tui arce*, seu *prohibe*, vel *consume*: id est, cur auertis manus & potentiam, ne auxilieris? prohibe, & consume hostes, exerendo manum contra illos. Caietanus legens, *quare reuertis faciem manum tuam, & dexteram tuam de medio sinu tuo, consumendo?* elicit oppositũ sensum, vt conqueratur propheta, nomine saltem aliorum, toties

f in Exod. c. 9.

A Deum reuerti facere suas manus de sinu suo, consumendo, hoc est, illas extrahere ad puniendum, tandemque ad consumendum templum ciuitatémque. Textus Hebræus hic est לָמָּה תָשִׁיב יָדְךָ וימינך מֵקֶרֶב חֵיקְךָ כַּלֵּה *lammah thasiv iadcha vimincha mi kèqereb cheiqe ha calleh.* Verbum תָשִׁיב *thasiv* vtroque modo reddi solet, nunc per *auertere*, nunc per *conuertere*. Qui auertit aliunde manum, eam aliquò conuertit. Iuxta editionem nostram sensus est; *quare auertis manus de medio sinu tuo*, id est, cur impedis ne inde prodeant, & conuertantur contra hostes? quare continues intra sinum, & non semel expedis illas omnino, sed lentè nunc extrahis, nunc retrahis, euntque veluti viam toties, redeúntque ad sinum

B tuum, vt videaris aut nolle, aut non posse iis liberè vti. Genebrardus declarat, *auertis manus de sinu*, id est, retrouerti, & post tergum mittere, vt otioti faciunt, educendo de medio sinu. Atqui ad huiusmodi denotandum otium, nihil opus, prius manus in sinu fuisse, ac inde retroactas post tergum. Paraphrastes non abhorret: *quare auertis manum, & dexteram tuam, quo minus red. as de medio sinus tui? educ eam, & dele afflictionem*: vel iuxta versionem Nebiensis, *quare conuertis manum tuam? dexteram autem tuam de medio hostium tuorum ex rabe, & contere qui prabent molestias tibi.* Putant Euthymius, & Nicephorus, post Basilium, siue Theodoretum, manum quidem hic a dextera non differre, & sinum esse omnium Dei bonorum thesaurum: significari autem per *manum dextram*, eam operationem, quæ diuina bona dispensat; & esse sensum, quare non plus bona Deus sua participet, vt volim agebat; metaphoram enim esse tractam ab iis qui sinum habuerunt multiplicibus bonis plenum, vnde certo tempore amicis largiebantur: sed cùm illos irasci contingit, manum à sinu auertunt, nec illuc amplius eam mittunt, vt consueta largiantur bona. Apollinarij paraphrasis innuit similem

C sensum:

τίπτε μᾶλλ' ὧδ' ἔστρεψας ἀλαξίκλυτον σὸν χεῖρα;
ἢ σὸν ἀξεστεφὲς μέσῳ ἀγκάλῃσι κόλπῳ;
Quare valde sic vertisti vindicem tuam manum:
Et tuam dextram medio circumsonitu sinu?

D Est hic sensus contrarius alteri communioni, qui vult, conqueri prophetam, non educi manum ad puniendum; ille, non induci ad bona, quæ conferantur, inde extrahendum. Quamquam recte quoque intelligi potest non educi manus de sinu, quando non bene facit, nec bona de sinu promit, quæ se se aperiens communi cet iuxta illud [a]: *aperis tu manum tuam*, quam scilicet bonis extractis de sinu impleueras, & *implens omne animal benedictione.*

a psal. 144. 16.

Videtur is qui dicitur Hieronymus eodem vtcumque spectauisse; cùm per *sinum* accipit sanctuarium Dei, & ab hoc ait Deum vel inspectionem, vel potentiam suam auertere, cùm peccauerimus in eum. Nec longius iudidem abit

E quem nominant Russinum, *manus* vocabulo Iudæam intelligi, manu Mosis designatam, quã Dei iussu nunc in sinum condebat, nunc educebat [b]: iterum Iudæam per *dexteram*, cui fauere magis, quam gentibus solebat Deus: conqueri Dauidem, cur hãc de communi sanctorum consortio Deus auertat, qui propterea dicantur *sinus* illius, quia spiritualibus sacramentis sunt repleti. Addit leprosam Mosis manum fuisse, cùm eam abstraxit è sinu, mundam quamdiu in

b Exod. 4. 6. 7.

Leprosa Mosis manus quid repræsentet.

illo

illo erat, vt indicaretur populũ Iudæum, donec in Dei sinu custodiaque extitit, mundum fuisse vbi egressus est, immundum, & plenum peccatis effectum: rogare vt denuo in sinum reducat, & ad Christum conuertat. Reliqui Latini mysticum istud manus Moſis hic signum attingunt, nec non Isidorus [a], & Rupertus [b]. Augustinus etiam, & Cassiodorus, repetunt aliud de virga, de quo in versu 2. Bruno Carthusianus *medium sinum* ait esse, protectionem maiorem; quam dicatur Deus negare Iudæis, non autem sinum totam omnis protectionis. Hugo Cardinalis, præter communem expositionem, distinguit in manu, quam sinistram esse vult, largitatem, quantum ad temporalia subsidia; *in sinistra* enim *Dei diuitiæ esse & gloriam* [c]; in dextra vindictam instam, quia *iustitia plena est dextera eius* [d]. Denique quòd aliqui vltimas voces, *in sinum*, non interrogatiue, sed per modum responsi sumunt, videlicet, quòd vsque ad finem Deus auertet a Iudæis manum, ne illos iuuet, & saluet accommodatitie magis faciunt, quàm literaliter. Item qui, *de medio sinu tuo* declarant, vt pertinens ad idem responsum, huius rei causam pendere ex profundo sinu prouidentiæ Dei.

Id quod in paraphrasi attuli, magis consentaneum videtur ad literam; vt deindes otiosaque Dei manus ad auxiliandum, & vindicandum conqueratur Dauid, iuxta tritissimum loquendi modum, & parœmiam Theocriti [e], ὁ μὴ κόλπος χειρὶ ἔχει, *qui non sinum manu habet*; quæ tamen etiam significat esse tenacem. & pigrum ad largiendum. Noster Satis supplet (*vt quod auertis manum tuam ab ope ferenda, & dexteram tuam, de medio sinu tuo, cessans proferre, vt adiuues.*) Constat etiam *de* non raro poni pro *in*, & *auertere* pro conuertere. Sic *auertere dexteram de sinu*, erit, conuertere in sinu, ibique continere. Id fieri quoque velle illud ex Threnis [f] potest, *auertit retrorsum dexteram a facie inimici*: & ex prouerbiis [g] *abscondit piger manum sub ascella*. Eadem est parœmia, *conuoluis manibus*, vel, *manus habere sub pallio*. Nec displicet sumi *manum* pro dextra, vt Græcos velle retuli, ad quos tetendit Bruno Carthusianus; exponens particulam &, per, id est, aut, scilicet. in psalmo etiam [h] 20. *inueniatur manus tua omnes inimicos tuos, dextera tua inueniat omnes qui te oderunt*, eadem vna dextera significari potest. Quamquã nihil obstat distingui ambas manus vtrobique, sicut cum latera adiungitur seorsum dextera pars, sinistrum significat; vt psalm. 90 [i]. *cadent a latere tuo mille, & decem millia a dextris tuis.* Ita præterea de *manu* sentiendum ibi, *læua eius sub capite meo* [k], *& dextera illius amplexabitur me.* Sed adhuc respondeti posset, in illis duobus locis diuersas functiones attribui diuersis dictis partibus; hoc loco eandem & manui & dexteræ, videlicet, auerti de medio sinu. Intra sinum quando est manus, videtur inualida [l], quæ dicitur Hebraicè *abbreuiata* [m]. Attamen ambabus manibus melius quam vna pugnatur, & succurritur; vt idcirco distinctas hic admittere possimus, quæ protentione largiuntur & vtrobique. Hugo S. Victoris explanans illud ex Threnis [n]; *auertit retrorsum dexteram suam*, obtenderat in psalmi huius loco *manum & dexteram* non aliam significare, quàm dexteram: quamuis in illo alio loco possit intelligi *euersio dextera*, ne protegat Deus; *extensio sinistræ*, vt percutiat.

Magis mysticus sensus est quem tradit Valentia, vt *manus dextera* sit Dei filius, & hunc lamentetur Dauid non mitti de sinu Patris, vt sumat carnem, & liberet nos. Idipsum insinuat Athanasius [o], eum cum ferientem hic intelligi per *manum in sinu* i. e. Filium Dei; quem Ioannes [p] *in sinu* dixit esse, & esse manum per quam fecit omnia, seu quæ fecisse dicitur omnia. Approbat eundem sensum Peretius [q] nostet; sed nullo prolato auctore: & leprosam cuatisse manum tuam, quando *de bono conuersatum est* [r]; & *sanatum* Christus *tanquam* [s] *proprio* [t], vtpote lepra peccatorum nostrorum coopertus. Cyrillus autem Alexandrinus [u], naturam humanam ex sinu obedientiæ eiecundo, ait cuatisse leprosam; cùm eam Dei filius applicuit quodammodo in sinum suum per incarnationem, curatam fuisse.

Vers. 12.] Deus autem rex noster ante sæcula: operatus est salutem in medio terræ.

CORrigit querulum priorem sermonem aduersus Deum: nec enim quòd tamdiu distulerit hostium punitionem, id imputandum illius impotentiæ; cum sese tanto ante, multisque retro sæculis, regem populi sui exhibens, multoties operatus fuerit salutẽ, idque veluti *in medio terræ*, hoc est, palam, ac in conspectu omnium; præsertim cum eduxit atque liberauit de Ægyptiaca seruitute adeo multis & magnis editis prodigiis. Ad hunc modum Græci; Cassiodorus quoque: sed hic de Christi miraculis coram hominibus. Remigius fauet, exponens excultos Gẽtiles, qui respectu Iudæorum, essent sicut terra, nunc hi terra sint; illi cœlum: Haimo, & Hugo, in communi hominum, hoc est pro salute omnium: Bruno Carthusianus, in medio Iudæorum, qui terreni erant, non spirituales.

Imuriã Pintus [g] ascribit Basilio, locum hunc interpretatum de Ierusalem.

Allegoria huius loci celebris est de Christo crucifixo in Ierusalem, quæ Iudææ meditullium est, sicut Iudæa orbis habitabilis vmbilicus & medium.

Tradit id idem Bruno Carthusianus, & Beda; quia populus Iudæus vndique gentibus circundatus erat; & Hugo. Addunt veterum Virginis, putatus Hieronymus, ac Ruffinus, & innuit Procopius [h], quia carnem Dei filius, de terra non cœlo demissam habuit; Bernardus [i], de vtero Virginis, ad quam, sicut ad medium, arcam Dei rerum causam, negotium sæculorum, respiciunt omnes: Augustinus [k], quia terreno habitauit in corpore. Præterea Isidorus [l] consentiens, eũdem ait futurum locum iudicij, qui fuit crucifixionis Christi, & hoc innui ab Esaia [m]; *consummationem & eleuationem* (in editione nostra, *abbreuiationem*) *Dominus Deus exercituum faciet in medio orbis terræ.* Paulus Vidnerus [n], ex Iudæo Christianus, nostra ætate, ad crucem etiam refert, arborem nimiæ altitudinis *in medio terræ* [o]. Cyrillus Ierosolymitanus [p] nostrum istum Psalmi locum de crucifixionis interpretatur loco, id est, de Golgotha, ibique Christum expandisse manus, vt comprehenderet fines terræ, τὰς οἰκουμένης, *terræ habitabilis.*

Apud auctorem quæstionum ad Antiochũ [q],

qui Asharadij nomen gerit, idem habetur. Thomas etiam Aquinas vnum adhibet cautam illi, cur eo in loco mori voluerit Christus. Hieronymus tractatus Ezechielis [9] verbo, Illa est *Ierusalem*; *in medio gentium posui eam, & in circuitu eius terras*, ait alias significari Ierusalem in medio mundi situm, & vndique circum terræ: & Psalmistam pathos Christi locum hic expressisse. **A partibus enim** Orientis, inquit, **ingitur plaga**, quæ appellatur Asia à partibus Occidentis, seu quæ vocatur Europa: a Meridie, & Austro, Libya, & Africa, a Septentrione, Scythis, Armenia, atque Perside, & cunctis Ponti nationibus. Tum subdit, in medio Gentium propterea positam, vt quia erat *natus in turba Deus, & in Israel magnum nomen eius* [c]; omnes in circuitu nationes illius sequerentur exempla. Hilarius [d] locum crucis positam scribit *in medio terræ*, & tanquam in vertice huius vniuersitatis institisse vt ad capessendam Dei cognitionem vniuersis Gentibus esset æqualis. Germanus Constantinopolitanus [e] testatur hoc omnes vbique fideles credere, & in huius rei signum ciborio medio superpositum lapideum, & circum quatuor illius columnas. Petrus **Damiani** [f] *medium terræ* locum non de ipso Domini corpore posse intelligi, cum de reprobo, vbi pati dignatus est, loqui non inconuenienter mediolanum sit. Quamuis alibi [g] videatur sentire de vrbe Romana, de qua etiam alibi [h], & alij de alia, vt Delphis Plato [i], Plutarchus [k], Pausanias [l], Varro [m], Cicero [n]. Fabulantur ara Iouis ibi terræ medium deprehendentium, duabus aquilis ab ortu & occasu dimissis, quæ quasi volando Delphos conuenerint. Citat [o] Strabo ex Pindaro, Eustathius [p], Claudianus [q]. Apollinaris [r] deferit Ierusalem habentem Asiam ad Orientem, & Septentrionem, ad Occidentem Europam et per mare commune, ab Austro Libyam, seu Africam. Appellat idem Ezechiel [s] *umbilicum terræ*. Quo modo Strabo [t], & alij, Delphos Græciæ. Illud etiam de medio loco passim Christi Andreas Cretensis [u] nemini dubium dicit. Genebrardus, Ierusalem terræ sanctæ velut medium, & vndique eius Iudeam terræ habitatoribus, vt ab hoc deserta videatur a Deo, quo ex ea veluti ex orbis corde salutem in omnes transmitteret. Medij porro rationem sic demonstrat, quòd Orientales Occidentalibus iungat per mare Mediterraneum; Septentrionales Meridionalibus, per idem mare excurrens vsque ad Meridiem; illudem valde Septentrionalem, & per mare Rubrum in Austrum profundissimè descendens; & quia est tanto quarti climatis Scythi, quo que Gothia ord. Vrsaulus, Valesius, Antenias, Sa. Iudeam & Ierusalem medium climatis terræ habitabilis. Valentia verò illud de Ierusalem in medio quarti climatis affert, & secundum latitudinem quoniam distet ab æquinoctiali quasi conjuncta duobus graduibus. Ptolemæus vocat medium climatis in terra habitabili, numerat enim ab Astronomis septem. Ioannes autem de Lucro Bosco [x] post Ptolemæum, medium quarti climatis ait esse, vbi maior dies prolixitas est 14 horarum, & medium. Citat Beda [y] Victorinum eadem de re testimonium, quod ait [z] tribuunt Cyprianus [a]:

Est locus ex omnibus medium quem tenemus orbis:
Graiugena puteum patrio eognomine dicunt.

Addit Tertullianum [b]:

Grigo in isthmum Achaiæ Cleonarum regionem,
Lingua paterna prius se dicunt nuncupasse.

A *Hic in medio est terræ orbis, & oculus gentium.*

Iudæa item vrbs dicitur facinus Atticus [c], Losepulique [d], Ierusalem.

Docet porro Villalpandus [e] nostrer de situ disputans Ierusalem, in quo in terrestri globo poni alteram cæcum Ierosolymus ligat, alterum in viuentibus vsque Africæ fines protendat, & circumgyret, fore vt circulus describat, qui omnes eogo terrarum orbis terminos cõprehendat ad quodque ibi velle quod iuxta verbionem ex Hebræo dictum, psalm. 18 [f], *in omnem terram exiuit linea eorum* קום *canonem*; quem editio nostra *sonum* vocat. Franciscus Georgius [g] testatur se in lapide marmoreo intra Ecclesiam sancti sepulchri literis Romanis scripti reperisse *Ierusalem est medium mundi*. Ait etiam [h] templum hic mundano pendere Ierusalem perpendiculariter. Exacte id verò difficile puto; & tum quia Geographicis rationibus refellentes, velint *eo loco terræ* nominatim Ierusalem dignitate, ac sanctitate a Deo privilegiis acceptis dimensam, non utique quòd ejus terra sit sub æquatore, ne intra tropicos quidem iam longe remotum, obtineat gradus 66 latitudinis; 31. Ptolomæo [i] teste: item non esse in medio terræ a terra æque de latere, quia non aliter mediam dixit a Mediterraneo mari.

Me hoc gaudet Deus, & Christus. Media in Trinitate persona incarnata circumdedit se facto Christus [k]; in medio duorum animalium [l], medius stabat sæpe in medio eruditi mortuum: est hic, nunquam terra tam opportuna, quam media, ita a re nitet ea in re tam præsentia eius Iouis *in medio sapientiæ suæ reuelationem*: prodigat se *medium* [m] *virtutum vitæ cursum, vbi in nomine Iesu* [n], in hoc denique erat *Iesu manifesto* [o], medius inter duos latrones gratiæ [p] & conuictiuus est [q]. Appellarat Ethnicorum [r] Deũ Spiritũ intellectuale, cuius vbique centrũ, circumferentia nusquam esset. Quem comparationẽ attingit etiã Ambrosius [s] alius, speciatim ad Ephesios [t]. Plato a Porro [u], cum de circulo & sphera Sol & Deus sit [x] hinc vnum Deũ centrũ vocat. Vult medium terræ in medio esse positum, Deum, omnibusque obiici eius gratiam, salutis, remedia, vt ex his verbis tuto colligat Bernard. [y] videtur, quasi naturam cum fonte diuo comparet, qui medius in paradiso flumina fecundare erat [z]. Colligit ex alio [a], in terra quærendam Christum, in cuius medio facta claudere in medio gehennæ expectandã, vel in ea aliquos semper terræ, nunc esse tempus, in quo *Dominus ait in medio* [b], nunc *finem dies declinasti accepit te hora* [c].

Operatus es salutem in medio terræ.] Quia Deus est in medio, & velut ãã, terræ vndique vocatus, ac sic in orbis terrarum medio salus cõstituta esset. Idem [d] dixerunt de Delphis cum ibi esset in celebri loco Thesauri Apollinis. Quidã affirmarunt de nemine homine in Sicilia, quia in media Sicilia est. Non nulli prodidere Rhodi esse vmbilicum Italiæ, alij Italiæ. Prodidere item verbo hoc cum Græciæ aliqui [e], insulam vbi Calypso degebat mari Adriatico eodem ferme tempore mediterraneo mari Adriatico eodem ferme tempore [f] ad prodidere. Psalmus ibi Ierusalem quod ita sit in medio Iudææ [g]. Si media Hierusalem terræ, cur non Christus, inquiunt, ait circa Iudeam? Propterea? Negat duos gradus non aequata aliquando creditos, cum terræ dimensum gradibus cõtinue quadrantes, & ab vtroque æquatore [h].

Deus autem ex nostro ante sæcula.] Cyprianus [i],

ante sæculũ. Hieronymus, *rex meus ab initio*. Sic etiã Hebraice מרדי מקדם *malchi miqedem*, id est, iam dudũ rex meus, & olim solitus regere, & auxiliari, quod alibi dicit, *tu es ipse rex meus* [a] *& Deus meus, qui mandas salutes Iacob*. quomodo fieri potest quod impropérant inimici? &c. De Christo interpretates hunc locum, probant ex eo diuinitatem illius Cyprianus [b], & Chrysostomus [c], qui obiecit. non dici hæc verba de Patre, qui salutem ibi hic, sed ille operatus est, & ipsum crucem baiulãdo, mortem subeundo, diabolum ligando, hominem seruando. Augustinus [d] Christum *ante sæcula* docet dici *regem*, qui *per ipsum facta sunt tempora*. & *operatus est salutem in medio terræ*, cum *Deus homo factus est*, & terreno habitauit in corpore. Nomẽ regis, vt & *Domini*, & *Creatoris* atque similia, conuenant respectum ad creaturas; propterea proprie non conueniunt Deo ab æterno.

Quare sensus esset Deus, qui est rex? esset, mẽpe in tempore. Deus est *ante sæcula*. Vel etiam vt *rex* dicitur *ante sæcula*, quemadmodum & *operatus saluten*, quia ante plures reuolutiones annorum iam inde ab egressu Hebræorũ de Ægypto, sæpius contulerat ipsis salutem, & liberationem a maiis calamitatibus.

De salute quoque per Christum exponi potest locus, ratione prædestinationis æternæ, æternæque promulgæ vitæ ante tempora sæcularia. De Deo secundum se Paraphrastes explicat *Deus rex, summa maiestas finita est, ab æterno*.

Operatus est salutem in medio terræ.] Hieronymus, *salutes*, ישועות *saluationi* sicut & in psalmo 43. Paulo antea citatus, *tu es ipse rex meus, & Deus meus qui mandas salutes Iacob*. Pluralis indicat magnificentiam liberationis & salutis.

Medium terræ vbi facta est tabis, dixi esse apertũ in Hierusalem coram tribulo toto, modum: & mystice Verbum Patris verum & Iesum, quem nuper protuli. Augustinus dicit ab ad *terræ medium*, licet in fernũ, huc genitum, de cuius profunditate vsque ad cẽtrum. Vbi autem esse *inferna* [b], alibi dixerat, definitẽs hãc distantiã esse eorum millium 405 milliariorũ, cum dimidio. Consule de ambitu ac cubitalitate terrestris mensuræ Claud. Ptolemæum [c] in Sphęram [d]. Ea omitto de purgatione. Bernard. *per medium* Christum *salutem* scribit in dicto *medio terræ*, quando illo semel anima eius exiuit, & fecit ex parte redemptionẽ, ne vel eo momento vacarent opera charitatis. Hugo quatuor errorum [e] gratiam colligit. Nestorij, qui vocant Christum puram creaturam, quia vocatur *Deus* Iudæorum, qui negabant *se regem habere, nisi Cæsarem*; quoniã *rex* nominatur. Arij, qui volebat in tẽpore à Patre genitum, quia dicitur *ante sæcula* fuisse. Manichęi, qui phantasticum ei corpus tribuebant, quoniã ipsa *operata est salutem in medio terræ*, conspicientibus clare hominibus. Eiusdem Hugonis tropologia est. Deus, vt *Deus* est, a nobis colendus est vt *rex*, imitates nos eius esse, vt *regis* fratres eiusdem; vt *ante sæcula*, sc. Auctoris illius vt *operatus est*, auctificãdo ad sanctificationẽ, vt *salutis*, a gressu respectu mali, vt *in medio* redemptos, & reconciliatos a mediatore; vt *in medio terræ*, eleuati non in cœlum oportere vt operatori salutis cooperemur. & eius *exemplum verum*; & non diaboli, qui & ipse operatur mortẽ, *malum, fabricator*, & *inuentor*: cooperando in vero esse *in medio terræ*, id est, corpore; quando nempe lapsi retinet vires, & *ante dicitur* [f]; & deserto

A

Vers. 13.] Tu confirmasti in virtute tua mare: contribulasti capita draconum in aquis.

Vers. 14.] Tu confregisti capita draconis: dedisti eum escam populis Æthiopum.

EXponit deinceps eximia quædã opera diuinæ prouidẽtiæ, quibus olim tantũ populo suo ac libertatẽ ab hostibus hic cõmittit. Opus primũ inter illa, quæ plurimi æstimanda ducit, est subitus maris commutatio, vt liber tagiẽtibus Ægyptios Hebræis tranitus pateferet, eadem perditis Ægyptiis in ipso mari refluente ac redeunte in alueum, qui draconibus immanitate bimies vorare atque labere cupiebant Hebræos. Tunc simul obtriuit regis Ægyptiorum Pharaonis, tanquam draconis maximi, & malicipitis, capita omnia, & eandem cum exercitu vniuerso electũ tardem ad littus, a mari quod ferre cadauera non potest, eo sensu dilamandum eorum generis auibus, loca deserta incolere solitis, & victitare cadaueribus, vel effecit, vt interim semper Ægyptus Æthiopũ gente, perinde obrectarẽt tele illorũ audita submersione, mortẽque, vt solet suauissimus præterea valde esurientibus cibus, summam voluptatẽ afferre. Vel quia post tantam cladem fuerunt Æthiopib' hostium Ægyptij, ab eis expugnata facile, rexinò etiã variis excursionibus euagantes exercitui, vt Gręci declarãt. Attigẽtur mystice postea

Tu confregisti in virtute tua mare.] Hieronym. *tu diuisisti in fortitudine tua mare*. Al., *confregisti, fortitudine tua, secundum septuaginta, secundum diuisionem* licet, vt dixi, mare rubrum ad translationem Israelitici populi Hebræi. Dum Deus mare diuisit, aliisve modis præparauit ad populi transitum, confirmauit etiam & confortauit tanquam manus hanc & hinc *textura*, & *iuncturas* [a], & *quasi in vnum* [b], ubique *terribilis fortis* canitur [c]. Confirmatorem per modum ligationis significante: אריתך *fararika*, sicut in Iob [d], *qui ligat aquas in nubibus, et non erumpant pariter deorsum*, ארר *tsorar* deorsum se in Proverbiis [e], *qui colligauit aquas quasi in vestimento* ארר *tsarar*, *coarctauit, contraxit*. Sic legisse Lxx. suspicatur Agellius. Non nego similitudinem literarum in פוררתך *pararika*, quod nunc extat, & ארית *fararika*, vel אוררתך *tsorarika*. Sed placet magis prior lectio: modus, vt Lxx. respexerint ad siccum & ad effectum ex diuisione maris siccum, quæ fuit dicta confirmatio & consolidatio. Voluerunt etiam forsitan vim tritæ pinsidum, quia ius *contritionis*, quod mentio subditur. De ipso autem transitu Hebræorum admirabili per mare rubrum, satis mihi videor egisse in libros Actuum Apostolorum [f], & Sapiẽtiæ [g], consulique possunt enarratores Exodi [h]. Nos tamen si nostra enucleata legenda non proponimus, carere tamẽ debemus ne rursũ eadem repetisse inepte nonnullis videamur; & dum id vitamus, qui hæc nũc legit, non ereditur quod legimus alibi, tanquam a negligentibus recepta.

Vulgatus multorũ est allegoria de baptismo vt ac immobili quadã virtute, vt nec nunc ea quidẽ valeat interpretatione intimationi fidei facta quod Ecclesia fecerit etiã in ab eadẽ maxime alienum. Illud etiã licet mentionem rubri maris præfigurãri Symbolorũ est quæ recepit, Paulo [i] & aliis tradita.

[a] Psal. 43.

[b] De Christo hæc in epist. ad Iubaianum & Antonianum pro Donat. [c] Contra Iud. Gent. & Hæret. lib. [d] 17. de ciuit. c. 4.

[a] Vers. 14.

[b] Tu es Christus hæc in epist. ad Iubaianum & Antonianum pro Donat. [c] Contra Iud. Gent. & Hæret. lib. [d] 17. de ciuit. c. 4.

[c] Tu 13

[a] vers 9.

[b] Psal. 138. Inferna profunditas vbi? ad centrum [c] lib. 3. pro. 106.

[d] In c.1

[e] Quatuor errorũ confutatio in hoc loco.

[f] Tropologia.

[a] Psal. 103. [b] Psal. 138. [c] Psal. 67. [d] cap. 26. [e] cap. 30. [f] cap. 7. [g] cap. 10. [h] Exod. 14. 15. [i] 1 Corinth. 10.

Extendit alij, vt Rufinus, ad opus iustificationis, quomodo dicet fiat, per quod *in virtute Dei*, hoc est, in Christo [a], varijs genere virtutum confirmatur peccator mari huius & dæmoniorum, ac vitiorum confringuntur vires. Huc aptari locus Iob potest [b], *in fortitudine eius repente maria congregata sunt*, quia, inquit Gregorius [c], discordantia sæcularium corda concorditer credunt. Iam Petrus *in mari ambulat* (quod maius profectò miraculum est, quàm remoueri ad ambulandum aquas) quia nimirum Christi prædicatoribus illa quondam timida humili auditu corda subiugata sunt.

Contribulasti capita draconum in aquis.] Hieronymus hic, & in Esa. [e] *contriuisti*: quod proprie significat שברת *shibartha* seu *confregisti*, *concussisti*. Monet idem Doctor [f] non debere hic præponi *in*: quod Hebraice non est, licet hoc in Græco & Chaldæo textu: poni quoque debere numero plurali *aquas*, id est, nomen מים *maim*, sicut fecit Aquila, non singulare, vt Lxx Prosperum [g], sæpius repetitum emphasim habet vehementiæ indicandæ. Id exprimunt alia duo psalteria, & sic legūt, *tu contribulasti capita draconū / per aquas*: Colliodorus, omisso pronomine *eum*: vt sit *capita draconum / super aquas*. Augustin. *contriuisti capita draconum in aquis*. Aij pro *in aquis* octos ponūt, alioqui pisces grandes. Dicuntur Hebraice תנינים *thanninim*; quos Campensis *hamadryadas* reddit, alitérque *thunnos* vocant. Eadem Hebræa vox transfertur ab interprete aliquando *cetos* [h], interdum *cetarios* [i]; vel *Simeos* [k], quod nomen Græce ponitur nōnumquā vbi Latine *dracones* vel *lamiæ* [l]. Sed sæpius *draconem*, sicut hic. Quare putant aliqui significari hoc nomine belluā omnem vastā seu terrestrē, seu marinam, vt & de *cete* piscē marino non satis constat quæ nam pisces sit, an balæna, an quæ dicitur, pristis, an thynnus hic thannos, de quo etiam nihil certi compertū tradit Rondeletius [m]. Ex eodē, & ex alijs coniecit Gesnerus [n] malas religiones auctori, de omni hoc argumento, nos quæ ipsi nonnihil egimus ad Sapientiæ caput 16. [o]

Ligatare per *capita draconū in belua & ferina in aqua*, seu *cetū*, *natura*, vt Symmachus vertit, interlegūtur principes Ægypti, quorū in mari submersorum exhaurta scopulis alijs, interquod Paraphrastes tamē ibi dicere de submersione declarat. Inea fortassis contigit, vt imperij magno se se submersi colligerent. Simile quid innuit Abacuc [p], vt eum Lxx exponunt, *pro eo quod legimus in maledictis / eperussas capita bestiarum eius, suspexerat eo bóplw tàs κεφαλὰς τῶν δυνάστων*. Chaldaice, *fodisti matere virga ipsius Mossi, & strenuos duces exercitus Pharaonis, qui machinabantur machinationes malas contra populū meū, confregisti eos vento vrente*. Aquila, *confodisse fili in mare fuga*. Sic & Græci, & Hebræi verbum נבקע *valaviia*, id quod fecit etiam, *perfodisse*, & *per transire* ac *hiare*, demirant ita cōmunia capita, ac si his instrumentis ad factū esset. Idem quoque vbi vult *conquassata capita* in psa. 109 [r] *confregit* מחץ *machatz*: quæ Paraphrastes appellat *ea quæ Pharaonis*. Porro eadē figurata dicēdi formula Ezechiel [s] Pharaonē nominat *draconē magnū*, & ante illū Isaias [t] abundat eorū draconib. Nilus Ægypti fluuius, & mare rubrū [u]. Ita ea vocatur Nabuchodonosor à Iere. [x] Dracones ferunt terrestres hyginēsthiam Elephantū torrere æstu sāguinem totū ebibere, ita vt ubi concidit exhaustus, & illi inebriati oppressi pondere cadāt elephanti commoriātur [y], lugubri magni cuiusq; voce, vt inquit Micheas [z] prophera. Quæritur hoc optimè in tyrannis; ū etiā tamantis quædam hinc non minus terrestrū procerum, atque diuitū exēplaria, de quo præter alios, Aug. Hieron. [a] Isidorus [b], Ambros. [c] *Capita draconū* tropologice explicant capitalia quoque vitia, corūque prima initia, & suggestores dæmones, qui conterantur & confringātur in aquis baptismi, vel lacrymarū. Huc alludens Vrbanus Papa IV. [d] petita Deo, vt *cor commūbula ſi non accipere*, significat contribulare venenatæ superbiæ caput in diluuio lacrymarū, vt sacrificet ei spiritū cum patiētia tribulatū. Athanasius alnulve ad Antiochū [e] prædicatorē hinc vult constare de diabolo abrogando per baptismum. Attendit Ruffinus in Symbolū, quem alij vocant Cyprianū, in diuinitate Christi hami rationē, eſcā in humanitate ad capiendū istum draconē, vt ficret alius ex eo. Citat ad idem Iob [f], & Ezechielē [g], Philippus presbyter, in Iob [h]; quē ad primum citat Hieronymus. Idem hui loci testimonium Theophylactus [i] & Hesychius [k]. Hugo peregrinatur in nimis huic mysticū sēsū, [l] *ora eius* propriet. tates iuxta eūdē diabolo applicat, quæ sunt illæ:

Subdat, gyrando, cremi hic vomere, frena,
Et maris incubitor, cursu tua, nauis, aratra, pugones,
O hic cur, audax, agitas Elephantem per vada, qui
Afficiens, pugnans, sensum petit, est capitosus.

Ioā secundū eorū diabolū cōparat, cui ita ter rationē ex physiologia quoque petitā ad mores trāsfert Viegas [m] notter. Capita illius septē designant diabol: potentia, per septē capitalia peccata contra Ecclesias septē ac septiformē spiritum, & eorum decē, impugnationē decalogi, septem diademata, victorias ex eo reportatas. Secundū, Magno ferē modo, ait Cyprian. [n] diaboli nequitia pertinacem vsque ad aquā salutarē baptismi valere in baptismo verò nec nequitiæ hæc vires mittere. Confirmat exēplo Pharaonis, qui cū ad aquā veniſſet maris rubri, & vestis esset de cetu, id est, de cruentā temporū, & serpentū, qui in ecclesia prævalent, in aquam præcipitati, tamdiu nō potuerūt, aut ira venena retinere. Potest eis dari *cauda super ſi pites*, *ſerpentis* [o], *mordi animalem*, *& draconē* [p], *id est*. Hoc ne potiū Christi fuit, vt *iniceret draconem* [q]: & *ut faceret opera nobis* [r]; quod & fecit confligens cū ipso *in ſeſtro* [s], vt annotat Christophorus [t], cui ius quoque Iob [u]; & comparationē ex hamo. Existimat Symbolica Georgij mysteriis magis, draconem hasta trasfigentis ad liberandum virginē puellā significari videlicet fortiter dimicauerit pro Ecclesia contra idololatriā ethnicū & cum exhibetur Constantinus pede draconem calcare, candē obscenā [x]; & si Rabano credas Salomoni [y], propterea Dominus canitur quasi *super aspidem & basiliscum ambulaturus*, quia tamquā armatus hasta, scuto, & in equo adversus Pharaonē pugnās, apparuerit. Mittoveterū Romanorū dracones pro militaribus signis. Creditur Ægyptij gestasse in vexillis draconum capita, & ad hæc in mari rubro demersa huc etiam alludi. De Romanis lege Alexandrum ab Alexandro [z], cum Tiraquello, qui plures auctores citat. De Ægyptiacis vexillis indicat Pierius [a].

Tu confregisti capita draconis.] Hieronym. *tenuisti* & apud Treuetum, *tu conquassasti*. Hebraicē, תרצץ *iuuabis*. In psalterio Gallicano, Romano, vetere, & apud August. atque Colliodorū, eō singulari numero *caput*: item apud Hieronymum Ecclesiastē [b] *tu frēgisti caput draconis*: & apud Cyrillū Alexandr. [c] in bibliis quoque Latinis Græci pie. [d] Cōplurimis Regius, alijs in psalterio Romano additur, *magni*: præterea cum plurimis,

a ibidem. 8

b c. 26. 2

c 17. moral. c 15. vel 18.

d Matth 14. 29.

e cap. 51.

f epist. 135.

g Iob 7. 12. Esa. 27. 1. Genes. 1. 21.

h Exod. 7. 10. 2 Esa. 51. 9.

i Iob 40. 25.

k Iob 40. 25.

l Hier. 4. 25. *Draconis, vel marinas contemplor.*

m Malach. 1. 3. Iere 9. 11. c. 10. 22. c. 14. 6. c. 51. 34. Psal. 73. 13. 91. 13. 103. 26. 148. 7. Deut. 32. 33. Ezechiel. 29. 3.

n Iob 30. 29. de piscibus. lib. 1. cap. 4. de aquatilibus. p. vers. 10.

q c. 3. 14.

r vers. 6.

s c. 29. 3.

t cap. 51. 9. 2 Esa. 30. 7.

x c. 51. 34. *De draconum & elephantum qui mutuo perimunt.*

y Plinius & alij. lib. 8. c. 12. Aelianus lib. 6. c. 21.

z c. 2. 8.

A

B

C

D

E

a Hilar. can. 8. Ambr. lib. 5. in Luc. c. 4. Aug. de Genes. ad lit. lib. 11. c. 1. Hieron. in Matth. 4. 1. Ioan. 3. 8. Matth. 4. 1.

b Isid. lib. 8. de nat. rer. c. 4. Hieron. in Matth. 4. 1.

c Ambr. in Psal. 118. Aug. de Genes. ad lit. lib. 11. c. 1. Hieron. in Matth. 4. 1.

d Vrbanus IV. ep. 40. Symbolica dea mysteriis magna.

e Pater in Psal. 73. Ambr. in Luc. lib. 5. c. 4. Aug. de Genes. ad lit. lib. 11. c. 1. Exod. c. 15. Deuteron. 32. Draconis in subiiciendo signo.

f c. 40. 25.

g cap. 32. 1 Esa. c. 40.

h in Ioan. c. 4. Leuit. lib. 6. c. 5. *Draconem pro peccato.*

i Leuit. lib. 6. c. 5.

k in Leuit. lib. 6. c. 5.

l Draconum pro peccato.

m epist. 26.

n Isidor. in lib. *Draconem in aqua vitam amittit.*

o Luc. 10. 19. Hier. in Matth. 4. 1. Ioan. 3. 8. Matth. 4. 1.

p Hab. 3. 14.

q Luc. 10. 19 Hier. in Matth. 4. 1.

r Ioan. 3. 8.

s Exod. 10. 4 Psal. 104. 31. Ioan. 3. 8. Matth. 4. 1.

t Ioan. 3. 8. Matth. 4. 1.

u Matth. 4. 1.

x Hieronymus ex Origene in Matth. 4. Aug. in Psal. 90. Symbolica dea mysteriis magna.

y Basil. in princ. Prou. & Luc. 10. Mystica draconis de potestate, ad 1. Exod. c. 15.

z Luc. 10. 19. *Draconis in subiiciendo signo.*

a lib. 4. c. 2. in fine. fol. 113.

b c. 9.

c Cyrill. Alexandr. lib. 1. in Ioan. c. 9.

Franc. Lucas Commentaria in Ff. Tom. I. Ff 2 quia,

caputa, à Ruffino, vel Cypriano in symbolum Hebræum רָשׁי *rasce* numeri pluralis est.

Mysticus sensus.

Multiceps vnus draco cæterorum caput minorum, metaphorice Pharao, intelligitur mystice primus dæmonũ, hydræ similis Lernææ multorũ capitum, & Cerbero tricipiti. Singularis plane *Treueti singularis expositio.* Treueti expositio est de contrito vitulo, datoque ad bibendum pulueri ipsius: dici plura capita vnius, eo modo quo de eodem dicitur, *in fauces ejus* [a] idololatras appellari *Æthiopes*, quòd tam tetro peccato denigrati sint, sicut in titulo psalmi 7. Saul appellatur *Chusi*, hoc est, Æthiops, propter teteros mores. Nihil præter acumen habet sententia; nec video cur inseri debuerit mentio de illa in Hebræos vindicta Dei, de cuius potentia contra hostes illorum agitur. Præterquam quod pro *ejus* potius exponitur; & vitulo nomen *Leuiathan* tribuitur. Vox *Leuiathan* לִוְיָתָן *Leuiathan* quæ Latine resonetur in scriptura [b] quinquies, & hoc loco vertitur *draco*, nec non in psalmo 103. [c] a לָוָה *copulare, adiicere, consociare, iungere, adhærere, adferre, miscere*, &c. cum affixo tertiæ personæ masculinæ pluralis mutato (ם) *mem* in (ן) *nun* significat *societatem eorum, additamentum*, &c. Alij contendunt significare *vallum*. A priore acceptione denominati censentur Leuitæ, qui templo atque cultui Dei adhærebant, Deóque veluti comitabantur, assistebant, adhærebant. Leui filio nomen imponens mater, causam reddidit ex etymo [d], *nunc quoque copulabitur mihi maritus meus, eo quod peperim ei tres filios*; id est, frequentius ac familiarius copulabitur mihi tam fœcundæ. Sed præstat vt לִוְיָתָן *Leuiathan* deriuetur simul cum dicto verbo a תָּנִין *thannin*, de quo prius *etiam* est, significatque *draconem*. Sic non erit opus vertere (ם) *mem* in (ן) *nun*; nec deducere a ligonibus vel aratris [e] מַתְנָיִם *mithnaim, quasi* deinctũ illis dicas: nec adscribendo nomen *Satanæ*, à שָׂטָן *Satan*, quod sit similiter in pace, id est, *inimicus pacis* [f]. Est *Leuiathan* quasi fœcunditas multorum draconum, denotans magnum draconem, eo modo quo *behemoth* plurale nomẽ bestiarum, vnam designat magnam, & mysticè tantam diaboli malitiam, ac si essent in vno congregati multi. Placet hæc mihi magis opinio Riberæ [g] nostri, qui confirmat similibus aliis exemplis ex Hebræa lingua, vtente ad energiam plurali numero: cum qua conuenit alia Pinedæ [h] etiam nostri, qui accuratam de nomine rèque ista diligentiam instituit; quòd ei scalæ multæ adiungant, vel ipsa aliis, præsertim si adiunctionem accipias, non separatorum animaliam etiam quæ vilius cuti adnascuntur, vt sunt ostrea, nec non herbæ; sed tanquam vnius e multis compositi. Merito idem Pineda *De Leuiathan fabula refutatio* confutat fabulam de Leuiathan, pro quodam homine vel anima humana, quæ describitur in apocrypho Esdræ libro 4. [i] Præterea quod nugantur Hebræi, esse serpentem aut piscem, qui sui circulo corporis ompem ambiat globum terræ, solem & radios eius apprehendere rictum ac vorare, ideoque semper exagitet in circuitu suo fugientem; sed in futuro sæculo paratum ex eo conuiuium pro iustis, sicut & vasta bellua alia behemoth, & aue maxima barac huiusque etiam nugas recitat Hieronymus a sancta fide [k]. Reiicit item opiniones deinfusa in materiam totam priuationis malitia: aut de parte hominis sensitiua quæ diaboli veneno sit corrupta. Tandem debuit, sicut behemoth, ita & leuiathan, de diabolo quidem mystice, ad literam de vero quodam animali intelligi debere, idque de genere marinorum, & quem vocat cetum, aut thynnum, aut balænam; aut pristem, aut mistricetum; aut physiterim, aut polymedem, aut draconem, siue commune tubalterum ad hæc omnia genus; sed non eiusmodi speciem, cuiusmodi commiscuntur vel Ioannes Camerensis [a], vel Arias [b]. Diabolus porro *leuiathan* recte cognominatur, quod iam inde a primis parentibus conetur sibimet addere, & adiungere, ac in damnationem secum pertrahere homines, atque vicissim hominibus mortem, vitia, pœnam æternam annectere; item adhuc sibi superbiam tantam, quæ *ascendat semper*, & cum constituat regem *super filios superbiæ* [d], tum inferiores dæmones, qui dicuntur *Angeli eius* [e]; tum homines, qui imitantur eundem. Si verum Hieronymi commentarium in Iob haberemus, plura de *leuiathan* sciremus, quia in eo se de illo disputasse testatur [f].

Dedisti eum escam populis Æthiopum.] In psalterio Romano, & apud Cassiodorum, & Hieronymum, *in escam populo Æthiopum*. Ambrosius [g], & psalterium Gallicanum, *in escã populis Æthiopũ*. Augustinus hoc loco, & adhuc Hieronymus [h], *in escam populis Æthiopibus*. Cyprianus, aut Ruffinus in symbolum, *in escam populi Æthiopum*. Alij ex Hebræo, *populo solitudinum*, vel *in solitudine et deserto*, nempe proficiscenti, vel *solitudines*, nimirũ habitanti; vel populo siccis, id est, sicco qui siccus est, quòd habitet in siccitate desertorum. Felix interpretatur etiam *naufragante*. Hebræum nomen, cuius te Hieronymus [i], ac Rabinos etymologiam negat fecisse cum articulo לַצִּיִּים *lesiim*, significat *naues* [k] (forsan quia sint in mari siccæ, ac veluti insulæ) & bestias desertum [l] incolẽtes, vertitque aliquando Interpres *dæmonia* [m], *tragelaphos*, & in priore psalmo [n], sicut in hoc, *Æthiopas*; vbi etiam alij exponebant, nautas. Significare præterea potest quoslibet habitantes aridam & siccam terram, seu desertam, quæ vocatur צִיָּה *tsiiah*, vnde & יְשִׁימוֹן *ieshimon* Sion mons celebris, à siccitate. De bestiis, quibus Ægyptiorum cadauera in litus ejecta cesserint in escã, intellexit Caietanus, & Campensis, qui *coruos* nominat: Folengius, qui aiunt *vultures*; Flamminus, Charius, qui de vagante per solitudinem Israële simul exponit, prædam de submersis faciente: Genebrardus, cui placet quoque opinio de hominibus diripientibus spolia; Gagneius, qui adiicit etiam *eremi incolas*, coruis: Crucius noster Placidus, Valentia, Herus, qui detracta spolia adiungit vel ab Hebræis, qui Æthiopes denominẽtur, vel ab ipsis veris Æthiopibus. Lyranus, qui coruos exprimit. Paraphrastes transfert *cercopithecos* חֵמָן *thamuan*, vulgo *gatti mammon* vel in textu Nebiensis *dracones* יְרוֹדֵי *iarodei*. Citat Agellius auctorẽ Græcũ de volucribus vorãtibus cadaueta Ægyptiorũ. Tirelmanus *populos Æthiopũ* manuit dæmonas intelligi, quibus dati sint in escam impij Ægyptij cum Pharaone, ad eum modum quo Dauid prædixit [p] de hostibus, quòd introirent *in inferiora terræ, partesque vulpium* totem; & quòd mitteret crystallum suam, id est, induratos in malitia, sicut buccellas, hoc est, in escam diaboli. Hoc vltimũ duriusculè dictum.

Paraphr. si literaliter exponi de feris, vt de coruis, & de hominibus Æthiopibus. Est quidem prior, adeo multorũ sententia probabilis, *tametsi* quòd *gentis* nomẽ de *locustis* [q] vsurpatum, *populus* de *formicis* [r], *lebes* de *camelis* [s]; nec reiicienda illa de dæmonib⁹, etiã si quis accedat ad mysteriũ Versũ

quia

[a] *Idololatræ cur Æthiopes dicti.*
[a] Exo. 32. 4.
[b] Iob 3. 8. & 40. 23. Psa. 73. 14. & 103. 26.
[c] a לָוָה *copulare, adiicere, consociare, iungere, adhærere, adferre, miscere*, &c.
[d] Gen. 29. 34.
[e] Camerens. lib. 4. cap. 6.
[f] Abulensis in c. 12. Matth. q. 65.
[g] in Michæam c. 5. n. 38.
[h] in Iob 40. 22.
[i] *De Leuiathan fabula refutatio* i cap. 6. 49. & seq.
[k] *Hebræi nugæ.*
[a] *Leuiathan.* Iud. c. 11. 4. Babil. Rabbin.
[a] *Leuitarum denominatio.*
[b] Lib. 4. de templ. Salom. c. 6. Leuiathan *vocat bestiam ingentis magnitudinis.*
[c] de natura historia c. 2. 9.
[c] hoc ps. vers. vlt.
[d] Iob 41. 25.
[e] Matth. 25. 41.
[f] in Amos c. 5.
[g] de parad. c. 12.
[h] in c. 3. Abac.
[i] in c. 23. Esa.
[k] Dan. 11. 30. *nauis* 24 Esa 13. 21. & 34. 14.
[l] Ierem. 50. 39.
[m] vel Sir.
[n] vel Sir.
[p] ps 62. 11.
[q] Leu. 11. Deut. 14.
[r] Prou. 30. 25.
[s] Ibid.

quia nihil obstat, de hominibus præstat interpretari. Quamuis autem concedam Hebræos, posse cognominari Æthiopas, a nigredine, ac deformitate morum, sicut aliàs [a] docui, tamen id nomen, tum cùm liberati sunt in mari rubro, non merebantur, adhuc fideles & pij: de adoratione autem vituli, Treuetum prius refutaui. Nec videtur satis idonea ratio, vt Hebræi iidem appellentur *Æthiopes*, quia eo tempore morabantur in deserto, atque ad litus Arabicum consistebant, quò mersorum cadauera Ægyptiorum sunt eiecta, ab Hebræis autem vocabulo *Æthiopis* appelletur vtraque regio litoralis rubri maris; tam Asiatica, quàm Africana, vt obseruat Genebrardus. Tametsi verò constet ab Hebræis spolia illorum amplissima detracta & relata, quemadmodum testificatur Sapiens [b], commentario a nobis illustratus, satis, quod ad rem præsentem spectat, copiosè; & per *escam* liceat intelligere quamlibet prædam, sicut aliis in locis [c]; nec defuisse vetam escam credendum sit, in sexcentis vel etiam in septingentis curribus, si qui ad littus euaserunt. Nihilominus vt propria retineatur significatio populorum ab Hebræis distinctorum, videntur nobis Græci optime hunc locum intellexisse; quos etiam sum secutus, vt Æthiopibus redditi sint post submersionem Ægyptij magis expugnabiles, *Δυσχείρωτοι καὶ βάλανοι*, vt loquitur Theodoretus, atque, vt ita dicam, in ore gladij magis comestibiles. Arbitratur Genebrardus eiecta quoque cadauera in Æthiopicum littus Africanum, valde distans ab Ægypto, atque hoc pacto Ægyptios datos in escam, non solùm Hebræis in Asiatica regione littorali, quæ vocatur etiam Æthiopia, sed illis aliis Æthiopibus, vt fama istius diuini facti ad populos multos circumquaque permearet. Vellem auctorem alium aliquem protulisset. Adde non simul, támque citò ad littus in quo Hebræi erant, omnia fortassis cadauera peruenisse, quin post eorum discessum, appellentibus aliis, non parum adhuc superfuerit spoliorum pro illis, qui rumore tantæ rei excíti, eò aduolauerint ad quæstum, & veluti ad piscationem esumque ceterorum vsitatam præsertim Ichthyophagis Æthiopibus, quasi dicas *Pisscomedones*, de quibus Strabo [d], tradens etiam pecora carnibus vesci piscium, & Plinius [e], scribens inde oleum elicere.

Creditur Hieronymus materna quoque lingua Dalmatica, seu Illyrica seu Sclauona scripturas diuinas transtulisse, & id extat in præfatione propria Missæ eiusdem, in veteri missali Romano, his verbis: Quique diuina in ipso illustrante gratia, & Spiritus sancti splendore taliter est imbutus, vt omnium pæne sacrarum scripturarum volumina, Græcè, Hebraicè, Chaldaicéque suo eloquentiæ fonte, disertáque Latina, & materna lingua nobis apertè ac magnifice explanauerit. Id profitentur quoque qui eadem nunc lingua Pontificis auctoritate Missam & alias preces diuinas celebrantes, eas ab Hieronymo accepisse se affirmant. Marius Victorius [f] Blondum citans, aliúmque probum & eruditum Casinensem monachum, negat patrium illius solum in Illyrico, aut Dalmatia, Pannoniáve fuisse, quæ *Stridon*, vulgo *Strigena* nominatur, sed intra Portam pilosam, Portulam, & Primontem, & Arasiam flumen Italiæ, in agro Iustinopolitano, ac potiùs Istriæ adscribi, quæ Italiæ regio estimaternã eiusdem linguam ipsonet teste [g], *Latinum* dicendam, vocante Latinos homines linguæ lucriderí nihilominus Illyricam calluisse, quę latius tunc, vt nunc, patebat, præsertim cum Stridon Illyrico finitima esset, confutique. Ipse idem Doctor [h], in quo ortus erat solum distinguere ab Illyrico videtur. Vt sit de Hieronymi patria, & lingua materna, hoc tanquam probabile sumo, Illyricam linguam tenuisse, eáque literas sacras conuertisse. Porro in translatione Illyrica istius psalmi, cuius gratia nonnihil sum digressus, vt ea deinceps, cum tulerit occasio, vtar: libertius hominum Æthiopici dicere exprimuntur: *tu contriuisti caput serpentium, deauris istum* (nempe Pharaonem cum suis) *escam hominibus Æthiopicis*.

Iam quod attinet ad mysticum sensum, posito quod prius quoque attigi, *draconis* vocabulo diabolum designari, cuius, beneficio Christi, quod est semen mulieris, *contritum est caput* [c]; satis multi declarant datum in escam peccatoribus, qui dum de nigris formosi fiunt [d], & ascendunt *de aquis deambulantes* [e], & qui erant *tenebræ lucem dicunt in Domino* [f], induendo Christum, quo se consummant perficiúntque, consumunt diabolum; quod epotus vituli comminuti cinis præfiguratit: & nec non voratæ à dracone Moysis virgæ magorum [g], longeque postea omnis generis bestiæ etiam immundæ Petro ad mactandum & manducandum oblatæ [i]. Eundem præterea diabolum, inquit Augustinus, cuius sunt iam dicta, & ab eo qui Ruffinus dicitur paucis transcripta, nunc omnes mordent reprehendendo, culpando, accusando, etiam Iudæus, etiam Paganus; verbi gratia, iratus seruo, dicit illi, *Satanas*. Confirmat ex epistola ad Galatas [k], illam dicendi formulam; *Quòd si inuicem mordetis, & comeditis, videte ne ab inuicem consumamini*. Confirmare verò etiam tritum illum iratorum seruis suis sermonem possumus exemplo Stephani presbyteri, de quo Gregorius [l]. Quem vocant Hieronymum, sit, signo crucis deuorari & comminui diabolum, ab iis quos prius deuorauerat persuasionibus vanis. Ruffinus, & Haimo ad ea quæ dicebat Augustinus, adiciunt esse escam fidelium, quatenus quas mouet persecutiones ac tentationes, sunt illis velut esca & refectio. Idem certè Augustinus [m] non dubitauit scribere, Laurentium sua manducauisse tormenta, benéque bibisse ac tanquam esca saginatum: & calice ebriatum [n], tormenta non sensisse. De Agatha item solemniter Ecclesia recitat [o], quod lætissimè & glorianter ibat ad carcerem, & quasi ad epulas inuitata agonem suum Domino precibus commendabat. Marcus demum & Marcellianus fratres, tyranno in tormentis dixerunt nunquam se tam iucundè quàm tunc epulatos. Huc è contrario spectat quòd tanquam *leo rugiens circuit diabolus quærens quem deuoret* [p], dicíturque *cibus eius electus* [q], quia vt explanat Gregorius [r], antiquus hostis in eorũ nequitia valdè reficitur, qui nequissimis nequiores sunt. Adde in his quos ex optimis nequissimos facit. Hoc est etiam a serpente *terram comedi* [s], hoc est, homines terrenos. Eodem litis pertinet Christi, & in cruce [t], & cùm bibere petit à Samaritana [u], dixitque se alium cibum habere, quem nescirent Apostoli [x], & fames, quando in ficu fructum requirens, non reperit [y]. Bruno Carthusianus comestionem & cõsumptionem diaboli refert ad victoriã contra

a in tit. ps. 7.

Ægyptiorum spolia ab Hebræis detracta.

b Sap. 10. 19.

c ps. 11. 4 ptal. 52. 5.

d l. 16 de Pecora carnibus piscis vescuntur. e libr. 31. 10. Hieronymi materna lingua S. scripturarum translatores.

f in indice Hieronymi verso Illyrico, & in vita. De patria Hieronymi, & eius controuersia.

a prælim. in 1. in Ieremiam & in cap. 2. atque 10. Zachar.

b in c. 1. Soph.

Hieronymus Illyrica lingua peritus creditur.

Mysticus sensus.

c Gen. 3. 15.

d Cant. 1. 4.

e Cant. 8. 5 secundum Lxx.

f Eph. 5. 8.

g Exod. 7. 10. & c. 4. 7. 12.

h Act. 10. 13.

Satanas vt ab omnibus mordetur.

k c. 5. 15.

l 4. dialog. c. 22.

Diabolus vt deuoratus esca fidelium.

m tract. 26 in Ioan.

Martyrum in terminis ala crimen.

n. in respons. ad obiecta 2. nocturni primi.

o 2. Petr. 5. 8.

p Apoc. 12. 17.

q lib. 4 in 1. Reg. c. 4.

r Gen. 3. 14

s Ioan. 19. 29.

t c. 4. 7.

u ibi. vers. 32.

x Matt. 21. 19.

insidias ipsius, vt eas & in nobis, & in aliis consumamus, ac fugemus illum ab obsessis corporibus. Similem illi Cyprianus, seu Rufinus [a], iungit ex Ezechiele sententiam [b], qua minantem inducit Deum Pharaoni, comparato cum *leone & draconе*, *fore vt habitare faciat super eum omnia volatilia cæli, & saturet de eo bestias vniuersæ terræ.*

a in symb. b c 32.3. 4.

Tropologia.

Cæterùm alios reperio tropologiam conuertentes in malam partem, vt scilicet *draconem detur populis Æthiopum in escam*, sit, improbos tãquam esca delectasi diabolo ipso, eumque sibi quodammodo, vtque ita dicam, incorporare, sicut videlicet qui aliquem summopere amat, vsurpat illud, *quis det de carnibus eius, vt saturemur* [c]? id est, vt Græci fere declarant, intra viscera nostra condamus. Quod Chrysostomus [d] explicat de Christo, qui sese manducandum præbuit nobis, atque præ vehementi charitate commiscere voluit; & ad id propositum aptat Ecclesia in diuino officio de corpore Christi. Ex Latinis Augustinus [e] adulantium vocem interpretatur, nimiumque amorem simulatitium: Gregorius [f], de Iudæis quidem persequentibus, & corpus Christi, quasi consumendo, molientibus extinguere; sed de Gentilibus quoque, qui esurientem mentem suam desiderant quotidianæ immolationis sacrificio de eius carnibus satiare.

c Iob 31. 31.

d hom 82. in Matt. & 83. in 1 Cor.

e in Iob.

f 22. Mor. c. 7. vel 11.

Illo autem quem dixi modo, præsentem exposuit Hieronymus [g] locum, disputans de ieiunio sanctè celebrando, nimirum, ita vt ieiunemus simul à vitiis, & vt bonis operibus conatúsque peccatis fiant sacra ieiunia, & tempore ieiunij vacemus orationi. Nam rationem subdit, ne interior homo noster draconis vescatur carnibus, qui *datus est in escam populis Æthiopum*, hoc est, contaminatis atrore peccatorum. Innuit rursus [h] eundem sensum, quando allatum prius Ezechielis [i] tractat locum, de saturandis bestiis terræ, de dracone, &c. Postremò etiam enarrans canticũ Abacuc [k] (*pro iniquitate vidi tentoria Æthiopiæ*) *Æthiopas*, qui draconis carne vescuntur, aut esse tetros, & amantes tenebras. Quamuis autem videatur de dæmonibus intelligere, nimirum dracone, id est, primo inferioribus, ad homines potest, comparatos ad vniuersitatem dæmonum illo sensu de quo agimus. Traditur sensus idem a Theophylacto [l], qui scribit, quòd dracone illo non alij pascuntur & oblectantur, quàm obtenebrati & nigri animæ, & diuinæ lucis non participes. Cyrillus [m] Alexandrinus prior id obseruauerat, & simul a talibus patere remotionem. *Δράκοντα πλουτεῖσθαι, dæmonum suscipientem*, simul tales eum pascere. Rationem quoque dat [n] cum opposita comparatione, hoc pacto. Quemadmodum, inquit, nos viuificum Dei verbum, spiritualem & sanctam alimoniam nobis facimus (addi potest venerabile Christi corpus in Eucharistia sumptum) ita libenter peccantes, & qui est natura Deus, non cognoscentes, tantum non satana pascuntur, ipsum animis tenentes, ac secundùm illum & sentientes, & loquentes. Ambrosius [o] idem indicat, dicens quòd satanas dat escam non luminis sed noctis, & tenebrarum filiis.

g in Esa. c. 58

h in cap. 32. Ezech. i c. 32. 3. 4.

k c. 3. 7.

l in c. 4. Ioan.

m in cap 8 Oseæ n. 20. & c. 3. Sophon. num. 21.

n In c. 2. Abac. num. 49.

o de parad. c. 12.

Denique per accommodationem censetur Christi corpus, quando sumitur ab indignis, dato *populis Æthiopum*, ac dæmoniacis hominibus, quemadmodum cùm de suo corpore loqueretur Christus, *vnum* ex discipulis, id est, Iudam, dixit *diabolum esse* [a], & in ipsa mystica cœna mentio fit *diabolum intrasse in ipsum* [b].

a Ioan 6. 71. b c. 13. 2. Luc. 22. 3.

Vers. 15.] Tu dirupisti fontes, & torrentes: tu siccasti fluuios Ethan.

Sensus lit.

ALiud hoc est beneficentiæ Dei opus, potentiæ profusæque liberalitatis in gratiam populi sui; quæ ipsum adhuc, & deinceps bene iubeat de illo sperare. Semel iterúmque de percussa & discissa petra, largas produxit aquas, in morem fontium scaturientes, atque profluentes, & abundantes, velut torrentes ac flumina. E contrario aliquoties maximos rapidissimósque fluuios exsiccauit, vt Iordanem, ad liberum populo transitum faciendum.

Mysticus sensus tenere nos diu non debet, vtpote facilis, de diruptis & abstractis à diaboli seruitute peccantium duobus generibus, ex quibus rugiter mala profluebant, vel subitò rapidis concitati excursibus irruebant: vel, in melioremm partem, de apertis ac missis prædicatoribus sapientiæ aliis, & fidei liquorem diuitiásque manantibus; nec non de iis, qui prædicantes ad tempus, in tempore tentationis desistunt. Siccati quoque fluuij peruersæ omnes doctrinæ sunt, diabolo auctore, qui *Ethan* cognominatur, id est, fortis.

Mysticus sensus.

Tu dirupisti fontes & torrentes.] Hieronymus & alij ex Hebræo, in singulari, *fontem & torrentem*, vel *flumen*; hoc enim, ac *torrentem* נחל *nachal* significat. *Fontem* singulari numero πηγὴν transtulisse Lxx. & editionẽ V. testatur scholion. Basilius ac Theodoretus notant Hebræum & reliquos interpretes *fontem* dixisse; *fontes* tamen etiam dici posse, quia quæ fluxit aqua de petra, multos aquarum sinus effecit: & bis id accidit, semel in Exodo [c], iterum in libro Numerorum [d]: *torrentes* de iisdem aquis dici, quia non secundùm naturam fluxerunt, sed tunc primùm datæ sunt, sicut videlicet exsiliunt ex aquis pluuiis torrentes. Legerunt Euthymius, atque Nicephorus numero plurali; sed monet posterior esse τὸ πολυπληθὲς ἀντὶ ἑνικοῦ, *pluralis pro singulari*: Euthymius, Aquilam & Symmachum retinuisse singularem; ambo, *torrentes* denotare fluxus vehementiam in eodem fonte: *dirumpendi* verbum esse pro verbo dandi: Paraphrastes fluxum eiusdem fontis de petra, tanquam in flumen, ita vt non accipiat vt separatum à fontis aqua flumen, seu torrentem, sic declarat (*Tu erumpere fecisti fontem de rupe, & fuit in flumen*). Apollinarius videtur distinguere fontes & flumina hyemalia:

c c. 17. 2. & seq. d c. 20. 2 & seq.

ῥῆξας χειμαρρους ποταμοὺς, πηγὰς τ' ἀνέστειλας·

Dirupisti hyemales fluuios, fontésque extulisti.

Sed hyemales fluuios torrentes intelligit, ac figurate fontes, propter allatas antea rationes.

De re tota quid sentiam, scire si cupis, adi commentarium nostrum in librum Sapientiæ [e]. Quid enim ego transcribam eadem? Vnum repeto, *dirumpi fontes & torrentes*, esse, sic fluere de petra aquas, ac si latentibus intra illam aquis ruptione patefactus aditus esset, quæ propriè tamen ruptio fuit nulla. Dicitur psalmo

e in c. 11. 4.

77. [a] *interrupisse aquam* Deus *in eremo, & adaquasse velut in abyssо multa, & deduxisse tanquam flumina, & torrentes inundasse*: in 104. [b] *abyssi in sicco flumina*, hoc est, per siccam & aridam terram: in Deuteronomio [c], *eduxisse nos de petra durissima*: in Etaia [d], *dedisse in deserto aquas, flumina in inuio*: item [e] *aquam de petra produxisse: & fodisse petram, & fluxisse aquæ*. Trieueri opinionem propter singularitatem haud tanti facio, de fontibus abyssi apertis in diluuio. De proprijs Hebræo populo beneficijs hic, vt prius dixi, agitur.

Tu siccasti fluuios Ethan.] Hieronymus, *flumina fortia*. Alij, *fortitudinis, validos, ingentes*. Id factum fere omnes interpretantur, quando Iordanem Dominus, vt ingrederentur terram sanctam Hebræi, exiccauit [f]: dici autem pluraliter *fluuius*, ob magnitudinem Iordanis, aut quia plures in eum influunt. Quare negant *ethan* esse nomen proprium loci, tum quia quod est proprium loci, scribitur per (m) in fine, *ethom* [g]: tum quia in eo loco qui sic nominatur, nulla fit mentio de fluminis exiccatione: tum quia vertit Aquila, vt epithetum, ἐφρὰς, nempe πετρὰς, *fortes fluuios*: Symmachus, ἀρχαίους, *antiquos*: tum quia non desunt alia exempla, vt relinquantur Lxx. ipsamet Hebræa vocabula immutata loco suæ significationis, vt de *leuiathan*, & *behemoth* prius innuimus: eiusmodi præterea generis sunt *maledictus, amen, maranatha, hosanna, abba, raca*, &c. de quibus Hieronymus [h], & Augustinus [i]. Euthymius, Nicephorúsque, iuxta versionem Symmachi, exponunt antiquos Sodomæ Gomorrhæque fluuios, ac fontes, ob incolarum peccata in cinerem redactos.

Idem Euthymius cum Basilio, seu Theodoreto, explicant in genere & absolutè de siccatis antiquis aquis. Probant vltimi duo ex psalmo 106. [k] *posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim terram fructiferam in salsuginem, a malitia habitantium in ea*. Paraphrastes nominat *Arnon, Jaubecha, & Iordanem*: Nebiensis pro *Iaubecha*, vertit *decursum rapidissimum*. Caietanus ait, constare de Iordane, insinuari de Arnon, quia scribitur in libro Numerorum [l] ex vetere parœmia in libro bellorum Domini contenta. *Sicut fecit in mari rubro, sic faciet in torrentibus Arnon*. Fit verò quoque mentio eodem libro Numerorum [m] de Ieboc, simul cum Arnon. Refert Euthymius Isidori Peluſiotæ sententiam, *Ethan* loci nomen esse, non procul a Ierusalem, qui fluminibus olim irriguus post euersionem Ierusalem à Romanis factam, ob Dei iram, omnino sit exiccatus. Scribit hæc pluribus Isidorus [n] ad Epiphanium Diaconum. Primùm monet, hoc quod nunc expendimus, quamuis insit in veteribus psalteriis, non extare in quibusdam recentioribus codicibus, fortasse quòd intelligi minimè posset, eáque de causa nonnullos cenſere superuacanea quædam, & quæ demonstrari nequeant, sacris literis contineri. Ait deinde in Palæstina locum fuisse fluuius irriguum, atque arboribus & fructibus abundantem, & ob ingentem animantium & piscium copiam ad venandum accommodatum. Tum affirmat huiusmodi tam amœnum, irriguum, frugiferum locũ, ob exuberantem incolarum improbitatem, diuinitus exaresactum. Profert postremò Iosephum sic in antiquitatum libro scribentem. Erat autem locus quidam duobus tchœnorum, seu pallium millibus ab vrbe Ierosolymitana distitus, qui *Ethan* vocabatur, pratis, & hortis, ac laticibus perquam amœnus, & copiosus; ad quem Salomon exercitationis ac venationis causa subinde commeabat. Videlicet vult Isidorus propter variationis certitudinem, rem futuram a Dauide vt iam factam narrari. Quod autem Euthymius post euersionem Ierosolymorũ à Romanis factam, Isidorum loqui dicit, in Isidoro non lego. Vt nó etiam debuerit Agellius, doctissimum & sanctissimum virum non satis reuerenter tractans, sed facilem ad coniecturas appellans, dicere hoc illum affinxisse Iosepho, ac de suo addidisse. Solùm descriptionem loci ex Iosepho recitat Isidorus; exiccationem à Dauide poni affirmat. Iosephi autem hæc dumtaxat sunt; ὧν ἡ χαράδρα τὸ ἀπὸ δύο σχοίνων Ἱεροσολύμων, ἡ καλεῖται μὲν Ἦθαν, παράδεισον δ', καὶ πολλὴν ὑπόβρυχον ἐπιφορὰν ἐπιτηροῦσι ἐμοῦ καὶ πάνυ εἰς τὰς τῶν θηρῶν ἐξόδους ἐρημίαν: *abest autem ab Ierosolymis duorum fere schœnorum spatio pradium quoddam, nomine* Ethan, *hortis, & multis fontibus amœnum simul, & opulentum: in hoc exitus faciebat libens*, seu, *exire delectabatur*. Isidorus hos exitus & egressiones aliter intellexit, & alio modo Iosephi textum citat. Adicit ipse Agellius, quamuis isti vltimæ sententiæ videantur verba Ieremiæ [a] fauere, vt Græce habentur, ὥσπερ λέων ἀναβήσεται ἐκ μέσου τῶν Ἰορδάνου εἰς τόπον αἰθάμ, *vt leo ascendet ex medio Iordanis ad locum* Ætham: quod sic legimus iuxta editionem nostram, *Ecce quasi leo ascendet de superbia Iordanis ad pulchritudinem robustam*; tamen existimare se, *Ethan*, nec ἐφρὰν significare, nec ἀρχαῖον *robustum*, vel *antiquum*; sed ἄδατον, quod *traijci non potest*. Tunc explanat siccatum Iordanem (quem per *fluuios*, numero multitudinis intelligit propter prius assignatas causas) qui erat ἄδατος & omnino plenus; quando per eum Hebræis Deus iter fecit. notionem illam vocis *ethan* confirmat verbis Amos [b], *iudicium quasi torrens fortis*; pro quibus est Græce, ὡς χειμάρρους ἄδατος. אֵיתָן *ethan*. Ego, vt quod sentio, aperiam. primùm dico idem nomen Græce repetitre me scriptum; ἰόβαλ, ἴαβαρ, αἰθὰμ, cùm est pro loco; Hebraice אֵיתָן *ethan*: cum vertitur Latine *fortis* aut *robustus*, vt citatis locis Ieremiæ, & Amos; semel fine (ו) & cum (ם) *mem* finali, quando expresse significat locum virtus ex munitionibus Hebræorum in deserto, quod scribitur Græcè ἰόβαλ [c], aliquando *βαβαρ* [d], sed & *etam* extat (licet scribant *Ethar*) Hebraice תָּמָה *hhetam*. Ineptis Græcis ἰτὰμ [e]. Hanc vnam dixi causam inter alias afferri, cur hoc loco negetur *Ethan* esse nomen proprium. Atqui variat, vt modò retuli, scriptio Græca nominis propri ἰόβαλ, & *βαβαρ*: Chaldaicè scribitur cum (ו) אֵיתָם *Etham* quod auctor translationis Latinæ ex ea lingua scribit *Etham*. Sed & viri proprium nomen אֵיתָן *Ethan* est [f], quod tamen Græce legitur αἰθὰμ. Chaldaicè אֵיתָן *Ethan*: & in Latina trãslatione *Aithan*. Quare quomodo scribatur, parum curari debet, cum & (ו) *iod* in eadem voce alia quandoque ponatur, quandoque omittatur, vt inclusum in motione seu puncto longo; litera etiam (ן) *nun*, pro litera (ם) *mem*. Deinde ex recitatis opinionibus minimè probabilé arbitror Isidori Peluſiotæ; quia siue ἄτα, siue αἰθὰμ in Iosepho legas locum illum prope Ierusalem, nullus exiccatum memorat; & quamuis præteritis vtantur Prophetæ pro futuris; videtur hoc loco Dauid reci-

a vers. 15. 16. 20.
b vers. 41.
c c. 8. 15.
d c. 41. 20.
e c. 48. 21.
Deuers singulare & optimè mendis accepta.
f Iosue 3. 15.
Ethan hîc non esse proprium loci nomen
g Exod. 14. 20.
h epist. 137. i 2. de doct. c. 11. ep. 178.
k ver. 33. 34.
l c. 21. 14.
m ibi. ver. 24. Ethan loci nomen.
n lib. 2. epist. 1. 66.
Sacris literis superuacanea quædam, & quæ demonstrari nequeant, quorundam sententia.
Isidori Peluſiotæ error manifestè conuincitur
Loci Ethan amœnitas & situs.
a c. 49. 19.
b c. 5. 24.
c Exod. 15. 20
d Num. 33. 6.
e Iudic. 15. 8.
f 3. Reg. 4. 31. pſ. 88. 1.

tare res præteritas mirificè à Deo factas: & illius loci exiccatio non censeretur adeo mirabilis, quia aquis tantùm detruatis insignem Iosephus describere videtur, non ingentibus abundantem naturaliter profluentibus aquis. De *Iebo*: & *Arnon* etiam, sentio nihil temere, ac sine auctore affirmandum; & si faueat *Arnoni* citatus ex Numeris [a] locus, siccatos Sodomæ, & Gomorrhæ fluuios fontésque clarè non legimus; &, si id faillet, minus videretur ad rem ea narratio; quoniam hic agitur de beneficiis populo Hebræo collatis.

a c.21. 14.

Probabilior sententia.

Quocirca nihil probabilius dici potest, quam quod adeo multos retuli censere, de Iordane amplissimo flumine sermonem esse; quem constat siccatum, cum Hebræi transitum facerent in terram promissam, dicique fluuios, poetico more, quamuis esset vnus, aut ad exaggerationé, quia maximus erat, & in eum plures confluebant: & *Ethan* nomine substantiuo appellari, vt significat *fortitudinem*, & non vt est proprium loci, ob eamdem scilicet eiusdem magnitudinem ac difficultatem transuadandi. Erit fortassis cui non displiceat, sumi *Ethan* vt loci nomen, parum curando, vt prænotani, quo pacto scribatur, ita vt mare rubrum aliter cognominetur *mare Ethan*, siue *Etham*, ab ea Hebræorum, de qua dixi, mansione. Nam lego etiam *desertum Etham* [b]. Nec est vllum incommodum, si bis idem ἐξωνυμῶς & poetice repetatur, scilicet fisso & scisso rubri maris, dicantur *fluuij Ethan* siue *Etham* siccati, id est, rubri maris fluenta versus eam partem, quæ cognominaret ipsum ab Ethan, seu Etham; Vt sit idem confirmare, id est, diuisum solidare in virtute mare, & siccare fluuios Ethan. Etenim interdum de mari dicitur nomen *fluuij*, vt apud Ionam [c], *proiecisti me in profundum in corde maris, & flumen circumdedit me*: & profani oceanum ipsum appellant *flumen*. Hanc opinionem postea deprehendi probatam ab Antonio Guenara [d], viro erudito; alluebat quippe, inquit, mare rubrum *desertum Ethan* [e]. Hieronymus [f] quoque differês de mansionibus, cùm agit de tertia, fauet aliquo modo, & *Ieuam* etymologice *fortitudinem* explicat, citato præsertim etiam loco; quem & Gregorius tropologia simili declarat [g], vt scilicet emanantibus Apostolicis fontibus, *fluuij Ethan*, id est, diaboli, qui vocatur *fortis* [h], exsiccentur. Placet tamen magis mihi demum communior illa de Iordane sententia, quâ reperi præterea in Procopio [i], qui etiam fluuios ὑδάτια, exponit τὰς τῶν νεκρῶν, *aestivales*. Comparabiles sunt diuisio Iordanis, & maris rubri, quæ commodè intelligi nequit, nisi ambobus cognitis extremis. Sed de mari rubro non libet dicta repetere. In Iordanis diuisione causa instrumentaria effectrix non virga, sed arca fuit: non, vt ibi, ad similitudinem murorum, vtraque ex parte constiterunt aquæ, sed substiterunt superiores versus fontem fluminis magis ac magis subinde intumescentes; inferiores delapsę in mare solitudinis, siue mortuum, alueum medium aquis nudatum reliquerunt.

b Num 33 8.

c Ion.2.4.

d in Abac.c.3.

e Num. 11.8. Epiph.127.

f Hieron. Epist. 27.

g lib. 31. mor. c. 9. vel 12.

h Matth 3. 27

i In c. 31. Esa.

Iordanis diuisio quasi fossa.

Omnino multis de causis celebrior illa, quàm ista extitit, quia moles aquarum illarum longè maior, itérque per mare longius: ventus tunc vrens immissus maris fundum exsiccauit: hostium plurimorum edita strages: & facti memoria, fama, terror apud exteros viguit [k]. Lege Peterium [l] nostrum Ariam, & Masium in Iosue [m]. Repete

Celebrior maris rubri quàm Iordanis diuisio.

k Iosue 4. Iudith 5. 12. 1. in 1 Mod. Ecc. 4. Ioseph 5. in 10 c. 3.

A etiam, si placet, quæ scripsimus ad psalmū 65 [a]. *qui conuertit mare in aridam, in flumine pertransibunt pede.* Similis in Ezechiele [b] commiuatio; *siccabo alueos fluminum eorum.* De vtroque miraculo mētio fit in psalmo 76 [c]. *viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ, & timuerunt, & turbata sunt abyssi*: & in 113 [d]. *mare vidit & fugit, Iordanis conuersus est retrorsum.* Esaias [e] de mari præsertim, *Nunquid non tu siccasti mare; aquam abyssi vehementis; qui posuisti profundum maris viam, vt transirent liberati?*

a vers. 6.

b c.30 12.

c vers 17.

d vers.3.

e c.51.10.

Vers 16.] Tuus est dies, & tua est nox: tu fabricatus es auroram & solem.

B

Vers 17.] Tu fecisti omnes terminos terræ: æstatem & ver tu plasmasti ea.

Sensus loci.

AMirificis illis potentiæ diuinæ effectis in Hebræi populi gratiam & beneficium declaratis, transit ad communia cunctis creaturis. Nam commemorat diei noctisque vicissitudiné, lumina minora maioráque, vnde rerum generatio atque conseruatio pendet: præscriptos terræ fines, quæ vocant climata vel orbis partes, Europam, Asiam, Africam, vel Orientem, Occidétem, Aquilonem, Meridiem; vel litora, vel singulas regiones; anni partes ac tempestates; quæ rebus iisdem hominique potissimùm, seruiunt, atque ostendunt Deum cœli ac terræ Dominum esse, & proinde omnium, quæ in eis sunt; quæ ipsi tandem seruiunt, cuius *ordinatione perseuerat dies* [f], & dictus motuum cœlestium ordo.

C

f ps.118.19.

Allegoria.

Allegoria vulgaris est, de claritate Euangelij, & legis obscuritate; quæ pronunciant Deum, Christúmque: de iustis & improbis, in quibus opetatur Deus miracula sua, illuminando illos, istos à peccatis mundando. Item, vt sit *aurora* seu *luna*, Ecclesia; *sol*, Christus, qui illuminat omnem hominem: vel stultus ac sapiens, quos Deus communiter suis afficit beneficiis. Denique Apostoli atque prædicatores sint, qui verę fidei iura custodiant, sicut agrorum fines, termini distinguunt: æstas fructus designet, ac præmia, ex bonis operibus tanquam ex verni temporis bonis operibus perceptos: vel æstas, Martyres, fidei caritatisque vehementiore calore feruentes; ver, confessores, æquabili deuotione ac mansuetudine temperatos, vtrosque tales per gratiam Dei.

D

In his tractandis mysticis multus esse Hugo solet: *auroram* quoque interpretatur Mariam, *solem* Christum; & illam auroram in natiuitate, lunam, in annunciatione, in qua sol iustitiæ sit eclipsatus: solem in assumptione; luminaria, vt ex versione Hieronymi citat, in purificatione, in qua ordinantur & portantur luminaria. Plura, si optas, apud eumdem lege.

Tuus est dies, & tua est nox.] Similis formula psalmi alterius [g]: *tui sunt cœli, & tua est terra*, &c. Famulos vocat Dei Euthymius diuino inservientes mandato. Hoc sibi vult *perseverans ordinatione Dei dies, quia omnia seruiunt ei* [h], fecit Deus quæ præsunt diei ac nocti astra [i], vt essent *in signa temporum cunctis Gentibus, quæ sub cœlo sunt* [k]: Habet Deus *in sua potestate tempora* omnia [l], & motus orbium, vnde pendent illa; & *Dominus est sabbathi hominis, etiam sabbathi* [m]: soli creatori obediunt motus cœlestes, ait Dionysius [n]; & idcirco

E

g ps.88.12.

h ps.118.91. i Gen. 1.16.

k Deut. 4 20.

l Act. 1. 7.

m Matt. 12 8. n Ep. ad Polycarpum.

tempora, resque inferiores, quas subiectas oportet esse superioribus lationibus [a]. Innuere Dauid videtur primum illud creationis opus, cùm, dicente Deo, *Fiat lux, facta est: & vespere ac mane dies unus*, & appellauit lucem, *diem*, tenebras, *noctem* [b]. Apollinarius quidem diuinæ meminit iussionis:

Ἡμαρ ἐμῷ σὺν νυκτὶ πάϊς κέλεαι εἶναι ἀνωγῆς.

Dies simul cum nocte tuæ possessio sunt iussionis.

Ac fortassis præterea respectum habuit ad prolixiorem diem, & dilatam noctem, obediente Deo voci Iosue, vt de hostibus plenam hic re ferre victoriam posset [c]: Nam hoc agit enumeratione mirabilium diuinæ potentiæ operum, Dauid, vt fiduciam cõfirmet aduersus hostes. Primi operis peculiare quoddam dominium videtur habere auctor eius; & hoc modo lucis Deus, conditorque lucis noctis Deum cœli diuinæ literæ nominant crebrò, vt aliàs monui, quoties ab idolis distingant, & idololatris, qui opes, argentum, aurum, & res alias inferiores magnificiebant. Nam *simulacra Gentium argentum & aurum* [d]. Atqui verus Deus affirmat *suum esse argentum, suum aurum* [d], conditaque proinde quæ *abeuntis peccatis* [e], nec esse quod templi restitutionem propter penuriam desperent Hebræi, vt Haimo notat.

Vicissitudinis diei noctisque commoda multa sunt, de quibus alias, & Perer. noster explanans canticum trium puerorum. Et sunt nihilominus ex his quos *præcipes* vocant, qui non inepte *tenebrarum* cognominari queant, & à Seneca [g] *inciuique* vocantur, *dolmoun, noctiuagi*, funebrem vitam agentes, defunctorum similes, quòd officia lucis noctisque pertentant.

Tu fabricatus es aurora & solem.] Hieronymus, *tu ordinasti luminare, & solem.* Hugo, Treuetus, Victorius, recitant ex eodem, *tu ornasti luminaria*, &c. Alij, *tu præparasti lumen & solem*: אַתָּה הֵכִינוֹתָ מָאוֹר וְשָׁמֶשׁ *attah ha kinnotah maor vashamesh*: vbi מָאוֹר *maor* numeri singularis est. Paraphrastes *lunam & solem* exponit. Ordine opposito מְרָא וְשִׁמְשָׁא *sinira vesemsa, Solem & lunam* ponit psalterium Romanum & Cassiodorus: *tu fecisti solem & lunam*: item Augustinus, *tu perfecisti solem & lunam*. denique psalterium Gallicanum redit ad priorem dispositionem: *tu præparasti lunam & solem*. In multis codicibus Græcis, vt in Complutensibus, & Regijs σὺ κατηρτίσω ἥλιον, ἡλίου, *tu ordinasti*, seu *disposuisti*, seu *aptasti, solem*, *solis*, *splendorem*, & *solem*. Emendata editio Lxx. habet σὺ ἔπλασας, τὸ φέγγος, *lunam & solem*: sexta etiam editio: sed Procopius [h] citat ἥλιον καὶ σελήνην, *solem & lunam*. Aquila verò φωσφόρα καὶ ἡλίον *luminare & solem*. Theodotio εὐφ., τὸ ἡλίου, *lucem, & solem*. Rursus lunæ præponit solem Arabicum psalterium, & Apollinarius, sed hic forsasse metri causa, cum cunctæ versiones Græcæ solem posteriore constituant loco, nec non Hebræus textus:

ἠέλιο δ' ἐκέκευθε σελασφόρον ἀμφ' ἔτ' ἐόλξαι.

Sole autem nondum fulgentem lunam simul fabricatus es.

Generale nomen Hebræum מָאוֹר *maor*, pro quo in Genesi [i] est, φωστὴρ & *luminare*, cùm distinguitur in maius & minus, restringentes ad lunam, propter expressè factam Solis mentionem, habuerunt rationem idiotismi Hebraici; quo generis nomen ad speciem deteriorem applicant, sicut versu 11. aliqui per *manum*, cui adiungitur *dextera*, similtram intelligebant. Eodem respexisse credas Interpretem nostrum, vt étem *aurore* nomine, quia lucem habet imperfectiorem, & primam quasi splendescentiam solarem, tanquam proximus anteambulo eius. Existimabit forsan aliquis, priore voce Hebræa, & per φαῦον aut φῶς, nec non φωτὸς, accipi prima die conditam lucem, quæcumque tandem illa fuerit; certè non sine subiecto accidens, licet hic opinentur non ignobiles Græci; sed potiùs ipsemet adhuc informis sol, & imperfectus, die postea quarta perfectus, vt habet melior & cõmunior sententia. Obstant nomina מָאוֹר *maor*, & φωστὴρ, quæ iam inditum perfecto lumen orbi indicant, non simplicem ac imperfectiorem lucem. Pro *fabricatus* verbo & Græco κατηρτίζειν, Interpres idem Hebraicum כּוּן *honen* reddit alibi *fundare*, θεμελιοῦν [a], vel *preparare*, ἑτοιμάζειν [b], & aliis modis, de quibus aliàs memini. Iob & *orbem fabricatum* dicit [c], & *cælos* [d]; quamuis Hebraice Græcèque non respondeat exactè talis significationis verbum. Significatur Hebræo verbo hic firma constitutio; Latino & Græco absoluta perfectio auroræ, ac solis, cæterorúmque corporum cœlestium, vt *ordinatione Dei perseuerent dies*, ac status omnium siderum cursus, quia *omnia seruiunt ei* [e]. Nihilominus, quia parent ad nutum Deo, dicitur is *in manibus abscondere lucem, & præcipere ei, vt rursus aduenias* [f], propter vicissitudinem dierum noctiumque, vt exponunt Græci.

Tu fecisti omnes terminos terræ.] Hieronymus, *statuisti.* Hoc valet תְּצַבְתָּ *hitsatsamha*, quod Aquila & Theodotio reddant ἐστήσατε, *stabiliuisti velut columnas*; Symmachus, ἔσεσας, *statuisti.* Nomen *terræ* genitiui casus est, Græcè γῆς, Sclauonicè datiui, habet enim & ea lingua casus nominũ. Sensus tamen vtrouis modo idem. Termini Hebraicè גְּבוּלוֹת *gheuuloth*, Græcè, ὅρια, apud Apollinarium, πείρατα, synonyma voce; sed codices quidam Græci ὑγρὰ *ipsorsa*. Nicephorus legit ὑγρία: & sic extat in multis bibliis Græcis. Euthymius præfert lectioni alteri, & varietatis cursum reiicit in affinitatem vocum. ὅρια, ὑγρία, esse autem ὑγρὰ, ὑφ' ὑμῶν *humous*, *fructus annuos*, quorum, vt innuitur proximè post, inquit, alij in vere nascuntur, alij ipsa æstate perficiuntur. Qui sic Græcè verterunt, legerunt, non vt nunc est, גְּבוּלוֹת *gheuuloth*, qui propriè sunt *termini*, sed יְבוּלוֹת *ieuuloth*, quæ sunt *proles*, ac *fœtus*, & *prouentus*; sed huiusmodi nomen forma fœminina in vsu non est, verùm in genere masculino יְבוּלִים *ieuulim* in psalmo 64 g *pinguescens speciosa deserti*, Græcè, ὡραῖα, sed Hebraicè alio nomine נָאוֹת *noth*. At retinendi hoc loco *termini*; quos variè accipi posse diximus in paraphrasitum verò etiam pro climatibus. Quod nõ ideo negandum fuit Agellio, quia Philosophorum & Geographorum mysteriis imbutus aliquando Dauid, aut Asaph non fuerit. Cur huius rei expertes fuerint quæ vulgo satis multis cognita est? Melior ratio, quòd *clima*, (qua etiam voce Græca vtuntur Arabes, vocantes *climata* אקלימים *iklimim*, teste R. Kimhi [h], sicut & aliis Græcis, dũ tractant res mathematicas) non גבול *gheul* Hebraicè, sed נוף *nof h* dictũ reperiatur; & ipsimmet *clima* sit nomen Hebræum. Tamen nihil obstat גְּבוּל *gheul* & ὅρια *de termino* dici, qui sit quod appellant *clima*. Constat, apud Mathematicos ὅρια vsurpari de finibus stellarum, déque partibus signorum, quæ stellis singulis dandantur:

[a] Aristot. meteor.
[b] Gen. 1. 3 4 5
[c] Iosue 10. 14.
[d] ps. 113. 4. sec. Hebr.
[e] Aggæi 2. 9.
[f] Iob 10. 19.
[g] epist. 12.
[h] in c. 45. Esa.
[i] c. 1. 14. 16.

Hebraismus Hebraicus.

[a] psal. 8. 4.
[b] ps. 23. 2.
[c] c. 34. 13.
[d] c. 7. 18.
[e] psalm 92.
[f] Iob 36. 32.
[g] vers. 15.
[h] in ps. 47.

Ὡραῖα.

Ὅρια.

κλίματα, spatia quæ duodus respondent parallelis, & quibus dies longitudo variatur ad horam dimidiatam. Hi dicerentur *termini terræ*, quoniam inde plurimùm pendet terrarum secùndum agriculturam; & aeris salubritatem, distinctio. Sed parum refert quo ex allatis modis *terminos* accipiamus, nec quidquam vetat, quominus omnes admittamus.

Tropologiam de terminis, quos imponit Deus peccatis carnalibus, tractat Greuæus [a]; Hugo, & Aiguanus, de iis, quos & rebus naturalibus & spiritualibus.

æstatem & ver tu plasmasti eas.] Hieronymus, *æstatem & hyemem tu plasmasti*. Quæ etiam est versio Paraphrastis, & aliorum ex Hebræo קַיִץ וְחֹרֶף *hæc vocat vocabula*. Verbum autem cum affixo pronomine יְצַרְתָּם *texisti eum*, vertit posset præterea (redundante, vt sæpe aliàs, secùndùm idiotismum Hebræum, pronomine) *imagis formasti*. & Aiguanus, dum docet æstate ac hyeme tanquam extremis, alias medias contineri tempestates, indicat eandem se secutum versionem. Ricardus Cenomanus tuetur vertionem nostram, exemplo Iob [b]; *puer fui in diebus adolescentiæ meæ*, vbi est חרפי *cheruphi*; adolescentia autem temporis, veris instanti quædam est, quemadmodum in eodem die veri assimilatur hora matutina, meridies æstati, autumno vespertinum tempus, nox hyemi, & eodem fere modo partes noctis [c]. Celebrandus citat R. Aben-ezra [d], distinguentem anni tempestates in קר *kor, frigus*, siue *hyemem*; חם *cham, calorem*, seu *æstatem*, ורפ *varus, autumnum*, & חרף *coreph*, vnde hiems. Adest etiam R. Salomonem [e], idem tradentem; nisi quòd ad primam veris partem contrahit (vtpote sex anni tempestates enumerans) cùm hordea seruntur & legumina, quæ celeriter ex quasi præcocitate matureſcunt, à חָרַף *charaph*, quod Chaldaicè significat *accelerare*. Reperitur quidem verbum hoc translatum verbo *hyemavit* [f], & nomen חֹרֶף *hiemps* nomine *frigoris* [g], ac *hyemis*. Sic in Genesi [h], vbi recensentur anni tempestates, קר חם קיץ חרף *hor, chom, kaus, choreph*; Latinè, in vulgata editione *frigus, æstus, æstas, hyems*; Græcè, ψῦχος, καῦμα, θέρος, ὦρος; sed vltra illas, nequam, tempestates anni, sementis & messis exprimuntur; quo pacto putantur anni tempestates apud Hebræos tantùm esse sex, vt prima incipiat à medio Septembri vsque ad medium Nouembrem; secunda vsque ad medium Ianuarium: tertia vsque ad medium Martij; quarta, sementis, vsque ad medium Maij: quinta, id est, æstas vsque ad medium Iulij: sexta, nimirum æstus, vsque ad medium Septembrem. R. Salomon hanc distributionem recitat ex Baba Metsiha in Thalmud. Quidam indefinitè assignant binos menses lunares. Isidorus Clarius [i] Latinis his vocibus vtitur Hebræas declarans, *frigorum, maturationis, caloris, fermentationis, frigoris, hyemis*. Alii videtur eo loco sermonem esse de vicissitudinibus temporum annuis tantùm, vt hyemis, & æstatis; quotidianis, vt diei ac noctis; primarum qualitatum, vt frigoris & caloris; actionum humanarum pertinentium ad vitam sustentandam, vt sementis atque messis. Galenus [k] refert opinionem de septem partibus anni seu tempestatibus, & quondam autumnum & ver integra indulsaque constituere; hyemi partes tres; duas æstati assignare. Memini Celebrandus ex Leone [l] Asio, Afros, & Danos in hyemem solam ac æstatem distinxisse annum: ex Diodoro Siculo [m], & Eusebio [n], Græcos addidisse ver, cum opinarentur, æstatis hyemisque autumnum partem esse; ideoque Mineruam filiam Iouis aetem esse, ac dici τριτογένειαν, quòd aer ter ipso anno mutetur: posteriores Græcos quinque partes enumerasse, ver, æstatem, ὀπωρον, id est, *tempus fructuum*, μετόπωρον, hoc est, *tempus post fructus*, autumnum, hyemem: Latinos veteres etiam quinque, ver, æstatem, autumnum, hyemem, brumam. Quorus testis priscos Ægyptios in tria tribuisse annum tempora, ver, æstatem, autumnum. Magis trita & recepta diuisio est in quatuor, ver, æstatem, autumnum, hyemem: vt ideo quadritionem veteres Ianum describerent. Fabulose scripsit Ouidius [o] hanc æquinoctialem temporum aureo Saturni seculo non fuisse, sed ver perpetuum, deinde inductam alternam. Iam per vices orbi succedentem, cùm tam sæculum degenerauit:

Iuppiter antiqui contraxit tempora veris,
Perque hyemes, æstus, & inæquales autumnos,
Et breue ver, spatia exegit quatuor annum.
Tunc primùm siccis aer fervoribus ustus
Canduit, & ventis glacies astricta pependit.

Veteres porro etiam partiebantur dumtaxat annum bifariam in hyemem, & æstatem: nullam de vere, vel autumno mentionem facientes. Insinuat Virgilius [d], differens de diebus & noctibus hyemis, & æstatis hyemi attribuens, quæ tamen in autumno conficiuntur; & alia nonnulla eiusdem generis, quæ idem docent, dicens. Describuntur hæ quatuor anni tempestates ab eodem Virgilio [e], ab Ouidio [f], a Seneca [g], à Georgio Pilide [h]. Legendi quoque Hippocrates [i], Hesiodus [k], Orpheus [l], Plinius [m], Galenus [n], Aetius [o], Ægineta [p], Philostratus [q], Nonnus [r], Ioannes Salamentius [s], Stephanus Pighius [t], qui Venerem, Pana, Bacchum, liberam Deam, cum variarum aliarum imaginum toreumate, de his anni horis partibúsve declarat: vt hinnuli, cerui, pantheræ, & quæ sylueſtris, seu ibicem, seu bouis, gruis, rursùm pantheræ, & equi.

Hoc loco noster Propheta sub æstate ac vere, alias duas comprehendi voluit anni tempestates, quas etiam Græci ὦρας vocat, quia duæ tantùm sunt præstantiores, æstas propter fructus, ver ob temperatum aeris calorem; autumnus & hyems tendant potiùs ad corruptionem. Et quia nobilior æstas, priore loco nominata est.

Consule de tropologia Hugonem pro vita contemplatiua, & actiua; & ideo nominari fabricatorem Deum æstatis & veris, quia designant misericordiam ipsius; autumnus & hyems, iustitiam, quam Esaias [u] velut *aliena* vocat *opus eius peregrinum ab eo*; si quidem autumnus, inquit Hugo, resecat bona terræ, & spoliat eam, quod est symbolum mortis: hyems, infernum denotat, quia excitat tempestates. Valentia, tempestatum qualitates allegoricè accommodat ad Ecclesiam: taceri autumnum, quia insinuat Adæ peccatum; hyemem, quia filium perditionis: ver, esse vetus testamentum; nouum, æstatem; sicut auroram & solem, noctem & diem. Laudes veris & æstatis, qui vult, potest hic adiicere. Bis æstus in trium puerorum cantico laudatur [x].

***

Vers. 18.]

In hymn. Sabaoth. & Deum anno distinctio.
a In c. 8. Genes.
b de præna.
Tempestates. In quinque partes anni distributæ.
Latini partes anni diuisio.
Latini partes anni minus diuisa.
c 1. metamor. *Iamque eadem quatuor spatiis æquissimus annus.*
d 1. Georg.
e in Catalect.
f 2. metamor.
g in Hippol. actu 3. in chor.
h de mundi opificio à ver. 10. ad 31. & in Hexaem. in fin.
i de aer. aq. & locis.
k in Hymn. in lib. 1. c. 5. de diebus decretor. c. 1.
l in fr. cap. 21.
m lib. 2. c. 100. Ωρας.
n in imagin.
o in Dicæarch.
p lib. de temp. & eius partib.
q in mythol.
r anni partes. *Tropologia.*
u c. 28. 21.
Allegoria.
x Dan. 3. 66. 67.

Vers. 18.] Memor esto huius, inimicus improperauit Domino, & populus insipiens incitauit nomen tuum.

Stropha Ian.

MAgnum in oratione pathos, cùmque lacrymis, vt Arnobius notat, indignissime ferendis impune tanto ac tam potenti Domino improperari, ac prouocari nomen Dei a tam stultis aduersariis, vt scilicet infirmum ac impotentem appellent, neque considerent aut curent patientiam & longanimitatem illius. De *Domino sub tertia persona loquitur vates, eum* pòst, & antea eodem versu alloquutus. Reficeat illi quodammodo rei tantæ memoriam, quam nimitatus oblitionem traditam ab ipso, nec id prius semel fecisse contentus, poscens vt congregationis suæ memor esset, vrget vt tamen tuus recordetur, atque nimiæ propinquæ, quod adhuc extremo inculcat psalmo. Est autem phrasis scripturæ, nec non profanorum quandoque auctorum, *suam quam memorem esse*, aut *memorem se illi*, rependere ac tenere, atque ad id faciendum applicare animum; quod ἀναμνησις est in vtramque partem. Sed hic inest esse in deteriorem, vt coërceat, & puniat. Etsi in bonam quoque, vt liberet ab improbitate, ac vexatione aliorum. De Babylonis, aut de Romanis, Græci exponunt.

Phrasis scripturæ. Quando memorem esse, aut non esse illi, pro reputare.

Placet alijs, vt Latinis, otiose Dauidem, vt memor beneficiorum, ac beneficentiæ, cuius potiora quædam prius effecta recensuit, misereri etiam adhuc, & vltiones nouas beneficia non dedecere Iudæos nominatim perfectioribus, atque ex reliquorum Christi.

Memor esto huius.] Hebraice in fœminino זאת zoth, & Græce, τουτου, pro neutro quo catent Hebræi, hoc est, memento huius rei, nimirum vel enumerationum operum potentiæ, ac liberalitatis diuinæ: vel potius eius rei, quæ hic proxime loquentibus verbis subiungitur. Eutymius, Nicephorus, Basilius, Theodoretus volunt congregationem initio psalmi positam innuere: vult Hieronymus, eos qui Dei causa patiantur. Apellantibus recitat Deo opera:

τουτ' ουν μνησθητι ὧν ἐνεκα ἐπασχομεν.
Horum ergo memor esto, quæ causa passi sumus.

Nos, cum reliqui, mox subiectas calumnias & opprobria impiorum. In vetere, & Romano psalterio, & apud Augustinum, Cassiodorum, Arnobium, additur, *creaturæ tuæ*: quod extat etiam Græce in correcta editione Lxx. atque in psalterio Arabico, & Æthiopico, & videtur agnouisse quem citant, Apollinarius. Sed non constat quam creaturam intelligere oporteat. Arbitror ex glossemate irrepsisse in dictos textus. Eodem fensu alibi [a] flagitat Dauid, vt sit *memor Dei quod a seculorum fuerunt* (quod scilicet fuit patiti) *inimicum gentium*, id est, a multis gentibus: *protexerit filiorum* [b] *Edom in die Ierusalem*, hoc est, Idumæorum & gentium vastantium Ierusalem.

a pſ. 85. 1

b pſ. 136. 7.

Inimicus improperauit Domino.] Hieronymus, *exprobrauit*: eodemque pacto Augustinus. *Inimicos* Christus vocat *suos* in quadam parabola Iudæos [c]. Extende ad omnes Ecclesiæ persecutores, præsertim qui nullam penitus habent communionem amicitiæ cum Deo, quales, qui prorsus infideles; fidelesque præditi redire facilius in amicitiam possunt.

c Luc. 19. 27.

Et populus insipiens.] Aqu. *stultum stolidæ stupuit*, ἀφρων, *amens*, נבל *vanus*. Augustinus, *insipiens*. Apud Ieremiam [d] Deus ait, *populus meus me non cognouit; filij insipientes sunt & sine sensu, sapientes sunt, vt faciant malum.* Ministri etiam Oseæ [e], quod *populus non intelligens insipiebat.* Et Isaias [f]: *non est populus sine sensu, & ideo non miserebitur eius qui fecit illum.* Dionysius Carthusianus execratum Romanum, *insipientem insipientem*, eum eum appellat Titum, qui e suorum virtute tantum non pene latuisse crederentur, Deum Israel remisse nequitiæ Impropertiam, & exprobratio ab hoc stulto & sapiente ferri quoquo modo potest: inclarabitur enimvero a stulto, fatuo, prorsus inutile vt audeat etiam dicere, *vt qui sum* [g]: *In gente tua*, inquit Deus, *semula tibi* [h], & prono cautem vexorem ad maledicendum Deo, *furiam* Iob [i] appellans. *Hæccine retatis Domino*, queritur Moyses [k], *populo stulto & insipiens?* Gentem insipientem nominat Paulus [l] idololatriam.

d Ierem. 4. 22.

e c. 4. 12.

f c. 27. 11.

Expressa causa, quare populus insipiens incitauerit.

g Deut. 32. 21. & c. 2. 10.

h Deut. 32. 6

i Rom. 10. 19.

Super te nomen tuum.] Hieronymus, *blasphemauit*. Alij, *premit te iniquus, exercuit te.* Lxx. plerique ὠνειδισεν, *exprobrauit*. Versio 12. erat eadem vetus cuius reliquæ phrasis, [m] *quoque Deum improperauit nomini tuo: vertet a me fœnus nomen tuum in fœnus*: Græcum verbum vtrobique ονειδισμος. Ex libello Romano, & Gallicano, atque apud Augustinum, & Cassiodorum, *exprobratio*. De vi verbi Græci ea explanans illud ex Actibus Apostolorum, τυφλωσον τὸ σκοτος αυτου ἐπ' αυτον, *excæcatum fac eum in ipso*, id est, vt habet Syra editio, mœrore affectum. Paulus in spiritu suo. Ad indignationem prouocat Deum præcipue vitiorum gratuitorum, nec vere acceptarum bonorum, sed libenter, & arroganter. Qui sunt cultus, & *abominatio maxime prouocans Deum cum ipse audiat animæ in vanum eum* [n]. Memoratam Deus se ultionem *magnificentiam sue, qua vetera patrum sua complet, & nouas, creando vos & adimplendo vitia* [o]. Apud Iob in editione Lxx. hoc prius indicato, ita habetur: ὁ μεν [illegible] ὁ δε [illegible], τὸ δε [illegible], *vt animam eius abstrahat, vt animam eius auferat, spiritum eius auferat.*

j Ps. 43. 17.

k Deut. 32. 6.

l Rom. 1. 22.

m Ezech. 35. 6. & 36. 6.

n Iob 12. 6.

o Ezech. 35. 6.

Ne obliuiscaris in finem.] Hieronymus, *ne derelinquas*. Augustinus, *ne obliuiscaris*. Apud Ieremiam [p] Deus ait, *vinea electa ego te plantaui tota vera semen verum, quomodo conversa es mihi in amaritudinem vineam alienam?* Quod Israel non agebat, Deus non vocabitur, impietas erit *propter eternum Dominum* [q] *dierum*, qui ad hæc audiam conferant cum *quomodo non se inquietat, sicut seruatio eorum* [r]. Ibidem Paulus interpres declarat exemplo Phinees, *quo quam zelatus inquit, Deus placatus mansit.*

p Ierem. 2. 21.

q Ps. 9. 8.

r Ezech. 35. 6.

Vers. 19.] Ne tradas bestijs animas confitentes tibi, & animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem.

Stropha Ian.

HOmines inimicos Dei, eique improperare non verentes, & insipientes, imo dementes, blasphemando ac lacerando nomen ipsius, prouocare illum ac iram, tam non hominibus, sed bestijs eradas, & feras nominatim obtestans ne tam longe patientia diutius permittat animis eorum qui laudent & colant ipsum; eique animas afflictorum, nihil de se, cui est de Deo cogitandi curam, ac se totos in eius curam protectionem, fauore opéque destituat, quasi penitus negligens *Israel* obliuiscens.

Frequens satis hæc formula, vt tam tyranni, atque persecutores, comparentur cum feroce hac bestias, ac earum etiam [illegible] cognomento

memini

mentum. Tales, euersores Ieroboamorum Romani, vt indicat quoque in Etiam Hieronymus [a]. Ad mysterium pertinet quod multi tradunt, ne diaboli potestati permittamur, ac æternæ damnationi tradamur, venerater humiliterque confitentes Deum verum, & reatum atque imbecillitatem nostram. Ad hunc modum aliquoties alijs locis Hieronymus [b]; præterea Clemēs Romanus [c], qui *animam continentem* de pœnitente interpretatur: male argumentans pœnitentem recipiendum, nec reuocandum. Eodem sensu legerat Bucharius [d], vsurpās præsentem locum pro eis tribus, vt de amphitheatro mundi istius, vbi certamen fertur, hoc sit, vt eius depugnatum, immundiciam à peccati morbo membra sua liberent, & hoc experiuntur Dauidem, ita nunc orare.

Vsurpat Ecclesia locum istum, vt deprecetur animabus fidelium defunctorum pœnas æternas, quas per tortores dæmones de damnatis repetit Deus. Non est debitor, bestiæ, & ferè multiplices, generis quilibet ac ad hominem qui humanitatem exegit, vel ad dæmonem, transferre. Memoria causa connectæ sunt in hos versiculos apud Ingulphum.

Bestia stulta, rapax, crudelis, fœdaque, gaudet.
Tristia, dira, cruenta, vorax, furiosa, bilingue.

Absit quis putet hic quoque loco ad animarum humanarum in brutorum corpora transmigrationem, si quæ hoc vitæ vitæ cōtendant. Error Albigensium hic fuit, & Manichæorum. De vtroque Praxeas [e]: de Tertulliano Augustinus [f], Hadrianus [g], Guido Carmelita [h] autem Ravennas Honorius, Gratianus in Catalogis hæreticorum, qui in dæmonas commeare docerat hominum pollutorum animas: licet Pamelius [i] non ita illum, sed Tertullianistas asserat sensisse. Origenem asserunt Hieronymus [k]; & damnatur tanquam hæreticus in eodem, & complicibus suis. Synodo 6. Nihil hic fauet locus, quo non de migrante anima, & ne in bestias migret, agatur, bestiarum corpora; sed figurata locutione, ne timorem bestiæ animam eripere de corpore, & virtutem auferre. Similes reque alij inepte locos vsurpabant, vt probarent ante corpora extitisse animas, ac propter peccatum detrusas in corpora; vt [l], *priusquam essem hic ego ictus pede, & mouerer per aquam.* &c. Plura disputatione nostra de anima.

Ne rapiat velut leo animam meam.] Quidam alij codices [m], & plerorum Gallicanum. Glossa ordin. Bruno Carth. habent, *animam continentem*: alij vt Ramonis & Remigij, *animam conspicuam*: alij, *animam contentam*. Hoc vltimo modo est in textu Graeco, ἐχομένην, quem etiam legendi modum sequitur Augustinus, & ex quo Rufinus dicitur, & aliquot in locis Hieronymus [n], quamuis aliquando sequatur versionem nostram [o]. Est etiam Hebraice *animæ* nomen singulare & dicitur נפשי חורה *nephes thorecha*, quod Hieronymus vertens ex Hebraeo supplet quæ postea pronominem, vertit, *animam contentam in lege tua*, exponunt alij: *ne rapiat congregationem* [p] *suam*, inimicorum, *animam turturis tuæ* vel *animas hæreditatis tuæ*: vel *ne rapiat animam tuam*, seu, *ne abscondat multo tempore hastium turturem tuum*. Pro *hæreditate*, vnde est חיח *chauath* singulariter in regimine, significans & *feram*, & *congregationem*. Qui *hæreditatem* pluraliter exposuerunt, legerunt חיות *chauioth*: vel declinauerunt collectivum singulare in plurale: qui, *animæ*, innumero quoque multitudinis, acceperunt collectivum nomen singulare, quod est Hebraice & Graece, qui *turturem*, attenuerunt vocem חור *hor*, vt fuit extat cum affixo: qui *legem* legerunt vel תורתה *thorathecha*, vel putarunt תורה *thoreca* commode positum pro תורתה *thorathecha*. Sed Lxx. omnino videtur legisse תורה *thoreca* per ד *daleth*, cum simili contractione ex תורתך *thodathecha*. quasi dicerent, *animæ confitentes tibi*, id est, confitentes tibi vel supplendo relatiuum אשר *asher*. *quæ, animam quæ* תורה *thoreca, confitebuntur tibi*, hoc est, confiteri tibi et. Paraphrastes legit vocem quæ significat legem, *ne tradas populo, omnibus bestiis fœnestris, animam a centum legem tuam*; vel iuxta versionem Nebiensis. *ipsorum* מאלפי *meallephe*.

Commodè ex omnibus editionibus colligi sensus possunt. Nam populus Hebræus legem professebatur Dei; ac se veluti innocuum, innocentem, castam, gemebundam turturem, expositam rapacibus auibus, Deo commendabat: exhibebat quoque verum Deo cultum, quem denotat confessio. Si legerunt nomen *turturis* Lxx. non autem vel nomen *confessionis*, vel *confitentem* verbū, voluerant nihilominus exprimere conditionem turturis, & significare animas illas, pro quibus oratur, flebiles, querulas, gemebundas, tremulas, lamentabiles voce, cumque metu ac tremore, coire inter tot pericula Deum: simul etiam synagogam, quandiu abstinuit ab idolis, multo verò magis Ecclesiam, cum mansuetudine suscipientem Dei verbum, pudicam, & castam esse, vt meritò turturis placuerit in lege vetere sacrificium [a]. *Turturum* allimilata ipsorum *gens* habet *instar turturis* [b], ac tali fræno mentantur diuini equi, & retinentur: vt scilicet accurrant ad sacrificandum vitulæ & earum calamitosæ personæ, quam illa repræsentat. *Anima* demum nomen, etsi pro toto ponatur homine, vel etiam pro vita, vt sæpe vidimus, emphasim nihilominus videtur habere, ad hominem significandum plane destitutum, nisi præsto adsit à Deo auxilium. Quemadmodum veteres Deus, *ne quis ex iguno fit molestus; sciens enim*, ait, *aduenarum animæ, quia & ipsi peregrini fuerint in terra Ægypti* [c]. Solemus & ipsi vulgo de nostris aut alienis calamitatibus loquentes nostri vel illorum *animas* nominare, quod etiam ad exprimendos magis affectus facilitamus.

Et animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem.] Hieronymus, & Paraphrastes idem nomen, quod erat priore membro חיח *chauath*, vertunt, *turbam*. Alij rursus hic, sicut ibi, *congregationem*. *Pauperes Dei* sunt calamitosi, afflicti, anxii, qui causa Dei perferunt inopiam, calamitates, ærumnas, afflictiones, quorum idcirco fieri non potest vt obliuiscatur Deus. Arbitrantur Hebræi pro fidelibus orari, quo tempore Romani omnes pene haruspices, qui monitu diuino secessisse damnatur Pellam, effugij causa.

Amplectitur etiam in superiore membro sub *hostium* vocabulo, quatuor illas mysticas Danielis [d], leonem, pardum, vrsum, quartam alijs detimilem; id est, Cyrum, Darium, Macedonas, Romanos. Explicans eandem de captiuitate Babylonica, per *pauperes*, illos intelligit, quos historia Regum [e] prodit relictos à Nabuzardan *vinitores & agricolas*: ita vt hos quoque commendet Deo Propheta. Deo peculiantes *derelicti sunt pauperes* [f]: *Ille vero cum ait* [g]: *non obliuiscatur clamor eorum illorum* [h]: *non in finem ei erit clamor afflictionis*

a Luc. 2. 24. Leuit. 12. 8.
b Cant. 1. 9. 10.

Animæ nomen pro toto homine, etiam pro vita, eruditorum nonnullis empingas.

c Exod. 23. 9.

Sidelium Pilli fortissimi eius obsidionem Ierosolymæ a Romanis.

d c. 7. 6.

e lib. 4. 25. 12.

f ps. 9. 34. aut 14.
g ps. 10.
h vers. 13.

tum [a] : *oculi eius in illos respiciunt* [b] : *propter miserium & gemitum eorum exurgit* [c] : *non desistit deprecationem ipsorum* [d] : *clamantes exaudit* [e] ; *salvos facit illos* [f] ; *animasque ipsorum* [g] : *admonet illos de impia* [h], *de sceleratorum exigit, vt coërceat eum prauo ipsius populi sui* [i] : *fumat pœnibus* [k] ; *facit iudicium eorum vna cuique* [l], *patientia eorum non perdit in finem* [m], præsertim qui Deo confitentur laudis confessione, atque peccatorum suorum. *Pauperes* item *Dei* possent Iudæi exponi non oblanscendi in fine mundi ; *Dei*, quia Deum vnum olim sunt professi, nec hodie nisi vnum credunt, licet non qualem, & quo debent modo, *pauperes* hac ipsa de causa, immittum quia sine vero cultu, lege, prophetis, &c.

a vers. 19. b ps. 10 5. c ps. 11. d ps. 118 43. e ps. 33. 7. f ps. 71. 4. g vers. 19. ps. 105 41. ps. 111. 7. h ps. 10 15. i ps. 118 136. ps. 9. 19.

Vers. 20.] Respice in testamentum tuum, quia repleti sunt, qui obscurati sunt terræ, domibus iniquitatum.

Sensus lect.

INterponit ad impetrandum, vetus illud cum Patribus pactum ; quia obscuris, ac tenebricosis tiberianeis ergastulis, carceribusque violentis, infelices iam sunt, seu præsidentur inclusi, per summam iniquitatem hostium, in quorum potestatem deuenerunt : videlicet velut fœni fœtorem in lustris degentium effecti, quibus ne crudi luos paterentur Deus, proxime ante oratum fuerat. Vel, quoniam iidem hostes obscuratum in terra errore vitioque cor habentes, aut etiam in obscuris & humilibus prius locis, pro plurima eorum parte, habitare soliti, occupauerunt iniquissimè amplas domos Iudæorum, palatiáque cum facultatibus, cuncta dilapidando, & in captiuitatem crudelissimam omni re vacuos abigendo, aut certe in patria magnificas ædes pro veteribus casis, ex collecta præda construxerunt et am viles, abiecti, obscuri quique ; petit, vt non ad propria calamitosorum respiciat merita, quæ nulla sunt, aut perexigua, sed fœderis ac testamenti veteris cum Patribus initi recordetur, in quibus tantopere complacuit sibi. Denique potest de Hebræis ipsis exponi, vt Deus ad pactum respiciat cum Patribus eorum, non ad merita ipsorum, quia obscuratam eam habentes, & quasi inde terræ impostæ obtenebratum ac obcæcatum, *repleti sunt domibus iniquitatum*, id est, omni genere iniquitatis.

Nec vocat probabilitate, immi arcum illum fœderis diuini relleram post diluuium [n] ; vt cum eò processerit iniquitas, à qua nec infimi etiam tenebriones abstineant ; metus sit, nisi reuocet oculos ad illum, & cogitationem Deus ; ne denuo redeat diluuium, sicut quando terram corruptam vidit, & iniquitate repletam, diluuium immisit ad improbos disperdendum [o].

n Gen. 9 13.

o c. 6 11.

Sensus mysticus.

Sensu mystico commendatur Deo, vt in nouum testamentum respiciat, in quo promittuntur bona, præsertim æterna, nec tanti temporalia sunt vel bona, vel etiam tormenta & aduersa, & petitionis huius causa proponitur, quia excæcati mortales in terra habitantes, amore terrenarum harum rerum, plenissimi sunt omni iniquitate, ac veluti domos plenas habent, id est, vasa receptaculaque omnis generis iniquitatum.

Respice in testamentum tuum] Hieronymus, absque pronomine *respice ad pactum*. Addit Paraphrastes, (*quod pepigisti Patribus.*) Hic est vnus sensus ex indicatis. Alij tum de arcu cœlesti, tum de testamento nouo. Quid valeat autem vox בְּרִית *berith*, *Sraθήκη*, *testamentum*, docuimus alibi [a]. Nolim restringere ad promissionem de Iudæorum salute in mundi fine ; quamuis de illa illud sit. *Venit* [b] *ex Sion qui eripiat, & auertat impietatem a Iacob, & hoc illis a me testamentum, cum abstulero peccata eorum.* Aliquatus huc propendet ; hic enim quod sequitur explicat, vt scilicet salus hæc Iudæorum, & complementum testamenti noui accidat, cùm *repleti fuerint obscurati terræ domibus iniquitatum*, id est, quando prævaluerit iniquitas Antichristi, & suorum. Iudas Machabæus hortans commilitones, redigéntque illis in memoriam beneficium maris rubri, *& nunc*, dicebat, *clamemus in cælum, & miserebitur nostri Dominus, & memor erit testamenti patrum nostrorum, & conteret exercitum istum ante faciem nostram hodie*, & *scient omnes gentes, quia est qui redimat & liberet Israel* [c].

a in ps 24. 14.

b Roman 11 26. Esa 59. 20. 21.

c 1 Mach 4 9. 10. 11.

Quia repleti sunt qui obscurati sunt terræ domibus iniquitatum.] Locus hic obscurior, propter constructionem. Hieronymus, *quia quæcunque sunt tenebris terræ habitationes iniquæ*, id est, vt Hieronymi versionem declarat Treuetus, quia homines impij habitantes in terra, repleti sunt tenebris ignorantiæ, propter quas non delinquunt ab idolorum cultu. Quasi dicat ; nos, licet pauperes, tui sumus, teque colimus, & ad tuum pertinemus testamentum ; *effunde iram tuam*, non in nos, sed *in gentes, quæ te non noverunt* [d], &c. In editione Victorij, & apud Ricardum Cenomanum, sic extat ex Hieronymo, *quia repleta sunt tenebris terra, habitationes iniquæ factæ.* Quo pacto significatur, quod ipsæ terræ tenebris repletæ sunt, ipsæ habitationes subrutæ, propter iniquitatem : hæcque de causa oratur Deus, vt peccata & ignorantiam tollat, siue quæ accersunt hostes, siue quæ forsan hostes inferunt. Refert idem Treuetus aliam translationem ex Hebræo : *quia repleti sunt obscurantes terram, habitationes iniquitatis* : hoc est, obscurantes cognitionem tuam, per suam infidelitatem & idololatriam, effecerunt vt iam passim postquam huc irruerunt, omnis terra nostra euaserit habitatio iniquitatis, & repleta sit iniquis atque impijs. Recentiores Hebraizantes ita reddunt : *quia repleta sunt loca tenebrosa terræ habitationibus iniquitatis* : aut, *repleta sunt tenebrationes terræ habitaculis violentiæ* : aut, *plena sunt tenebricosa terra habitaculis violentia* : aut, *repleta sunt* (omnia) *tenebrosis terræ, nempe, carceribus, & habitaculis violentis* : aut, *repleta sunt tenebrosis terra domicilia sceleris.* Sensus autem est indicatus etiam in paraphrasi mea ; quòd terra tenebris obruta, id est, hominibus, cooperta & plena est iniuriæ studentibus ; ita vt nihil prosit latibula quærere ad euadendum ; item, quòd ergastula obscura captiuis violentè hostes ac præ-

d ps 78 6.

domes repleuerint. quòd impiis sacrilegia sua exercentibus luci ac lustra repleta sint. In psalterio Romano, & apud Cassiodorum, *domorum iniquitatum*: apud Augustinum, *domorum iniquarum*: apud Arnobium, *domus iniquitatum*: apud eum quem putant esse Hieronymum in commentatio, *domus iniquitatum*. Hebræa sic habent כִּי־מָלְאוּ מְחַשְׁכֵי־אֶרֶץ כְּנֹאת חָמָס *chi maleu mahasché acche eretz ceno.h chamas*. Verti possint adhuc: *quia repleuerunt obscurantes, & obtenebrantes terram, domus iniquitate*, id est, nebulones, ac tenebriones, quique offundunt terræ, ac mundo tenebras, repleuerunt domos omnes iniquitate. Sed tunc legendum esset tanquam participium in hiphil מַחְשִׁכֵי *machasceche*. Vt verò nunc legitur, est nomen significans *tenebras*, vel *tenebrosos locos*. Textus Græcus hic est, ὅτι ἐπλήρωθησαν οἱ σκοτισμένοι, vel σκοτωμένοι, τῆς γῆς, οἴκῳ ἀνομιῶν. Symmachus, ὅτι ἐπλήσθησαν αἱ σκοτειναὶ γῆς ἀφανεστάτων ἀδικιῶν, *quoniam repleta sunt tenebrosa terræ speculum*, seu, *specus* & *pulchris*, vel, *insignibus malis iniquitatis*. Possumus autem reddere textum Lxx. *quoniam repleti sunt hi qui obtenebrant, sunt terra* (id est, supra, & plusquam omnes qui habitant in terra) sicut cùm in alio psalmo [a] vocatur *iucundia terræ* (quæ maxima est præ quatuor alia in vniuersa terra, seu mundo) *domorum* (vt quosdam retuli legentes) siue *domibus* (vt sit Græcismus, quia vtuntur Græci genitiuo pro ablatiuo, quo carent) *iniquitatum* (id est, iniquarum, vt etiam aliqui legunt.) *Repleri* autem *domibus impiis* obscurissimos homines, siue vilissimos, & ignobilissimos, (quos cornu Danielis [b] septimum designare potest) est abundare illis, & plurimas habere domos inique & cum violentia, quam importat חָמָס *chamas*, comparatas. Alioqui propriè non homines domibus replentur, sed hominibus domus. Nisi velis per enallagen sic dici homines *repletos domibus*, pro domibus quæ sunt hominibus repletæ. Paullo clarior oratio esset; *quia repleti sunt obscurati terra, domibus iniquitatum*. Vel, *repleti sunt domibus iniquitatum, qui obscurati sunt terra*. Vel, *domibus iniquitatum terra*, id est, quæ domus quàm maximis iniquitatibus, quæ sint vlpiam in terra, acquisitæ sunt. Melius autem genitiuus, *terræ*, iungitur cum *obscuratis*, eo modo quo dicuntur *diuites* aut *pauperes terræ*. Simili quodam modo enallage censeri potest vsus Paulus, cùm scribit [c] se *ab Ierusalem per circuitum vsque ad Illyricum repleuisse euangelium Christi*, nempe plurimos homines euangelica doctrina, & fide Christiana. Nisi voluerit innuere comparationem Euangelij cum rete, & sagena, pisces multos concludente. Apollinarius omisso *domorum* nomine, explicat obscuros & caliginosos homines repletos esse iniquitatibus terræ:

Οἱ χθονὸς ἐπλήσθησαν ἐκτοσθεν τῆς ἁμαρτιάων:
Qui terræ repleti sunt caliginosi, peccatis.

Paraphrastes: *quoniam impleti sunt filii eorum obscuritate sese diffundente super terram, & violentia, & rapinis*: vel, iuxta versionem Nebiensis: *quoniam confusionis facti sunt filij eorum; obscuritas autem dispersa est super terram, & dolus & rapina*. Tunc primum membrum significaret consummationem & vastitatem populi Hebræi.

Porrò, quod pridem antè dixi, eos qui *obscurati* sunt *terræ*, dici *reptiles*, &c. quia qui replentur bonis externis, & replent domos, animorum & conscientiarum suarum, humilimo di rerum desideriis laborant, obscuritate & tenebris ignorationis, pertinet ad tropologiam quam Latini tradunt. Vim formulæ loquendi Euthymius ac Nicephorus illustrant, trita illa alia qua significare volentes quempiam frugum, aut alterius rei copiam habere, dicimus *domos frumenti habere* aut *olei*; ita vt domus idem sit, quod πολυχώρητον μέτρον, *valde capax mensura*. Crassiores in luna partes maculosæ sunt, obscuriores, minùs luminosæ, & eidem obiecta terræ vmbra eclipsim inducit; ita etiam incrassatis & impinguatis fruitione temporalium bonorum contingit, vt parum diuini luminis admittant, sed caligent cæcutiántque, *prodeunte* [a], vt aliàs demonstraui, *ex adipe, iniquitate eorum, ac transeuntibus ipsis in affectum cordis*. Vt *induamur arma lucis* monet Paulus [b], abstinendum à comessationibus, & ebrietatibus, quæ scilicet lucis radios hebetant & impediunt. Impedit terræ auaritiæ vmbra lumen gratiæ; opponit inter animam, Deúmque amorem terrenorum: absente lumine, calorem extinguit charitatis in Deum, proximúmque: sterilem reddit animam nec in frugem surgere sinit sementem diuinam: est letifera homini hæc vmbra; venenatis autem amica: fouens vitiorum genera omnia, retardat fructum pœnitentiæ ac virtutum aliarum: pronocat profundum circa respias somnum. Transeunt denique auari dies *sicut vmbra*, ipséque *sicut somnium* arcscit [c].

Tropologia.

a psal. 72.

b Rom. 13. 12.

c psal. 101. 12.

Vers. 21.] Ne auertatur humilis factus confusus: pauper & inops laudabunt nomen tuum.

Sensus lect.

OPponens opimis illis & opulentis, qui sese repleuerunt alienis bonis per summam iniquitatem, spoliatos ab iisdem, humiles, deiectos, afflictos, nihil de se, de Deo cuncta sperantes, orat ne à conspectu ipsius abeant isti sua spe frustratiá talibus prodituram laudem nominis diuini; illos alios, qui nec esse quidem credant Deum, aut illo se non putant indigere, illum nullo modo laudaturos; sed potiùs, quod solent, & antea fecisse dictum est, blasphematuros.

Ne auertatur humilis factus confusus.] Hieronymus, *ne reuertatur confractus, confusus*. Alij, *contritus, attritus, afflictus, tenuis, pauper*. Hæc valet דַּךְ *dach*, & τσακεινωμένος, & Chaldæum ex Hebræo sumptum מְסֵכֵן *mischen*, *miser*, vulgo, *meschinus*, & indicant potiùs ab alio humiliatum & vexatum. Quòd si quis etiam se ipsum sponte humiliet, aut postquam eum alius humiliat, poterit ab humilitatis virtute hoc quoque loco *humilis* denominari. Græci *humiliationem* interpretantur à Deo, quatenus non exaudiendo, videtur deprimere, & confundere. Veteres fere Latini de humilitatis accipiunt virtute. Aiguanus tamen de afflictione & subiugatione, nec non Lyranus. In psalterio Sclauonico, seu Illyrico vertitur *pacificatus* vel, *pacatus*. In emendatis Græcis codicibus additum καὶ ὁ, μὴ ἀποστραφείη-

Enallage

c Rom. 15. 19.

Reptiles domibus iniquitatum sunt. hic 77. & seq.

τεταπεινωμένους, καὶ πεπτωκυμένους. In vetere psalterio & apud Augustinum, *ne reuertatur humilis confusus*: quamuis in correctis libris Augustini sit *auertatur*: in Gallicano psalterio, *ne auertatur humiliatus, & confusus*: sed *auerti, conuerti, reuerti*, aliquando idem significat, videlicet quod vltimum *reuertendi* verbum; quia qui reuertitur, aliunde se auertit, & alio se conuertit. Hoc alias monui, nec non cur *confundi* dicatur, cui quidpiam denegatur.

Auerti, conuerti, reuerti, aliquando idem quod reuerti.

Pauper & inops laudabunt nomen tuum.] Cùm scilicet liberaueris eos: etsi qui perfecti sunt, hoc quoque in mediis faciant tribulationibus. Hoc post reditum de captiuitate Babylonica fecerunt Hebræi [a]; hoc in fine conuersi facturi creduntur Hebræi. *Egenum & pauperem* legunt Hieronymus, & Augustinus. De his vocibus dictum alias. Non bene laudat Deum, nisi qui suæmet ipsius optimè sit conscius paupertatis, & diuini necessitatem auxilij gratiæque penitus apprehendat. Videamus, ait Cassiodorus, quàm sit ista gloriosa paupertas, quàm felix probetur inopia: quæ Dominum etiam tacitè laudat, & de patientiæ suæ virtute concelebrat. Mutus est, si psallat superbus: pauper & inops laudant Dominum; & cùm videntur habere silentium. O inæstimabile bonum; si pendatur intrinsecus: *pauper Dei* dicitur; *dues seculi* nuncupatur (ille secundùm Deum diues) iste est regis æterni; ille temporis vtique fugitiui. non sibi habet qui foris diues est; iste potiùs idoneus dicendus est, qui in thesauris animæ probatur virtutes eximias condidisse. Ex Cassiodoro hactenus. Scribit Baruch [b] quòd *anima quæ tristis est super magnitudine mali, & incedit curua, & infirma, & oculi deficientes, & anima esuriens, dat gloriam & iustitiam Domino.* Relege dicta psalmo 21. [c] ad eam sententiam, *Edent pauperes, & saturabuntur, & laudabunt Dominum qui requirunt eum.*

a 1. Esdræ 3. 4.

Qui bene laudat Deum diuitior.

Gloriosa paupertas & felix inopia qua ps.

b 2. 18.

c vers. 27.

Pauper & inops, &c.] Diadochus [d] explicat, vt quod quis non potest per eleemosynam sibi comparare, hoc per laboriosam orationem & per tolerantiam atque humilitatem possit: charisma verò Theologiæ nulli à Deo præparari, nisi propter gloriam Euangelij relinquat omnium bonorum possessionem: & in paupertate Deo amica diuitias Euangelij regni Dei prædicet: hoc perspicuè significari in alio psalmo [e]: *Parasti in dulcedine tua pauperi Deum*: &, *Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa.*

d De perfect. spiritual. cap. 66.

e ps. 67. 10. 12.

Vers. 22.] Exurge Deus, iudica causam tuam: memor esto improperiorum tuorum, eorum quæ ab insipiente sunt tota die.

Vers. 23.] Ne obliuiscaris voces inimicorum tuorum, superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper.

Sensus loci.

TAndem veluti dormientem excitat Deum, & propriam quodammodo causam suam negligentem, exstimulat: & suggerit, quod antè fecit iam aliquoties, tamquam oblito, aut nimis diu dissimulanti, quantas impius hostis stultúsque idolorum cultor, absque cessatione inferat iniurias, maledicta, probra, Deo, & eiusdem cultoribus; qui etiam suum illud in eum infestissimum odium euomere non desinat, superbè vociferando; atque sese magis ac magis semper efferendo; ita vt non dubitet, si liceat ipsi, Deum in cœlis ipsis sedentem lacessere, ac de solio maiestatis suæ deturbare; nec fieri possit, quin eò vsque intolerabilis arrogantia eius ad aures Dei peruenerit, & ad oculos eius perspicacissimos, quibus nuda & aperta sunt omnia.

Exurge Deus.] Occurrit prioribus psalmis crebrò hæc formula, qua videtur Deus dormienti similis, aut desidenti, excitari, vt euigilet, surgátve.

Iudica causam tuam.] Augustinus, *causam meam*; Apollinarius, *nostram.*

ἔγερσο, νυνὶ πέρυτ᾽ ὄφελλε ἄχραντε δικάζοις.
Exurge, nostram vero causam incorrupte discepties.

Causam suam facit Dauid communem cum diuina; ita vt & meam & tuam, & nostram, dicere potuerit. Sed maximè vrgeri putauit Deum, si proprie illius esse diceret causam: quomodo habent aliæ omnes editiones. Causam suam Dauid alibi [a] petiit iudicari & discerni à Deo. Vsurpauit hoc hemistichium Vrbanus Papa VI. pro symbolo [b].

a ps. 9. 1. ps. 34. 23. ps. 42. 1. Symbolum Vrbani VI. ex hoc hemistichio.

b Alphonsus Ciaconius in vita.

Memor esto improperiorum tuorum.] Hieronymus, *memento opprobrii tui.* Augustinus, *memento opprobriorum tuorum*, quæ scilicet sunt, fiunt, dicuntur contra te.

μνώεο (ait Apollinarius) πῶς νείκεσι παννυχίοις σὸν ἄρχον·
Memento quomodo conuitiis (seu rixis) tota die Deum (nempe impetat) *insipiens.*

Non patitur pronomen *tui*, & affixum in חֶרְפָּתְךָ *cherpathecha*, vt, *tuorum*, significet eos qui sunt Dei; hoc sensu; *memor esto improperiorum tuorum*, id est, quæ tuis illata sunt. Hunc tamen Aiguanus tradit sensum.

Eorum quæ ab insipiente sunt tota die.] Ille est inimicus, qui, vt antea dictum est [c], improperauit Domino, & populus insipiens, qui incitauit nomen eius. *Regem* exprimit Paraphrastes. Collectiuè multos vnus denotat siue synagogæ, siue persecutores Ecclesiæ, ac eorum qui piè volunt viuere in Christo. *Tota die*, siue *omni die*, & *quotidie*, indicat καθ᾽ ὑπερβολὴν assiduitatem magnâ, sicut aliis aliquot in locis præcedentium psalmorum [d].

c vers. 18.

d ps. 34. 5. psa. 31. 3. ps. 34. 28. ps. 36. 30. psa. 37. 7. ps. 43. 9. ps. 51. 4. ps. 55. 2. 3. 4. 6. ps. 70. 8. 15. 24. psal. 71. 15. psa. 72. 14.

Ne obliuiscaris voces inimicorum tuorum] Hieronymus, *vocis hostium tuorum.* Id valet שְׁאֹנְךָ *schonecha*, & Chaldæum מְמֵימְרָךְ *memimraach*. Refert idem Hieronymus ita quoque vt nunc habemus, vertisse Lxx. & VI. editionem: Aquilam, *hostium tuorum*; Symmachum, *bellantium contra te*: in codice autem Sumæ & Fretelæ fuisse τῶν ἱκετῶν σου deprecantium te: quod etiam reddi potest, *supplicium tuorum.* Retinuit eam versionem Græcam emendata editio Lxx. Euthymius mentionem eiusdem facit, & alterius quæ habet οἰκετῶν *seruorum*, & quam ipse sequitur. Apollinarius vtitur nomine λαῶν, quod est synonymum nomini ἱκετῶν.

μήποτε λιτομένων γοερὴς ἐπιλήσεαι αὐδῆς.
Ne vnquam supplicantium gemebundæ obliuiscaris vocis.

Nec apud Basilium, nec apud Theodoretum reperio quomodo legerint; etiàm collector scholiorum ad biblia Sixtina editionis Lxx. Theodoretum affirmet ἐκστῶν legisse. In psalterio vetere, & apud Augustinum *deprecantium*: in Gallicano, *supplicum*: in Illyrico, *orantium* aut synonymo alio vocabulo, in Romano, & apud Arnobium, atque Cassiodorum, *quærentium*: quo etiam pacto legitur in introitu missæ Dominicæ 13. post Pentecosten. Is qui vocatur Hieronymus, vno ex his modis a nostro diuersis, legit, quia explicat, petit vt qui in præsentibus pressuris inuocant Deũ, consolentur ab eo. Nescio quid aliud suspicer, quam lectum ab aliis non צוֹעֲרֶיךָ *oppressores tui*, sed רוֹעֲיךָ *rubricha*, *vociferatores tui*, qui vociferantur ad te cum mœrore; quamuis in hac significatione non videatur vsitatum verbum, nisi in hiphil. Requirit editio nostra, vt explicemus hic imprecationem esse aduersus inimicos Dei. Aliæ sunt de iis pro quibus oratur, qui Dei dicentur supplices, aut serui domestici, aut quærentes ipsum.

Superbia eorum qui te oderunt ascendat semper.] Hieronymus, *seu tuis aduersantium tuorum ascendit iugiter.* Alij suppleant particulam negantem, quæ nectat hoc cum priore membro, *ne obliuiscaris vocis hostium*, seu *inimicorum tuorum, neque fremitus insurgentium in te: ascendit* enim *semper.* Vertunt etiam quidam, *tumultus eorum* siue *strepitus*, aut *fremitus*, aut *contumeliosa vociferatio eorum*, aut *fastus, qui contra te insurgunt, ascendit, crescit, augescit*, nempe coram te, ita vt non possis dissimulare te illum audire. Vel optatiue (*ascendat semper*) id est, fac vt te tactoque videatur peruenisse, ac exauditus a te, & iam atque vindictam tuam concitasse.

In correcta editione Lxx. ἀναβαίνη διὰ παντὸς πρὸς σὲ, *ascendat semper ad te*: Theodotio, ἀναβήτω, *ascendat.* Id est, superba illa iactatio, & arrogans gloriatio, & intolerabilis impropratio, qua *gloriantur qui oderunt te in medio solemnitatis tuæ* [a], *ascendat semper*, sempérque auribus tuis insonet, ac eas ita pulset & verberet, vt ad vlciscendum te quodammodo compellat. In codicibus Regiis, Complutensibus, aliisque, & in versione Aquilæ est indicatiui modi Aoristus ἀνέβη, *ascendit.* Videtur Apollinarius legisse in præsenti tempore ἀναβαίνει, quia reddit aliter ἐπαίρει.

πρὸς σὲ μάκαρ, ὑβρις ὑπερήφανος ὕβρεις ἐπαίρει.
Ad te, Beate, insipientium superba contumelia ascendit (seu vadit.)

In psalterio Romano, *ascendat semper ad te.* In Gallicano & apud Arnobium, & Hieronymum in commentariis: *ascendat ad te semper*: apud Augustinum, & Cassiodorum: *ascendit semper ad te*, apud Ruffinum, & alios Latinos, *ascendit semper*, in tempore præsenti, & sic etiam illi alij legunt, qui addunt, *ad te*: *ascendit semper ad te.* Videtur Hieronymus [b] sentire legendum in præsenti; recitans namque *superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper*, & notans pro, *semper*, esse διὰ παντὸς, quod significet *per omnia*, siue *omnino*, exponit dum tu differs pœnas, illi proficiunt in blasphemias. Is autem qui nomen illius vsurpauit in commentariis, editionem in qua est, optatiuè, *ascendat*, declinat, quia nisi eorum superbia ascendat, hi non humiliantur. Sic enim & Dominum in Apocalypsi dicere; *impius impie agat, & immundus amplius faciat immunditiem*; *ecce ego venio, & merces mea mecum* [c]. An obiter explicat, vt Deus reddat superbientibus, hoc est, illos puniat. Editio Latina nostra tempus præsens habet indicatiui modi, cui editioni Agellius præfert, alium, in optatiuo, quod nec Latinos sequens facere debet, nec Interpretes Lxx. detendens facere cogitur, cùm testetur Hieronymus illos etiam eo modo legisse, hoc est, in indicatiui modi tempore præsenti. Porrò quod ad rem ipsam attinet, *superbia* שְׁאוֹן *sceon eorum qui oderunt Deum*, qui sunt מְשַׂנְאֶיךָ *Quam insurgentes*, id est, vt ante dixi, *strepitus*, *sonitus*, *fremitus*, *vocalis iniuria*, *iniuriosa vociferatio*, *ascendat semper ad Deum*, ita vt non possit obliuiscì; sed vel corrigat, vel puniat, vt exponit Augustinus: vel magis ac magis proficit in malum, vt Ruffinus, nec finem vllum faciet, nisi comprimatur. Quod crimen, quia, inquit Cassiodorus, acerrimum est, idque Dominus specialiter execratur, vtpote per quod & Angelus corruit, & primi hominis beatitudo defecit, prudenter in fine positum est, vt post omnia diceretur, quod memoriæ finibus conderetur. Simile quiddam de Sennacherib Deus ipse pronunciauit [d]; *insanisti in me, & superbia tua ascendat ad aures meas.* Vbi etiam est nomen שַׁאֲנַנְכָה *shaananecha*, cum affixo, pro quo Græce ὑβρίσεώς σου, *strepitus tuus*; præterea, πικρία, *amaritudo* scilicet amarulenta oratio contra Hebræos ac Deum, insolentia strepitus tum sermonis tum animorum.

Quærunt hic Hugo, & Aiguanus, quomodo Deus haberi odio possit, cum sit summum bonum. Responsio prompta, non ipsum per se spectatum, sed secundùm effecta nonulla, quæ displicent molestaque sunt, odio haberi; cuiusmodi sunt mala pœnæ, prohibitio rerum delectabilium, &c. Aliud notatu dignum circa superbiam, quòd etiamsi vitia quoque alia inexpiabilia sint, ne carnalibus quidẽ excepti, & illis sanguisugis duabus, quæ dicunt semper, *affer, affer*, [e]; tamen hoc superbię magis proprium esse, quoniam spiritualis est, nec in perse quendo fatigatur obiecto, sicut alia peccata materialia; id est, appetitus ex. elientiæ, quæ infinita est, ita vt ad Deum ipsum ascendat, cupiatque *similitudinem cum Altissimo* [f]. & sit *pii supra se tumidus eius* [g], hoc est, plura conetur sẽper in infinitum quàm consequi valeat, *cuncta alcibus suis superbit impius* [h]. Numerantur item illius quasi ascensus & scalarum superbiæ gradus plures, quos ex Bernardo explicat Antoninus [i]. Hinc fit, vt propter depraua tum illum superbiæ quidẽ præsertim, sed cuiuslibet præterea peccati mortalis affectum, semper quod in se est, adhærendi circa obiectũ vetitum, debeatur mortali peccato pœna æterna. Etsi alia infinitatis huius in pœna, iustissima causa est, quòd mortali peccato Deus infinitè dignus offendatur. Assignat istam causam Augustinus [k] illam Bernardus [l]: quæ confirmatur a contrario iusti affectu, *inclinauit cor suum ad faciendas Dei iustificationes in æternum* [k]. *Ascendit superbia recta* tendens ad Deum, eique resistens; cætera vitia recedere potius a Deo videntur, & ad creaturas descendere, vt cum Boetio Antoninus [l] obseruant, vt ideirco *sæpe hi* peculiari quadam ratione *repellat Deus* [m], nec alia citius ad illum nos virtute, quam humilitate ascendamus, seu Deum ad nos deuocemus; quia per eã ab omni creatura remouemus nos ipsos. Humilitas sublimi facit cor: elatio deorsum. inquit

a Vsitat.

b epist.135.

c Ezech.21.11.12.

Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper. Spiritualiter superbia eorum execrata Christus.

Per superbia eorum Angelus cecidit, & primi hominis beatitudo abscessit.

d 4. Reg. 19. 28. Isa.37.29.

Deus quomodo odio haberi possit, cùm sit summum bonum.

Circa superbiam notata aliqua.

e Prouer. 30. 15.

f Esa.14. 14.

g c.10.6.

h Iob 15.10.

i 2. p. tit 3. c. 1 Parag 3. & seq.

k 10. de ciuit. c. 13.

l 3. De conscr. c.

m Ps.118.112.

n 1. p. tit. 3. c. 3. Pelagius in Iacobi 4. 6. *Nec alia virtus citius ad Deũ ascenditur quàm humilitas.*

Augu

Aug. est [a] & Gregorius [b], ait cum se humiles ex hac humilitate subiecerint, altę mentis iudicio cuncta temporalia transcendere; & cum se indignos in omnibus æstimant, rectæ cognitionis examine, huius mundi gloriam transcendentes calcare. *Deo Domino exercituum erit super omnem superbum, & excelsum, & arrogantem* [c], super *diabolum regem filiorum superbiæ* [d] qui ausus est quoque exigere a filio Dei, vt adoraret ipsum [e], & filios ipsius.

Absoluto vitæ termino, sicut beat. humilitas erga Deum cum aliarum virtutum actibus accēdunt & crescunt semper; ita & damnati humilitas, cæteraque vitiorum actus, nec ille vllum bonum, nec ille facere vllum potest malum. At non idemco crescit aut in beato præmium: aut in damnato essentiale supplicium. Sed quod attinet ad damnatum, siue hominem, siue dæmonem, illius culpa, vt docet Thomas Aquinas [f], vel superbia, dicitur crescere, non quantum ad intensionem malitiæ, sed quantum ad multiplicatem actus. Poena etiam essentialis nō crescit, sed accidentalis, quæ est ex multitudine aliorū damnatorum, sicut est etiam de præmio bonorum Angelorum, & hominum beatorum. Inferunt hinc aliqui [a] confutationem Arrij, Pelagij, Satanam, aliosque damnatos spretus Iesum Christum non reuereri, adorare, inuocare, celebrare, sed potius *commaculare linguæ suæ blasphemia* [b]. Innocentius Papa III. [c] probat ex hoc loco id quod prius indicauit, iuste iudicari Deum reprobo æternaliter, qui iustum fuit, vt quod hic in suo præuaricatur æterno, ille vlciscatur in suo æterno: quia licet peccandi facultas illum dimittat, ipse tamen non dimittit voluntatem peccandi. Subdit, quòd non humiliabuntur reprobi: iam desperati de venia, sed malignitas adiiciantur in illis excrescet, vt velint illum vsquam non esse, per quem sentiunt se tam infeliciter esse.

Calvinus post longam disputationem de versiculo illo psalmi 69. *Deus in adiutorium meum intende*, &c. [d] & cùm docuisset [e], iugi meditatione illius cunctarum cogitationum diuitias amplisque substantias abiici, & relinqui, atque pertingi ad Euangelicam beatitudinem, quæ pauperum inter cæteras tenet [f], ait per illam modi paupertatem, egregium patrocinium illud implere, quod hoc loco scribitur, *pauper & inops laudabunt nomen tuum.*

a 14. de ciuit. c. 1.
b Gregor. lib. 6. moral. c. 6.
c Isai. 2. 12.
d Iob 41. 25.
e Matth. 4.
f 2. 2. q. 132. art. 4.

[a] Franc. Turrian. lib. 1. c. 14. q. 18. *Arrianismum refutatum.*
[b] Apoc. 16. 11. *Blasphemauerunt nomen Dei.*
[c] *Quæ reprobis in se meritum suum eternaliter.*

PSALMVS SEPTVAGESIMVS QVARTVS.

1 In finem, Ne corrumpas Psalmus Cantici Asaph.

2 CONfitebimur tibi Deus: confitebimur, & inuocabimus nomen tuum.
Narrabimus mirabilia tua: 3 cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo.
4 Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea: ego confirmaui columnas eius.
5 Dixi iniquis: Nolite iniquè agere: & delinquentibus: Nolite exaltare cornu.
6 Nolite extollere in altum cornu vestrum: nolite loqui aduersus Deum iniquitatem.
7 Quia neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque à desertis montibus:
8 quoniam Deus iudex est.
Hunc humiliat, & hunc exaltat: 9 quia calix in manu Domini vini meri plenus mixto.
Et inclinauit ex hoc in hoc: verumtamen fæx eius non est exinanita: bibent omnes peccatores terræ.
10 Ego autem annunciabo in sæculum: cantabo Deo Iacob.
11 Et omnia cornua peccatorum confringam: & exaltabuntur cornua iusti.

Titulus & Argumentum.

Vers. 1.] In finem, Ne corrumpas. Psalmus Cantici Asaph.

NON debeo alibi dicta reperire, quæ pertinent ad Titulum. Quæ aliquam præ se ferre difficultatem duæ voces videntur, *Ne corrumpas*: Hebraicè, & Græce sunt eædem, quæ in titulis psalm. 56. 57. 58. אל תשחת *al tasshith*, *μὴ διαφθείρῃς*, in quibus Interpres noster vertit, *ne disperdas*, & vbique Hieronymus, *non disperdas*. Idem Doctor ad Summam & Pretelam [a], tradens verba psal. 77. [b] *Et non disperauit eos*, versionem Latinam, quæ habet, *ne corrumpas*, appellat *ἀπὸ κοινοῦ*, & ipse exponit, ne perdas. Symmachus reddit, *μὴ ἀποφθείρας*, *de incorruptione*, aut *incorruptibilitate*. Explicat Græci, ne quis vitiis corrumpatur, neve præ cogitationes corrumpantur, sed tutæ conseruentur incorruptionemque sortiantur. Vnus Eusebius exponit de incorruptione futura in fine sæculi, *cùm desierit Christus regnū Deo, & Patri* [c], *& contractis omnibus peccatorum*,

a epist. 121.
b vers. 58.
c 1 Cor. 15. 24.

exaltabitur cornu iustis[a].

Ego iamdudum placere mihi negaui nomen hîc instrumenti esse quod Agellius approbat; vel Symbolú concentus, initiumque cantionis, quod Genebrardus. Illyricum psalterú *Asaphaeo* dicit numero multitudinis, videlicet Cantores sub præfecto Asaph. Parum autem refert, an dicamus *psalmus Cantus Asaph*, vel *psalmus Asaph Cantus*, vel *resi Asaph psalmus Cantus*.

Argumentum. Ex titulo videntur iidem Græci argumentum psalmi colligere, de furioso iudicio, & de delinquentium quidem supplicijs, iustorum verò præmijs, vt identem moneantur homines, illuc, ac in vitæ finem respicientes, propriis sese peccatis non perdere. Simul tamen conscripsum psalmú volunt ex eorum persona, qui erant in Babylone captiui, ac in summum discrimen venerant. Latini ferè conueniunt de vltimo iudicio agi, déque iudice Christo. & nominatim dirigi sermonem ad Iudæos, vel conuersos post resurrectionem Christi, ne à fide refiliant: vel qui sub mundi erunt finem, vt vel tùm demum ad Illum conuertantur, & interitum vitent æternæ damnationis. Omnibus iidem asserunt conuenire psalmum, vt cum humilitate sperent, nec violent, atque corrumpant fiduciam, quam habent in Christum, qui idem iudex, idem finis est omnium. Huius orationis occasio sumpta censeri potest ex captiuis Hebræis; sub Babyloniis; siue Chaldæis, qui si libertati restituantur, promittant se Dei laudes celebraturos: confirmentur autem eiusdem responso, cùm aderit tempus, iustè reddituratum cuilibet pro meritis, nec permissurum, vt interéat eorum genus totum: sed huius veluti columnas conseruaturum, quibus ædificij sustententur moles.

Quod R. Kimhi ad captiuitatem Hebræorum refert, quæ nunc est, ac de futura Christianorum vltione, Valentia bene confutat. Videtur porrò commodior interpretandi ratio; si non eadem semper intelligatur loqui persona; sed nunc Dei, seu Christi, nunc prophetæ, siue alterius cuiuscunque. In Ecclesiastico de Apostolis officio placuit hunc psalmum recitari, vt equidem puto, quoniam iudicandi munus ipsis magis proprium attributum est, & sunt præcipuæ quasi columnæ, & cornua Ecclesiæ. Asserit Hugo, cum sit adhuc more psalmo de destructione Synagogæ per Romanos, in isto agi de ædificatione Ecclesiæ per Apostolos.

In Ecclesiastico de Apostolis officio hunc psalmum recitari.

Vers. 2.] Confitebimur tibi Deus, confitebimur, & inuocabimus nomen tuum.

Narrabimus mirabilia tua.

Sensus loci. IN captiuitate constituti Babylonica Hebræi exclamant magna cordis vocisque contentione, & verborum simul ac recte factorum quodam clamore, non defuturos vnquam a Dei laude, tum in prosperis, tum in aduersis rebus, cum totes ante in his miseriarum finis experti liberationem Deum, & se in posterum, quod optant, etiam experturos, atque id alacriùs faciendi, quod adhuc fecerint, occasionem nouam habituros, non dubitent: ita vt in libertatem demum asserti, renouent narrationem priorum Dei mirabilium operum, quibus ex Ægyptiaca durissima seruitute dignatus est eruere, & illis, ea quæ sperant in liberatione de Babylonica, læti adiungant, atque diuina beneficia ignaros doceant. Quadrat eadem oratio, cuiuis grauem calamitatem patienti, & similia Deo vota offerenti. Ad confessionem peccatorum multi accommodate hoc applicant, postquam confidentius inuocatur Deus, & docentur alij.

Confitebimur tibi Deus confitebimur.] Hieronymus vertit in præterito, sed vtuntur Hebræi hoc tempore pro futuro. Augustinus, Cassiodorus, alia Psalteria Latina repetunt etiam pronomen: quod repetitur quoque Græce in Bibliis Complutensibus, Regijs, aliis. Apollinarius omittit vtrobique, ac in tertia persona exponit:

πατρὶ πάντων ἀεὶ δόξα λίζοιτο τίνειν,
μετ' ἀνδρῶν εὐφημήσει καὶ ὅτε στόμα σαρκὸς ἔχῃ.
Patrem honorato dominum decemat hymnum,
Canabimus, precati, nobile nomen omnium regis.

Augustinum secuti Latini multi, de confessione interpretantur humilis peccatoris, etsi non omnes præcise de illa, quæ sacramentaliter fiat. Commodas profectò sensus, sed sine dubio iteralior de confessione laudis, gratiarúmque actionis, vt exponunt Græci. De Latinus, is quem ferunt olim Hieronymum, negat hoc verbo pœnitentiam significari, sed gloriam. Conueniunt omnes repetitionem verbi, firmitatem indicare promissi. Id Augustinus aliis probat exemplis, vt cùm repetitur, *amen, amen*: at, *fiat: paratum a cor meum Deus paratum cor meum*: Et quoniam Ioseph duplex *somnium ad eandem rem pertinens*, dixit *firmum esse iudicium eius, eo quòd fiat sermo Dei & velocius impleatur* b. Non est, ait Augustinus, repetitio in verbis sanctis quasi loquacitatis appetitus. Hunc eumdem ipsi Canonem pluries alias tradidimus. Monet, quem dicunt Ruffinum, explicans de confessione, non posse nos recurrere ad baptismum; si peccauerimus, recurrendum ad confessionem, cum dicit vt confiteamur scienti Deo ad comparandam compunctionem, non negat vt homini ad obediendum eiusdem Dei Christique præcepto. Quæ tamen confessio ipsi Deo fieri censetur, vt notat Hugo, quia sit homini loco Dei, & is peccata scit, non sicut homo, sed sicut Deus. De reuersis Hebræis ex Babylonica captiuitate scribitur in libro Nehemiæ c, quòd *conuenerunt in ieiunio, & in sacco, & humus super eos, & confitebantur peccata sua, & iniquitates patrum suorum quater in die (quater in nocte* addunt alij) *& adorabant Dominum Deum suum.* Frequens confessio, laudatio, benedictio, gratiarum actio, quæ fiat Deo, plurimùm ac sæpissimè commendatur, præsertim in psalmis, quæ semper annexam habet cognitionem, professionem, & confessionem nostræ imbecillitatis. Vsurpatur etiam hæc corde & ore confessio pro concessis bonis, & remotis malis, tum in hac, tum in beata vita, vt sic *viuens viuens confiteatur* d, hoc est, vtraque viuens vita, de primo, & secundo aduentu Christi, tum dictis, tum factis.

Et inuocabimus nomen tuum.] Hieronymus nectens verbis sequentibus, quæ vertit etiam alio

Confessio quæ fit Deo non semper dicenda confessio.

a Psal. 131.

b Gen. 41. 32. *Nouum est omnino verbum hoc quod sequitur, laudis appetitus.*

c 2 Esdræ 9. 1. 2. 3.

d Isa. 38. 19.

modo,

modo, *& vicina nomen tuum narrabunt mirabilia tua.* Ita quoque Paraphrastes, *& appropinquantis manifestationis nominis tui narrauerunt miracula tua.* Sed Nebiensis, *admone diuinitatem nominis tui, & enarrabimus mirabilia tua.* Alij *etenim propinquum est nomen tuum*: id est, quia numen, auxilium, robur, virtus tua patefacit se in salutem nostram, habent pij cur prædicent tua mirifica opera. Vel **cùm cœpimus laudare te, gratiásque agere**, sensimus continuò præsentiam nominis tui, & idcirco alij, qui viderint, quam multis modis adfueris nobis, contrà, teipsum quoque celebrabant apud omnes. Sic ex Hebræo prout nūc est וקריב שמך מספרו *vekarou shemecha, hipreru*, &c. vbi duo prima vocabula sic reddi possunt, *& prope nomen tuum*: vel, *admone*, seu *appropria nomen tuum.* Acutior est Agellius in hanc editionem Hebræam, quæ non Masoretarum tantùm, & Rabinorum est, nec stulta simpliciter dici debuit, cum eam sit secutus non solum Paraphrastes, verum etiam Hieronymus, quem in membro illo alio, *narrabunt mirabilia tua*, Treuetus declarat, ac si Dauidem loquutum intellexerit cum indignatione scribere, aut, quasi verò id facient peccatores aduersus flagella impatientes; nullo modo; sed nos quæ te, ô Deus, colimus. Concedo Agellio, fieri potuisse, vt in textu Hebræo non esset שמך קרוב *kerou shemecha, prope nomen tuum.* sed קרו בשמך *kara vsim cha, vocarunt*, seu, *vocabunt in nomine tuo*; sine, *nomen tuum*, vsitata Scripturæ phrasi. Sed ita fuisse quomodo probat? Deinde quid respondet, quod קרו *karu* est tertiæ personæ, vt reddi debuerit *inuocamus*, aut *vocabimus*, sed *inuocabimus*, vel *inuocabimus.* Postremò facilius est cum Ricardo Cenomano dicere, idem esse, *propinquum*, vel *iuxta nomen tuum*, videlicet nobis & in corde & in ore est; atque dicere, *inuocabimus nomen tuum*, nam *prope est Dominus inuocantibus eum*[a]. Quamuis horum verborum sensus alius possit esse, vt semper seruetur Dei præsentia, & quæ inde est vtilitas. Eodem recidit quod Ian Genebrardo, non opus esse, vt quis existimet legisse LXX. in prima persona קרבתי *iqrevi*, & סיפרתי *sipparti*, cum attendendo ad sensum, idem polleat *propinquum nomen tuum*, nempe erit *enarrabimus mirabilia tua*, id est, nobis, qui narramus: adde, prope erit nomen tuum nobis, quia inuocabimus illud, & narrabimus mirabilia tua. Porro hac ratione vocare, & inuocare nomen Dei, impetrat simul cum celebratione implorationem, vt *laudantes inuocemus*[b], & implorent atque orationi operam dantes, ordiantur a laudibus Dei, vt alias[c] diximus. Nam inuocatio, vt ordinata fit, à Dei laudibus inchoāda esse docet Ambrosius[d], exemplo Dominicæ orationis, cuius initium, *Pater noster*, & sic orantem testari Basilius[e] ait, Deum amare, non neglexisse vigeri. Ad hunc orandi ordinem, vt confiteamur primo loco, postea inuocemus, tandem narremus, seu annunciemus mirabilia, & opera Dei, hortatur nos psalmus 104[f]. *Confitemini Domino, & inuocate nomen eius, annunciate inter Gentes opera eius. Cantate ei, & psallite ei, narrate omnia mirabilia eius.* Scribitur etiam ad huiusmodi psalmum, & ad confitendum Domino constitutus à Dauide Asaph princeps cum fratribus suis[g]. Esaias[h] quoque idem imitatus. Neque verò displicet quod Euthymius, Basilius, Theodoretus *inuocare nomen* interpretantur, sic illud illustrare, vt denominari ab eo velis, dicique populus Dei, & Christianus. Crebra in Prophetis hæc formula, vt *inuocari Deus* dicatur *in aliquo*, vel *super aliquem*, dicto illo sensu. Attamen alter sensus melior, pro nomine Dei *eis soteriam*, vt Nicephorus loquitur, *inuocato in auxilium.* Denique licet in Latino verbo *inuocare*, & Græco ἐπικαλεῖσθαι spectari possit quod Augustinus, & alij obseruant, esse ad se vel in se Deum vocare: nihilominus in Hebræo verbo id non apparet.

Narrabimus mirabilia tua.] Iam dixi quo pacto sensum respicientes LXX. reddiderint in prima persona verbum Hebræum ספרו *sipperu*, quod est in tertia, sed numero singulari vsi sunt, *διηγησομαι*, & addiderunt πάντα *omnia*, sicut habetur tum Græce tum Hebraicè in psalmo 9. [a] *Narrabo omnia mirabilia tua.* Ita quoque Psalterium Latinum alia, & Augustinus (qui legit *enarrabo*) Arnobius, Calliodorus, Hieronymus [b] reprehendit lectionem Græcam *διηγήσομαι πάντα τὰ θαυμάσιά σου* Confiteri multorum est, inquit Hesychius: narrare Dei mirabilia vnius de multis, confitentis, & inuocantis In eodem numero singulari legit Eusebius, & Apollinarius, qui expleat per ἀγγελῶ. Sed in plurali Basilius, ac Theodoretus videntur legisse. De reipsa, hoc est, de narratione mirabilium prius dixi psalmo 9. [c] 25. [d-e]. Exponunt aliqui potissimum opus incarnationis, & alia quæ fecit Christus, sicut & iuxta versionem ex Hebræo præcedentis membri: *& propinquum nomen tuum nuncupauerunt mirabilia tua sine separata.* Caietanus declarat quòd quæ monstrata sunt in aduentu Christi, manifestauerunt nomen Dei propinquum, & Verbum carnem factum, & nobiscum Deum. Hugo distinguit mirabilia in cœlo, terra, mari, inferno: Item Deum hominem, matrem Virginem, cor fidele, iudicium futurum, de quo in sequentibus verbis. Latiùs distendi potest de mirabilibus inductio, enumeratio, enarratio. Ad literā sunt mirabilia olim à Deo patrata in Ægypto, deserto que, præterea in Babylone, cùm liberati Daniel, ac tres pueri, & Susanna, à Daniele exposita somnia, & arcanæ scripturæ, occisus draco, missus ad eum Abacuc, &c.

Formula loquendi.

a vers. 3.

Agellius in editionem Hebraeam acrior.

b epist. 135.

Confiteri multorum est narrare Dei mirabilia, vnius de multis, confitentis, & inuocantis.

c vers. 2.
d vers. 7.
e vers. 17.

a psl 144 18.

Mirabilium in cœlo, terra, mari, inferno, distinctio.

b psl 9. 4.

c Ibi Innocentius vt in Ordine 11. a fine. Confitemini Domino &c. 2. de vocat. 1. Quæstione vers. de Conf. Mag. nat. 2.

d Ambros. 1. Paralip. 16.

e Basil. in Psal. 7. Hæc ex vers.

f Psal. 104. 1. Paralip. 16. 7.

g 1. Paral. 16. 7. Hæc ex vers.

Verſ. 3.] Cùm accepero tempus, ego iustitias iudicabo.

MVtata iam persona loquitur Christus, quasi voti præcedentis vel occasionem, vel causam penetrans, atrocissimas iniurias & vexationes esse, quas paterentur in captiuitate Hebræi, vel alij quilibet ab iniquis, impiisque, ac proinde respondens, ac consolans, Bono animo este, ego vltor existam, vindex, iudex. Nō me latet quanta patiamini, quàm misse. *Ira magna ego arsi super gentes opulentas, quia ego iratus sum parum, ipsi vero adiuuerunt in malum*[i]. Puniri vos volebam, at non ita crudeliter: emendari tantùm à pædagogo; sed non vt ab hoste cruciari, & interfici. Non potuerunt hi, quibus tradidi *populum meum & hæreditatem meam, quam contaminauit*, vt castigaretur, *misereri: super eum: super senem aggrauauerunt iugum suum valde*, dixeruntque *in semetipsum se futuros dominos* [g]. Obtendebāt persecutores causas iustas, quòd vt Achior dicebat [h], *dentur Hebræi in prædam, & in gladium, & in opprobrium quoties aliorum Deum colunt.* Deus

i 2. Esdr. 1. 25.

g Esa. 47. 7.

h Iudith 5. 18.

ipſe *Aſſur vngám fratris* ſui vocabat [a]: *Cyrum* excitatus erat tanquam *Chriſtum ſuum* [b]. Voluit vt ſeruirent regi Seleuc, ſicque ſerent diſtantiam ſeruitutis ſuæ, & ſeruitutis regni terrarum Ieremias nomine Dei præcipiebat *obſeruare regi Nabuchodonoſor* [c]. Alexandro perſuaſum de ipſo vaticinatum Danielem, non ſolum oſtentura viſam, quod victoriam de Perſis polliceretur [d]. Has omnes iuſtitias Deus iudicaturum ſe affirmat. Quod extendi poteſt ad omnes perſecutores Eccleſiæ, tum etiam ad Iudæos, qui has iactant iuſtitias, & obſequium ſe præſtare Deo in inſectando nomine Chriſtiano: ad illos præterea, qui aliorum nunc opinione, aut ſuo etiam falſo iudicio iuſti videntur ſibi, & iniquitatem ſuam tegunt iuſtitiæ ad veras etiam iuſtitias, vt alij tales eſſe ſciant, & quam iuſta nomine Dei iudicauerint, tùmque decreta primùm cognoſcant. Sed tempus præſtimat ad hæc ſibi Deus, vt quamuis ora ri velit, velit etiam: tamen voluntati ſuæ, ac prouidentiæ, quæ in ſui diſpoſitione non fallitur, omnia permittit *Poſuit in ſua poteſtate tempora, & momenta.* Pater ſecundum quandam attributionem, ſicci & Filius, necnon Spiritus ſanctus, prout alibi [e] docui; & Filius quidem etiam vt homo, licet non præciſè quia homo, cognitionem illorum habet, cùm ſciat *omnia quæcunque facit Pater, eadem Filius ſimiliter facit* [f].

Cum accepero tempus. Euthymius refert, quoſdam ſibi ſumſiſſe Baſilium, vel Theodoretum hæc ſingere pro ſuis, *ego narrabo* (ita enim Græce legitur, vt dixi) *omnes mirabilia tua, cum accepero tempus*, id eſt, cùm primùm ab inimicis fuero liberatus. Meritò communem diſtinctionem præfert, vt ſint iſta, & quæ ſequuntur, Dei, ſeu Chriſti verba. *Accepero tempus* recte quoque interpretatur idem, & Nicephorus dicit a Deo, vel Chriſto, vt à ſcipio accipiant vel vt ait Euthymius, Chriſtus a Deo, vt homo eſt. Quamquam *accepero tempus* non denotat neceſſario quaſi determinato alio, ſed vt verum Chryſoſtomus, eligere, aut ſtatuere, & interdum iuuare victoriam, ſicut & aſſumere. Athanaſius [g] ait quòd ſecundum naturam diuinam, Chriſtus etiam adducit ſibi tempus. Apollinarius explicat apparere tempus, ſed nec iſta, nec ſequentia de Deo, ſed de Propheta ipſo, ſeu de eo, in cuius ille perſona loquitur, quid dicat, alloquens Deum. Ie cùm tempus Dei apparuerit, recta iudicaturum, id eſt, cognitùrum, quàm iuſtus ſit Deus, cuius in obſcuro nunc, dum tribulatio viget, latet iuſtitia, & miſeritia quandoque patuit.

τὸν καιρὸν ὃν καιρὸν λέγω, μάχην, ἀγῶνα δηλῶν,
Cum apparuero tempus, ego, Beate, recta iudicabo.

Sed quem dixi ſenſum, communis, & verus.

Per accommodationem vſurpata pollunt iſta, *Cùm accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo*, ad nos ipſos, vt eâ mente mouemur aut tractemus, aut deprecemur iuſtitias Dei, hoc eſt, mysteria, & præcepta, nec non illas iuſtitias quæ ſpectant ad proximum, præſertim ſi ex officio id debeamus. Hoc pacto Nazianzenus [h], quem citat Agellius, ſcripſit quòd oportet τὸ ἐνσπόρημα τῆς ψυχῆς δίκην ἐκκαθαίρειν κρόνῳ, καιρὸν δὲ ἀναμένειν δικαιοσύνης, δίκαια πάσχειν, καὶ ἐφορᾶν Θεόν, *vt cùm accepérimus tempus, iudicare, quod in Eccleſia verum eſt.* Hoc illud facit, *Sapientia* [i] *ſeruat* alias, *ſeruientium ſibi in tempore vacuitatis.* Alias præterea Græcas, quem inſpicatur Agellius lau-

A febrium, alio myſtico ſenſu explanat, iungens hæc eadem præcedentibus, vt loquatur Dei filius: poſteaquam conſtitutum a te mihi tempus aduentus mei ingruerit, omnia, Pater, tua mirabilia Gentibus narrabo. nam iuſtitiæ opus eſt ex hoc etiam ſalutandos eligere, non ex Iudæis tantùm. Quòd attinet ad tempus, Græce dicitur καιρὸς, ſignificatque *opportunitatem temporis*, Hebraice מעד *mohed*. Pro hoc retulit Baſilius, vel Theodoretus, Aquilam, Symmachumque vertiſſe σωναγωγὴν ſynagogam. Sed quem nominat Agellius Euſebium, præterea Scholion Græcum, tribuunt Aquilæ σωβασὴν *mansuetudinem, placabilitatem*: Symmacho σωστροφὴν, in ſingulari. Legendo σωναγωγὴν, Baſilius & Theodoretus autem eſſe ſenſum, vt captiuus in Babylone populus dicat, primùm redierit in patriam, & in Templum conuenerit, narraturum ac decantaturum mirabilia Dei, euidémque beneficia ignaros doctûrum. Voces מעד *mohed* ſæpe emotionem vtrinque pro *conuentu*, ſeu *ſynagoga*, & pro certo conditoque tempore, ſiue ſolemnitate in præcedente plenius demonſtrauimus.

B Non ineptus ſit, qui tropologicè dicat, nunc tempus in iuſtitia determinari, nunc noſtrum eſſe, nunc mutuò nobis datum: in morte iudicium ſe repetendum a Deo, vt nunc ſit dies noſtra, tunc dies Dei magna, & amara valde. Modò tempus narrandi, & prædicandi mirabilia Dei, ait Auguſtinus [a]: ſi contempſeris narrantem, & prædicantem, iudicaberis, & condemnaberis. *Iudicium a uerſum me tempus*, ait Ieremias [b], & Ezechiel [c], *tu autem profanæ, impie dux Iſrael, cuius venit dies in tempore iniquitatis extremi.* Theodoretus explanans id pſalmi [d]. *Erit tempus retributionis*, notat, Syros Hebræoſque hoc nomine temporis calamitatem ſolere nominare, nec non

C multos Græcos. Ibi eſt καιρὸς, & מעד *h*. Latini quoque dicunt, *o tempora, o mores.* Quocirca idem valet, *accipere tempus, vocare tempus*, item *venire tempus*, vt loquitur etiam Ezechiel [e], & Ieremias [f], *eſſe tempus*, vt Eſaias [g], *implere*, vt Lucas [h]: *primum vocat* Paulus [i] *pia mentium tempora.* Solebat etiam Chriſtus hæc vſurpare, *nondum eſt hora mea* [k]. *Hæc eſt hora veſtra* [l], *Tempus meum nondum aduenit, tempus autem veſtrum ſemper eſt paratum* [m]; & Euangeliſta, *Nondum venerat hora eius* [n]. Cur Iud ei dies abſolutè dicatur *dies Domini*, aliis docui [o], & ſatis bene de tota iſta formula Ribera noſter [p].

D *Ego iuſtitias iudicabo.*]Pſalterium Romanum, & Caſſiodorus, *iuſtitiam.* Hieronymus, *rectitudines* מישרים *meſciarim*, *æquitates*, *rectum loqui.* Alij vertunt, *recta* nec non recteſcit & in pſalmo 57 [q], *recta iudicate*, id eſt, recte; vt ſit ſenſus, ſumma æquitate iniquitatem euertam; iuſtitiæ ſtudium retinuam: iuſtiſſimè iudicabo, & vindicabo paſſos iniurias; decernam penes quos ſit iuſtitia, cùm ſuam perſecutionem paſſi, ſuam eadem, qui perſecutionem inferunt, eſſe dicturi. Eadem phraſi *iudicare iniquitatem* [r] eſt, iudicare inique, vtique & *facere iudicium*, eſt operari iuſte. Admitti tamen poteſt, vt ipſemet, hinc quæ verè, hinc quæ ficte, iuſtitiæ ſint, diiudicentur, quemadmodum antea dicebam. *Iuſtitia* quoque dicuntur diuina præcepta. Hæc iudicabit Deus, id eſt, quo quilibet modo ea ſeruauerit. Dictum etiam *rectitudo* pro miſericordia: licet non ita nomine Hebræo, quod hic ex debito, atque de operibus meritorum hæc nomen adhibeatur ſentiri [s], vt

E

[a] Eſa 10.5.
[b] c.45.1.
[c] Ier.27.13.
[d] Diſſert. 11. antiquarum.
Loci tres explic.
[e] Act.1.7.
[f] Ioan.5.21. 27.
[g] Apollo pro fuga ſua.
[h] orat. contra Iulian. quæ eſt 4.
[i] Eccl.8.5.

[a] Hier. & mult. alii in h.l.
[b] Ier.50.27.
[c] c.21.25.
[d] verſic.
[e] c.7.12.
[f] c.33.14.
[g] c.61.2.
[h] Luc.4.19.
[i] 1.Theſſ.2.17.
[k] Ioan.2.4.
[l] Ioan.7.6.
[m] Ioan.7.6.
[n] Ioan.7.30.
[o] Ioan.20.19.
[p] Ribera noſter hic.
[q] verſ.2.
[r] Hinc ſolet ſæpe
[s] Matth.6.33. & loc.

sit *iudicium sine misericordia qui non fecerit misericordiam* [a]. Verùm autem pacto melior sententia, quæ communior, Deum hic, vel Christum loqui, non Prophetam, aliúmve, cuius ille induat personam. De Christo Cyrillus Alexandrinus [b] præsentem sumit locum, eo illustrans, quo apud Ioannem [c] dixit, *Multa habeo de vobis loqui & iudicare*, non quidem hoc tempore, inquit, sed cùm cuique homini iuxta opera sua fiet retributio. *Dum tempus habemus, operemur bonum* [d]; & *nosmetipsos diuini amoris* [e], faciamus iustitias, iustitiæque opera, vt pro nobis proferatur in iudicio sententia: fructum demus in tempore nostro dum hic plantati sumus [f]: *non desfundamur a debono* (in quo bonum operari licet) *& particula boni diei non præterent nos* [g]: abusis hac die nostra, quæ ad pacem nobis, non supererit, nisi dies irremediabiliter mala. *Redim. inus tempus vasèr* [h], opportunitatem, & occasionem operandi, ne si male infumatur, expensum teneatur, & quasi venditum, & alienatum. *Nunc tempus acceptabile* [i], *iudicare ante tempus non debemus* [k]. Nunc *tempus venit inserendi* [l]: *Operandum donec dies est* [m]. *Tempore quisque suo metet* [n]. Expectanda resurrectio in tempus, quo impleatur *numerus conseruorum* [o]. Negotiandum dum venit Dominus [p]. Memoriæ gratia Hugo vetus recitat, in quibus effectus sunt, ob quos Deus accipit suum tempus:

Iudico, viso, cibo, vaco, mundo, coxo, boro.
Purgo, feno, sollo, grano, ludo, puto, curro.

Vide quo pacto hæc declarent Bernardus [q]. *Iudicare iustitias* explicat ipsa iustorum opera, non solùm improborum peccata. Quod intelligo non per hyperbolem, sed, vt antea dicebam, vt expendatur qualitas, circumstantiæ, valor bonorum operum. Vt non sit mirum sanctissimos etiam viros ad Iudicij memoriam expauescere, scientes, alia Dei, alia esse iudicia hominum, *scrutari* Deum *Ierusalem in lucernis* [r]: videri omnes cum Deo comparatas iustitias nostras tamquam *pannum menstruatæ* [s]: quamuis alioquin in se sint veræ iustitiæ; quod ipsum *ignorat anima eorum* [t], *verens omnia opera sua, eo quod sciat Deum non parcere delinquenti* [u]: & *quòd non iustificabitur in conspectu eius omnis viuens* [x]; & quòd *iustus vix saluabitur* [y]. Quid turum in Babylone, si Ierusalem manet scrutinio, inquit Bernardus [z]; id est; vitam hic agentes religiosam, mores superne Ierusalem conuersatione honesta & ordinata pro viribus imitantes, &c. Mea autem, qui videor monachus, & Ierosolymita (sic solebat, Athanasio teste [a], ad se ventitantes curiosè Babylonios, pietatis causa, cognominare Ierosolymitanos) peccata certè occulta sunt, nomine & habitu monachi adumbrata, & idcirco necesse est subtili ea inuestigare discussione, & quasi admotis lucernis, de tenebris in lucem prodi, &c. Verendum valde (subdit citato loco isto) cùm ad hoc venerit, ne sub tam subtili examine multæ nostræ iustitiæ, (vt putantur) peccata appareant, &c. Iudicabo proinde mala mea, iudicabo & bona; mala melioribus curabo corrigere actibus, diluere lacrymis, punire ieiuniis, carere illique sanctæ laboribus disciplinæ. In bonis de me humiliter sentiam, & iuxta præceptum Domini, *seruum me inutilem* reputabo [b], &c. Lectus ergo is sermo totus. Idem quadam Epistola [c] sic argumentatur. Si iustitias iudicabit Deus, quanto magis iniurias? & in alia [d]: Quid facies de iniustis iudicijs, qui ipsas quoque iustitias iudicabit? Funiculos Deus adhibet, calamos, lances, trutinas, & *ponderator spirituum* dimetitur [a], ac ponderat *ponacre Sanctus* [b] opera nostra. Vnde illi dictum est: *Thecel*, id est, *appensus es in statera* [c], *& inuentus es minus habens*. Colaphizat *Ieus* [d], hoc est, inquit Hugo, bonos, qui sunt sibi gratiæ, quia *Ieus* additamentum interpretatur, & gratia additur naturalibus.

Vers. 4.] Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea: ego confirmaui columnas eius.

NVnc, ait Deus, vel Christus, qui adhuc loquitur, terribilis aduentus, præsentiæ iudicij mei effectus erit, vt vel *respiciens terram, facit illam tremere* [e], *aspiciens montes & fumabunt gentes* [f], euictos habitatores in terra vnà cum terra omni destruam virtute, ac examinem; quod propterea mihi facere difficile non est, quia *molem terræ ipse apposui, & fundamenta ipsius* [g], ac veluti columnis stabiliui, quas mihi promptum concutere cum voluero, atque funditus euertere.

Mystice ad Christi aduentum refertur primum, quando in omnia mortales vitia diffluebant, ipse autem per delectos Apostolos ædificium Ecclesiæ sustentant, quos appellat Paulus fundamentum [h], columnasque eiusdem. Commodius tamen fortassis mystico quoque sensu, exponetur hic locus de secundo aduentu, non solùm, vt dictum est, sed etiam ita vt tunc omnes terræ homines contremiscant & *arescant pre timore* [k], sed iustos confirmet Christus, atque stabiliat ne deficiant, cum & ipsi corruituri essent, nisi sustentarentur à Christo, qui iubet eo tempore *respicere, & leuare capita sua, quoniam appropinquabit redemptio ipsorum* [l]. Hi sensus mystici latent sub literali de Chaldæorum futuro excidio, qui captiuos tenebant Hebræos, & ne iusti quædam quasi columnæ terræ, vacillent, ac timeant, quales eo tempore Zorobabel, Iesus Sacerdos, Esdras, Zacharias, Aggæus, Nehemias, &c. Vel in genere docet Propheta liquefactam ac deuastatam terram Iudæ propter peccata Regum, principum, iudicum, sacerdotum; & idcirco abductos hos cum reliquis in captiuitatem; sed iubet tandem alios iustos, qui eandem terram instar columnarum sustentent. Etenim *ex iustis erigit terram, vt anemius aestimat eam* [m]. Meminit Euthymius quosdam exponere, *liquefactam terram* esse, Ierusalem à Romanis vastatam; *columnas*, Apostolos illinc (id est, ex Iudæa, seu Galilæa) ortundos, aut illinc missos in totum orbem: aut quia Ierusalem, illiusque habitatores post eam cladem erant *deinceps* fides columnis rursus confirmandi.

Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea.] Hieronymus in futuro, *dissoluetur terra cum omnibus habitatoribus suis*. Ad verbum, *liquefient sunt*, aut *liquefiunt terra, & omnes habitatores eius*, ita vt verbum plurale non præcise iungatur nomini singulari *terra* (quamuis id interdum fiat) sed simul etiam habitatoribus. Paraphrastes vtrobique de habitatoribus explicat, *liquefacti sunt incolæ terræ, & omnes habitatores eius*. Eodem pacto Apollinarius:

τῶν ἐμὲ νεύσαντα τοῖς κακοποιοῖς τότε.

Omnibus simul incolis suis tabescit terra.

Alia Latina psalteria, & Augustinus, atque Cassiodorus, *& omnes habitantes in ea.* Augustinus verò etiam, *aestuxit terra. Liquefactione* scripturæ solent acerbissimam exprimere calamitatem, pauorem, dolorem; sicut & igne, vel ardore, quo fit. *Pertimuit cor populi, & instar aquæ liquefactum est* [a]: *Anima mea liquefacta est, vt loquutus est* [b], *factum est cor meum tanquam cera liquescens* [c]: *oculi sicut fumus liquescent* [d]: *montes à fundamentis mouebuntur cum aquis, petræ sicut cera liquescent ante faciem tuam* [e]: *montes sicut cera fluxerunt à facie Domini, a facie Domini omnis terra* [f]: *consumentur montes sibilus eius, & valles scindentur sicut cera à facie ignis, & sicut aquæ, quæ decurrunt in præceps* g. Occurrit iam quoque prius comparatio ex fluente & liquefacta terra psalmo 57 [h]. & 67 [i].

Mysticè innuit hic locus vel in primo Christi aduentu, fluxa, & depraua ta, aut quæ obdurata erant mollienda hominum corda [k], *instar cera* [l]: atque *vt incaluerint, soluenda de loco suo* [m]: vel in secundo, magnam fore trepidationem, commutationemque in peius, tanquam ab igne persecutionis, ita vt in errorem inducantur, si fieri possit, etiam electi; vixque *inueniat veniens filius hominis fidem in terra* [n]: & *cælos ipsos magno impetu transituros, elementa verò calore soluenda, terram autem, & quæ in ipsa sunt opera, exurenda, & hæc omnia dissoluenda.* [o]. Notat Hugo quædam numquam liquescere, vt lateres; aliqua tarde, vt ferrum, æs quę; nonnulla citò, & vtiliter, vt aurum: alia citius, sed parum vtiliter, vt plumbum: omnium citissime, & cum damno, argentum viuum: denique manna non potuisse ab igne exterminari; statim tamen ab exiguo solis radio calefactum [p] tabuisse. Quæ rerum diuersa genera transferri ad mores, cordiumque humanorum differentes formas commodè possunt. *Cor durum male habebit in die nouissimo* [q], quod *indurabatur quasi lapis* [r], *& coagulatur sicut lac* [s]. Soluitur gelu, glacies, nix, pruina, nec tamen concipiunt formam nouam, sed cera; at hæc ipsa, quam habet facilè amittit, non autem metallum. Legatur Greueus [t]. *Anima liquefactionem* sponsæ [u] vocat Hebræus textus, Græcúsque *exitum*, vtuntur enim verbo נמסה *namsah* & ἐξιλθεν, & significant *defectum*, ac *deliquium, excessum*, & *extasim*, abalienationem, & extra se positionem. Vis hæc tanta diuini verbi, multo profectò maior, quàm Socratis, quo Menon audito veluti præstigiis incantationibusque perturbatum, atque tanquam trepidinis tactu stupefactum se dicebat [x]; aut quàm amoris, quo Daphnidem venefica optabat liquefieri, adhibens imaginem cretaceam, & cereum.

γ Limus vt hic durescat, & hæc vt cera liquescat,
Una eodemq; igni, sic nostro Daphnis amore.

Meminit verò laneæ quoque imaginis cum cerea, alter poëta [z]:

Lanea & effigies erat, altera cerea.

Plura nostri in Virgilium Pontanus, & Cerda. De vehementia diuini amoris locum Cantici declarat Gregorius [a], ita vt mens in lacrymas largas colliquescat. Omnis homo suam sibi ceram, & in cera mel fabricat. non potest hæc igni resistere, sed pabulum eius est. Refert, facet sit hic, an profanus ignis, castus, honestus, diuinus, an impudicus, turpis, diabolicus: mollis cera excipit quamlibet, nullo negotio, imaginem aut Cæsaris, diabolive aut Dei. Sub cera, vt & sub niue latere sordidæ res possunt; hæ res apparent, cùm illæ liquescunt: similiter existunt aliæ pulchræ, elegantes, solidæ, quæ discerni prius nequibant. Egregium iudicij futuri Symbolum, quando *iustitiæ sol* Christus [b], radiis præsentiæ, atque sententiæ suæ cuncta opera hominum in apertum producet.

Ego confirmaui columnas eius.] Hieronymus, *appendit* alij, *fixi, dispersi, summa arte stabiliui*, &c. quamuis Hebræum verbum sit futuri temporis תכנתי *thiccanthi*, sed pro præterito. Sensus literalis est, etiamsi dissiliat terra ipsa, restituam ipsam in meliorem statum. Vel, qui terram ipsam fundani, potero cunctos habitatores cũ eadem dissipare, multo magis hostes populi mei, & rursum confirmare populum meum. Ambrosius [c] hac dicendi forma docet non significari terram columnis subnixam, sed ea virtute, quæ sufficiat substantiam terræ, atque sustineat. Probat id pluribus, & nos iam alibi ostendimus. Sic item Hieronymum [d] intelligo, scribentem, præsenti citato loco profundis terrarum quasi vectibus, & columnis, Dei voluntate globum terræ sustentari nulli dubium esse. Inde verò etiam confirmari potest, immobilem esse terram.

Sensu mystico, *columnis* dixi designari principes viros, aut iustos, quibus adde prædicatores. Apostolos ita cognominatos à Paulo [e] docui (ostendit id verò etiam Ambrosius [f], Cyrillus Alexandrinus [g], Procopius [h], dicúntque duo vltimi, hac in re similes esse Christo adumbrato per columnam nubis, & ignis) qui Ecclesiam quoque *columnam* vocat [i]. *Vincentem* promittit Christus factarum se *columnam in Templo Dei, vt foras non egrediatur amplius* [k]. Deus Ieremiæ dicit, quod eum *dederit in columnam ferream super omnem terram regibus Iuda, principibus eius, & Sacerdotibus, & populo terræ* [l]. Duplex celebrio. Templi columna *Booz* & *Iachin* [m], fortitudinem, seu virtutem, ac præparationem, seu firmitatem significant, tum in bene agendo, tum in mala patiendo: earumdem longitudo longanimitas est, gracilitas, paupertas; planities, amotio scrupulorũ; rotunditas, æternorum contemplatio; tetiacula, prædicatio & doctrina; malogranata, operatio. Materia ex ære indicat firmitatem in bonis operibus; rectitudo, intentionem: altitudo, contemplationem; quod erant strictæ, seu excauatæ, mortificationem, atque humilitatem; duo capitella, totidem testamenta, quorum meditationi, & obseruationi subdamur secundùm corpus, & animam; species catenarum, retiue similitudo in capitellis varietatè virtutũ, variúmque ordinem sanctorum; malogranata, cultodiam internarum virtutum, & concordiam charitatis: desinentia in lilij florem capitella, beatitudinis amœnitatem. Legendus Beda [n]. *Septem columnæ excisæ* [o] innuunt vniuersitatem iustorum (quia *septem* pro multis ponuntur, & sexagi nta tabernaculi Mosis columnę numerantur) qui tribulationibus perficiuntur: vel præciso illo numero insinuantur septem dona Spiritus sancti. Aiguanus materias columnarum collectas ex scriptura ingeniosè accommodat ad illa dona: *columnam nubis* [p], ad donum timoris: *auream* [q], ad donum pietatis: *argenteam* [r], ad donum scientiæ: *ferream* [s], ad donum fortitudinis: *fumi* [t], ad donum consilij: *marmoream* [u], ad donum intellectus:

columnam

Egregium iudicij futuri Symbolum.
a Malach. 4. a.

Sensus literalis

b 1. Hexam. c. 6.

c in c. 2. Ionæ.

Immobilitas terræ vnde confirmari possit. Sensus mysticus.

d Galat. 2. 9.
e 1. de interpella Iob c. 5.
f 11 in Ioc. 34. & 3. de adorat. in spiritu
g in Exo pag. 258.
h 1. Tim. 3. 15.

i Apoc. 3. 12.

k Ierem. 1. 18. *Templi Ierosolymitani columnarum significationes.*
l 3. Reg. 7. 20.
m Pasal. 3. & c. 4.

m tom. 8. de Templo Salo. c. 18.
n Prou. 9. 2.

Ingeniosa Aiguani accommodatio.
o 2 Esdr. 9. 12.
p Eccle. 26. 23.
q Cant. 3. 10.
r Ierem. 18.
s Iudith. 8. 40.
t Cant. 3. 13.

columnam pacis & requiei [a] (quæ tamen propriè materia non est) ad donum sapientiæ. Priora illa alia, quæ attuli, attinguntur ab Hugone. D. Thomas prologo in Epistolam ad Ephesios, tractat eandem illam sententiam, demonstrans propriũ esse Apostoli confirmare alios, ne vacillent in fide; sicut artifex confirmat ædificium ne cadat; id Petro commendatum [b]; iuxta illud etiam †, *Vacillantes confirmauerunt sermones tuos*. item ne inaniter timeant, sicut Episcopus confirmat oleo sancto vngens, *manum suam accelians, brachiaque confortans, ne proficiat inimicus* [c]. item vt donum gratiæ à Deo concessum deinceps non auferatur; eo modo quo princeps, aut prælatus confirmat dona sua; sic Deum *confirmare in conspectu suo in æternum* [d], & *verbo suo firmare cælos* [e], & orari, vt confirmet *quod operatus est* [f]: columnas esse fideles, quia debent esse recti per fidem, erecti per spem, fortes per charitatem, ad similitudinem *columnæ nubis* [g], quia fides sicut illa habet obscuritatem ænigmatis, dissolutionem, quatenus euacuatur; humiditatem, excitando deuotionem; ad similitudinem *columnæ fumi* [h]; quia spes, quemadmodum fumus, ex igne prouenit charitatis (viua nempe spes ac fiducia: potest namque sine charitate spes esse) & in altum ascendit, ac tandem in fine deficit, nimirum in gloria: ad similitudinem *columnæ ignis* [i]; quia sicut ignis illuminat diaphana, examinat metalla, exterminat cremabilia, sic illa illuminat opera, examinat intentionem, omnia vitia exterminat: fulcitur bono rege & principe tanquam basi Respublica tum Ecclesiastica tum politica, vt idcirco quod aliàs monui, & notat Gregorius [k] Σκηπτὸς quasi *sceptrum, basis populi*, sit dictus. Quo enim subiectorũ suorum onera tolerat, eo quasi superpositam, inquit, columnam basis portat. Tractat illud Iob [l]; *sub quo curuantur qui portant orbem*. Alligatus est columnæ Christus in sua flagellatione, vt columnæ vacillanti firmissima ipse columna cohæreret, atque suomet sanguine cõstabiliret. Nec alia Crucis, quàm columnæ ratio fuit, cui voluit infigi. Quamdiu stetit in Sodomis Lot, non corruerunt [m]: Mose absente, tanquam columna subtracta, cecidit magna ruina in idololatriam populus [n], Ecclesiæ, quæ *columna est firmamentum, veritatis* [o], is columna est, cui dicitur [p], *Non deficiet fides tua, & confirma fratres tuos*. Nutauit Petrus in passione, & nõnihil quoque Apostoli alij, confirmati autẽ sunt in resurrectione, ac deinceps in gratia constabiliti, saltẽ post acceptum in Pentecoste Spiritum sanctum; vt hunc videtur locum intellexisse Cyrillus Alexandrinus [q]. Sexaginta tabernaculi Mosis columnæ de lignis setim, vestitæ laminis argenteis, capitibus argenteis, basibus æneis, denotabant sanctis inuictam in aduersis patientiam æris instar esse debere; ac timorem Dei, quo stabiliantur: præterea, præceptis se diuinis supponere, ab omni corruptione peccati abstinere, meditatione, atque sermone de rebus diuinis ornari. Ricardus S. Victoris [r], requirit in nobis columnæ firmitatem per fidem: vt recti simus per æquitatem, vt erecti per intentionem; vt sublimes per contemplationem, vt sustentemus alios verbo consolationis, suffragio orationis, exẽplo actionis. Tandem, vt concludamus hanc siue allegoriam, siue tropologiam, Ambrosij [s] nos solari tententia debet, iterũ dicẽtis, non Apostolos damnauit, & nominatim Petrum, Iacobum, Ioannem, Barnabam esse *columnas Ecclesiæ* [t]: sed & quicumque vicerit hoc sæculum, *fiet columnam Dei* [u], quam confirmat qui dicit [x], *Ego confirmaui columnas eius*; *basim auream columna marmorea* [y] esse timorem plenum disciplinæ; quia *initium Sapientiæ* [z] est, & ei Etaias [a] subiecit dona cætera: sic demum statui eloquium Dei in timore eius, & tanquam super basim auream, columnam firmari, & esse Christi eloquio Apostolicóque sermoni velut tribunal timorem iusti.

Porrò in fine est סלה *semh*, & διάψαλμα, de quo alias.

Vers. 5.] Dixi iniquis: Nolite iniquè agere: & delinquentibus: Nolite exaltare cornu.

Vers 6.] Nolite extollere in altum cornu vestrum: nolite loqui aduersus Deum iniquitatem.

CVm consideraret Propheta subinde quanta sit in vindicando potentia Dei, quam exercuit aliquando, & exhibiturum præniderat contra populi sui hostes maximè Chaldæos, & ad extremam multo magis iniquiter in die iudicij, ait se sæpius monere solitum fuisse impios planè vecordes ac stultos, vel certè ad absentes tanquam ad præsentes sic locutum, sibi vt cauerent, atque finem denique inique agendi facerent: cessarent præterea ab inani & stolida gloriatione, atque à iactatione, & insolenti victis exprobratione, à nimia fiducia, & præsumptione, tanquam surrecto cornu in viribus, & potentia sua; abstinerent à procacia, blasphemiaque verborum in Deum, appellantes videlicet aut ignarum, & improuidum, aut impotentem; non amplius *multiplicarent loqui sublimia gloriantes; quia Deus scientiarum dominus est, & ipsi præparantur cogitationes* [g].

Mystice ista oratio Christi esse dicitur, ad liquefactam corruptámque peccatis rectam, per Apostolos, Apostolicosq; prædicatores, qui confirmati confirment illam, & peccatores ad pœnitentiam reducant, ne in peccatis perseuerent, táque etiam superbè defendant, & excusent, contraque Deum ipsum obmurmurient.

[1] *Dixi iniquis.*] Hieronymus, *iniquè agentibus*. Alij, *insanis, insipientibus, stultis*. Hoc significat הוללים *holelim*. & *gloriantes, sese alta voce extollentes, & laudantes*. In psalmo 5 [h], reddidit interpres *malignos*; in 72 [i]. iterum, *iniquos*. Hoc loco Paraphrastes exponit *subsannatores* מחללין *mithallelhaun*. Sunt παραγομοῦντες *prauaricatores legis*. Conueniunt omnia iniquis, & insolescentibus, ac superbis hostibus.

Nolite iniquè agere.] Augustinus, *facere*. Alij, *ne insaniatis, stulte agitis ad insaniam vsque ineptiatis*, &c. Et hoc valet אל־תחה לו *al thahalu* quod etiam exphcat Paraphrastes, *ne subsannetis* aut *desipiatis* לא־תתחלעון *lo tithlahhaun*, Græcè, μὴ παραγομεῖτε, *ne prauaricemini legem*. Solet autem noster interpres negationis loco ante verba præponere verbum *nolendi*. Vnde nõnulli pro arbitrij libertate argumentum sumunt, vt aliàs monui. Insanit, ac stultescit omnis improbus, omnis impiẽs insanit, ex Stoicorum sententia [k], omnis stultus insanit, vt male olet omne cœnum [l], præsertim

[a] Eccl. 36. 26.
[b] Luc. 22. 32.
† Iob 4. 4.
[c] ps 88. 23.
[d] ps. 40 13.
[e] ps 92. 6.
[f] ps 67. 29.
[g] Exod. 13. 21.
[h] Iudic. 20. 40.
[i] Sap. 18. 3.
[k] 9. mor. c. 10. vel 14. Βασιλεύς.
[l] cap. 9. 13.
[m] Genes. 19. cum 8.
[n] Exod. 32. & seq.
[o] 1. Tim. 3. 15.
[p] Luc. 22. 32.
[q] 1. de ador. in spiritu. Tabernaculi Mosis columnæ sexaginta quid denotarent.
[r] in Cant. c. 3.
[s] in psal 118. setm 3.

[a] Galat. 2. 9.
[b] Apoc. 3. 11.
[c] Is. 24. 4.
[d] Cant. 5. 15.
[e] ps 110. 10.
[f] Cap. 3.
Sensus loci.
[g] 2. Reg. 22. Ἀτυφία expositio.
[h] vers. 6.
[i] vers. 3.
Παραγομοῦντες.
[k] Cic. Tusc. 4.
[l] Id Tusc. 4.

fertim si commoueas. Ipsimet se improbi vel sero tandem *inj. ofines* fuisse deprehendent, ac nominabunt nec nisi ex insano capite prodisse sententiam, qua hic proborum *etiam innocentium vitam* [a]. Quos Latine legimus in Ezechiele [b] *occidendos, & fine misericordia*, textus Græcus explanat per verba πατάξατε, ἀποκτείνατε, *percutite, occidite*, *ne parcat oculus eorum, nec misereamini*. Hebræum primum vocabulum est קְרָנַיִם *keranaim, cornua, cornuti, eminentes, elevati, exaltati, cornuacres, immanes, insolentes, minaces, præcipites*: alterum יְלוּדִים *jeludim*, quasi dicas *fœtus & geniti*.

Exaltabit quemlibet, velit exaltare cornu.] Hieronymus, *inquit*, qui dicitur Hebraice בֶּן־עֲזִיָּה *Prosiphiam*, Græce προφήτης, quod cum priore Eythymium esse Eythymius docet. Chaldaice בְּרֵיהּ דְּזְכַרְיָה *Berehu de Zacharia*, *præcursor*, quamvis in textu Nebentius in idem nomen, quod in Hebræo. Hoc motivo propter eos, qui per *delinquentes* intelligi volunt derelinquentes, & omittendo peccantes. *Exaltavit in cornu* Latini ferè omnes hoc loco, præterea quæ Gregorius [d], obtinuit ac superbum defensionem peccati interpretatur. Cornu quippe delinquentes, inquit Gregorius, exaltant, hinc quamlibet se ad pœnitentiam ex cognitione suæ iniquitatis humiliant.

De metaphora *cornu ad aliquem comparatum* alias egimus [e], & satis sæpe occurrit. Ducitur à tauris, aliisve cornutis animalibus, quæ strenuè cornibus, vt notat Eythymius, certare solent, & illorum ornamento gloriari. De varia notione *cornu* differit Pintus [f], & Salmeron [g], & ex veteribus Cyrillus Alexandr. [h] Proprium superbiæ vitium potentis ac diuitis est, vt ideo eo præcipi velit eas Paulus [i], *non sublimes sperare*: & *adversus* valde Sapiens [k] *pauperem superbum*, (quem potius decet humilitas, & modestia) *fieri amicum vendicare, fœdus cum eo inire, & misericordiam*. Non decet, ait Dicæus [l], superbum esse hominem seruum. Quatuor cornua de quatuor Zachariæ [m], totidem sunt præcipuæ perturbationes animi, vt placet Hieron. [n], gaudium, timor, spes, siue cupiditas, aut delectatio. Bonum, qui cornu percutiebat virum, aut mulierem, & mortui fuerant, lex obruit lapidibus iubebat, vetabatque carnes eius comedi: Vides quid verbo aut exemplo ferit, aut ad peccatum allicit. Fabros quatuor qui deterunt cornua, virtutes quatuor cardinales ibi Hier. exponit. Ribera contra gaudium pernicies, mortificationem seruilem abnegationem sui, contra dolorem, contra timorem, patientiam, contra spem, contemptum facili. Hoc est, quod posset dicitur, *cornua prosperorum conjungam*.

Nolite exaltare in altum cornu vestrum.] Paraphrastes, *gloriam vestram*. אוּכְרְכוֹן *Ekrekon*: & sic potuit etiam vetus in priore membro pro *cornu*, quia erat etiam אוּקַר *ekar*, & tamen hic translatio Latina ex Chaldæo habet *gloriam*, ibi *cornu*. Repetitio valet ad contestationis confirmationem, adhæretque præcedenti orationem additio duarum vocum, *in altum, eis* לַמָּרוֹם *lammarom*, ac potest omnino aliud Deus ipse modo *cornua* quam superbia minime cogitat, quemadmodum psalmo 74 [o]. *Iniquitatem in excelso locuti sunt, eis* לַמָּרוֹם *lammarom de excelso*. Agni cornua tribuuntur Christo [p] & *Innocentio* [q], *cornu* etiam *salutis* [r], denique sub typo Moysis [s], cornuti ipsi dious in facie: *vestis cornua* quædam nominantur in fine illius psalmi, quæ fieri *exaltationem beneplacito Dei* [t] & *gloriæ* [u]. Peculiariter in Ecclesia prælati sunt cornua ipsius, siue capitis eius Christi, quod in illa sublimatur [x], in cuius rei argumentum mitræ cornua duo sunt. Cornua demum sunt Crucis, quæ fuerunt in manibus Christi [y], & quibus hanc ipse tanquam arcus [z], & erat sicut in altari quatuor [a] Mala cornua impiorum sunt, vtiam eorum, dæmonum, *ferocium ibi illa in formam cornuum efficta*, & similia non solum illis quatuor, de quibus antè meminimus ex Zacharia [b], verum etiam ferunt, quæ tibi fecit pleudoprophetа [c], & quod hircus gestabat super oculos [d], & *decem cum totidem diadematibus* [e]: & illi medico, quod habebat oculos, & os loquens grandia, & faciens bellum contra Sanctos & prævalens eis [f]. Legitur non contemnendi nominis auctor Pertus Berchorius in Dictionario [g].

Nolite loqui adversus Deum iniquitatem.] Hieronymus absque negatione, quæ etiam Hebraice non exprimitur, & resoluens verbum in participium, sic vertit velut continuatam cum præcedentibus sententiam, *loquentes in excelso iniquitatem*. Et Treuerus velut Hebræo populo dictum interpretatur, qui iam olim appellatus erat *populus cervicosus & iniquitatis* [h]. Alij supplentes negationem, & futurum vertentes, vt sæpe, in imperatiuum, reddunt, *neque loquamini collo duro sicut gens, sicut præcessores vestri*: vel, *ne loquamini collo pingue*, hempe, verbum id est, gutture quodammodo inflato, vt solent superbi in loquendo, verbum durum, contumax, contumeliosum, elatum, superbum, vetus, id est, tanquam auctoritate plenum, quam tiori arrogant senes, senectum, morosum, carpens, ac reprehendens, est enim senex [i] *de se ipse, quem circumspexit gravitas morum*. Hebræa sunt תְּדַבְּרוּ בְעִוָּל עָתָק *thedabberu be ivvel hatak*. Videntur Lxx. supplere, ἀπὸ τοῦ, negatione, legisse, מִבְּלִי *bebli*, vt bi (ב) præpositio *in*, significans quandoque idem quod *adversus, contra*, & similia: עוֹל *ivvel*, *iniquum*, & vnum de Dei epithetis. Denique ipse. Est autem עָתָק *hatak du um quid, grave, crassum, corpulentum, lentum*, & similia prius dicta; tum etiam *vetus & antiquum*. Sic in Annæ Cantico [k], postilla, *Nolite multiplicare loqui sublime, gloriantes*, scribitur, *Non dicat vetera ore vestro*. Hebraice in singulari עָתָק *hatak* quod R. Kimhi exponit דָּבָר חָזָק *verbum durum*. In psalmo 30 [l]. eadem vox expolita est per *iniquitatem*, vbi Hieronymus pluraliter, *duras*: & in 93 [m]. quo loco idem in singulari, *iniquum*. In Proverbiis pro *opibus iniquis* extat הוֹן עָתָק *bon hatak*, & possent dici *res graves*, vtrumque in bonam partem. Non est necessaria illa de alia lectione coniectura, qua Lxx. sint vsi, quamque Ricardus Cenomanensis approbat; sed quod non raro faciunt, de sensu magis quam de verbis laborauerunt. Quare qui collo & cervice, iuxta vim Hebraici textus, loquuntur erecti, turgida, &c. qualique excutio, erect expressio *Dei loquitur contra Deum magna*, sunt interpretati. Sic Genebrardus, qui addit, *collo loqui* idem esse, quod collo vno, sentire eodem consensu, sicut vel ore, vel humero [n].

Iniquitatem, quam *loqui* vetat propheta *adversus Deum*, vel ipsemet Deus Christus vel, de seipso loquens, in tertia persona, dixi plurimos intentare de defectione & exultatione proprietorum peccatorum. Potest etiam esse superbiam qua Iudæi loquebantur Christo, iactantes se *habere patrem Deum* [o] & *Abraham* [p], nec *natos ex fornicatione* [q], nec *alli quam semetipsos* [r]. Hi præterea *loquuntur contra Deum*, qui apud eum iniquitatem dicunt esse [s]; qui præcepta eius

[a] 1 Reg. 15. Matt. [illegible] hoc loco
[b] Abac. 3. 9. Ezech. 9. 5. 6.
[c] Aaron Gar.
[d] 1 Reg. 12. 2 Reg. 22. 11.
[e] Dan. 8. 5.
[f] Apoc. 13. 1.
[g] Dan. 7. 7.
[h] in Verbo Cornu.
[i] Hugo Card.
[k] Pet. 1. 5.
[l] Hieron. Ioan. Lyranus, Abac. 3. 4. Hugo Card. Ecc. 3. 4. Non decet pauperem superbum, & hominem seruum. Pintus. Salmeron. Cyrillus Alexandr. Abac. 3. 4. Abac. 41. & 42

a 1. Ioan. 2.
b Iob 22. 14.

c 2. Pet. 3. 4.

d Eſa. 28. 15.

grauia, & impoſsibilia [a], qui peccati auctorem, qui *noſtra non conſiderantem* [b], qui impotentem, qui **quærũt vbi eſt promiſſio, aut aduẽtus eius, *ex quo enim Patres dormierũt, omnia ſic perſeuerant ſicut a principio creaturæ*** [c]: qui iactant, *percuſſimus fœdus cum morte, cum inferno fecimus pactum; flagellum inundans cum tranſierit, non tranſibit ſines noſtros* [d]; qui denique his alia ſimilia vomunt, blaſphemantes in contemptũ Dei, diuinq; imminentis iudicij.

Verſ. 7.] **Quia neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque à deſertis montibus.**

Verſ. 8.] **Quoniam Deus iudex eſt. Hunc humiliat, & hunc exaltat.**

Simplex locus.

VT deprimat faſtum ſuperbientium, deiiciat arrogantium cornu, refellat iniquos, ac ſtultos præſumentium de ſe, proprijſque viribus, Deo contempto, ſermones, ait, vel Deus ſiue Chriſtus de ſeipſo, vel de illo propheta, nihil eſſe vllo loco, nec in Oriente, nec in Occidẽte, nec in Auſtro, vbi ſunt deſerta montoſa, proindeq; nec in oppoſito Aquilone, quod reuera ſolide, abſolute magnũ efficere quæquam poſſit, nullam vſpiam quaſi emporium dignitatis, & potentiæ eſt; quia hoc ſolus cõferre, omnũ iudex ac dominus poteſt Deus, proprie ſapientia ſua & æquitate, nõ pro ſola, quemadmodum tyrannus [e] libidine ac voluntate; hunc quidem humiliare, illum autem in altum erigere, non in futuro dumtaxat ſed & in præſenti ſæculo. Eſt ſimul ſenſus Græcis, æque ac Latinis ſatis cõmunis, nulla cuiquam ex parte mundi effugiũ à Deo eſſe poſſe, non eſſe qui quoquam ire valeat *a ſpiritu Dei, aut a facie eius fugere, ſiue aſcendat in cœlum, ipſe illic deſcendat in infernum, ſiue habitet in extremis maris* [f], oculos Domini multo plus luce ſplendere ſuper ſolem circumſpicientes omnes vias hominum, & profundum abyſſi, & humanum cor da intuentes in abſconditas partes [g], auertere Zelotem omnia, & tumultum murmurationum non abſcondi ab eo [h].

e Dan. 11. 9.

f Pſal. 138. 7. 8. 9.

g Eccleſ. 3. 18.

h Sap. 1. 10.

Pertinet ad allegoriam hunc locum ſuperbi Iudæi, exaltatio humilis Gentilis, & ex allegoria fiet tropologia, in ad verſarius generis quoſlibet ſententiam extendas. Nam malis, literalem hũc quoque ſenſum affirmare. Gregorius [i] hunc quoque cum aliis locum de ineuitabili explicans prouidentia & potentia Dei, eleganter comparat cum circulo [k], & falce, quibus cuncta circũplectatur, & metendo circumdet; ita vt poteſtas ſuperni iudicij nullatenus euitari poſſit, quolibet quis fugere conetur. Citat quoque indicatũ pſ. 138. De modo autem ito loco ita ſcribit; *Quia neque ab oriente, neque ab occidente, neque a deſertis montibus*, ſubaudi, patet via fugiendi: atque mox ipſam ſuperuæ potentiæ omnimodam comprehenſionem, quam ipſe Gregorius, vt dixi, ſimilem facit circulo falcique, ſubdens ait, *quoniam Deus iudex eſt*, ac ſi diceret, fugiendi via vndique deeſt, quia ille iudicat, qui vbique eſt.

*allegoria.

i 13. moral. c. 10. vel 15.

k Iob 40. 21. Eſa. 27. 12.

Quia neque ab oriente, neque ab occidente, neque a deſertis montibus.] Oriens Hebraice dicitur hoc loco מוצא *motſa*, exitus, ſeu egreſſus, & Græcè plurali ſæpe explicat pſ. 18. [l] *A ſummo cœli egreſſio eius* מוצאו *motſaũ eius* ἐξοδος *& aduersus*. Vertit vltima verba Hieronym. *a ſolundine montium*. Alij vltima eriã verba, *neque ab Aquilone exaltatio*, nẽpe venit, vel, *neque à deſerto exaltatio eſt*: vel, *non à deſerto*, aut *à montibus*, ſcilicet, aderit qui defendat: vel, *neque ab Auſtro exaltatio*, id eſt, cuiquam cõtinget, quod magnum reddere ſolidè poſſit illum. Paraphraſtes: *Quoniam non eſt alius præter me ab Oriente vſque ad Occidentem, à Septentrione domo deſerti, & ab Auſtro loco montium*. In textu Hebræo ſuppleda eſt negatio ante ומִמִּדְבַּר *umimmidbar*, nempe מִן לֹא *velo*, *& non ab occidente*; loco autem vltimorum verborum, *neque a deſertis montibus*, eſt מִמִּדְבַּר הָרִים לֹא *velo mimmidbar harim*. Vbi *midbar* eſt numeri ſingularis, & à Hieronymo redditur, vt dixi, nomine *ſolundinis*. Vltimum vocabulũ ab הר *har*, in plurali ſignificat *montes*, & vt ſit deſertum montium idem quod deſerti montes.

A

B

Per hoc autem deſertum montium, montoſve deſertos Campenſis, & Treuetus Auſtrum: Vatablus, ac Genebrardus (nominãs Arabiæ deſerta, & Petræ ſolitudines) Meridiem, quod idem eſt. Alij Aquilonem interpretantur. Agellius vtramque terræ partem, montoſam ſcilicet, & quæ ad Septentrionem vergit, & quæ ad Auſtrum; quia ſicut Boreales partes propter magnitudinem frigoris habitari non poſſunt, ſic Auſtrales æſtu nimio deſertæ ſunt. Qui sãt interpretari exultationẽ in דְּרִים *harim*, literam primam ſeruilẽ agnouerant, & infinitiuum in hiphil ex themate רום *rom*, pro nomine ſumpſerunt. Nomen הָרִים *harim* ſignificans *montes*, retinendum.

C

De ſerti nomine meridionalis extrema pars magis torrida, ſed & magis frigida Borealis intelligenda, ſub polis vtraque, vt indicant Euthymius, Nicephorus, Baſilius, Theodoretus, Bruno Carthuſianus; quia Occidentalis, & Orientalis magis temperatæ ſunt; ex illis autem quoniam ſterriliores ſunt, prodeunt, ac euocãtur ſæpius auxilia & milites. In oratione iſta eclipticã, & apoſiopelim continente, ſubaudire oportet quippiam ex his, quæ dicta ſunt; nunquam ex nulla orbis parte ſperari poſſe liberationem, euaſionẽ, auxilium, aut non alium eſſe, qui iuuare & exaltare poſſit, nidẽve venire ad opem ferendam, præter vnũ Deũ: nihil vſpiam latere illum poſſe. Hic vnus Deus monet vt videamus, quòd *ipſe ſit ſolus, & non ſit alius Deus præter eum, qui occidat, & viuere faciat, nec ſit qui de manu eius poſſit eruere* [a]. Eſaias [b] præterea, *Quid facietis*, inquit, *in die viſitationis, & calamitatis de longè venientis, ad cuius confugietis auxilium?* Alium Euthymius tradit ſenſum, qui propior videtur mythico, quam literali; gloriã ac diuitias, hiſque contraria nõ eſſe nobis ab aſtrorum ortu, vel occaſu; vt aſſerunt Aſtrologi, quin immò nec à dæmonibus, qui velut deſerti montes, ſint ſterriles, & montium inſtar elati; ſed iuſſu Dei iudicio cuncta diſpenſari.

D

a Deut. 32. 39.
b cap. 10. 3.

Secundum allegoriã de Gentium cõuerſione, Micheã [c] interpretando deprehendimus dicendi formulam noſtræ aliqua in parte ſimilẽ, *In die illa*, inquit, *& vſq; ad te venet Aſſur, & vſque ad ciuitates munitas, & a ciuitatibus munitis vſque ad flumẽ, & a mare de mari, & ad montẽ de monte*. Vbi *munita ciuitates*, religionem vitã agentes Apoſtolos ac primos diſcipulos deſignãt, qui doctrina ſua cõuerterunt multos, vſque ad Orientem ſignificatũ flumine *Iordane*; quia pars terræ promiſſæ Orientalis erat: *ad mare de mari*, id eſt, ab Oriente ad Occidentem: *ad montem de monte*: hoc eſt, à deſertis montibus in fine terræ habitabilis, vſque ad montes deſertos in extrema terra habitabilis, ad meridiem. Sic Ribera noſter [d].

E

*Allegoria.

c c. 7. 12.

d ibidem 38.

Accommodatitia Hugonis explicatio.

Accómodatitiè Hugo explicat moneri superbos, ne extollantur, neque ab oriente nobilitatis, neque ab occidente contéptus mortis, quo strenuus gloriatur miles; neque a desertis montibus sanctitatis, & abstinentiæ: vel, neque ab oriente inchoantis vitæ, neque ab occidente finientis, neque à desertis montibus intermedij spatij. Cassiodorus, & ex eodé Glossa ordinaria, & Aiguanus, minùs vult spiritualiter non esse quòd quispiam superbiat, quia neque deest ab oriente, id est, à bonis, neque ab occidente, id est, a malis, neque à desertis mõtibus, id est, a falsis prædicatoribus, sed omnibus generibus hominum præsens est Deus, & cognitor. Ruffinus explanans de Iudæis in Christum blasphemantibus, perinde vult esse, ac si diceretur ipsis, per *montes aeternos* partè Borealem interpretando, Vos soli, quibus meridiana plaga ad habitandũ concessa fuit, nolite blasphemare: iam gentes, quæ in alijs tribus mundi partibus habitant, cœperunt de auctore suo bene & rationabiliter sentire. At magis meridionales aliæ sunt gentes, quam Iudæi. Arnobius explicat, Ne quis credat dicẽti: Hic est Christus aut illic: quia sicut fulgur ita veniet, non sicut homo vel ab oriente, vel ab occidente, vel a desertis mõtibus, sed quomodo Deus Iudex.

Aruisij explicatio.

Sed tristi sensus sunt, de Chaldæis hostibus populi Hebræi, qui euadere Dei vindictam nõ possunt, & de quibuscũque alijs piorum persecutoribus, maximè verò in die iudicij, quando *congregãs congregabit* Christus *omnia à facie terræ* [a], *& congregabit omnes gentes deducesque eas in vallẽ Iosaphat, & ibi disceptabit cum illis* [b]. Frustra tunc dicent impij *montibus, cadite super nos, & collibus, operite nos* [c]; quod & de futura etiam sub Romanis clade Ierusalem, intelligitur.

a S Phalm. 2.
b Ioel 3.2.
c Luc. 23.30.

Quoniã Deus iudex est.] Addit Paraphrastes epitheti *iustus*. Ipsũmet nomen אלהים *elohim* habet significationẽ *iudicis*, vltra vocabulum aliud שפט *shophet*. Hieronymus, *sed Deus iudex*, &c. Necesse videlicet hæc sequentibus, vt nusquam sit effugiũ; sed Deus iudex faciat id quod continent sequentia, *hunc humiliat, & hunc exaltat*. Particula verò causalis tangit præcedentibus, vt propterea non sit illud effugium, quoniam Deus iudex est. Posset etiam reddi causa, cur superbiendum nõ sit, quia Deus iudex est, peculiariter contra superbũ, excelsum, arrogantem, vt eum humiliet [d]. Ex eo autem quòd Deus sit iudex, bene sequitur neminem euadere posse; quia in iudice potestas est; & causæ cognitio: Deo autem naturalis est potentia, & scientia, nec ab alio accipit. Deum *iudicem fortem* vocat [e] alibi Dauid, atque *celos ipsos annũc aurem ipsius eius, quoniam iudex est* [f], eundem nominat Iob *testem suum in cælo conscium* [g]. Deus ipse seipsum *iudicem & testem* [h], denique *spiritus Domini replet orbem terrarum, & hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis* [i]: *auris Dei audit omnia* [k]: non est qui ire possit *à spiritu Dei*, aut *à facie eius fugere* [l], vt ante dixi.

Verſus intelligi contra superbos.
d Dan. 4.34.
e psal. 7.12.
f psal. 49.6.
g Iob 16.20.
h Iere 29.23. Malach. 3.5.
i Sapien. 1.
k Sapien. 1.
l psal. 138.7.

Hunc humiliat, & hunc exaltat.] Hieronymus, *sed Deus iudex hunc humiliabit & hunc exaltabit*. Nihil refert permutatio temporum, nec opus est monere *humiliandi* verbum non importare hic loco virtutẽ humiliandi, actúmve humiliationis, sed æstimas, pœnasque. Illam duplicem regendi rationem in Deo, similibus verbis, & alias meminit Samuelis expressit [m], mittuara, partim ex Deuteronomio [n], *Dominus mortificat, & vivificat; deducit ad inferos, & reducit: Dominus pauperem facit, & ditat*

Sensus huius.

TRactatur adhuc causa, cur non sit superbiẽdũ, & quomodo Deus iudex hunc humiliet, & hunc exalter iustissimo iudicio suo: nam in manu calix est iræ furorisque, plenus meraco, seu non diluto fortissimo vino, eoque admodũ turbido, & varie permixto, atque condito. Parauit nempe suam impijs portionem, tamquam dicti austerioris vini potionem, cuius potati vi, omnes eorum vires, ac mentis hãrmonia dissoluatur. Illum calicem ex vna in aliam partem inclinauit, vt solent, qui diuersis propinant ex eodem calice. quia nunc his, nunc illis impijs, prout censuit faciendum, & eorum demerita exigebant; grauem quasi ex poculo retributionem propinando, calamitatem immisit, & futuras æternas pœnas destinauit. Etenim nondum peruentum ad fundum, neque adhuc extrema vltionis suæ supplicia, tamquam fæces ebibendas, proposuit. Has fæces amarissimas gustabũt, nec vnquã epotare desinent in æternæ damnationis loco cuncti peccatores terræ. Inde sequitur fore, vt iusti exaltentur, & tinarissimis deliciis perfruantur, *vebẽtur ab vbertate domus Dei* [h], tãquã ipsi catissimi [i]: *torrente voluptatis potentur* [k]: *satientur cum apparuerit gloria Dei* [l], *manducantes & bibentes adhuc esurient, sitient* [m], propter dulcedinem infinitam; *comedant panem in regno Dei* [n]; *recumbant ibi* [o], & sedeant super mensam ipsomet Christo ministrãte.

h psal. 35.9.
i Cantic. 5.1.
k psal. 109.
l psal. 16.15.
m Eccl. 24.29.
n Luc. 14.15.
o Matth. 8.11.

Vers. 9.] Quia calix in manu Domini vini meri plenus misto.

Et inclinauit ex hoc in hoc, verumtamen fæx eius non est exinanita: bibent omnes peccatores terræ.

Quoniã ea

Quocirca sententia quidem tota de vnico calice sumitur, & malum quid sonat; sed ex quo facilè colligi possit bonum, id est, ex humiliatione improborum declarata per calicem, exaltatio iustorum, quæ his non minùs debetur, quam illis humiliatio. Hunc tradunt sensum Procopius & Hieronymus in Esaiam [a], & hic etiam in Abacuc [b]. Præterea Isidorus Pelusiota [c], qui purum Dei iudicium iuxta scelerum qualitatem, & quantitatem temperatum interpretatur. Quod videtur ex Nazianzeno [d] mutuatus, qui addit omnibus de pœnæ atrocitate aliquid detrahi, iræque meracum benignitate temperari, sta tamen, vt ex seueritate ad lenitatem inclinet iis, qui metu erudiuntur: facem, hoc est, id quod in ira extremum est, effundat in illos, qui clementia non sanantur, immò etiã obdurantur, sicut Pharao Hebræis, ac Hebraizantibus, & recentioribus fere omnibus placet eadem sententia.

a in c 51.
b in c 2.
c lib. 2. epist. 172.
d orat. 35. & 39.

Latim paulo antiquiores magis collectantur mystica, de quibus nonnihil postea: & de Græco iudicat citatus Pelusiota, qui exponẽtes de calice mystico, id est, sanguinis Christi, & non de calice Dei refellit, quia Iudæi, Gentiles, aliique huius expertes sunt, & quoniam proxime ante dixerat propheta, *Deus iudex est, hũc humiliat, & hunc exaltat*. Iuxta eundem literalem sensum Euthymius, & Nicephorus distinguunt calices duos in manu Dei; ita vt in textu, post illa verba *calix in manu Domini, vini meri*, repetatur, & *calix plenus mixto*, numerum in eadem manu, & per *manum* intelligendo potẽtiam, *calix vini meri*, sit mensura modúsve calamitatum sine misericordia: *calix plenus mixto*, denotet misericordiã. Probat Euthymius, quia vnus idemque calix non potest merum, & mixtũ continere, & quoniam quæ sequuntur, *& inclinauit ex hoc in hoc*, indicant duplicem calicem, vt ex calice meri (simplici) effundatur in calicem mixti. Ambrosius & ita declarat. Parata, & plena est pœna, quæ debetur impiis, quam Dominus declinat in perfidos: sed tamen misericordiæ sua nõ vsque ad fæcem dignatur effundere ne plenitudinẽ supplicij ferre nõ possent. Inclinat ergo calicem, non euacuat. Quòd inclinat, certæ iræ est, quòd non euacuat, misericordiæ. Bruno Carthusianus vult *calicem vini meri plenum mixto*, ad sententiam vltimam iudicis pertinere; in qua mixtum continebitur electorum ac reproborũ retributio exaltationis & humiliationis; & extendetur ex his potandis in illos potandos: ita vt quatenus his nonnullis duleis erit, dicatur *vini meri*, quatenus amara, vocetur *fex, vt quam exinaniendo*; quoniã *exinanitex* qua *bibant omnes peccatores*, qui quouis loco terrenis inhient.

Hugo, & Rickelius *calicem vini meri* referũt ad beatitudinem: *plenum mixto*, ad sanctos in hac vita, vel in purgatorio, quia gaudent, sed in lpe, & risum dolore mixtum habent; & inclinatur, seu effunditur ex calice gaudij aliquid in calicem tribulationis: *facem non exinanitam*, ad pœnam inferni nunquam finiendam. Origenes [a] *calicem vini meri* aliginat iis, qui veluti meracis puniuntur supplicijs, quoniam prorsus a pietate recedunt: illis qui sunt indigni calice nouæ testamenti, sicue mystico, quia sunt peccatores: sed faciunt tamen quædam bona opera; *calicem mero mixtum*; & Deũ *inclinare ex hoc in illud poculum*; & in Dei dextera esse calicem virtutum, vitiorum in sinistra: cùm quis propter peccata torquetur, quia & bona opera fecerit, *calix* esse *vini meri plenum mixto*, & *inclinari ex hoc in illud*, id est, de eo qui erat in dextra, in illum, qui in sinistra continebatur, quia aliter non posset bonorũ tantum calicem habere, quasi tantum bona fecerit: nec peccatorum tantum, quia & bona aliquãdo gesserit, qui bonus est, *calicem salutaris* accipere, quem Christus præbuit [b]. Ante omnes [c] Philo hunc locum vt inpatur, vt ostenderet Deum suis virtutibus erga seipsum meris vt, temperatis & mixtis erga suas creaturas, quia illas hæc pere non possint, sicut meram solis flammam fixè intueri nemo valet.

a hom. 9 in Ierem.
b Matth. 26. 27.
c lib. Quod Deus sit immutab. sit.

Difficile est in eadem Dei manu duplicem simul calicem intelligere. Responderunt Euthymius, & Nicephorus, nunc vnum, nunc alterum vicissim in manum sumi. Deindè, cùm dicunt, *fex eius*, vnicum indicare calicẽ cetent illũ esse, qui erat vini meri, & ex quo fuerat quidpiã effusum in calicem plenum mixto. Hæc reddunt probabilem posteriorem opinionem, quam video etiam traditam apud Hieronymum [d], nec non quòd per eam vicissitudo illa humiliationis, & exaltationis præcedentibus posita verbis magis distincte percipitur. Nihilominus priori libentiùs adhæresem, propter maiorem ipsius facilitatem, & sectatorum numerum, & similitudinem cum aliis huiusmodi formulis, quibus in scriptura *calix* pro ira ac furore Dei vsurpatur; posteriorẽ propter ea quæ separ tim dicam in verbeli sententiæ huius declaratione.

d in Osee c. 2. & Malach. c. 3.

Calix pro ira ac furore Dei.

Præter sensum literalẽ metaphoricæ orationis expressum, respui mysticus nõ debuisse ad Isidorũ velle Pelusiotam [e] puto; sibi si quis ipsum solũ agnoscere vellet, nec argumenta ipsius necessariò concludunt. Sit primus ergo ille sensus, quẽ à nõnullis allatũ scribit, *dei ira accipere, de mystico poculo*, per quod, vt prius dixi, videtur intelligi calix sanguinis Christi. Quomodo illi de eo locum hunc exponerent, non meminit, nec

Mysticus sensus.
e lib. 2. epistolarum 172.

a in psal. 118. serm. 20.

mihi curandum sentio. Eundem habet hoc loco Arnobius, & insinuat Cyrillus tomus [a], tractans de *altare inebriante, & praeclare* [b]. Nam aut ille ipsum esse hunc ipsum: & de quo Christus in passione clamauit, vt *transeat* [c]: de eodem bibisse Ecclesiam, ac inebriatos esse martyres, & esse vinum sanctificatis tatq; corpus, & sanguinem Christi: spiritum etiam quo *tanquam musto, plenti* erant Apostoli [d]: horum item, & aliorum martyrum passiones, atque merita. Vbi attingit alios quatuor sensus, de passione Christi, de passione aliorum, de meritis eorumdem; de Spiritu sancto quem acceperunt. Hugo etiam affert sensum de calice passionis Christi, de qua *omnes* proprietates declarat, nec nō de præsenti tribulatione nostra, qui est quoque calix, quem Domino retribuere possumus [e].

Pauca capit, geritur, legitur, labio, pede, lato
Atque cauo, tenui, tereti, argutus, nitet auro,
Lætificat, sitias, laudatur, inebriat, ornat.

De sanguine Christi bibendo, & de aqua fluentibus ex latere ipsius [f], Ambrosius [g] interpretatur quod hic dicitur, *bibent omnes peccatores terræ*. Sed non est facile contextum istis aptare.

Sextus est Gaudentij Brixientis [h], satis accuratè ab ipso explicatus, de incarnatione Christi, post præfationem ferè se psalmi huius textum alio modo, & quidem rarō audito, tuitè a prioribus explanatum, tamen pro libertate fidei opportunitatem secutum prius dictorum, traxisse ad Incarnationis Dominicæ sacramentum. Summa est, quòd *calix vini meri plenus mixto*, seu *mixti*, denotat eundem Deum, & hominem, & quod per *plenum*, innuitur etiam diuinitas, seu *plenitudo diuinitatis* [i], *de qua nos omnes accepimus* [k] per *vehementem exinanitionis vsque ad formam serui* [l], quod hunc *calicem bibituri sunt omnes peccatores terræ*, id est, homines, quia peccatores cœli ex Angelis dæmones facti salutis poculum (seu incarnationis, per quam fit salus) bibere non merentur: *ema* autem *peccatores* contra venena dæmonum, morbosque vitiorum *calicē laboris accipiens, & nomen Domini inuocans* [m]. Eodē referri potest Hugonis expositio de Christo, qui *calix esset vini meri*, quia comprehensor; *plenus mixto*, quia viator, & dolores nostros ipse portauit: item *vini meri* quantum ad rationē, quæ ob passionem turbata non est; *eius mixti* quantum ad sensualitatem, quæ turbata est; & quod *fex non est exinanita*, quia passio & mors eius non fuit manifesta, sed multum vtilis: *bibent* autem *omnes peccatores terræ*, id est per mortem eius redimentur homines, non dæmones, & damnati.

Septimo Augustinus, cumque plures imitati Latini, inebriatos eundem calicem *plenum* dicit *vino mixto*, propter vim incertitudinem, & *mixto* propter fœcem: hunc *calicē vini meri plenum mixto* legem esse, atque Scripturam Iudæis datam, in qua nouum ac secundum latet testamentum, tāquam in fœce corporalium Sacramentorum; apud Iudæos carnalia quasi fœcem esse, vt remanerent, & effunderetur inde omnis spiritalis intellectus: hic autē *inebriatum calicem a Deo ex hoc*, id est, ex Iudaico populo, quem, vt priore versu dictum est, humiliauit, *in hunc* (sic enim legit Augustinus) hoc est, in populum gentilem, quem, vt eodem loco vidimus, *exaltauit*, ebriando: hic ipse idem intellectus, esse vinum meri *fœcem* illius vini *non esse exinanitum*, quia omnia testamenta carnalia apud Iudæos remanserunt: denique *bibituri omnes peccatores terræ*, id est non Iudæos, qui sunt hypocritæ, sed Gentiles, qui humiles, & euadentes de peccatoribus iam, iam inebriati *calice inebriante, ac præclaro* [n], ita vt mortui sint aliqui pro Christo, sui & suorum oblivi, tum corde, tum mente propria. Quò spectant *ebrietas vinorum*, quæ Oseas [o] exprobrat ipsis eos *allegere*.

Is quem Rufinum nominant, paulò aliter ait, ex calice dominico sumere *merum vinum*, qui ex sacro eloquio diuinum capiunt intellectum: *mixtum* bibere, qui quædam purè intelligunt, quædam adhuc minimè discernunt; *bibere facem*, qui ex eodem capiunt errorem Iudæos, Hæreticos, Paganos, quorum turbulenta fœtidaque doctrina numquam ab errore separatur, & eorum stultitia non est penitus diminuta, & in terrenis promissionibus delectantur. Caueamus Babylonicæ mulieris *poculum aureum, plenum abominatione, & immunditia fornicationis eius* [p]. Misceamus nosipsi *potum cum fletu* [q], ne potemur *calice* illo *vini meri, qui plenus est mixto*, vel eū certè faciamus dulciorem, vt Cassiodorus notat [r]. Accipiamus potum lacrymarum datum ab eodem Deo nobis *in mensura* [s], vt non bibamus calicem iræ; *nosmetipsos diiudicemus, vt non iudicemur à Domino* [t]; admittamus *signum* sanguinis, & *Tau*, ne pereamus *ab exterminatore* [u]. Christus *cùm gustasset* propinatum sibi calicē, *nolui bibere* [x], id est, ebibere, vt nobis quoque reseruaret bibendum, vt obtineat Simō de Cassia [y], & tanquam dilectis, vt Benjamin, *scyphum suum* daret nobis [z], cum quo dilectus Domini Ioānes etiam pingitur, & labiorum suorum tactu dulcem redderet potionem, sicut *Elisæi farina* [aa], & *cornu vnicornis* [bb]. Calicē tenet manu sua Deus; tantum ex eo bibendum dabit, quantum nouerit expedire, nec sinet supra id quod possumus tentari nos.

Placuit in his mysticis tātisper immorari, propter loci celebritatem, & quia qui eundem sensit difficultatem Augustinus, pro singulari modestia sua, nec maioribus se inuidere affirmat, nec de paruulis desperare, & cum quod videtur dicit, nō obtrudere auditorum aures aduersus alios aliquid melius forte dicturos; sed permittere, vt experiantur alij, si quid melius possint; potest autē concedi, quia ita se habet, ait, obscuritas scripturarum, dūmodo quicumq; intellectus exierit, fidei congruat. Docet idem Doctor [cc], incertum esse vtrum hic locus significet iram Dei non vsque in nouissimam pœnam, id est, vsque ad fœcem, an potius gratiam Scripturarum à Iudæis in Gentes transeuntem, quia *incrimatum ex hoc in hoc*, remanentibus apud Iudæos obseruationibus, quas etiam adhuc sapiunt, quia *fex eius non est exinanita*. Sed per singulas nunc partes expēdamus hūc locum.

Quia calix in manu Domini.] Addit Hieronymus, *est*. In editione quidem bibliorum Regiorum & Victorij, sed apud Treuetum lego, *&*, pertinens ad sequens membrum, quod etiam habetur Hebraice. Paraphrastes interpretatur *vas cum maledictione* כוס תרעלה *dilutæ*. Caeterū varium notionem, & vsum aliis in psalmis [dd] declarauimus; & quid valeat *esse in manu alicuius dicimus*. Distinguit Hugo calicem eruditionis, benedictionis, passionis & mortis, laboris & doloris, iudiciariæ potestatis, mundanæ voluptatis: adde hæreditariæ successionis, & partitionis, seu distributionis. Plura dictionarium Bercorij in vocabulis *libare*, & *calix*; & Ioannes Ferdinandez noster in thesauro suo, auctor syluæ allegoriarum, & similes. Pro celebratione frequenter *celebrem*

a hom in ps. 22. b ps. 22. 5.

c Matt. 26. 39.

d Act. 2. 13.

e ps. 115. 12. 15. secund. Hebr.

f Ioan. 19. 34. g de sacr. 5. 7.

h Ep. 41. 9.

i 1. Cor. 8. 9. k Ioan. 1. 16. l Ephes. 4. 7.

m ps. 115. 13. secund. Hebr.

n Apoc. 7. 14. d ps. 21. 10.

o Ose. 4.

p Apoc. 17. 4.

q ps. 79. 6. r Cassiod. 31.

s Ezech. 4. 11. t 1. Cor. 11. 31. Leuit. 26. 41. u Matth. 3. 12.

x Mat. 26. 42. y Gen. 44. 5.

z 4. Reg. 4. 41. aa Plin. l. 8. c. 21.

bb de doctr. c. 13.

cc ps. 10. e ps. 115. 13.

sumu docui psalmo 10. [a] Apud Esaiam [b], *Bibite de manu Domini calicem iræ eius: usque ad fundum calicis sopo ri bibetis, & potetis usque ad fæces, & ecce e tribus manu tua*; quia coegerat Deus, vt de manu ipsius ille propria sumeret manu) *calicem soporis furiosum calicis indignationis mea, non adjicies vt bibas iterum ultra.* Apud Ieremiam [d], *Sume calicem vini furoris huius de manu mea, & propinabis de eo cunctis gentibus, ad quas ego mittam te, & bibent, & turbabuntur, & insanient a facie gladij, quem ego mittam inter eos. & accepi calicem de manu Domini, & propinaui cunctis gentibus*, &c. Item [e]: *Inebriate, & inebriamini, & vomite, & cadite, neque surgatis a facie gladij, quem ego mittam inter vos: cumque voluerint accipere calicem de manu tua vt bibant, dices ad eos: Hæc dicit Dominus exercituum, bibentes bibetis.* Rursus [f]: *Ecce quibus non erat iudicium vt biberent calicem, bibentes bibent, & tu quasi innocens relinqueris? non eris innocens* (impunis, & immunis) *sed bibens bibes.* Tandem *calix* [g] *aureus Babylon in manu Domini inebrians omnem terram; de vino eius biberunt gentes, & ideo commota sunt.* In Threnis [h]. *Ad te quoque perueniet calix, inebriaberis, atque nudaberis.* In Ezechiele [i]: *In vas furoris meum imbibisti, & dabo calicem eius in manu tua. Hæc dicit Dominus Deus; calicem sororis tuæ bibes profundum, & latum*, &c. *ebrietas, & dolore repleberis, calice mœroris & tristitiæ, calice sororis tuæ Samariæ. & bibes illum, & exhaurias usque ad fæces, & frangens eum devorabis.* Similia scribit Habacuc [k]. *Evigila, & respice: circumdabit te calix dextræ Domini.* In nouo Testamento tanta est hæc significatio calicis, vt in eo de quo Christus locutus est cum discipulis [l], & in oratione ad Patrem [m] Meminit præterea Ioannes in Apocalypsi [n] *ira Dei, quod mistum est merum in calice iræ ipsius*: prodit etiam [o] quòd *Babylon magna venit in memoriam ante Deum, dare illi calicem vini indignationis iræ eius.* Id sibi quoque vult in psalmo 60. [p] *potare vino compunctionis*, & in Ieremia [q] *potare felle*, aut *aqua fellis*, & *bibere vinum luporum.* Prosunt proposita simul hæc loca ad perpendendam vim præsentis loci. Latet portò in eadem metaphora quædam facultas tribulationis, quam Deus in hac certe vita immittit. Obseruat hoc Pius cognitus [r] Eusebium emittentem citatum, λυπῶ ἢ ἀλγῶ τὸν ἐκ τῶν ἀντὶ θεὸν, τὸν ὃ ἀγαθὸν ἀπολαβεῖν ἐπιτηδεύοντα, & ἐμοὶ ἐκεῖνος ὡς ἐπὶ δόλῳ τὰ ἐναντία μηχανᾶσθαι δοκεῖ, *affligit eum dolore tanquam mihi aduersa machinari videtur, ut ipse ait. sed res necessitate compulit. Affligebam* quidem, de quo Ieremias, *fel bibere faciam eum*, perquiescat namque ille in Ponto pecora; ideoque fine felle sunt, vt est apud Dioscoridem [s]. & Plinio teste [t], in Latinario fellis bibebat illud victor, tanquam salutaris honoratissimum præmium. Sicut quædam dantur cathartica, inquit Hieronymus [u], id est, purgatiua, vt nouos humores, qui nocent corporibus, eiciant; sic Dominus dat calicem tormentorum mœstissimum, vt quidquid fellis amaritudinisque est, auferat à peccatoribus, & pristinæ eos reddat sanitati. Magis placet Prado noster [x], rationē adeo communis metaphoræ, cuius alias causas refelit ex more consuetudinum, quibus moderator virorum calices propinantes veneficis, & prauis cauponibus, qui nutritionibus vinum inficiunt corrumpuntque ex potione medicamento, seu pharmaco, quod oculis horrore, susurrum amaritudinem, nauseam, tremorem, vomitumque cœtum sit ebrietatem, grauedinem, vertiginem, soporē generat, petit ex potione suam & soporifera,

quæ damnatis ad mortem offerebatur, dicebaturque *vinum damnatorum* [a]. De quo & nos anteà egimus, ita vt *calix in manu Domini* hic tantummodo putetur ab eo fœcta mors, quæ interuenit huic & illi, & dementatis calix ab vnius ore porrigitur alteri, ie atque omnes impij debeant potatores esse, & tamen postremum mortem Dominus differat terenda sententia capitis quodammodo compelli, malleque, quod in se est, genus illud offensionis exhibere, quam damnationē. Aliam adhuc profert causam ex computantium promotione, cōcertationeque, vt certas cubarit ad finem vsque calicis mensuras, ad eundem modum vbi peccatores dulce voluptatum vinum sponte bibere, fundum calicis, & fæces pœnarum recusare, Christo ndemptore nostro propinatam fœcem, quas bibimus qui voluptatum, cupiditates cum Babylonica meretrice [b], velutique conuertantes cum Deo Christum exhorrendo facem illam, dixisse, *Transeat* [c] *a me calix iste.* Confero vtrumque probabile. Illud minùs quod Didacus Alcarez [d] sentit, describi hoc loco geminum in vtraq; manu Dei calicem, alterum miseriæ ordinē, hæ alterum. De vnica manu mentio hic fit, nec nisi vna Enarratores agnoscunt, præter Origenem primum citatum. Nec vnus est calix vini meri, & mixti, alimentique cōcreati fæces, vt existimat Petrus Valleriana [e]. Vinum dūtaxat calix nominatur, & exhausto vino sufficit ille pro fœcibus, vnde vt ū exhauriunt. Quā de causā prius docui nec admittē dos duos calices designantes misericordiam & iustitiam, qui quid Origenes. & alij quida docāt.

Vinum merum. Hieronymus integros sequentibus, *vino merato*, seu *merato ipso*; *ad plenum mixto.* Alij, *& vino rubro* nempe quod in eo calice rubet. Vel, *& vinum rubrum, subaudiamus, in Luciano, rectius, sacrificium*, nimirum, est. Vel, *& vinum rubefactum est* scilicet calix. Vel, *& vinum effusum est*, seu *effusi.* Hebræa sunt מָלֵא יַיִן *vayain malē* vinum plenum: חֶמֶר *chemar* cum pathach licet ō loco vocabuli est, significatúrque, *& vinum rubrum*, aut *vinum rubens*, seu *rubet.* Fortassis etiā à colore vini rubri appellatur apud Ieremiā [f], *calix aureus Babylon in manu Domini.* Est fortius visū rubrum albo, secundum genus suum: & in Palæstina ferè omnia vina rubra sunt, crassiora, & fæculentiora, vnde & apud illos appellatur *sanguis vua meracus*, non grātē *vinea meri* חמר *chemer* à quo est, rubeum visū producens. Talis vino rubeo, vt id obiter dicam, consecratile Christum cœli potest, quod quō etiā colore propius accedit & refert sanguinem. Hydrias rubuisse canit Ecclesia post conuersam in vinum aquam, quod vinum conuersum Nonnus [g] vocat αἷμα τρυγὸς, *sanguinem, & vitei racemi*, & *alterum rubens aquam*, quę prius mutauerat. Ex colore ipso rubri vini perspiciatur olim in calicibus vitreis, quibus ex decreto Zephirini [h] vtebatur Ecclesia, indicatq; Tertullianus [i], & clarius Hieronymus [k], consecratus sanguis. Quamuis ad consecrationem vinum, si suppetat, adhibere præstat, quòd, vt in quadam synodo, quæ sub B. Cardinale Carolo Borromæo celebrata est, habetur, ornamenta & cleatium indumenta præcipue corporalia, munda, & nitida sint. Sed ad rem redeundo Paraphrastes vertit, *vinum forte*, nempe rubrum vinum, generosum, חמר עשיש *chamar lisisan.*

Plenus mixto. Alia plaustella, & Augustinus, & que Cassiodorus, *plenum est in vno.* Paraphrastes, *& vinum forte plenum in vasione mixtura vini ad aliud aliquid per illud* (nempe medicinale modo, [illegible]

[a] Amos 2. f.

[b] Apoc. 17. 1. 15.

[c] Matthæi 26. Marci 14. Luc. 22. num. 17.

[d] in Exercitio Spir. Sab. post Dom. Quadr.

[e] Psal. 59.

[f] Esa. 51. 17.

[g] Deuter. 32. 14. Psalm. 77.

[h] in Carmine Ioannis.

Calicem vitreum esse in Ecclesia & mysterio.

[i] Damascen. Paræn. 86. Vtrum mente tenus Eccles. 234. Rudolph. Tāgest. de cœna dicens propter [illegible] Ecclesiæ 211. Plaut. in Zebedæo. [illegible] de publicis [illegible] in [illegible] et Rituali.

[a] vers. 7
[b] Esa. 51. 17.
[c] vers. 22.
[d] c. 25. 15. 16.
[e] vers. 27. 28.
[f] c. 49. 12.
[g] c. 51. 7.
[h] c. 4. 21
[i] c. 23. 31. 32. 33. 34.
[k] c. 2. 16.
[l] Matt. 20. 22. 23. Ioan. 18. 11
[m] Matth. 26. 27. 39. 42.
[n] c. 14. 10.
[o] c. 16. 19.
[p] vers. 5.
[q] c. 9. 15. & 23. 15.
[r] li. 8. c. 1.
[s] Alcibiadis fabulantis.
[t] lib. 9. c. 34. Eiusdem pœne in Latinarium sensu.
[u] in c. 27. c. 7 & in Ezech. li. 2. 3.
[x] in cap. 23. Ezech. vers. 31.

ſtatum propinabat cęteris per ordinem, vt Macrobius [a] meminit, & Poeta [b]:

Hic ego quina grauem gemmis, auroq; poposci
Implerat, merò pateram, &c.
& mensa latticum libauit honorem.
Prima, lubente fumino tenus attigit ore
Tum Bitia dedit increpitans: ille impiger hausit
Spumantem pateram, & pleno se protulit auro,
Post alij proceres.

Legit Hieronymus [c] alicubi, *ex hoc in illud*, Græca pronomina ſunt neutrius generis, ἐκ τούτου εἰς τοῦτο, & referuntur ad eiuſdem generis nomen ποτήριον, pro quo quia Latinè eſt *calix*, Auguſtinus, vt dixi, legit, *ex hoc in hunc*. Sed Interpres retinuit genus nominis Græci, etiam contra Syntaxim Latinam; vt alias monuimus, & aliquot exemplis Ribera noſter [d] demonſtrat, inter quæ hoc ponit, quem præterea de loco iſto toto conſule alibi [e].

Fex eius non eſt exinanita.] Hieronymus, *verumtamen faces eius epotabunt bibentes omnes impij terræ*, coniungit enim hæc ſequentibus verbis verſus. Alij, *usque faces eius fugent, & bibent omnes impij terræ.* Significat יִמְצֵּה *ymtsæh* à מָצָה *matsah*, vel *premet, exprimet*. Planè *defecata* [f] *vindemiæ* vinum beatis datur, fæces damnatis; mixtum cũ fęcibus, in hac vita, tum iuſtis tum peccatoribus, quamuis aliqui, *non exinanita*, exponant de damnatis, quos puniat Deus citra condignum; quibus fauet Ambroſius [g], vt iamdudum dixi; cùm è contrario miſericordiæ ipſius *oleum ſit effuſum* [h], & exinanitum, ſeu euacuatum, immo ipſemet Dei filius *exinanierit ſemetipſum* [i], & *menſuram non ſolum bonam, conſertam, coagitatam, ſed ſupereffluentem* quoque det *in ſinum* electorum [k], *replęo in bonis deſiderium eorum* [l]. Conſentit Auguſtin. [m] & nos eadem de re alias egimus. Porro Caſſiodorus docens *fæces* eſſe reliquias vini conſidentes in denſiſſimam craſſitudinem, ad quas ſolet pertingere, quando liquor ille ſuperior probatur expenſus; negat hîc pro ſordibus accipi, ſed pro imis atque vltimis vini partibus, nec enim illas poſſe habere merum atque purum vinum; ideirco etiam ſubdi quòd *bibent omnes peccatores terræ.* Immò verò cùm dicitur, quòd nondum eſt *fex exinanita*, indicatur, proprie illam ſumendo, ſemper ſupereſſe quod bibatur, nec ad eam peruenire. E contrario ſcribit Eſaias [n]; *Vſque ad fundum calix ſpiritus bibiſti, & potaſti vſque ad fæces*: & Ezechiel [o]; *bibes illum, & epotabis vſque ad fæces, & fragmenta eius deuorabis.* Vini fex, eſt illius quaſi ὑπόστασις & ὑφάνσιμον τοῦ οἴνου, & *acinatum*, ac veluti radix, ita vt auulſum ab ea non duret diu; & veteres in more haberent, quò id in annos multos ſeruarent, vbi ex prælo cuſcatum fluebat cum fęce, reliquiſque partibus vniuerſis condere, & ibi ceps a tamen haurire. Erat nihilominus quod *fecatum* vocabant *vinum*, infimæ ſpeciei eius quod *deuerſum*, ſiue *ſecundarium*, & *operarium* [p]. Alludi ad hoc videtur per verbum יִמְצֵּה *ymtsæh*, de quo dixi, & huiuſmodi vinum recte conuenit damnatis quaſi perpetuis incipitis

Bibent omnes peccatores terræ.] Quodam loco Hieronymus [q], & Pſalterium Romanum, atque Caſſiodorus, *bibent ex eo.* Prius in textu Hebræo eſt יִמְצוּ *ymtsu*, *fugent*, vel *expriment*, quod plus eſt quàm bibent. Arbitrantur aliqui eſſe tranſpoſitionem verborum, quaſi diceret, non tantum bibent, ſed ebibent ad vltimam vſque guttam, fæceſque. Si fieri poſſit, vt exhauriant; quod fieri nõ poterit, cùm ſemper ſuperfuturum ſit quod bibant; vt ideirco Lxx. expoſuerint, bibent, poſtquam dixerant, *fex eius non eſt exinanita.* Nec verò inſolens Hebræis, maioris verbum vehementiæ, primo loco ponere. Idem ſenſus; fugent ſeu expriment, & ebibent, non tantùm bibent. Nomen *terræ* adiectum ad *peccatores*, myſticè quidem concedi poteſt ſignificare id quod ſupra notatum eſt. Sed ad literã dicit vniuerſalitatem, generalitatẽ, communitatem, cõprehenſionem, omnium, vbicũque ſint, in hac habitabili terra, peccatorũ. Multa occurrũt ſimilia exẽpla, illiud ſimiſſimũ [a], *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ*, vbi ex oppoſito nominantur, *fideles terræ* [b].

Verſ. 10.] Ego autem annunciabo in ſæculum: cantabo Deo Iacob.

PRopheta de diuina hucuſque iuſtitia locutus, præſertim in peccatoribus puniẽdis, quos monuit etiam, recipit ſe ſemper eam annunciaturum hominibus, atque propter illam pſalmum decantaturum in honorem Dei Iacob; quẽ potiſſimùm vindicauit ab iniuriis aliorum, & ex luctatore *Iſraelem* fecit, id eſt, vt vulgus interpretatur, *viſorem Dei*, vel potiùs, *præualentem Deo* [c]. Vel induit Dauid perſonã Hębræi populi apud Babylonios captiui, vt Græci quidem, & Latinorum aliqui exponunt. Melior horum pars loquentem facit Chriſtum cum corpore ſuo myſtico. Chriſtus quidẽ miſſum ſe dixit *euangelizare pauperibus* [d], & hos *a ſe euangelizatos* [e]. & prædicandum *Euangelium in toto mundo* [f]. Annunciatio porrò illa facta ſæpe eſt hominibus à Deo, ſæpe; & fit, tũ interiùs, tum exteriùs, videlicet de præmiis, ac ſupplicijs æternis maximè, nec non de aliis, quæ credenda ſunt. Diſtinguit ſex nobis annunciata de Chriſto Aiguanus [g], incarnationem ab Angelo [h]; *qui enim habet pennas annunciat ſententiam* [i], natiuitatem [k], miracula, paſſionem & mortem, reſurrectionem, aſcenſionem. Hugo propterea nihil exprimere propheta notat, quid annunciaturus ſit, quia ſit ineffabile.

Ego autem annunciabo in ſæculum.] Sic etiam Hieronymus, ſeu, *in ſempiternum*, quod ſynonymum eſt. Paraphraſtes addit, *mirabilia illa*. In Pſalterio vetere Romano, & Gallicano, apudque Arnobium, & Caſſiodorum, *ego autem in ſæcula gaudebo.* Videtur Arnobius legere, *in ſæcula ſæculorum.* Auguſtinus, *in ſæculum.* Græca editio Lxx. habet eõdem modo ἀγαλλιάσομαι. Sed ſcholion attribuit V. editioni ἀναγγελῶ, *annunciabo.* Annunciatio lætitiæ ſit cum exultatione, præſertim cùm celebrat, & canit epinicium; vt ideo Lxx. maluerint *gaudebo*, & *exultandi* verbum exprimere. Niſi placeat ſuſpicio tibi Agellij, non legiſſe אגיד *aghid*, quod nunc extat, id eſt, *annunciabo*, ſed אגל *aghil*, *exul abo.* Certè mutatio perfacilis: Vel Ianſenij, non vertiſſe Lxx. ἀγαλλιάσομαι, ſed ἀναγγελῶ ἰσοῦμαι. Prædicatio durat *in frontum*, hoc eſt, vſque ad conſummationem ſæculi, annunciatio feſtiua laudum Dei, & exultatio in ſæculum æternitatis, quia *habitantes in domo illius, in ſæculum ſæculi laudabunt eum* [l].

Cantabo Deo Iacob.] Pſalterium Gallicanum, ſiue Ambroſianum, & Auguſtinus, *pſallam*, magis conſentanea ad Græcum ψαλῶ, & Hebræum אֲזַמְּרָה *azammerah.* Quare denominatur Deus peculiariter *Deus Iacob* [m] alibi docui. Exultatio

principum, id est, interficit. Sūt enim hæc omnia valde consentanea illi historiæ [a], in qua scribitur Sennacherib ipse postea peremptus gladio a filiis.

Mystico sensu, psalmus est de Dei laudibus, liberantis à persecutionibus Ecclesiam, earumdemque auctore diabolo, præsertim verò sub mundi finem; quando grauius ingruet periculum. Sed iuxta etymon *Assyrij*, siue *assyrorum*, vt hi significentur *dirigentes*, Cassiodorus, Rufinus, Beda, Haimo in bonam partem interpretantur, fermonem esse ad fideles, qui iam fidei regulis docti, recto tramite ambulare contendunt. Remigius, & rursus Haimo, contra Iudæos, qui se direxerunt secundum carnalia sacramenta: secundum literam intelligentes, non secundum spiritum, & quod ait Bruno Carthusianus, mentiantur se solos esse dirigentes se in diuinis præceptis, ita vt adhortetur eos psalmus in viam salutis iret, & dirigi. Ambrosius [b], exponens *Assyrium* fonare mutationem, ac vanum principem istius mundi, aut scriptum esse psalmum ad metus nequitias spirituales. Quæ in re cōsentit Arnobius, nec non Beda; sed hic iuxta lectionem, quæ habet in titulo, *contra Assyrium*. Ex Græcis etiam Nicephorus, ac Euthymius Ad eundem modum legit Iudam interpretans, cum Deum ita loquentem inducit [c]: *Semel et mente tractaui, ita erit, vt conteram Assyrium in terra mea, & in montibus meis conculcem eum. Hoc consilium quod cogitauit super omnem terram, & hæc est manus extenta super omnes gentes.* Quod ad Assyrios pertinet, Herodotus [d] confundit cum Syris, vt hos ita Græci, illos Barbari eo modo nominent. Eadem quoque Iustino [e], & Ammiano [f] Syria, & Assyria. *Assyriam* vocatam à Barbaris Dio Cassius & indicat. Sardanapalum quoque nunc Syriæ vocat regem Cicero [g]; hunc Assyriæ [h]. Cæteroqui constat latiùs patere Syriam; & Assyriam propriè esse regionē multo minorem, quàm Plinius [i] Syriæ partem facit, postea vocatam *Adiabenen*: Strabo autem longiùs extendit. Ab Assur filio secundo Sem [k] Noë, denominata est Assyria, teste Iosepho [l]. Adiabij, & Assyrij quidem, sicut Syria, & Suria, Syracusæ, & Suracusæ Symbola, & Sumbola, Syecophanta, & Sycophanta, & alia innumera, vt Cassiodorus [m] notat ex Annæo Cornuto [n]. Frequenter scriptura vsurpat *Assur* pro Assyria, Assyrio, & Assyriis [o]. Lege de nostris Riberam [p], & Salmeronem [q], & quæ ipsi diximus in Actus Apostolorum [r]. Athanasius [s] recenset psalmum istum inter eos, qui de Domino gloriātur, nempe vna cum 21. 16. 28. 39. 41. 84. 96. 98. & quem supra receptum numerum ponit, 151. Recitat hunc Ecclesia psalmum in Matutino feriæ V. in Cœna Domini nocturno primo, & nocturno secundo festi Transfigurationis.

[a] 4. Reg. 19. 35. 2. Paral. 32. 21. Isai. 37. 36. Iudith. 14. 15. Ioseph. lib. 10. Antiq. cap. 1. Matth. 21. [b] Ambros. in hunc psal. & lib. 5. in Lucam. [c] Cap. 24. 14. 15. [d] lib. 7. [e] lib. 36. [f] lib. 23. [g] in Verrem. [h] 2. de finibus. [i] lib. 5. c. 12. [k] Gen. 10. 22. [l] lib. 1. Antiq. cap. 7. [m] lib. 2. de Natura deorum. [n] in Theologia. [o] Esai. 10. 5. & 19. 4. Reg. 15. 29. Gen. 10. 11. & 25. [p] Tract. huius psalmi in Ecclesia, & quæst. 11. lib. 1. de Iesu. [q] tom. 6. disp. 40. [r] lib. 1. c. 13. & lib. 2. c. 7. [s] ad Marcellinum.

Vers. 2.] Notus in Iudæa Deus, in Israël magnum nomen eius.

Vers 3.] Et factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion.

CElebrem Dei notitiam, nomēque in Iudæa, vniuersóque illam incolente populo ait esse; quodque peculiariter eam sibi prouinciam delegerit ad habitandum; tum verò Salem, quæ vox *pacem* sonat, & eandem, siue Ierusalem, illam mansionem, qui vocatus est Sion, vt ibi religiosius coleretur. Eius autem notitiæ, atque celebris famæ, quæ longè manauit etiam ad exteros, causa extitit, quòd dictum populum, locumque mirabiliter Deus tutatus esset à hostibus hostes; & quod attinet ad Assyrios, centum octoginta quinque millia eorum nocte vna per vnum Angelum cecidit [a]: quod indicant sequentia.

Sensus mysticos quotquot alij spartim tradunt, vnus attingit Euthymius, vt quia Iudæi frustra vnis sibi iustitiam vindicant Dei, quos tamen Prophetæ non semel idololatriæ nomine accusant; *Iudæa* & *Israel* designent Scripturas diuinas, & diuinum in eis præceptum cultum, quæ annuntiant, vel præfigurant Christum: præterea, quod, Maximo auctore philosopho refert Euthymius, vt denotet *Iudæa* philosophiæ partem practicam, cùm significet κατ' ἐτυμον, *confessionem*, quod est notum quoddam ad alias virtutes: *Israel*, cuius nomen est (vulgaris, non exacta) *videns Deum*, theoreticam: tandem, vt innuant hæc Ecclesiam ex Gentibus nouam, sua confitentem peccata, & verum Deum per contemplationem semper intuentem, quem Paulus [b] nominat *in abscondito Iudæum*, & *circumcisionem cordis in spiritu, & non litera*. Adde ex oppositio illos, quos Ioannes [c] refert *dicere se Iudæos, & non esse*, sed mentiri, & *esse synagogam Satanæ*. Placuit postremus dicendi modus Latinis fere omnibus Enarratoribus huius loci, ac præter illos, Gaudentio Brixiensi [d], & Ambrosio [e] æquali eiusdem, quamuis potiùs doceant ex illis angustiis, Iudæam & Israelis exisse, & *confusum* fuisse *nomen* Christi [f] tamquam ex vasculo, quo includebatur. Idem quoque alibi Augustinus [g] docet, qui hoc loco multis verbis demonstrat indignos esse qui nūc nominantur Iudæi, tali appellatione, quia defecit illis princeps de Iuda [h], & fœnerunt ingenuus Iuda, inque semē Dauid, id est, in Christum, negantes *se habere regem, nisi Cæsarem* [i]; Christianos dignos esse illo nomine, qui credunt in illū regem, qui venit ex tribu Iuda per Virginem Mariam, & per fidem videndo Christum Deum. *Israëlitæ* quasi *videntes Deum* (iuxta tritam, etsi minimè veram etymologiam) cognominari possunt: prius confessi peccata, Deumque videntes fide, vt in pacata eorum conscientia habitet; quoniam quamdiu quis non confitetur, quodammodo rixatur cum Deo: tandem verò perueniet ad clare contemplandum ipsum in cœlesti Sion *facie ad faciem* [k]. Rursum Ambrosius [l] *notum* interpretatur *in Iudæa Deum*, *in Israel magnum nomen eius*, hoc est, non in diuitibus, non in nobilibus, sed in pœnitentibus, & in anima confitente Deo, non in principibus, & consulibus, sed in eo, qui Deum videt, & in quo profunda fides ad cognitionem Dei potuit peruenire: locum eius esse, vbi quietus affectus nullis diuersarum cupiditatum exagitatur fluctibus, nullis auaritiæ turbatur procellis, nullis quærendarum diuitiarum ignescit incendiis. Idem [m] adhuc Iulianam viduam per nonnullam allusionem, ac veluti errorem longæ, nominans *Iudæam*, causam reddit, quia Iudæa est anima, quæ Christum fatetur, & ibi *notum Deum*, vbi agnoscitur, non vbi negatur. Vtrumque nomen *Iudæ* & *Israel*, quam ædimus, acceptionem pro eis est, qui Messiam verum Deum & hominem credituri, & cōcessuri essent ex Rabinis ipsis cōmunet

[a] 4. Reg. 19. 35. 2. Paral. 32. 21. Tob. 1. 21. Iudith. 7. 30. Eccl. 48. 24. [b] Matth. 6. vlt. 2. Reg. 19. Sensus mystici. [b] Rom. 2. 28. [c] Apoc. 2. 9. c. 3. 9. [d] sermo 2. [e] lib. de Spiritu sancto c. 7. [f] Cant. 1. 2. [g] tract. 105. in Ioan. [h] Gen. 49. 10. [i] Ioan. 19. 15. [k] 1. Cor. 13. 12. [l] de Nabuth. c. 4. [m] de bonor. ad virginit.

Gde

Galatinus [a]. Cyrillus Alexandrinus [b] propagatum Dei nomẽ post incarnationem scribit, quod vix priùs in sola notum erat Iudæa, populoque Israelitico, quia Moles erat voce exili, *linguaj tardiore* [c]. Innuit eadem Hieronymus [d] de dilatatis Ecclesiæ finibus. Athanasius [e] ait *magnum nomen in Israël*, de Filio: *Deum notum in Iudæa*, de Patre intelligi, & Christum esse æque magnum Deum, ac Patrem, ipsiusque *nomen admirabile in vniuersa terra* [f]. Clemens Alexandrinus [g] proiecit veram cognitionem Dei, quando per eam confiteamur Deum, & eius præcepta seruamus, proximum diligendo propter ipsum, & hoc tibi velle *notum in Iudæa Deum*, id est, in eiusmodi confessione. De Christo explicat Irenæus [h], qui Emmanuel, homóque Deus habitauerit illis in locis, qui hîc exprimuntur, & innotuerit longiùs, iis etiam, qui non quærebant eum.

Notus in Iudæa Deus.] Hieronymus, *cognoscitur*. Paraphrastes *domum Iehudah* nominat. Pro regionis nomine vsurpat semper Scriptura nomen proprium tribus, seu auctoris eius Iuda יְהוּדָה *Iehuah*. De vocabulo huius, Iudæique origine, vsúque, dixi commentario Actuum Apostolorum [i]. Etsi verò qui hunc leget non illum fortasse habebit præ manibus, aut adire commodum non ducet, mihi tamen nec gratum, nec laudabile semel dicta transcribere. Quatenus cognosci Deus naturaliter possit, & à Philosophis cognitus fuerit, attingit Genebrardus, & in quo differat huiusmodi cognitio à reuelata. Egerit ista disputatione vberiore, quam & nos aliquando scholasticè instituimus, tractantes de gratia; tum præterea, quàm latè pateat de eodem Deo scientia, vt in hac quidem vita secundùm eam rationem, qua rerum aliarum essentiæ, cognosci non possit, in alia omnino non valeat, quæ cernendi Numinis Deique sui [k] desiderium habent, amplectitur cultum eiusdem, vt *factis non negent* [k], nec *speciem pietatis habens* quis, *virtutem eius abneget* [l]; vel se *conformet huic sæculo* [m]. Excellit multis nominibus notitia Christiani de Deo, illam, quam habuit Iudæus, vt meritò beatos Christus prædicauerit quòd viderent, & audirent, quæ non licuisset regibus, prophetis, iustis [n]. *Audiuit* enim discipuli, *viderunt oculi, & perspexerunt, atque manibus contrectauerunt de verbo vitæ* [o]: ad externos sensus corporis interiores quoque mentis adhibentes; posteriores hoc quodam modo beatiores: quòd non videntes, aliisve sensibus externis percipientes, *credunt* [p]; nec vrgentur ad credendum argumento illo sensuum: aliquin simpliciter, & absolutè concedi debet aspectum. & præsentiam Christi fuisse singulare quoddam beneficium, priuilegiúmque; quamuis multi eo vti non sint, tamquam motiuo vt vocant, ad credendum; propterea maiore reprehensione atque damnatione digni.

Cæterum notitia, de qua hîc est sermo, ad literam consistere videtur in effectis potentiæ, ac misericordiæ Dei, quæ effecta quando non exhibet Deus, videtur ignotus, absconditus, occultus. In quo sensu potest illud exponi [q], *Vere tu es Deus absconditus, Deus Israel Saluator*; id est, videbaris absconditus esse, cùm populus affligeretur in Babylone, postquam verò eum liberasti, constitit aperte te Deum esse, ac Saluatorem Israel.

In Israel magnum nomen eius.] Per corda Gentium, & in fines orbis effusum, ac per omnem creaturam extensum, postquam Dei Filius per omnem mundum suo illuxit aduentu, & quasi extra vasis angustias effusum, longéque ac latè diffusum est, vt ait Ambrosius [a]. Non amplius ineffabile nomen Dei apud nos est, nec vt vrbis tutelarem Deum nominare illum nefas, vel eiusdem vrbis nomen proferre [b]. Scribitur in titulo Crucis IESVS nomen communissimis linguis tribus, quod illemet etiam, cuius est nomen, *per vniuersum orbem portari* præcepit [c]. *Admirabile est hoc nomen in vniuersa terra* [d], & secundum hoc, *ipse solus Deus in fines terræ* [e]. Nomen suum Deus *Adonai*, siue *Iehouah* (& IESV) non inde fuerat [f] ante incarnationem, scilicet re ac effectu, & complemento, necdum etiam in illo *nomine omne genu flectatur* [g]. Crassus, ac pernitiosus error esset, auctoris quæstionum noui & veteris testamenti [h], qui falsò tribuitur Augustino, si vt aliquo modo præ se ferat, fecerit, extra Synagogam Christi neminem potuisse, propter auctoritatem præsentis loci. Abel, Enoc, Noë, Abrahã, Sara, Isaac, Iacob, Ioseph, quibus præterea Iob addi debet, quos in Sanctorum catalogo censet Paulus [i]; & alij multi ad Synagogam non pertinebant. Notitia quidem, & Dei veri cultus toti alicui populo aut Reipublicæ communis non fuit, præterquam Hebraicæ, nec lex, sacramenta, media per alia per se ad religionẽ, & salutem instituta; nihilominus in naturæ lege nulli vnquam defuit sufficiens gratia, & in multis efficacem fuisse dubitari non potest.

Et factus est in pace locus eius.] Hieronymus, *Et factum est in Salem tabernaculum eius*: & alibi [k]: *Factus est*, ait, *in pace*, siue *in Salem loco eius*. Nomen cum affixo וּשְׁלֹמוֹ *succho* propriè *tabernaculum eius* significat. Vt proinde non censeam vim esse in voce *loci*, quasi latius pateat, quàm *habitatio*

[a] lib. 2. c. 14
[b] Orat. in dict. S. Ioan. Euag. quæ extat to. 6 conc. Ephes. c. 2.
[c] Exo. 4. 10. & Oseæ c. 2. & Amos c. 5.
[d] de commun. essent. Pat. & Filij, & Spiritus sancti.
[e] ps. 8. 2.
[f] *Vera cognitio Dei quæ sit.* lib. 7. Strom. c. vlt.
[g] lib. 1. c. 9. & 10. lib. 4. c. 66.
[h] in c. 1. 8.
[i] Tit 1. 16. 1. 2. Tim. 3. 5.
[k] Rom 12. 2.
[l] Luc. 10. 23. & Matth 13. 16. & 17.
[m] 1. Ioan 1. 1.
[n] Ioan 20. 29.
[o] *Singulare beneficium in aspectu & præsentia Christi.*
[p] Esa 45. 15.
[q] in Ierem. c. 23.
[a] de Spiritu sancto c. 7.
[b] de his Bartadæus noster tomo hæres. lib. 9. c. 6.
[c] Act. 9. 15.
[d] ps. 8. 2. 10.
[e] ps. 47. 11.
[f] Exod. 6. 3.
[g] Philip. 2. 10.
[h] q. 109. *Error tribuens Augustino, quod extra Synagogam nemo fuerit saluus.*
[i] Hebr. 11. 4. 5.
[k] in Ierem. c. 23.
Nomen Ierusalem expositum. Lib. Act. c. 4. in Matth. c. 10. Ioan. c. 10.
[l] Gen. 22. 14.
[m] Gen. 14. 18.
[n] in Abac. c. 3.
[o] q. 9. Præpar. ca. 40. *Urbis Salem nomina.* Antiq. c. 7. c. 11.
Dicit non ut vera significantia sint.
Gen. 33. 18.
[p] Ioan. 4. 5.
[q] ibid.

Omnibus simul incolis suis tabescit terra.

Alia Latina psalteria, & Augustinus, atque Cassiodorus, *& omnes habitantes in ea.* Augustinus verò etiam, *aestuavit terra. Liquefactione* scripturæ solent acerbissimam exprimere calamitatem, pauorem, dolorem; sicut & igne, vel ardore, quo fit. *Pertimuerij cor populi, & instar aquæ liquefactum est* [a]: *Anima mea liquefacta est, vt loquutus est* [b], *factum est cor meum tanquam cera liquescens* [c]: *cœli sicut fumus liquescent* [d]: *montes a fundamentis mouebuntur cum aqua, petræ sicut cera liquescent ante faciem tuam* [e]: *montes sicut cera fluxerunt a facie Domini, a facie Domini omnis terra* [f]: *consumentur montes sibimet eum, & valles scindentur sicut cera a facie ignis, & sicut aquæ, quæ decurrunt in præceps* g. Occurrit iam quoque prius comparatio ex fluente & liquefacta terra psalmo 57 [h]. & 67 [i].

a Iosue 7.5.
b Cant. 5.6.
c psal. 21.15.
d Isa. 51.6.
e Iudith 16.18.
f psal. 96.5.
g Mich. 1.4.
h vers. 9.
i vers. 3.

Mystica interpretatio.

Mysticè innuit hic locus vel in primo Christi aduentu, fluxa, & depranata, aut quæ obdurata erant mollienda hominum corda [k], *instar ceræ* [l]: atque *vt incaluerint, soluenda de loco suo* [m]: vel in secundo, magnam fore trepidationem, commutationemque in peius, tanquam ab igne persecutionis, ita vt in errorem inducantur, si fieri possit, etiam electi; vixque *inuenias veniens filius hominis fidem in terra* [n]: & *cœlos ipsos magno impetu transituros, elementa verò calore soluenda, terram autem, & quæ in ipsa sunt opera, exurenda, & hæc omnia dissoluenda* [o]. Notat Hugo quædam numquam liquefieri, vt lateres; aliqua tarde, vt ferrum, æs; quæ nonnulla citò, & vtiliter, vt autum: alia citius, sed parum vtiliter, vt plumbum: omnium citissime, & cum damno, argentum viuum: denique manna non potuisse ab igne exterminari; statim tamen ab exiguo solis radio calefactum [p] tabuisse. Quæ rerum diuersa genera transferri ad mores, cordiúmque humanorum differentes formas commodè possunt. *Cor durum male habebis in die nouissimo* [q], quod *indurabatur quasi lapis* [r], *& coagulatur sicut lac* [s]. Soluitur gelu, glacies, nix, pruina, nec tamen concipiunt formam nouam, sed cera; at hæc ipsa, quam habet facile amittit, non autem metallum. Legatur Gregorius [t]. *Animæ liquefactionem* sponsæ [u] vocat Hebræus textus, Græcusque extasim, vtuntur enim verbo נמס nasah & ἐξιστᾶν, & significant *defectum*, ac *deliquium, excessum*, & *ecstasin*, abalienationem, & extra se positionem. Vis hæc tanta diuini verbi, multo profectò maior, quàm Socratis, quo Menon audito veluti præstigiis incantationibusque perturbatum, atque tanquam trepidinis tactu stupefactum se dicebat [x]; aut quàm amoris, quo Daphnidem venefica optabat liqueferi, adhibens imaginem cretaceam, & ceream.

Lunus vt hic duresco, & hæc vt cera liquescat,
Vno eodemq; igne, sic nostro Daphnis amore.

Meminit verò laneæ quoque imaginis cum cerea, alter poeta [z]:

Lanea & effigies erat, altera cerea.

Plura nostri in Virgilium Pontanus, & Cerda. De vehementia diuini amoris locum Cantici declarat Gregorius [a], ita vt mens in lacrymas largas colliquescat. Omnis homo suam sibi ceram, & in cera me! fabricat. non potest hæc igni resistere, sed pabulum eius est. Refert, sacer sit hic, an profanus ignis, castus, honestus, diuinus, an impudicus, turpis, diabolicus: mollis cera excipit quamlibet, nullo negotio, imaginem aut Cæsaris, diabolive aut Dei. Sub cera, vt & sub niue latere sordidæ res possunt; hæ res apparent, cùm illæ liquescunt: similiter exsultant aliæ pulchræ, elegantes, solidæ, quæ discerni prius nequibant. Egregium iudicij futuri Symbolum, quando *iustitiæ sol* Christus [a], radius præsentiæ, atque sententiæ suæ cuncta opera hominum in apertum producet.

k Lob 23.16.
l psal. 21.15.
m Iob 6.17.
n Lucæ 18. 8.
o 2. Pet. 3. 10. 11.
Quæ citiùs, quæ tardiùs, quæ nunquam liquescant.
p Sap. 16.22. Exod. 16.21.
q Eccl. 3.27.
r Iob 41.15
s psal. 118.70.
t serm. 155
u Cant. 5 6.
Socratis in docendo ars.
x Plato in Menone.
y Virg. Eclog 8. ex Theoc. Idyll. 2.
z Hor. l. 1. Sat. 8.
a in Cant. c. 5 & hom. 25. in Euang.

Ego confirmaui columnas eius.] Hieronymus, *appendi: ait, fixi, dissipati, summa arte iustabiles*, &c. quamuis Hebræum verbum sit futuri temporis תכוני *thiccuntu*, sed pro præterito. Sensus literalis est; etiamsi dissiliat terra ipsa, restituam ipsam in meliorem statum. Vel, qui terram ipsam sustinet, potero cunctos habitatores cũ eadem dissipare, multo magis hostes populi mei, & iterum confirmare populum meum. Ambrosius [b] hac dicendi forma docet non significari terram columnis subnixam, sed ea virtute, quæ sustineat subsistantiam terræ, atque sustineat. Probat id pluribus, & nos iam alibi ostendimus. Sic item Hieronymum [c] intelligo, scribentem, præsenti citato loco profundis terrarum quasi vectibus, & columnis, Dei voluntate globum terræ sustentari nulli dubium esse. Inde verò etiam confirmari potest, immobilem esse terram.

Sensus literalis

b 1. Hexam. c 6.

c in c. 2. Ionæ.

Terra Scripturas terræ vnde confirmari possit. Sensus mysticus.

Sensu mystico, *columnis* dixi designati principes viros, aut iustos, quibus adde prædicatores. Apostolos ita cognominatos a Paulo [d] docui (ostendit id verò etiam Ambrosius [e], Cyrillus Alexandrinus [f], Procopius [g], dicúntque duo vltimi, hac in re similes esse Christo adumbrato per columnam nubis, & ignis) qui Ecclesiam quoque *columnam* vocat [h]. *Vincentem* promittit Christus futurum se *columnam in Templo Dei, vt foras non egrediatur amplius* [i]. Deus Ieremiæ dicit, quod eum *dederit in columnam ferream super omnem terram regibus Iuda, principibus eius, & Sacerdotibus, & populo terræ* [k]. Duplex celebrior Templi columna *Booz* & *Iachin* [l], fortitudinem, seu virtutem, ac præparationem, seu humilitatem significant, tum in bene agendo, tum in mala patiendo: earumdem longitudo longanimitas, latitudo facilitas, paupertas, planities, amotio scrupulorũ; rotunditas, æternorum contemplatio; reticula, prædicatio & doctrina; malogranata, operatio. Materia ex ære indicat firmitatem in bonis operibus; rectitudo, intentionem; altitudo, contemplationem; quod erant strictæ, seu excauatæ, mortificationem, atque humilitatem; duo capitella totidem testamenta, quorum meditatio, & obseruatio subdamus secundum corpus, & animam, species catenarum, retisve similitudo in capitellis varietatẽ virtutũ, variúmque ordinem sanctorum; malogranata, custodiam internatum virtutum, & concordiam charitatis: delinentia in lilij florem capitella, beatitudinis amœnitatem. Legendus Beda. *Septem columnæ excisæ* [m] innuunt vinuestitatem iustorum (quia *septem* pro multis ponuntur, & sexagenta tabernaculi Mosis columnę numerantur) qui tribulationibus perficiuntur: vel præcisso illo numero insinuantur septem dona Spiritus sancti. Aiguanus materias columnarum collectas ex scriptura ingeniosè accommodat ad illa dona: *columnam nubis* [n], ad donum timoris: *auream* [o], ad donum pietatis: *argenteam* [p], ad donum scientiæ: *ferream* [q], ad donum fortitudinis: *fumi* [r], ad donum consilij: *marmoream* [s], ad donum intellectus:

d Galat. 2 9
e l. 1. de interpella Iob c. 5.
f tom. 10. in 34. & tom. adorat. in spiritu
g in Exo pag. 558.
h 1. Tim. 3. 15.
i Apoc. 3. 12.
k Ierem. 1. 18. *Templi templyque mutati columnarum significationes.*
l 3 Reg. 7. 21. 2 Paral. 3 & c. 4.
m tom. 8. de Templo Salo. c. 18.
n Prou. 9. 1.
Ingeniosa Aiguani accommodatio.
o 2 Esdr. 9. 18.
p Ezec. 16 13
q Cant. 3. 10.
r Ierem. 1. 18.
s Iudic. 20. 40.
t Cant. 5. 15.

columnam

a Eccl. 36.26. *columnam pacis & requiei* a (quæ tamen propriè materia non est) ad donum sapientiæ. Priora illa alia, quæ attuli, attingantur ab Hugone. B. Thomas prologo in Epistolam ad Ephesios, tractat eandem illam sententiam, demonstrans propriũ esse Apostoli confirmare alios, ne vacillent in fide; sicut artifex confirmat ædificium ne cadat, id Petro commendatum b; iuxta illud etiam †, *Vacillantes confirmauerunt sermones tuos*. item ne inaniter timeant, sicut Episcopus confirmat oleo sancto vngens, *manu sua auxilians, brachioque confortans, ne proficiat inimicus* c. item vt donum gratiæ à Deo concessum deinceps non auferatur; eo modo quo princeps, aut prælatus confirmat dona sua; sic Deum *confirmare in conspectu suo in æternum* d, & *verbo suo firmare cælos* e, & orari, vt confirmet *quod operatus est* f: columnas esse fideles, quia debent esse recti per fidem, erecti per spem, fortes per charitatem, ad similitudinem *columnæ nubis* g, quia fides sicut illa habet obscuritatem ænigmatis, dissolutionem, quatenus euacuatur; humiditatem, excitando deuotionem; ad similitudinem *columnæ fumi* h; quia spes, quemadmodum fumus, ex igne prouenit charitatis (vnita nempe spes ac fiducia: potest namque sine charitate spes esse) & in altum ascendit, ac tandem in fine deficit, nimirum in gloria: ad similitudinem *columnæ ignis* i; quia sicut ignis illuminat diaphana, examinat metalla, exterminat cremabilia, sic illa illuminat opera, examinat intentionem, omnia vitia exterminat: fulcitur bono rege & principe tanquam basi Respublica tam Ecclesiastica tum politica, vt idcirco quod alias monui, & notat Gregorius k *Cæsarius* quasi βάσις λαοῦ, *basis populi*, sit dictus Quo cum subiectorũ suorum onera tolerat, eo quasi superpositam, inquit, columnam basis portat. Tractat illud Iob l; *sub quo curuantur qui portant orbem*. Alligatus est columnæ Christus in sua flagellatione, vt columnæ vacillanti firmissima ipse columna cohæreret, atque suomet sanguine cõstabiliret. Nec alia Crucis, quàm columnæ ratio fuit, cui voluit nõnisi. Quamdiu stetit in Sodomis Lot, non corruerunt m: Mose absente, tanquam columna subtracta, cecidit magna ruina in idololatriam populus n, Ecclesiæ, quæ *columna est firmamentum, veritatis* o, is columna est, cui dicitur p, *Non deficiat fides tua, & confirma fratres tuos*. Nutauit Petrus in passione, & nõnihil quoque Apostoli alij; confirmati autẽ sunt in resurrectione, ac deinceps in gratia constabiliti, saltẽ post acceptum in Pentecoste Spiritum sanctum; vt hunc videtur locum intellexisse Cyrillus Alexandrinus q. Sexaginta tabernaculi Moysis columnæ de lignis setim, vestitæ laminis argenteis, capitibus argenteis, basibus æneis, denotabant sanctis inuictam in aduersis patientiam æreis instar esse debere; ac timorem Dei, quo stabiliantur: præterea, præceptis se diuinis supponere, ab omni corruptione peccati abstinere, meditatione, atque sermone de rebus diuinis ornari. Ricardus S. Victoris r, requirit in nobis columnæ firmitatem per fidem: vt recti simus per æquitatem, vt erecti per intentionem, vt sublimes per contemplationem, vt sustentemus alios verbo consolationis, suffragio orationis, exẽplo actionis. Tandem, vt concludamus hanc siue allegoriam, siue tropologiam, Ambrosij s nos tolari sententia debet, scribentis, non Apostolos duntaxat, & nominatim Petrum, Iacobum, Ioannem, Barnabam esse *columnas Ecclesiæ* a: sed & quicumque vicerit hoc sæculum, *fiet columnam Dei* b, quam confirmat qui dicit c, *Ego confirmaui columnas eius*; *hasim auream columnæ marmoreæ* d esse timorem plenum disciplinæ; quia *initium Sapientiæ* e est, & ei Esaias f subiecit dona cætera: sic demum statui eloquium Dei in timore eius, & tanquam super basim auream, columnam hæmari, & esse Christi eloquio Apostolicoque sermoni velut tribunal timorem iusti.

Porrò in fine est סֶלָה *semper, & sine fine, atque*, de quo alias.

a Galat. 2. 9.
b Apoc. 3. 12.
c ps. 74. 4.
d Cant. 5 15.
e ps. 110. 10. f Cant. 5.

Vers. 5.] Dixi iniquis: Nolite iniquè agere: & delinquentibus: Nolite exaltare cornu.

Vers. 6.] Nolite extollere in altum cornu vestrum: nolite loqui aduersus Deum iniquitatem.

Sensus loci.

CVm considerasset Propheta subinde quanta sit in vindicando potentia Dei, quam exercuit aliquando, & exhibiturum præuideret contra populi sui hostes maximè Chaldæos, & ad extremum multo magis insigniter in die iudicij, ait se sæpius monere solitum fuisse impios planè vecordes ac stultos, vel certè ad absentes tanquam ad præsentes sic locutum, sibi vt cauerent, atque finem denique inique agendi facerent: cessarent præterea ab inani & stolida gloriatione, atque à iactatione, & insolenti victis exprobratione, à nimia fiducia, & præsumptione, tanquam surrecto cornu in viribus, & potentia sua; abstinerent à procacia, blasphemiaque verborum in Deum, appellantes videlicet aut ignarum, & improuidum, aut impotentem, aut non amplius *multa luerent, ipsi sublimes gloriantes; quia Deus scientiarum dominus est. Et ipsi præparantur cogitationes* g.

g 1 Reg. 2. 3. *Mystica expositio.*

Mystice ista oratio Christi esse dicitur, ad liquefactam corruptámque peccatis terram, per Apostolos, Apostolicosq; prædicatores, qui confirmati confirment illam, & peccatores ad pœnitentiam reducant, ne in peccatis perseuerent, cáque etiam superbe defendant, & exculent, contraque Deum ipsum obmurmurent.

Dixi iniquis.] Hieronymus, *iniquè agentibus*. Alij, *insanis, insipientibus, stultis*. Hoc significat הוֹלְלִים *holelim*, & *gloriantes, se se alta voce extollentes, & laudantes*. In psalmo 5 h, reddidit interpres *malignos*; in 72 i, iterum, *iniquos*. Hoc loco Paraphrastes exponit *subsannatores* מחַלְעִין *mithalahhaun*. Sunt παραβατῶντες *præuaricatores legis*. Conueniunt omnia iniquis, & insolescentibus, ac superbis hostibus.

h vers. 6. i vers. 3.

Παραβατῶντες.

Nolite iniquè agere.] Augustinus, *facere*. Alij, *ne insanias, stulte agas: insaniam, siue incertus*, &c. Et huc valet לא־תחלו *al thahalu* quod etiam explicat Paraphrastes, *ne subsannetis* aut *deteriora agatis* לא־תחלעבון *lo tithalahhaun*, Græcè, μὴ παραβαίνετε, *ne præuaricemini legem*. Solet autem noster interpres negationis loco ante verba præponere verbum *nolendi*. Vnde nõnulli pro arbitrij libertate argumentum sumunt, vt alias monui. Insanit, ac stultescit omnis improbus, omnis stultipiés insanit, ex Stoicorum sententia k, omnis stultus insanit, vt male olet omne cœnum l, præ-

k Cic. Tusc. 4. l Id. Tusc. 4.

a Exodi 32. & seq. m Genes. 19. versu. n Exod. 32. 1. o 1 Tim. 3. 15. p Luc. 22. 32. q 1 de adorat. in Spir. tum. Tabernaculi Moysi columnæ sexaginta quid denotarent. r in Cant. c. 3. s in psal. 118. Iemin 5.

sertim si commoueas. Ipsimet se improbi vel sero tandem *insipientes* fuisse deprehendent, ac nominabunt nec nisi ex insano capite prodisse sententiam, qua hic proborum *vitam insanabant insaniam* [a]. Quos Latine legimus in Ezechiele [b] *execrandos, & sibilo foetes*, textus Græcus explanat per verba παροξυνόντων, ἐξολοθρευόντων, *irritantem tanquam aut operam, & contemnebantur*. Hebræum primum vocabulum est זָרִים *zaraim, rem remotæ, alienantes, abdicantes, contumaces, immorigeri, intractabiles præcipue*: alterum סוֹלְלִים *solelim*, quasi dicas *spretos & pessimos*.

Ecdicit quem, huc, volite exaltare cornu.] Hieronymus, *impie*, qui dicuntur Hebraice רְשָׁעִים *reschaim*, Græce ἁμαρτωλοὶ, quod cum priore synonymum esse Euthymius docet. Chaldaice אזדהרו *bezdahrau, præcauete*, quamvis in textu Nebiensis hic idem nomen, quod in Hebræo. Hoc moneo propter eos [c], qui per *delinquentes* intelligi volunt derelinquentes, & omittendo peccantes. *Exaltamini in cornu*. Latini fere omnes hoc loco, præterea quæ Gregorius [d], obstinatam ac superbam defensionem peccati interpretantur. Cornu quippe delinquentes, inquit Gregorius, exaltant, si nequaquam se ad pœnitentiam ex cognitione suæ iniquitatis humiliant.

De metaphora *exaltationis cornuum* alias egimus [e], & satis sæpe occurrit. Ducitur à tauris, aliisve cornutis animalibus, quæ fretum cornibus, vt notat Euthymius, certare solent, & illorum ornamento gloriari. De varia notione *cornu* differit Pintus [f], & Salmeron [g], & ex veteribus Cyrillus Alexandr. [h] Proprium superbia vitium potentis ac diuitis est; vt idcirco præcipi velit eis Paulus [i], *non sublime sapere*: & *odorit* valde Sapiens [k] *pauperem superbum*, (quem potiùs decet humilitas, & modestia) sicut *animum medicorem, sectem, furiosum, & insipientem*. Non decet, ait alibi [l], superbum esse hominem seruum. Quatuor cornua de quibus Zacharias [m], totidem sunt præcipuæ perturbationes animi, vt placet Hieron. [n], gaudium, timor, spes, siue cupiditas, aut desiderium. Bouem, qui cornu percutiebat virum, aut mulierem, & mortui fuissent, lex obrui lapidibus iubebat, vetabatq; carnes eius comedi: talis qui verbo aut exemplo ferit, aut ad peccatum allicit. Labros quatuor qui deterant cornua, virtutes quatuor cardinales sic Hier. exponit. Ribera contra gaudium pœnitentiæ, mortificationem seu abnegationem sui, contra dolorem, contra timorem, patientiam, contra spem, contemptum sæculi. Hoc est, quod postea dicitur, *cornua peccatorum confringam*.

Nolite exaltare in altum cornu vestrum.] Paraphrastes, *gloriam vestram*. אוקרכון *ekrekon*: & hic potuit etiam verti priore membro pro *cornu*, quia erat etiam איקר *ekar*, & tamen hic translatio Latina ex Chaldæo habet *gloriam*, ibi *cornu*. Repetitio valet ad contestationis confirmationem, auxitque præcedentem orationem additio duarum vocum, *exaltatur*, εἰς ὕψος τὸ κέρας ἡμῶν *lammarom*, ac potest omnino alio, Deus ipse intelligi, contra quam superbia maximè pugnat, quemadmodum psalmo 72 [o]. *Iniquitatem in excelso locuti sunt*, εἰς ὑψηλὸν ἐλάλησαν ἀνομίαν *in inimaron de excelso*. Agni cornua tribuuntur Christo [p] & *innocentiæ* [q], cornu etiam *salutis* [r], denique sub typo Moysis [s], cornu splendoris in facie: *vestri cornua* quædam nominantur in fine istius psalmi, quæ scilicet *exaltentur* in beneplacito Dei [t] & *in gloria* [u]. Peculiariter in Ecclesia prælati sunt cornua ipsius, siue capitis eius Christi, quod in illa sublimatur [x], in cuius rei argumentum mitræ cornua duo sunt. Cornua demum sunt Crucis, quæ fuerunt in manibus Christi [y], & quibus hæret [z] se tanquam aries [a], & erat sicut in altari quatuor [b]. Mala cornua impiorum sunt, tyrannorum, dæmonum, *ad mendacium sibi vita in formandere sua* [c], & similia non solum illis quatuor, de quibus antè meminimus ex Zacharia 8, verum etiã ferreis, quæ sibi fecit pseudopropheta [d], & quod hircus gestabat super oculos [e], & *decem cum eodem à draconibus* [f]: & illi modico, quod habebat oculos [g], & os loquens grandia, & faciens bellũ contra Sanctos & prævalens eis [h]. Legatur non contemnendi nominis auctor Petrus Bercorius in Dictionario [m].

Nolite loqui adversus Deum iniquitatem.] Hieronymus absque negatione, quæ etiam Hebraicè non exprimitur, & resoluens verbum in participium, sic vertit velut continuatam cum præcedentibus sententiam *loquentes in cervice veteri*. Id Trenetus velut Hebræo populo dictum interpretatur, qui iam olim appellatus est *dura cervicis, & indomabilis* [n]. Alij supplentes negationem, & futurum vertentes, vt sæpe, in imperatiuum, reddunt, *neque loquamini collo duro pingui, sed erecto, præpucto erecto*: vel, *ne loquimini collo pingui*, nempe, verbum: id est, gutture quodammodo inflato, vt solent superbi eiusmodi loqui gestu, verbum durum, contumax, contumeliosum, elatum, superbum, verus: id est, tanquam auctoritate plenum, quam sibi arrogant senes, senectum, morosum, carpens, ac reprehendens; est enim senex [o] *difficilis, querulus, exigens, austeri gestus, morum*. Hebræa sunt תְּדַבְּרוּ בְעָוָל עָתָק *thedabberu be savvat vatak*. Videntur Lxx. suppleta, ἀπὸ κακοῦ, negatione, legisse, בְּעָוָל *bevel*, vt bi (ב) *be*, præpositio *in*, significans quandoque idem quod *aduersus, contra*, & similia: עוֹל *ivel, furor*, & vinum de Dei ebrietatis Deusque ipse. Est autem עָתָק *hhatak, aliquid, grave, crassum, forte, firmatum, densum*, & similia prius dicta; tum etiam *vetus & antiquum*. Sic in Annæ Cantico [p], post illa, *Nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes*, subditur, *recedant vetera de ore vestro*. Hebraicè in singulari עָתָק *hhatak* quod R. Kimhi exponit הֶבֶר חָזָק *davar chazak, verbum durum*. In psalmo 309. eadem vox exposita est per *iniquitatem*, vbi Hieronymus plurariter, *aduersus* in 93 [q]. quo loco idem in singulari, *aduersum*. In Proverbiis [r] pro *ab hac fuerbis* extat מִן עָתָק הוֹן *hon hhatak*, & possent dici *veteres*, vtrumque in bonam partem. Non est necessaria illa de alia lectione coniectura, qua Lxx. sint vsi, quamquè Ricardus Cenomanus approbat; sed quod non raro faciunt, de sensu magis quam de verbis laborauerunt. Quare qui collo & cervice, iuxta vim Hebraei textus, loquuntur erecta, turgida, &c. qualique excutio, erectoque tergo Dei, *aduersus Deum iniqua*, sunt interpretati. Sic Genebrardus, qui addit, *collo loqui* idem esse, quod colle vno, scilicet eodem consensu, sicut vel ore, vel humero [s].

Iniquitatem, quam æquo vertit propheta *aduersus Deum*, vel ipsemet Deus, Christusve, de seipso loquens, in tertia persona, duxi plurimos intelligere de defectione & exultatione propriorum peccatorum. Potest etiam esse superextractum qua Iudæi loquebantur Christo, iactantes *se habere patrem Deum* [t] & *Abrahamum* [u], nec *natos ex fornicatione* [x], nec *alia vt quam semine se* [y]. Hi præterea *loquuntur in excelso in animo sive Deum*, qui apud eũ iniquitatem dicunt esse [z]; qui præcepta eius

a 1. Reg. 22. Mater [illegible] fuo vnde

b Abac. 1. c Cor. 10. 11. Deut. 29. & 32.

c Amos 6. 13.

d cap. 111. h; Reg. 22. 11.

e Dan. 8. 5. k Apoc. 13. 1

f Dan. 7. 7.

m Verbo Cornu.

n Exo. 32. 9.

o Horat. in Arte.

p 1. Reg. 2. 3.

q vers. 19. r vers. 4.

s Prou. 8. 18.

t Sopho. 3. 9.

u Ioan. 8. 41.

x vers. 41.

y vers. 33.

z Rom. 3. 5.

grauia,

gratia, & impossibilia [a], qui peccati auctorem, qui *nostra non considerantem* [b], qui impotentem, qui quærūt vbi est promissio, aut adūctus eius, *ex quo enim Patres dormierūt, omnia sic perseuerāt sicut a principio creatura* [c]: qui iactant, *percussimus fœdus cum morte, cum inferno fecimus pactum, flagellum immundans cum transierit, non transibit fines nostros* [d]; qui denique his alia similia vomunt, blasphemantes in contemptū Dei, diuinq; imminentis iudicij.

a 1. Ioan. 1. 3.
b Iob 22. 14.
c 2. Pet. 3. 4.
d Esa. 28. 15.

Vers. 7.] Quia neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque à desertis montibus.

Vers. 8.] Quoniam Deus iudex est. Hunc humiliat, & hunc exaltat.

Sensus loci.

VT deprimat fastum superbientium, deiiciat arrogantium cornu, refellat iniquos, ac stultos præsumentium de se, propriisque viribus, Deo contempto, sermones; aut, vel Deus siue Christus de seipso; vel de illo propheta, nihil esse vllo loco, nec in Oriente, nec in Occidēte, nec in Austro, vbi sunt deserta montosa, prorsusque nec in opposito Aquilone, quod reuera solidè, absolutè magnū efficere quēquam possit, nullum vspiam quasi emporium dignitatis, & potentiæ est; quia hoc solus cōferre, omniū iudex ac dominus potest Deus, proinque sapientia sua & æquitate, nō pro sola, quemadmodum tyranni [e] libidine ac voluntate; hunc quidem humiliare, illum autem in altum erigere, non in futuro duntaxat sed & in præsenti sæculo. Est simul sensus Græcis, æque ac Latinis satis cōmunis, nulla cuiquam ex parte mundi effugiū à Deo esse posse; non esse qui quoquam ire valeat *à Spiritu Dei, aut à facie eius fugere, siue ascendat in cœlum, siue descendat in infernum, siue habitet in extremis maris* [f], *oculos Domini multo plus lucebores esse super solem circumspicientes omnes vias hominum, & profundum abyssi, & hominum corda intuentes in abscondita partes* [g] *eius, audire omnia, & tumultum murmurationum non absconditas ab eo* [h].

Supercilium & arrogantium fastus deprimit.
e Dan. 5. 19.
f Psal. 138. 7. 8. 9.
g Eccli. 23. 28.
h Sap. 1. 10.

Pertinet ad allegoriam humiliatio superbi Iudæi, exaltatio hominis Gentilis; & ex allegoria fiet tropologia, si ad veritatis genesis quodlibet sententiam extendas. Nisi malis, literalem hūc quoque sensum affirmare. Gregorius [i] hunc quoque cum aliis locum de inexitabili explicans prouidentia & potentia Dei, eleganter comparat cum circulo [k], & falce, quibus cūcta circūplectatur, & incidendo circumdet; ita vt potestas superni iudicij nullatenus euitari possit, quolibet quis fugere conetur. Citat quoque indicatū ps. 138. De nostro autem isto loco ita scribit; *Quia neque ab oriente, neque ab occidente, neque a desertis montibus*, subaudi, patet via fugiendi: atque mox ipsam supernæ potentiæ omnimodam comprehensionem, (quam ipse Gregorius, vt dixi, similem facit circulo falcique, subdens ait, *quoniam Deus iudex est*, ac si diceret, fugiendi via vndique deest, quia ille iudicat, qui vbique est.

Allegoria.
i 33. moral. c. 10. vers. 15.
k Iob 40. 11. Esa. 37. 29.

A Deo nullus fugiendi via vndique deest, quia vbique est qui iudicat.

Quia neque ab oriente, neque ab occidente, neque a desertis montibus.] *Oriens* Hebraicè dicitur hoc loco מוצא *motsa, exitus*, seu *egressus*, & Græcè pluraliter ἔξοδοι, sicut ps. Im. 18. [l] *A summo cœlo egressio eius* מוצאו *motsaō* ἔξοδος *& ἀυτῶ*. Vertit vltima verba Hieronym. *a solitudine montium*. Alij vltima etiā verba, *montis ab Aouimone exaltatus*, nempe venit, vel,

Allegoria.
l Deut. 33. 19.
m cap. 10. 5.

A *neque a deserto exaltatio ejus*: vel, *non a deserto*, aut *à montibus*, scilicet, aderit qui defendat: vel, *neque ab Austro exaltatio*, id est, cuiquam cōmget, quod magnum reddere solide possit illum. Paraphrastes: *Quoniam non est alius præter me ab Oriente vsque ad Occidentem, a Septentrione domo deserti, & ab Austro loco montium.* In textu Hebræo suppléda est negatio ante וּמִמַּעֲרָב *vmimmahharav*, nempe לֹא *velo*, *& non ab occidente*; loco autem vltimorum verborum, *neque à desertis montibus*, est וְלֹא מִמִּדְבַּר הָרִים *velo mimmidbar harim*. Vbi *midbar* est numeri singularis, & à Hieronymo redditur, vt dixi, nomine *solitudinis*. Vltimum vocabulū ab הַר *har*, in plurali significat *montes*, & vt sit desertum montium idem quod deserti montes.

B Per hoc autem desertum montium, montésve desertos Campensis, & Treuetus Austrum: Vatablus, ac Genebrardus (nominās Arabiæ deserta, & Petræ solitudines) Meridiem, quod idem est. Alij Aquilonem interpretantur. Agellius vtramque terræ partem, montosam scilicet, & quæ ad Septentrionem vergit, & quæ ad Austrum; quia sicut Boreales partes propter magnitudinem frigoris habitari non possunt, sic Australes æstu nimio deserta sunt. Qui sūt interpretari exultationē in הָרִים *harim* literam primam seruilē agnouerunt, & infinitiuum in hiphil ex themate רוּם *rum*, pro nomine sumpserunt. Nomen הָרִים *harim* significans *montes*, retinendum.

C *Deserti* nomine meridionalis extrema pars magis torrida, sed & magis frigida Borealis intelligenda, sub polis vtraque, vt indicant Euthymius, Nicephorus, Basilius, Theodoretus, Bruno Carthusianus; quia Occidentalis, & Orientalis magis temperatæ sunt: ex illis autem quoniam sterilitores sunt, prodesse, ac euocātur tarpius auxilia, & milites. In oratione ista ecliptica, & aposiopesim continente, subaudire oportet quippiam ex his, quæ dicta sunt; nimirum ex nulla orbis parte sperari posse liberationem, euasionē, auxilium, aut non alium esse, qui iuuare, & exaltare possit, indéve venire ad opem ferendam, præter vnū Deū: illud vspiam latere illum posse. Hīc vnus Deus monet vt videamus, quòd *ipse sit solus, & non sit alius Deus præter eum, quódque ipse sit, qui occidat, & viuere faciat, nec sit qui de manu illius possit eruere* [a]. Esaias [b] præterea, *quod facturus*, inquit, *in die visitationis, & calamitatis de longè venientis, ad cuius confugietis auxilium*. Alium Euthymius tradit sensum, qui propior videtur mystico, quam literali; gloriā ac diuitias, hisque contraria nō esse nobis ab astrorum ortu, vel occasu, vt asserunt Astrologi, quin immò nec à dæmonibus, qui velut deserti montes, sunt steriles, & montium instar elati; sed iusto Dei iudicio cuncta dispensari.

D

a Deut. 32. 39.
b cap. 10. 3.

Allegoria.

Secundum allegoriā de Gentium cōuersione, Micheæ [c] interpretando deprehendemus dicendi formulam nostræ aliqua in parte similē, *In die illa*, inquit, *& ipse, ad te veniet Assur, & vsque ad ciuitates munitas, & a ciuitatibus munitis vsque ad fluuiū, & ad mare de mari, & ad montē de monte*. Vbi *munitæ ciuitates*, religiosam vitā agentes Apostolos ac primos discipulos designāt, qui doctrina sua cōuerterunt multos, vsque ad Orientem, significatū flumine *Iordanis*; quia pars terræ promissæ Orientalis erat: *ad mare de mari*, id est, ab Oriente ad Occidentem: *ad montem de monte*: hoc est, à desertis montibus in fine terræ habitabilis, vsque ad montes desertos in extrema terra habitabili, ad meridiem. Sic Ribera noster [d].

E

c c. 7. 12.

d ibid. n. 38.

Accommodatitia Hugonis explicatio.

Accõmodatitiè Hugo explicat moneri superbos, ne extollantur, neque ab oriente nobilitatis, neque ab occidente contẽptus mortis, quo strenuus gloriatur miles; neque a desertis montibus sanctitatis, & abstinentiæ: vel, neque ab oriente inchoantis vitæ, neque ab occidente finientis, neque à desertis montibus intermedij spatij. Cassiodorus, & ex eodẽ Glossa ordinaria, & Aiguanus, innui vult spiritualiter non esse quòd quisquam superbiat, quia neque deest ab oriente, id est, à bonis, neque ab occidente, id est, a malis, neque à desertis mõtibus, id est, a falsis prædicatoribus, sed omnibus generibus hominum præsens est Deus, & cognitor. Rufinus explanans de Iudæis in Christum blasphemantibus, perinde vult esse, ac si diceretur ipsis per *montes desertos* partẽ Borealem interpretando, Vos soli, quibus meridiana plaga ad habitandũ concessa fuit, nolite blasphemare iam gentes, quæ in aliis tribus mundi partibus habitant, cœperunt de auctore suo bene & rationabiliter sentire. At magis meridionales aliæ sunt gentes, quam Iudæi. Arnobius explicat, Ne quis credat dicẽti: Hic est Christus aut illic: quia sicut fulgur ita veniet, non sicut homo vel ab oriente, vel ab occidente, vel a desertis mõtibus, sed quomodo Deus Iudex.

Arnobij explicatio.

Sed tuti sensus sunt, de Chaldæis hostibus populi Hebræi, qui euadere Dei vindictam nõ potuit, & de quibuscũque aliis priorum persecutoribus, maxime verò in die iudicij, quando *congregabit congregabo* Christus *omnia à facie terræ* [a], *& congregabit omnes gentes deducetque eas in vallẽ Iosaphat, & ibi disceptabit cum illis* [b]. Frustrà tunc dicent impij *montibus, cadite super nos, & collibus, operite nos* [c]; quod & de futura etiam sub Romanis clade Ierusalem, intelligitur.

a Sophon. 1. 3.
b Ioel 3. 2.
c Luc. 23. 30.

Quoniã Deus iudex est.] Addit Paraphrastes epitheti. *iustus* Iesũnct nomen אלהים *elohim* habet significationẽ *iudicis*, vltra vocabulum aliud שפט *shophet*. Hieronymus, *sed Deus iudex*, &c. Nec tñ videlicet hæc sequentibus, vt nusquam sit effugiũ; sed Deus iudex faciat id quod continent sequentia, *hunc humiliat, & hunc exaltat*. Particula verò causalis iungit præcedentibus, vt propterea non sit illud effugium, quoniam Deus iudex est. Posset etiam reddi causa, cur superbiendum nõ sit quia Deus iudex est, peculiariter contra superbũ, excelsum, arrogantem, vt eum humiliet [d]. Ex eo autem quòd Deus sit iudex, bene sequitur neminem euadere posse; quia in iudice potestas est, & caulæ cognitio: Deo autem naturalis est potentia, & scientia, nec ab alio accipit. Deum *iudicem fortem* vocat [e] alibi Dauid, atque *cœlos ipsos annũc annos ultionum eius, quorum iudex est* [f], eundem nominat Iob *ultorem sum in cœlo, testem meum* [g]. Deus ipse seipsum *iudicem & testem* [h], denique *spiritus Domini replet orbem terrarum, & hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis* [i]: *amat scilicet omnia* [k]: non est qui ire possit *à spiritu Dei*, aut *à facie eius fugere* [l], vt ante dixi.

Deus iudex est contra superbos.
d Luc. 1. 52.
e Psal. 7. 12.
f Psal. 148. 6. Ioan. 16. 30
g Iob 16. 20
h Ierem. 29. 23. Malach. 3. 5.
i Sapient. 1. 7.
k Sapient. 11. 25.
l Psal. 138. 7.

Hunc humiliat, & hunc exaltat.] Hieronymus, *sed Deus iudex hunc humiliabit & hunc exaltabit.* Nihil refert permutatio temporum, nec opus est monere *humiliandi* verbum non importare hoc loco virtutẽ humiliandi, actumve humiliationis, sed æruminas, pœnasque. Iltam duplicem regendi rationem in Deo, similibus verbis, & aliis materi Samuelis explicuit [m], mutuans, partim ex Deuteronomio [n], *Dominus mortificat, & vivificat; deducit ad inferos, & reducit: Dominus pauperem facit, & ditat; humiliat, & sublevat: Arcus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore; Repleti prius pro panibus se locarunt, & famelici saturati sunt: Donec sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios, infirmata est.* Eandem sententiam imitatus est Tobias [a] & auctor libri Sapientiæ [b]: quamvis alij loqui videantur de vicissitudine circa eumdem: Dauid, circa diuersos: sicut & Ecclesiastici auctor multis verbis. Despara cecinit his affinia [c], *Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles, Esurientes implent bonis, & diuites emittit inanes.* Exemplis infinitis abũdamus & sacris & profanis; nec aliud continuò facere Deus videtur, vt quidam dixit, quàm nonnullos attollere, alios deprimere, & aliquoties repetiit Christus *omnem, qui se humiliet exaltandum, qui se exaltet humiliandum.* Iustissimè sanè non pro libidine ac sine causa, vt de quibus Comicus [f]:

Enumero Dino, quasi pilas homines habent.

Cui par parœmia Græca, ὡσὶν παίγνια ἀνθρωποι. Hesiodus [g] expressit, licet de suo Ioue, sententiam eamdem:

ῥεῖα μὲν γὰρ βασιλῆα, ῥεῖα δὲ βασιλῆα χαλέπτει,
ῥεῖα δ' ἀρίζηλον μινύθει, κ. ἄδηλον ἀέξει.
ζεὺς ὑψιβρεμέτης, ὃς ὑπέρτατα δώματα ναίει.
Nam facile extollit, facile elatumque repellit,
Et clarum obscurans, obscuri nomen adauget:
Erigit & miserum facilè, extinguitque superbum
Iuppiter altitonus, cui celsum regia cœlum.

a c. 13. 9
b c. 10. 14.
c c. 10. 18. & seq
d Luc. 1. 52.
e Matth. 23. 12. Luc. 14. 11. 18. 14.
f Plautus in Captiuis.
g in Ergis.

Quod autem priùs attigimus de humiliato Iudæo, Gentili exaltato, videtur Mariæ recitatis cõtineri verbis, vel de humiliatis dæmonibus, & exaltatis per filij Dei incarnationem, hominibus.

Vers. 9.] Quia calix in manu Domini vini meri plenus misto.

Et inclinauit ex hoc in hoc, verumtamen fæx eius non est exinanita: bibent omnes peccatores terræ.

Sensus loci.

TRactatur adhuc causa, cur non sit superbiẽdũ, & quomodo Deus iudex hunc humiliet, & hunc exaltet iustissimo iudicio suo: nam in manu calix est iræ furorisque, plenus mieraco, seu non diluto fortissimo vino, coque admodũ turbido, & varie permixto, atque condito. Parauit nempe suam impiis portionem, tamquam dicti austerioris vini potionem, cuius potati vi, omnes eorum vires, ac mentis hãrmonia dissoluatur. Illum calicem ex vna in aliam partem inclinauit, vt solent, qui diuersis propinant ex eodem calice. quia nunc Ius, nunc illis impijs, prout censuit faciendum, & eorum demerita exigebant; grauem quasi ex poculo retributionem propinando, calamitatem immisit, & futuras æternas pœnas destinauit. Etenim nondum peruentum ad fundum, neque adhuc extrema vltionis suæ supplicia, tamquam fæces ebibendas, proposuit. Has fæces amarissimas gustabũt, nec vmquã epotare desinent in æternæ damnationis loco cuncti peccatores terræ. Inde sequitur fore, vt iusti exaltentur, & suauissimis deliciis perfruantur, *vbi nõ tur ab ubertate domus Dei* [h], tãquã ipsi catissimi [i]: *torrente voluptatis potentium* [k] *satiemur cum apparuerit gloria Dei* [l], *manducantes & bibentes adhuc sitiant, fitiantq;* [m], propter dulcedinem infinitam; *comedant panem in regno Dei* [n]; *recumbant ibi* [o], & sedeant super montium ipsorum Christo ministrãte.

h Psal. 35. 9.
i Cantic. 5. 9.
k Psal. 35. 9.
l Psal. 16. 15.
m Eccli. 24. 29.
n Luc. 14. 15.
o Matth. 8. 11.

Quocirca

Quocirca sententia quidem tota de vnico calice sumitur, & malum quid sonat; sed ex quo facilè colligi possit bonum, id est, ex humiliatione improborum declarata per calicem, exaltatio iustorum, quæ his non minùs debetur, quam illis humiliatio. Hunc tradunt sensum Procopius & Hieronymus in Esaiam [a], & hic etiam in Abacuc [b]. Præterea Isidorus Peluſiota [c], qui purum Dei iudicium iuxta scelerum qualitatem, & quantitatem temperatum interpretatur. Quod videtur ex Nazianzeno [d] mutuatus, qui addit omnibus de pœnæ atrocitate aliquid detrahi, iræque meracum benignitate temperari, ita tamen, vt ex seueritate ad lenitatem inclinet iis, qui metu erudiuntur; facem, hoc est, id quod in ira extremum est, effundat in illos, qui clementia non sanantur, immò etiã obdurantur, sicut Pharao. Hebræis, ac Hebraizantibus, & recentiori bus fere omnibus placet eadem sententia.

Latini paulo antiquiores magis conjectantur mystica, de quibus nonnihil postea: & de Græcis indicat citatus Peluſiota, qui exponẽtes de calice mystico, id est, sanguinis Christi, & non de calice Dei refellit, quia Iudæi, Gentiles, alũque huius expertes sunt, & quoniam proximè ante dixerat propheta, *Deus iudex est, hũc humiliat, & hunc exaltat*. Iuxta eundem literalem sensum Euthymius, & Nicephorus distinguunt calices duos in manu Dei; ita vt in textu, post illa (*calix in manu Domini, vini meri*) repetatur, & *calix plenus mixto*, nimirum in eadem manu, & per *manum* intelligendo potẽtiam, *calix vini meri*, sit mensura modusve calamitatum sine misericordia; *calix plenus mixto*, denotet misericordiã. Probat Euthymius, quia vnus idemque calix non potest merum, & mixtũ continere; & quoniam quæ sequuntur, & *inclinauit ex hoc in hoc*, indicant duplicem calicem, vt ex calice meri supplicij effundatur in calicem misericordiæ ad mistũram faciendam, & potum præbendum iis qui leuiùs peccallent, & adhuc eilent medicabiles; fæx autem sit crassitudo meri supplicij, extremæque omnium pœnæ iis reseruatæ, qui aut maximè deliquerunt, aut avitus immutati noluerunt. Basilius ac Theodoretus non exprimunt quidem calices duos, tamen explanat, Dauidem dicere, Deum nunc de populo tuo, nunc de Chaldæis pœnas reperere, ac ærumnas cõmutare, cùm illum permiserit deuinci captiuum, & istorum postea potentiã destruxerit, priore libertate illis restituta; & populum id quod liquidius erat, bibisse, hoc est, leuioribus malis subiectum fuisse ipsam fæcem Babylonios bibituros, id est, grauiora passuros, quippe cùm seruitus Hebræorum annis duraueri septuaginta, Chaldæi cõtumaciæ postea seruituti subiecti sint. Quandoq; etiã Hieronym. [e] *inclinatum calicem ex hoc in hoc* intellexisse videtur, quasi esset duplex, & significaret iustitiam misericordia temperari. Illam eamdem temperationẽ hic obseruat etiam, alia, præter citatam, epistola, Isidorus Peluſiota [f], & iustam remunerationem, quæ humanitate ac misericordia temperetur, ad ciẽdam iis pœnitentiam, qui peccatis delectantur, vt *inclinare ex hoc in hoc*, sit ex benignitate in illud supplicium, quod sceleribus debetur: sed ne nos negligentiæ dediti, Deum iustitiæ prorsus obliuisci putemus, adiici, quod, *fex non est exinanita*, sed aspernantes salutem, vim fluminis vltricem ad extremum experientur, bibẽtque omnes peccatores terræ iudicij poculũ. Ambrosius [g] ita declarat. Parata, & plena est pœna, quæ debetur impiis, quam Dominus declinat in perfidos: sed tamen miseratione sua nõ vsque ad fæcem dignatur effundere ne plenitudinẽ supplicij ferre nõ possent. Inclinat ergo calicem, non euacuat. Quòd inclinat, censuræ est, quòd non euacuat, misericordiæ. Bruno Carthusianus vult *calicem vini meri plenum mixto*, ad sententiam vltimam iudicis pertinere; in qua mixtim continebitur electorum ac reproborũ retributio exaltationis, & humiliationis; & extendetur ex his potandis in illos potandos: ita vt quatenus nonnullis dulcis erit, dicatur *vini meri*, quatenus amara, vocetur *fax, vt quam exinanienda*; quoniã æternæ; ex qua *bibunt omnes peccatores*, qui quouis loco terrenis inhient.

Hugo, & Rickelius *calicem vini meri* referũt ad beatitudinem: *plenum mixto*, ad sanctos in hac vita, vel in purgatorio, quia gaudent, sed inspe, & risum dolore mixtum habent; & *inclinatur*, seu effunditur ex calice gaudij aliquid in calicem tribulationis: *fæcem non exinanitam*, ad pœnam inferni numquam finiendam. Origenes [a] *calicem vini meri* allignat iis, qui veluti meracis puniuntur supplicijs, quoniam prorsus à pietate recedunt: illis qui sunt indigni calice noui testamenti, siue mystico, quia sunt peccatores: sed faciunt sæpe quædam bona opera; *calicem mero mixtum*; & Deũ *inclinare ex hoc in illud poculum*; & in Dei dextera esse calicem virtutum, vitiorum in sinistra: cùm quis propter peccata torquetur, quia & bona opera fecerit, *calicẽ* esse *vini meri plenum mixto*, & *inclinari ex hoc in illud*, id est, de eo qui erat in dextra, in illum, qui in sinistra continebatur, quia talis non poterit bonorũ tantum calicem bibere, quasi tantum bona fecerit: nec peccatorum tantum, quia & bona aliquãdo gessit; qui bonus est, *calicem salutaris* accipere, quem Christus præbuit in vltima cœna, & *vinum nouum in regno Dei* bibiturũ [b]. Ante omnes [c] Philo hunc locum vsurpauit, vt ostenderet Deum suis virtutibus erga seipsum meris vti; temperatis & mixtis erga suas creaturas, quia illas hæc capere non possunt, sicut meram solis flammam fixe intueri nemo valet.

Difficile est in eadem Dei manu duplicem simul calicem intelligere. Respondent Euthymius, & Nicephorus, nunc vnum, nunc alterum vicissim in manum sumi. Deindè, cùm dicitur, *fex ejus*, vt eius indicatur calix; decerni illũ esse, qui erat vini meri, & ex quo fuerat quidpiã effusum in calicem plenum misto. Hæc reddunt probabilem posteriorem opinionem, quam video etiam traditam apud Hieronymum [d], nec non quòd per eam vicissitudo illa humiliationis, & exaltationis præcedentibus posita verbis magis distinctè percipitur. Nihilominus priori libentius adhæresco, propter maiorem ipsius facilitatem, & sectatorum numerum, & similitudinem cum aliis huiusmodi formulis, quibus in scriptura *calix* pro ira ac furore Dei vsurpatur; postremò propter ea quæ separatim dicam in verbali sententiæ huius declaratione.

Præter sensum literalẽ metaphorica oratione expressum, respui mysticus nõ debet nec id Isidorũ velle Peluſiotam [e] puto; nisi si quis istum solũ agnoscere vellet, nec argumenta ij suis necessariò concludunt. Sit primus ergo ille sensus, quẽ à nõnullis allatũ scribit, *περὶ τῦ μυστικῦ ποτηρίυ, de mystico poculo*, per quod, vt priùs dixi, videtur intelligi calix sanguinis Christi. Quomodo illi de eo locum hunc exponerent, non meminit, nec

a in c. 51.
b in c. 2.
c lib. 2. epist. 172.
d orat. 15. & 29.
e in Malach. 3.
f lib. 2. epist. 6.
g in psal. 118. oct. 20.

a hom. 9 in Ieiem.
b Matth. 26. 29.
c lib. Quod Deus sit immutabilis.
d in Osee c. 2. & Malach. c. 3.
Calix pro ira ac furore Dei.
e lib. 2. epist. 170.
Mysticus sensus.

mihi curandum sentio. Eundem habet hoc loco Arnobius, & insinuat Cyrillianus [a], tractans de *calice inebriante, & præclaro*. Nam ait illam esse hunc ipsum, & de quo Christus in passione clamauit, vt *transiret* [c]: de eodem bibisse Ecclesiam ac inebriatos esse martyres, & esse vinum sanctificatis atq; corpus, & sanguinem Christi: quorum etiam quo *tanquam mustо, pleni* erant Apostoli [d]: horum item, & aliorum martyrum passiones, atque merita. Vbi attingit alios quatuor sensus, de passione Christi, de passione aliorum, de meritis eorundem; de Spiritu sancto quem acceperunt. Hugo etiam affert sensum de calice passionis Christi, de quia *calix* proprietates declarat, nec nō de præsenti tribulatione nostra, qui est quoque calix, quem Domino terribuere possumus [e].

Pauca capit, gerit ur, tegitur labio, pede lato
Atque cauo, tenui, teres, angustus, nitet auro,
Lætificat, sedat, lauiatur, inebriat, ornat.

De sanguine Christi bibendo, & de aqua fluentibus ex latere ipsius [f], Ambrosius interpretatur quod hic dicitur, *bibent omnes peccatores terræ*. Sed non est facile contextum illis aptare.

Sextus est Gaudentius Brixientis [g], satis accuratè ab ipso explicatus, de incarnatione Christi, post præfationem scire se psalmi huius textum alio sensu, & quidem rationabiliter a prioribus explanatum; tamen pro libertate fidei opportunitatem seruatum primis dictorum tractatibus ad Incarnationis Dominicæ sacramentum. Summa est, quòd *calix vini meri plenus mixto*, seu *mixti*, denotat eundem Deum, & hominem, & quod per *vinum*, innuitur etiam diuinitas, seu *plenitudo diuinitatis* [h], *de qua nos omnes accepimus* [i]: per *vindemiam* exinanitio *usque ad formam serui* [k], quod hinc *calicem bibituri sunt omnes peccatores terræ*, id est, homines, quia peccatores erant ex Angelis dæmones facti salutis poculum (seu incarnationis, per quam fit salus) bibere non merentur: *ceræ* autem *peccatores* contra venena dæmonum, morbosque vitiorum *calicē salutis accipiendi, & nomen Domini inuocandi* [l]. Eodē referri potest Hugonis expositio de Christo, qui *calix esset vini meri*, quia comprehensor; *pleni mixto*, quia viator, & dolores nostros ipse portauit: item *vini meri* quantum ad rationē, quæ ob passionem turbata non est: *eiusdem mixti* quantum ad sensualitatem, quæ turbata est: & quod *fæx non est commixta*, quia passio & mors eius non fuit inanis, sed multum vtilis: *bibent autem omnes peccatores terræ*, id est per mortem eius redimentur homines, non dæmones, & damnati.

Septimo Augustinus, eumque plures imitati. Lætior mihi videtur eundem calicem *pleni vini meri* propter vini sinceritatem, & *mixti* propter fœcem: hunc *calicē vini meri plenum mixto* legem esse, atque Scripturam Iudæis datam, in qua nostrum & secundum latet testamentum, tanquam in fœce corporalium Sacramentorum, apud Iudæos carnalia quasi sedisse, vt remanerent, & effunderentur inde omnes spirituales intellectus: sic autē *inclinatum calicem a loco ex hoc in hoc*, id est, ex Iudaico populo, quem, vt prius vertisse dictum est, hominē aut, *vinum*, sic enim legit Augustinus [m] hoc est, in populum gentilem; quem, vt eodem loco vidimus, *exinanitum*, eleuando inde spiritalem intellectum, vt *omnium nomen fœcem* illius vini *non esse communem*, quia omnia Iudæorum carnalia apud Iudæos remanserunt: denique *bibituros omnes peccatores terræ*, id est non Iudæos, qui sunt hæreditati, sed Gentiles, qui humiles, & cuadentes de peccatoribus iusti, iuxta inebriati *calice inebriante, ac præclaro* [a], ita vt mortui sint aliqui pro Christo, sui & suorum obliti, sine corde, sine mente propria. Quò spectant *omnia omnium*, quæ Oleas [o] exponens ipse nos *augere*.

Is quem Ruthenum nominant, paulò aliter ait, ex calice dominico sumere *merum vinum*, qui ex sacro eloquio diuinam capiunt intellectum: *mixtum* bibere, qui quædam pure intelligunt, quædam adhuc minime discernunt; *bibere facem*, qui ex eodem capiunt errorem Iudæos, Hæreticos, Paganos, quorum turbulenta fœtidaque doctrina numquam ab errore separatur, & eorum stultitia non est penitus diminuta, & in terrenis promissionibus delectantur. Caueamus Babylonicæ mulieris *poculum aureum, plenum abominatione, & immunditia fornicationis eius* [c]. Misceamus nosipsi *potum cum ficu* [d], ne potemur *calice* illo *vini meri, qui plenus est mixto*, vel eū certè faciamus dulciorem, vt Cassiodorus notat [e]. Accipiamus potum lacrymarum datum ab eodem Deo nobis *in mensura* [f], vt non bibamus calicem iræ, *nosmetipsos diuidentes, vt non iudicemur a Domino* [g]; admittamus *signum* sanguinis, & *Tau*, ne periamus *ab exterminatore* [h]. Christus *eam gustasset* propinatum sibi calicē, *nolunt bibere* [i], id est, ebibere, vt nobis quoque reseruaret bibendum, vt obseruat Simō de Cassia [k], & tanquam dilectus, vt Benjamin, *scyphum suum* daret nobis [l], cum quo dilectus Dominī Ioānes etiam pingitur, & labiorum suorum tactu dulcem redderet potionem, sicut *Elisæi fauum* [m], & *cornu unicornis* [n]. Calicē tenet manu sua Deus; tantum ex eo bibendum dabit, quantum nouerit expedire, nec sinet supra id quod possumus tentari nos.

Placent in his mysticis tātis per immorari, propter loci celebritatem, & quia qui eundem tenuit difficultatem Augustinus, pro singulari modestia sua, nec maioribus se inuidere affirmat, nec de paruulis desperare, & cum quod viderit dicit, nō obstruere auditorum aures aduersus alios aliquid melius forte dicturos; sed permittere, vt experiantur alij, si quid melius possint; posse autē concedit, quia hic ita se habet, ait, obscuritas scripturarum, quomodo quicunq; intellectus exierit, fidei congruat. Docet item Doctor [o], incertum esse vtrum hic locus significet iam Dei non vsque in nouissimam pœnam, id est, vsque ad fœcem, an potius gratiam Scripturarum à Iudæis in Gentes translatam, quia *inclinauit ex hoc in hoc*, remanentibus apud Iudæos obseruationibus, quas carnaliter sapiunt, quia *fæx eius non est exinanita*. Sed per singulas nunc partes expēdamus hūc locum.

Quia calix in manu Domini.] Addit Hieronymus, *est*. In editione quidem bibliorum Regiorum & Victorij sed apud Treuetum lego, &, pertinens ad sequens membrum, quod etiam habetur Hebraice. Paraphrastes interpretatur *al cem mazdichonos* דלוח *dilutū*. Cæterū variam notionem, & vsum aliis in psalmis [p] declarauimus; & quid valeat *esse in manu alicuius alicuius*. Distinguit Hugo calicem: eruditionis, benedictionis, passionis & mortis, laboris & doloris, iudiciariæ potestatis, mundanæ voluptatis: adde hæreditariæ successionis, & partitionis, seu diuisionis. Plura dictionarium Bercorij in vocabulis *libare*, & *calix*; & Ioannes Ferdinandes Mollerus thesaurus, auctor Lyrinæ allegoriarum, & similes. Per tribulationem frequenter *calicem*

a hom. in pf. 22. Opp. 2. 3.

c Matt. 26. 39.

d Act. 2. 13.

e pf. 15. 6. 11. 23. secund. Hebr.

f Ioan. 19. 34. g Ambr. pf. 37.

h Ierem. 49.

i 1. Cor. 10. 4. k Ephes. 4. 16. l 1. Tim. 2. 4. 7.

m pf. 118. 11. secund. Hebr.

a pf. 22. 5.

b c. 11.

c Apoc. 17. 4. d pf. 101. 10.

e ibid.

f pf. 79. 6. g 1. Cor. 11. 31.

h 1. Cor. 10. 10. Exod. 12. 6. i Matth. 26. 42.

k Ps. 15. l Gen. 44. 2.

m 4. Reg. 4. 41. n Plin. l. 8. c. 21.

o 3. de doctr. c. 15.

p pf. 15. & pf. 115. 3.

sumi docui psalmo 20. [a] Apud Esaiam [b], *Bibite de manu Domini calicem iræ eius: usque ad fundum calicis soporis bibistis, & potastis usque ad fæces, & ecce* [c] *tuli de manu tua* (quia cogerat Deus, vt de manu ipsius ille propria sumeret manu) *calicem soporis furiam calicis indignationis meæ, non addetes vt bibas illum vltra.* Apud Ieremiam [d], *Sume calicem vini furoris huius de manu mea, & propinabis de illo cunctis gentibus, ad quas ego mittam te, & bibent, & turbabuntur, & insanient a facie gladii, quem ego mittam inter eos: & accepi calicem de manu Domini, & propinaui cunctis gentibus,* &c. Item [e]: *Bibite, & inebriamini, & vomite, & cadite, neque surgatis a facie gladij, quem ego mittam inter vos: eiimpe noluerunt accipere calicem de manu tua vt biberent, dices ad eos: Hæc dicit Dominus exercituum, bibentes bibetis.* Rursus [f]: *Ecce quibus non erat iudicium vt biberent calicem, bibentes bibent, & tu quasi innocens relinqueris? non eris innocens* (impunis, & immunis) *sed bibens bibes.* Tandem *calix* [g] *aureus Babylon in manu Domini inebrians omnem terram; de vino eius biberunt gentes, & ideo commota sunt.* In Threnis [h]. *Ad te quoque perueniet calix, inebriaberis, atque nudaberis.* In Ezechiele [i]: *In via furoris tui ambulasti, & dabo calicem eius in manu tua. Hæc dicit Dominus Deus; calicem sororis tuæ bibes profundum, & latum, & capacem, eris risui, & ludibrio repleberis, calice mœroris & tristitiæ, calice sororis tuæ Samariæ: & bibes illum, & deperdes vsque ad fæces, & fragmina eius deuorabis.* Similia scribit Habacuc [k]. *Bibe tu quoque, & confundere: circumdabit te calix dexteræ Domini.* In nouo Testamento tota est hæc significatio calicis, in eo de quo Christus locutus est cum discipulis [l], & in oratione ad Patrem [m] Meminit præterea Ioannes in Apocalypsi [n] *vini iræ Dei, quod mistum est merum in calice iræ ipsius*; prodit etiam [o] quòd *Babylon magna venit in memoriam ante Deum, dare illi calicem vini indignationis iræ eius.* Id sibi quoque vult in psalmo 60. [p] *potare vino compunctionis*, & in Ieremia [q], *potare felle*, aut *aqua fellis*, & *cibare absynthio.* Prosunt proposita simul hæc loca ad percipienda in vim præsentis loci. Latet portò in eadem medica quædam facultas tribulationis, quam Deus in hac certè vita immittit. Obseruat hoc Græcorum [r] Lucian contrarius citatum, λυπεῖ γὰρ ὡς τὰ φάρμακα ὁ θεὸς αὐτὸν ὄντως, τὰ δὲ πικρὰ καὶ δριμέα προσφέρων, *effert enim dolorem tanquam medicamentum ipse volens, ac sponte, sed rei necessitate compulsus.* *Absynthus* quidem, de quo Ieremias, salubérrimum est, purgatissimum, de quo Ieremias, salubérrimum est, purgatissimum, purgatissimum, purgatissimum

statum propinabat cęteris per ordinem; vt Macrobius [a] meminit, & Poeta [b]:

Hic regina grauem gemmis, auroq; poposcit
Implerat, crater paterat, &c.
& in mensa lætum libauit honorem.
Prima, libato summo tenus attigit ore
Tum Bitia dedit increpitans: ille impiger hausit
Spumantem pateram, & pleno se proluit auro,
Post alij proceres.

Legit Hieronymus [c] alicubi, *ex hoc in illud*, Græca pronomina sunt neutrius generis, ἐκ τούτου εἰς τοῦτο, & referuntur ad eiusdem generis nomen ποτήριον, pro quo quia Latinè est *calix*, Augustinus, vt dixi, legit, *ex hoc in hunc*. Sed Interpres retinuit genus nominis Græci, etiam contra Syntaxim Latinam; vt aliàs monuimus, & aliquot exemplis Ribera noster [d] demonstrat, inter quæ hoc ponit, quem præterea de loco isto toto consule alibi [e].

Fex eius non est exinanita.] Hieronymus, *verumtamen fæces eius epotabunt bibentes omnes impij terræ*, coniungit enim hæc sequentibus verbis versus. Alij, *succus fæces eius sugent, & bibent omnes impij terræ*. Significat יִמְצֵּוּ *imtsu*, *sugent* à מָצָה *matsah*, vel *prement*, *expriment*. Planè *defecata* & *vindemiæ* vinum beatis datur, fæces damnatis; mixtum cũ fęcibus, in hac vita, tum iustis tum peccatoribus; quamuis aliqui, *non exinanita*, exponant de damnatis, quos putat Deus citra condignam; quibus fauet Ambrosius [g], vt iamdudum dixi; cùm è contrario misericordiæ ipsius *oleum sit effusum* [h], & exinanitum, seu euacuatum, immo ipsemet Dei filius *exinanierit semetipsum* [i]. & *misericordiam non solum bonam, consertam, coagitatam, & superefluentem* quoque det *in sinum* electorum [k], *repletum bonis desiderium eorum* [l]. Consentit Augustin. [m] & nos eadem de re alias egimus. Porro Cassiodorus docens *fæces* esse reliquias vini considentes in densissimam crassitudinem, ad quas solet peruenire, quando liquor ille superior probatur expensus; negat hic pro sordibus accipi, sed promiis atque vltimis vini partibus; nec enim illas posse habere merum atque purum vinum; deinde etiam subdi quòd *bibent omnes peccatores terræ*. Immò verò cùm dicitur, quòd nondum est *fex exinanita*, indicatur, proprie illam sumendo, semper superesse quod bibatur, nec ad eam peruenirì. E contrario scribit Esaias [n]; *Vsque ad fundum est eis sapor bibulus, & potasti vsque ad fæces*. & Ezechiel [o]; *Bibes illum, & epotabis vsque ad fæces, & fragmenta eius deuorabis*. Vini fex, est illius quasi στέαρ & *coagmentum*, & *acidum*, ac veluti radix, ita vt auulsum ab ea non duret diu; & veteres in more haberent, quòd id in annos multos seruarent, vbi ex prælo culcatum fluebat cum fęce, reliquisque partibus vniuersis condere, & dei ceps à summo haurire. Erat nihilominus quod *fæcatum* vocabant *vinum*, infimæ speciei eius quod *secundarium*, siue *secundarium*, & *operarium* [p]. Alludi ad hoc videtur per verbum יִמְצוּ *imtsu*, de quo dixi, & huiusmodi vinum recte conuenit damnatis quasi perpetuis incipitis

Bibent omnes peccatores terræ.] Quodam loco Hieronymus [q], & Psalterium Romanum, atque Cassiodorus, *bibent ex eo*. Prius in textu Hebræo est יִמְצוּ *imtsu*, *sugent*, vel *expriment*, quod plus est quàm bibent. Arbitrantur aliqui esse tralationem verborum, quasi diceret, non tantum bibent, sed ebibent ad vltimam vsque guttam, fæcesque. Si fieri posset, vt exhauriant; quod fieri nõ poterit, cùm semper superfuturum sit quod bibant; vt idem eo Lxx. expoluerint, bibent, postquam dixerant, *fex eius non est exinanita*. Nec verò insolens Hebræis, maioris verbum vehementiæ, primo loco ponere. Idem sensus; sugent seu expriment, & ebibent, non tantùm bibent. Nomen *terræ* adiectum ad *peccatores*, mystice quidem concedi potest significare id quod supra notatum est. Sed ad literã dicit vniuersalitatem, generalitatem, communitatem, cõprehensionem, omnium, vbicũque sint, in hac habitabili terra, peccatorũ. Multa occurrũt similia exẽpla; illud tamen simillimũ [a], *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ*, vbi ex opposito nominantur, *fideles terræ* [b].

Vers. 10.]Ego autem annunciabo in sæculum: cantabo Deo Iacob.

PRopheta de diuina hucusque iustitia locutus, præsertim in peccatoribus puniẽdis, quos monuit etiam, recipit se semper eam annunciaturum hominibus, atque propter illam psalmum decantaturum in honorem Dei Iacob; quẽ potissimùm vindicauit ab iniuriis aliorum, & ex luctatore *Israelem* fecit, id est, vt vulgus interpretatur, *visorem Dei*, vel potiùs, *prævalentem Deo* [c]. Vel induit Dauid personã Hæbræi populi apud Babylonios captiui, vt Græci quidem, & Latinorum aliqui exponunt. Melior horum pars loquentem facit Christum cum corpore suo mystico. Christus quidẽ missum se dixit *euangelizare pauperibus* [d], & hos *à se euangelizatos* [e]. & prædicandum *Euangelium in toto mundo* [f]. Annunciatio porrò illa facta sæpe est hominibus à Deo, hęc q; & fit, tũ interiùs, tum exteriùs, videlicet de præmijs, ac supplicijs æternis maximè, nec non de aliis, quæ credenda sunt. Distinguit sex nobis annunciata de Christo Aiguanus [g], incarnationem ab Angelo [h]; *qui enim habet pennas annunciat sententiam* [i], natiuitatem [k], miracula, passionem & mortem, resurrectionem, ascensionem. Hugo propterea nihil exprimere prophetã notat, quid annunciaturus sit, quia sit ineffabile.

Ego autem annunciabo in sæculum.] Sic etiam Hieronymus, seu, *in sempiternum*, quod synonymum est. Paraphrastes addit, *miracula illa*. in Psalterio vetere Romano, & Gallicano, apudque Arnobium, & Cassiodorum, *ego autem in sæculo gaudebo*. Videtur Arnobius legere, *in sæcula sæculorum*. Augustinus, *in sæculum*. Græca editio Lxx. habet eadem modo ἐγὼ δὲ ἀναγγελῶ εἰς τὸν αἰῶνα. Sed Scholion attribuit V. editioni ἀναγγελῶ, *annunciabo*. Annunciatio lætitiæ fit cum exultatione, præsertim cùm celebrat, & canit epinicium; vt ideo Lxx. maluerint *gaudebo*, & *exultandi* verbum exprimere. Nisi placeat suspicio tibi Agellij, non legisse אגיד *aggid*, quod nunc extat, id est, *annunciabo*, sed אגיל *aghil*, *exultabo*. Certè mutatio perfacilis: Vel Iansenij, non vertisse Lxx. ἀγαλλιάσομαι, sed ἀναγγελῶ. Prædicatio durat *in sæculum*, hoc est, vsque ad consummationem sæculi, annunciatio festiua laudum Dei, & exultatio in sæculum æternitatis, quia *habitantes in domo illius, in sæculum sæculi laudabunt eum* [l].

Cantabo Deo Iacob.] Psalterium Gallicanum, siue Ambrosianum, & Augustinus, *psallam*, magis consentanea ad Græcum ψαλῶ, & Hebræum אֲזַמְּרָה *azammerah*. Quare denominatur Deus peculiariter *Deus Iacob* [m] alibi docui. Exultatio

nem præcedentem refert Euthymius ad calamitatis cessationem, decantationem psalmi, ad gratiarum actionem. Basilius, ut Theodoretus, i vtrumque ad illam; vt non dubitet hos, qui contra se prius insultauerint, interitus Dei horribus damnatos. Qui cantat, vel prædicat Deo etiamsi surdæ sint aures aliorum, neque concinat & consentiant, non perdet merces: imperdet. quamuis lucrifaciat Deo, si non Deo, id est, propter Deum, per se facit.

Vers. 11.] Et omnia cornua peccatorum confringam, & exaltabuntur cornua iusti.

INtelligi hic etiam potest loqui propheta in populi persona, vt Græci docent, vt scilicet simul ac euaserit, ac tollerit è captiuitate, vicinas gentes insurgentes in se vincat, & frangat; loquetur autem omnium nomine dux eorum Zorobabel. Allegoricè Christo conuenit, maximè in hic iudicij: Tropologicè cuiuslibet, dæmonum, persecutorum, vitiorum frangenti vires. Ac de Deo quidem, seu Christo interpretando, propositi fui propheta, quod fortè ne versu exposuit, rationem reddit; quòd libi hæc vindicta illum loquentem audire, quæ ab eo continentur. Deo autem eodem, Christoue fretus, tantum audet, nempe & quid dicebat, se *arma* habere *potens a Deo, ad destruendum munimenta, consilia quæ destruere, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei.*[a] In Midras tehillim, & in echa rabbethi, hoc est, in expositione psalmorum, & threnorum exponuntur hic locus de auferendis omnibus dignitatibus a Iudæis, quæ olim iis erant concessæ, & concedendis Gentibus, qui Messiam reciperent, tamquam vero, peculiari, electoque populo Dei. Nec mirum tibi, vt etiã Galatinus[b] refert, & hoc loco Nicolaus, non hic vnum, sed cornua plura dici, quia decem sunt data populo Israelitico, Abrahæ, quod *cornu* etc. vocatur, et tamquam *arietis* datus Isaac pro quo *aries* in sacrificio fuit substitutus est, *cornua cornibus* eius. Ioseph, regnum ipsius, seu præfecturam designando, quæ sunt vocata *cornua rinocerotis*[c]: Mosi, cuius *cornuta facies* fuit[d]: Aaronis, quod dici potest *cornu* prophetiæ: cornua, de quibus Abiæue[e], designantia legem: cornua Sacerdotij *exaltatum in Deo*[f]: cornua Leuitarum[g]: cornu Ierusalem dicta *cornua cornuum*[h]: postremò Messiæ, siue Christi, quod *fabricatum* vaticinata est Anna[i] & David producendum[k]. Omnia cornua illa propter Hebræorum peccatum ab eis ablata, data que Gentibus, confringentur eodem comminatorio, & libro, ex Daniele[l] describendo bestiam cum decem cornibus, & ex Threnis[m]; vbi scribitur, quòd *confregit Deus in ira furoris sui omne cornu Israel, & deiecit ea, & non pepercit, & lacerauit per cuncta ornamenta eius; & exaltauit cornu hostium.* Quo pacto autem, & quando id factum sit, explicat Galatinus, e sibi gens bonum argumentum ex concessis; Messiam, siue Christum, Iudæis reiecto datum, deinde quia repulerunt, & reprobauerunt, concessum Gentibus esse. Illud, quod Ribeni tradunt de bestia illa Danielis, esse Papam, tum absurdum est, vt refutandi non sit, & nos prouocamus ad hunc.

Et omnia cornua peccatorum confringam.] Græci variatis idem significantibus verbis hic vtuntur.

A LXX. *συγκλάσω*, vel iuxta codices alios, *συντρίψω*, illud primum tribuitur etiã Theodotioni: Aquilæ *ἀπὸ λο comitatum*: Symmacho, *διαπεσῶ*, *dissipabo*. Apollinarius autem vertit *κόψω*. Ité Hebræum verbũ גדע *gadang* est in illa sententia ex Threnis [a] *confregit in ira furoris sui omne cornu Israel*: vbi Paraphrastes *gloriam* reddit. hic verò *ictum, & fortitudinem in excelsum*. Præterea in Ieremiæ prophetia [b], *abscissum est cornu Moab*. Cui similis formula in Ecclesiastico [c], *Contriuit cornua eorum* (Philisthiim) *vsque in æternum*. Item in libris Machabæorũ [d]: Et *non declinarunt cornua peccatores*. Quod autem scribitur in eodem libro Ecclesiastici [e], *De manu eius regnum suum abiit, & gloriam suam dedit gentibus*, Græce est τὸ κέρας *cornu*, pro regno. Psalmo 17. [f] Dauid simili fiducia canit, *Confringam inimicos meos, nec poterunt stare, cadent subtus pedes meos*. Sed ibi est עמיו *amaiu*, & קרני *carnai* c. Apponius & ait Christum in primo aduentu similem hinnulo ceruorum fuisse, propter humilitatis formã, necdum adhuc potentiæ cornibus exaltatis, quibus in secundo aduentu exiturus esset mundum: atque de his cornibus hic agi; dum videt inter nos, tamquam humilium ceruorum sine cornibus, amorẽ in se potius virtutis suæ, quàm terribilitatem ostendisse. *Agnum* vidit Ioannes [g] *habentem cornua septem, & oculos septem*. Per *cornua* verò Aretas [h] vult intelligi fortitudinẽ, gloriamque: Ambrosius septemplicem regni Christi statum ab exordio mundi vsque ad finẽ. Non est hic agnus, vel simplicior, vtpote oculi præditus septem; vel innocentior, quippe cornua totidem habens. Et quod attinet ad fortitudinem, illius opera præcipua septem sunt; victoria diaboli, mundi, mortis, destructio peccati, infernj; spoliatio, prædicatio, ac perfusio legis ipsius in orbe toto, Euangelij, & confessatio Ecclesiæ perpetua. Significat etiam numerus septenarius, vniuersitatem designans, *data Christo omnem potestatem in cœlo, & terra* [i], atque in eius manu esse omnes potestates, & omnium iura regnorum. Quamuis alij malint esse septem spiritus, Angelos ve diuinæ prouidentiæ, ac potentiæ ministros in gubernando mundo, & profligandis, destruendis, vexillandis aduersis potestatibus Lege Peretium nostrum [k], & de multiplici significatione *cornu* Pintum [l], quem prius citauj, atque Bercorium [m], & Ioannis Fernandes nostri Thesaurum [n]. Omnia cornua peccatorum sunt anima, corpus, opes, potentia, dignitates, scientia, voluptas, prudentia mundana, & similia, quibus inuolutos alios *venetur* tamquam *infirma cornua* [o]. Ferunt [p] in Garamantia tam magna nonnullis armentis cornua esse, adeo deflexa, & declinata, vt ore carpere nequeant herbam, sed obliquo capite pasci debeant, vel frangi cornua. Similes sitis superbi, qui nisi frãgant, deponantve arrogantiam, cœlestis almoniæ participes non erunt.

Et exaltabuntur cornua iusti.] Numero singulari codices aliquot habent τὸ κέρας, *cornu*. Scholion refert ex Lxx. vtrumque nomen pluraliter τὰ κέρατα τῶ δικαίου, *cornua iustorum*: ex Symmacho, & Aquila, *κεκραγμένα δικαίου cornua iusti*, quod habent nunc emendata biblia Lxx ex Theodotione *exaltati dextera, cornua eorum*; quod Apollinarius in carmine vocat *ἀνέλκον κέρας, portæ cornua*. Hebræum nomen קרנות *keranoth*, *cornua* significat, cum est plurale; sic singulare קרן *karan* *Habbakuk* [q] *cornua*, seu *fulgores cornuum* in hoc ipsi-

a c. 13.

b c. 48. 25.
c c. 49. 8.

d 1. Mac. 2. 48.
e c. 49. 7.

f vers. 39.

g Apoc. 5. 6.

h ibidem.

Numerus septenarius vniuersitatem designans.
i Matt. vlt. 18.

k in Apoc. c. 5. num. 5 & 9.
l in Thren. c. 2.
Peccatum cornua quæ sint.
m Bercorius ex Solino.

o Ezech. 34. 21.
Cornua similia à ruina corporum abhinc ad cornua apud Grammaticos.
p Bercorius ex Solino.

gnibus

gnificatione, vt bonum facit sensum, extat multis aliis in locis a.

Non opus diutius in mystica immorari *cornu* intelligentia, secundum partem meliorem. Arguamus docet denotare humilitatem, & reuerentiam, quia semper vergunt aliquo modo cornua in terram: pietatem & in sectoordiam, quia oleum olim cornibus includebatur: castitatem, & munditiam, quia cornu ex carne nascitur, carne tamen nudatum est.

a 1 Reg. 22. 10 psalm. 88. 18. 25 psalm. 111. 9 psalm. 131. 17. psalm. 148. 14. Eccl. 47. 6. 13. Luc. 1. 69. *Mystica sensus.*

PSALMVS SEPTVAGESIMVS QVINTVS.

1 In finem, in Laudibus. Psalmus Asaph.

Canticum ad Assyrios.

2 NOtus in Iudæa Deus: in Israël magnum nomen eius.

3 Et factus est in pace locus eius: & habitatio eius in Sion.

4 Ibi confregit potentias arcuum, scutum, gladium, & bellum.

5 Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis: 6 turbati sunt omnes insipientes corde.

Dormierunt somnum suum: & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.

7 Ab increpatione tua Deus Iacob dormitauerunt qui ascenderunt equos.

8 Tu terribilis es, & quis resistet tibi: ex tunc ira tua.

9 De cœlo auditum fecisti iudicium: terra tremuit & quieuit,

10 Cùm exurgeret in iudicium Deus, vt saluos faceret omnes mansuetos terræ.

11 Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi: & reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.

12 Vouete, & reddite Domino Deo vestro: omnes qui in circuitu eius affertis munera:

Terribili 13 & ei qui aufert spiritum principum, terribili apud reges terræ.

B lo psalmi 60. & 66. tum Græcè, & vbique idem Hebræum, licet in 60. numero singulari נְגִינָה *neghinah*, in aliis pluraliter נְגִינוֹת *neghinoth*, quod primis psalmis declarauimus significare musicum instrumentum. Constat etiam ex dictis differentia inter *Canticum* & *Psalmum*. Pro, *Psalmus Asaph, Canticum*, Paraphrastes reddit, *Laus*, aut *laudatoria per manus Asaph, & Canticum*. Hieronymus, *in carminibus, psalmus Asaph, canticum*. Quamuis Lyranus (apud quem in quibusdam codicibus mendosè legitur *in carnalibus*) legit (*psalmus est*, &c.) & ex eodem Hieronymo Victorius referat *canticum*. Trecretus, *in psalmis citra eum Asaph canimus* Vltimæ voces, *ad Assyrios*, non habentur Hebraicè, vel Chaldaicè, Græcè autem in numero vnius ὠδὴ πρὸς Ἀσσυρίους. Basilius, siue Theodoretus notant in hexaplo non contineri, sed in aliquibus tantum exemplaribus. Scholiõ non in tetraselido, neque apud Lxx. neque in libro Eusebij Pamphyli, neque in Octaselido. Nescio cur collector scholiorum in editionem Lxx. asserat abesse a Psalteriis Latinis. Deprehendi quidem à nonnullis abesse, & nec Augustinus, nec is, qui nomen habet Hieronymi, explicant: nihilominus in plurimis reperiri, ostenduntque ab eo, qui nomine appellatur Ruffini, & qui Antiochij, item à Beda, (qui meminit quosdam legere *contra Assyrium*) Remigio, Haymone, Brunone, Cassiodoro, Hugone, & passim ab aliis posterioribus. Agnoscit etiam Ambrosius a, quamuis iuxta textum Græcum legat singulariter, *ad Assyrium*, & hymnum vocet. Ratio huius additamenti ex argumento pendet.

C

D

Græci conueniant, nullique Latinorum, nec non Hebræi, argumentum esse varietatem destructionis Assyriorum, qui, duce Sennacherib, inuaserant Hebræos, quod Apollinarius carmine hic expressit:

καὶ γὰρ τὸν Ἀσσύριον μάχιν ἐνθάδε γῆσεν,
ἐκ δὲ Θεοῦ πάντα δυσμενέα ἔπεσεν.
Regem Assyriorum videns Asaphus prudens,
Resonuit spiritu, decuit etiam quantum carmen.

Risum intelligit lætitiam pro liberatione. Simul verò narrat Dauid, & extollit potentiã Dei, hortaturque ad tam potẽti ac benigno Deo reddendas gratias. Faciet isti sententiæ totus psalmi contextus, quòd de cælo Deus auditum fecerit iudicium: quod dormiebant diuites ac opulenti: quòd terra tremuit; quòd aufert Deus spiritum principum.

a de Nabuthe c. 14.

Argumentum.

Titulus & Argumentum.

Vers. 1.] In finem, in Laudibus. Psalmus Asaph.

Canticum ad Assyrios.

IN *finem* quid sit, dictum aliàs *in laudibus*, seu *in carminibus*, vt legunt Hugo, & Haymo, vertitque Hieronymus, idem est, quod *in hymnis*: quæ ipsa vocabula [illegible] in titu-

principum, id est, interficit. Sūt enim hæc omnia valde contentanea illi historiæ [a], in qua scribitur Sennacherib ipse postea percussus gladio a filiis.

Mystico sensu, psalmus ex de Dei laudibus, liberantis à persecutionibus Ecclesiam, earumdemque auctore diabolo, præsertim verò sub mundi finem; quando grauius ingruet periculum. Sed iuxta etymon *Assyria*, siue *Assyriorum*, vt hi significent *dirigentes*, Cassiodorus, Rufinus, Beda, Haimo in bonam partem interpretantur, sermonem esse ad fideles, qui iam fidei regulis docti, rectis semitis ambulare contendunt. Remigius & rursus Haimo, contra Iudæos, qui ita direxerant secundum carnalia sacramenta; secundum literam intelligentes, non secundum spiritum, & quod ait Bruno Carthusianus, mentiantur se solos esse dirigentes se in diuinis præceptis, ita vt adhortetur eos psalmus in viam salutis ire, & dirige. Ambrosius [b], exponens *Assyrium* sonare marem, ac vanum principem istius mundi, ait scriptum esse psalmum aduersus nequitias spirituales. Qua in re cōtentit Arnobius, nec non Beda; sed hic iuxta lectionem, quæ habetur in titulo, *contra Assyrium*. Ex Græcis etiam Nicephorus, ac Euthymius Ad eundem modum licet Hilarius interpretari, cum Deum ita loquētem inducit [c]: *Si non vt nunc tractauī, ita erit, vt conteram Assyrium in terra mea, & in montibus meis conculcem eum: consilium quod cogitaui super eum non teret, & hæc ei vanus exercitus super cuius fines gentes.* Quod ad Assyrios pertinet, Herodotus [d] confundit cum Syris, vt hos ita Græci, illos Barbari eo modo nominent. Eadem quoque Iustinus [e], & Ammiano [f] Syria, & Assyria. *Assyriam* vocatam à Barbaris Dio Cassius & indicat. Sardanapalum quoque nunc Syriæ vocat regem Cicero [g], hunc Assyriæ [h]. Cæteroqui constat latius patere Syriam; & Assyriam propriè esse regionē multo numerosiorem, quam Plinius [i] Syriæ partem facit, postea vocatam *Assyrhoenem*: Strabo autem longius extendit. Ab Assur filio secundo Sem filij Noe, denominata est Assyria, teste Iosepho [k]. Assurij, & Assyrij iidem, sicut Syria, & Suria, Syracusæ, & Suracusæ Symbola, & Sumbola, Sycophanta, & Succophanta, & alia similia, vt Cassiodorus monet ex Annæo Cornuto [l]. Frequenter scripturæ vitiant *Aſſur* pro Assyria, Assyrios, & Assyrius [m]. Lege de nostris Riberam [n], & Salmeronem [o], & quæ ipsi diximus in Actus Apostolorum [p]. Athanasius recenset psalmum istum inter eos, qui de Domino gloriatur, nempe vna cum 22. 16. 18. 39. 41. 83. 96. 98. & quem supra recensuimus numerum ponit, 151. Recitat hunc Ecclesia psalmum in Matutino feriæ Veneris Cœnæ Domini nocturno primo, & nocturno secundo festi Transfigurationis.

[a] 4 Reg. 19. 1. Paral. 32. Esai. 37. Tobiæ 1. Iudith 1. 1. Mach. 7. 41. Hebr. 11. 29. Mystice, mens dirigenda ad cœlestia.

[b] de Gideone c. 14.

[c] c. 14. 24. &c. 30.

[d] lib. 7.

[e] Vocat Assyriam Syriam ab vltima nomina inter se.

[f] c. 23. 1. 24. 1. 25. 1.

[g] in Tuscano. 2. Tusc.

[h] 2. ac in Orat. pro Cæcin. 13.

[i] Syriæ pars Assyria vocata. Assyria vnde denominata.

[k] Antiq. c. 7. Assyrios ex Assyrio eum in lib. de Cr. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Assyrios. Assyrius, & Assyrij quos Græcus Assyrios glossatur.

[l] Esa. 10. 5. & seq. 4 Reg. 15. 29. Gen. 10. 22. & alibi. Incolæ Assyriæ vocantur & Assyrii. & Assyrios pro Assyrios.

[m] Hos. 5. 13. & 7. 11. & 8. 9. & 9. 3. & 10. 6. & 11. 5. & 11. 11. & 12. 1. & 14. 4. Mich. 5. 5. & 7. 12. Zach. 10. 10. & 11. 11. ad Marcellinum.

[n] Sexto Oseæ.

[o] Oseæ.

[p] Act. 2. 9.

B

C

D

E

Vers. 2.] Notus in Iudæa Deus, in Israël magnum nomen eius.

Vers. 3.] Et factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion.

CElebrem Dei notitiam, noménque in Iudæa, vniuersoque illam incolente populo ait esse; quodque peculiariter eam sibi prouinciam delegerit ad habitandum: istum verò Salem, quæ vox *pacem* sonat, & eiusdem, siue Ierusalem, illam mortem, qui vocatus est Sion, vt ibi religiosius coleretur Ens autem notitiæ, atque celebris famæ, quæ longe manauit etiam ad exteros, canta exercet, quia dictum populum, locúmque mirabiliter Deus tutatus est aduersus hostes; & quod attinet ad Assyrios, centum octoginta quinque millia eorum nocte vna per vnum Angelum cecidit [a]: quod indicant sequentia.

Sensus mysticos quosque alij sparsim tradunt, vnus attingit Eutymius, vt quia Iudæi frustra vnis sibi iustitiam vsurpant Dei, quos tamen Prophetæ non semel idololatriæ nomine accusant; *Iudæa* & *Israël* designent Scripturas diuinas, & diuinum in eis præscriptum cultum, quæ annuntiant, vel præfigurant Christum: præterea, quod, Maximo auctore philosopho refert Euthymius, vt denotet *Iudæa* philosophiæ partem practicam, cùm significet ἐξομολόγησιν, *confessionem*, quod est initium quoddam ad alias virtutes: *Israël*, cuius notio est (vulgaris, non exacta) *videns Deum*, theoreticam: vt idem, vt innuant hæc Ecclesiam ex Gentibus nouam, sua confitentem peccata, & verum Deum per contemplationem semper intuentem, quem Paulus [b] nominat *in abscondito Iudæum, & circumcisionem cordis in spiritu, & litera.* Adde ex oppositio illos, quos Ioannes [c] refert *dicere se Iudæos, & non esse*, sed mentiri, *& esse synagogam Satanæ.* Placuit postremus dicendi modus Latinis fere omnibus Enarratoribus huius loci, ac præter illos, Gaudentio Brixiensi [d], & Ambrosio [e] æquali eiusdem, quamuis potiùs doceant ex illis angustiis, Iudææ & Israëlis exitisse, & *Iesum* fuisse *nomen* Christi [f] tamquam ex vasculo, quo includebatur. Idem quoque alibi Augustinus [g] docet, qui hoc loco multis verbis demonstrat indignos esse qui nūc nominantur Iudæi, tali appellatione, quia defecit illis princeps de Iuda [h], & fœnerarunt in genus Iuda, inque semē Dauid, id est, in Christum, negantes *se habere regem, nisi Cæsarem* [i]; Christianos dignos esse illo nomine, qui credunt in illū regem, qui venit ex tribu Iuda per Virginem Mariam, & per fidem videndo Christum Deum. *Israël* ita quasi *videntes Deum* (iuxta tritam, etsi minime veram etymologiam cognominari possunt; priùs confessi peccata, Deúmque videntes fide, vt in pacata eorum conscientia habitet; quoniam quamdiu quis non confitetur, quodammodo rixatur cum Deo: tandem verò perueniet ad clare contemplandum ipsum in cœlesti Sion *facie ad faciem* [k]. Rursum Ambrosius [l] *nomen* interpretatur *in Iudæa Deum, in Israël magnum nomen eius*, hoc est, non in diuitibus, non in nobilibus, sed in pœnitentibus, & in anima confitente Deo, non in principibus, & consulibus, sed in eo, qui Deum videt, & in quo profunda fides ad cognitionem Dei potuit peruenire: locum eius esse, vbi quietus affectus nullis diuersarum cupiditatum euagitatu fluctibus, nullis anxietatis turbatur procellis, nullis quęrendarum diuitiarum ingeritur incendiis. Idem [m] adhuc Iudæam vicinam per nonnullam alluſionem, ac veluti errorem linguæ, nominans *Iudæam*, causam reddit, quia Iudæa est anima, quæ Christum fatetur, & ibi *verum Deum*, vbi agnoscitur, non vbi negatur. Vtrumque nomen *Iudæ* & *Israël*, quam diximus, acceptionem pro cruce [n], qui Messiam verum Deum & hominem credituri, & cōfessuri essent ex Rabinis ipsis cōstitmet

[a] 4 Reg. 19. 35. 1 Paralip. 32. 21. Tobiæ 1. Esai. 37. 36. Eccli. 48. 24. 1 Mach. 7. 41. 2 Mach. 8. 19.

Sensus mystici.

[b] Rom. 2. 28.

[c] Apoc. 3. 9. c. 2. 9.

[d] serm. 1. de Spiritu Sancto c. 7.

[e] can. 1. 2.

[f] tract. 105. in Ioan.

[g] Gen. 49. 10.

[h] Ioan. 19. 15.

[i] 1. Cor. 13. 12. 1. de Nabuth. c. 4.

[k] m de Initiat. ad virginit.

Gol-

Galatinus [a]. Cyrillus Alexandrinus [b] propagatum Dei nomẽ poſt incarnationem ſcribit, quod vix priùs in ſola notum erat Iudæa, populoque Iſraelitico, quia Moſes erat voce exili, *linguæ ſq; tardioris* [c]. Innuit eadem Hieronymus [d] de dilatatis Eccleſiæ finibus. Athanaſius [e] ait *magnum nomen in Iſrael*, de Filio: *Deum notum in Iudea*, de Patre intelligi, & Chriſtum eſſe æque magnum Deum, ac Patrem, ipſiuſque *nomen eſſe notum in vniuerſa terra* [f]. Clemens Alexandrinus [g] pro ea veram cognitionem Dei, quando per eam confitemur Deum, & eius præcepta ſeruamus, proximum diligendo propter ipſum, & hoc ubi vellẽ *notum in Iudæa Deum*, id eſt, in eiuſmodi confeſſione. De Chriſto explicat Irenæus [h], qui Emmanuel, homóque Deus habitauerit illis in locis, qui hic exprimuntur, & immutuerit longiùs, iis etiam, qui non quærebant eum.

Notus in Iudæa Deus.] Hieronymus, *cognoſcitur*. Paraphraſtes *dominum Iehudah* nominat. Pro regionis nomine vſurpat ſemper Scriptura nomen proprium tribus, ſeu auctoris eius Iuda יְהוּדָה *Iehudah*. De vocabulo huius, Iudæique origine, vſúque, dixi commentario Actuum Apoſtolorum [i]. Etſi verò qui hunc leget non illum fortaſſe habebit præ manibus, aut adire commodum non ducet, mihi tamen nec gratum, nec laudabile ſemel dicta transcribere. Quatenus cognoſci Deus naturaliter poſſit, & a Philoſophis cognitus fuerit, attingit Genebrardus, & in quo differat huiuſmodi cognitio à reuelata. Egent iſta diſputatione vberiore, quam & nos aliquando ſcholaſticè inſtituimus, tractantes de gratia; tum præterea, quàm late pateat de eodem Deo ſcientia, vt in hac quidem vita ſecundùm eam rationem, qua rerum aliarum eſſentiæ cognoſci non poſſunt, in alia omnino non valeat comprehendi. Notitia Dei dè qua hîc agitur, amplectitur cultum eiuſdem, vt *faſtis non negetur* [k], nec *ſpecies pietatis habens* quis, *virtutem eius abneget* [l]; vel ſe *conformet huic ſæculo* [m]. Excellit multis nominibus notitia Chriſtiani de Deo, illam, quam habuit Iudæus, vt merito beatos Chriſtus prædicauerit quòd viderent, & audirent, quæ non heroũm & regiũm, prophetis, iuſtis [n]. *Audiuit vox* diſcipuli, *viderunt oculi & perſpexerunt, atque manibus contrectauerunt de verbo vitæ* [o]: ad externos ſenſus corporis internos quoque mentis adhibentes; poſteriores hoc quodam modo beatiores: quòd non videntes, aliſque ſenſibus externis percipientes, *credunt* [p]; nec vtuntur ad credendum argumento illo ſenſuum: aliquoui ſimpliciter, & abſolute concedi debet a ſpectum, & præſentiam Chriſti fuiſſe ſingulare quoddam beneficium, priuilegiumque; quamuis multi eo vſi non ſint, tamquam motiuo vt vocant, ad credendum; propterea maiore reprehenſione atque damnatione digni.

Cæterùm notitia, de qua hîc eſt ſermo, ad literam conſiſtere videtur in effectis potentiæ, ac miſericordiæ Dei, quæ effecta quando non exhibet Deus, videtur ignotus, abſconditus, occultus. In quo ſenſu poteſt illud exponi [q], *Vere tu es Deus abſconditus, Deus Iſrael Saluator*; id eſt, videbaris abſconditus eſſe, cùm populus aſſligeretur in Babylone, poſtquam verò eum liberaſti, conſtitit aperte te Deum eſſe, ac Saluatorem Iſrael.

In Iſrael magnum nomen eius.] Per corda Gentium, & in fines orbis effuſum, ac per omnem creaturam extenſum, poſtquam Dei Filius per omnem mundum ſuo illuxit aduentu, & quaſi extra vaſis angustias effuſum, longeque ac late diffuſum eſt, vt ait Ambroſius [r]. Non amplius ineffabile nomen Dei apud nos eſt, nec vt vrbis tutelarem Deum nominare illum nefas, vel eiuſdem vrbis nomen proferre [s]. Scribitur in titulo Crucis IESV, nomen communiſſimis linguis tribus, quod illemet etiam, cuius eſt nomen, *per vniuerſum orbem portari* præcepit [t]. *Annuntiabunt cœli hoc nomen in vniuerſa terra* [u], & ſecundum hoc, *ſit laus Dei in fines terræ* [x]. Nomen ſuum Deus *Iehouah*, ſiue *Iehouah* (& IESV) non indicuerat [y] ante incarnationem, ſcilicet re ac effectu, & complemento, necdum etiam in illo *nomine omne genu flectebatur* [z]. Craſſus, ac pernicioſus error eſſet, auctoris quæſtionum noui & veteris teſtamenti [a], qui falsò tribuitur Auguſtino, ſi vt aliquo modo præ ſe ferret, ſentiret, extra Synagogam Iſraëli neminem potuiſſe, propter auctoritatem præſentis loci. Abel, Enoc, Noe, Abraham, Sara, Iſaac, Iacob, Ioſeph, quibus præterea Iob addi debet, quos in Sanctorum catalogo conſert Paulus [b], & alij multi ad Synagogam non pertinebant. Notitia quidem, & Dei veri cultus toti alicui populo aut Reipublicæ communis non fuit, præterquam Hebraicæ, nec lex, ſacramenta, mediaque alia per ſe ad religionẽ, & ſalutem inſtituta, nihilominus: in naturæ lege nulli vnquam defuit ſufficiens gratia, & in multis efficacem fuiſſe dubitari non poteſt.

Et factum eſt in pace locus eius.] Hieronymus, *Factum eſt in Salem tabernaculum eius*: & alibi [c]: *Factus eſt*, ait, *in pace*, ſiue *in Salem locus eius*. Nomen cum affixo סֻכּוֹ *ſuccho* proprie *tabernaculum eius* ſignificat. Vt proinde non credeam vim eſſe in voce *locus*, quæ latiùs pateat, quam *habitaculum*; quum vna tamen faciunt, qui ſenſus morales eliciant, vt quòd in contemplante magis immoretur, velutique figat ſedem Deus, quàm in eo, qui actiuæ vitæ deditus eſt. Immò generaliter videtur notio ſequentis סִיּוֹן *Sion*. Certe vel ſynonyma nomina ſunt, vel admodũm parum diſſentia. Idem nomen שָׁלֵם *Salem* referunt quot quot vertunt ex Hebræo. Paraphraſtes exprimit quoque Ieruſalem, & domum ibi ſanctuarij Dei. Monet Hiarmo poſitum pro ſignificante ſignificatũ. *Ieruſalem*, de qua egimus alias [d], putant [e] componi ex יְרֵאָה *rauit*, *vidit*, & שָׁלֵם *ſalem*, quòd ſit ille ipſe locus, in quo conſtruendum Templum præuidens Abraham, dixerit, *In monte Dominus videbit* [f], & cuius *Melchiſedech rex erat* [g]. Non repetam alia Vrbis nomina, quæ retuli alibi [h], quibus addi poteſt nõ ſolùm *Tſedech*, vt quidam putant, quaſi Melchiſedech ſit dictus quòd rex eſſet Tſedech, ſed & ex Eupolemo apud Euſebium [i], *Αλγαριζὰ* ſignificans altiſſimum montem. *Salem* ſorma Græca vocant alij Solymam, vt Ioſephus [k]; qui etiam nominat Melchiſedecum Solymæ regem [l]. Iuxta etymon verò ſic appellata eſt ciuitas proprio nomine, ob partium ſuarum integritatem, aptum ordinem, pacem, & quæ *pacis* voce ſignificat: ſolet, proſperitatem & copiam rerum omnium, atque fertilitatem; & ſi Ioſepho credimus, *ἀσφάλειαν*, *ſecuritatem*, ſiue munimen, arcem, præſidium. Alteri præterea nomen idem fuit ciuitati Sichimorum [m], ſeu Sichem, & Sichar in Samaria [n]. Quo nomine Ioannes [o] vſus non eſt, quia iam exoleuerat, nec ante ætatem Iacob vſitatum erat, ſed

tunc

[a] lib 6. c. 14
[b] Orat. in dec. S. Ioan. Euang. quæ ex ar. to 6. conc. Epheſ. c. 2
[c] Exo 4.10.
[d] in Oſee c. 2. & Amos c. 5.
[e] de commu eſſent. Pat. & Filij, & ſpiritus ſancti.
[f] pſ. 8. 2.

Vera cognitio Dei quæ ſit.
[g] 7. Strom. c. vlt.

[h] lib. 3. c. 9. & 10. lib. 4. c. 66.

[i] in c. 1. 8.

[k] Tit 1.16.
[l] 2. Timot. 3.
[m] Rom. 12. 2.

[n] Luc. 10. 23. 24. Matth. 13. 16. 17.
[o] 1. Ioan 1. 1.

[p] Ioan 20. 29.

Singulare beneficium viſio aſpectus & præſentia Chriſti.

[q] Eſa 45. 15.

[r] de Spiritu ſancto c. 7.

[s] de hîs Bartradus noſter tomo 1. harm. lib. 9. c. 6.

[t] Act. 9 15.
[u] pſ. 8. 2. 10.

[x] Pſ. 47. 11.
[y] Exod. 6 3.

[z] Philip 2. 10.

[a] q. 109. Erro[illegible] *quæſtiones nouum & vetus teſtamentum.*

[b] Hebr. 11 4 5.

[c] in Ieſem. c. 25.

Veruntamen Ieruſalem reperitur.
[d] in Act. 1. 4
[e] Maldon. in c. 19. Ioſue.

[f] Gen. 22. 14.
[g] Gen. 14. 18.

[h] in Act. 1. 4.

Pax quæ ſit. Quæ ſignificata.

[i] 9. Præpa. ca. 31.

Urbs Salem quæ nuncupata.
[k] 1. Antiq. c. 7. & c. 11.

[l] Gen 12 4. 5.
[m] Iosue 24.
[n] ibid.

tunc quando ille ibi ex coxæ vulnere שָׁלֵם *salem*, id est, *integer & incolumis* eò pertinet, & quoad vxores, filios, facultates. vt Caietanus[a] ait. Sed illum non probamus, cùm contra vulgatæ editionis fidem contendit appellatiuum nomen, non proprium fuisse. Lege Genesis & Ioannis enarratores, Villalpandum præterea nostrum[b]. Portò Lxx. nominis proprij vice significatum eius posuerunt *εἰρήνην pacem*, habentes potissimùm rationem mysterij. Factitant id alibi Lxx. & noster Interpres, vt scilicet Hebræorum nominum propriorũ etymologias pro ipsis nominibus ponant. Exempli gratia, in Genesi[c] dicitur *paradisus voluptatis*, qui Hebraice & Græce *Eden*, tamquam nomine proprio, vt multi existimant. In Ezechiele[d], *acervus nouarum frugum*, pro אביב תל *Thel Abib*, quæ Paraphrastes. Symmachus, Theodotio, Aquila sic reliquerunt, vt nomen loci prope fluuium Chobar. Lxx. autem, *μετέωρον, ἢ ὑπερῷον sublime, & cœnaculi*. In Osea[e] est, *Non populus meus*, pro *Lohammi*, & pro *Loruchamah*, *non misericordiam consecuta*. In Esaia[f], *reliquiæ conuertentur*, pro, *sciar iasub*. In Cantico[g] *punus*, & *subaia* pro *Iuuisi* ciuitate amœna, vt nonnulli credunt, quod refellit Delrius noster[h]. In Ioële[i] pro שְׁבָאִים *Sebaim*, siue *Sabæi*, Lxx. verterunt *in captiuitatem, εἰς αἰχμαλωσίαν*: in psalmo 41.[k] montem quod cum putant aliqui proprio nomine appellari *Misar*, quod est in Hebræo textu: in Michea[l] quod legimus, *Non est egressa, quæ habitat in exitu, planctum domus vicina accipiet*. Legunt alij *quæ habitat Saanam, & planctum domus* (Asel, aut Beth Asel) Lxx. exprimunt *Sanan*. Legendus Cantaperrensis[m]; sed cautè, ne quis ei concedat hoc esse vitium in Interprete, quod etiam a librorum tensoribus in eo meritò est expunctum, nec bene a Gaspare Graiar[n] approbatum. In vtrumque audio à fidei Quæsitoribus in Hispania inquisitum, quod de vulgata editione minus reuerenter sentirent, & loquerentur.

Tropologiam illam, quòd in pace, id est, in animo pacifico sedem Deus collocet sibi, de qua iam prius dixi, affert etiam Origenes[o], explicans quid sit *viam pacis quærere*, & ad Ierusalem, quæ visio pacis est, tendere. Tradit idem Hieronymus[p] differens de fructibus Spiritus sancti, quorum pax vnus est[q], sicut & de beatitudinibus vna[r]: item Olympiodorus[s], sed nullus copiosius & melius Augustino in huius loci commentario de intestino ac externo bello nostro, & procuranda pace, *quæ exuperat omnem sensum*[t]. Valet argumẽtum Bernardi[u]; sicut *in pace factus est locus* Domini, ita in discordia locum diabolo fieri. Vbi zelus, ait putatus hoc loco Hieronymus, atque discordia, ibi nõ est protector Deus. Videlicet, *non est dissensionis Deus, sed pacis* sicut, inquit Apostolus[x], & in omnibus Ecclesijs sanctorum docco: & Christus *princeps pacis*[y] est, *pacq; nostra*[z], *per cuius sanguinem crucis pacificauit Deus siue quæ in terra, siue quæ in cœlis sunt*[a]; denique, ipse est verus Salomon rex pacificus, ita vt *pacis* nomen, natus[b], viuens[c], moriens[d], resuscitatus[e] auditi voluerit, & à prædicatoribus ante omnia annunciari[f]. Distinguit Bernardus[g] *pacatos*, qui *possident terram* corporis sui[h] *patientes*[i], qui animam *pacificos*[k], qui aliorum quoque animas primos recipere pacem, secundos retinere, postremos facere; super primos requieuisse pacẽ aliorum[l], secundos pacem diligere[m], vltimos cum his etiam qui oderunt pacem, pacificos[n]. Tertullianus[o] scribit, quod Deus præcepit, Spiritum sanctum, vtpote pro naturæ suæ bono tenerum & delicatum, tranquillitate, & lenitate, & quiete, & pace tractare, non furore, non bile, non ira, non dolore inquietare.

Et habitatio eius in Sion.] Hieronymus, *habitaculum*. De Sion alibi, déque arca ibi collocata à Dauid, templóque à Salomone constructo, seu in eius montis parte, quæ vocabatur Moria. Prius quoque dixi, quid *habitatio*, & *locus* differant *κατοικητήριον* & *τόπος*, & מעונה *maonah*, & מעונה *mahonah*. Symmachus reddit *ἀνάκλιτον*, quasi *basilicam, regiumve palatium*. Genebrardus metaphoram notat, vt מעונה *mahonah lustrum* significet, indicetúrque quòd in Sion latet Deus, vt leo paratus ad prædam. Non *lustrum* dumtaxat, sed quamlibet *habitationem* etiam *hominum* significat. Attigi denique mysticum sensum ex etymologia *Sion* pro specula, & contemplatione, vitáve contemplatiua. Is, quem dicunt Hieronymum, pacem, & speculam scribit esse vel animam, vel Ecclesiam, vel scripturam. Lege de toto loco ito Philippi Greüxi sermonem[c].

Vers. 4.] Ibi confregit potentias arcuum, scutum, gladium, & bellum.

HAbitasse in Salem, & in Sion Deum ostendit, velut Imperatorem in arce, ad eam defendendam; cùm enim fortiter ac periculosè obsideretur, confregisse vires arcuum, seu sagittariorum, vt inualidi eorum ictus essent, aut ne iaculari quidem possent; scutum quoque, ne se aduersus contraria tela illi tueri valerent; gladium, ne comminus pugnando ferire, tandem bellum ipsum totum, & omnem bellicum hostilémque apparatum dissoluisse, inanem reddidisse, cessare fecisse. Bellica instrumenta Assyriorum confracta Rickelius explicat vel a Deo, impediente, ne tractare illa possent, quos interfecit per Angelum; vel à Iudæis, qui sicut & cætera spolia pro magna parte, illa comminuerint. Sic quidem prædixit postea Esaias[d]: *Propterea hæc dicit Dominus de rege Assyriorum, Non intrabit ciuitatem hanc, & non iaciet ibi sagittam, & non occupabit eam clypeus, & non mittet in circuitu eius aggerem. In via, quâ venit, per eam reuertetur, & ciuitatem hanc non ingredietur, dicit Dominus, & protegam ciuitatem istam vt saluam eam propter me, & propter Dauid seruum meum.*

Sensu mystico passim Græci, ac Latini de fractis dæmonis per Christum viribus interpretantur: sed & de pace externa, quæ nascente Christo fuit, & lege Christi præcipitur, quàtum patitur infirmitas, & publici boni recta ratio. Quò spectant dicta psalmo 71.[e] *Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis*, & psalmo 45.[f] *Venite, & videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram, auferens bella vsque ad finem terræ; Arcum conteret, & conteret arma, & scuta comburet igni*. Id sibi quoque volebant apud Esaiam[g] & Michæam[h] conflandi, seu *concidendi gladij in vomeres, & lanceæ in falces*, seu hastæ in rigones, & quòd *non leuaret, sumeretve gens contra gentem gladium, nec exercerentur vltra ad prælium, aut discerent vltra bellare, sed sederet vir sub vite sua, & sub ficu sua, & non esset qui deterreret.* Postremò

a pſ 119 v 6.
b de ſpectac. c 15
Spiritus ſuauis & tranquillus.

Nouinam pro proprio etymologia pro ipſis nominibus poſitis.

c c 1.8.
d c 3.15.

e c 1.9.

f c.8.3.

g c.0.3.

h ib d
i c.3 8.

k vers 7.

l c.1. 11.

Templum loci

m 2. hyporyp. c.1.

n in Mich.hæz c 1.

Tropologia.

o li 1 in epiſt. ad Rom.

p in epiſt ad Galat c 5. & Ezechiel c 16. Ad 34 & Eccl c 3 & c 12 10
q Galat 5 22.
r Matth 5 9. in Eccl c 12. ſpiritum
s Philip 4 7
u ſer 1 in feſt Eccl
x 1 Cor 14. 33
y Iſa 9.6.
z Epiſt 2.14.

a Coloſſ 1 20
b Luc 2 14.
c c 10 5.
d Ioan 14.27
e c 20.21. 26
f Luc 10 5.
g in ſt ſerm in princ.
h Matt c 4
i Luc 2 14.

Deſiderio pacem poſſidere, pacificare, pacificum eſſe
k Matt. 5. 9.
l Genes 13. 14.
m Hebr 12. 14.

d c.17. 33. 34. 4. Reg. 19 32.

Myſticus ſenſus.

e vers 7.

f vers 9. 10.

g c 2 4.
h c 4. 3. 4.

ad

a Luc 11.22. *Bella ecclesiastica ab ecclesiasticis inuentoribus gerenda.*

Abbatis exemplum in pugnantium personis prædamnatis.

ad idem refertur parabola de *forti armato*, quem vicit fortior direptis armis eius [a]. Certe si vitari bella non possunt, non decet geri ab Ecclesiasticis immediate, armaque tractari, vt hinnulo sermonem Episcopo Petrus Damiani probat. Affert etiam exemplum de Abbate in finibus Galliæ, quem cum quidam sæculi potens, vt ipse loquitur, ob contentionem de possessione armis adortus esset, solos monachos equis imposuit, capita cucullis cooperire præcepit, sicque cum illis velut galeatis, & loricatis, hdei munimento, crucisque vexillo ad locum certaminis venit, ille diuino perculsus horrore cum suis desiluit de equis, omnesque protinus arma proiecerunt, terræ se humiliter strauerunt indulgentiam flagitarunt. Fateor Petrum plus velle, & quodammodo cupere Petri successori gladium materialem. dū etemi incola ingemisceret ob tā frequentia bella, in quibus ipsimet Episcopi galeati. & loricati procedebant, & quia crebræ oriebantur inter Pontifices & Imperatores de rebus etiam temporalibus discordiæ. Lege Baronium [b] recte oriēdentem in Pontifice gladij quoque materialis vsum esse posse.

b to.11. annal an. Christi 1055 pag.189 *Pontifex, materiale quoq; gladio vtebatur.*

Arcus, & *sagittas* Euthymius, & alij volunt esse dæmonum artificiosas machinas; *ictum* permissionem Dei; *gladium* passiones, & affectus immoderatos, quibus nos diuidunt, ac diiungunt à Deo, *bellum*, pugnam, luctamque ipsam qua nobiscum certant, vel ipsimet dæmones; quemadmodum ex oppositio Deus, Christusque appellantur *pax*. Et quidem cum belli finis pax sit, recte Paulus [c] orabat, *Deus autem pacis conteret Satanam sub pedibus vestris velociter*, siue diabolum proprie intelligat, siue quemlibet aduersarium, non quòd esse desinant, sed quoniam vires eorum sic atterantur, vt longè quam antea minus valeant, audeántque. Ruffinus putatus, in hæreticis *arcus* deceptionis, *scutum* duritiæ in incredulis, *gladium* in tyrannis, *bellum* autem esse in vitijs. Remigius, Haimo, Beda, Bruno explicant occultas insidias, protectionem vanæ præsumptionis, apertas impugnationes, peccati defensionem, vel communi vocabulo *belli*, genus omne impugnationis. Cassiodorus legens, *cornua arcuum*, exponit de vulneribus, nefandisque superborum discriminibus, de concertationibus iniquitatis diabolica fraude præsumptis de periculosis, atque manifestis vulneribus: de omni ea re, quæ pacti aduersatur. Hugo, & Rickelius de subita delectatione, de consensu malæ voluntatis, qui opponitur *sancto bonæ voluntatis* [d]: de actu peccati, quia *quasi rompheæ hic acuta omnis iniquitas* [e]: de consuetudine peccandi, qua Deus velut bello continuo impugnatur, iuxta illud, *Væ eis, quoniam contra Deum est malitia eorum*. Rickelius iterum de fallacibus diaboli suggestionibus, occultisque insidijs humani doli, de excusatione propriæ culpæ, de manifesta resistentia repugnantis Deo, veritatem impugnantis, resistentis superiori, de inobedientia, seu rebellione *concupiscentiæ*, ac luctantis *carnis aduersus spiritum* [g]. Idem fere dicit Ricardus Pampolitanus, distinguens dolum malorum spirituum, præsumptionem artificiosarum disputationum, manifestam malorum impugnationem, bellum carnis aduersus spiritum. Valentia refert *confractas potentias arcuum* a Christo, ad eiaculatas, & quas eiaculari solet diabolus tentationes: *scutum* ad chirographum, quo sumus omnes venundati sub peccato; *gladium* ad peccatum originale; *bellum*, ad capitalia vitia septem. Præterea nos tractatores psalmi, Ambrosius [a] *arcus contorti* docet, quibus diabolus ignita dirigens iacula, graues pectoribus hominum solet infigere pathones. Gregorius [b] legens, *cornua*, in *cornibus* notat elationem superborum, in *arcu* insidias longe ferientium; in *scuto* obstinatam duritiam defensionum; in *gladio* vicinam percussionem; in *bello* contra Dominum, mentis motionem; & hoc totum in Ecclesia confringi, dum mentes Deo resistentium superposito iugo humilitatis edomantur. Citat ex psalmo 45. [c] id quod ipsi priùs retulimus, *Arcum conteret*, &c. Sed Augustinus, quamdiu viuimus, lites, bella, dissentiones, rixas, in nobis ex nobis ipsis agnoscēs; vt sic vindicetur in rebelles aduersus Deum; vt ipsi nobis simus bellum, qui pacem non iurimus habere cum Deo: docet, post hanc vitam, in felicitate id quod hic dicitur, fore, vt liberatis de corpore mortis huius, absorbeantur omnes cupiditates malæ, & viuificatis corporibus, destructaque inimica morte, non modò non regnet peccatum, sed nec vllum bellum; verùm pax vera, & in illa perfecta æternáque pace destructio *potentiarum, arcuum, scuti, gladij, belli*. Ita fane quidem est, atque eodem etiam loqui modo Hieronymus [d] videtur; sed interim tamen propter vires, quæ sufficiuntur nobis, & propter debilitatos hostes nostros, potentiā crucis Christi, concedi potest debétque, *confractas potentias arcuum, scutum, gladium, bellum*, iuxta mysticos allatos sensus, hisve similes alios.

a de Nabuth. c.14.

b 3. moral. c. 3. vers. 9.

c vers. 10.

d in Osee c.2.

Ibi confregit potentias arcuum.] Recte in emendatis bibliis hæc restituta lectio est, quam reperi etiam apud Ambrosium [e], vsurpantem *arcus* pluraliter, & ex enarratoribus psalmi; apud Augustinum, qui legit nunc *fortitudines*, nunc *potentias arcuum*, & Brunonem, Dionysiúmque, Carthusianos, qui, *potentias*, & apud eum, quem vocant Hieronymum, qui, *fortitudines*. Sic est etiam in codicibus Complutensibus, ac Regijs, & alijs; idque Græca sonant, τὰ κέρατα τῶν τοξων. In quibusdam libris Græcis, vt in Vaticano codice, scripto vetustiore charactere, prout Agellius refert, legitur τὰ κέρατα, *cornua*, quo item pacto extat in Arnobio, & Cassiodoro, necnon in Gregorio [f], sed hic habet *cornua, arcum* verò in singulari; in psalterio Romano *cornu* in singulari, & *arcum*: quamuis Agellius eidem tribuat, vt & Ambrosio, *cornua arcuum*, & Faber ex psalterio Romano referat, *cornua, arcum*. Tribuit idem Gallicano illam satis tritam lectionem, *potentias, arcum*. Sed legi quoque *potestates*. Hieronymi versio est, *ibi confregit volatilia arcus*. Alij vertunt *sagittas arcus*, vel, *carbones*, vel, *volucres sagittas arcus*: vel *emissas ab arcu sagittas*. Hebræa vocabula sunt רִשְׁפֵי־קָשֶׁת *rischpe kascheth*: ex quibus prius est in statu regiminis, vt idcirco non possit per se ac absolutè poni, quo tamen modo Paraphrastes exposuit, *sagittas, & arcus populorum praliantium*: quamuis Nebiensis pro postremis duabus dictionibus alias substituat de Deo, *protector prælij*. Sunt propriè רִשְׁפִים *reschephim ignes, flamma, scintilla volitantes, scintillantes*, seu *ignes*, seu *flamma, prunæ, carbones ignis*. Per translationem *ferra sagittarum, & gutta, volantes tamquam scintillæ*, sic vocantur: sed & aues ipsæ eodem nomine, a velocitate nimirum volatus, cōparabilis cum celeri motu stellarum

e de Nabuth. c.14.

f 33. mor. ca 24. vel 30.

d psal. vlt. e Eccl. 21.4.

f 1 Machab. 2.1.

g Gala. 5.17.

In Cantico[a] quod legimus, *Lampades eius, lampades ignis*, vbi est dictum nomen Hebræum, reddunt Lxx. πρηστῆρας, *volatilia*. Vt. editio ἀνθρακιὰς, à *fumi exitione*. Symmachus ἐφιὰς ab *impetu*, quas Paraphrastes vertit *primas ignis ebullientes*: & alibi[b] Latinus Interpres *aues* vertit, alibi *ignem*[c]: alibi[d] *exercitum*. Hoc loco sumitur ista vox pro *missilibus*, quæ numero singulari vocatur plasmo ος *sagitta volans*, βέλος & τετιλμένον חץ יעוף *cheets iabboph*, supple אשר *asher* pronomen relatiuum, *quæ volabat*, seu *volare facit*. Hoc plane demonstrat regimen nominis רשפי *reshpe* requirens constructionem cum sequenti קשת *kasseth arcum*, vt sint *velatilia*, scilicet, *missilia, arcus volucres*, & *alata*, & *aligera iaculatio*. Et quia valide iacula missa feriunt, ilant, & arcus cornua debent esse fortia, vt eiaculatio firmiter: & fortiter fiat, propterea Latine *fortia*, seu *fortitudines*, aut *cornua*, Græce κέρατα, vel κεράτια dicuntur.

Præter ea, quæ alibi de sagittandi arte dixi, placet quod Ioannes Bochius hic notat, vsum hominibus natura suggerente datam, cum etiã hoc tempore magis incultæ barbaræq; gentes ea passim vtantur, Olao[f] Magno teste. Seneca[g] scribit in Parthia infantes arcum statim tendere, & Persas pueros ad 16. vsque vel ad 17. annum sagittare, & iaculari didicisse. Recenset ex Xenophonte Zonaras[h]. Eadem fere de funda ratio, quam agitauit Dauid[i]; & Diodorus[k], ac Vegetius prodidit apud Baleares cibum filiis paruis matres denegasse, nisi quem ex funda destinato lapide percussissent. Facit etiam ad *potentiam arcum*, quæ hic nominatur, explicandam, quod de quodam Æthiopũ rege narrant, qui cum accepisset Cambysem Persarum Regem transmittere destinasse, arcum rigoris magni nudis brachiis ad aurẽ tractum ostendit Cambysis exploratoribus, certoque ictu excussit, & vt domo deferrent regi suo iussit. Is cum vix duobus digitis magno quidem conatu traxisset, nec alius vltra potuisset, admiratus regis Æthiopum vires, mutato proposito, cum sibi magna beneuolentia conciliauit.

Scutum, gladium, & bellum. Arnobius, *& scutum, & gladium, & bellum.* Psalterium Gallicanum, & *gladium, & bellum.* Hoc vltimo modo etiam Hieronymus, & Hebræus Græcusque textus. De arcu, scuto, gladio, bello dictum alias. Pro *bello* Paraphrastes *acies ordinesve* belli ponit. Apollinarius *solutum ad imperium*, ἀνυπεύθυνον ἀνυπόδικον. Intelligitur simul omnis apparatus bellicus. Cassiodorus[m] quòd Belus ferreum gladium primus prodiderit, *bellum* scribit nominari placuisse; cùm prius pugna diceretur, à pugnis, quibus se quamlibet feruida lacessebat intentio, nec inter ipsos aduersarios armata essent certamina. Aliqua bellua, vel à bono; quod boni causa suscipi debeat, vel à duello, deriuant. Sed nostra nil interest, vt nec vnde σάλπιγξ, aut סלחה *selichamah*.

In fine est סלה *selah*, & διάψαλμα, de quo alias actum.

Vers. 5.] Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis.

Vers. 6.] Turbati sunt omnes insipientes corde.

Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.

Cõuersa oratione ad Deũ, ait, cùm in summis quibusdam mœroris tenebris versarentur, terráque obuoluerentur desperationis caligine, affulisse itaque lumen ab altissimis illis cœlorum, qui iã inde ab initio semper firmi perstiterunt, montibus immissum, quo mirificè ac magnificè recrearẽtur, exhilararẽtur, contraq; hostes præsentis auxilij ope muniantur: hos e contrario inopes cõsilij, atq; oculis mẽtis captos, ob ingruẽs sibi extremũ periculũ, cum stulti prius retulisse se Deo credere̅t posse, summoperè cõturbatos fuisse, mox q; oppressos morte, tãquam somno, virtũ. opum, armorũ iacturam fecisse, nec in ils, quod veluti somniando sperauerant, præsidiũ reperisse; vel quæ iam spe deuorauerãt, spolia obtinere potuisse. Significari præterea potest, somno se magna cum spe dedisse, verum nihil eorum, quæ expectabant, reperisse, cum dormientes occisi sint.

Præter istum de obsessoribus Ierusalem Assyriis sensum, alium tradit Euthymius, vt obsessi ab illis Iudæi turbati sint, dum se cernerent hostibus circumdatos, diuinas autẽ vires ignorarẽt, & cum veterum captiuitatem, mœsti obdormiscent, posteaq; de non videri nt quæ timuerant, sed neque inimicum ipsum repererint, immò cæsa centum octoginta quinque Assyriorum millia; & horum omnium opima spolia propriis manibus colligerint. Tunc autem sic distinguit, & *nihil inuenerũt*, scilicet eorum, quæ timebãt, *omnes viri diuitiarum in manibus suis*, id est, in manus & potestatẽ ipsorum deuenerunt. Prior sensus facilior, & verior. Describit Esaias Assyrij regis intolerabilem iactantiam. Inter alia refert dixisse[b]. *Quemodo inuenit manus mea regna idolorum, sic & simulachra eorum de Ierusalem, & de Samaria*, &c.

Mystice Nicephorus dæmones interpretatur, audios ad interitum nostrum per peccati persuasionem, tamquam ad diuitias, sed gratiæ diuinæ splendore percussos, & ad somnum, hoc est ad ἀργίαν, *otium*, & impotẽtiam redactos. Latini, duce Augustino, exponũt illuminari à Deo, & Christo ex Gentilibus fideles, infideles Iudæos dormire, ac perire, aut etiam alios quoscumque qui sunt *vehiculi lumenti*[l], & indormiunt in diuitus, & præsentis vitæ commodis: illud verò fieri mirabiliter per mirabilem doctrinam, operáque miraculorum, & *a montibus æternis*, per prophetas & Apostolos, qui veluti solis radios primi exceperunt, quos transfunderent ad alios inferiores, & ipsos esse *montes æternos* sublimitate doctrinæ, vitæ miraculorum incommutabili atque quòd æternam vitam promittant. Non in tãtum qui putatur Hieronymus in psalmi commentario, sed etiam verus[d] eumdem sensum scribit: præterea Ambrosius[e], qui sicut hoc loco Augustinus, vim facere videtur in pronomine (*tu*) vt indicetur Deus, Christusque auctor luminis, quo montes, id est, alij alios illuminant, seu potius, per quos ille. Cõfirmat exemplo Pauli, qui ad Corinthiorum schisma indignabatur[f], & reprehendit Donatistarum schismata. Priùs, & magis illuminantur *montes*, & per hos illuminandi fumus, quemadmodum & rigandi per eosdem *montes rigatos de superioribus locis*[g]; quod Aquinati Thomæ dictitatum diu mihi argumentum eius orationis seu lectionis, quam doctoris gradu, quem detrectabat, insigniẽdus habere debebat. Sic psal. 71.[h] videmus *pacem suscipere montes populo*. Placet Gregorio[i] hic idem sensus, ita etiam illud explicãti, ex Iob[k]. *Qui commutat montes, & nescient, quibus*

Sensus lect.

a cap. 10. 8. & 14. & cap. 37. 10. b c. 10. 10.

Mystica interpretatio.

l Iob 24. 13.

d In c. 52. Esa. & idem in c. 14. Zach. e in psal. 118. Octonario 6.

f 1. Cor. 1. 12. & seq.

g psl 103. 14.

h vers 3. i 27. mor. c. 5. vel 6. k c. 9. 6 27.

qui

qui de nubibus fluunt : *ex æternis* namque *montibus* nos illuminari à Deo, quia per admiratam vitam Patrum præcedentium, radio nos suæ claritatis illustrat. Explanat egregiè hoc ipsum Tharasius Constantinopolitanus [a]. Docet hinc sequi, scripturis, & Apostolorum, ac Patrum doctrinis vacandum, qui sint *montes*, quoniam in illis meditantes, & ambulantes ad cœlestia scandimus: *æterni*, quòd non momentanea, neque ad tempus durantia, sed simul ante mundi constitutionem dicta, quamuis in extremis temporibus à præconibus Euangelici præconij effata sint. Transferunt id alij ad iudicium, in quo cooperentur Angeli; vt cuique appareat causa saluationis, & damnationis tam propriæ, quàm alienæ, sicut Angeli superiores illuminant & inferiores se Angelos, & homines. S. Thomas [b] illam cooperationem alligat prædicatoribus, & ita iudicaturos cum Christo. Nazianzenus [c] exponit *illuminare à montibus æternis Deum*, id est, ab Angelicis virtutibus, quæ nobis ad optima quęq; adiumento sunt. Dicuntur verò *montes*, inquit Niceras [d], quia sublimes, & cœlestes, atque ad vitium flecti vel nullo modo, vel non sine magna difficultate queant: *æterni*, quia immortali conditione sunt. Vbi alterum disiunctionis omitti membrum debuit, loquendo de Angelis, vt beati sunt.

a in Epist. syn. Lat. Ioan. presbyt. quæ est 10. Concil. & ante Conc. Nic. Scriptorum & Apostolorum ac Patrum testimonia retinenda.

b Opusc. 1. ca. 245.

Prædicatores cū Christo iudicaturos.

c Orat. 40.

d ibid.

Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis.] Hieronymus, *lumen tu es magnificè à montibus captiuitatis*. Legit Treuetus, *magnificentius*, & exponit quod magnificaret Deus, & illustrem faceret populum suum habitantem in montibus, & Iudæa montuosa [e], & ipsimet montes manifestati, atque illustres habiti sint propter tales habitatores, qui scilicet ex captiuitate Ægyptiaca illuc primum venerūt, & ex Babylonica rediturі erant. Aq. *splendidius es, illustris, luminosus, conspicuus, magnificus, admirabilis, si pulchritudo tua es tu, fortis pra montibus prædæ*, aut *prædonum*, aut *piscium montes rapaces*. Quod explicat vel vt comparetur Deus leoni forti, ac inuicto, ex mōtibus cauernis lustrisque ad prædam velocissimè atque maxima vi decurrenti, vt sint *montes* ex quibus Deus deprædatū descendat hostes qui ipsi ad prædam inhiabant, siue Sion cum partibus eiusdem, siue cœli ipsi: Vel dicatur potentior potentissimis regnis regibúsque, qui bestijs capto viuentibus similes sunt, quia per vim, & iniustas cædes ampla sibi reges multi dominia conquirunt, Deus è cœlo speculans insidias veluti agit ad prædam, & vt videat quo pacto *tradat in manus suas* [f]. Qua comparatione leonis Ieremias vtitur. Hebræa sunt נאור אתה אדיר מהררי טרף *naor, atah adir meharere tereph*. Symmachus ex Theodoreto & Basilio vertit eo fere modo, quo iam dicti alij, ἐπιφανὴς εἶ, ὑπερμεγέθης ἀπὸ ὀρέων θήρας, *illustris es, immensus à montibus venationis*, seu *prædæ*. Scholiastes eidē tribuit, φωτίζεις σὺ θαυμασίως ἀπὸ ὀρέων θήρας, *illuminas tu mirabiliter à montibus prædæ*. Item Theodotioni, ἐσκιρτᾷς σὺ θαυμασὸς ἀπὸ ὀρέων ἁρπαγῶν, *exultas tu admirabilis à montibus fructuosis*: denique Aquilæ, φωτισμὸς σὺ ὑπερμεγέθης ἀπὸ ὀρέων ἀλώσεως, *illuminatio tu immensus*, aut *supermagnus*, *à montibus captiuitatis*, quæ fere est Hieronymi recitata versio. Prima vox Hebræa נאור *naor* est participium coniugationis niphal, ex themate אור *or*, vnde fortassis ὄρος. Lumen dicitur מאור *maor*, quo pacto videntur legisse Aquila, & Hieronymus: Theodotio autem ex alia radice ירא *iare*, *timuit*, etiam in niphal נורא *nora*: Symmachus secundùm *priorem versionem* ex יראה *raah* item in benoni secundæ coniugationis נראה *nireh*, & excido (ה)*he* נורא *nora*: In omnibus participijs, pro quibus extat Græce verbum ἐστιζεις, verbum substantiuum, est, suppleri debet. Ad primum autem נאור *naor*, quod nunc extat, reuocati reliqua possunt, quia lumine prædita res, præsertim copiosa, horribilis, & conspicua est. Secunda textus vox omisso pronomine אתה *atha*, אדיר *adir* psalmo 8. [a] reddita est per *admirabile*, & significat etiam id quod forte, robustum, magnum, vehemens, magnificum est. Aduerbialiter à Hieronymo & Symmacho in posteriore versione, & à Lxx. redditur, & ab Interprete nostro *magnificè θαυμαστῶς, mirabiliter*. Aliæ dictiones, *à montibus*, exponi possunt, vel plusquam montes, vel ab illis esse illuminationem, seu per illos, & inde ad alios peruenire. Vtrumque valet præpositio מן *min*. Vltima טרף *tereph* proprie significat *rapinam, prædam, cibum*; *captiuitatem*, vt Hieronymus & Aquila transtulerunt non ita; nisi quatenus vt præda capitur qui in captiuitatem abripitur. Ex translatione, quæ *prædam* ponit, colligi potest tropologia, Deum illustrari, velutique gloriari prędа, & venatione peccatorum, itavt *gaudium* etiam *cordi Angelis* [b] sit, vt fera capta solet esse. Porro Ricardi Cenomani coniecturā, legisse Lxx. טרם *terem* & perspicuitatis causa, pro, *à mōribus antè*, dixisse *à montibus æternis*. Fateor tamen similem vocis huius vsum alibi me nō reperisse. Si *cœlos, montes* interpretemur, *æterni* sunt à parte post, quia nūquam interituri. Sed modò dictum Hebræū vocabulum denotat anteriorem durationem. *Montes* autem, quibus turgescit terra, deprimendos post Iudicij diem credunt multi. B. Thomas [c] Angelos hoc loco intelligit æternos dici, propter immutabilitatem à Deo cui exacta, & perfecta, & à se conuenit, acceptam. De montibus terrestribus Chananæa regionis verior expositio, à quibus, & ex quibus illuminauerit Deus mirabiliter, seu admirabiliter, vt Augustinus legit, id est, fauerit, iuxta tritam istius verbi formulam, vt eos Israëlitæ occuparent, seséque in iisdem contra hostes tuerentur. Tum verò etiam *montes* intelligi possunt Ierosolymitani, quos Deus defenderit contra Sennacherib, & Assyrios. Vocat Abacuc [d] *montes sæculi contritos*, ὄρη αἰώνια, *montes æternos*, illos, quos ab antiquis possessoribus, veteribúsque colonis Chananæis Hebræi, ope diuina, abstulerunt, vt primum Deus longe antiquior ingredi cū illo voluit, quæ dicuntur *itinera æternitatis eius*.

a vetus.

Tropologia.

b Luc. 15. 10.

c 1. p. q. 10. a. 3. in corpore.

d 3. c. 3. 6

Turbati sunt omnes insipientes corde.] Augustinus, *conturbati sunt*. Hieronymus, omisso, *omnes*: quod Hebraicè non est, *spoliati sunt superbi corde*. Id Treuetus docet exemplo lanceæ, scyphúsque Saulis, quæ Dauid *abstulit*, quādo ille cum exercitu dormiebat *sopore Domini, qui irruerat in eos* [e]; & sic *non inuenerunt manus suas*, vt postea hic subditur, iuxta eamdem translationem Hieronymi, hoc est, sic iacebant somno obruti, ac si perdidissent vsum manuum suarum. Memini alios transferre, *errauerunt*, &c. declarátque de fuga Sisarę [f], cum quo credi possit alios fugisse, atque oculos fuisse, tametsi de solo illo prodat scriptura; vel hic pluralem vsurpari pro singulari. Sed communis expositio est de Assyriis. Vertunt alij, *deturbati sunt*, aut, *spoliati sunt, spolus expolis*, seu *præda, fortes corde*: id est, qui sibi videbantur fortes, & erant audaces, superbi, præbidentes, nec non

e 1. Reg. 26. 12.

f Iudic. 4. 21.

opulenti, hi priuati sunt fortitudine, consilio, spe, opibus. Chaldaice, *abiecerunt a se arma bellica fortes eorum*, vel, *ablata sunt ab eis arma bellica*. Deinde nectendo sequētibus, *viri corda sua dormierunt*, &c. Hebraice אִשְׁתּוֹלְלוּ אַבִּירֵי לֵב *estholalu abbire leu*, vbi in prima voce (א) *aleph*, est loco (ה) *he*. Vertit alias Hieronymus [a] *praeda patere*, & nomen שׁוֹלֵל *spoliat* nunc *stultum* [b], nunc *inglorium* [c]; quasi dicas nudatum & spoliatum sapientia & gloria, quos vtrobique Lxx. *captiuos* vocant αἰχμαλώτους, Chaldæus, *incatenatos*. *Turbatos* ergo appellant hic Lxx. *mente* illos, qui spoliati sunt eadem mente, aut rebus etiam suis, seu facultatibus. Putat Agellius legisse L x x. אֲבִירֵי *abbire*, quod significat *perditos corde*: *perditos*: autem *corde* esse, qui eo carent, sūntque insipientes, ac sese in pericula proiiciunt, velut bestiæ, & stultissime bellum aduersus Deum suscipiunt. Magis adhuc probat, vt, παρ' ὑπόνοιαν *praeter expectationem*, post illud, *turbati sunt*, subiungerent Lxx. data opera vocabulum respondens non Hebræo, quod extat, id est, אֲבִירֵי *abbire*, sed simili, ac solo flexu vnius literæ differēti אֲבִידֵי *abbide*, nam sic in Etaia [d], vbi est Latine, *Audite me duri corde*, Hebraice legi sicut hoc loco אֲבִירֵי לֵב *abbire leu*, *fortes corde*, Græcè autem, ἀπολωλεκότες τὴν καρδίαν, *qui perdidistis cor*. Certè qui corde sunt forti, id est, duro, corde videntur carere, quia cor habent inutile, cuius natura mollis, & facilis; & qui sine corde sunt, cōque perdiderunt, quos vocant excordes, insipientes sunt, quod addito nomine cordis, alioqui non necessario, magis exprimitur, vt Euthymius notat. At non est in vsu, quod sciam, apud Hebræos אָבִיד *abbid*.

Dormierunt somnum suum.] Hieronymus, *dormierunt somnum suum*. Somniant homines in somno, & figurate dicuntur amantes sibi somnia fingere, hique qui plura quàm debent, sperant, & ludicra, vanaque recidit eorum spes. Exemplum optimum apud Esaiam [e], & apud Ieremiam [f]. Quidam hic torporem, & ignauiam intelligunt; piures, mortem. Omnia comprehendi possunt exponendo de Assyriis, ita vt qui priùs alacres, industrij, strenui, fortes erant, cæsi sint ab Angelo, qui percussisse scribitur *omnem virum robustum, & bellatorem, & principem regis Assyriorum* [g], *& centum octoginta quinque millia* ex illis vna nocte [h]. ὑπνον ὕπνον ait Theodoretus, θάνατον δηλοῖ, *somnum mors excepit*. Perfamiliaris autem scripturis formula, vt *dormire*, ac *somnum* vsurpent de morte hominis; propter fidem ac spem resurrectionis. Ex insita quoque fortassis eadem de re opinione, non abhorruerunt ab eadem phrasi Gentiles. Nullus, quod equidem sciam, auctor ad bruti mortem transfert. Plura in Commentario Actuum Apostolorum [i], cùm de Stephano obdormiente.

Multiplicem Hugo tractat hic mysticum sensum. Qui allatis contentus non est, legat. Vrget Ambrosius [k] manitatem diuitiarum, quámque hic meritò *somnio* similes dicantur, & *nihil inuenire viros diuitiarum in manibus suis*, qui nihil pauperibus contulerunt, nullius inuerunt inopiam. Mors iustorum somnus est; quia quiescunt in Domino, & iustorum, tum verò diuitum, quia etiam tunc somniant, & sibi fingunt importuna & impossibilia. Diximus eadem de re in alio psalmo [l]. *Vnus somnium fugientium*

Domine, &c.

Et nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.] Præterit Augustinus coniunctionem. Omissa distinctione paulò duriore, quam facit Euthymius, vt *dormierunt* intelligantur perterriti Iudæi, & expergefacti, nihil inuenisse eorum quæ formidabant; omnes autem viri diuitiarum in manibus suis, id est, eorum, *αὐτῶν*, fuerint, quos Angelus occidit; melior & communior sensus est, vt Assyrij ipsi dediti diuitiis, & ad Hebræorum inhiantes diuitias, ea in re somniantibus comparandi sint; quòd nihil eorum, quæ concupierant, ac sperauerant, consequi potuerint: & non modò nihil eorum inuenerint manus; sed (plus significando, & intelligendo quàm dicatur, vt obseruat Cassiodorus) nec inuenire quiuerint; vtpote cùm interfecti sint ab Angelo. Efficit alium, sed non valde dissimilem, sensum versio Hieronymi, & aliorum Hebraizantium, *& non inuenerunt omnes viri exercitus manus suas*: vel, *viri fortes*, nempe quòd nihil efficere valuerunt viri bellicosi manibus suis, non habuerunt manus promptas & expeditas, nec vires ad manum; non potuerunt, vt Paraphrastes explanat, apprehendere arma sua manibus suis. Posset videri cuipiam, quod in translatione nostra, & Græca (*nihil*) coniungi debeat cum (*diuitiarum*) id est, nihil diuitiarum, οὐδὲν τῶν πλούτων, nempe *inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis*. Verùm, præterquam quòd nonnihil esset perturbatus ordo, exigit accentus Hebræus macchaph, vt exponamus *viros diuitiarum*, אַנְשֵׁי חָיִל *anshe chail*, id est, pro more idiotismi Hebræi, addictos diuitiis. Ex varia porrò nominis חַיִל *chail* acceptione Lxx. & eos Interpres noster secutus elegerunt *diuitias*, Hieronymus, *exercitum*; alij, *robur*, &c. Aliqui præterea non sequuntur illum alium idiotismum, *non inuenerunt manus suas*: cui similis, *inuenire cor suum* [a]: &, *inuenire manum alicuius ab aliquo* [b], sed sic conuertunt: *non inuenerunt cuncti viri, quorum manus potentes fuerunt*. Non satis congruit id textui Hebræo cū triplici macchaph וְלֹא מָצְאוּ כָל־אַנְשֵׁי־חַיִל יְדֵיהֶם *velo matseu chol anshe chail iedehem*. Videtur ita nihilominus vertisse Symmachus, πάντες οἱ ἀνδρες οἱ ἰσχυροὶ τῆς χείρας αὐτῶν, *omnes viri qui robusti manibus suis*. Vtramuis sequaris expositionem, vel quòd in manibus nihil inuenerint; vel, quòd non inuenerint manus suas; amarus sarcasmus est, vt qui, sicut priùs ex Esaia retuli, gloriabantur quòd inuenissent regna idoli manus eorum, & inuentura nimirum essent alia, nec vires ad se defendendum, nec manus ipsas suas inuenire possent. Irrisionem item includit vocare *viros diuitiarum*, quasi seruos illarum; non dominos, mancipia, non possessores, Diti, & Plutoni Deo inferorum addictos, quod obseruat Ambrosius [c] (adde & mammonæ seruitutem [d]) & inferorum pœnis, non ad cœlestem hæreditatem aspirantes, non eum imitantes qui dicebat [e],

Et mihi res, non me rebus submittere conor.

Vires appellat Scriptura quosdam *sanguinum* [f]; *turres Dei* [g]; *mulieres virtutis* [h]. Tolerabiliorem idem Ambrosius [i] ait esse conditionem seruulorum, quia seruiunt hominibus, diuites Diti, & peccato, semper in vinculis, & cōpedibus. Notat etiam [k], hìc dici omnes, nullo excepto, vxios diuitiarum, *insipientes corde*, atque turbari, quia ipsi

Melior & communior sensus.

Vir diuitiarum id pro diuitum accipit.

a 2. Reg. 7. 20. b ps. 29. 9.

c de Nabuth. c. 6. d Matt. c. 24.

e Hor. lib. 1. epist. 2.

f ps. 5. 7. g 1. Reg. 2. 10. & alibi. h Ruth. 3. 11. i Supra. Diuites semper in vinculis & compedibus. K c. 14.

a Esa. 59. 15. b Ier. 12. 17. c vers. 19.

d c. 46. 12.

e c. 19. 11. & c. 46. 10. f c. 23. 25. 31.

g 1. Paralip. 31. 21. h 4. Reg. 19. 35.

Formula loquēdi in scripturis

i c. 7. 59.

Mystica sensus.

K de Nabuth. c. 6.

l ps. 71. 20.

sibi sunt propriæ exagitationis auctores, desiderio rum suorum æstu voluuntur, & quodam salo fluctuant: denique bene *vires diuitiarum* appellari, non diuitias virorum, quoniam non possessores diuitiarum sunt, sed a suis diuitiis possidentur; possessionem enim possessoris debere esse, non possessorem possessionis. Ludit Aug. in manibus vacuis, vt qui vult in suis postea aliquid inuenire, non contemnat manus inanes pauperis. Item in alium psalmum [a], vt qui non vult postea somnia inuenire, nunc vigilet. Latet demum opposita quædam illi communi, paræmia; qua de re notissima solemus dicere, nobis æque ac has manus nostras notissimam esse; vt significetur adeo improuisus ac tantus hostium casus, vt se ipsi non agnoscant. Videtur Gregor. [b] imitatus Augustinum in eo, quòd etiam docet diuitem auarum *nihil inuenturum*, cùm dormierit, *in manibus suis*; & seruando amitti, quæ largiendo seruantur. Profert diuitem in inferno aperientem oculos vacuo, & inani gutture, ac siti arente [c]. Ociosè totus perlegendus locus, & præter citatum Ambrosij locum, eiusdem Epistola ad Constantium 44. in qua ostendit vitam illam omnem somnio similem esse. Idem porrò Hieronymus [d] depranatam lectionem vocat, qua vtimur cum præpositione, *nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in*, &c. quia Græcè deest. Deest etiam Hebraicè. Suppleri tamen potest; & alicubi aliquando suppleta est. Potest illustrari hæc dicendi formula, quod *nihil inuenient viri diuitiarum in manibus suis*, verbis Iob [e]; *Verumtamen, quia non sunt in manu eorum bona sua, consilium impiorum longè sit à me.* id est, quia felicitas eorum non est semper in ipsorum potestate, nec diu manet. Vbi Gregorius [f], *cum* dùtaxat *habere in manu sua bona* docet, qui sub dominio mentis premit, & potestati animi subiecta tenet, non ab iis mente captus tenetur. Rursus, hoc & præcedens membrum videtur simul complexus [g]; *Diues cùm dormierit, nihil secum auferet, aperiet oculos suos, & nihil inuenies.* Cui adhuc sententiæ similis illa psalmi 38 [h]. *Cùm interieris, non sumes omnia* (hoc est, nihil) *neque descendet cum eo gloria eius.* Exstimulat Bernardus [i], pulsátque istius ex hoc ps. 75. quasi verbere sententiæ, iuuenis cuiusdam animum, ad mundi contemptum, studiúmque religionis. Isidorus [k] vsurpat eumdem locum, vt suadeat vigilantiam, & sedulam curam construendi intra nos Templi, quo Deum excipiamus. Eodem pacto Ephrem [l], si absque necessitate, inquit, prætermiseris (orationem, & Synaxim nocturnam, vt somno vaces) audies quod dictum est in psalmo, *Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt.* Vtitur piscantis de nocte exemplo, qui si somno grauatus, ex negligétia dormierit, experrectus postea deplorat, & accusat seipsum, quod cùm alij domui suæ capiendo consuluerint, ipse dormiendo nihil ceperit. Profert etiam figulorum, & fabrorū vigilias, & Samuelem puerum, toties ad Heli, à quo se vocatum putabat, ex lecto accurrentem [m].

Qui vult in suis manib. aliquid inuenire, ne tu tenaces manes manus pauperis.
[a] in ps. 131.
[b] 18 mor. c. 11. & 12.
Diues auarus seruando amittit, quæ largiendo seruat.
[c] Lucæ 16. 24.
[d] epist. 135.
[e] c. 21. 16.
[f] 15. mor. c. 21. vel 28. *Habere in manu sua bona quæ dicantur.*
[g] c. 27. 19.
[h] vers. 18.
[i] epist. 104. *Huius loci vsus passim ad quid.*
[k] 1. de offic. Eccles. c. 21.
[l] to. 2. paræn. 19. & 21.
[m] 1. Reg. 3. 4. & seq.

Vers. 7.] Ab increpatione tua Deus Iacob dormitauerunt, qui ascenderunt equos.

Sensus loci.

QVòd hostes adeo diuites, industrij, solliciti, terribiles, & fortes, alto sopore adobruti dormierint, soluti viribus, animáque, & vana spe frustrati, non a natura factum, vel ab humanis profectum viribus docet, sed solo irati Dei nutu, & iussu, ita vt qui confidebant *in curribus, & in equis* [a], ex vtrisque deiecti vel vtrisque priuati, mortem improuisam effugere nequiuerint. De Pharaone, ac suis in mare mersis Paraphrastes explicat. Cõcedi potest id innui, sed præcipuè de Sennacherib, & Assyriis esse sermonem.

[a] ps. 19. 8.

Mystícè dicuntur ad increpationes, & monita Dei, & ad voces illas [a], *Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus*, dormitare superbi per huius mundi peruagãtes illecebras, vt etiam idcirco iuxta mysticum sensum inhiberetur Hebræis *multiplicatio equorum* [b], nec hos Iudæa gigneret, sed adducerentur ex Ægypto [c]. De hoc equorum apud Hebræos vsu egimus aliàs [d]. *Increpationem* quoq; creditus Rufinus de suprema sententiæ verbis accipit [e], *Discedite maledicti*, &c. quæ lethæo æterno sopore somnóve lethargico damnabit reprobos, hic quasi obequitantes & insolescentes, ac triumphantes in honoribus, potestatibus, diuitiis, ac voluptatibus.

Mystice dicuntur ad increpationes, & monita
[a] Ephes. 5. 14.
[b] Deut. 17. 16.
[c] 3. Reg. 10. 28.
[d] in ps. 19. & 31.
[e] Matth. 25. 41.

Ab increpatione tua.] Sæpius increpando, & increpatione dicitur Deus mirifica & terrifica multa opera fecisse in gratiam suorum. *Increpauit gentes & periit impius* [a]. *Increpuit mare rubrum* [b]; *Corripuit pro sua regis* [c]: *Increpuit Satanã* [d] & Christus *spiritum immundum* [e]; *febrem* [f], *ventum, & tempestatem* [g]. Cõiungitur verò etiam *increpatio* cum *inspiratione spiritus iræ Dei* [h], & cum *voce tonitrui diuini* [i]. Vocatur præterea *increpatio vultus eius, perire faciens* [k]. *Respiciendo terram, fecit eam tremere* [l]; *respiciendo dissoluit gentes* [m]. Symmachus fere synonymo vocabulo vtitur ἀμβειμοσύνῃ, pro ἐπιτιμήσει σου.

Deus Iacob.] Sæpe dixi, cur Deus cognominetur *Deus Iacob*. Vna causa, quia caput duodecim Tribuum: Altera, quoniam expertus magis auxiliatorem Deum in tribulationibus.

Dormitauerunt.] Hieron. legens quæ sequuntur in singulari, *consopitus est*. Alij, *somno coelesti consternatus est*: vel, *sopore obruuntur*. Vocat quoque Apollinarius *βάρυπνον ὕπνον*, *profundum somnum*. Hanc vim habet Hebræum verbum in niphal נִרְדְּמוּ *nirdamu*, & ὑπνώθη apud Symmachum: ἐκστήτωσαν, apud Aquilam: quamuis id quod ponunt Lxx. νυσταζειν, proprie sit *capite nutando dormitare, & connuentibus oculis connivere, & nictare*. Hinc intelligitur non differre necessariò dormitare, & dormire, quasi sit illud quam hoc minùs, parúmve dormire, & vtrumque sæpe idem valere quod mori. Nã Theodoretus ac Basilius explanant hoc loco de mortis procliuitate, quia quemadmodũ homo nictans facilè si voluerit, dormit; sic illi breuem finem vitæ acceperunt. Prior autem explicans Nahum [n], *Dormitauerunt pastores tui, rex Assur* vbi est ἐνύσταξαν, & נָמוּ *namu*, quod hic versu 6. redditur, *dormierunt*, & ὕπνωσαν) ait significare mortem, & confirmat hoc psalmi nostri testimonio. In 120. *Ecce* [o] *non dormitabit, neque dormiet qui custodit Israel*, οὐ νυστάξει, οὐδὲ ὑπνώσει, לֹא יָנוּם וְלֹא יִישָׁן *lo ianum velo iascan*, id est, nullo modo dormiet; alioqui si ne parũ quidem dormiturus erat, quid necesse fuit addere post *non dormitabit*, illud aliud, *neque dormiet*? Amplificant Hebræi, duo verba idem significantia ponendo, duásve sententias, vt in Matthæo [p], *Dormitauerunt omnes, & dormierunt*, id est, aut mortuæ sunt, aut

Deus Iacob, cur dicatur.
Nυστάζειν.
[k] 4. 39. c. 8. 24.
[l] ps. 17. 16.
[m] ps. 103. 7.
[n] ps. 75. 17.
[o] ps. 104. 32.
[p] Abac. 3. 6.
[n] c. 3. 18.
[o] vers. 4.
[p] c. 25. 5.

aut negligentes fuerunt, aut defierunt de Domini cogitare aduentu [a]. *Si dedero somnũ oculis meis, & palpebris meis dormitationem, & requiem temporibus meis*, quæ sunt capitis partes, hoc est, nullo modo dormiam. *Ego* [b] *dormiens, & somnum cepi. Paululum* [c] *dormies, paululum dormitabis, paululum conseres manus, vt dormiat.* Quamquam illud, *Non dormitabit, neque dormiet*, exponi potest secundo loco, id est, multo minus dormiet. Item: *Si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem*, hoc est, immo vel leuissimum somnum nictationémque oculorum. Sed Hieronymus [d] alicubi hunc citãs locum *dormierunt*, vsurpat. Quærat aliquis, quomodo *increpatio*, quæ cũ strepitu fit, somnum cõciliet, ac soporem, & dormitare, seu dormire faciat? Tropologice respondent vulgò, propter duritiam cordis, & aggrauationem eiusdem, auriumque, nõ ex iudicij diuinas voces increpantes. Deinde increpatio Dei nõ fit necessariò per sonum vocis, alteriusve corporis externum strepitum, licet ita de ipsius ira metaphoricè loquamur. Apollinarius quidem de sola explicat ira:

σμερδνὸν Ιακώβοις κοίτασμα βασιλῆϊ.

Horribiliter Iacobi succensente rege.

Nec ἔπιμμα per se sonum includit, quamuis נְעָרָה *gheharah* significet *obburgationem auris verbis insonantem*, & Latina vox *increpatio* eamdem importet. Postremò constat, caron, cataphoram, coma, varij modi soporem, quem hîc indicari docui, ex percussione, ictu, casu, concussione capitis prouenire. Quocirca significabitur vehementiore quasi tonitru percussos, & excerebratos à Deo, in profundissimum somnum corruisse ac in lethargicum stuporem.

Qui ascenderunt equos.] Augustinus, *omnes qui*, &c. Hier. *consopitus est, & currus & equus*, quo etiã pacto Symmachus, ἐκφρονῆσαι ἡνίαν, καὶ ἵππον. Alij, *& currus, & equites.* Paraphrastes, *& currus, & equites sunt subuersi*: quasi videlicet somno correpti & sopore deciderint de curribus, & equis, qui in illis insidebant. Hebraice וְרֶכֶב וסוּס *verechbu vasus, & currus, & equus*, metonymicè continens pro contento. Lxx. quasi legissent in prima voce loco (ו) *vau* literam (ר) *resch*, & pro secunda litera, quæ est (ר) *resch*, literam (ו) *vau* cum holem, & in altera voce non (ו) *vau*, sed (ה) *he* demõstrationis, hoc nempe pacto רוכב הסוס *rochen hassus*, transtulerunt, ἀναβεβηκότες τοὺς ἵππους, vtendo etiam plurali pro singulari collectiuo.

De curruum equorúmque apud Hebræos vsu, egimus in aliis psalmis [e], vt ante monui, & quid in vtramque partem sensu mystico significent. *Nongentos Iabin rex Chanaan falcatos habebat currus* [f]. De mystico curru, & equo Hieronymus [g], Gregorius [h], Origenes [i], præter eum, quem vocant Hieronymum hoc loco, & Philonem [k], de agricultura, de equo, præter ea, quæ dictis aliis locis attulimus. Quod olim dicebam de prohibito equorum vsu ex Basilio [l], affirmat etiam Procopius [m]: quamuis Philo [n] prohibitionem figuratè dumtaxat ac mysticè interpretetur. Lege de nostris Pererium [o], Riberam [p], Cosmam Magalianum [q]. Perpendit Ambrosius [r] dici hoc loco *dormitasse qui ascenderunt equos*, id est, carnis voluptates, nullo eas moderamine gubernantes, & *ascensores*, quam equites, vel agitatores maluisse Prophetam nuncupare; quoniam agitator cũ disciplina & arte pro arbitrio suo equos agitat; vel currentes incitat, vel reflectit indomitos, vel reuocat fatigatos, vel mansuetos pro sua voluntate conuertit. Citat ex historia Regum [a], *Pater, pater, agitator Israel, & eques eius*, vbi tamen Græcè est ἅρμα primo loco, *currus*, secũdo ἱππεὺς, *eques*, Hebraice רֶכֶב *rechev*, *currus*, & in plurali פָּרָשָׁיו *perasseau*, *equites eius*, id est, *qui plus iuuabas oratione consiliove, quam magna curruum equitúmque multitudo.* Vim facit etiam in verbis Cantici Mosis [b], *Equum & ascensorem deiecit in mare*: vbi est רֹכְבוֹ *rochen* participium, & nomen ἀναβάτης, & Zachariæ [c]. *Percutiam omnem equum in amentia. (in stuporem) & ascensorem eius in insipientia (& super ascensorem eius in amentiam.)* Vbi est etiam participium רֹכֵב *rocheb*, & nomen ἀναβάτης. Vt iuxta notionem vocabulorum Hebræorum Græcorúmque non videatur necessarium illud, inter ascẽsorem, & agitatorem, vel equitem, discrimen. Nec tamẽ tanti Doctoris, qui præterea legendus in libro de Isaac [d], contemnenda tropologia; sicut & illa, qua dormitantem in equo, ac propterea maiori obnoxium ruinæ; quidam volunt esse desidem, torpentem, tepidum, vitæ professorem contemplatiuæ: addo, qui regularem profiteatur, & perfectiorem: item alia de oscitantia, & incuria rectorum, & pastorum, de quibus Nahum [e], *Dormitauerunt pastores tui, rex Assur.*

Vers. 8] Tu terribilis es, & quis resistet tibi? ex tunc ira tua.

CVm per solam increpationem consopiuerit Deus ascensores equorum, & deiecerit, ac occiderit, asserit Dauid, continuando ad eumdem apostrophen, reuera vehementissimè metuendum esse plus quam quosuis alios, quia nullus sit quãlibet potẽs, & quibuslibet instructus præsidiis, qui valeat ipsius resistere potentiæ, ex quo tempore illius desæuire ira incœperit, vel cùm primùm commoueri contra aliquẽ cœperit, nec grauiùs adhuc iratsci: vel eo quòd iamdudum ante declarata, multisque comprobata experimentis fuerit ipsius ira: vel quia iã iratus aduersariis populi sui blasphemantibus illum, & Deum, pœnitentiæ locum dederit, nec eo vti voluerint.

Mysticè de iudicio extremo exponitur, non ab enarratoribus dumtaxat, sed à Lautẽtio quoque Iustiniano [f], quando Iudex Christus in sede maiestatis apparebit, pronuntians in reprobos sententiam [g], cui nemo resistat: ita vt ex tunc ira futura sit implacabilis, ira, inquam, illa, quæ præcessit ex tunc æternitatis, conceptáque iam inde aduersus reprobos, ob præuisam eorum improbitatem. Tunc exclamabũt reprobi, ac inclamabunt ruinas mõtium, colliúmque super se, vt eos operiant, *& abscondant à facie sedentis super thronũ, & ab ira agni* [h]. *Quis enim stabit ad videndum te*, ait Malachias [i]. Nũc *thesaurizant impœnitentes iram in die iræ* [k], ab illo tandem die suum ira locũ habebit, effectumq; fortietur; *nunc non infert Deus irã, nec vlciscetur scelus valde* [l], ita vt ira huius temporis ad illius temporis iram comparata, nomẽ minime mereatur absolutum iræ. Restituit hic aliquando Deo, & *Spiritus sanctus* [m], dexteræ Dei [n], ac voluntati eius, quam vocant signi, tunc voluntas eius complebitur, nec vllo redimetur Iudex diuitis pretio, nullo inflectetur potentium supercilio, qui culpæ, vt scribit Ambrosius [o], pretia discriminat, & quo plus cuipiam contulerit, plus exigit

a pſ.131.2.
b pſ.3.6.
c prou.6.10.
d In c. 26. Ezechielis.
Tropologia.
e pſ.19.8. pſ.32.17.
f Iudic.4.3.
g in c.12. Zachar.
h 31.Mor.c. 26.vel 17 & ſeq.
i hom.25.in Ioſue.
k de Agricultura
l in c.2 Eſa.
m ibidem.
n de Agricul. & in Exo. c.15 diſp.2.
o in Oſeæ c. 14 10.
q in Cãt Moſi, verſic. de Nabut c. 15.
a 4.Reg 2.12.
b Exo.15.1.
c c.12.4.
d cap 8. *Tropologia.*
e c.3.18.
Senſus loci.
Myſtica expoſitio.
f de tẽptatione Chriſti agone cap 9.
g Matt.25.41.
h Apoc 6.17. Lucæ 23.30. Oſee 10.8. Eſai 2.22.
i cap 3.2.
k Rom.2.4.5.
l Iob 35.15.
m Act 5.3.
n pſ 16.8.
o de Nabut. c.16.

exigit ab eo [a]. Docui psalmo 16. [b] quomodo resisti Deo eiusque dexteræ possit, vt ibi dictum, & qua ratione non possit, vt hic habetur, & alibi [c]. Vtrumque Gregorius [d] demonstrat propositis exemplis eorum, qui resistitur iræ Dei leguntur, Mosis [e], Aaronis [f], Phinees [g], Eliæ [h], Dauidis ipsius [i]: hos enim & alios quoscumque, qui iræ Dei obuient, ab ipso accipere vt contra impetum percussionis eius opponantur, atque vt ita dicamus, cum ipso se erigere contra ipsum, eosque diuinam vim sibi opponere secum, quia in eo, quod aduersum sæuientis iram foris obtinent, intus eos gratia irascentis fouet; & famulantes interiùs leuat, quos quasi aduersantes exteriùs tolerat; denique portare contradictionem deprecantium, quam aspirat, & velut nolenti opponi, quod ab ipso vt fiat imperatur, &c. Subdit, quòd cum superba indignatio sese, vt ita dicamus, medullitus mouet, hanc oppositio humana non retinet, nec se vtiliter cuiuslibet deprecatio obiicit, cùm semel Deus aliquid ab intimis irascendo disponit. Adhibet ad hoc etiam exemplum Mosis qui non potuit impetrare ingressum in terrā promissionis, [k] Eliæ, qui fugere compulsus est [l], Ieremiæ, qui prohibitus orare pro populo, quia non exaudiretur [m]. Resisti sibi vult Deus; ne irā suam exerat in hac vita, qui queritur deesse qui *ascendant ex aduersa, & opponant murum pro domo Israel, stentq; in prælio in die Domini* [n], hoc est in die iræ ipsius, quæsiuisse se quoque dicit virum, qui *interponeret sepem, & staret oppositus contra ipsum* [o]. Dimitti se petebat à Mose [p], vt & priùs à Iacob [q]; ab vtroque demum victus. Elias [r] dolebat *non esse qui inuocaret nomen Dei, qui contargeret & teneret eum.* Verùm absolutè vna est illa *Domini dies iræ, calamitatis, & miseriæ* [s], in qua nullius oppositio admittetur, vel intercessio, nullus erit qui vllo pacto resistere illi queat, & absolutā impedire voluntatem eius. In die illo magno iræ impiorum, id est, Dei contra impios, *quis poterit stare* [t]? Declamantur hic interdum cōminatæ pœnæ, & cor Deo tangenti resistitur nonnumquam, & abiici posse inspirationem ipsius definit Concilium Tridentinum [u]. *Nos simus filii iræ* [x], illius, inquam, iræ, quæ fuit ex tunc, quando primi parentes peccauerunt in paradiso, suoque peccato cunctos inuoluerunt, iraque diuinę obnoxios fecerunt, ac morti subiectos, nullo dempto. Portò Cyrillus [y] Alexandrinus perpendens quo pacto ceciderint qui Christum comprehendere volebant, ad ea illius verba [z], *Ego sum*; argumentatur nihil vel ad vnum verbum Dei, & illud mundissimè dictum, creaturam efficere posse: multo autem minus ferre minas posse.

Tu terribilis es.] Hebraicè repetitur pronomen אתה *attha, tu terribilis es tu*, quod valet ad emphasim, & subauditur (inquam) id est, tu tenera, tu ipse, tu solus, quod Græci dicunt αὐτοτελῶς. Latini, *ipsissimus*. Omisit Hieronymus repetitionem. Satis frequens epithetum, vt vocetur Deus *terribilis* [a], aut *nomen eius terribile* [b], bisque adhuc hic paulo pòst inculcatur, immò abstractè appellatur *timor* [c], vt alias dixi, placétque nonnullis ab eo Latine dici *Deum*, qui vocatur Græcè Θεός, vbi apparebat, reddebat *locum terribilem* [d]; *opera* eiusdem *terribilia* erant [e]; *dies eius terribilis valde* [f]; *terribilis expectatio iudicij* [g]; *horrendum incidere in manus Dei viuentis* [h]. *Potestas, & terror apud eum est* [a]. *Ecce cœlum & cœli cœlorum ab eo sunt, & vniuersa terra, & quæ in ea sunt in conspectu illius commouebuntur, montes simul, & colles, & fundamenta terræ, cùm conspexerit illa Deus, tremore concutientur* [b]. Putat Oleaster [c] nomen *Iehouah* ineffabile, pro quo dicunt Hebræi *Adonai*, ante Mosem nulli manifestatum fuisse [d], quatenus præter alia significat *conterentem*, ab הוה *hauah*, quod est *contritio*, quia cognitus est quidem prius, vt sibi sufficiens, omnipotens, beneficus aliis, at non tamquam præliator, & velut vir belli, atque *pugnator* [e], quod ipsimet Ægyptij fassi sunt [f]. Sed quod Hebraice dicitur *Iehouah is milchamach*, Chaldaicè, *vitior bellorum*, Græcè, σαλπίζων πολέμους, per allusionem fortassis ad etymon ab הוה *hauah*, de quo Oleaster; nolter Interpres ne Gentes ad fidem conuersę *Martem* cogitarent, lenuit orationem particula quasi, quæ indicaret non proprietatem, sed similitudinem.

Et quis resistet tibi?] Hieronymus, & *quis stabit aduersum te?* Alij, *coram te*, vel, *in conspectu tuo*, hoc valet לְפָנֶיךָ *lepanecha*. Diceremus, *chi ti sta a fronte? chi ti si fara auanti? chi ti comparirà auanti?* &c. In Psalterio Gallicano, *Et quis resistet tibi contra faciem tuam?* Cùm Deus ait apud Ieremiam [g], *Quis est enim similis mei? & quis sustinebit me? & quis est iste pastor, qui resistat vultui meo?* Hebraicè sicut hic, *qui stabit coram me* אֲשֶׁר יַעֲמֹד לְפָנַי *aser iahhamod lepanai*, potest videri per contemptum vsurpare *pastoris* vocabulum: pronomen etiam demonstrationis exprimendo, quasi diceret, quis est tandem hic, aut ille, qui suas iactet vires, qui se mihi resistere cōfidat posse, imbellis, artisque bellicæ non magis peritus, quam qui ad pecus quotidie stat, vilis, & obscura persona? &c. Sed *pastoris* vox ibi, vt & apud Esaiam [h], honorifica est pro rege, immo, quod alias notaui, etiam apud scriptores profanos. Sensus autem est in Ieremia, nullum fortiorem esse posse rege Nabuchodonosore, quem Deus mittebat, & protegebat, & in Esaia, Cyrum etiam regem vocat Deus, *pastorē suum*, id est, a se missum. Pro *pastorem*, Paraphrastes regem מֶלֶךְ *melech*, transfert.

Ex tunc ira tua.] Sic etiam Hieronymus. Alij, *simul atque exarseris ira tua*, vel, *ex eo tempore, quo exarserit ira tua*, hoc est, vbi primùm irasci cœperis, non erit, qui sustinere te, hamque tuam possit. Vel, vt satis etiam commode declarat Treuetus, ex quo tempore cœperit quis resistere tibi, prodibit ac manifestabitur ira tua. Statim cùm decreueris punitionem alicuius, inquit Lyranus, procedit in effectum, secundùm modum tuæ iustitiæ, vel sententiæ. Vetus est, non nupera recēnsve ira tua, nostra repentina, improuisa, præceps est plerumque. De aliis sensibus antea dixi. *Resistit superbis Deus*, [i] qui Deo per se resistere magis, quàm alij peccatores videntur. *Illius iræ nemo resistere potest* [k]; *nec est qui nouerit potestatem iræ eius, & præ timore ipsius iram eiusdem dinumerare* [l]. In emendatis Bibliis Græcis extat, τίς γὰρ ἀνθέστηκε τῇ ὀργῇ σου, & *quis resistet tibi ab ira tua*, quam lectionem reperio quoque in Cyrillo Alexandrino [m], & est in psalterio Æthiopico. In vetere Latino psalterio, *nunc ab ira tua*. Augustinus, & Cassiodorus, *tunc ab ira tua*. In psalterio Romano, seu quo Vaticana Basilica vtitur, *ex tunc ab ira tua*. Arnobius, *nunc in ira tua*. Et videntur editiones istæ ingere hæc sequentibus.

a Luc.7.43.
b vers.8.
c Iob 9.4. Esth 13. 19.21. Rom.9.10.
d 9.Mor.c.9. *Resistit Deus & cui & in quantum.*
e Exo.32.11. & seq.
f Num. 16.22. Sap.18.21.
g Num. 25.11.
h 3.Reg.18.36. i 2.Reg.24.14. & seq.
k Num.20.12.
l 3.Reg.19.3.
m Iere.7.16. 11.14.& 14.11.
n Ezech.13.5.
o c.22.30.
p Deut 32.10.
q Gen. 32.26.
r c.64.7.
s Soph.1. 15.
t Apoc.6 17.
Dei inspirationem abiici posse.
u Sess.6.c.5.
x Ephes.2.3.
y lib.11.in Io. c.13.
z Ioan 18.5.6
a Exod.15.11. Deut.7.21. c.10.17. Esth 13.14 c.9.19. c.32.39.40. Iob 9.34. pſal.65.5. pſal.88. 8. pſal.95.4. Eccl 43.31. Dan.9.4
b Deut 28.58 pſal.98.3. pſal.110.9
c Gen.31.42.53. d Genes.28.17. Exod 19.18. Deuteron 21.
Deū à Græcis nonnullis dictum
e Exod.34.10. Deut.10.21. f Ioel.2.11. g Hebr.10.27. h Deut.32.

a Iob 25.2.
b Eccl.16.18. 19.
c in Exod. c.6. & c.15
d Exod. 6.3.
e c.1.3.
f c.14.25.
g c.49.19.cap. 50.44.
Pastoris nomen pro rege.
h c.44.28.
i Iac.4.6. 1 Pet 5.5. *superbis Deus se magis resistere quam antepotentiores videtur.*
k Iob 9.13.
l Ps 90.11.12.
m 11.in Io. c.13.

sicut & Gallicanum psalterium, quod hic etiam versus novi principiū facit. Alij Græci auctores lectionem istam sequuntur, ἀπὸ τῆς ἀ ὀργῆ σου. Sic verò Apollinarius versu expoſuit,

ἐκ θαλάσσης σὸν μῆνις ἔχει πλείονα δλκήν.
Ab initio tua ira habet multam vim.

Verſ. 9.] De cœlo auditum feciſti iudicium: terra tremuit & quieuit.

Verſ. 10.] Cùm exurgeret in iudicium Deus, vt ſaluos faceret omnes manſuetos terræ.

QVi nectūt vltima prioris verba verſus, cum iſtis, exponunt iram Dei ex tunc ſeu ex eo tempore fuiſſe, ac declaratam illuſtriùs eſſe, quando hæc fecit quæ hic narrantur. Verum communior expoſitio eſt, vt ſeorſim iſta ſumantur. Profitetur autem Deo propheta iuſtam ab illo pro populo ſuo prolatam ſententiam, quam exaudire & percipere omnes auribus ipſiſmet ſuis viderentur, cum animaduerterent palam cœleſti virtute, ac de cœlo ipſo dimicantem aduerſus hoſtes illius; hos verò, illóſque tam vehementi pauore perculſos, vt hiſcere, mutire, mouere ſe contra populum Dei nec vellet, nec valeret: id demum a Deo factum poſt longam diſſimulationem, quando iudicauit opportunum iniquos quidem perſecutores iudicio perſequi, inſtos autem pioſque ab eorumdem tyrannide liberare, in hac degentes terra, omni deſtitutos humano ſubſidio. Hoc proculdubio fiet multo illuſtriùs ac perfectiùs in vniuerſali iudicio, de quo paſſim etiam locus iſte, ſaltem iuxta myſticum ſenſum, declaratur, accipiendo præteriti temporis verba pro futuri, propter certitudinem prædictionis, vt ſæpe fit. Sed ad literam rectè conuenit in Aſſyriorum ſtragem editam ab Angelo, poſtquā conquieuit ingens Iudæorum trepidatio, & *a bello terra*, vt alibi [a] loquuntur Scripturæ, *quieuit*. Celeritas præterea innuitur auxilij diuini, vt ſimul contremuerit hoſtilem obſidionem populus, ſimul cæſo exercitu, timoréque remoto, tranquillatus fuerit. Auditum denique de cœlo iudicium, ac exurrexiſſe in iudicium Deus intelligi poteſt, quando Eſaias [b] oraculo diuino deiectum ſummo timore populum ſubleuauit, & recreauit, atque nutantem & vacillantem ſtabiliuit, & confirmauit.

Senſus lon.

Myſticus ſenſus.

a Ioſue 11.23. Iud 3.11 3.30. c 5.31. c 8.28. 2. Paral 14.1. c 20.30. c 23. 31.

b c.17.21. & ſeq 4. Reg. 19.20. & ſeq.

De cœlo auditum feciſti iudicium.] Hieronymus, *annunciaſti*. Alij in futuro vertunt cum tamen ſit Hebræum præteriti temporis השמעת *hiſmaàhsta*. Confunduntur crebrò tempora. Symmachus ἀκουὸν ποιήσεις, quod vno verbo L x x. in præterito ἠκούσας. Aliqui codices, ἠκούσας ac tacitatus es, quo etiam pacto legit vetus pſalterium, & Auguſtinus, Arnobius, Caſſiodorus: etſi apud hunc legitur, *iudicium iaculatus eſt*: vt & in pſalterio Romano paſſiuè, *iudicium iaculatum eſt*, quamuis Collector ſcholiorum in editionem Lxx. penultimam lectionem tribuat pſalterio Romano. Videtur porrò alluſio eſſe ad fulmen, ac tonitru, quæ de cœlo fieri, ac veluti iacula promici dicuntur, quia de loco ſuperiore, & ex aëris regione ſublimiore, qui aër *cœli* nomine ſæpius quoque dicitur. Nec reſponſum Eſaiæ datum aduerſus Aſſyrios, nec horum legimus cædem cum fragore ſtrepitúve factam: de hac tamen credi poteſt, ac innui videtur, cum ſcribitur Angelus egreſſus, venille, ex ille, percuſſiſſe, deiecille caſtra, & *contriuiſſe* [a]. Quamquam res eo modo exprimitur, quo fit quando ab hominibus fit, & Angelo facile fuit negotium conficere, ſicut adeo breui ſpatio, ita ſine vllo tumultu. Abulenſis [b] quidem percuſſionem ſcribit factam per aliquem motum ſpecialem in corpore, per quem homo inſenſibiliter moriatur, eo modo quo quando primogenita Ægypti occiſa ſunt [c]. Lege eumdem [d], refellentem opiniones Herodoti, & R. Salomonis de rege Sennacherib, déque hiſtoria iſta tota. Profectò ſi quis editus ſtrepitus eſſet, fugiſſent aliqui, & exauditus eſſet ab Hebræis, quem tamen minime exauditum indicio eſt, quòd Sennacherib ipſe narratur die ſequēti *diluculo cum ſurrexiſſet, vidiſſe omnia corpora mortuorum* [e], idémque innuitur de Hebræis [f], quaſi noctu nec iſti, nec ille, quidquam perceperint. Hic occini liceat illud [g], *De cœlo dimicatum eſt contra eos*, quia hoſtium ſtrages tanta celeritate edita aſcribi alteri cauſæ non poteſt, quàm cœli domino, ſingularíque prouidentiæ, ac potentiæ ipſius, qui non ſtellas, & Angelos plures, ſed vnicum Angelum adeo numeroſi exercitus interfectorem delegauerit. Phraſis hæc innuit prouidentiam Dei non ociantis in cœlo, noſtráve ibi *non conſiderantis* [h], aut curantis. Talis illa [i]: *Deceleſo miſit ignem in oſſibus meis*. Quod attinet ad iudicium, ſcribit Paulus [k], quòd ipſe *Dominus in iuſſu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei deſcendet de cœlo*. Interim Chriſtus dixit [l] *nunc eſſe iudicium mundi*, & per prædicatores tamquam per cœlos, audiri facit hic inter electos ac reprobos, quomodo diiudicari poſſit, ſecundum vitam, ſeu mores, doctrinámque, & quale ſit futurum generale iudicium, quod aliter eſt *cœlos annuntiare iuſtitiam Dei* [m].

a Eccl. 48. 24.

b 4. Reg. 19. v. 35.

c Exod 12. 29. & quæ, & ſeq.

d Lib. 2. c. 30.

e 4. Reg. 19. 35.

f Iſa. 37. 36.

g Iud. 5. 20.

h Iob 22. 14.

i Thren. 1. 13.

k 1. Theſſ. 4. 15.

l Ioan. 12. 31.

m pſ. 49. 6.

Terra tremuit, & quieuit.] Hieronymus, *terra tremens tacebit*. Hebræum הארץ *aarab*, & Græcum, ἠσυχάσθω, non tremorem, ſed ſimplicem timorem denotat. Apollinarius tamen etiam appellat γῆν ἀναστρεμίσασαν, *terram circumtrementem*. Paraphraſtes aliam diſtinguit terram timentem, vocans nationum, ſeu populorum, aliam quieſcentem, quam appellat Iſraël. Eidem vtrumque conuenit, vel in qua erant obſidentes Aſſyrij, vel in qua obſeſſi Hebræi. Hi liberati timore quieuerunt, illi ne timorem ampliùs Hebræis incutere poſſent, pauore concuſſi ſunt, & conſternati, atque ſimul interempti. Tertiò, de quauis alia terra, hoc eſt, de habitatoribus eius, poteſt affirmari, ad terribile hoc nuncium quòd deleti Aſſyrij eſſent, timore correptis, vt hoc exemplo verentur Hebræos impugnare, ſicut ſimili Rahab exemplo [n], & Achior [o] commoti ad veri cultum Dei tranſierunt. Quartò, *quies terræ* ſumi poteſt pro ſtupore, quò poſt timorem quidam defixi quandoque manent. Quintò, vt bombardæ diſpulſio nonnullis læta, aliis lethifera eſt; ſic terræmotus: & Hebræis quidem lætitiæ fuit, gratúſque. Sic Auguſti deſcribens triumphum, cecinit quòd

n Ioſue 2. 9. & ſeq

o Iudith 5. & ſeq.

[p] *Maxima tercentum totum delubra per urbem*
Lætitia, ludíſque via, plauſuque fremebant.

p Virg. 8. Æn.

Sic enim & *montes exultare, colleſque, & a facie Domini motam terram* cecinit Dauid [q].

q pſ 113. 4. & 7.

De aliis expoſitionibus antea dixi, tum de terræmotu, quod erit vnum de præcurrentibus

Iudi

iudicium ignis, & homines terrent contremiscent, & ab omni opere bono, quod eis facere non licebit, quiescent, vel quiescent cœlestes, iustique. Ad illum quoque terræmotum accommodant, qui vel in passione Christi extitit [a], vel in resurrectione [b]. Hugo, & Rickelius attingunt omnes istos dicendi modos. Chrysologus [c] etiam de terræmotu in Christi resurrectione, & in iudicio, atque, quæ conserui, hoc est, Angeli, præsentiam sustinere non valuit, quemadmodum Deum iudicem sustinebit? Resurgens ad iudicium censetur Christus, acquisito tunc iure Iudicis, nec alieno amplius iudicio sistendus, & iudicium tunc mundi, hoc est, pro mundo faciens, vt *princeps eius* eiceretur foras [d], & adiudicaretur causa mansuetis terræ, his nimirum, qui vellent *in mansuetudine suscipere insitum verbum* [e]. Theophylactus [f] videtur liter aliter hunc terræmotum intelligere de illo, qui contigit, quando lex data est [g], alterum, quando venit prima vice in mundum Christus, & *omnis Ierosolyma turbata est* [h], ac Ægyptus [i]: tertium in fine mundi, sed secundus metaphoricus est. Quo autem pacto Christus in iudicio iustis tranquillus apparebit, iniustis iratus, docet Gregorius [k]. Confert meditatio diuini iudicij, ac Dei de cœlo cuncta contemplantis, suóque tempore iudicaturi, ad incutiendum timorem sanctum, & à peccato reuocandum. Probat id Chrysostomus [l] huisce verbis, & similibus ex psalmo 13 [m]. & 102 [n]. cùm dicitur *Deum de cœlo prospicere in terram*, vt scilicet, inquit, videat terra, seu humanitas, hominesque. Dominum indignantem, & cessent peccare terrore affecti. Confirmat exemplo; quando seruis inferiùs in atrio, aut in platea se petulanter ac insolenter gerentibus, dominus aut rex ex alto prospicit, vt cum eum viderint, timeant, & desistant. Sed & ad idem respicit Hieronymus [o] explanans sententiam illam Dei apud Esaiam [p], *Ad quem respiciam nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, & trementem sermones meos?* Terra enim, hoc est, habitatores eius, inquit, hoc loco nostro citato, considerantes iudicium Dei, quietem agunt à malis operibus, & sedentes in domo, attento requiescunt Sabbato, ne moueant se ad opus seruile. Hoc est quod Cain dixit Deus, iuxta editionem Lxx [q], *peccasti, quiesce:* & Esaias [r], *Quiescite agere peruerse*, & Salomon ex editione etiam Lxx [s]. *Qui audit Deum, habitabit confidens, & quiescet ab vltore timore ab omni malo.*

Cum exurgeret in iudicium Deus.] Hieronymus, *cùm surrexerit ad iudicandum Deus.* Alij, vt oratio ad Deum non interrumpatur, vertunt in secunda persona, *cum exurgeres*, &c. Eam versionem fert inuentiuus Hebræus cum litera seruili בְּקוּם *bekum*. Paraphrastes inducit Hebræos optantes; Dicunt, ait, iuth, *exurgat ad iudicium cum impius Deus*; id est, vt eos condemnet & puniat, atque coerceat. In psalterio Gallicano, *cùm resurgeret in iudicium Deus.* Augustinus, *cùm exurgeret in iudicio dominus.* Arnobius, *dominus.* Psalterium Romanum, *dum resurgeret in iudicio Deus.* Tum de clade Assyriorum, tum de generali iudicio exponitur hic locus, iuxta ea quæ sunt prius dicta. *Surgere* & *exurgere* sæpius dicitur Deus ad opitulandum, vel castigandum, & additur nonnunquam *iudicando* verbum, nomenve *iudicij*, vel *ad iuuandos* [t].

Vt saluos faceret omnes mansuetos terræ.] Hieronymus, *vt saluos faciat omnes mites terræ.* Alij in secunda persona, *vt saluares omnes humiles terræ*, vel, *afflictos*, vel, *pios.* In psalterio Romano, & Gallicano, & apud Cassiodorum, *omnes quietos terræ*: apud Augustinum, & in vetere psalterio, nec non in Æthiopico, *omnes mites corde.* Ita etiam in Græcis emendatis, πραεῖς τῇ καρδίᾳ, pro, τοὺς γῆς. quæ lectio extat in libro Vaticano, etsi postmodum illi alia fuerit ateripta, quæ habet τοὺς γῆς. Græci Patres, quos legerim, nomen γῆς habent, & in Hebræo textu est idem valens וְעַנְוֵי *erets.* *Mansueti terræ* dicuntur, sicut supra *peccatores terræ*, id est, quotquot degunt in terra, sicut & in libro Iob [9], & Esaiæ [b] & Sophoniæ [c]: fortassis etiam iudicâtur plebeij, vt & per *populum terræ* [d]. Per *mansuetos* autem intelliguntur omnes iusti, quemadmodum alias notaui, vt & omnes improbi per *superbos.* Caietanus arbitratur innui Esaiam, Ezechiam, & alios pios, propter quorum Deus merita prostrauerit exercitum Assyriorum, sine prælio, & pugna, vt alias prius hos. 14. nò. *Pro mansuetis terræ*, ait Esaias [e] quòd *æquet in æquitate* Christus, *& iustitia paupores.* & quòd *ad annunciandum mansuetis missus est* [f]. Id de ipso ille interpretatus est [g]: quamuis subtyo captiuorum in Babylone intellexerit omnes diaboli captiuos, & peccati. Vocantur autem apud Lucam *pauperes*, qui apud Esaiam vtroque loco πραεῖς, *humiles*, sed ab Interprete *mansueti*: quia inter עֲנִיִּים *hhonlim*, qui sunt *pauperes*, & עֲנָוִים *hhanauim*, quæ vox est in Esaia, & significat *mansuetos*, magna similitudo, facilisque permutatio est, & descendit vtrumque à עָנָה *hhanah*, quod inter alia significat *affligere*, & *humiliare.* Solent autem afflicti, & pauperes eliæ quoque humiles, certe si non sint, sed superbi, maiore digni execratione, vt Sapiens [h] docet. Significare porrò voluit Christus, citans Esaiam, de omnibus quidem hominibus euangelizare, spirituali peccati paupertate pressis: Gentilibus carentibus Deo, religione, lege, doctore, salutis via: Iudæis, priuatis virtute: illis, quos vocant *pauperes spiritu* [i]; sed etiam ad literam, qui reipsa pauperes essent, quia tales initio elegit, non diuites [k]. Talibus rex missus est *pauper*, & *mansuetus* [l], agrina præditus mansuetudine [m], & cui columba insideret [n], & *agnus* absolute vocaretur [o], & agnos seu oues in iudicio vocaret *à dextris* [p]. Hortatur etiam Sophonias [q], *Quærite Dominum omnes mansueti terræ qui iudicium eius operati: quærite iustum, quærite mansuetum: si quo modo abscondamini in die furoris Domini.* Vbi primo loco pro *mansuetis* sunt dictæ priùs voces Hebræa, & Græca, secundo autem pro *mansueto*, quod substantiuè sumitur, nomen Hebræum substantiuum עֲנָוָה *hhanauah*, sed Græcum δικαιοσύνη, *iustitia*, quasi humilitas, & mansuetudo sit iustitia, quam humilitatem Christus nomine *omnis iustitiæ* videtur appellasse [r]. *Mites possident terram* corporis sui [s], *patientes, animam suam* [t]. & *secundum patientiam bonum operis*, quod *opus illa perfectum habet* [u], *gloriam & honorem & incorruptionem quærunt, vitam æternam* [x]. *Mites*, & *mansueti docentur viis Domini* [y], *audiunt, & lætantur* [z]; *diriguntur in iudicio* [a]; proponit hanc in se Christus virtutem ad imitandum [b]. *Populum humilem saluum facit Deus* [c], & *filios pauperum, animasque* [d], & *humiles spiritu* [e]. Recte autem notat Hugo (omissa etymologia Latini nominis *mansuetus*, quasi deliget manu assuetum, atque domesticum, eúmque qui non sit alienus à Deo, &

velut

a Matt. 27. 51.
b c. 28. 2.
c serm. 77.
d Ioan. 16. 11.
e Iacob. 1. 21.
f in Epist. ad Hebr. c. 12.
g Exo. 19. 16.
h Matt. 2. 3.
i Esa. 19. 1.
k 32. mor. c. 6. vel 7.
l hom. in psal. 15.
m vers. 2.
n vers. 32.
o in Esa. c. 66.
p c. 66. 2.
q Gen. 4. 7.
r c. 1. 16.
s Prou. 1. vlt.
t psal. 9. 12. 20. psal. 16. psal. 18. 44. psal. 24. 5. psal. 34. 24. psal. 43. 26. psal. 67. 2. psal. 73. 22.
a c. 14. 3.
b c. 11. 4.
c c. 2. 3.
d 2. Reg. 24. 19. Ezech. 12. 22. Dan. 9. 6.
e c. 11. 4.
f c. 61. 1.
g Luc. 4. 18.
h Prou. 15. 3.
i Matt. 5. 3.
k 1. Cor. 1. 27. Iacobi 2. 5. 1. Petri 1. 9. Matt. 21. 5.
l in Esa. 53. 7.
m Ioan. 1. 32.
n Apoc. 5. 6. & seq. & saepe eodem libro.
o Ioan. 1. 29.
p Matt. 25. 33.
q c. 2. 3.
r Matt. 5. 5.
s c. 61. 7.
t Luc. 21. 19.
u Iacob. 1. 4.
x Rom. 2. 7.
y Psal. 24. 9.
z Psal. 13.
a Psal. 24. 9.
b Matt. 11. vlt. Psal. 17. 18.
c Psal. 24. 18. Psal. 149. 4.
d Matt. Ecclesiast. manu assuetum.
e Psal. 33. 19.

velut animal syluestre, manus eius effugiat, & auolet [a]) mentionem hic fieri de saluâdis mansuetis, non de damnandis reprobis; quia principalis intentio, & opus Christi est saluare, vnde & Saluator, ac IESVS vocatur, nunquam damnator; & damnare *alienum opus est ab illo* [b], quippe, vt ait ille [c]:

Est piger ad pœnas princeps, ad præmia velox:
Quod, dolet quoties cogitur esse ferox.

Obseruauit Aiguanus idē & cū Origene [d], quòd pronuntiabitur prius sententia in fauorem electorum, quam contra reprobos [e], quia proprium sit boni Dei primùm recordari facta bonorum, quàm malorum; tamen in fine subdi priori loco, quòd ibunt mali in supplicium æternum, deinde quòd iusti in vitam æternam; vt quæ timoris sunt euitemus mala, postea quæ honoris, appetamus bona. Eodem pacto ait Aiguanus, prius hoc loco præcellisse quòd terra tremuit, nunc significari præcipuam eamdem iudicij esse præmiationem bonorum.

Est hic in fine סלה *selah* & διάψαλμα, de quo alibi.

a Osee 9. 11.

b Esa. 28. 21.

c Ouid. 1. de Ponto.

d In Matt. 25. Origenis obseruatio & Origenis

e Matt. 25. 34. 41.

Corpus sententiæ de fauorem electorum per antithesim, quia contra reprobos

---

Vers. 11.] Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi: & reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.

Sensus hist.

AVdito salutis grauissimo vocabulo, atque liberatione tam admirabili de Assyriorum arctissima obsidione, ait plenas iucundissima voluptate, quicumque ex Hebræis de illa cogitauerint, summis Deū laudibus celebraturos; & quoties meminerint, ac semel cogitata recogitauerint, toties repetituros festiuissimè laudes eaſdē, perinde ac si diem festum, & solemnem, Deoque sacrum agitarent; & ne minimam quidem partē cogitationum vlla alia in re occupaturos, sed totas laudi diuinæ consecraturos: ita vt eò extrema cogitationum seruentur, ne desinant, vt diem Domino festum agant, illum celebrent solemniter, colantque, & ad eum toti conuertantur. Sic Basilius, & Theodoretus. Exponi adhuc potest cum Iansenio, Genebrardo, Vatablo, fore vt conuertantur, & cedat in Dei gloriam, laudem, confessionem hostium peruersa futorūque plena cogitatio, tū eorum qui non poterunt explere, quæ cogitauerant, quoniam interficientur, vt Assyrius contigit; tum aliorum, qui ne cogitare quidē, & moliri in Dei populū mala audebūt, huiusmodi exemplo docti. Præterea, vt si qua fortè adhuc in aliquibus hostibus impia machinatio reliqua fuerit, in religiosam, & solemnem transeat venerationem Dei, postquam conspexerint, & animo reputauerint eiusdem erga suos tantam benignitatem, atque potentiam.

Aliter exposito.

Huc accedit Agellij expositio, quòd cogitatio pœnitentis Sennacherib, post casum diuinitus exercitus ipsius, futura esset confessio, laudesque potentiæ Dei, & qui post pœnitentiam illam, clademque superessent cum ipso Assyrij, vel etiā alij alibi de hac audiuissent, adducerentur ad colendum Deum: vel in dicto eodem exercitu hi qui euasissent Æthiopes, ac Ægyptij, prius captiui Assyriorum, iam reuersi ad suos, ita vt iuxta vaticinium Esaiæ [f], illis terra Iuda pro festinitate esset.

Agellij expositio.

f c. 19. 17. & 45. 14.

Mysticus sensus.

Sensu mystico, qui toto fere psalmo perpetuus fuit, de iudicio explanant multi, vt in illo Deus inquirat etiam in cogitata, & lætitia quidem sit, velutique festiuitas his, quorum probæ cogitationes fuerint; tristitia & mœror quibus improbæ. Vel, vt omnis tunc cogitatio innotescat Deo, sed illa laudet Deum, eóque delectetur, & conciliet animo cogitantis festum, quę fuerit ab omni sorde purgata, & post purgationem munda relicta. Refert hæc Agellius ex Græcis nonnullis innominatis, & ex Eusebio. Euthymius autem, & Nicephorus explicāt de quauis cogitatione, quæ sit Deo in iudicio manifestāda, & sic festū quoddā ac spectaculum factura, & ipsę etiam reliquię, hoc est, ea cogitatio mala, quam diabolus immisit, sed reiecta est, quatenus cōsensus minimè præbitus. Latini, Augustino duce, volunt reddi causam, quare mansueti saluandi sint, quoniā confitebuntur, se, si non facto & dicto, certè cogitatione peccauisse; vel etiā, quia cuiusuis generis præterita peccata humili confessione damnabūt; ex qua cogitatione aliæ orientur, quæ festum agēt Deo, quatenus dicta ratione confessi, deinceps quales fuerint recordati, sicut faciebat Paulus [a] confitens se *blasphemum*, & Dauid ipse dicens [b] *peccatum suum contra se semper esse*, id est, coram se, gratias agant Deo, & bonis operibus tāquam sacri, religiosi, ac deuoti vacent. Ambrosius [c] iubet eos etiam; qui sibi conscij non sunt, cōfiteri Domino, ne quid sit quod eos prætereat: qui enim cōfitetur Domino, & si reliquias cogitationis adhibuerit ad confessionem, diem festū mentis celebraturum arcano, & epulaturum *non in fermento malitiæ, & nequitiæ, sed in azymis sinceritatis, & veritatis* [d]. Ad idem reuocatur, si *confessionem* interpreteris, non de peccatis, sed qua laudatur Deus, & dicas cum Titelmano, aliisque (non sumendo *pro* aliter, sed assertiue) illum qui attente meditetur diuinam bonitatem, & prouidentiam circa procurationem salutis nostræ, nō posse continere se quin confiteatur Deo, illúmq; laudet: inde autem cōtinuò nasci velut reliquias & effecta, animi lætitiam tantam, & pietatis affectum, vt videatur veluti magnum & diuturnū festum celebrare. Illustrari exemplo potest celebrantis opimum cōuiuium in cœla pauperis, ibique quæ superfuerint relinquētis, ita vt ad eiusdem victum copiosè diúque multa suppetāt. Beneficiorum seria meditatio diuinorum facit, vt dies festos, qui eum præcipuè in finem sunt instituti, religiosiùs celebremus: & per *spiritum, qui ex Deo est, sciamus quæ a Deo donata sunt nobis* [e]. Vir bonus Diogenes diem omnē festiuissimum dixit esse; mundum fanum quoddam sanctissimum, & maximè Deo dignum [f], Hieronymus, aut alius in Iob [g], docet quòd cogitatio hominis ad confessionē pertinet peccatorū, reliquiæ sunt ipsius cōfessionis æterna remuneratio, quia indultis sibi peccatis, velut in die festo, spiritus li lætitia perfruatur. Referri huc potest *gaudiū in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente* [h], & vitulus tagnatus cū reliqua celebritate, in reditu filij prodigi: gaudent enim etiam & peccator conuersus, & filius reuersus tum de cōuersione, sine reuersione de testimonio conscientiæ, quodque se Dilios Dei esse intus sentiāt; tum maxime postea, quando admittuntur ad diuinas epulas, interārtque in gaudium Domini tui, non amplius cōtristati sicut cum reuerti primùm erant vel cōuersi, quæ dici possint cogitationes primæ, nec mixtū tristitiæ gaudiū habētes, sine cogitationes mix

a 1 Tim. 1. 13.

b Ps. 50. 5.

c de Naboth. c. 16.

Etiam qui sibi ipsi non sunt, excipiat Dominus bonus.

d 1. Cor. 5. 8.

e 1. Cor. 2. 12.

Vir bonus diei omnes festissimus.

Mundus fanum quoddam sanctissimum & maximè Deo dignum.

f Diog. de tribon. animi tabulam.

g In c. 2.

h Luc. 15. 10.

i Ibid. vers. 17. & seq.

tas, sed

tas, sed reliquias cogitationum, id est, vltimas puri gaudij. Quæ ties cogitationum formæ comparari possunt cum calice vini, & mixti, & puri, vt priore psalmo vidimus: aut cum prodigo primùm ad se reuerso; deinde cum dixit, *peccaui*, datáque est illi *stola prima*, & alia ornamenta; tandem ad epulas vocatus est *cum symphonia*, *& choro* [a], aut cum septem pambus, qui sunt tot dem effectus numerati à Paulo [b], sollicitudo, defensio, indignatio, timor, desiderium, æmulatio, vindicta: deinde cum piscículis paucis: postremò cũ septem sportis reliquiarũ plenis, quibus in beatitudine reficiuntur quinque sensus, & intellectus cum voluntate. De his Greuæus [c].

Hugo cogitationem hominis, qui non vt brutum, sed vt homo viuat, confiteri Deo vult, non modò laudando, sed etiam peccata præmeditando confitéda; & reliquias ex cogitatione pro peccatis esse, cordis contritionem, confessioné oris, satisfactionem operis, quibus tanquam festo colitur, & delectatur Deus. Pluribus hæc exequitur, tum verò quæ sint cogitanda recte confiteri ac satisfacere volenti; scilicet quæ fecerit, angustias peccatorum, pericula, defectum, vilitatem, oppressionem, damnum mortificationis meritorum, diminutionis naturalium bonorum, priuationis communionis sanctorum, æternæ hæreditatis exhæredationis. Bernardus [d] explicat volunte Dauidem de se cum Deo, quasi de alio loquẽtem, significare, quòd quidquid illa sua scrutabunda & auida cogitatione ex arcano sapiẽtiæ eruere prævalebat, partem, quã poterat, in salutẽ populorũ sollicita prædicatione impartiebatur; reliquum quod capere plebs non poterat, festiua iubilatione in Dei laudibus expẽdebat. Reliquias quoque panum, & piscium [e] Augustinus [f] scribit ea designare, quæ populus non poterat manducare, ac secretiora intelligentiæ, quæ multitudo non potest capere, illis credita, qui sunt idonei, & alios docere valent, quales Apostoli, significati per duodecim cophinos impletos. Aliter, *cogitationem hominis* accipientes pro homine cogitationis, id est, cogitante, nimirum sublimia, & recondita, ac magna quædam, ac inaudita molliente (vulgò, *vn homo di grandi pensieri*) dici posset indicari quòd talis confitebitur Domino, hoc est, cogetur fateri, cùm in nihilum viderit cuncta recidisse; quoniã *non sit consilium contra Dominũ* [g]; *posse, si decreuerit Dominus, saluare* [h], &, vt hic mox subditur, adeo *terribilem* esse, vt *auferat spiritum principum*, & *comprehendat sapientes* in sapientia, *prudentes in astutia sua* [i], *dissipet cogitationes populorum, & reprobet consilia principum* [k]; ita vt *reliquiæ ipsæ*, id est, abstrusiores cogitationes, festum agant Domino, id est, lusus illi sint, ac delectetur quodammodo illis detegendis & disperdendis. Non est hic à literali sensus alienus. Rursum Augustinus [l] *cogitationem hominis* docet *confiteri Deo*. quæ est initium boni operis, quia non essent bona opera, nisi præcessissent cogitationes bonæ, quarũ auctor est ac agnoscitur Deus, cùm *non simus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo sit* [m], *reliquum* etiam *cogitationum diem festum agere Deo*, id est, quod ex cogitationibus reliquum est, velle nimirũ & perficere, quatenus quis ascribit hæc Deo, ac veluti sacrificat, eique dicit [n]: *Domine pacem* (scilicet æternam) *dabis nobis, omnia enim opera nostra* (cogitare, velle, & quod propriè, distinctiúsque dicunt operari) *operatus es in nobis*. Parum differt Alcuini expositio, quam sequitur Lombardus, Arguanus, & alij, cogitatione laudari Deum, & opere, ita vt *cogitatio* sit conceptio voti, seu desiderij boni, *reliquiæ* redditio, & complementum ipsius per opus; sed festo præsertim die vacandum piæ cogitationi, sanctisque desideriis ex ea consequentibus, & ab ea relictis.

Antonius Gueuara ordinis Franciscani, in prologo ad Oratorium religiosorum, affert aliquot mysticas huius eiusdem loci expositiones. Deum adeo bonum esse, ac tam paucis contentum, vt à sanctis festum agatur ei reliquiis ipsis bonorum desideriorum. Reliquus istis denotari non sufficere ad religionem afferre bona desideria, quia *opera sequuntur nos* [a], non sola desideria. Deum nostris desideriis gaudere tanquam de ordinario & feriali die, operibus autem velut de festiuiore Pascha die. Reliquias cogitationum quæ Deo agant festum, colligere, esse thesaurizare de die, déque nocte, opera bona; sicut impij *thesaurizant sibi iram* [b]; atque hoc ait Bernardum illa ratione perpendisse. Religiosus ex vitis Patrum abbatem nescio qué dicentẽ refert, *cogitationum reliquias*, id est, pretiosiores cogitationes Deo offerre, quoties professionis suę meminit, & sancti propositi, quo cum ad religionem accessit. *Cogitationum reliquias* reliquiis fragmentísve similes esse multiplicatorum à Christo panum, quæ colligi præcepit ne perirent [c], quoniam pluris æstimanda minima gratiæ munera maximis mundi & naturę bonis. Reliquias panum censeri potissimum viros religiosos.

Hic est סלה *Selah* & διάψαλμα.

Quoniam cogitatio hominis cõfitebitur tibi.] Hieronymus, *quia ira hominis confitebitur tibi*. Alij *profectio ira*, &c. id est, vt explicat Treuetus, & eo posteriores, qui priùs erant irati tibi, laudabunt te, vel cedet hostium furor tandem in laudem tuam, si non quia te victorem agnoscant, & prædicent ob animi sui peruicaciam, certè quia res ipsa demonstrabit illos deuictos à te, quantumuis adeo multa machinati fuerint contra te ac populum tuum, & occasionem præbebit homo ille Sennacherib cum suis cæsis, vt laueris à nobis, & ab aliis etiam exteris, ad quos tam illustris victoriæ fama peruenerit. Recitat Hugo aliam lectionem quæ habet, *mœror hominis*, &c. Campensis vertit *vindictam* (*ob eam vindictam homines confitebuntur tibi*) Hebræa sunt ista חֵמַת אָדָם תּוֹדֶךָּ כִּי *chi chamath adam thodecha*. Chaldaice: *Cum in transeris in populum tuum, su eius misereris, ipsi verò confitebuntur nomini tuo*. Vel apud Nebiensem: *quare roboratur furor tuus super populum tuum: convertentur, & confitebuntur nomen tuum*. Nomen חֵמָה *chemah* significat *iræ feruentiorem*, siue *ardorem, æstum, incãdescentiam iræ*. & deducitur à חָמַם *sacham*, *calere, excandescere, irasci*. Hac perturbatione quia qui se vindicant afficiuntur, posset id nomen accipi pro *vindicta*: quoniam item non rarò feruidæ iræ succedit pœnitentia, & mœror: pro his quoque vsurpari quidam senserunt, vt Agellius, pro *pœnitentia*, quam contendit etiam significari per ἐνθύμιον, quemadmodum *pœnitere* per τὸ ἐνθυμεῖσθαι. Hoc pacto Latina vox *cogitatio* generalis comprehenderet omnes istos affectus. Symmachus vertit θυμὸν *iram*. Scholiastes, ἐνθύμιον idem docet esse quod λογισμὸν. Enarrator antiquus ex Græcis & Latinis nemo aliud, quàm *cogitationem* est interpretatus; quidquid sit de alia notione τοῦ ἐνθυμεῖσθαι pro *pœnitentia*, quam scio peritis huius

a ibid. vers. 15.
b 2. Cor. 7. 11.
c Serm. 159.
d Serm. 62. in Cant.
Reliquiæ panis & piscium in Euangelio quid dicãt.
e Ioan. 6. 13.
f Tract. 24. in Io.
g Prou. 21. 30.
h Esther 13. 9.
i Iob 5. 12. 1 Cor. 3. 19.
k Psal. 32. 10.
l de grat. & lib. arb. c. 5.
m 2. Cor. 3. 5.
n Esa. 26. 12.
a Apoc. 14. 13.
b Rom. 2. 5.
c Iob 6. 12.
Ἐνθύμιον.

linguæ non probari. Significat quidem id quod in mente versamus cum solicitudine, angore, dolore, sed simpliciter quod considerate, attentè, perticulate, argute. Vnde ἐνθύμημα, genus argumenti, & præterea commentum, & memorabile inuentum. Interpres Græcus in Genesi[a] illud יגם yanachem reddidit ἐνθυμᾶται, & Latinus, *pœnituit*, sed Augustinus [b] recitans eum locum, legit, *cogitauit*. Procopius[c] autem, docet positum pro μεταγνῶναι, σύνεσιν ἔχει λογισμῶν, *pœnitere est*, seu *mutatum, sistem sustulit cogitationem*. Aquila, μετεμελήθη, *pœnituit*. Symmachus, ἀπέφατο, *auersatus est*. Quos aliquid egisse pœnitet, sæpe illud verbant animo, cur feci? vtinam non fecissem; non putaram, & similia; sibique ipsis irascuntur, & succensent, ac dolent: quare tam multa sapienter hic Lxx. vocabulo complexi sunt τῷ ἐνθυμίῳ, nec melius Interpres conuertere potuit, quàm nomine *cogitationis*; at in Genesi pro ἐνθυμεῖται placuit *pœnitendi* verbum exprimere; quia toti contextui maxime conueniebat. Vbi etiam transfert & *tactus dolore cordis intrinsecus*, quod Græcè tantùm est, ἐν ἑαυτῷ, quod tamen etiam testatur Augustinus [d] in quibusdam codicibus Latinis verti, & *pœnituit*: melius autem in aliis reddi, *recogitauit*. Ibidem paulo pòst pro verbo Hebræo, quod significat *pœnitere*, sicque Latinè transfertur, est illud idem Græcum ἐνθυμεῖται, quod valet *magna cura tangitur*. Legant alij codices μετεμελήθη, *pœnitet me* quidam, ἐνθυμοῦμαι, *tractus sum*, vt etiam Philo [e], Ambrosius [f], Augustinus [g]. Hoc demum loco psalmi, *cogitatio* sumitur pro ira ta, & cum indignatione coniuncta, & ἐνθύμιον indicasse cogitationem potest σὺν θυμῷ *cum ira, & indignatione*.

Et reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.] Psalterium Romanum, & Cassiodorus, *cogitationum*. Augustinus, *solemnia celebrabunt tibi*. Hieronymus, omissâ coniunctione, *reliquiis iræ accingeris*. Alij, *residuum irarum*, seu *indignationum, alium, furorum*, (qui חמת *chemoth* pluraliter nùc dicuntur, sed pollet esse חמה *chemath* in singulari) *accinges*, siue *ingabis*, siue *decoraberis*: aut in præsenti, *accingeris es*, aut in imperatiuo, seu optatiuo, *accingas te*, aut, *residuo æstuum accingis tuos*. Pronomina desunt in textu Hebræo; verbum est חגר *chaggor*. Idem valet dicere *accingeris, accingi*, vel *accinges te*, vel *accinctus es*, & vtendo *decorandi* verbo, atq; si diceres, ornare se, aut ornari, celebrari, honestari reliquiis iratum, furorum, &c. & hæc idem important, quod vt festum agant Deo, & cedant in laudem gloriámque ipsius, eo modo quo cedit festus dies nomini Domini dicatus. Aliter accipiunt alij *cingere*, vt dicatur Deus *cingere iratum, furorum*, &c. *reliquias*, coërcendo, cohibendo, cóstringendo, ne erumpant, & irruant; vel è contrario, cùm ira hominis, quam exercuit in populum Dei, confecta fuerit Deo, meritò se pœnas dedisse, fore vt Deus reliquias irarum suarum succingat, restringat, liget, condonando reliquas pœnas quæ debebátur; vel *cingere seipsum*, induere illas reliquias, ùsque ornare seipsum, vt dictũ est. Symmachus vertit, κατέφατον θυμῷ ἐζωσθήσῃ, *residuum ira accinctum*, videlicet, est ate, vel, vt ornes te, vel, vt compescas. Existimat Ricardus Cenomanus lectum à Lxx. non חחגר *thaggor*, sed per duplex gimel חתגג *thaggeg*, quod significat, *festum aget*, singulari numero, propter nomen eiusdem numeri שארית *secerith*. Extat illud futurum cum vnico (ג) *gimel*, ex verbo duplicante חגג *chagag* חתג *thachag* iuxta ordinariam formam verborum defectiuorum duplicantium hliam vau. id est, secundum literam, cuiusmodi est paradigma נסב *sanab* in grammatica Hebræa. Vereor in Genebrardo mendum esse, cùm ait legi potuisse per *chaph* & de duplicantibus. Nullũ tale verbum reperio quod deberet esse חכך *chachah*. Si quemadmodum nomen חגה *chagga* non modò *festinationem* significat, sed etiam *pauorem*, aut *festinationem lugubrem & tristẽ*, vt apud Esaiã [a], Hieronymo testente verbum חגג *chagag* extaret in ea notione, concedere possemus Agellio, *festũ agere reliquias cogitationis* hoc loco esse, vt qui postea, id est, post cæsos Assyrios cogitarent aliquid moliri contra Hebræos, eorúmque Deum, festum agerent Deo illi, hoc est, timorem ingentem conciperent. Rectè festum à timore denominari potest, quia reuerenter celebrandum est, cultúque Deo proprius à vehementia timoris λατρεία nominatur, a particula (λα) quæ auget, & τρέω, *tremere*, atque Deus ipse, vt nuper dixi, appellatur abstracto nomine *timoris* [b], & vt aliqui putant, Deus, quasi à λάω. Potest denique per antiphrasim dici *festum quis agere alteri*, quando timet ac dolet, & illi pœnas luit, *lætatur enim iustus videns vindictam* [c]. Vulgo quidem qui minãtur se aliquos malè excepturos, ac tractaturos, dicunt, *venghino pure, che le faremo la festa*. Quid si respexerit Dauid nominando *reliquias cogitationis*, quæ *festum agerent Deo*, ad Sennacherib, qui superstes cùm in Niniue adoraret Deum suũ Nesroch, in ipso Templo à filiis occisus est: ita vt *reliquiæ cogitationis*, id est, hominis cogitantis, nempe Sennacherib, fuerint irarum, ac minarũ plenæ cogitationes, contra Hebræos molientis reditum, & hac de causa Deum suum deprecantis; vel filij dicantur *reliquiæ*, qui *festum agerint Deo* vero, patrem proprium interficiendo, dum adoraret falsum.

Vers. 12.] Vouete, & reddite Domino Deo vestro: omnes qui in circuitu eius affertis munera.

Terribili.

Vers. 13.] Et ei qui aufert spiritum principum, terribili apud reges terræ.

HOrtatur, ac inuitat Israëlitas, qui medium apud se habent Deum, & quorum Deus habitat in medio, & qui eam possident regionẽ, quam peculiari Deus ratione incolit, atque singulari prouidentia protegit; solent autem ei tum legitima, tum votiua, & spontanea munera offerre; vt nunc ob tam eximium beneficium, quo edita hostium strage tanta, liberauit ipsos Deus à periculosissima obsidione, nõ prætermittãt liberaliter ac sponte multas ei oblationes vouere, & quas vouerint, fideliter continuoque persoluere. Meminisse autem eos iubet cui voueant, scilicet ei, qui meritò timendus sit, & perterruerit magnopere Sennacherib, eiúsque animositatem, spiritus, fastum depresserit, cùm suorum adeo multorum vna nocte interfectorũ cadauera vidit, in quibus erant robusti, bellatores, principes exercitus [d], ipse verò postea *cùm adoraret in templo Nesroch Deum suum, a filiis occisus est* [e], & sic in

festo

[a] c. 6. 6.

[b] 15. de Ciuit. c. 24.

[c] in Gen. c. 6.

[d] in Locut.

[e] lib. Quòd Deus sit immutab. [f] de N. c. 4. [g] 15. de Ciu. c. 24.

Ἐνθύμημα.

Ἐνθυμῶζ.

Sensus loci.

[a] c. 19. 17.

Λατρεία.

[b] Gen. 31. 42. 53.

[c] Pſ. 57. 11.

[d] 2. Paral. 32. 21.

[e] 4. Reg. 19. 37.

festo superstitioso egit Deo vero festum nolens, vt prius memini. Præterea dici potest imitative ex exercitus Assyrij clade superstites, vel, quia putant Hebræi, vt Abulensis refert [a], superfuisse tantùm decem populos finitimos, qui, quòd circum Iudæam essent, in circuitu Domini dicantur esse vt votis, ac muneribus Deum placent, restituántque hac ratione, si quid de illius honore & cultu detraxerint. Quoscumque verò innuitet, videtur Propheta proxime præcedenti sententiæ istam connectere, vt cum cogitatio hominis cõfessura sit Deum, & reliquiæ cogitationis actura festum illi, hoc est, primet quondam hostes eiusdem populique ipsius, hoc potiore faciant iure, quia Deo sunt propiores, propter veram, quâ proficiuntur magis, professionem religionis.

Hunc locum Enarratores præsertim Latini, de votis, quibus vouentur Deo, ea, quæ alioqui lex non præcipit, interpretantur, qualia tria omni religioso communia, præter alia multa, quæ vel ad tempus nuncupantur, vel extra statum vitæ arctioris, siue perpetua sint, siue temporanea. Confirmat Augustinus [b] Pauli sententia, de iis quæ habent damnationem, quia *primam fidem* (id est promissionem, votumque) *irritam fecerunt*, id est, inquit, vouerunt, & non reddiderunt. Christi quoque verba eôdem refert, monentis meminisse vxoris Lot [c], quæ in via posita, retrorsum aspexit contra Domini præceptum. Vniuerse accipiunt Arnobius, & quidam alij de abrenuntiatione, quæ diabolo, & pompis eius sit in baptismo. Euthymius & Nicephorus, de vouendo, id est, proponendo pœnitentiam; sed hæc non proprie sunt vota. Basilius, atque Theodoretus de muneribus, quæ vt offerant Deo, inuicem se Hebræi hoc loco dicantur hortari, cum qui sunt victi, præ metu id faciant, perspe audientes cladem Assyriorum. Videntur hi Patres alludere ad id, quod est in Paralipomenis [d], *postquam Ierosolymis fauerat Ezechiæ, & habitatoribus Ierusalem de manu Sennacherib regis Assyriorum, & de manu omnium, & præstitit eis quietem per circuitum, multos detulisse hostias, & sacrificia Domino in Ierusalem.*

Vouete.] Ambrosius [e], *orate*: & exponit, vt pro peccatis. Apollinarius λίτεσθε *supplicate*. Illyrici quoque psalterij verbum significat *orate*: & id etiam potest significare εὔχεσθε, sed communior huius acceptio est ab Interprete posita, ita vt περιεύχεσθαι sit *orare*, quemadmodum alias notauimus, & Hebræũ נדרו *nidru* semper *vouendi* significationem habet. Explicat Ambrosius tũ le diuitibus, vt orent pro peccatis, & flagitijs suis, quia non habent in operibus quod placeat: & quæ acceperunt, reddant Deo, seu pro beneficijs eius, munera, saltem in paupere, egeno, inope, & quem vltorem timent, faciant sibi debitorem: tum de pauperibus, quoniam vt dictũ prius, increpiti sunt diuites: vt gratias agant, quia non est personarum acceptor Deus, & ipsi nihil aliud habent, & hoc solum quod habent, auro pretiosius est, & argento, sunt*que in circuitu* Domini quia non recedunt à Deo, & prope illum sunt, dantes longe ab eo, propter asperitatem, qui prope sibi videntur esse per diuitias, & potentiam. At communis, vt dixi, expositio est, de propriè dictis votis, promissisque factis Deo. De re ipsa dixi prioribus psalmis aliquoties, hoc est, de religione, atque obligatione votorum. Hanc ex illo loco colligunt præter auctores Commentariorum tum Latinos, tum Græcos, etiam alibi Augustinus [a], docens nihil melius ab homine fieri posse, quam vt ei se restituat, à quo institutus est: Fulgentius [b], quem vocant alij Augustinum, Chrysostomus [c], Bernardus [d], Concilium Aquisgranense [e] sub Ludouico Pio ex Augustino [f], Carolus Magnus [g], Alcuinus [h], Thomas [i], Antoninus [k], & passim Scholastici, quibus omnino credendum, non Petro Martyri [l], contendenti hoc loco Dauidem loqui solis Iudæis, & pertinere tantum vota ad legis cerimonias, ideoque iam prorsus explosa esse, vouendique rationem cum ceremoniis aliis debere facessere. Legatur optimus præ ceteris scriptor Controuersiarum Bellarminus [m]. Ne verò faciat Nazianzen: tetrastichon octauum difficultatem:

μισῶ τὸν εὐξάμενον, μισῶ τὸν μικρῶν, ὃς
θεῷ γὰρ ἐστ' ὀφλημα καὶ τὸν πλοῦτον
κλαπεὶς τὸ σῶμα μὴ δίδου· κακὸν χρέος
Ἀνανίας ἔσεισε, Σάπφιρά τε.
Nil pollicere sit licet paruum, Deo.
Nam munus tam ante Dei est, quam sumpserit.
Fur es tuorum (ô debiti genus nouum!)
Nisi des. Decem boi Saphiram, & virum fefellit.

Verat de certissimus Pater, & votum religione ipse adstrictus sponte, ne qui vouet aliquid se putet Deo dare quod non prius Dei esset. Religiosos viros, & pios posse non negamus affirmare *in eo cultu Dei* esse, vtique *offerre munera*, quia prius accedunt ad Deũ, & huius familiæ veluti delectio, seu descriptio est à Deo ipso tradita [n]. *Voluntas mea in ea.* Nam nihil faciunt qui ad illam familiam pertinent, nihil cogitant, nihil loquuntur, quod non ad Deum, cui se consecrarunt, referant, & quod ex conditione propriæ status non referatur, cum radicem omnis muneris obtulerint semel voluntatem, ac seipsos totos. Quo pacto sapientiores atque religiosiores Lycurgo sunt, & Socrate, qui præcipiebant pauca dis offerri. Hic quia nulla re egentes, paucis cõtenti simulque, vt semper quod offerretur, suppeteret [o].

Et reddite Domino Deo vestro.] In emendatis Græcis ἡμῶν, *nostro*. & in psalterio Latino vetere, & in Illyrico Hieronymiano, atque apud Augustinum. Præcedens imperatiui modi verbum est consulentis, hoc præcipientis, quia quod sponte quis, nec vlla adstrictus, vouet lege reddere atque soluere tenetur, sicut & in præceptis humanis. Si enim inter homines solet bonæ fidei contractus nulla ratione dissolui, quanto magis pollicitatio, quam cũ Deo quis pepigit, ait Innocentius III. [p] solui sine vindicta nõ debetur. Quod tamen vinculũ, & necessitatem docet August. neminẽ à votis do deterrere debere: Cum antẽ vnũ aut fieri ex professione, aliud ex adiutorio Dei perfici, nõ vult: non ea ad primũ gratiæ adiutoriũ necessarium esse; sed hortãdo ad vouẽdum quod facilius est, & ad perficiendũ quod est magis difficile, præponit, ac promittit præsentia diuini adiutorij. Quare de vtroque simul loquens subdit, Aspice eum qui te ducit, & nõ respicies retrò vnde te eduxit. Qui te ducit, ante te ambulat; vnde te eduxit, post te est, ama ducentem, & non te damnat retrò respicientem. Idem rursus de dicta necessitate reddendi promissum Deo, ita præteribit [q]. Quod cuique antequam vouisset, licebat, cùm id se numquam facturum vouerit, non licebit, si tamen id vouerit, quod vouendũ fuit, sicut est perpetua Virginitas, & cæteri ergo, & si qua alia sunt quæ rectissimè vouentur, cùm homines vouerint, nulla con-

a ibid.

b 1. Tim. 5. 12.

c Luc. 17. 32. Gen. 19. 26.

d 2. Paral. 32. 22. 23.

e de Nabut. c. 16.

f

a Ep. 11 & 1. de adult. coniug. c. 24. ter. 7 de cens.

b de fide c. 43. Idem tract. 41. in Matth. de mendacio vtentia ter. 20 c. 12.

Petri Martyris impugnata sententia de votis.

Extat de vita & mor. Clem. 3 in Constitutionibus.

h Epist. 33 contra Camp.

i 2. 2. q. 88. a. 2. 4. 5. & q. 189. a. 2. & alibi sæpe.

k p. 2. tit. 1. c. 16. sect. 1. in fine & in tit. de voto c. 1 & 2.

l in Iud. 11.

Votum non solum de.

m de Monach. c. 14.

n Exo. 21. 4.

Lycurgus & Socrates pauca dis offerri vetuerat.

o Plut. in Lycurgo.

p 3. q. 1. c. Hæ vero.

q 1. de adult. coniug. c. 14

ditione rumpenda sunt, quæ sine vlla cõditione vouerunt: quia & hoc Dominum præcepisse intelligendum est, vbi legitur *Vouete & reddite Domino Deo vestro*. Fulgentius [a] idem tradit, scribens, cùm quis libẽter vouet quod scit esse licitum, & ad profectum melioris vitæ pertinere cognoscit, celeriter reddere debere, & in hoc quod votum reddit, meliore sẽper conatu proficere; quia omni vouenti Deo, & reddẽti quod vouit, ipse quoque Deus reddet cœlestis regni præmia, quę promisit, profectò maiora, quã illi, qui sola præcepta impleuerit. Verum quidem est quod etiam annotat Ambrosius [b], quidquid offeras Deo, Dei esse, cuius est orbis totus, *nec eget Deus noster bonorũ nostrorum* [c]: & profitebatur, atque confitebatur Deo Dauid [d] *se, ac populum quæ de manu ipsius accepissent, dedisse ei*; & Arausicanum [e] Concilium secundum ait quòd nemo recte Deo vouet, nisi quod ab illo acceperit, tamen Deus non exigit, nisi præceptorum obiectationem, inter quæ est, vt quæ vltrò vouens reddas, & ne facias irritum verbum tuum *si votum Domino voueris, aut te constrinxeris* [f] *iuramento*, quoniam *ruina est homini deuotare sanctos, & post vota retractare* [g]. Nullam in reddẽdo moram interponere oportet, cùm nulla præfixa sit, & reddi quã primùm potest: fideliter totum reddẽdũ quod promissum est, si licet, nec promissa res mala, vel rei meliori præbet impedimentũ Domino Deo fieri votum debet, quia illi soli cultus iste conuenit, & recta in eo nuncupando intentio adhibenda est. Sed de his egi alias, vt prænotaui.

Omnes qui in circuitu eius afferetis munera.] Hieronymus *omnes qui in circuitu eius sunt, offerent munera terribili*. Alij referunt quinque primas dictiones ad priora verba, hoc modo: *Vouete & reddite Domino Deo vestro omnes qui in circuitu eius* (eitis) eum seorsim hæc ponunt: *afferant munus terribili*. Quidam sic distinguunt, *omnes qui in circuitu eius sunt, afferent munera terribili*, vt præcedẽs mẽbrum pertineat ad Iudæos, hoc ad externos. Videlicet inuitantur externi circũ Iudæam habitãtes & Iudæi Deum in medio veluti sui habentes, tũ propter peculiarẽ ipsius de illis curã, tum quia fixum erat in medio Tabernaculũ cùm haberẽt castra, ita vt omnes illuc configerent, ageréntque quasi excubias tabernaculi omni ex parte. Paraphrastes exponit: *Vouete, & reddite coram Domino Deo vestro, omnes qui habitant in circuitu Sanctuarij eius adducãt oblationes in tremum Sanctuarij terribilis*. Vel iuxta Nebiensem, *offerent sacrificia domus Sanctuarij in timore*. In textu Græco, πάντες οἱ κύκλῳ αὐτοῦ, οἴσουσι δῶρα τῷ φοβερῷ, *omnes qui in circuitu eius, offerẽt munera terribili*. In psalterio Gallicano, & Bruno Herbipolensis, *omnes qui in circuitu eius sunt, offerent munera terribili*. Augustinus eodem pacto, præter vltimam dictionẽ, quam reiicit in sequentẽ versum, nec repetit bis, sicut illud psalterij. Cassiodorus, *omnes qui in circuitu eius offertis munera terribili*. Ita etiam in Romano psalterio, sed nomen vltimum iungit sequenti versui. Haimo & Glossa interlinearis recitant duas lectiones, *afferent* vel *offerent*. Agellius præfert lectionẽ, in qua est verbũ tertiæ personæ, vultque esse sensum, vt persuadeantur Israëlitæ quæ in obsidione vouerãt, reddere; quia rãtæ victoriæ fama excitet finitimi ipsorum priùs hostes, odio depositio aduolaturi sint Ierosolymam, vt offerant Deo munera. Propensiores nos esse semper oportet ad editionẽ vulgatam defendendam, quã hoc loco multò plures Latini sequuntur, ac præter cæteros etiã Ambrosius [a] interpretator aliquot & sectator Græcorũ. Si pro יוֹבִלוּ *iubilu* legisse dicas Lxx יובילו *iubile, offerentes, afferẽtes præsentes*, &c. Subaudiendo (estis) existet editionis nostræ sensus omnes qui in circuitu eius estis afferẽtes, seu affertis, id est, afferre soletis. Quo pacto credibilius est de Iudæis tãtùm sermonem esse, qui hoc facere solebãt, & quibus etiam dicitur, *Vouete, & reddite Domino Deo vestro*: nec enim aliorum erat Deus, id est, nõ colebatur communiter ab aliis, & magis proprie dicebãtur esse *in circuitu Domini*, tũ ob allatã priùs causam, tum ob ea quæ dicit alio in psalmo [b] ad ea verba: *Circumui, & immolaui in tabernaculo eius*, &c. Sed & Campensis, dum vertit *omnes qui in hoc cœtu adestis*, ind cat verba esse Prophetæ ad multitudinẽ quasi sibi præsentem. Fortassis etiam dirigitur sermo peculiariter ad Leuitas, quorum erat magis proprium sacrificare, & Deum circumstare. Nihilominus admitti potest alia expositio de aliis circum Iudæam nationibus, quos *circumuicinos* vocat Illyricum psalterium, præsertim cùm post victoriam de Sennacheribita factũ narrent Paralipomena [c], sicut diximus: & Esaias [d] prædixisse videatur, prout etiam Hugo notauit. Huius tropologia est, eos *in circuitu Domini vouere*, & *reddere*, & *afferre munera*, qui non more impiorũ extra Deum in circuitu ambulant [e], & circumeũt rotã mundi, hoc aut illud nonnumquã offerentes, sed propius ad ipsummet accedunt Deum, *totã in illũ solis nudamem prouenientes* [f], & pro ipso mundi rotam, omniaque relinquẽtes, & ipsum sequẽtes [g], ac se totos illi offerẽtes. Item de illis explicat, qui postquam vouerunt circumeunt, hinc inde occasiones atque dilationes quærendo, quasi Deus nõ videret intentionem eorum, & quod subditur, terribilis non esset, valensque præuaricatores de medio tollere. & *spiritum auferre* etiam *Principũ*, ac Regũ, id est, dona gratiæ ab iis, qui ea excellunt, sicut bonis externis inter alios homines, hi quos *Principes*, & *Reges* nominamus.

Terribili.] Iam dixi de connexione vocis istius cũ præcedentibus, & à quibusdã pomi tum simul cum illis, tum denuo cũ iis, quæ sequuntur *afferis munera terribili, terribili, & ei qui est*, &c. non solum adhuc tertiò in fine, *terribili apud*, &c. Meliores codices Latini habent bis tantùm, hoc modo: *terribili, & ei qui*, &c. *terribili apud*, &c. Omnes item Græci, & Hebræi. Græcus autẽ textus, & Latinus omnino sumũt hoc nomẽ adiectiuè, próque Dei epitheto sicut versu 8. quamuis ibi sit Hebraicè, quemadmodũ & in fine psalmi נוֹרָא *nora*, hic autẽ מוֹרָא *mora*. Qui, vt substantiuũ accipiunt, eo modo intelligi possunt, quo priùs dicebant Deũ abstracta voce appellatũ *timorẽ* [h], quæ Græcè φόβος, Hebraicè est פַּחַד *pachad*. Tamen seruilem literam (ל) *lamed* interpretantur causaliter, id est, vt propter timorem saltem fiat oblatio. Proprie מוֹרָא *mora* nomen substantiuum est, נוֹרָא *nora* participium coniugationis niphal à יָרֵא *iare*. Sic est hoc loco egregia paronomasia, Deúsque non solùm timendus significatur, sed timor ipse, atque, vt est apud Esaiam [i], *terror, & pauor*, quæ pollunt poni pro religione. Sed hoc de re iam actum antea. Apollinarius *terribilis autem* istam exprimit per *fortitudinem*, *robúrue*, nam reddit τοῦ κραταιοῦ, & postea *super Cibum*. Psalterium Illyricum exponit de terrorem meutiẽte. Porro putat Villalpãdus [k] nostrum dixisse ex etymo mõtis Moria vno, vt sit à יָרָה *iare, timuit*, dicatúrque sic ob reueren-

[a] de Nabuth. c. 10

[b] de Nabuth. c. 16.

[c] ps 15. a. d. Fatal vit. 24.

[d] Can. 11.

[e] Num. 30. 3. 4. 11. 14

[f] Prou. 20. 25.

Votum quando fideliter reddendum.

[a] ps 26. 6.

[b] 4. Paral. 32. 22. 23. & c. 19. 17. 21. *Tropologia.*

[c] ps 11. vlt.

[d] 1. Pet. 5. 7.

[e] Matt. 19. 21. 27.

[f] Gen. 31. 42. 53.

Egregia paronomasia.

[g] Ier. 8. 13.

[h] Ezech. c. 1. c. 8.

[i] Num.

tiam, ac timorem templi dicti loci; vbi erat Templum cultui ac religioni diuinæ dicatum, & quia ibidem audiuit Abraham [a], *Nunc cognoui quòd timeas Deum.* Domino seruus timorem debet, vt ipsemet apud Malachiam [b] ait: *si Dominus ego sum, vbi est timor meus?* Et quo magis timendus crederetur, subiungit Propheta, *dicit Dominus exercituum.* Quidquid acquirit seruus, domino acquirit. Idcirco nil mirum si hîc ad vota inuitetur seruus, qui etsi naturæ iure tales sint, peculiari tamen ratione, quando se particulari voto obligauerunt, qua de causa compelluntur ad reddendum. Hunc timorem Ananias, & Saphira si habuissent præ oculis, non luissent sacrilegij pœnas, post quas *factus est timor magnus in vniuersa Ecclesia, & in omnes qui audierant* [c].

Spiritum obligato circa vota.

a Gen. 22. 12.

b c. 1. 6.

c Act. 5. 11.

Et ei qui auferet spiritum principum.] Hieronymus, absque coniunctione, quam non habet textus Hebræus, (*auferens Spiritum ducum.*) Alij vertentes verbum futuri temporis, אסף asaf, & suppliendo (qui) *qui se coniecit*, vel *congregabit, colligebit, intercipiet, continebit, premet, comprimet Spiritum seu animum principum*, aut *ducum*: id est, factum, consilium, animam ipsam, quod plus est, inquit Cajetanus, quàm *ligare reliquias animæ* (prout versu 11. habetur, secundùm versionem ex Hebræo) quæ paratæ tunc erant contra Ierusalem. Græce numero plurali καὶ ἀφαιρουμένῳ πνεύματα ἀρχόντων, *& auferenti spiritus principum.* Chaldaicè, *comprimet tumorem Spiritum magnatum*: aut ex Nebiensi, *humiliabit timiditatem spiritus principum.* Sed quid sibi vult *humiliare timiditatem?* forsitan humiliare festum & audaciam, quam præ se ferunt principes, quamuis reipsa timidi sint, maximè verò cum perterrefiunt a Deo. *Quid tumet contra Deum spiritus* [d]: *contritionem præcedit superbia, & ante ruinam exaltatur spiritus* [e]. Denique *frangi* dicuntur *spiritus*, id est, elatio, atque superbia. Plurale nomen Græcum πνεύματα Hieronymus quoque agnoscit, & addit pronomen, *ei*, quia sine illo Latinus sermo non resonaret. Dicitur רוח *haiser* propriè de vuarum collectione in vas [f], quæ dicitur *vindemiatio*. Quemadmodum figuræ nomen *vinea* vsurpatur de Synagogi, & populo sic vastitas & clades eiusdem, verbo exprimitur *vastandi* [g], aut *calcandi torcular* [h], licet Hebræa verba sint diuersa. Per *spiritum*, & רוח *ruach*, & in plurali per πνεύματα; intelligi possunt omnia quæ dixi, saltus, audacia, potentia, anima seu vita. Ipsum etiam nomen Latinum *spiritus* has notiones ferit: רוח *ruach* de anima rationali dicitur, inter alias acceptiones, de habitu, qui est index vitæ sentientis, de parte irascibili, ipsáque ira, qua qui agitur vehementiùs anhelant, & agitantur superbia. πνεύματα pluraliter significant *spiritus vitales*, seu *vitalia præcordia*, quæ Maro [i] nominat *spiramenta*:

abditaque imis

d Iob 15. 13.

e Prou. 16. 18.

f Leuit. 25. 5. 11. Deut. 24. 21. Iudic. 9. 27.

g psal. 79. 15. Thren. 1. 12. 33. c. 3. 33. Apoc. 18. 10.

h Apoc. 14. 19. Esa. 63. 3.

i 9. Aeneid.

A *Spiramenta animæ vitalis vacuere cuncti.*

Euthymius, ac Nicephorus hoc loco interpretantur ψυχὰς animas. Apollinarius *robur, potentiam.*

——— ὅτε μοῦνον μὲν ἔτι Διὸς ἠγορέωνον.

cum, vsurpatus vnus est potentia (scilicet inferendus:) *principum.*

Omnia vera, maximè de vita, de qua item illa sententia similis [a], *Auferes spiritum eorum, & deficient, & in pulverem reuertentur.* vbi est רוח *ruach*, & πνεῦμα. Apollinarius autem reddit *Supèr animam*, & vtrobique verbum Hebraum אסף *asaf* significat *colligere*, quasi Deus dum vitæ spiritum tollit, trahat suum, quem communicat viuentibus, ad se, qui dicitur *fecisse spiram suam* [b]. Reuera terribilis Deus in inferenda morte, quæ res est terribilium maximè terribilis [c], sed præcipuè quando cum principibus, & regibus infert, quibus est *amaritudo amarissima* [d], immo & ipsa *memoria mortis hominis pacè habentis in substantijs suis* [e]. Quomodo Agag interficiendus dixit [f]; *forsitan separat amara mors?* Chrysostomus [g] comparans cum rege monachum, quem & philosophi more Græcorum nominare soleat, scribit, regi mortem terribilem philosopho minimè molestam esse.

a psal. 103. 29.

b Iob 34. 14.

c Aug. de Eth. c. 6.

d Eccl. 41. 1.

e Eccl. 41. 1.

f 1. Reg. 15. 32.

g lib. de compunct. cap. 8. tom. 5. [illegible]

[illegible] spiritus [illegible]

[illegible] Nazian. or. 7.

Præter sensus mysticos quos prius attigi, Cyrillus Alexandrinus alium inuenit de immanitis viribus, & fracta, contrítáque veluti superbia malignorum spirituum, *data nobis potestate calcandi supra serpentes, & scorpiones, & supra omnem virtutem inimici* [h].

h Luc. 10. 19.

B *Terribili apud reges terræ.*] Chaldæus vertit *super reges terræ*, quasi significetur non solùm Deus terribilis regibus, sed pluspiam reges, quos terret Pharaonem intelligit, & alios multos, ac denique Sennacherib. Tropologicè Latini *reges* vocant hoc loco qui carni & suis pompis imperant. Profectò qui hoc profitentur & ad hoc peculiarè vocationis gratiam sunt consecuti, præterea *hi quæ præsum sortiorem experientur cruciatum* [i], & *angustiæ gehennales erunt, quam aliis* [k], quoniam sicut hoc quod Christus de proselytis affirmauit, Augustinus [l] propterea verum esse docet, quia negligebant implere quod sponte susceperant; ita tenendum votis magis grauiore supplicio ac terribiliore plectendos, quòd quæ vltrò promiserunt non soluant. Terribilis est Pater, inquit Hugo, quia potestas, & *terror apud ipsum* [m]: illi votenda obedientia terribilis Spiritus sanctus; cui castitas, quia *in digito Dei*, hoc est, in ipso, *ejiciuntur dæmonia* [n]: paupertas postremò Filio voueri debet, qui terribilis est apud reges, quia pauperrimus fuit. Sed & exemplis multis doceri potest, quanto terrore affecti sint reges à Deo, qui *flatum eorum* [o] & *cor* Phabet *in manu sua.* Eruditendi sunt, & apprehendere disciplinam debent, ne quando irascatur Dominus, & pereant de via iusta [p].

Tropologia.

i 16. contra Faust. c. 29.

k Matt. 23. 15.

l Iob 21. 1.

m Luc. 11. 20.

n Dan. 5. 23.

o Prou. 21. 1.

p psal. 2.

PSALMVS SEPTVAGESIMVS SEXTVS.

1 In finem,pro Idithun,
Psalmus Asaph.

2 VOce mea ad Dominum clamaui:voce mea ad Deum,& intendit mihi.

3 In die tribulationis meæ Deum exquisiui,manibus meis nocte contra eum: & non sum deceptus.

Renuit consolari anima mea, 4 memor fui Dei,& delectatus sum,& exercitatus sum:& defecit spiritus meus.

5 Anticipauerunt vigilias oculi mei:turbatus sum,& non sum locutus.

6 Cogitaui dies antiquos:& annos æternos in mente habui.

7 Et meditatus sum nocte cum corde meo,& exercitabar,& scopebam spiritum meum.

8 Numquid in æternum proiiciet Deus: aut non apponet vt complacitior sit adhuc.

9 Aut in finem misericordiam suam abscindet, à generatione in generationem?

10 Aut obliuiscetur misereri Deus? aut continebit in ira sua misericordias suas?

11 Et dixi nunc cœpi:hęc mutatio dexteræ Excelsi.

12 Memor fui operum Domini: quia memor ero ab initio mirabilium tuorum,

13 Et meditabor in omnibus operibus tuis:&in adinuentionibus tuis exercebor.

14 Deus in sancto via tua: quis Deus magnus sicut Deus noster?15 tu es Deus qui facis mirabilia.

Notam fecisti in populis virtutem tuam:16 redemisti in brachio tuo populum tuum,filios Iacob,& Ioseph.

17 Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ:& timuerunt,& turbatę sunt abyssi.

18 Multitudo sonitus aquarum: vocem dederunt nubes.

Etenim sagittæ tuæ transeunt: 19 vox tonitrui tui in rota.

Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ:commota est & contremuit terra,

20 In mari via tua, & semitæ tuæ in aquis multis: & vestigia tua non cognoscentur.

21 Deduxisti sicut oues populum tuum, in manu Moysi,& Aaron.

Titulus & Argumentum.

*Vers.*1.] In finem,pro Idithun.
Psalmus Asaph.

Difficultas in titulo, circa nomina Idithun & Asaph.

DIFFICVLTAS in titulo est solùm,quo pacto psalmus idem dicatur *pro Idithun*,& esse *psalmus Asaph*. Nec refert quod Hebraicè & Chaldaicè postponatur nomen psalmi. *Asaph psalmus*. Neuter psalmi auctor est, iuxta opinionem,quam duximus probabiliorem, omnes psalmos editos a Dauide. Articuli in textu Hebræo, Chaldæo, & Græco præfixi nomini Asaph indicantes datiuum casum τῷ Ἀσάφ. לְאָסָף *le asaph*,& prępositio ante *Idithun*,scilicet,pro לעל *hal*,cui Chaldaicè additur יד *iad,per manum*, augent rationem dubitandi.Non placet Rabinorum,vt Abenezra,opinio,*Idithun*,cantorem alterius nomen fuisse,cuius instar hic psalmus caneretur ab Asaph præfecto cantorum: Vel,quod videtur Caietano,instrumenti musici, ad cuius pulsum cantari deberet ab hoc eodem Asapho: vel quod R.Salomoni,significare Chaldęorum lingua,qua non rarò vtuntur Prophetę,leges,id est, hoc quidem loco,sententias;quibus decreuit Deus affligi populum:vel quod Lyrano,vt significet sententias virorum bonorũ,vt Danielis, Ezechielis,& similium,quibus præd xerunt finem captiuitatis Babylonicæ.Iacobus de Valentia,quamuis mystice interpretetur,indicat propterea duos cantorum præfectos nominari Asaphum, & Idithunum, quiâ traditus est hic à Dauide psalmus cantandus ab Asapho, adiuncto ei aliorum cantorum choro,qui erant sub Idithuno. Eadem videtur Basilij,seu Theoreti sententia.Vel certè,quod magis differtè traditur ab Euthymio, atque à Nicephoro Blemmida,cum,cui datus erat psalmus ad cantandum Idithunus, huic negotio vacare non potuisset, decantatum fuisse pro illo, locóque ipsius ab Asapho. Apollinarius adhuc magis clarè idem ita expressit:

Ἀσάφ θ᾽ μενεχάρμ᾽ ἄναξ ὑπὲρ Ἰδιθούμου
ἑβδομὰν ἀμφ᾽ ἱερὰ δεκὰς θ᾽ μελῴδ᾽ ἐκάνον ὕμνον.

Asaphus fortis rex(præfectus cantorum)*pro Idithuno*
Septimam circa sacram decadis carmen resonuit sacrum.

Equidem censeo postremas duas opiniones probabiles,

babiles, omninóque pro nominibus virorum accipienda nomina *Iaetunum*, & *Asaph*. Debet etiam retineri titulus integer, vt nunc extat; etiamsi Treuetus, & ante illum is qui creditur Hieronymus in Commentario, testentur, in veris ac veteribus exemplaribus Hebraicis non fuisse aliud, quàm *pro Idithun*, vt nempe, inquiunt, per eum caneretur. Reperi postea de duobus choris opinionem Agellio probatam in proœmio. Inscripti alij duo sunt psalmi soli Idithuno 38. & 61. in priore, לידיתון *laiduthun*, τῷ ἰδιθὼμ, *ipsi Idithum*. in posteriore, על ידותון *hial iedutthun*, ὑπὲρ ἰδιθὼμ, *pro Idithum*, quæ idem valent, sumiturque præpositio על *hiaal* non rarò pro אל *el*, aut ל *le*, & Symmachus hoc loco reddit, διὰ ἰδιθὼμ, *per Idithum*.

Argumentum.

Porrò psalmi argumentum videtur magna aliqua populi afflictio, quę priuaret eum cultu Dei, cum spe recuperandæ facultatis eúdem cultum celebrandi, sicut olim ab aliis calamitatibus fuerat auxilio diuino liberatus. Græci arbitrantur indicari captiuitatem Babylonicam. Approbat id etiam Lyranus, refellens R. Salomonem, de ea interpretantem captiuitate, quam patiuntur hoc tempore Iudæi. Consentit Arias, & de recentioribus Arias. Caietanus, & Placidus Parmẽsis, Caietani sectator: dubitant an de tribulatione sub Antiocho sermo sit. Putat Treuetus Dauidem tribulatos informare ad exemplum sui, vt consolentur spem suam ex consideratione antiquorum miraculorum Dei.

Mystica interpretatio.

Ob nominum *Asaph*, & *Idithun* etymologias, Augustinus, & alij mystice docent congregationem fidelem significatam per *Asaph*, hic loqui, *pro Ista ecclesia*, id est, pro transiliente, vt in finem tẽdatur, qui Christus est, calcando desideria, & illecebras sæculi, illique proponendo sibi, nisi illum, ex quo sunt omnia. Concedi potest prædicti simul multo illustriorem totius mundi liberationem per Christum quod vnum contendit Valẽtia in psalmo tractari, exponique veterum omnium Patrum desideria de aduentu Christi. Proponit Marcellino Athanasius recitandum psalmum illum, vt gratias agat Deo, si fuerit inuocando exauditus.

Marcellinus vt cantandus hic psalmus aliquod propositum.

Vers. 2.] Voce mea ad Dominum clamaui, voce mea ad Deum, & intendit mihi.

Sensus loci.

HInc ad vsque vndecimũ versum deprimit Propheta animi sui calamitatibus pressi ardentissimum affectum. Hic verò ait, quòd illum vocis testaretur contentio, clamorque orantis cum fiducia, & constantia, idque nõ frustrà, cùm se pro eximia Dei benignitate, ab eo senserit exauditum. Quod τῷ προλαβὼν, & secundum anticipationem debet intelligi, quoniam versu 8. 9. 10. queritur quodammodo se non exauditum, aut quærit quo pacto fieri possit vt non exaudiat Deus. Vel certè documentum sibimet dat, bene sperandi ex prioris exauditionis experimento. Id magis præ se fert Hieronymi, aliorúmque versio ex Hebræo, habens priore versus membro, futuri temporis verbum. Obseruat Hugo Cardinalis, orationis conditiones, vt quis vtatur, orans, humana non belua voce; non aliena tantùm, sed propria; & vt oratio refertur, rectáque tendat ad Dominum, illum præcipue, ac per se quærens; vt ex deuotionis affectu prodeat, quem clamor innuit; vt sit continua, & perseuerans, quod bis repetita vox significat. Insuper ea effectum orationis ait esse, vt Deus intendat non tam orationi quam oranti, sicut *ad Abel respiciebat Deus, tum ad munera eius* [a]. Cum autem quid clamauerit non exprimat, sed solum nomen Dei ac Domini, satis insinuat nihil se aliud operare, nisi quod ei placeat, nihil opus esse, apud omnia scientem, distincte quid velit exponere, vt notat Aiguanus. Dicetes Dauidem quasi exhortando alios, inquit Remigius, dicere, qui sitit, veniat, & bibat: & inde mihi experto credendum est. Sed & in *clamore*, vulgò putatus Hieronymus, indicari vult peccatorem, qui remotiorem à se quærat Deum, quia clamor eo tempore necessarius est, quando longè est ille qui clamat; adde, quod reciprocum est, cùm is ad quem clamatur. Ambrosius [b] gemina voce geminum dicit indicari psallendi officium, *spiritu*, & *mente* [c], & tali Moses [d] voce clamasse, Annámque [e], & huiusmodi orationem *in ipsam oranti conuersi* [f]. Ait præterea, pronomen, *mea*, hoc loco addi, vt designet eam vocem, quæ melior est, ac nescit errare, quæ auditur à Christo, non resultat solùm in publico.

a Gen 4 4.

b in ps 40. & 83.
c 1. Cor. 14. 15.
d Exo. 14. 15.
e 1. Reg. 1. 13.
f ps 34. 14.

Voce mea ad Dominum clamaui] Idem initium psalmi 141. quem Franciscanum vocare possis, quoniam eo recitato expirauit S. Franciscus, illudque principium in introitu Missæ ipsius recitat Ecclesia. Vtrobique est futuri temporis verbum, licèt in illo per (א) *aleph* אזעק *ezhaek*, in hoc per (ע) *ain* אצעקה *etshhaekah* addito (ה) *he*, sed literæ (א) & (ע) permutantur facile, & (ה) *he* paragogice additur, & tempus pro tempore ponitur. Item in 141. in vtroque membro versus, nomen יהוה *iehouah*, in hoc nostro אל חים *elohim* ubi vertit Hieronymus *Dominum*, hîc *Deum*. Lxx. in hoc loco κύριον *Dominum*, deinde θεὸν, *Deum* reddunt: in psalmo 141. bis κύριον. Quamuis noter Scholion in primo isto membro ex versione Lxx. Symmachi, & V 1. editionis, esse θεὸν ex Aquilæ & Theodotionis, κύριον. Hoc moneo, ne nimis anxiè discrimen quæratur in vocabulis, quæ sæpe συνωνύμως accipiuntur. Bruno quidem Carthusianus attendit in nomine *Domini*, rationem gubernationis, in *Dei*, creationis; sed, vt dixi, non est hæc differentia perpetua, nec tamen cùm affertur, spernenda. Denique istud, & sequens incisum habent coniunctionem, quam omittam à Hieronymo miror, *voce mea*, aut, *vox mea ad Dominum*, seu *Deum*, & *vociferabor: Voce mea*, vel, *vox mea ad Deum* seu, *Dominum*, & *auscultauit me*.

Psalmo 141. recitato S. Franciscus obiit eadem in Ecclesia recitatio.

Voce mea ad Deum.] Dixi vertisse quosdã etiam priore membro, θεὸν & *Deum*. Hieronymus hic etiam reddit, *voce mea ad Deum*: licèt in editione Victorij, & Treueti sit, *ad Dominum*, in psalteriis Latinis est, *vox mea ad Deum*: necnon apud Ambrosiũ [g], Augustinum, & Cassiodorum, qui duo legunt cum coniunctione, *& vox mea*: quæ etiam est in emendatis bibliis Græcis, καὶ ἡ φωνή μου, quod in aliis, φωνῆ μου, in dativo. Idem nomen Hebræum cum affixo קולי *koli* vtrouis modo reddi potest. Euthymius, & Nicephorus lectionem nostram secuti sunt; volunt enim, τῷ κυρίῳ repeti hoc loco ἐπιφορικῶς, *clamaui*. Habent nihilominus emphasim maiorem in recto casu, *vox mea*, quam antea notaui ex Ambrosio,

g in p 40. & 41.

brosio, traditúrque etiam ab Augustino, & aliis.

Et intendit mihi.] Hieronymus, *& exaudiuit me.* Alij; *auscultauit me*, vel; *aurem inclinauit*, seu *præbuit mihi*: quod propriè significat הֶאֱזִין *haazin* ab אֹזֶן *ozen*, *auris*, quasi dicas *auriζare*, Græcè ἐνωτίζεσθαι. Græcum huius loci verbum προσέσχε, significat, *attendit, animum aduertit*, &c. Apollinarius *respicendi* verbo expositi:

αὐτὰς ὁ νοητέρην ἀδελφὸς ἐπιβέβηκε φωνήν.
At nostram sæpius respexit vocem.

Sæpius alibi verbum προσέχειν reddit Interpres *intendere*, quod Hebraicè est חַקְשִׁיב *hakshiu*. Hoc loco Augustinus habet, *attendit*, psalterium Gallicanum, & alicubi Ambrosius [a], *respexit*: psalterium Illyricum Hieronymi, *eripuit*, nam Deus cùm attendit, intendit, respicit, exaudit, etiam eripit. Velox est citusque in exaudiendo Deus, cùm ita expedit; ipsam *præparationem cordis audit auris ipsius* [b]. Vix egressa est de me(immò de corde)oratio, quin Deus, inquit Bernardus [c], scribi iubeat in libro suo, vt det nobis suo tempore, aut quod petimus, aut quod magis expedit nobis. Eadem de re egimus alias, & quo modo *clamant aliqui, nec est qui saluos faciat eos, ad Dominum, nec est qui exaudiat eos* [d]. Etsi verò *intenuere Deum alicui*, multi, vt prius dixi, explicent, quod personam orantis respiciat, & ita sit; tamen Paraphrastes vertit, *attendet verbo meo*: & Apollinarius, vt etiam retuli, *respexit vocem.*

a in psl. 43.

b psl 9.17.

c Bern. ser. de Quadrag.

d psl 17.42.

Vers. 3.] In die tribulationis meæ Deum exquisiui manibus meis nocte contra eum, & non sum deceptus.
Renuit consolari anima mea.

EXplicat clamoris sui causam, & exauditionis Dei effectum: cum enim tribularetur, Deum inuocasse pro auxilio, non ad humanum & creatũ quodlibet confugisse, nocturno tempore, quando cuius animus magis vacuus erat, expansis altè manibus orando, stetisse coram Deo; nec suæ, quam habuit in Deum, spe frustratum esse; vel sibi persuaderi potuisse, vt aliter se gereret, aliúnde ve suis ærumnis remedium quæreret, aliundéve consolationem animæ suæ procuraret.

Mystice totum vitæ tempus tribulatio, & nox est, quia tota *vita tentatio* [e]; in qua indigemus lucerna verbi Dei [f], donec liceat *in lumine* claro *videre lumen* [g]: quamuis fideles comparati infidelibus, *in die* dicantur *esse* [h], & vtrique per comparationem ad mortis noctem, *quando non licebit amplius operari* [i], censeantur in die versari: denique *manibus exquirere Deum*, est vacare diligenter operibus, quibus hic mereatis obtinere necessaria saluti, tandémque salutem ipsam. Hoc modo fere omnes Latini tractatores.

In die tribulationis meæ Deum exquisiui.] Aliqui ex Hebræo reddunt inuocandi casu, *Domine*: quia est אֲדֹנָי *adonai* sine articulo. Tamen etiam Hieronymus, passiḿque aliqui accusatiuum retinent; nec refert Deum, an Dominum dicamus. Paraphrastes, *in die afflictionis meæ exquisitionem ab aspectu Domini quæsiui, habitauit autem*, vel *quieuit super me spiritus prophetiæ.* Psalterium Romanum, & Illyricum, & Gregorius [k]

Sensus lect.

Mystica explicatio.

e Iob 7.1.

f 2 Pet 1.19.

g psl.35.10.

h Rom.13.12. 13.

i Ioan 9.4. Manibus exquirere Deũ quid sit.

k in psl. 118. [illegible]

conficiunt membrum vnum ex his & sequentibus verbis, *manibus meis*: Gallicanum, & Cassiodorus addunt, *coram eo nocte.* Nihil interest ad sensum. Nam si *exquirere manibus* quoque interpreteris, vt Græci faciunt, & cum quadam contrectatione, vt nominatim Apollinarius vtens verbo ἀψαφῶν, repeti debebit ἀπὸ νυκτὸς, verbum ἐξιχνιάζειν, vt notant Euthymius, & Nicephorus, agnoscentes in eodem σπουδὴν καὶ ζήτησιν, *studiosam ac gentemque inquisitionem*, & quæ fit, vt Basilius, ac Theodoretus loquuntur, ἐπιμελῶς, *accurate*; quod etiam non pauci de Latinis circa compositum *exquirendi* obseruant verbum, quamuis יָרַשׁ *daras* sit *simpliciter*, & *quouis modo quærere. Circumquirere manibus*, transfertur in Illyrico psalterio; quod indicat inuestigationem accuratam; quæ conuenit præsertim cæcis palpantibus; & tota ista comparatio recte congruit in hac vita degentibus; vbi *quæritur Deus, si forte attrectent eum, & inueniant* [a], εἰ ἄρα γε ψηλαφήσειαν αὐτὸν, καὶ εὕροιεν. Syriacè, *Vt quærerent eum exquirerentque.* Loci illius nostrum, si lubet, commentarium cognosce. Hugo *diem tribulationis* vult secundum tropologiam, lætis admixta tristia designare; vel ex tribulatione veluti diurnum lumen acquiri; quoniam *vexatio dat intellectum* [b].

a Act.17.27.

Tropologia.

b [Esa.28.19.

Manibus meis nocte.] Hieronymus, *manus meæ nocte extenduntur*, scilicet legit in singulari, vt nunc est יָדִי *adi*, quod alij in plurali יָדַי *adai*, & נֶגְרָה *negrah*, vt modò quoque extat; cuius loco sequitur hic proxime, *contra eum.* Symmachus eodẽ pacto, ἡ χεὶρ μου νυκτὸς ἐξετείνετο, vel ἐκτέτατο διηνεκῶς, *manus mea extenta*, vel *extendebatur continenter.* Vbi de suo addidit vltimum aduerbium. Significat נָגַר *nagar*, vnde נֶגְרָה *negrah*, inter alias notiones, *attrahere*, vel *diffundere se*, quod, de manu loquendo, fit per expansionem. Eodem sensu posset legi נֶגְדָּה *negdah*, per (ד) *daleth*, quæ valde similis est literæ (ר) *res*; quia נָגַד *nagad* in hiphil significat *gestu* etiam *loqui*, & *nuntiare*, quod item fit manus extensione. Sed videntur Lxx. legisse נֶגְדִּי *negdo*, *coram*, *ante*, ἐνεγκεῖν, *ex aduerso*, *in conspectu eius.* Alij retinent נֶגְרָה *negrah* secundùm aliam eius acceptionem, *defluxit*, *diffusa est*, aut *soluta*, & nominis יָד *iad* eam sumunt, qua interdum significat *plagam* & *vulnus*, vt sit sensus, plagam, quam inflixit Deus, adhuc fluere, ac recentem esse, saniem mittere, acrique dolore afficere, & quidem etiam nocte, quando remitti dolor solet. Quidam volunt יָד *iad* hîc accipi pro *virtute*, seu *robore*, *viribus*; & has tota nocte vacillauisse. Postremò nonnulli sentiunt poni יָד *iad* pro loco oculorum, eóque in quo Propheta plorans vexabatur, vt asserat, eum diffluxisse, id est, irrigatum lacrymis fuisse, ita vt nullus finis esset, quemadmodum lamentatur Ieremias [c], *quòd oculus eius afflictus esset, nec taceret eo quòd non esset requies*, vbi est נֶגְרָה *niggherah*, & pro *requiete* הַפְגוֹת *happgoth* à פוג *pug*, quod est hic in sequenti membro: quasi noster Dauid innuere vellet maduisse manus ipsas ex continua lacrymatione, dum precando illas conferret, aut ad oculos abstergendos admoueret. Paraphrastes fatet, *nocte stillauit oculus meus lacrymas, nec cessabat*: quod Ieremias [d] ait, *non tacere pupillam oculi.* Sed acquiescendum in versione nostra, quæ probè consistit, sine legas *negrah*, siue *negdah*, siue *negdo*, vt ante dixi, & pro-

c Thren.3.49.

d Thren.2.18.

[illegible]

primam simplicemque retinet vocabuli יד *iad* pro *manus* significationem.

De ritu manuum, & brachiorum extensionis, ac expansionis inter orandum, disputaui in historia Ascensionis Christi. Alludit fortassis Vates noster ad Molen, passis precantem manibus aduersus Amalech [a]. Dixi etiam alibi de opportunitate temporis nocturni ad orationem. Ipsa *elevatio manuum* vocatur *sacrificium vespertinum* [b], & inuitamur ad *extollendas in noctibus manus in sancta* [c]; & *leuandas puras manus in oratione* [d]. Illam portò indicatam prius communé tropologiam, vt *manibus exquirere Deum*, sit operibus bonis eum diligenter quærere, tradit quoque Gregorius [e], explanans verba vltimi [f] psalmi pœnitentialis; *Expandi manus meas ad te*, afferens alia ex Threnis [g], *Leuemus corda nostra cum manibus ad Deum*. Quid est enim, *manibus*, inquit, *Deum exquirere*, nisi operibus sanctis Saluatorem inuocare? Rursum Augustinus [h] quadam Epistola intelligit per *manus*, peculiariter, opera eleemosynæ, quæ maxime adiuuant orationem. Quomodo enim, ait, Deus inuisibilis & impalpabilis, manibus exquiritur, nisi operibus exquiratur? Consulendus item Hieronymus, vel Rabanus potius (Gregorij namque centones habet) in Threnos [i], qui adhibet illud Epistolæ Ioannis [k]: *Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Dominum, & quidquid petierimus ab eo accipiemus*. Eumdem Threnorum locum sensu eodem declarant Gregorius [l], & Bernardus [m]. Attribuunt hanc Apostolo Thomæ sententiam, propriis Christi manibus, quas in eius immergere nullis est plagas, exquirenti, non solum hoc loco Augustinus, sed etiam Chrysostomus [n] & Epiphanius [o]. Palpauit enim Thomas, inquit Chrysostomus. Verbum in incredulitate, & non est deceptus; Christum Deum illum confessus in fide. Philo Carpathius [p] tunc Thomæ scribit *manus stillauisse myrrham* primam [q] Gentibus, cum omnium certissimè prædicare potuit, quod ipse ob aliorum vrilitatem dubitando palparat, ac senserat. Sed an hoc Thomæ priuilegium fuerit, non commune cum aliis Apostolis, differuit in Commentario primæ Ioannis epistolæ [r].

Nocte contra eum.] Quomodo Hieronymus, & alij transtulerint, & de נגרה *nigrah*, vel נגדי *negdi*, satis antea dixi, & hoc vltimum videri legisse Lxx. tandem, *contra eum*, idē esse atque *coram eo*: sicut etiam legunt alia Latina plalteria, & Augustinus, Arnobius, Cassiodorus. Lege quæ dicta sunt psal. 50. [s] *Peccatum meum contra me est semper*. Supplent multi, *steti*, vel, *expansis*, nempe, manibus meis, id est, ne steti coram eo; manibus meis expansis eram coram eo, vt Arnobio placet; vel, manibus expansis existens coram eo; vt Euthymius Nicephorusque docent; exquisiui eum. Vel hoc habitu gestuve, clamaui, vt videtur Hieronymo in Cōmentario. *Si, contrà, & in malum*, pro aduersus, acciperentur, innuerent contentionem pugnamque quandam orantis cum Deo, vnde semper superior euadit, quia quod vult impetrat, vel certe, vt velle debet, id quod cōducit magis ad salutem. Exemplo sit colluctatio Iacob cum Angelo, Dei personam referente, & cognomen ex victoria quia contra Deum fortior fuerat [t]; & quidem pugnatum *tota nocte* [u]. Quod autem hic nominat *noctem*, fortassis intelligit etiam eo tempore, non diutino tantum, assiduam fuisse orationem.

Et non sum deceptus.] Hieronymus, *& non quæsiui*, nimirum extensa manus: de qua extensione, iuxta eumdem, facta mentio prioribus verbis. Eodem fere modo alij, quòd non cessauerit manus, seu non remiserit, & quieuerit, hoc est, vel plaga siue vulnus, vel dissolutio virium, vel cessatio lacrymarum. Hebræa sunt לא תפוג *velo thaphug* à פוג *pug* in futuro tertiæ personæ fœmininæ, quod est *cessari, debilitari, remitti, quiescere, cessare*. Psalmo 37. [a] in niphal passiua coniugatione נפגו מי *nephugoth* vertit Interpres *affligimur sum*, & in Threnis prout antea citaui, *requies a fletu*, seu *remissio*, plurali numero dicuntur פגרי *pugrh*. Agellius arbitratur lectum a Lxx. (ח) *iran* pro (ג) *gimel*, id est, pro אפוג אפרי *aphug epprh*, dempto (ה) *he* ex אפחה *eppathch*, in niphal, quod alibi [b] etiam vertitur, *fraudatus sum*. Nunc non est אפוג *aphug* in prima persona, sed in tertia fœminina תפוג *thaphug*, vt dixi. Eo autem pacto legisse Lxx. אפרי *epprh* meredithe nō est. Nisi retento תפוג *thaphug*, dicas attendisse ad sensum; ita vt *manum*, siue *manus expansa* intelligi voluerint non relaxatas, seu remissas, nec quieuisse aut cessasse, quod significatur per לא תפוג *lo thaphug* nempe ידי *iadi manus mea*, quasi desperaret se orans; sed tamdiu expansas perduraſſe, quoad impetrasse se cognosceret quod petebat; vel tamquam statim concedendum, vel suo tempore. Id autem clarioribus verbis exponere Interpretes voluerunt, *& non sum deceptus, & ex inopinato*, ab ἐκπλήσσω, quod fere simile est Hebræo verbo פחה *pathah*. In Illyrico psalterio exprimitur, *& non sum captus ab insidiis*. Quod videtur importare respectum potius ad alios, qui blandiciis, aut vanis fallacibúsque pollicitationibus niterentur auertere ac reuocare à Deo exquirendo. Negat se Dauid deceptum, vt quidem eum Lxx. intellexerunt, quia certus erat se decipi à Deo non posse; quamuis non tam citò exaudiretur: fiebat Deum quoque non fallere, qui ad orandum inuitat, & in oratione perseuerandum, quia *spes non confundit* [c], & *si moram facit Deus expectandum esse, quia veniens veniet* (id est, omnino veniet) *& non tardabit* [d], & *qui iustus est, ex hac fide* (hoc est, fiducia) *viuere* [e]: & *qui credit*, (id est, fidit) *Deo, festinare non debere* [f] (hoc est, vel confundi, vt alij legunt, vel citò finem orationi, spéve imponere, vel nimis citò velle obtinere quod petit.) Hoc est quod prioribus psalmis, & aliquot aliis sequentibus, & nonnullis aliorum sactorum librorum locis dicitur, *sperantem in Domino, non confundi* [g], id est, non frustrari sua spe.

Communior expositio est ista de non frustrata spe. Bruno Carthusianus explicat, quòd non sit ab vlla deceptus suggestione occulta, siue prosperitate aliqua a diabolo, vel ab aliquo eius membro, oblata, vt non exquireret Deum. Is quem esse Hieronymum putant, duplicitèr declarat, aut quòd sit consecutus quod volebat, aut certe non sit deceptus ab insidiis diaboli, qui circumuenire ipsum cupiebat. Non est deceptus Maria, proponens filio vini defectum, licèt ab eo reprehensa videretur [h]: non is, qui improbe ac importunè postulauit ab amico *panes* [i]: non vidua, quæ sollicitabat iudicem, *qui Deum non timebat, & hominem non reuerebatur* [k]: non Chananæa, quam Christus reiecit prius a se, etiam

a Exo. 17. 10.
b ps. 140. 2.
c ps. 133. 2. 1. Tim. 2. 8. *Tropologia.*
e in ps. vlt. pœnitent.
f ps. 142. 6. & 143. 6.
g ep. 121. c. 13.
Manibus exquirere Deum, cum primis expetendum.
h ep. 121. c. 13.
a c. 3. 41. 42.
Ex 18. mor. c. 3. vel 5. lib. 11. Epist. Thomæ Apostolo attributa fiducia.
i ser. 3. de Ascensione.
k 1. Ioan. 3.
l hom. 1. de Trin. tom. 3.
m Aucorato.
n in Cant.
o Cant. 5. 5.
p c. 1. 26.
q vers. 5.
r Gen. 32.
s Gen. 32.

Y y 4 verbis

a vel 9.
b Iere 20. 7.
c Rom. 5. 5.
d Abac. 2. 3.
e vers. 4.
f Esai. 28. 16.
g Rom. 10. 11.
h Ioan. 2. &
i Luc. 11. 5. & seq.
k Matth. 15. 22.

verbis in speciem iniuriosis [a]: non regulus [b] nó pater lunatici [c], etiamsi exprobrata iis fuerit incredulitas: non alij tam multi. Vt omnem diffidentiæ præcideret causam Deus, huiusmodi exempla esse voluit, vt de illo propter improbitatem panes impetrante, Basilius [d] obseruat; & Ambrosius [e] ait, quòd pertinax in precibus Chananæa negantem Christum inclinauit. *Non fraudat* Deus quemquam a *desiderio iusto* [f]; *voluntatem timentium se facit* [g]. Sed perseuerantia necessaria, vt orationem nostram nil impediat. Quo nomine sororem Gorgoniam Nazianzenus laudans; ô spiritus, inquit, feruorem, ob orationis desiderium, nec canes nocturnos, nec frigora, nec imbres, nec tonitrua, nec grandinem, nec tenebras formidantem! Porrò si Ieremias [h] dixit, quòd *seduxit eum Deus, & seductus est*; loquitur ex opinione aliorũ de ipso, vt Lyrano videtur, & Clario; quasi falsa prædiceret; aut, quod etiam iste sensit, quia renitentem elegisset Deus ad munus prophetale: aut, vt placet Hieronymo, Rabano, Hugoni, Thomæ, Dionysio, quoniam crederet, se, cùm id munus admisit, prophetaturum contra alios, & non contra populum suum, cuius accidit oppositum: aut, vt volunt Theodoretus, Vatablus, & noster Castro, loquitur humano quodam spiritu, eo quòd multa pateretur, cùm priùs prophetandi declinasset officiũ; & Deus tamen promisisset fortiorem futurum impugnatoribus suis, nec quidquam præmonuisset de tribulationibus, quas erat passurus. Certè quamuis qui id promiserat, non adeo clarè futuras tribulationes expressisset, satis tribulationes etiam illas indicauerat, cùm *præualiturum* contra bellantes dixerat; & iusserat *non timere*; & quòd eum daret *in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum* [i]. Sed Ieremias fortassis non bene ac distinctè considerauerat: Deus autem alienum tantopere ab huiusmodi officio animare magis studuit pollicitationibus, & non tam diserte quæ toleranda ei forent, exponere. Itaque non illum Deus, sed seipsum ipsemet decepit. Ipsemet Deus *dedisse* scribitur *spiritum mendacij in os pseudoprophetarum* [k]: sed & de seipso ait, *Propheta cùm erraueris, & locutus fuerit verbum, se decepisse prophetam illum* [l]. Abuntuntur hoc, & priore loco, qui Deum faciunt mendacem, auctorémque mendacij, ac peccati. Sæpe occurrimus istiusmodi argumentis; Deo hæc, hisque similia tribui, quatenus permittit, & humano more ascribitur ei aliquid, quod prohibere posset, si non prohibeat: præterea, quia pro infirmitate nostra, ac propensione ad malum, & pro aduersarij vafritie atque sollicitudine, quando permittit Deus, decipimur, atque peccamus, quamuis volentes.

Renuit consolari anima mea.]Iunguntur ab Hebræis & Hebraizantibus non solùm in biblica nostra versuum distinctione præcedentibus ista verba, integérque ex his & illis versus conficitur. Hieronymus, *noluit se consolari anima mea*. Psalterium Gallicanum, siue Ambrosianum, *noluit consolari anima mea*. Romanum, & Augustinus, Cassiodorus, Lombardus, Gregorius [m], *negauit consolari animam meam*. Hoc etiam vltimo modo Apollinarius:

ἠρνήσατο παρακληθῆναι ἡ ἀκοή.
Recusabam præcordia (vel animus) consolationem audire.

Sed Hebræum verbum מאנה *meanah*, & Græcum ἀπειθοῦσα est tertiæ personæ & Hebræum fœminini generis, sicut & בנה *neptes, emma*: Sõtus est, antea indicatus; quòd in assidua sua illa oratione ad Deum, Deum solum quærebat consolatorem, & auxiliatorem, solosque, vt habent sequentia, delectabatur; solus in animo & memoria ipsius versabatur; refutabat quas vel ipsemet comminiscebatur, vel suggerebant ei alij, consolationes; *consolatores* omnes alios *oneroso*s reputabat [a], & *fomentatores frustra loquentes*, qui *vane consolabantur* [b]: *risum putabat errorem, & gaudio ascebat, quid frustra deciperis* [c]? Ac si apertè dicat, inquit Gregorius [d], tractans illud, *Nec inuenitur sapientia in terra suauis inuentium*, qui de temporalium amissione non lugeo, de temporalium abundantia consolari nequaquam possum. Cæteri hoc loco item extendunt ad quemlibet iustum, quem *defectio*, seu tædium *tenet pro derelinquentibus legẽ Dei* [e]. Et quamuis de homine Dei gaudeat, id est, de iusto, expertus etiam iusti casum, non audet laxare, inquit Augustinus, habenas gaudiorum: timet se lætitiæ committere, ne quanto magis lætatus fuerat, tanto amplius, si aliquid contigerit, contabescat; denique *conjectantem qui quærat*, perfectum *non inuenturum* [g], extra Deum. *Oculus meus afflictus est*, ait querulus Propheta [h], *nec tacuit, eo quòd non esset requies, donec respiceret, & videret Dominus de cœlis: & oratio i humiliantis se, nubes penetrabit, & donec propinquet, non consolabitur, & non discedet donec Altissimus aspiciat*. Vallis hæc ærumnarum & lacrymarum non sinit nos liquidam in rebus creatis capere consolationem; sed *spe* tantum *gaudere, dum patimur tribulationem* [k]; qua tota constat vita nostra. Id facitabant potissimùm sæuiente persecutione, Christiani, ieiuniis arcidi, & omni continentia vitæ expressi, ab omni fruge vitæ dilati, in sacco & cinere volutantes, inuidia cœlum tundentes, vt loquitur Tertullianus [l]. Ille sine dubio renuit consolationem, qui *panes quotidianos* reputat suos, *lacrymas*, eo quòd cogitet abesse se longiùs à Deo [m], vel propter peccatum; vel quia nondum ipso frui datur: nec gaudium percipere potest, quamdiu *lumen* non cæci, sed increatum non conceditur videre [n]. Remediabilis est omnis alia tristitia, quæ alia ex re, quàm ex Dei percipitur iactura. *Dolentes quærebant* Iesum Mater, & Ioseph [o], & sponsum sponsa *in lectulo, per vicos, & plateas* mœsta suscitãs [p], vt & Magdalena Lazarum, non admittens cõsolationem cuiusquam, donec reperisset [q]. *Beati qui nunc lugent* [r] & *aquis calidis* lacrymarum in hac *solitudine* potantur [s], nec quiescunt more coruorum super putridis cadaueribus [t], & sicut vidua, turtur, soli ac tristes degunt, animi, saltem affectu, virides fugiendo arbores, & pulchriores voluptatum aquas. Hic est *defectus cordis, & carnis*, quem psalmo vidimus 72. [u] in illo, qui nihil aliud nec *in cœlo volebat, nec in terra, præter Deum cordis sui, & pars eius sua*; quique *magis eligit affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iucunditatem* [x]. *Lætatur Deus in operibus suis* [y]: sed *pœnitet eum fecisse hominem, tangiturque dolore cordis intrinsecus* propter peccatum hominis [z]; & consolatur seipsum suspiriis dicẽs; *Heu a consolabor de hostibus meis*; vt idcirco Christus, qui venerat, *vt finem acciperet peccatum, & deleretur iniquitas* [a], risisse numquam, fleuisse legatur sæpius [b], quia diligebat nos multùm, sicut de ipso, cùm lacrymaretur super Lazarum Iudæi affir-

[a] Iob 16.2.
[b] 2 Reg. 10.2.
[c] Eccl. 2.2.
[d] supra.
[e] Iob 28.12.
[f] ps 118.53.
[g] ps 68.21.
[h] Thren. 3. 49.50.
[i] Eccl. 35.21.
[k] Rom. 12.12.
[l] apolog. c. 40.
[m] ps 41.4.
[n] Tobiæ 5 12. *Remediabilis omnis alia tristitia quæ alia ex re quam ex Dei percipitur iactura.*
[o] Luc. 2 48.
[p] Cant. 3. 1. 2.
[q] Io. 20 11. 13. 14. 15. 16. 17.
[r] Matth. 5.5.
[s] Gen 36. 24.
[t] c. 8. 8 9.
[u] var. 25. 26.
[x] Heb 11.25.
[y] psal 103 31.
[z] Gen. 6. 6. 7.
[a] Esai 1 24.
[b] Dan. 9 24.
[c] Luc. 19 41. Mat. 7. 3. c. 8. 11. Io. 11. 35. Heb 5. 7. *Christum nusquam ridisse legimus, flesse sæpius.*

mabant

mabant [a], & ipse de Magdalena cùm pariter flentem vidisset [b]. Ipsa natura cum primum nos effundit, sicut matri lac, ita lacrymas nobis communicat, quasi tam necessarias vitæ spirituali, quam illud corporali, & vt amorem reuocet ad meliorem vitam. Quod est Latine in Exodo [c], *Decimas tuas, & primitias tuas non tardabis reddere.* Hebraice pro *primitiis tuis*, legimus *lacrymam tuam*, דִּמְעָה *dimhhacha*: & pro *decimis tuis*, סֹלְאֲתְךָ *meleathecha*. Quamuis autem exponant aliqui *plenitudinem* pro multa abundantia, *lacrymam* pro oleo; quia illud copiosè, hoc defluit guttatim; alij, per primum, abundantiam frugum; per secundum, tum vinum, tum oleum: tamen saltem accommodatitiè *primitias* appellare possumus lacrymas, quas etsi sponte non offerimus, monemur profectò quid nos offerre & facere deinceps oporteat.

a Io.11.36.
b Luc.7.47.
Lacrymas natura vtilis & spiritualis merè fructus apte communicat
c c.22.29.

Vers. 4.] Memor fui Dei, & delectatus sum, & exercitatus sum, & defecit spiritus meus.

Sensus loci.

SEparantes hoc modo primas quinque dictiones ab isto versu, cumque præcedéti nectentes, explicant, dicere Dauidem, cùm tenuisset in grauissima tristitia sua alienam omnem consolationem, sola se Dei recreasse memoria, cogitando quam soleret ille beneficus erga suos esse, quam potens esset; nihilominus hoc modo gaudentem, cùm, alia ex parte longa meditatione exercitaretur, sollicite curando quærendoque qua demum ratione liberari ex tantis ærumnis valeret, nec reperiendo, quodam animi deliquio affectum fuisse. Alitèr explanant qui non solum distinctionem versuum Hebræam sequúntur, sed alio quoque vertunt modo ex eadem lingua, vt dicemus.

Memor fui Dei.] Hieronymus, *recordans Dei.* Alij *recordabar*, vel aliquid supplendo, *quamuis Dei recordarer, tamen ingemui eius eram*: quæ ad sequentia verba pertinent. Hebræum verbum est futuri temporis אֶזְכְּרָה *ezchereh*, sed crebrò habet significationem præteriti, sicut hoc illius. Alibi legit Hieronymus [d]: *recordatus sum Domini.* In Illyrico psalterio, *nominaui*, vel *meditatus sum Deum.* De vtilitate, ac suauitate memoriæ Dei, agendum in sequentibus verbis.

d In ps.2. sonæ & 3. cont. Pelag.

Et delectatus sum.] Hieronymus, *recordans Dei conturbabar*, apud Treuetum, *recordans Dei, contribulor.* Hebraice וְאֶהֱמְיָה *vechemaiah*, & *tumultuabar*, seu *edidi*, vel *inquietus fui, non fui quietem adeptus, fremui, rugiui, vociferatus sum*, etiamsi recordarer Dei, orarem, & quærerem illum: Significat הָמָה *hamah, sonare*, & *sonum edere*, quod in bonam partem sumi potest pro sono lætitiæ, vt psalmo 82 [e]. *Ecce inimici tui sonuerunt.* Symmachus συμφωνῶ, quod explicat Scholiastes συμφωνῶν, *consonãs* vel *consentiunt*, nempe præ lætitia gaudióque. Dicitur quoque *sonus* cãticorum [f], & *laborum* [g]. Is quem dicunt Hieronymum, faciens mẽtionem versionis Hebraicæ, (*memor fui Dei, & conturbatus sum*) cùm verus Hieronymus explicat aliter (vt dixi) sic explicat; *memor fui Dei*, & conturbatus sum, consideraui mansuetudinem ipsius, consideraui pietatem, consideraui munditiam, & videns meipsum immundum, vehementer conturbabar. Verum iuxta nostram ver-

e vers.3.
f Amos 5.23.
g Eccl.12.4.

---

sionem, delectatio ac lætitia ex Dei memoria proprie sumi debet, tum verò quod memores sui, ac supplices suos exaudire soleat; iuxta illud [a]; *Delectarem Domino, & dabit vbi petitiones cordis mei.* Bernardus [b] comparat hanc delectationem cum ea, quam ex transfiguratione postea perceperunt Apostoli. Cyrillus Alexandrinus [c] delectationem istam vult esse ex decantatione psalmorum. Fauet Hebræum verbum, quod *sonum* importare dixi, & Græcum ἐμεγαλύνθην, quod etiam est ibi [d], *Incunauum fui et eloquium meum, ego vero delectabor in Domino.* Credi potest, non ex sola memoria Dei, ob futuri auxilij spem, delectatum Dauidem; sed in ipsismet tribulationibus placuisse sibi, atque gloriatum esse. Dicebat Ionas [e], *Cùm angustiaretur in me anima mea, Domini recordatus sum, vt veniat ad te oratio mea*: id est, vt Hieronymus * explicat, cùm nullum aliud sperarem auxilium, recordatio Domini mihi saluti fuit. *Memoriale Dei sicut vinum Libani* [f], hoc est, suauis est, ac delectat Dei memoria. Sicut laudatissimũ Libanitarum vinum, de quo Alaph medicus Hebræus. Idcirco sponsa, se ac alios *memores* futuros *eberum*, id est, castorum amorum sponti, asserebat, *super vinum* [g]. Et Salomon [h] iubebat *date siceram mœrentibus, & vinum his qui amaro essent animo, vt bibentes obliuiscerentur egestatis suæ. Spiritus Domini super me audiens, & hereditas eius super me, & suauis, memoria eius in generatione & generationem* [i]. *Memoria Iosiæ in compositionem odoris* [k]. Esaias [l] etiam canebat, *Nomen tuum, & memoriale tuum in desiderio animæ. Anima mea desideraui te in nocte; sed & in spiritu meo in præcordiis meis; de mane vigilabo ad te: tantum in te recordemur nominis tui.* Sed Nazianzenus [m] hunc nostrum proferens locum, hic scribit; Adsit modò voluntas, animique propositum, propinqua est consolatio in ore tuo, & corde tuo, *Memor fui Dei*, ait, *& delectatus sum.* Quid memoria paratius! Memor ergo esto tu quoque, & delectaberis. O facilem & parabilem medicinam, ô celerem curandi rationem, ô egregiam beneficij magnitudinem! Non modò animi delectionem mœstitiámque sedat Dei recordatio, sed & delectationem adfert. Sic ille. Gregorius [n] Papa conferens huius sæculi diuites cum Sanctis, ait illos mentis affectos tædio, bona sua temporalia conspiciendo tristitiam delinire, vt equos, auri, argentique vascula, prædia, & ideirco ipsis væ dicere Christum, *quoniam habent* hic *consolationem suam* [o]: sed sanctum virum consolationem de temporalibus non admittere, cùm hoc dicat quod hic habetur; *negauit consolari animam meam: memor fui Dei, & delectatus sum*: ac si apertè dicat, terrenarum rerum me nec abundantia refouet: auctoris autem mei, quem adhuc videre non valeo, vel sola memoria delectat. Idem Pater [p] disputans de fletu Annæ [q], hoc modo disserit, citato hoc nostro loco: sed qui cibum solatij capere de oblectamento rerum conditarum dedignatus est, epulas deliciarum suarum quia in solo conditore inuenerit, dicit. Tradit præterea [r], tamquam præsens acediæ remedium, seu tædij cordis, semper bona cœlestia cogitare: tædere namque mentem nullatenus posse, quæ tam iucunda bona lætanter videat, quia tristitiæ angustiosum malum spiritualis lætitiæ campo deuoratur; sed tamen ipsam spiritualem lætitiam se menti non infundere, quæ temporalis vitæ angustias transgredi contemplando tũ nouerit:

a ps.36.4.
b serm. 4. de Aduent.
c l.1. de ador. in spiritu.
d ps.103.34.
e c.2.8.
* ibidem.
f Osee 14.8.
g Cant.1.3.
h Prou.31.6.7.
i Eccl. 24.27. 28.
k c.49.1.
l c.26.8.9.13.
m orat. ad ciues suos.
Memoria Dei non iucunda tristitiam sedat, sed & delectationem affert.
Sæculi diuitum & Sanctorum consolationes in mœrore dissimiles.
n 18.mor.cap. 24 vel 27.
o Luc.6.24.
p In 1.Reg.c. 1.lib.1.c.10. q 1.Reg.1.7.
r In 1.Reg.c. 1.q.lib.qu.4.

---

denique

denique bene triſtitiam vinci, ſi temporalium laborũ præmia videantur. quia vnde electa mẽs temporaliter ſe affligi conſideret, inde gaudere in cœleſti patria æternaliter ſperet. Triſtibus nil commouet: Nemeſius [a], aut Nyſſenus [b], docet, qui ſe contemplationi rerum tradiderit, ſéque ab his, quæ in hominum vita geruntur ſemouendo, cum Deo coniunxerit. Adde, *delectari ſuper Dominum*, vt ait Eſaias [c], *qui gloriatur eum, dum non facit vias ſuas; & non inuenitur voluntas ſua in ſe.* Hoc eſt practicè memorem eſſe, quo ſæpius modo de memorando, déque memoria Scripturam loqui notatum eſt alibi. Idem ait de contin. ò proponenda ſibi præ oculis mentis præſentia Dei, de qua dixi quoque alias ad illud, *Prouidebam* [d] *Dominum in conſpectu meo ſemper.* Negat Nazianzenus [e] tam ſæpe nos ſpiritum ducere debere, quam Dei meminiſſe; immò, ſi dici hoc poteſt, inquit, aliud nihil quàm hoc faciendum. Tum de ſemetipſo ſubdit. Nam & ego inter eos nomen meum profiteor, qui eam legem probant, quæ die ac nocte iubet meditari veſpere, & mane, ac meridie narrare, & benedicere Dominum, in omni tempore ſiue dormias, ſiue à ſomno exurgas, ſiue iter facias, ſiue quid aliud agas, vt verbis Moſis vtar. Repete quæ ad præcedentes pſalmos, in quibus continentur ſententiæ ſimiles, dixi. Bernardus [f] cum memoria Dei coniungit recordationem propriæ profeſſionis, & cœleſtis patriæ, quem vocat oſtiarium; vt cùm turpibus cogitationibus ſe ſenſerit animus prægrauari, increpet ſe, decátque. tũne hæc debes cogitare, qui Sacerdos es, qui clericus es, qui monachus es? lege quæ ſequuntur apud eundem. Vult [g] etiam nos *renuere conſolari*, ſi veniam non mereamur, hoc ſolum deplorare, hoc ſolùm plangere, aliud ne cogitare quidem. Hieronymi [h] ſententia ſimilis, *renuit conſolari anima mea*, conſiderans delicta quæ feceram, recordatus ſum Dei, & lætatus ſum, cogitans me illius clementia conſeruandum. Quos litera *Thau* inſigniri Deus iuſſit, liberos ab interfectione voluit eſſe [i], Vltima illa in Alphabeto litera deſignat, cùm inſigitur fronti, perpetuam memoriam finis vltimi, qui Deus eſt, quæ gementes ac dolentes reddit ſuper cunctis abominationibus, quæ fiunt in mundo, ſed aliunde lætos, gaudentes ſpe cœleſtis beatitudinis. Cùm non liceat in vtroque ſæculo conſolari, hic & in futuro gaudere, tenue, cum Auguſtino [k], in hac vita conſolari, vt dignus habeatur conſolationibus æternis, & interim bonum hic eſſe nobis, id eſt, in contemplatione huiuſmodi bonorum æternorum, cenſeamus. Baſilius [l] affirmat, variis tumultibus occupationibúſque, quas vita ſolet communis afferre, à Dei memoria, cuius haberi ratio maior debet, abſtractum, non in eo ſolùm detrimentum facere, quòd non exultat in Deo, delectatúrve, neque voluptate, aut verborum Domini dulcedine vlla perfunditur; ita vt vere dicere illud queat; *Memor fui Dei, & delectatus ſum*, &. *Quam* [m] *dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel oris meo!* ſed in eo etiam aſſuefieri, vt iudicia ipſius penitus contemnat, obliuiſcatúrque, quo neque maius ei, neque capitalius malum vllum poſſit accidere.

Et exercitatus ſum.] Hieronymus, *loquebar in meſſ*, quo modo vertit etiam Symmachus, διελαλουν εν ημαυτῷ, aut ἑαυτῷ abſque præpoſitione. Alij, *querebar faciebam, tacitè ne cogar ſæmere murabam*, ſeu, *meditabar ſubmiſſe loquendo, diſputando, ſermocinando*, vt faciunt qui de re aliqua valde ſunt ſolliciti, atque. Futuri temporis verbum יהגה *ſiehah* vertit Paraphrastes, *orabo*. & in verſione Nebienſis, *rugiam*: nempe ſermone incondito, aut voce tantùm inarticulatè prolata. Significat יחו *ſiach* aliquando curare, vel *meditari, narrare affectiones, ac labores ſuos, apud ſe conqueri, muſſitare, tacitè obmurmurare.* De hoc egimus pſalmo 68 [a]. In verſu 7. huius pſalmi occurrit rurſus idem verbum Hebræum, nec non Græcum ἀδολεσχῶν, & Latinum *exercitandi*, ſed in illo alio pſalmo ponitur ſimplex loquendi verbum. Hieronymus [b] de huius præſentis pſalmi verſu loquens, ait, ἀδολεσχίαν eſſe *decantationem quandam, & meditationem.* Puto intelligere de meditatione, ſeu decantatione mœſta, & lugubri, quam vſurpari experimur etiam ab iis, qui afficiuntur aliqua triſtitia. ſic omnino Apollinarius intellexit vertens

ἐξαυτίκα δ' ἀδολεσχῶ,
Deripente verò cantans.

Auguſtinus, omiſſa coniunctione legit, *garriui*, & id explicat, vt in ipſa conſolatione memor factus Dei delectatus, garriuerit Propheta, & exultauerit loquendo: *garrulos* enim proprie dici, quos vulgò *verboſos* appellant, qui accedente lætitia, nec valent, nec volunt tacere. Habet ἀδολεσχῶν hanc quoque notionem; ſed communior opinio vult *exercitandi* verbo ſignificati hoc loco id quod diximus. In aliis pſalteriis Latinis petitur hinc nouus verſus initium, & omittitur coniunctio. Hoc ſecundum vt faciamus, nimis contendit Agellius. Non tanti refert quin retineri ſenſus poſſit, quem ipſemet affert, & nõ diſtat ab eo quem attulimus. Non ergo *exercitatio* proprie hoc loco de operis exercitio ſumi debet, quaſi denotetur hic, & verſu 7. memoriam & meditationem Dei non oportere eſſe ociоſam, ſed in opus actionemve prodire. Non ſignificat Dauid ex memoria Dei ac delectatione ortam exercitationem, ſed ex memoria delectationem; cùm autem de ſuis ſecum moleſtiis colloqueretur, ſpiritum ſuum (quod ſtatim ſubditur) defeciſſe. Illyrici pſalterij tranſlatio habet, *in fœbecundinibus.* Admitti poteſt ille, vt accommodatitius ſenſus, quemadmodum & quòd totus hic locus conſtans hoc & ſequentibus verſibus, deſcriptio quædam ſit viri ſpiritualis, qui Dei memor, ac eo delectatus, reſpuat alia, ſpiritu plenus Dei cùm ſit, deficiat ſpiritus in ipſo mundi: exerceat ſe in operibus religionis ac in laudibus diuinis: turbatus ob memoriam, & conſiderationem peccatorum ſuorum, obmuteſcat coram Deo: repetat item præteritam omnem vitam, & vetera beneficia Dei, memoria, quámque parum reſponderit beneficentiæ tantæ: præterea æternam fœlicitatem præ mẽtis oculis habeat: poſtremò excutiat diligenter conſcientiam, & animi ſordes omnes. Ad eandem pertinet accommodationem comparatio exercitationis ſpiritualis cum corporali, vt ſicut iſta famem prouocat, ſic illa deſiderium diuinarum rerum, earum guſtum ſuauiorem reddendo, & efficiendo vt præ fame earumdem, ſpiritus deficiat; & quando mens exercetur in meditatione illarum, ſeipſam ſcopet, ac veluti purget a repletione carnis, mundíque, vt magis ac magis eſuriat Deum, & hac eſuritione fiat beatus [c].

a de natu hom. c. 16
b 4. Pſal. cap.
c Eſa. 58. a. 14.
d pſal. 8.
e orat. 1. de Theol. Memoria Dei continua in omne genere diuin.
f Ser. de triplici tabernac. quarum eſt 2. ex patrib.
g ſerm. 18 de temp. non tolig.
h 2. contra Pelag.
i Ezech. 9. 4. 5
Cùm in vtroque ſæculo non poſſimus gaudere, ſatis in futuro gaudere
k in Soliloq.
l Reg. 6. ex ſuſis
Quæ à Dei memoria in contemplatione ſuis & ſimilibus abſtrahatur, quodq; detrimentum patiatur.
m pſ. 62. 5. 6.

A
B
C
D
E

a verſu 3
b Ep. 115. Ἀδολεσχία.
Ἀδολεσχῶν.
c Matth. 5. 6. Eccl. 24. 29.

Delecta

Delectatur, ait Bernardus [a], voluntas, exercitatur ratio.

Et defecit spiritus meus. Interserunt alia psalteria, & Cassiodorus, Gregorius [b], Petrus Damiani [c] *paulisper, & defecit paulisper spiritus meus.* Id importat ὀλιγοψύχησεν, & verbum, quo vtitur Apollinarius ὀλιγοψυχίσειεν; animi vero defectum, deliquiumque id quo Symmachus, ἐκλιποψύχων. In psalterio Illyrico, *& egrotauit spiritus meus.* Hebræum תעטף *hubhhuteph* redditur quandoque *angustiari* [d], *anxiari* [e], sed sæpius *deficere*, scilicet vt de animo patiente deliquium dicitur. Significat etiam preces multiplicare, vt tolent qui sunt in afflictionibus. Sic in titulo psalmi centesimi primi, *Oratio pauperis, cùm anxius fuerit, & in conspectu Domini effuderit precem suam.* R. Kimhi explicat pro, *cum anxius fuerit* בהי *bhi tahbhateph*, *cum multiplicaret preces toto corde.* vt fieri solet tempore angustiæ; in quo homo seipsum humiliando, veluti incuruat, conduplicatoque corpore seipsum obtegit. *Defectio spiritus* id potest indicare, necnon anxie factam orationem, quod gestus ille corporis demonstret. Deficiebant Ezechiæ oculi *respicientes in excelsum* [f]. Apostoli videntes claritatem Christi, *ceciderunt in facies suas* [g]: *anima* sponsæ *liquefacta est, vt* dilectus *loquutus est* [h], & *amore languebat* [i], & *decolorabatur à sole* [k], vt Bernardus [l] notat, hunc nostrum citans locum, explicánsque omnem colorem præsentis gloriæ lætitiæque fastidiri, & deponi, *nec autem hominis desiderari* [m], denique *rerum consolationem* humanam, vt antè dictum est Prætereà in Daniele, post visionem *non remansit fortitudo, species eius immutata est, nec habuit quicquam virium, & consternatus tacebat super faciem suam* [n]. Orationis ac meditationis effectus est quandoque defectus quidam, deliquium, & extasis. Verum etiam est *deficere spiritum*, nec remanere præ admiratione, in eo, qui res diuinas mente agitans tractansque, deprehendit, se Deum digne laudare, sufficienter cognoscere, plene amare, efficaciter honorare, non valere, vt Rickelius notat. Docet etiam experientia, deditos contemplationi, & rapi solitos vel sola recordatione Dei; indéque lætitia perfundi, si ad exercitationem corporis (quam Paulus [o] *ad modicum valentem* vocat, nimirum spectatam per se) descendant, statim illorum spiritum à contemplatione descendere. Confirmat id Gilbertus, quem citat Aiguanus hoc loco, ex sponsa sponsum inuitante ad cubilis secretum [p]. Gilbertus hic ille est, qui Canticorum homilias Bernardi absoluit, simili tum stylo, tum spiritu, quas ei absoluere non licuit. In vndecima durum esse scribit amanti animum dimidiare cum Christo & mundo: in dilectionis iura peregrinas admittere curas, & cœleste secretum sæcularibus infestare turbelis. Mox prolato huius psalmi testimonio, quod præ manibus est, si delectatio memoriæ Dei, negotio se exercet, & exhaurit spiritum prophetiæ, quomodo plura poterit, & peregrina cum isto complecti negotia? Subdit sponsam exercendi quærere opportunitatem amoris: nos ii quid vel tenuiter attingimus de Christo, de sapientia, de suauitate, de contemplationis gustu, non contentos gratia, nec mensuram contemplantes nostram, statim erumpere conari, & cubiculo fastidito festinare egredi à requie contemplationis.

Mystico sensu commodè dicuntur ista, quemadmodum & paulisper legendo, paulisper deficere spiritum nostrum, id est spiritū elationis, vt explicat Gregorius [a], dum per occultam gratiam ad amorem Dei temperata desuper mensura proficiendo, quanto in nobis quotidie de Dei spiritu virtus crescit, tanto nostri ille spiritus deficit, sed tunc in Deo nos plenè proficere, cùm à nobis ipsis funditus defecerimus. Explicat locum Iob [b]: *per singulos gradus pronunciabo illum*, docens quòd nemo infima deserens, repentè sit summus. Idem docet de spiritu elationis paulisper deficiente Petrus Damiani [c]: Sed literalem sensum prius posui. Eiusdem formulæ in aliis psalmis [d] alia sunt exempla.

Hic ponitur סלה *selah*, & *διάψαλμα*.

Vers. 5.] Anticipauerunt vigilias oculi mei, turbatus sum, & non sum locutus.

Assiduitatem orationis suæ, & continuam Dei memoriam, atque in orando ac meditando exercitationem, nimiam item curam & solicitudinem vsque ad spiritus defectum, virium̃que, hinc magis probat, quòd peruigil ac pernox in ea re pertinaret insomnis noctes totas trangens, aut adeo tenuem brenemque capiens somnum, vt oculi vigilando præuenirent omnes nocturnas custodias, seu statuta militibus, & assignata vigilandi tempora, quatuor ternis horis constantia; de quibus crebra in Euangelio mentio [e], nec non vlla in veteri testamento [f]. In eadem porrò assidua commentatione, & suarum meditatione calamitatum valde anxia, cùm rationem sese ex iis expediendi non inueniret, adeo magna se perturbatione dicit affici, vt quod prius faciebat, & *exercitiana* verbo significatum diximus, nō amplius vocem protulerit, ac ne submissam quidem, tacitámve secum, & apud semetipsum, sed loquendi omni deposita voluntate, sibi silentium indixerit. Aliter tum legunt alij, tum exponunt, atque varios etiam tropologicos eliciunt sensus, quos in ipsa verborum enucleatione commodius attingemus

Anticipauerunt vigilias oculi me.] Hieronymus, *prohibebam scilicet oculorum meorum*; id est, vt exponit Treuetus, ita dejectus fui, vt non respicerem sursum. Alij, *tenuisti vigilias oculorum meorum*, hoc est, tenuisti in vigiliis oculos meos, illis nempe, in quas nox distribuebatur, ne claderentur, sed semper vigilarem. Vel, *tenuisti custodias oculorum meorum*: id est, palpebras, quæ sunt oculorum meorum custodes, vt scilicet apertæ manerent, nec darem eis *dormitationem vel sopitionem somnum* [g]. Deo autem attribuitur hic effectus, sicut & causa ipsius insomnij, nimirum calamitatum grauitas, & multitudo. Eadem interpretatio Paraphrastis, *apprehendisti palpebras oculorum meorum*, aut ex versione Nebiensis, *vigilias*: ita vt *vigilia oculorum* idem sint, quod palpebræ eorumdem. Hebraice hic est שמרות עיני אחזת *achaztha shemuroth hhenai.* Quemadmodum, ait Ricardus Cenomanus, *tenere vigilias*, seu *custodias oculorum*, est, aut nondum apertos oculos, ac sursum intentos continere, aut iam apertos & vigilantes, erectósque prohibere à corpore; sic quòd *anticipent oculi vigilias*, est, vel præuenire, ne intendant aspectum, vel dormitantibus cæteris, præuertere diligentia, & sollicitudine; atque

ad

a serm. de triplici iudicio, vel 29. ex parte.
b 12. Moral. c. 14. vel 20.
c ser. 29. de S. Alexio.
d Ionæ 2. 8.
e ps. 141. 4.
f Isa. 38. 14.
g Matt. 17. 6.
h Cant. 5. 6.
i Ibid. 8.
k Cant. 1. 5.
l serm. 28. in Cant.
m Ier. 17. 16.
n Dan. 10. 8. 9. *Orationis ac meditationis effectus est quandoque defectus quidam, deliquium & extasis.*
o 1. Tim. 4. 8.
p Cant. 3. 4.
Durum amanti animum dimidiare cum Christo & mundo.
Mysticus sensus.

a 22. Moral. c. 14. vel 20.
b c. 31. 37.
c serm. 29.
d ps. 30. 22. ps. 33. 21. ps. 114. 2. ps. 115. 11. Ba. 1. 5. ps. 142. 7.
Sensus loci.
Vigiliarum tempora quatuor militibus assignata.
e Matt. 14. 25. Luc. 2. 8. c. 12. 38.
f 1 Reg. 14. 24. Iudic. 7. 21. 19. 1. Reg. 11. Thren. 2. 19. ps. 119. 62.
g ps. 131. 4.

ad Deum leuare. Secundum facit ad rem, vt vigilantia significetur, quæ apertis sit oculis palpebrisve. Auctor commentarij, qui tribuitur Hieronymo, mentionem faciens de versione Hieronymi (tacito tamen ipsius nomine: quòd si auctor idem esset, forsitan non taceret) explanat, *corripiens a peccata mea, oculos ad cautum cogere non audeba*, (quod de publicano dixit Christus [a].) Peccatori enim dixit Deus [b], *quare tu enarras iustitias meas?* Iuxta versionem nostram idem declarat; *Antequam aliquis vigilaret, ego vigilabam.* Profert vigilem apud Danielem [c], & ex psalmo [d] quod *non dormitabit, neque dormiet qui custodit Israel.* Concludit etiam, Ergo monachus qui non vigilat, non potest hunc versum dicere. Verum prior expositio nihil de vigilantia includit; sed de molesta ac molesta demissione oculorum; immo id est in ea nocte captiuitatis alto quodam mœroris tepore atque grauedine pressos oculos aperiri non potuisse. Legit quoque Hieronymus in prima persona וְאַשְׁקִיפָה *aschiphah*, id est, *Aspiciebam* vel *prouidebam*, aut *prouidebam*. Sophronium autem vertendo, reperit forsan וְאַשְׁמִרָה *aschmorah*, quod etsi *custodiam*, vel *custodiam* significat, tamen a שָׁמַר *schamar* secundum vnam notionem, quæ est *conuertere oculos*, aut *respicere*, potuit eam habere significationem. *Tenere* autem, & *prohibere suspectum oculorum*, potest exponi, non, ne suspiciant, sed ne a suspiciendo desistant: quod est vigilare. Vertit Aquila, ἐπιτηρεῖς συλλαμβάνων μου, *celebrabit vigilias*, vel, *custodias comprehendens me*. Theodotio, ἐγρήγορας συλλαβὴς ὀφθαλμῶν μου, *tenuisti vigilias*, aut, *custodiæ oculorum meorum*. Symmachus, νῦν δὲ τὰς ἀκοιμήτους τῶν ὀφθαλμῶν μου, **quod Hieronymus in sua translatione fere secutus est, vsurpans *suspectum* singulariter pro plurali nomine.** In emendatis Græcis pro, οἱ ὀφθαλμοί μου, *oculi mei*, habetur, πάντες οἱ ὑβρισταί μου, *omnes inimici mei*. Quam etiam Latinam versionem habet psalterium Latinum vetus, & Arabicum, ac Actiopicum: & sequitur Augustinus. *Anticipare vigilias oculos*, erit, *oculos*, quod alibi [e] dictum, *præuenire aliquem*. Hebraice *præuenire vigilias*, קִדְּמוּ בַּנְּשֶׁף *qiddemu banneschef*, ἐφθασαν ὄρθρου, *ad diluculum*: Chald. *anticipare vigilias matutinas*, & *vespertinas* tantam fuisse vim malorum, vt singulæ vigiliæ apertos eius reperirent oculos, hique præuenirent vigilando eiusdem excubias. Alteri versioni Græcæ & Latinæ, quæ non (*genuit me*, sed *annus inimici mei*) habet, fortassis occasionem dedit alia lectio Hebraica, nempe pro יָעַן *iaan*, יָעִי *iaai* a יָעָה *iaah*, vt inter alia significet *ægre*.

Sensus autem est, adeò diligentes ac vigiles hostes fuisse, vt omnes vigilias obseruarent, & vigilanter custodirent atque obsiderent. Id Græcus anonymus ab Agellio citatus, sic explicat: τοσοῦτον περιεστάθησάν με οἱ ἐχθροὶ πανταχόθεν τῶν ἡμετέρων τὰς τάξεις: τοσοῦτ' ἐστὶν, ὧν ἔφασκε ταῖς ἐπαλξεσι: *hoc me*, inquit, *contra hanc faciebant, quod ipsius præcipui in nostra loca*. id est, *murorum propugnacula*. Augustinus digredient in immortales illas inimicitias, quas contra nos dæmones gerunt, semper vigiles, nullamque tomni vel quietis partem sumentes. Nos editione nostra contenti simus, quam sequi Græcos omnes alios Patres video, & Illyricum psalterium: in quo prout rogatus a me Callus noster conuertit, sic est, *fusa te fletu: in vigilias oculi mei*. Interpretes Lxx. vt solent, attendentes sensum potius, quàm verba: quod facit etiam consuetudo dicendi. Quamquam latera tropologice, oculos, & sensus omnes possemus interius appellare, aut demones, quibus & illi & alii hostes commenter intenti, atque insidiantes, *animam nostram deprædandam*, & perdendam [1]. Pertinet quoque ad tropologiam, vt *anticipare* contendantur *oculi vigilias* ipsas, quando quis perfectionis studio in eis vult alios præcurrere, atque per viam compendij, vt Achimaas [b] fecit, præcurrere.

Egimus alibi de vigiliis noctis, excubiisve, aut custodiis quaternis, nec non de vigiliarum commodo. Elisæus [c] *anima* quærebat Deum *in nocte*. Ieremias [d] hortabatur *ad consurgendum & laudandum in nocte, in principio vigiliarum*: per noctem quærebat dilectum ipsa [e], & ad hanc ille veniebat, *plenus capite rore, & cincinnus guttis noctium* [f]. *per noctabat Christus in oratione Dei* [g]. Consurge, ait Bernardus [h], in principio vigiliarum tuarum, *accelera quantumuis etiam ipsas anticipare vigilias*; inueniesve eum, non præuenies. Tenere in tali negotio, vel primus aliquid tribuisse, vel primus & magis amare, est. Quod modo legimus Latine [i], *Præuenti in immaturitate*, habebat alij, *in immaturitate vel intempesta nocte*, ἐν ἀωρίᾳ, *in horam tempestæ*. Qui enim, ait Ambrosius [k], Dominum deprecatum, non præcepta præcipua tempora præstolatur, sed præcurrit ætatis immaturitatem quisquis in adolescentia positus, senilem grauitatem induit, & iuueniles annos veteresce conscientia regit. Lege de dicta vigiliarum distinctione, Origenem [l], & Hieronymum [m]. De tertia vigilia meminit ex profanis etiam Cæsar [n], ac Lucanus [o]. Sed & de quarta, Plinius [p]. Hebræi tres tantum videntur agnoscere. In libro Iudicum [q] primam quartam, putat nostri Christophorus Castro [r], dum loco illorum verborum, *inceperunt vigilias mediæ*, est, vt ipse dicit, Hebraice, *in principio vigiliæ mediæ custodiæ*. Hebraice, *in caput illius custodiæ primæ*, seu, *constitutæ*: hoc est, diligentissimæ, & attentissimæ הַמִּשְׁמֶרֶת *hasschemoreth*. Matthæus [s] nominat quartam. Quare nec Ariam [t] audio, scribentem tres videri tantum in Euangelis commemorari: quòd primæ tres noctis horæ custodiem non postularent, vt pote quas populus fere omnis vigilando, confabulando, alia agendo, transigeret. Lucas [u] non vltra tertiam recensuit. Marcus [x], etsi quartam non nominauit, indicauit, scribens præcepisse Dominum, vt vigilaremus, eò quod nesciremus quando Dominus domus veniat, serò, an media nocte, an galli canta, an mane. Sufficit quòd quartam dicere Matthæus, vt dixi, expresserit. Cassiodorus obtemperat Ecclesiastico ritu, officiove diuino vocari vigilias illas, *nocturnas*.

Turbatus sum & non sum locutus.] Augustinus, *conturbatus*, Hieronymus, *turpebam, & non loquebar*. Alij, *contritus sum*, vel, *correptus, attonitus, confusus, consternatus, confractus, deliquium passus, percussus, aguam. & non loquar*, id est, nec loqui valui, aut volui. Videlicet metus, mœror, maiorum iugis consideratio, ingentia, vires adeo attriuerat, vt ne mutire quidem haberet, aut posset. Verbum נִפְעַמְתִּי *niphamthi* significat illa omnia quæ dixi. In psalterio Illyrico, *coarctatus sum*. Eodem Hebræa phrasis vsurpatur de Pharaone, post somnia, *turbatus est spiritus eius* [y]; & de Nabuchodonosore [z], cui, cum quoque post somnium, *cecidit*

a Luc. 18.
b psal. 49. c
c cap. 4. & 10. 12. 20.
d psal. 120. 4.
e psal. 118. 148.

Oculi & sensus omnes, vt in animo, & de animo ita possunt appellari.
1 Tropologia.
b 2. Reg. 18. 21. 23.
c cap. 26.
d Thren. 2. 19.
e Cant. 5. 6.
f cap. 6. 3.
g Luc. 6. 12.
h serm. 70. in Cant.
i psal. 118. 147.
k ibid. ser. 19.
l in cap. 2. Thren. m in psal. 129. & cap. 4. Matt. & hpist. 101. *Vigilia apud Iudæos.*
n de bel. Gal. 6. lib. 7
o lib. 5. c. 22.
p lib. 2. c. 24. q c. 7. 19.
r in Thren. c. 2. num. 33.
s c. 14. 25.
t in Iud. c. 7.
u c. 12. 38.
x c. 13. 34.
y Gen. 41. 8.
z Dan. 2. 1.

tus dicitur *spiritus*. Transferunt hoc alij ad patiẽtiam, vt commotis perturbationibus non prorumperet in lamenta lingua, seu sermo; nec *sol occideret super iracundiam*[a]; iracundia inciperet in corde, sed illa, verba non proferret, nec murmuraret aduersus Deum. Fauet Apollinarius:

Σιγηλὸν νύ μοι ἦτορ ὑπ' ἐρυμοσύνῃ πραπίδεσσιν,
Tacitum vtique mihi cor, commoto licet, fixit nutu.

Vsurpat ad idem eamdem sententiam Bernardus[b], exhortans ad iniuriæ tolerantiam præsertim virum religiosum; Sanè, ait post alia, commotio tua ibi moriatur, vbi oritur; nec permittatur exire, quæ mortem portat, ne perimat; vt dicere possis & tu cum propheta, *turbatus sum, & non fum locutus*. In tribus iræ formis, quas Gregorius[c] distinguit, & ex Matthæo[d] colliguntur, sine voce, cum voce, cum verbo expresso, minùs mala est prima. *Difficile* tamen *conceptum sermonem tenere quis potest*[e], & *plenum sermonibus coarctat spiritus ventris sui*[f]; & rarus est, qui cùm, vt homo turbetur, quippe non lapideus, non etiam voce querula tamquam æneus[g], edat significationem turbationis suæ. Aliter congruit hæc oratio illi, qui suorum conscientia delictorum crescentium vsque ad cœlum, & iniquitatum multiplicatarum super caput suum, *confusus, ac erubescens, non audet leuare faciem suam ad Deum*[h]; nec potest *aperire os*[i]: præterea qui nõ excusat seipsum, neque regerit in alios scelera sua, neque humana contectatur solatia, postremò qui *secretum suum reseruat sibi*[k], non effundit animi sensa temere, ac sine delectu. *Tacuit omnis populus, & non respondit Rabsaci quidquam*, prout Ezechias cauerat[l]. Dauid item noster, *cum consisteret peccator aduersus eum, obmutuit*[m], *nec habuit in ore suo redargutiones*[n]. *Tacuit, indarat silentium iram suam*[o] (aliter, *eadem hora prænuntiat*, vt notat Hieronymus P.) Multa de hac re præcipit Ambrosius[q], exemplum tritum Archytæ proferẽs[r]. Nos idem alias protulimus, aliáque eadem de re disseruimus[s]. Philo Carpathius[t] transfert hunc locum ad eũ, qui de diuinis nequeat plene ac libere, sed cum quadam loqui perturbatione, quod item, inquit, denotant illa[u]. *Oculi mei defecerunt in salutare tuum.*

Vers. 6.] Cogitaui dies antiquos: & annos æternos in mente habui.

Vers. 7.] Et meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar, & scopebam spiritum meum.

OCcupationes in vigiliis illis suis, ac in silentio, quod ipsemet imposuerat sibi, propter multiplicem perturbationem, fuisse dicit; vt animo reuolueret prisca mundi tempora; & superiorum ætates sæculorum redigeret in memoriam, ac priores quoque suæmet ætatis annos, in quibus Deus benigne semper se gesserit, & aduersus seipsum, & erga omnes alios suos, quando grauiore aliqua calamitate premerentur; denique, vt reputaret æternam vitam, quam victura esset anima, & post mortem iterum corpus cum illa, suo tempore. Præterea nocturno tempore, quod meditationi commodius est, aut se solum secum meditatum, atque cum seipso solo, & cum corde collocutum, cor ac variis animum ratiocinationibus exercuisse, & mentem diuersis cogitationibus agitauisse, versasse, vertisse, propositis ei, verbi gratia, nunc terribilibus Dei iudicijs, nunc misericordia, nunc promissorum fidelitate: item quibus de cauſis calamitates ille permittere, aut etiam immittere soleret; quæ ipse vnquam in omni vita peccauisset, seu in Deum, seu in proximum; quo modo pro peccatis vtique latisfecisset, vitam in præsentia qua ratione institueret: seipso nunc quam retro temporibus præteritis melior esset, an deteriorquas peccatorum morbis medicinas parasset: vtrum peccandi occasiones præcidisset: contenderétne virtutum contrarijs actibus contrarios vitiorum habitus euellere; an crebrò meminisset æternitatis præmiorum, & supplicioru brcuitatis vitæ, reddendæ Deo rationis tum priuatim in morte, tùm publicè in vniuersali iudicio, auxilia gratiæ cum reliquis beneficijs, & opportunitate bene viuendi, ac de Deo merendi, quanti faceret, vtque illis respondereti quem se in regio munere, ad quod Deus ipsum extulisset, ex infima fortuna gereret: postremò, multa alia id genus perpendebat, & excutiebat.

Cogitaui dies antiquos.] Hieronymus, *recogitabam*. Alij, *supputaui dies a principio*, vel *reputaui, recogitaui, recensui, reduxi in animum*. Valet hæc omnia חִשַּׁבְתִּי *chasciauthi*. Paraphrastes transtulit מְנִיתִי *meneth*, *numerauí numerauí anni bones a principio*: videlicet, aut quos ipse aliquando vixisset, aut sui ante ipsum maiores. Sunt יְמִים מִקֶּדֶם *iamim mikkedem*, dies præcedentes longa duratione. In psalterio Illyrico vocantur *anni primi*. Huic affinis in psalmo 142. [a] sententia; *Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis, & in factis manuum tuarum meditabar*. Vocantur ibi etiam, sicut hic ἡμέραι ἀρχαῖαι, & יְמִים מִקֶּדֶם *iamim mikkedem*. Item in Deuteronomio[b], *Memento dierum antiquorum, cogita generationes singulas*. Ex adiunctis decernendum est, quo pacto accipias *dies antiquos*. Nam in Prouerbijs[c]; *Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis, antiqua*, vt synonyma æternitati vetæ, accipi suadet, quoniam subditur, *antequam terra fieret*. Præteritarum recordatio rerum, historiæque cognitio in omnem partem perutilis est; vt alibi docui. Saluti certè populo Hebræo fuit, quòd Assuerus noctem ducens insomnem, iusserit *historias*, & *annales priorum temporum* legi sibi[d]. *Sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens, & in prophetis vacabit, narrationem virorum nominatorum conseruabit*[e], id est, commentarium, διήγημα scripturarum diuinarum, aut simplicem quoque earumdem narrationem, quæ est de viris celebrioribus. Descriptas Sanctorum illustres vitas Bernardus[f] operæpretium semper fuisse scribit, vt sint in speculum, & exẽplum, ac quoddam veluti condimentum vitæ hominum super terram, & hoc pacto viuant illi quodammodo apud nos, multósque ex iis qui viuentes mortui sunt, ad veram prouocent & reuocent vitam.

Secundùm tropologiam, longè vtilissima cogitatio, meditatióque dierum antiquorum, à quibus denominatur apud Danielem[g], *Antiquus dierum*; & iidem sunt cum *annis æternis*, & annis Dei, *qui non deficiunt*[h]; cùm ne minimam quidem temporis huiusce particulam consistentẽ habeamus, vt ratiocinatur Augustinus; & gemant mihi affligantúrque ex patriæ desiderio æternæ, cùm

Meditatio Christi Domini & eius mens qualis esse debeat.

Sanctorum virtutum vita in speculum & exemplum esse debent.

Tropologia.

[a] Ephes. 4. 26.
[b] Serm. 19. in Cant.
Triplex ira formis testimoniis ostenditur Mor. l. 4. vel 5. & c. 5. 22. 23.
[c] Iob 4. 2. & c. 32. 18.
[g] c. 6. 12.
[h] 1. Esdr. 9. 6. 1. Dan. 3. 33.
[k] Esa. 24. 16.
[l] c. 36. 21.
[m] Psal. 38. 3.
[n] Psal. 37. 15.
[o] Prou. 29. 11. & ibid.
[q] 1. Off. c. 3. 4. 5. & 21.
[r] c. 21.
[s] Serm. de S. Ioan. in Canon.
[t] Psal. 68. 3.
[u] Psal. 118. 123.
[a] vers. 5.
[b] c. 32.
[c] c. 8. 23.
[d] Esth. 6. 1. 2.
[e] Eccl. 39. 1. 2.
[f] In vita Malachiæ.
[g] c. 7. 9. 13. 22.
[h] Psal. 101. 28.

corum *prolongatur incolatus* [a]. Vocatu gloria beatorum quandoque *dies vna* [b], propter vnitatem obiecti; nonnumquam plures [c], ob abundantiam gaudiorum. Item interdum dicitur annus vnus, nempe *requietionis* [d]; aliquando *anni Dei non deficient*. Attribuit Augustinus anno illi quatuor tempestates, hyemem impassibilitatis, quia in illa confirmantur & robortantur corpora; agilitatis ver, quia eo tempore nascentia sursum erigûtur corpora; æstatem claritatis, quia sol tunc magis & diutius resplendet; autumni subtilitatem, eo quòd terræ fructus a fœcibus purgati congreganturque tunc in vinum. Alio modo *dies antiqui*, vt obtenerat Hugo, denotant Adæ statum ante peccatum, *annos æterni*, statum futuræ gloriæ: vel illi *dies*, tempus, quo peccantes *miseremur nobis*, & *consumpti sumus cum mortuis*, & *deputati cum descendentibus in infernum* [f]: isti *anni* æternitatem præsentium: vel *dies*, breue & parium tum ærumnarum præteritarum in hac vita, tum voluptatum: *anni*, præmiorum & supplitiorum sempiternitatem. *Elegit* profectò *abiectus esse in domo Dei*, qui cogitat *melius esse in atrio Domini super millia* [b], nec terretur *momentaneo leuique tribulationis*, *non contemplans quæ videntur temporalia, sed quæ non videntur æterna* [b]. Audi denique Ianum Salomonis consilium [i]: *Si multis annis vixerit homo, & in his omnibus lætatus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis, & dierum multorum, qui cum venerint, omnia vanis arguentur præterita.* Consule loci illius commentarium nostrum. Typus vmbraque sunt *dies* & *anni*, temporis huius futuri, atque illud præfigurant, vt videtur Hieronymus [k] præsentem locum interpretari.

Et annos æternos in mente habui.] Augustinus, *& annorum æternorum memor fui*. Hieronymus, adiunctione, *annos sæculorum*, pro illo antiquos hos accipiens annos synonyme, & sententiam inchoans ab alio verbo. *Annos sæculorum*, שנות עולמים *sacuth holamim*, ad literam significare possunt priscos, seu priscos, qui antea vocabantur *dies antiqui*. Sic intellexit etiam Apollinarius:

ἐμεριμνησα δὲ καὶ παλαιότατον σχεδὸν ἦμαρ·
καὶ μνησθεὶς ἔτεων σεσηρὰς ἀνέρι ἐοικότας.
Cogitaui vitæ antiquissimum mensibus diem:
Et recordatus annorum priores cecini generationes.

De his generationibus est citatus prius ex Deuteronomio locus [l], eique similis in Iob [m], vbi *generatio prisca* nominatur, & *patrum memoria*. Quid aliud valent *æterni anni*, dictum iam satis etiam confusis hic, & alias. Quo pacto elici æternitas possit de rebus, & durationibus creatis lege S. Thomam [n].

Et meditatus sum nocte cum corde meo.] Alio modo ista connectuntur, *in mente habui, & meditatus sum*; ita vt distinctio constituatur post *annos æternos*, & nouum membrum incipiat, vel etiam versus inde, *nocte cum corde meo exercitabar*: demptis communis vocabulo verbum, *exercitabar*. Ita quoque citat alicubi Hieronymus [o], *vt nocte cum corde meo exercebar*. Quod habemus, *in mente habui*, Græcè est, ἐμεριμνησα *recordatus sum*; quo etiam pacto redditur in Illyrico psalterio, idque proponit Hebraicum הגיתי *exercebar*. Hieronymus, *meditabar psalmorum meorum*: reliciens (*noctem*) in aliud membrum. Alij, *recordabar cantici mei, in memoriam reuocabam modulationes meas*: cùm nempe, præ gaudio ob res prosperas cantabam, aut alios quoque consolari solebam, aut cum licebat mihi aliquando & *cantare*, ac pulsare in laudem Dei, & alios audire cantantes, pulsantesque. Verbum *recordabar* respondet vocabulis prioribus, *in mente habui*. Quod autem in editione nostra est (*& meditatus sum*,) & habetur Græcè, καὶ ἐμελέτησα, extat Hebraice absque coniunctione בגיתי *negnithi*, vel *nêghi-othi* siquidem vtrumque punctum notatur index singularis & pluralis numeri nominis נגינה *neghinah* cum affixo primæ personæ in numero vnius, & significat, vt alias vidimus, *carmen*, seu *canticum*, *psalmum*, *modulationem*, *pulsationem instrumenti musici*, *instrumentum musicum*: quam solet Chaldæus reddere תושבחא *thushbach*, *laudem*, aut *laudationem*, quæ nimirum fit vel ore, vel simul pulsu musici instrumenti. Videntur Lxx. legisse verbum נגיתי *nagnithi*.

De Græco autem μελετᾶν, & Latino meditari, in hoc ipso sensu alibi egimus. Coniungendo has omnes voces, quæ hic positæ sunt, non ita bene meditari, & μελετᾶν cum corde vsurparentur, vt pulsum instrumenti musici significant, sicut & נגן *nagan*, vt propterea distinxerint aliter alij, quemadmodum dixi. Nisi *canere & psallere cum corde suo* intelligatur, qui sibi soli, vt dicunt, canit, ac pulsat. Meditationis istius cum corde factæ canendo, vel pulsando, materia erant *dies antiqui*, & *anni æterni*, de quibus antè dictum est: aut etiam prioris vitæ, quos rex alius *recogitabat in amaritudine animæ suæ* [a]. Ad hoc hortatur apud Esaiam [b] Deus: *Redire prænaricatores ad cor, recordamini priora facta.* Notat autem Hugo, *meditari cum corde* plus esse [c], quàm *in corde*; scilicet, cùm quis discernit & aduertit quæ cogitat, non vaecors, ac *non habens cor* [c]; nec excors, qui *non permanet in sapientia* [d]. Non est hoc discrimen perpetuum, immo persæpe *ducere aliquid in corde*, seu loqui, abscondere in illo, aut operari, aspicere, tentare, confiteri, exquirere, diligere, custodire, clamare, & similia, innuunt maximam quandam attentionem. Porrò *meditari cum corde*, Paraphrastes explanat, cum cogitationibus cordis loqui. Psalterium Illyricum, discere. Potest etiam significare meditari cum affectu; cor enim pro intellectu & voluntate sumitur. *Beatus* [e] *vir, qui in sapientia morabitur, & qui in iustitia sua meditabitur, & in sensu cogitabit circumspectionem Dei; qui cogitat vias iustitiæ in corde suo, & in absconsis suis intelligens, vadens post illam, quasi inuestigator & in viis illius consistens.* Comprobat hic locus psalmi nostri, cum aliis quos Ioannes Stephanus Durantus [f] profert, pium vsum vigiliarum.

Et exercitabar.] Absque coniunctione Hieronymus, ἐλεμέτων, nempe iungendo prioribus *in nocte cum corde meo loquebar*. Est idem verbum Hebræum futuri temporis ואשיחה *aseechah*, quod versu quarto, vbi est græcum ἐδοκίμασεν, Latinum, *exercitatus sum*: hic autem græcum ἐδοκίμων. Legit hoc loco Augustinus, *garriebam*, sicut ibi, *gemui*. In psalterio gallicano actiuè *exercitabam*: nisi menda sit: priori namque loco est, *exercitatus sum*. Omittit autem etiam particulam coniungentem psalterium Romanum, & Cassiodorus. In psalterio Illyrico, & *percutiebam me*. Hieronymus alibi [g]: *in nocte cum corde meo exercebar*. Repete quæ tunc

dixi

[a] Psal. 119. 6. Esai. 57. 18 vt. Ezech. 3. 2. 10.
[b] 1 Pet. 3. 8. 2 pet. 3. 8.
[c] Psal. 89. 4.
[d] Psal. 83. 11.
[e] Baruch 4. 21.
[f] 1 Cor. 4. 11. 18. 1 Eccl. 11. 8.
[g] Esa. c. 16.
[h] Psal. 72. 7. Iob c. 8. 8.
[i] Psal. 76. 6.
[k] Psal. 142. 5.
[l] Psal. 118. 52.
[m] Esa. 12. 15. Deut. 4. 6 b. 9.
[n] Ier. 5. 21. Osee 7. 11 pf. 59. 13.
[o] Eccl. 6. 22.
[p] Eccl. 14. 22. 23.
[q] Psal. vsus vigiliarum comprobatus.
[r] 3. de virtut. Eccl. c. 4. n. 5.
[s] In c. 3. Soph.

dixi ex eodem Hieronymo [a], qui Græcum exponit, *arguebar*.

Et scopebam spiritum meum.] Eodem modo Hieronymus, licet apud Treuetum sit, *& scrutabar*: qua lectione vtitur etiam vetus psalterium, Augustinus; & est Symmachi, & V. editionis verbo, ἀνεζήτουν, aut ἀνεῤῥώνυν. Primæ personæ verbum ἔσκαλλον habent biblia emendata; quod alia efferunt in tertia ἔσκαλλε, aut, quod est Aquilæ, teste Theodoreto, ἐσκάλλετο; aut quod Theodotioni idem tribuit, ἐξεζήτουν. quamuis in scholio asscribatur Aquilæ σκαλεύσῃ in futuro; Theodotioni, ἔσκαλλον. Apud Basilium, Theodoretum, Euthymium, Nicephorum lego in tertia persona, & vltimus exponit, ἀνιχνεύετο, & ἀνερεύνα, *fodiebat, & scrutabatur*. Apollinarius, ἀνιχνευσε, *inuestigabat*. In psalterio Romano, & Gallicano, ac apud Cassiodorum, *ventilabam*, quamuis Faber tribuit Gallicano, *scobebam*: & ita etiam recitet ex versione Hieronymi. Hieronymus [b] legit Græcum verbum in tertia persona ἔσκαλλον, vertitque *rimabatur*, & ait, σκαλισμὸν proprie in agricultura dici, in sarriendo, hoc est, sarculando, vt quo modo ibi quæruntur herbæ sarculo, quæ secentur; sic auctor noster retractatum cogitationum suarum μετανοητικὸν a sarculo demonstret. Hebraicum verbum חפשתי *chipaspes*, est tertiæ personæ, potestque constructio esse, reddendo pro futuro præteritum imperfectum (*scrutabatur*, aut *inuestigabat*, aut *exercitabat spiritus meus*, nempe seipsum, vel ea quæ hic subiicimtur. Item posset referri ad Deum, de quo dicat Propheta, quòd ipsum expergefecerit, ac omnes mœstitiæ eius partes excuterit, atque in cognitionem propriæ conscientiæ, & peccatorum venire compulerit. Verisimile est legisse LXX. בקשתי *acquiro* in prima persona, in qua etiam sunt præcedentium sententiarum verba. Redditur [c] alibi *scrutari*; scrutationem verò huiusmodi denotat, quæ fit nudando, detegendo, discooperiendo. Hoc loco ita etiam exposuit Apollinaris:

καὶ μοὶ ἀνιχνεύοντος νόος διξήμερος αἰεί.
Et mea inquirebat mens perscrutans semper.

De Græco σκάλλειν, cui synonymum est σκαλεύειν, retuli quid Hieronymus tradat. In genere significat *fodere*, ac non de agri solum fossione, atque fissione dicitur, seu runcatione, versione, sarritione; aut de planta, cùm circumfoditur, & cinerumerca scalpitur, sed etiam de gallina, aliove animali, quando vngulis scalpunt, si ispant, vertunt ædium purgamenta, vel fimenta, escam quærendo. Vsurpatur præterea τὰ ὄπτα σκαλεύειν, *aures scalpere*, & ἀνθρακιὰς, *carbones*, cùm per cineres sulcus ducitur ad carbones cinetibus tectos suscitãdos. Ducimur versare animum, animo voluere, seu volutare, & agitare, quod fit cum quadam animi ipsius vexatione, vt proinde legant Græce aliqui, vt meminit Titelmanus, & Genebrardus ἐσκύλλον, *vexabam, fatigabam, molestia afficiebam*. Paraphrastes reddit, *& inquirens vis mirandæ scientiæ spiritus mei*. Quod attinet ad verbum Latinum *scopebam*, nullus, quod equidem sciam, alius eo vsus est. Nec, *scopabam* quis cum Titelmano esse debere suspicetur, a scopa, seu scopis; nec *scobebam*, vt idem dicit, & legit Bruno Carthusianus (cuius quoque vsum nullibi reperio) à scobe, quod est resectum quid minutatim per ferram, terebram, limam. Nec *scrobebam*, id est, cauabam, vt Haimo tamen notat, sunt: & de *scopandi* verbo, quemadmodum & Remigius; qui legit etiam præter hæc duo, *scobebam*. Beda, *scouebam, scrobebam, scopebam*. Nam nil tale verbum Hebræum, aut Græcum importat, de quibus dixi. Malim *scopebam* esse, à scopo, scopis, scopere, vel scopeo, scopès, scopere, quod ipsum à Græco σκοπὸς mutuò sit sumptum, significatque *considerare*, & *inuestigare*; qui deriuandi modus exemplis aliis non caret: vel à σκοπὸς, quem etiam Latini *scopum* nominant; ita vt, quod Genebrardus (qui deriuat item *scopebam* a scopis, & Agellius, notant, sit ad scopum, metam, finem dirigere & conferre omnes animi cogitationes, idque se Dauid affirmet fecisse, vt erueret eius rei causam, quam quærebat, & sequentibus versibus continetur. De scopo isto Cassianus [a], quam vocat puritatem cordis, & caritatem. Hugo docet ex trita aliorum sententia, *scopere* propriè esse carnem de exanimalibus animalium separare, & abradere. Non reperi qui id tradat. Neque video, vt is qui nomine circumfertur Hieronymi, probet idem esse quod fodiebam quasi aguum. Ea est non Latini sed Græci verbi σκάλλειν, de quo priùs actum est, notio. Apud Athanasium [b] citatur ἠχθόμην, quod est *mœrebat, aegre ferebat, indignabatur, afficiebatur, vexabatur, turbabatur*. In psalterio Illyrico, *& cruciabatur*, aut *genuflectebat spiritus meus*.

Locum istum totum ad examinationem conscientiæ aliqui transferunt, præsertim Titelmanus, & quidem iuxta varias illas lectiones *scopandi, scobendi, scrobendi, scopendi*: præterea *scrutandi, & ventilandi*, licèt contendat legendum *scobebam*, vel *scopabam*. Sic *scobere spiritum* erit veluti limare, & diligenter ab omni macula expurgare, atque vt niteat efficere; quemadmodum facere solent, inquit, qui limando scobem faciunt decidere: quod etiam *ventilanus* verbo indicatur; vt scilicet nihil puluerulentum, nihilque alienum remaneat: similiter *scopare spiritum*, erit tanquam scopa emũdare, & purgare à sordibus, omnique immunditia. Hugo de venialibus tantùm peccatis exponit, quia non scopatur, inquit, lutum de cloacis, vel fossis, sed tenuis pulvis de pauimento. Esaiam citat, *Scopabo in scopa terens*, id est, priùs minuam glebas per contritionem, & postea scopabo per confessionem. Ponit etiam proprietates scopæ, versu comprehensas, & ad confessionem applicatas. Versus est:

De virgis, pannis, loca plana, nota vice verrit:
Dum purgat fœdat, pedit pulices, & arachnem.
Scopa tenatur aqua, sonat, & ferit, & lauat aras.

Addè præterea, scopis ipsis, alióque verberis genere, denique eam, quam vocant disciplinam deprehensa in se peccata castigare. Scoparum hunc vsum præter alios pœnitentiarũ modos, de quibus Burcardus meminit in collectione decretorum pœnitẽtiæ [d], prodit sæpenumero Petrus Damiani, & ex eodem, aliisque Gretserus noster in opere de disciplinis: & ad id supplicij genus alludit in Esaia [e], *Scopabo Babylonem in scopa terens*, vt obseruauit Rhodiginus [f]. Obicit Petrus Damiani [g], vt quid percutio carnem? Respondeo, inquit, vt quid percutio spiritum? Tunc citat hunc locum, & ait carnem siquidem, & spiritum scopo, qui me deliquisse per carnem, & spiritum recognosco istum, correptionum illã, cum cæteris afflictionibus, etiam percussione virgetum, vt quia me læta caro traxit ad culpam, afflicta reducat ad veniam. Præterea, scrutatur

[a] Epist. 135.
[b] supra.
[c] psal 61.7. Abdiæ versic. 1 Reg. 20.6. cap. 23. 25 Sophon. 1.12.
[a] Coll. 1. ca. 7. Coll. 9. cap. 6. Instit. c. 11.
[b] ad Serapionem, Spiritum sanctum non esse creatũ.
[d] dist. 19.
[e] c. 14. 23.
[f] lib. 10. c. 6. & lib. 20. cap. 17.

Σκαλισμὸς.
Σκάλλειν.
Τὰ ὄπτα σκαλεύειν Aquilæ σκαλεύειν.
Scopa propriè.

fodrique conscientiam, inquit Titelmanus, qui penetrat intima, & abscõdita latibula cogitationum, & affectionum suarum, vt perquirat, & despiciat ii forte fœtidum aliquid lateat. Postremò ait si quis vlurpet verbum *exossare*, quod est *vexare*, spiritum suum vexare qui illum emundare curat, sicut ferrum vexat is quodammodo, qui vt nitidum faciat, scobem abradit.

Σκόπει 41.

Scopete *quid sit*

Scopendi verbum prout a me declaratum est de accurata perquisitione, indicat diligẽtẽ discussionẽ conscientiæ circa peccata singula, quæ si sint mortalia, requiritur ad integritatẽ confessionis, & confert plurimũ ad magis excitandã contritionẽ, quam de singulis habere multò melius, quam in genere duntaxat de omnibus. Hoc est *recogitare* Deo, (scopendo, id est dirigendo ac tendendo in illum, tamquam in scopum) *omnes annos nostros in amaritudine animæ nostræ* [a], & *agere pœnitentiam super peccatum nostrum, id est, quod fecimus* [b]: & vt hoc loco ait Augustinus, nos ipsos interrogare, nos ipsos examinare, in nos iudices esse. Huc aduocari potest parabola euerrentis domum (alias, minùs recte, *everrentis*: est enim *sæpe everrere*) ad reperiendã drachmam [c]. Item, quod præcipit Ierem. [d] *vt statuas tibi speculam, ponas tibi amaritudines, dirigas tibi cor tuum in viam rectam*: præterea, vt naso, qui sit *turris Libani respiciens Damascum* [e], similis, aut vitalibus tutulis, odoreris, & pernestiges quæcũque animæ nocent, ac certa tibi capita proponas examinandarũ rerum. Ad hæc, ne tamquam piger agricola, & lentus vineã repleri sinas *urticis spinisq.* [f]; aut *zizaniis* [g]. Deinde, vt paxillo fossum circumcirca effodiens, terra est illa sordes obtusas [h], id est, vt explanat Gregorius [i], incessanter terrã mẽtis tuæ pœnitentiæ dolore cõfodias, & hoc quod à te fœtidum erumpit, abscõdas, subtili redarguitione discutiens mentis superfluitatẽ, & ante Dei oculos per compunctionis stimulũ cedãs; & equũ imitãs, qui *terram ungula fodit, & se exultat audacter* [k]. Id etiã est, cũ Ezech. [l] crebris *parietem* ictibus perfricationum *effodere*, & iuxta Esaiæ in nonnullis, *regredi petram*, abscondique sollã humo *a facie timoris Domini*, vt idẽ Gregorius supra notat. Hæc enim, vt Philo Carpathius [m], circumeuntes ciuitatem per vicos, & plateas cogitationum, affectionũ, dictorum, factorũ, quærere *quem diligit anima tua* [n]. Extat hac de re non nostrorũ dũtaxat monita, Hieron. [o] Ephrẽm [p], Basilij [q], Bernardi [r], Smaragdi [s], Chrysostomi [t], Dorothei [u], Ausonij [x], sed exteriorum quoque, Pythagoræ [y], Virgilij [z], Senecæ [a]. *Scopabuntur* protectò, *& in scopa cernetur a Deo*, qui segnis in seipso scopendo, vel scopando fuerit, & nascente illo peribit qui non *appetit mortis assiduam* [b]; *circa fidem naufragabit* qui *bonam conscientiam sicut Hymenæus, & Alexander, repulerit* [c].

a Esa. 38. 15.
b Ierem. 8. 6.

Σαρῶσαι. c Luc. 15. 8.

d 6. 31. 21.

e Cant. 7. 4.

Hoc idẽ argumentũ de conscientia examinãda tractatũ est pœn. 4. & huc nõnulla ex Delrio nostro mutuati famur [f]. Porrò Cyrillus Alexandr. & eo quòd hic nominat *spiritum* tuũ Propheta, obtestatur, orationis schemate de vna persona duplicis quãdoq; personæ rationẽ nobis offerri. Iccquis quæso erat, ait Cyrillus, qui cũ suo corde exercebatur, propriumque spiritum scopebat? Hunc tradit ille sanctus, quamuis quandoque cõtingit de diuina scripturam loqui persona, nosque ipsos perinde atque de diuinis, multoque sæpius de Christo, in quo cum natura duplici vnica persona est. Athanasius [g] hinc, & ex similibus locis, in quibus spiritus de hominis spiritu dicitur, admonet cauendum ab eorum errore, qui asserebant Spiritum sanctum esse creaturam.

f Prou. 24. 30. & Matth. 13. 25.
g Deut. 29. 23. Ierem. 49. vel 32.

h Iob 39. 21.
i Ezech. 6.
m 6. 11.

n in Cant.

o Cant. 3. 4. contra Iouin. quo ostendit de vera & germana fide non esse recedendum. & Epist. 30. ad Marcellam. & Epist. 49. ad Pammachium de optimo genere interpretandi. & Epist. 103. ad Principiam. & Epist. 7. & 11. & Epist. 150. ad Eustochium. & Epist. 151. ad Marcellam. & Epist. 152. ad Eustochium. & Epist. 153. ad Marcellam. & Epist. 154. ad Eustochium. & Epist. 155. ad Marcellam. & Epist. 156. ad Eustochium. & Epist. 157. ad Marcellam. & Epist. 158. ad Eustochium. & Epist. 159. ad Marcellam. & Epist. 160. ad Eustochium. & Epist. 161. ad Marcellam. & Epist. 162. ad Eustochium. & Epist. 163. ad Marcellam. & Epist. 164. ad Eustochium. & Epist. 165. ad Marcellam. & Epist. 166. ad Eustochium. & Epist. 167. ad Marcellam. & Epist. 168. ad Eustochium. & Epist. 169. ad Marcellam. & Epist. 170. ad Eustochium. & Epist. 171. ad Marcellam. & Epist. 172. ad Eustochium. & Epist. 173. ad Marcellam. & Epist. 174. ad Eustochium. & Epist. 175. ad Marcellam. & Epist. 176. ad Eustochium. & Epist. 177. ad Marcellam. & Epist. 178. ad Eustochium. & Epist. 179. ad Marcellam. & Epist. 180. ad Eustochium. & Epist. 181. ad Marcellam. & Epist. 182. ad Eustochium. & Epist. 183. ad Marcellam. & Epist. 184. ad Eustochium. & Epist. 185. ad Marcellam. & Epist. 186. ad Eustochium. & Epist. 187. ad Marcellam. & Epist. 188. ad Eustochium. & Epist. 189. ad Marcellam. & Epist. 190. ad Eustochium. & Epist. 191. ad Marcellam. & Epist. 192. ad Eustochium. & Epist. 193. ad Marcellam. & Epist. 194. ad Eustochium. & Epist. 195. ad Marcellam. & Epist. 196. ad Eustochium. & Epist. 197. ad Marcellam. & Epist. 198. ad Eustochium. & Epist. 199. ad Marcellam. & Epist. 200. ad Eustochium.

p Ephr. in Meditat. & in Dialogo de mandato charitatis.

q Basil. Epist. 1. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 2. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 3. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 4. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 5. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 6. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 7. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 8. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 9. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 10. ad Gregor. Nazianz.

r Bernard. Epist. 1. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 2. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 3. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 4. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 5. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 6. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 7. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 8. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 9. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 10. ad Gregor. Nazianz.

s Smaragd. Epist. 1. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 2. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 3. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 4. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 5. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 6. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 7. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 8. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 9. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 10. ad Gregor. Nazianz.

t Chrysost. Epist. 1. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 2. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 3. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 4. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 5. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 6. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 7. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 8. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 9. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 10. ad Gregor. Nazianz.

u Dorothei Epist. 1. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 2. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 3. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 4. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 5. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 6. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 7. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 8. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 9. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 10. ad Gregor. Nazianz.

x Auson. Epist. 1. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 2. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 3. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 4. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 5. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 6. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 7. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 8. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 9. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 10. ad Gregor. Nazianz.

y Pythag. Epist. 1. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 2. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 3. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 4. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 5. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 6. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 7. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 8. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 9. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 10. ad Gregor. Nazianz.

z Virgil. Epist. 1. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 2. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 3. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 4. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 5. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 6. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 7. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 8. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 9. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 10. ad Gregor. Nazianz.

a Senec. Epist. 1. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 2. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 3. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 4. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 5. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 6. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 7. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 8. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 9. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 10. ad Gregor. Nazianz.

b Basil. Epist. 1. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 2. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 3. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 4. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 5. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 6. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 7. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 8. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 9. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 10. ad Gregor. Nazianz.

c Basil. Epist. 1. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 2. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 3. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 4. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 5. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 6. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 7. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 8. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 9. ad Gregor. Nazianz. & Epist. 10. ad Gregor. Nazianz.

Vers. 8.] Numquid in æternum proiiciet Deus: aut non apponet vt complacitior sit adhuc?

Vers. 9.] Aut in finem misericordiam suam abscindet, a generatione in generationẽ?

Vers. 10.] Aut obliuiscetur misereri Deus? aut continebit in ira sua misericordias suas?

Euũ esse reuerendum qui esse dicunt Spiritum S. esse creaturã.

Sensus lect.

HÆc sunt quæ maximè agitabat ac reuoluebat mente, & quibus perferuntandis animũ suum diuexabat, & quò cogitationes cunctas referebat, & quæ secum ipse ratiocinans loquebatur? Fierine potest, vt sua nos cura Deus, & fauore destituat in perpetuum, nostrique prouidẽtiam abiiciat? ergò se in posterum benignionẽ nobis non exhibebit? solitam illam misericordiam suam subtrahet ne à nobis per omnes generationes, non contentus iam diu castigasse nos, & maiores nostros quis credat oblitionem tradere Deũ, id quod ei maximè proprium est, misereri semper, & parcere? an tanta Deus ira excandescet, vt præ magnitudine illius cohibeat, & reprimat fontes perennes, largissimosque misericordiarum, ne effluant, ac dimanent in nos, & earum effecta sentiamus? Multiplex percontatio illa index animi fluctuãtis est, tolliri, mœsti ex vna parte, ex alia verò etiam parte seipsum excitantis, erigẽtis, vt gentis ad sperandum, nec vlla ratione de Dei bonitate atque beneficentia diffidendum, vt potius credat, quod ait Didymus & Euthymius, lucis oblitum solem, ignem caloris, & fontẽ, ac fluuium, vt fluant, aquasque mittant, quod Augustinus inquit, quam Deum, vt misereatur, & parcat, licet breui tempore, propter interposita peccata, contineri ab ira misericordia videatur. Augustinus, & alij Latini, nec non Græci, volunt, sub interrogationibus contineri asseuerationem omnino firmam & certam; quòd non in æternum repellet Deus hominẽ, nec negabit misericordiam suam, & gratiam; videlicet quamdiu tempus miserendi est, & acceptabile, dieique salutis, & gratiæ.

Allegorica accommodatio.

Accommodant verò de Latinis non pauci allegoricè hæc omnia ad pias, & lugubres querelas, atque ad vota & suspiria pro remedio generis humani, & adventu Filij Dei, propter illud præterea, vt si à generatione Iudæorum abscindere misericordiam decreuerit, ab aliis generationibus Gentium non abscindat.

Numquid in æternum proiiciet Deus?] Hieronymus, *ergòne in æternum proiiciet Dominus?* Alij, *numquid in fœda, seu in perpetuum repellet*, vel, *abominabitur*, vel, *elongabit se*, vel, *repudiabit*, vel, *deseret*, vel, *derelinquet*, vel, *obliuiscetur*, vel, *asperuabitur Dominus.* Augustinus, *non in æternum repellet Deus.* Etsi verò particula Græca μὴ possit absolute sumi, vt sumpsisse Augustinus videtur, tamen seruatis Hebræa litera (ה) *he* denotat interrogationem הֲלְעֹלָמִים יִזְנַח אֲדֹנָי *hahlehholamim iznach Adonai*, quod ad verbum recte conuertêrunt LXX. μὴ εἰς τὸν αἰῶνα ἀπώσεται κύριος; Hugo etiam notat, *numquid*, sæpius denotare negationem; e contrario, *nonne*, affirmationem. Chaldæus, *numquid possibile est, vt in æternum auferent*

Peculiarem nõnquid, nonne, emolumẽtum.

Dominus,

Dominus, vel *expellat*? Parum autem refert *Dominus*, an *Deus* dicatur, & יגה *iznah* variam illam habet quam dixi notionem: ἀποωσεται propriè significat *expellat*, quod quia fit etiam spiritualiter cùm quis alium expellit à memoria sua, idcirco potest reddi per *obliuiscendi* verbum, sicut Apollinarius fecit:

ἢ μὴ τοῦ ἀνθρωπίνου γένους ἐπιλήσεται ἐκεῖνος;

Numquid sanè humani generis obliuiscetur Pastor?

Vbi nominando *humanum genus* innuit sensum allegoricum de redimendo illo. Porrò ante verba ista supplent aliqui per mimesim לאמור *lemor*, *dicendo*, vt connectant cum præcedentibus. Psalterium Romanum expressit, *& dixi*. Illyricum, *dixi*. Hieronymus alicubi [a]: *& dicebam, numquid in sempiternum abiiciet Deus?* Puto apud Thomá [b] citari mendosè, *numquid in æternum miserebitur Deus?* Citat Augustinus ad idem propositum Esaiam [c], sumens, vt dixi, præsentem psalmi locum, absque interrogatione. *Non in æternum vindex vobis ero, neque per omne tempus irascar vobis: spiritus enim a me procedet, & omnem flatum ego feci. Propter peccatum paululum quid contristaui eum, & percussi eum, & auersus faciem meam ab illo, & abiit tristis, & ambulauit viam suam.* Paulo aliter sunt hæc in editione nostra. Adiice ex Ieremia [d]: *Numquid proiiciens abiecisti Iudam, aut Sion abominata est anima tua?* Et quod interrogando negare se indicat, alibi [e] negat expressè, *Non repellet in sempiternum Dominus, quia & si abiecit, & miserebitur secundùm multitudinem misericordiarum suarum.* Rursum in alio psalmo [f]. *Non in perpetuum irascetur, nec in æternum comminabitur.* Denique, *Ecce hoc*, ait Iob [g], *de hac re disserens, vt inuestigauimus, ita est: quod audisti, mente pertracta.* Id mente pertractasse diligenter Dauidem vidimus antea. Thomas [h], quē prius citaui, legens, *numquid in æternum miserebitur Deus?* explicat de vasis misericordiæ, illisque, qui se indignos misericordia non fecerunt; quia in hac vita, quæ quædam ira Dei est propter vitæ miserias, vasa misericordiæ meritat in melius, quæ vocatur hoc in loco, *mutatio dextera excelsi.* Aut præterea, intelligi quæ hic dicuntur, de misericordia aliquid relaxante, non de misericordia totaliter liberante, si extendantur etiam ad damnatos: idcirco non dici infra, *continebit ab ira, sed in ira misericordias suas*, quia non totaliter pœna tolletur, sed ipsa pœna durante, misericordia operabitur, eam mitigando. Origenis [i] error fuit, quem hinc etiam videtur confirmare, pœnas damnatorum per misericordiam Dei aliquando finiendas. Nimiæ præsumptionis hoc affirmat Augustinus [k] esse: respondet autem, locum istum ad vasa misericordiæ pertinere, & ad ipsos filios promissionis, quorum erat vnus etiam ipse Propheta. Dicit etiam iram esse vitam istam mortalem, vbi *homo vanitati similis factus est*, & *dies eius velut vmbra pertranseunt* [l]; in qua tamen ira non obliuiscetur misereri Deus, faciendo *Solem suum oriri super bonos & malos, & pluendo super iustos & iniustos* [m]. Denique, docet protendi sententiam vsque ad tormenta damnatorum æterna, vt Dei ira faciat eos non tanta quanta digni sunt illorum atrocitate cruciari, & mitiores quàm merita sint eorum, leuioréque pœnas patiantur, vt sic ira Dei maneat, & in ipsa ira sua miserationes suas non contineat. Ex Augustinò sumpta Thomæ, quam attuli, videtur doctrina, de qua non semel alias egimus, in hoc etiam opere. Sed cùm Augustinus [n] videtur concedere in æternis pœnis per certa temporum interualla aliquam mitigationem, vt sic ira Dei maneat semper, non tamen contineat miserationes suas, videlicet leuamen adhibendo, vel interponendo cruciatibus: hoc, inquam, quod tamquam concedens, scribit, reipsa verum non est, quod monuisse me alibi recordor.

Aut non opponet vt cōplacitior sit adhuc?] Hieronymus, *& non propitiabitur*, vel apud Treuetum, *repropitiabitur vltra?* Alij, *nec adiici vt bene velit adhuc*, seu *vltra vt benignus se exhibeat, benenolus sit, placidus, placatior*: vel, *non adiiciet ad volendum adhuc?* לרצות *lirtsoth*, τοῦ εὐδοκῆσαι, de quibus verbis dictum alibi. In psalterio Gallicano, *vt beneplacitum sit adhuc.* In Romano, & apud Cassiodorum *vt beneplacitum sit ei adhuc.* in vetere psalterio, & apud Augustinum, *& non apponet vltra, vt bene placeat ei adhuc*, & explicare videtur Augustinus, quòd Deus non repellet in æternum, nec apponet vltra ad repellendum, *vt complacitior sit adhuc*, id est, vt reuocet ad se seruos suos, recipiat fugitiuos redeuntes ad Dominum, exaudiat vocem compeditorum. Hieronymus in Sophoniam [a]: *aut non addet vt misereatur vltra?* Complacendi verbum & Hebræum, atque Græcum, quæ retuli, omnia ista important: & complacentiā Dei, vt *erudiat nos* [b].

Aut in finem misericordiam suam abscindet à generatione in generationē?] Hieronymus, *ergone complebit vsque in finem misericordiam suam, consummabitur verbum de generatione in generationem?* Alij primum membrum, vt est in Hebræo textu, sic vertunt, *numquid defecit in seculum misericordia eius?* aut, *cessat in æternum bonitas eius?* aut, *coegit penitus bonitatem suam*; aut, *num vsque ad finem abhorrebit a bonitate sua?* aut, *perit ne in perpetuum misericordia ipsius?* חסדו לנצח חמד *hesphes lanetsach chasdo.* Chaldaicè, *numquid possibile est, vt recesserit in æternum sua benignitas*, vel, *quod amouerit in æternum suam benignitatem*: Aliud textus Hebræi membrum, in quo sicut & secundum aliquot codices in textu Græco inseruntur alia duo vocabula גמר א אמר *gamar omer*, σωτελεσει ῥημα, *consummauit verbum.* Alij transtulerunt, *defecit verbum, consumptum est eloquium, finem habet oraculum, irritus fatlus est sermo*: quo scilicet pollicitus est Deus se mœstos consolaturum: aut, *respondit*, quod mihi quondam reddebat interrogatus à me in rebus meis aduersis. Vel si sit גמר א אמר *omer* cum tenere, & participium, *desiit*, aut *desinet loqueris*, hoc est, loqui, *generationi*, & *generationi*, id est, consolari verbis posteros, loqui illis ad cor, &c. Paraphrastes, *numquid est possibile*, &c. *atque completum fuerit verbum malum super omnem generationem*, & *generationem?* hoc est, vt sit illud decretum irreuocabile. Qui sensus priori contrarius est, quatenus ille de promisso, hic de minis agit. Eodem tamen vterque collimat, & pertinet ad commendandam diuinam misericordiam. In Gallicano psalterio interitur etiam illud, quod dixi, *& complebit verbum*, &c. nec non in translatione Arabica: in Illyrica, *conficiēne eum*, id est, hominem, consummabitne, an eum delebit, &c. Credo in quibusdam exemplaribus psalterij Gallicani, seu Ambrosiani, legi mendosè, *absondet.* Hieronymus [c] scribit, illa Græca, quæ retulimus, rectè non haberi in Latino, quia & in nullo habentur interpretum. Atqui de Symmacho Theodoretus, siue Basilius, testantur vertisse, συντελεσει ῥημα εἰς γενεὰς γενεῶν,

a in Soph. c. 3.
b 4. d. 46. q. 2. a. 3. q. 2. ad 4.
c c. 57. 16 17. Lege etiam c. 28. 28.
d c. 14. 19.
e Thren. 3. 31. 32.
f ps. 102. 9.
g c. 9. 27.
h 4. d. 46. q. 2. a. 3. q. 2. ad 4.
i Tract. 10. in Matth. Origenis error de pœnis damnatorum.
k Aug. de Ciu. l. 21. c. 17. Lege etiam c. 18. & Enchirid. c. 112.
l ps. 143. 4.
m Matth. 5. 45.
n Enchirid. c. 112. Augustini sententia.
a in c. 3.
b ps. 59. 14.
c Epist. 135.

consummatum eloquium, seu *sacrorum de generatione quæ est*. quod explicant, vt velit Dauid dicere, se timuisse, quoniam Deus prænidens a principio, quæ singulis sæculis euentura erant, suos fines secundum vnamquamque ætatem imposuit. Lectionem eamdem secuti Euthymius, ac Nicephorus, declarant dubitari an complectum sit verbū promissionis, *quod mandauit*. Deus *in mille generationes* [a], ita vt vltrius ei locus non sit. Qui prætermiserunt illas dictiones, vt est factum in Sixtinis Græcis Bibliis, & ab Apollinario, & in Æthiopico psalterio, legerunt fortassis Hebraice פאפס *beephes*, tamquam nomen significans *finem*, & quia eum litera etiam alia fertur: נצח *netsach* idem valet, quasi diceret, num finis erit finis, aut in finem hoc est, tandem; & post רחמיו *rachamaiu*, *misericordiæ suæ*, ac si esset, num finis tandem erit misericordiæ eius, ponitur גמר *gamar*, quod significat *conficere*, *perficere*, *consummare*, & similia: מר *omer*, *verbum*, aut *promissum*, vt sit sensus, subaudiendo totam interrogationis, an consummant verbum, & promissum? videlicet quod erat de misericordia propter has, in quam, causas censuerunt ad sensum sufficere, si tantum exprimerent, *aut in finem misericordiam suam, aliquando* &c.

Vim facit Hugo in *absumendi* verbo quod etiam Græce est αναλίσκειν, quasi diuersis miserationibus, velut filis texatur tela misericordiæ, semperque iam inde a principio texuerit eam Deus, nec præciderit vnquam. Quid sit illud a *generatione in generationem*, sæpe dixi: prius etiam allegorice hic a multis accipi pro populo Iudæo, & Gentili.

Aut obliuiscetur misereri Deus? Hieronymus, *numquid obliuiosus est misereri Deus?* Sed præteritum pro futuro quandoque ponitur. Paraphrastes pergit exponere vt præcedentia, *numquid possibile est*, &c. Non obliuiscetur proprie Deus, sed obliuioso similis dicitur, quando quod solebat non facit, & videretur facturus, si recordaretur. Quòd autem non obliuiscatur misereri Deus, testatur ipsemet apud Esaiam [b], *etsi mater obliuiscatur infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui*: & Habacuc [c] ait, *cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis*; immo iuxta vim phrasis Hebraicæ, & Græcæ בקרב *beqereb*, ἐν ὀργῇ, *in ipsa ira*. Non debemus putare, ait Hieronymus [d], obliuisci Deum, & post iram, suæ misericordiæ recordari; sed quòd nos eum in pœna positi putemus obliuisci, iuxta illud [e], *Si quoque obliuiscens me in finem*: Lege quæ ibi diximus, & in psalmum 24. [f] vbi Deo reuocantur in memoriam miserationes, & misericordiæ, quæ à sæculo sunt, & vocantur etiam *antiquæ* [g]; & admirans, velutique conqueretur Esaias [h] quærit, *vbi sit multitudo viscerum, & miserationum Dei*. *Ædificatur* semper Dei *misericordia in cælis* [i], nec vnquam destruitur, inquit Hieronymus [k]: *nascetur Deus, & miserebitur* [l]. Quærit Deus miserendi occasiones, tantum abest vt obliuiscatur misereri, *vt virum qui interponat se sepem, & stet oppositus contra me pro terra, ne disperdat eam* [m]. Et si, inquit Iob [n], *fuerit pro eo Angelus loquens vnus de millibus, vt annuntiet hominis æquitatem, miserebitur eius, & dicet, libera eum, ne descendat in corruptionem, inueni in quo ei propitier.* De misericordia Dei loquitur in morbo alterius, de qua & Paulus [o], *Infirmatus est*, inquit, scilicet Epaphroditus, *vsque ad mortem, sed Deus misertus est eius*. At, vt idem Iob [p] affirmat, obliuiscitur illius misericordia; nempe iam damnatorum, quorum reatus semper peccatum *in memoriam eius* [q]: quānis & ibi locum habeat nonnulla misericordia, vt ante dixi, dum citra condignum punitur. Quamquam hic nosier locus, vt etiam admonuimus, & obseruat Rickelius, de Deo loquitur per comparationem ad viatores, & pœnitentes, nec fauet dicentibus, quòd pœna interim quandoque cesset terminum habitura. Damnatorū Deus obliuiscitur, quos & *nosse* dicitur [r], quia in inferno nulla redemptio, & combustionis illorum *æternum* est *supplicium* [s]: itemque *Iudicium erit sine misericordia*. [t] Aliquando in magnis calamitatibus constitutus ita cum Deo agit, ac si in perpetuum obliuus esset Deus, ac deseruisset [u].

Aut continebit in ira sua misericordias suas? Hieronymus, *aut continebit in furore misericordias suas?* Alij, *num concluso, prohibuit, cohibuit, compressit in ira, aut propter iram misericordias suas*, id est, an præ ira vim facit sibi, aut faciet (est nāque pro futuro præteritum.) ne benignitatis ipsius experiamur varia genera? *Misericordiam* in singulari habent alia psalteria, & Arnobius, atque Cassiodorus. Augustinus, *miserationes* psalterium Illyricum, *respectiones*. Significat יעצר *iaphsar* el *inuerecundie*, *obturare* [f], *prohibere*, *continere* [g], *oppilare* [h], *continere*, vt est idem quod *cohibere*, v.g. cùm dicitur *os continens* [i]. Item συνέχειν aliquando significat *continere*, *coligare*, *comprimere*, vt de Circulo, *Turbas e comprimunt*, οἱ ἔχοντες συνέχουσι τὸν ἀπολλῶνα: de Iudæis [k], *Continuerunt aures suas*, συνέσχον τὰ ὦτα αὐτῶν: de charitate Christi quæ urget [l], ἡ ἀγάπη τοῦ χριστοῦ συνέχει ἡμᾶς: de Christo, qui se *coarctari* dicebat [m]; quod etiam de seipso Paulus [n]; de quo adhuc Lucas [o], quòd συνεχόμενος τῷ πνεύματι, quod Interpres reddit, *instabat verbo*; de quo loco vide quid in commentario docuerim: iterum de Christo, quem tenebant alij [p] vide ciuitate Ierusalem, quā *conjecturi essent* inimici *undique* [q], καὶ συνοχὴν σε πάντοθεν. Itaque *continere in ira misericordias* (qua dicendi quoque forma vtitur Esaias [r]) est has coercere, comprimere, constringere, colligare ira tamquam vinculo, vel propter iræ vehementiam, ne se se valeant exercere, nec possint liberè prodire, ac exerceri, vim illis facere, ac impedire, ne, quod maximè vellent, se se communicent. Rectè declarat id Apollinarius.

μὴ μέγα μένος ἐστὶ τὸ σπουδάνιον ἀπέρυξεν;
Num valde succensens misericordiam prohibebit?

Sic è contrario Angelus conquerebatur se teneri a Iacob ne discederet, cùm is dimittere nollet illum, *nisi benedixerit* [s]; & Deus *dimitti* volebat à Mose, vt *iram exerceret*, ac vindictam [t]: & idem alias lamentabatur, non esse, qui *ascenderet ex aduersa*, & *opponeret murum pro domo Israel, vt staret in prælio in die Domini* [u]: & Esaias [x], qui *consurgeret & teneret eum*. Non præualet ira misericordiæ suæ iustitia, & iudicium; sed *in sententiam Dei sic erumpit operatrix* [y], & *sua exaltat misericordia iudicium* [z], καταγαυχᾶται, *exultat*, velutique insultat aduersus iudicium. Non includitur misericordia intra septa iustitiæ, & iræ, sed vt scribit Ambrosius [a], tractans illud ex psalmo 114. [b] *Misericors Dominus, & iustus, & Deus noster miseretur*, considerāsque bis ibi *misericordiam* poni, semel *victricem*, hæc in medio est, gemmo septo inclusa misericordiæ. Sæpe dictum, quo sit

pacto

a pſ.104.8.
b cap.49.15.
c c.3.2.
d ibidem.
e pſal.12.1.
f verſ.6.
g pſ.88.50. h c.63.16.
i pſ.88.3. k ibidem. l pſ.59.3.
m Ezech.22. 30. c.33.23.24.
n Phil.2.27.
o c.24.20.
a pſal.104.8.
b Matt.25.11.
c Ibid.46.
d Iacobi 2.6.
e Titen.vlt. 20.
f Iob 1.16.
g Deut.25.7. Pſal.106.42. Συνέχειν.
h Eſa.42.15.
k Luc 8.45. l Act.7.17.
m 2.Cor 5.14.
n Luc 12.50.
o Phil.1.23.
p Act.18.5.
q Luc.21.35.
r c.9.42. Continere in ira miſericordias ſuas, quid ſit.
s c.63.15.
t Gen.32.26.
u Exo.32.10.
x Ezech.22.5.
z c.64.7.
y pſ.144.9.
z Iacobi 2.13.
a Orat. de obitu Theodoſii
b verſ.5.

pacto in Deo ira. Certe homo plenus est iræ, vt ex Iob [a] aduertit Augustinus [b], prout eum Lxx. transferunt; ira autem Dei non sic vt hominis, id est, perturbatio concitati animi, sed trãquilla iusti supplicij constitutio. Tum subdit, quòd in hac ira Deus non continens misit filium suum. Idem repetit Beda [c]. Denique non potuit pulchriùs dicere, inquit, quem credunt, esse Hieronymum in commentario, quamuis se teneat Deus, vt non misereatur, tamen vincit illum misericordia sua.

Hugo S. Victoris [d] obseruat, misericordias, & beneficia propitij Dei, irati flagella transcendere, & plus conferre propitium, quàm abstulerit iratus; & tribus malis quatuor bona opponi, vt misericordiam ira non contineat, nempe aduersus exterius malum sub homine, damnáque in iis, quæ foris pollicet homo, esse tranquillitatem rerum temporalium; aduersus malum exterius in homine, id est, infirmitatem carnis; & interius in homine, qui est vermis conscientiæ, esse huius securitatem; & dulcedinem cœlestium gaudiorum, quæ supra nos sunt. Transcripsit hæc Bonauentura, exprimens magis sanitatem corporum, vt bonum exterius in homine. Expositi est semper Dei misericordia, & promptæ assistentia. & ira nunc condita, velut in theca, vagina [e], thesauro [f]; sed in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei *educetur foras vt mucro de vagina* [g]. *Mutat* modò *omnem vim suam* [h], seu, vt Hieronymus Hebræum verbum אסף *asaph*, reddit, *colligo*.

Hìc est סלה *selah*, & διάψαλμα, de quibus alias.

A

B

C

D

E

a c. 14. 2. sec. Lxx.
b Tract. 124. in Ioan. *Ira in Deo quomodo sit.*
c in Ioan. c. 11.
Quamuis se teneat Deus vt non misereatur, tamen vincit illum misericordia sua.
d anuot. in ps. c. 61.
e Exo. 15. 9. Leuit. 26. Ezech. 21.
f Ier. 12. 13. Ezech. 9.
g Ecclesiast. 43.
h psal. 84.
Sensus loci.
i Esa 40. 31.
Mutatio dexteræ Excelsi quæ dicatur.

Nunc vix incipio intelligere animus aquæ cognatus. Et, *mutationem dexteræ* interpretatur de sententiæ mutatione quam scilicet prius contra Propheta tam, aliósque tulerat:

ἢδ' ἀλλοφρονῶν τὰ μὲν πάλαι πικρὰ νῦν γλυκέα.

Idem magis clare Græcus alius anonymus auctor docet, (quem citat Agellius) dicere Dauidem, se nunc cœpisse intelligere quid Deo propositum sit, & cœpisse sapere, & hanc imitationem, vt quod ambigebat priùs, nunc percipiat, dexteræ Dei tribuere. Euthymius, & Nicephorus non abludant, docentes grato, & benigno animo Dauidem præ se ferre patientiam præsentium tribulationum, vt profiteatur nunc initiũ esse condigni supplicij, priora, quæ adhuc passus fuerat, præludium quoddam pœnarum tantam fuisse hanc mutationem, in eum æruminatum statum opus quoddam esse punientis & castigantis diuinæ manus.

Mystica expositio.

Mysticè nouum hoc, & maximè insigne specimen potentiæ diuinæ, quod nouo cantico, nouo spiritu, nouis viribus celebrasse se Dauid asserit, quadrat in liberationẽ de seruitute idololatriæ, diaboli, omnis peccati, mortis æternæ, & in mutationem, ac reductionem ad annos æternos, & ab ira ad misericordiam, à timore mum. eorum ad securitatem; & vt intelligatur calamitates omnes ex peccato proueniẽtes, nec aliter ab hoc, illisque posse nos eripi, quam si dextera ipsa Dei mutetur, hoc est, Dei Filius, naturam nostrã assumendo, vt præ aliis magis disertè is, qui dicitur Hieronymus, explicat. Quæ tamen *mutatio* propriè ac verè sumi nõ potest, sed tantùm effectus. Præter Enarratores, placuit hæc etiã Nysseno [a] allegoria, de incarnatione per *mutationem dexteræ Excelsi*, quam comparat cum Mosis manu. Nam sicut illa è sinu educta visa est commutata, rursúmque in sinum reducta, in naturam suam rediit, simili quoque modo, inquit, Vnigenitus Dei Filius, cùm in sinu Patris est, dextera excelsi est, cùm verò è sinu Patris ad nos viuificandos descendit, secundum nos factus, quamuis admirabilis sit ipse natura, commutatus tamen dicitur: at verò postquam morbos nostros sanauit, naturamque nostram in sinum suum reduxit (finis autem Filij Pater est) tũc ipse nõ mutatus, quippe qui impassibilis atque incõmutabilis est, mortalem hanc & corruptibilem naturã in immortalem atque immutabilem conuertit. Sic Nysseno, & fauet quod Esaias [b] Christum *leprosum putauit* scribit.

a lib. de vita Moys.
b c. 53. 4.

Satis præterea trita tropologia est, vt diuinæ gratiæ ascribatur omnis operis boni principiũ, quod ad salutem pertineat; simulque persuadeat sibi quisque, quod a suis Antonius [c] exigebat discipulis, atque Arsenius, nunc primùm virtutis viam iniisse, nunc primùm incepisse Deo inseruire, adhuc nihil fecisse, denuo, & pari, immo maiori quàm prius alacritate aggrediẽdum sibi, bene viuendi laborem: *pereffluere* [d], *qui effluxum non prohibet; qui stat, tuere, ac descendere; qui nõ progreditur, reuerti; qui incipit nolle fieri melior, desinere esse bonum*, vt Hieronymus [e], & Bernardus [f], monent. Propterea *in scala Iacob* [g] nullum stantem deseribi notat idem Bernardus [h], & *retro respicientem vxor Lot, in statuam salis conuersa est* [i]; quod redegit nobis Christus [k] exemplum in memoriam, quod ad idem propositum perpendunt Ambrosius [l], Rupertus [m], Philo [n], & alij; & Paulus *ad anteriora ex*

Tropologia.
c Athan. in vita.
d Heb. 2. 1.
e Ep. ad Demetr.
f Epist. 91.
g Genes. 28.
h super Gen. 19. 26.
i Luc. 17. 32.
k Luc. 17. 32.
l de Isaac & anim. c. 11. Gen. vers. 13.
m allegat. legis lib. de vermut.
n de profugis & alimentis.

Versi. 11.] Et dixi, nunc cœpi: hęc mutatio dexteræ Excelsi.

Ait se post longam illam suam meditationem, atque accuratam peruestigationem misericordiæ diuinæ, respirasse, ac in spem magnam erectum & confirmatum vt tibimet diceret, atque variis cogitationibus, quibus agitabatur, responderet: Nunc video mihi reuixisse, totaque immortuos, & sperans in Domino *mutauit se fortitudinem*, atque alacer, ac sine defectu volare [i], omni exuta pusillanimitate, ac desperatione. Tandem aliquando deprehendi, & pro certo comperi ac minimè dubitans pronuntiaui, & quasi non adhuc intellexissem, intelligere cœpi, aut, denuo, quod oblitus videbar, intellexi, non alia de causa tamdiu Deum distulisse auxilium suum, ita vt existimaretur tuam solitam & ingenitam bonitatem oblitioni tradidisse; quàm vt ipsamet eiusdem misericordia & gloria magis innotesceret, ac illustrior celebriorque appareret, nimirum tam insignitet de adeò grauibus periculis, & calamitatibus me, & populum suum liberando. Hæc profectò est *mutatio dexteræ Excelsi*, nempe potentiæ ipsius, ac simul benignitatis eximiæ, hinc cum ex prospera in aduersam fortunam decidere permisit, siue cùm iterum ex hac in aliam multo feliciorem transtulit; æruminæ meæ suppeditant argumentum celebrandi laudes Dei, & præcinendo (quod ad munus Asaph pertinebat, cuius nomen est in titulo) alios ad idem prouocandi. Satis præfert hunc sensum Apollinarius:

νυῦ μόγις ἀρξάμην & τοῖον εἶναι αἰτιᾶμαι ἐν ἐμοί:

tendebat seipsum oblitus quæ retro erant [a], quia retro Satanas, retro Sodoma, inquit Ambrosius [b]; & Laodicensem Episcopum *tepidum* reprehendit Angelus [c], Ieremias [d] *facientem opus Dei fraudulenter* מרמה *remiah*, Græcè, *negligenter*, ἀμελῶς, & *prohibentem gladium a sanguine*. Quem locum Gregorius [e] exponit de illis, qui cùm prodesse possent fratribus, talenta abscondunt, & cum prædicationis gladio vitiosum sanguinem fundere valerent, proprio se amore deludunt. Sed Theodoretus [f] id refert ad eos, qui munus spirituale parui pendunt, id est, eos, qui à sanguine corporis sui gladium mortificationis & castigationis subtrahunt.

Idem auctor hoc loco, à quo Basilius non differt (si tamen Basilius, & non potius idem, vt alias monui) editiones confundens, de quibus postea, in deteriorem explanat partem *dexteræ Excelsi mutationem*, ac si Dauid diceret (legendo pro, *cœpi, doleres*, ἐδόλωσε) ego mihipsi mutationis illius causa fui, & vindictam propter peccatum peperi mihi, atque initium malorum mihi præbui, & sic (legendo simul, *cœpi*, ἐξεκάκωσα) erudiri cœpi, cùm dextera Domini tribuere bona soleat, & nimirum ad vtilitatem nos castigare. At iuxta editionem nostram similis tropologia tradita apud Isidorum [g] est, vt quod heri quisque non egit secundum conuersationem in melius mutando, hodie agat, dum adhuc viuere licet nec differat de die in diem, dum nescit, si vel vnam correctionis habeat diem, sempérque pro viribus desuper acceptis prauæ consuetudini resistens, dicat mane, & vesperi, *nunc cœpi, hæc est mutatio dexteræ Excelsi*. Thomas Aquinas [h] docet, quantum ad æstimationem debere nos semper intermittere inchoationem semper incedendo ac tendendo ad maiora, vt *iustificationem, quam cœpimus tenere, non deseramus* [i]; sed quantum ad progressum, ad perfectionem, sæpe nos transire ad istum perfectum. Hieronymus [k] gratiæ defendens necessitatem contra Pelagianos, ita hûc vnà cum præcedentium versuum verbis, versum declarat. Iusti vox est, inquit, qui post meditationem somni, & conscientiæ cruces, ad extremum ait, *nunc cœpi* vel pœnitentiam agere (qui enim vt debet, pœnitentiam agit, ilico iustus efficitur) vel scientiæ limen intrare, & hæc ipsa de bonis ad meliora mutatio, non meatum vitium, sed dexteræ, & potentiæ Dei est. Profert etiam ex psalmo 88. [l] *In æternum misericordia ædificabitur*; nullum enim tempus, inquit, est, quo non ædificetur misericordia in singulis quibusque factorum, & iis qui de peccatis transeunt ad virtutes. Idem in commentario Sophoniæ [m], docet horum omnium esse sensum; hoc quod putabam Dominum in æternum relinquere peccatores, & misericordias suas, ira succedente colubere, intellexi idcirco factum, vt immutatione dexteræ suæ, quę Excelsi est dextera, vniuersa mutaret, & misereretur his, quos antè protecerat. Accedit hoc simul ad allegoriam de generis humani redemptione. Augustinus [n] probat ex hoc loco omnino non incipere hominem ex malo in bonum per initium fidei commutari, quod Pelagiani dicebant, nisi hoc in illo agat indebita & gratuita misericordia Dei. De qua suum cogitationem subdit ille; recolens quidam, sicut legimus in psalmis; *Numquid obliuiscetur misereri Deus*, &c. non ait, hæc mutatio arbitrij mei, sed *dexteræ Excelsi*. Tum concludit. Sic itaque Dei gratia cogitetur, vt ab initio bonæ mutationis suæ, vsque in finé consummationis, qui gloriatur, in Domino glorietur [a]; quia sicut nemo potest bonum inchoare sine Domino, sic nemo perficere, sine Domino. Perpendit Fulgentius [b] eodem pacto hunc locum non semel. Prophetæ sensus, ait [c], aperto sermone se præbuit agnoscendum, qui vtique non posteaquã cœpit, sed hoc ipsum quod cœpit, *mutationem dexteræ Excelsi* non tacuit. Deus voluntates hominum mutat, vt esse bonæ incipiant. Tandem in Concilio Aurisicano II. [d] sic est. Ab eo quod formauit Deus, mutatur Adam; sed in peius per iniquitatem suam, ab eo quod operata est iniquitas, mutatur fidelis; sed in melius per gratiam Dei. Illa ergo mutatio fuit præuaricatoris primi, hæc secundùm psalmistam, *mutatio dexteræ Excelsi*. Nazianzenus [e], hortans nos ad encœnia spiritualia, ad vitæ nouitatem, *ne vacui vnquam apparemus coram Domino* [f], vt noui appareamus, & immutati toti, vt vetera transeant, *noua fiant omnia* [g], non sic tamẽ μεγα φρονῶν *magnificè de nobis sentire* debere monet; verum præsenti vti sententia. *Hæc mutatio dexteræ Excelsi*, παρ' ἧς πᾶσι ἀνθρώποις τὸ κατορθοῦσθαι, *à quo promanat quidquid ad homines recte, & cum laude geritur*.

Et dixi.] Puto hinc transtulisse nonnullos in versum 8. (& *dixi*) vt ibi memini. Hebraice ואמר *vaomer*, quamuis sit futuri temporis, tamen rectè in præterito redditum est, non solùm quia hæc tempora sæpe confunduntur, sed etiam quia litera ו *vau* præfixa futuro, vertit huius significationem in significationem præteriti.

Nunc cœpi. In Illyrico psalterio, *incipiam*, sed, vt modò dixi, permutantur tempora. Aquila ἀρξοῦμαι νυν, quod imitatus videtur Hieronymus, *imbecillitas mea est*. Aliter, *infirmitas mihi hæc est*. Theodotio, *ad hos ego dolores sum*. Declarat Treuetus Hieronymi versionem, *Et dixi*, redeundo ad rationem, atque resipiscendo à desperatione misericordię diuinę, ex imbecillitate, & fragilitate, est hæc *mutatio dexteræ Excelsi*, quòd cogitam dexteram Domini sic esse mutatam, nempe quando permisit diuturnas graueisque tribulationes. Sumunt alij, vt Caietanus, infirmitatẽ, & morbum, vt opponitur morti, hoc est, calamitatem, quæ temporalis tantùm est, vt comparatur cum extrema internecione; quasi dicat, æger sum, sed nondum mortuus, & conclamatus; *aiiigans castigauit me Dominus, & morti non tradidit me* [h]: curabilis est ægritudo mutationibus solitis dexteræ Excelsi. Eodem spectant, qui volunt prophetam hic accusare mollitiem animi ad resistendum dictis tribulationibus, ita vt tamen simul seipsum soletur, ac recreet memoria annorum (quos proximè sequentis membri vocabulo שנות *scenoth* dicunt significari) & mirabilium operum Dei (de quibus insequentibus versibus, iquibus armis & operibus promittit sibi similia. Neque discrepãt qui vertunt, *occidere meum*, seu *mors mea*, aut *interitus est*, hoc est, perij, actum est, succumbam huic calamitati, &c *tamen recordabor annorum*. Vel pro *annis* mutationes interpretando, erunt vicissitudines meliores.

Oppositum sensum faciunt, qui explanant dicere, quòd ad mortem vsque cruciaret eum recordatio superiorum annorum, quibus toties adeóque apertè dextera sua omnipotente affuit Altissimus Deus, sed nunc abesset. Campensis (quem tacito licèt nomine nimis acriter carpit Agellius, proximè præcedentem ex Hebræo ex-

positio

[a] 1 Cor. 13. 1. Ephes. 4. 19. Ierem. 2. 19.
[b] de iacob. & vita. Cornib. c. 29 & de tenuit. peccat. n. Epist. 82. c. 4. de incar. Christi & gra. c. 29.
[c] Apoc. 3. 15.
[d] c. 48. 10.
[e] 3. p. Pastor. admon. 26.
[f] in Ierem.
[g] de conflictu vitio. & virtu.
[h] in Ep. ad Heb. c. 6. lect. 1.
[i] Iob 27. 6.
[k] aduer. Pelag. *Contra Pelagianos versus explicatus.*
[l] vers. 3.
[m] in c. 3.
[n] li. 2. contra duas Epist. Pelag. cap. 1. *Homo quomodo incipiat ex malo in bonum.*
[a] 1 Cor. 1. 31.
[b] Fulgent. ep. Ierem. 2. 19.
[c] de incarn. & gra. Cornib. c. 29 & de tenuit. peccat. n. Epist. 82. c. 4. de incar. Christi & gra. c. 29.
[d] Can. 15.
[e] Orat. 43.
[f] Exod. 23. 15. Deut. 16.
[g] Apoc. 21. 5.
[h] ps. 117. 18.

positionem præ cæteris commendans; legit cum interrogationis nota, *Tandem hoc venichàm vt dicerem; siccine fanus est dextera Excelsi vices mutat.* Nec deest, qui explanet, *& cogitauì occidere me*, vt Pagninus, quasi ex desperatione: quod credi de Dauide non debet. vel iuxta quemdã primũ motum dumtaxat. Retuli etiam prius ex Theodoreto, siue Basilio, iuxta Aquilæ, & Theodotionis versionem, fecisse, vt Dauid se sibi doloris, tribulationis, infirmitatis causam fuisse pronuntiet, atque propter culpam propriam pati, & a dextera Excelsi puniente ac erudiente prouenire quę ipse patiatur. Oritur tanta interpretationum varietas ex vocabulo Hebræo חלותי *chalothi* quod habet affixum primæ personæ singularis pronomen, & a חָלַל *chalal* in Kal significante *occidere*, & *mori*, est infinitiuus, si credimus R. D. Kimhi, id est, *occidere*, seu *mori meum*; aut *mors mea*. Hæc ordinaria tamen non est forma huiusmodi verborum duplicantium secundam in infinitiue; sed in præterito; sicut ex סָפַח *sanah* סְפִיתִי *sapheithi*. Deducendo a חֲלָה *chalah*, *agrotauit*, erit infinitiuus in piel, quemadmodum גלות *galleth*. Iterum a חָלַל *chalal* in hipiil, significat הֶחֱלִיתִי *hechlithi*, *cœpi*. Hoc modo legisse Lxx. videntur; sed forsitan excidit ex textu litera prima (ה) *he*, aut poetice per aphæresim omissa est. Notat Ribera [a] nostros Hebræos vsurpare solere *infirmari*, pro incipere; quia cum incipit res, minus habet firmitatis, vitium que; ac ita præsentem cum alius locum interpretatur. Repete dicta psalmo c. 5. b. Nomen *infirmitatis* a חֲלָה *chalah*, est חֳלִי *choli*. חלות *cholioth* autem pro nomine non reperio. Suadet pronomen הִיא *hi*, fœminini generis, præsertim cum athnach, accentu distinguente nomen fœminimum præcedere, quod tunc esset חלות *cholioth*, sed id non erat. Quare infinitiuus ille, quẽ modò dixi; erit loco nominis: quasi dicas, incepta mea hæc, id est, inceptio mea hæc, ac demum, cœpi hoc. Hæc studiosi linguarum, & editionis vulgatæ nec prolixiora, nec molesta iudicabunt. Qui non intelligunt, vel his non delectantur, ne legant quidem; at non propterea negligant, damnentve. De sensu dictum antea satis.

a in Osee ca. 11. num. 5.

b vers. 10.

Hæc mutatio dexteræ Excelsi.] Patum refert quod in aliis legatur *immutatio*, vel existimatur verbum substantiuum, *est*; vel verbum *commutãi*, pro commutatione, vt in psalterio Illyrico, *est commutatus dexteram alterum*. Quid importet cognomen *Excelsi*, alias docui. Vocem verò שנות *seenoth* prius minui quotdam interpretati *annos*. Sed significat etiam *mutare*. & infinitiuus est a שָׁנָה *sanah* habens locum nominis, vt sæpe fit, proximeque dicebam de חלות *chaloth*, cum quo שְׁנוֹת *seenoth* pronomen הִיא *hi*, fœminimum non minus iungi potest, quàm cum alio illo verbo, non obstante accentu, qui cum aliis accentibus, & punctis ex Rabinorum est inuentione, & non vbique, præsertim in psalmis, vsum distinguẽdi habet. Attuli prius varias expositiones. Adde, vt de calamitatibus suis loquens dicat, has de manu Dei dextera, cui Chaldæus addit *omnipotentis* epithetũ, prouenire, non minùs quam res prosperas, & mutationem vtrãque æquo animo suscipiendam, iuxta illud [c]: *Si bona suscepimus de manu Dei, mala quare non suscipiamus?* videlicet de eadem illius manu. Secundùm priorum verborum versionem, *imbecillitas mea est*, apte additur confirmatio dexteræ Dei, quia *spiritus tui*, quem communicat dextera Dei, *sustentat imbecillitatem suam* [a]. Vel significat *mutatio* iterationem, quasi præ magnitudine calamitatis putaret eam patiens secundam esse, siue duplicem, & vtere se spiritu duplici, ad tolerandum. Hic gratiæ spiritus immutat, innouat, recreat in virum alium, sicut de Saule [b] scribitur. Iuuenis iam melioris frugis, amatæ occurrens conquerenti, quòd non agnosceretur, cùm illa esset haud prudem ab ipso tantopere adamata, respondit, se non amplius modò esse, qui prius erat, vt scribit Ambrosius [c]. *Dextera Domini facit* huiusmodi *virtutem* [d], *opera manuum* ipsius *portella* [e], & *saluum faciens* [f], *ponens si*, se super illud, ac erigens [g], & *facta super virum dextera sua* [h], vt statuat ad dexteram suam [i], & ex *Benoni filio doloris*, cognomineat *Benjamin filium dexteræ* [k]. *Vere manus Dei fecit hoc & digitus Dei est hic* [l]. Inductione demonstrare proclive est ex variis mutationum generibus tum naturalium, tum supernaturalium, cum ea quis conuertitur, & iustificatur, omnium difficillimam simul & præclarissimam esse. Elucet maxime vis potentis dexteræ Dei in conuersione potentium virorum, tum ad fidem, tum ad perfectionem, vt egregie Fulgentius exaggerat differens de conuersione Theodori Senatoris. Quis enim, ait, in te hoc operari potuit, nisi ille, qui ordinem mutabilium rerum secundum incommutabile nouit regere ac dispensare consilium? Ostendit ibidem, quo pacto *mutare* dicitur Deus, qui est immutabilis, & quanta vis sit exempli ex conuersione maiorum. Eadem hac sententia sermo Bernardus [n] in re vtitur, de mirabilibus scilicet atque miraculosis quorundam conuersionibus, vt Sauli in Paulum, Ambrosij de tribunalibus rapti ad Sacerdotiũ. Hortatur præterea [o], ne quis vnquam se alteri præferat, quamlibet is vilissimus, miserrimus, maximus peccator videatur; quoniam fieri potest vt eo, & alius melior per *mutationem dexteræ Excelsi* in se quidem futurus sit, in Deo verò iam sit. De pœnitente declarat Hugo cum aliis, qui esse incipiat, cùm priùs non esset, quia peccator verè non est; sed *sortem eius, qui non est* [p]. Item de perfecto se humiliante, qui *cùm consummat, tunc incipit* [q], & *se seruum inutilem* iudicat [r]; quia, teste Gregorio, nescit mens per corporem vetetatem cernere, quæ semper sine fine per desiderium inchoare; sed quæ iam mutatio affert, *accipiendo capit*, vt est a capio, non sunt ad rem, qui vi repugnant verbis Hebræo Græcoque חלותי *chalothi*, & ἠρξάμην. Nec placet mihi hac in re indulgentia, & lucentia.

a Pro 18.14.

b 1. R. g 10 6. *Iuuenis ad meliorem frugem reductus, insigne exemplum.*

c de Pœnit. c. 10

d pſ. 117. 16.
e Iob. 14. 15.
f pſ. 19. 7.
g Apoc. 17.
h pſ. 79. 18.
i Matt. 25. 33.
k Gen. 35. 18. Ibid 48. 22.
l Exod. 8. 19.

Verſ. 12.] Memor fui operum Domini: quia memor ero ab initio mirabilium tuorum.

Verſ. 13.] Et meditabor in omnibus operibus tuis: & in adinuentionibus tuis exercebor.

Ostendit se cœpisse quod non antè cognouerat, cognoscere; sicque in se factam dexteræ Dei mutationem deprehendisse; quoniam occurrerunt ipsius memoriæ antiqua illa priorum æuum mirifica eius opera, quibus temperauit suorum calamitates, & recreauit suauissimis gaudijs. Quare decernit hæc eadem iam-

Simm. Istr.

c Iob 2. 10.

quam

quam deponere de memoria, sed iugi meditatione retractare, seseque accurate ac tenò exercere, & occupare in recogitandis & celebrandis admirandis, atque reconditis cõsiliis, modis, rationibus, & veluti artificiis, quibus suis Deus opitulari & consulere solet, vt horum similitudine quæ speret futura & optet, consoletur seipsum in præsentibus ærumnis. Quod allegorice spectat ad spem venturi Christi, cuius aduentum, operáque vetera, quamlibet mirabilia opera Dei adumbrabant, & præsignificabant: tropologicè, ad beneficia iustis aliis collata, & his similia sperata, quæ mutatione dexteræ Dei fiant; vt iustitia tum comparetur, tum augeatur, & eorum grata recordatio Deum prouocet ad illa conseruanda, atque multiplicãda. Qui se ignorat Deũque, abeat *post vestigia* quasi *gregum* [a] omniũ operum Dei, in quibus apparet expressio quædam Dei, & per quæ idem cõspicitur, & percipitur [b]. Quamcumque creaturam aspexerimus, ait Hieronymus [c], fulgurat Dei notitiam, dum ex creatura is Creator agnoscitur. Sed hac de re actum psalmo 8. & 18.

Memor fuis operum Domini.] Hieronymus, *recordabor cogitationum Domini*, loco futuri posuit Interpres præteritum. Miror Treuctum recitare ex Hieronymo, *generationum*: quas etiam exponit, aut de illis hominibus, qui colebant olim Deum, aut de miraculis, per quæ Dominus genuit filios Israel, seu populum suum. Non significant מַעֲלִילִים *maalalim*, *generationes*. Vertit aliquando Hieronymus [d] *adinuentiones*, & rursus *cogitationes* [e], & hic versu 13. pro simili nomine עֲלִילוֹת *hhalilath*, ponuntur *adinuentiones*, à עָלַל *hhalal*, quod significat *agere, conari, meditari*, &c. Mendoso codice Treuctum vsum non dubito. Symmachus vertit ἀναμνησθήσομαι τὰς ἐργασίας κυρίου, *memoria repetam prouidentias Domini*. Pro nomine, *Domini*, est hoc loco יָהּ *Iah*, de quo egimus psalmo 67 [f]. Nunc, quia psalmus ille iam diu antè cum Ecclesiaste seorsim euulgatus est, opportunum videtur nonnihil de eodem nomine addere. Disputant de hoc nomine qui de *haleluiah*, in cuius extremo est, potissimùm Lindanus g, & Ioannes Stephanus Durantus h.

De *halleluiah* commodior alio in psalmo erit locus. Tantùm nunc pono, Hebræum, non Græcum, esse; quod nec monendum esset, nisi Ioannes Stephanus Bedam credidisse scripsisset esse Græcum. Quod equidem apud Bedam, peritum certè linguarum, non reperio, sed multis locis i tradere esse Hebræum: quamuis in Collectaneis figmentum nescio quod narret, quando primùm id decantatum fuerit, vbi, & à quibus; quod relatu indignum iudico. Commemorat enim à Dauide, & quatuor Latinis Doctoribus pronuntiatum secundum differentes significationes aut rationes sanè ridiculas. Nec verò credendus Beda cũctis quæ refert, assensum præbere, sed contentus retulisse. Quod attinet ad *Iah*, quod *Haleluiah* componit, significans, *laudate Deum*, vnum est de Dei nominibus decem, quæ Hieronymus [k] recenset, affirmans in Deo tantum poni. Putatur יָהּ *Iah* cum mappik in (ה) *he*, esse quasi compendium ineffabilis יְהוָה *Iehouah*, quod commoditatis causa pronuntiamus *Iehouah*, (sicut אֵל, ex אֱלוֹהַּ *elohah*, vel אֱלֹהִים *elohim*) quidquid sit de vera ipsius pronuntiatione, ita vt sit quasi יהה *Iehah*, supplente defectum secundi (ה) *he* puncto mappik (quod tamen omittitur in compositione, vt in הַלְלוּיָהּ *haleluiah*) & vtrumque deriuatur ab הָיָה *haiah*, quod significat, *esse*. & *Iehouah* ipsum Dei esse in se significat, *Iah* eundem Deum, vt esse communicat limitatum, ac veluti contractum, vel etiam vt ipsiusmet Dei esse, à seipso in angustias quasdam quodammodo redactum est per incarnationem, quod vocat Esaias [a] *verbum breuiatum*; quo tamen simul verbo virtutis suæ Christus cuncta portat [b], quæ condidit; vt ideirco peculiariter eidem victori Christo, ac liberatori nostro acclamatum hoc epinicion, *haleluiah*, à viginti quatuor senioribus, Ioannes [c] audiuerit: & festiuiùs cani soleat, atque audiri in Ecclesia quinquagesimali toto tempore, post resurrectionis ipsius triumphum; & per annum demptis ieiuniorum diebus, ac Septuagesima, vsque ad Sabbatum sanctum, frequentari, tum verò in Missa post recitatam Epistolam, quæ sæpius ex Apostolorum petitur scriptis, in quibus aperta iam de Christo doctrina exponitur. Quin etiam Epistola quadam ad Damasum, quæ tribuitur Hieronymo [d], petit is qui scribit, à Damaso, vt vbi Deus, & homo honorabili voce decantatur, *haleluiah*, semper cum omnibus psalmis affigatur. Quod in Ezechiæ Cantico [e] Latinè legitur: *Non videbo Dominum Deum*, Hebraicè habetur bis repetito nomine יָהּ *Iah*; Græcè autem τὸ σωτήριον τοῦ θεοῦ, *salutare Dei*, quia, vt Eusebius exponit, absque liberis moriturus, nullum reliquisset successorem; ex quo salutare Dei, id est, Christus oriretur; multo minus ipsummet Christum, quem tantopere *cupiebant reges videre* [f]. Illud porrò bis positum nomen יָהּ יָהּ *Iah Iah*, posset etiam exponi, *Deus Deus*, seu, *de Deo*, vt notat Leo Castro [g], apud quem plura eadem de re cõperies. Fateor nihilominus ingenue de nominibus Hebraicis multa dici speciosius, quã verius, & ex Rabinorum seu Caballistarum sumpta libris, quàm ex Doctoribus Orthodoxis. Nec tanè magnifacio quod Lindanus [h] præcursorem Christi obseruat Ioannem, יְחָנָה *Iochanah*, vocatum, tum à gratia, quam denotat חֵן *chen*, tum à יָהּ *Iah*, quod crassiùs à Syris prolatum sit *Ioh*, & attributum est Christo, quemadmodum dixi. Credo potiùs etymon simplex esse, pro gratia, & primam literam esse formatricem nominis proprij, vt in aliis multis contingit, non autem ex nomine Dei יָהּ *Iah*.

Quia memor ero ab initio mirabilium tuorum.] Hieronymus, *quia reminiscar antiqua mirabilia tua*. Quare non est, *ab initio*, idem quod, ante omnia, vt Hugo tamen exponit. Nihil refert quòd futuri temporis retenta sit hic vis, & in priore membro positum præteritum, etiamsi vtrobique sit idem futurum אֶזְכֹּר *ezchor*. Sed hoc loco cum paragoge literæ (ה) *he* אֶזְכְּרָה *ezcherah*, frequens est permutatio temporum in psalmis, & futurum inseruit, præsertim iunctum cum præterito, ad denotandum id quod fieri solet, & adhuc fit, fiétque. In psalterio Illyrico est præsentis temporis, *recogito*. Sed nec particula, *quia*, causam reddit. Verùm vel vacat, vt non ratò alias, vel assertiue ponitur. Omisit Apollinarius. Si causaliter sumere velis, erit sensus, quia memor fui, & inde magnum solatium vtilitatémque percepi, memor adhuc ero, vt simili cõmodo perfruar. Aut nil mirum si operum, quæ in me feciti, memor fuerim, inquit Hugo, & Rickelius, quia decreui memor esse omnium,

quæ

[a] Allegoria.
[b] Tropologia.
[a] Cant. 1. 7.
[b] Sap. 5. 3. Rom. 1. 20. Iob 12. 7. 8 9. pf. 18 1.
[c] in Ezech. c. 1.
[d] Ierc. 17. 10.
[e] Esa. 1. 16.
[f] vers. 5.
[g] in pf. 110. in 2. de tribb. Ezech. c. 15.
[f] in pf. 104. in Apoc 19. hom. in dom. post ascens. Domini.
De vera haleluiah figmento. loco compositio.
[k] epist. 136.
[a] cap. 10. 22. Rom. 9. 27.
[b] Hebr. 1. 3.
[c] Eius acclamatio.
[c] Apoc. 19. 1.
[d] tomo 9.
[e] Esa. 38. 11.
[f] Luc. 10. 24.
[g] in Esa. c. 38.
[h] in pf. 118.

quæ a principio mundi Patribus nostris impendisti. Opera mirabilia de Incarnatione cum aliis mysteriis ei annexis intelligere licet, vt Augustinus facit, præsertim collatione facta cum mirabilibus antiquis in vtraque lege operibus, quæ illa præfigurabant. Innouauit Christus *signa*, & immutauit *mirabilia*, glorificauit *manum, & brachium dextrum* [a]. Multò nobis magis vsurpare illud fas est, quod Nabuchodonosorem refert Daniel [b] vsurpauisse, *Signa & mirabilia fecit apud me Deus excelsus*: placuit ergo mihi prædicare signa eius, quia magna sunt, & mirabilia eius, quia fortia.

a Eccl.36.6.7.

b c.3.99.100.

Et meditabor in omnibus operibus tuis.] Hieronymus, *in omni opere tuo*. Sed Lxx. fortitan legerunt מַעֲלָה *pahiolecha* in plurali, aut מַעֲלָךְ *pahiolecha* absque (') *lod*, in singulari collectiue acceperũt. Paraphrastes *opera operum* nominat. Est hic quoque pro præterito הָגִיתִי *hagithi* fatuuntur: & hoc verbum sicut μελετᾶσθαι, ac *meditari*, vt aliquoties notaui, de cantu atque modulatione dicuntur, siue ore, siue etiam musico organo. In psalterio Romano est, *meditatus sum*: in Illyrico, tempore præsenti, *adisco*. Talis est *meditari*, quam dumtaxat memimisse. Sunt, inquit Hugo, qui meditari volunt in aliquibus tantum, non in omnibus operibus Dei, vt in creatione, delectando se immoderate creaturis, non in recreatione, vbi Dominus tantam paupertatem, vilitatem, tormentum sustinuit; non in opere iudicij, &c. Omnia opera debent accommodate sumi, non omnino de omnibus, sed de præceptis. Lege dicta psal. 9. *Narrabo omnia mirabilia tua.*

Et in adinuentionibus tuis exercebor.] Hieronymus, *& adinuentiones tuas loquar*. In psalterio Romano, & apud Cassiodorum: *& in obseruationibus tuis exercebor*: in Gallicano psalterio: *& in obseruationibus tuis me exercebo*: apud Augustinum, & in vetere psalterio, *& in affectionibus tuis garriã*: in Illyrico psalterio, *in inclinationibus tuis me exerceo*. Symmachus appellat μηχανήματα *machinamenta*, seu *molimina*. Apollinarius *conandi* vsurpat verbum, & explicat de præmiis diuinarum virtutum.

Ἀλλ᾽ οὐ μέλ-ξαιμι δὲ μύθων ἀρεϊδέων,
Præmia mente cauens diuinarum virtutum.

Hebræum nomen עֲלִילוֹת *bhaliloth* dixi versu 12. esse simile illi, quod ibi est מַעֲלָלִים *mahhalalim*; ac vtrumque tam latæ ac amplæ significationis esse, à verbo הָלַל *bhalal*, vt comprehendere valeat, quæ recitatis versionibus cõtinentur, quia significat in genere *agere, moliri, dejigurare, meditari, conari*. Vertitur etiam nomen עֲלִילוֹת *bhaliloth* per *opera, occasiones, cogitationes, studia, scelera*; vt consulto Thesauro reperies. Quare quod meditatò fit, & ex animi studio, ac voluntatis electione, siue sit bonum, siue sit malum, comprehenditur vocabulo isto; vt recte quoque potuerit vetus psalterium, & Augustinus affectiones dicere. De nomine Græco ἐπιτηδεύματων egimus etiam alias. *Nequitia adinuentionum* psal. 27. appellatur πονηρίαι τῶν ἐπιτηδευμάτων, & רוֹעַ מַעַלְלֵיהֶם *roatha mahhalalehem*: in 9d. *studia* vocantur ἐπιτηδεύματα, & עֲלִילוֹת *bhaliloth*: in 77 c. dicuntur *beneficia* & πεπραγμένα eodem Hebræo vocabulo: in 102 f. *voluntates*, & βουλήματα. Chaldaicè hoc loco, *& in adinuentionibus*, vel, *causis miraculorum tuorum loquar*. Quid sit *exercere se*, aut *exerceri* ἀδολεσχίαν שִׂיחַ *siach*, dictum iam versu 4. & occurretur

c vers.4.

d vers.12.
e vers.13.

f vers.7.

Ἀδολεσχῶν.

A eadem etiam in 7. Non est proprie cogitare qui memineris, & meditatus sis, quem tamen hunc esse diem notant Hugo, & Bruno Carthusiani.

Differuimus porrò alias de mirabilibus, ac variis modis, quibus Deus in beneficiis nobis faciendo vtitur, tum naturalibus, tum supernaturalibus; quamquam *multiformis* in hoc appareat *sapientia Dei*, vt loquitur Paulus [c], & *gratia*, vt Petrus [d], Græce ποικίλη, & obiectauit Hieronymus [e], attendens etiam *varietatem*, qua regina *circumdata* canitur [f], & *polymitam*, variámque vestem Ioseph. Lectu digna quæ apud Augustinum [g] in hanc ipsam sententiam extant. Ipse profecto beneficij mirus, artificiosus, suauis modus auget valde magnitudinem eiusdem, vt obstet Basilius [g], *multa super Dei beneficiis* disputanti, *decensque numero adeo multa esse, vt numeri vim omnem effugiant*: vi verò ac magnitudine tanta, vt vel vnicum modò ex iis idoneum sit, propter quod nihil non habeamus, vt illius voluntati obsequamur. Idcirco Dauid noster adhortatur [h] populum ad gratias agendas Deo pro beneficiis, *Confitemini*, ait [h], *Domino, & inuocate nomen eius, notum facite in populis adinuentiones eius*. Etiam [i] hanc ipsam imitatus est alios prouocandi modũ. *Vt referat Deus in omnes adinuentiones eorum* [k], qui non cogitant *qua Domini sunt, quomodo placeant Deo* [l]: sed *ipsis sua amantes* [m], non *faciunt in hoc occulo*, id est, liberali, *adinuentionem manuum suarum* [n], sed in oculo nequam, & parco aduersus Deum, & proximum maligne communicentur, sollicitique sunt quomodo sibi ac mundo, ac *abominabiles* sunt *in studiis suis* [o], sapientes, vt faciant mala, bene autem facere nescierunt, sed stulti, Deum *non cognoscentes* [p] *principes*, & *insipientes corde* [q]. *Adinuentiones Dei* sunt etiam præcepta ipsius, atque consilia, & *omnia iudicia iustitiæ*, quã dicitur Christus *adinuenisse* [r], non quasi pertractando, & proficiendo, sed quia non aliunde accepit, hoc est, ab alio subsistentialiter distincto, cũ *Patre*, qui *docuit ipsum* [s], & *ipse vnum sint* [t]. *Immandatum Dei exercebatur* Dauid, & *conferebat cum sanctis Dei* [u], de quibus hic sermo est.

B

C

D

Vers. 14.] Deus in sancto via tua: quis Deus magnus sicut Deus noster?

Vers. 15.] Tu es Deus qui facis mirabilia. Notam fecisti in populis virtutem tuam.

Vers. 16.] Redemisti in brachio tuo populum tuum, filios Iacob, & Ioseph.

E Hæc meditanti sibi, ac memoranti, seseque hac in re diligẽter exercenti, id est, in operum, mirabilium, adinuentionum Dei contemplatione, potissimùm occurrisse dicit; & hoc in illis a se deprehensum, omnium actionum ipsius rationi sanctitate plenam esse, ac omni prorsus reprehensione vacare: potentia comparandum nulli gentium Deo esse, solum esse, qui omnipotentiæ signa, & effecta edat mirabilia: solum, cuius innotuerit plurimis latè populis cum maxima celeritate vis & excellentia eiusdẽ; præsertim verò quando Hebræũ populum exerto velut forti brachio, manúque potenti, qui ab Iacob in duodecim Tribus, pro numero totidem

sensus loci.

filiorum

e Ephes 3.10.
f 1. Epist. 4.100.
g 1. cont. Iulian.
d pl.44 10.
e Genes. 1.
f 3. Cantic. c. 6. de tutti. Continua e. 13. & hinc verisimile est Lxx. vertisse ἐν ποικιλίαις ἐν ποικίλοις τοῦ ἐνδύματος σου. Regum 3. ex Pius.
h 1 Par.16.8.
i c.11.4.
k psal 58.8.
l 1 Cor.7.32
m 2. Tim.3.2.
n Eccl.35.12.
o psal.13.1.
p Iere.4.22.
q Baruc 3.20.
r Ioan 8.28.
s c.12.10.
t psal.118.15.
u Ioan 8.28.
c.12.10.
psal.118.15.

filiorum eius, distributus erat, & alv vno illorum Ioseph Ægypti præfecto, in Ægyptum introductus, ac nutritus est, de Ægypto, vbi dura premebantur seruitute, liberauit. Allegoria de Christo satis aperta est. Nam Deus est, *sanctus* [a] est, quem *mirificauit Deus* [b], *via est* [c], *virtus Dei* [d], *brachium* [e]: nec vllus facere signa, & opera *potest, quæ faciebat*, & quo modo faciebat, *nisi Deus sit cum illo* [f]; immo nisi sit ipsemet Deus: *vsque modo* cum Patre *operatur* [*] naturæ, gratiæ, gloriæ opera: *operatus est salutem* [g] vtrumque populi Iudæi, & Gentilis, quos filij Iacob, & Ioseph designant.

Allegoria.
a Achs. 14.
b psa. 4.4.
c Ioan. 4.6.
d 1. Cor. 1. 24.
e Esa. 53. 1.
f Ioan. 3. 2.
* c. 5. 17.
g pſ. 73. 12.

Deus in sancto via tua.] Chaldaice, *Deus, cuius sancte*, vel *quam sancta via tua!* Aquila, *ἐν ἁγιασμῷ, in sanctificato.* Symmachus, *ἐν ἁγιαστῷ, in sanctificatione.* Alij, *in sanctitate* בקדש *beneries.* Præter allatum sensum, vt significetur agendi rationem, consilium, institutum, quo Deus vtitur, seu actiones illius omnes, & opera sanctimoniæ plena esse, & *ipsum sanctum* esse [h], & quidem *in omnibus operibus suis* [i]; etiamsi correctiones illius graues nobis, & durè aliquando videantur, vt ait Euthymius. Alius est, vt *sanctum* pro loco sancto sumendo, quod & *sanctuarium* dicitur, vel *sacrarium*, in hoc, id est, in Templo, aut cœlo dicatur *via Dei* esse, id est, magis ibi innotescere; quoniam responsa inde reddebantur: Vel in cœlo, quia superat istum mundum, & captum habitatorum ipsius: quamuis in meditationem, siue contemplationem valde incumbant. De diuinis decretis & cõsilijs Theodoretus explicat, quę sint in sancto, id est, separato veluti loco à communi vsu, & cognitione hominum. Euthymius cum cœli, ac templi acceptione, meminit mõtis Sina, qui veluti dicatus Deo erat, & sanctificatus, & ad quem Deus descendebat, de quo item ps. 67 [k]. *Dominus in eis, in Sinai in sancto.* Lyranus, & Caietanus interpretantur Angelum sanctum, qui præcedebat castra filiorũ Israel in colũna ignis, & nubis, ostendẽs eis viam per diem ac noctẽ [l]. Iansenius orationem putat imperfectam esse, vel obstupefacti propheræ, seipsumque esse, ô Deus, qui in sancto habitas, via tua, scilicet summè est admiranda. Vnde subditur per admirationem, *Quis Deus magnus sicut Deus noster?* Nepehorus & Euthymius addunt Christũ esse sanctum, qui, vt prius dixi, secundùm Latinorum multorum sententiam, *via* nostra est, solusque impeccabilis, & in quo de salute hominum œconomia Dei, & Patris peracta est. Basilius, vel potiùs Theodoretus, declarat Deum sanctum in sanctis requiescere, habitare, inambulare. Volumus vt Christus habitet in nobis, ait, quem vocant Hieronymum, simus sancti; Dei enim via *in sancto* est. Rickelius sanctum Christum iusti cuiusuis cor, legem diuinam, verámque sanctitatem simul intelligit. *Via* demum est ad Deum perueniendi *in sancto*, id est, in omnibus ea re, quæ nos reddit sanctos, & ad illum perducit, qui sanctus est; tum verò Christi doctrina, exempla, opera, vt Gregorius [m] docet. Via, inquit, quippe est, incarnatæ sapientiæ omnis actio, quam temporaliter gessit. *Via* eius sunt viuendi ordines, quos ad se venientibus strauit. Tot itaq; ad se venientib. vias præbuit, quot bene viuendi exempla monstrauit. *Faciant viam* dæmones tanquam *latrones* per improbum [n], qui *odio habens correptionem, vestigium est peccatoris* [o], id est, dæmonum principis; *& fit corpus eius quasi fauces fossilis, compactum squamis se premens huc, quarum vna vni coniungitur, ipsi-*

h pſ. 96. 9.
i pſ. 144. 13.
k vers. 18.
l Exo. 13. & 14.
m 2. moral. ca. 16. vers. 17.
n Iob 19. 12.
o Eccl. 21. 7.

A *raculum non incedit per eas* [a], vt scilicet viam dent Spiritui sancto & Deo. Gregentius Heribaum [b] refellit Iudæum explanantem locum istum de populo Israëlitico, negátque sanctos illos esse, qui Deum cœli corporaliter interfecerint, ait autem *viam Dei in sancto* esse illa, quæ Pater in Christo sibi consubstantiali efficaciter egit. Simile facit Galatinus [c] argumentum allato etiam testimonio ex Midras thehillim.

a Iob 41. 6.
Heribaus Iudæi explanatio refutata.
b disp. contra Heribaum Iud. to. 4. biblioth. Patrum.
c lib. 6. ca. 4.

Quis Deus magnus sicut Deus noster?] Hebraicè non extat pronomen, sed tantum *sicut Deus.* Paraphrastes loco pronominis posuit *Israel.* Sic in psal. 82 [d]. *Deus quis similis erit tibi*, & in 112 [e]. *Quis sicut Dominus Deus noster*, &c. In Cantico Mosis [f]. *Quis similis tui in fortibus Domine?* De *magni* epitheto, vt de Deo dicitur, egimus psalm. 46 8. & 47 [h]. supra omnes Deos quorum Gentiles quosdam cognominabant magnos, atque maiorum Gentium, Seruius eosdem Romanis *Penates*, & *magnos Deos* docet fuisse: & in statuis illorum, quæ Romæ visuntur, scriptum est θεοὶ μεγάλοι, *Dij magni.* Lege Gyraldum [i], Turnebũ [k], Macrobium [l].

B

d vers. 2.
e vers. 5.
f vers. 11.
g vers. 3.
h vers. 2.
i Syntag. 1. lib. 1. ca. 11.
k lib. 3. ca. 4.
l lib. 3. c. 4.

Tu es Deus, qui facis mirabilia.] Addunt, *solus*, alia Latina psalteria, & Augustinus atque Cassiodorus, & in paraphrasi metrica Apollinarius. Erat nomen, *solus*, in eadem sententia psal. 71 [m]. Vnde quæ huc spectãt, petere licet, atque ab Augustino hic etiam rectè declarantur; quomodo scilicet solus, qui trinus in personis, & quo pacto per comparationem ad alios quoque homines, qui sunt item mira operati. Christus *se opera fecisse* dixit quæ *non fecerant alij* [n]. Ostendit id Gregorius [o] inductione, dum explanat verba Cantici Annæ [p]; *Non est fortis, sicut Deus noster*, ac docet (quod hoc etiam loco Augustinus) quidquid alij virtutis ostendere potuerunt, Dominum, non ipsos, fecisse, id est, non ipsos, sine Domino, qui propria virtute operabatur, vt idcirco Christus Iudæos in Patrum fortitudine gloriantes reprimeret, dicens [p]; *Non Moyses sed Pater meus dedit vobis panem de cœlo*, & sequenti psalmo [q] noster Dauid canat de Deo, *Fecit mirabilia in terra Ægypti*, & idem Christus imperando signa faceret [r], & *virtus de illo exiret sanans omnes* [s], & *quotquot angebant eum salui fierent*, à quocumque languore tenerentur [t]. Idem Gregorius [u] explicans quod scribitur in historia Regum [x], *factum esse miraculum in castris per agros*, cùm solus Ionathas, & armiger eius cæderẽt Philisthæos, ait in comparatione Sanctorum, velut agrestes homines esse, qui tot Conditoris antiqua tempora, tot dispositiones temporum, tot ordines creaturarũ mirari nesciunt, sed quoties præter quotidianum vsum, noua quædam accidunt, mirantur. Deniq; Origenes [y], potentiam, ac virtutem Dei comparatam cum rebus à Mose, alióve quocumque gestis, viuam appellat, aliam veluti mortuam picturam. Lege præterea Bernardum [z]. Attingit Augustinus miracula Christi tum circa corpora, tum circa mutationem, & conuersionem animorum. Potest id pluribus amplificari, facta in vtroque rerum genere collatione vtili sanè ac iucunda.

C

D

E

m pſ. 71. 18.
n Iob 15. 24.
o lib. 1. in 1. Reg. ca. 2.
p 1. Reg. 2. 2.
p Io. 6. 32.
q vers. 12.
r Matth. 9. 5.
s Luc. 6. 19.
t Mar. 6. 56.
u in 1. Reg. l. 4. c. 14.
x 1. Reg. 14. 15.
y homil. 6. in Exod.
z serm. 15. in Cant.

Nouam fecisti in populis virtutem tuam.] Hieronymus per participium *ostendens in populis potentiã tuam.* Non est virtus moralis ergo intelligenda, sed vis, robur, potentia, vt aliàs sæpe, per (יד) *hhoz*, & *brachium.* Populi etiam indifferenter quoslibet significant, maximè verò secundùm sub-

iectam

iectam materia, exteros ab Hebraico distinctos, de cuius redemptione ac liberatione mentio statim subijcitur. Vnde Pharaoni dictum a Deo, *Idcirco posui te vt ostenderem in te fortitudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra* [a], Illyricum psalterium *hominis* absolutè ponit pro populis allegoricè. Christus Dei virtus, vt autè dixi *portauit omnia verbo virtutis suæ* [b], populis omnium gentium innotuit, ac eiusdem Euangelium, quam Paulus [c] *Dei virtutem* nominat *in salutem omni credenti, Iudæo primùm, & Græco.* Vel multi fallì sunt aduersarij virtutem, ac potentiam istam, nec non efficaciam diuinæ gratiæ. Gentilis Iethro, postquam didicit *cuncta quæ fecerat Dominus Pharaoni, & Ægyptijs propter Israel.* Nunc, ait, laudans Dominum, *cognoui, quia magnus Dominus super omnes Deos* [d]. *Populus* Hugo secundum tropologiam inferiorum hominum conditionis interpretatur, qui sæpe expertes sunt doctrinæ diuinæ, atque misericordiæ, qua maximè propria Dei virtus censetur.

Redemisti in brachio tuo populum tuum.] Prænomen adhibitum est, pro *redemisti*, in alijs priorum Latinis, & in Illyrico. & apud Augustinum, atque Cassiodorum est *liberasti*, vt & apud Apollinarij ἐλυτρώσω pro *populum tuum, homines tuos* legit psalterium Illyricum. De *redimendi* verbo & nomine *brachij*, diximus alibi. Lege de *brachio*, vt Christo conueniat, Greuenum [e], quantum ad opera fortitudinis sapientiæ, seu artis, & pietatis, tamquam mihi, vel athletæ, tamquam figulo, tamquam nutrici, aut pallori.

Filios Iacob, & Ioseph.] Pro *Iacob*, habet *Israel* Romanum psalterium, Augustinus, Cassiodorus. Chaldæa verò paraphrasis explanat, *quos genuit Iacob, & eorum Ioseph.* Merito denominatur populus Dei à Iacob vt alibi notaui, quia caput fuit duodecim Tribuum: à Ioseph, quia cum esset Ægypti præfectus, enutritus est, creuitque mirum in modum sub illo populus Hebræus, donec *surrexit rex nouus super Ægyptum, qui ignorabat Ioseph* [f], id est, ab hoc in Ægyptum collata beneficia, & ab eodem Ioseph liberationis populi origo repetitur, & ius primogenituræ à Ruben est ademptum, *datumq; Ioseph* [g], à primogenito autem familia tota denominatur. In psalmo præterea 79. h & 80. i sumitur nomen *Ioseph* patronymicè pro eiusdem populo Hebræo. Credo Lyrano, Treuero, Rickelio, Carcano, aliisque, vniuersum populum hic vtroque nomine intelligi, ob modò dictas rationes, maximè quia de vniuersi populi agitur liberatione ex Ægypto, nec video cur duo regna intelligere debeamus hoc loco, vel etiã possimus, vt Genebrardo tamẽ placet, Agellioque; cùm sæpius *Iacob*, quemadmodum & *Israel*, designet decem Tribus, licèt aliquando *Iacob* propriè duas alias, interdum omnes: *Ioseph* si non populum totum, semper decẽ Tribus vt & *Ephraim*, nunc autẽ totius populi, vt nõ aliquoties monui, liberatio memoretur. Legendus Hieron. canon in prologo duodecim prophetarum, quotiescumque ad decem Tribus redditur prophetia, designati sub nominibus *Ephraim, Samariæ, Israel, Ioseph, Iezrael, Bethel, Bethauen*, & interdum *Iacob*. Cùm ad duas loquitur Tribus, suis his nominib. proferti *Iuda, Ierusalem, Benjamin, Domus Dauid*, & interdum *Iacob*. Eadem porrò causa est, cur sæpe dicatur *Ioseph* de decẽ Tribubus, quę cur *Ephraim*, quoniã primus decem Tribuum rex *Ieroboã filius Nabat erat Ephrataus* [k], id est, de Tribu Ephraim: hic autem ultimus Ioseph. interamen etiam Hieron. in principio Malachiæ scribit, abducto in captiuitatẽ, id est, decem Tribubus, indifferẽter appellatas duas alias Iuda, & Benjamin vocabulo *Israel*.

Porrò mysticè sumunt hoc loco *filios Iacob* pro Iudæis; & *Ioseph* pro Gentilibus, & hos quidem, quia *Ioseph*, inquit Haymo, in Ægypto primus ex Hebræis diu versatus est, & *accrescentẽ eum* interpretatione significat (minus aptè deriuatio Schindleri Græci, vt sic ἐπιδῶ με ἀφ' ὑμῶν, hic, *opprobrij ablatio*, quòd is proposito congruere posset: sicut & Gentiles numero plurimi sunt, & ad cultũ Dei accreuerũt per populum Hebræum. Addit Augustinus Gentiles ad Christum conuersos, quẽ verè dicti Iudæi, ideò & Iosephum, meritò nominari *filium Ioseph*, id est, Christi, cuius ille typus erat. De *Iacob*, quare ab eo Iudæus populus nomẽ acceperit, Bruno Carthusianus rationẽ adiungat, quia sicut Iacob luctatus cum Angelo, vno claudicauit pede, ac *benedictionẽ suscepit* [a], sic Iudæus populus cum Domino luctatus est, ipsius præcepta in irritum ducendo; & ab illo ęquitate perculsus, vno claudicat pede, scilicet intellectu carnalium obseruantiarũ, quo solam litteram intelligit; moralia verò præcepta satis rectè intelligendo, & ex parte tandem consequetur benedictionẽ adoptiuæ filiationis. Alijs videtur nomen *Iacob* potius cõuenire fidelibus ex populis Gẽtili cõgregatis, quia plures ex iis participes fuerunt benedictionis, quæ promissa est semini Iacob per Christum, atque mysticè supplantauerunt Iudæos, ac primogenituræ benedictionemq; illorum surripuerunt, & dilecti fuerũt dicti fideles, Iudæi odio habiti. Itaque vtres eadẽ secundùm varios respectus in vtramq; partẽ detorqueatur. Certè dicto iã vltimo modo *Iacob* potius denotaret fideles ex Gẽtibus, & *Ioseph* reiectos Iudæos, quia nobiliores Tribus nomine *Iacob* nõnunquã, per nomen *Ioseph* nũmquã intelliguntur separatim, sed vel cũ reliquis, vel solæ decẽ. Euthymius, ac Nicephorus vtroque nomine fideles omnes intelligunt subrogatos, & adoptatos in locum illius populi veteris, quique beneuolentiã ac familiaritatem hæreditauerunt, quæ cum Deo illis intercedebat. Hugo, & Greuerus [b] secũdùm tropologiam interpretantur actiuos, quasi luctatores, & contemplatiuos, qui vident visiones Dei, sicut Ioseph. Lege Greuenum præsertim.

Hìc in fine est סלה *selah*, & διάψαλμα.

Vers. 17.] Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ, & timuerunt, & turbatæ sunt abyssi.

Vers. 18.] Multitudo sonitus aquarum, vocem dederunt nubes. Etenim sagittæ tuæ transeunt.

ILlustriora quædam Dei opera in educẽdo populum suum de Ægypto cõmemorat, videlicet in istis versibus liberum transitum per mare rubrum, quando id ob Dei præsentiam atque potentiam, perinde atque si eam sensisset, & extimuisset, loco cessit. & vt est in alio psal. [c] *vidit, & fugit*, ipsæque illius abyssi, ac profunditates, tamquam nimio metu perculsæ, naturalẽ reliquerunt fluxũ admirabili autẽ modo hinc, & hinc velut solidi muri constiterunt, edito tunc sonitu fragoreque magno, cùm se se aquæ primùm seiungerent, vt sicca transeuntibus Hebræis pateret via:

a Exo. 9. 16.
allegoria
b Hebr. 1. 3
c Rom. 1. 16.
d Exod. 18. 8. 9. 10. 11.
e ser. 160.
f Exod. 1. 7.
g 1. Paral. 5. 1.
h ser. 3. 1. num. 8.
Nomina tribuũ & Israel dissimulanter vtẽtibus duas.
k 3. Reg. 11. 26.
Motiua expositionis.
Iudæus populus iustissimus Iacob nomen assumpsit.
a Gen. 32. 24. 25.
b ser. 161. *Tropologia.*
Sensus loci.
c psal. 113. 3.

deinde ad obruēdos recurreret Ægyptios. Addit decidētes, & irruentes eodē cum impetu ac strepitu de nubibus imbres a fuerūt hostes, nec non copiosè emissas aculeatas grandinū, & fulminū quasi sagittas. Narrantur hæc in Exodo [a], & à nobis pridē iam antea declarata sunt. In Exodo non exprimuntur decidentes imbres, vel grādines, ac fulmina, ita vt videri possit simul mentio esse de pugna Iosue contra quinque reges, quādo Dominus *misit lapides magnos grandinis, quibus plures mortui sunt, quam quos gladio percusserant filij Israel* [b]. Vel de plaga grandinis cū tonitruis, & fulguribus in Ægypto [c]; attamen tunc etiam in ipso mari turbo extitisse, ac horrificis nubibus pluuias, grādines, tonitrua, fulgura instar totarum currimū stridentibus, concedi potest, idque innui in Exodo per *ventum vehementem, & urentem tota nocte.*

a c. 14. 23. & 169.

b Iosue 10. 11.

c Exod. 9. 23. 24. 25. Sap. 16. 16. c. 19. 19.

Mystica exposito. † Apoc. 17. 15.

Mystice passim à Latinis exponūtur ista de populorū: quia *aqua multa populi multi* †; tum Iudæi, tum Gentiles, quia bis *aqua* repetuntur, conuersione, cognitione per fidē, salubri timore, turbatione pœnitentiæ, sonitu cōfessionis, voce prædicationis, sagittatione cordiū ex amore diuino. Euthymius, Nicephorúsque applicant ad Christū, cùm nauicula fluctuante excitatus à somno, *venti & mare increpuit* [d]; & in eiusdē transfiguratione *vox de nube* audita est [e]. Idem de obediente mari ad Christi præceptum hic prædici docuit Auctor operis imperfecti [f]. Vocem autem quam dederint nubes timentibus aquis, discipulos fuisse, qui viso signo illo diuinæ virtutis exclamauerint dicētes, *Vere filius Dei es* [g]. Procopius [h] hinc, & ex similibus veteris Testamenti locis de eadem re collatis, cum eo quod Christus fecit, confirmat illum eumdem esse nouū, & veteris.

d Luc. 8. 24.

e Matt. 17. 5.

f hom. 23. in Matth.

g Mat 14. 33.

h In Esaiæ 51.

Videruntte aqua Deus, viderunt te aquæ, & timuerunt.] Hieronymus, *videntes te aquæ Deus, videntes te aquæ parturierunt.* Alij, *doluerunt.* Sensum attendit Hieronym. aut legit חָשָׂה *raucha viderunt te.* רָאִיךָ *roecha videntes te.* Non est autem in Hebræo textu coniunctio ante verbum יָחִילוּ *iachilu.* Paraphrastes explicat, *homines vidisse maiestatem Dei de medio maris, & virtutem illius super mare, & contremuisse.* Retinēda nihilominus elegās prosopopœia, scripturis non infrequens, quam aliis in psalmis notauimus, hîcque confirmauimus exemplo simili ex psal. 113. [i] *Mare vidit & fugit.* Adiice ex Cātico Abacuc [k], *Viderunt te, & doluerunt montes*; & ex psal. 103. [l] *ab increpatione tua fugient.* Vicissim cùm Deus respicit terram, dicitur *facere eam tremere* [m]. Significat porrò huius loci Hebræum verbum, quod etiam est in Abacuc, *dolorem torminibus parturientium similem* Iob [n] quidem *quasi de vulua procedens* mare describit, quod Lxx. dicunt *fremere* μεμύκασιν, estque etiā quasi permanus obstetricis parere, cùm nempe ex alueo tāquam ex aluo nititur erumpere, seu ex finibus terræ, ex cauernis obscuris, cæcisque ex locis depressioribus, quibus continetur, & coercetur. Sed multò magis timendum mari fuit, ac parturientis in morē enitendum, & dolendum, quando vt patefieret Hebræis transitus, vastitas aquarum tanta tam breui tempore sinum relinquere alueum, & veluti egredi ex aluo debuit; de qua re vide quid Genebrardus tradat [o], & Peretius [p]; nos autem alias opportunius. Valet idem verbum Hebraicum *expauere, manere, morari, residere*, quo pacto sensus esset, aquas, vt primùm viderunt Deum, sensérúntque præsentiam ipsius, conquieuisse ac resedisse, transitumque populi expectauisse.

i vers. 3.

k Abacuc. 3. 10.

l ver. 6.

m ps. 103. 32.

n c. 38. 8.

o in ps. 113. 3. & in Exod. c. 14. disp. 3.

Præter mysticum illum sensum, de quo admonuimus, Ambrosius [a] *aquas* illas, quæ *videndo Deum tument*, bonas interpretatur virtutes esse, quæ verbi cœlestis cognitione sunt placidæ, nō tamen, & fragore terribiles: Hugo, peccatores, qui relictis omnibus, visu auditúque vocante Christo, *continuò* ac statim *secuti sunt eū* [b]. Itē peccatores, quos aquis docet esse timidos, octo de causis, & primū timent imperfectè, cum sola fide informata, postea cum formata, perfectè. Hinc ad finem vsque psalmi Augustinus obseruat Christi potestatem in ope nostræ redemptionis, secūdum septem, secundum redemptionē peccatorum, populorum conuersionem prædicationem Apostolorum, animorum penetrationem, operationem miraculorum, pœnitētiæ cōmendat unctionem, gubernationem Ecclesiæ.

Mysticus sensus. a in ps. 45.

Peccatores aquæ timentes octo de causis.

b Matt. 4. 20. 22.

Christi potestas in opere redemptionis, secundum septem sensus.

Et turbata sunt abyssi.] Hieronymus, *commota.* Ambrosius [c], & Augustinus, *conturbatæ. Abyssi* sunt profundiores aquæ, seu gurgites, & voragines, vt alias dictum est, & ridiculam etymologiam esse, quam repetit hic etiam Hugo, dictas *abyssos* quasi absque basi, aut fine byssi; & hoc vocabulum in scriptura indifferens esse, nunćque in bonā nunc in malam partem sumi. Hic accipi in malā docet Hieronymus [d]. Ambrosius mystico sensu explicat *abyssos* de malis virtutibus quæ Deum non vident, & ideo turbationibus sæpe obnoxiæ sunt, & bestiā, quę est Antichristus, *de abysso ascēdere* [e], & immūdos spiritus turbatos esse, videntesq; opera Dei pertimuisse in domini salutaris aduentu appropinquante sibi iudicium; sonuisse, ac turbatas aquas, in passione Christi; denique diabolum, sonum quærere, Christum, silentium. His Hugo similia tradit, per *abyssos* intelligi reges, ac principes, profundáque corda, & inscrutabilia, ac obscura eorumdem mala; vel quorumlibet aliorū, præsertim mundelium: Conturbari autem vel in malo, vt perpetrent, vel de malo, vt conterantur, idque caueant.

c in ps. 45.

Abyssi quid sint, natura vocis, etymologia.

d in c. 3. Abac. Mysticus sensus.

e Apoc. 11. 7.

Multitudo sonitus aquarum.] Hieronymus, *excusserunt aquas nubila.* Alij, *inundare fecerunt aquas nubes*, vel, *inundauerunt aquæ nubium densatum*, seu *aurarum*: vel, *nubes densæ*, seu *nebulæ, effuderunt aquas*, vel, *decidentes nimbi aquarum densarū nubium.* Hebræa sunt וְרֹב מַיִם עָבֹת *zoremu maim hbasuoth.* Significat primum verbum inundare à זָרַם *zerem*, quod sonat propriè *fluxionem cum impetu*, seu *cataractam, rapidum imbrem, nimbum.* Rectè Lxx. *multitudinem aquarum cum sonitu* dixerunt; quia talis imber decidit cum tanta copiosæ, ac strepitum edētes aquæ. Et fortassis non verbum, sed nomen legerunt, omisso (ו) *vau* sciurec vltimo, vt non sit necesse cum Agellio suspicari vertisse ἦχος, sed מְהֹמָה, quod *crassitiem*, seu *densitatem* valet, quēadmodum עָבְרֵי *hbaurē*; supplendum autem vel *turbandi* verbum: *multitudo sonitus aquarum turbata est*, vel substantiuum, *multitudo sonitus aquarum fuit*, nempe super Ægyptios. Potest etiam *multitudo sonitus aquarum*, id est, moles aut gurges sonantium aquarum, per appositionem declarare quid sint quas priùs dixerat *abyssos turbatas.* In Illyrico psalterio exponitur sic; *conturbatæ sunt abyssi multitudine sonitus aquarum*: habet enim ea lingua casus obliquos diuersos, sicut Græca & Latina. In psalterio Gallicano, *à multitudine sonitus aquarum vocem dederunt nubes.* Videtur Apollinarius ista sequentibus iungere, *vocem dederunt nubes*, vt *multitudo sonitus aquarum* sit eadem cum voce, quam dederunt nubes:

Elegans prosopopœia.

σμοὶ δὲ αὐτῶν κτύπος· ἀπὸ δὲ αἰθερίων νεφελῶν.

Horrendus fragor concitabatur per æthereas nubes.

Mysticum sensum prius attigimus: & Augustinus *sonitum aquarum* spectat in laudibus Dei, in confessionibus peccatorũ, in orationibus. De scripturis quo pacto *aquæ* ac locum totum istum explanet, Graecum [a] lege, qui etiam sic declarat *sonum aquarum multarum* ex Ezechiele [b], & Apocalypsi [c].

Vocem dederunt nubes.] Alij, *Tonitruum dederunt cœli.* Sed ipsæ nubes dicuntur quandoque *cœli*, & שחקים *scechakim* de vtrisque, ac Symmachus vertit ἠχὸν ὕδατος αἰθέρος *sonitum dedit æther.* Mystico sensu Apostoli, aliique prædicatores vocantur *cœli*, & *nubes*. eorundem prædicationis sonus, ac vox exiens in omnem terram dici etiam *tonitruum* potest, licèt duo de Apostolis peculiariter cognominati fuerint *Boanerges, quod est filij tonitrui* [d]. Lege Gregorium [e], & Augustinum [f], nosque alibi idem notauimus. Peccatores alio modo *nubibus* designari docet Hugo, propter obscuritatem peccati, quæ impedit *ne transeat oratio* [g], peccatores autem vocem dare, quãdo sponte, ac vltrò confitentur, & tempestiuè, quoniam *à mortuo quasi nihil, periit confessio* [h], id etiam facere in multitudine sonitus aquarum lacrymarum, saltem cordis, & *in* [illegible].

Etenim sagittæ tuæ transierunt.] Hieronymus, & *sagittæ tuæ discurrebant.* Alij *fulgura tua discurrerunt.* de his quoque Paraphrastes intellexit: *sed & flagella sagittarum tuarum discurrebant, & accendebantur.* Possunt item grandines intelligi per *sagittas.* Nam חציך *chaṣaṣ*, cuius hic est plurale cũ affixo חציך *chaṣaṣeca*, significat *calculum*, & *lapillum.* sed melius *fulgura.* Nimis amplè Dionysius pœnas interpretatur, quæ processerunt in Ægyptios. Vide ps. 17. [k] de sagittis, deque alijs hoc loco contẽtis. In psalterio Gallicano apud Arnobium *transierunt*, in Romano, & apud Augustinum, Cassiodorũ, Gregorium [l], *pertransierunt.* in Commentario putati Hieronymi, *perambulabãt*, &, *transierunt.* Porrò, *etenim*, alias monuimus idem nonnumquam valere quod item, etiam, & similia. Est hic אף *aph*, sicut ibi *& turbata sunt abyssi. Transire* διαπορεύεσθαι & התהלך *hubhallech*, est magno impetu, & celeritate ferri, subire, penetrare, discurrere hinc, & hinc.

καὶ γὰρ, ait Apollinarius, ὁ τὸ βέλος ἀφεὶς ὑπὸ τὰ κάτω φέρεται.

Etenim tua tela transibant hinc & hinc.

Apostolos quoque Augustinus, & alij *sagittas* vocant, quia percutiunt, & transeunt, non in suis permanendo, sed corda trãsfigendo. Idipsũ tradit Gregorius [m]. Adde quòd *velocitercurrit sermo* [n] eorum orbis istius spatia. Tropologicũ est, vt sagittæ calamitatum præsentis temporis *transire* dicantur, & *compleri* [o], hoc est, temporales esse, sed *vox tonitrui* diuini (quod habetur sequẽti versu) *in rota*, id est, iudicij vniuersalis sententia exitu carere, sicut circularis figura illo caret, ac infinita censetur. Nec incommodè possit id ad Sebastiani sagittas applicari, quæ transierunt, sed non absque coruscationibus bonorum exemplorum, vt & nos *in luce sagittarum istarum* eamus, & *in splendore fulgurantis hastæ* [p] gloriosi huius militis.

Vers. 9.] Vox tonitrui tui in rota.
Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ;
commota est & contremuit terra.

A

DEscribitur adhuc terrifica potẽtia Dei quãtum ad fragorem, atque stridorem in rotis currũm, quando *respiciens Dominus super castra Ægyptiorum per columnam ignis, & nubis & interficiens exercitum eorum, subuertit rotas curruum, ferebantúrq; illi in profundum* [a], ac orbis totus circum Ægyptios & vltra, fulgũribus micare videbatur, mugire fulminibus, tonitruisque, ac ima omnis cõcuti, tremere, quassari tellus, maxima cum trepidatione tum Ægyptiorum miserè pereuntium, tum finitimorũ locorum, quò tanta illa elementorum peruenit perturbatio; tum postea illorum, qui eadem de re longius etia dissiti, certiores sunt facti. Nec difficile creditu est reipsa tunc terram mouisse, ac tremuisse, quamui Exodi liber non exprimat. Caietanus quidem hoc loco credit, ac Treuerus.

B

Ex dictis antea iuxta mysticum sensum, procliue est hæc eidem adaptare de voce prædicationis circulariter per orbis vniuersi quasi rotã discurrente, deque fulgũribus tum eiusdem prædicationis, tum miraculorum, per quæ homines commoti tremefactique sint ad salutem.

Vox tonitrui tui in rota.] Supplet Paraphrastes, *audita est.* Alij, *reboat*, aut quid simile. In psalterio Illyrico pluraliter, *in rotis*, eodemque pacto Symmachus ἐν τοῖς τροχοῖς. Quæ versio innuit fragorẽ tonitru in rotis ipsis curruum subuersorum: quibus, vt dixi, vehebantur Ægyptij. Græcorum est ista sententia; ita vt à sua parte, id est à rota, & axe, currus totus intelligatur, & collectiue *currus* pro curribus.

C

Origenes explicãs de aëris sphæra, probat hinc etiam cœlum esse sphæricæ figuræ, in aëre autem formantur tonitrua. Quidam describi volunt Deum velut curru suo insidentem, tanto in Ægyptios impetu inuehi, vt de rotis ijs currus eius quasi tonitrua ederentur. Sic in Cãtico Abacuc [b], *Qui ascendis super equos tuos, & quadriga tua salutaris:* & in alio psalmo [c], *Qui ponis nubem ascensum tuum.* Hebraicè, *currum suum*, in tertia persona רכוב *rechuna.* Incertum an fulminibus currus ipsos percusserit Deus, an percussi sonitu tonitruorum equi, fuga rotas implicauerint, ac confregerint. Primum consentaneum magis. Quarto Cassiodorus, figurata locutione, arbitratur figurari *tonitrua vocem*, ita reuolutam quasi de rotis venire perstrepentibus audiretur, & sic de summo cœlorum spatio, id est de aëris parte superiore, volubili murmuratione tonitruũ pertransire; vt rotatus, atque sinuosus ipse sonitus sentiatur. Huc spectat puerilis suspicio, quam de se puero testatur etiam Augustinus, cùm audiuntur tonitrua de cœlo, quasi vehicula de stabulo procedere, quoniam habent tonitrua quandam concussionem similem vehiculis. Ait præterea quem vocant Hieronymum in Commentario, vulgo dici quando tonitruat Deus, similem vocẽ facere rotæ, & hoc sequitur Dionysius, Caietanus, Placidus Parmensis.

D

E

Mysticè prius dixi de tonitruo prædicationis Euangelicæ in totius orbis rota, qui etiam est ἀστατος, inquit Nicephorus, & Euthymius, id est, *instabilis, mobilis incomprehensibilis.* & de altero tonitruo interminabilis iudicij vltimæ sententiæ, sicut rotæ orbicularis figura caret termino. Sẽtus primus cõmunis est, & Hieron. præterea [d]. Hugo tradit secũdũ, déq; illo tonitruo aptè illud vsurpat ex Iob [e]; *Cui vix paruam stillam sermonis eius audiuimus, qui poterit magnitudinem tonitrui eius intueri?* Tertium

Sensus 1um.

a Exo. 14. 24.

Mysticus sensus.

Origenes explicatio... etiam figura rotæ figura est ex vsu loco probatio.

b Habacuc 3. 8.

c psal. 103. 3.

Mysticus sensus.

d cap. 17. huius primæ. c. 18. 19.

a Ser. 162.

b c. 1. 24. c c. 8. 15.

Mystica explicatio.

d Marc. 3. 17. e 17. Mor. c. 33. f in ps. 134.

g Thren. 3. 44.

h Eccl. 17. 26.

i Iob 10. Esa. 38. 15.

k vers. 15.

l 29. mor. ca. 13. vel 15.

m ibidem. n ps. 147. 15. Tropologia.

o Deus. 32. 23.

Ad Sebastiani sagittas applicatio

p Abac. 3. 11

tradit mysticum sensum Euthymius, quòd *vox* Theologiæ in nobis esse dicatur *instar rotæ*, quæ minima sui quadam parte terram tangit, reliquis à terra subleuatis. Quartò, Per *tonitruum* Gregorius [a], non solùm prædicationem, de qua illud Iob [b] explicat, *Quis dedit vehementissimo imbri cursum, & viam sonantis tonitrui*: Sed incarnationem quoque intelligit, seu incarnatum Dominũ, qui ex antiquorum Patrum consentiente prophetia, ad notitiam nostram, quasi ex nubium cõcussione, prolatus est, & inter nos visibiliter apparẽs, ea quæ super nos erant terribiliter soluit; Vnde & Apostoli de eius gratia generati, *Boanerges, id est, filij tonitrui* vocati [c]. In Commentario creditur Hieronymi Quintus innuitur sensus, de voce Patris; qua Filio illustre dedit in Transfiguratione testimonium [d]. Fauet Gaudentius Brixiensis [e], notans celebratas *nuptias in Cana Galilæa* [f] designare conuersionem volubilium Gentium, rotæ instar, per *vocem tonitrui in rota* currente, id est, dicti testimonij, eáque de causa *filios tonitrui* cognominatos Apostolos. Idem [g], *vocẽ* hanc interpretatur, fuisse illam qua pater [h] *filiũ suum dilectũ* declarauit: *in quo bene complaceret sibi: & quem audiri vellet*: vt *rotã* autem esse: quia celeriter velociterque currẽs penetrauit & multos conuertit. Sextus apud eumdẽ auctorem commentarij, *vocẽ*, ac sermonẽ Domini esse in viro sancto, qui tamquã tota cogitat quidẽ necessariò aliqua de terrenis, sed victu ac vestitu contentus [i], terrámque solo tangens puncto, & præteriens, ad altiora festinans reuoluitur. Confirmat verbis Zachariæ [k], quòd *lapides sancti voluuntur* (in editione nostra *eleuabuntur super terram*. Valentia septimo loco persequẽs allegoriam totius huius loci, vt quãdo aquæ baptismales viderunt Christum, timuerunt diaboli, & abyssi infernales turbatæ sint, quia deletum est peccatum, fugatáque diabolica potestas. Item, vt *aqua timuerint*, super quas Christus idem pedibus siccis ambulauit, & quibus vnà cum ventis imperauit, Petrum liberans de pelagi profundo: ad hæc, vt *multitudo sonitus aquarum* exciterit, id est, populorum conuersorum confessio ad vocẽ prædicatorum, tamquam nubiũ, & ad pia vulnera diuini verbi sagittarum: vult *vocem tonitrui in rota*, esse dictam prædicationẽ per mundum totum percurrentem in rota, seu in curru, & quadriga Euangelica, quam quatuor Euangelistæ ducunt. Hoc ex Hieronymo explanante Ezechielem [l] sumptum videtur; vbi rotam ab illo visam Propheta, id est, rotas plures, *iuxta animalia habentia quatuor facies* [m], docet esse Euangelia quatuor, ac mundum in breui tempore completum sermone Apostolico, & rotam in rota, eadem Euangelia sibi cohærentia quorum cursus, & statura tendit ad cœlũ, paululumq; quid attingit in terrã, & semper properans ad excelsa festinat. Cita: quoque Zachariam [n], quem proferebat is, quem ferunt commentarij psalmorum sub nomine Hieronymi, hocque ipsum putare se scribit significare, quod hoc psalmo canitur, *Vox tonitrui tui in rota*: & quod est apud Iacobum [o], *quæ inflammas rotam nativitatis*. Quod vltimum non video quàm aptè proposito quadret. Idẽ adhuc non obscurè priorem sensum sextum assignat, iterum explanans Ezechielis [p] verba, *Et circulos in auribus tuis*: ait, *in auribus habere circulos, & rotulas* diminutiuè, quæ humanæ conueniunt fragilitati, qui *cum detractoribus commiscentur* [q], non *rotas*, quæ sequuntur Cherubin, quod Angelicarum fortitudinum est.

Tum probato psalmi præsentis loco, subdit in his, qui terrena pertranseunt, & vix modicis vestigijs contingunt terram, de quibus scriptum est [a], *lapides sancti volumntur super terram, vocem tonitrui Domini*, & excelsorum dogmatũ personare qui autẽ erroribus ducuntur humanis, & non habẽt solida vestigia, sed *circumferuntur omni vento doctrinæ* [b], & cæci de paradiso firmitatis, habitant *in regione Naud* [c]. Sic secundùm Lxx. (*Naid*, iuxta editionem verò nostram *profugus*) quæ interpretatur *fluctuatio*: id etiã approbat Clemens Alexand. [d] mereri linguæ mendacis ferre sententiam, *quæ inflammat rotam nativitatis nostræ* [e]. Potest distinctionis causa numerari, velut sensus octauus Athanasij [f], *Tonitrum* baptismũ esse, & ab hoc denominatos quidem propriè duos Apostolos [g], cæteris tamen id etiam nomen cõuenire, ob sublimẽ fidei, baptismique prædicationem, qua nihil sublimius; *rotas* designari huius vitæ circulum (& hoc docet quoque Olympiodorus, ac nos ipsi in Ecclesiasten [h]) *fulgura* seu *coruscationes*, de quibus hic paulo pòst, sanctos Apostolos, qui *vocem tonitrui* orbi terrarũ patefecerunt, & audierunt [i], *Vos estis lux mundi*: commotam ab hoc tonitru terrã ad culturam, & Gentes collustratione syderum, ab ignorantia, ad Dei cognitionem traductas. Recenseat etiam aliquis per me quidem, & nouũ sensum, id quod auctor operis imperfecti [k] disputat de mola, qui est lapis conterens triticum alio suppositio lapide, dicitq; esse verbũ Dei, quo molitur quis, id est, catechizatur, cogiturque deponere corticem & furfures, veteris hominis inutiles, ac insuaues, vt fiat pura medulla, & similago digna sacrificio. Haud multum distat quod recentiores [l] nõnulli distinguũt de duplici rota, & haberi sensus decimus potest, superiore quod sit cœlum, & inferiore, quæ sit vita nostra, ita vt, quod in horologio contingit, in quo altior inferiorem ligat, ac tenet rota, pédeat cursus rotæ vitæ nostræ à cursu rotæ cœli, & *vox tonitrui Domini*, hoc est, imperium, quo regis omnia, feratur in inferiorem rotam nostram, per illam superiorem. Accedat sensus vndecimus accommodatitius ex Ambrosio [m], & potest non minùs aptè ad Catharinam martyrem transferri. Differens de Machabæorum martyrum quarto, quem iussit tyrãnus vinciri ad rotam [n], vt eius vertigine mẽbris omnibus solleretur; inducit illum cum torqueretur immanter, sic loquentem. Dissoluis corporis mẽbra, sed adiungis gratiã passioni, nec eripis solatiũ morti. Tum etiam subdit quasi eiusdem verba. Et enim *vox tonitrui in rota* quia in bono, & mollensso vitæ istius cursu cœleste resultat oraculũ, sicut in Ioãne, & Iacobo *filiis tonitrus* [o] resilibat. Adiicit præterea dixisse, se quòd legisset rotam intra rotã currere [p], nec impediri, tunc manifestiùs recognoscere, quia teres vita sine vlla offensione in quauis passione versatur, & intra hanc quoque rota currit: præterea cum lex intra gratiam, & obseruantia legis intra diuinæ curriculum misericordiæ est; quo magis enim voluitur, plus probat: potius esse hic ab impijs aduersa tolerare, vbi à Domino consolationem inuenire possimus. At vnde Ambrosius probet rotæ tormentum, non video. Nam βασανίζειν genere verbum est probationi omniae torturæ: ex quo tamen verbo Serarius [q] noster putat id Ambrosiũ collegisse, deque trochlea intellexisse, quã de eiciõt Baronius [r]. Aliud verbum αἰκίζειν ad verbera, & flagella potiùs pertinet. Torquendi

denique

a 19.mor.ca. 13.vel 16.
b c.38.25.
c Mar.3.17.
d Matt. 17.5.
e serm.9.
f 2.Ioan.11.
g tract.8.
h Matt. 17.5.
i 1. Tim 6.8.
k c.9.16.
Allegoria.
in c.1.
n Ezech.1. 5.
c.9.16.
c.3.6.
c.16.12.
Prou.24.21.
a Zach.9.16.
b Ephe. 4.14.
c Gen.4.26.
d 2.Strom.c. 5.
e Iac.3.6.
f Dialog. 3.de Trinit.
g Mar.3.17.
h in c.12.6.
i Matt.5.14.
k hom.5.c.in Matth.
l 10 Osorius to.5.concio. fer.5 post Domin.3.Quadr.
Sensus accommodatitius.
l de Iacob, & vita beata lib. 2.c.11.
m 2. Mach.7. 7.11.14.
n Marc.3.17.
o Ezech.1.19.
p in 1.Mach. 7.
q in 10 notis Martyrol 7. Ianu.

denique Latinum verbum, etsi de tormento per circumactionem rotæ, alteriusve modi dici possit, tamen magis generalem vsum habet. Nec verò Iosephus, siue Flauius, siue Gorionides in rota vllũ de Machabæis tortum & circumactum prodidit. Duodecimum possumus sensum [a] quarto, sexto, septimo similem adiicere, vt *vox tonitrui* diuini *in rota* sit, quem vocat Ezechiel [b] *spiritum vitæ in rotis*, & hic spiritus vóxque designent mysticam intelligentiam, sensúmque spiritualem scripturarum. Suppeditat etiam decimotertio [c] loco, physiologia *tonitrui* tropologiam vocationis, & conuersionis peccatorum. Nam gignitur tonitruum ex compressione, ac impulsu siccarum calidarúmq; exhalationum, ab humida frigidáque materia, cùm simul coactæ & cõpugnantes circumflexè feruntur, ac volitant, tunc que in ipsa collisione coruscationes apparent, strepitus ingens exauditur, fulmina prodeunt, quæ cuncta diffringunt, terræmotus etiam excitátur, copiosiq; decidunt imbres. Ad eundem modum diuini verbi peccatoris in animo inter affectiones terrenas, & carnales constituto, cœlestium continuò rerum desiderium exoritur, quo per afflatum Spiritus sancti validè eliduntur atque dissiliũt priores illæ crassæ affectiones; tum verò coruscatio emicat cognitionis suipsius, terror præterea nouissimorum, ac dolor, quasi fulgur subit, & penetrat; postremo spei sanctæ ardor de consequenda venia concipitur, contritio animi vnes omnes commouet, lacrymæ compunctionis & deuotionis profluunt. Tam varium quandoque proferimus mysticum præsertim sensum ex Patribus collectum, vt ingentes lector scripturarum agnoscat & amet opes, & in earumdẽ studium, atque illius, qui cõdidit illas, amorẽ vehementiùs accẽdatur.

Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ.] Hieronymus, *apparuerunt fulgura orbi*. Alij, *illustrauerunt vrbi haru*. Quidam, *alluxerunt*. Augustinus, *apparuerunt fulgura tua*. Pronomen Hebraicè deest. In Reges Chanaan ignes eiaculatum Deum quidam quidem hîc significari putant, quibus non repugnat Genebrardus, quali hoc in libro Iosue tradatur [d]. At ibi de solis lapidibus grandinis mentio expressa est, quamuis non rarò fulgurum & coruscationum ignes cum grandine prodeãt. Iosephus [e] narrat, vbi vniuersus Ægyptiorũ exercitus mare intrasset, idque rursus effusum ac refluum, cum procella descendens illos comprehendisset, imbres quoque ac ingentia tonitrua flammis coruscantibus crebríq; fulminibus edita esse. In Illyrico psalterio, *colluxerunt coruscationes tuæ in viridem*. innuit fortitan cum grãdine demissa tonitrua, & discurrentia fulgura super Ægypti terram, quibus *percussa cuncta herba agri, omneq; lignum regionis* [f]. Orbem porrò terræ, cui coruscationes illuxerunt, intelligit Propheta *habitabilem*, οἰκουμένην, nec vniuersum, sed longius ac latius per magnum spatium. Græci, & Lyranus videntur figuratè interpretari de celebritate prodigiorũ in mari rubro editorum, & non de luminibus, & ignibus; qua similitudine vtitur Christus ad ostendendam aduentus sui secũdi manifestationem [g]. Sed nihil vetat de istis quoque concedere.

De mystico sẽsu satis multa superiùs. Ei qui est de fulguribus siue fulgoribus diuinæ prædicationis, & exorientis solis iustitiæ, atq; gratiæ in mentibus hominũ, fauet Ambrosius [h], aut Prosper [i], nam idem extat apud vtrumque de vocatione Gentium opus, licèt non eodem modo distinctum. Tritus etiam sensus est de coruscantibus, tum exemplis, tum miraculis. Hęc verò in ista demum vita coruscationis tantùm rationẽ habent, priusquã intelligãtur, effugiẽtia, & instar fulguris oculorũ aciem perstringẽtia, vt ait Nazianzenus [a].

Commota est, & contremuit terra.] Hieronymus, *concussa est, & commota est terra*. Augustinus, *commota est, & contremebunda facta est terra*. In Romano psalterio, *vidit, & commota est terra*. Hoc non est istius, sed 96. [b] psalmi, *illuxerunt*, aliàs, *alluxerunt fulgura eius orbi terræ, vidit, & commota est terra*. Videtur ita quoque legisse Isidorus [c] præsentem locum, *respexit, & commota est, & contremuit terra*. Vel cõfudit duorum psalmorum loca, sicut profectò fecit Athanasius [d], citans eodem modo illa simul cũ prioribus de voce tonitrui in rota. Hîc autem vertit psalterium Illyricum *strauit, & concussa fuit terra*, videlicet ascendentibus, ac vim ad exeundum facientibus exhalationibus intumescit terra. Dixi priùs videri probabile terræmotum reipsa contigisse tunc in mari rubro, nec vel existimatum dumtaxat, propter fragorem fulminum ac tonitruorum, vel commotionem ac tremorem, seu pauorem hominum; figurato sermone appellari terræ motum, qui dicendi tamen modus satis communis est enarratoribus præsertim loci, atque Isidoro; quẽ citaui, & mystico sensui proximus est, de quo dictum prius. Gregorius [e], verba Iob [f], *Qui commouet terram de loco suo, & columnæ eius concutiuntur*, de Iudæis à suis sedibus in captiuitatem ductis, quia subdi Auctori recusauerunt, declarauit, cum sacerdotibus, principibus, legis doctoribus, Pharisæis.

Vers. 20.] In mari via tua, & semitæ tuæ in aquis multis: & vestigia tua non cognoscentur.

DEinceps exponit modum, quo Deus populum suum per mare rubrum, tum etiam per desertum deduxerit, postquam de mersis in dicto mari Ægyptus, egit. Ait ergo per inuium gradiendo mare, ante populum tuum, Deum ambulasse, ac sibi semitas in copiosis aquis delegisse, nec tamen vestigia quæ imprimeret ipse in illis aquis arena, seu quẽ per eã ducebat populus Hebræus, cognosci postea potuisse ab Ægyptiis, quos conãtes per eadẽ ingredi & procedere, cõiunctæ mox & vnitæ aquæ oppresserũt, atque suffocauerunt.

Non difficile, præsertim ex pridem dictis, cognoscere vestigia mystici sensus de via quã Christus iniuit in hoc mari magno & spatioso, manibus, id est, in hoc mũdo notã faciẽdo in vniuersa terra, saltem per suos prædicatores, *viam suam, in omnibus gentibus salutare suum* [g]: ita vt non *in sancto* tantùm, quod antea [h] dictum est in isto psalmo, sed etiã *in mari, & aquis multis*, hoc est, tum in Iudæo populo, qui sanctitatem profitebatur, tum in Gentili erroribus merso, innotescere veritatis ac religionis viam voluerit, sed vestigia non cognoscant, qui venisse adhuc Christum nõ credunt, & reipsa quoque super mare ambulauisse [i], maximè verò Iudæi, de quibus versu sequenti. Euthymius & Nicephorus cum Latinis hac in re concordant, atque quod hîc indicetur ambulantis supra mare Christi miraculum. Quod Cyrillus Ierosolymitanus [k] disertè hinc probat: Addit Euthymius eiusdẽ Christi actiones in hoc vitæ nostræ mari, quæ est incerta, inæqualis, amara, variis afflictionum & calamitatũ fluctibus agitata,

a Asranius Martinengus indicat. Glossa in Gẽ. pag. 1210. & 1211.
b c.1.10.
c Ide indicat
a Orat. 2. in Pascha.
b vers. 4.
c 2. sent. c. 12.
d dialogo 3. de Trinit.
e 9. Mor. ca. 2. vel 3.
f c. 9. 6.
d c. 10. 11.
e 2. Antiq. ca. vii.
f Exod. 9. 23. 24. 25.
g Mat. 24. 27. Mystica sensus.
h 2. de voca. Gent. c. 1.
i 2. de voca. Gent. c. 4.
g ps. 66. 1.
h vers. 14
i Mat. 14. 25.
k Catechesi 3.

significari,sed vitæ,conuersationis, ipsius incarnationis vestigia,modos,rationes,esse incomprehensibiles. Posset ad illustrari responso Ioannis, qui se negabat *dignum soluere corrigiam calceamentorum Christi* [a],quo scilicet iter conficitur, nempe Incarnationis mysterium. Ad idem propositum de occultato mysterio Incarnationis, vsurpat Chrysostomus [b] hunc locum,nec non & alios locos,in quibus circumdatus legitur nube, & caligine.Eunomius autem,inquit ille,diuinitatis generationem inuestigare audet. Oportuit in hoc mare amarum,& mortuum, fontem aquæ viuæ, vt Ezechiel vidit [c] descendere, ad sanandas illius aquas. Sed & in mari pœnitentiæ via Christi est, vel humilitatis, vel charitatis,quam vocat Apostolus [d] *viam excellentiorem*: semitæ interdũ consiliorum: vestigia bonorũ exemplorum. Nec sanè minùs ignota vestigia Dei, per quæ spiritualiter deducit vnumquemque, vt procellosum incolumis euadat præsẽtis mare vitæ,quàm per quæ populum quondam suũ in mari rubro progredientem ab aquis & hostibus liberauit,vt ex Gilberto (forte Porretano) Aiguanus obseruat. Hoc tepe rio apud Bernardum [e], explanantem de Christo super mare ambulãte visibiliter, inuisibiliter verò corda tumentia superborum conculcante,fluxa desideria carnalium comprimente,iustificante impios,superbos humiliante; quod carnalis non sentit,à quo fit vt ideo dicantur vestigia illius ab eo non cognosci: & hac de causa oportuerit, vt corporalibus pedibus Christi corporaliter incubãs,& corporalibus labijs pedes eosdem deosculans, veniam peccatorum peccatrix perciperet [f], sicque illa *mutatio dextera Excelsi* (de qua in hoc psalmo prius egimus [g]) qua mirabiliter,sed inuisibiliter iustificat Christus impiũ, etiam carnalibus innotescereet. Idem Bernardus [h] modestè de visitationibus Verbi sponsi sibi factis,occulto tamen modo differens,ait nescisse se vestigia illius. Eget locus totus attenta lectione, & consideratione.Citat ex Ioanne [i], *Nescis vnde veni,aut quò vadat*,cui similis in Iob sententia [k], *Si venerit ad me, non videbo eum; si abierit, non intelligam*. Omnis ex creaturis de Deo cognitio haberi per vestigia dicitur,quia confusa est,& obscura. Legendus Magister [l],& B. Thomas [m],& Bellarmin [n],& quod est in Iob [o], *Forsitan vestigia Dei comprehendes,& vsque ad perfectum omnipotentem reperies?* & in Cantico Canticorum [p]: *Si ignoras te egredere,seu abi post vestigia gregum tuorum*. Cyrillus [q] Alexandrinus in comprehensibilitatem diuinitatis inter alia probat huius psalmi testimonio, tum ex velantibus seipsos vel etiam Deum,Seraphim [r]; etsi fortassis fallitur memoria, dum etymon, quod est *Cherubin*,illis tribuit, nempe *scientia plenitudinem*. Tum subdit, vocans hoc sapiens carmen nostrũ, sicut in aquis videre vestigiũ, aut hominis,aut nauis, aut innatantium belluarum nemo potest, sic neminem diuinas & ineffabiles vias aspicere posse. Deinde potest locus accipi de prædicatione,quę peruentura esset ad insulas per mare ac flumina, nec vestigia cognoscerentur,id est,admirabilis ac pæne inuisibilis valdèque occultus modus, quo prædicationi aditũ Deus,progressum,& successũ facturus esset.Ad hæc,*in mari viam* Dei esse, *semitas*, *in aquis multis*, idem censeri secũdùm tropologiã potest, quod esse cum iusto *in tribulatione* [s], & *prope eis qui tribulato sunt corde* [t], & petunt liberari *de aquis multis*: *vestigia* tamen hæc *non cognosci* passim à vulgo,qui non nisi viã latam & lætã ingredi vult,non etiam *angustiarũ* [u], & angustiarũ ac *tribulationũ quæ multa sunt iustorum* [x],& *per quas multas oportet nos intrare in regnum cælorum* [y], sed *non sunt*,ait Deus,*viæ meæ,viæ vestræ* [z].Cæterùm *via* Dei, seu Christi præceptorum *in mari* est, ac *semita in aquis multis* sęculariũ;sed vestigia consiliorum à pauciss imis cognoscũtur,teruntur ve. Vel in mari pœnitẽtiæ,ait Hugo,via pœnitẽtiæ amaræ est,semita,in consiliorũ, in aquis tribulationũ multis; vestigia paupertatis,vilitatis, & similium rerum à paucis cognoscuntur,approbantur,inuntur,qui Deo etiã dicunt, *recede à nobis,scientiam viarũ tuarum nolumus, quis est omnipotens, vt seruiamus ei* [a]? Item *in mari via & semita in aquis*, vbi nulla sunt vestigia,nulli vici, nulli viales tituli,hoc est,in difficillimis mysterijs,aut negotijs Deus ipse est loco signorũ cœlestium, ad quæ nauigantes respiciunt, & iter dirigunt.Hoc est oculos leuare ad Deũ, in montes,in cœlum,vnde auxilium, & consilium, cumque *ignores quid agere debeas, hoc tibi reliquum est cognoscere, vt oculos tuos ad Deum dirigas* [b]. Tandè *mare amarũ* designat,vt Hugo innuit,pœnitentes,actiuæq; deditos vitę,in quibus via Dei duplex,misericordiæ,ac veritatis: *aquæ* aliæ *dulces* contẽplationi vacantes,& incedentes per semitas consiliorũ strictas,mundas,latentes,copendiosas: ita tamen, vt vestigia,hoc est,præsentiam Dei certò non cognoscãt. Licet hunc quoq; locum ex quadam similitudine transferre ad insignia quædam in mari,& aquis beneficia Dei, maximè circa vecturã, vel enatationem, vel quid simile illi periculo,quo Christus naufragantes liberauit.Exemplo potest esse nauis absq; remis ac velis,qua Lazarus,Martha,Magdalena, Maximinus, Marcella,Massilią aduecti sunt [c]:parata diuinitus nauis,in qua mortui Iacobi maioris corpus imposuerunt discipuli, felicíq; nauigatione ad Iriæ portum appulsi cecinerũt,quod est in hoc psalmo,*In mari via tua* (sic enim quidam legunt, vt dicam) *& semita tua in aquis multis* [d]: ædicula marmorea in Templi formam,& intus arca lapidea,vbi Clemẽtis corpus conditum erat,iuxtáque illud anchora,qua mersus fuerat,inuenta in mari [e]: Victoris senis à Christo ipso dum naufragaret,deducti in portum,suauis & mirabilis narratio apud Paulinum [f].

In mari via tua.] Addit Paraphrastes *Suph*, nomen maris rubri. Supplet Augustinus verbũ substantiuum,*est via tua*. In Illyrico psalterio pluraliter,*viæ tuæ*,sicut & in textu Græco, *εἰς θάλασσαν αἱ ὁδοί σου*,& in epistola Leonis III. de trãslatione corporis Iacobi Apostoli. Dicitur *via viarũ* Dei quia tamquam dux præcedebat in colũna nubis,& ignis;& quia strauit,seu parauit viam suis,vt mare rubrũ sicco vestigio transirent. Sic scribit Esaias [g] quòd *dedit Dominus in mari viam, & in aquis torrentibus semitam*, & Abacuc [h], quòd *viam fecit in mari equis suis,in luto aquarum multarum*.

Figuratè sumitur aliquando *mare*, ac *aqua multa* copiosa hostium multitudo, vt apud Esaiam [i], *Væ multitudini populorum, vt multitudini maris sonantis & tumultus turbarum sicut sonitus aquarum multarum*. Elegans porrò antithesis in Abacuc, equorum Dei aduersus currus atque equos Ægyptiorum. Itaque hic etiam *via Dei* potest intelligi, quam sibimet fecerit, populoque suo, dissipando aquas, ac denuo cogendo, vt populus eius transiret, Ægyptij submergerentur, & incensus quasi ira ignis eorum extingueretur, vt innuit Esaias [k], dicens hos *conteri quasi linum, & extingui*.

a Matth.7.23. 14.
b Ps 33.19.
c Act 14 22.
d Isa.55 8.
c Iob 21. 14.
f 2.Par.20.22.
Nauis absque remis & velis, Lazarũ, Martham & alios in nauicula Massiliam adnehit, & similia exẽpla.
g vita Magd.
h Leo Papa III Epist. de translatione S. Iacobi Apost.
i Acta Clementis.
k Ep. ad Marcellum.
l 1.d.3. m 1.p.q 5.a 3. q.45 a 7.
n 3.in calum. Platin. c.15.& 16.
o c.11.7.
p c.1.8.
Dominus non incomprehensibilitatem diuinitatis inter alia probat huius psalmi testimonio.
q 9 de ador. in spiritu.
r Esa 6 2.
Tropologia.
s ps 90.15.
t ps 33 19.
u ps 141.7.
a Exod.14.25.
b Isa.30.21.
c Hist. Eccl. Tripart. lib.9.c.38.
d 1.Cor.12.31.
e Ser.6.in Cãt.
f Luc 7.37.& seq.
g vers. 11.
h serm. 74 in Cant.
i Ioan. 3.8.
k c.9.11.
l 1.d.3. m 1.p.q 5.a 3. q.45 a 7.
n 3.in calum. Plato. c.15.& 16.
o c.11.7.
p c.1.8.
m Ps 76.20.
n Isa.17.12.
o c.43.17.

Et semita tua in aquis multis.] Synonyma sunt hæc prioribus, & *aquæ multæ* non differunt hoc loco *à mari*, cùm *aquarum congregationes* appellarit Deus *maria* [a].

Et vestigia tua non cognoscentur.] Hieronymus in præterito, *non sunt agnita* לא נודעו *lo nodahhu*. Nihil refert hæc permutatio temporum, vt sæpe moneo. Possis etiam pro *vestigia*, reddere *semitas* מעקבי *hhikkeuoth*. Sensum docui esse, simulac Hebræi mare transierunt, cum Pharao insequeretur, rediisse aquas in locum suum, nec licuisse iisdem vestigiis, quæ fugientes impresserant, insistere, atque persequi. Opportunè Treuerus, quod mihi etiam priùs occurrerat, obseruauit, nihilominus vestigia curruum Ægyptiorum, seu tractus, & orbitas in mari remansisse. Citat Orosium [b], cui Turonensem [c] adde.

Docui antè, quàm sint *inuestigabiles viæ Domini* [d]. Mysticus tamen hic dumtaxat sensus est, nō impediēs receptam de cognitione Dei doctrinā per vestigia creaturarum, vt notauit quoque diligens, & eruditus Cantici Canticorum interpres Ludouicus Soromaior [e] ordinis Prædicatorum, cui nostra probari, quòd audio, non parui equidem facio. Parua nubecula *quasi vestigium hominis ascendentis de mari*, portendit sub Elia pluuiam grandem, & aquas multas [f]. Sic vestigium apparuit in aquis, quod mysticè designabat Christum nouissimum virorum, & veluti infimum vestigium creaturarum, à quo prodiit copia tanta bonorum, & cùm ipsemet hîc vixit, & postea per prædicatores, qui vt *nubes* roridæ *volauerunt* orbe toto [g].

a Gen. 1. 10.

Tremell. obseruatio.

b lib. 1. c. 1. n. 1. c. 1. hist. Franc. c. 10.

Mysticus sensus. d Rom. 11. 33.

e in Cant. c. 1.

f 3. Reg. 18. 41. 45.

g Esa. 60. 8.

Vers. 21.] Deduxisti sicut oues populum tuum, in manu Moysi, & Aaron.

Sensus loci.

NOn solùm per mare rubrum tam admirabili illa ratione, de qua dictum est priore versu, patefactam populo canit viam, Deo duce, sed etiam vicariis ducibus Moyse, & Aarone, per desertum adeo multis annis deductum pastoritia quadam cura, perinde ac si oues essent imbelles, ac alienæ opis plurimùm indigentes. Cecinit Moyses ipse [h] *ducem* Deū *fuisse in misericordia sua populo, quem redemerat, & portasse eum in fortitudine sua ad habitaculum sanctum suum*, nimirum terræ promissæ, quæ etiam *sancta* nominari solet. Nec sanè fere minùs ignotæ viæ per Arabiā desertam, per quā traduxit quoque populum Deus [i], ita vt hodieque Genebrardo [k] teste, quadrātibus nauticis viatores vtantur, quasi in medio Oceano, cunctaque ad victum necessaria deferant. Elegātissimè describit Esaias [l] hanc liberationem, *Vbi est, qui eduxit eos de mari cum pastoribus gregis sui? vbi est, qui posuit in medio eius spiritum sancti sui?* (vel ventum, quo mare siccatum est, vel angelum, vel instinctum diuinum in Mose, & Aarone regentibus populum.) *Qui eduxit ad dexteram Moysem brachio maiestatis suæ, qui scidit aquas ante eos, vt faceret sibi nomen sempiternum. Qui eduxit eos per abyssos, quasi equum in deserto non impingentem, quasi animal in campo descendens: spiritus Domini ductor eius fuit: sic adduxisti populum tuum, vt faceres tibi nomen gloriæ.*

Περίεργον.

Deduxisti sicut oues populum tuum.] Hieronymus, *quasi gregē*. Propriè προβατα oues sunt; צאן *tson* collectiuè tum de *ouibus* dicitur, tum de *minutorum* aliorum *animalium grege*, vt aliàs dixi. Sed & alibi

h Exo. 15. 13

i psal 135 16.

k ibidem.

l c. 63. 11. 12. 13. 14.

A demonstrauit causas, propter quas Deo populus comparari soleat cum ouibus. Similis in psalmis aliis [a] sententia. *Qui deduxit velut ouem Ioseph. Deduxisti nos tamquam oues. Posuit sicut oues familias.* Ex hac deductione, prout ab Esaia, quem citauit, proditur, colligit Athanasius [b], quoniam ille nominat *Spiritum sanctum*, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, huius deductionis auctorem, Spiritum sanctum non esse creaturam. Ostendit præterea [c] esse ἡγεμονικὸν *viæ ducem*. & propterea etiam Deum esse, quia eodem pacto id affirmatur de ipso, quod de Deo; quorum autem eadem est operatio, eadem quoque est natura; & deductio non est ad aliud à Deo diuersum. Fateor tamen in argumento necessariam omnino vim non esse.

a psal 79. 2. psal 43. 12. ps. 106. 41.

b ad Serapio. Spiritū S. non esse creaturā.

c d alog 1. cōtra Macedo.

B *In manu Moysi, & Aaron.*] Frequens formula, vt *in manu* sit idem, atque per manum, ministerium, directionem, gubernationem, &c. Potuit, sicut Moysi, ita nomen aliud fratris in obliquo casu declinatum poni. Hoc numquam, illud persæpe sic positum in Scripturis reperi. Nec multùm referre arbitror scire qua de causa id factum sit. Vnus, quod sciam, Athanasius legit [d], διὰ χειρὸς Μωσῆ, καὶ Ἀαρών, *in manu Moysi, & in brachio Aaron.*

d supra.

Celeberrimi hi duo fratres populi Hebræi duces, de quibus in explanatione Capitis 7. Actuū Apostolorum nō pauca disputaui. Aaron maior Mose tribus annis [e], medius inter Mariam, & illum, datus est Mosi à Deo socius, ad educendum de Ægypto populum, vtque, quoniam eloquens erat, os Mosis esset, ac pro eo loqueretur [f], tamquam Propheta, seu interpres ipsius [g]: virga intulit plagas Ægyptiis [h]; & quamuis aliquarū disertè auctor dicatur, quandam Moses, nonnullarū Deus, qui princeps omnium causa erat; nihilominus Exodi extremo capite vndecimo scribitur; *Moysen, & Aaron fecisse omnia ostenta coram Pharaone.* Præterea designatus est ordinarius Summus Sacerdos [i] ritéque consecratus, etiamsi prærogatiuam dignitatis eiusdem haberet, & munia interdum illius exerceret Moses, vt alibi videbimus [k]. Deinde *stans inter mortuos, & viuentes cum thuribulo pro populo deprecatus est, & cessauit plaga* [l], de qua re dixi in Commentario libri Sapientiæ [m]. Ad hæc virga illius germinauit turgentibus gemmis, ac erumpentibus in flores, qui foliis dilatatis in amygdalas deformati sūt [n]. Tandem aliquo modo peccauit, & fingens populo vitulum [o], & *incredulus ori Dei ad aquas contradictionis* [p]. De priore autem peccato in Actuū Apostolorum enarratione [q] differui. Vtrique fratri tribuitur hoc loco munus deducēdi, ac regendi populum, quia Moses id præsertim ciuiliter faciebat, Aaron per se, ac propriè tamquam sacris præfectus. Vtrumque coniungit iterum in alio psalmo [r] Dauid; *Misit Moysen seruum suum, Aaron quem elegit ipsum: posuit in eis verba signorum suorum, & prodigiorum in terra Cham.* Exprobrans item Deus ingrato populo beneficia, tum verò eductionem de Ægypto, adiungens fratribus istis Mariam sororem, ait [s], *Eduxi te de terra Ægypti, & de domo seruientium liberaui te, & misi ante faciem tuam Moysen, & Aaron, & Mariam.* Paraphrastes apud Michæam tres prophetas appellat, & Moysen quidem missum, vt doceret iudiciorum traditionem: Aaron, vt expiaret populum: Mariam, vt instrueret mulieres.

e Exod. 7. 7.

f Exod. 4. 15. 14. 15. 16. 27. & seq.

g c. 7.

h ibid. & seq.

i Exo. 28. to. Eccl. 45. 7. & seq.

k psal. 98. 6.

l Num. 16. 48. & seq. Sap. 18. 21.

m in c. 18.

n Num. 17. 7. 8.

o Exo. 32. 1. & seq.

p Nu. 20. 24.

q in c. 7. 40. 41.

r psal. 104. 26. 27.

s Michæ 6. 4.

Mysticus sensus.

Mystica sensus.

Mysticè in hoc psalmo nostro, & in Michea Moyses, & Aaron designant eumdem Christum

ducem simul seu regem, & Pontificem: in illo autem Propheta, Maria illa, Christi mattem Mariam, nostram simul matrem, instructricem, doctricem, magistram, consolatricem in hoc deserto, & lacrymarũ valle. Nec desunt inter nos, qui pro Mose sint & Aarone magistri fidei & morũ, atque Sacerdotes, & Episcopi sub vno hierarcha: & Mariæ sororis Mosis loco inferiores ministri possunt intelligi. Est item Moses, lex spiritualis; Aaron, Sacerdotium; Maria, vaticinium prophetarũ, vt interpretatur Hieronymus. Moyses item ex aquis extractus, & aquaticus, potest, vt ait Hugo, designare humiles, & actiuæ vitæ vacantes: Aaron, montanum significans, contemplatiuos. Præterea in Mose baptismus denotatur, quia de aquis, vt dixi, eductus est; per aquas populum deduxit, de petra extraxit aquas: Aaron præfigurauit Christum pontificem nostrum, mediatorem inter Mosen, & Pharaonẽ, inter mortuos, & viuentes. Aaroni etiam, & Hur commendati sumus, id est Christo, & Spiritui sancto, si qua quæstio nobis nascatur: sicut Aaron vxorem de Tribu Iuda sumens [a], regiam sacerdotali dignitatem copulauit; ita Christus vtraque præditus fuit. Sic Aiguanus, pluráque Petrus Bercorius in Dictionario, & Ioannes Mõtolonus in Promptuario Iuris diuini, & humani. Is porrò quem vocant Hieronymum, in commentario psalmi egregiè demonstrat, quo pacto Iosue, mortuis Mose, & Aaron, perducens populũ in terrã promissionis, præfigurauerit Iesum Christũ; & hi, qui sunt ingressi, diuersi ab egressis ex Ægypto, & in deserto mortuis, populum Christianum; qui secundò circumcisus est, spirituali nimirũ circumcisione. Reliquam antithesim Iosue & Iesu, Hebræorum & Christianorum, apud eumdem lege.

[a] Exod. 6. 23. 25.

Aaron Christi pontificis præfiguratio.

PSALMVS SEPTVAGESIMVS SEPTIMVS.

1 Intellectus Asaph.

A Attendite populemeus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei.

2 Aperiam in parabolis os meum: loquar propositiones ab initio.

3 Quanta audiuimus & cognouimus ea: & patres nostri narrauerunt nobis.

4 Non sunt occultata à filiis eorum, in generatione altera.

Narrantes laudes Domini, & virtutes eius, & mirabilia eius quæ fecit.

5 Et suscitauit testimonium in Iacob: & legem posuit in Israel.

Quanta mandauit patribus nostris nota facere ea filiis suis: 6 vt cognoscat generatio altera.

Filij qui nascentur, & exurgent, & narrabunt filiis suis,

7 Vt ponant in Deo spem suam, & non obliuiscantur operum Dei: & mandata eius exquirant.

8 Ne fiant sicut patres eorum: generatio praua & exasperans.

Generatio, quæ non direxit cor suum: & non est creditus cum Deo spiritus eius.

9 Filij Ephrem intendentes & mittentes arcum: conuersi sunt in die belli.

10 Non custodierunt testamentum Dei: & in lege eius noluerunt ambulare.

11 Et obliti sunt benefactorum eius, & mirabilium eius quæ ostendit eis.

12 Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Ægypti, in campo Taneos.

13 Interrupit mare, & perduxit eos: & statuit aquas quasi in vtre.

14 Et deduxit eos in nube diei: & tota nocte in illuminatione ignis.

15 Interrupit petram in eremo: & adaquauit eos velut in abysso multa.

B 16 Et eduxit aquam de petra: & deduxit tamquam flumina aquas.

17 Et appositerunt adhuc peccare ei: in iram excitauerunt Excelsum in inaquoso.

18 Et tentauerunt Deum in cordibus suis: vt peterent escas animabus suis.

19 Et malè locuti sunt de Deo: dixerunt: Numquid poterit Deus parare mensam in deserto?

20 Quoniam percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt.

C Numquid & panem poterit dare, aut parare mensam populo suo?

21 Ideo audiuit Dominus, & distulit: & ignis accensus est in Iacob, & ira ascendit in Israel:

22 Quia non crediderunt in Deo, nec

sperauerunt

sperauerunt in salutari eius:
23 Et mandauit nubibus desuper, & ianuas cæli aperuit.
24 Et pluit illi manna ad manducandum, & panem cæli dedit eis.
25 Panem angelorum manducauit homo: cibaria misit eis in abundantia.
26 Transtulit Austrum de cælo: & induxit in virtute sua Africum.
27 Et pluit super eos sicut puluerem carnes: & sicut arenam maris volatilia pennata.
28 Et ceciderunt in medio castrorum eorum circa tabernacula eorum.
29 Et manducauerunt & saturati sunt nimis, & desiderium eorum attulit eis:
30 non sunt fraudati à desiderio suo.
Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum: 31 & ira Dei ascendit super eos:
Et occidit pingues eorum, & electos Israel impediuit.
32 In omnibus his peccauerunt adhuc: & non crediderunt in mirabilibus eius.
33 Et defecerunt in vanitate dies eorum: & anni eorum cum festinatione.
34 Cum occideret eos, quærebant eum: & reuertebantur, & diluculo veniebant ad eum.
35 Et remẽmorati sunt quia Deus adiutor est eorum: & Deus excelsus redemptor eorum est.
36 Et dilexerunt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei:
37 Cor autem eorum non erat rectum cum eo: nec fideles habiti sunt in testamento eius.
38 Ipse autem est misericors, & propitius fiet peccatis eorum: & non disperdet eos:
Et abundauit vt auerteret iram suam: & non accendit omnem iram suam:
39 Et recordatus est quia caro sunt: spiritus vadens, & non rediens.
40 Quoties exacerbauerunt eum in deserto, in iram concitauerunt eum in maquoso?
41 Et conuersi sunt, & tentauerunt Deũ: & sanctum Israel exacerbauerunt.
42 Non sunt recordati manus eius, die qua redemit eos de manu tribulantis.
43 Sicut posuit in Ægypto signa sua, & prodigia sua in campo Taneos.
44 Et conuertit in sanguinem flumina eorum & imbres eorum, ne biberent.
45 Misit in eos cœnomyiam, & comedit eos: & ranam, & disperdidit eos.
46 Et dedit ærugini fructus eorum: & labores eorum locustæ.
47 Et occidit in grandine vineas eorum: & moros eorum in pruina.
48 Et tradidit grandini iumenta eorum: & possessionem eorum igni.
49 Misit in eos iram indignationis suæ: indignationem, & iram, & tribulationem: immissiones per angelos malos.
50 Viam fecit semitæ iræ suæ, non pepercit à morte animabus eorum: & iumenta eorum in morte conclusit.
51 Et percussit omne primogenitum in terra Ægypti: primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham.
52 Et abstulit sicut oues populum suum: & perduxit eos tamquam gregem in deserto.
53 Et deduxit eos in spe, & non timuerunt: & inimicos eorum operuit mare.
54 Et induxit eos in montem sanctificationis suæ, montem, quem acquisiuit dextera eius.
Et eiecit à facie eorum Gentes: & sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis.
55 Et habitare fecit in tabernaculis eorum tribus Israel.
56 Et tentauerunt, & exacerbauerunt Deum excelsum: & testimonia eius non custodierunt.
57 Et auerterunt se, & non seruauerunt pactum: quemadmodum patres eorum, conuersi sunt in arcum prauum.
58 In iram concitauerunt eum in collibus suis: & in sculptilibus suis ad æmulationem eum prouocauerunt.
59 Audiuit Deus, & spreuit: & ad nihilum redegit valde Israel.
60 Et repulit tabernaculum Silo, tabernaculum suum, vbi habitauit in hominibus.
61 Et tradidit in captiuitatem virtutem eorum: & pulchritudinem eorum in manus inimici.
62 Et conclusit in gladio populum suum: & hereditatem suam spreuit.
63 Iuuenes eorum comedit ignis: & virgines eorum non sunt lamentatæ.
64 Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt: & viduæ eorum non plorabantur.
65 Et excitatus est tamquam dormiens Dominus, tamquam potens crapulatus à vino.
66 Et percussit inimicos suos in posteriora: opprobrium sempiternum dedit illis.
67 Et repulit tabernaculum Ioseph: & tribum Ephraim non elegit:
68 Sed elegit tribum Iuda, montem Sion quem dilexit.
69 Et ædificauit sicut vnicornium sanctificium suum in terra, quam fundauit in sæcula.
70 Et elegit Dauid seruum suum, &

sustulit eum de gregibus ouium: de post fœtantes accepit eum.

71 Pascere Iacob seruum suum, & Israel hereditatem suam:

72 Et pauit eos in innocentia cordis sui: & in intellectibus manuum suarum deduxit eos.

Titulus, & Argumentum.

Vers. 1.] Intellectus Asaph.

Attendite popule meus legem meam, inclinate aurem vestram in verba oris mei.

Titulus idem cum titulo psalm. 73.

ITVLVS idem est cum titulo psalmi 73 diximusq; alias de *Asaph* quis esset, nempe cantorum Præfectus vnus, non scriptor psalmorum, in quorum titulis est: & quid sibi velit, *intellectus*. Eo certè opus ad percipiendum psalmum istum parabolicum seu problematicum, & in quo statim à principio attentio exigitur.

Argumentum psalmi.

Argumentum prolixi psalmi, est enumeratio admirabilium Dei operum à populi de Ægypto liberatione, ad id vsque tempus, quo Dauid constitutus est Rex; & quàm populus ille malè tantis beneficiis responderit, lapsus Deum offendendo, atque ad iracundiam prouocando, nec pœnis ac flagellis, quæ subinde correctionis causa illi Deus infligebat, proficiendo. Mystico sal-

Mysticus sensus.

gem sensu, quem Spiritus sanctus intendit, conueniunt Christo, quæ in hoc psalmo [a] de ratione docendi per parabolas dicuntur, quia de eodem citantur à Matthæo [b]: illa etiam, quæ sub finem de regno Dauid, quoniam tum persona, tum regnum ipsius, typus fuit Christi. Vide Euthymium & Nicephorum intelligo, scribentes conditum à Davide psalmum suo Christi personæ, sermonem dirigenti ad fideles Christianos. Nonnulli arbitrantur primos versus duos ad literam de solo Christo esse, vt Dionysius; cætera de populo Hebræo; accommodari tamen posse ad Christianum. Est hoc quidem secundum: primo autem sufficit sensus mysticus. Placet etiam vt affirmemus cum Cassiodoro, Augustino, Remigio, Haimone, & aliis, quando Dauid narrat translationem tabernaculi, regni, sacerdotij, quæ contigit populo, propter illius peccata, & ingratitudinem, simul prædicere simili de causa, & quia Messiam seu Christum recepturus non erat, *tollendum esse locum & gentem a Romanis* [c], cum templo, sacerdotio, regno, hæc & his similia beneficia transferenda in populum Christianum. Ecclesiamque constantem ex Gentibus præsertim. Fauet Augustinus [d], dum differit ad idem propositum de commutatione regni & sacerdotij, sub figura eorum, quæ de Heli narrantur, libro 1. Regum, & à Samuelis matre prædicta sunt [e].

a vers 2.

b c. 13. 3.

c Ioan. 11. 48.

d 17. de ciuit. c. 4. 5. 6.

e 1. Reg. 1. & 3.

Psalmus hic mysticus, Allegoricus, de re ecclesiastica.

Vocat is qui creditur Hieronymus psalmum istum mysticum, & sacramentis plurimis inuolutum; quamcumque aspexeris literam, flores esse; non modò dies, sed & totum mensem ad intelligentiam illius psalmi non posse sufficere, in singulis verbis sensus esse. Athanasius, vt probet Marcellino contineri psalmis compendium scripturarum cæterarum, asserit, quæ sunt Exodi, Numerorum, Deuteronomij, in isto pulchrè decantari, totumque ferè in narratione occupari. Eundem psalmum tanti fecit nescio qui, Poëta Græcus, vt hoc ei carmen in Dauidis laudem præfixerit, quod multi codices habent:

Σιγᾶσ' Ὀρφεῦ, κἄφο Ἑρμᾶ τὴν λύραν,
Τέτρησ' Δελφούς, δ' ὡσον εἰς λαθὴν ἴτω.
Δαυὶδ γὰρ ἡμῖν πνεύματος θεοῦ λύραν,
Τὰ τοῦ θεοῦ τε κρυφίαθ' ἡρμήνευσε πρόσω:
Πολλῶν θαλάσσαν ἰχθύων τερασίων:
Καὶ σῶν ὁμοῦ τε καὶ κλίνοντ' εἰς πλοῦτον,
Ἀπανθ' ὁρῶν, μυσαγωγῶν, ἐξ ἑνὸς φόβου:
Ἁμαρτάνοντας εἰς ὅσον ῥέπουν φρενῶν.
Πολλοῖς τε καὶ ἄλλοις, ἓν πρὸ τῶν ἁπλῶν κρίνειν,
Σμύχειν δ' ἀσεβῶν ψυχὰς ἀμαρτάδας.

Quæ sic reddit Iacobus Furnius:

Orpheu silete, abscito e Mercurii lyram:
Et tu tripus obliterare Delphice.
Nam Dauid ad nos spiritus pulsans lyram,
Mysteriorum operta patefecit Dei.
Miraculorum signa veterum copiam:
Creata seu Creantis in laudem sui,
Præseruat omnes, initians mysteriis:
Labare non sinit, & iam lapsos erigit:
Inter futura aperit iudicium iudicis,
Animæ reatum eluere sordentis docet.

Aliter ex Baptista Cicala.

Orpheum taceto, lyram confringito & Hermes,
Tuq; tripus sortes Delphice conde tuas:
Nam cytharam Dauid cœlesti pectine pulsans,
Æterni nobis pandit operta Dei;
Plurimus & antiqui signat miracula sæcli,
Inque Dei laudem cuncta creata canit:
Imbutos omnes sacris custodit, & auget,
Errore & lapsos atque labare vetat;
Iudicium refert venturi Iudicis idem:
Sordentes animas eluit ab igne docet.

Recitat hæc omnia Nebiensis.

In psalmi cuiusque scripturarum scripturarum epitomen.

Attendite, &c.] Sententia facilis est; reddit enim attentum lectorem, & auditorem. Dubium, quis loquatur, Dauid [f], seu Asaph, an synagoga: an Deus, vel Christus, vel Ecclesia. Augustinus, Cassiodorus, Dionysius Deum loquentem faciunt: Beda, Remigius, creditus Hieronymus, Valentia, Eusebius, Athanasius, Euthymius, Nicephorus, & verus Hieronymus in Matthæum [a], atque in epistola [b] de mansionibus, Christū: Hugo vtrumuis: Bruno Carthusianus, & Haimo Ecclesiam, seu mysticam synagogam: cæteri scriptorem psalmi vel Asaphum, vel Dauidem. Ego Dauidem loqui puto, rectè tamen attribui Christo, & hac de causa Matthæum [c], dum recitat parabolas eius, illis eum vsum scripsisse, vt impleretur quod hîc habetur sequenti versu, in quo magis id examinabimus. Nec profectò desinunt esse Christiani, vt vel propterea falsò putatus Hieronymus declamat, negans tamen hîc se more Rhetorum declamare, qui non de solo Christo, neque de illo ad literam locum interpretantur. Satis sit officio Christiano admittere allegoriam de Christo: alioqui non erunt Christiani adeò multi alij sancti Patres, vt nimis acriter Catharinus [d] mihi videatur in Caietanum, dum, quam in Matthæum sequitur opinionem, eamdem falsam censet, ac periculosam, cui censuræ consentire se significat Sixtus Senensis [e]. Nobis etiam argumentum non concludit, quòd nec Asaph, nec Dauid essent *προφῆται* legislatores,

f in c. 11. b tom. 1. in prim epistola.

c c. 13.

d lib. 2 annot. cont. Caiet.

e 4 Biblioth. sanct. 21.

vt dicerent *legem meam*, & non appellarent *verba oris sui*, cùm non sua, sed spiritus verba proferrent. Etenim, ficut acceptam doctrinam Christus dicebat *suam, & non suam* [a]; ita Propheta potuit legem, & verba diuinitus inspirata, & tradita, nominare sua; quemadmodum psalmo 44. [b] canebat *eructare se verbum bonum*; & nominabat *linguam suam calamum scribæ velociter scribentis*, videlicet per comparationem ad Deum, quasi dictantem; deinde, nomen *legis* quemlibet doctrinam, ethicam præcipuè, potest significare, vt postea dicemus. Addi poterat pro eadem illa sententia Catharini, argumentum contra Caietanum, quòd qui loquitur, vocat *populum suum*. Sed Dauidi Regi sic loqui licuit; & præterea blandiendo, ac amorem atque coniunctionem suam declarando, quilibet de populo, ad quem pertineat, eò modo loqui potest, vt *suum populum* nominet. Sic loquitur Ieremias [c], & alij. Similis præcessit in initio psalmi 48. ad audiendum prouocatio, vt notant Basilius, vel Theodoretus. *Audite hæc omnes gentes, auribus percipite omnes qui habitatis orbem; quique terrigenæ*, &c. Concedo Paterio [d], stantem quotidie lectorem in Ecclesia multa recitare tanquam suo nomine, quæ tamen non illi, sed quandoque conueniant etiam soli Deo, vt, *ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob*, nec propterea veritatis regulam deserere, quia cui ministerium lectionis exhibet, eius dominium voce prætendit: admitto item scriptores sacri eloquij, quia repleti sancto Spiritu super se trahuntur, quasi extra semetipsos fieri, & sic de se sententias, quasi de aliis proferre: at nihil obstare, quo minus ipsemet psalmi scriptor intelligatur hoc loco [e] loqui, antea demonstraui.

Attendite populo meus legem meam.] Augustinus, & Cassiodorus, cum psalterio Gallicano, *populus meus* id est, vos qui estis populus meus. Illyricè, *homines mei*, Græcè, λαός, Atticè vocatiuus potest esse. Sic Lucanus [f]:

Degener ô populus:

& Phocas docet quidem nominum in (*vs*) vocandi casum desinere potiùs etiam in (*ve*) quàm in (*e*) tamen rectè cum, *populе*, poni potuit, *meum*, non *mi* sicut apud Virgilium [g]:

Prospice tela manu, sanguis meus.

Isidorus [h], *in legem meam*. Iam dixi quo pacto Propheta ipse vocare *populum suum* potuerit, præcipuè cùm rex esset: legem verò quoque suam appellat τὸν ἐξ ἀρχῆς κρατήσαντα διδασκαλον, *veterem illum doctorem*, vt ait Theodoretus, aut Basilius. In eodē sensu Sapiens [i] hortatur filiū *audire disciplinā patris sui, & non dimittere legem matris sua*. Ipsemet eidē suggerit *non obliuisci legē quā ille dederit*, & *custodire præcepta* [k]: & *cum lege consilium* [l]. Denique idem sæpius inculcat [m]. Quod hîc etiam sequitur, *inclinate aurem vestram ad verba oris mei*, tanquam synonymum primo isti mēbro, indicat sic sumi *legem* prout dixi, nimirum pro institutione, monitis, præceptis; quæ huc demum referuntur, ne populus maiorum suorum imiteretur peccata, & ingratitudinem. Verbum יָרָה *iarah*, vnde nomen תּוֹרָה *thorah*, significat *docere*, præsertim in hiphil; & dictum nomen latiùs patet pro *ratione*, *præscripto*, *institutione*, *constitutione*, *doctrina*; sumiturque nonnumquam *lex*, & νόμος, non solùm Hebræa vox, pro scriptura tota. & quidem etiam pro psalmis [n]. Clemens Alexandrinus [o] nomen *legis* hoc loco pro tota exponit scriptura; legem Euangelicam alij, quos antè dixi, maximè Nicephorus, Euthymius, Athanasius, Eusebius, & ex Latinis aliqui, interpretantur. Verè secundum allegoriam.

Obseruat Hugo subtiliter, quatuor audientibus necessaria: tria his verbis, vt attenti sint, benenoli, dociles: vltimū in sequentibus, vt sint humiles, atque credoli; quod aurium indicat inclinatio. *Legis* item vocabulo, veterem; per *verba oris*, scilicet Dei Patris, nouam & Euangelicam exponit, quam protulit Verbum ex ore Patris procedens, sed incarnatum in tempore. Aiguanus *attendienda* verbum docet accipi secundùm prohibitionem, impositionem, seu præceptionem; item secundum constitutionem, prælationem, siue gubernationem, secundùm contemplationem, præcipuè circa Passionem Christi, & secundùm eruditionem. Exempla profert, atque declarat.

Inclinate aurem vestram in verba oris mei.] In Illyrico psalterio, *labiorum meorum*. Pertinent ista ad auditum, sicut prioris membri verba; nec est magni momenti discrimen, vt aliis locis docui. Verbum ex præcedente membro Græcum προσέχειν, exposuit Apollinarius de oculis, mentis videlicet:

Ὀφθαλμοὶ λαὸς ἐμὸς προσέχετε νόμον μου λαός μου:
Oculis populus meus diuinam inspice legem.

Antea dixi, humilitatem, aurium inclinatione indicari. Augustinus ait, quòd ille prè attendit legem Dei, cuius aurem inclinat humilitas, non cuius cervicem erigit superbia: quod enim infunditur, cōcauo humilitatis excipi eminētia timoris expelli. Confirmat Aiguanus altius mysticā intelligentia: concauum namque & quadrangulum fuisse, vt mēs nostra quatuor munita virtutibus, nempe cardinalibus, per humilitatem sit concaua, ad receptaculum diuini verbi. Qui de Christo literaliter explanat, Eusebius, psalmum, verbis istis affinia notat illa eiusdem, *qui* [p] *habet aures audiendi, audiat.*

Vers. 2.] Aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio.

ATtentionis necessitatem docet esse, quia de rebus abstrusis, obscuris, parabolicis, ænigmaticis, penè incredibilibus, & magni momēti acturus sit, quasique ex fundo pectoris prompturus ac eructaturus, quæ iam olim superioribus sæculis cōtigerint. Arnobius obseruat, quod priore psalmo Dauid promiserat, dicens, *memor ero ab initio mirabilium tuorum* hic præstare. Non est hic multis opus, cùm de parabola & propositione, seu de nominibus מָשָׁל *māschal*, & חִידָה *chidah* vide Gregorium Nyssenum, τί ἐστι παροιμία καὶ τί αἴνιγμα, actum sit psalmo 48. [b] in simili planè sententia, *inclinabo in parabolam aurem meam, aperiam in psalterio propositionem meam.* Lege tractatus primos tomi secundi nostri Salmeronis, Gasparem Graiar in Michææ c. 2. & Antonium de Gueuara in cap. 2. Abacuc, & Riberam nostrum item in cap. 2. Michææ, & interpretes Euangeliorum, qui causas quoque reddunt cur Christo placuerit vti parabolis. Victor Antiochenus [c] præcipuas colligit, propter Scribas & Pharisæos admixtos multitudini: vt sermonem illustriorem & apertiorem redderet: vt cognitu obseruatuque necessaria auditorum memoriæ altiùs imprimeret. Lege etiam Areopagitam [d], Augustinum [e], Aquinatem [f].

Mat

a Ioan. 7. 16.

b vers. 2.

c c. 4. 17.

d in psl. c. 172.

e lib. 1.

f lib. 2.

Nominum in VS vocandi casus desinit primum in VI, quàm in E. Æneid. 6.

g Æneid.

h de vocat. Gent. c. 20.

i Prou. 1. 8.

k c. 3. 1. 3. vers. 21. & c. 4. 2 c. 6. 20. & 7. 2.

l Ioan. 10. 34. c. 15. 25. 1. Timoth. c. 2.

m Hieronym. subtilis. Symmachus addit vbique mutata.

n Hieronym. subtilis.

o Strom. 1.

p Mat. 13. 9.

a Mat. 13. 9.

Mat

b vers. 3.

c in Marc. c. 4.

d cel. hier. c. 1. & 2.

e conf. méda. c. 10. lib. 11. de ciuit. Dei. c. 19.

f 1. p. q. 1. a. 10. & 1. 2. q. 101. a. 2.

Marcus [a] scribit loquutum Christum in parabolis prout poterant eum audire quibus loquebatur, id est, iuxta capacitatem eorum, & non ex rebus abstrusis, vulgóque ignotis. Prius quoque in argumento huius psalmi docui, quo pacto Matthæus [b] locutum aiebat Christũ in parabolis, vt impleretur quod dictum est per Prophetam, nimirum per istum loco isto. Non ideo loquebatur Christus in parabolis, vt impleretur prophetia, sed cùm loqueretur in illis, factum est, vt impleretur; scilicet, vt similẽ in loquendo rationem sequeretur Christus ei, quã Dauid hic secutus est; & vt mysticè intelligatur hic locus esse de Christo in parabolis loquuturo. Nõ est hoc loco propheria, sed potiùs rerum narratio. Tandem parabolis vtebatur Christus, quę sunt similitudinibus adũbratæ locutiones: Dauid narrationi admiscet sententias acutas & breues, cuiusmodi sunt quæ Græci vocant Χαρακτῆρας. Nihilominus cùm vox Hebræa חידה *chidah* significet vtriusq; dicẽdi generis formulas, rectè sub literali sensu, cui conuenit notio vna, mysticus de Christo cõprehenditur, secundum aliam notionem: vel vt in genere valet quamlibet absconditã orationem. tum præterea, quoniã in iis ipsis quæ narrat psalmus mysteria insunt, *omnia namque in figura contingebant Hebræis* [c]; & Paulus [d] nonnulla ex iis quæ hic narrãtur, mysticè declarauit. Tertullianus [e] quidẽ, vt Hieronymum alióque omittam enarratores Matthæi [f], scribit hoc modo. Nec forma sermonis in Christo noua; cùm similitudines obiicit; cùm quęstiones refutat, de septuagesimo septimo venit psalmo. *Aperiam*, inquit, *in parabolam os meũ*, id est, similitudinem: *eloquar problemata*, id est, edisseram quæstiones. Si hominẽ alterius gentis probare vol.illes, vtique de proprietate loquelę probares. Hoc illi simile [g], *loquela tua manifestum te facit*. Porrò pro Propheta, quem absque nomine Matthæi textus emendatus habet, Eusebius obseruat nonnullos Esaiam expressisse ex ignorãtia & errore: nec enim in vetustis codicibus extare. Hieronymus explanans Matthæum [h] idem reprehendit, putatq; meritò abrasum *Esaiæ* nomen; sed in principio ita editũ in Matthæo (*quod scriptum est per Asaph prophetam dicentem*) primũ autem scriptorem non intellexisse *Asaph*, & putasse scriptoris vitium, atque emendasse nomen *Esaiæ*, cuius vocabulum manifestius erat. Is verò etiam quem dicũt Hieronymum, auctor commentarij in psalmos, addit obiecisse Porphyrium imperitiã Matthæo; quòd Esaiam citasset: eum verò de nostris qui nomen *Asaph* ignotum sibi auferens, *Esaiam* substituit, dum errorem emendaret, fecisse errorem. Ostendit, vt confirmet eiusmodi imperitiã hominum vetustioris Ecclesiæ, aliis duobus exemplis ex Euangeliis.

Aperiam in parabolis os meum.] Hieronymus [k], aliique ex Hebræo singulariter, *in parabola*. Tertullianus [l] eodem numero singulari, sed in accusatiuo, *in parabolam*. *Aperire os* idiomate Hebraico, est loqui; nec sine emphasi tamen, de qua dixi alias [m] grauitatis, frequentiæ, libertatis, &c. Decem rationes leges apud Salmeronem nostrum [n], cur Christus *os aperuisse* dicatur. Aiguanus obseruat *os aperiri*, scripturas dicere, vel ad laudandum Deum [o], vel *ad attrahendum Spiritum* sanctum [p]; vel adimplendum *Spiritu sapientiæ* intellectum [q], vel ad *docendum* [r]. Habet Illyricum psalterium in præsenti, *aperio in parabolis labia mea*. Isidorus [s] colligit ex hoc loco, & ex psalmo 48 [t]. scripturam non historialiter tantum, seu literaliter, sed etiam mystico, siue spirituali sensu intelligendam. Clemens Alexandrinus [u] hinc etiam edixit Christianam doctrinam esse obscuram, arcanam, mysticam, sicut apud nonnullos olim Gentiles ea quam profitebantur tecta & inuoluta erat doctrina, & idem Hebræi per sui templi velum significabant. Confirmat præterea Pauli [x] testimonio. Sed legendus locus totus Clementis, in maximè qui faciles & claras iactant esse scripturas.

Loquar propositiones ab initio.] Augustinus, *eloquar*: psalterium Romanum, *ab initio sæculi*. Hieronymus, *ænigmata antiqua*. Tertullianus [y], retento Græco vocabulo, *eloquar problemata*, id est, inquit, edisseram quæstiones. psalterium Illyricum in præsenti, *annuncio ænigmata mea ex principio sæculi*. Transtulit etiam Aquila *ænigmata*, Euthymio teste. Apollinarius pro *parabolis* posuit *ænigmata*; hoc membrum autem sic exponit:

ἐκ παλαιᾶς ἀρετέρας γενεῶν ἀπαρξομαι ᾠδὰς ἐμὰς.

Ab initio priore generationum celebrabo vias (vel *cantilenas*.)

Matthæi Græcus Interpres, siue Ioannes Apostolus fuerit, vt Theophylacto [z] visum est, siue Iacobus minor, vt innuit Athanasius [a]; siue alius, vertit ἀνοίξω *eructabo*, quod magis exprimit Hebræum verbum אביעה *abbiahh*, quod Lxx. reddiderunt φθέγξομαι, & propriè significat *fundere*, atque *scaturire*; vt psalmo 44. & vidimus. Præterea, pro *propositionibus*, quæ dixerunt iidem Lxx. προβλήματα, ibidem sunt κεκρυμμένα, *abscondita*, quæ aliter aptè vocantur *ænigmata*. Tandem, quod solemne psalmis est, videtur vtroque membro, & per *parabolas*, & per *propositiones* siue *ænigmata* (ex ignoratione linguarum Dionysius videtur hoc nomen affirmare Hebræum esse) atque *abscondita*, idem significari. Postremò, quod hîc est ab initio מני קדם *mimi kedem*, ἀπ' ἀρχῆς, in Euangelio Matthæi legitur, ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, *a constitutione mundi*. Syriacè, *quæ fuerunt ante constitutionem mundi*. Græca verò verba Euangelistæ indicant quasi à tactis fundamentis mundi, & ab ipso fundamento, (quod καταβολὴ valet) mundi futurum sermonem fuisse, scilicet de iis rebus arcanis, quas adhuc Deus nulli manifestauerat (saltem non nisi paucis, nec tam diserte) iam inde à mundi fundatione & creatione, & ab æterno intra se conditas, & occultas retinuerat, donec *vnigenitus existens in sinu Patris*, & ex eo quodam modo descendens, *enarraret* nobis [b]. Hoc Paulus [c] de Euangelio loquens, & prædicatione Iesu Christi, quem *solum sapientem* nominat, eique illa de causa *honorem & gloriam in sæcula sæculorum* precatur, sic explicat, vt dicat esse *reuelationem mysterij temporibus æternis tacitis* (*quod nunc patefactum est per scripturas Prophetarum secundum præceptum æterni Dei ad obœdientiam fidei*) *in cunctis Gentibus cogniti*. Verùm habita ratione narrationis simplicis, quæ fit in isto psalmo, *ab initio*, ἀπ' ἀρχῆς, מני קדם *mimi kedem* significat eam esse de rebus, quæ olim ac superioribus temporibus euenerunt. Lucas Brugensis in Matthæum lapsu memoriæ tribuit ipsi Matthæo interpretationem Hebræi verbi per

verbum

[a] Marc. 4. 33.
[b] c. 13. 35. 36.
[c] 1. Cor. 10. 6. & Hebr. ca. 9. & 10. & 11.
[d] 1 Cor. 10. 6.
[e] 4 cõt. Marc. c. 11.
[f] in c. 13.
[g] Matt. 26. 73.
[h] in c. 13.
[i] vers. 35.
[k] hic & epist. 27. in princ.
[l] 4 cõt. Marc. c. 11.
[m] Act. 8. 35.
[n] tom. 5 tra. 3
[o] ps. 50. 17.
[p] ps. 118. 131. Eccl. 15. 5
[q] Matt. 5. 2. de Voca. ent. ca. 15. 20.
[r] Sapientiæ 10.
[s] Isa. 6. 1.
[t] Ioan. 1. 18. 1 Rom. 16. 25. 26. 27.
[u] Strom. ca. 3.
[x] 1 Cor. 2. 6. 7. 8. 9.
[y] 4 cõt. Marc. c. 11.
[z] De Matthæi textu interpretationem. in c. 1. Matt.
[a] in Synopsi.
[b] vers. 2.
[c] Καταβολὴ.
[d] Ioan. 1. 18. 1 Rom. 16. 25. 26. 27.

a vers. 5. *Scripturæ ab historialiter tantum seu literaliter, sed etiam mystico sensu intelligendam, ea hoc loco probatur.*
b 5. Strom. ca. 3.
c 1. Cor. 2. 6. 7. 8. 9.
d 4 cõt. Marc. c. 11.
e 1. Cor. 10. 6. & Hebr. ca. 9. & 10. & 11.
f 4 cõt. Marc. c. 11.
g vers. 2.
h 1. Cor. 10. 6. & Hebr. ca. 9. & 10. & 11.
i 4 cõt. Marc. c. 11.
k 4 cõt. Marc. c. 11.
l 4 cõt. Marc. c. 11.
m Act. 8. 35.
n tom. 5 tra. 3
o ps. 50. 17.
p ps. 118. 131. Eccl. 15. 5
q Matt. 5. 2. de Voca. ent. ca. 15. 20.
r Sapientiæ 10.
s Isa. 6. 1.
t Ioan. 1. 18. 1 Rom. 16. 25. 26. 27.
u Strom. ca. 3.
x 1 Cor. 2. 6. 7. 8. 9.
y 4 cõt. Marc. c. 11.
z De Matthæi textu interpretationem. in c. 1. Matt.
a in Synopsi.
b vers. 2.
c Καταβολὴ.
d Ioan. 1. 18. 1 Rom. 16. 25. 26. 27.

verbum *eructandi*, cum Hebraicè simplisse concedat. Dionysius, quod ab initio hîc ditur, vult referri non ad initium dumtaxat eductionis Israelitarum ex Ægypto, sed ad mundi etiam exordium; vt quia legitur in Matthæo, *à constitutione mundi*, saltem implicitè & in generali commemorentur in hoc psalmo mirabilia Dei ab initio mundi peracta, quæ, vt est in sequenti versu, patres ac maiores narrauerint, verbi gratia, de diluuio, incendio Pentapolis, & similibus; Christum verò quoque de isdem mentionem fecisse, vt & de prima matrimonij institutione [a], de diluuio [b]; de Sodomorum euersione [c].

a Matth 19.4. b c.24.17. c c.10 15. cap. 11 2.24 Luc.17.28.29.

Ludit Hugo tropologicè, vt *aperire os in parabolas*, sit *eincidare sapientiam* [d]; aut factis declarare os & doctrinam Domini [e]; & mores informare, *loqui propositiones ab initio* sit fidem inserere, quæ habet velut initium, seu primum principium, fundamentum, *substantia*, ὑπόστασις [f]; in fine aut mortis nostræ, aut iudicij Deum non propositiones loquuturum, sed conclusiones, secundum quod nos sumpserimus assumptiones. Lege qui delectaris istiusmodi ludicris, licet pius.

d Theologia. e Ibid. 24. 31. c Matth. 7.21.

f Hebr 11.1.

Vers. 3.] Quanta audiuimus & cognouimus ea, & patres nostri narrauerunt nobis.

Vers. 4.] Non sunt occultata à filiis eorum, in generatione altera.

Narrantes laudes Domini, & virtutes eius, & mirabilia eius quæ fecit.

Sensus loci.

EOrum de quibus se loqui velle dixit, copiam esse magnam affirmat, quæ certò deprehensum sit esse vera, à maioribus autem tradita, vel verbo, vel scripto; ita vt cauerint ne ignorarentur, & posteritati accurate prospexerint, narrando, laudibusque celebrando insignioria, & magis admiranda potentiæ Domini opera; ipse vero non sua profetat commenta, sed quorum à maioribus scientiam acceperit. Primam sententiam sumunt quidam interrogatiuè & admiratiuè, vt postea dicemus. Qui Deo, vel Christo præcedentis verba versus assignant, hîc personam mutatam nouant; vt loquatur aut David, aut Asaph. Iuxta literalem sensum pergit idem, qui loquutus iam fuerat, loqui Propheta.

Mysticus sensus.

Mystico illo sensu attribui potest hæc oratio Apostolis, aliisve de testamento nouo, qui se dicant narrare audita a Patriarchis & Prophetis, vt inde mortuorum documenta propopulo Christiano petant, quæ est *alterius generatio*, id est, per baptismum regenerata, & nihil priorum illorum secundum spiritum & imitationem. Præterea possunt hæc exponi de fidelibus, qui de Christi miraculis & operibus virtutum, deque fidei mysteriis multa se gratulentur accepisse, & cognouisse ab Apostolis & successoribus eorum, & externa populi antiqui beneficia meliore ac spirituali modo fuisse in testamento nouo impleta. Hugo laudes ascribit Spiritui sancto bono, mirabilia Filio admirabili; virtutes Patri potenti. Minus rectè de Christo Euthymius explanat, quòd in assumpta humanitate, cæterorum hominum more doctores audiret. Non sufficeret audire tantum, vt qui populariter ventitabant ad synagogas & *mirabantur Iudæi quo modo literas sciret, cum non didicisset* [g], nec eorum scholas frequentantem visitasset. Iubet hic locus traditionibus, & sui admonet officij tum patres, vt liberos rectè instituant; tum istos, vt promptè discant, ac fideliter quæ didicerint, retineant. *Quæ audisti a me*, ait Apostolus Timotheo [h], *per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere. Multos testes* Græci exponunt legem atque prophetas, nec non ex Latinis Anselmus, Bruno, Lyranus, Aquinas, Glossa. Denique maligni est animi quam notis scientiam inuidere alteri, & quod didiceris nolle per inuidiam communicare; cuius oppositum, verè Sapiens facere se profitetur [i]. Sed id in parentibus reprehendi satis nō potest, quorum est, thesaurizare liberis, non tam terrenarum opum, quàm verè sapientiæ ac disciplinæ thesauros, *& honestatem illius*, τὸ ἔνδοξον, *abscondere* [k]. Galatinus [l] hinc videlicet ex continuata serie idem narrantium atque tradentium, rectè confirmat veritatem miraculorum quæ de Christo narrantur.

Euthymius explanatio omnia recta.

a Ioan.7.15.

Locus facerus in ad traditiones.

b 2.epist.2.

Malè qui animo, quam notam scientiam, inuidere alteri.

c Sap.7.13.

d Hinc videlicet lege comment. nostrum Cap.6.v.6.

Quanta audiuimus.] Hieronymus, *qua*, & hoc valet אשר *asser*, vel *quacumque*: ὅσα autem, & *quanta*, tum numerum, tum magnitudinem. Volunt Euthymius & Nicephorus legi θαυμαστικῶς admiratiuè ἀντὶ τοῦ, ὅ τι ὅσα, pro ὁ *quanta*, vel ὁ *quot*. Idem sentit Hugo. Illyricum psalterium habet, *magna audiuimus*, lege notata psalmo 70. [f] *quantas ostendisti mihi tribulationes multas*, &c. *Audiendi* verbum ad obscuritatem prophetiæ, sequens *cognoscendi*, ad complementum eius in testamento nouo refert Augustinus, & alij, vt sint audita in vetere ac prophetata, quæ cognoscuntur & implentur in nouo; sicque se habeant duo hæc verba, sicut in psalmo 44.8. *Audi filia, & vide.*

f vers.20.

g vers.11.

Et cognouimus ea.] Pronomen additum est: *cognoscendi* verbum innuit magis explicitam & claram cognitionem, ac veluti per quoddam experimentum, quod deprehendatur ita se habere quæ sint audita, prout audita sunt. Interdum de cognitione quoque fidei dicitur, quemadmodum etiam *scire*, & *videre*, ita tamen vt creditu obiecti claram visionem excludat. *Quia vidit Thomas, credidit* [h]; & Samaritani profitebantur se *non propter loquelam mulieris credere, quia audiuissent, & scirent Christum esse verè Saluatorem mundi* [i]:

h Ioan.20.29

i c.4.42.

ἡμεῖς γὰρ ἀκηκόαμεν καὶ οἴδαμεν, ὅτι οὗτος ἐστιν ἀληθῶς.
Cognouimus enim, quia accepimus audiuimus.

inquit hoc loco Apollinarius. Perpendit Ambrosius [k] dici hoc loco à propheta, *quanta audiuimus, & cognouimus ea*, vt comprehenderet non solùm audisse se, sed etiam intellexisse. Nemo enim cognoscit, nisi prius intellexerit. Tum subdit, qui hoc pacto non audit, sed negligit, ei à Petro *abscindi auriculam* [l], quòd superflue habeat autem corporis, qui audire & examinare non nouerit. Quamuis aliam huius alterat, auriculæ abscisse mysticam rationem, quæ ad rem præsentem non facit.

k in ps.118. sermon.15

l Matt.26.51.

Et patres nostri narrauerunt nobis.] Patriarchæ, & Prophetæ, vel scripto, vel verbo: deinde, si

de Christianis interpretetur, Apollon & Apolloni viri. Sapientis consilium est, vt *in multitudine presbyterorum prudentium stes, & sapientiæ illorum ex corde coniungaris, vt omnem narrationem Dei possis audire,* (διήγησιν θείαν, *narrationem diuinam*, de Deo, & rebus diuinis) *& prouerbia laudis* (συνέσεως, *intelligentiæ*, pro quo legit interpres, αἰνέσεως) *non effugiant à te* [a]. Item, *ne despicias narrationem presbyterorum sapientium, sed in prouerbiis eorum conuersare; ab ipsis enim disces sapientiam & doctrinam intellectus, & seruire magnatis sine querela* [b]. Præterea *ne te prætereat narratio seniorum; ipsi enim didicerunt a patribus suis, & ab ipsis disces intellectum, & in tempore necessitatis dare responsum* [c]. Tandem ait, quòd *sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens, & in Prophetis vacabit,* ἐν προφητείαις ἀσχολήσεται, *in prophetiis occupabitur: narrationem* (διήγησιν, *expositionem*, seu *enarrationem*, & *commentarium*, vel *historiam in sacris libris contentam*) *virorum nominatorum conseruabit, & in versutias parabolarum simul introibit, occulta prouerbiorum exquiret, & in absconditis parabolarum conuersabitur* [d].

Ecclꝛ.6.35.

c.8 9.10.

ver.11.12.

c 39 1.2.3.

Non sunt occultata à filiis eorum in generatione altera.] Hieronymus, *non sunt abscondita à filiis eorum in generatione sequenti.* Alij, coniungendo cum verbis sequentis versus, *narrantes laudes*, &c. *non abscondemus à filiis eorum* (supple, *qui*) *qui generationi posteræ narrabunt*, &c. aut supplendo (*sed*) & pro tertia persona primam ponendo (*sed generationi posteræ narrabimus*, &c.) vel (*non celabimus filios eorum, generationem sequentem*, id est, qui sunt generatio sequens, & filij Patrum, narrantes, &c. vt quemadmodum ipsi à maioribus edocti sumus, ita posteros doceamus. Vel, *non est celatum à filiis eorum*, generationi posteræ narrantes, &c. hoc est, hoc non fuit celatum à filiis eorum, hoc, inquam, quod priùs dictum est in psalmo, causa verò est, quoniam continua quadam serie, vt est sequenti versu, celebrarunt fideles Dei laudes, & deinceps patres narrauerunt filiis. Hebræa sunt, לֹא נִכְחַד מִבְּנֵיהֶם לְדוֹר אַחֲרוֹן *lo nechached mibbenehem ledor acharon.* Vbi primum vocabulum potest scribi cum aliis punctis, & esse participium coniugationis passiuæ niphal נִכְחָד *nichchad*, *absconditum* seu *occultatum*, vel etiam præteritum eiusdem, notando pathac (-) in fine pro chamets (-): præterea futurum coniugationis kal primæ personæ pluralis, adhuc cum eodem puncto pathac, à quo futuro actiuæ significationis id quod modo legitur נִכְחַד *nechached* in piel, non differt, nisi significatione magis intensæ actionis. Legerunt LXX. & Hieronymus, vt præteritum, aut participium passiui verbi niphal, numerum singularem collectiuè sumptum retoluentes in pluralem: Græcè etiam habetur in accusatiuo εἰς γενεὰν ἑτέραν, *in generationem alteram*, simul & in psalmo 47.e *vt enarretis in progenie altera.* Sensus commodior videtur, vt se (quod præcessit prioribus versibus) locuturum dicat Dauid quæ audierit, & cognouerit, & patres narrauerint, & non sint occultata à filiis seu posteris eorum: item (quod est sequenti versu) se locuturum, narrando laudes Domini, &c. Nec enim refert enallage, seu mutatio numeri, vt de seipso primùm in singulari, postea loquatur in plurali. Tamen probabile est, si principium versus sequentis referas ad Patres, vt hos, quos dixerat narrasse, postea narrantes vocet. Mitto

verſ.14.

A *generationem alteram*, vt Aiguanus dicit, esse Christi de Matre absque Patre, cùm aliæ præcesserint absque viro & fœmina, vt Adam; ex viro sine fœmina vt Euæ: ex viro & fœmina, vt aliorum: vel de generatione secundum spiritum, quæ dicitur etiam regeneratio. Hugo item *generationem alteram* exponit contrariam veræ religioni, qualis Gentilium, quibus, repudiatis Iudæis, annunciata sunt & manifestata occulta Dei mysteria.

Narrantes.] Augustinus, *annunciantes.* Iam dixi hoc vel Propheram de se ipso vsurpare in plurali numero, vel de patribus. Item notaui aliquo. pro participio exponere futurum, scilicet participio מְסַפְּרִים *mesapperim*, addendo eiusdem temporis verbum substantiuum, *erimus.* Præstat de ipsomet propheta interpretari, vt se inter filios ac posteros numerans, asserat non latere opera antiquorum; & ea sicut ab iis accepit, aliis narrare ac tradere velle. vnde Apollinarius:

B

ἔργα παλαιγενῶν προτέρους οὐ κεύθεται ἡμᾶς,
ὕμνους ἀθανάτοις ἀθρήσαντας βιόωσας.
Opera antiquorum suos non latent filios:
Hymnos immortalis vitæ celebrantes.

Euthymius, & Nicephorus docent hîc esse hyperbaton, verbáque illa, *patres nostri annunciauerunt nobis*, coniungi debere huic membro. Theodoretus autem, vt eum quidem citat Agellius, nec enim in illius textu qui extat, id habetur, ait, quòd ἡ ἑρμηνεία τὸ κακόσημον ἐκφεύγει, quia dicendum fuisset ἀπαγγέλλοντων ἡμῖν, *narrantibus nobis*, & non in recto ἀπαγγέλλοντες, *narrantes.*

C

Laudes Domini.] Opera eius laudabilia. A laudibus Dei liber psalmorum cognominatus est תְּהִלִּים *thehillim*, quasi liber laudum seu laudationum. Aiguanus quoque interpretatur hoc loco gratiarum actiones, quas egit populus in laudem Dei, transito mari rubro, & aliis de causis.

Et virtutes eius.] Hieronymus, *potestatem eius*, וְעֻזּוֹ *vhezzo*, *fortitudinem eius*, *robur*, &c. Apollinarius, &c. Augustinus, *potentias.* Hoc significant δυναστεῖαι, & quidem cum imperio, ditione, potentatu. Latini etiam sic vsurpant *Dynastam*, & *dynastiam.* Intelligit Euthymius, & Nicephorus ea, quæ summam Dei potentiam indicarunt; vel quæ aduersus populi potentes hostes operatus est; cuiusmodi decem plagæ, submersio, &c. Minùs igitur aptè *virtutum* nomine morales hîc sumuntur; quamuis secundùm accommodatitium sensum admitti possit.

D

Et mirabilia eius quæ fecit.] In dictis quoque virtutibus fuit quod admirationem commoueret. Nihilominus peculiariter referri possunt ad illa opera mirifica, quæ non tam contra populi hostes, quàm in eiusdem commodum sunt edita, præsertim annis quadraginta in deserto. Allegoricè *laudes* narrandæ de Christo, sunt quas illo nato Angeli decantauerunt, & postea omnis ætas, & sexus, & conditio celebrauit:

E

virtutes ac *mirabilia*, tot tantaque miracula, quæ stupore ea videntibus & audientibus ingenerabant.

Allegoria.

Vers. 5.] Et suscitauit testimonium in Iacob: & legem posuit in Israel.

Quanta mandauit patribus nostris, nota facere ea filiis suis.

Vers. 6.] Vt cognoscat generatio altera.

Filij qui nascentur, & exurgent, & narrabunt filiis suis.

Sensus tuus.

OStendit ita præcessores fecisse, &, eorum exemplo, illos, qui nunc supersunt, séque videlicet ipsum inter eos, facere, vt posteris commendarent, veterum Dei beneficiorum narrationem, atque memoriam, quoniam ea ipsa de re præceptum dedit vniuersio populo suo Deus, vt nempe quæ pro illo mirabiliter egit, aut ab eo fieri exegit, patres per manus traderent filijs ac nepotibus, vel literis mandarent. Putant aliqui, vt Caietanus, Lyranus, Dionysius, per *testimonium* ac *legem* significari vniuersam legem. & hoc inter Dei beneficia primum præcipuumque numerari, quia *non fecerit taliter omni nationi, nec iudicia sua manifestauerit eis* [a]; & cum admiratione, atque gratulatione hîc dici (*quanta mandauit*, &c.) id est, valde multa in eadem lege. Congruit quem dixi sensus magis cum sequentibus, quæ significant sermonem esse potius de *operibus Dei* [b], quàm de præceptis in lege traditis enarrandis, vt *non obliuiscamur*, ait, *operum Dei*, &c. Ergo *testimonium*, & *lex* denotant hoc loco peculiare illud præceptum Deuteronomij [c]: *Ne obliuiscaris verborum* (rerum) *quæ viderunt oculi tui, & ne excidant de corde tuo cunctis diebus vitæ tuæ. Docebis ea filios, ac nepotes tuos*, &c. [d] *docete filios vestros, vt illa meditentur, narrabis ea filiis tuis, & meditaberis in eis* [e]. Propterea constituit *lapides duodecim* præcepit *de Iordanis alueo in Galgalis*, vt *interrogati quid sibi vellent docerent filios* accepti beneficij monimentum esse [f]: Docuit mater filium Salomonem [g]: Tobias item suum [h]: parentes Susannam [i]: Mardochæus neptem [k]: filios Iob [l]: Ezechias vt impetraret vitam, & prolem, pollicetur, quòd *mater filios notam faciet veritatem Dei* [m]. Hoc promisit Deus Ecclesiæ suæ, tanquam fœdus cum illa. *Spiritus meus qui est in te, & verba mea quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui à modo, & vsque in sempiternum* [n]. Hac eadem de causa dispertit Christus discipulos suos per orbem, quemadmodum Tobias dicebat ideo dispersos à Deo filios Israël *inter gentes, quæ ignorant eum, vt enarrarent mirabilia eius, & facerent scire eos, quia non est alius Deus omnipotens, præter eum* [o]. Spectant eodem quæ in columnas, lapideam & lateritiam, præuidentes diluuium, &, consulentes posteritati, sapientes illi ante diluuium incidi curauerût [p]. Quod idem studium inseruit omnibus natura, vt propagatam velint curentque in futurum rerum memoriam præteritarum.

Serunt arbores quæ alteri sæculo prosint.

Nec verò dubitat agricola, inquit Cicero [q], citans versum illum ex Statio, quamuis senex,

[a] Psal. 147. 20.
[b] infrà vers. 11.
[c] c. 4. 9. 10.
[d] c. 11. 19. c. 6. 7.
[e] Iosue 9. 20. & seq.
[f] Iosue 4. 4.
[g] Prou. 4. 4.
[h] Tob. 1. 10.
[i] Dan. 13. 1.
[k] Esther 2. 7.
[l] Iob 1. 5.
[m] Isa. 38. 19.
[n] Isa. 59. 21.
[o] Tob. 13. 4.
[p] Ioseph. Antiq. c. 3. aut 4.
[q] Tuscul. 2.

A praesenti curietate, respondere, Dijs immortalibus, qui me non accipere tantummodo hæc à maioribus voluerunt, sed etiam posteris tradere. Mysticè transferuntur hæc ad testimonium, quod edi Christus ab Apostolis voluit, & ad legem Euangelicam, quam promulgari.

Et suscitauit testimonium in Iacob.] Hieronymus omissa coniunctione, quæ tamen extat Hebraicè, *statuit contestationem Iacob*, id est, populo denominato à Iacob. Sic quoque Symmachus, ἀνέστησε διαμαρτυρίαν τῷ Ἰακώβ. Alij, *statutum, decretum, testamentum*, &c. His & similibus nominibus *lex, mandatum, præceptum* appellatur, & quidem *testimonium*, vt psalmo 18. a vidimus, quia contestatione quadam fertur. Vtitur plurali numero psalterium Illyricum, & *erexit testificationes in Iacob.* Melius de præcepto illo vno prodendi posteris doctrinam factam & ethicam locus hic intelligitur, quàm de tota data lege, vt priùs dixi.

B

a vers. 4.

Articula sensu, quem sit accommodatus, explicatum.

Mystica translatio.

Et legem posuit in Israel.] Synonyma sunt hæc, & lex non vniuersalis, sed peculiaris est, vt proximè antea monebam. De vocabulis autem *Iacob & Israel*, egimus alibi. Id ipsum docet Augustinus de eadem re aliis verbis reperta. Tamen *suscitandi* verbo innui per legem *remansisse peccatum*. vt scripsit Apostolus [b]: verbo *ponendi*, indicari legem esse iugum peccatori; quia *iusto non ponitur* [c], nomine *testimonij* in quantum aliquid probat, *legis*, in quantum iubet. Non enarratores dumtaxat aliqui, sed Irenæus [d] etiam explicat de Christo, dicens Dauidem hîc generationis eius causas disserere.

C

b Rom. 7. 9.
c 1. Tim. 1. 9.
d lib. 3. c. 18.

Quanta narrauit patribus nostris, nota facere ea filiis suis.] Hieronymus, *quæ mandauit patribus nostris, vt docerent filios suos.* In psalterio Gallicano est etiam, *qua*, quod refertur ad testimonium, & legem: in Romano, *quam*, nempe legem, & ibi sequitur, *vt nota facerent ea*, &c. hîc, *vt notum*, &c. In emendatis bibliis Græcis non est ὅσα *quanta* vel *quæcunque*, de quo diximus versu 3. sed ὃν, & pertinet ad νόμον, id est, ad *legem*, quæ Græcè masculini generis est. Ita omnino etiam legit Apollinarius:

D

καὶ νόμον ἐθέμεθα κλεινὸν τέρας Ἰσραήλ,
ὃν πατράσι δι' ἀρχῆς ἔφατο τανύσσαι.
Et legem sorti inclytam præbuit Israëli
Nostris quam antea Rex constituit patribus.

Vox Hebræa אשר *asher* omnis numeri generisque patitur quam ibet versionem, sed non Latinam, *quanta*, si magna significent, prout etiam est in Illyrico psalterio.

Vt cognoscat generatio altera.] Hieronymus, *vt cognoscerent generatio subsequens.* Lege versum 4.

Filij qui nascentur, & exurgent.] Hieronymus, absque coniunctione, quæ nec est in Hebræo textu, *filij nascituri surgent.* Ad erbum, *filij nascentur* & supletur Latinè, *qui.* Græcè, οἱ τεχθησόμενοι, *filij nascituri*: & addita coniunctione, quæ caret etiam textus Hebræus, καὶ ἀναστήσονται. Videtur per appositionem declarari quæ sit *generatio altera*, sicut in versu 4. ponitur cum filijs *generatio altera.* Est item idem *nasci, & exurgere.* De nascentibus autem *surgendi & exurgendi* verbum vsurpatur, non tantùm de resurgentibus, aut de electis ad alteram

E

dignitatem; vt cum *surgere Rex nouus* dicitur [a]: vel *propheta* [b]: surgunt qui nascuntur quasi ex imo tum nihili, tum humi, & quia vegetantur, & crescunt. præterea quoniam pro patribus & præcessoribus succedunt, ac in idem veluti munus, seu in eundem locum succedunt: quod etiam scriptura vocat *suscitare semen* [c], & *nomen* [d] *alterius*, vel *germen* [e]. Pertinet ad mysterium quod ait Augustinus, *nasci & exurgere qui habent sursum, & cum Christo consurgunt* [f].

Et narrabunt filiis suis.] In Romano psalterio additur, *eam*, id est, legem: in Gallicano, & apud Cassiodorum, *ea*, hoc est, testimonium, & legem; quo item pacto extat αὐτά; quamuis nullum sit pronomen in Hebræo textu, vt Hieronym. [g] quoque admonet. Narrabunt autem generatio altera, & filij qui nascentur, aliis filiis, qui etiam nascentur: denique quod ait ille [h]:

Et nati natorum, & qui nascentur ab illis.

Paulò clarius Apollinarius:

ὡς ἑτέρα παῖ' πάντα μαθοῦσι μετέπειτα γενέθλη.
ἡμῖν ὡς καὶ πάσιν ὁμοίιον ἐξετέλεσται·
δεῖ δ' ἀγγελίην ἀνέκαθεν πάσαις.

Vt altera hæc omnia discat posthæc generatio,
Filij quos procreent in futuris generationibus:
Ipsi verò annunciabunt auctis hæc filiis.

Non debet videri mirabilium Dei operum fastidiosa inculcatio. Consulitur eo modo tum nostræ memoriæ, ac desidiæ, tum sequentis ætatis vtilitati, ne temporis lapsu res adeo necessaria veniat in oblivionem. Et veteris, & noui testamenti tot festa, cerimoniæ, ritus eò pertinent, voluitque Christus quotidianum ac iuge Corporis sui & Sanguinis sacrificium Eucharisticum esse atque μνημόσυνον, id est, perpetuæ gratiarum actionis ac memoriæ nunquam delendæ.

Vers. 7.] Vt ponant in Deo spem suam, & non obliuiscantur operum Dei: & mandata eius exquirant.

Vers. 8.] Ne fiant sicut patres eorum: generatio praua & exasperans.

Generatio, quæ non direxit cor suum: & non est creditus cum Deo spiritus eius.

HÆc ratio cur tantopere commendarit Deus memoriæ posterorum, memoriam collatorum à se beneficiorum, & quare id ipsum nunc Dauid inculcet, ad vitandum periculum desperationis, aut mancæ fallacis spei in priuilegijs acceptis à Deo: ad retinendum, renouandum, vrgendum studium exquisitè obseruandi & intelligendi Dei mandata; postremò, ne progenitorum prauitatem procacemque in iram Dei imitentur, ac proinde pœnas, quas olim illi, experiri cogantur, vt pote qui non recto Deũ corde ac intentione coluerint, nec vnquam pœnitus ex animo, & sincerè crediderint fiderintque illi, quamuis toties bonitatis, potentiæ, fidelitatis ipsius tam clara, & adeò magna documenta acceperint; sed qualibet etiam tam diuina oblata occasione ab eo defecerint, & à firma constantique quam debebant fœderis fide resilierint, per dissentiones, seditiones, murmurationes, querimonia, lamenta, calumnias, ita vt idcirco nemo ex iis qui Ægypto egressi fuerant, duobus demptis, ingredi promissam terram meruerint, sed proiecta in deserto iacuerint cadauera eorũ. Hic porro indicatur finis non præsentis tantum paræneticæ sermonis quem Dauid instituit, sed scripturarum omnium, vt *per earum* [a] παράκλησιν *consolationem & exhortationem*, quod Apostolus [a] monet, *spem habeamus*. Quod hoc loco Augustinus Latinique alij allegoricè simul ac tropologicè referunt ad spem, quæ non in lege operibusque ipsius, vel in propriis meritis collocanda sit, *propriam iustitiam constituendo* [b]; sed in auctore gratiæ Dei, qui per fidem in Christum illã communicat; cooperationem requirendo obedientiæ mandatorum.

Vt ponant in Deo spem suam.] Exponunt alij hoc, & quæ sequuntur, per verba futuri temporis, locóque *vt*, vertunt & quod etiam est in textu Hebræo. Parum refert, sicut & quòd in psalterio Illyrico legatur accusatiuus casus *in Deum* sæpe nonnũ distinctionem illam credendi aut sperandi Deum, Deo, in Deum, vt à scholasticis post Augustinum. qui hoc eam quoque loco indicat, receptor bonam esse, non tamen semper in scripturis veram. Hæc sicut spem hic obseruat, ita fidem ibi, *& non obliuiscantur operum Dei* & caritatem in illis aliis verbis (*& mandata eius exquirant*), id est, examore impleant, atque de his potissimum nos docendos esse. Præterea in *ponendi* verbo spei firmitas notari cum eodem potest, quã ideo Paulus [c] *ancoram* nominat; in aliis duobus fugam ingratitudinis, & continuum studium circa Dei mandata.

Et non obliuiscantur operum Dei.] Hieronymus, *cogitationum*. Alij *studiorum*, aut *consiliorum* id est, illorum, quæ summo quasi studio & consilio facta sunt à Deo. Hoc importat vox מַעֲלָלִים *mabbhalelim*, de qua egimus alibi.

Et mandata eius exquirant.] Hieronymus, *custodiant*. Id propriè valet נצר *intorsum*. Custodit, qui diligentiam adhibuit in exquirendo, minus exquisita notatio *exquirere*, esse quasi extra quærere id est, operibus ipsis. Et illud mysterium, quod Petrus, & alij de primo Concilio exquisierint mandata legis veteris, pertinentes tam ad generationem alteram, vt ostenderent deinceps eorum *iugum super cervices discipulorum* non *imponendum*, cum id *neque ipsi, neque Patres eorum portare potuerint. sed per gratiam Domini nostri Iesu Christi credendum esse omnes saluari, quemadmodum & priores patres* [d].

Ne fiant sicut patres eorum generatio prauа & exasperans.] Hieronymus, *& non sint sicut patres eorum generatio declinans, & prouocans*. Alij, *deprauans* (à Deo) *& rebellis*: vel, auersatrix seu incredula, infidelis, peruersa, contumax, & irritatrix seu inobediens: vel defectrix & pertidia. Hebræa sunt סוֹרֵר *sorer* & מֹרֶה *moreh*. Græca παιδεία καὶ παραπικραίνουσα. In psalterio Gallicano siue Ambrosiano, & in Romano siue Vaticano, atque apud Cassiodorum, & Arnobium, *genus prauum & peruersum*: apud Augustinum, & in vetere psalterio, *generatio prauа & amaricans*: in Illyrico, *generatio deuians*, aut *prauia*, & *iram commouens*. Videtur Apollinarius nouo facto principio post, *ne fiant sicut patres eorum*, hæc alia verba legisse cum epiphonemate, appellans *generationem rigidam & prauam*:

ἀλλ' ὦ μογερὰ καὶ σκληρὰ καὶ ἀσπίστου γενέθλη.
Sed ô ingrata mortal, & incredula, generatio.

Iudæorum generatio appellatur hinc inde *prava*

& peruer

a Psal. 1. 3. b 3. Reg. 3. 12.
Surgere, exurgere, resuscitare.
c Gen. 38. 8. Deut. 25. 5. 7. d Ruth 4. 5. 10.
e Ierem. 23. 5. Zach. 3. 8. 6. 12.
f Col. 3. 1.
g epist. 135.
h Virg. 3. Aeneid.
Sperãdi Deũ, Deo, in Deum, ab oratio.
a Rom. 15. 4.
b c. 10. 3.
c Hebr. 6. 19.
Exquirere quæ sit vera, & Hebraica notatio.
d Actuum 15. 10.
Deficere.
Auersari.
Incredulus.
Peruersus.
Contumax.
Irritator.
Inobediens.
Defectrix.
Pertidus.
Deuians.
Prauus.
Amaricans.
Rigidus.
Prauus.
Iram commouens.
Ingratus.
Incredulus.
Iudæorum generatio.
Prava.

& *peruersa* [a], *infidelis*, seu *incredula*, & *peruersa: mala & adultera* [c], *nequam* [d]: potestque dici *generatio*; *quæ patri suo maledixit, & quæ matri suæ non benedixit: generatio, quæ sibi munda videtur, & tamen non est lota a sordibus suis: generatio cuius excelsi sunt oculi, & palpebræ eius in alta surrectæ: generatio, quæ pro dentibus gladios habet* [e]. Nam sunt ingratissimi Iudæi; vendicant sanctitatem sibi: superbiam ipso corporis gestu ostentant, & aliorũ contemptum: crudelitate feras imitantur. Quãquam primam generationis formam attribuunt aliqui infidelibus; secundam Iudæis; tertiam Hæreticis; vltimam Christianis malis. Alij aliter Eosdem Iudæos Ezechiel [f] *domum exasperatricem vocat*: Petrus denique [g] *generationem* etiam *prauam*, vt alias exposui [h]. Quicumque declinant à bono & faciunt malũ, inquit Hugo, *sunt generatio prana & exasperans*: vel qui peccatum faciũt, & excusando ac per hypocrisim dissimulãt, quia *simulatores & callidi prouocant iram Dei* [i].

Generatio quæ non direxit cor suum.] Addit Chaldæus, *ad Dominum suum*. Hieronymus, *non præparauit*. Alij, *stabiliuit, disposuit, aptauit, rectè instituit, munitu*. id est, cui quod rectum est, cordi non fuit: non proposuit sibi obseruantiam recti; non habuit rectam intentionem; non erexit animum & volũtatem ad bona æterna; & quod plus est, cumque admiratione etiam & exclamatione Apollinarius dicit, maleficia in animo habuit, & ad sola temporalia respexit;

ὦ γενεὰ, κακοεργὸν ἀεὶ φρὶ τοῖσι θυμὸς ἐτύχθη.

O generatio, maleficum semper præcordiis animus fuit.

Ambigua & dubitans mens eorum claudicabat, nec simplici constantique animo credebat Deo, inquit Euthymius & Nicephorus; firmã in Deum spem non habebant, nec recto volebant itinere ingredi, sed erant mente diuinis legibus cõtraria, ait Theodoretus aut Basilius. Tandem non obediebant Samuëlis præcepto, dicentis, *præparate* [k] *corda vestra Domino, & seruite illi soli, & auferte Deos alienos de medio vestrum Baalim & Astaroth.* Quod etiã vocat *reuerti in toto corde ad Dominũ* [l]. In emendata editione LXX. est, *quæ non direxit in corde suo*, ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς. Affinis huic infra sententia [m]; *& dilexerunt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei: cor autem eorum non erat rectum cum eo: nec fideles habiti sunt in testamento eius.* Sapiens [n] de scripto testatur quòd *animam suam direxerit ad sapientiam, & in agnitione vnuerit eam*, ἐν καθαρσίῳ, *in purgatione*, quia scilicet *sapientia non introibit in maleuolam animam* [o], *sed effugiet fictum* [p], ac rectò corde seu intentione carentem: purgationẽ verò dignit agnitio propriæ ignorantiæ ac insipientiæ, eorumque quæ per ignorantiã & errorẽ committuntur, & eorumdem confessio, quibus modis dirigitur curuata anima ad sapientiã. Non ratò *dirigendi* verbum, & εὐθύνειν seu κατευθύνειν & יכן *hechin* spectat ad firmitatem & constantiam. & hanc locus præsens significat. Alias ponitur pro felicitate ac prosperitate vt in psalmo 100. [q] *qui loquitur iniqua, non direxit vt conspectu oculo ius meorum*, id est, apud me non prosperauit, mihi gratus non fuit, non rectè illi fuit mecum. Quæ notio non est etiam ab hoc loco aliena, vt generatio illa dicatur non studuisse, recta ad Deũ intentione, se ipsam confirmando atque stabiliendo, nanciscì Dei gratiam, & veram felicitatem. Deprauatur cor & inflectitur incuruaturq; multis modis, vt obseruauit Aiguanus, per superbiam, auaritiam, luxuriam, hypocrisim; gastrimargiam, iram, quæ vitia demonstrat in Iudæis, vt propterea meritò dicatur *generatio prana, & qua non direxerit cor suum*. Pranum est cor omnis hominis, & vergit natura sua, prout etiam in corpore collocatur ad ima & sinistra; nec dirigi potest nisi appetitione sublimium, vt Gregorius [a] docet. *Auferri cor a vino & fornicatione* dicitur [b]: & iubentur *prænaricatores redire ad cor* [c], à quo derelinquuntur [d], & *longè à Deo recedit* [e]. Meritò igitur quotidie in solemni sacrificio monemur sursum corda habere, & ne respõdentes habere nos ad Dominũ mentiamur, obiectamus in Litania, vt ipsemet Dominus mentes nostras ad cœlestia desideria erigat; & in alia prece, vt ibi fixa sint corda, vbi vera sunt gaudia; quod est quoque dicere, vt ibi sint, vbi verus thesaurus; vt quod ait Augustinus [f] de verbis illis sacrificij corda ipsa sint cœlum, quia in cœlum quotidie dirigantur. De iisdem plura Ioannes Stephanus Durantus [g]. Cauendum ne quod affirmatum de Iudæis est, *non direxisse cor suum ad Dominum Deum patrum suorum* [h], æquo de nobis pronunciari iure possit. Patres Iudæorum Patriarchas, & prophetas, & alios veros Dei cultores intelligit locus modò indicatus, vt & Malachiæ [i], quem Gabriel recitauit de Ioanne [k], *qui conuersurus esset corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum, & paraturus Domino plebem perfectam*, is, inquam, qui orsurus erat prædicationem inde [l], *dirigite viam Domini, rectas facite semitas eius*; vt apta nimirum ei esset in humano corde sedes manshóque.

Et non est creditus cum Deo spiritus eius.] Hieronymus, *& non credidit Deo spiritus eius*. In Arabico psalterio, *nec credidit in Deum spiritus eius*. Chaldæus & alij, *nec fuit fidelis in Deum*, aut, *cum Deo, spiritus eius*: vel, *nec firmiter adhæsit aut nixus est Deo*; vel, *non permansit*. Et potest idem hoc membro significari quod præcedente, Hebræorũ spiritum, mentem, voluntatem, cor non fuisse rectum & directum cum Deo; non firmiter, veraciter, fideliter se se applicuisse ad Deum, non fuisse verax erga Deum, non credidisse ac fiuisse Deo, non fuisse fidelem animam, seu fidem non præbuisse Deo, neque credidisse sermonibus illius, vt explicat Euthymius & Nicephorus; cum bene illis esset, & prosperè cuncta succederẽt, deseruisse, vbi premerentur aduersis confugisse ad Deum, & quod postea [m] hìc subditur, *cum occideret eos, illum quæsiuisse, & reuersos esse, & diluculo venisse ad eum*, sed *solo ore dilexisse, lingua mentitos esse, cor eum eo rectum non fuisse, nec fideles habitos in testamento eius*: sic etiam quod passiua voce haberur, non Latina tantùm, sed Græca οὐκ ἐπιστώθη μετὰ τοῦ θεοῦ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, Apollinarius exponit actiuè:

οὐδὲ νοῦν σφετέρισσε θεῷ μὴ πιστὸν ἐφεῦρε.
Neque mentem cum Deo fuo fidelem reperit.

id est, nõ habuit. In Illyrico psalterio idẽ optimè declaratur, *neque fide vnuit cum Deo spiritum suum*. Ricardus Cenomanus meritò insciliæ accusat Fabrũ & Cœcũ scribentes quòd ex Hebræo rectius diceretur actiuè *non creauit Deo spiritus eius*. Ita quidem Hieronymus quoque vertit, vt retuli, sed Hebræum verbum נֶאֱמְנָה *neemnah* est vocis passiuæ niphal; significans tamen *firmum, stabilem, permanentem, perseueratem, fidelem esse*. In versu 37. quod legimus, *nec fideles habiti sunt in testamento eius*, Græcè & Hebraicè phrasi eadem, quæ hic est, dicitur, οὐδὲ διεστώθησαν וְלֹא נֶאֶמְנוּ

a 14. moral. c. 14.
b Osee 4. 11. c Isa. 40. 8. d psal. 72. 21. e Isa. 29. 13. Matth. 15. 8.
f serm. 14 de tempo.
g 2. de ritib. Eccl. c. 31.
h 2. Paral. 20. 33.
i Malach. 4. 6. k Luc. 1. 17.
l Isa. 40. 3. Matth. 3. 3. Marci 1. 3. Luc. 3. 4. Ioan. 1. 23.
m vers. 34. 36. 37.

a Deut. 32. 5. b Luc. 9. 41. Matth. 17. 17. c Mat. 21. 25. d Luc. 11. 39.
e Prou. 30. 11. 12. 13. 14.
f c. 23. 8.
g Act. 7. 51. h eodem.
i Tob. 36. 13.
k 1. Reg. 7. 3.
l ibid.
n Eccl. 51. 27.
o Sap. 1. 4. p vers. 5.
Dirigere dicuntur prauæ res. q vers. 7.

uelo necmon, vbi tamen alij, quemadmodum suo tempore dicemus, vertunt *nec fideles habiti sunt*; aut, *nec fides habita est illis*. Vnum ex alio sequitur, vt qui non credunt se Deo nec ei fidunt, non etiam se Deus, credat & communicet illis, seu fidelium amicorum loco non habeat, & non et se credat, non illi fidem habeat, qui non effecit vt suus apud Deum hde dignus spiritus esset. Est πιστόομαι. ac. 27. 18. πιστωθῆναι *fidem fieri*, & *persuaderi*, aliquando etiam *fide coniungi*, vt in Ecclesiastico [a], συμβίου φίλου, καὶ πιστοῦται μετ' αὐτοῦ: *dilige proximum* (*amicum*) & *coniungere fide cum illo*. vbi est eadem planè phrasis Græca huius loci. Placet Augustino magis versio nostra, quòd expressiùs significet Dei gratiam, cum qua cooperemur, ita vt hoc sit *habere cum Deo creditum spiritum*, non credere, spiritum suum posse facere sine Deo Iustitiã, sed cum Deo, atque hoc ipsum esse credere in Deum, quod vtique, inquit, plus est, quàm credere Deo, nempe credendo adhærere ad bene cooperandum bona operanti Deo, *sine quo nihil possumus facere* [b]. b Ioan. 15. 5.

Vsurpat Hugo *credendi* verbum Latinum; vt de contractibus dicitur, aitque, scilicet per tropologiam; quòd hypocrita sicut cor rectum nõ habet, licèt habere rectas manus videatur, propter aliqua bona opera, ita neque *cum Deo creditum esse spiritum eius*, quamuis credere illi videatur pecuniam suam, præbens aliquas eleemosynas; & corpus, per ieiunia, disciplinas, &c. sed cum mundo secundùm vanam gloriam quam eius spiritus quærit, & propterea minimè rectus: religiosi viri præcipuè *creditum esse spiritum cum Deo*, huic pecuniam credendo per paupertatis votum, corpus per castitatis, spiritum ipsum per obediẽtiæ, idque cum fœnore, vt recipiat æternas diuitias, dotes corporis, & animæ. Tandem docet nonnullorũ spiritum penitus cum diabolo creditum esse, contráque Deum coniuratum. Allegoria Hieronymi crediti est, non esse *creditum cum Deo spiritum* eius, nimirum Dei, à Iudæo, quia non recipit filium, nec etiam Spiritum sanctum recipit. Quis credat hoc à vero profectum Hieronymo? Est *spiritus eius* non Dei, sed generationis, non τοῦ θεοῦ, quod apertè indicat pronomen fœmininum τὸ πνεῦμα αὐτῆς. Nec refert affixum masculinum in יהוה *rucho*, quia חרה *dor* est vtriusque generis tum fœminini tum etiam masculini. Tropologia. Allegoria.

Vers. 9.] Filij Ephrem intendentes & mittentes arcum conuersi sunt in die belli.

Vers. 10.] Non custodierunt testamentum Dei, & in lege eius noluerunt ambulare.

Vers. 11.] Et obliti sunt benefactorum eius, & mirabilium eius quæ ostendit eis.

EXemplo probat generationem, quam vocauit *pranam & exasperantem, quaq; non direxerit cor suum, & cuius non sit creditus cum Deo spiritus*, re ipsa talem fuisse. Multas de hoc exemplo sententias recitat Euthymius, Titelmanus, Iansenius, Gerebrardus, Agellius. Omnium maximè verisimilis videtur & magis communis, quam optimè declarat siue Basilius, siue Theodoretus, & ex Latinis is quem dicunt Hieronymum, accusari præmissam in spiritu idololatriam regni decem tribuum, cuius author fuit Ieroboam Ephratæus; nec non etiam prædici frustra futuram præmonitionem illam: causã verò proferendi huius exempli fuisse, vt inde occasionem sumat Dauid commendandi tribum ac regnum Iuda, & celebrandi beneficium collatum in se ipsum: propterea namque facere desinceps mentionẽ de translata ex Silo, quæ pertinebat ad Ephraimitas, arca [a]; & quòd repulit Deus tabernaculũ Ioseph patris Ephraim, & tribũ Ephraim non elegit, sed elegit tribũ Iuda. Si quæras quorsum describuntur à peritia sagittandi, simul auerte terga dicuntur in die belli vertisse; responderi potest; cùm prædicti essent dicta peritia; ex eadem peti elegãtem similitudinem, qua doceatur apostasia, & defectio à Dei cultu vero in falsum, vt sicut sagittarij retro refugiũt, vbi sagittam iecerint, nec in pugna perseuerant, quam seriò aggressi videbantur, ita illi, cùm Deum colere, ac sequi existimarentur, transtulerint se ad idola. Vel certè quia frequentissimus erat in bello sagittandi vsus Hebræis omnibus, figurata locutio ex re cõmuni vsurpata est, ad peculiare factum declarandum siue defectum. Placet id Titelmano, Agellio, Iansonio. Sanctus loc. a vers. 60.

Sententiæ aliæ in hoc laborant, & minùs videntur probandæ, quod nomen *filiorum Ephraim* extendant ad vniuersum populum, etiã ex tribubus Iuda & Beniamin, quæ loquendi formula ex aliis scripturæ locis confirmari non potest, etiãsi Agellius exempla plurima reperiri dicat, Iansenius quoque, & aliqui apud Euthymium nõ improbent: Certè Hieronymus [b] attribuit id nomẽ solis decem tribubus, vt etiam priore psalmo monui. Neque verò assentior, quando Iacob bene precans filiis Ioseph dixit, *& inuocetur super eos nomen meum, nomina quoque Patrum meorum* [c], de vniuerso populo intellexisse. Hac de causa non est probabile quod sentit Valentia, indicari hoc loco cladem, quæ contigit in Silo, vnde arcam transtulerunt [d]; quia licèt Silo esset ditionis Ephraimitarum: tamen eam cladem totus populus passus est: cúmque de eadem clade infrà [e] hîc agitur, non repeteretur bis idem: tunc *versi esse* narratur *Israël terga Philistæis, & cæsa ex illo quasi quatuor millia* [f]; & postea iterum fugisse, atq; *cecidisse triginta millia peditum, & arca Dei capta* [g]. Idẽ censeo de illis, qui contra Domini & Mosis præceptum ausi sunt ascendere aduersus Chananæos & Amalecitas, qui percusserunt, & conciderũt, & *persequuti sunt illos vsque Hormã* [h]; quam sententiam Treuetus refert, sequiturque Rickelius, Lyranus, Aiguanus; erant hi ex omni populo Israël. Eadem ratio de populo toto, qui ob idololatriam sæpius in hostiũ manus deuenisse scribitur, in libro Iudicum; tametsi Iansenio id placeat, quòd tribus Ephraim numerosior esset, atque ab bellũ magis expedita. Idem iudicandum de *quingentis millibus* exercitus Ieroboam *cæsis ab Abia* [i]. Ad hanc tribũ propriè spectat, quod in Paralipomenis [k], post enumerationẽ filiorum Ephraim, proditur, quòd *occiderunt eos viri Geth indigenæ, quia descenderant vt inuaderent possessiones eorum* Sed ea res nõ est tanti, vt commemorãda fuerit, cùm agitur de maxima proteruia, quæ Deum prouocauerit ad iracundiam. Nec ita iudico ab re esse, quod Ioannes b prolo in 12. proph. c Gen. 48. 16 d 1. Reg. 4. 2. & seq e vers. 60. f 1 Reg. 4. 2. g vers. 10. 11. h Numer. 14. 40 & seq. i 2. Paral. 13. 17. k lib. 1 7 21.

Bochius recentiſſimus enarrator excogitauit, hîc Ephraimitarum fugam attingi, cùm ad Iordanis vada *quadraginta duo millia ceciderunt* ex iis qui ſe praua prodiderant pronunciatione [a].

a Iudic.12.5. 6.

Obiici poteſt contra ſententiam initio traditam, profeſſum Prophetam noſtrum, velle ſe hîc loqui propoſitiones ab initio, & ex narratione rerum veterum commonefacere illos, qui ſua viuebant ætate, quique victuri deinceps eſſent. Sed & ſubditur enumeratio mirabilium quæ Deus operatus eſt in Ægypto, excurrendo vſque ad tempus Dauid. Eſt id quidem; ſed, quod priùs innui, rectéque ab Agellio animaduerſum eſt, poſtquam exemplum poſuerat in filiis Ephraim, id eſt, in tribubus decem, quæ ſua prauitate idololatrica exaſperatura erat Deum, ſicut quondam populus vniuerſus fecerat non ſemel, rediit ad illam dictam de rebus antiquioribus hiſtoriam, quam ſibi propoſuerat. Poſt iſtam opinionem, ea quâ poſtremò poſui, quia filiis Ephraim ſolis exactè conuenit, propior veritati eſt. Addi poteſt, quòd ad eoſdem etiam propriè pertineat, præter commune aliis peccatum, quòd quos poterant, ac debebant, Chananæos non modò non deleuerint, exactione contenti tributorum, ſicut alij; ſed citra omnem exactionem, vt non veriſimiliter colligit Arias [b] ex libri Iudicum capite primo [c], fœdus amicitiæ commerciique cum illis egerint, & penè pro locatis habuerint; quia hoc ſibi vult *ſedere in medio* ſiue *habitare*, vt ibi dicitur Hebraicè יִשְׁרְבוּ *habitabo*, ſicut & alibi [d] de aliis. Hoc eſt *intendere & mittere arcum*, *conuerti* autem *in die belli*, atque ſic *non cuſtodire teſtamentum Dei*, id eſt, peculiare illud præceptum de omnino delendis Chananæis [e], videlicet quaſi retracta manu, non amplius confodere ſagittis, qui ſemel ſagittando ac dimicando in poteſtatem redacti fuerint. Filij Ioſeph antea vrbem Luzam percuſſerant *in ore gladij* [f]. Scio tamen Abulenſem, Lyranum, & alios, ſentire tributarios etiam Ephraimitis Chananæos fuiſſe, hacque de cauſa vt lucrum captarent, eos delere noluiſſe. Quare omnibus peſatis, maxime probabilis opinio de idololatria decem tribuum, quibus omnibus non rarò nomen datur ab Ephraim.

b in li Iudic. c.1.
c c.1.29.
d 4.Reg 4.13.
e Exo.23.23. & ſeq. Deut.7. 16. & ſeq. Numer.33.52. Iudic.2.2
f Iudic.1.25.

De myſtico ſenſu ſatius erit in ſingularum partium explanatione agere.

Filij Ephrem.] In editione Hieronymi, ac in commentario etiam illius quem vocant Hieronymum, atque in pſalterio Gallicano, & apud Caſſiodorum, & Gregorium [g], *Ephraim*. Sic verò etiam legitur Hebraicè & Chaldaicè אֶפְרַיִם *Ephraim*, & Græcè, ἐφραὶμ, quod reſoluta diphthongo diceretur *Ephraim* nó *Ephrem*. Quamuis reperiatur apud Nonnum in Ioannis paraphraſi Græcè ſcriptum ἐφρὶμ per (ι) quod ibi [h] Græcè eſt ἐφραὶμ, Latinè, *Ephrem*, Syrochaldaicè etiam אפרים *Ephrem* nomen ciuitatis; quia veteres olim vertebant ac ſcribebant (ι) pro (αι.) Quo pacto nunc ſcribi ſolet ἱερουσαλὶμ, quæ Hebraicè *Ieruſalaim*, pro ἱερουσαλὶμ: ſicut & apud Epiphanium, vt notauit Genebrardus, μαζωνὶμ pro μαζωναὶμ: addo *Meſrem*, μισρὶμ, apud Theodoretum infrà hoc ipſo pſalmo pro μισραὶμ. Sed & (ι) quandoque ponitur pro αι, vt in ἐγκαλλὶμ, ἐγκαλδ'σι, ἐγκαγκαλὶ vt idcirco apud Nonnum credi poſſit mendum non eſſe, quod tamen ſuſpicatus eſt Maldonatus [i]. Non deſunt qui quæ apud citatum Ioannem *Ephrem* ciuitas nominatur, putêt hîc etiam nominari, eamdémq; aliter dici *Ephron*,

g hom.21.in Ezech.
h c.11.54.
(ι) *Litera poſitio pro (αι.)*
i in c.11.Ioan.

A vel *Ephratam*, vel quæ tribus Ephraim, in qua eſſet, appellationem retinuerit. Fauet opinioni de *Ephron*, quòd cùm exercitum Ieroboam qui erat de tribu Benjamin, Abia cecidiſſet, ipſummet *Ieroboam fugientem perſequens* (quod nonnullos hic innui velle antea retuli) cepit inter alias vrbes *Ephron & filias eius*, id eſt, minores ſub ea vrbes, ac villas [a]. Quicquid ſit de *Ephrem*, cuius eſt mentio in Euangelio Ioannis, quam nó eſſe *Ephron*, præter alias rationes (niſi dicas duplici nomini locũ eundem appellatum) ſuadet, quòd ſcribatur aliter *Ephron* עפרון *Ibephron*. Hoc loco nemo negat per *Ephrem*, vt eſt idem quod *Ephraim*, intelligi tribum ipſam totam: immo & vel populũ totum Hebræum, vel, quod veriſimilius eſſe docui, decem tribus pertinentes ad regnum Iſraël diſtinctum à regno Iuda, quod conſtabat tribu Iuda & Benjamin. In pſalmo 59 [b]. 79 [c]. 107. [d] exprimitur Latinè nomen *Ephraim*, & infra [e] in hoc noſtro pſalmo. Notandum id etiam obiter, *Ephratæi* vocabulo, aliquando intelligi eum, qui ſit de tribu Ephraim, vt in libro Iudicum [f], *Ephrataeus eſtne?* interdum qui de ciuitate Ephrata, quæ aliter appellata eſt *Bethleem*, & quidem cum addito Iuda; vt quando in primo Regum [g] pater Dauid Iſai, vocatur *Ephrataus*; qui erat de tribu Iuda: nonnumquam qui oriundus de terra Ephraim, ſeu quæ ſpectet ad eam tribum, quamuis non ſit ipſe de illa tribu, vt cùm Eleana cognominatus eſt *Ephrataus* [h], quia oriundus de Ramatha, ſiue Ramathaim, in Ephraimitica dictione, cùm eſſet de tribu Leuitica [i], vt rectè demonſtrat Abulenſis [k], & licebat Leuitis habitare in vrbibus aliarum tribuũ, quas hæ ipſis aſſignare debebant numero *quadraginta octo* [l]. Illud item Rickelius rectè obſeruat, Ephraimitas arrogantiores, atq; præſidentiores fuiſſe, quia eorum auctor Ephraim ætate minor quàm Manaſſes prælatus eſt à Iacob; & Ioſue, qui ſucceſſit Moſi, erat ex eadem tribu. Adde arcam fuiſſe in Silo ditionis eorumdem. Quo pacto autem Arias hoc loco aſſerat Saülem Ephraitam, equidem non intelligo, cùm planè conſtet ex tribu Benjamin fuiſſe.

a 2 Par.13.19.
b verſ.9.
c verſ.3.
d verſ.9.
e verſ.67.
f c.12.5.
g c.17.12.
h c.1.5.
i 1.Par.6.73.
k in 1.Reg.1. q.2.
l Numer. 35.7. 1.Par.6.40. *Ephraimitarum arrogantia unde.*

Intendentes & mittentes arcum.] Sic quoque Hieronymus. Chaldaicè, *cum armis bellicis, & fortes geſtantes arcum*, vel, *& cum hominibus geſtantibus arcum*: vel, in textu Nebienſis, *cum habitarent in Ægypto filij Ephraim, magnificati ſunt, numerauerunt autem terminum, & errauerunt, & egreſſi ſunt triginta annis ante terminum, cum armamentis bellicis*, &c. Alij, *armati, iacientes*, ſeu *iaculantes arcu*. Hebræa ſunt נֹשְׁקֵי רוֹמֵי קָשֶׁת *noſceke rome kaſceth*: & ſenſit vltima dictio duabus prioribus, videlicet armati arcu, & iacientes arcum. In pſalterio Romano, & apud Perrũ Damiani [m], *intendentes arcum, & mittentes ſagittas ſuas*. Apud Caſſiodorum, & Gregorium [n] eodem modo, dempto pronomine. In pſalterio Illyrico, *intendentes arcum, & ſagittantes ſagittas*. In Arabico, *qui intenderunt & iaculati ſunt arcubus*. Quidam codices Græci habent τόξεις *arcubus*: emendati τόξευ numero ſingulari, vt eſt Hebraicè, niſi legas נשקי *kaſtheth*. Vetus pſalterium Latinum, & Auguſtinus legunt, *arcus*. Idem porro Doctor notat videri debuiſſe dicere, tendentes arcus, & mittentes ſagittas, quia arcus non mittitur, ſed ſub arcu aliquid mittitur. Reſpondet, vel idem eſſe *mittere arcum*, quod arcu, ſicut *ſuſcitare teſtimonium*, quod, aliquid, teſtimonio: vel eſſe obſcurum ordinẽ verborũ cum prætermiſſione verbi,

vnius ex tribu Ephraim aſſert. Arias Ephraitam.
m ep.1.ſer.3. qui eſt de S. Anaſtaſio Matt. n hom.21.in Ezech.

Leui vita & pacis [a], quantum ad se & ad proximum; atque non ex ignorantia, sed quia noluit in lege Dei ambulare, quoniam *induerant faciem suam supra petram, & nolunt reuerti* [b] *magnificati, ditati, incrassati, impinguati* [c] honoribus, fide dignitatibus, scientia & eloquentia, carnibus, atque pollicitionibus, & *præterennes* tamen *sermones Dei pessime* [d], per præuaricationem, ingratitudinem, impœnitentiam, quod est non custodire mandatum Dei, in lege eius nolle ambulare, obliuiscebeneficiorum eius, & mirabilium eius quæ ostendit eis tandiu expectans ad pœnitentiam, cùm alios adeò mirabiliter puniuerit.

[a] Malac. 2. 4. 5.

[b] Matt. 5. 40. Luc. 5. 39. 18.

[c] Iud. 2. 13.

[d] Philippus Grenæus [e] ingeniosè profectò persequitur huius loci tropologiam. Summa est. Prædicatori arcum scripturæ tractandum expeditè, promptè, validè, rectè, neque casu, & validè quidem, ad se manibus cornua arcus inflectendo, id est, operibus, in seipso doctrinam ostendendo, ac efficacitèr audientium corda tangendo, ne arefiat *arcus emarcescens* [f]: rectè, vt accommodata proferat captui auditorum, & quantum fieri potest, colligat semper, non *in incertum dirigens sagittam* [g]. Præterea docet *intendi arcum* ab illo, qui diuina præcepta suis quæq; momenti is expendit, & exaggerat: qui ex arcu mittit ligitti fugere in die belli, tú quia Ephraim, **hoc est, optimus est atque abundans, primus** virtus succumbit, qui in fronte acieque belli constitit, prælians, sicut Gad [h], ante alios. Plura ille. Quum multi pristina fortitudine amissa, valide que iacere sagittas assueti, turpiter terga vertunt, suóque arcus & animi vires contentionémque amittunt? Congruit præterea nimis audentibus, ac temere supra vires aliquid aggredientibus, eadem ista ex sagittariis ducta comparatio. Namsolent, vt Aristot. [i] docet, ὃ. εὐτὲς καὶ ὁρμητικὸς, ὁρμῆς καὶ θυμοῦ ἀναδύεται καὶ ἀνδρεῖοι audaces & præcipites, ante ipsa pericula periclitari, sed βαλλόμενοι ὑπὸ τῶν κινδύνων, ἐν αὐτοῖς ἀφίστανται, volentes ante pericula, ipsa nimirũ pericula adire, *in ipsis constituti abijciunt.* Idem ego filio Archidamas præcipitanter pugnanti dixisse fertur [k], ἢ τὴν δύναμιν ὄφελε, ἢ τὸ φρόνημα ἀφεῖλε, aut adde viribus, aut aliquid de animi elatione diminue.

[e] Serm. 1. 63.

[f] Ierem. 51. 46.

[g] 3. Reg. 22. 34.

[h] Gen. 49. 19.

[i] Ethic. c. 7. vel 10.

Elegans apostrophe. Aut roborando animum, aut submittendo.

[k] Plutarch. in Lacon. apoph.

Conuersi sunt in die belli.] Hieronymus, *terga verterunt.* Hebraicè tantum, *verterunt*, הפכו *haphechu.* Eo item pacto expoluit paraphrastes, *verterunt conuersionem.* Conuersio idem est quod ad aliud verti, ac proinde etiam potest idem esse quod reuerti. In Illyrico psalterio, *conuerterunt se*: in Arabico, *fugerunt.* Euthymius, & Nicephorus exponunt ἔστρεψαν νῶτα, ἐδειλίασαν, *dederunt terga fugientes.* Occurrit aliquoties prioribus psalmis notio Latini verbi *conuertenas* pro eo quod est reuerti & fugere. De sensu dictum est prius, & ante ipsa Elij Ephraim fugerint in die belli, videriquè figuratam dicendi formulam. Nisi malis cũ Caietano, decem tribus cum rege suo Ieroboam armis armatos defensionis & offensionis defendendo regnum vertisse se à diuino cultu in die belli contra domum Dauid, & sic non custodiuisse pactum vt essent populus Dei, nec voluisse ambulare in illius lege, **quia deinceps ab eis spreta est.** Præ se fert Apollinarius, dum fugerent, vulneratos fuisse, nec indicat sagittandi peritiam in illis fuisse, sed in us, qui vulnerauerunt:

Τοξεύσαντες ἔτρωσαν ἐκείνους ἐφ' ὧν

Δεῖ τοῦτο γενέσθαι μὴ τοῖς ἐναντίοις ἐφιέντας.

Sagittationis longè procul facientis Ephraimi filij.

Pugnam fugerunt ignauè (male) post dorsa vulnerati.

Trahi porrò hinc paræmia potest, cum Delrio nostro [a], in eos qui se plurimum iactant ante conflictum, & leoninam rebam quarunt; vbi ventum est ad rem, in ceruina velocitate spem ponunt. Citat eandem ad rem tum testimonia tum exempla. Quibus adiici alia possent non pauca.

[a] Tom. 2. a. dagan 93.

Non custodierunt testamentum Dei.] Romanum psalterium addit, *sui*, item Illyricum, *Pactu Dei sui*, Hieronymus, *pactum Dei.* Dixi prius quod esset illud *testamentum*, conflatque fuisse posse pro lege vniuersa, & interdum pro aliqua particulari. Transfertur mystice ad violatores testamenti veteris tum noui, eosdemque pacto de lege. Diximus etiam alias quæ vis inesset verbo *custodiendi* seu seruandi *testimonium*, testimonia, legem, præcepta, mandata Domini, nempe vt rem summi momenti atque pretiosissimam, & magnis periculis obnoxiam, & cuius iactura maximo cum damno coniuncta sit: denique indicatur eodem verbo perseuerantia, sicut & sequenti phrasi, vt antea ex Petro Damiani retulimus.

Mystice transitur.

Et in lege eius noluerunt ambulare.] Hieronymus, *ingredi. Nolendi* ac *reuertendi* verbo, Hebraicè סרבו *meari* indicatur non vitium generis, naturæque, sed voluntatis, & liberi arbitrij, vt notat Arnobius. Augustinus autem, aliique obseruant, Hebræos fortasse cum compleuisse tulisse, nó ex corde, cùm ea non præcipi maluissent, quia ex corde nullo modo fieri potest, quod formidine fit pœnæ, non dilectione iustitiæ. Quod est, vt prius dicebatur, *non dirigere cor*, quoniam recto corde recta sunt opera, & *non esse creditus cum Deo spiritus*: quo nomine Simon Magus à Simone Petro redargutus est; quod nempe *cor eius non esset rectum coram Deo* [b]. Placent ista. Sed *ambulare in lege* frequenter à scriptura, pro eo quod est legem custodire & implere [c], idemque est cum dicitur quis *ambulare* aut *incedere in vijs, iudicijs, institutionibus Domini*: propterea *in voluntatem Dei* [d], *coram Deo* [e], seu *in conspectu illius* [f]. Diximus etiam varie hęc formula nouo testamento, vel alibi [g] admonui. Admonet verò nos conditionis ac status nostri, qui est vt itemus nunquam, sed progrediamur, ita fiat semper vt eis emmusque ad meliora, & eamus de virtute in virtutem, donec videamus *Deum Deorum in Sion* [h]. Itet hoc expeditum facere humilitatem in reputatione, puritatem in intentione, paupertatem in rerum abdicatione, fidelitatem in adhæsione, discretionem in examinatione, æquitatem in operatione, demonstrat Arguanus, vt non ambulemus *in magnis & in mirabilibus super nos* [i], sed *coram Deo, corde perfecto, & in veritate* [k].

[b] Act. 2. 21.

[c] Psal. 118. 1. Psal. 127. 1. Exod. 16. 4. Deut. 10. 12. c. 27. 10. 2. Reg. 22. 19. 2. Par. 34. 31. Dan. 9. 10. Ezech. 5. 7. Reg. 8. 23. 2. Reg. 8. 15. 3. Reg. 2. 4. 8. 25. 2. Par. 6. 16. 7. 17. 33. 3. Reg. 3. 14. 2. Par. 7. 17. 4. Reg. 20. 3. Esai. 38. 3. Formula sequi.

[d] Sapien. 6. 5. Gen. 17. 1. 2. Reg. 3. 6. & alibi.

[e] Act. 4. 31. 2. Par. 34. 31. Psal. 83. 6.

[f] Psal. 55. 14. 1. Reg. 3. 6.

[g] Psal. 83. 6.

[h] Psal. 83. 8.

[i] Psal. 130. 1. 1. Reg. 20. 3.

[k] Psal. 118. 80.

Et oblita sunt beneficiorum eius.] Hieronymus *commutationum eius.* Chaldaicè, *operationum eius*, & addit, *populi domus Israël* Augustinus, & Cassiodorus, *beneficiorum*, Illyricè, *donorum.* Treuetus explicat Hieronymum, de commutatione, quæ contingit, quando seiunctum est regnum Hebræorum, separatæque decem tribus à domo Dauid. Alibi docuimus עלילות *hhalilloth* significare *operationes, occasiones, cogitationes, adinuentiones, voluntates, studia, scelera.* Iterum [k] dumtaxat reddidit Hieronymus *commutationes*, vbi legimus *adinuen-*

[k] Psal. 76. 6.

tiones

tiones *ennoiai ab operis*, Symmachus *cogitationes inuentaq;* psalterium Gallicanum, & Romanum, & Cassiodorus, atque Arnobius, *studia*: vetus & Augustinus *affectiones*. Verterunt hoc loco Lxx. *ἐπιτηδεύματα*, *benefacta*, seu *beneficia*; quia opera, cogitationes, studia, adinuentiones, voluntates, occasiones, affectiones, quarum obliuio reprehenditur, non nisi in bonam partem accipi debuerunt; cùm Deus benefaciendo studuisse visus est, cogitauisse, adinuenisse, occasiones captasse, & opera delegisse, quibus bonam suam erga populum voluntatem & affectionem testatam facere, sibique illos demereri posset: qua ipsa in re, propter varia genera & modos, quos adhibuit, commutationibus quibusdam vsus cèseri potest; aut etiam alternatione nunc munerum, nunc pœnarum, ad demulcendum, & corrigendum. Vel, quod Richardus Cenomanus notat, indicatur per *commutationum* vocé, Deum solere præteritas afflictiones bonis cumulationibus commutare De immemore diuinorum beneficiorum, seu de ingrato, disseruimus non semel aliis in psalmis. Videtur hic non solùm fugere, sed etiam arma proiicere; siquidè Petrus [a] *cogitatione Christi pro nobis passi*, nos armat, quod est caput omnium beneficiorum; & Paulus [b] *cogitationem* illam ait efficere, vt *non fatigemur animis nostris deficientes, & cadamus* (non conuertamur seu fugiamus) *ad propositum nobis certamen* (quiesti dies belli.) Frater nostri Ephraim erat Manasses; quia sæpenumero abundantiæ comes, & quasi germana, obliuio est, quæ sunt nominum illorum etymologiæ, ita vt hìc aptè videatur admodum tribui obliuio Ephraimitis, ignauè fugientibus, turpiter perfidéque deserentibus benefactoris Dei cultum & religionem. Bernardus [c] suadens diuinæ munificentiæ frequentem, immò continuam recordationem, & vt *in omnibus gratias agamus* [d]; nolo, inquit, vos Iudaico notari opprobrio, de quibus scriptura testatur, quòd non fuerint memores *beneficiorum eius & mirabilium eius, quæ ostendit eis*. Amori Dei plurimùm conducere, memoriam beneficiorum præclarè demonstrat Basilius [e], & Chrysostomus [f], præter alios. Trita Senecæ 8 distinctio, qui se neget accepisse beneficium, ingratum esse, vel qui dissimulet, vel qui non reddat; ingratissimum qui fit oblitus, quia nunquam fieri gratus potest, cui totum beneficium elapsum est. Quanquam exigui facilè obliuiscimur, nec magnum peccatum; magni, admodum difficile ac penè impossibile. Obliuisci quandoq; dicitur obliuiscèti similis, qui perinde ac si penitus oblitus esset, beneficio nulla ratione satisfacit, abutitur etiam beneficio, vt eum lædat. Isto genere Iudæi erant ingrati, quos ipsi ritus sacri non sinebant obliuioni tradere beneficia potiora, quæ repræsentabant.

Et mirabilium eius quæ ostendit eis.] Illyricè, *miraculorum*. Plagas Ægypti Euthymius ac Nicephorus rectè intelligunt: ostèditle autem Deum non quasi ea propriis viderint oculis, sed quia ita à suis acceperant maioribus. Extendi possunt hæc mirabilia ad alia antequam ingrederentur Hebræi Ægyptum, cùmque ibi essent, & in deserto ipso, ac deinceps; quamuis narratio hìc posteà ineatur ab his quæ contigerant in Ægypto. Potest etiam *ostensio* accipi, vt facta ad oculos, & præsentium, non tantum aliorum, relatu, traditione, scripto. Immo per *ostensionem*, & *ostendendi* verbum denotatur adeo clara mirabilium patratio, vel beneficiorum talium collatio, vt celari non possit, quemadmodum alias docuimus ad ea verba psalmi 4. *Quis ostendit nobis bona?* & nonnullis aliis exemplis. Caietanus *ostensa mirabilia*, quæ ipse separata iuxta notionem quoque nominis נפלאותיו *niphleoth* vocat, dicit Ephraimitis fuisse, ignem de cœlo cadentem in holocaustum, & nebulam diuinæ gloriæ, quando templum dedicatum est sub Salomone.

a 1 ep 4.1.

b Hebr.12.2. 3.

c erm.11 in cant.

d 1.Thess.5. 18.

e Reg.8.57. ea habes f Chrysost. in Matt. & 48. in Act. & 2. de compunct. cordium. 72. ad pop. & 1. de benef. c.1.

A

B

C

D

E

---

*Vers.*12.] Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Ægypti, in campo Tanees.

INgreditur modò narrationem breuem Prophetæ prodigiorum ac portentorum, quæ Deus in Ægypto per Aaron & Mosem edidit, vt inde populum liberaret. Ait autem hìc primum vniuersè illius generis opera, palam & publicè, ipsè étate Rege, ac tota Ægypto, in celeberrima illius Metropoli nomine Tanis, vbi regia erat, ita vt latere neminem possent, nec Hebræorum, in quorum gratiam patrabantur, nec Ægyptiorum, contra quos fiebant, edita esse. Elicit Augustinus ex notationibus vocabulorum seu allegoriâ seu tropologiam, vt Christus in Ægypto mundi istius inferioris, qui locus est tenebrarum, aut tribulationis, coram Patribus noui Testamenti, humile mandatum, quod significat *Tanais* (nescio quàm verè) docuerit, vt discerent, quia *mitis* erat & *humilis corde* [b], vt in futuro exaltarentur.

Coram patribus eorum.] Paraphrastes exprimit Abraham, Isaac, & Iacob, & tribus populi Hebræi. Obicit Augustinus (quem tamen legisse non arbitror paraphrasim Chaldæam,) iam olim Patres illos dormiuisse, quando mirabilia Deus ostendit in Ægypto. Respondet fortasse spiritu præsentes fuisse, quia de iis loquens Christus, dicénique, quòd *Deus non est mortuorum sed viuorum*, rationem dat, *quia omnes viuunt ei* [c]. Addit tamen accommodatiùs accipi de Mose, & Aaron, aliisque senioribus, qui commemorantur, spiritum accepisse vnde acceperat & Moses; vt enim adiuuarent ad eumdem populum regendum ac tegendum [d]; & *patres* dici honoris gratia propter ætatem curamque pietatis, sicut Paulus *senior* carissimos filios suos compellat quòd *genuisset illos in Christo* [e]: cùm alia de causa Christus vetet, ne præter Deum dicamus vllum *patrem in terra* [f], non vt hoc vocabulum honoris humani de loquendi consuetudine tollatur, sed ne gratia Dei, qua in æternam vitam regeneramur, naturæ, vel potestati, vel etiam sanctitati cuiuspiam hominis tribuatur. Quandoque distinguntur *patres* à Mose, vt sint eo antiquiores, vt cum Christus ait, *Moses dedit vobis circumcisionem, non quia ex Moyse est, sed ex Patribus*. *Patres* hìc intelligantur, quos nec imitarentur, cauit Dauid supra versu 8. & versu 37. dixit, *quod narrauerunt* licut & in psalmo 43. [h] Nec alios mulier Samaritana quàm ex decem illis tribus quæ defecerant à vera religione potuit intelligere per *Patres* suos, quos dicebat *adorasse in monte* Garizim.

Fecit mirabilia.] Illyricè, *ipse creauit miracula*. Arabicum psalterium nectit hunc versum præcedenti hoc modo per appositionem, *& obliti sunt*

Sensus loci.

Allegoria.

b Matt. 11.29.

c Luc. 20.37. 38.

d Num.11.17.

e 1.Cor.4.14. 15.

f Matth. 23.9.

g Ioan.7.23.

h vers.2.

i c.4.10.

beneficiorum

beneficiorum Dei, & mirabilium eius, quæ ostendit illis, mirabilium quæ fecit coram patribus eorum, &c. Hebraicum nomen נִפְלָא *pele* numeri singularis vertens Caietanus, *separatum* exponit, multiplex miraculum. Non sunt hæc miracula, quæ acciderint circa Moysis personam, cùm adhuc iuuenis habitaret in domo Pharaonis, vt nugantur Hebræi, sic etiam explicantes illud ex Exodo [a], *qui fabricatus est mutum & surdum; videntem & cæcum, nonne ego dixi Dominus?* Lege Lyranum, & Arignanum, qui censent illud non improbabile, nempe speculatorem iustum occidere Mosem, cæcitate percussum; Pharaonem euasisse mutum ad tempus, alios eius seruos surdos. Agitur de mirabilibus circa Pharaonem & Ægyptios, qui populum Hebræum detinebant & vexabant.

Fingerunt quidam. [a] c. 4. v. 11.

In terra Ægypti, in campo Taneos.] Pro *campo Taneos* vertit Hieronymus, *regionem*, apudque Treuerum *Taphneos*, pro Taneos; psalterium Hyrticum, *planitiem*: Alij *agrum*; quidam retinent vocem Hebræam *tsohnam* צֹעַן significat autem שָׂדֶה *sedeh* & מִדְבָּר *midbar* proprie *agrum*, *campum*, *planitiem*. A *tsohnam*, aliter mollius *sohan*, Hebraicè, & Ægyptiacè derivatum videtur nomen Ostij Nili Taniaci, ab vrbe eo modo nominata, quod apud Stephanum [b] vocatur *Saiticum*. Nam ex *Sohan* seu *Tsohnam* euasit corruptè *Tan* & *Tanis*, & cognomè ostij Tanitici apud eumdem Stephanũ, Plinium [c], Strabonem [d], Ptolomæum [e]; meminitque Strabo τῶν, quem ταννίτικον vocabant præfecturæ Tanniticæ, in qua esset πόλις μεγάλη Τάνις, *ciuitas magna Tanis*. Tradit item Herodotus [f] non modò Tanicum, seu Taniticum Nili ostium à Tani vrbe denominatum, sed ab aliis insignibus vrbibus, alia sex, Canopicum, Balbitinum, Sebennyticum, Mendesicum, Phatniticum, Pelusiacum, à Canopo, Balbis, Sebennis, Phatnis, Mendes, de quibus etiam citatus Plinius; quamuis Guilielmus Tyrius [g] asserat se quatuor tantum obseruasse, mirarique à veteribus numerata septem. Appellat etiam *Tapium*, seu *Taphium*, quod sequitur auctor dictionarij historici. Repetitur hoc idem nomen infra [h], & in libro Numerorum [i], ac Esaiæ [k]: ibi nominatur vrbs; quam Iosephus distasse scribit à Memphis stadijs 180. Volunt aliqui per *Tanaim* synecdochicè totam Ægyptum hic intelligi, appellarique *campum*, ob prouinciæ planitiem, & fertilitatem. Fauet versio Hieronymi ponentis *regionem*, & Caietanus *regionem* quoque nominat; imo & Iustinus [l] *regnare*, id est, *regionem*. Amœnitas ac fertilitas Ægypti cum paradiso Domini [m]. Credo potius vt certum, locum pomœriij ciuitatis regiæ in qua, & in eiusdem agro circumiacente fiant edita miracula coram Pharaone. Ita quidem diserte Hieronymus in Esaiæ commentario [n] docet, istis psalmi verbis Tanim vrbem designari, in qua domus regia Pharaonis fuit, & sub Moyse signa atque portenta plurima perpetrata sunt. Eamdem cum Taphni credit Treuerus, vt dixi, & Vatlenius in commentario huius loci, & noster Castro in Ieremiam [o], ex quo Propheta [p] elicitur ibi locatam regiam Pharaonis. Villanouanus etiã in Ptolemæum consentit, asseritque primam illic Israëlitarũ captiuitatem fuisse. Alias confundit cum Thebis. Quomodo id probet aut probare possit, nescio. Caput porro Ægypti Memphin constat fuisse, quam hodie *Cairum* appellitant. Sed, vt dixi, Tanim Reges frequentabant, velut ordinariam sedem; inde per vniuersam Ægyptum, vt R. Salomon [q] docuit, plagarum diffundebatur malum, vt ferentur prius caput, deinde reliqua membra; quia ibi vigeat portissimum fœcium colluuies, vt in aliis, inquit, solet; vel ob variij generis hominum frequentiam; vel quod flagitioli potissimum eas frequentant. Eugubinus [r] credere te affirmat Interpretes Lxx. cùm in Ægypto versati sint, cognouisse quæ vrbs Hebraice *Zohan*, melius *Tsohnam* vocetur, esse eam ipsam vrbem Ægypti, quæ vocatur *Tanis*; & huic rei fidem facere, quod Chaldaica editio eam appellet *Tanim*. Olearius [s] refert *Titannim* antea nomen fuisse ciuitati, à decem Titanibus filijs Noë constructam, sed truncata priore syllaba, dictam esse *Tanum*, siue *Tanim*. Idipsum ex Berosio narrat Adrichomius [t], sed qui Titanas illos conditores numeret septemdecim. Erat Guilielmi Tyrij [u] tempore ad instar parui oppidi. Ibidem olim Iudæos habitasse opinatur Adrichomius, qui metu Babyloniorum cum Ieremia fugerant, & eodem in loco ab iisdem Iudæis illum lapidatum; quòd eos de idololatria reprehendisset: Ægyptios autem honorificè sepeliuisse iuxta regum sepulchra, videlicet in Ephre regia, magnaque religione veneratos, ob fugatos ipsius oratione serpentes. Prophetasse etiam ait contra istam ciuitatem Esaiam, Ieremiam, Ezechielem. Vltimus multa contra Ægyptum vaticinatur, sed solum Pelusium nominatim exprimit: [t]. Non meminit quidẽ de ciuitate Tani Moses, describens plagas Ægypti, nihilominus vt Euthymius annotat, verisimile est Dauidem id resciuisse ex eo libro hic est liber Numerorum [s] vbi scriptum est *Hebron ædificatum in Ægypto ante Tanim*: vel ex aliis apocryphis libris, vel ex Ægyptiorum historijs.

Nili ostiorũ denominationes. [b] de vrbibus. [c] lib. 5. c. 10. [d] lib. 17. [e] 4. Geogra. [f] lib. 2. [g] 19. de bello Ie. c. 33. [h] vers. 22. [i] c. 13. 23. [k] c. 19. 11. c. 30. 14. [l] in Trogo. [m] Gen. 13. 10. [n] in c. 30. [o] in est. n. 18. in c. 44. nu. 2. [p] c. 43. 9. *Memphis caput Ægypti.* *Quæ in loco.* [q] vers. 53. [r] vers. 7. [s] c. 10. 18. 19. c. 11. 1. [t] in Tribu Dan. antiq. c. vlt. *Dixit Moyses mi rabilia se ab Ægyptijs vidisse & audisse, quæ non commemorantur.* *Hæc arrogantia rerum priorum Pamphilia tradentium.* [u] de Mandragonio in ipsam Zelandiam pedibus peruenientem. [s] de vita Mosis lib. 4. [t] Quæ præparatur. vic.

Vers. 13.] Interrupit mare, & perduxit eos: & statuit aquas quasi in vtre.

PRodigiorum seu plagarum narrationem differens in versum 44. vt rem valde mirabilem statim affert, quòd cum ex Ægypto Deus eduxisset populum suum, diuisit mare rubrum, atq; sicco per illud vestigio traduxit eum, stare facies aquas natura sua labiles, ac fluidas, perinde atq; si intra vtres essent cõclusæ. Repetitur denuo [h] infra eadem narratio, & indicata est, priore psalmo [i], & alibi sæpe, noscque ad librum Sapientiæ [k], & Actuum Apostolorum [l] satis multa diximus. Lege Iosephum [m], & Philonem [n]: sed ille rei miraculum imminuit, dum sponte naturæ accidere potuisse indicat, exemplo Alexandri, per mare Pamphylium traducentis exercitum, de quo etiam Strabo [o], & Curtius [p]; neque cum isto nostro miraculo comparabile censeo, quod de Mandragonio narrat hoc loco Bochius, per æstuaria, mari recedente, in insulam Zelandicam pedibus peruenisse. Artapanus ita philosophatos nonnullos Ægyptios refert, vt recitat Eusebius [q], nempe diuisionem illam maris naturalem fuisse, propter fluxum & refluxum. Bene monet Euthymius, narrare Propheta omnia succincte, quin imo nec omnia, nec suo ordine, sed passim quæcunque ei, & quomodocunque in mentem veniebant, ita apposuisse; quia non historiam contexere proposuerat, sed aduersus Iudæorum inuehi ingratitudinem: primo autem

loco

loco illud protulisse, quod præ cæteris videbatur admirabilius. Videbimus quoque posteà notato loco, nec omnes plagas enumerari, nec ex decem ipsam primam solas, quæ enumerantur, eo ordine ac modo, quo factæ sunt.

Interrumpendi verbum non persuadet scissum maris spatium per duodecim partes, pro tribuum numero, sed separationem aquarum maris hinc & hinc. Refert hanc opinionem Turonensis [a], quæ Hebræorum est, placuitque Genebrardo in psalmum 135. & Abulensi, in Exodum; & meminit etiam Epiphanius [b]; sed illud psalmi 135. *qui divisit mare rubrum in divisiones*, contendit spiritualiter intelligi debere. Allegoricè per *maris aquas*, id est, baptismi, facta est ad terram promissionis, hoc est, patriæ cœlestis, via, submergũturque in illis peccata tanquam Ægyptij, ita vt sic baptizati censeantur omnes *in Moyse baptizati in mari* [c]. Tropologicè mundus *interrumpitur*, qui est *mare magnum & spatiosum* [d], quando Deus tribulationes immittit, compellitque ad se homines, vt *quærant nomen ipsius* [e], & quidem *accelerando* [f]: voluptates autem velut aquas pertstringit, vt *in verbo eius stent sicut congeries, & in sermone oris illius sicut exceptoria aquarum* [g], denique vt congregentur *sicut in vtre* [h], ne detur illis aquis *exitus nec modicum, aut mulieri nequam*, id est, carni ac sensualitati, *vena prodeundi* [i], videlicet, cùm versatur præ oculis mentis, cogitatio mortis, quam vter ex pelle constans, repræsentat. Gregorius [k] *conclusionem & congregationem aquarum quasi in vtrem* explanat moraliter, cùm Dominus miro moderamine cuncta disponens, in suis clausas cordibus carnalium minas frænat. Repete dicta psalmo 32. [l] Ait idem præterea [m], *aquas in vtre stare*, vel esse, cùm lubrica desideria, quia operis effectum non inueniunt sub carnali corde deprimuntur. Is quem dicunt Hieronymum hoc loco applicat ad monachum, cui quando educitur de Ægypto, interrumpatur mare à Domino ambulante super illud, fluctusque illius mitigante. Idem adhuc Gregorius [n] observat, dum in duas partes vnda diuisa est, electum populum ad terram repromissionis tetendisse, quia dum malorum vnitas scinditur, bonæ mentes ad hoc quod appetunt, perducuntur.

Interrupit mare.] Hieronymus, *diuisit*. In Illyrico psalterio, *retroiecit*. Augustinus totam sententiam sic legit. *Nam qui disrupit mare, & traiecit eos, statuit aquas quasi vtres.* Est בקע *bakahh*, *secare, scindere, findere*. Apollinarius vtens etiam verbo Græco, quod hic habetur, bifariam diuisum exponit mare,

ὡς ποτε δίχα θάλασσαν ἀνερρήξας ἀγὸ λαούς.

Vt quondam bifariam mare discindens duxit populos.

Chaldaicè, *diuisit mare virga Moysi præceptoris eorum* [o]. Diuisiones duodecim primus monui nimirum necessarium credere.

Et perduxit eos.] Hieronymus, *traduxit*. Augustinus, vt modò retuli, *traiecit*. Alij, *transmisit*. Illyricè, *manus transduxit*. Moses cecinit [p], *dux fuisti in misericordia tua populo quem redemisti*. In libro Sapientiæ [q], *transtulit illos per mare rubrum, & transduxit illos per aquam nimiam*.

Et statuit aquas quasi vtre.] Hieronymus, *& stare fecit aquas quasi acervum*. Caietanus, *sicut murum*, Campensis, *tanquam molem marmoream*. Eamdem vocem נד *ned* idem Hieronymus psalmo 32. [r] exponit *utrem*. Vide quid ibi dixerimus. Omittit commentationem psalterium Gallicanum, à Gregorio, Cassiodorus; *utrem*, in accentu habet psalterium Romanum & Cassiodorus; pluraliter, Augustinus *in tertium*, psalterium Arabicum. Græce, ὡσεὶ ἀσκὸν, *quasi vtrem*, absque præpositione; quemadmodum & sine coniunctione. Sed pro ὡσεὶ legerunt aliqui ὡς εἰς. in Cantico Moysis [s], quod legimus *sicut vnda fluens*, est Græcè, ἐπαγὼν ὡσεὶ τεῖχος & τὰ ὕδατα, *congelatæ sunt sicut murus aqua*: Hebraicè נֹצְרוּ כְמוֹ־נֵד מַיִם *nitserum chemo ned maim, constituerunt fluminia vt cumulus* vel *vter*.

Vers. 14.] Et deduxit eos in nube diei, & tota nocte in illuminatione ignis.

NOn solùm in transitu rubri maris, verum etiam per iter totũ deserti Deus, siue ab eo missus Anglus, deduxit populum; per diem quidem, cum columna nubis, quæ simul cohibebat Solis ardores; per noctem verò totam, quæ scilicet eget tota lumine, saltem cum non splenderet Luna, per lumen igneæ ac lucentis columnæ, ad tenebras abigendas. In Exodo [t] scribitur, quòd *Dominus præcedebat eos ad ostendendam viam per diem, in columna nubis, & per noctem in columna ignis, vt dux esset itineris vtroque tempore*. & quòd nunquam defuit columna nubis per diem, nec columna ignis per noctem coram populo. In psalmo 104. [u]. *Expandit nubem in protectionem eorum, & ignem vt luceret eis per noctem*. In 2. Esdræ [v]. *Tu autem in misericordiis tuis multis non dimisisti eos in deserto: columna nubis non recessit ab eis per diem, vt duceret eos in viam: & columna ignis per noctem, vt ostenderet eis iter, per quod ingrederentur*. In libro Sapientiæ [w], *deduxit illos in via mirabili; & fuit illis in velamento diei, & in luce stellarum per noctem*. In huius vltimi libri commentario, quæ sufficere possint, disputauimus, de ista siue vna columna, quæ duplici fungeretur officio, siue reuera duplici. Eodem libro [x] rursum scribitur quòd *ignis ardentem columnam ducem habuerunt ignotæ viæ, & solem sine lasura*, nempe propter columnam nubis.

Mysticè interpretatur Augustinus de Christo, cuius in hoc sæculo tanquam in die sacramentum manifestatum est in carne, velut in nubem iudicio verò tanquam in terrore nocturno, quia tunc erit magna tribulatio sæculi tanquam ignis, & lucebit iustis, & ardebit iniustis. Cassiodorus ait fuisse Christum, verum diem, tamen perfidis nube suæ carnis celatum: in hac autem nocte sæculi custodire claritate sui luminis fideles. Creditus Hieronymus, nubem, & quidem leuem, super quam Dominum venisse dicit Esaias [y] in Ægyptum, docet esse corpus Christi, nullo prægranatum peccato; aut Mariam nullo semine humano, scilicet in filij conceptione; talemque nubem non fuisse in tenebris, sed semper in luce. item Dominum esse *ignem consumentem* [z], vt peccatores incendat, luceat iustis. Quòd autem auctor ille vocat Mariam nubem, quæ non fuerit in tenebris, sed semper in luce, immaculatæ ipsius conceptioni aptè fauet. Videtur ex Ambrosio [k] mutuatus. I. Mariam *nubem* appellat, quæ nubes erat secundùm hæreditatem huius, *leuis* secundùm Virginitatis integritatem, *leuis* quæ non

quærebat

a 1. hist. Prol. c. 2.

b hæres 64.

Allegoria.

Tropologia.

c 1. Cor. 10. 2.

d psl. 103. 25.

e psl. 82. 17. f Is. 55. 5.

g Eccl. 39. 22.

h psl. 32. 7.

i Eccl. 23. 34.

Vter expelli cõsuetus, mortis cogitationem repræsentans.

k 3. mor. c. 5.

l vers. 11. & 15.

m Humor Gallicus, vel 16.

n 34. mora. c. 4.

o Exo. 14. 21.

p Exo. 15. 13.

q c. 10. 18.

r vers. 7.

b vers. 8.

c Exo. 13. 21. 22.

d vers. 39.

e c. 9. 19.

f c. 10. 19.

g c. 13. 3.

Allegoria interpretatur.

h c. 19. 1.

i Deut. 4. 24.

k in psal. 118. serm. 5.

quærebat hominū placere, sed Domino, *Deus* quā in iniquitate eum sperarat, sed Spiritu superueniēte generabat, nec in delicto, sed cum gratia parturiebat. De Christo etiā asserit in nube susceptū corporis se venisse, sed leuē carnem fuisse, quā nulla sua grauabat delicta: venisse in nube leui, quasi in iustitia, quia *mansuetus in talento plúbeo sedet* [a], ille in corde iustorū, quos peccata non onerat. Gregor. [b] *ignē* columnæ designatū vult Deū terribilem, per *nubē* leue illius blandimentum: *ut* significasse vitā iusti, *nubē* vitā peccatoris, & quod in iudicio quā do veniet, per lenitatis mansuetudinē blādē iustos demulcebit, peccatores autē per iustitiæ districtionē terrebit. Præterea docet [c], *columnam nubis* & ignis indicat eādem fuisse, & vnicā columnā, vt ipsi etiā diximus in librum Sapientiæ, non in die sed in nocte radiasse, quia Redemptor noster luce conuersationis exēplo ducatum sequentibus præbuit, de iustitia sua confidentibus nulla luce claruit: peccatorum vero suorum tenebras agnoscentibus, ignem sui amoris infudit. Ambrosius [d], baptismi gratiam, per nubem; & donum Sancti spiritus, per ignem tertiò ostendi: deinde [e] per *columnam ignis*, quam vocat *lucis* Christum, qui tenebras infidelitatis dejecit, & lucem veritatis gratiæque spiritalis affectibus infudit humanis; per *columnam nubis* Spiritum sanctum, qui dicitur *obumbrare* [f]: postremò [g], sicut olim per mare filios Israel in ignis columna præcessit, ita nūc per baptismum Christianos populos in corporis sui columna Christum præcedere; & esse columnam, quæ tunc lumen sequentium oculis præstitit, modò lucem credētium cordibus subministrat. Primum eorum quæ modò retuli ex Ambrosio prior innuit Origenes [h], & Turonensis [k]; præterea Macarius Chrysocephalus [l]. Nicetas, Nazianzenum [m] explanans [n], accommodantem columnas has ad baptismum, interpretatur de Spiritu sancto, qui homines in turbidis animi motibus comprimendis laborantes inumbret ac refrigeret, & solis in malam partem accepti æstum atque ardorem à nobis arceat: & ad Apostolos in ignis forma accesserit. Vel de Christo qui *columna* ob tripartitam corporis dimensionē dicatur; *ignis* propter diuinitatem, *ignis* enim *consumens* est [o]; & quoniam in erroris nocte scientiæ facē prætulit.

Eandem allegoriam Christi persequitur plurimus Rupertus [p], dicens *columnam* fuisse rectitudinē ac stabilitatē, suamque Ecclesiam fecisse *columnam* [p], & sanctos viros [q]: *nubem*, quia homo: *ignem*, quia Deus: viam monstrasse discedētibus à seruitute diaboli, peccati, mundi; transeuntibus verò ad seruitutem Dei, & ad cœlestiū rerū pergentibus comparationem. Cyprianus [r] attribuit vtramque Christo, quem & *Angelum* appellari contendit. In collectaneis ex Cyrillo Alexādrino, & aliis [s], *ignea columna* lex vetus esse dicitur, quæ puniendo deducebat Iudæos; & in errorum nocte versantes, & caligine vitiorum; addem obscuritate figurarum antequam venisset Christus: *columna nubis* baptismus, quo ad salutē nunc deducimur. Hoc differè Cyrillus declarat in opere de adoratione in spiritu & veritate [t]. Chrysostomus [u] *columnam nubis* typū facit nostræ Crucis, quæ ante oculos vitā omne statim abigat malam voluptatē; tanquā salus animæ, fœdatumque concupiscentiaru salutis antidotum, quemadmodū illa materialis *columna nubis* Hebræorū multitudinem protegebat, ne quid mali ab Ægyptiis pateretur. Rursus [x], confert nubem istā cum illa quæ in typica figuratione Christi extitit: viaeturque eidē nubi duplex munus alteri bene vt foris seruorem cōpesceret, & illuminaret Hebræos. Hugo Christum dicit *nubem*; carnem, *nubem ignem*, detractam, in ea dedisse exemplum, per hanc resistendi aduersus virtutem: vel *diem* fuisse Christum, quamdiu vixit; *noctem*, quādo subtraxit corporalē præsentiam, postquam Spiritum sanctum in igne illuminātē misit. Vel nos deduci in *nube diei*, quādo nō omnem prosperitatē Dominus aufert, sed tēperat consolatione, tota nocte aduersitatis per illuminationem quoque et consolationē. Admitti possunt ac debent etiā veneranter hæ allegoriæ. Sed verū est etiam, quod Augustinus [a] admonet, veritatem Patrem, in Filio, in Spiritu sancto, in ipsa Trinitas vnus Deus oculis apparuerit mortalium per subiecta sibi creaturarū corpoream, inuisibiliter non apparere, seu non constare.

Porrò Clemens Alexandrinus [b], cùm diligenter demōstret profanos auctores furtes ac latrones fuisse diuinarum scripturarum: inter alia exempla profert hoc de columna ignis. Nā prodi, Thalybulo, qui exules ex Phyla reducebat, & latere volebat, datum tactā columnam, etiamq; nec luceret Luna, & hyemium cœlum esset, atque caliginosum vitium ignē præcedere, qui cū illos extra vllā deduxisset offensionem, defecit, vbi nunc est ara ἐπὶ ϕῶτι, id est, *Lucifera*. Tacet Iubet Clemes, vel ex hoc ergo quadam nostra Græcis tradidisse credibilia, nempe quod facere potuit Deus omnipotens, vt columna ignis Hebræos noctu præcedat, quæ etiā dux sit eorum itineris. Præterea illud responsum,

Σκηνὴ Θηβαίων Διόνυσ' ἐτεκνώσατο τόνδε;

Columna Thebanis Bacchum multum exhilarans:

ex eadem historia columnæ huius ortum putat. Item quæ cecinit Euripides [c].

ἔνδον δ' ἐν θαλάμοις βουκόλον
Κεκρύφαται κισσοῦ στέλεχος ἔνθεον.

Intus autem in thalamis bubulcum
Comantem hedera, columnam Euij dei.

Ad extremū docet, columna significari Dei non posse effingi imaginē: illuminatam verò, seu ignis, Dei stabilitatē ac firmitatem, & immutabile eius lucem, quæq; non potest figurari: priùs autē apud veteres, colūnas ad adorandū, quam statua, erectas esse; exemplo potuit esse, titulus à Iacob erectus [d]; sed & ignē illum columnæ similē, quique ingrediebatur per loca inuia, & ad quæ no patebat aditus, symbolū tuisse ac ignū sācte lucis, quę transit per terrā, & in cœlum rursus recurrit per lignū: id est, Christi, qui post crucifixionē resurrexit, & ascendit in cœlum: per quam etiam datū est nobis videre [e] *in eligenter*. Zeno Episcopus Veronæ, de columnis istis mul a philosophatur [f], columna nubis perduxisse populū per diē vt ostēderet esse circumignis; per noctē, vt moneret arsurum: columnā, Christum esse: imagine nubis & ignis, indicia duo designata; vnū aquæ tam gestū, alterū ignis, quod futurū est, duplex nē testamētū præsignificatū, quibus Christū oracul is prodidit.

Et deduxit eos in nube diei. Hieron. *& duxit eos in nube per diem.* Alij, *eduxit.* Augustinus *qui deduxerat eos.* In Psalterio Arabico & Illyrico, *in die.* Genitiuus *diei* est tēporis, & non refertur ad *nubem*. Quamuis *nubes diei* possit dici, quæ de die apparebat, quasi præesset diei, seu itineri diurno. Significat יוֹמָם *oniam, per diem.*

Et tota nocte in illuminatione ignis. Ἐν φωτισμῷ πυρός. Sed Hieronymus, & psalterium Arabicum, *in lumine*: quod valet בְּאוֹר *Beor. Totā nocte* dixit, quia vt plurimum

[a] Zach. 9. 9.
[b] hom. 21. in Num.
[c] 1. mor. c. 21. cor. 30.
[d] in Ps. 118.
[e] lib. de fide ad Gratian. c. 6.
[f] l. de Sacr. c. 1.
[g] Exod. 13. 21. 1. Cor. 10. 1. 2. Deuter. 1.
[h] hom. 5. in Exod.
[i] 2. hist. Præc. c. 10.
[k] stat. de exalt. crucis in ora 41. seu 2. in Pascha
[l] Deut. 4. 24.
[m] 2. in Exod. c. 28 & 29.
[n] 1. Tim. 3. 11. 4. Apoc. 1. 12.
[o] recent. Iudæ. num 3.
[p] c. 10. apud Cyrillum.
[q] lib. 3. in hom. de Ioseph & cētur. tom. 1.
[r] in ps. 96.
[a] 2. de Trin. c. 11.
[b] 1. Strom. c. 27. ... præsidium ... Israelitas ... ad lapsum
[c] in Antiopa.
[d] Gen. 28. 18.
[e] cer. de Exo. 2. 3. 5. 10.

mùm tota tenebrosa est, egens lumine dies non requirit semper obumbrationé nubis. De officio columnarum repete quæ me alibi dixisse monui.

Vers. 15.] Interrupit petram in eremo: & adaquauit eos velut in abyssо multa.

Vers. 16.] Et eduxit aquam de petra: & deduxit tamquam flumina aquas.

ALiud eximium beneficium populo collatum in itinere per desertum, vt finderet petram Deus, indéque largam ad potum aquam eliceret, perinde ac si fuisset in magna quadam profunditate, ita vt etiam æquate potuerit maximos fluuios. Hac ipsa de re disseruimus in libro Sapientiæ [a], vbi sic est. *Sitierunt, & inuocauerunt te, & data est illis aqua de petra altissima, & requies sitis de lapide aspero.* Eo loco citata sunt alia scripturarum testimonia, & ea tractata quæstio, an semel, bis, pluries hoc acciderit, & cuiusmodi illa petra fuerit, & verùm scissio eius, aut ruptio vera, aliusque aliqua in aquas conuersio.

Mysticè, reputatus Hieronymus interpretatur Christum, qui *petra* vocatus est [b], dixitque, *qui [c] sitit veniat ad me, & bibat*; percussus est etiam *propter peccata nostra* [d]; immensos autem protulit nobis fontes, Apostolos scilicet, ac inde torrentes doctorum, ex quorũ prædicatione sitim verbi Dei restinguimus. Ait præterea, quòd fontem baptismi nobis, atque martyrij eadé petra ostendit; quia de latere Christi sanguis & aqua processit. Augustinus hoc loco & alibi [e] eadem attingit mysteria, præsertim de aqua fidei, ac doni Spiritus sancti, seu gratiæ ex Christi meritis tanquam petræ, cui lignum passionis fuit pro virga. notauit item in gemina percussione crucé ligno duplici constantem. Idem etiam hîc habent Remigius, Beda, Haimo, Bruno Carthusianus. Hoc ex Seueriano quoque Gabalorum Episcopo [f] Damascenus refert: traditur etiam à Macario Chrysocephalo [g], qui multis demonstrat quomodo conueniat Christo ratio petræ, & virgæ.

Petrus Damiani [h] vtitur eodem sensu mystico petræ percussæ pro Christo. Ambrosius [i] item, qui, siue alius [k], in duplici percussione testamentum obseruat vetus, constans ex lege ac prophetis. Basilius [l] ait, aquam de petra promanantem, figuram fuisse vnitæ potentiæ verbi. Haimo ait *interruptionem* denotare quòd aqua baptismi alius vita est, alius mors. Tropologia Hugonis est, in peccatore infructuoso, pleno feris, & móstris peccatorum, tanquam in eremo percuti petram duri cordis ipsius, & sic adaquari ac reficí aquis lacrymarum, velut in abyssо multa, quia ei supperit vnde fleat, fitíque ipsi fletus instar fluentium copiosè dulcium aquarum. Simile quid ex quodá Baldoino affert Arguanus, *Aquam* istiusmodi *haurire* monemur nobis, *propter obsidionem* [m]. Non reprehendit Hieron. [n] qui tales tradunt sensus. dúmodo ne ita vt sub leges allegoriæ alteriúsve sensus is cogatur, qui pertinere ad historiam potest.

Eodem porro Sapientiæ loco quem citaui, docui, videri auctorem operis de mirabilibus scripturæ aliqua ratione magnitudinem huius miraculi imminuere. Alleganda longiùs commenta, deliriáque prodita de aquæ ac sitis necessitate Hebræorum à Tacito [p], Strabone [q], Plutarcho [r]; Diodoro Siculo [s], apud Photium [t], Democrito apud Suidam, vt meminit etiam Tertullianus [u], videlicet, Iudæos, in vastis Arabiæ locis, cùm siti macerarentur, onagris, qui fortè de pastu potum petituri æstimabantur indicibus, fontibus vsos; ob eam causam consimilis bestiæ superficiem consecrasse. Fabula etiam est, quod Pausanias [a] scripsit de fonte aquæ frigidissimæ, quem Atlanta à venatione, siti laborans, venabulo saxum percutiens, eliciuerit. a In Laconicis.

Interrupit petram in eremo.] Chaldaicè, *rupit petras vocã Mosseh præceptoris eorum in deserto.* Est idem verbum Hebræum quod versu 15. quamuis in futuro יבקע *ieuakkabh*, quod præteriti loco est. Nomen autem צורים *tsurim* est pluralc, significás fortassis ingentem petram, vt de similibus aliis nominibus in eodem numero antea monui. Genebrardus innui vult duplicem aquæ de petris diuersis extractionem. Res est in opinione: certè hinc haud magnum sumi argumentum posse iudico, sicut in commentario libri Sapientiæ [b] monui, negans præterea, petram vnam per desertum circumlatam; ex qua, cùm opus esset, extraheretur aqua; & docens ruptionem, quod hîc antè indicabam. vel veram fuisse, vel veræ simile, eo quòd pars in aquas conuersa sit, ac proinde amota videbatur, ne aquæ impedirent defluxum. Denique non fuisse ab aliquibus antea excisam petram ad certum vsum, casúque inuentam, vel etiam sponte abruptam. Hoc vltimum refellitur, quoniam dicitur hîc, quod Deus, nimirum per Mosem virga percutientem, interrupit petram, & in psalmo 104. [c] quòd *dirupit petram.* Cæterùm eleganter adhibitum est idem verbum antea in aquis maris, nunc in petra, vt intelligeretur æquè facile Deo esse, vt lapidescant aquæ, & lapides resoluantur in aquas, siue vt ex eis dimanent, non per naturæ mutationem, quæ mora indiget, & de qua loquens auctor de mirabilibus scripturæ [d], profert exempla; sed per diuinam virtutem, quæ operatur in instanti, & pro Dei voluntate, vt ille idem bene argumentatur. Remigius notat priùs ex aquis rupes factas, deinde de rupe aquas productas. Gaudentius item Brixiensis [e], ipse, inquit, Deus, Iordanem siccauit fluuium, priùs mare, qui atentem petram, fluminis verterat in liquorem. Esaias [f] hoc idem Dei beneficium descripsit eodem fere modo. *Non sitierunt in deserto cum duceret eos; aquam de petra produxit eis, & scidit petram.* ויבקע־צור *vaiabkakabh tsur*, εἰς ὄρη ἐποτισε, & *rupit petram*, & *fluxerunt aqua.* Item *fossa [g] sunt in deserto aqua, & torrentes in solitudine. & quæ erat arida erit in stagnum; & sitiens in fontes aquarum.* c vers. 41. d apud Augustinum. lib. 2. c. 24. e serm. 10. f c. 48. 21. g c. 35. 6 7.

Saltem figuratè describendo abundãtiam gratiarum per Spiritus sancti aduentum, alludit ad eam aquarum admirabilem emanationem tanquam ad typum. *Torrentes* designant gratiæ dona nobis de cœlo, ac *desinsum* [h] *prouenire*, non ex naturæ munere *stagnũ* innuit ne finamus illa perefluere, sed in Domino stemus, ac perseueremus. *fontes* indicant vt aliis etiã, quoad licuerit, cõmunicemus. Simile promissum sub eadem figura est apud eundé Prophetã [i]; *aperiam in supinis collibus flumina, & in medio camporum fontes ponam desertũ in stagna aquarum, & terram inuiam in riuos aquarum.* h Iacobi 1. 17. i c. 41. 18.

Et adaquauit eos velut in abyssо multa.] Hieronymus, *& potum dedit quasi in abyssis magnis. Abyssos* quoque plurali numero ponunt, Arabicum, & Illyricum psalterium, in quo est nomen Hebræum תהומות *thehomoth. Adaquauit* verbum vsurpauit Interpres pro potandi, cui respondet Hebræum ישק *iask*, & *inorion*, quia potus erat aquæ. Nullo alio præter istum loco de homi

nibus

mibus Latinum illud verbum Interpres protulit, sed de gregibus dumtaxat; & conuenit præterea plantis irrigatis. Propterea Cassiodorum obseruasse opinor, videri Prophetam iumenta magis quàm homines significare, qui tantis beneficiis gratias agere nesciuerint. Atqui Latinè non scripsit Prophera.

Et eduxit aquam de petra.] Hieronymus, *riuos*: Alij, *fluenta*, vel *lacices* נחלים *nezelim*. Aliud nomen petræ Hebræum סלע *selahh*, priùs autem צור *tsur*: in psalmo 113. [a] חלמיש *challamus*. Euthymius, atque Nicephorus volunt hoc diuersum esse miraculum à priore, ac prius quidem in Cades accidisse, istud in Horeb, vel in mansione vndecima Rhaphidim, & in trigesima tertia Cades. Dixi in libro Sapientiæ [b] non improbabilem sententiam esse, quam sequitur etiam hoc loco Lyranus, Treuetus, Rickelius, Valentia, Caietanus, Genebrardus [c], Placidus, Agellius; & in Exodum [d], ac Numeros [e], idem Caietanus, & in postremum librum Abulensis quæst. 4. in penultimum Ystella, denique auctor de mirabilibus scripturæ [f]: quamuis Philo, ac Iosephus, non nisi semel hanc rem narrent: Oleaster [g] verò contendat semel dumtaxat euenisse. Sed pluribus acquiesco, etiamsi quid conuincat non videam: & quod in Exodo promittitur solùm, in Numerorum libro impletum cómemoratur; nec tamen pluries quam bis concedo, cùm nulla ratione faueant diuinæ litteræ quamuis mentio fiat de puteo apparente [h].

Placet verò quod Oleaster aduersus Hebræos nonnullos (quibus tamen in hoc psalmo fauere Genebrardus videtur citans auctorem fasciculi myrrhæ) docet, non temeritate potiùs quadam, quàm labore sitis aquam à populo desideratam, quod videlicet man, seu manna, simul escam & potum suppleret, vt pote descendens ad modum pluuiæ, nec sine magno existens humore. Nam *& sitiuisse populum pro aqua penuria* [i] scribitur, nec humiditate tanta erat manna, vt sitim hominum posset extinguere: & exisse narratur aqua, *vt biberet populus* [k], *& iumenta* [l].

Et deduxit tanquam flumina aquas.] *Aquas largissimas* appellat liber Numerorum [m]; infrà in hoc psalmo [n] dicuntur *torrentes inundantes*: rursùm vocantur *flumina* infrà in 104. ipso [o] psalmo, & apud Esaiam [p]: in Deuteronomio [q] *riui*: denique per nonnullam habitudinem ad hoc miraculum videtur idem Esaias [r], vt antea retuli, vocasse *torrentes, fontes, stagna, riuos*. Ex quibus minùs probabilis censeri potest opinio, de qua memini in libro Sapientiæ [s] de petra circumlata per desertum, ex qua aquæ, cùm opus esset, eliciebantur. Tropologicè aquas dulces de lapidibus, quibus percussus est [t] Stephanus diuinæ consolationis elicuit, vt de illo canit Ecclesia. Inde tanquam *melle saturatus* est, oleóque inunctus [t].

Vers. 17.] Et apposuerunt adhuc peccare ei: in iram excitauerunt Excelsum in inaquoso.

NIhil tot ac tantis Deus beneficiis apud ingratissimum populũ promouit; noluit melior fieri, sed noua prioribus adiecit peccata, atq; benefactorem suum cunctis potẽtia excelsiorem non dubitauerunt ad iracundiam prouocare, & contra se accendere, idque in ipsa vastissima solitudine omnibus vitæ subsidiis destituta, & vbi viuere non licebat, nisi pecul ari prouidentia, & beneficio Dei. Quod aut, *& apposuerunt adhuc peccare ei*, & cæ. indicat non solùm in aquarum penuria, siue bis, siue tantùm semel, Hebræos concitasse in se indignationem diuinam, verumetiam in ciborum inopia, de qua mox sequenti versu. *Murmurauit populus contra Moysen, aiit, da nobis aquam, vt bibamus: & murmurans dixit, cur nos fecisti exire de Ægypto, vt occideres nos & liberos nostros ac iumenta sitis* [a], *& vocauit Moyses nomen loci illius, Tentatio, propter murmur filiorum Israël, & quia tentauerunt Dominum, dicentes, est ne Dominus in nobis, an non* [b]? Ipsimet Moyses & Aaron diffidisse, ac dubitauisse nonnihil visi sunt; ita vt ea de causa non fuerit eis permissum introducere Hebræos in terram promissam [c]; qua de re dixi ad librum Sapientiæ [d]. Murmurauerant iam priùs clamando ad Dominum, & dicendo ad Moysem, *Forsitan*, &c. cùm vidissent Ægyptios persequentes [e]. Denique populus hic sæpenumero contendit, & murmurauit, ac restitit ducibus suis, Deóque ipsi, *durissima cerui ce, & indomabili corde* [f], vt ostendimus in Commentario Actuum Apostolorũ [g], allatis aliis similibus formulis ex scriptura. Faciunt ad rem maximè, cùm appellatur *gens* vel *domus exasperatrix*, seu *exasperans* [h], aut *cor exasperans* [i], aut *irritatores* [k]. Magna duritia, quam adeo multa, & magna non frãgant beneficia, ingens peruicacia, toties eandem iniuriam repetere aduersus eum, qui non læserit, sed beneuolentia beneficentiáque summa prosecutus sit. *Qui apponis iniquitatem super iniquitatem, non intrat in iustitiam Dei* [l], sed *apponentur plagæ* [m] *super illum*. De recidiuo peccati, egimus alibi.

Et apposuerunt adhuc peccare ei.] Hieronymus, *& addiderunt vltra peccare ei.* In Arabico psalterio, *tum redierunt etiam vltra ad peccandum ei.* Apollinarius:

ἁμαρτάνειν ὑπερέθεντο ἐπ' ἀμαρτήμασιν ἐκείνοις.

Scelera verò ponentes super scelera consuebant.

Augustinus videtur omisisse coniunctionem: peccatum autem interpretatur fuisse incredulitatis, quemadmodum Christus exposuit, dicens *arguendum arguentem de peccato, qui non crediderunt in eum* [n]; & aliàs [o] quoque eadem ratione absolutè *peccatum* simpliciter. Incredulitas illa non fuit semper fidei contraria, sed spei atque fiduciæ non rarò. Coniunctio vim habet, ac si dixisset, nihilominus. Retuli priùs dicendi modum similem, vt *apponi* dicatur *iniquitas super iniquitatẽ* [p]. Idem valet *addere & adiicere facere malum in conspectu Domini, & prauaricari* seu *peccatum super peccatum, & ad peccandum*, quod aliquoties de populo Hebræo dicitur [q]. Alia formula imprecatoria; *hæc faciat mihi Dominus, & hæc addat* [r], innuit causam propter quam quis meretur pœnas, quòd scilicet etiam ipse fecerit & addiderit aduersus Deum peccata, præsertim fidem non seruando ipsi, vel alteri propter eum, vel quasi optet sibi supplicia maiora, quàm quæ Deus irrogare soleat. Distinctio cuiusdam Gualfridi, quam recitat Arguanus, vt *peccare Deo* sit peccare ad honorem Dei consecutiuè, vel cùm se illius curæ subdit, ab eo salutem sperando: *peccare in Deum*, contra ipsum erigi: *peccare sibi*, qui ad damnationem & malum suum; vera quidem est, sed parum necessaria. Nam propriè qui peccat Deo, in eundem quoque peccat, & contra

a vers. 8.
b 1. c. 11. 4.
c id. in psal. 113.
d c. 17. 1.
e c. 20. 2.
f apud Augustinum, lib. 1. c. 24.
g in Exod.
h Num. 21. 16.
i Exod. 17. 3.
k vers. 6. l Num. 20. 8. 11.
m c. 20. 11.
n vers. 20.
o vers. 42. *Petra per desertum circumlata, ex qua cum aquæ essent, aquæ elicerentur, mihi non probabilis opinio.*
p c. 43. 20.
q c. 8. 15.
r c. 35. 6. 7. c. 41. 18.
s c. 11. 4. *Tropologia.*
t Deut. 33. 13. psal. 80. 17.

a Exo. 17. 2. 3.
b vers. 7.
c Num. 20. 12. Deut. 1. 37.
d c. 11. 4.
e Exod. 14. 10. 11. 12.
f Exod. 32. 9. c. 33. 3. c. 34. 9. Deut. 9. 6. 13. c. 31. 27. Esaiæ 46. 12. c. 48. 4. Ierem. 30. 14. 15. Baruch 2. 30. Ezech. 2. 4. c. 3. 7. Act. 7. 51. & c. 7. 51.
g Ezech. 2. 5. c. 3. 5 & 17. & 44. sæpe.
h Ezech. 2. 7. c. 24. 3.
i psal. 68. 28.
k Apoc. 22. 18.
l Ioan. 16. 8. & c. 9. 41. c. 15. 22. 24.
m psal. 68. 28.
n Iudic. 3. 12. c. 4. 1. 1 Reg. 12. 19. lib. 24. 37. Eccl. 19. 3. c. 21. 1 Esa. 1. 5. c. 30. 1. Osea 1. 2.
o Ruth 1. 17. 1 Reg. 2. c. 14. 44. 45. 2. lib. 2. 1. 9. 11. c. 4. 1. lib. 1. 2. 23. c. 19. c. 20. 10. lib. 4. 20. 31.

Peccare Deo, vt Deum, libri, vt adimamus Gualfridum.

illum, vt etiam hic explicat Hugo.

In iram excitauerunt Excelsum in inaquoso.] Hieronymus, *vt prouocarent Excelsum in imo.* Alij, supplendo præcedens verbum *apponendi, ad exacerbandum, irritandum, prouocandum*, vel *deficiendum ab Excelso.* In psalterio Romano & vetere, *in ira concitauerunt Excelsum in siccitate.* Cassiodorus eodem modo, sed cum accusatiuo, *in iram.* In Gallicano, seu Ambrosiano psalterio, *& exacerbauerunt Excelsum in siccitate.* Ita etiam Augustinus; verùm pro *Excelso* habet *Altissimum.* In Arabico, *& exasperarunt Altissimum, vbi non erat aqua.* In Illyrico, *& irritauerunt Æternum in arido.* Chaldaicè, *vt prouocarent ad iram Altissimum in deserto arido.* Symmachus, παρώξυνεν τὸ ὑψιστον ἐν ἀνύδρῳ εἰς ἀντιτασσόμενον τῷ ὑψίστῳ, *in situ.* Aliud est *in ira excitare* seu concitare aliquem aliud, *in iram:* primo modo ira est concitantis: secundo, illius qui concitatur. Pro in Romano psalterio mendum est, legendumque cum accusatiuo, *in iram*, vt significetur Deum ipsum à populo in iram concitatum: Etsi sæpe fit, vt iratus vel indignatus alteri prouocet eum ad iram. Verbum Hebræum cum littera seruili לַמְרוֹת *lamroth*, & παραπικραναν, innuunt prouocationem ad amaritudinem iramve, quæ sit facta ab alio in Deum. In psalmo 94.[a] vocatur παραπικρασμος *exacerbatio* vel *irritatio* & מְרִיבָה *meriba, contentio*, quæ contigerit in die tentationis מַסָּה *massah* in deserto, quæ sunt duo nomina vel duplicis vel eiusdem loci, vbi aut semel aut bis iurgatus est populus propter aquæ penuriam. Verùm, quod antea monui, non assentior Hebræis, & Genebrardo [b], aquæ petitionem procuratam fuisse litis & contentionis tantùm studio, schismaticorumque inuidia & malevolentia; non item ob necessitatem, sed voluptatem; quasi esset in mana panis & aqua, non solùm quia cum descendebat, habebat ros super ac subter se, sed etiam quoniam fundebat riuos aquarum idoneos ad adaquanda pecora, dum incalescente sole liquesceret duabus horis ante meridiem. Non hæc, inquam, sententia probatur mihi, quia videtur conficta, nec alia quam Rabinorum auctoritate nixa: neque verisimile est Deum permanens miraculum aquarum toto tempore peregrinationis per desertum, vt cum iisdem Hebræis Genebrardus sentit, concessurum fuisse solùm vt satisfaceret voluptati seditiosorum & ipsum tentantium, cum Mose autem iurgantium. Nam de coturnicibus constat, vt & de aquarum dulceratione, ac de tuba montis Sinai perenne miraculum non fuisse. Denique cùm *se nauseare* dicerent *super cibo leuissimo*, nempe manna, dicebant simul *non esse aquas* [c].

Moraliter censentur, vt ait Hugo, *in iram excitare Excelsum in inaquosa*, qui in duritia cordis sui humorem gratiæ nolunt recipere, nec resolui in lacrymas compunctionis, sed *immundo spiritui ambulanti per loca inaquosa* [d], *& in deserto* habitanti [e] aditum præbent, causantes pœnitētiam se libenter acturos, aut religionem ingressuros, si Dominus daret voluntatem, sed sic sibi viuendum in diuitiis deliciisque, donec voluntatem talem ille inspiret.

Vers. 18.] Et tentauerunt Deum in cordibus suis: vt peterent escas animabus suis.

Vers. 19.] Et malè locuti sunt de Deo; dixerunt: Numquid poterit Deus parare mensam in deserto?

Vers. 20.] Quoniam percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt.

Numquid & panem poterit dare, aut parare mensam populo suo?

GRauis causa cur indignaretur ac irascereretur Hebræis Deus, quoniam de diuina potentia dubitantes, ac intra se, & in cordibus suis experimentum facere cupientes, vt cibum ipsis daret, qui satisfaceret importuno desiderio ipsorum: proruperunt etiam in murmurationem, blasphemiamque aduersus eumdem Deum; an qui tam potens credebatur, posset in solitudine instruere conuiuium de panibus carnibúsque, quorum ibi penuria summa: vtrùm qui iam antea petræ sola percussione copiosas erat largitus aquas, valeret tum is vulgarem escam concedere, tum apparare opimioribus carnium cibis mensam. Bis id accidit, & cùm manna datum est, & cùm coturnices; ac vtrumque hic mox etiam narratur: primum autem murmur in Exodo [a]; secundum in libro Numerorum [b]. Disputatum à nobis est hac de re tota in commentario libri Sapientiæ [c], nonnihil tamen hîc erit oblata occasione attingendum, simúlque si quid ad mystica pertineat.

Et tentauerunt Deum in cordibus suis.] Hebraicè *cor* est numeri singularis. Sensus tamen idem. Vel metu vel verecundia prodere initio perfidiam verbis non audientes, taciti voluebant intra se infideles cogitationes istas. Nec verò illos fames compellebat tunc, sicut sitis, cùm aquæ ipsis concessæ sunt. Suppetebant enim greges & armenta, præterea que manna. Denique causabantur *aridam esse animam suam, dum nihil aliud respicerent oculi eorum, nisi man* [d]: dicebántque *deesse panem, nec esse aquas, & animam suam iam nauseare super cibo leuissimo* [e], nempe man. *Tentandi* verbum tribuitur Deo, diabolo, homini. & in genere significat experimentum de aliquo sumere, vel in aliquid inducere. Valet sæpe idem quod affligere, quia probatur quis afflictione: aut ad peccatum sollicitare, quo pacto negat Iacobus [f], Deum tentare. Homo tentat Deum, quando absque necessitate facit periculum de diuina potentia [g], bonitate, sapientia: vel etiam, quod ex eo sequitur, cùm eumdem irritat, & exasperat; item cùm petit auxilium ad patrandum aliquod peccatum. *Dies tentationis & exacerbationis* [g], locúsque hinc denominatus [h], vt antè dixi, huc pertinet. Repetitur hoc adhuc infrà [i], quòd scilicet Hebræi multoties *exacerbauerint Deum in deserto, in iram concitauerint in inaquoso, & tentauerint*; & in psalmo 105. [k] Numquam in bonam partem accipitur, cùm quis Deum tentare dicitur, nunquam in malam, cùm Deus aliquem: in vtramque, cùm homo hominem, verbi gratia in bonam Regina Saba Salomonem [l], vel aliquis seipsum, vt Dauid vtrum *armatus posset incedere* [m]: in malâ, quando *tentatur à concupiscentia sua* [n], aut alius alium instigat ad peccandum: semper in malâ, quando à

diabolo

---

a ver. 8.

b in psal. 94. 10. De aqua petita à Moyse, & murmurante populo, & Hebræorum imaginatione.

c Num. 11. 5.

d Num. 21. 5.

e Num. 11. 6.

f Iacob. 1. 13. 14. & 1. Cor. 10. 9.

a Exod. 16. 2. 3.

b cap. 11. 1. & seq.

c cap. 1. 16.

d Num. 11. 6.

e cc. 21. 5. Tentandi verbum vt varie vsurpatur.

f c. 1. 13. Homo vt dicatur tentare Deum.

g psal. 94. 8. Heb. 3. 7. 8. 9. 10.

h Exod. 17. 7. Num. 20. 13.

i vers. 40. 41. 56.

k vers. 14. Tentare, Tentare Deum, Deus hominē vt in bona aut malam partem tentant.

l 3. Reg. 10. 1. 2. Paral. 9. 1.

m 1. Reg. 17. 39.

n Iacobi 1. 14.

diabolo, mundo, carne. Denique omnis tentatio vel est probationis seu experimenti, vel inductionis ac seductionis, vt Augustinus docet [a], & sumitur tum actiuè, tum passiuè, cùm quis aut tentat, aut tentatur, idque vel formaliter, vel interpretatiuè. lege nostrum Suarez [b], & quæ dixi ad Euangelium de tentationibus Christi.

a ep. 146. & q. 51. in Exod.

b de relig. tract. 3. lib. 1. c. 2. & 3.

Vt peterent escas animabus suis.] Hieronymus, *petentes cibum animæ suæ.* Est enim Hebræum duplex nomen numeri singularis אֹכֶל *ochel*, & נֶפֶשׁ *nephes*. Arabicè in singulari est *esca*; *anima* in plurali. Illyricè ponitur *emendicandi* verbum. *Animam* porro notum est hic & alibi sumi pro parte vegetatiua. Sic etiam accipitur, vbi narrantur Hebræi murmurantes dixisse; *anima* [c] *nostra arida est*: item in sententia Christi; *nonne* [d] *anima plus est, quàm esca*: &, *ne* [e] *sollicitus sitis animæ vestræ, quid manducetis.* Simili diffidentiæ morbo laborabant illi, quibus idem Christus dixit; *quæritis* [f] *me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus.* E contrario retardantur aliqui ne sequantur Christum in pauperiore vitæ instituto, verentes vitæ necessariorum defectum, ac tantum non illud quod sequitur, vsurpantes, ac malè de Deo loquentes; *nunquid poterit Deus parare mensam in deserto?* Nec desunt ex aliis, qui hoc esse tentare Deum affirment, velle mendicato viuere: & si quis obiciat vetera exemplà, excipiant, non semper fieri miracula, & non esse consequens, vt, quod Hebræi argumentabantur, ex aquarum largitione minimè sequi concessionem escarum, si aliquibus id bene successit, aliis item succedat bene. Obseruat hoc Hugo.

c Num. 11. 6.

d Matt. 6. 25.

e ibid. & 31.

f Ioan. 6. 26.

Et malè locuti sunt de Deo: dixerunt.] Hieronymus, *& loquentes contra Deum dicebant:* Quia loquens contra Deum non nisi malè loqui potest, idcirco Latinus interpres expressit, *malè*, quod nec est Hebraicè, nec Græcè, nec in aliis editionibus, præterquam in Illyrica, quam suspicantur quidam Cyrilli ac Methodij tempore factam, non à Hieronymo ipso, sed aliam diuersam, qua nonnullæ Illyricorum prouinciæ in sacris vtuntur. In paraphrasi Chaldæa, *& infremuerunt coram Deo, dixerunt.* In Arabico psalterio, *& inciderunt in Deum*, quasi impetu facto, & irruendo. Hebraicè ad verbum, *& locuti sunt in Deo* seu *in Deum*, *dixerunt*, וַיְדַבְּרוּ בֵאלֹהִים *vaiedabberu belohim*, & Græcè, καὶ κατελάλησαν τοῦ θεοῦ, καὶ εἶπαν, *& contra Deum locuti sunt, & dixerunt.* Est κατελαλεῖν *contra loqui, obloqui, detrahere.* Augustinus legit, *& detraxerunt de Deo.* Blasphemia, vt de Deo dicitur, seu vt est contra illum, cum derogatione bonitatis illius, vt B. Thomas loquitur [g], aut alterius quoque attributi, affirmàdo quòd non conuenit Deo, negando quod conuenit, tribuendo creaturæ quod est proprium Dei, reuocando in dubium quæ pertinent ad perfectionem ipsius, optando vel impetrando malum, bonúve carentiam, ignominiosè nominando quæ illi conueniunt, præcipuè secundùm humanitatem, importat execrationem, imprecationem, maledichonem, conuitium, nocens dictum, læsionem famæ, λοιδορίαν, καὶ βλασφημίαν, καὶ τῆς φαμῆς, siue sacrilegam infamationem; in quibus omnibus inest falsitas, aut formalis & expressa, aut virtualis & in actu exercito, aut saltem error practicus. De Deo autem magis dicitur ex accommodatione vocis, quando mala verba dicuntur de illo, quia, vt ait Augustinus [a], de hominibus dubitari potest (communiter, ac si desit approbatio Ecclesiæ, & seorsum atque per se spectando homines secundùm naturam suam) Deus autem bonus est sine controuersia. Quamuis autem quandoque dicantur *fieri blasphemia* [b], & ipso gestu corporis aliqui: *blasphemare* [c]: tamen verbo dumtaxat vel interno, vel externo, tum prolato, tum scripto blasphemia propriè constat; quemadmodum contumelia inter homines; vt pote opposita laudi, famæ, benedictioni; & metaphoricè solùm alia, quibus Dei cultus irreligiosè læditur per idololatriam, infidelitatem, modisve aliis vocari blasphemiæ possunt. In allaris autem cõtrariis exemplis cùm facto verbum aliquod adiũctum fuit, vt cum adoratione vituli; *hi sunt Dii tui Israel qui te eduxerunt de terra Ægypti* [d]; & cum capitu... motione contra Christum; *vah qui destruis templum Dei* [e], &c. lege nostrum Suarez [f].

a de moribus Manich. c. 11.

b 1. Esd. 9. 18.

c Mat. 12. 39.

Blasphemia quæ sit propriè?

d Exo. 32. 4.

e Mat. 27. 40.

f de religione tract. 3. libr. 1. c. 4.

Numquid poterit Deus parare mensam in deserto?] Hieronymus, *ponere.* Alij, *instruere, ordinare*, &c. Hæc significat Hebræum עָרַךְ *hharach*, seu etiam *disponere, apte collocare.* Est autem שֻׁלְחָן *seulchan mensa*, & שָׁלַח *scialach*, *mittere*, eo modo quo fercula vocant *missus*, vt Lampridius, cum scribit conuiuium ab Heliogabalo tale celebratum, vt apud amicos singulos singuli missus apparatentur, & aliquando missus sola carne phasianorum struxisse. Accipitur hic, aliásque sæpenumero, apud alios scriptores profanos præsertim, *mensa* nomen pro prandio, cœnáve. Vnde primæ & secundæ mensæ, fercula, in principio & in fine cõuiuij; Græcis etiam τράπεζαι sunt αἱ ἐσθίσεις, καὶ τὰ ὀψώνια, *appositiones escarum, escæ ipsæ.* Hæc indicant vsum vbique ferè receptum conuiuandi super mensis, siue fixis, siue mobilibus, quæ inferrentur, ac referrentur, & remouerentur, vt poëta [g] loquitur, & siue lecti circumadhiberentur, siue non adhiberẽtur, & siue singulis conuiuis sua separatim mensa apponeretur, siue communis pluribus, nõ autem humi, vt factitant modò Turcæ, Christúsque peregrinos illos suos conuiuas, quia commodior deerat locus, *discumbere* iussit. [h] Nec abhorret à Deo, vt *parare mensam* dicatur, sicut & psalmo 22. [i] cùm etiam in ipsomet conuiuiali thalamo beatorũ, sit *ministraturus Christus* [k]: solitos præstos mortales sibi ipsis ministrare & παρατίθεσθαι ἑαυτοῖς ἀναπαύσεις, Athenæus [l] vel potiùs Dioscorides, refert, exemplísque non modò profanis, vt Achillis apud Homerum, sed sacris etiàm doceri potest. Nihil in hoc ministerio, & apparatu quem facit Deus, cogitari seruile debet, sed velle *glorificantes se sic glorificare* [m]. Discipuli nondum bene confirmati in fide non arbitrabantur multitudinem tantam saturari posse in solitudine paucis panibus, piscibúsve [n]. Taliserror eorum, qui *Deum* Hebræorum, seu *deos* impiè nominabant *nomium*, ac proinde meliùs esse pugnare *in campestribus* [o].

g Virg. Aene. 1.

h Mat. 15. 35

i vers. 5.

k Luc. 12. 37. Prius mortales illos officia ministrare suis in mensis. l lib. 1. c. 14.

Κατελαλεῖν.

Blasphemia vt dicatur contra Deum.

g 2. 2. q. 13. ar. 1.

m 1. Reg. 2. 30.

n Mat. 14. 17. c. 15. 33. Mar. 6. 35. & seq. c. 8. 4. Luc. 9. 12. 13. Ioan 6. 7.

o 3. Reg 20. 23.

Quoniam percussit petram, &c.] Hieronymus, *ecce.* hoc significat הֵן *hen.* Sensus est, quamuis percusserit. Arnobius ita videtur exposuisse aut legisse: *ecce de petra eduxit aquam, numquid panem poterit dare?* Notat Ribera [p] noster hic aliquando vsurpari *quoniam* pro, *quamuis*, confirmátque hoc exemplo. Sed in aliis locis est כִּי *chi*, non verò הֵן *hen.*

p Abac. 2. 11. Zacha. 9. 6.

Hebræa interpretatio.

Percussionem petræ & aquas fluent sinde, mysticè de exeunte aqua ex percusso Christi latere Cæsarius Arelatensis [q] interpretatur.

q hom. 2.

Numquid & panem poterit dare, aut parare

mensam populo suo] Pro *mensa carnem* vertit Hieronymus, quam significat שׁאר *seer*, vnde ortum videri potest Gallicum nomen *chere*. Aquila præterea, & Symmachus in plurali reddunt κρέα *carnes*. Chaldaice מזונא *mezona. nutrimentum*. In versu 27. idem nomen Hebræum redditur pluraliter *carnes*, & κρέατα. Dum panem & carnem Dauid distinguit, innuit murmur populi duplex, ante [a], & post [b] datum manna, quod vocatur quoque *panis*, & post quod concessæ sunt carnes [c], etsi videantur etiam simul cum manna [d], & proinde bis, vt hoc etiam loco sentit Euthymius, & multi alij, id est, vespere carnes, & mane alterius diei manna, vt Hieronymus [e] docet: quamuis docuerimus in libro Sapientiæ [f], bis duobus in libris Exodi ac Numerorum narratum quod accidit semel tantùm. Pluerat iam priùs de cœlo manna, quam de petra eductæ essent aquæ Idcirco aiunt aliqui *panis* vocabulo carnes intelligi & ad augendam perfidam ingratitudinem populi Prophetam paulo post vna narratione comprehendere beneficium vtrumque de manna & carnibus.

Quid si dicamus his verbis per *panem* intelligi solidum & factitium, non verum manna? Aquas de petra erumpere pertinaces censebant Iudæi, non abhorrere à natura, quasi ea intra concauitates suas contineret aquæ venas: mannæ quoque productionem similem arbitrabantur productioni aliarum rerum meteorologicarum, vt niuis, grandinis, pruinæ: dictum panem & carnes illico produci difficiliùs arbitrabantur, si per *panem* intelligi manna vellent, non dixissent, *quoniam percussit petram, & fluxerunt aquæ*, &c. quoniam, vt dixi, mannæ præcessit largitio aquarum eductionem. Illud certè probare non possum, quod Hebræorum quidam tradunt, nec displicet Agellio, propter murmur, & ingratitudinem populi, atque fastidium leuioris mannæ, huius ab eo beneficium Deum subtraxisse, ac videlicet quasi casu hactenus, vel naturæ vi fluxisset, experiri voluisse, an ipso petente, Deóque annuente, rursus concederetur. Repugnat id pluribus Hebræis aliis, qui hoc mannæ miraculum permanens affirmant פלא קיים *pele kaiam*. Indicatur item eadem perpetuitas per omne tempus peregrinationis in libro Iosue [g]; vbi *defecisse* scribitur *postquam comederant Hebræi de frugibus terræ*: & in 2. Esdræ [h]; quòd Deus *manna suum non prohibuit ab ore eorum, & aquam dedit eis in sitim: & quadraginta annis pauit eos in deserto, nihilque eis defuit.*

Accommodari hæc ad Sacramentarios Capharnaitas possunt murmurantes [i], *quomodo hic potest carnem suam dare nobis ad manducandum?* Sic quidam, ait Haimo, in Ecclesia, licet Christum pro nobis mortuum confiteantur, & baptismi aquam ad remissionem peccatorum valere concedant, tamen de mensa, id est, de refectione Dominici Corporis dubitant, non credentes, quòd Deus possit eos corpore & sanguine filij sui in hoc deserto huius vitæ pascere.

Vers. 21.] Ideo audiuit Dominus, & distulit: & ignis accensus est in Iacob, & ira ascendit in Israel:

Vers. 22.] Quia non crediderunt in Deo, nec speraucrunt in salutari eius.

CVm populi natalem murmur, quod ipsi quoque Moisi mansuetissimo mitissimoque *intolerandum* visum erat [a], refert id audiuisse Dominum, & iratum, illos à se reiecisse, adeóque exarsisse ab eo immissum ignem, vt extremam castrorum partem deuoraret, nolens tulisse Mosi pro illo preces omni ex parte exaudire; & aliquo modo reuocare [b]; nimirum, quoniam post adeo magna multaque in eorum gratiam edita miracula, & collata beneficia, Deo adhuc non credebant, nec sibi satis persuadebant posse illum, ac velle præstare necessaria salutis, & incolumitati suæ.

Ideo audiuit Dominus, & distulit.] Primum verbum Hugo, Lyranus, alij, exponunt de Domini benigna auditione, seu exauditione, etiam si mali ac murmuratores essent quos exaudiebat. Simplicior sensus, audiuisse murmur, & ad eius notitiam peruenisse; sicut cum ipsemet dicit [c]; *audiui murmurationes filiorum Israel.* Quod attinet ad secundum, legit quoque Hieronymus, *distulit.* Symmachus ὠργίσθη, *ad iram commotus est*: quomodo etiam vertit Paraphrastes, nec non recentes, ex Hebræo, immo & Apollinarius, qui omisit interpretationem primi membri, velut minùs necessariam:

ταῦτα νόσῳ θώρηξεν ἰσοδύτης, & βασιλῆος.

Hæc animum armarunt magnanimi Regis.

Denique psalterium Illyricum habet, *excanduit*, Arabicum, *iratus est.* In psalterio Romano, & apud Cassiodorum, & *distulit*, & *superposuit.* Exponit autem Cassiodorus primum verbum de dilata vindicta, secundum, quòd moras addiderit, túnque competenter sit vltus culpas, quando incredulas mentes rerum ipsarum perfectione conuicit. Verbum secundum aliunde appositum est, nec pertinet ad textum. Primum, etsi plures alij eo modo declarent quo Cassiodorus, vel quòd carnes, quas Hebræi petebant, non statim concesserit, vt explicat Treuetus; vel terram promissam, interim variis puniendo supplicijs, & expectando, quando libeti eorum crescerent, vt exponit Basilius, siue Theodoretus; vel quòd cohibuerit paululum τὴν εὐεργετικὴν χεῖρα, *benefactricem manum*, vt alius Græcus anonymus apud Agellium: tamen probabilius est quod indicaui, idem esse, *distulit*, atque *reiecit*, & quidem, cumira, & indignatione. Ad hunc modum explanauit præter eos quos dixi, Euthymius, qui de Symmacho meminit, ita vt τὸ ἀνέκλαυσε significet eorum consuetudinem, qui ira perciti, vestem reiciunt ac perrahunt, dum se ad vindictam parant. Confirmat præterea ex libro Numerorum [d], vbi est, *cùm audisset populi murmur Deus, iratum esse, & accensum in eo ignem Domini deuorasse extremam castrorum partem.* Sed hoc hîc statim subditur. Afferri potest ex 88. [e] psalmo similis locus; *Tu verò repulisti, & despexisti, distulisti Christum tuum*, ἀπέλαυσας, vbi Hieronymus, *iratus es aduersus Christum tuum.* Vtroque loco est idem etiam Hebræum verbum in hithpaël התעבר *hithhabber*, à עבר *hhabar*, *transire*, quasi sit seipsum transilire, seu modum excedere in ira, quod Galli dicunt, *se desborder en courroux*, *se laisser transporter.* Hoc ipso psalmo infrà [f] vertitur Latinè *spreuit*; alibi [g] *transijt*, *transijt* [h]; *prouocat alium* [i], *iratus est* [k]. Faber refert, quosdam in editione Hieronymi legere cum negatione, *non distulit* exponitque, dare quæ concupierant. Potuit explicare, non distulit iram, quod est valde

[a] Num. 11. 10.
[b] Num. 11. 1. 10. & seq.
[c] Exod. 16. 8.
[d] c. 11. 31.
[e] vers. 39.
[f] vers. 59. 62.
[g] Psal. 14. 6.
[h] c. 16. 17.
[i] c. 10. 2.
[k] Deut. 3. 26.

tati,& quodammodo iræ sue impotentis,& Hebræo dicto verbo bene exprimitur. Abbas quidem Thuronensis Gallice sic interpretatus est:

L'Eternel les oüit d'vne oreille irritee,
Et ne differa plus.

Placet hoc, quatenus iuuat expositionẽ allatam, vt *auferre* sit transilire, transire, spernere, irasci, vel *non differre*, ocyus in iram transire, & cum excessu irasci. Illa Græci verbi notio, qua significat spiritum reducere,ac sursum attrahere, vt facitũt, qui ad cantum vocem præparant, faucet etiam expositioni de iræ vehementia; quæ sæpe connecta est cum anhelitus difficultate, atque vociferatione.

Et ignis accensus est in Iacob, & ira ascendit in Israel.] Hieronymus pro *ira* furorem ponit. Est autem אַף *aph*, & זַעַם, de quibus alias actum est. Articulus accusatiui casus indicat Israel in eodem casu esse, εἰς τὸν Ἰσραήλ. Istum casum exprimit psalterium Illyricum, *in Israelem*, Arabicum quoque *contra Israel*. Videtur porrò magis his verbis declarari quod præcedente membro dicebatur per verbum, *distulit*: Hebraice יתעבר *yithhabber*, ponto futuro pro præterito. Magna ira in Deo est, non irasci statim, sed differre; quippe quod tarditatem supplicij compenset postea granitate. Etenim, vt ait scriptor historiæ Machabæorũ [a], *multo tempore non sinere peccatores ex sententia agere, sed statim vltimos adhibere, magni beneficij est indicium: patienter* autem *Deus expectat, vt cum iudicij dies* (non vniuersalis dumtaxat, sed etiam particularis) *aduenerit, in plenitudine peccatorum puniat.* Sed & Iob [b] dixit, quòd *in die perditionis seruabitur malus, & ad diem furoris adducetur.* Porrò accensio ista ignis illa est, quam retuli priùs ex libro Numerorum [c]; vbi *accensus ignis iratis Domini* in murmurantes deuorasse narratur *extremam castrorum partem*, ita vt cognominaretur locus *accensio sepulturæ*, תַּבְעֵרָה *haibberah*. Incertum vnde ignis exiterit, è cœlo, è terra, vel ex columna ignis. Vltimum placet Oleastro, secundum Abulensi [d], qui distinguit ab eo igne, quem Elias euocauit de cœlo [e]. Idem existimat eidem loco nomen aliud fuisse; *sepulchra concupiscentiæ*, de quo in eodem libro [f]; vbi rursus percussus populus multo maiore plaga narratur, quàm ignis etiam credunt fuisse. Ab euentu locis imponere nomina familiare Hebræis fuit, siue lætus esset, siue tristis vt inductione demonstrare facile est in *Phanuel, Bethel, Lapide adiutorij, loco flentium, percussione Oze*, & aliis. Quæ res confert ad memoriam, & cautionem, tum vt grati simus, tum vt offensam Dei vitemus. Postremò *ira* dicitur *ascendere*, quoniam, vt ait Genebrardus, initium ducit à corde, deinde in cerebrum, nares, faciem attollitur. Eadem phrasis inferius § repetitur, *ira Dei ascendit super eos*: cui similis in psalmo 17. [h] *ascendit fumus in ira eius*: Apud Ieremiam [i] dicitur *egredi vt ignis indignatio Dei, & succendi; ita vt non sit qui extinguat*: & Deus [k] *effundere quasi ignem indignationem suam.*

Totum locum istum Hugo tractat allegoricè de Eucharistia, hæreticisque illam negantibus: tropologicè aduersus eos qui negant pascere Deum posse eos, qui omnibus relictis sequuntur ipsum.

De vi diuinæ iræ Aignanus disserit, quòd nec virium potestate declinati possit, nec debilitari temporis tarditate: præterea, quia excitetur in plures vnius prauitate, nullâque re, nisi humilitate mitigetur. Duo ad hanc rem opportuna memorat, nescio an æquè vera: alterum de principe, qui ad ferendum ciuitati auxilium aduocatus, cùm scriberetur bene munitam ac instructam esse, respondent scitando, an etiam cooperta supernè, vt descendere in illam Dei nequiret ita: alterum de mures in Anglia segetes maturas depascentibus, quarum in ala vna inscriptum esset literis atris, *ira*, in alia, aureis, *Dei*.

Quia non crediderunt in Deo.] Cassiodorus, *in Deo suo*. Romanum psalterium, *in Deum suum*. Gallicanum, & Arabicum, & Augustinus, *in Deum*. Arnobius, ac Illyricum psalterium absque præpositione, *Deo suo*. Ostendunt istæ variæ lectiones non esse perpetuum illud discrimen, de quo aliàs monuimus, credere Deum, Deo, in Deum, seu in Deo. Constat etiam Hebræo idiotismo, verba cum præpositionibus constructa, nõ aliam vim habere, quam si præpositiones abessent. Non credere autem, defectum importat fidei, ac nonnunquam spei. Quisquis porrò dubitat de Dei potentia, eámve, aut aliud eius attributum reuocat in dubium, contra fidem peccat. Nam, vt Bernardus [a] argumentatur, ex eo quòd fides definiatur *substantia rerum sperandarũ* [b], (ὑποστασις *basis*, *fundamentum*) certum ac fixum consensum requirit, ita vt, inquit, non liceat tibi putare, aut disputare de fidei rebus, nisi e dubium adhibere assensum, sine fidei iactura, quia fides non est æstimatio, sed certitudo.

Nec speranerunt in salutari eius.] Hieronymus, *nec habuerunt fiduciam.* Hi quos retuli membro superiore reddentes cum accusatiuo, *in Deum*, hic etiam reddunt, *in salutare eius*, præter Arabicum & Illyricum psalterium. Est autem vel synonymum hoc illi membro, vel illud de fidei, hoc de spei defectu.

Vers. 23.] Et mandauit nubibus desuper, & ianuas cæli aperuit.

Vers. 24.] Et pluit illi manna ad manducandum, & panem cæli dedit eis.

Vers. 25.] Panem angelorum manducauit homo: cibaria misit eis in abundantia.

ARguit infidelitatem, ac desperationem populi, quia credere ac sperare absque vlla dubitatione, vel hæsitatione debuit; cùm iam priusquam murmurando flagitarer carnes, vt illius necessitati succurreret, nubibus mandasset; quæ sublimes in aëre superpendebant, vt ad subleuandam eam necessitatem præsto essent, soló que nutu ipsas diffregit, vt essent ceu patentes ianuæ cœli, per quas è cœlo diffunderet Deus in terras beneficentiam suam. Vnde & in modum copiosi imbris manna tanquam panis nouum genus demisit, panis, inquam, non terrestris, sed cœlestis, & ex cœlo, ac nubibus prouenientis, quæ natura sua huiusmodi rerum feraces non sunt. Et hic ipse panis talis erat, vt non humano labore vel arte, sed Angelorum ministerio & veluti manibus confectus fuerit, atque ex eorumdem domicilio descenderit. Denique suppeditatus est hic à Deo cibus in abundantia, quamdiu peregrinatio durauit, vbique locorum. Igitur

Egressum principis dictum.

De mures in Anglia segetes deuastantibus prouerbio.

Hebraismus frequens.

a epist. 109.
b Hebr. 11.1.

Vtrum ira in Deo, vindicta dicenda sit, sed differre.

a lib. 2. c. 13.

b c. 21. 30.

c c. 11. 1. 2.

d ibid. q. 7.

e 4 Reg. 1. 10.

f c. 11. 34.

Ab euentu locis imponere nomina familiare Hebræis.

Ira cur ascendere dicatur.

g vers. 31.

h vers. 9.
i c. 21. 22.

k Thre. 2. 4.

Allegoria.

Tropologia.

Ira diuina vis quæ sit.

mentò exarsit in adeo ingratum populum, & fastidiosum, & incredulum, & de Deo tam malè sentientem & sperantem, ita Deo.

De hoc manna disseruimus non indiligenter in commentario libri Sapientiæ [a], declaratis obiter locis aliis [b], qui faciunt mentionem de eodem. Adde illis, nec non citatis à me tunc auctoribus, ea quæ Rhodiginus [c] habet, Franciscus Vallesius [d], Cardanus [e], Donatus Antonius ab Altomari [f], Ioannes Manardus [g], Iulius Cæsar Scaliger [h]. Hos citauit ante me Ioannes Bochius in obseruationibus ad hunc locum. Refert etiam ex Q. Curtio [i], circa Hyrcaniam liquorem quendam melleum fuisse, qui arboris quercui non absimilis folia ungeret, sed nisi solis ortum incolæ occuparent, vel modico tempore succum extingui solitum. Simile hoc est narrationi de nostro manna, quod *sole incalescente liquescebat* [k], *& ab exiguo nato solis calefactum statim tabescebat* [l]. Præterea Euagrium recitat narrantem de subleuata penuria in Phrygia, Galatia, Cappadocia, Cilicia sub Valentiniano, & Aëtio, per tale miraculum, quale hoc olim Hebræis concessum fuerat. Καὶ ὑῶ, inquit, τὸ ἄγγος ἐν τῷ τριβωνίῳ ἐκ τῆς χιόνος σπάρξασα (nempe ἡ σωτηρία τῆς πίστεως) ἐκ τοῦς ἰσραηλίτας μάννα τροφοδότησε), *secundum quidem sterilem annum, escam ex aere depluens salutaris prouidentia, qua perinde atque Israelitis manna cognominata est.* Illud item notatu dignum, quod nominatus antea prodit Cardanus, & Scaliger partim concedit, in deserto Targa populorum Libyæ tantum colligi die singulo manna, maximè iuxta Agadez vrbem, vt libra viginti octo vnciarum duobus assibus veneat: viuere autem illius ibi incolumes, quamuis aër sit pestifer. Vallesianum notauit Ioannes Maria Brasichellensis sacri palatij Magister in indice librorum expurgandorum, non satis pro dignitate tanti miraculi quod extitit in manna, locutum esse, sed in solam naturalem causam fere recidisse. Atqui ille diserte agnoscit peculiam eam Dei concursum, & inditum illi omne delectamentum; quod profectò doctus ac pius vir non ascriberet naturæ: profitetur etiam se non eluare quæ de manna traduntur in diuinis literis, cùm naturales rerum causas inuestigat. Cautio tamen illa magistri in studiosorum gratiam facta, rem reddit magis remotâ ab erroris vmbra vel suspitione. Quod dicto sæpius in Sapientiam commentario docui, quemlibet à quolibet percipere saporem, in manna pro arbitrio, etiam ab improbis, confirmo hic etiam contra Abulensem [n], quoniam beneficia cætera omnibus erant communia: nec refert quod nominatim non exprimatur, vnde tamen Abulensis [o] argumentatur.

Tropologiam de Eucharistia mixtam allegoriæ quoniam persequatur, indicaui eodem libro Sapientiæ. Nonnihil adhuc fortassis attingam in particulari enucleatione.

Et mandauit nubibus desuper.] Hieronymus, *præcepit.* Ex sublimioribus nubibus decidebat manna, ita vt videretur de cœlo, vt paulo pòst dicitur, decidere: diuinæ porro vis potentiæ declaratur verbo *mandandi*, cui seruiant, & pareant omnia, solóque iussu, verbo, nutu, cuncta operetur ad arbitrium. Obsecutus est Deus voluntati, & cupiditati murmurantis populi, quando escas prima vice sibi deesse lamentabatur, ac se emori fame [p]; nec ea de causa punitus legitur, sicut postea quando conquesti sunt leuiorem esse mannæ alimoniam [a]. Cyrillus Alexandrinus [b] rationem reddit, cur Deus primum illud murmur molestè non tulerit: Nam quemadmodum, ait, ploratu necessaria sibi alimenta infantes flagitant, & hoc modo mater ad fouendum filios suos prouocatur; sic conquestuosus obiurgationique plenus clamor ad Deum petitionis (si ab initio nimis adhuc, & infantibus in habitu virtutis sit) locum retinet. Subdit adhuc imperfectos Hebræos fuisse, vt qui nuper ab Ægypto effugissent, & ideo venia dignos: postea cum tam Domino fruiti essent, tunc iure, quoniam corporalia spiritualibus (carnes, mannæ; quod videbatur magis spirituale, erátque minùs materiale) præposuerunt, acerba dedisse supplicia. Rupertus [c] negat Hebræos peccasse, quia petierunt escas, quibus necessariò caro mortalis alitur; sed quia cum peterent, *non crediderunt in Deo, nec sperauerunt in salutari eius*, peccauerunt. Verùm ista psalmi nostri verba priùs exposita, spectant ad murmur secundum, non ad primum, de quo tamen auctor ille videtur intellexisse.

Idem explicat mysticè *nubes, quibus mandauit* Deus, & *ianuas cœli*, quas *aperuit*, Apostolos & prophetas, quibus præostendit manna Eucharisticum: *tenebrosam* enim *aquam in nubibus aeris* [d] antea fuisse, hoc est, occultam scientiam in prophetis, deinde Deum per semetipsum clausas hominibus ianuas aperuisse, solutis in carne sua veteribus inimicitiis, vt eodem vescantur pane cœli Angeli in cœlis in manifesto conspectu diuinitatis, homines in terra in sacramento pietatis. Augustini, & aliorum est eadem illa interpretatio mystica, de mandato dato nubibus prophetarum, & Apostolorum, vt nobis verbũ prædicationis, quo anima spiritualiter pascatur, annuncient, & cibaria mannáque subministrent, non literæ tanquam hordei, sed spiritualis tritici. Sed aliorum expositio est de Eucharistia, de qua postea.

Et ianuas cœli aperuit.] Hieronymus, *portas.* Illyricum psalterium, *aluecit*, quod plus est, quàm aperire. *De porta cœli* mentio fit in Genesi [e], seu de *ostio* in Apocalypsi [f]: de *portis mortis* alibi [g], & *tribulationum* [h], & *inferi* [i], & *iustitiæ* [k], & *Domini* [l], & de *lata porta atque angusta* [m]: item de *ostio ventris* [n], & *matris* [o], & *tenebroso* [p], & *circumstantia* [q], & *oris* [r], & *fidei* [s], & *prædicationis* [t], seu *sermonis* [u]. Qui omnes sunt figurati dicendi modi, sicut & quòd *aperiri* dicantur *ianuæ cœli*, cœlúmque ipsum. Hoc vltimum declarauimus tum psalmo 23. [x] vbi *attolli* iubentur *portæ ac eleuari*; tum c. 7. [y] Actuum Apostolorum, vbi Stephanus ait videre se cœlos apertos. Cataractas seu poros hic intellige, per quos emittebatur manna.

Et pluit illis manna ad manducandum.] Hieronymus, *& pluit super eos manna, vt comederent.* Eodem prorsus modo Arabicum psalterium, & Gallicanum, *vt manducarent.* Romanum, & Cassiodorus, *manducare.* Nubium tanquam ianuarum cœli, hoc est, superioris aëreæ regionis apertio ad illam quasi pluuiam terminabatur, qui vocatur in Exodo [a] *ros*, & similitudo pruinæ. Vnde *manna* nominatum fit; dixi ad c. 16. Sapientiæ [b] vbi de illo copiosius.

Pars magna Enarratorum hunc locum allegoricè ad Eucharistiam accommodat: & in cap. 6. Ioannis, Chrysostomus, Cyrillus, Theophylactus, Augustinus [c], & alij, præterea Ambrosius [d], Paschasius [e], Rupertus [f], Cæsarius [g] Arelatensis,

a c.16.20.21. 27.
b Exo.16.12. & seq. Nume. 11. 7. & seq. Iosue 5. 12. Adde Deut. 8. 3 & ex apocryp. Esdr. 1 15 item Ioan. c. 31. 32. 49.
c lib. 21. c. 3. lib. 25. c. 25.
d de sacra philosoph. c. 57. e 21. de subtilit.
f lib. de mãna. *De manna Iudæorum, & aliis similis narrationis.*
g in epistolis medicinalib. b exercit. 80. & 164.
i lib. 6.
k Exo. 16. 21.
l Sap. 16. 27.
m 2. hist. c. 6.

Mystica interpretatio.

d ps. 17. 12.

e c. 28. 17.
f c. 4. 1.
g Iob 38. 17. ps. 9. 14. psal. 106. 18. Sap. 16. 13.
h Iacob. 5. 1. 5. Isa. 38. 10. Matth. 16. 18. k 38. 10. 19.
l ibid. ver. 20.
m Matt. 7. 13. 14.
n Iob. 3. 10.
o c. 3. E. 8. 10.
p ver. 17.
q ps. 140. 3.
r Act. 28. 29.
s Act. 14. 27.
t 1 Cor. 16. 9. 2. epi. 2. 12.
u Coloss. 4. 3.
x ver. 7. 9.
y ver. 55.

a Exo. 9. q. 5. c. 16. q. 13 Nume. 11. q 3. & 15. c. 1. q. 6.
o Num. 11. q 3.

Tropologia.

p Exo. 16 1. & seq.

a Num. 11. 8. 33
b l. 10. Ioan. c. 6. *Primùm murmur populi Iudæorum ad alimoniam caret crasso Dæmone.*

c lib. 3. in Exo. c. 5. & 12. *Cur Hebræi afflicti primo non peccarent, sed quia non crediderunt in Deo.*

a c. 16. 13. 14.
b vers. 20. & seq.
c idé in ps. 33. d 5. de sacra. c. 1. *Collegere.*
e de corp. & sang. Christi c. 1.
f lib. 3. in Exod. c. 17.
g hom. 5.

tensis, Guitmundus [a], qui citat præfationem Ambrosianam inter Epiphaniam & Septuagesimam, ac Emissenum (qui re ipsa est Cæsarius modò citatus:) item Algerus [b], Lanfrancus [c], qui profert Ambrosium [d], Gulielmus Parisiensis [e], Bonaventura [f], Holkot [g], Sedulius [h], qui canit hoc inter alia:

Murmuras impietas manna veniente refellis:
Panis adest Christus, murmuras impietas.

Præterea Cyprianus [i], aliusve vetustus auctor, Procopius [k], auctor quæstionum vtriusque testamenti [l], Primasius [m].

Panem cœli dedit eis.] Hieronymus, *triticum* quod דגן *dagan* significat. *Cœli panis*, quod nomen est etiam in psalmo 104. [n] dicitur, quia descendens ex aëre. Cùm Iudæi Christo monente vt operarentur *cibum non pereuntem*, quem ipsemet daret eis, obiecissent, quòdnam ipse signum & opus faceret, cum eorum *maiores manna panemque de cœlo olim manducauissent in deserto*, respondit, *non Mosen dedisse panem de cœlo, sed Patrem suum panem de cœlo verum, qui est panis Dei, & dat vitam mundo*; tum vero etiam subdidit *se esse hunc ipsum panem vitæ, ita vt qui credat in ipsum nec esuriat nec sitiat vnquam* [o]. Experiri Iudæi volebant, an qui priùs multiplicauerat panes [p], posset ac vellet id semper facere, atque perpetuare; quemadmodum olim tam diu manna durauerat in deserto. Christus porro negauit datum à Mose panem, qui reuera de propriè dicto cœlo descenderet, sed Patrem, cùm scilicet ipsum, qui est naturalis filius eius, misit, ac proinde omnino cœlestem atque verum panem, non solùm typum ac figuram; quique non ad tempus dumtaxat sustentaret corporis vitam, sed animæ tribueret æternam, nec non etiam corpori, suo tempore, quod minus est, quàm tribuere animæ, idque non vni Iudæorum populo, sed toti mundo, quantum in se est; ita vt qui priùs ex Iudæis manna manducauerant, nō solùm corpore, (quomodo etiam qui panem datum a Christo manducant, moriuntur,) sed anima quoque mortui sint, quantum erat ex vi solius mannæ, nisi crediderint in illum, quem præfigurabat manna, hoc est, in Christum, sic spiritualiter simul manducando manna, quam *escam spiritualem* propterea Paulus [q] vocat, non tantùm carnaliter, tamquam nūdum corporeum cibum. Itaque *panis cœli* hoc loco nominatur manna, vt aërem cœlum significat: negauit autem Christus de cœlo datum, *cœli* vocabulo propriè sumpto; simul concessit datum à Mose, quia ministerio quodam eius, per intercessionem; cum absolutè dederit Deus, vt hîc habetur. Quamquam illud ipsum manna de propriè dicto cœlo eatenus datum intelligi potest, quatenus à Deo qui cœlum incolere peculiariter dicitur, secundùm potentiæ suæ extraordinarium effectum, huicque inferiori mundo inusitatum, & supra naturæ vires. Nam hîc etiam, ratione gratiæ, munera omniáque miracula censeri possunt peculiariter de sursum ac de cœlo descendere.

Mystica interpretatio.

Cæterùm non tantùm consecratus Eucharistiæ panis mysticè intelligitur designatus per mãna, vt *panis cœli*, nec non in sequentibus verbis, vt *panis Angelorum* dicitur, quemadmodum docuerunt quos antea citaui, sed etiam Christus ipse secundum se etiam citra Eucharistiam; & Euangelica doctrina, quæ planè est cœlestis ac spiritualis, & ad cœlestem ordinata beatitudinem, & voluptas spiritualis. Sic exponit Augustinus hoc loco: præterea Ambrosius [r] (qui respondet Irenæo) pluere quotidie Deum de cœlo manna seruientibus sibi, spiritualis sapientiæ: Cyrillus [s] Alexandrinus, Fulgentius [t], Procopius [u], Hieronymus [x], qui spectat mannæ tenuitatē, opponitque Ægyptiis carnibus, & stercori, seu fimo bubulo, de quo Ezechiel [y]. Eodem pertinet Ambrosij [z] expositio de Dei voluntate, vt ea sit nobis cibi loco, quemadmodum suum Christus vocabat *cibum*, *facere voluntatem Patris* [a]. Idem tamen quoque Ambrosius [b], explanans, de Eucharistia, & carne Christi, considerare nos iubet mãna è cœlo fuisse; corpus Christi supra cœlum esse, illud cœli, hoc Domini cœlorum. Athanasius [k] videtur hunc etiam locum quasi per prædictionem accipere, fore vt Christus cibum ab Angelis ministratum comederet.

Panem Angelorum manducauit homo.] Hieronymus, *panem fortium comedit vir.* In Illyrico psalterio appellatur *panis Angelicus*, vt & in priore membro, *cœ estis*. Chaldaicè, *cibum qui descendit de habitaculo Angelorum comederunt homines*. Qui Hebræam vocem אבירים *abbirim* explicant, *fortũ* aut *potentum*, ac *magnificorum*, non de Angelis tantum dici volunt, sed vt epithetum cœlorum, qui plurali numero præcedentibus verbis Hebraicè nominãtur. Quidam etiam legentes אברים *abarim*, id est, *membrorum*, caulam nominis dant quòd facillimæ concoctionis esset manna, totumque sine fumis vel excrementis in membrorum verteretur substantiam. Id quidem hoc loco refert Genebrardus, antéque ipsum Abulensis, vt aliàs tetuli. Retineri tamen omnino debet *Angelorum* vocabulum, quod est etiam in libro Sapientiæ [l], & in apocrypho 4. libro [m] Esdræ.

In libro Sapientiæ attuli causas aliquas, propter quas manna *cibus* vel *esca* dicatur *Angelorum*; præcipuæ sunt, quia illorum opera confectum ac demissum, sicut & lex, cæteráque populo eorundem ministerio tribuebantur, vt obseruat auctor de mirabilibus scripturę [n]: quia videbatur de cœlo descendere, vbi habitant Angeli: quia vires integras ac sanitatem conseruabat, quia re similes Angelis videbantur: quia sine labore Hebræorum, quomodo Angeli non laborant circa spiritualem suum illum cibum, de quo Raphael [o]: quia tam delicatus cibus, vt irvesci Angelis liceret, non alio vescerentur.

Adde *Angelorum panem* dici Eucharistiam, cuius typus manna, quia, vt Dionysius [p] docet, participatio Christi, quæ συμβολικως nobis traditur, nempe in Eucharistiæ Sacramento, datur Angelis ὑπερκοσμιως *super conditionem huius mundi*, ac sine Symbolis. Hoc ipsum tradit pridem iam citatus Rupertus [q]. Cyprianus etiam, aliusve [r], ait quòd *panem Angelorum* sub Sacramento manducamus in terris, & eumdem sine Sacramento manifestiùs edemus in cœlis: Origenes, quia nũc homines comedunt, id est, cognoscunt ac veluti per cognitionem, mentes edunt, quod priùs Angeli: Ambrosius [s], quia vbi Christus corpus, ibi tanquam aquilæ constituti sunt Angeli; adde quòd accurrant & aduolent velut ad compendium miraculorum maximorum: Prodit item Gregorius [t] in ipsa immolationis hora ad Sacerdotis vocem cœlos aperiri, in illo Iesu Christi mysterio Angelorum choros adesse. In liturgia Iacobi dicitur aduenturum mox Christum in Eu-

charistiam

a lib. 1. de Sacram. cap. 3. Sang. Christi.
b 1. de Sacr. c. 10.
c de Eucharist.
d de his qui mysteriis initiantur c. 9. & epist. 62. edit. veter.
e de Eucharist. c. 7.
f in Sap. c. 16.
g ibid. lect. 181.
h hymno 1. in fer. de cœna Dom.
i in c. 4. Esa.
k q. 10. apud Augustinum tom. 3. in ca. 2. Apocal.
l cap. 40.
m cap. 5.
n Psal. 104.
o Ioan. 6. 27. & seq.
p Matth. 15. Marc. 8. Luc. 9.
q 1. Cor. 10.
r epist. 62.
s 1. de Sacram. c. 2. lib. 4. c. 2.
t 4. Dialog. c. 58.
u 1. de Sacram. c. 10.
x in Psal. 77.
y Ezech. 4.
z de Parad. c. 9.
a Ioan. 4. 34.
b de initiandis c. 9.
c 1. c. 4. 11.
d in Psal. 1. & in Psal. 118. Resch. 4. & 8. in Amos c. 4.
e 1. c. 16. 20.
f 1. c. 19.
g 3. in Exod. c. 10.
h Tobiæ 12. 19.
i Sap. 16. 20.
k in illud, profecto in pagũ.
l epist. 62.
m de adorand. & recipiend. cõtra Arianos ad obiect. 4.
n Psal. 77.
o Tobiæ 12. 19.
p cœl. hier. c. 1.
q 3. in Exod. c. 10.
r Ser. de cœna Domini.
s 1. de Sacram. c. 2. lib. 4. c. 2.
t 4. Dialog. c. 58.
u Manna cur cibus Angelorũ vocetur.
x lib. 1. c. 23. apud Augustin. to. 3.
y Ezech. 4.
z de Parad. c. 9.
a Ioan. 4. 34.
b de initiandis c. 9.
c 1. c. 4. 11.
d in Psal. 1. & in Psal. 118. Resch. 4. & 8. in Amos c. 4.
e 1. c. 16. 20.
f 1. c. 19.
g 3. in Exod. c. 10.
h Tobiæ 12. 19.
i Sap. 16. 20.
k in illud, profecto in pagũ.
l epist. 62.
m de adorand. & recipiend. cõtra Arianos ad obiect. 4.
n Psal. 77.
o Tobiæ 12. 19.
p cœl. hier. c. 1.
q 3. in Exod. c. 10.
r Ser. de cœna Domini.
s 1. de Sacram. c. 2. lib. 4. c. 2.
t 4. Dialog. c. 58.
u Manna cur cibus Angelorũ vocetur.
x lib. 1. c. 23. apud Augustin. to. 3.

charitiam ab Angelis præuenit. Auctor quoque
a c.4. pratispiritualis [a] attributum aiæ consecratæ An-
gelum scripsit. Dionysius [b], & Scholiastes Maxi-
b ex l.hier.ca. 5.& 9. mus idem asserunt de Angelorum in sacris my-
sterijs præsentia, & honorifico comitatu; nec
c in ca.1.Luc. non Ambrosius [c]. Auctor quæstionum vtriusque
testamenti [d] *panem Angelorum* ipsum manna tradit
d q 20. apud Aug.tom.3. appellatum, quia ea virtute creatum, qua Ange-
lica natura subsistit & viuit, & audito cœli nomi-
ne gratias referrent homines Deo, qui tanta cu-
ra seruos suos gubernat, vt eis hæc in carne adhuc
positis, si necesse fuerit, exhibeat, per quæ viuunt
Angeli. Præterea nomen *Angelorum* attribuit
Christianis, *homine* appellat Iudæos, qui comede-
rint manna, quatenus erat figura panis, qui
nunc offertur, & sumitur in Ecclesia, vbi maior
B
e 3.Ioan.c.34 gratia & libertas. Cyrillus [e] Alexandrinus innui
t vult, cùm *panis Angelorum* nominatur, traducen-
dum ille appetitum [f] caducis ad cœlestia, æterna,
[illegible] alia. Accedat, quòd ad Eucharistiæ percep-
tionem & confectionem, Angelorum, quibus
id minimè conceditur, sed vt adorent, quod &
f Idé lib.6.de sacerd. narrat se Ieric videre sub aliena persona. re ipsa sæpe Chrysostomum [f] vidisse ab illis fieri,
testatus est Nilus eiusdem discipulus, puritas, &
innocentia, quantum assequi licet, requiritur in
hominibus. Holkot [h] vndecim conditiones An-
gelorum sacerdotibus applicat, quæ memoriæ
causa hoc disticho continentur,

Præsens, & hortatur, docet, vehit, excitat, auget,
Orat, congaudet, punit, laudat, finit sumptus:

subiungit alias quatuor conditiones Angelorum,
C
vt sint immateriales, pleni scientia, motores or-
bium, rectores hominum. Appellantur Angeli
potentes virtute [i]; hic autem panis, vt vertit Hie-
ronymus, est *fortium*, quippe *cor hominis confir-*
mans [k]; quod tot testati sunt veteris Ecclesiæ
martyres, quando istius panis sumptio magis fre-
quentabatur. Exclamationem & admirationem
in verbis istis *panem Angelorum manducauit homo*,
Rupertus [l] agnoscit. Videlicet quærere licet &
percontari אדם לחם *man hu*, *quid hoc?* vt infimæ
conditionis homo particeps factus sit panis An-
gelorum, non in loco Angelorum, & beatitu-
dinis, sed in valle ærumnarum. Sed vt panem
D
Angelorum manducaret homo, Dominus Angelo-
rum, aut Augustinus [m], factus est homo, tãquam
medicina infirmorum, cibus sanorum. Quãquam
Hebræa phrasi, cùm dicitur *homo manducasse* אכל
isch, ientis est, quod omnis, & quilibet. Rursus
oportuit, inquit [n], vt mensa illa lactesceret, & ad
parvulos perueniret, & per carnẽ transiceretur, at-
que Verbum illud, quo pascuntur Angeli, sempi
ternum, & est æquale Patri, manducaret homo.

Facit ad rẽ quod Chrysostomus [o] per accom-
modationem vsurpat de Christi corpore in Eu-
charistia, *vbi* [p] *fuerit corpus, illuc congregabuntur &*
aquilæ, quia oporteat eum qui ad hoc corpus ac
cedit, esse sublimem, & cum terra nihil habere
commune, neque deorsum trahi & serpere, sed
assiduè sursum volare. & ad solem iustitiæ aspice-
re, acutósque, & perspicaces habere mentis ocu-
los. Collegit Pererius [q] noster quindecim diffe-
rentias inter manna Mosaicum, & panem Chri-
sti, ex ipsiusmet Christi sermone [r]; quia panis
Christi est Dei, quatenus Christus ipse verus est
Deus, eodémque illo pane vescitur ac fruitur
ipsemet Deus; quia est cibus Angelorum, & alio-
rum spirituum beatorum: quia descendit verè
de cœlo, quamuis inde numquam discedẽs Chri-
stus per assumptionẽ humanæ carnis: quia Chri-
A
stus ac Eucharistia prægurabatur per manna:
quia nutrit præsertim animam: quia conducit
etiam ad corporis resurrectionem gloriámque;
quia etiam non viuenti spirituali vita eam vitam
communicet aliquando: quia, quod in se est, præ-
seruat à morte spirituali, tum peccati, tum dam-
nationis: quia toti prodest mundo, cunctísque
communicatur, & necessarius est, saltem in voto,
vsus eius: quia vsus illius durabit vsque ad mun-
di finem: quia & peregrinantibus viaticum, & ad
beatam peruenientibus patriam est præmium:
quia semper permanet idem, abundè sufficiens
alendis atque viuificandis nobis, non obnoxius
putrefactioni: quia gustum omnis saporis cœle-
stis & spiritualis continet: quia supplet defectum
non famis tantùm, sed etiam sitis: quia plura exi-
stunt in isto cibo miracula. Mãnæ miracula erãt,
B
in adeò vario sapore ad sumentis arbitrium (ta-
metsi Pererius affirmet de solis iustis, in quo dis-
sentio, vt in libro Sapientiæ [a] demõstraui) in vi
nutriendi, roborandi, augẽdi, valetudinem con-
seruandi: quòd in sequentis diei vsum reserua-
tum putrescebat, scatebátque vermibus: quòd
pluebat sex primis diebus, numquam in sabba-
to: quòd totis annis quadraginta quotidie, non
item postea vnquam, vbi promissionis terrã in-
gressi essent. In Eucharistia, quam rectè appel-
laueris *memoriam* & compendium *mirabilium*
Dei [b], admirationem ingentem commouet præ-
sentia corporalis Christi, absque vlla sui locali
C
mutatione in cœlo manentis: eadem præsentia
in adeò multis hostiis: non coëxtendi loco Chri-
sti corpus, etiamsi quantitatem cum reliquis ac-
cidentibus suis retineat: coëxistétia totius Chri-
sti ad hostiam totam, & singulas partes, ita vt ex-
tra illam non sit: corruptis speciebus generatio
substantiæ nouæ, ita vt noua materia creetur ad
suscipiendam formam; & si velint alij (quod ne-
scio an non mirabilius censendum sit) sufficere
quantitatem: conuersio ac transubstantiatio to-
tius panis ac vini, in corpus & sanguinẽ Christi:
effectio istius mutationis efficienter per verba
D
quæ sacerdos ritè profert; remansio accidentium
panis & vini, quas vocant species sacramẽtales,
ita vt per se sint, nec vlli substantiæ inhæreant: ea-
dem facultas naturalis in illis accidẽtibus ad nu-
triendum, augendum, roborandum, & ad alia,
quam habebant ante consecrationem.

Cibaria misit eis in abundantia.] Hieronymus;
nec non psalterium Arabicum, & Illyricum (*in*,
vel, *ad saturitatem* seu *satietatem*) quod significat
שבע *seuah*, & πλησμονὴν, sed in Arabico additur, *&*
iterum, quasi indicetur non manna, sed coturni-
ces, & hæ, si semel cum manna missæ sunt, vt in-
nuitur in Exodo [c], quando rursus post murmur
& nauseam circa manna [d]. In psalterio Romano,
& Gallicano, & apud Cassiodorum, *frumentationem*
Quidam, *cibum viaticum*, seu *commeatum*, vel
cibum electum. Vox Hebræa צידה *tsedah* primaria
notione significat *cibum venatione comparatum*; sed
E
extenditur ad *escam* generaliter & *viaticum*, om-
némque sufficientiam cibi, sicut & טרף *tereph præ-*
dam in prima significatione denotans. Græcum
nomen ἐφοδιασμὸν, vt plurimum accipitur pro
commeatu, viatico, viæ auxilio, quod etiam ἐφόδιον
vocant, & quod, quia pluribus constat, idcirco
rectè interpres pluraliter *cibaria* reddidit. De
ipsamet copia mannæ, & non de coturnicibus
plures interpretantur, suadétque, quòd coturnices semel, aut iterum dumtaxat datæ sunt, nec

g citat Turrianus 2 de Euchar. c. 2, & est in to. 3. bibl. Patrum. h in Sap c.16. lect 18. i ps. 102.20.

Manna miraculo-rum varia sapor ad sumentis arbitrium, non tamen diuersi ciborum. Exod 16. 20.

Eucharistia mo-numentum & compendium mirabilium Dei. k ps. 103.15

l in Exo.ca. 20.

m li.50.Hom. in 32.

n concio.1.in Ps.33.

o in 1. Cor. hum 24. *De Christi corpore in Eucha-ristia accommodatio.*

p. Matt.24.28.

q 10.1.in Ioã. in ca. 6. disp. 15 & 16. *Inter Mãna Mo-saicum & panẽ Christi quædam differentiæ.*

r Ioan. 6, 32.

c c.16.13.

d Num.11.1. & seq.

ἐφοδιασμὸν. Ἐφόδιον.

pro ordinario viatico. Quòd si ὀψώνιον hoc loco, vt alias, significet quod τῷ ὄντῳ panis adiicitur, & appellatur *obsonium*, & ὄψον φάγιον, intelligetur nón de coturnicibus, vt quidam Græcus contendit, sed etiam de manna, quia continebat omnem saporem, nec panis tantum erat, verumetiam obsonium. Rupertus [a] quidem obseruat pluraliter hic nominari *cibaria*, quamuis antea [b] singulari numero sit nominatus *panis*, quia (loquens de manna, vt erat typus Eucharistiæ) secundùm se quidem panis vnus Christus, vel vnum corpus Christi est; verumtamen secundùm locales Ecclesias, & secundùm offerentium personas, siue accipientium innumerabiles populos, *cibaria* siue *panes* recte dicuntur in plurali numero. Addit præterea, verbo *pluendi* rum hic [c], tum in Exodo [d], indicari eamdem vbique terrarum paratam omnibus pusillis & magnis copiam.

Vers. 26.] Transtulit Austrum de cœlo: & induxit in virtute sua Africum.

Vers. 27.] Et pluit super eos sicut puluerem carnes: & sicut arenam maris volatilia pennata.

Vers. 28.] Et ceciderunt in medio castrorum eorum circa tabernacula eorum.

VT quàm iustè sit iratus Hebræis Deus, quod antea [e] dicere erat aggressus, magis declaret, postquam de manna egerat, exprimit aliud manus coturnicum ab eodem Deo concessum, vt illorum cupiditati, ac importunæ flagitationi satisfaceret, quos tædium tam delicati cibi cœperat. Ait ergo, antequam in eos ira ipsius desæuiret, vt suam, quam tentabant, manifestaret potétiam, abstulisse è cœlo, siue aëre superiore, Austrum orientalem, quem vocant Eurum, & adduxisse contrarium ipsi ventum Africum, qui coturnices trans mare rubrum arreptas deferret, ac in castra demitteret; ita vt illæ in modum pluuiæ puluereæ, atque instar numerosissimæ arenæ maris, descenderent ac deciderent in medium castrorum, & in circuitu tentoriorum, & sine vllo negotio capi possent ab omnibus. Libro Numerorum [f], & Sapientiæ [g] describitur eadem historia de qua nos quoque in posterioris libri enarratione disseruimus. In libro Numerorũ est, quòd *ventus egrediens à Domino, arreptas trans mare coturnices detulit* (in libro etiam Sapientiæ [h] dicuntur *ascendisse de mari*) *& demissas castra, itinere quantum vno die confici potest, ex omni parte castrorum per circuitum, volabantq; in aëre duobus cubitis in altitudine super terram: & surgens populus toto die illo & nocte, ac die altero, congregauit coturnicum, qui parum, decem cores, & siccauerunt eas per gyrum castrorum.* In Exodo [i] attingitur idem, siue bis, siue semel datas contendas coturnices (indicat bis Iosephus [k]:) exprimitur vespere ascendisse atque cooperuisse castra. Mentio quoque fit in psalmo 104. [l] & 105. [m] & in apocrypho lib. 4. Esdræ [n]. Vix suppetit quid addendum iudicem.

Iterum moneo improbabilem sententiam esse Matthæi Cantacuzeni in paraphrasi ad Sapientiæ librum, variarum coturnicum epularum, ac saporum, sicut manna fuisse. Esus autem carnium an post diluuium dumtaxat permissus fuerit homini, disputat Petrus [o] noster, an etiam post innocentiæ statum amissum [p], & an quæ sunt nunc animalia carnivora, carnibus vescerétur ante diluuium [q]. Difficilè adducor credere, abstinuisse belluas ante diluuium, & improbos saltem ac sæuos homines esu carnium: nec arbitror talibus hominibus præcisè id vitio vertendum fuisse; cùm dominij, quod in bestias concessit homini Deus, hic vnus ellè possit non inhonestus effectus; illis ad cibatum vti, & eo caruisse hominem per 1656. annos, non admodum probabile est. Lege Thomam Aquinatem [r], Caietanum [s], Sotum [t]. Damnantur meritò ab Augustino [u], qui sic temperant à carnibus edendis, vt immundos arbitrentur qui comedant. Catharistarum hæc hæresis fuit, & Encratitarum, Manichæorum, Priscillianistarum.

Transtulit austrum de cœlo, & induxit in virtute sua africum.] Hieronymus, *abstulit Eurum de cœlo, & induxit in fortitudine sua africum.* Alij, *proficisci fecit*, seu *excitabit, & impulit Eurum in cœlo, & induxit in fortitudine sua austrum*, vel, *flare iussit Eurum per medium cœlum, & sua potentia immixit Africum*, vel, *cœlo mouit Eurum, & induxit in fortitudine sua africum*, vel, *fecit mouere orientalem*, nempe ventum, *& duxit in fortitudine sua austrum.* Caldaicè, *intulit ventum vehementem in cœlos, & induxit in virtute sua austrum*, vel, ex versione Nebiensis, *abstulit ventum Notum de cœlo, & induxit virtute sua africum.* In psalterio Illyrico, *sustulit Eurum ac cœlo, & induxit potentia sua in occasum.* In Arabico, *concussus est auster de cœlo, & attulit virtute sua ventum vehementem.* Exponit Caietanus de cessatione venti orientalis, & de adducto vento meridionali vehementi. Docui, in libro Sapientiæ, explicare alios, quòd excitatus à Deo is ventus duplex, ad conuehendas plures coturnices: quotidam, de ablato austro ac substituto africo. Est קדים קדר *kadim, ventus stans*, à קדם *kedem*, id est, *ab oriente*, & quem vocant *vulturnum* Latinè, aut *subsolanum*, Græcè *Eurum*, vel *Notum*. Flat ab exortu brumali, autróque vicinus est, teste Aristotele [h] ac Plinio [i]; vt ideirco modica differentia sit inter Austrum, & Eurum. Vertit alibi [k] Hieronymus idem nomen Hebræum *austrum*, vel *æstum* [l], vel *urentem ventum* [m]: videturque omnis ventus calidus, etiam si non sit orientalis, quia oppont debet aliquo modo præcedenti, qui versus orientem vergit: africus autem, eò modo, philosopho teste, flat ob occasu brumali, qui est magis ad meridiem, qui vocatur etiam *thema*. Eusebio placet hîc significari quòd vtrumque ventum Deus ἀπῆρε & ἤνεγκε, *transtulit, excuauit* è suis quasi sedibus & thesauris produxit, deduxit, induxit, & pergere iussit, vt è duabus regionibus quicquid erat coturnicum, adueheretur per diuersas regiones cæli. Euthymius atque Nicephorus contentiunt, & τὸ ἄνεμον docent ellè, ἀντὶ τοῦ, ἔκινησεν, *commouit*: in scholio autem quodam explanatur ὁρμὴν καὶ κίνησιν, *impulit æstum*. Eadem Basilij, seu Theodoreti sententia. Iacet editio psalterij Romani & Gallicani, *& exortum austrum de cœlo*, & ea sententia aliam de translato per amotionem vento austro, & in illius locum excitato africo, quam sequuntur plures maximè de Hebraizantibus, expressit hoc quoque versu Apollinarius:

Πνεῦμα μὲν ἐκ νότου ἐξανέστησε πάντα
Ἦγε δ' ὁμοκλήσας ἀπὸ λίβου & πρὸς ἕω ἀνέμοιο.

---

[a] 3. in Exo. c. [illegible].
[b] vers. 24. & 25.
[c] vers. 24. & c. 10. 4.
[d] Sensus loci.
[e] vers. 27. & seq.
[f] c. 11. 31. 32.
[g] c. 16. 3. & c. 19. 11. 12.
[h] c. 15. 12.
[i] c. 16. 13.
[k] 3. antiq. ca. 10. quem lege etiã c. 1. & 16.
[l] vers. 30.
[m] vers. 14. 15. & c. 25.
[n] c. 1. 25.
[o] Matthæus Cantacuzenus paraphrasin in sententias de [illegible] coturnicum.
[p] De esu carnium an post diluuium an post innocentiæ statum amissum, & an quæ nunc sunt animalia carnivora, carnibus vescerétur ante diluuium. a libro 1. & 2. in Gen.
[q] Idem lib. 4. eiusd.
[r] 1. p. q. 96. art. 1.
[s] Hic temperantia ab esu carnium, & falsitas sententia.
[t] ibid. & in Gen. c. 4. & 6.
[u] 5. de Iudi. q. 1. 21.
[h] 2. Meteo. ca. 6.
[i] 2. hist. c. 49.
[k] 3. Exech. 27.
[l] Osee 12. 1. & 2. 13. 16. & Exo. 10. 13.
[m] 2. 13. 16.
[n] 4. Esdræ 13.
[o] 2. 13. 16.
[p] 2. 13. 16.
[q] 2. 13. 16.
[r] 2. 13. 16.
[s] 2. 13. 16.
[t] 2. 13. 16.
[u] 2. 13. 16.

Ventum quidem procellosi nois (seu austri) *contraxit flare*, ne flaret)

Missu verò horrisoni Lybici (africi) *grauem fiatum.*

Vtraque sententia probabilis est: minùs illa, quam tradit Hugo, vt austrum transferre de cœlo, esset facere, vt qui erat in superiore parte aëris, flaret in inferiore parte: vel vt qui directè flabat ad aquilonem, flaret ad occidentem. Virtute, potentia, fortitudine Dei opus fuit, quoniam tunc ordo ac dispositio naturalium causarum non exigebat, vt vel vterque simul ventus flaret, vel alter saltem, eóque impetu ac versus eam partem, ad quam tam multæ coturnices congregari debebant. Plinius [a] negat coturnices austro volare, quamuis vehi aura velint, propter pondus corporis, sed aquilone præsertim. Est autem africus vehementia proximus aquiloni. Hoc autem loco visum est Ioanni Brasichellensi [b] magistro sacri palatij ad Vallesium [c] de ventis istis disputantem, vt in hoc opere colligendarum coturnicum, interuenetunt, addere, non esse excludendum miraculum, in hoc quòd aërem illum tunc denuo Deus flare fecerit, sicut & postea suis temporibus sine defectu aliquo, cùm oporteret, in omnibus frequenter naturis rerum sese accommodans.

Mysticum est, vt venti designent Angelos, qui interfuit consecrationi, & consecrato pani: vel Spiritum sanctum suauiter flantem & inspirantem. Sic Hugo. Item, vt austrum transferri, sit auferri, & significentur Iudæi priùs per cognitionem veri Dei, & eius legem saltem carnaliter seruantes, qualisque sub meridiano sole feruentes, postea electi, Gentiles autem inducti in virtute & gratia noui testamenti, qui nullam scientiam supernæ cognitionis attigerant, ac velut sine sole frigidi, sub aquilone, siue africo remanebant. Hoc modo Arguanus confirmans Gregorij [d] auctoritate, ita etiam de vtroque illo populo declarantis verba Iob [e], *ab aquilone aurum veniet*, nec non Esaiæ; *dicam aquilonis da*; & austro, *noli prohibere*. Sed *africum* cum aquilone non oportet confundere, quamuis, vt dixi, vergat ad occasum brumalem, frigidior enim est Aquilo, africus calidior.

Et pluit super eos sicut puluerem carnes, & sicut arenam maris volatilia pennata.] Pro carnibus est nomen formæ singularis שְׁאֵר *sheer*, & pro *volatilibus pennatis* in eodem numero voces duæ שְׁחִי כָּנָף *hhoph chanaph*. *Pluendi* verbum non innuit, vt Genebrardo tamen placet, è materia pluuiæ productas carnes, quamuis initio scribatur [g] Deum immisisse, vt producerent aquæ non solùm reptile animæ viuentis, sed etiam volatile: sed copiam magnam instar pluuiæ, atque è loco pluuiæ, id est, è cœlo, seu ab aëre, quemadmodum de manna dictum est priùs [h]. Comparatio item ex arena copiam eamdem indicat, quam profectò ingentem oportuit esse, vt quinis ex sexcentis millibus peditum quingentis quinquaginta, absque paruulis, fœminis, tribu Leui, & vulgo promiscuo innumerabili, colligere posset minimum decem coros ad mensem integrum [i], & Moses antequam id fieret, quomodo fieri posset vehementer miraretur [k], audiretque [l], *numquid manus Domini inualida est?* &c. Ex quo colligi obiter potest, videri semel duntaxat id miraculum contigisse: si enim iam antea contigerat, scilicet eo ipso tempore, quo primùm dedit Deus manna [m], non accidisset Mosi postea res hæc adeo mira, & inusa. Coturnices item solas intelligo per *carnes* & *volatilia pennata*, non autem alias aues illis permixtas, vt Genebrardus tamen etiam probabile ducit. Solæ coturnices exprimuntur in libro Numerorum [a], & in apocrypho 4. Esdræ [b], & in libro Sapientiæ [c] sub nomine *ortygometræ*. Quare *volatilia pennata κατ' ἐξήγησιν*, id est, *expositionem*, idem valent quod carnes; quæ orationis formula occurrit sæpe in scriptura, præsertim psalmorum. Adagium porro tritum est, *arenam metiris*; & ψαμμακόνιτα Plato [d] instar numeralium pro innumeris vsurpauit. Omissis profanis exemplis, quæ colligit Germanus Valens, ac è nostris Pontanus, & Cerda, ad illud Virgilij [e]:

Quem qui scire velit, Libyci veli æquoris idem,
Discere quam multæ Zephyro turbentur arenæ.

Suppetunt ex sacris permulta [f], & huius penè innumerabilis numeri cognitio soli nonnunquam tribuitur Deo, etiam ab Ethnicis, apud quos extat illud Apollinis oraculum.

οἶδα ἐγὼ ψάμμου μὲν ἀριθμὸν ἠδὲ θαλάσσης.

Noui ego & arenæ numerum, & mensuras maris.

& Horatius [g],

Te maris, & terræ numeroque carentis arenæ
Mensorem.

Auctor verò libri Ecclesiastici [h] hoc solum Deum posse indicat, nec non Ieremias [i], & Paulus [k] appellat *innumerabilem arenam*, quod Pindarus dixit, ψάμμα ἀριθμὸν ἐξεπιστάμενος. De prodigioso carnis imbre, consule Dionysium Halicarnassæum [l], Plinium [m], Valerium [n], Liuium [o], additiones ad Lambertum Schafnaburgensem [p], Simonem Maiolum [q]: piscibus quoque pluisse Plinius [r], Isidorus [s], Antoninus [t], Vincentius [u], Segebertus [x], Vuernerus [y] testantur. Sed hoc loco magis figuratè quàm propriè *pluuia* sumitur, ὡς πλοῦν ἀετῶν *propter copiam*, quia coturnices, vt est in libro Numerorum [z], ad Hebræos vi venti aduectæ *volabant in aere duobus cubitis altitudine super terram.*

Allegoriam persequitur Hugo de Christi corpore, quòd venerit de cœlo cum volatilibus, id est, cum Angelis: & sicut populo dictum tunc est [a], *sanctificamini, cras comedetis carnes*, ita exigi sanctitatem, atque puritatem ab iis, qui ad carnem & corpus Domini sumendum accedunt. Tradit quoque tropologiam, vt *pluuia carnium* ad instar pulueris, insinuet flagellum ac tribulationem, qua Deus exercet ac humiliat suos; & *volatilia pennata* cum arena comparata, indicent exempla sanctorum, qui pennis virtutum volant ad cœlum, & tamen arenæ sint similes, propter firmitatis & constantiæ quoddam pondus, aut quia mundus æstimat illos inutiles ac steriles. Arguanus *carnes* de aduersitatibus corporalibus: *volatilia pennata* de consolationibus spiritualibus inde orientibus mentesque nostras ad Deum erigentibus, moraliter etiam interpretatur. Pie & acutè Drogo [b] Cardinalis, conuersa ad Deum oratione, inquit, Ne pluas super nos coturnices, Domine, desideria carnis nostræ, quę nō nisi duobus cubitis leuantur à terra, quia non attingunt dona Spiritus sancti. Ne pluas super nos sicut puluerem carnes, quia caro puluis est, & in puluerem deducit; & sicut arena maris volatilia pennata, pro grudet celsitas, pennulas mouet; sed mox in arenam maris conuertitur: gaudet luxuria, modicum volitat; sed mox in arenam maris transit: omnis dulcedo carnis in amaritudinem fluit; modicum leuant intellectum animam sed mox aggra-

[a] Coturnicibus alius auis permixtas ad esum Israelitarum qui murmurabat. 2 c. 11. 31. [b] 1. 19. [c] c. 16. 2 c. 19. 12.

[a] d in Theæteto.

[b] e Georg. 2.

[c] f psl. 138 18. Gen. 2. 17 c. 32. 12 cap. 41. 49 Iudic. 7. 12. Ionæ 12. 4. h. 1. Reg 13. 5. h. 2. 1 lib 3. 4. 20 29. Iob 1 c. Eccl. 1. 2. Isa 10. 22 22. 48. 19 Ier. 15. 33. 33. Dan 3. 36. Oseæ 1. 10. Abac 1. 9. 1. Mach. 11. 1. Roman. 9 27. Hebr. 11. 12. Apoc. 20. 8 Carnis & pisciū genera g lib. 1. carm. ode 28. h c. 1. 2. 10. 33. 22. k Hebr 11. 12. l lib 10. m lib. 1. c. 56. n lib. 1. c. 6. o lib. 3. decade 1. p anno 1238. q colle quio 1. & 10. dierū canicu lariū. r lib. 31. c. 2. Aegeria. s 13. etymol. c. 12. t tit. 16. ca. 3. §. 4. u p. histo. lib. 24 c. 17. x in chron. anno 989. Te pleges y in Orth. 2. 2. c. 21. 31. z Num 11. 18.

[a] Num. 11. 21. 22. 32. Num 11. 22. vers 23.

[b] Exo. 16. 22. 3.

[a] 17. Mor. ca. 6.

[b] c. 37 22. c. 41 6.

[c] Gen. 1. 20.

[d] vers. 24.

[e] Num. 11. 31 c. 32. Num 11. 22. vers 23.

[f] Exo. 16. 22. 3.

[g] 1. Mor. ca. 6.

[h] c. 37 22. c. 41 6.

[i] Gen. 1. 20.

[k] vers. 24.

[l] Num. 11. 31 c. 32. Num 11. 22. vers 23.

[m] Exo. 16. 22. 3.

[b] ser. de pass. Dom. tom. 2. bibl. patrum.

uant in aëream. Suadit elegantem comparationem coturnicum cum manna, carnium Ægyptiarum, cum diuina cõtolatione: eodem sole carnales ac iniquos indurari, sicut coturnices [a], vt suas diutius expleant voluptates, manna liquescere [b], qui *liquefit anima vt dilectus loquutus est* [c], frangi manna mola, id est laboribus, ieiuniis, vigiliis corpus, & animam diuinæ legis studiis, sicque *repleri animam sicut adipe & pinguedine* [d], & pane oleato sanari ægrotum, robotari tanatum, faciem exhilarari, omnem saporem omneque delectamentum cõtinere: coturnices exsiccatas putrescere in dentibus edentiũ, & in ventribus, ipsáque *iumenta in ſtercore ſuo* [e]: panem Angelorum non putrescere, non vadere *in ſeceſſum* [f], sed tendere in excelsum, illuc reducere hominem, vnde traxit imaginem. Sunt ista Drogonis omnia, quæ bellè quadrant in sermonem de Eucharistia, eo præsertim tempore, quando vt iam pro more, quem religiosè inuexit Societas nostra, publicè cum apparatu exponitur, ad auertendas bacchantium insanias. Sed & quo die capitibus cineres consecratos humiliter admittimus versa vice orare Deum possumus, vt pluat sicut puluerem carnes, doceárq; nos, & serio meditari concedat, carnes, quibus proximè præcedentibus diebus quidem maximè, sed per totum etiam annum nimis indulgemus, resolucdas in puluere, quódque, vt aliud agens Christus [g] dixit, *caro non prodeſt quidquam*, sed spiritus, ac spirituales deliciæ, sunt quæ viuificant, vera, & felici, & diuina vita.

Et ceciderunt in medio caſtrorum eorum circa tabernacula eorum.] Hieronymus vertit, *eius* vt est Hebraicè, nimirum populi, & pro, *circa*, reddit *in circuitu*, quod valet סביב *ſauus*, & κύκλῳ. Pro *ceciderunt* יפל *appel* significat *cadere fecit*, scilicet Deus: Chaldaicè, *collocauit* אשרי *aſri*. Casus hic innuit vim venti coturnices deiiciẽtis, vt contra volare nequirent. *Ventus egrediens a Domino*, ✠ scribit in libro Numerorum [h], *arreptas iuxta mare coturnices detulit, & demiſit in caſtra, itinere quantum vno die confici poteſt, ex omni parte caſtrorum per circuitum, volabantq; in aëre duobus cubitis altitudine ſuper terram. ſurgens vero populus toto die illo, & nocte, ac die altero, congregauit coturnicum, qui parum, decem coros; & ſiccauit eas per gyrum caſtrorum.* Vocat Eusebius αὐτάρκειαν ὄψων, *expeditum promptumq; aucupium* Hebræorum de dictis volucribus, quas Deus per ventos illos duos antea nominatos compulsas, propter illorum tentoria volare iussit. facilem illum ac iucundum, immo nullum aucupij laborem insinuant quoque in præcedente versu illa verba, *pluit ſuper eos*, seu *pluere fecit* וימטר עליהם *vamterbh alehem*, ἐβρόχιν αὐτοῖς, vt non modò prope eos, sed etiam super eos volitarent, nec ipsis laborandum esset in insequendo atque persequendo. Hoc etiam est quod scripsit Philo [i], coturnicum nubem aduolasse à mari, totáq; castra inumbrasse, ac terræ tãm propinquam fuisse, vt facile præberet aucupium. Iosephus [k] ait coturnices superato interiacente mari longo volatu fessas, qui alioqui non est sublimis, in Hebræos delatas, & ab his certatim comprehensas:

Nam genus hoc auium dum ſe ſuper æquora magnis
Vere refert turmis, volitans, in retia, feſſum.
Victa cadit, capiturque manu peregrina volucris,

inquit Mantuanus. Hugo suam illam de sanctorum exemplis per *carnes* & *volatilia pennata* tropologiam hîc persequitur, quòd obuia sint, atque in medio Ecclesiæ, próque eiusdem defensione cadentium & mortuorum. Vel in malam partem, de illis, quos Dominus dimittat licenter vagari, & impinguari ad gehennæ victimam; ita vt omnia illis facilè ac prosperè succedant. Aiguanus explicat de Euangelistis, quos animalia illa senas alias habẽtia [a] præfigurabant vel etiam prædicatores, qui nõ expectauerunt, vt ad ipsos venirent gentes cibo diuini verbi carentes; sed sponte ipsimet ad eos ab Spiritu sancto deducti illud detulerunt; ita vt cuiuis liceret absque labore audire, seseq; cœlesti ac salutari alimonia refecre. Bruno Carthusianus totum præcedentem locum explicat, quòd Deus per prædicatores pluerit doctrinam, comedendi Corpus suum; & alia præcepta *tranſtulerit de cœlo Auſtrum* hoc est, illos de mysterio sublimis contẽplationis ac seruoris, ad terrenos, vt eis prædicarent: *carnes* quoque *pinnatas* doctrinæ incarnationis, *ſicut puluerem*, quia Christi caro erat Deus in omni opere bono, & immunis ab humore peccati: *volatilia* item *pennata* omnium præceptorum, quæ ad sublimia erigunt: hæc in medio castrorum cecidisse, id est, ciuitatũ, & circa tabernacula, id est, domos. In vita sancti Columbani narrat Ionas discipulus eius [b], post inediam triduanam tantam autumni copiam illi oblatam & discipulis, quanta Israëlitarum castra coturnicibus aduolantibus operuit; quatuor dies peruitasse donec aliunde illatum esset frumentum; vltro se capi permisisse & occidi; nunquam antea similes visas, nec adeo boni saporis.

Verſ. 29.] Et manducauerunt & saturati sunt nimis, & desiderium eorum attulit eis.

Verſ. 30.] Non sunt fraudati à desiderio suo.

Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum.

Verſ. 31.] Et ira Dei ascendit super eos.

Et occidit pingues eorum, & electos Israel impediuit.

COpiam coturnicum tantam docet fuisse, vt plenissimè ad nauseam etiam vsque, satisfieret ipsorum cupiditati, & priusquã punirentur eorum peruicacia ac ingluuies insatiabilis, cùm non contenti manna, carnes sibi pertinacissimè deposcerent, voluit vt intelligerent, experimentoque cõprobarent, Deum præstare potuisse, quod posse dubitauerant, vel etiam credere noluerant. Quare cum non dũ defecissent imperitæ carnium escę, essentq; adhuc inter dentes illorũ, æquissima Dei ira desæuit in ipsos cœpit, occidítque ex populo fortiores ac ditiores, quiq; carnibus sese præ alijs magis impinguauerant & repleuerant: præterea illos, qui magis videbantur ad bellum expediti, strenuique, tanquã compedibus vinctos detinuit, atque veluti nexibus mortis coërcuit. Quod est, vt alibi [c] canitur, *feciam meuſum olerum eorum ipſis in laqueum, & in retributiones, & in ſcandalum.*

Et manducauerunt, & ſaturati ſunt nimis, & deſiderium eorum attulit eis, non ſunt fraudati a deſiderio ſuo.] *Manducare*, & *saturari*, seu *repleri nimis*, aut valdè, בְּמֹאד מאד *meod*, est affatim, & copiosè propositas escas degustasse ad satietatem & nauseam, postquam satisfactum esset desiderio, & desiderium, id est, res desiderata concessa fuisset, ne

a Num. 11. 31.
b Exo. 16. 21.
c Cantic. 5. 6.
d Pſ. 62. 6.
e Ioel. 1. 17.
f Matt. 15. 17.
g Ioan. 6. 63.
h c. 11. 31.
i 1. de vita Moſis.
k 3. antiq. c. 1.
Trepidgia.
a Brech. 1. 23.
b c. 27. tom. 6. Nic. 13. *De anima eius a poſt meridiem ſuſpenſa, & ſuſpenſo cum tunica, qua nutriebat.*
Symbolo.
c pſ. 68. 23.

que frustrasset ipsos illa Deus. *Desiderium* pro re desiderata, vt pro sperata *spem* sumi ab Apostolo [a] notat Origenes. *Saturari* ac *inebriari* non potuisse semper in vitio, sed idem valet ac plene quantum satis est explere famem sitimque. Additum etiam aduerbium *valde* vel *nimis* [b], *nimis exaltatus super omnes Deos* [c], *mandasse mandata sua custodiri nimis* [d], *nimis honoratus amicus eius* [e]. Ex adiunctis illud æstimari debet, vt quando *furor nimius* vocatur [f], *nimia cupiditas* [g], & *potatio* [h]. Videtur hoc loco innui, quod in libro Numerorum [i] cōminatus fuerat Deus, concedendas carnes comedendas *non vno die, nec duobus, vel quinque, aut decem, nec viginti quidem, sed vsque ad mensem dierum, donec exirent per nares, & verterentur in nauseam, eo quod reppulissent Dominum, qui in medio ipsorum erat, & flessent coram eo dicentes; quare egressi sumus ex Ægypto?* Suaues quique ac delicati cibi hunc modo sumpti, fastidiantur, & euomuntur etiā mel [k]. *Carnes optimas* Philo [l] nominat, liber Sapientiæ [m] *ἐπιθυμίας, ἡδονὰς, voluptatis*, id est, delicatas, *& in allocutione* [n] *desiderii; ἐπιθυμίας, ad consolationem datas.* Vlysses Aldrouandus [o] testatur, coturnices, quæ nunc inter primas epulas habētur, apud veteres a mensis remotas fuisse, quòd venenato alantur, & comitiali laborent morbo: nec id tamen cum idonea factum causa, quia venenum digerunt, sicut & alia quædam animalia, vt sturni, & frequentatur etiam esus boum, arietum, capratum, caponum, qui laborant interdum epilepsia. Quòd autem Hebræi postquam coturnices edetunt, mortui sint, causam reuelt in ingurgitationē, ex qua extitetint humores crassi, putridi, vitiati, ac proinde materia epilepsiæ, spasmi, tetani, similiumque morborum. Vallesius P ait non parum ipsam carnium illarum malignitatem ad illorum perniciem effecisse, maximè cum defueti iam cibis solidis, iis auidissimè sese ad satietatem vsque repleuissent. Refert Galenum, Plinium, Ratium, Isaac, Auicennam, Aponensem damnantes vsum coturnicum tanquam pessimum inter omnia volatilia: & Orum Apollinem prodentē quod in hieroglyphicis Ægyptij coturnicē omnis immunditiei, nequitiæque signum fecerint. Censor librorum Bursinchelius innuit in animaduersione ad Vallesium eleuatam coturnicem à Deo ad pretiosum, vt ipse loquitur, & salutarem vsum. Equidem acquiesco Vlysti, moderate vsurpantes coturnicem, optimam nancisci posse sanguinis qualitatem, quod frequens demonstrat experimentum, si id immodice faciant, præsertim quando pinguior est, sed di putridum corruptumque; vt ille voluit qui præcepit [q],

Viuetúrque gregis coturnix tarda saginæ.

Certè non dedisset Deus esurienti populo noxias carnes. An autem immodicæ coturnicum esitationi grauis illa Hebræorum plaga tribui debeat, postea expendetur. Monet Hugo, quod ad mores pertinet, hinc aptum thema peti posse pro concione in carnis primo, quia tunc inquit, manducant homines carnes, & ditantur nimis. Licet etiam vniuersè colligere cum Augustino [r], nos, quemadmodum nunc Israëlitas, malo nostro imperare, quod culpabili concupiscentia petimus: proinde, si hoc à Deo petas vnde lædaris exaudiris, magis metuendum esse, ne quod posset non date propitius, det iratus. Exaudit Deus nonnunquam ad votum & vtilitatem: aliàs ad vtilitatem, non ad votum: quandoque ad votum, non ad vtilitatem. Idcirco quidquid petas, hanc adhibe conditionem, *fiat* [a] *voluntas tua* [b]; *verumtamen non mea voluntas fiat*, seu *tua*, quia *nescis quid petas* [c], & *quid ores sicut oportet, nescis* [d], egens *spiritu postulante pro te gemitibus inenarrabilibus* [e]. Vel Socratem imitare, & sequere, nihil vltra petendum à Diis præcipientem, quam vt bona tribuerent, quòd scirent quod esset vtile [f].

Non sunt fraudati a desiderio suo.] Hieronymus, *non indignerunt de cupiditate sua.* Alij, *non sunt alienati a desiderio suo*: vel, *non sunt destituti desiderio suo.* Vel, cōmungendo cum sequentibus, *nihil decerat desiderio eorum, sed cum cibus etiamnum esset in ore ipsorum, ecce ira Dei*, &c. Vel; *nondum recesserant a cupiditate sua*, seu, *adhuc cupiditate in illis ardebat, cum*, &c. Et hoc ipsum declarant quod nondum desiderium, cupiditas, auiditas, appetitio venerat ipsis in fastidium, nauseam, abominationem, sed *adhuc erant esca in ore ipsorum, cum ira Dei venit ac irruit in Dominum super eos*, &c. Hebraicè לֹא־זָרוּ מִתַּאֲוָתָם *lo zarú mittaavatham.* Qui vertunt in singulari nomen *desiderii*, legerunt תַּאֲוָה *thauauth.* significat verò זָרוּ *zarú*, *non sunt alienati*, seu *elongati*: alienatio autem, & elongatio à desiderio & appetitu, est cum quis vel quod desiderat appetitque, obtinere non potest, vel cum abhorret ab eius perceptione, quamuis id præsto sit, nempe per fastidium, nauseam, & quæ inde consequitur, per vomitionem. Hoc minitatus erat Deus, futurum videlicet, vt expetitæ atque concessæ *carnes exirent* Hebræis *per nares, & verterentur in nauseam* [g]. In psalterio Arabico, *& non priuauit eos desiderio eorum*, videlicet Deus.

Accommodatitiè transferuntur ista verba ad cœlestes delicias, quæ non modo respondent, sed superant etiam desiderium eorum, qui *desiderio desiderarunt manducare pascha* corporis Christi [h], aut diuini verbi gustum percipere. Item contrario sensu, ad illos, qui cupiditatibus suis plenè satisfaciunt, & dimittuntur à Deo *secundum desideria cordis eorum, & vt eant in adinuentionibus suis* [i], & *tradidit illos Deus in desideria cordis eorum in immundiciam* [k].

Adhuc esca eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos.] Hieronymus, *cum adhuc cibus esset in ore eorum.* Tum quasi nouo facto principio, *furor ergo Dei ascendit super eos*: Alios aliter connectere in omni, sed sententia non dissimili. In psalterio Gallicano, & Romano, & apud Augustinum, & Gregorium [l] *esca* in singulari, sicut etiam Hebraicè & Græcè בְּשָׂרָם *Nechel*, & βρῶμα. In libro Numerorum [m] sic est, *adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat humor earum cibus, & ecce furor Domini conceruatus in populum, percussit eum plaga magna nimis*; vocatúsque est ille locus *Sepulchra concupiscentiæ, ibi enim sepelierunt populum qui desideranerat.* Quod *cibum non defecisse* dicitur, Hebraicè per est significare, nondum fuisse finitum, dentibus nempe comedentium; hoc enim sibi vult תָּמַם *thamam.* Sensus item admitti potest, non defecisse, quia nondum expletus erat mensis, ad quem collectæ fuerant coturnices, & hic cæsæ: quo pacto ferunt in Gallia findi coturnices à parte superiore, reliquumque corpus condiri sile, adipem hinc atque inde ad condendos alios cibos [n].

Quomodo *ira Dei* dicatur, docui cap. 1. Parat Agellius innocui, quòd velut flum-

a Matt. 5. 10.
b Luc. 22. 42.
c Matt. 20. 22.
d Rom. 8. 28.
e Ibid. 12.
Nihil vltra petendum a Deo, quam vt bona tribuant, quia scient quod est vtile, & quod non.
f Valer. Max. lib. 7.
g Num. 11. 20.
Antiquorum ista traditio.
h Luc. 22. 15.
i psal. 80. 13.
k Rom. 1. 24.
l 115. Moscu. 104. vel 12.
m Num. 11. 33. 34.
n Vers. 20. 21. Coturnices vnde et quomodo capiantur.
o Aldrouandus lib. 12. de ornithologia.

ma & ignis ascenderit, & accensa sit super eos. At hoc modo intelligeremus non inhærere in iis, in quos desæuit, sed transire ab illis, & ascendere supra illos. In *ascensu* notat etiam Hugo, quod non pauperes dumtaxat, impotentes, infimos ira illa, sed vt mox subditur, pingues, electos, diuites, magnates punierit. Simpliciter sensus traditus dicto versu 21. Gregorius [a] expendens hunc locum, cum simili Iob [b], *cum habuerit, quæ concupierat, possidere non potuerit*, scribit, quòd maioris iracundiæ est, cùm hoc tribuitur, quod malè desideratur; atque inde repentina vltio sequitur, quia hoc quoque obtinuit quis, quod Deo irascente concupiuit. Exempla proferri possent eorum, qui in ipsismet epulis extremo fato concesserint, aut in perceptione corporis Christi extincti sint, vel graui aliquo malo affecti. Paulus [c], indignè sumentes Eucharistiam scribit *infirmos* ac *imbecillos* fuisse, & *dormiuisse*, id est, morte sublatos. Cyprianus [d], narrat ex ore puellæ, cui datus priùs gustandus quamuis immixtæ panis fuerat, mero immolatitio mixtus, postea reluctanti etiam sanguis Christi infusus, prodeuntes singultus ac vomitus: Item de alia adulta, quæ palpitans treménsque concidit. Aliud non dissimile exemplum est in vita S. Godefridi [e]. Præterea de Osualdo Mulser, qui hostiam deglutire non potuit, quam sibi laica maiorem dari coëgerat, extat insculptum in tabula ænea templi in pago Seuel, non procul Oeniponto, vt narrat Tilmannus Brendebachius [f]. Post Pascha, inquit Hugo, magis infirmari & mori videmus homines, vt idcirco canat Ecclesia; *Quæsumus auctor omnium, in hoc paschali gaudio, ab omni mortis impetu, tuam defende populum.* Accommodatitiè ferri id potest. Nam de morte æterna sermo est; & morborum mortisq; causa ciborum mutatio est, immoderatè sumptorum.

Et occidit pingues eorum.] Sic etiam Hieronymus. In Illyrico psalterio, *voraces inter eos.* In Arabico, *maiorem partem eorum.* In Gallicano, & Romano, & apud Cassiodorum, atque Gregorium [g], *plurimos eorum.* Augustinus, *in plurimis eorum.* Vetus psalterium, *in plurimis pingues eorum.* Meminit Augustinus editionis nostræ, negans inuenisse se in codicibus quos habebat. Videtur legisse, non vt modò est, ἐν πίοσιν αὐτῶν, *in pinguibus eorum*; occidere autem *in pinguibus eorum*, quod etiam Hebraicè habetur, cum præpositione בְּמַשְׁמַנֵּיהֶם *bemismannehem*, idem est atque occidere pingues eorum; sed ἐν πλείοσιν, *in pluribus.* Idem Hieronymus [h] refert Aquilam vertisse, ἐν τρυφῶσιν αὐτῶν, *in opulentiis eorum*; Symmachum, πιοτέροις, *opulentioribus*, Lxx. Theodotionem, V. editionem vt nunc extat in textu nostro Græco ἐν πίοσιν. Sed Scholiastes tribuit Lxx. & Theodotioni hanc ipsam lectionem: Aquilæ, ἐν λιπαροῖς, *in nitidis*, aut *pinguibus*; Symmacho, τοῖς λιπαροτέροις, *nitidiores* seu *pinguiores.* Apollinarius videtur etiam legisse ἐν πλείοσιν, quomodo etiam nunc est in Complutensibus, & Regiis, Aldinis, & aliis biblijs.

πάτμον ἀνέτειλεν πλείοσι τοῖς ἀνδράσι.

Interitum improuisum multorum faciens (plurimis ira) capitibus.

Legit eodem pacto Euthymius, explicans *plures* pro multis, atque sic legisse dicens Lxx. Symmachum, *pingues.* Aquilam, *abundantes*: & hos esse ditiores atque fortiores in populo, quos verisimile sit ingluuiem suam cæteris magis expleße, quòd plura aliis collegerant. Culpam quoque communem cunctis tradit, quòd promissioni diuinæ non crediderunt, nutriendos esse illis carnibus vsque ad mensem, & ad satietatè, sed timuerunt ne auolarent, vel ne citò consumerentur coturnices, vt propterea illas exiccauerint. Sequitur eandem lectionem ἐν πλείοσιν Nicephorus, atque eamdem sententiam paucis perstringit, vt solet cætera Euthymij. Translatio nostra cõsentit planè non solum cum codicibus Græcis emendatioribus, sed etiam cum Hebræo textu (vt dixi.) Per *pingues* autem rectè illi alij interpretes exposuerunt eos qui sunt diuites & opulenti, & Paraphrastes, qui fortes ac potentes בְּחוּרִים *ghibborim.* In eodem sensu, *pingues terræ*, πίονες τῆς γῆς, יְשֵׁנֵי אֶרֶץ *diſne eretz* psalmo 21. [a] dicuntur *manducauisse & adorauisse*, quos etiam vocat Aquila & Symmachus λιπαροὺς, videlicet, diuites, superbos, opib⁹ terrenis elatos, potentes, præstantes, & nobiles, &c. vt ibidem vidimus oppositos eodem loco pauperibus. Obseruat Hugo primã causam humanæ miseriæ fuisse mãducationem [b], potationem [c] timæ seruitutis [d]: multis quoq; malè succesisse comestionem, vt iis qui vertibus istis, tametsi parũ probis, continẽtur:

Quia (quòd) *manducare noceat, monstrat Holofernes* [d].

Diues [e], *Adonias* [f], *Esaus* [g], *Noë* [h], *Balthasar* [i], *Aman* [k].

Herodes [l], *Salomon* [m], *Iob* [n] (filij eius) *Israel* [o], *Absalon* [p], *Adam* [q].

Denique plures occidit gula quàm gladius. Pinguedo & adeps propterea designat improbitatẽ vel certè copiam rerum, *ex qua prodit iniquitas* [r], & superbia, vt Gregorius [s] demonstrat. Optandum, ne sit verũ quod asserit Hugo, Sacerdotes & Clericos frequentiùs accedere ad Eucharistiam qui pinguedinem temporalium multam habent, sicut olim habebãt Leuitæ [t]: vel Theologos, quas quotidie tractant scripturas, & res sacras, nõ tranicere ad cor, nec iis sustentari: vel in genere antequam diuites opibus frui liceat, *penne ab ore eorum* [u], nec inde *satiari ventrem eorum, & cùm habuerint quòd cupierunt, possidere non posse* [x]; ita vt repetita ab ipsis eorum anima, quæ parauerant, ad alios transeant [y], *nec tribuatur potestas, vt comedam ex eis; sed homo extraneus voret illa* [z].

Et electos Israël impediuit.] Hieronymus, *incurvauit.* Alij *succumbere fecit, humiliauit, deiecit, prostrauit, incuruare fecit, succidit*, חִכְרִיעַ *hachrihh.* Idem Hieronymus alibi [a], *præpedint.* Et Augustinus hoc loco, quia nõ est ἐκτείνει, sed συμποδίσει, explicat *compediuit.* Per *electos* exponunt vegetos, robustos, florem iuuenturis, iuuenes, quos Paraphrastes appellat עִלְמֵי *hhullemin*: Apollinarius, ἀρίστους, *optimos, & robustissimos.* Euthymius, & Nicephorus, *in bello strenuos, & selectos, vt in acie pra cæteris dimicarent*, ἐπιλέκτους εἰς τὸ πολεμεῖν. Nomen בָּחוּרִים *bachurim electos* significans, dicitur de iuuenibus, qui ad quoduis opus eliguntur, maximè ad bellum; nec ratò redditur ab Interprete per hanc ipsam vocem, *iuuenes.* In Cantico [b] Mosis *electos Principes* submersos, in mari rubro vocat Paraphrastes *electos fortes.* *Impediendi* verbo seu *compediendi*, & quasi pedes stringendi, aut incuruandi, συμποδίζειν & חִכְרִיעַ *hichrihh*, vel significatur solùm prohibitio, ne fas esset intrare terram promissionis, idque per mortem, vt placet Genebrardo; vel ne progredi possent vltra occupati circa cadauera innocentes, vt Bruno Carthusianus existimat; vel ratio quædã interfectionis describitur,

a supra.
b c. 20. 20.
Mors Dei quãdoque ira est ostensiua.
c 1. Cor. 11. 30.
d ser. de lapsi.
Certa hostia infausti exempla
e lib. 3. cap. 13. apud Surium 8. Nouemb.
Post Paschæ gaudia infirmi & mori solemus. Collect. dom. 2. post Pascha.
f 15. Mor. ca. 20. vel 22.
g 15. Mor. ca. 20. vel 22.
h ep. ad 35.

a versc. 30.

Affluentia prima causa humanæ miseriæ: potatio, prima formidinis.
b Gen. 3. 6.
c c. 9. 25.
d Iudith 13. 4.
e Luc. 16. 22.
f 3. Reg. 2. 24.
g Gen. 25. 34.
h c. 5. 22.
i Dan. 5. 2.
k Esther 7. 9.
Primus vitalis gula quàm gladius.
l Marci 6. 17.
m 3. Reg. 11. 11.
n Iob. 1. 4.
o Num. 11. 5.
p 2. Reg. 13. 29.
q Gen. 3. 6.
r Ps. 72. 7.
s 15. Mor. ca. 25. vel 33.
t Num. 18. toto.
u Iuc. 12. 5.
x Iob 20. 20
y Luc. 12. 20.
z Eccl. 6. 2.

a ep. 129. mihi 13.

b Exo. 15. 4.

tanquam fuccisis aut dissolutis pedibus, ciuibusque, vt sentit Agellius; vel ne ad malum velocitet ampliùs currerent, vt ait Hieronymus [a]. Non videtur ita congruere quod ait Hugo, impeditos electos peccatis aliorum, ne exaudirentur: vel adductos ad dubitandum de Deo, propter murmurantes alios, vt Mosem ipsum, & Aaronem. Traditur quoque primum à Dionysio, ac prius ab Augustino (qui etiam explicat bonos cum malis punitos, ac veluti captiuos factos, ad exemplum patientiæ,) secundum ab Aiguano. De morte subita, & exteriùs illata, oportet intelligere, quam liber Numerorum [b] *plagam* nominat *magnam nimis*, quia concitatus in populum furor Domini percussit eum. Vallesius [c] affirmat lethalibus morbis correptos fuisse, & indicat eiusmodi fuisse, quos malignitas carnium coturnicum auidiùs ac largiùs comestarum, pepererit; & se per vomitiones prodiderint ex nausea consecutas. Huic nauseæ, de qua in eodem libro [d], ita vt egrederetur etiam carnes per nares, addit Oleaster [e] dispersionem, ac iactationem carnium propriis manibus eorum qui in os indiderant, præ vehementi abominatione, idque insinuari vocabulo Hebræo זָרָה *Zara*; quod concedi potest, salua notione nauseæ, seu fastidij, nec non alienationis aut dispersionis, quæ vomendo fit. Pro *nausea* Græcè est χολέρα, quam definiunt morbum, in quo bilis vel excernitur, vel euomitur, aut perturbatio vētris immodica, bilem per vomitus & deiectiones excernentis ex continua ciborum eruditate, & adeò acutus morbus, vt quarto ad summum die finiatur. Eiusdem Symptomata dicuntur, præter vomitus & deiectiones bilis frequentissima, defectus animi, sudores exigui, sitis, pulsus vermiculantes, musculorum, manuum ac pedum, maximè verò suturarum contractio & tensio, effusio etiam viscerū, quas veteres χολάδας nominabant, vnde χολέρα videtur Trallianus [f] deriuare, etsi alij ἀπὸ τῆς χολῆς. Fauet Theodoretus [g], qui refert pro vocabulo χολέρα, vertisse Symmachum ἀπεψίαν, *cruditatem*, & quòd ἀδηφαγία esset *ad satietatem vsque*, ac *voracitas*, seu *edacitas* morbum attulit, & multis mortem, diuinitus illata plaga. Genebrardus existimat innui dictum morbum verbis psalmi 105. [h] *misit saturitatem in animas eorum*, id est, inquit, emaciantem morbum, quo quasi saturi abhorrebant ab omni esca, vnde sequitur tabes, nausea, cacochymia, atrophia, phthisis, hectica habitudo, ægritudo viscerum, quæ ἰσχὺς vocatur רָזוֹן *razon*, & ταρσμὸς; & illud Hebræum vocabulum per metathesim pro זָרָה *zara*, de quo egimus. Diligenter idem auctor in dictū psalmum 105. hoc explicat & probat. Addit nescio quis hoc loco (Bartholomæus Botta) quòd incoctas aut semicoctas carnes populus auidiùs vorauerit more lurconū, vt Scipionis, de quo Valerius, qui abdomine nimis auidè deuorato, statim absumptus est. Hæc sanè omnia non parum suadent huiusmodi morbo, quem descripsi in principio, extinctos intemperantes & perfidos Hebræos. Sed quoniā Deus ipse percussisse illos *plaga magna nimis* scribitur [i], propterea videretur alia præterea adiicienda dictæ plagæ extrinseca causa. Caietanus fatetur se nescire mortis genus, nec an tota illa populi multitudo ingēs quæ peccauit, occisa fuerit. Isidorus [k], Rupertus [l], Abulensis [m], arbitrantur incendio periisse, eidémque loco vbi accidit nomen inditum, *incensio concupiscentiæ* קִבְרוֹת הַתַּאֲוָה *Kibroth hattaauah*, & *sepulchra concupiscentiæ* [n], μνημεῖα τῆς ἐπιθυμίας. קִבְרוֹת הַתַּאֲוָה *Kiuroth hattaauah*, siue hoc secundum nomen Moses indiderit, siue Hebræi alij.

Isidorus eliciens tropologiam, ait, in loco, qui dictus est *sepulchra concupiscentiæ*, & erat tertiadecima mansio, & vbi populus fastidiens cœlestem panem, carnes Ægyptias desiderauit, multos subitò deuoratos ab incendio, monētque, si post perceptum angelicum manna quod est cœlestis vita, siue doctrina, rursùs carnes Ægyptias, quæ sunt carnales huius sæculi voluptates; & concupiscentias pristinorum morum voluerimus appetere, voraturos nos vsque ad nauseam, & statim Domini igne torquendos, desideriumque nostrum vertendū in tumulos, vt simus *sepulchra dealbata* [o], &c. Prior hæc dixerat Hieronymus [p], & Ambrosius [q]. Si concedamus ignem immissum etiam tunc, non tantùm quando prima murmurauerunt vice, dolentes pro labore, seu fatigatione [r], dicendum non fuisse penitus illos consumptos, quia non fuisset sepulchris opus, in quibus narrantur *sepulti qui deperierant* [s]. Sed nec existimo lentam tabem fuisse, sed celerem à Deo inflictam plagam, concurrente simul tamen repletionis nimiæ causa, vel ignis externi, vel alterius interioris morbi. Nam incertum valde duplex eidem loco nomen fuisse; immo cùm primū extrema tantum castrorum pars incensa, deinde populus *plaga magna nimis* percussis narretur, insinuatur locū diuertium fuisse, cùm etiam mensis ferè in medio intercesserit, & priorīs mansionis causa fuerit cōquestio de fatigatione itineris, posterioris murmuratio de manna. Quamuis Petrus Abbas Cellensis [t] confundere videatur, scribens post impetrationem desideriorum carnalium, castrorum peremptas extremitates.

Quod autem psal. [u] 104. dicitur *non fuisse in tribubus Hebræorum infirmum*, intelligitur non fuisse qui ex sexcētis virorū millibus, præter inferiores viginti annis, non esset alacer, expeditus, fortis ad iter conficiēdum pedibus, absque iumēto, quiue morbo aliquo laboraret. Sed non negatur postea propter ipsorum culpam permissos esse nonnullū experiri, communem simul plurimis, quo, diuina etiam accedente vltione, corriperentur, & interirent, vt accidit quoque in morsibus serpētum [x].

Obseruauit porrò Abulensis [y], à Iosepho [z] hæc & his alia similia prætermissa, vt quomodo quidā pro dolore itineris doluerint, ignisque extremam castrorum partem cremarit, &c. quia putabat cedere ad ignominiam gentis suæ; cum simile quid etiam præterea adorario vituli [aa], de qua ille nihil. Idem de Philone dicere potuit. Ad extremum notanda elegans & acuta paronomasia in vocabulis Hebraicis. Nam *concupiscentia* dicitur תַּאֲוָה *taauah*, quasi dicas *petitionem*, à שָׁאַל *saal*, *petere*. רָזוֹן *razon*, seu idem sit quod זָרָה *zara*, per metathesim, seu diuersum omnino ab illo, significat illum morbum τὸν πλησμονῆς, & χολέρας, qui vocatur Latinè psalmo 105. [bb] *fames ira*, & in libro Numerorum [cc] *nausea*, & opponitur veluti nomini רָצוֹן *razon*, quod valet *complacitum*, pro quo nimirum Deus effecerit, vt quod Hebræi petierant, & initio maximè ipsis placebat, postea summopere displicuerit, ac nausea, tædio, & grauissimo illo morbo affecerit, de quo egimus.

Sed ad mores facit, vt τὰ μνήματα sint ἐν μνήμῃ *monumenta*, *sepulchraque in memoria*, ma præsertim quando intemperantia te, ac ingluies petit. Turpe enim, & noxium valde com-

patare

[a] ep. 127. mansione 13.
[b] c. 11. 33.
[c] de sacra philol. c. 57.
[d] vers. 20.
[e] ibid.
Nausea Iudæam vtro inferunt, quali & quanta.
Χολέρα.
[f] lib. 7.
[g] ibid. q. 19.
Ἀδηφαγία.
[h] vers. 15.
[i] Num. 11. 33.
[k] in lib. Num. c. 8.
[l] lib. 1. in Num. c. 10.
[m] Num. 11. 4.
[n] vers. 34.
Tropologia.
[o] Matth. 23. 27.
[p] ep. 127. mansione 13.
[q] de fug. sæc. mansionib. in 11.
[r] Num. 11. 1.
[s] vers. 34.
[t] lib. de panibus c. 11. Bibl. Patrum.
[u] vers. 37.
[x] 1 Num. 21. 6. 1 Cor. 10. 9. Sapientiæ 16. Ieremiæ.
[y] Num. 11. q. vltima.
[z] 3. antiq. c. 1.
[aa] Exo. 32. 8.
Παρονομασία.
[bb] vers. 15. & c. 11. 20.

parate tibi ac veluti elaborate comedendo sepulchrum, & cum Basilio [a] teste, ieiunium sit vitiorum sepulchrum, vita virtutum, sepulchrum fabricare virtutum, vitam vitiorum. *Sepulchrū patens* est guloſi *guttur*, cuiuſmodi erat Philoxeni, de quo Phitophus [b], longius ſibi collo gruis optātis; nimius enim cibus corruptus in ſtomacho, morbos ac mortē gignit; & de mortui ſpina hominis creatur ſerpens, vt ex Pythagora Ouidioq; prodit Iſidorus [c], dicens id, ſi creditur, meritò euenire, vt ſicut per ſerpentē mors hominis (cùm tenta it de intemperantia, ita per hominis mortē ſerpens exiſtat. Gregorius [d] docet, dum venter non reſtringitur, per carnis concupiſcentiam ſimul cunctas virtutes obtui. Rogas, inquit Ambroſius [e], ad iucunditatem, cogis ad mortem: incitas ad prandium, effertur vis ad ſepulchrum: cibos promittis, tormenta irrogas. Item electos impedire ait Hugo, cum mali Prælati permittuntur ligari *funibus peccatorum* [f], & *a ſpiritu* malo *in alis* [g], ac tandem *manibus pedibusq; ligati mittantur in tenebras exteriores* [h]: vel quilibet boni & à Deo electi propter peccata populi impediantur, ne promoueantur & eligantur in Magiſtratus; cùm electi mundi Principes multi ſint, ſed ſubmergendi [i], tamquam cibus electus Dæmonum [k], & cum quibus cauenda *communicatio* [l]. Creditus Hieronymus explicat, carne & ſanguine Chriſti refectis, ſi declinant ad vitia, iudicium imminere [m]. electos autem impediri, ſi ipſi quoque Sacerdotes non innocenter hæc Sacramenta percipiant. Totum item locum Bruno Carthuſianus per allegoriam declarat de Euchariſtia.

a orat. 2. de ieiunio. *Ieiunium, vitiorum ſepulchrum.*

b 3. eth. c. 10. *De mortui ſpina nonnulla ſerpentes creari. & quam mirum ſi id creditur.*

c lib. 12. etym. c. 4. *Certa cum intemperantia quæ ſit noxia.*

d lib. 5. moral. c. 19. vel 20. e de ieiunio. c. 14

f Iſai. 58. 6. g Oſea 9. 17

h Matth. 22. 13.

i Sap. 10. 4. k Habac. 1. 16. l 1. pet. 4. 4.

m 1. Cor. 11. 29.

Allegoria.

Verſ. 32.] Ih omnibus his peccauerunt adhuc, & non crediderunt in mirabilibus eius.

NEc beneficia nec ſupplicia, efficere ac obtinere ab ingrato & perfido populo potuerūt vt à peccando deſiſterent. Nam poſt adeò multa magnáque mirabilia, & poſt vltam carnium concupiſcentiam, quæ ſciricet omnia fortuito & caſu contingere putabant, inquit Euthimius, in ſimile prolapſi ſunt incredulitatis vitiū, nolentes adhuc credere poſſe ſe iuxta diuinam promiſſionē adeò inſignibus documentis confirmatam & compobatam, in terrā promiſſionis intrare, cum illi terrę deſcribendę audiuiſſent, qui ex ea reuerterant exploratores; ſed ipſi reuerti voluerunt in Ægyptum, conſtituto ſibi nouo duce, ita vt Moſes & Aaron hoc audito, *ceciderunt proni in terram coram omni multitudine filiorum Iſrael* [n], ſtrantes vero ad pergendum Ioſue, & Caleb lapidibus opprimere voluerint. Similes illis Iudæi ſub Chriſto, *qui cùm tot ſigna feciſſet coram eis, non credebant in eum* [o]. Vtriuſque communis cauſa propterea non potuiſſe credere, quia Deus *excæcauit oculos eorum, & induravit cor eorum* [p], hoc eſt, quoniam, vt Auguſt. declarat, noluerunt credere. Deus verò malā eorum voluntatem præuidit, & per prophetā prænunciauit, ſed non fecit; & meruit eorumdē mala voluntas, & ſuperbientis voluntatis audacia, vt excæcarentur & indurarentur, Deo deſerente, non faciente, & quādiu talia ſapiebant, ſecundùm prauā illam voluntatem, credere non poterant. Verùm de hoc alibi. Beneficium diuinæ gratiæ eſt alieno ſapere malo, conſpectuſque altorum ſapplicii, fidem ac timorem ſalutarem cōcipere. De eodem Hebræo populo conquerebatur Eſaias [q], *cùm*

n Num. 14. 5. & ſeq. & 16. 22. & ſeq.

o Ioan. 12. 37

p 1. id. 40. ex Iſa. 6. 9.

Aliter malo ſapere, conſpectum & timor gratiæ.

q c. 9. 12. 13.

A *diuinus furor non auerteretur ab eo; ſed adhuc manus eius extenta, non eſſe reuerſum ad percutiendum ſe & Dominum exercituum non inquiſiſſe*: & Deus ipſe apud Ieremiam [a], *frustra*, inquit, *percuſſi filios veſtros, diſciplinam non receperunt*, & Ieremias [b], *percuſſiſti eos, & non doluerunt, attriuiſti eos, & renuerunt accipere diſciplinam*: & Ezech. [c] *multo labore ſudatum eſt & non exiuit de ea nimia rubigo eius, neque per ignem.*

a Iere. 2. 30.

b c. 5. 3.

c c. 4. 12.

In omnibus his peccauerunt adhuc.] Hieronymus, *vltra*. Ad verbum, *cum omni hoc*, quod vulgaribus linguis dicunt, *con tutto cio con todo eſſo*, *auec tout cela*, &c. id eſt, nihilominus, ſuper hæc, vel inter hæc omnia. Apollinarius, ἀλλ' ὅμως. *Sed enim*. Dici ſolet etiam vulgo, *non obſtantibus omnibus iſtis.*

Et non crediderunt in mirabilibus eius.] Hieronym. omiſit propoſitionem, ſine qua oratio Latina clarior eſt, quamuis in Hebræo textu ſit, & occurrat etiam aliquando Latinè in ſimili phraſi, vt [d], *qui credit in Domino, miſericordiam diligit*: & ſuprà in hoc ipſo pſalmo [e], Hieronymus quoque vertit, *non creditderunt in Deo.*

B

d prou. 14. 22.

e verſ. 22.

Verſ. 33.] Et defecerunt in vanitate dies eorum: & anni eorum cum feſtinatione.

PRopter impœnitentiam, & perſeuerantiam contumacem in perfidia, inobedientia, murmuratione, ſimilibúſque peccatis alijs, ait, infelicem populum iſtum, de Ægypto adeò mirabiliter eductum, ac beneficijs tam multis ac magnis affectum, orioſè in deſerto vitam traduxiſſe per annos quadraginta, nullo præclaro edito facinore: ſed in eodem pereundo veluti in momento, non eſſe permiſſum ingredi promiſſionis terrā; ita vt fruſtra ac ſine cauſa cenſeri potuerit egreſſus de Ægypto, quò fruſtra etiam, & abſque fructu, & effectu regredi voluerunt atque tentauerūt. Prius hunc Hebræorum pertinacium conatum retuli, cùm ſibi nouum conſtituere ducem decreuerunt ad reuertendum [f]: Iaſſit autem Deus illis renunciari per Moyſen [g], *Viuo ego, ait Dominus, ſicut locuti eſtis* [h] *audiente me, ſic faciam vobis. In ſolitudine hac iacebunt cadauera veſtra. Omnes qui numerati eſtis a viginti annis & ſuprà, & murmuraſtis contra me, non intrabitis terram, ſuper quam leuauit manum meam, vt habitare vos facerem, præter Caleb filium Iephone, & Ioſue filium Nun. Paruulos autem veſtros, de quibus dixiſtis, quòd præda hoſtibus futuri, introducam, vt videant terram, quæ vobis diſplicuit. Veſtra cadauera iacebunt in ſolitudine. Filij veſtri erunt vagi in deſerto annis quadraginta, & portabunt fornicationem veſtram* (luent pœnas tam longa peregrinatione rebellionis veſtræ) *donec conſummentur cadauera patrum in deſerto: iuxta numerum quadraginta dierum, quibus conſideraſtis terram, annus pro die imputabitur: Et quadraginta annis recipietis iniquitates veſtras, & ſcietis vltionem meam, quoniam ſicut locutus ſum, ita faciam omni multitudini huic peſſimæ, quæ conſurrexit aduerſum me: in ſolitudine hac deficient & morientur.* Subditur eodem loco [k] ita vt dictum eſt: populum, cùm recitata audiuiſſet, *luxit nimis* [l]: nihilominus voluiſſe poſtea aſcendere ad terram promiſſam, quamuis Moyſes deterreret ne faceret, & ab Amalecite, & à Chananæo partim percuſſum atque conciſum, partim fugatum [m]. Recenſentur eodem in Deuteronomio [n]: Præterea in Pſalmo 105. 9 eſt, quod *pro nihilo habuerant terram deſiderabilem, neque crediderunt verbo Domini*, ſed *murmurauerunt, & non exaudierunt vocem ipſius*; & Dominus

C

f Num. 14. 4.

g verſ. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35.

h verſ. 3.

D

E

k Num. 14. 35. 37. 38.

l verſ. 39.

m verſ. 40. & ſeq.

n c. 1. 32. & ſeq. verſ. 24. 25. 26.

elevauit manum suam super eos, vt prosterneret eos in in deserto. Item Paulus [a] *vrfensum* scribit Deum fuisse *quadraginta annis, illis qui peccauerunt, quorum cadauera prostrata sunt in deserto, & iurasse non introituros in requiem ipsius illos, qui incredduli erant.* Et videmus, ait, quia non potuerunt introire propter incredulitatem. Iudas [b] denique redigit in memoriam, *quòd Iesus populum de terra Ægypti saluans* ille ipse qui homo postea factus est, verus Deus, *secundo eos, qui non crediderunt, perdidit.*

Et defecerunt in vanitate dies eorum.] Hieronymus, *& consumpsit* הֶבֶל *vaichal.* Exponi quippe potest particula *&*, pro, ideo, quare, &c. Apud Hugonem notatur alia lectio *veruntamen*, exponitque *&* per, propter hoc. Consumpsisse autem intelligit Deum, delendo populũ in deserto, prout antea recitauimus. *Deficere* autem, vel *consumi dies in vanitate*, aut, vt est in Illyrico psalterio *contabescere*. est, vt dicebam, frustra, sine fructu, sine effectu. Potest etiã significare otium, ac instar fumi, seu flatus; vulgo, *in vnsssio*: Thalmudici namque, הֶבֶל *heuel vanitatis* nomen pro flatu oris vsurpant: Sic in alio psalmo [c], *homo vanitati similis* dicebatur, quia *dies eius sicut vmbra pretereunt*: rursus in altero [d], *sicut deficit fumus, deficiant*: tandem *accipere in vanitate Ciuitates* [e], est, frustra, ita vt non possint retineri, sed inde pellantur, qui acceperint, vel etiam occidãtur. Græci exponunt vanitatem illam, ἀπραξίαν καλὴν, quòd nullum opus honestum agerent, sed studiis vanis intenti essent, atque carnales concupiscentias consectarentur. Attribuendo corruptionem dierum Deo, sensus esset, quòd in vanitate consumpsit dies eorum, id est, propter dictã istam vanitatem, & infidelitatem, vt obseruauit Titelmanus: Sed prior melior sensus. Transfert Hugo ad eos præsertim Clericos, qui totam vitã expendũt in vanis scientiis, & in *superuacuis rebus seruantur multiplicuer* [f], & *in vanitate detinere sinunt sensus suos* [g], & *diligunt vanitatem, quærunt, mendacium* [h].

Et anni eorum cum festinatione.] Hieronymus, *velociter.* Chaldaicè, *in obstupefactione* בְּבִיהָלָה *bebihalah* Hebraea בְּבַהֲלָה *babbehalah* vertunt alij *in terrore, perturbatione, tumultu* siue *tumultuarie, festinanter, cito, subito, velociter.* Græcè εἰς συντέλειαν quod Nicephorus, ἀς Euthymius explicant τὸ πάντως τὸν θάνατον *velocitatem mortis.* Festinatur tota vita, inquit Augustinus, mortalium, & quæ prolixior videtur, vapor est aliquanto diuturnior. Breuitas hæc alibi sæpè describitur in diuinis & profanis litteris, nec semel à nobis variis in locis tractata. Qui terrentur, trepidant, turbantur, tremunt, dilabuntur, fugiunt, festinant. Euthymius autẽ adhuc exponit quòd ille populus defecerit citò ad vana: vel quòd ob leuitatẽ, quam secum affert voluptas, anni celeriter iis omnibus pertransire videntur, qui ociosè ac negligenter viuunt; iis namque qui per virtutem operantur, ob laboris intensionem, tardiorem videri annorum decursum. Placet magis prior sensus. Solet id etiam dici fieri tumultuariè, quod celeriter fit, citóque dispert, & repentinus interitus ac subitus horrore quodam percellit, atque obstupefacit: quæ sunt illæ omnes notiones vocabuli בהלה *behalah.* Iterum vertit Interpres pro velocitate [i], & pro terroribus [k]. Multorum festinata mors Hebræorum in deserto est per ignem, serpentinos morsus, absorptionem terræ, ita vt dici possint non dimidiasse dies suos.

Vers. 34.] Cum occideret eos, quærebant eum, & reuertebantur, & diluculo vigilabant ad eum.

Vers. 35.] Et rememorati sunt quia Deus adiutor est eorum, & Deus excelsus redemptor eorum est.

Vers. 36.] Et dilexerunt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei.

Vers. 37.] Cor autem eorum non erat rectum cum eo, nec fideles habiti sunt in testamento eius.

DOcet quod priùs dixerat, adiecisse Hebræos peccata peccatis, & cum viderentur tantisper resipiscere, & conuerti, tamen mox redisse ad ingenium, moresque pristinos. Nam quoties, inquit, percutiebat eos Deus, tanquam sub flagris pueri, veniam & misericordiam implorabant, atque meliorem frugem & emendationem promittebant; vel etiam sicut bestiæ verberibus compressi, resilirebant aliquantulum; & per id tempus, quo vigens aut recens adhuc erat plaga, valdè solliciti summo mane ad vota precesque currebant: tunc etiam reuocabant in memoriam vetera beneficia, & auxilia liberatoris, ac redemptoris Dei, quæ facilè sibi priùs elabi sinebant de memoria, cùm nulla monerentur tribulatione. Vnde planè perspicitur, eos non seriò, & ex animo dilexisse, vel reuertitos esse, atque laudibus Deum celebrauisse, & gratias egisse pro prioribus beneficiis, quando compulsi noua tribulatione, alia denuo flagitabant, sed linguis mentitos esse, & fictè obedientiam promisisse, cor sincerum erga illum non habuisse, pactum quod olim pepigerant cum ipso, bona fide non pepigisse, cum tam sæpe postea, nullóque negotio, aut leui admodum de causa violauerint.

Cum occideret eos, quærebant eum, &c.] Hieronymus, *si occidebat*, &c. & alibi [a], *cum interficeret illos, tunc quærebant eum.* In psalterio Romano & apud Cassiodorum, *tunc inquirebant eum.* in Gallicano, *tunc quærebant eum*: in Illyrico, *tunc exquisierunt*: in Arabico, *tunc perierunt.* Tractat Lactantius [b] egregiè quo pacto Deus ex memoria hominum elabatur, cum beneficia eius fiuẽtes honorem dare diuinæ indulgentiæ deberent, ñ qua verò necessitas grauis premeret, tum Deo recordentur, nec vmquam Dei meminerint, nisi dum in malis sunt.

Recitat etiam ex Caronis oratione Gellius [c], quòd aduersæ res domant homines, & docent quid facto opus sit. Quod longe melior auctor scripsit, *tantummodo solam vexationem intellectum dare auditui* [d]: *& in angustia requisitum Deum, & in tribulatione murmuris doctrinam eis vexatis fuisse* [e]. Gregorius [f], reproborum ait esse, tormentorum tantùm metu commoueri, & penè per illorum cogitationem feruere, ac infructuosæ pœnitentiæ fe ignibus flammare. Exemplum profert Balaam, qui de se loquens dicebat [g], quòd *cùm caderet, aperirentur oculi illius.* Videntur Hebræi cum aliis hoc etiam vitium in Ægypto imbibisse simulatæ pœnitentiæ, quam toties Pharao plagis percussus demonstrauit. Etiam Diabolus, qui per Pharaonem dicebat, *nescio* [h] *Dominum*

& Israel

[a] Hebr. 3.17. 18.19.
[b] epist. vers. 5.
[c] psal. 143.4.
[d] psal. 67.3.
[e] ps. 138.20.
[f] Eccl. 1.34.
[g] ib. vers. 26.
[h] ps. 9.1.
[i] Esa. 65.23.
[k] Ierem. 15.8.
[a] in Esa. c. 29.
[b] a. iustit. c. 2.
[c] lib. 7. c. 3.
[d] Esa. 28.19.
[e] c. 26.16.
[f] moral. c. 11. vel 13. & lib. 15. ca. 22. vel 21. *Reproborum spiritus tormentorum vastatione mentem mouet.*
[g] Num. 24.4. & Iosud. 5.21.

& Israel non dimittam, verberatus id emendauit, inquit Origenes [a], dicens [b], *Scimus te quis sis, tu es filius Dei viui.* Aliud expressum est in Ieroboam [c], quod explicat Augustinus [d]; item in Antiocho [e], & alijs; & Iudæis quibusdam dixit Christus [f], quod ipsum *quærebant, quia manducauerant ex panibus, & saturati erant.* Hinc tamen tribulationis colligit vtilitatem Chrysostomus g. Alij, falsem accommodationis sensu, accipiunt hunc locum, qui in mortis articulo conuertuntur. Magna peruersitas ac temeritas in id tempus differre. Christiani esse ait Chrysostomus [h] aduersus concupiscentias carnis semper in acie stare, & leges Domini nostri nobis datas semper in auribus sonare, & his muniri, & illius longanimitate nō abuti, & non expectare, vt re ipsa in nos illius periculum faciamus, & tunc coërceamur, vt ne & de nobis dicatur, *quando occidebat eos, tunc quærebant eum.* Monet præterea [i] & occasione huius ipsius sententiæ, & crebro Iudæorum exemplo qui excitati tribulatione aliqua, videbantur Dei meminisse, mox obliuisci ea transacta, illud magnam laudem non meteri, cum scilicet non aliter quis virtutem ac Deum colit, quoniam vel lapideum cor ea ratione permoueri solet. Similitudinem etiam profert ex equo, qui tunc laudatur maximè, quando sine vlla habenarum vi pro nutu competitur. Quod attinet ad Hebræos, non illos ipsos, qui occidebantur, intelligere debemus, sed alios occisorum territos exemplo, ne occiderentur, vt Augustinus, Cassiodorus, & alij monent; sic autem de illis scripturam loqui tanquam hi Deum quærerent qui occidebantur; quia vnus populus erat, & tanquam de vno corpore dicitur, *& reuertebantur, & diluculo veniebant ad Deum.* Postquam seditiosorum & rebellium aliquot millia extincta sunt [k], cæteri agnouerunt diuini vim iudicij [l]; falsi sunt etiam se peccauisse, auditis minis, quòd propter detractionem contra terram promissam, non essent in eam intraturi, & quidam *mane consurgendo* [m]: item post morsus serpentum simul cum confessione peccati quòd murmurassent contra Dominum, & Mosem, perierunt à Mose, vt oraret *serpentes tolli* [n]. Possemus tamen etiam interpretari, *eum* Deus *occideret*, id est, occidere inciperet, percutiendo tunc nondum mortuos, sed lethaliter perculsos, recurrisse ad Deum. Exemplum nunc attuli de perculsis a serpentibus. Sic fortassis intelligi queat quod in libro Sapientiæ [o] scribitur, *Iracundiarum & insperatum morsus Ægyptios occidisse*, id est, vehementer cruciasse, nam etiam ab illis animalculis interfectos esse non constat.

Et reuertebantur.] Hieronymus, & Cassiodorus, atque psalterium Romanum, & Gallicanum *conuertebantur.* Arnobius, *conuertentes* nempe se, *diluculo veniebant ad eum.* Idem est *reuerti ad Deum, & conuerti ad illum*, ἐπιστρέφειν, & שוב *schub.* Chaldaicè additur vnum verbum *in tempore quo interficiebat eos, illi respiscebant* תֵּיבִין *thaienin, & quærebant eum, ac reuertebantur*: quamuis paulo aliter habeat textus Nebiensis.

Et diluculo veniebant ad eum.] Hieronymus, & *diluculo consurgebant ad Deum.* In Illyrico psalterio, *concurrebant*, in Romano, & Gallicano, & apud Cassiodorum connectione postposita, *ante lucem, & veniebant ad eum.* Propriè significat שָׁחַר *sciachar* & ὀρθρίζειν, idem ac si diceres, *manicare*, vt Gellius [p] loquitur, ac Interpres noster [q], & αὐτοσχεδιάζειν, *ad auroram surgere, & summo mane*: & in proposito seu ad precem seu ad sacrificium matutinum: vel per translationem summo desiderio ac studio quærere & implorare; quoniam qui quidpiam statim ac diluxit, quærit, non segniter, sed diligenter facit. Quare quod Cassiodorus obtenderat, prius in luce rogare, impium ante lucem, (si enim legere dixi) iuxta illud, *vanum est vobis ante lucem surgere*, nullo nititur fundamento, sed per solam accommodationem ferri potest. De hac dicendi formula egimus alibi, ostendentes idem valere quod illicò, confestim, quamprimùm: sicut cum dicuntur *in matutino interficiebam peccatores terræ* [b]. fortassis posset hic indicari, quod antea retuli, *mane primo surgentes filios Israel ascendisse verticem montis, atque dixisse* pœnitentia quadam ductos præcedentis murmuris & detractionis aduersus terram promissam; *parati sumus ascendere ad locum, de quo Dominus locutus est, quia peccauimus* [c]. Qui ipsa in re peccabant, iam volentes progredi, & ingredi contra sententiam, & voluntatem prohibentis Dei [d]. Similis huic in Osea [e] locus; *in tribulatione sua mane consurgent ad me: venite & reuertamur ad Dominum.* Potest hinc effici, vtilem esse timorem etiam pœnarum & seruilem, dummodo seruiliter non suscipiatur. Idem probatur ex alio psalmo [f], *imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine*: & [g], *multiplicata sunt infirmitates eorum, postea acceleraverunt.* Quandoque dicto Hebræo verbo, aut alio חָשַׁם *haschem*, significatur frequentatio in re quapiam diligenter inuestiganda.

Et rememorati sunt, quia Deus adiutor eorum est, & Deus excelsus redemptor eorum est.] Hieronymus, in præterito imperfecto, *recordabantur*: & pro *adiutore*, *fortitudinem* vsurpat, quod Hebraicè hic dicitur צוּר *tsur*, & significat *rupem* quoque: Symmachus pro vltimis verbis ὑπὲρ αὐτῶν ἐπολέμησεν *pugnauit pro ipsis.* Alia psalteria Latina, & Cassiodorus, *liberator.* Arnobius, *protector.* Confunduntur crebrò hæ ac aliæ voces, cùm alioqui *redimere* respectum dicat ad mala præsentia; *adiuuare, protegere, saluare*, sit præseruare à futuris. Recordabantur in afflictione constituti, quorum in prosperitate obliuiscebantur, vt hoc ipso psalmo prius dictum est [h]. *Recordari* nonnunquā est verbis commemorare, etiam non oblita. Sed non ita facit ad rem, nunc acceptio ista, vt prior, quam negare Agellius merito non potest. Scire nostrum Plato existimauit esse reminisci ac redire in memoriam eorum, quorum animus vt primùm in corpus descendit, oblitus est. facit ac inducit multo vetus obliuionem beneficiorum diuinorum crassa carnis voluptas & prosperitas, sicut olim pinceruam Pharaonis [i], & *incrassatum* ac *recalcitrantem populum* [k]. Si cum beneficio veteri non colludis rependenda gratia, cessat beneficij vicissitudo, vt philosophatum Seneca [l] testatur Chrysippum; & cadit non mittentis tantùm vitio, sed etiam accipientis. Vtitur Plutarchus [m] eadem similitudine.

Et dilexerunt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei.] Hieronymus, in primo membro, *lactauerunt*: & notat [n] quosdam corrupte legisse in altero cum accusatiuo *auerr.* Alij, *blandiri sunt.* Hoc tibi vult Hebræum verbum cum affixo יְפַתּוּהוּ *vephatthuhu*, siue *deceperunt eum, suaserunt ei, fefellerunt.* Sic etiam in Prouerbijs [o]: *seruabit eum a viro peregrino, & ab extranea quæ mollit verba sua* יַפְתָּה *vephatthe.* Et alibi [p] reddit pro *lenire, decipere, seducere.* In libro Iudicum [r] pro verbo *blandiendi.* Psalterium Illyricum habet hoc

a hom. 3. in Ieremiam.
b Act. 3. 29.
c 1 Reg. 13. 1. 33.
d Serm. 88. de tempore, & 1. Machab. 3. toto.
e Iuuen. 6. 26.
f hom. 3. in Ioan. ad Heb. & lib. 1. de prouid.
g hom. 3. in Genesim.
h Aduersus concupiscentias carnis semper in acie standum.
i hom. 4. de pœnit.
k Num. 16. toto. Ier. 17. 12. 13.
l Num. 14. 40.
m Num. 21. 7.
n Sap. 16. 9.
o Prou. 29. 5. Luc. 21. 38.
A
B
C
D
E
p Gell. lib. 1. c. 29.
q Luc. 21. 38.
a pſ. 2. 6. 12.
b pſ. 100. 8.
c Num. 14. 40.
d vers. 41. & seq. e c. 6. 1.
f pſ. 82. 17.
g pſ. 15. 4.
h vers. 11. Recordati, dum magna, præsertim eiusmodi, tribuit Deus non oblita.
i Gen. 40. 23.
k Deut. 32. 15.
l l. 2. de benef. c. 17.
m de Socr. dæmone.
n epist. 125.
o c. 1. 10.
p c. 14. 15.

loco, *osculati sunt eum in labiis suis.* Fortassis propter veterem ritum orandi, adducta ad osculum propria manu, reuerentiæ causa: quem nunc nonnullæ nationes consalutando sese, obseruant, ac profitentur se aliorum pſculari manus, vt alibi notauimus [a] ex Plinio [b], & aliis, quos etiam colligit Pineda noster ad illud Iob [c], *si osculatus sum manum meam ore meo*, & Cuiacius [d], Muretus [e], Claudius de Sainctes [f], Pithæus [g], Iacobus Durantius [h], Ioannes Stephanus Durantus [i], Iustus Lipsius [k], & alij. *Labiis honorabat Deum populus ille, sed cor longè erat ab ipso* [l], omnia quæcumque præciperet Moyses, & diceret Deus, promittebant se facturos [m], minimè autem præstabant. Diximus psalmo 65.[n] ad ea verba, *in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui*, sæpe qui redigantur inuiti in aliorum potestatem fictè ac mendaciter offerre obsequia sua, subijcere se, atque supplicare. Conuenit id etiam præsenti loco, latissque commodè ab Apollinario locus hic totus expressus est:

εἰ δὲ ἀφ' ἑαυτῶν ἀποζενίσεις ἀεὶ χάλικαν ἄκρεις
γλώσσης ψεῦδος Ψαλμὸς ἀεικίζμασι κοπίλλαντες.
Ipsi vero cum exsecundi exercent suis labiis extremis,
Linguæ falsiloqua blandimentis garrientes.

Non assentior Agellio, legendum apud Lxx. non ἠγάπησαν, *dilexerunt*, sed ἠπάτησαν, *deceperunt.* Nam aduersatiua particula versus sequentis, *cor autem eorum non erat rectum cum eo*, &c. innuit antithesim, vt cum dilexisse fictis verbis, & *lingua* illi *mentis* significentur, cum quo *cor rectum non habebant*, nec ipsi *fideles erant.* Denique blanditiæ, quas dixi, verbo פתה *pathah* significari, cùm oré & lingua fiunt, fictam illam dilectionem indicant: quod Ioannes [o] dicit esse *diligere verbo, & lingua, non opere, & veritate.*

Cor autem eorum non erat rectum cum eo.] Hieronymus, *firmum.* נכון *nachon* vtrumque significat, & quod firmum est solet etiam esse rectum. *Corda* numero plurali habet Arabicum psalterium. Sententia similis præcessit octauo versu; *generatio quæ non direxit cor suum, & non est creditus cum Deo spiritus eius.* Hoc est non recte ambulare, non coram Deo, non corde perfecto, non esse perfectum, non dirigi cum Deo, non placere, & non gratum esse Deo.

Nec fideles habiti sunt in testamento eius.] Hieronymus, *nec permanserunt in pacto eius.* Alij, *nec fideles fuerunt in pacto eius; neque fidem fœderis eius seruauerunt; nec perstiterunt bona fide in pacto quod pepigerant cum illo.* in Latinis psalteriis, Romano, & Gallicano, & apud Cassiodorum, *nec fides habita est eius in testamento eius*; apud Arnobium, *nec fides habita est testimonio eius.* In Arabico psalterio, *nec credidêrunt testamento eius.* In Illyrico, *neque fidem tenuerunt in fœdere eius.* Apollinarius:

ἀλλ' οὐκ ἔσχον ἐν ὁρκίοις συμφωνίας ἕνεκα τίσεως·
Neque in fœdere suo vnanimem fidem (ἕνεκον, *habuerunt.*)

Mutuus est contractus in pacto, propterèaque dici potest tum Dei, tum aliorum, quibuscum fit: & qui non stant pacto, censeri possunt non stare tum suo, tum Dei. Quomodo *fidelem* fore domum Dauid promittitur, & *regnum eius esse in æternum* [p], ita vt fidelis idem sit ac firma, permanensque; sic *non esse fidelem in testamento*, potest significare, non esse in eo firmum & constantem. Continet porro pactum, fœdus, testamentum, illa omnia quæ dixi versu 10. vbi alius huic sententia est, *non custodierunt testamentum Dei*; vt deliceat inter cætera, minas, præcepta promissa. Inuersus octaui verbis, *non est creditus cum Deo spiritus eius.* est idem Hebræum, & Græcum cum paſſim vocis, quod hoc loco נאמן *neeman*, & πιστὸς *pistos.* Consule locum illic. Rectè auctor [q] Ecclesiastici de fidelitate in mandatis diuinis seruandis, *si volueris mandata seruare, conseruabunt te, & in perpetuum fidem placitam facere*, hoc enim est mandata seruare, semper Deo gratam & placitam fidelitatem præstare, & vicissim seruanti mandata fidelis erit Deus in præstandis promissis. Hoc loco Nebiensis testatur velle Hebræos libri illius dimidium exactè esse siue versuum eo contentorum, sicut & quænam foret media inter litteras omnes legis notauerunt. In quibusdam Bibliis hic reperio scriptum חצי הספר *chetsi ha Sepher, dimidium libri.* Genebrardus, & Titelmanus in fine versus 36. vt nos numeramus, quem ipsi 41. aiunt constitui hic medium ab Hebræis, qui hactenus numerauerint 1263. tòrque asserant reliquos esse. Meritò Nebiensis, ac Titelmanus diligentiam istam nominant superstitionem: & diuidendi ratio, vt iam dixi, incerta est.

Vers. 38.] Ipse autem est misericors, & propitius fiet peccatis eorum, & non disperdet eos.

Et abundauit vt auerteret iram suam: & non accendit omnem iram suam.

Vers. 39.] Et recordatus est quia caro sunt; Spiritus vadens, & non rediens.

HEbræi populi exaggerat improbitatem ex oppolita collatione cum diuina erga illum etiam toties admonitum pœnis, misericordia, nõ solùm prouocatum beneficiis. Nam quamuis, inquit, talis esset populus ille, qualem descripsi, & paulisper intermittens peccandi cursum, rediret mox ad ingenium, Deus tamen etiam, cuius *alienum ac peregrinum ab eo opus est* punire [b], non poterat intra sibi misericordiæ obliuiscitur, aut diutius *continere illam iram* [c], sed breui reuertens ad eam, propitius fiebat peccatis populi sui, nec valuit quodammodo delere penitus, cui bene volebat, etiamsi meteretur. Tanto multus in eo fuit, ac veluti studuit, operámque dedit, vt commeritam ab illo vltionem auerteret, & iustissimam alioquin iram suam mitigaret, & indignationem, nec quantam exigere ratio videbatur, & ingentia eius scelera, indignatione atque furore cõtra ipsum inflammaretur, sed multum remitteret de illa. Quæ ipsa tamen in re spectauit Deus conditionem infirmitatis humanæ, quoniam non est homo simplex, spiritualisque substantia, sed carnis mole circumdatus est, in qua existit seminarium stolidarum cogitationum, & cupiditatum brutalium: altera vero pars eius, spiritus quidem est, sed quem prior pars facile ad malam propellat & præcipitet, vnde sese expedire, ac in virtutis redire semitam, & amissum spiritum seu gratiam per peccatum, propriis viribus nequit, & postquam exierit de carne, ita de illo actum est, vt neque denuò reuerti ad eam naturam queat valeat, nec amplius ei, si sit damnatus, ad resipiscendum in omnem æternitatem opportunitas concedatur, interim lenitate naturali *non tam ei*

eo in

---

[a] in psal. 2. 12. [b] lib. 28. c. 2. [c] c. 31. 27. [d] lib. 10. observationum. c. 10. [e] Var. lect. c. 1. [f] de ritib. eccles. c. 1. [g] Elect. c. 6. [h] Elect. c. 31. [i] Statuta 5. & in Rosar. 4. 3. q. vers. 3.

Ritus orandi ritus.

[l] Agellius improbat lectionem.

[o] 1. ep. 3. 18.

[p] 2. Reg. 7. 15.

[a] c. 25. 16.

Dimidium libri ſtimus finis versuum [illegible] numerauerunt.

[b] Esa. 28. 21.

[c] psal. 102.

Infirmitas humana condonatur.

eodem ſtatu permaneas [a], ſed vento ſimilis, huc illuc agitetur & euaneſcat. Id alio in pſalmo [b] aliter dicitur, quòd *ſpiritus pertranſibit in homine & non ſubſiſtet, & non cognoſcet amplius locum ſuum.* Sed & idem adhuc pſalmus [c] eamdem continet cauſam diuinæ erga nos miſericordiæ, quia ſe gerit tanquam erga filios, *noſcens figmentum noſtrum, & quoniam puluis ſumus, & dies noſtri ſicut fœnum, ſicque.* Eádem ratio & cauſa reddi ſolet, cur hominis potiùs, Dei filius aſſumere naturam dignatus ſit, quàm Angeli. Verùm quæ hic perſtricta ſunt, teorſim deinceps magis perpendenda.

Ipſe autē eſt miſericors, & propitius, &c.] Hieronymus, omiſſa coniunctione, & verbo ſubſtantiuo, *ipſe verò miſericors propitiabitur iniquitati*, &c. Poſuit etiam, *verò*, pro, &, quod in principio extat Hebraice ו. Videtur ſententia tota ex Deuteronomio [d] petita. *Quia Deus miſericors Dominus Deus tuus eſt, non dimittet te, nec omnino delebit, neque obliuiſcetur pacti, in quo iurauit patribus tuis.* Hæc tamen vltima ratio magis propria eſt Hebræis; aliæ communes cunctis hominibus. Aliquoties vidimus quo modo ſit Deo *miſericordia* magis proprium attributum, etiamſi alia omnia in eodem ſint æqualia, quia infinita, & ipſiſſimus Deus. Hugo attendit miſericordiam habitualem in Deo, cùm vocatur *miſericors*; actualem, cùm dicitur quòd *propitius* ſit peccatis, & alium effectum, quòd non diſperdit: duos hos effectus innui ab ipſomet Deo apud Eſaiam [e], vbi repetendo, dicit, *Ego ſum, ego ſum, qui deleo iniquitates tuas*; & veluti miſericordiæ habitum in proximè ſequentibus verbis, *propter me.*

Et propitius fiet peccatis eorum.] Hebraicè numero ſingulari יְכַפֵּר *bhaon*, abſque pronomine, quod tamen etiam expreſſit Paraphraſtes יְכַפֶּרְנָהִי *bhauathebon*. futurum tempus loco præteriti eſt, quod etiam præteritum ſequentibus verbis exprimitur. Caſſiodorus autem habet (*ſit*) in præſenti: & permixtio iſta temporum indicat ſolemne vſitatumque miſereri, Deo eſſe. Arabicum pſalterium *dimittere peccata*, Illyricum, *purificare* dicit.

Et non diſperdet eos.] Additum eſt quoque pronomen, quod omiſit etiam pſalterium Gallicanum, & monet Hieronymus [f], ne ſententia penderet, Latinum ſermonem *ſua* proprietate completum fuiſſe. Arnobius videtur legiſſe, *diſperdidit*, qui locum applicat ad Chriſtum, in cruce miſertum crucifixorum, orantémque, vt Pater illis indulgeret [g]. Poſt cæſa *vigintitria millia hominum*, propter adorationem vituli [h], ignouit Deus populo reliquo. Moyſis flexus precibus [i], cum *Aaron offerebat medium inter mortuos & viuentes thymiama, ceſſauit ignis plagæ* [k]: mortuis ſerpentium cohibiti ſunt [l]. Mortui quidem ſunt in deſerto cuncti qui de Ægypto egreſſi fuerant, præter Ioſue, & Caleb [m], tamen quia permiſſi ſunt intrare alij ex illis nati, quos iuſtè poterat Deus ac velle videbatur, exſcindere, niſi Moſes [n] interueniſſet, ideirco verè nunc dicitur non eſſe diſperditos.

Et abundauit vt auerteret iram ſuam.] In bibliis Complutenſibus, Regiis, & aliis non videtur apta conſtructio, *abundauit vt auerteret*. ſed cum futuri temporis priore verbo, quod eſt Græcè παρατατικὸν, deberet ſequens ἀόριστος, verti, *vt auerat*, ſed permiſceri confundique tempora ſæpius monui. Hieronymus, *multúmque auertit iram ſuam.* Alij, & *multiplicauit vt auerteret iram ſuam*: id eſt, magnopere ſedauit illam, valde ac ſtrenuè cu-

rauit eam cohibere, ſæpe illam retraxit & reuocauit, quaſi vim faciens & imperans ſibi maximo ſtudio continuit. Idiotiſmo Hebræo *magnificare* [a], *multiplicare* [b], *abundare aliquid facere*, illa denotant quæ dixi. Symmachus, καὶ ἐπὶ πολὺ ἀπέστρεψε τὸν ὀργὴν αὐτοῦ, & *multùm auertit iram ſuam.* Hebræa vox הִרְבָּה *hirbah* verbum eſt. Idem valet *corroborare miſericordiam* [c], & *non deficere miſerationes* [d]. In Arabico pſalterio, *multum eſt id quod auertit iram eius*: quaſi dicat, magna de cauſa impulſum ad hoc fuiſſe, quæ non poteſt alia eſſe, quàm infinita, velutique præ cæteris attributis magis ei propria bonitas & miſericordia, vt antè dixi; vel obligatio promiſſi ſui, quoniam etſi negarent eum, *ille fidelis permanebat, negare ſe ipſum non poterat* [e]. Nemo tamen, vt Beda monet, abutatur miſericordia & patientia diuina, nec quam Deus veluti ſubtrahit, & cohibet, ipſe ſibi ſtudioſè *theſaurizet* peccando, nec pœnitendo, *iram*, promendam, ſi non hic ſtatim, certè *in die ira & reuelationis iuſti iudicij* [f]. Dines & copioſus in miſericordia Deus, vt ſæpe docui; ſed *quis nouit poteſtatem ire eius, & iram illius dinumerare* [g], præſertim ſi diutiùs dilata fuerit, ac ſeſe torrentis inſtar continuerit, & *in ira continuerit miſericordias ſuas* [h], quod non ſine lucta quadam fit, non ſecus atque cùm tormentum æneum igne concepto, nec diſploſa pila, diſrumpitur. Hanc luctam, & angorem Dei, vt ita loquamur, Pradus noſter [i] in Ezechielem, aptis ſcripturæ locis illuſtrat. Conuerſionem ad Deum, à Deo pete, vt *auertat iram ſuam a te* [k]; & *faciem* iratam, *a peccatis tuis* [l]: *ſanabit contritiones tuas, & diliget te ſponte, ſi auerſus fuerit furor eius a te* [m]; ſi concupiſcentiam aliáſque in te peccata, vt quondam luxuriantes Phinees, zelo armatus contra te pro Deo, percuſſeris, Deus *iram ſuam auertet* à te [n], non benignam *faciem Chriſti ſui* [o], niſi fortè ad tempus, vt ſalubriter conturberis [p]; neque *aduersorum gladij* [q], quo valeas iugulare peccata tua.

Et non accendit omnem iram ſuam.] Hieronymus, *& non ſuſcitabit totum furorem ſuum*, quod Symmachus dixit, ſed in præterito, καὶ οὐ διήγειρε πάντα τὸν θυμὸν αὐτοῦ. Alij, *excitauit*. Verbum יָעִיר *iahhir*, à עוּר *hhur* ſignificat *excitauit*, ſeu *ſuſcitauit*, & *nudauit*: à עָרָה *hharah* effudit. Chaldaicè, *non accelerat in eos omnem furorem ſuum.* Ad ſenſum L x x. reſpexerunt, vtentes verbo ἐκκενῶσαι. Solent Hebræi, *non omne*, pro nullo dicere. Et ſenſus eſſet, nihil iræ accendiſſe, vel excitaſſe, vel nudaſſe, vel effudiſſe in populum ſuum, ſed totam penitus remiſiſſe, ac nihil retinuiſſe. Placet id quidem Genebrardo. Sed mihi probatur communior expoſitio, vt denotetur quòd ex parte iratus fuerit Deus, & moderatus iram ſuam pœnáſque, nec populum vniuerſum ſimul ac ſemel deleuerit, nonnullorum ſupplicio contentus, vt exemplis antea docui. Caietanus ab Hebræo etiam edoctus ita ſentit, & Hebræos ſequi ſoliti Treuetus, Lyranus, alij; præterea Ianſenius. Concedo Genebrardo, non infrequentem idiotiſmi Hebræi vſum quem diximus. Sed negari non poſſe exiſtimo etiam interdum cōſtructionem huius orationi habere ordinarium vſum ſuum in Hebræa lingua, quem habet in aliis, vt *non omnis*, vel *omnis non*, æquipolleat alicui. Denique non ita commodè dicitur; nullam iram accendi, ſuſcitari, effundi, ſicut non totam, quia verba illa copiam quandā important, negatio diminutionem

copiæ

a Iob 4.2. b pſ.102.16.

c verſ.13.14. 15.

d c.4.31.

e c.43.25.

f ep.135.

g Luc.23.34. h Exo.32.28.

i verſ.34

k Num.16.48. Ioc.22.17.

l Num.14.29

m Exo.32.10. & 33.3.

A

B

C

D

E

a pſ.125.3.& Luc.1.58. b pſ.64.10.

c 2.Cor.1.3. d Thren.3.22.

e 2.Tim.2.13. Miſericordia & patientia diuina non abundant.

f Rom.2.5.

g pſ.89.12.

h pſ.76.10.

i c.13.ver.13.

k pſ.84.5. l pſ.50.22.

m Oſea 14.5.

n Num.25.11. o pſ.131.10. p pſ.129.5.

q pſ.88.44.

Non omnem iram. Hebraeus modus.

Communior expoſitio.

copiæ tantæ. *Irascitur Deus parum* [a]; *núncque non inferri furorem suum, nec vlcisci vim scelus valde* [b]; quamuis *super gentes opulentas irascatur ira magna* [c]; quasi dicas, *super thesaurizantes sibi iram* [d]. Vsurpant aliqui locum totum, vt confirment, in pœnis etiam æternis moderationem adhiberi à Deo. Egimus hac de re aliàs.

Et recordatus est quia caro sunt.] *Memoratus*, aut *rememoratus* habent alij. Hebraicè, *caro ipsi* בָּשָׂר הֵמָּה *hemmah* Chaldaicè, *filij carnis*. Descriptio fragilis naturæ nostræ.

εἰσθὰ γὰρ ἀδρανίαν μερόπων ἡμῶν ὃς ἐστιν ἰτύχθη.

inquit Apollinarius,

Scis enim fragilium hominum genus quale sit.

Hac de causa ad exaggerandum beneficium Incarnationis dicitur, *Verbum caro factum* [e], hoc est, altissimum Deum ad infimam se conditionem abiecisse: cùm alioqui hominem totum *caro* sæpe significet. Minando Deus hominibus causatus est aliquando, eos *carnem esse* [f], id est, perinde viuere ac ratione destitutos: nunc commiserando veluti redigit ad memoriam sibi prolapsionem hominis in peccatum, ex quadam imbecillitate. Tale illud alterius psalmi [g], vbi de misericorde Deo agnoscente *figmentum nostrum, recordatus est, quoniam pulvis sumus*. Orabat autem Ieremias [h] vt dignaretur Deus *recordari paupertatis nostræ, & transgressionis*, quoniam scilicet *infirmata est in paupertate virtus nostra* [i] *in iniquitate* vertit Hieronymus, seu *in peccato* Chaldæus. Hæc etiam ratio est, vt ait Lyranus, quare peccatum hominis remediabile fuerit, non autem Angeli, qui carnem & ossa non habet, nec ex infirmitate vel fomite potest peccare sicut homo. Prior id Haimo dixerat. Et ante vtrumque Gregorius [k], qui sic scribit, Vnde rectè Psalmista, cùm misertum Redemptorem hominibus diceret, ipsam quoque causam misericordiæ expressit, dicens: *& memoratus est quia caro sunt*; ac si diceret, quo eorum infirma vidit, eo districtè culpas punire noluit. Paulo antè illud attigit, Angelum repellere Deum voluisse, quòd à persistendi fortitudine corruit, nihil infirmum ex carne gestans. Nil porro moror etymologiam vocabuli, *caro*, quòd sit animæ cara, vt Cassiodorus asserit; vel, vt Hugo, à cadendo, aut, carendo. Iobius apud Photium [l] causas inuestigat quare non pro Angelis Deus filius factus sit Angelus, sed pro hominibus homo; istam verò quæ ex infirmitate carnis petitur probat præsenti testimonio.

Spiritus vadens & non rediens.] Hieronymus, & Augustinus, *& non reuertens*. Mirabili breuitate, inquit Cassiodorus, definitur mors hominis. Subaudiendum autem vult non redire in hoc mundo, quoniam ad suum corpus in resurrectione constat esse rediturum. Explicat etiam Haimo idem hoc esse ac mortales homines appellare. Aliam expositionem tradit, quæ est Augustini, Bedæ, & aliorum, spiritum, qui pars hominis est, per se recedere à Deo, non item redire ad ipsum per se posse, necessariúmque esse, vt reducat illum Deus. Hieronymus creditus attingit vtramque causam, ac priorem quidem ita, quòd amisso spiritu bono, id est corpus in puluerem reuertatur: Secundam; quòd Spiritus sanctus, cùm recedit à peccatoribus, quamdiu hi in volutabris peccatorum sunt, non reuertitur ad eos. Vnum est alteri consequens, vt dú non reuertitur prior Spiritus sanctus ad spiritum hominis iniquum, hic ad illum reuerti non possit, atque hoc ipsum quod est reuerti ad Spiritum sanctum, non possit spiritus hominis, nisi per gratiam & vocationem eiusdem; cui proinde dicendum; conuerte nos, & conuertemur ad te. Omnes qui ingrediuntur ad eam (mulierem alienam, & extraneam; eádémque ratio de iniquitate quacumque, vt hoc etiam loco explicant Augustinus, & Remigius, legentes *qui ambulant in ea, vel ambulauerint per eam*, οἱ πορευόμενοι ἐν αὐτῇ,) non reuertentur, *nec apprehendent semitas vitæ* [a], nempe per se ipsos. Citat Remigius Prouerbiorum locum sub nomine libri Sapientiæ, quod ab aliis quoque fieri monui in Commentario libri qui Sapientiæ propriè nominatur, & absolutè. Iuxta istum sensum Rupertus [b], citato hoc ipso loco, explicat Zachariam [c]; *Et dispersi eos per omnia regna, quæ nesciunt, & terra desolata est ab eis, eò quòd non esset transiens, & reuertens*, hoc est in malum cadens, & à malo non reuertens. Quod Hieronymus [d] declarat de illo qui non habet spiritum in se reuertentem. Ambrosius [e], aut potiùs Prosper [f], sequitur eamdem explanationem, vt dicatur *spiritus vadens & non rediens*, quia nisi illum Deus conuerteret, non rediret. Egregiè Bernardus [g] hoc expressit; Quærit anima mea Verbum, sed quæ à Verbo priùs quæsita sit; alioqui semel à facie verbi egressa vel eiecta non reuertetur oculus eius, vt videat bona, si non requiratur à Verbo. Quasi verò aliud anima nostra sit, quàm *spiritus vadens & non rediens*, si sibi fuerit derelicta. Subdit, quem [h] errantem ac pereuntem petere à Deo, vt se quærat: quia vult, & non potest, vtpote *spiritus vadens & non rediens*: immò & voluntatem illam ipsi esse à quærente ipsam priùs, & visitante gratia. Fulgentius [i] vtrumque docet tum de præsenti loco, tum de oue quæsita, simúlque vt quæratur flagitante, *Redite*, ait, verbis vtens Esaiæ [k], *ad cor verum*, (hoc epithetum non extat in vulgata) quia illi (homines) *caro sunt, spiritus vadens, & non rediens*. nec vnquam redire velle potest ouis errans, nisi fuerit boni Pastoris inquisitione præuenta, & humeris reportata [l]. Perlege auctoris huius locum totum. Præter sententias recitatas de morte corporis & animæ, déque irremediabili reditu in vitam secundum solas naturæ vires, censeri tertia potest Arnobij, de æterna damnatione; vt idcirco Deus sæpe peccatoribus in hoc mundo lætitiam & abundantiam, & potentiam vsurpatam relinquat, quia scit quæ passuri sint in gehennæ incendio, & condolens eis, auertit in hoc sæculo iram suam ab eis, hoc considerans, quòd euntes ibunt in interitum æterni incendij, & vltrà non redibunt. Quarta, traditur in *Midras thehillim* [m], refutato errore (qui posset inter expositiones numerari quinto loco) non futuram resurrectionem, quod figmentum malum seu fomes, qui cum homine vadit in hora mortis, & non reuertetur cum eo in hora qua mortui resurgent. Fauet Græcus quem citat Agellius, vt *spiritus vadens & non rediens*, sit is qui carni adhærens διὰ τὸ φιλήδονον καὶ φιλεσώματον, *propter amorem voluptatis & corporis*, euadit quodammodo carnalis & terrenus, & mortalis, & interitui obnoxius, quemadmodum hi erant quorum tempore diluuium fuit, & appellati sunt à Deo nomine *carnis*, negante propterea *spiritum suum in illis permansurum* [n], ac si diuinus ille spiritus planè diuersus esset, carnis spiritus οἷον καὶ τὸ ἐν τοῖς ἀλόγοις ζώοις, ὅπερ ὄζον πνεῦμα πορευόμενον, καὶ οὐκ ἐπιστρέφον, eiusmodi, qualis in irrationalibus animalibus,

a Zach. 1. 15.
b Iob 35. 15
c Zacha. 1. 15.
d Rom. 2. 5.
e Ioan. 1. 14.
f Gen. 6. 3.
g psl. 102. 14.
h Thre. 3. 19.
i psl. 30 11.
Cur peccatum hominis remediabile fuerit, non Angeli.
k 4 mor. c. 9. vel 10.
Carnis etymologia.
l Num. 33. 4. & seq.
Cur non pro Angelis Dei filius factus sit Angelus, sed pro hominibus.
a Prou. 2. 19.
b in Zacha. c. 7.
c c. 7. 14.
d ibid.
e 1. de voca. gent. c. 3. Fibul. c. 3. vel 7.
Spiritus non redit ad Deum, nisi ab ipso conuertatur.
g serm. 84. in cant.
h psl. 118. vlt.
i de Incarn. & grat. c. 2.
k c 46. 8.
l Luc. 15. 5.
Irremediabilis est in vitam redditus secundum solas naturæ vires.
m Galat. lib. 1. c. 5. lib. 2. c. 2.
n Gen. 6. 3.

animalibus, qui est *spiritus vadens & non rediens*. Origenis huic eadem de re opinio est affinis. Sexta expositio, nihil aliud vult, *spiritum qui vadit & non redit*, significare, nisi eiusdem hominis instabilitatem, vt *nunquam in eodem statu permaneat*, ac proinde non videatur æquum, si summo Deus cum illo iure agat, & adeo seuerè [a]. Sic Agellius. Nec distat multum alius eiusdem sensus, quem licet septimum nominare, vt homo totus qui priore membro dicebatur *caro*, nunc appelletur *ventus*, quem etiam Iob [b] esse vitam suam dicebat: vt describatur hominis fragilitas infirmitasque per carnem, exilitas & labilitas per spiritum, quatenus ventum significat, sicut & in verbis illis Christi [c], *Spiritus vbi vult spirat, & nescis vnde veniat, aut quo vadat*. Placet hoc etiam Genebrardo, atque Bochio & aliis in locis, recenti scripto Ioan. Baptistæ de Nauarro [d]: confirmaturque similibus aliis exemplis, vapore, umbræ, ombræ, fumi, &c. quibus vanitas tempestatis ac labentis humanæ vitæ comparatur. Otiosus esset sensus, si quis interpretaretur animam separatam à corpore, numquam huc redire, falsasque esse, quæ illi nonnumquam tribuuntur, apparitiones. Prima expositio optima, secundum literam, & paßim ab Hebræis, Græcis, Latinis tradita: post illam sexta, septimaque, deinde tertia; secunda inuitica potius habenda: quarta, quinta, vltima damnandæ: vltima quidem vt nimium temeraria; aliæ vt hæreticæ. Nam quod attinet ad vltimam, licèt apparitiones animarum separatarum non in propriis corporibus, sed in alios assumptis, vt Eliæ [e], Mosis [f], Samuelis [g], Ieremiæ [h], Oniæ [i], possent Angelis ascribi, qui gererent vices ac personas earum, idemque dici posset de plurimis aliis apud auctores & historias Ecclesiasticas, nihilominus communis planè sententia est, aliquas interdum animas αὐτοπροσώπως, ac per se ipsas, in propria vt dicunt) persona & immediatè huc redisse, & apparuisse. Quinta expositio, si, vt sonat, intelligatur, sapit errorem, tribuitur Origeni, quasi reditus sit in rei sui rectione spiritus, animaue ad corpus, absque vi & facilitate concupiscente. In nullis erit sine actu secundo formali, & prauitate concupiscentiæ, secundum tamen rationem actus primi, atque potentiæ in se consideratæ, erit æqualiter in illis, & in reprobis. De quarta non est ambigendum, cùm repugnet articulo de resurrectione, ac ex parte tollat animæ immortalitatem, quam iustinus [k] ex dictis apparitionibus valde confirmat:

Porrò ad confirmationem primæ, quam hîc expressit Apollinarius,

Οἷς ἐκ βίου πάλιν οὐκ ἐλθὸν μὴ δοῦναι.

Quibus vita non rediens, postquam Orcus eam cohibuerit.

Sapientiæ [l] locus huc facit; *cùm exierit spiritus non reuertetur, nec reuocabit animam quæ recepta est*: item libri Ecclesiastæ [m]; *vbi homo in domum æternitatis suæ*. Consule à nobis dicta duobus illis locis. Similis locus psalmi 102. [n] *Spiritus pertransibit in illo, & non subsistet, & non cognoscet amplius locum suum*. Præterea Iob [o]; *ecce enim breues anni transeunt, & semitam per quam non reuertar, ambulo*. Expositio septima declarat magis primam, nempe quatenus accipit spiritum pro vento, huicque similem facit hominem. Nam ventus illuc non reuertitur, vnde egressus est, sed solis vi, suique motus attritu consumitur, vt Philosophus [p] docet. Sic Iacobus [q] *vita nostra hominum vaporem vocat, qui ad modicum paret*: mulier vero Thecuites contulit *cum aquis delabentibus quæ non reuertuntur* [r]. Tertiam recipit Hugo, de irremediabili æterna damnatione, & confirmat partim ex Sapientia [s], *non est qui fugientes reuersus ab inferis*: partim ex Iob [t], *antequam vadam, & non reuertar ad terram tenebrosam, & operiam mortis caligine*: partim ex trita illa sententia; *quis in inferno nulla est redemptio*. Sed duo scripturæ testimonia pertinent ad statum animarum, quæ ante Ascensionem Christi descendebant omnes in locum inferiorem, vnde hucusque naturaliter, & secundùm ordinem consuetæ prouidentiæ diuinæ, sicut & nunc etiam, rediturus non erant; vel de sepulchro, quo corpora recipiuntur. Iam verò animarum iustarum, quibus nihil purgandum superfuit, locus est cælum: huc autem cum Deo placet, siue illæ, siue aliæ redire possunt; & quidem per naturalem vim, similem ei, qua se ipsos mouent Angeli, quam aliqui motricem nominant, distinctam ab intellectu & voluntate, alij ab iis non distinguunt, vt alias philosophatus sum.

Vers. 40.] Quoties exacerbauerunt eum in deserto, in iram concitauerunt eum in inaquoso?

Vers. 41.] Et conuersi sunt, & tentauerunt Deum: & sanctum Israel exacerbauerunt.

Vers. 42.] Non sunt recordati manus eius, die qua redemit eos de manu tribulantis.

Vers. 43.] Sicut posuit in Ægypto signa sua, & prodigia sua in campo Taneos.

CVm adeò misere eorum diuitem Deum populum verò tam præcipitem ad lapsum, serum, ac tardum ad pœnitentiæ quasi reditum, vehementer hic, & cum epiphonemate, admiratus adeò frequentem bonitatem tantam & maiestatem ab improbis, ingratis, & vilibus hominibus toties irritatam in deserto & sicca solitudine, vbi tantùm referebat Deum beneuolum ac benefícum habere, per incredulitatem, seu diffidentiam, murmurationem, seditionem, idololatriam, aliásque peccata. Ait etiam si quando illos pœniteret, breui post reuertisse ad ingenium, atque prioribus non contentos, nouis experimentis discere voluisse, quam potens Deus foret, nec veritos sanctificatorem suum omni dignissimum reuerentia, sic spernendo exasperare. Denique accusat indignissimam oblitionem & inconsiderantiam eximij, nec vnquam de memoria delendi beneficij, atque singularis prouidentiæ ac potentiæ, quam declarauit eo tempore, quo mirificè eos liberauit de fœdissimè opprimentis Pharaonis potestate atque tyrannide, tot editis in Ægypto, & in agro vrbis tegiæ Taneos miraculis, ex quibus persuadere sibi certissimè debebant, & absque vlla prorsus hæsitatione, posse eumdem Deum quidquis pro suorum salute efficere, ac etiam velle, nisi per ipsos obsteret.

a Iob 14. 2. & 7. 9.

b c. 7. 7.

f Carnis & spiritus significatio.

c Ioan. 3. 7.

d in c. 2. Thre.

e Explicatio de apparitionibus animarum.

e Matth. 17. 3. & ibid.

g 1. Reg. 28. 13. Eccl. 46.

h 2. Machab. 15. 12. & 13. 14. & ibid.

Origenis error notatur.

Pauidus error Papistarum, animas separatas à corporibus & in purgatorio patientes, ad easdem rationes adhuc posse, atque potestate ad se reuertendi.

k in Tryph.

l c. 15. 24.

m c. 12. 5.

n vers. 18.

o c. 16. 23.

p 2. meteor. 3.

q c. 4. 14.

r 2. Reg. 14. 14.

s c. 7. 9. & 10. 21.

t c. 10. 21.

Animarum iustarum, quibus nihil purgandum superest, status & sedes.

Quoties exacerbauerunt eum in deserto.] Hieronymus, *prouocauerunt*, dici potuit etiam *amaricauerunt*, *exasperauerunt*, ישיתו *iamrulu*; licèt futuri sit temporis, & παρατατικῶς, Deum scilicet, qui (vt ait Bruno Carthusianus) naturaliter dulcis est, *sibi acerbum fecerant*. Lyranus citat ex libro Numerorum [a] Dei querimoniam; *tentauerunt me iam per decem vices*; atque id anno secundo egressionis de Ægypto dictum, à cuius egressu usque ad ingressum terræ promissionis, fluxerunt 40. anni; ex quo infert, quòd in residuo tempore 38. annorum, multis vicibus offenderunt eum; licèt non omnes conuersiones scriptæ sint. Recensèt Genebrardus ex Exodo, & ex Numeris, quia in Leuitico, ac Deuteronomio, nihil tale legitur, decem illas vices cum aliis Rabbinis, intra dictum biennium, *ad mare rubrum* [b], *propter aquæ penuriam in Mara* [c]: *in deserto Sin, ob manna* [d], *cum manna seruarent in crastinum* [e]: *cum die Sabbati illud colligerent* [f]: *in Raphidim ad aquas contradictionis* [g]: *in Oreb, quando vitulum conflarunt* [h]: in loco qui dictus est, *Tentatio*, quando populus dixit, *Estne Dominus in nobis annon* [i]: *iuxta sepulchra concupiscentiæ* [k] *postulando carnes*: *propter exploratam relationem* [l], tunc verò ipsemet Deus conquestus est se ab iis tentatum iam per decem vices, nec obediisse voci eius. Eodem loco, quo id habetur, Oleaster sequitur eundem numerum; quamuis potiùs putet esse dicendi vulgarem modum, vt finitus pro numero indefinito & magno ponatur. Ibidem Lyranus, & Dionysius aliter numerant recensentes duas tentationes antequam essent in deserto Hebræi, de quo hic agitur, vnam, ante egressum de Ægypto [m], alteram, in ipso recessu, scilicet *ad mare rubrum* [n], quam alij primam annumerant. Hugo Cardinalis in eumdem locum omittit vltimam post reditum exploratorum, & duplicem distinguit pro aqua: Caietanus vnam in itinere ex monte ad sepulchra concupiscentiæ, aliam in ipsis sepulchris, præteriens resernationem mannæ in crastinum. Addit Dionysius tropologiam violatorum decem principalium præceptorum. Conuenit tamen etiam cum cæteris de numero determinato pro indeterminato, sicut quando Iacob expostulauit cum socero, & de socero, *circumuentum se ab illo, & mutauisse mercedem ipsius decem vicibus* [o], siue non tam multæ fuerint, siue etiam plures, non tot exactè: & Iob [p] dixit, *En decies confunditis me*, etsi non desint qui verba Iacob propriè sumi velint, de quibus Pererius, & Delrius. Inducit Dauid [q] alibi Deum de Hebræorum quotidiana obdurationè, exacerbatione, tentatione: & sub mortem Moyses contestatus est in populi contentionem, & ceruicem durissimam contra Dominum [r]. Hoc loco Caietanus meminit etiam seditionis contra Moysem & Aaron de Sacerdotio & principatu [s]; & idololatriæ Moabiticæ, seu Madianiticæ [t].

Porrò, posita literali exaggeratione peccati ex loco, deserto & inaquoso, vbi decebat magis gratos & humiles esse, maiore egentes in penuria auxilio Dei, Hugo transfert ad claustrales filios peculiares Dei filiásve, qui *Deum inuocant* [u], aliquando & qui professione *dilecti sunt Dei, in domo ipsius faciunt fœdera multa* [x], *& horrenda* [y]; & tentatur à conuersis (de quibus versu sequenti) id est, inquit, à religiosis laicis; & *ab inquilinis domus suæ, ancillisque quasi alienus habetur* [z]: denique tanquam fructibus immaturis & acerbis, eorumdem prauis moribus exacerbatur (vt est item, sequenti versu) dum *pro vuis labruscas præbent* [a]. Vtilis accommodatio huius *vbertim καὶ ἀναγωγῶς*, non tamen ita, vt Ordini per se præiudicet.

In aqua conticuerunt eum in inaquoso.] Hieronymus, *affixerunt eum in solitudine*. Alij, *contristauerunt, irritarunt*, &c. παρωργισαν, & יעציבוהו *sibi assimilem fecerunt eum irasci, vel dolere*. Psalterium Romanum, & Gallicanum, & Cassiodorus, *in terra sine aqua*, quod in codicibus Græcis est, ἐν γῇ ἀνύδρῳ. Idem epithetum terræ extat in psalmo 62. [b] vbi ex Hebræo Hieronymus interpretatur *consistentem sine aqua*. Hoc loco est nomen ישימון *vastitudo*, à שם *vastauit* deriuatum.

Et conuersi sunt.] Alij, *reuersi*, scilicet à Deo, ad peccatum, vt Bruno Carthusianus explicat: vel *reuersi*, nempe ad ingenium, prioraque peccata. vel *conuersi* ad idem quod antea malè facitabat. Iungendo autem cum sequentibus, *& tentauerunt Deum*, Hebraismus est, *conuersi* seu *reuersi sunt*, *& tentauerunt Deum* hoc est, *sæpius ac identidem reuersi sunt ad tentandum Deum*. Euthymius, & Nicephorus τὸ ἐπιστρέφειν in malam accipi volunt partem ἀπὸ τῆς προτέρας κακίας ἐπ' ἄτοπα, à priore malitia ad aliam. Itaque hoc modo conuersio illa non intelligitur de pœnitentia, quod nihil omnino Beda indicat: nec etiam, quod placet Haymoni, de bono intellectu, quem habebant Hebræi circa Deum, visis signis & plagis ad prauum intellectum: nec, vt ait Dionysius, de conuersione ad propriam voluntatem, cum auersione à Deo; sed significat præsertim repetitionem priorum peccatorum, quibus Deum solebant tentare. Malam conuersionem Hebræorum Aiguanus ostendit fuisse ad idololatriam, ad auaritiam, obstinationem, impœnitentiámque, ad iniquitatem, siue iniustitiam, ad mendositatem, fallaciamve, ad ambitionem, ad superbiam, ad detractionem, & infamiam, ad carnalitatem & luxuriam, ad ingratitudinis nequitiam, ad irritandam Dei clementiam. Attamen nihil obstat interpretari de conuersione ad Deum, vel ad tempus, vel ficta, eo modo quo prius dictum est [c], *cum occideret Deus eos, quærebant eum, & reuertebantur*.

Et tentauerunt Deum, videlicet τὸν ἰσχυρὸν αὐτῶν, *robur, potentiam ipsius*, vt ait Apollinarius. Lege versum 18. vbi habet nomen אל *el* vt vbique, significans Deum, vt est potens, quasi recusarent non posse, vel experiri vellent an possit is qui potens absolutè nominatur.

Et sanctum Israel exacerbauerunt.] Hieronymus, *concitauerunt*. Alij, *fecerunt Israelis lamua nerunt, circumscripserunt, signauerunt*, & Chaldæe, *signauerunt signo* תיו תיו *tau tau tibiis tibiis*; quod Nebiensis vertit, *conculcauerunt*, paulò aliter legens, id est, potentiæ Dei limites, fines, terminos, cancellos, signa determinantia constituerunt, seu præfixerunt; vt quædam posset, non vltrà: aut illum agere voluerunt iuxta velati præscriptam ipsi à se regulam, seu secundum ea quæ occurrebant cogitantibus solum naturæ ordinem, & humanæ prudentiæ principia, & ordinaria media: denique ex se ipsis vel ex iis quæ animi sui capere angustiæ poterant, meminerunt Deum, & immensum infinitumque parum reuerenter, ac fideliter mira

certain

a Exo. 14. 11. 12.
b Exo. 15. 4.
c Exo. 15. 24.
d Exo. 16. 2.
e Exo. 16. 20.
f Exo. 16. 27.
g Num. 20. 13.
h Exod. 32. 7.
i Exo. 17. 7.
k Num. 11. 4.
l Ex. 14. 11.
m Exo. 5. 21.
n Ex. 14. 11. 12.
o Gene. 31. 7. 41.
p Iob 19. 3.
q Psal. 95. 10
r Deut. 32. 27.
s Num. 16. 1. & seq.
t Ex. 31. 16. & seq.
u Deut. 7. 19.
x Ierem. 11. 15.
y Osea 6. 11.
z Iob 19. 15.
a Isa. 5. 2.
b vers. 2.
c vers. 34.

Sententia Rabbinorum de decem tentationibus, quæ in Hebræis Deum exacerbarunt.

Tropologia.

Vitia conuersionis Hebræorum.

Accommodatio moralis sequens.

Sensus huius.

certam mensuram finemque concluserunt. In psalterio Arabico, *contristauerunt*, In Illyrico, quæ lingua inflectit nomina per casus, *& sanctum Israelis ad furorem prouocauerunt*. Apollinarius,

Καὶ μυθοις ἐρεθίσαντες ἀκηράτου Ἰσραήλ.
Et verbis irritantes immaculatum Israelis.

In textu etiam Græco est genitiuus, καὶ τὸν ἅγιον τοῦ Ἰσραὴλ παρώξυναν, *& sanctum Israelis ad iram concitauerunt*: Hebraicè autem sic est, וּקְדוֹשׁ יִשְׂרָאֵל הִתָּוּ *vkdos Israel hithu*. Vbi *Israel*, post *sanctum*, ex communi sententia exponitur in genitiuo pro populo Israelitico, quem Deus in se sanctus, sanctificabat sanctis institutis & legibus, vt eo grauior esset in populo, quasi blasphemiæ sacrilegiique culpa: vel sumendo *sanctum* pro benigno, & benefico, maius ingratitudinis peccatum; vel maior væsania, *sanctum* accipiendo pro Deo, quem omnes vbique etiam hostes Hebræorum, celebrabant ac veneratione prosequebantur, propter famam mirabilium operum, quæ in eorum gratiam patrauerat. Verbum porro הִתּוּ *hithu* à תָּוָה *thauah in hiphil*, & תָּוָה *thauah* ab vltima litera alphabeti ת *thau*, significat, sicut & תָּאָה *thaah*, *signare & scribere, limitare, terminare, terminum constituere, seu signum prolimite.*

Dixi quo pacto Hebræi explicent de potentia, quam populus Deo definiret, si non verbis, re ipsa factisque, cùm dithiderent, ac dubitarent occurrentibus necessitatibus illum posse succurrere. Alium similem sensum tradit R. Salomon, quòd postulauerint portentum aut signum à Deo, vtrùm esset in medio eorum, nécne. Sic etiam posteri istorum *petebant a Christo signa* [a]. Quid si etiam dicas, quoniam litera *thau* olim in alphabeto veterum characterum, crucis forma scribebatur, per verbum istud, figurata saltem oratione, qua etiam vulgò vtimur, significari, quòd populus ille crucifigebat Deum, id est, *graui afficiebat molestia, exacerbabat, exasperabat, concitabat, contristabat?* Hoc verè & propriè postea passus est Christus, actus in crucem à Iudæis. Tandem *signare* idem posset videri esse quod *notare contradicendo, & malis verbis designando, & contradicendo, & ludibrio habendo*, vt etiam vertit Campensis. Et ita se gesserunt Hebræi vetustiores non semel cum Deo, & cum Christo quoque posteriores, statuentes eum tanquam *signum, cui contradicerent* [b], & in quod maledictionum iacula dirigerent. Aliæ editiones rationem sensus habuerunt, clariusque quid sibi dictum Hebræum vellet verbum, exprimere voluerunt.

Illud de crucifixione miratur Genebrardus à nullo ante se, obseruatum. Mirabar & ipse, qui primùm quàm apud ipsum legissem, obseruaueram. Citat de litera *thau* figura, quòd crucē quondam repræsentauerit, Origenem [c], Tertullianū [d], Cyprianum [e], Hieronymum [f]. Adde Auctorem altercationis Ecclesiæ & Synagogæ apud Augustinum [g] quamuis apud Ezechielem [h] legat *signū*, & non *thau*) Paschalium [i], Rupertum [k], qui trāscripsit Hieronymum præterea Isidorū [l], nec non alios in Ezechielem [m], & Apocalypsim [n], præsertim in priorem, Pradum nostrum, item de nostris Gretserum [o], diligentem de Cruce scriptorē, qui profert præter etiam citatos, Augustinū [p], Paulinum [q], Ambrosium [r], Clementem [s] Alexandrinum, qui sicut & Isidorus, & alij nonnulli, vt Chrysostomus [t], quod T *tau* Græcis sit nota trecentorum (Hebræis nunc valet ת 400.) non solùm Crucis, & tota, ac ita, seu *eta*, ח, designet 18. & sint prima elementa nominis חַי Iesu, innui volunt sub typo 318. vernaculorum Abrahæ, id est, fideles ac domesticos Dei, siue Iesū, quique in eius signo nomineque vincant & saluentur. Addere posses trecentos Gedeonis milites [a]. Lege denique Syxtum [b] Senensem, Alanum Copum [c], Ludouicum Lusitanum [d], Danielem Mallonium [e]; & quæ nugatur, (si re nugæ delectant,) Ioannes Goropius. Placet mihi tamen tatio, vt id obiter dicam, quam reddit, cur Antonius exhibeatur in pictura cum T, seu cum Cruce sic expressa, non appositio indice superiore, cui affixa inscriptio; quia gente Ægyptius erat, apud quam T salutis ac venturæ vitæ hierogyphicum habebatur; & ille honesto natus loco, hoc probè intelligens, prælato tali signo, in quo etiam Dæmones crebrò abigebat, docere voluit vitā ipsam veram, quam superstitiosi venturam expectabāt, sed huiusmodi esset, non percipiebant iam aduenisse, eadémque si vellent, frui fas esse. Credit etiam hoc eodem exemplo, & ob vicinam cum Ægypto, Æthiopas, Abyssinos in manibus aut collo cruces gestare. Non assentior Genebrardo, hodie immutatam esse figuram dictæ literæ, quæ olim referebat crucem, improbitate Masoretarum, & Iudæorum, vt mysterii Crucis obruerent: Nam Hieronymus [g] testatur Ediam post reditum de Babylonia, literarum characteres mutasse, quibus vtebantur antea æquè cum Samaritis, vt hac etiam in re discreparent ab illis, qui Iudæos oderant, & eo apud illos loco erāt, quo apud nos hæretici; veterem verò formā literæ *thau* crucē repræsentauisse. Hoc de T dicere semel placuit non ἀνοήτως, nec omnino περὶ τοῦ. *Sanctum Israel exacerbarunt*, quem vocant, Hieronymus hoc loco interpretatur de Moyse, qui Deum, ait, & mente videbat, & oculis (secundum externam apparitionem,) & non olim tantùm sæpius exacerbarum, sed & nunc ab Hebræis exacerbari cùm audiunt, quòd Christum Dominum in carne nasciturū enunciauerit. Addi posset, indignissimè tractatum pusillimum Principē, atque super omnes alios homines mirificum. Verum cōmunis expositio verior, quæ est de Deo, nec ita aptè, *Sanctus Israel* de Moyse alióve homine dicitur. Sæpe alibi [h] Deus cognominatur *sanctus Israel* interdum Iacob [i]. Sed & ipsemet Israël, auctor Israëlitici populi, aliquando *sanctus* appellatur [k], quia voto, altari, & aliis rebus Deum religiosiùs sanctiúsq; coluit. Videtur Paulus [l] intellexisse de Christo, cùm scripsit *neque tentemus Christum, sicut quidam eorum tentauerunt*. Vnde Christi diuinitatem Valentia [m] noster optimè demonstrat.

Non sunt recordati manus eius, die qua redemit eos de manu tribulantis.] Hieron. *à tribulante*, Chaldæus, *manu maleficiorum eius, & dies quo redemit eos ab infestatore*. Alij, *diei qua redemit eos de angustia*. Arabicè, *de manu affligentiū eos*. Illyricè, *de manibus angustiantis*. Hebraicè non est *manus* secundo loco, sed tantū מִצַּר *mitsar. a tribulāte*. Voluerūt Interpretes manū opponere manui, potentiā potentiæ, nimirum Dei, multo maiorē absque cōparatione, quā Pharaonis. Alia Latina psalteria, atq; Cassiodorus & Arnobius habēt *die, qua*, vel, *qua die liberauit eos*, & Gallicanum, *de manu tribulantium*, in plurali, sicut Arabicum iam citatum, & Apollinarius:

Κηρυσσόντων ὡς παντὸς ἐρεθίζοντος ἀπολύσαντα.
Ægyptiorum vt omnes liberauit seruituribus.

Vocem *sanctū* de re ita accipiunt.

a Iudic. 7. 19.

b 2. biblioth. cardinal. c. 10. de anagogico linguæ sanctæ cū de signatis Syrorum c. 4. & hermeneut. lib. 3. & Isaac. de interpretat. Syriac. Iau.

T apud Ægyptios cum salutari significatione pro bono.

a Matt. 12. 38. *Litera thau significauit figuram.*

g in prol. galeato, Sum. c. 9. Trith. & epist. 106.

b Luc. 2. 34. Christum & in Hebræos & totam de Christo & eius Synag. doctrinā tutæ [illegible] & 3. cont. Marc. [illegible] c. 2. cont. Iul. [illegible] Fulg. Ruff. Exod. & 6. Ba. g. tom. 6. Bas. [illegible] de corp. & sang. & Ambr. & Hieron. Ezech. Isidorus get cap. 25. lib. 1. creat. [illegible] lib. [illegible] c. 5 [illegible] c. 7. [illegible] 1. & [illegible] 107. de [illegible] [illegible] Abrahā [illegible] de vide. [illegible] primo. & [illegible] Strom. c. 4. [illegible] ad [illegible] Pepi.

b 4. Reg. 19. 22. Psal. 88. 19. Psal. 4. 2. 5. 19. 24. c. 10. c. [illegible] ca. 19. 19. c. 30. 41. 42. c. 43. [illegible] c. 17. 21. c. 41. 14. 6. 20. c. 42. 1. 14. c. 45. 11. c. 49. 4. c. 68. [illegible] c. 49. 7. c. 54. c. c. 55. [illegible] 9. 54. Ierem. 50. 29. c. 51. 5. Zacch. 1. 9. 2. c. 2. 3.

i Dan. 2. 35.

k 1. Corinth. 10. 1. 2. 3. 4. q. 1. punct. 1. §. 2.

Posset etiam pro, *dies*, legi, *dies*, ἡμέρας, videlicet repetendo ἀπὸ τοῦ πρώτου priora verba, καὶ ἐκ ἐμνήσθησαν, *& non sunt recordati*. Dies autem sumitur pro longiore tempore, diebusque plurimis. nam manus ac potentiæ opera non vno tantùm die demonstrauit Deus, tot editis in Ægypto plagis: tametsi dies vna fuerit celebrior, qua demum exierunt de Ægypto. Sic scribitur in Genesi [a], quod *in die fecit Deus cœlum & terram*, id est, vniuersum opus peractum sex diebus. *Dies quoque afflictionis* [b], non vnum præcisè significat. Denique omissis plurimis exemplis, *operari donec dies est* [c], idem valet, atque *dum tempus habemus* [d], & donec *hodie* cognominatur [e], idem ac dum suppetit tempus; & *dies nostra* [f], idem quod *tempus visitationis nostræ* [g], atque opportunitas consequendæ salutis. Plato, Iustino [h] teste, pro tempore diem sumpsit, cùm docuit tempus factum simul cum mundo, id ex Mose mutuans qui scripsit postquam narrauit, *In principio fecit Deus cœlum & terram, quod factus est dies vnus*. Obseruat autem noluisse Platonem diem nominatim exprimere, sed ἀπὸ μέρους τὸν πάντα σημαίνειν χρόνον, *à parte tempus omne designare*, ne apud Athenienses deferretur, perinde atque Mosis omnino sequeretur verba. Diem, vt à nocte seiungitur, *cùm Sol stetit sub Iosue* [i], idem Iustinus facit horarum 36. Sed hoc nunc nostra non interest, neque vt cum die illo comparemus, qui productus est sub Ezechia [k]. Legantur Iosue, & Esaiæ enarratores, nec non libri 4. Regum [l]. De obliuionis beneficiorum Dei, ac ipsius Dei, malo, dixi priùs alio loco. Iuuat memoriam ac reminiscentiam similitudo, dicuntque Philosophi hanc esse tanquam recursum animi in cognitionem præcognitæ rei, ex occasione similis. Gerimus intra nos imaginem Dei, & vigent vbique vestigia signáque diuinæ potentiæ, & beneficentiæ, & est qui adhuc obliuiscatur Dei, immò sui? Distinguit Hugo *manum Dei creantem nos & omnia* [m]; *extensam ad percutiendum Diabolum* [n]; *protegentem, iclúmque à nobis amouentem* [o]: in cruce *expansam* adamplexus [p]; *perforatam & apertam, vt nihil retineat, sed impleat nos bonitate* [q]: *porrectam operi suo, vt extraheret de lacu miseriæ, & de luto fæcis* [r]: *educentem de cordibus nostris serpentem tortuosum* [s]: *adhuc extentam* [t] ad improborum castigationem: tandem, qua *tenens nostram, deducere nos vult in voluntate sua* [u].

Indignum planè tam potentis ac munificæ manus obliuisci, sariúsque foret *obliuioni dari dexteram nostram* quàm nos, super quos, vt *vitos dextera* [x] *Dei, sic manus ipsius* [y], huius ipsius manus non meminisse. Impium etiam fingere manus cum *resistentibus dextera diuina* [z], *qua inuenit omnes qui ipsum oderunt* [a]; *& exaltat dexteram tales deprimentium* [b]. similque *diabolum stare à dextris eorum* [c], quia repellunt eum à suis, vbi sese constituit, *ne communicantur* [d].

Sicut posuit in Ægypto signa sua, & prodigia sua in campo Taneos.] Lege versum 12. qui ferè idem est cum isto. Quid sint signa & prodigia אתות ומופתים *othoth vmophethim*, σημεῖα καὶ τέρατα, quæ illo alio versu in genere vocantur *mirabilia* θαυμάσια, Hebraicè פלא *pele*. Nec video cur restringat Agellius ad illam virgæ conuersionem in serpentem, qua Moyses fidem sibi parabat à Deo legatum esse, Deique mandata de dimissione filiorum Israël exponere. Nam quamuis in Exodo [a], vbi recitatur Deum dixisse Moysi & Aaron, vt petenti Pharaoni signa, illud facerent, pro signis sit מופת *mopheth*, Græcè τέρας, tamen hoc loco præter istud nomen est aliud, vt modò retuli: ac proinde nihil eiusmodi argumento dictus auctor efficit. Denique pro, *sicut posuit* אשר שם *aser sam*. Hieronymus reddit, *qui fecit*, significat *sicut* hoc loco, idem atque, quo pacto, vel modo, vel ratione, continuatque superiorem orationem, *non sunt recordati*, &c. *Sicut*, id est, quo pacto; Italicè, *come*; Gallicè, *comme*, Hispanicè, *como*. Vox אשר *aser* inter varias alias, hanc etiam habet notionem. Quoniam autem signa aliquid significant, prodigia terrorem incutiunt, quærit Origenes [b] an respectu Ægypti & campi Taneos, vtraque contigisse affirmari possit. Propter mysticum sensum, qui latet in plagis, concedi potest. Moraliter Hugo signa, quorum obliuiscuntur ingrati, ait esse humilitatis, paupertatis, crucis Christi. Aiguanus triplex aliud innuit signũ; quo placetur ira diuina, puniatur humana immunditia, dirigatur ignorantia.

Vers. 44.] Et conuertit in sanguinem flumina eorum, & imbres eorum, ne biberent.

Desinceps enumerat Ægypti plagas, & in hoc quidem versu conuersionem aquarum in sanguinem, alias in sequentibus versibus inclusiuè vsque ad 51. Cæterùm nec omnes hîc recensentur, quæ in Exodo [c], nec eo ordine quo ponũtur ibidem; inseruntur etiam quædam magis distinctè, quæ pertinent ad easdem; nihil etiam dicitur de conuersione virgæ in serpentem, quia nihil nocuit Ægyptiis; nec nunc de submersione Ægyptiorum, quia contigit extra Ægyptũ. quamuis Rupertus [d], omissa primogenitorũ cæde, pro prima reponat conuersionem virgæ in colubrũ, & voratas virgas Magorum. Omitti videntur, tertia cyniphum; sexta vlcerum, seu pustularum; nona tenebrarum; quemadmodum in psalmo 104. quinta & sexta. Memoriæ causa, plagas decem narratas in Exodo, Rabbini rabbinicis vocabulis acrostichis cõplexi sunt, de quibus Genebrardus: aliqui Latini, (vt Hugo meminit,) hoc versu,

Sanguis, rana, cyniphs, musca, pecus, vlcera, grando,
Bruchus, caligo, mors, inuluere necantes.

Idem tamen Hugo in hoc ipso psalmo decem distinguit, licet alio modo, quàm describantur in dicto libro Exodi, ad quarum etiam aliquas reuocandæ sunt, vt ostendemus. Cosmas Magalianus noster carmine eleganti cecinit plagas Ægyptiacas. Augustinus notat loco illarum trium alias hîc exprimi plagas, rubiginis, pruinæ, ignis. facit etiã ad rẽ canõ Hieronymi [e], vbi de laudibus dicitur Dei, historiæ ordo seruandus nõ est, sed frequẽter euenit, vt quæ prima facta sunt, extrema dicãtur, & quæ nouissima, referantur ad prima. Quod septuagesimus septimus psalmus, & cẽtesimus quartus, vbi signorum potentia, non ordo describitur, docere nos potuit. Confirmat præterea ex titulis psalmi tertij, & quinquagesimi primi, vbi quæ prius facta sunt, narrãtur extrema, & quæ extrema legimus, referũtur in principio. Mysticã explanationem, præter Enarratores psalmi, & Exodi, præsertim Aug. persequitur, & Prosperum Exodu. Isidorus, ac Rupertus, quos suis locis citabimus. Monet porrò Nazianzenus in enumeratione plagarũ,

ne vnquam nobis è memoria discedant; ita enim fore, vt ad inuictissimum Dei robur contemiscamus.

Quod attinet ad plagam conuersarum aquarum in sanguinem, quæ prima in decem fuit, describitur diligenter in Exodo [a]. Summa est, cum percussisset Aaron virga aquam fluminis coram Pharaone, & seruis eius, versam esse in sanguinem. & pisces fluminis mortuos, & computruisse fluuium, & non potuisse Ægyptios bibere aquam fluminis, & fuisse sanguinem in tota terra Ægypti, & nihil potabilis aquæ repertum in fluuiis, riuis, paludibus, lacubus, vasis, tam ligneis, quàm saxeis; fecisseque similiter maleficos Ægyptiorum incantationibus suis; & ab Ægyptijs effossos puteos per circuitum fluminis, & durasse plagam hanc septem dies. Disputat de omnibus plagis accuratè Pererius noster in selectis disputationibus super libro Exodi [b]. Mihi duntaxat attingenda quæ ad explanationem psalmi faciunt, omittendo rationem numeri denarij: locum, (de quo nonnihil dictum versu 12.) quo tempore contigerint, quamdiu durauerint, quis secundùm Deum illas operatus sit, quas Moyses solus, quas Aaron, quas vterque, & an Angeli boni aut mali qua de re nonnihil ingerunt versu 49. Verum attigerint omnes in Ægypto tota degentes, etiam aduenas & peregrinos, etiam illos qui cum Hebræis habitabant in terra Gessen. Expendit quæstiones istas, quem dixi, Pererius, multáque in earumdem solutionem ab Abulense [c] diligentissimo authore scribuntur, & aliis enarratoribus Exodi, vel etiam psalmi huius 77. & 104.

Orsus est Deus plagas ab aquis, quas vertit in sanguinem; quoniam, teste Philone [d], hoc Ægyptij præ cæteris elementum honorabant, tanquam rerum omnium principium: præterea, quia multas execrandæ impietatis ceremonias exercebant in flumine Nilo, de quibus Plinius [e], Solinusque [f]; tandem quoniam in id infantes Hebræorum mergendos proiecerant. Omnes simul istas causas affert Theodoretus [g]; postremam Origenes [h], Eusebius [i], Auctor de mirabilibus scripturæ apud Augustinum [k], Rupertus [l], Petrus Damiani [m]. Idem verò Philo grauitatem plagæ tantam fuisse scribit, vt quàm longus est Nilus ad mare vsque ab Æthiopia, sanguis esset (hoc verò non est, nisi quatenus continebat se intra Ægyptum Nilus, quia solos vexabat Ægyptios plaga, nec non in stagnis, fossis, puteis, fontibus, omnibusque aquis (psalmo 104. [n] absolutè dicuntur *aquæ in sanguinem conuersæ*.) & Sulpitius [o] affirmat omnes, & cum nouæ aperirentur venæ, sanguis etiam emicaret: pisces item omnes extinguerentur (de illis eodem psalmo 104. [p]) ac fœtore complerent omnia, hominesque siti enecti, aceruatim iacerent in triuiis, nec domestici sufficerent ad sepulturæ officia, quia per septem dies id malum duraruit. Hoc videlicet spatio non licuit puram bibere aquam Ægyptiis, sed percolatum aliquo modo sanguinem per arenas, cùm circa flumen foderent, & fluminis sanguinei aquæ illac transirent, vt Abulensis [q] probabiliter sanè ratiocinatur. Addit Iosephus [r], si quis Ægyptiorum gustaret, acri dolore confestim correptum fuisse; Hebræis dulcem, ac potabilem extitisse, pristinámque naturam retinuisse; quod satis præ se fert etiam Philo. Cùm autem Magi quoque similé prodigium ediderint; dicendum, vel ex mari aquam comportari curasse, (solæ enim potabiles aquæ ab Aarone versæ sunt in sanguinem.) quamuis Genebrardus [a] existimet etiam de marina, & quidam inde arbitrentur cognominatum mare rubrum [b]; (profectò improbabiliter) vel dæmonum opera breuissimo tempore aliâ, quæ extra Ægyptum foret, allatam. Similiter porrò vt Aaron fecisse quòd dicuntur Magi, intelligo secundum substitutionem, ac exhibitionem veri sanguinis aliunde aduecti per eosdem dæmones, perinde atque quando viri sunt virgas transmutare in serpentes, seu dracones: non verò secundùm veram conuersionem, cum noui sanguinis substantiali productione immediata, etiamsi videatur ita sentire Augustinus * de vtroque prodigio. Quin etiam difficilius hoc est, quàm illud, quoniam applicando passiuus actiua, intelligi potest animantes nonnullas ex putri materia generabiles, ibi cò produci; at sanguis naturaliter non fit, nisi intra animal, & per facultatem ipsam illius. Quòd fuerit verus sanguis tum productus, tum adductus, insinuat Proclus [c]; disputans de mutatione, quæ vocatur conuersio; nec est quare quisquam reuocet in dubium, cùm sanguinem scripturæ nominent, ciratique Iosephus, & Philo, ac Glycas [d]; præterea, prodant cum colore saporem sanguineum fuisse. De prodigijs pluuiæ sanguineæ, aut ex terra manantis sanguinis, quorum exempla colligit hoc loco Bochus ex Valerio, Obsequente, & aliis, non quæro semperne verus in iis extiterit sanguis? Puto non semper saltem fuisse, sed superficiarium duntaxat, & apparentem. Martinus [e] à Baumgarten prodit, vidisse se lacum ingentem Nilo contiguum, quem ferrent singulis annis cruoris in morem rubescere, fortassis in memoriam plagæ huius Ægyptiæ. Haud equidem facilè crediderim; quamuis de vestigijs, ac orbitis curruum Ægyptiorum in rubro mari mersorum adhuc extantibus, non indoneos authores alibi protulerim.

In mystica decem plagarum conuenientia cū totidem decalogi præceptis, de qua tractatum edidit [f], Augustinus attribuit plagam primam sanguinis primo præcepto. Idem habet Rupertus apud Aiguanum, præterea Prosper [g]) vt sit *in sanguinem versi aspectum*, carnales homines de Dei maiestate indignè sentire, atque transferre gloriam ipsius in bruta, lapidésque quod facitabant Ægyptij. Addit Prosper ex psalmo 105. [h] sanguinem innocentem effundentes, immolantésque filios & filias suas dæmoniis, & puri liquoris fontem, verum Deū Christum repudiantes; cuius gratia ex fluxu sanguinis mulier sanata, animam ab idololatriæ fluxu erutam demonstrat [i]. Similia sunt apud Isidorum [k], & Petrum Damiani [l], qui Augustinum imitati, sicut & Prosper, ac Rupertus, persequitur mysticam conuenientiam decem plagarum cum præceptis decalogi. Hugo Cardinalis hoc loco interpretatur tum in malam partem, quando sanguini seruimus & carni, quibus omne peccati turpioris dedignatur genus, & recidunt nobis omnia in sanguinem damnationis, (id ex quodam Baldumo refert etiam Aiguanus) tum in bonam, cum aqua veteris legis insipida, vertitur in sanguinem nouæ, quæ tota Christi sanguine rubet; vel aqua sapientiæ mundanæ, opulentiæ, vanitatis, voluptatis, euadit abominabilis nobis. Origenes [m]

[a] c. 7. 17. & c. 3.
[b] in c. 7. & seq.
[c] in Exod. c. 7 & seq.
[d] Autem plerique ab aqua elementum. d. 1. de vita Mosis.
[e] lib. 3. c. 46. & c. 55.
[f] in Exod. q. 19.
[g] hom. 4. in Exod.
[h] in Exod. c. 7. de natura. Exod. 1. de natura. lib. 2. lib. 1. c. 17. lib. 2. in Exod. c. 51.
[i] lib. 8. epist. 10. 11.
[k] ver. 19.
[l] in histo.
[m] ibidem.
[n] in Exod. c. 7. q. 9.
[o] tiatiq. c. 33. vel 5.
[a] in ps. 104.
[b] Mare rubrum vide vegetium nacum.
[c] Vatic. in Exod. 9 indicat.
[d] lib. 83. q. in 7. Simile 1 tract. c. 8.
[e] epist. ad Armenios, to. 1. Bibl. Patrum.
[f] 1. parte.
[g] lib. 1. itinerarij sui c. 18.
[h] Aiguanus vers. 9.
[i] 38.
[k] Rup. de pr. dic. c. 10.
[l] Matth. c. 10. & in Exod. cap. 14. lib. 6. epist. in 21.
[m] ho. 4. in Ex.

Aquæ Ægypti quid sint.

aquas Ægypti, errantia & lubrica vocat philosophorum dogmata, quæ paruulos quoque sensu, & pueros intelligentia deceperunt, vbi verò crux Christi mundo huic veritatis lumen ostendit, necis eorum pœnas, & reatum sanguinis exigunt, iuxta illud [a], *vt veniat super eos omnis sanguis iustus*, &c. Rupertus [b], quem dixi plagarum decem numerum aliter inire, hanc secundo loco collocans, vult significare pœnam secundi præcepti decalogi, debitam præuaricatoribus, id est, adorantibus sculptilia, & in simulachris suis gloriantibus, & propter illa sanguinem fidelium fundentibus, vt nempe sanguinem bibant, bibendóque affligantur, non vno, aut duobus, sed totis septem diebus, hoc est, in sæcula sæculorum.

a Matt. 23. 35.
b lib. 1. in Exod. c. 8. 29. 30. 31.

Et conuertit in sanguinem flumina eorum.] Euthymius ac Nicephorus nomen plurale poni pro singulari notant, seu pro Nilo, qui vnicus per vniuersam Ægyptum fluit: vel propter multiplices riuos διώρυγας è Nilo exeuntes, ita vt ob aquarum copiam censeri possint plura flumina. Ægyptum τὴν πολύμυτον δέλτον Herodotus appellat [c], Strabone teste, qui etiam scribit [d], omnem Ægyptum fossis Nili riuos excipientibus, vndique interseptam fuisse, ita vt vbique nauigabilis esset; quod tamen de Ægypti tantùm parte maiore meridiana concedit Abulensis [e]. Caietano [f] non creditur, docenti nomen fluuij de pluuia quandoque dici. Concedi potest de mari: vt apud Abacuc [g], *numquid in fluminibus iratus es Domine?* & Ionas [h] in mari demersus aiebat, *proiecisti me in profundum in corde maris, & flumen circumdedit me*: & aliqui illud psalmi 73. [i] *tu siccasti flumos Ethan*, de mari rubro interpretantur: vocant denique Oceanum flumen Homerus, Hesiodus, & alij Poëtæ. Dixi autem Genebrardo placere, vt etiam aquæ marinæ conuersæ sint in sanguinem. Id, etsi non videtur necessarium, quia non sunt potabiles; tamen probabilitate non caret, quia hausisset alioquin marinam iquam in cerea vasa infundendo, exuere fœditate, ac dulcem potabilemque reddere. Sed aberat nauc longius, in quod per ostia septem effundebat se. De mystica conuersione ita dixi; eámque comparat Hugo ex Bernardo, & ex Ricardo Aiguanus, cum ea quæ facta est à Christo aquæ, in vinum, & ab eodem, nunc que à Sacerdotibus, vini in sanguinem.

Vnicus Ægypti fluuius, Nilus.

c lib. 1. & 17.
d lib. 17.

e in Deut. ca. 11. q. 8. & in Iob c. 22.

f c. 38. in fine.

g c. 3. 8.

h c. 2. 4.

i vers. 15.

Et imbres eorum, ne biberent.] Hieronymus, *riuos*. Alij, *fluenta*, &, vt Augustinus censet, melius τὰ ἐμβρώματα exponunt aliqui, *emanationes aquarum*, seu *scaturigines*, & *aquæ ab imo ebullientes*; foderunt enim, inquit, Ægyptij, e sanguinem pro aquis inuenerunt. Omnino in Ægypto raras decidere pluuias imbresve, testes Philo [k], Plinius [l], Mela [m], & Deuteronomij [n] liber innuit. Quare ὄμβρημα vel ὄμβρος, vnde Latini suum imbris vocabulum deriuarunt, ab ἰέναι, ῥεῖν, hoc est, à simul fluere; possint intelligi aquæ ab imo scaturientes, vt obtemperant Ricardus, Cenomanus, & Genebrardus. In Psalterio Arabico legimus, *aquam lacuum*, in Illyrico, *stagna*, In Gallicano, Romano, & apud Cassiodorum, *pluuiales aquas*. & ita legisse Ambrosium refert Bruno Carthusianus; exponit verò aquas collectas de pluuiis in cisternas. Hebræa vox נוזליהם *nozelim* propriè sonat *fluenta*, vndecumque exiliant. Equidem nullum reperire potui auctorem qui ὄμβρήματα de aliis, quàm de pluuialibus aquis interpretaretur, quamuis Apollinarius hoc loco exponat φρέατα, *puteos*. Sed Latinè imbrem pro quouis humore aqueo vsurpari certum est, Nonnullique testatur. licet consuetudo induxerit dici agmen cœlestium aquarum & pluuiarum, tamen auctoritatem variare, significareque omnem humorè aqueum, exemplo sit Lucretius [a],

Rara decidant ne Ægypti more.
k in vita Mosis.
l lib. 5. c. 10.
m lib. 3. c. 10.
n c. 11. 11.

a lib. 1.

Ex igni, terra, atque anima (aëre) *nascuntur, & imbri.*

& Virgilius [b],

b 1. Aene.

----laxis laterum compagibus omnes
Accipiunt inimicum imbrem, rimisq; fatiscunt.

Vocat inimicum imbrem, aquam inimicam, quæ classem videbatur demersura. Psalmo 104. [c] indefinitè dicitur, *Conuertit aquas eorum in sanguinem*: & additur, *pisces occisos esse*: de qua re dixi ex Philone.

c vers. 29.

Vers. 45.] Misit in eos cœnomyiam, & comedit eos: & ranam, & disperdidit eos.

HÆ duæ plagæ in Exodo [d] narrantur quarto, & secundo loco, estque ibi quarta, quæ in isto versu priùs ponitur, quæ posterius, secunda. Seorsim agendum de vtraque.

d c. 8. 2. seq. & vers. 21. atque seq.

Misit in eos cœnomyiam.] Liber Exodi [e] appellat *muscam grauissimam*, & *omne genus muscarum, diuersive generis*, atque *his impletam vniuersam terram, in qua erant Ægyptij, præter Gessen, in qua erant Hebræi, & corruptam esse ab huiusmodi muscis*; *ita vt Pharao ad auertendam plagam, permitteret populum sacrificare in eadem terra*; *sed cum negaret Moyses fieri posse, promitteret dimissionem sacrificij causa in desertum*; *dummodo non abirent longiùs, & rogarent pro ipso*; *& hoc postquam fecisset Moyses, ablatam muscam*. Hieronymus hoc loco vertit, *omne genus muscarum*. Alij hebraizantes, *miscellam*, seu *mixturam*, *turbam muscellaneam muscarum venenatarum*; vel *ferarum*, vel *volatilium*; quoniam nomen Hebræum est ערב *hharob*: Arias exprimit *apem*, *vespam*, *muscas*, *infectaque alas*. Vatenius ait non differre à *cynipe*; (hic enim scribit hoc nomen) quæ fuit in Exodo plaga tertia. In libro Sapientiæ [f] ferè dixi quæ ad rem præsentem necessaria sunt, & de muscis quoque nonnulla in libro Ecclesiastæ [g]: ac in illo quidem de varia etiam lectione, & quòd κυνόμυιαν Hieronymus [h] magis approbat, (vnde Sixtus [i] Senensis, inter alia probat, cum qui commentariorum in Psalmos author, vocatur Hieronymus, Hieronymum non esse, quia *muscam caninam vocat*) & Aquila vertens πανομυῖαν *panmyiam*, *omnem muscam*; & est iteratum psalmo 104. [k] in emendatis Bibliis Latinis, *Dixit & venit cœnomyia*; tamen in vtroque psalmo ex editione LXX. esse κυνομυῖαν *cynomyiam*, *muscam caninam*. Hoc modo Latine duobus vocabulis habetur in Psalterio Romano, & Gallicano, & apud Cassiodorum in isto psalmo; in 104. Romanum, & Cassiodorus legunt *cynomyiam*, *muscam caninam*: etiam Concilium Coloniense 13. *Cynomyiam* ut & Isidorus [l] Rufus in præsenti nostro Psalterio Arabico, & Illyrico numer. plurali *muscas caninas*, siue

e cap. 8. 21. & seq.

f in c. 11. 16. c. 16. 9.

g in c. 10. 1.

h epist. 135. in fine. i Sixtus Senensis.

k vers. 31.

l 12. etym. c. 8.

caninas.

cuniam. Augustinus, & Latini alij passim vsurpant *cynomyiam* in psalmis, & ille etiã in Exodo [a], vt est item Græcè κυόμυια; nec Philo [a], vllúsve alius Græcus dissidet enarrator. Sed Iosephus [b] appellans θηρία πα ζῶα καὶ πολύτροπα, *omnimodas ac multiformes feras seu bestiolas*, quales nemo ante eam diem vnquam viderat, fauet opinioni Hebraizantium, quam etiam recitat Græcus auctor, citatus ab Agellio, scribens ab Hebræis κυνομυῖαν exponi, παντὸς καὶ παμμιγῆ ἀγρίων, καὶ ἑρπετῶν ὅμιλον *Sapiens, multitudinem permixtam agrestium morientiumque ferarum.* At placuisse Agellio miror κυόμυιαν hîc significare *reptilia, vt serpentes, lacertas, & similia.* Repugnat profectò voci Græcæ, in cuius compositionem μυῖα, id est, *musca*, ingreditur, siue κυνομυῖαν dicas; siue κυνομυῖαν, quam vocem si recipimus, vt LXX. ab ipsis dicere debemus excogitatam, quia non extat apud alium authorem, sicut nec πανμιγῆ Aquilæ, vt reptiles animantes significet. Multo terendus minùs Caietanus in Exodum, ex officina Interpretum dicens legi, *muscas*, nec has reuera tamen fuisse. *Cornum* quidam exponunt, qui dicitur ערב *hhorob.* Bruno Carthusianus, & Arguanus docent, legendo *cynomyiam*, à parte, id est, à canina musca totum denotari, nempe omne genus muscarum; quod Abulensis [c] distinguit, & magis accuratè Vlysses Aldouandus [d]. Ex his, quia molestiet cynomyia, canina musca, vt eam Philo describit, idcirco à tam multis nominatum expressa est. Non quòd canes infestet musca, vt Hermolaus voluit, aliique, præsertim in auribus, cynomyiam dictam Philo existimat, sicut cùm vulgò quandam nominamus *caballinam*; sed quia audacissimum animal, compositum quodammodo sit ex impudentissimis cane & musca, illo omnes terrestres quadrupedes, hac vincente omnes volucres temeritate, ita vt accurrant intrepidè, nec, si quis arceat, cedant, donec satientur carnibus & sanguine. Subdit è longinquo cynomyiam cum stridore in teli morem magno impetu aduolare, infixamque cuti, hærere pertinaciter; Hebræis autem tunc molestiorem fuisse, diris exagitatam, & vltra natiuam sitim sanguinis armatam diuinitùs contra homines impios. Incidi, postquam hæc notaui, in Thomam Maluendam [e], qui multis disputat de lectione præsentis loci.

Et comedit eos] Malè negat Caietanus, vt satis constat ex dictis, infestas muscas istas hominibus fuisse. Non solum repugnant illi præsens *comedendi* verbum, & citati priùs Iosephus, ac Philo, sed etiam Sapientiæ [f] liber, in quo est quod *morsibus inuisarum occidebantur Ægyptij*; sed etiam quoniam in Exodo [g] *venisse grauissimam muscam* scribitur *in domos Pharaonis, & seruorum eius, & in omnem terram Ægypti, corruptamque terram ab huiusmodi muscis.* Paulus etiam Orosius [h] muscas caninas per interiora membrorum horridis motibus curritasse scribit, acerbéque intulisse tam grauia tormenta, quàm turpia. Prosper [i] secretis etiam membris pœnas moribus inflexisse. Niloticas muscas Plutarchus [k] nominat ἀγρίας ζῶα, καὶ ἄτιμα, *feras, & impura animalia.* De grauitate illius plagæ scire si cupis, consule dicta c. 10. [l] Ecclesiastæ, vbi præterea non pauca, quæ moribus & eruditioni seruire possint, attuli circa muscas.

Augustinus [m] mysticè muscam ait esse pœnam eorum, qui quartum violantes præceptum, parentes non honorant, quia hoc est caninum non agnoscere parentes, vnde & canum catuli cæci nascuntur. Idem habet Petrus Damiani [n]. Addit Prosper talibus *dari sanctum non debere* [o], sed ab eorum consortio Chananæam fide mundatam, humili pióque latratu, & sibi gratiam, & filiæ salutem, nullis præcedentibus meritis impetrauisse [p]. Rupertus [q] contumeliosos inhonoratores parentum ait non diu viuere, quod honoratoribus promittitur [r], sed vt *muscas morientes perdere suauitatem vnguenti* [s]. Idem Augustinus [t], hocque loco qui dicitur Hieronymus, & ante illos Origenes [u], comparant eandem caninam muscam cum secta Cynicorum, voluptatem pro summo bono prædicantium. Isidorus [x], qui muscam absolutè accepit, sed secundum LXX cynomyiam, id est caninam, designari docet per nimis insolentem & inquietam muscam, insolentes curas desideriorum carnalium, cordáque illorum qui sæculum istud amando, desideriorum suorum inquietudinibus feriuntur: per caninam, mentis humanæ voluptatem, & libidinem carnis; forensem demum eloquentiam, quam veluti canes, alterutrum se, inquit, homines lacerant. Vltimum Hugo hîc amplectitur, ac præterea distinguit moraliter *cynipheu* seu *scinipheu*, *vespam*, siue *muscam equinam*, & *caninam*, hæresis, petulantiæ, detractionis, quibus vis rationalis, concupiscibilis, irascibilis inquietatur. Quod primo dixit loco Isidorus, ex Gregorio [y] videtur transcripsisse, qui profert etiam ex Ecclesiaste [z], *muscæ morientes perdunt suauitatem vnguenti.* In huius loci commentario plura, vt antè præmonui, in eamdem dixi sententiam, aliásque de eodem animali tropologias ex aliis Patribus attuli, ac de Beelzebub & Myiagro, seu Myiode, vel Achore idolo, Deóque muscarum. Adde item Iouem ἀποδύομον muscarum abactorem apud Pausaniam [aa], Clementem [bb] Alexandrinũ, Plinũ, &c. & quod memorat auctor de admirandis auditionibus [cc] in Sicilia, ac Italia muscarum quoddam genus reperiri, quod circumquaque aduolet, cùm verò momorderit animalia aliqua, ea interimat.

Et ranam, & disperdidit eos.] Hieronymus hoc, & præcedenti membro, nomina collectiua numeri singularis pluraliter exponit, & cum ætiologia, *vt comederent, & vt disperderent eos.* Alia Psalteria, & Cassiodorus, vsurpant verbum *exterminandi.* Exodi liber [dd] secundam in plagis hanc statuit, narrátque *manum extendente Aarone super aquas Ægypti, ascendisse ranas & operuisse terram Ægypti, ebullientes ex fluuio, & ingrediendo Pharaonis domum, & cubiculum lectuli eius, & super stratum ipsius, & super domos seruorum eius, & in populum, furnos, & reliquias ciborum, cumque mortuæ essent iussu Moysis, in immensos aggeres congregatas esse, & computruisse terram.* In Psalmo 104. [ee] canitur, quòd *edidit terra eorum ranas in penetralibus Regum ipsorum.* In libro Sapientiæ [ff] habetur, quòd *pro piscibus eructauit fluuius multitudinem ranarum.* Ibi perstrinxi summam narrationis. Aptum Ægyptiis Theodoretus [gg], & Chrysostomus [hh] notant fuisse supplicium, qui Hebræorum infantes in aquis interemerant: nam pueri ranas incessu quodammodo imitantur, & quia nondum solis pedibus niti possunt, manibus supplent pedũ imbecillitatem. Quod hoc loco dicitur Deũ *misisse ranas*, indicatis aliis locis expromitur vnde ranæ prodierint, videlicet per

[a] lib. 1. de vita Mosis. [b] 1. antiq. ca. 3. vel 4.

Kuriatim.

[c] in Exo. c. 8. dub. 1. de insectis.

Animal audax & temerarium, cynomyia

[d] l. 6. de Antichrist. c. 3.

[e] c. 8. 24.

[f] c. 16. 19.

[g] c. 8. 24.

[h] lib. 1. c. 9.

[i] de prædic. c. 26.

[k] de esu carn. lege etiã Symp. q. 9.

[l] vers. 1.

Sanctum mysterium. mirac. de cõcordia decem plag. & præcep.

[m] c. 8. 24.

[n] lib. 1. de insectis.

[o] Matth. 7. 6.

[p] c. Matt. 15. 28.

[q] in Ex. c. 14.

[r] Exo. 20. 12.

[s] Eccles. 10. 1.

[t] Serm. 81. de temp.

[u] hom. 4. in Ex. Omnes voluptatem pro summo bono prædicabant

[x] in Exo. c. 14.

[y] l. 13. mor. c. 15. vel 28.

[z] c. 10. 1.

Achor idolum muscarum.

[aa] l. 5. Eliacorum.

[bb] parænet. ad gentes & lib. 2. c. 2. lib. 6. c. 28.

[cc] c. 134. apud Cristianum.

[dd] c. 8. 2. & seq.

[ee] vers. 30.

[ff] c. 19. 10.

[gg] in Exo. q. 9.

[hh] in psal. 104. Supplicia & ultionem per aquas factam.

ebullitionem quandam, aut eructationem, more piscium, reptilúque quam significant שרץ *seuarats*, & ἑρπυστικὰ, fluuij maximè, sed & aquarum cæterarum, aut fluuiorum Nilo minorum, riuorum, & paludum [a], &c. Ranarum omnis generis copiam irrupisse credi potest, nó timentes, vt ex R. Iacob Genebrardus refert, enses custodum, & vulnera in secretiora quæque loca, vt vocales aquaticas, rubetas, calamitas, buffones. At Crocodilos etiam produsse qui homines abriperent, merito repellit Abenzera, quia non hos significat nomen צפרדים *tsephardeiahim*: Abulensis [b], illos, quos subiisse asserunt in ora, & alios meatus dormientium, quia sic essent mortui. Etsi negari non debet infestatio vexatióque, tum vigilantium, tum dormientium citra mortem. Philo [c] scribit ad summas quoque contignationes obrepsisse, ita vt nec foras progredi posset homines, viis oppletis, nec intus manere: Iosephus [d] domestico victú fœdasse in esculentis, atque poculentis, & omnia fœtuisse, putore è ranis mortuis exhalante infecta. Genebrardus [e] Calumnistas dimensionum penetrationem negantes refellit hinc, quòd existimet ranas eo modo ianuis, & fenestris clausis, intima quæque loca repleuisse, non in illis ipsis per putredinem tunc primùm natas, sed ex aquis editas. Nó desunt certiora prodicta penetratione argumenta; possétque quis de illis, quæ aditú non reperirent, opinari à Deo ipso, tùm primùm de nouo factas. Nec ambigo Angelorum opera multas huc inde adductas. & immissas, eo propè modo quo & ad *Adamum missa cuncta animantes sunt adducta* [f], *& ad Noe in arcam & illata*. Itaui in libro Sapientiæ [g], prodigia ranarum similia, ex Plinio [h], Athenæo [k], Orosio [l]. Adhice Diodorũ [m] Siculum de incolis quos ranæ sedibus propriis, pluuia delapsę pepulerint. Conferri potest ista cum plaga Philistinorum, de qua postea versu *66. cum ebullit etiam terra mures.*

Iam verò mysticè Nyssenus [n] ranas figuram facit voluptuosæ ac luxuriosæ vitæ, quia viuunt in aquis, ac terra; in cœno & luto; turpis affectus, fœtorisque tetri; non mundantur aquis, sed magis fœdantur: sunt importunè loquaces, & quæ attingunt, conspurcant. Pluribus ille hæc verbis applicat. Augustinus [o], & Petrus Damiani [p] hisce philosophos ac hæreticos comparat, qui secundum decalogi præceptum de non assumendo in vanum Dei nomine, violent, clamosè contendendo quasi in limosis paludibus, aduersus orthodoxam doctrinam, atque tædium afferendo auribus, nullos autem præbentes cibos mentibus. Vescuntur aliqui tamen ranis; sed non forte Isis Tragens Augusti ni. Addit Prosper [q] omnem periurum, sacrilegúmque; ranis autem similes esse, qui in lacunar rebaptizatorum coniectas sordes non abluunt, sed potiùs cumulant delicta. Rupertus, & post eum quem vocant Hieronymum auctorem commentarij in Psalmos, interpretatur loquaces poëtas, non solùm in fluuiis Ægyptiorum, sed & in cæterarum fabulantes, atque coaxantes paludibus gentium, & perstrepentes in theatris ridicula figmenta fabularum, sicque assumendo nomen Dei in vanum, verbi gratia, cùm adultero Ioui, & meretriculæ Veneri nomen diuinitatis aferibunt, & corporaliter aures, tectitando, & oculos, gesticulando, delectant quidem, sed animis exitiales existunt; sicut ranæ illæ permolestæ fuerunt *ascendentes & ingredientes domum Regis, & cubiculum lectuli eius, & super stratum eius, & in domos seruorum eius, & in populum eius, & in furnos eius, & in reliquias riberum eius.* Iungit Bruno Carthus. poëtarum fabulis argumenta garrula sophistarum. Hugo in genere de vitio loquacitatis explicat. Distinguens etiam ranam fluuialem, aliam in cannis, siue calamis (hæc forsán est quam calamitam vocant) tertiam in dumis, aut rubis (rubeta videtur esse) ranunculam quarto loco, quæ ad inuicem respondet, & coaxat; tandem caudatam lacertæ similem, docet, quòd scientiæ naturalis fluuius ebullit ranas gymnosophistarum (Sophistas quosuis intelligit) & curiosè disputantium: fluuius sacræ scripturæ ranas hæreticorum, qui relicto puto gurgite, immerguntur in erroribus: fluuius opulentiæ ranas aduocatorum, de quibus exponit illas quæ dicuntur in Apocalypsi [r] exisse, aut *spiritus tres in modum ranarum*: fluuius mundanæ sapientiæ, ranas poëtarum, comœdorum, tragœdorum, satyricorum: fluuius mundanæ voluptatis, ranas Histrionum. Aiguanus in loco ranarum, id est, palustri ac putrido, considerat vitium luxuriæ: in earum ventre, qui maior est respectu reliqui corporis, & quo terræ adhærent, auaritiam: in modo ingrediendi saltando, superbiam seu ambitionem; quæ sunt tria illa notata in Ioannis epistola prima [s], *concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, superbia vitæ*; vel dicti *tres spiritus exeuntes de ore draconis, & bestiæ, & pseudoprophetæ*, apud eumdem Ioannem in Apocalypsi [t].

Huc liceat etiam aduocare hieroglyphicè disputata à Pierio [u] de rana, quòd sit symbolum imperfectionis, inuerecundiæ, curiositatis, & similium rerum, quas ipsi priùs attigimus. At ranas tandem imitari Cyrenaicas placet, aut rubetam grandissimam, aut Mecœnatis celebratissimam, aut in auito suburbano Augusti agro, ranas de ranis silete taciturnas [x] nec de his plura loqui. Quis crederet adeò fatuos inuentos hæreticos, qui ranarum cultores essent, putarentque Dei iram, quam meminerant in ranarum plaga contra Ægyptios demonstratam, hac vana obseruantia posse placari? Refert Philastrius [y] hanc insanam hæresim Ranatitas Praeolus nominat, ac inter Iudæos & Ægyptios viguisse. Non hoc Philastrius ait, vt ei ipse tribuit.

Vers. 46.] Et dedit ærugini fructus eorum, & labores eorum locustæ.

DE locustæ plaga octaua narrat Exodi liber [z], ærugínis expresè non meminit. Augustinus innuit quòd hic de ærugine addatur, & postea de pruina, & de igne, non nisi figuratè exponi posse. Communior opinio est, in decem, quas Exodi liber memorat, plagis, istas comprehendi, ac re ipsa euenisse ærugínis, pruinæ, ignis plagas Ægyptiis, Genebrardus, quod attinet ad ærugínem, existimat non differre à brucho, quæ locustæ species est. Hoc quidem loco Hieronymus Hebræam vocem חסיל *chasil*, *bruchum* reddit: pro quo *bruchi* nomine

&

[a] Exo. 8. 6.
[b] ibid. q. 2.
[c] c. 1. de vita Mosis.
[d] 3. antiq. c. 5.
[e] l. 3.
[f] in ps. 104.
[g] Rana multa [illegible] c. 19. c. 6. 19 c. 19. 10 lib. 8. c. 19. lib. 8. c. 2. lib. 3. c. 1. exilt. lib. 3.
[h] [illegible] de vita Mo.
[k] [illegible] de pradi. [illegible] c. 32.
[l] lib. 6 epist.
[m] de ciuit. Dei lib. 18. c. 5. & prædo. lib. 6 epist. 11
[n] Diodorus Siculus de incolis quos ranæ sedibus propriis pepulerint.
[o] Conferri potest ista cum plaga Philistinorum, de qua postea versu 66. cum ebullit etiam terra mures.
[p] Nyssenus ranas figuram facit voluptuosæ ac luxuriosæ vitæ, quia viuunt in aquis, ac terra; in cœno & luto; turpis affectus, fœtorisque tetri; non mundantur aquis, sed magis fœdantur: sunt importunè loquaces, & quæ attingunt, conspurcant.
[q] Augustinus
[r] Petrus Damiani
[s] Prosper
[t] Rupertus, & post eum quem vocant Hieronymum auctorem commentarij in Psalmos, interpretatur loquaces poëtas, non solùm in fluuiis Ægyptiorum, sed & in cæterarum fabulantes, atque coaxantes paludibus gentium, & perstrepentes in theatris ridicula figmenta fabularum, sicque assumendo nomen Dei in vanum, verbi gratia, cùm adultero Ioui, & meretriculæ Veneri nomen diuinitatis aferibunt, & corporaliter aures, tectitando, & oculos, gesticulando, delectant quidem, sed animis exitiales existunt; sicut ranæ illæ permolestæ fuerunt *ascendentes & ingredientes domum Regis, & cubiculum lectuli eius, & super stratum eius, & in domos seruorum eius, & in populum eius, & in furnos eius, & in reliquias riberum eius.* Iungit Bruno Carthus. poëtarum fabulis argumenta garrula sophistarum. Hugo in genere de vitio loquacitatis explicat. Distinguens etiam ranam fluuialem, aliam in cannis, siue calamis (hæc forsán est quam calamitam vocant) tertiam in dumis, aut rubis (rubeta videtur esse) ranunculam quarto loco, quæ ad inuicem respondet, & coaxat; tandem caudatam lacertæ similem, docet, quòd scientiæ naturalis fluuius ebullit ranas gymnosophistarum (Sophistas quosuis intelligit) & curiosè disputantium: fluuius sacræ scripturæ ranas hæreticorum, qui relicto puto gurgite, immerguntur in erroribus: fluuius opulentiæ ranas aduocatorum, de quibus exponit illas quæ dicuntur in Apocalypsi [r] exisse, aut *spiritus tres in modum ranarum*: fluuius mundanæ sapientiæ, ranas poëtarum, comœdorum, tragœdorum, satyricorum: fluuius mundanæ voluptatis, ranas Histrionum. Aiguanus in loco ranarum, id est, palustri ac putrido, considerat vitium luxuriæ: in earum ventre, qui maior est respectu reliqui corporis, & quo terræ adhærent, auaritiam: in modo ingrediendi saltando, superbiam seu ambitionem; quæ sunt tria illa notata in Ioannis epistola prima [s], *concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, superbia vitæ*; vel dicti *tres spiritus exeuntes de ore draconis, & bestiæ, & pseudoprophetæ*, apud eumdem Ioannem in Apocalypsi [t].
[u] Huc liceat etiam aduocare hieroglyphicè disputata à Pierio de rana, quòd sit symbolum imperfectionis, inuerecundiæ, curiositatis, & similium rerum, quas ipsi priùs attigimus.
[x] At ranas tandem imitari Cyrenaicas placet, aut rubetam grandissimam, aut Mecœnatis celebratissimam, aut in auito suburbano Augusti agro, ranas de ranis silete taciturnas nec de his plura loqui.
[y] Quis crederet adeò fatuos inuentos hæreticos, qui ranarum cultores essent, putarentque Dei iram, quam meminerant in ranarum plaga contra Ægyptios demonstratam, hac vana obseruantia posse placari? Refert Philastrius hanc insanam hæresim Ranatitas Praeolus nominat, ac inter Iudæos & Ægyptios viguisse. Non hoc Philastrius ait, vt ei ipse tribuit.

Vers. 46.] Et dedit ærugini fructus eorum, & labores eorum locustæ.

[z] DE locustæ plaga octaua narrat Exodi liber, ærugínis expresè non meminit. Augustinus innuit quòd hic de ærugine addatur, & postea de pruina, & de igne, non nisi figuratè exponi posse. Communior opinio est, in decem, quas Exodi liber memorat, plagis, istas comprehendi, ac re ipsa euenisse ærugínis, pruinæ, ignis plagas Ægyptiis, Genebrardus, quod attinet ad ærugínem, existimat non differre à brucho, quæ locustæ species est. Hoc quidem loco Hieronymus Hebræam vocem חסיל *chasil*, *bruchum* reddit: pro quo *bruchi* nomine

[a] Diffinitio ranarum.
[b] a c. 16. 13.
[c] b c. 2. 16.
[d] c c. 16. 13.
[e] d lib. 29.
[f] e Idem Pierius.
[g] f hæresi 11. Hæresis Ranatitarum.
[h] g c. 10.

& βρούχω in psalmo 104. [a] est Hebræum יֶלֶק *ielek*. In libro 3. Regum [b], idem vocabulum חָסִיל *chasil rubigo* etiam exponitur & ἐρυσίβη, in 2. Paralipomenō [c] *bruchus* & βρούχος. Sed in posteriore loco numerantur simul ærugo, aurugo, locusta, bruchus: in priore corruptus aër, ærugo, locusta, rubigo. Ponitur item apud Isaiam [d] *bruchus* pro חָסִיל *chasil*: vbi est Græcum nomen generale locustarum ἀπὸ ἀκρείδων: apud Ioëlem [e] recensendo erucam locustam, bruchum, rubiginem extant Hebraicè גָּזָם אַרְבֶּה יֶלֶק חָסִיל *gazam, arbeh, ielek, chasil*, Græcè κάμπη, ἀκρὶς, βρούχος, ἐρυσίβη. Itaque huius nostri loci nomen חָסִיל *chasil* nunc *rubigo*, nunc *bruchus*, & non tantùm sicut hoc loco, *ærugo* vertitur, vbi etiam, vt dixi, *bruchus* ponitur ab Hieronymo; Græcè autem est ἐρυσίβη. Quotquot interpretantur ex Hebræo, *bruchum* exponunt, & Caietanus non distinguit à plaga locustæ: in Arabico Psalterio ponuntur pluraliter *pedaulæ*. Græca vox ἐρυσίβη, vt ex Herodiano Nicephorus refert, & citat etiam Eusebium Agellius, & collector notationū in Biblia Græca Sixti, est κοπὴ ὑδάτων φθορὰ τῶν σπερμάτων, καὶ τὸ ἐπιπολάζον τοῖς καρποῖς, καὶ διαφθεῖρον αὐτούς, *puluerulenta corruptio frumenti, & pruinosum illud insidens fructibus, & eos corrumpens. Robiginem* vocant Latini de qua Genebrardus, & de Robigo deo vnoex dijs agricolarum duodecim, déq; robigalibus sacrificijs, cum quibus conferri potest ἑορτὴ βρούχων ἐστὶν, *bruchorum festum*, de quo Rhodiginus [f] ex agricolationis libro, nec non de sacrificijs quæ Meliunti faciebant Herculi, quòd bruchos fugaret. Idem Agellius profert ex alio Græco, quod ἐρυσίβη, nec non quem addit μαζίνας, idem fit qui apud Moysem vocatus est שְׁנָמִים, *sniphem* vocant.) Euthymius putat *æruginem* nouum quoddam germen nouamve locustæ prolem esse, & à Mose describi, & dici bruchum, & ita etiam hîc appellari ab Aquila. Latinam *asilis* vocem ex Hebræa חָסִיל *chasil* ortam suspicari licet, quem Græci vocant ὄιστρον. Sed muscæ genus id est gregibus maximè infestum, de quo Virgilius 3. Ab affimendo, excidendo, depascendo, deuorando חָסִיל *chasil* dicitur, quia hoc significat verbum חָסַל *chasal*, quasi dicas *absumptorem, depastorem*, &c. Vnde ad nomen *locustæ* generale אַרְבֶּה *arbeh* & ἀκρὶς, adiungitur in Deuteronomio [h] verbū חָסַל *chasal*, κατέδη, ἔφαγε, *deuorare*; quia locustæ deuorabant omnia כִּי יְחַסְּלֵנּוּ הָאַרְבֶּה *chi iechsselennu haarbeh*, ὅτι κατέφαγεν αὐτὸ ἡ ἀκρίς. Sed quod attinet ad nomen Græcum istius psalmi, scribitur hîc per υ in antepenultima συσπὼ, & libro 3. Regum aliquando apud alios ἐρυσίβη per υ in penultima. Hoc nomen vtrouis modo scribatur, & Latinum *aruginis aut rubiginis* nunquā reperire potui vsurpatū pro animali, hoc est pro *bruchо*, sed semper pro cœlesti fruguum vinearumq; malo, vt Plinius [k] loquitur, quē Hesychius τόκον nominat ἀφὸς ὅτι τὰ σπερματα τῶν φυτῶν, καὶ καρπὸς, *morbum aeris impositi super plantas, & fructus*. Quia tamen Plinius [l] *Erysimum* alias *irionem*, & *Jesamum* foliis erucæ paulo angustioribus similibus constare scribit, conijcio posse & ἐρυσίβη pro dicto animali seu *bruchо* sumi. Et cùm Aquilam referat Euthymius, vt dixi, βρούχον hoc loco vertisse, credere possumus existimasse ἐρυσίβην synonymum esse τῇ ἐρυσίβῃ, vel saltem חָסִיל *chasil* eum significare, de quo minùs dubium est. Latinum *aruginis* vocabulum mihi negotium facit, vt ideirco existimem docuisse Augustinum de plaga æruginis nihil extare in Exodo, cùm plagæ numerantur.

Vnum illud restat, quod pro Interprete Latino afferam, vt *æruginem* huc alibi *rubiginem* quam dicunt etiam *auruginem*, & *vredinem*, pro חָסִיל *chasil*, quod est nomen animalis, posuisse dicam, (cùm non significet animal, etsi Bruno Carthusianus memmerit aliquos dixisse *bruchum* esse, vel etiam *erucam*, vulgo 1. Gallica lingua, *canillam*.) quoniam quem effectum operatur bruchus aut locustæ aliud genus, eundem patiuntur fruges ac vineæ ab ærugine, seu rubigine. Certè prognosticon annonæ charitatis à locustarum fumi exercitu Plinius docet, vt etiam Cornelius Gemma Frisius [a] refert; quòd ferè post squalores diuturnos è sicca putredine, ac terrarum ariditate progerminant, quódque virulenti cuiusdam contagio morsus plantas & sata inficiant, vt mox vredine contabescant. Fertur item, quòd rubigo rorem noxium sequatur, qui cùm in folia depluit, sole superueniente animatur & viuit, variéque plantis nocet. Si cui hæc non placent dicat, *æruginem*, propriè dictam, in Exodo omissam, & minoris momenti, hîc verò expressam; nec minùs Dauidi credendum quàm Mosi, quia non est minoris authoritatis, vt notat Bruno. De *locusta* vocabulo & אַרְבֶּה *arbeh*, quæ sic dicta videtur à multitudine, & ἀκρὶς, difficultas nulla, nisi quòd Symmachus σκώληκα vertit, id est *vermem*; fortassis quòd prius vernas sit, quàm euadat locusta. Plagam ipsam describit liber Exodi [b], vt narret *Mose super terram Ægypti extendente manum, ventum vrentem a Domino inducum totaque ea nocte, & mane facto ab eo vento leuatas locustas, quæ fecerunt in cunctis finibus Ægyptiorum innumerabiles, quales ante illud tempus non fuerant, nec postea futuræ sunt; & operientes vniuersam terræ superficiem vastarunt omnia, herbas terræ deuorando, & quidquid pomorum in arboribus fuit, nihilq; omnino in lignis & in arboribus reliquerunt.* In psalmo 104. [c] dicente, hoc est, Deo imperante, *venisse locustā* dicitur, & *bruchus* (locustæ species, vt antea monui sine alis) *cuius non erat numerus*. Sapientiæ [d] liber *morsum locustarū* prodit *occisos homines*. Certè Pharao rogando Aaronē Mosémque, vt rogarent Deum vt auferret plagam istam, appellauit *mortem* [e]. Cognosci potest plagæ grauitas ex his quæ non tantùm Philo [f], & Iosephus [g] agentes propriè de illa, scribunt; sed etiam ex iliis quæ Plinius [h], vt meminimus aliàs in commentario libri Sapientiæ. Ibi nonnulla diximus de hac plaga, déque locustis in genere, necnon in Enarratione Ecclesiastæ; ac vtrobique de sensibus mysticis circa easdem; & quo pacto vocet hanc Deus *fortitudinem suam magnam* [k].

Adnice his quæ narrantur à Plinio de locustarum vastatione ac remedio, similia apud Zosimū [l], cùm scribit de Palmyrenis, & Orbem magnum [m], cum de Romanis suomet etiam tempore. Congerit alia exempla Bochius hoc loco. Inter pœnas, quas Deus peccatoribus comminatur, vna est, vt *sementem multam iaciant, & modicum congregent, quia locusta deuorabunt omnia* [n]. De Acridophagis etiam, seu de ijs qui locustis victitant, ad Septim Africæ, lege Diodorum Siculum [o], Agatharcidē [p], Diodorum Siculum [q], & de Æthiopibus nonnullis Strabonem [r], & Plinium [s], Solinum [t], Dioscoridem [u], Hieronymum [x], Porphyrium [y], Plutarchum [z], Aristophanem [a], déque aliis in Oriente hac etiam nostra ætate Ioannem Barrium Lusitanum [b], Scaligerum [c], Leonem

a verſ. 34. b c. 8. 31.
c c. 6. 28.
d c. 33. 4.
e c. 1. 4.
f lib. 4. c. 15.
g 3. Georg.
h c. 28. 38.
i Ἐρυσίβη. c. 6. 37.
k lib. 18. c. 17.
l lib. 22. c. vlt.
a Adnota charitatis prognosticon, sumptum ab exercitu locustarum. b lib. de natu. diuin. charact.
B
C
b exo. 13 & seq.
c verſ. 34.
d c. 16. 9.
e Exo. 10. 17.
f li. de vita Mosis. g lib. ant. q. c. 5. vel 13.
D
h lib. 8. c. 29. lib. 11. c. 29. lib. 17. c. 23.
i Ioel. 2. 25.
k lib. 2. l lib. 11.
m lib. 4. c. 15.
n Deut. 28. 38. Nahum 3. 15. & seq. Ioel. 2. 4.
o lib. 2 c. 46.
p de mari rubro apud Photiū in biblio. n. 250.
q lib. 3 c. 2. r lib. 16. s lib. 6. c. 30. lib. 7. c. 2. lib. 11. c. 29.
E
t c. 41. u lib. 2. c. 67. x 2. cōt. Iouin. & in cap. 1. v 1. de abst. a carne. z in Sympos. a in Achar. b lib. 3. decad. 2. c. 4. In Orient. jam quarto ab hinc anno. c exerc. 191.

Africanum [a], Hieronymum Mercurialem [b], Vlyssem Aldourandum [c], qui omnium accuratissimè de toto hoc argumento disserit; vt mirum non sit si Ioannem Baptistam locustis vitam transegisse prodat Euangelica historia [d], cùm etiam de locustæ bruchique concesso Hebræis esu velut mundorum, Leuitici [e] præscribat liber; tametsi vitium fecus sisidoro & Pelusiotæ de Ioanne Baptista, qui non dubitat eos qui ita sentiant asserere ἀμαθῶς loqui, sed herbarum aut plantarum ἀκροθινια fuisse, id est, summitates, quæ Græcè in Euangelio nominantur ἀκρεμονες, eo quòd τα ἄκρα *summa germinum* depascantur. Refertur ea de cibo Ioannis opinio etiam ab Euthymio ac Theophylacto, & ab Abulense [f], sequiturque illam Nicephorus Calixti [g], citat etiam Salmeron [h] Athanasium in scholiis noui testamenti, & Pantaleonem sermone de sanctis luminibus. Sed contradicit plurimis aliis Enarratoribus Euangeliorum, & Hieronymo contra Iouinianum [i], & in Ionam [k], Augustino [l], Prudentio [m], Origeni [n], hymno Ecclesiastico de Ioanne. Mercurialis, quem citaui, cùm sit hic parum salubris ac noxius etiam cibus, miraculo cuidam deputat quòd Ioannes Baptista eo vitam sustentarit, cùm etiam Galeno [o] teste, & Suida, Seleucides aues in Asia locustis vescentes, eas excernant statim, iisque ferè nihil nutriantur. Fortassis à melle quod idem Ioannes vsurpabat, nonnullum temperamentum erat.

De mystico sensu locustarum Gregorius [p] multa disputat, docens per *locustas* designari Iudæos & Gentiles, qui sunt a Christum conuersi, resurrectionem Christi, sanctorum prædicatorum vitam, linguas adulantium. Hoc vltimum congruit plagæ isti, quoniam illæ linguæ bona immoderatiùs laudando, inquit, corrumpunt. Isidorus ait [q] designari dissidentium, & discordantium inter se inconstantiam; aut mobilitatem, ac leuitatem animarum vagarum, & salientium in sæculi voluptates. Augustinus [r] opponit octauo præcepto decalogi, ne falsum feratur testimonium, octauam plagam istam, quia falsus testis nihil aliud vult, nisi nocere mordendo, & consumere mentiendo; propterea monere Apostolum [s], *si mordetis, & comeditis inuicem, videte, ne ab inuicem consumamini.* Prosper [t] sectator Augustini, scribit quòd fallacius multa variaque cõfingens, rodit vt locusta, famam, vitam, actusque alienos, donec totum, aduersus quem falsa confingit, radicitus exterminet. Sed *falsi testis non erit impunitus* [u]. Rupertus [x] transfert ad hæreticos, omnesque qui loquuntur mendacium, & eosdem illos in Apocalypsi [y] designatos quoniã sicut locustæ proprium non habent volatum, sed vento in perniciem Ægyptiorum sunt leuatæ, sic omnes falsi testes siue in foro, siue in Ecclesiastico concilio contra sanguinem proximi, siue contra fidem Christi, falsa de scripturis testimonia proferentes, volare se putant pennis scientiæ, sed procul dubio per inane tolluntur vento diabolicæ superbiæ, ad subuersionem audientium, ad perditionem sibi consentientium. Hugo distinguens hoc loco æruginem à locusta, illam de odio, inuidia, tristitia interpretatur, quæ fructum bonorum operum vrunt, & faciunt ea inutilia: locustam de detractore, qui aliorum bona corrodit & consumit. Hoc iam prior dixerat Petrus Damiani [z]. Bruno Carthusianus accipiens æruginem pro canilla, qui est vermis quidam Gallorũ lingua, latenter serpens, an denotare luxuriam, eodemque modo ærumatur pro brucho; ærugo priè, pro nebula vrente, quæ fruges absumit; superbiam quæ virtutes, omneque opus bonum suffocat: per locustam designari temeritatem in operando, eo quòd hæc incedit temerè, ac sine duce. Notandum tandem, quòd fructus, ac fruges nominantur labores, quia sudore, ac labore constant [a], *& labores manuum vocantur* [b]: imò & Latinè laborari terra dicitur, & quædam nominantur à Plinio [c] laboris, vel potiùs laborinus campus in Campania, etsi malim. alij Labernum.

Vers. 47.] Et occidit in grandine vineas eorum, & moros eorum in pruina.

Vers. 48.] Et tradidit grandini iumenta eorum, & possessionem eorum igni.

SEptima plaga fuit grandinis, cum qua in Exodo [d] narrantur admixta tonitrua, & discurrentia fulgura super terram, seu ignis, & grando tantæ magnitudinis, quanta antè nunquam apparuerat in vniuersa terra Ægypti, ex quo gens illa condita est. Similia producuntur psalmo [e] 104. *posuit pluuias eorum grandinem, ignem comburentem in terra ipsorum; & percussit vineas eorum, & ficulneas eorum: & contriuit lignum finium eorum.* Quare quod scribitur de pruina & igni hoc loco, non spectat ad plagas diuersas. Erat ea facies aëris in Ægypto noua, quia nescit Ægyptus hyemem, hyemalesque tempestates, inquit Philo [f]. (id etiam Iosephus [g], ac Plinius [h] tradunt;) qui præterea notat ignibus intermixtas grandines non colliquefactas: non solum arbusta vastata & segetes, sed non pauca quoque animalia periisse, partim frigore, partim ictibus tum grandinum quasi lapidum, tum fulminum, &, si quæ superierant de animalibus ambusta, vulnera circumtulisse ad terrorem videntium. Ostendit simul Deus & se omnium Dominum elementorum, cùm cuique suum Ethnici proprium ascriberent, vt obseruat Theodoretus [i], & quàm sit misericors, præmonendo vt reducerent Ægypti domum, quæ salua cuperent [k]. Quod Philo scripsit permixtam ignibus grandinem non eliquatam, nec ignes extinctos grandine, ex libro Sapientiæ [l] mutuatus videtur, cuius etiam libri ipsummet auctorem nonnullos facere, sed immeritò, docuimus, cùm illum interpretaremur. Nominantur ibidem [m] *nix, glacies, pluuia*; & nos eo etiam loco de veteris pluuiis ostendimus, aliáque disputauimus, ac præterea c. 19. [n] & c. 5. [o] item in psalmum 67. P huc pertinentia, vt superuacaneum videri possit, plura dicere, vel scripta transcribere. Prodigiosæ grandinis alia exempla profert Bocchius hoc loco ex Socrate [p], & alijs in historia sacra illustre contigit lib Iosue [q].

Interpretationem Origenes [r], & eum imitatus Augustinus [s], & Isidorus [t], assignant mysticam, seu mauis tropologiam, quibus tacita veluti, & cum silentio illata, non sufficiunt supplicia, his irrogari de supernis horrisona verbera, & luculentam grandinis ignisq; de cœlo doctrinam, per quam possint culpam suam castigari agnoscere, vt adhuc tenera nascentia vallentium malorum germina & spinæ ac tribuli, voluptatis libidinisque illo consumantur *ignis, quem Christus venit*

a 9. de affect. c. 3 ba. varia. lect. c. 30.
c 4. de inst. & c. 1.
d Matt. 3. 4. *ipsius bruchorum farinæ ipsius loca.*
e cap. 11. 22. & Deut. 14 epi. in 5. & 132.
A ἀμαθῶς.
f in c. 3 Matt. g lib. 1 c. 14. h tom. 4. tract. 4. lob. 2. kan c. 4. i in epist. ad Roman. & 3. confess. m in carmen. hymno de S. nã. bapt. n hom. 21. in Luc.
o 5. de locis affect.
Sensus mysticus. p 31. Mor. ca. 20.
Bona immoderatiùs laudata corrumpuntur. q in Exo c. 14.
r tra. de conc. decem plag. & decè præcept.
s Gala. 5. 15. t sup. de prædict. c. 30.
u Prou. 19. 5. x lib. 1. in Exo. c. 18. y c. 9. 7.
z lib. 8. epi. in 11. lib. 6. in 11.
a Gen. 3. 19. b ps. 127. 2.
c lib. 17. c. 4
B
C
D
d c. 9. 23. 24.
e vers. 11. 32.
f 1. de vita Mos. g Antiq. c. 3. vel 13. h lib. 2. c. 50.
i q 22. in Exo.
k Exo. 9. 19.
l cap. 16. 16. & seq.
m vers. 16 & seq.
n vers. 19. 20. o vers. 3. p vers. 25.
E
q lib. 4. ca. 10. & lib. 5 supor. c. 22.
r in Exod. l. 6. 4 in Exo. c. 11. de temp. num. Exo c. 9.

mutare in terram. Idem Augustinus [c] adaptat septimo præcepto quo vetatur furtum, plagam hâc tertiam, quia quod per furtum quis contra Dei præceptum subduxerit, de cœlo perdit. Prosper [c] paulo aliter comparationé in eo spectat, vt quod fœnûs grando agit in campis, hoc fur patientibus, domibusque inferat alienus latro etiam ac prædo in plateis & campis diripit. Sed obnoxius sit illi legi generali [d]; *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.* Petrus Damiani [e] frigus grandinis interpretatur de fure, qui charitate frigidus est, calorem ignis de eodem, qui ardore cupiditatis accensus est; fulgura & tonitrua de eiusdem pauore intolerabili, ne capiatur & puniatur. Chrysostomus [f] quòd ad Ægyptios puniendos, pugnantes inter se naturæ aquæ & ignis nullo detrimento sese mutuo affecerint, ait immanitatem illorum prodidisse, nempe, quod cùm homines essent, naturæ tamen reuerentia minimè tangerentur, verum eos, qui eadem natura præditi erant, acerbam seruitutem subire cogerent. Bernardus [g] docens viro sapienti suam vitam vineam esse, suam mentem, suum conscientiam, cum *vacca talis replent vtres vinæ suæ* [h], confirmat loci præsentis testimonio, vineas vita priuatas, quæ sterilitate damnatæ sunt. Hieronymus [i] clementiam ait esse Dei, arbusculas tamen motus & syconorus arbor magna est [k] quem Ægypto radicatæ; sanguineos habent fructus (propter iuxta rubrum interficere & subuertere, ne biberent, qui male plantauerunt, & comedant ex iis fructum. Hugo denotari docet immanem oppressionem vicinorum, vel à Deo de super immissam tribulationem ad vtilitatem quidem hominum, sed ex qua nonnulli deteriores euadunt: per *moros*, qui sunt inter albos, & inde rubei, postremo nigri, clericos & religiosos, qui fructibus bonorum operum abundare debebant, & esse albi vitæ innocentia, rubei charitate, nigri patientia, mortisque desiderio, sed occidant [l] à pruina auaritiæ, quæ stringit corda, & manus incurvat: *vineas* né esse rum qualus congregationes, aut animas fidelium; tum peculiariter tam has, quam moros, doctores & prædicatores, quia ferunt vinum doctrinæ diuinæ, & verbis tanquam folus nutriunt eos, qui faciunt tibi fericas vestes virtutum, sed *occidi grandine* asperæ reprehensionis, & pruina auaritiæ, atque ambitionis: *iumenta quoque grandine percussa*, esse simplices ac idiotas priorum subditos, à quibus opprimuntur, ac damnationi æternæ tradiuntur. Hos denique rectiores subditos, esse *possessionem* traditam ab illis igni peccati, & gehennæ: vel, *iumenta*, quorumlibet peccatorum esse corpora tradita igni tribulationis, *possessionem*, spiritualia bona, quæ propter peccata moriuntur & consumuntur; item, *possessionem*, corpus, quod Apostolus [m] *vas* vocat *in sanctificatione & honore possidendum*, & animam, quam Christus [n] *in patientia nostra possidemus*, verumque vero tradi igni gehennæ. Verum quod ait semper, quando incidit quis in peccatum, videlicet mortale, mori bona prius facta, quia *est ignis vsque ad penitentiam denorans* [o], propriè loquendo de præsenti vita, non est verum. Nam recepta in schola distinctio est, operum mortuorum, mortiferorum, mortificatorum; vt prima sint bona, sed hominis carentis vita gratiæ iustificantis; secunda mala, & mortem æternam promerentia, ac exlege gratiæ vitam extinguentia, postrema bona, quæ remanent in peccatore secundum habitum quo-

damnato, quandiu viuit, & reuiuiscant simul cum vita gratiæ recuperata. Mori ergo & contumi fortasis intellexit Hugo, quatenus ex lethali perit fructus illorum meritorum, & nisi redeat gratia, perinde est, ac si nunquam fuissent, quod attinet ad æternam tum beatitudinem non consequendam, tum damnationem meritendam.

Et occidit in grandine vineas eorum. Potuit etiam reddi *vites*, vt scribi fecit Augustinus [p]. Hieronymus, qui occidit, &c. Hebraice & Græcè deest coniunctio; & pronomen, sed rectè alterutrum additur; & coniunctio etiam à Paraphraste. Hic autem vitur verbo *decorticauit* קרח *igalippis*. At decortatione occiduntur vineæ plantæque alibi. Arabice est, *perdidit*. Illyrice, *vobereuit*, seu *percussit*. Valent idem omnia: nec refert, quod plurali numero vineæ sint in editione Latina, & alibi in Hebræa & Græca extet singularis. Denique *occidendi* verbum הרג *harag*, *interfecit*, indicat vineis, moris, & aliis plantis messe vitam, nempe vegetatiuam, quemadmodum & cum Paulus [q] *viuificari semen morientem* scribit, & Christus [r] ait *granum frumenti mortuum affere fructum multum.* Tritum etiam illud Gregorij [s], hominem viuere cum plantis, sicut esse cum lapidibus, &c. Denique Augustinus [t] hoc ipso ex loco probat messe plantis vitam. More scripturæ [u] vineis aut anima viuens, de solo animali dicitur, & ζῶα τὰ ἔμψυχα, vsurpant Græci de solo animali. Necta solent ζωὴν plantis tribuere, imo negat Basilius [x] eas illa informari, vt nimirum à tetigerando, & respirando dicitur; quo item pacto loqui videtur Augustinus [y]. Sed & Varro [z] proxima scribit animalibus ea esse, quæ viuere dicuntur, neque habere animam, vt vigultâ. Stoici non propterea tollere plantis animâ debuerunt, quod cupiditate careant: nec Plato [a] potit Empedoclem, & Anaxagoram, sensu præditas, sed obtusiore, sentire; vel Pythagorici sensum & appetitum perfectioribus concedere.

Rusticanam impietatem appellat Augustinus [b], quæ dat sensum arboribus, magisque ligneam, quàm sint ipsæ arbores, quibus patrocinium præbet, & dolere vitem, quando vua decerpitur, credit. Repellit præterea sordidiorem eiusdem Manichæorum [c], qui rationalem quoque animam plantis assignabant. & ab arbore folium sine tumore decerpere, homicidium putabant; & agrum spinis purgare, nefas; & illas audire voces nostras, corpora, motusque illorum intueri, cogitationes ipsas perspicere. Viuunt, atque vegetant plantæ, ac motionem habent ab interno principio, formarum autem non viuentium functiones ac motus à principio duntaxat externo sunt. Vis attrahens & expellens cum latente sympathia & antipathia, facit vt vrtes attrahant succos, teneciant inutiles, iuuentus verò senectusque, vt & sexus atque maritatio, per solam metaphoram ipsis accommodantur: vita mortque etiã frequentius de animali, propriè tamen de planta dici possunt, sicut & viuificatio, interfectioque. Virgilius [d] etiam sine metaphora dixit, *interfice messes*; Eo in loco, qui est quarti Georgicon, Cerda noster exemplis probat necandi, enecandi, mortiendi, demoriendi, interimendi, occidendi, expirandi, & nullus interficiendi verba vsurpari de herbis, fruticibus, arboribus. Occisam radicem Alcimus [e] dixit,

Non facient vnum radice excisa cacumen.

Quamquam, Nonio teste, ad mariima etiam hæc

transfe

a Luc. 12. 45. ... b ... ep. 2. ... de præc. l. 10.

d Tob. 4. 16.

e lib. 6. epist. in fi.

f in ps. 104.

Natura rerum ... non ... ... Gen.

g ... in Cant.

h Prouer. 4. 11

i in Soph. c. 1.

k ... de lang. Lat.

l 1. Thess. 4. 4.

m Luc. 21. 19.

n ... 1. 21

o lib. 2.

p 1. de ciu. c. 20.

q 1. Cor. 15. 37. & Ioan. 12. 24

r ... 4.

s hom. 2. in Ezech.

t ... de gene. ad lit. ca. 16. & 17. & lib. de spiritu & anima c. 5. & 14. ... plantæ animantia.

u ... de lang. Lat.

x in Timæum & apud Theo. 5. de cura. affect.

y ... est ... ...

z ... de quæst. animæ c. 13.

a ... de hæres. in 46. & de merito Manichæ c. 11. & de ciuit. c. 20.

b 4. Georg.

transferuntur, vt cum Catullus de fœtore, quem hircum vocant, cecinit,

Crudelem nasorum interfice pestem.

Quo loco Muretus idem obseruat: & in citatum Virgilij alter scholiastes de nostris, Pótanus, quædam alia profert exempla, nec non de verbo trucidandi, vt de igne etiam dicitur. imò in Threnis [a] *occisum* dicitur *omne pulchrum visu*, id est, vasa, & alia similia perdita. Vocat Plinius [b] generali vocabulo vmiscentia è terra, Sallustius [c], & Lactantius [d], gignentia, Cicero [e]; terra nata; quæ omnia includuntur in Græco φυτά, ex quo & ex voce ζῶον, media veluti inter plantas & perfectiora animalia, ζωόφυτα, ita vt φυτά quasi φύσιν solam habeant id est naturam; si cum aliis viuentium generibus compaurentur, nomen acceperint. Plura dixi disputatione de anima.

a c. 3. 4.
b lib. 16. c. 25.
c in fragm. de Deis. d de ira Dei. e lib. 2 epilat. mil. in 20.
φυτά.

Et moros eorum.] Hieronymus, *sycomoros*, & ita Basilius, seu Theodoretus testatur alios Interpretes reddidisse συκαμίνους, qui dicuntur à LXX. συκάμινοι. In Psalterio Illyrico ponuntur *fruges*. Nomen Hebraicum שִׁקְמוֹת *sikmoth* fœminina forma, & שִׁקְמִים *sikmim* masculina, cuius numerus singularis non extat: quidam distinguunt, vt secundum significet συκάμινους, quod apud Lucam [f] vertitur Latinè per nomen *mororum*; aut συκομωραίαν apud eundem Euangelistam [g], vbi est *sycomorus*; & sicut ficus agrestis in Palæstina, gaudens campestribus, teste Hieronymo, quæ nisi vellicetur, amarissimas cariculas faciat, quæ oleo infuso dentur familiæ: Primum, ficus Ægyptiacas præstantissimas, ac de his meminisse hoc loco Psalten, apud quem solum reperitur, apud alios in genere masculino. Incertum est dissertè istud, & probabilius idem vtroque vocabulo significari, tum arborem, tum fructum eius. Componitur συκάμινος ex συκῆ ficus nomine; & μόρεα, quam *morum* dicimus, vocatúrque aliter inuersè *moreficus*, nec non *Ægyptia ficus*, vel etiam *morus Ægyptia*, vtpote non valde moro nostrati dissimilis. Qui *fatuum ficum* vocant, quo pacto & Syra [h] editio σικάμινον, deducunt à μωρός quamuis *morum* aliqui μόρον scribant, non modò μῆρον aut μεῖρον, & μωρόδενδρον, non tantùm μορέαν & συκομορέαν, non solùm συκομορέαν. Qui contendunt pro ω, vtuntur Plinio [i], appellante morum sapientissimam arborem (scilicet quòd non nisi exacto frigore germinet, ob cuius rei oppositam causam fatua dici amygdala potest שָׁקֵד *shaked* Hebraicè à vigilantia, quam per antiphrasim ad nomen alludat, quia μωρὸς stultus est, ita vt existimant arborem dici μωρέαν, & nonnihil fauet quod Poëtæ Latini *mori* penultimam producunt. Sed parum fortasse sapiens contentio ista iudicetur, nec prorsus ineptia, vt Varlenius hoc loco dicit, derivatio à μωρὸς & συκῆ; quia nec sapientior alia fit, ne eiusdem arboris nomen aliud συκάμινος, quam etiam Theophrastus [k] in Ægypto nasci tradit, & Dioscorides [l] eadem illi tribuit quæ τῆς συκομόρου. nec nō apud Athenæum [m] Phænias, præterea & Galenus [n], & Aëtius [o], & Celsus [p]. Procera est admodum arbor ficus Ægyptia, tantæque fœcunditatis, vt vno anno septies fructum ferat, Ruellio [q] teste, & si vnum decerpseris, alter continuò pullulet. Prouenit maximè in aggeribus Nili, quos colligat radicibus, & aduersus inundationes munit; ita vt, quod scribit Ruellius [r] ex Vipiano, grauiter in eos animadverteretur qui in Nili ripis excinderent sycomorum. Quare meritò hîc de hac arbore facta men-

f c. 19. 4.
g c. 19. 4.
h Luc. 19. 4.
i lib. 16. c. 25. Morum sapientissima.
k 4 hist. plant. c. 2.
l lib. 1. c. 181 in lib. 2. n. 5. de locis affect. c. 19. & 2. de alimentis. c. lib. 2 p. lib. 1. c. 18. de nutrim. diæt. lib. c. 99.
m lib. 2. c. 79.

tio, tam celebri apud Ægyptios, ex qua simul cum vinea iudicium fieri vates voluit de cæteris plantis, de quarum vastatione meminit Exodi liber, Philo, Iosephus; quod psalmo 104. [a] nominatur in genere *lignum*. *Quercus* Felix cur hic exponat, nescio. In psalmo [b] 104. est, *& percussit vineas eorum & siculneas eorum, & contriuit lignum finium eorum*. vbi *ficnum* nomine comprehendi videntur sycomori. Tropologia ex moro & sycomoro elici hæc peculiariter potest, quòd sapientissimam (vt dixi) vocarit eam Plinius, quoniam non nisi exacto germinat frigore. Adde, quòd vna ferè nocte tota germinat, ac fœtum celerrimè maturat, ne caloris aduentantis lædatur iniuria. Sic ex quercu fortitudinem, iustitiam ex palma, ex salice temperantiam Pierius [c] hieroglyphicè ostendit; vnde quod occidit Deus *in pruina* illas arbores, notatu magis dignum fuit, & docet quàm recedant aliquando vana consilia hominum, qui sibi cauti ac prudentes videntur.

a vers. 32.
b vers. 33.
Tropologia.
Arbores hieroglyphicè. c lib. 52.

In pruina.] Hieronymus, vt & Aquila, ἐν κρύει *in frigore*: Arabicè *in gelu*. Alij vertunt, *in glacie, in nimiscula grandine, in lapide glaciato, in lapide grandinis, in fulmine*: Pagninus, *in iaculis & brucho*: quidam Græcus, ἐν μάζυσι, vel βρόχῳ. quæ sunt locustæ species: Symmachus ἐν σκώληκι, *in vermiculo*. Illyricè, *in subsedine* falsa enim est pruina. Est חֲנָמַל *chanamal* hoc tantùm loco in scriptura: quod his quos dixi modis, Rabini explicant. Sed magis credendum LXX. & Hieronymo, & Aquilæ, & ex Rabinis, illis qui conueniunt cum ipsis, vt scilicet sit quiddam ad grandinis pertinens plagam, quod quasi residendo ac in morem castrorum aduentando, iuxta notionem verbi חָנָה *chanah*, excidat, secétque plantas, vt חָלַל *malal* significat. fauet in psalmo 104. [d] *percutiendi* verbum de vineis & ficuineis: nec enim ita conuenit locustæ siue brucho, sicut grandini, reiue simili. Euthymius βάχον, qua vtuntur LXX. confici docet, & concrescere ex grandine. Auctor libri de mundo existimatus Arist. definit βόλον τετηγὸς ὕδωρ, *rorem concretum*. Hesychius, πάχνην densum, vel πεπυκνωμένον ὕδωρ, concretam aquam. Plinius [e] rorem gelidum. Vt vineis grando, sic motus inimicissima pruina.

d vers. 33.
e lib. 2. c. 60.

Et tradidit grandini iumenta eorum.] Quidam codices Græci εἰς χάλαζαν, *in grandinem*. Symmachus λοιμῷ, *pestilentiæ*. Hieronymus, *qui tradidit grandini pascua eorum*. Nullus alius aliter vertit, præter Hieronymum, nisi ponendo in singulari numero, in quo est בְּעִיר *behhir*, nec alio modo alibi vertitur, quàm *animal* [f]. fortassis dixit pascuales, aut potius pascales. Alioquin radix Hebræi nominis בָּעַר *bahhar* pascere quoque significat: & in Exodo & narratur *granatum cuncta herbam percussam*; licet in psalmo 104. [g] locustæ hoc tribuatur, vt *omne fœnum comederit*. Sed cùm sequenti membro Hieronymus iumenta ponat, in hoc videtur herbas, ac fœnum intellexisse.

f Bochart. Hieroz. 4. 1. 1.
g vers. 35.

Et possessionem eorum igni.] Hieronymus, *& iumenta eorum volucribus* Symmachus, καὶ τὰ ἄλογα αὐτῶν συρίτῃ, *& possessiones eorum sibilum*, seu *auibus*. Felix id etiá sequitur. Alij, *iumenta, greges*: quidam, *segetes, fruges, carbonibus ignis, fulminibus, semillis*. Arabicè *pecuniæ eorum igni*. Generale est nomen *possessionis*, & ὑπάρξεως ad hæc omnia, id est, ad fruges, iumenta, pecunias: significare quoque potest מִקְנֶה *mikneh* quodlibet peculium, & facultates, non tantùm pecoris crassioris & minutioris, sine animalium, quæ in pascuis aluntur. Ha-

bent

bent au em fulmina vim noxiam, non tantum frugibus plantisque, & animalibus; sed etiam pecuniæ, quam colliquant: & propter celerem ac festinum impetum, quasique alatum, pennigetum, volantem, volatilem, volucrem, possunt metaphorice cognominari volucres, alites, aues. Poeta non tantum fulminis ventos nominat,

Fulminis [a] *affiatus venis, & contigit igni,*
Sed etiam alas erappingit,
——— *longeq;* [b] *ante omnia corpora Nisus*
Emicat, & venis, & fulminis ocyor alis.

De volucribus inter Ægyptiacas plagas, mentio nulla, nec satis placet, vt carniuoras intelligamus, ad icta cæsaque accurrentes grandine fulminibusve cadauera, quamuis id probet Basilius, siue Theodoretus, quòd scilicet Ægyptij subita morte comprehensi, conuiuium carniuoris facti sunt alitibus. Quare Symmachum, & Hieronymum nihil aliud voluisse arbitror, quàm quod dixi, per volucres. Quod verò attinet ad fruges, proditum est in Exodo [c], quòd *plaga grandinis, ac fulminum, linum, & hordeum læsum est, eo quòd hordeum esset viride, & linum iam in folliculos germinaret triticum autem, & far non sunt læsa, quia serotina erant:*

Vers. 49.] Misit in eos iram indignationis suæ, indignationem, & iram, & tribulationem, immissiones per angelos malos.

Vers. 50.] Viam fecit semitæ iræ suæ, non pepercit à morte animabus eorum, & iumenta eorum in morte conclusit.

Vers. 51.] Et percussit omne primogenitum in terra Ægypti, primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham.

POst ceteras plagas, omnium grauissimam subiicit, & diuinæ animaduersionis, indignationisque maximæ indicium, non Mosis, vt antea, sed ministerio Angelorum, qui pessimè percuterent Ægyptios: verum ita, vt quasi per iram suam incedendo, dum Angelorum percutientium vrebatur opera in occidendis primogenitis Ægyptiorum, præsentiret viam certam iræ suæ, seu executoribus illius, ne videlicet eam exercerent in domibus Hebræorum consignatis, & sanguine illitis. Simul quoque viam fecit iræ suæ, vt iam liberius excurreret, nec animabus ac vitæ parceret hominum, atque iumentorum; sed communiter interficeret omne primogenitum, primitiasque omnis laboris illius partus eorum, qui Patris sui Cham imitabantur impietatem. Alij sensus postea indicabuntur. Primogenitorum porrò interfectio describitur in Exodo [d], & in libro Sapientiæ [e] satis copiosè, vbi & egimus de eadem: item psalmo 104. [f] & 134. [g] Summa est, quòd in noctis medio percussit Dominus, siue Dominj Angelus percussor מַשְׁחִית *hammashhith* ἐξολεθρεύων omne primogenitum in terra Ægypti, à primogenito Pharaonis, qui in solio eius sedebat, vsque ad primogenitum captiuæ, quæ erat in carcere, & omne primogenitum iumentorum, cùm ex agni sanguine aspersissent Hebræi superliminare domorum suarum, & vtrumque postem, nec vllus egressus esset inde vsque mane.

Dicto libro Sapientiæ docet Angelum, aut etiam plures Angelos percussores ex numero bonorum fuisse, secundum probabiliorem sententiam: primogenitos item dumtaxat masculos, qui primi nati essent, nec alios ante se vllos habuissent ex parente vtroque fratres; quique merito primitiæ laboris censeri possint, id est, primo editi partu, qui laboriosior solet esse, & primum aperiunt vuluam iis similes, & quos deinde redimere propterea iussi sunt Hebræi & pro illis Leuitas substituere, & vt responderet pœna culpæ, qua masculos (hoc probat fœminas non interfectas) Hebræorum Ægyptij submersérant. Ibidem [a] exposuimus peculiarem circumstantiam somniorum malorum, ac timorum, & visionum terrificarum, & quòd aliqui semiuiui proicerentur. Non repetat à me lector semel dictorum repetitionem. si alios non habet commentarios meos, meliores non deerunt; ego verò abuti non debeo intemperanter & otio, & literis Enarratores Exodi consulendi, maxime Perezius noster.

Misit in eos iram indignationis suæ.] Hieronymus, *qui misit in eos iram furoris sui.* Alia psalteria, *immisit*, quod magis sonat ἐξαπέστειλεν: & alibi idem Doctor [b] legit *furorem iræ suæ Mittendi* verò verbum ad immissionis nomen relationem habet, sicut שִׁלַּח *shilach* ad מִשְׁלַחַת *mishlachath*: ἐξαποστέλλειν ad ἀποστολὴν; quæ omnia innuunt ministerium angelicum; quia mittuntur angeli tanquam nuncij, & administratorij spiritus, de quibus postea. Paraphrastes missionem istam refert ad omnes plagas; *immisit in eos plagas iræ furoris sui*, &c. Quo pacto comprehendi plagas dicetemus, quæ non sunt separatim commemoratæ. Imò textus Nebiensis exprimit ducentas & quinquaginta plagas מַתַּן וַחֲמִשִּׁין *mathan vechamishin sen nuchian.* Sed hunc numerum inire difficile est; constatq; solas decem distinctè recensèri in Exodo, & ab aliis scriptoribus Hebræis. Denotat verò *mittendi* verbum huiusmodi mala hominibus aduenire missu Dei, atque, cùm veluti carceribus includantur, prodire non posse ad nocendum, nec ministros eorumdem Angelos, nisi faciat potestatem, tanquam reseratis claustris. Exempli gratia sunt porci, in quos non nisi permissi, intrare dæmones quiuerunt [c]. Præterea, Deum non immediatè ac per se ipsum punire, cùm tamen eo modo præmia largiatur, vt obseruauit Chrysostomus [d]. *Transiens, & præcinctus ministrabit Christus in cœlestibus* [e]; *fudit autem in nouacula conductâ* [f], seu mercenaria, quasi *alienum & peregrinum sit opus ab eo*, punire [g] peccatores. Genebrardus vocibus Hebraicis, vt excandescentiam nasi significant, indignationem, iram, tribulationem, plagas attribuit pedi cuiusdam, seu cyniphū, pestis animalium, vlcerum, ac pustularum, triduanarum tenebrarum, immissiones Angelorum malorum vniuersè omnes denotare. Monet nos idem verbum nomenque *immissionum* & *Angelorum*, siue nunciorum, quaslibet calamitates non aliter excipi debere, si non hilariter & festiuè, vt par esset, certè libenter, patienter, honorificè, quippe destinatos à Deo nuncios, Angelosque. Laudat hoc nomine Galatas Paulus [h], quòd cùm ipse *per infirmitatem carnis euangelizasset illis iam pridem, tentationem suam in carne ipsius non sprenissent, neque respuissent, sed sicut Angelum Dei excepissent ipsum, sicut Christum Iesum.* Ad moralem pertinet sensum quod ait Hugo, ira indignationis, amissionem gratiæ significari: indignatione, & ira, lapsum de

[a] Sup. v. 1-7. & 17.
[b] In Esa. c. 13.
[c] Matt. 8. 31. 32. *Dæmones punit, non immediatè & præmia largitur.*
[d] hom. 43. in Actus.
[e] Luc. 12. 37.
[f] Ezech. 5. 1.
[g] Esa. 18. 24.
[h] Gala. 4. 13. 14.

peccato

peccato in peccatum; tribulatione, desperationem: vel per bis repetitam tum iram, tum indignationem, denotari temporalem & æternam.

Indignationem & iram.] Hieronymus hoc loco, *& commutationem.* Idem [a] alibi primo loco vertit *furorem.* Hebraïcæ voces hic, & priore membro sunt quatuor diuersæ חֲרוֹן אַף עֶבְרָה וְצָרָה *charon, aph, ebrah, tzarah.* In psalmo 37. sunt aliæ duæ קֶצֶף *ketzeph*, & חֵמָה *chamah.* Nec desunt aliæ, ferè omnes synonymæ. Græcæ hîc sunt solùm, & ibi, Θυμὸς & ὀργή. Euthymius, ac Nicephorus per θυμὸν pœnas minores, per iram maiores, vt & per tribulationem, in membro sequenti alia insuper mala intelligunt maiora. Vltimam ex Hebræis nescio cur Hieronymus interpretatus sit, *commutationem*: etsi verum est, iratos minas adhibere non rarò solere.

Et tribulationem.] Hieronymus [b], *& angustiam.* Illyricè dicitur *solicitudo.*

Immissiones per angelos malos.] Hieronymus [c], *immissionem angelorum malorum.* Hebraicè est *immissio* numero singulari & idem Hieronymus [d] reddit *angelos pessimos* Symmachus ἀγγέλων κακῶν *angelorum affligentium*, seu *malo afficientium.* Vnde Basilius, vel Theodoretus colligunt, non quia natura aut electione mali essent, sed quia ministri pœnarum, malos dici. Eadem opinio Euthymij; quam etiam innuit Nicephorus, docens πονηροὺς appellari, τὸν πόνον ἐμποιοῦντας, ἤτοι τοὺς κολαστικοὺς, *qui labores efficiunt*, siue *qui puniunt.* Consentit Chrysostomus [e], negans proinde lictores esse, comparándosque cum iis qui subuertebant Sodoma. Augustinus, ac Latini ferè reliqui, nec non alius locis Hieronymus [f] iocans, *quæ tyrannos* atque *tortores*, item Gregorius [g], Isidorus [h], Chrysostomus [i], Iustinus [k], *malos*, seu *cacodæmonas*, volunt istos fuisse. Optionem do; & lectorem ad ea quæ in commentario Actuum Apostolorum dixi [l], remitto; vbi docui interdum etiam bonos iustósque corporalibus pœnis tentari & probari, quod ibi hoc loco Augustinus non occurrere dicit; non tamen, vt ei tribuit Iansonius, negat; sed Chrysostomus [m] ait tentari quandoque, sed non puniri. Affert etiam exemplum Dius angeli, *qui Mosen, cuius filium, quòd non esset circumcisus, occidere voluit* [n]: qui enim Dominus in editione Latina vocatur nominari [o] Deus in Græca, quod nomen absolutè positum, significat bonum, & in Hebræa solum nomé Dei tetragrammaton יְהוָה *iehouah*, quem Chaldæa, quia tetræ lentabat illum, eademque de causa Latina, cùm absolutè Dominum vocauit, dixit מַלְאָכָא דַייָ *malacha daie houah*, angelum Dei: erat etiam hinc dubio angelus bonus, qui percussit femur Iacob [p]; talé præterea fuisse credi potest, qui terrore & langore affecit Dauid [q]. Probabilis opinio Pereri [r] nostri est, plagas omnes in quibus interuenit ministerij Angelorum, à bonis angelis esse factas. Quæ ab hinc tot quanno inter sanctos relata est à Paulo V. Francisca Romana, assessorem Angelum habebat, monitorem interdum, & correctorem, nonnulla etiam illata pœna. Plures Angelos operam contulisse ad plagas, innuit plurale nomen, aliásque docui dicto in Actuum commentario, sicut plures erant Sodomorum punitores, quamuis vnus posset sufficere, vt in castris Sennacherib. Ex Hebræo textu non colligimus angelos dici malos, tanquam hoc sit eorum epithetum, sed angelos malorum, seu rerum malarum, id est, calamitatum. nam dicuntur מַלְאֲכֵי רָעִים *malache rahhim*, non autem *malacim.* Quod si malos velimus fuisse, concedere Augustino possumus, eorumdem opera effici obduratum omen, & excæcationem in peccatoribus. Chaldæus in textu Nebiensis nominantur *dæmones mali* שְׁגִירִין בִּישִׁין *seggheiin biscin*: qui in Bibliis regius dicuntur tantum *operantes mala* עֲבִדִין בִּישׁ *ibhedin biscin.* Editio Illyrica vocat *Angelos rabidos.* Arbitratur autem Caietanus vel per hanc Angelorum immissionem hoc quod modò dixi, significari: vel terrores, ac horribiles imagines, & somnia, quæ passi dicuntur Ægyptij in libro Sapientiæ [s]; & fortalis authorem ibidem libri mutuatum id ex isto psalmo. De re ipsa egimus ibidem in commentario. Eandem sententiam secundam multo antè tradiderat Treuetus: primam etiam sequitur Gregorius [t]. Notanda Hugonis distinctio de modis quibus Dominus immittit tribulationem, punítque per se [u]: per bonos angelos [x]: per malos angelos [y]: per elementa orbemque [z] vniuersum: per iudices seculares [a]: ecclesiasticos [b]: per totum populum [c]: per accusatores [d]: per testes [e]: per conscientiam torquentem [f]: per subrogatos legatos [g].

Viam fecit semitæ iræ suæ.] Hieronymus, *muniuit semitam furori suo.* Alij, *ponderauit semitam furori suo*: vel *appendit*: vel *librauit*; vel *æquauit*, vel *explanauit*, seu *complanauit*, vel *direxit.* Arabicè, *facilitauit semitam indignationi suæ*, Chaldaicè, *mouit in via fortitudinem suam*, vel *direxit viam fortitudini suæ*, hoc est, vehementi, ac fórti iræ suæ. Sensus est, expeditam, ac liberam fuisse iram Dei, velutique munitam, & armatam aduersus omne impedimentum; Deum remotis obstaculis, ne quid moraretur, aut retardaret vindictam, pertexisse quomodo cœperat, sibique iter patefecisse, vt illius populi vlcisceretur malitiam: viam, semitámve strauisse ipsi iræ, vt exercitetur rectà, non ad dexteram vel sinistram, & quasi obliquè aut sinuosè. Erant tanquam prodromi, ac viæ stratores ante faciem eius procedens mors, & egrediens ante pedes eius diabolus, vt validius feriret comibus, quibus armatas habebat manus [o]. Idem valet, vt (quod norant Haymo, Hugo, Bruno, Carthusianus, Beda) iram ex angusta & occulta quasi semita, intelligas prodiisse in latiorem viam, vt esset maior, & manifestior, & quæ stillabat, effunderetur [p]; & ex thesauro protenderetur *vastitas* [q]. Denique *viam facere semitæ* Cassiodorus affert non differre ab eo, quod est potestatem angelis malis facere vt deseruiant. Caietanus vim faciens in *appendendi* verbo, explicat Deum ponderasse omnem vim pœnæ, quam exercent in Ægyptios, iuxta dementiæ eorum. Sed prius dicta verior, quæ integ aut sensum maximè litteralem. Alter sensus, per præcedentes plagas, vltimæ plagæ interfectionis primogenitorum, de qua hic mentio subiungitur, dispositionem inducam, & viam apertam esse, quæ prius obstruebatur, quibusdam quasi lento gradu incedentis clementiæ diuinæ repagulis, aut aggeribus; & quòd iam non prohibuit clementia parcam. τὴν ἰσοκλεῖσαν ἢ φιλάνθρωπον ὀργὴν τοῦ θεοῦ τοῦτο φησὶν, inquit Basilius, sic Theodoretus, & Euthymius, atque Nicephorus; sed locum dedit Deus suæ cassationi, τοῦτο ἐστὶν ἀνεῖναι τὴν ὀργὴν τοῦ θεοῦ: id est, operibus Ægyptiorum nocuerat, vt fieret interiret, siue charissimos illis primogenitos eorum in hominibus, quàm in mentis. Eodem tendit in Nazianzenus [r], quòd Deus plagas [illegible]

[a] in Ioel. c. 1. & Amos 3. Lib. 6. in cap. 11. Ezech.

[b] hic & in c. 1 Ioel. & in 21. Ezech. hic & in c. 13. Ioel.

[c] in c. 8. Ioel. & in c. 1. Hab. hic & in cap. 21. Ezech. & in c. 32. & in Matt. c. 22.

[d] Ἐπηρεῖν.

[e] hom. 4. in 24.

[f] in c. 1. Ioel. & in cap. 6. & 21. Ezech. & in c. 13. Ephes. & 25. Mor. c. 9. vel 11.

[g] l. 5. sententiar. c. 15.

[h] lib. 3. de pœnitentia Iob.

[i] in Chrysipho. [k] in c. 5. 19. in c. 13. 24. in hom. 3. de patient. Iob.

[l] Exo. 4. 24.

[m] Gen. 31. 25.

[n] Num. 11. 30. q. in c. 19. exod. disq. 1. & q. 5.

[o] Abac. 3. 4. 5.

[p] Nahum 1. 6.

[q] Ierem. 50. 25.

[r] in plag. Ægyptiac.

[s] cap. 17. 4. & seq.

[t] l. 15. Mor. ca. 9. vel 11.

[u] Ezech. 33. 8. de Mor. 1. 25. & alibi. [x] Iud. 2. & alibi. [y] 1. Reg. 26. [z] Gen. 17. 7. Deut. 29. 10. Ierem. 31. 10. Ezech. 20. 37. & seq.

[a] Num. 35. 19. [b] Deut. 17. 9. [c] Ioan. 18. 40. [d] Matth. 5. 25. [e] Num. 35. 30. [f] Prou. 28. 1. [g] 2. Par. 19. 6. & Num. 27. 19. [h] Deut. 19. 15. [i] Matth. 18. 16. [k] Ioan. 8. 17. [l] Ezech. 3. 18. [m] Ioan. 16. 8. [n] Ioan. 15. 22. [o] Ioan. 19. 11. [p] Ioan. 8. 59. [q] Ioan. 10. 31. [r] Ioan. 11. 8. [s] Ioan. 11. 50. [t] Ioan. 18. 14. [u] Ioan. 11. 49. [x] Ioan. 11. 51. [y] Ioan. 18. 13. [z] Ioan. 18. 28. [a] Ioan. 18. 31. [b] Ioan. 18. 35. [c] Ioan. 19. 15. [d] Ioan. 18. 29. [e] Ioan. 18. 30. [f] Ioan. 19. 7. [g] Ioan. 19. 12.

[illegible]

gendo, viam fecit semitæ iræ suæ, propter hyperbolem, excellentiam, excessum bonitatis suæ, διὰ ὑπερβολὴν ἀγαθότητος, ne grauioribus & vehementioribus opus esset, δεῖ μὴ πρὸς ἐλαττόνων ἀσχολῆται, ὡς ἐστιν ἐπὶ τῶν σφοδροτέρων. Attingit ad idem propositum psalmi 17. [a] verba, *ascendit fumus in ira eius, & ignis a facie eius exarsit, carbones succensi sunt ab eo*; vbi *fumus*, vt exponit Scholiastes Nicetas, designat iræ diuinæ principium, ac velut præludium; *ignis* vim iræ concitatiorem; *carbones* extremas illius partes. Tertiò, Euthymius, & Græcus ille, quem tacito citat nomine Agellius, viam fecisse semitæ iræ suæ Deum volunt, quando præcepit, ne Angelus exterminator Ægyptiorum primogenita occisurus, ad obsignata limina declinaret; & Hebræis hoc quasi φυλακτήριον esse voluit, id est, amuletum, πρὸς τὸ ἀποφυγεῖν τὰς ὀργάς, vt fugerent ab ira, quam dicere possumus datam significationem *ad fugiendum a facie arcus* [b]. Id ipsum docet Lyranus, & Rickelius; qui citat illud [c], *ponam diuisionem inter populum meum, & populum tuum*. Gregorius [d] sensu potius morali, quàm literali exponens *immissiones per angelos malos*, quòd Dominus cor prioribus meritis aggrauatum, iustè permittit etiam subsequentibus malignorum spirituum pertinationibus falli, vt cum digne in culpa trahitur, reatus eius in pœna cumuletur. ait quod iræ suæ Dominus via de semita facit, seu ex semita iræ suæ viam, quia latior est via, quam semita, cùm iræ causas districtè iudicando dilatat, vt qui illuminati (quasi in semita priùs constituti) agere rectè noluerūt, iustè cæcati, adhuc faciant vnde amplius puniri mereantur. Hoc ipsum innuit, quem vocant Hieronymum, hoc loco: dicit enim, quòd habet viam diuina ira, cùm peccati vltione quis traditus, non liberat animam suam à supplicio gehennæ; vel cùm insipientia, quæ iumentis est similis, concluditur in morte sempiterna. Nec aliud sensit Augustinus (præfatus nullius aciem sufficere penetrare, vt intelligat, capiátque sententiam in tanta profunditate latitantem) videlicet semitam iræ Dei fuisse, quæ Ægyptiorum impietatem occulta æquitate puniret: sed eidem semitæ viam fecisse, vt eos tanquam ex abditis per malos Angelos in manifesta scelera perducens, in euidentissimos impios euidentissimè vindicaret. Tale quod ait Remigius, semitam iræ Dei esse, quando permittit aliquem trahi funiculis peccatorum, vt committat criminalia, pro quibus interiùs excæcatur, vt quandoque exteriùs puniatur. Eodem pacto Rickelius ait, dum peccatorem Deus in suo errore relinquit, viam facere semitæ iræ suę, quia non tollit impedimentum incurrendi pœnam diuinæ iustitiæ. Ita ferè etiam Beda. Quinto, Hugo etiam tropologicè, sed in bonam partem, declarat de ira præsentis temporis, *quæ exardescit in breui* [e]; huic facere Deum semitam, quando multis, velint, nolint, ingerit eam, puniens hoc tempore, nec parcens, sed occidens, & mortificans animalitatem eorum, seu id quod cum iumentis & bestiis commune est, &c.

Et non pepercit à morte animabus eorum.] Remigius videtur legisse, *animalibus*, Hebraicè numero singulari, *anima eorum*. Augustinus, & quidam alij, *animarum eorum*, sicut Græcè ψυχῶν αὐτῶν. *Non parcere* Beda exponit dictum κατ' ἀντίφρασιν, de grauissima morte, cùm nempe minus dicendo, plus significat: genus verò mortis ait esse, quando subuersi sunt Ægyptij, & simul iumenta, id est, equi, curruſque. Treuetus asserit hîc esse sermonem de quinta plaga pestis animalium; in sequentibus de morte primogenitorum. Bruno Carthusianus quod hîc dicitur, refert ad internam mortem animarum per exæcationem & indurationem. Caietanus hoc quidem existimat exponendum de vltima plaga mortis primogenitorum, sed quod sequitur de iumentis, pertinere ad plagam pestis animalium. Euthymius concordat. Genebrardus assignat verba ista plagæ quintæ, qua extincti sunt *equi, asini, cameli, boues, oues peste valde graui* [a]: sextæ vlcerum, atque vesicarum turgētium in hominibus, & iumentis, verba quæ sequuntur. Arbitror omnia pertinere ad vltimam plagam, vt mox dicam.

Et iumenta eorum vi morte conclusit.] Hieronymus, *& animantia eorum pesti tradidit*. Alij, *animam eorum* quomodo Treuetus legit ex editione Hieronymi: vel *bestiam*, vel *iumentum*, seu *pecus*. De peste animalium quæ fuit plaga quinta, non modò Caietanus explicat, sed etiam Lyranus, qui præcedenti membro indifferenter de morte hominum, & bestiarum agi vult; præterea Euthymius, Rickelius, Harentalsius, Valentia, Tirelmanus. Bruno autem Carthusianus iterum putat commemorari plagam grandinis, de qua versu 48. sed exprimendo mortem: Beda, vt antè retuli, submersionem in mari rubro. Placet hoc vtroque membro cum sequenti etiam versu postremam explicari primogenitorum interfectorum plagam, vt insinuat Hugo, Cassiodorus, Haymo, Aiguanus, Turrecremata, Iansenius, Agellius, & alij recentiores carmine vel prosa scribentes. Fuit quintæ quidem plagæ nomen Hebræum דבר *deuer*, quod est etiam in Exodo [b], cùm ea describitur, & *pestis* Latinè redditur; & quamuis Græcè θάνατος, sicut hîc, sit, & Chaldaicè vtrobique מותא *motha*, quæ idem significat, non insciens Latinæ linguæ, mortem ac mortalitatem pro peste sumere, qua nimirū passim ac facilè, citóque multi moriuntur. Nihilominus nexus orationis comprehendentis animas eorum, quibus parcitum non sit, id est, hominum, & iumentorum, quæ fuerint morte concussa, ita vt euadere non possent, indicat magis id quod dixi. Præterquàm quod primogenita peste periisse, nonnulli sentiunt: vt docui ad c. 18. Sapientiæ. Certè idem nomen Hebræum reddirum nomine mortis & θανάτου, adhuc legimus in Abacuc [c], *ante faciem eius ibit mors*, vbi non propriè pestis, sed mortis varium genus, atque morborum lethalium.

Et percussit omne primogenitum in terra Ægypti.] Satis multa dixisse me dicto illo libro Sapientiæ commentario de plaga ista, bis iam prænonui. Sola deerat spiritualis intelligentia. Traditur ab Origene [d], Augustino [e], Isidoro [f]; illo, quem vocant Hieronymum hoc loco, & à vero Hieronymo [g], quòd aduentu suo Christus diabolum, illiúsque Angelos destruxerit, nec non hæreticos, & falsarum religionum inuentores. Prosper [h] idem innuit, scilicet interfecta primitiua vitia diaboli & angelorum eius, dum nos dux noster docuit renunciare diabolo, pompis, & angelis eius: diabolum concupiuisse esse, quod non erat; Adam cupiditate præcipitauisse se in mortem. Opponit videlicet plagam vltimam vltimo decalogi præcepto. Id prior, sed paulo aliter fecit idem Augustinus [i], quem transcripsit Aiguanus; dicens quòd qui res alienas quæritat, velle

a vers. 49.

b Exod. 12.

c Exod. 8. 22.

d 35. Moral. 9. vel 11.

a Exo 9. 1. 6.

b c. 9 3.

c c. 3. 5.

Tropologia.

e psal. vlt.

Sensus mysticus.

d hom. 4. in Exod.

e serm. 81. de temp.

f in Exo. c. 14.

g epist. 129. mutatione 1.

h in de prædic. c. 16.

i de conuersion. plag. & præcep.

videntur fieri à morientibus sine hærede, id est, pro hærede in eorum bona succedere, vel etiam sibi ab iis hæreditatem relinqui, & vt illi non habeant hæredes, in quibus nihil est charius primogenitis: verumtamen ipsi perdunt per iniustam concupiscentiam istam, primogenita cordis sui, hoc est, fidem, quæ nisi præcesserit, nemo bene operatur Rupertus [a] de serie totius plagæ mystologicè multis differens, déque variis circústantiis illius, hoc demum docet, cædem primogenitorum, post agni immolationem significare, quòd originale peccatum (aliorum multorum origo & seminarium) Deus per immolationem Christi filij sui in cruce destruxit atque deleuit. Nazianzeni Scholiastes Nicetas [b] dicit hanc dæmonibus videri grauissimam plagam, pœnamve, quando in animo humili quasi in nocte quadã (nocte enim cæsa sunt primogenita) prima vitij origo extinguitur, sicut iubet Christus *abstinentiam ab ira, & impudico affectu* [c]; quod est etiam *parvulos allidere ad petram* [d], confugiendo ad *Christum qui est petra* [e], & ad eius auxilium, & nascentia ex cogitationibus, atque actionibus peccata confitendo; & peruersa dogmata veritatis doctrina, quæ à Christo est, concutiendo.

De primis quoque moribus attigit Hugo tropologiam; præterea que septem peccata capitalia nomine primogenitorum designari dicit, vel magis diuites, aut superbos, quos interfecturus sit Deus. Rickelius interpretatur fidem formatam occisam à Deo, id est, ablatam ab omnibus, qui versantur in tenebris peccati, & primitias omnis laboris, de interioribus charitatis feruoribus. Hoc antea dixerat Cassiodorus [f], appellans primogenita, quæ primo loco sensibus nostris reuerenter occurrunt, mandata de Deo, ac proximi dilectione, quæ quando pereunt, primogenitorum amissione percutimur. Remigius amplectitur cum iustitia qualibet fidem. Bruno autem Carthusianus exponit, non parcere Deum à morte animarum, id est, quin in anima ipsa interficiat, excæcando: iumenta etiam occidere virtutum, vt mansuetudinis & similium, quæ animum sustentant, sicut iumenta mansueta corpus: denique primogenita insignioris operis. Adde ex Pereno [g] nostro, diaboli primogenita peccatum, & mortem mundi, concupiscentiam carnis, & oculorum, atque superbiam vitæ: carnis fomitem, quæ & concupiscentia vocatur.

Primitias omnis laboris eorum.] Hieronymus, *principium partus*, &c. Alij, *fortitudinum*; vel *substantiarum*. Caietanus, *laborum*. Pro πασης πονου αὐτῶν, in emendatis Bibliis est, πόνων αὐτῶν, *laborum eorum*: quomodo etiam legit Augustinus, & vetus Psalterium: Cassiodorus, *laboris eorum*. Versio Hieronymi exprimit id quod cap. 18. Sapientiæ docui, primogenita vocari primitias laboris, quia primi partus sunt laboriosiores; vt idcirco *Ruben primogenitum*, vocauerit Iacob, *fortitudinem suam, & principium doloris sui* [g], & *principium liberorum primogenitus vocetur*, in Deuteronomio [h]. Pro principio doloris in Genesi, vbi est און *on*, sicut hîc L x x. vertunt *filiorum*, τεκνων, Diodorus ex Syro interpretatur ἰσχυος *& roboris*. Valet און *on* & *dolorem*, & *robur*, & quidem dolorem eum, qui est in partu, vt idcirco sit appellatus בנאוני *Benoni filius doloris*. Ita hoc etiam loco docet, præter Caietanum Treuetus, Aiguanus (quamuis alium tradat sensum de quo postea) Titelmanus, Iansenius, Genebrardus, Vatablus, Agellius, Arias, Haminius, Placidus, & passim recentiores: imò ex antiquioribus Græcis Apollinarius,

ἀ χθὼν πρωτοτόκων ἐπίσων ἀδύρατο πότμον,
ὡς ἴδε Σαπτέμβριον τεκνων πρωτα ἐων νέκυς.
Ab tellus primogenitorum quantorum lamentabatur mortem,
Vt vidit sepultorum filiorum primiferam iuuentutem.

Sed & Euthymius de primogenitis interpretatus est, nec non Nicephorus, quia possideri etiam liberi dicuntur, vnde etiam denominauit filium Cain Eua [a]. fauet quoque Cassiodorus, & Lyranus, qui absolutè de vltima plaga declarant; & Valentia, qui de primitiis gregum & armentorum. Melior hæc expositio, quàm vt primitiæ laboris significent, hoc loco potissimos terræ fructus ac segetes, vt hordea, lina, frumenta, &c. Sic est apud Haymonem, Lombardum, Bedam, Hugonem, Brunonem, Rickelium, Turrecrematam, Aiguanum, Ludolphum, & alios Latinos. Nam de harum rerum iactura dictum prius in aliis plagis [b].

In tabernaculis Cham.] Illyricè, *in villis*, Arabicè, *in habitaculis*. Ægyptus cognominatur hoc modo, & quidem ad ignominiam, & cum indignatione; qua filius Noë hoc nomine, qui ludibrio nudatum habuit, eáque de causa maledictus est [c]. Author fuit Assyriorum & Ægyptiorum, & septem gentium Chananæorum, sed Ægyptiorum per filium Mesraim, vnde Ægyptus Hebraicè nominatur, & à Turcis hodiéque Masra. Eodem vocabulo *Cham* aliis in psalmis [d] Ægyptus nominatur. Sic a conditorum parentibus Ethnici denominant quandoque regiones, gentes, ciuitates, vt Virgilius

Punica regna vides, Tyros & Agenoris vrbem,
Sed fines Libyci, genus intractabile bello.

Quod autem nomen *Cham* ad ignominiã cúmque execratione hîc exprimatur, confirmari potest ex eo quod Abacuc [e] Ægyptum vocat *domum impij*, hoc est istius Cham, licèt alij Pharaonem interpretentur. Impius in Patrem fuit, & nisi fabula sit, incantationibus eum euirauit. Id Berosius [f] quidem prodit: turpia item & nefanda alia de eodem: & locum Abacuc ita exponit Antonius Gueuara. Isidorus [g] ex Hebræis refert, quod extat in Exodo [h], *in cunctis dus Ægypti faciam iudicia ego Dominus*, legit ipse, *fecit iudicium*, significare in nocte, qua egressus est populus, omnia in Ægypto templa destructa esse, siue mora terræ, siue tactu fulminum. Narrat id quoque Magister [i] historiæ scholasticæ. Addit Lyranus, eosdem tradere, quòd idola lignea subitò putrefacta sunt, metallica resolura, & fusa in terram, lapidea comminuta, in detestationem idololatriæ. Meminit etiam Abulensis [k]; & forsitan quoque simile quid contigisse, quod postea Dagon idolo Philisthæorum [l]. Dionysius Carthusianus citat Glossam, & Lyranum; Lippomanus Hieronymum [m]; ex quo Isidorus, & Glossa Ordinaria transcripserunt.

Hactenus de plagis vt hic quidem enumerantur. Nec enim omnes quæ sunt in Exodo, nobis explicandæ fuerunt. Sed quæ occurrerunt in textu. Præter mysticos autem sensus quos attigimus, alium Rabanus [n] tradit communem decem plagis, cum his comparando totidem calamitates, quas Romani passi sint, persecutores

Eccle

[a] Gen. 4. 1.
[b] vers. 46. 47. 48.
[c] Gen. 9. 25.
[d] ps. 104. 23. 27. ps. 105. 22.
[e] c. 3. 13.
[f] 3 antiq.
[g] in Exo. c. 14.
[h] c. 12. 12.
[i] in Exo. c. 37.
[k] in Exo. c. 12. quæst. 10.
[l] 1. Reg. 5. 1. & seq.
[m] epist. 127. mansione 1.
[n] apud Lippom. exo. 12.

ecclesiæ, sub Nerone, Domitiano, Traiano, M Antonino, Seuero, Maximino, Gallo, simul cum Voluſiano, post Decium, item sub diuersis gentibus, quæ in vrbem inuerant; & sub Aureliano; ita vt vltima sit destructio dolorum, respondens videlicet destructioni, quam iam dixi factam in Ægypto, quando vltima plaga contigit. Aliter distinguunt alij persecutiones quas Ecclesia est passa, & possent non incommode applicari eidem plagæ secundùm oppositam sensum, videlicet non contra persecutores, sed aduersus eos, quos alij persequebantur, id est Christianos.

Vers. 52.] Et abstulit sicut oues populum suum: & perduxit eos tanquam gregem in deserto.

Vers. 53.] Et deduxit eos in spe, & non timuerunt: & inimicos eorum operuit mare.

Vers. 54.] Et induxit eos in montem sanctificationis tuæ montem, quem acquisiuit dextera eius.

Et eiecit à facie eorum Gentes: & sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis.

Vers. 55.] Et habitare fecit in tabernaculis eorum tribus Israel.

POstquam plaga illa vltima percussit Ægyptios Deus, primogenitis hominum & iumentorum interfectis, eduxit ex Ægypto populum suum, hactenus vi detentum, ea facilitate qua pastor oues, ac per loca perduxit deserta, velut gregem sensim, pedetentim, lentè, gregatim simul omnes; non tanquam fugitiuos seruos, sed vt à Domino plenissima libertate donatos: fecit præterea, vt magna fiducia & alacritate atque sine timore, quo tamen initio perculsi fuerant, cum peruenissent ad mare, ac insequentes à tergo cernerent hostes, illud transmitterent, ita vt hi manus vndis, quæ ad iter illis faciendum sese hinc atque hinc subduxerant, reuersis ad priſtinum alueum, cooperirentur & submergerentur ad vnum omnes: deinde induxit in loca montosa, quæ ipse sibi ad inhabitandum sanctificauerat, atque destinauerat, vbi peculiariter coleretur; loca, inquam, montosa, quæ idem dexteræ tuæ potentia sibi comparauerat: nam ex iis locis cùm illi ingredierentur, eiecit gentes impias Chanaæorum, quæ ibi diu habitauerant; & per sortem diuisit eis terram cum priùs funiculo mensurata atque distributa in patres fuisset. Denique fecit, vt singulæ tribus occuparent habitacula ex quibus eiecerat Chananæos. Historia hæc satis aperta est, solùm restant in partium disquisitione difficultates expediendæ nonnullæ: præsertim cùm de hoc exitu populi, deque mari rubro aliàs[a] actum sit.

Et abstulit sicut oues populum suum.] Hieronymus, *tulit*. Alij, *profiscisci fecit, emisit, traduxit, secum mouere*, vel *migrare, amouit, eduxit*. Valet hæc omnia Hebræum יסע *iasa.hib.* Sed *sicut super* magis exprimit similitudinis vim cum pecore, quod cogitur, abigitur, minatur. Arabice, *duxit*. Illyricè *sustulit*. Apollinarius dixit ἐξῆγεν, *liberauit*; quod etiam indicat liberatos non fuisse, *nisi per manum validam*[a], & *in manu excelsa*[b]. Figmenti Hebræorum de oue, quæ apparens ex improuiso, locuta sit, viámque demonstrauerit, vt idcirco dicantur ablati hoc loco sicut oues, & in psalmo 79.[c] deductus velut ouis Ioseph, meminit Magister historiæ scholasticæ[d], & Lyranus[e]. Nugantur Hebræi ob inundationem Nili, cùm non posset inueniri sepulchrum Ioseph, vt eius ossa asportarentur, ouem ductu angelico natasse vsque ad illud, & indicasse, ita vt propterea cognominaretur ouis Ioseph. Nec mihi placet, vt deductus dicatur populus *sicut oues*, quia per sacrificium agnorum. Duriùs id profectò dicitur ab Aiguano; nec de deserto tunc educti sunt Hebræi, vt ille dicit, sed de Ægypto.

Et perduxit eos tanquam gregem in deserto.] Hieronymus, *minauit*, quod proprie conuenit gregi. Arabicè & Illyricè, *mouit*. Alij, *deduxit*. Chaldaicè *sicut pastor* רעיא *heidi rabbua*. Videtur Cyrillus[f] hunc locum intellexisse de transitu per mare rubrum. Sed de toto itinere per desertum accipiendus est.

Mysticè Christus *à forti sustulit prædam, quod captum fuerat à robusto, salutem secit*[g]: *& fortior inuersa arma fortis abstulit*[h]: *& collegit dispersos ab Oriente vsque ad Occidentem, vt venirent in verbo illius, gaudentes in honorem Dei*[i]; *& de manu mortis liberauit, de morte redemit*[k], & cùm persecutantia per desertum arctioris viæ perducantur ad promissam terram viuentium; interim gratiæ pascuis & ipsiusmet corporis Christi alimonia pasti. Comparatio Pastoris, & ouis gregisque, occurrit iam aliàs antea non semel. Notabilis in oue innocentia, simplicitásque, patientia, taciturnitas; vtilitas & commoditas, quæ ad nos ex ea deriuatur.

Et deduxit eos in spe.] Hieronymus, *& eduxit eos cum fiducia.* Alij, *tuto*, vel *confidenter*, vel *securè*. Chaldaicè, *habitare eos fecit*, &c. Arabicè, *direxit eos super spem.* Illyricè, *imposuit eos super spem*, quasi spes ipsa loco vehiculi esset. In Psalterio Romano, & apud Cassiodorum, *eduxit*: sed ὡδήγησεν αὐτούς, & ינחם *ianchem*, fauent editioni nostræ. Hinc Athanasius[l] probat Spiritum sanctum, de quo præsentem interpretatur locum; non esse creaturam, sed ea superiorem, Deum.

Et non timuerunt.] Hieronymus, *& absque timore.* Arabice, *& non frustrati sunt.* Vnum ex alio sequitur. Timuerunt quidem, cùm insequentes ponè hostes viderunt, & quidem valde, clamantes ad Dominum, & expostulantes cum Mose: sed Moses iussit *ne timerent, sed stantes & viderent magnalia Domini, ita vt non essent vltrà visuri Ægyptios vsque in sempiternum, quia Dominus pugnaret, ipsi autem tacerent*[m]. Refert Philo quatuor tribus, aquis submergi sponte voluisse, ne in Ægyptiorum manus incidirent: totidem constituisse dedere se illis, veniam sibi pollicendo: tribum Iuda, Leui, Ioseph, Benjamin decreuisse vsque ad mortem repugnare. Hugo exponit non timuisse bonos & perfectos, vt Mosem & Aaronem, vel non timuisse, quia timere non debuerunt.

Et inimicos eorum operuit mare.] Ita vt submergeret, & nec vnus quidem superesset ex eis[n]; *sed delen-*

[a] Exo. 13. 19. [b] c. 14. 8.

[c] vers. 72.

[d] in Exo. c. 2.

[e] in ps. 79. *Nugæ Hebræorum de ipsius ouis lapsu.*

[f] in Esa. c. 63.

[g] Esa. 49. 24.

[h] Luc. 11. 22.

[i] Baruc. 4. 36.

[k] Osee 13. 14.

[l] tract. ad Seleuc. Spiritum sanctum non esse creaturam.

[m] Exo. 14. 13. & 14.

[n] Exo. 14. 28.

[a] in Sap. c. 10. v. 2. & seq. & in Exod. v. 36.

rentur vsque in præsentem diem [a]. Trita de baptismo, vel de pœnitentia allegoria, quibus tegun-
tur peccata [b], id est, penitùs tollantur, vt omnino non remaneant, saltem secundùm malitiæ maculam. Similis formula in Iob [c]; *Absconde eos in puluere simul, & facies eorum demerge in foueam.* Iusti *ambulant super aquas*, vt Christus, & Petrus [d], licet hic nonnihil vacillauerit: impij *submerguntur quasi plumbum in aquis vehementibus* [e]; liquidem sedet iniquitas super *talentum plumbi* [f], *& deuoras eos terra* [g].

Et induxit eos in montem sanctificationis suæ.] Hieronymus, *& eduxit eos ad terminum sanctificatum suum.* Alij, *introduxit autem eos ad terminos sanctitatis suæ*, vel *ad confinia*, vel *ad fines*: vel *ad regionem sanctuarij sui*, *sancta maiestatis suæ*, *loci sanctificati*, seu *dicati diuino cultui*, & qui gratus erat ipsi Deo, cùm prius pollutus fuisset à pessimis habitatoribus. Hebraicè est גבול *gheuul*, cui respondere Græcè deberet ὁρ᾽ aspiratè, & in accusatiuo ὅρια, non autem ὅρους, & ὅρη. Potest autem intelligi terra tota promissa, & fines, ac regio Chanaam, quæ magna ex parte montosa est, & dici solet terra sancta, comparatione aliarum, vt sæpè notauimus. Est item eadem terra ferè sita in ambitu Libani montis, eúmque pro finibus habet. Vnde Moses dicebat, *transibo* [h], *& videbo terram hanc optimam trans Iordanem, & montem istum egregium, & Libanum:* & rursus; *introduces eos, & plantabis in monte hæreditatis tuæ, firmissimo habitaculo tuo, quod operatus es Domine.* Nihil etiam obstat intelligere cum Lyrano, Hugone, Cassiodoro, Hierusalem, cuius *fundamenta in montibus sanctis* [k], *& montes in circuitu eiusdem* [l], & in cuius monte Sion, huiúsve parte Moria, templum ædificandum erat. Quod tamen respectu Ecclesiæ, meritò diuersorium censeri potest; quo nomine vtuntur Lxx. κατάλυμα, in Mosis cantico [m]; *portasti eum in fortitudine tua ad habitaculum sanctum tuum*, εἰς κατάλυμα ἅγιον σου. Atque eidem Ecclesiæ melius conuenit, quod ibidem postea canitur [n]; *introduces eos, & plantabis in monte hæreditatis tuæ, firmissimo habitaculo tuo.* Nam licèt respectu Mosaici tabernaculi, non tam mobiliter, sed cum stabilitate habitauerit Deus in templo, hoc tamen tandem, vrbéque dirutis, Ecclesiam elegit, in qua esset *omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi* [o]; & multo magis id cœlo conuenit empyreo, quæ perpetua beatorum sedes est, vt etiam quidam eum locum cantici Mosis explanant; quos referunt de nostris Perenius, & Magalianus. Minus aptè R. Aben-Ezra de monte Sinai exposuit. Cæterùm in monte sanctificatio est atque in Iudæa montosa, id est, in confessione, laude, contemplatione, exercitio rerum cœlestium, vt admonet Origenes [p]. Sunt ista in Ecclesia commodius & perfectiùs in ordine Religioso, de quo locum hunc totum Hugo interpretatur.

Montem, quem acquisiuit dextera eius.] Hieronymus, *montem hunc, quem possidet dextera eius*, & notat alibi, addi debere, *hunc*, τὸ τοῦτο cum Lxx. etiamsi omiserit Symmachus. Iam suppletum est in emendatis Bibliis Græcis; & Hebraicè extat הזה *hur zeh* item in Psalterio Gallicano, & Romano, præterea in Arabico, & Illyrico, atque apud Cassiodorum. Hic ipse mons est, de quo in priore membro, sub eodem nomine montis, vel termini secundùm alios. Pro *acquisiuit*, Græcè est ἐκτήσατο, *possedit*, quod valet etiam קנתה *kanethah*. Illyricè, *fabricauit*. *Possidendi* verbo, & *possessionis*, interpres vtitur quandoque, vt est idem quod creare, formare, firmare, præparare, vt in citato Mosis cantico [a], *sanctuarium tuum Domine, quod firmauerant manus tuæ*, ὃ ἡτοίμασαν, *præparauerunt*, מכון *chonenu*: & ibidem dicitur Deus *habitaculum illud firmissimum suum operatus.* Sic etiam Deus *possidere renes nostros* dicitur [b], & *possessor cæli & terræ* [c], *qua formauit & creauit*; & quidem hoc vltimum Græcè exprimitur per κτὰ, ἔκτισε, quod significat *creauit*: & psalmo 103. [d] quod legimus, *implera est terra possessione tua*, per nomen *rhemus creationis*, siue *creatura*, vt etiam est apud Augustinum, & Cassiodorum, & in vetere Psalterio, & Romano, & Gallicano. Denique in alio cantico Mosis, vt synonyma videntur poni; *nunquid* [e] *non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit, & creauit te?* Itaque sumendo *acquirendi* verbum hoc modo, dicetur Deus promissam terram & Ierusalem acquisiuisse, hoc est, possedisse dextera sua, quasi cæteras terras, sola sinistra, nec veluti potentia & artificio tãto, & illam cœlis æquauerit, quos Esaias [f] ait: *dextera mensum* Deum, *cùm terram manu fundauisset.* Nihilominus placet magis vt *acquirendi* verbum accipiatur propriè, & militariter, vt nempe armata manu, exerto brachio, vi ac robore potentiæ suæ comparauerit sibi terram illam siue populo suo, fugando, (quod hîc mox subditur) veteres possessores, & eiiciendo pristinos habitatores, & inducendo nouos incolas, colonósque. Quis non videt quàm hoc bellè conuenit Christo, qui *Ecclesiam acquisiuit sanguine suo* [g]: Hieronymi nomine insignitus manuale id tribui virtuti resurrectionis eiusdem. *Montem hæreditatis Domini* vocat Moses [h]: *& ducem* canit *fuisse populo quem redemit in misericordia, & portasse illum in fortitudine sua* [i].

Et eiecit à facie eorum gentes.] De his gentibus eiectis tractatur libro Iosue toto, & eiusdem eiectionis promissio habetur in Exodo [k], mentióque fit in Actibus Apostolicis [l]; vbi dicuntur fuisse septem, sicut & in Deuteronomio [m], & in libro Iosue [n]; quamuis in Exodo vna omittatur Gergezæorum. Recognosce, si vacat, commentarium in Actus Apostolorum, vbi etiam attigimus causas, cur eiectæ fuerint hæ gentes; nempe, tum quia iure pertinebant ad Sem, ex quo Hebræi descendebant; tum quia impedimento fuerant Hebræis in itinere: tum quia Deus absolutus rerum Dominus pollicitus fuerat: adde maximas iniquitates indicatas in scripturis sub vocabulo Amorrhæorum [o] interdum, sicut per Hethæos aliquando reliquæ intelliguntur [p], vel generali Chananæorum, præsertim promiscua matrimonia absque delectu cognationis & affinitatis; peccatum nefandum etiam cum bestiis, variam superstitionem. Lege Leuiti. cap. 18. & 20. & Deuteronomij 9. ac 12. Ibidem in libro Actuum Apostolorum Lucas [q] vsurpat *destruendi* verbum, & *expellendi* [r], ἐξωσθῆναι, καὶ καθελεῖν, quia sic expulit seu eiecit Deus, vt etiam destrueret, quod psalmo 43. [s] dicitur verbo ἐξολεθρεύειν, & חרש *horas*, & in Deuteronomij cap. 9. [t] ipsemet Deus velut ignem deuorantem atque consumentem promittit se cõtriturum, deleturum, dispersurum; est demum in Amos [u] verbum *exterminandi*. Vbique autem fere exprimitur id fore *ante faciem populi*, hoc est, palàm & efficaciter. Iebusæam

gentem

a Deut. 11. 4. Iosue 24.
b ps. 31. 1.
c c. 40. 8.
d Matt. 14. 29.
e Exod. 15. 10.
f Zach. 5. 7.
g Exo. 15. 12.
Situs terræ Chanaan.
h Deuter. 3. 25.
i Exo. 15. 17.
k ps. 86. 1.
l ps. 121. 3. Ierusalem ædificanda.
m Exo. 15. 13
n vers. 17.
o Mat. vlt. vlt.
p hom. 6. in Exod
Ἐν ἁγιασμῷ.

a Exo. 15. 17.
b ps. 138. 13.
c Gen. 14. 22.
d vers. 24. Κτίσις.
e Deut. 32. 6.
f c. 48. 13.
g Act. 20. 28.
h Exo. 15. 17.
i vers. 13.
k c. 33. 2.
l c. 7. 45. c. 13. 19.
m c. 7. 1.
n c. 3. 10.
o Gen. 15. 16.
p Iosue 1. 4.
q c. 13 19.
r c. 7. 45.
s vers. 3.
t vers. 3.
u c. 2. 9.

gentem superesse voluit Deus habitantem in Ierusalem [a], ad exercitium bellicæ fortitudinis, qua præditus Dauid eam debellauit [b]. Vulgaris tropologia capitalium peccatorum sub gentibus illis designatorum. Assignatur ab Aiguano Chananæa auaritia; Amorrhæis luxuria: Hethæis acedia: Pherezæis superbia: Heuæis inuidia: Iebusæis ignorantia: de Gergezæis nihil dicit. B. Antoninus [c] citans Magistrum [d], & Hugonem Cardinalem, attribuit Hethæis inuidiam; Gergezæis superbiam: Amorrhæis, acediam: Chananæis iram: Pherezæis luxuriam: Heuæis auaritiam: Iebusæis gulam. Citat Magister Chrysostomum & Gregorium. Lege præterea Cassianum [e]. Id etiam concedo Rickelio secundùm mysticum sensum, innui Christianos habitaturos, vbi prius habitabant Gentiles. Cassiodorus explicat barbaricos, & inimites à nobis fugatos errores.

Et sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis.] Hieronymus, *& possidere eos fecit in funiculo distributionis.* Alij magis ad verbum ex Hebræo, *cadere fecit eas*, nempe gentes, *in funiculo hæreditatis* id est, illas gentes prostrauit in sua hæreditate, & corruere & interire fecit, non tantùm, vt erat in priore membro, *eiecit*, seu *expulit*. Vel propiùs ad interpretis, & Hieronymi sensum, *præcipit eis sortem hæreditatis: diuisit eas in funiculo hæreditatem: cadere fecit eas in funiculo hæreditatem.* Videntur LXX. & Latinus Interpres attendisse in Hebræo verbo נפל *nappilam*, quod est, *cadere fecit eas*, casum quemdam sortis earum partium terræ, quæ priùs mensorio funiculo distributæ fuerant. Qua de re dixi cap. 13. Actuum Apostolorum [f], vbi est etiam, quòd *sorte distribuit eis Deus terram eorum*, κατεκληρονόμησεν αὐτοῖς τὴν γῆν αὐτῶν: pro quo verbo Græco habetur hic minùs compositum, ἐκληροδότησεν. Egi quoque psalmo 15. [g] de vario ritu partiendi hæreditatem: Inde natum vt dicatur *metiri terra* [h]: ac indidem ab Ægyptiis excogitata creditur ars Geometrica, vt agros metirentur seu metarentur, atque terminos designarent, inundatione Nili confusos. Eadem de causa comminans Deus distribuendos aliis agros, quos possidebat populus Hebræus, ait [i], *& humum tua funiculo metietur*: idcirco etiam dixit Ezechiel [k], quòd *Ioseph duplicem funiculum habet*, id est, portionem, scilicet, Ephraim & Manasses. Hinc præterea putant sumptam metaphoram in Cantico canticorum [l], *labia tua sicut vitta coccinea*, siue *funiculus*, vt significetur sponsæ verba ad mensuram exacta, & quidem cum charitate Dei, & proximi, tanquam cocco bis tincto. Generaliter hoc loco denotat, vt Aiguano placet, moderationem in omni virtute. Eadem formula dicendi quæ funiculos exprimit ad idem propositum, repetitur alibi [m] non semel, ita vt dicatur *funiculus hæreditatis*, aut absolutè ea vox ponatur, seu vox *funiculus* [n], aut coniungatur cum *possessione*, aut cum *sorte*. In partes duodecim factam distributionem narrat liber Iosue [o] pro numero tribuum, ita vt pro Ioseph essent tribus Ephraim & Manasse; tribui autem Leui singulæ aliæ aliquot ciuitates assignarint. Habita ratio est non æqualitatis, sed tribuum magis minúsve numerosarum. Non etiam sors in omnibus seruata est, quoniam portio duarum tribuum cum dimidia vltra Iordanem pro Mosis voluntate distributa est, nempe tribui Ruben, Gad, & dimidiæ tribui Manasse [p]. Lege Salmeronē nostrū [q], cùm describit terrā promissam.

Hugo mysticè sumit terram corporis, virtutum viuentium datam sorte ac distributam, id est diuina voluntate, & multiplici eius dono: vt redigatur prima in seruitutem, vt secunda fruges reddat bonorum operum, tertiam nunc in spe, in re postea, & in illa quisque mansionem meritis accommodatam, consequatur. Rickelius exponit *sortiò*, sed cum diuino simul instinctu, deputatas Apostolis ad prædicandum, prouincias. Citat illud ex 2. ad Corinthios [a]; *Nos non in immensum gloriabimur, sed secundùm mensuram regulæ, qua mensus est nobis Deus, mensuram pertingendi vsque ad vos.* Mensura regulæ videlicet erat, vt Paulus *portaret nomen Christi coram gentibus, Regibus, & filiis Israel* [b], *& non vbi nominatus erat Christus, ne super alienum fundamentum ædificaret* [c]. Bruno Carthusianus idem vult esse *sorte*, quod gratis; & *diuisionem terræ*, dona Spiritus sancti, quæ dentur eiectis gentibus malignorum vitiorum, *in funiculo distributionis*, hoc est, inæqualiter, *secundum mensuram donationis Christi* [d]. Idem fere habet dictus Hieronymus, Remigius, Haymo, Beda, aliique. Dicunt etiam Remigius & Haimo, gentes eiectas, esse malignos spiritus: & Haymo terram diuisam, esse quoque Ecclesiam, in qua *sorte*, id est, non humano iudicio, sed sola Dei electione (hanc innuit κλῆρος, vnde Clerici) non solum sunt coniugati, sed presbyteri, &c.

Et habitare fecit in tabernaculis eorum tribus Israel.] Hieronymus, *collocauit.* Magis editio nostra rem expressit, & verbum Hebræum שכן *iaschen*, & Græcum κατεσκήνωσεν, quasi dicas *tabernaculauit.* In Psalterio Ecclesiæ Vaticanæ lego, *habitauit*, transitiuè. Videri potest mendum, quia Faber ex Romano, quod est idem, recitat, *habitare fecit*: nec vspiam reperi transitiuam huius verbi significationem. Transfert anagogicè Augustinus, aliique ad cœlestem gloriam, vnde peccantes angeli eiecti sunt; quidam ad habitationes Gentilium, quibus Christiani successerunt. Constat tabernacula etiam de fixis domibus, sedibúsque vsurpari, vt aliàs notauimus: & Apollinarius hoc loco sic exposuit,

ῥιζωθεὶς ἐν φύλαις αἱ κλιμάκωσιν εἶπεν.
Corradicans per tribus cum tabernaculis suis.

Arabicè, sunt *tabernacula*: Illyricè, *rura*.

Vers. 56.] Et tentauerunt, & exacerbauerunt Deum excelsum, & testimonia eius non custodierunt.

Vers. 57.] Et auerterunt se, & non seruauerunt pactum, quemadmodum patres eorum conuersi sunt in arcum prauum.

Vers. 58.] In iram concitauerunt eum in collibus suis: & in sculptilibus suis ad æmulationem eum prouocauerunt.

VAlde indignans Propheta repetit querimoniam aduersus ingratissimum populum, iam priùs aliquoties [e] incusatā in hoc psalmo; quòd cùm nullum Deus benefaciēdi faceret finem, illi nullum facerent malefaciendi, atque certare

[a] 1. Reg 15. 61. [b] 2. Reg 5. 6.
[c] 1. part. 7. ca. 2. & 3. d. 43.
[d] Hugo.
[e] collat 5 ca. 17. 18. & 19.
[f] vers. 19.
[g] vers. 5. 6. & psal. 19. 8.
[h] Abacuc 1. 6. Aristot. primo Oeconom.
[i] Amos 7. 17.
[k] c. 47. 13.
[l] c. 4. 3.
[m] Deut. 32. 9. Iosue 17. 14. c. 18. 19. 4. Reg. 8. 16. 1. Par. 16. 18. Esther 13. 17. plus. 11. 2. Esdr. 11. 6.
[n] c. 14. & 15.
[o] Num. 13. Iosue. prolog. 42.
[p] Num. 32. Iosue 13. 8. & 22. 4.
[q] Salmeron. tom. 1. prolog. 42.

[a] 2. Cor. 10. 13.
[b] Act. 9. 15.
[c] Rom. 15. 20.
[d] Ephes. 4. 7.
[e] vers. 8. & 10. 11. 17. 18. 19. 22. 32. 36. 37. 40. 41. 42. 43.

Mystica explicatio.
Anagogicus sensus.
Semsalem.

malefactis viderentur siue crimmibus, cum benefactis & muneribus illius. Nam adhuc, inquit, magis ac magis maiestatem illam summam tentare ac irritare non destiterunt; nec illius præcepta, quibus declarauit & contestatus est quid ab eis vellet, exigeretque, seruare curauerunt, sed obstinatissimè violarunt: indignissimè etiam, turpissimeque terga illi verterunt, neque pactis conuentis, siue promissis steterunt; imitati ea in re maiores suos sub Duce Moyse; sed inde resilierunt ad similitudinem arcus praui, distorti, & obliqui, qui inter iaculandum aliò mox vertitur à vatro iaculatore, quàm initio intenderet, cùm tendebat & iaculabatur, sicque alium nec opinantem dimissa ferit sagitta, quàm velle videbatur, vel ita casu fit, præter sagittarij voluntatem, & propter defectum arcus. Hæc Deo res maximam mouit iram, atque veluti zelotypiam, scilicet, quod longè alios ei se exhibuerint, quàm præ se ferebant, & ad quod videbantur, prout etiam debebant, dirigi, & ipse expectabat ab illis, nempe frequentando lucos, altaria, epulas sacrilegas in excelsis locis; item statuas erigendo, & constituendo, quas idololatrarum more colerent superstitiosissimè pro Diis. Si sagittario vitium tribuas, intelligitur populus hic esse, sagittæ autem & arcus diuina beneficia, quæ detorsit ille, ac peruertit in malum vsum, praua sua intentione. Si peruersitatem in arcu velis esse, dices Deum sagittarium, qui eò referebat, velutique dirigebat numera sua, & præcepta, vt populus recta ferretur ad ipsum, & ad studia pietatis, reliquarúmque virtutum, vnde ille malitia sua deflectebat, & in contrarium sese conuertebat. Satius est vt eumdem populum affirmemus similem arcui prauo, vel etiam tenenti arcum prauum, qui non eò collimauerit, quò videbatur collimaturus; & præ ignauia, seu laxitate animi, tanquam nerui laxioris in arcu, scopum diuini cultus firmiter, constantérque non attigerit; sed irrita resilierit sagitta eius, vel recepta sit sine ictu, & ipse reuersus, vt esset absque iugo (veræ religionis) factus sit, vt ait Oseas [a], *quasi arcus dolosus*, id est, lentus, laxus, remissus prauus, ex quo frustrà sagitta iacitur. Hic ipse populus est, de quo antea [b] sub vocabulo *filiorum Ephrem* dicebatur; *filij Ephrem intendentes, & mittentes arcum conuersi sunt in die belli.* Verùm hac de re rursus postea.

Et tentauerunt & exacerbauerunt Deum excelsum, & testimonia eius non custodierunt.] Similia occurrerunt priùs in hoc ipso psalmo, & in aliis præcedentibus. Videntur notandæ dumtaxat coniunctiones hîc habere vim exaggerandi, idémq; valere, ac, *atiamen, sed, & tamen; insuperque, insuper, & similia.* Vnde Apollinarius,

εἰδ' ὅτι περιβάλλετε, &c.

Ipsi verò adhuc tentauerunt &c.

Distinguit Hugo in his, & sequentibus totius sententiæ verbis, veluti sex peccata; in istis dolum, infidelitatem in religione, & omissionem: in aliis duobus quæ sequuntur, apostasiam; in similitudine arcus praui, subtractionem promissionis: in postremis, idololatriam. Addit *testimonia, quæ non custodiuimus, nec diligimus vehementer* [c], vt par esset; scripturarum esse vel Patris, Verbi, Spiritus sancti: de vsu potestatis; sermonis, septem donorum vel spiritus aquæ, *sanguinis* [d], id est, gratiæ, baptismi, Eucharistiæ.

Et auerterunt se, & non seruauerunt pactum.] Hieronymus, *auersi sunt, & prauaricati sunt.* Primum verbum idem importat, quod *conuerti retrorsum, retrocedere, transferre se* סגו *sughu*; secundum, quod *prauaricari, falsare, fraudibus decipere, perfide agere* בגדו *bughedu.* Græce, καὶ ἐστράφησαν, καὶ ἐπανέστησαν, vbi Latine additum est prioris loco (se), ad euphoniam: pro secundo verbo multi codices habent ἐθέτησαν, quod magis probat Hieronymus [a], & significat *prauaricati sunt*; illo autem alio monet includi nomen *pacti*, quod Græcè συνθήκη dicitur. In aliis duobus psalteriis Latinis, *obseruauerunt.* Videntur hæc dici de populo, cùm esset sub Iudicibus, atque sub Iosue. Etenim polliciti Hebræi *omnia quæ Iosue præceperat, facturos, quocumque mitteret, ituros, sicut obediuerant in cunctis Moysi, ita obedituros & illi*; & qui secus fecisset, ei mortem imprecati [b], contra eiusdem Iosue mandatum [c] præuaricati sunt, & vsurpauerunt de *anathemate* [d]; & sæpe aliàs, cùm Dominus pacem dedisset, & omnem terram promissam, ita vt *ne vnum quidem verbum, quod illis præstiturum se esse promiserat, irritum fuisset, sed rebus expleta essent omnia* [e], declinare ad idololatriam visi sunt aliqui, *aliam constructo*, tametsi sese hac de re purgauerint apud alios [f]: & fœdus ferierint cum Chananæis, aras eorum non subuertendo, cùm Deus sicut pollicitus erat, non irritum fecisset pactum, sed terram dedisset, quemadmodum eis exprobrauit Angelus Domini efficacia tanta, vt lacrymas excuteret [g]: deinde *seruierunt etiam Baalim & Astaroth, dimisérúntque Dominum Deum patrum suorum, & ad iracundiam concitauerunt* [h]. Applicari id potest malis Christianis, religiosis, clericis, *qui auertuntur, ne eant post tergum Domini* [i]; *& suamet illos auersio increpat* [k], *atque interficit* [l]: nec seruant pactum baptismi, aut pœnitentiæ, religionis, ordinis, sed verba pacti quæ præcepta sunt, (saltem postquam id inierunt sponte) vt facerent, non faciunt [m].

Quemadmodum patres eorum.] Videlicet sub Mose, cui etiam quam promiserant obedientiam [n], non seruauerunt: vt hac in parte verum Iosue dixisse censendi sint [o], *sicut obediuimus in cunctis Moysi, ita obediemus & tibi*; neutri enim obedierunt. Valet in vtramque partem maiorum exemplum; & facilè causantur posteri, quando possunt, si reprehendantur, non esse se meliores patribus suis, sic vel sic factitatum ab illis: imò verò peiùs quàm patres operantur improbi [p]: bonorum rationem non habent, nec attendunt ad Abraham & Saram [q], id est, ad Apostolos, & apostolicos viros, & *filios sanctorum esse* [r]. Exprobrauit Christus [s], & Stephanus [t] eamdem patrum imitationem Iudæis, in malum. Sic prius quoque in hoc psalmo [u]; *ne fiant sicut patres eorum, generatio prauа & exasperans*, &c. Ioannes etiam *progeniem* vocans *viperarum*, pessimorum parentum filios pessimos. Quo pacto parentum vel sanctitas, vel improbitas transfundatur in filios, bene disputat Tolerus [x] noster. Constat facilè communicari naturalem quamdam filiis inclinationem siue ad bonum siue ad malum, non quòd ipsamet alia peccata, præter originale, trãsmittantur, licèt id videatur probabile Augustino [y], & Leoni [z], vt rectè demonstrat Anselmus [a], & quia nec iustitia illorum transmittitur, nec quia fiunt animæ ex traduce, vt idem Augustin. [b] refert ea de causa nonnullos existimasse, sed propter eralim, & temperamentũ corporis, quod ipsis etiã vitiis nonnihil deprauatur. Accedit tum

educa

a Hos. 7.16.

b vers. 9.

c Psal. 118. 167

d 1. Ioan. 5. 7.

a ep. 135.

b Iosue 1. 16. 17. 18.

c c. 6 17. 18. 19

d c. 7 1. & seq.

e c. 21. 41 42. 43.

f ca. 22. 10. & seq.

g Iudic 2. 1. 2. 3. 4. 5.

h vers. 10. 11. 12. 13. 14. & sæpe toto libro.

i Isa. 59. 13.

k Iere. 2. 19.

l 1 Reg. 2. 32.

m Iere. 11. 8.

n Exo. 24. 6.

o Iosue 1. 16.

Maiorũ exemplum causantur posteri.

p Iere 7. 26. c. 16. 12.

q Isa. 51. 2.

r Tob 2. 18. c. 5.

s Matt. 23. 30. 31. 32. 33

t c. 7. 50. 52. 53.

u vers. 8. 9.

Quæstio de trãsfusione, seu inclinatione vel improbitate patrum in filios.

Vide Luc. c. 1. annot. 9.

y Enchir. cap. 46 & 47

z ep. 80 ad Hieronymum

a de concept. Virg. c. 2

b de orig. animæ c. 6.

educatio, tum naturalis in filius ad imitandum patentes instinctus: tum merita, vel demerita, propter quæ Deus tribuit posteris plura, pauciorave beneficia, ita vt hac ratione *redeat in memoriam Dei iniquitas patris, & peccatum matris non deleatur* [a], qua de re Anselmus [b].

Conuersi sunt in arcum prauum.] Hier. *incuruati sunt quasi arcus inutilis.* Alij, *conuersi sunt vt arcus dolosus*, vel, *conuersi sunt retrorsum velut arcus fraudis*, vel, *rebellarunt sicut arcus vitiosus.* Illyricè, *& conuerterunt se in arcum inuersum.* Arabicè, *& conuersi sunt vt arcus tortuosus.* In psalterio Gallicano, & Romano, nec non apud Cassiodorum, & Gregorium [c] *in arcum peruersum*, cuius quoque lectionis Augustinus meminit. Cassiodorus verò, & Gallicanum psalterium præponunt cõiunctionem, *& conuersi sunt*, quam etiam expressit psalterium Arabicum, & Illyricum. Notat Nicephorus τὸ ὡς, esse ἀντὶ τοῦ ὡσεί, *vt*, pro *sicut*. Pluribus exemplis potest idem ostendi. Dixi in ea phrasi dupliciter hoc exponi, aut per arcum prauum, peruersum, tortuosum, obliquum, laxum, inflexum, δολιον, *fallacem*, seu *dolosum* רמיה *remmah*; item imbellem, imporentem, inualidum, ἀσθενοῦντα, vt Apollinarius reddit, designari vitium populi, qui se habeat vt arcus in manu Dei tanquam sagittarij: aut eumdem inuertit populum habere rationem sagittantis, arcúque vitioso vtentis.

Præter hos sensus, qui videntur indicare sagittam aliò directam, & alteri nocentem, videlicet amico, quam præ se ferebat velleris qui iaculabatur, quod est à pietate ad impietatem declinare; innuere mihi tertium videtur Apollinarius, vt ex vitio arcus redundet damnum in sagittantem, siue vitium ex malitia & dolo illius ortum sit, siue ortum inde non sit, hoc est, siue studiosè arcum aliò deflexerit quàm in eam partem in quam vt debatur initio velle iaculari, siue ita contigerit casu, vt vteretur arcu vitioso, qui fefellerit ipsum, ac læserit. Sic autem canit Apollinarius,

ἀ δ' ἀσθενοῦσαν ἀγκύλην τ' ἔξω ἰὼν
ἔκτεινε λαὸς Ἑλλάνων.

Imbellem verò tanquam arcum habebant, quæ erat ut collum mittens nocumentum.

Ita profectò accidit, vt ipse sibi noceat peccator, suisque sceleribus ceu sagittis in se ipsum intortis vulneret, & *diligens iniquitatem, oderit suammet animam* [d]; *sua capitum rumpat, conteratque de eis moriatur, & quod confossum fuerit, erumpat in regulum* [e], quia nemo non priùs in se, quàm in alterum peccat, inquit Remigius. Conuenit id etiam prauo Doctori, qui fit item *quasi arcus dolosus* [f], & diuinorum verborum sagittas ad salutem à Deo directas, retorquet in suam aliorumve damnationem; vel vt hoc loco docet Hieronymus nominatus, in blasphemias Domini, quod Augustinus dicit contra nomen Domini. Id verus Hieronymus [g] applicat detractori, quia sicut sagitta si mittatur, inquit, in duram materiam, nonnumquam in mittentem reuertitur, & vulnerat vulnerantem, illudque completur; *fuchi sunt mihi in arcum prauum*, & aubi [h] *qui mittit in altum lapidem, recidet in caput eius*; ita detractor, cùm tristem faciem viderit audientis, imò ne audientis quidem, sed obturantis aures suas, illicò conticescit, pallet vultus, hærent labia, si lingua secetur. Gregorius [i] conuerti ait in arcum peruersum arrogantem doctorem, quia dum contra elationem verba facit, in se ipso sagittas figit; sicut arcus peruersus ipsum, à quo intenditur, percutit. Id sibi vult alius [k] psalmus, gladium euaginauerunt peccatores, intenderunt arcum suum: gladius eorum intret in corda ipsorum, *& arcus eorum confringatur.* Illud præterea hinc elici potest ethicum documentum, peiores ferè nullos esse, quàm qui aliquando meliores, diuinam gratiam spreuerunt, quod Augustinus [a] de monachis apostatis scribit. Hoc nimirum est *conuerti in arcum prauum*, id est, qui non obediens manui, si fortè retendatur, vel vi impetúque suo frangitur, vel in peiorem reuertitur formam, quàm in qua erat, antequam tenderetur. Accidit præterea nonnunquam, vt qui maiore primùm ardore animum ad pietatem religionémque adiecerunt, ij citiùs reliliant in contrarium; quemadmodum maximè tensus arcus, subitò retenditur: & quidquid excedit consuetum modum, esse diuturnum nequit. Literali adhuc sensu *conuerti in arcum prauum*, potest esse, infeliciter succedere bella, & quod antea [b] dictum est, *intendendo & mittendo arcum sanguinosque conuerti in dira bella.* Quod hic, sicut ibi, ad mores transferri potest.

In iram concitauerunt eum in collibus suis.] Hieronymus, *& prouocauerunt eum in excelsis suis.* Chaldaicè in textu Nebiensis בבמתיהן *benamatheleon*, simili voce qua Hebraicè extat בְּבָמֹתָם *benamotham*. sed in libris Regis textus Chaldæus habet בבמתהן *bemai sibon in fanis eorum.* Græcè ἐν τοῖς βουνοῖς αὐτῶν. Sunt במות *bamoth excelsa, sacella, luci*, vbi etiam altaria in sublimi loco extruebantur; nec vox ista vsurpari solet nisi de cultu superstitioso. Gentilibus mos erat Diis sacrificare in excelsis locis; vt legere est non apud profanos duntaxat authores, sed passim in historia sacra. Regum, & in Deuteronomio [c]; & in libro Numerorum [d]: Ieremias [e] quoque *mendacet* appellat *colles, & multitudinem montium.* Gentiles in editis nemorosis locis, seu lucis suos sepelichebant, atque parentabant, mox quasi diis sacrificabant. Ritus idem cum idololatria transit ad Hebræos, & inhibitus est à Deo [f], sed cùm nihilominus mos ille inualuisset, immolauerunt etiam in lucis Deo vero religiosi Hebræi, vt Gedeon [g], Samuel [h], Elias [i], Dauid [k], Salomon [l]. Hic tamen ipse posti ædificatum templum, cùm iam sublata videbatur omnis occasio adeundi excelsa, erexit in vxorum gratiam idola, fana, lucos, talique populus exemplo ad excelsa rediit, & alij Reges Iuda, aut approbarunt, aut permiserunt vsque ad Ezechiã, qui *illa dissipauit* [m]: & cùm eadem *restituisset Manasses filius* [n], *Iosias funditùs abstulit* [o]. Negat Abulensis; contra Lyranum, ex Hebræis cuiquam id licuisse absque peculiari Dei dispensatione, quia scriptum est de Salomone antequam declinasset ad idololatriam, quòd [q] *dilexit Dominum ambulans in præceptis patris sui, excepto quòd in excelsis immolabat, & accendebat thymiama.* Hac item de causa soli laudantur tres Reges Dauid, Ezechias, Iosias, præterque istos, omnes peccatum commisisse scribuntur, quia *reliquerunt legem Altissimi*, & nimirum qua cauerat sacrificium in excelsis. Est quidam collis propriè Hebræo nomine גבעה *ghibbah*. Sed hoc nomen hic à Lxx. lectum Agellio non credo. Multo minùs quod asserit ob soni similitudinem, idem esse בָּמָה *bamah* & βῆμα. Significat propriè *altare aram*; quamuis Syncedochicè templum ipsum. Arqui in collibus & excelsis excitabantur aræ.

Et in sculptilibus suis ad æmulationem eum prouocarunt.] Hebraicè est integrum verbum יקניאהו *iakniuhu æmulefecerunt.* Arnobius videtur legisse, æmulatis

[a] pſ. 108. 14. hebr. ... Vulg. 89.

[b] ... epist. 120.

[c] ... moral. c. 27.

[d] pſ. 10. 6.

[e] Hilar. Nemo non ... in ... alterum nocet.

[f] Oſea 7. 16.

[g] ep. ad Ruſt. cum.

[h] Eccl. 27. 28.

[i] ... moral. c. 27.

[k] pſ. 36. 14.

[a] epist. 57.

[b] 5. vers. 9.

[c] c. 12. 2. d. c. 31. e. c. 30. 3. Locus Scripturæ Graduum.

[d] Deut. 12. 2.

[e] g. Iudic. 6. 19. h. 1. Reg. 7. & 9. & 10. i. 3. Reg. 18. 19. & seq. k. 2. paral. 21. 20. l. 2. paral. 2. 3. 3. Reg. 3.

[m] 4. Reg. 18. 4. n. c. 21. 3. o. c. 23. 13. 14. 15. 16. p. in 3. Reg. 2. q. 2. & in c. 3. 4. 5. q. 3. Reg. 3. 3. & Eccl. 49. 6.

æmulari fecit. Addit Caldæus ad sculptilia etiam idola פְּלַסְתִּין *plasticon.* Arabice sola idola nominantur. Synonyma sunt sculptilibus idolis; quamuis latiùs pateant idola, nempe non omnia sculpta. Cum vetuit Deus sculptile, & omnem similitudinem ad adorandum, addidit, *Ego sum Dominus Deus tuus fortis, zelotes* a, & repetens Moses præceptum simile, *Dominus Zelotes nomen eius*, inquit, *Deus est æmulator* b. Idem magna cum indignatione, & quasi zelotypia Ezechielem inuitauit a I subiecundos oculos in *idolum zeli, ad prouocandam æmulationem* c. Istum zelum, & indignationem ipso habitu & figura quam gerebat, demonstrabat Deus; videlicet habens aspectum ignis, *splendoris electri* d, id est, ignis flammantis, & auri splendentis, quæ sunt amantis, ac zelotypi symbola. Denique conqueritur ac minatur Deus e, *ipsi me prouocauerunt in eo qui non est Deus, & irritauerunt in vanitatibus suis*, Chaldaicè, *propter idola sua*, &c. *ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima.* Polychronius f idolum zeli dicit in docet iumpta translatione à mulieribus, quæ viris relictis miscentur cum alienis, virósque concitant ad zelotypiam. Profectò *Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ* g, illi, qui *adulterauerunt sibi lapidem, & fecerunt sibi prostibulum* h, sed ei dicet *væ, væ* i; nec eiiciatur corpus zelotypiæ k. De excelsis Riberam lege l, ex quo videtur Castro m mutuatus. Iuxta tropologiam prouocant Deum in collibus siue in excelsis hi, qui dignitatibus & opibus prædili sunt hâsve ambiunt, præsertim qui pro ratione status ab his abstinere deberent, certè illas non ambire; ita vt quod de regibus Iuda sæpe repetitur, *verumtamen excelsa non abstulit*, cùm alioquin laudabiles extitissent, soliqueid duo præstitisse narrantur, de istis etiam dici possit; & in tales quadret n, *qui habitas in cauernis petræ* (nempe claustralis) *& apprehendere nueris altitudinem collis*; aspirando ad prælationem, quamuis se in huiusmodi collibus & excelsis sacrificare, ac seruire Deo prætexant. Censetur autem vacare *sculptilibus*, qui sua sibi dogmata sculpit ac fingit, ac veluti colit, nimirum scripturam trahens repugnantem ad suam voluntatem; *plane imaginem fecisse* o, & adulterinam, quam execratur Deus zelotes amator *eloquiorum castorum* p. Quisquis præterea alteri peccandi præbet exemplo suo occasionem, prouocat Deum ad æmulationem in sculptili suo; videtur enim quodammodo adorandum idolum proponere. Contra idololatriam non est nunc quod agamus; nec verò etiam pro cultu imaginum religioso, quem non licet reprehendere ex eo quòd hic idololatria vituperetur. Tractatum est hoc argumentum alibi q, ostensúmque, cur aliquando certum genus imaginum fuerit magis in vsu, quàm aliud, sculptarum, quàm pictarum, præsertim in parietibus iuxta canonem r Concilij Illiberitani. Lege huius Concilij egregium defensorem Ferdinandum de Mendoza s, & opus nostri Vasquez *de adoratione* t.

a Exo. 20. 4 5
b Deut. 34 12
c Ezech 8. 3. 5.
d vers 2.
Vide p. symbola
e Deut 32. 21 22.
f in catena Ezech.
g Prou 6 34
h Ezech. 16. 24
i vers 63
k Num. 5 14. & 30
l in templo c. 2. mi here. c. 3. n. 1.
m Iere 49 16.
n Iere 49 16.
o Sapient 13 13. Iere 16. Abac. 2 18 Psal 113.
q in Ad. apo c. 17. 23. 29.
r can. 37.
s lib. 3. c. 5. t lib. 2. disp 5 c. 2. n. 132. & seq.

Vers 59.] Audiuit Deus, & spreuit: & ad nihilum redegit valde Israel.

Vers. 60.] Et repulit tabernaculum Silo, tabernaculum suum, vbi habitauit in hominibus.

Vers. 61.] Et tradidit in captiuitatem virtutem eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici.

OStendit effecta diuinæ iræ, indignationis, zeli, & violati honoris vindictam. nam quasi tanti criminis peruenisset ad illum clamor, tanquam vel abtentem longiùs, vel non attendentem, vel dissimulantem, ait aliquando tandem clamantia illa ad cœlum, & ad ipsum scelera, exaudiuisse; & qui populum Hebræum tanti priùs priæ cunctis aliis faciebat, offensum deniq; tam indigna & enormi ingratitudine, contempsisse, fusas pro eo preces reiecisse, vilem habuisse, pro nihilo duxisse, valde humiliasse, tradendo inimicorum potestati. Præterea cò iram euasisse dicit, vt repudiaret tabernaculum, quod ipsi antea erat in Silo, illud, inquam, tabernaculum, in quo dignabatur maiestas ita, cui angusta sedes cœlum, terræ amplitudo scabellum, inter homines angustè, arctèque diuersari. Quòd autem arcam repudiauerit, quæ populo erat vice armorum, atque roboris contra hostes, & singulare ipsius decus, & ornamentum, inde constitit, quoniam permisit eam ab hostibus capi, & in eorum venire potestatem. Narratur hoc vitimum præcipuè in libro Regum primo u. u c. 4.

Audiuit Deus.] Chaldaicè, *auditum est coram Deo.* Additur Arabicè, *autem, audiuit autem.* in psalterio Gallicano, *& audiuit*, in Romano, & apud Cassiodorum, *audiuit Dominus.* Explicat Augustinus, *aduertit*, Haymo, *intellexit*: Bruno, *animaduertit*; Remigius, *considerauit*: Beda, *cognouit*: nimirum tot, ac tam nefaria populi crimina, potissimum idololatriæ. Verbum שָׁמַע *sciamahh* redditur interdum *intelligere* b. Possunt etiam innui verba hominum idola colentium, & Deum verum blasphemantium, vt exponit R. Kimhi: aut hetè pœnitentium preces, aut quas alioquin pij fundebant pro illis. Sed in genere placet Euthymij annotatio, eo modo hîc *Deum* dici *audiuisse clamantes voces*, id est, ea omnia, quæ impiè populus operabatur, quo & *vocem sanguinis Abel clamantem olim audiuerat* c; & *Sodomorum atque Gomorrhæorum voces* d; quia ipsa peccata clamãt coram Deo, atque authores suos produnt: postremò auditum ascribi Deo à scriptura, quando commotum illum esse significat ad vindictam. Attentissimæ solent esse aures illius, qui zelo tangitur ad singula verba, quæ proferuntur ab eo, qui ipsum ad æmulationem prouocet. Nil mirum ergo si prouocatus *Deus audisse* dicatur: auris enim zeli audit omnia, & *tumultus murmurationum non abscondetur* e. De peccatis clamantibus ad Deum Hugo hoc loco, nos alibi, quæ sunt, *Sodomiticum* f, *homicidium* g, *fraudatio mercenariorum* h, *oppressio pauperum* i.

b Gen. 42. 23.
c c. 4 10.
d c. 18. 20.
e Sap. 1. 10. vbi vide comment. nostri.
f Gen. 18. 20.
g c. 4 10.
h Iacobi 5 4.
i Isaiæ 5. 7.

Et spreuit.] Hieronymus, *distulit.* Chaldaicè רְעֵי *reghez* iratus est: quomodo etiam vertunt alij ex Hebræo, aut idem valentibus aliis verbis. Arabicè, *auertit se ab eo*, significat יִתְעַב *iithhabbeer ira exardescere, & in ira modum excedere, transilire, transire*, quæ vltima notio propria primáque est thematis עבר *hhauar.* Sic prius versu 11. *Audiuit Dominus, & distulit.* Inde repete quæ proposito congruunt. Qui valde irascitur cuipiam, sæpe spernit; & dum spernit, iratum se valde demonstrat, nec loquentis verba, precesve, aut rationem pro ipso, quamuis audiat, exaudit, sed contemnit, reiicitque. Apollinarius contemptum inter-

pretatur, improbum consilium populi à Deo,

τὸ ἄπαν ἀθετῆσαι Θεὸν βουλὴν, γένος ἀνθρώπων.

Hinc audiens neglexit Deus improbum consilium.

Spernit Deus prauum consilium, preces pro se ipso, & aliorum pro illo, ipsummet etiam populum, atque omnia quæ ad eum spectabant. Sed & contemptibilis est Deo valde, quem superbia effert, *inabitantem in scissuris*, petræ, id est, professum, ac præ se ferentem à communi aliorum vita secessum, ac separationem: ducit Sacerdotes tales Deus inglorios, *& effundit despectionem super cuiusmodi principes* [b]: *spernit omnes discedentes a iudiciis suis* [c]: *confundentur, quoniam Deus sprevit eos* [d]; *& qui spernit Deum, spernetur ab illo* [e].

Et ad nihilum redegit vdae Israel. Hieronymus, *& projecit vehementer Israel.* Alij *execratus, abominatus detestatus, auersatus, abhorruit.* Arabicè, *sprevit.* Chaldaicè, *abominata est*, vel *projecit anima eius valde.* In alijs Latinis psalterijs, apudque Augustinū, & Cassiodorum, *numen*, pro, *valde.* Est מאס *mas* reprobare, abiicere, repellere, spernere, facere facere, nihili habere. eadem valet נזל *nazal.* Pro hoc verbo Græco, in psalmo 14. [f] est נבזה *nivzeh*, Latinè, *ad nihilum redactus est*: in 57. [g] eadem phasis Latina respondet eidem Hebraeo verbo præsentis loci, & Græcorum 83. [h] est מלל *thithholalu* *falsa narrabunt* in 69. [i] יגרם *narrus conculcabuntur* in 105. [k] *pro nihilo habere* dicitur verbis huiusce quoque nostri psalmi. Interdum [l] *in nihilum redigere.* Interpres dicit, vbi est שמם *stupendam vastare, desolare. in stupendam vastationem efficere.* Crebræ victoriæ de Hebræis reportatæ, torque millia eorumdem sæpius cæsa, nec non captiuitates, docent quam parui, immo nihili facti fuerint a Deo. & quomodo *qui spreuerant, spreti fuerint* [m], *& ignobiles facti* [n]. Contingit id illis etiam, *qui lætantur in nihilo* [o]; *in nihilum redigunturque omnes artus* eorum [p], ac tot etiam ipsi, vt pote cum iam defecerint esse homines, & *ut nihil instrumenta facti sint* [q]. Omitto tropologiam sumptam ex nominis Israel etymologia, nempe sit *videns Deum*, siue potiùs *prævalens Deo*, & quo pacto redigat peccatum hominem in nihilum. Antithesis apta, vt populus, qui fruebatur veluti visione Dei, & cognitione, ac vsu rerum diuinarum, & certabat quodammodo cum illo, exto. quens precibus quæ volebat, & gratiæ tantis muneribus præditus erat, ac in tanto pretio habebatur apud omnes gentes, vice versa propter peccatum in tam abiectam, vilemque conditionem deiectus facit. Transferri id potest ad quemuis, qui ex insignis statu excidit.

Et repulit tabernaculum Silo. Hieronymus, *reliquit*, Alij, *repudiauit.* Arabicè, *damnauit.* In psalmo 10. [r] & 93. [s] redditur *derelinquere*: in Ezechielis c. 29. [t] *projicere*, & in Amos 5. [u] passiuè, *projici.* Non quomodolibet reliquit Deus tabernaculum, sed narrat tradidit Philisthæis nempe arcam. Narratur hoc in libro Regum primo [x], cum *post cæsa ex Israel à Philistæis quatuor millia* [y], *tulerunt arcam de Silo in castra* [z]; & nihilo minus in alio prælio *cecidierunt de eodem Israel triginta millia* [a], *& arca capta est: atque filij Heli Pontificis mortui Ophni & Phinees* [b], *& tali nuncio de sella retrorsum cadens fractis cervicibus Heli perit* [c]: *nurus autem illius prægnans erat, viroque orbatæ partem mortis, nomen filio imposuit lerabaal, quia translata esset gloria de Israel, arca capta* [d]. Primus arcæ constitutus post peregrinationem deserti, locus, fuit Silo, Hebraicè שלו *Scilo.* Græcè σηλώμ, apud Arnobium *Silon*, apud Augustinum *Selom*, nisi apud vtrumque sit mendum.

Vrbs de tribu Ephraim prope Bethel, *ad Septentrionem, & ad Orientalem plagam via, qua de Bethel tendit ad Sichimam, & ad Meridiem ab vrbe Lebona* [a]; tribus à Ierusalem distans leucis, vt Bocardo [b] placet, aut quatuor milliaribus, vt videtur Abulensi [c], & a Sichem viginti. Erat ob pulchritudinem locus ille idoneus, in quo tantisper maneret arca, donec maior ædificandi templi se præberet commoditas, vt Iosephus [d] scribit, qui nominat vrbem Siluntem; & quod ait Abulensis [e], ea ratione poterat Iosue *de tribu Ephraim* [f], accuratius obseruari facere quæ pertinebant ad sanctitatem tabernaculi. Mansit ibi arca vsque ad tempora Heleanę Patris Samuelis [g], imo & vsque ad vltimum annum Heli Sacerdotis, cum inde adducta est in castra, & capta à Philisthæis [h], vt antè dixi; quod spatium constitit annis 360. iuxta chronologiam Hebræorum [i], iuxta alios 351. ex opinione Abulensis [k] 476. quod nunc non curo: Deinde mansit *in Arvio* mensibus septem [l] inde remissa *in Bethsames* [m]: tum *in Cariathiarim* [n]: vbi mansit vsquequo Dauid, confirmato iam regno super Iudam & Israel, reduxit illam, & *mansit in domo Obededom* Gethæi *tribus mensibus* [o], in quadam villa prope Ierusalem [p]: postea duxit Dauid in domum suam, in superiorem partem Ierusalem, quæ vocata est ciuitas Dauid, *& exædificatum est nouum tabernaculum* [q] diuersum à Mosaico, quod erat in Gabaon [r]. Hoc loco de tabernaculo Mosaico agitur, iuxta membri de arca.

Videtur porrò Mosaicum tabernaculum ex Silo translatum eo tempore, quo arca translata est in castra, primum *in Nobe* ciuitatem Sacerdotalem [s], deinde *in Gabaon* tribus Benjamin [t], quæ distabat à Ierusalem itadus quinquaginta [u], seu ferè tribus leucis: in Gabaon mansit, donec Salomon *ad introitum templum cum arca, & vasis sanctuarii, quæ erant in illo* [x]; in templo manfit arca & idem illud tabernaculū, vsque ad templi destructionem per Chaldæos, quo tempore *Ieremias eam seruauit in spelunca* [y]. Deus apud Ieremiam [z] loquens de Silo, *ite*, ait, *ad locum meum in Silo, vbi habitauit nomen meum a principio, & videte quæ fecerim ei, & propter malitiam populi mei Israel.* Cum minatur [a], *& nunc quia fecistis omnia opera hæc, dixit Dominus, & locutus sum ad vos mane consurgens, & loquens, & non audistis: faciam domui huic, in qua inuocatum est nomen meum, & in qua vos habetis fiduciam, & loco quem dedi vobis, & patribus vestris, sicut feci Silo, & proiecti vos a facie mea, sicut proiecti omnes fratres vestros, vniuersum semen Ephraim.* Conferunt hæc omnia ad intelligenda quæ habentur in illo psalmo hic, & infra versu 67. & 68. vbi est, quòd *repulit Deus tabernaculum Ioseph, & tribum Ephraim*, in qua erat Silo, *non elegit, sed elegit tribum Iudæ montem Sion quem amauit.* Hieronymus [b] refert, quando ex Silo translata est arca, domum Dei in ruinam & cineres collapsā esse, propterea quæ hoc loco dici quòd *repulit Deus tabernaculum Silo*; videlicet non tabernaculum Mosaicum, quod translatum quoque tunc do cuimus in Nobe, sed ædem ex lapideis muris absque tecto, ex quibus, vt Hebræi tradunt, aulea, cortinæque penderent, ac tabernaculū ostenderetur, non vt in deserto ex solis tabulis, & paxillis. Qua de causa posset intelligi appellata *domum Domini in Silo* [c]; quamuis *domus* nomen latius vsurpetur pro quouis loco, in quem quid recipiatur. Tabernaculum tamen etiam ipsum à Mose constructum, ex Silo repulsum dicitur, quatenus inde translatum, nec illuc amplius reductum.

Notandum

Notandum autem Hebræos, vt eludant vaticinium illud (*donec veniat qui mittendus est* [a]) à Catholicis de Christo intellectum, quoniã Hebraice est שילה *Silo h*; exponere de eodem isto loco, cuius hic mentio fit, *vt non recedat sceptrum de Iuda*, id est, nemo sit ex ea tribu rex, donec decidat Silo ab eo honore, quem habebat ex arcæ præsentia, paulo namque post arcæ translationem ex illo loco; Dauidem assumptum esse in Regem. Refellit Abulensis [b], quia locus ille non fuit expectatio Gentium, nec in eum ipsa sperauerint, & cætera quæ in eodem vaticinio dicuntur, loco conuenire non possunt. Adde nomen loci scribi aliter nempe שילו *Scilo*, & ex probabili sententia in Genesi lectum a LXX. שלו *Scelo*, id est, quæ ipsi, nempe, vt LXX. vertunt, ἕως ἂν ἔλθῃ τὰ ἀπόκειμενα αὐτῷ, *donec veniant quæ reposita sunt ei*: vel ᾧ ἀπόκειται, *donec veniat, cui reposita sunt*. Denique quidquid sit de varia lectione ac etymologia, de qua Enarratores Geneseos, Messiæ nomen exprimunt Targumici Chaldæi.

Tabernaculum suum, vbi habitauit in hominibus.] Hieronymus, *tentorium, quod collocauit inter homines.* Alij, *tentorium, in quo habitauit inter homines*, vel, *quod locauit in homine*, nimirum sibi, vel in Adam, id est, in posteris Adam Illyricè, *in quo constituit habitare in hominibus*. Arabicè, *in quo habitare fecit homines*, videlicet secum, vt familiariter versaretur cum ipsis. *facient mihi sanctuarium*, dicebat Deus, & *habitabo in medio eorum* [c]. Sic apud Ioannem [d] de Incarnato Verbo, *& habitauit in nobis*, hoc est, inter nos, & nobiscum, *in terris visus, & cum hominibus conuersatus* [e]. Etsi hæc verba exponant alij de conuersatione Dei in deserto cum legem dedit, & ex propitiatorio arcæ oracula reddebat; noster Castro [f] rectè demonstrat intelligenda de Incarnatione secundùm receptam Patrum, & plurium Enarratorum sententiam, ita vt illud aliud fuerit quidam typus huiusce aduentus Christi.

Cæterùm, sicut peccata non solùm filiorum Heli Ophni & Phinees, quod sensisse nonnullos hæreticos Arnobius notat, accusantes iniustitiæ Deum, sed populi totius, ac præsertim eorum, qui pertinebãt ad tribus decem, quæ postea quoque defecerunt, diuiso regno, à vera religione, & quãdoque vocabulo *Ephraim*, in qua tribu Silo erat, designantur, fuerunt in causa, cur transferretur ex Silo tum arca, tum tabernaculum משכן *mischan*, & אהל *ochel*; ita videndum nobis est, vt admonet Hieronymus [g], ne propter iniquitates nostras habitaculũ pectoris nostri deserat inhabitator Spiritus sanctus, respuat Sacerdotium, & despiciat ordinem regiminis nostri, sanctaque *sicut hostia dissipentur* (verba sunt Ieremiæ [h]) vbi nullus virtutum gignitur fructus. Citat Apostolum [i], qui nos & membra nostra vocat templum Dei, ac Spiritus sancti. Spernit Deus, vt antè dictum est, neque curat nos, hi spernamus & offendamus eum; neque est *qui imputet illi, si peccerint nationes quæ fecit* [k]. Tam multos creando nasci voluit Deus, quos ad suam gratiam non pertinere præsciuit, ait Augustinus [l], vt in multitudine incomparabili plures sint illis, quos in sui regni gloriam filios promissionis prædestinare dignatus est, vt etiam ipsa reiectorum multitudine ostenderetur, quam nullius momenti sit apud Deum iustum quantalibet numerositas iustissimè damnatorum: atque vt hinc quoque intelligant qui ex ipsa damnatione redimuntur, hoc fuisse debitum massæ illi vniuersæ, quod tam magnæ parti eius redditum cerneret, non solum in eis, qui originali peccato multa addant malæ voluntatis arbitrio, verum etiam in tam multis paruulis, qui tantummodo vinculo peccati originalis obstricti, sine gratia mediatoris ex hac luce rapiuntur. Hæc & his plura, horroris plena sed tamen vera Augustinus.

Elicere hinc quoque licet Deum in templis habitare singulari quodam pacto, virtute, efficacia, præsertim ob præsentiam Corporis Christi, secundùm quam verè dici potest Christũ Deum esse in locis illis, habereque tabernaculum seu habitationem in hominibus, intráque loculum, quod etiam vocamus tabernaculum, & ciborũ.

Præterea, cùm aliqua saltem ex parte causa extiterint peccata filiorum Heli Sacerdotis Ophni & Phinees, patrisque nimia in illis reprehendẽdis indulgentia, facilitasque, cur tabernaculũ & arca repelleretur de Silo, & populi ederetur strages tanta, vereri possumus ne similis in Clericis, & Ecclesiasticis nostris culpa concitet in Ecclesiam totã graues calamitates, plagasque ab irato Deo; & illis sciẽtiam repellentibus, repellat eos Deus, *ne sacerdotio fungantur* [a], *atque repellat altare suum, & maledicat sanctificationi suæ* [b]; quod Hebraice dicitur מאס *mier*, Græcè ἀποστατεῖν, *elongare, proijcere, odio, & fastidio habere abijcere*.

Et tradidit in captiuitatem virtutem eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici.] Hieronymus omissa coniunctione, quæ tamen extat Hebraicè, *tradidit in captiuitatem virtutem suam, & decorem suum in manu hostis*: quamuis in textu Treueti, & Victorij sit pro virtute, *gloria*; coniunctio verò ante verbum apud Treuetum. Alij, *fortitudinem suã, & gloriam suam*. In Gallicano & Romano psalterio, & apud Gregorium [c], *virtutes, & pulchritudines*, quamuis alibi [d] vtatur lectione nostra. Illyricè, *in depredationem*. Arcam intelligunt omnes, cui propterea meliùs conuenit singulari numero, virtus & pulchritudo: etsi collectiuè pro multis vnum poni soleat; & ab arca multa commoda ac decora proueniebant. Dicitur autem arca virtus & pulchritudo vel sua singulariter, id est, reciprocè sumendo, pro eius, nempe populi, vel sua, hoc est, Dei: item *eorum*, nempe Hebræorum; quoniam Deus virtutem עז *hhoz*, *robur*, *potentiam*, *vim* & *pulchritudinem*, תפארת *tiphereth*, καλλονὴν, videlicet *ornatum*, *gloriam*, *decus* per arcam demonstrabat. sed in populi gratiã, qui, (vt ait Augustinus) inde sibi videbantur inuicti, & inde sibi plaudebant. Alibi docuimus nomine gloriæ כבוד *chauod* appellatam arcam, indeque nomen inditum filio nurus Heli *Icabod*, eo quòd tunc *gloria Domini trãslata est*, nimirum arca capta [e]; hic verò etiam in psal. 131. [f] quæ nominatur *arca sanctificationis Dei*, τῦ ἁγιασμοῦ αὐτῦ, Hebraicè dicitur arca virtutis seu roboris עז *hhoz*, & quidam Græci, habent ἰσχύος, aut κράτους. Vbi Paraphrastes *legem* interpretatur, sicut & in isto psalmo, quia nimirum eius obseruatio vires suppeditat; & intra arcam recondebatur. Minatur Deus ablaturum: *fortitudinem populi & gaudium dignitatis & desiderium oculorum* [g], his modis describens templum, & præcipuum templi ornamentum, quod erat arca. Locus autem habitationis gloriæ Dei appellatur [h] *tabernaculum, templumve*; *atque domus sanctificationis & gloriæ* [i]. Minus ad rem quam addunt Hugo, Aretanus, Rickelius expositio, *virtutis*, pro fortibus populi; & *pulchritudinis*, pro nobilibus pulchrisque. Lyranus etiam placent primum. Valentia quoque *vir-*

[a] Gen. 49. 10.
[b] ibid.
[c] Exo. 25. 8. & c. 29. 45.
[d] Baruch 3. 38.
[e] ibid. v. 36.
[f] in c. 3 Lamen.
[g] Thre. 2. 6. 11. Cor. 6. 16. & c. 3. 17.
[h] Reprobatio impietatem non imputat Deo.
[i] Sap. 12. 12. vbi lege comment. nostrũ. Iepti. 157.

[a] Osee 4. 6.
[b] Thre. 2. 7.
[c] 8. moral. ca. 30. vel 27.
[d] 4. Pastor. c. 1.
[e] 1. Reg. 4. 22.
[f] vers. 8.
[g] Ezech. 24. 25.
[h] psal. 8.
[i] Isa. 64. 11.

tutis vocabulo totam potentiam intelligit: *pulchritudinis* autem, diuitias, & mulieres. At sensus quē dixi, verus est, posteaque subditur de alijs mentio. Non dubium quin Eucharistiæ absque vlla paratione, aptius conueniant epitheta *virtutis* & *pulchritudinis*, aliàque similia.

Fidem præterea, & cætera Ecclesiastica institutа, mysteria, sacramenta, Latini passim, post Bedá, mystico sensu interpretantur culpa quandoque nostra auferri à nobis. Exprimit Remigius illos, qui se saluati putant per fidem tantum, negligendo bene operari, & abutēdo verbis illis [a], *qui crediderint & baptizatus fuerit, saluus erit*, nec attendendo quòd *fides sine operibus mortua est* [b]. Hugo applicat ad Clericos, prælatos, religiosos, qui deberent esse Ecclesiæ robur, ac decor; sed ob eorum peccata *egreditur a filia Sion*, id est, ab Ecclesia, *omnis decor eius, & facti sunt principes eius velut arietes, non inuenientes pascua, & abierunt absque fortitudine* [c]. Is quē putant esse Hieronymum, putat manifestè hic Dauidem excidium illud, quod in Ierosolymis sub Tito, & Vespasiano actum est, præcognouisse. Sic ille loquitur. Adicit votiuá tropologiam, vt concupiscentia decidat, erecta potestate virtutum; forma iniqui amoris corruat. Bruno Carthusianus explicat captiuato veluti libero arbitrio per peccatum, ita vt reddatur infirmum ad bene agendum, & de innocentia, virtutibúsque, in diaboli potestatem quodammodo peruententibus. Magis distinguit Aiguanus de captiuitate peccati, quia *iniquitates suæ capiunt impium* [d], & quoniam *lex in membris repugnans legi mentis captiuat in lege peccati* [e]; *& qui facit peccatum seruus est peccati* [f]: præterea de captiuitate pœnæ, tum temporalis, tum æternæ; ita vt *qui in captiuitatem duxerit* (animam suam, peccando) *in captiuitatem vadat* [g] (damnationis æternæ) nisi *exuerit* ante mortem *vincula cellæ suæ captiua filia Sion* [h], vocata anima *in libertatem gloriæ filiorū Dei* [i], *quæ libertate nos (Christus) liberauit* [k], *& veritas ipsa* [l], sed secundùm *legem perfectam libertatis* [m], *& vt serui Dei, non quasi velamen habentes malitiæ libertatem* [n]. Gregorius [o] cum docet in suam destructionem laborare, qui exemplo Ezechiæ [p], bona quæ agunt, quasi diuitias congregatas nunciis Babylonis ostendunt, citans præsentem locum, ait, quòd virtus & pulchritudo arrogantium inimici manibus traditur, & quos maligni spiritus ad iactantiam prouocāt, eorum opera captiuantes denudant, atque deceptæ illorum menti, ex dictorum operum elatione dominātur.

Vitium sensus.

[a] Matth. vlt. 16.
[b] Iacobi 2. 26.
[c] Thre. 1. 6.
Tropologia.
[d] Prou. 5. 22.
[e] Rom. 7. 23.
[f] Ioan. 8. 34.
Captiuitas pœnæ duplex.
[g] Apoc. 13. 10.
[h] Esa. 52. 2.
[i] Rom. 8. 21. Gal. 5. 13.
[k] Gal. 5. 1. Ioan. 8. 32. 36.
[l] Iacobi 1. 25.
[m] 1. Petr. 2. 16.
[n] 2. moral. ca. 30. vel 37. & 4. p. pastor. c. 1. p. 4. Reg. 20. 13.
[o] 2. moral. ca. 30. vel 37. & 4. p. pastor. c. 1. p. 4. Reg. 20. 13.

Vers. 62.] Et conclusit in gladio populum suum: & hereditatem suam sprevit.

Vers. 63.] Iuuenes eorum comedit ignis: & virgines eorum non sunt lamentatæ.

Vers. 64.] Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt: & viduæ eorū non plorabantur.

EIusdem diuinæ iræ, zeli, vindictæ alia pergit effecta declarare, præter superiùs enumerata; nempe, quòd gladio populum suum Deus cadere fecerit, quatuor primùm millia, deinde triginta in conflictu cum Philisthæis, & quem antea vt charissimam hæreditatem habebat, cōtempserit, sináque defensione ac protectione priuauerit: itē quòd ex eodem populo absumpserit iuuenes & robustiores quosque sæua belli vi, gladiíque, in morem ignis omnia deuorantis: præterea virgines, puellásque nubiles, aut recèns desponsatas vel occidi permiserit, vel abripi in captiuitatem, ita vt non esset qui complangeret, ob nimis atrocem & omnibus communem calamitatem: sed & eodem inimico gladio sacerdotis summi filij Ophni, Phineésque occubuerint; & viduatæ maritis matronæ, præ dolore morientes caruerint consueto plorantium officio, in tanta illa omniū perturbatione atque mœstitudine. Extat horum narratio in 1. Regum c. 4. toto.

A

B

C

D

E

* *Et conclusit in gladio populum suum.*] Chaldaicè, *& tradidit occidentibus gladio populum suum.* Arabicè, *& copulauit populum suum ad gladium.* Habent vim יסגר *iasgher*, & συνέλεσεν, vt indicent vndique quasi obsessos, conclusos, constrictos, qui effugere gladium non possent, neque cædentibus resistere. Similes formulæ psalm. 30. [1] & 44. [2] *nec conclusisti me in manibus inimici. & effunde frameam, & conclude aduersus eos qui persequuntur me*, quibus locis eadem verba sunt Hebræum, & Græcum. Apollinarius.

[1] vers. 9.
[2] vers. 3.

ἐκ ἔτ' ἐκ λωφῶσιν αἱ τοῦ ξίφους ἐξαναιρέσεις.

Non adhuc gladiatus cessant semper eos interficiens.

Quid si cōclusum dicat quis in gladio populum, quando fabri ferrarius nō inueniebatur in omni terra Israel, quia cauerāt Philisthiim, ne fortè facerent Hebræi gladium aut lanceam, & cū venisset dies prælij, non est inuentus ensis aut lancea in manu totius populi, qui erat cū Saüle & Ionatha, excepto Saül & Ionatha filio eius [3]? Id quidē Lyranus & Aiguanus ad sequens refert membrū (*& hæreditatem suam sprevit* & nihil strenuis militibus magis ignominiosum, quàm repulsis vti armis. Sed non ineptè fortassis de hoc ipso mēbro possit accipi, vt concludi in gladio sit in eas redigi angustias, vt ne gladij quidē tractandi potestas haeret. Accommodat Rickelius hoc ad populum Christianum sæpe à Saracenis in terra sancta expulsum & occisum; vel ad vnumquemque à tentatione, atque à suamet peruersitate in anima in teremprum. De tentatione Diaboli cùm suū sortitur effectum, Gregorius [4] *eductum, & egredientē de vagina gladium* [5] interpretatur; illum quē alius canit psalmus [6] *enagimatum* à peccatoribus vt decipetent pauperem & inopem, vt trucidarent rectos corde.

[3] 1. Reg. 13. 19. & 14. 15.
[4] 15. moral. c. 3. Iob 20. 25.
[5] psal. 36. 14.

* *Et hæreditatem suam sprevit.*] Hieron. *distulit.* sic. 1. vers. 59. vbi erat idē verbū Hebrēū התעבר *hithhabber*, & Græcū ἐπεσόβησεν Relege ibi dicta. Hebræus populus vocatur sæpe Domini hæreditas, vt alibi notauimus; vel certè terra ipsa promissionis, quam populo suo peculiari Deus assignauit, eo nomine appellatur, quā sprevisse censeatur, quādo multas illius vrbes à Philisthęis capi permisit.

Iuuenes eorum comedit ignis.] Hieron. *eius*, nempe populi. Igni consumpti non leguntur Hebręi. Sed *ignis* nomen accipi solet pro graui clade, ac internecione, vt pro lapidatione, vt alias docui: aut hic significat feruorem prælij, aut strictos fulgurantes ac veluti flammeos gladios: aut incensam in eos Dei iram. Aptè autem verbum, *comedit*, iuuenibus conuenit, qui præferuidi sunt, & æstuant furore, præsertim cùm dimicant; quasi maior minorem flammam deuorauerit. Sic suprà vers. 21. *Ideo audiuit Dominus, & distulit, & ignis accensus est in Iacob, & ira ascendit in Israel.* Et hoc loco Apollinarius ignem cognominat diuinum,

ἐσκηψεν μὲν θείαις κατὰ τοῦσκελῆ θεσπίσαντος πῦρ.

Miserabiliter quidē iuuenes deuorauit diuinus ignis.

R. Kimhi docet עֵל חֶרֶב מַשָּׁל *hhal derech maschal* secundùm viā prouerbij vocari אֵשׁ *ignem* חַמַלְחֲמָה *hammilchamah*

a c.49.45.

Iammilcnamah bellū. Apud Ieremi. [a], *ignis egressus de Hesebon, & flamma de medio Seon*, significat acerrimos milites igni similes, secundum alacritatē, celeritatē, & pugnādi feruorem. Cæterum, dicitur ignis comedere, manducare, vorare, deuorare, lābere [b], tribuiturque ei os & lingua [c]; præterea nutrimētum, & alimonia, fomes, esca [d]. Videtur enim augere ac nutriri subiecta materia, sicut suscepto animal nutrimento. Poëtis familiaris est ea dicendi forma. Sed & vulgò ita loquimur, vt dicamus ali, augeri, viuere, mori, occidive igneim, quod Lucretius [e] trucidari dicit: & alij flammā & ignē cognominārt viuū, viuidum, edacē, voracē, auidum, &c. Nec defuerunt qui propriè vitā illi attribuerent [f], qui nutriri videtur, vt dixi; semper et quidpiam accedere & decedere: deuorare materiam: fumum velut ex decoctione alimenti exhalare: ex se perpetuò moueri: maximè agere Legendi Plutarchus [g], & Dionysius [h]. Euthymius *iuuenes* vult fuisse adolescentulos nondum militantes vnà cum domibus exustos: quod secūdum asserit etiā Basilius siue Theodoretus. Concedi hoc potest. At *iuuenes* nomine possunt intelligi etiā nuptiis habiles, ac militiæ; sicut & per בחורים *bachurim* quos Hebræi vocant ita, quasi electos ad omnem rem, & opus, & bellum, vt passim constat in diuinis literis: & *iuuenes* collocat Pollux in quarta ætatū hebdomade, quæ inchoat ab anno 21. Nō placet item mihi expositio quā, præter modò dictam, attingit Aiguanus, quòd ignis luxuriæ Philisthæos inuaserit, quo succensi, virgines, de quibus mēbro sequenti, violauerint.

b psal. 20. 10. Numer. 11. 1. Deuter. 4. 24. c. 9. 3. 2. Reg. 22. 9. lib. 3. & 38 lib. 4. 1. 12. Iob 15. 34 c. 20. 26. ca. 22. 22. ca. 31. 12. Esa 5. 24 Ier. 48. 45. Ezech. 15. 25. Ioel. 1. 19. 20. c. 2. 1. 5 Nahum 1 13. 15. Sophon. 1. 18. Zach 9. 4 c. 12. 1. Iacobi 3. 1

c Esa. 5. 24.

d Exo 35. 14. Leuit. 1 10. Esa. 9 19. cap. 30. 14 Ezech. 15. 4 Num. 28 24

e lib. 6

f Aristō. refert 2 de gener. t. 50.

g Politic. ignis ne antiqua ūrentibus.

h cæl. Iuter. ca. 15.

Interpretatio 4 eius expositio.

Versus sequens.

Idem auctor mysticè interpretatur per *iuuenes* peccatores, ob conditiones malas eius ætatis quas 2. Rhetoricorum describit Aristoteles. Explicat fusiùs, & quatuor tradit modos, quibus ebdē ætas bene regatur. Ad tropologiam pertinet ignis cōcupiscentiæ in masculis iunioribus, & sequenti membro in fœminis, cùm hoc nomine non vituperantur, sed laudantur, vt notant Hugo, Rickelius, Beda, Remigius, Bruno alij, qui etiam de illis qui deberent esse in bono strenui, &c.

Et virgines eorum non sunt lamentatæ.] Hieronymus, *& virgines eius nemo luxit.* Alij cum Chaldæa quoque paraphrasi. *non sunt laudatæ nuptiarum, pulchritudo & hymenæus defuerūt quæ sponsi*, nempe iuuenes quos comedit ignis, id est, bello perierunt, qui eas ducerent, vel recens ac nuper ductas hymnis ac reliquis nuptialibus honoribus prosequerentur. Sexta editio ex Aquila οὐκ ὑμνήθησαν, *non sunt hymnis celebratæ*: Symmachus, Theodotio, quinta editio οὐκ ἐπενθήθησαν, *non sunt laudatæ*. Athuis interpretatio aliorum, *non sunt nuptæ, nuptiisve traditæ, sine honore perierunt innuptæ.* Arabice in actiua significatione, *& virgines eorum non ploratarum*, quod ambiguum est, an ipsæ alios non plorarint, an ipsas alij. Illyricè, *& virgines eorum Lamentati non sunt.* In emendatis Sixtinis Bibliis Græcis est actiuum ὐμνήσαν, non autem ἐπενθήσαν. Apollinarius in eadem voce reddidit,

οὐδὲ τις ἐν ὀλοφυρτῇ παθοκτασίᾳ.

Neque vlla velut prodiens luxit virginum.

i Iere. 48. 33. Matth. 11. 17. Luc. 7. 32.

k Luc. 23. 27.

Latinum verbum *lamento* [i], nunc passiua forma, sed actiua tamen etiam significatione *lamentor* [k], Interpres vsurpat. Verbum huius loci Hebræum est הוללו *hullalu* ab הלל *halal.* in actiua voce *pual* significat *Laudari*; sed tunc non esset exprimendum ו *vau seuere* longa vocalis *u*, & *daghes* in primo *lamed* ל, sed *chubutz* vocalis punctum breuis *u.* cum *daghes* in primo ל *lamed hullalu*, quo pacto Richardus Cenomanensis legit, extatque in Bibliis Hebræis Roberti Stephani, editis anno 1540. Idem a יָלַל *ialal eiulare, plangere, lamentari* significat in *hophal* actiua voce verbi הוֹלַל *holal*, scribendo per notam o longi, quæ dicitur *vau holem* ו, & absque *daghes* in primo ל *lamed* הוֹלְלוּ *holalu, eiularunt, planxerunt, lamentauerunt*, seu *lamentata sunt* in actiua notione verbi *lamentor*, vel *lamentati* in genere masculino, quod valere potest Hebræū verbum generis vtriusque, sicut & precedens reddi potest, *afflitè, laudati.* Vnde ex Hebræo vertendum in genere masculino, Sensus esset, *& virgines eius non sunt laudati*, id est, aliquid supplendo, circa virgines eius, nempe populi, nullus laudatus est, quòd scilicet feliciter nuptias celebrasset. Vel, *& virgines eius*, minorum populi, *non lamentauerunt*, hoc est, non fuit qui decantaret elegos, nēnias, carmen lugubre. Ex quo sequitur, vt virgines, passiue loquendo, non fuerint lamentatæ, ac deploratæ, quia defuit qui lamentaret atque deploraret; non fuerint etiam laudatæ, & honoratæ oratione sepulchrali; non fuerint laudatæ epithalamio, & hymenæo, quia, vt ait ille [a],

a Ouid. 5. Fast.

——*quæ nuptias non diuturnas fuit.*

nec nox nuptialis *laude digna* [b]. Procul dubio Lxx. respectum habuerunt ad radicem verbi יָלַל *ialal*, & secundùm emendatos codices, qui habent actiuum, ἐπενθήσαν, legerunt actiuæ coniugationis *hophal* verbum הוֹלְלוּ *holalu*, αἱ παρθένοι αὐτῶν οὐκ ἐπενθήσαν, *virgines eorum non lamentauerunt*, id est, ipsæ lamentauerunt. Quod attinet ad sensum, parum refert passiuè sumere aut actiuè, participium, *lamentata*, quia reciproca sunt, non esse lamentātes virgines, seu quæ lamentent, & non esse quæ lamententur, quando cunctæ de medio sublatæ sunt, vel præ calamitatis magnitudine, id nec liber nec licet. Nihilominus videtur Interpres passiuè accepisse, & legisse apud Lxx. ἐπενθήσαν, quia hoc magis congruit cum sequentis versus verbis, *& viduæ eorum non plorabantur.* Propter quam causam à contrario sumptam, hoc est, quia vult ibi quoque legi actiuè, *ploraham*, Agellius contendit accipi actiuè hoc loco participium, *lamentata.* At plures ex veteribus saltem, præsertim Latinis, vtrobique passiuam vocem agnoscunt. Denique sensus est, quem innuit vno verbo Augustinus, non vacauisse in hostili metu operam dare lamentis, & complorationi. &, vt ait Cassiodorus, fune rusta persoluere. Hoc melius, quam de sola virginum vel captiuitate, vel violatione, vt videtur Hugo velle, atque Aiguanus. Tropologiam apud eosdem lege, aliósque, nec non apud Philippum [c] Grecum, quam & priorem indicauimus membro. Philippus animi fortitudinem iuuenibus, virginibus pudicitiam designari scribit, quæ maximè seruentur, quando anima orationis deuotione munitur, & à corporis voluptatibus separatur: per sacerdotes ac viduas hæc innui; & istis de medio sublatis, prioribus locum non esse.

Tropologia.

c sermon. 69 in psal

Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt.] Numero quoque singulari pronomen, *eius*, Hebraicè est. De Ophni & Phinees occisis in bello à Philisthæis passim exponitur. Addit R. Kimhi alios Sacerdotes, qui erant cum arca, quando capta est. Credi potest; de duobus tamen mentio nominatim fit, quia peccatis suis prouocauerant iram Dei, & eorum Deus interitum per Samuelem prædixerat, & priùs per alium virum Dei [d]. Non est liberum, vt Hugo putat,

d 1. Reg. 2. 34. c. 3. 12. 13. c. 4. 11.

Sacerdotes

Sacerdotes hic fumere etiã in accusatiuo casu,&, *occidunt*, à cædo, cædis, significat חלל *naphelu*, & *occisi occidebant* à *halalai* verbo, & Sacerdotes ipsi occidisse dicuntur, non alij eos cæcidisse, id est, occidisse; quamuis vnum ex alio sequatur. Phrasis scripturæ est, vt cadere in gladio, sit gladio occidi, & occumbere, quod fit cadendo. Hugo inter alios mysticos sensus, illum tangit, vt cadere nec cedere ob tribulationem, animo deiici, vehãti desperare; cum è contrà iusti iubeantur respicere, & leuare capita sua [a]. Rickelius explicat de prædicatoribus, qui ipsomet gladio verbi Dei, quem tractant, se ipsos occidunt, *& in quo alios iudicant, seipsos condemnant* [b].

a Luce 21.28.

b Rom. 2.1.

Et viduæ eorum non plorabantur.] Hieronymus *non sunt fletæ*: sed futurum exponit per præteritum; quod nunc habet puncta vocis actiuæ תבכינה *thuchenah*, sed LXX. retento futuro κλαυσ & κλαυσονται passiuæ vocis legerunt in eadem voce mutatis punctis תבכינה *thibbachenah*. Quam lectionem sequutus est etiam Hieronymus. Romanum psalterium habet, *non plorauerunt*. Non dubitat Agellius erroris à nostra lectione nostram, qua tamen præter dictum psalterium, & Apollinarium non vidi quis vteretur,

ἐκ ἔκλαυσαν ἀ κόψονται ἀ πένθος.

Non plorationi mortuus planctui Sacerdotes.

c Ezech. 24.16.

Probat præterea ex Ezechiele [c], οὐ μὴ κόψῃς, οὐδ' ἀ μὴ πένθος ἔσται, *non planges, neque plorabis*. Sed præterquàm quod tecte ibi quidem ita nunc extet in emendatis Sixtinis, in aliis sunt actiua κόπτω & πένθω, seu primum mediæ vocis, Non debet præiudicare communi lectioni præsentis loci exemplum vnũ verbi quod omnino passiuæ vocis & significationis est, semel in actiua vsurpati à LXX. non ab alio quod etiam. Nec potuit Agellius absolutè asserere codicem Græcum hic habere actiuum verbum. Sensus est similis aliorum verborum præcedentium, *virgines eorum non sunt lamentatæ*; vbi etiam idem Agellius contendebat pro actiua significatione; nimirum ob grauitatem cladis acceptæ, nõ licuisse viduis viros defunctos lugere: ex quibus etiam vxor Phinees audita viri morte, præ vehementia doloris tumul & partus, perijt [d]. Genus hoc mulierum obnoxium est maxime calamitatibus, & auxilio plurimum egens, atque consolatione. Ideo Iob [e] inter alia pietatis opera, quæ de se ipso modestè enumerat, ait, *cor viduæ consolatus sum*.

d 1. Reg. 4.19 & seq.

e c. 29.13. Viduæ cordi eius laetificare.

Vers. 65.] Et excitatus est tamquam dormiens Dominus, tamquam potens crapulatus à vino.

Vers. 66.] Et percussit inimicos suos in posteriora: opprobrium sempiternum dedit illis.

TEmperat misericordia atque benignitate iustitiam ac vindictam DEVS; *iratus recordatur misericordiæ* [f], punit illosmet quos vexare permittit, suos, & quorum vsus malo fuit in bonum; & excesserunt in DEI populo, quamuis commenti, prenatum modo. Itaque DEVS postquam diutiùs dissimulauit, ac dormire visus est, dum tantam Philistæi exercebant de populo ipsius stragem, & indignissimè arcam sanctam tractabant, Deumque ipsum impiissimè blasphemabant, tandem aliquando, vel ira completo tempore, excitatus est ad auxilium & vltionem populi sui, mutatumque suarum & nullis sorti similis, cui ex largiter epoto vino alacritas, roburque accedit nouum, maiori que in hostem ruit impetu, exardescit pienus quodammodo indignationis meæ in Philisthæorum eximum. Non percussit eos in natibus, atque non solum dolorifera, sed infami quoque affecit plaga, cuius nunquam eius, & ex hominum deleri memoria posset ignominia. Addem pertinere dedecus videtur, eo tumidum Deus Philisthæorum Dagon, diuinitus de sua dejectus sede, *acetuncus pedes, manúsque ante arcam*, quam irreligiose detinebãt, iactatus. Extãt hæc in 1. Reg. c. 5. Similis in Deuteronomij cãtico quædam ira; vbi conquestus de populo suo Deus, tandem subiicit nolitæ illum punire velle, quin impios eorum competeat hostes, qui contra Deum ipsum superbiebant, & blasphemabant. Frigidior est expositio R. Kimhi, Vatabli, & recentiorum Hebraizantium, de percussis Hebræis à tergo, & fugientibus, iis maximè, qui erant in postremis acie. Non esset hoc tantum opprobrium, nec res adeò magni momenti. Illam opinionem melior Poëta quam Christianus, ita expressit.

f Abac. 3. 2.

Cum crapula excussam lesserit spe
Ferrum, arma iterum sagittes vertet in hostes,
Tergique vulnerione gens umbellia cæsa,
Perpetuam asperit vomitus in sæcula labem.

Et exultauit tanquam dormiens Dominus.] Hieronymus *engikuu*. Idem est experrectum esse vel fieri; sed ויקץ *iykats* innuit excitationem ac expergefactionem, per quamdam punctionem, & extimulationem. Vidimus psalmis præcedentibus crebro somnum, & soporem, atque excitationem, ac exsurrectionem à somno, de Deo dici, cùm opem differt, vel confert. Vigilat Dominus, etsi dormire videatur, & *vigilantem* gestat ad puniendum *virgam* [b], *vigilat unquam, super malos in malum* [c]; Aliunde verò etiam non nisi excitatus, & quasi punctus, & extimulatus, iuxta Hebraicum verbi, de qua dixi, applicat se ad puniendum.

b Iere 1. 12.

c c. 14. 22.

Tanquam potens crapulatus a vino.] Hieronymus, *quasi fortis post crapulam vini.* Potest יין מן *min, a, ex*, hanc vim habere: vel etiam significare *præ*, siue *propter*. Chaldaicè *sicut vir qui repit fit a vino*. à ij, *clamans à vino*, vel, *exhilaratus à vino*, vel, *exultans præ vino*, seu, *quadam exultatione cantans, & vociferans*, videlicet, postquam redierit ex somno ad se, ita vt & vino obrutus primum dormierit, & post edormitam crapulam, ac digestum somno vinũ, denuò illo se se exhilarauerit: vt sic recreatæ atque refectæ à somno, & vino, supperant maiores vires, & post somnum fatur concitatus à vino aroma mirabile. In Concilio Niceno 2. [d] vt quidem Latinè legitur, extat, *tanquam potens à crapula vini*. Arabicè, *tanquam Gigas experrectus à vino*, addit enim spiritus quosdam vinum, & vitaciorem reddit, iuxta illud,

d Act. 7. in ep. 2.

Vina parant animos.

& ebrietas

—in prælia trudit inertem [e].

e Horat. lib. 1 epist. 5.

& facit ebrios, quòd

—non faceret ad fabrilia vnquam [f].

f Martial. 3 epigr. in fr. & Excl. 31. 10.

& vocat Sapiens ebrietatis (quæ parum differt à crapula, vt ita dicã) animositatem, dicitque quòd ὁ οἰνωθεὶς ὑπερ ἀφρονεῖ. Illyricè hoc loco, *& sicut robustus inebriatus à vino*, vt inebriatio nec eneruet vires corporis, nec adimat vsum rationis, sed copiam & efficacitatem sumpti vini denotet; sicut

a Genes. 43. 34 plus cæt. 45. 7. pl. 64. 10. 11. Cant. 5. 1 Reg. 1. 40. Psa. 55. 10. Agg. 1. 6. Ioel. 1. 10 b vers. 6.

sæpenumero *verbi vsurpatur* verbũ in diuinis litteris [a]. Est גבור *ghibbor*, vt psalmo 18. [b] vidimus, Gigas, aut quilibet fortis & potẽs, qui dicitur hoc loco, Græcè δυνατὸς δυναστεύων *monoroen* est, vt ait Kimhi, idem quod צועק *tsoûhak clamans*. quod fit, vt alias docui, siue ob lætitiam, siue ob luctum: siue orando, siue laudando, siue cantando, siue modis alijs. Censent alij excitationem à somno hic intelligẽdam post vinum, quod somno dederit occasionem, & tantisper impedierit vsum roboris, ac virium. Sed placet quod dixi, & à Campensi traditur, innuiturque à Genebrardo, vt post somnum siue conclauatus fuerit à vino, siue nõ, intelligamus hominem firmis viribus vini sumptione reddi alacriorem & valentiorem. Etsi etiam verum est, bene digestum in somno vinum, vt nuper dicebam, ficut cor lætificat, ita addere virium alteritatem. Dormant [illegible] aliquot ἀπὸ τῶν ἐπιόντων, quòd iuuet, etsi alij latenum à vi, aut vena. Sic ille in Rutulorum castris.

c Virg. 9. Æneid.

multóque [c] *vacabat*
Mœnibus Deo vitæ. (id est, vino.)

d Lucret. lib. 3.

& de alio canitur [d], quòd in eo inter alia effecta,

cum vini vis penetravit,
clamor singultus iurgia crebrescunt.

Ad hunc modum Deus *exhorrescabat* describitur cunctanti & bene poto similis, alacer, audax, fortisque. Nullus hoc Deo, ait Augustinus, dicere auderet, nisi spiritus eius. Sed circa *exæquati* verbum, quod cum Græco ἐκμεθύσκω affinitatem habet, obtenua, sicut & circa crapulam, atque κραιπάλην, dicetur in potu, quàm in cibo, tàm de ebrietate, quam de comessatione, tàm de ingurgitatione vini, quàm cibi: quamuis ebrietas adimere videatur cum mente sensum etiam doloris. crapula caput afflictet, mente constante, vt Aristoteles [e] docet; quasi dicatur κεφαλὴν ἔχειν τὴν κεφαλὴν πάσχουσαν, ab eo quod caput concutiat, dolo eque, ac vertigine afficiat, vt etiam Plinius [f] innuit, scribens crapulam vini vocari quoddam condimentum, nempe è rosa nix crudo sinapi. Volunt alijqui crapulam illecebrietatem expridiano dici, κραιπάλην ἐκ τοῦ πρωΐου. Est item *exsurgere, desipere, delirare, furere, dementari, insanire, per crapulam.* Eadem ratione רנן *mithoren* est hoc loco *clamans, vociferatione, bacchatus & furentis in morem.* Num & sic ibi Deus comparat se cum loquente *ad simulacrum paræsceui*, videlicet cum ingenti ejulatu gemitu, dolore, *dilapsurus & absorbendus.* Nec abluit comparatio eius, *qui plenum se somnijs dicens & cor suum spem vitæ suæ vocantem suum, & quasi multum absque ipsa euacuato quod ligamenta ventris rumpat.* Sic præterea illius qui comperẽs dolorem ventris, & tensum cordis fili ruinationem in se, quam tacitè enteretur, dicebat, *non tacebo, quoniam vocem buccinæ audiui anima mea* [g]: & rursum, *facium* aiebat *in corde suo quasi quæ cæperim clausam que in ossibus sim, & defecisse, cum ferre non sustinerem.* [h] quin scilicet eloquerer. Hugo monet ex his verbis petri thema posse secũdum allegoriã de Christi Resurrectione, in qua excitatus est à sopore mortis, potens in prælio, crapulatus à vino myrrhato, & calice passionis. Potiùs appellatur sensum accõmodationis.

Et percussit inimicos suos in posteriora.] In Concilio Niceno 2. legitur Latinè, *percussit inimicos suos, & dedit eis in posterum improperium sempiternum*, quod etiam exponitur de improbis potentibus, quibus per Christi Resurrectionem id improperium sempiternum datum sit, nec adorari de-

e Aristot. 3. Ethic. ad Nicom. c. 10.

f Plin. 23. c. 1.

g Psa. 42. 14.

h Tob. 3. 11. 13.

i Thren. 4. 19.

k Exod. 9.

l Act. 2. cap. 1.

A buerint idola in posterum. Hieronymus, *verum sunt. Alij, strage vel in anteriora nimbus, partibus posteriorum*, quam vocat historia Regum [a] *secretiorem partem natium*, in qua percussi fuerunt à Deo Philisthæi, enascentibus præter ea mutibus, qui nimirum arrodebant partes illas affectas, ita vt computrescerent prominentes vertales eorundem Philisthæorum, & ad id malum arcendum, aut leniendum, facerent sibi Gethæi sedes peliceas, & nihilominus fieret confusio magni mortis, hoc est, promiscuè morerẽtur multi. Hanc historiã nouit, docet omnes, partes excepta, fuisse, & nõ de fugatis, ac retrorsa vertẽtibus Hebræis, etiamsi isti quandoque nonnumquam *numerati* [b]:

B Hoc magnificè hic à Psalmista decantari scribit item Rupertus [c]. Paraphrastes hoc quoque loco vertit, *& percussit molestantes eos hæmorrhoidibus, in posteriora eorum.* Negat Abulensis [d] hunc præcisè morbum fuisse Philisthæorum, quẽ vocant quoque ficũ [e], seu [illegible], & manifestum [f], sed totum quidquid est ante secessum, siue in circuitu eius computruisse, intestinis, pudendis, natibus, cæterisque prominentibus. Putrida autem quæ cernebant per cruta, corrodentibus intestina illa putrida, ac pendẽtia. Ivranius [g] appellat dolorem vehementem, ita vt intestina infecta per locos egredierentur, ac putrescerent, vel scaterent vermibus, ac exercitus prominerent. Dionysius [h] à quã notat parum fuisse blasphemiæ, præsertim tam turpissimæque superbiæ Philisthinorum. Petrus Comestor [i] citat Iosephum quasi scribat non tam rem de dysenteria & egestione intestinorum putrefactorũ, sed etiam de muribus cotidie cibus extra C Philisthinorũ. Alij [k] nomes, aut scarabæos fructibus nocuisse, nõ corporibus Philisthinorũ, nominat autẽ [illegible], & quod erant Philisthini [illegible], *cuiuscunque conditionis*: Idẽ postea dicit hebraicum [illegible] ab Abulẽse [l] de Iosepho nihil de muribus dicente an mordacent intestina Philisthinorũ pertinere interanea, exesa, & omnino vitiata, seu corrupta dicto morbo. Relinquamus medicis [m] ficũ, [illegible] vel [illegible]. in arteã. Necessario tractãt hæc illi, nobis ab obscenis abstinendum, cum nulla vigeamus ad id faciendum necessitate, vt de vlcere, quod vocat Martialis [n] turpe dissẽtimus. Nec sine pudore nominari potest quod hic appellatur opprobrium: & rident etiam qui curant medici, nam

D *Cadaverum* [o] *tumide medicus ridente natis &c.*

præterquàm quod Abulẽsis [p], vt dixi, probat plagitiã Philisthinorũ nõ fuisse hæmorrhoidas, quas his Paraphraste hoc loco nominet, & non tenuiãt Hebræi, atq; Caietanus [q]. Miror quid sibi voluerit versio Illyrici, *plaga eos percussit, & per vitia natium eorum in calcaneum cecidit*, nisi forte illi secuta est quã reiecit sententiã de fugatis Hebræis tergia; ac talo vetiã prorsus vertẽtibus, & percussis in idem.

E Hugonis tropologia est percuti in posterioribus probos, hoc est, in nouissimis eorum, quibus tandem parcitur, in anterioribus id est, in præsenti sæculo, & cõfundi vehementer, *quasi in æternum opprobrium sempiternum, & ignominiã æternam, quæ nunquam in oblivione delebitur* [r] vel inimicos Dei, qui scilicet Dei sint magis familiares, nempe clericos in posterum percuti, quãdo auaritia & cupiditate bonorũ temporalium peccant, necnon luxuria, quo [illegible] ac turpe vitium est, vt ait [illegible] *turpe dictu*, etiam in cõcilio Pisano [s] exti-

fere

fere Latini attingunt: & Augustinus inuens locũ vnde stercora egeruntur, erat Paulũ arbitrantem hæc inferiora omnia bona *ut stercora* [a]. Nec infestum quod hic Augustinus disputat de puerorũ disciplinæ cauta, flagellatione. Vtilis erit auctoris illius lectio Ludimagistris, & moderatoribus huius ætatis. Bruno Carthusianus interpretatur percussionẽ per stimulos pœnitentiæ, percussione tẽdente in posteriora sæculi, id est, quæ duret per omnẽ ætatem eorũ, ita vt finc ipsis peccata quamdiu viuunt, opprobrium sempiternum, propter detestationem, atque pœnitentiam de illis.

Idem Hugo ex quorundam refert testimonio hoc opprobrium Iudæos hodieque sustinere, vt in vindictam Dominicæ Paßionis, patiantur fluxum sanguinis, & ideo sint pallidi. Scribit etiam B. Vincentius [b], in signum illius imprecationis, *Sanguis eius super nos, & super filios nostros*, quando masculi eorum natura cruciat, habere manũ dexteram plenã sanguine capiti immixtã. Id aliqui confirmant exemplo Zarã, qui natus est filio rubro alligato ad digitum [c]. Addit alij, illo patri ipso die Parasceues fluxũ sanguinis, totoq; tunc pallescere. Nonnulli quod in omni pœnitentia idẽ patiantur, eaque de causa, malo vt pœnitentiæ colore præditi sint. De his meminit Salmeron [d] nostræ ætatis admonẽs nõ videri solidis firmata testimonijs historia. Abulensis [e] ait existimare se hoc esse filiũ; quanis vir alicuius auctoritatis hoc afferat occasione autem erroris esse, quòd Hebræi sint magis obnoxij morbo hęmorrhoidũ, qui est, quando capita venarũ ad os ani terminatarũ intumescunt, acre, vel cum humore crassio sanguineo qui existit ex indigestione carnium insultarũ, & male digestibilium, quibus videlicet Hebræi, præ cæteris vescuntur. Tertius, vt Romæ bubalorũ

Oppressorum semper inimicum deus illos.] Vt nempe ob tam furiosum genus mortis riderentur, & quod ad illud amoliendum, *remittenda fuerit arca cum auro aureis, & muribus eisdem* [f]: *& quasi truncus iacuerit, promissque Philistæorum Deus Dagon* [g]. Simili morbo affectum Philocterem, ob Pandis mortem, ferunt: cumque propterea erubesceret, deserta patria, concidisse ciuitatẽ, quam ex re Malaciam dixerit [h]. Depygas cognominare Philistinæos possis, non honoris causa, vt Athenienses [i], sed opprobrij sempiterni. Polyglotus [k] Vatinus proinde irrisores B. Thomæ Cantuariensis, quicquid illius caudam amputauerant, ad instar equorum caudatos factos cum omnibus posteris. Addi potest Valentinianus Imperator, qui Martino allegante cuiusdam per diuinitus immissum ignem, qui ceilum regiam operiens, ipsumque ea parte corporis qua tegebat adiutans, exussit mutauit [m]. Grandius Deus, *vt auferat a nobis opprobrium, & contemptum* [n], ac quidem non tam præsentis vitæ, quàm illud æternum nulla oblitione delendũ, [o] vt prius alogi, vbi reprobi cernentur nota, & charactere, sicut Cain [p] præterea *ne demeam priora nostra* [q]; hoc est, futuræ vitæ bona; quamuis in alio sensu fere cõtrario tropologicè prius hæc accepimus, percussionemque in anterioribus **in bonam partem. Non dicam plura, nisi quod** Rupertus [r] ait illos, qui victoriam Christi receperunt & intelligentes virtutem Dei, *non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, traditos in reprobum sensum, vt fœmina mutarent naturalem vsum in eum qui est contra naturam, & masculi in masculos turpitudinem operarentur* [s], quod est opprobrium sempiternum, dicique solet infame, ac nefandum peccatum.

Vers. 67.] Et repulit tabernaculum Ioseph, & tribum Ephraim non elegit.

Vers. 68.] Sed elegit tribum Iuda, montem Sion quem dilexit.

Vers. 69.] Et ædificauit sicut vnicornium sanctificium suum in terra, quam fundauit in sæcula.

IAm narrat quemadmodum postquam puniti sunt Philisthæi, & reducta est arca, atque a Philisthæis etiam muneribus remissa, vellet autem populus Hebræus dari sibi Regem, noluerit Deus, tali petitione indignatus, hũc esse ex familia Ioseph, seu ex tribu Ephraim, in cuius ditione arca fuerat, hoc est in Silo, sed ex tribu Iuda, tum regalis dignitatis personã, fuisseque quia Sauli nemo de tribu ipsius successerit, & postrõ ex tribu Ephraim Rex decem tribubus nõ sit electus à Deo, ita habitatione arcæ fixa tandem fuerit, videlicet montẽ Sion. Etsi enim Ierusalẽ pertineret ad tribũ Benjamin, tamẽ recensetur etiã in tribu Iuda, quia Dauid arcẽ Sion ceperat, & asseruit nũcupatus [a], nunc ait tribum [b] quæ peculiariter dilexit, & elegit, atque in eo adẽ tibi tanta contraxit, magnificentia, potẽtia, altitudine similẽ vnicornibus, vt esset ei pro perpetuo quasi fundamẽto, & sustentaculo, nec fœdes amplius mutuet, vt antea ex Galgalis, Silo, Nobe, Gabaõ. Quod vltimũ Propheta mẽte prospiciens ad rẽ typo designatam, intellexit, nõ de materiali in animato templo, sed de spirituali ac mystico, id est, de Christo, ecclia, quibus perpetuitas, & sæculorũ cõuenit duratio præ cæteris potest. **Hoc de templo Christus ipse**, sc ipsum designãs loquutus [c] est, & pro eo templo quod ædificare Dauid Deo volebat, illi ei Deus domũ præfectum promittit [d], hoc est, natiuitatẽ ex sua familia Christum, & sessionem super sedem ipsius, ita vt regnum eius non esset finis [e], sed esset regnum omnium sæculorum [f]. Quem dicũt Hieronymus, exponit nolundẽ Deum de tribu Ioseph, siue Ephraim, sed Iuda Beatã Mariam **procedere, ex qua nasceretur, vt dilectionis tuæ montẽ, id est, Ecclesiam, eleuaret.** Arnobius item ait electũ à Christo Sion in quo nasceretur, baptizaretur, tentaretur, in virtutibus id est, miraculis manifestaretur, pateretur, moreretur, sepeliretur, resurgeret, ascẽderet in cælũ. Sunt procul dubio Sion pro Iudæa, nec enim ista omnia in mõte Sió acciderunt, ac ne vnũ quidem proprie; quãus aliqua in Ierusalẽ, **pro qua Sió quãdoque accipitur.** Obseruat Augustin. *Ioseph.* & *Ephraim* nomina exprimi, quorũ alter magni meriti fuerat, alter prælatus in benedictione natu maior, non Rubẽ primogenitu, & alios proximè sequẽtes, quorũ peccata detestatus est Iacob; non Benjamin, ex cuius tribu Saul reprobatus fuit, vt per hæc præclari meriti nomina, repulsum, & reprobatũ intelligeremus à Domino populũ Hebræũ, vetusta cupiditate terrena præmia abillo requirentẽ: & nouũ populũ Christianum, cui nomen est à Christo, de tribu Iuda illi veteri prælatũ, nõ pro suis meritis, sed propter Christũ, ité Ecclesiã nõ propter præsentis temporis beneficia carnalia Deo colente ad futura, & æterna præmia oculis fidei lõgè speculãtem iuxta etymõ *Sion* quod est *speculator*. Attingit Euthymius eandẽ allegoriã de Christo, Christianóq; populo. Hieronymus electã tribũ Iuda ait, id est, domi cõfessionis Ecclesiã: repulisse tabernaculum Ioseph, quod interpretatur, *augmentum*, hoc est, eos qui præterm issa lege Dei, aureos cal-

a Exech. 13.4. & seq.

tatæ suæ vitulos addiderit, & appellantur Oolæ[a], id est, tabernaculũ no Dei, sed erroris & Dęmonũ.

Et repulit tabernaculum Ioseph.] Hieronymus, *proiecit*. Alij *spreuit, auersatus est, abominatus*, &c. Sicut versu 59. vbi est idem verbum מָאַס *iimas*, & ibidem, ac in sequenti versu, eadem sententia habetur, quæ in isto. Dixi psalmo 75.[b] filios Iacob & Ioseph sumi pro vniuerso populo Hebræo: hoc loco accipitur *Ioseph* pro peculiari tribu, cuius veluti pars erat tribus Ephraim, de qua propriè sermo est. Secundum tropologiã Hugonis vt *tabernaculũ Ioseph repellatur*, ea religio siue ordo religiosus, qui quod sonat Hebraicè *Ioseph*, vacat solum augendis, & exaggerandis facultatibus temporalibus, tanquam Ephraim, quæ vox *vberiatem* significat, etsi non reprobãtur, certè non eliguntur: hi huiusmodi habent, quia hoc nõ est quidem malum, sed nec bonum, & fugiendum potius, quàm eligendũ, quia periculosum: Item subdit nõ elegisse Dominũ in prælatos de Ioseph, id est, nobiles ac potentes similes Ioseph, qui præerat Ægypto: nec de Ephraim, hoc est, de diuitibus, & abundãtibus; quia *non hos Gigantes elegit Dominus*[c] *& duces*[d], *sed ignobilia, contemptibilia, infirma*[e] *mundi*. Bruno Carthusianus eos ait repelli à Dei gratia, qui similes efficiuntur Ioseph, vt sicut ille venditus est in Ægyptum, ita ipsi per carnalium voluptatum pretium, quas amplectuntur, se se in Ægyptum vendant, id est, in afflictionem perditionis æternæ: item non eligi, sed reprobari, qui, sicut Ephraim reliquit Ierusalem, ac perstitit in regno Ieroboam contra voluntatem Dei, relinquunt Ecclesiam & perseuerant in diaboli subiectione. Adiicenemine maiorum suorum fidere meritis debere, si ab eorundem moribus degenerent.

c Baruch 3.

d Iacobi 2.5.

e 1. Cor. 1.27.

Maiorum merita in nos nihil prodesse debent, si eorum moribus degenerauerimus.

Et tribum Ephraim non elegit.] Chaldaicè, *& in tribu Ephraim non complacuit*. Versu 9. erat *Ephrem, & ἐφραὶμ*; hic resoluta diphthongo est ἐφραιμ. Repete quæ ibi dixi. Alia psaltetia habent hic etiam *Ephrem*. Notant autem Euthymius & Nicephorus reticuisse Dauidem quæ pertinebant ad electionem Saülis, ne illi detrahere videretur.

Sed elegit tribum Iudæ.] Nec Saül de tribu Benjamin electus est à Deo, nec Ieroboam de tribu Ephraim. Quamquam quod de tribu Ephraim dicitur, potest referri ad arcę habitationem, vt ibi amplius non esset: quod de Iuda ad regnum, vt in hac esset. Hoc Euthymius docet, & cõfirmari potest, quia mox de primo agitur (*& ædificauit sicut vnicornium sanctificium suum*, &c.) de secũdo sequentibus aliis verbis, *& elegit Dauid seruũ suũ*. Mysticè, eligit Deus Iudã, & Iudæũ secundùm spiritũ, qui confessioni vacat suorũ peccatorũ, & laudũ diuinarum corde, ore, opere, vel vt alios quoque purgẽt, & ad eadẽ illa prouocẽt. Hic *Iudas defecẽdit cum Deo, & cum sanctis fidelibus, non in negotiatione, & in dolo, sicut Ephraim & Domus Israel*[f].

f Osee 11.12.

Montem Sion quem dilexit.] Hic mons electus ac dilectus est à Deo pro monte Ephraim, vbi erat Silo. Diligit, inquit alio in psalmo vates, de Deo *portas Sion super omnia tabernacula Iacob*. In eo mõte arx Dauid fuit, & in eiusdem parte Moria tẽplum constructum. Sed de illo monte aliàs egimus; ac de notatione vocabuli, qua cõtemplantes ac speculantes designari possunt, & excelso ac eleuato ad res diuinas animo, voluntatéque & vita, supra communem & vulgarem eleuata.

g Psal. 86.1.

Et ædificauit sicut vnicornium sanctificium suum.] Hieronymus, *in similitudinem Monocerotis sanctuarium suum*, apud Treuetum. Paraphrastes, *sicut cornu*

A *nu rinocornis*: singulariter quoque legit Haymo & Arnobius, & aliquot Codices Græci. Plurali numero *vnicornios*, aut *vnicornuos* habent alij omnes, etiã editio Arabica & Illyrica, Arnobius *sanctuariũ*. Beda *sacrificium*: sed inendosè vt existimo: quia explicat de Ecclesia tota. Psalterium Gallicanũ, & Romanũ, Cassiodorus, & Augustinus, *sanctificationem*, monẽtq; vltimus de voce *sanctificiũ*, tanquã recentius excogitata, & videtur intelligere non de loco, sed de personis Deo sanctificatis. Apollinarius exprimit *vice templum*: Illyricè est *sanctuarium*: Arabicè *sanctuarium*: hoc valet מִקְדָּשׁ *mikdas*, & Chaldæũ מקדש *mikdas*. Deus ipse Salomoni dixit elegisse se locũ illum, vbi templum erat, *in domum sacrificij*. [a] Bruno exponit hũc locum de tabernaculo, quod erat ante templum. Pro Vnicorni, vel vnicornius, seu vnicornibus, vel vnicornibus, Aquila vertit ὑψηλῶς, *excelsè*: Symmachus ὡς τὰ ὑψηλὰ, *sicut excelsa*. Sic etiam ex Hebræo aliqui, *sicut excelsa* nempe palatia, vt significetur templũ extructũ quantũ ambitiosissime fieri potuit, simile altissimis regũ ac superbissimis palatiis, instar arcis præclarę, ad similitudinẽ cæli (cuius ac vniuersi totius habebat similitudinem tabernaculũ, templúmque, vt Iosephus ac Philo testantur) vt quemadmodum hoc est habitaculũ Dei, sic idem Deus suũ in terra proportione quadã respondens haberet; tametsi *neque cælum, neque tale cælorũ capere illum possint*. vt dixit Salomon [b]. R. Kimhi exponit כְּמוֹ אַרְמוֹנִים רָמִים *chemo armonim ramim sicut palatia alta*. Causa est, quia Aquila, & alij secuti sunt lectionem quæ nunc est vocis רָמִים *ramim*, quæ significat *excelsa* siue *alta*: cæteri רְאֵמִים *reimim*, & est in psalmo 21. [c] & 28. [d] quamuis in vltimo cum א *aleph* רְאֵמִים *reemim* (sicut & apud Esaiam c. 34.[e]) & in 91. [f] singulariter רְאֵם *reem*. In aliis prioribus psalmis dictum satis de hoc animali, déque nomine Hebræo, & de Græco μονόκερως, & ῥινόκερως. Hoc loco multi codices Græci habent in singulari, ὡς μονοκέρωτος: emendati ὡς μονοκερώτων in plurali: quæ lectio magis consentanea est Hebrææ terminationi, quamuis Enarratores Græci quos viderim, retineant numerum singularẽ; fierique potest vt legerint Lxx. רְאֵם *reem*. Quin etiã Basilius, siue Theodoretus, Euthymius quoque & Nicephorus, videntur in ipso numero singulari vim cõstituere, vt vni Deo, qui solus adorandus est, constructum templum comparetur cum vnicorni. Quamquã hoc posset intelligi propter vnicũ cornu illius animalis, siue singulariter id animal exprimatur, siue pluraliter. Euthymius præterea Nicephorusque notantes nomen *cornu* supplendum ad gentium μεσοποιΐαν, rationem comparationis assignant, quoniam illud vnicum cornu maximũ, pulcherrimũ, fortissimum, indicat vnicũ vni Deo dicatũ tẽplum in tota Iudæa, μεγίστου, καὶ κάλλιστου, καὶ ἰσχυροτάτου κατασκευάσματος, *maximum, & pulcherrimũ, & fortissimi structuræ*. Idem sibi voluerunt, qui legentes רֵם רֵמוֹ *ramum celsitudinem, munitionem, magnificentiam* templi sunt interpretati. Sed elegantior, & efficacior ducitur ex dicto animali similitudo, ac melius innuẽs habitatorem ipsum excelli templi Deum altissimum, cuius nimirum potentia cunctæ circùm gentes debellãdæ essent, nec eiab vllius quantiuis opibus viribúsq; posset resisti. Sed de monoceros. [g] iano o tale, in celsissimis, ac inaccessis montibus degere solet. Quod ad Christũ etiam in Ecclesia habitantem, eamque tegentem, & protegentem optimè trãsfertur cũ aliis eiusdem belluæ proprietatibus, de

a 2. paral. 3. 1.

b 3. Reg. 8. 27

c Vers. 32.

d Vers. 6.

e Vers. 7.

f Vers. 11.

g 16. de animal. c. 20.

quibus

quibus alias. Illa verò quâ Hugo, Lyranus, Rickelius memorãt, facit ad literalẽ sensum, quòd cum extruit ædificiũ aut lustrũ & foueã suã, prohibet diligenter ne aliæ bestiæ accedãt ad eundẽ enim modu curã magnã Templi Deũ gessisse, *pacémque Salomonis dedisse ab omnibus gentibus in circuitu.* [a] Pertinet eodẽ, quòd vt Lyranus, & Arguanus notãt, *prohibebatur extraneus accedere ad ministrandum, sub pœna mortis* [b]: cuius præcepti violati pœnã Saul [c], & Ozias [d] luit. Rickelius attingit illã causã de vno Deo, & de Iudæis, qui propter cultũ vnius Dei vnicornes dicãtur: vt ideirco etiã Balaã Deũ cõparauerit cũ Rhinocerote [e]. Addit Bruno Carthusianus, cũ cultu & fide vnius Dei firmitatẽ eiusdẽ fidei quæ in altũ tẽdat, ad modũ cornu, & excrescat, nec non vnam bonæ voluntatis & charitatis concordiam firmam, & ad cœlestia tendentem.

a 2. Reg. 4 24.

b Num. 3. 10 & 18. 38. & 18. 1. & 18. 3. & seq. 1. 5. cap. 26. 18 & seq.

c Num. 23. 22. & 24.

Sensu mystico conueniũt ista etiam longè meliùs Ecclesiæ, atque fidelibus, rectæ, erectæq; tum fidei tũ spei prædictis, intentione etiam recta, concordi charitate, ac virtutibus reliquis, vt vnũ quærant Deum, rem vnã petant & requirant [f], vnã inquam necessariam & optimam [g]. Hugo attendit, quòd viriliter tentationibus repugnent, & calli ini. Arnat videlicet hoc animal castitatẽ, vt alias dixi, & salutaris in eius cornu vis est cõtra venena. Repetit hoc item loco Beda proprietatem de munditia & castitate dicti animalis, & quòd non capiatur nisi per veras virgines, cum in earũ gremio obdormiscit, & quod habeat mundissimum habitaculum. Quod si *sanctuarium* sumamus pro personis Deo dicatis, maximè pro prælatis, ab his Hugo requirit, vt spirituali per se contẽti sint potestate, nec temporali tanquam bicornes. abutãtur; *sciemes arma militiæ suæ non carnalia esse, sed potentia Deo, ad destructionem munitionum* [h]: præterea, vt in naribus vel fronte cornu gerãt discretionis, qua suammet regant potestatẽ: vt eo feriant elephanti ventrem, hoc est, ingluuiem diuitũ, *quique pro Deo ventrem colũt* [i]; vt sub dio dormiant, insanas extructiones, ingentiáve palatia nõ ædificando, nec ad alias ædes anhelãdo, quàm ad cælũ, & requiescendo in arbore, hoc est in Cruce Christi.

f Psal. 26. 4.

g Luce 10 42.

h 2. Cor. 10. 4.

i Philip. 3 19.

Præter enarratores psalmi, Cyrillus [k] etiã Alexandrinus differẽs de Ecclesiæ firmitate, *aduersus quam portæ inferorum præualere non possunt* [l], confirmat præsentis loci testimonio: sanctuarium enim vnicornis simile, Ecclesiam esse, quæ hostibus horribile cornu erigit, quemadmodum videlicet vnicornis cæteris etiam animãtibus: fundatam enim esse id sequẽtia textus habent verba, *in æternitatem à Christo.* Ad idem facit, quam dixi vis cornu vnicornis, expellẽdi venena, id est, omnes errores, ac hæreses. Nec difficile de materiali Ecclesia, quod vocamus quoque templum, hactenus dicta mystice interpretari: & præterea quòd sicut monoceros alias capit feras, dum hæ vigẽte maximo æstu ad meridiandum se conferunt, in illius lustrũ intra cõdensas arbores, ita tractos Deus peccatores templi pulchritudine, ornatu, elegantia, suauique velut vmbra diei solemnis in cõdensis vsque ad cornu altaris, intra templũ ipsum capit, & ferinos eorũ trucidat mores. Id cùm alias, tum verò præsertim fieri videmus ingenti animorũ fructu, quãdo quibus alij diebus bacchari solent, proponitur venerabilis Eucharistia, vario luminũ, peristromatũ, reliquiarũ, sermonũ, varij generis harmoniæ, splẽdore, apparatu, sanctitate, celebritate, voluptate cohonestata & exornata. Ibi sanctificiũ est, quia locus in quo sanctificãtur homines, propter ea quæ modo dixi, & ob solemnes preces atque Sacramentorũ participationem. Ibi vnicornis Christus; ibi excelsum palatium, seu basilica, in qua via docetur ad Regiam Beatorum.

k lib. 5. in Esa. cap. 54

l Matt. 16. 18

In terra quam fundauit in sæcula. Hieronymus, *quasi terrã fundauit illud in sæculo*, illud sanctuariũ, siue sanctificiũ. Alij, *velut terrã quã fundauit in sæculũ*, ædificauit sanctuariũ; vt tandiu duraret, quandiu terra ipsa. Hoc sibi volunt Hebræa כְּמוֹ־אֶרֶץ יְסָדָהּ לְעוֹלָם *chemo-rets iesadah leôholam sicut terram* (supple quam) *fundauit eã in sæculu.* Chaldaicè *quod.* subaudiẽdo permanet *sicut terra quã fundauit in sæculum.* Arabicè, *& fundauit illud in terra in æternũ.* Illyricè, *in terra eam contexuit*, nempe sanctitatem, *in sæcula.* In psalterio Romano, & apud Arnobium, *in terrã quam fundauit in sæcula.* Meminit quoq; huius lectionis Remigius. & eã refert ex Symmacho Hieronymus [a], nimirũ, ὡς τὴν γῆν ἐθεμελίωσεν, aitque si nõ de terra dicatur quòd fundata sit, sed de alia re quæ fundata videatur in terra, ostẽdendũ quid illud sit: si de sanctificio, debuisse scribi, *in terra fundauit illud.* Theodoretus tribuit Symmacho ὡς τὴν γῆν ἣν ἐθεμελίωσεν, *sicut terrã quam fundauit.* Augustinus differt à nostra lectione, quòd ponat *in æternũ.* Sed ait quòd habent Græci codices, οἷς τὸν αἰῶνα, vtrùm in æternũ, an in sæculũ dicatur à nobis, in Latinorũ Interpretũ potestate esse, quoniã vtrũq; significat; & ideo hoc in latinis codicibus, illud in alijs inuenit: habere aliquos etiã pluraliter, id est, *in sæcula*, quos in Græcis quos ipse habuerit, non inuenerit. Subdit dubitari non posse: Ecclesiã, etiãti alijs abeũtibus, alijs veniẽtibus ex hac vita, mortaliter trãseat, tamẽ in æternum esse fundatã. Eodẽ pacto passim alij explicãt de Ecclesiæ perpetua firmitate; ac negãt etiã Beda, Haymo, Bruno, intelligi aliter ad literam posse; sed, inquit Beda, de tabernaculo, siue tẽplo ędificato in terra Iudæorũ, in quantũ ad significatũ: vel, nisi sæcula, vt sæpe solet, accipiamus tẽporaliter. Nũc in textu Hebræo est כְּ *che sicut*, nõ בְּ *be, in*: & illud expressum videtur ab ea lectione, quæ habet, *in terram*, prout Remigius quoq; declarat, *ædificauit sanctificiũ suũ*, ait, id est, populũ suũ *in terrã quã fundauit in sæcula*, id est, mittẽdo illũ in similitudinẽ terræ, quãtũ ad id quòd terra nõ mouetur. Beda in terra rationẽ habet culturæ, quæ fit secũdùm doctrinã fidei, & præceptorũ. Ad literã tabernaculũ in tẽplo cõstitutũ est in sæcula à Deo, quantũ fuit ex parte sua, & ita fuisset, nisi peccata populi Israel impediuissent, vt Lyranus docet, sed præuisis istis peccatis, negari nõ potest sub hoc typo aliud tabernaculũ templumq; nõ manufactũ, hoc est, vt pridẽ dixi, corpus Christi tũ materiale, tũ mysticũ significatũ fuisse, cui vera, & propriè dicta perpetuitas cõuenit, similis ei quæ est in terra, *quæ in æternũ stat* [b], *& orbi terræ, quem fundauit Deus & non cõmouebitur* [c]. Nõ placet mihi Varleni [d], asserẽs in hoc oratione, *quam fundauit*, pronomen referri ad *sanctificiũ*: abutendo, vt fit aliàs, fœminino pro neutro, nempe pro *quod*, vt in alio psalmo, *vnam petij*, &c. id est, vnum. Nullum est pronomẽ Græcè: Hebraice est affixũ fœmininũ in verbo יְסָדָהּ *iesadah*, & nota similitudinis כְּ *che*, vt antea notaui: & quamuis retineatur præpositio (*in*) vt debet, constat adhuc sensus, referendo (*quam*) ad terrã; ita vt intelligamus sanctificium ædificatum in terra, quam fundauit in æternum, vt scilicet in hoc illud isti simile esset, nempe in æternitate. Alibi quoque præpositio similitudinis vim habet etiam cum auferendi casu; vt, [e] *defecerunt in vanitate dies eorum.*

a epist 135.

b Eccl. 1. 4.

c Psal 92. 1.

d supra vers. 33.

Vers. 70.] Et elegit Dauid seruum suum, & sustulit eum de gregibus ouium: de post fœtantes accepit eum.

Vers. 71.] Pascere Iacob seruum suum, & Israel hereditatem suam.

DIxerat de loco templi, arcæ, tabernaculi fixo, & perpetuo, postquam Deus tabernaculum, & arcam transtulerat ex Silo in ditionem tribu Ephraim; & hanc ipsam tribum non elegerat, sed spreuerat, nunc meminit de tribu Iuda, ex qua Regem elegerit Dauidem; licèt simul, quia Ierusalem regia sedes erat, & arx Dauid in Sion, cèseri possit arca, tabernaculum, templum, fuisse in tribu Iuda, cum alioqui propriè locus is pertineret ad tribum Benjamin, vt prænotaui. Dauid autem hanc suam vocationem, electionemque ad regnum, summa quanta potest describit modestia, vt Euthymius notat. Vocat se *Dei seruum*; pastorémque gregum, non qui præesset quasi Dominus, sed qui immediate ductaret, pasceret, sectaretur, fœtas foueret oues: dignatum à Deo esse honore tanto, vt ex tam vili officio citra bestias, transferretur ad hominum gubernationem, quos ille præ cæteris omnibus maximi faciebat, velut peculium proprium, charissimámque hæreditatem.

Pastoritiam autem proœmium quoddam politicæ gubernationis esse docui Psalmo 22. [a] & Actuum 7. [b] in qua sese Patriarchæ exercuerint, & Moses. Lege de analogia pastoritiæ artis cũ regnandi arte, Philonem [c], Platonem [d], Aristotelem [e], Clementem Alexandrinum [f], Basilium [g], Procopium [h]. Constat etiam, ac refertur Plato [i], antiquos Persas fuisse Pastores: de Romanis Varro [k] prodit. Euthymius præfatione in Psalmos ait Dauidem velut regium puerum regali, hoc est, pastorali scientiæ Deo volente, primùm vacasse, inter irrationalia præparatum fuisse, vigilando, certando pro grege, periculis se opponendo contendendo aduersus feras, latrones, fures, famem, frigora: præeundo, & aduocando ad pascua, ad umbras, ad fontes, ad flumina: reuocando, & in vnum adducendo virga, voce, cantu, fistula delectando etiam ac pertendendo: viuendi normam præbendo, & medendo; quorum omnium is finis erat, vt non pinguem modò sed vt moderatissimum etiam & castigatissimum gregem ostenderet. Narratur in Regum libris [l], electio, & inunctio Dauidis paruuli pascentis oues, & propterea à proprio patre præ cæteris liberis despecti. Sed & Deus beneficium hoc retractans Dauidi in memoriã, & de templo ædificãdo voluntatem illius probans, ita locutus est, latis innuens quæ hîc adhuc dicta sunt [m]. *Numquid tu ædificabis mihi domum ad habitandum? neque enim habitaui in domo ex die illa, qua eduxi filios Israel de terra Ægypti, vsque in diem hanc, sed ambulabam in tabernaculo, & in tentorio. Per cuncta loca qua transiui cum omnibus filiis Israel, numquid loquens locutus sum ad vnam de tribubus Israel, cui præcepi vt pasceret populum meum Israel, dicens; quare non ædificasti mihi domum cedrinam?* Postea subiicit. *Ego tuli te de pascuis sequentem greges, vt esses dux super populum meum Israel,* &c. Christus designatur mystice ipse filius Dauid, Deique seruus, vt hîc passim Enarratores dicunt, quatenus homo, qui paterno cõsilio, vt ait reputatus Hieronymus, ad redemptionem nostram electus est, de grege mortalium carnem assumens, pascens Christianum populum siue supplantatorem vitiorum (hoc sonat Iacob) siue (quod significare dicunt Israel) mente videntem Deum, id est, tum hîc pugnantem, cum in cælo beatum: & sicut, inquit Cassiodorus, Dauid sublatus ab ouibus peruenit ad regnum, ita ille functus officio pastoris, *sedet ad dexteram Patris* [a], *Rex regum, & Dominus dominantium* [b]. Apud Ezechielem [c] sub nomine Dauid ferri Dei, & pastoris suscitandi, Christus designatur.

Et elegit Dauid seruum suum.] Chaldaicè, *& complacuit ei in Dauide seruo suo.* Quàm sit dignitatis esse seruũ Dei, ita vt hoc dici possit regnare esse, docuimus alibi. Dauid [d] gloriatur *se Dei seruũ esse, & filii ancillæ Dei*, lapsilinea q; ita se ipsum cognominat, non modestiæ magis, quam honoris ergo.

Et sustulit eum de gregibus ouium.] Illyricè, *rapuit*, Arabicè, *assumpsit*, quod sonat ἀνελάβετο. Hebræum autem יקח *iuchihu*, *accepit*: Apollinarius ἐκλεκτόν, *vocauit*. Pro gregibus ouũ vertũt alij *septa pecudũ*, vel *caulas*: Apollinarius μαλοσοπῶς, *opilones*: Arabicè *pascua*. Sunt propriè *mapalia greges*, מכלאות *michleoth ouium*, & *caulæ* hîc appellatæ à prohibendo, quod valet כלא *chala*. In singulari apud Abacuc [e], *abscindetur de ouili pecus* מכלא *mimmichla*. Vocare possis *claustra, septa, carceres*. Rickelius diminutè sublatũ de gregibus ouiũ interpretatur Christum, quia præ omnibus electis exaltatus ac glorificatus est, denique *electus ex millibus* [f]; *& est missus ad oues primũ domus Israel* [g]; *tum ad alias, quæ non erant ex eo ouili, alios mittit* [h]. Adde Christũ ab opere manuum sub imperio parẽtũ, cui ait Basilius [i] vacauisse sua prima ætate sub parentibus, nimirũ fabrilem artem exercẽdo, ita vt faber diceretur [k], & aratra cõficeret, teste Iustino [l], trãslatũ esse ad officiũ prædicãdi.

De post fœtantes accepit eum.] Hieronymus *sequentem fœtas adduxit eum.* Alij supplendo *euntem, eũntem, ost lactantes adduxit eum*; vel, *ab insequendo ejfœtas adduxit.* Arabicè, *de post lactantes sumpsit eum.* Illyricè, *a lactantibus rapuit eum.* Chaldaicè, *a vestigijs lactantium assumpsit eum.* Hebræa sic habent מאחר עלות מביאו *meachar hbaloth heviv*, *de post lactantes venire fecit eum*: vel, *ac post fœtas, & fœtantes*; vertit Interpres. Non est enim Latinis bonis authoribus adeò infrequẽs phrasis, de post fœtãtes, vel fontes, vel de sub eorum pedibus, & similes. Cicero [m], sinpatrimante diem Kal. Nouemb. Florus [n] de sub alpibus: item rursum M. Tullius [o], vsq; ad pridie Kal. Maias, & sæpius ad pridie, & Balbus apud eumdem [p], sub posteaquã. Apud Sophoniam [q] est, de post tergũ Domini. Apuleius [r], in coram sui. Alius modis alij. Quare patitur exceptiones regula Prisciani [s], Seruij [t], Donati [u], quòd præpositio seorsim nõ præponatur alteri præpositioni, vel aduerbio. Grammaticis id relinquo: solùm propugno interpretem nostrum. Cæterum fœtantes dicuntur, non solùm grauidæ animantes, quòd super illas ascendant עלו *hinalu*, *mares*, sed etiam exoneratæ, & lactantes paruulos. Vnde illud,

> *Fecerat* [x] *& viridi fœtam Mauortis in antro*
> *Procubuisse lupam: geminos huic vbera circum*
> *Ludere pendentes pueros, & lambere matrem*
> *Impunes.*

Tertia notio fœtarũ posset esse, pro fœcũdis quæ solet edere fœtus. Nescio cur hîc vaccas exprimat Capennis. Fœtas quidem legimus cũ addito vaccarum vocabulo in libro 1. Regũ tunicque ibi omnino illæ, quæ iam pepererãt. Sed Hebræum nomen absolutè positum potiùs dicitur de minore pecore. Quidquid sit de Latino, quod facilius

a Marci 16. 19.
b Apoc. 17. 14. c. 19. 16. cc. 34. 23. 34.
d psal. 115. 16.
e c. 3. 17.
Dominus rapuit eum.
f Cant. 5. 10.
g Mat. 15. 24.
h Ioan. 10. 16.
i de cont. mundi.
k Marc. 1. 6.
l in Trypho.
m 1. in Catil.
n de bello Lingonico.
o 2. ad Attic.
p lib. 3.
q c. 1. 6.
r in Asino aureo.
s lib. 14. & 15. cum 3. Æneid. in Andriam Terentij.
x Virg. 8. Æneid.
Politica gubernationis proœmium quoddam, ait Patricius.
a vers. 1
b vers. 30.
c l. 1. de vita Mosis & lib. de agricul. & lib. de Ioseph & lib. quod omnis probus liber.
d in Critone seu de regno, & in Timæeo, & in Minoe.
e Ethic. c. 1. Polit. c. 3. Oecon. c. 4. & in hunc. 2.
f l. 1. de legib.
g l. 1. de rep. c. 1.
Officium pastoris.
Lib. 1. 16. 11. 22. 23.
m lib 2. 7. 1. & seq.

iungi potest aliis in triplici dicta acceptione, quãuis minus vsitata sit prima pro grauidis & prægnantibus, minimè vitiosa: frequentior secunda. Consule de nostris Scholiastas Virgilij, Cerdã [a], & Pontanum [b]. Græca vox huius loci λεχουμένων *parturientes ac enitentes ad partum* significat, & Symmachus vertit ἀκολούθησε τεκουμένην ἤγαγεν αὐτὸν, *sequentem partum*, hinc *parturitionem*, (quam vocem Græcam non legi apud alium) *adduxit eum*: Aquila ἐξηπιωθὲν ἀπ' ὀπισθεν ἐγόντων, *de post in vtero habentes*. Boni Pastoris partes Ezechiel [c] describit, vt conuenire magistratui moraliter possint: & Esaias [d] ait *quòd gregem suum pascet brachio suo, congregat agnos, & in sinu suo leuat, & fœtas ipse portat*; & Iacob [e] oues ac boues ductando tenuit comitatum fratris, ne si plus in ambulando faceret laborare, morerentur vna die cuncti greges.

Sublatum de ouium gregibus, atque de post fœtãtes, Bruno, Remigius, & Beda acceptum dicunt Christum, eo quòd à paucorum Iudæorum conuersione & prægnantium grauidarumque quasi ouium, nempe Apostolorum, & quorumdã aliorum fidelium, ad Gentilium conuersionem transtulit eum Deus, fidemque ipsius, idque per eosdem Apostolos, & discipulos, quos etiam non deseruit, sed astitit tanquam prægnantibus, & eos fouit, ac iuuit. Quilibet item fidelis, vt Cassiodorus, ac Beda notant, fœtus est, ac fœcundus, gemellis præditus fœtibus, nec sterilis est in eis, qui ascendunt de lauacro [f] baptismi, nisi stet per ipsos. Dixi extare in his eximiam Dauidis modestiam. Ita profectò est. Omisit, ait Euthymius, quæ maiora erant, vt vires aduersus feras, & Goliam. Asserit præterea, cùmque ipso Nicephorus non fuisse pastorem, sed ὑπηρέτην *operarium*, *ac ministrũ*. Non id quidem detrectabat τελειὸν ποιμένα *absolutum pastor*, vt prius de Iacob dixi, Deóque ipso; tamen Dauid eo tempore adhuc erat filius familias, ac proinde non tam pastor, quàm administer. Iuuat humilis ista cogitatio de humili ac vili pristino statu euectum altè magistratum, vt se modestiùs ac diligentiùs gerat.

Pascere Iacob seruum suum, & Israel hæreditatem suum.] Sensu mystico quid significent *Iacob*, & *Israel*, docui, & constat ex alibi dictis, quo pacto censeatur peculiariter Dei seruus, & hæreditas. Illud etiam elicitur, eum qui alios regat, æstimare debere non vt suas, sed vt oues Dei, quod Petro Christus, dum illas ei tradidit, & commendauit, disertè dixit [g]. Hieronymus, *vt pasceret in Iacob populum eius*, id est, vt pasceret Iacob populũ suum. Vacat enim præpositio, & *eius*) reciprocè sumendum pro *sub* לרעית ביעקב עמו *lirhooth beiahhakob hiammo*: Chaldaice, *vt dominaretur in Iacob populo suo*, למשלט ביעקב עמה *lemisat beiahhakob hhammeh*. Legit etiam *populum suum* Cassiodorus, & indicat Beda, itaque habetur in Romano psalterio: & suspicatur Agellius non δῆλον, sed λαὸν interpretatos Lxx. Vtrouis modo sensus idem. Concedo Agellio, coniungi nomen populi cum nomine hæreditatis multis in locis [h], etsi vnicũ citet ipse; nihilominus repetio hæreditatem simul seruis tributam [i], quod ille solere negat. Denique qui pascit, id est, regit, & congregat ἀγελάζει, vt Apollinarius vertit, dominatur etiam, ita vt hæc omnia synonymicè idem valeant significare.

Vers. 72.] Et pauit eos in innocentia cordis sui: & in intellectibus manuum suarum deduxit eos.

DAuid de se priùs modestè locutus, quando eũ Deus vocauit ab ouibus ad regnũ, nunc non impar modestia gratias eidẽ agit Deo, quod ipsius beneficio pauerit, ac rexerit commissum sibi populum in simplicitate atque sinceritate cordis sui, nihil aliud spectans, quàm populi vtilitatẽ, & studuerit actiones omnes suas prudentia summa peragere; ne quid cum aliorum damno prudens, ac per imprudentiam & ignorantiam, siue temerè, & inconsultò faceret, vtique moderatè, & prudenter vteretur potestate, tanquam virga, quã gerebat manu; cuiuis etiam munera, dignitates, honores partiretur pro meritis. Quis non videt quàm conueniant ista Christo aptissimè, *quem arguere nemo potuit de peccato* [a], *& peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius* [b]; *& qui quæ docuit, fecit* [c], & deducit credentes in se, ac obedientes sibi ad æternæ felicitatis pascua *in intellectibus manuum suarum*, quatenus in illis ipse sui met manibus quodammodo fecit ac produxit intellectũ, vt obseruat August. Dici quoq; possũt intellectus manuũ de Christi cruce, in qua ille manus extendit, quãuis pereũtibus, & Gentibus *stultitia visa sit, scandalũ Iudæis*; pariter pereũtibus; sed vtrisq; vocatis *Dei virtus, & sapientia* [d]; ita vt nihil se scire inter fideles iudicaret Paulus, *nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum*. Typus fuit conformatio manus in crucis formam, qua Iacob est vsus, cum benediceret nepotibus filiis Ioseph [e]. Ibi quod Latinè legimus, *commutans manus suas*; Græcè ἐναλλάξας τὰς χεῖρας, Hebraicè est in præterito שכל את־ידיו *sicchel eth iadaiv*; Chaldaicè, אשכסינת לידהי *achachmunat lidohi docuit manus suas*, aut *intelligere fecit*; & prohibenti Ioseph id facere, respõdit scire se quid faceret [g]. Ideo manus suas, ait Arnobius, in cruce leuauit, vt in gloria manuum suarum dirigat nos. In Deuteronomio [h] quod legimus *iuxta est sermo valde in ore tuo & in corde tuo vt facias illum*; Græcè est pro (*in corde tuo*) ἐν ταῖς χερσίν σου, *in manibus tuis*. Augustinus [i] notat meritò sic vertisse Lxx. quia intelligi voluerunt etiam ipsas manus, quibus significantur opera, in corde accipi debere: si enim forinsecus ea quæ Deus iubet manibus fiant, & in corde non fiant, neminem esse tam insulsum, qui præcepta arbitretur impleri: si verò charitas habitet in corde, etiamsi manibus corporis quisquam non possit operari, pacem illi esse vtique cum hominibus bonæ voluntatis.

Et pauit eos in innocentia cordis sui.] Hieronymus, *qui pauit eos in simplicitate cordis sui*. Alij, *in integritate, in perfectione, in candore, & sinceritate*, vel pro ב *be*, legendo כ *che iuxta integritatem, perfectionem, candorem, sinceritatem, simplicitatem, innocentiam cordis sui*. Is qui in commentario vocatur Hieronymus, interpretatur *bonitatem*; & sic est Illyricè, Arabicè, *in mãsuetudine*. Hebræa vox est תם *thom*, de qua alibi. Pro ea Chaldaica ex Hebræa quoque sumpta, est שלמות *scelemuth*; & *pro pascere coërcegnare supplet eos*. Græcam vocem τῆς ἀκακίας Apollinarius exponit

μεγαλοψυχίᾳ benignitatem,

καὶ μετὰ μεγαλοψυχίας ἐποίμανε δικαίως.

Et cum benignitate cordis pauit iustè.

In psalterio Romano, & Gallicano, atque apud Arnobium, & Cassiodorum *sine malitia*. Id sonat ἀκακίαν. Sed non solam priuationem significat malitiæ; verùm illa alia quæ dixi. Eadem phrasis repetitur psalmo 100. [k] *perambulabam in innocentia cordis mei*. Duplex pars in Iusto requiritur, maximè si Magistratum gerat, vt neque velit nocere cuiquam, sed prodesse; neque non sit scientia &

[a] in Eclog. 1. [b] ibid. & in 8. Aeneid.
[c] cc. 34. toto.
[d] c. 40. 11. [e] Gene. 33. 1
[f] Cantic. 4. 2.
[g] Ioan. 21. 15. 16. 17.
[h] Deut. 7. 29. 3. Reg. 8. 51. pl. 32. 12. pl. 134. 12. pl. 135. 21. Ioa. 14. 17. ca. 17. 17.
[a] Ioan. 8. 46.
[b] 1. Pet. 2. 22.
[c] Act. 1. 1.
[d] 1. Cor. 1. 30.
[e] Gen. 48. 11. & seq.
[f] vers. 14.
[g] vers. 18. 19.
[h] c. 30. 14.
[i] q. 54. in Deut.

Præcepta Dei non adimplentur absq; exteriore actione, vbi ista vrget, ad eãdem interna.

Innocentia magna fuit tum primitiuæ.
[k] vers. 30.

prudentia tanta, vt præter voluntatem, seu nolès noceat. In Psalmo 23. [a] requiritur ab eo *qui sit ascensurus in montem Domini, & habitaturus in loco sancto eius*, siue in templo, siue in cælo, *innocentes manuum, & mundus cordis*. Oppositus ferè ordo hoc loco ponitur, cum innocentia cordi tribuitur, manibus intellectus. Augustinus rationem præsentis ordinis assignat, quia multi sibi videntur innocentes, qui non faciunt mala, cùm timent ne patiantur, si fecerint: vellent autem facere, si impunè potuissent; tales habere innocentiam manuum, non cordis. Cur dicantur intellectus manuum, rationem reddit mysticam de Christo, de qua postea.

a vers. 3 4.

Et in intellectibus manuum suarum deduxit eos.] Hieronymus, *& in prudentia manuum suarum dux eorum fuit*. Richardus [b] S. Victoris, *reduxit*. Meminit Augustinus lectionis nostræ, legit autem *in intellectu*, aut *in intelligentia*, & in psalterio vetere habetur, *in intellectu*. Hieronymus [c] monet in textu non esse ἐν τῇ συνέσει, sed ἐν ταῖς συνέσεσιν, quod intelligétias sonat; sicut & in Hebræo, inquit, habetur מבינת *bithbunoth*; & in eodem numero legunt Enarratores Græci, atque Apollinarius χερσὶν συνέσεως. In Romano, & Gallicano Psalterio, atque apud Arnobium, & Cassiodorum, *in sensu manuum suarum*. Arabicè, *in intelligentia*, Illyricè, *in intellectu manus sua duxit eos*, Chaldaicè, *per prudentiam manuum suarum*. Emendati codices Græci habent, nunc singulari numero ἐν τῇ συνέσει: Aquila ἐν φρονήσει, *in prudentia*: Theodotio singulariter quoque legit; sed omisso pronomine; ita vt possit exponi quòd deduxerit in intellectu manuum, qui intellectus manuum esset eorum qui deducebantur, quasi Dauid effecerit vt prudenter cuncta gererent subditi; non communicando intellectum, sed bene instituendo ac docendo, & exemplo suo præeundo; quia solus Deus communicare intellectum potest.

b in Cant. c. 12.

c ep. 135.

Augustinus, & alij exponunt de ea intelligentia quam fecit Christus in credentibus eruendo ab errore, eóque perducendo, vbi iam non possint errare; qui est fructus populi Dei attendentis legem Dei, & inclinantis aurem suam in verba oris eius, vt dirigat in eo cor suum, & sit cum illo creditus spiritus eius, ne immutetur in generationem prauam & amaricantem; sed his omnibus sibi annunciatis: quæ toto dicta sunt Psalmo) non solùm ad præsentem vitam, verùm etiam ad æternam: nec tantùm ad recipienda bonorum operum præmia, sed etiam in ipsa bona opera facienda, ponat in Deo spem suam. Hoc modo ille, in compendium redigens longissimi Psalmi sententias. Occurrit alius in Psalmis antea sæpenumero vt oris, linguæ, verbis tribuerentur ea quæ nunc menti ac intelligentiæ, vt intelligere, meditari, stultitia enam, impudentia, vel iniquitas; quia cùm quid agitur aut dicitur ex rationis præscripto, videtur ei ratio ipsi inesse. In intellectibus porrò manuum suarum deducere alios, vt priùs innui, præter allegoriam de Christo producente intellectum in nobis, & de manibus Crucifixi Christi, de qua etiam dixi, & præter tropologiam quoque indicatam, est in omni actione, quam denotant manus, adhibere prudentiam, vt videatur qui alios regit, in ipsis manibus habere intellectum, imò in omnibus membris, ac totus veluti Argus, & oculatus esse: quæ qui alios deducendi ac docendi officium habet, facienda rectè intelligat, ipsa promptè, ac expeditè facere, vt statim respondeat opus intelligentiæ: manibus tum ad honores, dignitates, officia conferenda, tum ad irrogandas pœnas & supplicia intelligenter, ac prudenter vti, non discrepare mores ac vitam à doctrina, sed vt faciat quis simul, doceâtque talem vitam quale verbum habet, vt de Origene scripsit Eusebius [a]: efficere vt quæcumque operatur, videantur intelligibilia & spiritualia, indicantia sapientiam, & prudentiam, & sapientia omnium intellectum, vt ea considerent, & non nisi cum magna quadam ratione facta existiment, simili ferè modo, quo *cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum* [b], & *omnia vt sapientia fecit Deus* [c], *vt cælos in intellectu* [d]: non tantum fortiter ac validè, sed prudèter quoque, & quod vno verbo rectè declaratur, dextrè se gerere, *& non conculcare manibus iniquitates* [e]; sed *vt opera manuum eius sint veritas & iudicium* [f]: *habere manus doctas ad prælium & digitos ad bellum* [g], tum externum, tum internum siue spirituale: *non nasci spinas in manibus temulenti* [h], *ac intemperantis; sed esse tornatiles, aureas, plenas hyacinthis* [i]; *vt sit fidelis ac prudens* [k] *dispensator*, atque sapienter liberalis, & nihil nisi prudentia quasi torno elaboratum & expolitum operari. Basilius siue Theodoretus intellectus manuum cum innocentia cordis indicari docent, illa Christi sententia, qua præcipit prudentiam serpentinam, & columbinam simplicitatem [l]. Caietanus rationes regendi & gubernandi tres obseruat, cordis innocentiam siue integram intentionem; deinde prudentiam & intelligentiam: postremò exemplaria bonarum actionum. Ricardus de S. Victore [m] docens lectione scripturæ atque meditatione, & psalmodiæ deuota decantatione mentem roborari, hostem infirmum reddi, vires eius euacuari, & dum hanc memoria tenemus, & opere implemus, ad confligendum cum hoste doctissimos fieri, atque per intelligentiam scripturæ erudiri, & per operationem illuminari, confirmat huius loci testimonio, quod nimirum in intellectibus manuum nostrarum, id est, per operationem reducamur à Deo. Qui dicunt & non faciunt, intellectum habent in lingua, non in manibus: qui sola contenti sunt meditatione rerum bonarum, nec amant, loquuntur, agunt, intellectum in sola mente. At *intellectus bonus omnibus facientibus timorem Dei* [n]. Plautus [o] oculatas dicebat manus, quæ velint exhibeti promissa, non oratione sola promitti,

a 6. hist. c. 8.

b ps. 18. 2.
c ps. 103. 24.
d ps. 135. 5.

e ps. 54. 3.
f p. 110. 7.
g Ps. 143. 1.

h prou. 26. 9.
i cantic. 5. 14.
k Matt. 24. 45

l c. 10. 16. *Tres sunt leges regendi ratiocinati.*

m in Cant. c. 11.

Semper oculata nostra sunt manus, credunt quod vident,

Intellectum habere in lingua, non in manibus, quæritur.

n ps. 110. vlt.

o in Asinaria.

id est, volunt videre quod datur, & cùm vident, ac tangunt, sibi dari, tunc demum credunt. Inest manibus intellectus, quæ quod non modò expectant accipiunt, sed quod promittunt, præstant.

PSALMVS SEPTVAGESIMVS OCTAVVS.

1 Psalmus Asaph.

DEus venerunt Gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam.

2 Posuerunt morticina seruorum tuorum, escas volatilibus cæli carnes sanctorum tuorum bestiis terræ.

3 Effuderunt sanguinem eorum tamquam aquam in circuitu Ierusalem: & non erat qui sepeliret.

4 Facti sumus opprobrium vicinis nostris: subsannatio & illusio his, qui in circuitu nostro sunt.

5 Vsquequo Domine irascêris in finem: accendetur velut ignis zelus tuus?

6 Effunde iram tuam in Gentes, quæ te non nouerunt; & in regna, quæ nomen tuum non inuocauerunt:

7 Quia comederunt Iacob: & locum eius desolauerunt.

8 Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, cito anticipent nos misericordiæ tuæ: quia pauperes facti sumus nimis.

9 Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui Domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum:

10 Ne fortè dicant in Gentibus: Vbi est Deus eorum? & innotescat in nationibus coram oculis nostris.

Vltio sanguinis seruorum tuorum, qui effusus est: fi. introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum.

Secundum magnitudinem brachij tui, posside filios mortificatorum.

12 Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: improperium ipsorum, quod exprobrauerunt tibi Domine.

13 Nos autem populus tuus, & oues pascuæ tuæ, confitebimur tibi in sæculum:

In generationem & generationem annunciabimus laudem tuam.

Titulus, & Argumentum.

Vers. 1.] Psalmus Asaph.

Deus venerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam.

A

NIHIL difficultatis inest in titulo. *Asaph* enim quis fuerit dictum prioribus Psalmis, videlicet de præfectis cantorum vnum, nec Psalmorum qui nomen eius gerant compositorem, cum omnium credatur auctor Dauid. Nec refert quod Hieronymus vertit, vt alias nonnunquam, pro Psalmo *Canticum*, licet non sit שיר. *scir* sed מזמור *mizmor*: & Chaldaicè תשבחתא *thusbachtha laudatio*, seu *glorificatio*. Sæpe synonyma sunt hæc omnia, vt & μέλος, ὑμνος, ᾠδή. Constat deflere hoc Psalmo, populi, templi, & ciuitatis ruinam: orari, vt pares vices patiantur gentes hostiles, imo, vt Dei ira in eas transferatur, si nō suo ipsius merito, certe vel ne Dei blasphemetur nomen: tandem Deo promitti laudes. Ex variis vrbis Ierusalem excidiis, & Iudæorum gentis calamitatibus, non omnino liquet de qua hic potissimùm agatur, an de illa, quæ contigit sub Nabuchodonosor, & Assyrius; an quæ sub Antiocho Epiphane: an quæ sub Pompeio, qui tributariam Ierosolymam fecit: an quæ sub Licinio Crasso, vel Tito & Vespasiano, vel Ælio Adriano, à quo etiam Ælia cognominata est. Hæ omnes Dauidis ætatem subsecutæ sunt, nec vt præteritæ commemorari potuerunt, sed prædici tamquam futuræ, præscribendo simul formulam orationis contra hostes, præsertim infideles. Et memini me puero, Pij V. Sanctissimi Pontificis iussu, in solemni litania recitatum Psalmum istum, quo tempore confœderati Catholici pugnabant aduersus cōmunem sæuissimum hostem, & Gallia etiam ardebat perduellium hæreticorum infestissimis bellis. Esaias [a], & Ieremias [b] de vastatione per Nabuchodonosor, & Assyrios facta loquentes, videntur ex isto Psalmo sententias integras transcripsisse.

B

C

Sed & in historia Machabæorum [c] post narrationem, de proditorè interfectis vna die ex Assidæis, id est, religiosioribus, & sanctioribus professione Iudæis ab Alcimo, qui Regis Demetrij gratia sacerdotium obtinuerat, subditur id factum secundùm verbum, quod scriptum est; *carnes sanctorum tuorum, & sanguinem ipsorum effuderunt in circuitu Ierusalem, & non erat qui sepeliret.* Græci enarratores sentiunt, Basilius, Theodoretus, Euthymius, Nicephorus; item Eusebius [d], argumentum esse de tempore Antiochi, cùm superessent populo Machabæi. Nec repugnant Latini, præsertim Augustinus, & qui vestigiis illius insistunt, etsi alias quoque sententias attingunt, quas dixi: Arnobius autem quem Ribera [e] nostri sequitur, cum Lyrano, & Treueto, solam de Nabuchodonosor: Hugo, Cassiodorus, Caietanus de Antiocho, Aiguanus, & Rickelius de vtroque: Athanasius [f], Socrates [g], Iustinus [h] de vltimo excidio per Romanos. Propendet Augustin. magis in persecutiones Ecclesiæ; & obiicit sub Tito, & Vespasiano indignos Iudæos fuisse vocabulo *hæreditatis Dei*, quamuis ex iis nonnulli iam credidissent

D

a c. 64. 9. & 10.
b c. 10. 25.
c lib. 1. 7. 11. 14. 15. 16. 17.
d ro de de mont. c. 1.
e In Mich c. 1. n. 10.
f Trac. in pal. & Crucem Dñi g. fisse cō. h in Typhō nem.

sent

sent in Christum. Eligat lector quod volet. Nam quæ citantur in aliis libris sacris ex isto Psalmo, censeri possunt per accommodationem solâ citata nõ literali sensu. Opinioni de Antiocho nonnihil obstat, quòd sub eo non est Ierusalem redacta in pomorum custodiam, seu acervum lapidum: contrà, captiuitatem Babyloniacam, & destructionem Ierusalem, quia tunc non erant sancti, sed impij qui sunt occisi: quæ ratio multo magis cõuenit in tempus Titi & Vespasiani: & quia non debet amplius Ierusalem restaurari. Euthymius & Nicephorus applicant quoque Psalmum ad Ecclesiæ persecutiones vt Christiani censeantur esse hæredes, templum, quælibet Ecclesia Deo dicata; Ierusalem quæuis Christianorum ciuitas; morticina, martyrum corpora, & sic de aliis. Valentia, refutatis aliis opinionibus, etiam ea quæ est de persecutionibus Ecclesiæ vsque ad Constantinum, quia quod attinet ad persecutiones Ecclesiæ, martyribus non conuenit illud (*ne memineris iniquitatum nostrarum, &c.*) existimat hic sermonem esse de persecutionibus sub Mahometanis, & Antichristo, quarum tamen aliæ illæ, quas Iudæi passi sunt sub Chaldæis, & Antiocho, typus quidam fuerint. Hugo item docet fumi posse Psalmum, velut deplorationem Ecclesiæ pro strage filiorum suorum, quæ quotidie fit per peccatum: Rickelius pro amissa terra sancta, hortans quotidie recitari pro recuperatione ipsius, quia hoc verè sit sanctum, Deoque gratissimum. In officio Ecclesiastico & missa de Innocentibus & in vna missa de communi plurimorum martyrum vtrumpantur nonnulla ex isto Psalmo. Totus in colloquio versatur Psalmus ille, vt Athanasius [a] notauit, quemadmodum & sequens, atque 12. 129. 130. præterea de captiuis 5. 25. 68. 69. 73. Quòd si aut, inimici, & intrauerint, & prophanauerint domum Dei, & sanctos dispersérint, & illorum cadauera volucribus cæli obiecerint, ne consternatus reformides eorum crudelitatem: doleas quidem vicem miserorum, sed tamen precibus Deum cõuenies recita septuagesimum octauum Psalmum.

a Epist. ad Marcellinum.

Deus venerunt, &c.] Exponit sub priorum persona querimoniam, quòd impiæ ac infideles gentes inualerint hæreditariter locum populumque quem sibi Deus peculiariter delegerat in hereditatem: & quòd irreligiosè prophanauerint templi sanctitatem, vel euertendo, vel sacrilegis: ritibus contaminando: & quòd Ciuitatem Ierosolymitanam omnium Asiæ vrbium longè nobilissimam, vt Plinius [b] quoque prodidit, eo vastitatis & solitudinis redegerint, vt euaderet similis casæ tugurioloue ad pomorum custodiam extructo ex collectitiis lapidibus, aut lapidum acerus, quod mox post collectos fructus, deseritur, atque destruitur.

b Lib 5.

Deus venerunt gentes.] Chaldaicè, *ingressi sunt populi.* Gentes, & גוים *goim*, & ἔθνη sumuntur propriè hoc loco vt à Iudæis distinguantur, cum alias comprehendant quoque Iudæos. Abruptum autem Psalmi principium pertinet ad πάθος, quasi diceret, vt R. Kimhi notat; quomodo tu cùm sis Deus, & quidem Iudex, quod vox *Elohim* importat, quomodo pateris vt alienigenæ irruant in hereditatem tuam: Deus autem, & Iudex non nominatur casus est, sed vocatiuus, vt idem, ac Euthymius obseruauit; licèt articulus Græcus conueniat nominatiuo. Vix aliter in aliis præcedentibus, & sequentibus Psalmis exprimitur in vocatiuo Deus, quàm Iehue, nec non in aliis scripturarum libris, & apud alios auctores. Itti verò Alemus, & alij quidam genere Iudæi, Iudæos ipsos bellis vexauerint, quia tamen opibus aemulibus gentium fieri hoc fecerunt, etiam potest in eos quadrare quod hic dicitur.

Sensus totus

In hereditatem tuam.] Sæpe dictum quare hoc nomine Iudæorum natio vocata sit. Imponit iustus nonnunquam necessitatem quandam Deo opitulandi populo suo, quia cuique cara hereditate res solet magna esse, ita vt Naboth regi Achab mercedem offerenti pro hereditaria vinea sua, dare recusauerit. [a] Et agrestis ille apud Apuleium [c] tota frugalitate spoliatus à vicino potente diuite, iuuene, contenderit, vt saltem sepulchro paterno retineret solum: Et Antonius [d] suum faceret maximi heredioluum, & villulam. Denique hereditas cuiuis sua præclara dulcis est, libentiúsq; salino paterno, & poculo vtimur [e], & pro aris ac focis quisque pugnat, próque patria, instinctu naturæ. Vt excitaret ludicis animum contra aduersarios truculentos, ita Dauidem loqui, ac pronomen *tuam*, & *tuum*, in sequenti membro, notant Beda, & Cassiodorus, dicendo eos venisse ad læsionem rei, quæ ad iudicem pertinebat. Id ipsum alibi legimus exaggeratum, vt iuæ nimirum Deus curam gerat hereditatis, *benedicendo* [f] *ne vexari jubet* [g], *ne des in opprobrium vt dominentur eis nationes* [h]; *vt eam pascas* [i], Qui per Dei hereditatem iustos intelligunt, negant intelligi Psalmum posse de clade a Romanis illata sub Tito, & Vespasiano, quia tunc Dei monitu omnes fideles discesserant ex Ierusalem.

a Ezra vti hæreditatem magna animum ad ferit.
a 3. Reg. 21. 3 1. 4.
b 7. de Asino aureo.
c Idyllio 31. d Vita 5. 6.
e Horat. lib. 2. Od. 6. 9.
f Psa. 27.
g Psa. 5.
h Ioel. 2. 17.
i Mich. 7. 14.

Polluerunt templum sanctum tuum.] Alij, *sanctitatis tuæ, vel sanctæ maiestatis tuæ regiam, & palatium* אֶת הֵיכַל קָדְשֶׁךָ *ethechal kodsecha.* In psalterio Romano, & Gallicano, *conquinauerunt.* Aptissimè sanctissimo viro sacrati templi prius occurrit iniuria, vt hoc interinitia defleret, quod ad diuinam nouerat contumeliam pertinere; *zelo zelatus pro Domino Deo exercituum*, (quali esset indignum talia talem pati, & contra talem talia fieri) conquerebatur Elias, *quia dereliquissent pactum filiorum Israel, altaria eius destruxissent, prophetas eius occidissent gladio* [k]. Antiochus autem narratur *expilasse omnia vasa sacra templi* [l], *& contaminauisse sanctificationem; ita vt desolata fieret sicut solitudo* [m]: *& iussisse coinquinari sanctum, & sanctum populum Israel* [n]: *& edificauisse abominandum idolum desolationis super altare Dei*, & per vniuersas ciuitates Iuda in circuitu aras cognominauisse, contaminatum templum à Ioue Olympio; luxuria, & comessationibus gentium plenum fuisse, & scortantium cum meretricibus: sacratis ædibus mulieres se vltrò ingessisse, intrò ferentes ea, quæ non licebat: altare plenum illicitis fuisse, quæ legibus prohibebantur [o]. Addit Iosephus [p] ab Antiocho compertum ac potum templum sanguine suum, quos mactauit super altare. *Ab quadam principe exercitus regis Babylonis succensa domus Domini, & occisi iuuenes gladio in domo sanctuarij* [q]. Pompeius, teste Iosepho, tametsi cum comitibus ingressus sit temerè templum, nihil ex rebus sacris abstulit. Augustus autem, vt idē ille scribit, sacrilegio teneri decreuit, qui sacrā pecuniā, aut libros de templo rapuisset.

k 3. Reg. 19. 10. 1. Macchab. 1. 23. Sequ. usque 3. 41. & vers. 49.
l 1. Macchab. 1. 6. 2. & sequ.
m 2. Macchab. 5. 5. de bello Iud. 1. 6.
n 4. Reg. 25. 9. Ezechiel. 9. 6. & 7. Ieremiæ 51. 51. & sequ. de templo Iudaico. Ezechiel. 5. 11. de templo immundo. c. 23.

Deplorat, moraliter loquēdo, vt Hugo [r] monet, stragem filiorum suorum per peccatum Ecclesia, quam significat etymon vocabuli *Asaph*, id est, *congregatio*: quemadmodum in Psalmo 73. illatam Deo contumeliam, & in 136. incolatu huius miseriæ. Quæ sunt causæ tres lamentandi, quibus

r 23.

exacte

…ractè totidem respondèt Psalmi *Gentium* nomine sumit prælatos, canonicos, clericos gentiliter viuentes, & venientes in Ecclesiam propria cupiditate & ambitione ductos, non vocatos, & tractos. Rickelius Saracenos, ac Turcas interpretatur, occupantes terram sanctam, & adeò malè Christianos tractantes. Possent quoque, vt alibi ex gentibus designari capitalia vitia, quæ tantâ edunt animarum nostrarum stragem. Digredi liceret hic in violatores templorum. Hoc de argumento Anastasius Germonius [a]: quàm verò magnis cladibus vindicata sit ea violatio, testes Livius [b], Iustinus [c], Cicero [d], Xenophon [e], Quintilianus [f]; & nos etiam de more vel iure alvi egimus commentario in Actus Apostolorum g. B. Canterus [h], applicat prius membrum ad sacrilegia circa sacramenta, & alia res sacras, circa loca, circa bona, & facultates, latiùsque fusè, ac erudiè de istis differit: Et quot modis polluit templa cernitur, quadere etiam summula.

Cæterùm egregiè quadam paronomasia, què Paraphrastes [i] in 4. Regum exponit montem Oliuarum, Hebraicè vocatur הר המשחה *mons vnctionis*, quasi cognomen illud acceperit ex eo tempore, quo Salomon idolis ædificauerat, mons ille qui ex Oliuis poterat vocari mons victionis, הר המשחתות *mons mysteriorum*. Idem aliimari potest de templis nostris, quando eorum sanctitas violatur. Et licet in eodem Oliueto monte nullum futurum creditur, ita profanatio templi coleret in damnationē profanantium Christos bis vindicauit illatam templo ruinam, quam *vocabat dominationes, & Patres sui*, sub flagello, quod ait, qui appropinquare non debebat tabernaculo ipsius [k]. Ambrosius [l], quo die ad Basilicam Gothi, & diuersarum nationum vim vi occupandam venerunt, refert mane inuenisse ipsum recitatum Psalmum; sed consilio diuino quo gentes venerant, factos Christianos, & qui ad inuadendam hæreditatem Dei venerant, factos cohæredes Dei, de fautores habuisse, quos hostes putabat, fœderatos tenuisse, quos aduersarios existimabat.

Posuerunt Ierusalem in pomorum custodium.] Hieronymus, *in acervum lapidum*, restituit quæ [illegible] Aquilam vertisse Μαλακίαν, quod in notationibus ad Syriaca Biblia corruptè legitur מלכיא, *acervum & cumulum lapidum*, quibus vineæ & agri purgari solent: vocem autem [illegible], qua vtuntur Lxx. non posse aliter verti, quàm extet in editione nostra est quæ specularum, quam custodes fatorum & pomorum habere consueuerunt. & significari de amplissima vibe vt tugurio lum remanisse. Idem valet *pomorum custodia*, vt ipsemet alibi transtulit. Tribuit Aquilæ Agellius [m] Ἀποθήκην, *lapidum collectionem congeriem*. Non reperio apud alios auctores Λίθους, aut Λίθους, sed tantùm Λίθαγμα & hoc pro *structe & lecto lapidibus, vel pro ædificio ipso extructo ex lapidibus compacto*. Euthymius, & Nicephorus aliter vocant πολύσπορα, *semibilia*. In psalterio Gallicano, & apud Arnobium, *velut pomorum custodiā*, in Vaticano, seu Romano psalterio, apudque Cassiodorum, *velut pomorum custodiarum*. Hoc vocat Cassiodorus tugurium, & casellulam, quam sibi horti cultor custódiæ ad depellendam solis iniuriam, & ad custodiendas furum improbas manus frondibus solisque communit, sed mox vt pomorum tempus abfecerit, tanquam inutilem relinquit. Etaias [n] similem profert locum: *relinquetur filia Sion velut umbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario*. Addi Micheas [o] potest,

Sion vt ager arabitur, & Ierusalem quasi acervus lapidum erit, & mons templi in excelsa silvarum. Muros apti sût ædificio lapides, quibus vineæ agitve purgari solent: nec nisi tumultuariè ac temporarie excitatur ex his casa, tugurium, mapale, gurgustium, umbraculum: plerumq; verò simul ex fœdibus, foliis, aut alia subitaria, & leui materia. Sedquę Plinius etiā vocat pomaria pomis, id est, **fructibus varij generis seruandis, loca fabricata, videlicet quæ custodis præsentia perpetua non egeant, solidiùs construuntur; nec ad institutum nostrum pertinent. Nihil vetat intelligi quoque** macerium, quæ conficitur ex tudetibus, & sepimēti loco adhibetur ad hortos, & pomaria claudenda. Dictum lapidum collectionem, acernosque. & quod concomitans est, solitudinem, vastitatem, desolationem quam Chaldæa vox עִיִּים *ijim* significat, nomen Hebræum numeri pluralis עִיִּים *ijim* tatis denotat, sine *cumulos, tumulos, acernos lapidum congestos*. & ex consequenti, *desolationes, consumptiones* quo vltimo modo alicubi [a] reddidit, interdum [b] *solitudines*, aliquando *acernos lapidum*, [c] pro quibus est [illegible], quod habemus hic in nostro textu. Arabicè *fecerunt Ierusalem dirutam tanquam carcerem*, id est, vt ego interpretor, tanquam macerium dirutam, vel carcerem verum, qui solet esse incompositus, horridusque, & apaucis acillibenter habitatus.

Mysticè animam à custode Deo Hieronymus [d] (appellans anagogicum sensum pro tropologico) relinqui dicit, cui non praest [illegible], id est, mens, sed eam vitia, quasi quædam bestiæ, fecerunt depræ data ideòque omnia illius redigi ad solitudinem. Nyssenus [e] expendens illud ex Cantico [f], *posuerunt me custodem in vineis*, an animam, quæ fructibus, **qui custodiebantur intra ipsam, cùm Deus** in principio eam creauit, priuatam propter inobedientiam, relictā esse velut pomorum custodiam, hoc est, inutile spectaculum, & à paradisi custodia traductam, ad vineæ custodiam cuius vua fellis, & botrus verissimus, denique vinea Sodomorū & de suburbanis Gomorrhæ. Arnobius hoc [illegible] ad animam nostram quæ est Ierusalē, cùm rex pacificus requieret in ea, quando non repugnando superarit, peccandoque Deo discedit, venere gentes, & occupare hereditatem Christi, & polluere templū corporis sanctificatum per baptismum, & sicut pomorum custodiam, ita desertam facere, vt putes illam ciuitatem magnam in vilem casulam hortulani conuersam. Aug. simus Beda, & alij pollutum templum interpretantes, quando vi perfectionis aliqui ad negandum Christum compulsi sunt: quia fideles vocantur *templa Dei* [g], *ut sue templum* [h]) in pomorum custodiam redactam Ecclesiam dicūt quando eadem persecutione deserta vita est, spiritibus martyrum tanquam de horto Dominico pomis suauissimis, in cœlestem mensam transeuntibus. Is quem dicunt Hieronymum, explicat de aduersario nostro, scilicet diabolo, qui vitiis irruentibus custodiat sibi consentientem animam, donec eam ad plenum voluntatis suæ consensum adducens, valeat deuorare; quemadmodum poma cum matureſcere cœperint, à suis custodiuntur, maturāque faciliùs deuorantur. Hugo exponit de indignis Ecclesiæ prælatis, & custodibus, ita vt minoris etiam æstimetur illius regimen custodiáque, quàm pomorum custodia; cui non ita præficitur quilibet sine delectu, vt Ecclesiasticæ custodiæ: tum præterea, quoniam tempore

a Iob. 30 24.
b Nu. 21. 1.
c Iere. 26. 18. Micheæ 3. 12.
d Hieron. in Psal. 136. Tom. 6. Ita
e hom. 11. in cant. Fol. 1. 6.
g Deut. 32. 32.
h 1. Pet. 2. 5. 1. Cor. 3. 16.

messis

messis ac vindemiæ videtur Ecclesiam custodire, vt fructus & decimas colligant; sed vbi collegerint, derelinquunt. Rickelius de terra sancta: Valentia de aliorum toto orbe Christiano Ecclesiis quas Turcæ & alij hostes nostri vastauerunt: Antoninus [a] de sacrilegijs quæ in loca sacra committuntur, & de negligentia prælatorũ atque beneficiatorum circa sarta tecta, & cultũ Ecclesiarum suarum, quibus quarta pars reditnum obnoxia est [b]: cum solum curent pomorum, & fructuum collectionem, vt dicebat Hugo. & post istum, alter Cardinalis ex ordine Minorum s. b Clemente V. Ioannes Vitalis [c]. Addit idem Antoninus, sicut locus pomorum satis paruus est, ac plures de familia vel domo accipiunt, & mures etiam rodunt; ita Ecclesiæ bona consumi à familiaribus, contanguineis, procuratoribus, seu ministris, & ab hominibus bestialibus.

a 2. par. tit. 8. c. 21. § 7.

b 21. q 2. c. quatuor.

c in speculo mora. temp. verbo Prælatus Prælatorum s. minis.

Vers. 2.] Posuerunt morticina seruorum tuorum, escas volatilibus cæli, carnes sanctorum tuorum bestiis terræ.

Vers. 3.] Effuderunt sanguinem ipsorum tamquam aquam in circuitu Ierusalem: & non erat qui sepeliret.

PRæter impietatẽ in Deũ, & res sacras, prætérque patriæ ac metropolis deuastationem, in hostibus docet sæuissimã inhumanitatem fuisse, vt affatim largissimeque sanguine fuso cæsorum, postremum illud humanitatis negarent officium humandi cadauera, sed carnes eorum qui coluerant Deum, bestiarum escis essent expositæ, cùm videlicet sepeliẽdi facultas deesset, vel quia occidebantur quàm plurimi, vel quia immanissimi hostes conantes sepelire inhibebant. Hunc locum in historia Machabæorum [d] citari dixi, cùm ex Assidæis sexaginta vna die occisi essent, qui nomine ipso sanctitatem præ se ferebant, quoniã חָסִיד *chasid sanctus est*, quod nomen extat hoc ipso loco, nec ab Essæis distingui videntur, sic dictis ex Philonis [e] opinione apud Eusebium [f], ἀπὸ τῆς ὁσιότητος, & Chrysostomi [g].

Saeuissima & inhumanissima deuastatio efficit sepulturæ.

d lib. 1. c. 2. § 14. (1. 2. c. 6. 27. 38. 42. apud Iosephum paulò aliter.)

e lib. pro Iudæis. Scribunt omnes Hebræi. Sic habet lib. 1. de præp. c. 4. Glo. 44. in act.

Posuerunt morticina seruorum tuorum escas volatilibus cæli.] Hieronymus, *dederunt cadauera seruorum tuorum escas auibus cæli.* In alijs Latinis psalteriis, apudque Cassiodorum, & Arnobium, *morticina*, nomen Hebræum in regimine ac singulari numero נִבְלַת *nualath* à נְבֵלָה *nebelah*. & a radice נָבַל *nabal*, quod est cadere, & *emarcescere, atque humore, ac succo naturali destitui*, significat *cadauer*, quod etiam à cadendo dicitur. Legerunt fortasse Lxx. pluraliter נִבְלוֹת *nabloth*, nec sumitur tantum pro animalibus, cum extinguntur violenter, quidquid R. Elias dicat, quia in Esaia, [h] *viuent mortui tui*, est idem nomen, agitque Propheta de communi resurrectione: immo, quia in singulari est נִבְלָתִי *nebelathi*, putant aliqui allusum ad resurrectionem, quæ fiet propter Christum *primitias & primogenitum e mortuis* [i]: quo etiam resurgente, *multa corpora sanctorum surrexerunt* [k]. Quin etiam propriè loquendo, *morticina* dicuntur tantùm de sponte sua mortuis, vt & τὰ ὑπόπτια: quamuis vox ista extet duntaxat in Bibliis, vt iterum apud Esaiam [l], vbi quoque vocabula eadem Latinum & Hebræum, & potiùs pro morticinis vsurpent alij auctores

h c. 26. 19.

i Colos. 1. 18. Apoc. 1. 5.

k Matth. 27. 52.

l c. 5. 25.

A Græci τὰ ἀπόπτωτα. Exponit Apollinarius hoc loco λείψανα *reliquias*. Eutymius ac Nicephorus, τὰ τεθνηκότα σώματα, *mortua corpora*. Fieri potest vt hîc intelligat Dauid (poterat, vel quomodocunque) per mortuos, in sequenti membro peculiariter eos qui occisi fuerint. Augustinus certe *mortalia* dici potius monet, quam *mortalia*, quia illud non nisi mortuorum, hoc etiam viuorum corporum nomen est. Tamen legit [a] alibi *mortalia*. Non ita Ecclesia: [b] eo more cadaueris nomen vsurpari video de sanctorum corporibus; quia videtur importare nescio quam iniuriam & dedecus corruptionis, nec inuoluit secum gloriosæ spem resurrectionis. Et irridet Augustinus ita tradentes corpora mortua volatilibus cæli, bestiisque terræ, quasi quidquam eorum resurrectioni deperiret, ex occultis naturæ sinibus redintegraturo illo, cui & *capilli capitis nostri numerati sunt* [c]. Cæterũ mortua, & corpora, carnesve mortuorum Ecclesiam sic insepultas manere, vt etiam volucribus exponantur in cibum, & obiiciantur bestijs terræ, ignominiosum semper ac dedecorosum habitum est. Multa dixi de hac re & de instituta circa sepulturæ cura in commentario Instit. Apostolicæ [d], déque pœna *Graecorum*, vt insepulti iacerent, præda canum, auium, ferarum: qua de re diligenter Petrus Faber [e].

a 21. de ciu. c. 12. Cadauera [illegible] corpora corruptionis.

b Matt. 10. 28.

c Luc. 12. 7. 21. 18.

d 3. Instit. c. 9. c. 5. 6. 10. c. 7. 2. c. 9. 37. c. 3. 29.

e Deut. 28. 26. 1. Reg. 17. 44. 46. Iere. 7. 33. c. 15. 3. c. 16. 4. c. 19. 7. Ezech. 29. 5. c. 32. 27.

f Reg. 21. 10. 11.

g 1. Reg. 17. 44 & vers. 46.

h Deut. 28. 26. Iere. 7. 33. c. 15. 3. c. 16. 4. c. 19. 7. & c. 34. 20. Ezech. 29. 5.

i Reg. 21. 10. 23. & 22. 4. 9. 33. 35.

m 3 Reg. 21.

n Iliad. a. v. 4. Odyss. 24. Ilias. 2. 2. Pausan. etiam de Arcadicis sententiam refert. vide Asconium in Aeneid. 3. & 10.

o in Thyeste. Lib. 1. Tusc. 3. lib. de anima c. 56. in Aeneid. 1. lib. 1. v. in Thyeste Seneca vers. 746.

p lib. 1. c. 3. a lib. 30. c. 15.

q lib. 5. bello. c. 1.

Et [illegible] ctẽ

Et recte hic notat Brunо Carthusianus innui, frustatim per terrā acremque dispersas martyrū reliquias, ne à Christianis colligerētur. Canibus mortuos obiectebant Bactriani, Caspij, Hyrcani, teste Porphyrio [a], Theodoreto [b], Plutarcho [c], qui Hyrcanis canes, aues assignat Bactrianis, Idem de Hyrcanis Cicero [d], déq; Magis, & Parthis asserit, vt post laniationē ossa humaret: Herodotus [e], & Agathias [f] de Persis. Hic pluribus rē explicās ait, iudicandū animam iniusta, barathro dignā, malo dæmoni dicatā; impuros eius mores, cuius nō statim ad cadauer aduolassent aues, vel nō illicò canes accurrētes dilaniassent. Silius & hoc ipsum nō Hyrcanis dūtaxat, sed Iberis seu Hispanis tribuit. Rursū de Persis produnt Strabo [g] & Procopius [h], de Parthis Iustinus [k]. Extant ex hisce testimoniis complura apud Brissonium [l], citat eosdem Tiraquellus [m], præterea Hieron. [n] Stobæum [o], Eusebium [p]; ex istis forsan etiam hoc loco Bochius.

Carnes sanctorum tuorum bestiis terræ.] Hebraicè sunt numeri singularis *caro* בְּשַׂר *basar* & *bestia* חַיַּת *chaiath* cum affixa litera ו quæ vacat. Pro sanctis sunt חֲסִידִים *chasidim*, & *eorum*, per quos dixi nōnullos hic existimare innui Assidæos (quod nomē inepte derivant aliqui [q] à diuini cultus assiduitate, alicei Essæos aut Osæos, quāsi ἱερεῖς, aut vt alius placet, etiā Iessæos. Lege in historia Machabæorū Serarium nostrum, atque Iosephum Stephanū. In ea historia dicitur Assidæorum Synagoga fortis [r]: & Demetrio Alcimus Iudææ suæ gētis proditor, illis potissimùm Iudam Machabæum prætulisse dicebat, bella nūtrivisse, & seditiones mouisse, nec passos regnum esse quietum [s]. Vocantur etiam ibidē πρῶτοι primi [t], ac inter omnes præcipui. Talibus Iudas potissimum vtebatur in bello tali, quod pro religione præsertim suscipiebatur, cùm præter vitæ innocentiam, & abstinentiā quoque ab omni Venere, (vt de Essæis Porphyrius [u], Solinus [x], Plinius [y] Ioseph Gorionides [z] testātur, & indicatur in historia Machabæorum [a], nō properē vxorem duxisse, nec nisi pacis, bonique publici causa) in syluis campisque degerēt, veste induti alba, & in perferendis laboribus, atque tormentis coriantissimi essent, virtute & animi magnitudine prædīti [b]. Quòd vero carnes sanctorū siue Assidæorum, siue aliorum quoque datæ vel positæ bestiis dicuntur terræ, intellige non de viuis, quod supplicij genus passi sūt Christiani martyres multi, sed de mortuis, atque de insepultis mortuorum corporibus; quemadmodū in priori membro posita dicuntur *morticina in escas volatilibus cœli*; & hæc duo, hoc est, expositio cadauerum in cibum volatilium & bestiarum, multis scripturæ locis, quos antea indicaui, ad idem propositum coniunguntur.

Mysticè morticina carnes quæ volatilibus cœli & bestiis dantur terræ, quando exponuntur potestati dæmonum, vel superborum hominū ac detractorum, vt Hugo & Aiguanus docent. Spiritus immundos ait Arnobius comedere per luxuriam carnes sanctorum. Colligit hinc Chrysostomus [c], id est, ex hāc tanta occisione sacrorum in vetere testamento, iuuenum ac senioruin & mulierū, & natorum exterminia, virginumque & parvulorū neces factæ sunt sub Antiocho, atque toto triduo octoginta millia interfecti, præter quadraginta millia venctorum, nec minorem venditorum numerum) semper exponi sanctos periculis à Deo, quo per hæc declaretur pietatis vis, ne quis dicat, cur si erant pij, sublati sunt? cur si erant pij, occisi sunt? cur si Deo erant curæ, tantam sustinuerunt oppugnationem? Addit, emendare Deum peccati maculā, nempe aliorum per mortem iustorū: hos esse in memoria *aeterna* [d]: mortem quæ est ingressa per iniustitiā, id est, per peccatum primi parentis, eiici per iustitiam, nimirū per interfectionē iustorum, occisos pro se. Deū nonunare filios, & vt pro talibus *vindictam sumere* [e]. Lege de eodem argumento collationem Cassiani sextam, & epistolam 159. Augustini. Historiæ Machabæorū auctor describens cædem horū pro religione multitudinē, longè antea sic fuerat ratiocinatus, *propter peccata habitantium ciuitatē modicum Deum fuisse iratum & permisisse loci quoq; despici sanctitatem; verùm non propter locum gentem, sed propter legem locum à Deo electum; ideoq; & ipsum locum participem factum populi malorum, postea futurum socium bonorum; & qui derelictus in ira Dei omnipotentis est, iterum in magni Dominū reconciliatione cum summa gloria exaltandum* [f]: Narraturus etiam Machabæorum cædes immanissimas, præfatur ad correptionem permissas esse [g]. Recitans etiam egregia responsa eorumdem [h], in quibus rationes ferè singulæ continētur, vt persuadeatur in eiusmodi morte constantia sextū respōdisse aut se ac reliquos fratres talia propter suamet pari peccata [i]. Quod intelligere potuit de peccatis gentis suæ, ac de propriis tum suis, tū fratrū, saltē leuioribus: eo modo quo & iuuenes illi tres sanctissimi in Babylonica captiuitate [k], nec nō Daniel [l]. Mors obita pro Christo ex peccatoribus efficit sāctos, ex diaboli, filios Dei, quemadmodū refert Genebrard. ex Thalmudicis de bello quod factū vocabant, nempe contra infideles & pro religionē. Quamuis non propriè martyr cēsendus, qui vt miles pugnādo moritur; nec Phocæ imperatori contendenti vt martyrū verorum catalogo ascriberetur, assensērunt Orientes Episcopi, auctoritate Canonis 13. Basilij nixi, vt in cōmentario super eo annotauit Theodoretus Balsamo. Potuit id Phocas velle, vt Baronius [m] obseruauit, exēplo Gentilium, qui summos honores deferebāt in bello mortuis. Nam laudes eorum tantùm pro concione celebrari voluit Lycurgus [n], inscriptiones incidi, sepulchra erigi. Tatianus occisorum in bello aduersus Decebalum, erigi aras, & parentalia celebrari iussit, suntq; generis eiusdem alia exempla.

Effuderunt sanguinem ipsorum tanquam aquam in circuitu Ierusalem.] Vim comparationis Augustinus his duobus verbis optimè declarat, id est, inquit, *abundanter, & vniuersè*. Magnam cruentamque cædem hoc pacto describunt etiam poētæ,

——[o] *Phaëtontis vulerat amnem*
Strage virūm vndantem.

Et, ——[p] *Cernit propulsa cruore*
Flumina.

Et, ——[q] *gemerēntque repleti*
Amnes, nec reperire viam, atque euoluere posse
In mare se Xanthus.

Et, ——[r] *recalent nostro Tyberina fluenta*
Sanguine adhuc.

Et, ——[s] *Alta repefaciet permissa flumina cæde.*

Sic Homerus [t] ante omnes describens concitatū flumen Xanthum contra Achillem atque quod erat,

μεμιγμένον αἵματι, καὶ σποδιῇ, καὶ νεκύεσσιν.
Murmurans spumaq;, & sanguine, & cadaueribus.

Præterea

φοίνιξεν δ' ἄρα κῦμα διιπετέος ποταμοῖο.
Purpurea sanè fluctus diuini fluuij.

Ciceronis illud etiam ad rē est. Meministis tum, Iudices, corporib. ciuiū Tyberim cōpleri, cloacas

a Porphyr. de abstin. carnium. b Theodor. de vera cur. affect. lib. 5. c Plutarch. in Alex. d Cicero Tusc. quæst. lib. 1. e Herodot. lib. 3. f Agathias lib. 2. g Strabo lib. 15. h Procop. de bello Persico. i Iustin. lib. 41. k Iustin. lib. 42. l Brisson. de regno Persarum. m Tiraquell. in Alex. ab Alex. lib. 3. c. 2. n Hieron. contra Iouin. o Stob. ser. 120. vel 122. p Euseb. de præp. c. 3. q Rabanus & Lyranus. r 1. Machab. 2. 42. s 1. Machab. 7. 13. t 2. Machab. 14. 6. u Porphyr. de abstin. carnium. x Solin. c. 16. vel 44. y Plin. lib. 5. c. 17. z Ioseph. lib. 3. c. 24. a 2. Machab. 14. 25. b Strabo lib. 15. c Chrysost. hom. 25. d Matth. 25. e Genes. 4. f Aiguan. in psal. 78. g Hugo in psal. 78. h Arnob. in psal. 78. i Baron. tom. 1. annal. an. 44. k Opus imperf. in Matth. homil. 32. l Dan. 3. m Baron. tom. 4. annal. an. 303. n Tatian. lib. 1. o Virg. 5. Aene. p Catull. in nuptias Thetidis. q Iliad. 5. r Virg. 12. Aene. s Aene. 10. t Iliad. 21. u Cicero pro Scitio.

a vers. 13.

b c. 5. 10.

c c. 7. 32.

d c. 6. 3 1.

e lib. 2. 1. 19.

f lib. 2. de Sanctis c. 3. & lib. 12. c. 13.

g de imitat. Christi. lib. 1. c. 18.

h tract. de martyrij c. 3. & 7.

i hom. 1. epist. in ep. 2. hom. 20. in Euang.

k vers. 22.

l lib. 1. 5. 10.

m In Thren. 2. 21. c. 2. 8. Omnium temporum fuit, ut pro peccatis & delictis populorum carnes putrescerent, & in sepulchris vermibus dilacerarentur. Isa. 66. 24. c. 14. 19. c. 34. 3. Ezech. 29. 5. c. 32. 4. 5. Psal. 78. 3. c. 82. 11.

A

B

C

D

E

reiecerit, e foro spongijs effundi sanguinem. Sed quod attinet ad iacta, tale, quod vidimus psal. 21.[a] de largissimo fuso sanguine Christi, ideut aqua effusus sum. Et apud Oseā [b] Deus nāe suæ magnitudine exprimit, dicendo *effusurū se illam sicut aquā super principes Israel.* Nō dispar exaggeratio minacis Dei in Ieremia [c], *vt non dicatur amplius Tophet, & vallis Ennon*, id est amœnitatis & iucūditatis, sed vallis interfectionis: & in Ezechiele [d], *vt dejectatur interfectorum in medio, & dentur cadavera ante faciem simulacrorū eius, & aspergantur ossa circa aras*, &c. Dixi prius de numero interfectorum apud Iebiços pro religione sub Antiocho, & his addi alij possent, nec non quidā ex Prophetis. Legimus etiā in Machabęorum libris [e], quod Antiochi milites *effuderunt sanguinē innocentē per circuitum sanctificationis, & contaminauerunt sanctificationē.* Sed nihil ad Ecclesiæ martyres. Censentur hi Romæ passi ad minimū tricies millens, exque summis Pontificibus 27. Init te liquum nume. ū penè innumerabile ad hęc vsque tempora, tum Thomas [f] Bozius, tu Arias [g] notter. In epistola, quæ tribatur Hier. ad Chromatiū & Heliodorū, de qua meminit. ac differt Baronius in Martyrologij notis [h], extat, quod per singulos dies diuersorum prouinciarum, duo fere millia, *vt binum plusquam octingentorū, & nongentorum* Martyrum sint nomina nominata, vt nullus dies sit, qui non intra quingentorū numerum reperiri possit adscriptus, excepto die Kalendarū Ianuarij. Etsi vero demonstrat Baronius minimè temerè ab Hieronymo talē epistolā, & ad primā diē Ianuarij, fallum esse, quod in ea sit a martyrū cæde temperatum: tamen inde elicitur verum esse quod asserimus, de infinita propè martyrū multitudine. Testis etiam Gregorius [i], multos ex diuersis tertijs, atque prouincijs per dies singulos martyrio coronatos fuisse, & quotidianis diebus in eorū veneratione missarū solemnia acta, mundū totū martyribus plenum esse: & penè tot qui videamus nō esse, quot veritatis testes habemus. Legi hæc quoq; de re ad psalm. 43. [k] allatis illis, & aliis ad ostendendum maximū numerum martyrū, meritò propterea cum ouibus occisionis cōparatorum, quæ præ alijs animantibus eximia quadam comitate multitudine solent. Quod autē hic dicitur *in circuitu Ierusalem*, in terrena Vrbem accipimus, eorum sanguinem intelligimus effusum in circuitu eius, quos hostes extra muros reperire potuerūt: vel mystice, circuitus eius est per vniuersam terram; quoniam in omni parte eius persecutio tenebat, & martyrum imagem, cum magnis luctus thesaurorum cœlestium faciebat.

Et non erat qui sepeliret.] Non mirabile debet videri, aut tibi Augustine, tam magnum in aliquibus locis fuisse terrorē, vt sepultores sanctorum corporū nulli prorsus existerēt: aut certe insepulta cadauera in multis locis diu iacere potuerint, donec a tenuibus quodammodo tumulata sepelirentur. Hoc de Christianis. Sed de Iudaīs, narratur in Machabæorum historia [l], talionē translugere tenuisse gentis, *qui insepultos multos abiecerat, illamentatum, & insepultum abiecit tum, sepultura neque peregrina vsum, neque patrio sepulchro participantem.* Profuit ebatur quinque Tobias occisos à Sennacherib, sepelire sub mortis pœna [m]. De sepeliendis extra non repetam quæ nec tam multum disputanda in commentarijs Actuum Apostolorum, & in Ecclesiasten [n] præterea, Sapientiæque [o] librum, quam caret sepultura omnibus fere gentibus probrosum, & ludibrium fuerit. Idem adhuc ex Ieremia [p] cognoscere potest, vbi Deus minatur *exterminare de ciuitate Iuda & principum Iuda, & Sacerdotum, & prophetarum, & eorum qui habitabant in Ierusalem: de sepulchris suis, & proiicienda in sepulturam, & sepelientur ignominiosa sepultura asini, putrefacta & proiecta extra portas Ierusalem.* Etsias [q] insuper scribit *facta mortuorum eorum quasi stercus in medio platearum.* Adde Molidum statuam, de quo Iosephus [r] meminit, Ἔκειτο δὲ ὁ κολοσσὸς κατὰ τὸν τῆς πόλεως τόπον, μετὰ δὲ ταῦτα καὶ ὁ τόπος ἐκεῖνος ἐν ᾧ κατέκειτο τιμωρίας εἶχον τῶν ἐπὶ θανάτῳ τινὰ θαπτόντων. *Sepeliri autem quisquam vetabat, vltra æquum pœnas exigens.* Probat Augustinus [s] non reformidare animum piam fidem sepulturæ iacturā: hoc autem loco quod dicitur, magis ad exaggerandā diri crudelitatem eorum, qui ista fecerunt, nō ad eorum infelicitatē, qui ista perpessi sunt. denique curationem funeris, conditionem sepulturæ, pompas exequiarum magis esse viuorum solatia, quam subsidia mortuorum. Vbi non annumerat sacrificia, orationes, eleemosynas, ieunia, suffragia alia quæ sine dubio mortuis prosunt, & morbundam matrem testatur [t] exegisse. Ait tamen etiam [u], curāda maxime iustorum cadauera, quod ius velut organis valisque ad omnia bona opera sint vti, & Spiritus sanctus per illa Legendis item Alcimus libro ad sororem.

Redimebant olim Christiani martyrum corpora, vt est in actis Bonifacij martyris [x], sicut & de Gentilium cadaueribus refert [y] Tacitus vt Pisonis, & Galbæ, de aliis Valerius Maximus [z]. Reliquias item sanctorum maximo pretio coēmebant, vt Eduardus Rex Angliæ, Augustini doctoris brachium centum talentis argenti, & talento auri [a], ita vt impostor nescio quis tali venditione reliquiarum fallatum quæstum sibi magnum fecerit, vt est apud Glabrū [b]: immō & de aliis apud eundē Augustinum [c]. Quo tempore rescripsit Theodosius Imperator, ne quis martyrem distraheret, nemo mercaretur [d].

Hugonis tropologia est, effundi sanguinē, cum publicatur peccatum; & mala eius fama diffeminatur etiam apud exteros, idque negligentia, & malitia Prælatorum [e]: non esse qui sepeliat, quādo prædicatur etiam, vt quondam à Sodomitis [f]: rectē autem sepelit pœnitentiæ sepulchro, vel confessionis, vel religionis, in quibus inest cognitio sui, & peccati deinde accusatio, cōpretio elationis ostentio honorum operum in morē tumuli, prohibitio infamię, ceu odoris terri virum quidē tanquam ollium necessaria cōseruatio, sed carnis & carnalitatis consumptio seu mortificatio quasi per vermes, denique restitutio in gloriosa statum resurrectionis tēpore suæ Memoriæ causa includit accōmodatas huc sepulchri proprietates distichō,

Terra cadauer, hoste premit, & tumet, arcet odorem,
Ossa nigrescunt, consumere; vermis dat carnem, cutida reddit.

Non esse qui sepeliat Arnobius docet, dum nemo est qui exemplo vitæ ab interitu mortis abigendi.

Et eos.4.] Facti tumus opprobrium vicinis nostris, & subiannatio & illusio his, qui in circuitu nostro sunt.

CAmaritatis accessio magna, quidlamque quasi cumulus, iudibrio haberi ab aliis, a horumque fabulam, rerum, proverbium, a fabolam esse, præsertim eorum qui tanquam vicinæ nonnulla communicatione nouerunt

a vers. 21.

b 4. antiq. c. 6.

c 2. de civit. c. 20.

d 2. confess. c. 2. de civit. c. 1. 3. quem ille vide. de cura pro mor. c. 1. 2. 3.

e 1. Maccab. 1. 57. 3. mens. lamig. Libr. 1. lib. 9. c. 1. & 4.

f Guliel. Malmesb. lib. 1. de gestis reg. Angl.

g Glabr. lib. 4. c. 2.

h lib. de opere monach. cap. 28.

i Theodos. in C. Th. cod. lib. de sepulchris violat. l. 3. Thren. 4. 15. 24. Ezech. 24. 7.

k Esa. 5. 9.

debuissent,atque communem sibi calamitatē reputare.Tū verò illud maximè pios vrit,si subsannatio & illusio in diuinū numen redunder,quasi frustrà credidisse ac speraſſe censeātur in Deum, calamitatibus adeò grauibus oppressi.Occurrit iā prius in aliis psalmis, querimonia similis, præcipuè in 43.[a] Quamquam finitimæ nationes insito nescio quo inuidētiæ ac æmulationis vitio gerere inter se inimicitias solent; & Philisthæi,Idumæi, Ammonitæ,Moabitæ odio antiquo persequebātur Hebræos,horūmq; calamitatibus collætabātur,& verò ipsimet inferre,cùm poterāt, nō prætermittebant.Tritum adagium,*aliquid mali propter vicinum malum*[b] : ita vt meritò præter ea quæ ex Hesiodo[c],& aliis affert collector adagiorū,vt de finitimis Ætolis, & Acarnanibus Byontinis , & Carthaginensibus,qui sese mutuis cladibus euerterunt:quibus adde cū iisdem Carthaginēsibus, Cyrenenses,de quibus Sallustius[d];Themistocles prædium vēditurus hoc addi per præconē voluerit,vt esset vēdibilius,ὅτι, καὶ γείτονας ἀγαθοὺς ἔχει,*quod vicinos etiā haberet bonos*[e].Hebrei onerati cōuitijs, & improperijs istis,conquerebantur apud Deū[f], *audi Deus noster,quia facti sumus despectui,cōuerte opprobriū super caput eorū , & da eos in despectionē in terra captiuitatis.* Opprobrij etiam huiusmodi sub Antiocho mentio est in historia Machabæorū[g].

Facti sumus opprobrium vicinis nostris.] Romanū, & Gallicanum psalterium,*in opprobrium*, nec non Cassiodorus Vicinas gētes antea indicauit:Hugo Syros addit & Ægyptios Antiocho subditos.

Subsannatio,& illusio]Eadem psalteria in accusatiuo,& Gallicanum,*in illusionem & derisum*, Romanum,*derisum & contemptū*.Cassiodorus , *derisui & contemptui*. Augustinus , *& irrisio*:meminit verò editionis nostræ,quæ habet,*& illusio*. Quid subsannatio sit aliàs[h] dixi. Præter ibi citatos legatur adhuc Hieronymus[i], & hi qui commentarios in Persij Satyram primam ediderunt,præcipuè Casaubonus,malæ cautæ,id est,falsæ defēsor religionis,alioquin haud ineruditus.Rectè Græcū nomen *sannas* arbitrantes arguit : vel à sannis aliàs Tzanis populis : potiùs à צחק *scianan acuere*, & שן *scen qui est dens* & à שנינה *sceninah* oratione aculeato. Nisi obstet quòd sanna non tam sit oratione , quam gestu corporis,vt idē ille auctor non diffitetur.Hugo hanc ait fieri ruga nasi,præsenti non videnti , sed audienti:illusionem præsenti,& audiēti,& videnti: opprobrium absenti, nec audienti, nec videnti. Synonyma sunt sæpe ista,neque cur nasi ruga fiat absenti non videnti, sed audienti,satis intelligo.Hoc loco Augustinus repetitionem notat eiusdem sententiæ.

His qui in circuitu nostro sunt]Hebraicè,in circuitibus nostris,לסביבותינו *lisuuoteinu*.quo pacto sæpe alibi eadem notione quā singularis numerus habet,iidémque sunt hi qui in circuitu & vicini, vt Augustinus monet. Aptari hoc bonis Ecclesiæ filiis potest,quia per peccatum aliorum sine suis meritis,vt ait Hugo,contemnuntur.Rickelius,& Valentia de tyrannis persequentibus Christianos exponunt;& secūdus etiā de futura persecutione per Antichristum Prædixit quidē Christus fore vt exprobretur suis , *& dicatur omne malū aduersus illo*[k].Quiddam quoq; tale inter Christianos ipsos à Christianis malis magis pios ac religiosos, nō ab hæreticis dumtaxat , & Gentilibus, quod minùs mirandū esset,pati experimur.In genere verissima etiam eiusdē Christi sententia, *diligi tantū a mundo qui sunt eius , odio haberi ab eo qui non sunt de illo*[l].

[a] vers.14.& seq. *Inimicum est amicum inuidentia vicinum.*

[b] Plaut in Mercato. Cupera & alia.

[c] Plutarch in Themist. 1.2.tit.4.4.

[d] in Iugurth.

[e] lib.1.1.42.

[f] in psal.4. i præf.in Sophon.

[g] Matt.5.11.

[h] Ioan.17.14.

A Denique *amicitia huius mundi,inimica est Dei: ita vt quicunq; voluerit amicus esse seculi huius, inimicus Dei constituatur*[a]. Congruit hic locus totus maximè iis,quorum occupatæ sunt ab exteris regiones,vt qui nunc sunt sub ditione Turcarum,apud quos vile nomen etiā est Christianū,& probrosum, vt nec nos vereātur canes appellare.Antiqui possessores *regionum illarū desolati sunt,& conculcati per circuitū,& facti in hæreditatē Gentibus.& ascendunt super labium linguæ,& opprobriū populi*[b].Vsurpare possunt extremam Ieremiæ orationem[c].*Recordare Domine quid acciderit nobis:intuere , & respice opprobrium nostrum:hæreditas nostra versa est ad alienos,domus nostræ ad extraneos*,&c.Videant horum plerique & compungantur de aliis,tū præcipuè de Schismatis peccato,ne iustissima sit pœna diuidi ac separari à facultatibus externis, atque externorum subire iugum,quòd iugo fracto obedientiæ se se diuidant ac separent ab Ecclesia matre,& ab eiusdem spōso,communiq; patre Pontifice Romano Vicario Christi : & qui quondam adeò floruerūt opibus, doctrina,sanctitate , cogitēt quid causæ sit quare nunc his ornamentis nudati , opprobrium sint, subsannatio,illusio Gentibus; Orthodoxis autē, à quibus se seiungunt , ac seiugant , mœroris ac doloris materia,vt corpori vel truncato,vel luxato contingit.

B

[a] Iacobi 4.4.

[b] Prech 36 3

[c] Thre.5 1.

*Vers.*5.]Vsque quò Domine irascēris in finem,accendetur velut ignis zelus tuus?

C EXposita calamitatis acerbitate,nō per modū indicationis,inquit Augustinus,sed deplorationis,quā nisi Deo scit permittente iratóque, & indignato,accidere non posse;conuertit se ad ipsū deprecandum , ne sic se semper tanquam iratum exhibeat;vt finem aliquando accensæ, & inflammatæ,tametsi iustis de causis,indignationi faciat, ne ad modū cuncta vorātis,& consumentis ignis, iustus licèt furor eius desæuiat. In ipsamet zeli voce agnoscūt qui sic loquentes inducuntur,spiritualis adulterij sui peccatū,vt sibi debitū honorē,tribuerent aliis per idololatriam ; & falsorum cultum Deorum.Est enim zelus ira,qua quis cōmouetur in eum,qui quod vni deberur sibi,communicat alteri , præsertim in re vxoria,quam vocat Augustinus,exactionem castitatis.

D *Vsque quò Domine irascēris in finē.*] Similis phrasis in psal.12.[f] & in 88.g & in aliis locis.Idē hoc valet,vt ait Augustarq;,noli Domine irasci in finē, sed tēpera correptionē,cibanos pane lacrymarū, potáque nos in lacrymis in mensura[h]. Nec verò repetere toties oportet quod hic idē admonet,irā & zelū non esse perturbationes Dei,sicut nōnulli scripturas,quas nō intelligūt , arguūt,sed nomine iræ intelligi vindictam iniquitatis , nomine zeli, exactionē castitatis,ne anima legem Domini sui contēnat,& à Deo suo fornicādo,dispereat Lege Lactantij libri de ira Dei. Hæc,moraliter agēdo, dicitur esse in finem aduersus reprobos,quia vsq; ad eorum durat mortē,posteáque absque fine est, ac æterna.Sic in psal.84.[i] *nūquid in æternū irasceris nobis,aut extendes iram tuā à generatione in generationē?* Sed literaliter,idē est *irasci in finem*,vel etiā *in æternū*,quod *diu admodū* &.vt est apud Esaiā[k] *satis,& vltrà*,ita vt propter diuturnitatem nulla videatur spes liberationis.Arabicè hic est, *Vsq; quo irasceris Domine semper.*Nec placet distinctio Hugonis , cū nota interrogationis duplici;*Vsquequò Domine irasceris?*id est,eritne ira ista tua temporalis & transitoria?*in finem?*hoc est an etiam æterna?

E

[a] vsuq; o castitatis quid. vers. fac. d vers. 6 vers.47.

[b] psl.79.6. *Ira & zelus in Deo non sunt perturbationes.*

[f] vers.6.

[g] c 6 4 9.

Accendetur velut ignis zelus tuus?] Augustinus, *exardescet*. De zelo dictum psalmo 68.[a] De illo quem vocabat Doctorem dixi, exactionem castitatis, magisq; propria hæc eius acceptio est, scribitur in prouerbiis [b]; *zelus & furor vir non parcet in die vindictæ, nec acquiescet cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima.* Tam iusto & ardenti zelotypiæ dolori præscriptit Deus purgatoriam aquam *contra vxorem vel pollutam, vel falsa suspicione appetitam* [c]; quasi aqua extinguendus ignis foret, sæpiusque iungitur zelo ignis [d], quia omnis quidem ira feruor quidam est, & accensio sanguinis circa [e] cor, sed maximè zelotypi, propter flammam concupiscentiæ tum suæ iustæ, tũ quam arbitratur esse in vxore, iniustam. Innuit verò etiam nomen zeli non meram vindictam, sed amori coniunctam, nisi enim amaret, ait Hieronymus [f], non zelaretur, & in similitudinẽ mariti peccatum vlisceretur vxoris. Vnde apud Ezechielem 8 cùm dixisset Deus *indicaturũ se iudicijs adulterarum, & daturum in sanguinem zeli*, postea subdit pro maximo supplicio *fore vt requiescat indignatio, & auferatur zelus, & quiescat ipse, nec irascatur amplius.* Haymo per ignem innui vult, quòd, sicut quamdiu materiam inuenit, non deficit, ita tribulatio quamdiu aliquod peccatum purgandum est: vel quemadmodum ignis mollia comburit, & dura, fortiora & probata reddit, sic tribulatio molles consumit, & deficere facit: probatos verò fortes reddit.

a uerſ. 10.

b c. 6. 34.

c Aquâ zelotypæ extinguitur ignis.

c Num. 5. 14. & ſeq. Ira diſſimu.

d Ezech. 36. 5. c. 38. 19. Soph. 1. 18. c. 3. 8.

e 1. de anima c. 14.

f in Soph ca. 1.

g c. 16 42.

Vers. 6.] Effunde iram tuam in Gentes, quæ te non nouerunt: & in regna, quæ nomen tuum non inuocauerunt.

Vers. 7.] Quia comederunt Iacob: & locum eius desolauerunt.

QVoniam concitatam iam iram, & efferuescentem cohibere indignationem, atque comprimere, ac semel erumpentẽ retinere, haud promptum est; petit vt flammam illam suam Deus traducat ad gentes, quæ veram ipsius notionem non habent, nec eius dici populus possunt, nec illius vnquam implorauerunt auxilium, sed suas iactant vires, & suorum Deorum opitulationes Hoc denique vergere in dedecus quoddã, ac probrum Dei, cuius populum vel ob memoriam religiosissimi Iacob, illi charum, tametsi minùs obsequentem, nimis ingratum, multis obnoxium propter peccata, suppliciis, veri tamen cultorem Dei, ac suæ demum recognoscente delicta, atque ad Dei recurrentem adiutoria, impij, atque sacrilegi idololatræ, ipsummet contemnentes & blasphemantes Deum, tã immaniter sæuéque diuexent, & vastent, moréque ferarum velut oues lacerent, & deuorent; locum verò sacrosanctũ, Dei dicatum religioni & cultui, adeò indignè ac profanè tractent, atque in extremam solitudinem, & desolationem redigant. Imprecatoriæ istæ formulæ, sicut aliæ in aliis tum psalmis, tum Prophetarum libris, vel propriè sumptæ, proficiscuntur non ex libidine vindictæ, sed ex amore iustitiæ: vel habent vim vaticinij, & præcognitæ volũtatis diuinæ, à qua, quod omnino factura scitur, petitur, etiamsi alioqui fortassis non optetur. Notat hoc accuratè hîc Augustinus, & nos alibi non semel. Lege Aquinatem [h] quomodo licitæ sint imprecationes. Facilis autem applacatio ad Ecclesiæ persecutores, & piorum.

Interrogationes reprehensorum non excludunt orationis fidem à mente ingenua profectam.

h 2. 2. q. 25. a. 10. ad 3.

Effunde iram tuam in gentes, quæ te non nouerunt, & in regna quæ nomen tuum non inuocauerunt.] Parum variat Hieronymus, ponens *furorem*, pro *ira*, *super*, pro præpositione *in*, & *cognouerunt*, pro, *nouerunt*, & alibi [a], *intellexerunt*. De verbo autem *effundendi* aliàs egimus, vt cùm dicitur effundi framea [b], iterum ira [c], contemptio [d], oratio [e], corda [f], quasi ignis indignatio [g], & furor seu indignatio [h], & alia huiusmodi. Significat, inquit Hieronymus [i], pœnarum magnitudinem verbũ *effusionis*, quasi videlicet in vase nil relinquatur fæcis, iuxta comparationem psalmi 74. [k] Deniq; hoc duplici sententiæ membro synonyma dicuntur, vt Augustinus monet: quamdiu Cassiodorus discrimen statuat, vt *regna* denotent principes viros, aut respublicas, quarum imperio gentes populive ea fecerint mala, quæ hic descripta sunt. *Non inuocare est*, non colere, aut etiam non denominari à Deo, ita vt dici possint populus eius. Vitatus hic porrò aliis quoque prophetis, quasi auertruncandi in aduersarios mali modus. In more est sanctis prophetis, inquit Cyrillus [l] Alexãdrinus, & Procopius [m], fũdere preces pro Israële delinquente aliquoties, & scelerum pœnas luituro; & amota ira, in alios eam emitti rogare, & in alienigenarum capita conuerti Confirmat præsentis loci testimonio [n]. Esaias autem, quem explanant illi, imitatus etiam videtur sententiam octaui versus, vt dicemus. Hãc expressit Ieremias [o]; *Effunde indignationem tuam super Gentes, quæ non cognouerunt te, & super prouincias, quæ nomen tuum non inuocauerunt*: mox subdit ea quæ sunt hic in versu 7. *Quia comederunt Iacob, & deuorauerunt eum, & consumpserunt, & decus eius dissipauerunt.*

a in Exec. c. 9.

b pſ. 14. 1.
c pſ. 68. 25.
d pſ. 106. 40.
e pſ. 141. 3.
f pſ. 61. 9.
g Thre. 2. 4.
h Ezech. 9. 8. 21. 31.
i in c. 9. Exec.
k verſ. 9.

Sic ex profanis poëtis ille [p],

—— ô vtinam noua
Incude diffingas retusum in
Massagetas, Arabasque ferrum.

l lib. 5. in Eſa. in c. 64.
m in Eſa. c. 64.

Item alius,

Dy [q] *meliora piis, erroremq; (ardorem inquit) hostibus illũ*

n c. 64. 9.

Et—*Dy* [r] *capitis ipsum genitrici referunt.*

o c. 10. 25.

Ex Græcis alius [s],

εἰ μὲν πίσυνοι ἔσθλα, δὸς τελεσφόρα,
εἰ δ' ἐχθροί, τοῖς ἐχθροῖσιν ἀμπαλὸν μόθῳ.

Siquidem boni sint, data integra,
Sin inimica & mala, ad hostes transferto.

p Hora lib. 1. Carm. ode 35.

q Virg. 1. Georg.
r Aene.
s Sophocles in Electra.

Plura in Virgiliũ Pontanus [t] noster, & Brissonius in formulis. [u] Quærit Augustinus quomodo sit intelligendum quod est apud Lucam [x] *seruus qui nescit voluntatẽ Domini sui, & facit digna plagis, vapulabit paucis: seruus autem qui scit voluntatem Domini sui, & facit digna plagis, vapulabit multis.* Si maior ira Dei est in Gentes, quæ Dominũ nõ cognouerũt, quod & sequẽtia postea verba adhuc innuũt, *Redde vicinis nostris septuplum, seu septies tantum.* Respondet, quòd multùm interest inter seruos, qui licèt nesciãt voluntatẽ Domini sui, tamẽ inuocãt nõmẽ eius; & alienos à familia tãti patris familias, qui sic ignorant Deum, vt nec inuocẽt Deũ, sed simulachra, vel dæmonia, vel quamliber creaturam, non creatorem, & inimici nominis eius existant, atque seruos eius insuper oppugnent; quod indicatur verbis sequentibus, *quia comederunt Iacob*, &c. Hoc pacto, inquit Cassiodor [y], culpas mitigat Iudæorum, quia saltem aliqui inter eos dominicis iussionibus seruiebant, & comparatione aliorum, erant Iudæi minùs mali. Idem cum Augustino, Beda, & Remigius, alíque respondent; Cæterùm Isidorus [z] ait quod nescire simpliciter, ad ignorantiam pertinet (ignorantiam

t in 3. Georg.
u lib. 1.
x c. 12. 48.

y 3. ſent. c. 17.
z Iſ. quæſtio de prima 2. phiſoſophiæ obſeruatio.

simplicis

simplicis negationis vocant philosophi) noluisse verò scire (quam dicunt prauæ dispositionis) ad contumacem superbiam. Voluntatem quippe proprij Domini nolle scire, quid aliud est quàm velle Dominum superbiendo contemnere: Subdit non solum à Deo iudicari qui à cognitione sua se auertunt, sed etiam qui nescierũt. Probat tum præsenti sententia, tum Sophoniæ [d]. Profectò quibus inest iustitiæ radix fides, Deique cognitio per illam, tametsi grauiùs peccent (cæteris, vt dicunt, paribus) quàm destituti eiusmodi salutis præsidio; nihilominùs non ita contemnere solent Deum, & faciliùs ad iustitiam resurgunt; denique quadã quoque ex parte minùs peccare cẽsentur. Simili ratione id suaderi potest, qua Basilius [b] religioli peccatũ docet minus esse, si conferatur cum peccato sæcularis. Nã religiosus, inquit, cùm de ineunda gratia Dei sollicitus sit, in eaq; se elaborer; nõ de industria, sed casu aliquo, & præter animi tententiã labitur, caditque qui de vulgo est, cum nullã neque sui, neq; Dei rationẽ habeat, neque quidquam omnino referre existimet, peccẽtne an recte agat, aut Deũ contemnit, aut tollit penitùs, *cõpertus quidẽ fortassis se nosse Deũ, facto autem negans* [c]. Addit, peccata religiosorum plerumq; etiã euenire ex consilio Dei, ad ipsorũ vtilitatem, cum ea permittat ad sanandã aliquam animi illorũ elationẽ, quæ præcesserit; sicut accidit Petro [d]. Valent hæ proportione quad rationes ad fidelẽ, & infidelem peccatorem translatæ.

Arnobius Gentes ac regna, quæ non nouerint Deũ, & non inuocent nomen eius, interpretatur de dæmonibus, quos etiam nostros appellat vicinos, *& inimicos in circuitu nostro*, vt erat in vers. 4. quia nec vno quidẽ pũcto ab inimicitijs iuxta nos positi, recedunt, & locũ nostrum, qui est ornatus moribus, in eremũ conuertunt. Nõ ita propriè in dæmonas (*qui etiã credunt & contremiscunt* [e]) licèt non inuocent, sed blasphemẽt nomen Dei, atque ita ignorẽt, quia non colunt, nec approbãt, effunditur ira, nisi quatenus id optari, petiue intelligi potest, quod iã fit, & quoniam ita fit. Vide apud Hugonẽ triplex regnum, diaboli, mũdi, carnis, superborũ, qui inuocant Baal; cupidorũ seu auarorum, qui mammona; luxuriosorum, qui Beelphegor; *gentẽ & regnũ, quod non seruerit Deo, perimit* [f]; sanctos *per fidem vicisse hæc regna* [g]; per deuotionẽ, per eleemosynarum largitionẽ, per ieiuniorũ cõtinuationẽ: quemlibet fidelem *constitutum à Deo super gentes, & super regna vt euellat, & destruat, & dissipet, & disperdat, & aedificet, & plantet* [h], vt scilicet *nõ regnet peccatũ in nostro mortali corpore* [i], cũ vnumquodque peccatum habeat regnum suum, & sub se plures nationes; vt Origen. [k] docet, sed regnum virtutis fundetur in nobis, & erigatur. Lege Gregorium [l]. Postremò Beda in bono sensu exponit, vt effundat Deus iram in gentes & regna, notificando futuri iudicij plenariam iram, vt saltem timore illius iræ conuertantur.

Quia comederunt Iacob.] Chaldaicè, *dissipauerunt domum Iacob.* Sic psal. 68. [m] *Zelus domus tuæ comedit me*, & in Ieremia [n] repetitur hæc ipsa sententia, sæpiúsque vsurpatur eb eodem idem loquẽdi modus [o], & ab alijs, aut synonymis verbis *vorandi & deuorandi.* Eandem vim habet *deuorare plebem sicut escam panis* [p], &, *comedere carnes populi* [q], & boni pastoris ac principis dixit quidã [r] esse tõdere pecus non deglubere. Significatur consumptio vel vitæ, vel facultatem, vel in ore gladij, vt aiũt Euthymius, & Nicephorus: vel alius malis, vt Apollinarius. Nomine *Iacob* intelligitur populus Hebræus, vt sæpe monui, ad exaggerationẽ verò exprimitur nomẽ sãctissimi, charissimi, deuotissimi Deo viri. Appellat Cassiodorus ἀντιφράσεως figurã, qua pro ingratis ponatur gratissima persona, & patriarchæ huius mentione voluit, inquit Basilius seu Theodoretus, Deum ad misericordiã excitare. Non puto autem *comedendi* verbo denotari quod cadauera, carnésque ab hostibus expositæ fuerint ferarũ comestioni, vt idem tamen Cassiodorus vult. Hoc iam satis antea [a] expressum erat.

Mystica ratio est ex Augustino sumpta, quòd lege Domini derelicta, impia superstitione glutiti sint. Talis expositio verborũ Oseæ [b], *peccata populi mei comedent*, quam tradit Alexander Papa I. [c] vt precibus & oblationibus deleant atque consumant.

Et locum eius desolauerunt.] Hieronymus, *decorẽ.* Aquila, ὡραῖον, *speciosum*: Symmachus κάλλος, *pulchritudinem*: Theodotio εὐπρέπειαν *decorem*: Chaldaicè, *domum sanctuarij*: etiã textus quo Maronitæ vtuntur, habeat dumtaxat *habitationem*, quæ item est in textu Arabico: & ita ex Hebræo alij vertũt, siue *habitaculum* vel quidquid elegantiæ apud eos erat: Apollinarius γύρον καὶ αὐλὴν *locum præclarum.* Vox Hebræa נָוֶה *naueh* in omnino simili nostræ sententia apud Ieremiam [d] vertitur, Græcè νομὴν, Latine *decus*, Chaldaicè, *habitaculum.* Significat *nouiũ* pascuum locum; quomodo indicaretur similitudo ex feris in ouile, caulámve irruẽtibus; ita enim se habent inclusi mœnis ciuitatis homines, in quos irruunt hostes. Speciositas, pulchritudo, decor ad locum refertur nõ templi vnius, quò ter in anno numerosissimus concurrebat populus, contentus veluti septis illis sacris & pulcherrimis; nec desunt, vt aliàs dixi, qui ex Hebræa voce deriuẽt Græcam νομὴν: sed omnis habitationis, similitudo ex re etiã pastoritia, quemadmodum & cùm dicuntur *speciosa deserti* [e], *atque pascua* [f], lege psal. 22. & 64. [g] 67. commentariũ Lego aliquando absolutum *loci* nomen pro ampla ditione, habitatione, possessione, vt [h], *venient Romani & tollent nostrum locum & gentẽ*: & [i], *non propter locum gentẽ, sed propter gentẽ locum Deus elegit.* Quamquã posterior scripturæ locus videtur de templo esse, & priorem quidã quoque interpretentur, sed Chrysostomus, Theophylactus, aliq; de ciuitate vel regno toto.

Vers. 8.] Ne memineris iniquitatũ nostrarũ antiquarũ, citò anticipent nos misericordiæ tuæ: quia pauperes facti sumus nimis.

Vers. 9.] Adiuua nos Deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui Domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.

NE ita priùs reiecisse in alios videatur culpã, vt propriam non agnoscat, suíque populi, etiam si Deum alioquin agnoscant, & inuocent, quod nõ hostes, orat ne velit Deus meminisse in malum eorũ, illarum iniquitatũ, quas vel ipsimet adhuc, vel ipsorũ commilitones patres, sed horum omnia peccatorũ ad puniendũ, memoria, tentãs; deleto, præuenire quãprimùm dignetur miserationibus suis magnis, ac præoccupare, & occurrere priusquã apprehendant illos mala, quæ cõmeruerunt, omnesq; pereant, & priusquam cõprehendant iniquitates illæ, veluti exigẽtes pœnas debitas, quia iam redacti sint ad miseriam magnam, ac vehementissimè attenuati, & attriti. Fla-

[a] vers. 2.
[b] c. 4. q. 5. c. epist. 2. & habetur 1. q. 2. c. ipsũ Sacerdotes.
[c] Tit. 1. 16.
[d] Matt. 26. 75.
[e] Iacobi 2. 19.
[f] Isa. 60. 12.
[g] Hebr. 11. 33.
[h] Iere. 1. 10.
[i] Rom. 6. 12.
[k] hom. 1. in Iere.
[l] 3. p. Past. c. 35.
[m] vers. 10. nc. 10. 25. oc. 10 10. ca. 50. 7. 29. c. 51 34.
[n] pl. 13. 4.
[o] Mich. cæ 3. 3. Comedere Ecclesiam, & consumere nõ deglubere.
[p] Tiberius
[q] Ezech. 34. 3.
[r] Ioann. 10. 12.
[s] Ezech. 34. 3.
[t] Ioann. 10. 12.
[a] vers. 2.
[b] c. 4. q. 5. c. epist. 2. & habetur 1. q. 2. c. ipsũ Sacerdotes.
[c] Ezech. 44. 25.
[d] c. 10. 25. νομὲ.
[e] ps. 64. 13. Ier. 9. 10. Ioel. 1. 19 20. 1. 2. 22.
[f] Amos c. 2.
[g] vers. 2.
[h] vers. 3.
[i] vers. 13.
[k] Ioan. 11. 48.
[l] Machab 5. 19.

gitat etiam, vt quam alias tulit rebus eorum afflictis opem, tanquam Saluator, nunc ferat, &, si non propter ipsos, qui prouocauerint & concitauerint suis iniquitatibus iustissimam indignationem illius, certè propter gloriam & honorem sancti atque magnifici nominis sui, condonando eisdem iniquitates tantarum caussam calamitatū, vnde nomini quoque eidem magna fiat gloriæ honorisque accessio: & intelligant etiam hostes, quàm sit & potens, & clemens Deus, de quo blasphemè obloqui solebant, vt infrà magis exprimitur. Esaias [a], vt antea monui, transcripsit hunc locum, *ne irascaris Domine satis, & ne vltra memineris iniquitatis nostræ: ecce respice, populus tuus omnes nos. Ciuitas sanctitui facta est deserta, Sion deserta facta est, Ierusalem desolata est: domus sanctificationis nostræ, & gloria nostra, vbi laudauerunt te patres nostri, facta est in exustionem ignis, & omnia desiderabilia nostra versa sunt in ruinas. Numquid super his continebis te Domine zaccheus, & affliges nos vehementer?* Frequentat quadragesimali tempore præsertim, Ecclesia hos versiculos, vnà cum alio psalmi 102. [b] mutatis paucis: *Domine non secundum peccata nostra quæ fecimus nos*, &c. meminique ex pio instituto Parisiensis Academiæ, diebus singulis in matutina prece solemniter à studiosis recitari. Ponam hîc piissimi Rickelij de versibus istis iudicium ipsissimet eiusdem verbis. O quanta est virtus versiculi huius, atq; duorum versiculorū sequentiū! Verè enim omnē humanum sensum virtus eorum transcendit, & deficit lingua ab elocutione laudis eorum. Sed & quàm bonum est propriam paupertatem agnoscere, sicque indemnenter in oratione Dominica proclamare; *panem nostrum quotidianum da nobis hodie*. Admiranda est virtus orationis versuum horum, & omnino saluberrimum est, mentali affectu, cum attentione ingenti, cum præcordiali sapore hos sacros versus depromere; quoniā possibilius foret cœlum & terram perire, quàm talem orationem inefficacem existere. Sic ille.

Ne memineris iniquitatum nostrarū antiquarum.] Hieronymus, *ne recorderis iniquitatum nostrarum veterum*. Ex Hebræo לנו *lanu* datiui casus, alij, *ne memineris nobis*, id est, in malum, & perniciem nostram. Caietanus, *iniquitates priorum*, videlicet patrum. Alia Latina psalteria, & Cassiodorus in accusatiuo, *iniquitates nostras antiquas*. Non arbitror, quod suspicatur Agellius, legisse Lxx. ἡμῖν, deinde à patum intelligente quid sit μνησθῆναί τινι, versum in ἡμᾶς: & quia non soleat scriptura præponere pronomina, vt πατὴρ ἀνθρώπων, sed potius ἀνθρώπων ἡμῶν. Cur enim, cum eodem redeat sensus, facilè id credamus ignoratum ab aliquo, ac de industria mutatum? Deinde litera seruilis ל *Lamed* inseruit etiam genitiuo. Tandem pronomen præpositum alias reperio. Vt [c] ὁ θεὸς ἡμῶν καταφυγὴ καὶ δύναμις, Hieronymus enim vertit, *Deus noster spes*, &c. & est לנו *lanu* Hebraicè. Tobiæ similis deprecatio. *Et nunc Domine memor esto mei, & ne vindictam sumas de peccatis meis, neque reminiscaris delicta mea vel parentum meorum* [d]. Non meminisse, reminisci, recordari, memorem esse iniquitatum, est, nō reddere quod illis debetur, neque & castigare & punire prout merentur, sicut è contrario dicuntur ista etiam in bono sensu, cū, verbi gratia, *recordari* Deus dicitur *misericordiæ suæ & veritatis suæ domus Israel* [e], id est, misericordiæ, pactique, quod pepigit cum illa; quod aliter Ioannis patet dixit, *memorari testamenti sancti* [a]; & Deipara, *recordari misericordiæ* [b]. De modo quo Deus, certus constans, & inuariabilis cognitio est, recordari dicatur, consule Gregorium [c]. Iniquitatem portat suam quisque, nec filius quidem iniquitatem patris. Solaque *anima quæ peccauerit, ipsa morietur* [d], primū morte, quæ cōsistit in priuatione gratiæ, & æterna damnatione; nec proprie aliud peccatum contrahitur à filiis, quàm originale; quamuis temporali pœna possint plecti pro parentibus filij, seu potiùs parentes in illis, tanquam in re quadam sua; vel etiam velut pœna propria, si parentum imitentur peccata: *visitat* enim hic *Deus peccata patrum in filios* [e], *& reddit iniquitatem patrum in sinum filiorum eorum post eos* [f]. Hoc loco deprecari Prophetam possumus interpretari, non solùm pro propriis veteribus peccatis, & delictis iuuentutis, quæ alibi [g] petit ne meminerit Deus, seu etiam quæ in tota vita commissa erant; sed pro illis præterea, quæ à maioribus ipsorū, & pro iis adhuc persoluēda restabat pœna, iuxta illud [h]; *Patres nostri peccauerunt, & non sunt, & nos iniquitates eorum portauimus*. Cassiodorus & Arguanus *antiqua* exponunt antiquis similia. Beda, & Haymo, quæ committuntur ex assuetudine habitūque. Opinio quam refert Beda, non est vera, originalia, & actualia peccata redeunti post baptismum ad vomitum denuò imputari, effícique ita peccantem priùs remissorum reum. Egimus hac ipsa de re iā alibi, hoc ipso opere: & recepta sententia est, non reuiuiscere demerita, nisi secundū circūstantiam ingratitudinis *donaq; Dei esse sine pœnitentia* [i]. Lege Cyrillum Alexandrinum [k], Hieronymū [l], Augustinum [m]. Valde iratus Deus iurat *se non obliturum vsque in finem omnia opera superborum* [n], scilicet mala vt memoriter teneat quæcumque peccauerint, & vsque ad finem, & iudicij tēpus adducat: vnde pœnitētes rogāt, ait Hieronymus [o], hoc quod verbis loci huius continetur. Augustinus [p] primo illo suæ pœnitentiæ initio testatur sub quadam fici arbore stratum, dimittēdo habenas lacrymis, & prorumpentibus fluminibus oculorum suorum, non quidem his verbis, sed in hac sententia protulisse inter alia, ne memor fueris iniquitatum nostrarum antiquarum; sensisse enim se ab eis teneri, & iactasse voces illas, & alias miserabiles. Obseruat Hugo recordari Dominū peccatorū nostrorum per sex, per scripturā eorum, id est, quia *sunt scripta, stylo ferreo* [q]; per prosūditatē [r], per cōsuetudinē [s], per multitudinē [t], per magnitudinem [u], per signa & memorialia [x].

Tandē antiquitas hîc memorata peccatorū inuit, Deū tā multiplicatis, & inueteratis hominū peccatis permittere demum, aut etiam immittere calamitates, nec esse festinum, velocē præcipitem ad vindictam. Hoc tibi vult *vigilans, iugum iniquitatum in manu Dei, & cum hæc conuoluta essent, impositus collo* [y], nempe iugum supplicij infligendi ex multis iniquitatibus cōpactum, & contextū habuisse in sua manu Deū attendēdo, & expectādo tempus in quo illud imponeret. Vocat Paulus [z] *thesaurizationem iræ in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei*: Iob [a] *signationē delictorum quasi in sacculo*: Deus in cantico Moysis [b] *signationem* quoque *in thesauris suis, & conditionem apud se, vt educat ultionem retribuat in tempore*. Si vis vt nō meminerit Deus, fac memineris tu peccatorum tuorum cū dolore, & ad non faciendum, *mandatorum vero Dei ad faciendum ea* [c] *exercita Deo annos tuos, cubans effundas eum in amaritudine ne anima tua* [d], *& reminiscatur ille*

a Luc. 1. 72. b Iosid. 54.
c 12. mor. c. 5. cel. 6.
d Ezec. 18. 20.
e Exo. 20. 5.
f Ierc. 32. 18.
g Psal. 24. 7.
h Ibre. 5. 7.
Sententia Bedæ improbata.
i Rom. 11. 29. k lib. de adora. in pun.
l in Ierc. c. 32. m lib. 4. cont. Dem. lib. contra Adimāt. c. 7. & lib. 5. post collat. contra Donatist. c. 7. n Amos 8. 7. o idem.
p 1. confes. c. vlt.
Per sex modos Deus peccatorum nostrorum meminit.
q Ierc. 17. 1.
r Oseæ 9. 9.
s Genes. 4. 10.
t Ecclesiast. vlt. 14. 16.
u Thre. 1. 42. 5. 1.
x Esa. 57. 8.
y Thre. 1. 14.
z Rom. 2. 5.
a c. 14. 17.
b Deu. 32. 34
c Psal. 102. 18.
d Esa. 58. 16.

miserationum & misericordiarum tuarum, quæ à seculo sunt, oblivisci dei eorum inuenitus tua [a], seu antiquorum, nec non etiam recentium & nouorum, si doleas de eisdem.

Cito anticipent nos misericordiæ tuæ.] Hieronymus, *occurrant*. Alij *festinent, præueniant, vel anteuertant nos misericordiæ tuæ, miserationes, pietates, bonitates*, &c. Chaldaicè in textu Maronitarum additur, *Deus*; quod nomen addit etiam Arnobius. Arabice, *sed cooperiat nos clementia tua cito*. In aliis Latinis psalterijs, *cùm nos anticipet misericordia tua*: additurque in Concilio Arausicano secundo [b] (*Domine.*) Numero plurali sunt Hebraicè רחמים *rechamim*, & σπλάγχνα, quas propriè diceres viscerationes, seu affectus, & sympathias ex intimis visceribus prodeuntes, atque, vt etiam vulgò loquimur, cordiales. In Græco verbo προφθάσατωσαν, denotatur occursus, & succursus, cum currendo quis alium consequitur antequam in discrimen incurrat: sicut cùm apud Esaiam [c] quidam prouocantur, vt *occurrentes sitienti, ferant aquam, & cum panibus occurrant fugienti*, vbi Græcum quidem verbum est συναντᾶν: sed Hebræum קדם *kiddem*, idem quod hoc loco. Rectè hoc perpendit Agellius, & antithetum cum iniquitatibus, quæ nos *comprehendere* dicuntur [d], hoc est quasi fugientes consequi (adde vt est in Genesi [e] *in foribus esse*.) optari autem ac peti, vt nos diuinæ misericordiæ velocius consequantur, ne supplicijs corripiamur quæ debentur iniquitatibus, vtque contra istas quasi Atas infaustas, suas mittat Litas, præsides supplicum precum, vt Homerus [f] loquitur. Id etiam Apollinarius innuit, vtens mittendi verbo;

εἰσιτμὸς κατ' ἀνθρώπων θεὸς μάκαρ ἡμῖν ἀρωγούς.
Commiserationes mitte cito, Beate, nobis adiutrices.

Mittere absolutè, vel auxilium, vel misericordiã, vel redemptionem [g], & similia, huiue quoque opposita, vt iram [h], &c. in psalmis nostris occurrit aliquando. De fictis illis numinibus adi Lylium [i] Giraldum. Claudas Litas exhibebãt veteres, rugis obtitas, strabis luminibus, necessitate ad supplicationes sese deflectentes. Citas, celeres, veloces, occursatrices, anticipatrices, præoccupatrices, præcurrentes, præcedentes, præuenientes, hilates, benignas, liberales misericordias delegat, & destinat Deus multo meliores quodammodo filias suas, quàm essent Iouis Atæ. Indicant quoq; potest *anticipando* verbo gratia præueniens, sicut & per verbum *præueniendi* alibi in psalmis [k]. Sic præsentem Bernardus [l] intellexit locum, monens vt hanc frequentemus orationem, scientes redire nos ad Deum, & quærere illum non posse, nisi quæramus prius ab ipso, & gratiam tribuat, per quam quæratur à nobis. Concilij Arausicani secundi canon 14. vsurpat hunc locum & similem 58. extremi, Deus meus misericordia eius præueniet me, vt definiat, quòd nullus miser de quacumque miseria liberatur (nempe peccati & quæ ad id pertinent) nisi qui Dei misericordia præuenitur. Lege præterea Gregorium [m]. Proclus Cyzici [o] episcopus has ait voces implorantis opem cœlestis medici, propter vulnus humana industria maius, *quia pauperes facti sumus nimis*.

Accelerationem solam Incarnationis cecidisse sub veterum patrum meritum quidam sentiunt, & hinc etiam probant: alij existimant, nimirum loquentes de merito quod appellãt de congruo, ipsam Incarnationem absolutè, quoniam eam quoque petierunt absolutè; *salutare tuum da nobis*: *visita* [b] *nos in salutari tuo*. Sæpe nostet Dauid etiam calamitatibus flagitat opem, atque adiutorij festinationem: Daniel [c] etiam, *ne moraretur Deus*. Id factitandum nobis, *quia non tardat mors* [d]; nec dormit, vel otiatur diabolus; quem idcirco *præueniri* oportet *ac supplantari a Deo* [e]; & *fortem a fortiori superueniri, vt vincatur* [f]. Denique imitantes hac in re regulum, dicamus Christo fidenter [g], *descende priusquam moriamur*.

Quia pauperes facti sumus nimis.] Hieronymus, *attenuati*. Alij, *miseri, afflicti, attriti*. Chaldaicè, *miserabiles facti sumus* אתמסכנא *itmaschchenena*: in textu Maronitarum *humiliati*. Arabice, *coarctati*. Verbo Hebræo דלוינו *dalluinu*, quod importat propriè attenuationem, & atrefactionem, significatur paupertas & inopia quæ corpus ipsum emaciat, & extenuat ob alimenti necessarij defectum. Pauperem nominat דל *dal, tenuem, exhaustum viribus, aut facultatibus egenum, aegrum, infirmum*; & דלה *dallah paupertatem*, vel *egestatem*. Latiùs patet *pauperis* appellatio, pro qualibet persona miserabili, vt alias docui.

Mysticè hoc loco indicatur infirmitas nostra, egens Dei misericordia ad facienda eius præcepta, vt ait Augustinus: ex Arnobio iactura auri pudicitiæ, argenti bonæ conscientiæ: ex Euthymio, & Nicephoro omnium virtutum. *Melius est mori, quam sic vitã agere* [h]: *talis enim dives perinde est ac si nihil haberet* [i]: &, *quid prodest vniuersum mundum lucrari, anima vero detrimentum patiente* [k], quid iuuat de se præsumere ac se diuitem existimare, nulliusque egentem, *cùm sis miser, miserabilis, pauper, cæcus, nudus* [l]? Qui dicitur Hieronymus, videtur in sensu bono paupertatem accipere; ait enim orari, vt præueniat nos misericordia Dei, quæ est vnigenitus ipsius, vt veniens propitietur iniquitatibus nostris, & eruat nos à peccatis, *quia pauperes facti sumus* in mundo propter illum.

Adiuua nos Deus salutaris noster.] Hieronymus, *auxiliare nobis Deus salutis nostræ*. Chaldaice, *Deus redemptionis nostræ*: vel, *adiuua nos Deus, redime nos*: vel, *adiuua nos Deus, saluator noster*. Arabicè, *ipse noster adiutor, ô Deus noster, & saluator noster*. Si ita ex ישעינו *iesheinu* ישעינו *ieschheinu*, erit pro, *Deus salutis nostræ*, vt Hieronymus reddidit, *salutaris noster*. aut *sabaoth*, aut *saluans nos*. Ita qui descendunt *in Ægyptum ad auxilium* [m], & *qui non ponunt Deum adiutorem suum* [n]: *respiciens namque ad adiutorium hominum, non eris ei* [o]: *tantùm in Deo auxilium nostrum* [p], *& a Domino* [q]; *& exultandum nobis in Deo Iesu nostro* [r]. Cùm verò adiuuari nos vult, ait Augustinus, nec ingratus est gratiæ, nec tollit liberum arbitrium: qui enim adiuuatur, etiam per se ipsum aliquid agit. Simile argumentum repetit [s] sæpe idem Doctor, & qui tractant de concordia gratiæ liberique arbitrij. *Dei adiutores sumus* [t]; *si vtique adiuuat infirmitatem nostram* [u], non negligentiam, id est, requirit cooperationem, & laborem nostrum, quamuis hic ipse ex gratia pendeat magis, quam ex nobis.

Et propter gloriam nominis tui Domine libera nos.] Coniungens particula Hebraicè, Græcè, Chaldaicè, locatur ante verbum, *libera*: omittitur verò etiam penitùs Illyrice, sed absque iactura sensus. Familiare fuit Patribus antiquis propter Deum, & nomen filius, auxilium petere à Deo in suis calamitatibus. Sic exempli causa Daniel [x] orabat; *Exaudi Domine, placare Domine, attende, & fac;*

[a] ps. 24. 7.
[b] ps. 105. 4.
[c] c. 2. 19.
[d] Eccl. 14. 12.
[e] ps. 16. 13.
[f] Luc. 11. 22.
[g] Ioan. 4. 49.
[h] Eccl. 40. 29.
[i] Prou. 13. 7.
[k] Matt. 16. 26.
[l] Apoc. 3. 17.
[m] Esa. 31. 1.
[n] ps. 51. 9.
[o] Eccl. vlt. 10.
[p] Cicer. 1. 9.
[q] ps. 120. 1.
[r] Abac. 3. 18.
[s] trac. 4. in epist. Ioan. ver. 13. de verb. Apost. 15. de verb. Dom. & alibi. [t] 1 Cor. 3. 9.
[u] Rom. 8. 26.
[x] c. 9. 19.

ne moreris propter temetipsum Deus meus; quia nomen tuum inuocatum est super ciuitatem, & super populum tuum. Idem repetes in multis psalmis [a].

Et propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.] Arabice *& remitte peccata nostra propter nomen tuum venerabile.* Illyricè, *dele peccata nostra* est כַּפֵּר *caphar propitiari, placare, condona, remitte.* Fiunt hæc circa peccata, illa etiam delendo; non per solam externam non imputationem. *Gloria Domini est, in semen*, ait Daniel [b]. Opus nobis est adiutorio Dei ad bene agendum; liberatione ab impedimentis, quæ diabolus interponit, & caro, & mundus: remissione peccatorum, quia non est qui non peccet, saltem venialiter. Singulare beneficium Dei est, illum inuocare gloriam ipsius vnam quærendo, & pro beneficijs gratias agendo. Opus hoc nouæ creationis est: nam *populus qui creabitur, laudabit Dominum* [c], & Deus ipse ait, *quòd omnem qui inuocat nomen illius, in gloriam suam creauit eum, formauit eum, & fecit eum* [d]. Magna autem asseueratione certos nos facit, esse se auctorem bonorum quæ habemus, liberalem, gratisque propter semetipsum ea conferre, non propter nos, id est, non propter merita nostra. *Non propter vos ego faciam, ait Dominus Deus, notum sit vobis: confundimini, & erubescite super vias vestris, domus Israel* [e]. Item, *Propter me, propter me faciam, vt non blasphemer: audi me Iacob, & Israel quem ego vocaui ego ipse primus, & ego nouissimus: manus quoque mea fundauit terram*, &c. [f] Præterea, *propter iram inimicorum distuli, ne forte superbirent hostes eorum & dicerent; manus nostra excelsa, & non Dominus fecit hæc omnia* [g].

a ps. 22. 3 ps. 24. 7. ps. 30. 4. ps. 43. 26 ps. 105. 8. b. 21. ps. 142. 11.

b c. 9. 9.

Nona creatio operis, Deum renouare, gloriam ipsius quærere, pro beneficijs gratias agere capitibus 18. & 65. 17.

c Ezech. 36. 32.

d Isa. 48. 11. 12. 13.

e Deut. 32. 27.

Vers. 10.] Ne fortè dicant in Gentibus: vbi est Deus eorum? & innotescat in nationibus coram oculis nostris.

Vltio sanguinis seruorum tuorum, qui effusus est.

DEleri peccata cupit, & poscit calamitatum causam, propter nomen Dei, ne dicant aliquando homines inter gentes incredulas, profanásque; & vbi nam est illorum Deus, quem colunt? vel impotens est, vt liberare, atque tuuare nequeat: vel inuitus, ac sæuus, vt nolit, & se placari non sinat, nec supplicibus acquiescat. Rogat vt potius se ac suo populo vidente, palàm fiat in ipsis Gentibus, & vbique innotescat laetitiamè, quàm iustè sit vltus Deus effusum crudelissimè ab hostibus sanguinem eorum, & indignissimas barbarissimasque cædes, de quibus antea meminerat [h]. Blasphemias eiusmodi Rabsaces fudit [i], & hac de re in genere cum lacrymis conquerebatur noster Dauid psalmo 41. [k] & 113. [l] Elisæus item cùm non statim quod volebat impetrasset, dicebat [m], *Vbi est Deus Elię?* Moses Deo proponebat blasphemias, quas iactatæ erant Gentes aduersus illum, nisi populo parceret [n], idem faciebant apud Ioelem [o], & Michæam [p]. Iosue obiciebat, *quid facies magno nomini tuo* [q]? Deus ipse exprobrabat Gentibus [r], *vbi sunt Dii eorum, in quibus habebant fiduciam?* & populo Hebræo ad idololatriam conuerso [s]; *vbi sunt Dijuni, quos fecisti tibi?* Sed & amici Iob insultabant ei, vxórque [t], & sua etiam Tobiæ [u]; Iudæi crucifixo Christo [x] tyranni ac persecutores Christianis: mali Christiani pijs & religiosis. Hac de re non semel prior bus actum psalmis.

Ne forte dicant in Gentibus, vbi est Deus eorum?] Hebraice לָמָּה יֹאמְרוּ הַגּוֹיִם *Lamnah iomeru hag goim, quare dicent gentes*, quod Hieronymus in præsenti vertit, *dicunt.* Alij, *vt quid dicerent gentes.* Vim, ac emphasim habet maiorem percontatio, quam Campensis in paraphrasi sic expressit, *quo modo fieri diutius poteris Domine petulantiam impiorum, qui nobis insultant*, dicentes, *vbi nunc est ille vester Deus?* Quare non adeò secundùm literam probabilis expositio Augustini, hoc magis accipiendum, vt pro gentibus dictum. Conquestio hìc est, vel metus opprobrij à Gentibus. In psalmo 113. quod legimus, *ne quando dicant gentes*, extat eodem modo Hebraice & Græcè quo hìc, Græcè, inquam λμήποτε εἴπωσιν τὰ ἔθνη, & Hieronymus tamen ibi reddit, *ne dicant gentes.* Quidam particulam לָמָּה *Lamnah* aiunt quandoque valere לְבִלְתִּי *lebilthi*, *vt non.* Certè alibi exponitur etiam per μήποτε, quamuis Latinè, per *cur*; [a] item per ἵνα τί μὴ *vt iguur non*, sed Latinè, *cur ergo* [b]. In Latinis aliis psalteriis, & in textu Cassiodori, *ne quando dicant gentes*, apud Augustinum, *ne quando dicant in gentibus.* Correcti codices Græci habent διὰ τί λέγουσιν ἐν τοῖς ἔθνεσιν. Sed alij, nec non enarratores eiusdem linguæ, τὰ ἔθνη. Meminit Basilius, vel Theodoretus cæteros Interpretes tanquam factum, hoc dixisse διὰ τί λέγουσιν ἐν τοῖς ἔθνεσιν; *quare dicunt gentes.* Ita etiam expositum retuli ab Hieronymo.

a Gen. 27. 45.

b c. 47. 19.

Et innotescat in nationibus coram oculis nostris vltio sanguinis seruorum tuorum qui effusus est.] Hieronymus, & Hebraizantes hunc sequuntur contextum, omissa coniunctionis particula, quæ abest etiam à textu Hebræo. *Nota fiat*, ait in versione Hieronymus, *in gentibus ante oculos nostros vltio sanguinis seruorum tuorum, qui effusus est.* Latini ferè aliter & distinguunt & legunt. Sed Hugo punctum ac periodum notat ibi esse, vbi hic eam clausimus. Illo alio modo explicant orari, ne exprobratio illa, *vbi est Deus eorum*, vt innotescat etiam in oculis Hebræi populi, atque ibere, & procaciter, palam, publiceque Gentes id exprobrent, sicut Rabsaces fecit, quem rogabant ne sermone vteretur Hebræo, quem perciperent Hebræi [c]. In psalterio Romano, & apud Cassiodorum inchoatur sententia noua, sic legendo, *vindica sanguinem seruorum tuorum*, &c. Arnobius legit, *defende.* Legitur item Arabicè, *vindica sanguines seruorum effusos*, & in prioribus verbis, *tunc fuerunt populi, & videbunt oculi nostri*, si nempe fueris, ò Deus, adiutor noster, & Saluator noster; & liberaueris nos, & remiseris peccata nostra Græcis placuit eadem connexio; ita vt, quod etiam in capitis dixi, sit sensus, peti, ne quod præcedenti dicebatur versu, exprobrent Gentes Deo; sed exprobrantium audacia, sæuitiáque contra populum Dei sic puniatur, effusa eius in illos ira, vt & ipsimet exteri hostes compellantur confiteri potentiam Dei, quem colunt Hebræi, & alius exemplo ac incitamento sint populis, ne quid tale audeant aduersus Deum, populúmque ipsius, & populus ipse Dei hanc de illis vindictam lætus, securusque, ac Deo gratulabundus palàm & apertè videat. Atquanus adiicit explicationis maioris causa, iuxta lectionem & nexum hìc positum, vt vltio sanguinis seruorum Dei, quem effuderunt, innotescat nationibus, ita vt hæ sciant Deum iniurias populo suo illatas iustè vindicare; & hoc fiat coram oculis dicti populi, ita vt istam

c 4. Reg. 19. 4.

h vers. 2. 4. Reg. 18. 33. c. 19. 13.

i vers. 4. 18.

k vers. 2. secundum Hebr.

l vers. 2. secundum Hebr.

m 4. Reg. 2. 14.

n Exo. 32. 12. Num. 14. 16. c. 20. 13. p c. 7. 10.

q Iosue 7. 9.

r Deut. 32. 37.

s Ierem. 2. 28.

t Iob 2. 9.

u Tob. 2. 13.

x Matt. 27.

vindictam oculis suis videat ad laudem iustitiæ diuinæ. Apollinarij expositio hæc est, in qua prætermittit pro nomẽ primæ personæ additũ oculis, ac de oculis ipsarummet nationum videtur interpretari, vt ipsæ suis oculis videant vltionem repetitam de sanguine seruorum Dei, quem effuderunt,

ἵνα μὲν ἀναφανδὸν ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἴδωσιν
δμώων ἐκδικον αἷμα· ὃ πρὶν ἔχευαν σῶν.
Nationes verò palam in oculis videant
Seruorum vindictam sanguinis quem prius fuderunt tuorum.

Aliter declaratur distinctione retenta versuum vt communiter canuntur; *ne dicant gentes, vbi est Deus eorum? & hoc ipsum ne innotescat, ac diuulgetur in nationibus coram oculis nostris, & in faciem nostram, vt nempe pudefaciant nos exprobrationibus huiusmodi: sed vltio sanguinis seruorum tuorum qui effusus est à gentibus, introeat in conspectu tuo, nec non gemitus compeditorum, seu in seruitutem abactorum, vt scilicet vlciscaris & vindices illos, puniens persecutores, & asserens in libertatem eos, qui captiui tenentur.* Sic orabat Nehemias [a] *Congrega dispersionem nostram, libera eos, qui seruiunt Gentibus, & contemptos & abominatos, vt sciant Gentes, quia tu es Deus noster. Affige opprimentes nos, & contumeliam facientes in superbia.* Secundùm tropologiam Hugo attendit tententiam quæ innotescet in generali iudicio, quando *iusti epsi iudicabunt nationes* [b], & pronunciabitur in eos, qui effuderint sanguinem seruorum Dei, detrahendo [c]; odio habendo [d]; rapiendo & fraudando [e]; & aliis modis; & tunc Deus *sanguinem illum vlciscens, vindictam retribuet in hostes eorum* [f], quia *ipsius est vltio, & ipse retribuet* [g]; & *qui vindicari vult à Domino, inueniet vindictam* [h]; sed & *ignis, grando, fames, & mors ad vindictam creata sunt: bestiarum quoque dentes, & scorpij, & serpentes, & rhomphæa vindicabunt in exterminium impiorum* [i]: &, *accipiet armaturam zelus Dei, & armabit creaturam, ad vltionem inimicorum,* &c. &, *pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos* [k]. Hæc autem omnia contingent coram oculis iustorum, qui *lætabuntur cùm viderint vindictam, & lauabunt manus suas in sanguine* illorũ [l]; qui sanguinem fuderant ipsorum. Disputat Augustinus hoc loco quatenus liceat expetere vindictam de hostibus, quamuis alioqui non optationem hic velit esse, sed prophetationem. Tandem definit magis cupere iustum inimicum corrigi, quàm puniri, & cùm in eum videt à Domino vindicari, non eius delectari pœna, sed diuina iustitia, quia Deum diligit; & lætari pro illo, si corrigatur: vel certe pro aliis, vt eum timeant imitari: præterea ipsummet fieri meliorem non supplicio illius, odia sua pascendo, sed errata emendando, quod est manus lauare, id est, opera mundiora efficere in sanguine, hoc est, in exitio peccatorum, sumendo inde non malis alieni gaudium, sed diuinæ admonitionis exemplum: item si in futuro sæculo vltimo Dei iudicio vindicatur, hoc et placere quod Deo, ne bene sit malis, ne piorum præmiis etiam impij perfruantur: denique sic inimicum diligi, vt non displiceat Domini iustitia, qua punitur, & sic placere iustitiam, qua punitur, vt non de malo eius sed de bono iudice gaudeatur. Egimus & nos quidem eadem de re in commentario psalmi 57. sed placuit cum Augustino summam repetere, téque vt ipsummet legas cohortari, retractantem Apocalypsis locum de martyribus vindictam sub altari flagitantibus [a], & alia quibus amor præcipitur etiam inimici, & inhiberi videtur vindicandi studium, desideriumve, ac *ne reddatur malum pro malo* [b].

a Apoc. 6. 10.

b Matt. 5. 39. Rom. 12. 19. 1. Pet. 3. 9. Deut. 32. 35.

Vers. 11.] Introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum.

Secundum magnitudinem brachij tui posside filios mortificatorum.

VLtionem de homicidis expetere se dicit, qui adeò crudeliter, & iniustè sanguinem seruorum Dei effuderunt, ne pergant tam indignè tractare superstites, quos in vinculis habent: sed illorum ascendat ante conspectum diuinæ Maiestatis gemitus, & lamentatio, & placabilem nanciscatur benignitatem ipsius, impetrétque quam efflagitat vindictam & opem; ac pro suæ magnitudine potentiæ vendicet ibi occisorum pro pietate & religione parentum filios eidem destinatos morti; atque tum expulsis iniquis occupatoribus terræ promissæ, tum ereptis iis qui detinentur captiui, hos in pristinam restituat libertatem & ditionem, & eosdem sic assertos, tanquam hæreditatem, ac peculium suum custodiat.

Introeat in conspectu tuo.] Monui priùs de textus distinctione, seu dispunctione. Placet nunc Biblica ista, quamuis non discrepet admodum sensu ab Ecclesiastica, id est, quam canentes vsurpant, qua etiam in re non conueniunt qui vruntur vel Gallicano, seu Ambrosiano, vel Romano, seu Vaticano, psalterio. Hieronymus, *ingrediatur coram te.* Alia psalteria Latina, & Cassiodorus, *intret in conspectu tuo.* Augustinus quoque meminit, legens, *ante conspectum tuum.* Eadem formula delectatur Propheta noster, vt intrare, ac introire dicat aut petat in conspectu, vel in aures eius clamorem suum [c], orationem [d], postulationem [e]. Habet eandem vim ascensio, vel peruentio, vel appropinquatio clamoris, exclamationis, orationis, deprecationis ad Deum [f], & ad cœlum [g]; & penetratio ac propinquatio vsq; ad nubes [h]; quasi sit persona quædam, quæ sistatur ante immensam & maxime venerabilem illius Maiestatem; quasi sit persona quædam nobilis, inquit Hugo; malim, vt humilis, miserabilis, supplex, calamitosa. Putatus Hieronymus innui vult desiderium tacitum sic orantium, vt absoluantur à vinculis, & sint cũ Deo ipso, quasi per liberationem ab ærumnis externis optent libertatem filiorum Dei. *Introitum* gemitus in conspectu Dei Bruno Carthusianus interpretatur, vt bene placeat ei. Consideret quiuis oratione aditurus Deum, quid requiratur vt admitti gratè possit, *& præparet ante orationem animam suam, ne sit quasi homo qui tentat illum* [i].

c Psal. 17. 7.
d Psal. 87. 3. Psal. 118. 169. 170.
e Esther 2. 13. Ierem. 49. 22. Psal. 102. 1.
f Ecclesiast. 35. 19.
g Psal. 20. 12.
h Psal. 20. 12.
i Eccl. 18. 23.

Gemitus compeditorum.] Hieronymus, *vinctorum.* Alij pro *gemitu* reddunt *suspirium, singultum, clamorem.* Valet hæc אֲנָקָה *anakah*, conuenitque propriè dicitur clamori sauciorum animam efflantium. In psalmo quoque 11. [k] redditur gemitus, & Græcè est vtrobique στεναγμὸς. Ibi dicitur quòd propter illum exurgit Dominus, videlicet eo excitatus: hîc petitur vt eum exaudire, atque dignetur excitari. Pro compeditis, seu vinctis, qui Græcè appellantur πεπεδημένοι, est collectiuè sumptum numeri singularis nomen אָסִיר *asir*. Apollinarius ἐκκειμένους nominat *consulentes*, con-

k vers. 6.

strictos, ἀπὸ τοῦ μάστιγας vnde ἱλλὰς *vinculum contortum*, seu *contorquendo factum*, vt ex vimine, aut vitice: vel in genere στρεβλωτήριον ὄργανον, *instrumentum ad torquendum*, eiusmodi prelum, torcular, & similia. Descriptio quædam est τῆς εἰς αἰχμαλωσίαν ἀπαγομένων *in captiuitatem abactorum*, vt Euthymius, ac Nicephorus docent. nimirum vel à Chaldæis, vel ab Antiocho, quamuis sub hoc non fuerit generalis captiuitas, sed mulierum præsertim, & natorum [a].

Mystica tantùm interpretatio est, quam vt literalem videtur Hugo afferre, de mandatis, & lege, quibus Iudæi peculiariter astringebantur, quasi sit descriptio quædam illorum, compeditos cognominari. Figurata etiã locutio de vinculis pœnarum, aut ærumnarum præsentis vitæ, quas necessitates vocant [b], aut periculorum, & occasionum peccandi, ita vt cupere cogamur *dissolui* [c], *& liberari de corpore mortis huius* [d], aut religionis, aut fraternæ dilectionis, ita vt etiam Deum ipsum orantes pro inimicis ligare, ac prohibere videantur, *ne irascatur furor illius contra eos, & deleat eos* [e]. Augustinus explanat compedes de infirmitate & corruptibilitate corporis, *quæ aggrauant animam* [f], & his veluti compedibus caro infirma promptum impedit animum, & quas sentiunt qui in semetipsis ingemiscunt grauati [g], *dissolui cupientes* [h] ac poscentes ab eo qui soluit compeditos [i]. Vocat etiam compeditos, qui præceptis sapientiæ colligati sunt, quæ patienter sustentata, in ornamenta vertuntur, iuxta illud [k], *Imice pedem tuum in compedes eius.* Verùm quòd ait non facilè quemquam reperturum coniectos in compedes à persecutoribus sanctos, aut tam rarò, vt non sit credendum hoc in isto versu quod commemoraret potissimùm elegisse Prophetam, quidquid sit an voluerit Propheta de pœnis martyrum vaticinari, non arbitror tam rarò cõiectos martyres in compedes. Baronius [l] dum disputat de equuleo, facit quoque mentionem de compedibus, quibus rei in carcere positi, iniectis ad quartum vel quintum foramen pedibus, diu sic vincti cruciabantur. Citat epistolam Lugdunensis Ecclesiæ [m]; Rufinum [n], Prudentium [o], Eusebiũ [p], Metaphrastem [q]: Et ipsa videtur ratio suadere, non manus tantùm, sed & pedes constrictos fuisse, vt sit hoc etiam tempore cum noxiis. Quamquam nexum, & constrictionem pedum non importat אסיר *asir*, nec ποτισδήματος. Mysticum sensum, qui sint serui Domini, quid eorum sanguinem fundere, qui sint compediti, & quid gemere, tractat Greuenus [r]. Orenius soluentem compeditos [s] *vt audiat gemitus compeditorum* [t], *& alliget reges in compedibus, & nobiles in manicis ferreis* [u], id est, potentias animæ nostræ superiores ac inferiores timore ac disciplina Dei, vt ait Augustinus [x]: quod bellè conuenit in compedes vinculáque votorum religiosorum; quæ tandem vertentur in ornamenta, *& dirumpentur* [y], quando licebit ore pleno *sacrificare hostiam laudis.*

Secundum magnitudinem brachij tui.] Hieronymus, & alij, *in magnitudine*, legerunt enim ב *be*: Lxx. verò כ *che*; & ita etiam est in quibusdam codicibus. Non est μεγαλοσυνη magnitudo quæuis, sed cum magnificentia quadam, & maiestate. *Maiestatẽ* solet Interpres in testamento nouo vertere [z]; interdum *magnitudinem* [a]. *Brachij* autem vocabulo intelligi potentiam aliàs vidimus, tritúmque est; atque aliquando brachij potentia expresè nominatur [b], & fortitudo [c], & virtus [d].

Denique magnitudo brachij adhuc exprimitur in Moïs cantico [a]. Hugo mysticè magnitudinem istam brachij sumit de brachiis Christi expansis in Cruce, secundùm amoris illius magnitudinem; vt nos iis amplecteretur: & hoc esse brachium sanctum, quod cum scribit Esaias [b] *parauisse in oculis omnium gentium; vt in eo congregaret agnos* [c]. *Ibi certè, & in cornibus illis abscondita fortitudo* Christi *fuit* [d].

Possidе filios mortificatorum.] Arabicè, *redime filios interfectorum*: sed ex Hebræo Hieronymus, *relinque filios interitus.* Alij supplentes (*in vita*) *relinque in vita filios mortis*: vel, *remanere fac filios mortis*: vel, *reſidues fac*, id est, conserua homines morti destinatos & addictos: redde superstites qui iam videntur exitio addicti. Caietanus *solue filios mortis*, id est, præuale, inquit, & rumpe decretum, quod edidit Antiochus aduersus populum tuum addicens eum morti. Chaldaicè, *solue filios à morte, aut filios qui traditi sunt internectioni: aut reliquias filiorum qui traditi in mortem.* Versiones hæ vt sunt ex Hebræo חותר בְּנֵי תְמוּתָא *hother bene themuthah*, videntur innuere non filios iam mortuorum, sed mortis, id est, morti destinatos, & necem expectantes in diem, vt Deus illos reliquos faciat, conseruet, vindicet, eximat à morte, superesse velit tanquam reliquias ad propagandam prolem, ne natio tota extinguatur: nec abhorret alter sensus de filiis mortis. Legit autem & Arnobius, quod miror, *filios mortis*, vt iam mortuos significant ac interfectos propter Deum, cultúmque nominis ipsius. Videntur Lxx. secuti posteriorem. Nã etsi Hebraissimus est vt *filij mortis*, quẽadmodum sponsi, dicantur obnoxij morti, & sponso addicti; tamen vt etiam dicantur cum adiectiuo *filij mortificatorum* eodem sensu, non arbitror posse vllo alio exemplo probari; multo minùs cum participio, & quidem præteriti temporis *mortificatorum*, siue, vt est in aliis psalteriis Latinis, Romano, & Gallicano, & apud Cassiodorum, meminitque Augustinus, *morte punitorum*, τῶν τεθανατωμένων. Pro verbo *possidе*, Augustinus habet, *recipe in adoptionem*: psalterium vetus, *recipe*, omittendo, *in adoptionem*: ex Hebræo, vt retuli, vertunt alij *relinque, redime*, vel *conserua. Siluc.* Hoc vltimum indicat יתר *hother* in hiphil deriuatum à יֶתֶר *iether* nomine *funem* significante; quasi diceret solue, dimitte, rumpe funem, aut ligaturam filiorum mortis, q uiproximè antè vocati sunt compediti. A verbo autem יתר *iathar* significat fac remanere, seu relinque, conserua, reliquos fac, &c. Id autem fit, vt bene annotat Ricardus Cenomanus, quando in quoddam Dei peculium vindicamur, erepti à mortis periculo, potenti virtute ipsius. Denique hoc sibi vult editionis nostræ verbum, *possidе*, & Græcum κτῆσαι, quod Euthymius & Nicephorus declarant per διάσωσον, aut διαφύλαξον, *conserua*, & *salua*: Basilius, ac Thodoretus per φυλάξαι, *custodi*. Idipsum Græcum verbum Latinus Interpres alibi etiam exposuit, *reseruare* [e], vbi Hebræum est חיה *chaiych viuificare*, id est, in vita conseruare, & non interficere. In Testamento nouo redditur κτᾶσθαι *acquirere* [f], & κτῆσις, *acquisitio* [g]. Apud profanos verò auctores κτᾶσθαι est quoque passim idem quod tueri, seruare, conseruare, & κτῆσις ipsam significat actionem tuendi & conseruandi. Est etiam vendicare sibi, & actus vendicandi seu asserendi rem sub aliena potestate. Apollinarius exposuit hoc loco, *charam habere.*

a 2. Machab. 1. 34. c. 5. 13. Sensus mysticus.

b psal. 24. 17. ps. 30. 8. psal. 106. 6. 13. 19. 28.

c Philip. 1. 23.

d Rom. 7. 24.

e Exo. 32. 11.

f Sap. 9. 15.

g Matt. 26. 41. h Phil. ep 1. c. 1.

i psal. 145. 7.

k Eccl. 6. 25.

l in notis Martyrol. 22. Ianua. lit. o.

m Euseb. lib. 5. c. 1. n lib. 1. c. 2. o peristepha. hymno 4. de S Vincen. p 6. histo. c. 42. lib. 8 c. 11 14. q in Tropha mo 19. Septeb.

r ser. 171. in ps. s ps. 148. 7. t ps. 101. 21.

u ps. 149. 8.

x in ps. 101.

y ps. 115. 17.

a Exo. 15. 16.

b Esa. 52. 10.

c c. 40. 11.

d Abac. 3. 4. & 5.

z Heb. 1. 3. epi. ad. vers. 8. a Heb 8 1. b Luc. 1. 51. ps 88. 11. c Iob 22. 8. Sap. 6. 16. d psal. 88. 11. Sap. 11. 22.

e Gen. 12. 12. Exo. 1. 16.

f Act. 20. 28. 1. Tim. 3 13. g Iphe. 1. 14. 1 Thess. 5 9. 2. ep. 2 14. Heb 10. 39. 1. Pet. 2. 9.

τῶν δὲ ἄλλων ἀπολλυμένων ἐκ τῶν ἔργων, τότε τὸ ἀποβιῶναι ἀδύνατον ἐφάνη. Quando vero immortalis brachij potentia.

Tantum interfectorum iniuste curam habes filiorum.

Modum curæ, acquisitionis, conseruationis, seu liberationis Augustini expressit lectio quam recitauit, *recepit in adoptionem.*

Mysticè censentur *illi sanctorum* [a] pro Christo interfectorum, *qui ve semper mortificationem Iesu in corpore suo circumtulerunt* [b], per opera pœnitentiæ, aliásque exercitia spiritualia, & per merita illorum, *qui nos per Euangelium genuerunt* [c], vt amus non tantùm per magnitudinem brachij, hoc est, amoris Crucifixi Christi, vt possideat nos tá charo pretio redemptos, non amplius Domini *absque ipso* [d], vt deficere faciat immunditiam nostram à nobis, & possideat nos *in conspectu gentium* [e]: *vt gratietur nobis iam*, & *auferat peccata nostra*, *nosque possideat* [f]: *vt veniat ipse*, *brachium quo eius dominetur* [g]. Hieronymus in epitaphio Paulæ testatur illam audita liberorum morte, orantem ad Dominum, ne lacrymarum, posti de Domine filios mortificatorum, qui pro te quotidie mortificant corpora sua. Potest etiam, vt Augustino placet, aliisque, centeni oratio Martyrum, & aliorum qui sunt grauissimas passi persecutiones, ne infructuosus esset posteris sanguis illorum, & Dominica seges, vnde immixti putabant penitus iam, inde feracius pullularet. Idem Augustinus alibi [h], docet nihil gratius Deo nos posse offerre, quàm vt dicamus ei quod dicitur in Esaia [i], *pacifice me*; equidem, ait, in illis possessionibus terrenis patrifamilias præstatur, quando ei datur possessio: non sic est possessio, quæ est Ecclesia. Ipsi possessioni præstatur, vt à tali possideatur. Optandum, & curandum, quod Prosper [k] admonet vt penitus possideat & omni ex parte Dominus, factus nobis, quatenus hîc licet, *omnia in omnibus*, ne mentem error, aut sapientia sæculi possideat, non cogitationem vanitas, non voluntatem peruersitas, non carnem concupiscentia nec corporis membra efficiantur arma iniquitatis ad iniquitatem.

Vers. 12.] Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum, improperium ipsorum, quod exprobrauerunt tibi Domine.

REdit ad imprecationem propheticam, seu ad imprecatoriam prophetam aduertus vicinos malcuolos, qui se se hostibus, & persecutoribus adiunxerunt, déque calamitate populi Dei collætati, & gloriati sunt. Optat, ac prædicit copiosam, & abundantem pœnam, & vt retribuat Deus vicinis *aliquantiper fœnebrem superbiam* [l], sicut commeruerunt opprobrio illo suo, quod exprobrando dixerunt contra Dominum; quando etiam vt est antea [m] dictum, *factus est populus Dei opprobrium vicinis suis subsannatio, & illusio his qui in circuitu eius erant*, redundauitque iniuria hæc in Deum ipsum, hoc potiùs dolenda nomine, quàm quòd populum laserit.

Et redde vicinis nostris septuplum.] Omittitur Græcè connectio, & Arabicè ac Illyricè, & in aliis Latinus psalteriis, ac apud Augustinum, & Cassiodorum. Arabicè, *retribue vicinis nostris in partibus eorum vnum septuplum*. Chaldaicè, *vnum in septem in sinu eorum*, id est, pro vno septem, vel pro vna septuplam retributionem. Augustinus legit, *septies tantum*. Tota formula, vt septuplum in pœnis denoter perfectionem earum, plenitudinem, consummationem, magnitudinem, multiplicitatem; quemadmodum in genere septenarius pro multitudine vsurpatur, vt sæpe monui, & in bonam quoque partem, vt probat Augustinus illis verbis, in hoc sæculo *septies tantum*, quæ puto sumpta ex Ecclesiastico [a]. Septupli in pœnis origo prima in Cain fuit, quando dixit Deus [b], quòd *omnis qui occideret eum, septuplum puniretur*. Siue septem intelligas cum Theodotione, & Lxx. vindictas ἑπτὰ ἐκδικήσεις, siue qualitatem, grauitatemque supplicij, cum Aquila, qui vertit, *septemplicater*; siue durationem, vel numerum generationum succedentium, cum Symmacho, & Chaldæo, qui *septimum*. Punire *septies* seu septies in eadem historia [c] est sæpe sæpius, pluriesque, pœna quæ sit grauissima grauior. Nicetas Nazianzeni Scholiastes [d] multa differens de numero septenario, interpretatur hunc locum, vt ex secunda Babylonica captiuitate Iudæi reuersi, cum vicini inuasionem templi impedirent, imprecaretur septuplicem afflictionem. Legêdus præterea de eodem numero secundum istam notionem Hieronymus [e], & Petrus Bungus in tractatu de mysteriis numerorum. Diximus & nos alibi quædam, tum vero etiam, cùm agetemus de septem psalmis pœnitentialibus. Exemplum aliud est huius notionis in Ecclesiastici libro [f]; *ne feminæ mala in fulcis mœstitiæ*, & *non metes ea in septuplum*: item in Leuitico [g] *septuplo* pœnam Deus minatur: in Ecclesiastico [h] mala *super peccatores* dicuntur esse *septuplum*: in Daniele [i] *succensa septuplum fornax, quam succendi consueuerat*. Septennis quoque olim pœnitentia canonibus frequenter decernebatur [k].

Gregorius [l] mystice locum istum accipit de persecutoribus nostris, qui nobis natura quidem cõmuncti sunt, sed vita diiuncti, & peti, vt in mente sua recipiant hoc quod in nostris corporibus sæuientes operantur, vt dum nos exterius ex parte puniunt, ipsi interius perfecte puniãtur. Hugo septem notat effecta peccati; hebetationem intellectus, corruptionem affectus, obduration em insensibilis: item paupertatem, molestiam, ignominiam, mortem tum temporalem, tum æternam. Bruno Carthusianus in bono sensu ait optari, vt persecutores facti per hdem vicini nobis, pro improperio, quo nobis improperauerunt & Deo, improperent sibi ipsis septies tantum gementes in corde, idque etiam per septiformem gratiam Spiritus sancti. Hoc vltimum est etiam Haymonis, Remigij, Cassiodori, Bedæ. Hic etiam de pœna interpretans præsenti, & æterna, attendit eam in anima secundum triplicem facultatem eius, in corpore secundum compositionem ex quatuor elementis. Arnobius septiformem gratiam per peccatum amissam spectat.

In sinu eorum] In psalterio Romano, *in sinum*, sicut & Græce εἰς τὸν κόλπον. Augustinus, *in sinum*, nisi mendum sit alibi [m] nam q; legit, *in sinum*. Retulit prius ex Arabico, *in partibus eorum*, quasi partes denotent intimos sinus, quas & Cassiodorus bonas appellat partes. Quid sit autem in sinu reddi, vel esse, ostendi psalmo 24. [n] *oratio mea in sinu meo conuertetur*. Internam & ad intima penetrantem pœnam interpretantur, quæque reuelli difficilè possit, excuti, auferri, ἀπορριφῆναι, vt

a Tob. 12. 8.
b 2 Cor. 4. 10.
c 1 Cor. 4. 15.
d Esa. 26. 13.
e Exod. 32. 10.
f Psal. 24. 9.
g Esa. 40. 10.
h Serm. 18. de verbis Domini. 26. 28.
i Esa. 26. 13.
k Ep. ad Demet.
l Psal. 30. 24.
m vers. 4.
a Ecc. 15. 1. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.
b Gen. 4. 15.
c vers. 24.
d in ora 43. de tempore.
e ep. 125. q. 1.
f c. 7. 3.
g c. 26. 18. 21.
h c. 40. 8.
i c. 3. 19.
k 27 q. 1. c. de diuersis. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.
l 1. Mor. ca. 21. vel 24.
Primo affligatur in anima secundum triplicem facultatem eius
m c. 12. 2. de emptat. 3
n vers. 3.

Euthymius, ac Nicephorus vocant. Conscientiæ tormentum Augustinus [a] quoque interpretatur. Idem est quod attinet ad pœnas, in sinum reddere, ac in caput. Similis alibi repetitur phrasis [b].

Improperium ipsorum quod exprobrauerunt tibi Domine.] Hieronymus, & Augustinus, *opprobrium.* Chaldaicè, *pro punitione fœderis eorum, & improperij, quo exprobrauerunt tibi Domine*, vel, *punitionem sceleratum fœderis eorum*, &c. Arabicè, *quo exprobrauerunt nos Domine.* Editiones reliquæ habent pronomen secundæ personæ, quamuis, vt prænonui, Propheta velit improperium seu opprobrium populi significare, de quo dixerat versu 4. redundauisse in Deum ipsum, & Dei causa magis, quàm propria, & ne hac quidem nisi propter illam, expetere à Deo septupli pœnam.

Vers. 13.] Nos autem populus tuus, & oues pascuæ tuæ, confitebimur tibi in sæculum:

In generationem & generationem annunciabimus laudem tuam.

VOtum est in psalmi fine, vt sæpe in aliis, si annuerit Deus desiderio, atque petitioni, futurum, vt pro beneficio tanto populus ouium more, tam leniter, ac benignè à Deo rectus, tractatúsque, laudes & gratias illi perpetuas referat, & per omnes consequentes generationes, quamdiu mundus stabit, & habebit successores ac posteros populus hic, & grex Dei, prædicet ubique, & semper illum, & cunctis celebre nomen ipsius, atque omni dignum commendatione, publicè palámque diuulget. Rectè Cassiodorus in tueri nos iubet, qua suauitate lamentationem suam Propheta concludat.

Nos autem.] Hieronymus, *nos enim.* Hebræa seruilis litera ו *vau* per significat & : simul tamen etiam illa indicare potest, quæ continent hic emphasim, & antithesim.

Populus tuus, & oues pascuæ tuæ.] In aliis psalteriis Latinis & apud Cassiodorum, Augustinum, Arnobium, *greges tui.* Suauissima hæc nomina, subiectionis, amorisque plenissima, valent plurimùm ad flectendum Deum. Eiusmodi nominibus iam vsus est Dauid psalmo 73. [c] 76. [d] 77. [e] item in sequentibus 79. [f] 94. [g] vbi in editione Biblica nostra est. *populus pascuæ eius, & oues manus eius* 99. [h] Voces istas gratiæ vocat Augustinus [i], quòd qui misit iugulandam ouem innoxiam, fecerit oues de lupis.

De mysticis ouium conditionibus egimus alias, deque pastoris partibus, variisque genere pecudum. Horum proprietates pascuorum Hugo, vt solet, versu sic recitat, applicans ad sacram doctrinam:

Pascua sponte virent, pascunt inculta luceruæ
Alia pecus, sed aquosa boues, siccam fœna, per imbres.

Arguanus propriè de Iudæis loquens, omnium eis qualitatem illam tribuit, vt hyeme segregentur, æstate congregentur, quòd scilicet eorum animalium anima seu flatus frigidior sit, quatenus populus ille solebat in rebus prosperis facilè conuenire, ac Deum colere, in aduersis diuungi, & à Dei cultu recedere. Hieronymus [a] distinguit populum ab ouibus & à grege, vt referatur populus ad rationabiles quosque, oues, ad eos qui nec dum ratione vtentes, tantum simplicitate contenti sunt, & appellantur de hæreditate Dei. [a] in Mich c. 7

Confitebimur tibi in sæculum.] Additur, *Deus*, vel *Domine*, in psalterio Chaldæo Maronitarum, & in illyrico, & in illo est *gratias agemus.* Confessio certè laudis hic intelligitur, non autem de peccatis; quemadmodum sæpe alibi monui: monétque nunc Augustinus: quamuis & hæc in Dei laudem cedat. Romanum quoque psalterium, & Gallicanum habent, *Deus*, &, *in sæculum*: eædem vltimæ dictiones sunt etiam apud Cassiodorum, & Arnobium. Augustinus refert ex aliis codicibus, *in æternum.*

In generationem & generationem annunciabimus laudem tuam.] Hieronymus, *in generatione & generatione narrabimus laudes tuas.* In Romano psalterio, & apud Cassiodorum, & Arnobium, & *in sæculum sæculi narrabimus laudem tuam*: sed Arnobius *laudes* habet. In Gallicano psalterio, *in generatione & progenie narrabimus laudem tuam.* Chaldaicè, *in generationem generationum commemorabimus laudem tuam*: vel, in psalterio Maronitarum, *mirabilia tua.* Arabicè, *laudes tuas.* Nunc Hebraicè est לְדוֹר וְדוֹר נְסַפֵּר תְּהִלָּתֶךָ *ledor vador nesapper thehulathecha*; qui *laudes* pluraliter vertunt, legerunt תְּהִלּוֹת *thehilloth.* Quid importet generatio & generatio dictum alias. Mysticè denotat Veterem & nouam vtriusque testamenti: statum præsentis ac futuræ vitæ. In illa etiam erit cui annuncietur, non quidem tanquam ignoranti, quo pacto negat Augustinus, sed collaudanti. Appellat Cassiodorus futuri sæculi beatissimam psalmodiam, quam chorus sanctorum sine cessatione dicturus est, non vt alios instruat, quia ibi nullus erit indoctus, sed vt honorem debitum reddentes, præconiorum ipsorum suauitate pascantur.

[a] serm. 11. a. de temp. c. 4.
[b] Esa. c. 5. 6. 4. Ezech. 5. 11. 55.
[c] vers. 1. [d] vers. 21. [e] vers. 52. [f] vers. 2. [g] vers. 7. [h] in græca. [i] Christ. in ser. 101. de verb. Apost. c. 4. & 5.

PSALMVS SEPTVAGESIMVS NONVS.

1 In finem, Pro iis, qui commutabuntur, testimonium Asaph, Psalmus.

2 QVI regis Israel, intende: qui deducis velut ouem Ioseph.

Qui sedes super Cherubim, manifestare 3 coram Ephraim, Benjamin, & Manasse.

Excita potentiam tuam, & veni, vt salvos facias nos.

4 Deus conuerte nos: & ostende faciem tuam, & salui erimus.

5 Domine Deus virtutum, quousque irascéris super orationem serui tui?

6 Cibabis nos pane lacrymarum: & potum dabis nobis in lacrymis in mensura?

7 Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris: & inimici nostri subsannauerunt nos.

8 Deus virtutum conuerte nos: & ostende faciem tuam: & salui erimus.

9 Vineam de Ægypto transtulisti: eiecisti Gentes, & plantasti eam.

10 Dux itineris fuisti in conspectu eius: plantasti radices eius, & impleuit terram.

11 Operuit montes vmbra eius: & arbusta eius cedros Dei.

12 Extendit palmites suos vsque ad mare: & vsque ad flumen propagines eius.

13 Vt quid destruxisti maceriam eius: & vindemiant eam omnes, qui prætergrediuntur viam?

14 Exterminauit eam aper de silua: & singularis ferus depastus est eam.

15 Deus virtutum conuertere: respice de cœlo, & vide, & visita vineam istam.

16 Et perfice eam, quam plantauit dextera tua: & super filium hominis, quem confirmasti tibi.

17 Incensa igni, & suffossa ab increpatione vultus tui peribunt.

18 Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ: & super filium hominis, quem confirmasti tibi.

19 Et non discedimus à te, viuificabis nos: & nomen tuum inuocabimus.

20 Domine Deus virtutum conuerte nos: & ostende faciem tuam, & salui erimus.

Titulus, & Argumentum.

Vers. 1.] In finem, Pro iis, qui commutabuntur, testimonium Asaph, Psalmus.

ANIGRST in titulo expositione hæc verba, *testimonium Asaph*, quid videlicet sibi velut testimonium Asaph. Nam de per[illegible] Asaph, deque cæteris [illegible] dictum prius in aliis psalmis. Parum ad[illegible]gere, *commutabuntur* pro *commutabuntur*, quo modo Zeno Veronensis[a], Augustinus, Cassiodorus & alii: vel pronomen prælegere *ipsius Asaph*, quod facit Augustinus. Maioris momenti est, quod addunt ab eodem, & ab Haymone, Remigio, Prunone Carthusiano, Dionysio, & Ludolpho, ex eodem ordine, item ab Hugone, Ambrosio, & aliis, *pro Assyrio*, & ab Ambrosio [b] in singulari *pro Assyrio*. In emendatis quoque Sixtinis Bibliis ex editione LXX. [illegible] *pro Assyrio*: quæ etiam lectione vsuntur Euthymius, & Nicephorus, sed non antiquiores Græci, quos vidimus, nec omnes Bibliorum Græcorum codices, vt Agellius tamen asserit. Huius populi nulla mentio in textu Hebraico, & illud [illegible] *filiorum*. Hieronymus *lilia* interpretatur, Paraphrastes, *sedentes iudices ordinarios, qui incumbunt testimonio legis*; alii aliter, vt docui in titulo psalmi 44. & Hieronymus legens, *pro liliis testimonium*, necnon non Asapho, sed liliis testimonium. Quidquid sit de illis, per Assyrios, vel Assyrium, & eius regem Nabuchodonosorem, volunt intelligi quam intulerunt Hebræis illi diem, deductum captiuitatem tribubus decem, Euthymius, & Nicephorus; sita vt *pro Assyrio* sit idem, ac *de Assyrio*; *testimonium* autem, contestatio atque denunciatio tanti mali, si forte hoc timore sapientiores Hebræi redderentur. Hi, sunt docet Basilius siue Theodoretus, tametsi non ponant *Assyrium* in titulo. Addam habere formam orationis psalmum istum, qua Deum placare oporteat: simul præfici salutem mortalibus aduenturam per Christum. Eusebius, Cassiodorus, & Nicephorus conuenire dicunt psalmum populo Christiano, & Ecclesiæ a tyrannis vexatæ. Augustinus iuxta etymon Assyriorum, vt ingrediatur ea vox dirigentes, exponens nempe mystice psalmum

a fer. in hunc psal.

b in c. 12 Luc

totum de Ecclesia, aut denotari, quod Christus (cuius de aduentu canitur, deque illius Ecclesia ab Asaph, id est, vt nominis etymologia sonat, à synagoga, sed illuminata, & conuersa, seseque ad Deum & cor suum dirigente) qui est finis legis (quod indicant voces *in finem*) venturus erat pro iis, qui essent immutandi in melius: & hac de re testimonium hic bonum edi, & veritatis; hoc est, de Christo, & venia, de capite, & corpore, de rege, & plebe, de pastore, & grege: de Christo denique & Ecclesia. Paulo aliter Latini alij, accipiendo *pro Assyriis in gratiam Assyriorum*, ita vt hi designent Iudæos, qui se Assyrios dicerent, id est, dirigentes in lege, cùm potius, inquit Bruno, essent distorquentes, & dirigentes se contra Christum, vt ait Hugo. Sed cùm editio vulgata nostra non recipiat *Assyrios*, aut *Assyriam*, non est nobis laborandum, vt explicemus quid hoc nomen valeat: quamuis siue Lxx. siue alij addiderint, ad intelligentiam faciat argumenti, de quo mox agemus. Ambrosius [a] tractans illud de consensu cum aduersario nostro [b], declarásque esse diabolum, à cuius nos vinculis exoleamus ne ille propter nos damnetur, id est, magis aliquo modo puniatur accidentia i pœna, scribit *pro Assyrio* psalmum istum inscribi, hoc est, pro hoc aduersario; bene namque nos consulere aduersario & vano, (sic exponit nomen *Assyrij*) & ei benefacere, si eius laqueis cauti, præstemus hanc beneuolentiam, vt pœna [illegible] solus euadat. Restat nomen *testimonij*, quod [illegible] è μαρτύριον, Hebraice עדות *eduth*. Id Paraphrastem dixi de testimonio legis interpretari, cui sedentes iudices ordinarij incumberent. Placet aliis testimonium ipsi Asaph tradi, hoc est, psalmum ab Asaph decantandum, qui psalmus contineat protestationem, ac denunciationem triplicis captiuitatis, vt idem eo repetatur ter, *Domine Deus*. Apollinarius ita testimonium sumpsit; sed per eos qui commutandi dicuntur, intellexit, qui cantando sibi inuicem respondeant; quod tamen alias docui videri commune psalmis omnibus indefinitè,

Κλάδον ἀπὸ ἀμπέλου μετῆρεν
ἐχρῶ δὲ ἀντιφώνοις ἐμοῖς ἀμπελουργόν.
Asaphi propagines testimonium carminum
Operum bonus est cultus inuicem respondentium.

Idem ait de Agellij sententia, dici *testimonium Asaphi* hunc psalmum, accipiendo id, & עדות *hheduth*, & τὸ μαρτύριον pro *more*, siue *consuetudine*, sicut in psalmo 80. [c] & 121. [d] *testimonium in Ioseph posuit illud*; & *testimonium Israel ad confitendum nomini Domini*, nempe concrepandi buccina in neomenijs, & ascendendi ter in Ierusalem ad solemnitatem; quasi nimirum indicetur consuetum fuisse Asapho canere psalmum istum. Nam plures alios psalmos eidem inscriptos constat, vt 49. 72. 73. 74. 75 76. 77. 78. 80 81. 82. hoc est, omnino duodecim, comprehenso præsenti psalmo. Valet idem argumentum contra illos, qui iuxta notionem aliam Hebræi nominis, vt significet *ornamentum*, docent ideo dici עדי *hhedi*, Asapho hunc psalmum, quòd esset ei maximo ornamento, & illi desiderabilis, & gloriosus. Cur non æquè 77. aut quispiam ex aliis? Certè aliquorum argumentum non minùs, immo magis etiam præstans est, excellensque. Igitur *testimonium* protestatio hic est futuræ calamitatis, eamque dixi modo.

Ex his porrò quid in psalmo agatur, facilè cognoscitur. Videlicet prædicitur tam à suo Assyrius captiuitas, & formula traditur orationis, quam infelices captiui facturi erant pro tua liberatione. In ea verò oratione interponitur mentio primæ captiuitatis Ægyptiacæ: & sub figura vineæ à feris vastatæ, deploratur ingens populi, tribuum præcipuè decem, clades; tandemque petitur, vt reficere, ac instaurare vineam illam suam Deus, & perficere, atque confirmare dignetur, & dissipatas, vt olim per desertum duxit, reducat oues sub vno pastore, regéque; & vt faciliùs obtineatur tam honesta petitio, vouetur fore, vt in posterum numquam recedant à Dei cultu, sed perpetua syncera cum religione nomenque colant, & inuocent. In Chaldæo, seu vero textu quo Maronitæ vtuntur, titulus hic aliud innuit argumentum, de Machabæis supplicantibus Deum, & petentibus misericordiam. Allegoriam quidem admittimus, indicatam prius de Christo & Ecclesia, quámque cuncti tradunt enarratores; verum vt allegoriam, non vt literalem sensum; neque Lyrano, & Dionysio assentior, secundùm doctores Catholicos, de primo Christi aduentu & Incarnatione ad literam psalmum scriptum esse: quamuis nonnulla Christo aptiùs conueniant, vt ex R. quoque Mosis confirmat sententia Lyranus. Non item Valentiæ, agi de triplici Ecclesiæ pressura, vt ipse loquitur, ante aduentum Christi sub captiuitate diaboli, deinde sub tyrannis, hæreticis, Saracenis: postremò sub Antichristo. Vt accommodatitiè dictum recipi hoc potest, sicut & repetitum illud ter, *Domine Deus virtutum conuerte nos, & ostende faciem tuam*, &c. Id Lyranus refert Hebræos ad triplicem referre persecutionem, per Babylonios, Antiochum, Romanos. Athanasius inter psalmos, qui specie solummodo colloquij constant, cum 54. 55. 68. 69. 73. 78. 122. 129. 130. hunc recenset: & cum 66. ait calamitates inflictas denunciare: & hortatur Marcellinum, si rudem aliquem de resurrectione doceat, eundem vt proferat. Delectatur aliquot huius psalmi sententijs Ecclesia, & eas frequentat, præsertim tempore aduentus, orans Christianis conuersionem ad iustitiam, sicut valet idem psalmus pro Iudæorum conuersione ad fidem. Sic fit, vt ad certas nationes directè possint ad alias detorqueri, quod Tertullianus [e] monet: pro Iudæis autem enixè hoc, & aliis psalmis, ac precibus oremus, vt populus, inquit Leo [b], qui ab illa spiritali Patrum nobilitate defecit, ramis suæ arboris iterum inseratur, quam & Apostolus [c] testificabatur voluntatem cordis sui esse, & deprecationem pro illis in salutem.

Vers. 2.] Qui regis Israel, intende: qui deducis velut ouem Ioseph.

Qui sedes super Cherubim, manifestare.

IMplorat fauorem, & opem Dei, qui regere tanquam bonus pastor solitus fuerit posteros Iacob, & filios Ioseph deducere velut oues, quemadmodum videlicet per eundem Ioseph olim in Ægypto suppeditauerat ijsdem Hebræis fratri-

bus

[a] Serm. 44. Luc. [b] Luc. 12. 58. Matt. 5. 25.

[e] de præscr. c. 8 x y.

[b] serm. 5. de Epipha

[c] Rom. 10 1.

bus ipsius, & patri ipsi alimenta: qui etiam dignatus sit intra sancta sanctorum peculiari quodam, quamuis inuisibili modo, considere super Cherubim, ceu spirituum omnium Dominus, dignetur visibiliter quoque se ipsum manifestare, collato maximè necessario, & opportuno auxilio. Sic dissecant Hebræi, & Chaldæi, atque Hieronymus textum.

Qui regis Israel, intende.] Hieronymus, *pastor Israel auscultat.* Est Hebræum participium רֹעֶה *roëh*, & Græcum cum articulo, ὁ ποιμαίνων. Verbum autem הַאֲזִינָה *haazinah* propriè ad aurium applicationem pertinet: ἐπήκοι ad mentis attentionem. Quod attinet ad nomen *Israel*, omissa etymologia, de qua egimus alibi, Cajetanus, Placidus Parmensis, Arias Montanus putant esse proprium viri, qui & Iacob vocabatur, oratque, vt ita populum pascere ac regere dignetur Deus nunc, sicut illam quondam patriarcham per ire in Mesopotamiam, ac denuo in patriam cum vxore, liberis, opibus, tandemque in Ægyptum, vt reuisceret filium Ioseph, quem sua putis optimè mortuum, acceperat filius auctum, summisque honoribus amplificatum. Prævalet communior expositio de populo vniuerso, qui sumpserit denominationem ab Israel, sicut & à Iacob, quod legimus antea occurrit. Concedi tamen potest cum populo, habitum quoque respectum ad patriarcham Iacob, vt Dionysius, Euthymiusque volunt. *Fascendo* verbum, pastorisque officium, quod alias quoque familiare scripturis esse diximus pro regis ac regendi munere, innuit hic desiderium, vt dissipatæ redigantur oues, & dispersiones Israelis congregentur. Bruno quidem Carthusianus Iudæos per *Israel*, per *Ioseph* intelligit Gentiles, quod hi maiore augmento, quod importat significatio vocabuli *Ioseph*, numeróque continetur. Vult etiam indici hic orantem collectionem, quam Asaph indicat, fidelium, qui vel ante Christi aduentum erant, vel circa tempus illius, cuiusmodi Simeon, Nathanael, & alij, pro salute tam Gentilium, quam Iudæorum, per ipsum. Nazianzenus [a] monuit hunc locum esse de populo Hebraico, *& de oubus domus Israel* [b], vt Scholiastes eius Elias exponit; assignans quoque causas, cur Christus dicatur pastor, quòd velut in loco herboso tabernacula figat: ad requietis aquam nutriat, dux sit, & contra belluas propugnator, conuertat errantes, reducat amissas oues, obliget confractas, integras custodiat, colligat ad supernam caulam. At de his alias.

Modus, quibus regat Deus populum suum, ac præsertim religiosos, qui nomine Israel cognominari possunt, siue à visione Dei iuxta vulgatem etymologiam, id est, à contemplatione; siue, quòd prævaleant contra Deum ipsum in spirituali lucta & prece, Hugo duodecim enumerat, & scripturarum testimoniis illustrat. Nam regit, vt rex regnum, vir domum, vt nauem nauta, vt dux bellum, exercitumque, vt familiam paterfamilias, vt magister discipulos, vt cæcum ductor, vt pastor oues, vt claustrum abbas, puérve, vt anima corpus, & membra, vt ratio cor, vt sacerdos Ecclesiam, vel Episcopus, qui à superintendendo sic Græcè nominatur, diœcesim. Nec alij deerunt modi, si quis excogitare voluerit.

Qui deducis velut ouem Ioseph.] Hieronymus, *quasi gregem.* In veteri Latino psalterio, & apud Augustinum, Cassiodorum, Hieronymum, *velut oues.* In Græcis Sixtianis pluraliter ὡσεὶ πρόβατα: Aquila, ὡσεὶ ποίμνια *gregem.* Symmachus, ὡσεὶ ποίμνια *greges*: Theodotio, ὡσεὶ τὸ πρόβατον, vt extat etiam in multis codicibus Bibliorum nostrorum Græcorum. Singulare nomen collectiuè pro pluribus vsurpatur, & יוֹסֵף *ioseph* multitudinem semper significat. Quocirca minus probabiliter loquuntur qui nomen *Ioseph* de vno patriarcha interpretantur. Ab illo vt in alio psalmo [a] docui, denominatur populus totus. Quin tamen alludo fiat ad patriarcham, idcirco quòd in Ægypto pauisset fratres, qui tribuum auctores fuerunt cum ipso, nihil vetat: præterea vt Græci notant, quia illi Deus in periculis, vt dux optimus, præsto fuit aduersus fratres, & heri Ægyptij calumniatos. In textu Chaldæo Nobiensi est, *qui ducis velut ouem patrem nostrum Ioseph*, legit enim אֲבוּנָא *abuna.* In eo quem habent Biblia Regia, *velut agnam*, quia extat nomen אִמְּרָא *amra.* Sed cur oui compararetur agnus? In psalterio Chaldæo, quo vtuntur Maronitæ, in imperatiuo, *& guberna velut oues Ioseph.* In Arabico, *ô pastor Israel, qui deuexisti Ioseph, velut ouem fusipe.* Iosepho ipsi conuenire potest quod scribitur in libro Sapientiæ [b] quod illum *iustum deduxit* Dominus *per vias rectas*, etsi de Iacobo sermo est. Mouit antea, mystico sensu nonnullos designari velle Gentiles per *Ioseph*, quia significat *incrementum.* Notatio seu veriloquium hoc versus, quàm quod à scholio traditur δυσφημίας ἀφαίρεσις, *opprobrij ablatio*: quod Cassiodorus interpretatur *sine opprobrio*; sed nec addendum censeo cum alio scholio, nomen *Domini*, vt sit ἀναφορικὸν τοῦ, *Domini appositio.* Ipsum verbum יוֹסֵף *iasaph addere* significat, nec in nomine יוֹסֵף *ioseph* includitur vox *Domini.* Rectè quidem Ioseph comparari potest cum oue, ob innocentiam, simplicitatem, castimoniam, mansuetudinem, patientiam, omnium incrementum virtutum. Sed fidelibus eædem conueniunt qualitates, vt & aliæ secundum tropologiam, quas ostendimus aliàs inesse; tum præterea quòd interdum Deus auxilio gratiæ suæ mouet voluntatem hominis, ipso nihil minùs cogitante, quemadmodum pastor ouem dirigit præter vllam intentionem eius. Certè prima vocatio à Deo est in nobis sine nobis, id est, sine libertate nostra, ita vt nos habeamus veluti passiue circa illam, quatenus non ex viribus, & electione nostra est. Diogo [c] Cardinalis hanc ait ouem esse centesimam, quam bonus pastor Iesus ad dexteram Patris super humerum suum fortem & altum deduxit [d]; ita vt secutam esse oporteat; nihilque timere. Dicit hic pastor יֹנֵק נָהַג *nahab* hanc ouem iam tanquam *ductor* & dux, ac præcedendo; ita vt *non turbetur ouis talem secuta pastorem* [e], *qui ante eam vadit* [f]. Chrysostomus [g] explanans verba Christi de pastore, quòd *ante oues* [h] *vadit*, ait præter aliorum pastorum consuetudinem fecisse, vt se omnium ad veritatem intuendam ducem ostenderet. Præit etiam quandoque pastor, vt cum educit ex ouilibus aut in alium transfert locum, dirigitve ad pastum: Sequitur, ne qua comitetur deesse, vel recedat à grege. Certè psalmo priore [i] vidimus Dauidem *de post fœtantes* acceptum; eique Deus renunciari iussit [k]; *ego te tuli de pascuis, sequentem greges.* Non modò se Christus pastorè nominauit aliquoties [l] nostrum, sed idem

[a] Hieron. ep. 151. ad Algas. q. 11.
[b] Matth. 15. 24.
[c] Sap. 10. 10.
[d] Luc. 15. 5.
[e] Cassian. collat. 13. c. 12.
[f] Ioan. 10. 4.
[g] Hom. 51. in 10.
[h] Ioan. 10. 4.
[i] vers. 20.
[k] 2. Reg. 7. 8.
[l] Ioan. 10. 11.

quoque Patri nomen vitæ est attribuere, dicés [a], *nolite timere pusillus grex, complacuit Patri vestro dare vobis regnum*, hoc est, qui rem vobis tantam decreuit dare, victui necessaria minimè negabit, cùm & (vt alia tum quoque bestiarum alat greges [b]:) more pastorum vos ceu paucos ab aliis arietes, vt pinguiores reddat, segregeet ac fertilioribus in locis maiore pascat cura. Athanasius [c] Macedonianis argumentantibus contra diuinitatem Spiritus sancti, eo quòd ἡγεμὼν non nunquá dicatur, aut *Ingressus, & qui via dux est*, is ad alium ducat; respondet, idipsum affirmari de Deo; quia in hoc psalmo is qui super Cherubim sedet, pascere Israel, & deducere canitur sicut ouem Ioseph, nec minùs Deum deducere ad omnem veritatem, quàm Spiritum sanctum; & ita deducere vtrumque ad se ipsum, ac eandem operationem, & naturam conuenire Spiritui sancto & Deo; denique esse Spiritum sanctum Deum. Salutem Deus electorum suorum in finem vsque, præeundo, vt ait Prosper [d], perducit. Mitto fabulam Rabinicam, de qua Lyranus meminit, & nos alibi, cùm non possent Hebræi de Ægypto egressi ob inundationem Nili reperire sepulchrum Ioseph, cuius *ossa deferre* debebant [e], ouem quandam, ductu Angelico, natasse vsque ad sepulchri locum, eúmque indicasse, etiam loquendo, ac propterea ouem Ioseph appellatam. Refellit id idem in Exod. c. 13.

Qui sedes super Cherubim. [Chaldaicè, *ô cuius maiestas quiescit inter Cherubim.* Voluit, opinor, auctor paraphrasis, iuxta textum vnum, qui priore membro *arcam* ponit, significare arcam, cui Deus insidebat, ab ipsomet deductam sicut ouem. Repetitur eadem sententia psalmo 98. [f] & in 17. [g] ascendisse dicitur *super Cherubim*. In hoc vltimo egimus non indiligenter quid essent *Cherubim*, & quo Deus pacto in iis diceretur sedere: & an de vno ex Angelorum ordinibus intelligendæ sint huiusmodi scripturæ, sicut non raró nec pauci Patres præ se ferunt. Negantes vllum esse talem ordinem Angelorum, refellit Sixtus Senensis [h]. In concilio Niceno [i] approbatur Athanasij sententia, præsentem exponentis locum, vt sint Cherubini omnibus hominibus natura ignoti, spiritus & ignis ab omni corporum figuratione & natura alieni; quæ autem de ipsis à Propheta tanquam corporalibus dicuntur, symbolicum sensum habeant: quia Hebraicè *Cherubim* à scientiæ multitudine denominantur; sessio Dei super illa, vt Augustinus quoque docet, Deum omnem scientiam superare indicat. Auctor operis imperfecti [k] monet sessionem, ac deportationem istam de Deo dici propter honorem potestatis, & tanquam de Domino. Recens auctor in opere quo purgat Aaronem de vitulo aureo [l], constituit ob absentiam fratris, quam ferre tam populus nequibat, sollicitatum à populo ipso progredi volente ad promissam terram, sed non absque quodam quasi ducatu Dei per vitibile sacrum signum, vitulum aureum illum effomauisse ad eorum duorum Cheruborum, hoc est, vitulorum alatorum similitudinem, quos ipse met Moses, vt edoctus à Deo in monte fuerat [m], exhibituros erat; posituruíque super arcam. Arbitratur præterea quaternos à Salomone confectos Cherubos, eadem omnes vitulina forma constitisse, nec alias tres leonis, aquilæ, hominis Cherubicas imagines ante Ezechielis visionem cognitas fuisse: talemque vituli figuram vectioni arcæ commodiorem fuisse, & accommodatiorem iis quæ de Cherubis in arca scribuntur tum sub Mose, tum postea sub Salomone. Confirmat defuisse humanam similitudinem, quia Dauid [n] alioqui non exprobrasset idololatris illa simulachra *qua os, oculos, aures, nares, manus, pedes, guttur habebant* absque vllo vitali eorum vsu. Non hæc modò expendam, & sat scio purgationem Aaronis ingeniosam alioqui, sua nouitate, & quod à Patrum sensu, & scripturæ obuio loquendi modo recedat, improbatam censoribus Romanis, qui de librorum indice cognoscunt. Hieronymus [o] interpretans etymon vocabuli pro multitudine scientiæ, ait Dominum in aurigæ modum, & rectoris, sedisse super Cherubim. Eidem nomini Gregorius [p] notationem tribuens eamdem, simúlque vocabulorum, quæ aliis conueniunt ordinibus Angelorum, admonet in genere, plerumque sortiti vicinorum sibi ordinum nomina; vt thronos hic dici, quia sunt Cherubis vicini, super quos Deus hoc loco sedere canitur, cùm etiam si spectes quid valeat nomen *Cherubim*, omnes simul ordines fontem scientiæ Deum videant; si, quid *thronorum*, cunctorum Deus mentibus etiam aliorum beatorum prælideat; si, quid *Seraphim*, amore conditoris omnes ardeant.

Mystice loquitur Irenæus [q], cùm quatuor illa quæ vidit Ezechiel [r], animalia figurasse totidem scribit Euangelia, euangelistasque, & in his sedere Dominum, quoniam tam ipse, quàm ipsius in carne œconomia ex iis cognoscitur. Ait etiam hîc à Dauide postulari aduentum Christi, & leone designari regiam dignitatem illius, vitulo sacerdotalem, homine naturam humanam, aquila spiritus in Ecclesiam aduolitantis gratiam. Alij aliter, vt alibi vidimus [s]. Si vituli sola forma constabat Cherubim sub Mose, & Salomone, ratio non inepta reddi posset, quia maxima præcipuáque victima erat; fiebant verò ante arcam sacrificia. Isidorum [t] lego existimátem duo Cherubim super propitiatorium arcæ facta ex metallo, significauisse Angelorum præsentiam, in quorum medio ostenditur Deus. Id extendunt alij ad quotuis iustorum spiritus, inter quos Nazianzenus [u]: vt sit quodámodo sponsum *inter vbera* hac ratione *commorari* [x]. Addi posset quod innuit Galatinus [y], sessionem super Cherubim innuere, à Christo implendâ fuisse veluti ruinam & ruenturâ apostatarum Angelorum; adde etiam hominú, qui: nimio scientiæ studio lapsi [z] sunt, & eiecti de paradiso, illuc redire prohibiti sunt ab vno ex Cherubim [a], Sunt qui tabernaculum, partésque illius omnes aptè applicant Deiparæ, & duos arcæ Cherubim aiunt esse intellectum ac memoriam illius exactissimos præditos scientia, quam illa conuertebat ad propitiatorium, id est, ad Filium suum, duabus quasi alis contemplationis illum tegens, id est, de illo semper cogitás. Philo [b] exponit duplex Cherub de duobus hemisphæriis, quæ se mutuò inspiciunt, & in eorum medio terra est velut arca: & Deum super cœlos sedere. Meminit etiam Clemens Alexandrinus, Augustinus [c], Gregoriúsq; [d] exponunt de duplici testamento, cui mediator Dei, hominúmq; insideat Christus: Origenes [e] de scientia Trinitatis, quæ communicata est per propitiatoré Christũ. Alij, vt Valentia, corpus & animam nostram; vel populum Iudæum ac Gentilem interpretatur. Sessio Dei super Cherubim, hoc est

super

[a] Luc. 12. 32.
[b] ibid. vers. 24. 27.
[c] dialog. 1. cóntra Macedo.
[d] ep. ad Ruff.
[e] Gen. 50. 24.
[f] vers. 1.
[g] vers. 10.
[h] Six. biblioth. annot. 58.
[i] Act. 4.
[k] hom. 5.
[l] Exo. 32. 4.
[m] Exo. 25. 18.
[n] psal. 113. 5. & 6.
[o] in 6. c. Isa. & in c. 3. Ierem. in c. 1. Ezech. & in c. 3. Abac.
[p] hom. 34. in Euang.
[q] lib. 3. c. 11.
[r] c. 1. 5.
[s] in Act. c. 10.
[t] 7. etym. c. 5.
[u] Naz. 5. de Bapt.
[x] Cant. 1. 13. Sponsus super ubera quasi immorari.
[y] lib. 6. c. 12.
[z] Gen. 3. 1.
[a] c. 3. 24.
[b] lib. de Cherubim. Duo hemisphæria mundo opposita.
[c] q. 105. in Exod.
[d] hom. 6. in Ezech.
[e] hom. 11. in Num.

super plenitudinem scientiæ nos admonet *non alium supere, sed timere* [a], quasi impositum Deum ipsum habentes *super capita nostra* [b]. Dum sedet super Cherubim, quodam modo medius est inter illa & Seraphim, quia *superemines scientia charitas* [c], à cuius ardore cognominata sunt, Seraphim; & sine charitate *scientia non ædificat, sed inflat* [d]. Is etiam qui præest ac præsidet, cinctus hinc inde sit oportet tum scientia, tum charitate: præterea non sine alis, vt subditos protegat, & pernicis ad subueniendum accurrat, mittátve qui hoc accuratè, prudenterque præstent. Tandem hortatur omnes Augustinus, vt sint Cherubim, & sedes sapientiæ Dei, & plenitudo ipsa scientiæ, *plenitudinem* habendo *legis charitatem* [e]. Sit in te charitas, ait; & necesse est plenitudo scientiæ consequatur. Quid enim nescit, qui charitatem scit? quandoquidem dictum, [f] *Deus charitas est*. Profectò qui scissorem istum non admittet, *ignorans ignorabitur* [g]; *qui repellit scientiam* (ne sit Cherub) *repellitur & ipse* [h]: *qui non habuerit scientiam, captiuus ducetur* [i], sicut Hebræus populus, de cuius captiuitate agi dicitur in isto psalmo.

Manifestare.] Hieronymus hîc, & alibi [k], *ostendere*: Psalterium alia Latina, & Augustinus, atque Cassiodorus, Bernardus [l], Gregorius [m], *apparere*. Hebræum יָפִיעָה *hophiahh* proprie significat *splendere, effulgere, lucere facere*. nimirum faciem tuam, vt clarius exprimitur versu 4. ac te ipsum. Quasi dicat, ne sedeas amplius super Cherubim, ne sola sis quodammodo scientia contentus, exere te ipsum, & in opus prodi: erigere, surge, sta, vt ipse totus cognoscaris, & non quasi ex parte tantùm, ritu sedentium, vel à solis Angelis tuis: immò videant & isti non sublimitatem tantùm, sed & humilitatem tuam, vt cum Bernardo [n] loquar. Agit ille de aduentu primo Christi, ante quem, vt Aiguanus [o] notat, non stabat, sed iacebat, vel sedebat, illud nobis, hoc Angelis. Nam stantis, inquit, tam pars superior, quàm inferior videtur: sedentis inferior occultatur: iacentis vtraque obscurè tantùm cernitur: diuinitatem Angeli clarè videbant, non verò humanitatem: homines latebat & hæc, & illa, nisi secundùm confusam quandam cognitionem.

[a] Rom. 11. 20.
[b] ps. 65. 12.
[c] Ephes. 3. 19
[d] 1. Cor. 8. 1.
[e] Rom. 13. 10.
[f] 1. Ioan. 4. 8.
[g] 1. Cor. 14. 38.
[h] Osea 4. 6.
[i] Esa. 5. 13.
[k] in Abac. c. 3.
[l] serm. vlt. de vigil. Natiuit. in com. 3. 11 Luang.
[m] hom. 3. in Euang.
[n] serm. 2. de Epiph.
[o] in ps. 101. num. 1. 36.

Vers. 3.] Coram Ephraim, Benjamin, & Manasse.

Excita potentiam tuam, & veni, vt saluos facias nos.

NOn lædit sensum distinctio ista, vt scilicet separetur verbum præcedens, *manifestare*, ab hoc versus priore membro. Nam siue oret Dauid vt Deus manifestetur absolutè, & coram his quos nominat, excitet potentiam, veníatque vt saluet; siue vt etiam coram iisdem manifestetur, perinde est. Petitionis summa est, vt Deus qui suam præsentiam olim exhibebat in arca, eo quem diximus modo, nunc allata ope manifestam faciat potentiam suam aduersus impios oppressores, quos captiui cogantur ferre, ex tribubus decem, quarum præcipuę tribus Ephraim & Manasse, ita vt ab illis fieret omnium denominario, sicut & interdum a Ioseph patre Ephraim & Manasse, vt alio in psalmo docuimus P. Quia verò illud erat cum duabus his tribubus commune tribui Benjamin, tamen non sit ista in captiuitatem abducta, vt in deserto arcæ partem occidentalem claudierent, inseruit Propheta mentionem de tribu Benjamin cum illis: item quia procedente arca, sequebantur eam à tergo [a]. Vnde Auctor Græcus ab Agellio citatus ita obseruat, nunc peti, vt præeat, ac populo, tanquam in tenebris calamitatum iacenti, præfulgeat, quemadmodum olim tribus istas præcedebat, eisque lumen veluti ostendebat. Si non ad captiuitatem præcisè restringamus tribuum decem, sed ad totius populi calamitates; vt alias quoque duas comprehendit, dicendum cum Iansenio, tribus istis vocabulis rectè designari, quia Ioseph, cuius filij Ephraim & Manasse, & Benjamin ex Rachele suscepti erant, quam Iacob, vt & filios illos, amore maiore prosecutus fuerat. Hugo præterea rationem reddit, quoniam sors Benjamin erat in meditullio, aliæ in terminis.

Coram Ephraim.] Psalterium Romanum, Augustinus, Cassiodorus, *Ephrem.* Lege dicta psalmo 77. [b] Augustinus explicat mystícè, vt appareat Deus coram fructificato, filio dexteræ, oblito, vt iam non sit oblitus, sed veniat ei in mentem, liberando ipsum: Cassiodorus Christo conuenire fructificationem, præsertim cùm ad tempus, corpore trucidato, ad perpetua cœlorũ regna surrexit: esse filium omnipotentis Patris: obliuiscendo iniuriarum, pro Iudaico populo in cruce supplicare: Remigius, Haymo, Bruno, Beda, vt manifestetur Deus coram *fructificantibus in omni opere bono* [c], coram iis qui quærunt non terrena, pertinentia ad sinistram, sed cœlestia quæ pertinet ad dexteram, ad eamq; in iudicio sunt collocãdi: coram *oblitis quæ retro sunt*, & mũdi, *sese ad anteriora extendentibus* [d], & ad cœlestia: Hugo, vt amotis peccatis *quæ diuidunt inter nos Deúmque* [e], manifestetur Deus laicis fructificatione temporalium lucrorum, & generationi carnali intendentibus, quíq; in operibus actiuæ vitæ fœcundi debent esse; Clericis, quos oportet esse fortes, vt nulli tentationi succumbant, fortitérque pro Ecclesia pugnent, nec dũgant hæreditatem sinistræ, id est, tẽporalia bona, sed æterna, seu *longitudinem dierum* [f], & habeant Deum *partem hæreditatis suæ* [g]: religiosis, à quibus exigitur omnium posteriorum, hoc est, temporalium obliuio, & ad anteriora, cœlestiáque extensio [h]. Dionysius, vt appareat dignos pœnitentiæ fructus, & opera sancta facientibus, Deo per operationem iustitiæ fortiter, felicitérque adhærentibus; oblitis omnium carnalium, ac terrenorum, propter amorem Dei. Aiguanus, vt se manifestet Deus omnibus quidem tribubus, quarũ tres castrametabantur ad arcæ Orientalem partem, tres ad Austrálem, tres ad Aquilonarem, tres ad Occidentalem, sed ad istas potissimùm, quæ hoc loco nominantur, sumendo pro *area* corpus nostrum, eiusdemque natiuitatem, statum prosperitatis, & aduersitatis, denique mortem. Valentia in situ earumdem tribuũ ad partẽ Occidentalem tũ arcæ, attẽdit responsa propius quodammodo data acceptaque ab Ecclesia. Addierem, spectando simul situm ad eamdem terræ promissionis partem, fixam magis fidè hærere in Occidentali parte orbis Christiani, in quo est Roma, & ab Orientali multùm recessisse. Quò spectat etiam cõuersa ad Occidẽtem facie Christus, vt recepta traditio habet, quasi non solùm designaret deserendam synagogam, quæ adorabat ad Orientem quo crucifixus dorsũ vertit, sed & in Orientali Ecclesia non firmiter permansurũ. Bernardus [i] ait istos tres esse qui

[a] Num. 10. 14.
[b] vers. 67. *Expergefactus sum.*
[c] Colos. 1. 10.
[d] Philip. 3. 13.
[e] Esa. 59. 2.
[f] Prou. 3. 16.
[g] 4. 13. 5.
[h] Philip. 3. 13.
Ibid. Christiana omnia vergat in partem Occidentalem.
[i] serm. vlt. de vigil. Natiuit.

saluentur; necnon Noë, Danielem, Iob, de quibus alius propheta [a]: item pastores totidem, quibus euangelizatus natus Christus, & Magi, qui ad natum adoratum venerunt: ad *Ephraim* pertinere thus, id est, ad prælatos positos à Christo vt eant, & fructum afferant: aurum ad *Benjamin*, hoc est, ad constituendos ad iudicis dexteram, vt audiant, *esurius & dedistis mihi manducare*, &c. [b] myrrham ad *Manassem*, id est, ad religiosos, qui per mortificationem sint obliti rerum istius mundi, & populi, & domus patris, & earum quæ retrò, *extendendo se ad anteriora* [c], habitant q̃ ie vltra Iordanem.

Postremò aptè transferri potest hic locus moraliter ad conditiones quæ requiruntur in eo quem *Deus scientiarum Dominus* [d], propterea q̃ dictus sedere super Cherubim, efficiat scientem ac veluti vnum de Cherubim, derq̃e illi *scientiam sanctorum* [e], vna etiam cum humana, præter diuinam, vt nempe sit Ephraim *fructificans in bonis operibus* [f], implens seipsum agnitione voluntatis Dei, ad faciendum eam, quia *si quis voluerit voluntatem Dei facere, cognoscet de doctrina, vtrum ex illo sit*: vt sit *Benjamin*, sed priùs *Benoni*, ex filio doloris filius dexteræ: *qui enim addit, & dolorem* [h], vicèque versa dolor ac *tristitia secundùm Deum* gignit sui ipsius ac Dei cognitionem, & *pœnitentiam in salutem stabilem operatur* [i], *cor q̃ sapientium vbi tristitia* [k]: vt sit *Manasse, obliuiscens quæ retro sunt* [l]; nec enim alium docet Deus, *scientiam, & intelligere facit auditum*, quàm *ablactatum à lacte, auulsum ab vberibus* [m]; quod & in mundi sapientibus non paucis obseruari potest & peregrè agentibus, & vitæ commoda negligentibus, vt vmbram sibi aliquam sapientiæ compararent.

Excita potentiam tuam & veni.] Hieronymus, *suscita fortitudinem tuam.* In Maronitarum Chaldæo textu, *ostende præstantiam tuam.* Significant עוֹרְרָה *iohoreràh* & ἔξεγειρον, excitationem per modum euigilationis, & experrectionis, quasi dormiens, & consopita esset priùs vis, fortitudo, potentia Dei; aut iacens, languens, infirma: aut veluti condita, & abscondita. Qui loquendi modus occurrit iam antea non semel in psalmis per *exurgendi* verbum; & in 77. [n] vicebatur Deus *excitatus tanquam dormiens*: & alibi [o], *excitare furorem, & effundere iram.* Frequentat Ecclesia Aduentus tempore velut importuna quadam anxiaque precè hanc formulam, Dominica prima, & quarta, & feria sexta quatuor temporum; Excita quæsumus Domine potentiam tuam, & veni: simul etiam petit excitari socordiam nostram in oratione Dominicæ secundæ; Excita Domine corda nostra ad præparandas vnigeniti tui vias. Videtur importare idem verbum rationem pugnæ, sicut quod dixi verbum *exurgendi*, præterea *consurgendi*, *suscitandi*, *vigilandi*, & similia. Applicat Augustinus Christo, *crucifixo ex infirmitate spontè* assumpta, resurgenti *ex virtute propria* [p]; cumque cum Iacob comparat, qui præualuit angelo in luctando [q], quia voluit angelus, à quo & Iacob est benedictus; sic enim Christum victum esse, quia voluit, carne infirmus, & maiestate fortis, atque benedixit, eumdem faciens hominem claudum, & benedictum, quoniam claudicauit populus Iudæorum, & benedictum fuit genus Apostolorum. Excitatio ista potentiæ, vt veniat Deus ad salutem, allegorico sensu, de Christo intelligitur, ab expositoribus, & à Gaudentio Brixiano [a], Proclo Cyziceno [b], & Cyrillo Alexandrino [c], Bonauentura [d], Nysseno [e], ratione aduentus in carnem, atque Incarnationis, quod est opus, maximæ potentiæ, & secundùm se, & propter misericordiam singularem, in qua omnipotentia ipsa maximè manifestari dicitur, sicut etiam in impio iustificando, & ad grauæ vitam excitando. Sed quoniam quoad vixit, similis cæteris infirmis esse dignatus est, iacuitque quodammodo potentia, etiam si seipsa nonnumquam proderet, in resurrectione vita est denuò excitata: excitatior in ascensione, in iudicio autem, vt Hugo loquitur, apparebit excitatissima. Quo modo alij, vt Glossa, versum hoc ordine legi volunt, veni, per incarnationem, excita potentiam, per resurrectionem, quia visus es infirmus in passione: & hoc totum, vt saluos facias nos. R. quoque Mosem Galatinus [f] citat, exponentem de Messia, indèque, & ex similibus locis ab eodem allatis confirmat resurrectionem eiusdem tertia die. Iam *venit in propria, & Verbum caro factum est* [g]. Aiguanus expendit hoc loco causas, cur venerit ad nos potiùs Filij, quàm Patris, vel Spiritus sancti persona. Istas affert, ne in diuinis confunderentur nomina, id est, ne filius hominis diceretur alius, quàm qui Dei filius est; vt formâ iuris remitterentur crimina, hoc est, affectata similitudo Dei à Lucifero [h] (etsi hoc remittendum peccatum non erat) & à primis parentibus nostris [i]; Filius namque per se similis est Patri ratione generationis ac processionis suæ per intellectum; & eidem attribuitur sapientia: vt à Patre Filius veniam supplicaret, nullum namque facilius exaudire, quàm filium pater solet: vt arte Verbi repararentur opera, per quod nempe facta fuerant, ob peccatum vetò quodammodo perdita: vt per Filij merita recuperaretur hæreditas cum iure filiationis, quarum, peccando, facta iactura erat; vt quando Deus Dei nlius fieret filius hominis, concederetur homini, filióque hominis, immò diaboli, fieri filium Dei: vt Patris commendaretur amor sic diligentis mundum, vt filium suum daret [k]; amat namque filium pater apud nos magis, quàm filius patrem [l], & nihil magis amat homo, quam filium; rameth in diuini personis idem prorsus amor est, quo se mutuò amant. Suppetunt plures adhuc rationes; de quibus etiam Theologi disputantes de Incarnatione.

Vt saluos faciat nos.] Hebraicè, *in salutem nobis* לִישׁוּעָתֵנוּ *liscuhhatha lanu.* Amplissimè salus patet, sed omnis, *Domini est* [m]; maximè autem quæ gratiam, & gloriam continet, quas auctor salutis Iesus *Deus saluos faciendi* [n], simul & homo, meruit, impetrauit, confert quibus vult, & volenti, ac offerenti consentiunt.

Vers. 4.] Deus conuerte nos, & ostende faciem tuam, & salui erimus.

SAlutem postulatam priore versu, & potentiam, quam excitari petit, in promptu docet Deo esse: tam facile id esse, quàm vel aue. sa facie hominem ad se conuertere; vel clamnet homini ostendere, & se ad illum conuertere. Significant hæ dicendi formulæ benignitatem, & fauorem Dei quemcumque; præsertim verò cum peccatorem

a Ezec. 14. 14.
b Mat. 25. 35
c Philip. 3. 13.
d 1. Reg. 2. 3.
e Sap 10. 10.
f Coloss. 1. 10.
g Ioan. 7. 17.
h Eccl. 1. vlt.
i 2. Cor. 7. 10.
k Eccl. 7. 5.
l Philip. 3. 13
m Isa. 28 9.
n vers. 65.
o Eccl. 36. 8.
p 1. Cor 13. 4.
q Gen. 32. 28.

a tract. 8. in Ioan. de natiuit. Christi in conc. Eph. t. 1. c. 6.
b li. 11. de adora in spiritu. & in meditat. c. 4.
c hom. 15. in Cant.
f lib. 8. c. 22.
g Ioan. 1. 14. Cur potius Filij quam Patris, vel Spiritus sancti persona ad nos venerit.
h Isa 14. 14.
i Genes. 3. 5.
k Ioan. 3. 16.
l Arist. 8. eth. c. 12. In diuinis persona eadem amat.
m psal. 3. vlt.
n psal. 67. 21.

catorem recipit in gratiam & ab iniquitate reuocat ad iustitiam. Tunc vtrumque fit, vt auersus per indignationem Deus, conuertatur per misericordiam; & homo qui erat à Deo auersus per peccatum, reuertatur & conuertatur ad illũ per pœnitentiam & gratiam. Ad literam videri potest orario exulum, captiuorúmque, qui reditum, ac reuersionem in patriam flagitet, sed simul, immò primo loco conuersionem à peccatis, quam huiusce calamitatis esse probè nouerant, atque cui eos Deus non à patria tantùm, & loco quem peculiariter amabat, expulisset, sed & ab amicitia sua, gratiáque reiecisset, quod longè deterius erat. Alter sensus allegoricus, de conuersione generis humani, per theophaniam, & ostẽsionem faciei diuinæ, id est, Incarnationem Filij, qui facies, vultus, & expressa imago, similitudóque Patris est, traditur passim ab Enarratoribus. Similis est de quotidiana peccatoris conuersione sensus tropologicus. Deus ipse conuersis pollicetur salutem [a], seque ad conuersos conuertendum [b]: sed conuerti si volumus, petendum vt ipse conuertat [c]; & faciem benignam ostendat, *auertens iratam a peccatis nostris* [d], ne cogamur aliquando montes & petras inuocare, vt cadentes super nos, *abscondant nos à facie sedentis super thronum, & ab ira Agni* [e]. Eiusdem faciei visio aliter & aliter beatos afficit, damnatósque. Conuersos Deus adiuuat, ait Augustinus [f], auersos deserit: sed etiam vt conuertamur, ipse adiuuat. Cùm ergo nobis iubet, dicens; *conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos*, nósque illi dicimus, *conuerte nos*. Deus sanitatum nostrarum, *salutaris noster, & Deus virtutum*, (videtur studiosos habitus intelligere) *conuerte nos*, quid aliud dicimus, quàm, da quod iubes? Qui negligunt *à facie Domini concipere, & parturire spiritum salutis* [g], nec facie proficiunt nati, & patientis Christi vt à vanitate reuocentur mũdi exemplo humilitatis ipsius & propriæ vilitatis consideratione; vel respuunt carnalem voluptatem, cogitando se mortales; intendant saltem oculos ad faciem conscientiæ suæ toc contaminatæ vitiis, & figant obtutum in iracundi iudicis facie, quæ nunc *est plena gratiarum* [h]. Repetitur idem hic versus ter, propter eas causas quas attigi ritulum exponẽs. Sed notatu dignum hoc loco simplex Dei nomen poni, secundo loco cognominari *Deum virtutum*: tandem addi vocabulum *Domini*. Nam quamdiu mortalem Christus egit vitam, Deus erat faciem suam ostẽdens, adhuc infirmus: cum resurrexit, & ascendit, potentiam suam virtutemque excitauit, & manifestauit; sed adhuc superfunt inimici ponendi *scabellum pedum eius* [i]: in iudicio plenum obtinebit dominium, *eique subiacebunt omnia* [k]. Quòd si agamus de captiuis in Babylone, vsurpantibus has preces, crescit oratio, vt solet in ærumnosis supplicibus, vt facilius inflectant ad se quibus supplicant. Succinebat Licentius Augustini discipulus lætè, atque garrulè, vt ipsemet narrat Augustinus [l], versiculum istum, etiam cùm ad requisita naturæ foras exisset post cœnam, cùm illo loco talia continuò repetita cani ferre Monica eiusdem Augustini mater non posset; adolescens tamen eo cantico totum se in quædam magna & mira subiectum Augustino referret, gaudiumque quòd frustra sibi scrupulus superstitionis, vt eum appellabat, iniectus esset, quòd tali loco talia cantasset. Tunc nec sibi hoc Augustinus affirmauit displicere; sed illi cantico, & locum ipsum quo

Allegoricus sensus.

[a] Isa. 45. 22.
[b] Ierem. 15. 19. Zach. 1. 3. & Thren. 5. 21.
[c] Psal. 59. 4.
[d] Psal. 84. 5.
[e] Apoc. 6. 16.
[f] De perfect. iustit. hom. c. 6.
[g] Isa. 26. 18.
[h] Esth. 15. 17.
[i] Psal. 109. 1. & 1. Cor. 15. 28.
[l] Lib. 1. de ord. c. 8.

mater offensa erat, & noctem videri congruere; quoniam oramus verbis istius cantici conuerti à quodam cœno corporis, atque sordibus, & item à tenebris, quibus & nos error inuoluit: Conuerti etiam nihil aliud esse, nisi ab immoderatione vitiorum, virtute, ac temperantia in se attolli: Dei præterea faciem nihil esse aliud, quàm ipsam, cui suspiramus, & cui nos amatæ mundos, pulchróque reddimus, veritatem. Subdit exclamasse Licentium, meliùs dici non potuisse: deinde suppressiùs quasi ad aurem dixisse sibimet magistro suo; Vide, quæso, quanta occurrerunt, vt credam erga nos aliquid iam prosperiore ordine fieri: Nec ego sanè extra ordinem conferi debeo hæc recitasse; quæ tanta, tótque continent documenta, quibus redigi ac redire animus noster in meliorem ordinem possit; & illud etiam intelligere *nullo non loco puras manus* [a], vocesque ac preces *leuari ad Deum*, & promi posse.

Conuerti quid sit.

[a] 1. Tim. 2. 8.

Deus conuerte nos.] In psalterio Romano, *Domine Deus virtutum* quod etiam ita bis adhuc repetitur postea in eodem psalmo: in psalterio Gallicano, & apud Cassiodorum, *Deus virtutum*, Chaldaicè in Maronitarum psalterio, *Deus potens*. Arabicè, *Deus adduc nos*. Editio nostra cum Græca, Hebræaque consentit. Iam obseruaui discrimen in eadem, quod habet ista in hoc versu repetitio trina *Deus*; *Deus virtutum*; *Domine Deus virtutum*. Verbum Hebræum שוב *hasem* significat *redire facere, restituere*. Posset autem exponi, vt se ipsum Deus restituat nobis, & redeat ad nos (Apollinarius hic accipit ἐπιστροφὴν, *in ille conuersus*) vel vt redire faciat ad nos veluti exanimatos animam nostram, vt docui ad ea verba psalmi 22. [b] *animam meam conuertit*: vel nos ad te; seu ad gratiam suam: vel ad pristinum statum: vel tanquam exules ad patriam. Quod vltimum literalius, accipiendo hanc vt orationem captiuorum in Babylone versantium: & ita Paraphrastes expressit, *Deum reducito nos à captiuitate nostra*.

[b] vers. 3.

Et ostende faciem tuam.] In vetere psalterio Latino, & apud Augustinum, & alicubi [c] apud Hieronymum, *illumina*, quod propiùs accedit ad τὸ, ἐπίφωσον, & אור *luce*: & Illyricè etiam est, *illustra*, Chaldaicè, *splendescere fac splendorem aspectus faciei vel iucunditatis tua super nos*. Eadem phrasis Hebræa, & Græca in psalmo 66. [d] *illuminet vultum suum super nos*, & 118. [e] *faciem tuam illumina super seruum tuum*, & in 30. [f] *illustra faciem tuam super seruum tuum*; & tamen Hieronymus, qui hoc loco non discrepat à versione nostra, & in 30. ac 118. etiam reddit, *ostende*, in 66. *illustrandi* vtitur verbo, quo & ibidem editio nostra. Vidimus autem citatis prioribus psalmis hoc dicendi modo contineri fauorem diuinum, cùm scilicet æquis ac benignis quasi oculis, hilarique vultu respicere videtur, & beneficam exhibere præsentiam suam. Chrysologus [g] hinc argumentatur Incarnationis causam, vt se inuisibilis Deus faceret visibilem, satisfaceretque amori, qui quod amat, videre cupit: sic enim & Mosem orasse, *si inueni* [h] *gratiam coram te, ostende faciem tuam*: & ipsosmet Gentiles ob hoc simulachra finxisse, vt in ipsis erroribus, oculis cernerent quod colebant. Qua de re plura Pagninus [i]. Fortassis etiam possit intelligi facies Dei de arca, quam cuperent exules reuisere. Augustinus, legens, *illumina*, notat non habere Deum obscuram faciem; sed si-

[c] in c. 6. Osee.
[d] vers. 2.
[e] vers. 135.
[f] vers. 17.
[g] ser. 147.
[h] Exod. 33. 13.
[i] in Isagog. lib. 1. c. 2.

bimet ipsum oppoſuiſſe nubem carnis, & tanquam velum infirmitatis, & non putatum (ſeu reputatum [a] eſſe, cùm penderet in ligno, qui agnoſcendus erat, cum ſederet in cœlo. Prius dixi ſecundum allegoriam ſumi faciem Dei pro Filio ipſius, per quem mundo ſalus contingit; & cognoſcitur Pater, ſicut homo ex facie. In quo ſenſu aliqui [b] interpretantur Malachiam [c], *ecce ego mitto Angelum meum*, id eſt, Ioannem, *qui præparabit viam ante faciem meam*, hoc eſt, ante Chriſtum. Præſentem locum noſtrum exponit eodem pacto R. Moyſes, ſimulque illam Oſeæ [d], *venemus ante faciem eius* [e]. Theodoretus [f] in eamdem partem accipit benedictionem Sacerdotis [g], *oſtendat Dominus faciem ſuam tibi, & miſereatur tui, convertat Dominus vultum ſuum ad te, & det tibi pacem.* Cui ſimilis deprecatio, quæ habetur in exordio pſalmi 66. vbi relege quæ dixi, tum etiam in 30. quo modo Deus auertat faciem à nobis propter peccata, ſeu *peccata abſcondant faciem illius ne exaudiat* [h], & ſimul metuat vt eam auertat à peccatis.

Et ſalui erimus.] Chaldaicè, *redimemur*, ſingulari numero Illyricè *ſaluus ero*, etſi cùm repetitur, pluralis ponatur. Quemadmodum quando vultum ſuum Deus illuminat ſuper aliquem per eſſentiæ ſuæ reuelationem, ac manifeſtationem ſui ipſius claram, beatus efficitur, nec ſolùm fieri poteſt, ſed vt Auguſtinus [i] docet, cõtinuò ſit ſaluus; ita cùm per gratiam noui teſtamenti, & vnigeniti ſui, qui exiſtens *in ſinu Patris enarrauit Deum a nemine viſum* [k] viatore, vel naturæ quidem viribus, illuminat vultum ſuum, ſpe ſaluus efficitur, ac in ſalutis ſtatu conſtituitur, vt idemmet Doctor ſcribit. Auctor ſermonis de natiuita e Domini qui ſermonibus Auguſtini ne tempore inſeritur 24. & in appendice 28. hortatur nos verbis pſalmi 33. [l] *accedere ad Deum & illuminari, foreq; vt facies noſtra non confundatur* quia tali die *poſuit in ſole tabernaculum ſuum* [m]. Venit ad faciem tuam, ô homo, inquit, quia tu ad eius faciem peruenire non poteras, &c. venit à tuis partibus poſtulatus. Audi vocem clamantis; *oſtende faciem tuam, & ſalui erimus.* Ambrosius hoc loco adhibet comparationem poſiti in periculo glaciali, vbi frigoris minatur interitum, liberati autem, ſi oſtendatur ei Solis aſpectus.

Verſ. 5.] Domine Deus virtutum, quouſque iraſceris ſuper orationem ſerui tui?

Verſ. 6.] Cibabis nos pane lacrymarum, & potum dabis nobis in lacrymis in menſura?

Senſus lect.

IRati ſignum, facies auerſa eſt, vt diximus, propterea quam oſtendi petierat priore verſu Propheta, moræ impatiens, neque diutiùs ferre iram Dei valens, conqueritur tam diu reiici orationem, differri exauditionem, negari faciei diuinæ, benignæ, beneuolæ, placatæ oſtenſionem: Videri quotidianum ac vſitatum panem potúmque lacrymas largiſſimas eſſe, & in plena maximáque menſura; ita vt nec edere nec bibere liceat, aut libeat etiam, ſed iugiter collacrymari: Hoc eſſe non regere ac paſcere, & deducere ſicut ouem, paſcuis irriguis, ſed lacrymis, & in virga ferrea. Voto deſiderantium, flagitantium, expectantium Chriſti aduentum conuenit hæc oratio. De topologia commodius dicetur in particulari explanatione.

Domine Deus virtutum.] Hieronymus, *exercituum* צבאות *ſeuaoth*, de quo nomine actum alibi [a]. Apte ab hoſtibus detenti exercituum ac bellorum implorant Deum: & à diaboli captiuitate liberati volentes, inuocant Deum ſanctorum Angelorum, vt liberati eorum ſuffragium habeant. Hoc ſecundum Hugonem indicat. Arabice, *Domine Deus noſter fortis.* Chaldaicè in textu Maronitarum, *Domine Deus potens.*

Quouſque iraſceris ſuper orationem ſerui tui?] Pathetica magis oratio, quæ ex plurali ad ſingularem numerum, vnamquamque perſonam deſcenditur. Tamen vertit Hieronymus, *vſquequò fumabit ad orationem populi tui?* Hebraice עשׁן *hhammecha populi tui.* Sed ſi legas, quod facile eſt, עבדה *hhabdecha*, erit, *ſeruitus*, & inſerto ו *iod* עבדיך *hhabdecha*, *ſeruorum tuorum*; quo modo & multi Græci codices τῶν δούλων σου; quo item pacto extat in editione Arabica. Ricardus Cenomanus ſuſpicatur legiſſe Lxx. א *aleph* pro ע *hhain*, & אמה *vumah* ſignificare *populum*: אמה *amah* etiam *ſeruitutem*. In emendatis Sixtianis Græcis Bibliis eſt numerus ſingularis τοῦ δούλου σου. Teſtantur Baſilius, ac Theodoretus, ſeu alterutter, alios Interpretes reddidiſſe τοῦ λαοῦ *populi*: δούλου autem, id eſt, *ſeruum*, quem ſingulariter legit, ſignificare λαὸν, hoc eſt *populum vniuerſum*. Apollinarius tertiùm numerum ſingularem, non exprimens aut ſeruum, aut populum,

——τίο μίχες λιτας μόρω χαλεπαίνεις;

Quouſque ſupplicanti iraſceris?

In aliis Latinis pſalteriis & apud Auguſtinum, atque Caſſiodorum eſt præpoſitio (*in*) pro (*ſuper*) nec video vnde colligat notationum auctor in Sixtiana Lxx. Interpretum Biblia, legiſſe Auguſtinum, *in orationem inimici tui*: nam explanando ita ſcribit. Iraſcebaris in orationem inimici tui? adhuc iraſceris in orationem ſerui tui? Verbum autem, *fumabis*, ab Hieronymo poſitum ex Hebræo עשׁנת *hhaſcanta* expreſſum eſt: ſumúmque עשׁן *hhaſcan* ſignificat. Quomodo in pſalmo 17 [b] dicebatur *fumus aſcendere in ira Dei*, vbi actum de hac itæ figurata deſcriptione. Antitheſim videtur continere ad oſtenſionem vultus Dei petitam priore verſu per modum illuminationis, quaſi aëtem hactenus tubaſſet, ac obiecuiſſet ita diuina, oculiſque offeciſſet, ne gratiæ Dei lucem cernere poſſent. Similes conqueſtiones de longiùs perſeuerante ira Dei ſunt in pſalmo 7. [c] 73. [d] 78. [e] 84. [f] & in 102. [g] ſpem concipit fore, vt non in perpetuum iraſcatur Deus, nec in æternum comminetur. Similia leges apud Eſaiam [h], Ieremiam [i], Ezechielem [k], Abacum [l]. Legendus Chryſoſtomus [m], demonſtrans quo pacto temperet Deus iram ſuam, neque contineat in ira miſericordiam ſuam ſemper. Moſi Deus iratus eſt, quando legationis officium nimis importunè deprecanti detrectabat [n], & volebat idem Deus, vt *dimitteret Moſes eum, ac furorem ſuum, iraſci contra populum idololatram* [o]; ſed ipſemet Moſes alioqui mitiſſimus [p], vbi deprehendit illud peccatum, *iratus valde proiecit de manu tabulas legis, & confregit.* Deus verò de ſe ipſo ait; *non faciam furorem iræ meæ: non conuertar vt diſperdam Ephraim; quoniam Deus ego, & non homo* [q]; id eſt, non punio vt perdam, non vtor ſummo iure, non ad viuum

reſeco

a Iſa. 53. 3.

Fauet Deo quid

b Galat. lib. 3. c. 22. c. 3. 4.

d c. 6. 3.

e Conc. Galat. lib. 2. c. 22.

f q. 21. in Num.

g Num. c. 6.

h Eſa. 59. 2.

i de concep. & gratia c. 2.

k Ioan. 1. 18.

l verſ. 6.

m pſ. 18. 6.

a pſ. 23. 10.

b verſ. 9.

c verſ. 12.
d verſ. 1.
e verſ. 5.
f verſ. 8.
g verſ. 9.
h c. 12. 1. c. 54. 9. 27.
i c. 3. 5. 22.
k c. 1. 6. 12.
l c. 3. 2.
m hom. 44. in Gen. hom. 18. in Matt. hom. 10 ad pop.
n Exod. 4. 14.
o c. 32. 9.
p Num. 12. 3.
q Oſee 11. 9.

reseco; non laxo frænos iræ, non sino me vinci abita; tempero me, iræque impero. Christus homo erat, sed non purus homo, non obnoxius passionibus, ac ne ἀπαθὴς quidem habens, sed ἀπαθείας non passiones, sed propassiones.

Cibabis nos pane lacrymarum, & potum dabis nobis in lacrymis.] Augustinus, *potabis nos*. Paraphrastes, *pauisti eos pane imbuto lacrymis, & potum dedisti eis vinum lacrymarum*. In Chaldæo textu Maronitico, *potasti eos aquis cum lacryma*. Hieronymus vertens præterita in futura, vt fit non raro, habentque rationem orationis futæ pro calamitate præsenti, hic exponit, *cibasti nos pane fletûs, & potasti nos in lacrymis*. Alij etiam aliquando, & quod miratus sum, Ambrosius [a], sicut & quem etiam Paraphrastes, in tertia persona, *cibauit eos pane lacrymarum, & propinauit eis lacrymas*. Theodoretus, aut Basilius, obtenuant hic tempus mutatum, cætetos hæc tanquam facta dixisse, ἐψώμισας, καὶ ἐπότισας *cibasti, & potasti*. Euthymius nominat Aquilam, & Symmachum. Facile fuit, vt legerint Græci, & Latinus Interpres affixum pronomen primæ personæ, & non tertiæ, hoc est, pro אכלתם *heechaltham* אכלנו *heechalnu*, & pro תשקמו *thaskemo* תשקנו *thaskenu*. Certè contextui magis conuenit prima persona. Tempus autem futurum continuationem denotat: rectéque ἀπὸ τοῦ κατὰ suppletur ex priore versu, *vsque quo cibabis*, &c. vt Euthymius, Nicephorus, Arguanus, Lyranus, & alij notant. Accepit hunc locum Ambrosius [b] perinde ac si futurum esset pro imperatiuo, & per modum deprecationis. Affinis hæc verò admodum phrasis illi ex psalmo 41. [c] *fuerunt mihi lacryma mea panes die ac nocte*. & ex 101. [d] *potum meum cum fletu miscebam*, & ex 126. [e] *qui manducatis panem doloris*. Apud alios reperio ciborum abstinentiam [f]; & *fellis* [g], nempe solidi ac indurati: & *cineris* [h]; *atque potationem aceti* [i], *vini compunctionis* [k], & *soporis* [l], & *fellis* [m], *inebriationem lacryma* [n], *panem afflictionis* [o], *versum in fel absynthium* [p], & *in calculum* [q]. Exaggeratur hoc loco vehementia, copiáque calamitatis vsque ad satietatem; sicut cum Ieremias [r] vsurpat *saturari opprobriis*, Iob [s], *afflictione & miseria*; vel idem, *saturari pœnis* [t]: vel Esaias [u], & Ieremias [x], *sanguine*: vel Abacuc [y], *felle*. Tale illud Ouidij [z],

Et lacrymas cernens in singula verba cadentes,
Ore meo lacrymas, auribus illa bibi.

Constat quidem lacrymas mitri etiam præ gaudio, cumque inexpectata, & more imbris confertim bona inundant, vt Philo [a] philosophatur, cuius illud Poëticum, *Sarpedon* γλαῦκος, cuiusmodi etiam qui vocatur à Polluce [b] λαμπρὸς γλαυκὸς, *visus flentium intermixtus*; qua de re Rhodiginus [c], & hoc loco Bochius ex Xenophonte [d], Platone [e], Plutarcho [f], Aphrodisæo [g], Terentio [h], Hirtio [i], Liuio [k], Iosepho [l], quibus addi alij possent, vt Quintilianus [m], Virgilius [n], Seneca [o], cuius illud,

——an habet lacrymas
Magna voluptas?

Dicuntur autem flentium calidæ lacrymæ, frigidæ ridentium, quòd, vt ait Toletus [p] noster, his calida facies, ob sanguinis diffusionem; illis frigida, propter fugam sanguinis ad cor, quamuis alia Aristoteles [q] causam tradat. Sed Philoni nego nostrum Prophetam hic, & 41. psalmo, quos ipse ad id producit, de lætitiæ lacrymis loqui. Fortitan ex accómodationis sensu ita scripsit docens, quòd sunt mentis cibus lacrymæ, indices τῆς ἐυ-

A *diabet, & animi cum voluptate, & bene affecti, & honesti sensus*, quando diuinum colliquatum in quopiam desiderium creaturæ lamentationem in increatũ hymnum verterit, id est, in lætam laudationem ingeniti ac increati Dei. In eodem sensu sumpsit Cassiodorus, Remigius, Haymo, Bruno, Beda, Hugo, Arguanus, alij, panem lacrymarum vitam esse plenam doloribus, sed tamen in ea, Domini nos miseratione cibari, quando cladibus, ærumnisque non extinguimur, sed potiùs erudimur, & veluti *pane, confirmatur cor nostrum* [a], *& lætificatur tanquam vino*, [b], *& gloriamur etiam*, ac placemus nobis *in tribulationibus*, tentationibúsque [c], & quæ prius nolebat tangere anima nostra, nunc præangustia compunctionis, atque pœnitentiæ *cibi nostri sunt* [d]. Denique non sunt, inquit Glossa, lacrymæ illæ ad peremptionem, sed ad correctionem, & perfectionem. Tali vescebatur pœnitens Magdalena cibo, tali vtebatur potu, immò & Christum ipsa cibabat, potabatque lacrymis suis suauiùs, quàm Pharisæus murmurator conuiuio [e]; quod egregiè describit Chrysologus [f], dicens quòd gemitus Deus esurit delinquentium, sitit lacrymas peccatorum; & Christus non accubuit, pocula saporata melle, floribus odorata sumpturus, sed pœnitentis lacrymas ex ipsis oculorum fontibus (Hebræi eodem vocabulo עין *hhain fontem, oculumq;* nominant) poraturus. Aut præterea pietatis à Magdalena conuiuium exhibitũ Christo, non voluptatis; pœnitentiæque positam mensam: fercula compunctionis apposita: panem doloris illarum: potum lacrymis temperatum: dumque talitèr modum ipse exprimit apportauit diuinis oculis cibos, totas misericordiæ copias reportasse. Gregorius [g] etiam scribit ad Pharisæi prandium Dominum discubuisse, sed apud pœnitentem mulieris mentis epulis delectatum, & apud conuersam, pastum intus. Idem licet de hti dicere, & de aqua, quam postulauit Christus à Samaritana [h]; idem cum se in cruce sitire dixit [i]; idem de linteo bestiis pleno quod ostensum est esurienti Petro [k]. Ambrosius [l] præsentem locum vsurpat aduersus Nouatianos, negantes peccatoribus pœnitentiam; hancque hic significari, seu tristitiam de peccatis, sed moderatam; de qua moderatione postea; cùm de mentura. Quotidianus Petro cibus ac potus lacrymæ ipsius erant, audito galli cantu, quod & effossi ceu riui testabantur oculi, & pannus, quo defluentes illas tergebat [m]. Quadrat et illud symbolum, *at lacrymis mea vita viret*, inscriptum amarantho amarissimæ, nunquàm in aqui; marcescenti [n]. Salsas appellat Lucretius [o] lacrymas,

Et lacrymas salsis humectant ora genesij.

idque Philosophus [p] etiam docet, cõparans cum sudore, & ex calore ac agitatione oriri. Ciet amor lacrymas laborique; & aciunt famem cõdimenti loco, aut velut conditus sale cibus panisque. Nisi enim manducarentur, non dicerentur panes, ait Augustinus [q]; nisi autem haberent aliquam suauitatem panes isti, nemo illos mãducaret cum tanta suauitate. Adhibebat Iob [r] condimentum quasique salsamentum hoc, quando dicebat, *antequam comedam, suspiro*. Luctu enim suo anima pascitur, inquit Gregorius [s], cùm ad superna gaudia flendo subleuatur; & intus quidem doloris sui gemitum toleratis, sed eò refectionis pabulum recipit, quò vis amoris per lacrymas emanat. Hæc fortassis de causa beatitudini lugentium,

beatitudo

[a] in psal. 118 octonar. 10

[b] in psal.

[c] vers. 4.
[d] vers. 10.
[e] vers. 3.
[f] Hier. ep. 115. c. 23. 15.
[g] pl. ol. 22.
[h] Thre. 3. 16. pl. 101. 10.
[i] psal. 61. 12.
[k] pl. 59. 5.
[l] Esa. 51. 17.
[m] Ier. c. 23. 15. c. 25. 15.
[n] Esa. 16. 11.
[o] Deut. 16. 3.
[p] Iob 20. 14.
[q] Prou. 20. 17.
[r] Thre. 3. 30
[s] c. 40. 15.
[t] c. 16. 11.
[u] c. 29. 10.
[x] c. 46. 10.
[y] c. 2.
[z] Trist. eleg. 5.

[a] de migrat. Abrah.
[b] Hbro
[c] Rhod. lect. lib.
[d] in Philebo
[e] de leg. Alex. & in Sympof
[f] in proble. c. 33
[g] Heautont. Act. 2. Scen. 2. Adelph. Act. 3 Scen. 3.
[h] de bello Alex.
[i] lib. 5.
[k] Calida quæ lacryma flentium, frigida ridentium.
[l] 12. antiq. c. 2
[m] lib. 11.
[n] Æn. & 9.
[o] in Thyeste. Act. 5
[p] ante anima. 3.
[q] 2. sec. 31. problem. 19.

[a] ep. 105. 15. & ibid.
[b] Rom 5. 3.
[c] Rom 5. 3.
[d] Iob 6. 7.
[e] Luc. 7. 37. & seq.
[f] Chrysol. ser. 95.
[g] hom. 33. in euang.
[h] Ioan. 4. 8. 10. 13. & 19.
[i] Ioan. 19.
[k] Act. 10. 11. & seq.
[l] de pœn. c. 12. Nouatianis negantibus peccatis pœnitentiã.
[m] Clemens in itinc. Nicep. lib. c. 17.
[n] Scipio Amirat. delle imprese. lib. 2.
[o] lib. 2.
[p] sec. 5. probl. 33.
[q] in psal. 127.
[r] c. 1. 5.
[s] 5. moral. c. 7. vel 8

beatitudo esurientium, sitientiumque mox subiungitur [a]. Idem Pater [b], lacrymarum potum dari ad mensuram à Deo scribit, quia peccator, etsi pro culpa compungitur, ex eadem compunctionis afflictione, eodem consolante, releuatur. Denique Rickelius rectè complectitur panis ac potus istius desiderabilis, & salubris vtilitates, cùm lacrymæ prodeunt ex charitate diuina, ex pœnitentia pro peccatis, ex desiderio regni cœlestis, ex dilectione proximi, ex compassione infirmitatis alienæ.

In mensura.] Hieronymus, *triplicuer.* Alij, *tribus vicibus*, vel, *maximis & amplissimis mensuris*: vel, *copiosissimis*; vel, *abundè*: vel, *in catenis*, seu, *in lacrymis catenarum.* Addit coniunctionem *&*] *& in mensura.* Origenes [c], & Gregorius [d]. Vox Hebræa שְׁלִישׁ *sealisch* à שְׁלֹשׁ *sealosch* quod tria valet, significat non modò *magnum, ducem, principem*, sed *mensuram* quoque *magnam*; quam dicas cum Caietano subtantiuè tertium, quod contineat metretas ternas. Fortassis quia tria pro innumeris ponuntur, & Aristoteles asserit [e] τὰ τρία καὶ τὰ πάντα εἶναι, *tria esse omnia, & quod ter est, omnino esse*, qua de re multis agit Petrus Bongus in opere de mysterijs numerorum. Notionem pro *catenis*, quam Felix tradit, nusquam reperio; sed interdum שלישים *sealisim* pro musicis instrumentis, quæ tribus nervis, seu chordis constent, ita vt propterea ille forsitan chordas & nervos acceperit. Sed non ita commodè dicuntur aliqui potari lacrymarum catenis. In alia significatione pro *magna mensura*, vt deducitur à voce, tria significante, notat R. Kimhi denotari exilium Babylonicum, quod fuerit pars tertia Ægyptiaci, quia hoc duravit annis 210. Babylonicum 70. Vel tertium exilium, in quo nunc sunt Hebræi. Viderint ipsi. Exponunt Græci plenam mensuram μετρητὸν, iuxta proportionem peccatorum, ἀναλόγως ταῖς ἁμαρτίαις, & vt sit Deus ἀντιμετρῶν ταῖς ἁμαρτίαις τὸν τιμωρίαν, *vicissim dimensus peccatis supplicium*, vt, *qua quis mensura mensus fuerit* (peccando) *remetiatur ei* [f]; vt Basilius, aut Theodoretus obseruat, & confirmat visione Zachariæ 6 de duabus mulieribus, habentibus quasi alas milui, & leuantibus amphoram, eámque deferre iussis in Babylonem. De populi autem Hebræi captiuitate Babylonica hic agi dicitur. Recitat Eusebij explanationem Agellius, τὸ δὲ ἐν μέτρῳ, τοῦτ' ἔστι πλημμελείᾳ φησί, ἀντὶ τοῦ πλημμελῶν τὸν πότον, ὥσπερ οἱ μετρίως φασὶ δεῖν πίνειν καὶ πλημμελῶς τοὺς πάντας, ἀντὶ τοῦ μετρίως τὰ μέτρα συμπληροῦσιν *in mensura, inquit, hoc est, plene. Sic aut, lacrymis in mensura potum, vt qui ad mensuram dant aliquid, & implent illud omnino iuxta mensuræ complementum.* Apollinarius eodem pacto,

καὶ πόμα μετρήσας ἀνιῶν πλέων δάκρυα ποτίζω,
Et potum metiens doloribus plenum nos potans.

Sensus est per hypallagen, quousque tandem propinabis in lacrymis mensuram, id est lacrymas in mensura magna, seu magnam lacrymarum mensuram? Vsquequo potabis nos in lacrymis, id est, lacrymis & ærumnis, lacrymas excutientibus, in mensura, hoc est, quantum capere possumus, & quantum nostra demerentur peccata? Nullusne modus erit, ac temperamentum dicto? nihil remittes de mensura debitaque pœnarum? exiges quidquid meremur? summo ages nobiscum iure? nihil vacui relinques misericordiæ tuæ? Alter quem Latini sequuntur sensus bonus quidem, sed non adeo literalis, retenta nota interrogationis, & cóquestionis forma, immo potius corrigere videtur querimoniam, & non percontationem, sed asseuerationem ponere. Exponunt Latini, Deum *dare potum in lacrymis in mensura*, id est in distributo modulo quem in pharmacis etiam præscribit medicus, *vt non simus nos elati à vobis, supraquam quod possumus tentari*, & vexari; *sed faciat cum tentatione etiam proventum, vt possimus sustinere* [a]. Ex Græcis idem lego apud Origenem [b], scilicet Deũ in cruciatibus suis, ac tormentis misere clementiam, tanquam patrem, & magistrum indulgentissimum, & prouidentissimum. Quo loco pluta in eandem sententiam. Sic & Ambrosius [c] in orationis modum accipiens locum istum, ait petere Prophetam in mensura potum, non supra mensuram, ne ferre non possit; ideòque potum cum fletu miscuisse [d], vt Domini in se inclinaret misericordiam. Præterea docet [e] *potum dari in lacrymis in mensura*, ne sine moderatione mensuræ, pœnæ cumulo grauemur, & sustinere non possimus. Confirmat ex psalmo 74. [f] *quod facem Deus non examinat calicis vini mensura sua*, ne plenitudinem supplicij ferre non possimus: Vide quæ ps. eodem sunt dicta. Ipsum nomen *calicis*, qui certam continet bibendi mensuram, indicat moderationem tribulationis, brevitatemque, ac suauitatem etiam. Tertiò adhuc secundum Apologiam is quem dicunt Hieronymum exponat, vt in oratione qua Deum videre desideramus, aut recordamur peccati, ab eoque absolui cupimus, victus tenuis accipiatur, si in precatione, non in multiloquio proferatur. Quartò, Gregorius [g] mensuræ rationem in eo spectat, vt respondeat potui lacrymarum & afflictioni pro culpa, consolatio diuina. Id alibi [h] dicitur *secundùm multitudinem dolorum consolationes Dei lætificare*; & *nos lætari pro diebus quibus nos illi humiliauit, & annis quibus vidimus mala* [i]. Quintò, ex eodem Gregorio [k], vt vnusquisque mens tantum pœnitendo compunctionis suæ bibat lacrymas, quantum se à Deo meminit aruisse per culpas. Id Petrus Damiani [l] transcripsit, & ne plus afflingimur in demto perpetrati operis, minus autem soluamus in fletibus satisfactionis. Origenes [m] probat ex hoc loco non eandem fore pœnam frequentius peccati, & minùs frequenter, sed mensurâ hanc futuram, quam sibi vnusquisque vel minùs, vel ampliùs peccando, quæsierit. Placet id etiam Hugoni hoc loco, & probat ex Esaia [n], *in mensura contra mensuram, cùm abiecta fueris, iudicabis eam*, id est, Deus animam, vt quantitas pœnæ respondeat quantitati culpæ: & *quantum suis gloriscatus fuerit, & luxuriatus fuerit, tantum tormentum patiatur, & luctum* [o], & *pro mensura peccati, sit & plagarum mensura* [p]. Hieronymus [q] hinc etiam elicit iudicium Dei esse in ponderibus, & multis bonis, exemplo Danid, compensanda vitia. Peccata diu plangenda scribit Gregorius [r], vt sic consumpta formidine, nascatur securitas. Agit ibi etiam de utriquo duplici lacrymarum sextum fere oppositum sensum tradit idem Ambrosius [s], panes lacrymarum, potumque flebilem pœnitentis esse debere in mensura, vt sit moderata tristitia, & mœstitia mensuram habeat, *ne forte abundantiore tristitia absorbeatur* qui agit pœnitentiam [t]. Non ita loquitur ad rem, nec etiam cerè alius [u], qui tribulationes in mensura ep tandis tribui dicit à Deo, *sed non ait mensuram dari ipsum* [x]. Hoc de Christo intelligitur, *ac cum plenitudine accipiant cæteri, & secundum mensuram donationis capiant* [y]. Septimus dictum

[a] Matt. 5. v. 6 [b] tract. 3. in cap. 6. Matt. Reg.
[c] hom. 1. in Ezech. [d] 3. p. Pastor. c. 20.
[e] 1. de anim. c. 2.
[f] Matth. 7. v. 2. Luc. 6. & seq.
[a] 1. Cor. 10. 13. [b] hom. 1. in Ezech.
[c] in ps. 101. [d] ps. 101. 10. cum ps. 118. octonar. 10.
[e] vers. 3.
[f] Similia reperiuntur.
[g] lib. 3. in cap. 20. Reg. c. 9.
[h] ps. 89. 15.
[i] ps. 89. 15. [k] lib. 1. Past. c. 30.
[l] Serm. de S. Victore.
[m] hom. 8. in Num.
[n] c. 27. 8.
[o] Apoc. 18.
[p] Deuter. 25. Ezech. 20.
[q] lib. 2. epistol. 3.
[r] lib. 26. Moral. c. 11.
[s] de pœnit. c. 11.
[t] 2. Cor. 2.
[u] Dionys. Carthus. [x] Ita Cyprian. Ambros. Aug. Hilar. Basil. Cassiod. Euseb. Emiss. Theodoret. Vatabl. 2. Cor. 12. 9.
[y] Ioan. 1. 16.

Ienius

tenuis retenditur a Genesi tardo, potum in mensura, vt & panis in eâ qui aliter dicitur *panis arctus*, [illegible] significari hoc loco tenuè victum, [illegible] tamis ac situs præ inopia. Nam Hebræa vox, de qua dictum est, mensuram grandem denotat. Quod autem apud Ezechielem [b] bibi aqua scribitur in mensura, id est, parcè, alio nomine dici שְׁלִישִׁית *bimsura*, vnde sumptum Latinum videtur nomen *mensuræ*, quæ ibidem vocatur σάβατον. Octauò, mensuram angustè sumendo, pretium lacrymarum consideranti aliquis [c]; & Dei donum esse lacrymarum, quod peculiari etiam petit oratione Ecclesia inter illas, quæ in finem connectæ sunt Romani missalis. Huc facit quod alibi docui, quo: umdam Patrum testimonio, lacrymas vnionibus ac margaritis similes esse, quod & ipsa externa earum forma præ se ferat. Vellet eripere diabolus rem adeò pretiosam, & vtilem nobis, & cibo ipso ac potu magis necessariam, *& hunc aquæductum præcidere, omnemq; aquam* [d] nec modò colloquium etiam per nutus, cum iis qui prosint, sed ploratum quoque, & lacrymas, ac à natura tributam oculis ea in re libertatem. Imitemur quos Ælianus [e] narrat ferre tyrannidem tantam non valentes, cum à longè accurrentem vt id prohiberent tyrannum Tryzum vidissent, cupientes anima latebribus, eum interfecisse. Trahitur nomen ab Hugone, à Philippo Graueo [f], & ab aliis quibusdam [g], tensus, vt celsatio. & potatio denigrent consolationes diuinas, quæ dentur in mensura magna, iuxta vim nominis Hebræi שְׁלִישִׁית *selischi* prius declaratam, idque in lacrymis, id est, propter lacrymas, quæ solent esse molestæ. & quibus nihil citius arcetur. *Mensuram bonam, conferram, congruam, superfluentem à vt Deus* [h]. Volui, quod facio interdum, cum occurrit celebrior locus, tot huius expositiones afferre, præter literalem, quam primam posui, & solam Valentia recipit, passimque recentiores, eum qua ex aliis illæ magis congruunt, quæ non paruam, sed magnam sumunt mensuram, & quidem præsertim, vt malorum est. Rickelius etiã tritum quoque affert, quæ secundo loco recitata est; tamen prius explanat idem esse *in mensura*, quod vehementer, secundum exigentiam culparum, non relaxando tormentum.

Vers. 7.] Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris: & inimici nostri subsannauerunt nos.

ACriter angebat Prophetã nomine vel suo, vel suorum posterorum, quorum præsentem calamitatem & captiuitatem; quod qui hanc permittebat Deus, videretur eos oppressisse continuis iurgiis, atque maledictis vicinarum gentium, vt Idumæorum, Ammonitarum, Moabitarum, Samaritanorum, nec non ipsorum Iudæorum inimicorum. Iam sæpenumero in aliis Psalmis occurrit eiusmodi querimonia & expostulatio. Illorum vero in 43 [i]. Vnde quodammodo transcriptus videtur hic locus, *posuisti nos opprobrium vicinis nostris subsannationem, & derisum his qui in circuitu nostro sunt*. De Christianorum aduersariis, atque persecutoribus Iudæis, & Gentibus, qui coli ab ipsis cruciatum, & mortuum detrahabant, & *nouarum dæmoniorum annunciatores* appellabant [k], Enarratores interpretantur, alle-

A gorico nimirum sensu. Denique sicut Christus *signum est cui contradicitur* [a], & *talem sustinuit a peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem* [b], ita & *secta ipsius vbique contradictum est* [c], & nunc etiam ab eiusdem generis hominibus, ac præterea ab Hæreticis, falsoque modo etiam à malis Christianis, qui quod *se nosse fatentur, factis negant* [d], contradicitur. *Pugnatur cum tuæ mundo angelis, hominibus* [e], *stultis habemur pro Christo* [f]; *animum perisse nostra sunt* [g]. Contradicitur præterea ab inimicis capitalibus tribus, diabolo, mundo, carne; pietati, iustitiæ, pœnitentiæ, vt Hugo declarat. Egemus *Dei protectione in tabernaculo suo a talium contradictione* [h]. Sunt qui Iudæos [i] infestes pro hoc tempore loquentes hic faciant, ista patientes ab iis, à quibus non diligantur ex charitate; sed cum compati erroribus & calamitatibus eorum debeant, deridere illos, ac subsannare.

B *Posuisti nos in contradictionem.*] Hieron. *in contentionem.* Alii, *iurgium*, vel, *iurgium*, vel, *rixam*, *dissensionem*. i. exposuisti, aut expones: quia Hebraum verbum futuri temporis est, quamuis alterum loco alterius vsurpari soleat, & supplendo ex præcedente versu 5. *quousque? quousque expones*, &c. Retenta vero præteriti significatione, causa querimoniæ & lacrymarum est, quod ad calamitates accesserit.

C exponi maledicentiæ vicinorum, factumque sit, vt contenderent & rixarentur cum ipsis, aut inter se de ipsis, veluti de præda dubia milites altercarentur, quam quisque rapere vult ad se, aut litigantes tanquã de re sua; vt Caietanus, & Vatablus explicant: item, vt in ius vocarent eos, & ficta crimina obicerent, quibus illos vexarent, & facultatula, si quam haberent, spoliarent, pœnásve luere facerent. Denique poni מְדוֹן *madon*, quod absque Hebræa præpositione hic dicitur, includique relationem quandam ad iudicium & forum, litemque & contentionem iudiciariam ac forensem. Apud Ieremiam [k] *vir iudicii & litis* vocatur אִישׁ מְדוֹן *isch madon*: Goliath quoque appellatur eodem modo Hebraice [l], licet Lxx. retinuerint vocem *Madon*, & Interpres transtulerit *excelsum*, quem alii *virum contentionis*, seu *contentiosum*, & *litigiosum*, vel *virum certaminis*, & *bellicosum*. Sic vero posset etiam Deus hic esse, a. tiuè sumendo, posuisti nos in contradictionem, vt nobis esset contendendum ac pugnandum cum vicinis nostris. Sed prior sensus paulùm melior. Quod Lxx. dixerũt εἰς ἀντιλογίαν, Symmachus εἰς μάχην & πολέμιον: Apollinarius εἰς ἔριν, id est, *iurgium*. Atque de contradictionis [m], & contradictio Core [n] adeò celebres, nomen habent ἀντιλογία, & מְרִיבָה *meriabah*. Idem sibi vult editio Syra, seu Chaldæa Maronitarum, *posuisti nos meditationem vicinis nostris*, id est, vt de nobis, atque contra nos meditarentur, & machinarentur, vel tabularentur. Ineptit nonnullis quidam quasi spiritus contradictionis, ac studium pro libito cuiusvis contradicendi, iurgandi, litigandi, vt nec acquiescere possint veritati, & æquitati, etiãsi causa ipsis aduersa dicatur, aut aliunde damnum eis compensetur, vt patrum memoria de quodam accepi, litigioso, quem Franciscus Francorum rex primus, ne proposito quidem quinti emolumento à lite remouere. Ex his forsan erat quos Hesiodus [o] in foro litigare scripsit, non tam vt aliquid consequantur, quàm vt alios vexent, atque molestent. Verè Cæsar apud Ciceronem [p]. Quid viro bono & quieto, & bono ciui magis conuenit, quàm abesse à ciuilibus controuersiis? subdit

[a] Luc. 2. 34.
[b] Heb. 12. 3.
[c] Act. 28. 22.
[d] Tit. 1. 16.
[e] Cor. 4. 9. 1 Cor. 1. 18.
[f] vers. 5.
[g] Ps. 87. 10. Lamentat.
[h] Lamentat.
[i] Ps. 43. 14.
[k] c. 15. 10.
[l] 1 Reg. 17. 20.
[m] Num. 20. 13. 27. 14. Deut. 32. 51. 33. 8. Ps. 105. 32. Ezech. 47. 19. 48. 28.
[n] Epist. Iudæ, vers. 11.
[o] in Ergis.
[p] lib. 10. ad Attic. ep. 9.

[a] Ps. 30. 22.
[b] Ezech. 4. 11.
[c] Petrus Valles. exerc. 5. post num. 4. Quod [illegible]
[d] Lamentat. 3. 49. [illegible]
[e] lib. 14. var. hist. c. 22.
[f] Ser. 1. [illegible] in psal.
[g] Cornelius de Dom. 6. post Pascha.
[h] Luc. 6. 38.
[i] Ezech. 14.

etiam,

eſſam, neque tutiùs, neque honeſtius reperiri quid quam, quàm ab omni contentione abeſſe. Vnum ex iis quæ vitam faciant beatiorem, vt iis numquam egeret Martialis [a] aſſeruit. *Peruersorum eſt ſuſcitare lites* [b]: *& ſemper turgia ſunt inter ſuperbos* [c]: *& ex concupiſcentiis, quæ militant in corporibus, bella & lites exoriuntur* [d]: *& honor eſt hominis qui ſeparat ſe à contentionibus* [e]: & Dio Pruſiensis [f] item deſcribit, bellum, nec indictum, nec vllis conditionibus, aut fœderibus diuimendum, & Suidas ἔρια ὑπερδιαιτᾶν, pro *receptaculo malorum*, vtiurpari teſtatur. Hoc nomine Plinius [g] gentem felicissimam cenſet Taprobanæ Antichthonum, Indiæ Seras, quòd neque lites, neque forum habeant.

ἐκεῖνος γὰρ φιλεῖ βροτῶν, ἀλλ' ἐπ' ἀνάγκης
ἀνὴρ ἀκούσας ἐξανίστησιν ἔριν τιμωρὸς βαρύτατος.

Nemo hanc amat (ἔριν, ἀ ἐρίω litem vel contentionem) *homo, ſi à neceſſitate,*
Iratum Iouem conſulens, fato litem volunt grauem.

Hoc enim ſi Latini eſſitatem tollas, concedi Henodo [h] poteſt. Quæ dialogo toto de Sophiſta Plato diſputat, vocans eum inter alia epitheta ἀντιλογικὸν, & ἐριστικὸν, quadrant optimè in præſentem locum. Legenda etiam Eſpencæi [i] digreſſio de clerico litigioſo, quem nominat Paulus [k] φιλόδικον, & Feuardentij de litibus [l].

Et inimici noſtri ſubſannauerunt nos.] Habent alia pſalteria Latina, & Caſſiodorus, *deriſerunt*. Loco pronominis primæ perſonæ textus Hebræus habet pronomen tertiæ לָמוֹ *Lamo*. Genebrardus reſpondet aut legendum לָנוּ *Lanu*; aut לָמוֹ *Lamo* ſeruire quoque primæ perſonæ: vt vt autè ſit, *nos*, adeſſe oportere vel expreſsè, vel tacitè. Expreſſit, *nos*, Hieronymus in ſua verſione. *Subſannaſſe ſibi*, eſt idem quod inter, aut intra ſe: vel animi cauſa, & gratis. Durior interpretatio Vatabli, *ſubſannauerunt eum* id eſt Deum, tum propter tranſitum repentinum ad Deum, cum quo proximè antè ſermo fuit; tum quia לָמוֹ *Lamo* pronomen indicat numerum plurium. Quòd autem ſeruiat, לָמוֹ *Lamo* primæ perſonæ requiro certiorem auctorem, vel exemplum. De ſanna, ſannione, ſubſannando, dictum alias [m]. Sannas N. gat M. T. [n] aliquid eſſe tam ridiculum, quàm ſannio eſt, quis ore, vultu, imitandis [illegible] eodemque corpore ridetur ipſo: & Nonius [o] eſſe in dictis ſatuum, & in motibus, & [illegible] nouerit nominant γελωτοποιεῖν. Pollet hic locus, & tabbamatio ad mimos transferri, qui res Chriſtianorum in ſcena ridebant, ex quibus tamen diuinus in ipſomet ſcenæ actu conuerſi nonnulli, iampridem non κατ' ὑπόκρισιν, ſed ſeriò Chriſtianam perſonam ſuſtinentes, mortem pro religione Chriſtiana quam profitebantur paſſi ſunt.

Verſ. 8.] Deus virtutum conuerte nos, & oſtende faciem tuam, & ſalui erimus.

IDem hic cum 4. verſu, addito dumtaxat *virtutum* vocabulo. Ibi egimus de intercalari verſu iſto ter repetito. Deſiderantis mos eſt, ait Caſſiodorus, frequenter repetere, quæ magnis precibus poſtulat aduenire, & eandem repetitionem extendere permittere docent ad intenſionem precantis. Myſticè Chriſti aduentus adeò deſideratus exponi poteſt, vt eodem loco dixi, in carnem, ad immortalem vitam, ad iudicium. Valètia verſum præſentem accipit tum de deſiderio iuſtorum in limbo, vt deſcenderet ad ipſos Caſſiodorus, tum Apoſtolorum, vt reſurgens red[illegible]

Deus virtutum] In aliis [illegible] & ſem textu Auguſtini, Caſſiodor[illegible] cant Hieronymum commentarij auctorem, nec non in Bibliis Græcis, præponitur nomen *Domine*, & κύριε, quod nec erat Græce in verſu 4. nec hic habetur Hebraicè. Cum autem hac Hebræa lingua eidem verſui additio bis fiat, hic nimirum, & in fine pſalmi, diuerſis ac imparibus aliorum interiectorum verſuum ſpatiis, non ſatis definire poſſumus de ratione metri, atque artificij carminis pſalmorum. In fine verſus ᾠδὴ ψαλμοῦ ponunt emendati codices Græci Sixtini. Voluiſſem collectorem notationum aliquid hac de re admonuiſſe, quia in aliis aut Bibliis, aut auctoribus Græcis, Latiniſve, vt nihil dicam de Hebræis, Chaldæis, Arabicis, Æthiopicis, &c. nullum veſtigium deprehendi. Tandem reperi Bedam in collectione diapſalmatum, id quod ordine numerat 58. hoc loco collocaſſe. Cardinalis quoque Vincentius Laurus manu, vt puto ſua, eidem iſti loco aſcripſit ᾠδὴ ψαλμοῦ in Bibliis Græcis, quæ cum cætera bibliotheca Collegio Romano noſtro liberaliſſimè legauit. Diapſalma verò quid ſit, quémve vſum habeat, docuimus alibi.

Verſ. 9.] Vineam de Ægypto tranſtuliſti, eiecisti Gentes, & plantaſti eam.

Verſ. 10.] Dux itineris fuiſti in conſpectu eius, plantaſti radices eius, & impleuit terram.

Verſ. 11.] Operuit montes vmbra eius, & arbuſta eius cedros Dei.

Verſ. 12.] Extendit palmites ſuos vſque ad mare, & vſque ad flumen propagines eius.

QVo faciliùs Deum flectat, & quod petit, impetret, priſtina ei beneficia reuocat in memoriam: videlicet, quòd Iſraëliticum populum ſibi eligens in optimam vineam, tanquam eximius agricola excolendum ſtudiosè ſuſcepiſſet, vt longè ac latè exereſceret, vberémque ex illo & fructum reciperet: vt autem id conſequeretur, ex Ægypto tranſtuliſſet, vbi velut in loco incommodo haud ita feliciter proueniebat, & minùs propagabatur; præterea Gentes, ad quarum terras transferebat, eiecerit, & extirparit, ceu noxias ſpinas, vt cuiuſtam de Ægypto dictam vineam viteſve fructuoſius ſereret, atque plantaret: demùm myſticæ iſti vineæ populóque ſuo exhibuerit ſe viæ ducem in columna duplici nubis, igniſque, defenſorem aduerſus hoſtes: tum verò his profligatis, & vberis terræ indigens, fixas & firmas ei radices ſe reliquit dederit, hinc denique factum, vt poſt Iordanem ubi terram in poſſeſſionem, ſupra numerum populus multiplicatus fuerit ad tantam altitudinem propagum fœcundiſſimæ vitis; ita vt montes ipſos obtegeret vmbra illius, tantoque altitudinis augmento aſſurgerent ceſſiſſima & maximas cedros, & ſecundum Lutetiam item extenderetur vna ex parte vſque ad mare Occidentale, ex altera vſque ad flumen

Ephratem, eo quod exercuerit potentia & gloria tanta, qua tibi etiam finitimas prouincias & regna subiceret, & cùm primum promissam intrarit terram, & postea, successu temporis, per duces ac reges tuos. Frequens in alijs quoque scripturis Hebraei populi, & sub eo typo, etiam Ecclesiæ, cõparatio cum vinea [a], præter apocryphum Esdræ quartum librum [b]. Iansenius causas dat; quia vinea latius ramos extendit, quàm arbores aliæ: fructum edit suauiorem ac vberiorem: maiore cultura eget: palmites habet partim fertiles, sed purgandos, vt fructuum plus afferant [c]; partim infœcundos, quos amputat agricola, & annuos duntaxat ferunt [d]. Hugo iam prior idem docuerat, distinguens sex rationes, quia vitis abiectum lignum inutile est, nisi ad combustionem: tormento quodam fructificat, id est, fossione terræ, ac ramusculorum abscissione: vinum profert: luxuriat in pingui solo, ac debile inde vinum exit: melius in edito ac petroso prouenit loco, radijs exposita solis: paxillis, & baculis fulcienda est. Sic abiectus ab Ecclesia homo, prorsus inutilis est, flammisque addictus æternis: tribulationibus excolitur, ac viget Ecclesia: sola vinum habet salutaris doctrinæ: hæc ipsa doctrina quodam modo, & hi qui ad Ecclesiam pertinent, maximè quos vocant peculiariter Ecclesiasticos, rerum abundantia degenerant: melius docent ac operantur in duritia pœnitentiæ, eminentia vitæ, semore charitatis radicati & fundati: sanctorum exemplis, & adiutorio, atque cœlestibus alligati dendemis erecti tenentur, quæ *remedia sunt salutaris alligatura* [e]. Ait præterea Ægyptum, esse infidelitatem, errorésque ac prauos mores: Gentes, voluptuosos & auaros: plantatam esse Ecclesiam ex humilibus & abiectis radices, Apostolos: montes, reges & alios viros magnos obumbratos gratia: cedros, superatas altitudine ab arbustis, eiusmodi homines conuersos per humilem prædicationem: extensionem ad mare pœnitentiæ, & flumen baptismi. Similia sunt apud Rickelium & Euthymium, aliósque. idem Hugo applicat vineæ dictas qualitates etiã ad ordinem religiosum, vel cuiuslibet iusti animam. Hanc animam transferri docet de Ægypto peccatorum ad lumen gratiæ: elici gentes motuum brutalium, & vitiorum: plantari plantis virtutum, & in charitate radicari: implere terram bonis operibus, misericordiæ præsertim: vmbra operire montes, altos in virtutibus superando; & cedros, id est, fortes bonoque odore tamæ fragrantes: extendere palmites ad mare pœnitentiæ & compassionis, & ad flumen humilitatis. Aiguanus quoque in anima nostra velut in vinea, cõsiderat plantationem in terra corporis, extra quod ferre meriti fructum nequit: putationem: ligationem: fossionem: occationem: fructificationẽ. In te adeo tuta non immorabor: si quid notatu magis dignum occurret, inter explanandum singulas partes, attingam.

Vineam de Ægypto transtulisti.] Alij, *vitem*, vnam enim גפן *ghephen* significat; non multis constitam vineam. Tamen vitis pro viribus, totàque vinea finiri potest Chaldaicè, *domum Israelis quæ assimilatur vineæ.* Futurum תטע *thassiahh* est pro præterito. Tamen ex præterito demonstrat Galatinus [f] Rabinos hinc asseruisse Messiæ fugam ac reditum ex Ægypto. Non obest præteritum, quia eo prædictionis certitudinem poni solet. Narrat verò etiam ab Antonino vrbis consule interfectum Rabbi dictum Rabbenu Hakkados de sensu istorum verborum, respondisse, esse de Messia: cumque ille obiceret loco natiuitatis Bethleë, quasi Rabbinus in Ægypto nasciturum significare vellet, subiecisse, futurum vt natum, in Bethleë Herodes persequeretur, & ex Ægypto rediret, quò fugisset. Clarior locus est à Matthæo citatus ex Osea, *ex Ægypto vocaui filium meum.* Sic vinea dicetur Christus; qui & se ipsum nominauit vitem. Præter Enarratores huius loci, & aliorum quos antea indicaui, Zeno Veronensis integro sermone disputat eleganter de mystica vinea Ecclesiæ; Setobem scribit fontem sacrum esse: lignum auxiliare, quo tenditur vitis vel portatur, crucem: quod tabulatis infertur, cœlestis viæ vitæque altitudinem monstrat. religatur is astringi, cum quis renuncians sæculo, sponsione facta spiritaliter, factis interrogationibus obligatur: luxuriòsos crines falce tonderi, quando omnia omnino peccata baptismate, Spiritusque sancti vigore amputantur: plorare felicitet hanc vitem purgata materia, quia de homine loto felicius manant doctrinæ cœlestis diuina fluenta: ruptis oculis, & præcedentibus solis fructum sequi, cum Christianus mentis diuinis præeminentibus obtemperando, in quibus æternæ fructus est vitæ, & defenditur pariter, & nutritura frugum pertingere, cum prærogata omni facultate pauperibus, crucẽ suã portans, consummata omni iustitiæ expeditior sequitur Christum: vi tempestatis, solis, atque umbris ad maturitatem cogi, hoc est, tentationib^us crebris, magnis, variis perduci ad coronã: vbi vindemiæ venerit tẽpus, id est, persecutionis dies, passim vuas diripi, id est, inconderate sanctis omnibus violentas inferri manus ad torcular cõportari, id est, ad supplicij locum deduci: ab operariis ibidem conculcari, hoc est, summa cum cõtumelia illusos iugulari. succum earum in vltimo præli pondere, duabusque tabulis exhiccari, quoniam iudicij die a Christo secundùm tabulas legis confessorum sanguinis vindicta vsque ad vltimũ quadratem exigetur: calcatores de eodem multo bibere, quia persecutores sæpe credentes in Christum, calicẽ pretiosum, quem paulo ante calcãdo fuderant, gustant, aliqui etiam bibunt: multo patrisfamilias cellæ recondi, vt pretiosius transfretatione reddatur, quoniam martyr Dominicæ habitationis in recondita assumitur, vt ibidem ex homine in Angelum transfusus, æternæ vitæ beatitudine glorietur. Hæc vnus ex fortissimis martyribus Zeno fere ad verbum; quæ propter tanti ac tam antiqui auctoris tum elegantiam, tum subtilem ac pium sensum, & hactenus fortassis inauditum, omitti non debuerunt.

Sumit quoque Ambros. [b] ex vite ad vitæ nostræ institutionẽ exemplũ. Ecclesiæ ait plebem velut quadam fidei radice plantari: reprimi humilitatis propagine: circundari vallo cœlestiũ præceptorũ, & Angelorũ custodia: turrim in ea esse Apostolorum, prophetarũ, doctorum: circũfodi, quia exoneratur terrenarũ mole curarum: religari, & erigi, ne reflectatur in terrã: recidi sarmenta, quæ in nimã effusione luxuriant, propagari ea quæ bonos agricola iudicauerit fructuosa: adminiculo fidei, & legis, & confessionis, & gratiã docere æqualitatẽ in Ecclesia seruãdã, vt nemo tedijs aut honoratus extollat, nemo pauper deijciat, ignobilisq; deprimatur: laqueos & circulos esse amplexus charitatis, quib. proximos quosq; cõplectamur, & in eorũ cõiunctione requiescamus: videndũ, ne immaturos fructus no-

[a] Cant. 2. 15. Isa. 5. Ezech. 15. 17. Matth. 21. Marc. 12. Luc. 13. 20.

[c] Ecclesiast. 24. 31.

[d] Ose. 8. 4.

[e] Eccl. 6. 31.

[f] Galat. lib. 5. cap. 3.

[b] Ambros. de Noe & arca. c. 12.

stros dies supremus inueniat, & plenæ tempus ætatis operа imparata dedeceant: vino perfecto, nec frugis horridę mortis, nec solē iniquitatis nocere, quia obumbrat eum gratia spiritalis: vuas censeri monilia; maturitatem prudentiæ, splendorem fidei; confessionis decorem; iustitię pulchritudinē; vbertatem misericordiæ. Cyrillus [a] Alex. istam vineam explicat de synagoga, quæ posteaquam offendit Deum, Deus destruxit maceriam eius, & posita est velut in conculcationem, porcisque & animis depascenda, hoc est, voluptatibus, & auersis à ratione moribus: sed reflorvit in Christo *memoriale* [b] *eius*: quoniā non omnes crediderunt: sed quasi in memoriam eius seruatæ sunt reliquiæ, & factum est vt vinum *Libani* [c]. Placuit Hieronymo [d] locum istum interpretari de anima, quam diabolus & Angeli eius deuastent. Sed & prosynagoga exponens [e], *asinum ad eam alligatum* [f] vult esse Gentilem populum à salvatore illi coniunctum, scilicet vt euaderet etiam vinea Domini. Nam vineam non aliam Christus plantauit, ait Augustinus [g], sed veniendo in melius cōmutauit; non eradicauit, sed *locauit aliis agricolis* [h]: eadem enim est sanctorum societate ciuitas Dei, & congregatio filiorum promissionis. Magna vi cuncta est de Ægypto vinea, tot prodigiorum & plagarum: & ab Hebræis ad Gentes translata, quod accidit maxime post Ierosolymorum excidium sub Vespasiano, Titóque. Diceres destructam, non trāsplantatam, nisi ex eadem synagoga multi sese adnexissent ad Ecclesiam; & figuræ ac typo succedisset veritas. Inueteratam vitem titius frangas, quam transferas. Rectores Ecclesiæ Deus apud Oseam [i] *vinitores* nominat, & apud Esaiā [k], quamuis hic alienos, id est, ex Gentibus, quod processu temporis accidit, ille ex eodem loco, hoc est, Iudæis, quod contigit in principio. Lasciuiebat generosa cæteroqui vinea inundationibus Nili, ac sterilescebat, quia apertos amat Bacchus colles [l]; ideo translata est à prouido, peritóque vinitore *in montuosam, campestremq; terram, quæ de cœlo expectat pluuiam* [m]. Christus cogebat suos sæpe in montem vel orationis causa, vel doctrinæ, vel vt seligeret à vulgo.

Eiecisti gentes.] Chaldaicè, *expulisti populos de terra Israel*, id est de terra, quam assignasti populo tuo Israel, eiecisti seu expulisti populos & Gentes Chananæas, quæ occupabant illam. De his Gentibus dictum alibi prius.

Et plantasti eam.] Vineam, cui similis Hebræus populus, exutus Gentibus tanquam spinis & noxiis herbis. Vim istius comparationis innuit Apollinarius,

ἐκ δὲ ἔθνη ἐξέτεμε ἄγριας ἀκάνθας ἡμερον φύτευμα.

Excidens verò plantasti nobilis gentes feras.

Id est, exscindens gentes terræ nobilis, plantasti populum tuum. Omnem hominem Plato plātæ, arborique similem affirmauit. Id iusto præsertim conuenit, quem Dauid noster [n] *plantatum* dicit *in domo Domini*, hoc est radices defixas in cœlo habentem; *& comas iunctas canalibus* [o], riuisque cœlestibus, vnde & anima est, & virtus ad eū descendit quasi qua à radicibus fugitur. Origenes [p] explanans id canticī Moysi [q], *introduces eos & plantabis*, &c. istam introductionem cum ea videtur comparare, qua pueri inducuntur ad scholas, ad litteras, ad omnem eruditionem: & iubet, ne cogitemus plantari ac defigi ficus, aliaue virgulta in terra sed quos de seculi Ægypto educit Deus ad fidem, velle vt conuersationem habeant sublimem: non repant super terrā, sed vt palmites sursum ducātur, & vt traduces collocentur in altissimis Dei cedris, Prophetarum, & Apostolorū, connexi vinculis charitatis. Melior fit quandoque planta transplantatione, vt Persica malus, quæ venenum amisit in Italia, de qua Columella,

——Pomus quæ barbara Persis
Miserat, vt fama est, patriis armata venenis,
At nunc expositis paruo discrimine lethi,
Ambrosios præbent succos, baccata nocendi.

Mutato etiam solo, cœlóque morbis desperatis remedium affertur.

Dux itineris fuisti in conspectu eius.] Hieronymus, *præparasti ante faciem eius*. Alij, *repurgasti ante eam*, id est, ante vineam, nempe locum, seu *euacuasti*, vel, *fecisti spatium*. Chaldaicè, scopasti, *aut expulisti à conspectu eius Chananæos*. Sensus est, perstiendo in vineæ comparatione, quòd si robem præparauerit, terræque superficiem repurgarit, rudentibus erectis. Sed in textu Maronitarum extat solùm, *inuitus es eam*. Arabicè, *explanasti viam ante eam*; Græcè ὡδοποίησας ἐνώπιον αὐτῆς, quod in aliis psalteriis Latinis, & apud Augustinum, atque Cassiodorum legitur, *viam fecisti in conspectu eius*. Significat Hebræum פִּנָּה *pinnah verrere, scopare, mundare, aptare præparare, expurgare, euacuare*. Extat in eo celebri loco Malachiæ [a]; *præparabit viam ante faciem meam*. Vbi, licut & hic, est gratia paronomasiæ in dicto verbo, & לִפְנֵי *lephanai*, atque לְפָנַיִךָ *lephanecha*. Apud Malachiam Græcè est ἐπιβλέψεται ὁδόν. Modum exposuit Paraphrastes in expulsione Chaldæorum. Omnē itineris successum Basilius, seu Theodoretus complectitur: Eusebius impedimentorum amotionē tanquam spinarum, „omnisque alienæ materiæ τὰς τε βλαστήσεις καὶ τὰς ἐπιφυομένας ὕλας καὶ πόας, καὶ ἐμπεδοῦν, vocans; exponēnque de incolis terræ illius: addunt & legis traditionem Euthymius ac Nicephorus: Apollinarius processionem Dei complanantis vias,

πρόεισθα δὲ σὺ ἔμπροσθεν καὶ μαλάξας ἐπόρευσας ὁδούς.

Ante verò ipse longè præcedens complanasti vias.

Duplex columna nubis, ignisq; præcipua ducatus istius pars fuit, vt Hugo, Lyranus, Ireuetus, aliiq; obseruant. Etsi autem vitis non propriè agit iter, eiusve ab aliquo iter dirigitur; tamē quatenus de populo dicitur nomen illud, seu vineæ, rectè ab Interprete nostro (quem velle studiosius defensum ab Agellio redditum, *dux itineris fuisti*. Allegoricè Arnobius, Augustinus, Latini cæteri Christum viæ ducem accipiunt, ac ipsissimam viā; quo se quoque ipsemet nomine appellauit [b]: Euthymius Euangelica mandata, quæ materiā omnem alienam, & vepres omnes, callem rectū occupantes resecant: licut & per electas gēres idem, atque Arnobius dæmones, idola, tyrannos, qui nomini Christiano erant infensi, intelligunt. Si incognitū carpendum est iter, duces eliguntur viarum, qui præcurrant agmini; & hoc Imperatore: ille iniuriosum sibi esse arbitrantur, inquit Ambrosius [c]: Deus autem præibat cùm Hebræi facerent iter, *die quidem in columna nubis* ostendens illis viam: *nocte autem in columna ignis*. Idem [d] docet Abrahamum, dum est Deum secutus adeò obedienter, facto præuenisse dictum illud, ὀπίσω θεοῦ, *sequere Deum*. Ait præterea [e], quòd exercitata mens non aquilarum præferat imagines, nec draconis, sed in cruce Christi, & in Iesu nomine progrediatur ad prelū, hoc signo fortis, hoc vexillo fidelis. Laudat denique [f] illud Sophoclis, *Iupiter mihi præest, nullius autem*

[a] c. 3. 1.

[b] Ioan. 14. 6.

[c] in psal. 118. serm. 5.

[d] l. 1. de Abraham c. 2.

[e] lib. 2. c. 7.

[f] ad Irenæū.

autem habitandi, ita videlicet vt non à Deo potestate filij facta, ac propter illum. De malis ducibus illecebrosæ sensualitatis, *qua ducuntur mulieres* [a]: pernitiosæ familiaritatis, qua *vir impius lætatus amicum ducit per viam non bonam* [b]: præsumptionis ex temeritatis, qua *cæcus cæcum ducit* [c]: malitiosæ fœcunditatis, qua *non habens scientiam optimè ducitur* [d], quibus opponitur ductus Christi, cum suos in montem duxit, vbi *transfiguratus est* [e], & pro sensualitate montem rationis obtulit, pro pernitiosa familiaritate, Mosem & Eliam, pro præsumptione, humilitatem, in faciem cadentes discipulos: pro tyrannide, paternam vocem, Aiguani tropologiam lege.

Plantasti radices eius.] Reprehendit Hieronymus [f] codices, in quibus additur, *hinc*. Habent aliæ editiones commodiorem: & Hieronymus vetus idem vertit, *stabilisti*. Arabicè, *confirmasti*. Ad verbum diceremus, *& radicasti radices eius*, vel, *radicare fecisti*, וּתְרַשֵּׁשׁ שָׁרָשֶׁיהָ *vatha-fesesh scharascheha*; id est, *radices prendisti, ac eam propagasti*. Contrario sensu *emigrare, seu tolli* dicitur *radice de terra viventium, illius, qui viuere non sinitur* [g]. Moysem, Aaron, Iosuë, prophetas, sanctósque patres in cultu Dei ac fide [h] radicatos: principes quoque, duces, reges, capita etiam tribuum & familiarum; tandem humanam terra promissa stationem, cum potentia & opibus intelligit. Mystice hi sunt Apostoli, & Apostolici viri, nec non charitas, & similes eximiæ virtutes; sana quoque, vt ait Euthymius, de Christo dogmata. *Radix infirmum non communicabit* [i], *sed proficiet* [k]. *non concidit radix sapientiæ* [l]: & hæc est, *timere Dominum* [m], *& in eloquio mansuetus* [n], pauciſque reuelatur [o], *quia pauci electi* [p], qui portantur *a radice sanctâ* [q]; qui est Christus ipse ortus quidem *de radice Iesse* [r], sed humul *radix, & germen Dauid* [s]. Nihil humilius Christo, ideoque nihil excelsius, quorum quantùm radix demittitur, tantum planta erigitur,

—[t] *quæ quantùm vertice ad auras*
Æthereas; tantum radice in Tartara tendit.

Et implevit terram.] Pro tam latis terram; quæ habitatoribus plurimis Hebræis repleta est; hinc que rerum gestarum fama, religionis odore, splendore potentiæ vniuersam repleuerunt; ita vero hoc sentent inuenisse se gratiam in cõspectu Dei, quod ambularet Deus cum ipsis, & glorificaretur ab omnibus hominibus, qui habitabant super terram. Quæ causa etiam fuit cur terræ in medio collocati fuerint Hebræi, vt alibi [u] dictu est, & in medio reliquarum Gentium collocati, vt omnes in circuitu nationes, inquit Hieronym. [x] illorum sequerentur exemplum: & vt ait Ambrosius [y], *voluit Deus*, vt ipsis populi finitimi ungerentur, quo paulatim etiam generibus infunderetur cognitio cœlestium Sacramentorũ. Ecclesiam constat multo magis repleuisse terrã totam, quod alias [z] demonstrauimus, & quæ hic sequuntur mystico saltem sensu, ostendunt.

Operuit montes vmbra eius.] Populus Hebræus maximo numero incolens, & implens Palæstinam montuosam, montes ipsos operire videbatur vmbra sua. Vel simul significatur quòd superarent Og & Seon, eorumq; populos de genere Gigantum; & postea per Dauidem Ammonitas, Idumæos, Moabitas, Philistæos, Syros, ita vt etiã Salomoni tributa penderent omnes fere reges Orientis, & numeribus eumdem Æthiopũ regina coleret. Præterea denotari possunt hoc, sequentibus membris, quod etiã iam dictis congruit altitudinæ domus, & arcis munitissimæ ibidem exstructæ. Nec displicet Agellij coniectura, per *montes* hic indicari desertum, per *cedros* Libanum, quia maximè laudatæ cedri Libani: ita vt hi sint termini duo terræ Israel, quemadmodum alij duo in versu sequenti, *mare & flumen*, cum his quatuor distinctè definiatur ea terra in Deuteronomio [a]. Chaldaicè, *cooperti sunt montes Ierusalem vmbra sanctuarij eius, & domus a cedris eius.*

Et arbusta eius cedros Dei.] Hieronymus, *& rami illius cedri Dei*. Chaldaicè, *electi principes populi qui assimilati sunt cedris sanctis*, vel ex Nebiense nectendo prioribus, *& vmbra doctorum doctrinæ præceptorum emulatorum, quæ assimilatæ sunt cedris sanctissimis*. Vertunt etiam alij ex Hebræo, *& rami eius vt cedri Dei*: sed placuit LXX Interpretibus Νῶτος repetere *operiebat* verbum ex priore membro, vt dicantur vineæ rami altitudine sua operuisse altissimas cedros. Vtrouis modo idem vineæ incrementum significatur secundùm proceritatem ramorum, seu palmitum, qui arboribus applicantur. Sunt עַנְפֵיהֶם *khanaphem* rami & frondes. Reddit Hieronymus aliquando *frondes* [b], interdum *ramos* [c], nonnumquam *germina* [d]. Arbusta propriè significant loca consita arboribus, & à vineis distinguuntur, vel arbores ipsas viribus nuptas. Huc loco puto Latinum Interpretem pro arbustis viribus, accepisse, quas Græcum huius etiam loci nomen ἄμπελοι significant, aliter ἀνδρήλατοι, & Latini dicunt *vites nuptas, & maritatas*, nempe aliis arboribus, vel hasillis;

—*adulta* [e] *vitium propagine*
Altas maritat populos.

Lege auctores de re [f] rustica. Plinius [g] autem longo vsu compertum scribit, nobilia vina non nisi in arbustis gigni, & in imis quoque laudatiora summis, sicut vberiora imis: adeò ex celsitate profici. Vsurpant quoque *maritãdi* verbum iidem illi scriptores, & Plinius [h] *nubendi*, alique, nec non *coniugium vitium*. Nonnus [i] vitem dominam arborum appellat, quod per illas, velut perancillarum scandat humeros. Celebris illa vitis aurea in Iudæorum templo, quam inde abstulit Pompeius, vel dono accepit, de qua Lipsius [k] ex Zonara [l], Plinio [m], Floro [n], Tacito [o], Iosepho [p], qui Strabonem citat, deseque Romæ vidisse testatur pretij quingentorum talentorum, & vocatam τρυφὴν τοῦ θεοῦ, *delectamentum*: & Plinius nominat montem aureum quadratum cum ceruis & leonibus, & pomis omnis generis, quem vitis illa circumdaret; Strabo autẽ apud Iosephum, ὅτι ἀμπέλου, ὅτι ἀναθήματος, *siue vitem siue donum*: hoc egregium, inquam, adeo pretiosæ, ac magnæ vitis opus, designabat fortalis amplitudinem atque potentiam populi Hebræi, non Bacchi cultum, vt Tacitus voluit, quemadmodum & Plutarchus [q], etsi hic de vite non mentiuntur. Memnit Iosephus Gorionides vitis aureæ ab Herode confectæ, pondere mille talentorum aureorũ. Villalpandus [r] nollet contendens templum sub Herode longè infimis gloria fuisse, quam sub Salomone, id refellit, ac ex altero Iosepho Flauio [s] refert interiorem portam templi inauratam fuisse, & circum eam quoque partem inauratum, desuper verò habuisse aureos pampinos, vnde racemi statuta hominis dependebant: negat verò auro solido vitem constitisse, sed filo tantùm aureo aulæis intexto. Quidquid sit de Herode, negari non de-

[a] Prou. 7. 7.
[b] Prou. 12. 26.
[c] Matth. 15. 14.
[d] Prou. 12. 26.
[e] Matth. 17. 1.
[f] Psal. 51. 7.
[g] Psal. 51. 7.
[h] Prou. 12. 3.
[i] 1. Cor. 13. 8.
[k] Sap. 6. 18.
[l] Psal. 111. 10.
[m] Matth. 10. 28.
[n] Prou. 3. 32.
[o] Matth. 22. 14.
[p] Rom. 11. 20. 28.
[q] Gen. 21. 1.
[r] Apoc. 22. 16.
[s] Virg. 3. Georg.
[t] Ouid. 1. Metam.
[u] Deut. 32. 8.
[x] Ezech. 5.
[y] In Psal. 45.
[z] Psal. 18. 5.

[a] Deut. 11. 24.
[b] Ezech. 17. 23. c. 19. 10. c. 31. 3. c. 36. 8. Leuit. 23. 40. Malach. 4. 1.
[c] Horat. epod. ode 2.
[d] Cato c. 3. & 52. Columel. lib. 3. c. 2. & 3. lib. de arbor. cap. 16. Varro lib. 1. c. 8.
[e] Virg. 2. Georg. Ouid. 15. Metam. Dionys. Hal.
[f] Oleast. c. 5. Emanuel. Sa in Matth. 26. Plin. lib. 14. c. 6. Strabo lib. 16. Philo. de antiq.
[g] Sympos. q. 5.
[h] Tom. 2. in Ezech. cap. 2. lib. 5. c. 7.
[i] Ios. antiq. c. 14. lib. 6. de bello c. 6.

bet alia illa vitis à tot auctoribus memorata, quamuis non ita dicerè illam ipsam in templo collocatam asserant, quam in vrbem Pompeius asportauit, & quidam ab Aristobulo ei donatam volunt, vt Flauius Iosephus, & ex eodem Zonaras, ille etiam ex Strabone.

Fit præterea mentio de arbustiua Persarum regis vite aurea, gemmis ornata, cuius vuæ ex pretiosissimis lapillis coagmentabantur, & regio lecto superstabat à Xenophonte [a], Athenæo [b], Herodoto [c], Plinio [d], Dione, Chrysostomo [e], Tzetze [f], Plutarcho [g], quos citat Brissonius [h]. Sed quid hæc ad mysticam vitem, siue Christum, siue Ecclesiam, siue iusti animam: Christus idem vitis, *racemus portatus ab exploratorib. promissa terra* [i], *custos vineæ* [k] (vt & quæuis anima sui ipsius) *calcator torcularis* [l], calcatus ipse & compressus. Adhæreamus illi, nec non & vt vitis solet arboribus, id est, exemplis & meritis aliorum sanctorum.

a lib 7.
b lib 7. & 12.
c lib. 7.
d lib. 33 c. 10.
e ora. 38.
f in Iliad. vers. 1322.
g in lib. de fortu Alexand.
h in decreto ver. a. pag. 89.
i Num. 13 24
k Cant. 1. 6
l Isaiæ 5 3.

Cedros Dei.] Cum declararemus psalmo 35.[m] quare iustitia compararetur cum montibus Dei, monuimus Dei nomen ad res varias adiectum, valere ad earumdem excellentiam indicandam, eximiamque magnitudinem. Hac de causa Christum vocat Deus regem suum, sic enim est in psalmo 2. [n] *constitui regem meum*, iuxta textum Hebræum; & Zacharias [o] ait, quòd *adorabunt gentes regem Dei*. Oratio Dei in qua *pernoctabit suem* [p], erat oratio non solùm Dei hominis, & de negotiis diuinis, sed eximia tota diurna nocte, feruens, efficax: *homo* vel *vir Dei* [q] vocatur is qui Dei insignis cultor; sicut Gabriel, fortitudo Dei; Raphael, medicina Dei ob singularem vtriusque rei excellentiam in illis: Item *visiones Dei* [r] dicuntur, quæ præstantes erant: *cinnus Dei*, quæ amplissima, vt Niniue [s]: *tuba Dei* [t], quæ valde sonora: *exercitus Dei* [u], qui numerosissimus: *Spiritus Domini latus super aquas* [x], ventus validissimus. Sic aliqui [y] volunt *spiritum Dei malum* [z], significare pessimum; quod mihi duriusculum videtur, & epithero mali satis innui malitiam; Dei autem dici, quia immissus erat à Deo. Nec recedit vulgarium nonnullarum linguarum loquendi vsus ab isto, vt idem Dei serenissimum, agrum fertilissimum, ignem luculentissimum, & similia denominent. De cedris egi quantum satis est in psalmo 28. [a] possuntque in vtramuis partem sumi, bonam & malam. Id ibi docet Basilius in homilia, volens eo loco designari superbiam, & idololatriam; in hoc autem Cedros Dei dici, qui hactenus steriles: & apti ad comburendum, vbi sub velamen, & integumentum vitis Christi venerunt, illumque veluti induti sunt, per ipsius gratiam propriæ vitæ sterilitatem contegunt. Vitis vmbram laudat Plinius [b], quod mobili folio, iactatúque crebro solem, temperet, eodem graui protegat imbre. Aliter Augustinus in partem deteriorem sumit cedros, etiam pro superbis; montes opertos vmbra, pro prophetis obscurè locutis, & lege tota, *quæ vmbram habebat futurorum* [c]. Sic eadem res plures fert sensus.

m vers. 7.
n vers. 6.
o c. 14 16.
p Luc. 6. 12
q Iosue 14 7. 3. Reg. 17. 18. 4. Reg. 4. 9. 1. Tim. 6. 11.
r Ezechiel. 1.
s Ionæ 3. 3. 4. Theoph. 15 in 4. Nahal 1 2. 2.
t Amos 3. 6.
u Genes. 2. 2.
x Genes. 8. 1.
y Villalp. in Apoc. lib. 1. c. 6.
z 1. Reg. 18. 10.
a vers. 15.
b lib. 17. c. 22.
c Heb. 10. 1.

Extendit palmites suos vsque ad mare, & vsque ad flumen propagines eius.] Hieronymus, *expandit cornua sua vsque ad mare, & vsque ad flumina germina sua.* Idem alibi [d], *extenuisti propagines eius vsque ad mare, & vsque ad flumina flagella eius.* In editione Chaldæa Maronitarum sunt *radices*, & *palmites*: in Arabica, *radices & brachia.* Oseas [e] nominat *Israel vitem frondosam, cuius fructus adaquatus esset*, id est, abundans, ac respondens numero, magnitudinique palmitum. Vertunt ibi LXX. ἐλλίμματα, aut ἐλλιμματώδη, id est, *lunos, ac pulchros palmites habentem*, vel, *flexuosam ac luxuriantem palmitibus, sarmentosam*. Symmachus ὑδατώδη *syluestrem*: Aquila *vitem aquosam*, hoc est, humore abundantem. Euphratem pinnes exprimunt, qui ob magnitudinem recte vocari possit nomine plurium fluminum, sicut de *behemoth* bestiæ vocabulo, alias notaui, eodem similib. quamuis hoc loco נהר *nahar* sit singulare: in eodem Græcis ποταμὸς; cùm tamen pluraliter ποταμοὶ legant Nicephorus, Euthymius, Apollinarius; itè Cyrillus Alexandrinus in Zach. [a] idemq; numerus extet in translatione Arabica, & in Chaldæa, qua Maronitæ vtuntur. Patrũ refert, quòd aliqui reddant, *extendes*, seu *mittes*, in secunda persona, vel, *extendisti*, quomodo est in aliis Latinis psalteriis, & apud Augustinum, atque Cassiodorum, quia tunc refertur ad Deum Dominum vineæ: in tertia persona ad vineam ipsam: est autem תשלח, *thesalach*, vel secundæ personæ masculini generis, vel tertiæ fœminini. Versio recitata Hieronymi, est etiam Symmachi, & V. editionis, ἐξέτεινον τὰς χαίτας αὐτῆς: Theodotio autem, & V. editio pro ἐξέτεινε, reddidit ἐξαπέστειλε, *emisit*. Aquila in futuro, cuius formam habet Hebræum verbum, sed per præteritum transferri sæpè solet, ἀπεστειλεν *misit*; & pro κλήματα *palmites*, θερισμὸν *messem*: Paraphrastes nominans Euphratem, quem psalmo 71.[b] docui sæpiùs intelligi per absolutum nomen fluminis, præsertim quando agitur de terminis promissæ terræ, sic interpretatur, *expandisti propagines*, misisti discipulos eius vsque ad mare magnum, & vsque ad flumen Euphratem, fugentes eam, nimirum doctrinam, quam priore versu expresserat. Cyrillus, quem citaui, rationem reddit sententiæ, quia tellus Iudæorum mari, & regione ad Austrum; atque Indica terminaretur quæ dicebatur μέση ποταμία, *media fluminum*, vno vocabulo *Mesopotamia*.

d inc. 3. Abd.
e c. 10. 1.
a ac 5 n. 58.
b vers. 8.

Mysticum eumdem sensum, sed de discipulis Christi tradunt passim enarratores Latini, & de regeneratis aqua, quam idè Christus suomet baptismo in Iordane sanctificare dignatus est. Confirmant eiusdem Christi verbis [c]. *Ego sum vitis, & vos palmites.* Eodem spectat ad Ecclesiam accommodando, quod Basilius, seu Theodoretus, Euthymius, ac Nicephorus *palmites* quidè de multiplicatis interpretantur Iudæis, *propagines* de proselytis; ná & Iudæis in Christianismo Gentiles quodãmodo adnati sunt, & insiti; sicut & de insito oleastro in bonã oliuam philosophatur Paulus [d], vsq; ad mare totius mũdi, aut pœnitentiæ, & flumẽ seu baptismi, seu gratiæ. Quando Christus se *vitẽ*, discipulos dixit [e] *palmites*, perstans in eadem parabola, vt Chrysostomus, Leontius, Theophylactus, Euthymius volunt [f], subdidit aliquanto post [g], *se illos elegisse*, tãquam videlicet optimas, & generosissimas vites, siue palmites, & *posuisse*, hoc est, plãtasse vt irent, id est, crescerent, & fructũ afferent. Hæc est *plantatio, quam plantauit Pater* [h], & germen plantationis *ad gloriandum* [i], & *germen in medio populorum*, semenque, cui omnes dicent benedixisse Dominum [k]; hoc est, longè, ac latè propagasse, ac multiplicasse. Eximiũ hoc Ecclesiæ signum, a quo etiã Catholica denominatur, Ecclesiarum propagatio, inquit Augustinus [l], quod a viro acceperit in dote: quæ vsque cooperatio cuiuslibet. Hæresis in angulis latet, contentiosa est, non ma-

sensu mystico.
c Ioan. 15. 1.
d Rom. 11. 17.
e Ioan. 15. 1.
f ibid. omnes.
g vers. 16.
h Mat. 15. 13. 1. Esa. 60. 21.
i Esa. 61. 3.
k cap. 61. 9.
l 1. de symb. cap. 10.

trona.

trona. Hanc opinor Ecclesiæ prærogatiuam repræsentant nobis veteres in aptidibus Ecclesiarum, opere musiuo vitium picturæ, cum palmitibus, frondibus, fructibus. Nihil ad Ecclesiam, quam rex Medorum vitimus Astyages vidisse fertur secundùm quietem, ex filiæ natura enascentem pulcherrimam vitem, quæ Asiam, ac Europam totam decoro palmite inumbrabat: quo viso nepotis Cyri designatum imperium augurati sunt, vt prodit Herodotus [a].

a ibid. 1.

Vers. 13.] Vt quid destruxisti maceriam eius: & vindemiant eam omnes, qui prætergrediuntur viam?

Vers. 14.] Exterminauit eam aper de sylua, & singularis ferus depastus est eam.

PRorumpit in acerbam querimoniam de tãtæ, ac tam opimę vitis, quã ptiùs descripserat, vastitate. Nimirum simul dolet, simul minatur, tam simiter radicatam, atque dilatatam vineam, hoc est populum Hebræum, detracta seu remota custodia, & protectione Dei exponi omnium direptioni, vt solent vineam, cum fracta est sepes, aut macella, viatores vastare, illiusque fructus decerpere: sed & in eamdem vineam patentem egressi de sylua apri, aliæque ferę depascere, atque conculcare, quibus hostium sæuitia, & immunditia designatur, vt pote crudelium, & idololatriæ, omnique vitiorum turpitudini deditorum. Satis notæ sunt clades Hebræorum externæ, quarum grauissima in qua nunc perdurant, *factis in direptionem, destructa macera*, vt Esaias [b] quoque loquitur. Congruunt eadem aptissimè persecutoribus Ecclesiæ & variį generis aduersarijs illius. Nonnullam habet cum illa similitudinem conquestio illa Euangelica [c], *Nónne bonum semen seminasti in agro tuo, vnde ergo habet zizania?* nisi quod hic exprimit is, qui conqueritur, damni auctorem aptum, & singularem ferum; id est, diabolum, ibi patersamilias respondet eumdem sub nomine *inimici hominis* illud fecisse.

Vt quid destruxisti maceriam eius.] Hieronymus, *quare dissipasti maceriam eius.* Alij, *dirupisti, fregisti, rupisti, euertisti, sepes, septa, macerias*: est namque pluralis numeri cum affixo גדרתיה *ghederetha*, quamuis Chaldaicè singularis גדרתה *guderatha*, quod parum refert: sic in psalmo 88. [d] *destruxisti omnes sepes eius, posuisti firmamentum eius formidinem; dispersit eum omnes transeuntes viam:* & apud Esaiam [e], *auferam sepem eius, & erit in direptionem, diruam maceriam eius, & erit in conculcationem.* Quid sit macera, dictum in aliis psalmis. Mystice multa significat, quæ affertuntur ab expositoribus Esaiæ [f], & Matthæi [g], qui de vineę parabola scribũt. In genere significat custodiam, tutelam, protectionem, defensionẽ, munitionẽ Dei, siue per Angelos, siue per sanctos, siue per magistratus, siue per præcepta, siue per timorẽ diuinum, siue per doctrinam, humilitatem, paupertatem, aliasque virtutes, siue per calamitates, siue per beneficia, siue per alia, quæ quouis modo continent nos, ne offendamus Deum, & ne offendamur ab iis, quæ nos ad illum offendendum inducunt. Religionis paritem B. Ignatius noster paupertatem nominat, & Chrysosto-

Religionis paries paupertas.

mus [a] murum æreum, seu securum præsidium æreis muris, & expugnatu difficile. Vallat, sepit, munit Deus nos *muro æreo* [b]; *& igne* [c]: *lectissimis etiam nostrum fortissimis militibus* [d], *& simul lilijs* [e], scilicet à dextris, & à sinistris, in prosperis, & aduersis. Diabolus non poterat ferre tam fortiter vallari Iob à Deo, dicens: *Nónne tu vallasti eum* [f]: Infelix peccator hoc vallo destitutus, meritò eidem dicit, & angelis eius, exprobrátque [g], *quousque irruitis in hominem, interficitis vniuersi vos, tamquam parieti inclinato, & macerię depulsę?* Væ peccatori quando *tuitionem cœmentarij Deus ponit*, id est, deponit, & abicit, *non aduocans vltra superinducere eum* [h]; vt linat, cooperiat luto, vel calce, sed finit patere iniuriis aduersariorum, & corruere. Debet quiuis vocari, & esse *ædificator sepium, auertens semitas in quietem* [i], id est, ne cui vlla pateat semita, vel etiam rima, per quam subeat ad nocendum. Rupertus [k] tractans egressum Phares, & Zaram de Thamar, verboque Thamar: *quare diuisa est propter te materia* [l]? & exponens de populo Iudæo *Zaram Phares* de Gentili, docet quod interruptio, ac diuisio illa denotauit Gentiles penetraturos in Ecclesiam; post plenitudinem vero earum saluandos Iudæos; videlicet *pax nostra Christus medium parietem maceriæ* [m] *soluit*; & *qui destruxit sepem*, siue *maceriam, mordebit eum coluber* [n], sicut Eua, quia destruxerat Dei præcepta, morsibus eius patuit [o], inquit Hieronymus [p].

Et vindemiant eam.] Reddunt alij, *decerpere, colligere, vastare*; Arabica editio, *transgredi*, Euthymius, & Nicephorus λυμαίνεται. Verbum תרפ *batsar* etiam *vindemiare* per se quidem collectionem significat vuarum, siue ad patrisfamilias, iustique possessoris vsum, siue ad abusum, atque direptionem. Vt quouis modo fiat, spoliatur, vastaturque vinea. Hebræum ערה *arah* valet *colligere, carpere, decerpere.* Vnde dictum leonem putant ארי *aryeh*, quod prædam decerpat. Transfertur Latinum, & Græcum verbum ad aliorum fructuum decerptionem præter vuas: item ad cuiuscumque rei perceptionem, & fruitionem. Plus vineæ nocet vindemiator, quàm rei alteri fur, aut latro, quia nihil in vinea relinquit; illi aut racemos putres, aut immaturos, aut quos non videt. *Si fures introissent ad te*, ait Abdias [q], *si latrones per noctem, quomodo conticuisses? nónne furati essent sufficientia sibi? si vindemiatores introissent ad te, numquid saltem racemum reliquissent tibi? Væ mihi*, inquit Michæas [r], *quia factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ, non est botrus ad comedendum.* Similia sunt in Ieremia [s], quæ conueniunt optimè captiuitati Babylonicæ, de qua psalmum illum explanare multos dixi: sed adhuc melius dæmoni, qui Ecclesiæ vineam peruestigat, vt colligat, & in cartallum, seu canistrũ conniciat, ac in æternæ damnationis torcular deportet. In Threnis [t] eiusdem extat lugubris descriptio, cum aliorum prouocatione ad condolendum, & complangendum *O vós omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte si est dolor sicut dolor meus, quoniam vindemiauit me vt locutus est Dominus, in die furoris sui.* Ibi est verbũ עולל *hholel*, significans *posteriorem collectionem*, quam vocant *racemationem.* Vtitur aliis eadem phrasi idem propheta [u]. Iob [x] quoque summam vastitatem describit, *segetem, non suum demetunt; & vineã eius, quem vi oppresserint, vindemiant.* In pretio erat vinea Syris, Arabibusque, ac minimè vulgaris; Salomon enim inter argumenta potẽtiæ suæ, illud recensuit, quòd *plantasset vineas* [y].

a hom. 13. in Matth.

b Ierem. 1. 18.
c Zach. 2. 5.
d Cant. 3. 7. & 6. 2.

e Iob 1. 10.

f Iob 38. 8.

g Ps. 61. 4.

h Amos 7. 8.

i Esa. 58. 12.

k lib. 8. in Genes. 31.

l Gen. 38. 29.

m Eph. 2. 14.

n Eccl. 10. 8.

o Gen. 3. 1. & seq.

p in c. 58 Esa.

q vers. 5.

r c. 7. 1.

s c. 6. 9. c. 49. 9.

t c. 1. 12.

u ibid. vers. 22. cap. 2. 10. prophetiæ 1. 5.

x cap. 24. 6.

y Eccl. 2. 4.

Omnes, qui prætergrediuntur viam.] Hieronymus, *transeunt per viam.* Alibi [a] idem, *transeunt viam*, necnon alia Latina psalteria, & Cassiodorus, atque Ambrosius [b]: Augustinus autem, *transeuntes.* Græcè οἱ διαπορευόμενοι. Nec tamen in compositione inesse vim puto, cum sit simplex Hebræum participium עבר *hbouere*: Ambrosius [c] perpendit in transitu. Quis enim nisi perfidus, inquit, despoliat vineam Christi? Obseruat item à transeuntibus, siue prætereuntibus blasphematum Christum [d], hoc est, ab iis, qui in via stare debuerant, & constãtes esse, non, mobiles, & *qui præterendo non benedixerunt* [e], sicut *ad benedicendũ*, inuitantur *stantes in domo Domini* [f]: Adiicit tamen & in bono legi verbum *transeundi*; sed non facit modò ad rem. Antoninus [g] Vineæ, quæ est Ecclesia, operarios iniquos ait hic, & sequentibus verbis describi: & hypocritas quidem, ac simulatores designari per eos, qui vindemiant, quærendo fructũ non Deo, sed sibi, & prætergrediendo viam mandatorum Dei: persecutores per aprũ de sylua exterminantem, præsertim Romanos ex sylua infructuosæ gentilitatis, quorum numerantur in Ecclesiã persecutiones decem ab Augustino [h], redactos verò in nihilũ sicut Achab, qui rapuit vineã Naboth [i]: hæreticos per singularem ferum depascentem, quia feri, & crudeles sunt, ac in suis opinionibus singulares. Recenset peculiares hæreses aduersus articulos symboli singulos.

Exterminauit eam aper de sylua.] Hieronymus [k], *vastauit*, etiãsi futuri temporis verbum sit יְיַשְּׁחֶנָּה *iescharsemennah.* Vetus psalterium Latinum, & Hilarius [l]; *deuastabit.* Augustinus eodem pacto, nec non, *deuastabit.* Exponunt alij *consumere, euertere, euellere, radere, effodere, eruere, conculcare*: propriè *implere vẽtrem, depasci*, & vt quibusdam placet, interposito ס *samech* à כֶּרֶם *cherem vinea*, *deuineare*, seu *exuineare*, ac *vindemiare more porcorum*: ita vt non sit amplius vinea. Quidam volunt esse duas voces יְיַ שְׁחֶרֶת מֵעָנָּה *iescharesmennah*, *implebit ventrem*, qui dicitur כָּרַס *cheres*, *ex ea.* Alij aiunt esse כ *chaph* pro ף *hoph* & significare *exculpere* seu *consumere*, verbum cum affixo יְיַ שְׁחַרְפֶנָּה *iesharsemennah.* Chaldæus hoc loco dixit, *eruit*, seu *effodit eam* יְיַ שְׁטַרְנָּה *tenoueruennah.* Est Græcè τραυλίζει & lædere. Quare nec hic exterminare indicat extra terminos ponere possessionum, vt quidam in verbo Latino ludunt; & Hugo mysticè extra terminos timoris, ac spei. Arabicè est *corrumpendi* verbũ, Chaldaicè ex editione Maronitis vsitata, *comedendi.* Aprum, seu porcum de sylua, qui dicitur חֲזִיר מִיַּעַר *chazir miyahhar* ὁ ἐξ ὕλης, vocat Apollinarius κάπρον, qui aliter præterea nominatur ὁ ἀγριος & συάγριος, & κάπριος, & οὖς κάπριος, posito genere cum specie, sicut interdum ordine inuerso ταῦρος βοῦς *taurus bos*, & γλαυκες, qui & μάνος, sequenti membro versus, & οὖς ἀγραυλος, & ταυλιόδους. Cyrillus Alexãdrinus [m] citans hunc locũ, legit ὁ ἐξ ὕλης. Symmachus, quòd positã, credò, speciem putaret pro genere, vertit numero plurali ζῶα ἱησιαῖα *animalia silũdinis.* Vastatores agrorum sunt apri, & vinearum, sed non magis propriè quod sciam, quàm aliæ feræ, vt vulpes, quas nominat hac in re scriptura [n].

Ipse feram vites (canit [o] quidam) *pangámque ex ordine colles.*

Quæ carpent nulla, me vigilante, fera.

Nisi quòd aper mole sua, & cursu potiùs, quàm morsu, & gustu vastat, & euertit vtpote

— *Dirome iens? metuendus setiger armis.*

Gentes omnes Iudæorum depopulatrices Augustinus, & alij intelligunt, ob duplicem antitheticum sylvæ ad vineam, cum immunditiæ, cuius sus quinis seu sylvestris seu domesticus, symbolu, nec non idololatriæ, vt idcirco quoque Iudæis hoc esset cibo interdictũ. Resignant alij vel Nabuchodonosor, vel Salmanasar Assyriũ, & Sennacherib: Chrysostomus [a] Medorum regem, & Babylonicum: primum præsertim, qui, vt obseruãt Euthymius, Nicephorusque, in voluptatum luto volutabatur: vt sylua sit Babylon, ob habitantiũ densitatem, & quia virtutibus infructuosa erat; ac locus, habitatióq, intellectualium ferarum, seu dæmonum. Vocauit eam Ioannes [b] *matrem fornicationum, & abominationum terræ*: & post casum [c], *habitationem dæmoniorum, & custodiam omnis spiritus immũdi, & custodiam omnis volucris immundæ, & odibilis.* Hieronymus [d] explicat de exercitu Romanorum, qui Iudæos vastauit, nempe sub Vespasiano, & Tito, de quibus itẽ hoc loco Cassiodorus, Remigius, Bruno, Haymo, Beda, Aiguanus, Hugo, & alij. Rickelius refutat, quia non erat eo tempore populus Hebræus vinea Domini, in quem non credebant, sed erant *synagoga Satanæ licet se dicerent Iudæos* [e]. Consentit autem vel de Nabuchodonosore, vel de Antiocho. Idem de Nabuchod. asserit Aiguanus, quia eiectus est in sylvas à Deo. Posset responderi, deplorare Dauidem popũli, qui cùm ista ipse caneret, colebat Deum, & eius censeri vinea poterat. Nam quod adeo multi dicũt, etsi fortassis accommodatitiè potius verum sit, quàm literaliter, non ita simpliciter, vt Rickelius facit, haberi debet in perfidia sua induratorũ Iudæorum opinio. Plures eximiè explicant de Babylonica captiuitate, sumentes in יַעַר *iahhar*, id est, *in sylua*, Babylonẽ, in qua cùm annis fuerint 70. dicti nominis literam secundam hic aliis altiorem notãt יָעַר *iahhar*, quia ע *hham* eam numerum denotat. Galatinus [f] tamen refert R. Mosem Hardasam ex vastitate, quam passi sunt à Gẽtilibus, & nũc perdurat, aduenisse Messiã, docuisse. Trita tropologia de diabolo, quã præter istius loci tractatores, tradũt Hilarius [g], & Chrysostomus [h]. Ait ille hoc loco principis mũdi, id est, Satanæ, & immanitatem significari, & virtutem. Posterior docet quare idem cum hac, & aliis feris comparetur: *in potestate tamen nostra, quam concessit Christus* [i], *est, vt conculcetur à nobis*, qui nec porcos (porcus ipse) inuadere quiuerit, nisi ab eodem permissus [k]. Innuit eãdem expositionem istius loci Procopius [l]. Arnobius autem in psalmi Commentario addit de Christo, quem populus incredulus exterminauerit in passione. Posset, quod alij faciunt, vsurpare *pessimam feram, qua Iacob putabat deuoratum Ioseph* [m]. Quadrant eadem in persecutores, quos Valentia hic exprimit, Mahometanos, quoniam hi fere cõstiterunt initio ex pastoribus armentorum, & hominibus sylvestribus, pérque sylvas vagantibus.

Et singularis ferus depastus est eam.] Hieronymus, *& omnes bestiæ agri depastæ sunt eam.* Id Aquila indicat per nomen σωρδανιὲ, & in Chaldæo textu, quem frequentant Maronitæ, leguntur numero plurali; *animalia deserti.* Alij, *fera agrestis*, vel *agri, quoduis genus animalis sylvestris.* Caietanus, *reptile Omnipotentis.* Hebraicè וַיּ שָׁדִי זִיז *zaiz sadai.* Posterior vox scripta שַׁדַּי *sciaddai* significat *Omnipotentem.* Sed hac omissa lectione, priorem vocem וַיּ זִיז *zaiz* Paraphrastes interpretatur *gallum sylvestrem*: quidam *aurum ignotum.* In psalmo 49. [n] quod legimus, *pulchritudo agri*, Hebraicè dicitur his ipsis nominibus, redditurque à nonnullis bestia, vt sit quæuis

ad

a in c. 1 Abac. & in c. 1. Esa. & 58.
b in psal 118. octon. 15.
c ibid.
d Mat 27. 39. Marc. 15. 29.
e ps. 128. 8.
f ps. 133. 2.
g 1. p. tit. 5. c. 2. §. 8.
Romanorũ decem in Ecclesiã numerati et persecutores.
h 8. de Ciuit. c. 5 2.
i 3. Reg. 21. 2. & 16.
k hic, & in Esa. c. 27.
l in ps. 67.
m in Abac. 3. num. 60.
n Cant. 2. 15.
o Propert. lib. 3. Eleg.
p Martial. lib. 3. epig. 93.
a ho. 6. in epi. ad Eph.
b Apoc. 17. 5.
c c. 18. 2.
d in c. 27. Esa.
e Apoc. 2. 9.
f lib. 5 c. 2.
g in ps. 67. c.
h ho. 2. in epi. ad Eph.
i Luc. 10. 19.
k Matt. 8. 31. 32.
l in Esa. c. 33
m Gen 36. 20. c. 37. 33.
n vers. 11.

Rabinorum fabula.

ad cibatus noſtri delicias apta beſtia agri. Fabulantur verò quidã Rabini de aue magna, quę alarũ expanſione ſolem obfuſcet: aliqui de aue, quæ contineat omnem ſaporem. Horum meminimus pſalmo eodem. In hoc aſſentiendum Interpretibus Lxx. & noſtro. Nam *μόνιον ἄγριον ſingulare ferum* videntur ſynonymicè accepiſſe pro eo, qui priùs dictus eſt *ὗς ἐκ δρυμῶν aper de ſylua*, ſiue *ſylua, & ſylueſtris*. Heſychius quidè ita ſentit (etſi Cyrillũ citat in Oſeam exiſtimantem eſſe *ὄνον ἄγριον aſinũ ſylueſtrem*) & ait quoſdam ignorantia ductos, *ferum magnum ſolitariè paſcentem interpretatos*: atque Suidas, cognominans *μεμονωμένον ſolitarium*; & Euſtathius, qui vocat *μόνιον σῶν*; & ab Apollinario vocatur *ἀπεμπολημένος λοιμὸς καὶ σῦς à grege abhorrens rabioſus ſus*. Illud Cyrilli lego apud eum in commentario Abacuc [a]. Arabicè autem nominantur hoc loco pluralitèr *onagri*. Agellius arbitratur *monocerotem* quoque cenſeri poſſe. Multa Geſnerus, malæ religionis auctor, in diſputatione de quadrupedibus, cùm agit de ſue, & agro, monens videri à Latino *ſingularis*, Italos deduxiſſe ſuum *porco ſingulare*; & Gallos *porc ſanglier*, vel abſolute *ſanglier*, vt monet Hugo, qui cum ſæpè Gallicas voces vſurpet, atque ſe ſatis aperte non rarò Gallum nuncupet, neſcio cur Auctor Hiſpanicæ bibliothecæ Barcinonenſem fecerit, pro Barchinonetenſi in Prouincia Galliæ, vt Antoninus ait, ſeu ex oppido S. Chari in diœceſi Ebredunenſi in Delphinatu, vt alij. Nec enim *ſingularis*, adiectiuum eſt, quaſi vnicum, & ſolitarium ſignificans, vel eximium, & ſingulariter ferum, ſed ſubſtantiuum, cuius adiectiuum ferus, de porco illo dictũ, quod præ ferocitate viuat ſolitariè, *ἀντιμονάζων*, vt Apollinarius dicebat. Teſtis præterea Heſychius *ἄγριον* dici ſolere de apro, nec non *ἀργιόδοντα, quaſi dicas dente candidum*. Rhodiginus [b] de eadem re Latinè *ſingularem* dici de porco ſylueſtri, non reperio apud alium auctorem, ſicut Græcè *μόνιον* aut *μονίον*, nullo addito alio vocabulo. Figuratè deſignatum volunt, vt priùs indicaui, vel Nabuchodonoſor, vel Salmanaſar, vel Antiochũ, vel Titum, vel Antichriſtum; vel diabolum, vel quemlibet tyrannum, qui Chriſti vineæ ſit hoſtis, & in ſingulis iſtis notant ſingularem quandam ſuperbiam, quam nominatim de primo, tertio, quinto, ſexto ſcripturæ ſignificant. Vltimum Hugo intelligit etiã de illo, qui quamuis Catholicus princeps, tamen Eccleſiæ facultates deuaſtat, & conſumit. Denique placet eidem interpretari de ſuperbia, quęcumque illa occupet: quia ſuperbus ſit aper, id eſt, aſper: ſingularis in opinione: ferus in diſputatione, ſiue locutione: quemadmodum Iſmaël ſcribitur *ferus fuiſſe, & manus eius contra omnes, omniuḿ, viciſſim contra eum* [c]. Hebræi putant, Trueto teſte, *beſtiam quartam, quam vidit Daniel* [d]; ſed non nominauit, vocans *terribilem, atque mirabilem, & ſuo tempore nimis, dentes ferreos habentem magnos, comedentem, atque comminuentem, & reliqua pedibus conculcantem*, deſignare imperium Romanum, figuram autem ipſius fuiſſe apri, ſeu ſingularis feri. Refert idem Pintus in Danielem, & Pererius, Hugo, Rickelius, & Gloſſa, omnes ex Hieronymo. At aper, leæna, vrſo, pardo robuſtior, & ferocior non eſt. Tacitum nomen Hieronymus ait, vt intelligeretur ſignificandæ potentiæ, ferociæque tantæ nullam ſpeciem beſtiæ ſatis idoneam inuenit: Theodoretus ob varium regiminis modum, quo vſi Romani ſub regibus, conſulibus, tribunis, dictatoribus, imperatoribus.

[a] in c. 3. n. 6a.

[b] lib. 4. c. 9. 7.

[c] Gen. 16. 12.

[d] c. 7. 7.

A *Verſ.* 15.] Deus virtutum conuertere: reſpice de cœlo, & vide, & viſita vineam iſtam.

Verſ. 16.] Et perfice eam, quam plantauit dextera tua: & ſuper filium hominis, quem confirmaſti tibi.

POſt lamentabilem conqueſtionẽ, vrget Deum exercituũ, qui faciem iratus auerterat à vinea ſua, vt memor hanc ſuam eſſe, cõuertatur tandem ad illam; & inde de cœlo, vbi rudium, vel impiorũ hominum iudicio, remotus creditur à prouidentia rerum noſtrarum, tamquam *ſuper cardines cæli ambulans, nec noſtra conſiderans* [a], vel perinde ac ſi dedignaretur procurationem terræ, ſolitique angelicis ſpiritibus, & cœleſtibus orbibus vacaret, deſpiciat, benigniſque oculis, ac fauentibus tãta patientes proſpecter; immò etiam deſcendat, veniat, viſitet, opem ferat: & quam propria omnipotentiæ ſuæ manu, & peculiari quaſi cura, ſtudióque vineam ſemel dignatus eſt in optimo ſolo plantare, iam vaſtatam, dirutámque in integrum reſtituat: præterea ſuper populum reſpiciat, quem vineæ nomen deſignat, à ſe tanto amore quondã cooptatum in filium, & quem, cum ſit filius hominis, hoc eſt, ſuapte natura, imbecillis, & miſer, ſingulari olim robore, ac potentia muniuerat, atque corroborauerat aduerſus potentiſſimos, ac moleſtiſſimos hoſtes Ægyptios, & alios, hoc etiam rempore tueri velit, non in minore, quàm tunc calamitate conſtitutum.

[a] Iob 22. 14.

Allegoria.

Recepta paſſim allegoria de voto aduentus Chriſti, qui dici ſolet *filius hominis*, & vt Eccleſia perficiatur, ſcilicet vetus Synagoga bona vtique oliua, *inſerendo in eam oleaſtrum* [b], opera eiuſdem Chriſti; qui ſimul futurus erat Filius Dei, confirmandus teſtimonio Patris, & confirmaturus Eccleſiam per mortem; locatus poſt reſurrectionem, & aſcenſionem ad dexteram eiuſdem Patris. Traditur id etiam à Hieronymo [c], & ab Auguſtino [d] aliis in locis.

[b] Rom 11. 17.

[c] in c. 3. ep. ad Eph.

[d] Ora cont. Iudæos c. 6.

D *Deus virtutum conuertere.*] Hieronymus, *Deus exercituum reuertere obſecro*. Alij, *ſi nunc*, ſeu *iam*, quod נָא *na* poteſt ſignificare, non tantùm *obſecro*. Eſt videlicet particula tum obſecrantis, & deprecantis, ſicut & נָא *anna*, tunc, temporis. Vertitur, *nunc*, in pſalmo 117. [e] *Dicat nunc Iſrael*, &c. & in eodem [f] per, *ô*, obſecrantis; *ô Domine ſaluum me fac, ô Domine bene proſperare*; quod Hieronymus reddit; *obſecro Domine*. Sic videtur in *Oſanna* [g] cõtineri verbum הוֹשִׁיעָה *hoſiiabh* cum particula obſecratiua נָא *na*, id eſt, *ſaluum fac quaſo*. Vetus pſalterium Latinum, & Auguſtinus, *Deus virtutum conuertere verò*. In pſalterio Romano, *Domine Deus virtutum cõuerte nunc*, nempe teipſum ad vineam. Græca particula δὴ reddi poteſt duplici illo modo, vt vel obſecratio, vel tẽpus innuatur: ſicut particula Latina *dum*, vt *agedum, ſedodum*, &c. Sed & interdum eſt *πληρωματικὸν expletiua*. Vt ideircò Interpres Latinus rationem eius nullam hic habuerit. Arabicè pro *conuertere*, vel *reuertere*, redditur, *proprius eſto noſtri, Deus Domine exercituum*, &c. Cùm virtutes, vt ſæpè dixi, non ſint morales, quæ nõ vocantur *ἀνάμεσα*, & נְצָחוֹת *tſenaoth*, non eſt ad rem tropologia Hugonis, vt orari, Deus moraliũ dator virtutum, intelligatur; vitiorum verò etiam punitor hîc non appelletur, quia illud magis ei proprium, hoc velut *alienum opus ab eo* [h]. De modis, quibus conuerti dicatur Deus, Aiguanum

[e] verſ. 3. 4.

[f] verſ. 25.

[g] Matt. 21. 9.

[h] Iſa. 28. 21.

consule, nempe peccatores conuertendo, afflictos liberando, defunctos suscitando, tribulatos consolando, obstinatos puniendo.

Respice de cœlo. Ibi sedes Dei peculiari quadam ratione [a], quamuis & *id, & terram impleat* [b]. Cur cœlum exprimatur, alias duas priùs causas attuli: & Christus ipse orantes iussit *appellare Patrem, qui est in cœlis* [c], vt etiam erecta in res cœlestes mente essent, quæ retinentque, *ac saperent, quæ sursum sunt* [d].

Et vide.] Sic alij, *Vide Domine* [e], *& considera*: &, *aperi* [f] *Domine oculos tuos, & vide.* Minùs aptè Aiguanus, *vide*, id est, *fac vt videat te, & cognoscat, videndo, & cognoscendo suamet peccata.*

Et visita vineam istam.] Potuit reddi, *super vineã istam*, propter compositum ἐπισκόπει; repetitur enim statim præpositio eadem ἐπὶ, *& super filium hominis*, &c. quasi dicat, etiam super eum respice, & visita. Chaldaicè, *& recordare in miserationibus tuæ huius. Visitandi* Verbum ἀπὸ τοῦ ἐπὶ est nunc in bonam, nunc in malam partem, vt multis exemplis, quæ sint obuiam, demonstrari potest, & alibi [g] docui

[a] Psal. 10. 1. 102. 19. Hab. 2. 20. [b] Ier. 23. 24. [c] Matt. 6. 9. [d] Coloss. 3. 2. [e] Thren. 1. 11. [f] Dan. 9. 18. [g] Psal. 11. 14

Et perfice eam, quam plantauit dextera tua.] Hieronymus, *& radicem, quam*, &c. Alij, *vitiarium*, siue *locum vitium, & vineæ*, vel, *plantationem*, seu, *plantam*, aut, *plantulam*, vel, *horum*; vel, *basim*: vel, *abacum*: vel, *sedem*, siue, *habitaculum*: vel, *vitem plantatam*: vel, *cannab*. כַּנָּה *channah* loci proprium nomen, inquit Felix. Nebiensis legens Chaldaicè עיבדה *hibuada*, interpretatur *opus*: in Bibliis Regiis habetur עיברה *nibuara*, & exponitur *propago*. Sed Rabanus Cenomanus, & Genebrardus deducunt כַּנָּה *channah* verbum à themate כון *chun*, siue בָּן *chan*. Genebrardus autè vult ה *he* in fine esse affixum pronomẽ tertiæ personæ fœminini generis, quãuis non infigatur ei *mappik*, vt deberet, deesse quoque initio aliud ה *he* characteristicum coniugationis *hyphil*. cum deberet esse הִכְנָה *hachennah*. Fortassis breuius, & facilius dici posset כְּנֵה *chaneh* à Lxx in Kal, cum pronomine affixo. Significat *parare, præparare, firmare, confirmare, stabilire, rectificare, perficere, dirigere*. Hoc vltimum Latinum verbum habent alia psalteria Latina, & Arnobius, atque Cassiodorus: Cyrillus autem: τοῦτον προπαρασκεύασον, pro καταρτίσαι, quo vtuntur Lxx. Sed & ex Rabinis testatur Galatinus [h] R. Mosem Hadarsam exposuisse *perfice*, vel *prepara*, Arabicam verbum significat *reparare*: Chaldæum ex editione, quam vsurpant Maronitæ, *plantare*. Superstitiosi Hebræi in vocabulo illo, quod dixi, scribunt primam literã characterem grãdiore כַּנָּה *channah*, quia כ *chaph* est nota numeri vicenarij, vt innuatur tẽ plum durasse annis viginti vltra quadringentos. Quidquid sit de ea duratione, quid ad rem facit verbum, quod valet *perficere*? Ecclesiæ typus erat vetus templũ, hóque illa fundata centeri potest, perfectũ, traseunte nimirum typo in prototypũ, vmbra, & figura in veritatẽ. Nec deesse Pagninus refert in thesauro, qui de Regio Mellia eamdem istam vocem interpretentur. Treuetus *radicem*, vt Hieronymus vertit; de Regia explicat, quã Esaias [i] *radicem* vocat *Iesse*. Iã dixerat versu nono *plantasti à Deo vineam*. Delectantur viri etiã principes suamet interdum manu plantare, ac serere, vt aliàs demonstraui [k]. *Dextera* nomen importat opus magis elaboratum, & charum, quod appellare quoque consueuimus dextrum. Pertinet ad mysterium, *dextram* sumere pro Dei filio Christo: perfici Ecclesiã adiectis demum sub mundi præcipuè finem, Iudæis: vel vice versa, conuersis initio Iudæis Gentiles adiici: vel veterem legẽ præsentia Christi, *qui se non venisse soluere sed implere* [a], addendo consilia præceptis moralibus; temperãdo rigorem iudicialium: supplendo defectum cerimonialium: vel compleri omnes figuras, typos, vmbras, prædictiones; legem totam; quæ nihil ad perfectum ducebat; sed hæc perfectio referuabatur Christo: vel perfici quemlibet, cùm veluti plantæ bonæ voluntatis additur perficiendi facultas [b], *vt virtus in infirmitate perficiatur* [c] *per gratiam eius, qui operatur in nobis velle, & perficere* [d]: vel perfici virtutum, ac meritorum incremento, præsertim patientiæ, *quæ perfectum opus habet* [e], *& perficiuntur in infirmitate virtus* [f]: vel perfici tandẽ perceptione fructus beatitudinis, cum iam nihil deerit ad complementum. Ex his attingunt aliqua, præsertim Hugo, Lyranus, Aiguanus; Greuetus: etiam de vinea spirituali differt, simulque de parabola vineæ, & operariorum. Cæterùm Galatinus [h] legens, (*& abscondum, quam plantauit dextera tua*) refert ex vetere Rabbino, quem veneratione causã vocant Hebræi Rabbenu Hacados, id est, rabbinũ, seu magistrum nostrum sanctum, in libro Galeraziei, respondisse ad septimam quæstionem Antonini Consulis, Messiæ Matrem hoc loco similem dici abaco, quia fieri debeat velut abacus, siue armarium, in quo sedeat Messias, ad ostẽdendas quasi opes, gloriámque suæ maiestatis cunctis mortalibus: plãtatam verò dexteram Dei, quia est prima creatura Dei in genere humano, videlicet pura creatura, Messiam enim Deũ simul & hominem idẽ ille Rabbinus affirmat. Idem Galatinus [i] iuxta vertionem nostram, quam sequitur, vt dixi, R. Moses Hadarsan, cõfirmat ex eiusdem auctoritate, Messiæ ascensionẽ in cœlũ, ac deductionem liberatorũ de inferno, hoc est, de limbo.

Et super filiũ hominis, quẽ confirmasti tibi] Omittit Arabica trãslatio, & Chaldæa, seu Syra Maronitarum, præpositionem. Deest Hebraicè, *hominis*. Alij exponunt, *super plantationem*, vel *propaginẽ*, vel, *ramum*, qui figuratè dicatur filius בֵּן *ben*. & ad exprimendam videlicet vim figuræ, sit additum vocabulum *hominis*, quemadmodum vinea pro hominibus hic accipitur. Sic sensus est, vt Deus respiciat, & visitet etiam super filium, id est filios, & posteros, velut super propagines vineæ, seu vitis: Vel sumendo, *super*, עַל *hal*, לְ, causaliter, vt sit idem ac, *propter*, vt perficiat vineam, propter, aut etiam per filium hominis, id est, insignem aliquem peculiarem hominem; cuius ad hoc opera vtatur, vtpote quem sibimet, & in gratiam suam, ac honorem suum, fortem reddiderit seu reddere decreuerit, & viribus adornare, & magnificare, & vt fortia, insigniaque opera faceret. Treuetus & Caietanus hunc filium, non addendo nomen *hominis*, interpretantur populum vniuersum, qui vocatur in Exodo [k] à Deo ipso *primogenitus filius*, & in Osea [l] propheta, *filius*. Hebræi, vt monent Euthymius, atque Nicephorus, volunt designari Zorobabel, quo duce reduit populus de captiuitate Babylonica: Paraphrastes Regem Christum. De Christo Catholici quoq; intelligunt, sed non fictitio illo Iudæorum; idque aperte hic ostendi Augustinus, Cassiodorus, & alij docẽt. Quid euidentius? at Augustinus; quid adhuc expectatis, vt vobis disputando exponamus, & non potius vobiscum admirando clamemus, &c. Magnum firmamentum: ædifica quantum potes: *fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id, quod positum est, Christus Iesus* [m]. Basilius, seu Theodoretus aiunt

docuit

[a] Matt. 5. 17. [b] Rom. 15. 18. [c] 2. Cor. 12. 9. [d] Phil. 2. 13. [e] Iacob. 1. 4. [f] 2. Cor. 12. 9. [g] serm. 13. [h] Rabbenu Hacados, lib. 8. c. 4. [i] lib. 8. c. 3. [k] c. 4. 22. [l] c. 11. 1. [m] 1. Cor. 3. 11.

locerit captiuos, Deum orare, vt demóstret se clementem erga hanc vineam, propter nasciturum ex ea salutis radicem: Christum ipsum, & *virum* se nominasse [a], quatenus homo erat; quia vt Deus agricola erat, palmites verò maximos credentium in se multitudinem produxit: & *filium hominis* [b], appellatione à visibili natura sumpta. Credibile est in tanta duræ captiuitatis calamitate, cùm regnum ferè genus extinctum esset, oraßle, vel orare certè debuisse infelices captiuos, ne promissio quoque Christi, quę sperabat regnum Dauid restituturum, intercideret: sed eā promissionē super illum Deus perficeret, & per, ac propter semel confirmatum, id est, destinatum, ac iuxta etiam iurando promissum Christum, vineam à se plantatam, hoc est, populum suum respiceret, visitaret, perficeretq; denique, vt & super vineam, & super hunc filiū hominis perficere dignaretur, quod decreuerat; super filium, inquam, quem sibi confirmauerat, diuinā illi naturam, imperiumque per generationē tribuendo, & quodammodo ad hoc opus accingendo, vt carnem sumens, homóque factus, reficeret vineam destructam, ac humano generi salutem cōferret. Euthymius, & Nicephorus orationem illam volunt esse ad assumentem (Diuinitatem hoc est, ad personam Filij, nec enim Diuinitas propriè assumit, sed personaj de assumpta humanitate, vt ad futurā, atq; optatam Dei Incarnationē. Dignum magis meliori Cyrillus Alexandrinus, quem legi apud Agellium, declarat peti, vt Deus perficiat, præparetve super filium hominis, largiendo hominibus cor bonum, vt & agnoscant, & recipiāt per fidem illum hominem, id est, Deū, qui homo factus est, filiūque hominis. Notat idē Agellius Hebraicè hic non appellari filium hominis, sed absolutè filium, in sequenti autem versū id exprimi. vt duplex in Christo natura indicetur, nunc Diuina, postea humana. Atqui editionis LXX. & nostræ potior habēda ratio; & vbique filius hominis designat Christum, qui homo, ac Deus est: quamuis per filium hominis humana dūtaxat indicetur natura, nisi velit Hugoni contendere dicenti, Diuinitatem verbis illis innui, *quem confirmasti tibi*, cùm scilicet *suum esse filium dilectum* protestatus est Deus Pater [c]. Rickelius autem id refert etiam ad inseparabilitatem vnionis hypostaticæ, & fruitionē, quia nec peccare potuit Christus homo, nec a Deo separari. Ratione prioris vnionis, quod semel assumpsit Deus, non sinam dimittit, vt contendit Magister [d]: & hoc loco ex Damasceno confirmant Lyranus, & Arguanus. Is verò, quem vocāt Hieronymum, explicat de collocato Christo ad Patris dexteram, postquam deiecit mortem. Cur autem filius hominis nominetur Christus, alibi docui. Certè non ita commodè *filius hominis* integrum populum significat, vt singularem aliquem hominem. Exemplum quidem talis acceptionis nullum occurrit. Sensus alius mysticus est Glossę, *filium hominis* esse Vicarium Christi, & Ecclesiæ caput, pro quo nimirum hic oretur, vt super eum respiciat Deus. Visitando, & perficiendo gratiæ suæ dona, ad bene regendam commissam sibi vineam. Transferri potest ad quemlibet Magistratum politicum, & Ecclesiasticum iuxta quamdam proportionem, quia cuius communitati vineæ nomen, ac ratio congruit.

[a] 1 Ioan. 1. 3. 5.

[b] Matt. 8. 20.

[c] Matt. 3. 17.

[d] 3. p. d. 1.

[e] 1. Cor. 15.

Vers. 17.] Incensa igni, & suffossa ab increpatione vultus tui peribunt.

A Ieronim. exponit vt gentem diuini fauoris, optiq; necessitatem, ne diutius differat vineæ succurrere, & filium illum hominis, quem eā refarciat, instauretque, eodem bene munitum fauore, ac ope mitteret. Nam ecce, inquit, vinea ista tua dilecta, quam ipsemet plātaueras, diligentissimēq; colueras, & ornaueras, igni succēta est, ac exusta, fossitiq; exesa, & deuastata. Porro si eā respicere dignabere, atque in demolitores illius vel solam indignati vultus tui significationē dare, sine dubio mox peribūt nec id tibi magis difficile, quā cuiuis nostrū, faciem in quempiam intorquere, torqueque intueri. Vel nisi comprimeretis irā, & terraxeris increpationē, & indignationem vultus tui, quæ tanquam flamma succendit, ac fossodit vineam tuam, cùm id ab hostibus fieri permisisti, peribūt illicò, qui pertinent ad illam, hoc est, calamitosus populus tuus dura detentus captiuitate. Veterius sensus tum imprecatorius seu pestifericus per imprecationis modum contra incensores, & suffossores vineæ, tum simplex, qui vltimum vineæ, id est, populi captiuitatem interituri, vultque significari, quòd sit exusta vinea igni, & vastata. diuini vultus asperitatem esse in causa, bonus est. Posterior Græcis placet, prior Latinis, nec non Hebræis. Ex Latinis verò aliqui, vt Lyranus, ad exercitum referunt Ierosolymorū tales Romanis, quando sacerdotes etiā nonnulli cum templo incensi sint, alij fugerant ad subterranea loca, vbi capti, ac interfecti sunt. Plura præterea de Latinis incensa, & suffossa mystice intuitum, declarant de peccatis ex cupiditate malè accendente, & ex timore male humiliante prouenientibus, dum quis amat vt bene sit tibi, timet, ne malè; aut superbè agit, inuidiaue tedit alios, quasi excitatis flammis, & fossis eruderatis: aut luxuriæ vritur igne, cōrue affixum habet auaritiæ velut in fossa, necnon adulationi, detractioni, inuidiæ, vt præ aliis explicat Hugo; quæ tandem peccata peritura sint ab increpatione vultus diuini in hos pronūciantis; *ite maledicti in ignem æternum*, &c. ne pereant priùs in peccatoribus per pœnitentiam. Glossa exponit de dæmonibus, igne suū portantibus, & infernī fossę deputatis, qui ab Ecclesiæ impugnatione cessaturi sint. Greuens tractat hūc locū de ædificio spirituali, ac de demolitione per incendiū, & suffossionem: remediū esse à suffossi ne plagarum Christi contra suffossionem, contra ignem ab aqua, quę de latere fluxit perfosso. Singularis, & ingeniosa Arnobij, sed non scripturis contra Gentes, interpretatio; vt Deus Pater Filiū suū, eundemque filiū hominis Iesum confirmauerit sibi incenso igne, & suffossa manu, quando Abrahā incenso igne, & armata manu gladio paratus fuit filiū suum vnigenitum cōmunemque hominum, tunc autē iurauit Abraham, quòd *filium suum ita confirmaret sibi, vt in ipso benedicerentur omnes gentes* [a]. Ergo memor esto Domine, subdit, quam verbis nostri Dauid, Arnobius, quod iurasti, & repara, quod donasti, vt nō discedamus à te. Hoc in sequēti versu habetur.

[a] Gen. 17. 4. 5. & 22. 18.

Incēsa igni. Hieronymus, & Augustinus *succēsa*, suppleudum subsistantium verbum: *incensa*, iuxta *succensa est igni vinea*, vt monēt Euthymius, ac Nicephorus, exponentes de Babylonijs, vt & Basilius, seu Theodoretus, qui templum incenderunt, & maximā vrbis partem igni tradiderunt. Manca ista oratio, arguit ingentem animi dolorem, atque deplorationem. Singularis numeri est participiū fœmininum, quemadmodum ἐκκαυσαν εστιν, & שרופה *semphah*. Propterea non satis conuenienter

ad literam facium, qui tropologico licèt sensu, hoc, & sequens membrum de pluribus peccatorum formis interpretantur. Possunt nihilominus intellexisse, quòd mysticá vinea vel incendatur, vel suffodiatur dictis peccatorum generibus, prout priùs retuli. Occurrunt memoriæ *Samsonis vulpes trecentæ, quarum caudas iunxit ad caudas, & faces ligauit in medio, & igne succendens dimisit, vt huc, illucque discurrerent; segetes autem omnes ab iis concremata sunt, vineæ etiam, & oliueta [a] consumpta.* Profuisse nihilominus aliquando vitium setacitati aduersionem; tradunt Physiologi [b].

Et fuffoſſio.] Hieronymus, *& diruta.* Alij, *succisa, excisa, euersa, vastata.* In aliis Latinis psalteriis, apudque Cassiodorū, *& effossa manu.* Arnobius legit, *& suffossa manu.* Augustinus, *& effossa. Manus* nomen unde inceperit, nescio. Particula coniungens rectè addita est. Ex *manus* autem nomine colligunt aliqui tropologiam de operibus malis, aliove modo, quē prius indicaui. Suffossione, & eradicatione, fossa, scrobéque vites egēt. Sed suffossio hic significat euulsionem, & eradicationem: quod quia non fit nisi effodiendo, seu excauando, bene *suffodiendi* verbum, & σύνταξις positum est; alioqui fossam non importat Hebræum נקפה *chasach*, sed solam excisionem.

Ab increpatione vultus tui peribunt.] Hieronymus, *percant*, in imperatiuo: vt sit imprecatio aduersus vastatores, & incensores vineæ. Seruit futurū imperatiuo. Est alius tamen etiam sensus probabilis de prædictione fore vt pereāt omnino, qui ad incensam, & suffossam vineam pertinent, nempe populus Hebræus, nisi subueniat Deus. Visitata porrò latis formula dici solet Deus *increpando, ac solo vultus, & faciei tractu nutu perdere* [c]. Breuius hoc pacto versum totum, & clarius lego translatum. Arabicè, *& pereunt, qui combusserunt eam in ira tua.* Item ☪ Chaldæa, vel Syra Maronitis familiari versione, *combusserunt igne ramos eius, & ab increpatione vultus tui perierunt.*

Vers. 18.] Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ: & super filium hominis, quem confirmasti tibi.

RUperit mentionem singularis illius filij hominis, per quē sibi persuadet assutum rebus depositis remedium, orat; vt quem ad hoc Deus iam destinauit, ac instruere, armare, roborare decreuit, electum, charum, honoratum, quasi in locatum ad dexterā & tanquā manus dexteræ validum instrumentum, imposita super ipsum velut manu omnipotentiæ suæ, darúq; præcepto, mittere quàm primùm dignetur. Iansenius, & alij nonnulli, (refert Iudęos Theodoretus) populū vniuersum interpretātur per *virum dexteræ Dei illumq; hominis.* Posset confirmari ea sententia verbis Esaiæ [d], *ne timeas, quia ego te: ne formides, quia ego Deus tuus confortauite, & auxiliatus sum tibi, & sustinebit te dextera iustitiæ meæ.* Atqui vt 16. versu ducui, præstat vnam aliquam personam intelligere. Hāc hic, sicut ibi, Hebræi Zorobabelem volunt esse, vel Dauidem, à quo denominaretur ille, quia de Dauidis stirpe, vt de Iudæorū sententia refert Theodoretus. Catholici tenent, atque exponit de Christo; nec non Cyrillus [e], Theodorus Heracleotes, & Hieronymus [f], ac Augustinus; Gabbi, vt promissam perficiat Deus Incarnationem filij sui, quod est opus eximiæ potētiæ, vt faciat filius dexteræ secūdùm Diuinitatis

[a] aequalitatem, efficiatur filius hominis, & incipiat propter dignitatem diuinæ personæ, cui vnita est humana natura, collocetur etiā ad dexteram Patris post mortem, & resurrectionem. Verū de vario alio loci præsētis sensu, melius agetur seorsim.

Fiat manus tua.] Arabicè, *& sit manus tua excelsa. Manum* pro potentia sumi exēplis plurimis ex præcedentibus psalmis, & ex aliis tū psalmis tum scripturæ locis demonstrari potest. Affinis huic 118.ª psalmo, *sit manus tua vt saluet me*: itē in 88. ᵇ *manus mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum.* Loco verbi, *auxiliabitur*, est Hebraū יתאמץ *yethamets*, *firmabitur*, &c. potēstque innui, non solum reddere potentem, sed etiam præstare cuipiam arduo præsertim operi. Hoc pacto legimus *Mosem super Iosue posuisse manus suas*, quādo populo imperatorem dedit [c]. Sed & crebrò scribant Prophetæ *factum*, vel *missam*, vel *extensam Dei manum super ipsos vt vaticinarentur*, quam nonnulli manum de Filio Dei, hinc Christo interpretantur: quòd per eum Pater cūcta operetur, & de similtra trasferat nos in dexterā. Quin etiam cùm Elias præiturus erat velocissimè currum Achab, *facta super eum manus* dicitur [d]. Relege quæ dicta sunt ad psalmum 20. [e] *inueniatur manus tua.* &c.

Super virum dexteræ tuæ.] Chaldaice, aut Syriacè Maronitæ legunt, *sit manus dextera tua super virum. Vir dexteræ Dei* minus propriè dicitur à Patre ipsa iste propter iuramentū, quod illi Deus manu dextera fecerit, etiamsi de Christo intelligat, de quo etiam sumi potest illud [f]: *iurauit Dominus, & non pœnitebit eum ex sacerdote, &c.* Potiùs *vir dexteræ Dei* secum loquentem quamdam modò dictæ rationem, ceu ferentem Deo charum, & apud eum in honore præterea cōiunctum, & quocum veluti dextera data fœdus inierit, quemadmodum nonnūquam appellantur aliqui *homines* seu *viri pacis, & fœderis* [g], & quę dextera semper protexerit. Dexteræ filium significat *Beniamin, qui & nonnullissimus Domini* [h]; sed antea *Benoni*, filius doloris. Talis mirum Christus *vir dolorum* [i], sicque trāslatus ad dexteram: nec vllum collocaturus ad eam, quem non habuerit condolentem, atque socium tribulationis. Refellit Genebrardus merito R. Abenezra, concedentem de Messia hic agi, sed non de illo, quem Hebræi expectant Dauidis filiū regio apparatu, verùm de nostro, qui filius fuit Ioseph ex tribu Ephraim humilis, abiectus, crucifixus. In *viri* vocabulo vim facit Aiguanus, quòd ad maximè eundem Christus ætatem peruenerit, & virtute, à qua vir dicitur, supra omnes prædictos fuerit: quod iponsus, quem vir etiam significat, Ecclesiæ sit, vt ideirco Ieremias [k] rectè dixerit, *mulier circumdabit virum.* Sententiæ, de qua primus memini, vt *vir dexteræ* populū totū significet, fauet, quòd vineam, quæ significat eumdem, antea quoque *plantasse* [l] dicitur *dextera sua*, ita vt vinea, & vir dexteræ sint idem. Is etiam, quem dicunt Hieronymum, sic exponit virum de populo; sed Christiano, vt sit *vir dexteræ Dei*, hoc est, quē Christus dextera Patris saluauit. Hugo exponit nouo quodam modo de Christo, vt oretur fieri Dei manū super illum, id est, vindictā, quæ vocari solet *manus extensa*, nec iam pereuriatur homo sicut priùs propter peccatum, sed ipse propter zelum, quem Deus habet de populo suo [m], & *framea sibi fixa sit super virum dexteræ ipsius, & super virum confortatum eius* [n], hoc est, ei cōsubstantialem ratione diuinitatis. Sed apud Zachariam, qui citatur, non legimus *virum dexteræ*. Helvetius *virum dexteræ Dei*, ita

Patris

Patris Christum nominari docet, quod in ea secundum eam nempe fœdera: deinde quia per illum vniuersam Pater creaturam condidit.

Et super filium hominis, quem confirmasti tibi.] Versu 16. eadem erat verba, quamuis Hebraicè deesset nomen *hominis*, quod est hoc loco אדם *adam* appellatiuum, cum relatione tamen ad proprium primi parentis. Athanasius[a] hoc inter alia testimonia ex veteri testamento profert, vt ostendat Christum qui Dei Filius est, appellari etiam *filii hominis*: solere autem Dei vnigenitum secundum diuinitatem, in qua fratres non habet, primogenitum secundum humanitatem, in qua multos habet. Nihil ominus constat, nonnunquam ſy nonyma esse vnigeniti, & primogeniti, & respectu matris, ita vt quod primogenitus eius dicatur, non sequatur alios ei post illum fuisse. Non sunt hic addenda plura, sed confirmo, quæ dixi versu 16. adeoque confirmare Græcè vtroque loco esse ἀνθρωπου, Hebraice אדם *immeis*.

a lib. 3. de Trinit. vel de attemp. homin.

Vers. 19.] Et non discedimus à te, viuificabis nos & nomen tuum inuocabimus.

POstulatur nomine totius populi calamitatem patienti, præsertim captiuitate, si dignabitur Deus suas preces exaudire, reditumque, vitâ, ac libertatem concedere, fore, vt quod prius fecerant, & quo gravissimo peccato iustissimam contra se Dei indignationem prouocauerant, non amplius deinceps discedant ab ipso, sed firmiter, constanterque adhæreant, & in cuius perpetuo cultu perseuerent, nec alium vllum Deum præter ipsum appellent, nec alterius Dei populus dici, denominative sustineant. Hoc ad aduentum Christi flagitantes accommodant Catholici, licèt non eodem modo, vt videbimus.

Et nõ discedimus à te.] Hieronymus in futuro, *recedemus*: quia ité ratione alij aliis synonymis verbis exponunt futurum, נסוג *nasog*. Possent hæc, & sequentia declarari per modum precantis, vt concedat Deus, ne amplius discedant: vt viuificet, seu vitam restituat, quæ in captiuitate, & grauia dicitur vita non merentur: vt liceat libere Deum, & eius nomen venerari solemnibus precibus, sacrificiis, atque cæteris. Iam talem futuri temporis Hebraum verbum, quod ferunt imperatiuo, & optatiuo præterea Græcæ voces ... *ne recedamus a te Domine, viuificabis nos*, id est, hoc facias, vt illud nos faciamus. Quinquis hoc vltimum membrum auelli possit à priore, & iungi vltimo illius versus, *viuificabis nos & nomen tuum inuocabimus*. Ex his enim etiam integrat versum vnum psalterium Romanum. Exponit in summo Apollinarius.

... ἀπὸ τῆς ἀθανασίας ...

Nos verò ab immortali vita nunquam recedemus.

Timorem Dei Paraphrastes exprimit. Non discedit prorsus vnquam Deus, sed nos, ac profundè *recedentes a se in terra* scribet[b], iubetque *discedere a se in ignem æternum*[c]. Audiamus admonentem Apostolum[d]. *Videte fratres, ne forte sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis, discedendi a Deo viuo*, quod verbum hic etiã habetur, vnde apostasia, *sed exhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec hodie cognominatur, vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati, seductione peccati.*

b Hier. 17. 13. c Matth. 25. 41. d Hebr. 3. 12. 13.

Cæterum non placet mihi discrimen inter patres antiqui, & noui testamenti, quod Aiguanus tradit, vt Apostoli non discesserint à Deo post acceptum Spiritum sanctum vitelicet in Pentecoste, sed confirmati sint in gratia, non item illi, qui erant in antiquo testamento. Concedo de Apostolis, ac de aliis idem concedi posse arbitror. Et de quibusdam malo illo testimonio quid obstet concedere, non video. Nec profectò aiguunt Abrahæ duo exempla, cùm tuliit vxori, *vt ipsa soror eius esse assereret in Ægypto*[a]: & quando puerum dixit pergens ad immolandum filium, *se cum re uersurum ad illos*[b], cum recessisse à Deo. Num vel nullum in his mendacij peccatum est? vel si quod est, certè nõ eiusmodi, vt propter id Abraham a Deo recedisse dici debeat, vel posserit minimum enim veniale peccatum fuit, & officiosum mendacium. Ferunt hic auctor, nec immerito propterea quòd tanto magis dedocendi, qui ferunt illum, aut similes alios, si qua in re nonnunquam haud ita recte sentire aut loqui videantur.

a Gen. 12. 13. b Gen. 22. 5.

Viuificabis nos.] Iam docui de diuersis istorum verborũ sensibus, ita ut de præcedentibus. Et Apollinarius adhuc exponit in more deprecantis. ... *& lucebit. fac lumen vitæ.* Qui viuificationẽ spiritualiter etiam accipiunt, ordinem immutatum notant, quia non discedere a Deo effectus est viuificationis. Augustinus disputãs de bono perseuerantiæ[c], locum illum tractat. Ille certe, aut ipse, non est Adam primus, in quo discessimus à Deo, sed Adam nouissimus, super quem sanctus eius, vt non discedamus ab eo. Christus enim totus est cum suis membris propter Ecclesiã, quæ est corpus eius, & plenitudo eius. Cum igitur super eum sit manus Dei, vt non discedamus ab eo, ad nos vtiq. peruenit opus Dei hoc est enim manus Dei, quo opere Dei sit, vt simus in Christo permanentes cum Deo, non simus in Adam discedentes à Deo. Sic Augustinus. Curatus Hieronymus viuificationem refert ad refectionẽ panis vitæ de cœlo missi: Augustinus ad sapientiam, quæ non sit amplius secundũ carnem, siue ad sapientem synceram Dei, quia bonus est, non quia dat talia bona, quæ dat & non bonis, quorum sapere secundum carnem mors est. Cassiodorus ad liberationem à crimine, & morte peccatorum per baptismũ, quod Euthymius quoque, ac Nicephorus dicit; adde alios modos, quibus amissa etiã gratiæ vita recuperari potest, vel augeri, quæ ità habetur. Haymo ad veram vitã, quæ Deus est, consistitque nimirum in gratia, tu in gloria corporis, & animæ, vt expriuit Bruno, & Rickelius, innuit verò Basilius, ac Theodoretus: Arnobius ad conuersionẽ, vt det Deus bona consilia in cordibus, & ostendat faciẽ suam, cuius aspectu saluemur. Frequens est vius verbi *viuificandi* pro eo, quod est iuuare, & liberare, quia mortuo similis habetur, qui in afflictione constitutus est, dumq. succurritur illi, videtur denuò viuere, atque regenerari, quod etiã *recreandi* verbo significatur. Legè dicta psalmo 40.[d] ad ea verba, *Dominus conseruet eum, & viuificet eum.*

c c. 7.

d vers. 4.

Et nomen tuum inuocabimus.] Hieronymus ... *in nomine tuo vocabimus* sed apud Ferretum, ... *nos in tuo vocabimus*, quod explicat, vt ad honorem tuum mittis Dei vocetur à Cyro, qui verebantur in captiuitate, *vt discederent, & adiungerentur Domino*, sicut in primo ipso Esdræ dicitur. Vide Rupertum tribuit Hieronymus ... *inuocare tuum vocabulum*. Genebrardus, ... *in nomine tuo inuocabimus*. Expectauit autem vt dicatur se vocaturum populus, & peculium Dei. Legit Hieronymus in voce postrema ... *inuocare*. Apollinarius effectũ inuocationis exhibitionẽ ponit, idq; more deprecãtis, vt præcedentia,

——ἀπαξιοῦντες δὲ ὑπακοῆς
——*supplicantes verò exaudiat.*

Dei nomen inuocare, est profiteri illum Deum nostrum esse. celebrare laudes ipsius quouis genere cultus: testari gratitudinem aduersus eum: implorare gratiam, & opem illius: gloriari tali Deo, libentérq; ab eodem denominari. Restringit creditus Hieronymus ad nomen, quod est super omne nomen, id est, Iesu: Cassiodorus ad nomen *Patris* in oratione præsertim Dominica. Bruno, *Domini*. Hæc, & alia quæcunque nomina hic intelligi possunt.

A

Vers. 20.] Domine Deus virtutum conuerte nos: & ostende faciem tuam, & salui erimus.

B

OCcurrit iam prius bis hic idem versus 4. & 8. loco paucis mutatis. *Salua nos*, legitur Arabicè: Chaldaicè, aut Syriacè ex versione vsitata Maronitis additur *hal lanah*. Repetitionis causas aliquas attulimus. Cassiodorus ait magnam profectò suauitatem illius esse, in eóque sub tanta breuitate regulam totius religionis exponi: quapropter mente condendum esse, quia per ipsum sub breuitate petimus, quidquid nobis expedire monstratur, vt nos Deus conuertat, vt lucem suæ pietatis inspiciat, vt saluos efficiat. In cadem tamen repetitione obseruat Rupertus post patriarcham suum Brunonem, Trinitatis mysterium, in eius visione nostra salus consistit. Rodolphus ex eadé familia triplicem notat Christi faciem, quæ tripliciter nos conuertit, nascentis in humilitate à superbia; morientis à concupiscentia, & voluptate carnis, quia tunc *arma tanquam te fecerunt* eius. iudicantis, ab auaritia, & amore temporalium, pro quibus exprobrabit reprobis in iudicio. Hugo attendit quater *conuertendi* verbum, ob quia druplicem conuersionem nostram à vanitate mundi, à voluptate carnis, ab amore parentum, a possessione temporali: mysticè & in Cantico Canticorum totidem verbis mutatur Sulamitis ad reuertendum. Sed in versu 15. est versus palinodiæ, *convertere*, oratúrque Deus vt conuertatur. Quamuis reciproca possint esse, vt ipse conuertatur ad nos, & nos ad se conuertat. Tandem notandi ergo quod hic additur nomen tetragrammaton יהוה *Iehouah*, quod ad clementiam Dei peculiariter significandam pertinere existimant. Erat id etiam in versu 5. *Domine Deus virtutum quousque irasceris*, &c. quasi clementem deceat irasci.

Ps. 3. Saluos me fac.

Apoc. 1. 16.

Cant. 6. 12.

PSALMVS OCTOGESIMVS.

In finem,

1 Pro torcularibus, Psalmus ipsi Asaph.

2 EXultate Deo adiutori nostro: iubilate Deo Iacob.

3 Sumite psalmum, & date tympanum: psalterium iucundum cum cithara.

4 Buccinate in Neomenia tuba, in insigni die sollemnitatis vestræ:

5 Quia præceptum in Israel est: & iudicium Deo Iacob.

6 Testimonium in Ioseph posuit illud, cùm exiret de Terra Ægypti: linguam, quam non nouerat, audiuit.

7 Diuertit ab oneribus dorsum eius: manus eius in cophino seruierunt.

8 In tribulatione inuocasti me, & liberaui te: exaudiui te in abscondito tempestatis: probaui te apud aquam contradictionis.

9 Audi populus meus, & contestabor te: Israel si audieris me, 10 non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum.

11 Ego enim sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti: dilata os tuũ, & implebo illud.

C

12 Et non audiuit populus meus vocem meam: & Israel non intendit mihi.

13 Et dimisi eos secundùm desideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis.

14 Si populus meus audisset me: Israel si in viis meis ambulasset:

15 Pro nihilo fortitan inimicos eorum humiliassem: & super tribulantes eos misissem manum meam.

16 Inimici Domine mentiti sunt ei: & erit tempus eorum in sæcula.

17 Et cibauit eos ex adipe frumenti: & de petra, melle saturauit eos.

D

Titulus, & Argumentum.

In finem,

Vers. 1.] Pro torcularib. Psalmus ipsi Asaph.

NIHIL hic est in titulo, quod non prius aliis in psalmis declaratum sit. Nam alia quidem omnia sæpius occurrerunt: tum psalmo 8. *pro torcularibus* nec non adhuc semel in 83. Videtur opportuna de torcularibus, post vindemiam priorem psalmi, mentio, præsertim si mystícè agimus, quod mysterium peti potest ab enarratoribus. In septua-

gesimo

gesimo nono, ait Arnobius, vinea reparatur, & in octogesimo pro torcularibus agitur. Hieronymus etiam, sed non magis Hieronymus, quàm ille scriptor aduersus Gētes, rationem reddit quare in tribus psalmis torcularia tituli gerāt. Verior opinio, quam Theophylactus [a] quoque, cum scribit de scenopegia, innuit; nomine isto significari collectionem fructuum, pro quibus agerentur gratiæ Deo psalmis nonnullis certis. De instrumenti genere adinuento in Geth, quia dicuntur גתים *ghithim* hoc loco: vel de modulatione ad instar carminis ex his vocabulis, על גתית *hiun ghithith*, inchoati, vel de psalmis Obededom Gethæo, ac Leuitæ, à Dauide traditis, iterum admoneo quod dudum præcedente tomo, psalmo octauo monueram, videri commenta Hebræorum, absque vllo scripturarum, aut grauium auctorum fundamento.

In psalterio Romano, & Gallicano habetur, *pro torcularibus quinta sabbati*, & ita tum legunt, tum etiam exponunt omnes Latini, ferè post Augustinum. Sed non ex istis Latinis Arnobius, & Hieronymus, seu hi qui horum nominibus circumferuntur, non etiam ex recentioribus vllus, quia nulla editio aliarum linguarum hæc verba recipit. Propterea neque mihi asserenda visa est mystica ratio istius diei quintæ, in qua creatæ sunt aues, pisces que; vt non item, quod notauit Hugo, cur à nobis canatur feria sexta, quasi nimirum in eo agatur de festo immolationis Isaac, id est, de Cruce.

Argumentum de torcularibus cognosci potest ex parte. Videlicet, adhortatio est ad laudes diuinas à populo, & à Leuitis præsertim celebrandas eo tempore, quo vina extorquebātur in torcularibus, id est, Septembri mense. Eiusdem mensis primo die insignis in diebatur solemnitas, cum clangore tubæ corneæ, in memoriam beneficiorum præteritorum, legisque datæ. Idcirco introducitur Deus ipse commemorans beneficia sua, tum verò liberationis de Ægypto, & ea de causa exigens puram, atque fidelem seruitutem: præterea contestans, quantis ob contemptam religionem, seu cultum Dei, atque obedientiam tum bonis priuatus tum affectus fuerit malis. Quæ omnia transferri ad nos multo possunt magis, debentque, vt colere Deum eiusque spiritualia sabbata conemur, pro ea libertate, in quā nos Christus asseruit, proque legis Euangelicæ, ac multiplicis gratiæ muneribus, quæ nisi ster per nos, in promptu sunt, vt liberalitèr communicentur. Sicut è contrario verendum valdè, ne ofcitātia & inobedientia nostra eorum nobis pariat iacturam, & sicut populus ille quondam, ita & nos abiciamur, si populi antiqui fuerimus imitatores, nec studuerimus peccatorum à nobis iugum per confessionem, & propitiationem Dei excutere. Athanasius [b] adhortatorius psalmis qui præcipiendi simul argumentum continent, istum annumerat, cum 28, 32, 94, 95, 96, 97, 102, 103, 113. præterea cupienti psallere Domino conuocatis Dei famulis, eundem proponit. Vsurpat Ecclesia hunc psalmum in festo Corporis Christi, propter sententiam versiculi vltimi potissimum de cibatione ex adipe frumenti, & saturatione ex melle; tum etiam quia maximè festiuè celebratus idem dies vario cantus, & instrumenti musici genere: atque summam comprehendit mirabilium operum, & beneficiorum Dei.

[a] in Ioan. 7.

Ratio solemnitatis mensis Septembris ita celebratæ.

[b] trac. de ps. ad Marcell.

Vers. 2.] Exultate Deo adiutori nostro: iubilate Deo Iacob.

Vers. 3.] Sumite psalmum, & date tympanum: psalterium iucūdum cum cithara.

Vers. 4.] Buccinate in Neomenia tuba, in insigni die sollemnitatis vestræ.

INuitantur omnes ad laudandum Deum, qui se adiutorem sæpe præbuit, tum voce humana, tum vario concentu musicorum instrumentorum, tum externis lætitiæ signis: nominatim autem Leuitæ, ad clangendum cornea tuba in nouilunio præsertim septimi mensis, qui dies insigniter solemnis erat. Aliter alij non mysticè duntaxat, sed etiam literaliter, vt mox videbimus.

Exultate Deo adiutori nostro.] Hieronymus, *laudate Deum fortitudinem vestram*: est הָרִיעוּ *harninu* à רָנַן *ranan clamare fortiter, quamis quidem de causa, sed hoc loco prædicando, & laudando, seu, facere vt hoc fiat.* Alibi [a] quoque redditur ab Interprete *laudare*. Simile exordium psalmi 32. vbi Græcum verbū idem ἀγαλλιᾶσθαι. Aquila vertit hoc loco ἀλαλάξατε, *laudate*, aut, *laudare facite*: Symmachus εὐφημήσατε, *benedicite*. Causa veræ exultationis, ac lętitiæ Deus est, quia Deus id est, summum bonum nostrum: quia *adiutor in tribulationibus* [b]; quia *ab illo omnis sufficientia nostra* [c]; *quia sine ipso nihil possumus facere* [d]. A quo vires, & robur, ac fortitudo עֻזֵּנוּ *hhoz*, rectè denominatur adiutor. Pronomen verò plurale communem faciens adiutorem Deum, indicat, vt ait Cassiodorus, sermonem esse ad deuotos. Adde & mutuæ charitatis vinculum in eodem Deo, quemadmodum hac, & similibus de causis iussit Christus orantes dicere [e], *Pater noster*.

a Deut. 32. 43.

b ps. 45. 2.

c 2 Cor. 3. 5.

d Ioan. 15. 5

e Matth. 6. 9.

Iubilate Deo Iacob.] Quid iubilare sit, & cur nominetur Deus Iacob, aliàs expositum est. Exultandum, atque iubilandum soli Deo, & Christo, id est, in illo solo, qui nos adiuuat, & ad supplantandum inimicos vires suppeditat. *Lætantur* alij *cùm male fecerint* [f], *& exultant in rebus pessimis*: exultant, ait Augustinus, circo, deceptori suo, vētri suo. Videtur Hugo mysticè totum locum de suis ex ordine Prædicatorum, quos Iacobitas, vt in Gallia solent, vocat, interpretari.

f Prou. 2. 14.

Sumite psalmum, & date tympanum.] Pro psalmo *carmen* ponit Hieronymus: alij, *canticum*, vel, *hymnum*. Explicant etiam *sublata voce canere, efferre, & exultare canticum, tollere vocem psallendo*. Chaldaicè, *erigite vocem in laude* אַיְסוּ קָלָא בְּתֻשְׁבְּחָתָא *arimu kala betushbehha*. Verbum quoque Hebræum נשא seu significat *ferte, attollite*, seu *efferte, accipite, & sumite*, denique inter alias notiones, etiam *loqui & vaticinari*. Sublatio vocis indicat præcentores: vel eosdem etiam, qui simul præcinant, & canere pergant, simul instrumenta musica pulsent: nam date tympanum & pulsare idem est, sicut & dare vocem, plausum, clangorem, clamorem, crepitum, sonitum, fragorem, gemitum, impetum, impressionem, plangorem, tinnitum, & similia: quamuis non ita facilè repertas *dandi* verbum isto modo, vt dicatur dari aliquod instrumentum, pro eo quod est pulsari. Ergo vel accipitur pro sono instrumenti instrumentum: vel vt placet Treueto, suppletur, *date ad percutiendū tympanum*: quod minus probo: cui enim darent? & ad pulsātes est sermo: vel, *date manus vestras ad tympanum*, inquit R. Kimhi. Augustinus psalmum vide-

tur accipere mysticè pro rebus spiritualibus, quas quis accipiens det, siue reddat manus, hoc est, opera, & res corporeas, quæ tympano, quod ex corio conficitur, designentur: id esse *communicare in ratione dati & accepti* [a], *& seminantem alicui spiritualia, carnalia ipsius metere* [b]. Augustinum Latini posteriores imitantur. Huc spectat quod quidam notant exactum, & requisitum obsequium venatitiæ carnis priusquã benediceretur Esau [c], significasse licitũ, iustũ, laudabile in Ecclesia esse, vt qui mysteria, & ministeria atque munera tradũt spiritualia, vicissim obsequia officiáque recipiant corporalia. Antoninus [d] eadem ratione declarat præsentem locum, citato Gratiano [e], vt sumat populus psalmum diuinorum officiorum à clericis, & det tympanum temporalium, quæ sic vocentur, quia recreant corpus, sicut ad tympani sonum recreari solent homines. Explicat Origenes citatus ab Agellio [f], iuberi vt auribus accipiatur τὴν λόγων διδασκαλίαν, *sermonum doctrina*, vicissim autem detur διὰ τοῦ στόματος θυσία, *per corpus actio*. vt diuinis oraculis congruens reddatur sonus, atque doctrinæ spirituali νέκρωσιν μελῶν τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, *mortificatio membrorum, quæ sunt super terram*, quia tympanum, inquit, est instrumentum ἐκ δερμάτων νεκρωθέντων, *ex pellibus confectũ*. Idem ferè ego apud Radulphum Flaviacensem in Leuiticum [g], & hoc loco apud Euthymiũ, ac Nicephorum: Fusiùs declarat Hugo, dicens accipi psalmum, id est, gratiam deuotionis à Deo, seu *spiritum precum*, vt Zacharias [h] loquitur, & sponte mortificationem atque castitatem reddi eidem ad gloriam ipsius: mortificationi verò proprietates tympani conuenire demonstrat hoc versũ comprehensas,

Terret aues, tenuis, fragilis, cana, mortua, lenis,
Tensa cutis, lignis, verbere, sicca, sonans.

Nec omnino ineptè quis vsurpet sententiam istam, *sumite psalmum, & date tympanum* de illis, qui disciplinam quam vocant, alio psalmum recitante, se seueriosè diuerberant: ficus illa iam tenitur, *apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus*. Gregorius [i] vtrumque de prædicatoribus explicat, vt accipiãt spirituale canticum cordis, & reddant temporalem macerationem corporis, & ideirco prædicationis magnum negotiũ esse. Bernardus [k] interpretatur de coniungendis discretè & congruè corporalibus rebus cum spiritualibus, vt hæ agantur, illæ non omittãtur; &, si quæ sint omittendæ, omittantur potiùs corporales; & *ad modicũ valens corporalis exercitatio*, pro *pietate ad omnia valente* [l]; eáque parte Mariæ, quam Christus *optimam* iudicauit, *nec auferendam* [m]: denique spiritualia vix quidem, aut nullatenus vel acquiri, vel obtineri nisi per corporalia, quia *nõ primum quod spirituale, sed quod animale* [n]; nec Iacob nisi prius cognita Lia, desideratos Rachelis amplexus meruit obtinere [o]; tamen secundùm æstimationẽ pluris faciẽda spiritualia Isidorus [p] Peluliota laudari Deum docet, vt habetur psalmo vltimo [q] *in sono tubæ*, hoc est in memoria resurrectionis *qua tuba fiet* [r]: *in psalterio & cithara*, hoc est in lingua & ore, tanquam plectro quodam percussis à Spiritu sancto: *in tympano, & choro*, id est in carne & animo, à quo tanquam chori preces ad Deum transeunt *in chordis & organo*, hoc est, in corde atque omnibus internis visceribus, & neruis, quæ quidem *organum* Dauid appellauit: *in cymbalis iubilationis*, hoc est, in labiis, quorum adminiculo cõcinnata & modulata psalmodiæ carmina contexuntur. Prior hæc ferè iam scripserat Clemens Alexandrinus [a], nisi quòd laudãtionem *in tympano & choro* refert ad meditationem resurrectionis carnis in pelle resonante. Clementis discipulus Origenes eo quem priùs notaui loco, ad idẽ propositum considerat *Mariam sororem Mosis in tympano canentem* [b], *sociatam aliis tympanistris*, hoc autem esse laudare Deum simul *crucifigendo carnem cum vitiis & concupiscentiis* [c], *mortificandoque membra, quæ sunt super terrã* [d]. Hieronymus [e] ita quoque tympana interpretatur, *quibus ornandos nos* Deus poscat [f], vt canamus Domino in Ecclesiis, omni in nobis malorum operũ carne cõsumpta. Rursum Gregorius [g] in tympano laudari ait Deũ simulque in choro ab eo, qui sic eum per abstinẽtiam cordium habẽs, concordiã charitatis retinet.

Psalterium iucundum cum cithara.] Hieronymus ordine oppositio, *citharam decorã cum psalterio*. Alij, *cum nebel* seu *nablo*: vel, *lætamque tum chelym, tũ citharam*, vel, *& citharam pulchræ sonoram, vna cum nablo*, vel, *citharam dulcia cum vocula*, id est, dulciter: vtrumque supplet hic etiam R. Kimhi, *date manus vestras ad psalterium*, &c. De istis instrumentis נבל *chinnor* & נבל *nebel* alibi diximus. Si credimus Isidoro [h], erat citharæ forma initio similis pectori humano, quod veluti vox de pectore, ita ex ipsa cantus ederetur, & Dorica lingua pectus κίθαρα vocaretur. Nec Dorum vocem propriam constat esse, nec ea forma citharam fuisse. Significat נבל *nablum pulchrum, suaue, venũdum, decorum, dulce, gratum, delectabile*, quod vltimum valet τερπνόν. Symmachus pro psalterio lyram posuit. Dixi quoque aliàs de mystico sensu horum instrumentorum, quem repetit Augustinus.

Buccinate in neomenia tuba.] Hieronymus, *clãgite in neomenia buccina*. Alij, *in Kalendis*, aut, *in primo die mensis*, aut, *in nouilunio*. Vetus psalterium & Augustinus, *tuba canite in initio mensis tuba*; alia Latina psalteria, & Cassiodorus, atque Isidorus [i], *buccinate in initio mensis tuba*. Ambrosius [k], *canite in initio mensis, tuba*. Fortassis qui vertũt, *in initio mensis tuba*, mensem à tuba ipsa designari voluit, qui est September. Paraphrastes quidem illũ expressit sub nomine *Tisri*, in quo celebrabatur festum tubarũ, in memoriam legis acceptæ; præter festum expiationum, & scenopegiæ, seu Tabernaculorum, & collectæ, seu octauæ eorumdem: & hoc ipso nomine appellatur *clangorus*; & *vociferationis* [l]. Sed primùm hysteologia verborũ hic euoluenda, *buccinate tuba in neomenia*. Deinde probabile est, non de vno Tabernaculorum festo, quod neomeniam Septembris redderet festiuiorẽ, seu primam eius diem, quæ dicebatur *venerabilis, & sancta, & clangoris ac tubarum & sabbatum*, & *memoriale, & in quo opus seruile fieri non poterat* [m], sermonẽ esse; & si potissimùm de illa; sed præterea de cunctis neomeniis, seu primis mensium diebus, Kalendisque (dicitur enim חדש quasi חד שנה *nouus annus mensis*, non quòd annus defectũ significet, vt Lyranus [n] voluit, & Abulẽsis [o], & Aiguanus hoc loco: immò & de omnibus solemnitatibus, id est, præter dictas, de Paschate, ac Pentecoste. In genere quoque præceptum erat, vt *si quando haberent Hebræi epulũ, & dies festos, & Kalendas, canerent tubis super holocaustis, & pacificis victimis* [p]. Sed per tibicinẽ indici solitam neomeniã Philo [q] scribit, nimirũ cornea tuba, vt admonet Genebrardus supra templi pinnam, siue tectum, quod τοῦ ναοῦ ἔπαλξιν appellant [r]. Alioqui super holocaustis & pacificis victimis canebatur *tubis argenteis duabus* [s] eodem quoque die in quo simul essent Kalendæ & festum tubarum,

id est.

a Philip. 4. & b 1. Cor 9. 11.
c Gene. 27. toto.
d 2. p. ti. 4. c. 3. in prin.
e 13. quæst. Ecclesias. 3. item prophetas. Interpretatur tympanum, vita e quid extat homilia 9. in Exodum
f lib. 1. in præfat.
g Exo. 15. 20.
c Gal. 5. 24.
d Coloss 3. 5. e in Iere. c. 31.
f Iere. 31. 4.
g hom. 8. in Ezech.
h Exo. 12. 10.
h 3. Ety c. 22.
i 22. Moral c. 86. vel 23.
k apud. Guliel. abbatem.
l 1. Tim. 4 8. m Lucæ 10. 42
n 1. Cor. 15. 46.
o Gene. 29. toto.
p lib. 1. epist. in 417.
q vers. 4.
r 1. Cor 15. 52. 1. Thess. 4. 16.
i 6. Etymo. c. 18.
k in ps. 43. & lib. de fide retur.
l Nume. 29. 1.
m Nume 10. n 1. Leuit. 23. 24.
n in c. 28. Num. o in Leuit. 23. q 5. & in c. 28. Num. q. 9.
p Num 10. 10. q de decalogo.
r Ioseph 5. de bello c. 9.
s Num. 10. 2.

id est, in neomenia Septembris. vt annotat Abulensis [a], probans ex vsu Iudæorum hoc tempore, in quo cum non liceat iis sacrificare, non canunt argenteis tubis, sed tantum corneis. Quæ tricesima Horatius [b] vocat sabbata, erat neomenia, quia tricesimo quoque ferè die recurrebat, & erant in honore apud Hebræos velut sabbata, quæ vox etiã de quibuslibet festis dicitur; sed tunc magis quando re ipsa incidebat in diẽ sabbati. Minùs probo Torrentij [c] aliã expositionẽ de Phase, quoniã annum inchoando à Septembri, circa tricesima sabbata, seu tricesimã hebdomadam, festũ illud incideret. De sabbatis numero plurali, ac indefinitè loquitur Poëta; etsi nõ me lateat vnũ sabbatũ pluraliter sabbata interdũ nominari, propter multa legis veteris prodigia & beneficia, quæ occurrerũt in sabbato. Nec placet asserere, ne duo sabbata, id est, festiuitates continuè succederẽt, cùm incommodo tum ciborum coctorum in biduũ conseruandorũ, præsertim tempestate calidiore; tũ putoris, & corruptionis ex asseruatis cadauerib', instituisse Iudæos ante tempora regni Græcorũ, ne mẽtis a prima quarta, sexta die inchoaretur, quia si mensis Tisri seu Septẽber incepisset die prima, quarta decima esset sabbatũ, & sequens scenopegiæ: ideò pacto si quarta vel sexta inciperet, iugerẽtur solemnitates duæ. Etenim narrat Iosephus [d] Pentecosten aliquãdo celebratã post sabbatum: & arbitrantur aliqui sabbatum *δευτεροπρωτον secundo-primum* de quo Lucas [e], ita dictum quod proximè post Pascha sequeretur illud etiam quod succedit diei sextæ, in qua crucifixus est Christus, *magnum* vocatur à Ioanne [f], quoniam consequens statim ad diem Paschæ. Denique fuisset ratio propria solius mensis Septembris. Bene notatum à Toleto [g] post Lyranũ [h], nouilunium celebratũ in memoriã perpetuæ diuinæ gubernationis, & in actionẽ gratiarũ pro continuis Dei beneficiis, & ad cõtinuationẽ eandem in posterum impetrandã, cùm sit nouilunium præteriti tẽporis finis, & initiũ futuri: concessum autem à Deo, vt eo tẽpore Iudæi festum agitarent, non in plenilunio; quia vna ex parte indulgebatur ei quædam similitudo cũ Gẽtibus, *quæ lunam colebant* [i] *& idola*, ad quæ Iudæi propensi erãt. alia vt in ipso Lunæ defectu id facerent, ne si in plenilunio, quemadmodũ aliæ Gentes, viderentur non vero Deo, sed Lunæ ipsi sacrificare, cum virtus eius magis viget. Qua etiam de causa menstruũ sanguinẽ voluit Deus immũdum haberi, vt hac ratione intelligeretur lunã non esse Deũ cui tantæ immũditiæ ascribitur causa, vt obseruat Guilielmus Parisiensis [k]. Alias rationes festi neomeniæ dat Ribera [l], vt primitiæ offerentur Deo, non rerum duntaxat è terra nascentium, sed temporis etiam: & placato illo per preces, ac sacrificia, felix faustumque mensis initium esset.

Mystica est Origenis [m] expositio, & Glossæ [n], cùm sic Ecclesia, vel quæuis anima soli iustitiæ propinquat, vt vnus spiritus cũ eo fiat, & per ipsũ innouata veterẽ hominẽ abiiciat, nec videri cõprehendive humanis aspectibus potest, sed soli Deo totã se mãcipans, hominibus placere nõ curat. Augustinus [o] item docet, nouilunij festo indicari nouitatẽ spiritus & euãgelij, finem impositũ legi à Christo, idololatriã expulsam. Ambrosius [p] cõparat Ecclesiã cũ luna, & spiritualibus ac euangelicis prædicationibus, videlicet tanquam tubæ clãgoribus, in abũdãtia pacis extolli & renouari. Euthymius, & Nicephorus volunt indicari festũ Dominicæ resurrectionis maximè celebrandum, per quam renouata est creatura, & ἀναπλασις, appellatur à Nazianz. no *festum festorum*. Distinctè Paulus [q] recensẽt festum, neomeniam, sabbatum, quia in neomenia non vacabatur ab opere, & ideo non collocatur in catalogo sacrorum dictum [r], vt monet Abulensis [s].

Cæterùm propter Hebræũ nomen תקיעה *sophar*, cui respõdet *tuba*, & σαλπιγξ & significare dicitur cornea tantum, argumẽtatur Toletus [t], agi hoc loco de festo Tubarũ, vocarique sequẽtibus verbis, insignẽ diẽ solẽnitatis, quod nõ cõuenit aliis neomenis, hodieq; Iudæos huiusmodi tubis buccinare solere in eodẽ festo; cum vti soleret olim *argẽteis tubis* in aliis festis [u], quæ vocabãtur חצוצרות *chatsotseroth*. De insigni die solẽnitatis postea. Ribera [x] cũ aliis multis, præter id loci de omni neomenia intellexit: & retuli Genebrardũ qui diceret cornea quoque tuba congregatu populũ ad festiuitates. Ambrosius [y] vitus est cõfundere argenteã cũ cornea tuba, dum scripsit, loquens de cornea, Moysẽ docuisse sacrificiorũ ritus tubæ sonitu esse celebrãdos; & citat etiã psalmi nostri locũ. Nam Moyses de argẽtea [z] præcipit, vt idemet Ambrosius [a] agnoscit, disputãs de mystica tubarũ intelligentia, præcipuè vt ad prædicationem euangelicã aptarat. Cyrillus [b] autẽ Alexandrinus considerans tubã iudicialẽ, seu retributionis [c], neomeniam immo notat figuram futuri ac noui sæculi esse: tubam vocis penetrantis omnia archangeli, quem Deus mittet cum tuba, quæ ingenti sonitus claritate vniuersitatem mortuorum in vitam reuocabit: & simili de causa Dominũ voce magna Lazarũ euocasse ad vitam [d]. Argentearum vium tubarũ, in epulis, sacrificiis, bellis Hugo rectè transtulit ad prædicationẽ quæ conuocat ad epulas eucharistiæ, ad bella contra mundũ, carnem, diabolum, ad festũ seu sabbatum quiescendi à peccato strepitũque mundano, & præparandi se ad festum ac sabbatu æternæ gloriæ, quod vocatur *sabbatum ex sabbato* [e]. Præterea hunc locum & ea quæ sequũtur applicat ad natiuitatem B. Virginis, quæ incidit in Septembrem. Etenim tũc processit vt luna noua, & omni laude dignissimam prædicare, ac laudare debemus: ea quoque dies insignis est, quia multis prophetarum oraculis prægnata. Lege, si libet, apud eundem cætera.

In insigni die solemnitatis vestræ.] Hieronymus, *in medio mense dies solemnitatis vestræ.* Alij, *in tempore constituto in die festiuitatis nostræ*, vel, *in definito tẽpore ad diem sacrificij nostri*, vel, *in solẽnitate diei festiuitatis nostræ*, vel, *in die solemniter nobis festo.* Chaldaicè, *in mense qui coopertus est, die solemnitatis nostræ.* Hebræa sic habent בכסה ליום חגנו *baccheseh liuim chagnenu*, quæ Lyranus explicat, *in termino diei festi nostri*, id est, in nouilunio, quia terminus diei festi quãtum ad eius inchoationem erat prima dies mensis septimi. Treuetus Hieronymum declarat de plenilunio. Congruit tempus festo Paschatis quod inter omnia maximè insigne erat, plusquam Pentecostes, & scenopegiæ. Sed idem Lyranus exponit præter hunc modum, adhuc quia prima dies mensis septimi est in medio anni, secundùm quod incipit annus à principio Martij, si בכסה *chesch* per *he* scriptum dicamus pro א *aleph* significabit tempus constitutum, & diem solemnem, seu solemnitatis, ac solemnitatem ipsam: aliquando etiam cum א *aleph* vertit Hieronymus [f] *luce plena luna*, sicut Aquila ἡμερᾳ πανσεληνου. Theodotio autem ἐν ἡμερᾳ νουμηνιου quod alij, *temporis constituti.* Sed retentio ה *he* à בסה *chasah*, *tegere* & *operire*,

a in Num. 29. q. 1.

b lib. 1. carm. Satyr. 9.

c in Esai. 66. & in Succa. c. 5.

d lib. 1. de bello Iud. c. 10.

e Luc. 6.

f c. 7. 37.

g in c. Ioan. annot. 1. de neomenia. h in c. 28. Num.

i Ierem. 7. 18.

k lib. de legib. cap. l lib. de templo c. 2.

m hom. 2. in Num. n in c. 28. Num.

o lib. 9 cont. Faust. c. 10.

p in psal. 43.

a Colos. 2. 16. b Leuit. 23. c in Num. 28. q. 18.

d in c. Ioan. annot. de festo Tubarum.

e Num. 10. 2. & Iosephus 3. antiq. c. 11. vel 12. f de templo c. 2.

g in psal. 43.

h Num. 10. 2. i de fide rectit. k in hoc c. 3. Num. 42. l 1. Thess. 4. 16.

m Ioan. 11. 43. 44.

n Esa. vlt. 23. Tempus nouitatum, &c. Hugon.

o Prou. 7. 20.

& *operire*, contendant aliqui, significare hoc loco festum tabernaculorum, quasi dicas diem operimenti, vel operimentu, cum agerent Hebræi sub frõdibus Fauet vertio Hieronymi de medio mẽse quia 15. Septẽbris celebrabatur hoc festũ [a]. Sed aliis videtur nomen id absconsionem significans, innuere quamlibet neomeniam, quoniam prima die mensis lunæ lumen opertum ac tectum videtur: cum verò neomeniæ diem dicit solemnem, & vocabulo חג *chag*, quia reuera talis erat, licèt non quantùm alij solemniores: vel quoniam eadem Hebræa vox significet quoque agnũ: singulis autem neomenijs agni septem sacrificandi [b] erant, ac si diceres in insigni die agni nostri. Posset etiã dici cum Ricardo Cenomano legendo תרועה *thrsfeh*, quod *throman* significat, indicari veluti maiestatem quandam festiuitatis, cuius Interpres insignem vocat diem. Displicent Agellio priora, vũtque Græca dispungi aliter, vt seorsim ponantur ἐν τύπτῳ: tum ἡμέρα, ἱερᾶς ὑμῶν, nec sit τύπτῳ epithetum relatum ad ἡμέρᾳ, quasi insignis ipse dies sit, & de die dicatur illud tanquam de subiecto; sed substantiuè sumatur; significétque signum quod dabatur tubâ in die decima septimi mẽsis, adesse iam tempus, vt bona ad antiquos dominos rediret, & manumitterentur serui, nempe anno Iubilæo qui appellabatur ἄφεσις σημασία *remissionis significatio*. Sed non pauciora patitur opinio ista incommoda, præter suspicionem à nouitate; tum etiam, quod velit legi, *in insigni*, cum virgula, postea in dativo, *dici solemnitatis vestræ*, id est, ad diem solemnitatis vestræ: tum quia non ἄφεσις σημασία sed ἐνιαυτὸς ἀφέσεως dici debet; sic enim legitur ἐνιαυτὸν, ἄφέσεως σημασία αὐτὸ ἔσται ὑμῖν, & pro his Hebraicè est יובלהיא תהיה *iouelin thihiel*, Latine, *ipse est enim iubilæus*. Probabilius est, insignem diem solemnitatis appellari vel quamlibet neomeniã; vel præcipuè Septembris, in quam incurrebat festum tubarum; vel festum tabernaculorum, ita vt neomenia pro ea sumatur quæ erat in Septembri, & sic mentio fiat de alio isto festo mensis eiusdem: vel indefinitè quodlibet festum diuersum à neomenijs. Plures habet sectatores opinio de festo tubarum, quòd sit idem cum neomenia Septembris; ac de tubarum festo sentit Origenes [d], & Radulphus Flauiacensis [e]. Tamen de omni neomenia sentit Ribera [f], fauẽtque Augustinus, & alij veteres Latini: de omni festo Vatablus, Arias, Crucius, Varlenius, Folengius, præterea Abulensis [g] omnes opiniones probabiles æstimat Genebrardus. Fallitur autem Peregrinus Herus, asserens in Septembris nouilunio celebrari solitum tabernaculorum festum: tubarum voluit, aut debuit dicere.

Portrò quia celebriores huius loci sententiæ sunt vel de festo tubarum, saltem in membro præcedente, vel de festo tabernaculorum in isto, non nihil de vtroque dicendum. Tubarum festum, de quo in Leuitico [h], & Numeris [i], institutũ Hebræi credunt in memoriam Isaac liberati prima luna seu die Septembris, ne immolaretur à patre; cùm pro eo substitutus est *aries hærens cornibus* [k], vt idcirco tubis corneis arietinis in eo festo clangeretur, & alio nomine appelletur festũ cornu. Eãdem causam assignant Hugo, Dionysius, Abulensis [l], Lyranus in libros Leuitici, ac Numerorum, addítque Hugo [m] vocatũ etiã fuisse festum cereorum, quãuis eos moderni Iudæi trãstulerint in Septẽbris diem decimam, quæ est pro mortuis. Quod si verũ esset, falsa esset sententia negans Iudæis cereum ad lumina, de qua egimus alibi [n]. Cæterùm in dicta causa de recentioribus Antonius Hõsca annotationibus ad Caietani pentateuchum, Petrus Serranus in Leuiticum, Ribera in opere de templo [o]: probabilem opinionẽ putat Tolerus [p], Vatablus [q], Sa [r], qui duo addunt clangoré inseruiuisse ad paraleueẽ festi tabernaculorũ celebrãdi eiusdẽ Septembris mensis die 15. Oleaster adiungit expiationis festum; sed vix credit causam illam de Isaac. In commentario huius psalmi Basilius, seu Theodoretus, Euthymius, & Nicephorus institutionem festi tubarum referunt ad memoriã contestationis factæ in monte Sina, cùm legẽ Deus dedit, populus autem videbatur sibi audire sonitũ buccinæ, siue tubæ corneæ, vocatur enim in Exodo [s] קול שופר *kol sciophar vox tubæ*, quã propriè corneã eo nomine significari antea diximus, ac in psalmo 97. [t] quæ a Lxx. vocatur φωνὴ σάλπιγγος μακρᾶς, & in editione Latina vox tubæ corneæ, Hebraicè est simplex nomẽ שופר *sciophar* cum nomine קול *kol*, quòd *vocẽ* significat, & Hieronymus vertit *clangorẽ buccinæ*. In eadẽ sententia Caietanus videtur in Leuiticum, & hoc loco Iansenius; & satis confirmatur ex sequentibus versibus, in quibus mentio fit liberationis ex Ægypto, & contestationis diuinæ quando legem dedit. Spiritualiter, inquit Origenes [u], celebrat hoc festũ, qui scripturas mãdat memoriæ, & intra cordis thesaurũ recondit, atque in gratias illas sancti spiritus promouetur, quibus inspirati sunt Prophetæ. Radulphus [x] vult figuram fuisse lætitiæ in Gẽtium conuersione futuræ, mensẽque septimum tempus gratiæ præsignificauisse. Cyrillus [y] Alexãdrinus ait innuere tempus cõsummationis sæculi, quia mense septimo quæ ex agro colligũtur, in horrea reconduntur, abit fructuum ferendorum tẽpus, hyemis initium oritur, attenuantur stipes, flores tabescũt: resuscitato autem Christo monemur à diuinis literis tãquam tubis, de huiusmodi tempore, vtque *thesaurizemus nobis cælestes thesauros* [z], ac præparemus *vltima tuba* [aa], *ac tribunali* [bb], vacãdo ab omni opere, quod nullam prorsus vtilitatẽ afferre possit, sed maculas potius aspergere. De tubæ mystica significatione idẽ antea retuli ex Isidoro Peluſiota [cc]. Serranus, posita ratione illa de Isaac, mysterũ mortis Christi ac resurrectionis innui vult, imò & incarnationis, quæ in septima, id est, in postrema mundi ætate contigit.

Aliud festũ, de quo insignem diem solemnitatis hic multos exponere dixi, est Tabernaculorum, Græcè dicitur ἑορτὴ σκηνῶν & σκηνοπηγία *scenopegia* à σκηνὴ *scena*, & πήγνυμι *figo*, nõ *scenophegia*, vt perperã scribit, & deriuat Abulẽsis [dd], quasi à phagia, quod significet comedere, (dicere oportuit φαγεῖν) & cenõ cõmune (scribere debuit cœnõ) nec etiã vt Radulphus [ee] docuit, quod scena sit vmbra (vmbraculũ cõcedi potest) & φαγεῖν *comedere* (& hîc erratũ) quod sub vmbraculis & in publico comederent Hebræi. Præcipitur hoc festũ in Leuitico [ff]; & Numeris [gg], fieri à 15. die mẽsis septimi, per septẽ dies, celebri vilipatione sacrificiorum, & vacatione ab opere in primo die, & habitatione per omnes illos dies in vmbraculis, vt discerent posteri, quòd in tabernaculis fecisset Deus habitare filios Israël, cum eduxit eos de terra Ægypti. Quare nõ ea fuit institutionis causa, quã tradidit in Ioãnẽ Euthymius, nẽpe in memoriã diei, quo primùm Moses fixit tabernaculum diuinũ, quod *Beseleel adiposum erat* [hh]. Vbi autem, & ex qua materia tabernacula tunc extruerentur, & similes quæstiones, tractat

a Leuit. 23. 34. Num. 29. 12. Ioseph. 3. antiq. c. 10.

b Num. 28. 19.

c Leuit 25. 10.

d hom. 23. in Num.

e lib. 17. in Leuit. c. 1.

f in Leuit. & ac templo. c. 2.

g in Leuit. 23. q. 18.

Festum tabernaculorum instituitur. hic. 23. 24. 25. & c. 29. 1.

h Gene. 22. 13.

i in Leuit. 23. q. 18. & 20. & Num. 29. q. 2. & hic 29. Num.

k Esa. 40. 6.

l Matth. 6. 20. m 1. Cor. 15. 52. 1. Thess. 4. 16. n 2. Cor. 5. 10.

o lib. 1. epist. 10 457.

Σκηνοπηγία

p in c. 23. Leuit. q. 24.

q 17. in Leuit. c. 3.

r c. 23. 34. & seq. & c. 29. 12.

tinc 7.

u Esa. 40. toto.

Rioera [a]. Illud notabile, quod iisdem diebus gestare præcipiebantur Hebræi ramos myrti, salicis, palmæ, arboris Persææ, vt quemadmodum tabernacula monebant beneficium translationis in sedes fixas, commodas, amœnas, post peregrinationem horridi deserti, & gurgustia Ægyptiaca, sic redigerent tanti arborum illarum optimarum in memoriam eiusdem deserti sterilitatem, & inopiam, transmutatam in terram feracem, atque abundantem, ex quibus etiam arboribus, iuxta riuos nascitur salix.

Pertinent ista sensu mystico, ad eos, qui à peregrinatione præsentis vitæ tendunt in patriam cœlestem, & spe illius gaudent, conuersationem ibi habent, *deficiunt quæ hic sunt, quæ sursum sunt quærunt, & sapiunt.* Legatur Origenes [b]. Radulphus [c] arborum ramos pie & acute attribuit Christo, habitationem in tabernaculis vult esse in Cruce, illiusve vmbra: denique contemni præsentia, desiderari bona Domini in terra viuentiũ. Pluta, alio quodam modo, Ribera [d]. Cæterùm caueat Ecclesiastes Christianus, ne exaltare vocem vt tubam tantùm velit in insigni, vel die solemnitatis, vel ciuitate tunc, ibique tantùm audiri, sed ut omnium, quod dicitur, homo horarum, adde & locorum, quoties prouentum spiritualem colligendi se dat occasio.

Vers. 5.] Quia præceptum in Israel est, & iudicium Deo Iacob.

Vers. 6.] Testimonium in Ioseph posuit illud, cùm exiret de Terra Ægypti: linguam quam non nouerat, audiuit.

Vers. 7.] Diuertit ab oneribus dorsum eius, manus eius in cophino seruierunt.

DE dicta neomenia, déque insigni die solemnitatis, ad quam Dauid antea inuitauit, ait datum à Deo præceptum legemque iustam præscriptam; à Deo, inquã, religiosissimi ac deuotissimi patriarchæ Iacob, quitoti Hebræorum genti nomen dedit, & quã peculiariter elegit Deus ad cultum suum. Causam autem talis instituti docet potissimum fuisse, vt idémet populus denominatus quoque à charissimo illius patriarchæ filio Iosepho, vt pote per quem tot in Ægypto beneficiis affectus est, recordaretur, eóque cultu recoleret liberationem suam de seruitute, qua post Iosephi mortẽ opprimebatur in eadẽ regione: quo videlicet tẽpore inauditam prorsus, & planè insuetam audierut quasi linguã, *cum clangore quodam* veluti *buccinæ*, legem dantis Dei, vt est in Exodo [e], postquam eductorum, a gestandis oneribus liberasset dorsa, manus à portando, in cophinis luto, paleis, lateribus, quos coquere compellantur.

Quia præceptum in Israel est.] Hieronymus, *legitimum Israel.* Alii, *statutum Israels*, vel, *ritus.* Augustinus, *præceptum ipsi Israel*, expressit articulum הוּ, qui respondet literæ seruili sceuatæ ה *le.* Chaldaicè, *quoniã præceptũ statuit Israeli.* Nomen חק *chok* amplæ notionis est, pro præcepto, statuto, more, iure, ritu. Apollinarius loco ἀρχαιωμάτων posuit διάταγμα τοῦ θεοῦ *oraculum & responsum*, aut *sanctionem diuinam*, quamuis dicatur quoque de senatusconsulto, aliúve humano edicto. Præceptum quidem, lex quæ cerimonialis extat, notatis antea locis in Leuitico, & Numeris.

Et iudicium Deo Iacob.] Chaldaicè, *& sententiã iustam Dei Iacob*, nempe, statuit Deus ipse Iacob. Explicat Apollinarius quòd populus acceperit responsum, vt iustitiã custodiret, legis, seu Dei Iacob,

κλέος αἰεὶ θεσπίσματα, τὰ τοῦ Ἰσραὴλ καὶ ἐθέτο,
τοῦδικαίου θεσπίσματα τοῦ Ἰακὼβ φυλάσσειν.

Sensus verò est, quòd ius hoc à Deo Iacob profectũ est, vel mos institutus in honorẽ illius: vel impósita lex & initũ ab eo fœdus, ea conditione, vt sacris cõuentibus populus laudes ipsius celebraret. Adeò varia significat vox quoq; עדות *testimonium*: ac verbi quidem gratia pro more etiã citra legẽ, immò pro more nõ bono sumi videtur à Samuele, cũ ad populũ deterrendũ, ne regẽ haberet, exposuit quodnãm is eius foret, id est, quid exactutus, vt solebat aliarũ reges Gentiũ, qui tyrannicè subditos vexabãt [a]. Alias docui sæpe synonymas esse voces *præcepti, iudicii*, & quod inox sequitur, *testimonij*, quamuis nonnullum discrimen spectari possit.

a 1. Reg 8. 9.

Testimonium in Ioseph posuit illud.] Psalterium Romanũ, & Hieronymus, *posuit eũ*, Græcè αὐτόν. Obscutat sententiam pronomen masculinum, nec id extat in textu Hieronymiano Trecteri: & minimè necessarium est siue huius generis siue neutri, quãuis exprimatur Hebraicè יָשָׂם *sciamo*, quod illius linguæ idiotismo, sæpe fit per redundantiã. In Cassiodoro quoque nullũ pronomen est, nec in Arnobio. Illud testimoniũ aptè intelligitur Deũ posuisse in Ioseph: per *eũ* quid intelligi possit nõ video, nisi dicas Græcè quidẽ esse αὐτὸν τὸν τοῦτον, quod tamẽ antea nomẽ hîc expressum nõ est: vel ipsummet Ioseph significari, vt est patriarchæ nomẽ, & per dictũ pleonasmũ additũ sit pronomẽ. Sic quidem Paraphrastes exponit hoc, & quæ sequuntur, *testimonium super Ioseph posuit eum, die quo egressus est de domo vinctorũ, & dominatus est super terram Ægypti*, vel in textu Nebiensis, ablato pronomine, *testimoniũ super domum Ioseph posuit, qui non appropinquauit vxori domini sui: in illo die egressus est de domo carceris, & dominatus est super regionem Ægypti.* Campensis eodem ferè modo, *vtũ illum seruari volun à posteris Ioseph, in memoriã eius quòd feliciter versatus fuerit ipse in terra Ægypti.* Fauet Arnobius legens, *testimoniũ de Ioseph.* De Iosepho eodem patriarcha videtur Apollinarius longè aliter interpretari, videlicet quòd ipse populum adiurauerit, hoc est, fratres, & nepotes, vt legem obseruarent, quãm egressis de Ægypto daret Deus. *Post mortem meam*, dixit ille fratribus [b]; *Deus visitabit vos, & ascendere vos faciet de terra ista, ad terram quam iurauit Abrahã, Isaac, & Iacob. Cumque adiurasset eos, atque dixisset, Deus visitabit vos; apportate ossa mea vobiscum de loco isto.* Apollinarius fortan coniicit alia de lege seruanda dixisse,

b Gene. 50. 23. 24.

τὸν μὲν Ἰώσηπ᾽ παρῃτήσατο μαρτυρίαν μῶν
ἰσχέμεν᾽ τὸ πάροιθεν ἀπ᾽ Αἰγύπτου πτολίεθρου.
Iosephus quidem admisit testem sanctionum
Discedens antea ab Aegypti vrbibus.

Sed tũc discedenté dicere oporteret, & ἰσχάμενος, referendo ad αἰτήσατο: vel ἰσχόμενος & discedéíque, diceretur Ioseph, id est, abiens per mortem. Quid quid sit de Apollinari, aliisve; cõstituendũ est, esse sermonẽ de populo ipso, in quo positum, seu cui fuerit impositũ testimoniũ illud, quod aliter antea vocabatur hîc testimoniũ & iudiciũ; denique lex & cõtestatio legis quæ facta daraque est post egressum de Ægypto, mẽse circiter tertio Iosephi autẽ nomine placet hîc accipi populũ vniuersũ, nõ solas decem tribus, vt & alibi nõ semel docui; agitur enim de re maximè cõmuni toti populo vt magis adhuc cõstabit ex sequentibus. Quisuis autẽ daremus Agellio psalmum istũ esse cõtra decẽ

tribus, nil obstaret, quominus hæc generaliter de omni populo, hoc est, de aliis etiá tribubus duabus exponerentur. Vt Hugo testimonium in Ioseph positum ad nostros martyres applicet, lege, si libet.

Cùm exiret de terra Ægypti.] Alij, cùm egrederetur ipse *super terram Ægypti*, scilicet Deus vexando Ægyptios tot plagis, vt liberaret populum suum. Id exponit Campensis, cùm pugnauisset *aduersus Ægyptios*, neque dictum præceptum, iudicium, testimonium de festis celebrandis dedit Deus, in signum & memoriam istius beneficij. Concedo exire egredive dici Deum, cùm prodit in opus, & super aliquem, quando punit, vt aliis exemplis ex præcedentibus quoque psalmis docere possumus: & est simile in Abacuc [a]; *egressus es in salutem populi tui.* Alij, vt vidimus, exponunt, de patriarcha Ioseph, in quo testimonium posuerit Deus, hoc est, cuidens signum ac testificationem beneuolentiæ: *cùm exiret*, id est, ipse Ioseph de carcere, eo ipso die, diu tamen post, quo Isaac de cæde ac immolatione, vt ex R. Salomone Aiguanus refert, *super terram Ægypti*, hoc est, constitutus eum Deus Dominum, ilque super eam ingressus est, vt gubernaret. Sunt & qui declarent egressum populum super terram Ægypti, hoc est, liberè magno numero peruagatum, ita vt timerent Ægyptij. Sed non est abeundum ab editione nostra de populo vniuerso, & egressu ipsius de terra Ægypti, eo modo quem priùs dixi, nimirum vt dictum etiam testimonium positum sit in ipso, seu impositum ei, datúmq;, cùm exiret de terra Ægypti, vel postquam inde egressus est, seu in ipso itinere, vel in memoriam huiusce beneficij. Hæc vna de præcipuis causis in vetere, ac nouo item testamento institutorum festorum, ob monimentum & gratiarum actionem pro diuinis beneficijs. Quod autem hîc sit præpositio עַל *hhal*, quæ solet exponi *super*, Genebrardus notat occasionem dedisse alteri illi nunc recitatæ expositioni: tamen esse per parallagen protheseon, id est, mutationem præpositionum poëticam, pro מִן *min*, id est, *de*, quam Interpretes nostri posuerunt. Citra poëticum vsum traditur exemplum in Zacharia [b] עָל שְׂמֹאלָהּ *hhal semolah* pro מִן *min*, *à sinistra*, seu, *à sinistris eius*.

Linguam quam non nouerat, audiuit.] Hieronymus, *Labia quod nesciebam audiui.* Alij, quædã supplendo in Hebræis vocabulis שִׂפַת לֹא־יָדַעְתִּי אֶשְׁמָע *sephath lo iadahhthi eshmahh*, *vbi*, *nempe in terra Aegypti*, *labium*, seu, *linguam*, scilicet, *quam non noueram audiebam*, vel, mutando singularem personam in pluralem, *quò*, id est, *in Aegyptum cum peruenissemus*, linguam quam *non didiceramus*, *audiebamus*. Hoc modo lingua peregrina & barbara esset populi Ægyptiaci, qui sic etiã cognominatur in psalmo 113. [c] quã populus Hebræus ibi detentus audiuit. Interpretes nostri attendentes ad sensum, & continuantes cum priore membro, quod constabat persona tertia, eandem retinere voluerunt, quamuis Hebraicè sit prima, in qua Prophera velut vnum se de populo faciens, loquitur. In hoc hærendum est, nec laborandum, vt de Deo ipso, quod Treuetus nonnullos facere refert, interpretemur, quasi dicat, se linguam quam nesciuerat, id est, lamentationem populi, quam se audire, & percipere dissimulauerat, audiuisse & exaudiuisse. Non oportet præterea de ipso patriarcha Iosepho interpretari, quem, vt commiscitur R. Salomon apud Lyranum, Gabriel docuerit LXX. scitamata, quæ antea non nouerat, sed Hebræum duntaxat. Aiguanus annuit saltem de Ægyptiaco, quod statim diuinitus sit adeptus angeli opera. Sed & hoc gratis dicitur, quamuis nil absurdi contineat. Lyrano videtur non potuisse in instanti doceri tot idiomata ab Angelo, & hoc esse debuisse priuilegium legis Euangelicæ, & primitiuæ Ecclesiæ cui linguarum donum concessum est. Porrò quod populus Hebræus linguam, quam prius non nouisset, audiuerit, id est, perceperit, in Ægypto, sed post egressum ex ea, Latini vetustiores innuunt, quamuis ferè iuxta mysticum sensum explanent omnia quæ hic dicuntur: nam de lege Euangelica interpretantur, quæ traditur baptizatis, quemadmodum scriptam accepit populus post transitum rubri maris. Arnobius quem vocant, quasi eundem cum auctore operis aduersus Gentes, exprimit id populo accidisse post annos 430. Græci consentiunt, vt Basilius vel Theodoretus, Euthymius, atque Nicephorus, & quem citat Agellius, Athanasius, vocem esse, qua cum quodam quasi clangore buccinæ data est lex in Sina, & cum tonitruis, populo timente, perterrito, pauore concusso, nec Deum sic loquentem audire amplius valente, & volente [a]. Item opinor cognominat Apollinarius γλῶσσαν ἀοιζίλων, *valde emulandam*, vel pro ἀοιζίλων, *valde illustrem, & præclaram.* Eadem opinio plurium Hebræorum, vt R. Abraham Abenezra, quem sequitur Flaminius. Sed Arias, Caietanus, Crucius, Genebrardus, Agellius, alij recentiores non pauci aliam opinionem de lingua Ægyptiaca sequuntur. Iansenius refellit, quia non erat ignota Hebræis hæc lingua, saltem quo tempore vi detinebantur adeò multiplicati, & in Ægypto nati, etiamsi cùm primùm eò Ioseph venit, deinde cum omni familia pater ipsius, per aliquod tempus ignorauerint. Profectò non est credendum, quod R. Kimhi refert sensisse alios Rabinos, non esse mutatam linguam Hebræam in Ægypto, nec alterius vsum apud Hebræos fuisse. Oportuit vel addictos operibus seruilibus, eius regionis linguæ vsum habere. Quæ tamen etiam vocari noua lingua nec priùs audita, potest, non propter idioma, sed ob minas, exactiones, impetia, conuitia &c. Minùs abhorrent à probabilitate, qui de lingua Gentium illarum accipiunt, ad quas egressi pergebant Hebræi, tam vt per eas iter facerent, quàm vt earum regiones occuparent. Pluribus ac melioribus acquiescendum, cùm etiam faueant quæ sequuntur ferè transcriptæ ex [b] Exodi libro, dum narratur legis traditio & ipsiusmet Dei recitatur oratio, & subditur iussisse nomine suo renunciari; [c] *vos vidistis quòd de cœlo locutus sum vobis.*

Præter communem illum mysticum sensum, de lingua noua, planéque inaudita, & intelligibili ei, qui viuat secundùm mundum, & carnem, quæ est doctrina euangelica tum de mysteriis, tum de Christiana viuendi ratione, ille quoque recipi potest de linguarum dono: item de omnium linguarum hominibus ad Ecclesiam aggregandis; sic fit vt impleatur promissio Christi, *linguis* [d] *loquentur nouis.* Quod & accidit primum in Pentecoste [e]. & vaticinatio Isaiæ [f], *in loquela labij, & in lingua altera loquetur ad populum istum.* Item [g], *erunt quinque ciuitates in terra Aegypti, loquentes lingua Chanaanæa.* Denique lingua

etiam

a c.3.13.

b c.4.3.

c vers.1.

Cùm exiret de terra Ægypti.

Primitiua Ecclesia linguarum donum accepit.

a Exo.19.v.19. 19.c.20.18. 19.

b c.20.2.& seq.

c vers.22.

d Mar.vlt.17. e Actuum 2.4. f c.28.11.

g c.19.18.

a 1.Cor. 12.4.

b 2.Cor. 12.4
c Sapien. VII 8.
d 1.Ioan. 4. 20.
e Matt. 12. 34.
f Ioan. 1. 34.
g Matt. 26.
h Matt. 12. 34.

i Ser. 175. in Psalm.

etiam Angelorum [a] & beatorum promittitur, atque paradisi, *vbi audiuntur arcana, quæ non licet homini loqui*, & audire [b]. Qui haurit auribus mentis diuina verba, non potest quin dicat, *venu* [c]; *& quæ audis, non potest non loqui* [d], vtpote *ex abundantia cordis* [e], quia sicut *qui de terra est, de terra*, ita *qui desursum, cœlestia loquitur* [f]; & *loquela vnum quemque manifestum facit* [g]; *neque potest bona loqui malus* [h]. Digredi licet volenti in varia linguarum genera cælestis, spiritualis in hac vita, carnalis, mundanæ, diabolicæ. Philippus Greuecus [i] Cancellarius Parisiensis malas linguas recensetseptemdecim, dissolutam, litigiosam, & contumeliosam, detrahentem, seminantem discordias, improperantem, murmurātem, præcipitem in promittendo, secreta reuelantem, blasphemam, magniloquam, adulatoriam, blandam & seductoriam, excusatoriam, mendacem, duplicem. Plures addi possunt, satisque memini legisse me opus Italico sermone *Pungi lingua*, de vitijs linguæ; & nonnulla quoque dixi in hoc ipso opere. Placuit Ecclesiæ in Dominicæ 3. q iadiag. officio responsorium 2. nocturni 2. his verbis recitare applicando ad patriarcham Ioſephum, cuius tunc recitat historiam.

Diuertit ab oneribus dorsum eius.] Hieronymus in prima persona, *amouit ab onere humerum eius.* Hebraicè in prima persona הסירותי *hasirothi.* Vbi supplent alij: *inquit Deus*) vt Caietanus, & Campensis; tametsi prior in priore membro populum loquentem faceret. Treuerus etiam de Deo loquente exponit, quemadmodum præcedens membrum, in quo diceret se linguam, id est, populi clamorem, quam non nouerat, quia differebat auxiliari, nouisse, auxilium tandem præbendo. Interpretes obscuritatem sustulerunt, quæ ex tam subita plurium personarum nasceretur mutatione, omnia tribuentes Deo, de quo Prophetam inducunt in tertia persona loqui. Diuertere idem est quod amouere, subducere, liberare, quiescere facere, quod Apollinarius ait ἀναπαύεσθαι. Seruitutis durioris conditio onerum gestatione, & dorsi, humerive aggrauatione designatur quoque in Psalmo 65 [k]. *Posuisti tribulationes in dorso nostro* & in 68 [l]. *Dorsum eorum semper incurua*: & in 128 [m]. *Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores.* Id sibi præterea vult *virga humeri* [n] *asinus in humero, iugúmque in collo* [o], *seruire humero vno* [p]; *subducere humerum, & portare* [q], *onera ponere in humeros aliorum grauia & importabilia* [r]; qua dicendi figura lex vetus appellata est à Petro [s]; & sæpe calamitates onerum vocabulo nominantur à Prophetis, quod nomen מַשָּׂא *masa* cum irreuerenter proferretur à nonnullis, indignatus est Deus [t]: Christus verò pro graui, ad suum leue inuitauit [u]. Narrātur in Exodo [x] onera, quibus Hebræi (nec enim de Ioſepho Patriarcha commodè hoc intelligitur, quidquid Lyranus, & Aiguanus dicāt) affligebantur, & opprimebantur, & imposita iisdem opera dura luti, palearum, lateris, omnisque famulatus, & flagellatio. Describunt hæc fusius Philo [y], & Iosephus [z], addentes ædificiorum publicorum & priuatorum extructionem, fossarum fossionem, conuectationem materiæ continuam, negata etiā somni facultate, ita vt alij post alios emorerentur pestilentia, exportationem sordium & stercorū, quam Lyranus clarè nominat, & satis innuit Augustinus. De his omnibus non nihil dixi ad c. 7. Actuum Apostolorum [a]; plura Exodi enarratores, tum verò noster Pererius [b].

k verſ. 12.
l verſ. 24.

m verſ. 3.
n Eſa. 9. 4.

o c. 10. 27. c. 14. 26
p Sophon. 3. 9.
q Eccle. 6. 19. Geneſ. 49. 15.
r Matth. 23. 4.
s Actuum 15. 28.

t Eſaiæ 22. 22. & ſeq.
u Matt. 11. vlt. x c. 1. 11. & ſe. c. 2. 23. c. 5. 8. 9. 10. 11. & ſeq.

y 1. de vita Moſis.
z 1. antiq.

a verſ. 19. b alibi pa. 5.

A In alijs præterea ſcripturæ locis legimus *in cenuribus catenas, vt reſtis incedere non poſſet* [a]: item *formacem ferream* [b]. Notat porro æquiſſimum iudicium Dei Bochius, vt per quæ peccauere in Hebræos Ægyptij, per eadem postea puniti ſint. Nam ſcribit Rhodiginus [c] ea illos olim obiiſſe munia, quæ nunc in Italia baiuli, & cognominatos ἀχθοφόρους, *onerum geſtatores*, & πλινθοφόρους, *Laterum portatores.* Citat & Ariſtophanem [d],

Δυ' ἅ ματ' ἐστίνω. κἀγὼ νικῶ δ' οὐ,
οὐ· ἢν ἀν ἐκ τριῶν γὰρ ἐκλὸν Αἰγύπτιοι.
Currus impoſuit duos, ac mortuos totidem,
Quos nec Ægyptij quidem tollerent centum.

Idem [e] vſurpat cognomen πλινθοφόρων; & illud aliud iam abiit in adagium, *Ægyptij centum non tollerent.* Sed neſcio an vetuſtior non fuerit cauſa, cur ita ſaltem cognominari poſſent Ægyptij, quàm poſt illud tempus, quo ſic malè tractauerunt Hebræos. Ob limum enim, quem Nilus inuehit, effodiendæ ſemper in Ægypto lacunæ fuerunt, limúſque exportandus & ſuppetebat ibi laterибus copioſè argillacea materia.

B Moraliter præter id quod attigi, de graui onere diaboli, mundi, carnis, peccati, conſcientiæ perturbatæ, fomitis, qui & exactores duri vocari poſſunt, & cuius rei typus *mulier inclinata, nec omnino valēs ſurſum reſpicere*, eo quòd *eam ſatanas alligaſſet* [f], nec non de leui Chriſti, & legis Euangelicæ, & conſiliorum, & virtutum omnium; adde onera grauiſſima vtriuſque & politici, & Eccleſiaſtici magiſtratus, honoris, officij, dignitatis, humeris etiam pluſquā Atlantæis, Angelicíſque formidanda, ad quæ curritur tamen auiditate tanta; ſed cum ruina ſub iis cadentium, & obtritorum. Sanè quidem onagros in religionis deſerto degentes onera hæc ambire omnino dedecet; & ſabbato vacantes diuini cultus & contemplationis *pondera portare, & per portas Ieruſalem*, vbi viſio pacis eſt, *inferre*, prohibet Deus [g].

C *Manus eius in cophino ſeruierunt.*] Hieronymus contrario ſenſu, *à cophino receſſerunt.* Alij, *ab aheno, cacabo, olla*, &c. Vt ſcilicet non amplius hæc inſtrumenta fictilia coquerent, & conficerēt. Vertunt alij *pyram*, & *rogum* legentes סִיר per ר in fine, quod Hebræi verſari cogerentur in fornace, vt ante dixi. Tunc eſſet ex nomine סִירָה *mesirah* detracta litera ה *he*, cùm non reperiatur aliud nomen, quàm huius formæ in ea ſignificatione. Nūc legitur cum præpoſitione nomen דוד מדוד *dud middud*, quod *cantiſim* redditur, apud Ieremiam [h]; & in hiſtoria Regum [i] rurſus *cophinus*: quamuis R. Kimhi putet ſignificare etiam *ahenum, caldariam, lebetem, ollam, cacabum.* Pro, *ſeruierunt* ἐδουλευσαν, propterea Hieronymus interpretatus eſt, *receſſerunt* quia nunc extat verbum cum litera ר à themate עָבַר *bhabar*, *tranſire*, nempe תַּעֲבֹרְנָה *thabhauorenah*: Lxx. verò cum ד videlicet תַּעֲבֹדְנָה *thabhauodenah*, quod ſignificat *Laborare*, ſicut etiam Illyricè tranſfertur. *Cophinum* autem retinendo, verbúmque *ſeruiendi*, primùm reiicienda expoſitio de Ioſeph patriarcha, cuius meminit Lyranus, & Aiguanus, quòd menſæ Putipharis miniſtrauerit portando & aſportando panes, cibóſque alios in cophinis, quod erat honeſtius opus, quàm ad grana mundanda, vel exportandum limum, & ſimilia. Fauet quidē Origenes [k], diſertè dicens hic de Ioſeph ſcriptum eſſe, niſi fortè per illum voluit populum intelligi. De populo enim ſermo eſt, qui cophino geſtabat paleas, lutum, lateres, nec non, vt indicat Auguſtinus.

a Leuit. 26. 13.
b Deur. 4. 20. 1. Reg. 8. 51. etc. 11. 4.

c lib. 16. c. 3.

d in ranis.

e in auibus.

f Luc. 13. 11. 16.

g Iere. 17. 21.

h c. 34. 1. 1. i lib. 2. 10. 7.

k in c. 14. Matth.

mundabat stercora, & alia seruilia opera obibat. Denique cophinis, vel corbibus vilis quælibet seruitus, vt ait Priscianus, exercetur: & Vegetius [a], ac Isidorus [b] cophinum esse dicunt corbem, qua terra portatur. Sed dictum quasi couum, id est, cauum non credo Isidoro: cùm sit græca vox κόφινος, significans ἀγγεῖον πλεκτὸν, scilicet è vimine. Vt autem etiam Boëticam significat mensuram, capientè tres congios, siue 18. sextarios, non facit ad rem præsentem. Fatale seruis Iudæis videtur hoc seruitium, quod post excisa Ierosolyma exercuisse etiam in vrbe testantur id iis exprobrantes Iuuenalis [c] & Martialis [d], eorum nominantes cophinum fœnumque supellectilem & cistiferos cognominantes: post quos Sidonius [e] etiam vocat Israëlitam cum cophino. Eodem vase Iudæos & emendicasse, & quod hodiéque factitant, sulphurata gestasse ad vendendum, vitraque fracta ad coëmendum, probat Baronius [f] ex iisdem Iuuenale [g], ac Martiale [h].

Quod attinet ad mysticum sensum, Hugo cophinos & sportas obseruat, in quibus texendis olim monachi occupabãtur: confessarios verò in iisdem seruire, quia sordes peccatorum efferunt de Ecclesia. Cassiodorus, & Dionysius explicant de ipsismet peccatoribus, qui antequam conuertantur, in vasis immundissimarum ac sordium seruiunt legi peccati, peccato, dæmoni. Augustinus, & alij cophinos præterea dicant esse viles, abiectos, contemptibiles quos elegit Deus buccellis implendo [i]. Is quem vocant Hieronymum, significari docet, quod populum suum Christus in deserto istius sæculi panibus pasturus erat, & in duodecim cophinis, hoc est, Apostolis, id quod supererat, ac perierat, in totidem tribubus saluaturus. Ambrosius [k] non dissimili allegoria vtitur, populum, qui antè lutum in cophinis colligebat, iam per crucem Christi, vitæ cælestis operari alimonium, & coniideri cibum cogerere, vbi erat ante cœnum gentilis perfidiæ: id verò non paucorum esse, sed omnium, quia per duodecim cophinos tanquam tribuum singularum, fidei firmamentum redundat; *pane* namque *confirmari cor hominis* [l]. Ex Origene [m] mutuatus videtur Ambrosius; docet namque pro numero tribuum cophinos fuisse quos colligerũt, nihilominus etiam nunc esse, ac futuros apud Iesu discipulos turba præstantiores, quæ non potest comedere, id est, multitudinem ac magnitudinem percipere mysteriorum. Albertus [n], & alij de consiliis euangelicis interpretantur: Cyrillus [o] de fructu liberalitatis: aliter Augustinus [p].

a Veget. de re mil. l. 1. c. 20. & vt. & 2 de re vet. c. 56. l. 3. c. 3.
b Isid. l. 20. c. 9. Κόφινος.
c Iuv. 3. & 6.
d lib. 5. epigr. in 17. e lib. 2. epist. in 6.
f to. 1. annal. anno 34 g Iuv. 3. 5 &c. h lib. 12 epi. in 57. & lib. 1. in 41.
Sensus mysticus.
i Matt. 14. 20.
k lib. 6. in c. 9. Luc.
l Psal. 103. 16. m in Matt. 14.
n ibidem d lib. 1. in Ioc. c. 18. p lib. 83. quæst. 1. 1.

Vers. 8.] In tribulatione inuocasti me, & liberaui te: exaudiui te in abscondito tempestatis, probaui te apud aquam contradictionis.

Sensus huius.

IAm inducit per aliquot sequẽtes versus Deum ipsum loquentem. Dicit autem in hoc versu Deus, quòd cum apud Ægyptios populus in maxima tribulatione constitutus, ipsius implorauit auxilium, exaudiuit clamorem eius, & adeo multis ac magnis prodigiis liberauit [q]: deinde, quòd quando egressus, insequentes pone, formidaret Ægyptios in angustijs deserti, marisque, concussum, latens quodammodo *vt columna nubis & ignis*, validam tempestatem fulminũ ac tonitruorum, qua *subuersi rotas curruum ita vt vectores ferrentur in profundum* [a]: tandem quòd ipso progrediente per desertum, ediderit plura potentiæ, atque bonitatis argumenta, simulque periculum fecerit an iis illi fidem adhibere credereut; vt, causa exempli, ad eas aquas miraculo expressas, quæ ob pertinaciam, murmurationémque aduersus Mosem, ac Aaronem, Deũmque ipsum, cognominatæ sunt *aquæ contradictionis* [b].

a 2. 14. 14.

In tribulatione inuocasti me, & liberaui te.] Additum est pronomen, *me*, Chaldaicè, *in tempore tribulationis Ægypti.* Meretur absolutum hoc nomen ea tribulatio, quam in Ægypto populus Hebræus passus est, de qua nõnihil priùs attigi. Congruit vox Ægypti, quia צרה *tsrah tribulationem* angustiámve significat, inde autem dictam volunt מצרים *mitsraim*: quamuis antiquius vocabulum sit Ægyptiaca populi Hebræi captiuitate, nempe à Mesraim filio Cham, qui parens Ægyptiorum erat [c]. Quo pacto populus conceptis verbis inuocauerit Deum non extat, sed *ingemuisse* dicuntur, *& vociferati, propter opera, ascendisseque clamor eorum ad Deum ab operibus, & audiuisse gemitum eorum ac recordatum fœderis, quod pepigit cum Abrahamo, Isaac, & Iacob, & respexisse filios Israel & cognouisse eos* [d]: dixisse præterea Mosi, quem mittere volebat liberatorem, *vidisse se afflictionem populi sui in Ægypto, & clamorem eius audiuisse, propter duritiam eorum qui præerant operibus, & cum sciret dolorem eius, descendisse vt liberaret eam de manibus Ægyptiorum*, &c. *Clamorem eum filiorum Israël venisse ad se, vidisseque afflictionem eorum, quam ab Ægyptijs opprimerentur* [e]. Nihil benignius, lenius, mollius dici aut fingi potest. Probabilis non adeò videtur opinio Aiguani de Iosepho patriarcha; quem in carceris tribulatione Deus clamantem exaudierit, & liberauerit, ac *Ægypti dominum constituerit* [f]. Magna vis orationis & facilitas ad impetrandum; quod in precibus petitur, vt Cyprianus [g] docet.

b Num. 20. 13. 24. c 17. 14. Deut. 32. 51. c. 33. 8. Exod. 17. 1. 7. Psalm. 47. 15. Ioseph. 3. antiq. c. 1.
c Gen. 10. 6.
d Exo. 2. 23. 24. 25.
e c. 3. 7. 8. 9.
f Gen. 41. 41.
g epist. 77.

Exaudiui te in abscondito tempestatis.] Hieronymus, *tonitrui.* Aliqui explicant, quòd in abscondito orãtem populum, & videns ipse in abscondito ingemiscentem, nec liberè queri audentem, exaudiuerit, seu responderit ei Deus, tonitru edito prodigiorum in Ægypto, & mari rubro. Vel, metaphoricè loquendo, cùm populus velut in abscondebat se à tempestate seu tonitru calamitatum quas infligebant Ægyptij. Facilior sensus, vt Deus ipse in abscondito tonitrui respondisse, ac exaudisse dicatur, videlicet, quasi latens in nube, eo modo quem dixi in paraphrasi, non autem, vt quidam volunt, quãdo legem dedit etiam cum tonitruis. Tunc non tam exaudiuit, quàm responsum dedit; quod etsi verbum Hebræum potest significare cum affixo אענך *eihencha*, non ita Græcum ἐπακούω. Pertinere ad eamdem abscõsionem potest, quòd *tunc erat nubes tenebrosa* versus Ægyptios, *& illuminans noctem*, vbi versabantur Hebræi, *ita vt ad se inuicem toto noctis tempore accedere non valerent Ægyptij* [h]; *cum statim ventus vrens excitatus est, qui siccauit mare* [i]: *& ingressi Ægyptius* [k], *mane respiciens Dominus super eorum castra per columnam nubis & ignis* (tanquam ibi delitesceret) *interfecit exercitum eorum* [l]. Denique ad eundem facit sensum, Deum exaudisse in abscondito tempestatis, Hebræos abscondendo ac tegendo, ne læderentur ea seu tonitruo, fulmine, igne, quæ in Ægyptios mittebantur, quamuis, quod videtur Agellius negare, viderent, & audirent. Hac de re egimus alibi [m]. Paraphrastes indicat hoc idem,

h Exo. 14. 20.
i vers. 21.
k vers. 23.
l vers. 24.
m ps. 76. 17. 18. 19.

responsàtibi in loco abscondito domus maiestatis meæ, personantibus coram me totis igneis. Expositio autem etiam illa Aiguani de absconsione carceris, tempestateque tribulationum, quas pateretur Ioseph patriarcha, recipi non debet, quamuis & ad eum, & ad quemlibet alium præsertim iustum in tribulatione clamantem ad Deum applicari locus hic valeat. Ambrosius[a] quidem sic intellexit, absconditum tribuës oranti in abscondito, propter tempestatem tribulationis, quam tolerat. Est enim, ait, quædam in tribulationibus interna peccatorum sæua tempestas, quando sunt foris pugnæ, intus timores. Subdit multa de admittendo Dei verbo intra cordis nostri abscondita, excludendóque diabolo; præterea vt iuxta Christi præceptum, *clauso Patrem ostio oremus, & in abscondito* [b], illo descendat oratio, vbi eam audiat qui scrutatur abscondita, *ibi patientiam deprehendat vel tegendæ iniuriæ, vel iactantiæ declinandæ, ibi tribulum sapientia habeat.* Gregorius[c] ait certanti animæ hic Deum loqui; absconditum verò tempestatis esse, cùm in corde contrito cogitationum tentantiũ fluctus intumescunt, cùm contra amoris sancti studia curarum sæcularium se tumultus illidunt; in abscondito tempestatis animam audiri, quia clamor deprecantis est hæc ipsa tribulationis fluctuatio.

Alio quodam modo exaudit Deus in abscondito tempestatis, quia ibi sese abscondit, obseruans nos, & compellens vt ad eum recurramus, tanquam pueri ad matrem: *respondet de turbine*, vt olim Iob [d]. *Dilatium inhabitare facit* [e], & inhabitat (vt alij reddunt) & sedet, quasi ibi triumphet, atque maiestatem & magnificẽtiam potissimum declaret. Ad hæc, quod in abscondito tempestatis esse dicatur Deus, & in tempestate abscondi, qua percellit, punitque peccatores, indicat quàm inuitus veluti hoc faciat, vt *alienum à se, ac peregrinum opus* [f]. Deinde absconditum tempestatis, id est, tribulationis dicitur, quia sæpe nos latẽt causæ illius: & eam patientes tolerantibus reuelat Deus non raro arcana mysteria sua: & per eam homo absconditur ab oculis hominum; *& vitam absconditam habet cum Christo* prout mortalem vitam agebat *vere absconditus* [g], quamuis Deus etiam esset, *in Deo, donec appareat cum illo in gloria* [h]: & vult humilis esse, ac patiens, non talis videri, nominari, celebrari. Item interior tempestas & occulta maximè periculosa est illa quæ non maris est, sed cordis, vt loquitur Augustinus: denique in abscondito tempestas ab Hugone dicitur tranquillitas præcipuè in corde martyrum, apud quos licèt cæderentur, non murmur resonabat, non querimonia, sed corde tacito mens bene conscia conseruabat patientiam. quod de confessoribus etiam suo modo verum est, deque omni viro iusto, tribulationes patiente.

Probauit te apud aquam contradictionis. Hieronymus, *super aquam contradictionis.* In aliis Latinis psalteriis, & apud Gregorium [i], *ad aquas*, apud Cassiodorum, *ad aquam*, apud Augustinum, Arnobium, Ambrosium, [k] *in aqua*. Indicaui priùs locos, in quibus hoc narretur. In iis dicitur populus iurgatus, & murmurauisse contra Moysem, tantum non lapidando eum, & tentauisse Dominum, & conuenisse aduersum Moysem & Aaron, versique in seditionem: & vocatæ aquæ contradictionis מריבה *meriuah* ἀντιλογίας, dici possent etiam litis, iurgij, contentionis. De re ipsa dictum psalmo 77. & an semel, bisve cõtigerit extractio aquarum de petra. Probare voluit Deus permittendo aquæ penuriã, ac tentare populum suum, hoc est, efficere vt ipse se ipsum cognosceret, intelligeretque quàm parum crederet, ac fideret Deo, post vita tot & tanta mirabilia illius opera in Ægypto, & in mari rubro. Populus è contrario tentauit Deum, eique contradixit; ita vt loco duplex nomen esset non solùm quod iam dixi, sed etiam *Tentatio* [a] מסה *massah* πειρασμὸς. In psalmo 94. [b] quod legimus, *secundum diem tẽtationis in deserto, vbi tentauerunt me patres vestri*, extat Hebraicè כמר מה ביום מסה *chimriuah cheiom massah* sicut in *Meriba, sicut die Massah*, hoc est eo die quo fuistis in Massah. Probare sæpius ac ferè semper perigné Deus scribitur: nunc etiam per aquam: interdum præterea *transire* dicuntur *per ignem, & aquam* [c], qui diuerso genere tribulationis exercentur, vt alibi [d] vidimus. Tritus Augustini, & aliorum sensus tropologicus, de cõtradictione, quam hi quibus dimissa sunt peccata & sic exauditi sunt in abscondito tempestatis cordis, pieque viuere in Christo volunt, experiũtur ab aquis resistentium pietati gentium, ac populorum, quos *aqua* designant, [e] *& fremitum mediantium ímque inania, & conuenientium aduersus Dominum, & aduersus Christum eius* [f]; nec non de contradictione quam excitant mali Christiani aquis baptismi tincti. Exagitatores bonorum, insultatores, detractores, dehortatores, minantes etiam vbi possunt, deterrẽtes, deprimentes. Consentit Gregorius [g], dicens quia omino non desunt, qui bona quærentibus, suadere peruersa moliantur, aquas cõtradictionis esse popu.os resistentes: & quia tunc probatur desiderium, cùm aliqua ei diuersitate resistitur, rectè hic dici, *probauit te ad aquas contradictionis.* Quidquid præterea intus, foris; aduersatur veritati & virtuti, *contradictionis aquarum* vocabulo nominari potest. Esse aquam contradictionis, inquit Ambrosius [h], quando quodam velut maritimi salis æstu fluctuant nostræ cogitationes, nec vlla in profundo mentium definitionis stabilitate placidantur: hanc solo posse Christi sermone sedari, quo peccata nobis nostra dimittit: aquam factum esse, vt aquam istam sua gratia temperaret, & amaritudinem impietatis auferret. In fine est סלה *selah*, & διάψαλμα, saltem in codicibus Græcis correctis. Certè illud munus hic potest habere quod ei tribuitur inter alia, vt meditationem rei notabilis exigat.

Vers. 9.] Audi populus meus, & contestabor te Israel si audieris me.

Vers. 10.] Non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum.

VIderi potest hæc illa vox, quam versu 6. Propheta dixerat auditam, cùm eam antea populus non nouisset. Quidquid sit, reuocat ipsis Dei verbis idem Prophera in memoriam singulare admodum datæ legis beneficiũ, in qua præfatus est hoc quod hìc habetur, & sequentis versus vndecimi prima parte. Scribitur in Exodo [i], *locutum Deum sermones hos, ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo seruitutis; non habebis Deos alienos coram me; non facies tibi sculptile, &c.* Hic ordo immutatus est, quia quod est in vndecimo versu, præcedit in Exodo. Ait igitur Deus, se contestatum sicut olim fecerat in monte

Sina,

a prata. in ps. 43.

b Matt. 6. 6.

c c. 26. Moral. c. 10.

d 1. Reg. 8. 12. e psal. 17. 10.

f Esa. 28. 21.

g 2. Cor. 5. 3. & Colos. 3. 3.

i c. 26. Moral. c. 10.

k præfa. in ps. 43.

l vers. 13. & 14.

a Exo. 17. 7.

b vers. 8.

c ps. 65. 12.

d ibidem.

Sensus tropologicus.

e Apoca 17. 15.

f ps. 2. 1.

g 26. Mor. c. 10.

h præfa. in ps. 43.

i c. 20. 1. 2. & 4.

Sina, ac nunc quoque contestari populum Iudæum, vt excipiat monita præceptaque ipsius; maximè verò, vt nullius admittat nouum, & peregrini aut ab hominibus excogitati, aut à dæmonibus traditi, cultum, ac venerationem Dei, contentus hactenus, atque religione vnius veri ac æterni, qui sit ipsemet nunc, vt ex tunc loquens, & commonens palam, aperte, ferio, vt ignorationis alterutrius prætexi excusationis cauta non possit; idem prætereà quem patres eorum iam inde ab exordio mundi crediderunt, & coluerunt.

Audi populus meus.] Hieronymus, & auctor libri de prædestinatione & gratia apud Augustinum [a c.1. b tomo 7.], *populus meus*: sed nominatiui terminationem pro vocatiuo, ac nominatiuum ipsum poni, alibi docui: & posset exponi, *ô tu, qui populus meus es*; eodemque modo in similibus aliis. Audientia verò iure requiritur in re tanti momenti, sicut etiam vidimus in primis verbis psalmi 77. *attendite popule meus*; vbi est tamen in nominatiuo τὸ λαός. Quid eos ait eruditus ille auctor, volebat audire, quibus cum testificatione loquebatur: quid vtique, nisi mandata vitæ? Citat quoque Baruc [c cc. 3.9.], *audi Israel mandata vitæ*. Probat autem ex sequentibus ad audienda mandata populum hic muitari; *Ego enim sum dominus Deus tuus*, & ex præterea ex Christi verbis [d d Ioan. 17.3]: *hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum*, &c. Populum suum vocat Deus, quamuis peccatorem, non solùm quia eximere se ab eius dominio peccando non potest, sed vt partim hac leni, benignaque compellatione percellatur eiusdem ingratitudo, partim pertinacia frangatur, partim accendatur in Deum amor. Sic Micheas [e c.6.1.& seq.] prælatus *audite quæ Dominus loquitur*, &c. inducit Dominum loquentem; *populi mei quid fecisti, aut quia molestus fui tibi? responde mihi. Quia eduxi te* (hoc est quod hic in psalmo subditur, *de terra Ægypti, & de domo seruientium liberaui te; & misi ante faciem tuam Moysen, & Aaron, & Mariam? populi mei memento quæso*, &c. In inferno ipso diuitem constitutum vocat *Abraham* [f Luc. 16.25.] *credentium*, alioqui *patrem*, *filium* [f], vt acerbiùs cruciaret hoc vocabulo, quàm igne ipso.

Et contestabor te.] Græcè in præsenti, διαμαρτύρομαι. Hieronymus, *contestor te*: quòd is futuri temporis verbum Hebræi sit, nectit autem illud verbum cum nomine sequenti, *contestor te Israël*. In psalterio Romano, & vetere, & apud Augustinum, Cassiodorum, & auctorem quem dixi libri de gratia & libero arbitrio, *audi populus meus, & loquar*: Videtur hi versum istum confudisse cum alio ex psalmo 49 [g g *audi populus meus & loquar, Israel*, & testificabor tibi. Contestari עוד, & יש׳ ithhad, pro quibus præter illa, *& loquar*, habet quos citaui *Israel & testificabor tibi*; est *pactum sancire*, vel, *cum adiuratione testificari, adhibitis quasi testibus, vel conscientia ipsius mei teste, cum quo sis fœdus, quidpiam confirmare, conuincere argumentis, inclamare, minari*, vt memini docuisse me in commentario Actuum Apostolorum, & prioris epistolæ Petri. Theodoretus quidem, ac Basilius explicant leges proponi cum inobedientiæ pœna, cúmque obedientiæ vtilitate. Significat prætereà verbum Hebræum יעד iahhad conuenire, condicere, promittere, quæ notiones sunt etiam ad reminee dissimile aliud verbum עוד hhud in hiphil העיד hehhid. vnde est huius loci futurũ. Videtur Apollinarius legisse vtrumque, *& loquar, & contestabor*.

κἀκλυθι λαος μου, λέξω δὲ τοι αἴσιμα μυθεῖς,
μήτε μοῦ ἐπίσσυτον ἐπιλήσεαι ἱερὰ κλῦε.

Audi populus meus, audiam vero tibi aqua verba.

Non aliquid meorum verborum obliuiscaris Israel. (ait loquutus Ieremias, [a a c.6.10.] *& quem contestabor vt audiat? ecce incircumcisæ aures eorum, & audire non possunt. Ecce verbum Domini manifestum est eis in opprobrium, & non suscipient illud.* Explicat ille locus hùic nostrum. Alius adhuc apud eundem [b b c.11.e7.] clarior; *vocem audite verba huius testamenti, & facite illa, quæ contestans contestatus sum patres vestros in die qua duxi eos de terra Ægypti, vsque ad diem hanc, mane consurgens contestatus sum, & dixi, audite vocem meam. Israel.*] Parum refert iungere hoc nomen præcedentibus, quod facere aliquos monui, vel sequentibus, quod plures faciunt.

Si audieris me.] Hieronymus videtur hic terminare sententiam. Alij conditionalè tenciunt vsque ad illa, *dilata os tuum*, &c. vt inuitet populũ Deus ad quidlibet libere petẽdum, si has adhibeat cõditiones obediendi, nec vllum aliud numen colendi præter ipsum, vtpote qui ille ipse sit adeo bene de illo meritus qui eduxerit eum de Ægypto. Priore modo esset his exigere attentionem, quasi diceret, audi populus meus & si audis, contesta bonæ ô Israel, id est, admonefaciam te. Vtrobique emphasis, & quòd bis audientia exigitur, & quòd nomine proprio populus compellatur, & quidem eo nomine, quod religionem patriarchæ Iacob redigit in memoriam. Quid si vim habet particula enim optãdi hoc loco, sicut alibi, & quẽadmodũ Latina particula *si* & Græca ἐὰν illa illud, *si occideris* [c c *Deus peccatores*], quidam interpretantur, *ô si occidas*. Vt est prætereà iuramentum indicare, vt, ibi, [d d *si Dauid mentiar*, &] [e e *si introibunt in requiem meam*], significaret Deus desiderium, vt quæ dicere velit audiantur ad eum modum, quo recitaui ex Michea *Memento quæso*, &c. vel asseuerationem & iusiurandum de his, quæ sequuntur postea in psalmo.

Non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum.] Hieronymus, *non sit in te Deus alienus, & non adores Deum peregrinum*. Paraphrastes nominat idola alienigenarũ, & profana vel peregrina. In Deuteronomio [g g c.32.17.] conqueritur Deus; *immolauerunt dæmonis, & non Deo, dijs quos ignorabant, noui recentésque venerunt; quos non coluerunt patres eorum*. Hoc loco זר zar significat alienum, & extraneum seu à cohabitatione, seu à communione sanguinis, seu à ciuili societate, seu ab vnitate religionis: is autem qui talis est, semper alteri est veluti recens ac nouus, & ὀψὲ φαὴς, quod nomen Græcum, etsi proprie denotat recens occisum, generaliter dicitur de recẽtei dicto & facto, ac simpliciter de recente. Sic distinguunt hoc, & membrum sequens: vt Deus recens sit quem, vt modo recitaui, ex cãtico Mosis, non coluerint patres, aut ne cadat & fabricẽ faciat nouos Deos: Deus alienus, is quẽ colant aliæ gentes: præterea vt illis verbis, *non erit*, optimo & tales inhibeatur, alius *neque adorabis*, cultus exterior. Declarant Euthymius, ac Nicephorus perinde ac si loquatur Christus noui testamenti conditor, dicárque si crediderit populus ei vt Deo, fecurus sit quòd sic legẽ suam, quæ olim data est, non transgredietur; quoniam inest in lege sit scriptum, *non erunt tibi dij præter me*, scilicet alium Deum no esse. Vtraque Glossa interpretatur de Christo, seu Verbo Patris, quod ipsi co æternum est. Priorem Augustinus docuit, & post illum, passim Latini cæteri. Differit fusè Augustinus aduersus falsas de Deo tum Paganorũ, tum

Heretı

Hæreticorum sententias, quæ in impietatis vanitate concordent, & similes videantur vulpibus à Sãsone colligatis [a], *quasi præcipuæ cupi* auctoi Cantici [b], *vineæ demolitrices*. Ambrosius [c] hinc quoque argumentatur Filio priorẽ Patrem nõ esse. Nam si Patre posterior est, inquit, recens est: &, si vnius non est diuinitatis, alienus est. Sed nec posterior, quia recens non est: nec alienus, quia ex Patre natus, &c &, si alienũ putant, cur adorant eum, cùm scriptum sit; *neque adorabis Deũ alienum?* Aut si non adorant, fateantur; & finis est: ne quem sub religiosi nominis professione decipiant. Eodem ad id em testimonio vtũtur Athanasius [d], Cyrillus [e] Alexandrinus [e], Epiphanius [f], Basilius [g], Nazianzenus [h]. Citat Euthymius [i] duos vltimos, & præterea Cyrillũ in Ioãnem [k] argumentantẽ etiam ex verbis Christi [l], *antequam Abraham fieret, ego sum*: cõque sensu exponit Cyrillus prima Ioannis verba, *in principio erat verbũ*, & ex illis confirmat. Adde Cyrilli epistolam ad monachos recitatã tomo 1. Concilij Ephesini: Nyssen præterea ex ratione ad Simplicium de Filio testimoniũ de hac eadem re Nicetas [m] profert dicẽtis item, quòd *alienũ oues non audiunt* [n]. Affert is qui creditur Hieronymus, Theopologiam, *tam Deus venter est* [o], Deum ei recentem esse; quotcunquẽ vana habemus, quotcunq; peccata, tot recentes habere deos si tra se at, quam mihi Deum esse, si vidi mulierem, & concepui. Ibidemẽ mihi Deum esse, vnumquemq; enim quod capit & veneratur, hoc illi Deum esse, auarũ, aurum Deum habere, voluptuosum Deum virtutẽ quia (scilicet ad verum Deum referatur) aliorum, vitia. Hugo idẽ attingit, præterea de illis qui delectantur nouis magistratibus, *& dum subplantant suam ad defendos reges* [p], id est, deponendos prælatos; & sic *mutare fines Dei sui* [q]. *Antiquus dierum Deus* [r] *est, nec transgrediendi termini antiqui quos posuerunt patres nostri*, [s] sed moribus antiquis stare res debet nostra, sicut stetit hactenus. Veteres Rõmani cauerunt seriò, ne peregrini dij sacraue admitterentur, & notauit hoc loco Bochius ex Cicerone, [t] Liuio [u], Dione [x], Dionysio Halicarnasseo [y], Valerio Maximo [z], Propertio [a], & de Athenienſibus, Seythis, Persis, ex Iosepho [b], Herodoto [c], Isocrate [d], Xenophõte [e], Platone [f], & de Argiuis, ac Aginetis ex Athenæo [g]: & de Siculis iterum ex M. T. [h]. Adde de Romanis Seruij testimonium, simúlque de Athenienſibus illud Virgilij [i],

Vetereſque ignara Deorum.

Lex vna Romuli erat, & in xii. relata tabulas [k], Deos peregrinos ne colũto: separatim nemo habeſſit deos: neve nouos, sed nec aduenas, nisi publicè accitos priuatim colunto diuos; & eos qui cœlestes semper habiti sunt colunto. De iisdem Romanis cecinit ille [l],

Nulli cura fuit externos quærere diuos,
Cùm tremeret patrio pendula turba sacro.

Lectu dignissima Mæcenatis ad Augustũ oratio [m], quo hortatur vt peregrinarũ religionum auctores odio & supplicijs prosequatur, nõ deorum modò gratia, quos qui cõtemnit, haud dubiè nihil quoque aliud magnifacit, sed propterea etiam, quòd qui noua numina introducunt, multos ad legum peregrinarum vsum pelliciũt: inde cõiurationes, coitiones, & conciliabula existunt, minimè vnius principatui commodæ res. Tertullianus [n] veteris meminit decreti, ne qui Deus ab Imperatore consecraretur, nisi à Senatu probatus; Tyberium veritatem diuinitatis Christi annunciatam sibi ex Syria Palæstina, ad Senatum detulisse, cùm prærogatiua suffragij sui: Senatum, quia nõ in se probauerat, respuisse. Obtendebant id nobis Ethnici, Eusebio [o] teste, patrias leges seruare oportere *μηδὲ καινὸν τι τῶν ἀνὰ χεῖρα, nec mouere immouenda*: alij, *μηδὲ τὰς τῶν ἀκινήτων, chordas non tangendas*: incedere & inſequi maiorum pietatem, *ἀλλὰ μὴ πολυπραγμονεῖν ἐπὶ τοῖς παρεπομένοις, temerariam curam non ſeruari per cupiditatẽ nouitatis*: huic vitio pœnã capitalem legibus cõstitutã. Demonstrat libro vno Iosephus Stephanus vnicam religionem esse debere nec aliam, quam Catholicam: huic facilius recipiendæ innumerabiles quæ postea in vrbẽ irrepserũt, seruiisse, qui vocabatur euocati aut nouenſiles dij, de quo euocationis ritu Festus, Plinius [b], Liuius [c], Plutarchus [d], Macrobius [e], Ius ciuile [f], Prudentius [g]. Illam Leo [h] magnus tãram apud Romanos permissam à Deo docet superstitionẽ, ob eam quam dixi causam, vt vrbs magistra erroris, fieret discipula veritatis, & nulla relinquebatur falsitas. Efficacius inde lux veritatis ab ipso se capite per totũ mũdi corpus effunderet. Iam quantũ fieri poterit nullus nouitatibus permittendus locus, multóque magis, si liceat, euellendi è Christiana republica, quàm quos Cato Græcos & transmarinos medicos in Italia versari vetuit, quòd Romanorũ sanguinem sititrẽt [i]. Ipsas Apostolus [k] deuitari prophanas vocum nouitates vult, & oppositiones falsi nominis scientiæ, quam quidam promittentes, *circa fidem exciderunt*. Imnõ qui nouos inducerent sermones, eorũ lex nomina olim deferri præcipiebat [l]. Sola euãgelica doctrina per excellentiã vera & antiqua dicitur, ait Augustinus [m] ad inuidiã falsæ quæ noua appellatur. Vrgetque Tertullianus [n] hæreticos edere originem Ecclesiarum suarum. *Euangelium* vocat *æternum* Ioannes [o]; simul tamẽ dicitur testamentum & æternũ & nouũ in canone missæ, quia nouo quodã modo manifestatũ, noua & maiore gratia, & renouatione præditũ, sicut & charitatis nouum mandatum. Nostri tẽporis hæreticos nouatores vocauit vsu iã recepto, quemadmodũ iam suo Augustinus [p] existentium prophanas appellabat nouitates Hieronymus [q] nouorũ dogmatum assertiones: & Vincentius Lyrinensis tractatum suum inscripsit aduersus prophanas hæreseon nouationes. Idem Hieronymus [r], cur post quadringẽtos, inquit, annos docere nos uitis, quod ante nescisse nos? vsque in hanc diem sine vestra ista doctrina Christianus mundus fuit. Et Hilarius [s], tardè hos pusillimos doctores (ironicè) ætas nunc, ait, huius sæculi protulit; serò hos habuit fides mea, &c. Statuit quoq; Synodus V. [t] nihil nouãdum, & immutandum in fide: & VII. profitetur se sequi vetera instituta, sanctiones Ecclesiæ, Patrũ decreta; quicunque aliquid addũt, aut detrahũt, Ecclesiæ cõmunione, diris deuotos eiicere. Idem Stephanus Papa [u] definiuit, nihil nẽpe nouãdum, nisi quod traditũ est. Et Sixtus, [x] nihil vltrà licere debere nouitari, quia nihil addi cõuenit vetustati: & Cœlestinus [y], vt desinat incessere nouitas vetustatẽ. Ambrosius [z] docet seruãda præcepta maiorum, nec hæreditaria signacula rudi temeritate violanda. Legenda etiam Bernardi epistola 190. Vincentius [a] quem citaui prolato etiam Apostoli loco, de quo memini, scribit, vocum nouitates recipere, atque sectari, nunquam Catholicorũ semper verò hæreticorum fuisse. Subiicit inductionẽ, & concludit, apud omnes ferè hæreſes quasi solemne esse, ac legitimũ, vt sẽper prophanis nouitatibus gaudeãt, antiquitatis scita fastidiant, & per oppositiones falsi nominis scientiæ à fide naufra-

gent.

a Ouid. 11. Met. fab. 1. de Ibide c. 1.

d Athan. 1. de Trinit. e Theſaur. c. 1. lib 4. c. 2. f Haer. 74. g Orat. Patr. 2. de filio h Carmin. 2. de filio i Pasnop. 1. tit. 1. k lib. 1. c. 1. Ioan. 8. 56.

l Ioan. 8. 58. m Theſaur. n Ioan. 10. 5. o Hieron. 3. 19.

p Prou. 22. 28. q Deut. 27. 17. r Dan. 7. 9. 13. 22.

s Prou. 22. 28. Maiores nostri quos iubent custodiri. t De legib. N. 2. de diuin. u lib. 4. ab vrbe condita. & lib. 5. de bello Punico. x lib. 10. 52. & 54. y lib. 2. z lib. 1. c. 1. a lib. 4. eleg. 1. b contra Apionem. c lib. 4. de orac. recop. d lib. 4. e lib. 4. de repub. f lib. 1. de Legib. g lib. 15. Veterem. h Aere. 1. 8. i Cicer. de leg. 2. k Dionys. lib. 4. eleg. 1.

l Horat. 3. Od. 6. m Dio lib. 52.

n Apolog. c. 6.

a Plin. lib. 29. c. 1. b Liu. Ti. 6. 20. *Rerum & vo cum nouarum vitanda* Hilarius in Pſalm. c. 2. con. Crescon. c. 35. de præſcrip. c. 33. & seq.

m Apoca 14. 6. *quomodo æternum & nouum testamentum.*

o Ad Cresconi. lib. 1. epist ad O. ria. & Iãna.

r ibid.

s lib. de Trinit.

t can. 1.

u apud Cypr. ibius. epist. 7. capud Lyri nentem. c. 43. y Epist. ad sacer dotes l. 43. de fide c. 2.

z c. 34. *Maiorum nemo super sedit* Iacob. *Non mouebis* &c.

——ιτας εὐχομαι δὲ ὑποκρινεται
——*supplicantes verò exaudias.*

Dei nomen inuocare, est profiteri illum Deum nostrum esse: celebrare laudes ipsius quouis genere cultus: testari gratitudinem aduersus eum: implorare gratiam, & opem illius: gloriari tali Deo, libenterq; ab eodem denominari. Restringit creditus Hieronymus ad nomen, quod est super omne nomen, id est, Iesu: Cassiodorus ad nomen *Patris* in oratione præsertim Dominica. Bruno, *Domini*. Hæc, & alia quæcumque nomina hic intelligi possunt.

Vers. 20.] Domine Deus virtutum conuerte nos: & ostende faciem tuam, & salui erimus.

OCcurrit iam prius bis hic idem versus 4. & 8. loco paucis mutatis. *Salua nos*, legitur Arabicè: Chaldaicè, aut Syriacè ex versione vsitata Maronitis addit *hal lanah*. Repetitionis causas aliquas attulimus. Cassiodorus ait magnam profectò suauitatem illius esse, in eóque sub tanta breuitate regulam totius religionis exponi: quapropter mente condendum esse, quia per ipsum sub breuitate petimus, quidquid nobis expedire monstratur, vt nos Deus conuertat, vt lumine suæ pietatis inspiciat, vt saluos efficiat: in eadem trina repetitione obseruat Rickenius post patrem etiam suum Brunonem, Trinitatis mysterium, in cuius visione nostra salus continetur. Leonolphus ex eadem familia triplicem notat Christi faciem, quæ triplicitèr nos conuertit, nascentis in humilitate à superbia; morientis à concupiscentia, & voluptate carnis, quia tunc *aruit tanquam testa virtus* eius[a]. à psal. 21. 16. iudicantis, ab auaritia, & amore temporalium, pro quibus exprobrabit reprobis in iudicio. Iungo attendit quater *conuertendi* verbum, ob quadruplicem conuersionem nostram à vanitate mundi, à voluptate carnis, ab amore parentum, à possessione temporalium: sicut & in Cântico Canticorum totidem vicibus inuitatur Sulamitis ad reuertendum. Sed in versu 15. est versionis patiens, *conuertere*, oratúrque Deus vt conuertatur. Quamuis reciproca possint esse, vt ipse conuertatur ad nos, & nos ad se conuertat. Tandem notatu dignum quod hic addatur nomen tetragrammaton יהוה *Iehouah*, quod ad clementiam Dei peculiariter significandam pertinere existimant. Frat. id etiam in versu 5. *Domine Deus virtutum quousque irasceris*, &c. quasi clementem deceret iratci. Cant. 6. 12.

PSALMVS OCTOGESIMVS.

In finem,

1 Pro torcularibus, Psalmus ipsi Asaph.

2 EXultate Deo adiutori nostro: iubilate Deo Iacob.

3 Sumite psalmum, & date tympanum: psalterium iucundum cum cithara.

4 Buccinate in Neomenia tuba, in insigni die sollemnitatis vestræ:

5 Quia præceptum in Israel est: & iudicium Deo Iacob.

6 Testimonium in Ioseph posuit illud, cùm exiret de Terra Ægypti: linguam, quam non nouerat, audiuit.

7 Diuertit ab oneribus dorsum eius: manus eius in cophino seruierunt.

8 In tribulatione inuocasti me, & liberaui te: exaudiui te in abscondito tempestatis: probaui te apud aquam contradictionis.

9 Audi populus meus, & contestabor te: Israel si audieris me, 10 non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum.

11 Ego enim sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti: dilata os tuũ, & implebo illud.

12 Et non audiuit populus meus vocem meam: & Israel non intendit mihi.

13 Et dimisi eos secundùm desideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis.

14 Si populus meus audisset me: Israel si in viis meis ambulasset:

15 Pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem: & super tribulantes eos misissem manum meam.

16 Inimici Domini mentiti sunt ei: & erit tempus eorum in sæcula.

17 Et cibauit eos ex adipe frumenti: & de petra, melle saturauit eos.

Titulus, & Argumentum.

In finem,

Vers. 1.] Pro torcularib. Psalmus ipsi Asaph.

NIHIL hic est in titulo, quod non prius alibi in psalmis declaratum sit. Nam alia quidem omnia fere passim occurrerunt: in psalmo 8. *pro torcularibus* nec non adhuc semel in 83. Videtur opportuna de torcularibus, post vineam prioris psalmi, mentio, præsertim si mysticè agimus, quo mysterium peti potest ab enarratoribus. In septua-

genio

gesimo nono, ait Arnobius, vinea reparatur, & in octogesimo pro torcularibus agitur. Hieronymus etiam, sed non magis Hieronymus, quàm ille scriptor aduersus Gētes, rationem reddit quare in tribus psalmis torcularia tituli gerāt. Verior opinio, quam Theophylactus [a] quoque, cum scribit de scenopegia, innuit; nomine isto significari collectionem fructuum, pro quibus agerentur gratiæ Deo psalmis nonnullis certis. De instrumenti genere adinuento in Geth, quia dicuntur גתית *ghittith* hoc loco: vel de modulatione ad instar carminis ex his vocabulis, על גתיות *hhal ghittith*, inchoati, vel de psalmis Obededom Gethæo, ac Leuitæ, à Dauide traditis, iterum admoneo quod dudum præcedente tomo, psalmo octauo monueram, videri commenta Hebræorum, absque vllo scripturarum, aut grauium auctorum fundamento.

In psalterio Romano, & Gallicano habetur, *pro torcularibus quinta sabbati*, & ita tum legunt, tum etiam exponunt omnes Latini, ferè post Augustinum. Sed non ex isdem Latinis Arnobius, & Hieronymus, seu hi qui horum nominibus circumferuntur, non etiam ex recentioribus vllus, quia nulla editio aliarum linguarum hæc verba recipit. Propterea neque mihi afferenda visa est mystica ratio istius diei quintæ, in qua creatæ sunt aues, pisces que; vt non item, quod notauit Hugo, cur à nobis canatur feria sexta, quasi nimirum in eo agatur de festo immolationis Isaac, id est, de Cruce.

Argumentum de torcularibus cognosci potest ex parte. Videlicet, adhortatio est ad laudes diuinas à populo, & a Leuitis præsertim celebrandas eo tempore, quo vina extorquebātur in torcularibus, id est, Septembri mense. Eiusdem mensis primo die insignis indicebatur solemnitas, cum clangore tubæ corneæ, in memoriam beneficiorum præteritorum, legisque datæ. Idcirco introducitur Deus ipse commemorans beneficia sua, tum verò liberationis de Ægypto, & ea de causa exigens puram, atque fidelem seruitutem: præterea contestans, quantis ob contemptam religionem, seu cultum Dei, atque obedientiam tum bonis priuatus, tum affectus fuerit malis. Quæ omnia transferri ad nos multo possunt magis, debéntque, vt colere Deum eiusque spiritualia sabbata conemur, pro ea libertate, in quā nos Christus asserit, proque legis Euangelicæ, ac multiplicis gratiæ muneribus, quæ nisi stet per nos, in promptu sunt, vt liberaliter communicentur. Sicut è contrario verendum valde, ne ociosa & inobedientia nostra eorum nobis pariat iacturam, & sicut populus ille quondam, ita & nos abiiciamur, si populi antiqui fuerimus imitatores, nec studuerimus peccatorum à nobis iugum per confessionem, & propitiationem Dei excutere. Athanasius [b] adhortatoriis psalmis qui præcipiendi simul argumentum contineant, istum annumerat, cum 28, 32, 94, 95, 96, 97, 102, 103, 113. præterea cupienti psallere Domino, conuocatis Dei famulis, eundem proponit. Vsurpat Ecclesia hunc psalmum in festo Corporis Christi, propter sententiam versiculi vltimi potissimum de cibatione ex adipe frumenti, & saturatione ex melle; tum etiam quia maximè festiuè celebratur idem dies vario cantus, & instrumenti musici genere: atque summam comprehendit mirabilium operum, & beneficiorum Dei.

[a] in Ioan. 7.

Ratio solemnitatis mensis Septembris olim celebratæ.

[b] Athan. de ps. ad Marcell.

Verſ. 2.] Exultate Deo adiutori nostro: iubilate Deo Iacob.

Verſ. 3.] Sumite psalmum, & date tympanum: psalterium iucūdum cum cithara.

Verſ. 4.] Buccinate in Neomenia tuba, in insigni die sollemnitatis vestræ.

INuitantur omnes ad laudandum Deum, qui se adiutorem sæpe præbuit, tum voce humana, tum vario concentu musicorum instrumentorum, tum externis lætitiæ signis: nominatim autem Leuitæ, ad clangendum cornea tuba in nouilunio præsertim septimi mensis, qui dies insigniter solemnis erat. Aliter alij non mysticè duntaxat, sed etiam literaliter, vt mox videbimus.

Exultate Deo adiutori nostro.] Hieronymus, *laudate Deum fortitudinem vestram*: est הרנינו *harninu* à רנן *ranan clamare fortiter, quamvis quidem de causa*, sed hoc loco prædicando, & laudando, seu, *facere vt hoc fiat*. Alibi [a] quoque redditur ab Interprete *laudate*. Simile exordium psalmi 32. vbi Græcum verbū idem ἀγαλλιᾶσθαι. Aquila vertit hoc loco ἀλαλάξατε, *laudate*, aut, *laudare facite*: Symmachus εὐφημήσατε, *benedicite*. Causa verè exultationis, ac lętitiæ Deus est, quia Deus id est, summum bonum nostrum: quia *adiutor in tribulationibus* [b]; quia *ab illo omnis sufficientia nostra* [c]; *quia sine ipso nihil possumus facere* [d]. A quo vires, & robur, ac fortitudo עזנו *hhoz*, rectè denominatur adiutor. Pronomen verò plurale communem faciens adiutorem Deum, indicat, vt ait Cassiodorus, sermonem esse ad deuotos. Adde & mutuæ charitatis vinculum in eodem Deo, quemadmodum hac, & similibus de caussis iussit Christus orantes dicere [e], *Pater noster*.

[a] Deut. 32. 43.

[b] ps. 45. 2.

[c] 2 Cor. 3. 5.

[d] Ioan. 15. 5.

[e] Matth. 6. 9.

Iubilate Deo Iacob.] Quid iubilare sit, & cur nominetur Deus Iacob, aliàs expositum est. Exultandum, atque iubilandum soli Deo, & Christo, id est, in illo solo, qui nos adiuuat, & ad supplantandum inimicos vires suppeditat. *Lætantur* alij *cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis* [f]: exultant, ait Augustinus, circa deceptori suo, vētri suo. Videtur Hugo mysticè totum locum de suis ex ordine Prædicatorum, quos Iacobitas, vt in Gallia solent, vocat, interpretari.

[f] Prou. 2. 14.

Sumite psalmum, & date tympanum.] Pro psalmo *carmen* ponit Hieronymus: alij, *canticum*, vel, *hymnum*. Explicant etiam *sublata voce canere, efferare, & exultare canticum, tollere vocem psallendo*. Chaldaicè, *erigite vocem in laude* אריסו קלא בתשבחתא *arimis kala betushbhchtha*. Verbum quoque Hebræum נשא *seu* significat *ferre, attollere, seu efferare, accipere, & sumite*, denique inter alias notiones, etiam *loqui & vaticinari*. Subtatio vocis indicat præcentores: vel eosdem etiam, qui simul præcinant, & canere pergant, simul instrumenta musica pulsent: nam dare tympanum & pulsare idem est, sicut & dare vocem, plausum, clangorem, elamorem, crepitum, sonitum, fragorem, gemitum, impetum, impressionem, plangorem, tinnitum, & similia: quamuis nonita facilè reperias *dandi* verbum isto modo, vt dicatur dari aliquod instrumentum, pro eo quod est pulsari. Ergo vel accipitur pro sono instrumenti instrumentum: vel vt placet Treueto, suppletur, *date ad percutiendū tympanum*: quod minus probo: cui enim darent? & ad pulsātes est sermo: vel, *date manus vestras ad tympanum*, inquit R. Kimhi. Augustinus psalmum vide-

tur accipere mysticè pro rebus spiritualibus, quas quis accipiens det, siue reddat manus, hoc est, opera, & res corporeas, quæ tympano, quod ex corio conficitur, designentur: id esse *communicare in ratione dati & accepti* [a], *& seminantem alicui spiritualia, carnalia ipsius metere* [b]. Augustinum Latini posteriores imitantur. Huc spectat quod quidam notant exactum, & requisitum obsequium venatitiæ carnis priusquã benediceretur Esau [c], significasse licitũ, iustũ, laudabile in Ecclesia esse, vt qui mysteria, & ministeria atque munera tradũt spiritualia, vicissim obsequia officiáque recipiant corporalia. Antoninus [d] eadem ratione declarat præsentem locum, citato Gratiano [e], vt sumat populus psalmum diuinorum officiorum à clericis, & det tympanum temporalium, quæ sic vocentur, quia recreant corpus, sicut ad tympani sonum recreari solent homines. Explicat Origenes citatus ab Agellio [f], tuberi vt auribus accipiatur τῷ λόγῳ διδασκαλίας, *sermonum doctrina*, vicissim autem detur διὰ τῆς σωματικῆς πράξεως, *per corpus actio*, vt diuinis oraculis congruens reddatur sonus, atque doctrinæ spirituali πεπρωσις μελῶν τῷ ἰσχνῷ τῆς γνώμης, *mortificatio membrorum, quæ sunt super terram*, quia tympanum, inquit, est instrumentum δερματινον τετανυσμενον, *ex pellibus constitũ*. Idem fere lego apud Radulphum Flauiacẽsem in Leuiticum [g], & hoc loco apud Euthymiũ, ac Nicephorum: Fusiùs declarat Hugo, dicens accipi psalmum, id est, gratiam deuotionis à Deo, seu *spiritum precum*, vt Zacharias [h] loquitur, & sponte mortificationem atque castitatem reddi eidem ad gloriam ipsius: mortificationi verò proprietates tympani conuenire demonstrat hoc versu comprehensas,

Terret aues, tennu, fragilis, cana, mortua, lenis,
Tensa cutis, lignis, verbere, sicca, sonans.

Nec omnino ineptè quis vsurpet sententiam istam, *sumite psalmum, & date tympanum* de illis, qui disciplina quam vocant, alio psalmum recitante, se seseligiosè dimerberant: sicuti illa iam tritur, *apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus*. Gregorius [i] vtrumque de prædicatoribus explicat, vt accipiãt spirituale canticum cordis, & reddant temporalem maceratione corporis, & idcirco prædicationis magnum negotiũ esse. Bernardus [k] interpretatur de coniungendis discretè & congruè corporalibus rebus cum spiritualibus, vt hæ agantur, illæ non omittatur; &, si quæ sint omittendæ, omittantur potiùs corporales; & *admodũ valens corporalis exercitatio*, pro *pietate ad omnia valente* [l]; eaque parte Martæ, quam Christus *optimam* iudicauit, *nec auferendam* [m]: denique spiritualia vix quidem, aut nullatenus vel acquiri, vel obtineri nisi per corporalia, quia *nõ prius quod spirituale, sed quod animale* [n]; nec Iacob nisi prius cognita Lia, desideratos Rachelis amplexus meruit obtinere [o]; tamen secundùm æstimationẽ pluris factẽda spiritualia Isidorus [p]. Peculiata laudari Deum docet, vt haberur psalmo vltimo [q] *in sono tubæ*, hoc est in memoria resurrectionis *quæ tuba fiet* [r]: *in psalterio & cithara*, hoc est in lingua & ore, tanquam plectro quodam percussis à Spiritu sancto: *in tympano, & choro*, id est in carne & animo, à quo tanquam chori preces ad Deum transeunt: *in chordis & organo*, hoc est, in corde atque omnibus interuis visceribus, & neruis, quæ quidem *organum* Dauid appellauit: *in cymbalis in bilationis*, hoc est, in labiis, quorum adminiculo cõcinnata & modulata psalmodiæ carmina contexuntur. Prior hæc ferè iam scripserat Clemens Alexandrinus [s], nisi quod laudatio..tem *in tympano & choro* refert ad meditationem resurrectionis carnis in pelle resonante. Clementis discipulus Origenes eo quem priùs notaui loco, ad idẽ propositum conlidebat *Mariam sororem Moysi cum tympano canentem* [t] *sociatam aliis tympanistris*, hoc autem esse laudare Deum simul *crucifigendo carnem cum vitiis & concupiscentiis* [u], *mortificandoque membra, quæ sunt super terrã* [x]. Hieronymus [y] ita quoque tympana interpretatur, *quibus ornandos nos* Deus polliceatur [z], vt canamus Domino in Ecclesiis, omni in nobis malorum operũ carne consumpta. Rursum Gregorius [a] in tympano laudari ait Deũ simulque in choro ab eo, qui licet cum per abstinẽtiam cutem habẽs, concordiã charitatis retinet.

Psalterium iucundum cum cithara.] Hieronymus ordine oppositio, *citharam decorã cum psalterio*. Alij, *cum nebel* seu *nablo*: vel, *lasáinque tum chelym, tũ citharam*, vel, *& citharam pulchre sonorum vna cum nablo*, vel, *citharam dulcia cum ejola*, id est, dulciter: vtrumque supplet hic etiam R. Kimhi, *date manus vestras ad psalterium*, &c. De istis instrumentis כנור *chinnor* & נבל *nebel* alibi diximus. Si credimus Isidoro [b], erat citharæ forma initio similis pectori humano; quod veluti vox de pectore, ita ex ipsa cantus ederetur, & Dorica lingua pectus *citharæ* vocaretur. Nec Dorum vocem propriam constat esse, nec ea forma citharam fuisse. Significat נעים *nahhim pulchrum, suave, amœnum, decorum, dulce, gratum, delectabile*, quod vltimum valet τερπνον. Symmachus pro psalterio lyram posuit. Dixi quoque aliàs de mystico sensu horum instrumentorum, quem repetit Augustinus.

Buccinate in neomenia tuba.] Hieronymus, *clãgite in neomenia buccina*. Alij, *in Kalendis*, aut, *in primo die mensis*, aut, *in nouilunio*. Vetus psalterium & Augustinus, *tuba canite in initio mensis tuba*; alia Latina psalteria, & Cassiodorus, atque Isidorus [c], *buccinate initio mensis tuba*. Ambrosius [d], *canite in initio mensis, tuba*. Fortassis qui vertũt, *in initio mensis tuba*, mentem à tuba ipsa designari volunt, qui est September. Paraphrastes quidem illũ expressit sub nomine *Tisri*, in quo celebrabatur festum tubarũ, in memoriam legis acceptæ, præter festum expiationum, & scenopegiæ, seu Tabernaculorum, & collectæ, seu octauæ eorumdem: & hoc ipso nomine appellatur *clangoris & vociferationis* [e]. Sed primùm hysterologia verborũ sic euoluenda, *buccinate tuba in neomenia*. Deinde probabile est, non de vno Tabernaculorum festo, quod neomeniam Septembris redderet festiuiorẽ, seu primam eius diem, quæ dicebatur *venerabilis, & sancta, & clangens ac tubarum & sabbatum*, & *memoriale, & in quo opus seruile fieri non poterat* [f], sermonẽ esse; etsi potissimùm de illa; sed præterea de cunctis neomenis, seu primis mensium diebus, Kalendisque (dicitur enim *neoubnia* quasi νεος μην, *nouus mensis*, non quòd μην defectũ significet, vt Lyranus [g] voluit, & Abulẽsis [h], & Aiguanus hoc loco: immò & de omnibus solemnitatibus, id est, præter dictas, de Paschate, ac Pentecoste. In genere quoque præceptum erat, vt *signando haberent Hebræi epulũ, & dies festos, & Kalendas, canerent tubis super holocaustis, & pacificis victimis* [i]. Sed per tibicinẽ indici solitam neomeniã Philo [k] scribit, nimirũ cornea tuba, vt admonet Genebrardus supra templi pinnam, siue tectum, quod πας οφειον appellant [l]. Alioqui super holocaustis & pacificis victimis canebatur *tubis argenteis ductilibus* [m] eodem quoque die in quo simul essent Kalendæ & festum tubarum,

id est,

a Philip. 4. 15. b 1. Cor. 9. 11.

c Gene. 27. toto.

d 2. p. ti. 4 c. 3. in princ.

e 11. q. 1. c. Ecclesiast. 5. item prophetæ tympana temperata vocantur tympanum.

f Ita e quid ex Gellio hominem n. in Exodum

g lib. 1. in Leuit.

h Luc. 1. 10.

i 12. Moral. c. 8. vel 23.

k Apologia ad Guiel. abbatem.

l 1. Tim. 4. 8. m Luc. 10. 42.

n 1. Cor. 15. 46.

o Gene. 29. toto. Philo lib. 1. epist. in 4. 17. q. vel 4.

p 1. Cor. 15. 51. 1. Thess. 4. 16

a 2. Pædag. c. 4.

b Exo. 15. 20.

c Gal. 5. 24.

d Coloss. 3. 5. e in Iere. c. 31.

f Iere. 31. 4.

g hom. 8. in Ezech.

h 3. Ety c. 22.

i 6. Etymo. c. 18. k in pf. 41. & lib. de fide resur.

l Num. 29. 2.

m Num. 29. 1 Esdr. 23. 24.

n Num. 28. Num. 9 in Leuit. 23. q. 5. & in c. 28. Num. q. 9.

p Num. 10. 10. q de decalogo.

r Ioseph 3. de bello c. 9. Num. 10. 2.

id est, in neomenia Septembris, vt annotat Abulensis [a], probans ex vsu Iudæorum hoc tempore, in quo cum non liceat iis sacrificare, non canunt argenteis tubis, sed tantùm corneis. Quæ tricesima Horatius [b] vocat sabbata, erat neomenię, quia tricesimo quoque ferè die recurrebāt, & erant in honore apud Hebræos velut sabbata, quæ vox etiā de quibuslibet festis dicitur; sed tunc magis quando re ipsa incidebāt in diē sabbati. Minùs probo Torrentij [c] aliā expositionē de Phase, quoniā annum inchoando à Septembri, circa tricesima sabbata, seu tricesimā hebdomadam, festū illud incideret. De sabbatis numero plurali, ac indefinitè loquitur Poëta; etsi nō me lateat vnū sabbatū pluraliter sabbata interdū nominari, propter multa legis veteris prodigia & beneficia, quæ occurrerūt in sabbato. Nec placet asserere, ne duo sabbata, id est, festiuitates continuè succederēt, cùm incommodo tum ciborum coctorum in biduū conseruandorū, præsertim tempestate calidiore; tū putoris, & corruptionis ex asseruatis cadauerib [d], instituisse Iudæos ante tempora regni Græcorū, ne mēsis a prima quarta, sexta die inchoaretur, quia si mensis Tisri seu Septēber inciperet die prima, quarta decima esset sabbatū, & sequens scenopegia: eodē pacto si quarta vel sexta inciperet, iūgerētur solemnitates duæ. Etenim narrat Iosephus [e], Pentecostē aliquādo celebratā post sabbatum: & arbitrantur aliqui sabbatum *δευτεροπρωτον secundo-primum* de quo Lucas [f], ita dictum quòd proximè post Pascha sequeretur: illud etiam quod successit diei sextæ, in qua crucifixus est Christus, *magnum* vocatur à Ioanne [g], quoniam consequens statim ad diem Paschæ. Denique fuisset ratio propria solius mensis Septembris. Bene notatum à Toleto [h] post Lyranū [i], nouilunium celebratū in memoriā perpetuæ diuinæ gubernationis, & in actionē gratiarū, pro continuis Dei beneficiis, & ad cōtinuationē eandem in posterum impetrandā, cùm sit nouilunium præteriti temporis finis, & initiū futuri: concessum autem à Deo, vt eo tēpore Iudæi festum agitarent, non in plenilunio; quia vna ex parte indulgebatur ei quædam similitudo cū Gētibus, *quæ lunam colebant* [k] *& idola*, ad quæ Iudæi propēsi erāt: alia vt in ipso Lunæ defectu id facerent, ne si in plenilunio, quemadmodū aliæ Gentes, viderentur non vero Deo, sed Lunæ ipsi sacrificare, cum virtus eius magis viger. Qua etiam de causa menstruū sanguinē voluit Deus immūdum haberi, vt hac ratione intelligeretur lunā non esse Deū cui tantæ immūditiæ ascribitur causa, vt obseruat Gulielmus Parisiensis [l]. Alias rationes festi neomēniæ dat Ribera [m], vt primitiæ offerrentur Deo, non rerum duntaxat è terra nascentium, sed temporis etiam: & placato illo per preces, ac sacrificia, felix faustumque mensis initium esset.

Mystica est Origenis [n] expositio, & Glossa [o], cùm sic Ecclesia, vel quæuis anima soli iustitiæ propinquat, vt vnus spiritus cū eo fiat, & per ipsū innouata veterē hominē abiiciat, nec videri cōprehendive humanis aspectibus potest, sed soli Deo totā se mācipans, hominibus placere nō curat. Augustinus [p] item docet, nouilunij festo indicari nouitatē spiritus & euāgelij, finem impositū legi à Christo, idololatriā expulsam. Ambrosius [q] cōparat Ecclesiā cū luna, & spiritualibus ac euangelicis prædicationibus, videlicet tanquam tubæ clāgoribus, in abūdātia pacis extolli & renouari. Euthymius, & Nicephorus volunt indicari festū Dominicæ resurrectionis maximè celebrandum, per quam renouata est creatura, & *καινοποιηθεν*, appellatur à Nazianzeno *festum festorum*. Distinctè Paulus [r] recensēt festum, neomeniam, sabbatum, quia in neomenia non vacabatur ab opere, & ideirco non collocatur in catalogo sacrorum dierum [s], vt monet Abulensis [t].

Cæterùm propter Hebræū nomen שופר *sophar*, cui respōdet *tuba*, & *σαλπιγξ*, & significare dicitur corneā tātum, argumētatur Toletus [u], agi hoc loco de festo Tubarū, vocarique sequētibus verbis insignē diē solēnitatis, quod nō cōuenit aliis neomeniis, hodiéq; Iudæos huiusmodi tubis buccinare solere in eodē festo; cùm vti soleret olim *argēteis tubis* in aliis festis [x], quæ vocabātur תקיעות *chatsotseroth*. De insigni die solēnitatis postea. Ribera [y] cū aliis multis, præsentē locū de omni neomenia intellexit: & retuli Genebrardū qui diceret cornea quoque tuba congregatu populū ad festiuitates. Ambrosius [z] vnus est cōtendere argentea cū cornea tuba, dum scripsit, loquens de cornea, Moysē docuisse sacrificiorū ritus tubæ sonitu esse celebrādos; & citat etiā psalmi nostri locū. Nam Moyses de argētea [a] præcipit, vt idēmet Ambrosius [b] agnoscit, disputās de mystica tubarū intelligentia, præcipuè vt ad prædicationem euangelicā aptatam. Cyrillus [c] autē Alexandrinus considerans tubā nouilunalē, seu resurrectionis [d], neomeniam timul notat figuram futuri ac noui sæculi esse: tubam vocis penetrantis omnia archangeli, quem Deus mittet cum tuba, quæ ingenti sonitus claritate vniuersitatem mortuorum in vitam reuocabit: & simili de causa Dominū voce magna Lazarū euocasse ad vitam [e]. Argenteārum vsum tubarū, in epulis, sacrificiis, bellis Hugo rectè transfert ad prædicationē quæ conuocat ad epulas eucharistiæ, ad bella contra mundū, carnem, diabolum, ad festū seu sabbatum quiescendi à peccato strēpitūque mundano, & præparandi se ad festum ac sabbatū æternæ gloriæ, quod vocatur *sabbatum ex sabbato* [f]. Præterea hunc locum & ea quæ sequūtur applicat ad natiuitatem B. Virginis, quæ incidit in Septembrem. Etenim tūc processit vt luna noua, & omni laude dignissimam prædicare, ac laudare debemus: ea quoque dies insignis est, quia multis prophetarum oraculis prælignata. Lege, si libet, apud eundem cætera.

In insigni die solemnitatis vestræ.] Hieronymus, *in medio mense diei solemnitatis vestræ.* Alij, *in tempore constituto in die festiuitatis nostræ*, vel, *in destinato tēpore ad diem sacrificij nostri*, vel, *in solēnitate diei festiuitatis nostræ*, vel, *in die solemniter nobis festo.* Chaldaicè, *in mense qui cooperitur est, die solemnitatis nostræ.* Hebræa sic habent בַּחֹדֶשׁ תִּקְעוּ בַחֹדֶשׁ *baccheseh chaggheinu*, quæ Lyranus explicat, *in termino diei festi nostri*, id est, in nouilunio, quia terminus diei festi quātùm ad eius inchoationem erat prima dies mēsis septimi. Treuetus Hieronymum declarat de plenilunio. Congruit tempus festo Paschatis quod inter omnia maximè insigne erat, plusquam Pentecostes, & scenopegiæ. Sed idem Lyranus exponit præterea hunc modum, adhuc quia prima dies mensis septimi est in medio anni, secundùm quod incipit annus à principio Martij, si בסה *cheseh* per *he* scriptum dicamus pro א *aleph* significabit tempus constitutum, & diem solemnem, seu solemnitatis, ac solemnitatem ipsam: aliquando etiam cum א *aleph* vertit Hieronymus [o] *eadem plena luna*, sicut Aquila *ημισεια πανσεληνος*. Theodotio autem *εις ημεραν τελουμενην* quod alij, *temporis constituti*. Sed retentio ה *he* à כסה *chasah*, *tegere* & *operire*,

[a] in Num. 29. q. 1.
[b] lib. 1. carm. Saty. 9.
[c] ibid. & in Suet. c. 76.
[d] Ios. 1. de bello Iudaic. c. 10.
[e] c. 5. 1.
[f] c. 19. 31.
[g] in c. Ioan. annot. 1. de neomenijs.
[h] in c. 28. Num.
[i] Ierè. 8. 20.
[k] Sanguis menstruus immundus.
[l] lib. de legib. c. 1. de templo c. 1.
[m] hom. 8. in Num.
[n] in c. 28. Num.
[o] 29 conc. Faust. c. 10.
[p] in psal. 43.
[q] lib. 1. de Tubal. c. 3.
[r] Colo. 2. 16.
[s] Numer. 28 q. 18.
[t] in c. Ioan. annot. 1. de festo Tubarum.
[u] Numer. 10. 2. & lo. cap. 3. antiq. c. 11. vel 15.
[x] de templo c. 2.
[y] in psal. 43.
[z] Numer. 10. 2.
[a] ide ibi refert.
[b] in Ioel c. 3. Num. 42.
[c] 1. Thess. 4. 16.
[d] Ioan. 11. 43. 44.
[e] Psa vlt. 23 Tempus natiuitatis B. Virginis.
[f] Prou. 7. 20.

& aperire, contendant aliqui, significare hoc loco festum tabernaculorum, quasi dicas diem operimenti, vel operimentū, cum agerent Hebræi sub frōdibus Fauet versio Hieronymi de medio mēse quia 15. Septembris celebrabatur hoc festū [a]. Sed aliis videtur nomen id absconsionem significans. innuere quamlibet neomeniam, quoniam prima die mensis lunæ lumen opertum ac tectum videtur: eum verò neomeniæ diem dici solemnem, & vocabulo חג *chag*, quia reuera talis erat, licèt non quantùm alij solemniores: vel quoniam eadem Hebræa vox significet quoque agnū: singulis autem neomenis agni septem sacrificandi [b] erant, ac si diceres in insigni die agni nostri. Posset etiā dici cum Ricardo Cenomano legendo כִּסֵּה *chisseh*, quod *thronum* significat, indicati veluti maiestatem quandam festiuitatis, cuius interpres insignem vocat diem. Displicent Agellio priora, vūtque Græca dispungi aliter, vt seorsim ponantur ἐν εὐσήμῳ: tum ἡμέρᾳ, ἑορτῆς ὑμῶν, nec sit εὔσημος epithetum relatum ad ἡμέρᾳ, quasi insignis ipse dies sit, & de die dicatur illud tanquam de subiecto; sed substantiuè sumatur; significétque signum quod dabatur tubā in die decima septimi mēsis, adesse iam tempus, vt bona ad antiquos dominos redirent, & manumitterentur serui, nempe anno Iubilæo qui appellabatur ἄφεσις σημασία [c] *remissionis significatio*. Sed non pauciora patitur opinio ista incommoda, præter suspicionem à nouitate; tum etiam, quod velit legi, *in insigni*, cum virgula, postea in dativo, *diei solemnitatis vestræ*, id est, ad diem solemnitatis vestræ: tum quia non ἄφεσιν σημασίαν sed ἐνιαυτὸς ἀφέσεως dici debet; sic enim legitur ἐνιαυτὸς ἀφέσεως σημασία αὐτῷ ἔσται ὑμῖν, & pro his Hebraicè est תְּרוּעָה יובלהיא *iouelhi thiruel*, Latine, *ipse est enim tubicen*. Probabilius est, insignem diem solemnitatis appellari vel quamlibet neomeniā; vel præcipuè Septembris, in quam incurrebat festum tubarum, vel festum tabernaculorum, ita vt neomenia pro ea sumatur quæ erat in Septembri, & sic mentio hat de alio isto festo mensis eiusdem, vel indefinite quodlibet festum diuersum à neomenis. Plures habet sectatores opinio de festo tubarum, quòd sit idem cum neomenia Septembris; ac de tubarum festo sentit Origenes [d], & Radulphus Flauiacensis [e]. Tamen de omni neomenia sentit Ribera [f], fauétque Augustinus, & alij veteres Latini: de omni festo Vatablus, Arias, Crucius, Valentinus, Folengius, præterea Abulensis [g]: omnes opiniones probabiles æstimat Genebrardus. Fallitur autem Peregrinus Herus, asserens in Septembris nouilunio celebrati solitum tabernaculorum festum: tubarum voluit, aut debuit dicere.

Porrò quia celebriores huius loci sententiæ sunt, vel de festo tubarum, saltem in membro præcedente, vel de festo tabernaculorum in isto, non nihil de vtroque dicendum. Tubarum festum, de quo in Leuitico [h], & Numeris [i], institutū Hebræi credunt in memoriam Isaac liberati prima luna seu die Septembris, ne immolaretur à patre; cùm pro eo substitutus est *aries hærens cornibus* [k], vt idcirco tubis corneis arietinis in eo festo clangeretur, & alio nomine appelletur festū cornu. Eādem causam assignant Hugo, Dionysius, Abulensis [l], Lyranus in libros Leuitici, ac Numerorum, additque Hugo [m] vocatū euiā fuisse festum cereorum, quāuis eos moderni Iudæi trāstulerint in Septēbris diem decimam, quæ est pro mortuis. Quod si verū esset, falsa esset sententia negans Iudæis ceræ vsum ad lumina, de qua egimus alibi [n]. Cōsentiūt in dicta causa de recentioribus Antonius Fōseca annotationibus ad Caietani pentateuchum, Petrus Serranus in Leuiticum, Ribera in opere de templo [o]: probabilem opinionē putat Toletus [p], Vatablus [q], Sa [r], qui duo addunt clangoré inseruisse ad parasceuē festi tabernaculorū celebrādi eiusdē Septembris mensis die 15. Oleaster adiungit expiationis festum; sed vix credit causam illam de Isaac. In commentario huius psalmi Basilius, seu Theodoretus, Euthymius, & Nicephorus institutionem festi tubarum referunt ad memoriā contestationis factæ in monte Sina, cùm legē Deus dedit, populus autem videbatur sibi audire sonitū buccinæ, siue tubæ corneæ, vocatur enim in Exodo [s] קוֹל שׁוֹפָר *kol sciophar vox tubæ*, quā propriè corneā eo nomine significari antea diximus, ac in psalmo 97. [t] quæ à Lxx. vocatur φωνὴ σάλπιγγος καὶ κερατίνης, & in editione Latina vox tubæ corneæ, Hebraicè est simplex nomē שׁוֹפָר *sciophar* cum nomine קוֹל *kol*, quòd *vocē* significat, & Hieronymus vertit *clangorē buccinæ*. In eadē sententia Caietanus videtur in Leuiticum, & hoc loco Iansenius; & satis confirmatur ex sequentibus versibus, in quibus mentio fit liberationis ex Ægypto, & contestationis diuinæ quando legem dedit. Spiritualiter, inquit Origenes [u], celebrat hoc festū, qui scripturas mādat memoriæ, & intra cordis thesaurū recondit, atque in gratias illas sancti spiritus promouetur, quibus inspirati sunt Prophetæ. Radulphus [x] vult figuram fuisse lætitiæ in Gētium conuersione futuræ, mensémque septimum tempus gratiæ præsignificauisse. Cyrillus [y] Alexādrinus ait innuere tempus cōsummationis sæculi, quia mense septimo quæ ex agro colligūtur, in horrea reconduntur, abit fructuum ferendorum tēpus, hyemis initium oritur, attenuantur stirpes, flores tabescūt: resuscitato autem Christo monemur à diuinis literis tāquam tubis, de huiusmodi tempore, vtque *thesaurizemus nobis cælestes thesauros* [z], ac præparemus *vltima tuba* [a], *ac tribunali* [b], vacādo ab omni opere, quod nullam prorsus vtilitatē afferre possit, sed maculas potius aspergere. De tubæ mystica significatione idē antea retuli ex Isidoro Peluliota [c]. Serranus, posita ratione illa de Isaac, mysterū mortis Christi ac resurrectionis innui vuult, immò & incarnationis, quæ in septima, id est, in postrema mundi ætate contigit.

Aliud festū, de quo insignem diem solemnitatis hic multos exponere dixi, est Tabernaculorum, Græcè dicitur ἑορτὴ σκηνῶν & σκηνοπηγία *scenopegia* à σκηνὴ *scena*, & πήγνυμι *figo*. nō *scenophegia*, vt perperā scribit, & dormat Abuletis [d], quasi à phagia, quod significet comedere, (dicere oportuit φαγεῖν) & cenō cōmune, (scribere debuit cœnō) nec etiā vt Radulphus [e] docuit, quod scena sit vmbra (vmbraculū cōcedi potest, & φαγεῖν *comedere* (& hic eriatū) quod sub vmbraculis & in publico comederent Hebræi. Præcipitur hoc festū in Leuitico [f], & Numeris [g], fieri à 15. die mēsis septimi, per septē dies, celebri vsurpatione sacrificiorum, & vacatione ab opere in primo die, & habitatione per omnes illos dies in vmbraculis, vt discerent posteri, quòd in tabernaculis fecisset Deus habitare filios Israël, cum eduxit eos de terra Ægypti. Quare nō ea fuit institutionis causa, quā tradidit in Ioānē Euthymius, nēpe in memoriā diei, quo primùm Moses fixit tabernaculum diuinū, quod *Beseleel fabricauerat* [h]. Vbi autem, & ex qua materia tabernacula tunc extruerentur, & similes quæstiones, tractat

a Leuit. 23. 34. Num. 29. 12. Ioseph. 3. antiq. c. 10.

b Num. 28. 19.

c Leuit 25. 10.

d hom. 23. in Leuit.

e lib 17. in Leuit. c. 1. y de templo. c. 2.

f in Leuit. 23. q. 18.

Festum tabernaculorum indutiarum. h c. 23. 24. 25. 10. 29 6.

k Gene. 22. 13.

l in Leuit. 23. q. 18. & 20. & Num. 29 q. 1. m c. 29. Nume

a lib Act. 20.

b lib. 1. c. 9 c in Ioan. c. 7. d in Leuit. & Nume. e ibid.

f c. 19. 16.

g vers. 6.

h hom. 23 in Nume.

i 17. in Leuit. in præfa. & c. 1.

k 17 de adoran. spiritu.

l Matth. 6 20. m 1. Cor. 15. 52. 1. Thess. 4 16. n 2. Cor. 5. 10 o lib. 1. epist. in 557.

Σκηνοπηγία

p in c 23. Leuit. q. 24.

q 17. in Leuit. c. 3.

r c. 23. 34. & seq. s c. 29. 12.

t in c 7.

u Exo 40. toto.

Ribera [a]. Illud notabile, quòd iisdem diebus gestare præcipiebantur Hebræi ramos myrti, salicis, palmæ, arboris Perseæ, vt quemadmodum tabernacula monebant beneficium translationis in sedes fixas, commodas, amœnas, post peregrinationem horridi deserti, & gurgustia Ægyptiaca, sic tedigerent rami arborum illarum optimarum in memoriam eiusdem deserti sterilitatem, & inopiam, transmutatam in terram feracem, atque abundantem, ex quibus etiam arboribus, iuxta riuos nascitur salix.

Pertinent ista sensu mystico, ad eos, qui à peregrinatione præsentis vitæ tendunt in patriam cœlestem, & spe illius gaudent, conuersationem ibi habent, *desiciunt quæ hic sunt, quæ sursum sunt quærunt, & sapiunt.* Legatur Origenes [b]. Radulphus [c] arborum ramos piè & acutè attribuit Christo: habitationem in tabernaculis vult esse in Cruce, illiusve vmbra: denique contemni præsentia, desiderari bona Domini in terra viuentiũ. Plura, alio quodam modo, Ribera [d]. Cæterùm caueat Ecclesiastes Christianus, ne exaltare vocem vt tubam tantùm velit in insigni, vel die solemnitatis, vel ciuitate tunc, ibíque tantùm audiri, sed sit omnium, quod dicitur, homo horarum, adde & locorum, quoties prouentum spiritualem colligendi se dat occasio.

[a] de templo c. 17.
[b] Hom. 13. in Num. & 17. in Leuit. c. 5.
[c] de templo c. 14.

Vers. 5.] Quia præceptum in Israel est, & iudicium Deo Iacob.

Vers. 6.] Testimonium in Ioseph posuit illud, cùm exiret de Terra Ægypti: linguam quam non nouerat, audiuit.

Vers. 7.] Diuertit ab oneribus dorsum eius, manus eius in cophino seruierunt.

DE dicta neomenia, déque insigni die solemnitatis, ad quam Dauid antea inuitauit, aut datum à Deo præceptum legemque iustam præscriptam; à Deo, inquã, religiosissimi ac deuotissimi patriarchæ Iacob, quitoti Hebræorum genti nomen dedit, & quã peculiariter elegit Deus ad cultum suum. Causam autem talis instituti docet potissimum fuisse, vt idémet populus denominatus quoque à charissimo illius patriarchæ filio Ioseph, vt pote per quem tot in Ægypto beneficiis affectus est, recordaretur, eóque cultu recoleret liberationem suam de seruitute, qua post Ioseph mortẽ opprimebatur in eadẽ regione: quo videlicet tẽpore inauditam prorsus, & planè insuetam audierit quasi linguã, *cum clangore quodam* veluti *buccina*, legem dantis Dei, vt est in Exodo [c], postquam eductorum, à gestandis oneribus liberasset dorsa, manus à portando, in cophinis luto, paleis, lateribus, quos coquere compellantur.

[c] c. 19. 3 16.

Quia præceptum in Israel est.] Hieronymus, *legitimum Israël.* Alij, *statutum Israels*, vel, *ritus.* Augustinus, *præceptum ipsi Israel*, expressit articulum τὸ, qui respondet literæ seruili sceuatæ ל *le.* Chaldaicè, *quoniã præceptũ statuit Israëli.* Nomen חק *chok* amplæ notionis est, pro præcepto, statuto, more, iure, ritu. Apollinarius loco προσάγματος posuit χρηστήριον *oraculum & responsum*, aut *sanctionem diuinam*, quamuis dicatur quoque de senatusconsulto, alióve humano edicto. Præceptum quidem, lexque cerimonialis extat, notatis antea locis in Leuitico, & Numeris.

Et iudicium Deo Iacob.] Chaldaicè, *& sententiã iudicij Dei Iacob*, nempe, statuit Deus ipse Iacob. Explicat Apollinarius quòd populus acceperit respõsum, vt iustitia custodiret, regis, seu Dei Iacob,

κλεπτικὸν ὃ ἐστιν ἐπιστημικὸν, τὸ δ' Ἰσραὴλ ἐθνικὸν, εὐθυτικὸν βασιλικὸν Ἰακὼβ τοῦ ἀγροῦ.

Sensus verò est, quod ius hoc à Deo Iacob profectũ est, vel mos institutus in honorẽ illius: vel imposita lex & initũ ab eo fœdus, ea conditione, vt factis cõuentibus populus laudes ipsius celebraret. Adeò varia significat vox quoq; שָׂם *misit*: ac verbi quidem gratia pro more etiã citra legẽ, immò pro more nõ bono sumi videtur à Samuele, cũ ad populũ deterrendũ, ne regẽ haberet, exposuit quodnã ius eius foret, id est, quid exacturus, vt solebãt aliarũ reges Gentiũ, qui tyrãnicè subditos vexabãt [a]. Alias docui sæpe synonymas esse voces *præcepti, iudicij*, & quod mox sequitur *testimonij*, quamuis nonnullum discrimen spectari possit.

[a] 1. Reg. 8. 9.

Testimonium in Ioseph posuit illud.] Psalterium Romanũ, & Hieronymus, *posuit eũ*, Græcè αὐτὸν. Obscurat sententiam pronomen masculinum, nec id extat in textu Hieronymiano Treueri: & minimè necessarium est siue huius generis siue neutri, quãuis exprimatur Hebraicè שָׂם *sciamo*, quod illius linguæ idiotismo, sæpe fit per redundantiã. In Cassiodoro quoque nullũ pronomen est, nec in Arnobio. Illud testimoniũ aptè intelligitur Deũ posuisse in Ioseph: per *eũ* quid intelligi possit nõ video, nisi dicas Græcè quidẽ esse αὐτὸν τὸν νόμον, quod tamẽ antea nomẽ hîc expressum nõ est: vel ipsummet Ioseph significari, vt est patriarchæ nomẽ, & per dictũ pleonasmũ additũ sit pronomẽ. Sic quidem Paraphrastes exponit hoc, & quæ sequuntur, *testimonium super Ioseph posuit eum, die quo egressus est de domo vinctorii, & dominatus est super terram Ægypti*, vel in textu Nebiensis, ablato pronomine, *testimoniũ super domum Ioseph posuit, qui non appropinquauit vxori domini sui: in illo die egressus est de domo carceris, & dominatus est super regionem Ægypti.* Campensis eodem ferè modo, *ritũ illum seruari voluit a posteris Ioseph, in memoriã eius quod feliciter versatus fuerit ipse in terra Ægypti.* Fauet Arnobius legens, *testimoniũ de Ioseph.* De Iosepho eodem patriarcha videtur Apollinarius longè aliter interpretari, videlicet quòd ipse populum adiurauerit, hoc est, fratres, & nepotes, vt legem obseruarent, quam egressis de Ægypto daret Deus. *Post mortem meam*, dixit ille fratribus [b]; *Deus visitabit vos, & ascendere vos faciet de terra ista, ad terram quam iurauit Abraham, Isaac, & Iacob. Cumque adiurasset eos, atque dixisset, Deus visitabit vos; apportate ossa mea vobiscum de loco isto.* Apollinarius fortãn coniicit alia de lege seruanda dixisse,

[b] Gene. 50. 23. 24.

τὴν μὲν Ἰώσηφ παρεδέξατο μαρτυρόμενον ἐρχόμενόν τε πάρεισιν αὐτῷ πίστεως πολλῶν.

Iosephus quidem admisit testem sanctionum Discedens antea ab Ægypti vrbibus.

Sed tũc discedentẽ dicere oporteret, & ἐρχόμενον, referendo ad μάρτυρα: vel ἐρχόμενον & discedẽsque, diceretur Ioseph, id est, abiens per mortem. Quid quid sit de Apollinari, aliisve; cõstituendũ est, esse sermonẽ de populo ipso, in quo positum, seu cui fuerit impositũ testimoniũ illud, quod aliter antea vocabatur hîc testimoniũ & iudiciũ; denique lex & cõtestatio legis quæ facta datáque est post egressum de Ægypto, mẽse circiter tertio Iosephi autẽ nomine placet nunc accipi populũ vniuersũ, nõ solas decem tribus, vt & alibi nõ semel docui; agitur enim de re maximè cõmuni toti populo, vt magis adhuc cõstabit ex sequentibus. Quãuis autẽ daremus Agellio psalmum istũ esse cõtra decẽ

tribus, nil obstaret, quominus hæc generaliter de omni populo, hoc est, de aliis etiã tribubus duabus exponerentur. Vt Hugo testimonium in Ioseph positum ad nostros martyres applicet, lege, si libet.

Cùm exiret de terra Ægypti.] Alij, cùm egrederetur ipse *super terram Ægypti*, scilicet Deus vexando Ægyptios tot plagis, vt liberaret populum suum. Id exponit Campensis, cum pugnantiset *aduersus Ægyptios*, neque dictum præceptum, iudicium, testimoniam de festis celebrandis dedit Deus, in signum & memoriam istius beneficij. Concedo exite egredive dici Deum, cùm prodit in opus, & super aliquem, quando punit, vt aliis exemplis ex præcedentibus quoque psalmis docere possumus: & est simile in Abacuc [a]; *egressus es in salutem populi tui.* Alij. vt vidimus, exponunt, de patriarcha Ioseph, in quo testimonium posuerit Deus, hoc est, euidens signum ac testificationem beneuolentiæ: *cùm exiret*, id est, ipse Ioseph de carcere, eo ipso die, diu tamen post, quo Isaac de cæde ac immolatione, vt ex R. Salomone Aiguanus refert, *super terram Ægypti*, hoc est, constituit eum Deus Dominum, isque super eam ingressus est, vt gubernaret. Sunt & qui declarent egressum populum super terram Ægypti, hoc est, liberè magno numero peruagatum, ita vt timerent Ægyptij. Sed non est abeundum ab editione nostra de populo vniuerso, & egressu ipsius de terra Ægypti, eo modo quem priùs dixi, nimirum vt dictum etiam testimonium positum sit in ipso, seu impositum ei, datúmq; cùm exiret de terra Ægypti, vel postquam inde egressus est, seu in ipso itinere, vel in memoriam huiusce beneficij. Hæc vna de præcipuis causis in vetere, ac nouo item testamento institutorum festorum, ob monimentum & gratiarum actionem pro diuinis beneficijs. Quod autem hîc sit præpositio עַל *hhal*, quæ solet exponi *super*, Genebrardus notat occasionem dedisse alteri illi nunc recitatæ expositioni: tamen esse per parallagen protheseon, id est, mutationem præpositionum poëticam, pro מִן *min*, id est, *de*, quam Interpretes nostri posuerunt. Citra poëticum vsum traditur exemplum in Zacharia [b] עַל שְׂמֹאלָהּ *hhal semolah* pro מִן *min*, *à sinistra*, seu, *à sinistris eius*.

Linguam quam non nouerat, audiuit.] Hieronymus, *Labia quod nesciebam audiui.* Alij, quædã supplendo in Hebraïs vocabulis שִׂפַת לֹא־יָדַעְתִּי אֶשְׁמָע *sephath lo iadaâthi eshmahh*, *vbi*, nempe *in terra Ægypti*, *labium*, seu, *linguam*, scilicet, *quam non noueram audiebam*, vel, mutando singularem personam in pluralem, *quò*, id est, *in Ægyptum cum peruenissemus*, linguam quam *non didiceramus*, *audiebamus*. Hoc modo lingua peregrina & barbara esset populi Ægyptiaci, qui sic etiã cognominatur in psalmo 113. [c] quã populus Hebræus ibi detentus audiuit. Interpretes nostri attendentes ad sensum, & continuantes cum priore membro, quod constabat personam tertiæ, eandem retinere voluerunt, quamuis Hebraicè sit prima, in qua Propheta velut vnum se de populo faciens, loquitur. In hoc hærendum est, nec laborandum, vt de Deo ipso, quod Treuetus nonnullos facere refert, interpretemur, quasi dicat, se linguam quam nesciuerat, id est, lamentationem populi, quam se audire, & percipere dissimulauerat, audiuisse & exaudiuisse. Non oportet præterea de ipso patriarcha Iosepho interpretari, quem, vt commiserit R. Salomon apud Lyranum, Gabriel docuerit Lxx. idiomata, quæ antea non nouerat, sed Hebræum duntaxat. Aiguanus annuit saltem de Ægyptiaco, quod statim diuinitus sit adeptus angeli opera. Sed & hoc gratis dicitur, quamuis nil absurdi contineat. Lyrano videtur non potuisse in instanti doceri tot idiomata ab Angelo, & hoc esse debuisse priuilegium legis Euangelicæ, & primitiuæ Ecclesiæ cui linguarum donum concessum est. Porrò quod populus Hebræus linguam, quam prius non nouisset, audiuerit, id est, perceperit, in Ægypto, sed post egressum ex ea, Latini vetustiores innuunt, quamuis ferè iuxta mysticum sensum explanent omnia quæ hic dicuntur: nam de lege Euangelica interpretantur, quæ traditur baptizatis, quemadmodum scriptam accepit populus post transitum rubri maris. Arnobius quem vocant, quasi eundem cum auctore operis aduersus Gentes, exprimit id populo accidisse post annos 430. Græci consentiunt, vt Basilius vel Theodoretus, Euthymius, atque Nicephorus, & quem citat Agellius, Athanasius, vocem esse, qua cum quodam quasi clangore buccinæ data est lex in Sina, & cum tonitruis, populo timente, perterrito, pauore concusso, nec Deum sic loquentem audire amplius valente, & volente [a]. Item opinor cognominat Apollinarius γλῶσσαν ἀεζήλωτον, *valde æmulandam*, vel pro ἀεξήλωτον, *valde illustrem, & præclaram.* Eadem opinio plurium Hebræorum, vt R. Abraham Abenezra, quem sequitur Flaminius. Sed Arias, Caietanus, Crucius, Genebrardus, Agellius, alij recentiores non pauci aliam opinionem de lingua Ægyptiaca sequuntur. Iansenius refellit, quia non erat ignota Hebræis hæc lingua, saltem quo tempore vi detinebantur adeò multiplicati, & in Ægypto nati, etiamsi cùm primùm eò Ioseph venit, deinde cum omni familia pater ipsius, per aliquod tempus ignorauerint. Profectò non est credendum, quod R. Kimhi refert sensisse alios Rabinos, non esse mutatam linguam Hebræam in Ægypto, nec alterius vsum apud Hebræos fuisse. Oportuit vel addictos operibus seruilibus, eius regionis linguæ vsum habere. Quæ tamen etiam vocari noua lingua nec priùs audita, potest, non propter idioma, sed ob minas, exactiones, imperia, conuitia &c. Minùs abhorrent à probabilitate, qui de lingua Gentium illarum accipiunt, ad quas egressi pergebant Hebræi, tam vt per eas iter facerent, quàm vt earum regiones occuparent. Pluribus ac melioribus acquiescendum, cùm etiam faueant quæ sequuntur ferè transcripta ex [c] Exodi libro, dum narratur legis traditio, & ipsiusmet Dei recitatur oratio, & subditur iussisse nomine suo renunciari; [c] *vos vidistis quòd de cœlo locutus sum vobis.*

Præter communem illum mysticum sensum, de lingua noua, planéque inaudita, & intelligibili ei, qui viuat secundùm mundum, & carnem, quæ est doctrina euangelica tum de mysteriis, tum de Christiana viuendi ratione, ille quoque recipi potest de linguarum dono: item de omnium linguarum hominibus ad Ecclesiam aggregandis; sic fit vt impleatur promissio Christi, *linguis* [d] *loquentur nouis.* Quod & accidit primùm in Pentecoste [e] & vaticinatio Isaiæ [f], *in loquela labij, & in lingua altera loquetur ad populum istum.* item 6. *erunt quinque ciuitates in terra Aegypti, loquentes lingua Chanaanea.* Denique lingua

[a] 3.13.

[b] 4.3.

[c] vers. 1.

Commentum Lxx. interpretum, quo Gabriel Ioseph omnes Ægyptiorum linguas docuisse traditur.

Primitiuæ Ecclesiæ linguarum donum concessum.

[a] Exo. 19.16, 19.c.20.18. 19.

[b] Gen. 10.1. & seq.

[c] vers. 22.

[d] Mar. vlt. 17. Actuum 2.4. & c. 10.11.

[e] c. 19.18.

etiam

a 1.Cor. 12.1.

b 2.Cor 12.4
c Aprocal.vlt 1.
d Actuum 4. 20.
e Matt.12.34.
f Ioan.3.31.
g Matt.26.
h Matt.12.34.

i Ser.175.in Psalm.

k vers.12.
l vers.24.

m vers.3.
n Esa.9.4.

o c.10.27.c. 14.26.
p Sopho 3.9.
q Eccle.6.10. Genes.49.15.
r Matt.23.4.
s Actuum 15. 28.

t Iere.23.33. & seq.
u Matt.11.vlt. x c.1.11.& 12. c.2.2; c.10. y.v.5.c.& seq.

y 1.de vita Mo.is.
z 1.antiq.

a vers.12.
b Iosue.5.

etiam Angelorum [a] & beatorum promittitur, atque paradisi, *vbi audiuntur arcana, quæ non licet homini loqui*, & audire [b]. Qui haurit auribus mentis diuina verba, non potest quin dicat, *veni* [c]; *& quæ audit, non potest non loqui* [d], vtpote *ex abundantia cordis* [e], quia sicut *qui de terra est, de terra*, ita *qui desursum, cælestia loquuntur* [f]; & *loquela vnum quemque manifestum facit* [g]; *neque potest bona loqui malus* [h]. Digredi licet volenti in varia linguarum genera cælestis, spiritualis in hac vita, carnalis, mundanæ, diabolicæ. Philippus Greueus [i] Cancellarius Parisiensis malas linguas recenset septemdecim, dissolutam, litigiosam, & contumeliosam, detrahentem, seminantem discordias, improperantem, murmurátem, præcipitem in promittendo, secreta reuelantem, blasphemam, magniloquam, adulatoriam, blandam & seductoriam, excusatoriam, mendacem, duplicem. Plures addi possunt, satisque memini legisse me opus Italico sermone *Pungi lingua*, de vitiis linguæ; & nonnulla quoque dixi in hoc ipso opere. Placuit Ecclesiæ in Dominicæ 3. quadrag. officio responsorium 2. nocturni 2. his verbis recitare applicando ad patriarcham Ioſephum, cuius tunc recitat historiam.

Diuerit ab oneribus dorsum eius.] Hieronymus in prima persona, *amouit ab onere humerum eius*. Hebraicè in prima persona הסירותי *hasirothi*. Vbi supplent alij (*inquit Deus*) vt Caietanus, & Campensis; tametsi prior in priore membro populum loquentem faceret. Treuetus etiam de Deo loquente exponit, quemadmodum præcedens membrum, in quo diceret se linguam, id est, populi clamorem, quam non nouerat, quia differebat auxiliari, nouisse, auxilium tandem præbendo. Interpretes obscuritatem sustulerunt, quæ ex tam subita plurium personarum nasceretur mutatione, omnia tribuentes Deo, de quo Prophetam inducunt in tertia persona loqui. Diuertere idem est quod amouere, subducere, liberare, quiescere facere, quod Apollinarius ait ἀναπαύεσθαι. Seruitutis durioris conditio onerum gestatione, & dorsi, humerive aggrauatione designatur quoque in Psalmo 65 [k]. *Posuisti tribulationes in dorso nostro*: & in 68 [l]. *Dorsum eorum semper incurua*: & in 128 [m]. *Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores*. Id sibi præterea vult *virga humeri* [n]: *onus in humero, iugúmque in collo* [o]: *seruire humero vno* [p]; *subiicere humerum, & portare* [q], *onera imponere in humeros aliorum grauia & importabilia* [r]; qua dicendi figura lex vetus appellata est à Petro [s]; & sæpe calamitates onerum vocabulo nominantur à Prophetis, quod nomen מַשָּׂא *massa* cùm irreuerenter proferretur à nonnullis, indignatus est Deus [t]: Christus verò pro graui, ad suum leue inuitauit [u]. Narrátur in Exodo [x] onera, quibus Hebræi (nec enim de Ioſepho Patriarcha commodè hoc intelligitur, quidquid Lyranus, & Aiguanus dicát) affligebantur, & opprimebantur, & imposita iisdem opera dura luti, palearum, lateris, omnisque famulatus, & flagellatio. Describunt hæc fusiùs Philo [y], & Ioſephus [z], addentes ædificiorum publicorum & priuatorum extructionem, fossarum fossionem, conuectationem materiæ continuam, negata etiã somni facultate, ita vt alij post alios emorerentur pestilentia, exportationem sordium & stercorũ, quam Lyranus clarè nominat, & satis innuit Augustinus. De his omnibus non nihil dixi ad c.17. Actuum Apostolorum [a]; plura Exodi enarratores, tum verò noster Pererius [b].

A

In aliis præterea scripturæ locis legimus *in cernuibus catenas, vt rectis incedere non liceret* [a]: item *fornacem ferream* [c]. Notat porro æquissimum iudicium Dei Bochius, vt per quæ peccauere in Hebræos Ægyptij, per eadem postea puniti sint. Nam scribit Rhodiginus [e] ea illos olim obiisse munia, quæ nunc in Italia baiuli, & cognominatos ἀχθοφόρους, *onerum gestatores*, & πλινθοφόρους, *laterum portatores*. Citat & Aristophanem [d],

Δυ' ἅμαξ' ἐστῆκε. καὶ νεκροὶ δύο,
οὓς οὐκ ἂν ἀείραντ' ἐκ δέκ' ἄνδρες ἀγγύλοι.
Currus impositi duos, ac mortuos totidem,
Quos nec Ægyptij quidem tollerent centum.

Idem [e] vsurpat cognomen πλινθοφόρων; & illud aliud iam abit in adagium, *Ægyptij centum non tollerent*. Sed nescio an vetustior non fuerit causa, cur ita saltem cognominari possent Ægyptij, quàm post illud tempus, quo sic malè tractauerunt Hebræos. Ob limum enim, quem Nilus inuehit effodiendæ semper in Ægypto lacunæ fuerunt, limúsque exportandus & suppetebat ibi lateribus copiosè argillacea materia.

B

Moraliter præter id quod attigi, de graui onere diaboli, mundi, carnis, peccati, conscientiæ perturbatæ, fomitis, qui & exactores duri vocari possunt, & cuius rei typus *mulier inclinata, nec omnino valēs sursum respicere*, eo quòd *eam satanas alligasset* [f], nec non de leui Christi, & legis Euangelicæ, & consiliorum, & virtutum omnium; adde onera grauissima vtriusque & politici, & Ecclesiastici magistratus, honoris, officij, dignitatis, humeris etiam pluſquã Atlantæis, Angelicisque formidanda, ad quæ curritur tamen auiditate tanta; sed cum ruina sub iis cadentium, & obtritorum. Sanè quidem onagros in religionis deserto degentes onera hæc ambire omnino dedecet; & sabbato vacantes diuini cultus & contemplationis *pondera portare, & per portas Ierusalem*, vbi vitio pacis est, *inferre*, prohibet Deus [g].

C

Manus eius in cophino seruierunt.] Hieronymus contrario sensu, *à cophino receſſerunt*. Alij, *ab aheno, cacabo, olla*, &c. Vt scilicet non amplius hæc instrumenta fictilia coquerent, & conficerēt. Vertunt alij *pyram*, & *rogum* legentes סִיר per ר in fine, quod Hebræi versari cogerentur in fornace, vt ante dixi. Tunc esset ex nomine מְזוּרָה *mezurah* detracta litera ה *he*, cùm non reperiatur aliud nomen, quàm huius formæ in ea significatione. Nũc legitur cum præpositione nomen דוד *dud* מדוד *middud*, quod *canistrũ* redditur, apud Ieremiam [h]; & in historia Regum [i] rursus *cophinus*: quamuis R. Kimhi putet significare etiam *aherum*, *caldariam*, *lebetem*, *ollam*, *cacabum*. Pro, *seruierunt* ἐδούλευσαν, propterea Hieronymus interpretatus est, *receſſerunt* quia nunc extat verbum cum litera ר à themate עָבַר *bhabar*, *transire*, nempe תַּעֲבֹרְנָה *thabhbaorenah*: Lxx. verò cum ד videlicet תַּעֲבֹדְנָה *thabhbaodenah*, quod significat *laborare*, sicut etiam Illyricè transfertur. *Cophinum* autem retinendo, verbúmque *seruiendi*, primùm reiicienda expositio de Ioſeph patriarcha, cuius meminit Lyranus, & Aiguanus, quòd mensæ Putipharis ministrauerit portando & asportando panes, cibósque alios in cophinis, quod erat honestius opus, quàm ad grana mundanda, vel exportandum fimum, & similia. Fauet quidẽ Origenes [k], disertè dicens hic de Ioſeph scriptum esse, nisi fortè per illum voluit populum intelligi. De populo enim sermo est, qui cophino gestabat paleas, lutum, lateres, nec non, vt indicat Augustinus,

D

E

a Leuit.26. 13.
b Deut.4.20. 1.Reg.8.51. Ierem.11.4.
c lib.16.c.3.
d in ranis.
e in auibus.
f Luce 13.11. 16.
g Iere.17.21.
h c.24.1.2.
i lib 2.10.7.
k in c.14. Matth.

mundabat stercora, & alia seruilia opera obibat. **Denique cophinis, vel corbibus vilis quælibet seruitus,** vt ait Priscianus, exercetur. & Vegetius [a], ac Isidorus [b] cophinum esse dicunt corbem, qua terra portatur. **Sed dictum quasi couum,** id est, cauum non credo Isidoro. cùm sit græca vox κόφινος, significans ἀχύρων πλεκτὸν, scilicet è vimine. Vt autem etiam Boëticam significat mensuram, capienté tres congios, siue 18. sextarios, non facit ad rem præsentem. Fatale seruis Iudæis videtur **hoc seruitium, quod post excisa Ierosolyma exercuisse etiam in vrbe testantur id iis exprobrantes** Iuuenalis [c] & Martialis [d], eorum nominantes **cophinum fœnumque supellectilem & cistiferos cognominantes: post quos Sidonius** [e] etiam vocat Israëlitam cum cophino. Eodem vase Iudæos & emendicasse, & quod hodieque factitant, sulphurata gestasse ad vendendum, vitráque fracta ad coëmendum, probat Baronius [f] ex iisdem Iuuenale [g], ac Martiale [h].

Quod attinet ad mysticum sensum, Hugo cophinos & sportas obseruat, in quibus texendis olim monachi occupabãtur: confessarios verò in iisdem seruire, quia sordes peccatorum efferunt de Ecclesia. Cassiodorus, & Dionysius explicant de ipsismet peccatoribus, qui antequam conuertantur, in valis immunditiarum ac sordium seruiunt legi peccati, peccato, dæmoni. Augustinus, & alij cophinos præterea dicunt esse viles, abiectos, contemptibiles quos elegit Deus buccellis implendo [i]. Is quem vocant Hieronymum, significari docet, quod populum suum Christus in deserto istius sæculi panibus pasturus erat, & in **duodecim cophinis, hoc est, Apostolis,** id quod supererat, ac perierat, in totidem tribubus saluaturus. Ambrosius [k] non dissimili allegoria vtitur, populum, qui antè lutum in cophinis colligebat, iam per crucem Christi, vitæ cælestis operari alimoniam. & eò fidei cibum cogerere, vbi erat ante cœnum gentilis perfidiæ: id verò non paucorum esse, sed omnium, quia per duodecim cophinos tanquam tribuum singularum, fidei firmamentum redundat; *pane* namque *confirmari cor hominis* [l]. Ex Origene [m] mutuatus videtur Ambrosius, docet namque pro numero tribuum cophinos fuisse quos collegerũt, nihilominus etiam nunc esse, ac futuros apud Iesu discipulos turba præstantiores, quæ non potest comedere, id est, multitudinem ac magnitudinem percipere mysteriorum. Albertus [n], & alij de consiliis euangelicis interpretantur: Cyrillus [o] de fructu liberalitatis: aliter Augustinus [p].

a 2. de re mil. l. c. 20. & vt dicit de re vet. veter. c. 56. n. 2. c. 31.
b Etym. c. 9. Κόφινος.
c Satyr. 3. & 6.
d lib. 3. epigr. 11. 7.
e lib. 2. epist. 10. 6.
f tom. 2. annal. anno 64. gratianus &c. h lib. 12. epist. 57. & hoc. 1. in 4.
Sensus mysticus.
i Matt. 15. 20.
k lib. 6. in c. 5. Lucæ.
l Psal. 103. 16. m in Matt. 14.
n hubidem q lib. 2. in loc. cit. pl. 8. 3 quæst. 1. 11.

Vers. 8.] In tribulatione inuocasti me, & liberaui te: exaudiui te in abscondito tempestatis, probaui te apud aquam contradictionis.

Sensus lit.

IAm inducit per aliquot sequẽtes versus Deum ipsum loquentem. Dicit autem in hoc versu Deus, quòd cùm apud Ægyptios populus in maxima tribulatione constitutus, ipsius implorauit auxilium, exaudiuit clamorem eius, & adeo multis ac magnis prodigijs liberauit [q]: deinde, quod quando egressus, insequentes pone, formidaret Ægyptios in angustijs deserti, marisque, concitatum, latens quodammodo *in columna nubis & ignis*, validam tempestatem fulminũ ac tonitruorum, qua *subuerti rotas curruum eorum ita vt inferiores ferrentur in profundum* [a]: tandem quòd ipso progrediente per desertum, edidit plura potentiæ, atque bonitatis argumenta, simulque periculum fecit an is illi firmiter crederet; vt, causa exempli, ad eas aquas miraculo expressas, quæ ob pertinaciam, murmurationémque aduersus Mosem, ac Aaronem, Deumque ipsum, cognominatæ sunt *aquæ contradictionis* [b].

In tribulatione inuocasti me, & liberaui te.] Additum est pronomen, *me*, Chaldaicè, *in tempore tribulationis Ægypti.* Meretur absolutum hoc nomen ea tribulatio, quam in Ægypto populus Hebræus passus est, de qua nõnihil priùs attigi. Congruit vox Ægypti, quia מְצֵרָה *sfrah tribulationem* angustiámve significat, inde autem dictam volunt מִצְרַיִם *misraim*: quamuis antiquius vocabulum sit Ægyptiaca populi Hebræi captiuitate, nempe à Mesraim filio Cham, qui parens Ægyptiorum erat [c]. Quo pacto populus conceptis verbis inuocauerit Deum non extat, sed *ingemuisse* dicuntur, *& vociferati, propter opera, ascendisseque clamor eorum ad Deum ab operibus, & audiuisse gemitum eorum, ac recordatus fœderis, quod pepigit cum Abraham, Isaac, & Iacob, & respexisse filios Israel & cognouisse eos* [d]: dixisse præterea Mosi, quem mittere volebat liberatorem, *vidisse se afflictionem populi sui in Ægypto, & clamorem eius audiuisse, propter duritiam eorum qui præerant operibus, & cùm sciret dolorem eius, descendisse vt liberaret eam de manibus Ægyptiorum,* &c. *Clamorem enim filiorum Israël venisse ad se, vidisseque afflictionem eorum, qua ab Ægyptijs opprimerentur* [e]. Nihil benignius, lenius, mollius dici aut fingi potest. Probabilis non adeò videtur opinio Aiguani de Iosepho patriarcha; quem in carceris tribulatione Deus clamantem exaudierit, & liberauerit, ac *Ægypti dominum constituerit* [f]. Magna vis orationis & facilitas ad impetrandum, quod in pressuris petitur, vt Cyprianus [g] docet.

Exaudiui te in abscondito tempestatis.] Hieronymus, *tonitrui.* Aliqui explicant, quòd in abscondito orãtem populum, & videns ipse in abscondito ingemiscentem, nec liberè quem audentem, exaudierit, seu responderit ei Deus, tonitru edito prodigiorum in Ægypto, & mari rubro. Vel, metaphoricè loquendo, cùm populus veluti abscondebat se à tempestate seu tonitru calamitatum quas infligebant Ægyptij. Facilior sensus, vt Deus ipse in abscondito tonitrui respondisse, ac exaudisse dicatur, videlicet, quali latens in nube, eo modo quem dixi in paraphrasi, non autem, vt quidam volunt, quãdo [h] g. m dedit etiam cum tonitruis. Tunc non tam exaudiuit, quàm responsum dedit, quod etsi verbum Hebræum potest significare cum affixo אֶעֱנֶךָ *ehhencha*, non ita Græcum ἐπήκουσα. Pertinere ad eamdem absconsionem potest, quòd *tunc erat nubes tenebrosa* versus Ægyptios, *& illuminans noctem*, vbi versabantur Hebræi, *ita vt ad se inuicem toto noctis tempore accedere non valerent Ægyptij* [i]; *cum statim ventus vrens excitatus est, qui siccauit mare* [k]: *& ingressis Ægyptijs* [l], *mane respiciens Dominus super castra eorum columnam nubis & ignis* (tanquam ibi delitesceret) *interfecit exercitum eorum* [m]. Denique ad eundem facit sensum, Deum exaudisse in abscondito tempestatis, Hebræos absconsendo ac tegendo, ne læderentur ea seu tonitruo, fulmine, igne, quæ in Ægyptios mittebantur, quamuis, quod videtur Agellius negare, viderent, & audirent. Hac de re egimus alias [n]. Paraphrastes indicat hoc idem,

a c. 14. 14.
b Num. 20. 13. 24. c. 27. 14. Deut. 32. 51. c. 33. 8. Exod. 17. 1. 2. Ezech. 47. 19. Ioseph. 3. antiq. 6. 4.
c Gen. 10. 6.
d Exo. 2. 23. 24. 25.
e c. 3. 7. 8. 9.
f Gen. 41. 41.
g epist. 77.
h Exo. 14. 20.
i vers. 21.
k vers. 27.
l vers. 24.
m Psal. 76. 17. 18. 19.

respondis tibi in loco abscondito domus maiestatis meæ, personantibus coram me rotis igneis. Expositio autem etiam illa Aiguani de absconsione carceris, tempestatéque tribulationum, quas pateretur Ioseph patriarcha, recipi non debet, quamuis & ad eum, & ad quemlibet alium præsertim iustum in tribulatione clamantem ad Deum applicari locus hic valeat. Ambrosius[a] quidem sic intellexit, absconditum tribuēs oranti in abscondito, propter tempestatem tribulationis, quam tolerat. Est enim, ait, quædam in tribulationibus interna peccatorum læua tempestas, quando sunt foris pugnæ, intus timores. Subdit multa de admittendo Dei verbo intra cordis nostri abscondita, excludendóque diabolo; præterea vt iuxta Christi præceptum, *clauso Patrem ostio oremus, & in abscondito*[b], illò descendat oratio, vbi eam audiat qui scrutatur abscondita, ibi patientiam deprehendat vel tegendæ iniuriæ, vel iactantiæ declinandæ, ibi tribulum sapientia habeat. Gregorius[c] ait certanti animæ hic Deum loqui; absconditum verò tempestatis esse, cùm in corde contrito cogitationum tentantiū fluctus intumescunt, cùm contra amoris sancti studia curarum sæcularium se tumultus illidunt; in abscondito tempestatis animam audiri, quia clamor deprecantis est hæc ipsa tribulationis fluctuatio.

Alio quodam modo exaudit Deus in abscondito tempestatis, quia ibi sese abscondit, obseruans nos, & compellens vt ad eum recurramus, tanquam pueri ad matrem: *respondet de turbine*, vt olim Iob[d]. *diuinum inhabitare facit*[e], & inhabitat (vt alij reddunt) & sedet, quasi ibi triumphet, atque maiestatem & magnificētiam potissimum declaret. Ad hæc, quod in abscondito tempestatis esse dicatur Deus, & in tempestate abscondi, qua percellit, punitque peccatores, indicat quàm inuitus veluti hoc faciat, vt *alienum à se, ac peregrinum opus*[f]. Deinde absconditum tempestatis, id est, tribulationis dicitur, quia sæpe nos latēt causæ illius: & eam patienter tolerantibus reuelat Deus non rarò arcana mysteria sua: & per eam homo absconditur ab oculis hominum; *& vitam absconditam habet cum Christo*, prout mortalem vitam agebat *verè absconditus*[g], quamuis Deus etiam esset) *in Deo, donec appareat cum illo in gloria*[h]: & vult humilis esse, ac patiens, non talis videri, nominari, celebrari. Item interior tempestas & occulta maximè periculosa est illa quæ non maris est, sed cordis, vt loquitur Augustinus: denique in absconditō tempestas ab Hugone dicitur tranquillitas præcipuè in corde martyrum, apud quos licèt cæderentur, non murmur resonabat, non querimonia, sed corde tacito mens bene conscia conseruabat patientiam. quod de confessoribus etiam suo modo verum est, déque omni viro iusto, tribulationes patiente.

Probaus te apud aquam contradictionis. Hieronymus, *super aquam contradictionis*. In aliis Latinis psalteriis, & apud Gregorium[i], *ad aquas*, apud Cassiodorum, *ad aquam*, apud Augustinum, Arnobium, Ambrosium, *in aqua*. Indicaui priùs locos, in quibus hoc narretur. In iis dicitur populus iurgatus, & murmurauisse contra Moysem, tantum non lapidando eum, & tentauisse Dominum, & conuenisse aduersum Moysem & Aaron, versique in seditionem: & vocatæ aquæ contradictionis מְרִיבָה *meriuah* ἀντιλογίας, dici possent etiam litis, iurgij, contentionis. De re ipsa dictum psalmo 77. & an semel, bisve cōtigerit extractio aquarum de petra. Probare voluit Deus per mittendo aquæ penuriā, ac tentare populum suum, hoc est, efficere vt ipse se ipsum cognosceret, intelligeretque quàm parum crederet, ac fideret Deo, post visa tot & tanta mirabilia illius opera in Ægypto, & in mari rubro. Populus è contrario tentauit Deum, eique contradixit; ita vt loco duplex nomen esset, non solùm quod iam dixi, sed etiam *Tentatio* a מַסָּה *massah* πειρασμός. In psalmo 94.[b] quod legimus, *secundum diem tētationis in deserto, vbi tentauerunt me patres vestri*, extat Hebraicè כְּמֹר מַסָּה בְּיוֹם מְרִיבָה *chimriuah cheiom massah* sicut in *Meriba, sicut die Massah*, hoc est eo die quo fuistis in Massah. Probare sæpius ac ferè semper per ignē Deus scribitur: nunc etiam per aquam: interdum præterea *transire* dicuntur *per ignem, & aquam*[c], qui diuerso genere tribulationis exercentur, vt alibi[d] vidimus. Tritus Augustini, & aliorum sensus tropologicus, de cōtradictione, quam hi quibus dimissa sunt peccata & sic exauditi sunt in abscondito tempestatis cordis, pieque viuere in Christo volunt, experiūtur ab aquis resistentium pietati gentium, ac populorum, quos *aqua* designant, [e] *& frementium meditantiumque inania, & conuenientium aduersus Dominum, & aduersus Christum eius*[f]; nec non de contradictione quam excitant mali Christiani aquis baptismi tincti. Exagitatores bonorum, insultatores, detractores, dehortatores, minantes etiam vbi possunt, deterrē tes, deprimentes. Consentit Gregorius[g], dicens quia omino non desunt, qui bona quærentibus, suadere peruersa moliantur, aquas cōtradictionis esse populos resistentes: & quia tunc probatur desiderium, cùm aliqua ei diuersitate resistitur, recte hic dici; *probaui te ad aquas contradictionis*. Quidquid præterea intus, foris q; aduersatur veritati & virtuti, *contradictionis aquarum* vocabulo nominari potest. Esse aquam contradictionis, inquit Ambrosius[h], quando quodam velut maritimi salis æstu fluctuant nostræ cogitationes, nec vlla in profundo mentium definitionis stabilitate placidantur: hanc solo posse Christi sermone sedari, quo peccata nobis nostra dimittit: aquam factum esse, vt aquam istam sua gratia temperaret, & amaritudinem impietatis auferret. In fine est סֶלָה *selah*, & διάψαλμα, saltem in codicibus Græcis correctis. Certè illud munus hic potest habere quod ei tribuitur inter alia, vt meditationem rei notabilis exigat.

Vers. 9.] Audi populus meus, & contestabor te Israel si audieris me.

Vers. 10.] Non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum.

VIderi potest hæc illa vox, quam versu 6. Propheta dixerat auditam, cùm eam antea populus non nouisset. Quidquid sit, reuocat ipsis Dei verbis idem Propheta in memoriam singulare admodum datæ legis beneficiū, in qua præfatus est hoc quod hîc habetur, & sequentis versus vndecimi prima parte. Scribitur in Exodo[i], *locutum Deum sermones hos, ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo seruitutis; non habebis Deos alienos coram me; non facies tibi sculptile, &c.* Hic ordo immutatus est, quia quod est in vndecimo versu, præcedit in Exodo. Ait igitur Deus, se contestaturū sicut olim fecerat in monte

Sina,

a præfa. in ps. 43.

Interna aduersus tentationes.

b Matt. 6. 6.

c 6. Moral. 10.

d 2. Reg. 38. 1.

e ps. 28. 10.

f Esa. 28. 21.

g Col. 45. 15. a Coloss. 3. 3.

h 26 Moral. c. 10.

i præfa. in ps. 43.

k vers. 17. & 78.

a Exo. 17. 7.

b vers. 8.

c ps. 65. 12.

d ibidem.

Sensus tropologicus.

e Apoca. 17. 15.

f ps. 2. 2.

g 26. Mor. c. 10.

h præfa. in ps. 43.

i c. 20. 1. 2. 3. 4.

Hæreticorum sententias, quæ in impietatis vanitate concordent, & similes videantur vulpibus à Sãsone colligatis [a], *quasi præcipitat caps* auctor Cantic [b], *vineæ demolitrices*. Ambrosius [c] hinc quoque argumentatur Filio priorē Patrem nō esse. Nam si Patre posterior est, inquit, recens est: &, si vnius non est diuinitatis, alienus est. Sed nec posterior, quia recens non est: nec alienus, quia ex Patre natus, &c &, si alienū putant, cur adorant eum, cùm scriptum sit; *neque adorabis Deū alienum*? Aut si non adorant, fateantur; & finis est: ne quem sub religiosi nominis professione decipiant. Eodem ad idem testimonio vtitur Athanasius [d], Cyrillus Alexandrinus [e], Epiphanius [f], Basilius [g], Nazianzenus [h]. Citat Euthymius [i] duos vltimos, & præterea Cyrillū in Ioānem [k] argumentantē etiam ex verbis Christi [l], *antequam Abraham fieret, ego sum*: cóque sensu exponit Cyrillus prima Ioannis verba, *in principio erat verbū*, & ex illis confirmat. Addo Cyrilli epistolam ad monachos recitatā tomo 1. Concilij Ephesini: Nyssēnum præterea ex ratione ad Simplicium de Filio testimoniū de hac eadem re Nicetas [m] profert dicētis item, quòd *alienū oues non audiunt* [n]. Affert is qui creditur Hieronymus, tropologiam, *sin Deus venter est* [o], Deum esse recentem esse; quotcunque vitia habemus, quotcunq; peccata, tot recentes habere deos: si tractat, quam mihi Deum esse; si vidi mulierem, & concupiui, libidinē mihi Deum esse; vnūquemq. enim quod capit & veneratur, hoc illi Deum esse; auarū, autem Deum habere; ventrem Deum virtutē quia scilicet ad verum Deum refertur) aliorum, vitia. Hugo idē attingit, præterea de aliis qui delectantur nouis magistratibus, *& dant substantiam suam ad defendos reges* [p], id est, deponendos prælatos; & sic *mutare fines Deos suos* [q]. *Antiquus dierum Deus* [r] *est, nec transgredienda termini antiqui quos posuerunt patres nostri*, [s] sed moribus antiquis stare res debet nostra, sicut stetit hactenus. Veteres Romani cauerunt seriò, ne peregrina dij sacrave admitterentur. Et notauit hoc loco Bochius ex Cicerone, [t] Liuio [u], Dione [x], Dionysio Halicarnasseo [y], Valerio Maximo [z], Propertio [a], & de Athenien̄sibus, Scy this, Persis, ex Iosepho [b], Herodoto [c], Isocrate [d], Xenophōte [e] Platone [f], & de Argiuis, ac Aginetis ex Athenæo [g]: & de Siculis iterum ex M. T. [h]. Adde de Romanis Seruij testimonium, simulque de Athenien̄sibus illud Virgilij [i],

Veteresne ignara Deorum.

Lex vna Romuli erat, & in xii. relata tabulas [k], Deos ne peregrinos ne colūto: separatim nemo habessit deos: neve nouos, sed nec aduenas, nisi publicè accitos priuatim colunto diuos, & eos qui cœlestes semper habiti sunt colunto. De iisdem Romanis cecinit ille [l],

Nulli cura fuit externos quærere diuos,
Cum tremeret patrio pendula turba sacro.

Lectu dignissima Mæcenatis ad Augustū oratio [m], quo hortatur vt peregrinārū religionum auctores edicto & supplicijs prosequatur, nō deorum modò gratia, quos qui cōtemnit, haud dubiè nihil quoque aliud magnificat, sed propterea etiam, quòd qui noua numina introducunt, multos ad legum peregrinarum vsum pelliciūt: inde cōiurationes, coitiones, & conciliabula existunt, minimè vnius principatui commodæ res. Tertullianus [n] veteris meminit decreti, ne qui Deus ab Imperatore consecraretur, nisi à Senatu probatus; Tyberium veritatem diuinitatis Christi annunciatam sibi ex Syria Palæstina, ad Senatum detulisse, cum prærogatiua suffragij fuit: Senatum, quia non ipse probauerat, respuisse. Obiiciebant id nobis Ethnici, Eusebio [o] teste, patrias leges seruare oportere *μηδὲ τὰ ἀκίνητα κινεῖν, nec mouere immouenda*. Alij, *χορδὰς τὰς ἀκινήτους, chordas non mouendas*: incedere & inlequi maiorum pietatem, *ἀλλὰ μὴ πολυπραγμονεῖν ἐφ' ἑτέρους τρόπους, temeraria cura non scrutari per cupiditatē nouitatis*: huic vitio pœnā capitalem legibus cōstitutā. Demonstrat libro vno Iosephus Stephanus vnicam religionem esse debere nec aliam, quam Catholicam: huic facilius recipiendæ innumerabiles quæ postea in vrbē irrepserūt, seruiuisse, qui vocabātur euocati aut nouensiles dij, de quo euocationis ritu Festus, Plinius [b], Liuius [c], Plutarchus [d], Macrobius [e], Ius ciuile [f], Prudentius [g]. Iam Leo [h] magnus tātam apud Romanos permissam a Deo docet superstitionē, ob eam quam dixi causam, vt vrbs magistra erroris, fieret discipula veritatis, & nulla religuebatur falsitas. Efficacius inde lux veritatis ab ipso se capite per totū mūdi corpus effunderet. Iam quantū fieri potest nullus nouatoribus permittendus locus, multoque magis, silicet, eiiciendi à Christiana republica, quàm quos Cato Græcos & transmarinos medicos in Italia verari vetuit, quòd Romanorū sanguinem fatiret [i]. Ipsas Apostolus [k] deitati prophanas vocum nouitates vult, & oppositiones falsi nominis scientiæ, quam quidam promittentes, *circa fidem exciderunt*. Immò qui nouos inducerēt sermones, eorū lex nouissima olim deferri præcipiebat [l]. Sola euāgelica doctrina per excellentiā vera & antiqua dicitur, ait Augustinus [m] ad inuidiā falsi quæ noua appellatur. Vigētque Tertullianus [n] hæreticos edere originem Ecclesiarum suarum. *Euangelium* vocat *æternum* Ioānes [o]; simul tamē dicitur testamentum & æternū & nouū in canone missæ, quia nouo quodā modo manifestatū, noua & maiore gratia, & renouatione præditū, sicut & charitatis nouum mandatum. Nostri tēporis hæreticos nouatores vocaui vsu iā recepto quemadmodū iam suo Augustinus [p] existentium prophanas appellabat nouitates. Hieronymus [q] nouorū dogmatum assertiones: & Vincentius Lyrinensis tractatum suum inscripsit aduersus prophanas hæreseon nouationes. Idem Hieronymus [r], cur post quadringētos inquit, annos docere nos oriris, quod antè nesciuimus? vsque in hanc diem sine vestra ista doctrina Christianus mundus fuit. Et Hilarius [s], tardè hos pusillimos doctores (ironicè) ætas nunc, ait, huius sæculi protulit; serò hos habuit fides mea, &c. Statuit quoq. Synodus Vt. [t] nihil nouū dum, & immutandum in fide: & Vtt. profitetur se sequi veterum institutа, sanctiones Ecclesiæ, Patrū decreta; quicunque aliquid addūt, aut detrahūt, Ecclesiæ cōmunione, diuis deuotos eiicere. Idem Stephanus Papa [u] definiuit, nihil nēpe nouādum, nisi quod traditū est. Et Sixtus, [x] nihil vltrà licere debere nouitati, quia nihil addi cōuenit vetustati: & Cœlestinus [y], vt desinat incessere nouitas vetustatē. Ambrosius [z] docet seruāda præcepta maiorum, nec hæreditaria signacula rudi temeritate violanda. Legenda etiam Bernardi epistola 190. Vincentius [a] quem citaui prolato etiam Apostoli loco, de quo memini, scribit, vocum nouitates recipere, atque sectari, nunquam Catholicorū semper verò hæreticorum fuisse. Subiicit inductionē, & concludit, apud omnes ferè hæreses quasi solemne esse, ac legitimū, vt sēper prophanis nouitatibus gaudeāt, antiquitatis scira fastidiant, & per oppositiones falsi nominis scientiæ à fide naufragent.

a Iudic. 15. d. Hieron. b Cant. 2. c Ambr. lib. 4. c. 2. in Luc. d Athan. cont. Eunom. 2. de filio e Cyrill. lib. 4. in Ioan. 2, 5 d. f Epiphan. lib. 1. tom. 2. g Basil. lib. 1. c. 1. h Nazian. de filio i Euseb. præpar. lib. 13. c. 4. k Cyrill. lib. 1. in Ioan. c. 8. l Ioan. 8. 58. m Nicetas Thesaur. n Ioan. 10. 5. o Philip. 3. 19. p Prou. 31. 3. q Ierem. 2. 11. r Dan. 7. 9. 13. 22. s Prou. 22. 28. Veteratum antiquitatem obseruare. t Cicero de legib. & de diuin. u Liu. 4. ab vrbe condita & lib. 1. de bello Punico. x Dion. 40. 41. & 54. y Dionys. lib. 2. z Valer. lib. 1. c. 1. a Propert. lib. 4. eleg. 1. b Ioseph. contra Apionem. c Herod. lib. 4. d Isocr. Areop. e Xenoph. lib. 4. f Plato de repub. g Athen. lib. 4. Deipnosophist. Veterum. h Cicero de legib. i Aeneid. 8. k Cicero de legib. l Propert. lib. 4. eleg. 1. m Dio lib. 52. n Apolog. c. 6. o Euseb. præpar. euang. p Plin. lib. 29. c. 1. & 2. Ti. 6. 20. Arnob. & vetustas vt. tuenda q Plutar. in Pericle. r Hieron. in Daniel. s Hilar. lib. 5. ab vrbe condita quæst. Rom. c. 1. lib. 1. c. 9. t Dist. Iuuf. 12. quod facta sunt. 4. illud notandum. u Concilium Nannetense. x Leo ser. 1. de Petro & Paulo. y Plin. lib. 29. c. 1. & 2. Ti. 6. 20. Arnob. & vetustas vt. tuenda z Plutar. in Pericle. a Hieron. in Daniel. b Plin. lib. 29. c. 1. & 2. Ti. 6. 20. Arnob. & vetustas vt. tuenda c Plutar. in Pericle. d Hieron. in Daniel. e Plin. lib. 29. c. 1. & 2. Ti. 6. 20. Arnob. & vetustas vt. tuenda f Plutar. in Pericle. g Hieron. in Daniel. h Plin. lib. 29. c. 1. & 2. Ti. 6. 20. Arnob. & vetustas vt. tuenda i Plutar. in Pericle. k Hieron. in Daniel. l Plin. lib. 29. c. 1. & 2. Ti. 6. 20. Arnob. & vetustas vt. tuenda m Hieron. in Daniel. n Plin. lib. 29. c. 1. & 2. Ti. 6. 20. Arnob. & vetustas vt. tuenda o Plutar. in Pericle. p Hieron. in Daniel. q Plin. lib. 29. c. 1. & 2. Ti. 6. 20. Arnob. & vetustas vt. tuenda r Plutar. in Pericle. s Hieron. in Daniel. t Plin. lib. 29. c. 1. & 2. Ti. 6. 20. Arnob. & vetustas vt. tuenda u Plutar. in Pericle. x Hieron. in Daniel

gent. Contra verò Catholicorum hoc ferè proprium, deposita sanctorum Patrum, & commissa seruare, damnare prophanas nouitates; & sicut dixit & iterum dixit Apostolus [a] *si quis annunciauerit præterquam quod acceptum est, anathematizare.* Deinde per voces [b] intelligit dogmata, res, sententias antiquitati contrarias: prophanas, quæ nihil habent sacri, nihil religiosi, & ab Ecclesiæ penetralibus, *quæ est templum Dei* [c], penitus extraneæ sunt. Aut etiam [d] illa Pauli prius indicata de deuitandis vocum nouitatibus, sententia, velut quodam spirituali gladio, sæpe truncatas, semperque truncandas omnes omnium hæreseon sceleratas nouitates. Tandem plurima mala existere, asserit [e], dum bene fundata antiquitas scelesta nouitate subruitur; dum superiorum institura violantur; dum reseinduntur scita Patrum; dum conuelluntur debita maiorum, dum sese inita sacratæ, atque incorruptæ vetustatis castissimos limites prophanæ ac nouellæ curiositatis libido non continet. At si quando res ferat, nouis vti vocibus licebit pia & religiosa nouitate, vt eâ nominat Augustinus [f] ad res antiquas & antè incognitas vulgo, significandas, ita vt, quod ait Lyrinensis [g], dicendo nouè non dicantur noua. Hæc pro antiquitate diuina contra sacrilegam, pro vero aduersus alienum cultum, vt non sit Deus recessi nobis, nec adoremus Deum alienum, & nouatores prorsus antiquemus. De hoc argumento nonnihil Magalianus noster in postremum prioris ad Timotheum caput epistolæ, & Iustus Calumus Veteraustrensis in collectione tractatuum sex, quas præscriptiones inscripsit, & notis illustrauit, tum aliorum, tum proprius.

a Gala 1.6.7.

b c.5.2.

c 1.Cor. 6.16. & c.3.

c c.5.

Pia & religiosa nouitas quando vtenda. f tract.97. in Ioan.

g c.27.

Vers. 11.] Ego enim sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti; dilata os tuum, & implebo illud.

EGregia profectò efficaxque causa, cur quæ: édus aut colendus recens Deus & alienus Hebræo populo non sit, quia tantum beneficium à Deo illo vno & vero acceperit liberationis de durissima Ægypti captiuitate; & idem se ad omnia illius vota precésque paratissimum exhibeat; ita vt os aperuisse sufficiat, & quantuuis id aperuerint, hoc est, quid velint exposuerint, illico satisfaciat, & copiosissime, cumulatissimeque compleat; quod alibi dicitur *implere omnes petitiones* [h], & *replere in bonis desiderium* [i], & *præparationē cordis audire* [k], id est, *exaudire, & voluntatem timentium se facere* [l], & *nominis obedire voci* [m]. Qui omnia potentem habet Deum, beneuolum, beneficum, contétus illo debet esse, sed nec aliū optare, aut comminisci potest. Sed & iure seruitutis, ac redēptionis is eius est, à quo assertus & liberatus est. De spirituali seruitute, libertate, ac redemptione obuius est communisque mysticus sensus. Decalogi præfatio hæc ipsa est in Exodo [n]; *Ego sum Dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Ægypti, de domo seruitutis*, mox que subditur illud [o]; *non habebis Deos alienos coram me*, vt priùs quoque monui.

h psal.19.7.

i psal.102.5.

k psal.10.17.

l psal.144.19.

m Ioel.2.32.

n c.20.2.

o vers.3.

Ego enim sum Dominus Deus tuus.] Particulam ætiologiæ quæ non est Hebraicè, nec apud Cassiodorum, perspicuitatis causa Lxx. suppleuerunt. Nil refert quod Chaldaicè sit numero plurali *Deus vester, & eduxi vos.* Opponi putant aliqui, *ego sum*, falsitati Deorū recentium & alienorū, quali se significet Deus verum Deum esse, dicatque illud, [a] *ego sum qui sum.* In *Domini* quoque notat nomine Hugo timendum esse, cuique debeatur omne obsequium; in *Dei*, amandum, vt ei omnis religio exhibeatur; vel vt propter pronomē *tuus*) amandus, colendus, quia Deus; timendus; quia Dominus. Non eadem planè vis in Hebræis יהוה *Iehouah*, quod est proprium nomen Dei et אלהים *elohim*, quod potius cum indicat vt iudicem.

a Exod.3.14.

Qui eduxi te de terra Ægypti.] Sæpenumero redigit Deus hoc beneficium populo in memoriam, non improperans, sed accusans ingratitudinem, vel præcauens obliuionē, vel castigans apostasiam, diffidentiam inobedientiam, vel exigens contrarias virtutes & sanctitatem, & ne tractarēt suos tanquam seruos, & vt ipsemet Deus significaret se recordari fœderis pristini quod pepigerat cum ipsis [b], vt omittam Mosem, & prophetas toties idem inculcantes; & mitterem ea de causa celebertimum Paschæ festum à Deo ipso. Quanto plutis æstimandum beneficium redemptionis ac liberationis de seruitute peccati, diaboli & carnis, mundi, proposita nobis possessione terræ viventium, cælestisque beatitudinis. Huc tendunt Christiana festa, & agni immaculati ingens in missæ sacrificio immolatio præsentiaque, vt in Christi *memoriam id faciamus* [c].

b Exo.20.2. Leuit.22.45. c.26.30.c.22. Num.15.41.c. 16.13.c.21.5. & 23.45 Num. 15.41 Deu.5. c.6.12.c. 8.14.Reg 8. 8.c.9.5.Iib. 2.7.8.Iib.3.8. 16 Ierc.7.22. c.11.4.7.& mox.31.Mi. cæe 6.4.

Dilata os tuum, & implebo illud.] Hieronymus [d], *aperi*, Romanum psalterium, & Ambrosius, & alibi Augustinus [e] apudque illū [f] auctor libri de prædestinatione & gratia [g], Concilium Lateranense sub Martino primo [h], *aperi os tuum & ego repleboillud. & ego adimplebo*, addito pronomine ad emphasim. Pronomine omisso, Gallicanū, Augustinus, Cassiodorus, & *adimplebo*. Dilatationē oris, quam propriè importat Hebraū verbū פצה *harchea*, Paraphrastes explanat, dicens dicat פתח *apthi*, quod significat potius *aperire* simpliciter, vt os aperiatur ad verba legis, quæ verò implēdū onus bono. Intelligit fortiā apertione oris ad verba legis, aut iucundum, frequentem, auidum de lege sermonem: aut quasi anhelum & hiās legis desiderium, iuxta illud [i], *os meum aperui, & attraxi spiritum, quia mandata tua desiderabam. Labia Deo aperiuntur nobis, os annunciat laudem eius* [k]; & *cum replentur os laude, cantat gloriam Dei* [l], quæ vocari potest infarinatio laudis diuinæ in ore nostro [m]. Ita verò fere declarant hoc loco Latini de confessione & amore veri Dei. Tunc, inquit Cassiodorus (quod bene notent viri religiosi, vt spirituales frequetent sermones) sensus spirituali gratia repletur, quando in laudes Domini os dilatatum esse cognoscitur. Simpliciter sensus est, vt quod etiā ait Origenes, ampliter ac largiter petas, & quasi ad tibum copiosum famescens bene os pandas. τὸ δὲ πλατύνατε αἰτήσατε, ait ille, αἰτεῖται, καὶ πάλιν παρέξω σοι αἰτοῦντι, *si quia vales petere petes, & plura exhibebo, quam petas.* vnde Paulus [n] *Deum* asserit *potentem omnia facere superabūdanter quam petimus, aut intelligimus.* Demonstrat id Chrysostomus [o] exemplis, aitque quòd is Dei mos est vincere ac præuenire petitiones nostras. Sic verò etiam explanat Apollinarius,

d tom.7. g c.11.

e Secretario 1.

f

g

h

i psal.118.131.

k psal.50.17.

l psal.70.8.

m Isa.48.9.

n Ephe.3.20.

o hom.29.in Genes.

εἰ δέ τινος χρήζεις, πλάτυνε στόμα, καὶ πλήσω αὐτό.
Si autem aliquo eges, dilata os, & illud implebo.

Nec displicet cum Euthymio, & Nicephoro interpretari de cibo victuque externo, quem pollicetur Deus obedientibus legi; vocant Basilius, & Theodoretus bonorum abundantiam. Fauet

vltimus

vltimus psalmi versus. *Donec allata sunt ad Eliseum vasa vacua, oleum abundè infusum est, Heus, cùm vas defuit* [a]: si plus tribus vicibus Ioas sagittas iecisset, pluribus quoque vicibus de hostibus victoriam reportasset *vsque ad consumptionem* [b]. Athanasius [c] quoque *os* pro desiderio, hîc explicat, & similes alios scripturæ locos. Quod antè dixi de frequentatione diuini sermonis, Laurentius [d] Iustinianus eam valde commendans Christi seruis, & deesse materiam non posse docens, cuius quoque assignat exempla, monet ne quis ignorantiam prætexat, cùm Dominus per Prophetam dicat, *aperi os tuum, & implebo illud*: ipsummet id etiam expertum, cùm dixit [e], *os meum aperui, & attraxi spiritum*. Memini legere in Chronicis Franciscanis idiotam nescio quem, cùm simpliciter Francisco, vt aliis circumstantibus quidpiam de Deo loqueretur, obtemperauisset, piè id & affluenter vsque ad miraculum præstitisse. Videtur Hieronymus [f] eumdem sensum secutus de Deo, qui ponat verba sua in ore nostro, & det os & sapientiam, & verbum euangelizantibus, & immittat in os canticum, & hymnum. Eiusdem nomen mutuatus in huius loci commentario innuit os impleri pane, qui sit ipsemet Dominus Deus & Saluator noster. Sed quod inducit Deum dicentem: quantumcumque dilataueris, tantum accipies: non est igitur in mea potestate, sed in tua est; si volueris, totum me accipies, si nolueris, accipe saltem partem; intelligit non esse in Dei potestate, quia non se vult communicare, nisi volenti, quamuis quòd quis velit, ex eiusdem pendeat Dei voluntate & gratia: per partem verò, fructus portionem spiritualis, tametsi totus à quolibet in Eucharistia sumatur Christus. Nec dissimilis expositio alterius qui nomine Arnobij dicitur, explicâtis de Christi crucifixoribus quos alloquatur ille; si vultis euadere mortem quam incurristis, bibite sanguinem quem fudistis. Quamuis videri possit loqui de percipiendo fructu passionis Christi, non præcisè de sanguine potando in Eucharistia. Chrysologus [g] tractans de fide simpliciter per solam fidem accipienda, ait Deum promissionis suæ antè fidem implere, quàm fidem nostræ percipiat sponsionis: verba verò psalmi sic explanat; tu dilata os in confessione, & ego illud ipsius confessionis replebo sacramento & mystico sermone ditabo, & replebo illud totò eloquio cœlestis arcani.

Cæterùm quòd antea dicebam aperiri, ac dilatari os non posse sine Deo ipso, qui apertum & dilatatum implet, & *in bonis desiderium* [h], confirmant alterius verba psalmi [i], quibus oratur Deus vt *labia aperiat*; & Paulus exigebat aliorum orationes, *vt ei daretur sermo in apertione oris sui* [k]; nec minùs ad aperiendum sic os hominis munus Dei superans naturæ vires requiritur, quàm cùm *asina os aperuit* [l]. Augustinus [m] quidem sic explicat alibi hunc locum, vt quamuis nisi adiuuante Deo, *sine quo nihil possumus facere* [n], os non possimus aperire, tamen nos aperiamus illius adiumento & opere nostro; implcat autem illud Dominus sine opere nostro; nihil enim aliud esse *preparare cor* [o], *& os aperire*, nisi voluntatem parare; & tamen *præparari voluntatem à Domino* [p], *labia aperiri ab eodem* [q]: & aperire os ita iubendo, vt nemo possit, nisi ipse id faciat adiuuando; nec aliud esse os, ita vt hoc aperiat per se homo, aliud labia quæ Deus; denique Moysi Deum dixisse; *ego aperiam os tuum, & instruam te quæ debeas loqui*. Idem paucioribus perstringit quæstionibus in Exodum [a], Alius auctor, falsò creditus Augustinus, in libro de prædestinatione & gratia [b], hinc probat aliquid nos per liberum facere arbitrium. Origenes vnica in librum Regnorum homilia, tractans illud ex Annæ cantico [c], *dilatatum est os super inimicos meos*, exponénsque tropologicè de eo, qui sit idoneus, & fortis in verbo, atque validus in sapientia, qui non angustis assertionibus, sed dilatatis & affluentibus confutare possit omnem scientiam extollentem se aduersus fidem & veritatem Christi, siue Iudæorum, siue Hæreticorum, adde & Paganorum, ait eum dilatare os, vt illud impleat Deus, qui vacet meditationi verbi diuini, & possit eò vsque proficere, vt à dilatatione oris etiam ad cordis dilatationem veniamus, & cum Apostolo [d] dicere, *cor meum dilatatum est ad vos*. Aliam tropologiam tradit Parisiensis Academiæ Cancellarius Philippus Greuetus [e], ne quis os aperiat in Ægypto, tum quia nec ibi discerni potest in tenebris quid apponatur: iubet verò Sapiens [f], *vt aperiamus oculos, & sic saturemur panibus*: tum quia non satiant cibi Ægypti, nec manna, nisi de illa egressis datur. Explicat hæc fusiùs. Os corporis modica implet buccella, os & desiderium, capacitatémque animæ solus Deus, & qui in fine psalmi vocatur, *adeps frumenti, & mel de petra: magis enim satiari infernus, & os vulua, & terra aqua, & ignis materia combustibili potest* [g], quàm illa rebus creatis. De varia notione istius formulæ, qua dicitur os dilatari, egi psalmo 34. [h]

Vers. 12.] Et non audiuit populus meus vocem meam, & Israel non intendit mihi.

Vers. 13.] Et dimisi eos secundùm desideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis.

AD eum quidem quem retulit Propheta modum, Deus contestatum se populo suo dicit; sed frustrà, sinéque fructu, quoniam is obedire noluit, nec acquiescere sermonibus illius; vt idcirco laxatis veluti frænis, præcipites ire fuerit, ac ruere in voluntates & consilia sua, atque quidquid liberet, facere, quamuis vergeret ipsi in perniciem. Videbatur sibi Dei lege constrictus tanquam catena populus ille, nec ex animo spontéque seruiebat; sed ne sic quidem; immò sæpenumero murmurabat, & seruitutem Dei existimabat, dictitabátque duram nimis: propterea tædio quodam affectus Deus talium & tam illibentium seruorum, ac mancipiorum potiùs, permisit eos propriæ voluntati, atque deteriore donauit libertate, longéque durioribus vinculis deuinxit, vt veritatis amissa luce & duce, ipsi sibi ipsis duces cæci per auia errorum & morum currerent abrupta. Imitatus hunc locum Paulus [i] transtulit ad Gentiles, dixitque quòd *hos Deus tradidit in desideria cordis eorum, in immunditiam, & in reprobum sensum, vt facerent ea quæ non conueniunt*.

---

[a] 4. Reg. 4. 5. & seq.
[b] c. 11. 19.
[c] dialo 1. de Trin.
[d] de discipl. & perfect. monast. c. 15.
[e] psl. 118. 131.
[f] in Esa. c. 51.
[g] ser. 58.
[h] psl. 101. 5. i psl. 50. 17.
[k] Eph. 6. 19.
[l] Num. 22. 28.
[m] Aug. lib. 1. ad Bonif. c. 2. ep. Pelag. c. 9. in Ioan. 15. 5.
[n] Ioan. 15. 5.
[o] Prou. 16. 9.
[p] c. 8 sec. LXX.
[q] psl. 50. 17.
[a] q. 9.
[b] ca 11 apud Aug. to. 7.
[c] 1 Reg. 2. 1.
[d] 2. Cor. 6. 11. Tropologia.
[e] ser. 180.
[f] Prou. 20. 13.
[g] Prou. 30. 16
[h] vers. 11. 1
[i] Rom. 1. 24. 28.

Et non audiuit populus meus vocem meam.] Augustinus, *obaudiuit.* Chaldaicè, *receput. Audiendi* verbum hæc omnia quandoque significat, seu etiam exaudire: & explicat Euthymius de negata fide, quòdque, vt Ioannes [a] loquitur, *sui* Deum *non receperunt.* Quicumque diuinæ vocationis munere derelicto, (inquit ille libri de prædestinatione & gratia citatus auctor) ad impiam rursus defluxêre perfidiam, ipsis, Dei gratia deserente, ad implendum quod voluerant, sufficit arbitrium; nempe malum quod voluerant. Querula, subdit idem qui vocauerat, & vocando docuerat Deus, de iisdem voce subiungit; *& non audiuit populus meus vocem meam.*

a c.1.11.

Et Israël non intendit mihi.] Aptè respondent eadem nomina *populi & Israël* iis quæ erant versu 9. & rursum ponuntur versu 14. & indicant iustam indignationem cum benigno affectu. Hieronymus vertit, *non credidit.* Plus significant Hebræa לֹא־אָבָה לִי *lo auah li non desiderauit me, non voluit me, non annuit*, id est, noluit, renuitque, non curauit, non attendit, nihili fecit, me inquam patrem suum filiali amore prosecutus non est. nam אָבָה *auah* est *velle, concupiscere, desiderare, auere*, (quod inde sumptum videri potest) ex eo verbo deducitur nomen patris אַבָּא, Chaldaicè אבא *abba.* Tamen per ὑστέρησιν & *non intendere* secundùm figuram, qua cùm minùs dicitur, plus innuitur, hæc omnia comprehenduntur. Chaldaicè, *non acquieuit*, seu, *non obediuit verbo meo.* Vocauerat se Deus antea *Dominum ac Deum*, hîc indicat se etiam vt patrem reiectum esse; ita vt licuerit vsurpare quod ait apud Malachiam [b] expostulando; *si ergo pater ego sum, vbi est honor meus? & si Dominus ego sum, vbi est timor meus?* Tam *populus* Dei, quàm *Israel* de Christianis quoque malis intelligi possunt, quia redempti, & sacramentis deuincti, & ad videndum Deum iuxta vulgarem etymologiam Israël, vocati. Hugo in *populo* laicos considerat non audientes vocem Dei, quia deest sæpe qui prædicet illis: in *Israel* clericos ac religiosos, qui audiunt quidem, & nouerunt eam, theologiæ etiam studentes, sed scientiam & lucrum quærunt, vel honorem, non Deum, & aliorum spiritualem vtilitatem. Quod Aiguanus *intendere* intus & in corde tendere ad Deum interpretatur, peccatorem verò recedere à Deo, verè dicit, sed nimis grammaticè. Illud melius, de tribus impedimentis audiendi Deum & verbum ipsius cum fructu, quæ sunt discordia, auaritia, arrogantia, quibus vitiis laborabant Hebræi. Indicasse sit satis.

b c.16.

Tria impedimenta audiendi Deum & verbum eius cum fructu.

Et dimisi eos secundùm desideria cordis eorum.] Hieronymus, *& dimisi eum in prauitate cordis sui.* Alij, *permisi igitur eos fortitudini cordis eorum:* vel, *vehementiæ*, vel, *duritiei*, vel, *obstinationi:* vel, *cogitationi*, vel, *aspectui:* vel, *malignitati*, vel, *perplexis cogitationibus*, si nomen Hebræum legatur in forma plurali: nunc ita se habet Hebraus textus וָאֲשַׁלְּחֵהוּ בִּשְׁרִירוּת לִבָּם *vaasciallehehu bisriruth libbam.* & *dimisi* (vau enim vertit futurum in significationem præteriti) *eum in fortitudine cordis eorum*, siue in aliis quæ dixi synonymis, & obstinationem ac obdurationem significat cordis à שָׁרַר *sciarar* oppositam contritioni cordis, confractioni, scissioni, effusioni, liquescentiæ, seu deliquij, mollitudini, vel à שׂוּר *sur* aspicere, *aspectum*; vt scilicet quod aspicit quis in corde, id est, cogitat, vultque, id facere studeat. Si autem pro שְׁרִירוּת *sciruth* sit שְׁרִירוֹת *sciroth*, fiet ex singulari plurale שְׁרִירוֹת *sciroth*, sed tunc esset per contractionem ex שְׁרִירוֹתוֹת *sciroth* *ioth*: nam שְׁרִירָה *sciarah* non extat. Eo modo quo reddidit Hieronymus, iam priùs reddiderat ferè Aquila, καὶ ἐξαπέστειλα αὐτὸν (in vno codice ἐξαπέστειλεν αὐτὸς) ἐν σκληρότητι καρδίας αὐτοῦ, aut αὐτῶν, *& dimisi eum*, vel, *dimisit eos in prauitate cordis eius*; vel, *eorum.* Symmachus, ἄρτι ἐν αὐτοῖς τὴν χρείαν τῆς καρδίας αὐτῶν, *dimisi igitur eos placito cordis eorum.* Cassiodorus in singulari, *secundùm desiderium cordis eorum.* Augustinus, vetúsque psalterium, *secundùm affectiones cordis eorum.* Septuaginta, κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῶν καρδιῶν αὐτῶν, secundum *studia cordium eorum.* Videntur autem iidem, & Symmachus rationem habuisse vocabuli Hebræi, vt significat aspectum, id est, cogitationem, & iudicium, cui sese voluntas accommodat, quasi diceretur, *permisit eos iudicio & voluntati eorum*; quæ rectè dicitur prauitas, & duritia cordium, nec non propria illorum studia.

τάχα μὴν (ait Apollinarius) περὶ ἑκατέρου κατὰ δύναμιν ἐλέγετο.

Ideo eum dimisi animo gratis facere.

Verbum præterea ἐξαπέστειλα & אֲשַׁלְּחֵהוּ *asciallehehu* plus important quàm *dimittere*, vel *permittere*, scilicet etiam amandare, eiicere, expellere, & longius mittere cum resultatione: Paraphrastes ita explicauit verbo *expellendi*, וַתְּגָרְשֵׁהוּ *vatheresheheu & expulit eum.* Dictum verbum Hebraum in psalmo 45. [a] exponitur verbo Latino *expellendis*, & Græco ἐκβαλεῖν: *affixisti populos & expulisti eos. Proiicientem verbum Domini, proiecit Deus* [b]: *repellit repellentem scientiam* [c]: *& populus non intelligens vapulabit* [d], *& ignorans ignorabitur* [e]. Reprobationis argumentum, salutisque desperatæ, finere Deum, vt quis viuat arbitrio suo, & ei fluant omnia ex animi voto; quem antea vocabam cum Paulo [f] *reprobum sensum*, & idem [g] aliter ait esse, *dimittere ingredi vias suas:* sicut è contrario, in Moïs & Aaron *desiscebatur Deus omnes adinuentiones* [h], quia electi erant; si tamen adinuentiones actiuè accipiamus pro peccatis, quæ illi patrarunt. Denique *multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere, magni beneficij est indicium* [i]. Irascitur maxime Deus, & indignatur, cum *recedente zelo suo ab aliquo, requiescente indignatione, in illo quieuit, & non vascuur ei amplius* [k], etsi hoc ad literam fortassis denotat, sumpto supplicio, conquieturam iram, sicut *suspenso Aman* scribitur, quod *regis ira quieuit* [l]. Eiusdem iræ magnæ suæ signum dedit Deus cum dixit [m], *non visitabo super filias vestras, cum fuerint fornicatæ, & super sponsas vestras cum adulterauerint*, &c.

a vers.3.
b 1.Reg.15. 26.
c Oseæ 4.6.
d vers.14. *Repulsa sit argumentum quod.*
e 1.Cor.14. 38.
f Rom.1.28.
g Act.14.15.
h psal.98.8.
i 2.Mach.6.12
k Exec.16.42
l Esther 7.10.
m *Ita Diuersum.* Oseæ 4.14.

Est porrò in scholis trita doctrina, quo pacto censeatur Deus indurare, excæcare, in errores & peccata inducere; nimirum subtrahendo gratiam peculiarem, qua vitari possent, ac permittendo lapsum, immò & nonnunquam quasdam occasiones offerendo, per se non malas, quibus abusuros homines præscit (licèt non ea intentione offerat vt abutantur, & peccent) quemadmodum sæpe Augustinus [n] docet, nobisque alibi. Exemplum dat Chrysostomus [o]

n ep.105. li.2. ad Simplic. q. 3. li. de gra. & lib. arb. ca 23. & alibi.
o ho.3. in epi. ad Roma.

præfe

præfecti exercitus, qui cum recedit ſi grauiſcente prælio, milites hoſtibus tradere dicitur, non quia impellat, ſed quoniam ſuo ipſius auxilio nudat; ſic Deum dimittere illos, qui admittere eius præcepta nolunt. Fulgentius [a] ad *cumulum retributionis* pertinere ſcribit, ſi iniquus iuſtitiæ luce priuatus, & in ſuis tenebris errare permiſſus, lumen non ſolùm non queat recipere, verùm etiam cum delectatione ſtudeat tenebras ſuæ cæcitatis augere: hoc eſſe, *tradi deſideriis* iniuſtis, neque quia delectabiliter peccat, æſtimandum à tormento retributionis extraneum, ſed grauiter ipſa delectatione peccandi iam puniri, qui tali delectationi conſenſione ſubiicitur, ex qua meritum punitionis augetur, & quãto magis perficitur quod iniuſtè delectat, tanto magis recepturus eſt quo amplius doleat. Potuit Apocalypſim [b] citare, *quantum in deliciis fuit, tantum date illi tormentum & luctum.* Auctor etiam quem aliquoties memoraui, libri de prædeſtinatione & gratia [c], profert locũ iſt im, vt gratiæ neceſſitatem probet, exponitque de his quos deſerit Deus. Eſt autem Auguſtini [d] axioma, quòd tantùm Deus deſerit dignos deſeri, deſertos à luce diuinæ gratiæ, non Deo agente, ſed ſua ſponte parere opera tenebrarum. Origenes [e] dimiſſionem ac derelictionem iſtam Hebræi populi docet ceſſiſſe in electionem Gentium, nec amplius Deum *hoc quaſi cinctorium lineum de lumbis ſuis deponere* [f], quamuis hunc & illum particularem, qui derelinquit Deum, nec lumbis eius dignus eſt, & non efficitur adhærens ei, vnus ſpiritus cum illo, ipſe quoque derelinquat. Eos qui dimittunt Deum, & nolunt eum, *iratus tradit ipſe in manus inimicorum ſuorum* [g], *relinquit domum ſuam, & dimittit hæreditatem ſuam, dat dilectam animam ſuam*, id eſt, eum quem diligebat vt animam ſuam, & ſe ipſum, *in manus inimicorum eius* [h].

Ibunt in adinuentionibus ſuis.] Hieronymus *ambulabunt in conſiliis ſuis.* Alij, *ambulent*, in imperatiuo, & permiſſiuè: vel in præterito, *ambulauerunt.* Futuri temporis eſt יֵלְכוּ *ielchu*, quod imperatiuo ſolet ſeruire, & מוֹעֲצוֹת *mohhatsoth* propriè conſilia ſunt. Nomen idem Græcum priorꝭ mẽbri repetitur τῇ ἐπιτελέσει αὐτῶν: Symmachus, ἐλεύσεσθε τοῖς βουλαῖς αὐτῶν, *ite*, ſeu *vt irent* (nempe dimiſi, &c.) *conſiliis, aut voluntatibus ſuis*: vtrumque enim ſignificant βουλαί. Aquila, περιπατήσουσι ἐν βουλήμασιν αὐτῶν, *ambulabunt in conſiliis ſuis*, quemadmodum vertiſſe Hieronymum dixi. Apollinarius *ſtultitias* interpretatur, & permiſſiuè,

νικᾶν ἐθέλουσι σοφίσεσι ἀπροφυλάκτοις ἐπαιρόμενοι.
Eam ſuis ſtultitiis obſequantes.

Arnobius, *& abierunt in adinuentionibus ſuis.* Alia Latina pſalteria, Caſſiodorus, & auctor libri de prædeſtinatione, & gratia [i], quamuis hîc omittat coniunctionem, *& ibunt in voluntatibus ſuis.* Fulgentius [k], *in voluptatibus ſuis*: niſi fortè pro *voluntatibus* errore aliquo id poſitum apud eum ſit. Auguſtinus, *in affectionibus ſuis.* Illyrica editio in hoc membro habet idem vocabulum *deſideriorum*, & in præcedente. Senſus non variat; per *adinuentiones* verò rectè declaratum eſt Hebræum nomen: ſignificant enim conſilia excogitata & meditata, videlicet ad voluntatem, ad voluptatem, ad affectionem, ad deſiderium, denique ſtultè, & ad malum, quæ Paraphraſtes A nominat *conſilia impietatum.* Alioquin *adinuentionum* vocabulo indifferenter ſcripturæ vtuntur, etiam ad bonum, vt vidimus pſalmo 17. [a] & 76. [b] quamuis Hebræum ſit aliud, quàm huius loci. Cæterùm *ire in adinuentionibus*, eſt abſque impedimento in iis progredi, proficere, eáſque adimplere: *in ſordibus adhuc ſordeſcere* [c], acutum eſſe ac ſolertem ad excogitandum, & exequendum malum: minimè contentum eſſe ordinaria, communi, trita improborum via, ſed exquiſitè improbum eſſe velle: optare inſignem ac notabilem in ſcelere iudicari: aliud ſuper aliud crimen nouum addere. Ad rem facit maximè, vt dimiſſos in deſideria cordis intelligatur quoque ſinere Deus ire in adinuentionibus ſuis, quas liberè opere compleant & facilè exequantur, cuiuſmodi pſeudopropheta, cui dixit Deus [d]; *decipies, & prævalebis: egredere, & fac ita.* Antoninus [e] diſputans de præſumptione nouitatum, filia inanis gloriæ, oſtendit Iudæos Dei veri cultu relicto, & à Deo dimiſſos, ac ſequentes deſideria cordis ſui terrena, vſuris ſine ceſſatione vacando, quotidie inuenire nouas fabulas, & extortas ſcripturarum expoſitiones, vt videantur non errare, quales extant in Thalmud. De Chriſtianis item malos deſertos gratia, ire ad inferos, non ſolùm per conſueta mala communia, ſed quotidie adinuenire nouas vias. Facit inductionem in magiſtratibus, doctoribus theologis, iuriſconſultis, prædicatoribus, clericis diuinum officium recitantibus, religioſis, laicis, præſertim in *veſte peregrina*, qua vtentes damnat Deus in Sophonia [f]. *Væ qui ibit vagus in via cordis ſui* [g]: *væ filia, quæ deliciis diſſoluitur* [h]: eiectum à Deo neceſſe eſt *vagum* [i] & *profugum* ire per auia, & qui ſe ipſum ignorat Deumque, *egredi & abire* compellitur *poſt veſtigia gregum*, & *paſcere hædos* [k]: immò *porcos in regione longinqua* [l]. Hanc meritò Bernardus [m] gehenna ipſa moleſtiorem pœnam aſſerit, poſt ſpiritualis ſtudij guſtatam ſemel ſuauitatem, exire denuò ad illecebras, vel potiùs moleſtias carnis. Horrere nos iubet Auguſtinus hoc loco ſemel iterúmque, permitti nobis ire in affectionibus noſtris, tradi in concupiſcentias cordis noſtri, donari noſmet nobis. Peſſima libertas, qua nos non *liberat Chriſtus & veritas* [n], *velamen malitiæ eſt* [o]: ſuſpecta & damnanda omnis nouitas, quæ à vitæ ac ſpiritus renouatione abhorret, cúmque vetere homine concordat, faciens ne in nouitate vitæ ambulemus, ſed vt inimici crucis Chriſti. Miſerrimum iudicauit Socrates eum, qui & iniuriam pateretur, & iniuſtus eſſet: adhuc magis miſerum, ſi nullas vnquam iniuſtitiæ luat pœnas: minùs autem, ſi diis ac hominibus dignum reportet ſupplicium [p]. Nec religioſiſſimus Franciſcus abdicata ordinis gubernatione, viuere iure voluit ſuo, vt ei permiſſum erat, ſed alterius imperio. *Occupat o magna, & iugum graue adinuentio expectationis* [q], id eſt, agitare animo quem exitum habebit id quod adinueniſti, & an non inde potiùs mala prouentura, quàm bona, expectare quid noui eueniat tibi, non contento iam habitis, velle vt à te quidpiam noui prodire homines intelligant, dicant, celebrent. Laus inuentionis profectò magna, ſi rei laude dignæ ſit; quamuis ſuiſmet interdum quidam inuentis perierint, vt Icarus ab ebriis Atticis, quos vinum docuerat, interfectus [r]; Perillus vaccæ ex ære tormento [s], Aruntius Paterculus allo

a lib 2. de remiſſ. peccat c. 13.

Ipſa peccãdi deſiderium grauiter iniquos punitur.

b c. 18. 7.

c c. 11.

d de natu. & gra. c. 23.

e ho. 3. in Iere.

f Iere. 13. 1. & ſeq.

g Iud. 10. 6. 7.

h Iere. 12. 7.

a vers. 4.

b vers. 13.

c Apoc. 22. 11.

d 3. Reg. 22. 22.

e 1. part. 4 ca. 5. in princ.

f Sc. 1. 8.

g Iſa 57. 17.

h Iere. 31. 22.

i Gen. 4. 12. 14.

k Cant. 1. 8.

l Luc. 15. 15.

m ſerm. 35. in Cant. *Grauiora ipſa ſuppliciorum pœnis ſpiritus gaſtalis ſecuritas, exire ad carnis illecebras.*

n Gal. 5. 1. Ioann. 8. 32. 36.

o 1. Pet. 2. 16.

p Plato in Gorgia.

q Ecc. 40. 2.

r Quidam 'bin. *Vna inuentio multis perierunt.*

s Plin. li. 34 c. 10. Cicero ora. 5 Verrina. Vale. lib. 9. ca. 2. Plutar. parallel. c. 73. & alij.

a Plutar. sup. c. 75.

b vers. 15.

equi ex eadem materia a. Sed contra studium nouandi antea disputauimus. Lege quoque, si placet, quæ diximus cap. 14. b Actuum Apostolorum; *qui in præteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas.*

Vers. 14.] Si populus audisset me: Israel si in viis meis ambulasset:

Vers. 15.] Pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem, & super tribulantes eos misissem manum meam.

EX ea Dei permissione, & dimissione, quam dixit Propheta, vt suis populus desideriis satisfaceret, suaque consilia propria consectaretur, factum est, vt incommoda & damna grauia incurrerit, quæ facili negotio deuitare, aut superare potuisset, si obedire diuinis consiliis, & in illius conuersari præceptis voluisset, si audire vocem Dei, nec suasinet sequi adinuentiones, & aberrare à via quam demonstrauit, & in qua velut dux præiuit. Nam Deus summa facilitate, atque confestim fugasset, strauisset, perdidisset inimicos illorum, & potentem ac victricem manum suam ad eos delendum extendisset, iterum iterúmque cædendo. Pendent hæc, & quæ ad psalmi vsque finem sunt, ex hypothesi & conditione, *si populus audisset, & in viis* Dei *ambulasset*, beneficia hîc enumerata, & alia in sequentibus versibus contenta, illi Deum collaturum fuisse, ita vt clariùs potuissent ea quæ sequuntur, verbis eiusdem modi reddi, *inimici* Domini *mentiti essent ei: & fuisset tempus eorum in sæcula, cibauisset illos* (id est populum meum) *ex adipe frumenti*, &c.

Si populus audisset me, Israël si in viis meis ambulasset.] Respondent duobus duo, nempe querimoniæ præcedenti, quòd non audiuisset populus vocem Domini, & iuisset (futurum enim ibi pro præterito, vel continuato tempore, seu pro consuetudine ponitur,) in adinuentionibus suis. Sed & nec *ἀνὸ κοινοῦ* toties blandæ repetuntur voces, *populus meus, & Israel*, vt priùs etiam notaui. Nil autem refert, quòd pro *populo, plebem* habeant alia Latina psalteria, & Augustinus, atque Cassiodorus. Synonymæ voces sunt, aut *plebs* indicat maiorem imbecillitatem, & opis diuinæ necessitatem. Idem est præterea *in viis*, & *vias* (quod secundum legit Romanum psalterium) *ambulare*. Quid hoc verò sit, dictum alibi, seu quid *in lege ambulare*, vt est in psalmo 77. c quam legem viæ, seu præcepta significant & similia multa. Cæterùm conditionatus hic dicendi modus tria indicat, simul cum his quæ subduntur, & liberum hominum arbitrium, & cooperationem illius ad percipienda Dei munera requisitam, & scientiam Dei de contingentibus liberis possibilibus futuris, quam vocant mediam, nempe interuisionis, de existentibus in aliqua differentia temporis, seu alterius mensuræ, & simplicis intelligentiæ, de possibilibus absolutè. Quo pacto mediæ illius certitudini non obstet particula, *forsitan*, in sequenti versu postea dicam. Eadem colligi possunt iuxta versionem Hieronymi, & aliorum, qui particulam primam istius versus Hebræam לוּ *lu*, transferunt, *vinam*, quæ continet item nouam emphasim, & quoddam ardens desiderium Dei de incolumitate populi sui per obedientiam. Considera in aduerbio *vinam*, inquit Caietanus, affectum diuinum, ad hoc vt simus boni, ad hoc vt seruemus legem Dei. Sic apud Esaiam d idem Deus; *vinam attendisses mandata mea, facta fuisset sicut flumen pax tua*, &c. & in Deuteronomio e, *quis det talem eos habere mentem, vt timeant me, & custodiant vniuersa mandata mea in omni tempore, vt bene sit eis, & filiis eorum in sempiternum?* Hoc ipsum esse votum nostrum cum Dauide debet f, *vinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas.* Optandum item cum Mose nobis, & cæteris g, *vinam sapiamus, intelligamus, nouissima prouideamus.* Voluntas Dei quam vocant beneplaciti, & absolutam, semper impletur, signi non item, qua nimirum significat quid velit nos velle, consilia & præcepta dando, minando, promittendo, &c. Cùm enim in his expectet consensum nostrum, absolutè quidem fit quod vult, quatenus sic vult fieri quod à nobis fit libero modo: tamen res ipsa quæ proponitur, vel exigitur, non semper fit, quia pro libertate nostra, illam vel amplectimur, vel omittimus, vel eius oppositum facimus. Ex quibus illud etiam efficitur, Deum videri mutari, *qui reuera immutabilis est* h, quoniam sub conditione quadam proponit, quæ pendet ex mutabili voluntate nostra. Origenes i infert ex hoc loco, quòd erat in populi potestate audire, & incedere in viis Dei. Constat nihilominus dictam particulam לוּ *lu* significare quoque, *si*, & ita sæpenumero exponi, vel, *ne forte*, vel, *forsan*. Propositio conuenit optantis notio, & conditionalis. Extat in Baruch k sententia conditionata similis, *nam si in via Dei ambulasses, habitasses vtique in pace sempiterna.*

d c. 48. 18.

b c. 5. 29.

c psal. 118. 5.

d Deut. 32. 29. Voluntas beneplaciti semper impletur, signi non item.

e Malach. 3. 6.

f 1. Paralip. 28. c. 1.

g c. 3. 13.

Pro nihilo.] Hieronymus, *quasi nihilum.* Alij, *breui tempore: quàm breui: iuxta modicum*, vel, *minimum: penè: quasi: paulo minùs: tantum non: nullo negotio: sine labore*; quod Apollinarius ait ἐκ τοῦ ῥᾳδίου. In aliis Latinis psalterus, apudque Arnobium, & Cassiodorum, *ad nihilum*, apud vetus psalterium, & Augustinum, *in nihilum.* Chadaicè, *quasi in momento*, vel, *breui.* Potest כִּמְהַבְהַת *chimhbat* hæc omnia significare, aut si scribatur per ב *beth* בִּמְהַבְהַת *bimhbat* propriè *quasi parum*, & *in parum*, id est, ferè. Quod Lxx. reddunt ἐν τῷ ἀνόμ., explicant enarratores Græci ἐξαυτῆς, ἀπόνως, εὐχερῶς, ἐν ἀκαρεῖ, *facilè, ac sine labore, & prompte, atque in momento temporis.* Addi potest παρ' ὀλίγον, & πάνυ μικρόν. In aliis h locis Latinis vocibus, *pro nihilo*, non respondent eædem Hebrææ & Græcæ, quæ hîc habentur, nec eumdem sensum faciunt. Quamuis, vt in psalmo i 55. *pro nihilo salnos facere* declarat Augustinus k, nullis præcedentibus meritis, ita vtcumque posset hîc exponi gratis, & sine merito Deum inimicos humiliaturum fuisse. Non est tamen iste sensus adeò conueniens proposito, quê Ricardus Cenomanus tradit: nec vt Fabro respondeatur, eò recurrendum necessariò. Non etiam placent Remigius, & Hugo, vt ad istas voces, *pro nihilo*, suppleamus *redigere*, vel, *habere*, id est, inimicos eorum humiliassem pro nihilo, minimum habendos, & ad nihilum redigendos. Denique duriusculè Genebrardus subintelligit *in modico*, nempe pro re modica, pretióve, & contentus vel obedientia sola. Certè non parui rem est, factuve facile obedire,

h psal. 55. 10. psal. 61. 10. psal. 105. 24. & alibi.

i vers. 10.

k ibid.

c vers. 10.

Scientia Dei de contingentibus liberis, & possibilibus futuris qualis.

tametsi

tametsi quidquid agatur pro Deo, spectatum secundùm se, sit penè nihil. Voluit Deus, vt dixi, significare nihil sibi facilius esse, quàm omnes populi suí hostes delere, alludendo, vt indicat Euthymius, ad plagas ranarum, locustarum, cynuphum, aliarúmque rerum minimarum, quibus vitium suarum Deus magnitudinem demonstrauit, quod item extat in libro Sapientiæ [a]. Omnino mysticum est *pro nihilo* exponere pro peccato, vt facit Aiguanus.

a c.11.16.

Forsuan.] Non est hæc particula in textu Hebræo, & omittitur non tantum ab Hieronymo, & aliis vertentibus ex eodem textu, sed ab aliis quoq; Latinis psalteriis, & ab Augustino, Arnobio, Cassiodoro. Posuit eam noster Interpres, propter Græcã ἐν, quæ etiam reddi potuisset per aliam, in qua nulla dubitatio indicaretur, videlicet (*vtique, certè, profectò*, &c.) nec tarò expletiuè sumitur, ac redundãter apud Esaiam [b], quod absolutè Latinus habet sermo, *quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorrha similes essemus*: in vtroque membro Græcè dicitur cum particula ἂν. Hebraicè in priore יְהִי *chimhhat*, quod proximè antè hîc erat, *pro nihilo*, & ἐν τῷ μηδενί. Non intelligo cur doceat Remigius positum hic *forsuan* obiurgatiuè, non dubitatiuè. Cur obiurgatiuè, inquam, non intelligo: dubitatiuè non poni concedo, ita vt dubitationis propriam vim retineat.

b c.19.

Quapropter qui negant Deo scientiam futurorum contingẽtium liberorum possibilium sub hypothesi, seu conditione omnino certam, & coniecturalem dumtaxat, probabilémque tribuunt, quod est procul dubio parum probabile, nec ita consonum scripturis, & Patribus, vt alibi demonstrauimus, nihil pro illa sua opinione habent ex eiusmodi dubitatiuis particulis. Canon est Augustini [c], Ambrosij [d], Gregorij [e], Chrysostomi [f], Theodoreti [g], Eusebij [h], Origenis [i], Hieronymi [k], Theophylacti [l], de quo Cantapetrensis [m], Iansenius [n], Vasquez [o] noster, Deum dici ambigere, vt libera hominis voluntas reseruetur. Alioqui multis in locis constat omitti talem dictionem, quæ in aliis rem eandem narrantibus exprimitur: & cùm de cognitione quoque rerum futurarum, vt in Deo est, agitur, adhiberi, quam nemo dubitat planè certam esse. Quã controuersiam istam ante omnes recentiores, ab annis iam 44. cùm hæc scribo (scribo autem anno 1610.) tractauit Petrus [p] Fõseca noster, vt ipsemet de se testatur, præ cæteris dignus qui legatur. Quòd autem Suares [q] etiam de nostris confirmans eandem sententiam ex præsenti loco, ait Basilium, ac Augustinum notare (*forsuan*) nõ poni ad minuendam certitudinem, non tam id illi dicunt, cùm nec legant istam particulam, quàm vt eamdem doctrinam vel tradunt, vel supponunt, quæ placet Suarez, & mihi, & meliùs opinãtibus. Aiguani dutior expositio, (*forsuan*) poni ad omnem dubitationem tollendã, etiamsi illam importet, sicut pontus (inquit) dicitur mare per oppositum, quia ponte caret. Sed nec ignorantiæ reprehendi placet Interpretem nostrum à Varlenio.

c in ps.8.trac. 37 in Ioan.
d 2.de pœnit. c 5.
e hom 9.in Ezech. Cur Deus dicatur ambigere.
f hom.78.in Matth.
g in c.16.Ier. & c.2. Ezech.
h 6.de præpa. c.9.
i hom.1.in Ezech.
k in cap.11. Matt. Ezec.2. Ierc.5.& 16.
l in c.20. Luc.
m 5.hypotyp. c.5.
n concord.ca. 47.
o 1.p.disput. 97 c.1. p in lib.6. Metaph. ca.2. q 4.sect.8. q lib.2.opusc. c.8.

Τιμωρῶν.

Inimicos eorum humiliassem.] Augustinus, *omnes inimicos*. Humiliare & τιμωρεῖν significant hoc loco *deijcere*, & vt explicat Apollinarius, πλαζειν χθονὶ, *adnouere terræ*, seu *ad terram prosternere*. Est enim נכע *chanahh* in hiphil, *demittere, deijcere, deprimere, humiliare facere*. Noti externi interníque, corporei ac spirituales inimici nostri, & omnium caput, *diabolus calumniator, quem humiliauit* Christus [a], eiúsque *superbiam, tanquam Assur* [b].

a ps.73.4.
b Zach.10.11.

Et super tribulantes eos misissem manum meam.] Hieronymus, *& super hostes eorum vertissem manum meam.* Hoc valet יתי אשיב *asem.* Vertere, seu conuertere manum super aliquem, est iterum ac iterum percutere & cædere, quod Paraphrastes ait, *conuertere percussionem potentiæ, seu fortitudinis*, quod in alio psalmo [c] est *deficere à fortitudine manus Dei.* Tale id Ieremiæ [d], *tantùm in me vertit & conuertit manum suam tota die*, quasi nempe nil aliud ei esset quod ageret, aut nullum haberet inimicum alium, nullúsque qui puniri mereretur, esset. Ibi Paraphrastes (*in me se conuertit, & vexulus plagam.*) De inimicis suis querebatur Dauid sub vnius persona [e], *tota die impugnans tribulauit me*: & [f], *tota die verba mea execrabantur*: & [g], *conculcauerunt me inimici mei tota die.* Putat Delrius noster [h] sumptam ab illis metaphoram, qui stylum vertunt & inducunt, aliáque & alia mutant, ac ducunt & reducunt manum, donec scripta in membranis ceríve, penitus deleant & obliterent; iuxta illud [i], *delebo Ierusalem, sicut deleri solent tabulæ: & delens vertam, & ducam crebrius stylum super faciem eius. Leuare manum* in aliquem, seu *in superbia* eius [k], aut *exaltare*, [l] aut *inuenire* alicui, & *inuenire* aliquem [m], aut *grauari* super aliquem [n], aut *confirmare* [o], aut *extendere* [p], aut *eleuare* [q], & similia, denotant grauem punitionem. Obstat huic expositioni, quæ antea præcesserunt vocabula (*pro nihilo*) manum enim vertere & conuertere, ac iterum iterúmque cædere & percutere, non est parum & modicè, seu leuiter, aut in momento. At veriorem dixi sensum esse, vt significent quòd parum abfuisset, vel impedimentum non fuisset quominus deleret inimicos, quo tandem cumque modo id fieret. Verbum Græcum præsentis loci ἐπέβαλον, significat *iniecere*, quæ trita phrasis est, vt iniicere dicatur manus in aliquẽ qui percutit: & Apollinarius exposuit ἐμὴν ἄλκὴν ἔσχεν, *meam perdidissem manum.* Quod Hugo notat dici manus super reprobos ad conterendum, sub electis (vt ibi *Dominus* [r] *supponit manum suam*) ad subleuandum, etsi verum est, non tamen valde aptum. Nam & in bono sensu *fieri* dicitur *Dei manus super virum dexteræ eius & super filium hominis quem confirmauit sibi* [s]. Ethicum documentum Brunonis Carthusiani commodum, vt quemadmodum Deus & Christus iis consulunt, quos sciunt non admissuros castigationem, ita nos compatiamur malis, & licèt adhortationem spernant, moneamus, *vt animas nostras saluemus*, prout Ezechieli [t] dictum est.

c pſ.38 11.
d Thren.3.3.
e pſ.55.2.
f vers.6.
g vers.1.
h in Thren. 3
i 4.Reg 21.13.
k pſ.73.3.
l pſ.12.2.sec. Hebr.
m pſ.20.9.
n pſ.31.4.
o pſ.37.3.
p pſ.54 21.pſ. 137.7.
q pſ.105.26.
r pſ.36.24.
s pſ.79.16.
t c.33.5.

Vers. 16.] Inimici Domini mentiti sunt ei, & erit tempus eorum in sæcula.

PRobabile est quod antea indicaui, hoc & quæ ad finem vsque sequuntur pendere ex conditione versus duodecimi (*si populus meus audisset me*, &c.) ita vt adhuc hîc loquatur Deus, sed de se ipso in tertia persona, videlicet, si populus meus ea quæ dicta sunt fecisset, præter alia etiam dicta beneficia, effecissem, vt inimici Domini, qui erant iidem inimici populi mei, cósque tribulantes, mentirentur eidem populo meo, id est, cogerétur seruiliter supplices ipsi fieri, ac sub-

iectionem simulare voluntatiam, & in perpetua seruitute vitam trahere, ipse autem populus semper felicia tempora videret, & consequeretur beneficium, quod hîcum fine psalmi ponitur. Seruata porrò ratione propria temporis præteriti secundùm editionem nostram; intelligemus Propheram loqui conquerentem de maioribus suis, quòd toties mentiti fuerint Deo, fidémque ei fefellerint, vt idcirco tempus punitionis eorum futurum sit perpetuum, tum propter enumerata beneficia, tum propter illud valde insigne, quod sequenti continetur versu, nec omitti debuit. Posterior exponendi modus cæteris passim probatur, & nominat Agellius Eusebium; prior, interpretátibus ex Hebræo, quidamque alij præterea, vt Agellius propugnator Lxx. Interpretum. Sed non video quomodo particula potentialis ἂν reperi possit, vt ipse contendit, etiam cum futuri temporis verbo subiuntiuo ἴσαι, *erit*. Recedit ab Hebraizantibus, quem sequi maximè ducem deberent Hieronymus, conuertens in tempore futuro secundum saltem membrum: & qui ex eiusdem interpretatur translatione Treuetus, monet hîc personam mutari, Prophetámque ostendere, quomodo Deus tractet malos, nimirum dissimulando ad tempus pœnam eorum, & permittendo frui beneficiis suis: nam constat in deserto negauisse Hebræos potentiam Dei, facto vitulo, cum dicerent, *hi sunt dyus* [a]; hoc autem peccatum vindicandi tempus duraturum in sæcula, vt non auferatur pœna, licèt ad preces Mosis dilata sit: vel certè semper eis offeratur tempus pœnitendi: interim verò reficiat illos benignus Deus *cœlesti manna* [b], & super mel dulciore *aqua diuinitus extracta de petra* [c]. Præferenda communior expositio secunda, quæ magis congruit editioni nostræ.

a Exod. 32.4.

b cap. 16.4 & seq. c c. 17. 1. & seq. Num. 20.2, & seq.

Inimici Domini mentiti sunt ei.] Hieronymus, *qui oderunt eum, negabunt eum*, quomodo vertit Aquila, μισοῦντες κύριον, ἀρνήσονται αὐτόν. Sed apud Treuetum, *negabant*, in præterito imperfecto, & explicat, vt dixi, de præterita vituli adoratione, quando consequenter censentur Hebræi Deum verum negauisse. Itaque hoc pacto inimici Domini, vel odientes eum, sunt Hebræi, non autem horum inimici, aut eos odientes. Præstat iuxta secundam communiorem sententiã, cui fauet Symmachus, μιξοπονηροι κ. ειναι ψευσαμένοι αὐτῷ, *osores Domini, qui mentiti sunt ei*, explanare etiam Dei inimicos Hebræos toties mẽtitos illi, nec stantes promissis de seruãdis præceptis ipsius, aut de resipiscendo. Hostes quidem certè Hebræorum non odio Dei ipsorum, eos persequebantur, sed commodi proprij causa: nec mentiebantur, cui fidem nunquam dederant, &, vt de Paganis Cassiodorus ait, nulla fuerant Domini promissione constricti. Pro prima faciunt ea quæ dixi psalmo 65. [d] *in multitudine virtutis tua mentientur tibi inimici tui*, scilicet de simulata subiectione & deditione, quam victi fecissent inimici Hebræis: aut certè vero Deo, simulando se cultores eius, aut de seria negatione fidei priùs præstitæ idolis suis, veraque conuersione ad veram religionem. Seruile vitium mentiri est, vt eo psalmo 65. docui, eorúmque, qui ex necessitate ac metu seruiunt, non ex animo. Similis dicendi formula in psalmo 17. [e] *filij alieni mentiti sunt mihi*. Tales simulatores etiam in genere Galli significare volentes dicunt, *faire des bons valets*.

d vers. 3.

e vers. 46.

A *Multo coactus*, ait Comicus, *qui facit non libenter facit*,

Dum id reficium iri credut, tamisper cauet:

Si speret fore eam rursum ad ingenium redit.

Augustinus & alij explicant de redeuntibus ad vitia, quibus renunciauimus in baptismo, violando fœdus pactum cum Deo; nec id leue peccatum esse, temporalíq; sola plectendum pœnâ, vt olim Hebræorũ punita sunt peccata, sed æterna. Idem est de relabentibus post sacramentum pœnitentiæ Basilius, siue Theodoretus, declarant de crucifixoribus Christi, cui se obedituros promiserant: quẽtes cum Mose [a]; nimirum quia idemmet Deus erat. Nicephorus id refert ad confictas honorificas appellationes, quibus interdũ Iudæi Christum nominabant [b]. Euthymius his duobus addit, quòd cùm cognati eius essent, inimici ei facti sunt, & illius cognationem mentiti. Mendacium eorumdem Arnobius attendit respectu populi, cui dixerunt *Christum non esse à Deo* [c]. Hieronymus (licet non magis verus, quàm ille Arnobius, auctor operis aduersus Gentes, quod tam sæpe moneo) consentit inimicos hîc esse Iudæos, qui, iuxta versionem ex Hebræo veri Hieronymi antea recitatam, negauerunt Christum. Valentia mentitos dicit Iudæos Deo & Christo, quia *prophetæ quem Mosi Deus promisit* [d], id est, Christo ipsi credere noluerint: quia vocant se & haberi volunt *semen ac filij Abrahæ* [e]. sed nõ sunt, cùm non recipiant sibi promissum Christum in Isaac: quia non seruant legem: Christum similiter non recipiendo, *qui venit eam adimplere* [f]. quia falsò intelligunt, ac peruersè interpretantur scripturas. In eadem sententia de Iudæis secundùm rem ipsam Treuetus est, quem citaui, nec non Lyranus, & Caietanus, item Galatinus 8. sed quatenus adorauerunt vitulum. Arbitror ad literam sermonẽ esse de Iudæis indefinitè, deque varia prævaricatione illorũ, & quasi negatione, atque apostasia à Deo. Potest extendi ad Iudæos negatores Christi, tum etiam ad hæreticos, & malos Christianos, *qui confitentes se nosse illum, factis negant* [h]: & primam fidem irritam faciunt, immò sæpius datam de ipsius lege seruanda, *diligentes in ore, & lingua mentientes* [i], *labijs honorantes, a quo sunt longe* [k], cum nihil sit turpius, nihil infelicius, vt ait Philo Carpathius [l], quàm vitã dispare m verbis agere, præsterq;, auctore Nazianzeno [m] panca quidem verba de virtute facere, cæterũ actionibus ipsis permulta demonstrare vitæque integritate orationi fidem auctoritatemque conciliare, quia pluris æstimandia pulchitudo visa, quam picta, diuitiæ possessæ, quàm somniatæ: Deo autem mentiri, quod explicat Remigius, quia tandem cedat in honorẽ Dei, minus durum sensum gignit, quam vis verum.

a Exod. 24.6.

b Matt. 22.16.

c Ioan. 9.16.

d Deut. 18.15.

e Ioan. 8.33.

f Matth. 5. 17.

g lib. 9. c. 1.

h Tit. 1.16.

i psal. 77.36. k Isa. 29.13. Matth. 15.8. l in Cant. c. 5. m oratio de plaga grandinis.

Et erit tempus eorum in sæcula.] Hieronymus, *in sæculo*, quòd, vt priùs dixi, Treuetus explicat de perpetua durarione, vt vel duret semper tempus vindicandi peccatum, quo Hebræi mentiti sunt Deo, & negauerunt, adorando vitulum: vel tempus ad agendum de illo peccato pœnitentiam. Primum fabulosum vocat, quamuis Lyranus, & Caietanus asserant, nixi verbis Exodi, quibus dixisse narratur Deus post cædem idololatrarum *visitans iniquitatem illorum* [n], quòd *in die vltionis visitaret & hoc peccatum* [o]. Id interpretantur aliqui de captiuitate Babylonica, vel de exitio à Romanis illato, vel de die iudicij, vel de varia clade, qua per partes tandem consumptus est

n Exo. 32.32. o vers. 34.

popu

populus in deserto, vel de ipsamet illa cæde viginti trium millium, postquam præposterè posita sunt dicta verba. Habent alia psalteria, & Augustinus, Arnobius, Gregorius [a], Cassiodorus, *in æternum*, quod est Hebraicè לְעוֹלָם *lehholam*, Græcè εἰς τὸν αἰῶνα. Symmachus autem pro καὶ ὅτ, vertit ἀλλὰ, *sed*. Plurium sententia est, vt accipiatur hoc tempus עֵת *kheth*, καιρὸς in malam partem, pro calamitoso tempore, & ita Hebræos ac Syros appellare solere τὰς συμφορὰς; id est, *calamitates*. Theodoretus, Euthymius, Nicephorus testantur, & de suis etiam, hoc est, de Græcis, Theodoretus, qui vult significari priuandos Iudæos perpetua cura Dei, eo modo quo primis psalmi 73. verbis, *vt quid Deus repulisti in finem?* Aliter in malam quoque partem videtur Paraphrastes accepisse, *vt sit furor eorum*, vel, vt Nebiensis vertit, *fortitudo, in perpetuum*, id est, vt eorum *qui oderunt Deum*, quod in alio psalmo [b] est, *superbia ascendat semper*. De felicitate in opposito sensu, sumunt Hebraizantes multi tempus, sed conditionatè, si scilicet populus obedivisset Deo, futurum fuisse, vt prosperè illi omnia semper fluerent, vt ea quæ ad vitæ sustentationem iucundam spectant, de quibus versu sequenti, affatim suppeterent. Videtur id etiam innuere Apollinarius,

Τῶν δίκαιων ὁ βίότος τρέφει ἀσπετον αἰῶνα.
Horum semper vita alumnus erit tempus.

Approbant hoc etiam qui & Arnobij, & Hieronymi titulo circumferuntur, explanantes de Iudæorum sub mundi finem conuersione, quando, *cùm introierit plenitudo Gentium, omnis Israël saluus fiet* [c]: & refellit creditus Hieronymus Iudæos hoc sibi de loco applaudentes. Remigius quasi secutus lectionem Hieronymi, *in sæculo*, & hoc accipiens pro mundo, vel præsenti duratione, declarat quòd inimicorum Domini dies dominationis erit in sæculo hoc præsenti, non in futuro, hîc dominari, ibi torquendos esse. Recens [d] auctor vult significari vitam protendi improbis, & per ea quæ postea sequuntur, melioribus terræ fructibus ali. Alius [e], ita improbos hîc viuere, ac si semper essent victuri, breuéque tempus concessum ad viuendum, existimare sæcula æterna. Eusebium citat Agellius exponentem, etsi tanta Hebræi auti essent, sæculum tamen præsens habituros, hócque fore tempus illorum. Genebrardus amplectitur bonam & malam simul notionē temporis in sæcula, dicítque mirari Prophetam impiorum & inimicorum Dei mentientium ei, socordiam, qui cùm in æternum viuere debeant, nec vnà cum corporibus extingui, tamē ad illius immortalitatis dubium statum, mentem minimè attollunt, neque commouentur.

Sensus literalior est, quem plurimi sequuntur, de tempore punitionis admodum diu duraturæ, & iuxta mysticum sensum, semper etiam ac in æternum in inferno. Caietanus, qui ex mystico litera'ē facere videtur, notat distinctionē Theologorum inter præmium beatorum, & pœnas damnatorum, quoniam illud erit sine tempore, hoc est, in æternitate: pœnæ verò in tempore, semper tamen durante, quia erunt (inquit) successiuæ: beatitudo autem tota simul. Obūci potest *Angelus iurans, quòd tempus non erit amplius* [f]. Gregorius [g] respondet, per tempus hic intelligi defectum, & quòd sine fine omnimodo defectu deficiant hi, qui à visionis intimæ consolatione separantur. Bruno Carthusianus idem dicere videtur in commentario huius loci; dicit enim tempus pro defectu poni, qui erit improbis in tormentis vsque in sæcula. Etsi verò locus Apocalypsis accipi possit de temporis opportunitate ad pœnitendum, vel merendum, quod tempus accipit Deus & Christus, ita vt ipsius tunc sit, non nostrum, dum *iudicat iustitiam* [a]; vel in morte cuiusque, vel in iudicio vniuersali: & Vicgas noster [b] tropologicè perpendit, nihilominus ad literam sermo ibi est de vicissitudine dierum & noctium per cœli motum, quæ post iudicium desinent, ac proinde mensura temporis externi inde pendens. At interni temporis fluxum & successionem, quæ oritur ex rerum ipsarū mutabilium fluxu, atque successione, nemo negat, non solùm in inferno, & pœnis, sed in aliis quoque rebus eiusdem rationis, secundum mutabilitatis, & mutationis, atque fluxus, & successionis modum, qui quoniam non est in actu beatifico, propterea non mensuratur tempore, sed æuiternitate, seu æternitate quadam participata. B. Thomas [c] docet, *ignem* inferni dici *æternum* [d], propter interminabilitatem tantùm; tamen in pœnis esse transmutationem, vt *ad nimium calorem ab aquis niuium* [e]: & idcirco non esse in inferno veram æternitatem, sed magis tempus, secundùm illud quod hîc habetur in psalmo nostro. De tempore externo quod dixi, Dionysius Carthusianus intelligendus, negans hoc loco tempus futurum post diem iudicij. Qui cœli motum cessaturum volunt ante dictum diem, de temporis illius cessatione affirmare quoque debent; sed communior & verior alia sententia est.

Cæterùm quamuis tempus, παρὰ τὸ עֵת *kheth* ἀπαξαπλῶς significationem habeat, & de malo aut bono dicantur, quandoque ad malum significādum vsurpantur etiam absolutè posita, sed propter aliquam circumstantiam, & peculiarem aliquem loquendi modum. Exemplum est in Threnis, *vocauit aduersum me tempus*, id est, vltionis: in Ezechiele 8, adduxisti tempus annorum tuorum. & [a], *venit tempus, prope est dies occisionis*: in Ieremia [b], *feriemi Nabuchodonosor omnes gentes, & filio eius, donec veniat tempus terræ eius, & ipsius*. Sic dixit etiam Orator [c], ô tempora, ô mores. Repetit Theodoretus in Threnos [d] Syros, & Hebræos. Delrius noster ait cum nominare Chaldæos, voce *temporis* calamitatem significare. In eo loco Threnorum, quem etiam citaui, nomen Hebræū est מֹעֵד *mohhed*, significans *conditum locum temporisve*, aut etiam *festiuitatem*.

Vers. 17.] Et cibauit eos ex adipe frumenti, & de petra melle saturauit eos.

HYpotheticè sensus esset iuxta toties prius notata, si obtemperauisset populus Deo, suppeditaturum affatim ei fuisse copiam rerum ad vitam commodè, ac iucunde transigendam, quemadmodum iam tam olim concesserat *terram lacte, melleque, & oleo fluentem manantemque* [l], *constituens super excelsum terram, vt comederet fructus agrorum, sugeret mel de petra, oleumque de saxo durissimo* [m], *& in deserto manna* [n], *& aquam suauissimam* [o]. Absoluto sensu, post interpositam commemorationē liberationis de Ægypto, & promptam voluntatem quiduis largiendi [p], atq; post

a 4. mora. c 7.

b ps. 73. vlt.

c Rom. 11. 26.

In hoc sæculo terminatur impiorum impunitas venturo.
d Diez to. 1. concionatoria 6. post cine.
e Osiander to. 1 serm. Dom. in Quinquag.

Beatorum præmium est sine tempore pœna verò damnatorū est in tempore, semper durante.

f Apoc. 10. 6.

g 4. mora. c. 7.

a ps. 74. 3.

b in Apoc. ca. 10. comment. 4. ad c. 6.

Tempus duplex, æternum, & internum.

c 1. p. q. 10. ar. 3. ad 2.
d Matt. 25. 41.

e Iob 24. 19.

a c. 1. 15.
c. 22 3.

b c. 27. 12.
c. 27. 7.

c Cic. 2 in Cat. 1. vin c. 1.

Sensus literalis Hebræorum, Nicolai de Lyra, Lorinus, & Serarius.

l Exod. 3. 8. & 33. 3. Leuit. 20. 24. Num. 13. 28. & 14. 8. Deut. 6. 3. & 11. 9. & 26. 9. & 27. 3. Iosue 5. 6. Ezech. 20. 6. & 15. in Deut. 32. 13.
m Deut. 32. 13.
n Exod. 16. 14. & seq.
o Exod. 17. 2. & seq.
p hic vers. 6. & seq.

a verſ.21.& ſeq.

insertam actem reprehenſionem de inobedientia [a], mentio nunc fit de insigni prouidentia, beneficióque diuino circa manna, & aquam in horrido, & omni penitùs re ad viuendum destituto deserto, nec non de concessa vberrima & pinguissima deinde terra. Qua ex re populi eiusdem ingratitudo & peruicacia magis exaggeratur, cùm soleant feræ ipsæ cicurari, atque mitescere præbito pabulo. Sic literaliter explanant Basilius, Theodoretus, Euthymius, Nicephorus, & quem citat Agellius, Eusebius, & Hugo, Lyranus, Treuetus, Rickelius, alij plurimi, maximè recentiores. In Esdræ libro secũdo [b] huius, & aliorum enumeratione beneficiorum à Leuitis vrgetur vehementer Deus ad renouandam misericordiam, & commiserationem *ob seruitutem in qua populus erat, in ea ipsa terra, quam dederat patribus, vt comederent panem eius, & bona eius, & fruges, quas videbant multiplicari regibus, quos posuerat Deus super eos* [c]. Sed & Deus ipse in libro 4. [d] licèt apocrypho, inducitur hæc eadem beneficia exprobrans facinoroso populo per Esdram. *Vbi sum beneficia*, inquit, *quæ præstiti vobis* [e]? Subdit de *manna*, & *aqua* [f], *deque terris pinguibus* [g]. Premit etiam populum; *quid faciam vobis adhuc* [h]? *quid tibi faciam Iacob? noluisti obedire Iuda* [i]. Forsitan ex hoc Esdræ loco mutuatur Ecclesia in parasceue, cùm proponit adorandam crucem, & non tantùm ex Michea [k], pias illas exprobrationes, *populemeus quid feci tibi, aut in quo contristaui te? responde mihi; quia eduxi te de terra Ægypti, parasti crucem Saluatori tuo*, &c. *Ego te paui manna per desertum, & tu me cecidisti alapis, & flagellis: ego te potaui aqua salutis de petra, & tu me potasti felle, & aceto.* Similis de concessa terra, quæ lacte flueret ac melle, exprobratio extat apud Ieremiam, Baruch, Ezechielem, quos indicaui antea in margine.

b c.9.toto.

c verſ.36.37.

d c.1.toto.

e verſ.17.
f verſ.19.20.
g verſ.21.
h ibid.
i verſ.24.

k c.6.3.4.

Sẽſus myſticus.

Mysticè hic locus exponitur ab Augustino, & imitatoribus eius, vt *adeps frumenti* sit sacramentum Eucharistiæ, qua inimici etiam cibantur, vt Iudas: *mel de petra*, sapientia Christi, qui *petra* dicitur [l], qua delectãtur quoque mali. Sed quòd Augustinus ait Iudam hoc adipe cibarum, quando *dedit ei Christus buccellam* [m], fortassis præter sacramentum, quod certè non erat illa buccella, voluit intelligere peculiare id beneuolentiæ signum, quod suo proditori exhibuit. Valentia in adipe frumenti Eucharistiam; sed in melle sacramenta cætera considerat, de petra lateris Christi extracta: Pampolitanus in melle Eucharistiam, in altero abundantiam temporalium bonorum. Haymo interpretatur adipem frumenti de secretiore, ac profundiore mysterio Incarnationis, aliisque gratiis spiritualibus, mel de petra, fortiorem doctrinam, quia mel est cibus fortior. Idẽ ferè habet Beda, nempe per primũ indicari cum mysterio Incarnationis alia interiora doctrinæ sãctæ mysteria: per secundum, cognitionem æterni Verbi, quæ excellit omnem scientiam, sicut mel, inquit, pontificatum obtinet dulcedinis. Is, quem vocant Hieronymum, vult adipe frumenti (quia non habet frumentum adipes vel intestina) designari largitatem & pinguedinem gratiæ spiritualis, & Christum ipsum, qui vt *frumentum cecidit* [n], *sed resurrexit*: melle, dulcia spiritualibus faucibus & ori eloquia eius super mel [o]: propterea Christum post resurrectionem *favum comedisse*, ac ab ipsamet petra, qui Christus ipse est, quodam modo mel comestum esse [p], vt nobis mel tribueret atque dulcedinem, & qui in lege biberãt myrrham, hoc est, amaritudinem, postea in Euangelio comederẽt mel Euangelij. Eodem pertinet, quòd *Ioannem mel comedisse* [a] Ambrosius [b] obseruat, quoniam annunciabat populos de petra melle saturandos, quemadmodum hîc scribitur; sicut & *Elias cibo allato à corno pastus est* [c], vt indicio foret populos nationum, tetro squalentes colore meritorum, qui antè cibum fœtidis in cadaueribus requirebant, postea de se aduentitiam prophetis almoniam præbituros. Hugo tam adipem frumenti, quàm mel de petra, docet esse mysticum scripturæ sensum, ac dulcem & suauem expositionem. Præterea dicit esse possessiones pinguiores exercitorũ, & delicias quas percipiunt de duritia laboris laicorum. Sunt apud eundem bonæ ac malæ proprietates mellis, ad scientiam diuinam sæcularémque applicatæ, & explicatæ, ac veribus comprehensæ, quamuis non admodum probis. Proprietates mellis bonæ sunt,

Dispergit, condit, mundat, seruat cibos, est vas:
Dulce, sorans, sanum, sibos, sanus, ardor, apes.

Malæ qualitates hæ,

Inflat, salsescit, pueris nocet, igne nigrescit:
Ventriforum spumans, muscicrurum stimulans.

Euthymius accommodat ad Christum, *qui multa hominum millia cibauit paucis panibus* [d], & potauit mellita doctrina vsque ad saturitatem. Prima de Eucharistiæ sacramento allegoria magis recepta est, atque in officio corporis Christi frequentata, tum recitando hunc psalmum totum, tum istum versiculũ sæpius, vt initio psalmi monui. Rickelius reddit vtriusque membri causam, quia sacramentum hoc sub forma triticei panis institutum est, & melle de petra designatur dulcis effectus eius, nempe consolatio spiritualis, infusio gratiæ sacramentalis, impinguatio mentis per meritum passionis, & sanguinis Christi, qui vocatur *petra* [e]. Arguanus, olim incognitus, hunc cibum ostendit esse verum ad sustentationem viatorũ, electum ad impinguationem aridorum, solidum ad confirmationem perfectorum, absconditum ad glorificationem beatorum. Præter tractatores psalmorum, Hieronymus [f] differè ita hunc locum intellexit simul cum alio ex psalmo 62. *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea.* Qui adipes, ait, non aliud, quàm mysticam carnem sonant, ad quam Dominus discipulos hortabatur, dicens [g]; *nisi comederitis carnem meam, & biberitis sanguinem meum, non habebitis vitam in vobis:* & ideo etiam traditũ esse גיא שמנים *ghe semanim*, *Gethsemani* [i], quod significat *vallem adipeam*, siue *pinguissimam*: Alàs idem [k] Doctor attribuere videtur Christo *adipem frumenti & similam, mel, & oleum*, quæ nominat Ezechiel [l], aliis duabus Trinitatis personis, vt quadam quasi commistione trium dulcior panis intelligatur, & vna trium personarum non diuersæ substantiæ, sed diuersis nominibus dictarum rerum descriptæ, vna dulcedo monstretur. Possent eadem pia licentia eadem illa tria eundem in Eucharistia Christum designare, propter qualitates similæ, mellis, olei. Bernardus [m] indicat eundem sensum de Eucharistia, quam inimici quoque Dei sumant mentiẽtes ei, sed ad tempus suum in sæcula, id est, *ad condemnationem*, sicut & *in Iudam post buccellam introiuit Satanas* [n]. Sed quod ait de buccella, intellige eo modo quo priùs exposui Augustinum. Decet profectò, vt, quod Cyprianus [o] admonet, ama-

a Matt.3.4.
b in Luc.c.3.

c 3.Reg.17.4.6.

Mellis proprietates bonæ, & malæ.

d Matth.14.15.& ſeq.

Allegoria.

e 1.Cor.10.4.

f in c.55.Eſa.
g verſ.56.

h Ioan.6.54.

i Matth.26.36.
k in c.16.Ezech.
l c.16.19.

m ſerm.74.in cant.

n Ioan.13.27.30.

o pſ.118.113.

p Luc.24.42.

o de zelo & liuore ſub finem.

ritudo

titudo omnis, quę intus insideat, Christi dulcedine leniatur: liquę de sacramento crucis & cibum sumis & potum, lignum quod apud Mara protecit in imagine ad laporis *dulcedinem* [a], tibi in veritate proficiat ad mulcendi pectoris lenitatem.

Et cibauit eos ex adipe frumenti.] Omittunt coniunctionem alia Latina psalteria, & Cassiodorus. Paraphrastes vertit, *de optimo pane tritici.* Significat metaphoricè *adeps frumenti*, optimum tritici genus, florem siue pollinem farinæ, similaginem, panem lectissimum, aut quod Ezechiel [b] vocat *frumentum primum* מִנִּית *minnith*, vel ex loco *Minnith* in Iudæa optimum frumentum producentis, vel frumentũ numerabile, id est, adeò pretiosum, & magnũ, vt non tam mensura, quàm numero venderetur. Idem reperitur psal. 147. [c] חֵלֶב חִטִּים *chelev chittim*, hîc in singulari חֵטֶב *chittah*. Simili figura docui psal. 35. [d] in. briationem tribui vbertati & pinguedini: & Græci sub vocabulo *frumenti* suppeditationem quoque cæterorum fructuum comprehendi volunt, in terra promissionis factam. Quare non fuit omittendus literalis sensus de terra promissionis, vt facit creditus Hieronymus, quia frumentum adipes non habeat & intestina. Plura citat ex eodem Pagninus [e] in eandem sententiam, quasi dicta in eodem commentario quæ reperire nequeo. & in his illud, ô Iudæe respondè, frumentum adipes habet: si ergo frumentum adipes no habet, compelleris necessitate spiritualiter intelligere. Simili figura dicitur *pane pinguis* [f], *lumbus* [g], *terra* [h], *mons* [i], *vallis* [k], *vinum* [l], *pascua* [m], & *specosa deserti pinguescere* [n]. & *comedere pinguia* [o], est suauissimos & delicatissimos cibos. Linguis quoque cæteris non insolens eadem dicendi forma. Sic, verbi gratia, Cicero [p] optimum quoddam & tanquam adipale dictionis genus vocat. Virgilius [q] pingues hortos, & arua [r]: vulgoque *pinguia munera* fieri quid aut dici dicunt, quod crassè, & impolitè. Quin etiam, vt ab animalibus translatio fit adipis & pinguedinis ad fruges & similia: sic à plãtis florem transferimus ad rei cuiuscumque ornamentum, & decorem. & quod in ea optimũ est. Quomodo florẽm vini, farinæ, salis, æris, & similium vsu panus, præterea nobilium artis, poëtarum, iuuentuti, &c. De generibus autem frumenti nõ nihil egimus psal. 4. [s] Lege Plinium [t]. Non sunt genera omnia idonea panis materia, qui conficeretur in corpus Christi, sed triticum, idemque est de siligine, quam nominat Plinius [u] idem delicias tritici, & de alica, seu alicastro, vt est semen trimestre, pondere & bonitate præcipuum, de quo Columella [x]. & si quid aliud est quod tritici nomen propriè habere possit, vt far, seu adoreũ, vt passim docent ferè omnes, & Catechismus Concilij Tridentini Apostolicam traditionẽ appellat: & in Concilio Florentino Eugenius Papa materiam huius sacramẽti panem triticeum cum vino ex vite: & quando Christus instituit sacramẽtum, non videtur alio vsus pane azymo, quàm triticeo; nihil autem aliud offerendum definit Concilium Carthaginẽse III. [y] quàm quod Dominus noster tradidit: & *frumenti* nomine absolutè potiro triticum sæpe intelligitur, saltem adeps frumenti excellentiorem tritici speciem videtur designare. & Hieronymus [z] pro *frumento* legens apud Ioannem [a], *triticum*, & quod in Zacharia nominatur *frumentum*, interpretans esse illud ipsũ triticum in verbis dicti Euangelij, *nisi granum tritici cadens*, &c. ait hoc frumentum, seu triticũ esse, de quo efficitur ille *panis qui de cœlo descendit* [b], itemque [b] triticũ, quod negat verbis Dei Elias * *dandum vltra cibum inimicis*, esse ex quo panis cœlestis efficitur, & de quo Dominus loquitur [c], *caro mea vere est cibus*: denique solus triticeus panis hominibus simpliciter accommodatus est, & quo frequenter communitérque vtemur, in quali cõmuni pane Damascenus [d] institutum scribit hoc sacramentum. Plura Theologi, præsertim Suarez noster [e], & Gulielmus Alanus [f]. Ezechiel 5 indicat vsitatum populo Hebræo panem ex simila fuisse, hoc est, ex tritici farina. Hoc loco *adeps frumenti* aut manna significat, vt existimant Euthymius, & Nicephorus, præterea Treuetus, Rickelius, Hugo, Cassiodorus, Lodolphus, aut copiam frugum, præsertim, in terra promissionis, vt reliqui, ac iterum quoque Rickelius; quod etiã probabilius est. Tunc vero præteritum *cibauit* indicabit alia peccata, quæ populus commisit in ipsamet promissionis terra, non solùm in deserto, vbi etiã cibauit eum non modò manna, sed propter certam promissionem dictæ terræ.

Et de petra melle saturauit eos.] Sic in Deuteronomio [h], *vt sugeret mel de petra oleumq; de saxo durissimo.* Vel sumitur mel propriè, quod apes conficiunt interdum in cauernis ac petris: vel pro vario genere suauium fructuum, qui melius proueniunt in petrosis & montosis locis, cuiusmodi erat promissionis terra: vel pro aqua, quæ ob sui desiderium post diu toleratam sitim, dulcis vt mel videbatur, & de petra in deserto extracta est: vel per hyperbolem, præsertim exponendo cum hypothesi, significatur quòd fecisset Deus rem infœcundam potiùs abundare omnibus ad vitã necessariis, quàm non saturasset, & quidem suauiter populum suum. Vltimam opinionem sequitur Vatablus, indicátque Bochius: primã Lyranus, Turrecremata, Rickelius: secundam Caietanus, Genebrardus, Agellius, nec nõ ex nostris Pradus [i], & Villalpandus [k]: præterea Euthymius in explanatione Cantici ex Deuteronomio. Hi volũt petram, vt dixi, denotare petrosam & mõtosam regionem Iudææ, qua ex parte terminatur Idumæa, siue Arabia Petræa, sicut in priore mẽbro, cùm de adipe frumenti mentio fit, indicari valles, & partem eiusdem terræ campestrem: per mel verò mellitos, id est, suaues fructus intelligi, vt palmæ, ficus, vuæ, pruni, mali, quoniã *oblatæ* dicũtur Deo *mella primitiæ à filiis Israel, cum frumenti, vini, & olei* [l], cùm tamen *mel offerri* nefas esset [m], nempe liquorem faui: & similiter oleum aliquãdo pinguia cuncta significat, non solum succum baccarum oliuæ, quoniam nec hoc, nec apũ opus propriè fugitur, lambitúrve de rupibus, vt in Deuteronomio [n] tamen dicitur, sed *comedunntur*, vt est ibidem, *fructus agrorum*, & pingues & dulces. Confirmat idem Pradus, post Genebrardum, sicut & Bochius ex illo Martialis [o]:

Infamis melimela dato.

id est, mellita poma, mitiáve, aut etiã dulcia alia, vt ficus, mel, saccarum, &c. Digreditur Bochius in tractationem de mellifluis arboribus, vel potiùs alueãribus in iis confectis: de melle quoque amaro, quale creditur quo vescebatur Ioannes. Lege dicta psalmo 18. [p] Tertia sententia placuit Græcis Enarratoribus, item Hugoni, Treueto, Lodolpho, præterea Chrysostomo [q]. Is probat hinc tenuem ac frugalem victum solere suauiorem & dulciorem videri: & vim in eo facit, quòd nusquam in scriptura lectum sit mel à Mose de petra

a fixo 15.25. Num. 33.8 9.

b c.27.17.

c vers.14 sec. Hebr.

d vers.9.

e in Isago. lib.5.c.10.

f Gen.49.20. g Num.11.32. h 2.Esd 9.25. i ps 67.16. k Deut 8. 1.4. l Ezech 27. 18. m c.34.14. n ps.64.13. o 2.Esd 8 10. p in Orato. q 4.Geor. & 3.Eclog.

r vers.8. s lib.18.c.7. *Nõ quilibet panis conficitur in corpus Christi.* t c.8.

x lib.2.c.6.

y c 24.& habetur c. in sacramento. de consec. d.2.

z in c.9 Zacha. a c.12.24.

a c.6.59. b in c.62. Esa. * c.62.8.

c Ioan.6 50. 59.

d lib.4.c.14.

e 3.p.tom.3. disp.44.sect. 1. f de Euchar. c.11. g c 16.13.

h c.32.13.

i in Ezech.c. 20.vers.13. k in c.27.ver. 17.

l 2.paral.31. 5. m Leuit.2.11.

n c 32.13.

o lib.7. epigr. 24.

Mella amara vt cibauerint eos. p vers.11. q hom.2.ad Popu.Sinb. quod nemo lædatur nisi à seipso.

eductum, sed vbique fluuios, & aquas, & frigida fluenta: nec in mel mutatam aquæ naturam, sed bibentium dispositionem post indigentię defatigationē fecisse, vt melle dulciori iudicaretur. Ita videlicet Darius aquam turbidam & cadauetribus inquinatam bibens, negauit se bibisse vnquam iucundius, quia nunquam biberat sitiens, multisque antea epulis, & poculis fastiditus fuerat [a]. Omnes opiniones veri similitudinem habent. Fauet secundæ frequens prophanis quoque poëtis per quandam parœmiam dicendi forma, qua *mella optant* [b] *fluere* illi cui optant felicitatem, & auream ætatem describētes, in ea canunt mel la dare vel sudare quercus [c]; item ex ilice manare [d]; aut electra myricas sudare [e], & rorare querceta fauis [f]. Eodem spectat, *ferens rubus asper amomum* [g], præterea spinæ rosas, vepres lilia, senticeta violas, & similia.

a Plut. & Herodotus. Cic. 5. Tusc.

b Virg. eclo. 3.

c Virg. eclog. 4. Tibull. lib. 1. eleg. 3.

d Hora. epod. o de 6 Ouid. 1. Metam.

e Virg. eclog. 8.

f Claud. 1. in Ruff.

g Virg. eclog. 1.

Præter mysticum de Eucharistia sensum iam pridem indicatum, vel de sapientia seu doctrina Christi, & cognitione suaui mysteriorum, præterque tropologiam nunc allatam de suauitate parsimoniæ, potest accommodatè ad Incarnationem eiusdem Christi referri, quem vt *rorarent cœli pluerentq́*, optabant veteres Patres [h], & quo nato mellifluos factos cœlos canit Ecclesia. Sed Chiliastarum vitandus error, in quem Lactātius impingens [i], scribit quòd in illo millenario terra aperiet fœcunditatem suam, & vbertimas fruges

h Esa. 45. 8.

Chiliastarum error.

i lib. 7. c. 24.

A sua sponte generabit, rupes montium melle sudabunt, per riuos vina decurrent, & flumina lacte inundabunt. Deinde notabile est, quòd vt ex petra Moses aquam eliceret, *bis virga percussit* [a], qui sola vna vice vtens illa prodigia alia patrauerat [b]. In aliis non peccauit, sed in isto minùs confidendo in Deum. Sic autem peccatori necessaria perseuerantia in impetranda venia, nec absque aliqua contradictione & contritione potest ex dura cordis petra extrahi aqua deuotionis, quam quo magis differtur & expetitur, eo expetitior, dulciorem, nec tam vt aqueum, quàm vt melleum liquorem. Quamuis, quod attinet ad Mosem, potest aqua illa censeri mel, non ipsi, sed populo ratione gustus, quem populus percepit ex ea: nam perinde ac melle colligenti contingit aliquando, vt apum stimulis percellatur, sic Mosi hæsit infixus aculeus minarum diuinarum, quòd prohiberetur ingressu terræ promissæ, ob eam quam dixi diffidentiam. Stephano lapides torrentis dulces fuerunt, ac de illis eduxit mel, oleū, aquam, quia & adeò libenter, suauitérque obdormiuit in Domino, & tam benignè, piéque pro persecutoribus orauit, atque duriorem petra. Saülem conuertit [c], deiectum lapidibus orationis, tanquam Goliam [d], multóque meliùs sibi regnum comparans tolerantia sua, quàm Dauid cùm tulit patienter lapides iactatos à Semei [e].

a Num. 20. 11.

b Exod. 7. & seq.

c Act. 7. c. 9.

d 1. Reg. 17. 40. 49.

e 2. Reg. 16. 10. & seq.

PSALMVS OCTOGESIMVS PRIMVS.

1 Psalmus Asaph.

C

Deus stetit in synagoga deorum: in medio autem deos diiudicat.

SIMPLEX titulus nullam requirit expositionem. Nam de Asaph dictū aliàs, nec auctorem psalmorū cēseri propterea quòd in aliquorum titulis inscribatur. Euthymius solus notat in quibusdam codicibus pro psalmo *eum ex intellectum*, sicut nimirum est in titulo 73. & 77. Argumentum Basilius vel Theodoretus paucis complexus est, nempe in hoc psalmo arguentem iustum iudicem inducī principes qui iudicant iniustè, nec iustitiæ libram tenent æqualitet: prædicentem præterea cum commination ē fore, vt iustum ipsemet iudiciū proferat. Addunt Euthymius, & Nicephorus prædici redargutionem, qua in Scribas & Pharisæos Dominus noster vsus legitur. Latini cōmuniter interpretantur esse sermonem de iudicio, quod exercebit Christus idem Deus, homóque, in eos, qui ipsum recipere noluerint, illique tāquam supremo principi & deorum Deo obedire. Glossa nominat eos qui Christū ac discipulos eius innocentes ad mortem cōdemnauerunt. In fine quidē psalmi oratio Prophetæ referri videtur ad optandam Christi resurrectionem, & aduentum ipsius præsertim ad iudicium, qui dicitur secundus aduētus. Cassiodorus paulo magis distinguēs, docet

D

Titulus, & Argumentum.

Vers. 1.] Psalmus Asaph.

in psalmi

in psalmi prima parte innui aduentū Christi primum, qui constituit in medio hominum, vt ideo vitari debeat consortium peccatorum: in secūda, moneri Iudæos, vt non offendātur paupertate, & vili externa cōditione, sub qua latere voluit Christus: in tertia, vt cōsiderent homines dignitatem, ad quam vocati sunt, vt fierent filij Dei, sed vitio suo in mortis laqueos corruerunt. Accedit hoc magis ad sensū tropologię, vel accōmodationis, quia per deos non vniuersitas populi, sed principes ac iudices debent intelligi, vt videbimus. In eodem genere cēsendum quod Bruno asserit, agi de Synagogæ perditione, & Gētium cōuersione. Athanasius Marcellino scribit, de Christi iudiciaria potestate aduētúque ad iudicium in hoc psalmo agi. Appellat præterea eum 57. psal. istum ἐντευκτήριον *adhortatorium*. Iustinus [a] etiam satis indicat psalmū esse de iudice Christo. Hic postremò vnus de psalmis est ex quo dignatus est Christus proferre testimonium [b], appellās *legem*, quatenus eo nomine nonnumquam tota scriptura cōprehenditur, vt alibi notauimus. Sed arbitror generaliter ad omnes iudices hunc psalmū pertinere, nec vel tempore Iosaphat regis editum, vel eius propriè tempora prędicere, vt velle aliquos refert Agellius, quamuis extet illius ad iudices adhortatio [c] valde congruens isti psalmo.

a in Trypho.

b Ioa. 10. 34.

c 2. paral. 19. 6 & seq.

Deus stetit &c.] Priusquam Deum loquentem Propheta inducat, cōtinuò præsentem, quasique medium inter omnes iudices, qui diuino quodā honore & officio donati sunt tanquam dij terrestres, vt omnium supremus Iudex Dominusq; dispiciat, quemadmodū commissum sibi iudicandi & regēdi munus administrauerint, & si peccauisse deprehenderit, arguat & increpet.

Deus stetit in synagoga deorum.] Tertullianus [d], *Deus deorum stetit in ecclesia deorum*: alias [e] omisso nomine *deorum* in principio. Hieronymus, *in cœtu Dei*. Ambrosius [f], & Hilarius [g], *in congregatione deorum*. Alij, *astat in congregatione Dei*: vel, *præsidet in conuentu iudicis*, seu *patris*. Chaldaicè, *Deus manifestus commoratur in congregatione istorum, qui potentes sunt in lege*. Hebraicè pro nomine singulari est nomen formæ pluralis אֱלֹהִים *elohim* pro plurali est אֵל *el* singulare, à quo vel ab אֱלוֹהַּ *elohah* est illud aliud Hebræum nomē plurale: & significant Deum vt est iudex aut fortis, & qui solus exigere possit iramentū, cùm irare sit אָלָה *alah*, vnde etiam quidā deriuant nomen אֵל *el*, aut qui Dei vices gerit. Quia verò Synagoga, cōgregatio, cœtus, conuentus plurium est placuit Interpretibus nomen secundum singulare per plurale trāsferre: tum etiam quia versu 6. nomine plurali Hebræo vocātur *dij*. Censet Agellius in *stando* verbo latere hanc vim, vt, quia reorum est ante iudices sedētes stare, quod colligit ex verbis Iethro, cùm dixit Mosi [h], *cur solus sedes, & omnis populus præstolatur de mane vsque ad vesperum*. Hebraicè, *stat* נִצָּב *nitsab*, Deus videatur subire illorum personam, & velle vt iudices in reis personā spectēt ipsiusmet Dei: quasi de ipso Deo laturi sint sententiam, & si iustam non ferant, sciant quemadmodum Iosaphat monebat [i], *se non hominis exercere iudicium, sed Domini*. Hebræi è contrario, & Hebraizantes per נִצָּב *nitsab* volunt significari protectionē, curam, auctoritatem Dei. Refert Nebiensis ex Rabinis traditionem sic exponentium, & quòd cùm vellet Abraham stare, iussit eum Deus sedere, & ipse stare voluit ante illum, filiósque ipsius velut illos confortans: mendum autem esse, quòd legitur *Abraham stetisse coram Domino*. Locum Genesis c. 18. [a] si intelligunt, mendum non est, quia est עמד *hhomed* & *iacuit*, quod Paraphrastes explicat de habitu gestuque orantis. Mendacij potiùs aut figmentum cēseri debet recitata illa Rabinorum traditio. Tritus aliorum, præsertim Latinorum, sed mysticus de Incarnatione sensus, quia Deo secundùm se non conuenit vllibi stare, cùm cœlum terrāmque impleat, & ille factus homo Deus sit, de quo Ioannes [b], *medius* inquit *vestrum steterat*: & Baruch [c] pro quo Cassiodorus Ieremiam nominat, quoniā amanuensis illius erat) *in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est*. Et quia hi homines erant Iudæi, de his rectè *synagoga* vocabulū, vt ab Ecclesiæ nomine quod magis propriè de Gentibus vsurpatur, dici volunt. Iustinus [d] intellexit de Christo, qui in conuentu Iudæorum de mortalium omnium genere iudicaturus hîc prædicatur. Euthymius, & Nicephorus, ac Hugo test. ingunt ad Scribas & Pharisæos, qui vocentur dij, quia præerant aliis, & inter inferiores iudicabant, eo modo quo primis psal. 49. dicitur verbis, *Deus deorum dominus*. Nazianzenus [e] interpretatur de Christo, qui stabit Deus in medio deorum & regum, beatitudinis gradus & dignitates distinguens, ac diuidens: & Elias Cretēsis [f] declarat sic appellari homines, qui non humano more ambularunt. Literaliter *stare* hîc, vt & sæpe alibi, idem est, quod esse, seu interesse ac præsentem esse & *Synagogæ* omnem congregationem cœtúmque significat (licèt discrimen illud ab Ecclesia, de quo Augustinus hîc, & alij, nosq; alibi, admitti possit.) *Dij* non omnes homines aut Iudæos, vel Iudæorum Scribas & Pharisæos, vel quoslibet eorundem magistratus & iudices, multo minùs præcisè illos qui erant sub Iosaphat, sed in genere quoslibet vbique, & quouis tempore simili officio fungentes. Tales autē deos appellari docuimus etiam psalmo 49. [g] Profectò *stantem vidit Iesum* Stephanus [h], Esaias [i] Deū sedēt. sit *stare ad iudicandum*: Ioannes [k] eundem Iesum *stantem* inter Iudæos, & *in littore* [l], quæ, nisi mysticè loquimur, de auxilij exhibitione, iudicij executione, carnis ostensione, naturæ incorruptione, vt notauit Hugo, simpliciter, & ad literā significant solam præsentiam; & quid simile ita vt quod de reo ante tribunal stante dixit Agellius, & quidam alius [m], literali sensu, quem consectatur, admitti non debeat, vt nec de habitu siue positione inferioris, subditi, ministrantis, orantis, quibus rebus *stands* vel *assistendi* verbum accōmodari bene demonstrat Pineda [n] noster. Nec aliter quàm secūdùm eumdē moralem sensum accipimus, quòd Hieronymi nomē gerens auctor cōmentarij, hoc loco distinguit Deū stantē, ambulantē, sedentem, dormientē, quia ipsi moraliter etiā loquēdo, ita nos habemus, ipse autem istis modis se se attemperat ad nos, & immutabilis in se, pro nostra varietate mutatur, & verbi gratia stet, si sancti simus, quod est quadā ratione deos esse, ambulet, si euaserimus peccatores, &c. Eodē pacto ait Hugo Deū in quibusdam stare & manere, id est, in firmis & constantibus: in aliis, nēpe fluctuantibus, trāsire: in eos qui se totos exponūt sæcularibus curis, nec ingredi quidem. Ambrosius [o], citato loco isto, docet Deū iudicando stare, non tantùm sedere [p]: stare etiā, sicut Stephano steterit [q], quasi aduocatū & sollicitum, vt certantes iuuet, atque paratū, vt coroner. Nec verò etiā stare cùm dicitur hoc loco Deus, propriè significat quod voluit Antoninus [r],

d 2. cont. Marc. c. 7. & cont. Praxeā c. 13. sepi. 5. edit. Roma.

e Hil. 4. in ps. 136.

f Hil. 4. in ps. 136.

g Hil. 4.

h Exo. 18. 14.

i 2. paral. 19. 6.

a vers. 22.

b Ioan. c. 1. 26. c Bar. 3. 38.

d In Trypho.

e ora. 5. seu 2. de filio. & or. 40. siue 2. de baptis.

f in ora. 5.

g vers. 1. h Act. 7. 55. c. 9. 13. c. 1. 26.

i Iudic. 4.

k Valderrama in excerptis præmissa to suis Interpretes, Hispanice.

l in c. 1. Iob vers. 6.

o Epist. 15 ex diuersis.

p Dan. c. 9. q Act. 7. 55.

r 1. p. tit. 30. c. 1.

illius

illius immutabilitatem, perfectionem, æternitatem.

Cæterùm, quamuis nomẽ *deorum* cuiuis etiam politico magistratui, principique tribui possit, & de quolibet psalmi verba intelligenda sint, sicut & principem appellat nescio quis profanus [a] auctor imaginé Dei, eiúsque Vicariũ: & apud Philonẽ [b] à Marco Caio persuaderi passus est, esse se nó minùs supra homines, quàm essent opiliones, caprarij bubulci supra greges suos, ideóque referendum in deorũ numerum; dubitari tamen minimè potest, quin tam honorificus titulus longè potiori iure conueniat Ecclesiastico & sacro gubernatori, & in hierarchia constituto. Hac de re Mauritium Gregorius [c] admonuit, exemplo etiã Constãtini, vt Sacerdotes meminissent non Angelos dumtaxat nominari [d], sed etiam Deos hîc, & locis aliis [e]. Quid ergo mirum, ait, si illos vestra pietas dignetur honorare, quibus in suo eloquio honorem tribuens, eos aut angelos, aut deos ipse etiam appellat Deus? Subdit celebre Constantini responsum & factum, ex historia Ecclesiastica [f], cùm libellos accusationis cõtra episcopos in Concilió Niceno sibi oblatos in cõspectu episcoporum incendit, dicẽs, vos nobis à Deo dati estis dij, & conueniens non est vt homo iudicet deos, sed ille solus, de quo scriptũ est, *Deus stetit in synagoga deorũ: in medio autem deos discernit.* Confirmat præterea Gregorius aliis exẽplis paganorum Imperatorum, qui sacerdotibus suis honorem maximum tribuerunt. Tandem historiam ad simile propositum repetit Adrianus Papa primus [g], & Concilium Paris. [h] & in Aquisgra. sub Ludo. Pio [i]. Isidorus [k] argumẽtatur à subditis rectores iudicandos non esse, sed à Deo; tum etiam exemplo Christi, qui per se vendentes columbas, & numulariorum mensas proprio euertit flagello, & proiecit à templo [l]. Legitur idem in Anacleti epistola 2. & 3. & in altera Iulij primi [m], & Eusebij 2. & Pij Primi 1. & in Concilio Aquisgra. [n] Diuinitatẽ istam quandam in sacerdotibus Antoninus [o] considerat, propter potestatẽ panẽ ac vinum in corpus & sanguinem Domini mutãdi, quod nullus, inquit, Angelus, nullus sanctus in cœlo, id est, anima, nec ipsa virgo beatissima potest, sed solus Deus: præterea, quia possunt absoluere à peccatis, vt absoluti debitè, intrent regnũ cœlorũ. Nó negaret nihilominus animabus sanctorum, immò & damnatorum fortassis, huiusmodi potestatẽ, quæ oritur ex indelebili charactere ipsis impresso, sed vsum dumtaxat: verisimile enim est nec à damnatorum animabus tolli semel impressum characterẽ, licèt eius potẽtiæ actũ seu characteris non permittat vmquã Deus exerceri. Addere potuit officium prædicandi & docendi, ratione cuius nomen hoc Gregorius [p] ait hominibus tribui. Vtilissima cogitatio de Dei præsentia tum ad alia, tum vt qui Dei vice quidpiam agit, & nomen gerit, nihil Deo faciat indignum, & similis ei sit, *vt nullius bonorum egeat* [q], id est, nec exigat, nec recipiat, cuius in iudicio causam tractat. Cauendum quoque subdito, vt attigi, ne quod etiã præcipit Ecclesiasticus [r], iudicet contra iudicem, quoniam secundùm quod iustũ est iudicat, id est, sic de illo præsumendum est, vt ait Thomas Aquinas [s], cætera diuino iudicio relinquendo. Quo modo Dei nomen cõmunicabile sit, aut incõmunicabile disputat in 1. p. [t] Angelicus Doctor, definítque hunc ipsum locum nostrum tractans, non esse communicabile nisi

a Plus opusc. quod in Principe requiritur doctrina, Plato in Theæteto.
b de lega. ad Caium.
c lib. 4. epist. in 31 quẽ etiam lege lib. 5. in 1 Reg. c. 4.
d Malach. 2. 7.
e Exo 22. 8 9.
f Ruffin. lib. 10 c. 2.
g in capitulis ex Synodis & cano.
h lib 1. c. 19. 1 c. 5.
k 1. sententi. c. 39.
l Ioan. 2 15. Matth. 21 12.
m c. 30.
n c 31. *Diuinitatem sacerdotibus quo modo considerandi.*
o 2. p. tit 5. c. 8. §. 2.
p lib 5. c. 4. in 1. Regum.
q ps 15 2.
r c 8. 17.
s quod l. 4. a. 24.
t q 13 a. 9.

A secundum similitudinem, vt dij dicãtur qui participant aliquid diuinum: & quia impositum est Deo nomen Dei, non ex parte suppositi, & quatenus consideratur vt hoc aliquid, sicut fortè est, inquit, nomen tetragrammaton apud Hebræos, sed ex parte naturæ, quod est esse nomen nõ proprium, sed appellatiuum. Tertullianus [a] quidem scribit quòd Deus, Deus dicitur non tam singularitate nominis, quàm ea re, qua nemo Deus est. Probat verò etiam, quoniam multi nequam serui, Regum nominibus insultant, (hoc est, exultant, efferuntur, gloriantur) Alexandri, Darij, Holophernis, nec tamen ideo Regibus id quod sunt, detrahitur. Ait etiam [c] quòd sunt alij dei, seu dij ex gratia ipsius, non ex sua proprietate, quia ipse est solus qui Deos faciat; præterea [d] B per fidem: & Irenæus [e] per adoptionem, quæ est in Synagoga, id est in Ecclesia, quam Filius, inquit, ipse per semetipsum collegit. Sic eos qui vocantur in Genesi [f] *filij Dei*, aliqui exponunt de iustis descendentibus ex Seth, vel de quibuscunque aliis iustis, & secundùm adoptionem filius Dei: alij de filiis iudicum, principum, potentum, ita vt potuerit reddi pluraliter *filij Deorum*, quia est אלהים *elohim*, quemadmodum reddit Symmachus, Paraphrastes, Pagninus, &c. quidam quoque, licèt perperam, *Angelorum*. Vno verbo Basilius [g] rem omnem complexus est, Deum verum, ac propriè dictum de vno solo dici, & de personis quæ sint ὁμοούσιοι: homines hoc loco dici deos secundùm gratiã, dæmones quoque [h] per mendacium. Sed gratiæ nomen extendendũ ad alia etiam naturalia insignia munera, vt dignitatis, honoris, officij, dominij, scientia, &c. & eadem appellatio præterea ad Angelos sanctos. Origenes [i] etiam docet, sicut nome charitatis abusiuè dicitur, & verlatur amor erga pecuniã, meretricem, & similia, ita & quodã modo abusiuè dici nomen Dei de aliis, vt de cœlestibus virtutibus, quas hîc intelligit. Alioqui populum totu Hebræum vocauit Deus *filiũ suũ* [k], ob curam peculiarem quam habebat de illo, & propter particularem cultum, quo colebatur ab ipso. Hinc tandem colligitur, & ex similibus locis, in quibus Dei *iudicia exercere* homines dicuntur [l], confutatio Anabaptistarũ, & Trinitariorũ C huius temporis, non licere Christiano gerere magistratum, nulláque inter Christianos esse debere iudicia, prætoria, tribunalia, ius gladij; Lege Bellarminum [m]. Cyprianus adhibet [n] hoc idem testimonium pro Christi diuinitate, eodémq; modo Athanasius [o]. Simul verò idem Athanasius [p] refellit Macedonianicam propositionem, quidquid in scriptura Deus dicatur, esse etiam spiritũ: non vice versa, vt sic negarent Spiritum sanctum esse Deum. Facit idem argumentũ Nouatianus [q], vt probet Christum Deum.

D *In medio autem deos diudicat.*] Illyricè, *in medio deorum*, quòd esset vti diis tanquam assessoribus, non eos iudicare, *& per illos, iudicare, regnare, iusta decernere* [r], non sententiam de ipsis ferre. Chaldaicè quoque, *in medio iudicum in veritate iudicat*; sed exponi potest verbo vtraque, vt in medio illorum Deus illos diiudicet: quod etiam exigunt quæ sequuntur. Futurum tempus יִשְׁפֹּט *yispot*, *disceruet*, continuationem indicat, vt is qui iudicat, hoc pro more, officióque deinceps facturus sit. Quin etiam Tertullianus [s] legit in præterito, *diudicauit*. Aquila ὁ διακρίνων *in animo*, quasi cordis intimum

a 1. cõt. Marc. c. 7.
b Prou. 8. 15.
c cont. Hermog. c. 3.
d cõt. Praxeã c. 13.
e lib. 3. c. 6. li. 4. c. 2.
f c. 6. 2.
g epist. 141.
h ps. 95. 5. 1. Cor. 8. 5.
i prolog. in Cant.
k Exod 4 22. 23 Osee 11. 1.
l 2. paral. 19. 6. Deut. 1. 17. Prouer. 8 15. Rom. 13. 2.
m lib. 3. de laicis c. 1. & seq.
n 3. cõt. Iudæ. c. 6.
o disp. 2. cont. Aria.
p dialo. 1. cõt. Sabel.
q de Trin. c. 15. apud Tertul.
r Prou. 8. 15.
s 1. cõt. Marc. c. 7.

indicetur,

iudicetur, aut occultæ fraudes, quas Deus detectarus sit, & ipsas, quod alibi [a] dicitur, *sufficias iudicaturus.* Vel in medio diiudicare est palàm, in omnium conspectu, oculisque, *in oculis* & in conspectu *solis huius* [b]. Vel simpliciore sensu supplendo verbum *stando* significatur, quòd stans, aut etiam sedens, versans, habitans, constitutus in medio deorum, illos diiudicat, & primatum tenet, quem nemo eripere potest, quantumlibet superbiant, furiantque, quippe cùm excelsis excelsior sit. Chaldaicè, *Deum potens super cœlos altissimos, & insuper vniuersa terra regnans seruientibus* [c]. Idem valet *discernendo* verbum, quod est in Latinis aliis psalteriis, in Augustino, Cassiodoro, Cypriano [d], qui vtitur participio, Hieronymo [e], Isidoro [f], Hilario [g], vt scilicet intelligatur Deum aliorum deorum, id est iudicum, expendere iudicia, & quod habetur sequenti versu, *accusare, ac redarguere.* Quamquā verum etiam sit approbare quæ digna sunt approbatione, siue cùm iudices absoluunt innocentem, siue cùm nocentem damnant. Sed hæc R. Moſis Nahmanidis expositio non ita cohæret cum his, quæ statim hic subnectūtur. Diiudicatio discretióque ista, & huius temporis & futuri est, atque secundùm vel sensum mysticum, vel accommodatitium de Christo intelligi potest, tum de Iudæis, & alijs, à quibus iudicatus, & damnatus est, tum de alijs quibuscumque. Ambrosius [h] discrimen ponit inter iudicare & diiudicare, vt iudicare dicatur Deus de imperfectis, diiudicare inter deos, quod antea retuli Nazianzenum exposuisse, vt beatitudinis gradus, dignitatesque distribuat inter iustos, qui non humano viuentes more mercantur appellationem deorū. Basilius [i] hoc indicat, cùm docet iudicare hîc esse idem, quod probare, exponitque de illis, qui ob fidem digni facti sunt vt dij vocarentur. Non est discrimen perpetuum, & Hebræum שפט *ſetaphat* nullam importat inter plures discretionem & diiudicationem, multo minùs qui sint solum iusti. Idem assero de tropologia Hieronymi [k], exponentis distributionem charismatum & domorum in Ecclesia, quæ Paulus [l] enumerat. Quod autem is qui putatur Hieronymus in huius loci commentario, etiam moraliter tradit, Deum quasi Imperatorem in medio exercitus deos diiudicare, & rem formidabilem, plenámque terroris esse, si Deus deos diiudicat, de peccatore quid faciet: hos inquam, deos pro iustis ponit sumi, cum tamen de iudicibus sit sermo & principibus viris, ac potentibus, quos *potenter tormenta passuros* docet Sapiens [m], quódque *horrendè & citò apparebis eis, & iudicium durissimum his qui præsunt, fiet.* Lutetiæ Parisiorum in celebri Palatio Parlamenti, quod vocant supra imagines considentium Iudicum expressa velut de nube manus extans armata gladio est cum epigrammate,

L'espee du Souverain Iuge
Est dessus cil, qui autruy iuge.

Hæc re credo, quicumque auctor illius fuit, magis ad psalmi nostri sententiam alludere voluisse, quàm ad fulgentem gladium è lacunari seta equina appensum, qui Dionysij impendebat cervicibus [n]: nec enim impius numen verebatur, sed tyranno semper aliquis terror impendebat ab iis, quos opprimebat. Æthiopas ferunt vacuum in medio subsellium constituere, in quo dicant Deum cōsidere præsidem iudiciorum, iudicúmque iudicem. Constat quoque codicem Euangeliorum in Conciliis collocatum velut in throno, vt Christum ipsum repræsentaret [o]. Quin & Petrum Alexandrinum narrant in Episcopali cathedra sedere adduci nunquam potuisse, quòd in ea se diuinum splendorem ac numen ella è intueri diceret. Scribit Athenæus [p] præterea quòd ἀνέθηκαν αὐτὸ τῇ τῆς Δίκης εἰκόνι, *eorum numero assumptum est etiam Dicæ*, hoc est Iustitiæ, *nomen.* Appellat item Imperator leges suas templum Romanæ Iustitiæ [q]. Adolet Orpheus θύειν, id est *thure*, in hymno duplici quē canit τὰ διπλᾶ τῆς δίκης ἔπη. De illius imagine Gellius [r] ex Chrysippo. Sed exotica omittamus. Rectè autem Hugo monet hanc sententiā posse thema esse in cōcilio Episcoporū, vel in Capitulo Abbatum; adde in senatu: verendūmque ne pro synagoga deorum, euadat Satanę synagoga [s], & pro congregatione peccantiū, quæ sit stuppa collecta, & consummatio illorū flamma ignis [t].

a Cyrill. in epist. synodali.
b lib. 12.
c D. de iust. & iure. Ambros. Cassio. d lib. 14.
e Apoc. 2 9. c. 1. 9.
f Eccl. 22 10.

Vers. 2.] Vsquequò iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum sumitis?

GRauis & acerba indignati in iudices iudicis supremi expostulatio, quod non aliquando tandem, tam diu dissimulante ac tolerante ipso, desinant, nec finem iniquis iudicijs imponant, nec tam ius cuiēt æquúmque causarum ipsarum, quam personas, vt non cuique quod suum est, iustè reddāt, sed πρόσωπον λαμβάνειν, & acceptationē personarum decernant, æstimando quid capere vtilitatis ex reis & clientibus possint, quid vitare damni, non quid recta iustitiæ ratio requirat. Non eget hæc sententia explanatione; satis constat quod sit peccatum acceptionis, seu acceptationis personarum, de quo Thomas [u] Aquinas, & alij, quo pacto etiam cadere in Deum non possit, apud quem toties dicūt Scripturæ [b] non esse. Sed ad rem facit maximè locus Deuteronomij [i], vbi vt populo persuadeatur circumcidere præputium cordis, & cervicem non indurare, ratio affertur, *quia Dominus Deus vester ipse est Deus deorum, & Dominus dominantium, Deus magnus & potens, & terribilis, qui personam non accipit, nec munera.* Quid enim mouere posset ad accipiendum personas illum, quia nulla re egeat, sed sit omnīū dominus: quid inflectere, vel commouere, vel impedire potentem atque terribilem? Quòd autē ita sit, probatur mox ibidem [k], *quoniam facit iudicium pupillo & viduæ amat peregrinum, & dat ei victum atque vestitum.* Sunt hæ calamitosæ personæ, quarum haberi ob emolumentū ratio nō solet, nec per se potest. Nec pauca verò loca sūt, quibus inhibetur hominibus ista iustitiæ depravatio [l]. Ratio assignatur, *quia Dei iudicium est* [m]. Quia verò poterat aliquādo difficultas oriri ex circumstantiis, qualitatibúsque personarū, præcipit Deus [n] *si difficile quid videatur*, in hac nimirū etiam re, *vt ad se referat, sequeque auditurū*, ac videlicet quoque responsurum. Alia præterea causa redditur, *quia non est bonū* [o], quod phrasi scripturę, & οὐ μόνον, significat valde malū. Testatur verò Malachias [p] redditos Iudæos *humiles*, id est viles, *atque contemptibiles* propter hoc peccatū omnibus populis, quia scilicet *nō seruauerunt vias Domini, & acceperant faciem in lege.* Græcè πρόσωπον, *personam.* Vbi Hieronymus obseruat, quod inter omnia peccata Leui, siue eorū qui ex Leui sunt, sacerdotum Dei, illud & vltimum, & maximum ponitur, quòd non causas, sed personas considerarent, iustúmque pauperē despicientes, iniquos diuites susciperent, & honorarent: & ad illos dici id quod habetur in istis verbis psalmi, Iacobus [q] con-

g 22. q. 63.
h Deut. 10. 17. Paral. 19. 7. Iob 34. 19. Sapien. 6. 8. Eccl. 35. 15. Rom. 2. 11. Act. 10. 34. Ephe. 6. 9. Coloss. 3. 25. 1. Pet. 1. 17.
i vers. 18.
l Leuit. 19. 15. Deut. 1. 17. c. 16 19 Prouer. 18. 5. c. 24. 23 ca. 28. 21. Eccl. 10. 24. e. 42. 1 Malach. 2. 9. Iacobi 2. 1. 9.
m 1. Pet. 1. 17.
m Deut. 1. 17. n ibid.
o Prou. 18 5. c. 24 23. 5. c. 28. 21.
p c. 2. 9.

Maximum peccatum personam accipere.

q c. 2. 9.

Et non audiuit populus meus vocem meam.] Augustinus, *obaudiuit*. Chaldaicè, *recepit*. *Audiendi* verbum hæc omnia quandoque significat, seu etiam exaudire: & explicat Euthymius de negata fide, quódque, vt Ioannes [a] loquitur, *sui* Deum *non receperunt*. Quicumque diuinæ vocationis munere derelicto, (inquit ille libri de prædestinatione & gratia citatus auctor) ad impiam rursus defluxère perfidiam, ipsis, Dei gratia deserente, ad implendum quod voluerant, sufficit arbitrium; nempe malum quod voluerant. Querula, subdit idem qui vocauerat, & vocando docuerat Deus, de iisdem voce subiungit; *& non audiuit populus meus vocem meam.*

a c.1.11.

Et Israël non intendit mihi.] Aptè respondent eadem nomina *populi* & *Israel* iis quæ erant versu 9. & rursum ponuntur versu 14. & indicant iustam indignationem cum benigno affectu. Hieronymus vertit, *non credidit*. Plus significant Hebræa לֹא־אָבְתָה לִי *lo auah li non desiderauit me, non voluit me, non amauit*, id est, noluit, renuitque, non curauit, non attendit, nihili fecit, me inquam patrem suum filiali amore prosecutus non est. nam אָבְתָה *auah* est *velle, concupiscere, desiderare, auere*, (quod inde sumptum videri potest) ex eo verbo deducitur nomen patris אַבָּא *abba*, Chaldaicè אַבָּא *abba*. Tamen per ὁ προσέχειν & *non intendere* secundùm figuram, qua cùm minùs dicitur, plus innuitur, hæc omnia comprehenduntur. Chaldaicè, *non acquieuit*, seu, *non obediuit verbo meo*. Vocauerat se Deus antea *Dominum ac Deum*, hîc indicat se etiam vt patrem reiectum esse; ita vt licuerit vsurpare quod ait apud Malachiam [b] expostulando; *si ergo pater ego sum, vbi est honor meus? & si Dominus ego sum, vbi est timor meus?* Tam *populus* Dei, quàm *Israël* de Christianis quoque malis intelligi possunt, quia redempti, & sacramentis deuincti, & ad videndum Deum iuxta vulgarem etymologiam Israël, vocati. Hugo in *populo* laicos condiderat non audientes vocem Dei, quia deest sæpe qui prædicet illis: in *Israel* clericos ac religiosos, qui audiunt quidem, & nouerunt eam, theologiæ etiam studentes, sed scientiam & lucrum quærunt, vel honorem, non Deum, & aliorum spiritualem vtilitatem. Quod Arguanus *intendere* intus & in corde tendere ad Deum interpretatur, peccatorem verò recedere à Deo, verè dicit, sed nimis grammaticè. Illud melius, de tribus impedimentis audiendi Deum & verbum ipsius cum fructu, quæ sunt discordia, anarthia, arrogantia, quibus vitiis laborabant Hebræi. Indicasse sit satis.

b c.16.

Tria impedimenta audiendi Deum & verbum ipsius cum fructu.

Et dimisi eos secundùm desideria cordis eorum.] Hieronymus, *& dimisi eum in prauitate cordis sui*. Alij, *permisi igitur eos fortitudini cordis eorum*: vel, *vehementiæ*, vel, *duritiei*, vel, *obstinationi*: vel, *cogitationi*, vel, *aspectui*: vel, *malignitati*, vel, *perplexis cogitationibus*, si nomen Hebræum legatur in forma plurali: nunc ita se habet Hebraus textus וַאֲשַׁלְּחֵהוּ בִּשְׁרִירוּת לִבָּם *vaasciallechehu visrirvth libbam*, *& dimisi* (*vau* enim vertit futurum in significationem præteriti) *eum in fortitudine cordis eorum*, siue in aliis quæ dixi synonymis, & obstinationem ac obdurationem significat cordis à שָׁרַר *sciarar* oppositam contritioni cordis, confractioni, scissioni, effusioni, liquescentiæ, seu deliquij, mollitudini, vel à שׂוּר *sour aspicere*, *aspectum*; vt scilicet quod aspicit quis in corde, id est, cogitat, vultque, id facere statuat. Si autem pro וּ*vau sciurek* sit וּ*vau cholem*, fiet ex singulari pluraliter שְׁרִירוֹת *sceriroth*, sed tunc esset per contractionem ex שְׁרִירוֹתוֹת *sceriruthoth*: nam שְׁרִירוֹת *sciarvah* non extat. Eo modo quo reddidit Hieronymus, iam priùs reddiderat ferè Aquila, καὶ ἐξαπέστειλα αὐτὸν (in vno codice ἐξαπέστειλαν αὐτὸς) ἐν ἐκλύσει καρδίας αὐτῶν, aut αὐτῶν, *& dimisi eum*, vel, *dimisit eos in grauitate cordis eius*, vel, *eorum*. Symmachus, ἄφηκα δὲ αὐτοὺς τῇ ἀρέσκειᾳ τῆς καρδίας αὐτῶν, *dimisi igitur eos placito cordis eorum*. Cassiodorus in singulari, *secundùm desiderium cordis eorum*. Augustinus, vetusque psalterium, *secundùm affectiones cordis eorum*. Septuaginta, κατὰ τὰ ἐπιθυμήματα τῶν καρδιῶν αὐτῶν, secundum *studia cordium eorum*. Videntur autem iidem, & Symmachus rationem habuisse vocabuli Hebræi, vt significat aspectum, id est, cogitationem, & iudicium, cui sese voluntas accommodat, quasi diceretur, *permisit eos iudicio & voluntati eorum*; quæ rectè dicitur prauitas, & duritia cordium, nec non propria illorum studia.

τάχα μὲν (ait Apollinarius) ἀφῆκεν κατὰ βούλησιν ἴδιαν.

Ideo eum dimisit animo gratia facere.

Verbum præterea וָאֲשַׁלְּחֵהוּ & אֲשַׁלֵּחַ *asciallechehu, asciallech*, plus important quàm *dimittere*, vel *permittere*, scilicet etiam amandare, eiicere, expellere, & longius mittere cum refutatione: Paraphrastes ita explicant verbo *expellendi*, תְּרַחֵק *terhorchetheh & expuli eum*. Dictum verbum Hebræum in psalmo 43. [a] exponitur verbo Latino *expellendi*, & Græco ἐκβαλεῖν: *afflixisti populos & expulisti eos*. *Proiicientem verbum Domini, proiecit Deus* [b]: *repellis repellentem scientiam* [c]: *& populus non intelligens vapulabit* [d], *& ignorans ignorabitur* [e]. Reprobationis argumentum, salutisque desperatæ, finere Deum, vt quis viuat arbitrio suo, & ei fluant omnia ex animi voto; quem antea vocabam cum Paulo [f] *reprobum sensum*, & idem [g] aliter ait esse, *dimittere ingredi vias suas*: sicut è contrario, in Moïsi & Aaron *desiderabatur Deus omnes admonitiones* [h], quia electi erant; si tamen admonitiones actiuè accipiamus pro peccatis, quæ illi patrarunt. Denique *multo tempore non finere peccatoribus ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere, magni beneficij est indicium* [i]. Inseritur maximè Deus, & indignatur, cum *recedente Zelo suo ab aliquo, requiescente que indignatione, in illo quiescit, & non irascitur ei amplius* [k], etsi hoc ad literam fortassis denotat, sumpto supplicio, conquietnram iram, sicut *suspenso Aman* scribitur, quòd *regis ira quieuit* [l]. Eiusdem iræ magnæ suæ signum dedit Deus cum dixit [m], *non visitabo super filias vestras, cùm fuerint fornicatæ, & super sponsas vestras, cùm adulterauerint*, &c.

a vers.3.

b 1.Reg.15. 26.
c Oseæ 4.6.
d vers.14. *Hic habemus argumentum, non quale.*
e 1.Cor.14. 38.
f Rom.1.28.
g Act.14.15.

h Psal.98.8.

i 2.Mach.6.12

k Exec.16.42

l Esther 7.10.

m *Ira Dei signum.* in Oseæ 4.14.

Est porrò in scholis trita doctrina, quo pacto censeatur Deus indurare, excæcare, in errores & peccata inducere; nimirum subtrahendo gratiam peculiarem, qua vitari possent, ac permittendo lapsum, immò & nonnunquam quasdam occasiones offerendo, per se non malas, quibus abusuros homines præcit (licèt non ea intentione offerat vt aburantur, & peccent) quemadmodum sæpe Augustinus [n] docet, nosque alibi. Exemplum dat Chrysostomus [o]

n epist.95. ll.1 ad Simplic. q 2. lib. de gra. & lib. arbit. cap 5. & alibi. o hom.3 in epist. ad Rom.

præfe

præfecti exercitus, qui cum recedit ingraueſcente prælio, milites hoſtibus tradere dicitur, non quia impellat, ſed quoniam ſuo ipſius auxilio nudat; ſic Deum dimittere illos, qui admittere eius præcepta nolunt. Fulgentius [a] ad *cumulum retributionis* pertinere ſcribit, ſi iniquus iuſtitiæ luce priuatus, & in ſuis tenebris errare permiſſus, lumen non ſolùm non queat recipere, verùm etiam cum delectatione ſtudeat tenebras ſuæ cæcitatis augere: hoc eſſe, *tradi deſideriis* iniuſtis, neque quia delectabiliter peccat, æſtimandum à tormento retributionis extraneum, ſed grauiter ipſa delectatione peccandi iam puniri, qui tali delectationi conſentione ſubiicitur, ex qua meritum punitionis augetur, & quàto magis perficitur quod iniuſtè delectat, tanto magis recepturus eſt quo amplius doleat. Potuit Apocalypſim [b] citare, *quantum in deliciis fuit, tantum date illi tormentum & luctum.* Auctor etiam quem aliquoties memoraui, libri de prædeſtinatione & gratia [c], profert locũ iſtum, vt gratiæ neceſſitatem probet, exponitque de his quos deſerit Deus. Eſt autem Auguſtini [d] axioma, quòd tantùm Deus deſerit dignos deſeri, deſertos à luce diuinæ gratiæ, non Deo agente, ſed ſua ſponte parere opera tenebrarum. Origenes [e] dimiſſionem ac derelictionem iſtam Hebræi populi docet ceſſiſſe in electionem Gentium, nec amplius Deum *hoc quaſi cotticorum lineum de lumbis ſuis deponere* [f], quamuis hunc & illum particularem, qui derelinquit Deum, nec lumbis eius dignus eſt, & non efficitur adhærens ei, vnus ſpiritus cum illo, ipſe quoque derelinquat. Eos qui dimittunt Deum, & nolunt eum, *iratus tradit ipſe in manus inimicorum* [g], *relinquit domum ſuam, & dimittit hæreditatem ſuam, dat dilectam animam ſuam*, id eſt, eum quem diligebat vt animam ſuam, & ſe ipſum, *in manus inimicorum eius* [h].

Ibunt in adinuentionibus ſuis.] Hieronymus *ambulabunt in conſiliis ſuis.* Alij, *ambulent*, in imperatiuo, & permiſſiuè: vel in præterito, *ambulauerunt.* Futuri temporis eſt יֵלְכוּ *ielchu*, quod imperatiuo ſolet ſeruire: [i], & מוֹעֲצוֹת *mohhatſoth* propriè conſilia ſunt. Nomen idem Græcum prioris mẽbri repetitur τῇ ἐπιθυμίᾳ αὐτῶν: Symmachus, ἐδεήθησαν τῇ βουλῇ αὐτῶν, *ire*, ſeu *vt irent* (nempe dimiſi, &c.) *conſiliis, aut voluntatibus ſuis*: vtrumque enim ſignificant βουλαί. Aquila, πορευθήσονται ἐν βουλεύμασιν αὐτῶν, *ambulabunt in conſiliis ſuis*, quemadmodum vertiſſe Hieronymum dixi. Apollinarius *ſtultitias* interpretatur, & permiſſiuè,

ναὶ δώσω αὐτοὺς ἀπερισκέπτως ἐπιθυμεῖν.
Eam ſuis ſtultitiis obſequentes.

Arnobius, *& abierunt in adinuentionibus ſuis.* Alia Latina pſalteria, Caſſiodorus, & auctor libri de prædeſtinatione, & gratia [i], quamuis hìc omittat coniunctionem, *& ibunt in voluntatibus ſuis.* Fulgentius [k], *in voluptatibus ſuis*: niſi fortè pro *voluntatibus* errore aliquo id poſitum apud eum ſit. Auguſtinus, *in affectionibus ſuis.* Illyrica editio in hoc membro habet idem vocabulum *deſideriorum*, & in præcedente. Senſus non variat; per *adinuentiones* verò rectè declaratum eſt Hebræum nomen: ſignificant enim conſilia excogitata & meditata, videlicet ad voluntatem, ad voluptatem, ad affectionem, ad deſiderium, denique ſtultè, & ad malum, quæ Paraphraſtes nominat *conſilia impietatum.* Alioquin *adinuentionum* vocabulo indifferenter ſcripturæ vtuntur, etiam ad bonum, vt vidimus pſalmo 27. [a] & 76. [b] quamuis Hebræum ſit aliud, quàm huius loci. Cæterùm *ire in adinuentionibus*, eſt abſque impedimento in iis progredi, proficere, eáſque adimplere: *in ſordibus adhuc ſordeſcere* [c], acutum eſſe ac ſolertem ad excogitandum, & exequendum malum: minimè contentum eſſe ordinaria, communi, trita improborum via, ſed exquisitè improbum eſſe velle: optare inſignem ac notabilem in ſcelere iudicari: aliud ſuper aliud crimen nouum addere. Ad rem facit maximè, vt dimiſſos in deſideria cordis intelligatur quoque ſinere Deus ire in adinuentionibus ſuis, quas liberè opere compleant & facilè exequantur, cuiuſmodi pſeudopropheta, cui dixit Deus [d]; *decipies, & prævalebis: egredere, & fac ita.* Antoninus [e] diſputans de præſumptione nouitatum, filia inanis gloriæ, oſtendit Iudæos Dei veri cultu relicto, & à Deo dimiſſos, ac ſequentes deſideria cordis ſui terrena, vſuris ſine ceſſatione vacando, quotidie inuenire nouas fabulas, & extortas ſcripturarum expoſitiones, vt videantur non errare, quales extant in Thalmud. De Chriſtianis item malos deſertos gratia, ire ad inferos, non ſolùm per conſueta mala communia, ſed quotidie adinuenire nouas vias. Facit inductionem in magiſtratibus, doctoribus theologis, iuriſconſultis, prædicatoribus, clericis diuinum officium recitantibus, religioſis, laicis, præſertim in *veſte peregrina*, qua vtentes damnat Deus in Sophonia [f]. *Væ qui ibit vagus in via cordis ſui* [g]: *va filia, quæ delicias diſſoluens* [h]: ejectum à Deo neceſſe eſt *vagum* [i] *& profugum* ire per auia, & qui ſe ipſum ignorat Deumque, *egredi & abire* compellitur *poſt veſtigia gregum, & paſcere hœdos* [k]: immò *porcos in regione longinqua* [l]. Hanc meritò Bernardus [m] gehenna ipſa moleſtiorem pœnam aſſerit, poſt ſpiritualis ſtudij guſtatam ſemel ſuauitatem, exire denuò ad illecebras, vel potiùs moleſtias carnis. Horrere nos iubet Auguſtinus hoc loco ſemel iterúmque, permitti nobis ire in affectionibus noſtris, tradi in concupiſcentias cordis noſtri, donari noſmet nobis. Peſſima libertas, qua nos non *liberat Chriſtus & veritas* [n], *velamen malitiæ eſt* [o]: ſuſpecta & damnanda omnis nouitas, quæ à vitæ ac ſpiritus renouatione abhorret, cúmque vetere homine concordat, faciens ne in nouitate vitæ ambulemus, ſed vt inimici crucis Chriſti. Miſerrimum iudicauit Socrates eum, qui & iniuriam pateretur, & iniuſtus eſſet: adhuc magis miſerum, ſi nullas vnquam iniuſtitiæ luat pœnas: minùs autem, ſi diis ac hominibus dignum reportet ſupplicium [p]. Nec religioſiſſimus Franciſcus abdicata ordinis gubernatione, viuere iure voluit ſuo, vt ei permiſſum erat, ſed alterius imperio. *Occupatio magna, & iugum graue adinuentis expectationis* [q], id eſt, agitare animo quem exitum habebit id quod adinueniſti, & an non inde potiùs mala prouentura, quàm bona, expectare quid noui eueniat tibi, non contento iam habitis, velle vt à te quidpiam noui prodire homines intelligant, dicant, celebrent. Laus inuentionis profectò magna, ſi rei laude dignæ ſit; quamuis ſuiſmet interdum quidam inuentis perierint, vt Icarus ab ebriis Atticis, quos vinum docuerat, interfectus [r]; Perillus vaccæ ex ære tormento [s], Aruntius Paterculus alto

a lib 1. de remiſſ. peccat. c. 13.

Ipſa peccãdi delectatio grauiter iniqui punitur.

b c. 18. 7.

c e n.

d de natu. & gra. c. 23.

e ho. 3. in Iere.

f Iere. 13. 1. & ſeq.

g Iud. 10. 6. 7.

h Iere. 12. 7.

i cap. 11. apud Aug. tom. 7.

k 2. de remiſſ. pecca. c. 13.

a verſ. 4.

b verſ. 13.

c Apoc. 22. 11.

d 3. Reg. 22. 22.

e 1. p. tit. 4 ca. 5 in princ.

f Sc. 1. 8.

g Iſa. 57. 17.

h Iere. 31. 22.

i Gen. 4. 12. 14.

k Cant. 1. 8.

l Luc. 15. 15.

m ſerm. 35. in Cant. *Gemmata ipſa ſimilitudo eſt pretioſi, pertinax, ſolida, ſuſtinet ſecum, ſemel ad carnis illecebras.*

n Gal. 5. 1. Ioan. 8. 32. 36.

o 1. Pet. 2. 16.

p Plato in Gorgia.

q Eccl. 40. 2.

r Ouid. in Ibin. *Sua cuncta malis peremerunt.*

s Plin. li. 34. c. 19. Cicero. 5 Verrina. Vale. lib. 9. ca. 2. Plutar. parallel. c. 73. & alij.

equi ex eadem materia [a]. Sed contra studium nouandi antea disputauimus. Lege quoque, si placet, quæ diximus cap. 14.[b] Actuum Apostolorum; *qui in præteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas.*

a Plenar. sup. c. 75.

b vers. 15.

Vers. 14.] Si populus audisset me: Israel si in viis meis ambulasset:

Vers. 15.] Pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem, & super tribulantes eos misissem manum meam.

EX ea Dei permissione, & dimissione, quam dixit Propheta, vt suis populus desideriis satisfaceret, suaque consilia propria consectaretur, factum est, vt incommoda & damna grauia incurrerit, quæ facili negotio deuitare, aut superare potuisset, si obedire diuinis consiliis, & in illius conuersari præceptis voluisset, si audire vocem Dei, nec suasmet sequi adinuentiones, & aberrare à via quam demonstrauit, & in qua velut dux præiuit. Nam Deus summa facilitate, atque confestim fugasset, strauisset, perdidisset inimicos illorum, & potentem ac victricem manum suam ad eos delendum extendisset, iterum iterumque cædendo. Pendent hæc, & quæ ad psalmi vsque finem sunt, ex hypothesi & conditione, *si populus audisset, & in vias* Dei *ambulasset*, beneficia hîc enumerata, & alia in sequentibus versibus contenta, illi Deum collaturum fuisse, ita vt clariùs potuissent ea quæ sequuntur, verbis eiusdem modi reddi, *munsci* Domini *mentiti essent ei: & fuisset tempus eorum in sæcula, cibauissem illos* (id est populum meum) *ex adipe frumenti*, &c.

Si populus audisset me. Israel si in viis meis ambulasset.] Respondent duobus duo, nempe querimoniæ præcedenti, quòd non audiuisset populus vocem Domini, & iuisset (futurum enim ibi pro præterito, vel continuato tempore, seu pro consuetudine ponitur, in adinuentionibus suis. Sed & nec ἀπὸ κοινοῦ toties blandæ repetuntur voces, *populus meus*, & *Israel*, vt priùs etiam notaui. Nil autem refert, quòd pro *populo, plebem* habeant alia Latina psalteria, & Augustinus, atque Cassiodorus. Synonymæ voces sunt, aut *plebs* indicat maiorem imbecillitatem, & opis diuinæ necessitatem. Idem est præterea *in viis*, & *vias* (quod secundum legit Romanum psalterium) *ambulare*. Quid hoc verò sit, dictum aliàs, seu quid *in lege ambulare*, vt est in psalmo 77.[c] quam legem viæ, seu præcepta significant & similia multa. Cæterùm conditionatus hic dicendi modus tria indicat, simul cum his quæ subduntur, & liberum hominum arbitrium, & cooperationem illius ad percipienda Dei munera requisitam, & scientiam Dei de contingentibus liberis possibilibus futuris, quam vocant mediam, nempe interuisionis, de existentibus in aliqua differentia temporis, seu alterius mensuræ, & simplicis intelligentiæ, de possibilibus absolutè. Quo pacto mediæ illius certitudini non obstet particula, *forsitan*, in sequenti versu postea dicam. Eadem colligi possunt iuxta versionem Hieronymi, & aliorum, qui particulam primam istius versus Hebræam לוּ *lu*, transferunt, *vtinam*, quæ continet item nouam emphasim, & quod-

c vers. 10.

Scientia Dei de contingentibus liberis possibilibus futuris quæsita.

A dam ardens desiderium Dei de incolumitate populi sui per obedientiam. Considera in aduerbio *vtinam*, inquit Caietanus, affectum diuinum, ad hoc vt simus boni, ad hoc vt seruemus legem Dei. Sic apud Esaiam [a] idem Deus; *vtinam attendisses mandata mea, facta fuisset sicut flumen pax tua*, &c. & in Deuteronomio [b], *quis det talem eos habere mentem, vt timeant me, & custodiant vniuersa mandata mea in omni tempore, vt bene sit eis, & filiis eorum in sempiternum?* Hoc ipsum esse votum nostrum cum Dauide debet [c], *vtinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas.* Optandum item cum Mose nobis, & cæteris [d], *vtinam sapiamus, intelligamus, nouissima prouideamus.* Voluntas Dei quam vocant B beneplaciti, & absolutam, semper impletur, signi non item, qua nimirum significat quid velit nos velle, consilia & præcepta dando, minando, promittendo, &c. Cùm enim in his expectet consensum nostrum, absolutè quidem fit quod vult, quatenus sic vult fieri quod à nobis fit libero modo: tamen res ipsa quæ proponitur, vel exigitur, non semper fit, quia pro libertate nostra, illam vel amplectimur, vel omittimus, vel eius oppositum facimus. Ex quibus illud etiam efficitur, Deum videri mutari, *qui reuera immutabilis est* [e], quoniam sub conditione quadam proponit, quæ pendet ex mutabili voluntate nostra. Origenes [f] infert ex hoc loco, quòd erat in populi potestate audire, & in- C cedere in viis Dei. Constat nihilominus dictam particulam לוּ *lu* significare quoque, *si*, & ita sæpenumero exponi, vel, *ne fortè*, vel, *forsan*. Proposito conuenit optantis notio, & conditionalis. Extat in Baruch [g] sententia conditionata, similis, *nam si in via Dei ambulasses, habitasses vtique in pace sempiterna.*

a c. 48. 18.

b c. 5. 29.

c psal. 118. 5.

d Deut. 32. 29. Vtinam beneplaciti semper impleatur. Signi non item.

e Malach. 3. 6

f 11. periarchôn c. 1.

g c. 3. 13.

Pro nihilo.] Hieronymus, *quasi nihilum.* Alij, *breui tempore: quàm breui: iuxta modicum*, vel, *minimum: penè: quasi: paulo minùs: tantùm non: nullo negotio: sine labore*; quod Apollinarius ait ἀπράγως. In aliis Latinis psalteriis, apudque Arnobium, & Cassiodorum, *ad nihilum*, apud vetus psalterium, & Augustinum, *in nihilum.* Chadaicè, *quasi in momento*, vel, *breui.* Potest D כִּמְעַט *chimhhat* hæc omnia significare, aut si scribatur per ב *beth* בִּמְעַט *bimhhat* propriè *quasi parum*, & *in parum*, id est, ferè. Quod Lxx. reddunt ἐν τῷ μικρῷ, explicant enarratores Græci ἐγγὺς τοῦ, ἀπόνως, εὐχερῶς, ἐν ὀλιγῳ, *facilè, ac sine labore, & prompè, atque in momento temporis.* Addi potest παρ' ὀλίγον, & ἐξ ὀλίγου. In aliis [h] locis Latinis vocibus, *pro nihilo*, non respondent eædem Hebræ & Græcæ, quæ hîc habentur, nec eumdem sensum faciunt. Quamuis, vt in psalmo [i] 55. *pro nihilo salues facere* declarat Augustinus [k], nullis præcedentibus meritis, ita vtcumque posset hîc exponi gratis, & sine merito Deum inimicos humiliaturum fuisse. Non est tamen iste sensus adeò conueniens proposito, quê Ricardus Cenomanus tradit: nec vt Fabro respondeatur, eò recurrendum necessariò. Non etiam placent Remigius, & Hugo, vt ad istas voces, *pro nihilo*, suppleamus *redigere*, vel, *habere*, id est, inimicos eorum humiliassem pro nihilo, nimirum habendos, & ad nihilum redigendos. Denique duriusculè Genebrardus subintelligit *in modico*, nempe pro re modica, pretióve, & contentus vel obedientia sola. Certè non parui retulit est, factuve facile obedire,

h psal. 55. 10. & Lament. 3. psal. 105. 24. & alibi.

i vers. 10.

k ibid.

tamen ti

tametsi quidquid agatur pro Deo, spectatum secundùm se, sit penè nihil. Voluit Deus, vt dixi, significare nihil sibi facilius esse, quàm omnes populi sui hostes delere, alludendo, vt indicat Euthymius, ad plagas ranarum, locustarum, cyniphum, aliarúmque rerum minimarum, quibus vitium suarum Deus magnitudinem demonstrauit, quod item extat in libro Sapientiæ [a]. Omnino mysticum est *pro nihilo* exponere pro peccato, vt facit Aiguanus.

a c.11.v.16.

Forsitan.] Non est hæc particula in textu Hebræo, & omittitur non tantum ab Hieronymo, & aliis vertentibus ex eodem textu, sed ab aliis quoq; Latinis psalteriis, & ab Augustino, Arnobio, Cassiodoro. Possunt eam nostri Interpres, propter Græcã ἀόριστον, quæ etiam reddi potuisset per aliam, in qua nulla dubitatio indicaretur, videlicet (*vtique, certè, profectò*, &c.) nec rarò expletiuè sumitur, ac redundãter apud Esaiam [b], quod absolutè Latinus habet sermo, *quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorrha similes essemus*: in vtroque membro Græcè dicitur cum particula ἄν. Hebraicè in priore יָפֻחַ *chimhhat*, quod proximè antè hîc erat, *pro nihilo*, & ἐν τῷ μηδενὶ. Non intelligo cur doceat Remigius positum hic *forsitan* obiurgatiuè, non dubitatiuè. Cur obiurgatiuè, inquam, non intelligo: dubitatiuè non poni concedo, ita vt dubitationis propriam vim retineat.

b c.19.

Quapropter qui negant Deo scientiam futurorum contingẽtium liberorum possibilium sub hypothesi, seu conditione omnino certam, & coniecturalem dumtaxat, probabilémque tribuunt, quod est procul dubio parum probabile, nec ita consonum scripturis, & Patribus, vt alibi demonstrauimus, nihil pro illa sua opinione habent ex eiusmodi dubitatiuis particulis. Canon est Augustini [c], Ambrosij [d], Gregorij [e], Chrysostomi [f], Theodoreti [g], Eusebij [h], Origenis [i], Hieronymi [k], Theophylacti [l], de quo Cantapetrensis [m], Iansenius [n], Vasquez [o] noster, Deum dici ambigere, vt libera hominis voluntas reseruetur. Alioqui multis in locis constat omitti talem dictionem, quæ in aliis rem eandem narrantibus exprimitur: & cùm de cognitione quoque rerum futurarum, vt in Deo est, agitur, adhiberi, quam nemo dubitat planè certam esse. Qu controuersiam istam ante omnes recentiores, ab annis iam 44. cùm hæc scribo (scribo autem anno 1610.) tractauit Petrus [p] Fõseca noster, vt ipsemet de se testatur, præ cæteris dignus qui legatur. Quòd autem Suares [q] etiam de nostris confirmans eandem sententiam ex præsenti loco, ait Basilium, ac Augustinum notare (*forsitan*) nõ poni ad minuendam certitudinem, non tam id illi dicunt, cùm nec legant istam particulam, quàm vt eamdem doctrinam vel tradunt, vel supponunt, quæ placet Suarez, & mihi, & meliùs opinãtibus. Aiguani durior expositio, (*forsitan*) poni ad omnem dubitationem tollendã, etiamsi illam importet, sicut pontus (inquit) dicitur mare per oppositum, quia ponte caret. Sed nec ignorantiæ reprehendi placet Interpretem nostrum à Varlenio.

c in ps.2.trac. 37.in Ioan. d 2.de pœnit. c 5. e hom 9.in Ezech. *Cur Deus dicatur ambigere.* f hom.78.in Matth. g in c.26.Ier. & c.2. Ezech. h 6.de præpa. c.9. i hom.2.in Ezech. k in cap.21. Matt. Ezec.2. Iere.5.& 26. l in c.20. Luc. m 5.hypotyp. c.5. n concord.ca. 47. o 1 p disp. 67 c.2. p in lib.6. Metaph. ca.2. q 4 sect.8. q lib.2.opusc. c.8.

Inimicos eorum humiliassem.] Augustinus, *omnes inimicos*. Humiliare & ταπεινοῦν significant hoc loco *deijcere*, & vt explicat Apollinarius, πολέμιον χθονὶ, *admouere terræ*, seu *ad terram prosternere*. Est enim נכנע *chanahh* in hiphil, *demittere, deijcere, deprimere, humiliare facere*. Noti externi internique, corporei ac spirituales inimici nostri, & omnium caput, *diabolus calumniatur, quem humiliauit* Christus [a], eiúsque *superbiam, tanquam Assur* [b].

Ταπεινοῦν.

a ps.73.4. b Zach.10.11.

Et super tribulantes eos mississem manum meam.] Hieronymus, *& super hostes eorum vertissem manum meam*. Hoc valet שִׁית *aschi*. Vertere, seu conuertere manum super aliquem, est iterum ac iterum percutere & cædere, quod Paraphrastes ait, *conuertere percussionem potentiæ, seu fortitudinis*, quod in alio psalmo [c] est *deficere à fortitudine manus Dei*. Tale id Ieremiæ [d], *tantùm in me vertit & conuertit manum suam tota die*, quasi nempe nil aliud ei esset quod ageret, aut nullum haberet inimicum alium, nullúsque qui puniri mereretur, esset. Ibi Paraphrastes (*in me se conuertit, & reuoluit plagam.*) De inimicis suis querebatur Dauid sub vnius persona [e], *tota die impugnans tribulauit me*: & [f], *tota die verba mea execrabantur*: & [g], *conculcauerunt me inimici mei tota die*. Putat Delrius noster [h] sumptam ab illis metaphoram, qui stylum vertunt & inducunt, aliáque & alia mutant, ac ducunt & reducunt manum, donec scripta in membranis verisve, penitus deleant & obliterent, iuxta illud [i], *delebo Ierusalem, sicut deleri solent tabulæ: & delens vertam, & ducam crebrius stylum super faciem eius*. *Leuare manus* in aliquem, seu *in superbiæ* eius [k], aut *exaltare*, [l] aut *inuenire* alicui, & *inuenire* aliquem [m], aut *gravari* super aliquem [n], aut *confirmare* [o], aut *extendere* [p], aut *eleuare* [q], & similia, denotant grauem punitionem. Obstat huic expositioni, quæ antea præcesserunt vocabula (*pro nihilo*) manum enim vertere & conuertere, ac iterum iterúmque cædere & percutere, non est parum & modicè, seu leuiter, aut in momento. At veriorem dixi sensum esse, vt significent quòd parum abfuisset, vel impedimentum non fuisset quominus deleret inimicos, quo tandem cumque modo id fieret. Verbum Græcum præsentis loci ἐπιβαλεῖν, significat *injicere*, quæ trita phrasis est, vt iniicere dicatur manus in aliquẽ qui percutit: & Apollinarius exposuit ἵνα αὐτὴν χειρὶ, *mea perdidissem manu*. Quod Hugo notat dici manus super reprobos ad conterendum, sub electis (vt ibi *Dominus* [r] *supponit manum suam*) ad subleuandum, etsi verum est, non tamen valde aptum. Nam & in bono sensu *fieri* dicitur *Dei manus super virum dextera eius & super filium hominis quem confirmauit sibi* [s]. Ethicum documentum Brunonis Carthusiani commodum, vt quemadmodum Deus & Christus iis consulunt, quos sciunt non admissuros castigationem, ita nos compatiamur malis, & licèt adhortationem spernant, moneamus, *vt animas nostras saluemus*, prout Ezechieli [t] dictum est.

a ps.73.4. b Zach.10.11. c ps.38.11. d Thren.3.3. e ps.55.2. f vers.6. g vers.5. b in Thren. 3 i 4.Reg 21.13. k ps.73.3. l ps.139.12.sec. Hebr. m ps.20.9. n ps.31.4. o ps.37.3 p ps.54.21.ps. 137.7. q ps.105.26. r ps.36.24. s ps.79.16. t c.33.5.

Vers. 16.] Inimici Domini mentiti sunt ei, & erit tempus eorum in sæcula.

PRobabile est quod antea indicaui, hoc & quæ ad finem vsque sequuntur pendere ex conditione versus duodecimi (*si populus meus audisset me*, &c.) ita vt adhuc hîc loquatur Deus, sed de se ipso in tertia persona, videlicet, si populus meus ea quæ dicta sunt, fecisset, præter alia etiam dicta beneficia, effecissem, vt inimici Domini, qui erant iidem inimici populi mei, cósque tribulantes, mentirentur eidem populo meo, id est, cogerẽtur seruiliter supplices ipsi fieri, ac subiectionem

iectionem simulare voluntariam, & in perpetua seruitute vitam trahere, ipse autem populus semper felicia tempora videret, & consequeretur beneficium, quod hîcin fine psalmi ponitur. Seruata porro ratione propria temporis præteriti secundùm editionem nostram, intelligemus Prophetam loqui conquerentem de maioribus suis, quòd toties mentiti fuerint Deo, fidémque ei fefellerint, vt idcirco tempus punitionis eorum futurum sit perpetuum, tum propter enumerata beneficia, tum propter illud valde insigne, quod sequenti continetur versu, nec omitti debuit. Posterior exponendi modus cæteris passim probatur, & nominat Agellius Eusebium; prior, interpretatibus ex Hebræo, quidamque alij præterea, vt Agellius propugnator Lxx. Interpretum. Sed non video quomodo particula potentialis ἂν reperi possit, vt ipse contendit, etiam cum futuri temporis verbo substantiuo ἴσαι, *eris*. Recedit ab Hebraizantibus, quem sequi maximè ducem deberent Hieronymus, conuertens in tempore futuro secundum saltem membrum: & qui ex eiusdem interpretatur translatione Treuetus, monet hic personam mutari, Prophetámque ostendere, quomodo Deus tractet malos, nimirum dissimulando ad tempus pœnam eorum, & permittendo frui beneficiis suis: nam constat in deserto negauisse Hebræos potentiam Dei, facto vitulo, cùm dicerent, *hi sunt dij tui* [a]; hoc autem peccatum vindicandi tempus duraturum in sæcula, vt non auferatur pœna licèt ad preces Mosis dilata sit: vel certè semper eis offeratur tempus pœnitendi: interim verò reficiat illos benignus Deus *cœlesti manna* [b], & super mel dulciore *aqua diuinius extracta de petra* [c]. Præferenda communior expositio secunda, quæ magis congruit editioni nostræ.

a Exod. 32.4.

b cap. 16.4 & seq. c c.17. 1. & seq. Num. 20.2. & seq.

Inimici Domini mentiti sunt ei.] Hieronymus, *qui oderunt eum, negabunt eum*, quomodo vertit Aquila, μισοῦντες κύριον, ἀρνήσονται αὐτόν. Sed apud Treuetum, *negabant*, in præterito imperfecto, & explicat, vt dixi, de præterita vituli adoratione, quando consequenter censentur Hebræi Deum verum negauisse. Itaque hoc pacto inimici Domini, vel odientes eum, sunt Hebræi, non autem horum inimici, aut eos odientes. Præstat iuxta secundam communiorem sententiã, cui fauet Symmachus, μιξοθεοι κυριου ψευσαμενοι αὐτῷ, *osores Domini, qui mentiti sunt ei*, explanare etiam Dei inimicos Hebræos toties mẽtitos illi, nec stantes promissis de seruãdis præceptis ipsius, aut de resipiscendo. Hostes quidem certè Hebræorum non odio Dei ipsorum, eos persequebantur, sed commodi proprij causa: nec mentiebantur, cui fidem nunquam dederant, &, vt de Paganis Cassiodorus ait, nulla fuerant Domini promissione constricti. Pro prima faciunt ea quæ dixi psalmo 65. [d] *in multitudine virtutis tua mentientur tibi inimici tui*, scilicet de simulata subiectione & deditione, quam victi fecissent inimici Hebræis: aut certè vero Deo, simulando se cultores eius, aut de seria negatione fidei priùs præstitæ idolis suis, veráque conuersione ad veram religionem. Seruile vitium mentiri est, vt eo psalmo 65. docui, eorúmque, qui ex necessitate ac metu seruiunt, non ex animo. similis dicendi formula in psalmo 17. [e] *filij alieni mentiti sunt mihi*. Tales simulatores etiam in genere Galli significare volentes dicunt, *faire des bons valets*.

d vers. 3.

e vers. 46.

Malo coactus (ait Comicus) *quid? nunquã officium facit,*
Dum id reseium iri credit, timuisse cauet:
Si speret fore clam rursum ad ingenium redit.

Augustinus & alij explicant de redeuntibus ad vitia, quibus renunciauimus in baptismo, violando fœdus pactum cum Deo, nec id leue peccatum esse, temporaliq; sola plectendum pœna, vt olim Hebræorũ punita sunt peccata, sed æterna. Idem est de relabentibus post sacramentum pœnitentiæ Basilius, siue Theodoretus, declarant de crucifixoribus Christi, cui se obeditures promiserant loquẽtes cum Mose [a], nimirum quia idemmet Deus erat. Nicephorus id refert ad confictas honorificas appellationes, quibus interdũ Iudæi Christum nominabant [b]. Euthymius his duobus addit, quòd cum cognati eius essent, inimici ei facti sunt, & illius cognationem mentiti. Mendacium eorumdem Arnobius attendit respectu populi, cui dixerunt *Christum non esse à Deo* [c]. Hieronymus (licet non magis verus, quàm ille Arnobius, auctor operis aduersus Gentes, quod tam sæpe moneo) consentit inimicos hîc esse Iudæos, qui, iuxta versionem ex Hebræo veri Hieronymi antea recitatam, negauerunt Christum. Valentia mentitos dicit Iudæos Deo & Christo, quia *propheta quem Mosi Deus promisit* [d], id est, Christo ipsi credere noluerint: quia vocant se & haberi volunt *semen ac filij Abrahæ* [e], sed nó sunt, cùm non recipiant sibi promissum Christum in Isaac: quia non seruant legem: Christum similiter non recipiendo, *qui venit eam adimplere* [f]. quia falsò intelligunt, ac peruersè interpretantur scripturas. In eadem sententia de Iudæis secundùm rem ipsam Treuetus est, quem citaui, nec non Lyranus, & Caietanus, item Galatinus [g], sed quatenus adorauerunt vitulum. Arbitror ad literam sermonẽ esse de Iudæis indefinitè, déque vana præuaricatione illorũ, & quasi negatione, atque apostasia à Deo. Potest extendi ad Iudæos negatores Christi, tum etiam ad hæreticos, & malos Christianos, *qui confitentes se nosse Deum, factis negant* [h]: & primam fidem irritam faciunt, immò sæpius datam de ipsius lege seruanda, *dilegentes in ore, & lingua mentientes* [i], *labijs honorantes, a quo sunt longè* [k], cùm nihil sit turpius, nihil infelicius, vt ait Philo Carpathius [l], quàm vitã disparem verbis agere, præsertim, auctore Nazianzeno [m], pauca quidem verba de virtute facere, cæterũ actionibus ipsis permulta demonstrare vitæque integritate orationi fidem auctoritatemque conciliare, quia pluris æstimanda pulchritudo visa, quàm picta, diuitiæ possessæ, quàm somniatæ: Deo autem mentiri, quod explicat Remigius, quia tandem cedat in honorẽ Dei, nimis durum sensum gignit, quamuis verum.

a Exod. 24.6.

b Matt. 22.16.

c Ioan. 9.16.

d Deut. 18.15.

e Ioan. 8.33.

f Matth. 5.17

g lib. 9. c. 1.

h Tit. 1.16.

i Psl. 77.36. k Isa. 29.13. Matth. 15.8. l in Cant. c. 5. m Orat. de plaga grandinis.

Et erit tempus eorum in sæcula.] Hieronymus, *in sæculo* quod, vt priùs dixi, Treuetus explicat de perpetua duratione, vt vel duret semper tempus vindicandi peccatum, quo Hebræi mentiti sunt Deo, & negauerunt, adorando vitulum: vel tempus ad agendum de illo peccato pœnitentiam. Primum fabulosum vocat, quamuis Lyranus, & Caietanus asserant, nixi verbis Exodi, quibus dixisse narratur Deus post cædem idololatrarum *vigintí trium millium* [n], quòd *in die vltionis visitaret & hoc peccatum* [o]. Id interpretantur aliqui de captiuitate Babylonica, vel de exitio à Romanis illato, vel de die iudicij, vel de varia clade, qua per partes tandem consumptus est

n Exo. 32. 28. o vers. 34.

populus in deserto, vel de ipsamet illa cæde viginti trium millium, postquam præposterè posita sint dicta verba. Habent alia psalteria, & Augustinus, Arnobius, Gregorius [a], Cassiodorus, *in æternum*, quod est Hebraicè לְעוֹלָם *lehholam*, Græcè εἰς τὸν αἰῶνα. Symmachus autem pro καὶ, vertit ἀλλὰ, *sed*. Plurium sententia est, vt accipiatur hoc tempus עת *hheth*, καιρὸς in malam partem, pro calamitoso tempore, & ita Hebræos ac Syros appellare solere τὰς συμφορὰς; id est, *calamitates*. Theodoretus, Euthymius, Nicephorus testantur, & de suis etiam, hoc est, de Græcis, Theodoretus, qui vult significari priuandos Iudæos perpetua cura Dei, eo modo quo primis psalmi 73. verbis, *vt quid Deus repulisti in finem?* Aliter in malam quoque partem videtur Paraphrastes accepisse, *vt sit furor eorum*, vel, vt Nebiensis vertit, *fortitudo, in perpetuum*, id est, vt eorum *qui oderunt Deum*, quod in alio psalmo [b] est, *superbia ascendat semper*. De felicitate in opposito sensu, sumunt Hebraizantes multi tempus, sed conditionatè, si scilicet populus obediuisset Deo, futurum fuisse, vt prosperè illi omnia semper fluerent, vt ea quæ ad vitæ sustentationem iucundam spectant, de quibus versu sequenti, affatim supperetrent. Videtur id etiam innuere Apollinarius,

Τῶν ὁ διδυμεύων χρόνος τρυφῆς ἐσσεῖται ἄρτι.
Horum semper vitæ alumnus erit tempus.

Approbant hoc etiam qui & Arnobij, & Hieronymi titulo circumferuntur, explanantes de Iudæorum sub mundi finem conuersione, quando, *cùm introierit plenitudo Gentium, omnis Israël saluus fiet* [c]; & refellit creditus Hieronymus Iudæos hoc sibi de loco applaudentes. Remigius quasi secutus lectionem Hieronymi, *in sæculo*, & hoc accipiens pro mundo, vel præsenti duratione, declarat quòd inimicorum Domini dies dominationis erit in sæculo hoc præsenti, non in futuro, hic dominari, ibi torquendos esse. Recens [d] auctor vult significari vitam protendi improbis, & per ea quæ postea sequuntur, meliotibus terræ fructibus ali. Alius [e], ita improbos hîc viuere, ac si semper essent victuri, breuéque tempus concessum ad viuendum, existimare sæcula æterna. Eusebium citat Agellius exponentem, etsi tanta Hebræi ausi essent, sæculum tamen præsens habituros, hócque fore tempus illorum. Genebrardus amplectitur bonam & malam simul notionē temporis in sæcula, dicitque mirari Prophetam impiorum & inimicorum Dei mentientium ei, socordiam, qui cùm in æternum viuere debeant, nec vnà cum corporibus extingui, tamē ad illius immortalitatis dubium statum, mentem minimè attollunt, neque commouentur.

Sensus literalior est, quem plurimi sequuntur, de tempore punitionis admodum diu duraturæ, & iuxta mysticum sensum, semper etiam ac in æternum in inferno. Caietanus, qui ex mystico litera'ē facere videtur, notat distinctionē Theologorum inter præmium beatorum, & pœnas damnatorum, quoniam illud erit sine tempore, hoc est, in æternitate: pœnæ verò in tempore, semper tamen durante, quia etsi (inquit) successiuæ: beatitudo autem tota simul. Obuci potest *Angelus iurans, quòd tempus non erit amplius* [f]. Gregorius [g] respondet, per tempus hic intelligi defectum, & quòd sine fine omnimodo defectu deficiant hi, qui à visionis intimæ consolatione separantur. Bruno Carthusianus idem dicere videtur in commentario huius loci; dicit enim tempus pro defectu poni, qui erit improbis in tormentis vsque in sæcula. Etsi verò locus Apocalypsis accipi possit de temporis opportunitate ad pœnitendum, vel metendum, quod tempus accipit Deus & Christus, ita vt ipsius tunc sit, non nostrum, dum *iudicat insultus* [a]; vel in morte cuiusque, vel in iudicio vniuersali: & Viegas noster [b] tropologicè perpendit, nihilominus ad literam sermo ibi est de vicissitudine dierum & noctium per cœli motum, quæ post iudicium desinent, ac proinde mensura temporis externi inde pendens. At interni temporis fluxum & successionem, quæ oritur ex rerum ipsarū mutabilium fluxu, atque successione, nemo negat, non solùm in inferno, & pœnis, sed in aliis quoque rebus eiusdem rationis, secundùm mutabilitatis, & mutationis, atque fluxus, & successionis modum, qui quoniam non est in actu beatifico, propterea non mensuratur tempore, sed æuiternitate, seu æternitate quadam participata. B. Thomas [c] docet, *ignem* inferni dici *æternum* [d], propter interminabilitatem tantùm; tamen in pœnis esse transmutationem, vt *ad nimium calorem ab aquis niuium* [e]: & idcirco non esse in inferno veram æternitatem, sed magis tempus, secundùm illud quod hîc habetur in psalmo nostro. De tempore externo quod dixi, Dionysius Carthusianus intelligendus, negans hoc loco tempus futurum post diem iudicij. Qui cœli motum cessaturum volunt ante dictum diem, de temporis illius cessatione affirmare quoque debent; sed communior & verior alia sententia est.

Cæterùm quamuis tempus, καιρὸς, עת *hheth* ἀδιαφόρως significationem habeat, & de malo aut bono dicantur, quandoque ad malum significādum vsurpantur etiam absolutè posita, sed propter aliquam circumstantiam, & peculiarem aliquem loquendi modum. Exemplum est in Threnis, *vocauit aduersum me tempus*, id est, vltionis: in Ezechiele [f], adduxisti tempus annorum tuorum: & *, *venit tempus, prope est dies occisionis*: in Ieremia [h], *seruient Nabuchodonosor omnes gentes, & filio eius, donec veniat tempus terræ eius, & ipsius*. Sic dixit etiam Orator [i], ô tempora, ô mores. Repetit Theodoretus in Threnos [k] Syros, & Hebræos. Delrius noster ait cum nominare Chaldæos, voce *temporis* calamitatem significare. In eo loco Threnorum, quem etiam citaui, nomen Hebraū est מוֹעֵד *mohhed*, significans *conuictum locum tempúsve*, aut etiam *festiuitatem*.

Vers. 17.] Et cibauit eos ex adipe frumenti, & de petra melle saturauit eos.

HYpotheticè sensus esset iuxta toties prius notata, si obtemperauisset populus Deo, suppeditaturum affatim ei fuisse copiam rerum ad vitam commodè, ac iucunde transigendam, quemadmodum iam olim concesserat *terram lacte, melleque, & oleo fluentem manantémque* [l], *constituens super excelsum terram, vt comederet fructus agrorum, sugeret mel de petra, oleumque de saxo durissimo* [m], *& in deserto manna* [n], *& aquam salutiferam* [o]. Absoluto sensu, post interpositam commemorationē liberationis de Ægypto, & promptam voluntatem quidquis largiendi [p], atq; post

a vers.12.& seq.

insertam acrem reprehensionem de inobedientia [a], mentio nunc fit de insigni prouidentia, beneficióque diuino circa manna, & aquam in horrido, & omni penitùs re ad viuendum destituto deserto, nec non de concessa vberrima & pinguissima deinde terra. Qua ex re populi eiusdem ingratitudo & peruicacia magis exaggeratur, cùm soleant feræ ipsæ cicurari, atque mitescere præbito pabulo. Sic literaliter explanant Basilius, Theodoretus, Euthymius, Nicephorus, & quem citat Agellius, Eusebius, & Hugo, Lyranus, Trieuetus, Rickelius, alij plurimi, maximè recentiores. In Esdræ libro secúdo [b] huius, & aliorum enumeratione beneficiorum à Leuitis vrgetur vehementer Deus ad renouandam misericordiam, & commiserationem *ob seruitutem in qua populus erat, in ea ipsa terra, quam dederat patribus, vt comederent panem eius, & bona eius, & fruges, quas videbant multiplicari regibus, quos posuerat Deus super eos* [c]. Sed & Deus ipse in libro 4. [d] licèt apocrypho, inducitur hæc eadem beneficia exprobrans facinoroso populo per Esdram. *Vbi sunt beneficia*, inquit, *quæ præstiti vobis* [e]? Subdit de *manna*, & *aqua* [f], *déque terris pinguibus* [g]. Premit etiam populum; *quid faciam vobis adhuc* [h]? *quid tibi faciam Iacob? noluisti obedire Iuda* [i]. Forsitan ex hoc Esdræ loco mutuatur Ecclesia in parasceue, cùm proponit adorandam crucem, & non tantùm ex Michea [k], pias illas exprobrationes, *populе meus quid feci tibi, aut in quo contristaui te? responde mihi; quia eduxi te de terra Ægypti, parasti crucem Saluatori tuo*, &c. *Ego te paui manna per desertum, & tu me cecidisti alapis, & flagellis: ego te potaui aqua salutis de petra, & tu me potasti felle, & aceto.* Similis de concessa terra, quæ lacte flueret ac melle, exprobratio extat apud Ieremiam, Baruch, Ezechielem, quos indicaui antea in margine.

b c.9.toto.

c vers.36.37.

d c.1.toto.

e vers.17.
f vers.19.20.
g vers.21.
h ibid.
i vers.24.

k c.6.3.4.

Sensus mysticus.

Mysticè hic locus exponitur ab Augustino, & imitatoribus eius, vt *adeps frumenti* sit sacramentum Eucharistiæ, qua inimici etiam cibantur, vt Iudas: *mel de petra*, sapientia Christi, qui *petra* dicitur [l], qua delectátur quoque malus. Sed quòd Augustinus ait Iudam hoc adipe cibatum, quando *dedit ei Christus buccellam* [m], fortassis præter sacramentum, quod certè non erat illa buccella, voluit intelligere peculiare id beneuolentiæ signum, quod suo proditori exhibuit. Valentia in adipe frumenti Eucharistiam; sed in melle sacramenta cætera considerat, de petra lateris Christi extracta: Pampolitanus in melle Eucharistiam, in altero abundantiam temporalium bonorum. Haymo interpretatur adipem frumenti de secretiore, ac profundiore mysterio Incarnationis, aliisque gratiis spiritualibus, mel de petra, fortiorem doctrinam, quia mel est cibus fortior. Idè ferè habet Beda, nempe per primũ indicari cum mysterio Incarnationis alia interiora doctrinæ sãctæ mysteria: per secundum, cognitionem æterni Verbi, quæ excellit omnem scientiam, sicut mel, inquit, pontificatum obtinet dulcedinis. Is, quem vocant Hieronymum, vult adipe frumenti (quia non habet frumentum adipes vel intestina) designari largitatem & pinguedinem gratiæ spiritualis, & Christum ipsum, qui vt *frumentum cecidit* [n], *sed resurrexit*: melle, dulcia spiritualibus faucibus & ori eloquia eius super mel [o]: propterea Christum post resurrectionem *fauum comedisse*, ac ab ipsamet petra, qui Christus ipse est, quodam modo mel comestum esse [p], vt nobis mel tribueret atque dulcedinem, & qui in lege biberãt myrrham, hoc est, amaritudinem, postea in Euangelio comederẽt mel Euangelij. Eodem pertinet, quòd *Ioannem mel comedisse* [a] Ambrosius [b] obseruat, quoniam annunciabat populos de petra melle saturandos, quemadmodum hîc scribitur; sicut & *Elias cibo allato à corno pastus est* [c], vt indicio foret populos nationum, terro squalentes colore meritorum, qui antè cibum fœtidis in cadaueribus requirebant, postea de se aduentitiam prophetis almoniam præbituros. Hugo tam adipem frumenti, quàm mel de petra, docet esse mysticum scripturæ sensum, ac dulcem & suauem expositionem. Præterea dicit esse possessiones pinguiores clericorũ, & delicias quas percipiunt de duritia laboris laicorum. Sunt apud eundem bonæ ac malæ proprietates mellis, ad scientiam diuinam sæcularémque applicatæ, & explicatæ, ac verbis comprehensæ, quamuis non admodum probis. Proprietates mellis bonæ sunt,

Dispergit, condit, mundat, seruat, cibat, est vox:
Dulce, sonans, flauum, flos, fauus, ardor, apes.

Malæ qualitates hæ,

Inflat, fallit, vt pueros nocet, igne nigrescit:
Ventriforum, spumans, mus, somnorum, stimulans.

Euthymius accommodat ad Christum, *qui multa hominum millia cibauit paucis panibus* [d], & potauit mellita doctrina vsque ad saturitatem. Prima de Eucharistiæ sacramento allegoria magis recepta est, atque in officio corporis Christi frequentata, tum recitando hunc psalmum totum, tum istum versiculũ sæpius, vt initio psalmi monui. Rickelius reddit vtriusque membri causam, quia sacramentum hoc sub forma tritícei panis institutum est, & melle de petra designatur dulcis effectus eius, nempe consolatio spiritualis, infusio gratiæ sacramentalis, impinguatio mentis per meritum passionis, & sanguinis Christi, qui vocatur *petra* [e]. Aiguanus, olim incognitus [f], hunc cibum ostendit esse verum ad sustentationem viatorũ, electum ad impinguationem aridorum, solidum ad confirmationem perfectorum, absconditum ad glorificationem beatorum. Præter tractatores psalmorum, Hieronymus [g] disertè ita hunc locum intellexit simul cum alio ex psalmo 62. [h] *sicut adipe & pinguedine replentur anima mea*. Qui adipes, ait, non aliud, quàm mysticam carnem sonant, ad quam Dominus discipulos hortabatur, dicens [i]; *nisi comederitis carnem meam, & biberitis sanguinem meum, non habebitis vitam in vobis*: & ideo etiam traditũ esse גיא שמנים *ghe semnim*, *Gethsemani* [k], quod significat *vallem adipeam*, siue *pinguissimam*: Aliàs idem [l] Doctor attribuere videtur Christo *adipem frumenti & similam, mel, & oleum*, quæ nominat Ezechiel [m], aliis duabus Trinitatis personis, vt quadam quasi commistione trium dulcior panis intelligatur, & vna triũ personarum non diuersæ substantiæ, sed diuersis nominibus dictarum rerum descriptæ, vna dulcedo monstretur. Possent eadem pia licentia eadem illa tria eundem in Eucharistia Christum designare, propter qualitates similes, mellis, olei. Bernardus [n] indicat eundem sensum de Eucharistia, quam inimici quoque Dei sumant mentiẽtes ei, sed ad tempus suum in sæcula, id est, *ad condemnationem*, sicut & *in Iudam post buccellam intrauit Satanas* [o]. Sed quod ait de buccella, intellige eo modo quo priùs exposui Augustinum. Decet profectò, vt, quod Cyprianus [p] admonet, amaritudo

a Matt.3.4.
b in Luc. c.3.
c 3.Reg.17.4.6.

Aliæ proprietates bonæ, & malæ.

d Matth.14.15.& seq.
e 1.Cor.10.4.
f Negatur.
g in c.55.Isa.
h vers.6.
i Ioan.6.54.
k Matth.26.36.
l in c.16.Ezech.
m c.16.13.
n serm.74.in cant.
o Ioan.13.27.30.
p de zelo & liuore sub finem.

n vers.24.

o ps.118.103.

p Luc.24.42.

a Exo.15.25. Num.33.8.9.

titudo omnis, quę intus inlideat, Christi dulcedine leniatur: siquę de sacramento crucis & cibum sumis & potum, lignum quod apud Mara protecit in imagine ad saporis *dulcedinem* [a], tibi in veritate proficiat ad mulcendi pectoris lenitatem.

b c.17.07.

Et cibauit eos ex adipe frumenti.] Omittunt coniunctionem alia Latina psalteria, & Cassiodorus. Paraphrastes vertit, *de optimo pane tritici.* Significat metaphoricè *adeps frumenti*, optimum tritici genus, florem siue pollinem farinæ, similaginem, panem lectissimum, aut quod Ezechiel [b] vocat *frumentum primum* מנית *mannith*, vel ex loco *Mannith* in Iudæa optimum frumentum producentis, vel frumentũ numerabile, id est, adeò pretiosum, & magnũ, vt non tam mensura, quàm numero venderetur. Idem repetitur psal. 147. [c] חלב חטים *chelea chittim*, hîc in singulari חטה *chittah*. Simili figura docui psal. 35. [d] inebriationem tribui vbertati & pinguedini: & Græci sub vocabulo *frumenti* suppeditationem quoque cæterorum fructuum comprehendi volũt, in terra promissionis factam. Quare non fuit omittendus literalis sensus de terra promissionis, vt facit creditus Hieronymus, quia frumentum adipes non habeat & intestina. Plura citat ex eodem Pagninus [e] in eandem sententiam, quasi dicta in eodem commentario quæ reperire nequeo, & in his illud, ò Iudæe respondeas, frumentum adipes habere: si ergo frumentum adipes nõ habet, compelleris necessitate spiritualiter intelligere. Simili figura dicitur *panis pinguis* [f], *humus* [g], *terra* [h], *mons* [i], *vallis* [k], *vinum* [l], *pascua* [m], & *speciosa deserti pingescere* [n]. & *comedere pinguia* [o], est suauissimos & delicatissimos cibos. Linguis quoque cæteris non insolens eadem dicẽdi forma Sic, verbi gratia, Cicero [p] optimum quoddam & tanquam adipale dictionis genus vocat. Virgilius [q] pingues hortos, & aruum [r]: vulgoque *pinguis vnerua* fieri quid aut dici dicunt, quod etat ẽ, & impolitè. Quin etiam, vt ab animalibus translatio fit adipis & pinguedinis ad fruges & similia: sic à plãtis florem transferimus ad rei cuiuscumque ornamentum, & decorem. & quod in ea optimũ est. Quomodo florẽm vini, farinæ, salis, æris, & similium vsu panus. præterea nobilitatis, poëtarum, iuuentutis, &c. De generibus autem frumenti nõ nihil egimus psal. 4. [s] Lege Plinium [t]. Non sunt genera omnia idonea panis materia, qui conficeretur in corpus Christi, sed triticum, idemque est de siligine, quam nominat Plinius [u] idem delicias tritici, & de alica, seu alicastro, vt est semen trimestre, pondere & bonitate præcipuum, de quo Columella [x]. & si quid aliud est quod tritici nomen propriè habere possit, vt far, seu adoreum, vt passim docent ferè omnes, & Catechismus Concilij Tridentini Apostolicam traditionẽ appellat: & in Concilio Florentino Eugenius Papa materiam huius sacramẽti panem triticeum cum vino ex vite: & quando Christus instituit sacramẽtum, non videtur allo vsus pane azymo quàm triticeo; nihil autem aliud offerendum definit Concilium Carthaginẽse III. [y] quàm quod Dominus noster tradidit: & *frumenti* nomine absolutè potuit triticum sæpe intelligitur, saltem adeps frumenti excellentiorem tritici speciem videtur designare: & Hieronymus [z] pro *frumento* legens apud Ioannem [a], *triticum*, & quod in Zacharia nominatur *frumentum*, interpretans esse illud ipsũ triticum in verbis dicti Euangelij, *nisi granum tritici cadens*, &c. ait hoc frumentum, seu triticũ esse, de quo efficitur ille *panis qui de cœlo descendit* [b], itemque [b] tritici cũ, quod negat verbis Dei Esaias [c] *dandum vltra cibum inimicis*, esse ex quo panis cœlestis efficitur, & de quo Dominus loquitur [c], *caro mea vere est cibus*: denique solus triticeus panis hominibus simpliciter accommodatus est, & quo frequenter communitérque vtemur, in quali cõmuni pane Damascenus [d] institutum scribit hoc sacramentum. Plura Theologi, præsertim Suarez noster [e], & Gulielmus Alanus [f], Ezechiel 5 indicat vsitatum populo Hebræo panem ex simila fuisse, hoc est, ex tritici farina. Hoc loco *adeps frumenti* aut manna significat, vt existimant Euthymius, & Nicephorus, præterea Treuetus, Rickelius, Hugo, Cassiodorus, Lodolphus, aut copiam frugum, præsertim, in terra promissionis, vt reliqui, ac iterum quoque Rickelius; quod etiã probabilius est. Tunc verò prætetitum *cibauit*, indicabit alia peccata, quæ populus commisit in ipsamet promissionis terra, non solùm in deserto, vbi etiã cibauit eum non modò manna, sed propter certam promissionem dictæ terræ.

c verſ.14 ſec. Hebr.

d verſ.9.

e in Iſagog. lib.3.c.a 9.

f Gen.49. 20. g Num.13.21. h 2.Reſd 9.25. i pſ.67.16. k Iſa 28. 1.4. l Ezech.27. 18. m c.34.14. n pſ.64.13. o 2.Eſd 8 10. p in Orato. q 4.Geor. r 3.Eclog.

A

B

C

D

E

Et de petra melle saturauit eos.] Sic in Deuteronomio [h], *vt sugeret mel de petra, oleumq; de saxo durissimo.* Vel sumitur mel propriè, quod apes conficiunt interdum in cauernis ac petris: vel pro vario genere suauium fructuum, qui meliùs prouenirent in petrosis & montosis locis, cuiusmodi erat promissionis terra: vel pro aqua, quæ ob sui desiderium post diu toleratam sitim, dulcis vt mel videbatur, & de petra in deserto extracta est: vel per hyperbolem, præsertim exponendo cum hypothesi, significatur quòd fecisset Deus rem infœcundam potiùs abundare omnibus ad vitã necessariis, quàm non saturasset, & quidem suauiter populum suum. Vltimam opinionem sequitur Vatablus, indicátque Bochius: primã Lyranus, Turrecremata, Rickelius: secundam Caietanus, Genebrardus, Agellius, nec nõ ex nostris Pradus [i], & Villalpandus [k]: præterea Euthymius in explanatione Cantici ex Deuteronomio. Hi volũt petram, vt dixi, denotare petrosam & mõtosam regionem Iudææ, qua ex parte terminatur Idumæa, siue Arabia Petræa, sicut in priore mẽbro, cùm de adipe frumenti mentio fit, indicari valles, & partem eiusdem terræ campestrem: per mel verò mellitos, id est, suaues fructus intelligi, vt palmæ, ficus, vuæ, pruni, mali, quoniã *oblata* dicũtur Deo *melis primitiæ a filius Israel, cum frumenti, vini, & olei* [l], cùm tamen *mel offerri* nefas esset [m], nempe liquorem sani: & similiter oleum aliquãdo pinguia cuncta significat, non solum succum baccarum oliuæ, quoniam nec hoc, nec apũ opus propriè fugitur, lambitúrve de rupibus, vt in Deuteronomio [n] tamen dicitur, sed *comedunturque*, vt est ibidem, *fructus agrorum*, & pingues & dulces. Confirmat idem Pradus, post Genebrardum, sicut & Bochius ex Ilio Martialis [o];

h c.32.13.

i in Ezech.c. 1. verſ. 13. k in c.27.ver. 17.

l 2.paral.31. 5. m Leuit.2.11.

n c 32 13.

o lib.7. epigr. 1.4.

Infanis melimela date.

id est, mellita poma, mittáve, aut etiã dulcia alia, vt ficus, mel, saccarum, &c. Digreditur Bochius in tractationem de mellifluis arbonbus, vel potiùs alueatibus in iis confectis: de melle quoque amaro, quale creditur quo vescebatur Ioannes. Lege dicta psalmo 18. [p] Tertia sententia placuit Græcis Enarratoribus, item Hugoni, Treueto, Lodolpho, præterea Chrysostomo [q]. Is probat hinc tenuem ac frugalem victum solere suauiorem & dulciorem videri: & vim in eo facit, quòd nusquam in scriptura lectum sit mel à Mose de petra

Mellis amaro vescebatur Ioanne.

p verſ.11. q hom.2.ad popu.3 lib. quod nemo lædatur niſi à ſeipſo.

eductum

v c 24. & habetur c. in sacramento de cunctec. d. 2.

x lib. 2. c. 6.

s verſ.8. t lib.18.c.7. *Ni quibus panis non conficeretur corpus Christi.* uc.1.

y in c.9 Zacha. z c.12.24.

a c.6.59. b in c 62.Eſa. c c.62.8.

c Ioan.6.50. 59.

d lib.4.c.14.

e 3.p.tom.3. diſp.44.ſect. 1. f de Euchar c.11. g c.16.23.

eductum, sed vbique fluuios, & aquas, & frigida fluenta: nec in mel mutatam aquæ naturam, sed bibentium dispositionem post indigentię defatigatione fecisse, vt melle dulciori iudicaretur. Ita videlicet Darius aquam turbidam & cadaueribus inquinatam bibens, negauit se bibisse vnquam iucundius. quia nunquam biberat sitiens, multisque antea epulis, & poculis fastidium fuerat [a]. Omnes opiniones veri similitudinem habent. Fauet secundæ frequens prophanis quoque poëtis per quandam parœmiam dicendi forma, qua *mella optant* [b] *fluere* illi cui optant felicitatem, & auream ætatem describentes, in ea canunt mella dare vel sudare quercus [c]; item ex ilice manare [d]; aut electra myricas sudare [e], & rorare querceta fauis [f]. Eodem spectat, *ferens rubus asper amomum* [g], præterea spinæ rosas, vepres lilia, senticeta violas, & similia.

Præter mysticum de Eucharistia sensum iam pridem indicatum, vel de sapientia seu doctrina Christi, & cognitione suaui mysteriorum, præterque tropologiam nunc allatam de suauitate patrimonię, potest accommodatè ad Incarnationem eiusdem Christi referri, quem vt *rorarent cœli pluerentq;*, optabant veteres Patres [h], & quo nato mellifluos factos cœlos canit Ecclesia. Sed Chiliastarum vitandus error, in quem Lactantius impingens [i], scribit quòd in illo millenario terra aperiret fœcunditatem suam, & vberrimas fruges sua sponte generabit, rupes montium melle sudabunt, per riuos vina decurrent, & flumina lacte inundabunt. Deinde notabile est, quòd vt ex petra Moses aquam eliceret, *bis virga percussit* [a], qui sola vna vice vtens illa prodigia alia patrauerat [b]. In alijs non peccauit, sed in isto minùs confidendo in Deum. Sic autem peccatori necessaria perseuerantia in impetranda venia, nec absque aliqua contradictione & contritione potest ex dura cordis petra extrahi aqua deuotionis, quam quo magis differtur & expetitur, eo expetitior, dulciorem, nec tam vt aqueum, quàm vt mellitum liquorem. Quamuis, quod attinet ad Mosem, potest aqua illa censeri mel, non ipsi, sed populo ratione gustus, quem populus percepit ex carnam perinde ac melle colligenti contingit aliquando, vt apum stimulis percellatur, sic Mosi hæsit infixus aculeus minarum diuinarum, quòd prohiberetur ingressu terræ promissæ, ob eam quam dixi diffidentiam. Stephano lapides torrentis dulces fuerunt, ac de illis eduxit mel, oleũ, aquam, quia & adeò libenter, suauitérque obdormiuit in Domino, & tam benignè, piéque pro persecutoribus orauit, atque duriorem petra Saũlem conuertit [c], deiectum lapidibus orationis, tanquam Goliam [d], multóque meliùs sibi regnum comparans tolerantia sua, quàm Dauid cùm tulit patienter lapides iactatos à Semei [e].

a Plut. & Herodotus. Cic. 5. Tusc.

b Virg. eclo. 3.

c Virg. eclog. 4. Tibull. lib. 1. eleg. 3.

d Hora. ep. od. 6 de 6 Ouid. 1. Metam.

e Virg. eclog. 8. f Claud. 1. in Ruff.

g Virg. eclog. 3.

h Esa. 45. 8.

Chiliastarum error.

i lib. 7. c. 24.

a Num. 20. 11.

b Exod. 7. & seq.

c Act. 7. c. 9.

d 1. Reg. 17. 40. 49.

e 2. Reg. 16. 10 & seq.

PSALMVS OCTOGESIMVS PRIMVS.

1 Psalmus Asaph.

DEus stetit in synagoga deorum: in medio autem Deos diiudicat.

2 Vsquequo iudicatis iniquitatem: & facies peccatorum sumitis?

3 Iudicate egeno, & pupillo: humilem, & pauperem iustificate.

4 Eripite pauperem; & egenum de manu peccatoris liberate.

5 Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant: mouebuntur omnia fundamenta terræ.

6 Ego dixi: Dij estis, & filij excelsi omnes.

7 Vos autem sicut homines moriemini: & sicut vnus de principibus cadetis.

8 Surge Deus, iudica terram: quoniam tu hæreditabis in omnibus Gentibus.

Titulus, & Argumentum.

Vers. 1.] Psalmus Asaph.

Deus stetit in synagoga deorum: in medio autem deos diiudicat.

SIMPLEX titulus nullam requirit expositionem. Nam de Asaph dictũ alias, nec auctorem psalmorũ referri propterea quòd in aliquorum titulis non tribuatur. Euthymius solus notat in quibusdam codicibus pro psalmo *eruditum intellectum*, sicut nimirum est in titulo 73. & 77. Argumentum Basilius vel Theodoretus paucis complexus est, nempe in hoc psalmo arguentem iustum iudicem inducí principes qui iudicant iniustè, nec iustitiæ libram tenent æqualiter: prædicentem præterea cum commination e fore, vt iustum ipsemet iudiciũ proferat. Addunt Euthymius, & Nicephorus prædici redargutionem, qua in Scribas & Pharisæos Dominus noster vsus legitur. Latini cõmuniter interpretantur esse sermonem de iudicio, quod exercebit Christus idem Deus, homóque, in eos, qui ipsum recipere noluerint, illique tãquam supremo principi & deorum Deo obedire. Glossa nominat eos qui Christũ ac discipulos eius innocentes ad mortem cõdemnauerunt. In fine quidẽ psalmi oratio Prophetæ referri videtur ad optandam Christi resurrectionem, & aduentum ipsius præsertim ad iudicium, qui dicitur secundus aduentus. Cassiodorus paulo magis distinguẽs, docet

in psalmi

in psalmi prima parte innui aduentũ Christi primum, qui constiterit in medio hominum, vt ideo vitari debeat consortium peccatorum: in secũda, moneri Iudæos, vt non offendãtur paupertate, & vili externa cõditione, sub qua latere voluit Christus: in tertia, vt cõsiderent homines dignitatem, ad quam vocati sunt, vt fierent filij Dei, sed vitio suo in mortis laqueos corruerunt. Accedit hoc magis ad sensũ tropologię, vel accõmodationis, quia per deos non vniuersitas populi, sed principes ac iudices debent intelligi, vt videbimus. In eodem genere cẽsendum quod Bruno asserit, agi de Synagogæ perditione, & Gẽtium cõuersione. Athanasius Marcellino scribit, de Christi iudiciaria potestate aduẽtúque ad iudicium in hoc psalmo agi. Appellat præterea cum 57. psal. istum ἐπιτίμησιν *adhortatorium*. Iustinus [a] etiam satis indicat psalmũ esse de iudice Christo. Hic postremò vnus de psalmis est, ex quo dignatus est Christus proferre testimonium [b], appellãs *legem*, quatenus eo nomine nonnumquam tota scriptura cõprehenditur, vt alibi notauimus. Sed arbitror generaliter ad omnes iudices hunc psalmũ pertinere, nec vel tempore Iosaphat regis editum, vel eius propriè tempora prędicere, vt velle aliquos refert Agellius, quamuis extet illius ad iudices adhortatio [c] valde congruens isti psalmo.

a in Trypho.

b Ioa. 10. 34.

c 2. paral. 19. 6 & seq.

Deus stetit &c.] Priusquam Deum loquentem Propheta inducat, cõstituit præsentem, quasique medium inter omnes iudices, qui diuino quodã honore & officio donati sunt tanquam dij terrestres, vt omnium supremus Iudex Dominusq; dispiciat, quemadmodũ commissum sibi iudicandi & regẽdi munus administrauerint, &, si peccauisse deprehenderit, arguat & increpet.

Deus stetit in synagoga deorum.] Tertullianus [d], *Deus deorum stetit in ecclesia deorum*: aliàs [e] omisso nomine *deorum* in principio Hieronymus, *in cœtu Dei*. Ambrosius [f], & Hilarius [g], *in congregatione deorum*. Alij, *astat in congregatione Dei*: vel, *præsidet in conuentu iudicis*, seu *fortis*. Chaldaicè, *Deus, cuius maiestas commeratur in congregatione iustorum, qui potentes sunt in lege*. Hebraicè pro nomine singulari est nomen formæ pluralis אֱלֹהִים *elohim* pro plurali est אֵל *el* singulare, à quo vel ab אֱלוֹהַּ *elohah* est illud aliud Hebræum nomẽ plurale: & significant Deum vt est iudex aut fortis, & qui solus exigere possit iuramentũ, cùm iurare sit אָלָה *alah*, vnde etiam quidã deriuant nomen אֵל *el*, aut qui Dei vices gerit. Quia verò Synagoga, cõgregatio, cœtus, conuentus plurium est placuit Interpretibus nomen secundum singulare per plurale trãsferre: tum etiam quia versu 6. nomine plurali Hebræo vocatur *dij*. Censet Agellius in *standi* verbo latere hanc vim, vt, quia reorum est ante iudices sedẽtes stare, quod colligit ex verbis Iethro, cùm dixit Mosi [h], *cur solus sedes, & omnis populus præstolatur de mane vsque ad vesperum*. Hebraicè, יִצַּב *nitsab*, Deus videatur subire illorum personam, & velle vt iudices in reis personã spectẽt ipsiusmet Dei: quasi de ipso Deo laturi sint sententiam, & si iustam non ferant, sciant quemadmodum Iosaphat monebat [i], *se non hominis exercere iudicium, sed Domini*. Hebræi è contrario, & Hebraizantes per יִצַּב *nitsab* volunt significari protectionẽ, curam, auctoritatem Dei. Refert Nebiensis ex Rabinis traditionem sic exponentium, & quòd cùm vellet Abraham stare, iussit eum Deus sedere, & ipse stare voluit ante illum, filiósque ipsius velut illos confortans: mendum autem esse, quòd legitur *Abraham stetisse coram Domino*. Locum Geneseos c. 18. [a] si intelligunt, mendum non est, quia est יצב *hhomed* & יעמד, quod Paraphrastes explicat de habitu gestuque orantis. Mendaciũ potiùs aut figmentum cẽseri debet recitata illa Rabinorum traditio. Tritus aliorum, præsertim Latinorum, sed mysticus de Incarnatione sensus, quia Deo secundùm se non conuenit vllibi stare, cùm cœlum terrámque impleat, & ille factus homo Deus sit, de quo Ioannes [b], *medius* (inquit) *vestrũ stetit*: & Baruch [c] (pro quo Cassiodorus Ieremiam nominat, quoniã amanuensis illius erat) *in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est*. Et quia hi homines erant Iudæi, de his rectè *synagoga* vocabulũ, vt ab Ecclesiæ nomine quod magis propriè de Gentibus vsurpatur, dici volunt. Iustinus [d] intellexit de Christo, qui in conuentu Iudæorum de mortalium omnium genere iudicaturus hîc prædicatur. Euthymius, & Nicephorus, ac Hugo restringunt ad Scribas & Pharisæos, qui vocentur dij, quia præerant aliis, & inter inferiores iudicabant, eo modo quo primis psal. 49. dicitur verbis, *Deus deorum dominus*. Naziãzenus [e] interpretatur de Christo, qui stabit Deus in medio deorum & regum, beatitudinis gradus & dignitates distinguens, ac diuidens: & Elias Cretẽsis [f] declarat fi. appellari homines, qui non humano more ambularunt. Literaliter *stare* hîc, vt & sæpe alibi, idem est, quod esse, seu interesse, ac præsentem esse & *Synagoga* omnem congregationem cœtúmque significat licèt discrimen illud ab Ecclesia, de quo Augustinus hîc, & alij, nósq; aliàs, admitti possit. *Dij* non omnes homines aut Iudæos, vel Iudæorum Scribas & Pharisæos, vel quoslibet eorumdem magistratus & iudices, multo minùs præcisè illos qui erant sub Iosaphat, sed in genere quoslibet vbique, & quouis tempore simili officio fungentes. Tales autẽ deos appellari docuimus etiam psalmo 49. [g] Profecto *stantem vidit Iesum* Stephanus [h], Esaias [i] Deũ sedẽtem sit *stare ad iudicandum*: Ioannes [k] eundem Iesum *medium* inter Iudæos, & *in littore* [l], quæ, nisi mysticè loquimur, de auxilij exhibitione, iudicij executione, carnis ostensione, naturæ incorruptione, vt notauit Hugo, simpliciter, & ad literã significant solam præsentiam; & quid simile ità vt quod de reo ante tribunal stante dixit Agellius, & quidam alius [m], literali sensu, quem consectatur, admitti non debeat, vt nec de habitu siue positione inferioris, subditi, ministrantis, orantis, quibus rebus *standi* vel *assistendi* verbum accõmodari bene demonstrat Pineda [n] noster. Nec aliter quàm secũdùm eumdẽ moralem sensum accipimus, quòd Hieronymi nomẽ gerens auctor cõmentarij, hoc loco distinguit Deũ stantẽ, ambulantẽ, sedentem, dormientẽ, quia ipsi moraliter eriã loquẽdo, ita nos habemus, ipse autem istis modis se se attẽperat ad nos, & immutabilis in se, pro nostra varietate mutatur, & verbi gratia stet, si sancti simus, quod est quadã ratione deos esse ambulet, si cuaserimus peccatores, &c. Eodẽ pacto ait Hugo Deũ in quibusdam stare & manere, id est, in firmis & cõstantibus: in aliis, nẽpe fluctuantibus, trãsire: in eos qui se totos exponũt sæcularibus curis, nec ingredi quidem. Ambrosius [o], citato loco isto, docet Deũ iudicando stare, non tantùm sedere: stare etiã, sicut Stephano stetit [p], quasi aduocatũ & sollicitum, vt certantes iuuet, atque paratũ, vt coronet. Nec verò etiã stare cùm dicitur hoc loco Deus, propriè significat quod voluit Antoninus [q],

a versus.

b Ioan. 1. 26. c. 3. 38.

d in Trypho.

e ora. 5. seu 2. de filio & or. 42. siue 1. de baptis.

f in ora. 5.

d 1. cont. Marc. c. 17. e cont. Hermog. ca 5. & cont. Praxeã c. 13. f epist. 5. edit. Roma. g in ps. 136.

g verf. 1. h Act 7. 55. i c. 53. 13. c. 11. 26.

k c. vlt. 4.

l Ezech. 8. 14.

m Valderrama in exercitio primo abbatum ordinis Hieronymi, Hispanice. n in c. 11. Iob verf. 6.

i 2. paral 19. 6.

o epist. 15 edit. Roma. p Dan. 7. 9. q Act 7. 55.

r 3. p. tit. 30. c. 1.

illius

iudicetur, aut occultæ fraudes, quas Deus detectaros sit, & ipsas, quod alibi [a] dicitur. *ugitivas iudicaturus.* Vel in medio diiudicare est palam, in omnium conspectu, oculisque, *in oculis* & in conspectu *solis huius* [b]. Vel simpliciore sensu supplendo verbum *stando* significatur, quòd stans, aut etiam sedens, versans, habitans, constitutus in medio deorum, illos diiudicat, & primatum tenet, quem nemo eripere potest, quantumlibet superbiant, furiantque, quippe cùm excelsis excelsior sit. Chaldaicè, *Deus potens super cœlos altissimos, & insuper omnes se terra rex imperans feruentis* [c]. Idem valet *discernendis* verbum, quod est in Latinis aliis psalteriis, in Augustino, Cassiodoro, Cypriano [d], qui vtitur participio, Hieronymo [e], Isidoro [f], Hilario [g], vt scilicet intelligatur Deum aliorum deorum, id est iudicum, expendere iudicia, & quod habetur sequenti versu, *accusare, ac redarguere.* Quamquã verum etiam sit approbare quæ digna sunt approbatione, siue cùm iudices absoluunt innocentem, siue cùm nocentem damnant. Sed hæc R. Moïs Nahmanidis expositio non ita cohæret cum his, quæ statim hic subnectũtur. Diiudicatio discretióque ista, & huius temporis & futuri est, atque secundùm vel sensum mysticum, vel accommodatitium de Christo intelligi potest, tum de Iudæis, & aliis, à quibus iudicatus, & damnatus est, tum de aliis quibuscumque. Ambrosius [h] discrimen ponit inter iudicare & diiudicare, vt iudicare dicatur Deus de imperfectis, diiudicare inter deos, quod antea tetuli Nazianzenum exposuisse, vt beatitudinis gradus, dignitatésque distribuat inter iustos, qui non humano viuentes more mereantur appellationem deorũ. Basilius [i] hoc indicat, cùm docet iudicare hîc esse idem, quod probare, exponitque de illis, qui ob fidem digni facti sunt vt dij vocarentur. Non est discrimen perpetuum, & Hebræum שפט *sciaphat* nullam importat inter plures discretionem & diiudicationem, multo minùs qui sint solùm iusti. Idem affero de tropologia Hieronymi [k], exponentis distributionem charismatum & domorum in Ecclesia, quæ Paulus [l] enumerat. Quod autem is qui putatur Hieronymus in huius loci commentario, etiam moraliter tradit, Deum quasi Imperatórem in medio exercitus deos diiudicare, & rem formidabilem, plenámque terroris esse, si Deus deos diiudicat, de peccatore quid faciet? hos inquam, deos pro iustis ponit sumi, cùm tamen de iudicibus sit sermo & principibus viris, ac potentibus, quos *potenter tormenta passuros* docet Sapiens [m], quódque *horrende & cito apparebit eis, & iudicium durissimum his qui præsunt, fiet.* Lutetiæ Parisiorum in celebri Palatio Parlamenti, quod vocant supra imagines confidentium iudicum expressa velut de nube manus extans armata gladio est cum epigrammate,

L'espee du Souuerain Iuge
Est dessus cil, qui autruy iuge.

Hac re credo, quicumque auctor illius fuit, magis ad psalmi nostri sententiam alludere voluisse, quàm ad fulgentem gladium è lacunari seta equina appensum, qui Dionysij impendebat cerniculis [n]: nec enim impius numen verebatur, sed tyranno semper aliquis terror impendebat ab iis, quos opprimebat. Æthiopas ferunt vacuum in medio subsellium constituere, in quo dicant Deum cõsidere præsidem iudiciorum, iudicúmque iudicem. Constat quoque codicem Euangeliorum in Conciliis collocatum velut in throno, vt Christum ipsum repræsentaret [o]. Quin & Petrum Alexandrinum narrant in Episcopali cathedra sedere adduci nunquam potuisse, quod in ea se diuinum splendorem ac numen clàm intueri diceret. Scribit Athenæus [p] præterea quòd ἀνάθημα δικαστοῦ τὸ τῆς Δίκης ἄγαλμα, *deorum numero asscriptum est etiam Dicæ*, hoc est Iustitiæ, *nomen.* Appellat item Imperator leges suas templum Romanæ Iustitiæ [q]. Adolet Orpheus [r] θύειν, id est *ture*, in hymno duplici quę canit τὰ ἔνερθεν τὰ ὑπερτέρια. De illius imagine Gellius [s] ex Chrysippo. Sed exotica omittamus. Rectè autem Hugo monet hanc sententiam posse thema esse in concilio Episcoporũ, vel in Capitulo Abbatum: addit in senatu: verendúmque ne pro synagoga deorum, eiusdat Satanę synagogã [t], & pro synagoga peccantiũ quæ sit stuppa collecta, & consummatio illorũ flamma ignis [u].

a Cyrill. in epist. Synodal. 12.

b Iob 18.18.

c D. de inst. & iure. Aut. Cassiod. Cassiod. div. 5. 14.

c Apoca. 2. 9. & 3. 9.

t Eccl. 21. 10.

Vers. 2. VSquequò iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum sumitis?

GRauis & acerba indignati in iudices iudicis supremi expostulatio, quod non aliquando tandem, tam tui dissimulante ac tolerante ipso, desinant, nec finem iniquis iudiciis imponant; nec tam ius curẽt æquúmque causarum ipsarum, quam personas, vt non cuique quod suum est, iustè reddãt, sed κατ' ὄψιν προσωπολημψίαν, & acceptationẽ personarum decernant, æstimando quid capere vtilitatis ex reis & clientibus possint, quid vitæ damni, non quid recta iustitiæ ratio requirat. Non eget hæc sententia explanatione; satis constat quod sit peccatum acceptionis, seu acceptationis personarum, de quo Thomas [g] Aquinas, & alij, quo pacto etiam cadere in Deum non possit, apud quem toties dicit Scripturæ [h] non esse. Sed ad rem facit maximè locus Deuteronomij [i], vbi vt populo persuadeatur circumcidere præputium cordis, & cervicem non indurare, ratio affertur, *quia Dominus Deus vester ipse est Deus deorum, & Dominus dominantium, Deus magnus & potens, & terribilis, qui personam non accipit, nec munera.* Quid enim mouere posset ad accipiendum personas illum, quia nulla re egeat, sed sit omniũ dominus? quid inflectere, vel commouere, vel impedire potentem atque terribilem? Quod autẽ ita sit, probatur mox ibidem [k], *quoniam facit iudicium pupillo & viduæ amat peregrinum, & dat ei victum atque vestitum.* Sunt hæ calamitosæ personæ, quarum haberi ob emolumentũ ratio nó solet, nec per se potest. Nec pauca verò loca sũt, quibus inhibetur hominibus ista iustitiæ deprauatio [l]. Ratio assignatur, *quia Dei iudicium est* [m]. Quia verò poterat aliquãdo difficultas omni ex circumstantiis, qualitatibusque personarũ, præcipit Deus [n] *si difficile quid iudicatur*, in hac nimirũ etiam re, *vt ad se referat, & sequi audiatur*, ac videlicet quoque responsurum. Alia præterea causa redditur, *quia non est homo* [o], quod phrasi scripturę, & κατ' ἀνθρωπον, significat valde malũ. Testatur verò Malachias [p] redditos Iudæos *humiles*, id est viles, *atque contemptibiles* propter hoc peccatũ omnibus populis, quia scilicet *nõ seruauerunt vias Domini, & acceperant faciem in lege.* Græcè πρόσωπον, *personam.* Vbi Hieronymus obseruat, quod inter omnia peccata Leui, siue eorũ qui ex Leui sunt, sacerdotum Dei, illud & vltimum, & maximum ponitur, quòd non causas, sed personas considerarent, iustumque pauperẽ despicientes, iniquos diuites susciperent, & honorarent: & ad illos dici id quod habetur in istis verbis psalmi, Iacobus [q] con-

g 22. q. 63.

h Deut. 10. 17. 2. Paral. 19. 7. Iob 34. 19. Sapien. 6. 9. Eccl. 35. 15. Rom. 2. 11. 1. Pet. 1. 17. Ephe. 6. 9. Coloss. 3. 25. 1. Tim. 5. 21.

i Deut. 10. 17.

k vers. 18.

l Leuit. 19. 15. Deut. 1. 17. c. 16. 19. Prouer. 18. 5. c. 24. 23. ca. 28. 21. Eccl. 20. 24. c. 42. Malach. 2. Ioan. 7. 24. Iacobi 2. 1. 9. 1. Pet. 1. 17. in Deut. 1. 17. ibid.

m Prou. 18. 5. c. 24. 23. c. 28. 21.

n Deut. 1. 17.

o Psal. 9.

q c. 2. 9.

a hom. 12. de 2.

b Epist. 14. ad Eliodorum, & in Malach. c. 1. & 2.

c de officio 2. 1. epist. 29. & in pital. 3. & tract. 30. in Ioan.

d de summo bono c. 5.

e de consile. g verbo, Acceptio personarum.

f 4. de consid. ub. 3. c. 3.

g Plutar. in Themist. h Dio Cassius in Traiano.

i Valer. lib. 6. c. 8. lib. 6 c. 3.

k Idem.

l in Phocione. m Plutar. in Lycurgo.

n Valer. supr. o Plutar. in Lycurgo.

p 1. Reg. 14. & 15.

q cap. 30. in fine.

r 2. offic. c. 24.

s 1. de consolat. ub. 3. c. 11.

t Eccl. 7. 6.

u Luc. 18. 6.

x c. 1. 4.

y versu 2.

z psal. 4. 3.

a Prou. 1. 22.

b de Trinit. c. 13. apud Turrell. *Improbata sententia.*

Iunxit eo argumento, quod tales *reatu ganiantur a lege tanquam transfressores*: his nempe qui notati sunt prius locis. Legendi Basilius [a], Hieronymus [b], Amorosius [c], Augustinus [d], Isidorus [e], Bernardus [f], quos noster citat Ioannes Busæus in panario siue arca medica sua [g]. Dignum æterna memoria Themistoclis ad Simonidem poëtam, præter æquum quiddam postulantem, neque ta bonus poëta esses, si modos & numeros in canendo contemneres neque ipse bonus prætor, si gratiam cuiusque legibus præferrem [h]. Nec illud Fratanis minorem laudem meretur ad Tribunum militum, cùm in eius manus strictum ensem porrigeret, Cape ferrum hoc, &, si quidem rectè imperium gessero, pro me, sin aliter, contra me hoc vtere [i]. Suppetunt exempla eorum, qui nec affinitatis, nec vllius cuiusquam nec sinudinis ratione, quominus fontes damnarent, remouere potuerunt, cuiusmodi sunt in Torquato [k], Bruto [l], Epaminonda [m], Seleuco [n], Phocione [o], & in Saule, qui nec parcere filio volebat, quòd mel delibasset [p]. Omnino verum quod monet Augustinus [q], hoc vitium euadere in hoc sæculo magni laboris esse: & scribit Ambrosius [r] pronum esse genus humanum fauere honorationibus, ne læsos se putent, ne victi doleant. & Bernardus [s] sæpe & noxiè insidiari indicantibus solere, & in eorum conscientia latere ad paruum peccatum, vt facies peccatorum sumant. At *nolet iners iudex qui non valeat virtute irrumpere imputatem; ne forte extimescat faciem potentis, & ponat scandalum in æquitate sua* [t].

Vsquequo iudicatis iniquitatem.] Hebraicè in futuro, Chaldaicè, *vsque quo impij iudicabuis falsitatem.* Innuit עול *hhauel* fraudem aliquando: generaliter autem dicitur de omni iniuria, omnique malo contra leges & iura. Iudicare iniquitatem potest quis bene, illam damnando. Idcirco supplendum, vsquequò / quod alia psalteria, & quidam dicunt *quousque / iudicatis iudicium iniquitatis* id est, *iudicium iniquum*, vel clarius, *iudicio iniquo*, vel, *pronunciatis iniquam sententiam*, vel, iniquè, quem vocat Christus [u] *iudicem iniquitatis*, Iacobus [x], *cogitationum iniquarum*, id est, iniquè iudicantem & cogitantem. Euthymius nomen pro aduerbio positum notat: vel iudicare iustitiam, esse iustificare iniustos, & declarare iustos esse. Apollinarius per oppositum declarat,

μὴ ἕως τότε ἀδίκως ἵστασθε ὑπὲρ τῶν ἀσεβῶν.
Vsque quo prava iustitia non iudicatis legibus!

Sic verò in psalmo 74. [y] declarant aliqui, *ego iustitias iudicabo*, hoc est, iustè iudicabo. In prima particula: *vsquequo*, siue *quousque*) notat Cassiodorus pranam consuetudinem longi temporis: & Augustinus confirmat simili sententia [z], *vsque quo grauis corde*? Adde [a], *vsquequò paruuli diligunt infantiam*? quasi iam tempus esset deponendi mores infantiles, ætate iam prouecta.

Et facies peccatorum sumatis?] Hieronymus, *& facies impiorum susceptis?* Alia psalteria, & Augustinus, atque Cassiodorus, *peccantium*. Nouatianus [b], *personas hominum accepistis*? Non significat facies peccatorum sumere vel peccantium, & impiorum eorum imitari mores & personas induere, vt videtur velle Augustinus, Cassiodorus, aliique multi Latini, exponentes de consentientibus in mortem Christi, quam creditus Hieronymus nominat interpretationem sacratiorem, explicitque exemplo theatri, vbi diuersas vnus idemque aliquando personas refert. Recte idem Auctor concludit, infelicem, qui plures in malo habet personas, felicem, qui in bono. At minime dubium, quin significetur peccatum acceptionis personarum, de quo egimus, quando, vt ille pie Auctor priore docet loco, non considerat quis, causam, iudicium que, sed personas eorum qui habent causas. Explanant Euthymius, & Nicephorus per φιλαισθησίαν, Apollinarius per αἴσχυνην, quæ significant *verere*, ac *venerari*. Obscura erat conditio quadam ex parte illius iudicis iniquitatis, sed ad iniquitatem liberius patrandam *ἀνθρωπον μὴ ἐντρεπόμενον, hominem non verentem* [c].

αἴσχυνη, ait Apollinarius, πρόσωπα ὑπερφιάλων ἀνθρώπων.
Veneramini verò facies (personas) *superborum mortalium.*

Generaliùs patet ἁμαρτωλοὶ, & רשעים *reseiahim*, tameth nomen Hebræum sæpe pro impijs vsurpatur. Alius Græcus auctor anonymus declarat *ἀνθρώπους ἁμαρτωλοὺς, hominibus placere.* Posset etiam verbum Hebræum משא *thisu* à נשא *nasa*, quod inter alia valet *erigere* & *attollere*, fenium illum reddere; quò vsque facies peccatorum erigitis, & eorum rationem habendo, atque in eorum gratiâ iudicando, & iustos opprimêdo, efficitis vt facie virtuque erecto, læto, alacri, confidenti sint? Tota phrasis, vt leuare caput, faciem, oculos dicantur qui læti sunt, & quibus ex animi sententia; sicut è contrario mœrore deiicitur vultus, & concidit. Exêplo est Cain [b], cui Deus, *quare irratus es, & cur concidit facies tua? nonne si bene egeris, recipies?* שאת *seeth attollere*, id est, dabitur vt attollas, nempe vultum, incedes recto vultu, vites in gaudio, & lætitia, exultatio & exaltatio erit tibi. sicut & fratri, propter quem videris dolere, quòd sic elatus & erectus sit pra te. Sic verò quem *honorabilè vultu* Latinè legimus in Esaia [d], Hebraicè vocatur נשאי פנים *nesu panim. susceptus, aut eleuatus vultu* seu *facie*. Translatio nostra idem indicat; *nonne recipies*, nimirum præmium, tum bonæ conscientiæ internum testimonium, tum attestatione acceptationis meæ, quam retulit à me signo externo frater tuus. Quanquã concedi potest alia illa expositio, quòd iniquus iudex sumat faciem, personam, imaginem, similitudinem peccatorum, quibus causam adiudicat, quoniam idem sentit cum ipsis, & non honesti amore ducitur, sed appetitu commodi proprij, sicut ille. Inde alia tropologia elicitur non incommodè, vt confletur idem iudex faciem, imaginem, similitudinem, personam peccatorum induere, quos absoluit, quoniam iam euadit eo ipso apud Deum reus, qui *stans in medio diiudicat*, deponit & exuit *imaginem Dei, ad quam factus erat*, & assumit illam peccatoris. Cancellarius Parisiensis [e] Greuecus demonstrat quot peccator sumat facies brutorum, latuásque, vt leonis, per superbiam, & rapacitatem: vrsi, & lupi, per voracitatem: asini, per stoliditatem, & duram ceruicem: vituli per lasciuiam: tauri, per extollentiam: pardi, per varietatem & hypocrisim: simiæ, per gesticulationem & histrionitatem: hiænæ, per crudelitatem: ericij, per asperitatem & mansuetudinem; orycis, per pigritiam & somnolentiam: aspidis, per inobedientiam: hirci, per infamiæ fœtorem: apri, per iram: porci, per luxuriam, & immun-

diriam:

A B C D E

Rhabdeuthem. Aἴσχυνη.

a Luc. 18. 2.

b Genes. 4. 5.

c vers. 6. 7.

d c. 1. 3.

Tropologia.

e ser. 177. *Quot facies peccatores induant & sumant.*

ditiam: canis, per hanc, & inuidiam ac detractionem: chameleontis, per simulationem: leporis, per timiditatem: cameli, per gibbositatem, id est, temporalium sarcinam: serpentis, per calliditatem: vulpis, per dolositatem, & hæresim, prudentiam mundi, & circumuentionem. Illustrat omnia satis aptis scripturarum testimoniis; nec deerunt aliæ comparationes diligentiùs conquirenti, cuiusmodi est obuium illud ex viperis, quo Ioannes vsus est [a]. Iam priot hoc attigerat Hugo: præterea illum qui mores cuiuspiam peccatoris imitetur, censeri faciem eius sumere, vt Adæ, qui libidinem sciendi habeat; Caïn, qui laboret inuidia; Lamech, qui crudelitate; Nemrod, qui ambitione; Pharaonis, qui oppressione subditorum; & sic de aliis. Denique *abominabilis quisque fit, sicut ea quæ diligit* [b]: quoniam amor transformat. Omnibus placere studendum, sed *in bonum* [c], quia *qui hominibus* sine delectu *placere vult, Christi esse seruus non potest* [d]: & *dissipat Deus ossa eorum qui hominibus placent, spernitque eos* [e]. *Si verè iustum quis iudicia loquetur, rectè iudicat* [f]. argumentum itaque iusti affectus est in iudicando rectitudo, inquit Basilius [g]. Nefas facere iniquum aliquod in iudicio, in regula, in pondere, in mensura [h]: *quia pondus & pondus, mensura & mensura, vtrumque abominabile est apud Deum* [i]: *pondus autem & statera sunt iudicia Domini, & opera eius omnes lapides sacculi* [k].

Quis enumeret sanctæ libertatis exempla, nullius respicientium personam prophetarum, præsertim Nathan, Eliæ, Elisæi, Esaiæ, Ieremiæ: præterea Ioannis Baptistæ, Christi, Apostolorum, nominatim Pauli, martyrum, & Confessorum, maximè Athanasij, Martini, Hilarij, Ambrosij, Basilij, Chrysostomi, Sabæ, Aphrantis, Columbani, Thomæ Cantuariensis, Stanislai, qui Regum & Imperatorum non sumpserunt facies, personásque veriti non sunt, quominus constantissimè ad mortem etiam vsque tuerentur diuinum honorem, Orthodoxam fidem, Ecclesiæ dignitatem, immunitatem? Neque enim, (scribebat Gregorius VII.) fortissimus defensor dictæ iã immunitatis, agens de Henrico rege Romanorum, Ecclesiæ hoste ac Simoniaco, quem & excommunicauit, liberum nobis est alicuius personali gratia legem Dei postponere, aut à tramite rectitudinis pro humano fauore recedere, dicente Apostolo [m], *Si hominibus placerem, Christi seruus non essem.* Legendus Bernardus [n], quales, quod ad hoc spectat, idoneos scribat Eugenio vt ad curiam admittat. Medium, in quo stare hic Deus dicitur, & Christus tortes, innuit non esse acceptatorẽ personarum, sed omnibus ex æquo prout expedit, se communicare, omnesque pro meritis diiudicare. In medio stans Christus salutat, dicens, *pax vobis* [o], quia cum hoc medium tenet magistratus, cessat in subditis obmurmurandi occasio, quam etiam Apostoli ceperunt, & indignati sunt, quando intellexerunt sedes primas à filius Zebedæi postulari [p]. Quo modo non sit acceptio personarum in Deo, docui ad c. 10. [q] Actuum Apostolorum. Huc facere verò etiam potest adagium τὸ πρόσωπον τὸ δικάζειν τὸ δίκαιον. cum apertè quæ sentimus, apud amicos tum facimus, tum loquimur. Præterea quod scribit M. [r] T. bonum virum neque contra remp. neque contra iusiurandum ac fidem, amici sui causa facturum, ne si iudex quidem erit de ipso amico: ponere enim personam amici, cùm induit iudicis Id Philosophus dixit [s], magis amicam esse veritatem, quam Platonem, & Socratem. In fine versus est סלה *selah*, & διάψαλμα: quod posset innuere grauitatem dictæ sententiæ, & querimoniæ diuinæ.

Vers. 3.] Iudicate egeno, & pupillo, humilem & pauperem iustificate.

Vers. 4.] Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate.

ACceptionis personarum vitium cernitur frequentius erga diuites, potentes, in dignitate constitutos, pronúmque, vt priùs dixi cum Ambrosio [a], est genus hominum fauere honoratioribus, ne lætos se putent, ne victi doleant. Ergo admonet Deus iudices, vt potiùs reddant iudicium pauperi & pupillo, & egentium ac depositarum patrocinium suscipiant personarum, ac innocentes declarent, *qui à diuitibus vexantur, opprimuntúrque* frequentiùs *per eorum potentiam, & ad iudicia trahuntur* [b], nec habent vnde corrumpere iustitiam possint, immò nec vexationem iniquam redimere, videlicet *munera*, quibus iniqui iudices *excæcari se sinunt* [c]: & omni ope destituti, causa necessariò contra ius fasque cadunt. Nec sententiam iustam pronunciasse contentos esse vult, sed vt re ac opere ipso illam exequi conentur, & vt effectum tortiatur, curent, eripiendo, & liberando calamitosos & inualidos ab iniquorum potentia, atque violentia; Hoc est quod eum *cui Pater omne iudicium dedit* [d], factuum fuisse prædictum est, vt *iudicaret pauperes in iudicio, & saluos faceret filios pauperum, humiliaret calumniatorem, liberaret pauperem à potente, & pauperem cui non erat adiutor, parceret pauperi & inopi, & animas pauperum saluas faceret. Ex vsuris & iniquitate redimeret animas eorum, & honorabile nomen eorum esset coram illo* [e], vt videlicet non soli, nec per se haberentur in honore potentes, & diuites. In ancipiti dubiáve causa inter diuitem pauperémque, propensionem magisque inclinatam decet esse iudicis voluntatem atque sententiam in pauperem. Nam hoc naturæ ingenium est, debiliori parti subuenire, vt in elementis & corporibus quoque nostris cernitur: dignior misericordia, & huic virtuti conuenientior is qui miserior: eo magis infirmo & inopi nos studere conuenit, inquit Ambrosius [f], quia pro eo qui non habet remunerationem, speramus à Domino Iesu, qui sub specie conuiuij generalem virtutis edidit formam, vt his potiùs nostra conferamus beneficia, qui nobis ea non possunt repræsentare [g]: Ipsimet Ethnici principes voluerunt, si subdito lis sit cum ipsis, vt illi potiùs faueatur: quod de Traiano Plinius [h], Capitolinus prodidit de M. Antonino, qui vocatus est philosophus, quorum tempore fas erat contra fiscum iudicare, cuius, inquit Plinius, mala causa nunquam est, nisi sub bono Principe: & Modestinus i dixit, non putare se delinquere eum, qui in dubiis quæstionibus contra fiscum facilè iudicauerit. Quia tamen interdum facilior quis potest esse ac benignior, & immodico commiserationis affectu trahi, cauet Deus, ne quis pauperis quoque misereatur in iudicio, *nec de-*

a Matt. 3. 7.
b Osee 9. 10.
c Rom. 15. 2.
d Gala. 1. 10.
e ps. 52. 6.
f ps. 57. 2. — regnum iusti efficitur ad iudicandum rectitudo.
g hom. 1 m.
h Leuit. 19.
i Prouerb. 20.
k c. 16. 11.
l lib. 1. ep. 19.
m Galat. 1. 10.
n 4. de cõsid.
o Luc. 24. 36.
p Matt. 20. 20.
q vers. 34.
r 3. Offic.
s Ari. Rh. 1. Eth. c. 6.
a 2. offic. c. 24.
b Iacobi 2. 6.
c Deut. 16. 19.
d Ioan. 5. 22.
e ps. 71. 4. 12. 13. 14.
f 2. offic. c. 25
g Luc. 14. 12.
h in Panegy.
i l. non puto. D. de iure fisci.

a Exo.23.1.6. b Leuit.19.15. c Deut.1.16. d 2.Cor.8.9.

dinet in iudicium pauperis [a]: *neque consideres personam pauperis* [b]; item præcipit, *vt nulla sit distantia personarum, sed ita paruum audiatur, vt magnus* [c]. Mystice transferuntur hæc ad Christum, *factum pro nobis egenum* [d], ne despiciatur à Iudæis.

Iudicate egeno & pupillo.] Hieronymus, *pauperi & pupillo.* Alij in accusatiuo, *pauperem, & orphanum.* Nullus Hebraicè articulus est, litteræue seruilis, quæ casum indicet: ordine autè præcedit nomen significans *pauperem, egenum, tenuem, miserabilem*, quem Paraphrastes nominat מסכנא *mischena* vocabulo, quo Itali Gallique etiam vtuntur, *meschino, mesquin.* Hispani *Mezquino.* In textu Græco præcedit nomen *pupilli* seu *orphani*; sicut & in aliis Latinis psalteriis, apudque Augustinū, & Cassiodorum, apud Tertullianū [e] autem, *pupillo, & mendico*: & correcti codices habent casus accusatiuos ὀρφανὸν, καὶ πτωχόν. Vim aliqui faciūt, vt datiui denotent iudicare in gratiam alterius, sicut & in simili sententia psalmi 9. [f] *iudicare pupillo & humili* ὀρφανῷ καὶ ταπεινῷ quæ hoc loco secūdùm editionem Complutensem, Regiam, & aliorum librorum ὀρφανῷ καὶ πτωχῷ, pro quibus Aquila ἀπορφανῷ, καὶ ἐνδεεῖ *imbecilli & orphano*: Symmachus ἀσθενεῖ, καὶ ὀρφανῷ, vt primùm significet vel *infœcundum*, vel *orbum parentibus.* Sed posterioris acceptionis, quam dubitans licèt, Auctor scholiorum in Biblia Græca Sixtina affert, exemplum non reperio, nec differret à sequenti vocabulo ὀφανὸν & prole carere ac successione pars calamitatis censetur. Videntur autem significare nonyma iudicare alicui, aut aliquem: & Apollinarius exponit de cognitione iniuriæ.

ὀρφανικῷ, καὶ ἀπόπαιδα δ' ἐνοσοῦντι ὕδρωπι.

Pupilli & egeni cognoscens iniuriam. (quæ nimirum illi fit.)

Quantæ potrò curæ sint Deo pupilli, orphanive, & egeni siue pauperes, aliàs docui: Tertullianus [g] admonet inchoatum sermonem à Christo *beatos mendicos* prædicare [h], exemplo Creatoris, qui à Marcione dicebatur veteris Deus testamenti diuersus à Deo noui, seu à Christo: Creatoris autem affectus tot ac tantos esse, mendicos, & pauperes, & humiles, ac viduas, & pupillos vsque diligentis, consolantis, asserentis, vindicantis, vt hanc quasi primitiam benignitatem, riuulum credas de fontibus Saluatoris; & eiusmodi vocum frequentiam magnam esse tanquam in sylua, vel in prato, vel in nemore pomorum.

Humilem, & pauperem iustificate.] Hieronymus, *egenum & inopem.* Tertullianus [i], *iuste tractate*, sicut & quod in Esaia [k] legitur, *defendite viduam*, idemmet legit eo modo. Iustificare hoc loco est ius dicere, & iustum declarare ac innocentem eum, qui sit talis. Vnde dicitur *qui iustificant impium pro muneribus, & iustitiam iusti auferunt ab eo* [l]; & *qui iustificat impium, & qui condemnat iustum, abominabilis apud Deum* [m]. Magna & rara laus iudicis, iniquam nunquam protulisse sententiam. Hoc in ipsa paganis ille celebratur, si vera narrat ex Paludano [n] Antoninus [o], cuius diu post mortem fodiens rusticus in agro, linguam reperit, quæ conceptis verbis ad baptismum eò vsque, ista de causa se dilatam, seu in ea immorantem animam, assereret, eúmque flagitaret, quem & impetrauerit.

Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate.] Hieronymus, *suscitate inopem, & pauperem de manu impiorum liberate.* Augustinus, *auferte inopem, & pauperem de manu peccatoris eruite.*] Tertullianus [p], *liberate pauperem, & mendicum de manu peccatoris eruite.* Non sufficit ab iniustitia cessare, non pronunciando iniquam sententiam, nec opprimendo pauperes: debet iudex, si potest, violatores ac vexatores illorum coercere, eruere, actionem instituere contra istos pro illis; non retardari potentia cuiuspiam aferenda pro illis sententia. Prælatis verò etiam multò magis necessarium hoc studium, exemplo Dauidis [b], *eruere oues de ore leonis, vel vrsi, hos suffocando, & interficiendo*: quasi dentibus conterendo, sunt enim veluti sponsi *dentes similes gregibus tonsarum* [c], vt exponit Aponius [d], citatis præsentem locum: item exemplo Iob [e], *qui conterebat molas iniqui, & de dentibus illius auferebat prædam.* Sic præcipit Deus *liberari vi oppressum de manu calumniatoris* [f]: & Sapiens [g], *eum qui iniuriam patitur de manu superbi.* Nihil Mose, vel Dauide, vel Christo mitius, & benignius, nihil simul seremus, magis; magnanimum illud aduersus miserabiles, hoc erga contumaces & rebelles. Bellè in eundem cadit cum clementia magnanimitas; vt Basilius [h] dictis ducet exemplis Mosis, Dauidisque. Id Plato [i] quoque vtrumque in custode ciuitatis requirit, ducta comparatione a cane generoso, qui aduersus familiares & notos mitissimus, aduersus ignotos crudelis videtur, ac sæuus. Præcipit etiam [k], vt nocte vigilans malis hominibus, tum hostibus, tum ciuibus terrori sit, amandōs honorandósque iustis se præbeat & temperatis, sibi & ciuitati vtiles vniuersæ. Conqueritur Deus acerbè, & cum comminatione, *de pastoribus, qui perdunt, & dilacerant gregem* [l], & *oues deuorationi omnium bestiarum permittunt* [m]. Daniel senem iudicem reprehendit, *quòd iudicaret iudicia iniusta, innocentes opprimens, & dimittens noxios* [n]. Mystice aptantur ista Christo, vt de manu Iudæ proditoris, Pilati, Caiphæ liberaretur.

a 4 cōt. Marcion. c.14.
b 1.Reg. 17. 34.35.36.
c cant.4.2.
d ibid.
e Iob 29.17.
f Iere.22.3. g Eccl.4.6.
h epist.2.
i 2.de legib.
k lib.7.
l Iere 23.1.
m Ezec. 34. 5.8.
n Dan.13.53.

Vers. 5.] Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant: mouebuntur omnia fundamenta terræ.

REi indignitate commotus Deus transfert orationem ab iniquis iudicibus, quibus cum antea loquebatur, arguendo, & monendo illos officij. Quamuis, ait, istos ego toties arguerim, monuerimque, nihil promouit, nec euaserunt sapientiores & prudentiores: sed assiduè versantur in tenebris, atque potentia, dignitate, commodorum propriorum studio, cupiditate *munerum excæcantium* [o], *medulla ipsa* [p] *excæcati sunt.* Quo circa de rerum hos a fundamentis extirpare, & qui videbātur velut quædam respublicæ, prouinciæ, mundi fundamenta, efficiam vt brevi moueantur & demoriantur gradu, atque dignitate. Certè cum venerit iudicium, simul cum terræ horribili motu, concutientur ingenti pauore. Sed & nunc, ob eorundem ignorationem imprudentiam, iniquitatem, necesse est rempublicam, prouinciam, mundum, omnes homines qui nituntur illis tanquam fundamentis, & basibus (βασιλέας namque Gregorius [q] etiam obseruauit quasi βάσεις λαῶν dicti, orbémque portantes) vehementer commoueri vacillare, corruere, labefactari, omnem vitæ humanæ rationem & ordinem confundi, cuncta susque deque inuerti, in quoddam quasi chaos redire terram illam illuminatam syderibus, terræ limilem hanc tenebrosæ, operíque mortis caligi-

o Psa.25.10. p Sap.2.21.

Basilius.
q 3.moral. c.10. vel 13.

ne,

nic, *vbi nullus horror, sed semper omnis horror inhabitat* [a]. Ipsi orbem portant, aut Gregorius, qui cunctas præsentis sæculi tolerant: tantorum quippe ponderis vnusquisque sustinere compellitur, quanti in hoc mundo principatus: & ipse super se populum sustinet, qui motus illius, potestatis pondere huius, regit: quo enim subiectorum suorum onera tolerat, eo quasi superpositam columnam basis portat. Diogenes in faciem sepeliri voluit, cum diceret post paulum interiora conuertenda [b]. Quod etsi de principatus conuersione ac mutatione intellexit, & quia Macedones iam obtinerent, atque ex humilibus sublimes fierent, commodè transferri potest, quasi propter improbitatem orbem administrantium ima summis permutanda forent, & oculis in faciem sepultus cælum visurus, quod loco terræ per tantam catastrophen succederet. Sed hoc ipsum ita Diogenem respondisse, quod quidam [c] sentire videtur, equidem nō comperi. Communis allegoria est de ignorantia crucifigentium Christum, *quem si cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent* [d], quo crucifixo *terra mota est, scissa est petra* [e]: vel commorus ad pœnitentiam *centurio* cum aliis [f]: *& post Pentecostem plurimi* [g], ac deinceps plenitudo Gentium, & præcipui quoque ac veluti fundamenta illarum secundùm potentiam, dignitatem, sapientiam, &c.

Nescierunt neque intellexerunt.] Hieronymus, *non cognoscunt neque intelligunt.* Hebræa tamen sunt futuri temporis. Cyprianus [h] exponit prædictionem, quòd Iudæi neque cogniturí, neque intellecturi, neque recepturi essent Christum, *non cognouerunt*, &c. Chaldaicè, *nescierunt bona operari, & non intellexerunt legem.* Alij primum referunt ad ignorationem legis: alterum ad inconsiderantiam, vt nec voluerint animaduertere: aut quod iudices, vt ait Rickelius, ignorent regulas iuris, aut certè intentionem legislatoris. Inuehitur Esaias [i] *in speculatores cæcos, nescientes, & canes mutos, & pastores ignorantes intelligentiam*: apud Ieremiā [k] Deus *in Sacerdotes, qui tenentes legem, nescierunt ipsum, & in pastores, prævaricantes in illum*: rursus Esaias [l] *in Sacerdotes & prophetas, nescientes præ ebrietate, absorptos à vino, nescientes videntem, ignorantes iudicium.*

In tenebris ambulant.] Cyprianus [m], *in umbra deambulabunt.* Vmbra luminis priuatio quædā est, ac tenebrarum rationem habet. Futuro autē tempore quod est etiam Hebraicè יתהלכו *ithhallechu*, quamuis Hieronymus in præsenti quoque vertat, posset indicari maior ignoratio cæcitásque tanquam pœna præcedētis, eo modo quo vnum peccatum censetur alterius pœna. Vel innuuntur ærumnæ calamitatésque, in quas iniqui iudices incident, & permouenda fundamenta possunt significari. Volunt Euthymius & Nicephorus insinuari persenerantiam in errore τῆς ἐθελοκακούσης αὐτῶν, *eorum qui sponte cæci facti sunt.* Vtrumque verum est, tum ignorantiam errorémve, tum calamitates miseriásque, vocabulo *tenebrarum* importari. Primum est magis ad rem, itáque declaratur ab Apollinario, quasi ambulatio in tenebris, vt causa præcedens ponatur ignorantiæ ac erroris,

Δύναται ἀπὸ τοῦ ἐν τῷ σκότει περιπατεῖν εἰρῆσθαι.
Quoniam insipienter pernicioſam persequebantur caliginem.

Stultus in tenebris ambulat inquit Sapiens [o]. Inter execrationis causa frequentius reperitur ea, quæ est in muneribus, & in iudicibus, de quibus nunc agitur, lepius locum habent. Dicuntur *munera etiam excæcare prudentes, & subuertere verba iustorum* [a]; seu *excæcare oculos sapientum, & mutare verba iustorum* [b]: item, *venia & dona excæcare oculos iudicum, & quasi mutum auertere correptiones eorum* [c]. Pro muto Græcè est φιμὸς ἐν σιαγόσι, *ratio & frænum in ore*: & sensus est, quòd munera correptiones iudicum, Græcè σοφῶν, *sapientum*, auertunt ac reprimant, ceu iniectum oris frænum: vel iuxta editionem nostram, & Rabani expositionem, efficit vt sint quasi muti in ore; cui simile adagium, *hos in lingua*; & *argentarg vsum patitur.* Nam quod Lyranus, & Rickelius, & Strabonis sententia, nomine *muti* putant hic ranæ speciem significari, quam vocant Græci καλαμίτην, quæ in os latrantis canis proiecta, latrandi adimat facultatem, iure reiicitur à lanfento. *Qui cognoscit in iudicio faciem, non bene facit iste, & buccellā panis deserit veritatem* [d]. *Excutienda* ergo *ab omni munere manus* [e]; *ne multitudo donorum inclinet te* [f], *& auferant animam tuam* [g] *& errore Balaam mercede effundaris* [h], hoc est in omne facinus prolabaris; *& ignis deuoret tabernacula tua* [i]. Purgarunt se diligenter ab isto crimine Samuel [k], & Paulus [l], quia familiare vitium id malo prælato est, vt annotant Gregorius [m].

Mouebuntur omnia fundamenta terræ.] Addit Paraphrastes (μετέωρα) & in textu Nebiensis, *propterea sic mouebuntur pedes fundamenta tam terræ.* Videtur innuere quod in paraphrasi dicebam cum Gregorio, reges & omnes magistratus esse bases & fundamenta reipublicæ: cui comparationi addit Paraphrastes pedes, non vt sunt infima animalis pars, hoc enim pacto conuenit denominatio capitis iis, qui præsunt, sed quatenus fulcitur ac sustentatur per pedes. Ergo ætiologica Paraphrastis particula insinuat ruinam totius mystici & politici corporis, cum lapsu casúque iudicum iniquorum. Explicant alij, legentes in præsenti, *mouentur, nutant, vacillant omnia fundamenta terræ.* Perinde verò est legere in futuro, etiamsi nutent omnia fundamenta terræ, & omnia concuti videantur, & cladem ingruere toti reipublicæ, sibique ipsis, adhuc ne sciant, non intelligant, in tenebris ambulent, nihil discernant, oculos ad mala tanta, tantámque rei indignitatem non aperiant, cæci sint, palpantes in meridie, præcipites ferantur in omnem iniquitatem. Hoc pacto fundamenta terræ non soli iudices erunt, sed omnia reipublicæ ad minicula, etiam externa, omnis humanæ vitæ rectè agendæ ordo, & ratio, iura, leges, iustitia, quorum omnium ex iudicum iniquitate magna perturbatio, confusio, immutatio, iactura oritur. Videntur Græci accipere de pœna iudicum iniustorum, vt propterea vita eorum perturbatione repleatur. Græcè est imperatiuus καλαβάτωσαν, quasi Deus ipse comminetur, imprecetur, accersat iniquis iudicibus malum, & interitum vsque ad fundamenta & fundum, vt dicunt. Quo modo allusio est, vt fundamenta iudices ipsos, & eorumdem res & bona, quasique sustentamenta significent. *Audiunt montes*, ait Micheas [n], *iudicium Domini, & fortia fundamenta terræ.* Hoc est Deum deos diiudicare, & velle etiā castigare; & quod paulo post in hoc psalmo subditur, etiamsi dij sint, interficere, atque deiicere. Docēt Euthymius, & Nicephorus hūc esse Dei λόγον ἀγανακτήσεως, *sermonem indignationis*, iubendo terram commoueri, & fluctuare, ad incutiendum

[a] Exo. 23 8.
[b] Deut. 16. 19.
[c] Eccl. 20 31.
[d] Prou. 28 21.
[e] Esa 33 15.
[f] Iob 36. 18.
[g] Prou. 22. 9.
[h] epist. Iudæ vers. 11.
[i] Ieb 15. 34.
[k] 1. Reg. 12. 3.
[l] Act 20. 33.
[m] lib 5. c. 2. in 1 Regum & hom. 18. in Ezech.
[n] c. 6. 2.

[a] Iob 10. 22.
[b] Laër. lib. 6.
[c] Valleriana. exercitio sabbati post cineres Hiſp. au. ſabbatinate ſtigere in dia Cor. : 8
[d] Matt. : 27 51
[e] Ibid. vers. 52 53.
[f] Actuum 2. & 4.
[g] Actuum 2. & 4.
[h] lib. 1. c. 3. lib. 3. c. 6.
[i] c. 56. 10.
[k] c. 2. 8.
[l] c. 28. 7.
[m] lib 1 cap. 3. lib. 3. c. 6. Vmbra eſt quædam luminis priuatio.
[o] Eccl. 2. 14.

territorem iniustis principibus, atque iniquis iudicibus: vel vt eorum iniquitates nec terra sustineat, sed dehiscat, & eos absorbeat. Id tibi quoque vult Apollinarius,

ἵνα σεισμὸν ἐπὶ τοὺς ἄδικους πνεύματα ᾖ κινῆσαι.

Inde commoueantur (iniqui iudices) *totius circa fundamentum terræ.*

Testatur præterea Euthymius transtulisse Symmachum, *conturbabo terram propter habitantes in ea*, videlicet iniustos iudices. Solet vehementior Dei ira vindictaque *commotione terræ ac fundamentorum illius* describi, vel *combustione* [a], vt vidimus psalmo 17 [b]; & dicitur etiam *subuertis fundamentum alicuius hominis* [c], *& commoueri à fundamentis, & vsque ad supremum desolari* [d]: præterea *eradicari fundamenta* [e]: *terras gentium euerti a Domino, & perdere eas vsque ad fundamentum* [f]; *& cùm complet furorem suum, & effundat iram indignationis sue, succendere ignem, & deuorare fundamenta* [g], *ad hæc exinaniri vsque ad fundamentum* [h], *& hoc destrui* [i], *& denudari* [k], quod figurate sicut & alia, sumi potest pro iis omnibus, quibus aliqui quasi nituntur, & fulciũtur. Ezechiel namque destructionẽ fundamentorum declarat per *corruentes illos, qui fulciebant Ægyptum*. Cardinalis Hugo hanc sententiam applicat ad Cardinales, qui portãt, inquit, orbem [m], *& super quos cardines posuit Dominus illum* [n]. Moueri autem scribit nunc prece, nunc pretio à iustitia, à veritate, à bona voluntate, sed mouendos tãdem de loco suo, vbi turres & palatia construxerunt, quãdo dicet Dominus exterminatori angelo [o], *percute cardinem & commoueantur superliminaria*: & cum hîc de omnibus fundamentis affirmetur, an sint omnes Cardinales tales, Dominum scire, nostrum nõ esse iudicare, quamuis Esaias [p], de ipsis dicat, *omnes in viam suam declinauerunt, vnusquisque ad auaritiam suam a summo vsque ad nouissimum*. Quòd si fortè, subdit ipse, vita aliquorum sit contemptibilis, tamen gradus & dignitas Ecclesiastica in eis est honoranda & reuerenda, quoniam nominantur dij. Cautè profectò & sapienter de Cardinalibus Cardinalis, si tamẽ tunc Cardinalis, cum Christiana & Prædicatoria libertate modestiam prudentiam adhibens. Nec dubito, quin sicut hoc ætate nostra eluceant & eluxerũt egregia etiam sanctitatis exẽpla, quæ digna censentur apotheosi, sic ætate Hugonis, ac postea similia non defuerint, vt de antiquioribus taceamus, noti Petrus Damianus, Bonauentura, Bernardus Parmensis, Guarinus Veronensis, & nostra memoria Robertus Nobilius, Carolus Borromæus, relatus haud diu antèan Sanctorum numerum, Stanislaus Hosius, Cæsar Baronius, quos exempli tantùm causa attingo. certus valde multorum numerum confici posse: neque recitatam Hugonis sententiam in tempora nostra, quæ Dei bonitas est, conuenire.

Vers.6.] Ego dixi: Dij estis, & filij excelsi omnes.

Vers.7.] Vos autem sicut homines moriemini, & sicut vnus de principibus cadetis.

EXprobratio est, & amara quędam irrisio Iudicum & Principum, qui nõ modò, vt proximè dicebatur, licèt fundamenta terræ sint, monendi sunt, & euertendi: sed etiam, quamuis a Deo ipso nomen illis proprium communicatum fuerit, cũ potestate iudicandi & vindicandi, & vt per angelos qui & ipsi vocantur *filij Dei*, sic per ipsos hunc gubernari mundu voluerit, nihilominus tandem mori debent, non minùs quàm vulgares quique homines, & cum morte dignitatem atque potentiã amissuri, quemadmodũ contigit tot ante illos Principibus ac tyrannis: Quòd si ad mortẽ etiam vsque in iniquitate perseuerauerint, æternas pœnas luituri. Vlupauit hunc locum Christus, & argumentatus est contra illos, qui eum lapidare volebant, *quod cùm homo esset, faceret se ipsum Deum. nõne scriptum est*, [a] ait, *in lege vestra, quia Ego dixi dij estis? si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solus scriptura, quem Pater sanctificauit, & misit in mundum, vos dicitis, quia blasphemas: quia dixi, Filius Dei sum*? Quo loco, etiamsi quidam enarratorum, sicut & hic, sermonem Dei factum intelligant ad prophetas, quibus de verbo incarnãdo reuelatum est, alij ad omnes, qui per gratiam τῆς λόγου *Verbi* acceperint adoptionem filiorum Dei, & quandam participationem diuinitatis: vt multo maiore ratione Christus appelletur Deus, qui est ipse sermo seu verbum, Deique filius: nihilominus præstat exponere de iudicibus de quibus absque dubio agitur in toto psalmo: & Hilarius [b] pro *sermone*, qui non ita solet verbum æternum significare, legit *verba*. O iudices, inquit hoc loco Deus, ego vos appellaui deos. Deiq; filios, cauete, ne tã honorifico titulo insolescatis, nève propterea credatis vos exuisse humanã & mortalem conditionem, neque rationem mihi supremo Iudici reddituros non esse, vel saltem in morte, in qua redditur ab omnibus. Christus ad hominẽ, vt dicunt, respondit, nolens apertè se Deum, & Dei Filium consubstantialem asserere, sed blasphemiã non esse, *quòd se in Patre, & Patrem in se esse dixisset*, & quamuis disertè Filium Dei se nominasset, quod non fecerat, sufficere, vt ita loqui posset, quòd eum Pater sanctificasset, non quòd, vt aliqui explicant, sanctitatem generando communicasset, quòd naturam ipsius diuinam copulasset cum humana, quòd separasset, elegisset, destinasset victimam pro mundo, quæ nulli alteri cõueniunt, etiamsi sermo ad eos fiat, id est, peculiare præceptum de regendo & iudicãdo iustè, sed quoniam ipsius animã gratię copiosæ munere sanctã reddidisset, & mirandis eandem operibus, vt ibidẽ [c] mox Christus subiungit, comprobasset. Hilarius [d] de sanctificatione Christi, vt homo erat, exponit. Toletus [e] arbitratur de omnibus Iudæis esse sermonem, non præcisè de iudicibus. Mihi hoc magis placet, sicut & Barradio, cuius est quoque sententia de Christi sanctificatione secundùm humanitatem. Nec durum videri debet, vt sermonem Dei factum ad aliquos ita interpretemur, & non genericè de lege, cùm constet Prophetas ita de se ipsis loqui, ita etiam Lucam [f] de Ioanne Baptista. Idem sentit Salmeron [g], de iudicibus agi hoc loco.

Cæterùm Dei sermo factus ad principes & iudices vt dij dicerentur, extat, non quando dixit Deus [h], *faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*, sed tum quãdo mittens Deus Mosen dixit, *constitui te Deum Pharaonis* [i]: tum clariùs, vt notat Euthymius, cùm cauit *ne* [k] *quis dijs detrahat, & principi maledicat*: Adde, *vt reus applicetur ad deos, causásque litigantium ad illos pertineat* [l]. Nec propterea negamus extendi posse

appella

a Deut. 32. 22. 2. Reg. 22. 16. Iob 9. 6. 26. 11. Psal. 17. 8. 16.
b vers. 8 16.
c Ioan. 22 16.
d Sap. 4, 19.
e Eccl. 3, 22. 40. 16. 17.
f Thre. 4. 11.
g Psal. 17. 6.
h Ezech. 30. 4
i Ezech. 30. 4
k Abac. 3 13.
l Ier 50. 6.
m Iob 9. 6.
n 1 Reg. 2. 8
o Amos 9. 1.
p Esa 56. 11.
a Ioan. 10. 33. 34. 35 30.
b in psal. 136.
c vers. 39.
d 7. de Trin.
e in Ioan. c. 10. ann. 20.
f c. 3. 2.
g tom 8. tract. 44.
h Gen. 1. 26.
i Exo. 7 1.
k c. 22. 28.
l vers. 8 9

appellationem ad omnes Iudæos, quos alias docuit a Deo ipso vocatos filios suos, & ad quosuis alios, præsertim iustos, *quibus data potestas est filios Dei fieri*. Non etiam hac ipsa de causa excipiendi Angeli, quin cognominari valeant *filij Dei*, vt alias [a] ostendi aduersus Chrysostomum [b], & Philippum Solitarium [c], quibus adde Iobium monachum apud Photium [d], qui homines angelis hac in re præfert, & quia dæmonum peccatum irremissibile, & quia, *si quid angelis discrepans euangelizent, alijs quæ homines, anathema sunt* [e]: & quia, *cum non sit ausus Michael diabolo iudicium inferre blasphemiæ* [f]; *homini calcare illum licet* [g]: *& quia homo iudicabit cum Christo, & considebit cum illo* [h] *iiudex illi ac Deo* [i]; *quod Lucifer frustra appetiit* [k]. Adde, quòd *angelos ipsos iudicabimus* [l], & potestatem quam prius dixi, consecrandi & absoluendi. Deos vocatos non ita probari potest. Nam quod sub Dei persona in data lege dixit; [m] *Ego sum Dominus Deus tuus*, non hoc efficit, vt velle Salmeron [n] videtur, sed potius oppositum: sicut & quoties inducitur loquens Deus, quod tamen passim creditur factum Angelorum ministerio. Latetur Nouatianus [o] Dei nomen de angelo dici, & posse existimari ex *duo sanctis* apud Danielem [p]; quamuis ita ibi loqui potiùs videatur ex sua, & Gentilium sententia, deque falsis diis ex idololatria. Cum autem Hieronymus [q] ait hic esse sermonem Deo, ad eos *qui per scalam Iacob somniantis descendunt* [r], homines intelligit qui de virtutis decidunt gradu, nihil aliud quàm homines, *& secundùm hominem ambulantes* [s]. Insinuat Augustinus [t] angelos quoque dici Deos: expressiùs tamen homines, ne propter angelorum excellentiam aliquem eorum nobis constituere Deum infidelis auderet infirmitas, quod in homine facile est euitare: homines verò id dici audientes de hominibus, certi ac fidentes fierent, esse eum Deum suum, qui dictus est Deus Deorũ, quia nõ sunt dicti dij Deorum, id est hominum, dij immortales illi ac beati, nempe angeli, ti quãdo eo nomine, quod rarò fit nominentur. Origenes [u] præterea explicat virtutes cœlestes vocari Deos primis psalmi verbis. Isidorus [x] eadem videtur tam de angelis, quàm de hominibus interpretari, & pluraliter in iis nomen Deorum dici, quia non sunt merito æquales. Hilarius [y] ratiocinatur, multo magis angelos sic appellandos quàm homines, & illos esse, quos Paulus [z] *Deos in cælo vocat*.

Ego dixi, dij estis.] Videtur Apollinarius hanc orationem tribuere prophetæ,

αὐτὸς ἐγὼ εἶπα τοῖς, μακάριοι καὶ πολλοὶ ὑμεῖς ἦτε.

Ipse vltro dixi, Beati antea vos esse.

Et certè non satis constat alium esse qui loquatur vt Deum, & quando Christus hunc locum citat, ait, *si eos dixit*, & c. non exprimens quis, sed ita scripturam dixisse. Cùm autem Christus, vt dixi, hoc testimonium vtiurpauerit tãquam vocabulo *Deos* significante, non debet audiri Paraphrastis expositio de angelis (*ego dixi, veluti angeli vos estis reputati, & tanquam angeli excelsi vos omnes*) quamuis אלהים *elohim* angelis quandoque tribuatur, [a] *in conspectu angelorum psallam tibi*: quos *Deos* tamen Hieronymus ibi reddit, memineritque versionis istius Chrysostomus; Paraphrastes, *iudices*) & in Iob [b] *filij Dei* passim intelligãtur esse angeli, &, vt antè docui, possit ea de angelis appellatio concedi: & Ambrosius [c] asserat plerumque sic vocari, quia ex nullo homine generantur. Denique iam prius ostendi non insolentem esse in scripturis hanc de angelis formulam, vt *filij Dei* dicantur: sed ita hoc loco sumi literaliter non videntur. Concedit Cyrillus Alex. [a] id nomen angelis.

Sensus mysticus est de filiatione diuina per adoptionem, & gratiam, quę quamuis prædestinatis maximè propriè conueniat, vt innuit Augustinus, conuenit nihilominus etiam reprobis, secundùm præsentem iustitiam, in qua interdum reperiuntur, & omnibus indefinitè *potestas data est filios Dei fieri* [b], de qua filiatione dixi, explanans epistolas Ioannis [c]. *Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur, & simus*. Nemini licet habere de Deo aliquid à se, sed à Deo, ait Tertullianus [d], quem antea quoque recitaui, ex gratia ipsius, non ex nostra proprietate, quia ipse est solus qui deos faciat. Cum indignatione Chrysostomus, quem citat in panoplia [e] Euthymius, ait; Ergo quoniam homines filij Dei dicuntur, & dij, vnigeniti diuinitatem in dubium vocabis, eúmque nihil amplius habere, quàm te dices? Homines autem Dei filios Hieronymus [f] ait esse ad quos fit Dei sermo (accommodatitiè vsurpat tractata Christi priùs verba) & humana vitia relinquentes, conuersationem diuinitatis imitantur, & exilientes ex hominibus, ferũtur ad cælum: item [g], qui deficiant vt homines, contemnendo humana, & non vltrà moriantur vt homines: præterea [h], quibus reuelata sunt diuina mysteria. Augustinus [i] docet, quemadmodum qui terram diligit, terra erit, sic qui Deum, Deum fore, nec audere hoc ex se dicere, sed quia scriptura hoc loco ita loquitur. Athanasius [k] diuinitatis participatæ rationem spectat in eo quod facti ad imaginem & similitudinem Dei, poteramus sicut ille, esse immortales, & hoc sibi velle quòd habetur in libro Sapientiæ [l], *inuidia diaboli mortem introiuisse, cùm creasset Deus hominem inexterminabilem, & ad imaginem similitudinis suæ fecisset*: vel, vt ipse legit, ad imaginẽ αἰδίου ὄντος, *æternitatis*. Eiusdem aut alterius apud ipsum in quæstionibus ad Antiochum, quæstio tertia est, quot sint dij? cui respondet vnum Deum deorum, & Dominum dominantium, nec præter illum esse alium: dici tamen & homines eo nomine, sed ex gratia, sicut hic scribitur. Irenæus [m], & Cyrillus † Ierosolymitanus adoptionis gratiam exprimit causam huiusce denominationis; & idem citat ex illo Theodoretus [n], vt refert Feuardentius [o]: sed ita vt hac in re Christus excelleret tãquam filius Dei naturalis, non secundùm adoptionẽ, vt perperam Theodorus Mopsuestenus hũc locũ accipiebat, citatus in collatione 4. Synodi 5. Loquitur eodẽ pacto Cyrillus Alexand. [p] & Clemens Alexandrinus [q]. Augustinus [r] vult similitudinem in inimicorum consistere dilectione, prout & Christus [s] de illa loquens, innuit: Germanus [t] Constantinopolitanus in eo quòd faciamus quæ Deo placent: Origenes [u] in gratia, sed non in natura immutabili, infinita, & in omnipotẽtia, omniumque creatione: quod etiam scribit Epiphanius [x], vbi notabilis eiusdem assertio de Spiritu sancto, qui sit à Patre & Filio, quod Græci negant: Ambrosius [y], si quis fidelis sit, & probabilis vitæ. Nicetas Choniata [z], qui virtute, Deique cognitione cæteris præstat: Basilius [a] qui euasit superior carnis perturbationibus, virtutisque studio Deo se familiarem reddit, & amicum: Nazianzenus [b] cum scholiaste Niceta [c], in mandatorum Dei obseruatione, quæ scilicet nos Deo reddit similes,

a Supra c. 2. 1. b hom. 2. in genes. c in dupter. c. 1. & 5. d in Biblioth. num. 164. e 1. Gal. 1. 8. f Iudæ vers. 9. g Luc. 10. 19. h Sph. 2. 6. i 1. Ioan. 3. 2. k Esa. 14. 14. l 1. Cor. 6. 3.

m Exo. 20. 2.

n Supra.

o de Trin. c. 1. apud Tertul.

p c. 4. 5. 6.

q c. in fl. 22.

r Gen. 28. 12.

s 1. Cor. 3. 3. t in ciuit. c. vlt.

u prolog. in cant. x in Etymol. c. 4.

y in ps. 136.

z 1. Cor. 8. 5.

a ps. 137. 1.

b c. 1. 6. c. 2. 1. c. 15. 7. c lib. de Noe c. 4.

a 2. cont. Iul. Mysticæ Iesus.

b Ioan. 1. 12.

c 1. Ioan. 3. 1.

d cont. Herm. c. 3.

e tit. 11.

f in Michæ c. 2.

g in Soph c. 1.

h in c. 16. Mat. & in c. 2. epist. ad Phil. i tract. 2. in epist. Ioan.

k de incarnat. verbi Dei.

l c. 2. 24. 25.

m lib. 3. c. 6. & 21. † Catech. 11 n dialogo 1. o in lib. 3. Irenæi. c. 11. p in Ioan. c. 5. epist. 1. de Trinit. 2. thesaur. c. 5. lib 3 c. 2. & de hac ad Reginas in Sopho. nu. 3. *Quomodo simus similes Deo.* q 1. paedag c. 6 r contra Adimantum. c. 5. s Matt 5. 45. t epist. ad Theo. epist. Claud. in 2. Syno. Nicena act 4. u hom. 6. in Gene. x hær. 74. y lib. de Noe c. 4. z 4. thesaur. c. 22. a lib. 17.

b ora. 20. c nu. 74.

atque conformes. Porro quod Hilarius [a], & Cyrillus Ierosolymitanus [b] in verbo (*dixi*) & non, *genui*, notant denotari nomen indultum, & loquentis potiùs esse sermonem, quàm rei nomen, intelligentiam rei afferre, si spectentur antecedentia & consequentia, omnino verum est. At *dicendi* quoque verbum in Patre respectu Filij consubstantialis, proprium gignendi modum importat apud Theologos; nec non ibi, [c] *Dominus dixit ad me; Filius meus es tu.* Ambrosius [d] per eos quos Paulus [e] ait dici *Deos in cœlo & in terra*, fictos intelligit, quasi scripserit non esse, sed dici: Verùm eo modo quo diuinitatis participes sumus, *non nominamur dumtaxat, sed & sumus filij Dei* [f].

Qui nomen hoc, titulúmque sacerdotibus & Prælatis accommodant, hinc, vt dudum priùs docui, dignitatem ipsorum colligunt omni laica longè superiorē: Marcellus [g] quoque Papa hinc infert sistì Ecclesiasticos non debere ante laicorum tribunalia. Omnibus quidem, sed illis potissimùm, cauendum ne, vt Pythagoras præcipiebat, gestent imaginem Dei in annulo, & inauri, rerúmve aliarum appetitione, & diuinæ consortes facti naturæ in veterem vilitatē, quod Leo [h] Christianum quemlibet admonebat, degeneri cōuersatione recidant. Sed, quod etiam Sophronius [i] de Christi agens natali, hortatur, diuinorum se munerum capaces reddere studeant. Inter Deos numeratur, inquit Augustinus [k], qui auaritiam non habet: &, vt ait Hieronymus [l], in quo non est dissensio & æmulatio. Melchisedech, *secundum cuius ordinem Dei filius sacerdos est* [m], assimilatus est Dei filio, *quia rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia* [n]. Talem decet esse Deo similem, & Dei Filio, quique & Deus, & Dei filius nominatur, nostrum sacerdotem, qui carnem & sanguinem, & affinitates omnes ignoret, pacificet atque reconciliet mundo Deum, iustitiam in se, ac in aliis seruet curétque, quam in vocabulo *Melchisedech* significat, altera pars צדק *tsedeck*. Quidquid tandem de homine pronunciatur malè, vt quòd sit *mendax* [o], non debet comprehendere eum, qui Deus euaserit, vt Basilius [p] obseruat, maxime sacerdotem. *Ad vos mandatum hoc, ô sacerdotes, ait Deus* [q]: *si nolueritis audire, & si nolueritis ponere super cor, vt detis gloriam nomini meo*, nimirum nomini quod communicaui vobis; vt appellaremini & vos dij, Denique filij. Causas antea dixi quare sacerdotes peculiariter vocentur dij: illa quæ in iis frequentior est, in omnibus tamēn etiā aliis reperitur, quandoque & maxima est, ipsiusmet corporis Christi sumptio, propter quam conuertimur quodammodo in diuinam naturam: sed per beatitudinem maximè similes Deo efficimur, videntes eum sicuti est [r]; quam rationem similitudinis vidit aliquo modo Aristoteles, agens de felicitate sapientis [s].

Et filij excelsi omnes.] Nil refert quòd alij legunt, *altissimi*: vtrouis modo redditur עליון *hhelion*, & ὑψίστου, vt aliàs vidimus. Additur ex Hebræo (*omnes vos*) כלכם *chullechem*, cùm interpretes nostri reiecerint (*vos*) ad sequens membrum.

Vos autem sicut homines moriemini.] Hieronymus, *ergo quasi Adam moriemini*, vsurpando nomen proprium Adam primi hominis, qui cum Deo similis posset esse, mortalis euasit. Legit etiam fortassis Hieronymus cum interrogatione; sicut Agellius testatur se legisse in codice Vaticano, ὑμεῖς σὺ ὡς ἄνθρωποι ἀποθνήσκετε, quasi dicas, ergone morietimini, sicut vel primus homo, vel vile vulgus, vel quiuis alius princeps. Para; hrastes tamen etiam accepit אדם *Adam* appellatiuè, *attamen in veritate, sicut homines moriemini.* Iustinus [a] docet in editione I. x x pro ὑμεῖς δὲ, *vos autem*, esse, ἰδοὺ δή, *ecce sane*. Id valet Hebræa vox אכן *achen*, seu, *verumtamen, sed ergo*, &c. Græca verba sunt præsentis temporis: licèt Symmachus in futuro vertat. Allusio admitti potest ad Adamum, qui peccando mortis reatum incurrit. Mortis mentio, & mortalitatis superbiam fastúmque cuiusuis deprimit, vt alibi docuimus, exemplis etiam tum sacris tum prophanis, certóque ritu, quo huius rei memoria suggeritur, ad summos euectis honores triumphóque: illorum præterea exemplis, qui ex vsu cibi, somni, veneris, aut etiam ex vulneribus, & morbis, cùm se deos appellari vel sinerent, vel vellent, non deos sed homines mortales esse deprehenderunt, confestimque sunt. Cibus, somnus, libido, dixit Stoicus [b], per hunc circulum curritur. Memini responsum confidenter, sapienter, opportunè à probo quodam doctóque viro Ecclesiastico cuidam laico Principi in senatu, quod antea dictū non importunè repeto, cùm de se suíque ordinis hominibus hic diceret nescio quid vel exigens vel reprehendens, quod non debebat, *ego dixi, dij estis*, id quod sequebatur vt attenderet, *vos autem sicut homines moriemini*, &c. Idem responderi potest Regi Anglo, qui vsurpatum suum illum primatum Ecclesiasticum non dubitauit Catholicis Regibus probare velle eadem ista sententia, cum aliis eiusmodi, quæ non minùs aliis inferioris ordinis conueniunt, quàm Regij, & ordini Ecclesiastico ac hierarchis multo minus, quàm laicis & politicis, vt nosteri Martinus, Becanus luculente, solidéque respondit. Dum inter alia se nutritium vocat Ecclesiæ verbis Esaiæ [c]; quin, quod idem Propheta adiicit, reuerenter ipse *vultum in terram demisso adorat, & puluerem pedum* Christi, vicariique ipsius *lingit*, quod nil eo inferiores, immò & superiores pusillum potentissimique reges, ac imperatores fecerunt: Iustinus innuit scribit inobedientiam Adę & Euæ, sicut in sequenti membro casum Satanæ, propterea quòd in fraudē seduxit Euam: exprobrare hìc Spiritum sanctum hominibus, cùm itidem vt Deus est, impatibiles & immortales, si quidem præcepta eius seruarint, ab eo facti, & eo honore digni iudicati fuerint, vt filios suos vocaret, quòd illi ex æquo Adæ & Euæ conformati, mortem sibi ipsis procreent. Vbi notādum, quod præter mortis reatum, quem contrahunt cum originali peccato homines, postea nouum contrahunt imitando, propriis actualibus peccatis, primos parentes. Deinde, Satanam priusquam seduceret Euam, lapsum fuisse & cecidisse: ita vt Iustinus fortassē tantùm indicare voluerit sententiam pronunciatam à Deo in serpentem, cuius formam Satanas induerat.

Mystico quoque sensu sumunt passim enarratores istius loci, homines in malam partem, qui non viuant ex Dei præcepto, vt satis hactenus indicaui, diique esse desinunt, vt Hieronymus [d] loquitur. Nec enim iam, inquit Basilius [e], vt homo moritur qui habet in se viuentem Deum. Distinguens Gregorius [f] hominis notionem triplicem in scripturis, per naturam, per culpam, per infirmitatem, exemplumque secundæ dans ex præsenti loco, & ex epistola ad Corinthios prima [g], vbi simul *carnales* vocantur homines, explicat,

[a] li. de Trin. [b] catech. 11.
Dicendi verbū in Patre Filij respectu, proprium gignendi modū importat.
[c] psal. 2. [d] 5. de hist. c. 2. [e] 2. Cor. 8. 5.
[f] 1. Ioan. 3. 1.
Sacerdotum dignitas est omni laica longè superior.
[g] epist. 2.
[h] ser. 1. de natiuit.
[i] ora. 1. de natiuit. 2. biblioth. [k] ser. 196. de temp. [l] epist. 2. in psal. 109. [m] psal. 109. [n] Hebr. 7. 2. 3.
[o] psal. 115. 10. secund. Hebr. [p] ho. 17. in psal. 115 [q] Malac. 2. 2. 2
[r] 1. Ioan. 3. 2.
[s] 10. eth. c. 8.
[a] ait Trypho.
Regis Angli coniectura.
[b] Seneca epi. 77.
cc. 49. 23.
Nouum reatum contrahunt homines imitando primos parentes.
Sensus mysticus.
[d] epist. 22. [e] hom. 17. in psal. 115.
Triplex hominis notio. [f] 4 moral. c. 13. vel 17. [g] 1. 3. 4.

vos autem sicut homines moremini, ac si apertè, inquit, dicat: sicut delinquentes obibitis. Christianum Christi oportet esse imitatorem. Deus hic est, homóque meminerit & Christianus, si Deus est diuino quodam beneficio, quod ilic substantialiter, hominem se simul & mortalem esse. Inde animum ad excelsa erigat, humiliáque despiciat: hinc humiliari studeat, seseque sub potenti manu veri Dei, & cuiuslibet alterius loco, vel amore Dei humiliet. *Ipsemet Deus Pater glorificat, & honorificat eum qui glorificat ipsum, & Christo ministrat* [a]. Tanta dignitas est homini ex ratione etiam sola, non tantum ex gratia, vt ad cohibendam superbiam censuerit Plato in hominis definitione mortalitatem apponere, dicereque esse animal rationale, mortale, quod in aliorum animalium definitione non fit. Angelis mortalitas quædam conuenit à principio extrinseco, id est, à Deo, à quo redigi possunt in nihilum: homini etiam ab intrinseco, vt propterea solus Deus absolutè dicatur habere *immortalitatem* [b].

Et sicut vnus de principibus cadetis.] Si causamini vos non teneri lege cæterorum vulgarium & plebeiorum, cùm sitis velut dij, ac inter alios homines primarij, scitote æquo pulsari pede pauperum tabernas, regumque turres à morte, omnibusque ex æquo istam lethi calcandam viam [c]; *statutum etiam esse omnibus hominibus semel mori* [d]; mortem in omnes pertransisse cum originali peccato. Omnium vitiorum mors est peremptoria, inquit Cassianus [e]. Naturæ legem Seneca [f] vocat, tributum officiumque mortalium.

Mors dominos seruis, & sceptra ligonibus æquat. † Magno autem consensu, sed sensu certè mystico, vnum de principibus diabolum interpretantur, qui etsi propriè mortuus non est, cecidit tamen de gradu dignitatis, in qua conditus est, nimirum de gratia & iustitia. Præter enarratores idem lego in Nouatiano [g], qui vocat malitiæ & auctorem, & principem: in Origene [h], qui asserit hîc sermonem nullum esse de vllo penitus principe corporali, & de dæmonibus intellexisse Paulum [i] *principes* Christi crucifixores: in Hieronymo [k], qui nominat primum diabolum: in Procopio [l]. Hic expendens Dei sapientissimum [m] *ecce Adam quasi vnus ex nobis* ait, innuere Deum voluisse stultitiam hominis exultantis plures Deos esse, & diaboli, qui dicendo, *eritis sicut dij*, seipsum Deum faciebat, & apostatarum aliorum angelorum cateruâ hoc nomine dignam indicabat, cum ille princeps esset & Deus, non reuera, sed quia se talem falsò fecerat, ob idque ceciderit. Idem retuli antea Iustinum [n] sensisse, ceciditsseque satanam, quia seduxerat Euam, quod qua ratione accipi debeat, monui. Casum istum describit Esaias [o] saltem sub typo & nomine *Lucifer*, & Christus per similitudinem *fulguris cadentis* [p]. Quo pacto dæmones appellentur *principes* [q], & *mundi princeps diabolus* [r], non est obscurum. Id vel prauo hominum iudicio cultúque superstitioso illis tributum est: vel quoniam vitio se homines peccando, & non contrahendo dumtaxat originatium peccatum, diabolo submiserunt: vel quia eadem de causa eidem à vero, & vnico vtrorumque principe Deo, traditi sunt tanquam tortori, nec absque gratia liberari possunt: vel quoniam in hoc sublunari mundo potestatem accepit homines tentandi, & ad subterraneum regnum, si persuaserit, pertrahendi. Hæreticis est, diabolo conuenire principatum mûdi, quòd res ipsæ sensibiles omnes condiderit. Mentitus est *cùm sibi tradita omnia dixit, deréque cui vellet* [s]; eo modo fingens se Dei filium, qui solus verè dicere potuit *datum sibi omnem potestatem in cælo & in terra* [t], quia non potuerat a Christo extorqueri an Dei filius esset. *Solus Deus regna dat, aufertque* [u]: nec alia diabolus bona dare aut eripere, *nisi à Deo permissus*, potest [x]: immò nec vitia, quibus dominatur potissimum, obtrudere, nisi volentibus valet, *quoniam funibus peccatorum suorum quisque constringitur* [y]. Moraliter comparatio cum casu diaboli, vt Aiguanus notat, innuit peccata Sacerdotum, Prælatorum, Principum, & similium circa eandem materiam, cæteusque paribus, vt dici solet, esse grauiora, & grauiore pœna punienda, & quodammodo irremediabilia, si vt deliceret comparentur cum peccatis aliorum, sicut dæmonum peccata omni remedio carent, & acerbissimis cruciatibus puniuntur. Verendum, ne tales *incidant in iudicium diaboli* [z]. Possumus autem sic accipiendo principem pro diabolo, referre ad eum spiritualia peccata quæ committuntur: sicut ad Adam, sumendo vt nomen proprium in præcedente membro, carnalia. Æmulatur cùm aliis in rebus Deum diabolus, tum vt certos de angelis suis assignet prouinciis, regnis, vrbibus, de quorum genere quidam [a] putant fuisse quos vocat Daniel [b] *Persarum & Græcorum Angelos principes*. Refert quoque Genebrardus ex Rabbinis eandem sententiam de dæmonibus regionum, vrbiumque præfectis, verbi gratia de Samuele Isumeorum, Azza Ægyptiorum. Volunt quidam Hebræorum per הפולי *inspectu cadetis*, innui angelos qui à casu dicti sunt נפיל *nephilim*: quamuis alij eo nomine Gigantes intelligant vasto, celso, robusto corpore. Ad istos vero etiam alludi posset, dictos præterea *filios Enac*, quos Hebræi occiderint, etiamsi victorentur immortales, immortales, dijs similes [c], *Ipsemet Christus voluit sibi credi filium Dei esse, nisi faceret opera Patris sui* [d], & *ex patre diabolo dicit se*, qui *operibus eius seruire* [e]. Non ergo frustrà, inaniterque gloriemur honorificis & magnis titulis, quibus res nulla subiit.

Vers. 8.] Surge Deus, iudica terram: quoniam tu hæreditabis in omnibus Gentibus.

CVm Propheta huc vsque demonstrauerit frustrà iustum à terræ iudicibus iudicium expectari, conuertit orationem ad Deum, vel Christum, vt ipsemet ad iudicandum exurgat vniuersum hunc mundum, quem quasi hæreditario iure sit possessurus, seipsum ipse Deus, seu per Christum suum, *cui omne iudicium dabit*, & per quem vindicabit ab iniquo oppressore diabolo, quotquot obtemperare voluerint æquissimis legibus, quibus Ecclesiam modo habitur, vt reddat demum illis gloriæ mercedem, inobedientibus æternæ damnationis pœnam. Indicat *surgendi* verbum resurrectionem Christi, postquam *dominium & potestatem accepit in cælum, terramque* [f], & *Gentes hæreditatem, atque possessionem terminos terræ* [g]; ascensionem præterea in cælum, postremò cùm *sedendo in iudicium exercere* describatur [h], *surgere* erit insurgere, & quasi vi facta compescere improborum iniquitatem. Hoc sine contradictione de resurrectione Christi Euthymius docet esse:

iudicium

a 1. Reg. 2. 30. Ioan. 12. 26.

b 1. Tim. 1. 17.

c Hora. lib. 1. carm. ode 4.

d Hebr. 9. 27.

e coll. 16 c. 6.

f ep. nato quæ. c. 12. & ep. 24. & 77.

† Claud. Seu, ut mysticum.

g de Trinit. c. 15. apud Tertul.

h hom. 13. in Exech.

i 1. Cor. 2. 8.

k epist. 22 & 140. & in c. 14. Isa.

l in c. 3. Gen. m Gen. 3. 22.

n in Trypho.

o c. 14. 12.

p Luc. 10. 18.

q Eph. 6. 12.

r Ioan. 12. 31. 14. 30. c. 16. 11.

s Luc. 4. 6.

b Matt. 28. 18.

c Prou. 8. 15. Dan. 2. 21.

d Iob 1. 11. 12.

e Prou. 5. 22.

f 1. Tim. 3. 6.

g Cassia coll. 8. c. 12. 13. Rupert. 9. de victo. verbi Dei. c. 4. & 10. aut tribuit idem Hieronymo, sponte, in cant. lib. 4. h c. 20. 9.

i Psal. 81. 1. 1. Reg. 4. Iudic. 5. 20

k Ioan. 10. 34.

l c. 8 44.

Senjus.

m Mat. vlt. 18

n ps. 2. 8.

o Matt. 25 31.

iudicium verò per Apostolos faciendum, quos principes missurus, *& constituturus erat super omnem terram* [a]. Cõsentit Nicephorus, Basilius, seu Theodoretus, & alius Græcus quem profert nomine tacito Agellius. Latinorum eadem expositio. Sed quidam iudicium reprobationis, vt refutentur Iudæi etiam in hoc mundo, & hæreditetur à Deo, Christóque terra, id est, Gentiles; aut vt omnes reprobi condemnentur, & finito iudicio subiecti sint electi ordini misericordiæ immobiliter, alij iustitiæ: aut vt in terram viuentium introducantur electi, qui pertinent ad hæreditatem: aut vt in credentibus absumatur affectus terrenus.

Surge Deus, iudica terram.] In aliis Latinis psalteriis, Arnobio, Cassiodoro, item Cypriano [b], *exurge*. Chaldaicè, *habitatores terræ*. Ergo mysticum est quod attigi de terra viuentium, & beatorum, déque affectu terreno, quod à Glossa traditur, Cassiodoro, & alijs: illud item, quod idem post Augustinum, docent de Christi resurrectione, ac generali iudicio. Idem Augustinus [c] alibi declarat de Christo, qui post mortis somnum iudicet, priùs hic iudicatus sic scribens; Cui Deo dicitur, surge, nisi ei qui dormit? tanquam diceretur, dormiisti iudicatus à terra, surge vt iudices terram. Probat Cyprianus [d] hinc iudiciariam potestatem Christi, quódque sit iudex venturus. Deniq; vim habet hortantis hoc verbum, vt ibi, *surgam, & opitulentur vobis* [e]: &, *surgam* [f], *& ibo ad patrem meum* alibique. Chrysostomus [g] ita etiam declarat surrectionem istam Dei, vt ferat suppetias, ac propugnet, & ab humanis actionibus, ac describendi figuris exprimi Dei operationes in scriptura. *Iudicare* etiam significat in genere, præesse cum legitima potestate, réspque turbatas componere, cuncta cuique sua tribuere. Quæ attuli de reprobationis, vel discretionis iudicio, pertinent ad allegoriam. Nazianzenus [h] eandem consectatus est, vt surgere ad iudicandum, sit saluandos à pereuntibus separare, post quam separationem & subiectionem reproborum, assignet electis honores atque mansiones, *stans in medio eorum, tanquam deorum*, vt initio psalmi dictum est, vbi habetur idem verbum Hebræum, quod hic extat, licèt sit compositum *diiudicandi*, & *διακρίνειν*. Quare non approbo Eliæ scholiastæ Naziãzeni distinctionem, terræ conuenire iudicari, *κρίνεσθαι*, id est, terrena sapientibus, potiorãque hæc ducentibus; sanctis diiudicari, *διακρίνεσθαι*, quòd quid maius sit, ita vt diiudicentur à Rege tanquam in die hilari, & in medio eorum non tanquam hominum, sed deorum. Ignatius [i] hæc verba interpretatur tanquam Patris ad Christum filium, quasi petenti [k], *tu autem resuscita me, & retribuam eis*, respondeat, *exurge Deus, iudica terram*, &c. Cyrillus [l] Alexandrinus argumentatur Christum Deum esse, *quia Pater omne iudicium dedit illi*: iudicare autem orbem terrarum alij non conuenit, vt ex isto loco confirmat, & similibus. Ostendit autem ex eo quòd Pater dederit, non sequi aliquando filium non habuisse; item ratione Incarnationis id exponit. Quo concesso, verum etiam est humanitati dignitatem tantam iudicandi concedendam non fuisse, nisi idem esset Deus qui homo, & ad vnionem cum diuina humana natura fuisset assumpta.

Quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus.] Hieronymus, *omnes gentes*, clariùs exponens Latinè absque Hebræa præpositione. Hæc tamen etiam expressa est in psalmo 109. [a] *dominare in medio inimicorum tuorum*: & cum accusatiuo in libro Iudicum [b], *non dominabuntur in vos filij mei*. Quod boni etiam auctores Latinæ linguæ vsurpant, vt,

Sanctius [c] *his animal mentisq; capacius altæ*
Deerat adhuc, & quod dominari in cætera posset.

Eadem ratione, *aspicere in gentibus* [d], est aspicere gentes; *videre in bonitate* [e], videre bonitatem. Et solent Hebræi actiua verba cum litera (ב) *beth* seruili seu cum syllaba (בְּ) *be*. quæ valet, *in*, construere pro accusatiuo. Augustinus legit, *quoniam tu disperdes in omnibus gentibus*. Monet nihilominus non repugnare nostræ versioni, quia fit hæreditas Christi per charitatem, quam suis præceptis, & gratia misericorditer excolendo, terrenam disperdit cupiditatem, & hoc per membra sua, quorum conuersatio in cælis est, nempe per discipulos. Prior Augustino Cyprianus [f] eadem translatione vsus fuerat, licèt alio verbo synonymo, *quoniam tu exterminabis in omnibus gentibus*. Mirari desiisset Pamelius huiusmodi lectionem, si attendisset translationem non ex Græco, sed ex Hebræo textu immediatè factam, vsurpari ab antiquis Patribus: Hebræum autem verbum נָחַל *thinchal*, quamuis propriè significet *hæreditabis*, tamen *disperdendi* verbum vel *exterminandi* denotare videtur modum hæreditandi, nempe, vel per suos quasi diribitores hæreditatis, quos disperdat, id est, dispergat per orbem: vel vt disperdat & exterminet alios, qui priùs incolebant hæreditate comparandam terram; vel vt exterminet, id est, extra certos terminos transeat, ac vbique habiter, & hæreditet in omnibus gentibus. Idem Augustinus [g] ex hoc loco amplitudinem regni Christi, Ecclesiæque colligit contra Donatistas, qui audiunt, inquit, velint, nolint, etiam apud se istud cantari; & non communicando omnibus gentibus, quid aliud, quàm se exhæredatos esse cognoscunt? Hoc ipsum iam aliquoties in prioribus aliquot psalmis vidimus, hoc est, de catholica Ecclesia secundùm vniuersalitatem locorum, & personarum.

a psal. 44. 17.

b lib. 1. c. 28.

c tract. 9. in Ioan.

d supra.

e Deut. 32. 38 & Luc. 15. 18. & ginc 3. Isa.

f Gen. 45. 28.

g orat. 5 seu 2. de Filio.

h epist. 5. ad Trallianos.

i psal. 40. 11.

k lib. 2. in Ioh. c. 140.

a vers. 2.

b c. 9. 25.

c Ouid. 1. Metamor.

d Abacuc 1. 5.

e psal. 105. 5.

f lib. 2. c. 28.

g tract. 9. in Ioan.

PSALMVS OCTOGESIMVS SECVNDVS.

Canticum Psalmi Asaph.

2 DEus, quis similis erit tibi? ne taceas, neque compescaris Deus:
3 Quoniam ecce inimici tui sonuerunt: & qui oderunt te, extulerunt caput.
4 Super populum tuum malignauerunt consilium: & cogitauerunt aduersus sanctos tuos.
5 Dixerunt: Venite, & disperdamus eos de gente: & non memoretur nomen Israel vltrà.
6 Quoniam cogitauerunt vnanimiter: simul aduersum te testamentũ disposuerũt,
7 tabernacula Idumæorum & Ismahelitæ: Moab, & Agareni, 8 Gebal, & Ammon, & Amalec: alienigenæ cum habitantibus Tyrum.
9 Etenim Assur venit cum illis: facti sunt in adiutorium filiis Lot.
10 Fac illis sicut Madian, & Sisaræ: sicut Iabin in torrente Cisson.
11 Disperierunt in Endor: facti sunt vt stercus terræ.
12 Pone principes eorum sicut Oreb, & Zeb, & Zebee, & Salmana:
Omnes principes eorũ: 13 qui dixerunt: Hereditate possideamus Sãctuarium Dei.
14 Deus meus pone illos vt rotam: & sicut stipulam ante faciem venti.
15 Sicut ignis, qui comburit siluam: & sicut flamma comburens montes:
16 Ita persequêris illos in tempestate tua: & in ira tua turbabis eos.
17 Imple facies eorum ignominia: & quærent nomen tuum Domine.
18 Erubescant, & conturbentur in sæculum sæculi: & confundantur, & pereant:
19 Et cognoscant quia nomen tibi Dominus: tu solus Altissimus in omni terra.

Titulus, & Argumentum.

Vers. 1.] Canticum Psalmi Asaph.

QVIS Asaph, quid Canticum; quid Psalmus, quid etiam Canticum Psalmi, & vice versa Psalmus Cantici, ex dictis in aliis psalmis repete. Nam qui Psalmus Cantici quid sit intelligit, quod est in titulo psalmorum 47.66.67.74. & in sequenti 91. nouit etiam quid Canticũ psalmi, quod extat in psalmi 65.87.107. titulo. Continet hic psalmus ad argumentum quod attinet, precatoriam formulam contra hostes: sed incertum quos potissimùm Propheta intelligi velit. Basilius, Theodoretus, Euthymius, Nicephorus censent vaticinũ esse de populo post reditum ex captiuitate Babylonica, cùm Gentes vrbi Ierusalem vicinæ, collectis aliis, bellum contra ipsum mouerunt, vt impedirent restaurationem templi: populus autem duce Zorobabel, ac Deo cœlitùs auxiliãte, vicit [a]. Alius Græcis, vt Agellius quidem refert absque nomine, placet, ad Machabæorum referre tempora, cùm etiam restituto Sanctuario, & Altari, variæ Gentes conatæ sunt *delere Iudæos* [b] Lyranus meritò refutans existimãtes agi de hostibus, quos habuerunt Hebræi à principio exitus de Ægypto vsque ad Asaph, quia petitur hic, *vt faciat Deus sicut Madian, Sisara, &c. & vt ponat illos vt rotam*: petitio autem non sit de præteritis. Existimat psalmum compositum contra Sennacherib pugnantem aduersus Ezechiam, & à finitimis gentibus, quæ oderant Iudæos aduocatus est, vt bellum inferret [c]. Fauet Paraphrastes exprimens nomen Sennacherib versu 9. Hebræi, & Hebraizantes, quemadmodum priorem psalmum ad ætatem Iosaphat pertinere volebant, quando Iudices officij sui admonuit, sic & istum, cum in eum irruerunt Idumæi, Ammonitæ, Moabitæ, quibus, & Ismaëlitas, Amalacitasque sese adiunxisse, quamuis in Paralipomenis [d] non nominentur, credi potest. Iansenius, & Agellius probabilem sententiam istam ducunt. Caietanus existimat historiam tractari de Dauid, quando missos nuncios eius, Hanon rex postquã ignominiosè tractauisset, vt sibi consuleret, multas gentes conduxit ad bellum [e], quæ commemorãtur in hoc psalmo: vbi quoque ignominiæ imprecatio est [f] respondens ignominiæ dictorum nuntiorum. Cæteri extendunt psalmum ad quaslibet persecutiones Hebræorum: sub hoc autem typo ad eas, quas passura esset Ecclesia, pro qua diuinum imploretur auxilium, & aduentus Christi secundus, facta mentione illustrium antiquarum victoriarũ, quas Dei ope singulari retulerunt iidem Hebræi. Valentia propter nomina gentium hic expressa, sentit præuisam peculiariter à Propheta nostro prædictamque persecutionem Ecclesiæ per Mahumetum, & Antichristum: de hoc asserit præcisè Cassiodorus. Amplector magis vniuersalem sensum, & cum Euthymio, Nicephoróque aio conuenire psalmum cunctis pro Christo persecutionem patientibus. Athanasius [g] annumerans hunc psalmum illis, qui colloquia cum Deo, preces, obsecrationésque complectuntur, jubet vt habeamus

[a] 2. Esdræ 4. 15.
[b] 2 Machab. 8. 9.
[c] 4 Reg. 18. 19. & seq.
[d] lib. 2. 20. 1. & seq.
[e] 2. Reg. 10. 1 & seq.
[f] vers. 17.
[g] ad Marcellinum.

ἀσφαλῆ ἄγκυραν ἐλπίδα, *velut ancoram spes*, hostibus in vnum vndecumque conuenientibus, & minas iacientibus contra domum Dei, fœderaque ineuntibus contra religionem, & ne animo deficiamus propter eorum multitudinem, virésque. Esaias [a] abbas totum etiam ferè psalmum cum parte duodecimi recitandum nobis proponit, si adorti nos fuerint hostes, præsertim inuisibiles, vt fide muniti cor nostrum hoc modo armemus, & nos confirmemus ad sanctam petram, qui Christus est. Arnobius, quem vocant commentarij auctorem, Da vnum, inquit, spiritalem, qui istum psalmum contra centum millia gentes præsumens de conscientia proferat, & vides protinus euenire victoriam. Ipse memini à Pontifice Greg. XIII. iussum in solemni prece recitari cùm bellis vexaretur Ecclesia.

a orat 25. to. 2. Bibliot. Patrum.

Vers. 2.] Deus, quis similis erit tibi? ne taceas, neque compescaris Deus.

COnquerendo quodãmodo quærit, & scisciatur sitne, esséve possit par Deo, similisve potentia. Cùm verò planè certum sit, nec esse, nec esse posse, illum rogat ne diutiùs dissimulet, cesset, differat, contineat se se, sed quamprimùm accurrat, & succurrat, citóque iudicium suum proferat, ac vires exerat contra hostes impiissimos, non suos magis, quàm ipsiusmet Dei.

Deus quis similis erit tibi?] Hieronymus, *Deus non silentium tibi*, nempe sit: quod bis aliis verbis hoc eodem versu repetitur. Treuetus, & Ricardus Cenomanus tribuunt Hieronymo, *ne taceas tibi*. Victorius, & Faber, *ne taceas*. Quidam vertunt, *non est silentium meum ad te*, id est, non dissimulabo angorem meum, vt proinde postulet ne Deus etiam dissimulet, vel taceat, vel se se contineat, quod sequenti membro continetur. Hebraicè אֱלֹהִים אַל־דֳּמִי־לָךְ *Elohim al domi lach*. Prima vox Deo conuenit Iudici, vt sæpe diximus, tum in priore psalmo, in quo de iudicibus agebatur: vltima est pronomen secundæ personæ masculini generis, licèt propter pausam notetur punctis; quæ alioqui denotant fœmininum genus. Vocabulum דֳּמִי *domi* redditur *silentium* apud Esaiam [b], eiúsque thema דָּמָה *damah* significat *silere*, quamuis præterea *similem esse*. Iuxta notionem secundam nostri Interpretes acceperunt, possétque reddi, *Deus non similaudo tibi*, nimirum est, id est, apud nullum extat similitudo tui exacta, & perfecta, siquidem nonnullam concesserit præcedens psalmus iis quos vocabat Deos, excelsique filios. Postremo particulam אַל *al* negantem interpretes ad epitasim, atque persicuitatem, & vt res impossibilis ostenderetur, interroganter expresserunt. Hunc enim inter alios, vsum interrogationis esse exemplis demonstrat Cantapetrensis [c]. Nec displicet Genebrardi coniectura, esse pro participio דּוֹמֶה *domeh* דּוֹמִי *domi*, vel cum cholem non pleno דֹּמִי *domi*, sicut apud Esaiam [d] רֹעִי *rohhi* pro רֹעֶה *rohheh*. Similis illi sententia crebrò repetitur, qua negatur quisquam similis Deo esse, ac in prioribus quidem aliquot psalmis [e], sed & in sequentibus [f], tuncque præsertim cùm agitur de impetrando contra hostes auxilio, vel cùm gratiæ pro accepto referuntur, sicut Moses fecit in Cantico suo [g], *Quis similis tui in fortibus Domine?* Vnde duces fortissimos quasi tesseram sumpsisse aliàs docui, & vexillo impressisse compendio literarum ם & ך & ך & ר, atque Machabæos propterea cognominatos. Michaëlem quoque à prælio cum dracone pro Deo sic videri appellatum, cum diceret, *Quis vt Deus?* Filius Dei Patri Deo similis est, quanta maxima potest esse similitudine: quia ὁμοούσιος, non tantùm ὁμοιούσιος & *eiusdem substantiæ*, non *similis* tantùm eo modo, quo in creaturis quædam cum Deo similitudo spectatur. Sic Ambrosius [a] hunc locum explicat. *Deus quis similis tibi?* non vtique nullus, quia imago Patris Filius est. Alij de Christo secundùm dignitatem illi, vt homini concessam, hoc interpretantur, cui certè nulla similis, præsertim cùm venerit ad iudicium, vt Augustinus, & alij docent, notantes etiam hic tempus futurum, *Deus quis similis erit tibi?* Quamquam Hebraicè nulla est differentia temporis, sed ne verbum quidem. Nullus autem huic iudici similis in sententia, quia *nostram vincit* [b]: quia *personas non accipit* [c]: quia sententiæ executionem impedire nullus potest, cùm sit *potestas eius æterna quæ non auferetur* [d]. Tropologia illa Hugonis acuta, & pia est, vt propter improborum numerum ferè infinitum, dicatur Deo, *Domine quis similis erit tibi? Facies peccatorum* (quod priore dicebatur psalmo) [e] variásque sumunt formas, *& omnes vultus redigentur in ollam* [f], ita vt imago tua non appareat, vt similitudo ad quam hominem condideras. Præterea vt Prælatus tamquam alter Michaël, coërceat ambitiosos, & sibi Ecclesiasticam dignitatem, quæ diuinitas quædam est, vsurpantes: cum oporteat etiam in ea dignitate constitutum talem esse vt de eo dici possit, *Non est inuentus similis illi qui conseruaret legem Excelsi* [g], *nec fuit similis ei quisquam in fortibus, sed fuit magnificus in sanctitate, terribilis, laudabilis, faciens mirabilia* [h], *nemo auferens iniquitatem, & transferens peccatum* [i]. Præterea *magnus & magnum nomen habens in fortitudine, vt non fuit qui non timeat ipsum* [k], denique *non fuit ei vllus similis in legis latoribus* [l]. Seruata proportione conandum cuique, vt quàm maximè in se Dei exprimat, & conseruet similitudinem, efficiátque pro modulo ne quis alius Deo magis sit similis. Non minor morum quam lineamentorum dissimilitudo, vt quemadmodum vix, ac ne vix quidem reperias duos vultu similes, multóque minùs aliis, quas vocant, individuantibus conditionibus, ita nec qui per omnia in virtutum sint exercitio, ac in gratiæ muneribus omnino pares. Bona æmulatio velle nulli hoc modo similem, & parem esse: sancta, ac religiosa ambitio cunctos ac ratione velle superare: pium, & Deo charum studium, quo quisque illi placere contendit quàm potest maximè, etiam supra cæteros. Considera te de paucis, & electis effectum, ait Cassianus [m]: & ne exemplo, ac tempore multitudinis te fugiescas, sed viue vt pauci, vt cũ paucis inueniri mereatis in regno Dei. Item [n]. Exempla tibi sunt imitationis, ac vitæ perfectæ in congregatione commoranti, à paucis, imò ab vno, vel duobus, non à pluribus expetenda. Refert etiam [o] quid hac de re Antonius præceperit; vt autem etiam se gesserit, prior de eodem scripserat Athanasius [p]. Legendi quoque Bernardus [q], & Petrus Blesensis [r].

Ne taceas neque compescaris Deus.] Hieronymus, *ne sileat, & non quiescas Deus*. Primum verbum Hebræum חֲרֵשׁ *thecheras* significat *tacere*, & *obsurdescere*. A natura mutus idem, & surdus solet esse. Alterum שְׁקֹט *thsikot quiescere, cessare, tranquillum esse*. Hoc vltimum valet ἠσυχάζειν

a 1. de pœnit. c. 1.

b Iob 36.26. c 2. Paral. 19. & alibi. d Dan. 7. 14. Tropologia.

e vers. 2.

f Ioel. 2. 6.

b c. 65 7.

g Eccl. 44. 20

h Exo. 15. 11.

i Mich. 7. 18

k Iere. 10. 7. l Iob 36. 22.

c 5. Hypo. c. 6.

d c. 38. 11.

m 4. de inst. c. 38.

n c. 40.

o lib. 5. c. 4.

p in vita Ant. q ad fratres de vita Deiparæ inuect. aduersus obtrectatorem

e pſ. 34. 10. pſ. 39. 6. pſ 70. 19 f pſ. 85. 8. pſ. 88. 9. g Exo. 15. 11.

Græcum huius loci verbu, vel *mutescere*, quo pacto testatur Augustinus nonnullos interpretatos, videlicet, *neque mutescat Deus*. Symmachus vertit μὴ ἡσυχάσῃς, *ne quiescas*, quasi nempe omnia sint in tuto, profunda pax, vacatio à bellis, cùm his potiùs omnia, tumultuque ardeant. Occurrit antea [a] eadem formula, qua orabat Deus, vt diuturnum rumpat silentium. Dicitur quoque quòd cũ manifestè veniet, *non silebit* [b], quando nimirũ veniet, vt iuuet, vel iudicet. Augustinus hoc secundum tradit, tũcq; implendum illud Esaiæ [c], *Tacui semper silui patiens fui: sicut parturiens loquar, dissipabo, & absorbebo simul*. Videtur interdum Deus excedere modum patientiæ, & misericordiæ, non solùm iræ, atque iustitiæ, sed vtrumque iuxta morem nostrum cõcipiendi: & qui conqueritur Deũ nimis patientẽ, significare vult contra hostes, & persecutores, nõ erga semetipsum, immo dum indulget illis, esse sibi ipsi nimis durum, & seuerũ. Vidimus psal. 72. piorum etiam hac de re querimonias. Plures Dominum, idcirco non credunt, ait Tertullianus [d], quia sæculo iratum tãdiu nesciunt. Constat nihil hominus opportunũ nobis ad patientiã remediũ, silentium esse, de quo Ambrosius [e], Gregorius [f], Cassianus [g], nõsque antea, & exemplũ Paulæ narrat Hieronymus [h]. Obseruat autem Hugo modos duos faciendi, aut reformandi Dei similitudinem in homine, quam ipsi deesse prima psalmi verba deplorant sensu mystico, vt dixi. *Deus quis similis erit tibi?* Primus modus continetur illis verbis (*ne taceas*) quia Dei verbum prædicatũ, vel inspiratum ignis est animã calefaciẽs, vt fundatur, ac recipiat imaginẽ Dei, eo modo quo nonnullę imagines aut vasa opere fusorio fiunt. Quò spectat sponsæ oratio [i], *Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est*. Alterũ modũ indicant alia verba (*neque cõpescaris*) vt quemadmodum aliquæ imagines solidæ, seu statuæ vel vasa ductili opere conficiuntur, sic tũsionibus, & pressuris, ictibúsq; tribulationũ reducatur animus ad cõuenientẽ, & diuinã formã. De allegoria Christi iudicis, quæ traditur ab Augu. & aliis, vt in iudicio nõ taceat amplius, sed aperto, libero, seuero vtatur sermone, consule Gregoriũ [k].

a psal. 34. 1. psal. 43. 2. psal. 58. 7.

b psal. 49. 3.

c Esa. 42. 14.

d lib. de Patientia.

e l. 1. de offic. c. 3. & 30. & in Psal. 38.

f hom. 18. in Ezech.

g Collat. 16. c. 26.

h epist. 27.

i Cantic. 5. 6.

k lib. 10. moral. 30. & 2.

Vers. 3.] Quoniam ecce inimici tui sonuerunt, & qui oderunt te, extulerunt caput.

Vers. 4.] Super populum tuum malignauerunt consilium: & cogitauerunt aduersus sanctos tuos.

IVstam profert indignationis causam, eúrque nimia censeri possit benignitas, & indulgentia Dei, nimis altum silentium, quasi profundior somnus, quoniam hac abusi patientia, non tã populi Dei, quàm ipsius Dei hostes impissimi ingẽti edito fragore, velutiq; excitatis marinis fluctibus, & magno facto impetu perstrepentes, ac ictruẽtes in populum Dei insolenter, superbè, furenter sese contra illum, Deũmque ipsum erigunt, efferũtur, insultant. Præterea, quia communicatis inter se consiliis secretò, astutè, fraudulenter coniurauerunt in perniciem populi Dei, eorũmque qui vera Deum colũt religione, ac in eius præsidio confidũt, acquiescunt, delitescũt, immò & sancta ipsa, sacráque de medio tollenda deliberauerunt. Facilis ad Ecclesiæ persecutores istarũ, & sequantiũ sententiarũ applicatio, vt semel monuisse sit satis.

Quoniã ecce inimici tui sonuerunt.] Hieronymus, *tumultuati sunt*, quod alij vertũt in præsenti, quidã in futuro, in quo est יהמיון *iehemaiun*. Symmachus συνηχοῦσι, quod Scholiastes exponit *consentiunt, consonant, & consentiunt*. Indicatur potiùs strepitus, fragor, clamor, vociferatio, quæ in exercitibus excitari solet, non tantùm humana voce, sed tubis quoque, cymbalis, & aliis bellicis instrumẽtis, nec non quòd palàm, & aperto marte agant qui suas olim fortassis inimicitias solo indicabãt susurro, vt Euthymius notat, seu, vt Nicephorus, ὅτι κατὰ βοὴν ἅμα πάντων, *cũ clamore irruerũt*. Basilius, vel Theodoretus fluctus ac sonitum maris hic innui putãt. Hebræum verbum per se non habet hanc vim, vt Agellius tamen docet, sed generalis eius notio sonandi, resonãdi, fremendi, tumultuãdi ad fluctus applicari potest, sicut in psal. 45. [a] *Sonuerunt, & turbata sunt aquæ eorum*; & apud Esaiã [b] *Væ multitudini populorum multorum, vt multitudo maris sonantis, & tumultus turbarum sunt sonitus aquarum multarum. Sonabunt populi sicut sonitus aquarum mũdantium*. Vbi est המון *hamon*, & חמות *hamoth*, & verbum huius loci יהמיון *iehemaiun*. Rectè Cassiodorus monet singula singulis reddita, & contra illud (*ne taceas* esse) *quoniam ecce inimici tui sonuerunt*) contra aliud (*neque compescaris*) id quod sequitur (*& qui oderunt te, extulerunt caput.*) Addit post Augustinũ, quẽ alij præterea in hoc imitantur, non dici hos inimicos Dei locutos, sed sonuisse, vt eis hominum meritò negarentur verba, qui voces rationabiles non habebant. Is etiam, quem vocant Hieronymum, indicat idem, sed cum tropologia, vt ille de quo alius detrahit, eum audiat, quasi cymbalũ tinniens, & non vt vocem humanam, sed tanquam sonum ab irrationali, ac inanimata re excitatum. Hugo in verbo *sonandi* locutionis peccatum obseruat: in *inimicorum* vocabulo inuidiam; in sequenti membro (*qui oderunt te, extulerunt caput*) odium, & superbiam. Applicat præterea omnia ad diabolos, non solùm ad Antichristum, & antichristianos.

a vers. 4.

b c. 17. 12.

Et qui oderunt te, extulerunt caput.] Gestus, ac habitus insolentiæ hic est atque superbiæ, vt aliàs vidimus, seu liberioris, & confidentioris animi. Quare non est literalis expositio de vno electo capite, seu duce, aut Antichristo, vel diabolo. *Ascendat semper superbia odientium Deum* [c]. *Currum aduersus Deum erecto collo* [d], *eleuantur, & ambulant collo extento* [e]. Constituere ducem Hebraicè dicitur *ponere caput* [f]. Sed aliud est efferre, eleuare, attollere, erigere, extẽdere caput. Quo pacto autem censeatur quis Deum odisse aliàs dixi, & hoc loco Rickelius docet fieri posse, propter effectum qui à Deo est, & displicet. Probat cuiusdam sibi facto responso, quem hortabatur ad meliora, & Dei commendaret beatitudinem, malle se Deum non esse, quàm subire vitam, & conuersationem ordinis Carthusiensis.

c psal. 73. vlt.

d Iob 15. 26.

e Esa. 3. 16.

f Num. 14. 4.

Super populum tuum malignauerunt consilium.] Hieronymus, *contra populum tuum nequiter tractauerunt*. Alij, *callidè inierunt consilium*, vel, *egerunt secretum*, vel, *occultas fabricati sunt fraudes*, vel, *conspirant secretò*. על עמיך יעדו סוד *iahdaru sod*. Significat Hebræa verbum *astutè agere*, nomen, *secretum*, ac proinde consilium, quod secretum esse debeat, nec non *concilium, cœtum, congregationem*, quia plures iunguntur, coëúntque in vno secreto, siue consilio. Græca κατεπανουργεύσαντο γνώμην, significant vafrè susceptam sententiam, quod Symmachus exponit πανούργως ὁμιλεῖν, *astutè colloqui*. Apollinarius μῆτιν τυπεύσαντο, *consilium machinari*. In psalterio Romano, & apud Cassiodorũ, *in plebem tuam astutè ma-*

ignauerunt consilium: cuius lectionis meminit Augustinus. In Gallicano, *dolose*. De *malignandi* Latino verbo dictu alibi, & de *consilio, ecclesia, conuentu malignantium*[a]. Distinguit Euthymius Græcæ vocis γνώμης notiones, pro *admonitione, consilio, sententia, opinione de fide*, aut *quopiam dogmate*. Legit autem in datiuo casu γνώμῃ, sicut extat etiam in Complutensibus, Regijs, & aliis codicibus, quamuis moneat in quibusdã exemplaribus esse γνώμαις, quo pacto nunc in emendatis Sixtianis, & Apollinarius expositum ἐστὶν in accusatiuo. Hugo quintum peccatũ malitiæ hic aducit ad quatuor præcedentia, *locutionis, inuidiæ, odij, superbiæ*. Sed nimis coactum, quod idem sumens *consilium super populum* pro consilio, siue concilio, quod est superius populo, eumque regere debet, & constat clericis, ac Sacerdotibus, ait id malignauisse dæmones, quia multi sint ex iis praui consiliarij, *dantes consilium insipientibus*[b], ita vt possit cum ironia illud vsurpari[c]. *Cum viro irreligioso tractabis de sanctitate, & cum iniusto de iustitia*. Currit liberius tropologia de dæmoniis, & aliis filiis *huius seculi, qui prudentiores filiis lucis in generatione sua*[d] *videntur, atque solertes ac prudentes sunt, vt faciant malum*[e], ita vt videatur etiã Deus *consilium impiorum adiuuare*[f]. Malignos spiritus interpretatur Gregorius[g], & quod Iob interroganter loquitur per negationem debere intelligi, *cùm non patiatur Deus nos tentari supra id quod possumus*[h], & nisi cum viribus tentamenta modificaret, nullus profecto esset, qui malignorum spirituum insidias non corruens portaret. *Spiritalis omnia iudicat*[i], neque circumuenitur à Satana, *quia non ignorat cogitationes eius*[k]. Antichristum passim putant in omni sententia, & fraude excellentem futurum, ac dæmonibus ipsis doctoribus, immò & paredris vsum, non solùm hominibus maleficas artes professentibus, summã hypocrisim, dolum, & fraudem adhibiturum. Daniel[l] hoc tribus affirmat, & *parvus ac versus* ex Apocalypsi[m], *draconem & cerastes de Dan*, tribu Antichristi, ex Genesi[n], hoc idem innuunt, vt omittam adeò multos auctores, qui de Antichristo disputant, quorum collegi in opere suo de eodem testimonia. Thomas Maluenda. Gregorius[o] autẽ docet, quod sicut incarnata veritas in prædicatione sua paupertes, idiotas, & simplices elegit, sic è cõtrario damnatus ille homo, quem in fine mundi apostata angelus assumit ad prædicandam falsitatem suam, astutos, ac duplices, atque huius mundi scientiam habẽtes electurus est. Confirmat Esaiæ verbis, *Væ[p] terræ cymbalo alarum quæ est trans flumina Æthiopiæ, quæ mittit in mare legatos, & in vasis papyri super aquas*. Omnino, quemadmodum *cogitationes iustorum iudicia, sic consilia impiorum fraudulenta*; &, *verba impiorum insidiantur sanguini, cùm os iustorum liberet alios*[q]. Quod attinet ad sensum literalem, nimis angustè Caietanus explicat, Ammonitas temerè iudicasse de secreto cordis Dauid, quòd legatos misisset ad regem non humanitatis causã, sed explorandi gratiã.

Et cogitauerunt aduersus sanctos tuos.] Hieronymus, *inierunt consilium aduersus arcanum tuum*. Alij, *& consultauerunt aduersus absconditos tuos*, vel, *arcana tua*, vel, *super absconditus tuis*, seu *arcanis*. Symmachus, καὶ συμβεβουλεύκασι κατὰ τὸ ἀπόκρυφόν σου, *& consilium contra recondium tuum*. Aquila, & Theodotio κατὰ τὸ συγκεκαλυμμένον σου, aut Gr. *aduersus absconditum tuum*, aut *tibi*. In singulari numero Basilius, siue Theodoretus iuxta versionem Aquilæ, ac Theodotionis, cui similis est Symmachi, vt retuli ex collectore notationum in Sixtinis Bibliis Græcis, quod prior notauerat Ioãnes Drusius, cùm tamen dicti Patres asserant vertisse pluraliter, in numero, inquam, singulari, volũt significari Gentium impetum contra Iudæos, vt eos extirparet, redundare in Christũ, qui veluti absconditus erat inter illos, vtpote oriturus ex Tribu Iuda. Citat Etiã[a], *Hæc dicit Dominus: Quomodo si inueniatur granum in botro, & dicatur ne dissipes illud, quoniam benedictio est: sic faciam propter seruos meos, vt non disperdam omnes, & educam de Iacob semen, & de Iuda possidentem montes meos*. Christus appellatur Deus absconditus duplicitèr, & ob Incarnationem, & ob occultam præsentiã in Eucharistia. Alter sensus est, siue numerus pluralis retineatur, vt debet, & in Hebræo textu est cum affixo צְפוּנֶיךָ *tsephunecha*, siue sit singularis collectiuè sumptus pro plurali, prout esset, si ex dicto vocabulo Hebræo auferretur (י) *iod*, vt sancti, quos expresserunt Interpretes nostri, vocentur absconditi, quia *habitãt in adiutorio Altissimi, & in protectione Dei cœli commorantur*[b], *sperant sub tegmine alarum eius*[c]; *absconduntur in abscondito faciei eiusdem*[d] *in tabernaculo, & in abscondito tabernaculi*[e], non Templi, & Arcæ, vt olim, quia ibi Deus peculiariter opitulabatur, sed prouidentiæ, curæque diuinæ: *obumbrantur capita eorum ab ipso in die belli*[f], multo inclitis quàm Clitus scuto Alexander. Sic præterea sancti cognominãtur, *quia vita illorum abscondita est cum Christo in Deo*[g], & hic obscuri sunt, quia per fidem & spem ambulant, quæ versantur circa res obscuras: quia sunt in pretio, præsertim apud Deum, vt esse res thesauris, ac thecis inclusæ, tectæque solent, quia, vt adyta, & olim Sancta sanctorum, violari non debent, quo modo צְפוּנֶיךָ *tsaphun* apud Ezechielem[h], id est, *arcanum* appellatur interius Templi oraculum. *Et vocabo eum*, inquit ibi Deus, *arcanum meum, & introibunt in illud emissarij, & contaminabunt illud*. Hinc existere sensus tertius potest, accipiendo *abscondium, & arcanum*, vel eadem pluraliter & in genere neutro, pro rebus sacris, réplóque, vt dicantur inimici Dei coiuisse & conspirasse, non tãtùm aduersus populum, sed præterea contra Templum, & omnia sacra. Quarto, si quis *arcanum, secretum, abscondium* accipiat pro consilio, sicut סוֹד *sod* in priore membro, sensus erit, tuum illud סוֹד *sod* & consilium ausos fuisse inire contra צְפוּנֶיךָ *tsaphun*, id est, absconditum, secretum, arcanum Dei consilium, & occultas prouidentiæ ipsius rationes: vel citra צְפוּנֶיךָ *tsaphon abscessionem*, nempe dicti consilij diuini, *cum tamen non sit consilium contra Dominum, non prudentia non sapientia*[i]. At secundus sensus communior, & melior.

Pietatem pietatem nonnulloti hanc describit Ambrosius[k], cùm ediderint partus, si quid fortè insidiarũ, terroris; præsẽserint circa catulos suos quemquã moliri, quò tucãtur eos, vel teneræ ætatis pauorem materno affectu comprimãt, aperire ora, & innoxio partus suos dente suspendere, interno quoque recipere corpore, & genitali aluo abscondere, reuocare integros, atque iterum fotu quodam eos sui caloris animare, & spiritu alere, duósque in corpore vno viuere, donecaut securitatẽ deferãt, aut corporis sui obiectu natos suis defendãt periculis, denique puericu proli patẽtis esse vterum, sicut murum. Deplorat postea idẽ Pater, ab hac pietate charitatéque longissimè abesse homines. Habet quod absque comparatione mitetur magis de Dei erga suos benignitate, qui cùm quis illos tangit, perinde afficitur, *ac si tangeret*

pupillam

a Psal. 21. 17. pf. 21. 8. pf. 63. 3. Lxx.

b Esa. 19. 13.

c Eccl. 37. 11. Tropologia.

d Luc. 16. 8.

e Esa. 30. 12.

f Iob 10. 1.

g 9 moral. c. 34. vel 25.

h 1. Cor. 10. 13.

i 1. Cor. 2. 15.

k 2. Cor. 2. 11.

l c. 7. & 20. c. 24. c. 11. 21. 23. 24.

m c. 13. 1. & c. 17. 17.

n c. 49. 17.

o 1. 2. mor. c. 5. vel 6.

p c. 18. 1.

q Prou. 12. 5. 6.

a Esa. 65. 8. 9.

Quare Christus appellatur Deus absconditus.

b Psal. 90. 1.
c Ps. 35. 8.
d Ps. 30. 21.
e Ps. 120. 5.

f Ps. 139. 8.

g Coloss. 3. 3.

h c. 7. 22.

i Prou. 21. 30.

k 5. Hexam. c. 3.

pectinum oculi sui proprij [a], *& ánus abscondere* dicitur *in absconditio faciei suæ*, innui videtur quod aperto quasi ore recipiat, sicut dicti pisces, interno corpore. Hoc præ se fert amoris excessum, quod vulgo amicus amico dicit, cupere se illum intra viscera propria condere. Sic Paulus etiam scribebat *viscera Titi* in Corinthiis esse [b] *se cupiuisse Philippenses in visceribus Iesu Christi* [c]: Onesimum vocat *viscera sua* [d], & iterum appellat *viscera miserationis* [e]. Deo autē tribuuntur quoque *viscera misericordiæ* [f]. Præcipua cogitatio, cura, studiū, quod vocat Hugo peccatum sextum, peccatum diaboli est, vt noceat Sanctis, nec fluuio sæcularium contentus, *habeat tandiū quòd influat Iordanis in os eius* [g], quia Iordanis denotat riuum. & descensionē eorum, id est, obedientiæ subiectionem, vel riuum iudicij, quod seuerius exercent inter se viri religiosi.

[a] 2 Zach. 1. 8.
[b] 2. Cor. 7. 15
[c] Philip. 1. 8.
[d] In epist. ad Philem. v. 12. 20.
[e] Philip. 2. 1 1 Ioan. 3. 17.
[f] Iob 40. 18.
[g]

Vers. 5] Dixerunt: Venite, & disperdamus eos de gente, & non memoretur nomen Israel vltrà.

SEptimum veluti peccatum; vt Hugo enumerat, solicitationis, & prouocationis aliorū ad malum, vel etiam tractari maligni consilij sententia, vt coniurati coëant plurimi, impetumque faciant in Hebræos, illosque sic extirpent, aut dissipent, vt non sint amplius gens, nec nominari amplius possint Hebræus, seu Israëliticus populus, tamquā constitens more aliorum populorū, nullius nominis, & famæ sit, nullo habeatur loco, pudeat nominari Israëlitam, nec audeat quisquā sic appellari, mortis metu, nomen ipsum & dedecus, & crimen adferat; ne nomine quidē notus, iuxta paræmiam, censeatur. Quod peccatum Hugo recenset octauum, crudelitatis in afflictione corporis, & immunitione famæ. Satis cōstat ex Apologiis Athenagoræ, & Tertulliani [h], præter sæuitiā tormentorum, vel solum Christianū nomen olim in crimine fuisse, ac nomine ten[s] accusatos Christianos, & maiorem vim nominis habitam, nec tam quid cōmisissent inquisitum, quàm ipsi nomini, tāquam certo sceleri illusum, & ex nomine tantùm tamquam criminum indice, atque confessione, in illos agere æquissimū visum. Recitat illud etiam ex Gentilium verbis Tertullianus [i], Bonus vir Caius Seius, sed malus tantū, quòd Christianus; & ego, Lucium sapientem virum repentè factum Christianum defero. Tandem verò, vt ex Iustino, & Melitone Sardense recitat Eusebius [k], Adrianus Imperator rescripsit Minutio Fundano, Proconsuli Asiæ, nec non aliis, ne nomen hoc esset in culpa. At hoc nomen nouum, *quod os Domini locutum est* [l], tituluſque perhonorificus corrumpi non potuit [m], sed sicut *oleum est effusum, in cuius odorem Gentes omnes cucurrerunt* [n].

Dixerunt venite.] Non significat semper propriè motum ad locum *venite*, לְכוּ־וְנָ *lechu*, sed idem quod *eia, agite*, & similia, quibus prouocantur, inuitantur, excitātur aliqui ad aliquid agendum, & aggrediendum; denique hortantis vim habet.

Et disperdamus eos de gente.] Hieronymus, *conteramus.* Alij, *extirpemus, succidamus, negare faciamus eos à gente*, id est, vt non sint gens וְנַכְחִידֵם מִגּוֹי *venachchidem miggoi.* Valet Hebræum verbum *abscondere, excidere, tollere*, ne vltrà extet, audiatur, videatur, & cum particula negante, quam includit hoc loco præpositio in מִגּוֹי *miggoi, celare, & excidere.* Non significat disperdere nunc idem quod dispergere, dissipare, per varia loca spargere, vt multi tamen Latini Enarratores sentiūt, quia nec ea notio est verbi Hebræi, nec Græci ἐξολεθρεῦσαι. Quare quæ Hugo tropologicè affert de discursu per mundum, non ita cohærent, nisi fortè per accommodationem. Nam vir ille doctus, tametsi linguarum non adeò peritus, rectè interpretatus est *disperdere* idem esse, quod opprimere, & interficere, quod qui transtulit de Chaldæo in Bibliis Regiis, exposuit, trucidare. Hoc in simili sententia apud Ieremiā [a] est *eradere de terra; Cogitauerunt super me consilia, dicentes, mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra, & nomen eius non memoretur amplius.* Contrarium de Israëlitis vaticinatus fuerat Balaam [b], *Populus solus habitabit, & inter gentes non reputabitur*, quia scilicet, expulsis gentibus, Chananæis, earū prouincias habitaturus erat; nec earum superstitione inficiēdus, aut muraturus religionem. Sed comminatus est Deus, *Ipsi me prouocauerunt in eo qui non erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus suis, & ego prouocabo eos, in eo qui non est populus, & in gente stulta irritabo illos* [c]. Reuera, qui sine religione, & iustitia est, non meretur nomen populi, gentisque, cuiusmodi gentilitas erat, cùm vacaret idololatriæ, ex non populo, plebēque facta est per lumen Euangelij, *plebs, & populus Dei* [d], *& filij Dei viuentis.* Probat August. [e] numquā Rēpublicam fuisse Romanā, quia iuxta definitionē Scipionis, nunquā fuit res populi, cùm populus, eodem finitore, sit cœtus multitudinis, iuris consensu, & vtilitatis communione sociatus, nec geri sine iustitia Respublica possit, vbi autē ulla no est, nec ius esse valeat, & cùm iustitia sua cuique distribuat, iustitiam non esse, quæ ipsum hominem vero Deo tollit, & immundis dæmonibus subdit, quod fecerunt Romani. A simili argumentari licet, diabolum, Antichristū, persecutorem, malum suasorem, qui quempiam ad falsum Dei cultum, vel etiam ad quodcumque mortale peccatū inducat, efficere quod in se est, vt disperdatur de gente, & populo, immò de numero hominum, id est, iuxta rationis præscriptum viuentium.

Et nō memoretur nomen Israel vltra.] Nō memorari nomen, aut deleri, tolli, perire, auferri, disperire de terra nomē, & memoriā, aut quòd non sit memor quis nominis, aut quòd cesset memoria ex hominibus, & sit in maledictū, frequenti Scripturæ phrasi vsurpatur pro eo quod est prorsus negligi, seu negligere aliquid, excindere, & excindi. nomen namque imponi solet rebus, quæ existunt, & vocantur ea quæ sunt, *vel à Deo ea, quæ non sunt* [f], *vt sint.* Propterea quæ minimè sunt, minimive fiunt, dicuntur parui, aut nullius nominis, vt è cōtrario, magni nominis, & nominata quæ præstātiora, & magni æstimata, & eorum quoque nomina in benedictione ac memoria æterna non recedens, non deleta, cum laudibus, dulcis, &c.

Mysticè sumptus Israel, & secundùm spiritū vocatus à Paulo [g] *Israel Dei*, populus Christianus est, vel etiā vir religiosus, præsertim vacans contēplationi, siue derives id nomen ab eo, quod est Deo ipso superiorē esse, siue Deū videre, quod etymon communius quidē, sed priore minus verū. Christi, & Christiani nominis cura nobis maxima debet esse, vt sanctificetur, sanctúmque esse demōstretur, reipsa, & opere, siue proprij nostri celebritas cōsequatur, siue fama imminuatur, *vt non minus per infamiam, quam per bonam famam* [h] *Christo seruiamus*, & quod in nobis est, adeò honorificum

[a] Ier. 18. 19.
[b] Nu. 23. 9.
[c] Deut. 32. 21
[d] Osee 1. 9 10 Rom. 9. 25.
[e] 19. de Ciuit. c. 21.
[f] Rom. 4. 17.
[g] Gal. 6. 16. Rom. 9. 6.
[h] 2. Cor. 6. 8.

[s] Sensus mysticus

titulum nunquam corrumpamus, sed ei pro dignitate respondeamus, etiusque per omnes fragrantiam, & odorem bonum vitæ *diffundamus, vt in omni ore quasi mel indulceatur, & vt vinum sit in conuiuio vini memoria nostri Iosiæ* [a], id est Iesu, quia *melius est hoc nomen bonum, quam diuitiæ multæ* [b].

a Eccl. 49. 1.
b Eccl. 7. 1.

Vers. 6.] Quoniam cogitauerunt vnanimiter: simul aduersum te testamentum disposuerunt:

Vers. 7.] Tabernacula Idumæorum & Ismaelitæ:

Moab, & Agareni.

Vers. 8.] Gebal, & Ammon, & Amalec, alienigenæ cum habitantibus Tyrum.

Vers 9.] Etenim Assur venit cum illis: facti sunt in adiutorium filiis Lot.

Sensus loci.

MAgna cõiuratio, valdéq; ratum ac firmum, populum Israeliticum perdendi, & excindendi consilium in hostibus illius. Nam gentes quàm plurimæ super hac re vnanimi cõsensu decernentes, fœdus inter se pepigerunt, seseque pacto, & iureiurando obstrinxerunt contra Deum, populumque ipsius, videlicet Idumæi tabernaculorum habitatores, seu Scenitæ, & Ismaëlitæ, auctore Ismaële: præterea Moabitæ, & Agareni ab Agar denominati, item Gebalitæ, Ammonitæ, Amalecitæ, Philisthæi, Tyrij, quin & Assyrij, qui cũ aliis venerunt, vt essent auxilio Moabitis præsertim, & Ammonitis descédétibus ex filiis Lot: Has gentes decem maxima ex parte in Arabia commorantes Valentia præsertim, & alij existimant repræsentare Mahometanos, Turcásque infensissimos persecutores Christianorum, qui primùm extiterint in Arabia, quamuis non satis mihi certa videatur huius persecutionis origo, quam idem Valentia narrat, quod nunc expendere non vacat. Consuli possunt annales Baronij.

Quoniam cogitauerunt vnanimiter simul.] Hieronymus, *Quoniam inito consilio conspiratione vna pariter.* Alij. *Quoniam consilium inierunt, conspirauerunt, inierunt consilium ex corde pariter.* יַחְדָּו כִּי נוֹעֲצוּ לֵב *chi nohhatsu leu iachdau.* Chaldaicè, *in toto corde, ὅτι ἐβουλεύσαντο ἐν ἐπινοίᾳ ἐπὶ τὸ αὐτό, consiliati sunt in consensu in idipsum*, quod explicat Euthymius, & Nicephorus, vt conuenirent in vnam sententiam, vnumque locum. Multi (*simul*) referunt ad sequens membrum, quod parum refert. In psalterio Gallicano, & Romano, atque apud Cassiodorum, & Petrum Damiani [c], *consensum in vnu.* Conspirant etiá mali, dæmonesque ipsi in malum, *nec Satanas in se diuisus est*, vt Christus docuit [d], *regnumve ipsius*, in eũdem quoque Christum *Herodes & Pilatus antea inimici, concorditer amicitia redintegrata* egerunt [e]. *Dissipat Deus gentes quæ bella volunt* [f], *dissipat consilia gentium* [g], *confundis superborum linguam* [h], *effecis vnius linguæ* [i], *cordis, & animæ* [k], *atque humeri* [l] *seruos suos.* Sed hac de re alibi actum.

c lib. 5. ep. in 14. seu 82.
d Matt. 12. 26.
e Luc. 23. 12.
f psal. 67. 31.
g psal. 32. in. h Gen. 11. 9. & 10. 25.
i Abac. 3. 11.
k Ezech. & c. 4.
l Soph. 3. 9.

Aduersum te.] Communem facit populi causam cum Deo, immò maximè propriam Dei, *ne quando dicerent gentes, vbi est Deus eorum* [m]? & quia religionẽ, & sacra spernebant, atque violare, ac euertere volebãt, & quia pluris æstimari debet honor Dei, cùm ipsius imploratur auxilium contra hostes, quàm piguatum, & tẽporale emolumentum. Hoc Machabæi habebãt præ oculis, ac seriò commilitonibus proponebant, nimirum cultum Dei, & Sancta, quibus violatis, dicebant; *Quo [a] ergo nobis adhuc viuere?* hortabaturque *dare animas pro testamento Patrum, & æmulatione legis* [b]. Viget in persecutione, ac tribulatione pietas magis, magis Deus creditur, cum magis timetur: tunc in arcanis fum', fides in expeditione sollicitior, disciplinatior in ieiunijs, stationibus, orationibus, humilitate, alterutra diligentia, & dilectione, in sanctitate, & timore, quia no vacatur nisi timori, & spei, vt scribit Tertullianus [c]. Attamen suscipitur nihilissimè bellum, præcipuè pro pietate, & religione, quæ in duodecim causis, de quibus Abulẽsis [d], prima est.

a 1. Macc. 2. 19.
b vers. 50.
c de fuga in persec. c. 1.
d in Deut. c. 2. q. 6.

Testamentum disposuerunt.] Hieronymus, *fœdus pepigerunt.* Nec enim *testamentũ*, & διαθήκη sumuntur pro contractu vltimæ voluntatis, & quod habeat executionẽ solum post monumentum, vnde quidã [e] ineptè dictum *testamentum* dicunt, id est, post mortem. Latiùs est notio Hebræi nominis בְּרִית *berith*, quod cũ Latino, & Græco tum sæpius in prioribus psalmis occurrit. Et potius dicerentur *testamentum* quasi testatio mentis, vel à testãdo, ac si esset testamen, addita syllaba tum: sicut ad velamen, nutrimen, calceamen, ornamen, & similia. Monet Augustinus hoc loco, non solùm dici testamentum in scripturis, quod nó valet nisi testatore mortuo, sed etiam omne pactum, & placitũ, quod inter viuos valet, testamentum vocari, sicut Laban, & Iacob testamentũ fecerunt. Sonat vox Græca *dispositionẽ* à verbo διατίθεμαι, quod hîc etiã positum est, διεθέντο διαθήκην, quemadmodum & in historia Machabæorum [f], διαθώμεθα διαθήκην μετὰ τῶν ἐθνῶν τῶν κύκλῳ ἡμῶν, *disponamus testamentum* (pactum) *cum gentibus quæ circa nos sunt.* Hieronymus [g] præterea notauit in plerisque Scripturarum locis testamentum non vòluntatẽ defunctorum sonare, sed pactum viuentium. Aliud inter alia exemplum clarum est in Ecclesiastici libro [h], *Testamenta sæculi posita sunt apud illum*, videlicet Noë, *ne deleri possit diluuio omnis caro*: & de Abraham [i], *in carne eius stare fecit testamentum.* Legendi locis aliis idem, Augustinus [k], & Hieronymus [l], item Budæus [m], qui eumdẽ dicti Græci nominis fum profanis testimonijs illustrat. Certe vel ex præsẽti loco cognosci potest Lxx. Interpretes no vsurpauisse Græcum nomen pro testamento proprie dicto, quod tamen videtur Hieronymus [n] vniuersè de illis negare.

e 1. Mach. 2. 19.
f 1. vers. 21.
g in Malach. c. 2.
h c. 44. 19.
i vers. 21.
k lib. locu. in Gen. q. 91. & 94. & lib. 16. de Ciu. c. 27. & in ep. 3. ad Gal.
l in Com. Gra. lin.
m in cap. 3. ad Gal.
n in cap. 9. Heg. 5.

Tabernacula Idumæorum.] Hieronymus, *Idumæa*, אֱדוֹם *Edom*, quod nomen ita etiam redditur psalmo 59. [o] vbi de Idumæa, & Idumæis egimus, sic dictis ab Edom, quod erat cognomen Esau. Treuerus recitat hoc loco ex Hieronymo, *tabernacula Idumæorum, & Ismaelitarum*, quod nomen secundũ in omni editione Hieron. extat. Itaque metonymicè, tabernacula Idumæorum, & Ismaëlitarum ponuntur pro populis istis, qui habitabant in tabernaculis, scenitis ac Nomadibus in Arabia deserta similibus, de quibus Plinius [p]: Tabernacula subinde huc illuc transferentibus ad pascua pecoris, & venãtionem seu negotiationem, vt innuit Ezechiel [q]. De odio implacabili Idumæorum contra Israelitas mentio fit in psalmo 136. [r] & in Amos [s]. Confundunt Plinius, Silius, alij quandoque cum Iudæis Idumæos, quia coaluerunt demum in vnã gentẽ ab Hircano subiugati, vt scribit Iosephus [t], qui tẽpore Dauidis, & Salomonis erãt tributarij subditique regibus Iuda, sed postea rebellarunt.

o vers. 10. 11.
p lib. 6. c. 28.
q c. 27. 21.
r vers. 7.
s c. 1. 11.
t 14. antiq. c. 17. & 2. Reg. 8.

Prælse

Prisè Iudæi à posteris Iacob, Idumæi ab Edom, seu Esau nomen sortiti sunt vt Ammonius [a] quoque docet. Non sunt origine Nabathæi, vt falsò prodidit Strabo [b], seditione pulli patria (Nabathæi potius à Nabaioth primogenito Ismaëlis dicti videntur [c]:) non orti à filio quodam Semiramidis, vt Stephanus [d], qui à Iuda Iudæos derivat; multo minus, vt Rabbini garriunt, Edom est Roma, & Pontifex Romanus monachus Edomæus. At repetenda quæ aliàs diximus.

a lib. de decem Scriptorum

b lib. 16.

c Gen. 25. 13.

d de Vrbibus.

Et Ismaelitæ.] Hieronymus, vt modo dixi, *Ismaëlitarum*, vt nempe tam hi, quàm Idumæi, dicantur habitatores tabernaculorum. Eodem pacto legitur in psalterio Romano & à Cassiodoro, & Petro Damiani [e] *Ismaelitis*. Chaldaicè, *Arabes* exprimuntur עַרְבָאֵי *hharanae*. Ab Ismaële filio Abraham, & Agar nomen acceperunt. De hoc inter alia præfixit Angelus [f], *quod figeret tabernacula*. Feruntur autem idem in Arabia Ismaëlitæ cum Cedarenis, quorum tentoria celebrantur in Cantico cãticorum 8. Erant verò isti pastoritiæ artis dediti, simulque latrociniis, & bello. Quare vt describat Dauid bellicosos & alienos à pace, ait, *Habitauit [g] cum habitantibus Cedar, cum his qui oderunt pacem, eram pacificus*. Vbi etiam Hebraicè, & Græcè habetur, *Habitauit cũ tabernaculis Cedar*. Vnus *de filiis Ismaël Cedar erat* [h], & Ismaël ipse describitur *ferus homo, vt manus eius essent contra omnes, manus omnium cõtra eum* [k]. Qua in re auctorem suũ imitantur Ismaëlitæ in equis, & camelis insidentes, camelorũ lacte, carnibúsque viuentes, semper errantes cum sagittis venenatis, & hastilibus logis, infestíque finitimis omnibus; mitrati seu vittati. Seminudo corpore, pallia, & caligas longas trahẽtes, intonso crine, labra superiora nõ radentes, cætera tonsi, decimotertio anno pueros circũcidentes, quo, & Ismaël circumcisus fuit [i], luciferum, seu lunam colentes. Ex iis ortus Mahometes creditur.

e lib. 5. epist. 15.

f Gen. 16. 12.

g c. 119. 5.

h Gen. 25. 13.

k c. 16. 12.

i Mahometes vt ait ipse.

Tropologia

Antequam progredior, moneo de tropologia, quam Enarratores, præsertim Bruno Carthusianus, creditus Hieronymus, Cassiodorus, Augustinus, Hugo, Aiguanus, Rickelius afferunt, eruta ex etymologia istarum gentium, & aliarum quæ sequuntur, ad varias denignandas vitiorũ formas. Hugo assignat hisce gentibus terrenos, seu auaros, gulosos, luxuriosos, superbos, vel pigros, item hypocritas, iracundos, detractores, aut adulatores: ad hæc studentes aliis nocere inuidos, cum diabolo elato, ac deprimẽte homines, qui cooperantes ipsi declinant à Deo. Aiguanus interpretatur terrenos & auaros simul per Idumæos, & Ismaëlitas: per Moab, malos, & falsos Christianos: per Agarenos, hypocritas; per Gebal, crudeles: per Ammon, ingratos; per Amalec, luxuriosos; per alienigenas, siue Philisthiim, gulosos: per Tyrios, potentes in sæculo: per Assur, qui colere robustos dicitur, id est, in peccatum præcipitare, & inuat omnes huc vsque recẽsitos simul cum filiis Lot, id est, angelis suis apostatis. Rickelius enumerat auaros, gulosos, luxuriosos, falsos fratres, hypocritas, iracundos, adulatores, vitijs atque luxuria ebrios, inuidos, diabolum cum angelis suis. Alter is quem vocant Hieronymum, quem ideirco non dubito non esse Hieronymum, quia in tradendis etymologiis nugatur sicut alij, & aberrat, vt cum ait *Iesiel* significare obedientes Deo, *Ismaelitas*, obedientes filij, *Gebal* vallem vanã, à gelatu: valle qua in re verum dicit, & *Baal* hoc est vana, *Ammon* populum turbidum, *Philistiim*, cadentem potione, *Lot*, declinantem, &c. Alio

1 Hier. quæst. Hebr. in Gen. & de loc. Hebr. Scin vita Malchi, & Hilarionis & 2. contra Iouin. Ioseph. 1. Antiq. c. 20. 21. Ammianus l. 14.

A

turſus modo Cassiodorus, & alij. Quod moneo, vt qui delectatur etymologijs, veras exactè quærat, vel quas reperit apud alios, non nisi facta illorum mentione auctoritatéque, illas proferat, non asseuerate, ac tanquam de suo pronunciet, sicque ea, quam ex aliena habent auctoritate, probabilitate easdem priuet. Istas præterea Gentes, Bernardus, aliúsve sermonis auctor de filio prodigo, mysticè sumit de variis hostibus ac tentationibus, deque omnium duce, & auctore diabolo, aduersus eos, qui virtuti ac pietati vacare studeant. Petrus Damiani [a] explicat locum hunc totum aduersus simoniacos, allata etymologia omnium istorum vocabulorum, vsque ad versum vndecimum.

a lib. 5. ep. 15

B

Moab.] Ab altero filio ex incestu Lot cum filia maiore, qui vocabatur Moab, populus eiusdem nominis, siue Moabitarum denominatus est, in Arabia deserti, vel Petræa, inter mare mortuum vsque ad Euphratem; & à torrente Arnon vsque ad desertum Cadesbarne. Cauerat quidem Deus ne primo ingressu in terrã promissionis regiones eorum occuparent; sed cum sæpius obtulerent Deo, idololatriæque dediti colerẽt Chamos, siue Beelphegor, & Israëlitas infestarent, sæpius ab his contriti, cæsi, profligati sunt, & illorum vrbes occupatæ sunt non paucæ: tandem verò à Dauide subiecti, & postea cùm Assyrij vastassent Israëlitas, grauissima quoque detrimenta sustinuerunt. Ieremias [b] acriter istius populi superbiam, sublimitatem, arrogantiam, altitudinem cordis redarguit. Tropologicè belium quod cõtra illum gessit rex Iuda Iosaphat, rex Israël Ioram, & rex Ammanæ [c], denotat diabolo, & filijs superbiæ, *quorum rex est* [d], maximè aduersari & nocere iudicio Dei; & celsitudinem Dei, & carnis, seu partis nostræ terrenæ frænationem, vt nimirum carnem frænando, recordemur diuini iudicij, & quanta sit celsitudo, & maiestas Dei, quámque humilem & demissam requirat à nobis seruitutem.

b c. 49. 7.

C

c 4. Reg. 3. 8.

d Iob 41. 25.

Et Agareni.] Chaldaicè, *Hungari*, & apud Nebiẽsem, *Hungarinae* הונגראי *hungherae*. Nescio quid sibi velit hoc nomẽ Chaldæũ, hac enim lingua nomẽ propriũ ancillæ Abraham matris Ismaël [e] est הגר *Hagar*, sicut & Hebraica, vt proinde meliùs Latinè scriberetur, *Hagar*, & *Hagareni* quos hic intelligi, & non *Hungaros*, qui & Hunni, ac Pãnonij, dubitari nõ debet. *Ægyptia erat Agar* [f] Sarai à Pharaone donata, vt placet Chrysost. & Saracenos eosdẽ vocari volunt quasi honorificentiùs à Sara vxore Abrahã, non ab ancilla Agar. Hieronym. videtur nomen recentius affirmare, quique Agareni dicerentur, suo tempore vocasse falsò seipsos Saracenos, vt viderentur de ingenua & domina generati. Hoc magis credendum, quàm accepisse nomen à Saraia vrbe Arabiæ, vt Stephanus voluit, vel ab vrbe Sara, vt Euthymius. Neque vulgi opinio censeri debet [h] illa, quam retuli ex Hieronymo.

D

e Gen. 16. 1.

f vers. 3.

g ibidem.

h sic vocat Dei mus in Genes. 10.

Gebal.] גבל *gheuel*, (ע), & Chaldaice גבלאי *gaulae*, seu *Gabalitæ*. Nullo alio in loco Scripturæ mẽtio fit istius nominis. Qua de causa cogi nos Aiguanus scribit nõ literaliter accipere, sed mysticè. Non bona ratio. Lyranus existimat eumdem esse cũ *Sobar filio Seir Horrei* [i], nomina enim Hebræa aliquando sic variari in principio, sicut Latina, verbi gratia Nicolaus, & Colinus, quæ sunt, inquit, idem nomen. Placet Iansenio, quia Thargum Ierosolymitanum montem Seir vocat Gibala. Quare credit significari gentem quandam ex Idumæis; tum etiam quoniam sicut LXX.

E

i Gen. 36. 20

montem, qui dicitur Hobal, vocant Gebal, ita ab Ebal filio Sobal, qui Sobal fuit filius Seir, siue Edom, qui & Esau, potuit mutato paululum nominis initio dici Gebal, hoc est, Gebalena regio Idumæorum. Caietanus ait esse illos, quos Dauid percussisse scribitur *ad viginti tria millia in Gebalem* [a]. Agellius, qui vocantur alibi Giblij, *lignorum ac lapidum dolandorum gnari* [b], *& nauium adscendarum* [c]. Videtur eadem sententia Volaterrani [d], & indicat carmine Poëta Gallus [e],

De Gebal l'engeance marine.

& apertè eam sequitur Abulensis [f], quamuis corruptè legat Biblios pro Giblus in libro 4. Regu 8 (quo modo etiam Lxx. Hieronymus, Theodoretus, Eucherius, Complutenses codices) præterea Villalpandus noster [h]. Ortelius [i] vult esse montis nomen, qui Hebal dictus est [k]. Genebrardus videtur credere aut Gabelæ ciuitatis Phœniciæ populum fuisse, de qua Stephanus [l], vel Syriæ prope Laodiceam, de qua Strabo [m]. Appellat idē Stephanus Gabalam Syriæ ciuitatē. Christianus Andrichomius [n] nunc cum Hebal, aut Ebal confundit, facitque montem contrarium monti Garizim cauernosum & voraginosum, & qui sæpe tertæ motum patiatur; nunc cum Gibel ciuitate Syriæ: nunc cum ciuitate Phœniciæ, quæ vocetur etiam Gibel, Gobel, Giblet, Biblet, Biblus, Byblos, Biblium, & incolæ Biblij, & Giblij. Ait præterea Idumæam ætate Hieronymi Gabalenā, seu Gebalenam nominatam, huiusque nominis frequentem apud illum esse mentionem. Ego semel dumtaxat lego in Commentario Abdiæ [o] nomē *Gebalena regionis*, quam sic suo tempore appellatā scribit, & possessam ab Esau, qui vocaretur aliter Edon, & Seir à ruffo lenticulo cibo, & à pilositate, siue hispiditate, in finibus ἰλιοστερεοφόλιτας, vbi antea habitauerāt Horiæi. Andreas Massius [p] nomen גְּבָלִי *ghubli* in libro Iosue 9. (Latinè *confinia*, Chaldaice, *terra Gabalæorum* עַרְעָא גוּבְלָאֵי *arabh Ghubelae*, Græcè, τὸν γεβαλ) docet significare Giblinos, aut Gabalenos, qui sint ndē cū Biblijs, vel Byblo vicinis populis antiquissimæ Phœnicū vrbis, quæ Giblet etiam nominatur: Ezechielem [r] quoque hos intelligere, quos vocat *senes Giblios* וּזְקְנֵי גְבַל *zaknę Gebal*. Plinium [s] in illa Bybli ora scribere promontorium existere, cui nomē Gabale, habitasse etiam ad Libanum, & vicinos Tyriis, & hos ipsos esse quos Regum narrat historia [t] *iussu Hiram regis Tyrorum præparauisse ligna, & lapides ad ædificandam domum Salomonis*. Alios tamen idem Auctor distinguit Giblios, siue Gabalenos ad Austrum, quorum regionem Gabalenem fuisse olim Idumæam scribat. Eusebius libello de locis Hebraicis. Hieronymus Latinum fecit, vt idcirco ei tribuatur tanquam auctori) vnde & mons Seir, & Idumæo Esau, & Chaldaicè גַּבְלִיתָא *Gableo*, quasi dicas Gabalenum, aut Giblinum: in hoc psalmo de istis Gabalenis esse sermonē, qui vna cum cæteris illorum finiū barbaris gentibus Idumæis, Ismaëlitis, Amalecitis, aliisque recenseantur: denique Bersabeam vrbem in illis finibus sitā, hodie ab accolis appellari Giblin. Consentit Arias in Commentario Iosue, non autem, vt ei Bochius hoc loco ascribere videtur, quòd de prioribus intelligendus sit iste psalmus. Euthymius Gebaleos vocat prope Idumæam habitantes. Basilius, vel Theodoretus Gebalenos vicinos Iudææ. Equidē non satis queo quid definire: optio sit, præsertim inter ea loca, quæ ad Arabes, Idumæos, Tyrios propiùs pertinent, aliósve populos hîc enumeratos. Caietani sententia non est probabilis, quia, vt ipsemet fateretur in Commentario 2. Regum, illa, quæ hîc recitat, non sunt in textu Hebræo, sed nec in emendatis Latinis, omisitque illorum expositionem, & recitationem saltem in Commentario Lyranus, Hugo, Rickelius, Abulensis, & in textu Græco multi codices habent γαμελὶχ, cuius interpretatio est, *vallis salinarum*, & expressit etiam Latinus Interpres, quamuis in emendatis libri sit γάιεθου.

Et Ammon.] Chaldaicè, *Ammonita* עַמּוֹנָאֵי *bhamonae*, ab altero filio minore Lot ex incestu minoris filiæ. Celebrantur hi sæpe in scripturis, tum verò *insigni Dauidis de ipsis victoria* [a]. Denominauit postea à seipso principem vrbem, priùs vocatam Ammon, siue Rabba, & Rabbath, nec non aquarum, & regionem totam Philadelphiam Ptolomæus Philadelphus Rex Ægypti.

Et Amalec.] Chaldaicè, *Amalecita* עֲמָלְקָאֵי *bhamalkae*. Orti sunt ab Amalec filio Eliphaz primogeniti Esau ex Tamna concubina [b]. *Pugnatum est ab Hebræis contra ipsos in Raphaim*, quòd iter impedirent [c], posteáque iussi sunt in huius iniuriæ vindictam deleri à Saule [d], & rursus à Dauide cum Ammonitis subiugati sunt [e].

Alienigenæ.] Hieronymus, *Palæstina*, Chaldaicè, *Palæstini*, sicut & psalmo 59. [f] vbi sicut & hic, sunt ἀλλόφυλοι, & פְּלִשְׁתָּא *peleseeth*. Lege quæ ibi dixi.

Cum habitantibus Tyrum.] De Tyro egimus psalm. 44. 8 Vexatos Hebræos à Tyriis testantur Prophetæ [h], sæpeque prophetant contra omnes istas recensitas gentes, & cōtra Assyrios, de quibus mox, nec nō aduersus Chaldæos. Philippus Greueus [i] persequitur tropologiam enumeratarum Gentium, vt designent Idumæi, & Ismaëlitæ primos motus peccatorum, & rationis consensum: Moab, & Agareni, interiores, & exteriores tentationes; Alienigenæ cum habitantibus Tyrum, inuidiam.

Etenim.] Hieronymus, sed & Hoc valet גַּם *gam*, vel etiā *insuper*, & עַל כֵּן, hoc pacto vsurpant Lxx. ad augendam orationem, non semper ad ætiologiam. Aquila, & Theodotio καὶ γε, *atque etiam*. Symmachus ἔτι καὶ, *adhuc &*. Sed Euthymius, & Nicephorus asserunt abundare, ac superfluere.

Assur venit cum illis.] Chaldaice, *sed & Sennacherib rex Assyriæ associatus est illis*. Iuuat hoc opinionem Lyrani, cuius initio meminimus, compositum hunc psalmum contra Sennacherib, pugnantem contra Ezechiam cum finitimis gentibus populo Hebræo. Hoc nomen אַשּׁוּר *Assur* in Apostolorum Actibus [k] docet quandoque pro Ægypto, & Syria vsurpari, cùm per se diuersam ab his regionem significet Assyria, quam, vt Ammianus [l] indicat, vocabant Barbari Assyriam, aliter Assuriam, & Atturiam. Monuit quoque Hieronymus [m], quos veteres appellabant Assyrios, appellatos tempore suo Syros, à parte totum. Proprie Syria dicitur Hebraicè אֲרָם *Aram* ab Aram filio Sem, vnde Aramæi, & Armenij, quamuis Eusebius [n] velit sic à Græcis ante Mosis nationitatem appellatos, ex vocabulo Syri cuiusdam indigenæ. Assyria nomen sortita est ab Assur filio alio [o] Sem, (vel à Nino filio Nembrod, qui fit vocatus Assur per anticipationem, quia fuit postea rex Assyriorum, fuitque Assyriorum monarchia in mundo omnium prima æstimata, Nino, seu Ninive, aut Nina, aut Nimiade metropoli. Refert Annæus Cornutus in libro de Enuntiatione, in libris veterum reperiri Sariam,

a 2. Reg. 8. 13. b 3. Reg. 5. 18. c Exec. 27. 9. d lib. 11. Geogr. e Philippus Desportes. f in 3. Re. c. 5. g c. 5.

h in cap. 27 Ezech. vers. 9. i in Theatro terræ Sanctæ. k Dos. lib. 13. c. 27. 4 Iosue 8 10. Ioseph. 4. ant. 9. l de Vrb. bus. m lib. 16. n in Theatro terræ Sanctæ.

o in c. 1.

p in Iosue ca. 13. vers. 5. 6. q c. 13.

r c. 27. 9

s l. 5. c. 20.

t l. 5. c. 6. vlt.

a 2. Reg. 10. & 12. & 11.

b Gen. 36. 12.

c Exo. 17. 8. & seq. d 1. Reg. 15. 2. & seq. e 2. Reg. 8. 12

f vers. 10.

g vers. 13.

h Ioel. 3. 4. Amos 1. 9.

i serm. 100 in psal.

k in c. 7 38. & in c. 15. 23.

l lib 23.

m in c. 19. Esa.

n in Chron. anno 315

o Gen 10. 22. Iosephus ant. c. 1. Hier. in 1 Hebra. quæstiones in Genesim. p Beroea lo. c. 4. n. 61. & c. 5. n. 38.

(idemque est de Assuria, sicut Suracusas, Sumbula, Sycophantas. Cur autem augens particula sit apposita (*etenim* גַּם *gam*) nonnulli causam reddunt, quia erant Assyrij remotiores ab Hebræis, quàm ij, qui sunt hactenus nominati: Alij quoniam decebat Assyrios esse memores recentis illius cladis, *quam acceperant ab Angelo*, quando se se socios adiunxerunt hostibus Hebræorum [a]. Basilius, siue Theodoretus, Euthymius, & Nicephorus per Assyrios intelligunt Samaritanos, veluti colonos Assyriorum, à quibus post decem tribuum excidium, & duarum captiuitatem, illuc remissi fuerint, vt regionem illam incolerent, vbi mixtam ex Gentilitio, atque Iudaismo religionem coluerunt, eóque nomine Iudæis infensi semper extiterunt.

a 4. Reg. 19. 35.

Facti sunt in adiutorium filiis Lot.] Hieronymus, *facti sunt brachium filiorum Lot.* Est זְרוֹעַ *zeroahh brachium*, quod robur significat; ac proinde robustum adiutorium. In Gallicano, Romanoque Psalterio, & apud Cassiodorum, & Petrum Damiani [b], *in susceptionem*. & Græcè ἐις ἀντίλημψιν. *Filij Lot* sunt Moabitæ, & Ammonitæ, qui Iudæis infensiores, ac infestiores alias gentes aduersus illos conuocabant, quibuscum tamen affinitate coniuncti erant. Sic fere diuitem hostes experta est Ecclesia, experitúrque qui ab ea exierunt, & inimici illius domestici eius. Hoc ipso nomine *filiorum Loth* Moabitas, & Ammonitas appellauit Deus, prohibens *ne pugnarent Hebræi contra illos, nec mouerent aduersus eos prælium, quia non esset daturus eis quidquam de terra eorum, quam dederat ipsis* [c]. Eadem ratione posteri Esau nominantur *filij eiusdem* [d] & alij aliorum, sicut tam sæpe *filij Israel*, & iam antea in alio psalmo [e] *filij Iacob, & Ioseph*. In fine versus est סֶלָה *selah*, & διάψαλμα, quod vt toties monui, vertit Hieronymus, *semper*. Posset hic habere locum vsus ille dictæ particulæ, qui traditur à nonnullis, vt lectorem, auditorémque ad ea, quæ dicuntur consideranda excitet. Digna namque res est consideratione tot gentes conspirasse contra vnam, & eas quæ affinitate coniunctæ illi vni erant, & cui illa pepercerat: quòd etiam Deus, cuius imperio pepercerat, tot de iisdem victorias reportare concessisset. Quod prouocat etiam valde ad spem in similibus aliis periculis.

b lib. 3. ep. in

c Deut. 2. 9. 19

d vers. 19. epi. 76 16.

e

Vers. 10.] Fac illis sicut Madian, & Sisaræ: sicut Iabin in torrente Cison.

Vers. 11.] Disperierunt in Endor: facti sunt vt stercus terræ.

Veterа diuinæ misericordiæ, potentiæ, adiutorij exempla in grauioribus periculis, bellíque spem magnam ingenerant aduersus pericula, & bella similia. Quocirca orat Propheta, vt ingruentes hostes eo modo tractet, quo iam olim Madianitas sub duce *Gedeone* [f] (postquam septẽ annis Hebræi ab eis fuissent oppressi, simul & ab Amalecitis, & aliis Orientalibus nationibus) & adhuc antea sub Barac, atq; Debbora Sisarã principem exercitus Iabin Regis Cananæorum (qui oppressérat Hebræos, per viginti annos) *iuxta torrentem Cison* [g], qui perierunt in Endor, cadaueribus eorum conculcatis, ac inhumatis, ita vt computrescendo fœtorem cetrum exhalarent, terrámque quasi stercus impinguarent, & cum Sisaram ipsum fœmina trucidasset clauum in caput illius infigendo. Quomodo vsurpentur imprecationes dixi sæpe. Videntur, ait Diodorus, hæc esse ἀραὶ *execrationes*· οὐκ ἔστι δὲ ἀρά, *non est autem execratio*, ἀλλὰ προφητικὰ μελλόντων πραγμάτων ἐν σχήματι ἀρᾶς, *sed prophetica in forma execrationis*. Alius autem Græcus auctor quem cum isto citat Agellius absque nomine, scribit hanc imprecationem euentum habuisse postquam Idumæi potiti sunt ab Assyriis, Cyrus horum dominatui finem imposuit, cæteræque gentes hic nominatæ passæ sunt, quæ propheticus sermo prædixit.

f cap. 4. 11. & seq. c. 5. toto.

Fac illis sicut Madian.] Celebris hæc victoria in exemplum quoque adducitur ab Esaia [a], *Iugum enim oneris eius, & virgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti, sicut in die Madian.* Præterea etiam ab Abacuc [b], vt multi volunt, *Pro iniquitate vidi tentoria Æthiopiæ, turbabuntur pelles terræ Madian.* De regione ista non repetam dicta in Commentariis Actuum Apostolorum [c], quæ sufficere videntur. Cõstat in Arabia esse, quemadmodum commemoratas hic prius alias. Victoria autem Gedeonis de Madianitis admodum trita est, cùm opera trecentorum virorum in tres partes diuisorum, quibus dedit in manibus tubas, lagenásque vacuas, ac lampades in medio lagenarum, solo tubarum clangore, & complosione lagenarum, atque confractione, nec non vociferatione gladius Domini, & Gedeonis Madianitarum, Amalecitarum, & aliorum Orientalium penè innumerabilium castra turbauit, fugauítque ita, vt mutua se illi cæde truncarent, & aduocati alij Hebræi eosdem præoccuparent, duósque Principes illorum Oreb, & Zeb interficerent. Cui vacat digrediatur in mysterium huiusce victoriæ, quatenus illius typus erat, quam postea Christus consecutus est, Apostolíque ipsius, ac deinceps Apostolici viri. Legendi Origenes [d], Theodoretus [e], Augustinus [f], Ambrosius [g], Gregorius [h], Rupertus [i], & enarratores tum libri Iudicum [k], tum Esaiæ [l], maximè Leo Castro.

a c. 9. 4.

b c. 3. 7.

c c. 7. v. 19.

d ho. 3. & 9. in Iudic.
e quæst. in Iudic. 9. 15.
f lib. 10. de temp. & quæst. vet. b. Iud. c. c. 32. 35. 36. 37. 49.
g de Spiritu sancto c. 16.
h 30. Mor. c. 17
i in lib. Iudic. c. 9. 10. 11.
k c. 7.
l c. 9.

Et Sisaræ, sicut Iabin.] Hebraicè, *sicut Sisara, sicut Iabin*: ter enim repetitur nota similitudinis (כְּ)*che*. Narratur historia in c. 4. Iudicum, tum verò quo pacto Dominus perterruerit Sisaram ducem exercitus Iabin regis Chanaan, vniuersámque multitudinem ad conspectum Barac, in tantum, vt Sisara de curru desiliens pedibus fugeret, & cæso exercitu, qui fugiebat, à fœmina Iahel, sub specie amicitiæ exceptus, impacto supra tempus capitis clauo, fuerit trucidatus, illam verò Cantico benedictam inter mulieres decantauerunt Debbora, & Barac [m]. Legendus præterea Iosephus [n], qui, quem terrorem Scriptura meminit, superuenientem vocat imbrem mixtum grandine, quem ventus in aduersos Chananæorum vultus ingerẽs, & prospectum adimens, inutiles eorum iaculatores, ac funditores redderet, efficerétque vt etiam scutati manibus rigentibus præ frigore, gladios vix retinerent. Addit quod Barac, Iabin regem obuiam factum interfecerit, & consentit Euthymius. Sed Scriptura indicat id aliquãto post factum [o]. De alio rege Iabin vetustior mentio in libro Iosue [p], in quo narratur occisus à Iosue captáque regia vrbs Assor, vt necesse sit istum, aut filiũ illius fuisse, quod Theodoreto [q] placet, aut nepotem, aut ex eadem prognatum stirpe, qui retineret nomen idem, sicut Constantini Imperatoris filius primogenitus dictus est, in-

m c. 5. 24.
n 5. antiq. c. 6 vel 7.
o Iudic. 4. vlt. p. c. 11. 1. 10.
q quæst. 9. in lib. Iudic.

quit, Constantinus. Fortassis nomen id erat non Gentilitium, propriúmque, sed officij, ac muneris, quo Gentis illius Principes præcipuè ex veterum more cognominarentur, vt Ierololymorum Melchisedek, & Adonisedek: Ægyptiorum Pharaones: deinde Ptolomæi: Romanorum Cæsares: &c. Iabin enim idem significat quod intelligentiæ & prudentiæ compos, cuiusmodi virtute eos præstare oportet, qui Imperij clauum tenent. Sic quidem Arias [a]. Alcimus [b] gigantem ac regem Sisaram nominat,

Officij ac munera nomina apud veteres gentium reges.

[a] in Iudi. c.4. [b] lib. 6. c.15.

——*maximus ille.*
Forma gigantea quem fecerat horrida molis
Conspicuum, immensumq; humani vertice arcum
Sisara rex gestans.

Regem intelligit eo modo, quo primi secundùm reges magnos dici solebant reges. Iabino autem regi Iosephus [c] armatorum ὁπλίτων triginta myriadas, id est, trecenta millia, equitum decem millia, curruum tria millia tribuit. Lege tropologiam huius historiæ cum allegoria in Ambrosio [d].

[c] 1. antiq c.6.

[d] li. de viduit.

In torrente Cisson.] קישון *kishon*, χειμάρρους, Latinè *Cisson, Cison, Cyson*. Non bene reddidit Nebiensis ex Chaldæo, *in valle*: est enim eadem vox נחל *nachal*, quæ in textu Hebræo. Scaturit hic torrens ex pede montis Thabor, & in ruios duos diuiditur, in quorum minore qui versus Orientem fluit, contigit ea victoria, quam diximus. Vnde in Cantico Debboræ [e], *torrens Cisson traxit cadauera eorum, torrens Cadumim, torrēs Cisson*. Bis repetitur ibi Cisson, quia maxima stragis pars in eo indicatur facta, pluráque per illum cadauera excurrisse, & Cadumim alius torrens est, non autem mare rubrum, vt existimat Rupertus [f]; rectè autem confutat Abulensis [g]. Quia verò quod ibidem sequitur (*conculca anima mea robustos*) iuxta Hebræam constructionem, iungi potest præcedentibus verbis (*torrens Cisson*) hoc modo (*torrentem Cisson calcabis, vel calcasti anima mea in fortitudine*) נַחַל קִישׁוֹן הִדְרַכְתִּי נַפְשִׁי עֹז *nachal kishon hidrachti naphshi oz*, id est, *ego pedibus meis transiui fortiter & viriliter, citrag. periculum, nec me mulierem infirmam rapere potuit transuersum*. Arias tribus modis exponi posse dicit, vel iuxta versionem nostram, quòd ipsis hostes in torrente, seu flumine strati conculcatu faciles fuerint; vel quòd negauerit hostibus per id elabi volentibus transitum, seu vadum, sibi verò Debboræ, ac suis calcandum peruadendumque præbuerit, instar maris quondam rubri, atque Iordanis fluuij; & non minùs ibi quàm in sicco solo pugnare licuerit: vel vt poëticè fluuius ipse inducatur loqui, ac seipsum ad iuuanda bella Dei hortari, ita vt idem sit *anima mea* atque ego ipse, Hebraico idiotismo. Quod secundo dicit loco, non aulim absque grauiore aut ratione aut auctoritate credere. Mysticum historiæ sensum lege apud Rupertum [h].

[e] Iudic 5.21.

[f] lib. 1. in lib. Iudic c.6 & in c.5. Iudi.

[g] lib. 1. in lib. Iudic c.6.7.8.

Disperiectum in Endor.] Hieronymus, *contriti sunt in Endor*. Alij, *vastati, exterminati, fracti*, נִשְׁמְדוּ *nismedu*, ἐξωλεθρεύθησαν. Aquila ἐξηφανίσθησαν, *contriti sunt*. Pro *Endor* עֵין דּוֹר *hhen dor*. Paraphrastes vertit *in fonte* seu *ad fontem Dor* בְּעֵינָא דְּדוֹר *behhena dedor*. Interpretatur Augustinus *Endor* fontem, sed sola prima syllaba illius hunc significat. Hebraicè עֵין *hhen* in regimine à עַיִן *hhain*. *Endor*, vel *Aendor* ab Hieronymo, aut alio auctore de locis Hebraicis, dicitur vicus magnus, ciuitásve iuxta montem Thabor, tumulque torrens iuxta eumdem montem. Rectè Masius [i], pauciique sic scribit. Porrò עֵין דּוֹר *Endor*, quod est, ac si fontem Doræ dicas, exsistebat in iugo, quod à monte Thabor decurrit versus Austrum, atque Hermonem montem. Vrbs nobilitata exitio ab interitu Samuele per veneficium [k]. Et hanc quoque prope torrentem Cisson positam fuisse argumento sunt diuini Vatis verba (hoc nimirum psalmo quibus eam memorat cladem, qua Sisara præfectus regis Iabin apud illum torrentem est afflictus à Debbora, & Barach. Addit tres vrbes fuisse cum suis quamque municipiis, & pagis, ac veluti regiones in tractu Dorio, videlicet Endoram, Thaanach, & Magedonem. De his duabus vltimis mentio est in Cantico Debboræ [l], *Venerunt, & pugnauerunt, pugnauerunt reges Chanaan in Thanach iuxta aquas Magedda*, & in libro Iosue [m] iunguntur *habitatores Dor cum oppidis suis, habitatores quoque Endor cum viculis suis*. Non legi qui ad cladem Madianitarum referat verba psalmi, quamuis Agellius taciti nominibus de quibusdam id sensisse asserat. Euthymius quoque refert aliquos putasse eidem torrenti duplex nomen fuisse, Cisson, & Endor. Id fortasse Paraphrastes voluit appellans fontem Dor, distinctis nominibus, vt antè dixi, & Arias [d] docet, ab insigni fonte, cuius riuus fortasse Doram vsque deducebatur, nomen accepisse, quod etiam Abulensis confirmat, & alij.

[i] in cantic. Iosue vers. 11.

[k] 1. Reg. 28. 7.

[l] Iud. 5. 19.

[m] c. 17. 11.

[d] ibid.

Facti sunt vt stercus terræ.] Hieronymus, *facti sunt quasi sterquilinium terræ*, quæ est Græca versio Aquilæ, ἐγένοντο ὡσεὶ κόπρος τῆς γῆς. Lxx. indicant sensum, qui passim placet, vt inhumata, putrefactaque cadauera simi seu lætaminis loco ad impinguandos agros esse possent: dicunt enim in dativo ἐγένοντο τοῖς κόπροις τῆς γῆς. Chaldaicè, *facti sunt sicut stercus conculcatum in puluere vel terra*. In Iosephi [e] exemplari Græco, interfecti cum regibus duobus Oreb & Zeb scribuntur ὡσεὶ μυριάδες δύο τῶν, *circiter centum viginti millia*. quod extat etiam in libro Iudicum [f]. Vulgari sermone cæsorum cadaueribus hostium plurimis impinguari agrum, campumve dicimus. Docet etiam psalmo 36. *pecora stercus terræ* phrasi Scripturæ significare, redigi ad exitium vilissimum, turpissimumque. Sic dicitur *gloria peccatoris, vt stercus, corruptio, vermis* [g] nominatur. Deus ossa etiam Regum, Principum, Sacerdotum, Prophetarum, & aliorum eruenda de sepulchris, vt sint *in sterquilinium super faciem terræ* [h] & Iezabelis *carnes sicut stercus super faciem terræ* [i]. Quas acies, quósve exercitus, qui duces parua manu profligauerint, disputat capite integro Alexander [k] Neapolitanus cum Tiraquello, sed cæsorum sanguine, cadaueribúsve, ac tabe testis in Mario Plutarchus, terram pinguefactam immensam vim æstate frugum reddidisse, & fidem fecisse Archilochi dicto πολλὰ ἀνθρώπων σφῶν τῶν τεθνηώτων ἄρουρα, *glisscere*, seu *pinguescere cæsa humo arua*. Tale illud Virgilij [l],

[e] 5. antiq c.8.

[f] c.8.10.

[g] 1. Mac. 1.62 Iob 13.12.

[h] Ier. 8.1. & c. 9.22. 1. 4. Reg. 9.37.

[k] lib. 6. c.25.

[l] 1. Georg..

Nec fuit indignum superis, his sanguine nostro
Emathiam, & latos Æmi pinguescere campos.

Eodem alluxit Lucanus [m], & Ouidius,

Luxuriat Phrygio sanguine pinguis humus.

Denique Poëta Hetruscus [n],

Et di che sangue qual campo s'impingue.

Sed pluris faciendus Ezechiel [o], apud quem Deus minatur, *Et dabo carnes tuas super montes, & implebo colles fame tua, & irrigabo terram fœtore sanguinis tui, super montes, & valles implebuntur ex te*. Vbi Hieronymus legit *sterquilinibus tuis*, & illustrat verbis istis psalmi nostri, & alterius [p], *De stercore eri-*

[m] lib. 7.

[n] Petrarcha in Triumpho fortitudinis c. 3

[o] c. 32. 5. 6.

[p] psal 112. 7.

gen

gens pauperem. Idem valet illud Esaiæ [a], *Facta sunt morticina eorum, quasi stercus in medio plateærum*, & Iob [b], *Quasi sterquilinium in fine perdetur.* Vbi allusio est non tantum ad Iob *sedentem in sterquilinio* [c], sed etiam ad Arabum, seu Nabuthæorum ritum sepeliendi reges, ac duces in sterquilinio [d]. Lege quæ dixi psalmo 78. [e]

a Esa. 5. 25.
b Iob 20. 7.
c Iob 2. 8.
d Strabo lib. 16. Gib. sinem. Livius lib. 1. hinc vari sepelirendi ritus e vet. ii.

Vers. 12. Pone principes eorum sicut Oreb, & Zeb, & Zebee, & Salmana: Omnes principes eorum.

Vers. 13. Qui dixerunt: Hereditate possideamus Sanctuarium Dei.

IN hac sua imprecatione similem optat exitum hostibus, ipsorúmque principibus sub Gedeone, ei, quem sortiti Ismaelitarum, de quibus in genere versu decimo meminerat, qui nimirum & de principibus eorumdem Madianitarum Iabin & Sitara sub Debbora & Barac mentionem fecerat; ait enim hostium principes quibus imprecatur, conspuasi, fetequè mutatis ad occupandam populi Hebræi ditionem, quam Deus sibi ad habitandum in ea peculiariter, vt in ea religiosus colatur, elegit atque sanctificauit. *De Oreb, & Zeb Madianitis* habetur in libro Iudicum [f], *apprehensos fuisse ab Ephraimitis, & interfectos, alterum in petra Oreb alterum in torculari Zeb, capúdq; eorum portata ad Gedeonem trans fluenta Iordanis:* item *à Gedeone comprehensos Zebee, & Salmana reges Madian, & interfectos ab ipsomet* [g].

Pone principes eorum.] Hieronymus, *duces, ἀρχοντας.* Hebraice est pleonasmus, *pone eos principes* seu *duces eorum* שיתמו נדיבמו *sethemo neduemo.* Sub principibus comprehenduntur subditi. Paraphrastes tamen expressit, *pone eos, & principes eorum* Ponere autem aliquem, sicut alterum, idem est, quod similem reddere, facere illi id quod alteri; absolutè verò est quidpiam efficere & constituere, vt *ponere in salutari* [h], *ponere vt arcum æreum* [i] *brachia; ponere vt clibanum ignis* [k], & *dorsum* [l]; *ponere opprobrium, & in similitudinem gentibus*, &c.

f Iudic. 7. 25. & 8. 3.
g Psal. 82. 12. 13.
h Psal. 118. 6.
i Psal. 17. 35.
k Psal. 20. 10.
l Psal. 41. 10. 49. 15.

Sicut Oreb, & Zeb, & Zebee, & Salmana.] Hebraice nota similitudinis כ) *che* nexa est vtrique nomini, & sequentibus duobus. Hos autem duos occiderunt Ephraimitæ vt antè dixi, cum iam dimicata esset victoria Gedeonis de Iericho. Ludunt Latini in etymologiis horum, & præcedentium, atque sequentium vocabulorum, vt *Madian*, quod significat declinantem iudicium, denotet peccatorem, qui non vult confiteri peccata, nec seipsum iudicare: vel vt sonat contradictionem, & iniquitatem, aduocarum, qui declinat lites, differtque sententiæ pronuntiationem: *Sisara*, huc est exclusio gaudij, illum, qui est sine spe cœlestis gaudij, vel iuxta notionem, qua valet, tollentè, recedentè, annuat iniquum iudicem, qui tollit, ac prædatur iustum recedentem à malo: *Iabin*, id est, sapiens, & *Cison*, lætificans eos, sapientem huius mundi, qui est in torrente lætitiæ abundantis temporalis, quæ flecabitur, vertetur que in tristitiam: *Endor*, fons generationis, luxuriam, qua maximè pereunt diuites, & abundantes in sæculo, fiúntque vt stercus terræ fœtentes coram Deo, & hominibus, atque *vt iumenta computrescant in stercore* [m] *suo.* Sapientésque [n] scribit, quod *formicaria quasi stercus in via ab omnibus prætereuntibus conculcabitur. Oreb*, cottus vel mentis, loquacitatem, & confessionem, quibus vacantes principes, negligunt subditorum curam *Zeb*, lupus, aut rapax, & deuorans, *iniquum principem lupo similem* [o], cuius proprietates Hugo tropologice declarans, has ponit,

m Psal. 48. 13. 21.
n Eccl. 9. 10.
o Esa. 1. 23. Soph. 3.

Prædo, famis patiens, terram vorat, hepate fessa
Raucipetans, vlulans, ejs pede, dente nocens.
Tela cauet, casum, nemus est, casa, tergore duro
Annosum, cauda, vilia, amaris inest.
Dens de maxilla, retro debilis, ex oculis lux
Emicat, haud collum flectit, astare caret.

Vbi per Callum intelligit ferulam bonis operibus. Præterea *Zebee*, vt significet victimam, vel rapinam, & deuorationem, ait Hugo indicare infelicem exitum dictorum principum: *Salmana*, vt sensibilitatem eius, pœnam intolerabilem, quam tunc sentient, qui nunc nihil sentire laboris, aut doloris volunt. Aliter nominum notiones declarantes transferunt omnia ad Antichristum, vel ad alios persecutores Ecclesiæ, vt Glossa, Augustinus, is, quem vocant Hieronymum, Ioannes item Vitalis [p] Cardinalis, & Petrus Damiani [q], Philippus Greuecus [r], & alij. Ille quidem verbi gratia, *Sisaram* interpretatur equi vilioneu, *Oreb*, foramen, *Salmana*, perfectus in malitia: Cassiodorus *Oreb*, siccitatem, *Salmana* vmbram commotionis: Bruno Carthusianus *Oreb*, siccitatem, vel corum, vel foramen; *Zebee*, victimam lupi. Augustinus, ex quo multi transcribunt, exponit *Cisson*, duritiam eorum: Vitalis *Oreb*, ardorem, *Salmana*, consummatum, Hieronymus [s] verus, *Madian* ex indicio. Petrus Damian *Ammon*, populum mœroris: Greuecus *Gebal*, præruptu, *Amalech*, gentem brutam. Sed nihil horum comitat, quamuis concedendum sit Cassiodoro, & illi, qui nomen gerit Hieronymi, latere in Hebraici vocabulis mysteria. Profectò *Zebee* non significat victimam lupi: sed simpliciter victimam; & lupus est זאב *zeeb*, victima זבח *zebach*. *Oreb*, non est foramen. Sed eorum חרב *hareb*, nec propriè siccitas, sed solitudo, quæ sicca est, dicitur חרבה *hharaabh*. Omitto cætera; tantumque moneo, ne in eiusmodi rebus valeat auctoritas sola, cum in promptu sit exactior ex linguarum peritia diiudicatio. Illud aptius, vt in Oreb & Zeb significantibus corvum, & lupum, ducum istorum magnorum obseruemus ferinitatem, & dexteritatem, a qua nominum ratione Arias [t] non nimium distare Corvinorum, Granorum, Aquilinorum, Lupatiorum, cæteraque talibus nominibus, ac titulis celebratas familias. Colligit etiam recte ex his nominibus, Madianitarum linguam vel eamdem cum Chananæa, vel maximè illi affinem fuisse. Postremo nomen *Petræ Oreb* ab illo ibi occiso in editiore, asperiore, saxoso loco inditum est. De quo loco meminit etiã Esaias [u], nominans *plagam Madian in Oreb.* Sed cauè ne confundas cum *monte Oreb, vbi apparuit Deus Moi in rubo* [x]. Melius scriberetur aspiratè *Horeb* distinctionis causa, vel illud aliud nomen potius inchoatum à litera magis aspirata (ח *hhain*, cum nomen montis sit חרב *choreb.* Etsi verò *Deus stet se* scribatur *super petram Oreb, vbi percussit eam* [y], tamen non appellatus est mons Petra Oreb, sed in eo erat dicta petra. Hieronymus [z] docens errare qui putant, quod scribit Esaias *de plaga Madian in Petra Oreb*, significare tempus, quando in libro Numerorum [a] Madianitæ cæ-

p in Speculo morali Sermone Verbo Princeps circa finem, & sermone 177. in ptal.
q in Sermone 19. Ezech.
r in c. 7. Iudic.
s in c. 10. Esa.
t in c. 31. Ezech.
u Esa. 10. 26.
x Exod. 3. 1.
y 3. Reg. 19. 10.
z in c. 10. Esa.
a Num. 25. 17.

A

B

C

D

E

teruntur ab Israel à deserto Sur vsque ad montem Dei Oreb, sed quod in libro Iudicum, & hic narrator, monet apud Hebræos aliis scribi literis, nec eo tempore Israelitas fuisse in monte Oreb, sed in solitudine Sethim.

Omnes principes eorum.] Paraphrastes vocat *Reges*. Suplendum *omnes, inquam, principes eorum pone, sicut Oreb*, &c. Apollinarius exponit omnes qui sunt cum illis duces, id est, qui vniuersè nominati sunt, & sunt hostes populi, ita vt nullus excipiatur, inquit Euthymius. Hebræi nectunt hæc verba fini versus, aliter ordientes à sequentibus. Nihil refert ad sensum.

Qui dixerunt, hæreditate possideamus sanctuarium Dei. Hieronymus, *possideamus nobis pulchritudinem Dei.* Alij, *quia dixerunt possideamus nobis habitaculi Dei.* Symmachus ἡμῖν τὴν κατοίκησιν: emendati Græci codices τὸ θυσιαστήριον altare, eodemque modo psalterium Æthiopicum, & Apollinarius ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ, *Dei perpulchram aram.* Chaldaice in Bibliis Regijs ירדית *bhidith* significat *id quod pulchrum est ac mundum*: in textu Nebiensis ירדית *dedath quod electum*: apponitur verò vtrobique כל *chol omne.* In psalterio Gallicano, & apud Cassiodorum, *hæreditate possideamus nobis*, in psalterio Romano, *hæreditatem possideamus nobis.* Pronomen Græce, ac Hebraicè extat. Sed Hieronymus [a] quæstionem superfluam hac de re dicit esse; quando enim dicitur *possideamus*, intelligi & (nobis.) *Hæreditate possidere*, aut *hæreditare*, Euthymius explicat positum pro, dominari, vel in potestate habere. Adderem, sic sibi comparare firmitet hæreque, vt ad hæredes transferri possit. Idem iudicium sit de similibus formulis, quæ occurrerunt in aliis psalmis, *hæreditate capere* [b], vel *acquirere* [c], nec non in sequentibus [d].

Sanctuarium.] Vel templum significat cum omnibus vasis sacris, & oblationibus, vel regionem Iudæam totam, quæ sancta dici solet, quia Iudæi colebant ibi Deum vera religione. Primæ opinioni magis fauent qui tenduit hoc loco *Altare*, item qui *pulchritudinem*, aut quid simile, quod Areæ conuenire docui psal. 77. [e] Hebræa huius nostri loci vox נאות *neoth loca* significat *pascua, & amœna*, vt vidimus psalmo 64.[f] & 22.[g]

Mysticè *Sanctuary* nomine intelligunt multi Christum, iustosve, quos Antichristus conabitur subiicere sibi, & suo modo alij persecutores: Arnobius, vbi mysteriorum reposita sunt sacramenta, caro cœlestis, sanguis diuinus, charismatis virtus, fons perennis, lex diuina. Duo Cardinales, Hugo ex ordine Dominicano, in Commentario psalmi, & Ioannes Vitalis ex Franciscano, in Speculo morali Scripturarum [h], hicante trecentos, illic ante plures etiam annos, explanant hunc locum de illis, qui auunculis, nepotulis, parentibus beneficia conferunt, & in his veluti in hæreditate, succedunt, & quasi hæreditarium Christi patrimonium expendunt, vt *adficient Sion in sanguinibus, & Ierusalem ut unigenitæ* [i]. Quid autem de Romanis Hugo dicat, malo apud ipsum legas. Accedat antiquior Cardinalis Petrus Damiani [k], qui hoc testimonio refellit Capellanos Gotfridi, existimantes, qui Episcopatus, & Sacerdotia mercarentur, non esse simoniacos, dummodo impositionem manuum gratis acciperét. Vocat hæreditatio quodam iure Sanctuarij possessores, ac de iisdem interpretatur quæ continentur à versu sexto huc vsque. Accommodate præterea transferri locus hic potest ad hæreticos, qui Sanctuarium cœlestis beatitudinis hæreditate possidere posse se putant per solam fidem, absque vllo laborum, meritorumque opere.

Vers. 14.] **Deus meus pone illos vt rotam: & sicut stipulam ante faciem venti.**

ORat enixè Deum suum, in quo solo fiduciam collocabat, quique reprobat consilia principum [a], vt consilia, quæ principes hostium inierunt aduersus populum Dei, atque coniurationem disturbet, ac dissipet, tamque in suis eos cogitationibus, & actionibus instabiles, & mobiles reddat, ne nocere valeant, ac perficere quod intendunt, ne consistant, sed huc & illuc moueantur, quam est rota mobilis, continuè circumacta, vtque tandem quasi vertigine quadam acti, corruant præcipites in propriam perniciem. Præterea vt sint vilissimæ leuissimæque stipulæ similes quam ventus facillimè, ocyllimèque rapit, ac tollit, nempe vt ad eumdem modum Deus omnipotentia sua illos disperdat, dispergat, velutique turbinet. Alius modis explicatur hic locus, de quibus nunc dicam.

Deus meus pone illos vt rotam.] Positus hic sensus de volubilitate rotæ satis communis est. Vnde adagium, *Multæ rotæ volunentur*; & obuia pictura fortunæ insidentis rotæ, globóve, de qua Ouidius [b], Pacuuius [c],

Fortunam cæcam vltimis insanam esse, & cæcam, & brutam perhibent Philosophi,
Saxoq; insitare globoso prædicant volubilem,
Quæ quo saxum impulerit fors, eo cadere fortunam autumant.

Appellat Tullius [d] fortunæ rotam, quamuis id reprehendat siue Tacitus, siue Quintilianus libro de claris Oratoribus. Sed & crebrò vsurpantur eæ formulæ, vt quempiam dicatur fortuna rotare [e], vel casus [f]. Sed & Nazianzenus [g] res nostras comparat cum circulo circumcurrente; vt nunc hi, nunciſti floreant, defloreántque. Huius rei duo exempla protuli alias [h]. Legatus Mauritij, vt Regis Cagani ferociam cohiberet, retulit historiam de Sesostri, qui cùm veheretur aureo curru, quem captiui quatuor trahebant reges, horum vnum cùs toties respiceret totâ, interrogasset, respósum tulit, in rotæ volubilitate, in qua citò quæ summa sunt, ima fiant, cogitare se de fortuna futura. Autem admonitione moderatior, reges liberauit [i]. Omnino aliud affine narrant exemplum & responsum Soldani, qui post biennium, quare triſtet, quod antea fecisse visus non fuisset, dum esset Capuæ in vinculis, interrogatus à Francorum rege, respondit plaustri rotam intuitus, nō potuisse se casus suos ei accommodantem, humanarum rerum inæquabiles vices non ridere [k]. Idem iudicium de Occasione, quam describit Ausonius [l] rotulæ insistentem, quòd stare loco nequeat, & ante illum Posidippus [m], sub nomine Καιροῦ cognominans τροχοῦ ἁπαντα τρέχοντα, *omnia discursorem*, & ἐπ' ἀκρης βεβηκότα, *summis digitis ingredientem*, quoniam ἀεὶ τροχᾷ, *semper rotatur.* Ergo fictus est. Ponit illos vt rotam, hoc est, quod ait quoque Origenes citatus ab Agellio, sic illos circumage, & circumuolue, περιέλιξον, & ἀνακύκλησον, vt nulla sit requies, quemadmodum rotæ natura hæc est τὸ περιφερὲς, τὸ ἀνακυκλούμενον, *circumagi, & volui.* In hac eadem rotæ volubilis muta-

tione

a epist. 135.

b ps. 36. 34.
c [illegible] 30
d ps. 118. 111.

e vers. 62.

f vers 13.
g versio 21. nostra

h Verbo Princeps.

i Mich. 5. 10.

k lib. 5. ep. in 15. vel 82.

a ps. 32. 10.

b de Ponto eleg. 1.
c in Vulcre. fle.

d in Pisonem.

e Seneca in Hercule Oet. act. 2. in Chorn.
f Act. 5. & in Hippol. act. 4.
g epist. ad Sophronia fidē. & in Eccl. cap. 12. 6.

i Nicephorus, & Sibil. 12. Paulus Diac. 17. miscel.

k Zonaras to. 2 annal. Cedrenus annal. Glycas par. 4 annal. Theophyl. & Simocatta. hist. Mauritij c. 6. Lipsius 3. Sen. [illegible] 14. Antholegia.

tione Augustinus, aliique obseruant, quemadmodum ex iis quæ retrò sunt, rota extollitur, ex iis quæ antè, deiicitur, nec quidquam proficit dum suis rotationibus attenitur. Sic impijs contingere, dum in mala cogitatione voluuntur, vt in externis crescant, & extollantur, animo cadant ab iis quæ ante sunt, id est, ab æternis. Gregorius [a] etiam scribit, vt rotam poni iniquos, quia in circuitu laboris mali, dum ea quæ antè sunt, negligunt, & ea quæ deserenda sunt, sequuntur, ex posterioribus eleuantur, & in anterioribus cadunt, & peccator cùm in præsenti vita profecerit, vt rota ponitur, quia in anterioribus corruens, ex posterioribus eleuatur, nam cum in hac vita gloriam percipit, quam relinquit, ab illa cadit, quæ post hanc vitam venit. Hugo vult indicari varietatem cum æternitate pœnarum, quia rota dum ex vna parte eleuatur, cadit ex alia, & circularis cum sit, fine caret. Cõfirmat verbis Abigail; *Anima* [b] *inimicorum tuorum rotabitur in impetu, & in circulo fundæ.* Qualitates illas pœnarum adumbrat tabula Ixionis, rotæ ferreæ in inferno alligati, circa quam complures angues conuoluebantur, perpetuóque rotæ circumuolutę motu agitabantur [c]. Eodem quidam referunt ex alio psalmo [d], *Vox tonitrui tui in rota.* Vox videlicet, qua damnationis pronuntiatur sententia, cùm vt ibidem est, *fulgura transeant*, fulgetra nempe præsentis temporis. Sententia illa comparari potest cum funda, iustitia cum brachio totantis, anima impij cum lapide funda incluso, infernus cum scopo, in quem ictibus dirigitur. Huc spectare possunt dicta psalmo 11. [e] ad ea verba, *In circuitu impij ambulant*: quadrat etiam propositio *Samsõn cæcatus, & in mola* [f]. Genebrardus vim facit in vocabulo Græco τροχὸς, quem pueri torquent, flagellóque circumagunt, aut è fune, quo circumpositus erat, impetu dimittendo gyrant, ita vt veluti fugiens non effugiat. Id Arias quoque indicat,

Ceu vento stipula impellitur horridus agger,
Ceu turbo pueris Deus.

Præcordia fatui, Sapiens [g], *quasi rotam cordis* nominat, *& quasi axem versatilem cogitatum illius.* Iob [h], *Gaudium hypocritæ ad instar puncti*, quod pro puncto sine æ sumit Gregorius [i], dicens illum præsentis vitæ gaudia cum tangit, amittere. Esaias [k] *pila à ludentibus missa remissaq; impium simulem facit.*

Denotat hic præterea loquendi modus imprecatorius, vel potius propheticus non vno comittere loco peccatorem, vno minimè contentum peccato esse, ex vno in aliud reuoluj, ad idem sæpius redire. Tales rectè conferis cum equis, quorum Ioannes [l] potestatem describit, *esse in ore eorum & in caudis, quia hæ sunt similes serpentibus habentes capita, in quibus nocent*, nam cum putantur, ait Ioachim Abbas [m], ab inferendis malis quiescere, tunc ex insperato deteriora mala committunt, & ita caudæ eorum, id est, finis præcedentium malorum in capita desinunt, id est in initia futurorum. Lyranus refert ex R. Salomone per *rotam* hoc loco intelligi speciem tribuli, seu herbæ, quę in summitate facit quandam sphæram albam, lanugini simulem, & ad modicum flatum venti dispergitur, ac disparet, sicut & stipula, quæ hic etiam in textu subdijur, & ita euenisse exercitui Sennacherib [n]. Caietanus illud approbat, nec non perpetuus ferè sectator ipsius Placidus Parmensis. Inclinat in idem Lyranus, & Aiguanus. R. Dauid Kimchi, & alij quidam Hebræi, iungentes istud sequentibus, tamquam sit præposterus ordo, sic exponunt, pone eos, vt stipulam, quæ velut rota circumuoluitur a vento, & in orbẽ deferantur. Placet id quoque Agellio, qui eam hic agnoscit figuram, quam Græci vocant ὀμφαλὸν, *umbilicum per duo*, vt in littore & aiga, id est, in littore aiga pleno. Sic etiam, *Pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti*, id est, sicut stipulã sub rota comminutam, deinde verò à vento raptam. Aliter autem adhuc idem auctor existimat rotam significare folia rotunda vento raptata, & à stipula differentia, sicut Iob [a] ait; *Contra folium quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris*: & Esaias [b], *Rapietur sicut puluis montium à facie venti, & sicut turbo coram tempestate.* Hebraicè *sicut rota* כגלגל *chegalgal*: Græcè, *sicut puluerem rotæ* ὡς κονιορτὸν τροχοῦ. Mihi semper arridet magis simplicior sensus, qualis qui primo loco allatus est. Ex aliis minùs placent qui *rotam* pro trocho, vel cardui rotunda lanugine, seu flore, sphæraque leuissima sumunt. Duplex item nota similitudinis (כ) *beth* in hoc & sequenti membro indicat de rebus diuersis sermonem esse. In bono sensu, vir iustus rotæ similis est; quatenus in puncto tangit solùm terrena, & spiritu agitur, sicut Ezechielis [c] rotæ mysticæ, habet oculos, manus, pennas.

Et sicut stipulam ante faciem venti.] Similitudo puluerisà rota contrita cum stipula, seu festiua, induxit illos, quos prius dixi, vt sentirent *rotæ* nomine puluerem significari, ac stipulam, postquam à rota contrita est. Sed perfuito in alio sensu, & ex distinctis rebus, hoc est, ex agitatione, seu circumuolutione rotæ, atque ex iactatione stipulę à vento, comparationes hîc duas agnosco. Thironis Abbas perelegantèr transtulit patrio suo carmine,

Fay les tourner comme vne roue,
Et que ta fureur les secoue,
Grand Dieu iusternent irrité,
Comme on voit le vent qui se iouë
Du festu çà & là porté.

Posterioris comparationis vsus est apud Iob [d], Esaiam [e], Ieremiam [f] Esdram [g], licet apocryphũ: estque similis ei, de qua egimus psalmo 1. [h] vbi dicitur *futurus impius tamquam puluis, quem proijcit ventus a facie terræ.* & in Eccl. [i]. *Sicut palea in excelsis, & cæmenta sine impensa, posita ante faciem venti non permanebunt*: sed pro paleis emendata editio, pãlos habet. In iudicio post contritionem veluti factam diebus proximè præcedentibus de reprobis per tot signa prodigiosa, iudex agricolæ similis, *ventilabrum sumet in manus, & purgabit, & euentilabit aream, paleasq; tradet igni* [k]. Videbis tunc diademata, mitras, galeros, sceptra velut stipulas, & glumas vento dilectas. Stipulæ comparantur ante faciem venti, auctore Gregorio [l], qui irruente aura tentationis, dum nulla subnixi sunt ratione grauitatis, eleuantur vt corruant, & sæpe eo se alicuius meriti existere æstimant, quo eos in alta flatus erroris portat.

Vers. 15.] Sicut ignis, qui comburit siluam: & sicut flamma comburens montes.

Vers. 16.] Ita persequêris illos in tempestate tua: & in ira tua turbabis eos.

DVabus aliis similitudinibus amplificat imprecatoriã prædictionem, fore nimirum, vt

quo

[a] Hactenus ex 21. vel 22. & lib. 1. ep. ep. 5

[b] 1. Reg. 25. 29.

[c] Virg. 6. Aen. Ouid. 4. Met. fab. 12. Lucret. 3. Tibull. 1. eleg. 3. Horat. 2. od. 14.

[d] Psal. 76. 19.

[e] vers. 6.

[f] Iudic. 16. 21.

[g] Eccl. 3. 5.

[h] c. 21. 5.

[i] ibid.

[k] c. 33. 18.

[l] Apoc. 9. 19.

[m] ibid.

[n] 4 Reg. 19.

[a] c. 13. 25.

[b] c. 17. 13.

[c] c. 1. toto.

[d] c. 13. 25. c. 14. 20. ... 40 & c. 41. 2.

[e] c. 13. 24.

[f] lib. 4. c. 14. [g] vers. 4. [h] c. 22. 20.

[i] Matt. 3. 12.

[l] 16. Mor. c. 15 vel 30.

quo modo syluam, licet viridem, ciuíve ligna ignis comburit, & flamma obuia quęque in montium cacuminibus, vel ex cauernis eorum erumpens deuastat, ita hostes suos, ac populi sui Deus persequatur vltionis suæ vi, quasi quadam immissa tempestate, adeóque per vindictam suam conturbet, vt neque consistere valeant, nec sese vsquam recipere. Per *syluam* figuratè fortassis intellexit copiosum exercitum, ac multitudinem armatorum magnam, tamquam contis, lanceis, ignis aliisque *montes* primatios ex illis milites, & duces. Efficaciam quoque ac velocitatem iræ diuinæ, quemadmodum priore versu *rota circumactio, stipulæq; à vento agitatio*, sic hoc loco innuit *ignis & flamma*, nec non *tempestas*, siue *turbo in orbem latus*, & quidquid occurrat corripiens, circulariterque torquens, ac in omnem partem agitans.

Sensus anagogicus.

Tropologice, siue mauis anagogicè, transferuntur hæc ad pœnas ignis æternas, quibus in iudicio reprobi addicentur ráquam syluæ, propter sterilitatem bonorum operũ, & velut montes, ob superbiam: quæ duo in præcedenti versu indicari possunt: per stipulam quidem frumento vacuam, priuatio meritorum: per rotam, inanes ac nihil promouentes *in circuitu ambulando impij* [a], atque peccatores. Nihil facilius mouetur, quàm leuiter commota rota, nihil citius quàm leuis stipula, gluma, palea, nihil & citiùs & faciliùs, quàm hæc igni consumitur, at ne suspicetis damnatorũ pœnas tam breui finiri, comparantur cum incendio densissimæ syluæ, & montium inflammatione, vel ex flammis perenniter eructantibus de istorum cauernis: quæ comparationes innuunt simul nulla posse pœnarum illarum incendia ratione restingui, nec enim illis in locis vel aquæ suppetunt, vel dari signum campana, alióve potest modo, cùm etiam quibus detur signum, homines nulli sint: hoc tempore dum adhuc vita superest, succurri potest *flammis tribulationum, & pressura ignis quæ circumdant nos* [b], lacrymarum fontibus pureisve eleemosynarum, deiectione tecti, hoc est mutatione mali consilij, iactatione supellectilis, id est, contemptu bonorũ fortunæ, campanarum signo, hoc est, precibus Ecclesiæ, aliorum concursu, auxilióque, hoc est meritis, monitis, exempli, &c. *In die iudicij* vt hodie, cùm ista feribo recitat Ecclesia, *descendent maledicti in ignem æternum & ibunt in supplicium*, siue *combustionẽ æternam* [c], videlicet quamdiu durabit materia syluę, & montium, id est peccatorum, quæ numquam remittentur, & dæmones incendentes suo quasi halitu flammas illas, quod facient semper. In syluis delitescunt latrones, & *montes* designant superbiam, vtrosque tum superbos, tum iniquos incendit hîc malorum cupiditas, & ambitio, ideóque sententia pronuntianda in eos, qui negauerunt subsidia minimis fratribus, indicat duplicem præsertim damnationis causam esse, auaritiam, & superbiam, quibus adiunctam luxuriam ignis significat. Hugo in *syluis* duntaxat, in *montibus* intelligit superbos, vtrosque steriles bonis operibus: quia *congregatio hypocritæ sterilis, & ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt* [d]. Similia sunt in Aiguano. (Etsi parum veram dat etymologiam syluæ à silentio, aut à ξύλον, quod est lignum) & flammam, quæ supra ignem ascendit tribuit montibus, id est, superbis, vt pro quantitate peccatorum, sit & quantitas pœnarum.

Sicut ignis, qui comburit syluam.] Additum est relatiuum pronomen ab Interprete. In psalterio Romano, *& sicut ignem qui comburit syluam*, eodemque modo Cassiodorus, sed in plurali, *syluas*, quod etiam nomen pluralis numeri habet Gallicanum psalterium, *sicut ignis, qui comburit syluas*: supplent verò qui legunt, *sicut ignem*, verbum (*pone*) quod paulo antè præcessit. Textus Hebræus, & Græcus admittunt lectionem vtramque, quia Græcè est πῦρ neutrius generis, in quo nominatiuus, & accusatiuus casus non differunt: Hebraicè nomina non inflectuntur, nec ils articuli semper adiunguntur, indicantes casuum diuersitatem. Incenduntur syluæ, vel iniecto de industria igne, vel negligentia humana, vel sponte naturæ, seu ex causa naturali. Hæc mirabilior, eáque aut de cœlo cum fulmine, aut ex ipsarummet arborum attritu, & mutua collisione, aut ex ardore etiam solo Solis. Ioannes Bodinus [a] narrat in Vasconiæ frigido cœlo Nainum oppidum Solis actione incensum, consumptúmque anno 1540. & anno 1556. in Anglia Solis eiusdem ardore totius regionis pagos, & arua arsisse. In Moscouia eadem de causa Georgius Bruin [b] memorat pagos, segetes, syluas incensas, fumóque inde excitato multos vitu orbatos. Incendij syluarum, quando ventis agitatæ sese collidunt arbores, præcipuè austrinis, facit mentionem Thucydides [c], Lucretius [d], Iosephus [e]. Postremus recenset simul incendij causas si vel πῦρ sit χειροποίητον *manu factus ignis*: vel γῆ ἐναδόσιν ἢ ὕπεκ τῶν κυμάτων *terra vitus concursione fluctuum*, vel si ἢ βίαν πνευμάτων ὕλης πρὸς αὐτὸ ἀναξηράσεως αὐτομάτως ἐξεκρήσθη, *per vim ventorum materia, aut syluæ inter se contritæ excutiuntur*. Lucretius verò ita canit,

At sæpe in magnis sit montibus, inquit, vt altis
Arboribus vicina cacumina summa terantur
Inter se, validis facere id cogentibus austris.
Donec fulserunt flammas fiore coorto.

Ioannes [f] Baptista Pius Pyrenæo monti διὰ τὸ πυρὸς nomen ideo esse vult, quod sæpe per attritũ arborum ardorem suscitet: et si alij, quòd crebris fulminum ignibus feriamur. Diodorus [g], quòd iniecto olim à pastoribus igne vniuersæ illius syluæ conflagrauerint: Silius à Pyrene Bebrycis filia, quam in Pyrenæo Hercules compressit, & à feris laniata, ibidem sepulta est. Hic facit excussio ignis lignorum attritione facta, de qua Plinius [h], & quam hodiéque factitant Indi [i]. Lege hoc loco Bochium, & Simonis Maioli Colloquium 17. ex canicularibus. Nescio cur Apollinarius meminerit de igne depascente etiam in paludibus crebris syluam,

ἢ πῦρ βοσκ. μέγα καὶ πίσσα πυκνὰ ἐν ὕλαις,
Aut ignis depascens in paludibus crebris etiam syluam.

Quod attinet ad ignem, disputaui in commentario Petri, eóne mundus ante vel post iudicium sit conflagraturus, & an eo ipso reprobi in suismet corporibus cruciandi antequam detrudantur in infernum. *Descendes*, inquit Ioannes in Apocalypsi [k], *ignis de cælo, & deuorabis eos*: & Esaias [l], *A voce Domini visitabuntur in tonitruo, & commotione terræ, & voce magna turbinis, & tempestatis flamma ignis deuorantis.*

Et sicut flamma comburens montes.] Hieronymus, per verbum indicatiui modi, *quæ deuorat*. Romanum psalterium, *velut si flamma incendat montes*. Gallicanum, & Cassiodorus omittunt particulam (*&*) quæ etiam abest à textu Græco,

a psal. vlt.

b Eccl. 51. 6.

c Matt. 25. 41. 46.

d Iob 15. 34.

a lib. de repub. c. 1.

b in Moscouia.

Incendij syluarũ causa.

c lib. 2. d lib. 1. e 4. antiq. c. 3.

f in Lucretiũ.

g lib. 6.

h lib. 16 c. 10. i Oviedum. c. 19. & Hist. lib. 6. c. 5. Simon Maiolus colloq. 22.

k c. 20 g. l c. 29. 6.

sed in emendato isto textu Græco extat ὡσεὶ φλὸξ καταναλίσκουσα ὄρη, eo modo, quo recitaui ex Romano psalterio, cum alij multi legant ὡσεὶ φλὸξ πυρὸς καταναλίσκει ὄρη. *sicut flamma quæ cõburet montes.* Chaldaicè *quæ inflammat peripherias montium.* Meminerunt Physiologi, historicique [a] de ardentibus locis, montibus præsertim, celebrantúrque maximè Ætna, Chimæra, Hephestios, Cophantus, Aconocauma, Gaurus, Idæus, Atlas, Theonochema, Olympus in Æthiopia. Vesuuius Plinio ipsi fatalis [b]. Dici possent tartari ostia, locáque puniendis animabus destinata, vt insinuat Gregorius [c], & Pionius martyr [d], ac his quasi [e] præludus indicari futurum iudicium, æternúmque supplicium per ignem. Tradunt huiusmodi ardorum causam esse venas sulphureas subterraneas, quæ cùm latis cauernis spiritum admisere ex illa concussione ignis generatur, sulphure fomenta suppeditante, vt serè satis dixerunt Viues, & Surius in margine hîc notati. Quamquam in aliquibus emicant duntaxat ignes nauigantibus, ac iter terrâ agentibus vtiles indices. Ex recentioribus auctoribus recentia quoque noui orbis profert Maiolus [e] exempla, vt ex Ferdinando Cortesio [f], Balthasare Diaz [g], Odoardo Barbosa [h], Ioanne Gaetano [i], Petro Hispalensi [k], Surio [l], qui de Ilsâ diæ quodam monte. Cæterùm iræ diuinæ descriptio similis est in altero Cantico Mosis [m], *Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima, deuorabitque terram cum germine suo, & montium fundamenta comburet.*

Ita persequeris illos in tempestate tua.] Hieronymus in imperatiuo, *sic persequere:* sed futurum seruit imperatiuo; & Apollinarius vsurpat optatiuum *διώκοις.* Significat סַעַר *sahhar.* & καταιγὶς *procellam*, ac *turbinem, qui quidquid incidat, dissicit & euertit.* In psalmo 49. [n] erat, *Ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas valida*, vbi vocabula Hebræum, Græcúmque sunt eadem, & apud Ieremiam [o], *Ecce turbo dominica in indignatione egredietur, & tempestas erumpens super caput impiorum veniet. Eiciendi* verbum, quo vtitur editio Illyrica, posset indicare iudicis electionem in ea sententia, *Discedite à me maledicti in ignem æternum* P. *Cum tranquillitate tamen indicat Deus* [q] *ὁ θεὸς ἐκδικῶν*, non solùm hoc gratiæ, misericordiæve tempore, sed etiam illo quod erit iustitiæ ac vindictæ, ita iudicabit, non tantum, quia nulla perturbatio in Deum [r], & Christum cadit, quamuis per effecta quædam interdum videatur perturbari, verùm quoniam punit citra condignum, vt aliàs docui.

Et in ira turbabis eos.] Hieronymus, *& in turbine tuo conturbabis eos.* Est סוּפָה *saphah* idem ferè quod in priore membro סַעַר *sahhar.* & ventus cum frigore maximo, qui obuia quæque disturbat ac sternit, quod ille [s] cecinit,

——Terras turbine perflant.

Et hinc aliqui volunt appellatum סוּף *suph* mare rubrum, non à iunco, quem סוּף *suph* significat, nisi quatenus quemadmodum tempestas, ventúsve iuncetum, sic illud arenam réfque alias transfert è loco suo, & consumit, quod valet etiam verbum סוּפָה *saphah.* Interpretes hoc alterum nomen ferè synonymum priori voluerunt clarius exponere, & figuratam locutionem euoluere: & ἀργὶν Apollinarius declarauit de furore indomito, & crudeli.

θυμῷ ἀμαιμακέτῳ καὶ ἀπηνεῖ πάντας ἀτύζων.

Furore indomito, & crudeli omnes consternans.

Affinis 20. [a] psalmi sententia, *Dominus in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis.* Sed ibi est nomen Hebræum אַף *aph, iram* seu *furorem* significans, & verbum בָּלַע *balleah praecipitare*, aut *deglutire, deuorare, absorbere, disperdere*, hic בָּהַל *babel, horrore afficere, terrore subito percellere.* Quæ Gregorius [b] explanans verba Iob [c], *Nolle opprimes eum tempestas, tollet eum ventus vrens, & auferet, & velut turbo rapiet eum de loco suo*, affert de tempestate, turbinéve iudicij, huc transferri possunt. In psalmo 57. [d] quod legimus, *sicut viuentes, sic in ira absorbet eos.* Hieronymus vertit, *quasi viuentes, quasi in ira tempestas rapiet eos.* Augustinus, *tamquam in ira combibit eos.* Consule eius loci commentarium.

Vers. 17.] Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine.

Vers. 18.] Erubescant, & conturbentur in sæculum sæculi, & confundantur, & pereant.

DEbetur hoc frementibus, efferentibus caput, cogentibus contra Deum, ac populum eius consilia hostibus, atque animo & spe deuorantibus Dei sanctuarium, denique præsidentibus audacibus, impudentibus, procacibus, vt cooperiantur toti rubore, dedecore, ignominia, dum longè disparem suis exitum conatibus, valdéque frustratos spe sua deprehendent. Quò fiet vt ipsimet nomen Dei, quod antea contemnebant & blasphemabant, experti vim illius, quærant, & inuocent, vel alij certè, damnio docti priorum. Sed quia non id seriò facturos præuidet, vaticinatur imprecando, fore, vt erubescentia, & opprobrium eorum cum conturbatione, & pauore, durent in perpetuum, versentúrque in summa miseria, & ex propriis etiam erecti sedibus, non compareant amplius; nec sese populõ Dei opponere vnquam aut audeant, aut valeant. Latini hoc in bono sensu, saltem per accommodationem, declarant de pudore, ac perturbatione salutari, & ad pœnitentiam, atque destructionem peccati, vt pudeat peccauisse, & conturbentur de Deo offenso, ne si hoc non faciant peccatores, ignominia, & interitu afficiantur æterno. Sic etiam Augustinus contra literas Petiliani [e].

Imple facies eorum ignominia.] Similis aliis in psalmis phrasis [f]: *Confusio faciei meæ cooperuit me: Operuit confusio faciem meam: Operiantur confusione, & pudore: induantur confusione & reuerentia: Operiantur sicut diploide confusione sua: Inimicos eius induam confusione: Perfudisti eum confusione*; quam phrasim aliàs expendimus. Caietanus restringit ad ignominiam quæ deberetur Ammonitis, qui afflixerant ignominia legatos Dauid. Vtilis vitæ præsentis de peccatis erubescentia, vt viteturilla, quam reprobi patientur in die Iudicij, ac in inferno, seu *opprobrium sempiternum*, *quod nunquam delebitur* [g], *& ignominiam æternam quæ nunquam oblitione delebitur* [h]. *Frons meretricis* nonnullis est, *ita vt nolint erubescere* [i]: sed post impudentiam in patrando scelere, *confundantur*

[a] Aristot. de mirabil. auscult. 36. & 3. meteor. c. 8. Plin. lib. 2. c. 93. 106. lib. 3. c. 8. lib. 5. c. 7. lib. 6 c. 29. 30. Simon Maiolus supra. Seneca 3. quæst. naturalium. c. 30. lib. 6. c. 1. Orosius lib 5. c. 10. & 12 lib. 7 c. 9. Aug. 3. de Ciuit c. 31. lib. 21. c. 4. cum Viue. Surius in eõ mensium temporis anno 1138. Strabo lib. 6 Procopius 2. & 3. de bello Gothico. Zonaras in Tito Niceph. l. 3. c. 22. Baron. in Martyr. 19. Sept. Mela lib. 1. c. 6 lib. 2 c. 4.

[b] Vesuuius ardens flamma vrens praludia æterni supplicij per ignem

[b] Plin. minor lib. 6 ad Cor. Tacitum.

[c] 4. dial. c. 30. d apud Surium 1. Pelrus e Colloquio 16. & 22.

[d] 2. & 3. relatione

[e] 10 Epist. anni 1556 h in historia 3 in historia.

[f] p. 5 c. 23. 31. 38.

[g] in Comment. anno 1517

[h] Deut. 32. 21.

[i] vers. 11.

[k] c. 13. 19.

[l] Matt. 5. 41.

[m] Sapient. 12. 18.

[n] Virgil. 1. Æneæ

[a] vers. 10.

[b] 28. mor. c. 11.

[c] c. 27. 20. 21.

[d] vers. 10.

[e] lib. 1. c. vlt.

[f] psal. 34. 26. psal. 43. 16. psal. 68. 8. psal. 70. 13. psal. 82 46 psal. 108 29 psal. 131. 18.

Malis est vita præsens miserabilis & detestanda peccatis.

[g] Ierem. 20. 11.

[h] c. 23 40. 1 c. 3. 3.

pro anima sua dicere verum in confessione : *amplectentes confusionem, quæ adducit peccatum*, dum præcedens celat, respuentes eam, *quæ adducit gloriam, & gratiam* [a], quando quis inter pœnitentiæ suæ partes suæ dispositiones confusionem subit, quæ est in detegenda conscientia. Lege Bernardum [b], Hugonem S. Victoris [c], Guilielmum Parisien. [d] Robertum de Sorbona [e], Ambrosium [f], Augustinum [g], Pacianum [h], Tertullianum [i], Chrysostomum [k], Origenem [l], Climacum [m], Cyprianum [n], Hieronymum [o], Gregorium [p], Basilium [q], Ephrem [r], & alios, quos attuli tractans historiam Samaritanæ, de noxio pudore peccata confiteri detrectantium.

Prodest præterea ignominia vel dedecus, in quod finit interdum Deus labi peccatorem, vt inde ad meliorem reuocet frugem, quærendumque nomen Dei, & salutis viam. Hic est *ignis exurens* [s], vel *castigatio* [t], vel *vexatio dans intellectum* [u] : hoc modo *facit Deus requiescere fœtus matrum & nobis* [x], *& vt angustia superueniente requiramus pacem, nec sit conturbatio super conturbationem* [y]. *detrahit superbiam omnis gloriæ nostræ, & ad ignominiam deducit perducendo ad Babylonem* (quæ sonat confusionem) *liberat & redimit de manu inimicorum* [z]. Hac ratione *cum occidit nos*, id est, occidere Deus minatur, affligitque, *quærimus eum, & reuertimur ad eum* [a], *multiplicatisque tribulationibus, acceleramus* [b]. *in angustiis requirimus eum, & in tribulatione murmuris doctrina Dei nobis* [c] : *curatio facit cessare peccata maxima* [d] : *in tribulatione mane consurgimus ad Deum* [e] ; *humiliamur, vt discamus iustificationes eius.* [f] Ipsa asperitas correctionis, ait Gregorius [g], ouigo fit luminis. Hinc discimus vtilitatem timoris etiam pœnarum, quique dicitur seruilis, & suo modo concurrere ad iustificationem, ita vt falsum sit quod hæretici docent, non esse salutarem, sed malum, & per solam fidem nos iustificari. Augustinus [h] aliud elicit documentum, permitti à Deo quandoque lapsum in peccatum, ad maius bonum labentis, maximè superbi. Audeo, inquit, dicere, superbis esse vtile cadere in aliquod apertum, manifestumque peccatum, vnde sibi displiceant, qui iam sibi placendo ceciderant. Salubriùs enim Petrus sibi displicuit quando fleuit [i], quàm sibi placuit, quando præsumpsit [k]. Hoc dicit & facer psalmus, *Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine*, id est, vt tu eis placeas quærentibus nomen tuum, qui sibi placuerant quærendo suum. Huc vsque ille. Vere etiam Nazianzenus [l] pronuntiauit, quòd culpa humiliationis mater est, resipiscentia, & pœnitentia mater humilitatis. Itaque ignominia, & confusio aut est culpæ, in quam labi finit Deus, aut oritur ex turpitudine peccati considerata, aut extrinsecùs ex aliqua alia causa infamiæ, aut dámni. Omnibus istis modis ignominia confert ad quærendum nomen Domini, sicut & Ecclesiastica censura, qua quis, sicut *soror* [m] *Moysi*, *a castris* Ecclesiæ *separatur per septem dies*, vt mystice declarat Hugo de totidem operibus misericordiæ, quemadmodum, & spuitionem in faciem de contemptu sui, ruborem de verecundia in confessione, populum, qui non est motus de loco suo donec Maria reuocata est, de populi oratione pro peccatore. Tamen pro excommunicato nominatim, publica, & solemnis ab Ecclesia oratio non fit. Ignominia reproborum in infirmo, quæ cogit *pre angustia spiritus gementes* veritatem profiteri [a], nullam affert vtilitatem, sed auget magis pœnam.

Et quærent nomen tuum Domine.] Non reperi hanc dicendi formulam alibi : nam quod Angelus respondit Iacob [b], *cur quæris nomen meum ?* & iterum Manue [c], pertinet non ad inuocationem nominis (nec enim ita passim inuocabantur, & orabantur Angeli, vt nunc, quemadmodum etiam Sancti, licèt possent) sed ad interrogationem, quo nomine vocaretur, quod etiam verbo שׁאל *sciaal* exprimitur, nec ita bene verbo בקש *bakas*, quo significatur quippiam quærere conatu ac studio magis quàm verbis, & interrogatione. Ergo quærere nomen, & ζητεῖν non videtur idem, quod interrogare ac ἐρωτᾶν cum timore ac tremore, vt Euthymius tamen, atque Nicephorus volunt, quis nempe sit Deus adeò potens, & admirabilis, sed velle eumdem Deum venerari, & potentiæ ipsius se se subiicere, & à potenti eiusdem manu auxilium, beneficiáque recipere : Apollinarius μαιευτικῶς dixit, quod non significat interrogationem. Nec placet cum illis iisdem exponere de populo ipso Hebræo qui quærant, & scisciteutur, quisnam sit is Deus, qui tam admirandè ipsum liberauerit, hostésque perdiderit, sed de istis hostibus, vt suo discant damno inuestigare, & inuocare omnipotentis Dei nomen. Nam nomen Dei pro Deo, potentia, fama, cæteris attributis illius accipi, sæpe notauimus. Probabile est in quærendo nomine Domini innui studium celebrandi nomen ipsius, quòd qui priùs [d] hic appellati sunt inimici, & osores illius & conspiratores contra Sanctos, populum, Sanctuarium, ipsummet Deum, obscurare, ac omnino de medio tollere moliebantur : & vt qui sibi antea placebant, quærendo nomen proprium, vt Augustinum [e] loquentem audiuimus, placere studeant Deo, quærendo nomen illius : idque in se, & aliis sanctificando, ac prædicando, & vt ad hanc *turrim fortissimam nominis Dei currentes, exaltentur* [f].

Erubescant, & conturbentur in sæculum sæculi, & confundantur, & pereant.] Similis imprecatio in fine psalmi sexti, & in aliis psalmis. Legitur in psalterio Romano, & Gallicano, apudque Cassiodorum, *confundantur, & conturbentur in sæculum sæculi, & reuereantur, & pereant.* Hieronymus, *confundantur, & conturbentur vsque in sæculum, & erubescant, & pereant.* Hoc quidem tempore viuentibus imprecatio ista fit, nisi velint resipiscere : damnatis absolutè, & simpliciter. Vel intelligitur de illis, qui nolunt per ignominiam, quam patiantur, quærere nomen Domini ; non enim qui quærunt, erubescent, conturbabuntúrve in sæculum sæculi aut confundentur, & peribunt. Periré de futuro sæculo interpretando, Euthymius, & Nicephorus declarant, non vt qui damnantur amplius non sint, sed quia eas persoluant pœnas, quas qui sustinent, omnes perire dicuntur. Explicant

præterea

a Eccle. 4. 24. 25.

b in sententiis ser. 3. de S. Andrea et ad milites de plenitudine de ver. et demon. c. 17.

c sum 3. p. 2. q. ult. artic. 1 theol. ex miscel. c. 100. de Sacram. p. 4. c. 1. d de pœnit. c. 13. & 24.

e in more vmbratili. & practice confessio.

f lib. de pœn. & Apolog. David cap. 3. & 2. de pœn. c. 6. & 7.

g lib. de pœnit. c. 6. & hom. 50. hom. 10 in 2.

h in Parænesi de pœnitent.

k hom. 33 in Ioan.

l hom. 17 in Luc.

m in gradu 4. e Serm. de lapsis.

n hic c. 10. Eccl. p. hom. 20 in Ezechiel. non solum huiusmodi. 22. Mor. c. 7. quæ g. 26. ex fusis.

o erubescant timore correctionis ad iustificationem

p sermon. ad Attende tibi. c. 9

q hexam. c. 11. 3 Ierem. 31. 18 Baruch 2. 19. Ezech. 23. 30.

r in 7. p.

s Malach. 4. 1.

t apoc. 77. 34.

u p. 93. c. 12. de eccl. c. 4. c. 10. ex 6. 1. f. p. 118. 91. g. nom. c. 13. vel 17.

h 84. de ciuit. 13.

i Matth. 26. 75.

k ibidem. vers. 33.

l Orat. 1. in Iulianum.

m Num. 12. 14. 15.

præterea erubescentiam, & confusionem prauorum, vt publicentur, & diuulgentur eorum opera: conturbationem, vbi iudicis constantiam, ac seueritatem viderint. Alij commodo sensu accipiunt omnia, vt Hugo. Nam ex præcedente versu ignominiam vult esse vilificationem, quam vocat, exteriorem: ex ea nasci erubescentiam, siue verecundiam interiorem: postea timorem, vel dolorem, qui conturbat: tunc confessionem, in qua eiiciuntur peccata, & pereunt: erubescendum de peccatorum enormitate: conturbari oportere de Dei offensione, amissione æternæ vitæ, obligatione æternæ pœnæ: adhibendam confusionem confessionis: tandem sic perire peccata, *vtrique impios, vt non sint* [a]. Opponit etiam quatuor verba totidem generibus hominum, quos nominat effrontes, otiosos, glorioſos, delicioſos. Adeat auctorem quem delectant ista.

a Prou. 22. 7.

Vers. 19.] Et cognoscant quia nomen tibi Dominus, tu solus Altissimus in omni terra.

HOc desiderium, & votum respicit hostes, hósque tum castigatos, tum, si perierint, ita vt non superstint, altos eiusdem generis superstites, vt proprio, vel alieno docti malo, expertique potentiam, & vires Dei tandem intelligant, sibi rem esse cum Deo, qui sperni nec debeat, nec possit, cum valeat quoties voluerit, suis præsidio esse, hostésque populi sui, & contemptores suos comprimere, nec vllum aliud sit numen, quod ei nominíque eius, cuiuscumque alterius numinis sit nomen, resistere queat, cuius videlicet vnici ac veri Dei maiestas, & potestas omnibus aliis, qui Dij dicuntur, superior sit, neque sit ei vllus similis aut comparandus vllo modo. Alias [b] admonuimus frequenter hac vsos formula sanctos vnos in oratione, vt suum sanctum nomen Deus vindicaret ab aliorum blasphemia, nec sineret non modò obscurum, & ignotum esse, sed contemni etiam, ac violari. Sic fecit Moses [c], Ezechias [d], Daniel [e], & alij.

b 113 psf. 78.

c Exo. 3. 11. 13. d Esa 37. 16. 20. seq. e Dan. 9. 4 & seq.

Et cognoscant quia nomen tibi Dominus.] Ex Hebræo, *quia tu nomen tuum*, vel *tibi Iehouah*, aut aliquid supplendo, *quod tu, cuius nomen est Iehouah, solus tu Altissimus*, &c. aut *quod tu, cuius solius nomen est Iehouah, sis altissimus*, seu *quòd tu, cui soli competit nomen Iehouah, sis altissimus*, aut *quod tu solus es nomen tuum Iehouah & altissimus*, nempe quia solus es id quod diceris, vtpote solus verus Deus, qui non vni tantùm regioni, vt creditur de quibusdam dijs, sed præes vniuersæ terræ. Scholion Græcum notat ex editione Lxx. & aliorum trium interpretum esse κύριε in vocatiuo, *Vt cognoscant quia nomen tibi, Domine.* Sensus esset, quia ô Domine nomen tibi est, hoc ipsum quo diceris Dominus, non fictum, & inane, sed verum, & efficax: vel quòd sis dignus, cuius nomen celebretur, quique solus absolutè appellerus *magnus Dominus.* Quando misit Deus Mosem ad Pharaonem dixit; [f] *Et scient Ægyptij, quia ego sum Dominus*: & nomine Dei Moses Pharaonem [g]. *Idcirco posuit te, vt ostendam in te fortitudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra.* Iudith verò ad Deum conuersa, déque hostibus loquens [h], *Nescient*, inquit, *quia tu ipse es Deus noster, qui conteris bella ab initio, & Dominus nomen est tibi*; & in Cantico suo, [i] *Dominus conterens bella, Dominus nomen est illi.* Denique in psalmo [k] 67. *Psalmum dicite nomini eius*, &c. *Dominus nomen illi.* Ipsemet Deus eumdem Mosem mulcturus [l], pollicensque liberationem populi [m], *Nomen*, inquit, *meum Adonai non indicaui eis*, scilicet Patriarchis, quorum tempore bella gesta non sunt. Postremò, *Ego*, ait ille [n], *Dominus, hoc est nomen meum: gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam sculptilibus.* In iudicio postrimùm *cognoscetur Dominus iudicia faciens* [o], *& subiiciens omnia sibi* [p], maximè ic tunc Dominum declarabit; & vt talem tum boni tum mali fatebuntur, hi nolentes, & puniti, illi libentes, præmiati, amore subiugati. Quisquis cum Deo comparetur, Domini non meretur nomen, ita vt quemadmodum solus Altissimus in sequenti membro, sic solus dici Dominus possit, quod vtrumque in Angelorum Cantico canitur, & præterea quòd sit solus sanctus, addíque potest, quòd solus bonus, immortalis, & similia, quæ Deo conueniunt *simpliciter*, ac per se. Omnes, ait Gregorius [g], qui sub dispensatione Conditoris vicario nobis ministerio iungimur, sub vno ac vero Domino, quid nobis aliud nisi inuicem serui sumus? At sicut ratio primæ causæ in Deo non tollit veram rationem secundæ, quamuis respectu illius hæc non tam videatur causa, quàm instrumentum: ita de dominio philosophandum est, vt alibi demonstrauimus. Athanasius [h] hoc testimonio probat Christi diuinitatem, Chrysostomus [i], quia isti, quod interpretatur de Patre, alia similia sunt de Christo, vt quando appellatur *Emanuel* [k].

a Exo. 6. 3. b Esa 42. 8. c 48. 11.

c psl. 9. 17. 82. 19. 1. Cor. 15. 28.

g 22. Moral. c. 10. vel 33.

h Ser. de suscepta humana. sub finem. i Hom. 5. de incomprehenſib. Dei natura. k Esa 7. 14. Matth. 1. 23.

Tu solus Altissimus in omni terra.] Chaldaicè, *super omnes habitatores terræ.* In aliis Latinis psalteriis, & apud Arnobium, & Ambrosium, *super omnem terram*, quod proprie importat præpositio עַל *hhal*, & editio Græca ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. Meminit quoque istius lectionis Augustinus [l]. Obseruat autem, quòd & in omni cœlo, & super omne cœlum Dominus altissimus est, sed maluisse Propheta dicere, *in omni terra*, siue *super omnem terram*, quo terrena superbia premeretur, sciréque nullius cogitationes valere aduersus eos, *qui secundùm propositum vocati sunt*, & de quibus dicitur; *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* [m], & eum, cui dictum est [n]: *Terra es, & &c* [o], *Quid superbis terra, & cinis?* superbire non debere, cùm cognoscit, Dominum esse altissimum super omnem terram, id est, super omnem hominem terrenum, terrenóque corpore constantem, vt etiam indicat credimus Arnobius. Si quam designet nomen, *solus*, personam, siue Patris, siue Filij, non excludit aliam, sed omnem potestatem naturæ creatæ. Ambrosius [p] demonstrans *Altissimi* nomen Christo conuenire; vt cùm canitur, quòd *bonus factus est in Sion, quam ipsemet Altissimus fundauit* [q], & quando Ioannes vocatur *propheta Altissimi* [r], & cum de mysterio passionis (inquit) dicitur, *Dedit vocem suam Altissimus* [s], *& mota est terra*, docet, quando solus dicitur hoc loco Deus, non separari etiam Dei filium, quia videlicet solus ac vnicus Deus est, quamuis personis distinctus. Confirmat simili sententia Pauli [t], quam solebant Hæretici

l 1. de Fide. c. 1. m Rom. 8. 31. n Genes. 3. 19. o Eccl. 10. 9. p 3. de Fide. c. 2. q psl. 86. 5. r Luc. 1. 76. s psl. 17. 14. t 1. Tim. 6. 16.

ad calumniam deriuare; *Qui solus habet immortalitatem*: de Deo enim scriptum esse, quod est commune nomen Patri, & Filio. Idem iudicium, cum idem Apostolus [a] nominat *filium potentem*, de Patre scribens. Quamquam Augustinus [b] ait neminem cogi Pauli verba ista ad solum Patrem referre, sed ad Deum, diuinámve naturam personis communem: Et nihilominus attribuuntur Patri, quæ cómunia sunt, quatenus diuinitatis, & aliarum personarum fons est, atque principium. Cyrillus Alexandrinus [c]; dum explanat illa Ioannis verba [d], *vt cognoscant te solum verum Deum*, aut solum Christum siue Filium in solo Deo vero. Deũ verum esse, quia nullus Deus verus est, præter Trinitatem. Tritam Patribus multis Maldonatus [e] nostet, quos citat, interpretationem verborum, quæ sunt in Ioanne affert, conuenitque proposito, solum verum Deum dici Patrem apud Ioannem, nõ ad excludendum Filium, aut etiam Spiritum Sanctum, sed idola, seu falsos deos. Potest idem confirmari, cùm Paulus [f] etiam *solum sapientem* nominat. *Conuersi estis*, ait adhuc idem [g], *ad Deum de simulachris, seruire Deo viuo, & vero.* Hinc autem potiùs probatur vnum numero Deum esse, vt & ex psalmo 17. [h] *Quis Deus præter*

A *Dominum, aut quis Deus præter Deum nostrum?* & ex 85. [i] *Tu es Deus solus*, atque, vt omittam Deuteronomium [k], libros Regum [l], librum Sapientiæ [m], Etiam [n], & alia plura testimonia, in Ecclesiastico dicitur, quod *vnus est Altissimus*. Quapropter falsum est, quod Ariani docebant, vt meminit auctor Commentarij in psalmum 86. sub nomine Hieronymi, vocabulum *Altissimi* esse, quo distinguatur Pater, qui sit solus verus Deus, à Filio. Immõ cum constet de Christo dici nomen *Altissimi*, quod assert etiam Nicetas Choniata [o] de præsenti loco, planè efficitur, ipsum esse verum Deum; quia, vt cum Arianis Tranlyuani [p] ministri volunt, non conuenit, nisi vero Deo. De ipso nomine *Altissimi*, vel *Excelsi* ὑψίστου θεοῦ Hebræi egimus alibi. Istas voces, epitheta que diuina, omnes quidem, sed qui eminent inter homines potestate, vsurpare potissimum summa demissione, ac modestia decet, vt facere regem Dauid toties legimus; & Ezechias Deum Israel cognominabat *Deum solum omnium regnorum terræ* [q]. Hodie nimio studio, & ambitione titulos nobis honorificos conquirimus; vt nullum ferè ipsi Deo reliquum fecisse videamur.

B

[a] ibid. vers. 15. hæc Trinit. c. 3. N. 3. contra Maximin. c. 13.

[b] Persona Patris [illegible] proprietatem diuinitatis. tom. 10. l. 11. c. 36.

[c] ibidem.

[d] 17. 3.

[e] Ro. 16. 27.

[f] 1. Thess. 1. 9.

[g] vers. 32.

[h] vers. 10. 1. Reg. 8. 23. 2. Reg. 7. 22. 1. Paral. 17. 20. Esa. 37. 16. Ier. 10. 6. Psal. 85. 10. Deut. 32. 39. 2. Reg. 22. 32. Esa. 44. 6. & 45. 5. 1. Cor. 8. 4.

[i] Psal. 85. 10.

[k] Deut. 32. 39.

[l] 2. Reg. 22. 32.

[m] Sap. 12. 13.

[n] Esa. 44. 6. & 45. 5. 1. Cor. 8. 4.

[o] lib. 2. c. 3.

[p] lib. 8. c. 3.

[q] 2. Thess. c. 27.

PSALMVS OCTOGESIMVS TERTIVS.

1 In finem,
Pro torcularibus filiis Core, Psalmus.

2 QVàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum: 3 concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini.

Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum.

4 Etenim passer inuenit sibi domum: & turtur nidum sibi, vbi ponat pullos suos.

Altaria tua Domine virtutum: rex meus, & Deus meus.

5 Beati, qui habitant in domo tua Domine: in sæcula sæculorum laudabunt te.

6 Beatus vir, cuius est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit, 7 in valle lacrymarum in loco, quem posuit.

8 Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus deorum in Sion.

9 Domine Deus virtutum exaudi orationem meam: auribus percipe Deus Iacob.

C 10 Protector noster aspice Deus: & respice in faciem Christi tui:

11 Quia melior est dies vna in atriis tuis super millia.

Elegi abiectus esse in domo Dei mei: magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum.

12 Quia misericordiam, & veritatem diligit Deus: gratiam, & gloriam dabit Dominus.

13 Non priuabit bonis eos, qui ambulant in innocentia: Domine virtutum, beatus homo, qui sperat in te.

D

Titulus, & Argumentum.

Vers. 1.] In finem,
Pro torcularibus filiis Core, Psalmus.

Tam duo alij psalmi habuerunt in titulo *torcularia*, octauus & octogesimus, quibus in numeris Beda mysterium agnoscit beatitudinis in vltione

Trinitatis

Trinitatis,cũ resurrectione,ac denario vitæ æternæ.De filiis Core mentio quoque fuit in 41,44, 45,46,47,48,& erit in sequenti,ac in 86,87.

Similis argumenti videtur hic psalmus cum 41. Exponitur ardens desiderium à templo longiùs positorũ siue alibi, siue in captiuitate Babylonica, & præsertim Coritarum ex genere Leuitico, tum pro seipsis,tum pro populo toto,illuc redeũdi,dieſque festos agitandi,& sacra celebrãdi,quæ mense Septembri,quo vindemia fit in torcularibus, quater solemniùs vsurpabantur,vt exponit Valentia, in festo cœtus seu collectæ,in festo tubarum, propitiationis, tabernaculorum. Simul verò interseritur votum de venturo Messia gentis vniuersæ liberatore, ac legitimo Dauidici regni successore, & de possidendis cælestibus tabernaculis,anagogico saltẽ & allegorico sensu: hacque ipsa allegoria de piè frequentandis Christianis tẽplis,& sacris, & quàm beati sint quos sua dignetur Deus familiaritate,quod obtineatur fide,morum probitate,vitæ innocentia,animi simplicitate.Hebræi ferè,& cum illis Treuetus,ac Beda,interpretantur de captiuis optantibus reditum: Flaminius de Dauid id ipsum desiderante,cùm propter vim inimicorum longiùs abesse cogeretur: Caietanus, & Placidus de laude templi:Basilius, ac Theodoretus cum reuocatione Iudæorum cõiungunt totius orbis salutem:Cassiodorus,& passim Latini Patres,nec non Lyranus præcisè de desiderio superni gaudij, quem Glossa literalẽ sensum vocat, eumdémque in isto psalmo cum morali.Athanasius [a] recẽset psalmum istum inter Eucharisticos,id est,qui gratias agunt,& τὰς ἐγκαυχήσεις ἐν κυρίῳ *gloriationis in Domino*: aitque idoneum esse, quem recites si ante oculos habeas domum Dei, & æterna eius tabernacula; eáque desideres,quemadmodũ desiderabat Apostolus.

Vtitur Ecclesia hoc psalmo in officio Corporis Christi, & dedicationis Ecclesiæ.Cassiodorus [b] mirabilem vocat psalmum, & omni mundana suauitate iucundiorem. Rickelius [c] gloriosum, amorosum,sanctum,qui etiam religiosos & claustrales præcipuè consolatur,qui Domino malunt in cœnobio,spreto sæculo,in humili, abiectáque vita seruire, quàm in mundo deliciari,atque florere.

a ad Marcellinum.

b in fine psalmi.

c ibidem.

---

*Vers.*2.] Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum.

*Vers.*3.] Concupiscit,& deficit anima mea in atria Domini.

Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum.

VNaquæq; sanè harum dictionum,vt annotant Basilius,ac Theodoretus,seu alteruter, ad diuinum amorem animum inflãmat. Propterea,non tam explicandus sensus, quàm interno sensu degustandus. Anhelans desiderio, amoréque ardens prorumpit vates in epiphonema,quo declarat nihil sibi optabilius amabiliúsque quàm in Domini versari tabernaculis,eius videlicet Domini,cui cœlestes cunctæ militiæ seruiunt, & cuius etiam tabernaculis materialibus,non tantùm cœlestibus, assistunt, quique hominum præest exercitibus,ita vt nullo negotio compescere possit hostes, qui detineant ac impediant cupientes adire ad illa tabernacula,templúmve. Ait propterea,se præ nimio eorum desiderio,solaque audita mentione ac nomine fere exanimari, vixque sui ipsius compotem esse: cor item seu animũ & voluntatem, éxque horum redundantia & sympathia, carnem ipsam,in diuini nominis cõmemoratione,summa quadam gestientis affectus oblectatione exultauisse, atque ad Deum perueniendi,eiúsque atria & tabernacula, incredibili cupiditate exarsisse. Cyprianus [a] paulo aliter legens,vt dicã postea,vult hic exprimi desideriũ, vt isthinc maturiùs eximamur,citiúsque liberemur. Eodem pacto Hieronymus [b],Paulinus [c],Theophilus [d], Alexandrinus,& alij. Testis verò etiam idem Hieronymus [e], Paulam sub mortem hos versus cum nonnullis eiusdem argumẽti ex aliis psalmis, piè susurrauisse,cùm iam mortalia despiceret. Nihilominus idémet [f] Doctor obseruat hîc distinctionem tabernaculorum,& atriorum,posteáque altarium & domus Dei, vt de tabernaculis huius vitæ omni mente nitamur ad firmam & stabilem sedem transire, id est, domum Dei:cui tribuitur quoque nomen *tabernaculi admirabilis* [g]; & dicitúrque *tabernaculũ stans*, vt & *domus permanens* [h]: *vbi vox est exultationis & salutis* [i],dum sumus in profectu,in cursu,in certamine,celebranda nobis solemnia tabernaculorum in ligno pulcherrimo sapientiæ. Bernardus [k] hæc magis distinguit,appellans tres animarum sanctarum status:in tabernaculis,atriis,domo Dei.Sed cautè legendus, cùm indicat animas iustorum nondum in domo Dei esse,hoc est, in loco perfectæ beatitudinis. Rursum [l] aliam distinctionem adhibens,ait in tabernaculis gemitum esse pœnitentiæ,in atriis gustum lætitiæ;in domo satietatem gloriæ:quas item nominat domos,infimam orationis, mediam expectationis,supremam gratiarum actionis & laudis: in prima esse primitias spiritus: in secunda diuitias:in tertia plenitudinem: hîc fieri sanctos;illîc securos:in vltima beatos.Quo item loco cautione vtendum,quoniam asserit in atriis liberari spiritum requiescentem à laboribus,magis esse liberationem à malo,quàm boni munerationem.Eadem adhuc distinctio repetitur ab eodem.[m] Assignat tabernacula iustis in carne viuentibus & laborantibus, quia sunt laborantium & militantium, caréntque fundamento,ac portabilia sunt: quoniam iusti non sunt in præsentibus fundati, sed inquirunt *ciuitatem desursum fundamenta habentem* [n],cùm fides quæ fundamentum est (ὑπόστασις [o]) non sit in terrenis,sed in Domino,tectum autem habent munimenti gratiæ & protectionis. In atriis, quæ domui vicina sunt, amplitudinem habentia,& fundamentum,sed non tectum,collocat animas sanctas corporibus exutas, quæ in latitudine sunt, deposita carnis angustia, & in amore Dei sunt,nec nouunt, adhuc tamen expectant quasi tectum, & augmentum, quod non erit,nisi in resurrectione corporum suorum. Post resurrectionem denique in domo futuras ait cum angelis, quæ habet fundamentum & tectum stabilitatis æternæ beatitudinis, atque consummationis & perfectionis eiusdem. Varius hac in re Bernardus fuit, & aliquando cum recepta & catholica, posteáque declarata & definita consentit sententia, de vera in cælo felicitate, ac Dei in eo visione, qua iustorum animæ quæ nihil amplius debent diuinæ iustitiæ, fruuntur. De varia tabernaculorum notione dixi alibi; & hoc ipso loco alij, quæ dicuntur in psalmo,aut ad Ecclesiam vniuersam accommodant,

a de mortalit.

b in c.14. Isa.& præfa. in Zacha.

c epist.16.

d epi. Paschali.3.

e epist.27. fin c.14.Zacha.

f ser.3.de omn.sanct.

g ps.41.5.

h Prou.12 & 14.sect.Lxx.

i ps.117.15.

k ser.3.de omn.sanct.

l ser.4.de dedicat.

m ser.42.ex paruis.

n Heb 11.10.

o Heb.11.1.

Sensus lecti.

aut ad ordinem religiosum, præsertim Hugo, qui simul exponit de materiali Ecclesia, quam pij audè frequentant, quamque in ea ædificant. Fauet Bernardus [a] intelligentiæ de ordine religioso, differens cum fratribus de monte Dei.

Quam dilecta tabernacula tua.] In Romano, Gallicano, & vetere psalterio, atque apud Augustinum & Cassiodorum ac Paulinum [b] *amabilia*. Arnobius autem in commentario ponit vtrumque, *amabilia & dilecta*, & præterea *pulchra*, Cyprianus [c], *quam dilectissimæ habitationes tuæ*. Græca vox ἀγαπητὰ significat potius *amabilia*, & *diligibilia*: reddit eam tamen etiam alibi interpres hoc modo, ac interdum in superlatiuo ἠγαπημένα, *charissima*, aut *dilectissima*. Vocat Apollinarius ἐρασὰς ἐκκλησίας. De tabernaculorum varia significatione dixisse me alibi, tam monui. Recte cum hic subdatur cognomen Domini virtutum, id est, exercituum, cælestiumque militum, nominantur tabernacula; deide atria, vt indicetur amplitudo cælestis habitationis, *quámque magna sit domus Dei, & ingens locus possessionis eius* [d], *& multa in domo Patris mansiones* [e].

Domine virtutum.] Cyprianus [f], *Deus virtutum*. Hieronymus, *Domine exercituum*. Exercitus Hebræa vox צבאות *:sebaoth* significat, & Græca δυνάμεις, vt multoties notauimus: non autem virtutes morales. Vsurpat Apollinarius nomen ἀγγέλων. At hoc non ita in vsu est pro angelis, de quibus hoc, & alijs locis alia dicta nomina vsurpantur. Quid hic digrediar in laudes tabernaculorum æternorum, quæ sensu saltem mystico, appellata dicere possumus ad Balaam *pulchra, quæque fixerit ipsemet Dominus* [g]? Videntibus Creatoris habitationem, angusta est omnis creatura, inquit Rupertus [h], tractans de discipulis, quos inuitauit Christus, vt venirent & viderent vbi habitaret [i]. Dilecta erant Neponano tabernacula externa Ecclesiæ ac templi, quod tam pia sollicitudine curabat, colebat, ornabat, vt Hieronymus [k] testatur. Hoc est diligere decorem domus Dei, & locum habitationis gloriæ ipsius, vt vidimus psalmo 25. [l] Christi circa domum Dei Patris sui dilectio *zelotypa erat* [m]. Decet quoque quemlibet erga familiam præsertim sacram, cui ascriptus est, affici eximio quodam amore secundum Deum.

Concupiscit & deficit anima mea in atria Domini.] Hieronymus, *desiderat*, &c. In psalterio Romano, & apud Gregorium [n], *concupiuit, & defecit*. Augustinus [o], *desiderat & deficit*; Cyprianus [p], *desiderat, & properat anima mea ad atria Domini*. Ideo est, ait, in mundo diu velle remanere, quem mundus oblectat, quem sæculum blandiens atque decipiens illecebris terrenæ voluptatis inuitat. Neque Græcum verbum ἐκλείπει, neque Hebræum כָּלְתָה *chalethah, properare* significant. Euthymius tamen monet *concupiscere* positum, pro festinare. *Recordatus* vates noster Dei vbi esset, suósque beatificaret, *effudit in se animam suam* [q]: Ecstasim Paulus passus *nescibat an in corpore, vel extra* [r]: Petrus visa transfiguratione, nesciebat quid diceret [s]: Regina Saba post Salomonis auditam sapientiam *non habebat vltra spiritum* [t]. Contemnunt immortalitatem, qui mundo vt ὄστρια (piscium genus id est) marinis petris adhærescunt, vel quemadmodum senex Ithacensis (hoc est Vlysses [u]) ipsum hunc fumum non autem veritatem cælestémque patriam concupiscunt, vt scribit Clemens Alexandrinus [x]. Nazianzenum [y] respirare non sinebat hinc gloria venturæ, hinc

A

B

C

D

E

[a] de vita solitar. ad frat. de monte Dei.

[b] Epist. 36.

[c] de mortalit.

[d] Baruc. 3. 24.

[e] Ioan. 14. 2.

[f] supra.

[g] Num 24. 5. 6.

[h] lib. 2. in Io.

[i] Ioan. 1. 39.

[k] ad Heliodo.

[l] vers. 8.

[m] Ioan. 2. 18.

[n] 4. moral. c. 3. vel 19.

[o] 10. de ciuit. c. 25.

[p] de mortalit.

[q] Psal. 41. 5.

[r] 2. Cor. 12. 2. 3.

[s] Luc. 9. 33.

[t] 3. Reg. 10. 5.

[u] Homer. Odyss. 1.

[x] in paræn. [y] Orat. 7.

A [illegible] iudicium, ex quibus etiam desiderabat deficiente anima in salutare [a] Dei, illud horrebat, ac vehementer effugere cupiebat. Iudicium [b] turpia cuncta, & reiecta conspici abhominabatur, & *ad spectaculum* [c] ei, cui pulchritudo diuina semel affulsisset. Augustinus [d] effundit se & spenumero in memorabilissimâ contemplationem amoremque diuinæ felicitatis. Docet [e] per defectum indicari desiderium boni nondum quidem adepti, sed auidissimè concupiti. Defectum istum in cõcupiscente Ambrosius [f], ait significare, quòd quanto maiore desiderio excitata fuerit anima cupiens adhærere saluatori suo, tanto magis deficit: & quòd ista defectio imminutionem quidem fragilitatis, sed assumptionem virtutis operatur. Addit in explanationem præsentis loci, quòd ante concupiscens anima, & qua totam se effundens in concupiscentiam, longo fine suspensa defectione dissoluitur. Confirmat exemplo Ieremiæ [g]; Congruit doctrina Gregorij [h], qui in auctoris sui amore roborantur, quo magis in concupita Dei fortitudine cõualescunt, eo à propria virtute deficere: & quo robustiùs æterna appetunt, eo à temporalibus salubri defectione lassari rectè nostrum Prophetam *concupiscendi* verbo, verbum *deficiendi* subiecisse; quoniam qui ad appetenda æterniratis atria accenditur, dignum profectò est, vt ab hoc temporalitatis amore lassetur, vt tanto frigescat ab studio sæculi, quanto surgit ardentior in amorẽ Dei. Profert exemplum sponsæ, cuius *anima liquefacta* [i] *ad sponsi sermonem*: Danielis [k], *qui ad visionem Dei languit & agrotauit*. Iacob, *qui cum angelum tenuit, uno mox pede claudicauit*. [l] Tandem scribit [m], quòd concupiscunt, sed non deficiunt, qui iam quidem cælestia appetunt, sed adhuc tamen à terrenorum delectationibus minimè lassantur; vtrumque facere, *quorum vna abscondita est cum Christo in Deo* [n], & dum interim gaudijs mente appropiant, vitam in se funditùs corporeæ delectationis necant. Supperunt alia exemplum sanctorum, qui capere vim & ardorem diuinæ consolationis nequibant, ita vt vel ad solum nomen paradisi raperentur: quod de sodali quodam Francisci proditur [o]; & quod Ephrem [p], nostróque Xauerio [q], supplicarent retrahi & contineri, qua ferre non possent, diceréntque, sufficit, satis est Domine. Bonum hunc defectum ab inferioribus ad superiora nominat Augustinus [r], quando *defecit cor & caro in Deocordis* [s], vt per cor caro mundetur, solúsque sit nostra pars Deus. De causis septem, ob quas cælestia tabernacula dilecta diligendaque sint, agit Hugo, propter libertatem, quæ ibi est lætitiam veram & puram, cupitorum adeptionem: pacem continuam & indefectibilem: omnimodam securitatem: perpetuam sanitatem: honestissimam societatem. Pluribus hæc ille, quæ, & his adhuc plura quæ afferre non difficile est, amplificari possunt, & exaggerari.

Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.] Hieronymus, *laudabunt Deum viuentem*. Monet verò [t] Suidam & Fretelam, ne curet quòd aliqui legant in singulari, *exultauit*, intelligi enim & de corde & de carne: estque inepras & superfluas contentiones, vbi nulla est sensus mutatio. Interpretes nostri vertentes in præterito pro futuro, vt sæpe faciunt, melius expressêrunt vim verbi רנן *ieranenu*, quod *clamare, ouare gestire, exultare vocem, & exultare*, seu *exilire*, atque alia similia significat, vt crebrò vidimus. De *viui* epitheto, vt Deo tribuitur, lege quæ dixi psalmo 41. [u] & læ-

[a] psal. 118. 81. & in psalm.

[b] Philip. 3. 8.

[c] Basil. in Psalm. 1.

[d] in Soliloq. c. 12. de spiritu & anima. in psal. 41. & 83. & concio. 20. in psal. 118.

[e] concion. 20. in psal. 118. & in psal. 118. octona 12.

[f] in Luc. 2.

[g] c. 20. 9.

[h] 4 moral. c. 30. vel 39.

[i] cant. 5. 6.

[k] c. 8. 27.

[l] Genes. 32. 31.

[m] 8. moral. c. 15.

[n] Colos. 3. 3.

[o] in annal. Franc. de Ingolsta.

[p] in vita.

[q] in vita.

[r] Deus est defectus abhominationis ad, aperuerunt.

[s] 10. de ciui. c. 3. [t] psal. 72. 26.

[u] vers. 3.

pe *cordis* nomen pro animæ sumi magis interiore parte, seu superiore, *carnem* pro inferiore, alibi docui. Vnum cognominari Deum verisimile est hoc loco, si captiui loquuntur, vt perstringantur gentes idolorum cultrices, apud quas detinebantur. Euthymius hoc insinuat: item quia Christus à mortuis resurrexit. Adde, quoniam ab eo vita est præsens ac futura, mortalis & æruminosa, immortalis & beata, vita naturalis gratiæ, gloriæ: vt melius dici quis possit ζῶντα θεόν, quàm falsus Gentium Deus. *In Deum viuum* docet Augustinus [a] hic dicere Propheta, vt ostendat quòd totum quod non pertinet ad Dei cultum debemus habere quasi mortuum. Paraphrastes pro חי *chai* dixit קים *kaiam permanentem*, quasi qui permaneat semper in vita, & semper idem ipse sit. *Spe gaudemus* [b], lætamur audientes ituros nos in domum Domini [c]. Redundat ex parte rationali in sensitiuam, atque in carnem ipsam etiam per externa signa, honesta diuinaque lætitia quando magna est, & pars illa superior spiritu Dei acta, subiicit sibi, alioqui repugnantem sensum & carnem: & *qui spiritu facta carnis mortificans viuit* [d], Deo placet viuo, per quem quoque viuit, *nec iam ipse, sed in ipso ille*, siue *Christus* [e]: & *qui spiritu ambulans, desideria carnis non perficit* [f], efficit vt caro ipsa spiritus desideriis consentiat, eumque exultante [g] in Deo, exultet. Hoc est *vngere caput, & faciem lunare etiam ieiunando* [h]: hic est cum passere turtur, de quibus mox, vt Rupertus [i], prior in cœlestem domum tendens; secundùm spiritum: posterior secundùm carnem in præsenti tabernaculo laborans. Denique *animus gaudens ætatem floridam facit* [k]. Testimonio fuerunt sanctissimi viri, vt Romoaldus, in longæua vita, vultu semper sereno, læto, hilari, ad pium omnes gaudium prouocante. Iciota [l] tunc asserit hominem perfectum esse, cùm non solum anima eius, siue cor, sed & caro in Deum fertur. E contrario accidit nonnunquam ex interno pœnitentis dolore, pœnalis quidam in sensu & carne quoque dolor, quem Thomas [m] Aquinas pœnitentiæ passionem vocat, & simul actum virtutis, quatenus videlicet electioni subest studiosæ voluntatis, vt Paludanus [n] obseruat.

Hi tamen effectus in corpore nec semper sequuntur, nec sunt necessarij, ita vt non liceat necessario ex his argumentari de actibus internis, quia pendent ex dispositione corporis quæ non est in nostra potestate. Eadem de causa, vt sensus prōptiùs obediat rationi circa virtutis actus, collocāt aliqui habitus in eo aut naturales, aut etiam supernaturales. Qua de re consulendus idem Doctor Angelicus [o]; qui vult præterea [p] prudentiam consistere in sensu interiori minùs principaliter, & per quamdam applicationē pertingere ad sensum [q]: & in hac vita per actus scientificos, qui fiunt per conuersionem ad phātasmata, produci in sensu quendam habitum respicientē obiecta materialia scientiæ, seu res ac propositiones scitas. Alij tamen contendunt huiusmodi habitus necessarios non esse. Quidquid sit, concedere debemus cum eodē Thoma [r], interpretando præsentem psalmi locum sub persona Christi, etiā illius carnem exultasse in Deum viuum, non per actum carnis ascendentem in ipsum, sed per redundantiam à corde in carnem, in quantum appetitus sensitiuus sequitur motū appetitus rationalis. Fulgentius [s] hunc vsurpans locū tanquam in persona Christi, vt probet hominem totum ab illo susceptum, ait animam intellectualem significare per eos, quod exultasse dicitur cum carne. Lege quæ ad hunc locum de spirituali lætitia in carnem redundante conducant, in psalmo 62. [a] ad ea verba, *sitiuit in te anima mea, quàm multiplicetur tibi caro mea.*

Vers. 4.] Etenim passer inuenit sibi domum, & turtur nidum sibi, vbi ponat pullos suos.
Altaria tua Domine virtutum, rex meus, & Deus meus.

DEsiderij sui tanti & ardentissimæ voluntatis, qua gliscerez ac gestiret Deum videre viuum, se se ac suam præsentiam peculiari modo in tabernaculo, atrio, templo exhibentem, sed in cælo clarissimè, comparatione illustriat & probat ex auiculis, passere atque turture, quæ sibi naturæ quodam instinctu pullisque opportunam inueniunt & constituunt habitationem, vt ab iniuriis cæli, & rapacium bestiarū defendi possint. Ad eumdem, inquit, modum ego passerculo fugitiuo similis, atque turturi gemebundo, tua inuestigo altaria, & ad illa confugio, & reperire percupio, vt in illis, ô Domine mi rex, Deusque, quem circumdāt exercitus angelorū, præsesque hominum exercitibus, conquiescam, secui usque ac tutus ab omni hostium, & malorū incursu degam. Si quas dixi aues, hisque hac in re similes hirundines in hominum quoque domibus, è quibus maior impendere illis metus deberet, nidos construunt, egóne solus quietem nusquā reperiam? ô altaria, altaria quàm sola me vestri recreat memoria, noménque oblectat! quanta perfundor lætitia, contemplans quæ in iis delitescunt mysteria? In primo altari, quod in atrio est, occurrūt menti signa diuini sanguinis, quo sumus redimēdi, monétque hostiarū cædes, quàm sit nequitia nostra magna & æterna morte dignissima, quam non nisi morte immaculati agni, *qui vnus tollit peccata mundi*, vitare valeamus. Si reflecto cogitationem ad aureum sacratius altare, in sanctioris introitu loci, ad suauissimos Deo adolēdos odores, considero frangrantiā ascēdentium directarúmque ad Deū piarum precum, & laudum diuinarum. Hic sensus optimus, siue repetas ex superioribus concupiscere, deficere animā, exultare, & iungas altaribus, siue vt abruptam & præcisam orationē accipias, *altaria tua Domine* &c. qualis amantium solet esse, vehementérque aliquid appetentiū. Nam Coritas dumtaxat loquētes inducere, vt sentit Agellius, nimis angustum est: qui nēpe significent pro loco & nido sibi altaria fuisse, *de altari participasse*, *ac vixisse*, cui ministrabant [b]: victum inde sibi præbitum tanquam de nido. Nec placet altaria referri ad passerem turturémque, qui propter desolationem templi, quam captiui deflebant, in eo nidificauerint, nō liceat autem exulibus iuxta altaria versari. Meminit Iansenius, Flaminius, Peregrinus Herus, Agellius, eumque sensum probant Vatablus, Faber, Campensis, Genebrardus, & ante omnes Treuetus.

Etenim passer inuenit sibi domum.] Domus pro quouis receptaculo sumitur, vt docui psalmo 44. [c] *à domibus eburneis*. Pro passere Paraphrastes *columbam* posuit יונתא *ionetha*, & de illo ac turture subdit, quòd legitimi sint pulli, vt offeriantur super altare Domini. Ex auibus hæ ad sacrificia

a Verſ. 2.

b 1. Cor. 9. 13.

c Verſ. 9.

Ex asilem qua

ordinariè adhibebantur: *passeres* ad id quod fiebat pro leproso [a]. Nisi malis & ibi & hic *passeris* nomen sumi pro qualibet auicula. Hebraicè צפור *tsippor*, vt psalmo decimo [b] docuimus. Nihil quidem refert quæ auium species exprimatur, dummodo nidulentur cum cura siue in domo quam incolunt homines, siue alibi: tamen adiectum sequens nomen *turturis*, indicat passerem pro certa specie vsurpari. Quidquid autem sit de vocabulis Hebræis, Interpretes, ac Enarratores species duas diuersis nominibus intelligi voluerunt.

Augustinus, & alij cordi, & carni passerem turturémque attribuunt, vt corde, quod priùs exultasse dicebatur, cogitetur Deus, carne agitur opera, tum alia, tum pœnitentiæ (quia turtur solitariè degit ac gemit) reponenda tanquam pulli in nido beatitudinis; adde hîc dum viuimus, cum Hugone, in statu pœnitentiæ, vel arctioris vitæ, iuxta illud [c], *in nidulo meo moriar*; aut in vulneribus Christi (id Bernardus [d] quoque scribit) vitæque ipsius asperitate: denique in Ecclesia tum mystica, tum materiali: Nam Ecclesia mystica nunc infirmos filios suos in nido pacis enutrit, amore conditoris gemitus crebros edens, fideique, ac mentis pacatissimam quietem construens, in qua illos crescentes, quasi plumescentes pullos, quousque ad superiora euolent, charitatis gremio calefactos fouet, cùm iam passer sibi domum inuenerit, id est Redemptor æternum cæli habitaculum intrauerit, vt Gregorius [e] docet. Idem Hugo persequitur proprietates passeris, ac turturis secundùm tropologiam. Passeris bonæ sunt illæ,

Prolis potens, hominum vicinus, & hostia lepræ:
Callidus, & cantans, hyemans, cibus est, volat, ignit.

Malas eiusdem volucris continent hi alij versus,

Lascivus nido molli, perit igne, caducus,
Vilis, vmalis, leprosus, stercorat aras:
Ova, calent veneri, fur frugum, templa columbis
Auferet, venatur muscas, parvus, malè mordet,

Quamquam verò testatur Hieronymus [f] nunquam se passerem in malam partem legisse, ostendi contrarium psalmo 10. [g] & miror eum qui nomen gerit Hieronymi, hoc loco asserere etiam passerem castissimum esse, quem constat esse lasciuissimum.

De turture hoc modo in bonam partem.

Fulua, gemens, nescit bis nubere, nuncia veris,
Simplex, consita pans, montes colit, arbore fœtat.

Aiguanus laudat in passere nidificationem in editis locis foraminibúsque parietum: temperátiam quan tam cibi, & patientiam: in turture castimoniam, mœstitiam, loci munditiam. Rickelius pœnitentem comparat cum passere, qui locum inueniat sibi misericordiæ in Ecclesia, factus ex mobili, vago, libidinoso, petulante, inhabitator altitudinis virtutum, earum opera in Christo abscondens: virum perfectum cum turture, quia desiderio rerum cœlestium gemit, in petra, qui est Christus, nidificat: pro gaudiis mundi gemitui vacat, id est, contemptui rerum terrenarum. Bernardus [h] passerem ac turturem accommodat ad religiosæ vitæ ordinem duplicem, cõtemplatiuum, & practicum. Ait autem quòd passer naturaliter vitiosus, mobilis, lenis, importunus, garrulus, pronus in libidinem, denotat iuuenum naturaliter calidum sanguinem, feruidúmque animum, ætatem labilem, curiositatem inquietam, mutatam in virilem maturitatem, serium animum, castum, sobrium, pertæsum exteriorum quantùm potest, & intra semetipsum recondentem semetipsum: item quòd turtur luctus amica, opacæ solitudinis familiaris incola, forma simplicitatis, exemplum castitatis in inferioribus fœcundâs, significat humilem religiosum ad charitatis quoque fraternæ opera descendentem. Ambrosius [i] videtur vtramque volucrem interpretari de castitate: *in hoc enim nostro corpore nidum esse pudicitiæ, in quo erat nidus irrationabilis concupiscentiæ*: & vbi antè partus deformes nutriebat libido, ibi decoræ castitatis adolescere hæreditatem. Tamen quo pacto passer pudicitiæ symbolum possit esse, dixi priùs me satis non intelligere. Augustinus [k] tradit in passere & turture Saluatorem significari, quia passer perparua auis est, turtur pudicissima: Saluator autem docuit primus humilitatem, & castitatem: domum eius esse Ecclesiam Dei, & conuentum populi Christiani, hanc domum Saluatorem cum ingenti pietate quæsiuisse, & inuenisse, atque peculiariter diligere, quam peculiariter suo sanguine comparauit: in hac domo congregasse & reposuisse pullos suos, vt doctrinam audiant, & ab insidiis diaboli tuti sint. Quocirca mysticè passer vel Christus est, vel quiuis iustus, & hic quidem varijs modis, vt dixi hîc, psalmoque decimo [c]; nidus, Ecclesia mystica, & materialis, cælum, anima, seu conscientia, vel corpus, eodémque modo domus. Documenta dat nobis Deus ex brutis etiam minimis; vt ex *formica* [d], & aliis, maximè ex minore auium genere, vt Aristoteles [e] scribit: vírque Deò deditus, vt sapienter ac religiosè Titelmanus notauit, & vitæ spirituali totus intentus in omnibus vel minimis animalculis inuenit vnde boni aliquid discat, discit vnde se ipso melior euadat. Domesticum possum proferre B. Ignatij nostri exemplum, præter tot aliorum sanctorum: Eundem Titelmanum lege differentem piè de studio aptãdi sibi domum, nidúmque spiritualem comparandi, & *conuersationem in cælo habendi* [f]. Illud etiam rectè admonet comparationem hîc ductam ex maximè notis auibus, quæque in magna copia essent, vt pote quòd *passeres duo venirent asse* [g], *& quinque dipondio* [h]; *pauperum autem oblatio par turturum esset* [i]. Vel altera specie auis garrulæ, audacis, temerariæ, non verentis humanas domos, & alterius quietæ, meditabundæ, gemebundæ, meticulosæ, solitariæ, comprehenderetur cunctarum vniuersitas auium. De passere plurima Vlysses Aldourandus in Ornithologia [k].

Et turtur nidum.] Addunt, (*sibi*) psalterium Gallicanum, Augustinus, Cassiodorus, estque in textu Hebræo, & Græco. Hieronymus (*anis*) immò Treuetus recitat dumtaxat, *siquidem anis inuenit domum sibi*, omissa mentione de passere. Chaldæum quoque nomen צפרונא *sciaphrina turturem* significat: quamuis צפר *sciaphar* Hebraicè sit *cauillari*, & *lepusculus*. Quo pacto similitudo traheretur non ex aue dumtaxat; cuiusmodi illa Christi [l], *vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, filius autem hominis non habet vbi reclinet caput suum*. Sed nidus auibus solis conuenit. Vocabu-

[a] Leuit.14.4.
[b] Vers.1.
[c] Iob 29.18.
[d] Serm. in cant.
[e] 19. Moral. c. 11. vel 24.
[f] in Ecclesiast. c.12.
[g] Vers.1.
[h] de vita solit. ad frat. de monte Dei.
[a] de Noë & arca. c.6.
[b] lib.50. homil.in 33.
Sensus mysticus.
[c] Vers.1.
[d] Prou.6.6.
[e] 9. hist. animal. c.7.
[f] Philip 3.20.
[g] Matth.10. 29.
[h] Luc.12.6.
[i] Leuit.5.7.
[k] lib.25.
[l] Matth.8.20.

lum

lum autem Hebraeum huius loci דְּרוֹר *deror* Hebraei & hebraizantes *hirundinem* reddunt. At R. Moses Nahmanides, quem citat Genebrardus, Hieronymo consentiens, putat esse nomen commune cunctis auiculis, liberè per domos, vrbes, agros, volitantibus & vagantibus. Et rursum Hieronymus [a] exposuit צִפּוֹר *tsippor auē*, sed דְּרוֹר *deror passerem*, hunc, vt existimo, pro volucre genericè sumens. Vt necesse non sit, quod Ricardus Cenomanus bene Fabro respondet, hirundinem exprimere, quia nidis faciendis circa templa, de quibus psalmus meminit, est frequens. Non defuit ratio melior nomé alioqui commune restringendi ad turturem: nec volebat vates nidulantes praecisè in domibus, templisve ponere. Canit de hirundine Virgilius [b],

Garrula quæ tignis nidum suspendit hirundo.

& Anacreon, quòd

κατ' οἴκους μητρὸς τροφὴν φέρει χελιδών.

Per ædes hominum prouidam nutrit hirundo.

In construendo quoque nido excelluit hirundo, teste Aristotele [c], Plutarcho [d], Plinio [e], Aeliano [f], Basilio [g], ita vt ab ea Doxium caeli filium lutei aedificij accepisse inuentionem idem Plinius tradat [h]: & Pierius [i] aedificationis studiosum scribat, quique amplas aedificia, vel etiam oppida condiderit, per hanc auiculam nidum facientem hieroglyphicè depingi. Turtur montibus delectatur, ac verticibus arborum aëreis ideirco cognominata à Virgilio. Omissis aliis de turture, quae attigimus antea, [k] fusius autem tractantur ab Vlysse Aldrouando [l], cuius meminimus) notatu dignum quod Ambrosius [m] narrat, hanc Dominum huic sui minusculae infudisse prudentiam, nido suo, ne pullos suos incurset lupus, squillae folia superiacere: nosse enim quod huiusmodi folia lupi fugere consueuerunt. Subdit documentum: nouit auicula quo modo posteritatem foueat suam, & tu ignoras, & tu negligis, quo modo adhersum lupum nequitiae spiritalis posteritatem vitae huius habeas tutiorem? Difficile id creditu, cùm turtur nonnisi altè niduletur, quò lupis aditus non patet. Tandem obseruat Beda, *turturis* nomine carnem tropologicè intelligendo, nidum, animae per *passerem* intellectae, domum dari, quoniam animae conuenit magis per se *mansio permanens in cœlo, carni terrestris habitatio* [m] *luteaque domus* [n], & opera etiam virtutum quae facit, temporalia sunt. Quo pacto sit Christi typus, quod asserit quoque Hieronymus [o], recitat ex Antonio Patauino pluribus verbis Aldrouandus.

Vbi ponat pullos suos.] Legunt, *reponat*, alia psalteria, Augustinus, Cassiodorus, Gregorius [p], Bernardus [q], Ambrosius [r]. Idem Augustinus [s] ait idem esse si legamus, *congreget*. Graecè in futuro θήσει, *ponet*. Aquila ἐθέσπισεν, *posuit*.

Altaria tua.] Paraphrastes explicat nominatas prius aues oblatas super altare. Non ita hoc ad rem facit, & altaria plurali numero non fuerunt ad vnum holocaustorum restringenda. Priùs autem docui vel ecliptican hîc orationem esse gementis, & anhelantis, vel pendere ex praecedentibus verbis concupiscendi, exultandi, &c. De mystica interpretatione altaris holocaustorum pro corde nostro, lege Iuuenum.

Domine virtutum.] Hieronymus, *exercituum*, sicut & in primis psalmi verbis. Stipatur etiam Deus assidens veluti altaribus, exercitibus Angelorum, & sacris, ipsis militiis potest militiae, exercitus, Sabaoth appellatio tribui. Vocatur quoque altare Ariel, vt placet Hieronymo, quod, iuxta etymon, vel ibi fortitudo Dei sit, vel leo, vel illuminatio: ex quibus notionibus duae primae militare quid sonant.

Rex meus, & Deus meus.] Regia plane vox, de qua in psalmo primo 5. [a] & 43. [b] vt quantus quantus quis rex sit, suum agnoscat regem Deus. Felix respublica, in qua est ἀνεπαίσθητα, & Dei auctoritate praescriptóque cuncta geruntur, vt non tam *Gedeon, filiusve illius* [c], hoc est, homo, cui tamen dominandi ius ac regnandi potest esse, dominetur ac regnet, quàm Deus, *per quem reges regnant* [d], *& cuius est regnum ipseque dominabitur Gentium* [e].

Vers. 5.] Beati qui habitant in domo tua, Domine, in saecula saeculorum laudabunt te.

MEritò se tantum sentire, tamque ardens tabernaculorum visendorum, atriorum, altarium, domus Dei seu templi, desiderium confirmat, quia felices, quibus ibi datum habitare, commorari, veluti nidulari, vt iugi Deum laude concelebrent, déque diuinis rebus perpetuò meditentur ac tractent, cum Deo semper familiariùs & iucundiùs conuersentur, qua re nihil melius & felicius contingere potest, nihil Deo gratius, *qui sacrificio laudis honorificatur* [f], & in quo sacrificio cetera sacrificiorum genera comprehenduntur. Conueniebat id quidem Leuitis propria quadam ratione, de quibus etiam sub Coritarum nomine velle quosdam dixi hoc psalmo agi: aliis tamen etiam qui bus frequentare locum sacrum licebat, & rei interesse diuinae. Possumus hac ipsa de causa multo feliciores censere Christianos, clericos quidem & religiosos praesertim, qui in ipsamet habitant domo sancta Dei, & frequentant sacra, & laudes Dei, sed & caeteros quoque, quibus idem pro suo conceditur modo, statu, conditione. At isto sacrificio laudis multo verius & perfectius honorificatur in cœlo à beatis Deus, immò propriè ab illis duntaxat, quia non sunt praesentis mortalis vitae saecula saeculorum, sed fluentia tempora. Istius magnitudinem praestantiámque beatitudinis Augustinus omnium optimè declarat hîc, & alibi [g], demonstrans in alia re vlla creata esse non posse, inductionem faciendo per praecipuas, & quas appetere homines magis solent, earum verò, inquit, immò & honestatum, quae nunc exercentur, actionum in hac vita mater est necessitas & indigentia; qua caetera in patria, vbi habebuntur omnia, agenturque sine necessitate & indigentia: ac totum negotium nostrum sine defectu erit haleluiah, id est, laus Dei, quia non deficientes ab amore, non deficiemus à laude, & vbi amor sempiternus, quoniam insatiabilis pulchritudo, sempiterna & laus erit. Diceres nos, comparatos cum beatis, esse similes illis, qui musicas tantùm notas canunt: norunt enim longè melius verbum aeternum, Deúmque quem clarè vident. Illi artem canendi certam tenent de suaiam certi securíque felicitate, nos non nisi,

cum

[a] Prou 26.2

[b] 4. Georg.

[c] 9. histo. animal. c. 7 [d] Quæst. conuiual. [e] 2 animal. plus ratione. [f] ... [g] ... [h] ... [i] ...

[k] lib. 15. [l] Aldrouand. de auib. c. 14. [m] Ambros. Hexaem. l. 6. c. 2. [n] ...

[o] 1. Cor 5. 1. [p] Iob 4. 19.

[q] 1. con. Ioui.

[r] 19 moral. c. 18 vel 21. [s] ad Ian. de mente Dei. [t] de Noe & arca c. 6. [u] lib. 50 homil. in 33.

[a] Vers. 3. [b] Vers. 5.

[c] Iudic. 8. 23.

[d] Prou. 8. 16.

[e] psal. 21. 29.

[f] psal. 49. 23.

[g] 22. de ciuit. c. 30. in psal. 86. epist. 149 c. 15. tract. 105. in Ioan. medita. c. 25. & 37. soliloq. c. 35. manual c. 6. & 17.

cum tremore exultemus [a] : *requiem non habent dicentes sanctus, sanctus* [b], *cum nos deprimat terrena mihabuatio multa cogitantes* [c], & cantum intermittere cogat : ne quidem tantillo tempore, quo id vsurpamus tota semper facimus animi contentione vel attentione, ac plena, vt ita dicam, consonantia : sed & remittitur nostri veluti harmonicus tonus, permiscendo laudi preces, ac petitiones. Quanto plus vident beati, ait Bernardus [d], plus intelligunt, plus agnoscunt, tanto plus diligunt, tanto magis laudant, tanto amplius admirantur. De beatis hunc quoque Cyrillus [e] locum intelligit, & Procopius [f]. Hinc porrò confutatur pernitiosus error, non solùm qui æternitatem negat animæ, sed qui nescio quæ alia commentitur, vel de corporali beatitudine millenaria, vel de alia, quæ futura sit alibi, quam in Deo. Auctores collegit, atque refellit in thesauro suo Iodocus Coccius [g]; nec eget res adeò clara pluribus.

Eliet hinc adhuc Bernardus [h], simulque ex Ezechiæ cantici, quod explanat, verbis, *Domine saluum me fac, & psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Domini*, quærendam salutem non vt pœnas vites, aut in cælo regnes, sed vt Deum in æternum, cum illis laudes, qui hoc loco beati dicuntur, quòd habitantes in domo Domini, in sæcula sæculorum laudent eum. In septem sapientum sympolio, de quo Plutarchus [i], cum iniectus sermo esset, quænam maximè felix domus foret, pronunciant Solon, in qua pecuniæ bono comparatæ modo, nec earum custodes haberentur insidi, nec erogatis subsequeretur pœnitentia: Bias, in qua per se dominus existeret talis, cuiusmodi extra est ex lege: Thales, vbi pingui otio domino perfrui liceret: Cleobulus, si plures multo essent, qui dominum amarent, quàm qui reformidarent: Pittacus, quæ tum necessariis, tum redundantibus superfluerent: Chilon, quæ administrationi regiæ assimilis esset. Lycurgus, quæ democratix. *Beatum dixerunt ipsi populum, cui hæc sunt* [k]: sed *beatus populus, cuius dominus Deus eius*: in quo, & in cuius domo illa eadem, multóque plura, ac meliore & perfectiore sunt modo: tum illud Thaletis pingue ocium, atque adeps & pinguedo, quæ repleat animam, facit *vt beatus labiis exultationis, oreque laudet Deum* [l]. Non tam beatus quis suomet proprio bono, quàm Dei laude gloriáque, vt ideo passim *gloria* vocabulo beatitudo ipsa, inter cætlas alias, nominari soleat. Cum Angelicæ substantiæ politia in cœlis corona æternitatis, brauio, assignat beatis Tertullianus [m] gloriam in sæcula sæculorum, vt scilicet exemplo angelorum vnà omnes *in templo illo cælesti dicant gloriam* [n], & sint iudæi secundum spiritum, confitentes & laudantes Deum, *& cantantes canticum in terra Iuda* [o], hoc est, in terra viuentium, vbi sicut *tam viuens, à Deo* [p], ita Deo ab vnoquoque beato. Ibi gaudium, & lætitia, gratiarum actio, & vox laudis [q]. Nec enim dubitandum, quin laus Deo per os deferenda sit post resurrectionem à beatis; & tono vocis totóque corpore non animo solo. Admoneor, ait Augustinus [r], etiam sanctè cantico, vbi lego vel audio; *beati qui habitant in domo tua, Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te*, Omnia membra, & viscera incorruptibilis corporis, quæ nunc videmus per vsus necessitatis varios distributa: quoniam tunc non erit ipsa necessitas, sed plena, certa, secura, sempiterna felicitas, proferent in laudibus Dei. Subdit quòd omnes harmoniæ corporalis numeri externi, interni cum cæteris rebus, quæ ibi magnæ ac mirabiles videbuntur, rationales mentes in tanti artificis laudem, rationalis pulchritudinis delectatione succendent: denique, quòd erit Deus finis desideriorum nostrorum, qui sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatione laudabitur: hoc munus, hic affectus, hic actus profectò erit omnibus, sicut ipsa vita æterna communis.

Beati qui habitant in domo tua Domine.] Additum est, *Domine*) nec est in psalterio Gallicano seu Ambrosiano, non solùm in textu Hebræo, Chaldæo, Græco. Chaldæus autem vertit, *beati iusti qui habitant in domo sanctuary tui in sæculo ipso*, quamuis in editione Nebiensis desint vltimæ dictiones tres.

In sæcula sæculorum laudabunt te.] Hieronymus, *adhuc laudabunt te*. In Romano psalterio, & apud Cassiodorum, *in sæculum sæculi* apud Arnobium, *in æternum*. Particulam עוד *hhod* ita nonnulli explicant [a], cùm significet *adhuc*, ô beatos cùm qui domi tuæ habitant, tum qui te laudant: vel adhuc, semperque aderit, nec vnquam deerit illis occasio laudandi te. Trenetus indicat de captivis esse sermonem, qui adhuc sperent fore, vt redeuntes in terram promissionis, templumque, laudare Deum queant. Tamen recte Hebræam particulam interpretes transtulerunt, quia significat semper aliquid superesse, hoc autem loco, semper superesse futuram laudem. Valet עד *hhod*, sicut & עד *hhad sæculum*, vel *æternitatem*, quod exponi solet per, *vltrà, duranonémve absque fine*. Paraphrastes duplicis temporis distinguit laudem, præsentis ac futuri, *beati iusti qui habitant in domo sanctuary in sæculo ipso, rursus laudabunt te in sæcula sæculorum*. Exercent se videlicet in hac vita iusti in eo opere, quod semper in futuro sæculo facturi sunt: hicque quoad licet, *benedicunt Dominum in omni tempore, & semper laus eius est in ore illorum* [b], donec eo perueniant, vbi nihil sit quod communem laudem impediat vel retardet. Quæ res quia summi momenti est, valdéque seriò meditanda, & maximi faciendæ, opportunè hic collocatur סלה *Selah*, & διάψαλμα, cuius iste vnus, inter alios, vsus dicitur, vt aliquoties monui.

Vers. 6.] Beatus vir, cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit.

Vers. 7.] In valle lacrymarum in loco, quem posuit.

Spes dilata affligit animum [c], & quidē quò ardentius desiderium speratæ rei fuerit. Propterea cum exposuisset vehementiam desiderij Propheta, & vt Augustinus loquitur, flammans desiderium in domū Dei, & in laudes Dei, & id accendisset in se, dum consideraret quàm felices essent, quibus potiri contingeret re illa desiderata, recusandi nimirum diuina tabernacula, atria, altaria, domum Dei, seu templum, ait felices etiam esse, qui, quamuis hoc nondum consecuti sint, tamen spem omnem suam in Deo collocant, abeóque omne auxilium & robur expectant; tali vero confisi, ac freti auxilio, licèt degant in loco humili, plenóque miseriarum procul à patria,

tanq u am

[a] psal. 2. 11.
[b] Apoc. 4. 8.
[c] Sapie. 9. 15.
[d] ser. 1. de dedicat.
[e] lib. 1. in Gen. fin. c. 3. Oecum.
[f] lib. 10 art. 9.
[g] ser. in can. Ezech.
[h] in symp. 7. sapie.
[i] psal. 143. 15.
[k] psal. 83. 5.
[l] Gloriæ vocabuli contendo usum in nemine nam ad Martyr. c. 3.
[m] psal. 88. 2.
[n] Esai. 66. 1. & 2. Cor. 4. 5
[o] Hier. 31. 23.
[p] lib. 22. de ciuit. c. 30.
[a] Campensis.
[b] psal. 33. 2.
[c] Prou. 13. 12. Senec. loco.

tanquam in valle lacrymarum, nihilominus certè apud se sunt, omninóque ab ingenti spe permoti, decreuerunt redire, & ascendere in optatum illum dictum locum, quem iam pridem Dominus constituit, atque tradidit ipsis ad inhabitandum, vtque ibidem ab iisdem religiosa peculiari cerimonia colerentur: & persuadent sibi non defuturas à Deo vires, ad superandos labores itineris ardui, tandemque ad scandendos templi gradus, optat & ipse propterea considerata grauedine corporis sui, & mole carnis, & desperatione quadam suborta, diuinum auxilium, rursúsque in spem euigilat, vt ait Augustinus, *cupiens liberari de corpore mortis* per gratiam Christi [a]. Alijs modis explanatur hic locus, de quibus posteà; sed sensu mystico, quē simul indicaui, facilè applicatur ad auxilium necessarium, vt perueniatur ad patriam cœlestem, & ad virtutes, per quas illuc tenditur, ascenditur, peruenitur, magis ac magis proficiendo in dies, dum hanc viuimus, eruminosam vitam.

[a] Rom. 7. 24.

Beatus vir, cuius est auxilium abs te.] Hieronymus, *beatus homo, cuius in te est fortitudo.* Hanc significat עז *hhoz* siue *robur.* Idem [b] ad Suniam & Fretelam monet meliùs reddi, *cui est auxilium abste*, quàm *cui est auxilium eius*, etiamsi Græcè legatur ὧ ἐστὶν βοήθεια ἀπ' αὐτοῦ, *cuius est auxilium.* Extat nunc tamen ἀπ' in datiuo. Augustinus & vetus psalterium, *cuius est susceptio eius abs te, Domine.* Id valet ἀντίλη-ψις. Additur quoque, *Domine*, à psalterio Romano, & à Cassiodoro, atque Chrysologo [c], & ἀνωγ in emendatis codicibus Græcis. Ambrosius [d] legit, *cuius est ipsi auxilium abs te Domine.* Paraphrastes, vt solet, pro, *abs te*, ponit, *in verbo tuo. Non derelinquit Deus præsumentes de ipso, sed præsumentes de se, & de sua virtute, humiliat* [e], *& deficiunt oculi ad auxilium vanum* [f], *qui autem sperant in Domino, immutabunt fortitudinem* [g].

[b] epist. 135.

ἀντίλη-ψις.

[c] ser. 85.

[d] de fuga sæculi. c. 1.

[e] Iudith 6. 15. Ether. c. 4. 17.

[f] Esa. 40. 31.

[g] Idem de fuga sæculi. c. 1.

Ascensiones in corde suo disposuit.] In aliis latinis psalteriis, & apud Augustinum, Chrysologum [h], Ambrosium [i], Gregorium [k], *ascensus in corde eius*, apud Cassiodorum, *ascensiones in corde eius*, rursus apud Gregorium [l], *ascensus in corde suo*, etsi alicubi [m] vsurpat lectionē nostrā. Sed Chrysologus legit, *ascensus sui in corde eius.* In quibus variis lectionibus differentia modica est, sumitúrque pronomen (*eius*) reciprocè pro (*suo.*) Hieronymus in versione ex Hebræo, *semitæ in corde suo.* Alij, *vias in corde eorum* aut, *semitæ altæ*, quas propriè significant מסלות *mesilloth* seu vias, vel eminentes vias medias, exaggeratis lapidibus stratas. Sed pro verbo, *disposuit*, & *disposuerunt*, est Hebraeū participium עברי *bhouere*, quod significat *transeuntes*; & inde nouum versum ordiuntur Hebræi; vt postea dicam. Suspicatur Agellius vertisse LXX. in imperatiuo διαβήτω, *transeat.* Tunc legissent verbum, non participium. Arbitror significari semitas illas in corde fuisse transeuntium, id est, tranfire ac redire volentium, ac viam istorsus versus templum mire ac tepetere omnino volentium. Quod LXX. per διὰ-βασις, optimè declarauerunt. Si suspitionibus locus datur, verisimilior fortassis hæc mea legendum per (ד) *daleth* עברי *bhouede operantes*, quod verbum dicitur de labore & cultura terræ; quasi dicas, ascensiones, id est, semitas illas altas, *in corde suo operantes*; ac veluti elaborantes. Quidtandem est sensus expressus clariùs à nostris interpretibus. Paraphrastes pro ascensioni-

[h] Ambr. de fuga sæculi c. 1. vel 7. & hom. 19. in Exod.

[i] Ambr. epist. in 126. num. 16. pag.

[k] Gregor. c. 1. vel 7. & hom. 19. in Exod.

[l] Ambr. epist. in 126. num. 16. pag.

[m] Gregor. c. 1. vel 7. & hom. 19. in Exod.

bus aut semitis in corde, interpretatus est fiduciam in illo. Sic esset primus sensus, vt ascensiones in corde ponere, sit quod dici solet, ex erecto corde, quale est eorum, qui confidunt. Secundus Vatablum auctorem habet, quòd haberent hi qui aberant, animum studiúmque suscipiendi itineris in domum Dei, & eò redire cuperent, séque redituros valde sperarent, nec aliud cogitarent magis, quàm quomodo peruenirent, fidentes plurimùm in auxilio diuino, vt omnem vincerent difficultatem. Verbum Græcum διέθετο, & Latinum *disposuit*, cui nullum respondet Hebraicè, indicare videtur firmum propositum, & quasi pactum iureiurando confirmatum. Tertium refert Vatablus ex Hebræis, vt beati censeantur, allegoricè loquendo, qui perueniunt ad cognitionem Dei, habéntque in sua mente methodos ac vias ad eum perueniendi, desiderando componere vitam ad illius mandata, séque ab ipso præscriptam viam: non autem quod eis videatur, iuxta Eliæ [a] monitum, *hæc est via, ambulate in ea.* Quartus apud Agellium, vt sint ascensiones מסלות *mesilloth* gradus illi, quos fecit Salomon in templo ex lignis thyinis, siue [b] piceis, appellantúrque his ipsis nominibus, Hebræo, & Græco; quos gradus vir iste, de quo psalmus, percupiebat, deperibat, in corde habebat. Mysticus ille tertius, & moralis sensus passim traditur a Catholicis enarratoribus, & ab alijs Patribus, quos citaui. Amando ascendi docet Augustinus, indéque cantari canticum graduum: Cassiodorus tot scandi gradus, quot quis auxilio Domini vitia vincit, totque quemque gradibus euehi, quot vitiis fuerit absolutus; & quantum in valle seu conualle lacrymarum, pœnitentiáque humilitate, satisfaciendo descenderit. Ex quo sequitur, vt quis virtutibus etiam ascendat & prouchatur, atque quotidie proficiat, *in priora extendendo se ipsum, posteriorum autem obliuiscens* [c], sicut è contrario, peccator descensiones in corde ponit, & quotidie decrescit, vt notat is quem vocant Hieronymum. Facit hic idem præterea de psalmis, quæ nominantur graduum cantica, mentionem, atque in singulis Psaltem procedere, proficere, ascendere in sublimiora, verbi gratia, in primo cantare, *Ad Dominum cùm tribularer, clamaui*; in secundo, *Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi*; in tertio, *Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi*; & sic de alijs. Nazianzenus [d] agens de profectu in virtute, vnà cum loco isto, vsurpat illud idem de concinendis canticis graduum; præterea de fructu, qui à trigesimo per sexagesimum, in centesimum desinat [e]: item de Isaac, de quo proditur, quòd *locupletatus ibat proficiens, atque succrescens, donec magnus vehementer effectus est* [f].

[a] Isa. 30. 21.

[b] 2. paral. 9. 10. 11.

[c] Philip. 3. 13.

[d] ora 13. post reditum.

[e] Marci 4. 8.

[f] Gene. 26. 13.

Addit scholiastes Nazianzeni Elias, cantica graduum esse quindecim psalmos, inchoando scilicet à 119. numero pares gradibus illis, qui erant in templo, in quos ascendentes illi, qui ad cantandum erant ordinati, illos ipsos concinebant; simul etiam in iis tractari de ascensu, redituque Iudæorum Babylone Ierosolymam versus: sed sublimiore sensu, dici eadem canere qui virtute proficiunt, quia qui versatur in peccato, deorsum agit in Babylone, hoc est, in confusione; inde autem non subitò ascendit, sed gradibus quasi quibusdam, id est progressibus virtutis, vt perueniat Ierosolymam, quæ significat visionem pacis: denique ascendentes canere graduū cantica,

descendentes

descendentes verò Ieremiæ lamentationes. Gregorius [a] in iisdem canticis graduum idem considerat, & quòd ad templum quod ex viuis in cælo lapidibus constituitur, non plena aut spatiosa peruenitur via, sed processu fidei & charitatis ascensu: & ascensiones istas in corde beati viri disponi in valle lacrymarum, in qua exilij nostri damnationem deplangimus, & innumerabiles corruptionis nostræ defletus molestias: hanc esse vallem, quam sancti viri mentis affectibus indesinenter exire disponant, & ad illud ineffabile bonum, ad illud inæstimabile gaudium ascendere, *quod nec oculus vidit*, &c. Attendit in quindecim templi gradibus vitam actiuam velut ex septem constantem, contemplatiuam ex octo, siue temporalem & æternam: & Salomonem vtramque petiisse (*da mihi Domine partes septem, nec non octo*) sed hoc tantùm accommodatitiè, quia in Ecclesiaste [b] sermo est ad alium, vt bene faciat alteri; *da partem septem, nec non & octo*. Item, quòd ille quindecim gradus ascendit, qui Dei amore correptus, temporalibus designatis per septem, gradatim contemptis, per scalas octo beatitudinũ ad sublimia prouehitur, *donec Deus deorum* (quod in hoc psalmo subiicitur) *in Sion mentis oculis videatur*. Adderem etiam *quindecim cubitis eleuatam aquis diluuij super montes aquam* [c]. Sed numeri decimiquinti mysteria, psalmorúmque quindecim, qui dicuntur cantica graduum, tractatio differenda in psalmum 119. Legatur interim Petri Bongi opus de mysteriis numerorum. Ambrosius [d] hortatur nos hac eadem sententia ad fugam sæculi. Quis tam beatus, ait, qui in corde suo semper ascendat? sed hoc sine auxilio diuino quî fieri potest? Nullo profecto modo. Profert exemplum *retrò respicientis vxoris Lot* [e], & oppositum Pauli *ad anteriora extendentis seipsum* [f], *festinantisq; ad brauium* [g]. Docet, qui vult ascendere, non læta sæculi, non amœna, non delectabilia, sed plena doloris & fletus sequi: Videtur alludere vallem lacrymarum, de qua mox mentio. Gregorius [h] præterea ascensus, ascensionésve ad contemplationis altitudinem refert, quia quos exterùs, inquit, in fleru continet conuallis humilitatis, eos interius subleuat ascensus contemplationis. Interpretatur [i] etiam profectum virtutum, dum peccator se lacrymis humiliter affligit in corde: tantóque veriùs intus ascendere, quanto quis per conuallem lacrymarum foris humiliùs iacet; honore oneroso (quod de se ipso deplorat [k]) hominem deprimi. Exteriùs proficiendo, interiùs cadere, deiici dum alleuatur [l], honoribus proficiendo, moribus cadendo. Chrysologum [m] credo accommodationis sensu recitare, *ascensus tui in corde eius*, dum tractans de Domino Christo ascendente in templum [n], scribit ascendere in templum pectoris & cordis nostri, atque in humani cordis excelso ascensus Dei esse: in cuius templo hic non ascenderit Christus, illum cœlum non ascensurum cum Christo. Hoc nimirum est quod Bernardus [o] monet non peruenturum ad Deum in montibus gaudiorum, qui ascensiones in corde suo non priùs disposuerit in valle lacrymarum: paucos post Iesum ire velle, cùm ad ipsum peruenire nemo sit qui nolit: velle frui, non imitari, conregnare, non compati, optare nouissima iustorum & mortem, non principia & vitam; non curare quærere, quem tamen desiderant inuenire, cupere consequi, sed non sequi. Repetit idem Pater [p], humiliato corde ascendere sanctos in cœlum de conualle plorationis, auxilio & gratia Dei, in conualle plorationis, hoc est, in humilitate vitæ præsentis: & nullum [b] Deo viciniorem gradum inter omnes quæ sub cælo habitant creaturas, quàm animam humanam esse; propterea ambulandum nobis in via cordis. Ioannes Vitalis Cardinalis [c] ascensiones istas in vario virtutum genere consistere ostendit, quas enumerat, quemadmodum & in commentario Aiguanus. Sponsam sponsus, vel amici sponsi cum quadam laudant admiratione [d], *quæ est ista, quæ ascendit de deserto*, id est, vt Nyssenus [e] explanat, quæ in dies facit maiores progressus in fide, charitate, gratia, maioráque ac euidentiora huius profectus & perfectionis edit signa; imò tanquam in theatrorum pompa alium & alium semper quasi personæ virtutis habitum assumit. Idem traditur à Psello [f], & Ambrosio [g]. Ascendendo, non volando attingitur summus scalæ gradus, quam vidit Iacob [h], & quam ad hoc propositum Chrysostomus [i], aliique mysticè interpretantur. Eiusdem verò Chrysostomi doctrina est, atque Gregorij [k], quòd nemo repentè fit summus, sed paulatim ad culmen virtutis, quasique per gradus ascẽdit, & peruenit, quod appellat Paulus [l]; *hominem qui intus est ac renouatur de die in diem*. Humilitas hac in re primatum tenet, quam hîc indicat tum vallis lacrymarum, tum constitutio auxilij fortitudinisve in Deo. *Sicut qui dixit in corde, in cælum ascendam, vsque ad infernum demersus est* [m], ita qui cor *habet humiliatum* [n], disponit in eo ascensiones, quoniam Deus id *non despicit* [o], *qui humilia respicit* [p], *& humiles exaltat* [q], *ponitq; humiles in sublime* [r]. Nam humiles, cùm se ex humilitate substernunt, ait Gregorius [s], altæ mentis iudicio cuncta temporalia transeunt, cúmque se indignos in omnibus æstimant, rectæ cogitationis examine huius mundi gloriam transcendentes, calcant. Iubemur *habere sursum cor*, non tamen ad nos, quod est superbiæ, inquit Augustinus [t], sed ad Dominum, quod est obedientiæ, quæ nisi humilium non potest esse. Est igitur, subdit ille, aliquid humilitatis miro modo, quod sursum faciat cor, & est aliquid elationis, quod deorsum faciat cor. Hoc quidem quasi contrarium videtur, vt elatio sit deorsum, & humilitas sursum. Sed pia humilitas facit subditum superiori: nihil est autem superius Deo, & ideo exaltat humilitas, quæ facit subditum Deo; Elatio autem, quæ in vitio est, eo ipso quo respuit subiectionem, & cadit ab illo, quo non est quidquam superius, & ex hoc erit inferius, & fit quod scriptum est: [u] *deiecisti eos dum extollerentur*. Reprehendit Christus *cogitationes ascendentes temerè in corda nostra* [x] non eas quas bene atque *in iudicio* [y] *disponimus*, & ascendere aptè facimus non de vna vel altera, sed de pluribus virtutibus, tanquam gradibus componentibus scalam paradisi, vt cum Christo *baptizati, statim ascendamus de aqua* [z], tandémque cum eodem in cœlum. Iacemus in magno profundo, propterea disponendæ ascensiones altæ, vt philosophatur explicans psalmum sextum pœnitentialem, vnum de gradualibus, qui ad ascendentes, inquit, pertinet. Assignatur à B. Benedicto, Bernardo, aliis, scala humilitatis cum gradibus duodecim,

quos

a prœm. in ps. 6. Pœnit.
b cap 11 8.
c Gen. 7. 20.
d de fuga sæculi c. 1.
e Gen. 19. 26.
f Philip. 3. 13.
g ibid. ver. 14.
h 30. Moral. c. 25. vel 28.
i hom. 19. in Ezech.
k lib. 7. epist. in 126.
l psal. 72. 18.
m Ser. 85.
n Ioan. 7. 10.
o serm. 21. in Cantic.
a serm. 5. de assump. beat. Mariæ.
b ter in id ex ps. 24. audiam quid loquatur.
c in speculo morali, verbo virtus.
d cant. 3. 6.
e ibid. orat. 6.
f ibid.
g de Isaac. c. 5. ser. 14. & 19. in psal. 118. epist 62.
h Gen. 28 12.
i hom. 82. in Ioan.
k hom. 15. & 22. in Ezech. & 12. Moral. cap. 14. 2. Cor. 4. 16.
m Esa. 14. 13.
n in ps. 50. 19.
o ibid.
p psal 112. 6.
q Esther 12. 11. Iob 5. 11. r Iob 5. 11.
s 6. moral. c. 8. vel 10.
t 14. de ciuit. cap. 03.
u psal. 72. 18.
x Luc. vlt. 38.
y ps. 111. 4.
z Mat 3. 16.

quos Hugo hic attingit, & versibus comprehendit,

Qui timet, & nil vult patiens pavénsq;, fateatur,
Se: omnia præfert alios, nil singulus audet:
Absque loqui, risuq;, grauis, stat pronus vbique.

Aliam ascendendi modum idem Hugo ait esse per opera misericordiæ, quæ sex à Christo numerata [a], comparat cum totidem gradibus, quibus ascendebatur ad Salomonis thronum [b]. Tertium per contemplationem, cuius totidem sint gradus, in septem gradibus adumbrati, quos Ezechiel [c] vidit *ad portam templi, quæ respiciebat ad austrum*: contemplari namque nos posse quæ sunt solùm, vt lapides; quæ viuunt, vt plantas: quæ sentiunt, vt animalia bruta: quæ discernunt, vt homines; quæ comprehendunt, vt angelos, animásque beatas, Christi humanitatem, & quæ pertulit in carne [d], diuinitatem eiusdem, ac Trinitatem totam. Hoc demum est *adipisci in cœlo ascensiones suas*. Hebraicè (*ascensiones* pluraliter) *& fasciculum suum super terram fundare* [d] (exemplo Dei, *qui in altis habitat* [e]) nempe vt in religens *in fasciculo viuentium* [f], & eorum qui designati sint habitatores *terræ viuentium* [g], qui locus est quem posuit Deus prædestinatis, & idem etiam, si sint adulti, per cooperationem. Idem valere potest fundatio ἐπαγγελίας, *repromissionis*, iuxta textum Græcum. Cyrillus [h] quoque in iisdem verbis spectat scalam illam Iacob, *per quam angelos ascendentes & descendentes vidit* [i], de qua etiam non nihil antea diximus. Isti sunt quoque gradus singuli, *per quos Iob* [k] *pronunciare volebat librum, & quasi principi offerre*, nimirum Deo. Scalas diabolicas diuinis cõtrarias Hugo subtiliter attingit. Omnia porrò quæ adhuc attuli, complexus videtur Euthymius, dicens quòd homo excogitauit intra se gradus, atque ascensus quosdam à sensibilibus ad intellectualia, à peioribus (dici potest à minùs bonis, & imperfectis) ad meliora, & per hanc scalam gradatim ad alta & diuina conscendit. Theophylactus [l] adaptat hunc locum *Zachæo, ascendenti sycomorum* [m]: tali namque ascensione pœnitentiam designari, qua quis omnem voluptatem ac dulcedinem, quæ per ficum insinuatur, infatuat, & mortificat.

In valle lacrymarum, in loco quem posuit.] Inchoant hinc Hebræi versum, & Hieronymus, & Græcus textus codicum Complutensium, Regiorum & aliorum: in textu autem Theodoreti dispunctio incipit à verbo (*disposuit*) ex priore membro. Sed bene monet Genebrardus, distinguentes aliis in libris Hebræorum accentus, quorum quoque recentior inuentio est, vt & pũctorum, suum illum in psalmis distinguendi vsum non habere; sed metrum dumtaxat, quemadmodum in aliis linguis Poëtæ, vnius versus sensum in alterum protendunt. Hieronymus autem, nectens quatuor sequẽtibus verbis, & Hebræum participium plurale spectans, ita reddit, *transeuntes in vallem fletus fontem ponent eam*. Alij, *transeuntes per vallem mori, vel pyri, seu moris, aut pyris abundantem, ideóque aridam, vel per locum aridum nominatum Habbacha, fontem ponent eam*, id est, iis qui adibunt, freti auxilio Dei, & ascendent in templum, nihil deerit in itinere quantumuis arenti, & sicco, quia vbicumque effodient, largæ existent aquæ, vel, *effossas cisternas* (quod sequentibus hic verbis Hebraicis quoque significari volunt) *implebunt pluuia*, iuxta illud Esaiæ [n], *aperiam in summis collibus flumina, & in medio camporum fontes. ponam desertum in stagna aquarum, & terram inuiam in riuos aquarum.* Hebræa sic habent עֹבְרֵי בְעֵמֶק הַבָּכָא מַעְיָן יְשִׁיתוּהוּ *hhouere vebhemek habbacha maiian iesithuhu.* De primo vocabulo pridem iam docui esse participium, significans *transeuntes* &, si lis cum (דֹּ) *daleth*, *operantes*, seu *laborantes*, & vt iungitur præcedenti membro, quàm aptè redditus sit sensus per *dispositi*, & *disposuit*. Trecutus transeuntes non intelligit redeuntes, sed in ipsa captiuitate huc illuc eunles, ob incertitudinem habitationis, & vallem lacrymarum esse ipsammet regionem exilij, quam captiui ipli ponat vallem lacrymarum, id est, tam abundanter flendo, efficere videantur vallem lacrymarum, fletusque. Sed traditus melior sensus, de quo adhuc paulo post. Difficultas est in tertio & quarto. Nam הַבָּכָה *habbacha* quidam asserunt, vt Varablus meminit, esse nomen proprium loci, vel etiàm vnum compositum cum secundo, *Hemek habbacha*. Alij volunt literam (הֹ) *he*, esse seruilem ac demonstrantem, nomen per se esse בָּכָה *bacha*, quod significet arborem morum, vel pyrum, quam pyrum pro illa ponit Hieronymus alibi [o], vbi est idem nomen, vt vallis talium arborum denotet aridam terram, in qua solent prouenire. Catholici veteres tum Græci, tum Latini post L x x. recipiunt motionem fletus: eum enim planè significat verbum בָּכָה *bachach*, literæ autem (הֹ *he* & אֹ) *aleph* facilè permutantur. Lego quidem apud Iosephum [p], Bacam vicum, qui terram ditimit, & ad quem vsque latitudo Galilææ superioris inde à Bersabee incipit. Sed non video quid ad rem præsentem faciat. Pro, (*in valle lacrymarum*) *in conuallc* legunt psalterium Romanum & Cassiodorus, Arnobius, Gregorius [q], quamuis aliquando [r] etiam *vallem*: Ambrosius [s], *in conuallc fletus*, Augustinus, Bernardus [t], *in conuallc plorationis*. Romanum psalterium, *in conuallem lacrymarum*, qui etiam casus accusatiuus extat Græce, εἰς τὸν κοιλάδα τὴν κλαυθμῶνος. Sed siue ploratum, siue fletum, siue lacrymas, siue planctum dixerimus, vnus est sensus; & nos hoc sequimur, ait Hieronymus [u], vt vbi nulla est de sensu mutatio, Latini sermonis elegantiam conseruemus. Aliud nomen מַעְיָן *mahhian fontem* rectè transtulerunt ex Hebræo; sed L x x. absque dubio legerunt מָעוֹן *mahhon*, quod significat *locum*: vel certè significationem eandem habebat olim מַעְיָן *mahhian* per commutationẽ (י) *iod* ex (ו) *vau*, quia psalmo quoque 86, [x] idem nomen מָעוֹן *mahhian* redditur *habitatio nationis*, quod nunc *locus*, τόπος. Postrema verba (*quem posuit*) commodiùs referuntur ad eum qui appellatus est *beatus, & cuius auxilium à Deo, & ascensiones disposuit in corde suo ac in valle lacrymarum*; vt nempe ille idem dicatur eandem vallem posuisse, & sit sensus. Beatus vir, cuius est auxilium à Deo, & qui ascensiones, in templum in monte positum, nec non etiam in cœlum, in corde suo disposuit, ad ea suspirans & anhelans loca; idque adhuc in valle constitutus lacrymarum, humili, flebili, ac luctuoso loco vel captiuitatis, vel mundi huius, quem locum posuit ipsemet sibi, quia sua culpa tum actuali, si de adultis agatur, tum saltem originali, & parentum primorum voluntate veluti elegerunt. Tropologicè etiam beatus censeri potest, qui hunc mundi locum ponit, ac facit sibi vallem ploralionis, fletus, lacrymarum, quibus diluat peccata, & pro cœlestis patriæ desiderio lugeat atque suspiret.

[a] Mat. 25. 35. &c.
[b] 3. Reg. 10. 19.
[c] c. 40. 22. 24.
[d] Amos 9. 6. epi. 112 5.
[e] 1. Reg. 25. 29 & pl. 26. 3. & 51 7.
[f] in Amos 9. 11.
[g] Gen. 28. 12.
[h] c. 31. 37.
[i] in c. 19. Luc
[k] in Luc. 19. 4.
[l] c. 40. 18.
[m] c. 30. Mor. cap. 15. vel 19. ho. 19. in Ezech. li 7. ep. in 1. 6. & proœm. in pſ 6. princ.
[n] 1. hexa. c. 1. & cl. 3 in pl. 118.
[o] de as sump. b. Virg.
[p] 3. de bello c. 2.
[q] 2. Reg. 5. 23. 24.
[r] ep. 135.
[s] h. verſ. vlt.
[t] Tropologicum ſenſus.
[u] ep. 135.
[x] verſ. vlt.

Quæ tropologia nihil, parumve differat a literali sensu: & minùs aptè vallis lacrymarum intelligitur de guttis aquarum, quæ per effossionem defluerent instar lacrymarum: *sunt nobis panes hic lacryma* [a], *potúsque cum fletu miscetur* [b]. Prouidens dispositus Dominus (ait Ambrosius [c], qui videtur de illo interpretati verba ista, *in loco, quem posuit*) in hoc mundo testamentum suum, vt magis hic fleamus peccata nostra, quàm flenda seruemus. Lacrymarum vallem vocat Ecclesia mundum istum, in quo mortales degimus, in solemni antiphona, qua B. Virginem salutat, precatúrque. Si angeli oratione filij Israel permoti, *eleuauerunt vocem & fleuerunt*, *vocatúsque est locus flentium* [d], *siue lacrymarum* בכים מקום *makom bochim* τόπος κλαυθμῶν, multo magis merebitur hic mundus id nomen, vbi *beatos* prædicat Christus *lugentes* [e]; *væ* dicit *ridentibus* [f]: prædicit fore vt discipuli plorent, fleant, contristentur, mundus & mundani gaudeant [g]? Basilius vel Theodoretus, & Euthymius hoc loco, & præterea Elias [h] Cretensis, etiam ad literam volunt innui à Dauide dictum locum flentium. Non displicet Caietano. Idem sentiunt alij, vt Agellius de loco illo, qui vocatur in historia Regum [i]. Latinè quidem *pyrum*, sed Græcè κλαυθμών *fletus*, aut ἄλσος τῶν κλαυθμώνων *nemora fletuum*: Hebraicè בכים *bechaim*. Sequor communiorem sententiam, satis, vt opinor, huc vsque declaratam. Nisi autem personæ absque necessitate permutandæ non essent, verba illa (*in loco, quem posuit*, Græcè εἰς τόπον *in locum*) possent exponi de Deo, qui posuerit & constituerit sibi templum, cùm soleat appellari *locus Dei* [k], & מעון *mahhon*, quod nomen hic quoque diximus videri lectum à Lxx. vel eamdem significationem cum ipso habere posse מעין *mahhian*. Fauet psalterij Romani versio, *in locum quem disposuisti ei*, & Augustinus, atque Cassiodorus legendo, *in locum quem disposuit*, quem explicant de loco beatitudinis, qui sic simpliciter nominetur locus absque addito, quia pro dignitate concipi exprimíve non possit. Id tamen etiam adhuc potest conuenire illi ipsi, qui desiderare canitur ascendere siue in templum, siue in cœlum, ita vt hæc posuisse dicatur sicut & *ascensiones in corde*, quæ denotant desiderium, quia omnino infixerit in corde, animóque, & penitùs deliberauerit re ipsa exequi, fretus auxilio Dei. Denique Deus item intelligi potest locum posuisse hanc vallem lacrymarum hominibus ad certamen, quod Hieronymus [l] docet, vt vincentibus coronam daret. Hugo, & alij consentiunt. Sed quòd ille *ponendi* verbum dialecticè sumit pro propositione; ex qua quidpiam colligitur, per quandam accommodationem concedi potest. Caietanus Hebræam versionem secutus, *transeuntes in valle fletus, fontem ponent illam*: declarant quòd afflictu domum Dei habebunt vt fontem refrigerij, gratiarum, consolationum: vel si de loco flentium, qui memoratur in libro Iudicum [m], vt diximus, velit quis intelligere, dicit sensum esse, quòd Israëlitæ videntes affluentiam diuinorum beneficiorum ex templo, transeuntes in valle fletus, id est, recordati violati fœderis diuini, & monitionum, atque comminationum, non solùm flebunt, sed fontem lacrymarum ponent, efficiéntque vallem lacrymis plenam, recognoscendo quantum damnum incurrerunt propter idololatriam. Hic vltimus Caietani dicendi modus iuuat communem sententiam, facítque non parum ad tropologiam de lacrymis, quarum alias in hoc opere vsitatem non semel tractauimus. Fauet etiam Paraphrastes, *peccatores qui transeunt per profundum gehennæ, flentes fletus, sicut fontem ponent illum*, hoc est, non tantùm damnatis *erit fletus* [a] perpetuus absque fructu, sed pœnitentium in hac vita *oculi deducent exitus aquarum, quia non custodierunt legem Dei* [b], cum mente atque cogitatione per interni transibunt profundum, æternáque supplicia animo voluent attento.

a Matt 8.12.c. 13.42.50.c 22. 13.c.24.52.c. 25.30.
b psl.118.136.

Vers. 8.] Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus deorum in Sion.

Sensus loci.

NE quis arbitretur desiderium illud spirituale vel concipi, vel, quod est difficilius, in opus deduci propriis viribus posse, perueniendi in templum, multóque magis in cœlum, non contentus antea significasse non nisi Dei auxilio hæc obtineri, nunc pollicetur sibi suíque similibus, qui ab eiusdem Dei pendeant auxilio, istius præsentiam auxilij. Quoniam, inquit, is qui legem populo suo peculiari dedit, & certum sibi locum, in quo ab illo coli vellet, delegit, vtque in eum ter minimum in anno ascenderent, præcepit, liberaliter tribuit facultatem, virésque illuc perueniendi, & vt se ipsis robustiores, atque robustiores procedendo ac progrediendo in itinere suscepto facti, tandem perueniant in montem Sion, & in templum ibi constructum, vbi scilicet omnium deorum Deus, vereque ac propriè vnicus Deus, modò quodam singulari per oracula videtur, & auditur. Anagogicè autem locus hic ad iter in cœlestis montis beatitudinem spectat, & ad benedictiones gratiæ, munerúmque diuinorum, quæ Christus euangelicæ legis auctor, post veterem, quam etiam tulerat, beatitudinum, quas prædicauit cum aliis mandatis & consilijs, quibus promisit felicitatem consequendam per variarum virtutum actus.

Etenim benedictionem dabit legislator.] Hieronymus, *benedictione quoque amicietur doctor*, videlicet, vt exponit Treuetus, Iesus filius Iosedech, qui in reuersione de captiuitate futurus erat princeps sacerdotum, & docturus populum, vt reuerteretur, & benedictione tanquam vestimento circumdandus. Esset hoc pacto allusio ad visionem Zachariæ [c], *de ablatis illi sacerdotum principi vestimentis sordidis, & imposita ei cidari, atque vestibus nouis.* Caietanus eandem versionem secutus, extendit ad plures doctores, vestiendos benedictionibus internarum virtutum; vt non verbo tantùm, sed & vita, exemplóque doceant. Campensis ad quemlibet talem doctorem, qui benedictionibus, id est, gratulationibus aliorum ornetur. Vertunt alij ex Hebræo, *etiam piscinas, seu cisternas operiri pluuia*, vel, *operiet, teget, replebit*, aut, *operientur illæ pluuia, tegentur, replebuntur*, vt ascendentibus in templum captiuis, aut aliis, aqua non desit, quæ per fontem quoque proximè præcedentibus verbis, iuxta translationem ex Hebræo (fontem ponunt, seu ponent eam) significa-

c c.3.3.4.5.

batur

a psl.41.4.
b psl.101.10. cin psal. 118. ser. 13.
d Iudic.2.5.
e Matt 5.5.
f Luc.6.25.
g Ioan.16.20.
h in Nazian. ora. 21. post reditum.
i 2.Reg.5.13. 23.
k psl.67.6.
l prolo. in Zacha.
m c.2.5.

batur. Sic est Hebraicè גַּם בְּרָכוֹת יַעְטֶה מוֹרֶה *gam berachoth iahtsch moreh*. Hieronymus vertens in singulari vtitur legisse בְּרָכָה *berachah*, quod significat *benedictionem*, per *ifere* autem sub (ר) *piscinam* siue *cisternam*. Vnde, vt aliàs monui, factum, vt benedictio dicatur de largitione affluente, veluti in similitudinem cisternæ aquis plenæ. Valet quoque מוֹרֶה *moreh* tum pluuiam, tum docentem, siue doctorem, tum doctrinam ipsam. Ab eadem radice יָרָה *iarah* deducunt aliqui *legis* vocabulum תּוֹרָה *thorah*. Quare bene pro doctore legislator hoc loco redditus est: & pro piscina benedictio, aut pro piscinis benedictiones, quæ sunt item in plurali numero Græcè. Quòd autem qui iam transferunt de doctore ipso, aut legislatore, quòd sit amiciendus benedictione, potest exponi non tam pro se, quàm pro aliis, maximè iuxta mysticum sensum de doctore ac legislatore Christo. Paraphrastes quidem de diuersis à legislatore interpretatur, *atque benedictionibus operiet Deus eos, qui immorantur in doctrina legis sua*, aut ex versione Nobiensis, *atqui benedictione amicientur qui vsquam vt discant legem tuam*. In psalterio Gallicano, & Romano, apud quæ Cassiodorum, Chromatium [a]; Gregorium [b], *etenim benedictionem dabit qui legem dedit*. Augustinus eodem pacto, nisi quòd legit, *nam & Benedictiones* etiam pluraliter Latinè habent aliquot codices, nec non Chromatius [c]. Per eum qui legem dedit, intelligunt eundem auctorem vtriusque legis, qui pressis iugo veteris, contulerit in noua benedictionem gratiæ, quæ lex quoque gratiæ nominatur. Innuunt Euthymius, & Nicephorus hic significari τὰς μακαριότητας *beatificationes* siue *beatitudines*, quas prædicauit Christus apud Matthæum [d], & Lucam [e]. Chromatius [f] magis diserte id tradit, docens quòd Christus in montem (quem ipse Olueti putat esse) discipulis ductis, id est, terrena iam relinquentibus, superna petentibus, in alto positis, prouisas olim benedictiones diuino munere largitus est, secundùm quod Dauid antè testatus fuerat, dicendo, *etenim benedictiones dabit qui legem dedit*. Adiicit præterea, quòd idem in dicto monte benedictiones apostolis dedit, qui iam dudum in monte Sina Moysi legem tradiderat, probans se esse vtriusque legis auctorem, quod inquit à Ieremia [g] vocari *testamentum nouum*. Eamdem Gregorius [h] assignat allegoriam, dum tractat etymologias nominum *Cis*, & *Abner*, pro duro, & filio lucernæ, ita vt lucerna & durus eiusdem patris filij esse dicantur, docetque significare quòd à Deo est, & quòd scriptura sancta austerum præcipit, & virtus exterior duræ conuersationis. Frater quippe, ait, lucernæ durus est, quia gratiam implendæ legis ab eo habet, à quo ipsa lex ortum habet. Vnde & Psalmista confidenter repromittit dicens, *etenim benedictionem dabit qui legem dedit*. Legem quippe dare, est præcepta vitæ electis proferre: benedictionem etiam dare, est gratiam implendæ legis impendere. Appellatur etrebrò Christus *legislator*, aut *legifer*, *doctor*, *præceptor*, *magister* [i] *noster*, ipséque voluit *ne vocarentur magistri, quia vnus ipse idem esset magister noster* [k]; & approbauit eos qui vocarunt ipsum *magistrum, & dominum* [l]. *Vnigenitus enim filius, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit* [m], *& in eo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi* [n]; *& factus est nobis sapientia à Deo* [o], *qui præcepit audiri a nobis* [p], *quam locutus est nobis* [q] *& c.* [r], & promittens Moysi, minatus est simul audire detrectanti [s], vt expositimus in Actibus Apostolicis [t] post Petrum, Stephanum, Eusebium [u]. *Decebat tanquam potestatem habens* [x], *& sabbati dominus* [y], id est, legis: *& legem ipsius nouam insulæ etiam expectauerunt* [z], *exeuntem de Sion* [aa]. *Benedictus hic venit in nomine Domini* [bb], *& matrem reddidit benedictam in mulieribus* [cc], immò in cunctis hominibus. A summo ipso sacerdote iam maledicto cognominatus est *Filius Dei benedicti* [dd], *qui Deus benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in illo* [ee], & ille *benedictos appellauit Patris*, percipiendum dabit nobis *regnum* [ff]. *Excelsus hic Deus noster in fortitudine sua* [gg] (in qua dicuntur sequenti membro ituri) *& nullus ei similis in legislatoribus* [hh], aut in doctoribus *vt doceat vtilia* [ii], & vitare pericula, simul vires ad ea superanda præbendo, & nos ipsos admonendo conditionis nostræ humanæ [kk], & quàm sit necessarium *præuenire nos in benedictionibus dulcedinis* [ll], *& vt sint super caput nostrum* [mm], *confirmétque domos filiorum benedictio patris* [nn]. Legislatores alij vel non curant, vel etiam non possunt dare benedictionem, id est, vires ad legem perficiendam, nec præmiant perficientes, sed puniunt prævaricatores illius. *Irriguum superius inferiusque* [oo] *dat* noster legislator מוֹרֶה *moreh* sic, vt dixi, dictus etiam ab irrigatione.

Ibunt de virtute in virtutem.] Hieronymus, *de fortitudine in fortitudinem*. Alij, *de turma ad turmam, de cumulo ad cumulum, de caterua ad caterua, de exercitu ad exercitum*, item *de opulentia ad opulentiam, de doctrina in doctrinam, de academia in academiam*. Hoc est ibunt turmatim, vulgò (*di squadrone in squadrone*) in templum; vel crescet eorum doctrina adeò, vt eam videat quisque in Ecclesia, aut donec perueniant ad perfectam Dei notitiam. Sed *opulentiæ* vox indicat à captiuitate recuperandam pristinam opulentiam: ac maiorem etiam illa: *fortitudinis*, vires ac robur, tum verò, vt vincant itineris difficultates, & perueniant alacres ad templum, quò legislator sanxit omnes Hebræos minimum ter in anno conuenire. Quod per anagogem conuenit itineri in cœlum. Nomina חַיִל *chail* & *dynamis* non significant propriè *moralem virtutem*; sed ea quæ dixi, præsertim *robur, & exercitum*: præterea, *murum*, vel *fossam*, quæ minimè sunt ad rem, vt notat Ricardus Cenomanus. Non tamen malè de morali virtute exponitur, quæ vocatur Græcè ἀρετὴ etiam ab Euthymio, Nicephoro, Basilio, Theodoreto; quia δύναμις ψυχῆς μοριακὴ τυγχάνει οὖσα, vt primi duo docent, id est, *facultas animæ corroborata virtus est*. Latinis passim hic placet sensus, ex quibus Augustinus præter Cassiodorum, Gregorium [pp], & alia Latina psalteria, vsurpant verbum (*ambulabunt*) pluraliter autem (*à virtutibus.*) Virtutem verò in quam eatur, & ambuletur, ἀναγωγικῶς Christum ipsum interpretantur, *qui est Dei virtus* [qq] (id etiam Athanasius [rr] docet) vel complementum virtutis in statu beatitudinis. Conueniunt quoque omnes, indicari processum, & quasi ascensum illum, de quo prius actum est, gradusve, & scalas, per multiplicia Dei dona vel gratis data, vel præsertim quibus meliores efficiamur, atque propio-

a Theod. in c. 5. Matt. b Hieron. in 1. Reg. c. 14.

c supra.

d c. 5. & seq. e Luc. c. 20. & seq. f Chrom. in cap. 5. Matt.

g c. 31. 31. h Greg. lib. 5. in 1. Reg. c. 14.

Gratiam impl. ad legis habemus ab ipso legis authore.

i Esa. 30. 20. c. 51. 22. & 55. 4. Ezech. 2. 21. Oseæ 10. 12. Mich. 4. 2. Ierem. 31. 34. k Mat. 23. 10. l Ioan. 13. 13. m Ioan. 1. 18. n Coloss. 2. 3.

o 1 Cor. 1. 30. p Matt. 17. 5. q Heb. 1. 2. r Deut. 18. 18. 19. s c. 5. 22. 23. c. 7. 37. t c. 3. demõst. c. 2. lib. 3. c. 11. u Matt. 7. 29. x Luc. 4. 5. y Ioa. 4. 2. 4. z c. 2. 3. aa Psal. 117. 26. Matt. 21. 9. bb Luc. 1. 28. cc Marc. 14. 61.

dd Ephe. 1. 3.

ee Matt. 25. 34.

ff Iob 36. 22. gg Esa. 48. 17.

hh Psal. 32.

ii Psal. 20. 4. kk Prou. 10. 6. ll Eccl. 3. 11.

mm Iudic. 1. 15.

nn Ioan. 1. 16. oo Ioan. 4. 14. pp Mor. c. 14. vel 20.

qq Sensus anagogicus. rr 1 Cor. 1. 18. bis 2. de Trin.

res beatitudini, ad quam tendimus. Basilius, aut Theodoretus progressionis istius exempla in pietatis exercitio spectantes, dant à precatione ad hymnodiam, ab hymnodia ad supplicationem, ab hac ad diuinorum oraculorum lectionem, vt sic singulis diebus à virtute ad virtutem transeuntes, diuitias nostras auctiores reddamus. Euthymius addit à lectione ad imperfectorum quorumlibet admonitionem, atque exhortationem, ab exhortatione ad gratiarum actiones, Deique laudem. Item ab humilitate ad luctum, ex hoc ad compunctionem. Demum à virtute donorum Dei, quæ hîc in terra nobis præstantur, ad eorum virtutem, quæ in cœlorum regno tribuentur. Virtutem intelligit aut lumen gloriæ, aut aliarum, quæ nos efficiunt sanctos, perfectum statum. Augustinus virtutem ad quam itur, & Christum interpretatur (quod innuit etiam Nyssenus [a], & Bernardus [b], & contemplationem Dei per virtutes, quas vocat actionis, & non erunt ibi earum actus necessarij, vt discretio inter bonum & malum, quia nulla occurrent mala; subuentio alienæ indigentiæ, cui subueniatur, quod refert ad iustitiam: non temperantiæ actus, vbi nulla erit libido refrænanda; non fortitudinis, vbi nulla mala toleranda.

a ho.6.in Cât.
b in ps.34.

Communior opinio est, remansuras in beatis virtutes etiam morales, quas hîc habebant, & nonnullum actum habituras, vt amoris erga obiecta propria, mediáque quæ ad illa pertinent; nec non delectationes de illorum adeptione reali, vel apprehensa, & cuiusdam desiderij absoluti de continuatione illarum virtutum, hypothetici autem, operandi eo modo quo in via, si se offerret occasio: & odij fugæque circa vitia & mala opposita, sed absque tristitia. Quæ passio cum cæteris, quatenus repugnant beatitudini, non egebunt moderatione moralium virturum. In quo sensu Augustinus tantùm negat locum ibi virtutibus istis esse. Lege recentissimum de nostris theologum [c] Ioannem Salas, qui plures alios citat. Idem certè Augustinus [d] locis aliis ostendit ex professo, virtutibus locum esse in beatitudine, ac nonnullis actibus earumdem, vbi conspicit veritatem anima, manet immaculata, nihil molestiæ patitur, vni Deo subditur, cæteris supereminens creaturis, quas illas quatuor, inquit, virtutes perfectas, atque consummatas appellari posse. Hieronymus [e] processu de virtute in virtutem innuit vult præsentia bona futuris cumulari, sicut cùm bis iubet nos Apostolus [f] *gaudere*, vt & è contrario per duplicem conturbationem, & vt 6 significantur præsentia & futura mala. Reuocari porrò huc possunt quæ disputata sunt prius de ascensionibus in corde dispositis, & à Gregorio [h] scribuntur, vbi explanat *singulos illos gradus, quos pronunciare Ieb* [i] *volebat*; & illustrat parabolo seminis germinantis & increscentis, ac *fructificantis primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica* [k]; & Danielis [l] exemplo, qui positione corporis sui, quam insinuare studuit, hæc meritorum incrementa signauit. Monet etiam in vna eademq; virtute distinctis ordinatisque modis; quasi quibusdam gradibus ascendi, hócque innuit similitudine illius, quem vidit Ezechiel [m] *mille cubitos mensum, se vero transiuit tum*

c in 1. 2. tract. 1. disput. 7. sect. 11. & in 2. tract. 11. disput. 7. sect. 4. de musica c. 16. quæ lege quo nec 14 de cinit. c 9.
e lib. 1. in c. 6 Ezech.
f Philip. 4. 4.
g Ezech. 16 23. Apoc. 18, 23.
h 22. Mor. c. 14. vel 20. & hom. 15. in Ezech. 16. 31. 37.
k Marc. 4. 28 l c. 10. 21.
m c. 47. 3.

per aquam vsque ad talos, deinde vsque ad genua, tum vsque ad renes, postea non potuisse pertransire. Ioannes Vitalis [a] progressiones in virtutibus quæ dicantur ascensiones, quia sunt circa ardua, comparat cum variis rebus quæ surgunt & ascendunt: fidem, quæ facit animam ascendere per puritatem intentionis, cum flore: spem cum virgulto siue virga, per sanctitatem meditationis: charitatem cum flamma, per ignitionem affectionis: prudentiam cum aquila, per subtilitatem contemplationis: temperantiam, cum nube, per refrigerium carnalis delectationis: fortitudinem cum leone (hic enim saltat & insilit) per patientiam tribulationis: iustitiam cum fonte (qui quoque salit) per opera pietatis. *Semper ad ostium pulsatur nostrum* [b], *dicuntúrque, surge* [c], *propera; surge* [d] *qui dormis*: per scalam mysticam [e] ascendendum, de qua dixi prius; *sic currendum non quasi in incertum* [f], *sed vt comprehendamus* [g]: primus gradus vicinus est terræ, sequens similis est priori; sic per æquales gradus, inquit Ambrosius [h], (& volunt tamen Theologi quidam non intendi etiam supernaturales virtutes seu intensiones non infundi, nisi actus nostri sint quoque intensiores, quod non credo) ad summa conscenditur, & possumus ab imis ad summa contendere, si per processus gradiamur exiguos ad ea quæ videntur humanæ altiora naturæ. Vtitur dicto scalæ exemplo, nec non Basilius [i], qui præterea illud ad idem propositum perpendit; *crescite & multiplicamini*; & Paulum adducit *extendentem ad anteriora seipsum* [k], vt aliquoties etiam ipsi notauimus. Idem in eadem scala obseruauit Chrysostomus [l], Nazianzenus [m], Gregorius [n], alij. Hugo in mansionibus per quas ad promissionis terram peruentum est. Demonstrat verò Laurentius Iustinianus [o] nullum nisi ex ordinato progressu ad perfectionem cuiuscumque artis attingere valere, multo minùs ad virtutes, nisi peculiari Dei aliquos domo & priuilegio dignetur. Tandem conflat, quòd *qui sperat in Domino, mutata fortitudine, assumpserint pennas sicut aquila, current, & non laborabunt, ambulabunt, & non deficient* [p]. Mutatio fortitudinis indicat nouam & recentem in operando alacritatem, perinde ac si tum primùm quis inchoaret, dicerétque, *nunc cœpi, hæc mutatio dextera Excelsi* [q]. Alia namque est fortitudo quæ deponitur, ait Gregorius [r], & alia quæ nouiter inchoatur. Videlicet facit vehemens bene merendi studium, vt priora, tametsi bona, parui æstimes, &, quod negotiatori euenit, priore lucro, quasi sit exiguum, ad nouum maiusque exsimuleris.

a in speculo moralis verbo, virtus.
b Apoc. 3. 20.
c Cant. 2. 10.
d Ephes. 5. 14.
e Gen. 28. 12.
f 1. Cor. 9. 26.
g vers. 24.
h in ps. 1. Sententia quorundam Theologorum de infusione virtutum, superadditarum intensiuarum improbata.
i in ps. 1 & hom. 11. in Ezech.
k Philip. 3. 13.
l hom. 82. in Ioan.
m ad Hellenium.
n hom. 15. in Ezech.
o lib. de obedient. c. 27.
p Isa. 40. 31.
q ps. 76. 11.
r in ps. 4. pœn.

Error fuit Begardorum & Beguinarum non semel à nobis indicatus, reiectusque, habere in hac vita charitatem certum quendam terminum, quem possit attingere, & vltra quem nequeat augeri. Hortatur Paulus, *vt in charitate crescamus* [s], orat *vt charitas nostra magis abundet* [t]; *vt nos Dominus multiplicet, & abundare faciat in charitate* [u]: *ipsemet sequebatur, si quo modo comprehenderet, negans iam accepisse, aut iam perfectum esse, castigabátque corpus, & in seruitutem redigebat, ne forte reprobus efficeretur* [x]; cùm dicti tamen hæretici his qui gradum perfectorum assecuti essent, polliceretur tantam securitatem, vt affirmarent posse sibi ipsis concedere quidquid liberet, nec amplius macerandæ carni

s Eph. 4. 15.
t Philip. 1. 10.
u 1. Thess. 3. 12.
x 1. Cor. 9. 27.

per

per ieiunia, similiáve opera, operam dare debere. Damnati sunt in Concilio Viennensi [a] sub Clemente V. Nec probabilis opinio Henrici [b], & Ricardi [c] non posse augeri charitatem, & similes virtutes in infinitum. Nec verendum, ne quis vt argumentabantur iidem Hæretici, ac partim quoque Ricardus, in hac vita pertingat ad Christi charitatem, quæ absolutè finita est [d], quoniam Deus præuidens quò vsque peruenire cuiuslibet alterius charitas posset, decreuit ei maiorem conferre, quàm esset vllius alterius futura.

Postremò vt alias omittam rationes, atque testimonia, rectè Gregorius [e] præsentem tractans locum; nec, inquit, mirum, si de virtute in virtutem gradus sunt, quando vnaquæque virtus quasi quibusdam gradibus agitur, & sic per incrementa meritorum ad summa perducitur: aliud namque sunt virtutis exordia, aliud profectus, aliud perfectio. Indicat Hieronymus [f] ite de virtute in virtutem, esse progredi ex virtute communi pluribus & necessaria, ad aliam, quæ pauciorum est, solumque in consilio. Laudat enim Exuperium Tholosanum episcopum, quòd iret de virtute in virtutem, & imitaretur Domini paupertatem, vt cum illò diues fieret, & in ipso ille reclinaret caput. Idem [g] adhuc refellit Pelagianos, volentes, qui vnam haberet, virtutes omnes habere, nec hanc si cuius sit, Apostolorum, sed aliquorum philosophorum sententiam esse, nec sibi curæ esse quod Aristoteles, sed quod Paulus doceat. Potest hic locus valere aduersus errorem illum Stoicum, vt sicut vitia nec paria, nec nexa inter se necessariò sunt: ita omnino sentiamus de virtutibus, sed de vna transitum & processum fieri posse ad aliam virtutem, quemadmodum de vno ad vitium aliud. Eadem de re scribit Hieronymo Augustinus [h], definitque quòd potest quis dici habere aliam, & aliam non habere, aliam magis, aliam minùs habere virtutem. Simul asseuerat de charitate omnium perfectissima virtute, plenissimam, quæ iam non possit augeri, quamdiu hîc homo viuit, esse in nemine. Licet hinc etiam elicere signum vnum notámve illustrissimam Ecclesiæ, progressum videlicet in virtutibus, qualis in nulla vnquam fuit secta. Qua de re disserit Thomas Ilozius [i], & copiosiùs Arias noster in opere de imitatione Christi.

Videbitur Deus deorum in Sion.] Hieronymus, *apparebunt apud Deum Sion.* Alij aliquid supplendo, *donec conspiciatur quisque eorum ante Deum in Sion*, id est, numquam quiescent, donec ad templum, vbi Deus conspicitur super arcam, perueniant. Chaldaicè, *progredientibus iustis de domo sanctuarij in domum doctrinæ, apparebit labor legis ab ipsis susceptus coram Domino, cuius maiestas residet in Sion.* Domos illas Paraphrastes accepit pro virtute & virtute: qui tamen sensus obscurior est. Septuaginta, quam nunc legunt Hebræi præpositionem אל *el* cum puncto *segol*, vt nomen אֵל *el* vnum ex iis quæ Deo conueniunt, legerunt, ideóque transtulerunt ὁ θεὸς τῶν θεῶν, *Deus deorum*, accipientes אֱלֹהִים *elohim* formæ plurialis, tamquam de pluribus, & non de vno dumtaxat vero Deo, vt sæpe sumi solet. Reciproca sunt, videri Deum, & apparere apud illum, & quòd ille videat aut appareat (quo pacto legit Augustinus) significantque omnia diuinum fauorem, doctrinam, exauditionem, laudes quoque & gratias illi redditas. Anagogicè denique Dei visionem in beatitudine: allegoricè perfectiorem notitiam de ipso in hac vita, & peculiarem rationem præsentiæ, quæ in templis nostris exhibetur per Eucharistiam potissimum. Quo pacto *Deus deorum* dicatur, dictum priore psalmo. Videndum præterea *Deum deorum in Sion*, enarratores Græci de Incarnatione Christi declarant, iuxta vaticinium quoque psalmi secundi [a]; *Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius.* Etymologia Sion vera, de qua dictum aliàs, congruit Ecclesiæ, & cœlesti patriæ. Sed speculum, vt docet Hugo, non significat, speculam aliquo modo, vt est in edito loco arido & sicco, vnde propriè Sion denominata est, posseteque dici de anima ex se sicca & arida, & terra sine aqua respectu Dei, cùm se Deus illi videndum præbet; quod in ipsa ille videtur tamquam Sion. Sed cœlestis patria sæpius vocatur *mons Sion, vbi est ciuitas Dei viuentis, Ierusalem cœlestis, & multorum millium angelorum frequentia* [b]; vbi præterea *sedes Dei, & Agni, & serui eius seruient illi, & videbunt faciem eius, habentes nomen eius in frontibus* [c]. Cæterùm quamuis literali sensu *videri Deum in Sion* exponatur propter arcam in templo, non tamen ita quasi ipsamet arca intelligatur per nomen Dei, & arcà appelletur Deus. In hoc errauit Caluinus [d], proindéque perperam probauit inde deteriorem illam suam hæresim, figuratè dumtaxat accipi debere verba illa, *hoc est corpus meum.* Videri dicitur Deus in Sion per arcam, vt per sacrum Deo locum, in quo edebat oracula. Christi personam hic designari Athanasius [e] docet, quem citat etiam Euthymius [f].

Vers. 9.] Domine Deus virtutum exaudi orationem meam, auribus percipe Deus Iacob.

Vers. 10.] Protector noster aspice Deus, & respice in faciem Christi tui.

AD peregrinationes adhuc, & vallis lacrymarum gemitum rediens, spémque in auxilio Dei, sicut antea dixerat, ponens, & ascendere de exilio ad templum, cœlúmque disponens, exaudiri flagitat ab exercituum Deo, tum humanorum seu militum, ita vt cohibere hostes queat, tum angelicorum, qui subsidio esse valeant, & venerabundi circumstant Deum peculiariter in templo, assistúntque in cœlo: & à Deo Iacob, qui toti populo denominationem tribuens, ipse religiosiùs coluit vocis Deum, sentitque adiutorem in tribulationibus & peregrinationibus suis, ac Dei visiones habuit, angelorúmque & visiones, & auxilia. Inuocat etiam protectorem, vt benigno dignetur vultu aspicere, ac fauorem exhibere: & vt quemadmodum facie oculisque ad eum conuertis, atque intentis, nullius expetit, expectátve auxilium quàm ipsius, si vicissim suam ipse hilarem, beneuolam, beneficam faciem ad se clementer conuertat, quem sit tam benignè dignatus in regem inungere, populóque suo charissimo præficere. Sic loquitur Dauid, & orat pro populo, quem præuideat captiuum

a c. ad nostrã de hæret.
b quodl. 5. q. 2. c i. d 17. a. 2. q. 1
d Thom. 3. p. q. 7.
e hom. 25. in Ezech.
f proem. in Zachar.
g lib. 2. aduers. elag.
h epi. 29.
Scala non habet progressum in virtutibus, sed in signis Eccl. c. 7.
a vers. 6.
b Hebr. 12.
c Apoc. 22. 3.
Error Caluini d 4. instit. ca 17. §. 22.
e epi. de gest. in conc. Ariminens. & Seleuc.
f 1. p. panopl. tit. 12.
Sensus loci.

futurum: aut etiam pro se ipso, vt quibusdam placere dixi, cùm longiùs abesset à patria, & templo. Mystico autem sensu Græci faciem Christi, quemlibet interpretantur Christianum in Christo baptizatum, quique Christum induit, vt Deus hac precatione susceptâ, diuina sua prouidentia seruare dignetur. Sumus enim, vt Basilius ac Theodoretus argumentatur, corpus Christi, & membra ex membro. Latini exponunt de meritis Christi, vt propter illa Deus exaudiat, cùm simus quoque mystica eiusdem Christi membra, & cùm in nos respicit, in faciem illius respicere censetur, quia propter illum nos respicit. Cassiodorus cum Augustino, quia semper Christum Filium Pater respicit, orari vult vt respiciat, id est, vt respici faciat ab aliis, innotescere, cognosci, credi, coli, sicque eant homines de virtute in virtutem, donec tandem videatur Deus deorum in Sion. *Fide purificatur cor* [a]; *diuino sermone mundatur* [b]; *mundis corde visio Dei promittitur* [c]; *sine sanctimonia nemo videbit Deum* [d]; *nihil coinquinatum introit in regnum cœlorum* [e]; sicut & ab ingressu templi legales immunditiæ prohibebãt [f]. Idcirco vt respiciat Deus in faciem Christi sui oratur, quæ *speculum est sine* [g] *macula*, vt in ea sibi complacens, non ferat in membris eius aliquid residere, quod arceat visionem Dei, & contemplationem *Solis iustitiæ* [h], cùm illum materialem non nisi mundi conspicere oculi possint: denique vt conformes & configuratos faciat nos imagini & similitudini splendentis Filij sui.

Sensus mystic.

a Act. 15. 9.
b Ioan 15. 3.
c Matt. 5. 8.
d Hebr. 12. 14.
e Apoc. 21. 27.
f Leuit. 5. 2 & seq.
g Sap. 7. 26.
h Malac. 4. 2.

Domine Deus virtutum.] Hieronymus, *exercituum*, quos, vt tam sæpe vidimus, significant τῶν ὅλων *sebaoth* & δυνάμεις, non autem propriè virtutes morales aut mirifica opera. Etsi verum est, Deum, qui præest exercitibus, vires quoque ac robur animi, seu virtutes morales, quæ à viribus virore dicuntur, sicut ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, id est, *a Marte dictas* suppeditare. Vt recte virtutum Deus imploretur ad huiusmodi impetrandam facultatem, qua liceat ire de virtute in virtutem. Paraphrastes in textu Nebiensis vt Dauidem loqui significet supplet, *Deus Dauid.*

A Γένοιτο.

Exaudi orationem meam.] Augustinus, *precem.* Chaldaicè, קַבֵּל *kabbel accipe, acceptam habeas*, quod est exaudire; quamuis Hebræum שמע *scemaâ* significet simpliciter *audire*, immò & interdum ipsummet exaudire & εἰσακούειν nihil aliud valet.

Auribus percipe.] Hieronymus, *auscultа.* Interest ne aliquid inter tales formulas, alias notaui.

Deus Iacob.] Et hîc antea, & in aliis psalmis docui rationem humilis denominationis. In fine est סֶלָה *selah*, & διάψαλμα, cuius illud vnum officium proposito congruit, vt vehementiorem denotet affectum, & rei de qua tractatur, grauitatem.

B

Protector noster aspice Deus.] Hieronymus, *clypeus noster vide Deus.* Hunc, scutumve significat propriè מָגֵן *maghen*, & ὑπερασπιστὴν eum qui clypeo scutóque prætenso tegit alium, vt crebrò monuimus. Christus obiectu corporis tanquam scuti, debita nobis vulnera excepit. *Dabis ea*, ait Ieremias [i], *scutum cordis laborem tuum*; quod etsi Hieronymus in deteriorem sumat partem, de obstinatione Iudæorum secuta post passionem Christi, possumus in bonam transferre, vt beneficio tanto bene vtentibus, scuti loco sit, atque salutiferæ protectionis aduersus tentationes ac tribulationes. Quibus passio Christi est מָגֵן *maghen*, hoc est, *scutum*, iisdem est iuxta paronomasiam Ieremiæ [a] מַגְבִּנוֹת *manghinoth psalmi*, *cantilenæ*, *laudes*. Paraphrastes hoc membrum interpretatur de meritis Patrum, *merita Patrum nostrorum respice Deus.* Hic aspectus Dei benignus est, vt sæpe alibi. Respicere Dei, ait Gregorius [b], est ea quæ amissa ac perdita fuerunt, ad suam gratiam reformare: *rex* enim *qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo* [c]. Vsurpauit vice symboli verba illa Pius Papa [d] II.

a alibi vers. 6.
b 19 Mor. c. 3. vel 4.
c Prou. 20. 8.
d Alphonsus Ciacco in vita.

Et respice in faciem Christi tui.] Nomen Christi & Messiæ de aliis dicitur, præsertim regibus, interdum de prophetis, sacerdotibus, qui vngebantur, nec non, vt quidam volunt, etiam de patriarchis. Sic sensus esset, vt Dauid peteret haberi rationem dignitatis regiæ à Deo, qui eam illi, singulari quadam ratione detulerat, & vel sibi ipsi propterea exulanti, vel populo, quem præuidebat abducendum aliquando in captiuitatem, dignaretur misereri. Posset etiam censeri oratio cuiuspiam de captiuitate, totiusve captiui populi, interponentis mentionem, vel insignis sanctitati Iesu sacerdotis, vel Zorobabel, qui restaurauit templum, quod à Diodoro, quem citat Agellius, traditur: vel potius Messiæ, vt propter illius merita, & ipsius protectionem, soluerer tandem Deus captiuitatem. Absolute positum nomen מָשִׁיחַ *messiach* vnum illum eximium significat. Nostri omnes de Christo locum illum interpretantur aduocato, mediatoréque humani generis, & in cuius nomine precatur Ecclesia, precesque concludit per illum, vt *pro reuerentia*, qua prosequitur ipsum Pater, *exaudiat* [e] *pro nobis precantem*, nosque ipsos per illum precantes. Memini alios exponere, vt respicere Deus faciat, & cognoscere alios Christum: vel vt respiciat in Christianos; qui sunt illius membra. Eodem sensu de mediatore Christo Hilarius [f] illud accipit, *propter & Dauid seruum tuum ne auertas faciem Christi tui*: quamuis *Christi* vocabulum referri ibi velit ad deiecti spiritum; Dauid ad corporis carnem, quia formam serui, qui in Dei forma manebat, accepit. Non spernenda tropologia scriptorum recentium [g], hac formula orari Deum à peccatore, vt non ipsum ille, sed Filium prius respiciat: si enim prius directóque peccata respiciat, actum esse de peccatore; si conniciat antea in Filium oculos, & per eum intueatur quoque à tergo existentem peccatorem, peccatori salutem affuturam, quoniam radij diuinorum oculorum per Filium transeuntes, in eo veluti frangentur ac mitescent, sicque mansuefacti & leniores ad peccatorem peruenient: denique propterea prudenter Magdalenatus *stetisse retrò secus pedes Christi* [h]: & Dauidem alibi affirmare *si iniquitates Deus obseruet, non esse qui valeat sustinere* [i], sed si interueniat propitiator, *& re demptio copiosa illius* [k]: eamdem Magdalenam eo stantem loco, quem diximus, quasi solaribus illis oculorum Dei radijs percussam, *illico cœpisse lacrymam*, perinde ac solet solis ardore nix, cera, aut quid tale colliquescere. Quoties occurrit quod impetrare bonum velis, aut amolini malũ hoc vsurpa; *respice in faciem Christi tui.* Puta sic esse in Eucharistia latentem & præsentem, ne nocere quis ad eum recurrenti audeat, vt à Iebu-

C

D

e Hebr. 5. 7.
f in ps. 131.
g ps. 131. 10.
Tropologia.
h Stella in Lucam 7. & Petrus Vega in ps. 6. pœnit. ver. 4. diluculo in fin. & Dion. ser. in ramis post Deum in pass.
i Luc. 7. 38.
k ps. 129. 3.
l Ibid. vers. 7.

ſæis arbitrantur aliqui pro foribus & mœnibus Ieruſalem imagines cæci Iſaac, & Iacob claudi propoſitas, vt qui obſidebant eam, quadam religione abſterrerentur. Conſtat conſpectis charorum imaginibus, aut eorum quos plurimi facimus, aut execramur, variis nos affectibus commoueri. Igitur meritò prouocatur, vt in Filij ſui Chriſtíque noſtri faciem Pater reſpiciat.

Verſ. 11.] Quia melior eſt dies vna in atriis tuis ſuper millia.

Elegi abiectus eſſe in domo Dei mei: magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum.

Sexies iam.

INgerit nouam cauſam vehementioris cupiditatis adeundi ad tabernacula, atria, altaria, domum Dei, præter allatas hucuſque, quòd hæc per ſe amore ſint digna, quòd non magis volucribus nidi, quàm hæc homini loca congruant, quòd nihil in hac vita beatius cõtingere homini queat, quàm ibi vacare rei ac laudi diuinæ. Cauſa verò hæc, inquam, noua, ſed vltimæ ſimilis tamen eſt, quoniam vel vnum diem in dictis locis verſari melius, optabilius, iucundius, quàm extra illa habitare inter peccatores, præſertim idololatras, etiamſi poteſtatem faciant tamquam in honeſta liberáque cuſtodia, ſpatioſè habitandi in ſplendidis palatiis, iiſdémque quibus ipſi, voluptatibus, & commoditatibus potiundi. Quocirca potiùs, ſi optio detur, infimum ſe malle in domo Dei fungi officium, vt oſtiarij, quàm dicta etiam conditione, aut quauis alia meliore alibi procul ab illa.

Perſpicuus eſt, potiſſimùm ex dictis, myſticus ſenſus de habitatione in Eccleſia, *deq́; illo die, quem videns Abraham exultauit* [a], id eſt, de tempore aduentus Chriſti, ac demum de die, qui noctem neſcit, in æterna felicitate.

a Ioan 8.56.

Quia melior eſt dies vna in atriis tuis ſuper millia.] Chaldaicè, *quoniam melior eſt habitatio vnius diei*, vel, *melius eſt habitare vno die, in atrio, aut in aulis ſanctuarij tui, quam mille extra*, vel in textu Nebiẽſis, *in capeſſenda*. Particula verò cauſalis refertur ad membrum ſequens, vt idcirco dicat quicumque hic loquitur, elegiſſe ſe abiectum eſſe in domo Domini, &c. Quamquam Euthymio placet aſſeueranter poni, idemque valere quod καλῶς ἔχοντος. Anonymus Græcus, quem citat Agellius, explicans eum communiore ſententia quam poſui, de Chriſti aduentu, eiuſdémque veluti die, qui longe ſit præſtantior veteris religionis diebus, qui numero mille indicentur, obſeruat à templo Salomonico vſque ad aduentum Chriſti tot annos numerari, idem præterea innui verbis alterius pſalmi [b]; *quoniam mille anni ante oculos tuos tamquam dies heſterna.* Vult etiam quòd vnus dies in atriis Domini actus, hoc eſt, in Eccleſia, præſignabat illud reſurrectionis Saluatoris noſtri millenarium. Lego quid ſimile in manuſcripto Nicephoro Blemmida Sfortianæ bibliothecæ, quem vtendum procurauit mihi vir eruditiſſimus Ioannes Dimitrianus Cæphalonienſis. Inducit orationem Chriſto factam, cui Propheta dicat, ὅτι κρείσσων ἡμέρα μία ἐν ταῖς αὐλαῖς σου ὑπὲρ χιλιάδας, nempe,

b pſ 89.4.

A τῷ δόντι Σολομῶντι τὸν ναὸν οἰκοδομήσαντι χιλίων ὄντων ἐτῶν τῆς σῆς παρουσίας ἀπὸ τότε χρείττων τούτων ἁπάντων τῶν ἐν τῷ ναῷ σωματικῶν παρουσιῶν σου, *quia melior dies vna in atriis tuis ſuper millia, cùm ſint à Solomone, qui conſtruxit templum, mille anni vſque ad tuam præſentiam, Domine Chriſte, melior inquam dies illa vna his omnibus annis, quæ nimirum eſt in templo corporalis præſentia tua.* In Romano Martyrologio natus dicitur Chriſtus ab vnctione Dauid in regem anno 1032. quo modo hic ferè numerus mille abiit ab excitato templo, quod accidit *Salomonis anno ſeptimo* [a], cùm etiam *vltima inuntio Dauid in regem facta ſit ſeptimo poſtquam regnare cœperat anno* [b].

a 3.Reg.6.1.

b 2.Reg.5.5.

B Paræmialis oratio eſt, qua [c], vt Baſilius, ac Theodoretus docent, ſignificatur plus reportari vna die in templo vtilitatis, quam alibi, etiamſi multa dierum millia impendantur. Prior ſenſus coactior eſt: quia dierum millia pro annis accipit, diem vnam pro vera die; & numerum pluralem χιλιάδων pro ſingulari, tametſi אלף *aleph* ſit numeri ſingularis, numeriſque pro numero accipi poſſit. Denique olet Hebraiſmum. Hortatur Auguſtinus vt ad vnum diem feſtinemus, à millibus dierum, ſicut imus à virtutibus in virtutem. Alio autem loco [c] ſcribit de ardenti beatitudinis C deſiderio ad hunc modum. Tanta eſt pulchritudo iuſtitiæ, tanta iucunditas lucis æternæ, hoc eſt, incommutabilis veritatis, atque ſapientiæ, vt etiamſi non liceret amplius in ea manere, quàm vnius diei mora, propter hoc ſolum innumerabiles anni huius vitæ pleni deliciis, & circumfluentia temporalium bonorum rectè meritóque contemnerentur. Non enim falſo, aut paruo affectu dictum eſt; *quoniam melior eſt dies vnius in atriis tuis ſuper millia.* Quamquam & alio ſenſu poſſit intelligi, vt millia dierum in temporis mutabilitate intelligantur; vnius autem diei nomine incommutabilitas æternitatis vocetur. Hactenus Auguſtini pia ſuauiſque oratio, quæ tranſcribitur à neſcio quo auctore tractatus de triplici habitaculo apud eumdem Auguſtinum [d]. Cui & hanc admirabiliorem adde [e]; ſi quotidie oporteret D nos tormenta perferre, ſi ipſam gehennam partio tempore tolerare, vt Chriſtum videre digni poſſemus in gloria venientem, & ſanctorum eius numero ſociari, nónne erat dignum pœni omne quod triſte eſt, vt tanti boni, tantæque gloriæ participes haberemur? His affinia Gregorius [f] habet quadam homilia. Athanaſius [g] vim tantam facit in comparatiuo nomine κρείσσων, *melior*; vt inde probet nullam ferè cognationem eſſe cœleſtibus atriis cum terreſtribus domiciliis, rebus æternis, & ſpiritualibus cum caducis & mortalibus ſimilitudinem nullam: denique non comparationem hic ſignificari, ſed differentiam in E natura, quod aliis exemplis confirmat. Quò pertinet doctrina eius quem vocant Hieronymum, in commentario huius loci, vbi ait, non eſſe malam expoſitionem, melius mihi eſt in regno cœlorum parum habere, quàm hic totum, hoc eſt, in iſto ſæculo: ſed meliorem, ſi poſſet fieri, vt aliquis vna die eſſet in regno cœlorum, & poſtea præcipitaretur, rectè dicturum, *melius eſt dies vna in atriis tuis*, nunc verò quòd dicit *vna dies*, intelligens in regno cœlorum, eiuſmodi diem intelligere, quæ non habet noctem & tenebras, ſed ſemper lux eſt; quare qui vna die in regno cœlorum fuerit, ſemper ibi futurum. *Erit dies vna*, inquit Zacharias [h], *quæ nota eſt Domino, non dies,*

c Sermo. de omni ſanc.

d c. 4. tom. 9. ſerm. 2. de omni ſanc.

f hom. 37. in Euang.

g 5. cont. Arrian. citatus ab Euthy. in pſ. pag. 312.

h c. 14. 7.

neque nox: & vt Iob [a], *quasi meridianus fulgor consurgens ad vesperam.* Libet aduocare huc Tullij [b] sententiam, & quam de suæ patriæ, de nostræ quæ in cœlo est amore, Vlyssis exemplo, pronunciare. Ac si nos, ait ille, id quod maximè debet, nostra patria delectat, cuius tanta est vis, ac tanta natura, vt Ithacam illam in asperrimis saxulis, tamquam nidulum, affixam (de nido nostri sub initium psalmi meminit) sapientissimus ille vir immortalitati (quam pollicebatur Calypso) anteponeret; quo amore tandem inflammati esse debemus in eiusmodi patriam, quæ vna in omnibus terris domus est virtutis, imperij, dignitatis? cuius primùm nobis mens, mos, disciplina nota esse debet, vel quia est patria, parens omniũ nostrũm, vel quia tanta sapientia fuisse in iure constituendo putanda est, quanta fuit in his tantis opibus imperij comparandis. Ita porrò comparatum, vtique ipso comprobatum, quod cum voluptate fit, breue ac momentaneum, quod cum molestia & dolore, longum diuturnúmque censeri. Et quia *ipse gauderemus* [c], *in tribulatione quoque patientes fumus* [d], *scientes quòd non sunt condigne passiones ad futuram gloriam* [e], *& quòd momentaneum ac leue tribulationis supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operabitur in nobis*, non considerãtibus temporalia, sed æterna [f]. *Visi sunt Iacobo pauci septem annorum dies, quibus pro Rachele seruiuit Labano, præ amoris magnitudine* [g]. Et simul tamen verè ille impotenter amans dixit,

Simihi non hæc lux toto iam longior anno est.

Et Phœdria valde se prædicabat continentem, quòd triduum abstineret amoribus: denique *spes qua differtur, affligit animam* [h], *& nostræ sustinebat longitudinem ac prolongationem incolatus* [i]. Sic est, & mora quæuis ardenter amanti longa, & rei æstimanti præstantiam exigui pretij quantumuis videtur labor. Cur breuia videantur quæ iucunda, quæ molesta longa, disserit contra Colotem Plutarchus [k]. Nec aliam demum tradit, quàm quæ modò indicata est.

Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum.] Hieronymus, *in tabernaculis impietatis.* Alij præterea transferunt locum totum aliter, *elegi esse in limine in domo Dei mei, potius quam*, &c. Aut, *malo desidere ad limen domus Dei: elegi super limen habitare domus Dei, manere, accubare, ostiarius etiam esse*, vt Campensis ac Nebiensis interpretantur, aliíque qui carmine psalmos enarrant, vt melior ille Poëta, quàm Christianus [l],

Sim custos potius liminis in tuo
Templo, sancte parens, quàm Solyma procul
Degam inter sceleratos
Multis clarus honoribus.

Crucius noster,

Asseruare domus hic clauiger ostia mallem,
Sceptrifer in scelerum quam diuione coli.

Hebræum verbum הסתופף *histhopheph* à סף *saph*, quod est *limen, & postis*, significat, vt R. Kimhi docet, *ad limen stare, in limine manere*, quasi dicas cum Caietano, *liminare*, & consequenter quod vulgo dicunt, (*albergare,*) *& hospitari*, quia per viam liminis, domum ingredimur. Paraphrastes vtitur verbo אדבקה *iddabbaka* quod valet *adhærere, coniungi, agglutinari*, sicut Hebræum דבק *dauak*. Quare per abiectum esse & παρεπιπεμψαι ἐν τῷ δαφει, quod Nicephorus exponit παρεπιπεμψαι ἐν τῷ δαφει, *proiectum in solo seu pauimento esse.* Interpretes nostri continuam illam adhæsionem, & quasi agglutinationem ad limen domus Dei, hoc templi volierunt intelligere, & propter assentiam cum habitatione in tabernaculis peccatorum, illam, quæ cum abiectione, atque humiliatione fieret, seu quasi fungendo munere ostiarij, seu veluti purgantis ac verrentis templum, seu se se prouoluentis venerationis causa, seu consistentis ibi etiam ad eleemosynam, seu more personæ vilioris, quæ iniurias quoque excipiat, & vt Apollinarius ait, audiat ἐλεηθεις, id est, *miser ac miseranda* vocetur: seu ritu pœnitentis publici, qui saltem postea in Ecclesia pro foribus templi stratus humi transeuntium se pedibus calcandum obiiciebat. Hoc aliter scriptura dicit *gradum ostiorum exterere pedem* [a], *vigilare ad fores quotidie, & obseruare ad postes ostij* [b]. Coritarum, qui sunt hic in titulo, munus erat obseruare templi aditum, & ad limina stare, seu *custodire vestibula tabernaculi, & castrorum Domini introitum* [c]. *Sed & prænuptæ excubabant in liminibus templi* [d]. Verum abiectio ista plus importat. Coritæ autem non pro se tantùm, sed pro cæteris quoque id profitentur qui erant in captiuitate Babylonis, siue pro illis Dauid, vt etiam Chrysostomus [e] insinuat. Idem præterea [f] asserit cum Abram secessit in solitudinem *vsque Bethel, locum, ubi altaris, in quo prius inuocauerat Deum* [g], multos iam antea sæculis impleuisse, quod hoc loco canitur. Deo seruire regnare est, ingenuitas vera, seruitia obire, *propter eum qui formam serui accepit pro nobis* [h]: magnum beneficium *fieri sicut ex mercenariis Dei* [i]. Non puduit Agatham humilẽ & seruilem Christianorum vitam agere, quamuis nobili genere natam, sed multo præstantiorem respondit esse Christianam humilitatem & seruitutem, regum opibus, ac superbia. Nota satis religiosa Paulini Aquitani nobilissimi ac locupletissimi, qui postea Nolæ episcopus fuit, humilitas in colendo ac verrendo Felicis templo [k],

Illic dulce iugum, leue onus, blandumq; feremus
Seruitium sub te domino, etsi iustus iniquis
Non ego as seruis: tamen & patiere & amabis
Qualescumque tibi, Christo donante, dicatos,
Et foribus seruare tuis, tua limina manè
Mundicie curare fines, & nocte vicissim
Excubiis seruare pios, & munere in isto
Claudere promeritam, defesso corpore, vitam.

Honor quidem honorifico per se alioquin officio ab adeò honorata accessit persona, multo magis, quàm ædilitatis, procurationisve viarum sternendarum, quod Epaminondas oblatum contumeliæ causa, recepit sine vlla cunctatione, atque ex abiectissimo, pro amplissimo ornamento expetendum Thebis reddidit [l]. Honoris cupidus Cæsar primum se seriò dixit malle in oppido Alpium barbaro, quod homines pauci tenuésque colebant, esse, quàm Romæ secundũ [m]; modestiæ studiosus Christianæ infimum sç libẽs abiicit in locum, qua qui minimus ibi, meritis quoque & amore aduersus Deum vltimus est; vt autem quis maximè humilis, maximóque prosequitur Deum honore, in amore erga eumdem esse maximus contendit. Quod attinet ad *liminum* vocabulum, quod Hebræo verbo hîc indicatur, cur Apostolorum limina nominata sint, Baronius [n] causam refert ad reuerentiam, obseruantiámque religiosam, quia moris erat adeuntibus eorum basilicam, ante illius ingressum ad limina procumbere, postesque deosculari, & ibi preces fundere. Probat id exemplis etiam ex basilicis

aliorum

a Eccl.6.35.
b Prou. 8.34. *custos templi alterum obseruabant.*
c 1.Para. 9.19. Num 1.53. c. 3.25. 28.c. 18.3.4.c.31. 20.4. Ezech. 40.45 46.
d Exo.38.8.
e hom. 4. in Matth.
f hom. 33. in Gen.
g Gen.13.4.
h Phil.2.7
i Luc.15.19.
k Natali 2. Felicis.
l Vale.Max.li. 3.c.7.
m Plutarc.in Cæsare.
n in notis martyrol. 18. Nouemb & tom. 1. annal. anno 69.

aliorum sanctorum. Decerpo ex illo potissimum, quod ea de re scribit Chrysostomus [a] vniuersè, & de Vaticana basilica quod Sidonius [b]. Testatur hic se ipsum liminibus eius affusum, omnem protinus sensisse membris male fortibus explosum esse languorem. Item illud ad rem facit, quod eadem de causa portas ipsas atrij templi reliquus veteres olim ornabant. Frequentabantur eadem Apostolorum limina à Christianis, ab episcopis autem quotannis ex decreto Anacleti, & Zachariæ Papæ [c], & innuit Gregorius [d]. Imperatores ipsi etiam post mortem extra Apostolorum vestibula Constantinopoli sepeliri volebant, fierique piscatorum hac ratione ostiarij, vt scribit Chrysostomus [e]; vt omittam reges, maximè Anglos, ac principes, qui sibi domicilium, ac fixam sedem prope templum Petri, vbi perpetuò degerent, velut quidam, vt vocant, mansionarij, ac æditui, constituerunt. Gentiles ipsi supplices ibant per omnia templa, cùm deorum ante ora prostrati, teste Arnobio [f], limina ipsa conuenerent osculis. Vnde poëta [g] quidam,

Non ego si merui, dubitem procumbere templis,
Et dare sacratis oscula liminibus.

Quid verò dicam de religioso instituto, quod in sui ipsius abiectione, humiliatione, despicientia hominē instituit, & abiicit infra omnes, quàm id nobilissimi, potentissimi, sapientissimi multi amplexi sint ex propria animi electione ac destinatione? immò ex illius electione qui dixit, *non vos me elegistis, sed ego elegi vos* [h]? Infinitus essem si recensere vellem. Legantur Bozius de notis ecclesiæ, Platus de bono status religiosi, Fráciscus Arias tomo primo de imitatione Christi, omnium ordinum religiosorum annales, historiæ ecclesiasticæ, sanctorum vitæ. Gallicani generi Constantini, Placidiæ, Pulcheriæ, Eudociæ Imperatricum, & similium aliorum trita sunt exempla. Nec eligunt dumtaxat veri religiosi, ambiuntque intra religiosos parietes, & apud sodales, istam abiectionem, sed extra etiam, vt sint *omnium peripsema* [i], *& maledictum, quod esse Christus pro nobis dignatus est* [k]. Argumentum quòd de mundo non simus, sed domestici Christi, *si odit nos mundus* [l], *persequitur, beelzebub nominat* [m], *omnesque malum dicit aduersus nos* [n], *digniq; habemur pro nomine eius contumeliam pati* [o]. Quod Hugo Cardinalis de suo, id est, ordine Prædicatorum, & altero, nempe Minorum innuit, qui tum florebant maximè, non longè ab exordio suo, vsurpat, non incommodè ad alios transferri queat, adque hunc minimum, & recentiorem nostrum, qui peculiari præterea voto abiectionem eligit in Ecclesia Dei, aditum intercludens honoribus intus foríque. *Duæ cognationes*, inquit Ieremias [p], quod Hugo de duobus accipit dictis ordinibus per accommodationem, *quas elegerat Dominus, abiecta sum, & populum meum despexerunt, eò quod non esset vltra gens coram eis.* Imitandus Moses, *qui grandis effectus, negauit se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias æstimans thesauro Ægyptiorum improperium Christi, aspiciebat enim in remunerationem* [q]. Eligamus magis mori, quàm *cibis* (peccatis horumve occasionibus) *inquinari immundis* [r]; *eligamus viam veritatis* [s], denique *Deum ipsum* [t], *& vitam secundum illum*. Optatior priuata vita iucundiórque, vel Diocletiano teste, post abdicatum imperium, quo se tunc tempore reuiuiscere affirmabat, & nouum sibi diem diluceſcere [a]. Merito prælata illius in Philippi Macedonis conuiuio sententia, qui non Olympum, non aquam, non solem, rerum omnium maximā, sed cor quod res maximas despiceret, respondit esse. Nec externa prophanaque desint exempla hominum, qui gloriæ honorisque contemptu, hæc apud homines comparare studiosissimè conati sunt. Elegisse se hoc ipsum testatur Augustinus [b], si tamen Augustinus, raptum tamen violenter ad episcopatum; sic aliquando fit, vt tales eligat Deus. At bonum est, vt quod in te est, eligas abiectus esse, &, si licet, oblatos honores refutes, quod adeò multi sancti, tam seriò fecerunt. Hic finem dicendi facio, vbi viuendi sanctissima Paula, quæ in pia verborum istorum expirauit repetitione, atque meditatione, vt prodit Hieronymus [c], quem non esse auctorem commentarij in Psalmos non ambigo, vel ob interpretationem præsentis loci, quòd esse abiectum in domo Dei, sit esse minimum in regno cœlorum, id est, vt angelum, qui sit maior, quàm Ioannes, quo in hac vita non surrexerat maior. Sermo est de domo Dei in hac vita; vbi illud quoque verum est, quamlibet Ecclesiasticam functionem absque comparatione digniorem esse, qualibet merè laica. De Iuliano, qui fuit apostata, & Gallo, scribit Nazianzenus [d], in cleri ordinem cooptari voluisse, & diuinos libros plebi lectitasse, non minùs id sibi amplum, & honorificum esse existimantes, quàm aliud quidvis: immò omnium ornamentorum maximum præstantissimúmque pietatem esse censentes. Thomas Morus regni cancellarius Anglicani, postea etiam martyr, indutus superpelliceum sacerdoti in Ecclesia concinebat, & sacrificanti ministrabat, ducíque Northfolciæ, id regi displicituram cùm excipere, respondebat, illi displicere non posse, quòd regis Domino impendebat obsequium: in supplicatione quoque publica interdum crucem præferebat [e], *nil dubitans vilior fieri, & humilis esse in oculis suis* pro Domino [f]. Allegoriam demum indicat Augustinus [g], longè præstantius esse, vt sit quis quantulumcumque membrum sacerdotij Christiani, & ad *regale sacerdotium* Christi [h] pertineat, quàm in quouis collocari honore veteris legis, qui nullus iam est, iuxta illud ex historia Regum [i], *dimitte me obsecro ad vnam partem sacerdotalem, vt comedam buccellam panis*, quod legit Augustinus, *vt dicta me in vnam partem sacerdotij tui, manducare panem.*

Vers. 12.] Quia misericordiam, & veritatem diligit Deus: gratiam, & gloriam dabit Dominus.

Vers. 13.] Non priuabit bonis eos, qui ambulant in innocentia: Domine virtutum, beatus homo, qui sperat in te.

AD extremam fiduciæ suæ tantæ optimam rationem dat, quia Deus qui misericordiam diligit exercétque, simul est in promissis seruandis fidelis, & accuratus: & idcirco iuxta fidelitatem istam atque misericordiam dabit sine dubio confidentibus in se gratiam, qua nos sibi ac aliis bonis gratiosos & amabiles efficiat, præterea gloriam tum celebritatis in hac vita, nec non sancti-

tatis,

a hom. 20. in 2 ep. ad Cor. b lib. 1. epist. 5. cum Scholiaste Sauarone.

c d. 23. c. sanctorum. d lib. 2. epi. 10. 70.

e hom. quod Christus sit Deus.

f 1 cōt. Gent. g Tibullus.

h Ioan. 15. 16

i 1. Cor. 4. 13. k Gala. 3 13.

l Ioan. 15. 19. m Matt. 10. 26 n Matt. 5. 11. o Act. 5. 41.

p c. 33. 24.

q Heb. 11. 24. 25. 26.

r 1. Mach. 1. 52. s pſ. 118. 30. t Deut. 26. 17. c. 30. 19. 20.

a Trebellius & Lætus.

b ſerm. 4. & 5 ad fratres Eccl. mo. & citat concil. Aquigr. sub Ludouico Pio c. 12.

c Hieronym. epi. 27.

d ora. 1. in Iul.

e Stapleto in vita c. 6. Hegesip.

f 2 Reg. 6. 22.

g 10. de ciuit. c. 5.

h 1. Pet. 2. 9.

i lib. 1. c. 36.

tatis, tum in futura sempiternæ fœlicitatis. Denique viuentibus in integritate, atque simplicitate non negabit omnia vera & solida bona. Quocirca his dictis erumpit in exclamationé cum apostrophe ad Deum, quem appellat *Dominum virtutum*, id est exercituum, atque fortissimum, & sibi ipsi, atque cunctis qui diuina spe sit plenus, gratulatur, hoc nomine felicem esse, quòd scilicet cunctis aliis posthabitis, in vno illo spem omnem proiiciat. Potest præterea sensus esse, propterea infimum locum in ipsis templi liminibus vel templi ministeriis Prophetam suo, aut alterius nomine elegisse dixisse antea, quia nouisset Deo gratam esse misericordiam, id est, hilaritatem, & alacritatem ipsi seruientium, vnà cum fidelitate atque sinceritate, quæ procul amouet omnem dissimulationem, & hypocrisim, & quòd has duas in suo cultu virtutes humilitatis de qua prius dictum est, socias, ipse copiosè remuneret, conferendo gratiam & gloriam, vtpote qui *gloriscantes se glorificet* [a], *& humilibus siue mansuetis det gratiam* [b]; *gloriámque præcedat humilitas* [c]. Mystico recepto sensu declaratur hic locus de misericordia & veritate, quibus in Ecclesia parcitur peccatori, docetur saluti necessaria, iustificatur, postremò perducitur ad gloriam: vel per misericordiam allicitur ad veniam, per veritatem iustitiæ compungitur ad pœnitentiam, & omnia bona conceduntur quæ conducunt ad salutem ei qui ex animo diligentérque illam procurat.

a 1. Reg. 1. 30. b 1 Petr. 5. 5. Iacobi 4. 6. 1. Petri 5. 5. Matth. 11. 29. c Prou. 15. 33.

Quia misericordiam & veritatem diligit Deus.] Antequam dico de aliis versionibus, moneo de harum duarum in Deo virtutum coniugatione, quę frequenter in scripturis ponitur, dixisse nos prius in hoc opere quantùm satis sit, seu de misericordia, & iudicio, aut iustitia, quæ Deus etiam quodam de præcedentibus psalmis [d], diligere canitur. Si religiosis viris hoc, & ea quæ sequuntur, accommodemus, sic exponemus, id eos amplexos institutum, & abiectionem elegisse in domo Dei, vt per misericordiam, quam, pauperibus res suas distribuendo, faciunt, ab illo diligantur, qui præterea diligit in iisdem veritatem, hoc est, præclarum illud verúmque iudicium, quo censent cuncta mundi præsentis bona postponenda minimo, abiectissimóque loco in domo Dei; pro dicta autem misericordia & veritate det eximiam gratiam, & gloriam excellentem, *nec eos frauari a desiderio ipsorum* [e], *sed tribuat illis secundum cor eorum, exaudiátque* [f]. Vera misericordia, maximáque, vt Hugo hunc sensum sequens, notat, est *misereri animæ suæ* [g], qui a *qui sibi nequam nulli bonus* [h], quod perfectissimè facit qui renunciat omnibus: postea verò spirituales eleemosynas erogare non cessat, orando, prædicando, confessiones audiendo, &c. Hæc misericordia & veritas *præparant bona* [i]: *misericordia, & fide* (seu fidelitate & veritate) *purgantur peccata* [k]: *ipsis reuelatur iniquitas* [l].

d pſ. 32. 5.

e pſ. 97. 30. f pſ. 19. 2. 5.

g Eccl. 30. 24. h c. 14. 5.

i Prou. 14. 22. k c. 15. 27. l c. 16. 6.

Iam quod attinet ad alias versiones ex Hebræo; Hieronymus interpretatur *quia sol & scutum Dominus Deus.* Alij, *lux & securitas.* Aquila eodem ferè modo ἥλιος καὶ θυρεὸς κύριος ὁ θεός, *Sol & clypeus* Dominus Deus: item Symmachus, ἥλιον γὰρ καὶ ὑπερασπιστὴν κύριος ὁ θεός nempe γὰρ, *solem enim & protectionem Dominus Deus*, nimirum *diligit*, vel δίδωσι, *dat.* Hebraicè sic est כִּי שֶׁמֶשׁ וּמָגֵן יְהוָה אֱלֹהִים *chi scemes vmaghen Iehoua elohim*, quod Hieronymus & alij duo quos dixi, ad verbum reddiderunt omisso *diligendi* verbo, quod abest ab Hebræo textu. Placet quod Faber (parum licèt æquus editioni vulgatæ), Ricardus Cenomanus, Genebrardus monent, Interpretes Lxx. solis ac scuti metaphoram expressisse, vt sol esset misericordia, quoniam Christus Dei misericordiam in suo sole communicando commendauit [a]; scutum veritas, quia idem Deus *hac tanquam scuto circumdat nos* [b]. Misericordiæ quoque per solem effecta mirificè declarantur, & veritatis per scutum. Sol enim illustrat, vegetat, fouet, alit, fœcundat, vites reparat: veritas seu veracitas, fidésvé ac fidelitas Dei in promissis suis tutos atque securos nos facit, & est loco scuti ac propugnaculi. Vel significari senserunt Interpretes, sic Deum dare gratiam, vt sol dat lumen, sic gloriam, vt propugnator victoriam. Frigidior interpretatio, retento sole, ac scuto secundùm propriam notionem, vt quod ait Agellius, quia dixerat Propheta optare se vel in limine domus Dei iacere, nil ibi vereri aut solis aut frigoris iniuriam: cui namque seruiat, esse solem, vt algentem talefaciat: scutum & protectionem, vt à nimio solis ardore defendat. Sed & parum probabilis eiusdem Agellij coniectura, legisse Lxx. Hebraicè, non vt recitauimus, sed שֶׁמֶן *scemen* & ἔλαιον אֱמוּנָה *emunah*, & vertisse ἔλαιον, *oleum*; ex hoc autem postea factum ἔλεος *misericordiam.* Est quidem *emunah veritas*; sed *scemen oleum, vnguentum, pinguedo*, nec nisi figuratè *misericordiam* significat, sicut & ἔλαιον: quæ aliquando cognominatur misericordia vber seu pinguis, vt ibi, *senectus* [c] *mea in misericordia vberi*, licèt Hieronymus oleum transferat, quia est שֶׁמֶן *scemen* & ἔλαιον: quamuis putent aliqui Latinum nostrum reperisse in textu Lxx. Interpretum ἔλεος *misericordiæ* nomen. Certè cum retineat Agellius ἔλαιον, id est *oleum*, & figuratè poni velit pro *misericordia*, cur non hîc etiam concedit nomen שֶׁמֶשׁ *scemes* secundùm eamdem metaphoram vsurpari pro *misericordia*, cùm non minus misericordiæ sol, sed magis quoque quàm oleum conuenire possit: veritati etiam vocabulum scuti? Præterea, cùm in nomine שֶׁמֶן *scemen*, quod substituitur pro שֶׁמֶשׁ *scemes*, figurata significatio retineatur, quid opus fuit substituere: & quare מָגֵן *magben* figuratum etiam vocabulum non est relictum, sed citra figuram aliud suppletum אֱמוּנָה *emunah veritas*? Denique Aquilæ, Symmachóque, & Hieronymo credi potiùs, cæterisque omnibus, quàm vnius debet suspicationi. Chaldaicè ponitur pro *sole* שׁוּר רָם, aut *murus exc lsus scur r.m.* Prudenter fecisse Interpretes videntur *solis* non exprimendo nomen, quia Græci diuinum numen, sydetibus inesse arbitrabantur: nec defuêre qui scutis ipsis adorationem impertirent.

a Matt. 5. 45.

b pſ. 90. 5.

c pſ. 91. 11.

Graci sideribus esse diuinum numen arbitrabantur.

Gratiam & gloriam dabit Dominus.] Addit Cassiodorus, *Deus.* Psalterium Romanum habet pro *Domino* nomen *Dei*: Gallicanum reficit nomen *Domini* in sequentem versum. Hebraicè, *Dominus Deus*, iunguntur præcedentibus, *sol & scutum*, & illi membro nectitur nomen *Domini.* Græca dispunctio varia. Correcti codices legunt ἀγαπᾷ κύριος ὁ θεὸς, *diligit Dominus Deus*; deinde χάριν καὶ δόξαν δώσει κύριος. Alij, ὁ θεὸς χάριν, &c. tum in sequenti membro, κύριος ὁ σαβαώθ. Parum refert.

Gratiam & gloriam literali de Hebræis captiuis sensu, intelligimus, quæ consistat exteriùs in

fauore,

fauore, gratia apud alios, nominis celebritate. Sed mystice passim interpretatur de supernaturalibus gratiæ, præsertim sanctificantis, & gloriæ beatæ muneribus. Hæc dicuntur à Deo dari tanquam à causa prima principali, quamuis adulti dispositiue concurrant ad cõsecutionem gratiæ iustificantis, ad actum verò visionis beatificæ etiam vt causa per se, & principalis, sed secunda. Nec enim ex eò quòd gloriam dare Deus dicitur, sequitur in dicto actu habere se beatum merè passiuè, quod etiam aliqui arbitrantur actui vitali, qualis est visio, repugnare, sed causam primariam seu primam principalem Deum esse, tum quando elicitur actus ille, tum ratione gratiæ sanctificantis, cuius idem causa per se efficiens solus est, tum meritorum, quorum radix est eadē illa gratia simul cum auxiliis diuinis, tametsi in dictis meritis, qui meretur habeat se vt non instrumētalis duntaxat, sed tamquam efficiens causa per se secunda in genere motus. Sequitur potius ex istis verbis requiri ad sanctitatem, atque ad videndum Deum peculiare eiusdem supernaturale donum. Qua in re, quod attinet ad visionem Dei, quæ difficilior est, damnantur in Concilio Viēnensi sub Clemente V. [a] Begardi & Beguinæ, qui senserunt quamcunque rationalem creaturam naturaliter beatā esse, nec indigere supernaturali lumine, siue intelligas de habituali, siue de actuali, quod nunc non curamus. Id certe ita proprium Deo est, esse causam efficientem primam principalem gratiæ & gloriæ, vt creaturæ communicari non possit, vt causam, inquam, talem & independentem, atque per virtutem sibi propriam ac naturalem. An verò possit creatura aliqua esse causa principalis secunda dictarum rerum per virtutem à Deo acceptam, quæ sit sufficiens & proportionata ad eiusmodi producendos effectus, magis in dubium reuocari potest, de quo nunc non agimus. Argumentari autem hinc licet, Christum Deum esse, quia de se vt de causa prima principali dixit [b], *vitam æternam do eis*; Paulus [c] de illo; *coronam iustitiæ reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex*; & [d], *decebat auctorem salutis eorum, qui multos filios in gloriam adduxerat.* Præterea sequitur gloriam gratiæ respondere, tanquam fructum radici, vel finem fructus præcedentis, qui dicatur gratia sanctificans cum operibus ac meritis, *habetis enim*, ait Apostolus [e], *fructū vestrum in sanctificatione, finem verò vitam æternam*; & *gratiam Dei* esse ait *vitam æternam* [f]. Nam etsi debeatur meritis, tamen id est ratione gratiæ, vt docet Augustinus [g], Chrysostomus [h], & alij, ita vt Deus dicatur præmiare & coronare munera, donáque sua.

Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia.] Hieronymus, *nec prohibebit bonum ab his qui ambulant in perfectione.* Alij, *in simplicitate*, vel, *integritate*, vel, *sinceritate*: Hæc omnia valet תמים *bethamim*, & ἐν ἀκακίᾳ, de quibus dictum aliàs. Habent alia Latina psalteria, & Augustinus, Arnobius, Cassiodorus, participium, *ambulantes*. Non est dubitandum, quin gratiam, gloriámque det is, qui nullum destituit bonis gratiæ, & omnes vult saluos fieri, iuniores do ambulent sine dolo, fraude, faco, fallacia, fictione, hypocrisi, sed syncerè, ex animo, sertò, simpliciter, ac perseuerantèr colant ipsum. Gratiæ bona nomen *bonorum* absolutum merentur, cætera vel κἀκείνοις sunt, vel minus perfecta, honesta, bona, vt morales virtutes naturis viribus comparatæ. Non priuare, vel non prohibere, non negare, non auferre vitata figura λιτότητος plusquam præ se ferat, importat, nimirum liberaliter concedere. Cæterùm non istius generis duntaxat bonis non priuat Deus ambulantes in innocentia, sed neque aliis quibuscumque, quatenus conferunt ad salutem: &, si quando priuat, id est, non concedit, aut etiam tollit, propter potiorum illorum conseruationem, vel incrementum id facit. Bonis gratiæ non priuat iam datis, nisi propter peccata & demerita, quia *sine pœnitentia sunt dona & vocatio Dei* [a]: propter similem præterea causam priuat, id est, denegat non quidem necessaria & sufficientia, sed maiora vel efficacia gratiæ auxilia: cum tamen homo libera labatur voluntate, non deturbatus à Deo faciente vt bene currens cadat, quemadmodum rectè Augustinus [b] ac Prosper docent: denique priuat etiam bonis naturæ aliquando in pœnam. Athanasius [d] quia bonorum gratiæ largitio attribuitur Spiritui sancto, hunc quòque locum; in quo nominantur bona, de eodem illorum auctore interpretatur; quemadmodum illud, *quis* [e] *ostendit nobis bona?* & [f], *pater vester de cælo dabit bona petentibus se.* quod Lucas [g] exponit *spiritum bonum.* Innuēs quoque præsentis loci verba Tertullianus [h], retentáque Græca voce τῆς ἀκακίας, hanc, ait, incorruptibilitatem habemus semper induere ad domum Domini, quam ἀκακία pollicetur. Huc Rhenanus ibi alludi putat, Pamelius ad psalmum 23. [i] *quis ascendet in montem Domini*, &c. *innocens manibus.* At de domo Domini mentio hîc superius [k] præcessit, & in isto versiculo est expressum nomen ἀκακίας. Sed Philo Carpathius [l] proprie videtur interpretari de bonis, quę cœlestis sapientia Ecclesiæ suæ semper tribuat in præsenti vita. Vtraque complecti possumus etiam quæ ad futuram vitam pertinēt, ipsammetque beatitudinem.

Domine virtuum.] Ex Hebræo, *exercituum.* Græcè δυνάμεων, quæ voces multoties occurrerunt, nec significant virtutes morales. Addunt (*Deus*) alia Latina psalteria, Augustinus, Cassiodorus, Arnobius.

Beatus homo qui sperat in te.] Arnobius, *vir*, & monet non sexum indicari, sed mentem, vitiis reddi ex viro fœminam, & Deum amare fœminam, quæ iure vir dicitur. Vtriusq; generis sunt אדם *Adam* appellatiuum nomen, & ἄνθρωπος, & *homo*, sed epitheta μακάριος & *beatus* restringunt ad virum: constátque sæpe in masculino sexu comprehendi fœmininum. In psalmo 33. [m] canitur, *beatus etiam qui sperat in Deo*, si nimirum sit spes, quam Petrus [n] vocat *viuam*: denique si cætera non desint, & sermo est de beatitudine huius vitæ, quam solet appellare Augustinus beatitudinem in spe, & Ioannes [o] ait *eum qui habet hanc spem, beatificare se ipsum.*

[a] Clem. ad nostr. de hæret.

[b] Ioan. 10. 28.

[c] 2. Tim. 4. 8. ad Hebr. 2. 10.

[e] Rom. 6. 22.

[f] ibid.

[g] epist. 105. & Enchir. c. 107. & lib. de gra. & libero arb. & Retract. 1. 1. in epist. ad Rom.

[a] Rom. 11. 29.

[b] de bono perseu. c. 12. & ad cap. Gallo. c. 12. & de nom. ma. in cap.

[c] ps. 4. 6.

[d] Mat. 7. 11. & c. 11. 13.

[h] de cultu fœmin. c. 6.

[i] vers. 3.

[k] vers. 5

[l] in cant.

[m] vers. 9.

[n] 1. ep. 1. 3.

[o] 1. ep. 3. 3.

PSALMVS OCTOGESIMVS QVARTVS.

1 In finem, Filiis Core, Psalmus.

2 BEnedixisti Domine terram tuam: auertisti captiuitatem Iacob.

3 Remisisti iniquitatem plebis tuæ: operuisti omnia peccata eorum.

4 Mitigasti omnem iram tuam: auertisti ab ira indignationis tuæ.

5 Conuerte nos Deus salutaris noster: & auerte iram tuam à nobis.

6 Numquid in æternum irascêris nobis? aut extendes iram tuam à generatione in generationem?

7 Deus tu conuersus viuificabis nos: & plebs tua lætabitur in te.

8 Ostende nobis Domine misericordiam tuam: & salutare tuum da nobis.

9 Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: quoniam loquetur pacem in plebem suam.

Et super sanctos suos: & in eos, qui conuertuntur ad cor.

10 Verumtamen prope timentes eum salutare ipsius: vt inhabitet gloria in terra nostra.

11 Misericordia, & veritas obuiauerunt sibi: iustitia, & pax osculatæ sunt.

12 Veritas de terra orta est: & iustitia de cælo prospexit.

13 Etenim Dominus dabit benignitatem: & terra nostra dabit fructum suum.

14 Iustitia ante eum ambulabit: & ponet in via gressus suos.

missis diuinis de salute nostra, facultate concessa iuste, ndeliter, sanctè viuendi. Illustrat rectè Iansenius exemplo Esaiæ [a], qui sub eadem figura liberationis è captiuitate Babylonica scripserit præcipuè de generis humani liberatione; *Rorate cæli desuper*, &c. Certè peccatorum omnium hic promissa remissio & pax multo verius & perfectius hominibus contigerùt per Christum, quàm veteribus Hebræis de Babylone. *Immò impediti sunt cœptum Templum ædificare* [b], tantóque timore corripiebantur ob imminentes hostes, *vt vna manu facerent opus, & altera tenerent gladium* [c], non etiam studuerunt iustitiæ, *sed contra legem connubia miscebant cum gentibus* [d], vt optimè obseruarunt Cajetanus, & Osorius. Athanasius Marcellinum hortatur pronuntiare istius psalmi verba, cùm admirari velit Dei beneficentiam, bonitatémque tum in seipsum, tum in alios, atque ideo Domino gratias agere cupiat. Ecclesia eum frequentat in officio Natiuitatis Domini, & de B. Virgine. Non placet, quod alludens Hugo ad etymon *Core*, vt *filij Core*, dicantur Christiani, quasi Calui, & filij Caluariæ, vbi Christus passus est, hic psalmus licèt agat de Incarnatione, tamen titulum habeat de passione. Cassiodorus absolutè tradit esse de Verbi incarnati aduentu primo, & quidem præter alios duos priores, ordine tertium. Ambrosius [e] affirmat in hoc psalmo euidentiùs Domini Iesu prophetari aduentum, & totum sonare Dominum Iesum, qui viuificat mortuos. Is, quem vocamus Hieronymum, repetit vbi *filij Core* titulis præfiguntur, nihil triste esse, sed semper lætum. Meminit præterea Elisæi calui, *qui in pueros quadraginta duos à quibus ridebatur, misit vrsos duos* [f], quos Vespasianum, ac Titum interpretatur, qui anno 42. ab ascensione Christi subuerterunt Ierusalem. Rabbini quoque de redemptione per Christum explanant psalmum illum vt Kimhi, Moses Hadarsan.

a c.45.8.

b 1.Esd. 4.1. & seq. lib 2.4. 1 & seq.

c 2.Esd.4.17.

d 1.Esd. 9.1. & seq.

e in psl. 118. octon.6.

Nihil triste, sed semper lætum, vbi euangelium inuitabilis Core.

f 4.Reg.2.24.

Titulus, & Argumentum.

Vers. 1.] In finem, Filiis Core, Psalmus.

OMisso titulo, qui nulla opus habet explanatione, propter similitudinem cum aliis, qui præcesserunt, in argumento conueniunt Catholici, sub typo vaticinij, de Babylonica captiuitate, precationisque pro eadem, vel etiam gratulationis pro liberatione, ac restitutione in opimam, ac fœcundam terrã, postquam Deus ignouisset peccatis populi, agi de Christi liberatoris aduentu, redemptione generis humani à peccato, sedata ira Dei, pace restituta, facta misericordia, compensata iustitia, præstitis pro-

Vers. 2.] Benedixisti Domine terram tuam, auertisti captiuitatem Iacob.

Vers. 3.] Remisisti iniquitatem plebis tuæ, operuisti omnia peccata eorum.

Vers. 4.] Mitigasti omnem iram tuam, auertisti ab ira indignationis tuæ.

Sensus loci.

ALloquitur Deum propheta tamquam re iam peracta gratulans, quia certus erat ita fore vt præuidebat. Exponit singulari prouidentia Dei ditatam prouinciam, quæ dum exul abesset populus, euasisse sterilis videri poterat, populum è

duri ssima

dutissima seruitute in libertatem reductum. præsertim verò qua seruiebat peccatis. Condonata ipsi peccata, pœnásque remissas: pro tetro autem, & sordido vestitu, non modò quem captiui gestarent, sed multo magis, quo crimina illos fœda, omnéque humanum genus cooperirent, nouam, quæ ingenuos deceret, & in libertatem filiorum Dei translatos, ornatámque gratiæ vestem induisse: extinctum odium antiquæ offensionis[a], & compressam omnem indignationem, receptis inimicis cum insigni amoris significatione, atque amplificatione beneficiorum. Permixtam putamus figuræ, umbræ, typo veritatem, quam in argumento diximus, nec propriè tribus hisce versibus, eo quòd præteriti temporis verba contineant, loqui Dauidem de Ægyptiaca, vt voluit Caietanus, liberatione, vel de Babylonica, vt Lyra, vel, quod ait Valentia & Genebrardus, de variis liberationibus frequenter populo exhibitis. Idem tempus præteritum infrà[a] quoque subditur, *Misericordia, & veritas obuiauerunt sibi: iustitia, & pax oscülata sunt. Veritas de terra orta est, & iustitia de cælo prospexit*: quibus tamen verbis concedunt omnes redemptionem humani generis prædici, & accipi præterita pro futuris, vt bene monet Iansenius.

a vers. 11.

Benedixisti Domine terram tuam.] Hieronym. *placatus es Domine terræ tuæ.* Alij, *complacuisti, reduxisti in gratiam, benignus factus es, fausti, gratiã habuisti, grato fauore complexus es, reconciliatus es, propitius factus es, bene voluisti, dilexisti, approbasti.* Significantur hæc, hísque similia Hebræo verbo רִצִּיתָ *rasitha*, cui simile Chaldæum רְעֵיתָא *rehbetha*, nec non Græcè εὐδόκησας, de quibus dictum alibi. Vnus Campensis interpretatur in Imperatiuo, *propitius sis Domine terræ tuæ.* Fauet Ambrosius[b] tamen dicens, hîc postulari benedici terram. Item Eusebius, quem profert Agellius, qui benedictionem opponit maledictioni terræ[c], eíque de qua Oseas[d] meminit, & ait per aduentum Christi terram benedictione repletam esse, templis excitatis vbique, & Deo dedicatis. Non solet sic exponi præteritum verbum, sed non rarò habet significationem futuri. Certitudo prædictionis, vt notat Augustinus, & alij, facit, vt pro futuro ponatur illud tempus. Quare, vt antè dixi, nihil attinet ad priores liberationes respicere, nec declarare quod fecerit antehac Deus, peti nunc, aut sperari facturum esse. Putat Agellius ab Interprete Latino, qui de Græco immediatè transtulit, lectum εὐλογήσας. fortassis maluit bene velle quod significari sciebat per εὐδόκησας, reddere verbo *benedicendi*, quia sæpissimè denotat verbum hoc in scripturis bonæ voluntatis effectum, ac prodeuntem in rem, opúsque bonam voluntatem, vt rectè admonet Scepreus. Explicant Græci esse τὸ ἀγαθόν τι θελῆσαι, *bonum quid velle*, & Nicephorus εὐεργετῆσαι, *benefacere*. Basilius etiam notat alios habere, *fausisti*. Hieronymus[e] interrogantibus Suniæ, & Fretelæ quomodo εὐδόκησας: exprimi deberet in Latino, respondit, si contentiosè verba scrutemur, & syllabas, *bene placuit Domino terræ tuæ*: sed sic ordinem perdit: aut addendum (*complacuit tibi Domine terra tua*) & quidem etiam (*tibi*) cum nec in Græco sit, nec in Hebræo, vt ἰδιωτεία, & proprietas, & elegantia linguæ in quam fit translatio, conseruetur, vbi non est damnum in sensu. Terram Domini vocat, quia *Domini est terra*[f], inquit Euthymius, vel quoniã, quã dederat Dominus Hebræis, ipse peculiariter *suã* nũcupauit[g], vt Caietanus docet,

b in psal. 118 octon. 6.

c Gen. 3. 17. & d c. 4. 2.

e Epist. 135.

f psal. 23. 1.

Sensu mystico sumunt pro Ecclesia, humanitate Christi, matre ipsius, corpore cuiusuis nostrum, vel etiam anima. Primus dicendi modus communior. Pro anima, quæ sponsa sit Dei Philo Carpathius[h] interpretatur, vim faciens in Græco verbo, ἐυδόκησας, & in verbis Cantici canticorum[i], καλὴ εἶ πλησίον μου, ὡς ἰωδοκία, *pulchra es amica mea, vt beneplacitum*, quod Latinè est, suauis, & docens maximè gratam Deo mentis voluntariam oblationem. Colligit Iacobus Faber Stapulensis immaculatam conceptionem Deiparæ, & secundùm versionem Hieronymi, *placatus es Domine terræ tuæ*, indicari hanc terram non esse terram iræ, excipíque à reliqua terra filiorum Adæ. Citat Iulianum, & Alphonsum. Concedo Nebiensi argumentum non concludere, quod facit etiam Pintus[k], (ita præterea sumens auersionem captiuitatis Iacob, pluráque in eamdem sententiam differens) præterea hoc loco Valentia, qui comparat cum terra paradisi, quæ tulit *lignum vitæ*[e], nullo violata tastro, vel aratro, & vocatur terra virgo, ex qua item *formatus est Adam*[f], nec non cum agro odorifero, quem Iacob dixit *benedictum à Domino*[g], sufficeret sanctificatio post conceptionem, quo item pacto secundum accommodationem locum istũ explanat, sed eius isti opinioni, quæ nunc pauciorum est, nullo modo acquiesco, conceptam in peccato Mariam. Sine dubio benedicta terra dici debet Maria, quam salutauit Angelus *benedictã*[h], & per quam consecuti sumus largissimam benedictionem *benedictũ fructus ventris eius*[i], & vt exẽplo Iacob luctando captiuitatem spiritualem effugiamus, nobisque remittatur iniquitas. & operiantur peccata. Benedictio collata Ecclesiæ, spiritalis præsertim[k] est, simul tamen etiam potest intelligi de liberatione à persecutionibus, ac de temporali prosperitate sub Constantino, & deinceps. Theophylactus[l] interpretatur de benedictione corporali terræ Iudæorum. Ambrosius[m] terram, quam dicit hoc loco postulari, vt benedicatur, scribit quòd satis notum est esse illam, quæ peccatum in Adam contraxerat, cui dicitur[n], *Terra es, & in terram ibis.* seu, *pulvis es, & in pulverem reuerteris*; maledixisse autem Deũ non elemẽtum terræ, neque substantiã, aut naturam carnis, sed in elemento carnem præuaricatricem: benedici in Christo, vt à priore maledicto soluatur, eámque à benedicto filio Dei, qui assumpsit hominis cõditionem susceptã. Hugo non incõmodè distinguit in his verbis vtilitates ex Incarnatione prouenientes, infusionem gratiæ per benedictionẽ terræ: remissionem originalis peccati, per auersionẽ captiuitatis Iacob: refrigerationem fomitis, per remissionem iniquitatis: condonationem peccati actualis, per operationẽ peccatorũ; auersionẽ iræ Dei, atque reconciliationẽ, per ea quæ sequũtur. Declarat præterea de anima, quę accipiat benedictionem à Deo, dum respondet imbri, & culturæ cœlesti, *generans herbam opportunam, non spinas, & tribulos*; quod facit *reproba, maledictoq; proxima*[o]: deinde à qua Deus auertat captiuitatem Iacob seruando contra tentationũ luctam, ne ducatur in captiuitatem peccati, vel inferni: ad hæc cui remittat iniquitatem in confessione, operiat peccata in satisfactione. Paulo aliter Aiguanus Incarnationis hic distinguit effecta, benedictionis contra maledictionẽ, cõtra iniquitatẽ iustificationis, reconciliationis contra indignationẽ Dei. Rursus

a Lenis. 25. 23. Sensus mysticus.

b in Cant.

c c. 6. 3.

d in c. 43. Ezechiel.

e Gen. 3. 23.

f cap. 2. 7.

g c. 27. 27.

h Luc. 1. 28.

i ibid. vers. 42.

k Ephes. 1. 3.

l in c. 1 epist. ad Ephes. in psal. 118 octon. 2.

m Gen. 3. 19.

n Gen. 3. 19.

o Hebr. 6. 8.

benedictionem cõsitere ait in absolutione peccatorum, quia cùm Deus ignoscat, dicitur *post se relinquere benedictionem* [a]: in meritorum operatione, quod est *præueniri in benedictionibus* [b], *atque benedictione patris confirmari* [c], in præmiorum acquisitione, quæ conuenit *benedictis Patris* [d], *& hæreditate possidetur* [e], *& in mercedem iusti festinant* [f]: denique *benedictionem dat legislator*, vt præcedente vidimus psalmo 8, *& super populum Dei benedictio eius* [h]. Bruno Carthusianus ordinem inuersum putat, ita vt primum sit à captiuitate per fidem auerti, postea peccata operiri: tum iniquitatem remitti: deinde in bonis operibus, ac virtutibus benedici: deinceps vt Deus mitiget iram suam in hac vita: tandem vt in futura auertat se ab ira indignationis suæ. Ineſt in his dicendi modis omnibus probabilitas.

Auertisti captiuitatem Iacob.] Chaldaicè, *domus Iacob*, vt exprimatur metonymia continentis pro contento, vel quia & terræ, & incolæ benedicuntur. In nomine Iacob innuitur Ecclesia ex Gentibus, tamquam minor, cui seruiat maior, id est Iudæus. Nemo enim ferè nostrùm, inquit Augustinus [i], aliter intellexit, quàm maiorem populum Iudæorum minori populo Christiano seruiturum. Aliàs eiusdem denominationis causas attuli. Eadem phrasis *auertendi captiuitatem*, vel *conuertendi* in aliis psalmis [k]. Hieronym. *reduxisti*. Alij in Imperatiuo, *restitue*, *reduc*, &c. vel in futuro, *restitues*, *auertes*, *reduces*, &c. Explicat Augustinus de *lege in membris repugnante legi mentis*, *& captiuum ducente*, seu *captiuante in lege peccati*, *à qua*, *& à corpore mortis hominem infelicem liberat gratia Christi* [l], & hoc ipsum declarari per sequentia, quæ sunt, *remisti iniquitatem*, *ac operuisti peccata*. *Prædicauit captiuis Christus remissionem*, *& indulgentiam* [m], vt hoc loco perpendit Basilius, siue Theodoretus, & secum *reduxit ascendens in altum captiuam captiuitatem* [n]. *Diaboli laqueis captiuus tenetur peccator ad ipsius voluntatem* [o]. *Qui facit peccatum*, *seruus est peccati* [p] *ad mortem* [q] *& corruptionem*; *à quo enim quis superatus est*, *huius & seruus est* [r]. *Vbi spiritus*, *ibi libertas* [s]. Is liber, *quem veritas*; *& Christus liberauerit* [t], *qui de manu inimicorum liberatus seruit in sanctitate & iustitia coram Deo* [u], *liberatus à peccato*, *seruus factus est iustitiæ* [x], seruiens Deo regnat, denique solus sapiens probusque est liber. Plura in Commentario posterioris ad Petrum Epistolæ [y], multáque adhuc dici plura de captiuitate possent, vinculis, laqueis diaboli, mortis, mundi, carnis, erroris, peccati, déque variis illis necessitatibus, de quibus erui petiit alio in psalmo [z] Dauid. Passerculi, auiculæve cuiuslibet exemplo vel tenui filo alligatæ, vtitur Theophylactus, & Chrysostomus in alteram ad Timotheum [a], & in libro de similitudinibus Anselmus [b]; quem ferunt [c] etiam talia meditantem, ac loquentem præcidi filium iussisse, quo ludens nexam puer volucrem tenebat. *Opus Dei fortitudine*, *vt ducat humi semodi vinctos* [d], quod Augustinus optimè declarat, & exaggerat appellans, quas modò dicebam necessitates, & vincula, pro quorum diruptione *sacrificium laudis* redditur Deo [e], & solutam, quam Satanas alligauerat mulierem *decem & octo annis* [f], & suscitatum quatriduanum Lazarum, *qui ligatus erat institis* [g]; adde paralyticos membris solutos [h], ac impeditos, sed curatos [i]; Capi nos sinamus Apostolica *sa-*

gena [a], & Pauli *dolo bono* [b], *ne ligati manibus*, *pedibusq; mittamur in tenebras exteriores* [c], *& ne ligemur in fasciculos ad comburendum* [d] *igni*, *qui nunquam extinguitur* [e], nec ei traditos extinguit, sed cruciat perpetuò. Ambrosius [f] legendus disputans, cum Simpliciano, de vera libertate, & seruitute, vbi tractat exempla de filiis Noë, de Iacob, & Esau, de Ioseph, & fratribus, demonstratque pretio emptos Christi non esse propriè omnino, ac exactè (aliquo enim, & vero quoque modo negari non potest esse posse) seruos hominum: postremò veram sententiam esse magno à philosophis fluctuatam, atque iactatam disputationis molimine, quòd omnis sapiens liber, omnis autem insipiens seruiat. Illud præterea egregiè admonet, verè liberos non abuti *libertate*, *ad quam sunt vocati in occasionem carnis* [g], *quin etiam omnium fieri seruos*, *vt plures lucrifaciam* [h], *& per charitatem spiritus seruire inuicem* [i], sicut & seruiuit, & ministrauit Christus [k], *formam serui accipiens*: hoc demum pacto vsurpare posse Sophoclæam orationem,

Iupiter nihil præest, nullius autem hominum.

& Pauli [l], *omnia mihi licent sed ego sub nullius redigar potestate*, inuitus nimirum coactusve, vel non nisi propter Deum: immò [m] adhuc & Stoicorum, omnia sua esse: sed & Salomonis, totum mundum diuitiarum. Legatur item Augustinus [n], qui magnam appellat felicitatem, esse in domo magna Dei seruum, cum compedibus, qui verti in ornamenta possunt. Ad hos compedes, vincula, torques Sapiẽs [o] hortatur nos, quia *conueniamur oblectationem*, *in protectionem fortitudinis*, *bases virtutis*, *stolam gloriæ*, *decorem vitæ*, *& sunt alligatura salutaris*, Lege & Gregorium [p].

Remisisti iniquitates plebis tuæ.] Hieronymus, *dimisisti iniquitatem populo tuo*. Vna iniquitas vel peccatum pro multis accipitur, aut pro originali, à quo cætera proficiscuntur. Quo pacto Græcè apud Ioannem [q] Christus vocatur *agnus qui tollit τὴν ἁμαρτίαν*, *peccatum mundi* [r]. Alij, *abstulisti*. Quod valet etiam נשאת *nasatha*, estque in psalmo 31. [s] *Beati*, *quorum remissæ sunt iniquitates*; & indicat reuera tolli ita, vt omnino non supersit, non vt solùm non imputetur, quod reuera maneat. Cognosce quæ ibi dicta sunt: nec putes, quod Beda tamen asserit, denotari verbo Latino *remittendi* intensionem, & grauitatem iniquitatis. In psalterio Romano, *plebis tuæ*, & sic est Græcè τὸν λαόν σου.

Operuisti omnia peccata eorum.] Eodem psalmo eadem extat phrasis verbis iisdem, Hebræo כסית *chissech*, & Græco κάλυψας. Latinum autem est *tegere*. Indidem petenda quæ huc spectant, ne solum arbitreris externum inuolucrum residentium peccatorum. Operuit Deus, ait hoc loco Augustinus, vt non videret, & non vindicaret, quia noluit videre, & vindicare; scilicet, quoniam non sunt per gratiam ipsius, quæ si essent, cùm sit ipse iustus, vindicaret. Quod ibidem dicebam, hic dicit etiam quem indigerant nomine Hieronymi, in *remittendi* quidem verbo præcedens debitum attendi, in *operiendo* autem, quòd virtutes Deus contulerit, & propterea non pareant, seu appareant peccata, ac si diceret, inquit, iniquitatem operuisti iustitia, impudicitiam operuisti castitate, nigredinem operuisti candore. Hoc nimirum contrarium contrario expellere est, ac prorsus peccata penitùs tollere. Quamuis quod attinet ad habitus peccatorũ, nõ

statim

a Ioel. 2. 14.
b psal. 20. 4.
c Eccl. 3. 13.
d Mat. 25. 34.
e 1. Petri 3. 9.
f Eccl. 11. 24.
g vers. 8.
h psal. 3. vlt.
i 16. de Ciuit. c. 35.
k psal. 13. 7. & 125. 1.
l Rom. 7. 24.
m Esa. 61. 1. Luc. 4. 18.
n psal. 67. 19. Ephes. 4. 8.
o 2. Tim. 2. 26.
p Ioan. 8. 34.
q Rom. 6. 16.
r 2. Pet. 2. 19.
s 2. Cor. 3. 17. Ioan. 8. 32. 36.
t Luc. 1. 74.
u Rom. 6. 18.
x 1. Pet. 1. 22.
y c. 2. 19.
z psal. 24. 17.
a in c. 2.
b c. 189.
c in Vita.
d psal. 67. 7.
e ibid.
f psal. 115. 17. sec. Heb.
g Luc. 13. 11.
h Ioan. 11. 44.
i Luc. 5. 18. & seq.

a Mat. 23. 47.
b 2. Cor. 2. 16.
c Matt. 22. 13.
d Esa. 5. 10.
e Esa. vlt. 24.
f lib. 2. Ep. 7.
g Galat. 5. 13.
h 1. Cor. 9. 19.
i Galat. 5. 13.
k Luc. 22. 27.
l 1. Cor. 6. 12.
m Ambr. 2 de Abraha c. 7.
n 4. de Ciuit. c. 4. & in psal. 99. & tract. 41. in Ioan.
o Rec. c. 25. & seq.
p 30. moral. c. 2.
q c. 1. 29.
r Iren. l. 3. c. 11.
s vers. 2.

Per aduersum baptismum omnium reliquorum per gratiam sanctificationem, ac pœnarum per alium contrarium.

ſtatim tollantur per gratiam ſanctificantem, ſed paulatim per actus contrarios, cùm tamen ſecundùm malitiæ maculam omnia mortalia deleantur. Euſebius; Euthymiuſque comparant præſentem cum dicto loco pſalmi 31. ac pœnitentiæ remiſſionem. Euthymius operimentum baptiſmi tribuit aquis: contrà Euſebius remiſſionem largitum dicit Chriſtum per baptiſmum; ſi quis iterum poſt baptiſmum peccet, operimentum per pœnitentiam præbere, atque *διὰ τῶν πόνων, καὶ τῶν κατορθωμάτων πάλιν ὑπλίσεται τὰ βάρη, per labores, & recte facta iterum contegere onera.* Alij remiſſionem iniquitatis accipiunt de ea, quæ ſtudio è, ac ex malitia fit, operimentum peccatorum de illis, quæ citra ſtudium, & parum aduertenter: vel primum de reatu pœnarum, tamquam de onere premente, ſecundum de macula, & turpitudine: vel aliis modis, quos citato aliquoties 31. pſalmo attigimus, ac nonnihil hic ſupra. Hic eſt סֶלָה *ſelah*, & διάψαλμα, etiam in catalogo Bedæ, meminitque Caſſiodorus: malè omiſſum in Bibliis Græcis Regis, Complutenſibus, & aliis.

Mitigaſti omnem iram tuam.] Hieronymus, *continuiſti omnem indignationem tuam.* Omnis pro tota ſæpe ſumitur, & de ira loquendo ibi [a], *Non accendit omnem iram ſuam.* Alij, *abſtuliſti, collegiſti, contraxiſti, auertiſti, congregaſti.* Collectionem propriè ſignificat אָסַף *aſaphtha*, quo modo dicitur etiam colligi animus, atque apud Ioëlem [b] eodem etiam Hebræo verbo *ſtella colligere lumen ſuum*: & Caietanus innui vult, quòd à diſperſione populi, quem propter peccata in deſerto meretabatur, collegerit iram ſuam Deus, & (quod habet Hebraicè ſequens membrum) *redire fecerit ab indignatione furorem ſuum, quo volebat populum diſperdere.* Valet idem verbum *auferre, remouere, retrahere, finire* etiam, & *conſumere.* Sic mitigatio non ſolam imminutionem, vt Beda, Bruno, Hugo, & alij volunt, ac ne iſtam quidem propriè, ſed ablationem iræ, ac veluti conſumptionem denotaret; cui fauet, quòd omnis ira dicitur mitigata. Legit Auguſtinus, *ſedaſti.* Hoc ſignificat κατάπαυσις, & *quieſcere facere. Filij* naſcimur [c] *iræ*, hoc eſt, ira vindictaque digni diuina: *eripuit nos Chriſtus ab ira ventura* [d], *nec peſſuis nos Deus in iram* [e], reſpiciens ad merita Filij ſui. *Deus enim erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi, non reputans illis delicta ipſorum* [f]. Quòd ſi accommodatitiè loqui velimus, & *mitigandi*, vt ſonat, verbum ſumere, comparare poſſumus iram Dei cum ardore ſolis, quem tranſito leonis ſigno, & Virginis ingreſſus, deponit, ac temperat: ſic enim qui terribilis antea erat Deus, in vterum Virginis, velut in cæleſte illud ſignum intrans, mitigauit omnem iram ſuam, & ſicut ſignum Virginis medium eſt inter leonem, & libram, ita B. Virgo inter dictam iram, & rigorem iuſtitiæ diuinæ. Iuxta vim præterea eiuſdem verbi admitti poteſt, omnem iram Dei mitigari etiam in inferno, quia punit citra condignum. Nec abſurdum tribuere hoc meritis Chriſti, ſicut tributur etiam damnatorum reſurrectio. Mitigat Deus iram, ſed *non continet intra miſericordiam* [g].

Auertiſti ab ira indignationis tuæ.] Hieronymus, *conuerſus es ab ira furoris tui.* Alij, *reuocaſti ab excandeſcendo furorem tuum*, vel, *auertiſti à furore faciem tuam*, vel, *auerſus es à furore iræ tuæ*, vel, *redire feceſti ab indignatione furorem tuum.* Auertit ſe Deus ab ira indignationis, aut auertit ab illa, id eſt, declinauit ad hilaritatem, & beneuolentiam pertranſeundo, inquit Euthymius: & Nicephorus ἀπεχώρησας, ait, *ἀπὸ τῆς σφοδρᾶς καθ' ἡμῶν ἀγανακτήσεως, receſſiſti à vehementi contra nos indignatione.* De ira, indignatione, furore, quo pacto ſint in Deo, & quid voces tum Latinæ, tum Græcæ, tum Hebraïcæ importent, alias dixi.

Verſ. 5.] Conuerte nos Deus ſalutaris noſter, & auerte iram tuam à nobis.

QVod prædixerat futurum, præ vehementi eius deſiderio flagitat quamprimùm fieri; vt ſua Deus gratia conuertat omnes ad ſe, ac recipiat qui ſalutis eſt auctor, & *omnes vult ſaluos fieri* [a], nec deinceps amplius iraſcatur, ſicut iratus hactenus fuerat. Rudiore ſenſu Hebræi explicant, vt Deus à Babylonis captiuitate liberauerat, ſic liberare dignetur ab ea, in qua nunc tamdiu verſantur. Potiùs concedam eſſe orationem pro liberatione de captiuitate Babylonica, vt multi ſatis affirmant toto agi pſalmo, ac de præſenti loco etiam Athanaſius, quem citat Agellius. Tertiò poteſt exponi, vt oret Propheta pro ſuæ gentis ad veram Chriſti fidem conuerſione, quam prædici primis pſalmi verbis ſentit Cyrillus Alexandrinus [b], dicens quòd beatus Dauid *τὸν ἐπ' αὐτοῖς ἱλεούμενον ἡμερότητι φιλανθρωπίας διὰ τὰ πεπλημμελημένα, καὶ μετανοοῦντα τῆς τῶν εἰδωλολατρειῶν ἀπονοίας, ἵνα ψάλλει, qua vſuri eſſent Dei manſuetudine ac pietate per ſpiritum præſciens, & vinculis captiuitatis tantùm non laxatos inuenis, pſallit.* Tandem oratur quoque pro vniuerſi generis humani reductione in viam ſalutis, quaſi, quod quidam Græcus auctor exponendo ait, diceretur *ἵλεως γενοῦ πᾶσι τῇ γῇ τῷ ἀνθρώπῳ, propitius eſto vniuerſo generi hominum.* Vſurpat hunc verſiculum Eccleſia in ſolemni Completorij recitationis initio, vt ſignificetur, quemadmodum à Turre cremata [c] notatum eſt, quo pacto ea hora cuncta animalia reuertuntur ab exterioribus ad interiora, id eſt, luſtra, cauernaſque; ſic reuocandum ſpiritum intra ſpiritum noſtrum. Gulielmus Durandus [d] obſeruat inchoari officium Completorij ab hoc verſiculo, & non vt aliarum horarum officia: quia fieri vix poteſt, quin contraxerimus in aliis aliquem puluerem ſuperbiæ, vt idcirco iſtis verbis humiliemus noſmetipſos, & culpam agnoſcamus, implorando auxilium Dei, in futurum alterius pſalmi ſententiâ [e], *Deus in adiutorium meum intende*, &c. præterea dicit poſtulari, vt nos à malis Deus conuertat, & iram ſuam auertat, idque per adiutorium ſuum. Hugo in Commentario denotari ait, petendam plenam conuerſionem, quæ erit in patria, vbi completa erunt omnia, & motus animi conuertentur in Deum, quod nunc non fit. Rickelius implorari opem contra noctis inſidias, dæmonum tenebras, hominis infinitas indigentias, quatenus diurno iam lumine recedente, mens ipſa ad Deum conuerſa, luce gratiæ perfundatur, atque ab omnibus ſenſibilibus rebus abſtracta, intelligibili, incõmutabili, ſummóq; bono firmiter immergatur.

Senſa. lect.

a 1. Tim. 2. 4.

b in Abacuc 1. n. 13.

c in regul. S. Benedicti tract. 107.

d libr. 5. ration. diu. offi. c. 10. n. 2.

e pſ. 69. 1.

a pſ. 77. 38.

b c. 2. 10.

c Eph. 2. 3.

d 1. Theſſ. 1. 10 & c. 5. 9.

e 2. Cor 5. 19.

f Præclarum ſimile.

g pſ. 76. 10.

Attendunt hic alij duplicem quasi terminum, tum in Deo, qui sicut auertit vultum iratus, ita conuertat eumdem ad nos placatus, seu vt conuertat nos ad se, & auertat iram à nobis: tum in peccatore, vt gratia sua illum Deus conuertat ad se, qui prius erat auersus ab ipso, & auerti faciat eumdem à peccato, propter quod cõuerterat in illum Deus faciem iratam ad odio habendum, & puniendum. A Deo petitur vt conuertat, ipséq; vicissim exigit vt conuertamur, pollicens fore vt conuertatur [a]. Qua de re aliàs egimus [b]. Omnia peccata scribit Augustinus [c] hoc vno genere cõtineri cùm quisque auertitur à diuinis verèq; manentibus, & ad mutabilia atque incerta conuertitur: item [d], quòd voluntas auersa ab incommutabili, & communi bono, & conuersa ad propriũ bonum, aut ad exterius, aut ad inferius peccat. Lege Doctorem Angelicum [e]. Ab eodem Deo petendum, vt, quod paulò [f] post dicitur, *conuertamur ad cor, quod peccantes deseruimus* [g], *& ad id redeamus* [h], *quod prauaricando amisimus, vel exicm non habuimus* [i], sicut nec *lumen oculorum fuit nobiscum* [k], *& euertimus sensum* [l], *& abijmus peregrè in regionem longinquam* [m]; ac denique qui mala quadam ecstasi excessuque extra nos, rationémque recessimus, *ad nosmetipsos reuertamur* [n], quod sponsus semel, bis, tertiò, & quartò sponsam facere hortatur [o], & Deus fornicantem animam [p]. Ad istas conuersiones, & reuersiones necessarium est efficax Dei auxilium, cui à corde non resistatur (licèt possit [q]) vt Augustinus docet [r], quã vocat iponsa [s], & Christus [t] *tractionem*, efficacem quidem, sed suauem, qualis inest suauitas *odoribus vngentorum* [u], *funiculus Adam, vinculisq; dilectionis* [x]: postremò voluptati, quæ sua quèque trahit. *Postquam conuertit aliquem Deus, agit ille pœnitentiam, percutit femur, confunditur, erubescit* [y], & Deus ipse promittit [z], *si conuerteris, conuertam te, & ante faciem meam stabis*. Lege Ricardum [a]. Solet Augustinus [b] obseruare in illis formulis, quibus exigit Deus, vt conuertamur, & nos petimus, vt conuertat, commendari cum gratia præueniente cooperationem liberi arbitrij, quia si solus Deus istud faceret, frustrà diceretur hominibus, *conuertimini*: si soli ad hoc homines sufficerẽt, frustrà diceretur Deo, *conuerte nos*. Denique Aiguanus distinguit hic vsque ad psalmi vndecimum versum quatuor causas, ob quas postulatur Incarnatio Christi, vt peccator Deo reconcilietur, iustificetur, illuminetur, glorificetur.

Conuerte nos Deus salutaris noster.] Hieronymus, *Iesus noster*. Alij, *salutis nostræ*. Augustinus, *Domine sanitatum nostrarum*. Græcè τῶν σωτηρίων *salutarium*, sicut & psalmo 67. [e] vbi vertit Interpres Latinus *salutarium*. Ibi est יְשׁוּעוֹת *Iesubhoth* in singulari, hîc in eodem numero יְשׁוּעָתֵנוּ *iesuathenu*. In Cantico Abacuc [d] hoc ipsum nomẽ redditur Latinè *Iesus*, quod Græcè est σωτὴρ, & tamen Hebræum nomẽ non est proprium, sed appellatiuum *salutem* significans: proprium est יְשׁוּעֵנוּ *iesuenu*, vt patet ex titulo Crucis. Per se peti videtur reuersio in patriã, seu, vt est in alio psalmo [e], *conuersio captiuitatis*; & in Threnis [f] idẽ petitur. *Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur, innoua dies nostros sicut a principio*, vt exponunt Olympiodorus, Hugo, Lyranus, Dionysius. Sed simul illa conuersio ad Deum per pœnitentiam, de qua diximus, vel vt reducat Deus in gratiam suam. Alibi [g] pro Hebræo huius loci verbo redditur ἐπιστρέφειν, & ἱλάσθαι: *iratus es, & misertus es nobis*. Hieronymus, *conuertisti nos, oculo ad oculum vidcrunt, cum conuerteris Dominus Sion* [h].

Et auerte iram tuam à nobis.] Hieronymus, *& solue iram tuam aduersum nos*. Alij, *cessare fac, discute, dissipa, disperge, dissolue, frange, contere, aufer, tolle, dele, irritam fac, cassam redde, labefacta, abroga, rescinde, reproba, resœua, abole*. Habet הָפֵר *hapher* à פּוּר *pur*, has omnes notiones. In psalmo 32. [b] transfertur verbo *reprobandi*, alibi sæpe [c] per *irritare*, ac *irritum facere*, item *contradicere* [d], *dissoluere* [e], *preuaricari* [f], *dissipare* [g], *dispergere* [h], *conteri* [i], *confringi* [k], sed secundùm varias coniugationes. Innuunt autem omnes hæ notiones iram, atque vindictam veluti ab inuito Deo suscipi, & tamquam *alienum ac peregrinum opus ab eo* [l], propterea quod nunc petitur esse valde consentaneũ quasi genio, consuetudini, naturæ illius, *qui non possit obliuisci misereri vel continere in ira misericordias suas* [m], *sed cum iratus fuerit illico misericordiæ recordetur* [n], rediens, vt dici solet, ad ingenium. Paraphrastes vsurpat בְּטֵל *batel*, quod etiam Hebraicè significat *cessare*, atque *desinere*. Exponitur hoc idem sequenti versu magis.

Vers. 6.] Numquid in æternum irascêris nobis? aut extendes iram tuam à generatione in generationem?

MOEsta, & pia conquestio, ac expostulatio, quî fieri possit, vt irascatur tamdiu Deus, ac per omnes generationes protendat vindictam, atque punitionem, hoc videri posse iniquum, certè à naturali misericordia ipsius abhorrens, & à promissis, quasi diceret, *en hæc promissa fides* [o] *est*? Duravit Babylonica captiuitas annis dumtaxat septuaginta [p], iuxta Ieremiæ prædictionem, sed exulibus, ac ærumnosis præ desiderij vehementia, longior omnis videtur mora, & propemodum infinita. Angelus etiam veluti dolens captiuitatem populi, nimisque in longum proferri conquerens, Deo ipsi dixit [q], *Domine exercituum* (cui promptissimum hostes comprimere, eorumque castra, milites, arma) *vsque quò tu non miserebcris Israel, & urbium Iuda, quibus iratus es? iste iam septuagesimus annus est*. Hos annos apud Zachariam non in captiuitate transactos, sed alios post reditum exponunt, & quidem etiam post refectum templum, etiamsi nondum cœpissent, quo tẽpore de illis prophetã eo modo vaticinabatur. Sed nõ est præsentis instituti controuersa hæc tanta, de qua Enarratores, præsertim Ribera noster, & ex eodem ordine in Ieremiam Castro. [r] Est fortassis hic etiam non tam querimonia, quàm certò credentium, ac sperantium oratio: num dubitandum fuit, ô Deus salutis nostræ, de misericordia tua, & benignitate, ne tamdiu, & in æternum tua duraret indignatio, quique clementissimus diceris, in adeò multas generationes tuus desæuiret implacabilis furor? Hunc Hebræi de sua, in qua nunc sunt longissima captiuitate, vsurpant sermonem, vel desperando, vel frustrà sperando. Concedi potest compassum suæ gentis infidelitati Prophetam hoc pacto, piè quiritari apud Deum, ac deprecari pro ipsius conuersione, quam præuidebat sine lege, sine rege, sine prophetis, sine Christo diutissimè futuram, quoad in fine sæculorum,

a Thren 5.21. Zach. 1.3. Ierem. 31.18. Malac. 3.7.
b in c.31. Actu & præcedent. psalm. 31.
c lib. 1. de lib. arb. c. vltimo.
d lib. 2. c. 19.
e 1.2 q. 75. a. 2. ad pr.
f vers. 9.
g ps. 39. 13.
h Esa. 46. 8.
i Osee 7. 11.
k ps. 39. 11.
l Dan. 13. 9.
m Luc. 15. 13.
n ibid. 17.
o Cant. 6. 11.
p Ierem. 3. 1.
q Conc. Trid. sess. 6. c. 4. r. 5. Confess. c. 1. lib. de perfect. iust. c. 21. r Cant. 1. 4.
s Cant. 6. 11.
t Ioan. 6. 44.
u Cant. 1. 3.
x Osee 11. 4.
y Ierem. 31. 19.
z Esa. 65. 19.
a ar. 4. de cõuersio.
b 2. ad Bonifacium c. 8. de gra. & lib. arb. c. 5. *Cũ gratia præueniente cooperatur liberum arbitrium.*
c vers. 20.
d c. 3. 18.
e psal. 125. 4.
f c. 5. 21.
g psal. 59. 3.

a Ps. 31. 8.
b vers. 10.
c Num. 15. 31. Esa. 1. 5. cap. 44. 25. Deut. 31. 16. 20. Ezech. 17. 15. Zach. 11. 10. Leuit. 26. 15. 44. Ierem. 11. 10. c. 14. 21. c. 33. 20. 21.
d Num. 30. 13. 16.
e Ezech. 17. 20. c. 44. 7.
f vers. 19.
g Esa. 8. 10. c. 24. 5. 2. Reg. 15. 34. Iob 5. 12. 1. Esdræ 4. 15. Eccl. 12. 5. Ierem. 15. 20.
h ps. 88. 44.
i Iob 16. 12.
k Esa. 24. 19.
l Esa. 28. 21.
m ps. 6. 10.
n Abac 3. 2.

Sensus loci.
o Æneid. 6. p c. 25. 11. c. 29. 10. 2. Paral. 36. 20. Dan. 9. 2.
q Zach. 1. 12.
r in c. 29 n. 4.

lorum, *postquam intrasset plenitudo Gentium, omnis Israel salvus fieret* [a].

a Rom. 11. 25. 26.

Nunquid in æternum irascêris nobis?] Hieronymus, *nolis in æternum irascis nobis*, vt non rectè Hugo eidem tribuat lectionem istam nostram. Vetus Latinum psalterium, & Gallicanum, ac Augustinus, & Chrysostomus, quem postea citabo, *non in æternum irascaris nobis*. Romanum, *vt non*, &c. Nostra versio melius exprimit particulam interrogãtem הא *ha*, & μὴ, quamuis Græca possit accipi absque interrogatione, vt Euthymius monet, sicque Apollinarius explanat,

μηδὲ τοῦτό μου τοῖς δικαίοις χαλεπαίνῃς.

Neque hoc famulis semper irascaris.

Chaldaicè, *numquid possibile est quod in æternum irascaris nobis?* Sic psalmo 78. [b] *Vsque quo irascêris in finem?* & absque nota dubitationis in 102. [c] *Non in perpetuum irascetur, neque in æternum comminabitur.* Deus ipse, *Non in sempiternum*, inquit, *iurgabo, neque vsque in finem irascar* [d]. Immortalem iram seruare mortalis non debet homo.

b verf. 5.

c verf. 9.

d Isa. 57. 16.

ἐ ἀεὶ θυμῷ ἐχῶ μὴ φυλακὴν ὄντες ἀν.

e apud Arist. 2. Rhet. c. 21.

Inimicitias mortales esse decet, amicitias immortales [f]; dextris iunctis ante Solis occasum (quod Apostolus [g] ait, *ne Sol occidat super iracundiam*) in gratiam redire dissidentes oportet, more Pythagorico [h], in aqua inscribere inimicitiã, in æs amicitiam incidere [i], ollæ perturbare, hoc est, iræ cineres, iuxta Pythagoræorum symbolum [k]. Obseruauit prior ista Bochius. Quodam modo immortalis Deus ita se cum homine gerit mortali, qui post mortalitatis istius statum iubebit peccatorem *tradi tortoribus, quoadusque reddat vniuersum debitũ* [l], quod numquã poterit. Chrysostomus [m], nisi fortè sit alius Latinæ saliuæ, hac sententia, vult iudicari orationem, qua quis à Deo petat, vt hîc sibi irascatur, hîc affligat, hîc emendet, in isto sæculo flagellet, vbi flagellũ finitur, & correptio inuenitur, non autem in æternum irascatur, & flagellet. Augustinianum apophthegma est, hîc vre, hîc seca, vt in æternum parcas. Basilius, vel Theodoretus hisce verbis docent vrendum illis etiam qui sunt calamitatibus liberati, nec confidentes esse propter peccatorum debere remissionem, sed in timore constitutos Iudicem mitigare.

f Cic. pro Rabir. g Ephes. 4. 25.

h Plut. de amore fraterno. Pelusiota l. 2. Epist. 111. & Plin. l. 28. Symposiac. 7.

i Marc. 18. 34. m hom. in hunc psalm. vers. 10. 1.

Aut extendes iram tuam à generatione in generationem.] Hebraicè est futurum tempus absque vlla alia particula; & Hieronymus hac quoque omissa, exponit per participium, nectendo priori mẽbro, *nolis in æternum irascis nobis, extendes iram tuam, in generationem, & generationem.* In psalteriis aliis Latinis, apudque Augustinum & Cassiodorum, *neque, aut sine, vel, extendas*, &c. apud Cassiodorum, *à progenie in progeniem*: in psalterio Gallicano, seu Ambrosiano, *à generatione, & progenie*; in Romano, seu Vaticano, *à progenie in progenies*. Sensus obuius, idem qui in præcedentibus illis, *in æternum*, vt & alibi sæpenumero. Quid sit generatio dictũ etiam alias, Hebraicè דור *dor*. Græce γενεὰ. Insinuatur ne transiliat Deus illam veluti præscriptam à seipso sibimet legem, *visitandi, siue puniendi vsque in tertiam, & quartam generationem*, cùm simul adiecerit *de generationibus eorum qui oderunt eum*, & maiores suos imitantur peccando, & promiserit *facere misericordiam in millia his, qui diligerent eum* [o]: quã amorem adeò humili nunc prece, & pœnitẽtiam indicante profiteri suo, & sui populi nomine videtur propheta. Attingit Hugo sensum istũ, priórq; illo Chrysostomus, aut quis alius propria homilia in hunc locum, qui adiicit ex Ezechiele [a], quòd *anima sola quæ peccauerit punietur, nec filius patrem, aut patris iniquitatem filius portabit*, nempe per se loquendo de pœna spirituali priuationis gratiæ, vel beatitudinis, quamuis interdum gratiæ auxilia quædam maiora propter maiorum peccata posteris negari videantur. Sed de hac re alias.

a Ezech. 18. 20.

o Exo. 20. 6.

Declarant alij mysticè de duabus generationibus, vt si primæ Deus irascatur, non irascatur secundæ, videlicet, ei, quæ fuit ab Adam vsque ad Christum, vel illi, qua carnaliter *nascimur* ex Adã *filij iræ* [b], non irascatur generationi, quæ à Christo incipit, & per quam regeneramur in ipso, & attulit cum gratia paradisi aditum, & immortalitatem. *Ego scio cogitationes, quas ego cogito super vos, ait Dominus, cogitationes pacis, & non afflictionis, vt dem vobis finem, & patientiam* [c] (id est, quod est in desiderio vestro extremum, & à vobis patienter expectatum, ac auidè) *& inuocabitis me & ibitis, & orabitis me, & ego exaudiam vos* (vt scilicet redeatis in patriam liberati de captiuitate.)

Sensus mysticus.

b Ephes. 2. 3.

c Ierem. 29. 11. 12.

Vers. 7.] Deus tu conuersus viuificabis nos: & plebs tua lætabitur in te.

Vers 8.] Ostende nobis Domine misericordiam tuam: & salutare tuum da nobis.

VEl corrigit præcedentem querimoniam, & hæsitationem, vel si hæc non fuit, sed magna orantis fiducia, enixius adhuc rogat, vt experiri liceat misericordiam Dei, quæ ipsum deceat maximè, & cuius præsentia vitam, atque hilaritatem conferat. Auertente faciem Deo turbantur omnia, dum emittit spiritum suum, & illustrat faciem super nos, recreamur, ac renouatur facies nostra, saluósque nos facit in misericordia sua, Christum hic indicari, qui Iesus nominatur, & Saluator, magno cuncti Enarratores consensu affirmant. Augustinus [d] etiam, quòd conuersio, & sanctificatio, viuificatio, securum gaudium nostrum non sit à nobis, sed à Deo, qui vocat aversos, ita vt superbire non possit cui Deus ostendit misericordiam suam, qui persuadet quidquid boni habet homo, non habere nisi ab illo, qui omne bonum nostrum est. Scribit Ambrosius [e] quòd totus hic locus vsque ad versum vndecimum, Iesum Dominum sonat, qui viuificauit mortuos, estque misericordia, vtpote remissio peccatorum: prophetam auidum desiderare videre in corpore, quia in Dei maiestate non poterat, quem sperat tenere, quem si viderit, propriis velit manibus comprehendere: longè Christum à nobis, & à nationibus antea positum, descendisse in terras, factum esse propè, ac inhabitasse ipsum qui gloria Patris est, in terra nostra, cœpisse nos cum timere cum deuotione atque pietate. Frequentat hos versiculos Ecclesia, tum tempore Aduentus, tum quotidie in Missa.

Sensus lit.

d in psal. 118. octon. 6.

Deus tu conuersus viuificabis nos.] Hieronymus, *nonne tu, reuertens viuificabis nos?* expressit hoc loco vim particulæ interrogantis הלא *halo*, quod versu sexto non fecerat, vbi erat הא *ha*. Putat quidam [e] hoc loco lectum olim pro הלא *halo* nomen Dei, אלוה *Elohah*: maligne mutationem factam non video cur suspi-

e Steyreus.

candum sit. Græcè hic nulla interrogatio est, Hebraicè sunt duo verba futuri temporis, *an non tu conuertens, vnificabis nos* חֲלֹא אַתָּה תָּשׁוּב תְּחַיֵּנוּ *halo attah thasùb thechayenu*; solent autem duo verba cum ita concurrunt hoc pacto exponi per participium præcedens, & verbum sequens. Habent cætera Latina psalteria, & Augustinus, Cassiodorus, Ambrosius [a], *Deus tu conuertens.* Videtur autem Augustinus supplere (*nos.*) Alij passim subaudiunt (*te.*) Vnum ex alio fit, vnumve propter aliud, vt nempe conuertens seipsum Deus ac reuertens ad nos benignè, nos etiá prius auersos cõuertat ad se: sed simpliciore sensu literali exponitur, vt *Deus conuertat*, seu *auertat*, quemadmodum est in aliis psalmis [b] *captiuitatem*, id est, captiuos, vitámque restituat, quam videntur amisisse, parúmque differre à mortuis, qui grauiore calamitate premuntur. Vel vt ipsemet Deus cõuersus, ac reuersus ad eos, quos deseruisse videbatur, *& sicut dormientium in sepulchris memor amplius non fuisse* [c], *& obliuioni dedisse tanquam mortuos* [d], restituit pristinæ vitæ, libertati, patriæ, prosperitati. Hebræum verbum תָּשׁוּב *thasùb* significat *redire, & reducere*, & etiam *liberare*, Græcum participium ἐπιστρέφων actiuum dumtaxat est, non medium, vt Iansenius tamen dixit, sed si quippiam, vt dixi, subintelligas, poteris interpretari conuertere se, aliúmve, aut conuerti, actiuè, passiuè, transitiuè. Apud Matthæum [e] ex Esaia [f], quod Latinè dicitur, *& conuertantur, & sanem eos*, Græcè est ἐπιστρέψω *epistrepso*, *conuertam*, nimirum seipsos, Hebraicè in singulari וְרָפָאתִי *verapheti*. Vtuntur scripturæ *vnificandi* verbo pro eo quod est quempiam à mortis periculo, aut sententia, aut supplicio, & pœna liberare, non solùm iam mortuum in vitam reuocare, lege præcedentes psalmos [g].

Allegoricè, tropologicè, anagogicè viuificatio hîc accipitur de vita, quam se Christus esse dixit [h], de illa, *quam vt haberemus, & abundantiùs haberemus*, venisse se confirmauit [i], quæ est vita gratiæ, & gloriæ, quam solemus appellare *vitam æternam*. Rediit Petro vita, & vnificatus est, vbi *conuersus respexit eum Christus* [k]: de prodigo etiam filio recepto in gratiam, pius pater pronuntiauit, quòd *mortuus reuixerat* [l], & citatis locis Esaiæ, & Matthæi dicitur, Deum sanare illum, qui conuertitur. Charadrium auem alibi hoc ipso opere retuli suo obtutu, quod Physiologi tradunt, ictericos ad sanitatem reducere: sed nugas vocat Aldourandus [m]; quod Aiguanus (mendosè nominans Chaladrium) hoc loco refert ex Magistro de proprietatibus rerum: morituram ægrũ non respicere, sed si valetudinis spes sit, suóque tunc aspectu omnem ab eo morbum ad se trahere, & sæpe pro illo mori. Christum constat nostras in se infirmitates suscepisse, pro nobis mortuum esse, benigno aspectu curasse, atque viuificasse.

Et plebs tua lætabitur in te.] Chaldæus, *in verbo tuo*, quo modo sæpe vertit putántque nonnulli Verbi incarnationem ea dicendi forma indicari. Lætitia hæc est cum congratulatione, vt plebs pro beneficio gaudeat, & gratias agat. Conuersio illa in Deo ad nos, de qua priori membro, gignit lætitiam, & vt in alio dicitur psalmo [n], *conuersus viuificas, & consolatur nos. Inenarrabilem lætitiam percipis*; vt Petrus [o] loquitur, hic viuificatus à Deo, & iustificatus; deinde adhuc maiorem in futura viuificatus, & beatificus. *Audiui,*

A quòd tibi remissa sint peccata, *dat Deus gaudium, & lætitiam facit, vt exultent etiam ossa humiliata* [a]. Est hoc gaudium verum *in Domino* [b], *& in Spiritu sancto* [c] proximus post charitatem *fructus* [d], ii cui & gloriatio in eodem *Domino* [e], vt non teipsum commendes, non glorietis, aut lætetis in te. Hortatur iustos noster Dauid [f] *lætari in Domino, & rectos corde in illo gloriari.* Malo tuo lætaberis in te, ait Augustinus, bono tuo lætaberis in Deo; quando volueris habere gaudia de te, inuenies planctum de te, si vis securus gaudere, in illo gaudeas, qui non potest perire. Istud gaudium *nemo tollet à nobis* [g], quia de Deo est, qui non patitur occasum, nec deserit, nisi prior deseratur. Solus humilis gaudio isto perfunditur, quod Aiguanus humili vocabulo *plebis* insinuari vult. At pro *plebe, populum* reddit Hieronymus, & vtrouis nomine quilibet comprehenduntur, imi, summi, medij. Potiùs tropologicè plebem populúmve acciperem pro facultatibus animæ nostræ, ac membris etiam corporis, in quæ vitalis gratiæ vis redundat.

B II

Ostende nobis Domine misericordiam tuam.] Chaldaicè שִׁבְרָךְ *tuach*, *bonitatem tuam. Ostendendi* verbo, vt & *videndi* experimentum, & exactiorem rei perceptionem designari docent dicta psalmo 4. [h] *Quis ostendit nobis bona*, & in aliis psalmis [i] occurrit vi eadem, phrasis eadem. Idem salutare quod sequenti membro dari petitur, alibi dicitur ostendi [k]. Ostenderat olim Deus potẽ tiam, iustitiam, alia attributa, tribulationes quoque multas, & malas [l], nondum misericordiam ita clarè, nondum *omne illud bonum*, quod promiserat Mosi [m], & quam dixi hoc loco appellari bonitatem à Paraphraste. Obseruari vtcumque mysteriũ Trinitatis hic potest in nomine *Domini*, quod est יְהוָה *Iehouah* Patris personam in *misericordiæ*, Spiritus sancti, cui illa, & bonitas attribuitur: sequenti membro in *salutaris*, Filij, qui est salutare, salus Saluator, Iesus. Nil etiam verat eumdem Christum & salutare, & misericordiam appellari; quia per ipsum consecuti sumus misericordiã; & quemadmodum à Patre omnis paternitas [n] est, sic idem vocatur *Pater misericordiarum* [o], sed κατ' ἐξοχὴν Filij sui maximè misericordis, quem quasi gignẽs *ex visceribus* communicauit nobis [p]. Ambrosius [q] ipsum Christum asserit misericordiam hic nominari, vt pote qui sit remissio peccatorum. Subdit deinde alia, quæ iam prius retulimus, ad loci totius præsentis intelligentiam facientia, vt quod ostentio indicet præsentiam corpoream: datio comprehensionem propriis manibus. Idem [r] Dauidem ait illis verbis [s], *Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam*, intellexisse Verbi Incarnationem. Eadem Chrysostomi [t] sententia, dum ita quoque declarat illud [u], *Defecit in salutare tuum anima mea*, videlicet per vnius ex S. Trinitate personæ ad nos demissionem, atque præsentiam hoc loco flagitari. Augustinus [x], senem Simeonem videre Christum in hoc sæculo cupientem, hoc ipsum cantasse scribit. Denique idem est Ecclesiæ sensus, dum tam libenter, ac sæpe vsurpat verba ista. Ex Græcis Cyrillus Alexandrinus [y] confirmat tum Dei verbis apud Oseam [z], *Misericordiam volo*, tùm Esaiæ [a], *Iuxta est salus mea, vt veniat, & iustitia mea, vt reueletur*, Græcè ἐγγὺς ἡ σωτηρία μου τοῦ ἐλθεῖν, καὶ τὸ ἔλεός μου, *iustitia mea, & misericordia mea.* Augustinus [b] differens de gratia, & natura, ostendi misericordiã, refert ad ostentionem vitæ, gratiamque præue-

C D E

[a] supra.
[b] pſ. 13.7. pſ. 125.4.
[c] pſ.87.6.
[d] pſ 30.13.
[e] c.13 15.
[f] c.6. 10.
[g] pſal 40. 5. pſ. 70 20. pſ. 79.19.
[h] Ioan. 11. 25.c.14 6. 1 c.10.10.
[k] Luc.22. 61.
[l] c.15.32.
[m] Ornithol. l.10.c.67.
[n] pſ.70.22.
[o] 1.epiſt.1.8.
[a] pſ. 50. 10.
[b] Philip.4. 4.
[c] Rom.14.17.
[d] Gala.5.22. 1 1.Cor.1.31.
[e] pſ. 32. vlt.
[f] pſ. 32. vlt.
[g] Ioan 16 22.
[h] vers.7.
[i] pſal. 49. 23. pſal. 84.8. pſal. 59 5. pſal. 70. 20. pſ. 77.38.
[k] pſ.90.16.
[l] pſ.70.20.
[m] Exo 33 19.
[n] Epheſ.3.15.
[o] 2.Cor.1.3.
[p] Luc.1.78.
[q] in pſal 118. octon.6.
[r] Apolo Dauid c.11. 5, 1.5.c 3.
[s] in pſ.118.
[t] upſ.118.81.
[x] ſerm 13. de tempo. & 3. de verbis Apoſt.
[y] in Oſeæ c. 6.n 65.
[z] c.6.6.
[a] c.56 1.
[b] de nat. & grat.c.32. Gratia aſpicit, præcedentem & ſubſequentem.

mientem: salutare dari, ad gratiam subsequẽtem, vt ambulare possimus. Omnis iustus *vas misericordiæ est* [a], *& vile Domino Christo* [b], qui Paulum quoque sibi *vas electionis* fore dixit [c]. Vt rectè iam dictum sit per nomen *misericordiæ*, non solùm per *salutaris*, intelligi Christum ipsum. In huius ostensione ac visione clara, beatitudinis nostræ summa consistit, quatenus Deus est: accidentaria, & corporis nostri fœlicitas est, humanitatem eiusdem videre. *Misericordiæ* nomen abstractum rectè conuenit Christo, *quia apud ipsum misericordia, & copiosa redemptio est* [d], nec vllum opus maioris misericordiæ fuit Incarnatione, & quod magis gratis, ac sine meritis nostris exhibitum sit. De eodem Christo sunt qui exponunt illud ex Cantico Mariæ [e], *Misericordia eius a progenie in progenies.* Lucius Papa secundus hoc symbolo vsus est [f].

Et salutare tuum da nobis.] Potuisset Hieronymus sicut versu quinto, *Iesum tuum*, reddere: quia vtrobique est idem nomen Hebræum. *Salutaris* vocabulo & σωτηρι creberrimè designatur Iesus. Augustinus [g] id obseruauit. Ait vero præterea [h], prosto salutari orari in hoc psalmo, & hoc antiquos iustos dixisse; *Salutare tuum da nobis*, Christum tuũ cùm in hac carne viuimus, videamus: videamus in carne qui nos liberet à carne: veniat caro mundans carnem: patiatur caro, & redimat animam, & carnem. Addit de sene Simeone, prout & antè notauimus. *Dans* verbum indicat necessitatem gratiæ, vtque *gratis, & absque argẽto redimamur* [i], & quòd *si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione*, qua *sic Deus dilexit mundum, vt vnigenitum suum daret* [k], *quasi nihil despiciet eam* [l]. Ambrosius [m], vt iam bis retuli, obseruabat quamdam velut apprehensionem manibus factã, sicut de seipso, ac de condiscipulis Ioannes primis Epistolæ primæ verbis testificatur. Iubet nos demũ Rickelius quotidie hunc versum recitare, vt ostẽdi nobis postulemus misericordiam, hoc est, effectum pietatis diuinæ euidenter, & copiosè, & salutare, id est saluationem salutarem, vel etiam Christũ, dando eum nobis quotidie in Sacramento altaris, & per spiritualem aduentum eius in nobis, sicut de ipso sub nomine Sapientiæ scriptum est [n]; *Da mihi Domine sedium tuarum assistricem sapientiam.*

Vers. 9.] Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: quoniam loquetur pacem in plebem suam.

Et super sanctos suos: & in eos, qui conuertuntur ad cor.

Sensus loci.

CVm non tam vaticinando, quãuis hoc quoque, quàm optando, & precando, saltem inde à quinto versu, de liberatione, tum de Babylonica captiuitate, tum iuxta mysticum sensum, de peccati, diaboli, mortis, damnationis dixisset, nũc sic, vt orauerat, certus futurũ, veluti excitat comparátque seipsum ad excipiendũ oraculum, & responsum diuinum. Arrectis stabo, inquit, attentisque auribus mentis meæ, vt exaudiam quid intus mihi suggerat, & respondeat Dominus Deus, fortis, ac potens, cuius resisti decretis non potest, sique decreuerit saluare, non est qui possit ipsius resistere voluntati, quia est rex omnipotens, & ditione eius cuncta sunt posita, *fecitq; cælum & terram, & quidquid cælis ambitu cõtinetur, dominatui omniũ, nec est, qui resistat maiestati eius* [o]. Decet, immò necesse est, regi responsum daturo subditus, vt silentiũ præco imperet faciatque audientiã. Ipsemet mihi, qui sum auditor, præconis fungens officio, silentium indico, ac submissè, obedienter, reuerenter, patienter, libenter, hilaritet quidquid dicatur, audiam, & cæteris nomine regis mei Dei promptè atque simpliciter communicabo, & edicam. Hoc verò demum est quod audiui; sicque respõdit, & effatus est Deus, istud oraculum fudit, & responsum dedit. Ratum, & cõstitutum mihi est, ait ille, pacem populo captiuo, salutem, incolumitatem, felicitatẽ restituere, atque de integro in amicitiã, & gratiam meam reconciliatum recipere, veteribus prorsus extinctis inimicitiis, remissa iniquitate, opertis omnibus peccatis, reatuq; ipsorũ condonato, & deleto. Nullũ excipio ab hoc promisso & beneficio: nõ erit id solis sanctis proprium, qui religiosè me colũt, & inuocãt, peccatoribus etiã conueniet, dummodo pœniteat eos, totóq; se ad me corde conuertant, & à peccatis sese auertant: quemadmodum tu, ô Dauid, & tuo ipsius, & omnium nomine precatus es, vt vos cõuerterem, redirèque facerẽ in patriã vestram, & gratiã meam, meam verò iram à vobis auerterem, iraſsi desinerem, veluti mortuos reuocarem ad vitam, mœrẽtes lætificarem. Præstabo hæc omnia, ne dubites. Nec verò quid impedit quominus primis verbis desiderium spésq; innui dicatur, illud ipsum salutare quod proximè antè petierat, audiendi, atque illum ipsum prophetam, quem audiendum promiserat, & prædixerat Moses [a]. Hoc genus locutionis Cassiodorus Scripturæ diuinæ proprium vocat, nihilque tale in libris fæcularibus inueniri dicit. Ego non dubito exempla proferri posse ex poëtis, qui se canant subitò exauditos in eo quod proximè antè expetere se significabant.

Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.] Hieronymus, *audiam quid loquatur Deus Dominus.* Hebræum verbum, & Græcum futuri temporis est, יְדַבֵּר *iedabber*, λαλήσει, quo modo etiam vertit Aquila, & Symmachus: ille autem ἐισχυρὸς κύριος, *fortis Dominus*: hic ὁ θεὸς κύριος, & omiserunt ἐν ἐμοὶ in me, quæ nec in Hebræo textu sunt. Potest futurũ optatiuè, ac deprecatiuè sumi. Nomen primũ אֵל *el fortem*, ac *potentem* sonat, ἰσχυρὸν, vt Aquila exposuit, & per id significatur quod antea dixi, *subesse Deo* (cuius hìc nomen est ineffabile יְהוָה *Iehouam cum voluerit*, posse [b]. Rectè autem addita sunt ἐν ἐμοὶ, vt intelligeremus de auditu spirituali, auribúsq; internis. Quo pacto idem Dauid de seipso aliàs dixit, *Spiritus* [c] *Domini locutus est per me, & sermo eius per linguam meam*, vbi Hebraicè est præpositio (ב) *be*. Quanquã hæc præpositio sæpius idem valeat quod *per*, & instrumenti rationem denotet. Ita etiã de seipso scribit Zacharias [d], *Et dixit ad me Angelus Domini, qui loquebatur in me.* Præterea Micheas [e], *Si reuersus fueris in pace, non est locutus Dominus in me*: & Augustinus in alio opere [f], sic præsentẽ declarat locũ de locutione diuina in mente Dauid. Sed ex eo quod interiùs, & in aliquo loqui dicatur Deus, non existimo, quod Agellius vult, colligi animum illius, in quo loquitur, bene affectũ, & compositũ esse. Concedo improbum Balaã [g] cecidisse; & Saũlem [h], sub id tempus quo propheta esse narrãtur, nec dubito, animo turbato, & affectibus cõmoto fuisse. At prophetatio Saũlis (quẽ corruptè legũt aliqui *cecinisse* pro *cecidisse*) non erat ex prophetiæ propriè dicto spiritu, siue dono, sed ad canendas laudes Dei cum aliis prophetis, qui nec ipsi erant illo modo veri prophetę vt bene demonstrat Abulẽsis [i]; quemadmodum

a Rom. 9. 21. b 2. Tim. 2. 21. c Act. 9. 15.

d psal. 129. 7.

e Luc. 1. 50. f Alph. Ciac. eo.

g l. 22. de ciu. c. 29. h ferm. 1. de verb. Apost. c. 4.

i Esa. 52. 3.

k Ioan. 3. 16. l Cant. 8. 7. m in psal. 118. octon. 6.

n Sap. 9. 4.

o Esther 13. 9. 10. 11.

a Deut. 18. 15.

b Sap. 12. 18.

c 2. Reg. 23. 2.

d c. 1. 9. 13. 14.

e 3. Reg. 22. 28. f 9. Gen. ad liter. c. 2.

g Num. 24. 4. h 1. Reg. 19. 24.

i 1. Reg. 10. q. 5. 6. & c. 19 q. 34. & seq. & 39.

nec nuntij Satanæ, qui & ipſi *prophetabant* a. Balaam, tametſi caderet, & improbus eſſet, non idcirco non in eo, hoc eſt, intus verè, ac propriè loquebatur Deus; ita vt etiam non perciperet, quæ dictabantur animo ipſius, cum etiam profiteretur ſe nihil niſi quod poneret Deus in ore tuo, loqui poſſe, *nec immutare verbum Domini Dei ſui, vt plus vel minus loqueretur* b. & ſcriptū eſt, quòd *ponebat Deus verbum in ore illius* c, & eſſet *auditor ſermonum Dei, qui scientiam nouiſſet de Altiſſimo, & viſiones Omnipotentis videbat, cadēs apertos haberet oculos* d. Hunc ipſum caſum de ſomno, ac ſopore interpretatur idem Abulenſis e, Caietanus, Vatablus, ac de quodā modo ecſtaſis. Quin & Antonius Fonſeca f caſum ſumens propriè, & non de ſopore, non dubitauit conſentire hac in parte Munſtero, (qui alioquin religionis malæ auctor extitit) valere ad cōmendationem, fidem, & auctoritatem prophetiæ caſum illum, quia ſoleret bonis prophetis cōtingere, vt non valentes ferre ſpiritum Dei, caderent in terram. Oleaſter idē indicat g. Exemplo certè Daniel h poteſt eſſe. Illud autem de Balaam tropologicè, vt ferè omnia, declarat Gregorius i. Denique phraſis Hebræa eſt quā Lxx. ſecuti videtur, vt ſit idem loqui in aliquo, quod alicui, & per aliquē. Nam quod Latinè legimus apud Abacuc k, *Vt videā quid dicatur mihi*, Hebraicè & Græcè eſt, *in me*. Vbi Theophylactus obſeruat præpoſitione denotari differentiam diuini ſermonis ab humano, quod hic ab extrà primùm aures circūſtrepat, deinde ad mentē perueniat: diuinus intùs fiat, mentiſq; aures feriat, & attingat. Hoc autē prophetis omnibus cōmune eſt, *in quibus locutum* ſcribit indefinitè Paulus l. Similia docuerūt prior Cyrillus Alexandrinus m, & Baſilius n. Recipio etiā tropologiam Auguſtini, & aliorum, audire in ſe loquētem Deum, qui ſe cohibeat à ſtrepitu mundi, & auertat ſe ad ſe, & à ſe in illū, cuius vocem audit intenius, quaſi obturans aurem (*oculum quoque qui obturatus, & clauſus erat in Balaam* o) cōtra tumultuantem vitæ huius inquietudinem, & contra *animam corpore, quod corrumpitur, aggranatam* p, *& ſenſum terrenā habitatione deprimentem multa cogitantem*. Hæ ſunt aures audiendi, quas qui habent, inuitantur ad audiendum q: *nec intelligere ſinit Deus auditum, docēre ſcientiam, niſi ablactatos a lacte, auulſos ab vberibus* r; *vt loquatur ad cor, ducat in ſolitudinem* s: & tamen veriſſimè dixit Auguſtinus t, nullam eſſe animam, quamuis peruerſam, quæ vllo modo ratiocinari poteſt, in cuius conſcientia non loquatur Deus. Rogandus *vt aperiat aures, ne contradicamus* u, *& aures aperiet nobis* x, *& loquatur, quia nos ſerui eius audimus* y, *& vel quaſi furtiuè ſuſcipiat auribus noſtris venas ſuſurrij eius* z. Nihil namque, ait Gregorius a, ſe auris ab exterioribus deſiderijs abſcondat, interna non penetrat. Idē b vērò etiam ſcribit ſanctos viros inter illuſiones, atq; reuelationes, ipſas viſionum voces, aut imagines quodam intimo ſapore diſcernere, vt ſciant vel quid à bono ſpiritu percipiant, vel quid ab illuſore patiantur. De matre Auguſtinus c prodit dicere ſolitam, ſe neſcio quo ſapore, quē verbis explicare non poſſet, diſcernere quid intereſſet inter Deū reuelantem, & animam ſuam ſomniantem. Sed quia hoc paucorum eſt, *nec omni credendum ſpiritui, ſed probandi ſpiritus ſi ex Deo ſint* d, *quod eſt diſcretionis ſpirituum donum* e, de quo nōnihil aliàs f egimus, præſtat ſapientiores cōſulere. Lege Bernardum g diſſerentem de ſignis & notis diuinarum inſpirationum, & accuratum Adriani noſtri, cui cognomen

a 1.Reg.19.20

b Num.22.18. & 23.3 & 24.13
c vers.5.16.

d Nu.24.16.

e in c.23 q.2 N 3

f nota. in Caietan.

g in c.24 Nu h c.10.6.&7.

i 25.Mor.c.10 vel 14.

k c.2.1.

Diuini & humani ſermonis differentia.

l Hebr.1.1. m in c.1.Oſeæ num.11. n in pſ.18.

o Num.24.3. 15.

p Sap 9.15.

q Matt.11.15. cap.13.9.43. Apoc. 2.7.11 17.9.cap.13.6. 22.2.c.13.9. r Eſa 28.9. s Oſeæ 2.14. t 2 de ſerm Dom.in mon te.

u Eſa 50.5. x pſalm.39.7. Hebræo. 5. y 1.Reg 3.10. z Iob 4.12. a 5.Mor.c 20. b 4.diſt.c.48

c 6 conf.c.13.

d 1.Ioan.4.1. e 1.Cor.12.10. f in 1.Ioan. 4. 1. g ſerm. 57. in Cant.

A

etiam noſtrum Adrianum, cuius de diuinis inſpirationibus religioſis, vt aptè ac vtiliter ſermonem haberet ad populum, implorabat diuinam opem, tum verbis pſalmi 50. *Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam*: cum illis, *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus*. Ambroſius c citans ex editione Lxx. d aperi os tuum verbo Dei, interpretatur, allato præcepti loco, prius aperiendam aurē, vt audias quid loquatur in te Dominus. Explicat præterea e de auditione ſpirituali, & qui ſe ſciunt audire, hic hoc loco locutum, & petiſſe vt cognoſceret quid loqueretur in ſe Deus: qui negligat hoc pacto audire, abſcindendā ei *auriculam* f, quod ſuperſluc habeat autem, qui audire, & examinare non nouerit. Philo Carpathius g explanans Cantici Canticorum h ſententiam, vt cōuerterunt Lxx. *Quid facremus ſorori noſtræ in die quā vnique verbum factum fuerit in ea?* vel, *loquetur quis in ea?* ἐν αὐτῇ ἢ λαλήσει ἐν αὐτῇ, quamuis accipiat perinde ac ſi reciprocum pronomen eſſet ſibi qua ipſa ſibi locuta fuerit, & declaret de diſcuſſione conſcientiæ propriæ, profert præſentem locum, atque in eo moneri nos vult audire & obedire præceptis diuinis. Tunc exclamat, ô beatiſſima auditio, ô ſuauiſſima auſcultatio, & iucundiſſima pax animi. Qui minora præcepta Dei audit, ac ſeruat, maxima conſequitur ab eo beneficia, eáque diuina, & numquam peritura. Cauendum ne vocanti renuas Deo, *tuoq; te interim rideat* i. Athanaſius k porrò abutētibus iſto, ſimilibuſq; aliis locis, in quibus Prophetæ locutum in ſe Deum dicunt, vel quid operatum, ad probandum non eſſe Patri Filium cōſubſtantiale, etiamſi Christus dixerit, *Ego in Patre, & Pater in me eſt* l; occurrit eo modo, Chriſtum abſolutè locutum, non autem vt debuiſſet, ſi hac in re ſimilis aliis fuiſſet; *ego quoque in Patre, & Pater quoque in me*, vt nihil ſibi ἴδιον καὶ ἐξαίρετον *proprium, & eximium*, apud Patrem habere declararetur ſed κοινὸν καὶ ὅσα πάντων ἐστὶν αὐτὸν χάριν, *communem cum omnibus gratiam*. Tum exponit ſenſum dictorum verborum, quia Filius quidquid eſt, id vniuerſum ſit, τὸ πατρὸς εἶναι, *Patris ſubſtantia*, ὡς ἐκ φωτὸς ἀπαύγασμα, καὶ ὡς πηγῆς ποταμός, *velut ex lumine proradiatio, & ſicut ex fonte fluuius*. Argumentatur hinc etiam idem Doctor m pro Spiritus ſancti diuinitate; quoniam de hoc dici ſolet quòd *locutus in prophetis*, vel *per Prophetas* n; hic autem nominatur *Dominus Deus*, quem ſe Dauid auditorum canit quid loquatur in ſe. Ad allegoriam ſpectat, quod ait Aiguanus, optaſſe Dauidem, vt loqueretur Verbum Dei in ſe, id eſt, in humanitate, cum prius audiuiſſet loquentem in aliis prophetis, & decuiſſe vt incarnatum Verbum loqueretur, quod per locutionem Patris in ſeipſo productum fuerat.

B

C

D

E

Quoniam loquetur pacem in plebem ſuam.] Hieronymus, *ad populum ſuum*. Præpoſitio אל el, & עם vtrumuis ſignificant, aut *ſuper*, & *propter*, hoc eſt, in bonum populi, aut plebis. Chaldaicè, *populo ſuo*, לעמיה lehhammeh. Apud Zachariam o affinis locus, in quo prædicitur fore, vt *rex iuſtus, & ſaluator pauper, & aſcendens ſuper aſinam, & ſuper pullum filium aſinæ, diſpergat quadrigam, & equum, & diſſipet arcum belli, & loquatur pacem gentibus*. Pacem loqui, eſt loqui pacificè, vt pſalmo 27. p nec non iis de rebus, quæ ſint gratæ, pertineántque ad proſperitatem, & felicitatem. Plena pax erit in cœlo, quia *hic vita noſtra militia eſt* q: pacem tamen operatus eſt aduentus Chriſti in conſcientias fidelium præſertim; *pacifi-*

a hom.1.

b verſ.17.

c in pſ.36. d Prou.c.1.8.

e in pſ.118. octon.14.

f Mat 26.51.

g in Cant. h c.8.8.

i Prou.1.26. k orat.4 contra Aria.

l Ioan.14.11.

m lib. de cōmunione Pat Fil.& Spir.S. & Dispt. cōtra Arū Iaodicea habita. n Hier. 1. & in Symb.

o c.9.9.

p verſ.3.

q Iob 7.1.

cauit quæ in cœlo ac terra [a]; pax Christus noſtra fuit, faciens vtraque vnum [b]; liberauit nos timore inimicorum noſtrorum [c]; annuntiare voluit natus pacem hominibus ab Angelis [d]; eamdem ſapius locutus eſt [e], dedit, relinquit [f], vtq; ſuis, quibus prædicarem, bene precarentur, iuſſit [g]: locutum ſe dixit, vt in eo pacem haberemus [h]; & Paulus iuſtificatos pacem dicit habere ad Deum [i]. Rex pacificus myſticus Salomon ſponſam pacificam Sulamitidem adamat, *quamnis hæc ſimilis choris caſtrorum* [k], *& eorundem aciei ordinatæ* dicatur [l]. Pacificato naſci voluit mundo *princeps ipſe pacis* [m], *conflari lanceas in vomeres, gladiósque in falces* [n], *& vt habitaret lupus cum agno* [o]; tametſi ſuos, *tamquam agnos miſerit in medio luporum* [p], *& non pacem, ſed gladium* [q], vt malæ paci iuſto pulſæ gladio, pax bona (*quam mundus dare non poteſt* [r]) ſuccederet. Dulcedinem promiſſionis Eligius [s] in his Pſalmiſtæ verbis contineri ſcribit. Philo Carpathius [t] nominat beatiſſimam auditionem, ſuauiſſimam auſcultationem, iucundiſſimam pacem animi. Vocat Eſaias [u] *fluuium pacis*. Hugo S. Victoris [x] duplicem pacem diſtinguit, quas dat Deus, alteram plebi, ac imperfectioribus in tranquillitate mentis, alteram ſanctis, & perfectioribus in gaudio contemplationis; primam in hominibus, ſecundam ſupra homines. Alter Hugo Cardinalis hoc loco plebis quaſi duo membra ſanctorum, ſeu perfectorum, & imperfectorum, ſeu pœnitentium, qui *conuerſi* dicuntur *ad cor* agnoſcit. Ait etiam loqui Deum in plebem hiſtoricè, ſuper ſanctos allegoricè; in eos qui conuertuntur ad cor, tropologicè. Item in plebem laicorum loqui pacem reconciliationis ad Deum; ſuper ſanctos clericos pacem pectoris ad ſeipſos; in eos, qui conuertuntur ad cor religioſos pacem temporis, vt vltimi abſtineant à litibus, ſecundi non implicent ſe negotiis ſæcularibus, contenti redditibus eccleſiaſticis, primi ſciant ſe ſine illa pace, conſequi ſalutem non poſſe. Aiguanus vult innui prædicaturum Chriſtum plebi Iudæorum, quorum *copioſa multitudo* ſecuta eſt poſtea ipſum [y], Apoſtolis, qui fuerunt cæteris ſpeculum ſanctitatis; Gentilibus ad fidem corde conuertendis. Bernardus [z] primùm eoſdem docet ſanctos, qui conuertuntur ad cor, & plebem Dei eſſe. Deinde hominum genera tria diſtinguit, deſignata in Noë, Daniele, Iob coniugatorum, continentium, prælatorum; qui plebs Dei ſint, mandata non tranſgrediendo; conuertantur ad cor, à carnalibus illecebris ad ea, quæ cordis ſunt, id eſt, ad ſpiritualia deſideria ſe conuertendo: ſancti ſtudendo magis prodeſſe quàm præeſſe. Poſtremò deſignat in ordine religioſo plebem officialium fratrum, qui exterioribus, & quaſi popularibus negotiis occupantur: ſanctos, qui miniſtrent altari, aut prælatos cõuertẽtes ſe ad cor; clauſtrales nulla impeditos occupatione, & liberè vacantes Deo. Idem [a] adhuc diſputans de differentiis cogitationum, vnde oriantur, docet à Deo eſſe illas, *quibus loquitur inius iuſtitiam* [b], pacem, pietatem; cùm mala in cordibus verſamus, noſtram cogitationem eſſe; ſi bona, Dei ſermonem eſſe; illa cor noſtrum dicere, hæc audire: quia *dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus* [c]; & *de corde exeunt cogitationes malæ* [d]; cauendum ne quod Dei eſt in nobis, demus nobis, putantes verbi viſitationem noſtram eſſe cogitationem, difficillimum eſſe quod attinet ad cogitationes malas, diſcernere inter morbum mentis, & morſum ſerpentis.

Et ſuper ſanctos ſuos.] Hieronymus, *& ad ſanctos ſuos.* Nullũ dubitamen arbitror eſſe præpoſitionum (*in*) quæ fuit in priori mẽbro, eſtque in ſequẽti, & (*ſuper*) nam in alia Hebraicè, quam אל *el* extat. & Græcè ἐπὶ. Potuit Interpres retinere præpoſitionem eamdem, ſed non quia id nõ fecit, Varenij meruit reprehenſionem. Qui ſint ſancti dictum priùs, & aliàs quid importet hæc vox, aut חסד *chaſed*, aut חסידים *chaſidim*. Lege Setarũ [e] noſtrum. Arnobij quoq; expoſitio eſt, ſãctos de Apoſtolis accipiẽtis, alios de iis, qui per ipſos cõuertendi erant. Hi peculiariter pios, & miſericordes Hebraicè ſignificant, quibus profecto pax, & rerum affluens proſperitas proprio quodã iure debetur, & vt *miſericordiam conſequantur, qui eam in alios exercent* [f].

Et in eos, qui conuertuntur ad cor.] Hieronymus, *vt non conuertantur ad ſtultitiam.* Chaldaicè, *& non conuertentur ad inſipientiam.* Hieronymo tribuit Lyranus coniunctionem (*&*) non autem cauſalem (*vt*, Ricardus Cenomanus (*ne.*) Quod parum refert, & (*vt*) habet hos omnes vſus. Alij, *vt non reuertantur* ſeu *recidant in ſtultitiam*, nempe in amentem illam impietatem, & quoduis aliud peccatum, propter quod in captiuitatem abducti ſunt. Idololatriam Lyranus, & Treuetus intelligunt, & impletam poſtea Zachariæ [g] prædictionem; *diſperdam nomina idolorum de terra.* Certè nihil ſtultius, & inſipientius veneratione idolorum, propter quam *obſcuratum inſipiens cor*, ſcribit Paulus [h] ſapientium mundi. Lege dicta pſalmo 13. [i] *Dixit inſipiens in corde ſuo.* Hebræus autem textus hoc loco ſic habet וְאֶל־שׁוּבוֹ לִבְּלֹהֵי *veal uaſciuuu lechaſiah.* Probabile eſt legiſſe Lxx. וְאֶל *veel & ad*; tum ſupplendum relatiuum pronomen אֲשֶׁר *aſcer, ad eos, qui* שׁוּבוּ *uaſciuuu, conuertentur*, vel שׁוּבִי *ſcuue, ad conuertentes*, nempe ſe, ſed facilius illud, quia ſæpe ſuppletur dictum pronomen. Denique לִבָּם לוֹ *libbam lo, cor eorum ipſi*, id eſt, Deo. Eſt enim ſimilis litteræ (כ) *chaph* litera (ב) *beth* & litteræ (ם) *ſamech* litera (ה) *mem*: & modica facta detractione, ex (ה) *he* fit (*vau*:) púcta verò, vt ſæpe monui, olim non erant. Minùs probo quod ait Ricardus Cenomanus pro לִבָּבְלֹהֵי *lechaſiah* fuiſſe לֵב *leu, cor*, & סֶלָה *ſelah*. Nam licèt in pſalmis Latinè ſoleat manere סֶלָה *ſelah non conuerſum*, Lxx. exprimunt pro illo διάψαλμα; & Interpretes alij, ac Hieronymus, aliquid aliud, vt docuimus aliàs. Si mauis nihil mutationis accidiſſe in textu, dicas cum Genebrardo, propoſitionem æquipollentem eſſe, *& in eos qui conuertuntur ad cor*, cum illa, *& in eos, qui non reuertuntur ad ſtultitiam*: quia qui ad ſeſe redeunt, & ſeriò, & ex animo reſipiſcunt, non amplius ad dementiam reuertuntur; talibus autem loquitur Deus, ac promittit pacem, & reconciliationem. Græci codices emendati ſic legunt καὶ ἐπὶ τοὺς ἐπιστρέφοντας πρὸς αὐτὸν καρδίαν, *& in eos, qui conuertunt cor ad ipſum.* Complutenſia, Regia, & alia Biblia Græcè habent καρδίαν αὐτῶν, *cor in ipſum.* Illyricum pſalterium pluraliter, *& ſuper conuertentes corda ad ipſum.* In pſaltetio Latino vetere, & Gallicano, apudque Auguſtinum, *& in eos, qui conuertunt cor ad ipſum.* Ambroſius [f] addit (*ſuum*, *cor ſuum.*) Romanum pſalterium, Caſſiodorus, Arnobius, *& in eos, qui conuertuntur ad ipſum*, vel, *eum.* Qui legunt *conuerti cor ad ipſum*, legerunt Hebraicè eo modo, quo dixi, vel æquipollente propoſitione vti maluerunt, ſi prout modò legimus, legerunt. *Conuerti*, ſeu *reuerti*, ac *redire ad cor*, item *reducere* eſt ſapientiora inire conſilia, cogitationéſque emendare, corrigere, pœnitere, ſeriò & attentè deliberare meliora. Sic Dauid *inuenisſe ſe*

cor

a Coloſſ. 1. 20.
b Ephes. 2. 14.
c Luc. 1. 74.
d c. 2. 14.
e Ioan. 10. 20. 21.
f c. 14. 27.
g Matt. 10. 12.
h Ioan. 16. 33.
i Rom. 5. 1.
k Cant. 6. 12. l vers. 3. 9.
m Eſa. 9. 6.
n c. 2. 4.
o c. 11. 6.
p Matt. 10. 16.
q ibid. 34.
r Ioan. 14. 27.
s hom. 1.
t in Cant.
u c. 66. 12.
x annot. in pſ. c. 62.
y Luc. 6. 17.
x ſerm. in id. Audiam quid loq.
a ſerm. 32. in Cant.
b Eſa. 61. 2.
c pſ. 13. 1. pſ. 52. 1.
d Mat. 15. 19.
a in lib. Mach. tol. 7. 5. & in libro trihare tium 2. c. 7.
b Matt. 5. 7.
c c. 13. 2.
d Rom. 1. 22.
e vers. 1.
f in pſ. 118. octon. 6.

cor dixit *suum, vt oraret* a: & iubentur *peccatores redire ad cor* b, quia *illos cor deseruit* c, raptum ad alia quæ non sunt Dei, qui est *Deus cordis* d *nostri, & præberi* sibi postea *cor* e. De pœnitentibus propriè hanc Salomon formulam vsurpauit f, *si autem peccauerint tibi, &c. & conuersi corde suo in terra captiuitatis suæ*, (de hac dicitur esse sermo in psalmo isto) *dicentes, peccauimus, iniquè fecimus, iniustè egimus, & reuersi fuerint ad te in toto corde suo.* Auctor Ecclesiastici g, *Qui timet Deum*, inquit, *conuertetur ad cor suum.* De conuersis ad cor cuiusmodi sint, antea declarauimus. *Pax exuperans omnem sensum*, ineft reuertenti, & conuertenti se ad cor, seu ex corde per pœnitentiam ad Deum *reuertenti, illa cor, & intelligentiam* ipsius h. *Non potest mundus talem dare pacem* i, quantumlibet dicat *pax, pax* k, quoniam *non est pax impiis* l. *Speret igitur* (pulchrum euangelicum *pacem suam petens* m, qui sum prædicatores *fœderis pacis, quod per vnum Deum patrem sempiternum* n, *in filio suo nobis reconciliauit sibi* o, & *mittens legatos qui deprecentur per ipsum*, nemine quidem illius, *reconciliamini Deo* p.

Vers. 10.] Verumtamen prope timentes eum salutare ipsius: vt inhabitet gloria in terra nostra.

Sensus lect.

PRædictionis præcedentis exitum effectumve non procul abesse asseuerat, vt scilicet salus conferatur breui, & libertas his, qui versantur in captiuitate Babylonica, multoque magis, qui in diabolica, si quod in se est, cum Dei gratia faciat, ipsum timendo; quasi causam quare permissa fuerit captiuitas, dilatumque remedium indicet: fuisse contemptum Dei, & quòd non esset timor ante oculos hominum. Ait verò præterea salutem in eo constitere vt suam Deus gloriam declaret, & præsentię maiestatem, ac fauorem ad eum ferè modum, quo quondam, *& in tabernaculo Mosi* q, *& in templo Salomonis* r *manifestauit per nubem & ignem.* Referunt id Hebræi ad vetustum Templi. Basilius etiam, seu Theodoretus ad priscam patriæ gloriam, post reditum de captiuitate. Alij in genere ad tranquillum, & probe constitutum, ex ludibrio, cui expositi erant in captiuitate Hebræi, ad gloriam, quia fuerat Iehouah Sabaoth mystico sensu interpretantur aduentum Christi. *qui est gloria Patris, splendor gloriæ, & figura substantiæ eius* s, & cuius cùm *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, visa est gloria quasi Vnigeniti à Patre* t. Sed Augustinus cum cæteris ferè ipso posteritatis Latinis, per *timentes* accipiunt Iudæos, ad quos propriè missam se dixit Christus u, & Simeon vocauit illum *gloriam plebis Israel* x, addit appellari potuisse magis à Iudæis, quàm Iudith, *gloriam Israel, & honorificentiam populi sui* y, & ex Iudæis Christianos postea gloriatos hoc nomine aduersus eos, qui ex Gentibus fiebant Christiani, vt ex Epistola Pauli ad Romanos colligitur, Iudæos enim timuisse Deum verum, quamuis, vt plurimùm propter finem temporalem: Gentiles longè distasse à Deo, *Christum euangelizasse pacem* z, hoc est, quod paulo ante dicebatur, *loquetur pacem*) *his qui erant longe, & pacem his, qui prope* a, gloriam Iudæorum esse, quòd ex eis ortus sit Christus, inde prædicare cœperit, & ibi primùm suos prædicare voluerit. Tropologiam dat Lyranus, vt non solum salus exhibeatur his *qui*

Tropologia.

conuertuntur ad cor, id est, qui perfecte conuersi sunt, sed etiam qui timent, id est, attriti sunt, atque à peccatis abstinent propter timorem, qui timor licet sit seruilis, tamen disponit ad charitatem. Rursus alij timorem intelligunt absolutè, etiam pro filiali. Ignatius b quidem hoc testimonio probat Deo indiuidue cor gloriosum, qui abiiciat animi tumorem, arrogantiam, fastum, superbiam. Allegoriam Ambrosius c non de Iudæis, sed de Gentilibus assignat. Longè, inquit erat Christus à nobis, longè erat à nationibus: descendit in terras, factus est prope, cœpimus non timere: nam qui Christum timet, non timori est subditus, sed deuotioni, qui est timor pietatis, non infirmitatis. Sed & alibi de eiusmodi *timentes Dominum* in Scripturis diuinis potius quàm malè intelligi, qui colerent Deum verum, ante aduentum Christi, vel etiam post aduentum præsertim si essent proselyti. Sic idem locus verbo habet sensus, & in eodem quoque genere differentes. Quod hic *gloria* Christum significet, docet etiam Cyrillus Alexandrinus d & Bernardus e probat, quia *gloria patris, seu, laus filij est filius sapiens* f, & sapientia ipsa nemo sit sapientior. Consentit etiam Isidorus g.

Verumtamen.] Hebræam vocem אך *ach.* & Græcam πλὴν, & Chaldæam בְּרַם *beram* vertunt aliqui *siquidem, certe profectò, caterum.* & Apollinarius μέντοι *men.* Alij exponunt aduersatiuè, quasi dicat, quamuis Dominus loquatur pacem in plebem suam, salus tamen eius est prope timentes eum; vel propter illos, ac eorum religionem dabit salutem, & quam locutus est pacem plebi suæ: vel licèt loquatur pacem in plebem suam, ac tantum bonum polliceatur ei, hoc tamen vnũ ab iis dumtaxat requirit, vt ipsum timeant, colántque. Tantem hæc seu asserriuè, seu aduersatiuè particula sumatur, innuit per ipsam Dauid, se quasi ex reuelatione didicisse quod antea aut ignorabat, aut minùs considerabat, cur tamdiu Deus salutaris auersus esset à populo suo, ab eóque auertus, nec exaudiret flagitantes, ostendisi bi misericordiam, & salutare dari, quoniam non est hoc salutare prouequum, nisi iis qui timent eum. plurimi verò de Dei plebe neglexerunt hũc ipsius timorem, cultúmque. Sic in 72. psalmo, postquam, vt Agellius notat, multum quæsitum fuisset, quare impiis bene esset, veluti demum ingressus Vates Sanctuarium, ac Deo edoctus reuelante, pronuntiauit causam istam, *Verumtamen propter dolos posuisti eis.*

Propè timentes eum salutare ipsius.] De his Deum timentibus, dictum antea satis. Vim facit Lyranus in aduerbio *propè*, interpretans de timore seruili, qui quod Augustinus h dixit, & ipsum citans Magister i sententiarum, introducit charitatem sicut seta linum: Ita vt idcirco non sit in timentibus adhuc salutare, sed propè timentes Deum. Non est admodum efficax ratio, quia cum alibi k dicitur. *Prope Dominus omnibus inuocantibus eum in veritate* non denotatur aliqua imperfectio, vt nec quando *iuxtà est ijs, qui tribulato sunt corde* l, cùm dicatur etiam esse cum aliquo *in tribulatione* m. Præterea *habere Deum appropinquantem sibi, quod multa habet natio alia* inficiendum n, gloriatis de suis penatibus, prærogatiua ingloriatis est, non indicans Deum parum abesse, nec intimam esse. Denique sententia Petri huc facit o, *In omnate compert, quoniam non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente, qui timet Deum, & operatur iusti-*

a 2. Reg. 7. 27.
b Ezech. 18.
c psal. 19. 13.
d psal. 72. 26.
e Prou. 23 26.
f 1. Par. 6. 36. 37. 38.
g c. 21. 7.
h Phil. 4 7.
i Ioan. 14 27.
k Iere. 6. 14.
l Isa. 48. 22. m 53 -.
n Ezech. 37. 26.
o 2. Cor 5. 18. 19.
p vers 20.
q Nu 9 15 16. r 3 Reg 8. 10. 11. 2. Para 7. 1.
s Heb 1. 1. t Ioan. 1. 14.
u Matt. 15. 24. x Luc. 2 32.
y Iudith 15. 10.
z Ephe. 2. 17.
a Isa. 57. 19.

a Epist 5. ad Trallia.
b in psal. 118. octon. 6.
Christianum timor est pietatis, non infirmitatis.
c l. 6. 5. in Isa. d serm. 1. de natiuit.
e 200 10 1.
f de Natiuit. Dom. c. 11.
g vers. 18.
h tract. 9 in ep. Ioan. l. 3. d. 34. litera F.
k psal. 144 18.
l psal 33 19. m psal 90. 15.
n Deut 4. 7.
o Act. 10. 34.

tiam,

a psal. 118. 155

b 2. Mach. 2. 5.

c In 2. Par. 5. 7.

d in vita Ieremiæ.

e in Ieree. c. 3. 20.

f in 2 Mach. cap. 2. 8. 19.

g in Aug. t. 1. l. 14. & seq.

h 1. de verbo Dei ca. 15. ad

i in 2. in Ezech. c. 1. 5.

k in 11. de Antichristo c. 12.

l 1. 1. Mach. c. 4. vers. 49.

m c. 11. 19.

n psal. 146. 2.

o Esa. 10. 28. 22.

p Rom. 11. 25.

q Prologo. super 1. in Annum.

r 2. Cor. 1. 12.

s Ephes. 3. 17.

t Ierem. 5. 44.

u Matt. 5. 16 xxiv. maximo de Epiph.

tiara, acceptus est ille. At peccatoribus longè est salus a.

Vt inhabitet gloria in terra nostra.] *Gloria* quid hic valeat dixi: illa alia pro arca, de qua interdum etiam alibi egimus, non facit ad rem, quia ita erat in Iudæa, licet dum versarentur in captiuitate Iudæi, separato in loco *intra speluncam* iussu Ieremiæ, collocata fuerit b, quam R. Kimhi specum scribit fuisse in pauimento Templi, sed refutatur ab Abulense c. Epiphanius d ait iussisse Ieremiam absorberi in saxum in medio montium, vbi iacent Moses, & Aaron; quod transcripsit in Synopsi Dorotheus, & Thomas Aquinas, aliusve in historiam Machabæorum. Lege de nostris Christophorum Castro e, Seratium f, Riberam g, Bellarminum h, Villalpandum i, præterea Thomã Maluendam k. Si vera sit opinio Riberæ, in reditu de captiuitate Babylonica repertam Arcam, & in Templo secundo repositam à Zorobabele, & id velle Ieremiam, dicentem in citata Machabæorum historia, *quod ignotus erit locus, donec congreget Deus congregationem populi, & tunc Dominus ostendet hæc*; potest hoc votum captiui populi in sententia præsenti, *vt inhabitaret gloria in terra* ipsorum, referri ad arcam; scilicet vt ad eum modum, quo ante captiuitatem, honoratam in Templo sedem recuperaret, ac toti Templo, & prouinciæ, ac populo gloriam, atque celebritatem apud omnes Gentes, sicut priùs daret. Eadem sententia est Iosephi Stephani l. Sed opposita sententia communior est; postquam Arca occultata est à Ieremia, nunquã apparuisse, nec appariturum, nisi sub finem mundi, idque primùm Christianis, quando propter vnam istam, inter alias causas conuertentur Iudæi, vt citatus demonstrat Maluenda, & hanc esse congregationem populi, de qua Ieremias loquebatur. & videri idem indiçari in Apocalypti m, cùm scribitur *apertum templum in cœlo, & visam arcam Testamenti in templo, & facta fulgura, & voces, & terræmotus, & grandinem magnam*, denique congregationem illam congregandam esse eamdem *cum dispersionibus Israelis congregandis* n, *& reliquiis Israel conuertendis* o, *& omni Israel saluando* p.

Tropologia Bernardi q est inhabitare gloriam in terra animæ nostræ, cùm habemus illam gloriam, quam Apostolus r vocat *testimonium conscientiæ nostræ, quæ gloria*, inquit, *vera est, & inhabitans, quia ab eo est, qui per fidem habitat in cordibus nostris* s, *gloriam, quæ à solo Deo est, qui non quærunt, sed ab inuicem* t, sectari gloriam extrinsecus fluentem, & ideo non habere eam in semetipsis, sed magis in alijs: postremò inhabitare gloriam etiam hac in terra nostra si quod in psalmo subditur, *misericordia, & veritas obuiauerunt sibi, & iustitia, & pax osculatæ sunt*. Arguanus aliam allegoriæ mixtam tropologiam tradit, factũ salutare nostrum, id est Christum, prope nos, non solùm loco, sed carnis quoque similitudine, vt inhabitaret gloria in terra nostra, hoc est, vt corpus nostrum, quod est terra, in ipso glorificaretur. Sed proculdubio multo maior gloria prouenit in animam ex præsentia salutaris gratiæ Christi, nec non in Ecclesiam vniuersam, tum inde, tum ex luce bonorum operum, *propter quam glorificant homines Patrem nostrum, qui in cœlis est* u. Quis enim illic, ait Leo x, proferens hanc ipsam Christi sententiam, præsentem non intelligat Maiestatem, vbi veram videt apparere virtutem; quæ vtique sine Deo nulla est, nec proprietatem obtinet dignitatis, nisi spiritu sui vegetetur auctoris. Subdit postea, Qui experiri cupit an in ipso Deus habitet, de quo dicitur, *Mirabilis Deus in sanctis suis*, syncero examine eo. dis sui interiora discutere debere, & sagaciter quærere, qua humilitate resistat superbiæ &c. quisquis huiusmodi sit, Deum & rectorem, & habitatorem sui esse, ei dubitandum non esse, quem tanto magnificentiùs recipiat, quanto magis non in se, sed in Domino gloriatur: tandem hoc pacto *regnum intra nos esse* a, cùm nihil non illius agimus spiritu, cuius regimur imperio. Hoc illud ipsum est, quod nuper exponebat Augustinus, ostendi nobis misericordiam, vt ab ea nimirum toti semper pendeamus, nec quidquam nobis tribuentes, sed Deo, nunquam permittamus à nobis exulare misericordiam, & gloriam ipsius, sed benedicamus in omni tempore, semper sit laus eius in ore nostro, *Laudetur in ipso anima nostra* b, *non nobis, sed nomini illius dari gloriam* c, velimus, & procuremus.

a Luc. 17. 21.

b psal. 33. 3.

c psal. 113. 1. secund. Hebr.

Vers. 11.] Misericordia, & veritas obuiauerunt sibi: iustitia, & pax osculatæ sunt.

Vers. 12.] Veritas de terra orta est: & iustitia de cælo prospexit.

Sensus lyr.

LÆtus quòd voti sit compos factus, ideóque rem certò futuram, vt iam præteritam, & completam pronuntians, canit cùm reddetur gloria populo, quam dixit, & in patriam redux pristinum recuperabit statum fœlicitatis, fore vt Dei misericordia, eiusdémque in promissis præstandis veracitas, & fidelitas, seu etiam iustitia, cui satisfecerint saltem ex parte, qui luerant pœnas in captiuitate, veluti graues, ac honestæ, amicæque personæ sibi obuiam fiant, & ad illum effectum salutarem operandum concurrant, & quodammodo beneuolè sese mutuò exosculentur: præterea, vt prior virtus promissam liberationem, & omnis boni copiam quasi de terra fructum, & in ea habitantibus post reditum progerminet, proferátque, & quæ visa fuerat in cœlo diu delituisse, perinde ac si terras dereliquisset iustitia, quandiu vexatus est populus ab iniquis, nec supplicum auditæ piæ preces, gemitúsque, de cœlo demum prospiciat, prouideat, succurrat.

Sensus mystici varij traduntur. Primus Bernardi d, vt indicetur quasi per prosopopœiam quædam altercatio misericordiæ ac pacis ex vna, veritatis ac iustitiæ ex altera parte, super humanæ redemptionis causa. Docet per peccatum fecisse parentes primos virtutum istarum iacturam, misericordiæ, veritatis, iustitiæ, pacis, quibus custodiebantur, docebantur, regebantur, fouebantur. Deinde contendisse veritatem, & iustitiam, vt puniremur, pacem, & misericordiam, vt nobis parceretur. Cùm autem hæ posteriores paterna pro nobis viscera pulsantes, pio quodam susurro pro nobis loquerentur, tandem decretum esse, vt fieret mors bona, qua satisfieret omnibus, & quæ, vt peccatoribus debetur, *pessima est* e, *euaderet in sanctus premissa* f, id est, in sanctificatis per mortem sanctã sanctorum, qui nihil debens morti, moreretur ex charitate pro aliis. Hæc summa prolixioris, pijssimi, elegantissimi sermonis, quem transcripsissem totum, nisi prostaret omnibus, & ab omnibus attentè perlegi, magnopere cu-

Varius mysticis. d ser. 1. de Annuntiatio.

c psal. 33. 22.

f psal. 15. 3. secund. Hebr.

perem,

petem, hortatérque. Nec non lectu dignus simili apud Hugonem Victorinum [a] Bernardo synchronum dialogismus, & concordia, quia *misericordiam*, inquit, *& veritatem diligit Deus* [b], *Deus, inquam, pacis, non dissensionis* [c], *& cuius in pace cum sit locus* [d], non potest discordes sustinere. Deum hic tandem pro arbitrio, quod virtutes illæ ei permiserint, decreuisse, vt peccatum hominis ex parte propter veritatē puniatur, & propter misericordiam ex parte dimittatur. Eodem referri potest Andreas Ierosolymitanus [e], dicens, quòd Filius Dei per misericordiam venit in veritatem carnis, iustitia verò, & pax osculatæ sunt, quatenus damnato deceptore primorum parentum, pax consecuta est inter homines, & Deum.

Secundus apud Euthymium, & Nicephorum, virtutes hic enumerari, quæ in Christo conuenerunt, vt misericordiam, sanando ægrotos, veritatem docendo, & prædicando, iustitiam, rectè iudicando, prauósque redarguendo, virtute autem præditos laudando, pacem, mansuetum se ac modestum præbendo.

Tertius adhuc Euthymij, misericordiam esse diuinam Christi naturam, quæ potestatem habet dimittendi peccata, & sanandi infirmitates, veritatem, humanā eiusdem naturam, quia *non est inuentus dolus in ore eius*, & solus illam hominis dignitatem, ac similitudinem verè seruauit, qua ad imaginem Dei factus fuerat, & verus homo erat, non phantasma, vt hæretici quidam dixerunt: iustitiam item sumi pro diuina natura, quia solus Deus iustus iudex est: pacem pro humana, ob ingenuam ac natiuam eius mansuetudinem: has omnes virtutes mutuò se osculatas, eo quòd summam inter se vnionem, atque conuenientiam habeant in Christo; illas naturas obuiasse sibi, quia in vnam personam vnitæ sunt.

Quartus Lyrani, innititurque satis ab Hugone Cardinali, & est etiam illius qui dicitur Hieronymus, quòd Verbum ex misericordia carnē assumpsit, ad complendam veritatem promissionis factam Patribus veteris Testamenti de Incarnatione Filij Dei, & Christus in sua passione satisfecit per viam iustitiæ, sicque *pacificauit ea quæ sunt in cœlis, & in terris* [f], & idem, qui se *veritatem* vocauit [g], de terra ortus est, nempe de Virgine, quæ dicitur *germinasse Saluatorem* [h], sicq; *ascendisse sicut vitigultum, & radix de terra sitiente* [i], id est, de Virgine absque semine virili; denique hoc totum opus redemptionis humanæ secundùm iustitiam, ipsa iustitia de cœlo Patris, ac Trinitatis prospexit, atque decreuit. Fauet id quod scribit Paulus [k], *Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis*, id est, Iudæorum, *propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones Patrum, Gentes autem super misericordia honorare Deum.* Vbi vocationi Iudæorum attribuitur veritas, quia *ipsorum erant eloquia & promissa* [l]. Gentium verò misericordia, vt obseruauit quoque Aquinas [m]. Insinuat hocidem Eusebius [n], cum ait velut ex longinquo interuallo hæc, quæ hic enumerantur, sese inuicem recepisse iā terræ placato Deo, factóque propitio: Saluatoris enim solo aduentu veritatem de terra ortam, cùm ipse esset veritas, legalibus signis, figuríq; sublatis, quia *lex per Moysen data est, gratia, & veritas per Iesum Christum facta est* [o]. Nimirum gratia, & veritate facta, quæ communis est cunctis, legalia cum lege abolita sunt, & Iudæi in societatem & communionem vocati sunt. Lactantius [p] notionem vocabuli *Emanuel*, vt sit nobiscum Deus, & incarnatus, probat ex illis nostri psalmi verbis, *Veritas de terra orta est*, quia, inquit, Deus, in quo veritas est (*immo ipsissima veritas est* [a]) terrenū corpus accepit, vt terrenis viam salutis aperiret. Idem hinc infert Irenæus [b], probans Christum esse veritatem, dicensque ista sententia prophetari generationem Christi ex Virgine, & ex mortuis resurrectionem: præterea, omissis Enarratoribus, Fulgētius [c] ostēdens etiā indidē effici non cœleste, sed humanū corpus sumptūsse. Augustinus [d] itē alibi, vtēs eodē testimonio, coparat Mariā cū terra promissionis, quia multo ante promissa est per Esaiam [e], *Ecce Virgo concipiet, & paries filium.* Mens eadē Hieronymi [f]. Chrysostomus [g] docet per misericordiam & veritatē humanitatis à Christo assumptæ mysteriū significari, & primā diuinitati, quia figmēti sui misertus est, conuenire, secundam carni, quoniam non specie tenus, verùm reipsa Deus Verbū carnē susceperit, déque terra nostra hæc orta est. Hilarius [h] ait, quòd veritas & misericordia Dominus Iesus Christus est Alphonsus [i] Mariam tertiā nominat, de qua Christus, qui veritas est, ortus est, *& dedit fructum suum* [k]. De hoc fructu idem scribit Chrysologus [l], qui *& fructus ventris David* vocatur [m]. Leo [n], in natiuitate impletam hāc prophetiā dicit, & confutari præsenti loco Manichæos, negantes corporaliter de Virgine Christū natum. Adeò communis expositio vim habet argumenti pro dicto mysterio, in quo placuit misericordiæ iungere iustitiam, & poni à Deo propitiatoré, *ad ostensionem iustitiæ suæ* [o]. Immo R. Moles citatus à Titelmano, exposuit de natiuitate Messiæ, absq; viri coniunctione. Zacharias Ioānis pater in Cantico [p] causam vtrāque aduentus Christi significauit, canens venisse *ad faciendā misericordiā cū Patribus* (id est, cum iis etiā qui erant ante legē scriptā) *& vt memoraretur testamenti sui sancti, atque iurisiurādi, quod iurauerat ad Abraham*, qui peculiariter fuit pater, & auctor populi Hebraï. Idem innuat in Cantico Simeonis [q], *lumen ad reuelationē gentium*; quia lumen tenebras expellit naturaliter; *& gloria plebis Israel*, quasi haberet Israel vnde gloriaretur, & ei Christus deberetur, tum propter promissiones præcedentes, tum propter legem obseruatam. Hoc Dauid [r] cecinerat esse *recordari misericordiæ, & veritatis.* Facit eodem osculum expetitum à sponsa primis Cātici verbis, & sub initium capitis vltimi. Atque ita ex Rabbinorū quoque sententia declarātur ista à Petro Bruto [s], & à Paulo Vidneo [t], qui ex Iudæo Christianus euasit ætate nostra. Denique hæc est veritas, quā promisit Deus dare Iacob; & misericordia, quam Abraham, & iurauit ea Patribus à diebus antiquis [u]; hoc est *præparatum in misericordia solium, & sessio super illud in veritate & iudicio* [x]. *Ha misericordia Dauid fideles* [y].

Quintus, effectum aduentus Christi futurum, vt recensitæ hîc virtutes vbique & passim in orbe vigeant, sicut cùm hominū frequentia magna est, obuiāt inuicem sibi & in eadem ciuitate, aut Republica cōfœderantur, velutiq; oscula sibi mutua dant. Vbi aduenerit Christus, quélibet veritatem loquitur cum proximo suo, atque misericordiā, clementiam Dei cum ea virtute societatem, amicitiam, osculum, complexum habituram: præterea litibus, & contentionibus etiā iuridicis, atque forensi strepitu abiecto, profundam futurā pacem, ac suum cuilibet pacatē tribuendū, vacanduinq; in primis seruitio Dei in sanctitate & iustitia; denique simul quis veritatē sectabitur, illicò affore velut indiuiduā veritatis comitem, & assistricē, &

a annot in psl. c.63.
b psl.83.12.
c 1 Cor.14.33.
d psl.75.3.
e orat. de Annunciat.
f Coloss 1.20.
g Ioan. 4.6.
h Esa 45.8.
i c.53.2.
k Rom. 15. 8. 9.
l c.9.4.
m 1.p.q. 21. a. 4. ad 2.
n Agellius citat
o Ioan.1.17.
p lib.4.c.12.
a Ioan.14.6.
b lib.3.c.5.
c 3. ad Thrasim.cap 15. & lib.de incarn. & gratia c 6. differ.2 16.100 de tempore & 60 ac 62. de diuer. & tract. 41. in Ioan.
d c.7.14.
e in c.11. Esa. & 45.
f in psl. 107.
g in psl.57.
h de Virg.c 3. 6.
i psl.84.11.13. l 1.c.1.17.
k psl. 31. 11.
l serm.4. de Nat.
o Rom.3.25. 26.
p Luc.1.72.
q c.2.32.
r psl.97 3.
s lib contra Iudæos
t lib de Incit fidei to. 4. pag 303. & seq.
u Micheæ 7. 14.20.
x Esa.16.5.
y c 55 3.

misericordiam charissimam misericordiam Dei, vt nihil non largiatur cultoribus veritatis: iustitia nẽ cum misericordia cuncta tribuat amantibus, & secantibus pacem. Cõtungit Zacharias [a] prophetæ commendationem virtutum istarum, *pacis, & veritatis, veritatis, & iudicij pacis.* Eodem pertinet quod auctor Græcus [b] anonymus ait, per Incarnationem Christum factum nobis à Deo Patre iustitiam, & pacem, & misericordiam, & veritatem; quia miseratus nos docuit veritatem, atque nitos reddidit, *pacificans omnia* in seipso, *quæ in cœlis sunt, & quæ in terra:* Basilius, vel Theodoretus non modò de reditu populi ex Babylone, sed & de Christi declarans aduentu, ait peccanti, pœnitentiamque agenti fontes misericordiæ suppeditari, & inundare flumina eiusdem super eos, qui Dei legem per veritatem amplectuntur: offerentibus Deo (nec tamen sine misericordia, & gratia ipsius) veritatis agnitionem, retribui misericordiã a misericordi Deo: item cùm quis iustitiã offert, (nempe cum gratia Dei factam) Deum eidem largiri pacem, misericordiam veritati obuiam occurrere. Orituram in diebus Christi iustitiã cum abũdantia pacis vaticinatus [c] psalmo nostri Dauid. Mercurij alati caduceus virga constans cum binis se se complectente, ac osculante serpente, & cũ corona, designabat iustitiæ rectitudinem, quæ dicitur *virga directionis* psalmo 44. [d] & prudentiã (vt Christus ipse in serpentibus notauit [e]) & pacem; quibus tãquam alis vehitur princeps, Rempublicam recte administrans, ad coronam gloriæ tum in hac vita, tum in æterna. His duobus præsertim epithetis Christus describi solet, *iustus, & misericors*, vt sæpe vidimus.

Sextus elici potest ex Bernardo [f], vt quia proxime pollicitus fuerat Dauid, aut petierat pacem, misericordiam, salutare, hócque dixerat fore super timentes Deum, cum gloria, nec satis forsitan intellexerimus, allecti dulcedine pacis, misericordiæ, salutaris, timentibus hæc promitti, nunc admoneat *operandam salutem cum timore*, & associandam misericordiæ diuinæ, ac paci, siue reconciliationi veritatem, & iustitiam, qua misereordem Deum, atque pacis principem obseruemus, & colamus. In Magdalenæ conuersione [g], an Bernardus, misericordiam, & veritatem obuiauisse sibi, cum etiam in pace abire remissis peccatis, iussa est, quia fuerat osculata vtrumque pedem misericordiæ, siue pacis, & iudicij, siue iustitiæ, & veritatis; alterum sine altero osculari, vel temerariam securitatem esse, vel desperationem fugiendam.

Septimum Augustinus, & alij assignant. Si veritas cõfessionis ab homine oriatur, qua se quod verè est, confiteatur peccatorem, & audiuit [h], *Terra es, & in terram ibis*, siue *pulvis es, & in pulverem reverteris*, respicere ipsum de cœlo iustitiam, sicut *publicanus descendit iustificatus, quia sibi peccatori proposuit fieri Deum* flagitauerat [i]: *qui negat se peccatum habere, seipsum seducere, & veritatem in ipso non esse* [k]: *si confitearis peccata tua fidelem esse, & iustum Deum, vt remittat tibi peccata* [l]: justitiam verò de cœlo prospicere, quasi dicat Deus, parcamus huic homini, quia ipse sibi non pepercit, ignoscamus, quia ipse ignouit, conuersus est ad puniendum peccatum suum, conuertar & ego ad eum liberanduin. Imitatus est Augustinum non solum citatus pridem Hugo S. Victoris [m], sed & Petrus Abbas Cellensis [n], vocans hanc veluti mixturam vini, & aquæ, fermenti, & farinæ, & terram esse peccatorem, veritatem, cõfessionem, iustitiam de cœlo, quia cultorum cœlestium custos est, atque posuisse quasi suffraganeum *Cherubin cum gladio flammeo, & versatili ad custodiendam viã ligni vitæ* [a]. Nam Cherubin, inquit, quod est plenitudo scientiæ, ibi positus est, ne per mendacium, & blandas adulationes seduceretur; gladius, ne sine memore cordis confidentis in obstinatione sua, patriæ introitus, & à proscripto in exilium reditus eluderetur: qui flammeus erat, ne tunicis indutus pelliceis, & plumis obsessus vanitatis, flammam contingeret iniustus: versatilis, quia *cùm iratus fuerit Deus, misericordiæ non obliuiscitur* [b], vel ne cuiuspiam fraudis velocitate ingressus subriperetur, &c. Tũ hortatur vt sumat accusationis gladium, qui lignum vitæ esurit, reiecto excusationis scuto, plenitudinem scientiæ, atque veritatem, quæ rotunda, & versatilis est: his insignibus, & vexillis deliniri iustitiam, vultum iam conuertere non iratum, sed mitigatum ad confitentem.

Octauo Arguanes declarat de concordia seueritatis, veteris legis cum nouæ mansuetudine. Vltimus sensus per quandã accommodationem potiùs videtur esse saltem ex parte, quem vsurpant alij, nec vno quidem modo. Cyrillus Ierosolymitanus [c] veritatẽ de terra ortã applicat ad Christum ex horto, in quo sepultus iacebat, prodeuntẽ per modũ virgulti, & vineæ. Sophronius [d] ad natalẽ diẽ, Domini, qui fortè inciderat simul in Dominicũ, qui dicatus est resurrectioni, cùm sermonẽ habuit de illo festo [e]. Augustinus veritatem ortã de terra ad natiuitatẽ iustitiã de cœlo prospicientem ad Spiritũ Sanctũ inde missum, qui *arguit mundũ de iustitia* [f]. Idem [g], postque ipsum Isidorus [h], iustitiã de cœlo ad iustificationẽ nostram, ex munere gratiæ cœlestis, & ab eo, à quo *omne datum optimi, & donũ perfectum est, ac descendit, vt à patre luminum*: nẽ [k] ad misericordiam electa prædestinatos, & quos liberat Deus indignos, quæ nõ impediat veritate, qua plectit dignos. Concilium Toletanũ [l] VIII. ad iuramenta iustitiæ, quæ non cõtra eant misericordiæ & paci, nec debeat quis falsò iurare, & mẽtiri etiã pro misericordia, ita vt vel auferat veritas misericordiã, vel misericordia impediat veritatẽ. Adrianus Papa I. [m] ad concordiã ipsius, & Thaarati vt misertus dicatur Deus Ecclesiæ Constantinopolitanæ, & obuiauisse veritati, Sanctæ, Catholicæ & Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ, quæ semper iustitiam tenuit, vt scriptum est,

Iustitia sedes tua domus tua fuerit;

quã iustitiã, fidẽ atque pudorẽ, vt confessa est Ecclesia Constantinopolitana amplectẽs, quando ab errore cõuersa est, fecit pacẽ. Ad hæc Hieronym. [n] appellãs hæc quasi sponsalia, & cõferens cũ duplici calice in manu Domini [o], misericordiã tribuit pœnitẽti, reuocãdo in patriã, iustitiã, iudiciumve (ac idẽ est de veritate) peccãti, vt captiuitati tradatur; sed monet [p], hac attributorũ coniugatione, vt intelligamus errare, qui dãnatis etiã diabolo, pollicentur pœnitentiã salutarẽ, & misericordiã Dei, vallari autẽ iustitiam misericordia, sic parcere in hac vita) vt iudicet, sic iudicare, vt misereatur. Quamquã alibi docuimus temperari quadã quoque misericordia damnatorũ ipsorũ supplicia, ita vt vbique se se misericordia & veritas, iustitia, & pax exoscularentur. Accommodatitiè etiã Hugo Cardinalis [q] sed ante illũ Chrysologus [r] licet hoc Patrem dicat fecisse per Christum) applicat hunc locum ad pium patrem, *qui reuersum prodigum filium osculo excepit*, sicque *opus iustitiæ pacẽ fecisse* [s]. sed & in eodẽ homine misericordiã assignat cõcupiscibili:

[a] Zach. 8. 16. 19.
[b] apud Agellium.
[c] vers. 7.
[d] vers. 7.
[e] Matt. 10. 16.
[f] ser. de Maria Mag.
[g] Luc. 7. 37. & seq.
[h] Gen. 3. 19.
[i] Luc. 18. 13.
[k] 1. Ioan. 1. 8.
[l] ibid. vers. 9.
[m] apud Hug. de Sanctis. l. 1. lib. de Sanctis. c. 3.
[a] Gen. 3. 24.
[b] Abac. 3. 2.
[c] Catech. 14.
[d] ser. in natiu. Domini.
[e] ser. 16. de temp.
[f] Ioan. 16. 8.
[g] tract. 60. de diuer.
[h] de Nat. Domin. c. 11
[i] Iacobi 1. 17. & Sapient. 105.
[l] c. 11.
[m] in scripto de imaginib. in actione 6. cons. 1. Concil. Nicen. 2.
[n] in cap. 2. Oseæ.
[o] ps. 74. 9.
[p] in c. 2. Ioelis.
[q] ser. 6.
[r] Luc. 15. 20.
[s] 1 Reg. 2. 17.

bili;veritatem rationabili,iustitiam irrationali, pacem sensui carnali. Obuiãt item in eo misericordia,& veritas,qui veritatem, quia misericors, ac benignus est, libenter alijs communicat; sicut faciebat Christus exigens, *vt discerent, quia mitis erat, & humilis corde* [a]. Certè misericordiæ spiritualis eximium opus est, ignorantes docere, & quia interdum adhibenda est reprehensio, & correptio, *iustus corripiet in misericordia* [b].

Misericordia, & veritas obuiauerunt sibi.] Arabicè, *misericordia, & iustitia*: sic non raro pro *iustitia* sumitur *veritas*. At probabile est hìc accipi pro *veritate*, seu *fidelitate in præstandis promissis*. Hilarius [c], *obuiauerunt se*. Hieronymus, *occurrerunt sibi*. Ita quoque Arnobius, & Isidorus [d]. Idem Hieronymus [e] vertens, *concurrerunt*, monet, rectè adiectum esse pronomen, quod non est Hebraicè, nec Græcè, ne credantur hæ virtutes non sibi, sed alij occurrisse, nec sibi dedisse osculum, sed alteri. Obuiatio, occursus, concursus indicant priùs has inter se virtutes disparatas, & disgregatas, conuenisse, earum copiam futuram fuisse, fore vt veluti honoris causa obuiam sibi prodirent, amicitias inter se constituerent. Minùs apto quamuis non falso sensu, posset quis interpretari pronomẽ, *sibi*, de Deo, seu Christo, vt ei occurrerent hæ virtutes iuxta illud [f], *Iustitia, & iudicium præparatio sedis tuæ, misericordia, & veritas præcedent faciem tuam.* Poëtæ describunt musarum, charitum, virtutum choros, & scientiarum enclycopædiam, putauerunt que nonnulli, quos refellit Hieronymus [g], qui vnã habuerit, omnes virtutes videri habere: quamuis etiam docet hærere [h] sibi, & inter se ita nexas esse, vt qui vna caruerit, omnibus careat: quod verum est, si spectentur secundùm exactam perfectionem ipsarum, sicut peritũ Philosophi nominat, qui omnes teneat scientias. Quædam virtutes similiores sunt aliis: has quæ videntur oppositæ, obuiare sibi, & amplexus ac oscula dare, mirabilius est. Vt idcirco videatur Deus adeò admirabilem confœderationem virtutum in Filio suo incarnando significare voluisse, dicens [i], *Et veritas mea, & misericordia mea cum ipso.*

Iustitia, & pax osculatæ sunt.] Addunt Augustinus, & Arnobius *se*. In alijs psalterijs Latinis, & apud Cassiodorum Isidorum [k], Concilium Toletanum I VIII. Adrianum Papã [m] *complexæ sunt se*. Chaldaicè, *communicatæ sunt* אתרבקן *iddabeku*, vel *adhæserunt sibi*. Quem dicunt Hieronymum, hoc priori synonymum facit membrum. Concedi potest, vt & mysticus sensus, peccatori non desperandum, nec iusto gloriandum: Gentiles quoque, ac Iudæos in amicitiam sub vno pastore coiuisse. R. Kimhi veritatem, & iustitiam ex parte hominum vult esse; misericordiam, & pacem ex parte Dei. Alij referunt ad Deum pacem, iustitiam ad hominem. Contrà, nonnullis placet dici de hominibus pacem, iustitiam de Deo, quia postea dicitur quod *iustitia de cælo prospexit*, nempe qua iustos efficit. Spectant, & quidam in eodem Deo cuncta, misericordiam erga Gentes, vt diximus, veritatem erga Iudæos, quibus promissio facta; iustitiam, qua iustificat, pacem, qua reconciliat, & remittit peccata. De ritu osculandarum se in occursu eramus alio loco [n]. Legantur Martialis [o] & Suetonius [p] de Romanis: & de Græcis Plutarchus [q], & primi scholiastes Radetus [r], secundi Torrentius, & Casaubonus, non bonæ quamuis religionis auctor, præterea Lipsius [s], de vsu autem sacro, & Ecclesiastico Baronius [t], & Ioannes Stephanus Durantus [u]. Vocatur pacis osculum in Missa, implicitèr ab [x] Apostolis *osculum sanctum*. Abolitæ iniuriæ, ac reconciliationis indicia sic dicenti apud Plautum [y]; Non sum irata, responsum da ergo, vt credam, suauium, & Arbiter dicẽtem inducit, præterita abolere osculis placet. Idipsum testificatus est indulgens *pater dans filio prodigo osculum* [z], vt obseruauit Chrysologus [a], & Christus oblatum à Magdalena excipiens [b], vt idemmet auctor notat [c]. Distinguit Hugo Card. oscula bona vnionis naturarum, pœnitentiæ, reconciliationis, congratulationis, fœderis, gratiæ, obedientiæ gloriæ: & mala meretricis, fraudis, superbiæ, auaritiæ. De bono pacis, & suauitate dictum alias satis.

Non tam pax virtus est, quàm virtutis, potissimum charitatis effectus, vt docet Aquinas [d]; quatenus hæc, vt ille loquitur, facit ordinationẽ propriorum appetituum in vnum, & appetitus proprij cum appetitu alterius, diligendo Deum, & proximum. Cùm autem nominat Esaias [e] *opus iustitiæ pacem*, aut idem Doctor [f], id indirectè verum esse, in quantum scilicet remouet prohibẽs, & qui ab iniurijs aliorum abstinet, subtrahit litigiorum, & tumultuum occasiones. Sic appellat etiam Esaia [g] *pacem fructum labiorum creatum à Deo*, id est, per gratiam prædicationis productum, quia *lingua placabilis lignum vitæ* [h], & oliuæ tantum ore præferunt pacifici, sicut *columba* [i], inuitantes ad casta, & pacifica oscula, imitantes Dei Filium; immò Dei filij hac particulari ratione effecti [k]. *Iustificatus pacem habet*, vt ait Paulus [l] *ad Deum*, & proinde etiam ad proximum, vt fortassis post resurrectionem Christus *qui resurrexit propter iustificationem nostram* [m], suis pacem denuntiauerit, ostensis vestigijs passionis [n], in qua veritas, seu iustitia, & misericordia obuiauerunt sibi, & propterea iustitia osculum dederat pacificum misericordiæ, quòd sibi satisfecisset exigendo à Christo passionem & mortem pro peccatis nostris. *Non contristemus Spiritum Dei* [o], qui dignatus est apparere *in forma columbæ* [p], quæ est symbolum pacis; neque *Angelos pacis amare sperere* [q] compellamus, repudiata pace, cuius nobis offerunt osculum, seu tutelares Angelos intelligas, seu Apostolos, & Apostolicos doctores; sed *exuiet pax Dei in cordibus nostris, in qua vocati sumus* [r]. *Vtinam attenderes ad mandata Dei, fieret sicut flumen pax tua* [s]. *Iusti in æternum viuent, habitare vnique in pace supernorum* [t], *& quidem in pace, quæ exuperat omnem sensum* [u], *mentem*, mentisque captum. & ipsa in se, & in modus consideretur, quo nobis eam Christus comparauerit [x], & quo vult eam à nobis seruari, *vt eam cum omnibus habeamus, & persequamur* [y] *etiam cum inimicis* [z]; & qui alioquin iustè digni odio viderentur, eos exosculemur, quasi sic ipsammet exosculantes iustitiam, & delinientes, ac blandiẽtes, ne repetat debitas de illis pœnas. Tu demum si amicam pacis, quam amas, non amaueris iustitiam, ait Augustinus, non te amabit ipsa pax, nec veniet ad te. Si declinaueris à malo, feceríque bonum, non iam diu *inquires, aut persequeris pacem* [a], sed ipsa occurret tibi, vt osculetur iustitiam, tèque iustitia præditum.

Veritas de terra orta est] Hebræum אמת *thiesmach*, & Græcum ἀνατεῖλαι, significat *pullulare, germinare, florere, emittere florem*, aut *germen*. Sensus literalis est, quòd promissa, quæ quamdiu non implentur, videntur tanquam semina, vel radices sub terra latere & abscondi, cùm

com, is.

a Matt. 11. vlt. *Misericordia spiritualium operum.*

b psal. 140. 5.

c in psal. 56.

d de Nati. c. 11.

e Epist. 135.

f psal. 88. 15.

g lib. 1 contra Pelag.

h Epist. 129. manifio. 38.

i psal. 88. 25.

k lib. de Nati. Dominic. 11. l. c. 1. in sermone de imaginibus.

Sensus mysticus.

l in Actus Apoc. 20. 3. & 10. 1. Pet. 5. 14. o lib. 1 epigram. lib. 11. Epig. p in Tiberio. c. 54. q in Sympo. septem Sap. rin libro. Epist. r in eccles. c. 6. t annal. tom. 1. anno 45.

s de ritibus eccles. c. 54. t Rom. 16. 16. 1. Cor. 16. 20. 2. Cor. 13. 12. 1. Pet. 5. 14. e in Pœnulo.

u Luc. 15. 20. x Serm. 3. y Luc. 7. 45. z Serm. 95. *Distinctio osculorum.*

a Pax est charitatis effectus potius, quàm virtus. b 2. 2. q. 29. art. 3.

c 32. 17.

d supra, & q. 180 a. 2. ad 2.

e c. 57. 19.

f Rom. 15. 4. g Genes. 8. 11.

h Matt. 5. 9.

i Rom. 5. 1.

k c. 4. 15. 1. Ioan. 20. 20.

l Ephes. 4. 30. *Columba symbolum.*

m Matth. 3. 16. n Isa. 33. 7.

o Coloss. 3. 15. p Isa. 48. 18. q Baruch 3. 1. a Philip. 4. 7.

b Chrysost. & Theophyl. ibidem. c Rom. 12. 18. Hebr. 12. 14. d Orecum. ibidem.

e psal. 33. 15.

complebuntur, consebuntur orti, prodire, proferri, produci, existere, germinare, pullulare. Quod locum habet tum in promissis de liberatione captiuitatis Babylonicæ, tum vniuersi generis humani, prout antea variis modis declaratum est; vbi etiam de Christo, qui veritas est, ortus autem ex terra, id est, ex Maria, constansque terreno carneo vero corpore, quod Manichæi, aliique negauerunt. Vim facit R. Moses in dicto Hebræo verbo pro natiuitate Messiæ, absque viri coniunctione. Caietanus adhuc duobus modis explicat: vel vt veritas terrestris germinare intelligatur tempore Messiæ, in quo nullus est, inquit, locus figmentis, sed soli veritati, *cui vt testimonium perhiberet venit* [a]; quia veritas insita humanis mentibus naturaliter, tanquam irrigata prædicatione Euangelica, profert cum gratia Dei assensum fidei, cum florem ac germen: vel vt veritas germinet de terra, hoc est, ex terrenis hominibus emittat germina sua, quod ait esse valde mirabile, & verè ita est. Veritatem, si, vt aliquando fit, accipiamus pro misericordia, vt velle Hieronymus [b] videtur, tractans affinem Esaiæ [c] locum, *Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustum, aperiatur terra, & germinet Saluatorem.* Sensus erit, quem tradit, quòd terra misericordiam, & iustitiam pariter germinabit, vt & peccatores misericordiam, & iusti præmia consequantur. Aliter idem Pater [d] terram absolutè positam sumit hîc pro Iudæa, in qua est Ierusalem, quam Ezechiel [e] *in medio gentium esse* scribit, & Dauid [f] *operatum* canit *Deum saluterm in medio terræ?* Sed quod indicat de natiuitate, verum non est, lapsúque memoriæ dixisse credi debet, pro passione. Deniq; potest veritas religionis, ac morum integritatem designare, quæ Messiæ tempore in hominibus efflorescat: & iustitia, de qua mox, nimirum Dei, seu gratia de cœlo prospiciat, vt homines, veluti inde descendens, iustificet. Vbi esset hysteron proteron, cum iustitia ista priùs de cœlo prospiciat hoc pacto, quàm veritas à nobis oriatur, aut efflorescat. Sed etiam verum est, quòd quando veritas, seu virtus oritur ex nobis, & à nobis colitur, iustitia prospicit de cœlo, vt munera sua adaugeat, atque remuneret.

Et iustitia de cœlo prospexit.] Caietanus, *de cœlis prospecta est.* Potest, præter illa quæ priùs dixi de hoc membro, *iustitia* sumi pro *veritate*, id est, pro *veritate, ac fidelitate in implendis promissis*, vbi spectatur quædam ratio iustitiæ. Quandoque etiam *iustitiæ* nomen pro *misericordia* accipi non semel obseruauimus. Vtrouis modo *iustitiam* interpretemur, aut etiam pro propriè sumpta iustitia, quatenus in Deo repetiri potest, sensus videtur, quòd Christi regnum extenderut quaqua versus ab imo ad summum, implebúntque cœlum, ac terram veritas, & iustitia; nec vllus erit vtriuslibet partis angulus, quò non veritas, iustitia, pax etiam diffundatur, postquam populo suo Dominus fuerit reconciliatus; & hæ se virtutes, aut effecta præbeant visenda, seséque manifestent, & communicent.

Sensus mysticus. Tritus mysticus antea insinuatus sensus, vt iustitia denotans diuinitatem, prospexisse de cœlo dicatur in veritatem de terra ortam, hoc est, humanitatem Christi per vnionem hypostaticam: sed non ita vt priùs tempore concipiatur orta formatáve humanitas. Iustitiam de cœlo prospectam Caietanus ita vertens, explanat sicut præcedens membrum duobus modis; aut iustitiam cœlestem, quæ est iustitia fidei: aut ante Messiam non esse visam iustitiam nisi de terris, & ab hominibus terrenis dictam, ac exercitatam: tempore Messiæ visam, à cœlis institutam, promissam, prædicatam, ob multitudinem miraculorum approbantium illam. Nec incommodè profecto, vt nuper attigi, geminam quasi stateræ lancem considerare in veritate ac iustitia licet [a]. Iustitiæ lanx præponderabat ante Incarnationem, & alteram *misericordia vsque in cœlum attollebat*; ibi enim erat, *& veritas non vltra nubes* [b]: post Incarnationem ad terras descendens, misericordia iustitiam in sublime eleuauit, vt ibi etiam satisfieret Deo; & is iam debitor inciperet esse secundùm nonnullam iustitiæ rationem.

Illam porrò tritissimam allegoriam de Christo, & Maria, Alphonsus [c] sic paucis optimè complexus est. De terra materni corporis, aic ornatam nascentis veritatem carnis, & respexisse de cœlo iustitiam Deitatis: sicque in vnitate personę, Deo, & homine consistente, hanc terram Virginis nostræ hunc dedisse filij fructum; dante nobis Domino benignitatem nostræ redemptionis. Postremò prospectus iustitiæ de cœlo innuit latuisse quodammodo priùs iustitiam, sicut ortus veritatis de terra, vt antea notatum est. *Hæc est irrorutio cœlorum desuper, nubiúmque pluuia pluentium iustum apertio terræ germinantis Saluatorem* [d].

Vers. 13.] Etenim Dominus dabit benignitatem: & terra nostra dabit fructum suum.

Sensus loci. CErtitudinem rei, quam, vt iam præteritam, & factam pronuntiauerat, confirmat futuri tẽporis verbis, & rationem reddit, quare minimè dubitet de promissis diuinis, & de iustitia Dei reuera completuri quæ promisit: quia ille de cœlo benignè faciet terræ, atque larga ipsam benedictione perfundet, vt quæ clauso priùs, ac *tanquam ferreo & aneo* [c] *cœlo, erat etiam vi ferrum, & ænea ferreáque* [d], hoc est, infrugifera, ac sterilis, proinde diu expectatum fructum copiosè, reipsa quidem materialem, & externum: simul tamen quoque fructum salutis, & Saluatoris: præterea fructum dignum pœnitentiæ, atque meritorum: postremò fructum permanentem in vitam æternam, ac ipsiusmet beatitudinis æternæ. Pollicitus est Deus *ambulantibus in præceptis eius, & mandata illius custodientibus, & facientibus ea pluuias temporibus suis, vt terra gignat germen suum* [g]: item quòd *aperiet thesaurum suum optimum, cœlum, vt tribuat pluuiam terræ in tempore suo* [h]: præterea quòd *semen pacis erit, vinea dabit fructum suum, & cœli dabunt rorem suum* [i].

Sensu allegorico constanter *benignitatis dandæ* vocabulo Dei Filius intelligitur qui datus est humanitati, & fructus veluti à terra reddendus nostra iustificatio, & bona opera per gratiam, atque merita Christi facta. Vel benignitati Dei, qua dignatus est Filium dare, respondit terra nostra, dando fructum humanitatis Christi, de Mariæ vtero qui *germinauit Saluatorem* [k], *fructum terræ sublimem, germen in magnificentia, & gloria* [l], quam post passionem, & ascensionem acquisiuit, vt Gregorius [m] docet. Fructum suum Maria dedit, quem dicitur dedisse, quia *puer natus est nobis, & filius datus est nobis* [n], non solum à Deo Patre ac

a Vlegas in apocal. c. 12. comment. 1. tract. 4. num. 4. & 5.
b pl. 56. in.
a Ioan. 18. 37.
b in Esa. c. 45. c. c. 45. k.
c de Virginit. S. Mariæ. c. 6.
d in c. 5. Exec.
d Esa. 45. 8.
e c. 5. 5.
f pl. 73. 12.
c Leuit. 26. 19. Deut. 28. 23.
d Ibidem.
g Leuit. 26. 4.
h Deut. 28. 12.
i Zacha. 8. 12.
k Esa. 45. 8.
l c. 4. 2.
m hom. 15. in Ezechiel.
n Esa. 9. 6.

Trinitate, sed etiam ab ipsa: ipsius tamen fructus appellatur, & quia præcipuum ex tali fructu, ac propter talem fructum percepit gratiæ fructum: & quia nullus vir in productione ac generatione talis fructus quidquam contulit. Sed prius data illi à Domino benignitas est, implente gratia mentem, & veluti arcam expoliente, vt immitteret in eam cœleste manna Filij Dei. *Omnia nobis Pater cum Filio donauit* [a]: *& quod sibi Pater dedit*, Christus *manu omnibus aliis rebus* dixit esse [b]: siue intelligas diuinitatem generando communicatam; siue eamdem, personámve diuinam, quam actiuè Pater coniunxit cum humanitate Christi, nec minùs quidem Spiritus Sanctus, ipsèque Filius dicto modo, sed per quandam attributionem Pater; per terminationem solus omnino Filius. Filius idem Dei seu Christus seipsum dádo, & offerendo dici potest dedisse benignitatem, quam vel etiá *gratiam*, de ipso scribens Paulus [c], ait *apparuisse cum* humanitate: & si ludere licet in similitudine sonorum, atque retorquere cauillum, quo non Christus vocabatur à Gentilibus, sed Chrestus, χρηστὸς reuera χρηστὸν τὸν χρηστὸν τῶν, quod vocabulum vsurpat idem Apostolus, cùm χρηστὸς, & φιλανθρωπία. Rectè quadrat illud [d] in Christum.

χρηστὸς γὰρ ἀνὴρ ἀγαθὸν κατέχει.

Vtilis namque, vel *benignus vir bonum commune.*

Nemo, vt ille, φιλάνθρωπος *amator hominum*, vt è contrario diabolus perius Timone μισάνθρωπος *osor hominum*, vtpote *homicida ab initio* [e]. Quamquam ibi Paulus posterioribus verbis de Patris agit gratia, benignitate, humanitate, quod propositio quoque nostro magis conducit, vt hic intelligamus quod ille dederit benignitatem, *sic diligendo mundum, vt Filium suum daret* [f]: *nec eparcens, sed nobis tradens, omnia cum illo donaret* [g]. Piè nihilominus ad Christum ipsum locus ille Pauli applicatur, & aptè Bernardus [h], latuisse scribit benignitatem, priusquam apparuisset humanitas, id est, Incarnatio Filij Dei.

Augustini, aliorúmque tropologia est, cùm veritas confessionis oritur de terra conscientiæ nostræ, prospicitque de cœlo iustitia, qua Deus nos iustificat, mereri nos ab illo delectationem, & suauitatem iustitiæ faciendæ. Appellat Hugo [i] Victorinus dona virtutum per gratiam, post relaxationem peccatorum per indulgentiam, quæ tamen ipsa relaxatio ac indulgentia fit per gratiam. Rursum Bernardus [k], applicat ad illas *chiliadas* conuersorum à Petro [l], post benignitatem passionis Christi, & Spiritus Sancti missionem. Innuit adhuc Augustinus [m], alium sensum moralem, ab elationis vanitate nos hic sanari, vt sciamus quàm verè non de terra ista, sed spiritualiter dictum sit, *Dominus dabit suauitatem, & terra nostra dabit fructum suum*: quia ideo quisque nostrùm bonum opus suscipere, agere, implere nunc scit, nunc nescit, nunc delectatur, nunc non delectatur, vt noverit non suæ facultatis, sed diuini muneris esse, vel quòd scit, vel quòd delectatur. Elicit Fulgentius [n] documentum simile, quòd volens homo habet fidem, sed Deus, qui fidem donat, ipse hominis mutat, & dirigit voluntatem. Prosper idem argumentum facit contra Collatorem [o]. Deniq; ex Dei quoque benignitate prouenit frugum copia, temporalisque prosperitas. Nam dum *benedicit Deus coronæ anni benignitatis suæ, campi replentur vbertate* [p], *& expectat agricola pretiosum fructum terræ à Deo* [q]. Sed quod ad spirituale fructum spectat, *maledicto proxima, & reproba terra est*, quæ tantæ benignitati non respondet [a]: is quoque qui materialibus terræ fructibus abutitur, nec spiritualiter fructificat.

a Hebr. 6. 8.

Etenim.] Hieronymus, *sed &*. Alij etiam, *quinetiam, præterea, insuper, profectò*. Hæc, hisve similia valet גַּם *gam*, & Chaldæum לְחוֹד *lechod*: כַּד verò aliquando sumitur non causaliter, sed assertiuè, vt sæpe vidimus.

Dominus dabit benignitatem.] Hieronymus, *bonum*. Id significat הַטּוֹב *hatton* cum emphasi literæ seruilis (ה) *he* demonstrantis, quasi demonstret eximium bonum, ipsámque bonitatem, seu fontem omnis boni. Chaldaicè, *Verbum Dei Iehouah dabit beatitudinem*, quamuis in textu Nebiensis omittatur מֵימְרָא *memra Verbum*: & potiùs Verbi Incarnatio significetur esse id quod datur, quàm Verbum esse id quod dat, iuxta sensum mysticum vnum receptum, de quo diximus. Refert Euthymius vertisse Symmachum, *dabit bonum*. Videtur Arnobius legisse, *benedictionem*. Augustinus legit, *suauitatem*, & quos citaui, Prosper atque Fulgentius.

Et terra nostra dabit fructum suum.] Hieronymus, *germen*. Alij, *prouentum*, & quidquid terra vsibus nostris ad victum seruiens producit. Hoc valet יְבוּלָהּ *tenulah*. De nomine Græco καρπὸς dissident Grammatici. Nos de eo alibi: hic autem sumimus genericè, pro *fruge*, ac *fructu*; atq; secundùm literalem sensum de terræ externa fœcunditate agi putamus, vt ad spiritualia bona priùs indicata, temporalium accessio intelligatur.

Vers. 14.] Iustitia ante eum ambulabit: & ponet in via gressus suos.

Sensus loci.

REdit ad spiritualia, & virtutum bona, siue fructum, post temporalem proximè commemoratum, ne in hoc hærere videretur, vel potiorem illius rationem ducere. Ait vbertatem soli, copiámque externorum bonorum non fore, vt solet non rarò, ad virtutem impedimento, sed hãc veluti præducem ambulaturam ante vnum quélibet de captiuitate liberatorum, vt coram Deo ipso iustè ambulent, & liberum ac prosperum teneat iustitia cursum suum, atque præualeat. Vel si iustitiam ipsiusmet Dei accipimus, sensus est, quòd fœliciter ingredietur coram ipso Deo, terrámque perlustrabit, vt non diutiùs differat promissam redemptionem, & liberationem de iniquitate hostili. Quod allegoricè transfertur ad captiuitatem diaboli, sub qua erat genus humanum: Tropologicè spectat ad opera iustitiæ, quæ inoffensè, firmiter, constanter iustificati per benignitatem Dei Christiue exercebunt, quasi viam monstrante ac dirigente vel iustitiæ virtute, vel Christo ipso, *qui est factus nobis iustitia*. Alia rursum allegoria vult Ioannem intelligi nomine *iustitiæ* ante Christi aduentum primum, seu prædicationem venientem, & iustitiæ, quæ ex lege ac prophetis erat, & ad Christum disponebat, finem imponentem, ac hortantem vt Christi gressus in via nostra sequamur, dicendo, *Parate viam Domino* [b]. Citat Agellius Diodorum, & ex Latinis probant hunc sensum Arnobij, & Hieronymi nominibus appellati auctores. Hugo etiam Cardinalis, Lyranus, Aiguanus, Euthymius, & de recentio-

Allegoria.

b Isa. 40. 3.

tibus Ptolemaus, & Sceptreus, quidamque alij Scriptores de laudibus Ioannis. De Ioanne quidē Christus ipse dixit [a], quòd *venit in via iustitiæ*. prædicauit quoque iustitiam, & fructus dignos pœnitentiæ: hanc idemmet pœnitentiam exercuit, docuit suis cuique reddi, pro iustitia interfectus est. Tanta Ioannis sanctitas fuit, vt abstracta voce dici potuerit *Iustitia*, sed & *Misericordiam* videntur vocauisse, qui dixerunt, quòd *magnificasset misericordiam suam Deus cum matre illius* [b]. Patet præterea eiusdem cum quo filius exercuisse censetur iustitiam, *vsum loquendi tollendo*, misericordiam *eumdem restituendo* [c], quando cecinit, *Ad faciendam misericordiam*, &c. Huius præterea misericordiæ effectus fuit, auferre opprobrium sterilitatis & implere patentes Spiritu Sancto, quod illi consecuti certè sunt ob talem filium: Iustitiam declarauit; tum exultatione in vtero Christum venerando, tum refutando nomen *Messiæ*, seque non *sponsum*, sed *amicum* nominando, *detrectando illum baptizare, indignum iudicando, qui calceamenta ipsi ipsum portaret, mittendo ad eum discipulos suos, agnoscendo se minui oportere, illum autem crescere, vocem se tantum, & præconem ipsius affirmando*. Negat Carthusianus de Ioanne dici nomen *iustitiæ*, sed de Christo apud Esaiam [d]; *Propè est salus mea vt veniat, & iustitia mea vt reueletur*. Diuersis modis idem de pluribus dici potest. Nec vacat probabilitate alius de Christo sensus mysticus, *ambulasse ante ipsum iustitiam*, quia qui mortem ipsi infanti machinari sunt, Herodes, & Scribæ, ac Pharisæi, eodem fere anno perierūt, quo ille natus est. Quo pacto in psalmo 44. [e] *ἀφοῦ & tempestiuus* (quem Interpres exponit *speciosum*) *accinxerit se gladio super femur* [f]. *Iustitia* quoque sic, *& iudicium præparatio sedis eius* fuerit [g], *& ignis vindicta ante ipsum præcesserit, inflammans in circuitu inimicos eius* [h]. Intelligi hæc possunt ex historiis, & orthochronographia. Iuxta tropologiam Bernardus ait, si quis a Deo motus fuerit, vel foris ab homine, vel intus a spiritu de tuenda iustitia, & seruanda æquitate, istiusmodi salutarem suasionem fore ipsi prænuntiam imminentis aduentus sponsi, & præparationem quandam ad dignè suscipiendum supernum visitatorem: quoniam hic dicitur quòd *iustitia ante eum ambulabit*, & alibi [k] Deo loquitur Prophetа, *Iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ*. Augustinus cum alijs iustitiam, quæ Deo viam faciat, docet esse eam, qua quis agnoscit se, & confitetur peccatorem: iustus enim in initio accusator est sui [l], id est, ille, qui cupit esse iustus, vel magis iustus: & hanc esse *viam, quam parari* Ioannes hortabatur [m], & dum quis confitetur vitam, aperite sibi viam, vt veniat Christus, ponátque in ista via, quæ illi prius intercluſa erat, gressus suos, & informet eum vestigijs suis.

In via ante eum ambulabit.] Hieronymus, *ibi*. Alij, *iustitiam ante se ambulare faciet*, vel, *iustitia ante eum præcedet*. Augustinus, & Isidorus [n], *præibit*, quod valet προπορεύσεται. Pronomen, *eum*, referunt aliqui ad vnumquemlibet hominem, pertinentem siue ad captiuos in Babylone, siue ad regnum Christi; vt iustitia ambulet ante illum, velut fax, lumen, sydus indicans viam colenti misericordiam, veritatem, patrem, ne erret, sicut de eleemosyna Tobias [a] dicebat, quòd *non patiatur animam ire in tenebras*; & Esaias [b], quod *erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua cito orietur, & anteibit faciem eius iustitia illius*. Satius est per *eum*, interpretari Deum, siue Dominum. & Christum proximè namque antè mentio fuerat de Domino benignitatem daturo. Sic disertè Apollinarius expressit,

Ἰοὺστιὰν κἀνώπιον αὐτοῦ βαδεῖ βασιλῆ & ἐσόψεσι.

Iustitia ante Deum regem ibit.

Hoc adhuc duplicitèr exponi potest, vel de *iustitia Domini*, siue *Christi*, vt quod ait Euthymius, illius quatenus omnem virtutem complectitur, lux instar lampadis a Christo coruscans, tantum ante illum emittat splendorem, vt celebrem, ac præclarum apud omnes illum redditura sit: vel de *iustitia* communicata hominibus a Christo per suam benignitatem, vt *ante ipsum ambulent*, seu *coram ipso*, studentes vt sint *perfecti* [c], *& non in vacuū gratiam recipiant* [d], *eundo de virtute in virtutem* [e]. Vt *iustitia* sumatur pro Ioanne Baptista, planè accommodatior videtur sensus, de quo diximus quem admodum in psalmo 131 [f]. *Parauī lucernam Christo meo*. Præterea, vt quod Hugo Cardinalis adfert, iudicium præcedere debeat iustitia, & homo *ante illud parare iustitiam* [g]. Placet verò magis secundus sensus, & in *ambulandi* verbo importatur liber, ac felix processus iustitiæ, virtutumque reliquarum. Hoc est *in lumine vultus Dei ambulare* [h].

Et ponet in via gressus suos.] Chaldaicè, *in via bona*. Curabit Deus, vt quiuis ponat in via plana, & recta gressus suos, ne labatur, & impingat, & vt sit absque scandalis & offendiculis. Sic pronomen *suos* non ad iustitiā fœminini generis, sed erit referendum ad hominem. Aut potiùs, sic quemque Deus disponet, ac præparabit, vt in eo liberè, libenter, firmiter incedat, & ambulet, *ponat gressus suos*, tanquam illius Deus. *Ante te ibo*, inquit [i], & *montes humiliabo*.

Mysticè *iustitia* sumpta pro Christo, posuit in via gressus suos; quia *fecit quod docuit* [k]: & in ipso Euangelica vita primum effulsit, vt scribit Cyrillus [l]. Item si Ioannem intelligimus, idem de ipso verum fuit, quódque *viam parauerit ante faciem Christi* [m], aut certe quod Christus, quam Ioannes docuit viam pœnitentiæ, iustitiæque, in ea *posuit gressus suos, omnem adimplens iustitiam* [n]. Idē Christus, vt Euthymius docet, illam virtutum semitam, per quam ipse ambulabat, posuit in hoc, vt esset via cæteris Christianis, per quam illi incedentes ad illum tandem peruenirent. Postremò *iustitiam* pro *Deitate Christi* sumens expenit, quòd præcedet ante assumptam carnē, velut optimus quidam dux: *ponet autem in via gressus eius*, iuxta illud, *Prouidebam Dominum in conspectu meo semper* [o], quoniam *à dextris est mihi ne commoueat*. Ille quoque non incommodus sensus, si homo *coram Deo ambulet* & ellaboret *perfectus* studeat, ac iuste se ante illum gerere, mox affuturum Deum, & propitium futurum, quasi *ponere in via gressus*, sit aduiter accingere se, & dicere, *Ecce adsum* [p].

[a] Matt. 21. 32.
[b] Luc. 1. 58.
[c] ibid. 64.
[d] c. 56. 1.
[e] vers. 3.
[f] vers. 4.
[g] ps. 88. 15.
[h] ps. 96. 3.
[i] Ier. 57. in Cant.
[k] ps. 32. 15.
[l] Prou. 18. 17.
[m] Matt. 3. 3.
[n] de Natiu. Domini c. 11.
[a] c. 4. 17.
[b] c. 58. 8.
[c] Genes. 17. 1.
[d] 2. Cor. 6. 1.
[e] psal. 83. 8.
[f] vers. 17.
[g] Eccl. 18. 19.
[h] ps. 88. 16.
[i] Esa. 45. 2.
[k] Act. 1. 1.
[l] 1. Thesaur. c. 4.
[m] Malach. 3. 1.
[n] Matth. 3. 1.
[o] psal. 15. 8.
[p] psal. 68. 31.

PSALMVS OCTOGESIMVS QVINTVS.

Oratio ipsi Dauid.

1 INclina Domine aurem tuam, & exaudi me: quoniam inops, & pauper sum ego.

2 Custodi animam meam, quoniam sanctus sum: saluum fac seruum tuum, Deus meus, sperantem in te.

3 Miserere mei Domine, quoniam ad te clamaui tota die: 4 lætifica animam serui tui, quoniam ad te Domine animam meam leuaui.

5 Quoniam tu Domine suauis, & mitis: & multæ misericordiæ omnibus inuocantibus te.

6 Auribus percipe Domine orationem meam: & intende voci deprecationis meæ.

7 In die tribulationis meæ clamaui ad te: quia exaudisti me.

8 Non est similis tui in diis Domine: & non est secundùm opera tua.

9 Omnes gentes quascumque fecisti, venient, & adorabunt coram te Domine: & glorificabunt nomen tuum.

10 Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus solus.

11 Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in veritate tua: lætetur cor meum vt timeat nomen tuum.

12 Confitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in æternum:

13 Quia misericordia tua magna est super me: & eruisti animam meam ex inferno inferiori.

14 Deus, iniqui insurrexerunt super me, & synagoga potentium quæsierunt animam meam: & non proposuerunt te in conspectu suo.

15 Et tu Domine Deus miserator & misericors, patiens, & multæ misericordiæ, & verax,

16 Respice in me, & miserere mei, da imperium tuum puero tuo: & saluum fac filium ancillæ tuæ.

17 Fac mecum signum in bonum, vt videant qui oderunt me, & confundantur: quoniam tu Domine adiuuisti me, & consolatus es me.

Titulus, & Argumentum.

Oratio ipsi Dauid.

IDem titulus fuit in psalmo 16. Indicat autem à Dauide scriptum psalmum de seipso suisque rebus & calamitatibus, cùm cuperet ac flagitaret liberari à Saule, atque militibus ipsius à quibus quærebatur ad necem: sicut & in psalmo 53. tractatur idem argumentum. & illius versus 5. non differt ab istius versu 14. Hoc probabilius quod Iansenius tradit & Agellius: vel quod Caietanus de persecutione Absalon; etsi ratio non valet, quasi se significet versu 13. meruisse infernũ propter peccatum, quod tempore Saulis non commiserat: quàm quod Theodoretus, seu Basilius existimat, & meminit Euthymius, in Ezechiæ Regis persona editum psalmum, deprecantis opem aduersus Assyriorum obsidionem. Concedo eidem Euthymio congruere orationem istam cuilibet in angustiis & calamitatibus constituto: sed & Christus orare videri potest Patrem, vt Latini passim sentiunt, pro liberatione ab hostibus, vt sic omnes gentes adorent eum, & ipse perpetuò in illis ipsum concelebret. Orat enim pro nobis, vt sacerdos noster; orat in nobis, vt caput nostrum; oratur à nobis, vt Deus noster, inquit Augustinus. Certè sub typo Dauidis accipi hic de Christo psalmus potest, qui Christus vna cum paupertate ac passionis tribulatione, simul inferre dicatur mentionem de sua resurrectione, de Gentium vocatione, de regno suo. Athanasius a recenser hunc psalmum inter eos, qui colloquia cum Deo, preces, obtestationesque complectuntur; & vtilem ait esse, (nisi sit error in textu Latino, in quo cùm numeretur 71. sicut & in Græco; recitatur autè in illo Latino primus versus istius 85.) pudefacere studenti opiniones Ethnicorum & hæreticorũ eo quòd apud eos non sit cognitio Dei. Vtitur isto psalmo Ecclesia in officio Epiphaniæ nocturno 2 propter vocationem Gentium in Magis figuratam, de qua mentio fit versu 9. vt ibi etiam Hugo notauit.

a ad Marcellinum.

Vers. 1.] Inclina Domine aurem tuam, & exaudi me, quoniam inops & pauper sum ego.

PEtit vt quia sua humilitas abiectióque attingere altitudinem Dei nequeat, dignetur ipse

Iansen. hic.

demittere

demittere quodammodo sese, ac inclinare autem ad precem suam, quam dicunt συγκατάβασιν condescensionem; atque facilem se præbere ad audiendum & exaudiendum. Deinde subiungit necessitatem orationis causam, quòd in summa sit egestate, ac in humani omnis præsidij priuatione constitutus, & omni creato auxilio destitutus: Deus autem, quod ex hoc sequitur, respiciat in orationem humilium, *nec spernat* [a] *orationem eorum, & ei derelictui sit pauper*.

Inclina Domine aurem tuam.] Additur in psalterio Romano & apud Cassiodorum, *ad me*. De hac dicendi formula actum psal. 16. [c] & 30. [d] Innuit altitudinem & maiestatem Dei, cum antitheti abiectionis & humilitatis eius, qui orat, *nec oculos leuare in cœlum audet* [e]; nec quantumuis id conetur, & vocem contendat, possit exaudiri, nisi Deus velit. non loco distans, sed dignitate præcellens, & omni voto meritóque, absque comparatione, superior. Vis exaudiri, agnosce te adeò humilem, vt oporteat altissimum Deum inclinari ad te: admoue etiam, *nec declina aures tuas, ne audias legem*; *vt oratio tua non sit execrabilis* [f]: non sit applicata terræ auris vna mercenaria [g], vt audiat terrena & infima, & altera obturata, vt non excipiat quæ præcipit Deus, hortatur, minatur, promittit; *sed audiens inclina aures* [h], *tuæ vt aperiat illas Deus, & non contradicas, aut retrorsum abeas* [i]: permitte *vt eas perficias, aptet, perforet* [k] *si inclinaueris oculos cum humilitate, saluaberis* [l].

Et exaudi me.] Dando responsum quod innuit Hebræum יענני *hhanenj*, scilicet iuxta desiderium, & petitionem, vt sæpius vidimus.

Quoniam inops & pauper sum ego.] Hieronymus, & Psalterium Vaticanum, & Gallicanum, & Cassiodorus, *Egenus & pauper*. Augustinus, *Egenus & inops*; sæpè etiam occurrerunt hæc Latina nomina, & Græca πτωχὸς καὶ πένης: & Hebræa עני ואביון *hboni Ve-euion*. *Excelsus & sublimis Deus habitans in æternitatem, & cuius nomen sanctum in excelso, & in sancto habitans, habitat quoque cum contrito & humili spiritu, & viuificat cor contritorum* [m], *& respicit ad pauperculum & contritum spiritu, & trementem sermones ipsius* [n]. Mirabatur Dauid quòd *cum non esset quisquam sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, humilia tamen respiceret* [o]. Rara inter homines admodum conditio virtutis, vt qui super alios eminet, ad eos demittat sese, vel simplici dignetur oculorũ coniectu: *Altus excelsus q. Dominus humilia respicit* [p]. Pauperiatè hoc loco cõsiderat Augustinus in spiritu & humilitate, qua se quis gratia diuina egere confitetur, quia Rex cum esset, non erat extetiùs pauper. At persequente ipsum Saüle, non dum Rex erat: quando filius persequebatur, pulsus regno erat; calamitosum, ærumnosum, alienæ opis indigum hæc vocabula designant. Concedo quòd *est quasi diues cum nihil habeat, & est quasi pauper, cum in multis diuitijs sit* [q] peccator: qui non se arbitratur *diuitem, locupletem, nullius egentem, sed miserum, miserabilem, pauperem* [r], qui & multa debeat, & pauca, fereque nihil habeat, autes ad se Dei trahit, & inclinare facit. Iob iustus non putans *aurum robur suum, nec fiduciam obryzum, & non lætatus super multis diuitijs* [s], interiùs pauper erat, *non sublime sapiens, nec sperans in incerto diuitiarum* [t]: quemadmodum & ex fœmineo sexu ante Euangelium illa, quæ *abominabatur signum superbiæ suæ, & gloriæ, detestans quasi pannum menstruatæ, & nunquam lætata nisi in Domino* [u]. Christus vtroque volait modo pauper esse, tum exteriùs, tum interiùs. *Scitis gratiam Domini nostri Iesu Christi*, ait Paulus [a], *quoniam propter nos egenus factus est, cùm esset diues, vt illius inopia vos ditetis essetis.* Propterea monet nos Hugo pronomen (*Ego*) hic legere cum pondere, de Christo.

[a] 2. Cor. 8. 9.

Vers. 2.] Custodi animam meam, quoniam sanctus sum; saluum fac seruum tuum Deus meus sperantem in te.

Deinceps ad versum vsque 4 quatuor petit, vitæ conseruationem, liberationem ab hostibus, & multiplici miseria, donum securæ & solidæ lætitiæ. In hoc versu de liberatione à morte agitur, quam sit ei machinentur hostes, & quam sibi commeritus minimè videatur; quia sit sanctus, id est, non solum Deo addictus, ac illi placere studens; verùm etiam liber ab iis criminibus, propter quæ persecutionem patiebatur. Adiungit alteram causam, quòd instar deuinctissimi mancipij pẽdeat à Deo totus omnémque in eo vno spem collocauerit. Præcessit similis oratio in psalmo 24. [b] *Custodi animam meam, & erue me, non erubescam, quoniam speraui in te.* Inducens membrorum suorum Christus personam potest intelligi sic orare, sed nulli ita, vt illi conuenit *sancti* appellatio & epithetum, quem Daniel [c] quoque *sanctum sanctorum* nominat. Dixi hac de re in aliis psalmis [d]. Tropologicè, animæ, vt à corpore distinguitur, habenda ratio potior, quàm corporis, & omni custodia custodienda, per gratiam *custodis hominum Dei* [e], *& custodientis animas sanctorum, & seruorum suorum* [f]. Rex Sodomorum typus Diaboli, animas dari sibi vult, cætera negligit [g]. Deus è contrario, *in manu Satanæ reliquit Iob, animam seruari* voluit [h]. Christus cauit *ne timeremus eos qui occidunt corpus* [i]. *Quid prodest vniuersum mundum lucrari, anima detrimentum pati* [k]?

Sensus loci.

[b] vers. 20.

[c] cap. 9. 24.

[d] in psal. 4. 4.

[e] Iob 7. 20.

[f] psal. 96. 10.

[g] Gen. 14. 21.

[h] Iob 2. 6.

[i] Matt. 10. 28.

[k] cap. 16. 26.

Custodi animam meam.] Literaliter *anima* pro vita hîc sumitur, & *custodire* est conseruare vitam, ac præseruare à mortis periculo. Hoc potuit Christus petisse, ne ante præscriptum tempus occideretur ab Herode, vel præcipitaretur ab aliis, vel lapidaretur. Non autem orare opus fuit à ruina peccati, quoniam cõprehensor erat, & confirmatus in bono, inquit Rickelius. Si ergo postulatur perseuerantia, id non fit à Christo pro se, sed pro suis. Infert de Christo Augustinus in ipso non fuisse solam cum verbo carnem, sed animam quoque. Priore autem modo satis tritum est, vt quem quis diligit, appellet animam suam: cùm etiam verum sit quòd anima ibi magis est, vbi amat, quàm vbi animat.

Anima magis est vbi amat, quàm vbi animat.

Quoniam sanctus sum.] *Misericordem* quoque significat חסיד *chasid*, vt psalmo 14. vidimus. Ficque innueret Dauid mansuetudinem suam in parcendo inimicis, vt Saüli aliquoties, vel etiam Absaloni. Et solet nihilominus peculiariter id nomen tribui cultori Dei, qui eo munere fungatur, secundum peculiarem religionis modum, cuiusmodi erant apud Hebræos inde denominati Hasidæi, & vt aliqui volunt, alibique monuimus, Osseni, quasi θεραπευταί. Solet quidem vocabulum istud significare, quod redditur Deo: vò *diuinum*, quod hominibus. At confunduntur quandoque vocabula & notiones. De Dauide autem sensus esset, tum quòd religiosè coleret Deum, tum

[l] vers. 4.

quod neminem læderet denique innocens esset, certe frageretur de obiectis crimmibus ab illis, qui persequebantur eum. Acceptiones varias, quibus qui Ipsam dicatur *sanctum*, colligunt hoc loco Hugo, & Aquinas, & alibi tam occurrerunt. Ostentum est etiam alias, quod & Rickelius in explanatione morali facit, quàdo liceat in oratione opera sua bona commemorare; sicut commemorauit Ezechias [a], Iudith [b], Esther [c]. Sed absolute soli Christo *sancti* titulũ conuenire concedimus; qui **nec peccato erat in hoc mundo** (Mater verò etiam, sed ex priuilegio, & ob Filij dignitatẽ peccatorum omnium non commissor, sed remissor, vt loquitur Augustinus, antéque ipsum Ambrosius [d], vt & cum tub eius persona cantui; *Non [e] derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.* Quasi hoc item loco idem petatur a Christo, vt animam custodiat, non solùm ne ante tempus ipsi eripiatur: sed ne detineatur diutiùs in inferno. Audere & nos ait idem dicere, quoniam sancti sumus, quatenus ab eo sanctificati sumus, accepimus gratiam sanctitatis gratiam baptismi, & remissionis peccatorum. Non est ista, inquit, superbia elati, sed confessio non ingrati. Tum admonet iam vide vbi sis, & de capite tuo dignitatem cape.

Cæterùm an cadere sub meritum perseuerantia possit, quoniam hoc loco hic nonnulli orationem accipiunt, qua petitur custoditi animam, disputant scholastici. Meritum de congruo negari vix potest, vt nempe mereri quis valeat, non modo perseuerantiam gloriæ, quæ est terminus motus liberi arbitrij, & cadit sub meritum etiam de condigno; sed præterea perseuerantiam viæ, hoc est, vt in gratia moriatur. Obiicimus hac de re scripsit Angelicus [f] Doctor: & vitos est omne meritum negare. At quicquid de illo sit, Augustinus [g] aliquod meritum agnouit. Hoc Dei donum (ait ipse) supplicter emereri potest, & quotidie à Domino poscitur, & impetratur credentis fide: poscitur autem dum dicitur [h], *Ne nos inferas inducas in tentationem:* & qui exauditur, hanc perseuerantiam accipit. In litania obsecramus in sancto Dei seruitio confirmari & confirmari, & in oratione super populum post Dominicam in passione, vt det Deus nobis perseuerantem in sua voluntate famulatum. Quo pacto autem respondeat Thomas [i], quod etiam ea quæ non mereamur, orando impetramus, quia peccatores Deus audit, peccatorũ veniam petentes, equidem non intelligo, nisi intelligat ipse de condigno. Nam idem Augustinus [k] ex eo argumentatur nos mereri primam iustificationem, quoniam impetramus illam a Deo. Sed & qui concedit iusto meritum congruum primæ iustificationis pro alio, vt facit idem Aquinas [l], non deberet negare simile meritum, quo iustus alteri quoque mereatur perseuerantiam. Negare noluisse demonstrate nititur noster Vasquez [m]. Verè quoque ipsa lege Andream de Vega [n] (qui negatum putat id meritum ab eodem Doctore: [o]) & de nostris adhuc Valentiam [p], (qui defendit opinionem hanc nostram secundum doctrinam illius, & Bellarminum [q]) qui putat in summa negauisse meritum etiam congrui, reparationis post lapsum pro se ipso [r], licet in epistolam ad Hebræos [s] admisserit. Opportunum porrò Bernardi [t] monitum, ne quem terreat sanctitatis nomen, si proposuerit in corde suo declinare à malo, & facere quod bonum est, tenere quod accepit, & semper promcere in melius: sed & si quid aliquando minus recte egerit (vt est humana fragilitas) non in eo persistat, sed pœniteat, & corrigat quantum præualet, fore sine dubio sanctum; sed cui interim clamare necesse sit; *Custodi animam meam, quoniam ego sanctus sum.* Ex quo illud etiam sequitur, semel habitam veram iustitiam posse amitti. & quidem irreparabiliter, si sub vitæ finem perseuerantiæ donum denegetur. Non omnium est hoc donum, licet nulli desit necessaria, & sufficiens gratia ad perseuerandũ. Quanti Deus animæ cuiusuis custodiam faciat, etiã ipsi non perseueranter custodiat, demonstrat Hugo: quoniam videtur eam custodire tanquam *cuniculum captumve* [a], velut *thesaurum* [b], *pupillam* [c], *sacrificium* [d], *crucifixum* [e]. Philippus [f] Greueus quantopere nobis necessarium sit docens, vt *omne custodiæ seruandæ & custodi amissi & cor, & super custodiam nostram ferendus* [h]. Ostendit simul quot modis Deus; *sine quo frustra est custodia nostra* [i], *custodiat per Angelos* [k] *prælatos* [l] *sacramenta* [m], *veritates ac dona* [n], *doctrinam* [o], *exempla* [p]. Vtinam sit anima nostra custodita *quasi in fasciculo viuentium apud Deum* [q], *& abscondita cum Christo in Deo* [r], *nec sint in pomorum custodia* [s], *derelinquatur que vt umbraculum in vinea, & sicut stipula in cucumerario* [t].

Saluum fac seruum tuum Deus meus sperantem in te. Chaldæus פרוק *perok reuume.* Non ratione duntaxat membrorum suorum, sed respectu sui etiam ipsius potest intelligi Christus appellare se seruum, qui vt Hugo ait, dicat se *ex obedientia formam serui accepisse.* Spes quoque pro confidentia & certa fiducia vocabulum eidem tribui potest. quicquid sit de ipsa virtute theologica. De nomine *serui* alias non semel idem dixi, nec dubitat Ambrosius [u] præsentem ad Christum locum accommodare, quemadmodum & sequétis versu. 16. *Saluum fac filium ancillæ tuæ.* Propter nos namque, ait, filius ancillæ factus est secundùm formam hominis: & seruus factus legitur, quia legatus factus ex Virgine, & creatus in carne; omnis autem creatura seruit dicente prophetæ, *quia vniuersa seruiunt* [x] *tibi.* quæ est oratio cur vocari Christus seruus queat. De dignitate etiam seruituris Dei alias actum est, quantúmque ad bonam orationem & impetrationem spes ac fiducia momentum affetãt. Ecclesia quidem in solemni prece hoc frequentat, *saluos fac seruos tuos, Deus meus sperantes in te.*

Vers. 3.] Miserere mei Domine, quoniam ad te clamaui tota die.

Vers. 4.] Lætifica animam serui tui, quoniam ad te Domine animam meam leuaui.

MIsericordiam Dei implorat, vel ob orationis perseuerantiam atque contentionem, quia *multum valet oratio iusti assidua* [y], *& orando improbus* [z]: & vt idcirco dignetur mœstam in tantis malis animam exhilarare, quam vnici remedij cauta tenet ad ipsum solum, à cunctis infra eundem rebus abstractam & auulsam, in quibus vanam esse salutem certis experimentis deprehenderit.

Quoniam ad te clamaui tota die.] Hieronymus, *el mane*; in quo etiam tempore est Græcum. re-

a 4 Reg. 20. 2. Par. 32. & Isa. 38. & 39. & 2. Esd. 13. & seq.
c c. 14. 15. & 16.
d 5. de fide. c. 3.
e Psal. 15. 10.
Perseuerantia viæ, (vt ita dicam) cum de congruo, atque etiam de condigno mereri quis valeat.
f 2. 2. q. 114. a. 9. de dono perseu. c. 6. & 7.
g de dono perseu. c. 6.
h Matth. c. 6.
i 1. sup. d. 41.
k epist. 105.
l 1. 2. q. 114. a. 6.
Mobilius ex cuius sententia negauit de condigno. & hic pro eam. tenden. m 1. 2. disp. 7. q. quæstio. 4. n de iustific. c. 18.
o q. 3. q. 114. a. 4.
p de iustific. c. 18.
q lib. 2. de iustific. c. 12.
r Vide obiect. 1.
s Heb. 5. adhortem, &c.
t Bern. ser. de aduent.
u Ambr. lib. 5. in Luc. c. 2.
x Psal. 118. 91.
y Iacobi 5. 16.
z Lucæ 11. 8.
Semel habita vera iustitia potest amitti & quidem irreparabiliter.
Sensus loci.

κραξόμαι, & Hebræum קראתי *ekra*, & Chaldæum אצלי *atsalle* significans, *orabo*. *Tota autem die*, idem valet, quod *omni die*, seu *quotidie*, & vt Symmachus vertit, καθ' ἑκάστην τὴν ἡμέραν, vt quidem asserit Theodoretus. Nam Euthymius transtulisse ait ἐξ παντὸς, vel ἀεὶ *semper*: quæ Nicephorus etiam refert, sed absque Symmachi nomine. Ratione membrorum suorũ sibi decedentiũ & succedentium, clamat quidem Christus ob eorum pressuras, inquit Augustinus; ipse autem caput nostrum *ad dexteram Patris interpellat pro nobis* [a]. Quo pacto possit, vel debeat *tota die*, id est, *semper* orari, diximus alibi. Tropologicum est quod ait Aiguanus, vt oretur diei naturalis parte, quæ dies dicitur, hoc est, in prosperis, & altera, quæ nox, id est, in aduersis. Ad allegoriam spectat quòd Christus vt homo semper in actu diuinæ contemplationis occuparetur, sicque semper oraret, cum oratio, finitore Damasceno, sit ascensus mentis in Deum. Notat id Rickelius.

a Rom. 8. 34.

Lætifica animam serui tui.] Augustinus, *secunda*, & antithesim notat esse ad amaritudinem, quia plenus est mundus: tametsi *gaudere* videatur, *& iusti contristari* [b], *& in eo pressuram habere* [c]. Anima quidem Christi inessabiliter erat in gaudio beatificæ fruitionis, sed animam suam hic petit, vt notat Rickelius, quæ tristis erat in passione, ita vt diceret [d], *Tristis est anima mea vsque ad mortem*; lætificari per resurrectionem de corporis sui glorificatione, Patrum in limbo existentium eductione, omnium electorum salute, seu iustificatione; quia *mortuus est propter delicta nostra, resurrexit propter iustificationem nostram* [e]. Orator præsertim sedulus & assiduus, iure possit suo lætificari, hoc est, exauditi. Nam Iacobus [f] diuino instinctu monet, vt *si quis tristetur, oret*: & Antiochus Abbas [g] eum locum Iacobi tractans, sic ait Dæmones submoueri ac profligari, qui scilicet mœrorem, tristitiam, acediam ingerunt; hócque esse omnium laborum dulce lenimen: sed & Deus ipse *pollicetur lætificationem in domo orationis suæ* [h]: ibi namque mens, animus, cor, sensus, cuncta sursum attolluntur, ascendunt, erigunt se ad diuina, abstrahuntur à cogitatione & appetitione rerum creatarum, *memor ibi Dei delectatur* [i], *delectatus in eo, accipit petitiones cordis sui* [k], quo magis magisque delectatur. Testem cito Augustinum [l], narrantem dulcissimas præ gaudio liquidáque voluptate lacrymas, cùm interesset canticis Ecclesiasticis, & Augustino merito plurimi graduque inferiores, fatebuntur se quid simile expertos, & cælesti quadam lætitia delinitos & perfusos illis diebus, qui cineralia proximè præcedunt, cùm alij minùs honestas captant voluptates, si fortè diuinis hymnis ac sermonibus in oratorio templo ante Eucharistiam, vt aliquot abhinc annis non minùs fœlici successu, quàm pio instituto, fieri solet, interfuerunt. Hos arbitror isto themate confirmatiores in proposito reddi posse: sique reputent secum lætatos illos antiquatæ iam legis; cùm audirent, *in domum Domini ibimus* [m], vel, *eamus*. Cellæ vinariæ comparat Bernardus [n] hanc orationis domum. Chrysostomus [o] rori matutino, qui adustas penè calore solis herbas plantásque virescere facit; & [p] oratione lacrymísque orationẽ comitãtibus sic ait foras versus euaporatũ diffiatúmque animi mœrorem euanescere, ac plurimùm inde splendoris in eum afferri, tanquam ex radij diuini fauore: quemadmodum frequentia nubium principio cælum offuscat, vbi verò crebras dimiserit stillas, humore iam sepositio, serenum ac dilucidum cælum reddit. Postremo similem facit sermocinationem in oratione cum Deo sermoni, quo quis apud amicum casus exponit, narrátque calamitates suas, & ita nonnihil consolationis percipit, quasi diffiatio quædam malorum per ipsam narrationem agatur. Plura idem in eandem sententiam tum indicatis locis, tum libris duobus de orando Deo. Cùm Ioël [a] in Dei domum inuitasset, inter alia lamenta, iussit proferri, *Nunquid non coram oculis vestris alimenta perierunt de domo Dei nostri, Lætitia & exultatio?* Deploranda domus illa Dei cui desunt ista, illi magis, qui cùm licet iis frui, detrectant nauseantque tanquam super leuissimo cibo. Spiritualis lætitia viuẽti spiritualem vitam necessaria est, vt vix ági sine illa valeat; & oppositus tristitiæ spiritus perniciosissimus sit, vt Cassianus [b] probat. Qui timet Deum, in eóque confidit, voluptatis radicem lucratus est, & omnem habet lætitiæ fontem, inquit Chrysostomus [c]: ita vt quemadmodum scintilla exigua decidens in mare immensum, facilè delet, ita quantacumque Deum timenti illidantur velut in vastum lætitiæ pelagus incidentia, extinguantur atque perdantur.

b Ioan. 16. 20.
c Vers. 22.
d Matth. 26. 38.
e Rom. 4. 25.
f c. 5. 13.
g hom. 105.
h Isa. 56. 7.
i pf. 76. 4.
k pf. 36. 4.
l 9. confess. c. 6. & 7 lib. 10. c. 33.
a c. 1. 16.
b 9. instit. c. 1. & 12.
c hom. 18 ad popu.

Quia ad te Domine animam meam leuaui.] Hieroymus, *leuo*, tametsi Hebraicè sit futurum נשא *essa*, *leuabo*. Phrasis eadem in psalmo 24. [d] & 142. [e] Hanc dicebam esse causam, quare non solùm iure quodam suo poscat quis lætificari, sed reipsa lætificetur quoque à Deo, quia scilicet leuat animam ad ipsum, córque sursum habet ad illum vergens ac propendens, vt exponit seu Basilius, seu Theodoretus, quod potissimum fit per orationem. Vnde Paraphrastes, *animam meam leuabo in oratione*. Prætetea potest hæc animæ leuatio orationem quandam oblationis & sacrificij, quod imponitur altari, locóque editiori, innuere quo pacto *eleuatio manuum* vocatur *sacrificium vespertinum* [f]: *& leuare corda cum manibus ad Dominum in cælos*, Ieremias [g] præcipit. Fauet quem citat anonymum Græcum Agellius, cùm sic explicat τῷ βελτίονι σὺ αὐτὸν ἀνάγειν, *voluntati tuæ illam dicam*. Tandem *leuare* quoque *animam* sicut & *caput* [h], qui sperat, dicitur, aut vehementer appetit; vt apud eundem [i] propheram, *in terram ad quam ipsi leuant animam suam* (id est, se reuersuros sperant, & reuerti concupiscunt) *vt reuertantur illuc, non reuertentur*. Apollinarij paraphrasis hæc est,

d Vers. 1.
e Vers. 8.
f pf. 140. 2. 1 g thre. 2. 15.
h Luc. 21. 28.
i c. 22. 27.

ἥτορ δ' εὐφρώνειας ἰθαδούλιον θεράποντος·
σεῖο γὰρ ἐξήτησα βίην καὶ θυμὸν ἀμεῖο.
Cor autem lætifices cupientis famuli:
Tuum enim exquisiui robur, & animum meum.

Quasi dicat animum in Deo esse, à quo quis cognominatur animosus, audax, alacer. Hoc sensu dicitur etiam quis subleuare animam alicuius ad aliquid, vt *ad iniquitatem* [k], id est, facere illi animum, audaciem reddere. Sed ipsemet leuat animam suam ad aliquem maximè propriè, qui totus ab eo pendet, quasi viuere sine eo non possit. Bene munita est hæc Dauidis oratio bonis cõditionibus & rationibus, quas obseruauit Caietanus: nam ex parte malorũ obiicit indigentiam atque periculum vitæ, ex parte bonorum spiritualium, benignitatem suam erga alios, seruitutem Dei, confidentiam, recursum, contemplationem.

k Osee 4. 8.

m pf. 121. 1, in ser. 49 in Cant.
n hom. 26 in agius.
o hom. 5. de incõprehens. Dei natura.
p hom. 5. de incõprehens. Dei natura.

Vers. 5.] Quoniam tu Domine suauis, & mitis, & multæ misericordiæ omnibus inuocantibus te.

Vers. 6.] Auribus percipe Domine orationem meam, & intende voci deprecationis meæ.

Vers. 7.] In die tribulationis meæ clamaui ad te: quia exaudisti me.

Sensus loci.

CVm se initio psalmi exaudiri flagitasset ob inopiam & paupertatem, & vt autem suam Deus inclinaret, atque animam custodiret, quia sanctus, id est, innoxius & misericors ipse esset: Nunc viget Deum propriis eiusdem attributis, & conditionibus, quia sit omnibus commodus, beneuolus, beneficus, facile ignoscens, & postulata concedens non semel aut bis, sed pluries, non huic aut alteri, sed quotquot inuocant ipsum. Quare inculcat præberi aures, & attendi ad vocem deprecationis suæ. Repetit demum necessitatem angustiæ & tribulationis, quam prius appellauerat *inopiam, paupertatemque*, à qua compellatur vehementius vociferari: idque maximè, quia compertum habeat solere se à Deo exaudiri, & votorum suorum compotem fieri.

Quoniam tu Domine suauis & mitis.] Hieronymus, *tu enim es Dominus bonus, & propitiabilis.* Alij, *Bonus, & parcens, ignoscens, venia largitor, benignus, & clemens.* Addunt quoque alia Latina psalteria, & Cassiodorus, verbum substantiuum, es. Chaldaicè *quoniam tu Domine bonus es iustis, & parcens iis, qui conuertuntur ad legem.* Posset etiam primum referri ad nihil merentes, secundum ad malè merentes, & interdum, etiamsi non pœniteat illos. Primum nomen טוב *tob* generice significa. & absolutè *bonum*, χρηστὸν *vtilem, commodum*: nomen *boni* magis propriè conuenire Deo Rickelius monet: alia, quæ moderatrices passionum virtutes indicant, qualis suauitas, vel mititas, non nisi iuxta nostrum concipiendi modum, & imperfectionibus præcisis. Secundum nomen Græcum est ἐπιεικὲς, significans *æquum, ac de iure remittentem.* Aquila, & Theodotio verterunt ἱλαστὸν, *propitiabilis*, vt retuli etiam de Hieronymo: Symmachus ὑφεὶς, *diminuens, & parcens.* Refert illud de duobus dictis interpretibus Basilius, siue Theodoretus: Euthymius Aquilæ iungit Symmachum: lectionem aliam, quam etiam dixi, iungit Symmacho collector notationum ad Biblia Græca Sixtina. Vim facit Augustinus in vocabulo *suauis*, connectens verbo, *lætifica*: sed vt ipse legit, *iucunda*, ex versu 4. quasi per id insinuet propheta lætitiam ex amaritudine terrenorum, & indulcorari cupiens, quæ fiunt se significet fontem dulcedinis, qui in terra non inueniebat: sed leuando se in Deum. Mitem præterea in hoc attendit Deum, quòd patienter portet Deus cor seu animam nostram, & expectet in oratione, vt suauitate ipsius fruatur, cùm oratio impeditur vanis cogitationibus, ita vt vix stet cor ad Deum suum, & volens se tenere, vt stet, quodammodo fugit à se, nec inuenit cancellos quibus se includat, aut obices quosdam, quibus retineat auolationes suas, & vagos quosdam motus, sed stet, & iucundari à Deo suo. Confirmat exemplo eiusdem Dauid, qui se inuenisse aliquando *cor suum* dixit [a] *vt oraret*, quasi soleret ab eo fugere, & ille sequi quasi fugiens, & non posset comprehendere, & clamaret ad Dominum, [a] *cor meum dereliquit me.* Tunc subdit videre sibi videri, ad hoc nunc vocatum mitem Deum, quia patitur ista nostra, & expectat tamen à nobis orationem, vt perficiat nos, & quando illi eam dederimus, accipit gratè & exaudit, nec meminit tantas quas incondità fundimus, & accipit vnam, quam vix inuenimus. Adiicit comparationem ex amico, qui si alter cum quo colloqui cœpit, nolit respondere, sed auertat se ab ipso, & aliud loquatur ad alium, ferte non possit; aut de iudice, cum quo si loquens, eum subitò dimittas, & incipias fabulari cũ amico, tolerare nequeat. Mox infert, & tolerat Deus tot corda precantium, & diuersas res cogitantium; omitto dicere & noxias, omitto dicere aliquando peruersas & inimicas Deo: ipsas superfluas cogitare iniuria est eius cum quo loqui cœperas. Tandem hortatur ne desperet cui surrepit aliqua cogitatio oranti interrumpens orationem, dummodo leuet animam ad Deum quomodo potest, & quomodo Deus vires dedit: oret etiam suauem ac mitem, vt toleret ex ægritudine defluentem, vt stet, confirmet, & sumus sit. Locus lectu dignissimus, vt ad attentam excitemur orationem, &, si minus attenti pro imbecillitate nostra fuerimus, animum non despondeamus; & magna item sanitas Dei, ac manifestando, quòd vt idem inf. a demonstrat Augustinus, exaudit semper ad vtilitatem nostram, etiam dum negat, quod non expedit concedi.

[a] psal. 39. 13.

Et multæ misericordiæ omnibus inuocantibus te.] Hieronymus, *multus misericordia*, רַב חֶסֶד *rau chesed* πολυέλεος: in psalterio Romano, & Gallicano, apudque Cassiodorum, *copiosus in misericordia.* Augustinus, *multùm misericors.* Chaldaicè, *multiplicans bonitatem omnibus orantibus coram te.* Dixerat se ante sanctum hoc nomine *chesed*, id est, *misericordem.* Videtur velle dicere *misericordem consequi* debere *misericordiam*, & suggerere misericordi Deo, vt memineriit tam propriæ misericordiæ, ne *oblinisceatur misereri* [c], tum illius omnis *mansuetudinis*, quam aduersus alios ipsemet exercuerit [d]. Conferi præterea potest particula, &, causaliter hîc accipi, vt quare sit suauis Deus & mitis reddatur causa, quoniam *est multa misericordia*, quemadmodum [e] alibi, *miserator & misericors Dominus, longanimis, & multùm misericors*, id est, quia multùm misericors, propterea longanimis est. Quo pacto quosdam Deus non exaudiat qui eum inuocant, & qui sint non inuocantes, quamuis inuocare videantur, aliàs dixi, docetque hoc loco Augustinus. Inuocât, ait, sed non Deum, qui Deum propterea inuocant non vt ipse veniat, sed vt pecunia, vel quid tale, ipsumque adiutorem sibi ponunt cupiditatum, non exaudito eum desideriorum, & bonum esse iudicant, si det quod volunt. Si ergo tu inuocas, inquit, Deum tanquam Deum, secutus esto, exaudieris, pertines ad istum versum. Exempla producit Diaboli *exaudiri* [f], *non exaudiri* Pauli [g], ægri etiam, cui non satisfacit medicus: argumentatur cùm det quoque improbis hæc externa, multo maiora iustis bona reseruare: denique nosse cum *qui salus nostra est* [h], quibus nos medicamentis curet, quibus sectionibus, quibus vstionibus vt certam conferat sanitatem. Si de Christo sit sermo, disputatum quoque aliàs quomodo, vt ipsemet dixit *semper eum Deum audierit*, [i] *& exaudierit.*

b Matth. 5. 7.
c psal. 76. 10.
d psal. 30. 21.
e psal. 102. 8.
f Iob 2. 6. Matth. 8. 31. 32.
g 2. Cor. 12. 8. 9.
h psal. 34. 3.
i Ioan. 11. 42.

Auribus percipe orationem meam.] Hieronymus, exaudi: alij, *Auscultа, da* vel *præbe aures.* Ista sibi

a 1. Reg. 7. 27.

vult

vult הַאֲזִינָה *haazinah*, id est, exaudi: vt non semel antea vidimus: & idem ac *inclinare aurem*, quod versu primo dicebatur. Augustinus legit, *Auribus infige*, id est, inquit, non exeat de auribus tuis oratio mea. fige illam ibi in auribus tuis: tum inducit respondentem Deum: vis figam orationem tuam in auribus meis? fige in corde tuo legem meam. Alias dictum quid interesse videatur inter audire, & auribus percipere.

Et intende voci deprecationis meæ. Augustinus, *orationis*. Hieronymus, *Et ausculta vocem deprecationum mearum*: plurale nomen est Hebræum cum affixo תַּחֲנוּנָתַי *thachanunothai*. Relege de his formulis dicta psalmo 5. primis verbis, nec non an differant oratio & deprecatio.

In die tribulationis meæ clamaui ad te, quia exaudisti me.] Hieronymus, *invocabo te, quia exaudies me*. Sic prior Symmachus Ἐπικαλοῦμαί σε, ὅτι εἰσακούσῃ μου. Alij in præsenti, *invoco te, quia exaudis me*. Hebræa sunt futuri temporis: sed perturbantur sæpe tempora sine iactura sententiæ. Quia verò paulo antè dixerat se clamauisse tota die, colligit Augustinus hic etiam se tota die tribulatum propheram significare, & nullum Christianum dicere debere esse diem, in quo non sit tribulatus, etiam quando ei bene est: quoniam quamdiu in corpore est, peregrinatur à Domino; & cui dulcis patria, amara est peregrinatio: ibi non esse orationem, ne pro propria egestate necessitate, sed laudationem: ibi halleluiah, amen, vocem consonam cum angelis, ibi visionem sine defectu, & amorem sine fastidio, etiamsi copia & securitas sit in his bonis inferioribus. Si cui dicat Deus æternus in his eris, æterna tecum erunt ista; sed meam faciem non videbis, dummodo consulat cor suum & spiritum, non carnem, responsurum se talibus minimè contentum fore, nec lacrymas tenere posse cùm dicitur quotidie; *Vbi est Deus tuus* [a]? Nolle omnia quæ dedit Deus, si non det se ipsum, qui omnia dedit. Per allegoriam interpretatur Hugo, & alij de die tribulationis, quam in sua passione toleravit Christus, qui sciebat videlicet *se semper audire a Patre* [b]; tunc autem potissimùm *cum clamore valido & lacrymis orans exauditus est pro sua reuerentia* [c]. Erat in psalmo 16. [d] sententia similis; *Ego clamaui, quoniam exaudisti me Deus.*

a pſ. 41. 4.
b Ioan. 11. 41.
c Heb. 5. 7.
d vers. 6.

Vers. 8.] Non est similis tui in diis Domine, & non est secundùm opera tua.

Versus 10.

DOcet posse ac debere omnes aliqua necessitate pressos ad Deum adire cum fiducia, tum quia expertus reddere ipse certiores alios de hac re valeat, vt iam dixit, tum quia quod antea quoque protulit, non solùm suauis & mitis, vt compatiatur, sed eiusmodi præterea est Deus, vt nullus inter eos quos circumferunt Deos, vel qui quadam ratione vocantur Dij sicut Angeli, adeò sit potens: *nec vlla natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi* [e], & benignè ac efficaciter adiuuantes, tótque ac tanta, támque mirabilia opera in eorum gratiam parrantes. Qui psalmum ad Ezechiæ spectare tempora volunt, aiunt istis verbis insanas Rabsacis & blasphemas voces perstringi, quibus insultans dicebat, *Nunquid liberauerunt Dij gentium terram suam de manu Regis Assyriorum* [f]. Alia, inquit Propheta, de Deo nostro rario, cui nullus Deorum illorum, aliorúmque quorumcumque, nec naturæ conditione, nec operum qualitate, potentiáve conferri, ne dum æquari, multo minus superior haberi vllo modo possit. Habent alij nomen re ipsa destitutum, quod & per rapinam vsurparunt: tu, ô Deus noster appellationem habes ipsi rei conuenientem, factáque competenter cum vocabulo diuino coniuncta. Sic quidem siue Basilius, siue Theodoretus. De sententia ipsa præcedentibus psalmis [a] aliquoties egimus, in quibus occurrit sicut & in sequentibus nonnullis [b]. Quot modis Deorum nomen & אֱלֹהִים *Elohim* rebus creatis communicatur, de tot intelligitur hic locus. Infinitè dissimiles esse constat vnico vero Deo ipsarum conditori & conseruatori, siue sint angeli boni, siue cacodæmones, aut idola, siue homines tum iusti, tum dignitate, ac potestate præcellentes. Quantum sit dissimilis Deus non dixit, quia dici non potest, inquit Augustinus, & ille ineffabilis est, facilitúque dicimus quid non sit, quàm quid sit. *Attenuat Deus omnes deos terræ* [c]. ita vt præ illo puluiculus leuissimus, ac nihil sint, & *non æstimetur alius aduersus eum* [d]. Verisimiliter scribit Euthymius ex Mosis cantico [e], transcripsisse Dauidem. *Quis similis tui in fortibus Domine, quis similis tui magnificus in sanctitate, terribilis, atque laudabilis, faciens mirabilia.* Verum item quod idem de Christi asserit operibus, non tantùm creationis, aut prouidentiæ tam visibilis quàm inuisibilis creaturæ, sed etiam circa ipsius creaturæ reformationem, tyranni destructionem, mortis occisionem, orbis per paucos ac viles piscatores expiscationem: denique de miraculis quibus etsi quidam aliquando fortè similia operati sunt, nullus tamen propria, sicut ipse, authoritate. Hoc pacto sumi possent verba tanquam Ecclesiæ ad Christum ipsum, quæ simul etiam alij Christo ipsi velut ad Patrem dicta sumunt. De ratione similitudinis, quæ cum Deo esse possit, & non possit, relege dicta psalm. 81. & 82. vbi similia scripturarum aliarũ attulimus testimonia, ex quibus illustrissimũ apud Isaiam [f], qui Deũ ipsum sic inducit loquentem, *Cui assimilastis me, & adæquastis & comparastis me, & fecistis similem?* Argumentatur hinc Athanasius [g] pro Christi diuinitate; Isidorus [h] nullum eidem reperiri potuisse similem, qui liberaret genus humanum, & ipsam mortem superaret, dicíque posset *adiutorium simile ipsi* [i]: Concilium Francfordiense sub Adriano primo, non esse adoptiuum & seruum nominandum, de quo vltimo postea.

Non est similis tui in diis Domine.] Chaldaicè, *Non est præter te in Angelis cælestibus*, seu *in altissimis Domine. Deorum* nomen aliis quoque rebus tribui dixi. Quod est in psalm. 88. [k] *Quis similis erit Deo in filiis Dei?* & in Exodo. [l] *Quis similis tui in Diis Domine, quis similis tui?* de angelis exponitur; hi verò nominatim Græcè & Latinè exprimuntur, vt in pſ. 8. [m] vbi dicitur: *Minuisti eum paulominùs ab Angelis*, estque Hebræum nomen אֱלֹהִים *elohim*, & in 137. [n] *In conspectu Angelorum psallam tibi.*

Et non est secundũ opera tua.] Hieronymus, *iuxta*, sensus est, Nullum est cuiusquam opus simile operibus tuis, non est qui faciat similia operibus tuis: nullus Deus, qui potentiam suam probet similibus operibus: nullus tibi rebus gerendis par, vel qui valeat imitari opera tua. Apollinarius,

οὐδὲ ὁμοιοεργεῖ τοῖς σοῖς ἔργοις.

Neque enim opera tuis similia apparent operibus.

a pſ. 17. 32. pſ. 34. 10 pſ. 70. 19. 6 pſ. 82. 9.
b pſ. 88. 7. 9. pſ. 112. 5.
c Soph. 2. 11.
d Baruch 3. 16.
e Exod. 15. 11.
f cap. 46. 5.
g orat. 1. & 3. contra Arria.
h in Gen. c. 3.
i Gen. 2. 18.
k vers. 9.
l cap. 15. 11.
m vers. 6.
n vers. 1.

Christus pollicitus est discipulis *opera quæ fecisset ipse, facturos, & maiora eorum* [a]; at discipuli veri non sua, sed magistri authoritate, nomineque, ac inuocatione illa fecerunt, & *sine se nihil fieri posse* dixit *à nobis* [b]: quod etsi de operibus gratiæ præsertim verum est, constat tamen etiam quoduis opus naturæ absque primæ causæ concursu fieri non posse.

[a] Ioan. 14. 12.

[b] c. 15. 5. Omnia quæ natura opera absque concursu primæ causæ non fiunt.

Vers. 9.] Omnes gentes quascumque fecisti, venient, & adorabunt te Domine: & glorificabunt nomen tuum.

Vers. 10.] Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus solus.

Sensus lit.

PRædicit fore, vt superiore cunctis Diis Deum, nullique omnino comparandum potentia, rebus gestis præclaris factoribus, cultrices aliorum Deorum gentes, abdicata superstitiosa religione tandem agnoscant, & certatim adorandi causa in templum conueniant, ibique, ac vbique concelebrent summi huius numinis nomen, & libera, sed vera oratione pronuncient illum Dei magni, immò maximi, appellatione dignum, vtpote patratorem vnicum mirificorum operum; denique qui solus dici absolutè Deus mereatur. In templum postea excitatum à Salomone confluxisse Gentiles ostendimus alias. Et, si conuenit Ezechiæ psalmus, videtur hac ratione flectere Deum velle; quoniam vbi percrebuerit diuinitus soluta obsidio Assyriorum, excitatæ fama tantæ rei gentes, Deum verum veneraturæ essent. De Gentium ad Ecclesiam vocatione hoc nostri passim interpretantur, etiam qui psalmum ad Ezechiam pertinere asseruit, seu Basilius, seu Theodoretus: præterea Nicetas [c] homiata: propterea quod placuit psalmum hunc, vt monui initio, in Epiphaniæ festo recitari, quando Gentiles Magi, vt communiter fert sententia, ambulauerunt in lumine nouæ stellæ [d], & Regem Reges *procidendo adorauerunt* [e]. Multo plenius postea impletum hoc est per Apostolos, *qui docuerunt omnes gentes* [f], *& prædicauerunt euangelium omni creaturæ* [g]. Hoc, ait Augustinus, dictum est, quando coram Deo non adorabant illi pauci sancti in populo Hebræorum: & modò videtur quod dictum est. Tunc vrget Donatistas clancularios, & apud vnos se in angulo Africæ delitescentem Ecclesiam iactantes: quando dicebantur hæc, non videbantur, & credebantur: quando videntur; quare negantur? Deo, qui postea solus magnus hic appellatur, credendum illa dicenti, non paruo Donato, qui non potest esse magnus; cùm etiam faciat adeo paruam Ecclesiam. Maxima Ecclesiæ nota, tessera, signum, argumentum, esse catholicam idem doctor quadam [h] epistola tractat hunc ipsum locum.

[c] 1. Thes. c. 1.

[d] Esa. 60. 1.

[e] Matt. 2. 10.

[f] c. vlt. 19.

[g] Marci vlt. 15.

[h] epist. 80.

Omnes gentes quascunque fecisti.] Hieronymus, & Augustinus, (*Quisquis.*) Hebraicè tantùm est כל *asce*, *quas*, *& hæc* quantitatem designant. Pro *gentibus* גוים *goim* & *ibus populos* Chaldæus vocat עממיא *hhamemaia*. Confundi has voces dixi non semel, nec semper *gentes* accipi, vt à Iudæis distinguuntur. Certè omnes gentes quascunque fecit Deus, nullos homines excludunt. Quinquam rectè monuit Aiguanus, & Rickelius hunc, & similes locos accipiendos non pro singulis generum, sed pro generibus singulorum. Explicauit id prior Hugo, quia de omnibus aliquæ, & in omni terra, aliqua gens. Quod fecisse gentes Deus dicitur, literaliter nihil aliud significat, quàm omnium authorem esse tum propter Adamum, ex quo vno *fecit omne genus hominum* [a], vt Augustinus docet; tum quia omnia effecta, & generationes rerum pendent à Deo, vt à causa prima, nec existere possunt absque illius concursu.

[a] Actum 17. 26.

Sensus mysticus. Reformatio ad imaginem Dei per gratiam redemptionis fit.

At sensu mystico, gentes veniunt ad Deum, quas ille fecit, hoc est, vt ait Hugo, quæ quales factæ sunt initio, seu vt essent instituit, sunt, id est, *ad imaginem & similitudinem ipsius*, quæ restitutio & reformatio nunc per gratiam redemptionis efficitur. Homines peccatores non facit Deus, sed Diabolus, ac ipsimet sua se nequitia tales reddunt. Similem habere sensum possunt alterius verba [b] psalmi. *Populus qui creabitur, laudabit Dominum*, id est, populus qui regenerabitur gratia Christi spiritualiter, & supernaturaliter, *& generabitur voluntariè verbo veritatis* [c], & tandem perueniet ad regenerationem æternæ vitæ.

[b] psal. 101. 19.

[c] Iacobi 1. 18.

Venient.] Non de locis suis migrando, ait alio quodam loco Augustinus [d], sed de locis suis credendo, iuxta Sophoniam [e]: *Adorabunt eum vir de loco suo, omnes insulæ Gentium.* Quanquam non defuerũt desuntve qui multo feliciùs, quàm illi quondam ad philosophandum peregrè profecti sint, & proficiscantur, vnde fama sit salutis peti, & sanctorum scientiam posse. Memorabilis Patrum nostrorum memoria Anger Iapon in baptismo Paulus sanctæ fidei, qui inde vsque à remotissima Iaponia ad Xauerium nostrum sanctissimum virum (is primus postea huius ipsius opera illuc Euangelij lumen intulit) venit, vt animi vulneribus ab eo peteret medicinam, Malacam primùm appulit itinere leucarum octingentarum: deinceps ad Sinarum fines trium ferè mensium nauigatione traiecit, leucas à Malaca circiter quingentas. Tum ab Sinis soluens, sexto septimòque die in conspectum iam Iaponiæ cùm venisset, repentè fœdissima totius quatridui iactatus tempestate, in eum ipsum portum reiectus est, vnde conscenderat. Demum reuertit Malacam, vbi post longiorem errorem, Xauerio potitus est, ex eius vel aspectu, vel consuetudine maximum vitæ & peregrinationis suæ fructum capiens; ac suo aliquanto post catechistæ dux factus ad insulam totam Christiane instituendam. Narrat ista pio ac eleganti stylo Tursellinus noster [f]. Exprobrat Christus [g] *venisse Reginam Saba à finibus terræ audire sapientiam Salomonis* [h], his qui præsentem habebant, qui *plusquam Salomon erat*, nec audire, & obedire volebant. Quid facias pigris & ingratis catholicis, qui pambus abundant cœlestis doctrinæ, nec multo inde proficiunt magis?

[d] epist. 80.

[e] c. 2. 11.

[f] 3. vitæ Xauerij c. 12. 16. 17. 18.

[g] Matth. 12. 42.

[h] 3. Reg. 10. 1. & seq.

Et adorabunt coram te Domine] Alij, *Genu flectent*, aut, *procident*, aut, *supplicabunt*, aut, *supplices ibunt*; & sunt qui optimè interpretentur sententiã totam. Isidem verbis affinis in 21. [i] psalm. sententia; *reminiscentur, & conuertentur ad Dominum vniuersi fines terræ, & adorabunt in conspectu eius vniuersæ familiæ gentium.* Per adorationem cultus integer Dei intelligitur in sermone illo Christi cum Samaritana [k]; & alibi; quia, vt scribit Cyrillus Alexandrinus [l], tanta quasi quædam, & via ad seruituris opera adoratio est,

[i] Vers. 28.

[k] Ioan. 4. 20. 21. 23. 24.

[l] lib. 2. in Ioã. c. 22.

cum

cum nullum veniat ex, qui Deo seruire prohibeat, exstat. Dictum de eadem re alias. *Ad te ore coram Deo* Euthymius ait illum, qui te a Deo videri cognoscit: esse autem coram Deo omnem locum imperfectus.

Et benedicabunt nomini tuo. In aliis psalmis, & Cassiodoro, *honorificabunt*. Chaldaicè, *Dabunt honorem nomini tuo*. Fulgentius addidit, *in æternum*, quod habetur infra vers. 12. Glorificatio, celebritio, prædicatio, laudatio nominis dumtaxat videntur ea esse, quæ continentur sequentibus verbis. Nec Chorus totat sub mundi duratæ finem patrocinium hoc de omnibus gentium conuersione implendum. Hoc disputauimus psal. 18. maxime autem ad cap. 9. Actuum Apost.

Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia tues Deus solus. Hæc est quod omnes ad Deum venientes gentes dicent. Vt fatur ad laudem *magnus* quem paulò ante vocabat. Augustinus alibi, non totum nos locos, & actus prætereo, vt ostendam eisdem operibus Dei non vetus psalterium Latinum, sed & Arabicum, ac Hebraicum, denique Græcum conuenire. De epitheto Dei, vt cognoscatur. *Magnus*, eodem modo quo & 47. *Magnus Dominus*, eadem psal. 9. 95. 70. 144. 76. *Quis deus sit deus, ac magnus Deus*, legimus. Quod *faciens mirabilia*, psal. 71. Quilibet Trinitatis psalmus admirandum, & est magna, quia in Trinitate nihil maius, aut minus, vt nec prius & post tuas, salutis processionum ordine. Nec magno filio maiorem Patrem ait auctor libri de Vnitate & Trinitate [c], quemadmodum nec bono meliorem, quia non Patri tantùm, sed vniuersæ Trinitati dictum est, *tu es Deus solus magnus*. Ex inhabitato Augustini opere de Trinitate [d] scriptum id est, vbi ait. Non enim de Patre solo, sicut illi peruersè sentiunt, sed de Patre, & Filio, & Spiritu sancto, scriptum est, *Tu es Deus solus magnus*. Probat à fratris de nomine *bonus*, quando Christus dixit, *nemo bonus nisi solus Pater*; &, *Nemo bonus nisi vnus Deus* [e]. Idem est de epitheto *nisi*, quod Cassiodorus affert ex Isaia [f]. *Numquid non ego Dominus, & non est ultra Deus absque me? Deus iustus, & saluans non est præter me.* Vbi dicitur idem de nominibus *Domini*, & *saluatis*. Quòd si qui Christi verba [g], *Pater maior me est*, intelligant etiam secundum diuinitatem, loquuntur ratione originis, & ordinis, propter quem etiam dixit [h], *Mea doctrina non est mea*; cùm alibi dicitur dixerit; *Ego* & *Pater vnum sumus*, & Patri [i], *Omnia mea tua sunt, & tua mea sunt*. De Dei mirabilibus illud tantum repeto ex Iob [k]; Dei propriam esse *facere magna & mirabilia, & inuestigabilia; & quorum non sit numerus*. Magna videlicet, vt Gregorius [l], virtute, insuperabilia ratione, innumerabilia multiplicitate. Conuce tantùm oculos in orbis terrarum liberationem ab interitu: magis id mirabile, quàm suscitatio mortuorum, optimo iudice Augustino [m], qui & ipsam omnium gentium fidem magnum censet prodigium [n], perpendiqueque cum admiratione [o], quòd Deus solus cultum falsorum Deorum prohibuerit, & nemo eorum vnquam cultum veri Dei; ad hæc tandem illum in nihilum redegerit.

Vers. 11. Dedue me Domine in via tua, & ingrediar in veritate tua: lætetur cor meum, vt timeat nomen tuum.

EXponit quid maximè velit, orans id quod fiat, ac libri necessarium in primis fieri, vt graues calamitates, de quibus conquestus est, atque persecutiones cessent, ac superet, nec ne fas sit fuisse a Deo, nimirum, vt ipsum deducat Deus in viam mandatorum, quæ ei intelligat, & velit, & in illam sedulò incedens, verissimque, sincerè ac integrè proficiat: præterea, vt hac via ita integrè gradiendi, & ex intimis precordiis lætetur; in eodem spiritu & veritate, quibus respexit gentes, quæ conuertentur, ad ecclesiam. Deum reuereatur & colat libenter, promptè, alacriter, amanter: & cum casto, seu filiali timore, non seruili, crudelè, metu pœnarum solo, atque seruitutis. Optat etiam hoc modo fieri, vt simul timeat, dum in ista degit vita: nec nimium fecurus, vt olim nescierit, sed *secure in timore, & exultet cum tremore* [a], *& cum timore ac tremore operetur saluteni suam* [b]: & quicquid prosperum venit, præsertim in extremis naturæ egre bonis, magis metuat, & tentationes putet aut visum.

Dedue me Domine in via tua. Hieronymus, *dore me Domine viam tuam* significat דרכך *horeni, dore me*. Frequens in psalmis formula *docere in institia* [c], *super semitas iustitiæ* [d], *in viam rectam* [e], *in semita mandatorum* [f], *vt via tuam* [g], *in veram rectam* [h], sed nullibi est verbum quod hic exstat. Habuerunt interpretes rationem sensus; quia *docere viam*, sicut Hebraicè hic habetur, absque præpositione, intellexerunt non de nuda notitia speculatiua, sed practica, quæ adiunctam habet praxim, & actualem deductionem per cognitam viam, nempe mandatorum diuinorum, atque virtutum, & totius veræ religionis. Tam amplè sumi via potest, ita vt quod habetur sequenti membro, *ingredi in veritate*, non præcisè referatur ad contemplationem, vt exponunt Origenes, Euthymius, Nicephorus, seu ad orthodoxa dogmata; sed vniuersè pertineat, vt seu Basilius, seu Theodoretus vult, ad legitimum vitæ conuersationem. Censetur Christus allegoricè pro suis orare membris, & conuersis gentibus, vt in ipsa veritatis via, ad quam deducti sunt, deducantur, & doceantur in ea perseuerare & progredi vsque ad metam vitæ æternæ: tametsi ipse sit *via, veritas, & vita* [i]. Rickelius viam in Christo quoque spectat, vt petat animam suam deduci in limbum, postea redire ad corpus, demum cum eodem in cœlum ascendere.

Et ingrediar in veritate tua. Hieronymus, *vt ambulem in veritate tua*. Hebraicè est simplex verbum הלך *halach*, absque particula vel casuali, vel coniungente: supplentur tamen recte; futurum autem tempus accipi potest vel pronunciatiuè, vel imperatiue, vel optatiuè, vel deprecatiue. *Iustificet, & ambulare & conuersetur in veritate* petit id quod ante dixit, est etiam liberè, inoffensè, sine impedimento confidèter, duce Deo, comite gratia, luce, veritate ipsius, *quæ sola recte viæ, ad finem, & perducant* [k]. Quare qui *vias Dei demonstrari* sibi petit, *& semitas edoceri*, *virgis* quoque postulant *in veritate* [l]. Fingit Hugo eum qui sic orat, sine pœnitentem, sine iustum, cæco pectore ægro a viatore simili posse deductionem per viã, quasi præsentia

Dei manu, ne cum, offenda, Dominum agnitu. Nostratus, et pœnam præsentem mitiorem admodum Paulus [a] monet, *vel sibi ipsum pronunciat, ut eum spiritum in eam pœnam condemnandum, ut ad Augustinus* [b], in vitæ ad præcedendo pœnitamus. transmutemus, ut cum nullo merito damnemus. admittamus illo tempore mutatis, et dicamus, *Detur me Deus meus natus, & ambulabo regressus in veritate tua.*

Lætetur cor meum, ut timeat nomen tuum. Hieronymus, *lætificetur cor meum*, et. &c. Symmachus, [c] τὸ τῆς ἀκοῆς ἐν. Alii, *pro, exultavit, age cor meum timori*, aut *timore tui*. Explanat Hieronymi versionem Tertullus, ne cor ita multiplex, & diversum admittendo alienus Deo altarium, sed permaneat in timore nominis divini. Spiritus ita potest esse, ut competens Deus intus cordis, & munere ab impietudine, a dilectionibus, delectus, cogitatus, quatenus hæc illecebrarum affectibus, & quod aliter dicatur, *cum timore vel, ut sibi tremat sua*, atque timeat, efficiatque, ut mercenarius tantum, & ad oculum, & ita ultimo cedat integro, & toto corde timeatur Deus, quia *cui multum [d] remittitur, diligit plus*, quod Origenes [e] vult Deus *ex toto corde. Ductum est cor eorum*, inquit Oseas [f], *mox interiit*, dimidium nempe ad idolorum cultum. Non mirum quidem quem Paulus [g] matrimonio unitam nominat *divisum*, ac profecto propter. eli mentat, vacando genitori, quam qui vacans ab illo munere, & obtere, rugelosque *per incorruptionem, percensi sit* [h] *Deo*. Ex unione charitatis, quæ plura in unum corda copulat, oritur illum gaudium. Quamvis totum lætitiæ cordis quodam dilatatum consistere dicatur, tamen cum diuturnum quandoque, lætabilis est. Aquila vertit [i] ἀγαλλίασις, *exultatio*, & [k] ἀγαλλίαμα, *exultatione*, ut Symmachus. Quod ad hunc attinet, Vide, quæso an videbimur, bonum genus lectionis: & dicere vult, tunc cum nulla lectionis spes, lucrum animæ potest intelligere, vel veritatem inspicere, tunc exaptum, quam habet, lectionis, quæ *fructum maturum* [l] vel lectionis facit, proinde præcedentem, qua *fructus & permanentis fructus fit*, quæ ut timeam, amori suo provocantur [m], gaudij communionem faciat. Ἐὰν ἀγαθὸν ἐστὶ τὸ ἀγαθὸν ἐστὶ, inquit Nicephorus, ἐὰν ἀγαθὸν ἐστὶ τὸ ἀγαθὸν ἐστὶ. *Veram namque gaudium seu lætitiam animæ timoris, et propagationem semper perfectum.* Basilius præterea, & Theodoretus matrem lætitiæ timorem facere videntur, quoniam alibi quoque copulat sit *lætitia, et quærentium Dominum & metuentium Dei delectio*[n]. Quicquid sentiat, cæteque ignoret se dii communem, quem in, tum lætitia proferangi nullo modo vult: propterea præferenda verbum lectum, eoque magis, quo tutius pullidum. Simili quadam ratione *ipse qui gaudet* subiungimus *eadem mandata gestit animum* Psalmi

Ps. 18. Et peccatis parce servo tuo.

Amor, impudens, cum dicit contentus dos a hac vita. Quæ [o] petitio hoc tantum [p] ita Gregorius lectum, ei, dicitur ne ita precatus esse, ut semper tamen non recte vivendo, ne lapsu, & in pus ipse evaluatus esset. Ipsetene nitet tamen lectionem, ne ei hoc [q] *lætificet cor meum, ut fecundum*, ut *timeat*, ut ter gaudium ipse, & tentationis vel cum, confidimus, & indicatus, colloquium & tabernaculum, et libertum, & tuæ dilectus, ut cor lectionis, ne de venia, ut tamen nunquam delectatus lapsu ei esse de culpa. Hoc est quod ait Arnobius, lætari de victoria, timere de pugna, quod aliter dicens *lætificationem cæteræ Dominum*.

Posset reponi an Dei timor comprehendit nostro vitæ dum cultum Dæmonum, & quia *talem dantem & cultum deum Dei* [r], *unique mentatorum Dei cultum*, *cum adeamus cor* [s], hostalis etiam orationis pertens est lectio, ut adeo veritus necessariaque concedaqui lectus, quæ propter, & abeunter Deo lectentur. Omnino magis nominat per. *ex. cum*, & *vivendo lectionis*, lectum quæ petitur, ordinari ad timorem, quæque præter illum, & lætari vel ad cum finem, ut per timorem ad lectum continuo terminetur, & colatur Deus.

Vers. 12.] Confitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in æternum:

Vers. 13.] Quia misericordia tua magna est super me, & eruisti animam meam ex inferno inferiori.

Quod factorus ventes dixerat, *Amorem eorum Deo & gustum eorum nomen illius*, hoc pro hac spondet parte gratiarum etiam nomine si quam petat a dulci liberationem, imperatoriæ. Tum vero in secundum autem ordinem suum magnam, quam tibi tam super te præsentem videre & expectari videbatur, liberet ipsum Deus e summis periculis, verosque ex morte ac interitus ipsis revocet in vitam, & ad superos. Consentiunt illa tum Danielis, tum Ezechiæ, prout secutæ de argumento voluit sententiæ, hoc rates ex gravissima hostium persecutione, sed eumque quoque homum in eius persona gratia Christus patri effert, quod Pater sit dignatus de sepulchro [t] & mento filium, ut ab interitu eorum æternis liberaret, & a peccato, ex decubitum. Augustinus, & alii præterea illam sententiam, declarant permodo ac si loquatur Christus de anima sua, *quam non relinquit Pater in inferno* [u], in quem post mortem descendit, & interius dicatur comparatione huius terræ, ad quam nascendo se demisit; vel etiam ita ut quivis id beneficium recognoscat, quod per merita Christi necessitatem eadem evidentia in dictum imbuum. De descensu Christi animæ in inferiorum eius sancti mi, hunc locum Irenæus [x] etiam interpretatus est, vitæ nonnullos alios [y] eos, & Hieronymus [z] ne exponens ruinosa Christum nomen Dominum *de loco terribili*, cum vi ejecit, inquit, in carcere damnatos velocem ad inferos, & detractis claustris eruit, hos quos ab repetit eruens, victor ad superos

ascendit. Rursum Fulgentius [a] declarat de liberatione à damnatorum loco, vt nobis gratia Dei detur conuersari posse in cœlis. Cui sententiæ fauet non solùm Euthymius, qui quod attinet ad Dauidem, per infernum, profundam peccati foueam intelligit, adulterij nimirum, & homicidij: sed etiam R. Iuda, & R. Salomon *in midras thehilim*, quem citat præterea Hieronymus à sancta [b] fide, qui affirmant gratias hîc Dauidem agere, quòd in inferni profundum non descenderit, ob dicta peccata.

Confitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo.] Ipsissima phrasis ista occurrit psalm. 9. in principio: nihil addi necesse est, videri solùm posset allusio nonnulla ad verba præcedentis versus, *lætetur cor meum*, prout ex Hebræo ab aliis exponebantur, *Vni cor meum*: corde namque toto confiteri idem est, quod vnito, indiuiso, integro, perfecto, semper & pro omnibus, non tantum *cùm benefecerit Deus* [c], hoc est, in prosperis, sed & in aduersis, quæ in beneficiis diuinis computanda sunt. Perpendi etiam potest quod subnotat Aiguanus, multa nos iuberi toto corde facere, non solùm confiteri & laudare Deum, sed etiam orare. *Clamauit* [d] *in toto corde meo, exaudi me Domine*: Credere; *si* [e] *ex toto corde credis, licet*; Sperare; *Habe* [f] *fiduciam in Domino ex toto corde*; Pœnitere [g]; *conuertimini ad me in toto corde vestro*: Diligere [h]; *Diliges Dominum Deum ex toto corde tuo.* Adde *quærere toto corde, & tota tribulatione animæ* [i]; *in tota anima timere* [k], *& honorare* [l]: *sequi in toto corde* [m]. De confessione peccatorum Hugo quoque declarat, & cor pro anima sumens, exigit vt fiat ex tota imaginatione, memoria, intellectu, & voluntate. Lege, si vacat.

Et glorificabo nomen tuum in æternum.] Quod in se est, ex magno affectu pollicetur æternam glorificationem nominis diuini, quam indefinitè à Gentibus faciendam prædixerat vers. 9. licèt Fulgentius [n], citans illum locum, addat, *in æternum*.

Quia misericordia tua magna est super me.] Id est, *erga me*: & grandia mihi fecit, & eius argumenta plurima maximaque sunt, sic aliàs dicitur *pati misericordia super aliquem* [o]; vel *venire* [p]; quasi per modum integumenti, clypeive; vt explicat etiam hoc loco Apollinarius.

ὅτι ἐκ μὲ ἐλεητὸς ἀναξ σέθεν ἀμφικαλύπτει,
Quia vtique me misericordia Rex tua circumtegit.

De misericordiæ diuinæ magnitudine dixi primis verbis psalmi 50. Citato illo, & hoc loco Chrysologus [q], aliisque multa differit, ostendens omnibus aliis præferri diuinis operibus; & quo pacto à nobis exercitata fuerit, pronunciandam in diuino iudicio sententiam [r]. Extat quoque Bernardi sermo de triplici misericordia, & quatuor misericordiis. Misericordiam vocat paruam per comparationem ad alias, expectare, nec statim punire. Maiorem, qua facit Deus ne frustrà fuerit illa expectatio, dilatióque; sed ne cedat in maiorem damnationem, conuertatur quis tandem: magnam, vt contineat se quis deinceps à peccatis, ope quatuor veluti filiarum ipsius misericordiæ, quæ sunt immissio amaritudinis, subtractio opportunitatis, virtus resistendi, sanitas affectionis. Declamans præterea alio sermone contra pessimum vitium ingratitudinis, *Orditur* ab istis verbis; *Magna est super nos, dilectissimi, magna valde misericordia Dei nostri.* Vrgens item potissimùm religiosos [s]; *Quis enim, ait, in nobis est, qui non confiteri possit, quoniam misericordia tua magna est super me?* Septem verò enumerat misericordias, quòd adhuc in sæculo constitutum Deus à multis peccatis custodierit: quòd tamen diu ac multùm peccantem expectauerit, quòd cor immutauerit: quòd pœnitentem susceperit: quòd continendi, ac emendandi virtutem præstiterit: quòd gratiam promerendi, & munus bonæ conuersationis indulserit, quòd spem obtinendi cœlestia dederit, ob nonnullum experimentum diuinæ bonitatis.

Et eruisti animam meam ex inferno inferiori.] Hieronymus, *de inferno extremo.* Nobilior liberandi modus est, impedire ne quis in id incidat, vnde debeat liberari, vt exemplis docet Augustinus: quo pacto liberata Deipara, & redempta nobiliùs dicitur ab originali peccato, in quod nunquam incidit: sed ne incideret sicut debebat, præseruata est. Perstrinxit Genebrardus omnes sententias siue de Dauide, aut Ezechia, siue de quolibet homine, siue de Christo interpreteris; vt infernus inferior vel sumatur metaphoricè pro summis periculis, mortéque certa, ac manifesta, præsertim si simul æternæ damnationis periculum sit: vel magis propriè pro subterraneo loco. Rursus locus hic, aut sit solum sepulchrum, quia solet esse inferius; ita vt idem valeat *inferioris* nomen comparatiuum atque absolutum nomen: aut depressius receptaculum animarum quadruplex, vel damnatorum pœna damni sensusque, vel qui solam ferant pœnam damni, vel iustorum, sed adhuc purgandorum, vel iustorum, qui nihil debebant pœnæ, sed ante ascensionem Christi in cœlum, adhuc detinebantur. Accedit opinio Augustini vna, vt infernus vnus terra sit, quam incolimus, comparata cum cœlo, & vbi mortales dicimur, & corpora ipsa etiam dum viuimus, mortua dici possunt: inferior comprehendat omnes differentias indicatas locorum subterraneorum. Egimus de hac re aliàs. Christo minùs conuenit, vt erutam dicat animam suam de periculo mortis corporeæ, aut peccandi, & æternæ damnationis: aut de loco ipso damnatorum duplicis generis: aut iustorum purgandorum: aut de sepulchro. Locus animæ non est sepulchrum. Christus mortuus est: nullum omnino in eo periculum esse potuit peccati & æternæ damnationis, ac purgationis temporariæ; aut ne nolens detruderetur in locum damnatorum: Sed nec in eum etiam fortassis, vel illorum, qui purgabantur descendit, secundùm animæ suæ præsentiam. Erutam quidem dicere animam suam Christus potest à morte corporea, & à sepulchro, & ab ordinario loco animarum iustarum, seu à limbo, quatenus aliquoties appetitus ad mortem, euasit: præterea vt induit personam membrorum suorum, erutam à peccandi periculis, & æternæ damnationis, item à necessitate descendendi prius in limbum, aut purgatorium quàm in cœlum ascenderet. Verùm si placet magis propriè, ac simpliciter de Christo exponere, ipse de animæ suæmet liberatione loqui intelligendus est, ad eum modum, quo in psalmo 15. [b] dixisse passim intelligitur, *Non derelinques animam meam in inferno*, id est, in illo receptaculo

[a] ser. 1. de septem miseric.

[b] vers. 10.

[a] ad Monimum. 2.

[b] in cõt. Iudæ. c. 7. 20. 4. bibl. 1. aurum.

[c] psal. 48. 19.

[d] psal. 118. 145.

[e] Act. 8. 37.

[f] Prou. 3. 5.

[g] Ioel. 2. 12.

[h] Deut. 6. 5.

[i] c. 4. 29.

[k] Eccl. 7. 31. 1. Petr. 1. 17. in Dan. 3. 40.

[l]

[m]

[n] de gra. Christi c. 31.

[o] psal. 32. 22. [p] psal. 118. 41.

[q] ser. 4.

[r] Mat. 25. 34. & seq.

[s]

PSALMVS OCTOGESIMVS QVINTVS.

Oratio ipſi Dauid.

1 INclina Domine aurem tuam, & exaudi me: quoniam inops, & pauper ſum ego.
2 Cuſtodi animam meam, quoniam ſanctus ſum: ſaluum fac ſeruum tuum, Deus meus, ſperantem in te.
3 Miſerere mei Domine, quoniam ad te clamaui tota die: 4 lætifica animam ſerui tui, quoniam ad te Domine animam meam leuaui.
5 Quoniam tu Domine ſuauis, & mitis: & multæ miſericordiæ omnibus inuocantibus te.
6 Auribus percipe Domine orationem meam: & intende voci deprecationis meæ.
7 In die tribulationis meæ clamaui ad te: quia exaudiſti me.
8 Non eſt ſimilis tui in diis Domine: & non eſt ſecundùm opera tua.
9 Omnes gentes quaſcumque feciſti, venient, & adorabunt coram te Domine: & glorificabunt nomen tuum.
10 Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus ſolus.
11 Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in veritate tua: lætetur cor meum vt timeat nomen tuum.
12 Confitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in æternum:
13 Quia miſericordia tua magna eſt ſuper me: & eruiſti animam meam ex inferno inferiori.
14 Deus, iniqui inſurrexerunt ſuper me, & ſynagoga potentium quæſierunt animam meam: & non propoſuerunt te in conſpectu ſuo.
15 Et tu Domine Deus miſerator & miſericors, patiens, & multæ miſericordiæ, & verax,
16 Reſpice in me, & miſerere mei, da imperium tuum puero tuo: & ſaluum fac filium ancillæ tuæ.
17 Fac mecum ſignum in bonum, vt videant qui oderunt me, & confundantur: quoniam tu Domine adiuuiſti me, & conſolatus es me.

Titulus, & Argumentum.

Oratio ipſi Dauid.

IDem titulus fuit in pſalmo 16. Indicat autem à Dauide ſcriptum pſalmum de ſeipſo ſuiſque rebus & calamitatibus, cùm cuperet ac flagitaret liberari à Saule, atque militibus ipſius à quibus quærebatur ad necem: ſicut & in pſalmo 53. tractatur idem argumentum. & illius verſus 5. non differt ab iſtius verſu 14. Hoc probabilius quod Ianſenius tradit & Agellius: vel quod Caietanus de perſecutione Abſalon, etſi ratio non valet, quaſi ſe ſignificet verſu 13. meruiſſe infernũ propter peccatum, quod tempore Saulis non commiſerat: quàm quod Theodoretus, ſeu Baſilius exiſtimat, & meminit Euthymius, in Ezechiæ Regis perſona editum pſalmum, deprecantis opem aduerſus Aſſyriorum obſidionem. Concedo eidem Euthymio congruere orationem iſtam cuilibet in anguſtiis & calamitatibus conſtituto: ſed & Chriſtus orare videri poteſt Patrem, vt Latini paſſim ſentiunt, pro liberatione ab hoſtibus, vt ſic omnes gentes adorent eum, & ipſe perpetuò in illis ipſum concelebret. Orat enim pro nobis, vt ſacerdos noſter; orat in nobis, vt caput noſtrum; oratur à nobis, vt Deus noſter, inquit Auguſtinus. Certè ſub typo Dauidis accipi hic de Chriſto pſalmus poteſt, qui Chriſtus vna cum paupertate ac paſſionis tribulatione, ſimul inſerere dicatur mentionem de ſua reſurrectione, de Gentium vocatione, de regno ſuo. Athanaſius a recenſet hunc pſalmum inter eos, qui colloquia cum Deo, preces, obſecrationeſque complectuntur; & vtilem ait eſſe, (niſi ſit error in textu Latino, in quo cùm numeretur 71. ſicut & in Græco; recitatur autè in illo Latino primus verſus iſtius 85.) pudefacere ſtudenti opiniones Ethnicorum & hæreticorũ eo quòd apud eos non ſit cognitio Dei. Vtitur iſto pſalmo Eccleſia in officio Epiphaniæ nocturno 2. propter vocationem Gentium in Magis figuratam, de qua mentio ſit verſu 9. vt ibi etiam Hugo notauit.

a ad Marcellinum.

Verſ. 1.] Inclina Domine aurem tuam, & exaudi me, quoniam inops & pauper ſum ego.

PEtit vt quia ſua humilitas abiectióque attingere altitudinem Dei nequeat, dignetur ipſe

demittere quodammodo se ipse, ac inclinare autem ad precem suam, quam dicunt συγκατάβασιν condescensionem; atque facilem se præbere ad audiendum & exaudiendum. Deinde subiungit necessitatem orationis causam, quòd in summa sit egestate, ac in humani omnis præsidij priuatione constitutus, & omni creato auxilio destitutus: Deus autem, quod ex hoc sequitur, respiciat in orationem humilium, *nec spernat* [a] *orationem eorum, & ei derelictus sit pauper* [b].

Inclina Domine aurem tuam.] Additur in psalterio Romano & apud Cassiodorum, *ad me*. De hac dicendi formula actum psal. 16.[c] & 30.[d] Innuit altitudinem & maiestatem Dei, cum antithesi abiectionis & humilitatis eius, qui orat, *nec oculos leuare in cœlum audet* [e]; nec quantumuis id conetur, & vocem contendat, pollit exaudiri, nisi Deus velit. non loco distans, sed dignitate præcellens, & omni voto meritóque, absque comparatione, superior. Vis exaudiri, agnosce te adeò humilem, vt oporteat altissimum Deum inclinari ad te: admouet etiam, *nec declina aures tuas, ne audias legem; vt oratio tua non sit execrabilis* [f]: non sit applicata terræ auris vna more *aspidis* [g], vt audiat terrena & infima, & altera obturata, vt non excipiat quæ præcipit Deus, hortatur, minatur, promittit; *sed audiens inclina aures* [h], sine *vt aperiat illas Deus, & non contradicas, aut retrorsum abeas* [i]: permitte *vt eas perficiat, aperi, perfore* [k] *si inclinaueris oculos cum humiliate, saluaberis* [l].

Ex exaudi me.] Dando responsum quod innuit Hebræum שמע *hhanem*, scilicet iuxta desiderium, & petitionem, vt sæpius vidimus.

Quoniam inops & pauper sum ego.] Hieronymus, & Psalterium Vaticanum, & Gallicanum, & Cassiodorus, *Egenus & pauper*. Augustinus, *Egenus & inops*; sæpè etiam occurrunt hæc Latina nomina, & Græca πτωχὸς καὶ πένης: & Hebræa אביון ועני *hhoni Ve-euion*. *Excelsus & sublimis Deus habitans in æternitatem, & cuius nomen sanctum in excelso, & in sancto habitans, habitat quoque cum contrito & humilis spiritu, & viuificat cor contritorum* [m], *& respicit ad pauperculum & contritum spiritu, & tremente sermones ipsius* [n]. Mirabatur Dauid quòd *cum non esset quisquam sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, humilia tamen respiceret* [o]. Rara inter homines admodum conditio virtusve, vt qui super alios eminet, ad eos demittat se, vel simplici dignetur oculorũ coniectu: *Altus excelsusq; Dominus humilia respicit?* [p]. Pauperiatẽ hoc loco colligerat Augustinus in spiritu & humilitate, qua se quis gratia diuina egere confitetur, quia Rex cum esset, non erat exterius pauper. At persequente ipsum Saüle, non dum Rex erat: quando filius persequebatur, pulsus regno erat; calamitosum, ærumnosum, alienæ opis indigum hæc vocabula designant. Concedo quòd *est quasi diues cum nihil habeat, & est quasi pauper, cum in multis diuitiis sit* [q] peccatorum: qui non se arbitratur *diuitem, locupletem, nullius egentem, sed miserum, miserabilem, pauperem* [r], qui & multa debeat, & pauca, seréque nihil habeat, autes ad se Dei traher, & inclinare facit. Iob iustus non putans *aurum robur suum, nec fiduciam obryzum, & non lætatus super multa diuitiis* [s], interius pauper erat, *non sublime sapiens, nec sperans in incerto diuitiarum* [t]: quemadmodum & ex fœmineo sexu ante Euangelium illa, quæ *abominabatur signum superbiæ suæ, & gloriæ, detestans quasi pannum menstruatæ, & nunquam lætata nisi in Domino* [u]. Christus vtroque voluit modo pauper esse, tum exterius, tum interius. *Scitis gratiam Domini nostri Iesu Christi*, ait Paulus [a], *quoniam propter nos egenus factus est, cùm esset diues, vt illius inopia nos diuites essemus.* Propterea monet nos Hugo pronomen (*Ego*) hic legere cum pondere, de Christo.

[a] 2.Cor.8.9.

Vers. 2.] Custodi animam meam, quoniam sanctus sum: saluum fac seruum tuum Deus meus sperantem in te.

Sensus loci.

DEinceps ad versum vsque 4 quatuor petit, vitæ conseruationem, liberationem ab hostibus, & multiplici miseria, donum securæ & solidæ lætitiæ. In hoc versu de liberatione à morte agitur, quam sui ei machinentur hostes, & quam sibi commeritus minimè videatur; quia sit sanctus, id est, non solum Deo addictus, ac illi placere studens; verùm etiam liber ab iis criminibus, propter quæ persecutionem patiebatur. Adiungit alteram causam, quòd instar deuinctissimi mancipij pẽdeat à Deo totus, omnémque in eo vno spem collocauerit. Præcessit similis oratio in psalmo 24. [b] *Custodi animam meam, & erue me, non erubescam, quoniam speraui in te.* Induens membrorum suorum Christus personam potest intelligi sic orare, sed nulli ita, vt illi conuenit *sancti* appellatio & epirhetum, quem Daniel [c] quoque *sanctum sanctorum* nominat. Dixi hac de re in aliis psalmis [d]. Tropologicè, animæ, vt à corpore distinguitur, habenda ratio potior, quàm corporis, & omni custodia custodienda, per gratiam *custodes hominum Dei* [e], *& custodientis animas sanctorum, & seruorum suorum* [f]. Rex Sodomorum typus Diaboli, animas dari sibi vult, cætera negligit [g]. Deus è contrario, *in manu Satanæ reliquit Iob, animam seruari* voluit [h]. Christus cauit *ne timeremus eos qui occidunt corpus* [i]. *Quid prodest vniuersum mundum lucrari, anima detrimentum patiatur* [k]?

[b] vers.20.
[c] cap 9.24.
[d] in psal.4.4.
[e] Iob 7.20.
[f] psal.96.10.
[g] Gen.14.22.
[h] Iob 2.6.
[i] Matt 10. 28.
[k] cap 16.26.

Custodi animam meam.] Literaliter *anima* pro vita hîc sumitur, & *custodire* est conseruare vitam, ac præseruare à mortis periculo. Hoc potuit Christus petisse, ne ante præscriptum tempus occideretur ab Herode, vel præcipitaretur ab aliis, vel lapidaretur. Non autem orare opus fuit à ruina peccati, quoniam cõprehensor erat, & confirmatus in bono, inquit Rickelius. Si ergo postulatur perseuerantia, id non fit à Christo pro se, sed pro suis. Infert de Christo Augustinus in ipso non fuisse solam cum verbo carnem, sed animam quoque. Prior autem modo satis tritum est, vt quem quis diligit, appellet animam suam: cùm etiam verum sit quòd anima ibi magis est, vbi amat, quàm vbi animat.

Anima magis est vbi amat, quàm vbi animat l vers.4.

Quoniam sanctus sum.] *Misericordem* quoque significat חסיד *chasid*, vt psalmo 14. vidimus. Hicque innueret Dauid mansuetudinem suam in parcendo inimicis, vt Saüli aliquoties, vel etiam Absaloni. Et solet nihilominus peculiariter id nomen tribui cultori Dei, qui eo munere fungatur, secundum peculiarem religionis modum, cuiusmodi erant apud Hebræos inde denominati Hasidæi, & vt aliqui volunt, alibique monuimus, Osseni, quasi θεοσεβεῖς. Solet quidem τὸ θεοσεβὲς ius illud significare, quod redditur Deo: vt *iustus*, quod hominibus. At confunduntur quandoque vocabula & notiones. De Dauide autem sensus esset, tum quòd religiosè coleret Deum, tum

a psal.101.18. b 1.Esd.1.14. secun. Lxx.
c Vers.6.
d Vers.3.
e Luce 18.13
f Pro.28.9. g psal 57.5.
h psal.44.11. i Esa.30.15.
k Pet.3.9.
l Iob 22.29.
m Esa.57.15.
n c.66.2.
o psal.112.5.
p psal.23.6.
q Prou.13.7.
r Apoc.3.17.
s Iob 31.25.
t 1.Tim.6.17.
u Esth.14.16.

quod neminem læderet, denique innocens esset, certè si ageretur de obiectis criminibus ab illis, qui persequebantur eum. Acceptiones varias, quibus qui Ipsum dicatur *sanctum*, colligunt hoc loco Hugo, & Aiguanus, & alibi iam occurrerunt. Obtensum est etiam alias, quod & Rickelius in explanatione morali facit, quàdo liceat in oratione opera sua bona commemorare; sicut cómemorant Ezechias [a], Iudith [b], Esther [c]. Sed absolutè soli Christo *sancti* titulũ conuenire concedimus; qui sine peccato erat in hoc mundo (Mater verò etiam, sed ex priuilegio, & ob Filij dignitatẽ peccatorum omnium non commissor, sed remissor, vt loquitur Augustinus, anteque ipsum Ambrosius [d], vt & cùm tuba eius persona canitur; *Non* [e] *derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.* Quasi hoc item loco idem petatur à Christo, vt animam custodiat, non solùm ne ante tempus ipsi eripiatur: sed ne detineatur diutius in inferno. Audere & nos ait idem dicere, quoniam sancti sumus, quatenus ab eo sanctificati sumus, accepimus gratiam sanctitatis gratiam baptismi, & remissionis peccatorum. Non est ista, inquit, superbia elati, sed confessio non ingrati. Tum admonet iam vide vbi sis, & de capite tuo dignitatem cape.

Cæterùm an cadere sub meritum perseuerantia possit, quoniam hoc loco sic nonnulli orationem accipiunt, qua petitur custodiri animam, disquirunt scholastici. Meritum de congruo negari vix potest, vt nempe mereri quis valeat, non modò perseuerantiam gloriæ, quæ est terminus motus liberi arbitrij, & cadit sub meritum etiam de condigno; sed præterea perseuerantiam viæ, hoc est, vt in gratia moriatur. Obiicimus hac de re scripsit Angelicus [f] Doctor: & visus est omne meritum negare. At quicquid de illo sit, Augustinus [g] aliquod meritum agnouit. Hoc Deo donum (ait ipse) suppliciter emereri potest, & quotidie à Domino petitur, & impetratur credentis fide: petitur autem dum dicitur [h], *Ne nos inferas inducas in tentationem*: & qui exauditur, hanc perseuerantiam accipit. In hanc obiicimus sancto Dei sanctio confirmari & confirmari, & in oratione super populum post Dominicam in passione, vt det Deus nobis perseuerantem in sua voluntate famulatum. Quo pacto autẽ respondeat Thomas [i], quòd etiam ea quæ non meremur, orando impetramus, quia peccatores Deus audit, peccatorũ veniam petentes, equidem non intelligo; nisi intelligat ipse de condigno. Nam idem Augustinus [k] ex eo argumentatur nos mereri primam iustificationem, quoniam impetramus illam à Deo. Sed & qui concedit iusto meritum congruum primæ iustificationis pro alio, vt facit idem Aquinas [l], non deberet negare simile meritum, quo iustus alteri quoque mereatur perseuerantiam. Negare noluisse demonstrare nititur noster Vasquez [m]. Vide eque ipsa lege Andream de Vega [n] (qui negatum putat id meritum ab eodem Doctore) & de nostris adhuc Valentiam [o], (qui defendit opinionem hanc nostram secundum doctrinam illius) & Bellarminum [p] (qui putat in summa negauisse meritum etiam congrui, reparationis post lapsum pro se ipso) licèt in epistolam ad Hebræos [q] admiserit.) Opportunum porrò Bernardi [r] monitum, ne quem terreat sanctitatis nomen, si proposuerit in corde suo declinare à malo, & facere quod bonum est, tenere quod accepit, & semper proficere in melius: sed & si quid aliquando minùs recte egerit (vt est humana fragilitas) non in eo persistat; sed pœniteat, & corrigat quantum præualet, fore sine dubio sanctum; sed cui interim clamare necesse sit; *Custodi animam meam, quoniam ego sanctus sum.* Ex quo illud etiam sequitur; semel habitam veram iustitiam posse amitti. & quidem irreparabiliter, si sub vitæ finem perseuerantiæ donum denegetur. Non omnium est hoc donum, licèt nulli desit necessaria, & sufficiens gratia ad perseuerandũ. Quanti Deus animæ cuiusuis custodiam faciat, et nisi non perseueranter custodiat, demonstrat Hugo: quoniam videtur eam custodire tanquam *cuniculum* [s], velut *thesaurum* [t], *pupillam* [u], *sacrificium* [x], *crucifixum* [y]. Philippus [z] Greueus quantopere nobis necessarium sit docens, vt *omnis custodia seruemus & custodiamus cor*, & *super custodiam nostram seruemus* [a]. Ostendit simul quot modis Deus, *sine quo frustra est custodia nostra* [b], *custodiat per Angelos* [c], *prælatos* [d], *sacramenta* [e], *virtutes ac dona* [f], *doctrinam* [g], *exempla* [h]. Vtinam sit anima nostra custodita *prout in fasciculo viuentium apud Deum* [i], & *abiecondita cum Christo in Deo* [k], nec *sit in pomorum custodia* [l], *derelinquaturque vt umbraculum in vinea, & vt custodia in cucumerario* [m].

Saluum fac seruum tuum Deus meus sperantem in te. Iehoshaiahu עבדך *abdeka*, *seruum*. Non ratione duntaxat membrorum suorum, sed respectu sui etiam ipsius potest intelligi Christus appellare se seruum, qui vt Hugo ait, dicat se *ex obedientia formam serui accepisse*. Spei quoque pro confidentia & certa fiducia vocabulum eidem tribui potest, quicquid sit de ipsa virtute theologica. De nomine *serui* alias non semel idem dixi, nec dubitat Ambrosius [n] præsentem ad Christum locum accommodare, quemadmodum & sequẽtis versus 16. *Saluum fac filium ancillæ tuæ.* Propter nos namque, ait, filius ancillæ factus est secundùm formam hominis: & seruus factus legitur, quia legitur factus ex Virgine, & creatus in carne; omnis autem creatura seruit dicente prophetа, *quia omnia seruiunt tibi*: quæ est oratio cui vocari Christus seruus queat. De dignitate etiam seruitutis Dei alias actum est, quantúmque ad bonam orationem & impetrationem spes ac fiducia momentum afferat. Ecclesia quidem in solemni prece hoc frequentat, *saluos fac seruos tuos, Deus meus sperantes in te.*

Vers. 3.] Miserere mei Domine, quoniam ad te clamaui tota die.

Vers. 4.] Lætifica animam serui tui, quoniam ad te Domine animam meam leuaui.

Misericordiam Dei implorat, vel ob orationis perseuerantiam atque contentionem, quia *multum valet oratio iusti assidua* [y], & *orandi improbitas* [z]: & vt ideireo dignetur mœstam in tantis malis animam exhilarare, quam vnici remedij causa ieuet ad ipsum solum, à cunctis insia eundem rebus abstractam & auulsam, in quibus vanam esse salutem certis experimentis deprehendent.

Quoniam ad te clamaui tota die.] Hieronymus, *clamabo*; in quo etiam tempore est Græcum κεκραξομαι,

---

a 4 Reg 20.: b c. 16.9 &c. c 2 12.8 seq. d in 4.15 & seq.

Semel habita vera iustitia potest amitti & quidem irreparabiliter.

a psl. 26.1. Esa. 2.22. b 1 Cor. 4.7. c pl. 16.8. Zacha. 2.8. d Gen. 15.28. e 2 Reg. 23. 1 Gene. vlt. 14 f Ier 18.2. g Prou. 4.23. h Abac. 2.1. i psl. 120.5. k psl. 90.11. l c. 6 Matt. 1 Sam 20. Tobiæ 3.3.6 21. l Cant. 3.7. vbi de lecta gentis fortiss. impetum. 22. 1 Pet. vbi de certa portarum. n Rom. 1.3.12. 1 Thess. vlt. 8. vbi de armis spirit. o 2 Mach. vlt. 1. vbi de sermonibus opt. p Prou. 2.20. Gene. vlt. 29. vbi de asportandis ossibus Ioseph. q 1 Reg 25. 29. r Confess. 3.3. 1 pet. 8.1. s Bria 1 8. t c. de fide c. 3 Sedul. 5. edit. Rom. ad Sabinum. u psl. 118.91.

Perseuerantia

f 1.2 q.114. a 9 g de dono perseu. c. 6. & 8. h Matt. 6.13

i 1 sup. d 1.

k epist. 105.

l 1.2 q. 114. a 6.

m Obiect. 15 ex Gabr. vbi de Incarn. Scotus ibi. Ruiz. de Incarn. disp. 8. quæst. 4. n 1.2. disp. 218. quæst. 4. o 1.2. disp. 218. quæst. 4. p 1.2. de iustific. c. 18 q. 114. a 7. q c. 6. licèt Ioan. Ioannes ad Hebræos, &c.

Sensus loci.

y Iacobi 5.16.

z Lucæ 11.8.

ἡμέρας, & Hebræum יום כל *ekra*, & Chaldæum כל יומא *aisselle* significans, *orabo. Tota autem die*, idem valet, quod *omni die*, seu *quotidie*, & vt Symmachus vertit, καθ' ἑκάστην τὴν ἡμέραν, vt quidem asserit Theodoretus. Nam Euthymius transtulisse ait ὅλας πάντας, vel *ait semper*: quæ Nicephorus etiam refert, sed absque Symmachi nomine. Ratione membrorum suorú sibi decedentiú & succedentium, clamat quidem Christus ob eorum pressuras, inquit Augustinus; ipse autem caput nostrum *ad dexteram Patris interpellat pro nobis* [a]. Quo pacto possit, vel debeat *tota die*, id est, *semper* orari, diximus alibi. Tropologicum est quod ait Aiguanus, vt oretur diei naturalis parte, quæ dies dicitur, hoc est, in prosperis, & altera, quæ nox, id est, in aduersis. Ad allegoriam spectat quòd Christus vt homo semper in actu diuinæ contemplationis occuparetur, sicque semper oraret, cùm oratio, finitore Damasceno, sit ascensus mentis in Deum. Notat id Rickelius.

a Rom.8.34.

Lætifica animam serui tui.] Augustinus, *iucunda*, & antithesim notat esse ad amaritudinem, quia plenus est mundus: tametsi *gaudere* videatur, *& iusti contristari* [b], *& in eo pressuram habere* [c]. Anima quidem Christi inessabiliter erat in gaudio beatificæ fruitionis, sed animam suam hic petit, vt notat Rickelius, quæ tristis erat in passione, ita vt diceret [d], *Tristis est anima mea vsque ad mortem*; lætificari per resurrectionem de corporis sui glorificatione, Patrum in limbo existentium eductione, omnium electorum salute, seu iustificatione; quia *mortuus est propter delicta nostra, resurrexit propter iustificationem nostram* [e]. Orator præsertim sedulus & assiduus, iure possit suo lætificari, hoc est, exaudiri. Nam Iacobus [f] diuino instinctu monet, vt *si quis tristetur, oret*: & Antiochus Abbas [g] eum locum Iacobi tractans, sic ait Dæmones submoueri ac profligari, qui scilicet mœrorem, tristitiam, acediam ingerunt; hócque esse omnium laborum dulce lenimen: sed & Deus ipse *pollicetur lætificationem in domo orationis suæ* [h]: ibi namque mens, animus, cor, sensus, cuncta sursum attolluntur, ascendunt, erigunt se ad diuina, abstrahuntur à cogitatione & appetitione rerum creatarum, *memor ibi Dei delectatur* [i], *delectatus in eo, accipit petitiones cordis sui* [k], quo magis magisque delectatur. Testem cito Augustinum [l], narrantem dulcissimas præ gaudio liquidáque voluptate lacrymas, cùm interesset canticis Ecclesiasticis; & Augustino merito plurimi gradúque inferiores, fatebuntur se quid simile expertos, & cælesti quadam lætitia delinitos & perfusos illis diebus, qui cineralia proximè præcedunt, cùm alij minùs honestas captant voluptates, si fortè diuinis hymnis ac sermonibus in oratione templo ante Eucharistiam, vt aliquot abhinc annis non minùs fœlici successu, quàm pio instituto, fieri solet, interfuerunt. Hos arbitror isto themate confirmatiores in proposito reddi posse: sique reputent secum lætatos illos antiquatæ iam legis, cum audirent, *in domum Domini ibimus* [m], vel, *eamus*. Cellæ vinariæ comparat Bernardus [n] hanc orationis domum. Chrysostomus [o] rori matutino, qui adustas penè calore solis herbas plantásque virescere facit; & [p] oratione lacrymísque oratione comitátibus sic ait foras versus euaporatú diffiatúmque animi mœrorem euanescere, ac plurimùm inde splendoris in eum afferri, tanquam ex radij diuini fauore: quemadmodum frequentia nubium principio cælum offuscat, vbi verò crebras dimiserit stillas, humore iam sepulto, serenum ac dilucidum cælum reddit. Postremò similem facit sermocinationem in oratione cum Deo sermoni, quo quis apud amicum casus exponit, narrátque calamitates suas, & ita nonnihil consolationis percipit, quasi diffiatio quædam malorum per ipsam narrationem agatur. Plura idem in eandem sententiam tum indicatis locis, tum libris duobus de orando Deo. Cùm Ioël [a] in Dei domum inuitasset, inter alia lamenta, iussit proferri, *Nunquid non coram oculis vestris alimenta perierunt de domo Dei nostri, Letitia & exultatio?* Deploranda domus illa Dei cui desunt ista, illi magis, qui cùm licet iis frui, detrectant nauseantque tanquam super leuissimo cibo. Spiritualis lætitia viuéti spirituálem vitam necessaria est, vt vix ági sine illa valeat; & oppositus tristitiæ spiritus perniciosissimus sit, vt Cassianus [b] probat. Qui timet Deum, in eóque confidit, voluptatis radicem lucratus est, & omnem habet lætitiæ fontem, inquit Chrysostomus [c]: ita vt quemadmodum scintilla exigua decidens in mare immensum, facilè deletur, ita quantacumque Deum timenti illidantur velut in vastum lætitiæ pelagus incidentia, extinguantur atque perdantur.

b Ioan.16.20. c Vers.11.

d Matth.26. 38.

Quia ad te Domine animam meam leuaui.] Hieronymus, *leuo*, tametsi Hebraicè sit futurum נשא *essa*, *leuabo*. Phrasis eadem in psalmo 24. [d] & 142. [e] Hanc dicebam esse causam, quare non solùm iure quodam suo poscat quis lætificari, sed reipsa lætificetur quoque à Deo, quia scilicet leuat animam ad ipsum, córque sursum habet ad illum vergens ac propendens, vt exponit seu Basilius, seu Theodoretus, quod potissimùm fit per orationem. Vnde Paraphrastes, *animam meam leuabo in oratione*. Præterea potest hæc animæ leuatio orationem quandam oblationis & sacrificij, quod imponitur altari, locóque editiori, innuere quo pacto *eleuatio manuum* vocatur *sacrificium vespertinum* [f]: *& leuare corda cum manibus ad Dominum in cœlos*, Ieremias [g] præcipit. Fauet quem citat anonymum Græcum Agellius, cùm sic explicat τὸ ἐπαίρειν τὴν ψυχήν, *voluntatis tuæ illam dicam*. Tandem *leuare* quoque *animam* sicut & *caput* [h], qui sperat, dicitur, aut vehementer appetit; vt apud eundem [i] propheram, *in terram ad quam ipsi leuant animam suam* (id est, se reuersuros sperant, & reuerti concupiscunt) *vt reuertantur illuc, non reuertentur*. Apollinarij paraphrasis hæc est,

d Vers.1.
e Vers.8.
f ps.140.2. & Thre.2.19.
g Thre.2.19.
h Luc.21.28.
i c.24.27.

Ἦτορ δ' ὑμμιλίσιας ἐπιδευέος θεράποντος·
σεῖο γὰρ ἐξήτησα σθένος καὶ θυμὸν ἐμοῖο.
Cor autem lætifices cupientis famuli:
Tuum enim exquisiui robur, & animum meum.

Quasi dicat animum in Deo esse, à quo quis cognominatur animosus, audax, alacer. Hoc sensu dicitur etiam quis subleuare animam alicuius ad aliquid, vt *ad iniquitatem* [k], id est, facere illi animum, audacem reddere. Sed ipsemet leuat animam suam ad aliquem maximè propriè, qui totus ab eo pendet, quasi viuere sine eo non possit. Bene munita est hæc Dauidis oratio bonis códitionibus & rationibus, quas obseruauit Caietanus: nam ex parte malorú obiicit indigentiam atque periculum vitæ, ex parte bonorum spiritualium, benignitatem suam erga alios, seruitutem Dei, confidentiam, recursum, contemplationem.

k Osea 4.8.

a Rom.8.34.
b Ioan.16.20. c Vers.11.
d Matth.26. 38.
e Rom.4.25.
f c.5.13.
g hom.105.
h Isa.56.7.
i ps.76.4. k ps.39.4. 19. confess. c. 6. & 7 lib. 10. c.33.
l Aug. confess. c. 6. & 7 lib. 10. c.33.
m ps.121.1. n ser.49 in Cant.
o hom.26 in actus.
p hom.5. de incomprehens. Dei natura.

Vers. 5.] Quoniam tu Domine suauis, & mitis; & multæ misericordiæ omnibus inuocantibus te.

Vers. 6.] Auribus percipe Domine orationem meam, & intende voci deprecationis meæ.

Vers. 7.] In die tribulationis meæ clamaui ad te: quia exaudisti me.

Sensus lect.

CVm se initio psalmi exaudiri flagitasset ob inopiam & paupertatem, & vt autem suam Deus inclinaret, atque animam custoditet, quia sanctus, id est, innoxius & misericors ipse esset: Nunc viget Deum propriis eiusdem attributis, & conditionibus, quia sit omnibus commodus, beneuolus, beneficus, facile ignoscens, & postulata concedens non semel aut bis, sed plures, non huic aut alteri, sed quotquot inuocant ipsum. Quare inculcat præberi aures, & attendi ad vocem deprecationis suæ. Repetit demum necessitatem angustiæ & tribulationis, quam priùs appellauerat *inopiam, paupertatemque*, à qua compellatur vehementiùs vociferari: idque maximè, quia compertum habeat solere se a Deo exaudiri, & votorum iustorum compotem fieri.

Quoniam tu Domine suauis & mitis.] Hieronymus, *tu enim es Domine bonus, & propitiabilis* Alij, *Bonus, & parcens, ignoscens, venia largitor, benignus, & clemens.* Addunt quoque alia Latina psalteria, & Cassiodorus, verbum substantiuum, es. Chaldaicè *quoniam tu Domine bonus es iuxta, & parcens iis, qui conuertuntur ad legem.* Posset etiam primum referri ad nihil merentes, secundum ad male merentes, & interdum, etiamsi non pœniteat illos. Primum nomen טוב *tou* generice significa. & absolutè *bonum*, χρηστὸν *vtilem*, *commodum*: nomen *boni* magis propriè conuenire Deo Rickelius monet: alia, quæ moderatrices passionum virtutes indicant, qualis suauitas, vel mititas, non nisi iuxta nostrum concipiendi modum, & imperfectionibus præcellis. Secundum nomen Græcum est ἐπιεικὴς, significans *æquum, ac de iure remittentem.* A quila, & Theodotio verterunt ἵλεως, *propitiabilis*, vt retuli etiam de Hieronymo: Symmachus ἀφιεὶς, *dimittens, & parcens.* Refert illud de duobus dictis interpretibus Basilius, siue Theodoretus: Euthymius Aquilæ iungit Symmachum: lectionem aliam, quam etiam dixi, iungit Symmacho collector notationum ad Biblia Græca Sixtina. Vim facit Augustinus in vocabulo *suauis*, connectens verbo, *lætifica*: sed vt ipse legit, *iucunda*, ex versu 4. quasi per id insinuet propheta tædium ex amaritudine terrenorum, & indulcorari cupiens, quæsiuisse se significet fontem dulcedinis, qui in terra non inueniebat: sed leuando se in Deum. Mitem præterea in hoc attendit Deum, quòd patienter portet Deus cor seu animam nostram, & expectet in oratione, vt suauitate ipsius suauiter, cùm oratio impeditur vanis cogitationibus, ita vt vix stet cor ad Deum suum, & volens se tenere, vt stet, quodammodo fugit à se, nec inuenit cancellos quibus se includat, aut obices quosdam, quibus retineat auolationes suas, & vagos quosdam motus, sed stet, iucundari à Deo suo. Confirmat exemplo eiusdem Dauid, qui se inuenisse aliquando *cor suum* dixit [a] *vt oraret*, quasi soleret ab eo fugere, & ille sequi quasi fugiens, & non posset comprehendere, & clamaret ad Dominum, [a] *cor meum dereliquit me.* Tunc subdit videre sibi videri, ad hoc nunc vocatum mitem Deum, quia patitur ista nostra, & expectat tamen à nobis orationem, vt perficiat nos, & quando illi eam dedimus, accipit gratè & exaudit, nec meminit tantas quas inconditè fundimus, & accipit vnam, quam vix inuenimus. Adiicit comparationem ex amico, qui si alter cum quo colloqui cœpit, nolit respondere, sed auertat se ab ipso, & aliud loquatur ad alium, ferre non possit; aut de iudice, cum quo si loquens, eum subito dimittas, & incipias fabulari cũ amico, tolerare nequeat. Mox infert, & tolerat Deus tot corda precantium, & diuersas res cogitantium; omitto dicere & noxias, omitto dicere aliquando peruersas & inimicas Deo: ipsas superfluas cogitare iniuria est eius cum quo loqui cœperas. Tandem hortatur ne desperet cui surrepit aliqua cogitatio oranti interrumpens orationem, dummodo leuet animam ad Deum quomodo potest, & quomodo Deus vires dedit: oret etiam suauem ac mitem, vt toleret ex ægritudine defluentem, vt stet, confirmet, & firmus fit. Locus lectu dignissimus, vt ad attentam excitemur orationem, & si minus attenti pro imbecillitate nostra fuerimus, animum non despondeamus; & magna item suauitas Dei, ac mansuetudo, quod vt idem infra demonstrat Augustinus, exaudit semper ad vtilitatem nostram, etiamdum negat, quod non expedit concedi.

Et multæ misericordiæ omnibus inuocantibus te.] Hieronymus, *multus misericordia*, רב חסד *rau chesed* πολυέλεος in psalterio Romano, & Gallicano, apudque Cassiodorum, *copiosus in misericordia.* Augustinus, *multum misericors.* Chaldaicè, *multiplicans bonitatem omnibus orantibus coram te.* Dixerat se antè sanctum hoc nomine *ch. sed*, id est, *misericordem.* Videtur velle dicere *misericordem consequi* debere *misericordiam* [b], & suggerere misericordi Deo, vt meminerit tam pro[pria] misericordiæ, ne *obliuiscatur misereri* [c], tum illius omnis *mansuetudinis*, quam aduersus alios ipsemet exercuerit [d]. Censeri præterea potest particula, &, causaliter hìc accipi, vt quare sit suauis Deus & mitis reddatur causa, quoniam *est multa misericordia*, quemadmodum [e] alibi, *miserator & misericors Dominus, longanimis, & multum misericors*, id est, quia multùm misericors, propterea longanimis est. Quo pacto quosdam Deus non exaudiat qui eum inuocant, & qui sint non inuocantes, quamuis inuocare videantur, aliàs dixi, docétque hoc loco Augustinus. Inuocãt, ait, sed non Deum, qui Deum propterea inuocant non vt ipse veniat, sed vt pecunia, vel quid tale, ipsúmque adiutorem sibi ponunt cupiditatum, non exauditorem desideriorum, & bonum esse iudicant, si det quod volunt. Si ergo tu inuocas, inquit, Deum tanquam Deum, secutus esto, exaudieris, pertines ad istum versum. Exempla producit Diaboli *exaudiri* [f], *non exaudiri* Pauli [g], ægri etiam, cui non satisfacit medicus: argumentatur cum det quoque improbis hæc externa, multo maiora iustis bona reseruare: denique nosse cum *qui salus nostra est* [h], quibus nos medicamentis curet, quibus sectionibus, quibus vstionibus, vt certam conferat sanitatem. Si de Christo sit sermo, disputatum quoque aliàs quomodo, vt ipsemet dixit *semper eum Deus audierit*, [i] *& exaudierit.*

Auribus percipe orationem meam.] Hieronymus, exaudi: alij, *Ausculta, aua* vel *præbe aures.* Ita sibi

vult

a pſ. 39. 13.

b Matth. 5. 7.

c pſ. 76. 10.

d pſ. 31. 8.

e pſ. 102. 8.

1. Reg. 7. 17.

f Iob 2. 6. Matth. 8. 31. 11.

g 2. Cor. 12. 8. 9.

h pſ. 34. 3.

i Ioan. 11. 42.

vulc נפשי *hacezmah*, ἐκκεκαυμένην: vt non semel antea vidimus: & idem ac *inclinare aurem*, quod versu primo dicebatur. Augustinus legit, *Auribus infige*, id est, inquit, non exeat de auribus tuis oratio mea: fige illam ibi in auribus tuis: tum inducit respondentem Deum: vis figam orationem tuam in auribus meis? fige in corde tuo legem meam. Alias dictum quid interesse videatur inter audire, & auribus percipere.

Et intende voci deprecationis mee. Augustinus, *orationis*. Hieronymus, *Et ausculta vocem deprecationum mearum*: plurale nomen est Hebræum cum affixo תחנוניו *thachanunetho*. Relege de his formulis dicta psalmo 5. primis verbis, nec non an differant oratio & deprecatio.

In die tribulationis mee clamaui ad te, quia exaudisti me.] Hieronymus, *inuocabo te, quia exaudies me.* Sic prior Symmachus ἐπικαλέσομαί σε, ὅτι εἰσακούσῃ μου. Alij in præsenti, *inuoco te, quia exaudis me.* Hebræa sunt futuri temporis: sed perturbantur sæpe tempora sine iactura sententiæ. Quia verò paulo antè dixerat se clamauisse tota die, colligit Augustinus hic etiam se tota die tribulatum prophetam significare, & nullum Christianum dicere debere esse diem, in quo non sit tribulatus, etiam quando ei bene est: quoniam quamdiu in corpore est peregrinatur à Domino, & cui dulcis patria, amara est peregrinatio: ibi non esse orationem, ne pro propria orantis necessitate, sed laudationem: ibi halleluiah, amen, vocem consonam cum angelis, ibi visionem sine defectu, & amorem sine fastidio; etiamsi copia & securitas sit in his bonis inferioribus. Si cui dicat Deus æternus in his eris; æterna tecum erunt ista; sed meam faciem non videbis, dummodo consulat cor suum & spiritum, non carnem, responsurum se talibus minimè contentum fore, nec lacrymas tenere posse cùm dicitur quotidie; *Vbi est Deus tuus*[a]? Nolle omnia quæ dedit Deus, si non det se ipsum, qui omnia dedit. Per allegoriam interpretatur Hugo, & alij de die tribulationis, quam in sua passione toleravit Christus, qui sciebat videlicet *se semper audire a Patre*[b]; tunc autem potissimùm *cum clamore valido & lacrymis orans exauditus est pro sua reuerentia*[c]. Erat in psalmo 16.[d] sententia similis; *Ego clamaui, quoniam exaudisti me Deus.*

a pſ.41.4.
b Ioan.11.42.
c Heb.5.7.
d verſ.6.

Verſ.8.]Non est similis tui in diis Domine, & non est secundùm opera tua.

DOcet posse ac debere omnes aliqua necessitate pressos ad Deum adire cum fiducia, tum quia expertus reddere ipse certiores alios de hac re valeat, vt iam dixit, tum quia quod antea quoque protulit, non solùm suauis & mitis, vt compatiatur, sed eiusmodi præterea est Deus, vt nullus inter eos quos circumferunt Deos, vel qui quadam ratione vocantur Dij sicut Angeli, adeò sit potens: *nec vlla natio tam grandis, que habeat Deos appropinquantes sibi*[e], & benignè ac efficaciter adiuuantes, tótque ac tanta, támque mirabilia opera in eorum gratiam patrantes. Qui psalmum ad Ezechiæ spectare tempora volunt, aiunt istis verbis insanas Rabsacis & blasphemas voces perstringi, quibus insultans dicebat, *Nunquid liberauerunt Dij gentium terram suam de manu Regis Assyriorum*[f]. Alia, inquit Propheta, de Deo nostro ratio, cui nullus Deorum illorum, aliorúmque quorumcumque, nec naturæ conditione, nec operum qualitate, potentiáve conferri, nedum æquari, multo minus superior haberi vllo modo possit. Habent alij nomen re ipsa destitutum, quod & per rapinam vsurparunt: tu, ô Deus noster appellationem habes ipsi rei conuenientem, factáque competenter cum vocabulo diuino coniuncta. Sic quidem siue Basilius, siue Theodoretus. De sententia ipsa præcedentibus psalmis [a] aliquoties egimus, in quibus occurrit sicut & in sequentibus nonnullis [b]. Quot modis Deorum nomen & אל הים *Elohim* rebus creatis communicatur, de tot intelligitur hic locus. Infinitè dissimiles esse constat vnico vero Deo ipsarum conditori & conseruatori, siue sint angeli boni, siue cacodæmones, aut idola, siue homines tum iusti, tum dignitate, ac potestate præcellentes. Quantùm sit dissimilis Deus non dixit, quia dici non potest, inquit Augustinus, & ille ineffabilis est, faciliúsque dicimus quid non sit, quàm quid sit. *Attenuat Deus omnes deos terræ*[c], ita vt præ illo puluiculus leuissimus, ac nihil sint, *& non æstimetur alius aduersus eum*[d]. Verisimiliter scribit Euthymius ex Mosis cantico[e]; transcripsisse Dauidem. *Quis similis tui in fortibus Domine, quis similis tui magnificus in sanctitate, terribilis, atque laudabilis, faciens mirabilia.* Verum item quod idem de Christi asserit operibus, non tantùm creationis, aut prouidentiæ tam visibilis quàm inuisibilis creaturæ, sed etiam circa ipsius creaturæ reformationem, tyranni destructionem, mortis occisionem, orbis per paucos ac viles piscatores expiscationem: denique de miraculis quibus etsi quidam aliquando fortè similia operati sunt, nullus tamen propria, sicut ipse, authoritate. Hoc pacto sumi possent verba tanquam Ecclesiæ ad Christum ipsum, quæ simul etiam alij Christo ipsi velut ad Patrem dicta sumunt. De ratione similitudinis, quæ cum Deo esse possit, & non possit, relege dicta psalm. 81. & 82. vbi similia scripturarum aliarũ attulimus testimonia, ex quibus illustrissimũ apud Isaiam [f], qui Deũ ipsum sic inducit loquentem, *Cui assimilastis me, & adæquastis & comparastis me, & fecistis similem?* Argumentatur hinc Athanasius [g] pro Christi diuinitate; Isidorus [h] nullum eidem reperiri potuisse similem, qui liberaret genus humanum, & ipsam mortem superaret, dicique posset *adiutorium simile ipsi* [i]: Concilium Francfordiense sub Adriano primo, non esse adoptiuum & seruum nominandum, de quò vltimo postea.

a pſ.1.2.pſ.34.10.pſ.7.9.c pſ.96.9.pſ.82.
b pſ.88.7.9.pſ.112.5.
c Soph.2.11.
d Baruch 3.26.
e Exod.15.11.
f cap.46.5.
g orat.1.& 3. contra Arria.
h in Gen.c.3.
i Gen.2.18.

Non est similis tui in diis Domine.] Chaldaicè, *Non est præter te in Angelis cælestibus*, seu *in altissimis Domine. Deorum* nomen aliis quoque rebus tribui dixi. Quod est in psalm. 88.[k] *Quis similis erit Deo in filiis Dei?* & in Exodo.[l] *Quis similis tui in Dijs Domine, quis similis tui?* de angelis exponitur; hi verò nominatim Græcè & Latinè exprimuntur, vt in pſ.8.[m] vbi dicitur: *Minuisti eum paulo minùs ab Angelis*, estque Hebræum nomen אל הים *elohim*, & in 137.[n] *In conspectu Angelorum psallam tibi.*

k verſ.7.
l cap.15.11.
m verſ.6.
n verſ.1.

Et non est secundũ opera tua.]Hieronymus, *iuxta*, sensus est. Nullum est cuiusquam opus simile operibus tuis; non est qui faciat similia operibus tuis: nullus Deus, qui potentiam suam probet similibus operibus: nullus tibi rebus gerendis par, vel qui valeat imitari opera tua. Apollinarius.

οὐδὲ γὰρ ἔργα τοῖς σοῖς παραπλήσια φαίνεται ἐργάζεσθαι.

Neque enim opera tuis similia apparent operibus.

Christus pollicitus est discipulis *opera quæ fecisset ipse, facturos, & maiora etiam* [a], at discipuli veri non sua, sed magistri authoritate, nomine que, ac inuocatione illa fecerunt, & *sine se nihil fieri posse* dixit *à nobis* [b]: quod etsi de operibus gratiæ præsertim verum est, constat tamen etiam quoduis opus naturæ absque primæ causæ concursu fieri non posse.

[a] Ioan. 14. 12.

[b] c. 15. 5. *Omnia & natura opera absque concursu primæ causæ non fiunt.*

Vers. 9.] Omnes gentes quascumque fecisti, venient, & adorabunt te Domine: & glorificabunt nomen tuum.

Vers. 10.] Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus solus.

Sensus loci.

PRælicit fore, vt superiorē cunctis Diis Deum, nullique omnino comparandum potentia, rebus gestis præclaris facinoribus, cultrices aliorum Deorum gentes, abdicata superstitiosa religione tandem agnoscant, & certatim adorandi causa in templum conueniant, ibique, ac vbique concelebrent summi huius numinis nomen, & libera, sed vera oratione pronuncient illum Dei magni, immò maximi, appellatione dignum, vtpote patratorem vnicum mirificorum operum; denique qui solus dici absolutè Deus mereatur. In templum postea excitatum à Salomone confluxisse Gentiles ostendimus alias. Et, si conuenit Ezechiæ psalmus, videtur hac ratione flectere Deum velle; quoniam vbi percrebuerit diuinitus soluta obsidio Assyriorum, excitatæ fama tantæ rei gentes, Deum verum veneraturæ essent. De Gentium ad Ecclesiam vocatione hoc nostri passim interpretantur, etiam qui psalmum ad Ezechiam pertinere asserunt, seu Basilius, seu Theodoretus: præterea Nicetas [c] Soniata: propterea quæ placuit psalmum hunc, vt monui initio, in Epiphaniæ festo recitari, quando Gentiles Magi, vt communior fert sententia, ambulauerunt in lumine noui syderis [d], & Regem Reges *procidendo adorauerunt* [e]. Multo plenius postea impletum hoc est per Apostolos, *qui docuerunt omnes gentes* [f], *& prædicauerunt euangelium omni creaturæ* [g]. Hoc, ait Augustinus, dictū est, quando coram Deo non adorabant nisi pauci sancti in populo Hebræorum: & modo videtur quod dictum est. Tunc vrget Donatistas clanculariōs, & apud vnos se in angulo Africæ delitescentem Ecclesiam iactantes: quando dicebantur hæc, non videbantur, & credebantur: quando videntur; quare negantur? Deo, qui postea solus magnus hic appellatur, credendum illa dicenti, non paruo Donato, qui non potest esse magnus; cùm etiam faciat adeò paruam Ecclesiam. Maxima Ecclesiæ nota, tessera, signum, argumentum, esse catholicam idem doctor quadam [h] epistola tractat hunc ipsum locum.

[c] 1. Thes. c. 1.

[d] Isa. 60. 1.

[e] Matt. 2. 10.

[f] c. 18. 10.

[g] Marci 16. 15.

[h] epist. 80.

Omnes gentes quascunque fecisti.] Hieronymus, & Augustinus, (*Quotquot.*) Hebraice tantum est כל asher, *quas*, & hoc quantitatem designant. Pro *gentibus* גוים goim & *ibi* populos Chaldæus vocat עממיא hhamemaia. Confundi has voces dixi non semel, nec semper *gentes* accipi, vt à Iudæis distinguuntur. Certè omnes gentes quascunque fecit Deus, nullos homines excludunt. Quinquam rectè monuit Aiguanus, & Rickelius hunc, & similes locos accipiendos non pro singulis generum, sed pro generibus singulorum. Explicauit id prior Hugo, quia de omnibus aliquæ, & in omni terra, aliqua gens. Quod fecisse gentes Deus dicitur, literaliter nihil aliud significat, quàm omnium authorem esse tum propter Adamum, ex quo vno *secit omne genus hominum* [a], vt Augustinus docet; tum quia omnia effecta, & generationes rerum pēdent à Deo, vt a causa prima, nec existere possunt absque illius concursu.

[a] Actum 17. 26.

At sensu mystico, gentes veniunt ad Deum, quas ille fecit, hoc est, vt ait Hugo, quæ quales factæ sunt initio, seu vt essent institutæ, sunt, id est, *ad imaginem & similitudinem ipsius*, quæ restitutio & reformatio nunc per gratiam redemptionis efficitur. Homines peccatores non facit Deus, sed Diabolus, ac ipsimet sua se nequitia tales reddunt. Similem habere sensum possunt alterius verba [b] psalmi. *Populus qui creabitur, laudabit Dominum*, id est, populus qui regenerabitur gratia Christi spiritualiter, & supernaturaliter, *& generabitur voluntariè verbo veritatis* [c], & tandem perueniet ad regenerationem æternæ vitæ.

Sensus mysticus. Reformandi ad imaginem Dei per redemptionem Christi.

[b] psal. 101. 19.

[c] Iacobi 1. 18.

Venient.] Non de locis suis migrando, ait alio quodam loco Augustinus [d], sed de locis suis credendo, iuxta Sophoniam [e]: *Adorabunt eum vir de loco suo, omnes insulæ Gentium.* Quanquam non defuerūt desuntve qui multo feliciùs, quàm illi quondam ad philosophandum peregrè profecti sint, & proficiscantur, vnde fama sit salutis peti, & sanctorum scientiam posse. Memorabilis Patrum nostrorum memoria Angeri Iapon in baptismo Paulus sanctæ fidei, qui inde vsque à remotissima Iaponia ad Xauerium nostrum sanctissimum virum (is primus postea huius ipsius opera illuc Euangelij lumen intulit) venit, vt animi vulneribus ab eo peteret medicinam, Malacam primùm appulit itinere leucarum octingentarum: deinceps ad Sinarum fines trium ferè mensium nauigatione traiecit, leucas à Malaca circiter quingentas. Tum ab Sinis soluens, sexto septimóque die in conspectum tam Iaponiæ cùm venisset, repentè fœdissima totius quatridui iactatus tempestate, in eum ipsum portum reiectus est, vnde conscenderat. Demum reuertit Malacam, vbi post longiorem errorem, Xauerio potitus est, ex eius vel aspectu, vel consuetudine maximum vitæ & peregrinationis suæ fructum capiens; ac suo aliquanto post catechistæ dux factus ad insuiam totam Christianè instituendam. Narrat ista pio ac eleganti stylo Turcellinus noster [f]. Exprobrat Christus [g] *venisse Reginam Saba à finibus terræ audire sapientiam Salomonis* [h], his qui præsentem habebant, qui *plusquam Salomon erat*, nec audire, & obedire volebant. Quid facias pigris & ingratis catholicis, qui paribus abundant cœlestis doctrinæ, nec multo inde proficiunt magis?

[d] epist. 80.

[e] c. 2. 11.

[f] 3. vitæ Xauer. lib. 1. c. 2. 3. 6. 17. 18.

[g] Matth. 12. 42.

[h] 1. Reg. 10. 1. & seq.

Et adorabunt coram te Domine] Alij, *Genu flectent*, aut, *procident*, aut, *supplicabunt*, aut, *supplices fient*; & sunt qui optatiuè interpretentur sententiā totam. Iisdem verbis affinis in 21. [i] psalm. sententia; *reminiscentur, & conuertentur ad Dominum vniuersi fines terræ, & adorabunt in conspectu eius vniuersæ familiæ gentium.* Per adorationem cultus integer Dei intelligitur in sermone illo Christi cum Samaritana [k]; & alibi; quia, vt scribit Cyrillus Alexandrinus [l], ianua quasi quædam, & via ad seruituris opera adoratio est.

[i] Vers. 28.

[k] Ioan. 4. 20. 21. 23. 24.

[l] lib. 2. in Ioā. c. 92.

cum

cum mittam ierui, &c., qua Deo laude proferamur, exsistit. Dictum de eadem re alias, *Ad Deum eram* Euthymius ait illum, qui se a Deo videri cognoscit: esse autem coram Deo omnem locum imperfectus.

Et confitebuntur nomini tuo. In aliis psalmis, & Cassiodorus, *honorificabunt*. Chaldaicè, *Dabunt gloriam nomini tuo*. Vulgatus [a] addit, *in aeternum*, quod habet et infra vers. 12. Glorificatio, celebratio, praedicatio, laudatio nominis divini, videtur ea esse, quæ connectat sequentibus verbis. Nec ephorus notat sub mundi duratæ finem vaticinium hoc de omnium gentium conversione impleudum. Hoc disputavimus psal. 18. maximè autem ad cap. 9. Actuum Apost.

Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia tu es Deus solus. Hoc est quod omnes ad Deum venientes gentes dicent. Videtur addere *magnus*, quem postea citabo Augustinum alibi, non solum hoc loco, & alias, & ex eo inferunt eum his operibus regnum veteris Testamenti Latinum, sed & Arabicum, ac Scythicum, denique Græcum corrector. De epitheto Dei, vt cognominetur *Magnus*, egimus psalmo 46. & 47. de *mirabilibus ejus inter filios hominum* egimus psal. 9. 25. 70. 71. 74. 76. *Quod sit solus, ac verus Deus*, repetis. Quòd *solus facere mirabilia*, psal. [illegible]. Quilibet Deus potestatis participium nominatur, & est magna, quia in Trinitate nihil maius, aut minus, vt nec prius & post eius, salvo processionum ordine. Nec magno filio maior Pater ait auctor libri de Veritate & Trinitate [c], quemadmodum nec bono melior, quia non Patri tantùm, sed vniuersæ Trinitati dictum est, *tu es Deus solus magnus*. Ex inscribitato Augustini opere de Trinitate [d] scripturam id est, vbi ait. Non enim de Patre solo, sicut illi putaverunt, sed de Patre, & Filio, & Spiritu sancto, scriptum est, *Tu es Deus solus magnus*. Probat à simili de nomine *bonus*, quando Christus dixit, *nemo bonus nisi solus Pater*; & *Nemo bonus nisi unus solus Deus* [e]. Idem est de epitheto *unus*, quod Cassiodorus affert ex Isaia [f]. *Numquid non ego Dominus, & non est ultra Deus absque me? Deus iustus, & salvans non est praeter me.* Vbi dicitur idem de nominibus *Domini*, & *salvantis*. Quòd si qui Christi verba [g], *Pater major me est*, intelligant etiam secundum divinitatem, loquuntur ratione originis, & ordinis, propter quem etiam dixit [h], *Mea doctrina non est mea*; cùm alias dixerit; *Ego & Pater unum sumus*, & Patri [k], *Omnia mea tua sunt, & tua mea sunt*. De Dei mirabilibus illud tantùm repeto ex Iob [l]; Dei proprium esse *facere magna mirabilia, & inscrutabilia; & quorum non sit numerus*. Magna videlicet, vt Gregorius [m], virtute, inscrutabilia ratione, innumerabilia multiplicitate. Conjice tantùm oculos in orbis terrarum liberationem ab interitu: magis id mirabile, quàm suscitatio mortuorum, optimo iudice Augustino [n], qui & ipsam omnium gentium fidem magnum censet prodigium [o], perpenditque cum admiratione [p], quòd Deûs solus cultum falsorum Deorum prohibuerit, & nemo eorum vnquam cultum veri Dei, ac hic tandem illum in nihilum redegerit.

Vers. 11. Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in veritate tua: lætetur cor meum, vt timeat nomen tuum.

EXponit quid maximè velit, orandique ratio esse queat. Negatur.

debeat, ac ibi necessarium in primis esse, vt graues calamitates, de quibus conquestus est, atque persecutiones euitet, ac superet, nec ea cessatio iustè a Deo, nisi rectum, vt ipsum deducat Deus in viam mandatorum, quæ & intelligat, & velit, & in eadem fiduciâ incedens, versusque, sincerè ac integrè proficiat. Præterea, vt hæc viatio integrè gradiatur, & ex intimis præcordiis lætetur, in eodem spiritu & veritate, quibus respexit gentes, quæ conuertentur, id facturas. Deum timeatur & colat libenter, promptè, alacriter, amanter: & cum casto, seu filiali timore, non ergo, coactè, metu pœnarum solo, atque seruiliter. Optat etiam hoc modo lætari, vt semel timeat, dum in vita degit vitam: nec nimium secutus, vt aliquando exciderit, sed *seruant in timore* [a], *& coaltet cum timore* [a], *& cum timore ac tremore operetur salutem suam* [b]; & quicquid prospectum venit, præsertim in extraneis naturæque bonis, magis metuat, & tentationes putet aut vitium.

Deduc me Domine in via tua. Hieronymus, *dirige me Domine viam tuam* sequitur הורני *horeni*, *dirige me*. Frequens in psalmis formula *docere in iustitia* [c], *super semitas iustitiæ* [d], *in viam rectam* [e], *in semitas mandatorum* [f], *vt via aeterna* [g], *in terram rectam* [h], sed nullibi est verbum quod hic extat. Habuerunt interpretes rationem sensus, quia *docere viam*, sicut Hebraicè hic habetur, absque præpositione, intellexerunt non de nuda notitia speculativa, sed practica, quæ adjunctam habet praxim, & actualem deductionem per cognitam viam, nempe mandatorum divinorum, atque virtutum, & totius veræ religionis. Tam amplè sumi via potest, ita vt quod habetur sequenti membro, *ingredi in veritate*, non præcisè referatur ad contemplationem, vt exponunt Origenes, Euthymius, Nicephorus, seu ad orthodoxa dogmata; sed vanescè pertineat, vt seu Basilius, seu Theodoretus vult, ad legitimum vitæ conuersationem. Censetur Christus allegoricè pro suis orare membris, & conversis gentibus, vt in ipsa veritatis via, ad quam deducti sunt, deducantur, & doceantur in ea perseuerare, & progredi vsque ad metam vitæ æternæ: tametsi ipse met sit *via, veritas, & vita* [i]. Rickelius vtrum in Christo quoque spectat, vt petat animam suam deduci in limbum, postea redire ad corpus, demum cum eodem in cœlum ascendere.

Et iunge cor meum vt timeat nomen tuum. Hieronymus, *vt ambulem in veritate tua*. Hebraicè est simplex verbum יחד *iahadech*, absque particula vel causâ, vel cum negatione: supplentur tamen recte; futurum autem tempus accipi potest vel pronunciatiuè, vel imperatiuè, vel optatiuè, vel deprecatiuè. *Ingredi, & ambulare & incedere in veritate* præter id quod antè dixi, est etiam sincerè, inoffensè, sine impedimento confidenter, duce Deo comite gratia, lucè, veritate ipsius, *quæ sicut adduxerunt, deducant, & perducant* [k]. Quare qui *via Dei demonstrari* sibi petit, *& semitas eius videri*, *dirigi* quoque postulant *in veritate* [l]. Fingit Hugo eum qui precatur, sine pœnitentem, sine influm, cæco pectore ægro a viatore simillimè posse re deductionem per viâ, quasi præsentia

a de civ. Dei lib. 22. c. 1.

Sal. mirabilia ejus inter filios hominum.

Deus meus es tu.

a Matt. 19. 17. Luc. 18. 19.

Ioan. 14. 28.

Heb. 2. 12.

Ioan. 17. 10.

Luc. 9. 10.

in psal. 9.

de civit. Dei lib. 22. c. 8.

Ioan. 4. 42.

a psal. 21.

b Philip. 2. 12.

conf. psal. 9. 24. 33. 85. 102. 118. 15. 18. 24. 142. 10.

Ioan. 14. 6.

k psal. 42. 3.

l psal. 24. 4. 5.

Dei manu, ne eripiat, ne rapiat, labi non sinat. Nō fieri, vt perueniat ad eum nihil, quo impediatur, dubium Paulus [a] monet, *ad quid peruenerimus, vt eatenus proficiamus, vt eadem permanendo teneamus*, vt ait Augustinus [b], in id ad quod peruenimus, ita ambulemus, vt ab eo nullo modo deficiamus, adhærente illo, atque inhærante, certissimus, *Deum nec Dominum in ira sua, & indignatione cohibere, in cæptis suis.*

Lætum cor meum, & timeat nomen tuum. Hieronymus, *Lætetur cor meum*, &c. Symmachus [c], *Vt gaudeat cor meum.* Alij, *vt exultet, vt gaudeat cor meum timere*, aut *timere me.* Explanat Hieronymi versionem Theodoretus, ne cor hominis multiplex, & diuitijs admittendo alienis Dei ad tuum, sed permaneat in timore nominis diuini. Simplicius fuerit esse, vt compellat Deus diuersis cordis, & remoueat ab inquietudine, a dilectionibus, dolis, artis, contrarijs, quibus hinc illinc trahitur affectibus, &, quod alibi [d] dictum, *vnum cor, & vna via*, vt sit, atque stabiliat, efficiatque, vt non ex parte tantum, & ad oculum, & fucum simulatione: sed ex integro, & toto corde timeant Deum; quia *cui duplex animo incessus est, is omnibus suis uijs* [e], nihil aliud timeat cor præter Deum, *non cor aut corpus tectum*, aut alio damno afficiant. Sicut *diligi* [f], ita timeri vult Deus ex *toto corde*. *Deus fuit cor eorum*, inquit Oseas [g], *cum interciderunt*, diuulsum nempe ad idolorum cultum. Non iniret quidem quem Paulus [h] matrimonio innectum nominat *diuisum*, ac profectò coptus est interitus, vacando genitrici tuæ, quam qui vacans ab illo manebat, & orabat, angelorúmque æmulans *per incorruptionem, proximus fit* [i] *Deo.* Ex vnione charitatis, quæ plures, vnum corda copulat, ortum ille cum gaudium. Quamuis autem lætitia in cordis quadam dilatatione consistere dicatur, tamen cum diuino quantulacunque, lethali, est. Aquila vertit יחד, nempe *vnum, vt hæc sententia fiat cor meum*, & pro legit יחד *vnicum*, in hoc est יחד *iubeat*, sed hoc ipsum à themate יחד *iachad*, *vnire* significat: חדה *hacelo lacon*, apud Augustinum, *mundetur.*

Dupliciter porrò lætum esse posse dixi, aut ex lætari, vt meditatione rebus accedat timoris, aut in ipsomet lætari timore. Primus est Latinorum, secundus Græcorum. Quod ad hunc attinet, Vrsus, quo, ait, stabilitas timoris, nomine gemus lætitiæ? & dicere volet, timori tuo sit mihi lætitia: quo habitu animi possim intelligere, vel vt timor transeat in lætitiam, ubi cessat pœna, quam non habet charitas, quæ *foras mittit timorem* [k]: vel vt timor hic sit, quod perfectionem, quia *facultas & potestas ex facilem, facultas* [l], *qui vt timeant, amari facit* promouentur [m], gaudij communionem vocat: ἡ γὰρ ἀληθὴς ἐπιστήμη τῶν θείων ἐστὶ φόβος, inquit Nicephorus, [n] *Veram namque Dei notitiam* seu *lætitiæ diuinæ timoris, est propagatum eis nempe perfectus.* Latinus præterea, & Theodoretus matrem lætitiæ timorem facere videntur, quoniam alibi quoque [o] *lætari in* [p] *eo quærentium Dominum & memoria Dei dicitur* [q]. Quicunque igitur, cælestique timori, necessario cognoscet se illi communctum, quem ille tam cupit, à quo se frangi nullo modo vult: propterea perfecta [r] timori bono lætatur, eóque magis, quo tutius possidet. Simili quadam ratione *ipse purgatio* [s] dicitur, vt dicamus *eadem diuinæ spei esse, vt animam* [t] alioqui

Lætificabis faciem tuam in timore tuo [u].

Autor, inquam, cum decem fecunditatis dotes in hac vita. Quæ est prima hujus loci lectio, quam & Gregorius [x] lectam, ex quo exercitatos esse eos, qui perfectos esse, vt imperturbatum hunc vultum non habeant, & in quos de spe exaltationis, de tribulatione nascatur tristitia. Et notandum, hoc dici hoc loco *lætari cor meum, vt sequatur* [y], *& exultet tumeat*, vt ibi gaudium spei, & tentationis metus, confidendus, & timendus, cohortemur & admonemur, et timeamus, & in spe exultemus, ita cohortetur gratificamur de vera, vt tamen nusquam de nimius hæreat esse de culpa. Hoc est quod ait Arnobius, lætari de victoria, timere de pugna: quod aliter dicetur *lætificamus faciem Domini* [z].

Possit nihilominus quoniam Dei timor comprehendi non raro vtriusque cultum animæ, & quia *Deum timere & colere* [a] *idem sæpe Deus* [b], *vtque cultus, timorem Dei curuum, eum dilatatur cor* [c], fortassis etiam orationis præsens est sensus, vt adeo veritis necessarium concedatur lætitia, qua propter, & alacriter Deo seruatur. Omnino magis tribuitur per [d] *timorem*, & יראה *timorem*, lætitiam quæ petitur, ordinari ad timorem, qui quæque propter illum, & lætari vel eadem ratione, vt per hunc sit lætitiam constanter timeatur, & colatur Deus.

Vers. 12.] Confitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in æternum:

Vers. 13.] Quia misericordia tua magna est super me, & eruisti animam meam ex inferno inferiori.

QVod factaras gentes dixerat [e], *vt venientes adorarent coram Deo, & glorificarent nomen illius*, hoc pro ea spondet parte gratiarum etiam nomine se quam petit a malis liberationem, impetrauerit. Tum verò si secundum interiorem diuinam magnam, quam sibi tam super se præsentem videre & experti videbatur, liberet ipsam Deus e summis periculis, velutique ex morte ac inferis ipsis reuocet in vitam, & ad superos. Conuenunt ita tum Dauidem, tum Ezechiæ, prout recitatæ de argumento volunt sententiæ, liberatis ex grauissima hostium persecutione, sed eiusmodi quoque hominum in eius persona gratia Christus Patri offert, quod Pater sit de gratus acceptare passionem & merita filij sui, vt ab infernis pœnis æternis liberaret, & a peccato, cui debebantur. Augustinus, & alij præterea illam sentiam, declarant perinde ac si loquatur Christus de anima sua, *quam non reliquit Pater in inferno* [f], in quem post mortem descendit, & inferius dicatur. Comparatione huius terræ, ad quam ita descendo se demisit, vel etiam ita vt quinis id beneficium recognoscat, quod per merita Christi necessitatem euaderet descendendi in dictum barathrum. De detentia Christi animæ in infernum vbi erant iusti, hunc locum Irenæus [g] etiam interpretatus est, etiam nonnullos alios locos, & Hieronymus [h] hic exponens manifestè Christum nomen: Dominus *de hac vita corporis*, cum vt dicet, inquit, in virtute diuinitatis descendit ad inferos, & de tristes claustris tartari, suos quos ibi reperit eruens, victor ad superos

ascendit. Rursum Fulgentius [a] declarat de liberatione à damnatorum loco, vt nobis gratia Dei detur conuersari posse in cœlis. Cui sententiæ fauet non solùm Euthymius, qui quod attinet ad Dauidem, per infernum, profundam peccati foueam intelligit, adulterij nimirum, & homicidij: sed etiam R. Iuda, & R. Salomon *in midras thehillim*, quem citat præterea Hieronymus à sancta [b] fide, qui affirmant gratias hîc Dauidem agere, quòd in inferni profundum non descenderit, ob dicta peccata.

Confitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo.] Ipsissima phrasis ista occurrit psalm. 9. in principio: nihil addi necesse est, videri solùm posset alluſio nonnulla ad verba præcedentis versus, *Lætetur cor meum*, prout ex Hebræo ab aliis exponebantur, *Viri cor meum*: corde namque toto confiteri idem est, quod vnito, indiuiso, integro, perfecto, semper & pro omnibus, non tantum *cum benefecerit Deus* [c], hoc est, in prosperis, sed & in aduersis, quæ in beneficiis diuinis computanda sunt. Perpendi etiam potest quod subnotat Aiguanus, multa nos iuberi toto corde facere, non solùm confiteri & laudare Deum, sed etiam orare. *Clamauí* [d] *in toto corde meo, exaudi me Domine*: Credere; *si* [e] *ex toto corde credis, licet*; Sperare; *Habe* [f] *fiduciam in Domino ex toto corde*; Pœnitere &; *conuertimini ad me in toto corde vestro*: Diligere [h]; *Diliges Dominum Deum ex toto corde tuo.* Adde *quærere toto corde, & tota tribulatione animæ* [i]; *in tota anima timere* [k], *& honorare* [l]: *sequi in toto corde* [m]. De confessione peccatorum Hugo quoque declarat, & cor pro anima sumens, exigit vt fiat ex tota imaginatione, memoria, intellectu, & voluntate. Lege, si vacat.

Et glorificabo nomen tuum in æternum.] Quod in se est, ex magno affectu pollicetur æternam glorificationem nominis diuini, quam indefinitè à Gentibus faciendam prædixerat vers. 9. licèt Fulgentius [n], citans illum locum, addat, *in æternum.*

Quia misericordia tua magna est super me.] Id est, *erga me*: & grandia mihi fecit, & eius argumenta plurima maximâque sunt; sic aliàs dicitur *fieri misericordia super aliquem* [o]; vel *venire* [p]; quasi per modum integumenti, clypeive; vt explicat etiam hoc loco Apollinarius.

ὅτι κρατεῖ ἐλεήσας ἀναξ εἶδεν ἀμφικαλύψας,
Quia vtique me misericordia Rex tua circumtegit.

De misericordiæ diuinæ magnitudine dixi primis verbis psalmi 50. Citato illo, & hoc loco Chrysologus [q], aliisque multa disserit, ostendens omnibus aliis præferri diuinis operibus; & quo pacto à nobis exercitata fuerit, pronunciandam in diuino iudicio sententiam [r]. Extat quoque Bernardi sermo de triplici misericordia, & quatuor misericordiis. Misericordiam vocat paruam per comparationem ad alias, expectare, nec statim punire. Maiorem, qua facit Deus ne frustrà fuerit illa expectatio, dilatióque; sed ne cedat in maiorem damnationem, conuertatur quis tandem: magnam, vt contineat se quis deinceps à peccatis, ope quatuor veluti filiarum ipsius misericordiæ, quæ sunt immissio amaritudinis, subtractio opportunitatis, virtus resistendi, sanitas affectionis. Declamans præterea alio sermone contra pessimum vitium ingratitudinis, *Iordiatur* ab illis verbis; Magna est super nos, dilectissimi, magna valde misericordia Dei nostri. Vrgens item potissimùm religiosos [s]; Quis enim, ait, in nobis est, qui non confiteri possit, quoniam misericordia tua magna est super me? Septem verò enumerat misericordias, quòd adhuc in sæculo constitutum Deus à multis peccatis custodierit: quòd tamen diu ac multùm peccantem expectauerit, quòd cor immutauerit: quòd pœnitentem susceperit: quòd continendi, ac emendandi virtutem præstiterit: quòd gratiam promerendi, & munus bonæ conuersationis indulserit, quòd spem obtinendi cœlestia dederit, ob nonnullum experimentum diuinæ bonitatis.

Et eruisti animam meam ex inferno inferiori.] Hieronymus, *de inferno extremo.* Nobilior liberandi modus est, impedire ne quis in id incidat, vnde debeat liberari, vt exemplis docet Augustinus: quo pacto liberata Deipara, & redempta nobiliùs dicitur ab originali peccato, in quod nunquam incidit: sed ne incideret sicut debebat, præseruata est. Perstrinxit Genebrardus omnes sententias siue de Dauide, aut Ezechia, siue de quolibet homine, siue de Christo interpreteris; vt infernus inferior vel sumatur metaphoricè pro summis periculis, mortéque certa, ac manifesta, præsertim si simul æternæ damnationis periculum sit: vel magis propriè pro subterraneo loco. Rursus locus hic, aut sit solum sepulchrum, quia solet esse infernus; ita vt idem valeat *inferioris* nomen comparatiuum atque absolutum nomen: aut depressius receptaculum animarum quadruplex, vel damnatorum pœna damni sensusque, vel qui solam ferant pœnam damni, vel iustorum, sed adhuc purgandorum, vel iustorum, qui nihil debebant pœnæ, sed ante ascensionem Christi in cœlum, adhuc detinebantur. Accedit opinio Augustini vna, vt infernus vnus terra sit, quam incolimus, comparata cum cœlo, & vbi mortales dicimur, & corpora ipsa etiam dum viuimus, mortua dici possunt: inferior comprehendat omnes differentias indicatas locorum subterraneorum. Egimus de hac re aliàs. Christo minùs conuenit, vt erutam dicat animam suam de periculo mortis corporeæ, aut peccandi, & æternæ damnationis: aut de loco ipso damnatorum duplicis generis: aut iustorum purgandorum: aut de sepulchro. Locus animæ non est sepulchrum. Christus mortuus est: nullum omnino in eo periculum esse potuit peccati & æternæ damnationis, ac purgationis temporariæ; aut ne nolens detruderetur in locum damnatorum: Sed nec in eum etiam fortassis, vel illorum, qui purgabantur descendit, secundùm animæ suæ præsentiam. Erutam quidem dicere animam suam Christus potest à morte corporea, & à sepulchro, & ab ordinario loco animarum iustarum, seu à limbo, quatenus aliquoties appetitus ad mortem, euasit: præterea vt induit personam membrorum suorum, erutam à peccandi periculis, & æternæ damnationis, item à necessitate descendendi prius in limbum, aut purgatorium quàm in cœlum ascenderet. Verùm si placet magis propriè, ac simpliciter de Christo exponere, ipse de animæ suæmet liberatione loqui intelligendus est, ad eum modum, quo in psalmo 15. [b] dixisse passim intelligitur, *Non derelinques animam meam in inferno*, id est, in illo receptaculo

[a] ad Monimum l. 6.
[b] Ex cõm. Iudæ in Ps. 10. 4. bibl. patrum.
[c] Ps. 48. 19.
[d] Ps. 118. 145.
[e] Act. 8. 37.
[f] Prou. 3. 5.
[g] Ioel. 2. 12.
[h] Deut. 6. 5.
[i] c. 4. 29.
[k] Eccl. 7. 11. 1 Petr. 1. 17. in Dan. 5. 41.
[l]
[m]
[n] de gra. Christi c. 31.
[o] Ps. 12. 4. Ps. 118. 41.
[p]
[q] Ser. 42.
[r] Mat. 25. 34. & seq.
[s] Ser. 2. de septem miseric.
[b] vers. 10.

animarum, quod erat ante ascensionem Iesus in cœlum, iustis assignatum, omni debito purgandi peccata liberis. Nec obest epithetum *inferni inferioris*, Hebraicè תחתיה *tachtiith*, quia per pleonasmum potest exponi, non per comparationem duplicis inferni, vt vnum alio sit inferius: vt si cognomines infernum profundum, & similibus aliis vocabulis loci humilitatem significantibus, & ita sine epitheto Apollinarius expressit infernum,

ἐκλυτρούμενον δ' ἀΐδαο βυθοῦφρονα ψυχὴν θυμέν.
Hostiam verò de inferno grauem eruisti animam.

Paraphrastes cognominat terrenum ארעיתא *arhbitha*. Nec desunt qui velint vnicum esse inferni locum sub nominibus diuersis, propter diuersum statim animarum. Placet Aiguano [a], hic, & in psalmum 7. magis accurate, vnà cum profunditate, ac distantia à nostra terra, quam definit esse trium millium 245. milliariorum cum dimidio. Hugo Eterianus [b] ex huius psalmi sententia distinctionem duplicis inferni colligere quosdam scribit, vt inferior sub terra sit, inferus supra illum, vterque multis locorum varietatibus dispertitus. Hieronymus quem vocant in commentario præsentis loci, agnoscit vnicum infernum: superiorem esse peccatum, inferiorem in quo peccatores damnantur. Rabbini quos antea commemorauit [c], de profundo inferno, vbi damnati luunt supplicium, hîc agi putant. Auctor operis imperfecti [d] docet inferiorem infernum esse tormentorum æternorum locum: & innuit eum qui non est inferior, esse terram, in qua sint tenebræ exteriores variorum errorum, sicut interiores sunt in dicto inferiore inferno. Irenæus [e] priùs etiam citatus, inferiorem infernum, in quem descendisse Christum vult hic innui, ait esse quæ Paulus [f] appellat *inferiora terræ*, & ipsemet Christus [g] *cor terræ*, vnde sanctos extraxit, & saluauit. Hieronymum quoque retuli sentientem idem, & appellantem nomine *Lacum nouissimi*, vt loquitur Ieremias [h]. Thomas Aquinas [i] ne quis audiens erutam animam de inferno inferioti, putet de inferno damnatorum, vbi tamen nulla redemptio est, respondet, quòd limbus Patrum sic appellatur non simpliciter; sed respectu huius habitationis, ex quo anima Dauid, vel etiam Christi educta sit: sed & profundissimum locum inferni vocari posse comparatiuè; vt profundum sit respectu cœli aër caliginosus, in quo sunt dæmones: profundius locus habitationis nostræ: profundissimum limbus Patrum; de quo Iob [k] scribat; *in profundissimum inferni descendent ossa mea.* Alioquin idem Doctor [l] quadruplicem distinguit infernum, infimum, vbi est carentia visionis diuinæ, pœnáque sensus: superiorem istо, in quo est priuatio dictæ visionis, & gratiæ. sed sine pœna sensus: tertium adhuc supra præcedentes, in quo est carentia visionis, non tamen gratiæ, & pœna sensus luitur ad tempus: vltimum magis suprà, in quo erat carentia visionis, non tamen gratiæ; pœna autem nulla, qui dicuntur infernus damnatorum, limbus seu infernus puerorum, purgatorium, limbus patrum sanctorum, siue infernus. Augustinus hoc loco explanat solum infernum interiorem de loco damnatorum, vel illo in quem descendit Christus, qui erat limbus iustorum; non autem de purgatorio, quod eidem tamen auctori, atque Cassiodoro, & Brunoni Carthusiano Feuardentius [m] tribuit, qui nihil aliud quàm Augustinus docent. Nec vllum legi qui probet hoc testimonio purgatorium.

Cæterum iuxta figuratum illum sensum ab Euthymio traditum de Dauide liberato à profunda fouea adulterij & homicidij; ratio inferni inferioris, ac profundioris peculiariter congruit luxuriæ peccato, vbi est *limus profundi, & lutum faciei.* Vnde Oseas [n] *profundè peccantes sicut in Gabaa*, videtur eiusmodi peccato inquinatos intelligere, quo Leuitæ cuiusdam vxor turpiter per totam noctem compressa, maximi origo belli fuit [o]. Nominatur item *profunda fouea meretrix, & aliena puteus angustus* [p]. Præ ceteris hoc extricatu difficilius vitium, & pauci hoc semel mersi, penitùs emergunt.

[a] num. 108.
[b] de regressu animæ ab inferis, c. 11. to. 9. ibid. Patrà.
[c] ex Hieron. ad Gal. 1. con. Iouin. c. 7.
[d] hom 41.
[e] lib. 5. c. 31.
[f] Ephes 4. 9.
[g] Mat 12. 40.
[h] Thren 3. 55
[i] 3. d. 22. q. 2. a. 1. q. 2. ad 1.
[k] c. 17. 16.
[l] 3. d. 22. q. 2. a. 1. q. 2. ad 1.
[m] Theomachiæ lib. 11. c. 10.
[n] c. 9. 9.
[o] Iudic. 19. 22. & seq.
[p] Prou. 22. 27.

Infernum quadruplex secundum Thomam.

In quem infernum descendit Christus.

Vers. 14.] Deus, iniqui insurrexerunt super me, & synagoga potentium quæsierunt animam meam, & non proposuerunt te in conspectu suo.

Sensus loci.

LIberationem quam dixit se adeptum animæ suæ ex inferno inferiori, ob magnam Dei super se misericordiam, nunc ait eximiam sibi spem ingeneratam, audentiùs eundem Deum inuocandi aduersus similia extrema vitæ discrimina, quæ ingruant ab iniquis persecutoribus, ac ingenti hominum robustorum terribilium, ferocium cœtu, qui quærant vitam eripere, nec Dei nomen vllo modo curent, vt ab instituto, mentéque pessima reuocentur. Vel vt impetret dictam liberationem, quam propter magnam impetrandi fiduciam, iam vt impetratam posuerat, eiusdem necessitatem exponit. Loquitur & hic mysticè Christus tum pro se, ac de passione sua, tum pro membris suis, déque eorumdem persecutione. Idem hic ferè versus est cum 5. psalmi 53. ita vt idcirco idem vtriusque aliqui argumentum putent esse; nempe de Dauide, cùm illum *Ziphæi prodidissent* [q].

[q] 1. Reg 23. & 26.

Deus iniqui insurrexerunt super me.] Hieronymus, *Deus superbi surrexerunt aduersus me.* Dicto psalmo 53. vocantur זרים *zarim, alieni*: hic וידים *zedim*; sed absque punctis, & facili mutatione literarum (ר) *res*, & (ד) *daleth*: posset vtrobique idem nomen esse, vt ibi dixi; & dicuntur *alieni hostes, barbari*, omni exuti sensu humanitatis, atque crudelissimi. Alia Latina psalteria, & Cassiodorus, atque Arnobius vocant *iniquos*; Augustinus *præcurrentes legem*, qui propriè hic nominantur ὑπερήφανοι, & ab Apollinario ἀδικοῦντες. Hugo in *iniquorum* vocabulo considerat iniquitatem: quòd *insurrexisse* dicuntur, superbiam: in *synagoga potentium*, conspirationem: quòd *quæsiuisse animam*, crudelitatem: contemptum, quòd *non proposuisse Deum in conspectu suo.* Præterea iniquos ait esse dæmones, tentes opera improborum hominum ad perdendas animas iustorum.

Et synagoga potentium.] Hieronymus, *cœtus robustorum.* Alij, *congregatio*, seu *caterua fortium, terribilium, tremendorum, violentorum, superborum, audacium, malignorum, nebulonum.* Hebraicè עדת עריצים *hhadath hharitzim.* Græcè συναγωγὴ κραταιῶν. In citato psalmo 53. extant eadem nomina [illegible], & עריצים *hhaaritzim.* Recognoscite

[illegible] 5.

lectum

locum illum; & de vocabulo *synagoga* psalmo 7.[a] & 81.[b]

Quæsierunt animam meam.] Augustinus, & Cassiodorus, *inquisierunt.* Quærere animam alterius, per se est indifferens: at sæpius accipitur in malam partem, vt vidimus in aliis psalmis [c]: interdum autem exprimitur *quærere aliquem animam alterius, vt auferat eam* [d]: & ex adiunctis in aliis illis psalmis tatis ideæ percipitur.

Et non proposuerunt te in conspectu suo.] In psalterio Romano, & apud Cassiodorum, *ante conspectum suum.* Arnobius, *ante oculos suos.* Gallicanum autem psalterium, dempta coniunctione, inchoat hinc versum nouum. Hieronymus [e] monet in codicibus, vbi deest pronomen (*te*) restitui debere. Cassiodorus habet loco pronominis (*Deum.*) Fortassis errore id, quod est in psalmo 53. [f] huc transcriptum est. Non hic hærebo diutiùs, cùm, vt dixi, psalmo 53. eadem extet sententia tota.

a vers. 8.
b vers. 1.
c conf. 34. 4 psal. 37. 13. psal. 53. 5. psal. 62. 10.
d 1. Reg. 19. 13.
e epist. 135.
f vers. 5.

Vers. 15.] Et tu Domine Deus miserator, & misericors, patiens, & multæ misericordiæ, & verax.

Scripturæ loci.

QVo faciliùs impetret, appellat, ac prouocat psalmet Deum propriis epithetis, conditionibus, qualitatibus infitis, quibus eum scit maximè delectari, vt nimirum miseros miseretur, & afflictos: subleuet inopiam, ac paupertatem alienam; ferat patienter illatas offensas, non statim pœnas repetens, sed ad pœnitentiam expectans, ex naturali bonitate, clementiáque infinita vltrò, ac prolixè pollicens multa, magnáque, nihil etiam commeritis: eadem absque dubio veracissimè, ac fidelissimè præstet. Videtur Dauid mutuatus hanc sententiam ex Moyse, qui cùm iterum tabulas accepisset, *& Dominus descendisset per nubem, stetit cum eo, & eodem ir inuocauit in nomine coram se, dixit inuocans nomen illius: Dominator Domine Deus misericors, & clemens patiens, & multa miserationis, & verax,* &c. [g] In psalmo 144. [h] repetitur ferè idem; *Miserator, & misericors Dominus, patiens, & multum misericors.* Similia autem de Deo, cùm toties hinc inde in psalmis præcedentibus occurrerint, non oportet nos diutiùs morari.

g Exo. 34. 4 5. 6. in vers. 8.

Et tu Domine Deus miserator, & misericors.] Hieronymus, *tu autem Domine Deus misericors, & clemens.* Græcè in codicibus Complutensibus, Regius, & alius additur (*eos, Deus meus.*) Sed Hieronymus [i] censet superfluum, quia nec sit in Hebræo textu, nec in LXX. Idem iudicium de psalterio Vaticano, in quo apponitur.

i epist. 135.

Patiens. Gallicanum, siue Ambrosianum psalterium, & Augustinus, *longanimis.* Id sonat Græca vox μακροθυμος, & Hebræa duæ אֶרֶךְ אַפַּיִם *erech appaim*, quasi dicas longum ira, vel naribus, in quibus prodi solet ira: Chaldaicè *abstinens*, aut *remissus ab ira*, aut *fugiens iram* מַרְחִיק רֻגְזוֹ *marchek regzo.* Sixtus [k] Senensis etiam nomen, *patientis*, ac *patientia* docet Deo tribui, non tantum *longanimis*, & *longanimitatis*, vt contendit Chrysostomus [l], negans dici vnquam de Deo μακροθυμος, sed sæpius μακροθυμων. Ratio Chrysostomi est, quia [illegible] *longanimis est qui spiam in eos, quos potest vlcisci: sufferit autem, ac patitur eos, quos non potest vlcisci.* Nullo idoneo testimonio refellit Sixtus, nempe in quo sit

k 6. Bibl. an not. 312.
l hom. 2. in epist. ad Rom. 11.

vocabulum Græcum, quod Chrysostomus negat Deo, vt alias [a] hoc ipso in eum nomine animaduerti. Hoc quidem non est ad rem, vbi est μακροθυμος, redditurque à nonnullis *longanimis.* Quamquam vt [illegible] dicit *expectationem*, nihil obstare video quominùs de Deo dicatur.

a in 1. Pet. 3. 20.

Et multæ misericordiæ.] Sic versu 5. vbi πολυελεος, & רב חסד *rab chesed*, sicut hoc loco. Chaldaicè, *& multiplicia conferens beneficia, & veritatem*, Vel ex versione Nebiensis, *nimium vt facias benignitatem, & veritatem.*

Et verax.] Potuit reddi, *& veritatis*, וֶאֱמֶת *veemeth.* Sæpius hæc vidimus coniungi misericordiam, & veritatem. Videtur autem, quem dixi, sensus, propensum ad miserendum, benigneque faciendum Deum longè distare ab hominum ingenio, qui cùm sint in promittendo prompti, facilesque, animum illicò mutant. Quod si veritatem placeat accipere pro iustitia, monet ea quoque coniugatio, ne quis abutatur misericordia, immemor iustitiæ. Ex vtroque homines, ait Augustinus [b], periclitantur, & sperando, & desperando; *& maledictus omnis, qui peccat in spe*, inquit Bernardus [c], ex nescio quo propheta. Considerat Hugo in toto versu septem conditiones tributas Deo, ad captandam beneuolentiam ipsius, vt denotet nomen *Domini* potentiam ipsius; *Dei* bonitatem; *miserationis*, actum miserendi: *misericordiæ*, naturam miserendi, cæteraque patientiam, multiplicem effectum misericordiæ, completionem promissorum. Ait præterea Dominum dici respectu sententiæ: Deum, colentium; miseratorem, beneficia recipientium ab illo; misericordem, miserorum, ac miseriam suam fatentium; patientem, peccatorum, quos ad pœnitentiam expectat; multæ misericordiæ, præmium obtinentium: veracem, pœnas reportantium. Item oratio tota dirigi potest cũ Aiguano, vel ad Patrem pro concesso filio, & ad mortem tradito: vel ad filium, qui oblatus est, ac passus, quia voluit, propter nimiam charitatem, misericordiámque, & copiosam redemptionem. *Verax Christus* dicitur, & *fidelis*, & *Verbum* [d], & *ipsa veritas* [e], & *amen* [f].

b tract. 33. in Ioan.
c ser. 1. in psal. 90.
d Apoc. 19. 11. 13.
e Ioan. 14. 6.
f Apoc. 3. 14.

Vers. 16.] Respice in me, & miserere mei, da imperium tuum puero tuo, & saluum fac filium ancillæ tuæ.

DEtinari orat in se decoras illas Dei qualitates, quas proximè posuit, seu earum effecta, vt confirmatus robore potentiæ, ac dominij, & principatus eius ipse humilis seruulus, immò verna, & natiuum quasi mancipium, retetat de hostibus victoriam, & ab illorum liber periculis, liberè in eosdem valeat dominari, & promissum, destinatumq; diadema regnum obtinere. Videtur mysticè saltem, & agitare aduentum Christi, *qui restituat regnum Israel*, tum verò domus, ac familiæ Dauid, *& regnet in domo Iacob in æternum* [g], collata per eum totius mundo salute. Vel orat Patrem, Christus, vt etiam ipse seruo suo tã indigno pallio, resurrectione subueniat, tribuatque omnem potestatem in cœlo, & in terra, nec non iudiciariam potestatẽ; & interim conferat salutem filiis ancillæ, nimirum Ecclesiæ. Vult quia miserator, & misericors est Pater, me, vt ait Arnobius, occisores suos occidat, erga se autem sit verax, promissam tra-

g Luc. 1. 33.

dendo potestatem, & peccatoribus indulgentiam.

Respice in me, & miserere mei.] Familiaris Dauidi formula & quandoque quiritans ait; *Domine* [b] *quando respicies?* Respicere, seu aspicere Dei, est misereri: propterea cùm ait Dauid, *respice in me*, subdendo, *& miserere mei*, idem est ac si diceret, *miserere mei.* Aliquando absolutè idipsum significatur, dicendo, *respice in me*, [c], aut *in filium meum* [d] in psalmo 24.[c] vtrumque est sicut hic. Indulgens patet adhuc à longè videns redeuntem filium prodigum, *misericordia motus est* [f]; qui etiam mendici tantùm vocem audit, non item vlcera ipsa eius contemplatur; commiseratione illius tanta non tangitur. Cyrillus Alexandrinus [g] docet, quòd respicere Deum, aliquando in mansuetudine, & charitate, aliquando in furore, & minis, inspectionem significat. At respicere in aliquem non legi, nisi in bonam partem. Distinguit Hugo his, & sequentibus versus istius, ac eius, qui sequitur verbis, peti à Christo protectionem, liberationem à miseria, iudiciariam potestatem, liberationem ab inferno, gloriosam resurrectionem. Adhęc accommodat locum totum ad orationem pro electione boni prælati: nec non pro quouis particulari, vt Deus respiciendo, det illi fidem; miserendo spem; per imperium charitatem.

Da imperium tuum puero tuo.] Hieronymus, *da fortitudinem tuam seruo tuo.* Alij, *robur, vires, potentiam, potestatem.* Hoc vltimum extat in aliis Latinis psalteriis, & apud Augustinum, Arnobium, Cassiodorum, Ambrosium [h]: & hoc omnino valet Hebræum nomen cum affixo עזך *hhuzzecha:* licèt עז, & istam & *impery* significationem habeat. Symmachus vertit δὸς ἰσχὺν σοῦ δούλῳ σου, *da fortitudinem à te seruo tuo.* Fabrum, & Cœcum Ricardus Cenomanus meritò vellicat, ausos reprehendere versionem nostram; quasi contra mentem Prophetæ sit, qui Christum introducat poscentem à Patre auxilium, neque cõgrueret ei in ista humilitate suprema regni potestas. Immò, quia *oportuit pati Christum & sic intrare gloriam suam* [i], non decuit petere à Patre, dum pateretur gloriam eandem, quam Pater etiam contulit ei iuxta illud, saltem per accommodationem, *Dominus dabit imperium regi suo, & sublimabit cornu Christi sui* [k]. Idem Ambrosius, vt supra admonui, ex hoc loco probauit de Christo prædicati nomen *serui*, quem *puer* hic significat. Nec ita id veteris testamenti puto esse, vt, quod velle Adrianus Papa primus videtur epistola ad Episcopos Galliciæ, & Hispaniarum, non etiam sit vsurpata in nouo, positve huiusmodi formula nunc vsurpari. Ipse Christus post resurrectionem *Deum suum* nominauit [l]; quo etiam pacto potuit & Dominum nominare. Pueriliter mihi facere videntur [m], qui in *pueri* voce, vt minorem sonat ætatem, põdus collocantes, obseruant rectè *puero dato nobis Christo* [n], impositum imperium, cui, vt huic ætatulæ contingit, quodlibet etiam leue munusculum gratum accidit. Nec laudabilis admodum digressio in puerum ætate, vel moribus [o]. Melior, ac receptior tropologia de postulando imperio in corpus, carnem, sensum, seu vt per mansuetudinem possideamur hæc mystica terra, vt beatitudinem illam apud Matthæum [p] explanat auctor operis imperfecti [q], & præterea Bernardus [r], atque de possessione per resurrectionẽ Irenæus [s], Ambrosius [t], Chromatius [u], Hilarius [x], Hieronymus [y], Leo [z]. Item vt deferatur imperium, seu magistratus puero Dei, & filio ancillæ ipsius, id est, viro colenti Deum, & obseruanti matrem Ecclesiam. Lege Hugonem.

Et saluum fac filium ancillæ tuæ.] Sic iterum sese Dauid nominat psalmo 115. [a] יענה, seu vernaculum, & seruum natum vocant, quia sequitur partus vterum, & minorem libertatis spem habet. Voluit Propheta se addictissimum Deo seruum hac dicendi forma profiteri, iámque inde à progenitoribus, & maioribus, dominio eiusdem subiectum; vt propterea suo quodam iure salutem à Domino deposcat, vt ait seu Basilius, seu Theodoretus. Ambrosius [b] docet Christum puerum, ac seruum Dei dici, in quo matrem habet, & propter nos filius ancillæ factus est secũdum formam hominis. Ait vero etiam [c] hanc Christi gloriam esse, quia seruitutem suscepit in corpore suo, vt libertatem omnibus redderet, & serui peccati esse desisteremus. Augustinus, Arnobius, & alij hoc loco ancillam, cuius Christus filius est, Mariam interpretantur, quæ ita seipsam humillimè cognominauit [d]. Quid si Christus synagogæ, quæ in seruitute generabat, & in Agar præfigurabatur, filius dicatur secũdum carnem? Paganæ quoque filium, tametsi postea factum Christianum, Augustinus ancillæ hic filium simili mystico sensu exponit, quia idolorum seruitus maxima seruitus est. Sed honori ducit sibi Christianus seruus Dei dici, & Christiana serua, & ancilla, sicut Agatha gloriosè tyranno respondebat: & Ecclesia tota Dei, & Christi vocari solet ancilla. Et serui sumus, & ancilla sumus, ait alibi Augustinus [e], quia Deus & Dominus, & Domina est. Ancilla sumus, quia Ecclesia sumus, seruus, quoniam populus: ille domina, quia *virtus, & sapientia Dei* [f]: & ancilla magnam dignitatem inuenit apud Deum, quoniam vxor facta est; interim tamen sponsa, donec veniat ad amplexus spirituales, vbi fecundè perfruatur eo, quem dilexit, habens arrham magnam, sanguinem sponsi. Hanc porrò claram Propheræ illuminationem non audeo tam asseueranter, sicut Aiguanus facit, appellare, quia non solùm præcognouerit Christi mysteria passionis, & resurrectionis [g], sed etiam hic præuiderit responsionem, quam Virgo Maria erat angelo datura, dicens, *Ecce ancilla Domini.* Quantam illa sic loquendo humilitatem declarauerit demonstrant Gregorius [h], Ambrosius [i], Eusebius [k], aliúsve, Beda [l]. Nullus quidem, dum orabat Christus vt homo, præter suum meritum fortassis interponebat apud Patrem, ad faciliùs impetrandum, cùm sufficientissimum ipsius esset: quin tamen summa illa matris humilitas plurimùm valere potuerit, dubitari non debet, si eam ille interposuisset. Dum se talis ancillæ filium nominauit saluari petens, id est, resuscitari, sic voluit commendare potentiam Dei, qui posset iure suo quidquid vellet, facere, quemadmodum cùm se Maria ancillam esse respondit, vt obseruauit Theophylactus [m]. Admonet Augustinus tamen hoc loco ita Christum ancillæ filium, & in forma serui à Patre resuscitatum, vt ipsemet seipsum, quatenus Deus, suscitauerit, prout prædixerat sub typo *templi excitandi* [n]. Addo etiam secundùm naturam humanam, sed instrumentaliter, suæmet resurrectionis causam physicam extitisse. Sed hac de re alibi plura [o].

a pſ. 12. 4. pſ. 24. 16. pſal 24. 16. pſ. 85. 3. 10. pſ. 118. 132. pſ. 30. 17.

b pſ. 12. 2.

c Luc. 9. 38. e vers. 16.

d Luc. 15. 20.

e in Abac. 1. num. 46.

f lib. 5. de fide c. 3. Nep. 8. de hist. Rom.

g Luc. 4. 16.

h 1. Reg. 2. 10.

i Luc. 24. 26.

l Ioan. 20. 17.

m Dion. ep. 3 contra. 2. de Eccha. in Isa. 9. 6.

n de quo Greg. Nazianz. ser. 83.

o c. 1. 4. 9 hom. 9. 1 serui re omnibus sanctis. f lib. 5. & 9 lib. 5. in Luc. g in Matt. 5. h ibid. i ibid. k ser. de omnibus sanctis.

a vers. 16. sec. Hebr.

b lib. 5. de fide c. 3.

c epi. 8.

d Luc. 1. 38.

e in pſ. 122.

f 1. Cor. 1. 24.

g Luc. 3. 38.

h 18. Mor. c. 35. & lib. 9. ep. in 62. i Luc. 1. Luc. k ibid. l ibid.

m ibid.

n Ioan. 2. 19.

o in Act. c. 1.

Vers. 17.] Fac mecum signum in bonum, vt videant qui oderunt me, & confundantur: quoniam tu Domine adiuuisti me, & consolatus es me.

OPtat in fine præclarum aliquod edi fauoris diuini erga se signum, vt eo viso inimici confundantur, & intelligant frustrà illos cuncta contra ipsum conatos ne ad regnum destinatum peruenirent, aduc conseruaret, cum è contratio per singula e quoddam auxilium Deus de omni persecutione liberatum consolatus eum fuerit, & in regni gloria collocauerit, atque confirmauerit. Iuxta mysticum sensum de Græcis Didymus [a] illud interpretatur *signum* partus Virginei, quod scripsit Esaias [b], & fuit toti humano generi in bonum, & ad auxilium, atque consolationem. Ex Latinis Augustinus, aliique *signum Iona* nominãt, hoc est, resurrectionis Christi post triduum [c], & suo deinde tempore etiam nostræ quando in iudicio iniqui confundentur perniciosè, qui modò confundi nolunt salubriter, & vel serò inuitique fese infensatos agnoscent, ac pronunciabunt [d]. Arnobius, & Hieronymus, hi nimirum, quos sic appellitant, exponunt de signo crucis, quo nos munitos aduersariæ potestates videntes fugiant confusæ, & desistendant à nobis, talique signo tutati atque eius præsidio muniti, mercamur ab omnibus diaboli insidiis liberari. Nyssinus [e] interpretatus est eodem pacto locum istum de signo crucis, atque verus Hieronymus [f], qui ad idem citant psalmum 4. [g] & 59. [h] *de signato super nos lumine vultus diuini, & data metuentibus significatione: vt fugiant à facie arcus.* Potest quarto Christus totus intelligi, quem petat Propheta venire, quia *natum* Angeli. & *infantem pannis inuolutum* nominauerunt *signum* [i], quod attulit quidem gaudium pastoribus [k], & Magis [l]; sed *turbauit Herodem, totamq; Ierosolymam ciuitatem* [m], vnde postea tot infantum secuta est cædes [n]: & Simeon id appellauit *signum, cui contradiceretur.* † Quintum signum tropologicè Hugo peti dicit circa prælati electionem, vt *ostendat Deus, quem elegerit* [o], & Pater ostendat *potentem in opere, & sermone* [p]; Filius sapientem; Spiritus sanctus benignum. Addit sextum in quolibet iusto, vt eius iustitia, operáque bona improbos etiam salubriter confundant: *Ego, & pueri mei*, ait Esaias [q] in persona Christi, *in signum, & portentum Israel à Domino.* Distinguit etiam quinque, quæ Deus circa suos facit, vt *signet spiritu promissionis sancto* [r]; demonstret, *ac spectabiles reddat super alios* [s]: confundat dæmones, ac homines impios, quam Micheas [t] vocat *inimicam confusione operta*: adiunet contra eosdem, *& consoletur ad molestias perferendas* [u].

Postremò ait dæmonem signare suos *characterebestiæ* [x], qui est superbia: collocare in tenebris vt liberius peccent, vacentque *operibus infructuosis tenebrarum in occulto* [y], *caliginem obseruantes* [z]: efficere vt odio, & inuidia persequantur alios, vt Iosephum fratres persecuti sunt [a]: *vt propinquos crudeliter abiciant* [b], negentque auxilium: *vt sint consolatores onerosi* [c], neque consolentur vt decet; vnde tandem ipsimet vera priuati consolatione desperent, & confundantur. Septimum signum optimum, & quasi tessera, vt loquar Tertullianicè, charitas est, atque dilectio, qua dignoscendos maximè discipulos suos Christus [d] dixit. Tertullianus [e], nemine erubescat, vel maximè dilectionis operationem Christianis notam inussisse penes quosdam, cùm dicerent: Vide, vt inuicem se diligunt; ipsi enim inuicem oderunt. & vt pro alterutro mori sint parati: Gregorius [f] disputans de signis miraculorum, eisque meritò præferens hoc signum charitatis, ad hunc modum pie loquitur. Vnum verò Dominus nobis signum dedit de quo & vehementer gaudere, & electionis gloriam in nobis posse agnoscere, dicens [g], *in hoc scietur, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem.* Quod signum Propheta requirebat, cùm diceret; *fac mecum Domine signum in bonum*, &c. Hieronymus [h] interpretari simul hunc locum videtur de signo (n) *thau*, de quo Ezechiel [i], hoc est, de cruce, vnà cum *sanguine, quo sunt signata domus Hebræorum in Ægypto* [k], præterea de signo illo Incarnationis, quod Achaz regi datum est [l]; quod promissum, nempè diu ante Esaiam, dicit hic deprecari Prophetam nostrum, ac de eodem alibi loqui [m]; *dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus*: hoc nobis signum, scilicet crucis, ad Patrem ascendentem Dominum dereliquisse, siue in nostris frontibus posuisse, vt liberè diceremus [n], *signatum est super nos lumen vultus tui Domine.* Citat præterea Simeonis priùs indicata verba: item Christi, qui ipse, inquit, signum est, prædicentis *signum filij hominis*, quod est crux ipsius, *apparitura in cælo* [o]; hoc denique sibi velle quod scribit Esaias [p], *& erit Dominus nominatus in signum æternum, quod non auferetur*, item [q], *& ponam in eis signum*, &c. De signi crucis expressione nosse plura si cupis, adi potissimùm Grettierum nostrum in opere de cruce [r], & Iodocum Coccium in thesauro Catholico [s].

Fac mecum signum in bonum.] Hieronymus, *in bonitate.* Inserunt, *Domine, fac mecum Domine*, psalterium Romanum, & Cassiodorus: alibi etiam idem Hieronymus [t], atque Gregorius [u]. Legit autem, *in bono*, idem Cassiodorus, & Arnobius. Sed ὡς ἀγαθὸν, & לְטוֹבָה *letouab* requirunt accusandi casum. Sensus est, vt edat Deus signum externum, portentum, prodigium, quo reipsè declaret fauorem suum, & insigniter beneficiat. Vel vt præsagitionem quamdam in animum inferat futuræ liberationis, vt bene ominari, & augurari possit, ac sibi voti sui felicem exitum polliceri. Hac quidem profani auctores formula vtebantur in precationibus, vt quæ precabantur, euentura sibi certò affirmarent. Exempla Brissonius [x] collegit in Romulo [y], postulante σημεῖα διὰ τῆς φαινομένης κλῆσιν, *signa cælestia ostendi bona*: in augurio, qui Numæ iussu consulebat, petens à Ioue, vt eius signa certa, ac clara forent inter eos fines, quos fecerat [z] in solemni illa prece Virgiliana [a],

Da Pater augurium.
Et [b], —*Sydera cælo*
Dextra feras.
Et [c]; —*Hæc omnia firma.*

nempe quòd arsissent comæ innoxia flamma Ascanio [d], & postea, intonuit lævum, & de cælo stella lapsa est [e].

Seu [f], —*Dij numine firment.*
Vel [g], —*numina firma.*

a citat Agel lius.
b c.7.14.
c Matt.12.40.
d Sapien. 5.4.
e lib. cõtra Iud. cap. de contemnendo.
f in c. 66. Esa.
g vers. 5.
h vers. 6.
i Luc. 2. 12.
k ibid.
l Matt 2.3.
m ibid.
n ibid. vers. 16
† Luc. 2. 34.
o Act. 1. 24.
p Luc. vlt. 19.
q c. 8. 18.
r Eph. 1. 13. 2. Cor. 1. 22.
s c. 7. 16.
t Mich. 7. 10.
u 2. Cor. 1. 4. 6
x Apoc. 13. 16. 17.
y Eph. 5. 11.
z Iob 24. 15.
a Gen. 37. 18. & seq.
b Prou. 11. 12.
c Iob 16. 2.
d Ioan. 13. 35.
e lib. 4.
f tom. 1 lib. 2. ep. 9.
g in c. 55. Esa.
h lib. 5. ep. 58.
i Matt. 24. 30. m c. 55. vlt.
k c. 66. 19.
l lib. 1. de formulis pag. 69. & seq.
m Dionys. Halycar. lib. 2.
n Liuius lib. 1. Horat. in Numa.
o Aen. 3.
p 4. Aen.
q 2. Aen.
r ibid.
s ibid.
t 11. Aen. 46. Aen.

Similia refert ex Iulio Lucio a, Valerio Flacco b, Marcellino c, Cicerone d. A luce fibi obiam accepta figna gratulantem Ouidium e,

Quod, precor, euenies, fient vera oracula vatum,
Nam Deus optatis prospera signa dedit.

Item f,

Euenient dedit ipse mihi modo signa futuri
Finibus, & alcna mœsta colunt auis.

Quando, & quatenus petere à Deo figna liceat, alibi a disputaui. Deus ipse *impium Achaz petere iussit* h; lege B. Thomam i. Cum sub Antiocho *per vniuersam Ierosolymorum ciuitatem viderentur diebus quadraginta per aera equites discurrentes, &c. omnes rogabant in bonum monstra conuerti* k. Quocirca merito fieri figna in bonum hoc loco postulatur. Est enim inquit Euthymius, signum in malum, quale quod *posuerat Deus in Cain* l: & Nicephorus Ægyptiacas plagas vocat σημεῖα πονηρά, σκληρά, ἐπίπονα, ἐξολεθρευτικά, *signa mala, exitiosa, laboriosa, exterminatiua.* At non tam erant hæc figna in malum, aut mali, quam res ipsæ malæ: signum in Cain quale cumque tandem fuerit, siue litera fronti impressa, siue facies torua, & aspectus truculentus, siue assidua motitatio, & quassatio corporis cum quadam vultus, ac mentis consternatione, indicabat quidem illius malitiam: at non ita proprie dici debebat in malum saltem ipsi, quia cæteros monebat, ne inscij peccarent, cum occidendo. Hugo in pronomine *eum*, spectat cooperationem Christi circa suammet resurrectionem, quam per signum hoc loco intelligit, cum aliis. Prius dixi causam principalem cum aliis personis diuinis, Christum, vt Deus erat, fuisse: instrumentalem præterea secundùm naturam humanam. Versiculi istius partem hanc pro symbolo vsurpauisse Pontifices produntur Eugenius III. Innocentius III. Gregorius IX. Vrbanus IV. Innocentius VI. m

Vt videant qui oderunt me.] Hebraicè, & Græcè non est, *vt*, sed, &. Non differt sensus. Apollinarius verò exposuit causaliter,

ὅρα μου αἰχμαλωσίαν ἀναφανεῖσαν τοῖς ἐχθροῖς
Vt mei confundantur hostes conspicati.

Emphasim habet *videndi* verbum vtrouis modo, siue de Deis vindicem, qui aduersariorum casum vident, siue de aduersariis, qui eorum, quos persequebantur, properatam, quam euertere frustrà conati fuerant. Notatum est ad frequenter in præcedentibus psalmis. Tale quoque illud n, *peccator videbit, & irascetur.*

Et confundantur.] Sæpissime deprecatur in psalmis Dauid confusionem à se, & vt ea sui afficiantur hostes: & Ecclesia frequentat idem in officio diuino, quod me memini aliàs admonuisse. De bona confusione, *qua adducit gloriam* o, & quam optat Propheta, vel Christus improbis, est sensus tropologicus multorum. Malam quoque in dæmonibus Nicephorus affert, ob nobis communicata gratiæ charismata.

Quoniam tu Domine adiuuisti me, & consolatus es me.] Euthymius notat hyperbaton: sicque euoluit; Videant qui oderunt me quòd tu Domine adiuuisti me, & consolatus es me: & sic confundantur veluti deuicti, ac superati. Quo pacto, inquit, non causaliter, sed enunciatiuè sumetur. Adiutorium huius præsertim tempotis est: consolatio futuri: in præsenti tamen etiam tempore consolatur nos Deus in omni tribulatione nostra, vt possimus sustinere. Spectatur item adiutorium, vt benefaciamus; consolatio, vt mala perferamus: illud, vt necessarias tibi virtutes habeas, hoc, vt alia dona in aliorum vtilitatem, quæ tibi ipsi *ipsem, gaudium, coronam gloriæ* affert *ante Dominum* p: primum circa opera præsertim saluti necessaria; secundum circa ea quoque, quæ vocantur supererogationis: vel *in iis*, quæ pertinent proprio magis modo ad naturam, adiutum se dicit: consolationem cœpisse in illis, quæ ad gratiam: postremò vnum assignari potest veteri, alterum testamento nouo. Appellat Rickelius versiculum istum dulcem, amorosum, blandisonum, & ineffabilem planè virtutem illius: sed & totum psalmum diuina dulcedine, sancto feruore, spirituali iucunditate, & admiranda deuotione redundare, quem deceat nos cum mentali sapore, cum magna lætitia, cum attentione præcipua decantare.

a lib. 4 & 15. b lib. 3 cap. 1. d de diuin. e 1 de Ponto eleg. 1

f in bin.

g in Act c. 1. h Isa. 7. 11. 12. 2. q. 97. ar 2.

k Mach. 5. 2. 3 4

Signum in malum quid.

l Gen 4. 15.

Quale fuerit signum in Cain & vnde constet.

m Alphonsus Ciacconus in vita.

n Psal. 111. 10.

o Eccl. 4. 15.

p 1 Thess. 2. 19.

PSALMVS OCTOGESIMVS SEXTVS.

1 Filiis Core, Psalmus Cantici.

FVndamenta eius in montibus sanctis:
2 diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob.
3 Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei.
4 Memor ero Rahab, & Babylonis scientium me.
Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum, hi fuerunt illic.
5 Numquid Sion dicet: Homo, & homo natus est in ea: & ipse fundauit eam Altissimus?
6 Dominus narrabit in scripturis populorum, & principum: horum, qui fuerunt in ea.
7 Sicut lætantium omnium habitatio est in te.

Titulus, & Argumentum.

Vers. 1.] Filiis Core, Psalmus Cantici.

Fundamenta eius in montibus sanctis.

Vers. 2.] Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob.

DE filiis Core, & de psalmo Cantici actum satis alias. Nec refert quòd Aquila & Symmachus, eósque imitatus Hieronymus habeant ii. genitiuo τῶν υἱῶν, *filiorum*. Titulus Chaldæus est, (*Per manum filiorum Core dictus est hymnus, & canticum fundatum in ore patrum prisciorum.*) Sed quatuor dictiones vltimæ pertinent ad textum, cum quo sic titulus necti posset: iste psalmus est cantici aut laudationis, cuius fundamenta, id est, argumentum figitur, consistitque ac versatur circa ciuitatem constructam in montibus Moria, & Sione, vbi templum, ac sanctuarium erectum est. Ita sentiunt Hebræi, ac hebraizantes, qui psalmi textum non ordiuntur, nisi à versu 2. Hi audiendi non sunt contra receptum Ecclesiæ vsum, quæ principium inde ducit (*Fundamenta eius*, &c.) Neque ita certum est psalmorum titulos à Dauide ipso editos esse. Nihil autem obstat pronomen (*eius*) vt postea dicemus. Continet psalmus laudem ciuitatis Ierosolymitanæ supra celebriores alias vrbes, regionesque, quod illius fundamenta, & portæ eximiæ sint, & ad eam confluant vndique gentes omnes, summa cum lætitia; maximè verò, quoniam abundet insignibus pietate, & sapientia viris, & quod caput est, eumdem ciuem habitura videatur, qui conditor ipsius ac parens est, videlicet Deum, seu Christum, cuius natiuitatis monumentum in tabulas descriptionis referatur. Quæ laus ipsa multo excellentiùs conuenit in mysticam Ierusalem tum militantis Ecclesiæ, tum triumphantis. Recitat hunc Ecclesia psalmum in officio de Circumcisione Domini, & B. Virgine, & de Dedicatione. Athanasius in tractatu, seu epistola de psalmis ad Marcellinum ait in hoc psalmo agi de Christi Incarnatione, præterea que de dissidio, quod Catholicæ Ecclesiæ cum schismaticis est, si quis id cupiat dignoscere, & ea confundere. Breuem numero verborum, magnum pondere sententiarum vocat Augustinus psalmum istum, vt qui agat de cœlesti Ierusalem, seu ciuitate spirituali, quæ est Ecclesia, cuius pars militat in terris, pars triumphat in cœlis, & commendatur in isto psalmo, secundùm præsentem statum, & futurum, prout innuunt vocabula psalmi, & Cantici. Laudatur Ecclesia quòd sit fundata in montibus sanctis rerum, & personarum: prælata Synagogæ: celebrata scripturis vtriusque Testamenti: amplificata per omnes gentes, orbemque: habens auctorem suum Dei Filium incarnatum: continens legem Euangelicam: proponens pro fine lætitiam felicitatis æternæ. Laudatur item Ecclesiæ ædificium, vt Burgensis distinguit, à fundamentis, portis, & ab aliis partibus, quæ comprehenduntur illis verbis (*gloriosa dicta sunt de te*) quasi nequeant satis exprimi: itè à multiplicatione ciuium ex omni natione: ab ædificatore, seu conditore, qui est Deus, & homo: à lætitia inhabitantium in ipsa: à capacitate, quæ tanta est, vt omnes electos lætanter in se recipiat. Nec desunt qui pro numero septem psalmi versuum, totidem in eo reuelationes Dauidi factas de Dei gloriosa ciuitate asserant: nempe in quibus rebus fundata sit Ecclesia, id est, in montibus sanctis: quantopere illam Deus, desponsando naturam humanam sibi per incarnationem, dilexerit magis quàm Synagogam: quàm sit futura Ecclesia ampla, complectens Gentiles: quòd in ea sit implendum Incarnationis mysterium: quòd in ea carnem Deus accepturus sit, & eamdem fundaturus, vtpote auctor gratiæ, gloriæ, sacramentorum: quòd lex Christi promulganda sit: quòd beatitudo sit finis ipsius.

Fundamenta eius, &c.] Ciuitatem nonam in spiritu sub typo Ierusalem meditatur, canitque firmiter fundandam in fundamentis sanctis, videlicet in fide, pietate, dignitate, potestate, sublimibus

Sensus lit.

mibus Apostolis, atque in altissimis cœlis, quia Beatorum sedes, domicilumque in supremo cœlorum est, quod appellant Empyreum, Et Paulus [a] *fundamenta habentem ciuitatem.* Vtriusque, ait, portas multas, & munitissimas fore, per quas pateat omnibus aditus ex omni gente, ac loco: diligi autem illas portas à Deo, atque ciuitatem duplicem maximo, & maiore fauore, ac beneficiis affici, & ornari, quemadmodum, & Sionem terrenam, siue Ierusalem præ aliis habitaculis Israëlitici populi sibi Deus idem delegerat in magis peculiarem, charámque habitationem, & Hebræos, ac Synagogam in populum singulariter dilectum, qui typus tantum tamen erat Christiani populi, Ecclesiæque, quam absque comparatione longe magis dilexit. Itaque possumus hîc intelligere vel ciuitatem in Sione constructam, vel populum, qui frequentior habitabat; mysticè verò Ecclesiam, populúmque Christianum, *qui prodiit uerbo de Sione ac Ierusalem* [b], & ad Ierusalem nouam cœlestémque matrem electorum destinabatur. Possent item sumi montes, super quibus iacta sunt Ecclesiæ fundamenta, præter Sionem, ille, in quo habitus est longior Christi sermo [c], mons Thabor, vbi *transfiguratus est Christus* [d], mons Oliueti frequentatus à Christo orationis gratia, præsertim postremæ agonalis [e], & vnde *ascenait in cælum* [f]. *Ecclesiæ fundamentum Christum* nominat Apostolus [g], sed & *Apostolos cum Prophetis* [h], ac illos in Apocalypsi [i] Ioannes. & Christus ipse *fundatam dixit supra firmam petram* [k], *aduersus quam portæ inferi non præualerent* [l]. Gregorius [m] accuratè persequitur comparationem Apostolorum cũ fundamentis, quæ hic exprimuntur, & apud Iob [n]: in singulari autem numero fundamentum de Christo dici, quia ipse est fundamentum fundamentorum, quippe origo inchoantium, & constantia robustorum. Fauet etiam Nicolaus Papa III. in decretalibus [o]. Hoc etiam hic docet Arnobius de vnico fundamento fundamentorum, qui & *rex regum dominus dominantium*, sanctus sanctorum est, ac de pluribus fundamentis alius. Christi paramadhuc Hugo ciuitatem hanc esse ostendit in montibus sanctis habentem fundamenta, hoc est, in patriarchis, prophetis, regibus, ex quibus originem traxit [p]. Fundamenti proprietates versibus contentas demonstrat in Christo reperiri.

Sustentat saxis, sine vento, luce, ruina:
Odit aquas, pondus non sentit, forte latens, stat.

Alias, quæ conueniunt ciuitati applicat B Matræ.

Rex, præsul, populus defensio, templa, domus, lex,
Fons, scheda, ludus, apes, commercia, pax, cibus, arma.

Denique accomodat ad ordinem religiosum, qui in montibus arduæ conuersationis fundatur, *habetq; fundamenta omni lapide* [q] *pretioso* virtutum *ornata.* Nugæ sunt Hebræorum, tempore Messiæ eleuandum Sionem montem in altum, transportatis ad eum tribus aliis magnis Sinai, Thabor, Carmeli, quibus imponatur, ciuitásque supra, tamquam, vt Poëta loquitur, Pelio Ossam [r], & Ossæ Olympum, hócque velle Esaiam [s] vaticinantem; quòd *erit in nouissimis diebus mons domus Domini in vertice montium, & eleuabitur super omnes colles.* Lege Lyranum, Arguanum, Nebiensem.

Fundamenta eius.] Hieronymus, *fundamentum eius* legit, minitum, vt nunc est יסודתיו *iesudatho*: alij in plurali יסודותיו *iesudotho*. Cùm autem pronomen (*eius*) Hebraicè sit masculinum, vt & Græcè αὐτοῦ, quod potest neutrum esse, negant nonnulli referri ad Sion, aut ad ciuitatem, quæ sunt generis fœminini, quod Latini tamẽ multi dicunt. Quãuis, vt Genebrardus monet, interdum sint quoque masculina Hebræa vrbium nomina, generisque mutatio non sit rara in scripturis. Apud Micheam [t] epithetum Bethleem masculini generis est עפיר *iaphur*. Euthymius, Nicephorus, Basilius, Theodoretus referunt ad Christum, qui fundamenta sua, id est, prima fidei dogmata iecit in mõtibus, hoc est, in mentibus Apostolorum. Aliqui ad Deum, qui sibi montes sanctos, in quibus vrbem suam regiam Ierusalem, templúmque fundaret, seiegerit. Sic Apollinarius,

Ἐρείσατο τὰ θεμέλια τοῦ Σιὼν ὄρους ἁγίου. Sic.

Montibus immaculatis fundamenta pulchra Dei.

Ianseni us ad populum, quia ciuitas de qua hic mentio est, nihil aliud est quàm populus. In commentario crediti Hieronymi, vel ad Ecclesiã, vel ad Deum. Postremò, vt priùs retuli, quidam ad psalmum, cuius fundamentũ iactum sit in montibus sanctis, & agat de Ierusalem, quæ fundata erat in Sion, & Moria, seu in bicipiti monte, velutíque bicorni. Probabiles omnes opiniones, verùm nulla compellit nos admittere hæc, & sequẽtia tria vocabula pertinere ad Titulum. Oratio ista abrupta, vt Augustinus, Arnobius, & alij Latini docent, indicat Prophetã multa secum antea in silentio parturiisse, & cùm clamauisset ad Dominum, erupisse etiam in autes hominum. Exponunt de ciuitate: tu de aliis quoque quæ attigit, prout libebit. Amantium hoc est, sic ex abrupto loqui, seseque etiam ab aliis intelligi existimare, vt cùm sponsa primis Cantici [b] verbis postulauit vt *oscularetur eam osculo oris sui*, is, cuius non expressit nomen: & Magdalena hortulano dixit, *Domine* [c] *si tu sustulisti eum*, &c. Augustinus alibi expendens relatiuum absolutè positum, cui non apparet quid respondeat, incertum dicit esse an hoc loco intelligatur Dominus, vel ciuitas: quia verò pronomen est *eius* neutrius generis, vt ait ipse, colligit intelligere non fundamenta Sion, sed fundamenta Domini, id est, quæ constituit Dominus, de quo dictum est, *Ædificans Ierusalem Dominus.* Sed quod de differentia generis docet, antea respondi, & hoc loco idem Augustinus interpretatus est ciuitatem Sion, vt & in Epitaphio Paulæ Hieronymus [d]. De arcanis fundamenti notionibus legendus Arias Montanus [e], pro firmitate in omni negotio, pro consilio, pro principe, pro Christo.

In montibus sanctis.] Aquila ἐν ὄρεσιν ἁγιασμοῦ, *sanctificationis.* Paraphrastes mystice patres putcos *montium sanctorum* vocabulo exponit: alij res alias, de quibus memini. Auctor item operis imperfecti [f] per *montes sanctos* vult designari, scripturas Apostolorum aut Prophetarum, sicut in alio psalmo [g], *illuminans tu mirabiliter à montibus æternis.* Hieronymus [h] eos intelligit, qui in Dei seruitute virtutibus profecerunt: præterea [i] aut Angelos, aut Prophetas, sicut & illos, *in quos leuamus oculos, vt inde veniat auxilium nobis* [k]. Bernardus [l], Angelos ciues ciuitatis, quæ vna est in cœlo & in terra, ex parte peregrinans, ex parte regnans. In omnibus montibus quorumuis ordinum sanctorum ciuitas, cum qua comparatur Maria, sicut & in psalmo 47. *habere fundamenta* dicitur, quasi respectu gratiæ & sanctitatis illius: imò loco sit aliorum omnis gratia, sanctitásque. Hoc sensu diligere censetur portas siue portam soli peruiam Deo, & comprehensibilem:

ingressum

[a] Hebr. 11. 10.
Sensus triplex.
[b] Esa. 2. 3. Act. 1. 8.
[c] Matth. 5. & seq.
[d] c. 17. 1.
[e] c. 26. 39.
[f] Act. 1. 11.
[g] 1. Cor. 3. 11. Ephes. 2. 20. 1. Tim. 3. 15. 2. Tim. 2. 19.
[h] Matt. 16. 18.
[i] 21. 14.
[k] Matt. 7. 26.
[l] 16. 18.
[m] 28. moral. c. 6. vers. 9.
[n] c. 38. 4.
[o] de elect. ca. fundamenta.
[p] Matt. c. 1. 2. & seq.
[q] Apoc. 21. 14. 19.
Nugæ Hebræorum.
[r] Virg. Georg. vbi Pierius, & Cerda. 1. 281.
[s] 2. 2.
[t] 5. 2.
[a] c. 5. 2.
[b] Cant. 1. 1.
[c] Io. 20. 15.
[d] Epist. 16.
[e] lib. de arcano 1. c. 20.
[f] hom. 46. & 49.
[g] psal. 75. 5.
[h] 113. 4. Esa. 6. in c. 2. Mich. ex.
[i] psal. 120. 1.
[k] serm. 53 in Cant.

ingreditur etiam in hanc vitam, & ex cade egreditur. Cum pluriquam aliorum omnium sanctorum vita mortem quasi de cade gloriosa prædicatur, & narratur in scripturis diuinis, quæ proponuntur ad veritatem omnium popularium: præcipuum est quod homo, idemque Deus, qui condidit, & fundauit eam in ea natus est, & *qui creauit, requiescit in tabernaculo ejus* a. Videtur deleberatus in Cantico b, *fundet, & deducet ejus Ieruſalem*, non exteriùs tantùm, sed, ac præcipuè quidem, interius tum: vero etiam *fundamenta portæ*, id est, ob virginei partus decorem. R. Samuel Marrocchianus ex Iudæo Christianus c, scribit esse publicum Christianorum doctrinam quod ad fundationem attinet hominis, & hominis natas in ea, & ipse qui est fundauit eam, vt Maria in ciuitas, & homo natus ita appelletur absolutè, non tantùm, vel tali-huiusmodi vt intelligatur: quod nihil Mariæ non tam vsquam in humanis alicuius hominis. Ad hanc tam nunc Sion, & Moria, quibus impedita erat ciuitas Iebuseorum vindicata, præter alios circum eandem montes. Vnde etiam canitur d quod *montes exsultauerint in circuitu Ieruſalem*. Haud enim procul exstabat ad Orientem mons Oliueti: ad Aquilonem mons offensionis e, *quem Salomon exstruxit idolis Chamos* f. Ab Occidente ager Iulloris, terminatus in montem Gion vbi immanentem, ut tatere Aquilonem inter Aquilonem & Orientem nós in eius tempore Machabæorum cultum confinxerant. Iamno Iudæa tota montana est, & *montana Dominus possedisse* scribitur g, tametsi quædam peculiariter vocabantur *montana sanctæ* h. Idcirco Philistiæi, aliæque gentes vicinæ Deum verum a Iudæis cultum, nominabant contemptim *Deum montium, & Dominum* i. Aegre tamen vetustiores ex vocabulo dictam volunt aliqui k Ieroſolymam, hoc est montem excelsissimum. *Ciuitas magni regis magna erat tamquam exultatione vniuersa terra* l, tum ob ædificiorum latitudinem, altitudinem, & sapientissimum, ac sanctissimum principibus, matrona magis quam Roma, cuius quot Senatores, tot fere vidisse reges Cyneas Pyrrho retulit renerbus ex legatione. *Pergite, & agones gaudium, & exultatio* a Ieremia m nominatur. Verum de his, & aliis dictæ ciuitatis laudibus egimus hinc inde aliquoties in hoc opere. Legique possunt præter Adrichomium, & alios hagiographos, ac Villalpandum n, Iosephus o, Plinius p, Cicero q, Hieronymus r. Vt autem typus erat Ecclesiæ, colligimus vtrobique, & euidentissimum Ecclesiam esse, quam & Christus *supra montem posita* appellauit s. Exaggerat Augustinus t tantam comparationem contra Donatistas, & alium de *incensa super candelabrum* u. Non est operta, inquit, Ecclesia, quia non est sub modio, sed super candelabrum; ac de illa dictum est, *Non potest ciuitas abscondi supra montem posita*. Sed Donatistis operta est, quia audiunt tam lucida, & manifesta testimonia, quæ illam toto orbe esse demonstrant, & malunt claudi oculis in montem offendere, quam in eum ascendere, qui cum esset *lapis præcisus de monte sine manibus, creuit & factus est mons ingens, & implenit vniuersam terram* x. Auctor y operis imperfecti hoc eodem assumat de præsenti loco, dum illam tractat similitudinem de ciuitate supra montem posita. Quod etiam *fundata in montibus* dicitur, & *habere portas*, nempe *confortatas ac seras portarum* z, significat eam esse *firmamentum & columnam veritatis* a. Omitto montes tenebrosos & corruptos de quibus Hieronymus explanans Isaiæ c. 13. cui prophetæ hi-

A mnis hæc in re, cum fere totus circuit; tum in Zacharia, per quos montes licet ne hæc intelligere idololatriæ errores, & regio blasphemiæ. Eusebius Bonosus in hoc psalmo commentatione illas plateas rationes, ob quas Ecclesia dicatur *fundata in montibus sanctis*: nempe ac 1. quia manifesta quandà montes præ ceteris idoneam faciant ad eos promulgandam magnanimitatis capacitatem. Ita cum Christo ratio, exaltatos discipulos, & regni inde locorum terminos designari loco: ac notat fortitudinis ac tenacitatis nunc vocatur alij congregentur per eos prominere populos, qui ibi tam ampli fiant, alti, antiqui, forti, & gestato memoria celebris: ornatus ac venustatis vbi asserit

B Dei prouidentia peculiaris in eis respicitur. Hæc ille. Iunius, quæ diuina edito primo templo, cum hic secum ait esse fuit præfodiegit. Idem deinceps per aliquot capita demonstrat quia ratione Mariæ, & Ecclesiæ congruat hæc sententia. Cui vacat, euoluat, & qui differat ratio fundamenti in Christo, Petro, portis, claues, & ostiis, ratio.

Diligit Dominus portas Sion. Chaldæus, *portas fundamenta eius in Sion*, vel ex versione Nebiensis, *portæ fundamentum*, legit enim pro שערי *mesgeloth*, מדרשה *mesgeloth*, *mesgeloth* per studiosos, vel inquisitores, intelligens forsitan Scribas, vel legis diuinæ peritos, ac tractatores, qui præterim in Sanctuario temploque differebant. Sic videtur in *bereschit rabbi*, id est, in expositione magna libri Geneseos, quam citat Galatinus x, declarans portæ tantique speculatiuæ in sententia vocum. Quod idipsum de iure etiam ciuili agentes, qui vt licet pars in portis, portæ applicari. Porro omnes Sion, & ciuitatis Ieruſalem, sed præterim, quibus tota ibatur in Templum, quod postea conflagratum est in Sion, seu in parte illius Montis, intelligit, de quibus in alio psalmo. *Dicamini omnes laudationes tuæ in portis filiæ Sion, quam elegit Dominus testimonium sibi*, dicens c, *Hæc requies mea in sæculum sæculi: hic habitabo, quoniam elegi eam.*

Mysticè illas, quas prius attigi, inter quas & Apostoli sunt, qui sicut cum laude eam ædificant fundamentalibus, ita copulantur in spem, qui cum totidem portis, & præterim omnibus tabernaculis Iacob, id est, veteribus sanctis, vt explanatos, quæ vocat Hieronymus, quæ mihi inter pretatum portas illæ virtutes, quem dixi dà portæ mortis, peccata. Verum autem Hieronymus negat illas, materiales portas dilexit Deus, quæ in emeret, & fauces dilabitur, commissa sunt. Nó dico, ait, prudentibus, sed ne finitis quidé hoc persuadere potest. Illas addit esse *portas, quibus ne prauales inferni* d, & per quas credentium ad Christum ingreditur multitudo. Item fundamenta Iudææ Sion, quam videmus esse destructam, non esse a Domino dilecta nec quod a Domino dicit est, destruit potuisse. Multis præterea in aliis locis docet e, iuxta leges tropologiæ, cui allegoria cohæret tropologia Sion, quæ peculiarem significat referri ad Ecclesiam f. Tandem notat quattuor modis Sion & Ieruſalem in scripturis sanctis debere intelligi. Vno iuxta Iudæos, qui plangit Dominus g in Euangelio. Secundo, Sanctorum congregationes, qui in pace Dominum iam, & in virtutum specula constituti. Tertio, multitudinem Angelorum, Dominationum, & Potestatum & omne quod in Ecclesia mysterio constitutum est. Quarto, quod Iudæi & Iudaizantes putant tam eam, atque gentium dum de cœlestibus ponendam. Secundam acceptionem præsentis loci esse vult, ob rationem

a Eccl. 24.12. b 68.30.

c lib. de adoratione Mess. c 20.

d ps. 124.2.

e 3 Reg. 11.7

f 4 Reg. 23.13. & Vatabl. in hunc locum. Procop. Gaz. ps. 147.47.

g 2 Thes. c. 1.

h Lucas in hunc locum. Euseb. de vita Constant. lib. 3. c. 28. Epiph. haer. 30. Hieron. ep. 86. ad Eustoch. Sulpit. Sever. hist. sacr. lib. 2. Theodoret. lib. 5. hist. c. 21. Sozom. lib. 5. c. 22. & lib. 6. c. 21. Procop. Gaz. in hunc locum. Euseb. de vita Constant. lib. 3. c. 30. Hieron. ep. 86. ad Eustoch.

i Dan. c. 15. & hom. 10.

k ps. 147.13. secundum Hebr.

l 1. Tim. 3.15.

a Ps. 72. & 9. Num. Lia.

b Matt. 16.18.

c Ps. 121.3.

d Ps. 136.1.

e Ps. 86.

f Ps. 47.13.

g Ps. 121.6.

cum,

tam, quæ primo modo sumpta, delituerat est. Gregorius [a] etiam hinc probat Synagogæ reprobatæ, Ecclesiam electam, & præsentis habitationis Dei illustratam, vt *quia exaltauit Dominus* hanc mysticam *Sion ipse fundauit eam in gloria sua* [b].

Cæterũ, quia, vt alias monui, solebat ius in portis reddi ac audientia, ingua. 1^s, illuecq; cõuenire multitudo, & iuramenta, & munitiones bellicæ collocari, propterea *portæ eius* nomine merito hic omnis spiritualis Ecclesiæ supellex, ciuisque custodes, & administratores intelligantur. Angustiæ sunt istæ portæ fere *angustæ & paucis intrandi patentes*, hoc est, tuti [c]. Simul etiã patefactæ aditum, vt omnes intrare valeant, in intactoque ad ipsas capiãt, pleniæ. Christus *porta & ostium est per quod intrare debemus* [d], exiens autem ex angustijs Sion, & Synagogæ, *ut fundatus esset populus in perfectissimum suum, extra portam* [e] *passus est* [f]. M. Valerius Publicola rei bene gestæ in duobus ingentibus præliis, præmium præter triumphos, accepisse scribitur domum, quã publice ciuitas ædificauit ei in Palatio, & cum fores illius fecisset alias intrò impellerẽtur in aperiendo, ita diarum ædium solarium fores vestibulatas effectas, vt extra reiicerẽtur, id significando ex hac prærogatiua, sæpe eum de publico vsurpare. Tales has portas quas diligit Dominus, possimus affirmare, Vndeinde publicum cõmoda defluentur, & quò cauere absque discrimine inuitentur. Quatuor principales portas enumerat Valentia, hæ vtiquam ad intrandum, pœnitentiã ad redeundũ, ordinẽ ad ascendendum, extremam vrectionẽ, ad exeundum: articulos quoque Symboli duodecim appellat, **tum fundamenta; tum portas**, & harum portarũ clauem fidẽ. Longè nobilior, celebrior, fortior ciuitas hęc mystica quàm Thebæ hecatopylæ. *Aperuit Libanus portas suas* [g], hoc est templum sponte quãdo Christus expiauit, vt Tyrannus fuit, & inquit Iosephus [h], quod symbolum fuit patefaciendæ omnibus saluti, & aperiendorum cordium ad Euangelij prædicationẽ: & *quæ die ac nocte non claudentur portæ* Ecclesiæ) *vt asportetur ad eam fortitudo Gentium, & reges earum adducantur* [i]. Vtinam *dies illa non sint, & non lugeant portæ Sion, eo quòd non sint qui veniant ad solemnitatem* [k], id est, qui intra Ecclesiam sint non numero solũ, sed simul merito. Cum merito discedens, *intrabit per portas ciuitatis* [l], *ex sapphiro smaragdo, & constructis* [m], vel etiam *singulæ ante iacinthi ex totidem margaritis* [n]. Postremò portæ firmitatem innuunt Ecclesiæ, oppositam tabernaculorum Synagogæ mobilitati: & quòd ipse solus introitus in Ecclesiam, præstantior est quibuslibet ornatissimis domicilijs Synagogæ.

Super omnia tabernacula Iacob. Chaldaicè *plusquã omnes domos Ecclesiarum* vel *congregationes domus Iacob*. Synagogas innuit Paraphrastes multis in locis Iudæorum excitatas, quibus omnibus antepotat, plusque diligatur Ierusalem, & Sion, in qua templum erat. Temporalia tabernacula designabãt Synagogam mobilem fore, ac transiturum, Ecclesiam perpetuò manfuram, *eam q; tabernacula æterna fuisse, & pulchriora quam quibus benedixit Balaam* [o], nisi hæc ipsa tunc præuidit, illa præsertim quæ pertinent ad Ecclesiam triumphantem. Illa tabernacula diligit Deus plusquàm ea, quæ sunt Iacob, & hic lætantur, quòd videlicet, vt aut Bernard. [p] in illis esti quandoque gaudetur de victoria, laboratur tamen in pugna, & plerumque periclitatur de vita, in illa autem patria nulla prorsus admittitur aduersitas, siue tristitia, quemadmodum de illa canitur communiter in fine psalmi, *Sit mi lætantium omnium habitatio quæ sit &c.* Tabernacula dicuntur quoque corpora [q], & supernorum spirituũ alia corpora, quæ lætata sunt, sicut Iacob, & intra carnẽ ædificata Deus Maria portas, id est, egregias, sanctissimas quæ continuo sensus & corpus, in quo nulla sunt macula, & pugna, loci extremitates sonant, vt ratiocinatur Hugo. Canit quidẽ illa Ecclesia cœli ac lucis portã, & tenebris, atque regis altrianam. Qui loquendi modus, vtve appellem portæ Ecclesiæ, legitur apud Ambrosium [r], Hieronymũ [s], Augustinũ [t]. Recte dixeris inviolatam portam sine vllo peccato, sine virginitatis corruptione, sine fonte; alludẽdo ad rutum Etruscũ, quo solebat vibus additandæ locus designari iugico, quã facerẽt vacca taurusque coniugati, & in orbem acti; sed relictõ portæ loco inviolato intactoque per aratri suspensionem. Adisti portã omnes confluunt, & per eandẽ intrãt ingratiã & gloriã apud illã decidunt causa litesque omnia hetesam. & errorũ, vbique *conterminatur* [u]; denique in ipsa *mirabiles omnes laudationes Dei. Beatus qui vigilat ad fores istas quotidie, & obseruat ad postes hostij eius* [x]. Legi potest Rupertus sermo 4. in part. 9. Manalis. Nec displicet Rickelij tropologia, *diligit portas Sion &c.* id est, virtutes, & opera bona hominũ cõtemplatiuorum, quia speculã significat: Sion. *Super omnia tabernacula Iacob*, id est, qui quãuis sint etiã in gratia Dei, nondũ vitia funditus euecerũt, sed indigent quotidiè contra motus illicitos dimicare, luctari, & supplantare, quæ est etymologia nominis *Iacob*.

Vers. 3. Gloriosa dicta sũt de te ciuitas Dei.

COnuersa oratiane peraposit ophem, summi affectus, & admirationis indicẽ, ad Ciuitatẽ Sion, seu Ierusalem tam bene fundatam, ac tanto tempore à Deo dilectam, ait mirifice, summisque laudibus celebratã scriptis omnibus sacris, & laudationibus omnũ hominũ, qui vel viderunt, vel auditione acceperunt quãta sit gloria, dignitasq; ipsius, vt sola mercatu absolutum nomẽ ciuitatis Dei, ac Theopolis, quo nihil gloriosius & honorificentius, *& magni regis*, vt ipsemet Christus eam appellauit [a], quemadmodum etiam vidimus psal. 47. [b] Soleret id epitheton rei amplæ magnæque attribui, vt etiam alias monuimus, quo item pacto Poetæ Lacedæmona *diuæ* cognominarunt. *Magna est gloria domus huius futurorum plusquam putes, & posita est in superbiam sacerdotum, quia præsentes deos habent & odio habitos* [c], nẽpe Gentiũ Ecclesia. De Christo etiam, & matre ipsius multa gloriosè dicuntur, & prædicantur: multa & de ordine religioso [d] & de ciuitate cœlesti, vbi sancti habitant, qui tunc præcipui mystici præsentis loci sensus. De vltima ciuitate Bernardus [e] exclamat, vocans illius ciues Angelos, Deũ Patrem templũ, Filium eius splendorem, Spiritum sanctũ charitatẽ; o ciuitas cœlestis, marmore secura patria fertilis, & ampla, totum continens quod desiderat, populus sine murmure, incolæ quieti, homines nullam indigentiã habentes! Quàm gloriosa dicta sunt de te Ciuitas Dei! Sicut lætantium omnium habitatio est in te. Quod attinet ad Corpus Christi, nihil excellẽtius, quàm quòd *in eo plenitudo diuinitatis habitet*: immò quòd ipsemet habitator cum habitaculo suo vnum quid in vnitate personæ componat. Secundam gloriæ dignitatis Christi locum, Mater habet, quòd *splendor gloriæ* in ea habitauerit, & ex ea carnem sumere dignatus sit. Damascenus [f] ci-

uitatem,

a 1. Pet 2. v. 19.

b de institu. Virgin. c. 11. Ezech. c. 44. de serm. 2. de assumpt.

c Iob 5. 4.

d Ioan 10. 9. e Hebr 13. v. 12.

Tropologia.

f Prou. 8. 34.

h Matt. 5. 35. Ierem. 3.

k Aggæi 2. 10.

l Isa. 60. 15.

m medit. c. 4.

n Num. 24. 5

o Epist. 11

p Psal. 2. de Assumpt. V.

uitatem, in qua lætantium omnium habitatio est, interpretans de cœlesti, argumentatur, eius, quæ lætitiæ causa extitisset, atque incolumem in partu Virginitatem seruauisset, incorruptum etiam post mortem corpus seruari oportuisse. De eadem cœlesti ciuitate Basilius [a] accipit hunc locum, nec vllius humanæ naturæ esse constitutionem illius, & omnem ordinationem perdiscere, cùm illa *neque oculus viderit, neque aures audierint, neque in cor hominis ascenderint quæ præparauerit Deus diligentibus se* [b]. Idem docet Hieronymus [c], appellans præterea paradisum, terrā viuentium, terram diuitiarum, & bonorum Dei. Is verò quem credunt Hieronymum auctorem commentarij in psalmos, non de Ecclesia tantùm declarat, vt alij plurimi, & cum his Auctor operis imperfecti [d], Cyrillus Alexandrinus [e], Procopius [f], verus Hieronymus [g], Haimo [h]; de qua gloriosa dicantur in omnibus prophetis, ex quibus citat alios psalmos [i], & Esaiam [k], præterea Christum ipsum [l]; sed de anima cuiusuis, quæ templum Dei potest esse, *& in ea spiritus Dei habitare* [m]: fundamēta esse dogmata credentis animæ: portas plurimas in quolibet nostrûm esse, *quas si aperiamus, intret Dominus, & cœnet nobiscum* [n]: ciuitatem consistere in multis ædificiis virtutum. Apud Augustinum [o] ille qui librum scripsit de spiritu, & anima, tum cœlestem habitationem, de qua multa piè disserit [p], tum animam hic esse vult, de qua gloriosa dicta canatur, nempe, quòd *ad imaginem, & similitudinem Dei facta* [q], & meritò Ierusalem appellari posse, quia ad fruendum visione illius summæ pacis, *qua fecit vtraque vnum* [r], creata est: ciues esse naturales, & ingenitos vigores, tum superiores intellectuales sensus, tum medios rationales, tum infimos animales, velut consiliarios, milites, rusticos, artificésque. Manualis item consarcinator ex operibus Augustini [s] ciuitatem cœlestem fundatam exultatione vniuersæ terræ, cū epiphonemate pronūtiās præsentem locū, affirmat esse, ac de eius amoribus piè tractat. Augustinus ipse tū hic, tum alibi [t], tradit nos cum Sanctis esse vnam ciuitatem Dei, cui dicitur, *Gloriosa dicta sunt de te Ciuitas Dei*, & cuius pars in nobis peregrinatur, & militat, pars in illis opitulatur, ac triumphat. De Maria Virgine Germanus Constātinopolitanus [u], apertissimè contendit verbis his Dauidem in spiritu cecinisse, vt de *ciuitate magni regis*, atque manifestissimè, ac sine vlla contradictione ita sentiendū: illam verò superiorem omnibus esse, non domorum excellentia, & altitudine excitatorum ædificiorum, sed diuinarum, & sublimium virtutum magnitudine; & puritate, nulli penitus culpæ affinem, in qua qui verè est *rex regum, & dominus dominantium*, habitauit. Ecclesia sic vsurpat in officio paruo B. Mariæ; sicut lætantium omnū nostrum habitatio est in te S. Dei genitrix. *Cuncti vis*, & quidem etiam *Sion* vocabulo appellatur Maria vel *castellis* ab Augustino [x], Bernardo [y], Gregorio [z] Nicomediensi, Alberto [a]. Quàm verò gloriosa de hac dici ciuitate valeant, indicant adeò multa tamque luculenta illius encomia, & priuilegia.

Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei.] Magna breuitas integri versus demonstrat non faetam exactè metricorum versuum distinctionem, ac diuisionē, cuius quoque rei rationem ignorati docuimus in præfatione. Hebraicè מְדֻבָּר בָּךְ נִכְבָּדוֹת *nichbadoth medubbar bach, gloriosarum rerum* vel *ciuitatum* (supple דָּבָר *davar* verbum) *dictum est*, vel *dicitur in te*, aut *de te*. Non de sola occulta inspiratione, vt Bruno tamen Carthusianus ait, quæ Dauidi facta sit, sed etiam de sermone, & quem in aliis psalmis idem scripserit, & alij prophetæ ante ipsum, & postea quoque scripturi erant, intelligi hoc debet. Additur in fine סֶלָה *selah*, & διάψαλμα, quod vertit, vt solet, Hieronymus, *semper*, Paraphrastes, *in æternum*. Beda id recensēt etiam in Catalogo diapsalmatum: quamuis in Latinis, & Græcis Bibliis Complutensibus, Regiis, & aliis, non extet. Quis eius sit vsus, alibi docui. Lyranus, & Aiguanus ex significatione pro perpetuitate, colligunt argumentum contra Iudæos, non esse hoc loco sermonem de Templo Ierosolymitano, quod iamdudum euersum est. Non arbitror perpetuitatem ea voce denotari: & parum aptè Aiguanus ipsam ciuitatem cognominatam dicit. *Selah*; quomodo Latinè scribit, vt & Lyranus.

Vers. 4.] Memor ero Rahab, & Babylonis scientium me.
Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum, hi fuerunt illic.

INter ea, quæ de ciuitate Dei à Deo ipso dicta fuerint, istud ait esse, inducens loquentē Deum ipsum. In Sion ciuitate agnoscā non solùm Israëlitas, populumve habitantem in tabernaculis Iacob, sed illos ipsos, qui antè fuerūt huiusce populi mei acerbiores hostes, nimirū Ægyptios, & Babylonios; ita vt ipsi agnoscāt me, colantque in ciuitate, ac templo meo, qui priùs me ignorabāt, immò spernebant, & execrabātur. Sed & Philisthæi, Tyrij, Æthiopes, ac ex omni mundi plaga gentes confluent, ac ventitabunt huc venerationis ac religionis causa, non tantùm studio visendi propter externæ gloriæ famam, & celebritatem. Id re ipsa factum ostendimus capite octauo historiæ Apostolicæ, quod attinet ad Gentiles, & capite secundo de omni natione, quæ sub cœlo erat, quòd spectat ad Iudæos, orbe toto per omnem nationem dispersos. De vocatione cunctarū Gentium ad Ecclesiam longè illustrius est hoc vaticinium, quod ita quoque ab omnibus Catholicis passim declaratur, ex quibus nōnullos alios præter Enarratores, producam, dum singulas partes euoluam, quæ non vno modo mysticè explicantur, Euthymius Christi, Isidorus [a] Patris vocem dicit esse. Sunt tamen etiam [b] qui Prophetam sic loqui censent, Si quando commemoratuero Rahab, id est, Ægyptum, & Babylonem iis, qui harū rerum æquè sunt periti ac ego, aut qui mei noti sunt, ac familiares: item si de Philisthæorum, Tyriorum, Æthiopum gente: ecce illud commemorabo (sequuntur alia in alio versu) *hic natus est ibi*, insignis nempe quispiam virtute, vel doctrina, numquid non tale aliquid dici de Sion possit, in ea pariter hunc aut illum illustrem hominem natum: non id quidem, sed aliud longè excellentius, videlicet quòd ille ipse natus in ipsa sit, qui eam fundauit, & condidit, nec simplex homo est, sed simul altissimus Deus. In mediis huius loci R. Iosēs filius R. Simeon dicit insinuari quod nationes afferent munera regi Messiæ.

Memor ero Rahab.] Hieronymus, & Isidorus [c], *commemorabor superbiæ*. Alij, *recordabor superbiam*, vel, *memorabo Ægyptum, & Babylonem mei scientes me*, vel, *meminero Ægyptiorum*. Euthymius per *Rahab* affirmat intelligi Chananæos, quia celebris illa meretrix erat Chananæa [d]. Refert aliam opinionem de Arabia, quam sequitur

Scriptor loci.

a de vocatione Gent. c. 3.
b Agellius.

c de vocat. Gentium c. 3.

Nomen Rahab aliquando significat Chananæos.
d Iosue 2. 1.

a hom. 12. in princ.
b 1 Cor. 2. 9.
c Epist. 129.
d hom. 10.
e c. 10 in Esa. c. 60. item Mich. 3. num. 4 & in c. 5. num. 49. & in Zach. 8. num. 39.
f in Esa. c. 18.
g in Esa. cap. 26 & 27. & 11. & 60. & in Ieremi. c. 31. & in Ezech. c. 40. in Zac. c. 2. & 8.
h in Mat. c. 2.
i ps. 45. Ps. 72. & c. 2. & 52. 86. Lxx.
k Matth. 1. Cor. 2. 16.
l Apoc. c. 20.
m Tiann. 3. p. c. 55. & 60.
n Gen. c. 27.
o Eph. 2. 14.
p c. 17. & 24. in tom. 9.
q 10. de Ciuit. c. 7.
r oratio ad adorationem Venerandæ Zonæ Deiparæ Virg. c. 1.
s ep. 17. de ciuit. c. 7. & ser. 1. de assump. Virg. de obl. Deiparæ in templo.
t in Luc. c. 10.
u de vocat. Gent. c. 3.
x Agellius.

Nicephorus. Quidam præcisè volunt esse nomen meretricis: Cuius quoque historiam transferunt ad mysterium vocationis Gentium liberatarum à nostro Iosue, qui est Iesus. Præter latinos Enarratores, & Euthymium, quatenus hic Chananæos per mulierem illam Chananæam innui docet, disertè ita sentit imitator Græcorum Ambrosius [a], confirmans Christi sententia, quòd *meretrices, & publicani præcessuri essent Iudæos in regno cœlorum* [b]; item Cyrillus Ierosolymitanus [c] probans inde conciliari Deum pœnitentibus: præterea Nyssenus [d]. Nolo in hoc hærere, quia non arbitror nomen meretricis esse; tametsi concedam Irenæo [e], & aliis, typum Ecclesiæ de Gentibus fuisse, placetque communior opinio Hebraicè intelligentium, de Ægyptio populo quæ est etiam Hieronymi in Esaiam [f], vbi legimus 8; *superbia tantum est, quiesce*, & Hebræum vocabulum idem quod hic רָהַב *rahau*, exponitque in Ægyptiis vanum esse auxilium, quia solum haberent regni nomen, & absque viribus superbiam. Quæ vna ratio, inter alias, mouet me, vt quod sæpe monui, negem verum esse Hieronymum, qui sub hoc nomine circumfertur auctor commentariorum in psalmos. Eumdem Ægyptium populum superbũ significari dicũt psalmo 88. [h] *Tu humiliasti sicut vulneratum superbum*: & rursum apud Isaiam [i] *Nunquid non tu percussisti superbum*? Paraphrastes Pharaonem interpretatur illis locis, in hoc autem exprimit מִצְרַי *missrae*, *Ægyptios*. De eodem Pharaone accipiunt aliqui verba Iob [k]. *Prudentia eius percussit superbum*. Nomẽ meretricis scribitur per (ח) *cheth*, רָחָב *rachab*, licèt Græcè scribatur etiam id quod hic habemus per (ה) *he* רָהַב *rahau*, ῥαάβ, sed quia literæ (ח) *cheth*, & (ה) *he* sunt permutabiles, & vtrouis modo scribatur id nomen, affinem habet notionem pro superbia, non solùm pro turbatione, & latitudine, quæ Ægypto conueniunt, ob planitiem ipsius, & aquam turbidam; nihilque verat quòd meretricis illius nomen scribitur per (ח) *cheth*. & quoniam veteres Patres adeò multi exposuerunt de meretrice, censeo & nos posse hoc admittere, quamuis nolim breuitati consulens, circa mysterium de eadem extractum immorari, sed ad alios lectorem auidum remittere. Illud vocationi Gentilium peccatorum, & fornicantium circa idola congruit, quòd Rachab, seu Raab excepit nuncios Hebræorum, Gentiles eos, qui sunt ex eadem gente missi prædicatores à Christo, quemadmodum & Niniue, quæ erat in Babylone, Ionam [l]; cuius conuersionem Christus protulit in exemplum [m].

Et Babylonis.] Paraphrastes priora cum his, & sequentibus vocabulis duobus ita enarrat *commemorantes*, (nempe sunt, erunt ve, non autem *commemorabo*, vt malè vertit Nebiensis, participium דַּכְרִין *dachrin*, laudationes Ægyptiorum, & Babyloniorum his, qui sciunt.) vbi pronomen (*te*) est loco pronominis primæ personæ. Et sensus esset prophetæ in suamet persona loquẽtis, quòd quas etiam Ægyptij & Babylonij, alioquin hostes Hebræorũ, & inuasores gloriosissimæ ciuitatis Ierusalem, de illa laudes, vel à veritate compulsi, quã demonstrabant adeò in illam inhiando, celebrabant, ipse enuntiaturus sit suis contribulibus, qui colebant Deum, & conscij erant gloriæ dictæ ciuitatis. Sed verum sensum antè tradidimus, & quare hîc nominata sit Babylon, tam Rahab. Non probo causam Treueti, vt insinuetur memoria confusionis linguarum, & quod ita venerit in cognitionem Dei. Nullus nexus est istius historiæ cum mente psalmi. Recipio allegoriam præcipuè Augustini, de Babylone, vt sit confusionis omnium peccatorum typus, & diaboli ciuitas opposita ciuitati Dei, de qua antitheſi opus etiam scripsit sub titulo de ciuitate Dei. Omisit Hisidorus particulam (&) ac inter Gentes non numerauit Rahab, pro qua legit (*superbiam*) & intellexit de superbia Babylonis, *commemorabor superbiæ Babylonis*.

Scientium me.] Hieronymus, Augustinus, Hugo, Cassiodorus, Beda, Hisidorus [a], vetus psalterium Latinum, & Gallicanum Fabri (id enim quo vtitur Ecclesia Ambrosiana non discrepat à nostro) Ambrosius [b] *scientibus me*, quod etiam Græcè τοῖς γινώσκουσί με. Nescio quam Romanam translationem Franciscus de Puteo intelligat, quæ habeat eamdem istam lectionem: Romanum namque psalterium hac in re non differt à nostro. Articulus autem Hebræus (ל) *le* non tantùm datiuo, sed quandoque genitiuo etiam casui seruit. Hugo falsam, & corruptam literam nostrã vocat, quod minimè credi debet. Sensus porrò est, si legas in genitiuo; memor ero, id est, in recensendis, atque conuocandis in Ecclesiam meã aliis, meminero, & rationem habebo Rahab, nempe Ægyptiorũ, & Babylonis, & suggeram prædicatoribus, quos mittam, memoriam illorum scientium me, hoc est, curando, vt sciant me, & audita prædicatione, credant. In datiuo similis sententia, nempe, memor ero loquens, aut inspirans scientibus me, & legem, ac Euangelium meum, vt id annuntient, doceántque omnes Gentes, dãdo mandata sciẽtibus me, ait Caietanus, recordabor harum regionum, quæ specialiter subegerunt populum Dei, vt à fortiori intelligantur cæteræ: item & Genebrardus, post Hugonem, & Titelmanus explicat, commemorabo, & dicam Apostolis, ac apostolicis viris, vt pergant ad istas Gentes, & Sioni, hoc est, Ecclesiæ subiiciant. Qui illud *scientibus* referunt non ad prædicatores, sed ad alios; videntur accipere non vt datiuum, sed ablatiuum; memor ero illorum, scientibus me illis, hoc est; dummodo me illi sciant, recipiam intra Ecclesiam, si me scire voluerint, & credere. Confirmant ex alterius psalmi verbis. *Prætende* [c] *misericordiam tuam scientibus te*, & *Effunde* [d] *iram tuam in Gentes, quæ te non nouerunt*. Hoc modo præsertim Augustinus, & Ambrosius exponunt. *Memor ero scientibus me*; id est, apud scientes me, seu inter ipsos, ità vt illis annumerẽtur, cum illis commemorentur, reputentur inter domesticos, & familiares meos, deum ut quod prius erant, esse hostes mei ac populi mei. Vatablo placet expositio, & aliis hebraizantibus. Beda, *memor ero scientibus me*, id est, memoriam faciam Rahab, & Babylonis scientibus, & cognoscentibus potentiam, & voluntatem meam, & ideo ædificãtibus Sion, id est, Ecclesiam, quo pacto Gentes, quarum illæ typus erant, conuersæ sint, & vt tales in hoc eodem ædificio Ecclesiæ ponant. Euthymius declarat; ego eos memoria dignos faciam, præclaráque eorũ facta fidelibus commemorabo: vel curam eorum habebo, sollicitè cogitans de eis, tanquam pro dilectis fidelibus. Tale videri posset illud de Magdalena [e], *Vbicumque prædicatum fuerit hoc Euangelium in toto mundo, dicetur, & quòd hæc fecit in memoriam eius*. Idem valet quod explanat Apollinarius,

μνεία μου ἔσται φιλοῦσι Ραάβ· ἀντὶ βα-

[a] in psal. 35.
[b] Mat. 21. 31.
[c] Catech. 2.
[d] hom. 2. in Cant.
[e] lib. 4. c. 37.
[f] in c. 30.
[g] vers. 7.
[h] vers. 11.
[i] l. c. 51. 9.
[k] c. 26. 12.
[l] Ionæ 3.
[m] Matth. 12. 41.

[a] de vocat. Gentium. c. 3.
[b] in psal. 35.
[c] psal. 35. 11.
[d] psal. 78. 6.
[e] Mat. 26. 13.

Allegoria.

Memor ero coram amicis Raab simul & Babylonis. Aliter diceretes vulgò honoratam de illis mentionem faciam apud amicos, faciam vt amici illos in amicitiam recipiant. Denique efficiam, vt recordentur mei, seu meæ ciuitatis Sion, incolæ istarum gentium, & intelligant quanto illæ sint ipsa inferiores, nec audeant cum ipsa se componere, sed cupiant inter ciues Sion cooptari. Item, memineto istarum Gentium, vt eas aggregem, & subiectas scientibus me habitatoribus ciuitatis meæ Sion. Præterea, etiamsi meminisse voluero harum Gentium, nihil ad Sionem meam, multo pluris hanc facio, & quia tantopere diligo illam, illi adiungã dictas Gentes. Tandem commemorari faciam proli Rahab, & Babylonis gloriam ciuitatis Sion, id est, Ecclesiæ, vt & ipsa sit de scientibus me, atque particeps eiusdem gloriæ. Scepreus exponit perinde ac si dicat Propheta, *narrabo scientibus me*, id est, pro populo ciuitatis meæ, ac Israelitico facta per Rahab, quæ olim seruauit eumdem populum, & inter Babylonios, quando pueri de fornace liberari sunt, Daniel de lacu leonum, & mirabiliter pastus est, & idolum Baal destructum. Hic dicendi modus minimè probabilis; maximè probabilem initio posui. Psalterium Illyricum habet, *inui. antium me*, quæ est scientia practica.

Ecce alienigenæ.] Hieronymus, & Isidorus [a], *ecce Palæstina.* Tertullianus [b] *& ecce allophyli.* Retinuit iste vocem Græcam ἀλλόφυλοι. Particula quoque (ἰδοὺ) habetur in textu Græco, quam Pamelius cùm negat reperiri in psalmo, intellexit, credo, iuxta translationem Latinam vsitatam, illam namque Ambrosius [c] etiam legit. Hebræum nomen פְּלֶשֶׁת *peleseth* redditur sæpius à Lxx. per nomen ἀλλόφυλοι, & psalmo 59. [d] atque 82. [e] *alienigenarum* etiam nomen Latinum fuit. Consule illis locis dicta, & in titulo psalmi 55. vbi Latinè retentum est vocabulum *allophyli.* Aduersarios suos, inquit Ambrosius [f], Hebræi allophylos appellabant, hoc est, alienigenas Latino vocabulo, sicut Latini peregrinos, siue hostes. Cæterùm particula (*ecce*) nouitatem & admirationem importat, vt Nyssenus [g] annotat, cui cõtraria est in Threnis [h] admiratio; *Quomodo sedet sola ciuitas plena populo?* Caietanus ait innuere celeritatem conuersionis Gentium. Vult Euthymius tamen abundare ac superfluam esse.

Et Tyrus, & populus Æthiopum.] Hieronymus, & Isidorus, *& Tyrus cum Æthiopia.* Legerunt Lxx. non עִם *hiim* quod significat *cum* sed חַם *hham*, quod valet, *populum*, & addiderunt particulam coniungentem. De populis autem istis dictum in aliis psalmis. Omitto notiones istorum, & præcedentium vocabulorum, aut etiam mores prauos horum populorum, ex quibus enarratores, morales eliciunt sensus, præsertim Hugo, qui etiam locum totum Deiparæ applicat, & loquentem hîc facit: præterea thema dicit esse posse de Magdalena, quæ similis fuit Rahab meretrici, vt de ipsius pœnitentia loqui Dominus videatur, quod longiore ipse oratione tractat.

His fuerunt illic.] Hieronymus, & Isidorus, *iste natus est ibi.* Tertullianus, *isti fuerunt illi.* Ambrosius, *hi fuerunt ibi.* Pronomen singulare זֶה *zeh* pro plurali positum interpretati sunt Lxx. per plurale οὗτοι, quasi sit idem quod *iste*, & *iste.* Scepreus cum Genebrardo ait esse Græcè, ὑμνῳδεῖται, & hoc præ se fert Euthymius, referens ex Aquila, & Symmacho ὑμνῳδεῖται: est tamen ἐν ὑμνῳδίαις, quamuis vtroque possit significari *nati sunt*, vel *fuerunt*, & verbo *fuerunt* comprehendi natiuitas, quæ interpretatur participio singulari יָלִיד *illad* Apollinarius.

κεῖσ' ἅμα πᾶσιν ἴοισι συμίσγειν αὐλὸν ἐοῦσαν.

Illuc simul cunctis coniugalem caulam prosequi.

Neque placet referri hoc participium singulare præcisè ad Æthiopem, qui proximè nominatus erat, trahique ad insignem illum *Eunuchum Candacis reginæ Æthiopum* [a], qui inter primitias Gentium recensetur, vt Scepreus asseruit. Potiùs eo numero, vt notat Caietanus, denotatur indifferentia nascentium per baptismum: & quòd non populus, aut communitas ita nascitur, sed quilibet sigillatim. Fuisse dicuntur vel nati illic, id est, in Sion, hi omnes enumerati populi, quasi dicas vulgari sermone naturalizati, & ciuitatis priuilegio, perinde ac si nati essent ibi, donati: mysticè autem, *nati ex Deo* [b], *renati, ac regenerati per baptismum ex aqua, & Spiritu Sancto* [c], *& ciues atque domestici, & filij Dei* [d], facti intra Ecclesiam. Explicat Ambrosius [e], quòd vbi sunt scientes Deum, vbi fundamenta in montibus sanctis, ibi & alienigenæ, quia & ipsi putauerunt credendum esse in Deum. Chaldaicè, *vbi rex iste generatus est*, vel iuxta versionem Nebiensis, *hic rex vnctus est ibi*, vel vt alij volunt, *magnificatus.* Refert Genebrardus, Titelmanus, Iansenius nonnullos exponere de Christo, aut de Salomone, vt est Christi typus. Ecce Palæstini, Tyrij, Æthiopes accurrent, quia hic Christus, seu Deus, & Dominus, cuius mentio facta est, natus est ibi; & ortus Christi in Sion (nempe propter typum ipsius, cùm ipse sit natus in Bethleem) tantarum rerum origo, causáque extitit. Expressior mentio de Christo postea fit. Translatio autem illa duplex Chaldæa conuenire generationi siue natiuitati spirituali potest, quæ fit in Ecclesia per Sacramentum Baptismi, & Confirmationis etiam, siue Chrismatis, quod est quasi perfectio Baptismi. Crebræ sunt prædictiones Prophetarum de ista Gentium vocatione. Nominatim recensetur ab Esaia [f] Ægyptus, Æthiopia, & Saba, & apud eumdem [g] pollicetur Deus fore vt *deserta, & solitudines, & terra ruina angusta sint præ habitatoribus & dicat in corde suo* (Ecclesia) *quis genuit mihi istos? ego sterilis, & non pariens transmigrata, & captiua, & istos quis enutriuit? ego destituta & sola, & isti vbi erant?* Continent magis quæ sequuntur admirationem istam. Ex enumeratione verò Gentium omnium istarum barbararũ, colligimus veram nobilitatem non ex genere, sed ex sanctitate esse, & ex filiatione Dei, à quo est omnis paternitas πατριὰ, cognatio, familia, tribus. *Non dicat*, ait Deus [h], *filius aduena qui adhæret Domino, dicens: separatione diuidet me Dominus à populo suo, &c. quia hæc dicit Dominus, filios aduenæ, qui adhærent Domino, vt colant eum, & diligant nomen eius, vt sint ei in seruos, &c. adducam eos in montem sanctum meum, & lætificabo eos in domo orationis meæ, holocausta eorum, & victimæ placebunt mihi super altari meo, quia domus mea domus orationis vocabitur cunctis populis.* Nemo erubescat apud Deum sanguine; quoniam filiorum Dei generatio *non ex* [i] *sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo*, licet oderint natos de pellice [k]; tamen *Iephte* filius meretricis *adeptus est repromissiones* [l]: *insiluit Spiritus Domini in Saul* [m], quamuis *esset filius Iemini de minima Tribu Israel, & cognatio eius*

Sensus mysticus.

a Act. 8. 27.

b Ioan. 1. 13.

c cap. 3. 5.

d Ephes. 2. 20.

e in ps. 35.

a de vocat. Gent. c. 3.

b 4. Cor. 1. Matth. c. 13.

c in ps. 35.

d vers. 10.

e vers. 8.

f 1. off. c. 29.

Chrisma est quasi Baptismi perfectio.

g hom. 2. in Cant.

h c. 2. 1.

f c. 43. 3.

g c. 49. 19. 21.

h Esa. 56. 3. 4. 6. 7.

i Ioan. 1. 13.

k Iuuen. satyr. 6.

l Hebr. 11. 33.

m 1. Reg. 10. 10. & 9. 21.

nouissima inter omnes familias de tribu Beniamin, propterea que contemneretur à *filijs Belial* [a]. Non obfuit Iobo genus prophani Esau. *Indoctis est malè de progenie alterius loqui* [b], quo modo loquebantur de Iesu, appellantes *filium fabri* [c]. Quamlibet nobilis, claróque genere *vt filius Ethnopis est* corã Deo [d], *vt Sodomus & Gomorrhæus* [e], *vt Cananæus, Amorrhæus, Cetheus* [f], falsò cognominatus *Iudæus in manifesto tantùm, non in abscondito, & in spiritu* [g]. Operâ Deus prædicatorum cuiuslibet generis gentisque homines aduocat ad se: sed credibile est omnium veluti genitricem ac matrem spiritualem etiam esse, quæ Dei vera & carnalis mater extitit: atque multo melius & felicius cognominari posse *viuentium matrem*, quàm Euam [h]: qua de re Albertus [i]. Typus aut symbolum, & signum fuit commendatus traditusve in cruce Ioannes Mariæ veluti matri [k]. Nec inuerisimile omnia munera gratiæ nobis post Christum concedi per illam tanquam per secundariam mediatricem. Cæterùm admirationem habet maxima Gentium conuersio tam cita, tam magna, vt Eusebius [l] obseruauit, citans Esaiam [m].

a c.10 27.
b Eccl.8.5.
c Mat.13.55.
d Amos 9.7.
e Eſa.1.10.
f Ezech.16.3.
g Rom.2.28 29.
A oc.2.9.c. 5.9.
h Gene 3.20.
i de laud. Vir. c.182.
k Ioan.19.26.
l 5 histo c.4.
m c.66.7.8.9.

Vers.5.] Numquid Sion dicet homo, & homo natus est in ea: & ipse fundauit eam Altissimus?

Sensus lect.

POstquam Propheta siue in suiipsius, siue in Dei dixit persona, in Sionem ciuitatem Dei futurum Gentium omnium concursum, & quamdam in ea tanquam in natali solo habitationem, hoc est, saltem secundùm mysticum sensum, in Ecclesiam, nunc eadem cum admiratione, & gratulatione per modũ interrogationis, ait, Nónne Sioni nũtiabit seu de Sione dicet aliquis quòd plurimi diuersarum nationũ homines ibi nati sunt, sesèque ad eam adiungunt, idque non alia, quàm ipsiusmet Dei ope, ac euocatione, qui cùm sit Altissimus, atque potentia superior, & supra omnes homines, deósque, fundauit, condidit, auxit, stabiliuit, conseruauit aduersus cunctos hostium insultus, vt impediri non possit adeò frequens ad dictam ciuitatem ventitatio, & ad verum Dei cultum conuersio? Aliter alij exponunt. Nunquid Sioni poterit homo persuadere, hoc est, Synagogæ, quòd homo sit in ea natus, qui simul est ipsius fundator, Deúsque altissimus, quasi dicat, non poterit persuadere. Vel, numquid Sioni spirituali, quæ est Ecclesia, dicet hoc ipsum homo, vt homo est: nõ hoc ille dicet: sed Deus in homine, & homo Deus, *ac vnigenitus Dei enarrabit*. Iuxta lectionem aliam, quæ habet (*mater*) pro (*numquid*) alij traduntur sensus, de quibus posteà.

Numquid Sion dicet.] Hieronymus, & Isidorus [n], *ad Sion autem dicetur*, & idem Isidorus [o] etiam in præsenti, *dicitur*, sicut & alicubi Augustinus [p], *mater Sion aiet*. Alij, *& de Sion dicetur*, vel, *in gloriam Sion*. Hanc vim habet dariuus casus, qui Hebraicè articulo exprimitur cum litera seruili in principio, quæ denotat, &, וּלְצִיּוֹן ulsion ieamar. Vertit Aquila καὶ τῇ Σιὼν, & *Sioni*. Symmachus δὲ τῇ Σιὼν λεχθήσεται, *de Sione autem dicetur*. Legerunt LXX. אמר *inner* actiuè, hoc est, *dicet*, debérque suppleri (quispiam.) Sed quia pro (*numquid*) quod esset μήτι *numquid*, vel μὴ τῇ *num ipsi*, nunc legitur in eorumdem translatione μήτηρ *mater*, nomen *Sion* est nominatiui casus; sensus autem est mater Sion dicet aliquis, immò hic, & hic & plurimi, est nimirum mea, seu nostra, vt explicant Euthymius, Nicephorus, Basilius, Theodoretus, Apollinarius, qui carmine sic ait.

μήτηρα τιμήσασα ἀνὴρ Σιὼν καλέσει.
Matrem honorata vir Sion vocabit.

Regenerat, inquit Euthymius, Ecclesia Christianorum, ac spiritualium dogmatum cibo fideles omnes, velut pia mater alit, nihil hac matre suauius, & amabilius iis qui in eam ingrediuntur, eo quòd ibi conuersatus est secundùm carnẽ Christus Dominus, qui locum conuersationis suæ sanctificauit. Conuenit vltima ratio Sionis loco materiali. Explanat hũc quoque locum Athanasius [a] de Ecclesia per gratiam regenerata, & ex Deo genita. Quem vocant Hieronymum in commentario primùm docet errore factum, vt pro μήτηρ scriberetur μήτηρ, & erroris causam fuisse, quia sequitur, *& homo natus est in ea*. Deinde, si retineatur ea lectio, explicat prout diximus, quòd qui nati fuerint in Ecclesia, illam vocabunt matrem. Postea lectionem qua vtimur, appellãs Hebraicam veritatem, declarat, *quis poterit nunciare Sion? quis ei poterit nunciare hominum, quoniam homo nascetur in ea, & ipse saluabit eam*: hoc est, nullus hominum potest ei nuntiare, quia Sion saluetur in homine, qui in ea nascitur. Verus Hieronymus, quod etiam notauisse video Sixtum Senensem [b], non diceret trãslationem nostram istam esse exactè secundum Hebraicam veritatem. Nam in recitato textu Hebræo nulla est nota interrogationis, quidquid dicat Lindanus [c], non tamen malè posita est in Latina vulgata editione, quia sensum magis exprimit. Et Paulus Burgensis ex Hebræo Christianus docet admiratiuè legi debere, quod est perinde ac si legatur cũ interrogatione. Ipse autẽ Hieronymus [d] hũc etiam locum explicat de Ecclesia, quæ *antequam parturiret, peperit* [e], quia breuissimo tempore coaluit. Oseriũ nõ possum approbare, declarãtem ita, vt Sion sit nominatiui casus, & sciscitetur Propheta, prælocutus de populis ad Ecclesiã aggregatis. numquid Sion dicet, hoc est, tanti facinoris laudem sibi impiè ac impudenter tribuet? nullo modo, sed ad illũ referet, qui nasci voluit in ea, quã, vt Deus condidit, *Nouum planè fecit Dominus super terrã, vt fœmina circũdaret virũ* [f], quod Cyrillus [g] vocat ænigma, ita vt alius propheta [h] quæreret, *quis eius enarraret generationẽ*; & Maria cogitaret qualis esset Angeli salutatio, & quæreret *quomodo fieret quod nuntiabat* [i]. Rursum legendo, *mater*, vt est in omnibus aliis psalteriis Latinis, itémq; in Arabico, Aethiopico, Illyrico, & apud Arnobium, Augustinũ, Tertullianũ [k], Ambrosium [l], Sotherem Papam [m], exponit Arnobius, quòd ipsa mater Sion dicet, id est, Ecclesia, quæ ibi incepit in prouincia Hebræorũ, id quod sequitur, *& conuersa Gentes discent ab ea*, nempe quòd homo Adã primus factus sit *ex terra in animam viuentem*, nuncalius homo nouissimus Adam natus sit ex Virgine in spiritu viuificante.

Secunda expositio Augustini, mater Sion mea est, dicet homo Christus secundùm carnem, sed talis homo, qui illam ipsam, in qua natus est, fundauit, & Altissimus Deus est. Tertia Cassiodori. Sion, id est Synagoga, quæ mater est Ecclesiæ, dicet, quod Christus tãtùm est homo: sed hic idem homo in ea natus est Altissimus Deus, eãque fundauit. Quarta Hesychij [n] de Maria, quæ Virgo est: ac mater, & post partum filij, qui ipsam fundauit, & creauit, sigillum Virginitatis in ea permansit.

n de vocat. Gent.c 3. o de Nat. Domini c.6. p serm.13.de tempo.c.2.

a lib. de humana nat. suscepta.
b 4. Biblioth.
c 3. de opt. genere interpr. c.13.
d in Esa c.66. Loci huius explanatio de Ecclesia.
e Esa.66.7.
f Iere. 31.22.
g de fide ad Reginas.
h Esa.53 8.
i Luc.1.34.
k 4 contra Marcionem c.13. l orat. de obitu fratris, & 3. de fide c.2.
m Epist.1.
n hom.1. de S. Deipara.

Idem

Idem alios antea retulit dixisse de eadem sub nomine *ciuitatis*. Innuit id etiam Athanasius [a], & Bernardus [b]. Tunc autem sic exponendum esset: mater Sion dicet homo, id est, homo vocabit matrem in Sion, & in Hebræo populo, & hic homo natus est in ea, seu conceptus, scilicet in Maria, & ex ea genitus. Eodem pacto Augustinus [c] quodam sermone prædictum hic ait, quòd sibi Christus, antequam nasceretur, & vterum de quo nasceretur, & ciuitatē, in qua nasceretur, & diem in qua nasceretur, elegit, qui & ipse condiderit quod elegit. Nicetas Choniata [d] hoc testimonium cum aliis profert de prædicta Incarnatione Verbi per prophetas. Credo L x x. *matrem* legisse habita ratione sententiæ, ob respectum nati ad eā, quæ genuit; Vulgatum, numquid, vt exprimeret rem admirabilem & paradoxam, nempe tantum numerū ad Ecclesiam confluentium: sicut eadem de re scribens Esaias [e] exclamat interrogādo, *Quis audiuit vnquam talem & quis vidit huic simile? numquid parturiet terra in die vna? aut parietur gens simul, quia parturiuit & peperit Sion filios suos: numquid ego qui alios parere facio*, (hic est Altissimus fundator, vt eum vocat propheta noster) *ipse non pariam*, dicit Dominus? *Si ego, qui generationem cæteris tribuo, sterilis ero, ait Dominus Deus tuus?* Comparat ibidem Hieronymus hunc nostrum locū cū illo. Non intelligo quid in mētem venerit Agellio dicere legisse L x x. pro (ו) *vau in* לציון *leision*, literam (ה) *he*, quæ denotat interrogationem, ac vertisse, *nūquid Sion*: cùm adeò constanter extet in omnibus codicibus illorum, & apud tam multos Græcos ac Latinos auctores μητερ, & *mater*. Salmeroni [f] etiā non assentior, corruptū locum esse nunc in L x x. quod & Lindanus [g] contēdit. In Nysseno [h] Latinè, quia Græcè non licuit, lego *numquid Sion*, &c. ita vt legisse oporteat μήτι, vel μὴ τις; explicat verò cessaturam exprobrationem, vt nemo amplius valeat dicere, *Numquid Sioni dicet homo, & homo natus est in ea*, hoc est, numquid ibi frequentia hominum est? immo verò est; quia, vt antè dictum est, ibi Rahab, Babylonij, alienigenæ Tyrij, Æthiopes. De particula *numquid* quòd sumi possit vel affirmatiuè, vel negatiuè, consule Riberam [i] nostrum.

Homo, & homo natus est in ea.] Hieronymus, & Isidorus [k], *vir, & vir*, etsi posteriori aliquando [l] legat dumtaxat *& vir*. Cætera Latina psalteria, & Ambrosius, Augustinus, Cassiodorus habent *factus*: sic etiam est in emendatis Græcis ἐγενήθη, & in translatione Theodotionis, & in V. & VI. editione. At versionē nostram Tertullianus [m] sequitur; licet quodam [n] etiam loco legat, *factus*, psalteriū Arabicum, & Æthiopicum, & in multis codicibus Græcis est ἐγεννήθη, & ita videntur legisse Athanasius [o], Basilius, Theodoretus, Euthymius, Nicephorus; hic γεννᾶται exprimit, Apollinarius, cuius est carmen,

καὶ γὰρ ἀγέζαλος καὶ ἀλαθὴς γένατο φωτὸς.
Etenim nobilem & verum genuit virum.

Priori versu exposuerat, quod qui primo loco ponitur *eius* in textu, diceret Sioni, mater mea es, & vocaret matrem Sionem.

μήτηρ τιμήσατ' ἀνὴρ Σιὼν πολίοιο.
Matrem honoratam vir Sionem vocabit.

Nisi dicas ibi suppleuisse nomen *vir*: hoc autem loco idem geminatum nomen declarasse illis epithetis nobilis, & vere. Illud primum reliqui Enarratores Græcos sequi cōperio, vt is ipse homo, qui vocaturus esset Sionem matrem, cōsiteretur quoque in eadē natum hominem, non simplicem, humilem, ac vilem, sed simul Altissimum, sed Deum, sed fundatorē loci, in quo natus esset, nempe totius Ecclesiæ, intra cuius terminos natus est, vt ait Euthymius & Nicephorus. Etsi quia in Bethlehem natus est, quæ subeerat metropoli Sioni, seu Ierusalem, posset hoc modo natus dici in Sione, aut Ierusalē. Vel quod Athanasius [a] obseruauit, *nasci in Sion*, non est prodire primùm in lucem, quod accidisse in Bethlehem probat ex Michea [b], sed φανερωθῆς *manifestari*. Sic nō semel nasci Scripturæ vsurpant, vt cùm *hodie genitum à Patre Filium*, seu *Christum* ratione resurrectionis dicitur, vt psalmo secundo vidimus. Sionē Ambrosius [c] poni vult pro Iudæa, Augustinus [d] pro populo Dei.

Non pauci præterea de Latinis primum nomen *Homo* iungunt verbo, *dicet*, *Numquid Sioni dicet homo*, aliquis nimirū, vagè & indefinitè, aut etiam multi. Angustius restringit Lyranus, & Aiguanus ad Ioannem Baptistā nomē primum *Hominis*, quia vocatus *homo missus a Deo* [e]: & prædicauit aduentū Christi, *perhibendo testimonium de lumine* [f]. Quod addit de Christo, quod in Sione, vt dixi, natus dicatur, plurimorū sententia est, tum Enarratorū omnium, præter paucos recentiores, tum aliorum Patrum, quos citaui: licèt Hieronymus alicubi [g] exponat etiam de homine regenerato in Ecclesia. Volunt recentiores Hebræa [h] phrasi איש ואיש *isch ve isch* per (*homo, & homo*) significari quemlibet hominem, multósque homines, quemadmodum apud Ezechielem [i], *Homo & homo de domo Israel*, & apud alios, *generatio, & generatio* [k], & quos Latinè legimus [l] *puteos multos*, Hebraicè dicuntur *putei, & putei*. Caietanus innui vult Hebræum, & Gentilē, qui ad eamdem pertineant Ecclesiam, non asciti, sed nati in ea per donum regenerationis. Arnobius Adam secundum ex primo regeneratum, vel hunc transeuntem in illum, sicut Origenes, & creditus Hieronymus, atque Chrysostomus [m] hominis exteriorem, & interiorem facient.

Verus profectò sensus, sed alter de Christo meritò præferēdus propter auctoritatem longè maiorem, secundùm quam facilius est primum nomen (*homo*) iungere verbo (*dicet*) eo quem prius dixi, modo. Nā durius sane à nonnullis [n] exponitur (*homo, & homo*) pro magno, insigni, principe, nec alio exemplo puto probari posse, quamuis איש איש *vir vir* seu *bonum bonum* significet *optimum*, & Apollinarius quem recitaui, explanet nobilem, & verum hominem, & Chaldæa paraphrasis, quam postea recitabo, de regibus Dauide, & Salomone. Non ita etiam placet exponere cum Lyrano, numquid Sioni dicet homo Christus, & homo idem Christus natus est in ea, & ipse fundauit eam Altissimus, vt scilicet suammet Incarnationem prædicet. De Maria sensus accommodatitius est ab Hugone, & Rickelio traditus, quæ Sion dicatur, quia ex Iudæis nata, & contemplatiua; numquid illa dicet corde, & ore de filio suo, homo purus est? quasi verò id creditura sit: omnino non id dicet, aut credet. Tunc loquatur Propheta, & homo natus est in ea, seu vir virtute perfectus, quamuis non mole corporis, *& circumdatus* [o] *ab ea*, & ipse fundauit eam Altissimus omni genere perfectionis. Sed redeundo ad magis receptam expositionem de Christo, Tertullianus [p] videtur legisse, *& homo factus in illa, & Deus homo natus est in ea*, nisi dicas adiecisse vt explanationem suam quod etsi præ se fert contra Marcionem, tamen contra Praxeam hic differte scribit; sed enim inueniamus

[a] Epist. ad Marcellinum. [b] serm. 3. de vigil. Natiu.
[c] serm 13 de temp. c. 2.
[d] 3. Thesau. c. 1.
Auctor vtriusque lectionis.
[e] c. 66. 8. 9.
[f] tomo 1 prologo 13.
[g] 3. de opt. genere interpr. c. 13.
[h] hom. 2. in Cant.
[i] in Abdiam. num. 30.
[k] de vocat. Gent. c. 1.
[l] de Nat. Domini c. 6.
[m] cōtra Praxeam c. 27. & 4. contra Marcionem c. 13.
[n] Michael Glycerius in Cant. c. 1. verbo. Sceptrum hoc loco. Bēzonius ibid.
[o] de salut. aduentu Christi, & Epist. ad Marcellinum. & q. 136. ad Antiochum.
[a] q. 136. ad Anton.
[b] c. 5. 2. Nasci in scripturis pro manifestari.
[c] de obitu fratris.
[d] 17. de Ciuit. c. 16.
[e] Ioan. 1. 6.
[f] ibid. 7.
[g] in Esa. c. 66.
[h] Hebraismus Hebræa, homo & homo, quasi gemina. i. Ribera etiā in Ioel. 2. i. c. 4. 4.
[k] ps. 144. 4. Ioel. 2. 2.
[l] Gen. 14. 10.
[m] hom. 23. in Gen.
[n] Sceptrum accommodatitium de B. Maria.
[o] sere. 31. 22.
[p] contra Praxeam. in fine. contra Marcion. c. 13.

illum directò, & Deum, & hominem expositum, ipso hoc psalmo suggerente, quoniam Deus homo natus est in illa, ædificauit eam voluntate Patris. Ambrosius [a] vim facit in participio (*factus*) quod alios multos legere monui, pro (*natus*) vt factus Christus dicatur quatenus homo, & secundùm corpus, natus, vt Deus, factus ex matre, natus ex Patre. Esaias [b], quem citat, potiùs ostendit nullum esse hoc discrimen: *puer natus est nobis, & filius datus est nobis*; explicat enim ipsemet Doctor, in puero nomè ætatis esse, in filio plenitudinem diuinitatis; constat verò *etatis* nomen conuenire Christo ratione solius humanitatis. Denique certum est passim de Christo, vt est homo, dici quòd *natus est* [c]; atque ita etiam profitemur in Symbolo Apostolico, tametsi de eodem vt Deus est, negemus in Constantinopolitano, seu Niceno, & Athanasij, factum esse, vel creatum, sed genitum. Lege Doctorem Angelicum [d]. Hebræum participij est יָלַד *iuliad natus*, sicut versu 4. atque vt ibidem notaui ἰγενήθη, potest idem valere quod ἰγεννήθη. Translatio Chaldæa sic habet; *Proinde Sion dictum est, David est rex Israelis, & Salomon filius eius educatus est iuxta eam*, vel, vt vertit Nebiensis, *& ad Sion dicetur, David rex, & Salomon filius eius unctus fuit in ea*. Typicè conueniunt ista Christo. Rupertus [e] subtiliter obseruat hoc mysterium non posse dici ab homine, id est, à terreno vel Iudæo, vel hæretico, &c. Sed hoc dicere, *deorum esse, & omnium filiorum excelsi* [f]: & idcirco hunc esse *thesaurum absconditum in agro* [g]. Addere potuit, quod Christus interrogauit, *Vos autem quem me esse dicitis?* cùm respondissent discipuli quid homines dicerent [h].

Et ipse fundauit eam Altissimus.] Hieronymus, & Isidorus, *excelsus*, de qua voce dixi Psalmo 82. & quo pacto inde Christi diuinitas probetur. Respondeant Ariani, ait hoc loco existimatus Hieronymus, quoniam dicunt Altissimum solum Patrem esse, ecce hic de Filio dicitur, *Et ipse fundauit eam Altissimus*. Non dixit, Filius Dei, qui *erat in principio apud Patrem*, sed quid dixit? *Homo natus est in ea, & ipse fundauit eam Altissimus*. Si autem Altissimus dicitur, quanto magis Verbum Dei? sic ille. Nescio vnde acceperit Tertullianus [i], quod legit, *Et ædificauit eam voluntate Patris*. Homo corpore, ait Ambrosius [k], Altissimus potestate, qui in ipsa ciuitate Sion factus est humillimus, inquit Isidorus [l], ipse est, qui fundauit eam excelsus, eumque supra se cœli, & Angeli suscipiunt. Fundasse autem, seu confirmasse, stabilisse, ordinasse, sumendo pro futuro, quod Hebraicè est præteritum, dicitur Sionem ciuitatem, Ecclesiam, matrem suam Mariam, vt constat ex iis, quæ priùs tractata sunt. *Virtus Altissimi obumbrauit* Mariæ [m]. Christus fundamentum, & fundator fundamentorum est Ecclesiæ, de quibus initio psalmi. Hæc verba paria facit Athanasius [n] cum illis, *In principio erat Verbum, & Deus erat Verbum, omnia per ipsum facta sunt*. Augustinus [p] Altissimum Deum Christum scribit, antequam in illa ciuitate, id est, in populo Dei per Mariam fieret homo: ipse in Patriarchis, & Prophetis fundauit eam; & quod [q] sic fundauit ciuitatem illam, in qua nasceretur, quomodo creauit matrem, de qua nasceretur. Cancellarius Parisiensis Gerseus [r] prè disputat, quomodo Dominus indicat lubens mansionem suam, sicut cùm interrogantibus vbi habitaret, respondit [s], *venite & videte*, & quòd triplex ipsi mansio est, mundus magnus, mundus parvus, qui est homo, Secretior thalamus & apotheca, qui est Virgo Maria, eiusve vterus, & quo pacto has mansiones fundauerit, sanctificauerit, dedicauerit. De Maria Dei Matre accommodatè vsurpantur illa verba, quasi ab ipsamet dicta [t]: *qui creauit me requieuit in tabernaculo meo*.

Vers. 6.] Dominus narrabit in scripturis populorum, & principum horum, qui fuerunt in ea.

QVod de propaganda tam latè dictum est Ecclesia, & illius conditore atque fundatore Christo, qui nasceretur visibilis, & cum hominibus conuersaretur, sed propter maiestatem, dignitatem, & sublimitatem à nullo homine posse comprehendi, aut verbis explicari, ait Dominum ipsum eumdem narraturum id & notum facturum, tum verò quod attinet ad ciues cœlestis ciuitatis conscriptos, tunc quando cunctos populos, & principes, ac eximios sanctitate viros in die iudicij, tanquam ex libro numerabit, recensebit, recitabit. *Capillos ipsos suorum numeratos* Christus dixit [b], *& nomina scripta in cœlis* [c], vt obseruauit Basilius, atque Theodoretus. *Firmum fundamentum Dei stat habens signaculum hoc: Cognouit Dominus, qui sunt eius* [d]. Turbam hanc nemo dinumerare potest [e], quod cùm conaretur noster Dauid, deprehendit *super arenam multiplicandos* [f].

Placet quoque multis, in quibus Euthymius est, atque Nicephorus, vt Christus ex diuinis Scripturis, quæ ad seipsum, & ad Ecclesiam pertinent, declaraturus, & probaturus sit: appellentur autem populorum scripturæ, & principum, quia Iudæis, & principibus eorum velut possessio propria traditæ, *eráque ipsorum testamentum, & legislatio* [g]. Christus quidem certè in Synagoga Esaiam interpretatus [h] est, crebróque adhibebat Scripturarum testimonia, & iubebat *eas seruari, quia testimonium perhiberent de ipso*, & asserebat *si crederent Mosi, creditures etiam ipsi, quoniam de ipso ille scripsit* [i], &c. Amplectitur etiam Augustinus, & alij, Noui Testamenti Scripturas conditas in gratiam populorum à principibus, quos constituit Dominus super omnem terram. Fauet Paraphrastis interpretatio (Domine in libro, in quo scriptę sunt computationes omnium populorum, hic rex generatus est ibi, aut iuxta Nebiensem, vnctus) nempe in libro Geneseos, vel Euangelij Matthæi, quod incipit à libro generationis, & Lucæ, qui etiam texit genealogiam Christi, vel in libro prędestinationis. Tertiò, alij [k] hoc referunt ad descriptionem orbis ab Imperatore Romano indicendam, in qua censeretur etiam Christus, vt factum narrat Lucas [l], & Tertullianus [m] ætate sua custoditum refert censum illum Augusti, testem fidelissimum Dominicæ natiuitatis. Quartò, Galatinus [n] vult has Scripturas populorum esse, quas Gentiles, quos ait semper intelligi nomine *populorum* plurali, condiderint, nimirum facti Christiani, de gestis, & miraculis Christi. Quintò, addit sanctas imagines, quæ in templis Christianorum ad institutionem populorum fieri solent, in quibus miracula Christi tum sectatorum eius literarum ignari iugiter legunt, quæ in codicibus sapientes lectitant. Gregorius [o] scribit quod legentibus Scripturam, hoc idioris præstare pictu-

a de obitu fratris & 3. de fide c. 2.

b c. 9. 6.

Nomen ætatis quo Christo conueniat.

c Matt. 1. 16. 20. c. 2. 1. 2 4. Luc. 1. 35. c. 2. 11. Io. 1. 8. 37.

d 1. p. q. 27. a. 6 & 7.

e 1 de glorificatione Trin. c. 3.

f Psal. 81. 6.

g Mat. 13. 44.

h c. 16. 15.

i 4. contra Marcionem. c. 13. & contra Praxeam. c. 27.

k de obitu fratris.

l de Nat. Domini c. 6.

m Luc. 1. 35.

n Epist. ad Marcellinū. o Ioan. 1. 1. p. 17. de Ciuit. c. 16.

q hoc loco.

r Ser. 184. Tom. 2. distinctione 10. recens.

s Ioan. 1. 39. Triplex Christi mansio.

t Ser. sui loci.

b Luc. 10. 20. c cap. 12. 7.

d 2. Tim. 2. 19.

e Apoc. 7. 9.

f Psal. 138. 18.

g Rom. 9. 4.

h Luc. 4. 17.

i Ioan. 5. 39. 46.

k Agellius. Saimeron tomo 3. tract. 3.

l c. 2. 1. in 4. contra Marcio.

m lib. 5. c. 6. Nomen populorum restringitur in scriptura Gentilis.

o lib. 9. Epist. ind. 9.

tum cernentibus; quia in ipsa etiam ignorantes vident quod sequi debeant, in ipsa legunt qui literas nesciunt [a], & quod dum nobis ipsa pictura quasi scriptura, ad memoriam Filium Dei reducit, animum nostrum aut de resurrectione lætificat, aut de passione demulcet, & quod [b] idcirco pictura in Ecclesiis adhibetur, vt hi qui literas nesciunt, saltem in parietibus videndo legant quę legere in codicibus non valent. Sextò idem Galatinus refert [c] ex R. Ioses filio Simon in midras thehillim, ac expositione præsentis loci, ex nationibus, & populis qui adducent munera regi Messiæ; Deum ascripturum eos cum Israel, & tales futuros, ac si nati in illa hora fuissent. Quod nonnulli applicant ad Magos, qui Christo munera attulerunt [d]. Septimò, declarat Genebrardus, quod in scriptis populorum, in quibus Deus, & Christus olim blasphemabatur, narrabit hæc quæ dicta sunt, hoc est, scripturas, libros, linguas etiam populorum conuertet in suam, & Ecclesiæ laudem, atque consecrabit sibi. Vltimò, Sixtus antea citatus insinuat Hebræorum expositionem, tantam fore multitudinem populorum in Ierusalem, vt solus Messias, in cuius scientia scriptus est omnium numerus Iudæorum, illam dinumerare valeat, vtpote qui natus in ea vrbe sit, vt ibi regnet semper, ac sine fine. Primi duo sensus meliores, cæteri magis accommodatitij, quàm literales, aut etiam commentitij, vt quos de suo Messia tradunt Hebræi.

Dominus narrabit.] Hieronymus in editione Treueti, & Victorij, *numerauit*, licèt in Bibliis Regijs extet, *narrabit*. Isidorus aliquando [e], *narrabit*, interdum [f], *numerauit*. In psalterio Romano, & apud Arnobium, Augustinum, Cassiodorum, *narrauit*. Alij, *recensebit*. Hebræum verbum ספר *saphar* has omnes patitur significationes: διηγεῖσθαι autem non pertinet ad enumerationem, sed narrationem, commemorationem, rei expositionem; quo fit vt minùs probabilis sit tertius sensus de descriptione, & censu: ac etiam primus de enumeratione, si propriè quoque *narrandi* Latinum verbum spectemus. Quamuis verum sit in narratione contineri recensionem, ac enumerationem *Narrandi* verbo Lyranus innui notat, quod Christus nil erat ipse scripturus, sed tamen aliis, qui scriberent, inspiraturus.

In scripturis populorum.] Hieronymus, *scribens populos*. Isidorus eodem modo alicubi [g]: alibi [h], *populis*. Gallicanum psalterium, & Cassiodorus, *scripturas*. Psalterium Romanum, *populorum suorum*. In commentario crediti Hieronymi, & in textu Græco, *in scriptura τῶν γραφῶν*. V. Editio ἐν ἀπογραφῇ τῶν ἐθνῶν, *vt in descriptione nascatur*. Quæ translatio fauet nonnihil expositioni tertiæ de descriptione orbis, sub qua Christus natus est, sicut & Chaldæa paraphrasis, quam citaui prius. Docui autem etiam quas intelligere debeamus scripturas, in quibus Deus narrat, & loquitur, videlicet præcipuè quas appellamus diuinas, vtriusque Testamenti. Ex Hebræo בעמים *bicthibou*, reddi potest, vel *in scriptura*, vel *in scribere*, seu *in scribendo*, *cum scriberet*, *cùm scripserit*, *&c.* Idem ille auctor, quem dicunt Hieronymum, populorum scripturas ait vocari, quia populis omnibus leguntur, hoc est, vt omnes intelligant. Subdit, Plato scripsit in scriptura, sed non scripsit populis; vix enim intelligunt tres homines, &c. Videte quid dicat (explanans verba sequentia) *qui fuerunt*, non qui sunt, vt exceptis Apostolis, quodcumque aliud

A posteà dicetur, abscindatur, non habeat posteà auctoritatem. Quamuis ergo sanctus sit aliquis post Apostolos, quamuis diuersus sit, non habet auctoritatem. Rupertus [a] quod priore dictum est loco, videtur transcripsisse. Duo in his cauere: tum ne omnium populorum vtilitati propositam scripturam, ab omnibus pures marte ac studio proprio posse intelligi; vel conuenire, vt passim lectitetur ab omnibus: tum ne existimes, dummodo Apostolorum doctrinæ contraria non proponant, deesse aliis auctoritatem, qui scribunt de rebus diuinis, aut Doctores sancti, aut multo magis Pontifices, quos absque dubio certos nos oportet esse, si quid ad mores communes, fidémque pertinens definiant, nobis imponere necessitatem recipiendi, & credendi. Sed & parum probabiliter, & catholicè alioqui catholici loquuntur, qui asserunt solam Ecclesiam primam, & propriè Apostolicam consignare, & discernere scripturas Canonicas auctoritate ac iudicio suo potuisse. Vel primitiuam illam Ecclesiam in docendis fidei mysteriis maioris gratiæ, & auctoritatis, quàm quæ nunc est, fuisse, idque propter Apostolos. Id præsertim docent Durandus [b], Vvaldensis [c], Driedo [d], Gerson [e]. Citat Vvaldensis locum illum eius, qui creditur Hieronymus, appellans commentarium ipsius, minus Breuiarium. Eadem semper est, eritque auctoritas Ecclesiæ, ac planè certum est nonnullos libros longè post ætatem Apostolorum declaratos pro canonicis, de quibus priùs ambigebatur: &, si expediret, posse alios pro talibus nunc declarare, qui non habentur pro talibus. Quod verò attinet ad certitudinem, fidem, auctoritatem scripturarum, ea sine dubio est à Deo reuelante; sed per Ecclesiam quoque proponentem, vt Augustinus solet docere, diceréque se scripturæ non creditum, & euangelio, nisi Ecclesia id præciperet, Qua in re adhuc minùs cautè Gerson [f], locutus videtur; initio Ecclesiæ plus credendum fuisse auctoritati primorum discipulorum, qui nouiter & certitudinaliter à Christo edocti erant, quàm euangelio cuius antequam esset ab ea receptum vel auctorizatum: sed post approbationem & auctorizationem quatuor euangeliorum per dictam Ecclesiam, plus esse credendum euangelio, quàm alteri cuicumque humanæ auctoritati. Hoc non est verum nisi de auctoritate purè humana: alioquin, vt paulo antè dixi, par est adhuc eritque semper auctoritas in Ecclesia definiendi, atque proponendi quæ oportet, cui pari obligatione teneantur fideles credere, qua qui primis illis temporibus viuebant. Lege Thomam Stapletonum [g], & Melchiorem Canum [h]. Dictus toties sub Hieronymi nomine auctor negat solum recipiendos in canonicam auctoritatem libros alios, quàm qui ab Apostolis, vel Apostolicis viris conscripti sunt, quod attinet ad libros Noui Testamenti.

Cæterùm si quis in dubium ex iis veniat, vt venit sanè aliquando valde post diu, potest, vt & antea potuit, Ecclesia definire, quamuis nec definiuerit, nec definire possit recipi debere, quos reprobauit semel Apostolorum Ecclesia, siue ex Nouo siue ex Vetere quoque Testamento. Fatendum denique necessaria saluti ab Apostolis tum verbo, tum scripto tradita, ita vt deinceps nihil nouum propositum sit, sed magis declaratum. In quo sensu scripturas illorum licet appellare populorum, & maximè vniuersales, ac, si pla-

a lib. 7. ep. 54.

b lib. 1. ep. 109. *In Ecclesia quare pictura adhibeatur.*

c lib. 8. c. 3.

d Christopho. Sanctotisium in Matt. c. 2.

e de vocat. Gentium. c. 1. & de Nat. Domini c. 6.

Διηγεῖσθαι.

f de Nat. Domini c. 1. & de vocatione Gent. c. 3. 6.

a lib. 1. de glorificat. Trinit. c. 1.

Sensus scripturæ non est omnibus legendæ.

b 3. d. 24. q. 1.

c tomo 1. lib. 3. c. 10.

d 1. de Eccles. script. & dogmat. c. 3. ad 1. & lib. 4. c. 4.

e 3. p. de vita spirit. animæ. lect. 2. Coral. 7. littera R.

f 1. p. Conf. 5.

g 9. de princ. fidei 11. & 3. 14. h 2. de locis theol. c. 7.

cet, Catholicas, quod nomen Epistolis aliorum, præter Paulum, Apostolorum, tributum est, vt docui in commentario Epistolarum Ioannis, & Petri: & huc etiam illud quod Abacuc [a] prophetæ dictum est, aptari potest; *Scribe visum, & explana eum super tabulas, vt percurrat qui legerit eum.* De scriptura populorum lege Sixtum Senensem [b], qui falli videtur, accipiens vt per se distinctum librum ab aliis.

Et principum horum, qui fuerunt in ea.] Hieronymus, & Isidorus [c], *iste natus est ibi.* Chaldaicè, *hic rex generatus est*; & explicant alij Hebræa זֶה יֻלַּד שָׁם *Zeh nullad-scham*, *iste videlicet insignis vir, natus est ibi*, quem Paraphrastes quidem intelligit Dauidem, & Salomonem; sed sub eo typo Christus intelligi potest natus in Sion, vt priùs dixi: quia Bethlehē, vbi & Dauid natus est, erat sub metropoli Sion, siue Ierusalem. Exponi potest præterea de hoc, & illo, & quolibet natò seu renato in Ecclesia, qui maximo honori, glorięque ducet annumerari inter Ecclesiæ filios, & Christi seruos. Tale illud apud Esaiam [d], *Iste dicet, Domini ego sum; & ille vocabit in nomine Iacob, & hic scribet manu sua Domino, & in nomine Israel assimilabitur*, id est, cognominabitur, & cognominabit se, & nomen dabit Christo, & computabitur inter Christianos, qui sunt secundùm spiritum, populus Israel, & Iacob. Addunt Hieronymus (sed non Isidorus) & alij Hebraizantes atque Paraphrastes, propter סֶלָה *selah*, *semper*, vel *in æternum*, quod quidam aliter explicat vt aliàs dixi. Græcè est ᾠδὴ ψαλμοῦ. Cæterùm oportet Lxx. ex sequente versu transtulisse huc quod habetur Hebraicè וְשָׁרִים, & legisse cum puncto in sinistro cornu literæ שָׂרִים *sarim*, quod significat *principes*, in dextro enim *cantores* valet. Tum verò iidem interpretes, verso singulari in pluralem numerum, *iste natus est in ea*, per, *isti nati sunt*, vel *fuerunt in ea*, & iungendo vtrisque tum populis, tum principibus, & supplendo relatiuum pronomen qui, אֲשֶׁר, Hebraicè אֲשֶׁר *ascer*, transtulerunt, *populorum, & principum horum, qui fuerunt in ea*, quod aliter dicere potuerunt, *ibi*, aut, *illic*: sed innuere magis voluerunt ciuitatem Sion, pronomine illo fœminino. Parum autem refert, quòd verterint, *fuerunt*, pro *nati sunt*, quæ est significatio participij singularis יֻלַּד *nullad*, prout vidimus versu 4. & 5. in quibus erat idem participium, & in multis codicibus Græcis ἐγεννήθησαν, & ἐγενήθη, aut priore loco ἐγεννήθησαν, hic participium γεγεννημένος, quod *natos* significat, & transferri potuit, vt legit Augustinus, *facti sunt*. De principibus qui sint, dictum iam antea, sunt nempe Apostoli, & Apostolici scriptores sacri.

Extendi etiam potest nomen ad alios prædicatores, & prælatos vel insignes sanctitate. [e] *Qui bene præsunt, duplici honore digni sunt*, à Deo autem etiam peculiari modo in vitæ ac remunerationis libro describuntur, & suo tempore narrabuntur, atque recensebuntur. Augustinus factos principes notat Apostolos in Ecclesia, qui erant priùs piscatores, aut publicani: alios item de sæculo conuersos principes ad Vrbem Romam venientes, non iuisse ad templum Imperatoris, sed ad memoriam piscatoris: magnam hanc rem esse, magnum gaudium, magnam lætitiam, postea venisse & oratores, sed venturos non fuisse, nisi precederent piscatores: deinde, *abiecta, infirma, ignobilia mundi Deum elegisse* [f], *& suscitasse de terra inopem, de stercore erexisse pauperem, vt collocaret eos cum principibus populi sui, & constitueret principes super omnem terram* [g], *& nunus confortaret principatum eorum* [b]. Non placet mihi Iacobus Iansonius, *scripturas populorum* esse vulgarium prophetarum vt Amos, Oseæ, & similium: *principum* autem eorum, qui inter eos principem locum tenerent, qualis Dauid, Salomon, Esaias. Satis impropriè prophetas minùs excellentes, vocat *populos*: nec si populares vocaret, id ei libenter concederem. Postremò, *principes* pro prophetis cantorum Agellius poni putat. Sequenti versu id expendemus. Hîc duo disputari possent; quare nihil scribere voluerit Deus, & scripturæ quanta vtilitas, præsertim sacræ. Non difficilis responsio, nec nunc est afferenda, ne diutiùs morer.

a cap. 2. Bibliothec. 4. verbo, Populorum scriptura.

b dc nat Dom. c. 6. de voc. G. c. 3.

c Psal. 44. 5.

e 1. Tim. 5. 17.

f 1. Cor. 1. 27. 28.

g Psal. 112. 7. 8.

a cap. 44. 17. b cap. 138. 17. *Imo oracula eorum.*

Vers. 7.] Sicut lætantium omnium habitatio est in te.

Sensus loci.

LAudat ad extremum, repetita ad ipsam apostrophe, Sionem ciuitatem, quòd licèt ciuium eius futura multitudo tanta sit, nulla tamen discordia, nulla discrepantia, nulla quasi dissonantia, tumultúsve inconditus, nulla querimonia, lis, rixa, contério, nulla mœstitia, angor, molestia, sed vna habitantium lætissima consociatio, festiuissimáque consuetudo, qualis præ nimio gaudio celebrantium inter se conuiuia, & choros ducentium, & agitantium tripudia. Hoc quidem spirituale gaudium ciuibus Ecclesię, qui sint tales, non numero solùm, sed merito, continget in hac etiã vita, velut proximus post charitatem, *Spiritus sancti fructus* [c], at multò magis absque vlla comparatione hinc ad futuræ statum vitæ, patriámque translatis cœlestem. Ciuitas Ierusalem, ciusque templum, de quibus primò videtur, ac simpliciore sensu Propheta in psalmo loqui, harum aliarum rerum sunt typus, vel etiam Christi, & corporis ipsius, in quo & tuti, & læti sumus: atque sub eiusdem quasi vmbra laudes ei alacriter concinimus. Translationes ex Hebræo alios pariunt explicatus, de quibus mox videro. Ad B. quoque Virginem transfert Ecclesia sententiam istam ita canens, *Sicut lætantium omnium habitatio est in te sancta Dei genitrix.*

c Galat. 5. 22

Sicut lætantium omnium habitatio est in te.] Hieronymus, & *cantores quasi in choris, omnes fontes mei in te.* Sed in editione Fabri, & Victorij, *& cantabunt quasi in choris, omnes fontes mei in te*; apud Treuetum, *fontes*. Vbi sine dubio error est legere, *fortes*, licut psalmo 41. [d] *fontem* pro *fortem*. Hebræa enim vox de qua paulo post, nullo modo *fortem* significat, quod notauit etiam idem Treuetus, & postea Titelmanus. Alij, *& cantores, vt tibicines*, vel, *choraules*, vel, *choream ducentes*, vel, *tripudiantes*, vel, *canentes in tibiis*, vel, *parturientes*, vel, *mulieres*, vel, *viscera, omnes fontes mei in te*, vel, *scaturigines*, vel, *modulationes*, vel, *aspectus*, seu, *conspectus oculorum*, seu, *cogitationes, ac studia, & contemplationes & prouidentia.* Chaldaicè, *& dicant cantica in choris, omnes species laudis super sacrificia dicuntur in medio tui.* Aut ex versione Nebiensis, *& dicent cantum cum choris, omnes species laudis super sacrificia dicentur in medio tui.* Explicat Hieronymum Treuetus legens, *fortes*, quòd populus cantabit quasi in choris, id est, communiter, & iocundè, sicut quod cantatur à choro, & hoc est quod cantabunt veluti canticum in Dei prolatum persona, *omnes fortes mei in te*, id est, omnes viti, quos ego fortes

d vers. 2.

facio,

factio, sunt in te, ô Sion: ego dorsum tuum, ô Sion, multitudine virorum fortium. Admonet nihilominus etiam, vt dixi, secundùm peritos, Hebræum vocabulum non significare *fontes*, sed *fontes*, & esse sensum, omnes fontes mei in te, hoc est, origines omnium bonorum, quæ sunt à me, sunt in te; de omnibus bonis, quę facio hominibus, principalis copia est in te. Quasi diceret, *Ego vena aquarum viuentium, fonsq; vitæ* [a], à me *omne datum optimum, & omne donum perfectum* [b]. Vel possunt esse verba ipsiusmet Sion, & Ecclesiæ gratulantis, & gratias agentis Deo. Hebræa sunt hæc, ascribendo huic versui id quod in priore legebamus. *& principum, וְשָׂרִים כֹּח לִלַּיִם כֹּל־מַעְיַנַי בָּךְ vescuarum chechelelim mabbhianai bach.* Vbi, quod antea notaui, prima vox, cui prælegitur litera seruilis (ו) *vau* nota coniunctionis cum sceua, nunc notata puncto in dextro cornu, *cantores* propriè significat, *eosq; qui cantant*, vel, *cantantes, qui sunt cantantes*, aut, *erunt cantantes, cantabunq;*: quo vltimo modo transtulit Hieronymus apud eos, quos retuli. In altera voce primam literam seruilem item cum sceua legit idem Doctor ב *beth*, nempe בְּ *be*, quoniam exposuit per præpositionem *in*: iam verò est כְּ *che*, indicans, *sicut, quemadmodum*, eaq; similitudinem. Quod sequitur חֲלִלִים *cholelim* pro *tibicinibus*, & alij idem significantibus, multi sumunt; licet non proferant aliud exemplum. *Tibiam* חָלִיל *chalil* significat, & מָחוֹל *machol chorum, certum instrumenti musici genus*, seu, *canentium aut instrumenta pulsantium cœtum*. *Choros* Hieronymum reddidisse hoc loco dixi, & in quodam scholio Græco recitatur ᾠδὴ ἀδόντων χορῶν, *& canentes chori*, nempe canentium cœtus. Radix est חָלַל *chalal*, sed & à חיל *chol* possunt חוֹלְלִים *cholelim* in coniugatione poël exponi, *saltãtes*, seu, *tripudiantes*, atque etiam *parturientes*, aut, *parturire facientes*; quam vltimam notionem vidimus psalmo 28. [c] *Vox Domini præparantis ceruos* יְחוֹלֵל *iecholel* in futuro. Alienior est à vulgata nostra translatione, & à cæteris omnibus hæc postrema acceptio, quam solus, quod sciam, sequitur Caietanus, tametsi non abhorreant sensus à præcedentibus in toto ferè psalmo, de propagandis ciuibus Sion, id est, Ecclesiæ. Huc referens nomen præcedentis versus, sed interpretans *principes*, quemadmodum editio nostra vulgata, & sententiam totam sic transferens, *& principes sicut parturientes*, videlicet *erunt*, explicat quòd principes Ecclesiæ, Apostoli, & alij similes, tanta erunt sanctitate præditi, vt quod de seipso scripsit Paulus [d], alios parturiant, *donec formetur in eis Christus*.

Propiùs accedit aliorum interpretatio ad sensum editionis nostræ, vt *parturientes* pro mulieribus, quarum est parturire, accipiendo, sit sensus, quòd cantores sicut mulieres, id est, tã viri, quàm mulieres, laudent ciuitatem Sion, & Ecclesiam, aut adeò suauiter, quàm solẽt mulieres. Plures ex Hebræo conuertunt, *sicut tibicines*, aut quid tale, declarántque tam facilè inueniendos in Sion, seu in Ierusalem, & in Ecclesia præcones diuinarum laudum, quàm in aliis regionibus reperiuntur tibicines, quos חֲלִלִים *cholelim* vocatos volũt, quasi prophanos & publicis atque prophanis lætitiis seruientes; quia est etiam חָלַל *chalal* prophanari. Concordat ista plurium Hebraizantium explanatio cum translatione nostrã, *sicut lætantium*, quemadmodum & quod ex Paraphraste retuli de dicentibus Cantica, vel cantum in chotis, aut cum choris. Nam *lætantes* omnia ista comprehendunt, & ὑχραιέρχοντες, quos etiam vocare possis *epulantes*, prout alibi [f] transtulerunt interpres Latinos. Legit Augustinus, *tanquam inundantium omnium*. Psalterium Romanum, Arnobius, Cassiodorus, *sicut lætantium omnium nostrum*. Gallicanum psalterium, *sicut lætantibus omnibus nobis*. Aliud nomen quod facit difficultatem est מַעְיַנַי *mabbhianai*, ante quod est כֹּל *chol* significans *omnes*. Legerunt qui *fontes* vertunt hoc modo à singulari מַעְיָן *mabbhian*, quod extat in psalmo 113. [a] *Qui conuertit rupem in fontes aquarum*. Hebraicè cum paragogico redundante, & in singulari לְמַעְיָנִי *lemabbhiano*, & radix est עַיִן *hinain oculus*, & *fons*. Vt autem significat *oculum*, alij exponunt nomen huius loci *aspectus, cogitationes*, & his synonyma, ita vt significare velit Dauid, vt R. Kimhi docet, omnes aspectus spei suæ, cogitationes, studia collocata, siue in Deum, siue in ciuitatem Sionem. Hoc sibi volunt qui *viscera* verti putant posse [b], sed tunc esset מְעַיִם *mebhaim*. Idem est si *fontes* dicas, qualique venas ingenij, ita vt Poëta iubeat ita cani de Sione per apostrophem, sicut alij prophani poëtæ carminibus se suis aliquem celebraturos profitentur. Eodémq; spectat notio pro *modulationibus*, sed à themate עָנָה *hhanah*, quod inter alia multa, significat *canere*, tametsi inde deriuari nominis in hac significatione nullum reperiam exemplum, nisi facta nonnulla literarum permutabilium mutatione, dicas מַעֲנֶה *mabbaneh*, *responsionis* nomen, *reciprocum* quoque *carmen* atque *modulationem* significare posse. Non sunt hæc tam violenta, & inepta, quàm esse Genebrardus contendit. Melius, & aptius quod secundo loco nuper ex Treueto retuli. Nec spernendi qui *fontes* pro perenni successione canentium laudes Dei ore, instrumentóque musico ex Leuitico genere, & in Ecclesia, hisipsis modis, & per prædicationem [c]. Paraphrastes, quẽ citaui, visus est in fontibus fluentem veluti hymnũ, carménque intellexisse. Placet id maximè Agellio, & confirmat ex Esaia [d], *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris, & dicetis in illa die, Confitemini Domino*, &c. id est, carmine perpetuo Deum de accepta salute laudabitis. Profert præterea ex Cantico Debboræ [e], quod Hebraicè legitur מִקֹּל מְחַצְּצִים בֵּין מִשְׁאָבִים *miqol mechatstsetsim bein mishabbim*; & Græcè vertitur in emendatis Bibliis ἀπὸ φωνῆς ἀνακρουμένων ἀνὰ μέσον ὑδρευομένων: quod in alus est φωνὴ ἀνακρουομένων ἀνὰ μέσον ὑφαντευομένων, ab Interprete nostro, *vbi collisi sunt currus, & hostium suffocatus est exercitus*. Sed ad verbum Hebræa sic reddenda essent, *à voce diuidentium inter haurientes*; Græca, *à voce præcinentium*, aut *pulsantium instrumenta musica inter aquantes*, seu, *haurientes aquam*, quos alia versio Græca vocat ὑφαινόντων μέσον *lætantes*. Vnde colligit, figuratè loquendo idem esse haurire, quod canere, ac idcirco nil mirum esse, si *fons*, ex quo haurit præcentor, dicatur carmen, quod repetunt haurientes: præcentores autem esse, qui paulo antè vocati sunt principes, quemadmodũ & psalmo 67. [f] *præuenerunt principes cantores psallentibus*: tandem hos hic dici similes lętantibus, id est, *vineam* recèns *plantatam* primùm vindemiantibus magno cum lusu, & lætitia [g]: & id maximè conuenire templo Christiano, ad quod confluũt populi, & incipientibus principibus, ac præpositis Ecclesię resonare quoque illos in Dei laudes, illo vino ex Christi vite hausto, quod *lætificat cor hominis* [h]: atque carmen Eucharistiæ concrepare, *dum illud vitis genimen nouum bibit in regno Patris sui* [i]. Possemus id confirmare ex prophanæ formulis poëseos, in qua musæ, nymphæ, lymphæ ab

a Iere. 2. 13. c. 17. 13.
b Iacobi 1. 17.
c vers. 9.
d Galat. 4. 19.
f pſ. 67. 26.
a vers. 8.
b Blasius Vigas in Apo. c. 9. Cómen. 2. Sect. 4 n. 5.
Per fontes quid intelligatur.
c Agellius refert.
d c. 12. 3.
e Iudic. 5. 11
Fons quemodo dicatur carmen.
f vers. 26.
g Deut. 20. 6.
h pſ. 103. 15.
i Matt. 26. 29.

aquis

aquis & fontibus denominatæ, carminibus præesse dicuntur, & de Homero Manilius cecinit [a].

a 2. Astron.

—Cuius de gurgite vino
Omnis posteritas latices in carmina duxit.
Annemij, in tenues ausa est deducere riuos,
Vnius fœcunda bonis.

Sed negari non potest subtilem alioqui Agellij explanationem, non æquè solidam esse. Nullus profectò vnquam dixit haurire aquas de fontibus Saluatoris, esse carmine perpetuo Deum laudare de accepta salute, sed ipsam hausti onem omnes volunt ad aquam salutis pertinere, non autē ad fontem, veniámve laudatorij carminis. Cantici quoque Debboræ sensus est etiam iuxta lectionem Hebræam, & Græcam, post victoriam tantam populo allatam securitatem, libertatem, otia, vt vbique narrari possent iustitiæ Domini, & clementia in fortes Israel, descendi ad portas, & obtinere principatus. Causam autē fuisse, quia vox diuidentium, seu taculatorum strepitus, qui erat impedimento, cessauit, & quotquot egrediebantur ad hauriendam aquam, cùm libentissimè id facerent, poterant Deum laudare, qui effecerat vt sine timore habitari posset in villis. Interpres huius effectus causam expressit, *vbi collisi sunt currus, & hostium suffocatus est exercitus.* Postremò, lætantes de vindemiatoribus præcisè interpretari nulla subest causa. At non dubito legisse Lxx. non מעונים *mahhanaim*, sed מעון *mahhon* sine (י) *iod* in fine, vel, si legerunt, illud aliud nomen, vt nunc est, permutatum, fuisse medium (ו) *cholem* in (י) *iod*. & prætermisisse eosdem interpretes affixum pronomen, quod indicat vltimum (ו) *iod*, & pro plurali reddidisse singularem. Facilius est affirmare irrepsisse vltimum, (ו) & lectum מעון *maihhon*, quod absque controuersia significat *domum præsidiam, munitam habitationem*, & aliquando propriè *Templum* [b]. Fortassis inde Galli mutuati sunt vocem *maison*, Hispani *meson* (sed hi pro taberna, & domo peregrinorum) Itali *magione*.

b 1. Reg. 2. 29. 38.

Ex dictis paulo quàm putaram fusiùs, sed tamen forsitan quam quis existimet, vtiliùs facilè percipitur, quàm feliciter sententiam Interpretes Lxx. expresserint. *Sicut lætantium omnium habitatio est in te*, ὡς εὐφραινομένων πάντων ἡ κατοικία σου. Nā cæteræ demum omnes ex Hebræo, aut Chaldæo expositiones eodem collimant, vt doceant magnitudinem lætitiæ in ciuitate Sion, & præsertim in Templo. Quare particula sicut, ὡς ἡ כ *che*, non minuit, sed potiùs rei veritatem declarat, quemadmodum ab Hugone animaduersum est, & ab Aiguano. Euthymius verò, & Nicephorus aiunt, ὡς idem valere quod ὅτως *verè*, quod tamen non congruit dictæ Hebrææ particulæ כ *chen*, vt omnium qui habitent ibi, qui non sunt omnes, sed multi, vt notat idem Euthymius, (quamuis omnes, qui ibi inquam, habitant) lætitia sit quanta maxima dici potest, & quantam qui lætantur maximè percipiunt, nec satis mente concipi, aut explicari verbis queat. Quòd si ad spirituale transferamus gaudium, præcipuè beatorum, verè id vocat Petrus *inenarrabile* [c], & appellare possimus lætantium omnium lætitiam, id est, omnium cumulum lætitiarum, vt nullus vlla de causa lætetur in hoc mundo; vt non magis beatus honesta lætitia & diuina. Quamuis nomen *omnium* hoc loco non arbitrer cum participio lætantium iungi debere, Hebraicè namque præponi deberet,

ὡς τὸ πᾶν nomen hic non, sed veritatem rei declarat.

c 1. Epi. 1. 8.

non postponi, vt sit: sed significari quòd omnium habitatio erit sicut lætantium. Ibi habitatio vera, & firma, hic incolatus & peregrinatio. In peregrinatione ista conterimur, ait Augustinus, in habitatione peribit labor, & gemitus, trāseunt orationes, succedunt laudationes; non erit gemitus desiderantium, sed lætitia perfruentium, & totum negotium nostrum non erit nisi laudare Deum; & huic Deo, erimúsque hoc vno beati otioso negotio; denique tanquam, inquit, seu, sicut iucundatorum, aut lætantium habitatio dicitur, quia talis ibi erit iucunditas, qualem hîc nō nouimus, *nec in cor hominis ascendit* [a]. Excurrit ille, vt solet in commendationem patriæ cœlestis, & affectum piissimum erga eandem. Creditus Hieronymus notat in particula (*sicut*) quod in hoc sæculo non est certa, sed quasi lætitia, quia nec perfecta lætitia, ideóque in alio etiam psalmo [b] dici, *factis sumus sicut consolati*. Esaias [c] refert Deum dicentem, *Ecce ego creo Ierusalem exultationem, & populum eius gaudium, & exultabo in Ierusalem, & gaudebo in populo meo, & nō audietur in ea vltra vox fletus, & vox clamoris.* Ipsamet ciuitas cœlestis in abstracto gaudiū & exultatio est, immò Dominus ipse *gaudium* illius est, *in quod feruis bonis, & fidelibus introite* [d], *& hoc gaudium nemo tollet ab eis* [e], *quia illos nemo rapere potest de manu Domini sui* [f]. Rursum ipsemet Esaias [g], *Consolamini, consolamini*, ait, *Dominus Sion, gaudium, & lætitia inuenietur in ea, &c. Venient in Sion laudantes, & lætitia sempiterna super capita eorum, gaudium & lætitiam tenebunt, fugiet dolor, & gemitus.* Interim lætantur, *gaudentes in Domino iusti semper* [h], *spéq; gaudentes sunt* [i], *& secura mens bonæ conscientiæ, quasi iugis conuiuium illius est* [k], etiamsi lugeant, plorent, fleant, contristentur, *persecutionem patiantur* [l], donec *abstergat Deus omnem lacrymam ab oculis eorum*, omnem auferendo luctū, ac dolorem [m]. Gaudium nunc est ob remissionem peccatorum, cum Deo reconciliationem, regenerationem, ac adoptionem in filios Dei, pacem conscientiæ, similitudinem cum Christo in tolerandis tribulationibus, spem æternæ vitæ.

a 1. Cor. 2. 9.

b ps. 125. 1. cc. 65. 18. 19.

c Ioan. 16. 22. d Matt. 25. 21. 23.

e Ioan. 16. 22.

f Is. 43. 13.

g Is. 51. 3. 11.

h ps. 31. 11. Philip. 4. 4. 1 Reg. 12. 12.

i Prou. 15. 15

k Matt. 5. 10. Iac. 1. 2. 1. Pet. 3. 14.

l Apo. 7. 17.

m

De B. Virgine, quòd in ea, & ad eam confugientium sit lætitia Hugo demonstrat, probátque testimonio Ecclesiæ cantantis, vt iam non semel retuli; *Sicut lætantium omnium habitatio est in te S. Dei genitrix*, & quoniam illi meliùs quàm Iudith [n], conuenit, vt cognominetur *gloria Ierusalem, lætitia Israel, honorificentia populi*. Quemadmodum Deus, vt paulo antè dixi, vocatur abstractè gaudium nostrum, quia *complet beatos lætitia cum vultu suo* [o], & efficiens causa est non obiectiua tantùm, eiusdem lætitiæ, gaudiique; ita quodammodo recipara dici lætitia, & gaudium nostrum potest, quia cōsequēdæ nobis beatitudini merita ipsius, & intercessio plurimùm conferunt, & non exigua pars accidentariæ beatitudinis erit, oculis corporis illam cernere. In illa iuxta translationes alias, licet affirmare omnes gratiarum fontes fuisse, omnes item cogitationes Dei, quia quidquid cogitabat, Deus, aut ad Deum spectans, & relatum erat ipsa etiam Dei viscera, quoniam vnicè amabat Deum, amabatúrque ab ipso, & suis visceribus viscera Dei, hoc est Filium illius continuit. Sed & Cantores quasi in chotis de eadem posiumus interpretari, continentes inter se virtutes omnes, ac nihil sibi, vt in alijs contigit Sanctis, ab hostium timentes incursibus; sed quasi depositis armis, pæana cantantes in laudem Dei, quos in pacifica sua *Sulamue* pacificos item Salomon ipsorum *choros castrorum vnitos se* cecinit [p].

n c. 15. 10.

o ps. 15. 10. Gaudij tanta ratio est, quia ipsa summa beatitudo Deus.

p Cant. 7. 1.

PSALMVS OCTOGESIMVS SEPTIMVS.

Canticum Psalmi.

1 Filiis Core, in finem, pro Maheleth ad respondendum, intellectus Eman Ezrahitæ.

2 DOmine Deus salutis meæ: in die clamaui, & nocte coram te.
3 Intret in conspectu tuo oratio mea: inclina aurem tuam ad precem meam:
4 Quia repleta est malis anima mea: & vita mea inferno appropinquauit.
5 Æstimatus sum cum descendentibus in lacum: factus sum sicut homo sine adiutorio, 6 inter mortuos liber,
Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius: & ipsi de manu tua repulsi sunt.
7 Posuerunt me in lacu inferiori: in tenebrosis, & in vmbra mortis.
8 Super me confirmatus est furor tuus: & omnes fluctus tuos induxisti super me.
9 Longè fecisti notos meos à me: posuerunt me abominationem sibi.
Traditus sum, & non egrediebar: 10 oculi mei languerunt præ inopia.
Clamaui ad te Domine tota die: expandi ad te manus meas.
11 Numquid mortuis facies mirabilia: aut medici suscitabunt, & confitebuntur tibi?
12 Numquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam, & veritatem tuam in perditione?
13 Numquid cognoscētur in tenebris mirabilia tua: & iustitia tua in terra oblionis?
14 Et ego ad te Domine clamaui: & manè oratio mea præueniet te.
15 Vt quid Domine repellis orationem meam: auertis faciem tuam à me?
16 Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea: exaltatus autem, humiliatus sum & conturbatus.
17 In me transierunt iræ tuæ: & terrores tui conturbauerunt me.
18 Circumdederunt me sicut aqua tota die: circumdederunt me simul.
19 Elongasti à me amicum, & proximum: & notos meos à miseria.

Titulus, & Argumentum.

Vers. 1.] Filiis Core, in finem, pro Maheleth ad respondendum, intellectus Eman Ezrahitæ.

Titulum incognitum.

EGENT in titulo declaratione, *pro Maheleth, & ad respondēdum, & Eman Ezrahitæ*, quia de reliquis dictum alias. R. Kimhi fatetur incognitum esse titulum istum. Conandum nobis tamen quàm verisimillima proferre. *Maheleth* scribunt alij absque aspiratione *Maeleth*, quomodo & Græci μαιλὲθ, sed Hebraicè est מחלת *Machaluth*. In psalmi tamen 52. titulo, vbi est eadem vox Hebræa, & Græca, Latina est *Maeleth*. Inde petenda quæ huc spectant. Vtrobique variant eodem ferè modo interpretationes. Conueniunt plures de Græcis, atque Hieronymus, vt significet *chorum*, vel *choream*, vel *tripudium*. Chorum quoque Latini alij exponunt Augustinus, Cassiodorus, Bruno vterque, Haimo, Hugo, & alij: sed legunt *Melech*. Remigius autem *Maeleth*, Rickelius *Maheleth*: & in textu eius qui notatur nomine Hieronymi auctor commentarij, *Mahalath*, quæ terminatio propiùs accedit ad Hebræam. In Arnobio est *Maleth*, quod interpretatur *destitutum*, sicut *Eman pauperem*. Agellius, qui psalm. 52. corruptam sine dubio lectionem secutus fuerat *Amalech*, & nihil eo loci dixerat, hic *Maheleth* refert *infirmitatem* significare, vel quia populus in captiuitate tāquam infirmus esset, & in isto psalmo medici opem quæreret; vel quod animo, corporeve cantoris ægre esset, multaque sint hic quæ conueniant ægrotanti. Meminit aliarum opinionum de modulo cantilenæ inchoatæ à Maheleth, ad cuius instar psalmus iste cani deberet; de instrumento musico sic appellato, quod interdum vocāt Lxx. *chorum* (id Genebrardus, quia significat *infirmitatem*, lugubribus accommodatum dicit, quæ ratio non valde congruit titulo psalmi 52.) de choro, vt significat *cœtum ludentium*, aut *canentium*. Placet iudicium ipsius, vt sit vltima sententia melior, quia Symmachus vertit ἐπὶ χορῶν, *per chorum*, vel, διχόρου, *duplicis chori*. Aquila ὑπὲρ χορείας, *super choream*; deinde, quoniam sequentia verba *ad respondendum*, indicant præcinentes & succinentes, minimè probabilis translatio Felicis (*super hæreditatem.*)

Varia opiniones de voce Maheleth.

ut autem. Lege dicta in titulo psalmi 54. Iam verò, *ad respondendum*, pro quo Hieronymo vertit, *ad præcinendum*, alij *ad canendum*, aut *Laudãdum* Chaldaicè, *ad Laudandum pro oratione*, *ad canendum pro intellectu bono* (hoc respondet nomini *intellectus*, quod habetur in titulo) significat alternis Choris cantandum psalmum fuisse, eo modo, quo in historia Machabæorum [a] Ionatha inchoante respondisse cæteri scribuntur. Exponunt alij, vt R. Kimhi, Caietanus, Felix, &c. לַעֲנוֹת *lehhannoth*, *ad affligendum*, aut, *humiliandum*, aut, *de afflictione*, aut, *super afflictionem*, nonnulli [b], *ad migrandum*, vel, *manusuefaciendum*. Verbum ענה *hhanah* inter multas significationes, habet etiam illas, quas retulimus. Sed meritò præferenda est hic illa, quam tradiderunt Lxx & Editio vulgata sequitur. Ezechias vim patiens petebat à Deo, *Responde pro me* [c], in hoc psalmo præparata est forma verborum, qua peccatis pressus dum à Deo vocatur, ipsi respondere valeat.

Vltimo loco ponitur *Eman Ezrahita*, Græcè αἰμὰν τοῦ ἰσραλίτη, *Æman Israelita*. In psalterio Romano, & Gallicano *Eman Israëlita*, & apud Lombardum citantur codices habentes αἰβὰν τοῦ ἰσραλίτη, quod quid sibi velit, ignoro. Latini quoque legunt *Eman Israëlita*, præter eum, qui dicitur Hieronymus, auctor commentarij, & Lyranum, Remigium, qui *Heman Ezrahita*, quamuis in ipso commentario hîc *Israelitam* legat, & *Iezraëlitam*, cuius vltimi nominis notionem ait esse, orientalis aduena. Paraphrastes pro *Esrahita* ponit נַצִּיחָא *natsiha*, quod significat *indigenam*. Id contrarium est coniecturæ Euthymij, de qua meminimus, Heman cognominatum Israëlitam ad differentiam ab alienigenis, qui vocarentur eodem nomine. Denique Rickelius refert aliquos legere *Iesraitam*. Tanta est vnius nominis corruptio. Nomen primum Latinè etiã scriptum reperio, nunc aspiratè, nunc absque aspiratione. Recta scribendi ratio esset *Haman*, quia Hebraicè est הֵימָן *Heman*. Monet Euthymius alios legisse *Etham Israëlita*, quod lego etiam in Bibliis editis Basileæ, & Argentorati. Heman autem Israëlitam vocat docet, atque post eum Nicephorus, non quòd alij cantores non essent Israëlitæ, sed quoniam alij fortassis alienigenæ nomine vocabantur eodem, vel tale illi, vt & Ethan, de quo mox, erat cognomen. *Ethan* in titulo psalmi sequentis cognominatur *Ezrahita*, & in historia Regum [d] vbi laudatur à sapientia cum *Heman*, & *Chalcol*, & *Darda*, dicunturque omnes *filij Mahol*. In Paralipomenis [e] iidem illi vocantur *Zara* adiecto *Zamri*, sed pro *Dorda Dara* nominatur דָּרְדַּע *Darahh*, pro דַּרְדַּע *Dardahh*, & præter *Zara* וְזֶרַח *Zerach*, vnde patronymicum אזרחי *Ezrachi*, *Ezrahita*, vel, *Ezrachita*, vt scribunt aliqui aspirata vocabula Latinè, verbi gratia michi, michil, &c. quod communicari posset omnibus quinque filijs, quamuis, vt dixi, soli Ethan tribuatur in 3. Regum, citato; & in titulo psalmi sequentis: dicto autem loco Paralipomenon nulli, nec Ethan quidem. Cùm verò in illo libro Regum, omisso Zamri, cæteri patrem habuisse scribantur Mahol, videri posset eumdem patrem nomine duplici appellatum. Genebrardus Hemam illum sapientem Samuelis nepotem facit, & principem cantorum *cum Asaph fratre* [f], de eo autem negat hic esse sermonem, sed cum Lyrano de alio, qui Zare filij Iuda, filius fuerit, aut alterius, qui floreret tempore exitus de Ægypto, à quo cognominetur Ezrahita, tãquam

A ducens à Zara originem, & hunc filius Core, quos constat sub Mose vixisse, dicate psalmum. Iam aliàs respondi, filios Core in psalmorum titulis, non qui Mosis viuerent ætate, sed cantores à Dauide constitutos, significare; quæ communior etiam hoc loco sententia est. Abulensis [a] existimat Heman, & Ethan eosdem esse, qui laudantur à sapientia in historia Regum, *& constituti* scribuntur *præfecti cantorum* in Paralipomenis. Sed in his libris nunc *Heman* appellatur *filius* [b] *Ioel filij Samuel*, Bedáque sentit hunc nostrum esse, qui filius est Ioel; nunc videns regis in sermonibus Dei [c]. Quomodo autem idem Heman filius dicatur Ioël, filij Samuelis, qui simul filius Mahol, & Zare, ille ipse, inquam, adeò sapiens & præfectus

B cantorum, Abulensis quoque sentit [d], non occurrit quid respondeam, quia licèt alicui tria interdum nomina sint, non tamen idem potest esse Samuel, & Iuda; & multo minùs potest idem esse de tribu Iuda, & Leui, nec præfecti cantorum erant exalia tribu quàm Leui. Caietanus, post alios Hebræos apud Lyranum, *Ezrahitam* nomen patriæ *Ezræ*, vult esse, sicut *Anathotites* Ieremias cognominabatur. Vatablus, & Sa, ante quos Græcum, quem credit Agellius, Eusebium, dicentem citat, id sibi traditum ab Hebræo quodam, quia

C Heman erat filius Ezræ. Alij quasi stirpem, & originem aliorum multorum, quia זֶרַח *Zarach orin* est. Nomen loci tale in Iudæa nullum reperio: nomen viri proprium Ezræ, vel Esdræ scribitur עֶזְרָה *hhezrah* [e], vel עֶזְרָא *hhezra* [f]. Hieronymus [g] per *Ethan* ait intelligi Abraham, per *Eman* Moysem, per *Chalchol* Ioseph, per *Darda* duodecim tribus, per *Mahol* Iacob. Secutus in ea re est traditiones Hebræas, non semper peritas, quia etymologiæ horum vocabulorum, quas affert, non sunt omnes veræ, nec scriptio orthographica in Eman, quod scribi debuit Heman, quod est Hebraicè הֵימָן *Heman*, vt antè dixi; ac proinde non significat *pactum*, qui deberet scribi, אֵמָן *eman*. Produntur in Chronico Hebræo quod Seder holam nominant [h], hi Ægyptij fuisse sapientissimi, Hebræos Iosephus [i], & cæteri faciũt,

D & plures asserunt Leuitas, atque cantores fuisse & aliqui, vt Abulensis, Lyranus, Basilius [k] Zanchius carminum peritos; ita vt qui psalmi gerant in titulo Ethan, vel Idithun, qui putatur idem, & Heman, sicut etiam Asaph, ab his compositi credantur. Cantores illos admitto, & cantorum præfectos, cõpositorem omnium psalmorum Dauidem vnum, quod alibi probaui, affirmo: qui fuerint illi, incompertum adhuc habeo, præsertim Hemam. Certe idem non est nomen cum Aman, vt Aiguanus credit. Agellium qui volet, audiat, τοῦ αἰμὰν ἰξαίτη in datiuo, denotare psalmum commendatum cuidam præfecto cantorum de stirpe Heman Ezrahitæ, non ipsimet Heman, eo

E pacto quo *Iouada princeps ipsi Aaroni* dictus [l] est Hebraicè, quod interpres vertit *de stirpe Aaron*. Probabilis coniectura. Nil autem notauit de Græca lectione, quæ habet ἰεραλίτη, cùm se illam tueri profiteatur, immò legit *Ezrahita*. Tandem circa titulũ volo te obseruare, Bedam Hieronymo tribuere, quæ cùm non extent in illo, qui nunc sub illius nomine circumfertur, argumento est hunc non esse verum Hieronymũ, quod sæpe admonui. Verba sunt hæc. Psalmus iste refertur ad fidem, & filijs Core præcinentibus, omnis in eamdem vocem respondit Chorus Eman Israëlitæ, sensu prudentiáque compositus. Nec tamen

ita

a 2. Mach. 1. 2.

b Galat. lib. 6. c. 1. 2.

c Isa. 38. 14.

d 3 R. 4. 31.

e 1. Paral. 2. 6.

f 2. Par. 6. 33. c. 15. 17. c. 25. 5. lib. 2. 5. 12 c. 35. 15.

a in 3. Reg. 4. post q 6. & 12 lib. 1. c. 6.

b 1. Par. 6. 33. c. 15. 17.

c c. 25 5.

d in 2. Par. c. 6. post q 7.

Cantorum præfecti ex sola tribu Leui erant.

e 1. Par. 4. 17. f 1. Esdræ 7. 1. & alibi.

g in tradit. Hebr. in 3. Reg. 4.

h c 10.

i 8. Ant. c. 2.

k q. 86. in 3. Reg. c. 4. & q. 1. in 1. Par. c. 25.

Omnium psalmorum compositor Dauid.

l 1. Par. 12. 27

Observatio circa Hieronym.

ita verum locutum Hieronymum consenserim, cum & *Israelitam* dicat, pro *Ezrahita*, *Eman* legat, & interpretetur *fidelem*, cùm sit *Heman*, vt antea docui, quod *fidelem* non significat.

Argumentum. De argumento psalmi admodum recepta opinio, esse querulam hominis afflicti, & expostulatoriam orationem, quæ sic tota in hoc versetur, vt præter morē aliorum psalmorū, nullā adiiciat, ne in fine quidem consolationem. Sub typo grauiorum calamitatū, quas Dauid, vel à Saule passus est, vel ab Absalone, atque nomine describit *infirmitatis*, nisi & hanc sumi propriè simul velis, agitur de passione Christi. Videntur Euthymius, Nicephorus, Latini passim hāc ipsam Christi passionem psalmo literaliter etiam, vt materiā assignare: cui passioni, vt ait Augustinus, alludens ad *Mahaleth*, quod corruptè legit *Melech*, quatenus *chorum* sonat; & ad alia verba; *ad respondendum*, oporteat nos velut in charitatis choro concinentes, id est, imitantes, respondere, iuxta Petri [a] præceptum, & Ioannis [b]. Ludit idem, & alij in etymologiis nominū, quas variè, nec omnino verè tradunt, applicantes tum ad Christum, tum ad nos. Basilius, & Theodoretus aiunt prophetiā quidem esse de calamitatibus Iudæorum, ac de seruitute Babylonica, quæ R. Salomonis etiam sententia est, atque Lyrani, & Aiguani; verùm simul & de vniuersæ naturæ humanæ post peccatū doloribus, & conuenire hanc orationē illis, qui reliquis magis pij sunt. Præter Enarratores, Marcellino scribens Athanasius, passionē Christi tractari ait in psalmo isto, tum vbi dicitur ex illius persona, quæ loqui per totum psalmū inducitur [c], *super me confirmatus est furor tuus* [e], &c. Recensēt præterea inter psalmos, qui colloquia cum Deo, preces, obsecrationesque complectuntur. Nec dubiū quin quilibet ad se ipsum transferre psalmum totū possit, quādo patitur tribulationē. Concilium quidā Salegunstadiense habitum in Germania anno 1023. præcipit recitari cum 89. & 40. pro infirmis, & pro salute totius Ecclesiæ. Vtuntur Ecclesia psalmum hunc tum in Parasceues, tum in Sabbati Sancti Matutinali officio, tum etiā de dedicatione Ecclesiæ. Optima Synopsis totius psalmi, quā tradit Beda, vt Christus deprecetur auxilium per similitudines varias, contemptum suum referens, quem à Iudæis erat perpessurus: enumeret quæ sit passurus, asserens mortuos à medicis non esse suscitandos, vt Deo possint confiteri, neget misericordiam eiusdem edicere sepultos posse, aut perditos laudes illius personare; propterea resurrectionem sibi celerrimam venire deprecetur. Non dubium, quin multo magis Christus deploret mortis suæ causā, peccata nostra, fidei iacturam, interitum pietatis, religionis oblitionem, deformitatem, damnúmque malitiæ.

Vers. 2.] Domine Deus salutis meæ: in die clamaui, & nocte coram te.

Vers. 3.] Intret in conspectu tuo oratio mea, inclina aurem tuam ad precem meam.

Sensus tot. DOminum, ac Deum suum Dauid, Christus, quiuis pius auctoré vocans propriæ salutis, cuiusque virtus nunquā illius saluti defuerit, & in quo ipes omnis sita sit salutis suæ, ait se salutis eiusdē præsentia, & fauore valde indigēte, ipsum, ipsamque continenter diu, ac noctu, quo tēpore vacant, quiescunt, dormiunt alij, inclamare, atq; maiorem in modum essagitare, vt suam sinat in eius conspectum orationem venire, & attendat arrectis, inclinatis, facilibus, fauētibus auribus ad contentionem supplicis vocis, & orationis, quam fundit ex intimo cordis affectu. Duo ponit quibus persuadeat, & exoret, quod ipsū facere Deū deceat auctorem salutis; quod ipse pro sua parte præstet, vt perseueranter dies, noctésque, & ardēter oret. Potuit Christus vt homo, quod norant Euthymius, ac Nicephorus, appellare Patrē Dominum, Deúmque. Ait præterea Euthymius diē, & noctem particulariter intelligi, qua Christus proditus est: orationem, & preces aut quas habuit pro discipulis [a], aut quas protulit quando petiit *transire à se calicem mortis* [b]. Eadē obseruantur ferè à Latinis, & dies, nóxque pro gemina, quā vocant fortuna prosperitatis, & aduersitatis, quemadmodum in psal. 41. [c] *In die mandauit Dominus misericordiam suam, & nocte canticum eius.* Lege Gregorium [d], & quæ ibi dixi. Sic etiam in psalm. 21. [e] de Christo exponitur, *Deus meus clamabo per diem, & non exaudies, & nocte*, &c. Et quod attinet ad statum illum duplicem, nemo Christo felicior, qui semper erat felix, Deo fruens; nemo calamitosior, qui *vir dolorum erat, & sciens infirmitatem* [f]: quam vox tituli nostri מחלת *machalath*, inter alia significat, & clamabat semper, tum gratias agens ad Deum, *qui benefaciebat ei* [g]; tum deprecās pro aliis. Quamuis autem clamore vocali exteriori non semper orauerit, credendum est, ait Rickelius, quòd ab interiori clamore nunquam cessauit: sed quemadmodum ardentissimè humani generis salutem optauit; sic indefinenter, ac affectuosissimè pro ea mentaliter Deum deprecabatur.

Domine Deus salutis meæ.] *Redemptionem* Chaldæus reddere solet pro *salute*. Hebræum primum nomen est יהוה *Iehouah*, maxime proprium & essentiale: alterum אלהים *elohim*, significans *iudicē*, & per illud quidem etiam aliqui volunt benignitatem, & misericordiam significari, quæ maximè quoque proprium eius attributum dicitur. In cōferenda salute temperat Deus misericordiam iustitia, & iudicio, quamuis illa *superexaltet istud* [h], hoc est, emineat, excellátque, vtpote *super omnia opera Dei* [i], & superior omnibus operibus eius. Negat Agellius dici Dominum auxilij aut salutis nostrę, nomine videlicet illo יהוה *Iehouah* absoluto, & essentiali. Atque hoc ipsum nomen est psal. 3. [k] cùm dicitur, *Domini est salus*; in 26. *Dominus* [l] *illuminatio mea, & salus mea.* Nec deerunt alia exempla. Quin & Hebrææ peritus linguæ Lyranus non alij duntaxat, ait hic appellari Dominum ratione generalis gubernationis, Deum ratione creationis; Salutis, ratione liberationis de Ægypto, quæ recolatur nunc ex gratitudine, vt liberatio de captiuitate Babylonica citiùs impetretur. Obseruat Hugo conditionem orationis, vt piè fiat, dum profitemur eum, quem oramus, Dominum ac Deum esse; vt salutem, salutive necessaria postulet, dum quòd sit Deus salutis; vt pro se quisque oret, dum additur (*salutis meæ*) vt perseueranter, dum, quod sequentia continent, fit in die ac nocte, vt pro his quæ Deo placeant, & quæ sint cœlestia, non merè terrena, vt humilis oratio sit, dum, quod adhuc infrà sequitur, petit, vt Deus inclinet aurem suam. Adiicit Lyranus in clamore feruorem, in eo quòd coram Deo, & oratur vt intret oratio

a Ioan. 17. 1.
b Mat. 26. 39.
c vers. 9.
d 4. mor. c. 7.
e vers. 9.
f Esa. 53. 3.
g ps. 56. 3.
h Iacob. 2. 13.
ps. 144. 9.
k vers. vlt.
l vers. 1.

in conspectu eius, putam intentionem, ac deuotionem: Rickelius attentionem.

In die clamaui, & nocte coram te.] Hieronymus, *per diem clamaui, in nocte coram te.* Deest Hebraicè, & Græcè coniunctio. Diem, vt à nocte distinguitur, oportet sumere. Et quamuis pro tempore dies nonnunquam vsurpetur, vt ibi [a]; *Ex die qua percussi omne primogenitum Ægypti*, quod nocte factũ constat; Nihilominus nulla suadet ratio nunc sic exponere cum Varablo, vt quo tempore de nocte clamet coram Domino, eo tempore intret in cõspectum Domini oratio illius. In posteriore mẽbro, *& nocte coram te*, repetendum est *clamaui*, vel suppleri debet (fum, seu fui, aut, prouolui, & prostraui me ad precandum.) Vnde Apollinarius.

ἡμάτι δ' ἐβόων, νύκτα θαινυχ & εἰς ἐτ λιτησιν.

Diurnus clamo & omni nocturnus adte precibus.

Oratio die, noctúque fieri quomodo possit, vel semper orari qua ratione valeat, aut debeat, aliàs disputatũ est. De Christi oratione cõtinua sufficit modò quod antea dixi ex Rickelio. Ad continuã verò Chrysologus [b] nos, & vigilẽ orationem, atq; ad vigilias, de quibus eleganter disserit, hortatur isto tum Christi exemplo *pernoctantis in oratione Dei* [c], vt antè nos orationẽ liberaret, quàm redimeret passione; tũ psalmi præsentis hoc testimonio. Priùs quoque monui quid importet *clamare*, vel *orare coram Deo*. Idem est etiam quod alibi [d], *effundere coram illo cor*, & *precem* [e], *adorare coram ipso* [f], denique *in conspectu ipsius*, vt statim subditur, *& gemitum non esse ab eo absconditum* [g].

Intret in conspectu tuo oratio mea.] Hieronymus, *ingrediatur ante te oratio mea.* In Illyrico psalterio, *vt intret coram te oratio mea*, ita vt ideo clamauerit die ac nocte, vt intraret corã Deo oratio. Ingressus orationis in conspectu Dei, acceptatio eius est, inquit Augustinus. Hoc sensu dixit Dauid aliàs [h], *Clamor meus in conspectu eius introibit in aures eius*, &, *Posuisti* [i] *lacrymas meas in conspectu tuo*: &, *Introeat* [k] *in conspectu tuo gemitus compeditorum*; &, *Intret* [l] *postulatio mea in conspectu tuo.* Non acceptationis duntaxat desiderium ista formula indicat, sed vt dignetur Deus aditum orationi permittere, ac tanto dignari honore, vt in suum admittat colloquium. Præterea innuit orationẽ veluti officio internũcij fungi pro nobis apud Deũ. Denique ipsiusmet Dei opus esse gratia, vt ritè nuncupari, eique offerri oratio possit. Illud [m], *Qui me confuebitur*, legũt alij, *in me*, & explanat Chrysostomus [n], quòd non propria virtute, sed gratia superiore adiutus confitetur is qui confitetur, vt idcirco nõ item dicatur (*qui in me*) sed, qui me negauerit, quoniam qui negat, superioris patrocinio gratiæ priuatus negat, suáque culpa priuatur. Sic sanè orationi necessarius est *spiritus precum* [o], vt intrare mereatur in conspectu Dei; si nulla etiam proposita merces esset, idem Chrysostom. [p] vel hoc ipsum gloriam docet esse, quod digni habeamur, qui Deũ glorificemus, quemadmodum qui regum laudes decantant, celebránque, ij ob hoc tantũmodo magnopere sibi placẽt, vt nullus inde alius fructus exultat. Cassiodorus attendit in *intrãdi* verbo illam rationem, quam attigi, de internũtio, dicens quod magna est orationis sinceritatis virtus, vt verba veracia non in aures tenues dissipentur, sed quasi quædam persona ad conspectũ Domini introire videãtur, & opus mandatũ agere, quò caro nostra non valet peruenire. Excommunicatus quodammodo; vt Hugo notat, oratio ab Ecclesia cœli, eius, *qui ad pauperis clamorem obturat aurem* *, & *qui ne audiat legem, declinat aures, oratio eius erit execrabilis* [a]. Honorarij Dei ministri Angeli deferunt, aut comitantur, *& offerũt orationem Sanctorum* [b], *& cum penetrauerit non discedet, donec Altissimus aspiciat* [c]. Guilelmus Parisiensis [d] longo sermone demonstrat orationem esse quasi nuntium ad Deum missum; sed Cassiodori citatã sententiam tribuit per errorem memoriæ, Augustino. Boni nũcij qualitates applicat orationi, agilitatem, qua celeriter ac rectà quò intenditur, tẽdat, vt nõ coram eo, ad quẽ negotia perfert, spoliatus, ac nudus compareat: vt negotia ipsa probè intelligat, referat, tractet non solum apud eum cuius est ea expedire, sed apud illos etiam, qui gratia valent apud eumdem, amicitiáque: vt hoc ipsum munus suum diligenter, ac sedulò exequatur: vt non petat quæ petenda non sunt: nec in petendo sit stultus: nec ab eo petat, qui petita concedere non valeat, quia *claudus* [e] *pedibus, & iniquitatem bibens, qui mittit verba per nuntium stultum*: vt nouerit quos habeat contradictores, eisque rationem resistẽdi teneat, vel eos placandi: vt sibimet ipsi non contradicat: vt non alienata mente, auersáve facie loquatur: vt intelligibili, & clara proferat voce, quæ dicit.

Inclina aurem tuam ad precem meã.] Additur, *Domine*, in psalterio Romano, & Gallicano, atque apud Cassiodorum & in Bibliis Græcis emẽdatis κύριε, pro quo Apollinarius posuit ἄναξ rex. Satis hic antea, & alibi in psalmis de hac formula dictũ. Augustinus ait quòd inclinatio auris Dei misericors exauditio est, idéque repeti verbis istis, quod prioribus continebatur. Hieronymus *Laudationem* vertit, alij *clamorem*, *vociferationem*, *susurrium*. Hebræa vox תְּחִנָּתִי *tehinnah*, vt memini aliàs diuisse, latius patet, omniáque complecti hæc potest, nec exactum semper seruatur discrimen istius à præcedẽte תְּפִלָּתִי *thephillah*, sicut nec inter προσευχὴν, & δέησιν, quod aliquando etiam attigimus. In priori membro per *intrandi* verbum videtur nonnullis habitus, ac gestus quidam exteriùs orantis innui: in hoc per inclinationem auris, prolatio ipsa vocalis orationis [f]. Sed hæc leuiora sunt, & quod precem Hugo singulariter positã obtenuat, quoniam vnum peti debeat, quod *necessarium* dixit Christus [g], *& res vna petita, & requisita*, sicut se Dauid fecisse cecinit [h].

Vers. 4.] Quia repleta est malis anima mea, & vita mea inferno appropinquauit.

EXponit siue pro se, siue pro populo, aut aliquo de populo, siue pro Christo, continui clamoris, anxiæque, & sollicitæ orationis causam, quia malis, calamitatibus, ægritudinibus, ærumnis, ad satietatem vsque anima ipsius, tanquam amaris, & lethiferis cibis repleta sit, ac nihil propius fuerit, quàm, vt vitam terminans, inferno clauderetur, corpus quidem sepulchro, anima autem subterraneo, antequam patefieret cœlum ascensu Christi, receptaculo. Mala, quibus repletum se Christum dicere intelligere possimus, non solùm *opprobria, quibus fatiscentium* alter Propheta [i] prædixit, cum cæteris tormentis penè innumerabilibus, maximisque; sed multò magis totius humani generis peccata, propter quæ, ac iis debitas pœnas, & ob offensam Dei, *adeò tristis fuit anima ipsius vsque ad mortem* [k], vt non nisi morte terminanda videretur, vt Euthymius, & Nicephorus

a Num. 8.17.

b vers. 34.

c Luc. 6.12.

d ps. 61.9.
e psalm. 101. in titulo.
f ps. 85.9.
g ps. 37.10.

Ingressus orationis in conspectu Dei, acceptatio eius est.

h ps. 17.7.

i ps. 55.9.
k ps. 78.11.

l ps. 118.170.

m Mat. 10.32.

n hom. 35. in Matth.

o Zach. 12.10.

p hom. 8. in epist. ad Ro.

a Prou. 21.13. ac. 28 9.

b Tob. 12.12. Apoc. 5.8.
c Eccl. 35.21. de rhetor. diuina. c. 38.

Sanctorũ quæ tradat orationi applicatio.

c Psal. 36.6.

f Agellius.

g Luc. 10.41. 1 ps. 26.4.

Sacrificium.

i Thre. 3.30.

k Mat. 26.38.

notant, & cum Augustino Latini ferè omnes. Confirmat idem Augustinus Esaiæ [a] testimonio, dicentis, quòd Christus *pro nobis dolebat*, & dolorem illum, atque tristitiam peculiariter ait fuisse, cum eius passio appropinquaret, & diceret *tristem esse animam suam* [b], pro Iudæis, qui se in illa immanissimo scelere fuerant obligaturi, postea verò in cruce pro illis *Patrem* [c] *orasse*: simili charitatis affectu Paulum dixisse [d], *tristitiam sibi magnam fuisse, & continuum dolorem cordi suo pro fratribus suis secundum carnem.* Rectè autem probat Magister ex hoc tum psalmi loco, tum interpretatione eiusdem, quam dat Augustinus, tum ex Esaia [e] scribente, quòd Christus *vere languores nostros tulit, & dolores portauit*, errare illos, qui asserunt solam similitudinem, & imaginem passionis, & doloris Christum hominem pertulisse, sed nullum omnino dolorem, vel passionem sensisse. Ipsam animam Augustinus compassam scribit carni, quia corporis dolor non potest esse sine anima. Dixi hac de re psal. 21. & ad locum alium Augustini in eiusdem commentario, qui dicto errori videtur fauere, respondi, quod & idem facit Magister [f]. Ambrosius [g] veritatem naturæ humanæ in eodem Christo hinc probat, quoniam anima malis repleta dicitur, non diuinitas, quam Doctor Aquinas [h] refert quosdam hæreticos sensisse tristatam secundum ic. Et potest præterea probari fuisse esseque in Christo animam præter carnem, & verbum, animam inquã, rationalem, non solum, quia rationi magis conuenit ũ est, vnicam in quouis homine animam esse, fungentẽ officio rationalis, cum sit substantialiter talis, & sentiẽtis, & vegetantis, quarum in se contineat gradus; sed quoniam dolor, & perceptio malorum erat in Christo quædam disconuenientiæ displicentia in ipsomet appetitu rationali. Lege Angelicum Doctorẽ, qui de hoc etiam loco nostro tractans, definit doloris passionem non pertinuisse ad rationem superiorẽ, respectu propriæ operationis, sed tantum secundùm quod ratio ipsa est in essentia animæ, & sic anima ipsa corpori vnitur.

Quia repleta est malis anima mea.] Verbum Hebræum שבעה *sauchbah fuit ataram*, & *futurum* ã significat. Sic alibi *repleri* dicitur *in bonis animæ desiderium* [k] *satiari anima inanis & anima esuriens bonis* [l], *anima afflicta*, id est, ieiuna, *repleri* [m], *repleri de peccatis* [n], aut *pinguedine* [o], *satiari amaritudinibus* [p]. Sed hoc loco importat repletio vitium, quod ita quoque vocant Medici, & Græcè πλησμονὴν cũ nausea, tædio, fastidio, *ab immutatione* [q], sicut & cùm Ieremias [r] *repletum se* lamẽtatur *amaritudine, & inebriatum absinthio.* Non est abominatus Christus passionem suam, propriè loquendo, nec tædio affectus, vt solent, qui cũ conuulsione quadam stomachi, & impetu ingestas eiectãt escas. Nihilominus *tedere cœpisse* narratur [s], quia reuera passio tãta erat quæ partẽ moueret inferiorem ad refutãdum, & voluntatem ipsam secundum rationes inferiores, ad negãdum consensum. Potest quuis iustus affirmare malis animã suam plenam, quia *dies* [t] *mali sunt, & cunctis diebus hominis doloribus, & ærũnis pleni sunt, nec per noctẽ mente requiescit* [u], & si de malis culpæ agimus, *in multis offendimus omnes* [x], *etiam iustus in die septies cadens* [y], id est, multoties.

Et vita mea inferno appropinquauit.] Isidorus [z], *appropinquabit.* Hieronymus *ad infernum descendit.* Fulgentius [a], *in infernum appropinquauit.* Alij reddunt, *sepulchrum*, vt etiam noster Sa, quod שאול *seeol*, vt sæpe docui, significat *simul cum subterraneo animarum receptaculo*, sed [b] hunc locum duntaxat, non item *sepulchrum.* Veramuis notionem sequaris parum refert; quia summum significatur vitæ discrimen, quod adducit ad mortem, inde ad sepulchrum, postremò ad locum illum subterraneum, quo ante Christi ascensionẽ, descẽdebãt omnes animę Basilius, Theodoretus, Euthymius, Nicephorus ἅιδου hic volunt ἔσχατον καὶ θανάτου *infernum existimandum sum pro morte*, sine pro periculo mortis. Apollinarius ἅιδου cognominat τὸ ἔσχατον *infernum inferiorem.* Augustinus, quẽ cæteri sequi Latini solent, asserit idem esse *vitam inferno appropinquare*, atque *tristem animam esse vsque ad mortem* [a], quod idem Euthymius [b] exponit sicut in morte. Aliter dicerem, *appropinquare vsque ad portas mortis* [c], quod est adeò graniter laborare, vt nihil sit propius, quam mori. Id etiam sibi volebat Dauid [d], gratias agẽs, quòd *eduxisset Deus ab inferno animam illius, & cum saluasset a descendentibus in lacum.* Præterea cum diceret Ionathæ [e], *Vno tantum vt ita dicam gradu, ego, morsq; diuidimur*, id est, parum absfut, quin interficiar à Saule patre tuo, vel capiar ab his, quos ille contra me miserat, iã quoque proximus eidẽ periculo sum. Hoc autem loco vita inferno appropinquãs, id est, morti, sepulchro, animarum receptaculo, sumitur substantialiter vel pro anima, vel pro toto viuẽte, quemadmodum & apud Ieremiam [f], *Lapsa est in lacum vita mea.* Nõ placet expositio Tarcisij, qui reprehendens quoque, vt solet, vulgatam translationẽ, pro verbo *appropinquauit* reddit *appellere*, aut *peruenire*, aut sensum esse Christi loquentis; adeò sum repletus malis, ac dolorib. ob mundi totius peccata, contumeliis etiam Iudæorum, & suppliciis, vt nihilo dissimilis sim illis, qui ad infernũ dãnati sua flagitia luunt, vbi omnes sensus simul in perpetuum cruciantur. Infernum, vt est locus subterraneus, cæteri de receptaculo animarũ à corporibus separatarum, accipiunt; cui se Dauid appropinquare dicat, propter periculum mortis, vt exposui; nõ designando receptaculum; vel certè intelligendo de receptaculo iustorũ, in quod se sibi bene conscius descẽsurum sperabat. Neque verò aut ipse, aut Christus suos, quamuis acerbos dolores, cum doloribus cõparatet inferni. Denique falsum est יגע *negahh* non etiam significare *appropinquare*, vt in Ecclesiaste [g], & alibi. Videtur Isidorus [h] hinc simul cum sequẽtibus verbis, colligere descensum Christi ad inferos. Sed verioré sensum initio posui, cui cõsentaneæ vulgares vel poëticæ phrases, quibus qui vitæ abiecit spẽ, dicitur digito sepulchrum tangere, alterum in sepulchro pedem habere, digitis à morte remotis quatuor esse, cymbam Charontis conscendere. Huiusmodi paræmias de vicina morte, præsertim nautarũ, attingit ex Homero, Arato, & alijs Petrus Victorius [k]. Describit Poëta Lyricus [l] rapientẽ mortales improuisam vim lethi, & quam pene *furua regna Proserpina*, id est, inferos videant aliquando, morti nẽpe proximi. Proximus mortalis peccati periculo ita potest loqui. Præterea qui pia meditatione *descẽdit in infernũ viuens* [m], ne mortuus descendat; *vadit etiam in dubio dierum suorũ ad portas inferi* [n], *aperit sibi portas mortis, & ostia tenebrosa videt* [o], *vadit ad montem myrrhæ* [p], id est ad cumulum doloris, mortis, & inferni, de his seriò cogitans.

Vers. 5.] Æstimatus sum cum descendentibus in lacum: factus sum sicut homo sine adiutorio.

a c. 53.

b Matt. 26. 38

c Luc. 23. 34.

d Rom. 9. 2.

e c. 53. 4. 5. Erant qui asserunt Christum tulisse mala nostra, non in se, & sustinuisse.

f supra. g 3. de fide c. 3.

h 3. q. 15. a. 5. ad 3.

i Percepta non fuerunt in Christo quæ.

k psal. 106. 9. Iob 7. 11. Prou. 13. 25. Esa. 55. 2. Ier. 31. 14. 50. 19. Matt. 5. 6. Luc. 1. 53. 6. 21. Apoc. 19. 17.

l 3. p. q. 46. a. 6. & q. 15. a. 6. de verit. a. 4.

m psal. 16. 15. Esa. 23. 2. Ier. 46. 11. Ezech. 32. 5. 39. 20.

n psal. 106. 18. o Thren. 3. 15.

p Marc. 14. 33.

q Eph. 5. 16.

r Eccl. 2. 23. s Iacob. 3. 2.

t Prou. 24. 16. u in Nat. Domini. c. 31.

x 3. 1 Tusc. 2. c. 28.

a Mar. 16. 38. b ibidem.

c psal. 106. 18.

d psal. 29. 4.

e 1 Reg. 20. 3.

f Thre. 3. 53.

g in Cant. an noc. de oculis p. initio 2. pag. 25 & 26.

h c. 1. 2. i de Mar. Do. & c. 1.

k 29 var. lect. c. 18. l Hor. c. car. ode 23.

m psal. 54. 16.

n Esa. 38. 10. o Iob 38. 17.

p Cant. 4. 6.

Vers.6.] inter mortuos liber.

Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius: & ipsi de manu tua repulsi sunt.

Vers 7.] Posuerunt me in lacu inferiori, in tenebrosis,& in vmbra mortis.

Sensus lect.

ELeganti, & poëtica hypotyposi pergit describere in summo luctu ærumnaque positũ aut seipsum,aut populũ, quempiámve de populo,aut Christum, prout antea facere cœperat. Ait se eo loco habitum ab hominibus, ac si iam iam inferendus foret in sepulchrum,cũ cõclamata salus ipsius esset, ac de ea omnes desperassent: præterea similem factũ homini. qui sit omni penitùs auxilio destitutus, & existens habitánsque inter mortuos, liber existat à cúctis vitæ istius officiis curis,operibus,rebus:adhęc comparari posse cum his,qui plagis, & vulneribus contrucidati iacent in sepulchris; deinceps extra memoriam, & prouidentiam Dei, & ab ea prorsus reiecti,quã de viuentibus gerit, nec in pristinam ab illo vitã ante generalem anastasim reuocandi: tandẽ tantis eum aduersarios malis affecisse,vt sibi videretur in profundum aliquem puteum cõiectus,vel obscurissimum, teterrimúmque carcerem, ac eò redactum extremarum calamitatum, vt nihil nisi mortem præ se ferrent,ipsiúsque præsentiam,velut vmbra corpus indicarent. De Christo, sicut psalmum totum, ita hæc aptè declarant Enarratores plurimi, & alij adhuc Patres,quamuis non omnes eodem pacto,vt postea docebo.

Æstimatus sum cum descendentibus in lacũ.] Idem valet *deputatus*, vt Augustinus, *& reputatus*, vt Hieronymus [a] legit, & *assimilatus*, vt huc idem alibi [b], meritóque Pagninũ Ricardus Cenomanus reprehendit trãsferentem actiuè, *reputauit me.* Descendere autem in lacum, idem Augustinus interpretatur,in miseriæ, vel inferni profunditatem, Hieronymus in inferni:Euthymius,& Nicephorus in sepulchri:Cassiodorus in huius,aut inferni: Basilius,& Theodoretus primum sequuntur,seu calamitates ineluctabiles,cuiusmodi sunt eorum,qui collapsi in foueam, nequeunt emergere,indéve ascendere. Omnia vera,& *lacum miseria* cum hoc addito,alibi [c] vidimus, deque notione istius vocabuli egimus [d]. Hieronym.[e] autẽ causam cur lacus *infernum* significet,assignat,quoniam sicut lacus aquas ad se descendentes,sic infernus animas suscipit. Affinis etiam psalmi 27.[f] sententia. *Deus meus ne sileas à me,ne quando taceas à me, & assimilabor descendentibus in lacum*, & in 142.[g] *Non auertas faciem tuam à me,&* (alioqui) *similis ero descendibus in lacum.* Ad hanc æstimatio,reputatio,deputatio non falsam opinionem significat, sed statum adeò calamitosum,vt meritò talis de eo,qui in illa erat, concipi potuerit,scilicet breui moriturum,sepeliendum,descẽsurum ad inferos. Quamquam reipsa verum sit falsos esse tua opinione, qui sic morti putabant Christum, vt moriuntur cæteri homines;quemadmodum ab Augustino, & aliis rectè obseruatum est; vt scilicet existimarent,eum non resurrecturum: immò, vt Hieronymus [g] docet; *reputarent inter peccatores, & iniquos*, quod etiam Esaias [h] vaticinatus est, qui ad infernum descendunt, illum nempe in quo luuntur pœnæ. Hoc modo dupliciter Christus ignominiosè mortem passus est, tum quòd crederetur necessario, & coactè illam pati, tum quòd vt eam violentè illatam commeritus,ac æterno simul supplicio dignus,& in damnatorum infernum detrudendus. Qua in re similes Christo sunt, *quorum insensati vitam æstimant insaniam, & finem sine honore* [a], & à tyrannis trucidati sunt, vt nefarij, & sacrilegi Alioqui potest ius hoc loco *animarum iustarum subterraneum receptaculum* præcisè significare, *de quo lacu* Zacharias [b] *vinctos a Christo* prædixit *educendos.* Et nescio an huc euaserit peruersa tum voluntas, tum opinio Iudæorum, vt Christum vellẽt aut existimarent de damnatorum numero esse. Non est creditu difficile,quod credit etiã Telmanus Quamuis affectorũ supplicio, qui sint imbuti recta fide, & religione, non minimã partem,non inuerisimile sit, ipso illo temporali supplicio æternum redimere, propter prioris vitæ pœnitentiam.

Factus sum sicut homo sine adiutorio.] Hieronym. *quasi homo imualidus.* Alij, *non est fortitudo*, supple (cui.)Egregia verò antithesis Hebræa גבר אין־אזל *chegheuer en etel*,quia גבר *gheuer* propriè dicitur à robore, & viribus, sicut Latinè virab iisdem viribus. Quo pacto indicatur eum, qui robore ac viribus valebat,his destitutum esse, & has illum defecisse.Simul tamẽ etiam innuitur aliena ope, auxilióque caruisse, *nec fuisse qui adiuuaret, cum tribulatio proxima esset, & humiliato in laboribus corde, præsens esset infirmitas* [c]. Addunt Basilius, & Theodoretus carentiam curæ, prouidentiæ, gubernationis, nimirum,vt interpretor,tum humanæ, tum diuinæ; vt nec Deus videretur amplius curare. Sic in psalmo 70. [d] inimicos insidiantes vitæ suæ Dauid refert dixisse. *Deus dereliquit eum; persequimini, & comprehendite eum, quia non est qui eripiat.* Quod attinet ad Christum, sine adiutorio visus est esse,quando *coreliclo omnes fugerunt* [e], & Arnobius Augustinus, Euthymius, & alij obseruant, licèt *posset plus quam duodecim legiones impetrare a Patre* [f], *qui posuerat adiutorium super ipsum potentem* [g], *& quem habebat secum auxiliatorem* [h], *adiutorem fortem* [i], *bellatorem fortem* [k]; sed se permisit *potestati tenebrarum* [l], & vt aduersarij *in concessa sibi hora facerent ei quæcunque vellent* [m], quãdo exprobrabatur eidem in Cruce, quòd *qui saluos alios fecisset, seipsum non posset saluum facere, nec de Cruce descendere*, quantumuis videretur *in Deo confidere, seque filium Dei nominasset, & regem Israël, & posse dixisset in triduo reædificare templum* [n], quando, vt addit Rickelius, consolationem omnem subtraxit, qua inferior pars animæ suæ impleri, vel aliquid participare debebat beatitudinis à beatitudine superioris partis animæ. Hac de re plura psalmo 21. [o] ad ea verba. *Vt quid dereliquisti me?* Vbi refelli asserentes suspensam in Cruce fruitionem seu delectationem ex visione diuina, & docui Angeli confortationem non censendum, vt adiutorium, sine quo hîc se Christus ait factum fuisse, non modò secundùm aliorum opinionem, sed etiam secundùm veritatem, & rem ipsam. Nam edita tunc priuilegia non attingebant Christum, quasi nonnullum ei auxilium, aut solarium afferrent, sed innocentiæ testimonia erant, partimque obduratos terrebant, partim nonnullos ad conuersionem disponebant. Præsentia *tantis ante Crucem Matris cum dilecto discipulo* [p], non minuebat, sed augebat dolorem. Matrem existimat Ambrosius [q] putasse se, & sua morte, publico

[a] in Esa c. 14. [b] hic Sim c. 53. b.a.

[c] psl. 19. 1. [d] psl 7. 16. [e] in Esa. c. 14.

[e] vers. 8.

[f] vers. 9.

[g] in Esa. c. 53.

[h] c. 53. 12.

[a] Sap. 5. 4.

[b] cap. 9. 11.

[c] psal 21 12. psl. 101. 51.

[d] vers. 10. 11.

[e] Matt. 26. 56.

[f] vers 53. [g] 1. b. 20. [h] Esa 50. 7. 9. [i] psl. 70. 7. [k] Luc. 22. 53. [l] Matt. 17. 22.

[m] cap 27. 40. [n] 43. Marc 15. 29. 30. & Lu. 23. 35.

[n] vers 2.

[o] Lo. 19 25. 26.

[p] in Luc. 3.

munerī redemptionis mūdi aliquid addituram; sed Iesum, qui non egeret adiutore ad omnium redemptionem, vtpote qui hic dixerit factum se sicut hominem sine adiutorio, suscepisse quidem mortis affectum, sed non quæsiuisse hominis auxilium. Non credidit pius & doctus Pater putasse Mariam aliquid se posse addere, quasi egeret adiutorio Filius ad redemptionis munus; sed tem tamen eidem gratam, & Patri eius facturam, si morienti Filio pro redemptione mundi, commoreretur, & pro parte sua, quod postea de aliis Paulus [a] dixit, *adimpleres ea quæ deessent passionum* Filij sui. Rursum [b] explicat Christum factum sine adiutorio, quia adiutorium caro habuit, diuinitas non habuit: præterea, quia neque per nuncium, neque per legatum, sed ipse per sē saluum fecit populum suum, & non potuit adiutorium sui corporis quærere suscitandi, qui alios suscitauit; quod qui fecerunt, non in sua virtute, sed in Christi nomine fecerunt, rogando, & merendo, non imperando, & donando; rogasse aliquando Christum quasi filium hominis, imperasse quasi filium Dei. Repetit tertiò [c], qui non eguit adiutore, cùm faceret mundum, non eguisse, cùm redimeret, non legatum, non nuncium, sed ipsummet saluum fecisse eum per quem omnia, in quo creata omnia, in quo omnia constant, qui omnia in momento facit, & in nouissima tuba mortuos suscitat. Huc referri potest quòd se Christus apud Esaiam [d] *torcular calcasse solum* dicit, *nec de gentibus virum fuisse secum*. Cyrillus Ierosolymitanus [e] obleruat quòd non hic dicitur ἀνθρωπος ἀβοηθητος, *homo sine adiutorio*, sed ὡσει ἀνθρωπος ἀβοηθητος, *quasi homo sine adiutorio*; quia crucifixus est non ex infirmitate, quasi id euadere non posset, sed voluntariè.

Tropologicè pij est hominis, vt descendere mente in infernum, quod antè monuimus, sic animo secum reputare, ibi, & coram Deo iudice nullius sperandum adiutorium, & auxiliū. *Quid facietis*, ait idem Esaias [f], *in die visitationis, & calamitatis de longè venientis, ad cuius confugietis auxilium?* Idem quoque piè viuens inter impios, ab iis aqua, igníque interdicitur, odióque omnibus est, vt infinitis doceri potest exemplis. Illustre Valeriani in Africa, qui cùm esset annorum plus octoginta, extra ciuitatem singularis iussus est pelli, cumque præceptum esset, vt nullus eum neque in domo, neque in agro dimitteret habitare, multo tempore in strata publica nudo sub aëre iacens, in confessione, & defensione Catholicæ veritatis cursum beatæ vitæ compleuit [g].

Inter mortuos liber.] Ordiuntur hinc Hebræi, & Hieronymus nouum versum. Ad literā, quidquid sit de nexu seu iunctione, supplendo pro primo ego (*ego inter mortuos liber, factus sum homo sine adiutorio*) pro secundo verbum substantiuum (*ego inter mortuos liber sum, sicut vulnerati*, &c.) Multiplex traditur sensus. Primò, inter mortuos liber ab Hebræis, & aliquot hebraizantibus exponitur per hysterologiam, quasi dicat, ego qui essem inter mortuos liber, id est, liberatus, & solutus malis, factus sum sicut homo carens robore, meliusque fuisset mihi, si essem mortuus; essem namque liber ac expers malorum, quæ viuens tolero. Secūdò, liber inter mortuos, est liber vita, vitæque operibus, negotiis, rebus, sollicitudinibus, molestiis, tētationibus, quibus abundat vita, quæ tētatio, ac *militia est* [h], absque vacatione, & inducis, quasique à mundo, seu à vita, quæ in hoc mundo agitur, manumissus omninóque mortuus, non tantū *inferno, & mortis appropinquans*, vt dixerat versu 4. *Pauus, & magnus*, ait Iob [a] *ibi sunt*, nempe inter mortuos, *& seruus liber à domino suo*. Tertiò, Liber inter mortuos ciuiliter, non naturaliter, est eiectus ab hominū cōsortio, & societate viuentiū, ita vt nemo se illi adiungere audeat; quemadmodum contingit lepra, morbóve alio contagioso laborātibus. Etenim de Ozia rege lepra percusso scribitur, quòd *habitabat in domo libera seorsum*, seu *in separata*, Hebraicè בבית החפשית *beueth hachopsiith* [b], quā Lxx. retenta voce Hebræa dixerunt domū ἀχοφσεθ, & in emēdatis Bibliis, sed remotius ab Hebræo vocabulo ἀφοσιωθ, alij, teste Theodoreto κεκρυμμενον, *occultam, & absconditam*, vt intus ac in thalamo degens à nemine videretur. Est autē hoc loco חפשי *chopsi*, & idem volunt qui liberū sumunt pro derelicto, ac deserto, talis enim est quisquis eo modo quem nunc attulimus in libera viuit domo. Quartò, liber sum inter mortuos adiutorio, robore, viribus, perinde ac illi sunt iisdē liberi, ac priuati. Quintò, Thargū Ierosolymitanū ex Arabico interpretatur חפשי *chopshi sepulchrum*, & sic liber inter mortuos esset idem, ac inter mortuos sepultos, seu præ magnitudine malorum inter iam sepultos mortuos numeratus, aut meritò numerādus. Sextò, cum R. Iona ex Arabico explanādo idē nomē Hebræum pro *paruo*, sensus erit, eò sum redactus miseriæ, vt ne inter mortuos quidem aliquo sim loco gradúve, sed veluti minimus mortuorum. Genebrardus recitat omnes hos dicendi modos, quarto excepto. Placet Agellio tertius, secūdus Iansenio; Titelmano id quod in tertio dicebatur de libero, vt desertum, ac derelictum significat, de quo tāquam de mortuo nemo cogiter, nemo iuuare eū curet. Quintum, & Sextum sensum non admitto, quia non retinent significationem nominis חפשי *chopshi* à nostris interpretibus receptam. Placent ex reliquis maximè secundus, & tertius: primum tamen etiam, quartúmque probabiles censeo. Insinuat Basilius, seu Theodoretus Septimum sensum, vt asserat Propheta, quòd cùm nondū mortis seruituti per obitum factus sit obnoxius; ramē seipsum mortuis connumeret; hoc est, libens moriatur, vt preueniat moriendi necessitatē; propter magnitudinē, multitudinémque calamitatū. Illustrat hunc locū modus loquendi similis apud Apostolum [c]; *Cùm serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ*, hoc est, iustitia destituti, carentésque.

Cæterū saltem secundùm allegoriam de Christo, de quo contendunt aliqui, locum præsentē, ac propter hunc præsertim, totum psalmum, non allegoricè, sed literaliter intelligi, affert Euthymius istas omnes expositiones, vt se dicat Christus liberum fuisse inter mortuos, quia insons, atque innocens accesserit ad eos, id est, ad mortem, cùm cæteri omnes peccatum secum habeant, vt causam mortis, quia reliqui eo quòd inuiti moriantur, serui sint mortis, Christus liber; quoniam sponte, ac volens mortuus, vt pote *habens potestatem ponendi animam suam, iterúmque sumendi eam* [d], & *oblatus, quia ipse voluit* [e], quia descendens in infernum ad mortuos siue ad animas mortuorum, vinculis illius non est detentus, vt etiam psalmo 15. [f] prædictum erat, sed cū auctoritate, atque cum dignitate descendit illuc, & ibidem conuersatus est, & aliorum vincula dissoluit, quod vaticinatus est Zacharias [g],

a Colos. 1. 24. b 3. de Fide c. 3.

c de fide resurrect.

d c. 63. 5.

e Catech. 14.

f c. 10. 3.

g Rom. Martyrol. 15. Dec. Beda Vsuard. alij in marty. Victor Vticen. lib. 2. de persecut. Vuandal.

h Iob 7. 1.

a c. 3. 19.

b 4. Reg. 15. 5. 2. Paral. 26.

c Rom. 6. 20

d Ioan. 10. 18

e Isa. 53. 7.

f vers. 10.

g c. 9. 11.

quia tanquam Deus morti subditus non erat, nó solùm quia, vt dictum est, mortis causam non habebat, quæ erat peccatum, *quod seruientem affert* [a], *& à quo Filius alios liberans, verè liberos facit* [b]. Reperies hæc eadem apud Enarratores, & perstringit simul omnia Augustinus: de confractis inferni claustris, & vinctorum ibi detentorum laxata catena, magis diserte meminerunt creditus Hieronymus, & Cassiodorus, aliúque. Ex aliis Patribus Origenes [c] asserit hunc de Christo manifestum locum esse, *animam suam ponentē à seipso* [d], & confirmat ex prodigiis, quæ acciderunt in Cruce, tum quod *clamans expirauit* [e]: addi potest, quòd inclinato capite, quasi mortem accersere, vt notauit Athanasius [f], aut alius. Theodoretus alibi [g], quia solus Christus macula caruit (per se nimirum, aut sine id contrahēdi necessitate, quam habuit eius mater licèt à contrahendo liberata fuerit, vt piè credit plurima Ecclesiæ pars) aliena scribit assumpsisse peccata, & inter mortuos liberum fuisse, tanquam qui mortem iniuste sit passus. Athanasius rursus [h] liberū inter mortuos intelligit, quia liberator eorū fuit ἐλεύθερον vocans ἐν νεκροῖς, καὶ νεκρὸν ἐλεύθερόν. Cyrillus Ierosolymitanus [i] ait, mortuo Christo *sepulchra aperta esse, mortuosq; propter eum resurrexisse* [k], quia erat inter mortuos liber, *& emisit ipsos vinctos de lacu non habente aquam* [l]; libertatē quoque in eo fuisse, quòd non ex infirmitate, sed voluntariè sit passus. Cyrillus Alexādrinus [m] disputans de apopompæo, id est, hirco emissario, liberum inter mortuos Christum appellat, quia immunis erat à peccato, nec obnoxius nobiscū sententiæ mortis. Epiphanius [n] libertatē inter mortuos in eo ponit, vt qui inter hos in inferno superiore, hoc est, in huius vitæ statu inter peccatores liber erat à peccato, in ipso non haberet infernus inferior imperium. Nicetas [o] liberum inter mortuos explicat à peccatis immunem. Videtur hinc Fulgentius [p] probare in Christo liberum arbitrium fuisse, ac proinde animam rationalem. Simul autem ex eodem loco confirmat [q] animā eius à peccato liberam, pro nobis peccatoribus in infernum descendisse; solum verò esse *in quo princeps mundi huius veniens, nihil inuenit* [r]. Cyprianus [s], aut alius auctor de operibus Christi cardinalibus, psalmi 15. [t] simul locum citans dicit inter mortuos liberum morti obnoxios perpetua libertate donauisse. Annotat etiam idem Cyprianus, aut Ruffinus [u], euidētissimè de Christo in hoc loco scribi, dicique quòd factus est sicut homo, non autem absolutè homo, quoniam sicut homo erat, quatenus etiam descenderat in infernū, sed inter mortuos liber erat, quia à morte teneri non poterat, & ideo in vno naturā humanę fragilitatis, in alio diuinæ potestatem maiestatis ostendi. Hieronymus [x] declarat factū inter mortuos, id est, similem illis, descendendo ad inferos, sed liberum, quia carēs peccatis, quæ habere creditus est, mori voluit vt descēderet ad infernum, & vinctos in carcere, liberaret. Gregorius [y], quia *omnis qui peccat, seruus est peccati* [z], liberum inter mortuos vocari voluit Christum, quia naturam nostram susciperet, iniquitatis iugo nullo modo tenebatur, expleta autem passione, & morte tóque argumētis suæ virtutis editis, infirmitatis nostræ vincula soluisse, vt is qui ad suscipiendā seruī formā venerat, in ipsa serui forma ab inferni vinculis absolutus, ad cœlum etiam cum membris liber rediret. Descendit sicut homo in infernum,

a Ioan.8.34. b 32.89.

c to 19. in Io

d Ioan.10.17.

e Marc.15.39.

f q.76.ad Antioch.

g q.1.in Nu.

h hom.de semente.

i catech 13. & 14.

k Matt 27.52. l Zach.9.11.

m Epist.39.

n in ancora 80.

o 3.thess.n. 14.

p 1.ad Trasimund.c.10.

q lib.3. c.31. & lib.de incarn & gra. Christi c.3.

r Ioan 14.30.

s ferm de Pas. Christi.

t vers 10.

u in Symbolum.

x in c.53. Esa.

y 30.mor ca. 15.vel 10. z Ioan.8.34.

A inquit Isidorus [a], sed solus inter mortuos liber fuit; quia mors illum tenere non potuit. Augustinus [b] negans nisi infidelem negare fuisse apud inferos Christum, causamque descensus reddēs vt solueret dolores inferni in eis, quos dignos ipsa liberatione iudicaret, docet inter mortuos liberū nominari, quia in eo præpositus mortis nō inuenit aliquid quod supplicio deberetur. Idem in cōmentario illius psalmi, & Doctor Angelicus [c] libertatem inter mortuos magis ad potestatē seipsum resuscitandi referunt, & quòd per inclusionem sepulchri non potuit impediri, quin ab eo resurgendo, exiret, & carnem suam tanquam solutum à crucifixoribus suis templum, resuscitaret, cùm vellet. Sunt etiam [d] qui inter mortuos liberum Christum accipiant, vt in monte Caluariæ innocens crucifixus est quia mons ille à caluariis noxiorum ibi occisorum denominābatur.

B Sensu tropologico, iustus, qui se se in inferni pœnarum exercet meditatione, & cogitat nullius ibi prodesse adiutorium posse, & de seipso diffidens, totum à Domino adiutorium sperat, ei tamē simul cooperans, liber euādit inter mortuos tum quando viuit, tum in morte ipsa, nimirum culpa carens, & aliquando reatu quoque pœnæ, vt dicere diabolo cum Martino possit. Quid hic agis cruenta bestia? nihil in me funeste reperies [e]: & cum Christo etiam: *Venit* [f] *princeps huius mundi, & in me non inuenit quidquam.* Inter viuos nemo liber, quia omnes obnoxij sunt tributo mortis:

C ac peccator præterea *viuens mortuus est* [g], seruiēnsque peccato, debet seipsum totum inferno. Sic ferè Hugo. Simile quid Rickelius in genere ait de Christiano, cuius seruitus summa libertas est, *nec accepit spiritum seruitutis in timore, sed adoptionis filiorum* [h], *nec filius est ancillæ, sed liberæ, qua libertate Christus liberauit* [i]. Elicit hinc Rickelij patriarcha Bruno, cùm liberè, ac voluntariè passus sit Christus, instrui nos ad affectum patiendi.

Sicut vulnerati dormientes in sepulchris.] Hieronymus, *sicut interfecti dormientes in sepulchro.* Augustinus, *dormientes in sepulchro*, qui numerus singularis Græcè, & Hebraicè habetur. Pro vulneratis reddit Aquila ἐπιπεφόνευς, *sublatos*, seu, *interfectos*. Hi sunt, quos violenta, & sanguinaria mors

D traxit subitò ad sepulchrum. Hugo, & Caietanus intelligunt à iustitia pro criminibus suis interfectos, quos vocant βιαιοθανάτους: his enim etiā apud Iudæos cōcedebatur sepultura, vt alibi docui [k]. *Dormiendi* quoque verbū monui [l] de mortuis dici, propter futuram resurrectionē [m] non in Testamento tantùm nouo, vt velle Chrysostomus alicubi videtur, sed & in vetere. Inde apud nos *coemeteria*, quasi dormitoria. Quamuis interdum apud profanos, vt apud Cretenses, Athenæo teste [n], diceretur de domo, in qua dormirent. Hebræum שכב *sciachab* significat præterea *cubare*, & *iacere*, non solùm *dormire*, & *mori*: et ferēque Basilius, Theodoretus, Euthymius

E vertisse Symmachum *iacentes* κειμένους, pro κοιμωμένους. In psalterio Gallicano, *dormientes in monumentis*: in Romano, & apud Cassiodorum, & Ambrosium [o], *dormientes proiecti in monumentis*. In Græcis item Bibliis emēdatis interitur ἐρριμμένοι, & Apollinarius.

ὡς τιτρωσκόμενοι ἀκάθαρτοι σῶμα τύμβοις ἐοικότες.

Quemadmodum vulnerati temerè proiecti, seu negligentes circa sepulchra
Dormiunt.

a de Natiuit Domini, &c. c.58. b epist.99.

c 3.p.q.21.ar. 1.& opusc.6. in Symbol. *Libertas inter mortuos ad quid referatur.*

d Vitalis Zuecolinus hom. 63.in Mar.

Tropologicus sensus.

e Sulpitius in vita. f Ioan.14.30.

g 1.Tim 5 6.

h Rom.8.15. 23. i Galat.4.3. 31.

Apud Iudæos βιαιοθανάτοις concedebatur sepultura.

k in Act.c.8. l in c.7. m Hieron.in 1.Thessal.4. Aug.Ep.112.

n lib.4.c.5.

o in psal.118. octo.2.

Sæpe

Sæpe vulneratos pro interfectis vsurpat Scriptura a. Quod autem proiectos aliqui dicunt, & neglectos, indicat neglectum circa sepulturam, vt & cum Esaias b *interfectos proiciendos* ait, id est, summum subitaria sepultura condendos, lapidum congerie congestóve terræ aggere. Allegoricè Augustinus, & alij explicant de vulnere, quod lancea inflictum est Christo, deque aliis vulneribus eidem illatis. Vulnus diræ lanceæ notat Hugo in hymno appellari, quia magna fuit crudelitas mortuum vulnerare, cum alioqui *dulces* vocentur *claui*, & *dulce lignum*. Tropologicè vulnerati dormientes in sepulchris sunt peccatis sauciati, & in iisdem obstinati, vacantéque ab operibus meritoriis, quorum typus in sepulchro iacens Lazarus, quem etsi *Christus suscitauit* c, tamen tales crebrò tradit Deus obliuioni, & de manu gratiæ suæ repellit, *periitque memoria eorum cum sonitu* d, *& mortui sepeliuntur* cum illo diuite *in inferno* e, & interim *sunt similes sepulchris dealbatis* f. Eumdem Hugo, & Greuecus g sensum sequuntur, qui meminerunt de illis etiam vulneratis dormientibus in sepulchris, quorum sit Deus memor, qui nempe sunt vulnerati charitate, dormientes, ne oculos ad illicitas concupiscentias aperiant, sepulti, vt abscondant ab hominum laude opera sua. Ambrosius h vulneratos, & proiectos in monumentis repelli à Deo scribit, nec eorum amplius meminisse, qui à mandatis Dei repelluntur, qui autem ab his repelluntur, repelli vtique de manu Dei: neminem videri *de manu Dei eripi* i, quia qui priuatur muneris susceptí officio, vel gratia, non rapitur, non eiicitur.

Quorum non es memor amplius.] Vertunt aliqui, *adhuc*, aiúntque innui tempus resurrectionis, quo Deus mortuorum memor erit, etiamsi nunc oblitus videatur k. Synonyma sunt, *non meministi, non recordaris*, quæ ab aliis redduntur. Ad Deum dirigitur oratio, non ad tertiam personam, vt Campensis exposuit, nec ad secundam indefinitè. Ita quidem loqui solemus: sed tum antecedentia, tum consequentia planè demonstrant cum Deo sermonem esse: illud præcipuè versu 8. *Super me confirmatus est furor tuus*. cum iis, quæ ibi, & in aliis versibus sequuntur. Quid sit *non esse memorem, non meminisse, non recordari alicuius*, aut *aliquem oblionis dari*, prioribus psalmis, dum formulæ similes occurrerent, vel his oppositæ, docuimus. Videntur Latini hoc & sequens membrum referre ad illos, qui tam sinistram opinionem de Christo habebant, vt nempe ille ac Deus talium obliuiscatur, & repellat de manu beneuolæ prouidentiæ suæ. At sensus obuius exigit, vt pertineant hæc ad comparationem cum vulneratis dormientibus in sepulchro, quibus Christum similem æstimabant aduersarij eius. Obliuio pessima tropologicè loquendo, qua cuiuspiam *obliuiscatur ipsi fames misericordiæ*, quod Iob nonnullis l imprecatur, quorum *vsque ad inferos peccatum*. *Qui examinantur in sermonum Dei memoria, eiusdem adiumento misericordia sanantur, & saluantur: ne in altam incidentes oblivionem, non possint Dei vti adiutorio* m. Quamquam quandoque misericordia sit non exhibere misericordiam, & videri tradere obliuioni aliquem, ne abutatur magis misericordi memoria, iuxta illud n, *Misereamur impio, & non discet iustitiam*, id est, si miserebimur, non discet, propterea non misereamur. Quidam si libertate fruantur, mali, si seruiant, boni sunt, vt de nonnullis Asiæ populis Agesilaus dixit o. *Quando resipiscentia ex lenitate longanimitatis non subsequitur, seueritatem ademit longe commodiorem*, Iustinus p, aut si quis alius est, esse respondit, *τὸν θεὸν τῶν μακροθυμίας τοῖς ἀδικοῦσι μᾶλλον ἢ χρηστότητος εἶναι*.

Et ipsi de manu tua repulsi sunt.] Hieronymus, *& qui à manu tua abscissi sunt*. Alij, *excisi, separati, amoti*. Alia psalteria, & Augustinus, atque Cassiodorus, *expulsi*. Felix vertit etiam, *sententiari*, id est, per sententiam decisiuam de Dei manu emissam damnati. Symmachus ὑπὸ χειρός σου ἐξεκόπησαν, *a manu tua excisi sunt*. Chaldaicè totus versus sextus ita redditur, *sicut impij, qui mortui sunt, quiq; non resipuerunt, fiem liberi à præceptis; sicut interfecti gladio dormientes in domo sepulchri, quorum non recordatus es amplius, sed ipsi à facie maiestatis tuæ separati sunt*, vel, *a facie diuinitatis*. Campensis explicat manum pro plaga, & de illa repulsos eos, qui iam extincti iacent in sepulchris, vt non amplius affligantur, sicut ipse Dauid adhuc viuens. Quidam Hebræi explicant significari quòd plagis, ac verberibus Dei pulsus sit Dauid ac excitus ex hac vita

Sensus simplicior est de sepultis, quorum Deus dicatur memor amplius non esse, ac de illius manu repulsi, quia cùm vita functi sunt, extra illam eius prouidentiam videntur esse, quæ illustrior apparet circa viuentes; cùm alioqui non desit etiam erga cadauera, quia moriendo non pereunt, sed mutanda sunt in melius, *omnésque capilli capitis nostri numerati sunt* c. Agellio placent alij duo sensus, vt denotetur excisio vitæ, perinde ac si Dei ipsius manu fila ipsius, seu stamina excisa, detruncatáque sint *sine vita spe*, sicut Ezechias d quoque & Iob e de sua sunt vita locuti, & profani auctores de Cloto Parca stamina vitæ nostræ ducente: præterea vt manus Dei sit spatium totum Templi, & repelli de hac manu sit prohibeti accessu ad Templum, quo pacto Ozias, *quia leprosus, exactus* inde dicitur f. Hebraicè *excisus*. Græcè ἀπορριφείς, habeturque huiusmodi prohibitio pro morte, vt idcirco Ezechias deploraret *non visurum se Dominum Deum in terra viuentium* g; & Ionas caneret *se abiectum à conspectu oculorum Dei, rursus tamen visurum Templum sanctum eius* h. Habent hæc laudem subtilitatis nonnullam & priori sensui fateor fauere τὸ ἐξεκόπησαν. Symmachi, & נגזרו *nigzerv*, & quòd *perire* dicitur *spes eorum, qui abscinduntur* i, & eodem vocabulo תִּקְרֹת *tikrvath spes* ac *filum* vocatur: posteriori versionem Paraphrastis. Nihilominus multo verior, & communior, quam nominaui simpliciorem sensum. Constat *manum Dei fieri super aliquem* k, *supponere Deum manum suam* l, *manum illius auxiliari* m, *aperire illum manum suam* n, *fieri manum eius vt saluet* o, *ponere illam super alium* p, *deducere aliquem ac tenere* q, *cor alicuius in manu Dei esse* r, *atque animas iustorum* s, & alia huiusmodi singularem Dei prouidentiam, curámque significare, & commendare in manus Dei aliquid, esse illam optare, ac flagitare: quapropter è contrario *repelli, expelli, abscondi, excindi*, esse ipsius minorá, & obscuriora effecta experiri. Deinde translationis nostræ potior habenda ratio, & LXX. cum qua in psalmis illa eadem ferè est, quámque Agellius in primis se tueri profitetur. At *repelli* & ἀποθνήσκειν nihil habent commune cum filorum, & staminum præcisione. Denique, vt quid *vulneratos*, ac *dormientes in sepulchris* interpretatur de leprosis, atque prohibitis adire ad templum? Violen-

a Plutar.

b c 38. ad orthox.

b Reg. 7. 31. Iob 2. 9. Psal. 29. b c 34.

Allegoria.

Tropologia.

c Ioan. 11. 41. 44.

d Psal. 9. 7.

e Luc. 16. 23. f Matt. 23. 27.

g Ger. 45.

h in psal. 118. octo. 2.

i Ioan. 10. 28. 29.

k Galatinus lib. 5 cap. 2. ex R. Kimhi.

l c. 24. 20.

m Sap. 16. 11.

n Esa. 26. 10.

c Matt. 10. 30. Luc. 12. 7.

d Esa. 38. 12.

e c. 7. 6.

f 2. Par. 26. 20.

g Esa. 38. 11.

h Ionæ 2. 5.

i Ezech. 37. 11.

k Psal. 79. 18.

l Psal. 36. 24.

m Psal. 88. 22.

n Psal. 103. 28 Psal. 144. 16.

o Psal. 118. 137.

p Psal. 138. 5.

q vers. 10.

r Prou. 21. 1.

s Sap. 3. 1.

ta sunt hæc nonnihil, non solùm à tuta aliorum sententia abhorrentia. Nihil tamen præter hoc incommodi continent, quod certè doctis abundè sufficit, quominus consentiant. Non est repulsus Christus, vt sui putabant interfectores de manu Dei, *sed susceptorem Deum habuit* [a]; *qui propter innocentiam susceperit illum, & confirmauit in conspectu suo in æternum* [b], multóque minùs de manu Dei potuit repelli, quàm ipsiusmet Christi *oues, quas rapere de illius manu neminẽ posse* affirmauit [c]. Latini, vt antè monui, repulsos de Dei manu, id est de benigna cura interpretãtur illos, qui Christo aduersabantur. Addit Remigius etiam de potentia quia permissi sunt quæ vellent contra Christum facere, ac si nullam ipse, ac Deus potentiam super eos haberet. At quem attuli, literalior sensus est, quem sequitur etiam Olympiodorus [d].

Posuerunt me in lacu inferiori.] Hieronymus, *posuisti me in lacu nouissimo*, & alibi [e], *in lacum nouissimum*. Alij, *detrusisti me ad puteum infernum*, vel, *posuisti me in puteo inferiorum*. Hebræa sunt שַׁתַּנִי בְּבוֹר תַּחְתִּיּוֹת *sciauthani beuor thachtithoth*. Sed legerunt LXX. in plurali שַׁתְּנִי *sciatthuni*: quod autem alij faciunt Deo permittente, ipsimet Deo aliquando tribuitur, & בּוֹר *bor* significat *fossam excisam ad aquas pluuias excipiendas*, id est, *cisternam*, prætetea per translationem, *carcerem*, & *sepulchrum*; puteus aquæ scaturientis potiùs dicitur בְּאֵר *beer*. Vltima vox pluralis valet *inferiora*, & *quæ subsunt*, & ideircò rectè vertit Hieronymus *lacum nouissimum*, qui Græcè hic vocatur κατωτάτω *infimus*, vt notauit etiam Augustinus. Figuratè denotant ista summam calamitatem, quod profundum etiam eius, aut barathrum dici solet, quo præcipitari videatur, qui tali obruitur calamitate. Id Basilius, Theodoretus, Lyranus explicant de captiuis in Babylone, vbi Sedechias coniectus est in carcerem, & idem de aliis credi potest; & Paraphrastes hoc loco nominat *captiuitatem*; duo autem primi de omni natura humana post peccatum: Agellius de valde calamitoso, in similitudinem leprosi, quia hic separatus erat in loco depressiore, velut in fouea. Euthymius, Nicephorus, Valentia, Chrysostomus [f], Olympiodorus [g], Pintus [h], Athanasius [i], & qui creditur auctor quæstionum ad Antiochum [k], Nicetas [l] de Christi sepultura, quam ipse etiam *cor terra* appellauerit [m], & Ieremias [n] cecinit *Lapsum in lacum vitam, & superpositum lapidem*. Augustinus, & Cassiodorus de profundissima eiusdem miseria, qua non sit profundior, quique alibi [o] nominatur *lacus miseria*: Hugo de Cruce, quæ summa miseria erat; & lacus vocari potest, quatenus hic etiam vocatur *torcular* [p], & hoc nomine crux, typúmque eiusdem fuisse *lacum* Danielis [q], & *cisternam* Ioseph [r], atque *lacum* [s]: Haimo de profundo vitiorum, in quo versari crederent Christum persecutores eius: (id Remigius quoque tradit, ac Bruno Carthusianus) vel de profundo inferni, in quod iudicarent dignum illum, qui descenderet; Placuit Rickelio sensus hic. Is, quem appellant Hieronymum, de carcere latronum, aliusve peccatis obnoxiorum, in quem detrusus fuerit Christus: Caietanus de inferno, in quẽ reipsa descenderit anima illius, & pœna quædam est, cùm sit vilissimus locus: & legendo *posuisti*) tribuatur Deo tanquam auctori; quod si legas (*posuerunt*) fuerunt interfectores occasio, vt eò descenderet, quò animæ cæteræ descendebant, vt Placidus Parmensis docet. Origenes [t] fauet nonnihil isti sententiæ de descensu Christi ad infimas partes terræ, seu ad inferos: & Hieronymus [u], licèt nihil exprimat de Christo, apertè sentit sumi hoc loco *lacum nouissimum*, vt ipse vertit, pro *profundis inferni*, qui animas suscipit, sicut lacus aquas ad se descendentes: præterea idem ille, qui quæstionum ad Antiochum auctor fertur [x], tametsi Christi non meminerit, & assignet damnatis locum istum infimum. Non facilè selegerim inter hos dicendi modos, & omnes libenter amplector. Videtur Ecclesia in Matutino Sabbati sancti, saltem ex accommodatione accipere præsentem locum de sepultura, vel inferno. Nonnihil obest sensui huic de sepultura sensus literalis, quòd lacus inferior, imò infimus κατωτάτω & non ita bene intelligitur de sepulchro, de anima, quod ipsamet descendit, nõ ponitur ab alio in inferno, nisi fortè poni dicatur, quia deducebant, & comitabantur Angeli animas iustorum, & dæmones damnatorum. Quod Caietanus ait, pœnam quãdam fuisse animæ Christi descendere in infernum, non propriè dicitur, vt docui in Commentario Actuum Apostolorum [y]; licet eo item modo videantur alij loqui, vt Angelicus Doctor [z].

In tenebrosis.] Hieronymus, *in tenebris*, eodémque pacto Cassiodorus, & psalterium Romanum. Tenebræ conueniunt carceri, sepulchro, inferno, mœrentis statui etiam, atque in calamitate constituti. Vel denotant, vt ait Turrecremata, tenebras obliuionis, in quibus existimetur derelictus Christus, vt eum nemo requireret, nemo curaret. De sepulchro hi, quos antè citaui, explicant, præsertim Euthymius, Nicephorus, Valentia, tum verò propter superpositum lapidem sepulchro Christi.

Et in umbra mortis.] Hieronymus, *& in profundo*. Alij, *in profundis*, vel, *in profunditatibus*. Hebræum nomen cum litera seruili, quæ præpositionẽ indicat בְּמְצֹלוֹת *bimtsoloth*. Sunt מְצֹלוֹת *metsoloth profunditates maris, & quarumlibet aquarum, abyssi, voragines*. Occurrit iam in psalmo 67. [f] hoc idem nomen pluralis numeri, quamuis translatum singulariter *profundum maris*, sicut & in 2. Esdræ [g], & in Michea [h], & in Exodo [i]. Singulare est מְצוּלָה *metsulah*, vel etiam מְצוּלָה *metsulah*, quæ aliis locis eodem redduntur modo Latinè. Genebrardus existimat Lxx. per metathesim, id est, literarum transpositionem, quam vocant etiam Græci ἀνάγραμμα, vel ἀναγραμματισμοὶ, inuertisse צלמות in מצלות quod mutatis punctis vocalibus, quorum inuentio multo recentior est, efficit צַלְמָוֶת *tsalmaueth*, quod est *umbra mortis*. Ioannes Reuclinus [k] antiquum apud Hebræos huius vsum figuræ docet: Eustathius [l] bis mentionem facit multis allatis exemplis Græcis, in quibus, vt ipse loquitur, est ὁμοιότης ταυτογραφουμένων, καὶ ταυτοζώντων, *similitudo eodem modo scriptorum vocabulorum*, &, (vt ita dicam) *idemificatorum*, secundùm elementa, & interdum σὺν, ἀπό τινος ὡσαύτως ἐνεργουμένων, ἢ καὶ ἐν τοῖς πάθεσιν, *affinitas quædam, sicut in lucris, ita & in sensibus*, vt ἅλατε, τάλας; & alia non pauca. Interpres Lycophronis Tzetzes huic si non primam istius rei inuentionem, certè vsum ipsum tribuit, hócque nomine charissimum Ptolomæo Philadelpho fuisse, cùm nomen φιλάδελφος vertisset δῶτε μέλιτος, & vxoris, cui nomen ἀρσινόη, *ioc ἄρας, à melle, & vnum quid & singulare gratia*, seu *amoris*. Immò Gulielmus Blancus iunior; qui tractatum de hoc argumento

confecit,

a pf.3.4.
b pf.40.13.
c Ioan.10.28. 29.
d in Eccl. c.9.
e in Esa. c.14
f hom.in pf. 50.
g in Eccl.cap 12.
h in ca.3. Lament.
i hom.de sepulc.
k quæst.135.
l 3.Thes.nu. 24.
m Matt 12.40.
n Thre.3.53.
o pf 39.3.
p Mar.12.1. Matth. 21.33.
q Dan.6.7.
r Gen. 37.20.
s c.40.15.
Anima Christi reipsa in infernum descendit.

a to.19. in Io
b in Esa. c.14.
c quæst 19.
In infernum descendere reipsa proprie dicitur sola anima Christi pœnam.
d in c.1. vers. 20.
e 3.p.q.52.ar. 4. & epist. 6 in symbolum.
f vers.23.
g c.9 11. h c 7.19. i c.15.5.
k li. de Cabal. l in Iliad a pag 45. & 46. & in Il.4. pag. 488.
Anagrammatis vsus cui tribuatur.

confecit, refert se legisse illum ab Hebræis anagrammatis rationem didicisse. Artemidorus quoque facit de anagrammatis mentionem in opere de interpretatione somniorũ, sed somnians proculdubio eam interpretationem plurimùm conducere. In obitu doctissimi, & pijssimi præceptoris nostri Benedicti Peterij hoc anno 1610. qui contigit ipso die festo Thomæ Aquinatis, quem propensius colebat, & in sortitione Sanctorum illi Martio mense obtigerat, enoluens nomen eius studiosus artis dicendi de nostris adolescens, hoc reperit anagramma,

En perijt Vrbis Decus, vel perijt.

Illud certè periit decus, quod tanti viri per tot annos habitæ, rhetoricæ, philosophicæ, theologicæ, & de scriptura lectiones, atque conciones summa approbatione, & commendatione, & adeò multæ ac probæ de Philosophia, diumisque literis editæ lucubrationes, Vrbi cùm primis, tum etiam orbi attulerant, quæ ipsæ res efficiet, vt idem in Vrbe, ac orbe semper decus cum suaui recordatione perseueret. Malim cum Ricardo Cenomano, & Agellio affirmare aliter quàm nunc sit, hoc est, מתת legisse, quàm hoc ex alio מחת transmutasse. Quid autem sit vmbra mortis, dixi alibi [a]. Falsum est quod ait Lucretius Tyroboscus, voci Hebrææ, de qua modo egi, respondere in nostra translatione hæc omnia, *in tenebrosis*, & *in vmbra mortis*: primis respondent, vt vidimus, בְּמַחֲשַׁכִּים *bemachasciacchim*. In psalmo 142. [b] locus affinis est; *Collocauit me in obscuris, sicut mortuos sæculi.* Denique *vmbram mortis* pro morte carnis accipere, tropologicum est. Quemadmodum & peccatum, quod iustis iniusti falsò imponunt, vt philosophatur Hugo. Gregorius [c] autem præterea *mortis vmbram* explicat de oblitione mentis, & peccato, aut imitatione diaboli. His tribus modis ostendit Aiguanus conatos Iudæos in vmbra mortis ponere Christum. Sed Gregorius ait, solam passum Christum vmbram mortis, vt mortem hæc dicit carnis, per eam autem veram mortem delinquentium deleuisse.

[a] psal. 22. 4. & psal. 43. 20.

[b] vers. 3.

[c] 4. Mor. c. 20. vel 27.

Vers. 8.] Super me confirmatus est furor tuus, & omnes fluctus tuos induxisti super me.

CAlamitates suas reiicit in auctorem Deum, vt ipsius perseuerante indignatione, & quodammodo corroborata, noua super aliam calamitas irruerit, ac in morem æstiuũ fluctuum, ipsum obruerint, & ipsi soli Deus iratus videri possit, totámque in eum iram effudisse, atque plusquam vnus ferre possit, oneratse, & oppressisse. Sic duplex comparatio tangitur ab oneribus, ponderibúsque, nisi etiam dicas à valida impressione ictus, quæ esset diuersa comparatio; atque à fluctuum irrumpentium impetu in scopulum, rupem, saxum, nauigantes. Vltimam similitudinem Ionas imitatus videtur dicens [d]; *Omnes gurgites tui, & fluctus tui super me transierunt*; & in psalmo 41. [e] præcessit, *Omnia excelsa tua*, id est, vndæ, *& fluctus tui super me transierunt.* Secunda posita est priùs in psalmo 37. [f] *Sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & confirmasti super me manum tuam*, & adhuc antea in Iob [g]; *Sagittæ Do-*

[d] c. 2. 4.

[e] vers. 8

[f] vers. 3.

[g] c. 6. 4.

mini in me sunt, quarum indignatio exuit spiritum meum. Prima familiaris est Prophetis, *exitu* vocantibus malarum rerum prædictiones. De Christi passionibus & tormentis, passim interpretantur, quæ Deus summa cum indignatione influxerit, quia sustinuit ille omnium in se peccatorum personam; ita vt sic eadem illa omnis Dei sedata indignatio sit, & per modum præterlabentium aquarum effluxerit.

Super me confirmatus est furor tuus.] Alij, *sustentauit sese, incubuit, appropinquauit mihi.* Symmachus ἐπέκειτο ὁ θυμός σου, *mihi*, vel, *in me aggrauatus est furor tuus.* Legunt alij ex eodem, vt Collector notationum in Sixtina Græca Biblia, ἐπέκραυον, *irruit*, aut, *incubuit*, aut, *intrare fecit.* Recitat Ioannes Driedschus, tacito tamen nomine, aliam lectionem ἐκράτησεν, *grauatus est.* Nicephorus τὸ ἐπεκράτησεν positum ait ἀντὶ τοῦ ἐπέκραυεν, *aggrauauit*, nempe se furor, &c. Id sibi quoque vult apud Apollinarium κατὰ βαρύτητα, *furor grauis.* Nescio cur Felix exponat *fulcisti manus tua*; nam de manu hîc mentio nulla. Fortassis paraphrasticè voluit intelligi, quòd manu sua Deus fulciuisset iram suam, vt firmius, ac validius feriret, sicut antea recitaui ex alio psalmo [a]. *Confirmasti super me manum tuam*, & in eodem est [b], *Inimici mei confirmati sunt super me*: & in 31. [c] *Die ac nocte grauata est super me manus tua.* E contrario dicitur Deus *aliquem confirmare sibi* [d], & *confirmata super eum misericordia eius* [e]; rursus idem Deus *firmare oculos suos* [f]; item *firmare manum* [g]: Legunt alia psalteria, & Cassiodorus, *in me confirmata est ira tua*: Augustinus, *indignatio.* Faciens verò idem mentionem de legentibus *iram*, aut, *furorem*, θυμὸν, ait se malle reddi *indignationem*, quia furor, sicut se Latinum habet eloquium, non solet, inquit, esse sanorum. Denique hoc à Christo dici secundùm opinionem eorum, *qui Dominum gloriæ non cognoscentes* [h], putabant iram Dei super ipsum non solùm commoram, verùm etiam confirmatam, quem vsque ad mortem crucis perducere potuissent, mortis genus execrabile, ac *maledictum* [i]. Adde *putatum Christum quasi leprosum, ac percussum à Deo, & humiliatum* [k]. At psalmo 6. ipsemet Augustinus prima verba sic recitat, *Domine ne in ira tua arguas me, nec in furore tuo corripias me*; quamuis in primis item 37. *indignationem* ponat pro *ira.* Relege illis locis notata. Nec ira quidem, vel indignatio, vt sonant apud nos, in Deo sunt; cùm inuoluant imperfectionem. Illos autem, qui tam iniquè senserunt de Christo, & ex quorum sententia loqui Christum Augustinus docet, furorem paulo magis etiam propriè, atque cum aliqua imperfectione Deo tribuisse, non est valde incredibile; certè laborandum non est, vt id in illis excusemus. Græci, vt præter Euthymium, ac Nicephorum, etiam Athanasius [l], volunt, non ex aliorum, sed ex sua loqui Christum sententia, & significare omnem iram Dei aduersus nos conceptam se gestauisse, ac illam in se defixam fuisse, hóque pacto postulasse *dari iudicium diuinum sibi reg*[m], hoc est, iudicium mortis contra nos, quod hactenus constituerat, & dixisse *se qua non rapuisset, exsoluisse* [n], & quemliber nostrum dicere posse post Dauidem, qui loquebatur in tempore futuro, *Dominus* [o] *retribuet pro me.* Euthymius dat exemplum eius, qui plagam in puerum delatam in se suscipit, ad eumdem modum *nos liuore Christi sanatos* [p].

[a] psal. 37. 3.

[b] vers. 20.

[c] vers. 4.

[d] psal. 4. 28.

[e] psal. 116.

[f] psal. 33. 8.

[g] psal. 68. 24.

Furor non solet ab Sanctorum. 1. Cor. 2. 8.

[i] Gala. 3. 13. Deut. 21. 23.

[k] Isa. 53. 4.

[l] Hom. in hoc dictũ. Omnia nobis tradita sunt, &c. & ep. ad Marcellinum

[m] psal. 31. 2.

[n] psal. 68. 5.

[o] psal. 137. 8.

[p] psal. 3. 5.

Et omnes fluctus tuos induxisti super me.] Hieronymus, *& cunctis fluctibus tuis afflixisti me.* Alij, *omnibus nimbis tuis detexisti me, cunctis fractionibus tuas vexasti me.* Prius dixi petitam similitudinem ab vndis, procellis, fluctibus aquarum, de qua egi psalmo 41. [a] quem etiam citaui, *Omnia excelsa tua, & fluctus tui super me transierunt.* Idem valet *fractionum* nomen, quo Caietanus vtitur, quia franguntur vndæ maris præsertim ab obstaculis: præterea *elationum*, quas habent alia psalteria Latina, & Cassiodorus. Propriè significat vox μετεωρισμῶν, quæ hic est, *elationes*, & ita quoque redditur psalmo 92. [b] *Mirabiles elationes maris*; ac tam ibi quàm hic משברים *misbarim* rectè per *fractiones* explanantur. Sed fluctus tum aliè efferuntur, tum franguntur, ac eliduntur. Legit Augustinus, *suspensiones*, facta simul mentione legentium *fluctuum*, aut, *elationes*. Intelligit porrò per suspensiones omnes, quas induxit Deus, omnia tormenta seu mala euenisse Christo, quæ impendebant. Videtur quoque subinnuere in vocabulo *suspensionum* significari Crucem, in qua suspensus est Christus. Diritas tormenti cum atrocibus circumstantiis, quæ circa Christum fuerunt, potest meritò nomen dare multitudinis suspensionum, atque multiplicis Crucis. *Timendus nobis*, exemplo Iob [c], *Deus semper, quasi tumentes super nos fluctus; quia ponitis eius ferre non possumus, & sunt iudicia ipsius abyssus multa* [d], *& subsultia sicut gurgites maris.* Hoc si fecerimus, *gradiemur super fluctus* tribulationum [e], atque cum Petro [f], & Christo mare calcabimus. Hic in fine est סלה *selah*, & διάψαλμα, quod alij vertunt, *semper*, minùs ad rem, saltem præsentem, accommodatè. Verùm de hoc dictum alibi.

a vers. 8.

b vers. 4.

c c. 31. 23.

d psal. 35. 7.

e Iob 9. 8. f Matt. 14. 26. 29.

Vers. 9.] Longè fecisti notos meos à me, posuerunt me abominationem sibi.

Traditus sum, & non egrediebar.

vers. 10.] Oculi mei languerunt præ inopia.

Clamaui ad te Domine, tota die expandi ad te manus meas.

NEctenda horum tractatio, quæ alioqui magis separatim poterat fieri, quia Biblica versuum distinctio, quam sequimur, hic se habet. Pergit in rerumnarum suarum enumeratione, ac deploratione, queritúrque apud Deum, quòd non contentus ipsum omni ope, atque consolatione sua destituere, ab eo etiam remouerit, atq; alienauerit familiares ac intimè notos, maximéque necessarios, qui propter acerbitatem, & horrorem malorum a Deo in illum emissorum, quasi lepra laboraret, alióve contagioso morbo, reputarent velut rem summopere abominandam, execrandam, fugiendam. Tot, ac tantis ille extremis traditum malis se sic subdit, ac ab iisdem adeò cinctum, & conclusum, vt nullam videre, aut reperire sese expediendi, aut euadendi viam posset; nec auxilij causa ad amicos adire: dolorem etiam tantum fuisse, lacrymasque ex oculis tam largiter fluxisse, & inedia tanta confectum, vt planè languescerent, tabescerent, & debilitarentur, vt accidit ictericis; tum verò, quia inops totius consilij, & auxilij esset. Quare ad vnum Deum rediisse, clamoreque continuo illum implorasse, atque in cœlum orando formula illa, quam sequentes continent versus, animi summa contentione, & affectu manus & brachia supplicis more, sustinuisse, vsq; ad lassitudinem. Quomodo hæc Christo aptentur, dicam postea; certè quatenus de illo exponuntur Patri suo hæc omnia tribuit, eo modo quem prius dixi, quoniam permiht, & eius voluntate hæc omnia gesta sunt, inquit Euthymius.

Longe fecisti notos meos a me.] Sic psalmo 37. [a] *Amici mei, & proximi mei aduersum me appropinquauerunt, & steterunt, & qui iuxta me erant, de longe steterunt.* Cui similis in Iob sententia [b], *Fratres meos longe fecit a me, & noti mei quasi alieni recesserunt a me: derelinquerunt me propinqui mei, & qui me nouerunt, obliti sunt mei: inquilini domus meæ, & ancillæ meæ sicut alienum habuerunt me, & quasi peregrinus fui in oculis eorum.* De Christo quoq; scripsit Lucas [c], quod *stabant noti eius a longe*, & Matthæus [d], ac Marcus [e], quòd *discipuli omnes relicto eo fugerunt.* Restringunt Græci quandoque γνῶσις, & γνωστοὶ ad *consanguineum*, seu *propinquum* aut etiam *fratrem*. Latini etiam *notum* pro amico, & charo dicunt. Lege psalmum 10. [f] & 54. [g] Allegoriam illam de derelicto à discipulis Christo, tradunt Euthymius, Nicephorus, Cyrillus Ierosolymitanus [h]; ex Latinis quoque plures; quamuis etiam comprehendat Augustinus, & alij nonnulli quotquot nouerant Christum, vel de facie, ex quibus plurimi erant improbi, & quos ipse vicissim non nouerat approbando; fugerunt autem saltem corde non credendo, sed mortis reum iudicando. Remigius præcisè de parentibus, hoc est, de gente Iudæorum, vnde originem ducebat, intelligit. Creditus Hieronymus etiam Angelos adiungit, qui nullum præbuerunt auxilium, licèt *duodecim legiones eorum impetrare posset* [i]. Innuit præterea Irenæus [k] interpretationem de fuga discipulorum. Hos fidè amisisse Caietanus hic notat; quod non facilè concesserim; de Petro nullo modo, sed tantùm peccasse circa fidei confessionem, & professionem. Tropologicè quadrat sententia iusto in tribulatione posito, vel arctius vitæ institutum sectanti; deseritur enim consessim à notis, & amicis. Sed amandus Christus plus iis, qui prædixit quoque quòd *suis essent odio omnibus hominibus, ac traderentur à parentibus, fratribus, amicis, propinquis, à quibus ipsemet, vt separaret, venerat* [l]. Prudenti quisque iudicio inter acerbiora computat mala, deseri ab amicis, vt sæpe docui, quod Christum ipsum etiam decuit experiri *tentatum per omnia* [m] *absq.* Habet sermonem hoc loco Greuerus [n] de discernendis, & comparandis amicis, & quo pacto amittantur, amicos intelligens potissimùm Angelos. Dignus lectu tenuis. Eumdem verò sensum de Angelis Euthymius quoq; sectatur, qui antequam peccemus, amicissimi, atque benenoli erant, & nos ut noti, posti peccatum abominantur nos.

a vers. 12.

b c. 19. 13. 14. 15.

c c. 23. 49. d c. 26. 56. e c. 14. 49.

f vers. 14. g vers. 12.

h Catech. 14.

i Matt. 26. 53.

k lib. 4. c. 66.

l Matt. 10. 35.

m Heb. 4. 15.

n ser. 186.

Posuerunt me abominationem sibi.] Hieronymus, *posuisti me abominationem eis.* Sic est Hebraicè; & *abominationes* in plurali שתני תועבות לפי *sesumthani thoabbenoth lamo.* Sed mutatis punctis, quæ recentiora sunt, legi potest שתני *sesumthani*, & תועבת *thoabbenuth.* Iudæi tempore passionis præsertim execrati, & abominati sunt Christum, variis accusantes modis, tũ de blasphemia, & seditione, & sanguinem illius ipsimet in se imprecantes, atque componentes eumdem &, vt notat Caietanus, de-

ponentes de cruce, tamquam abominabilem, quod extendit etiam ad discipulos. Petrus quoque *cum anathemate, detestatione, & iuramento negauit illum* [a], quasi dirus deuouendo seipsum, si talem hominem nosset, vt Syra translatio exponit, sibimpli malè precando, ac ipsammet Dei maledictionem, atque vltionem celerem, acerbámque. Redundabat in execrationem, & abominationem Christi ea qua se ipsum Petrus execrabatur, & abominabatur. Nonnullis tamen etiam non omnino visum inuerisimile, quod Christum Petrus sit execratus [b]. Ego id vereor vel suspicari, imò cogitare. Non placet vt cum Aiguano, ad eumdem Petrum, aliósque Apostolos accommodemus illam querimoniam [c], *Abominati sunt me quondam consiliarij mei, & quem maximè diligebam, auersatus est me.* Hodieque apud Iudæos abominabile est Christi, atque Christianorum nomen, vt Euthymius notat, nósque demonstrauimus in commentario Actuum Apostolorum. Abominationem multi accipiunt ipsam Crucem, & conuitia, insultationésque in iam crucifixum. Ipsum Christum despectio propinquorum non terruit, ait Gregorius [d].

Traditus sum, & non egrediebar.] Hieronymus, *clausum, & non prodeuntem*, nempe (posuisti me.) Alij *carceratum, & non exibo*, vel, *conclusus sum. & non egrediar*, vel, *tra teneor, vt exire nequeam*, seu, *vt non videam quomodo explicem me*, vel, *in carcere inclusus sum, & non egrediar.* Quod Tirelmanus explicat, tanta repletum esse confusione, vt clausus domi non sit ausus prodire in publicum. Basilius, Theodoretus, Diodorus, & qui etiam literaliter agunt, volunt figuratè per traditionem, aut inclusionem in vincula, carcerémve, indicari copiam calamitatum sic vndique cingentium, vt nullum exitum permittant. Agellius latere dicit similitudinem cum leproso, qui seorsum habitans, videatur tanquam carcere includi, aut cum aliter languente, qui liberè nequeat egredi. Chaldaicè, *clausum scilicet posuisti me in domo vinctorum*, siue, *carcere, vt non egrediar*, aut, *& non prodeuntem.* Qui traditur capitalibus inimicis, haud procul abest à vinculis, carcere, morte, & quod post mortem supereſt, à sepulchro, nec ex his euadere naturaliter potest, certè non facilè. Sic de se aduersarios suos existimasse Christus iuxta sensum allegoricum ait, vt cùm in eorum venisset potestatem traditus à Iuda, effugere non posset: affirmat autem se egressum non fuisse, quia noluit, quamuis posset quod multis modis docuit, tum sponte occurrendo satellitibus, tum eos vno verbo sternendo, tum potestatem iis, vt se caperent, faciendo, tum amputatam auriculam seruo restituendo, tum adeò variis argumentis Petrum refellendo, maximè quia *posset a Patre plusquam duodecim legiones Angelorum ad sui defensionem impetrare*; tum summa innocentia & constantia respondendo, tum tot & tam illustria ipsamet Cruce prodigia edendo.

Plurium hæc istius interpretatio loci mystica de Christo, qui non sit egressus cùm esset traditus, id est, non declinauerit supplicia, & mortem, nec descendere de Cruce voluerit, quamtumlibet conuitiando id importunè sui extorquere ab eo hostes conarentur, nec omnino apertè diuinitatem suam declarare, ne si vt gloriæ rex cognosceretur, minimè crucifigeretur. Traditur hic ipse sensus à Gregorio [e], dum enarrat locum Iob [f], *Tacui, nec egressus sum ostium.* Ipse, inquit, tacuit, & ostium egressus non est, qui sub ipsa iam hora passionis, cùm humanitatis infirma pareretur, diuinitatis potentiam exercere noluit, &c. cùm enim despiceretur, quia homo videbatur, egressus esset, si occultam maiestatem suam ostentare voluisset, sed quia infirmitatem prodidit, potentiam abscondit, in eo quòd persecutoribus suis incognitus mansit, ad eos minimè exiuit. Aiguanus non egressum Christum declarat, quia noluit traditorem prodere, & significat egredi idem quod promere sermonem, vt apud Ieremiam [g], *Tu scis quod egressum est de labiis meis in conspectu tuo rectum fuit.* Augustinus alium affert sensum, licet non tanti eum faciat, quòd foris essent discipuli Christi, quando ipse intus iudicabatur. Quem vocant Hieronymum exponit adhuc dupliciter; quòd Christus traditus morti, non sit diuinitate, nec de sepulchro statim prodierit, vt dilatio resurrectionis, veritatem ostenderet mortis; Probat Caietanus hunc vltimum sensum de sepulchro, addens adhibitam ad illud custodiam, vt tanquam seductoris corpus *custodiretur, vsque in diem tertium* [h]. Priorem innuit Ambrosius [i], sic explanans, *Traditus sum, & non egrediebar*: ab eo vtique non egrediebatur, cui dixit postea, *Exurrexi* [k], *& adhuc sum tecum.* Videtur simul attingere sensum quintum, tractans psalmi 45. 6 verba, *Deus in medio eius non commouebitur*, vt non sit egressus vllius prolapsione peccati, nec alicuius erroris offensione titubauerit, aut corporalis illecebræ nutauerit impulsu, non reliquerit animam eius Dei gratia, seu ex illa non exciderit. Sextus est auctoris Græci anonymi apud Agellium, quòd clausus fuerit Christus in domo Archisynagogi. Nescio cur in istius domo, vel quando, ex quo tempore comprehensus est, vel in Annæ, vel Caiphæ, vel in Pilati, vel in Herodis domo fuit. Si quis pro noxis carcer erat, in domo Pilati erat, & in eo conclusum Christum concedi posset. Vtrumque incertum, & nox tota in circumducendo, vexandóque Christo transacta, non permisit illum carcere teneri, multo minùs in Herodiano, quem vocant in Stratopedo, hoc est in area, quæ Regiam Herodis vndequaque ambitet [l]. Si Pilati extabat ætate Regia illa cum regeret is Iudæam, & in ea Regia habitasse illum credendum sit, qui volet in dictum carcerem coniectum ad tempus Christum, per me licet. Sed illum ipsum carcerem esse in quē postea Petrum Herodes Agrippa milit, Adrichomio non assentior. Fuerit carceri in genere translatio Paraphrastis; & ita etiā sensit Genebrardus. Septimus Rickelij, Christum dum morti traditus est, non esse egressum, id est, transgressum voluntatem Patris, *quam etiam fieri velle* protestatus est, *non suam* [m]. Octauus Iansonij, non egressum Christum postquam traditus est; quoniam successit Iudæ negotium traditionis, Pilato non successit conatus ac studium illum liberādi. Nonus Apollinarij quòd cogerent Christum etiam nolentem sequi, videlicet ad mortem, aliáve supplicia vel calamitates. Non nominat Christum, & si de Christi velis interpretari, intelligas iuxta opinionem aliorum; vel secundùm contradictionem partis inferioris, cùm planè constet vltrò & sponte passum, nec obscuris id indiciis demonstrasse. Carmen Apollinarij hoc est,

ἀ τότε τῶς ἠθέλοντο καὶ ἐκ θελοντά μ' ἕπεσθαι.
Ah tùc quo pacto cogebam etiā non volentē me sequi.

[a] Matt. 26. 74. Marc. 14. 71.

[b] Insuerisimile est enim Apostolos ad Christum execrandum cogere Maldon. in Matth. 19. 19.

[c] Psal. 87. 9.

[d] S. Mor. ca. 13. vel 17.

[e] S. Mor. cap. 13. vel 17. in c. 31. 34.

[f] Iob 31. 34.

[g] Ier. 17. 16.

[h] Matt. 27. 64.

[i] In psal. 45.

[k] psal. 138. 18.

[l] Vers. 6.

[m] Iosephus 2. de vet. Iud. ca. 17.

Cancer Herodia nus.

[n] Gin Theat. terræ sanct. in Ierusalem nu. 136. pag. 166.

[o] Matt. 26. 39.

Sensus allegoricus.

At

At sensus primus optimus. Multis verò modis traditum Christum Rickelius bene notat, *a Patre* [a], *a seipso* [b], *à Iuda* [c]. Adde à mundo toto, à peccatis nostris, à diabolo. Quæ omnia pluribus verbis amplificari possunt. Sed & egredi Christum intelligere possumus fuisse non regredi; verum quod semel aggressus esset, persequi, perficere, consummare, qui decimus sensus esset primo similis. Nam, vt Gregorius [d] obseruat, vsurpans Abacuc [e], *exiit in salutem populi sui, vt saluos faceret Christos suos*, id est, vt eos efficeret Christos, & Christianos; sic enim apud illum prophetam pluraliter Christos multi legunt, & Græci, & Latini, & Hebræi, qua de re consule Enarratores Riberam, Gueuaram, Agellium, &c. Traditur & iustus iuxta tropologiam dæmoni, ad tentandum, tyranno, ad occidendum; homini prauo, ad persequendum, sed non egreditur, ait Rickelius, hæc fugiendo: verùm omnia æquanimiter patitur, sciens, quoniam copiosa est merces in cœlo. Hugo etiam obseruat iustum tradi à Deo ad pœnas, nec egredi, Dei voluntati contradicendo; sed esse paratum ad flagella; & à seipso tradi animam, corpus, voluntatem, præsertim in ordine religioso; & non egredi, cùm seruat constanter animi propositum. In deteriorem partem sensus alius est, traditum non egredi, cùm quod est in Threnis [f], *circumædificat aduersarius*, præsertim diabolus, *aduersum nos, & vt non egrediamur aggrauat compedem nostrum*, vt, inquam, non egrediamur laborantes ignoratione nostri, ac Dei, & *sibeamus post vestigia* [g], quibus perducamur per inuestigationem ad notitiam vtriusque, & ita oculi nostri, quod sequentia continent verba, langueant præ hac inopia.

Oculi mei languerunt præ inopia.] Hieronymus, *oculus meus infirmatus est ab afflictione.* Alij. *elanguit præ afflictione mea*, vel, *emarcuit præ dolore*, seu, *afflictione*, vel, *fluxit*, seu, *defluxit, defecit*, &c. Symmachus ὁ ὀφθαλμός μου ἐξέρρυσεν ἀπὸ τῆς κακώσεώς μου, *oculus meus effluxit præ afflictione.* Alia Latina psalteria, & Augustinus, Arnobius, Cassiodorus, *oculi mei infirmati sunt præ*, aut ex Augustino, *ab inopia.* Chaldaicè, *oculus meus studuit lacrymas ob calumniatem*, singularis numerus pro plurali est: vltimæ dictionis עני *hhoni* non est ' *iod* paragogicum pronomen primæ personæ, sed pertinet ad ipsammet formam nominis, estque paronomasia elegans inter עיני *hhoni oculus meus*, & עני *hhoni*, quod significat *inopiam*, siue *paupertatem*, & *miseriam, afflictionem, oppressionem, dolorem.* Inde cognominatus est panis עני *hhoni*, hoc est, doloris, carens fermento, & azymus, quem iubebatur Paschali tempore populus comedere *quoniam in pauore egressus erat de Ægypto* [h]. Quod in medio est verbum דאג *daag*, quod interdum exponit Hieronymus *esurire* [i]; nomen autem דאגה *deagah egestatem* [k], & aliud דאבון *daaon mœrorem* [l] *consumentem*, significat dictum verbum *languere, infirmari, angi curis, solicitum esse, discruciari, dolere* præsertim de malo impendente; quandoque etiam *defluere*, quod valet זוב *zub*, vel זב *zab*. Siue literaliter, siue de Christo mysticè locus hic accipiatur, multis modis explicari potest. Primus Basilij, ac Theodoreti, & Iansonij, cui fauet versio allata Symmachi, & paraphrasis Chaldæa, *oculos meos lacrymando præ dolore flere coactus, consumpsi.* Secundus affinis est Euthymij. nominantis Christum, vt oculi eius præ inopia lacrymarum, quas copiosissimè fuderat, deplorando

A

ludæ casum, interitumque Iudæorum, languerint, lacrymis euacuati. Tertium idem refert, amplectitur verò Nicephorus, de demacratione corporis præ afflictione, quam ille vocat σωματικὴν κάκωσιν, καὶ ἔκτηξιν (sic enim lego, non ἔκτιξιν,) *corporis malam affectionem, & eliquationem, ac emaceratione*, siue curis, siue lacrymis illa fiat. Ad eumdem modum Iob [a] ait, quòd *facies tumuit à fletu, & palpebræ caligauerunt*, & in psalmo 6. [b] Dauid quòd *turbatus est à furore oculus suus*: & in 30. [c] *conturbatus in ira*: & in 37. [d] quòd *corde conturbato, & derelicta virtute lumen oculorum non erat in ipso.* Rursum Iob [e], quòd *caligant ab indignatione.*

B

[f] *Mœsta hæmque assiduo tabescunt lumina fletu.* & scripsit Plinius [g], quòd magna cogitatio obcæcat, adducto intus visu, & in morbo comitiali aperti nihil cernunt, animo caligante. *Giustato meile illuminati oculi Ionathæ* propterea *sunt* [h], quia ieiunio languerant, ac spirituum vitaliu̇m defectu, totiusque corporis vires conciderant, *egestas* enim *& ardor conspicit oculos* [i]. Id sibi etiam vult *attenuatio oculorum sufficientium in excelsum* [k], & quem crebrò noster Dauid nominat [l] *oculorum defectum*; Baruch autem *oculos deficientes* [m], & adhuc ille [n] *exitus aquarum deductos ex oculis.* Rclege dicta citatis psalmis.

C

Quartò adiici potest cum Rickelio, obuelatio oculorum Christi, atque percussiones, præter lacrymas, & interiorem tristitiam, quæ in externis oculis apparere solet. Adde præterea sputamenta sordida, & crassa, quibus impurissimi nebulones conspurcauerunt vultum illum diuinum, oculósque: item sanguinem defluentem ex cruentatione spinei, ita vt cernere non posset, nisi abstergeret oculos, & in cruce, nisi sanguinem exprimeret cõpressione ciliorum, quemadmodum sibi reuelatum Brigida [o] testatur. Quintum sensum Latini ferè omnes assignant, vt oculi designent charos, velut oculos Apostolos, qui præ inopia fidei languerint, *& qui diuites erant in fide* [p], ad eius inopiam redacti fuerint, & suo etiam Christo, secundum præsentiam corporalem perdiderint, quem nondum satis credebant resurrecturum, & quo carebant, velut subtracto sibi cibo, lumine suo, inquit Augustinus; atq; necdum Spiritum sanctum acceperant, ait Cassiodorus, in ea plenitudine videlicet, in qua promissus fuerat. Recepta est oculorum pro nobilioribus Ecclesiæ Doctoribus, ac Præsulibus allegoria, qui sint ceu capitis Christi oculi, quos laudat liber Cantici Canticorum [q], vocans oculos columbarum. Sic eo loco explanat Nyssenus [r], & Psellus [s], item Ambrosius [t], obseruans à Christo cognominatos *lucem mundi* [u], accolasque illos, qui cùm oculorum in corpore officium voluntatiè appetierint, vt reliquum per eos corpus ducatum lucis haberet, quadam lippitudine, & caligine vitiorum obtenebrati, nec seipsos luci idoneos præbent, & aliis adimunt lumen, efficiuntque, vt quia *oculus nequam est in corpore*, quod est Ecclesia, *totum id corpus tenebrosum euadat* [x]. Quem quoque illius similitudinis sequutus alij [y] sensum. Et in Cantica [z] Rabbini, oculos de prophetis interpretantur. Denique hieroglyphicè in sceptro fixus oculus Ægyptiis princeps erat, & is per-quẽ quid ageretur, cognosceret rex, regis oculum alij [a] appellabant. Hæc partim ex Ludouico Soromaior mutuari sumus; à quo nostra æstimari vt ad nos perlatum est, non parui facimus. Leo [b] Petrum, &

D

E

[a] Rom. 8. 32.
[b] Esa. 53. 7.
[c] Luc. 22. 49.
[d] 22. Mor. ca. 12. vel 17. ca. 3. 13.
[e] Habac. 3. 13.
[f] Ca. 3. 7.
[g] Cant. 1. 8.
[h] Deut. 16. 3.
[i] Ierem. 31. 12. 25.
[k] Iob 41. 13.
[l] Deut. 28. 65.
[a] c. 16. 17.
[b] vers. 8.
[c] vers. 10.
[d] vers. 11.
[e] c. 17. 7.
[f] Catullus ad Manlium.
[g] lib. 11. c. 37.
[h] 1. Reg. 14. 27.
[i] Leui. 26. 16.
[k] Esa. 38. 14. Ier. 32. 4. 34. 3. Ezech. 12. 13.
[l] Ps. 6. 8. 30. 10. 31. 9. 37. 11.
[m] c. 2. 18.
[n] Ps. 118. 136.
[o] Ori. reuel. c. 10. lib. 4. c. 70.
[p] Iacobi 2. 5.
[q] c. 4. 1.
[r] hom. 7.
[s] ibid.
[t] in Ps. 118. ser. 15. & 16. de Dign. fauend. c. 6.
[u] Matt. 5. 14.
[x] ibid.
[y] Pitta. in Mat. Hier. in Ezec. c. 1.
[z] in c. 4.
[a] Aristoph. in Acharnens.
[b] ser. 1. de 33. Petr. & Paul.

Paulum

Paulum gratia Dei in tantum apicem inter omnia Ecclesiæ membra prouectos attollerat, vt eos in corpore, cui caput est Christus, quasi geminum constitueret lumen oculorum.

Clamaui ad te Domine tota die.] Hoc dixerat prius versu 2. *In die clamaui, & nocte coram te*, ita vt sit idem, tota die, quod die ac nocte, & ad te, idem quod coram te. Sed ibi צעקתי *tsaahbakthi* propriè est *clamaui*, hic autem קראתיך *keratibicha*, *vocaui*, vel, *inuocaui te*, vt etiam vertit Hieronymus. Referunt alij postremas dictiones duas ad eam, quæ subditur, manuum expansionem, quemadmodum apud Esaiam [a] Deus ait *expandisse se manus suas tota die ad populum incredulum*. Potest tota dies pro omni sumi, vt sæpe aliàs.

Expandi ad te manus meas.] Sic psalmo 43. [b], & 142. [c] quamuis in priore de expansione ad Deum alienum. Proximè admonui nonnullos, tota die, ex priore adhoc membrorum transferre. Non sunt repetenda quæ alibi de hoc ritu dicta sunt. Lege Gretserum nostrum [d]. Simili phrasi extolli manus ad Templum vidimus psalmo 27. [e] & in 76. [f] *Deus expansum manibus contra eum.* Augustinus clamorem ad Deum apertissimè ait intelligi de Christo cùm penderet in ligno; expansionem ad eumdem tota die (sic enim ista contingit) negat propriè eodem modo posse sumi, quia non fuit in cruce tota die, & nocte, neque diei, vt à nocte distinguitur, parte maiore, neque commodè dies pro parte accipitur, quamuis in fœminino genere Latinum *dies* nomen, non nisi *tempus* significet, quia adiecto alterius vocis, cùm dicitur tota dies, impedit ne ita accipiatur; item negat exponi debere de oratione, ob eamdem causam, quoniam licet saepius orasse legatur, & ante passionem, & sub die passionis, & in ipsa cruce; non tamen id fecit tota die, sed per expansionem istam manuum tota die factam; intelligi vult continuationem bonorum operum, à quorum nunquam intentione cessauit. Sequuntur Augustinum Cassiodorus, Remigius, Beda, Haimo, & alij. & Bruno Carthusianus explicat dilatationem secundùm bonas cordis affectiones. Græci, & Caietanus explicant de oratione: de extentione in cruce, is qui gerebat nomen Hieronymi. Hugo etiam confitmas Esaiæ simili testimonio quod paulò antè citatum, & Rickelius, qui totâ diem pro magna parte die parasceues interpretatur: præterea Cyprianus [g], sed eum clamore nectens totam diem, & legens (*exclamauit*) quod parum refert. Par difficultas est, vt tota die dicas clamasse Christũ orando, vel in cruce stando, vt rectè Augustinus notauit: ac idcirco perinde est totã diem clamori adiungere, vel expansioni, siue hanc pro ritu orantis vbiuis, aut quolibet alio tempore sumas, siue in cruce dumtaxat. Sed Augustino obiiceré Esaiam bis iam prolatum, cùm scribit de Christo, quòd *expandit tota die manus ad populum vie exitium*; de Christo namque Paulus [h] etiam eum locum intellexit, plurimique alij, quos Leo Castro [i] commemorat. Magis diserté exposuerunt de cruce, Origenes [k], Hieronymus [l], Cyprianus [m], Auctor expositionis symboli Apostolici, siue idé sit Cyprianus, siue Ruffinus, siue Hieronymus; item Ambrosius, aliúve auctor Commentarij Epistolæ ad Romanos [n]. Ad hæc Tertullianus [o], Nouatianus [p], Iustinus [q], Cyrillus Ierosolymitanus [r], Chrysostomus [s]. Adiicit ipsummet Augustinum Salmeron [t], sed adhuc locum requiro. Negaret potiùs, opinor, eam interpretationem. Si admittatur, certè idem respondendum ad Esaiæ locum illum, & ad hunc nostrum, quo pacto tota die manus in cruce fuerint expansæ. Deinde respondeté, quamuis ea distinctio diei in fœminino, & masculino genere tradatur à Grammaticis, veraque vt plurimum sit; nihilominus iidem testibus Grammaticis, aliquando veram non esse, atque Latinæ linguæ peritos diem in fœminino pro temporis determinato spatio vsurpare, vt cum scribit Plinius [a] nescio quod semen eadem die germinare, quà iniectum est. Virgilius [b] vocat certam quandam diem intandam. Cicero antiquorem diem ascriptam literis. Interpres eodem genere fœminino sæpe dixit *totam diem*, qua se Dauid clamare asseueret [c], *meditari iustitiam, & laudem Dei* [d]; *contristatum ingredi* [e], & similia multa facere, quæ sine dubio omni tempore facere non poterat, etiamsi sæpe faceret, nec determinato tantùm die. Idemque de aliis est, de quibus eadem orationis formula loquitur [f].

Quocirca nihil vetat hic quoque totam diem accipere pro certa & determinata; scilicet, vt Rickelius docebat, pro Paraseeue, in cuius magna satis parte dici possunt expansæ manus Christi fuisse, tum quando aptabantur ad confixionem in cruce, tum quamdiu Christus in cruce vixit, tum eo tempore, quo in eadem hæsit, antequam refigeretur, ac deponeretur. Certè minimè sex horæ intercurrũt, & cum summum diluculum, & prior etiam diei magis matura pars negotiis exteriùs minùs impendi soleat, meritò maior censeri potest eiusdem diei pars, ita vt dies item tota nominetur. Longe minore tempore flagellatio durauit, quàm crucifixio, tamen de illa intelligunt multi, quod est in psalmo 72. [g] *Fuis flagellatus tota die*, quamuis non exponat ibi sic Augustinus. Aiguanus affert exemplum quòd *cum Herode omnis Ierosolyma turbata* scribitur [h], quod *omnis Iudæa & omnis regio circa Iordanem veniebat ad Ioannem* [i], in quibus, & similibus locutionibus, inquit ille, non obstante signo vniuersali, accipitur totum pro parte, maximè vbi talis pars, pro qua accipitur, sit principalis illius totius, cuiusmodi erat diei pars, in qua Christus expandit in cruce manus suas, vtpote in qua Sol altior erat. Adde, vt dixi, horas multas. Denique propiùs accedit ad literalem hæc expositio, quàm si expansio manuum sumatur pro bonis operibus.

Vers. 11.] Numquid mortuis facies mirabilia, aut medici suscitabunt, & confitebuntur tibi?

Vers. 12.] Numquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam, & veritatem tuam in perditione?

Vers. 13.] Numquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua: & iustitia tua in terra obliuionis?

HÆc summa clamoris & adeò contentæ, ac fiduæque orationis, cum externo illo sup-

plicis gestu manuum expansarum, vt scilicet Deus, donec supperit sibi vita superéstque, opituletur, & suâ illam mirificam potentiam, ac incredibilem bonitatẽ declaret, quoniam non videtur ita opportunũ, vel etiam consuetum, vt huiusmodi effecta erga iam vita functos exerceantur: nec fieri potest, vt arte medica reuocentur mortui ad vitam; reuocare autem illos non solet Deus, vt ab iis apud viuos celebretur, sed neque conditorum sepulchro quisquam deinceps hic prædicabit laudes Dei, aut commendabit, cùm iam perierit, & obierit, veritatem ipsius, quam seruat in promissis: postremò, vbi omnia sunt tenebræ, ibi nec tempus, nec locus cognoscendi mirabilia Dei, neque in regione mortuorum qui & ab aliis hominibus, & à Deo ipso traditi sunt obliuioni, secundum eam curam prouidentiámque, quæ viuis conuenit, & sunt præterea per se immemores, ac ignari earum rerum, quæ hicà Deo geruntur, non, inquam, in eo loco notitia mirabilium operũ Dei habetur, vel iustitiæ illius, quam exhibet mortalibus, eos tuendo ab aduersariis, in calamitatibus subueniendo, afficiendo beneficiis, præstando quæ pollicitus fuerit. Ergo his de causis deprecatur mortem; non tam sua ipsius causa, vel ob priuatam vllam rationem, seu commodum, quàm, vt facultas detur Dei potentiam, veracitatem, bonitatem palàm, & vbique apud mortales oratione, sonóque vocis dilaudandi, & ex eorum animis errorem euellendi, quo propter calamitates, quibus aliquem premi nonnunquam vidẽt, persuadent sibi vel pœnas improbitatis illum luere, vel si sit iustus, nullam in Deo de rebus humanis curam, & prouidentiam esse. Totum hunc locum illustrare possunt quæ disputata sunt ad verba psalmi 6. [a] *Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?* Cui sententiæ similis in 113. psalmo [b], *Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui descendunt in infernum, sed nos qui viuimus, benedicimus Domino.* item in 29. [c] *Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? Numquid confitebitur tibi puluis, aut annuntiabit veritatem tuam?* Præterea in Ezechiæ Cantico [d], *Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te; non expectabunt qui descendunt in lacum veritatem tuam. Viuens, viuens ipse confitebitur tibi, sicut & ego hodie.* Allegoriam hic quoque de Christo tradunt Euthymius, Nicephorus, Latini ferè omnes, vt ille mortem deprecetur secundùm infirmitatem humanæ naturæ, sicut fecit in horto, vel precetur suam, omniúmque nostrũm resurrectionem corporalem, & nostram viuificationem spiritualem, atq; beatificationem, propter quam mortuus est, rationem verò afferat, quia nequeat Deus ritè cognosci, & laudari, qui finis est omnium operum & mortis suæ, à damnatis, & mortuis morte peccati, versantibúsque in tenebris, ac perditione damnationis æternæ. Augustinus ait significari quòd solis prædestinatis ad salutem, non autem omnibus hominibus, nec ipsis inter quos facta sunt Christi bona opera, profuerunt. Hoc verum est de finali, vt ita dicam, vtilitate; quoniam reprobis multa prouenerunt ex Christi redemptione beneficia, nec paucis illorum gratiæ copia magna. Caietanus docet hic significare hac oratione Christum, quòd nisi resurgeret, impossibile esset adimpleri à discipulis officium faciendi miracula, & prædicandi, vt cognoscatur, & laudetur Deus ab habentibus fidem, & gratiam.

a vers. 6.
b vers. 17. 18.
c vers. 10.
d Isa. 38. 18. 19.
Allegoria.
Finis omnium operum quis.

Numquid mortuis facies mirabilia.] Nomen מתים pro numeri singularis Caietanus vertit *separatum*, scilicet à communi vsu operum naturæ. Chaldaice מיתיא *perfectiui* pluraliter quasi dicas *diuisa, & separata.* Collectiuè sumitur vox Hebræa pro *multis mirabilibus, & miraculis* [a]. Sensus est, mirabilia opera, seu miracula edi solere viuentibus, qui percipere possint, intelligere, iis vti, gratias agere. intelligere autem videtur peculiariter suscitationem ex mortuis, quasi se iam, vt priùs innuit, inter mortuos computaret iam desperata valetudine, aut propter extremum periculum, rogarétque ne differret Deus auxilium tam diu, ac post interitum; quia tunc licèt posset vitam restituere, non tamen id facere soleret, sed ratò admodum id faceret. Sic psalmo 40. [b] *Numquid qui dormit, non adiciet, vt resurgat?* quod alij absque interrogatione reddunt: *Qui dormiuit, non addet, vt resurgat.* Et Iob [c], *Homo cum mortuus fuerit, & nudatus, atque consumptus, vbi quaso est. Quomodo si recedant aquæ de mari, & fluuius vacuefactus arescat, sic homo cum dormierit non resurget, donec atteratur cælum, non euigilabit, nec consurget de somno suo.* Maximè semper mirabilis ac incredibilis philosophis visa est resurrectio, seu à vitæ priuatione ad habitum eiusdem, siue ad recuperationem reditus. & mirabile fuit iustorum mortuorum animas de limbo liberari, ac nonnullos fortasse etiam cum corporibus in cœlum cum Christo conscendere. At longè mirabilior, ac diuinior animæ peccatricis ad spiritualis vitæ gratiam restauratio, vt plus sit iustificare, quàm resuscitare, vt nonnulli quandoque Patres dicunt. Video tamen Latinos, cum Augustino, mortuos pro reprobis, & obstinatis hîc accipere, qui seipsos excusant; & postquam diu peccauerint, cauſantur, ac præseferunt spem emendationis, cùm tamen curari non possint pertinacia proprij morbi, & obstinatione inueteratæ malitiæ. Legitur Christus tres mortuos suscitasse, in quibus triplicem statum peccatorum post Augustinum [d], spectat Gregorius [e], quartum suscitatum non fuisse, cùm idem Christus dixit [f], *Sinite mortuos vt sepeliant mortuos suos*, vt vltimus sit eorum, qui præter nequitiæ consuetudinem, adulantium, qui & ipsi mortui sunt, linguis laudantur. Idem Augustinus 8 maius non dubitat opus appellare ex impio iustum facere, quàm cœlum, & terram, & quæcumque cernuntur in cœlo, & terra, creare: certè si æqualis est vtrumque potentiæ, illud maioris esse misericordiæ. Alia tropologia Hugo explicat de iam damnatis, qui absolutè mortui dicendi sunt, morte nimirum secunda, imò tertia, videlicet per corporis mortem, per vitam gratiæ ac beatitudinis amissam, & quarta resurgentes morituri sunt morte cùm cruciabuntur etiam in corpore; nec enim vlla circa illos iam, & deinceps misericordiæ mirabilia exercebuntur, nisi quatenus puniuntur citrà condignum.

a Exo. 15. 11. psal. 88. 6. psal. 85. 10.
b vers. 9.
c c. 14. 10. 11. 12.
Philosophis semper visa est mirabilis ac incredibilis resurrectio.
d ser. 44. de verb. Domini. c. 4. mutat. 29. vel 25.
f Luc. 9. 60.
g Tract. 49. in Ioan.
Tropologia emphatica.

Aut medici suscitabunt.] Hieronymus, *aut gigantes resurgent.* Alij, *aut exanimes*, seu, *mortui.* Augustinus monet translationes ex Hebræo, quæ *gigantes* habent, sed præferendam nostram, quæ est LXX. quorum auctoritas tanta sit, vt non immeritò propter mirabilem consonantiam diuino spiritu interpretati credantur; rationem verò diuersitatis esse vocis similitudinem, qua in Hebræa lingua gigantes, & medici penè eodem modo sonant, & exigua differentia distinguuntur: & di-

ctos

ctos Interpretes no errore, sed potius occasione, quòd modo isto loco accipiendi essent gigantes, significare voluisse; nempe aut eos, qui superbè per artem sapientiæ suæ promitterent salutem animarum, aut etiam, qui spirituali robore in Ecclesia excellant, & per fidele ministerium opitulétur saluti; sed mortuos eo sensu, quo priùs est dictum, excitare non possunt, sed viuentes curare, quamuis nimirum aliquo modo etiam vero mortui sint, scilicet ob priuationem gratiæ, & reatum damnationis æternæ. Sed omisso interim sensu mystico, & siue legamus, *suscitabunt*, siue cum psalterio Romano, & cum Cassiodoro, *resuscitabunt*, siue cum Augustino, *exsuscitabunt*, expendamus Hebræa יָקוּמוּ אִם רְפָאִים *im rephaim iakumu*. Prima vox significat *si*, nec tamen malè redditur, *aut*. Vltima est verbum in Kal, significans *surgent*, vel *resurgent*. Quæ significatio cohæret rectè cum notione secundæ vocis pro mortuis: sed & pro gigantibus quemadmodum explicat Treuerus, quod si Deus alios communiter suscitaret, vt laudarent ipsum, suscitasset etiam gigantes, quos olim diluuio perdiderat, qui nempe tanti fiebant apud alios homines: quod tamen minimè fecit. Anonymus Græcus ab Agellio citatus *gigantes* etiam legens exposuit, numquid gigantibus θεομάχοις Dei hostibus, qui ex imperate non resipiscunt, & pro quibus ne no precatur, erit resurrectio ad confitendum tibi? sumit μετάνοιαν *pœnitentiam*, ac *resipiscentiam* figuratè per resurrectionem.

Videri possunt legisse L x x. in hiphil actiua coniugatione יְקִימוּ *iakimu*. Agellius ita sentit. Genebrardus ait etiam in Kal habere id verbum significationem actiuam; sicut & שָׁב *sciau* significat tum *rediit*, tum *redire fecit*, seu, *reduxit*. Vellem exemplum de verbo nostro protulisset: nondum reperi. Gigantibus vtcumque posset congruere sententia, numquid gigantes suscitabunt, non hi qui iam sunt, seipsos, mortui, sed illi qui nunc sunt, quoslibet mortuos, quasi qui alia possunt, hoc credantur etiam posse; vel gigantes figuratè dicantur eximia quadam scientia medicinæ præditi, vt valeant mortuos ipsos ad vitam reuocare, non solùm moribundos, mortique proximos. Nomen adeò multa significans est רְפָאִים *rephaim* secundo loco hic positum, nempe *gigantes*, ac *robustos mortuos*, & *manes*, siue, *in infernum conuersos mortuos*, quæ Paraphrastes vocat hoc loco, corpora tradita pulueri, vel consumpta in pulucre denique *medicos*. Thema est aut רָפָא *rapha* per (א) *aleph* *mederi*, aut רָפָה *raphah* per (ה) *he* *leue esse*, seu, *remissum, negligens, otiosum*, & *desinere, cessare*, &c. Permutabiles sunt literæ (א) *aleph*, & (ה) *he*; sed propriè cum (א) *aleph* sunt רְפָאִים *rephaim medici* à רָפָא *rapha*, etiam per (א) *aleph*. Vnde notum Angeli nomen *Raphael*, cuius notio, *medicina Dei*. Ab alia radice verbi רָפָה *raphah* per (ה) *he*, sed inserendo (א) *aleph* pro (ה) *he*, oriuntur aliæ significationes, vt sint *gigantes*; licèt alicubi [a] numero singulari רָפָה *raphah* cum (ה) *he* habeat eamdem significationem, quatenus ad eorum conspectum præ metu languescant alij: vel mortui, in quibus vis naturæ, ac robur elanguit, aut vt quidam volunt, qui propter improbitatem, qua, vt plurimū notati sunt, morte, ac manibus digni haberentur. Possent etiam à medicina denominari, quòd sint maximè sani & robusti, & quia possunt mederi aliorum calamitatibus, velut infirmitatibus, roboA re illo, ac potentia, qua præpollent. Legi postea Pinedam nostrum [a] copiosè de hoc nomine disputantem, maximèque probabile censentem, deductam appellationem à nomine proprio cuiusdam gigantis *Araphæ*. Pro *inferis ipsis*, & *inferno* vertunt aliquando [b] L x x. & noster Interpres. Hieronymus in Esaiam [c], vbi vocantur ab Interprete *gigantes* [d], qui Hebraicè רְפָאִים *rephaim*, docet, si legamus רוֹפְאִים *rophaim* significari *medicos*. Eodem loco antea [e], quod legimus, *morientes non viuant, gigantes non resurgant*, quod L x x. vertunt, οἱ δὲ νεκροὶ ζῶντες οὐ μὴ ἰάσωνται, οὐδὲ ἰατροὶ οὐ μὴ ἀναστήσουσιν, *mortui autem viuam non videant, neque medici suscitent*; Aquila, & Symmachus eodem Hieronymo teste, reddunt pro medicis *gigantes*. Putat Genebrardus voluisse L x x. ἰατροὺς *medicos* transferre, ne tolli videretur futura mortuorum resurrectio, sed negaretur futura per humanam vim & artem vel medicorum, vel magorum; quamuis isti viri sint nonnunquam mortuos suscitare, sed apparenter tantùm: aut si reuera, Deo per suâ virtutem perse concurrente, & vt aliqui de Samuele sentiunt, si eius anima, quam *euocauit Pythonissa* [f], redit propriè ad corpus suum, illud informatiuè, vt dicunt, animando.

Non disputabo nunc de Pythonissa ista, & aliis magicam artem exercentibus. Horum & similium collegit hoc loco exempla Bocchius, & ante illum Delrius noster in suis Magicis [g], atque consarcinator theatri vitæ humanæ [h]. Sed propiùs ad rem faciunt, fabulosæ licèt, suscitationes opera medicorum factæ, vel herbarum, & medicamentorum. Celebrantur in eo genere Glaucus draconis herba reuiuiscens [i], & alius nescio qua herba alia [k]: Hercules odore coturnicis incensæ [l]: Hippolytus suscitatus ab Æsculapio [m], quidam ab Asclepiade [n]: Enarchus à medicis [o] aliis. Magna etiam laus herbarum Pœoniarum, quas meritò Hieronymus [p] fabulosas nominat, nullâque ratione comparandas cum rore, quem appellat Esaias [q] *rorem lucis*, seu *luminum*, aut matutinum, aut vitidium herbarum, & olerum, quæ sic nominantur, quòd rore vireseant, recreentur, viuant, prodeant in lucem, splendeant quodammodo. Constat morbos quosdam esse, quos vocant ἀόρους, vt apoplecticorum, syderatorum, attonitorum, qui læso cerebro, quod neruorum communium principium est, sensu motuque defecti, iacent velut exanimes, & pro mortuis habentur. Eumdem effectum operatur κατὰ κεφαλὴν *capitis* percussio quædam, λιποθυμία, vel σὺν κεφαλῇ *deliquium animi*, quo subtilis Doctor laborans pro mortuo sepultus interiisse fertur: item in fœmina matricis transgulatio, & ἑτερικὰ passio. Artis medicæ peritus afferens in tempore remedium, facilè à rudibus existimari poterit vitam mortuis restituere. Et comitiali morbo pœoniam collo appensam mederi aiunt, variásque alias res lethiferis morbis, ac iam fermè desperatis. Non credo Valletio [r] pio alioquin eruditóque medico, quem Regum narrat historia [s] *puerum mortuum ab Elisæo suscitatum*, reuera penitus mortuum non fuisse; sed lictum animo, atque syncope correptum; curatum autem naturaliter fomento caloris Prophetæ, cum *incubuit super illum, & posuit super os eius, oculos super oculos, manus super manus*. Faretur contrariam magis communem, & veriorem sententiam. Sed nollem vllo modo dubitasset, aut probabilem aliam opinionem indicasset; multo

a in Iob 26. vers. 5.
b Prou. 2. 18.
c in c. 26.
d vers. 19.
e vers. 14.
f 1. Reg. 28. 12. 2 3. 14.
g lib. 2. q. 19. sect. 2.
h volum. 2. l. 7. cap. 5. §. 64. & seq.
i Clearchus lib. 7. vitarum Natalis Comes mythol. c. 5.
k Plin. l. 25. c. 2.
l Athen. l. 9. c. 15.
m Claudian. in Corinn. Virg. v. 8. n.
n Abel. l. 10. c. 8. ex Plinio l. 7. c. 12.
o Plut. opusc. de anima.
p in Isa. c. 26. q. c. 26. 19.
q c. 26. 19.
r Vallem opusc. impress. de sacra philosoph. c. 35. (lib. 4. c. 4.
s 2. Reg. 21. 18. 20. 22.

minus pei Ecclesiam id sibi dicere licere scripsisset, & voluissem qui alia in ipsum censura digna iudicauerant [a], hoc obtenuissent, notassent, censuissent. Nec sufficit respondere mortuum eo more, quod solemus de omnibus apoplecticis, & cataleptícis loqui, & de his, qui sensu, ac motu iacent quasi exanimes. Hoc est eleuare ifitius, & similium vim miraculorum, quod permitti non debet. Nostra propemodum ætate accepimus in Hispania medicum recepisse se vitæ restituturũ, si quis ei ex fontibus traderetur vulneribus extinctus; sed merito a fidei quæstionibus reiectam huiusmodi fatuam petitionem, sponsionemve, quæ maximè difficilem in religione nostra resurrectionis articulum in dubium reuocare posse videretur. Quantum sit inter vera nostra discrimen, & falsa miracula, quæ Gentiles à suis facta commemorant, longo, doctóque sermone demonstrat Michael Medina [b], differens etiam de allatis exẽplis, falso apud eosdem suffitatorum, deque vario illo morborum, quos dixi, genere, quibus qui detinentur, mortui habentur, & de quibus Aëtius [c], Celius [d], Medicique alij: Præterea probat nulla naturæ vi, aut temperamenti, seu complexionis bonitate, aut potentia facultatis imaginatricis, aut affectum fortium effici miracula posse, nec his modis à Christo, sed virtute diuina dumtaxat effecta. Quis ex putri materia formari hominem posse inficiens illimè sentiret, & à me alibi [e] notati sunt, non dubitarent asserere, si non eumdem hominem numero, ei certè similimum ex simili materia excitari. Lege aduersus adeò fœdum errorem Pererium nostrum [f], & Fõsecam [g]. Tropologia de medicis priùs satis indicata est Legi Hugo potest, distinguẽs bonos medicos *Patrem* [h], *Christum* [i], (quidam Græci ludunt in Ἰησοῦς, quasi esset ab ἰάσεως *medeor*, & ipse ἰατρὸς *medicus*) *Spiritum sanctum* [k], *Angelum* [l] (Raphael *medicinam Dei* sonat) *Euangelistam* [m] (quia Lucas arte medicus erat) *Theologum* [n], *zelatorem animarum* [o], *Confessarium* [p], *confessiones malas* [q], *diabolum* [r], *magum* [s], *adulatorem* [t], *doctorem qui non facit quod docet* [u]. Affert vero etiam Petrus Berchorius [x] non spernendus auctor de unctionem spiritualis medicinæ in incisiuam, & mordicatiuam; attractiuam, & aggregatiuam; solutiuam, & liquefactiuam: expultiuam, & vacuatiuam: consumptiuam, & maceratiuam: restaurantiuam, & impinguatiuam: lenitiuam, & demulcentiuam: abstersiuam, & corrosiuam: Idemmet adhuc vnum medicum vocat Christum redemptorem, alium legum ferentatorem, seu prædicatorem, tertium dignum præceptorem, sic præterea, quartum defraudatorem, quintum consolatorem, in arte complectum, in modo discretum, in actu secretum, in verbo facetum. Hæc ille pluribus: nec dubium esset adhuc plura. Denique Deus ipse profitetur [y], *Ego Dominus sanator tuus*. Negat Origenes [z] vllam à Deo magis esse serendam, quàm fatuitatis. De Deo autem, vt spiritualis medicus est, legatur Augustinus, de vera & falsa pœnitentia Cap. 5.

Et confitebuntur tibi.] Addita est communitio *etiam* ab Hieronymo, quæ non est in Hebræo. Chaldaicè, *vt confiteantur tibi*. Mortuos intelligit, si ex mortuis suscitentur, vt passim omnes exponunt, nõ medicos, vt vnus, quod sciam, Agellius, quasi gratias hi medici agerent Deo, quia tantam illorum medicamentis vim tribuisset. Nescio an tantam præstare medici possent, maximè si Christiani non essent, Deo potius quàm propriæ peritiæ illam tribuerent. Confessionem quoque vult externam voce ac sermone publico fieri solitam Propheta noster hic significare: nam Spiritus beati in altero sæculo Deum sine intermissione laudant: laudaturi etiam illi pronunciatis laudationibus, qui sua corpora recuperabunt. Apollinarius cantores nominat.

ἢ ῥα τοι ἰηλ μὲς ἐνὶς νεκυσσι ἀοιδήν.

Aut sane medici sistentabunt cantores.

Confessionem de peccatis accommodatitiè Hugo declarat Ambrosius [a], quasi legisset *Sustinabis me, & congregabor tibi*, de resurrectione vsurpat. Hic in fine est סלה *selah*, sed διάψαλμα non extat, quamuis recenseatur à Beda in Catalogo diapsalmatum. Quid valeat, dixisse semel sufficiat.

Numquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam?] Hieronymus, *numquid narrabitur in sepulchro misericordia tua?* Pro passiuo verbo, quod nunc habetur cum litera seruili ה ; *he* יִסַּפֵּר *hissaper* legerunt Lxx. in actiua coniugatione יִסְפֹּר *hisaper*. Vel clatiùs expressérunt actiuè, quod passiuè legerant, supplendo pronomen. Nec etiam si animas, seu manes, gentilitio more, hoc est, fabuloso, & falso conditos corporum sepulchris, aut circum ea vagari & errare cogas, narrant Dei misericordiam, aliásve eius laudes, sonora, & vocali laude, vt antè dixi, de qua nunc sermo est. De sepulchro tropologicè alias egimus.

Et veritatem tuam in perditione?] Hieronymus passiue, vt antea, & *veritas tua*, &c. Pro *perditione* est אֲבַדּוֹן *auadon*. Chaldaicè *domus perditionis* בֵּית שֵׁיצְבָא *beth sheedana*. Græcè ἀπώλεια, quam exponit Apollinarius ἐπιτηδειότατον τόπον, *peritissimum locum*, id est, in quo perditi versantur, nempe huic mundo, seu vitæ perditi, siue mortui, qui est aut sepulchrum pro cadauere, de quo exponunt Euthymius, & Nicephorus, quia corrumpat inclusum cadauer, aut pro anima subterraneum receptaculum, qui appellatur infernus, de quo Caietanus: non præcise etiam damnati; quamuis de illis non semel *perditionis* vocabulum vsurpetur [b], & inde quoque *filius perditionis* Iudas denominetur [c], & Antichristus [d], & malus quidam dæmon appellatur Græcè Ἀπολλύων [e], Latine *exterminans*. Imagitur veto præterea nonnunquam perditio cum morte [f], vel cum inferno [g], vel cum iudicio [h]. Nihil obstat per litionem sumere pro interitu, ac tynonyme cum morte, vt significetur non esse tunc qui memor sit Dei, sicut psalmo 6. [i] declaratum est, & quod *mors non laudabit eum* [k] *neque mortui laudabunt* [l]. Sepulchrum quoque Augustinus, & alij exponunt, sed tropologicè, vt animæ mortuæ videlicet per peccatum, corpus sit sepulchrum. Inter vocabula septem, quibus infernum Hebræi vocant, numerantur quæ a R. Iehosua filio Leui apud Galatinum [m], vnum est אֲבַדּוֹן *auadon*, de quo egimus.

Numquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua?] Paraphrastes tenebras gehennæ declarat. Euthymius, & Nicephorus sepulturam. Vtrumque placeret, si ἅιδης gehenna, siue infernus, locus sit tenebrarum, atque *terra miseriæ* [n], *& tenebrarum*: & paulò, vt Christus loquatur [o], *exterioris*. Nomina autem Hebræi, quibus respondent tenebræ, atque mirabilia, in forma singulari collecta significationẽ habẽt. Reciprocè quoque dixit Vates cognoscetur in tenebris mirabilia Dei, eo modo quo potest dici tantum esse, qui conspectus, &

narrari,

[a] Ps. Manasse Beatisbellen.

[b] 2. de relig in Deum fide 6. 7.

[c] Serm. 2. c. 2. Sect. 4. c. 6. Lib. 2. c. 7. li. 4. c. 2.

[d] 10 Eccl. c. 3. 20 Acutarum.

[e] 8. de primi rerum natur. c. 6.

[f] in lib. 3 meteoph. c. 7. 4. 1. li. lib 3. 18. Exo 15. 20. 1 Mat. 9. 12.

[g] Iere. 8. 22 l. lub 11. 8. m Coloss. 4. 14.

[h] Esa 3. 7. [i] Ier. 8. 23. [p] Eccles. 8. 11. [q] Ezech. 47. 12.

[r] Sap. 1. 14. Deus nullos mortis fecit autores.

[s] 1. c. 17. 8. [t] Gen. 50. 7. [u] Luc. 5. 11. [x] in dictionario moralis verbo Medicus.

[y] Exod. 15. c. 6. [z] Hom. 24. in Num. & in ps. 37.

[a] de fide resurrec. c. 2.

[b] Iob 21. 30. Tobiæ 4. 14. Matt. 7. 13. 9. 22. Philip. 1. Thes. 2. Hebr. 10. 39. 2. Petr. 2. 3. 3. 16.

[c] Ioan. 17. 12.

[d] 2. Thessal. 2. 3.

[e] Apoc. 9. 11. Exod. 12. 23.

[f] Iob 4. 21.

[g] Ezech 25. 18.

[h] Iob 31. 3. 1 Petr. 5. 7. 1 Ioan. 4. 18. Proverbia.

[i] Esa. 38. 18. Ps. 113. 17. Significat vocabulum [illegible] quæ vocant Hebræi.

[k] Esa. 38. 18.

[l] Ps. 113. 17.

[m] lib. 6. c. 7.

[n] Iob 10. 21.

[o] Matt. 8. 12. c. 22. 13. c. 25. 30.

nasset, vt quemadmodum non erit, qui corporali voce illud exequatur, sic nec qui corporeis auribus audiat, & cognoscat.

Et iustitia tua in terra obliuionis.] Hieronymus, *in terra, quæ obliuioni tradita est.* Alij, *desolationis, desolata, vastata, deserta.* Augustinus, *in terra oblita*, quod actiuè sumere se indicat, cùm explicat, quamuis tropologicè, de peccatore, qui Deum oblitus est, *dixit que in corde* [a], *Non est Deus.* In Gallicano, seu Ambrosiano psalterio, *in terra obliterata*: sed fortassis mendum est in Breuiarijs Ecclesiæ Ambrosianæ, quia Faber ex Gallicano recitat eo modo, quos nos habemus: ex vetere, sicut legit Augustinus, Terram siccitatis, & desolationis. Paraphrastes explicat. Vox Hebræa נשיה *neschacah* significat *obliuionem*: sed si legas נשיה *nischah* erit participium, quod legisse LXX. non dubito, cùm transtulerint ἐν γῇ ἐπιλελησμένῃ *in terra obliuioni tradita*, vt Hieronymus pluribus verbis conuertit, ad tollendam æquinocationem participij, *oblita*, ne actiuè sumeretur. Mauult Iansenius actiuè sumi *terram obliuionis*, in qua qui sunt, obliuiscantur, & idcircò non possit haberi noua cognitio. Propendendu semper magis ad editionẽ vulgatam. Terra hæc obliuionis, obliuioni tradita vel sepulchrum, vel infernus damnatorum est, vel quodvis subterraneum animarum receptaculum. Vbiuis horum locorum sit aliquis, dicitur desinere memoria viuentium, ac ipsiusmet Dei de illis, ad eum modum, quem dixi versu 6. ad illa verba, *sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius.* Videlicet, quod attinet ad Deum, secundùm prouidentiam illam, curámque, quam de mortalibus gerit. Eodem pacto dicitur in psalmo 30. [b] *Obliuioni datus sum tanquam mortuus a corde*: & in Ecclesiaste [c], quod *mortui nihil nouerunt amplius, nec habent vltra mercedem; quia obliuioni tradita est memoria eorum.* Veteres Λήθην *Lethen* Deam finxerunt, & lethæum inferni fluuium, quem transmeantes in descensu ad infernum, ac Lethes domum, priorum rerum perdant memoriam. Vndam miseris gratiam lethes cecinit Seneca [d], propter obliuionem præcedẽtium miseriarum. At damnati multo acerbiores experiũtur, & illarum obuersatur in animo memoria, quantum conferre ad maius tormentum valeat. Neque putandum per Elysios priùs campos trãsituras, postmodum pota lethæa aqua, deliciarũ in his perceptarum obliturας. Recordabuntur profecto earũ, quas in hac vita intemperãter perceperunt, vt eo crucientur magis, & pœniteat, sed sine fructu, non pœnituisse. Meritò Delrius [e] noster *campum obliuionis*, τὸ λήθης πεδίον apud Aristophanem, cum hoc quærit, τίς ἐς τὸ λήθης πεδίον; exponit non de vehementer obliuiosis, vel de rebus commentitiis, ac friuolis, quæ nusquam sint, vt Erasmus contendit in Adagijs: sed ab inferis ad nos huc redisse neminem, qui narraret quæ illic geruntur. Lege Lethes descriptionem apud eumdem illum Tragicum [f], & apud Heroicum g. Meminit quoque Lethæi campi apud inferos Plato [h], cum fluuio Amelica. Ob aliam rationem vocare possis terram obliuionis, in qua insepultus quis iaceat, & computrescat, vel aliter consumatur sine sepulchro. Reuocant namque sepulchra, & mausolæa viuis in memoriam nomina, gestáque mortuorum. Hinc illæ minæ Dei [i], *Dabóque te in manus hominum insipientium, & fabricantium interitum, igni erit cibus, sanguis tuus erit in medio terræ* (tale apud Iob [k], *Terra ne operis sanguinem meum*) *obliuioni tradetis.* A memoria quidem, ac monitione sepulchra nominantur μνήματα, καὶ μνημεῖα, & monimenta, seu monumenta; sed fortsitan potius, quo præterentes per viam, secundùm quam olim illa erant, admoneant mortui, & se fuisse, & illos esse mortales, vt scribit Varro [a]: & Cicero [b], nomine ipso admoneri se dicebat ad memoriam magis spectare debere posteritatis, quàm ad præsentis temporis gratiam. Vt autem res nostras, quæ hic geruntur, mortui, præcipuè Sancti, norint, & hi propterea non frustrà inuocentur à nobis, disputatum aliàs est, disputéntque qui de Sanctorum scribunt inuocatione aduersus Hæreticos, & Augustinus in libro potissimùm de cura pro mortuis [c].

Iuxta tropologiam, terra obliuionis homo terrenus est, dictus אנוש *enos*, quod nomen significat *obliuiosum*, vt miretur alibi [d] Dauid quid *sit homo obliuiosus* אנוש *enos, quod Deus memor sit eius, & qui abiens post amatores suos Dei oblitus est* [e]. Equidem ipse me, meique similes libenter admoneo, vt scribentes, & edentes de perpetua vita potiùs, quàm memoria cogitemus, nimiùmque meminerimus nostra post mortem non opuscula (quibus fortassis propagare nomẽ studemus) sed opera pensanda, *quæ non se iuuantur sola* [f]. Sic prior longè ante me suo scribebat Sidonius [g] Consentio. Similis Prosperi [h] admonitio, nobis in die iudicij non verba quærenda, sed opera; & Sulpitij [i], hominis officium esse perẽnem potiùs vitam, quàm perennem memoriam quærere.

Vers. 14.] Et ego ad te Domine clamaui: & manè oratio mea præueniet te.

IAm tertiò repetit se clamauisse ad Deum, & nunc intelligit clamando se illa dixisse, quæ proximè præcesserunt: addit verò præter id quod ante etiam dixerat tota die noctéque clamauisse, se sũmo mane peculiariter ante omnia alia semper præuenire, ac præoccupare velle Deum oratione, priusquam solem suum oriri faciat mundo. Orationis assiduitatem, diligentiámque hæc denotant, quod, inquam, manè, & ante omnia alia hoc orandi negotium susceperit. Auctor libri Sapientiæ [k] *oportere* scribit *præuenire solem ad benedictionem Dei, & ad orturn lucis eum adorare.* Noster autem Dauid sæpius repetit hoc se fecisse, tum prioribus psalmis [l], tum sequentibus [m]. Quæ in illis aliis psalmis iam dicta sunt, repeti non debent, sed hic inde peti. Ad mores aptè Hugo annotat manè plura bona facta; vt *legem datam* [n], & *manna* [o], *hostes deuictos* [p], *Ægyptios submersos* [q], *auicul.s*, quæ dici queant *astra matutina, Deum laudare* [r], *abscondi feras* [s], *nollem fugere* [t]. Trita quoque Tropologia, vt manè designet gratiæ tempus, & primam nostram ætatem. Per allegoriam plures de Latinis hæc verba Ecclesiæ applicant; quæ velut chorus respondeat orationi priori Christi, & eos maximè comprehendat, quibus illius passio tractata hic toto psalmo, sit vtilis: nec sint de numero spiritualiter mortuorum, sepulcrorum, iacentium in perditione, tenebris, terra obliuionis. Euthymius, ac Nicephorus contextum psalmi totum referunt ad Christum, quod magis probo. Idem sentiens Athanasius [u] vult istam esse orationem Christi mortui pro sua

[a] ps.13.1.
[b] vers.13.
[c] c.9.5.
[d] in Hippol. act.5
[e] tom.2.adag. 37 loc.
[f] in Here. furente. act.4. [g] 6. Aeneid. [h] 10. de Rep.
[i] Ezech.2.vlt.
[k] c.16.18.
[a] Menses quum erant mensuras. 5. de ling. lat. ad Catu.
[b] de Orat. 1.
[c] c.15.
[d] ps.8.5.
[e] Osee 2.13.
[f] Apoc.14.13.
[g] 8. Epist. in 4. lib. de vita contẽpl. c.17. [h] prolog. dial.
[i] Senso: loci.
[k] c.16.28.
[l] ps.5. 45.ps. 54.18. ps. 58. 87.ps.62. 2.7. [m] ps.91. 3.ps. 118.147. 148. Mani plura bona facta sunt. [n] Exod 19.16. 20.16.22.23. p.u.Reg 11.10. Ezech.37. [o] Exo.14 24. [r] Iob 38.7. [s] ps.103.22. [t] Rom.13.12.
[u] hom. de semente.

a Catech 14. resurrectione. Cyrillus item Ierosolymitanus [a] indicari τὸν καιρὸν τῆς ὥρας, *tempus horæ illius.* Explicat item is, quem appellant Hieronymum, hoc loco, quia matutina Christum resurrectione Pater clarificabit. Arnobius præterea, quia videbunt resurgentem, quem viderant tota die in cruce expansis manus suas. Non viderit post mortem orasse pro sua resurrectione, quia tam defierat tempus orandi pro se. Sed fortassis Athanasius orationem sumit pro effectu ipsius, aut pro quodam voto, & expectatione, quam habebat anima separata Christi de sua resurrectione, quam adhuc superstes meruerat, & impetraverat.

Et ego ad te Domine clamavi. Hieronymus, *ego autem.* Alij, *at ego*, aut quid simile. Vim tamen Latini faciunt, & emphasim, vt; (*& ego*) innuat illum qui pallionis Christi captus fructum, dicat, se etiam fuisse *ἰσχυρὸν πρὸς* [b], sicut fuerunt alij, qui sua culpa illo non perceperant, & ad Deum, non ad alium vllum clamasse, quoniam nullus medicorum fuit erat. & qui clamat, *& invocat, creditur* [c], fuit eratus à Dei misericordia, per cuius præventionem fit vt mane post tenebras infidelitatis: vicissim verò sic præventus prævenit etiam ipse futurum iudicium. Credo potius *& ego*, καὶ ἐγὼ τοῦτο *vnam*) si quam vim habent, hanc habere, vt seipsum clamasse, & clamaturum, & oraturum, ac laudaturum Deum profiteatur, atque cognituram mirabilia, misericordiâ, veritatem, iustitiam ipsius, quod negaverat fieri posse à mortuis, &c. Sic Ezechias, præfatus quod *infernus non confiteretur Deo, neque mors laudaret eum, neque expectarent qui descenderunt in lacum veritatem ipsius*, subiecit [d], *Viuens, viuens ipse confitebitur tibi, sicut & ego hodie.* Innuit Apollinarius hunc sensum.

τὰ καὶ ζῶν μάλιστα, καὶ λιτανεύων ἀεί.

Itaque vel ideo) *te viuens quæro, & precor adiutorem.*

e Hom. de semente. Arbitror Athanasium [e] lapsu aliquo memoriæ errasse hunc locum isto modo, ἐγὼ δὲ τὴν προσευχήν μου πρὸς σε τὸν θεὸν, *ego autem orationem meam ad te Domine*, nam erit simul membrum sequens. Pro hoc nostro καὶ ὁ πρωΐ σε κύριε ἐπικαλοῦμαι, Symmachus transtulit ἐμὸν δὲ πρὸς σὲ κύριε ἱκεσίαν, *meus autem ad te Domine ploratus.* Posset pro verbo שׁוּעִי *sciuahlibi* legi nomen cum pronomine affixo שַׁוְעִי *sciuahbathi*, *clamor meus*, nempe implorans opem, invocans auxilium, qualis est in *psalmo cornutarum invocantibus Deum* [f], quorum clamorem gemebundum indicat onomatopœicè verbum Græcum huius loci ἰάνυαξε. *Mœrorem* quoque ac *fletum*, Basilius, aut Theodoretus interpretatur, secutus, vt credo, Symmachi lectionem, quamuis de illo non meminerint.

Et mane oratio mea præueniet te. | Sic alij omnes. Mane autem בֹּקֶר *boker* figuratè pro citissimo quoque tempore, siue pro eo quod est ταχέως, *citò, acyùs, quamprimùm*, &c. sumunt Euthymius, & Nicephorus, ficque nos ipsi alibi sumi docuimus aliàs. Propria tamen acceptio à cæteris passim recepta, proposito satis congruit, eratque matutina oratio, ac sacrificium inter solemniora totius diei. Idem illi Græci aiunt in verbo προφθάσει præpositionem abundare, sensumque esse oratio mea φθάσει πρὸς σὲ, *ad te veniet*, quia impedimento non possunt esse peccata. Placet retineri eum proprio vsu, ac vt præpositionem: & vt significaretur quòd oratio peruenirent ad Deum, dici debuisset φθάσει σε, non προφθάσει. Denique Hebraum verbum cum pronomine affixo est תְּקַדְּמֶךָּ

tuba audacemena. in Athanasio [a] Certius mendu est ἐγὼ φθάσω pro προφθάσει σε. Interpres tamen reddidit optatiue, *præueniat.* Iambus monet, ad orandum te, tempus matutinum præuenit, quia nulla, inquit, oratio ipsum Deum præuenit, qui semper vigilat ad audiendum, nec vlla est bona oratio, quam spiritus Domini non præuenerit. Hoc probat ex Bernardo in Tractatu de diligendo Deum. Ibi ille alioquens Deum, ait, sed enim in hoc est mirum, quod nemo te quærere valet, nisi qui prius inuenerit. Vis igitur inueniri, vt quæratis, quærit, vt inueniatis: Potes quidem quærere, & inuenire, non tamen præuenire. Nam & hi dicimus, *Manè oratio mea præueniet te*, non dubium tamen, quòd repida sit omnis oratio, quam non præuenerit inspiratio. Verba psalmi nostri, *Mane oratio mea præueniet te*, non possunt profectò sensum alium gignere, propter pronomen (*te*) quam quod ipsum Deum oratio præueniat, non autem quod præueniat matutinum tempus, & ante illud fiat. Concedi quoque debet quod omnem orationem, & actum bonum, vt est aliquo modo meritorius, præuenit Deus gratia sua, saltem mediatè. Nihilominus verum etiam est, quod al qua oratio, aliusve actus bonus, & meritorius possit dici Deum præuenire, quatenus et reddat Deus incrementum gratiæ, aut aliquid aliud per modum præmij, ac denique ipsum præmium beatitudinis. Postremò expositio Iansonij recedit à communi cæterorum expositione, quibus negotium nō facit, quòd oratio dicatur Deum præuenire. Declarant verò, vel vt ab oratione principiu ducatur cæterorum operum nostrorum, vel, vt dum viuimus, oratione præueniamus iudicium diuinum, vel quandoque aliquam vltionem, & calamitatem nobis ab eodem ingruentem: vel de Christo, vt dicat [g] oratione præuenire velle hoc idem iudicium, & vltionem Dei contra homines: vel de eodem, vt orationi impetret, præuenire mane Deum, id est, manè resurgere, ac veluti impedire, *ne det sanctum suum videre corruptionem, nec derelinquat animã in inferno* [b]. Lege quæ dixi psalmo 58. [c] tractans illa verba, *Misericordia tua præueniet me*, Obseruat Arguanus *præuenire* hominem à Deo, vt præter modo citatum locum etiam *in benedictionibus* [d], *Deum* ab homine tum hîc, tum vbi dicitur, *præueniendum esse in confessione*, seu *præoccupandum* [e], ab homine hominem, vt *in honore deferendo* [f].

a Hom. de semente. *Nulla oratio præuenit Deum misericordia, sed spiritus Domini nostri orationem nostram, & voluntatem, & cogitationem, & scientiam.*

b psal. 15. 10.
c vers. 11.
d psal. 20. 4.
e psal. 94. 2.
f 2. Mach. 15. 10.

Vers. 15.] Vt quid Domine repellis orationem meam: auertis faciem tuam à me?

Sensus loci. CVm toties dixerit se clamasse, ac tam diligenter & assiduè in orationem intentum fuisse, differri tamen diutiùs id quod adeò enixè postulauerit, videret, conqueritur non admissam orationem illam suam, & negatum, imò ablatum Dei benignum aspectum, solitumque ipsius fauorem. Similes querelæ aliorum, vt Iob [g], *Ecce clamabo vim patiens, & nemo exaudiet: vociferabor, & non est, qui iudicet.* & Abacuc [h], *Vsquequò Domine clamabo, & non exaudies?* & nostri Dauid, vel potius Christi [i], *Deus, Deus meus respice in me, quare me dereliquisti?* &c. *Deus meus clamabo per diem, & non exaudies, & nocte*, &c. Relege quæ ibi dixi. Summam hic Rickelius col-

g c. 19. 7.
h c. 1. 2.
i psal. 21. 2. 3.

ligit,

ligit, Christi orationem non exaudità, seu repulsa, non qua ex deliberata eius ratione, ac rationali voluntate proceat, quantum de hac intelligens dicebat Patri [a], *S. tu autem quoniam semper me audis*, Sed quasi secundum affectum, seu sensitivum appetitum eiusdit, vt cum oraret, *si fieri possit, transeat calix a me* [b]. de quo etiam Arnobius, & Hieronymus, quos vocant, declarant. Similiter consolationis diuinæ præsentiam, velutique faciem, & tonitrum pietatis affectum subtractum naturæ passibili eiusdem in Cruce, cum clamauit *se derelictum* [c]: numquam tamen faciem Dei, quæ est ipsemet Deus, in cuius visione consistit beatitudo, ab anima illius auersam, sed indefinenter eam aspexisse visione beata, etiam tempore passionis. Hoc vltimum contra nonnullos asserentes tantisper interim suspensum saltem gaudium mentis, seu prouenens in parte superiori ex ea visione, alibi refellimus in hoc ipso opere. Docet idem Auctor eiusdem rationem interdum videri penitùs retineri; aliquando differri, vt & consolationis auram tempore tribulationis, quasi videatur auertus Deus. Atque de hoc etiam actum est semel. Non *auscultat Deus* absolute *orationem servi sui* [d], nec *respicit super eum* [e], vt non aliqua ratione exaudiat, sed aliquo modo semper illa *in sinu ipsius conuertitur* [f]. Hugo repulsi orationem demonstrat veram falsam, execrabilem, fœtidam, cruentam, mutilem, breuiorem quàm par sit, alis carentem eleemosynæ, & ieiunij quæ fiat pro indigno, quæ frigida sit, quæ indecora, vt ardentius petatur, quod differtur. Declarat vltimam causam Augustinus, & post eum Cassiodorus, aliique elegantissimilitudine ignis, qui flatu repercussus, inflammatur ardentius, & viuacius, vt Cassiodorus loquitur, animatur.

Vt quid Domine repellis orationem meam?] Hieronymus, *quare Domine abiecisti animam meam? Auersus es, neglexisti, obliuiscens animam meam.* In Complutensibus, Regnis, antiquis Bibliis Græcis est nomen *anime* ψυχῆς. Aquila etiam vertit ἱνατί τι ἀπωθεῖς ψυχήν μου; *ad quid Domine expellis animam meam?* Symmachus ἐπὶ τί ἀπορρίπτεις τὴν ψυχήν μου; *quare Domine abiecis animam meam?* Ita præterea in psalterio Gallicano, seu Ambrosiano, & in Illyrico, atque apud Euthymium. Quæ lectio consentanea est textui Hebræo, in quo est נפשי *nephes*, sicut & in Chaldæo. Sed orationem emendati libri Græci habent προσευχήν, atque Theodotion psalterium præterea Æthiopicum, & Arabicum, & textus Theodoreti; paraphrastes Apollinarij ἐπήκοον.

τί μου ἐπήκοον ἀφαιρεῖς τὴν προσευχήν;

Quare mihi precem meam longe mittis?

Supplendum censuerunt LXX. orantem animam, seu, animæ orationem, si *animam* transtulerunt. Vel per נפש *nephes* intelligi voluerunt habitum, & habitum, aut affectum, desiderium, appetitum, concupiscentiam, voluntatem, animum, anhelationem, seu aspirationem, quibus ipsamet oratio fatis innuitur. Sed & animam alicuius tollere, spernere non dissimile est differre, suspensum tenere ad vota, interpellata, postulata non respondere. Sic iudex Christo ζ, *Quousque animam nostram tollis? ibidem.* Denique repellere animam est à pace, ac lætate consequenda retinere, vel morari, quam cupit maximæ calamitati eiusdem non prospicere, orationem spernere, auertere faciem, quod hic paulò infrà dicitur, nimiùm curare, indignari etiam, ac indignum censere, vt exaudiatur.

Auertis faciem tuam a me.] Hæc eadem fere figmata occurrit antea tapius. Genius hic est ingratis, ac abominantis. Minatur Deus *dimittam te, & non faciem ostendam tibi die perditionis tuæ* [a]; atque quoque minatus vnde eius, vt non videam malum [b], seu cum approbando, & iuuando.

Vers. 16. Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea: exaltatus autem, humiliatus sum & conturbatus.

EXaggerat rationem expostulationis præcedentis, vt quam iuste conqueri videatur de repulsa, quod scilicet à prima ætate in omnibus fere semper sit versatus, laboribusque multis exercitus. Si autem paululum, & ad breue tempus recreatus, ac erectus fuerit in aliquem fortunæ melioris gradum à Deo, statim illa laborum honesta industria, mox iterum in priorem recidetit conditionem, & afflictionem, atque ad tantam peruenerit animi conturbationem, vt præ comitatu, & auxilij inopia, propemodum desperandum sibi esse videri potuerit. Si de Dauide ipso ne fermo, in pastoritio molestissimo labore transegit adolescentiam: deinde vsque ad annum ætatis trigesimum nunquam fere conquieuit, ob sæuas persecutiones, tametsi honore ab eo conciperentur, & aliquando in gratia habitus: tandem rex factus, continuis bellis molestus fuit, & grauissimis laboribus tractus. Basilius, & Theodoretus explicant tum de Iudæis, cum de humano genere vniuerso, iuuentutem illorum eile ab exitu de Ægypto; aliorum omnium, postquam extra paradisum eiecti sunt primi parentes, in omni deinceps tempore vitam in vtrisque calamitosam fuisse. Iudæos post honores, & facultates, quas consecuti fuerant, in seruitutem incidisse: humanam naturam bona gratiæ, quæ in paradiso acceperat, cum maiora concupiuisset, amisisse.

Communior expositio est, saltem secundùm allegoriam, de Christo, qui ab incunabulis ipse pauperrimus fuit, ac summos labores expertus, vtpote *reclinatus in præsepio, nec deinceps habens vbi caput reclinaret*, solum vertere adhuc infans coactus, opificio vitam tolerans, vsque ad annum trigesimum: postea etiam mendicato, alienaue benecentia denique post vitæ totius æruminas, humillimis, ac fœdissimis tormentis affectus, quamuis exaltatus quoque miraculis, & doctrina fuerit, nisi exaltationem de Cruce malis interpretari, in qua humiliatus constanter est, & ex ea depositus, in sepulchro humiliatus. Hoc modo Latini, præterque illos, Euthymius, & Nicephorus.

Alteram allegoriam tradit Augustinus, Cassiodorus, & alij de Ecclesia; axta etiam illud ex psalmo 128. *Sæpe expugnauerunt me a iuuentute mea.* Crebri persecutionibus, ait Cassiodorus, prælibata temporũ subleuatur, humilitate semper extollitur, cuius longior ætas non est debilis lassitudo, sed matura perfectio. vnaquæque fidelium exaltatur prius quando res humanas tumido corde cogitat, postea humiliatur, cum peruenit per Dei gratiam ad confessionem. (Augustinus dicit aliquibus maiorem ipsam exaltationem cedere in maiorem humiliationem) postremò confunditur, vel conturbatur, quando quæ malè gesserat, pœnitentiæ protestione damnat.

Pauper sum ego.] In Romano psalterio, & apud

Cassiodorum. *egens*, in Gallicano seu Ambrosiano, *egenus*, licèt habet legat *pauper*; in vetere, & apud Augustinum *inops*. Synonyma omnia, vt sæpe vidimus. Græcum est πτωχὸς. Hebræũ עני *ebion*. Pauper erat Dauid, cum paucas pasceret oues patris inquit Treuerus. De Christi paupertate cuiusmodi fuerit, & quanta, & an mendicato tantum vixerit, vel aliquid interdum possederit, magna olim altercatione disputatum est, nosq; ipsi quid videretur, alias aperuimus. Vtriusque paupertatis modum sectatum constat. Spiritualis paupertas non illa spiritus, quæ virtus est, sed inopia gratiæ, ac virtutum, fugienda: quisque tamen timul, quantauis gratia, & virtutibus præditus profiteri se pauperem debet, quia nihil hæ ad immensas opes Dei, & aliorum, & nullus paupertior, quàm qui quod habet, ab alio non tantùm accepit, sed immeritus accepit, & ab eius pendet nutu, atque conseruatione, tanto maiore, quanto id quod habet maius est. Docuimus præterea alibi, paupertem apud Hebræos appellari non opibus priuatum duntaxat, sed quomodolibet calamitosum, & ærumnosum, etiamsi alioquin opes illi non desint. Interpretantur hoc loco alij *afflictum*, aut *afflictione anhelum, & anxium*. Optima ratio proponitur Deo, *quoniam exaudit pauperes Dominus* [a]: *est refugium eorum* [b]: *nec obliuiscetur eorum* [c]: *oculi eius in eos respiciunt* [d]; *his derelicti sunt ei* [e]; *desiderium ipsum eorum exaudit*: *& præparationem cordis eorum* [f]; *propter gemitum illorum exurgit* [g]: *non despicit deprecationem eorum* [h]: *sollicitus illorum* est [i], *salus illius suscepit eos* [k]: *adiuuat ipsos de inopia* [l]: *facit vindictam eorum* [m]: *parcit* [n] *nis*, &c. Instituit etiam senior iuniorem Tobiam suum, *ne auerteret faciem ab vllo paupere* [o].

Pauperies spiritus nō fugienda.

Pauper apud Hebræos quis appelletur.

a psal. 68. 34.
b psal. 10.
c psal. 9. 19.
d vers. 8.
e vers. 14.
f vers. 37.
g psal. 12. 6.
h psal. 21. 25.
i psal. 39. 18.
k psal. 18. 20.
l psal. 106. 41.
psal. 139. 13.
m psal. 71. 13.
n ibid.
o Tob. 4. 7.

Et in laboribus à iuuentute mea.] Hieronymus, & *ærumnosus ab adolescentia mea*. Alij, *deficiens, moribundus, moriens, obiens, animam efflans, lenia confectus morte, expirans, fatiscens, vitam trahens postremi, quin ducens lente, ac sensim tabescens animam agens, agonizans, pene mortuus, a puero, ab adolescentia mea, a iuuenitute mea*, vel a *stupefactione*, aut, *a furore*. quia נעץ *geueahh* illa omnia priora significat, posteriora כעס *nohhar*, præsertim, *ætatem minorem, stupefactionem, & furorem*, vt accedunt ad *excussionis* significationem, vel, *rugitus*, vel, *concussionis*. vel, *afflictionis*. Sensus esset quòd Dauid, aut Christus, aut alius, mortuo, seu moribundo, languidóve similis, iam inde à primis annis fuerit præ multitudine multorum laborum, & quadam veluti rabie calamitatum, quæ quodammodo vires obstupefecerint. Hac de causa Christum, qui non excessit ætatis annos 34. Iudæos ad annum quinquagesimum ferè peruenisse, nonnulli iudicauisse existimant; quòd multis esset laboribus debilitatus, fractúsque, ac iam senex esse videretur. Ob similem rationem Dauid, qui solum vixit annis septuaginta, scribitur *senuisse, ac ætatis dies plurimos habuisse* [p]. Agellius credit pro נעץ *vegoueahh*, legisse, יגיע *iaghiahh laborans*, & confirmat simili phrasi Iacob dicentis [q], *Afflictionem meam, & laborem manuum mearum respexit Deus* ראה את עניי ואת יגיעי *hhomy veeth, iegiahhi chappai*. Hac ratione duplex (ו) *vau* esset mutatum in duplex (י) *iod*. & præterea coniunctio addita, quæ per primum (ו) *vau* cum sceua denotatur. Malim nihil mutare, nec substituere, quod facit Tuccius, ponens loco πτωχὸς in priore membro, θλιβόμενος, pro ὀνήσεως aliud vocabulũ ἐκνεύων, *expirans*, ita enim dicere voluisse existimo, non ἐκνεύων, quod nihil valet. Quicquid

p 3. Reg. 1. 1.

q Gen. 31. 42.

alij dicant, rectè à lxx. declaratur duabus dictionibus ὀνήσεως: est enim πόνος *lassitudo, & fatigatio ex labore, non ipse tantum labor, sed tritus, molestus*. Illud aliud, quod auctor idem subdit, indicare Prophetam exercitationem in honestis laboribus, quibus honorem, opesque cõparauerit sibi, propterea minus duplicet, & quia reipsa de illo verum est, deque Christo multo magis, & quia sauet Apollinarius,

ἐξ ἡβης πλουτεῖ τὰ ἐν καμάτοις μεμελετημένα.

A iuuentute pauperã, & in laboribus diligens, vel *accuratus*.

Quis enumeret, aut æstimet labores Christi: (de quo cum emphasi proferendum Hugo monet pronomen *Ego*) curamque, & diligentiã, & amorem in iis tolerandis, verbi gratia, quando *fatigatus exsistimare sedebat sic supra fontem* [a], *seruire eum fecimus in peccatis nostris, præbuimus ei laborem in iniquitatibus nostris*; *& laborauit anima eius* [b]; & *Laborauit clamans ad raucedinem vsque* [c]; orauit, ieiunauit, seruiuit parentibus, esurijit, sitijt, peragrauit loca multa, prædicauit, passus tãdem, & mortuus dirissima morte, ac tormentis. Obtineat Hugo hac de causa sic incipere hymnum qui recitatur tempore passionis, narrare passionem Christi: *Virgo infans inter arcta contenta præsepia*. Arnobius exaltationem ascribit Cruci, humiliationem curam iudice fuisse, confusionem (legit enim *confusus*) in morte. Exaltatus etiam fuit, vt notauit Rickelius, cum *quæsitus a populo, vt faceret eum regem* [d], cùm *omnia bene fecisse* prædicatus ob tot tantáque miracula [e]; cum exceptus in die palmarum adeò honorificè [f], sed post paulo appetitus ad mortem, & infinitis calumniis, tormentisque humiliatus, & afflictus, & cõturbatus sympathia quadã voluntaria. Sed & *homo nascitur ad laborem, sicut auis ad volatum* [g] (quæ volans absque vllo ferè labore, alienis fruitur laboribus, & volatu effugit incommoda, quod non potest homo, & hic ea debet alacritate labores perferre, quia volat illa, & ad hominem circũuolant vndique mala, tanquã aues) ita vt qui *in labore hominũ non sunt* [h], hac indigna appellatione censeri possint, *& non legitime certantes expectare coronam non debeant* [i], *nec manducare, qui non laborant*, seu, *operantur*, *nec vescẽtur pane qui sudore non parcit. Sicut* [k] *mercenarij dies nostri*, & [l] *operam sumus expectantes denarium diurni laboris*, *& militia* stipendium redditur, *quæ est vita nostra*, vel etiam tentatio, *quam* [m] *qui vicerit, manna recipiet*. Lege quæso te, Gregorij [n] enarrationem moralem in caput 7. Iob, de laboribus mercenarij. *Ora* quoque mecum *Dominum messis, vt mittat operarios in messem suam* [o], sed inconfusibiles, ἀνεπαισχύντους, qui nec rubore retardentur, nec habeant vnde meritò propter delictã in opere, præter causas alias, erubescant. Consule etiam Hugonem digredientem in nepotes, & consanguineos Pontificum, & Cardinalium, quos negat dicere posse versum istum, *Pauper sum ego* &c. Sed in eos quadrare, quod scripsit Ieremias [p] *de Moab fertilis ab adolescentia sua, & requiescente in fæcibus suis*. Potiore iure trans ferri hoc potest in laicos, & in Ecclesiasticorum illorum numero negari non debet nonnullos in mediis opibus affectu pauperes, ac liberales esse, in honoribus sic exaltatos, vt simul sint humiles, atq; cõturbari circa curam & sollicitudinem de aliis, cui vacant, non valentes, vt vellẽt sibi ac Deo magis vacare. Naturali quadam maledicendi libidine, ac diaboli nõnunquam instinctu traditetur Ec-

Κύριος.

a Io. 4. 6. Isa. 43. 24.

b Isa. 53. 11. c psal. 68. 4.

d Ioan. 6. 15.

e Mat. 27. 22. f Luc. 19. 35. & seq.

g Iob 5. 7.

h psal. 72. 5.

i 2. Tim. 2. 5.

k Gen. 3. 19.

l Iob 7. 1. m Mat. 20. 2.

n Tob 7. 1. o 4. Ioc. 2. 17.

p 8 mor. c. 5. & ep. vel c. 3. & seq.

q Luc 10. 2.

r c. 48. 11.

clesiasticorum natio & maledictis proscinditur. Vitia tamen etiam horum interdum indicare prudenter, amice, reuerenter expedit, quod Hugonem notauit religiosissimum Cardinalem aliquando facere.

Exaltatus autem humiliatus sum, & conturbatus.] Hieronymus, *portaui furorem tuum, & conturbatus sum.* Alij, *portaui terrores tuos, animi dubius sum, suspenso animo*, seu, *attonitus, hæsitans*, nimirum ne deficiam. Vel *vt fortiè*, nempe quotidie, ac semper dicens, ne forte peream, aut ne sit hoc, & hoc. Vel (*multo tempore*) scilicet humiliatus sum multo tempore. Vel (*affixus est,*) videlicet timor tuus super me, quasi tremens, ac tantùm non desperans. Chaldaicè, *sustinui timorem tui, anxius super me, aut timorem tuum onerosum.* Textus Hebræus hic est נָשָׂאתִי אֵימֶיךָ אָפוּנָה *nasatbi emecha aphunah.* Primum verbum נָשָׂא *nasa* legerunt Lxx. in passiua coniugatione niphal נִשֵּׂאתִי *nissethi elevatus sum, exaltatus, excelsus factus.* Secundum vocabulum Agellius, vt nunc est, scribens cum (ו *vod* post (א *aleph* אֵימֶיךָ *emecha terrores tuos*, ait hic positum pro אִמֶּךָ *immach*, idque legisse Lxx. & significare *extenuatum, pauperem factum, humiliatum*, à themate מָכַךְ *machach*, & videlicet in futuro coniugationis niphal, quod tamen est, non אִמַּךְ *immach* per *cholirich*, sed אֶמַּךְ *emmach* per ֶ *segol.* Hoc probabile, priusque a Genebrardo notatum, licèt non bene scriptum, אֵימֶיךָ *emecha*: quia eodem *humiliandi* passiuo verbo Interpres vertit alibi [a] illud idem Hebræum tum in niphal, tum præterea in hophal [b], & in Kal [c]. Tuccius [d] interpretans primum verbum Hebræum per Græcum, quod addit de suo, πάντας, & Latinum *sustinui*, secundum declarat per τοὺς λαούς σου, *populos tuos.* At legere tunc non debuit אֵימֶיךָ *emecha*, vt Latinis etiam literis facit, sed אִמֶּיךָ *immecha*, quia hoc significat *populos tuos*, non autem illud. Tertius modus esset, si legeremus cum (ו *vod* אֵימֶיךָ *emecha*; tunc essent *terrores tui*, quia יְיַשְּׁמוּם *enim* hoc significat, & supplendum esset aliquid (terrores tui oppresserunt me) quod tandem rectè exponitur his verbis *humiliatus sum.* Quod de Christo explanat idem Tuccius tulisse populos & gentem intipientem, non credentem, & contradicentem, eaque de causa grauissimis animi angoribus, & corporis doloribus discruciatum, verum est, sed non ad rem, & ex singulari ipsius legendi ratione, quam nimis sæpe vsurpat, parum æquus editioni vulgatæ, profectum. Vltima in hoc textu vox est אֲפוּנָה *aphunah.* Qui vertunt, *ne forte*, deriuant, à פֶּן *pen* ex radice פוּן *pun*, quod idem valet, & inde אֲפוּנָה *aphunah.* Qui, *omni tempore*, vel, *multo*, dicunt Arabicè tempus vocari אִפַּן *ippan*: qui *hæsitabo*, seu, *dubitabo*, &c. ab eadem illa radice פוּן *pun*, & פֶּן *pen*, quasi verbum ex ea formatum sit cuius futurum, cum ה *he* paragogico אֲפוּנָה *aphunah*: qui affixus est; nescio vnde deducant, nec debeo diuinare, curiosiusve scrutari. Nec hic Tuccius contentus fuit aliquem priorem sectari; exponit enim προσκλαυτὸς, & *rotantem*; vt Christus dicat se ab incunte ætate huc & illuc totâ die sustinuisse populos, ac toleralle; vel quòd Ecclesia sponsa, cum inde ab Abel varias oras partésque terrarum circumiens, portánsque populos incredulos, leues, inconstantes, eiusmodi pœnas sufferit, eiusmodi quietho interemit. Est quidem יָפַן *ophan rota*, sed non video quo pacto ex ea conficiatur verbum, nec vllum dabit exemplum Tuccius. Conniciam & ipse in cumulum coniecturam meam, nec si quis reiiciat, multum laborabo. Fortassis legerunt Lxx. futurum אֶפְנֶה *ephneh*, quod à פָּנָה *panah* significat *vtrobo, respicium, declinabo*, seu *conuertam* nempe oculos, quod cum addito dicunt כֹּה וְכֹה *choh vachoh*; [a] *huc & illuc.* Hoc facit qui est *conturbatus*, & vt alij multi vertunt, qui *dubius, hæsitans, animo suspenso*, denique *sibi non suus.* Nec refert omitti (ה) *vau* scriptum, quia sine punctis vocalibus olim scribebatur, vt sæpe admonui. Eamdem istam hæsitationem, dubitationem, conturbationem indicat alia Latina versio psalterij Romani, & Gallicani, quamuis faber in isto cõmunem lectionẽ ponat atque Arnobij, & Cassiodori, quę habet, *confusus.* Græcũ verbũ est ἐξαπορέω, quod Euthymius, & Nicephorus explicant esse ἄπορον βούλεσθαι, *destitutum auxilio*, sicque de Christo seu fuisse Iudæos, cùm insultabant ei [b], *Sine, videamus, an veniat Elias liberans eum.* Apollinarius idem indicat de impotentia, versũque totum sic enarrat.

ὑψώθην αὖ, θνητὸς, ἡσθένησα καὶ ἐπτώχευσα & ἴσχυσα. *Ex alto rursum humilis factus sum, & impotens operibus.*

Vis verbi Græci est, significare ad summas angustias redactum, & idcircò prorsus hæsitantem, & æstuantem, quóve se vertat nescientem, & ingenti rerum necessariarũ, consiliique inopia oppressum. Transtulit aliquando Interpres noster *tædere*, ὥστε ἐξαπορηθῆναι ἡμᾶς καὶ τοῦ ζῆν, ita [c] *vt tæderet nos etiã viuere* vel, vt alij declarant, *ita vt prorsus penderemus animi etiam quod attinet ad vitam, omnino perplexi ac inopes consilij essemus, qua ratione vita periculum euadere possemus.* Alio in loco, vbi legimus Græcè ἀπορούμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐξαπορούμενοι, vertit retinendo primũ verbum, & Latinum faciendo [d], *Aporiamur, sed non destituamur*, quod aliter exponitur, *Egentes, non etiam succumbentes egestati, valde, & ad languorem vsque, ac vitium defectum debilitati.* Lege Budæum [e]. Sed claudamus tandem locum istum Bernardi [f] sententia de humilitate differentis. Quis dabit mihi apud homines tantùm de veris dignè humiliari, quantùm vel de falsis datum est indigè exaltari! Illam mihi vocem propheticam assumerem, *Exaltatus autem humiliatus sum, & conturbatus.* Profectò boni viri est, dum ab alio exaltatur, humiliari in corde suo, & coram Deo; atque conturbari, & ægrè ferre. Christus non propriè humiliatus fuit ab alio, sicut exaltatus, sed ipsemet *humiliauit semetipsum* [g]. Nemo nostrùm ita dicere potest, quòd *exaltatus sit etiam humiliatus*, id est, priùs exaltatus quàm ipse se humiliauerit, aut humiliari se ab alio pateretur. Prior semper in nobis humiliationis ante exaltationem cadit, & *contritionem præcedit superbia* [h]. Sed præterea verũ est nonnullos de Ecclesia, quod Hugo notauit qui Ecclesiasticis opibus exaltari, timent iis priusquam humiliari sæpe, ac seruos heri principum, atque tyrannorum, nec audere illis resistere, ac eos reprehendere.

Vers. 17.] In me transierunt iræ tuæ: & terrores tui conturbauerunt me.

Vers. 18.] Circumdederunt me sicut aqua tota die: circumdederunt me simul.

RElicit in Deum causam paupertatis, & afflictionis adeò continuæ, de qua prius dixit, laboris, humiliationis, conturbationis. Hinc con-

a Exo. 2. 12.

a Eccl. 10. 18. b Ion. 3. 4. c Ps. 105. 41. d in Cant. annot. vinea. pag. 210.

b Mat. 27. 49.

c 2. Cor. 1. 8.

d c. 4. 8.

e in Cõment. Græcæ pag. 29. Epist. 87.

f Christus non [illegible] humiliatus, sed ipse semetipsum humiliauit.

g Philip. 2. 8.

h Pro. 16. 18.

[illegible]

sionis, aut anxiæ, sollicitæque dubitationis, & hęsitationis inter tot discrimina, quòd signa manifesta iræ suæ ac furoris aduersus ipsum ediderit, grauibusque impendentium aliorum malorum terroribus conturbauerit, quibus perinde circundatus, ac penè obrutus assiduè, simulque, & confertim pluribus concurrentibus, fuerit, vt tolent aquæ in illas collapsum penitus cooperire. Allegoriam Christi hoc loco, vt hactenus in psalmo toto, omnes ferè agnoscunt, tum in sua ipsius persona loquentis, tum in persona mystici corporis sui, qui sunt præsertim iusti, & variis tribulationibus exercentur, atque concutiuntur meru non tantùm aliarum in hac vita ingruentium, sed præsertim futuræ quoque damnationis. *Allegoria.*

In me transierunt iræ tuæ.] Hieronymus, *per me transierunt ira tua.* Alij, *furores tui.* Latina alia psalteria Gallicanum, & Romanum, atque Cassiodorus, & Gregorius [a], *pertransierunt. Ira*, vel *furores* חרוניך *charonim* & ὀργαὶ sunt mala pœnæ, quæ videntur ab irato Deo irrogari, quia solent qui irascuntur, alios malis afficere. Refert Euthymius Origenem iras, terroresque de dæmonibus interpretatum, quia semper hominibus irati sunt, ac terrorem incutiunt, sed non nisi vel iussi, vel permissi à Deo Christum hic dicere passionis tempore inuasum se ab illis, & vt hominem conturbatum. Familiare poëtis est vsurpare vltrices Deas, & ὀρφνας nocte & Acheronte genitas; ité diras, pœnas, Eumenidas, per antiphrasim implacabiles, Epimenidas, Erinnyas, malos genios, seu ἀλάστορας, furias, famulas Ditis, Alecto, Tisiphonem, Megæram, Parcas etiam, quòd minimè parcant, Clotho, Lachesin, Atopon. Concedo Angelos malos, siue cacodæmonas, quibus Deus vtitur ad puniendum quoslibet, vel ad exercendũ etiam iustos, posse iras illius nominari, ac terrores. Quod autem dicantur dæmones Christum conturbauisse, vt sit verum, intellige, fecisse quod erat in se, vt eum conturbarent, quamuis irrito conatu, quia solus *turbauit seipsum* [b], nulla præterea intrinseca causa. *Transeundi* verbo non significatur nisi tropologicè, vt ego Augustinũ, & alios locutos non dubito, quòd iræ Dei non maneant in iustis, sed in reprobis. In illis quoque hoc tempore sæpe transeunt; quamuis maneant postea in æternum; quod Christus loquens de infideli dixit, *manet ira Dei super eum* [c]. *Transire* est irrumpere magno impetu, quemadmodum solent procellæ, aquarumque vndæ, de quibus paulo post. Quo item sensu in alio psalmo [d] dicebat Propheta noster; *Omnia excelsa tua, & fluctus tui super me transierunt*, quasi diceret, traiecerunt, & permauerunt, vulgo, *hanno trapassato. passato da banda a banda, trapasso*, quod valere potest עבר *hibauar*, & διῆλθον.

[a] 7. Mor. c. 3.

[b] Ioan. 11. 33.

[c] Io. 3. 36.

[d] psl. 41. 8.

Et terrores tui conturbauerunt me.] Hieronymus, *oppresserunt me.* Alij, *succenderunt me*, vel, *perdiderunt.* Sunt φοβηθέντες non *terrores*, sed, vt ita dicam, *terrificationes, ac terrorum immissiones.* Nomen Hebræum cum affixo בעיתיך *bil bathecha* significans *terrores*, & *exagitationes*, descendit à verbo בעת *bahhath* *turbare, terrere, exagitare, malo*, vel, *metu exercere.* Pro eo verbo reddunt quandoque LXX. σφόδρα, nonnunquam [e] ἐκθαμβεῖσθαι, interdum καταπλήσσεσθαι. Significat primum, omissis aliis, quorum notio significatio, *circumagere.* & *circumuertere in eum rapidi motus, & vertigine, qualem in aqua apparet*, ita vt videatur & hoc loco eadem inter comparatio cum illa, quam citauimus ex alio psalmo [f]. *Omnia excelsa tua, & fluctus tui super me transierunt.*

[e] Iob 9. 34. c. 13. 21. c. 15. 24. & 31. 34.

[f] psl. 41. 8.

Præter figuratam acceptionem terrorum, & irarum pro dæmonibus, quam Euthymium ex Origene retulisse diximus auctor Græcus, quem putat Agellius Eusebium, interpretatus est, κατάρας ἐν τούτῳ *maledicta, & execrationes in lege positas.* Ita transtulit etiam hic aliquem interpretem: non ideò sequitur, quòd vt ipse sic existimans argumentatur, idem illud verbum מערת *bihhoth* ita redditum sit in Iob [b] verbo *maledicendi: Maledicant ei, qui maledicere dici.* Nec id, inquam, sequitur, nec loco citato est מערת *bihhoth*, sed נקף *nikkeu.* In genere terrores de quibuscumque sunt malis, maximè verò, vt prius dicebam, & Euthymius quoque obseruat, damnationis æternæ. Hæ sunt *sagittæ Dominiquas in se* Iob [c] asserebat *esse, quarum indignatio ebibisset spiritum suum*: hi *terrores Domini* מערכות *bihhuthe, quos* affirmabat *militare contra se* [d]. Ac si apertè dixisset, inquit Gregorius [e], percussus quidem de præsentibus dolco sed hoc in dolore sit grauius, quia & in pœna positus adhuc supplicia æterna pertimesco. Et paulo antè. Interea, ait, quippe iudicis postquam iræ pertranseunt, etiam terrores conturbant cum facit in pertransitu, sicut alias facere monui, quia iam aliud de damnatione patimur, & adhuc aliud de æterna damnatione formidamus. Nihilominus terrores cõturbantes possunt sumi de terribilibus malis tam præsentibus, quæ simul formidinem ingerant, ne vnquam finiantur. Nam Theodoretus explicat, ac Basilius, de horrendissimis suppliciis. Et eumdem sensum habere possunt verba Iob [f], *Vndique terrebunt eum formidines.* Aliquando etiam pro terrore trãsfert Interpres *exagitare* [g], vel *stupefacere* [h]. Quamquam ipsemet per se terror ac timor suum secum affert supplicium, exagitationem, stuporem. Treuetus refert nonnullorum explanationem de Dauid, quando conspiciens Angelum percutientem, tanto terrore percussus est, vt idem eo naturalis ei color imminueretur, & nec opertus quidem vestibus, calescere posset.

[b] c. 7. 8.

[c] c. 6. 4.

[d] ibid.

[e] 7. Mor. c. 3.

[f] c. 18. 11.

[g] 1. Reg. 16. 14.

[h] Esa. 21. 4.

Circumdederunt me sicut aquæ tota die. Similitudine ex aquis circũdantibus vtitur Psaltes frequenter, vt antea vidimus [i], quia non ex vna tantùm parte, sed vndique circundant quos compehendunt, propter fluxam naturam, vt Euthymius annotat. Idem est de *fluctibus* [k], *torrente* [l], *aquis absorbente* [m], *& intolerabili* [n], atque de *liberatione de aquis multis* [o], vt præteream aliarum simpturarum similia testimonia. Detorqueri circumdatio ista aquarum potest, secundùm tropologiam ab Hugone traditam, vt munire, ac defendere tribulationes cenſeantur, effeque pro *muro a dextris, & a sinistris* [p]. Præterea, vt innuatur importunitas inimicorum, atque tentationum, quæ *sicut aqua immant, subeunt, intertora nostra* [q], & penetrant omnes latentes tunas, & vna post diam continuo, ac perpetuo quodam fluxu succedit, irruitque tanquam *abyssus abyssum inuocans* [r]. Propter hanc iram aduersariorum circumdatum se conqueritur Christus *tanquam insidiis, canibus* [s].

[i] psl. 17. 17. psl. 21. 6. psl. 31. 10. psl. 87. 18. psl. 117. 10. 11. 12.

[k] psl. 31. 8.

[l] psl. 123. 4.

[m] ibid.

[n] ibid. psl. 143. 7.

[o] psl. 143. 7.

[p] Exo. 14. 22.

[q] psl. 108. 18.

[r] psl. 41. 8.

[s] psl. 21. 13. 17.

Circumdederunt me simul.] Hieronymus, *vallauerunt me pariter.* Alij, *cinxerunt, firmarunt, circumeuerunt, circuire fecerunt, in orbem transierunt, obsiderunt.* Non solum tota die, sed simul multis te malis, malorumque circumdatum & obsessum terroribus ait. Non fuit in Christo *fantasia ista ante pectus ad verticem* [t]: videturque *sicorem sictum Deus in eum collegisse, & commouisse eo fremente spiritu.*

[t] Esa. 1. 6.

spiritu, conscidisse illum vulnere super vulnus, irruisse in eum, quasi gigas [a]; ita vt à facie Dei turbaretur, & considerans eum, timore sollicitaretur. Ecclesiæ, atque iusto cuilibet eadem suo conueniunt modo, propter multiplicem persecutionem, ac tentationem: vt videatur interdum suffocari, vel mergi, sicut nauis, quive nauigat, cum aquis adobruitur. Timere sibi quisque debet. Petri naicula quamlibet agiteur, concutiatur, periclitetur, perire non potest.

[a] Iob 16. 15.

Vers. 19.] Elongasti à me amicum, & proximum: & notos meos à miseria.

INter mala tam multa, calamitatésque quibus circumdatum se adeò deplorauit, maximi videtur fecisse quod priùs iam dictum [b] repetit, ac in extremo psalmo ponit; vt procul abire fecerit Deus à se omnem amicum, proximum, notum, familiarem, qualibet necessitudine coniunctum, nec vllum ab iis in summa miseria consolationis capere lenimentum, & mitigationem permiserit. Tanta erat miseria, vt nemo commisereretur, & quod est in alio psalmo [c], *non esset qui contristaretur, consolantem quærens non inueniret:* sed cuncti se se subducerent, aut etiam absconderent, quasi ita se suum crederent tueri statum posse, ac salutem, si nimirum congressum ipsius, conspectúmque vitarent; & quàm longissimè ab eo recederent, aut ne si quidem vellent, possent auxiliari. *Circumspexi*, ait apud Esaiam [d] Christus, de quo est continua huius psalmi allegoria, *& non erat auxiliator:* & ad discipulos [e], *Ecce venit hora, & iam venit, vt dispergamini vnusquisque in propria, & me solum relinquatis.* Dixi etiam eadem de re superiùs in hoc ipso psalmo [f]. Reuera id euenit quod Sapiens obseruauit, vt *proximo etiam suo pauper sit odiosus* [g], *& humilis cum cecidit expellatur etiam a notis* [h]. Tritissimus hic de ficta, falsáque amicitia locus.

[b] vers. 9.
[c] ps. 68. 21.
[d] c. 63. 5.
[e] Ioan. 15. 32.
[f] vers. 9.
[g] Prou. 14. 20.
[h] Eccl. 13. 25.

Nam [i] *rara fides, vbi iam melior*
Fortuna ruit.

Item:

Nomen [k] *amicitiæ, si quatenus expedit, hæret,*
Calculus in tabula mobile ducit opus.
Cùm fortuna manet, vultum seruatis amici,
Cùm cecidit, turpi vertitis ora fuga.

Præterea:

ὀίγεται [l] τιμὰ φίλων ταλεμφύῳ
φωτὶ, παῦρος δ' ἐν πόνῳ πίσει βροτῶν
καιρὸς μεταλαμβάνει.

[i] Seneca.
[k] Petronius.
[l] Pind. in Nem. 11.

Lege Aristotelem [m], Isocratem [n], Ouidium [o], Salisberiensem [p]. Non huc exempla aduocanda contraria eorum qui amicos comitabãtur in exilium, de quibus Maximus [q] Tyrius, Suetonius [r], Seneca [s], Martialis [t], vel etiam pro altero alter mori paratus erat, & volebat, quorũ notatissima paria, Pylades, & Orestes, Theseus, & Pyrithous, Agamẽnon, & Menelaus, Castor, & Pollux, Amphinomus, & Anapias Siculi fratres, Damon, & Pythias, Nisus, & Euryalus, Alexander, & Ephæstion, Achilles, & Patroclus, Epaminondas, & Pelopidas, &c. Hyginum [u] inter alios cõsule. Exemplis sacris, præter Dauid, & Ionathæ, abũdat præsertim Ecclesia, vt sit satis Tertullianum [x] referre, scribentem, solitos cum admiratione, exprobratione, infamatione Gentiles de Christianis dicitare, Vide vt inuicem se diligant, & vt pro alterutro mori sint parati. Promeruit suis Christus vim tantam charitatis, quam tantopere quoque commẽdauit sub mortem [a], sua morte, sed etiam nominatim quod in tormentis, & aduersissima passionis fortuna, omni amicorum destitui solatio, auxilióque voluit.

[m] 7. 2. Ethic. 9. in portent. [n] 2. Trill. & 6. de Pont. [p] 3. Polycrat. c. 7. [q] serm. 17. [r] de illust. grammat. c. 10. [s] de benef. c. 25. [t] 7. Epig. 10. 43.
[u] c. 257.
[x] Apol. c. 39.
[a] Ioan. 13. 34. 35.

Elongasti a me amicum, & proximum.] Hieronymus, *longe fecisti à me amicum & sodalem.* Alij, *amantem, & socium.* In emendatis Græcis omissum est nomen secundum πλησίον, notatúrque in scholio abfuisse in tetraselido apud Lxx. & Theodotionem. In textu Theodoreti Latino extra vtrumque. Euthymius præterea declarat vt per πλησίον, intelligantur, qui vnà viuebant cum Christo. Apollinarius exprimit distinctè γείτονα, & πιστὸν ἑταῖρον, *vicinum, & fidelem socium.* Denique duæ sũt voces Hebreæ רֵעַ *reahh*, & אֹהֵב *oheu*. Secundam Tuccius [b] exponit nomine *pastoris*, & ποιμένος. Profecto sine causa, ne quid maius dicam in editionis vulgatæ ferè perpetuum Aristarchum.

[b] in Cant. annot. Pastrix præmisso 3. pag. 249.

Et notos meos à miseria.] Hieronymus absque particula coniungente, *notos meos abstulisti.* Alij, *in tenebris*, seu, *in obscuritate*, nempe esse, ac delitescere fecisti. Vel, *noti mei in tenebris*, nimirum sunt, seu delitescunt, nec prodeunt, vt opitulétur. Vel, *notos meos obscuratus*, scilicet fuisti, hoc est, obscurasti, & in obscuritate habitare fecisti. Vel repetendo præcedens verbum, *elongasti notos meos à tenebris*, seu, *obscuritate*, id est, præ obscuritate, quæ est in me, ita vt obscuritas ac tenebræ miseriam significent. Vel, *noti mei tenebræ*, hoc est, facti sunt tenebræ mihi, ipsi se in tenebris abdiderunt, nec illi me, nec illos video. Vel *notis meis tenebræ*, seu *obscuritas*, videlicet sum, notis ignotis. Quæ est elegans antithesis. Paraphrastes eam explanauit (& in conspectu notorum meorum obscurus sum) vel (& fui notis meis obscurus, ipse in conspectu eorum) hoc est, quamuis optimè me nossent, & me ante oculos haberent, perinde se mecum gerebant, ac si me penitùs ignorarent. Tuccius [c] notos in tenebris legi contendens, asserit hoc esse vaticinium prodendi à Iuda Christi de nocte, ac deserendi à reliquis suis discipulis, cùm cõprehenderetur. Eumdem suppeditat versio nostra sensum, ac illustriorem quoque reddit nomen ταλαιπωρίας, & *miseria*. Nam omnium linguis figurato sermone tenebrę calamitates, ęrumnas, miserias designant, vulgusque Italiæ *obscurum* vsurpat pro misero, ærumnoso, calamitoso. Discrepantiam tot translationum gignit vltimum vocabulum Hebręum מַחְשַׁךְ *machsciach*. Hoc scriptum cum his punctis vocalibus, & cum puncto in dextro cornu literæ (ש) *sin*, significat *tenebras*, & est nomen integrum cum littera (מ) *mem*, formatrice nominis, à radice חָשַׁךְ *chasciach*, sed ab ista eadem potest esse aliud nomen simplicius חֹשֶׁךְ *choscech* idem significans, cum litera (מ) *mem*, & præpositione מִן *min*, & scriberetur מֵחֹשֶׁךְ *mechoscech à tenebris*. Tertiò si in (ש) latere sinistro sit punctum, quo leniùs monemur proferre (ס) *sin*, à themate חָסַךְ *chasach retinere, cohibere, prohibere*, et it participium coniugationis piel מְחַשֵּׁךְ *mechasscech retinens, cohibens, prohibens*. Secundo modo sensus est, elongasti notos meos, à tenebris, id est, à miseria per tenebras, vt dixi, significata: præpositio autem *à* seu Hebræa מִן *mm*, valet *pro*, aut, *propter*, vt, *Genua* [d] *mea infirmata sunt à ieiunio: Turbatus est à fœtore oculus meus* [e]: *supplantata à sanguine* [f]: *cadent in gladio à furore linguæ* [g] *suæ: iustificatus ab*

[c] supra.
[d] Psal. 108. 24.
[e] Psal. 6.
[f] Osee 6. 9.
[g] c. 7. 10.

a Luc. 18. 14. b Psal. 13. E. 6.

tuos ab illo a : mirabilis facta est scientia tua ex me, &c. Et hic *elongare notos a miseria* est, eo quod tantæ delet miseria, vt nec valerent, nec saltem vellent eam subleuare. Vnde Apollinarius.

Οὐδ' ἐτὶς ἐγγὺς λοιτὸς παρὴς ὁ & ἦλθε θυρατῆς.
Neque aliquis oppresso consolator venit externus.

Externus, id est, de foris, & quasi à porta veniens, quamuis non sit ex ignotis sed notis, qui sic nominantur hoc loco. Primo modo simili sensu significatur, quod qui noti priùs erant, euaserunt ignoti, obscuri, tecti veluti tenebræ ipsæ, hoc est, in tenebris delitescentes. Vltimus modus indicat Deum prohibentem, cohibentem, retinentem, continentem notos, sicut & *elongauisse* dictus est *amicum & proximum*, ne iuuent calamitatibus pene oppressum.

Propiùs ad translationem nostram accedit secundus sensus, iuxta quem, atque citatum Apollinarium, elongatos notos à miseria interpretari possumus, non tantum præ, aut propter illius magnitudinem, sed etiam ab ipsamet miseria; ne eam vel conspicere dignarentur, aut ad eam accedere, vt eam subleuarent. Præterea posset addi quarta lectio, scribendo cum (ע) *sain*. & legendo participium מטמה *mechasseeh obscurans*. Vnde sensus nouus existeret, indicatus à Titelmano, Notos meos, Deus, obscurans, & obtenebrans fuisti, obtenebrasti, at obtenebrasti, vt esset confusos, obscuros, ignobiles redderet, cum illis videretur confusio esse, atque dedecus, & opprobrium, quod ego tantis afficeret malis & ignominia. & iuderet illos mei. Hoc ipsum clarius versu 9. iam dixerat. Longè *fecisti notos meos a me, posuerunt me abominationem sibi*. Sed quid opus est pertædeo multa vagari, & à translatione nostra diuertere? Nec verum est מטמך *mesanach* hoc modo expressum significare *a tenebris*, vel *præ tenebris*, vt Vatablus ponit. Supplendum concedo cum Abenezra, & Genebrardo. Sed tunc, vt aliquoties monui, per *tenebras* miseriâ tectè intelligimus. Quantum tradit sensum Iansenius, quod elongauerit Deus notos Christi à miseria, hoc est, ne fierent participes eiusdem miseriæ cum ipso, quando in horto comprehensus est, sed iuberet auctoritate diuina Christus, vt qui se comprehendebant *sinerent illos abire* a, protegens suamet captiuitate alios à captiuitate, qui *omnes relicto eo fugerunt* b. Facilis est tropologia de quibusuis iustis, quos, vt Hugo notat, relinquunt, immò & persequuntur etiam amici, proximi, noti cum conspiciunt in tribulatione constitutos, & quasi *à Deo ipso derelictos* c. Aliam paulo duriorem subiicit, vt elongare dicatur Deus amicos, proximos, notos à miseria nostra, ne nos ipsi afficiant miseria, circumdent, & obtendeant in morem aquæ, sicut prior versu dicebatur, cùm sint *inimici hominis domestici eius* d.

a Io. 18. 8. b Matt. 26. c Ps. 70. 11. d Micheæ 7. 8. Matth. 10. 36.

PSALMVS OCTOGESIMVS OCTAVVS.

1 Intellectus Ethan Ezrahitæ.

2 MIsericordias Domini in æternum cantabo.
In generationem & generationem annunciabo veritatem tuam in ore meo.
3 Quoniam dixisti: In æternum misericordia ædificabitur in cælis: præparabitur veritas tua in eis.
4 Disposui testamentum electis meis, iuraui Dauid seruo meo: 5 vsque in æternum præparabo semen tuum.
Et ædificabo in generationem & generationem sedem tuam.
6 Confitebuntur cæli mirabilia tua Domine: etenim veritatem tuam in Ecclesia sanctorum.
7 Quoniam quis in nubibus æquabitur Domino: similis erit Deo in filiis Dei?
8 Deus, qui glorificatur in consilio sanctorum: magnus & terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt.
9 Domine Deus virtutum quis similis tibi? potens es Domine, & veritas tua in circuitu tuo.
10 Tu dominaris potestati maris: motum autem fluctuum eius tu mitigas.
11 Tu humiliasti sicut vulneratum superbum: in brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos.
12 Tui sunt cæli, & tua est terra, orbem terræ & plenitudinem eius tu fundasti: 13 aquilonem & mare tu creasti.
Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt: 14 tuum brachium cum potentia.
Firmetur manus tua, & exaltetur dextera: 15 iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ.

Misericordia & veritas præcedent faciem tuam: 16 beatus populus, qui scit iubilationem.

Domine, in lumine vultus tui ambulabunt, 17 & in nomine tuo exultabunt tota die: & in iustitia tua exaltabuntur.

18 Quoniam gloria virtutis eorum tu es: & in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.

19 Quia Domini est assumptio nostra: & sancti Israel regis nostri.

20 Tunc locutus es in visione sanctis tuis, & dixisti: Posui adiutorium in potente: & exaltaui electum de plebe mea.

21 Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum.

22 Manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum.

23 Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non apponet nocere ei.

24 Et concidam à facie ipsius inimicos eius: & odientes eum in fugam conuertam.

25 Et veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius.

26 Et ponam in mari manum eius: & in fluminibus dexteram eius.

27 Ipse inuocabit me: Pater meus es tu: Deus meus, & susceptor salutis meæ.

28 Et ego primogenitum ponam illum excelsum præ regibus terræ.

29 In æternum seruabo illi misericordiam meam: & testamentum meum fidele ipsi.

30 Et ponam in sæculum sæculi semen eius: & thronum eius sicut dies cæli.

31 Si autem dereliquerint filij eius legem meam: & in iudiciis meis non ambulauerint:

32 Si iustitias meas profanauerint: & mandata mea non custodierint:

33 Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum.

34 Misericordiam autem meam non dispergam ab eo: neque nocebo in veritate mea:

35 Neque profanabo testamentũ meum: & quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita.

36 Semel iuraui in sancto meo, si Dauid mentiar: 37 semen eius in æternum manebit.

38 Et thronus eius sicut Sol in conspectu meo, & sicut Luna perfecta in æternum: & testis in cælo fidelis.

39 Tu verò repulisti & despexisti: distulisti Christum tuum.

40 Euertisti testamentum serui tui: profanasti in terra Sanctuarium eius.

41 Destruxisti omnes sepes eius: posuisti firmamentum eius formidinem.

42 Diripuerunt eum omnes transeuntes viam: factus est opprobrium vicinis suis.

43 Exaltasti dexteram deprimentium eum: lætificasti omnes inimicos eius.

44 Auertisti adiutorium gladij eius: & non es auxiliatus ei in bello.

45 Destruxisti eum ab emundatione: & sedem eius in terram collisisti.

46 Minorasti dies temporis eius: perfudisti eum confusione.

47 Vsquequo Domine auertis in finem: exardescet sicut ignis ira tua?

48 Memorare quæ mea substantia: numquid enim vanè constituisti omnes filios hominum?

49 Quis est homo, qui viuet, & non videbit mortem: eruet animam suam de manu inferi?

50 Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ Domine, sicut iurasti Dauid in veritate tua?

51 Memor esto Domine opprobrij seruorum tuorum (quod continui in sinu meo) multarum gentium.

52 Quod exprobrauerunt inimici tui Domine, quod exprobrauerunt commutationem Christi tui.

53 Benedictus Dominus in æternum: fiat, fiat.

Titulus, & Argumentum.

Vers. 1.] Intellectus Ethan Ezrahitæ.

DE primo tituli vocabulo *intellectus eruditus* משכיל *maschil* dictum pridem in alijs psalmis: in proximè præcedenti de *Ethan Ezrahita*. Ibi meminimus Hebraicæ traditionis, quòd *Ethan* significet patriarcham Abraham. Dicunt Hebræi esse cognomen illius, denotans eum de Oriente venisse, hoc est, de Chaldæa in Palæstinam, quasi dicas Orientalem, idque sibi velle Esaiam [a]; *quis suscitauit ab Oriente iustum?* ab eodem autem compositum psalmum istum. Paraphrastes posuit hunc titulum (*Intellectus bonus dictus per manum Abrahæ, qui venit de Oriente.*) Falsum est, quod sumunt: & quod inferunt, non sequitur, cùm constituerimus psalmorum omnium auctorem Dauidem; quamuis aliorum in psalmorum titulis nomina extent. Vnus hic de cantorum præfectis est, vndecunque cognominetur Ezrahita. Illæ causæ, quas attingit Agellius communes cum *Heman*, qui est in titulo prioris psalmi, quòd essent velut stipites, & origenes cantorum: vel indigenæ, seu αὐτόχθονες Ierusalem, & in ea nati, cùm plures aliunde Leuitæ aduenirent; non valdè congruunt; nec

[a] c. 41. 2.

Hebræorum opinio falsa de auctore unius psalmi.

nimùs prior causa conuenit *Asaph* ex familia Gersonitarum, quam *Ethan* huic nostro, qui ex Meraritarum, & *Heman*, qui ex Caathitarum. Sed repete quæ dixi psalmo præcedente. Probabile verò etiam esse docui in 38. *Idithun*, qui extat in illius titulo, & 61. ac 76. eumdem esse cum *Ethan*. Cæterùm quemadmodum in titulo præcedentis Græcè extat τῷ ἰδιθοὺν, & aliqui Latini legebant *Idithun*, & alii modis, ita hîc accidit. Notatur in scholio lectio habens τοῦ ζαραΐτου. De etymo Ethan non laboro. Plures *robustum* interpretantur: Arnobius contraria notione, *humilianum*: Galatinus [a], *& fortem*, seu *robustum, & venustum, & indigenam, & illustratiuum, & Orientalem*: Felix *& robustum, & futurum*: præterea in literis Hebræis איתן *Ethan* obseruat quod (א) *aleph* importat id quod totum nomen tetragrammaton: (י) *iod* est prima litera ipsius nominis: (ת) *thau* significat *crucem*, (נ) *nun filium*, quasi in laudem Christi Redemptoris. Olent ista Cabalam.

Etymologia nominis Ethan.

a lib. 6. c. 13

Ethan obseruatio in literis Hebræis Ethan.

Argumentum. Argumentum psalmi ad literam videtur mixtum ex rebus, quæ pertinent tum ad Dauidem ipsum, tum ad populum, quæ præuidet captiuum futurum in Babylone, tum ad prædictionem, ac postulationem venturi Christi, qui dictæ captiuitati, & aliis malis remedium afferat; multo autem magis illis, quæ toti humano generi, propter peccatum, communia erant: quibus vt mederi Deus dignetur per eumdem Christum, veteres Dei misericordiæ, atque de Christo eodem pollicitationes in medium afferuntur, ac de perpetuitate Dauidici regni, quatenus regni Christi spiritualis, & diuinioris typus erat. Conueniunt cuncti ferè in hoc argumento, etiam Hebræi, Lyrano teste, qui promissionem de regni Dauidici stabilitate complendam volunt sub Messia, quem adhuc frustrà expectant. Quamquam teste est R. Abenezra neminem se ex suis inuenisse, qui psalmum istum iuxta inchoatum sensum de gratiarum actionibus continuando, decenter exposuerit, cùm subiici videatur contradictio, quòd irritum fecerit Deus pactum suum. Refert etiam valde sapienti cuidam, accepto in Hispania Rabino, visum psalmum istum durissimum, propterea quòd grauissimas aduersus Deum contumelias contineret, ita vt nec legere, nec, si ab alio legeretur, audire posset. Quid mirum cadhuc velamen in oculis Hebræorum est, neque ambulant in lumine vultus Dei, hoc est, Christi. Propriore Catholicorum de vero Christo sententia, erat Agellius Diodorum. Ex eo, & aliis Græcis Euthymius, vt solet, ac ex isto Nicephorus Blemmida pro suo quoque more, mutuatus, idem dicit. Basilius, vel Theodoretus addit causam tam ampli promissi, quod fecit Deus Dauidi de spiritali templo, hominum salute, immortali regno, fuisse, quod ille adeò liberaliter, piéque promisisset Deo ædificationem templi, cùm videret falsos Deos templis honorari, arcam Dei solam honore destitui. Augustinus in opere de ciuitate Dei aliquot capitibus [b], declarat hunc psalmum de Christo. Eusebius [c] contendit nulli prorsus alij, nisi Saluatori Domino nostro accommodari posse. Simul præterea valet hic psalmus aduersus Ecclesiæ calamitates, vt memor misericordiæ, ac promissorum Deus, rebus eius afflictis opituletur. Itaque inculcantur hic velut argumenta ex dictis promissis, ex magnitudine calamitatum, ex cognitione peccatorum propriorum, quæ nisi vel impediant, vel retardent, non dubitet, quin demitigetur Dei ira; clementia verò, atque misericordia succurrat. Discrepat Arnobius ab aliis, quòd velit historiam, id est, sensum literalem psalmi declarari de tempore illo, quo numeratus est populus à Dauide, propterea*que tantus ex illo numerus interfectus* [a]: Mysticè de Christo; per quem misericordia, & veritas mundo aduenit, cum tot editione miraculorum, vt demum ab omnibus adoraretur. Auctor libri de temporibus, qui dicitur à nonnullis Philo, editum vult psalmum istum in actionem gratiarum; quando *Euilmerodach rex Assyriorum* hue *Babylonis, habuit in honore regem Ioachin è carcere eductum* [b]. Quidquid afferatur iuxta literalem sensum, trasferri ad mysticum de Christo potest, deberque. Hilarius in commentario psalmi 138. asserit minimè ambiguum esse quòd totus hic psalmus ad personam Domini sit referendus, quia ea omnia in eo sint, quæ & diuinitati ipsius propria sunt, & à naturæ nostræ infirmitate dissentiunt. Athanasius [c] inter psalmos τοὺς ἐν διηγήματι λεγομένους, *in narratione dictos*, seu *in narrando occupatos*, recenset istum: item iis annumerat, qui continent preces contra aduersarios, eósque, qui circumdent animas nostras: vel beneficiorum diuinorum memoriam in patres nostros, quando erant in Ægypto, & in solitudine, vt consideres quam sit bonus Deus, & quàm ingrati mortales. Adhibet Ecclesia ad officium de Natali Domini, & de transfiguratione.

a 2. Reg. 24. 2. & seq.

b 4. Reg. vlt. 27. & seq.

c ad Marcellinum.

Vers. 2.] Misericordias Domini in æternum cantabo.

In generationem & generationem annunciabo veritatem tuam in ore meo.

Meritò Rickelius dulcissimum hoc planè exordium vocat, & omni mundana, carnali, & vana voluptate vehementer suauius. De Domino agens, ait sibi propositum esse multiplices illius recensere misericordias, quas omni prius ille sæculo exhibuit, eásque carminibus celebrare duraturis in perpetuum, & apud non solùm suæ ætatis homines, verùm etiam apud posteros, quamdiù hic stabit mundus. Tum, conuerso statim ad Deum ipsum sermone, ait velle se ipsius veritatem, seu veracitatem, atque fidelitatem in seruandis promissis prædicare summis laudibus, & scripto, & verbo, ita vt exaudiant, & intelligant, si fieri potest, nati natorum, & qui nascentur ab illis. Videamus nunc singula.

Sensus loci.

Misericordias Domini.] Græcè τὰ ἐλέη σου κύριε, *misericordias tuas, Domine*: quo pacto etiam habet Theodotio, & alia Latina psalteria omnia: & Augustinus, Cassiodorus, Gregorius [d], & psalterium Illyricum. Forsassis voluerunt sententiam totam dirigi ad Deum. At editio nostra conuenit Hebræo textui, eámque sequitur Symmachus, & Aquila, nisi quòd in singulari habet hic ἔλεος, denique Hieronymus in sua versione. Memini me alias Bernardi sermonem recitasse, in quo disputat de septem misericordiis. In promptu est, eumque Aiguanus etiam hoc loco transcribit, & ante illum Hugo; post omnes Greuens [e], qui adaptat isidem fortasse easdem panes, quibus Christus aliquot *millia saturauit* [f]. Tantùm censet Bernardus hoc onus, quo Deus onerat religiosũ præcipuè virum tribulationibus suis, coctudit, & obruit beneficiis

d lib. 4. Moral. c. 31. vel 42.

e serm. 187.

f Marci 8. 9.

suis,

suis, vt onus aliud sentire non debeat, nec posse sentire videatur, sed deficere in eorum consideratione. Non est opus monere essentialem vnam in Deo misericordiam esse; plures dici secundùm effecta. In quo tamen loquendi modo Theologi discrimen ponunt, vt ideas absolute plures in Deo esse dicere non dubitent; quod non ita faciunt de aliis attributis. Nam in abstracto vnum attributum dicitur de alio, vt quòd misericordia Dei sit iustitia, &c. non verò quòd idea hominis, sit idea leonis, &c. Ratio est, quoniam idearum distinctio sumitur ex respectibus diuersis, qui formaliter ad illarum rationem spectant: misericordiarum ex obiectis materialibus, id est, ex miseris, & variis effectis. Hæc autem effecta tam multa sunt, quàm beneficia; & hæc non solum quot sub misericordiis septem à Bernardo enumeratis comprehenduntur, sed quantus est numerus beneficiorum, qui iniri nequit, & miseriarum, quæ omnem numerum superant. Nam exempli causa, naturæ miseria est, vt ratiocinatur idem Hugo, quòd *facti simus ex nihilo* [a]; fluamus, alteremur, *nec in eodem vnquam statu permaneamus* [b]: corrumpamur, *nec in miseriis subsistamus* [c]. Miseria culpæ est *annihilare* [d], *spoliare* [e], *cremare post mortem* [f], *angere vermi conscientia* [g], *vulnerare* [h], *obstare misericordiæ Dei* [i]. Miseria pœnæ est *sollicitudinis* [k], *laboris* [l], *morborum* [m], *damnorum* [n], in rebus, amicis, vita; *carnis* [o], *mundi* [p], *peccati venialis* [q], *gehennæ* [r]. Miseria ignorantiæ, quod *ignoremus egressum, & introitum nostrum* [s], *finem* [t], *meritum* [u]. Aduersus istas, & plures alias miseras, quarum longa confici Ilias potest, misericordiæ multæ necessariæ sunt.

In æternum cantabo.] Aquila' sine præpositione posuit αἰῶνα aduerbialiter. Hebraice quoq; deest præpositio, & posset עוֹלָם *hholam* reddi, *mundo*, hicque sensus effici; misericordias Domini mundo cantabo, & vniuersitati omnium hominum, immò & creaturarum, vt prouocem ad vnà mecum laudandum Dominum adeò benignum, & beneficum. Nullum habeo istius approbatorem sensus me priorem. Communis aptius cohæret cum sequentibus. Cantum æternum intelligit quantum in se esse possit, vt indesinenter eũ vsurpet, quoad vita suppetet τοῦ λοιποῦ, vt Apollinarius interpretatur: & per *cantum* cantica, & hymnos, in quos redigat gratias pro receptis misericordiis, beneficiisque. *Misericordiarum Domini recordabor*, ait Esaias [x], *laudem Domini super omnibus, quæ reddidit nobis Dominus, & super multitudinem bonorum domui Israel, quæ largitus est eis secundùm indulgentiam suam, & secundùm multitudinem misericordiarum suarum.* Existimet quisque iniungi sibi, *Vade in domũ tuam, & annuncia illis quanta tibi Dominus fecerit, & misertus sui tui*: & exemplo dæmoniaci à Christo liberati, prædicemus in Decapoli, hoc est, in orbe toto, *quanta ille fecit nobis* [y]. Imitemur & nostrum Propheram, qui dicebat [z], *Venite, audite & narrabo, omnes qui timetis Deum, quanta fecit anima mea.* Proponit quæstionem Gregorius [a], si nulla in cœlo peccati sui homo memoria tãgitur, ereptum se vnde gratulatur? aut quomodo largitori gratias refert de venia, quam accepit, si interueniente obliuione transactæ nequitiæ, pœnæ se esse debitorem nescit; aut quomodo misericordias Domini in æternum cantabit, qui se fuisse miserũ ignorat? & si miseriæ transactæ non meminit, vnde largitori misericordiæ laudes reddit? & quomodo electorum mens perfecta esse in beatitudine potest, si hanc inter gaudia memoria sui reatus tangit aut quomodo perfectæ lucis clarescit gloria, quam reducta ad animum obumbrat culpa? Respondet fore in illa beatitudine culpæ memoriã, non quæ mentem polluat, sed quæ nos arctius lætitiæ astringat, vt dum doloris sui animus sine dolore reminiscetur, & debitorem se medico vtiùs intelligat, & eò magis acceptam salutem diligat, quo molestiæ meminit, quam euasit: denique in æternum laudes misericordiæ largitori nostro nos relaturos, & nequaquam miseria conscientiæ grauandos: quia dum mala nostra sine aliquo mentis malo respiciemus, & numquam erit quod corda laudantium de trãsactis iniquitatibus polluat, & semper erit quod hæc ad laudem liberatoris accendat. Affert exemplum huius ipsius temporis, in quo sæpe tristium læti reminiscimur, verbi gratia, cùm sumus incolumes, præteritorum dolorum, vt quo ægros nos recolimus, eo nos incolumes plus amemus: præterea in luce positi sine vlla cordis caligine animo tenebras videmus, vt, etsi obscurum sit quod mente cernimus, de iudicio hoc sit luminis, non de passione cæcitatis. Ante Gregorium Augustinus [b] eidem difficultati satisfecerat, docens in æternorum indeficienti iucunditate gaudiorum obliuiscros nos culparum, & pœnarum, nec tamen liberationis nostræ, ne simus ingrati: futuram quantùm ad scientiam rationalem, memoriam præteritorum malorum; nullam verò quantùm ad experientis sensus: si nos fuisse miseros nescituros, non posse, quod hic dicitur, misericordias in æternum cantare: quo cantico in gloriam gratiæ Christi, cuius sanguine liberati sumus, nihil futurum profectò illi iucundius beatorum ciuitati.

In generationem, & generationem annunciabo veritatem tuam in ore meo.] In aliis psalteriis, & apud Cassiodorum, *in generatione, & progenie pronunciabo.* Verti poterat, *generationi, & generationi* לְדוֹר וָדוֹר *ledor vador*, id est omni posteritati, seu posteris omnibus, non solùm hominibus ætatis suæ. Siue hoc dicas, siue quod ipse se annunciaturum dicat in generationem, & generationem, hoc est, vti proximè dixerat, in æternum, seu semper ac indesinenter. Sensus est, id facturum per sua carmina, quorum sit semper in mundo futurus vsus. Vel si loquentem faciamus Ecclesiam, saltem mysticè, quod hęc per suos nunquam cessabit ab ista annunciatione, & decantatione veritatis, atque misericordiarum Dei. Videtur Apollinarius intellexisse Dauidem, quasi diceret se annunciaturum vera, & vera cantaturum.

ἐκ γενεᾶς γενεᾷ μέλλω τερπτὰ μελῴδων.

Ex generatione in generationem, Beate, vera canam. Sed *vera tua* dicere voluit, seu, *veritatem tuam*, τὴν ἀλήθειάν σου, אֱמוּנָתְךָ *emunathecha*. Hæc est ipsius Dei veritas, id est, veracitas, fidelitasque dictorum, ac promissorum, vt ea seruet, & præstet, vt fœdera, pacta, instamenta compleat. *Misericordias Dauid fideles* appellauit Esaias [b] τὰ ὅσια Δαυὶδ τὰ πιστὰ, *sancta Dauid fidelia*. Quem locum citat quoque Paulus [c]. Quæ horũ obseruatio ad ipsiusmet Dei sanctitatem, pietatem, religionem quodammodo pertineat. Lege commentarium nostrum in Actus Apostolorum, vbi citaui trãslationem Syriacam, quæ reddit, *benepacentia fidelem*, & Tertullianum [d], qui *religiosa*, & *fidelia*: denique ὅσια significare etiam ea, quæ sunt ἱερὰ καὶ ἀνάθεμα, *sacra, dicata, debita, & iusta*; quia *omne promissum*, iuxta parœmiam, *debitũ, & seipsum negare Deus non potest* [e]. Hoc postea [f] iuramentum sanctum, ratum, fidele, firmum, im-

---

Differentia idearum secundum rationes formales ex respectibus diuersis ad illarum rationem spectantibus.

Natura miseria.
a Eccl. 41. 24.
b Iob 14. 1. 2.
c ps. 143. 11.
Culpa miseria.
d Eccl. 22. 19.
e Sap. 10. 30.
f Eccl. 21. 31.
g Eccl. 22. 19.
Pœna miseria.
h Eccl. 22. 22.
i Eccl. 5. 5.
k Eccl. 40. 1. 2. 7.
Ignorantia miseria.
l Iob 5. 7.
m Eccl. 40. 4. 5.
n Ibid.
o Rom. 7. 18.
p 1. Cor. 7. 31. 34.
q Rom. 7. 15.
r Mat. 25. 41.
s 3. Reg. 3. 7.
t Eccl. 9. 12.
u Ibid. vers. 1.

x c. 61. 7.

y Marc. 5. 19. 20.
z ps. 65. 16.

Gregorij quæstio.
a 4. Mor. c. 31. vel 42.

Ultima culpa in æterna beatitudine fideli animæ latens adspergit.

a 22. de ciuit. c. 30.

Omnis promissum debitum.
b c. 55. 3.
c Act. 13. 34.
d Scorp. Marc. c. 10. Cyprian. Omne promissum debitum.
e 2. Tim. 2. 13.
f Exod. 20.

mutabile insinuatur: *semel iuraui in sancto meo, si Dauid mentiar*, &c.

Posset præterea *veritas* accipi pro iustitia, iudicióve. Sic alibi [a] ait Dauid, *misericordiam, & iudicium cantabo tibi, Domine.* Quæ duo tam sæpe in psalmis, vt vidimus, & in aliis diuinis libris copulantur. De iustitia Hugo, Aiguanus, Rickelius hoc loco declarant. Sed plures dicto priùs modo, etiam hi tres. Iustitiam quoque, non misericordiam solam perpetuò annunciabunt beati iam securi, ac sine vllo metu. Hic *annunciatur* vt plurimùm *manè misericordia, & veritas per noctem* [b]; illa in prosperis, hæc in aduersis, vt ista ex iustitia nobis prouenire cognoscamus, priora ex gratia: præcedit item in remissione peccatorum misericordia, tum sequitur veritas in impletione promissorum. Respicit quoque magis propriè misericordia Gentiles, veritas, iustitiáque Iudæos, vt alibi docuimus, & Glossa hic notat, quia Christus minister fuit circumcisionis, hoc est, Iudæorum, propter veritatem Dei circa promissa: *Gētes autem super misericordia honorauerunt Deum* [c]. Cæterùm de quouis nostrum exponi potest, vt rectè Rickelius notauit, quòd in generationem, & generationem annunciabit veritatem Dei, & misericordias eius in æternum cantabit: tum quia bene, ac piè viuendo imitatores relinquit, qui & ipsi ea ratione celebrare censeantur Deum: tum quia à generatione viæ, viatorúmve sanctorum inchoat, vt in generatione beatorum, siue comprehensorum id continuet, atque perficiat; *habitantes enim in domo Domini in secula seculorum laudabunt eum* [d]. Cassiodorus, & Hugo generationem duplicem attribuũt Patribus vtriusque testaméti, vel Iudæis, & Gentilibus: vel præsentibus, & futuris: vel gratiæ baptismalis, Ecclesiæque militantis, & gloriæ, seu Ecclesiæ triumphantis. vt illa sit generatio *quarentium Dominum* [e], hæc *tenentium* Inuitat Sapientia, cuius est *memoria in generationes seculorum, vt à generationibus ipsius impleamur* [f].

In toto etiam versiculo multa indicantur ethica documenta, quæ attigit idem Hugo. *Misericordiarum* vocabulum gratitudinem innuit: *Domini*, humilem professionẽ seruilis conditionis: *in æternum*, perseuerantiam: *cantabo*, hilaritatem: *in generationem, & generationem*, ea, quæ iam notata sunt: *annũciabo*, procurationem alienæ salutis: *veritatem*, vt non inanis philosophia, & figmenta prophana proponantur; sed Christus in primis, qui *veritas est* [g], ac orthodoxa omnia: *in ore meo*, vt non perfunctoriè, & obiter, nec intra cor tantùm contineamus laudes Dei, ac prædicationem veritatis præ inani metu, nec sola scriptione, ac tractatibus contenti simus, nec vt per alios duntaxat, & non ipsimet per nos ipsos, si ratio id officij exigit, hoc præstemus.

Vers. 3.] Quoniam dixisti: In æternum misericordia ædificabitur in cælis: præparabitur veritas tua in eis.

REddit Deo causam quare decreuerit, & misericordias, & veritatem ipsius, siue veracitatem, aut iustitiam, quam ex obligatione proprij promissi seruat, summis semper laudibus, ac vbique, & apud omnes efferre, quoniam ipsemet Deus decreuit, atque pollicitus est fore, vt sua illa multiplex misericordia, veritásque stabiliatur perpetuò, & incrementum capiat ad similitudinem ædificij, quod affabrè, summáque arte, & solidissimè, atque immobiliter constituitur, quales cœli sunt, *qui tanquam ære fusi* [a], sempiternam, vel certè maximè firmam super omnes res altas, quas cernimus, obtinent consistentiam, & minimè corruptibilem subsistentiam. Videtur Dauid literaliter intelligere illas, quas priùs dixi ab Esaia [b] nominatas *misericordias fideles*, hoc est, liberales promissiones sibi factas *de prolis propagatione, ac regni perpetua in sua prole successione* [c], quam *ædificandi* verbum innuit, vt postea dicemus. Mysticè referuntur hæc ad pactum, fœdus, testamentum nouum, quod in cœlis, hoc est per cœlos, qui solent Apostolos, & Apostolicos viros designare, sanxit Deus, & Christus euulganit, per quem tanquam per causam principalem *gratia, & veritas facta est* [d].

Quoniam dixisti.] Hieronymus in Bibliis Regius, *quia dixi:* sed in editione Victorij, ac Treueti, ac in exemplari Frobenij, vt etiam testatur Ricardus Cenomanus, *quia dixisti.* Dempto vltimo puncto chirik gadol, quod nunc est, atque suppositio camets, erit pro prima persona, secunda, videlicet si legas אָמַרְתִּי *amarthi* pro אָמַרְתִּי *amarthi.* In prima persona inducitur statim loquens Deus, quasi dicat, inquit Treuetus; ideo annunciare te, ô Propheta, promittis laudem meam, quia dixi, quòd misericordia, quam faciam, erit sempiterna. In secunda persona propterea se velle annunciare dicit Propheta, quia Deus id dixit, quod ille est annuntiaturus, ac veluti excipit, quæ dictauit, & a se iam decreta esse manifestauit; ita vt os, in quo veritatem annunciet, sit instrumentum Dei, sicut & alibi [e] comparauit *linguam suam cum calamo scriba velociter scribentis*, atque dictata excipientis, aut cum calamo, quem scribæ manus mouerent. Vsurpatur *dicendi* verbum pro eo, quod est, *constituere, decernere, iubere, affirmare, reuelare, promittere*, vt plurimis exemplis ostendi potest. Ideo annunciabo, ait Augustinus, ideo dico, quoniam dixisti: securus homo dico, quoniam tu Deus dixisti: quia etsi ego in verbo meo fluctuarem, verbo tuo confirmarer. Dixit Deus reuelando, *& loquendo multifariam, multisque modis in prophetis, & nouissimè in Filio suo* [f] carnem assumente id, quod ab æterno constituerat, & decreuerat de redemptione humani generis. Quanto potior dicentis auctoritas Dei, vt credas, dicas, facias, quæ credenda, dicenda, facienda dicit, proponit, edicit, quàm illius, cuius apud discipulos sufficiebat τὸ αὐτὸς ἔφα? Nouam arrogantiam illam cognominat Nazianzenus [g] & Iuliano obiicit [h], dicenti nostram esse infantiam, & barbariem, nec quidquam aliud sapientiæ nostræ, quàm, crede: nec enim hoc irrisuros Pythagoræos, quibus αὐτὸς ἔφα, dogmatũ omnium primum erat, & maximum, aureisque (alludit ad opusculum Pythagoræ, cui titulus, *aurea carmina*) immò plumbeis carminibus præstabilius. Plato [i] etiam nemini de suis legibus permittebat negotiũ insumere, vel eas curiosiùs perpendere, sed ingenuè accipere: & impurissimus Mahometes de suis erroribus haberi disputationem penitùs cauit. *Testimonia* fidei nostræ *credibilia sunt nimis* [k], vt, si error esset, aut falleremur, quod fieri non potest, falsos nos à Deo ipso, & deceptos ipsimet Deo, quemadmodum scripsit Ricardus [l] S. Victoris, respondere possemus. Hoc pacto non præiudicata doctoris opinio, sed doctrinæ ratio, hoc est, credibilitatis, ponderata, & bene stabilita, de doctore, qui est Deus ipse, optimo, quòd [in-]

quam.

quam, sit Deus ipse, qui docet, ac fidem exigit, facit vt absque cunctatione, vel hæsitatione credamus, & quia *credimus, fideliter loquamur* [a], & annunciemus. Sed hanc annunciationem Hugo pro prædicatione sumens, obseruat nec se quemquam ingerere ad prædicandum, donec mittat eũ Deus, quive vices Dei gerunt, debere; nec si quis mittatur, recusare: quoniam conquerebatur Deus de currentibus, *qui non mittebantur* [b]; & Paulus [c] quærebat *quomodo prædicare possint non missi*? Amos [d] autem interrogabat, cùm *Dominus Deus locutus est, quis non prophetaret*? De se autem intelligebat, quòd quamuis hactenus propheta non fuisset, sed pastor, non posset non audire mittentis Dei vocem, vel detrectare munus prophetandi iniunctũ sibi. Vim similẽ habet *eructauit verbo*, quadam quasi vi, ac necessitate facta [e], &, vt ante dixi, similitudo *de lingua cum calamo*, quem alius mouet [f].

In æternum misericordia ædificabitur in cœlis.] Hieronymus, *sempiterna misericordia ædificabitur*. Tum alia, quæ sequuntur hoc modo, *cœlos fundabis, veritas tua in eis*. Caietanus, *mundus gratia ædificabitur, cœlos firmabis*; & exponit de creatione mundi cœlorumque. At minus profectò propriè creatio deputatur gratiæ: quamuis verum sit nullam gratiam præcessisse, quibus deberetur: futurum quoque tempus minus apte ad hoc significandum vsurpatur. Paraphrastes transfert, *mundus misericordia ædificatus est*, vel, *ædificabitur*. Alij ex Hebræo nectunt, ac distinguunt vt nos. In Latinis alijs psalteriis, & apud Augustinum, atque Cassiodorum sic distinguitur, *in æternum misericordia ædificabitur: in cœlis præparabitur veritas tua*, omissis duabus dictionibus (*in eis.*) Quomodocũque legas, aut distinguas, sensus est, quòd misericordia Dei permanebit instar ædificij optimè constructi, & quòd, quamdiu durabunt cœli, quos Deus solidissimè stabiliuit, veritas eiusdem perdurabit in illis, id est, sicut illi tanta duratione, quanta illi: immo etiam si transirent cum terra, quod non fiet, sed naturæ stabilis ordo perseuerabit cum mundo, quia *ordinatione Dei perseverat dies, omniaque seruiunt ei* [g], ipsa tamen, *& Dei verba non præterient* [h]. Vel, *in æternum misericordiam ædificans in cœlis*, est omnino ratam, fixam, immobilem esse, & ibi semel, tanquam in senatu diuino promissam, & decretam, omnino complendam; sicut *Apostolicam in terris sententiam legatoriam, & solutoriam, in cœlis comprobandam* promisit Christus [i]. Dignæ sunt æterno cantico, quod primo Dauid promisit versu, æternæ misericordiæ. *Ædificandi* verbum & οἰκοδομεῖσθαι, & בנה *numah* exponit Euthymius *fieri*: Theodoretus, ac Basilius *augeri*: Symmachus *stabiliri*: Apollinarius *fabrefieri* ἢ ἐπαυξηθήσεται, ἢ πρὸς τὸ τέλειον ἥξει. Hebræum verbum significat *ædificari, durare, propagari, stabiliri. Obstetricibus Ægyptiis ædificasse domos* Deus dicitur [k]: *& Rachel, ac Lia domum Israel* [l], quoniam ex his progeniti sunt octo patriarchæ: illæ aggregatæ populo, amplam in eo familiam, & locupletem propagauerũt. Eodem sensu dicebat Iacob; *tempus est vt faciam mihi domum*, seu, *prouideam domui meæ* [m]: & quodam ex prioribus psalmis [n] Vates noster quòd quosdam *Deus destrueret, & non ædificaret. Nisi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt, qui ædificant eam*: si ædificauerit, *portæ inferi non præualebunt aduersus eam* [p]. Respondet largissima ista, firmissimaque promissio Dei, promissioni, votóq; quod susceperat Dauid de templo construẽdo. Non superatur Deus liberalitate, sed infinitis partibus vincit tempori, decernens etiam *calici aquæ frigidæ mercedem* [a]. Non repetam cœlorum pro Apostolis à me prius indicatam allegoriam. De ea dixi plurib. psal. 18. Nec institutam modò cõparationem nostræ, quæ *quasi nubes matutina est, & quasi ros mane pertransiens* [b], cum diuina æterna misericordia. Alibi quoq; declarauimus vim comparationis ex ædificio, & domo, vt de Ecclesia dicitur, nec non de quolibet iusto. Apta multorum ad id opus coagmentatio, & quidem in cœlis facta, insinuat Deum in cœlesti sua, & supernaturali misericordia præordinauisse, ac disposuisse totam diuisionẽ, seriem, gradũ, mẽsuram omnium eorum, quæ sunt Ecclesiæ, atque cuiusuis saluti necessaria, non ex præuisis nostris meritis (licèt ad ea etiam efficienda pertineat mediorum secundùm prouidentiam, & prædestinationem suauis, & infallibilis dispositio) sed ex beneplacito, & gratia diuina. Hieronymus [c] disputãs aduersus gratiæ aduersarios Pelagianos videtur sic locum præsentem interpretari. *In æternum*, ait, *misericordia ædificatur*: nullum enim tempus est, quo non ædificetur misericordia in singulis quibusq; sanctorum, & iis, qui de peccatis trãseunt ad virtutes. Vbi *in æternum* non tantùm pro decreto æterno sumit, sed pro tempore perpetuo, quo Deus iuxta illud decretum, gratiam omnibus impertit. Sed quod attinet ad prædestinatos, vsque ad fastigiũ seu culmen ædificatio Dei peruenit, *nec abscindit Deus misericordiam* [d], quod creditus Hieronymus in hoc nostro psalmo dicit *semper sublimari, & nunquam destrui*. Rectè autem sic appellatur misericordia, tãquam proprium opus architecti Dei, à quo *alienum, & peregrinum videtur vindicantis, ac punientis iustitia* [e]; *nec ex corde suo humiliat, abijcitve filios hominum* [f]. E contrario fabricam, si ita vocare licet, punitionis nostræ diruit, quam nos ipsi nobis erigimus: quod indicant sequentia, *præparabitur veritas tua in eis*, id est, promoto misericordiæ ædificio, vel ipsæ ad puniendum præparationes diruentur. Sic quidẽ Viegas noster 8. *Ædificium* præterea pro cœlis ipsis accipi potest, & *in iis misericordiam ædificari* est rimas quodammodo illorum ex causa apostatarum angelorum, impleri, vt Rickelio placet, atque ita, quod in aliis præcessit psalmis, *in cœlis misericordiam esse* [h], & *usque ad illa magnificari* [i]. Hic tunsionibus, & pressuris exponuntur lapides, vt suis sibi coaptentur locis, *& benigne faciente Deo in bona voluntate Sion ædificentur muri Ierusalem* [k]. Euthymius, eiusque abbreuiator Nicephorus misericordiam illam æternã nobis, non Dauid iam olim mortuo, factam, affirmant; essèque Christum ipsum corpus autem illius ædificium vocari, quia ineffabiliter ex purissimis B. Virginis sanguinibus compactum est: domúsque illa est, *quam* dicitur: *sapientia sibi ædificasse* [l]. *Hic est thronus gratiæ* [m], *propitiatorium ex auro purissimo, templum pacis, æternæq; misericordiæ, ciuitas refugij*. Denique Christus, qui *misericordia* vocabulo intelligitur, ædificatus etiã in cœlo potest intelligi, quatenus ibi fixam fidem obtinuit post ascensionẽ. Verum est misericordia seu per illam ædificari in cœlis, & per eleemosynam *fieri amicos, qui nos recipiant in æterna tabernacula* [n]: quemadmodũ, & *clementia thronus regis roboratur* [o]. At non est hoc loco misericordia ablatiui casus, vt Hugo tamen, non, vt credo, reuera quòd ita putet esse, sed vt ad dictum sensum accommodet, affirmat. Quod equidem nolim vt quisquam imitetur.

Præparabitur veritas tua in eis.] Hieronymus

[a] Psal. 115. 1.
[b] Iere. 23. 21. Ibid. 14. 14. & 27. 15.
[c] Rom. 10. 15.
[d] Amos 3. 8.
[e] Psal. 44. 2.
[f] Ibid.
[g] Psal. 118. 91.
[h] Mat. 24. 35.
[i] Matt. 16. 19. & 18. 18.
[k] Exod. 1. 21.
[l] Ruth 4. 11.
[m] Gen. 30. 30.
[n] Psal. 77. 5.
[o] Psal. 126. 1.
[p] Mat. 16. 18.
[a] Matt. 10. 42.
[b] Osee 6. 5.
[c] 2. aduers. Pelag.
[d] Psal. 76. 9.
[e] Esa. 28. 22.
[f] Thren. 3. 33.
[g] In Apoc. ca. 5. comm. 1. ca. 2.
[h] Psal. 35. 6. Psal. 56. 11.
[k] Psal. 50. 20.
[l] Prou. 9. 1.
[m] Heb. 4. 16.
[n] Luc. 19. 6.
[o] Prou. 20. 28.

pro verbo *præparabitur*, vt antea retuli, legit *fundabis*, iungens cum cœlis *fundabis cœlos*: tum seorsim ponit, *veritas tua in eis*. Alia psalteria, vt etiam dixi, atque Cassiodorus, & Augustinus legunt *in cœlis præparabitur veritas tua*, omittendo (*in eis*) quæ neque Græcè extant, & omitti potuerunt sine iactura sensus, quamuis sit Hebraicè בָּהֶם *bahem*. Pro תָּכִין *thachin* actiuæ vocis legerunt LXX. in voce passiua תִּכּוֹן *thicchon*. Obseruant autem Euthymius, & Nicephorus Hebræis *præparare* esse idem, quod stabilire, ac ita Symmachum hic reddere, & ἑτοίμασον, *præparatum*. pro ἑτοιμον, *firmum*: Christum autem esse *veritatem*, vt se ipse nominauit [a]: præparatumq; , id est, stabilitum in cœlis, cùm, vt est in alio psalmo [b], *sedet a dextris Patris*. Basilius, ac Theodoretus idem de Symmacho admonent, & interpretari videntur sententiæ totius verba futuri temporis pro imperatiuis: quasi memor promissorum, atque misericordiarum promissarum Dauid, exigat vt eas præstet, ac opere ipso verborum suorum veritatem confirmet.

Dixi priùs de allegoria cœlorum pro Apostolis, in quibus præparata sit veritas, & per eos prædicata. Conuenire id Angelis quoque potest, per quos, teste Dionysio, ad homines veritas peruenit. Indicaui præterea tropologiam de veritate pro iustitia punitiua, quod vel eius præparationes, quas ipsi peccando facimus, diruat Deus, perpetuum verò misericordiæ construat ædificium. Possunt etiam præparationes Deo tribui, vt videatur solummodo designare, ac delineare, nõ autem seriò fabricare à fundamentis ad tectum vsque. Sed obstat, quòd *præparandi* verbum, vt dixi nunc, & psalmo 23. [c] significat *fundare, stabilire, perficere*; sic enim dicitur orbis terrarum super maria fundatus, & super flumina præparatus, & *cœli* ipsi dicuntur *præparati* [d], *montes* [e], *habitaculum Dei* [f]; & hìc postea pollicetur Deus se in æternum præparaturum semen Dauid: & Esaias [g] prædicit, quòd *erit præparatus mons domus Domini in vertice montium*. Quæ omnia, & his similia, non significant solam propriè dictam præparationem, id est, dispositionem, aut designationem, sed fixam, ac firmam constitutionem. Refert Galatinus [h] ex midras thehillim, expositionem loci huius de reparanda per Messiam Angelorum ruina, ita vt mundus quidem ædificetur misericordia, cœli reparentur, vel rectificentur, vel aptentur, vel instaurentur, seu thronus Dei.

Vers. 4.] Disposui testamentum electis meis, iurauì Dauid seruo meo.

Vers. 5.] Vsque in æternum præparabo semen tuum; & ædificabo in generationem, & generationem sedem tuam.

ADhuc Dei sunt verba ista, quibus dixisse dicitur, quòd fœdus olim pepigit cum electis, charisque suis amicis, & seruis Abraham, Isaac, Iacob, & cum posteris eorum: præterea, quòd per semetipsum iurauit, atque irreuocabiliter promisit Dauidi seruo etiam suo dilecto, & secundùm cor suum, fore vt ipsius semen perpetuò stabiliret, nec vnquam sineret posteritatem eius interire: sedem verò, seu regale solium, cum eadem seminis perpetuitate faceret esse perpetuum. Transferunt hæc omnes ferè ad nouum testamentum, eiúsque, & Ecclesiæ perpetuitatem: & hanc esse *sedem, quam filio suo dandam* Gabriel Mariæ pollicitus est nomine Dei, *& vt regnaret in domo Iacob in æternum, nec regni eius esset finis* [a]. Promissio facta Dauidi habetur in historia Regum [b], & in paralipomenis [c], in qua sine dubio sub typo illius, & Salomonis, siue promissionis de Salomone, & templo, & perpetuitate regni, Christus, & ipsius Ecclesia potissimùm intelligitur, quoniã iamdiu cessauit Dauidis, Salomonis, & posterorum vtriusque secundùm carnem imperium, ac forrassis etiam familia tota descendens de Dauid, quam penitùs extindere conatum Traianum scribit Eusebius [d] ex Hegesippo, cùm edictum ea de re, iam tulisset Domitianus [e], eáq; de causa, & quòd Christianus esset, Simeonem Ierosolymitanum episcopũ iussum crucifigi, quia fama erat ex genere Dauid nasciturum regem, qui cunctis Gentibus imperaret.

Disposui testamentum.] Hieronymus, *percussi fœdus*. Alij, *pepigi, ferijancidi, excidi, fodi*. Eadem prorsus phrasis in psalmo 82. [f] & 104. [g] De vocabulo *testamenti disseruimus*, בְּרִית *berith*, egimus alibi. Paronomasia quædã est in Hebræis בְּרִית בָּרִיתָה *charatha berith*, sed maior in Græcis διέθετο διαθήκην. Verbum autem Hebræum כָּרַת *charab*, vel בָּרַת *charath* secundùm notiones, quas dixi, veterem indicat ritum dissecandi victimam in fœdere sanciendo; & Homerus etiam dixit ὅρκια πιστὰ τάμεσθαι, *fœdera fidelia scindere*. De hoc ritu mentio est in scriptura [h], tritumque illud Virgilij [i],

Stabant, & cæsa iungebant fœdera porca.

Item [k],

— purâque in veste sacerdos
Setisere fœtum suis, intensamq; bidentem
Attulit.

Ennius [l] etiam,

Accipe, daque fidem, fœduſq; feri bene firmum.

Pro diris videtur ea dissectio fuisse in fœdifragos, vt ita diuiderentur. Sic sentit Augustinus [m], & Cyrillus [n] Alexandrinus. Addebant quidem Gentiles in sua formula (*si sciens fallo, tua me feriat Iupiter, qui pluit potest, pollique*. Tale illud etiam in libris Regum [o], cùm *Saul assumens vtrumque bouem concidit in frusta, misitq; in omnes terminos Israel per manum nunciorum, dicens: quicumque non exierit, & secutus fuerit Saiil, & Samuel, sic fiet bobus eius*. Huiusmodi quoque factũ fuit Leuitæ, quando *cadauer vxoris cum ossibus suis in duodecim partes, ac frustra concidens, misit in omnes tribus Israel* [p]. Similem vim inesse putant quidam dicti verbi, cùm contrahentes dextras inuicem datas in quopiam fœdere, vt id ratum significent, percutiẽdo, veluti discindunt. Plura Brissonius in formulis [q] ex Liuio [r]; ex Polybio [s] autem de imprecatione, vt ita quis decideret, quemadmodum lapis, quem dimittebat is, qui fœdus imbat, manu; denique alios ex aliis refert modos. Legendus Alexander ab Alexandro [t] cum Tiraquello, qui Suetonium citat in Claudio [u]. Loquens Hebraicè Christus, dicénsque [x], *disponam vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum*, non huius loci verbo בָּרַת *charath* vsus est, quod istam vim non habet; quamuis Latinum, & Græcum διατίθημι tectè seruat eidem sententiæ. Vt propterea non satis aptè illum aliqui locum cum præsenti comparent, vt Hugo. Eadem de causa non satis bene Rickelius interpretatur de vetere testamento, quoniam esset dispositio ad nouum. De noui testamenti institutione, ac firmitate cæteri hanc sententiam accipiunt, quamuis vt de illo facta promissio est patribus

veteris,

a Ioan. 14.6
b ps.109.1
c vers.3.
d Prou.8.27. e ps.64.7. f ps.32.29. g c.2.2.
h lib.6.c.12.
Sensus lect.
a Luc.1.33.
b lib.2.7.12. & seq.
c lib.1.17.10. & seq.
d 3.hist.c.16.
e Idẽ Euseb. in chron.
f vers.6.
g vers.9.
Ritus fœderis ferendi apud ueteres.
h Gen. 15.9. & seq. Ier. 34. 18
i Æne.8.
k Æne.12.
l 1. annal. apud Macrob. lib.6.c.1.
m 16.de ciuit. c.24.
n cont. Iulia. Imprecatoria formula apud eumdem.
o lib.1.11.7.
p Iudic 19.29.
q lib.4 pag. 499.
r l.1.9.30.
s lib.3.
t lib 5 c.3. u c.25.
x Luc.22.29.

veteris, & hoc illius typus extitit. Possent quæ de cæsis bestiis ab Abram fœdus cum Deo feriente mystice disseruntur, & ad mores huc transferri. Lege Pererium [a].

Electis meis.] Hieronymus, *cum electo meo*; & ita nunc est numero singulari. Hebraicè לִבְחִירִי *libchiri*. Collectiuè vnus multos designat. Vnum præcipuè Dauidem, ad litteram intelligi nonnulli volunt, aut cum illo etiam Salomonem: præterea quoque Nathan. Si & hic comprehendatur, electio latius patebit, vt electi dicantur, qui Deo chari. Sin autem de electione ad regnum sit sermo, sicut Dauid *præ suis* [b], ita Salomon item *præ fratribus suis electus fuit in regem* [c]. De sua Dauid electione canit in psalmo 77. [d] *& elegit Dauid seruum suum, & sustulit eum de gregibus ouium, de post fœtantes accepit eum*, &c. & Michol exprobranti respondit, *à Domino se electum potius, quam patre ipsius* [e]; & tanti beneficij magnitudinem agnoscens dixit [f]; *nec tanta est domus mea apud Deum, vt pactum æternum iniret mecum firmum in omnibus, atq; munitum.* Alij electos aiunt esse patriarchas, quibus de Christo, nouóque testamento promissiones factæ sunt, ac vniuersum populum Iudæum. Sic Paulus nominat *promissiones Patrum* [g]: & *Iudæorum promissa* [h], qui & *Deum* dicuntur *elegisse*, vicissimque *ab ipso electi* [i].

Mysticè sumuntur *electi* hic, aut pro *Apostolis* peculiariter *à Christo electis* [k], aut simul pro viris Apostolicis, & doctoribus, prædicatoribúsque; aut pro prædestinatis, qui distinguntur à vocatis [l]; aut pro omnibus fidelibus, qui quandoque nominantur electi, quatenus differunt ab iis, qui non amplectuntur fidem, quamuis non omnes illi sint de numero prædestinatorum. De hac varia electorum acceptione dixi alibi. Paraphrasis Chaldæa designat hic nomen *Abraha*. Idem cognomen tribuitur Iacob [m], Aaron [n], Moysi [o], quamuis nomine *Iacob*, & *Israel*, totus populus sæpe accipiatur. Constat cum Abraham peculiariter pactum, ac testamentum à Deo initum, ac promissiones factas [p]: & Paulus scribit, quòd *Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius* [q].

Iurauí Dauid seruo meo.] Qui præcedens membrum de Dauide interpretantur, aiunt, hoc esse synonymum illi. In psalmo 131. [r] fit mentio de iuramento Dei ad Dauid, *iurauit Dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum.* Titelmanus, quoniam non legitur expressum Dei iuramentum ad Dauid, sed ad Abraham [s], vult *iuramentum* hîc sumi pro firma, & irreuocabili promissione, quæ non minùs certa est, quàm si multiplici iuramento confirmaretur. Occurrant iam priores isti difficultati Euthymius, & Nicephorus, videlicet, quòd ὁ ὅρκος βεβαίωσιν τῆς ἐπαγγελίας δηλοῖ, *iuramentum firmitatem promissionis declarat.* Idem repetit Euthymius de citatis verbis psalmi 131. & ibidem pro pacto, & promisso constantissimo Basilius, Theodoretus, & alij explicant. Euthymius rationem assignat, quoniam iuramentum in Deo antiqui constantem illius promissionem esse intelligebant, cùm apud nos nihil aliud etiam sit, quàm confirmatio. Idipsum videtur de psalmo 109. [t] docere Augustinus, *iurauit Dominus, & non pœnitebit eum*; nempe de immutabili promisso. In 49. [u] etiam psalmo *iurasse* scribitur Deus; vbi explicant aliqui de simplici, sed firma asseueratione. Basilius [x] denique canonem illum tradit poni *iuramentum* in scriptura; interdum pro simplici, sed firmissimo promisso. Athanasius [a] id ex professo probat; quia propriè non iurat quis, nisi per alium: Deus autem non habet alium, per quem iuret. Inde autem nititur ostendere, abuti ratione, qui se iurare dicant exemplo Dei, quasi Deus reuera iurauerit. Sed quo pacto iurare liceat, quod videtur negare, & cur id Patres negent aliquando, dixi psalmo 14. Petrus in quodam sermone [b] citat iuramentum Dei ad Dauid ex psalmo 131. de quo modò memini. Eo loco dissérui quo pacto iurare dicatur Deus, & Paulus [c] protuli scribentem, quòd *volens Deus ostendere pollicitationis hæredibus immobilitatem consilij sui, interposuit iusiurandum*: & Philonem respondentem, negantibus decere id Deum, coargui hac ratione à scriptura, quæ narrat illum iurasse, infirmitatem nostram; vt conuictos nos consoletur. Dixi præterea ibidem, & psalmo 14. [d] quatenus nobis fas sit iurare. Cassiodorus idcirco hic monet minùs id licere, id est, adeò frequenter, ac sine graui causa, quia non est in potestate nostra, quæ pollicemur, efficere: Deum iustissimè iurare, cùm iure suo promittit omnia: iurare enim esse, quasi iure orare, id est, loqui. *Serui Dei* epithetum honorificum esse, aliàs ostendi, sæpéque Dauidi tribuitur [e].

Vsque in æternum præparabo semen tuum.] Hieronymus, *stabilitam*; & est נָכַן *achun* idem verbum, pro quo idem Hieronymus versu 3. posuerat verbum *fundandi*. Non conuenit exactè, ac propriè Salomoni, aut posteris hæc promissio, sed Christo, vt omnes Catholici obseruant, quibuscum in eo etiam Hebræi conueniunt, quòd de suo Messia interpretentur, quem frustra tamen expectant, cùm verus iam aduenerit, eiusque spirituale semen perseueret, ac perseueraturum sit semper cum regno, de quo in sequenti membro. Cæsaris regnum adhuc durat in Cæsaribus, inquit Caietanus, sed non semen: & Saülis semen duranit, sed non regnum: vtrumque hic promissum in Messia ex semine Dauidis tege æterno adimpletum est. Infrà versu 36. & 37. repetitur eadem iurata promissio de semine in æternum mansuro, atque de throno seu de sede, id est, de regno. Præter alia item eiusdem promissionis hactenus prolata testimonia, illustria sunt in Esaia [f], & Ieremia [g]. *Super solium Dauid*, ait prior, *& super regnum eius sedebit, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio, & iustitia, à modo, & vsque in sempiternum.* Posteriores verba sunt, *si irritum potest fieri pactum meum cum die, & pactum cum nocte, vt non sit dies, & nox in tempore suo* (ordinatione quippe Dei *perseverat dies* [h], & videtur sumpta comparatio ex hoc ipso nostro psalmo [i], vbi *throni permansio similis futura* dicitur *soli, ac lunæ*) *& pactum meum irritum esse poterit cum Dauid seruo meo, vt non sit ex eo filius, qui regnet in throno eius.* Rursus Esaias [k] de hoc semine perpetuo: *Si posuerit animam suam pro peccato, videbit semen longæuum.* Ieremias [l] quoque nomine Dauidis designans Christum, *non denominabuntur*, ait, *Iacob amplius alieni, sed seruient Domino Deo suo, & Dauid regi suo, quem suscitabo eis.* Adhæc Oseas [m], *post hæc reuertentur filij Israel, & quærent Dominum Deum suum, & Dauid regem suum.* Ezechiel [n] denique pollicetur *suscitandum super oues Dei pastorem, ac principem vnum seruum ipsius Dauid in perpetuum*: & quòd *percutiet illis Deus fœdus pacis pactumque sempiternum, & fundabit illos, & multiplicabit, &*

a tract. in pass. & crucem Domini.

a tract. in c. 15. Genes. p. 5.

b 2. Reg. 16. 6. & seq.

c lib. 3. 8. 11. & seq.

d vers. 70.

e 2. Reg. 6. 21.

f c. 23. 5.

g Rom. 15. 8.

h c. 9. 4.

i Deut. 26. 17. 18.

k Ioan. 15. 16.

l Matt. 20. 16.

m psal. 104. 6. psal. 134. 4.

n psal. 104. 6.

o psal. 105. 23.

p Gen. 12. 3. & seq. c. 15. 18. c. 17. 1. & seq. c. 18. 18. c. 22. 16 & seq.

q Galat. 3. 16.

r vers. 11.

s Gen. 22. 16.

t vers. 4.

u vers. 36.

x hom. in psal.

b Act. 2. 30.

c Hebr. 6. 13.

d vers. 5.

e psal. 77. 70. psal. 125. 16. psal. 131. 10 psal. 142 2. psal. 143 10 & alibi.

f c. 9. 7.

g c. 33. 21.

h psal. 118 91.

i vers. 36. 37.

k c. 53. 10.

l c. 30. 9.

m c. 1. 5.

n c. 34. 23. 24. c. 37. 24. 25. 26

dabit sanctificationem suam in medio eorum in perpetuum. Galatinus [a] testimonus Rabinorũ demonstrat Messiam nominibus *Dauid*, & *Salomonis* etiã multoties appellari. Profert ea scripturarum quoque loca, quæ ipse protuli: quibus adde ex Amos [b], quem citat Iacobus in Actibus Apostolorum [c]: *in die illa suscitabo tabernaculum Dauid, quod cecidit, & reædificabo aperturas murorum eius.*

Mysticus Dauid est vir iustus, manu fortis, Deo dilectus, aspectu desiderabilis, multòque magis bonis moribus, ac virtutibus: semen illius æternum: bona opera, & exempla, vt cum eo *perseueret bona hæreditas* [d], & peruenias ipse ad *incorruptibilem, & immarcescibilem conseruatum in cœlis* [e].

Et ædificabo in generationem, & generationem sedem tuam.] Hieronymus, *thronum*, qui *thronus* infrà [f] ponitur, & synonymum nomen est cum sede, vt psalmo 44. [g] vidimus, vbi pro sede alij *thronum* dicunt, Paraphrastes exprimit sedem regni. Parum refert legere, *in generationem, & generationem*, vel, *in generatione, & generationem*, vel, *in sæculum sæculi*, vel, *in generatione, & progenie.* Tot modis variant alia psalteria, & nonnulli Patres, quod accidit etiam in prioribus psalmis aliquando, & repetere tædet. Dixi sedem, thronumve esse regnũ Christi perpetuum, de quo multoties egimus. Est etiam eiusdem consilius ad dexteram Patris, postremò anima cuiusque iusti, quæ dicitur *sedes sapientiæ. Ecce vir oriens nomen eius* inquit Zacharias [h], &c. *& ipse portabit gloriam, & sedebit, & dominabitur super solio suo.* Ipsemet de seipso Christus ait: *ego vici, & sedi cum Patre meo in throno eius.* Ad sessionem verò spiritualem Cassiodorus accommodat, quòd super primos illos discipulos *dispertita sederint lingua ignea* [k]. Deipara quoque dici *sedes* potest, ac *sæculum*, seu *thronus*, & *solium eburneum* [l]. Ædificatur in generationem, & generationem à Deo per gratiam hic ei concessam, & gloriam in cœlo: ab hominibus item, quia *beatam illam dicunt omnes generationes* [m], eique altaria, templáque excitantur. Hic in fine est סלה *selah*, & διαψαλμα, quod in catalogo suo Beda ponit: sed omittitur in Græco textu Bibliorum Complutensium, Regiorum, & aliorum. Qui vertunt, *semper*, argumentantur ex regni perpetuitate de Christo intelligi hunc psalmum.

Vers. 6.] Confitebuntur cæli mirabilia tua Domine: etenim veritatem tuam in Ecclesia sanctorum.

Sensus loci.

LOquitur nunc Propheta stupefactus, & gratias agens ob tantam adeò magnorum Dei promissorum constantiam, quæ iam tanquam impleta, præsentiáque contuetur. Cœlos ipsos ait à Deo mirabiliter conditos, & per quos mundus hic totus inferior constantia summa gubernatur, testificari, sempérque testificaturos opera ipsius mirifica: eiusdem præterea in perficiendis promissis fidelitatem notam facturos in sanctorum illius cœtu, id est, Angelorum, qui ferantur cœlos mouere, ac per motum eorumdem res has inferiores administrare, & cùm aliorum corporum, tum cœlestium optimè nouerunt. Intelligit etiam simul homines sanctos ex opificio pulcherrimo, & firmissimo cœlorum intellecturos Dei attributa illa, vt sit *mirabilis in operibus suis, & fidelis, ac sanctus* [a]; atque de iis ipsum laudaturos tum beatos in cœlo, tum similes beatis secũdùm sanctitatem in terra eos, qui fungentur prædicatorum, doctorumque officio: præsertim verò, quod adeò mirabili ratione decretum illud humanæ redemptionis compleuerit. Qui saltem sensus mysticus est, sed receptissimus, vt & quòd cœli Apostolos, Apostolicósque designent. Cæterùm de cœlis mentio, quorum natura excitat maximam apud mortales admirationem, ob efficaciam, pulchritudinem, æquabilitatem motus, magnitudinem, perpetuitatem, facit vt persuadeamus nobis Deo deesse facultatem, & potentiam non posse, in efficiendo, ac præstando, quod semel promiserit. Vt idcirco etiam inferiùs magis distinctè inter potentiæ diuinæ opera cœli denuò exprimantur [b]. Itaque quod se initio psalmi facturum dixit, vt cantaret Dei misericordias, & veritatem annunciaret, id quoque facturos affirmat cœlos, id est, orbes ipsos cœlestes, Angelos, sanctos homines, qui Dei sunt beneficia experti: Præterea quia dixerat quòd testamentum Deus disponere se velle confirmauerat, atque tam magnifica promissa præstare, nunc se certum esse asserit fore, vt Dei miracula, quæ editurus est, cœli celebrent, & præstationem dictorum promissorum. Vsurpat frequenter Ecclesia Paschali tempore versiculum istum in missa de Apostolis, vel martyribus.

Confitebuntur cæli mirabilia tua Domine.] Hebraicè singulariter, *mirabile tuum* פלאך *pilacha*; & est nomen יהוה *Iehouah* maximè proprium Dei. Galatinus [c] existimans hæc verba Dei esse alloquentis sub nomine Dauidis Christum, de quo ipse typicus Dauid sub suomet nomine prius retulerat dixisse, *iurauí Dauid seruo meo*, colligit Deum esse, quoniam appelletur nomine illo proprio Dei. Cæteri omnes asserunt loqui Deo Dauidem, non Deum Dauidi, seu Christo sub Dauidis nomine. Cœlos pro Angelis, vel hominibus cœlestia sapientibus, & conuersationem in cœlis habentibus, & per eam supra alios sublimioribus Basilius, Theodoretus, Euthymius Nicephorus exponunt, feréque Latini omnes. Paraphrastes exprimit Angelos cœlorum, vtens voce Græca, qua, & nos Latini vtimur מלאכי *Angeli*, in regimine. Quamuis in textu Nebiensis sint soli *cœli*. Psalmo 18. *cœli enarrare gloriam Dei* canuntur. Gloria verò, & mirabilia Dei opera spectantur maximè in misericordia eiusdem, atque gratia, quam vocat Apostolus [d] *gloriam gratiæ*: & cuius minimè reddi potest naturalis causa, vnde oritur admiratio, nempe cum effectus ignoramus cogniti causam. Maximi laudatores horum Dei operum mirabilium, atque gratiæ cœlites sunt propiores primæ causæ secundùm intimam notitiam, & visionem ipsius. Hunc idem Paulus [e] nominat *Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis, Ierusalem cœlestem*, & *multorum millium Angelorum frequentiam*, & *Ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cœlis.* Laudantur ibi à beatis cum mirabilibus misericordiæ operibus opera quoque veritatis, siue iustitiæ, qua redduntur vnicuique pro meritis, vel præmia, vel supplicia. Dicunt illi Deo, *magna* [f], *& mirabilia sunt opera tua Domine Deus omnipotens: iusta, & vera sunt viæ tuæ rex sanctorum.* Angeli præterea confitentur, superiores quidem inferioribus quædam communicando, & eos illuminando: illi autem, qui mittuntur

ad nos

[a] lib. 3. c. 23.
[b] c. 9. 11.
[c] c. 15. 16.
[d] Eccl. 44. 12.
[e] 1. Pet. 1. 4.
[f] vers. 10. 37.
[g] vers. 7.
[h] c. 6. 12 13.
[i] Apoc. 3. 21.
[k] Act. 2. 3.
[l] 1. Esdr. 5. 14. 3. Reg. 10. 18. 2. Paral. 9. 17.
[m] Luc. 1. 48.
[a] psal. 67. 36.
[b] vers. 12.
[c] lib. 3. c. 23.
[d] Ephes. 1. 6.
[e] Hebr. 12. 22. 23.
[f] Apoc. 15. 3.

ad nos, nos ducendo, vt Rickelius notat ex Dionysio, & communi sententia. Docuimus dicto psalmo 18. prædicatoribus conuenire proprietates cœlorum: vt sublimes à terra sint, virtutum veluti stellis, & gratiarum luminibus ornati, honorati Deo habitatore, perfectionis quodam orbe, & orbiculari motu circumdati. Istis prædicanda mirabilia, non ridicula, inquit Hugo, Dei, non sua, veritas, non figmenta propria, quasi *egeat Deus mendacio illorum* [a], in Ecclesia sanctorum, non clàm, & in latebris hæreticorum. Denique deducere quemlibet cognitio mirabilium Dei operum debet in ipsius Dei laudationẽ, glorificationem, confessionem. Peculiari quadam ratione debetur laudatio, glorificatio, confessio illi pani, qui ab admiratione manna cognominatur, & quia de cœlo datur, cœlestis, & quia idem gustatur ab Angelis, Angelorum etiam panis appellatur: & quia in eo Christus est, veritatis in eo complemẽtum fit, quando se promisit *nobiscum futurum vsque ad consummationem seculi* [b]. Notauit hoc Aiguanus: Tandem cuncta redemptionis nostræ mysteria, & requirunt vt intelligantur, credantúrque homines cœlestes, & de cœlis ipsis acceperunt testimonium. Nam noua nato Christo apparuit stella: natum Angeli euangelizauerunt: super baptizato cœli aperti sunt, & vox Patris audita: quando expirauit in cruce, sol obscuratus est: cùm resurrexit, Angelus descendit de cœlo, concutiens terram, & lapidem monumenti reuoluens: cùm ascendit, descenderunt, qui viros Galilæos consolarentur. Sic Valentia. *Qui de terra est, de terra loquitur* [c]. Idemco Ieremias [d] inuitans ad audiendum terrenos homines, repetit ter, *terra, terra, terra audi sermonem Domini.*

Etenim.] Hieronymus, & alia psalteria Latina cum Augustino, Cassiodoróque, habent, &, ac monet Euthymius abundare particulam γὰρ, *enim*. Occurrit iam priùs non semel, *etenim*, καὶ γὰρ, pro גם *aph* significans *etiam*, augénsque sententiam, & posuit Theodotio καίγε, vt Basilius, ac Theodoretus testantur. In emendatis Bibliis extat solum γὰρ, vt etiam apud Apollinarium. Atqui particula &, eamdem non rarò vim habet, quàm *etiam*. Non est hic *enim* obelo confodiendum, vt Faber præcipit. Constat præterea *enim*, & *etenim* nonnunquam non reddere rationem, sed continuare orationem, vt apud M. T. [e] attendite enim diligenter: etenim rem totam breuiter cognoscite.

Veritatem tuam.] Theodotio πίστιν, *fidem*, id est, fidelitatem, & veracitatem. Quamquam, præsertim sensu mystico, pro vniuersa doctrina fidei posset sumi tum fides tum veritas. Iuxta priorem expositionem sunt eæ, quas dudum antè dixi ex Esaia [f], *misericordia Dauid fideles*, τὰ ὅσια Δαυὶδ τὰ πιστὰ, *sancta Dauid fidelia*, id est, firma, & robusta, vt *fidelis manens Deus, in quo non est iniquitas* [g], *negare seipsum non possit* [h]; quoniam hoc esset deficere, vt cuidam Mago hinc argumentanti aliquid non posse, Dionysius respondit [i], quod etiam docet Augustinus [k]. Idem verò Dionysius [l] firmissimum scribit, & immutabile fundamentum diuinarum promissionum, quia Deus est prima, verèque subsistens veritas, cui fides nostra innititur, quam Paulus [m] ὑπόστασιν definit. Tenemus fidelissimum debitorem Deum, quod attinet ad primam notionem fidei hic allatam; quia tenemus misericordissimum promissorem, vt ait Augustinus [n]: atque vt Paulus [o] admonet, *scu, quod quæcumque promisit, potens est & facere.*

In Ecclesia sanctorum.] Sic psalmo 149. [a] *laus Dei* dicitur *esse in Ecclesia sanctorum*: & Christus in 21. [b] promittit quòd per seipsum, perque suos *in medio Ecclesiæ laudaret eum*: & quòd *apud ipsum laus esset sua in Ecclesia magna, votaq; redderet in conspectu timentium illum* [c]: item in 25. [d] Dauid quòd in *Ecclesiis benediceret*: & in 34. [e] quòd *confiteretur in Ecclesia magna, & in populo graui laudaret*, id est, copiosè; & in 39. [f] quòd *annunciauisset iustitiam in Ecclesia magna*; & in 110. [g] quòd *confiteretur in consilio iustorum, & congregatione*; & in 67. [h] hortatur alios vt *in Ecclesiis benedicant Deo*. Ex his, & similibus aliis locis perspicitur nomen *Ecclesiæ*, quamuis iam ex vsu communi distinguatur à Synagoga, & sumatur pro cœtu orthodoxorum, seu Catholicorum, & fidelium, vt alias docuimus, indifferens esse, ita vt aliquando [i] cum addito appelletur *Ecclesia malignantium*; & nonnunquam de cœtu Gentilium [k] dicatur. *Sanctorum* cognomen attribuitur cunctis, qui de Ecclesia sunt, quæ vocatur sancta. Possunt; & Angeli, quemadmodum, & per *cœlos*, intelligi: sicque de illis Zachariam [l] interpretantur; *& veniet Dominus Deus meus, omnesq; sancti eius cum eo*. Tametsi cum Angelis homines etiam ad iudiciũ cum Deo venturos à Propheta significari, Ecclesia ipsa significet; cùm locum sic vsurpans accipiat, cui similis in epistola Iudæ [m] ex libro Enoch: *Ecce venit Dominus in sanctis millibus suis facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios*. Nihilominùs ipsimet sancti iudicandi sunt, nec alij, quàm sancti tanquam *oues statuentur ad iudicis dexteram* [n]. Eusebius [o] sanctos, de quibus citatus Zacharias scribit, ait esse vel Angelos, vel homines: quamuis declaret de primo aduentu, & de *Angelis, qui Christo ministrauerunt* post ieiunium [p]. A sanctis exigit Dauid vt diligant [q], & timeant [r] Dominum, & ei psallant [s], & benedicant [t], & exultent [u]: asserit præterea quòd glorificatur in consilio sanctorum [x]: & quòd *bonum est in conspectu sanctorum Dei confiteri illi, & expectare nomen sanctum eius* [y]: quòd *loquitur in visione sanctis suis* [z]: quòd *custodit animas eorum* [a]: quòd *pretiosa est in conspectu eius mors illorum* [b]: quòd *exultatione exultabunt* [c]: & *in gloria* [d]. Apollinarius præsentem hunc locum nostrum imperatiuè interpretatur.

καὶ ἐν ἀληθείᾳ σου πλησίον μελέτω.
Et tua veritas sanctorum tabernaculis cura sit.

Habent futuri temporis verba hunc vsum, vel optatiui modi, vt sæpius vidimus. Iidem cœli, id est cœlestes, qui sancti; quos quidam etiam ἀγίους dici putant quasi *sine terra*, ἀπὸ τῆς γῆς. Certè vt *non est laus Dei speciosa in ore peccatoris* [e], *nec aptè enarrat iustitias Dei* [f]; sic nulli aptiores auditores sermonum de laudibus Dei, quàm sancti: nam *vir insipiens non cognoscit, & stultus non intelligit* [g], sed euadunt huiusmodi *sermones eis in canticum, & carmen musicum* [h]: nec ex cognitione, quam habent de mirabilibus Dei operibus, *ipsum glorificant, aut gratias agunt* [i].

Vers. 7.] Quoniam quis in nubibus æquabitur Domino: similis erit Deo in filiis Dei?

PRobat merito futurum, vt cœli mirabilia Domini confiteantur, & veritatem in Ecclesia sanctorum,

a lob 13.7.
b Mat. 28.20.
c Ioan. 3 31.
d c. 22..9.
e vers. 4.
f c 55.3.
g Deut. 32.4.
h 2. Tim. 2.13.
i de div. nom. c. 2.
k 2. de Symb. ad catechu. c. 5. de ciuit. c. 10.
l sup. c. 7. v. p.
m Hebr. 11.1.
n in psal. 32. conc. 1.
o Rom. 4. 21.
a vers. 1.
b vers. 23.
c vers. 6.
d vers. 12.
e vers. 18.
f vers. 10.
g vers. 1.
h vers. 17.
i psal. 25.5.
k Act. 19.32. 39.40.
l c. 14.5.
m vers. 14.
n Matt. 25.33. o 16. de demonst. c. 18. & lib. 10. c. 7.
p Matt. 4.11.
q psal. 30.24.
r psal. 33 10.
s psal. 29.5.
t psal. 144.10.
u psal. 131.9.
x psal. 88.8.
y psal. 51. vlt.
z psal. 88.20.
a psal. 96.10.
b psal. 115.5.
c psal. 131.16.
d psal. 149.5.
ἁγίους.
e Eccl. 15.9.
f psal. 49.16.
g psal. 91.7.
h Ezech. 33. 31.32.
i Rom. 1. 21.
S. Aug.

sanctorum, id est, sancti, siue Angeli, siue homines inter seipsos, ac in suomet cœtu: quia non est non solum in terra, sed in cœlis ipsis, in quibus Angeli, & hominum beati spiritus de corporibus egressi habitant, & quò tendunt alij iustorũ hominum àdhuc in corporibus detenti, qui potentia, & mirabilium operum patratione comparari Domino valeat: nullus etiam quantauis polleat dignitate, & sanctitate inter vtrosque, qui absolutum *filij Dei* nomen consequi possit, & *Dei* dici *filius* simpliciter queat. Multo minùs quos stulti, ac superstitioni Gentiles, diuinitatis vero titulo, errantes, insigniebant. Nam per participationem tribui nomen *Dei* alijs tum Angelis, tum hominibus, vocarique *filios Dei* posse, vidimus psalmo 81.[a] Possumus etiam dicere non hîc ætiologiam superiorum esse, sed initium confessionis, siue laudationis, quam priore versu Deo in mirabilium ipsius laudem dixerat oblaturos. Similis huic occurrit prius aliquot in psalmis [b] sententia, & in isto repetitur rerum [c]. Enarratores locum istum de Christo interpretantur secundùm diuinitatem, vt sit solus Patris Dei Filius ὁμοούσιος, *consubstantialis*; ita vt omnium mirabilium, quæ confessuros cœlos dictum est, nempe prædicatores, Apostolos, & Apostolicos viros, maximè mirabile sit opus Incarnationis, in quo verus ille, ac vnicus Dei Filius homo fieri sit dignatus: de cuius diuinitate plura in psalmi sequentibus versibus continentur. Vtitur eodem hoc loco Cyrillus Alexandrinus [d], vt probet summam antiquitatem Verbi, seu coæternitatem, & consubstantialitatem. Idem facit Athanasius [e], ostendens nihil obstare, quòd *facti dicantur ad imaginem, & similitudinem Dei*, quominùs ille solus sit imago vera, & genuinus Patris sui filius. Videtur hoc transcripsisse idem Cyrillus [f], & Iustus Orgelitanus [g], qui ait, sicut malus est inter ligna syluarũ, ita Christum fructus sui dulcedine, refectionéque electos incõparabili decore præcedere. Est apud Isidorum [h] simile argumentum, cametti mysticè quod est in historia Regum [i] *vsque ad tres viros fortes* ibi commemoratos *non peruenisse Abisai*, explicat de sanctis, qui licèt virtutum sublimitate proficiant, tamen vsque ad excellentiam diuinæ Trinitatis nequaquam attingant: quia *non est qui æquetur Domino, aut qui similis sit Deo in filijs Dei*. Et hoc mutuatus videtur Drogo [k]. Idem Cyrillus [l] infert veracitèr hîc Prophetam clamare in spiritu, fulgentissimæ sanctorum multitudini Christum præesse. nubes enim intellectuales prophetas esse, qui omnes Christo credidêrunt, nullo modo ipsi exæquari contendentes, cùm non ignorarent Mosem, qui præter cæteros à Deo cognitus fuerat, primas ei partes concessisse: filios autem Dei, qui aduentus Christi tempore rutilarunt, non fore omnino similes, nec hoc sibi attributuros, sed mensuram suam non ignoraturos, audientes Baptistam, *quo non surrexit maior inter natos mulierum* [m], dicentem quòd *posterior (Christo) fit* [n]: denique id sibi velle alterum Ioannem [o] scribentem, quòd *vidimus gloriam quasi vnigeniti à Patre*, huiusmodi scilicet, qualem vnigenito Dei Patris Filio, non iis, qui ad fraternitatem eius vocati sunt, quorum est primogenitus, conuenire omnes fatentur. Accipit *nubes* tropologicè pro prophetis: alij etiam pro Apostolis: & Ambrosius [p] præterea nubem eleuem vocat Mariam, *super quam* vaticinatus est Esaias [q] *Dominum ascensurum, & ingressurum in Ægyptum*.

[a] vers. 6.

[b] psal. 14. 100. psal. 19. 6. psal. 72. 19 psal. 82. 2. psal. 85. 8. [illegible] 5 vers. 9.

[c] Enarratores locum istum de Christo interpretantur secundùm diuinitatem, vt sit solus Patris Dei Filius ὁμοούσιος, *consubstantialis*; ita vt omnium mirabilium, quæ confessuros cœlos dictum est, nempe prædicatores, Apostolos, & Apostolicos viros, maximè mirabile sit opus Incarnationis, in quo verus ille, ac vnicus Dei Filius homo fieri sit dignatus: de cuius diuinitate plura in psalmi sequentibus versibus continentur.

[d] de fide ad Theodos.

[e] orat. 4. cont. Arian. & epist. ad Africanos.

[f] Thesaur. l. 5 in cant.

[g] in 2. Reg. c. 6. 11. Reg. 3. c. 18 19.

[h] Isidorum [h] simile argumentum, cametti mysticè quod est in historia Regum [i] *vsque ad tres viros fortes* ibi commemoratos *non peruenisse Abisai*, explicat de sanctis, qui licèt virtutum sublimitate proficiant, tamen vsque ad excellentiam diuinæ Trinitatis nequaquam attingant: quia *non est qui æquetur Domino, aut qui similis sit Deo in filijs Dei*.

[i] Et hoc mutuatus videtur Drogo [k]. Idem Cyrillus [l] infert veracitèr hîc Prophetam clamare in spiritu, fulgentissimæ sanctorum multitudini Christum præesse. nubes enim intellectuales prophetas esse, qui omnes Christo credidêrunt, nullo modo ipsi exæquari contendentes, cùm non ignorarent Mosem, qui præter cæteros à Deo cognitus fuerat, primas ei partes concessisse: filios autem Dei, qui aduentus Christi tempore rutilarunt, non fore omnino similes, nec hoc sibi attributuros, sed mensuram suam non ignoraturos, audientes Baptistam, *quo non surrexit maior inter natos mulierum* [m], dicentem quòd *posterior (Christo) fit* [n]: denique id sibi velle alterum Ioannem [o] scribentem, quòd *vidimus gloriam quasi vnigeniti à Patre*, huiusmodi scilicet, qualem vnigenito Dei Patris Filio, non iis, qui ad fraternitatem eius vocati sunt, quorum est primogenitus, conuenire omnes fatentur. Accipit *nubes* tropologicè pro prophetis: alij etiam pro Apostolis: & Ambrosius [p] præterea nubem eleuem vocat Mariam, *super quam* vaticinatus est Esaias [q] *Dominum ascensurum, & ingressurum in Ægyptum*.

[k] ferm. de pas. Dom. Lib. 1 in Ioã. c. 12. & lib. 9. c. 40. & 7. the. sau. c. 2.

[l] [illegible]

[m] Mat. 11. 11. n Ioan. 1. 15.

[n] [illegible]

[o] c. 1. 14.

[p] de institu. Virg.

[q] c. 19. 1.

A *Quoniam.*] Dici vel ætiologicè sumi posse, vel exegeticè, hoc est, vel tanquam redditionem causæ, vel tanquam expositionem, & expressionem confessionis cœlorum, de quibus dictum fuerat versu præcedente.

Quis in nubibus æquabitur Domino?] Vertunt alij *æthera*, aut, *cœlos* pro שחק *seuachak*. Redditur *cælum* postea in hoc psalmo [a], & in Iob [b]. Quamuis etiam verum sit *cælos* pro nubibus, vel aëre accipi. Symmachus exposuit τίς γὰρ αἰθέρι ἀντιπαραβολὴ τοῦ κυρίου; *quis enim in æthere opponet se Domino?* Euthymius refert alios reddidisse *in aëre*, aut, *in locis cœlestibus*. Si *cælos* propriè sumas, erit sensus, nec Angelum, aliúmve spiritum, nec sydus vllum cum Deo comparari posse, sed confiteri omnem vim, & excellentiam ipsis prouenire ab illo. Si *nubes*, quæ in iis fiunt meteorologicæ impressiones, excitatæ quandoque etiam ab Angelis, magnam mortalibus admirationem, & horrorem concitant, vt psalmo 17. vidimus, & ideircò non sine causa in eiusmodi comparatione diuinæ maiestatis, ac potentiæ cum rebus creatis, de nubibus fieri mentio potuit. Lyranus, & Aiguanus declarant de *nubibus, quæ præcesserunt populum in deserto* [c]; & de *illa, quæ operuit montem Sinai, quando lex data est* [d]. Hugo, qui per aliquot sequentes versus ait recensèri laudes Dei, vult primam esse à potestate tonandi: secundam ab expressa similitudine Patris; tertiam à fama; reliquas à magnitudine, à terrore, à largitate, à potentia, ab ampla potestate. Quod attinet ad tonandi, & fulgurandi facultatem, Zoroaster, Numa, Tullus Hostilius elicere fulgura, tonitruáque conati sunt: sed nemo *habet brachium sicut Deus, aut vocem similis tonat* [e], qua de re egimus psalmo 17. [f]

[a] vers. 38. b c. 37. 18.

[c] Exo. 13. 21. deut. 9. c. 10. 21.

[d] *Meteorologum tonitruum ab Angelis quandoque excitatum.*

[e] Iob 40. 4.

[f] vers. 15.

Communior expositio est, vt cœli per *nubes* intelligantur, aut mysticè dicantur iidem sancti, maximè Apostoli, & imitatores eorum tum nubes, tum cœli, vt alias ostendimus, propter harum rerum proprietates, quæ illis analogicè conueniunt secundùm rationem præstantiorem. Spectat Rickelius hoc loco in nubibus, quòd à sole illustratæ illuminant: quòd pluendo irrigant, & fœcundant: quòd sublimes à terra existunt; ad eumdem verò modum Apostolos, & alios prædicatores illuminatos à Christo; cæteris lumen communicare: verbo gratiæ perfundere: per contemplationem, & vitæ perfectionem altos esse. Nullus æquari sanctus Christo potest, vel ad gratiæ gradum, licèt physicè sit finitus, peruenire: nec *instituari comparatus illi* [g], *& in cõspectu eius* [h]: quamuis imitari omnes possint, & debeant, atque hic denominari filij Dei, fratres Christi.

[g] Iob 9. 2. h psal. 14. 2.

Similis erit Deo in filijs Dei?] Habent alia psalteria, & Iustus Orgelitanus [i] particulam (*aut*) & Cassiodorus: Augustinus autem (*&*:) Græcè καὶ τίς, & *quis*: in vtroque membro nomen *tuum*, *Domine*; vt & apud Augustinum, & vetus psalterium: & in textu Hebræo bis est יהוה *Iehouah*. Huc vsque protenditur interrogatio. Quare non est satis aptus, quem tradit Hugo, sensus, vt præcedens membrum per interrogationem neget æqualitatem cum Deo: præsens absolutè, ac sine interrogatione affirmet similes nos esse posse. Diximus de hac similitudine alijs, quæ nobis potest conuenire, & Angelis, quos Paraphrastes exprimit. Angelis ea conuenit appellatio magis peculiaritèr, propter naturam omnino spiritualem, & quoniam si nobis

i in cant.

cum comparentur, eorum ortgo, & creatio à Deo solo est, cum homines ab hominibus generentur. Nihilominùs possent per *nubes* in priore membro, id est, per *cœlos*, intelligi Angeli, quorum ibi propria habitatio est: per *filios Dei* homines sancti degentes in hac vita. Nullus omnino æquare, aut similis Deo potest esse ad eum modum, quo ille iactabat *se altissimo similem futurum* [a]. Nomen Dei hoc loco Hebraicè est אלים plurale *elim*, designans tres personas, vt quidam volunt licet Lxx. singulariter exposuerint, ad vitandam suspicionem πολυθεΐας, *pluriumdeorum*. Argumentatur hinc Nicetas [b] dari naturalem filium Dei, quia plures filij Dei dici non possunt, nisi per adoptionem: vbicumque autem naturale non præcesserit, fieri non potest, vt adoptiuum subsequatur.

a Esa 14.14.

b 2 thesau. c. 24.

Vers. 8.] Deus, qui glorificatur in consilio sanctorum: magnus & terribilis super omnes, qui in circuitu eius sunt.

Sensus huius.

CVm distantia infinita sit inter Deum, Christumque, & quoslibet sanctos alios, Angelos, hominesque, quamuis excellentes, & diuinitatis cuiusdam participes: repetit recte à talibus, quos appellauerat *cœlos*, *nubes*, *filios Dei*, *sanctos*, quod nomen adhuc iterat, & in eorum *consilio* seu, *concilio*, quam priùs dixerat Ecclesiam, glorificari Deum, vel ipsummet seipsum apud illos declarare maiestatem, atque potentiam suam, ita vt glorificationis, confessionis, laudationis ipsis materiam abundè suppeditet, & ab omnibus, qui eum circumstant, prædicetur, ac celebretur, vt magnus, & planè eximius, & quem veteri omnes, atque venerari debeant. Cuius rei edunt de primis Angelorum ordinibus exemplum illi, *qui alis sese obuelant, dum absque cessatione sanctum Deum decantant* [c]: & apud mortales hi, qui pro virili sua laudibus, & prædicationi diuinæ sedulò, ac reuerenter vacant.

c Esa. 6. 3. Apoc. 4. 8.

Deus, qui glorificatur in consilio sanctorum.] Hieronymus, *Deus inclytus in arcano sanctorum nimio.* Id Treuetus exponit de laude, quam dant Deo Angeli, & nobis valdè secreta est, vtpote, in qua contineantur arcana illa verba, quæ non liceat homini loqui, audita sunt autem à Paulo *in raptu* [d]. Alij, *Deus terribilis in congregatione sanctorum multa*, id est, quem valdè metuunt sancti, reuerentur, euehunt supra se, omnésque creaturas, maiore honore prosequuntur absque vlla comparatione, quàm illas, & seipsos. Vel, Deus gloriam suam, maiestatem, potentiam, diuinitatem præcipuè declarat in consilio, cœtu, Ecclesia, congregatione sanctorum tum Angelorum, tum hominum. Vel, Deus roboratus, hoc est, cognitu difficilis, & vt habetur in alio psalmo [e], *mirabilis scientia eius ex me*, id est, supra vires meas, *confortata est, & non potero ad eam.* Chaldaicè, *Deus fortis in secreto sanctorum, sedens super thronum gloriæ suæ.* In vetere psalterio, & apud Augustinum, *Deus glorificandus.* Græcè ὁ θεὸς ἐξαζόμενος, *glorificatus*, aut qui glorificatur. In textu Hebræo prima vox est אל *el*, cuius plurale erat in extremo priore versu, sed ibi singulariter conuersa: & vnum est

d 2. Cor 12. 4.

e psal. 138. 6.

A de Dei nominibus *fortem* significans, vt sæpè vidimus. Secunda est נערץ *nahharats* participium passiuum verbi niphal à ערץ *hharats*, quod significat *terreri*, ita vt sonet *timendum*, & *a quo alij timeant*: & bene cohæret cum אל *el*, id est, cum *forti*, nam & idem verbum valet *roborare*, ac *fortificare*. Tertia סוד *sod* occurrit antea non semel pro *secreto*, & *consilio*, cuius conditio, & laus est, vt sit secretum: præterea que vsurpatur pro *cœtu plurium, qui iunguntur in vno secreto consilio*, qui cœtus, & congregatio nominatur Latinè tum *consilium*, tum *concilium*, vt psalmo primo [a] docuimus; quemadmodũ, & βουλὴ, quam Basilius seu Theodoretus συλλογὸν, *cœtum*, & *conuentum* declarant: denique locus ipse congregationis eodem modo appellatur. Quare nihil refert quòd in Romano psalterio, & in vetere legatur, *in concilio.* In psalmo 110. [b] *consilium iustorum*, cui, & *congregatio* adiungitur, vocatur iisdem nominibus סוד *sod*, & βουλὴ. Qui *consilium sanctorum* de Angelis explicant, ex iis aliqui, vt Aignanus, glorificationem Dei interpretantur, cum legem dedit ministerio ipsorum, quam Stephanus [c] *dispositionem* vocauit, quasi super ea cõsilium cum iisdem habuisset, quæ dicitur item ipsa consilium, quia per eam consultum est saluti hominum: & in qua danda declarata est gloria Dei, quámque magnus, & terribilis esset. Nam *audiuis tunc tonitruis, visisq; fulguribus, ac densissima nube, qua montem operuit, populus timuit, qui erat in circuitu infra montem* [d]. Hoc longè illustriùs accidit, quando lex Euangelica promulgari cœpit in Pentecoste, ac deinceps. Etenim *factus est in Pentecoste de cœlo sonus tanquam spiritus vehementis, & apparuerunt dispertita lingua sicut ignis, sedítque supra singulos*, qui erant de sancta illa Ecclesia simul congregata [e]: postea *conuersi multi* [f]: *edita plura miracula* [g]: & qui in circuitu erant Dei, hoc est, extra veram religionem, ad eam traducti sunt, euertis etiam idolis: ac tandem agnitus, & prædicatus est Deus, atque Christus, velut magnus, terribilis, laudabilis nimis in ciuitate Ecclesiæ, & apud vnumquemque sanctum, qui præ se ferit, ac palàm pronunciat omnem à Deo, & gratia Christi sanctitatem esse, nec esse, qui adæquarj ei, aut esse similis exactè possit, quod optimum sanè consilium vt pro *sententia* sumitur, dici potest: nempe, vt ait Glossa Interlinearis, credere in eum, & in eo gloriari, quia, inquam, nullus ei adæquari, & similis potest esse: & dant consilium alijs, vt eumdem Deum glorificent. Quia Deus magnus, dignus est gloria, inquit Hugo: quia terribilis, vindex in eos, qui furantur ipsi gloriam, *reddénsque ignobiles* [h], & *gloriam eorum in ignominiam commutans* [i].

a vers. 1.

b vers. 1.

c Act. 7. 53.

d Exo. 19. 16.

e Act. 2. 1. & seq.

f c. 2. 41. c. 4. 4. g c. 3. 8. c. 5. 12. & seq. & vers. 12.

h 1. Reg. 2. 30.

i Oseæ 4. 7.

Per accommodationem vsurpari potest illud à quolibet sancto, *consilium* [k] *meum iustificationes tuæ*, vt nempe quidquid in me iustitiæ est, tibi Deo ascribam. De Paracleto is, quem vocant Hieronymum, explanat, qui adorandus esset in congregatione Apostolorum, & æqualis Patri, ac Filio prædicandus. Huic quidem personæ dona gratiæ attribuuntur; sed non video quorsum spectet ea expositio. Stolidi Iudæi Deum consilia inire, atque consultare cum Angelis de mundi administratione credunt. Cum dixit, *faciamus hominem* [l], aliqui quasi cum Angelis hoc tantum consilium communicantem faciunt. Certè hic loquendi modus commendat nobis vtilitatem, atque necessitatem capiendi ab alijs consilij,

k psal. 118. 24.

Stolidum Iudæorum commentum Deum inire consilia cum Angelis, refertur.

l Gen. 1. 26.

cùm

cùm qui *magni consilij Angelus est*, nec vllius eget consilio, adhibere tamen alios in consilium videatur. *Habuare se* dicit *in consilio* [a]; & *viginti quatuor illi seniores* ex Apocalypsi [b], veluti senatum, & consiliarios illius efficiunt. *Salus vbi multa consilia* [c]. Periit Cæsar, Nero, Hieronymus Siciliæ rex, qui consilio non vtebantur, sed oderant etiam consilium, senatumque [d].

Magnus, & terribilis.] Vltimum vocabulum Hieronymus, vt antea retuli, accepit pro epitheto *arcani sanctorum numi*, siue, *multi, & magni* (Pineda [e] tamen tribuit ei vertisse, *horrendus*: L x x. & alij tamquam attributum Dei. Est רַבּה *rabbah* fortassis cum paragoge literæ (ה) *he*, quæ alioqui genus indicat fœmininum, pro רַב *rau*, vel *rab, multus, & magnus*: præterea *honorabilis, inclytus, reputatus, existimatus ob multiplicem dignitatem, qua pollet*, tum verò si sit doctrina, vnde magister, ac doctor sic appellatus, & cum pronomine, aut paragoge literæ (י) *iod* רַבִּי *rabbi*. Idem Hieronymus [f] Suniæ, ac Fretelæ scribens, videtur legisse pro *terribilis*, aliud nomen *horrendus*, & φοβερὸς explicat significare *terribilem, timendum, formidandum: horrendum* verò eamdem habere vim, non vti vulgus existimat idem esse, quod *despiciendum*, & *squalidum*. Probat exemplis Virgilianis. *Terribilem* reddidit in translatione ex Hebræo, vt iam dixi, quemadmodum & cæteræ habent editiones, vel alia psalteria Latina, & Cassiodorus, *metuendus*.

Super omnes, qui in circuitu eius sunt.] Hieronymus, *in cunctis, qui circa eum sunt*; sic enim recitant Faber, Victorius, Treuetus, ita vt mendum videatur in Bibliis Regiis, & Complutensibus, in quibus extat (*qua*) quod non ad personas pertinet, sed ad res. Treuetus verò etiam exponit de Angelis assistentibus Dei ministerio, ac tum nominatim cùm traderet legem, vt iam prius dictum est. Hæc expositio satis communis est. Viditque Ioannes [g] eos *in circuitu throni*. Paraphrastes expressit de Angelis vim præpositionis בְּ *bhal*. vt intelligamus Deum magnum, timēdùmque plusquam omnes Angelos, qui assistunt circa eum. Vetus psalterium, & Augustinus legunt, *in omnes*. hoc est. vel ergà omnes, vel plusquam omnes. In Illyrico psalterio, *super omnes circumdantes eum*. Extendunt ad homines sanctos plurimi illos, qui dicuntur hic *esse in circuitu Dei*. Idem Augustinus eam expositionem, cuius antea memini ex Arguano, tradit de infidelibus, qui non propè, ac iuxtà, & quasi cum Deò censeantur esse, sed in circuitu, sicut videlicet impios generaliter canitur alibi [h] *in circuitu ambulare*. Ad literam quidem Hugo rectè eos, qui *in circuitu Dei sunt*, viderut intelligere Gentes circa terram promissionis, in qua Deus peculiariter cœnsebatur habitare, & quibus sese magnum, ac terribilem solebat per prodigia multa ostendere, & cœlestia auxilia in populi sui defensionem. Sancti portò, & Angeli, & homines dicuntur *esse in circuitu Dei*, non quòd infinitum, immēsum, nullo circumscriptibilem spatio claudant, ac definiant: sed quoniam sic ad eum vndique confluunt, eique seruiunt, & assistunt, vt Rickelius notat, ac si intra se, vel in medio includerent: præterea, quia ipse omnia penetrat, magisque omnibus quodam modo intimus est, quam illa sibi ipsis, & quàm essentialia suo toti, quod ex iis constat: iuxta illud cuiusdam Poëtæ, quem citat Paulus [i]: *non longè est ab vnoquoque nostrùm; in ipso enim viuimus, & mouemur, & sumus*: ita vt dicendus potiùs, in medio rerum Deus, quam res in medio illius. Vnde, & in alio psalmo [a] canitur *Deum esse in circuitu populi sui*, & sæpe repetitur tum de Deo, tum de Christo, quòd esset in medio. Proprio quodam modo ex hominibus sunt in circuitu Dei, vt docet Hugo, clerici, & prælati, qui & *appropinquantes Deo* nominantur [b], aut *accedentes* [c]. Propiores sunt, qui virtutibus, & imitatione sese quàm simillimos Deo reddunt, siue Christo, & dono gratiæ, vt Cassiodorus loquitur, proximantur; & vt creditus Hieronymus, qui per innocentiam vitæ Deo appropinquare meruerunt. Euthymius, ponens ex Maximo, illum dici circumdatum, qui coram, retrò, ad dexteram, atque ad sinistram aliquos quasi in circulo habet, ait retro Deum esse eos, qui per virtutem illam, quæ pertinet ad actiones, eum sequuntur: ad sinistram, qui naturalem philosophiam dirigunt ad spiritualia, quia dicuntur *in sinistra sapientia, diuitiæ, & gloria esse* [d], ad dexteram, qui immaterialium, atque inuisibilium rerum cognitionem ab omni sensibili, atque carnali phantasmate puram, ac mundam susceperunt; quoniam *in dextera sapientia sunt anni vitæ* [e]: coram Deo, qui ob immensum diuinæ pulchritudinis amorem digni effecti sunt, vt perpetuo Dei fruantur conspectu, facie ad faciem illum intuentes, & quodammodo ipsi pariter effecti dij.

Vers. 9.] Domine Deus virtutum quis similis tibi? potens es Domine, & veritas tua in circuitu tuo.

IPsummet Deum conuenit, & compellat oratione sua, quasi testem citans prolatæ de eo sententiæ, non esse, qui vel in cœlo, vel in terra æquari ei possit, & exactè similis esse. Vocat Dominum cunctorum exercituum siue in cœlo, siue in terra, siue etiam in inferno; vt propterea nemo attingere perfectam ipsius valeat similitudinem, cùm par in eo sit cum potentia fides, ac iustitia inseparabiliter adhærens, omnique veluti ex parte illum circumdans, quia vndique in cunctis operibus, atque in tota rerum vniuersitate conspiciuntur. Hæ duæ multoties repetitæ conditiones necessariæ sunt ad promissa seruanda, de quibus agitur toto psalmo, videlicet potentia, veritásque. Eas asserit Deo veluti ad manum esse, prompras, paratas, tamquam *assistrices* [f]; cultrices, ministras, vt cùm primùm annuerit, exequantur ipsius voluntatem. Postea [g] dicet *præcessuras Dei faciem, misericordiam, & veritatem*: vt nempe ad opus exeat veritas, seu compleatur, quod promissum est, comite; ac exequente potentia, misericordia impellente: quia *subest Deo posse cùm voluerit* [h]: & vt Basilius; vel Theodoretus ait, δυναμικὸν συνδρομὸν τῇ βουλήσει, *potestatem habet simul concurrentem cum voluntate*, & ἀληθῆ πάντα καὶ βέβαια παρ' αὐτῷ, *vera omnia, & firma apud ipsum*.

Domine Deus virtutum.] Hieronymus, *exercituum*; significant exercitus יְהוָה צְבָאוֹת *iehouah* siue *sabaoth*, & παντοκράτορα, vt crebrò monuimus. Vocat Apollinarius ἡγεμονικὸν, *ducem, ac principem robotum, atque fortitudinem*. Accommo

detitus

[a] Prou. 8 12. [b] c. 14. 3. [c] Prou. 11. 14. [d] Sueton. & Liuius lib. 4. decad. 3. [e] in Iob c. 25. 3. am. 1. [f] epist. 135. [g] Apoc 7. 11. [h] psl. 139. [i] Act. 17. 27. [a] psl. 124. 1. [b] Leuit. 10. 3. [c] Exo. 19. 22. [d] Prou. 3. 16. [e] ibid. vers. 2. Sensus loci. [f] Sap. 9. 4. [g] vers. 15. [h] Sap. 12. 18. Quomodo dicātur sancti esse in circuitu Dei.

dantius Cassiodori sensus est, virtutum Dominum Deum esse, quia sancti ditantur virtutibus, non dominantur, & illis rebus imperat, quibus, eo præstante, præclari sunt. Loquitur eodem pacto Haimo, Hugo, Pampolitanus. Sunt virtutes hoc loco id, quod dixi, non autem habitus morales honesti, aliive, quibus moraliter boni efficiamur. Verũ est quod Hugo admonet, omnũ virtuosorum, vt ipse loquitur, vnum, ac eumdem Deum esse: vitiosorũ verò plures, vt *ventrem* gulosorum [a], auarorum *mammonã* [b], & sic de aliis, quorũ non difficilis inductio. Sed id elicitur ex minimè vera, propriáque nominis *virtutum* notione.

a Philip. 3. 19.
b Matt. 6. 24.

Quis similis tibi? Dictum hoc ait Euthymius à Dauide, qui sæpius inculcauit hic, & aliis locis eamdem sententiam, non vt interrogaret, sed veluti obstupescendo, vt nos hoc pacto Dei incomparabilitatem doceret.

Potens es Domine.] Hieronymus, *fortissime Domine.* Hebræum huius loci nomen יה *iah* est id, quod componit decantatum haleluiah, de quo nomine dixi psalmo 67. videri nonnullis designare peculiariter velut *abbreuiatum Verbum* [c], ac Deum; qui Deus pleniore nomine vocatur יהוה *Iehouah.* Lege Lindani commẽtatiunculam *de haleluiah.* Ipsum Dei posse, esse est, quia per seipsum potest secundùm esse infinitum suum, & *dominatur in virtute sua in æternum* [d]: quia quod vult potest, *subestq; ei, cùm voluerit, posse* [e]: *quia non est apud eum impossibile omne verbum* [f]: & omnem tollere miseriam, *omniúmque misereri potest, quoniam omnia potest* [g], ita vt nec vlla impediri valeat alterius iniquitate: quia nihil adeò eximium absolutè producere potest, quin adhuc perfectius possit saltẽ in eodem genere; nec vnquam fit *manus eius inualida* [h], *deficitve* [i]: quia potẽtiam rerũ aliarũ nõ impedit, quam etiã ipse cõmunicauit eis, & *potentes non abscit, cùm & ipse sit potens* [k], nullius egẽs, nullius obscuratus, aut impeditus potẽtia, nulli inuidẽs: quoniã nulla recaret, quã habeant alij; infinitas habet, quibus cæteri carent; immò data opera *hominẽ condens ad imaginẽ, & similitudinem suam, vt præesset piscibus, volatilibus, bestiis, vniuersæ terræ* [l]; & vt etiã Plato [m] scripsit: ac post illum Plutarchus [n], vacuus omni inuidia voluit omnia sibi quàm maximè fieri similia. Consule hoc loco Rickelium.

c Esa. 10. 22.
d ps. 65. 9.
e Sapient. 12. 18.
f Luc. 1. 37.
g Sapien. 11. 24.
h Num. 11. 23.
i Esa. 40. 28.
k Iob 36. 5.
l Gen. 1. 26.
m in Timæo.
n de fato, & prouid.

Et veritas tua in circuitu tuo.] Ad verbum *circuitus tui sunt* סביבותיך *seuiuothecha.* Promissi præstationẽ auxilij, quod sanctis Deus fecerat, vocat veritatẽ: & circuitus, vel eos, qui sunt in circuitibus, seu in circuitu ipsius eosdẽ sanctos, qui veluti corona cingũt, & quasi ornãt Deum ipsum. Allusio potest esse, vt aliàs dixi, ad collocationẽ Hebræorum castrorũ circa tabernaculũ in medio fixum; ita vt ideirco etiã Deus in medio illorũ habitare diceretur. Nicephorus hac dicẽdi formula sentit indicari nunquam abesse à Deo veritatem in promissis faciendis, & cõplendis. Explicat Euthymius latere cõparationem cũ veste, ita vt Deũ veritas velut vestis omni ex parte circũdet, ipséque sit semper verax, quod ait Cassiodorus veritatem indiuiduè illi inesse. Simili ratione per *tridẽ in circuitu sedu* [o], seu sedẽris, nec non *super caput angeli fortis* [p], intelligitur ab Ansberto circũdans, & ambiens Christũ misericordia. Esaias [q] *fidẽ* nominat *cinctoriũ rerum eius*: & Dauid noster *circũdandum Dei veritate, tãquam scuto*, promittit, *qui in eius habitet adiutorio* [r]. Et Iob *iustitiã indutum se* scribit, *& vestiuit se sicut vestimento, & diademate, iudicio suo* [s]. De hoc ipso loco, & similibus egimus in commentario libri Sapientiæ [a], vbi dicitur ab armis simil tudo: hic verò Apollinarius eam agnouit.

a in c. 5. 8. 19

αὐτὸς ἀλήθεια ἐστὶ τοῦ θεοῦ πνεύματος ἅγιος ἰσχυρός.

Ipse veritate armatus fortis fuit.

Extendi potest cum Rickelio ad omnia opera Dei ista sententia, quæ sint ceu lineæ ductæ ad circunferẽtiam ex ipso centro Deo, *qui veritatem, siue sapientiam suam effuderit super illa, & super omnem carnem* [b], *& ipse à magnitudine speciei creaturæ possit cognoscibiliter videri* [c], *& per ea, quæ facta sunt, conspici inuisibilia ipsius* [d]. Plures peti quintur allegoriam de prædicatione veritatis euangelicæ per orbem, mundique circuitum, & vbique, Domino, qui *potens* proximè appellatus est, cooperante, & sermonem confirmante, *sequentibus signis* [e]; & vt in circuitu Christi esse intelligantur, pro quibus rogabat Patrem, vt *vbi erat, & ipsi essent cum ipso* [f]; hic per imitationem, in cœlo per beatitudinem. Hugonis tropologia est, vbi Deus habitat per gratiam, ibi apparere veritatem vitæ bonæ ad exemplum: *dormire sub umbra, & in secreto calami* diabolum [g], id est, in corde hypocritæ, qui interiùs vacuus est, exteriùs nitet, *amans in angulis platearum stando orare vt videatur* [h], *cùm veritas in eis non sit* [i]. Remigius interpretatur quòd circuit semper veritas Deum, quia illam habet à seipso, cæteri ab eo. Confert cum illo alio dicendi modo [k], *oratio mea in sinum meum conuertetur.* Ianssonius, quòd cogitatio Dei per adimpletionem eorum, quæ cogitarat, veritas facta est in circuitu ipsius, quia in illis, quos ad conspectum suum perduxit, impleuit omnia, quæ de ipsis cogitauerat, & prædestinauerat.

b Eccl. 1. 10.
c Sapien. 13. 5.
d Rom. 1. 20.
e Marci vlt. vlt.
f Ioan. 17. 24.
g Iob. 40. 16.
h Mat. 6. 5.
i Esa. 59. 14.
k ps. 34. 13.

Allusio loci ad castra Hebræorum.

o Apoc. 4. 3.
p c. 10. 1.
q c. 11. 5.
r ps. 90. 1. 5.
s Iob 29. 14.

Vers. 10.] Tu dominaris potestati maris: motum autem fluctuũ eius tu mitigas.

Sensus loci.

DEi potentiam aliquot exemplis illustrat, & confirmat. Primum est ex imperio non modò in vniuersam terram, sed & super tumorem, fastum, sæuitiam maris, & quòd insurgentes, ac furentes vndas, procellas, fluctũque ipsius compescit statim cum ei placet, quod nulli regi, ac tyranno concessum est. Hoc vniuersè de omni mari, tum de rubro verum est, in quo mersus Pharao est, cuius fieri mẽtio videtur sequẽti versu. Exaggeratur alibi sæpe hæc Dei in compescendo mari potentia [l], & cum Christus imperauit mari, & ventis, de quo Arnobius, Cassiodorus, Haimo interpretantur hunc locum, nec non Theophylactus Alexandrinus [m], & Auctor operis imperfecti [n] citans item ex psal. 76. [o] *vt lerint te aquæ Deus*, &c. & Cyrillus Alexandrinus [p]; Homines mirati exclamauerunt, ac timore perculsi, *qualis est hic, quia venti, & mare obediũt ei* [q]. Apud Esaiam [r], ait Deus: *Ego sum Dominus Deus tuus, qui conturbo mare, & intumescunt fluctus eius: Dominus exercituum nomen meum:* & apud Ieremiam [s], *stulti, absque corde*, vel *cum incredulo, & exasperante, cum oculis non videntes, neque audientes cum auribus vocat, qui non timeant ipsum, nec à facie illius doleant, cum posuerit arenam terminum maris, ita vt commoueantur, & intumescant fluctus, nec transire valeant.* Delectat me, quod non semel recitaui, Canuti regis Anglorum exẽplum: qui assentationis procellam procella maris in se admissa compescuit. Nominat eum animi causa secundum Oceani litus ambulantem regem regum longè omnium potentissimum miles, qui hominibus, qui mari, qui terræ latè imperitaret: tum ille sese vestem exuens, ac superea cõglobata

l Iob. 38. 8. ps. 76. 17. ps. 135. 15 Prou. 8. 29. Ieremiæ 5. 22. & alibi.
m in epist. Iacobi.
n hom. 23.
o vers. 17.
p de fide ad Reginas.
q Matt. 8. 27. Marci 4. 41. Luc. 8. 25.
r c. 51. 15.
s c. 5. 21. 22. 23.

proximè aquam sedens cùm sese ex alto æstus incitasset: *vnda*, ait, *tibi iubeo, vt ne pedes meos tangas*. postea madefactus, negauit se priore illo titulo dignum, prætereáque quemuis mortalium; vno excepto Christo: tandē vbi Vintoniam peruenisset, detractam de capite coronam crucifixo templi SS. Petri, Paulíque imposuit, nunquam deinceps eiusmodi vsus insigni [a]. E contrario Antiochi describitur superbia quòd *sibi videretur fluctibus maris imperare* [b]: & mira væsania Cyrus, ac Xerxes, intolerandóque fastu Gyndem fluuium siccare, pōribus Hellespontū Xerxes traiicere conatus est; cúmque id nō succederet, verbera infligi, compedes inici, stigmata inuri iussit [c]. Stultorum regū æstus cū Horatio [d] rectè appellaueris.

Valdè trita de fluctibus persecutionum aduersus Ecclesiam, & fideles allegoria, vt *non sinat eos tentari Deus supra id quod possunt* [e], nec eas omnino tollat, sed mitiget, ac moderetur, vt cum merito tolerari queant, *consolans in omni tribulatione* [f], *ac nescientes pios de tentatione eripere* [g] cùm expedire iudicat. Huc quoque facit, quod Iob scribit [h], *ingredi Deum super fluctus maris*, vt exponitur à Gregorio [i]: quòd *Christus ipse pedibus id calcauit* [k]: quòd *visus* à Ioanne *ponere pedem suum dextrum super mare, sinistrum super terram*; quasi magis eniteſcat in mari potentia ipsius: quòd Sapiens [l] scripsit, *in sermone Dei silui, se ventum, & cogitatione placauisse abyssum*: quòd habetur psalmo 76. [m] *aquas viso Domino timuisse, & abyssos turbatas esse*; & 106. [n] quòd cùm *dixit, stetit spiritus procellæ, & siluerunt fluctus*. Vitam securam, ac sine vllis fortunæ incursionibus mare mortuum rectè Demetrius appellat apud Senecam [o], non tranquillitatem, sed malitiam: & Nazianzenus [p] constantem in tribulationibus cum rupe comparat, quam frustrà quatiunt fluctus: inconstantem cum leuissimis corpusculis, quæ nullo negotio abripiuntur, & distrahuntur. Cyrillus Alexandrinus [q], Alexandrinis [r], à quibus aberat, scribens de felici sua nauigatione, appulíque ad Rhodiorum ciuitatem: quòd lenibus, ac placidissimis ventis vsi essent, atque sine metu, & periculo magnum, & amplum æquor traiecissent, gratias refert à se actas Deo verbis istis: *Tu dominaris potestatis maris; motum autem fluctuum eius tu mitigas.*

Tu dominaris potestati maris.] Hieronymus, *superbiæ*, alibi [s], *fortitudini*. Alij, *elationis, fastus, vastitatis*. est רהב *ghewh* quamis elevatio, *elatio, exaltatio, excellentia, eminentia, sublimitas, tumor magnitudo, magnificentia, superbia*. Emphasim notat Hugo in pronomine (*tu*) contra Gentiles, qui marinos βαλασσίους, ἢ ἁλαίους, ἢ ἁλιτέλεις colebant Deos, Neptunum, Nereum, Oceanum, Glaucum, Tritonem, Protheum, Phorcum, Salaciā, siue Amphitritem, Nereides, & alios, de quibus Mythologi, & Linus Gyraldus [t], atque Augustinus [u].

Motum autem fluctuum eius tu mitigas.] Hieronymus, *elationes gurgitum eius tu comprimis*. Alibi [x], *& commotionem fluctuum eius tu mitigas*, item [y], *& motum fluctuum eius tu comprimis*. Alij *dum attollunt se fluctus eius, tu compescis eos*, vel, *& elevante*, nempe mari, *undas suas, tu comprimis eas*. Hebræum verbum תשבחם *theschabbechem* futuri temporis pro præsenti sumitur, quatenus denotat id fore, quod fuit. & factum est, solétque à Deo fieri. Et quia optatiuè, aut imperatiuè sumi potest, ita etiam vertit Apollinarius.

κοιλαίνα μεθιστῶν ἀνέλοις, ὅτε κυτρὰ κορύσσει.

Fluctus mitigans auferas, quādo incursus concitātur.

Mitigare κατασταλτικὸν נחשׁ *schabbeach* non significant *castigari fluctus*, & *ad mediocritatem redigi*, sed *tolli*, & *auferri*, vt modò Apollinarium sudiuimus iungentem ἀναίρεσιν τῷ μεθιστᾶν. nisi fluctus pro fluxibus capias, quia naturaliter fluunt aquæ. Quare, quamuis priùs indicata tropologia vera sit de moderatione tribulationū, tamen *mitigandi* verbo non aptè nititur. Nam & alibi [a] dicitur *mitigari omnis Dei ira*: quamuis aliis verbis אסף *asaph*, & καταπαύειν. Atqui nauigari absque periculo, etiā cùm mare tranquillum est, nequit: & mitigatio est, ne nimij insurgant fluctus, undæ, procellæ.

Vers. 11.] Tu humiliasti sicut vulneratum superbum: in brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos.

ALiud argumentū diuinæ potentiæ valdè celebre, multotiésque decantatū in omni scriptura; quòd superbum illum, meritóque cum æstuanti cōparandum mari, in quo metus est, & de quo facta proximè mentio est, Ægyptī regem Pharaonē, tāta Deus felicitate deiecerit, atque in profundū proiecerit, ac si res ipsi fuisset cū vulnerato aliquo, & unctis viribus destituto, quique suopte nutu leuissimè impulsus, vel attractus tanquā exanime cadauer concidat, prætereà quòd reliquos, qui cū Pharaone, magno numero erant, & deinceps alios populi, ac proinde Dei, in cuius tutela erat, aduersarios, hostéque (Amalechitas nominat Lyranus) potēti brachio subuerterit. Videtur Esaias [b], de hac ipsa re agēs, hūc imitatus locū; *Cōsurge, consurge, induere fortitudinē brachium Domini, cōsurge sicut in diebus antiquis, in generationibus seculorū. Nūquid non tu percussisti superbū, vulnerasti draconē?* Ante vtrūque Iob [c] eūdem vsurpauit loquendi modū; *in fortitudine illius repentè maria congregata sunt, & prudentia eius percussit superbū*. Vbi fortitudo, seu potentia Dei commendatur in cōgregādis maribus, siue mitigandis, ac sedandis, vt priore hic versu dictū est. Per *superbū* autē potest intelligi diabolus, qui ciere tempestates solet, vt ideo forsitan Christus *comminatus vento fuerit, & eum increpauerit, ac tempestati, & dixerit mari, tace, obmutesce* [d], & scribantur in Apocalypsi [e] *Angelis quatuor stetisse super quatuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos terræ, ne flarent super terram, neque super mare*: quos dæmones fuisse, ibidē sentit Strabo, Ansbertus, Haimo, Primasius, prætereáque, quos eodē citat loco Ribera, Hieronymus [f], Augustinus [g], Clemens Romanus [h], docentes illorū opera repetere Deū pœnas de hominibus, quas *immissiones per angelos malos* vocari vidimus psalmo 77 [i]. Qua de re Delrius in Magicis [k]. *Superbus* item quiuis importunus tyrannus in genere hic, & apud Iob designari potest: item grandior illa bellua marina, quam cetum vocant: prætereà ipsummet mare: postremò Pharao; quos noster Pineda [l] dicendi modos bene persequitur. Ad rem nostram facit maximè Pharao, vt adiuncti hic statim et alij inimici persuadent: quamuis ipsummet mare *superbum* nominetur, *eiúsque percussi a Deo fluctus* dicantur [m] longè aliter, quàm à stolido Xerxe, de quo nuper memini: & *cetus vulnerari* censeatur à Deo, quando vi tempestatis alitus ad litus, in arida emoritur: & quia quolibet fragore, sonitu, clamore territus in imum se recipit: & quoniam pisciculo duce destitutus, ob incumbentem in oculos carneam molem, excæcatur, fatíleque ad scopulos, & litora offendit: vt idem Pineda

obtenuerit

a Polyd. Virg. lib. 2. hist. Anglo. sub finem.
b 2. Machab. 9. 8.
c Herod. lib. 1. 5. 7.
d lib. 8. epist. 2.
e 1. Cor. 10. 13.
f 2. Cor. 1. 4.
g 2. Pet. 2. 9.
h c. 9. 8.
i 9. moral. c. 5. & seq.
k Marc. 6. 48.
l Eccl. 43. 25.
m vers. 17.
n vers. 25.
o Vitam securam, mare mortuum à Demetrio appellat ... epist. 67.
p orat. 27.
q epist. 32.
r in transla. epist. 1. Marc. Theophili Alexand. & in Esa. c. 51.
s de diis Gent. Syntag. 5. & 4. de eiusd. c. 10.
t in Esa. c. 51.
x in transla. epistolæ 2. Pascha. Theophili Alexan.
Κατασταλτικὸν.
a ps. 8. 4.
καταπαύειν.
Sensus lect.
b c. 51. 9.
c c. 26. 12.
d Mar. 4. 39. Luc. 8. 24.
e c. 7. 1.
f in Ezech. c. 10. & in Esa. c. 13.
g 5. contra Iul. in c. 3.
h 4. recognit.
i vers. 49.
k lib. 2.
l in Iob 26. 12.
m Zach. 10. 11.

obseruauit. De Pharaonis demersione, ac totius exercitus, egimus alibi in hoc ipso opere satis diligenter, atque in librum Sapientiæ.

Mystica expositio.

Mysticè obuium est interpretari cum omnibus tum Græcis, tum Latinis de rege super filios superbiæ Diabolo, quem putatus Hieronymus crucis clauis ait fauciarũ. & abstractis ab eo spoliis humiliatũ, vt qui elatus fuerat supra id, quod poterat, humiliaretur suo vitio intra illud, quod per naturã non erat. Augustinus, & Cassiodorus humiliatum dicunt, quia perdidit, quod tenebat: vulneratum in corde, vbi superbiebat. Vulnus indicat casus ille de cœlo, quẽ Christus [a], & Esaias [b] memorãt. Inimici brachio virtutis Dei, id est, virtute Christi filij Dei, dispersi, vel sunt inferiores dæmones, vel Iudæi per orbem post excidium Ierosolymorum dissipati, vt Cassiodoro, Haimoni (qui per *brachium* exponit Christum) Brunoni vtrique, Hugoni, placet: vel quilibet alij Ecclesiæ persecutores. Attingunt adhuc Augustinus, & Remigius: Bruno Carthusianus alium sensum, vt per humiliationem Christi, & vulnera superbia nostra humiliaretur, & nos amore eiusdem sauciati cederemus ei: dispergeremur verò etiam, atque separaremur ab erroribus, & efficeremur Dei cultores, amicique, aliis, qui nolint obsequi, reiectis, damnatis, & quasi *Domino flante pereuntibus* [c]. Hugo lasciuientem, insolescentem, superbientem interpretatur contra spiritum carnem, quæ humilietur, atque vulneretur, ac desideria illius dissipentur. Vulnerũ Christi consideratio confert ad hoc plurimùm; sed & Pauli [d], Benedicti, Fracisci, aliorúmque multorum exemplo inflictæ vltrò plagæ, ac tormenta, vt *luor vulneris abstergat mala* [e]; *malitia horæ obliuionem faciat luxuriæ maximæ* [f], *virga disciplinæ figet stultitiam* [g].

a Luc. 10.18.
b c.14.13.
c Iob 4.9.
d 1.Cor.9.27.
e Prou.20.30.
f Eccl.11.29.
g Prou.22.15.

Tu humiliasti sicut vulneratum superbum.] Hieronymus, *contriuisti*, רִפִּיתָ *dicchitha*, vel, *fregisti, contribulasti*. Allusio potest esse ad fluctus paulò antè nominatos: דִּכִּי *dochi* enim *fluctum* significat [h] à conterendo. *Humiliandi* verbo sæpius redditum legimus [i]. Vulneratus חָלָל *chalal*, τραυματίαν: denotat *interemptum violentè*, vt gladio, aliove telo, sic humiliatio, seu contusio superbi tanquam vulnerati, erit interfectio per cõtusionem, contritionẽ, comminutionem facta. Quare nullã vim fecerim in *vulneratione*, quasi diabolus non penitùs extinctus, mortuúsque fuerit, vt notauit Hugo, & Aiguanus, nec in particula similitudinis, eo quòd non propriè vulneratus, vt plures alij monuerũt. Sine dubio *vulneratio* impropriè dicitur de diabolo; tamen figuratè dici etiam potest *diabolus interfectus*, vt de eo loquitur Esaias [k] sub typo alieno, hoc est, Pharaone Ægyptio, quia רָהָב *rahab* pro Ægypto vertunt aliqui, & eam significare docui psalmo 86 [l] appellat *vulneratii, & prostratum de sepulchro*, & nominans *cadaver* eius. Quin & Paulus [m] *interfectas inimicitias à Christo*, scribit *in semetipso*. Denique particula similitudinis sæpe non minuit, sed exprimit potiùs. *Humiliationem* verò vt sonat accipiẽdo, & de diabolo interpretando, Rupertus [n] conferens hùc cum Pharaone mollia respondente Mosi, & Aaroni, ita loquitur. Nam sicut superbus quãtumuis ante percussionem stet rigidus, sub ictu tamen vulneris à tumore descendit, verba deponit, cruicem demittit; sic superbiæ rex diabolus, quantumlibet antea, vt fortis armatus confidenter locutus sit, vbi tamen *fortiorem sensit, arma deposuit, spolia reddidit* [o], & mollia non ex pietate, sed præ dolore locutus est (*quid* [p] *tibi, & nobis Iesu Nazarene? venisti perdere nos, scio quis sis, sanctus Dei*) & adhuc in extremo iudicio mollioa cum omni corpore suo locuturus ipse caput iniquorum. Augustinus vsurpat in confessionibus [a] hanc sententiam de seipso. *Humiliasti*, ait ipse, *tanquam vulneratum superbum*, & tumore meo separabar abs te: & nimis inflata facies claudebat oculos meos. Loquitur de superbo studio suo in perquirẽda mali natura. Dixi antea humilitate Christum sua ad humilitatem superbum prouocare, ac simul amorẽ conciliare, eòque eo vulnerate vulnere amoris proprij, qui tot a Iudæis est etiam in corpore proprio vulnera. Mirabilis pugnæ ratio fuit hæc, & aduersus patrem filiorum superbiæ diabolum. Prudens, ac solers stratagema: quam Iob [b] *prudentiam* vocat *Dei*, quæ hunc percusserit superbũ. Declarat id fusè Gregorius [c] de victoria, quam retulit ex suo tentatore Christus, vt dum ille ad tentandũ istum solutus est, ab homine possidendo relegaretur. Tamẽ subditur hoc loco quod *in brachio virtutis dispersit inimicos*: videlicet filios superbiæ, quos, & *dispersit* cecinit Virgo [d]; quoniã *cornua in manibus* crucifixi Christi, *vbique abscondita fortitudo eius* [e], *& fecit vbi illa potentiam in brachio* [f], *atque saluauit sibi dexteram, & brachio sancto suo* [g]. Magnam denique Bruno Carthusianus emphasim notat in toties hic repetito pronomine (*in*) quod adhuc postea inculcatur, aut possessiuum, ad differentiam ab aliis, quòd ea faciat, quæ nullus alius, ea ipsi conueniant, quæ nulli alij. Satis aptè Baronius [h] accommodat ad Lambertũ Teruannensem pseudoepiscopum, qui post adeò multa crimina, tantámque peruicaciam in Gregorium VII. ad eiusdem demum opem cõfugit, postquam ei Teruannenses linguam detraxerant, dextræque articulos abstraxerant, nec Pseudopapam, qui iuxta vrbem reũdebat, & cuius hactenus partes tectatus fuerat, curauit.

a lib.7.c.7.
b c.26.3.
c 17.moral.c. 15.& 16. vel c.18.
d Luc.1.51.
e Abac.3.4.
f Luc.1.51.
g Ps.97.1.
h tom.11 annal. anno 1082. pag. 550.

In brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos.] Hieronymus, *in brachio fortis tui*, בִּזְרוֹעַ עֻזֶּךָ *bizroahh hhuzzecha*, quod paulo post dicitur *brachiũ cum potentia*: & verti potest vtroque modo, sed melius *in brachio virtutis, fortitudinis, roboris*, &c. In Gallicano, Romanóque psalterio, & apud Arnobium, & Cassiodorum, *in virtute brachij tui*. Pro *brachio virtutis* Apollinarius solùm κράτος, *robur*, posuit: & constat maximas in eo homini vires esse; vt idcirco toties id vsurpent scripturæ ad eas exprimendas. Mysticè pro filio Dei sumitur *brachium*, sicut *digitus* pro Spiritu sancto, vt aliàs monui, & Cassiodorus, Haimo, Beda, nunc hic tantùm: & paulo antè hoc loco dixi pro cruce sumi posse, vt cum credito Hieronymo, Hugo vult. *Inimici* tum dæmones, tum Iudæi, tum persecutores alij sunt: omnia etiam, quæ diuinæ resistunt amicitiæ: omnes *amatores mundi* qui consequenter sunt *inimici Dei* [i]. Literaliter Ægyptij cum suo Pharaone, per litora maris, vt Caietanus bene obseruat, post mortem disperti.

Brachium pro virtute, quare ponatur tertio [illegible].

i Iacobi 4.4.

Vers. 12.] Tui sunt cœli, & tua est terra, orbem terræ & plenitudinem eius tu fundasti:

Vers. 13.] Aquilonem & mare tu creasti. Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt.

Sensus lect.

CRescit oratio in demonstranda, probandáque potentia Dei, & quidem cum eadem

apostrophe ad ipsum, quasi optimè consciũ vera esse, quæ pronuncientur. Defert ergo Deo rerum omnium dominium, cœli & terræ, & quæ in eis sunt; quoniam illa ipse condiderit, conseruet, in sua habeat potestate. Nominat etiam Aquilonẽ, & mare ei oppositum, siue Austrum, quæ terræ latitudinem describunt: montes item Thabor, & Hermon, velut in Iudæa, alterum versus Occidẽtem, alterum versus Orientem, quæ longitudo terræ dicitur, & quia cultiores, & celebriores in ea regione habebantur. Omnium istarum terræ partium distinctè conditorem Deum nominat: & ab illis montibus peculiariter solitum laudari asserit, & laudandum, quoniam sua mole, elegãtia, feracitate, atque illustrioribus quibusdã prodigijs editis à Deo ibi in gratiã Hebræi populi, prouocabãt, & prouocare poterãt homines ad id faciẽdũ: & qui habitabant in ipsis, tum præterea designati per eos habitatores Occidentis, & Orientis easdẽ Dei laudes celebraturi erant, respondentes tacitæ cuidã, mutæque inanimatarũ rerũ exultationi aduersus conditorẽ suum. *Cælos*, Apostolos, prædicatoresque alios: *terrã*, quæ excepit verbum Dei: *Aquilonem*, diabolum: *mare*, sæculi potestates. *Thabor*, Gentiles; *Hermon*, Iudæos, & variis aliis modis mysticè declarant. Sed præstat sigillatim de his agere cum literali explanatione.

Aquilonẽ & Austro latitudo terræ describitur. Thabor, & Hermon longitudo.

Tui sunt cœli, & tua est terra.] Quasi dicat, mira videri nõ debent, quæ dicta sunt de dominio Dei in mare, ac fluctus eius déque humiliato superbo, & dispersis potẽter inimicis, hoc est, diabolo, & Iudæis, aliisq; persecutoribus, quia Dominus, vniuersorũ est: non aquatũ duntaxat, quorũ præcessit mentio, sed reliquarum quoque mũdi partiũ; de cœlis dæmones eiicere potuit: in terra homines improbos castigare potest. Præterea curæ Deo esse intelliguntur secundùm tropologiã superiora, & inferiora: deditique vitæ cõtemplatiuæ, & actiuæ, vt Glossa, & Hugo obseruãt: item tam subditi, quàm prælati, ac principes, vt Arguanus. Ipsemet Deus affirmauit *suum esse orbem terræ, & plenitudinem eius* [a] *se cœlũ, & terram implere* [b] *cœlum sedem suam, terrã scabellũ pedũ esse* [c]. Dauid noster simili oratione allocutus est Deum psalmo 73. [d] post enumerata mirifica opera illius, ac multoties repetito pronomine *(tu.)* [e] *Tuus est dies, & tua est nox: tu fabricatus es auroram, & solem. Tu fecisti omnes terminos terræ: æstatem, & ver. tu plasmasti ea.* Tunc suos ostendisse cœlos Christum ait Arnobius, cùm cæcis lumen cœlorum dedit; suam terram, cùm sepultos mortuos iussit eam reddere.

a psal. 49. 12.
b Ierem. 23. 24.
c Esa. 66. 1.
d vers. 16. & 17.
e vers. 13. 14. 15.

Orbem terræ, & plenitudinem eius tu fundasti.] Lege psalmum 23. vbi canitur *Domini terram esse, & plenitudinem eius, orbem terrarum, & vniuersos, qui habitant in eo. Plenitudinem* sanctorum Hugo mysticè sumit *fundatorũ, & radicatorum in charitate* [f]: creditus Hieronymus eam *plenitudinem* sanctitatis, quæ præparata est electis *in terra viuentium*. In *orbe* attendit Bruno Carthusianus perfectionem virtutis, quam definiunt æqualitatem vitæ, rationi vndique conueniẽtis: quia ratio, inquit, debet esse quasi medium, ad cuius dispositionẽ omnes vitæ partes, tanquam circuli à suo centro, æqualiter, & mensuratè deducantur. Non suppeditant huiusmodi sensum, vel orbicularem figuram תְּהוֹם *thehom*, & ὠκεανὸν. vt psalmo 18. 8 admonui; vbi similem nescio quam aliam ex Ambrosio circa *orbis* idem vocabulum tropologiam recitabam.

f Eph. 3. 17.

Perfectio virtutis quomodo definiatur.

Aquilonem, & mare tu creasti.] Theodoretus, ac Basilius putant à Theodotione pro *mari* positum Austrum שׁוֹמְמוֹן. Aquila reddidit δεξιὸν, *dexteram*. Hieronymus, *Aquilonem, & dexterum*. Treuetus per *dexterum* exponit Orientem, quia respiciens, inquit, ad Aquilonẽ, habet dexteram ad Orientem: Oriens verò dextera pars mũdi est: has autẽ partes nominari, quia in illis habitabant Gentes Hebræis infestæ, ab Occidente enim fuisse duntaxat mare magnũ, & ab austro desertũ: dictas etiã illas creatas, vt innuerẽtur habitatores earũ esse in Dei potestate. Alij vertunt, *Aquilonẽ, & Meridiẽ*, quòd versis ad Orientẽ, sit Meridies ad dexteram. Paraphrastes, *desertũ Aquilonis, habitatoresq; Austri*. Lindanus putat Occidentẽ per *mare* intelligi oportere hoc loco. Cosmographi sic describunt orbẽ, vt anteriorẽ partẽ appellẽt Orientẽ, Occidentẽ posteriorẽ, dexteram Meridiẽ, sinistram Septẽtrionẽ, seu Aquilonẽ. Dicũt etiã in dextera plaga seu australi, & meridionali esse mariũ diffusionẽ, locúmque. In psalmo 106. [a] enumerãtur quatuor plagæ hoc modo *à solu ortu, & occasu, ab aquilone, & mari*. Et in Genesi [b], *ad Aquilonem & Meridiẽ, ad Orientem, & Occidentem*. Aliàs videtur *mari* Occidens denotari, vt psalmo 138. [c] *si sumpsero pennas meas diluculo* (diluculi, vel auroræ) *& habitauero in extremis maris*: & in Deuteronomio [d]: *Mare & Meridiẽ possidebit*, nempe *Nephthali*. Causa est, quod attinet ad terrã sanctã, quoniã occidentẽ illius partẽ claudit mare magnũ; & idcirco pro Occidente, cũ de hac terra verba fiũt, accipitur. Id ipsum indicatur in libro Iosue [e], *vsque ad mare magnũ cõtra Solis occasum erit terminus vester*. Idẽmet mare magnum sic dictum, quia cæteris terræ promissionis maribus maius, & spatiosius sit. Hieronymus [f] docet pro toto Occidẽte poni, nẽpe quoniã, vt modò dixi, Palæstinæ regio ita sita est, vt hoc mare habeat in Occidẽtali plaga, & Occidẽtale totum latus eius alluat. Is autẽ, qui gerit nomẽ Hieronymi, auctor cõmentarij in psalmos, explanãs citatũ 106. vult, ibi *mare* Occidentem significare, bisque hãc eandem plagam nominari; & vbi úque mare audimus in scriptura secũdum climata, semper intelligendũ Occidente: *Aquilonem* appellari etiam alio nomine *dextrũ*. Pseudonymus profectò Hieronymus vel hinc esse cõuincitur, quòd verus in versione istius nostri psalmi oppositam aquiloni partem transtulit vocabulo *dexteri*: & in alio illo psalmo, nemo est, qui non de Meridie *mare* interpretetur. Citat Euthymius Hesychiũ docentem nomine *maris* persæpe Occasum significari. Posset per *mare* vniuersè affirmari Occidentẽ designari, propter vulgatem illã, ac stolidã sententiã, quòd sol occidẽs mergi videatur marinis aquis. Sed antithesis loci huius inter aquilonẽ, & mare, sicut & in citato psalmo 106. facit, vt hoc pro meridionali plaga sumi debeat, quæ etiã, vt dixi, dextera nominatur, nõ respectu solius Palæstinæ, sed absolutè. In libro Iob [g] cũ *Oriente, & Occidente sinistra*, & *dextra* pars nominantur; vel primæ duæ aliis vocabulis, *ante* & *retro* קֶדֶם *kedem*, & אָחוֹר *achor*: aliàs autem שְׂמֹאול *semol*, & יָמִין *iamin*. Hoc loco nostro scribitur יָמִּין *iammin*, pro quo *dexterum* translatum ab Hieronymo retuli. Sed legerunt LXX. fortassis cum daghes in ם *mem*, & cum נ *nun* finali pro ם *mem* finali, vt aliàs fit יַמִּין *iammin* pluraliter, licèt singulari numero transferendũ censuerint. Caietanus videns fortassis difficultatẽ, quòd *mare* nùc Meridiem significet, nunc Occidentem, aliam excogitauit expositionem, secutus versionem, *aquilonem, & dexterum tu creasti*, vt *dexterum* sit primum mobile, ac supremum cœlum, cũius motus

Mariũm diffusio in plaga meridionali.
a vers. 3.
b c. 13. 14.
c vers. 9.
d c. 33. 23.
e c. 1. 4.
f quæst. Hebr. in Gen. c. 13. & in Ezech. c. 46.
Palæstinæ regionis situs.

Vulgaris sententia de sole ex oriente expositio.

g c. 23. 8. 9.

Caietani expositio.

incipit

incipit à dextera parte: *Aquilo* reliqua corpora cœlestia, quorum incipit motus versus Septentrionem, id est, ab ariete, versus taurum, vnde est via septentrionalis: hoc autem pacto Dauidem probauisse *terram Dei esse* in priore versu; in isto *cœlos*, quia hos *creauit*, illam *cum plenitudine sua fundauit*. Non recedendum ab editione vulgata, quæ habet mare, valdéque durum est *Aquilonis*, aut *Septentrionis* nomine cœlestia corpora præter primum: hoc per *dextrum* intelligere. Itaque placet *mare* hic Meridiem significare, quamuis aliquando sumi possit pro Occidente, quoniam distinctè opponitur Aquiloni, seu parti septentrionali. Quod si velis omnes mundi plagas hoc loco esse, dicas per *Thabor*, & *Hermon* innui alias duas, quoniam Thabor comparatus cum Hermon, est ei orientalis, & iste consequenter occidentalis illi. Ita quidem Lyranus citans R. Salomon, potuítque addere R. Kimhi, qui citat Abenezra, Vatablus, Titelmanus, Tyroboscus, Sansenius, Genebrardus, Peregrinus Herus, Flaminius, Bochius, & alius poëta non malus, licèt non Orthodoxus, qui cecinit,

Aquilo tibi seruit, & auster.
Thabor, & occiduum qui condit vertice solem,
Quique rubet radiis Hermon tepefactus eois.
Lætitia exultant.

Consentit Agellius, tametsi Græcum citet auctorem, qui mari Occidentem assignet: monti Thabor Orientem, monti Hermon *νότον*, id est, Notum ventum, siue Austrum, & Meridiem. Cur autem nominatim *Aquilonem*, & *mare* dicatur Deus *creasse*, rationem reddit Euthymius, occidentalem oram per *mare* accipiens, quoniam hæc ora, & aquilonaris, siue septentrionalis, tenebrosæ sunt, hybernaléque, & frigidæ, & futurum erat, vt aliqui ea ratione illarum creatorem esse dæmonem dicerent: voluit autem sanctus Spiritus hunc errorem antea eradicare. Nescio in eo errore, qui fuerint, sicut nec quid velit Hugo, dicens confutari Marcionem, cùm dicitur *tua sunt cœli*; Manichæos, cùm *tua est terra*; Donatistas, cum *orbem terrarum* dicitur *fundasse* Christus: Catharos, cum *plenitudinem eius*: Meteoricos, cùm *Aquilone creasse*: Aristotelicos, cùm *mare*. Hoc etiam loco non Occidentem, sed Meridiem significari docuimus per *mare*. Puto synonymè poni *creare*, & *fundare*, nec esse quod quæramus cur *orbem* Deus *fundasse*, *Aquilonem*, & *mare* dicatur *creasse*. Scribit Iob [a] quòd *fecit Deus interiora Austri, & extendit Aquilonem super vacuum*, quamuis aërem ibi quidam [b] per *Aquilonem* interpretentur.

Sensu mystico quemadmodum *cœli*, vt dictum est, Apostoli, & apostolici viri sunt, *terra*, populi, & *plenitudo eius*, vniuersitas Ecclesiæ; sic ex mundi plagis, vt Valentia philosophatur, *Oriens* est Apostolorum tempus; *Occidens*, Antichristi; *Aquilo*, hæretici, falsíque, ac frigidi Christiani; *mare*, *meridiésve*, persecutiones, & iuxta editionem ex Hebræo, *dextrum*, seu *meridionale* sunt Catholici, bonique Christiani: *sinistrum*, hæretici, & mali Christiani, quos creat eorum Deus, quatenus permittit, alios per gratiam. Sed quem dicunt Hieronymum, attribuit *Aquilonem* Antichristo; Augustinus, & Cassiodorus diabolo: *mare* persecutionibus aliis. Hugo, & Rickelius in *Aquilone* diabolum, in *mari* superbos homines accipiunt, aut suggestionem diaboli, & motus ex corruptione nostra insurgentes. Glossa terrorem gehennæ, & amaritudinem pœnitentiæ pœnitentibus immissam. Remigius desperantissimos, in charitate frigidos, & eos, qui sunt, inquit, amarricantes septos. Propiùs accedit ad sensum literalem, vendicentur potentissimi Hebræorum aduersarij ad Aquilonem Assyrij, ad Austrum Ægyptij. Theodoretus, ac Basilius hæc notant.

Thabor, & Hermon in nomine tuo exultabunt.] Hieronymus, *nomen tuum Laudabunt*, quod Aquila *αἰνέσουσι*: Symmachus *ἐυφημήσουσι*, *benedicent*. Paraphrastes, *Thabor ab Occidente, & Hermon ab Oriente in nomine tuo laudes dicunt*. Consentanea est hæc interpretatio sententiæ priùs à nobis traditæ, quod istis montibus duæ mundi plagæ designentur, sicut aliæ per aquilonem, & mare. Celebres erant hi montes apud Hebræos, quia in Thabor nunciata est victoria *Barac de Sisara* [a]: Hermon Iordanis loco, vbi transierunt Hebræi sicco pede, propinquus erat; vnde non longè baptizatus Christus, & in eodem. Naim locata dicitur, vbi viduæ filium suscitauit; in eodem quoque loco panes multiplicasse. De Hermon actum est psal. 41. [b] cùm de Hermonim, Thabor, vocatus aliter Itabyrius, aut Tabyrius, siue Itaburius, & Taburius atque Taborus, aut Masorim, mons est in medio Galilææ campo pulcherrimus, exactè rotundus (ideo aliqui per literam (ט) *teth* scribentes טבור *tabor* sic aiunt dictum, quasi vmbilicum) in altum consurgens triginta stadiis, & in vertice viginti sex secundùm planitiem patens: cœli tepentis salubertimus, vndique vineis, oliuis, variis arbustis, herbis, floribus arboribúsque fructiferis consitus; semperque viridis, ac suauibus fragrá odoribus; perpetuo rore vndus: venatione iucundus, amœnúsque concentu auium. Domini demum transfiguratione, cui meritò destinatus videtur, per celebris, ac excitato postea in honorem Petri, Iacobi, Ioānis templo ab Helena, deinde monasteriis duobus sub Moïs, & Eliæ nomine, quasi *tria* essent pro Petri voto, *tabernacula*. Sic ex alijs Adrichomius in theatro terræ sanctæ: tametsi Iosephus [c] asserat planitiem in vertice viginti tantum stadiorum esse: Hegesippus [d] viginti trium; Legendus Hieronymus [e].

Cæterum Damascenus [f] hunc locum de Hermon, ac Thabor vsurpat pro Christi baptismo, atque transfiguratione: Hermon quidem exultasse cùm audiuit in baptismo appellari Christum Filiū Dei, & columbam symbolū Spiritus sancti vidit, apertósque cœlos. Thabor autem quando similem vocem Patris percepit, & Christi gloriam, cum circumstantibus Mose, & Elia. Idem habet hoc loco Valentia. In commentario Petri [g] plura dixi, & auctores citaui asserentes in eo monte transfigurationem factam ex antiquioribus præter Damascenum, Cyrillum [h] quoque Hierosolymitanum, Philonem Carpathium [i], Bedam [k], Hieronymum [l], cùm tamen Maldonatus noster quis mons sit, in quo Christus transfiguratus fuerit, fatis antiquum, & grauem auctorem, qui dixerit, negetve fieri. Sed indicatum cómentarium nostrum si legeris, cognosces multa præsenti loco satis opportuna. Adde de Ecclesia in eodem monte Domino, Moïsi, Eliæ consecrata, déque monasterio, & quòd mons ille vocaretur Agemons, quasi ἀγὼν ὄρος, id est, *tentationis*, testimonium Vualpurgæ in hodœporico, seu vita Ouilibaldi, qui floruerunt anno circiter 740. Ex etymologia varia vtriusque montis, varios eliciunt Enarratores mysticos sensus. Nam per Hermon vt *anathema* significat, Gentes idololatras à

Ratio Euthymij cur Deus dicatur Aquilone & mare creasse.

a c. 9 9.

b Pineda retent.

Sensus mysticus.

a Iudic. 4. 14. & seq.

b vers. 7.

c 4 de bello Iudaic. cap.

d lib. 4. c. 2. cum c. 1. c. 5. & de locis Hebr.

e Oratione de Transfigura.

g in 2. epist. c. 1. 18.

h catech. 12.

i in Cant.

k de locis sanct.

l epist.

Hermon de Thabor, &c. vide supra.

vero Deo, quasi anathematizatas: per Thabor, *vt lumen veniens*, Iudæos lumine legis, veritatis, gratiæ perfusos, & vtrumque populum in Christi nomine tandem exultaturum indicari volunt [a]: vel quòd venire debebat lumen ab eo, *qui illuminat omnem hominem* [b], & suos prædicatores facit *lumen mundi* [c], & sic fieret anathema diaboli [d]. Vel quòd cum vetere testamento, in quo lumen erat, nouum testamentum, in quo peccata anathematizari iubentur, exultaret, simúlque propter aduentum luminis euangelici [e]. Vel quòd per exercitium tentationum quidam erant illuminandi, aliqui veluti anathematizandi, hoc est, separandi à mœrore, ac æterna tristitia per victoriam reportatam ex vitiis [f]: vel quòd tum iuuenes, quorum lumen scientiæ, & gloriæ adhuc venit, & imperfectum est; tum senes, qui separationi, & mœrori proximi sunt, exultarent in nomine Domini, operibúsque salutis [g]: vel luminosi sapientia, & hilares in operibus bonis, à quibus acedia, tristitiáque separatur [h]: vel quòd & qui sublimem montem, cuiusmodi Thabor erat, perfectionis conscenderunt, & qui ad modicum, qualis Hermon [i], iustitiæ pertigerunt, id, quod habent, ascribent Deo, siue Christo, gratiæque ipsius [k]: vel quòd futurus esset in Ecclesia vius Eucharistiæ (in qua fit quædam transfiguratio Christi, & nostra, & est veniens ad nos lumen) & præterea excommunicationis, seu anathematis [l]. Hermon esse Caluarium, partémve illius, qui sentit, in eo exultationem, potentiam, brachium, firmatam manum Christi, & exaltatam dexteram philosophatur [m]. Repugnat omnis topographia, vt ex dictis psalmo 41. constat de Hermon. Arnobius citra etymologiam, explicat exultationem istorum montium de habitatoribus eorum, cùm viderent infirmos suos sanari, paralyticos curari, leprosos mundari, mortuos suscitari à Christo.

a Remigius, Haimo, Hugo, Dionys. Carthu.
b Ioan. 1. 9.
c Matt. 5. 14.
d Augustinus, Cassiodorus, Beda, Bruno, Aiguanus.
e Hieron.
f Hugo.
g Idem.
h Idem.
i ps. 41. 7.
k Iansonius.
l Greuenus ser. 886.
m Osorius to. 3. serm. de transfigu.

Vers. 14.] tuum brachium cum potentia. Firmetur manus tua, & exultetur dextera tua.

Sensus loci.

VEl Thabor, & Hermon in Dei nomine exultantium per prosopopœiam verba sunt ista, vel habitantium in ipsis, vel Prophetæ, qui tot egregiorum operum, & facinorum eiusdem Dei, ipsimet Deo dicat non aliam causam esse, quàm robur, ac vim potentiæ illius, seu potens brachium, desiderium verò votúmque eidem suum exponat, vt hæc eius omnipotentia, quæ secundùm se eadem, & immutabilis semper consistit, valida, & efficacia in sui ipsius, & populi sui, totiúsque generis humani gratiam, atque beneficium effecta contra inimicos exerceat, & manifestet. Mysticus de Christo, & Ecclesia, fidelibúsque sensus perspicuus est. Sectio versuum alia est in vsu Ecclesiastico communi, licèt istam sequatur Hieronymi, & aliorum translatio ex Hebræo, ac præterea psalterium Gallicanum, seu Ambrosianum.

Tuum brachium cum potentia.] Hieronymus, *cum fortitudine.* Alij, *tibi est brachium*, &c. id est, habes brachium ter robustissimum, & omnipotentia præditum, vires tuæ, ac fortitudo cum ea, qua voluerit efficacia, præualebũt, inquit, quem vocant Hieronymum. Notare nos iubet Agellius non sic dici Dei esse *brachiũ cum potentia*, quasi velit exponere Propheta brachium Dei potens esse: sed quòd nulli alij sit brachium potens, nisi Deo: quia Græcè non est ὁ τοῦ βραχίων μετὰ δυνάμεως, sed οὗτος ὁ βραχίων μετὰ δυνάμεως, ita vt subiectum sit *brachium*, & de brachio dicatur, *tuum*, tanquam prædicatum, hoc est, *tuum est illud brachium cum potentia*, *potens brachium est tuum*, *potentia brachij est tua.* Equidem nec agnosco discrimen, nec video quid referat: & expositores Græci explicant proprium Deo esse, vt cum virtute faciat omnia; quod potentia, & δυνάμεις, qua vtitur Aquila, Dei, & Christi efficacissima sit, quam & Paulus [a], *Dei virtutem* nominat δύναμιν. Colligit Cassiodorus ex hac dicendi formula, Deo, & Christo ipsum esse idem esse, quod posse; nec aliquando potentiam eius tepefacere, qui omnia facit, quæ vult: quasi dicatur, vt ait Remigius, potentia tua est potens potentia (videlicet per se, à se essentialiter) quia in æternum mansura: aliorum verò infirma, quia ad tempus mansura (nempe quoniam est participata, & accidentaria.) Expositio est Haimonis, & Brunonis, quod Thabor, & Hermon brachium Dei cum potentia pronunciabunt, id est, Dei filium esse cum potentia. Aliàs monui nomen *brachij*, mysticè dici de filio Dei. Hugo ait quòd exultabunt in nomine Domini, qui fuerint brachium ipsius cum potentia, hoc est boni, ac fortes operarij, & non quorum lingua cum potentia, brachium verò aridum, vt nec *digito velint mouere onera grauia, & importabilia, quæ alligant, & imponunt in humeros hominum* [b]. Valentia declarat *brachium cum potentia*, humanitatem Christi cum diuinitate ad edenda miracula; quò potest illud referri Mariæ [c]; *fecit potentiam in brachio suo*, id est, iunxit diuinitatem humanitati. Iansonius tres personas considerat, Patrem, ad quem sermo dirigatur, Filium per *brachium*, Spiritum sanctum per *potentiam* siue *virtutem*, quæ nonnunquam illi personæ attribuitur.

a 1. Cor. 1. 24.
b Matt. 23. 4.
c Luce 1. 51.

Firmetur manus tua, & exaltetur dextera tua.] Hieronymus, *roboretur manus tua*, &c. Alij, *robustissima est manus tua*, vel, *fortissima, & altissima*, seu, *potentissima dextera tua.* Symmachus ἀήττητος ἡ χείρ σου, ὑψωθὴ ἡ δεξιά σου, *inuincibilis manus tua, excelsa dextera tua.* Hieronymus alibi [d], Augustinus, & vetus psalterium, *confirmetur manus tua.* Verba sunt futuri temporis יָרוּם *thabhoz* & יָרוּם *tharum*, & possent actiuè reddi *firmabis, & exaltabis*, vel in imperatiuo, cui futura seruiunt, *firma, & exalta.* Paraphrastes manus roborationem refert ad redimendum populum, exaltationem dexteræ ad ædificationem domus sanctuarij. Græci spectant in priore punitionem inimicorũ, in posteriore liberationẽ populi, ita vt *manus* denotet operationẽ, efficaciamve, *dextera* bonam operationem, & efficaciã, videlicet fauoris, beneficij, protectionis. Aiguanus explicat vt Deus hostes persequatur, ac debellet, & hæc *iustitia, iudiciúmque sit* (quod continetur sequenti versu) *præparatio sedis* Dei, hoc est, firmæ habitationis pro arca; id autem factum quando deuictis hostibus à Iosue, locus arcæ stabilis fuit in Silo. Hoc prior indicauerat Lyranus. Genebradus ait significari Deum vtraque manu pollere, nec aliud ferè alij volunt; Treuerus, & Agellius, vt sinistra Deus propellat hostes, percutiat dextra; Rickelius vt sinistra famulis auxilietur, eósq; præualere hostibus faciat, & benignitas liberaliter cõmunicet dona gratiæ, & virtutum. Exultima: em *manus* nomine, vt fit ferè quoties iungitur ei dextera in se-

d in c. 51. Esa.

parato membro, sinistram intelligi: *firmari* autem ad comprehendendum aduersarium, firmiterque retinendum, non verò ad propellendum: *& exaltari dexteram* ad fortiùs cædendum, & percutiendũ. *Dextera* etiam *firmari* dicitur, sed quando sinistra occupata est *in tenendo arcu*, vnde iacienda est fortiter sagitta [a]. Illustrati locus hic noster potest eo, qui est in ps. 20. [b] *inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes, qui te oderunt*, id est, comprehendat illos, atque constringat sinistra ne effugiant, & ita constrictos dextera verberet, ferat, occidat. Vtraque manu quidem cædere quis alium potest, maximè ambidexter, & hic eum citatus locum Rickelius putat sinistra leuiorem, dextera grauiorem pũnitionem designari; sed firmitudo sinistræ cum exaltatione dexteræ hoc magis innuit, quod dixi. Satis verò longæ, amplæque sunt Dei manus, vt rectè possimus intelligere altera illum simul plures comprehendere, altera percutere.

Mysticè indicat Augustinus peti, vt confirmetur manus sinistra, *ad quam statuentur in iudicio reprobi*, & exaltetur dextera, *ad quam electi* [c]; vt illa illos puniat, ista istos amplexetur; illa illos deprimat, ista istos exalter. Cassiodorus, & Hugo, vt operatio firmetur in superbos, quatenus inclinati tribulationibus, celerrimè ad conuersionis studia perducantur: exaltetur dextera, vt clarificetur numerus prædestinatorum, qui est ad dexteram collocandus. Haimo, & Beda, vt manus operationis Dei in conuersione malorum ad fidem firmetur, & eos in eadem fide, iustitiáque corroboret: dextera potentioris operationis in iustificationis perfectione exaltetur, vsque ad cœlum illos perducendo. Remigius, vt hic manus, & potestas Dei consoliderur super Thabor, & Hermon, id est, conuersos ad Deum, vt in eius nomine exultent: dextera verò tandem exaltetur, vt separet bonos à malis, & qui nunc mitis, ac veluti firmus, & immotus est, tunc sit contra malos terribilis, manúmque præsertim dexteram exerat. Hieronymus reputatus, vt Christus opera suæ potentiæ demonstret in mundo, & sic exaltetur dextera maiestatis eius, aut Ecclesia in Gentibus acquisita. Bruno Carthusianus, vt firmiter, & assiduè operetur in conuersis virtutum perfectionem, & exaltetur, crescat, multiplicetur gratia benignitatis, quæ dictam perfectionem efficiat. Hugo, vt *confirmet Deus, quod operatus est in nobis* [d], confirmétque nos in bonis operibus; hæc verò fiant pura intentione, & ob spem æternę remunerationis, quam *dextera* designat [e]. Idem, vt vires Deus det nobis coronandi mala, conferendi aliis beneficia, idque cum exaltatione, ne per vanam gloriam hæc fiant. Hieronymus explanans Etiam [f], interpretatur peti, vt omnes credãt in Christum, qui Dei est brachium, & fortitudo; vel, vt quos dedit ei Pater, confirmet, ac saluet. Recitat ex editione Lxx. ὁ ἐξ ἐμοῦ προελεύσεται μου ἐθνῶν, *& in brachium meum gentes sperabunt*, quod Latinè habemus in nostra [g], *& brachia mea populos iudicabunt*. Profert etiam ex psalmo 97. [h] *Saluauit sibi dextera eius, & brachium sanctum eius*: & Christum perditos *saluasse sibi, vt nullus periret de his, quos ei Pater dederat* [i]: animas autem sanctorum in persecutionibus mundi istius firma in Deum fide solidari: & hos ipsos sanctos vocari posse brachia Christi, sicut ipse brachium, ita vt brachia eius iudicatura dicantur, quia iudicabit ipse in illis, siue per illos. Alij accommodant ad transfigura-

a Thren. 2. 4.
b vers. 9.
c Matt. 25. 33. 34
d ps. 67. 29.
e Prou. 3 16.
f in c. 51.
g vers. 5.
h vers. 1.
i Ioan. 17. 12.

tionem Christi in Thabor, & crucifixionem in Caluario: ac in hoc quidem etiam brachium fuisse cum potentia, & firmatam manũ, dextramque exaltatam, cùm *ibi abscondita fortitudo* sic erat [a], vt sese tamen exereret. Immò sicut nunquam arcã fortitudinem, ac maiestatem suam tantopere declarauit, quam cùm *capta est* [b], ita nec alibi Christus suam magis, quàm quando crucifixus.

a Abac. 3. 4.
b 1. Reg. 5. 10.

Vers. 15.] Iustitia, & iudicium præparatio sedis tuæ.

Misericordia, & veritas præcedent faciem tuam.

Siue asserendo, siue optando dicitur esse, aut optatur vt sint, quæ constat esse, quia nempe, quòd sint, placet, cum potentia summa Dei, de qua priùs dictum est (ne si sola sit, videatur tyrannis) æquitas, & iustitia: his enim solium Dei maximè instrui, ornari, stabiliri, vt scilicet potentia tanta nihil agere valeat, nisi æquitati, ac iustitiæ consentaneum. Idem asserit de misericordia, & fide, seu fidelitate, ac veracitate: has duas virtutes præire quodammodo semper in omni opere, negotióque diuino, & præ oculis Dei versari, sibique illas ipsum proponere, quidquid agere decernat. Repetit libenter, & inculcat de istis mentionẽ, de quibus hoc ipso in psalmo iam aliquoties dixerat. Nam maximam parit fiduciam aduersus hostes, & in quauis calamitate, aut necessitate, si tibi persuadeas esse, qui possit, sciat, velit succurrere, & iustè ab omni iniuria vindicare, & quod se facturum polliceatur, sine dubio fideliter præster. Item esse, qui cùm sit omnipotens, habeat iustitiam, qua sit pronus ad agendũ, quod ius postulat: iudicium, quo idipsum exequatur: misericordiam, vt bene facere alteri velit etiam citra debitum: veritatem, qua hoc ipsum efficaciter præster, quam vocare possis *veritatem salutis* [c]. Adhæc in Deo esse non tantùm ius exactum, & rigidum, quod appellant τὸ ἀκριβὲς, ἢ τὸ ἀνελεήμονα; sed etiam benignius, quod vocant τὸ ἐπιεικὲς: præterea misericordiam circa indebita: veritatem in retributione meritorum. Denique iustitiam, vt reddantur iusti, præmia, iudicium, vt supplicia noxiis: sed ita, vt permisericordiam vltra debita præmia, per veritatem citra debita supplicia, reddatur. Hæc veluti effigie, picturáque repræsentat nobis Deum Dauid tanquam in throno, solio, tribunali sedentem regem, indicémque stipatum istis adeò nobilibus assessoribus, apparitoribus, prodromis, satellitibus. Imitatus Patrem Filius *misericordia; & veritate custodiri regem* scripsit: *& roborari clementia thronum eius* [d]: & in *throno*, seu *solio eburneo*, quem excitauit [e], hæ ipsæ virtutes notari symbolicè possunt, vt hoc loco indicat Hugo. In eo præter *ebur, aurum erat, & leonum duorum imagines, iuxta totidem stabilis manus*, siue *brachiola*, cum *duodecim leunculis super sex gradibus hinc, & hinc, & summitas throni rotunda in parte posteriori, & aureum scabellum.*

c ps. 68. 14.
d Pro. 20. 28.
e 3. Reg. 10. 18. & seq. 2. Paralip. 9. 17. & seq.

Rupertus [f] *grandem thronum* explicat grande iudicium vniuersale: *ebur* quia ex puritate constabit iustitiæ, quia venter, in quo conceptus est, carnit calore libidinis, quemadmodum dicitur elephas castissimus esse: *aurum*, quoniam aurea diuinitatis iustitia reuelabitur: *sex gradus*, totidem ait esse a Christo proferendas de operibus miseri-

f in lib. Reg. lib. 3. c. vlt.

a Matt. 25. 33. & seq.

ricordiæ sententias [a]: *duos leones tuos in duas manus*, quia vtrobique fortis, ac formidabilis erit iudicij veritas, cum & à sinistra omnis iniquus condemnandus sit, & a dextris iustus vix saluandus: per *duodecim leunculos super sex gradus* designari duodecim Apostolos iudicaturos super condignas vtriusque manus retributiones: sicut hoc vltimum operum Salomonis fuit, ita post iudicium nullum aliud Christi opus futurum. Paulo aliter Eucherius [b], Angelomus, & alij. Hugo, quem dixi, hoc loco, explicat quòd fedile charitatis tenent duo leones iustitiæ, ac iudicij siue etiam veritatis, dum quis indignatur contra peccatum, punitque, consideratione autem, & timore iudicij etiam benefacta discutit, examinátque, nihil reperiens, quod non deceat sedem Dei, hoc est, charitatem: duas manus esse misericordiæ in dimittendo iniurias, & præstando beneficia. De Christo prædixit Esaias [c]: *præparabitur in misericordia solium, & sedebit super illud in veritate in tabernaculo Dauid, iudicans, & quærens iudicium, & velociter reddens quod iustum est.* Alios mysticos sensus affert idem in commentario historiæ Regum de anima cuiuslibet iusti, & de B. Virgine. Sed non faciunt ad institutum. De re autem, quæ continetur præsenti sententia, egimus priùs in hoc opere non semel.

b in lib. Reg. lib. 3 c. 11.

c c. 16. 5.

Iustitia, & iudicium præparatio sedis tuæ.] Hieronymus, *firmamentum throni tui.* Alij, *basis sedis tuæ*, aut, *locus paratus solio tuo*, aut, *habitaculum eius.* Chaldaicè, *habitatio sedis gloriæ tuæ.* Atcam innuit, de qua Caietanus expressè, dicens quia fixam sedem obtinere debebat in Ierusalem, priùs oportuisse ius dicere, & iustitiã exercere in idololatras locorum illorum. Hoc prior iam docuerat Lyranus Sicut de *præparandi* verbo antea monuimus versu 3. significare idem, quod *fundare, construere, stabilire*; ita de *præparatione* nomine sentiendum: vt enim ibi est כון *chun*, & ἑτοιμάζειν, sic hoc loco ab iisdem radicibus מכון *michon*, & ἑτοιμασία. Sed pro *habitaculo* potiùs esset מקום *makom*. Testis Euthymius Aquilã transtulisse *basim*, Symmachum, *stabilitatem*. Apollinarius exposuit simpliciter, quòd hæ virtutes circumdent Dei sedem.

ἑτοιμασία, ἕδρας.

δίκαιον καὶ κρίμα τὴν περικάθαρσιν ἕδρας σου.

Iustitia, & iudicium tuum circumdabit sedem.

Tropologia.

In *præparationis* nomine pro præcedente dispositione, non est quidem vis secundùm literam: permitti tamen potest recepta siue allegoria, siue tropologia, quòd Christus paratus est, ac dignus iudicare, atque regere per has virtutes, seu quod in iudicio generali præsertim apparebit sedes Dei talibus quasi ornamentis instructa: & quòd per iustam conuersationem, & rectum iudicium sui ipsius disponitur quilibet, vt Deus in eo, tãquam in throno sedeat, moretur, conquiescat hîc, & postea in æterna beatitudine. Beda in iudicio generali futurum iudicium dicit pro damnatis: iustitiam pro bonis. Vix differt inter ista, vt alias docuimus, & paulo etiam antè attigimus. Iustitia item à iudicio quid distet, dictum alibi. Sæpe prima spectatur in alios benefaciendo, secunda, vt nulli noceatur. Vel referuntur ad pœnitentem, & nominatim vt sedem paret Deo ad Eucharistiam sumendam.

In iudicio generali iudicium erit pro damnatis, iustitia pro bonis.

Misericordia, & veritas præcedent faciem tuam.] In psalterio Romano, & apud Martinum Papam [d] I. *præibunt ante faciem tuam*, in Gallicano, *præuenient ante faciem tuam*, apud Cassiodorum, *præibunt faciem tuam*, apud Augustinum, & in

d in Concil. Laterc. sect. 12. 2.

A

psalterio vetere, *occurrent tibi ante faciem tuam.* Hebraicè, & Græce est futurum tempus, & Græcè cum præpositione πρό προφθάσει. Idem semper sensus. Per spiritum ex dicti sententia, mysticeque declarari solet, quòd ante iudicium generale, & faciem iratam Dei, seu Christi, præcedet misericordia eiusdem, qua dimittantur peccata, & veritas, qua soluantur promissa: vel præcedet faciei diuinæ claram visionem ex parte nostra harum virtutum exercitium, de quo dictum priùs, præsertim ex Hugone. Euthymius ait, quòd nemo perueniet ad cognitionem Dei, nisi sit priùs misericordiã consecutus, & in dogmatum veritate versatus. Rickelius, quòd non est Deus alicui per contemplationem sinceram, nisi antea per misericordiam

B

dimittat peccata, gratiámque concedat; tunc verò, sicut promisit, seipsum, per fidem formatam ostendere. Indicat Hieronymi titulo inscriptus super talibus præditum virtutibus Dei inspectionem conuerti, hoc est, fauorem. Idem adhuc Euthymius obseruat, quod attinet ad iudicium, cum veritate collocari misericordiam, quoniam non posset aliquis redargutionum Dei veritatem sustinere, nisi cum veritate ipsius commixta esset misericordia. Quod non est præcedere ante ipsum iudicium, sed in ipso iudicio veluti antecursorum fungi officio. *Faciem* pro ira Semi docet hoc etiam loco Treuetus, testimonio Rabinorum, & locum profert ex Leuitico [a], vbi minatur Deus *ponsurum se faciem suam contra calcatores Mosis*. De hac notione dixi aliàs, itémque pro fauore diuino, & clara eiusdem visione, & similibus alijs. Paulo durior expositio Agnani, vt *facies Dei* populum Hebræum denotet, in quo *notus erat Deus* [b]. Non adeò displicet, vt in *præcedendi* verbo alludatur cõtineatur ad ãgelum, quem promiserat Deus præcessurum ante populum suum, vt *introduceret in terram Chananæorum* [c]. Sed vetiorem sensum initio posui. Martinus Papa I. quem antea citaui, vtitur hoc locum hunc totum in Concilio Lateranensi, vt probet causas, & querimonias Ecclesiasticas dijudicari debere, ac discuti, certatis, & auditis iis qui desiderantur, vt conterminos, & emperator sit in commodi iudicio Deus. Augustinus [d] inducit diabolum in ipso iudicio reposcentem tradi sibi reum, sicalioqui Christum, æquissime iudex, iniuriæ iniustitia, & iudicium præparatio sedis tuæ iudica meum esse, qui tuus esse nolui, meus est, mecum damnandus est.

a c. 20. 2.

b ps. 75. 2.

c Exo. 23. 23.

d concio. ad cater. hæt. c. 4. tomo 2.

C

D

Vers. 16.] Beatus populus, qui scit iubilationem.

Domine in lumine vultus tui ambulabunt.

Vers. 17.] Et in nomine tuo exultabunt tota die, & in iustitia tua exaltabuntur.

E

Aliquanto antè [e] dixerat de Thabor, & Hermon, hoc est, de habitatoribus eorum, ac totius terræ promissæ & mysticè, de vniuersa Ecclesia, Domine exaltabunt in nomine Domini, atque in attributis potentiæ, misericordiæ, iustitiæ, veritatis eiusdem, & quia præsentiam meminerat qualis de apparitionis facies Dei præcedentibus misericordia, & veritate, veluti præsentem cernens obsequentis imitatur, quam proinde ferat Deus misericordiã, & veritas, ac iudicium complementum

e vers. 13. Seruus hic.

illius.

illius; nunc repetit cum epiphonemate felicem esse illum populum, qui cognoscens dicta attributa nouit etiam in iis delectari, & cum exultatione, ac iubilo, ineffabilique, ac triumphali gaudio, Deum de ipsis laudare, & promissa iam perfoluta videre: ipsúmque Christũ coràm intuen, pulso iubilantem hoste, iubilique, ac triumphalis epinicij materiam suis suppeditantem, vel de tanti regis auguratione, non solùm de victoria. Qui tales fuerint, prosperè in omnibus acturos, Dei eos comitante semper benignitate, atque fauore, & in lumine notitiæ voluntatis diuinæ, vt eam adimpleant, ambulaturos: propterea que assiduè in Dei nomine magnopere gauisuros, seu in ipsius memoria, & efficacia, quódque cognominentur Dei populus, sed & inimicis superiores euasuros, ac animo erecto futuros, atque in sublimem statum euehendos per iustitiam Dei, quam sibi persuadeant res ipsorum curare, & iniurias vindicare. Posset præterea literaliter hic exponi locus de iubilo in instauratione templi à reditu ex captiuitate Babylonica; cuius iubili, seu lætæ acclamationis, cantúsque in hymnis, confessione, laude propter fundatum templum, Esdræ [a] historia mentionem facit. Sed plusquam templum id materiale, Christi rediuiuum corporis templum, iubilóque dignum longè maiore, cum victoria illa tam eximia, quam retulit: & hoc nomine populus Christianus ingéti perfusus lætitia celebrat Christum regem, victorémque summis laudibus, & diuino sacrificio incruento, iubilátque insultando aduersus hostes deuictos. Citat Eusebium Agellius hoc postremum de loco isto docentem, déque sacrificio, quod nominat, τὸν ἀληθῆ θυσίαν τῷ ἀναιμον, καὶ λογικὸν, *verum sacrificium incruentum, & rationale*. Magis vniuersè interpretatur Euthymius, beatos esse, qui nouerint victoriæ laudes, atque hymnos ei canere, qui diabolum superauit: vel (quod Nicephorus ex eo decerpsit) qui aduersus inimicos inuisibiles, dum eos vincunt, sciunt iubilare. Tales in lumine vel Christi, vel legis ambulaturos: in Dei, & Christi nomine exultaturos, aut id sermone vsurpando, cùm etiam solùm *meminisse delectet* [b]; aut cognomen ab eo accipiendo: in *iustitia* exaltandos, qui Christus est, vt Apostolus [c] eum vocat, & exaltauit fideles, abstrahens per euangelium à terrenis, atque in cœlum euehens. Latinorum eadem ferè expositio.

Beatus populus qui scit iubilationem.] Hieronymus, *qui nouit iubilum*. Augustinus, *sciens iubilationem*. Cassiodorus, *qui intelligit*. Chaldaicè, *qui nouit complacere creatori suo, cum iubilo*. Sed vltimas duas dictiones non habet textus Nebiensis. Videtur autem Paraphrastes iubili causam innuere, cùm quis Deo placet. Alij omni volunt ex magnitudine beneficiorum Dei, vt eximium illud gaudium, quod sentiri intus potest, sed exprimi nequit verbis, verùm gestibus quibusdam, & motibus externis, extorqueat. Quid sit iubilatio iubilúsve ἀλαλαγμὸς, תְּרוּעָה *theruhhah*, satis alibi declaratum est. Græci hoc loco repetunt esse ὕμνον ὑπὲρ νίκης *victorialem hymnum*. R. Kimhi docet alludi ad clangorem buccinæ, quo signum datur victoriæ, quasi beatus dicatur, qui hunc possit audire. Vnde illud [d], *Dominus Deus eius cum eo est, & clangor victoriæ regis in illo*, quasi dicat, inexpugnabilem esse populum, qui secum vehat victoriam. Augustinus, & sectatores gaudium aiunt esse, quod capi nequit, aut in quo quis non capit se, cui verba non sufficiunt, nec lingua idonea est ad explicandum; vt ideò sciri dicatur, non dici. Idem Gregorius [a] quoque docet; & quòd cùm vix ad hoc contemplandum, quòd vltra sensum est, sufficiat conscientia sentientis, non potest ad hoc exprimendum sufficere lingua exprimentis. Origenes [b] docet ἀλαλαγμὸν neque *iubilum*, neque *vlulatum* propriè significare, sed *vocem, qua bellis tempore cohortantur sese milites ad prælium*. Tamen hoc loco esse *iubilum*; & nunc vocari *populum beatum*, non quia operetur iustitiã, aut sciat mysteria, cœlíve, ac terræ rationem: item alibi dici vnum aliquem *beatum propter timorem* [c], interdum plures [d], hìc vniuersum populum: & propterea per *iubilationem* indicari quendam concordiæ, & vnanimitatis affectum, cuiusmodi erat initio in vniuersitate discipulorum, quando vocem eleuantibus, terræ motus factus est, ac veluti *corruerunt muri Ierichuntini sonitu tubarum*, hoc est, omnia terrena destructa, & mundus subuersus. Hęc videri potest causa, cur *visa Magi stella gauisi* narrentur *gaudio magno valde*, nil autem de gaudio eorumdem referatur, cùm quæsitum diu *puerum inuenerunt, & adorauerunt* [e]. Erat hoc prorsus ineffabile, nec exprimi verbis poterat. Explicat verò Augustinus eiusmodi lætitiæ copiam percipi ex eo quòd quis quidquid habeat, acceptum Deo ferat, & ab ipso accepisse cognoscat, ac præ se ferat. Addit Cassiodorus, vt laudes has Dei non solùm ore cantet, sed lumine mentis intelligit, nempe scripturas sanctas Catholicis regulis perscrutãdo, dicta Patrum salutari dogmate comprehendendo, totúmque ad pietatem rectæ fidei trahendo, nec Hæreticorum prauitatibus acquiescendo. Comparat nomine dictus Hieronymus iubilationem istam spiritualem, per quam mundi nequitiæ collidantur, cum illa, qua sub Iosue *Iericho corruit* [f], mundi figuram tenens. Haimo in *sciendi* verbo videtur obseruare, vt hinc laudem tribuat quis Deo, hinc rationabili obsequio seruiat eidem. Rickelius experientiam per *scientiam* intelligit: effici autem iubilationem, ac ineffabilem mentis exhilarationem in Deo, ex contemplatione diuinæ bonitatis in se, illius beatitudini congaudendo: vel ex contemplatione beneficiorum diuinorum: id esse dulce, ac ingens præambulum felicitatis futuræ, cùm sic iubilans, seipsum non capit præ gaudio, stillãt per oculos lacrymæ dulces, miraturque animus, quòd Deus tantam sibi gratiam præstare dignetur. In hac vita *gaudium in spe* [g] operatur aliquando iubilum, & *vociferatur* quodammodo *facies Dei in iubilo* [h]: sed in futura cùm *introibitur in gaudium Domini* [i], eritque *lætitia super capita* [k], id est, eminens penitus, & excedens omnem captum intelligentiæ naturalis, *nec in cor hominis* nunc *ascendens* [l], atque, vt Petrus [m] loquitur, *inenarrabilis*. Plurimi profectò scire refert, quo pacto, & quatenus tibi sit iubilandum, & lætandum: & discernere quis ritus error debeat reputari; quod gaudium *frustrà deceptum* [n], decipiensque; ne *væ sit* postea *iis qui nunc rident*, & *habent consolationem* [o] suam, aut *lætantur cùm malè fecerint, exultántque in rebus pessimis* [p]. Quantus, & quàm ridendus error, simulacrum Risui erexisse? Fecisse id Lycurgum testis Plutarchus [q], citans Sosibium. Pausaniam quoque Lylius [r], refert de Hypatensibus Thessalis tradidisse, quòd huic Deo quotannis, quem ἡλιαστὸν θεὸν appellabant, rem diuinam in summa lætitia faciebant. Ipsemet

[a] lib.2.3.toto.
[b] ps.76.4.
[c] 1.Cor.3.30.
[d] Nu.23.21.
[a] 24. moral. c.5.
[b] hómil.7. in Iosue.
[c] psal.11.1.
[d] Matth.5.3. & seq.
[e] Matt.2.11.
[f] Ios.6.toto.
[g] Rom.12.12.
[h] Iob 33.26.
[i] Matt.25.21.
[k] Isa.51.11.
[l] 1.Cor.2.9.
[m] 1.epist.1.8
[n] Eccl.2.2.
[o] Luc.6.24.
[p] Prou.2.14.
[q] in Lycurg.
[r] de dis Gen. Synagm.1.

met

Matt. 5.22. Rom. 4.20. Galat. 5.22. Eam formam gaudii Dei gratia.

met vetus Deus gaudium noſtrum qui *ad introeundum in gaudium* ſuum mutat [a] ſolum verum *gaudium*, quod *in ſpiritu ſancto* [b], & *charitatis fructus* primus [c]. Inter decem ſacrificiorum Deo gratorum genera, Chryſoſtomus [d] recenſet ſeptimum ἀλαλαγμόν, qui ſit victorialis in bello poſt victoriam applauſus, diuerſus ἀπὸ τῦ ἀλαλαγμῦ, qui clamor in genere. Priore ait Prophetam eos, qui conſpecturi erãt Chriſti victoriam, hymnum vociferantes aduerſus hoſtes, beatos hic appellare: nóſque poſteaquam Seruator victoriam tulit, deuictis omnibus inimicis, dicens, *confidite* [e], *ego vici mundum*, hymnum nunc offerentes victori, perficere iubilationem, quam Propheta *beatam* vocat. Citat etiam ex pſalmo 26. [f] *circuiui, & immolaui in tabernaculo eius hoſtiam vociferationis* ἀλαλαγμῦ תְּרוּעָה *theruhhah*. Excitari quæſtio hîc poſſet, num gratiæ motus experimento deprehendi valeant, quoniam dicitur *populus ſcit iubilationem*, vt hæc pro gaudio ingenti ſpirituali ſumitur, etiam in hac vita. Planè conſtat inter Theologos non cadere dona gratiæ ſub experimentum naturæ, nec haberi naturaliter, ſinéque reuelatione de eorumdem præſentia certitudinem poſſe. Pluribus de iſta re alibi diſputatum eſt.

e Ioan.16.33.

f vers.6.

Domine in lumine vultus tui ambulabunt.] Addit Paraphraſtes, *& iuſtificabuntur in iudicio.* Certè, quemadmodum *qui malè agit, odit lucem, & in tenebris ambulat* [g], ſic è contrario in lumine incedit, & coram Deo, cui placent opera bona, ſeſeque in iis exercet. Non ſubterfugit oculos Dei, nec ſe abſcondit, ſicut *primi parentes* [h]: tutus progreditur, ac Deo duce, fautoreque. Hæc omnia *lumine vultus diuini* ſignificari ſæpe vidimus. Simpliciter autem *ambulare in lumine*, eſt dirigi ab illo. Vnde Apollinarius beatum exponit populum eorum.

g Ioan.3.20.

h Gen.3.8.

Οἱ ὅτοι σὺ φέγγος ἀγήρω ἡγεμονεύσει.
Quos vtique tuum lumen æternum reget.

Iubilationem ſciens, experiénſque, & gaudio exultans, clariùs, remotis perturbationibus, percipit lumen diuinum, & ambulat alacriùs, immò *currit in via mandatorum Dei*, cùm is *dilatat cor ipſius* [i]. Peculiariter hoc lumen pro gratia ſumitur, & pro Chriſto (vt Euthymius notat) ipſius auctore, qui ſe *lucem mundi* nominauit, *quique ipſum ſequatur* affirmauit *non ambulaturum in tenebris, ſed habiturum lumen vitæ* [k]; eſt verò etiam vultus Patris, vt notat Haimo, expreſſáque imago, & ſimilitudo illius. Illuminationem Spiritus ſancti Hieronymus putatus interpretatur. Hugo vtrumque. Rickelius lumen naturale, & ſupernaturale. Congruit etymon vocabuli *Thabor*, de quo priùs, id eſt, *veniens lumen*. Niſi, ait Auguſtinus, in lumine vultus Dei ambules (& nimirum *in abſcondito faciei illius* [l], quæ ſic illuminat, vt protegat) vento ſuperbiæ lucerna extinguetur. Poſſet præterea, vt innuit Remigius, *ambulatio* non tam ſignificare hic *motum*, quo tendamus ad rem abſentem, quàm oblectationem, quam capit quis interdum ambulando, quamuis nihil aliud ſibi comparandum proponat. Sic verò etiam Itali ab ambulatione denominant quamlibet voluptatem (*paſſeggio.*) *Verè ſunt beati*, ait ille, *qui ſciunt iubilare, quæ ipſi ambulabunt*, id eſt, delectabuntur *in lumine vultus tui*, tua nempe cognitione illuminati. Hoc eſt *egredi*, & *ingredi*, & *paſcua inuenire* [a]. Apud Zachariam [b], quod habemus *in nomine eius exultabimus*, vertunt Lxx. καυχήσονται, *gloriabuntur*. Niſi dicas ibi legiſſe יתהללו *ithhallelu*, & non vt nunc extat, יתהלכו *ithhallechu*: quo pacto dici poſſet de præſenti loco, nempe lectum pro יהללו *iehallelu* יהלכו *iehallechun*, vt modo legitur. Interpretatur Caſſiodorus *ambulare*, viuere, ſed in præſenti tempore, quia tempus iſtud vitæ noſtræ quadam commeatione peragitur: *in lumine* autem *vultus Dei ambulare* (quod etiam dicit Hugo) eſſe in contemplatione ſanctiſſimæ Trinitatis iugiter, quoad licet, hîc perſeuerare. Bruno Carthuſianus progreſſionem, ac profectum obſeruat in *ambulandi* verbo, vt magis, & magis promoueamur in lumine cognitionis diuinæ. Rickelius vt de lumine naturali, quod *eſt lumen vultus Dei ſignatum ſuper nos* [c], iudicium ſequendo rationis, ad ſupernaturale, quod offert Deus, vt de bono in melius, de virtute in virtutem, de via in patriam, de conſideratione ad opera bona procedamus: ſubdit admonitionem Chriſti [d]: *ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendant.* Item, vt caneamus viam impiorum, *quæ eſt quaſi lubricum, & in tenebris impelluntur, & corruunt* [e]. Denique Hugo multipliciter diſtinguit lumen bonum pro oculo, pro Deo eſſentialiter, pro eodem notionaliter, vt lumen de lumine dicitur, pro homine, pro B. Virgine, pro Angelis, pro Eccleſia, pro Apoſtolis, pro prædicatoribus, pro prædicatione, pro cunctis fidelibus, pro cognitione rationis, pro fide, pro charitate, pro cruce, pro verbo Dei, pro fama, pro gloria æterna; præterea malum pro proſperitate, infamia, ſcientia ſæculari, ſuperbo doctore, fauore populari, hypocriſi. De hac, aut ſimili diſtinctione Petrus Berchorius. Omitto quærere de neceſſitate luminis ſupernaturalis, & quid cum ſolo naturali cognoſci poſſit. Bernardi [f] attende monitionem, aliud eſſe, qui ambulet in lumine vultus ſui, ſollicitus facere ſuam voluntatem, & beneplacitum cordis ſui conſiderans: aliud, qui in lumine vultus humani, in eo ſemper intentus, quid hominibus placeat, quid mundus iubeat: in lumine vultus Dei ambulare, qui ſolum cogitat quomodo Dei faciat voluntatem, & toto corde contendit placere ei: & nunc quidem in eius nomine exultare, nec ei eſſe ſcandalum: demum etiam in iuſtitia exultaturum, quando exuens infirmitates ſuas, & intrans potentias Domini, memorabitur iuſtitiæ ſolius, vt eam tunc teneat ſine labore, quam nunc ſequi laborat. Cyrillus Alexandrinus [g] hinc argumentatur Chriſtum eſſe lucem veram, atque ſubſtantialem, per gratiam ipſius alios conſequi lucem.

i pſ.118.32.

k Ioan.8.12.

l pſ.30.21.

a Ioan.10.9.

b c.10.12.

c pſ.4.7.

d Ioan.12.35.

e Ierc.23.12.

f Vox ambulandi & mali deputatio.

f Sermone quinto de diuersis noſtra diuina voluntati reſpicere ſubinde debemus.

g lib.12.in Ioan. c.8.

Et in nomine tuo exultabunt tota die.] Videlicet quòd cognominentur à Deo, ſiue à Chriſto, vt præter Euthymium, Cyrillus ab Agellio citatus docet; & Procopius [h]: item, quòd gloria non ipſis detur, *ſed nomini illius* [i], nec ſciens populus iubilationem in alia re gaudebit, exultabit, iubilabit, quàm non ſolùm in memorando, ſed in pronunciando etiam nomine ipſius: non aliud ſpectabit in ſumma lætitia ſua, immò & in principio eius, quàm vt gratè *meminerit* [k] *nominis domini*, ac Deum ſemper meditetur, loquatúr jue, cum ſapientia *conuiuat* ſemper [l]: Verbum Dei habet velut individuum comitem, qui ei ſe vbique præbet affabilem [m].

h in c.41.Eſa.

i pſ.113.1.ſec. Hebr.

k pſ.136.6.

l Sapien.8.9. m Ser.32. in Cant.

Id Hugo

Id Hugo ad prædicatorem applicat, atque ad Theologum, qui debeat ambulare, ac proficere secundùm lumen, & doctrinam Euangelij in bonis operibus: *exultare in nomine Domini*, vt non quærat gloriam propriam, sed Domini *tota die*, id est, perseueranter vsque ad mortem, & *in doctrinis glorificet* [a] *Deum: exaltari* (quod subditur postea) *in iustitia* bonæ vitæ reipsa apud se, nomine, famaque apud alios: fateri *gloriam virtutis* totius, esse Dei: *in beneplacito* eiusdem, si contingat euehi ad episcopalem dignitatem, quæ cornibus mitræ vtitur, & secundùm *assumptionem*, seu vocationem ipsius id fieri debere; ipsius, inquam, Domini, cui seruiat: *sancti*, vt sanctè viuat Israël, vt contemplationi vacet: *regis nostri*; vt de contemplatione ad militiam actionis, seu ministerium regiminis descendat.

a Esa.24.15.

Improbatur lectionem.

b serm. quomodo voluntas nostra diuinæ voluntati tripliciter subiici debeat.

c serm. de S. Victor.

Et in iustitia tua exaltabuntur.] Non dubito improbare lectionem Rickelij, *in virtute tua*, & Bernardi [b], (qui tamen etiam sequitur editionem nostram alibi [c]) atque aliorum, *exultabunt*. Repugnat Hebræo, Græcóque textui. Sensus verò est, quod non solùm in sectanda iustitia tua, iustitiæque, ac omnis virtutis implendis operibus exaltari se credent, & sibi honori ducent, & reuera tum à seipso exaltabuntur, tum ab hominibus; verùm etiam arbitrabuntur nulla meliùs, ac veriùs ratione exaltari posse, seseque laudabiles reddere, quàm si exaltent te, atque laudibus efferant, *& noli suam statuant iustitiam*, sed tuæ *sint subiecti* [d], eámque tibi acceptam ferant. Vel hac demum re gloriabuntur, & animis erunt excelsis, quòd se sciant Deum habere iustum, atque misericordem, qui arceat malá, bona largiatur, propellat iniurias, beneficia conferat. Totus hic locus allegoricè Apostolis applicatur ab Aiguano, quòd lumine diuino illustrandi essent: quòd in Christi nomine exultaturi tota die, flagella tolerando, aliáque tormenta, & iniurias; ac mortem ipsam: quòd in iustitia exaltandi, quia futuri iudices mundi. Tropologiæ Hugonis acuta est, vt *ambulare*, sit corporis ex se pigritantis: *exultare*, animæ iucunditatem capientis: *exaltari* vtriusque regnantis. Præterea, vt *lumen* ad animæ partem rationalem referatur; *nomen* ad irascibilem; *iustitia* ad concupiscibilem. Sit satis indicauisse: exactè diiudicando, sapor fortassis euanescat. *In iustitia* denique homines *exaltari* non modò Euthymius hoc loco, verùm etiam Athanasius [e] explicat in Christo, pérque Christum, qui *factus est nobis à Deo sapientia, & iustitia, & sanctificatio* [f].

1 Rom.10.3.

Tropologia.

e Ora.3.cont. Aria.

f 1 Cor.1.30.

Vers. 18.] Quoniam gloria virtutis eorum tu es, & in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.

Vers. 19.] Quia Domini est assumptio nostra: & sancti Israël regis nostri.

Sensus loci.

RAtio est quare populus tanta sit lætitia, iubilóque perfundendus, ac adeò multa beneficia, támque singularem Dei fauorem experturus, quoniam certus est pendere se totum ab ipso, quidquid habeat, haberéve possit, inde proficisci, nulla re gloriari tanquam propria posse, Deo deberi laudem, & gloriam omnis boni, facultatis, virtutis: quantumcumque capiat robur, potentia, dignitas, illius incrementum, quæcumque de hostibus victoria, libertasque obtineatur, ex eiusdem liberali beneuolentia, & mero beneplacito voluntatis promanare; denique ab ipso vno esse defensionem, atque protectionem, qui sanctè coli voluit à populo Israëlitico, & singulari quadam ratione, cum suo sit inter omnium, rex illius haberi, & esse, ac proinde maiorem erga illum curam, prouidentiamque declarare. Facilis allegoria de Christo, qui virtus Patris, nostra etiam factus est, déque Incarnatione ex Patris beneplacito, per quam humana natura assumpta est, atque etiam auxilia gratiæ nobis communicata, cui, & auctori ipsius, merita nostra debentur. Possent hæc etiam omnia exegeticè, ac narratiuè sumi, non æthiologicè, & causaliter, vt nempe populus, de quo dictum priùs, ista cognituras, atque prædicaturus dicatur.

Quoniam gloria virtutis eorum tu es.] Modò dixi, *quoniam*, vel causæ vsum hic habere, vel solius expressionis, supplendo, quòd populus cognitarus ista sit, vel prædicaturus. Occurrerunt similia non pauca exempla. Pro *gloria* ex Græco καύχημα reddi potuit *gloriatio*; etsi Apollinarius εὐχὴ interpretetur: *fortitudinem* Hieronymus vertit, quæ δύναμις dicitur, & ab eodem Apollinario κλεὼς, *robur*. Id valet תפארת *thoz*. Sed aliud nomen תפארת *thiphereth* significat quoque *decorem*, *splendorem*, *ornamentum*, *magnificentiam*. Ideò exaltabuntur, ait Haimo, quoniam tibi, non sibi, virtutem suam attribuunt: & te, non se, reputant glorioſum: attendunt se esse virtuosos non à se, sed à te: & ideo non in se, sed in te gloriabuntur, inquit Remigius: Bruno Carthusianus non de virtute tantùm in Deo gloriaturi, sed etiam de illuminatione, de innocentia, de iustitia. Idem plures alij docent, & Beda, quòd nos sumus ignominia infirmitatis nostræ: dicere quoque potuit vitij, seu peccati, ignorantiæ, & erroris. Non significat virtus hoc loco præcisè habitum bonum moralem: sed vim, & facultatem, sub quo comprehendi etiam posset dictus habitus. Hoc pacto Paulus [a] affirmabat *omnia se posse in eo, qui confortabat*, & omnem *sufficientiam à Deo esse* [b]: & reprehendebat *gloriantem, quasi non accepisset ab illo* [c]: Dauid autem nostrum appellabat Deum *gloriam* suam [d], negabátque speraturum se *in arcu*, vel, *gladio, sed in dextera, brachio, illuminatione vultus Dei, quoniam complacuisset sibi in eis* [e]: & rogabat, ne ipse *nobis, sed nomini suo daret gloriam* [f]. Non erat, hoc verendum, ne daret Deus alteri gloriam, quàm sibi, qui se negat apud Esaiam [g] *daturum*, sed quod maximè gratum est Deo, etiamsi aliter fieri non possit quin ita sit, & fiat, petitur aliquando vt sit, & fiat, vt hac ipsa ratione quàm sit nobis quoque gratum, vt ita sit, & fiat, declaretur: & quod ad gloriam attinet, protestatio est, nos non nostram, sed quæ ipsius est velle, ac quærere: & veluti ipsummet Deum vrgemus, vt non nostri rationem habeat, vel demeritorum, quæ multa sunt, vel meritorum, quæ nulla, sed gloriæ suæ, quæ periclitatur apud hostes, non tam nostros quàm suos, si succurrat, vel concedat, quod petimus. Bernardus primi de S. Victore sermonis argumentum sumpsit ex hac sententia. Illius ait gloriam non tam ad gloriam, quàm ad virtutem prouocare rectos corde: peruersi

a Philip.4.13.

b 2. Cor.3.5.

c 1.Cor.4.7.

d psa.3.4.

e psa.43.4.

f psa.113.ad fin. Hear.

g c.42.8.c.48. 11.

animi

animi esse antè quærere gloriam, quàm exercere virtutem: gloriandum non esse, nisi in gloria eorum, quibus Propheta hoc loco congratulatur, pulchrè non eorum, sed virtutis eorum gloriam commendans: virtutem namque esse gradum ad gloriam, & matrem eius: fallacem esse gloriam, vanámque pulchritudinem, quam illa non parturiuit. Prosper [a] istis iisdem verbis nos ad humilitatem hortatur, cui virtus, & gloria Dei est, quia Dauid ea cecinit de sanctis, & alibi piissimè confitetur *Dominum* in iis *esse laudandum* [b], & *mirabilem*, quoniam *ipse dat virtutem, & fortitudinem plebi suæ* [c]. Tametsi verò, vt nuper monui, virtus non præcisè hic moralem, studiosúmque habitum significet, vel actum illius, vt citati videntur Patres accepisse; nihilominus, quia vim, & facultatem significat quidlibet operandi, licuit iis eo modo argumentari. Immò verò de Græcis Cyrillus Alexandrinus [d] vsurpat eundem locum pro iis, qui qua valent, δόξαν εἶναι, *fortitudinem* Christo vt largitori asscribunt, & *se in eo omnia posse* cum Paulo [e] profitentur Id habet explanans illud cantici Abacuc [f]; *Deus Dominus fortitudo mea.* Alibi [g] verò etiam comparat præsentem sententiam cum illa formula, quam Apostoli adhibebant in edendis miraculis, vt se in nomine Iesu Christi edere significarent, cum optimè, inquit, & pulcherrimè intelligerent quis virtutis tuæ dator, & præfectus esset.

Virtus est ad gloriam gradus.

a epist. ad Demetr. & cont. collato, c. 36.

b ps. 148. 1.

c ps. 67. 36.

d in Abac. c. 3. nu. 61.

e Phili. 4. 13.

f c. 3. 19.

g 6. de Trinit.

Et in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.] Hieronymus, *& in voluntate tua elevabis cornu nostrum.* Alij, *& in voluntate exaltantur cornua nostra.* Chaldæus interpretatus est *honorem*, non sine vel errore lectionis, vel allusione ad Hebræum קַרְנֵנוּ *kirneenu*, cui affine Chaldæum קַרְנָנָא *kekaranaa*, quod etiam affinitatem habet cum Hebræo alio יָקַר *iekar*, quod significat *honorem*, & *gloriam*, & quidquid habetur in pretio. De vocabulis *d'Socin*, רָצוֹן *raisón*, *beneplacitum*, & quid sit *exaltari cornu*, iam aliàs diximus. Machabæi non solùm victoriam concedere Gentibus nolebant, sed nec signum vmbrámve: quod scriptura dicit *non dedisse cornu peccatori* [h]: reprehenduntur autem ab eadem [i] illi, qui *dederunt regnum suum alijs, & gloriam suam alienigenæ genti*, τὸ κέρας, καὶ τὴν δόξαν. Apollinarius imperatiuè, seu optatiuè, ac in tertia persona, & de iis, qui fidant Deo interpretatur.

Non dare cornu peccatori, quid significet.

h 1. Macha. 2. 48.

i Eccl 49. 7.

καὶ τὸ ὀνθυφαλεῖσι φέρτερον κέρας ὑψώσεις.

Tibique fidentes suum cornu attollant.

Euthymius volens beneplacitum Patris esse de Incarnatione, hísque, quæ pertinent ad eandem, notat Dauidem hic seipsum Christianis coniungere, quia ex suo semine Christus erat nasciturus: vel hæc verba, vt ex Christianorum persona esse. Cuius *iustitia manet in sæculum sæculi, cornu exaltatur in gloria* [k], illius exaltatur cornu, qui sciens iubilationem, *confessionem* Dei celebrat *super cœlum, & terram* [l], agnoscítque illum tanquam *cornu salutis* [m], qui liberauerit *humilitatem* ipsius, id est, humiliter de seipso sentientem animam suam, *a cornibus vnicornium* [n], hoc est, singulariter se erigentium, nimiáque elatione surgentium, vt consortes non ferant, soli faciendum putent, quod libuerit, auctori gratiæ gratias non habeant. Dixi etiam priùs de mystico sensu aliquid.

k ps. 111. 9.

l ps. 148. 14.

m ps. 17. 3.

n ps. 21. 22.

Quoniam Domini est assumptio nostra.] Hieronymus, *a Domino protectio.* Alij, *a Domino*, vel, *Domini clypeus.* Item in secunda persona, *tu Domine clypeus*, aut *scutum nostrum es.* In Illyrico psalterio, *Domini est propugnaculum.* Omittit psalterium Romanum, & vetus, Augustinus quoque, & Cassiodorus (*nostra*) nec est in textu Græco: habet autem Augustinus (*susceptio.*) Hebraicè לַיהוָה מָגִנֵּנוּ *laiehouah maghinnenu*: quod verti præterea potest in datiuo, *Domino scutum; clypeúsve noster* (nempe suppleudo præpositionem) ab illo est: vel, *Domino tribus debet*, seu, *asscribi.* Item *Domini est*, quia ipsius, nec alterius cuiusquam, protegere, atque defendere; quod valet scutum, & clypeus propriè significatus per מָגֵן *maghen*, quemadmodum ἡ ἀντίληψις, vt sæpe aliàs obtestauimus, & Latinè *assumptio*, ac *susceptio.* Cum eadem litera seruili, ac nomine לַיהוָה *laiehouah*, in fine psalmi tertij habetur, *Domini est salus*: vbi transtulit Hieronymus, *Domino.* Quod lamentatur Ieremias [a] *prophetas populo suo vidisse assumptiones falsas*, λήμματα πλάνης *masseth*, Hugo, Bonauentura, Thomas explicant, quia prædicabant assumendum, & protegendum à Deo. Fauet id propositio: sed vox Hebræa propriè dicitur de oneribus, siue de, onerosis, molestísque vaticinationibus. Multa de his vocabulis Delrius noster [b], in quo placet, quod ait λήμμα pro dono, & munere bellè conuenire cum comminatione supplicij, supplicióque ipso, quia cùm intentatur à Deo, Dei beneficium declarat. At locus hic noster eiusmodi caret vocabulis. Monui tantùm, ne quis quia Latinum est idem, fallatur. Vim profectò faciunt in Latino nomine *assumptionis*, qui *Domini assumptionem* esse interpretantur, vt Latini faciunt multi, quòd Dominus Christus, qui est idem sanctus Israëlis, rexque noster, assumpserit naturam nostram. Alia quidem nomina ferrent hunc sensum, nempe מַשָּׂא *massa*, & λῆμμα, non autem מָגֵן *maghen*, & ἀντίληψις. Idē affirmo de tropologia Hugonis, quòd sit Christus assumptio nostra, hoc est, propositus nobis, vt eum assumamus in exemplum: vel vt hoc vsurpare possit, qui non *assumit sibi honorem, sed à Deo vocatur tanquam Aaron* [c]. Idem est de Alberto [d], spiritualem nostram ascensionem fieri per manum Dei; atque ita dici de Christo, quòd *transfigurandus duxit discipulos in montem excelsum* [e]. Nec profectò melùs exponit Iansonius de *assumptione vitæ ex mortuis* [f], siue è statu peccati, & reatu, præcipitióque mortis secundæ à Deo facta, & à Christo rege nostro: cuius *iusti*, vt scribit Esaias [g], *dextera suscepit nos*; & ipse *magnus in medio nostri sanctus Israel* [h] per suam Incarnationem, & sanctificationē nostram. Non item placet Aiguanus *assumptione* significari liberationem de seruitute Ægyptiaca, & assumptionem ad statum libertatis, possidendámque terram sanctam. Id Lyranum quoque dixisse optimè in Hebræa lingua versatum, miror. *Susceptionem* Augustinus accipit pro erectione à casu, vel præseruatione ne cadamus, simúlque pro susceptione humanę naturæ. Potiùs interpretatur cum Agathio Guidacerio figuratè, vel mysticè retenta propria notione vocum, Christum ipsum, qui est scutum, & protectio nostra, esse à Domino, id est, à Patre, qui eum nobis misit, ac dedit, & à sancto Israël rege nostro, hoc est, ab eodem Patre, cui conueniunt epitheta illa. Denique *assumptio* nostra significat defensionem, protectionem, adiutorium, auxilium nostrum, idque, vt canit alibi Dauid, *esse a Domino.* Vocat Apollinarius, ἐρυμνὸν ἀντίληψιν, *munimentum auxilij.*

Virtus est ad gloriam gradus.

a Thren. 2. 14.

b ibidem, sed adhuc magis lib. 4 disq. magic. c. 1. q. 2. sect. 2. λήμμα.

Tropologia.

c Hebr. 5. 4.

d in Luc. c. 9.

e Matt. 17. 1.

f Rom. 11. 15.

g c. 41. 10.

h c. 12. 6.

i ps. 120. 2.

Et sancti Israël regis nostri.] Hieronymus,

& à sancto Israel rege nostro. Nempe assumptio nostra est Domini, & est sancti Israël regis nostri: quia idem est Dominus, & sanctus Israël, siue Israëlis: rexque noster, vtpote, quòd rex Hebræis non fuerit ante Saulem, sed Deus immediatè, & peculiariter tamen etiam postea sub regibus regeret, atque ipsemet rex Dauid *regem* illum nominaret. [a] Vel non tantùm assumptio nostra est Domini, sed præterea assumptio regis nostri est Domini, qui Dominus est idem sanctus Israël: nempe vt Dominus non tantùm tueatur, ac defendat, & protegat nos, sed etiam regem nostrum, ne sinat electi à se regis familiam extingui, quousque ex ea Messiam exhibeat. Vertunt alij ex Hebræo, *& sancti Israëli rex noster*, eodē sensu. Sed quid opus est Agellium suspicari vertisse Lxx. in nominatio βασιλῆς, & Hebraizantibus fauere, tametsi Hieronymus etiam, vt dixi, vertat in obliquo. Recipio illum sensum de Christo rege nostro, quem vel eumdem faciamus cum Domino, vel dicamus Dominum Patrem esse, cuius fuit regem nobis Christum dare, qui esset assumptio, seu scutum nostrum: ita vt nemo tantum promereri munus quiuerit, & ille suimet obiectu corporis nos tutaretur, telaque à nobis depellendo, exciperet in seipso. Id profectò boni regis est, populum, & subditos etiam cum vitæ periculo, defendere. Epitheta *sancti Israël* occurrerunt priùs duobus locis [b]: ex quibus repete, quæ huc faciunt. De tropologia dictum paulò antè satis.

[a] ps.5.3.psal. 43.5.ps.44.2. ps.67.25.psal. 73.12.ps.83.4. ps.144.1.

[b] ps.70.22.ps. 77.41.

Vers. 20.] Tunc locutus es in visione sanctis tuis, & dixisti. Posui adiutorium in potente, & exaltaui electum de plebe mea.

Seruius Ioni.

VAria permutatio personarum turbat non attentos. Interposuerat præcedente versu sermonem, qui dirigebatur ad Deum, hunc modò repetit, & redit ad promissionem eiusdem, quam inchoauerat. Facit hic, sicut ibi, ipsum loquentem, vt postea inde à 39. versu exponat querimoniam, quasi non videatur Deus promissioni stetisse. Sed & ex proximè dictis captans occasionem, cùm pronunciauit *Domini assumptionem nostram, & regis esse*, videlicet, vt regem constitueret, atque protegeret, sicut expoluimus, ait, sic olim hac de re locutum Deum, ac respondisse Prophetis suis Samuëli, Nathan, Gad, cùm libuit populum suum in magis peculiarem protectionem suā assumere. Vt populum istum meum protegerem validiùs, & faciliùs proueherem, contuli vires, robúrque addidi viro cuidam, immò reddidi illum fortem, ac potentem, & de media plebe separatum, atque selectum euexi ad regiam dignitatem. Dauidem inuit volunt, cuius mox nomen exprimitur, qui tunc potens erat cùm visum, Ieonemque adolescens occidebat, & super quo positum sit adiutorium à Deo, quando interfecit Goliath: exaltatus autem de plebe, quia vocabat pascendis ouibus. Allegoriam promissionum de Christo factarum à Deo per Prophetas, Enarratores cuncti hoc loco interpretantur.

Tunc.] Tempore quodam certo, sed non expresso, inquit Euthymius. Vel quando assumpsisti nos, regémque nostrum. Vel quando dispo-

A sitisti testamentum electis tuis. Denique *tunc*, id est, olim, Græcè τότε, vt Græcum quem Iam auctorem exponere Agellius ret. t, bene confirmans verbis alterius psalmi [a], *parata sedes tua Deus ex tunc.* Quod alij cum Paraphrast. declarant à principio mundi condito, ante quod continebat se interiùs, non residebat exteriùs.

Locutus es in visione.] Hieronymus, *per visionem*, quo modo Symmachus ἐν ὁράσει. Alia psalteria Latina, & Augustinus [b], atque Cassiodorus, *in aspectu.* Euthymius, ac Nicephorus exponunt ἐναργῶς, *manifestè*, quoniam ἔστιν ἐναργὴς χεὶρ ἁπλῶν αἰσθήσεων visus manifestior omnibus sensibus, ita vt ad cognitionem quoque aliorum transferatur, vt cum scribitur [c] *vidisse populum voces*: & populus iubetur *non obliuiscī verborum, quæ viderant ipsius oculi* [d]. Confunduntur quoque non nunquam visio, & verbum, vt quādo dicitur *visio audita*, & *verbum visum*, vel, *extensum.* Sic Esaias [e] *verbum se vidisse* scribit: & prætatus de visione [f], inuitat *cœlum, terramque, vt audiant.* Loquitur Amos [g] eodem prorsus, nempe *se verba vidisse*: Abdias [h] nominans *visionem*, aut *Euangelium audiuisse*: Micheas [i], *verbum sibi fuisse visum*: item Ezechiel [k], & Zacharias [l]. Est visio חזות, aut חזיון *rooh*, vel חזון *chazon*, id quod reuelatum à Deo, mentis oculis à Propheta videtur, sicut verbum, quod interiùs auditur, Deo etiam ibi loquente. A visione *Videntem* cognominatum illum, qui erat Propheta, testis primus Regum liber [m]. Vnde meritò solet Hieronymus [n] Montani confutare deliramentum, Prophetas ventura dixisse in ecstasi, & cordis amentia, nihil eorum, quæ dicebant intelligentes. Restrictè *visio* generis Prophetici est obiectis in vigilia quibusdam imaginibus ante oculos, vt quæ Daniel *descripta in pariete nouum vidit* Propheta interiùs clausis etiam oculis. vt plerisque Prophetarū, ac ipsimet Daniel. Nam somnium est, cum per quietem mouetur quis visis ad cognoscendum futura: sermo, siue verbum, quando nihil occurrit visibile, sed auditur duntaxat, prætertim interius, quod prænunciatur. Hæc tria generatim distinctè numerantur in libro Numerorum [o] à Ieremia somnium, & verbum, comprehensi sub hoc, videlicet, *visione.* Quòd si comparentur inter se, sermoni, ac verbo primus: medius visioni, somnio locus infimus dabitur, ita tamen vt in eo, seu per id loquatur Deus, & illustret. Sed genericè dicitur quoque *visionis* vocabulum, vt prius indicaui, de qualibet prophetia, quemadmodum, & de quouis propheta, nomen *Videntis*, propter certitudinem rerum, quas prædicit propheta, & ob lumen diuinum, quo illustratur. & in propheta spectatur in primis, teste Augustino [p]. Exempli causa, licèt nullam Abdias neque interiorem imaginem, neque exteriorem vidisse se scripserit, inscribit hæc tamen visionem *Visionis* appellationem. Nec Samuel, Nathan, Gad, qui peculiariter hic indicari videntur, vidisse quid memorantur, tametsi primus, & alter Videns appellatus tradatur, & id sit commune cuius prophetæ nomen. In Paralipomenis [q] appellatur Samuel *Videns*, Nathan *propheta*, Gad iterum *Videns*; vbi sunt Hebræa tria nomina רואה *rooh* נביא *naui* חוזה *chozeh.* Ludouicus Legionensis [r] doctus, ac eloquens vir, iuxta vim Hebraicæ vocis חזון *chazon*, quasi dicas præuisionem, anticipatam visionem, atque prolepticam audiui post ventura rei, *visionis* titulo inscriptas vati-

[a] Ps.5.3.

[b] c.8.& 17.de ciu.c.9.

[c] Exo.20.18.

[d] Deuter.4.9.

[e] c.21.

[f] c.1.1.

[g] vers.1.

[h] c.1.

[i] vers.1.

[k] c.1.12.

[l] c.1.13.

[m] c.9.9.

[n] *Detrimentum Montani ab illa cautione cœpit, quam* c.10.Esa.& passim.Sa hrum.& Abac. & alibi.

[o] Dan.cl.5.5.

[p] q.c.1.6.

[q] 1.lib.1.29.29.

[r] in Abd.am.

nationes illas potissimùm docet, in quibus de Christo est sermo, siue rebus, quæ ad illum, aut ad eius Ecclesiam pertinent; quoniam id tempus longiùs distabat ab ætate Prophetarum, solétque *nouissimum* appellari [a]: & Paulus [b] ait, quòd veteres illi *à longè aspiciebant, & salutabant illas promissiones*: & Balaam dicebat [c]; *videbo illum, sed non modò, intuebor illum, sed non propè; orietur stella ex Iacob.* Congruit id præsenti loco, in quo spectant maximè Christum Ecclesiámque ipsius promissiones descriptæ. Sed latiùs patere visionem planè constat. Egimus hac de re tota in commentario Actuum Apostolorum [d].

a Hebr.1.2. 1. Ioā.2.18. Gen. 49.1.
b Hebr.11.13.
c Nu.24.17.
d in c.2.17.

Sanctis tuis.] Hebræum nomen cum affixo חסידיך *chasidecha* in singulari, significat, *sancto tuo.* Græci legunt ὁσίῳ σου, *filio tuo*: & alij Latina psalteria, atque Augustinus [e], & Cassiodorus, & Illyricum psalterium. Hieronymus [f] autem notauit nostram translationem siue Græcam, quam recitaui, Hebræo consentaneam textui, omnium esse, solam VI. editionem interpretatam, *prophetes tuis*, sensum magis, quàm verba exprimendo: solúmque reperisse se ἐν κοινῷ, id est, *in communi*, pro, *sanctis, filios.* Meminit Agellius auctorem Græcum dicere ab aliis interpretibus hoc modo etiam conuersum. Credo potius Hieronymo, vt idcircò necesse quoque sit corruptum textum LXX. quo, qui extant Græci, sunt vsi, ex quibus Apollinarius μαιδος aliter vocat: & alij sic appellatos prophetas, quòd chari Deo essent propter virtutem. Anonymus Græcus ab Agellio citatus, plures pro vno Nathan poni putat, vnique illi reuelatam visionem de Dauid. De vno Nathan diuersè narratur: alius tamen præterea Deum reuelasse, vt Samueli, qui vnxit illum, & Gad, vix dubitari potest, & Euthymius de multis affirmat: Basilius, ac Theodoretus indefinitè de propheris: R. Kimhi, & Campensis de vno Samuele. De isto [g], & de Nathan [h] extat in historia Regum testimonium: eósque hîc *innui* placet Lyrano [i], Aiguano, Treueto: Rickelius additit Gad. Hebraicè quidem nunc videtur singulari numero sanctus vnus designari, quia deest in fine nota pluralis litera (י) *iod.* Sed sine punctis, in regimine nominis, potuit legi pluraliter. Legunt etiam aliqui expressim cum (י) *iod* חסידיך *chasidecha.* Quadrat proposito sententia Amos [k]; *non faciet Dominus verbum, nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos prophetas.* Prophetarum epithetum est, vt cognominentur sancti. Sic eos Ioannis pater appellat in suo cantico [l], & in epistola posteriore [m] Petrus, & in vna ex concionibus suis [n], in quorum locorum commentario, quæ dixi, sufficiant, & quo pacto vicissim quiuis sanctus *propheta* nomine appellaretur.

e hic, & 19. de ciuit. c. 9.
f epist. 135.
g 1.Reg.16.1. & seq.
h lib.2.7.4. & seq.
i Lucæ 1.70.
k c.3.7.
l Act. 3.21.
m hic, & 17. de ciuit. c. 9. n 2. de fide c. 3.

Et dixisti. Posui adiutorium in potente.] Hieronymus, *super robustum.* Alij exponendo præteritum per futurum, *auxilium*, seu *robur suppeditabo herois*, vel, *qui aliquis fortis, & robustus est.* In aliis psalteriis Latinis, & apud Augustinum [m], Cassiodorum, Ambrosium [n], *posui adiutorium super potentem.* Addit Paraphrastes, *per manum eius, qui valet in vigo. Positum*, seu *ponendum auxilium in potente*, aut *super potentem* est, vel super eum, qui prius talis esset, vel super eum, qui ea positione talis fieret. Dauid, de quo locus hic literaliter exponitur, antequam in regem inungeretur, corpore validus erat, vt Lyranus, Rickelius, Treuetus, Aiguanus, Caietanus notant: fauet nominis *Dauid* etymon, vnum pro manu forti: sed simul cum regia vnctione, virtus tantæ conueniens dignitati adiecta est, vt populum optimè regeret. Vtrumque verum, secundum melius. In quo ipso sensu quod sequitur accipi debet, Deum illum exaltasse, non qui iam esset electus, sed quem elegit, vt exaltaret. Sic autem etiam allegoricè Christum intelligere oportet potentem, & electum, quia talem fecit Deus, ac eligit vt esset talis, auxilióque munit, & ornauit multiplicis gratiæ suæ, non solùm infinito dono hypostasis diuinæ, quam communicauit ipsius humanitati. *Potitus omnia* Christus *verbo virtutis suæ* [a]. Ambrosius [b] hinc, & aliis ex locis probat omnipotentiam Christi, respondetque obiectioni [c], *si possibile est, transfer a me calicem hunc*, id ex affectu, & fragilitate carnis dixisse. Simul tamen docet [d] ab eodem Christo dictum, quòd *esset fidelius sine adiutorio* [e] *tanquam Deus*, adiutorium hîc dici positum super eum, propter carnem, siue naturam humanam. Quemadmodum quatenus cum essentia omnipotentiam accepit filius à Patre, posset exponi quòd Pater *posuit adiutorium super potentem*: id est, communicauit ei adiutorium potens, siue omnipotentiam.

a Hebr.1.3. b 2.de fide c. 3.
c Matt.26.39.
d sup lib.3. cor. epist.87.5.
e

Moraliter, & accommodatiè vsurpat Ecclesia sententiam istam in officio diuino de confessoribus pontificibus, quos Deus vigore potentiæ fecit, ac elegit velut *adiutores* suos [f], vtique essent *potentes in opere, & sermone* [g], tóque *ad ædificationem, non ad destructionem* [h]. Caueant hunc abusum, qui præsunt, ne *cum austeritate, & potentia imperent* [i]; nec *dominentur, ac potestatem exerceant* more principum ethnicorum [k], tum verò *in cleris* [l]: meminerintque, quod *potenter potenter tormenta patientur* [m]. Alia præterea tropologia est, quòd cum Deus defert officium, confert etiam id præstandi, ac exequendi beneficium, & adiutorium ponit hoc modo in potente, vt cui potestatem dat, det etiam vires ad exercendum. Possunt, vt vulgò dicimus, officium dare homines, non possunt discretionem. Magna negotia magnis adiutoribus egent: raróque eminentes viri non magnis adiutoribus ad gubernandam fortunam tuam vtuntur [n]. Hominum primo, creatum à Deo *adiutorium* est *simile ipsi* [o]: & obseruatum, quòd grandioribus, ac re bustioribus rebus pares, & exigua quædam Deus adminicula necessaria esse voluit, veluti ad comprimendam superbiam. Postremò ponere Deus in potente censetur adiutorium, non in impotente, infirmo, imbelli, ad eum modum, quo Christus *habenti dandum* dixit, *ei abundet, ab eo, qui non habet*, vel videtur, vel putat se habere, *auferendum* [p]: nempe quoniam rectè vtenti collatis muneribus, maiora Deus accumulat, abutenti, demit, quæ contulit, ille namque meretur, hic indignus est, & dum habet, grauior est ac si non haberet, immò satius esset, ac minus malum, si non haberet.

f 1.Cor. 3 9.
g Lucæ 24.19. h 2.Cor.10.8.
i Eccli.4.4-
k Mat.20.25.
l 1.Pet.5.3.
m Sap. 6.7. Tropologia.
n Vellem lib. 2.
o Gen.2.18.
p Matt 13.12. c 25 29. Luc. 8.18.

Et exaltaui electum.] Abest coniunctio ab Hebræo, Græcóque textu. Pro *electo* Hebraicè בחור *bachur*, Chaldæus dixit *iuuenem* טבא *bonum* & vertit etiam *adolescentem.* Campensis, & Arias, *lectum iuuenem.* Reddi solet idem nomen alibi [q] eodem modo, id est, *iuuenis*, & *adolescentulus.* In psalmo 77. [r] idem significant electi. Vocatur sic iuuenis, quoniam ad omne opus, rémque ac præsertim ad bellum, eligitur tunquam aptior, potiùs quam senex, & grandioris ætatis. Tum Deo cum primum designatus vir-

q Deuter. 32. 25. 1 Reccb. 9. 6. Esa. 23.4. Ierem. 11. 22. Ioel. 2. 28. Amos 2. 11. & alibi.
r vers. 31.

A

ctúique rex est à Samuele, *paruulus, rufus, pulcher aspectu, decoráque facie* [a]; cùm autem iniit regnum, annorum triginta Christus eadem ætate prædicare regnum cœlorum cepit, *electus ex millibus* [b], *& electus Dei, in quo sibi complacuit anima ipsius* [c], *speciosus præ filiis hominum* [d], primus electorum, primogenitus prædestinatorum, quos Deus *elegit in ipso ante mundi constitutionem* [e], quem vocare possis *electorem* non modò *discipulorum* [f], sed & aliorum. Igitur electum Dauid exaltauisse dicitur Deus, quoniam elegit, vt exaltaret, aut eligens exaltauit. Vnde Apollinarius,

ἐκ λαοῦ παντὸς εἵλατο κόσμῳ θούκεις.

De populo optimum eligens (cùm elegisset) *ornauit sedibus.*

B

Paraphrastes pro *electo iuuenem* interpretans, pro *exaltando* verbo vsurpat verbum *secernendi* אפרשרת *aphreseth secreui*: quasi exaltare sit extrahere foras, & in altum, & tanquam ex sinu, vel vrna nomen; quod forte fit quidem apud homines in electionibus; à Deo per ipsaminet electionem: quia *qui temperat sortes* [g], *nihil facit forte*. Recepta nihilominus expositio est de exaltatione secundùm altiorem gradum honoris, dignitatis, potentiæ. Exaltationem Euthymius in Christo agnoscit secundùm hypostasim diuinam. Aliam præterea ponit Paulus [h].

De plebe mea.] Hieronymus, psalterium vetus, & Augustinus [i], *de populo*. Nec est Hebraicè pronomen, tametsi vim in eo aliqui constituant: vt & *in plebe*, quasi denoterur electus Dauid ex plebeis, id est ex humilibus, & infimæ sortis. Regiæ tribus erat, sed de *post fœtantes* acceptum se cecinit [k]: & hoc ipsum ei nomine Domini renunciauit Nathan [l]: & iterum Dauid compellans populum suum nomine *fratrum*, dixit quòd *ipsum Dominus Deus Israël elegisset de vniuersa domo patris sui*: & quòd *de Iuda quidem elegit principes: de domo autem Iuda, domum patris sui: & de filiis patris sui, placuit ei vt ipsum eligeret regem super cunctum Israël* [m]. Si quis historias releget, comperiet multo maximam partem summorum ordinis vtriusque principum à terra suscitatam, *déque stercore erectam* [n], id est, ex abiectissima conditione: quod non incommodè aliqui etiam interpretantur nominatim de sterquilinio Iob, de Dauidis caula, de præsepio Mariæ. Nec verò desiderantur ætatis nostræ in summis hierarchis exempla. Principes constitutos à se super omnem terram, *elegit Christus pauperes* [o], qualis erat ipsemet, *nec habens vbi reclinaret caput* [p], vt de cæteris eius paupertate nunc plura non dicam, & parentes, neque necessariis ad viuendum copiis, inquit Basilius [q], satis instructi, ita vt verisimile sit, eos solitos fuisse in assiduis corporis laboribus versari, & hac ratione quotidianum sibi victum quæritare.

C

D

Vers. 21.] Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum.

E

Sensus loci.

VTrumque deinceps ostendit Deus, & opitulatum se potenti, seu heroi, quem constituit, cuique contulit potentiam ipsam, & à se illum diligenter electum. Nunc hoc præsertim docet, quasi post priorem diligentem inuestigationem repererit, & dignum repertum, immò factum, qui secundum cor suum esset, populo suo præfecerit Regali ritè oleo consecratum. Tertio vnctus Dauid est; *in domo patris sui Samuele astante puer* [a], post mortem Saülis *in Hebron super tribum Iuda* [b]; *super totum Israel*, ibidem [c]. Relege quæ dixi ad titulum psalmi 26. deque mystica triplici vnctione Christi, de quo hic etiam locus mysticè intelligitur (tametsi de solo Dauid Euthymius vsque ad 25. versum inclusiuè veram exponat:) de cuius item spirituali oleo egimus psalmo 44. [d]

Inueni Dauid seruum meum.] Augustinus ad Dulcitium de octo quæstionibus in 5. cui vltimo respondet loco, legit, *inueni Dauid secundum cor meum*. Verti potuit, *comparauit*, vt Campensis fecit; vel cum Aria, *nactus sum*.

Sum Dauid nactus famulum probatum.

Significat etiam ista מצא *matsa*, tamen multo sæpius reperire vel casu, vel studio, & opportunè. Rickelius *inuentionem* declarat per considerationem: Treuetus per magnam approbationem, qualis inter nos soler sequi, cùm gratulantes affirmamus nos inuenisse illam rem, quam quærebamus inter diuersas. Tali formula Christus vsus est in parabolis *ouis inuentæ* atque *drachma* [e]; multo gestiens maiore lætitia de restituta nobis salute, quam ille sacrificator hecatombes exclamans τὸ ἕμπνεα. Dicebam olim in commentario Actuum Apostolorum [f]; quod ibi Paulus, vt ex Dei referebat sermone; *inuenit Dauid filium Iesse, virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas*, videri hinc transcriptum, & præterea ex Regum 3 historia. Eo loco dixit Saüli iam reprobato; *quæsiuit Dominus sibi virum iuxta cor suum, & præcepit ei Dominus, vt esset rex super populum suum*. Quem quæsiuit, inuenit, id est, acquisiuit, vt ibidem Glossa exponit. Non quasi vbi sit nesciens, inquit, sed per hominem more hominum loquitur; quia & sic loquendo, nos quærit. Non tolum enim Deo Patri, sed ipsi quoque vnigenito, qui *venit quærere, quod perierat* [g], sic iam non eramus, vt *in ipso eligeremur electi ante mundi constitutionem* [h]. Quæsiuit ergo sibi, dixit, suum habuit. Vnde in Latina lingua hoc verbum accipit præpositionem, & acquirit, dicitur. Sine præpositione etiam *quærere*, intelligitur, acquirere: ex quo lucra vocantur quæstus. Hoc modo Glossa. *Quærere* declarat Rickelius decernere: Hugo placere sibi, & oblectari, quod contingit re, quæ quæritur, inuenta. Addit referendo ad electionem, significari factam consultò, prudenter, certo iudicio, &, vt innuit Bruno Carthusianus, quia præsciebat Deus fore Dauidem seruum in omnibus obedientem (eo modo, quem dicto commentario notaui) in nullo resistentem. Talis debet rex, ac princeps esse, seruus, & cultor Dei. Maxima laus sic à Deo inueniri, quem nihil fugit, & falli non potest. Quærebat Cynicus accensa in meridie laterna, medióque in foro hominem, virúmque bonum, & sapientem consultus Apollo vix reperit vnum. Philippi Apostoli priuilegium videtur, quòd *eum Christus inuenisse* dicatur, & ita vocasse [k], cùm Petrum non ipse immediatè, sed per Andream vocasset [l], & hunc Ioannes Baptista [m], vt idcirco discipulorum omninò primus appellari possit, quia credi debet vocanti ad sequendum obsecutum esse. *Quærit diabolus circuiens vt leo, quem deuoret* [n]; quærit Christus bonus pastor, *quem saluet* [o]. Oremus vt i-

[a] 1. Reg. 16. 11. 12.
[b] Cant. 5. 10.
[c] Esa. 42. 1.
[d] ps. 44. 3.
[e] Ephe. 1. 4.
[f] Ioan. 6. 70. c. 13. 18. c. 15. 16. 19. Luc. 6. 13.
[g] Prou. 16. 33.
[h] Philip. 2. 9.
[i] hic, & 17. de ciuit. c. 9.
[k] ps. 77. 70.
[l] 2. Reg. 7. 8.
[m] 1. Paral. 28. 4.
[n] ps. 112. 7.
[o] Iacobi 2. 5.
[p] Matt. 8. 20.
[q] constit. monastic. 5.

[a] 1 Reg. 16. 12.
[b] 2. Reg. 2. 4.
[c] c. 5. 3.
[d] vers. 8.
[e] Luc. 15. 4.
[f] in c. 13. 22.
[g] Ilo. 1. 13. 1.
[h] Luc. 19. 10.
[i] Ephe. 1. 4.
[k] Ioan. 1. 43.
[l] vers. 41.
[m] vers. 40.
[n] 1. Pet. 5.
[o] Luc. 15. c. 19.

eremus quærat, sed nos inueniri sinamus, non *abscondamur* [a], aut *pulsanti* aditum [b] denegemus; *si quærimus, quæramus* [c], idque *dum inuenire possit* [c]. Hic loquendi modus innuit gratiam præuenientem, secundùm quam *inuenitur Deus à non quærentibus* [d], quærit autem, vt ab inuento, ac præuento, inueniatur, id est, vt ipsius vocationi consentiatur. Ipsemet Christus, cuius typus Dauid, & qui ipsomet Dauidis nomine cognominatur, & seruus Dei, quod hinc etiam confirmat Ambrosius [e], vt pridem dixi, potest inuentus dici; quoniam secundùm humanam naturam non præuenit Deus, vt Dei Filius fieret, quidquid sit de illa quæstione scholastica, potuerintne fieri, vt caderet Incarnatio sub meritum illius. Nam etiam tunc opus esset gratiæ præuenientis dono. Posset figurata inueniendi, quærendique significatio hic adhuc explicari cum Hugone, quòd quasi quæsitus à Deo Christus fuerit in sanctis patribus, regibus, prophetis: & cum Cassiodoro, quòd *totus desiderabilis* [f] *esset, desideratus gentibus* [g], *desiderium collium æternorum* [h], tam diu, adeóque anxiè à sponsa quæsitus, *quæ inuentum sic tenuit, strinxitque, vt non dimitteret* [i].

a Gen.3.8.
b Apoc.3.20.
c Esa.21.12.
c c.55.6.
d Esa.65.5.
e 5.de fide c.3. & epist.8. ad Iust.Roma.
f cant.5.16.
g Agg.2.8.
h Gen 49.26.
i Cant.3.4.

Oleo sanctο meo vnxi eum.] Nescio cur collector notationum in Bibliis Sixtinis ex editione LXX. asserat in vulgata Latina deesse pronomen. Psalterium vetus, Augustinus [k], Cassiodorus, *in oleo sancto meo*; sicut etiam habent Latini codices Complutenses, & Regij, ac Græci iidem ἐν ἐλαίῳ ἁγίῳ μου, & in textu Hebræo est etiam præpositio בְּשֶׁמֶן קָדְשִׁי *beschemen kodschi in oleo sancto meo*, aut *sanctitatis meæ*. Nullum legi auctorem Græcum, qui non legat hoc loco oleum. Tamen in dicta editione Græca Sixtina extat ἐν ἐλέει ἁγίῳ; *in misericordia sancta*, sine pronomine: quo etiam pacto Hieronymum alicubi [l] legisse miror, cùm optimè scirem שֶׁמֶן *schemen oleum, vnguentúmve* significare, non verò *misericordiam*, nisi figuratè. Alioqui facilis fuit ob affinitatem permutatio nominum ἐλέους & ἐλαίου. In responsorio secundo secundi nocturni Dominicæ tertiæ post Pentecostem habetur, & *tulit me de aquis puris meis, & vnxit me vnctione misericordiæ suæ.* Vnxisse se Deus dicit, quoniam vngi iussit, vt *per quem reges cæteri regnant* [m], per huius immediatum præceptum deferretur Dauidi regnum. Oleum quoque suum vocat, quia ipsemet instituit id in regis inauguratione adhiberi. Vnum quæri potest, cur oleum, quo Dauid vnctus est, sanctum appelletur, & an id nomen debeatur illi, quo rex est vnctus? Omitto nunc namque mysticum vnctionis Christi oleum, de quo monui me alias disputauisse, simul docens, quandónam hic primùm ritus cœperit, vt reges vngerentur, non soli sacerdotes, verùm etiam prophetæ. Oleum sanctum cum isto epithero describit liber Exodi [n] compositum ex *prima, electáque myrrha, casia, cinnamomo, calamo, oleo olivarum*; præscribit autem *eo vngi tabernaculum, & arcam, mensamque cum vasis suis, candelabrum, & vtensilia eius, altaria thymiamatis, & holocausti, & vniuersam supellectilem, quæ ad cultum eorum pertinet: Aaron* præterea, *& filios eius*: vetat postremò *carnem cuiusquam alterius vngi ex eo, & iuxta compositionem eius aliud fieri, quia sanctificatum, & sanctum est, ita vt quicunque tale compositum, & dederit ex eo alieno, exterminetur de populo suo.* Arbitratur Gebrardus dispensatum Samuelis, & Prophetarum illius sæculi consilio, cum regibus familiæ Iudicæ, in Christi Domini ex ea oriturí gratiam, cuius spiritualis, & diuinæ vnctionis illa exterior typus fuit, & cuius tum illi, tum postea etiam reges omnes, cognoscerent se vicarios, & ministros esse. Recitat præterea Cabalam, seu traditionem extitisse, vt dicto oleo Dauid etiam vngeretur, & illius posteritas, non autem alij reges: atque ita *vt Salomonem vngeret, accepisse Sadoch ex oleo vnctionis*, quod *in tabernaculo* conseruabatur [a]. Deinde refert ex eadem traditione vnctionem factam forma χ Græcorum, seu crucis decussatæ. Sed excipi à R. Salomone reges, qui vngerentur in modum coronæ, non priore modo, quia non vngebantur, vt eorum maiestas esset sacra, qualis Pontificum, sed Politica, seu ciuilis, humana, prophana. Adhæc meminit in Thalmud tractatu Kerithoth, hoc est, de excisionibus, duratile illud oleum sanctum, & citra diminutionem suffecisse Pontificibus, & Regibus inaugurandis per annos nongentos, vsque ad captiuitatem Babyloniam, quemadmodum ad hoc vsque tempus iam inde à S. Remigio, & Clodouæo rege Christiano primo [b] chrisma diuinitus missum Francorum Regibus inungendis Remis perseuerat, vt ipsemet vidi anno 1590. Denique Saülem alio oleo vnctum à Samuele ex tempore non per Mosen olim consecrato: post captiuitatem Babyloniam Pontifices alio oleo renouato iuxta compositionem, & ritum Mosis. Videtur in eadem sententia Ioannes Bochius esse hoc loco: & insinuat Euthymius, scribens oleum sanctum nunc appellari, vt significetur illius confectionem diuinitus traditam, & mysterijs refertam esse. Itad sentit Abulensis [c], interpretans dictam prohibitionem, ne quis etiam Pontifex, aut Rex extra consecrationem seu vnctionem, qua vngebatur in Pontificem, vel Regem, id oleum vsurparet, eóve carnem suam vngeret. Nec Saülem quidem excipit, & non restringit ad reges Dauidiæ familiæ. Immò confirmat opinionem ex vnctione Saülis [d], & Dauidis [e], quam fecit idem Samuel. Concordat Lyranus [f], dicens excepi sacerdotes, & reges, quia quantum ad officium sunt supra homines, medij inter populum, & Deum. Dionysius [g] Carthusianus eodem accedit, & Ydella [h]; qui tamen explicans in dicta prohibitione, vt non detur alieno ex illo oleo; id est, ei, qui non sit sacerdos, quod Caietanus prior dixerat, & Oleaster, non satis videtur sibi constare. Isidorus [i] ideo reges Christos cognominatos, ait, quia eodem chrismate, quo sacerdotes, vngerentur, vt ideo *nefas esset illos tangere* [k]. Tandem ex receptioribus tuetur istam sententiam Pineda [l] noster, & Barradius [m] eamdem satis iudicat, recitans, quæ dicta sunt ex Genebrardo. Altera opinio est Abulensis [n], qui vtrinque versans controuersiam, huc demum recidit, vt affirmet aliquando communi, nonnumquam oleo sacro reges vnctos esse; & communi quidem Saülem, Dauidem, saltem primis duabus vicibus [o], Azaëlem [p], Iehu [q]: sancto, seu sacro, & Pontificio Salomonem, quoniam scriptum est [r], *sumpsisse Sadoch sacerdotem cornu olei de tabernaculo.* Interdum [s] dubitat, an si non prima vice, altera, vel tertia vnctus oleo sancto sit Dauid, vt sic verum

a 3.Reg.1.39.
b Aimoinus lib.1.de gestis Francorum c.16. Hincmarus in vita Remigij.
c in Exod.c.30.post q.23.
d 1.Reg.10.1.
e 1.Reg.16.13.
f in Exod.c.30.
g ibid.& in 1.Reg.10.
h in Exod.c.30.
i 2.offic.c.25
k ps.104.15.
l 1.de Salom.c.6.
m concor.Euang.tom.2.lib.3.c.6.
n in 1.Reg.c.10.q.1.c.11.q.2.
o 1.Reg.16.lib.2.c.6.
p lib.3.q.2.
q lib.4.q.
r lib.8.
s in lib.1.R.c.16.q.2.

intelligatur

intelligatur esse, quod hic habetur, oleo sancto vnctum esse; & de secunda nunc negat [a], nunc affirmat [b]; sed si erat sanctum secunda vice, compositum tunc fuisse, non ex tabernaculo sumptum; voluisse autem Deum, vt in sua coronatione vngerentur reges, quemadmodum sacerdotes. Docet adhuc [c] adhibitum oleum sanctum in vnctione regis, quæ fieret cum solemnitate, cuius exemplum affert etiam in Ioas [d]; si quando sine illa fieret, fuisse commune. Postremo, quod ad rem parum facit [e], existimat probabile non solùm ter Dauidem vnctum, sed etiam Salomonem: & Saülem bis: & quidem hunc semel secretò, Dauidem primùm item secretò, deinde *super tribum Iuda*, tandem *super omnes*: Salomonem prima vice in discordia, cùm esset antea vnctus Adonias; iterum eadem tam sedata, seu vt melius componeretur. Tertiam sententiam extremam, quæ negat oleo Pontificio reges vnctos, prius indicaui esse Oleastri, & Caietani, præterea Ysteliæ; estque item Lipomani [f], fauetque non parum Augustinus [g], qui quamuis dicat oleo reges alias sacras iunctas, tangendo populum quodammodo sanctificatum, tamen inter homines, qui eo vngerentur, Sacerdotes tantùm ponit. Quartam insinuit Theodoretus [h]; vt vnctiones nil aliud sint, quàm electiones. Ita quidem de duabus posterioribus Dauidis asserit, de prima, quam Samuel fecit, visus concedere fuisse per olei realem effusionem. Illum Basilius Zanchius [i] transcripsit, nomine tacito.

Existimo vnctionem, ac oleum propriè, materialitérque sumi oportere, propter periculum scripturæ loquendi modum, tametsi non ignorem, quod & alias monui, *vngi regem* in parabola de arboribus, plantisque in libro Iudicum [k], accipi pro eligi, quia nondum erat vnctio in vsu. Propendeo etiam magis in sententiam tertiam, ob adeò præcisam legem, quam recitaui, ne quis oleo sancto, quod erat Sacerdotis, præter sacerdotem, vngeretur. Nam quòd Salomon scribatur *vnctus oleo de tabernaculo* [l], & Ioas [m] *in ipso templo*, rectè intelligi potest, etiamsi non fuerit huiusmodi oleum, sed summum, si aliud certo aliquo ritu sanctificatum; quod inde peteretur, aut si inde sumendi facultas non suppeteret, à sacerdote consecraretur; ita vt hic appelletur propterea sanctum, & reges ab eo vncti, cognominari valeant sancti. Vbi notari velim, non debuisse Iosephi interpretem Gelenium, oleum, quò ille inunctum Dauidem narrat à Samuele [n], sacrum cognominare, quoniam Græcè ἔλαιον duntaxat habetur, absque epitheto. Traditionibus Rabbinicis, & Thalmudicis parùm habendam fidem concedunt Catholici: priuilegium, aut dispensatio in re adeò graui facilè credi non debet: ratio ipsa non parum suadet, quæ petitur ex discrimine, quod etiam ea in re decebat constitui inter laicam, & sacram dignitatem, siue magistratum: sicut hoc tempore inter Catholicos non eadem vngendi ratio, nec in eadem corporis parte, quia laicalis princeps vngitur in brachio, siue humero, vel armo: Ecclesiasticus in capite [o], & summate Pontifex, seu Episcopus; rex, oleo, vt sciatur, ait Bertrandus Cardinalis Eduensis [p], quod Episcopus est Vicarius capitis nostri, id est, Iesu Christi: & vt ostendatur quanta sit differentia inter auctoritatem Pontificis, & principis potestatem. Quod ad hoc verò attinet, videtur in veteri testamento eadem vnctionis ratio fuisse, videlicet super caput per modum effusionis, vt Abulensis [q] inierat, quamuis referat [r] etiam ex R. Salomone, duxisse sacerdotem intinctum digitum per frontem regis ab aure ad aurem, quod Lyranus [s] ait ex eodem, in fronte inter palpebras per modum coronæ: sacerdotes autem, vt prius quoque memini, vnctos fuisse in vertice, secundum crucis decussatæ figuram. Non est difficile olei proprietates ad eas, quæ in Principe desiderantur, applicare: præsertim quæ sunt, vt cum aliis virtutibus, tum præsertim emineat misericordia; cuius oleum symbolum est, atque se, vt Elias [t] loquitur, meminerit *medicum* subditorum esse. Persa rex antequam iniret sceptrum regni, gustabat terebinthum, & caricas, lactisque poculum bibebat [u], quæ res valent, vel ad medicandum, vel ad leniendum, vel ad oblectandum. Romanus Censor auspicatus prima nocte magistratum certa quadam cerimonia, vbi illuxisset, myrrha, vnguentisque vngebatur [x]. Vestigium id nonnullum erat vnctionis, de qua egimus hactenus, quod aliqui [y] tamen nullum dixerunt esse in aliorum regum profanorum solemnibus. De Christianorum Regum vnctione, lege Ioannem Azorium nostrum [z]. Cui verò non importunum videatur, de vnctionis sacræ vario genere disserere hic posse? Mihi quidem non vacat. Extant Petri Simonis Iprensis Episcopi exhortationes duodecim de hoc argumento. Scripsit prior eo Claudius Espencæus in posterioris epistolæ ad Timotheum c. 2. tractatum, & digressionem: illi præterea, qui rem sacramentariam persequuntur.

Vers. 22.] Manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum.

CAusas quare talem regem delegerit, ritúque tali consecrauerit, ait, fuisse, vt quod antea [a] etiam desperat, *potenti manu, & brachio sui fortis corroboraret*, atque hic populum, quem ipsi committeret regendum, aduersus inimicos defendere ille valeret, cunctisque præualere. Ducitur similitudo à quopiam forti, ac robusto, qui debilitatem infecta subleuet manu, & comprehensum confirmet, nec sinat vacillare, aut trepidare: sed *sustentat eum dextera sua* [b]; *manum suppeditat ne cadat, vel collidatur* [c]; *fiat ne fallax* [d]; *emittatur de alto, vt liberet* [e]; *confortet manus dissolutas, & genua debilia roboret* [f]; *non retrahet manum ab auxilio* [g]; denique *manus ipsius sit cum illo* [h]. Expleant mysticè de Christo, quem ab omni lapsu prohibuerit vnitum humanitati eius Verbum diuinum. Adhærebat humanitati Christi Verbum, adhæretque, aut vice potiùs versa, huic illa tanquam brachium, & manus. Humanitas quidem respectu Verbi manus, & brachium dici potest velut instrumentum coniunctum: Verbum autem Pater appellare illis nominibus, quatenus per illud, licet non tanquam per instrumentum, sed sibi maximè coniunctum, id est, consubstantiale, fecit omnia, facitque.

a in c.10. q.1.
b in 2. Reg.2. q.6.
c in 3.Reg.ca.1.q.37.
d in 4.Reg.c. 11.post. q.13.
e in 1. Paral. 29. q.18. 19. 20.
f in catena Exod.c.30. g q.135. in Exod.
h in 2. Reg. q.15.
i quæst. in li. Reg.q.56.
k Iudic.9.8.
l 2.Reg.1.10 m 4.Reg. 11. 12.
n 6. antiq.ca. 9.vel 10.
Sacerdotis vnctio & Leuitarum consecratio vnico. Vnde in veteri test. de sacra vnctione. Vide etiã Clemde iureur. & c. Venerabilẽ de elect. Bertrandus Card. Eduens. tract. de erig. & vsu iurisd. 1.4.
p tract. de orig. & vsu Iurisd.

a in 1.Reg.c. q.1.&2.
b in 2.Reg. q.17.
c ibidem.
Nisi mutatio esset signum.
d c.4.7.
e Plutarc. in Artaxerxe. Budæus de re gno Persia. pag.8.& 9.
f Varro 5. de ling.Latina.
g Pi edas de vsu c.6. n 2.
h tom.1. inst. moral. lib.1. c.5.q.1. lib.11.c.5.q.
Sensus loci.
1 vers.9.11.
k ps.62.9.
l in ps.36.24.
m ps.118.175.
n ps.144.7.
o ps.14.2.
p Eccles.45.
q Ieiunc 10. & 1 Iunc. Anglicus ordinar. tus.

Tandem apud Zachariam * rectè appellat Pater Christum *virum cohærentem sibi*. Ostendimus aliàs hoc idem, cur Patris brachium; vel manus Filius nominetur, digiti Spiritui sancto attribuantur Sed Aiguanus hoc loco assignat Christo, vt de ipso manus dicatur, digitos; pollicem potestatis puniendi; indicem, quia per eum in iudicio pater ostendit omnium merita: medium, longanimitatis, longæque misericordiæ: annularem amoris, propter quem pro nobis mori dignatus est; auricularem, humiliratis. Bellè conuenit Dauidis etymon, manu fortem esse, tum illi ipsi tanquam typo, tum Christo prototypo; & quemadmodum ille bestias laniauit; Goliath strauit, & obtruncauit, Philisthæos fudit: Saülem cum ipsius exercitu euasit; mortuo Saüle quotidie proficiebat, & robustior efficiebatur; ita longa, & læua Christo pugna cum diabolo, & satellitibus, angelisque illius fuit, est, erit, *donec ponantur scabellum pedum* eius. Causa est, *quoniam vnxit eum Deus Spiritu sancto, & virtute* [a], sicut ex quo Dauid primùm vnctus est, *directus est spiritus Domini in illo à die illa, & deinceps* [b]. Christi potentia, & fortitudo, in cruce latuit; indéque sese exeruit, vt *ante faciem eius ires mors, & diabolus egrederetur* [c]: *in eo quod passus est ipse, & tentatus, potens est & iis, qui tentantur, auxiliari* [d], vt & ipsi *cùm infirmantur, tunc potentes sint* [e]. Hilarius [f] hoc loco toto ait Patris ad filium suum sermonem esse, & quidem secundùm corpoream natiuitatem.

Manus enim mea auxiliabitur ei.] Hieronymus, *cum quo manus mea firma erit.* Prima dictio אֲשֶׁר *asher* potest significare, *nam, ideo*, &c. Verbum תָּכֵן *thicon* futuri temporis, significat *firmabis*, & *stabilies*, nimirum se, vel passiuè *firmabitur*, & *stabilietur* עִמּוֹ *hhammo cum eo*, vel, vt alibi [g] vertitur, *dirigetur*, *dirigis* autem, *stabiliri, firmari manum cum aliquo*, est ipsi imponi, ac veluti adhærere ad iuuandum, auxiliandum, protegendum, numquam destituere auxilio, nec, vt antea dicebamus ex libro Iosue, *retrahere manum ab auxilio*, ὑπ ἐναντίον, *non dissoluere*, aut *relaxare, non lentè, dissolutè, remissè, manibus dissolutis, iuuare*. Quare posset hoc membrum referri ad protectionem à malis, vt sequens ad beneficiorum collationem. Manus alicuius cum aliquo dicitur esse, cùm iuuat, vel instruit, vt *manus Ioab cum Tecuite* [h]: contra, vel super aliquem, quando nocet, vt *Ismaelis contra omnes, omniumque contra ipsum* [i]; & *Dei super populum* [k], id est, contra.

Et brachium meum confortabit eum.] Hieronymus in præterito, vt & præcedens membrum, *roborauit*: quamuis vtrobique sint futuri temporis verba ibi תְּאַמְּצֶנּוּ *thiccheno*, vt vidimus, hîc וְתַאַמְּצֵהוּ *theammetsehu*. In psalterio Gallicano, vt recitat Faber, *confirmabit*, & notatur ea lectio in textu Cassiodori; quamuis in Ambrosiano breuiario, quod videtur vti psalterio Gallicano, legatur, *confortabit. Fidelis Deus, qui confirmat nos, & custodit à malo* [l]; *& modicum passos præterea perficit, solidatque* [m], *vt similes Angelo Domini, nec benedictione, nec maledictione moueamur* [n], *& bellantes aduersum nos non præualeant* [o]. Id sequentia magis exprimunt, & simile argumentum occurrit iam antea non raro.

Vers. 23.] Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non apponet nocere ei.

Vers. 24.] Et concidam à facie ipsius inimicos eius: & odientes eum in fugam conuertam.

Hic effectus manus auxiliantis, brachiique confortantis, vt nihil vllus inimicus valeat contra sic protectum, & corroboratum, nullum quisquam nocumentum quantumlibet sceleratus, & viribus ad nocendum instructus, inferre possit: quia eximius ille auxiliator, ac potentissimus protector comminuet copias inimicorum, & fugabit, dissipabitque omnes hostes, & qui odio persequuntur eum, qui in tutela ipsius est. Hoc promiserat Dauidi nomine Dei Nathan [a], populóque, cui præerat ille. *Et ponam locum populo meo Israël, & plantabo eum, & habitabit sub eo, & non turbabitur amplius: nec addent filij iniquitatis, vt affligant eum, sicut priùs ex die, qua constitui iudices super populum meum Israël: & requiem dabo tibi ab omnibus inimicis tuis.* Contra Dauidem nec Saül, nec Absalon, & Achitophel, nec Seba, nec alius prævalere potuit. Ex vi Hebraici textus interpretantur alij fore, vt nemo sit, qui redigat populum in angustias pecuniarias, qui molestet fœnore, vel tributo, qui cogat sub vsuris petere, & cùm non sit soluendo, de possessione depellat, vel in seruitutem abducat: præterea qui sæuè tractet, omniqueinhumanitatis genere vexet, postquam dolos, ac fraudes adhibuerit. Volunt alludi ad promissum Dei [b], *fœnerabis gentibus multis, & ipse à nullo accipies mutuum.* Nimis mihi videtur angusta, restrictáque expositio: licèt à vocabulis Hebræis, & Græcis etiam non aliena, vt postea dicam.

Quod ad mysticum sensum spectat, constat nihil profecisse quicquid aduersus Christum diabolus tentando, & quos is in eum instigauit, armauitque, Iudas, Iudæique *ex patre diabolo*, conati sunt, *& portæ inferi non præualituras aduersus* Ecclesiam ipsius [c]: *& neminem rapere posse de manibus illius vnco ipsius* [d], *& nihil nocere posse bonis æmulatoribus* [e]; *& diligentibus Deum omnia cooperari in bonum* [f], licèt aliquando succumbant. Victus est diabolus tentator Christi, & Christus morte mortem vicit, resurgens mirris custodibus, sepulchro, ascendens in cælum, regnans vbique. Fidelibus nocere potest in corpore, non in anima, & nocumentum illud cedit iis in laudem, præmiumque. Nihil refert cuius contra ipsos *manus pugnet, si sint iuxta Deum posita* [h], *& sit pro illis Deus* [i], potest quilibet confidenter dicere [k]; quis est aduersarius meus? accedat ad me: quis contradicet mihi? stemus simul: & Deo; *non* [l] *timebo mala, quoniam tu mecum es.* Origenes, quem citat Agellius, sic exposuit hunc locum: nos quando peccamus, inimicos nostros iuuare, Christum suos in nulla re iuuisse: Satanæ, Iudæisque inutile consilium fuisse contra illum, & irritum conatum, quia reuixit tertio die.

καταβὰς τὸν θάνατον, καὶ σκυλεύσας τὸν ἅδην.
Calcans mortem, & spolians infernum.

Adde *nil in eo principem mundi habuisse* [m], quia omninò expers peccati erat.

Nihil proficiet inimicus in eo.] Vetus psalterium,

Sensus loci.

Nimis angusta expositio.

a 2. Reg. 7. 10. 11.

b Deut. 15. 6.

c Matt. 16. 18.
d Ioann. 10. 28.
e 1. Pet. 3. 13.
f ps. 118. 165
g Rom. 8. 28.

h Iob 17. 3.
i Rom. 8. 31.
k Isa. 50. 8.

l ps. 22. 4.

m Ioan. 14. 30.

a Act. 10. 38.

b 1. Reg. 16. 13.

c Abac. 3. 5.
d Hebr. 2. 18.
e 2. Corin. 12. 10.
f in ps. 138.

g psal. 140. 2. ps. 118. 5.

h 2. Reg. 14. 19.
i Gen. 16. 12.
k 1. Reg. 22. 15.

l 2. Thess. 3. 3.
m 1. Pet. 5. 10.

n 2. Reg. 24 17.
o Ierem. 1. 19.

& Augustinus, *non proficiet*. Hebraicè quoque, & Græcè sola negatio haberur. Hieronymus, *non decipiet inimicus eum*. Alij, *non opprimet, non superabit, non asseret calumniam, non exiget ab eo fœnus*, vel, tributum, *non poterit esse violentus, non eleuabitur*. Hebræum יִשָּׁא *iascì* à נָשָׂא *nascia* in hiphil הִשָּׁא *hassce* significat *seducere*, & *illudere* [a]; præterea *desolare*, ac *destruere* [b]; item *efferre* [c], seu *eleuare*. Quamuis posset etiam thema esse שָׁאַר *sciaah* pro *desolandi* significatione. Ab alio verbo נָשָׂא *nascìah* existit significatio *fœnerandi*, & *exigendi*. Sed tunc in יִשָּׁא *iassci* esset (א) *aleph* pro (ה) *he*, quæ literæ sæpe permutantur, sicut & מַשָּׂא *massca* ab eadem radice reperitur pro vsura, & mutuo, idem quod מַשֶּׁה *misseh*. Nihil proficere in aliquo ὠφελῆσαι est aut nihil ex eo lucri reportare siue per fœnus, siue per direptionem, siue alio modo: aut nullo eum damno afficere posse, quantumuis conetur, & id in lucro ponat, etiamsi nullum aliud emolumentum inde capturum se speret; aut non habere vnde lætari possit ex alterius malo. Sic Apollinarius.

ὥστε δυσμένειαν ἐπίστασθαι διὰ τοῦτο ἐν αὐτῷ

Nunquam inimicis erit voluptas in ipso.

Aliis in psalmis occurrit iam aliquoties hoc desiderium Dauidis, ne sineret Deus inimicos ipsius lætari malo, & insultare. Apud Ieremiam [d], *non fœneraui, nec fœnerauit mihi quisquam*; habetur Græcè οὐκ ὠφέλησε, οὔτε ὠφελήθη με οὐδείς. Hebraicè לֹא־נָשִׁיתִי וְלֹא נָשׁוּ־בִי *lo nasciti velo nascu vi*. Theodoretus tamen ibi declarat, quòd se Propheta frustrà queratur editum in lucem, quia nulli profuerit, nec ab aliis emolumentum sit adeptus. Constat verò etiam *fœnerari* Latinè idem esse posse, quod prodesse, & proficere: ita vt proficere in aliquo, & fœnerari idem valeat, nempe nihil emolumenti colligere. Verbi autem ὠφελῆσαι vsum pro eo quod est *vsuram*, & *fœnus*, vel *tributum exigere* numquam legi. Quare illa expositio præsentis loci de non exigendo fœnore, quamuis multorum recentium, qui consectantur Hebræa, tum verò Genebrardi, & Agellij, & per *cessationem exactoris*, atque *vsurarum*, posset intelligi cessatio cuiuslibet mali, vt psalmo 71. [e] vidimus, mihi non placet, quia translationem nostram restringit, atque profitendi modum, & Patres vniuersè accipiunt. Legit alicubi [f] Hieronymus, *nihil proderit inimicus in eo*. Explicat verò, tractans illud Micheæ [g]; *Et erit iste pax: Assyrius cùm venerit in terram nostram, & quando calcauerit in domibus nostris*, quod in iusto, vt in Paulo, cuius profert exemplum, nihil proderit inimicus diabolus, neque tribulationes, id est, non eripient illi pacem, non hoc quasi lucrum reportabunt, vt de mentis tranquillitate dimoueant, sed implebitur pace etiamsi impleatur contumeliis. Inimicus absolutè *diabolum* significat. Hic, & quascumque nocendi adhibeat artes, proficere in iusto non possunt, vt id consequantur, quod intendunt. Sed potiùs ad profectum illius cedunt. Licèt malum suggerat diabolus iusto, non proficit vt eliciat delectationem, multo minùs peruenit ad consummationem consensus.

Et filius iniquitatis.] Vsitatũ Hebræis ita circumloqui iniquum, sicut hominem per filium hominis, perditum per filium perditionis, diffidentes, seu inobedientes, per filios diffidentiæ; mortì obnoxium, per filium mortis, ad sponsum pertinentem, per filium sponsi; per filium etiam olei oleum, per filium vnius anni, hominem vnius anni, per filios taurorum, tauros, per filium areæ, aream, Ierusalem, Sion, Babylonem, per filios Ierusalem, Sion, Babylonis, per filios pauperum, pauperes, per filios dilectionis, filios dilectos, item per filios doloris, dexteræ, &c. sicque de aliis, vt notat etiam Euthymius, & nos ipsi alibi. *Filios iniquitatis* pluraliter Oseas [a] vsurpat. Non est filius iniquitatis hoc loco solus calumniator, & fraudator, quive fraudibus, & dolis malis alios, maximè debitores, opprimit, sed quisquis quacumque ratione quolibet afficit iniuria. Nam latiùs patet ἁρπαγὴ, & עַוְלָה *hhaulah*, sicut & עָוֶל *hhauual*, qui ἄδικον & *iniquum* significat [b]; etiamsi hæ voces Hebrææ non rarò *fraudem* importent. Ad literam Saül & inimicus, & filius iniquitatis ac ipse potest cum aliis persecutoribus; peculiari nihilominus modo Lyranus, & Aiguanus satis aptè in primo Saülem, in altero Absalonem designatum satis aptè obseruant; Absalon namque filius iniquus, & pessimus optimi patris fuit. Quocirca quamuis Dauid inimicos fortiores pertulerit, & diabolo instigante peccauerit, non ideirco literalis ille sensus negandus est, vt præ se fert Cassiodorus, & omnino ita Pintus sentire videtur [c]; sed tantùm mysticus de Christo præferendus. Idem verò Cassiodorus filium istum iniquitatis diabolum, & Iudam interpretatur, qui nullum peccatum, quod iustè accusare possent, inuenerunt in Christo. Hugo addit, quamuis occidendo nocere visi sint, non apposuisse vt nocerent, quoniam resurgens iam non moritur. Non obstat nomen *filij*, quominus de diabolo dici possit, qui *pater mendacij* [d], ac omnis iniquitatis est. Nam quomodo appellatur homo [e], & idcirco appellari etiam posset filius hominis, vt quod paulo antè dixi, vtrumque significat idem, & ea ratione Adam ipse posset vocari filius hominis, quia homo: ita filius iniquitatis intelligendus esset dici diabolus, quoniam iniquus. De Iuda indicat præterea Hieronymus [f]. Sed vereor ne lapsu memoriæ dixerit se hoc loco Hebraicè haberi *filium Belial*: est namque vt dixi בֶּן־עַוְלָה *ben hhaulah*. Iudæo populo, qui persecutus est Christum, Rickelius idem cognomen applicat, quia Christus illos dixit ex patre diabolo esse, qui fuerat *homicida ab initio* [h], & eum hac in re imitabantur, quòd vellent Christum interficere. Cyrillus [i] Alexandrinus præsentem de Iudæis interpretatur locum: sæpe illos insidias Christo struxisse, ac mortem machinatos; Christum tamen præter voluntatem pati quidquam non potuisse. Idem est apud Procopium [k]. Iudæos, ac Iudam præsertim tractauit Christus tamquam filios: diabolus magis peculiariter *inimici* vocabulo denotatur, vt Aiguanus notauit. Iudam legimus appellatum *filium perditionis* [l], sicut & Antichristum [m], qui etiam *homo peccati* [n] dictus est. Nec hic quidem etiam nocebit Christo, & electis eius: Sed qui de illo exponat istius loci sententiam, non reperi.

Non apponet nocere ei.] Hieronymus, *non affliget eum* quod ἀδικήσει αὐτὸν Symmachus, Theodotio ἐκκακήσει. Item [o], *non apponet vt affligat eum*; & aliàs [p], eo modo, quo extat in editione vulgata. In psalterio Gallicano, quod recitat Faber, *non apponet nocere eum*; in breuiario Ambrosiano, *non adiiciet nocere ei*; apud Hilarium [q],

a Ierem.4.10.c. 49.16. Abdiæ vers.7.
b Esa 17.26.
c Abdiæ vers. 3.
d cap.25.10.
Προλῆν.
e vers.14.
f in Mich.c.5.
g cap.5.5.
Hebraorum circumlocutiones.
A
B
C
D
E
a cap.10.9.
Aquila.
b psl.70.4.
c in Dan.c.2.
d Ioan.8.44.
e Matt.13.28.
f in Esa.c.57.
g in c.27.
h Ioan.8.44.
i lib.3.in Esa. c.32.
k in c.32.Esa.
l Ioan.17.12. m 2.Thes.2.3. n Ibid.
o in Esa c.57.
p in c.27.
q in psl.118.

non adiecit nocere eum; in Romano psalterio, *non nocebit* : apud Cassiodorum, *non nocebit eum*. Hebraicè nihil est, cui respondeat *addendi* verbum, & *apposuerunt*. Commodi tamen sunt sensus, quos ex eo verbo à non nullis elici monui. Hugo de diabolo declarans, meminit opinionis, quòd cùm aliquis sanctus vir vicit diabolum tentantem de aliquo peccato, nunquam postea habet idem diabolus potestatem tentandi eum, vel etiam alium de alio peccato. Non potest dubitari, quin vnus, ac idem diabolus triplici eumdem Christum tentatione tentauerit : id enim historia Euangelica disertè tradit [a]; tum verò cum non antequam consummata omni tentatione, recessisse meminit, quamquam verbis illis expelleretur, *Vade Satana*, &c. & obseruant Nazianzenus [b], & Chrysostomus [c] tentando lassatum non esse. Deinde, vnus etiam de pluribus peccatis diabolus Eum tentauit, quot numerum in vno eius facto distingui possint, nec minus vnus cuiusque singulorum hominis peculiaris insidiator sedulus circa damna multa credendus est esse, quàm sit custos, tutelarisque in procuratione bonorum multorum, etiamsi Eckius [d] illud videatur dilatare.

Equidem facilè concesserim nonnullos dæmones velut præsides certorum vitiorum, magis propriè de iis tentare, vt de superbia lucifernum, mammon de auaritia, de luxuria Asmodæum, de ira Abaddon, de gula, & venetitio Beelzebub, de inuidia Leuiathan, de acedia Beelphegor. Legendi Origenes [e], Hieronymus [f], Chrysostomus [g], Lyranus [h], Lombardus [i], Albertus [k], Hugo [l], Vitriacus [m], hi duo multa dæmonum nomina declarant, & variis attribuunt vitia, præterea bestiarum) item Cassianus [n], Antonius de Padua [o], & qui de *septem dæmonijs in Magdalena* [p] differunt tum Enarratores, Eutymius maximè, Theophylactus, Beda, Albertus, Hugo, tum etiam Ambrosius [q], Gregorius [r], Bernardus [s] : adhæc Maximus apud Anathasium [t] Nicenum, Cæsarium Arelatensis [u], qui docent quot quis diuersas habet peccatorum formas, tot intra se dæmonios habere. Fatet quod genus certum dæmoniorum neguit Christus *eiici nisi per orationem, & ieiunium* [x] : atque quod in Litania petimus *a spiritu fornicationis liberari*.

Cæterùm de eo, quod ex Hugone in commentario præsentis loci attexui, nihil dicam; oportet, vt rectè admonet Doctor Angelicus [y], occasio probabiliter videri [z] posse dæmonem semel ab vno superatum, tentare alium, sed non eumdem, si tamen hoc intelligatur vsque ad aliquod tempus, quo modo scribit Lucas [a], quòd *consummata omni tentatione, diabolus recessit a Christo vsque ad tempus*. Cuius rei rationem reddit tum Auctor operis [b] imperfecti ex diuina clementia, quæ non finit vt ille tentet quamdiu vult, sed consulit infirmitati humanæ : tum Ambrosius [c] ex astutia diaboli, qui instare formidat, quia frequentius refugit triumphari, quod ipsum lego apud Chrysostomum [d], & Gregorium [e]. Alioquia idem Gregorius [f] ait, quanto magis nos tentando compleri, tanto amplius expugnare contendere : & Chrysologus [g], cùm sit nequam, tamen nequiorem prouocatum. Simia sententia Macarij [h] Aegyptij. Paulus certe ter Dominum rogauit, vt à se discederet *angelus Satanæ colaphizans eum* [i] : & immundus spiritus pulsus, *cum dixit septem nequiores sibi reuersurum est* ad eumdem [k] : & ab hac importunitate, qualem in musca Scriptus recurrente experitur, diabolum cognominatum *Beelzebub* [a], id est, Deum muscæ, Hieronymus [b] notauit, & à Christo *recessisse diabolum* dicitur tantum *ad tempus* [c], vt tam non semel monui. Denique vix tantam quis de diabolo aliquo victoriam in hac militia, id est, in vita, quæ nil aliud est, quàm militia, & in qua semper militandum, reportat, vt se aliquando victurum desperet, & eò comprella penitus in aliquo vitia sunt, domitæque perfectæ passiones & virtutum habitus contrarij perfectè acquisiti, & omnia promptas peccandi mala, quod requirit Thomas [d], ne diabolus redeat, sed viuit aliqua semper de illa fomitis, nec deesse occasiones peccandi possunt, quas vafer, & malevolus aduersarius callebit non sunt fibi fint, assequi tam potest non nemo, qui multis potitus victoriis aduersus aliquod vitium tandem post plurimos quoque annos, turpiter, & infeliciter succumbat, tuatque. Hæc Aquinatis opinio longè melior, & simplicitèr alibi mauerim cum Alensi [e], pugnas integras ab eodem dæmone contra eumdem, ac de eodem peccati genere, ita vt psalmi nostri verba, *filius iniquitatis non apponet nocere ei*, etiamsi de diabolo intelligantur, non illum habeant sensum, quòd non repetat certamen, sed quamuis multoties pugnet, nihil efficiat, sed victus recedat, & saltem, quod attinet ad electos, æterno damno illos non afficiat, nec æternæ mortis vulnus infligat, id est, quod non ante corporis mortem eiciatur, si fortè inflictum fuerit. Magister sententiarum Lombardus [f] hac de re disputat, hi etiam, qui commentarijs explanant Euangelia, cùm describunt Christi tentationes, ex quibus accuratior Abulensis [g] recitatus præter eam, quam sequimur sententiam, & ipse alias tres, quòd victus semel diabolus vnus, nec victorem, nec alium omnino amplius tentet, tam de alio quam de peccato eodem : quòd nonnisi de eodem : quòd non idem de eodem si perfectè vicerit. Refert tamen non parum cuiusmodi nostrum victoria de diabolis, vt nimis deinceps non eius duntaxat particulari qui vincit, sed aliis etiam nocere valeant : & quodammodo interempti, neminem impugnare audeant, vt Origenes [h] loquitur; sed, vt scribit Iacobus [i], *fugiet a vobis, & confundetur*, vt optat Paulus [k], *subijciebantur nobis, per Iesum Christum, qui dat nobis victoriam* [l], id est, vincendi facultatem, aut rei experimentum præbet, vt eodem Origene [m] Cassianus [n]. Verum si quoties vincimus, totes diabolus, tanquam inferior victo in duello, de alijs petendi potestas inhiberetur, quod argumentum aliter sentientium ponit Alensis [o], nescio an fuisset ad tentandum damnorum quanta quanta multitudo est, & eadem lege obligatos angelos, bonos illi causari possent, ne hi erecti in bonis opem ferre, si illi semel victi fuissent, dum ipsi prò eis retinebant.

Quocirca nihil aliud Patres, quàm quod dixi, puto voluisse; nec tuta Albertus [p] tribuit, Ioannes Suarez [q] hic sanctorum Doctorum vocat sententiam : Eckius [r], absolutè tenuisse, vbi dæmon fractum videt conatum vnum illum, tentationemve circa aliquid, illico tentare de vitio alio, nec amplius de eodem eumdem, vel alium. Vnicuique hominum suum esse oppugnatorem dæmonem, sicut est custos Angelus, Deo illum permittente, qui bonum, ab ipso patris probabilis est. Cui fauet quem Paulus [s] *angelum Satanæ* scribit *in tutelam Satanæ*. Ita quoque sentit Origenes [t], Nyssenus [u], Ma-

a Matth.4.3. Marci 1.13. Luc.4.1.

b ora de bapt. c hom. 13. in Matt & ho 5. ex diuers. in eumdem.

d hom. 18. in cuang. de tenta. Christi.

e ho.15.in Ioan. f in Matt.c.4. g ibid. h ibid. i 2.d.6. k in Luc. c.8. l ibid. m ser. in euāg. Dom. 1. Quadra. n collat.7.ca 27. o ser. in euāg. Dom. 1. Quadrag. p Luc 8.2. q de Salom.c. 5. r hom. 33. in euang. s ser. in id, Signum magnu. &c. t q 12 in scri. u hom.21. x Matt.17.20. y 2.d.6.q.2. ar.3. z 4.p.q.114 ar.3.

a cap.4.13.

b hom.20.

c in Luc.c.4.

d hom.14. ad pop. Ant. Nisse c.22. f in Mar. g ser 22.

h hom.17.

i 2.Cor.12.7.

k Matt.12.45.

a Beelzebub Deus muscæ, vel stercoris. b hom. c Luc 4.13.

d 2.d.6.q.2. ar.3.

e 2.p.q.122. ar.4.

f 2.d.6.

g in Matth. c.4 q.6.

h hom.15. in Ioan. c. i cap.4.7. k hom. 9.20. l 1.Cor.15.57.

m supra. n coll.7. c.23.

o supra.

p in Matt c.4. q ibid tract.2. r hom 4 in Dom in Quadrag.

s 2.Cor.12.7. & 1. pertarbationis ei. ne vita Mo.

gister sententiarum [a], cum suis: immò & Empedocles apud Plutarchum [b] sensit geminum dæmonem vnicuique constitui à die natiuitatis. Vberiùs eodem de argumento tractaui, cùm exponerem historiam de tentationibus Christi. Strictim hîc potiora retuli.

Et concidam à facie ipsius inimicos eius.] Hieronymus, *sed concidam ante faciem eius hostes illius.* Particula לְ *ve* quemadmodũ etiam Latina (*ex*) & Græca (ἐκ) habet quandoque vim aduersatiuæ, quæ nunc bene expressa est, propter antithesim cum priore versu. Videtur autem melius reddi (*à facie*) quàm (*ante faciem*) quia præpositio *in* מִפָּנָיו *mippanau* illud valet: quamuis ad sensum parui referat vtralibet translatio. *Concidere* idem hic est, quod contundere, concutere, conterere: Hebraicè נָתַת *chathath*. Græcè συλήσω. Apollinarius explicat *occidere*, & quidem ipsismet manibus eorum, qui experirentur inimicos,

Διὰ κουμβῶν παλαιμάτων ἐκ ἐμοῦ ἐκφεύξω.
Cernentis manibus suos inimicos occidam.

Nicephorus idem ait esse τὸ συγκόψω, quod ἀνελῶ, & τὸ, δὸς φροτώσω, quod ἀπόλεσον: *inimicos* autem, *& odientes* tum dæmones, tum Iudæos: mystico nimirum sensu de Christo. Vtrorumque conciæ, & attritæ vires: quorũ typus præcessit in Saül, Absalone, & variis populis, quibuscũ Dauid conflixit, eósque deuicit. Et quidem cum Dauid Philisthæos percussit, dixit [c], *diuisit Dominus inimicos meos coram me, sicut diuiduntur aquæ: Ammonitæ verò fugerunt* [d]. Meritò concidi notat Hugo diabolum, quia multùm diligit cõcisionem, & schisma, sicut è cõtrario *non est diuisionis & dissensionis Deus, sed pacis, & concordiæ* [e], sicut & qui sectantur eum. *Videte canes*, ait Paulus [f], *videte malos operarios, videte concisionem* κατατομήν, id est, *circumcisionem*, eósque, qui ad eum compellere volentes ex Gentilibus fideles, concidebant, & euertebant doctrinam Euangelij, vel eorundem internecionem; quibus etiam conturbatoribus imprecabatur *abscissionem* [g] non vnius tantùm corporis particulæ, sed simpliciter totius pudendi membri, vel certè ab aliorum consortio, ne seditionem, schismáque inter illos facerent. *Dominus iustus concidet cernices peccatorum* [h]; præsertim in iudicio; in valle Iosaphat; quæ vocatur *vallis concisionis* [i], quando eos, *qui noluerunt* Christum *regnare super se*, Christus *adduci* iubebit, *& interfici ante se* [k], morte videlicet secunda secundùm corpus cum anima; vt concisi, ac separati ab electis; ita torqueantur in omni corporis parte, non solùm in anima, ac, si viderentur membratim concidi, & intercidi. Hieronymus putatus accipit de Iudæis a Christo ipso sæpe confusis, & ac si gladiis consciss essent, discedentibus à conspectu eius. Idem Hugo tropologicè declarat Dauidis inimicos Saülem, cæcos, claudósque Philisthæos, Ammonitas. Id ferri potest, non ita commodè, vt *concisio* sumatur in bonam partem; & *à facie*, cùm Deus; vel Christus benignè respexerit; & vt *concidi* à verbo cædo deriuetur, ita vt concisi sint, qui à malo cadunt proposito. Ne pudeat hæc doctos, hísque audire similia in concionibus; moneo lectores subinde, ne vsurpent si quando eo munere fungentur, vel ne si in aliis legerint, vel ab aliis audierint, conniendo ignorantiam foueant.

Et odientes eum in fugam cõuertam.] Hieronymus, *& qui eum oderunt, percutiam.* Alij, *peste percutiam*, vel, *perdam.* Est Hebraicè וְאֶגּוֹף *eggop* à נָגַף *nagaph*, quod significat *percutere, & cadere vsque ad mortem*: aliquando *citra illam*: præterea *impetu impellere, ita vt quis impingat.* Nomen deductum נֶגֶף *negheph plagam* denotat, *sluigem eadem.* Itaque *in fugam conuertere*, vel vt est in psalterio vetere, apudque Augustinum [a], *fugare, & eos, qui oderunt eum, fugabo*, est ita persequi, vt corruant, nec euadere valeant. Accidit id Iudæis, quos *abiecit Dominus Deus, quia non audierunt vocem eius, & sunt vagi in nationibus* [b]. Continger damnatis ne à iudice *discedere* iubeantur *in ignem æternum* [c], optabunt *montibus, & petris obrui, abscondique à facie sedentis super thronum, & ab ira agni* [d]. Apollinarius ad ignominiam fugæ fortassis respiciens, exposuit hoc modo,

καὶ μὴν ἀνιχθαίρετας ἰλιγγιᾶς ἐξελέγξω.
Et ipsum odientes vituperandos declarabo.

Verbum, quo hîc vtuntur LXX. τροπώσομαι, valet non solùm *in fugam vertere, fugare, fundere*, sed etiam, vt docet Hesychius, & Suidas, νικῆσαι, ὑποτάξαι, πλῆξαι. *vincere, subigere, percutere.* Euthymius quidem hoc loco interpretatur *superare.* Satis priùs attigi mysticum sensum de profligandis hostibus Dei, atque fidelium, & omnibus reprobis. *Per vnam viam veniunt contra* Ecclesiam; sed eam Deo protegente, *per septem fugiunt* [e], ac demum *fugiunt à facie illius, qui oderunt eum, ipso exurgente, & dissipante* [f]. Quem vocant Hieronymum interpretatur de dæmonibus à Christo sæpe eiectis.

Vers. 25.] Et veritas mea, & misericordia mea cum ipso, & in nomine meo exaltabitur cornu eius.

NE dubitet de tam prolixo promisso Dauid, futurum, vt nihil inferre damni queant hostes, sed fundantur, ac sternantur, inducit Deum de sua tum veritate, hoc est, veracitate, atque fidelitate in præstandis promissis, vel etiam iustitia in arcendis iniuriis; tum de misericordia, & benignitate, memoriam facientem, ita vt his duabus fretus rebus, quæ toties repetuntur, dubitare non possit, quin si diuinum colat numen, & nomen inuocet, vtrumque illud obtineat, & superior de hostibus euadens, in culmine stet Regiæ dignitatis, atque potentiæ: aut id ipsemet Deus faciat, vt dicta illa ipsius attributa, noménque, & gloria, magis, ac magis innotescat, & celebretur. Posset etiam exponi de Dauide Deum dicere, quòd cum illo fuerit veritas, & misericordia, quia impleuit, quæ promiserat Miphiboseth, etiamsi cùm promitteret, *Sibi mentitus ei esset* [g], & ignouit sæpius inimicis, quos habebat in potestate. Fuit item veritas, quia ipsi promissa seruauit Deus: misericordia, quoniam peccata condonauit. De misericordia, & veritate dictum satis sæpe. *Suas* Deus allegoricè nominare intelligitur, & cum Christo esse affirmare, vt innuatur hunc ei esse consubstantialem: *cornu* quoque *exaltatio* innuit potestatem Christi eiusdem, quam etiam communicauit Ecclesiæ, cum robore animi, seu fortitudine; & ille quidquid fecit, in nomine Patris fecit, quatenus id manifestare intendit. Tropologicè virtutum illarum duarum adeò crebra mentio monet nos, vt notat Augustinus, reddere Deo debere delenti peccata nostra misericordiam, qua miserorum misereamur; & implenti promissa, veritatem, ne iniquè iudicemus: atque vt non simul

vel in misericordia laxi, vel in veritate nimis rigidi, sed *misericordia, & veritas obuiauerunt sibi* [a].

Et veritas mea, & misericordia mea cum ipso.] Addit Hieronymus (*erit*) & pro (*&*) habet (*autem.*) Nicephorus ex Græcis, non tantùm Latini, explicat significari ipsammet Dei veritatem, atque misericordiam inesse Christo, Filio nempe consubstantiali. Omnia, inquit Patri Christus [b], *mea, tua sunt, & tua mea*: & Ioannes Euangelista [c] *plenum gratiæ* vocat, *& veritatis*, per quem gratia, & veritas facta sit [d]. Sensus etiam potest esse, à Redemptore Christo simul *completam fuisse cum misericordia veritatem*, id est, iustitiam, & vtrique virtuti satisfactum: ita vt *obuiarent sibi, seseque oscularentur*, prout psalmo 84. vidimus. Adhæc veritas Dei erat cum Christo, quoniam, vt notat Rupertus, omnia, quæ de ipso prædixit per Prophetas, in eo impleuit: & *verax viam Dei in veritate docebat* [e]: & est omnium iustus, ac infallibilis iudex. Item Dei misericordia erat cum Christo, quoniam per solam misericordiam Dei natura Christi humana assumpta est à Verbo Dei, & ab omni culpa præseruata, omniumque diuinorum charismatum gratia adimplera, & gratiam, ac misericordiam sibi impensum Christus pactus est nobis communicare. Præterea veritas cum Christo spectatur in doctrina: misericordia in beneficiis, quæ conferebat, quando *miserebatur* super *eiulantes* [f] *turbas*, super *viduam, cuius vnicus filius efferebatur* [g]: super seruum supplicem, *qui debebat decem millia talenta* [h]: super *cæcos clamantes* [i]: super eum, quem *legio* inuaserat [k]: super eum, qui *incidit in latrones* [l]: super illos, quibus *remisit peccata*, vt *paralytico* [m], *Magdalenam* [n], *adulteram* [o]; ita vt *misericordiam sē velle* diceret, *& non sacrificium* [p]; & vt dimitteremus peccantibus in nos *septuagies septies* [q], id est, infinities. Cuiuis, sed prælato potissimùm, necessaria cum veritate misericordia. Id autem monentem audiuimus Augustinum. Appellat in Pastorali Gregorius pietatem matris cum disciplina patris.

Et in nomine eius exaltabitur cornu eius.] Sic in versu 18. *& in nomine tuo exaltabitur cornu nostrum.* Hic autem, sicut & ibi, Chaldæus pro *cornu gloriam*, seu *decus* posuit, vt eo loco monui, vbi præterea, quemadmodum alibi non semel, quid *exaltatio cornu* sit, expositum est. In Christo quidem est *nomen super omne nomen* [r], vt cognoscatur tanquam verus Deus: sic enim Basilius [s], & Cyrillus [t] explicant: *omnis* item *potestas ei data in cælo, & in terra* [u], quæ potestas, præsertim spiritualis est, vt etiam cornu eminet, & carne nudatum est, & animali pro armis. Vulgò alia causa traditur, quòd cornu oleum ad vngendos reges contineretur. Quæ res fortassis moneret etiam regiæ dignitati, atque item sacerdotali, & prophetali, quoniam illorum ordinum homines vngebantur, pastorium munus cognatum esse. Quamquam communior opinio est, neque cornu naturum fuisse, neque lenticulam, qua Samuel vsus narratur in vngendo Saule, ex fictili materia, sed vtrumque, vel aureum, vel argenteum, & vnum, ac idem vas duplici illo nomine appellatum, & quidem cornu à forma, cuiusmodi est in guttu recuruo. Licèt autem aliqui fictilem velint lenticulam fuisse adhibitā in vnctione Saulis, quasi prælagam fragilis, infimi, breuis regni: tamen Augustinus [y] nihil minùs in ea, quàm in Dauidis agnoscit vnctione; cui etiam Dauid sæpius tantum exhibuerit honorem: nec dubitat Isidorus [z] asserere Saulem in eo, quòd vnctus, imaginem Christi portasse, atque adeò Christi nuncupationem obtinuisse. Eodem nomine *lenticula* vocatur vas olei, non solùm quo Saül *vnctus est* [b], sed etiam quo Iehu [c]. Latinum quidem vocabulum à lentis figura denuatum videtur; sed materiam certam nullam importat: sicuti nec πάχη, nec isti simile φακός, saltem secundùm sonum vocis, cum *lentis legumen* prima notione significet, non autem Hebræum nomen. Tuetur istam ipsam sententiam de materia vasis, quam dixi, Abulensis [d], & noster Pineda [e]. Sed parum apta prioris auctoris etymologia, vt à liniendo dicta sit lenticula. Nec satis congruit legaminis figura, vnde lenticula, cum cornu recuruo. Vt ideircò minimè cogamur lenticulæ, & cornu figuram eamdem asserere, quarenus olearia vasa erant, vt vterque auctor sentire se indicet, sed vasorum distinctorum distinctas figuras per cornu, & lenticulam significari. Abulensis quoque interdum (immemor sui) *cornu* vocat vas corneum: nisi corneum dicas figuram denotare, non materiam, quod minùs proprium est. Leuythus, quo Abulensis ait idem significari, olearium quoque vas est, sed ventre protuberante, orequc angustiore.

Vers. 26.] Et ponam in mari manum eius, & in fluminibus dexteram eius.

EXplicat magis exaltationem cornu, hoc est, ditionis, regni, potestatis videlicet, vt vsque ad mare Occidentale, & versus Orientem, vsque ad flumina Mesopotamiæ proferatur imperium Dauidis: qui dominatus est Tyriis, ac Sidoniis accolentibus mare, & regibus Syriæ trans fluuium, qui tributa pendebant, vt de *Thou* [f] *rege Emath* scribitur; & aliquo modo de Salomone illud intelligitur ex psalmo 71. [h] *dominabitur à mari vsque ad mare, & a flumine vsque ad terminos orbis terrarum*, vt ibidem vidimus. Græcus auctor, quem citat Agellius, interpretatur Occidentalem regionem per *mare*, per *flumina* Mesopotamiam, siue Orientem: Basilius, Theodoretus, Euthymius, Nicephorus *mari* insulas *fluminibus* continentem indicari. Est autem figurata oratio, vt manus posita dicatur nempè læua, & dextera in aliqua regione, aut brachia extensa, ad significandam amplissimam potestatem, ac veluti comprehensionem: quæ in Salomone non quidem fuit cum absoluto imperij exercitio, habuit ille tamen ex multis prouinciis vsum rerum multarum, atque munera, & earum regibus auctoritate quadam, & sapientia anteibat, perinde ac si in sua ditione, iuxtaque forent.

At exactè, propriéque nemo non intelligit, quam conueniat illud absolutum dominium Christo, de quo etiam solo contendit Euthymius, & alij experti posse. Hanus *regis iusti, & Saluatoris, pauperis, & ascendentis super pullum asinæ, & loquentis pacem Gentibus*, Zacharias [i] *potestatem* describit *a mari vsque ad mare, & a fluminibus vsque ad fines orbis*. Magis adhuc mystice Cassiodorus cum aliis, per *mare* vniuersas Gentes

[a] psal. 84. 11.
[b] Ioan. 17. 10.
[c] cap. 1. 14.
[d] vers. 17.
[e] Matt. 22. 16.
[f] Matt. 14. 14.
[g] Luc. 7. 12.
[h] Matt. 18. 24. 27.
[i] cap. 10. 47.
[k] Marc. 5. 9. & seq.
[l] Luc. 10. 33.
[m] c. 5. 20.
[n] c. 7. 47.
[o] Ioan. 8. 11.
[p] Matt. 9. 13.
[q] cap. 18. 22.
[r] Philip. 2. 9. 10.
[s] l. 1. c. 6. Funo. t. cum Ioan. 9. 10. lib. 10. c. 9. Pet. 11. c. 22.
[u] Matt. vlt. 18.
[x] Rupertus, Hugo, Lyranus in 1. Reg. 10.
[y] 2. de bapt. cont. Donat. c. 13. & refertur 1. q. 1. cap. sacramenta.
[z] in 1. Reg. c. 5.
[b] 1. Reg. 10. 1.
[c] 4 Reg. 9. 1. 3.
[d] in 1. Reg. 10.
[e] in 1. de Salom. c. 10.
[f] 2 Reg. 8. 9. 10.
[h] vers. 8.
[i] cap. 9. 10.

Φάκος.

Etymologia lenticulæ reiecta.

Sensus hic.

explanat

explanat ad Christum conuersas, per *flumina*; vel Iordanem, vel etiam cæteras aquas, quas Christus baptismo consecrauit. Notatus Hieronymi appellatione *manum in mari positam*, ostentionem operum Christi in mundo, *dexteram in fluminibus*, potestatem eiusdem interpretatur super principatus, & potestates mundi. Remigius idem insinuat. Augustinus de conuersione Gentium; & eorum, qui velut flumina, cupidi prolabuntur in amaritudinem huius sæculi. Hugo de mundo toto, siue de hominibus, & de his ipsis, qui more fluminum diffluunt, & labuntur in mortem. Bruno Carthusianus, & Haimo de pauperibus, & de principibus, quorum, inquit, cura decurrit in subditam plebem, ad modum fluminum in mare decurrentium: Beda de Gentilibus in sterilitate sua amaricantibus, & de illis etiam, qui per cupiditatem magis, magisque influunt in amaricantes fluctus sæculi, sicut flumina in mare. Rickelius de populis circa *mare*, atque de *insulis*, iuxta vaticinium etiam Esaiæ [a]: Iansonius de hominibus habitantibus in insulis, ad quos nisi per mare, & flumina, non accedatur; immò, & in ipsomet mari, fluminibúsque futuram Christi manum, quia nauigantibus in media nauigatione affuit operatio gratiæ, sicut iis, quos reddidit Paulus *ammaquorees* [b].

a c.41.4.10. c.66.19.

b Act.27.36.

Et ponam in mari manum eius.] Chaldaicè, *& statuam in regionibus maris imperium eius. Manum* sumere videtur Paraphrastes absolutè pro potentia absque comparatione inter sinistram, & dextram, quia nomen *manus* non exprimit, & per *dexteram* robur dexteræ interpretatur. Et quidem, cùm validior, & nobilior sit dextera, tribuendum potiùs ei mare fuisse videtur, quàm flumina. Idcircò Græci, quos antea retuli, per *flumina* intelligebant continentem terram, in qua flumina perfluunt: quam Basilij interpres *Epirum* minus rectè vertit, quasi prouinciæ nomine proprio, cùm ἤπειρος non hanc tantùm significet, sed *terram continentem*, quæ opponitur insulæ. Hoc modo dominium terræ manus, quamuis aqua secundum ordinem elementarem sit maior, bene tribuitur dexteræ. Quamuis Vatablus nulla habita ratione distinctionis sinistræ, & dexteræ, propter maiorem quantitatem aquæ, quàm terræ, & potentia, imperióque in mare, & flumina, velit per argumentum à minori, colligi multo magis in terram. Videtur Apollinarius innuere alium sensum, retinendo vim distinctionis inter manus, quasi sinistra comprehendatur mare, & dextera attollatur ad comprehendendum flumina, quæ cùm tendant descendendo in mare, altiora sunt, quàm illud aliquo modo.

Græcus text.

Aqua secundum ordinem elementarem terra maior.

Χεῖρα μὲν αὐτῷ ἐν θαλάσσῃ, καὶ δεξιὰν αὐτοῦ ἐν ποταμοῖς.
Manum quidem ipsi ponam per in dominium mare,
Et ipsi dextera fluuios super euehet se.

Dominij actus manu apprehendere vel pedem ponere.

Dominij actus est rem apprehendere manu, vel pedem ponere, vnde quidam possessionem deriuant velut pedum positionem (potiùs à posse) vt alibi docuimus [c]. Angelus ex Apocalypsi [d], qui Christum referebat, *vsus est pedem dextrum ponere super mare, sinistrum autem super terram*; vt significetur puniendos eos etiam, qui magis latent, ac remotiores sunt, quos *mare* designat (*& vt mari longe* [e]) & ad quod requiritur maior fortitudo, quæ dextro inest pedi: & maior difficultas belli solet esse in mari, quam in terra: & magis procellosum, ac inquietum est mare: & cùm sit altior aqua, pes dexter commodius in ea ponitur, & in terra similiter. Denique iuxta paræmiam, *longa regum, & manus, & pedes.*

c Iapf 50.10.
d cap.10.2.
e pf.64.6.

Sensus mysticus.

Stagyrita sectemur, præter primo indicatum allegoriam, Hugo tropologicè declarat beneficio Dei fieri, vt manus sinistra debilior sit in mari, hoc est, ad sæcularia opera, quæ constituunt in motu, & amaritudine; dextera fortior in fluminibus, id est, ad spiritualia, in quibus inest dulcedo, & lenis, ac pacificus motus. Vnde apud Esaiam [a] Deus, *Vtinam attendisses mandata mea, fa ta fuisset sicut flumen pax tua.* Transfert hanc ipsam tropologiam Philippus Greueus Parisiensis [b] Cancellarius ad claustrales spirituales dexteram habentes, non in mari sæcularis conuersationis, sed in fluminibus regularis obseruantiæ. Tam mare, quàm flumen alueo continetur, & illud litore quoque coercetur, vt propterea denotet claustralem vitam. Sed sæcularem designat *mare* quia, qui eo vtuntur modo, capiat suauibus aquis sapientiæ, *qui in negotio mare ejusdem se* [c] deiectorum velut Ionas [d] à certo grandi molestarum occupationum, nec *sapientia rectè scribitur*, nisi *in tempore vacuitatis, sed qui minoratur actu, illam percipiet* [e]; & Sapiens ipse *difficilè nouerat viam nauis in mari* [f]. Non nauseat, sed delectatur administratione temporalium, ob assuetudinem, & vsum; quibus illud quadrat [g]; *dulcedo illius vermis*. & [h], *esse sub sentibus delectat putant*; & à contrario [i], *anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo*, quod erat manna: *rebellis est disciplinæ, nec recipit eam* [k], sicut mare litori resistit, vbi *confringere* cogitur *tumentes fluctus* [l]. At verò spiritualis tranquillus est à tempestate marina, *abscondens se à vento, & celans se ab illa* [m]: arctam viam tenet, angustamque [n]: rapidus est, ac velox in cursu suo, atque tanquam *stella in hoc manens, & in ordine suo, pugnat aduersus Sisaram* [o], hoc est, diabolum, mundum, carnem: calcabilem se præbet, & subiectum aliis, vt mari flumen ascendenti, *cum omnibus pacem habens, non se defendens, dans locum iræ* [p]: admittit quasi constructionem pontis, *humerum subiiciens, & portans disciplinam, & non recedens in vinculis eius* [q]; obediens pontifici, quem à ponte faciendo dictum volunt (melius à posse) & cuiùs prælato: non descendit ad mare, nisi curru confirmato, quia non euehitur, aut potiùs descendit ad regendi munus, donec fuerit perfectus. Hæc transcripta, paucis mutatis, ex Græco.

a c.48.18.

b ser.189.

c Eccl.38.25.

d Ionæ 1.1.

e Prou 30.19.

f Prou 30.19.

g Iob 24.20 & cap.10.7. & Num.11.5.

h Num.11.5.

i Num.21.5.

k Iere 7.28.

l Iob 38.11.

m Hos 12.2.

n Matt.7.13.

o Iudic.5.20.

p Rom.12.19.

q Eccl.6.28. Pontifex ty-mologice.

Vers. 27.] Ipse inuocabit me, Pater meus es tu, Deus meus, & susceptor salutis meæ.

Vers. 28.] Et ego primogenitum ponam illum, excelsum præ regibus terræ.

Vers. 29.] In æternum seruabo illi misericordiam meam, & testamentum meum fidele ipsi.

Vers. 30.] Et ponam in sæculum sæculi semen eius, & thronum eius sicut dies cœli.

Versus loci.

DEincep: quidem de Christo magis perspicuè videtur sermo esse, credúntque aliqui non nisi de illo intelligi hunc locum totum posse; nihilominus potest de Dauid etiam typo Christi exponi, & ita facere confert ad veritatem melius de Christo percipiendam. Addit hoc igitur loco Deus ad priora promissa, fore in Davide fiduciam tantam, vt Deum inuocando audeat familiariter suum patrem appellare, suum Deum, suæ defensorem salutis: se autem ipsum vicissim adeò benevolè, ac paternè tractaturum illum, vt inter plures alios filios tum suos per adoptionem, tum patris naturalis Isai, primogenitum constituat, licèt natu minimus esset, conferendo ei munus primogenituræ, immò & principatum inter omnes fratres, supráque populum totum, & superiorem efficiendo cunctis regibus terræ: hinc verò liberalèm, beneficámque misericordiam aduersus illum semper conseruaturum, & quod semel promisit, fideliter impleturum: factarum præterea, vt in æuum propagetur posteritas illius, & sit solium eius tam diuturnum, quàm erunt dies cœli.

Hoc, inquam, sensu aliquo modo Dauidi conuenit locus iste, cum semen, & regnum diu stetit; quod autem diu stat, interdum dicitur durare in æternum, aut in sæculum sæculi: qui etiam dicendi modi vsurpatur de duratione huius mundi, quæ tandem tamen finietur: & huiusmodi promissio de adeò longa duratione, sicut & aliæ similes, inuoluunt conditionem, nisi ster per eos, quibus fit, teleque per sua peccata indignos illa reddant: denique compleri tales promissiones censentur, si non in se, in suo figurato, & significato, quemadmodum lex, ac testamentum vetus, vt annexa legitur similis promissio, in lege, ac testamento nouo complementum accepit. Ad hoc attendentes nostri, & ad magis exactam proprietatem verborum, sententiæque, serè de solo Christo declarant, & Iudæos vehementer hoc testimonio premunt. Nam nusquam, inquiunt, legitur, quòd patrem suum Deum Dauid appellauerit, quod passim Christus [a] fecit, nominans Deum, quatenus homo erat, Patrem, prout etiam Deus eidem consubstantialis: Paulus eundem vocat *primogenitum omnis creaturæ* [b], *& in multis fratribus* [c], & absolutè [d]: Dauid omnibus regibus sublimior non fuit, qui vix tantùm imperauit prouinciæ: Christo vt homini, atque pro aliis, quorum caput erat, & mediator, & pro quibus Patrem rogauit Deus, misericordiam seruauit semper, seruabitque: testamentum, ac promissio facta Dauidi, in Christo, qui de semine ipsius fuit, fideliter seruata est: semen verbi diuini disseminatum à Christo, & populus fidelium perseuerat in sæculum sæculi: thronus, & regnum eius, quod est Ecclesia, vsque ad consummationem sæculi, cùm in lechonia, & Sedechia in captiuitatem Babylonicam abductis finem habuerit regnum Dauid post quadringentos circiter annos: post captiuitatem verò Zorobabel non rex, sed dux fuerit. Ratiocinatur ad hunc Euthymius modum, qui magno iudicio, breuitate, perspicuitate, Græcorum solet sententias colligere, quamuis eorum nomina reticendo. Ipsum affectatur Nicephorus abbreuiator, Basilius, aut Theodoretus id antea tradiderant, negando, quæ hic habentur sub Davide, vel Salomone effectum sortita esse: ac idcirco cæcos Iudæos affirmando, quòd eum, qui ex Dauide secundum carnem ortus est, adorare nolint, qui & terræ, & maris habet imperium, &c. & aut promissionem Dei mendacem vocare cogantur, aut hanc de Christo accipere. Veniunt eodem argumento, præter Euangelistas, etiam alij, vt Cyrillus Ierosolymitanus [e], qui hoc vtrisque obiicienti non dubitat Christum super igneam sedem *Dauidis, quod nec Scribæ, & Pharisæi super cathedram Moysi*, vt Christus [f] tamen dixit, vt licet ita doctrinæ potestatem significet, sic illa regiam dignitatem, nimirum spiritualiter sumptam. Affirmat etiam hæc ad hominem referre πάντα ἀνθρωπίνως ἀπὸ τῆς ὑπερβολῆς τῆς ἀγνοίας, *omni ignorantiæ plenum, ac mixtum esse.* Pro opus [g] idem facit, ostendens ipso vocabulo *Dauid*, sicut & *Iudæ* [h] appellari Christum in scripturis. Eusebius [i] acrius instat, quia Salomon regnauit annis duntaxat quadraginta qui successerunt, non totis quingentis. Et quamuis quis concederet vsque ad Iudaicæ gentis obtritionem, qua Romani illos expugnauerunt, nihil hoc esse ad æternitatem regni, quæ hoc loco prædicitur: tantis obstrictum criminibus Salomonem autorum non fuisse appellare nomine patris sui Deum, nec Deum nominare primogeniti sui illum. Cyprianus inter testimonia contra Iudæos [k], vt conuincat Christum esse primogenitum Dei, profert istud ex præsenti psalmo. Damascenus [l] Deum docet inuocatum à Christo salutisque susceptorem appellatum, & primogenitum, vt homo erat, ab eodem nominatum, Patrem vt est eius Filius, quique ante sæcula, atque ante omnem essentiam, à Patre effluxerit. Augustinus in opere de ciuitate Dei [m] per multa capita vim facit magnam in his, quæ hic, & sequentibus versibus dicuntur, vt demonstret ad Christum pertinere. De eodem Christo explicant Ambrosius [n], & Hieronymus [o]; Galatinus [p] verò etiam citat Rabinos hunc totum locum interpretantes de Christo.

Ipse inuocabit me.] Legunt multi minùs correctè, *inuocauit.* Vertit potuit absque compositione, *vocabit me*, si. ut ab Apollinario κεκλήσεται. Sæpius קרא *kara* reddit Interpres, *inuocare*, vt orationem importat. Solus pro nobis Christus dignè potuit. Patrem suum inuocare, vt demonstrat Gregorius [q].

Pater meus es tu.] Sic à Christo vocatum Patrem antea dixi, & vicissim ipse illum ita nominauit [r]. Non legitur quidem diserte, quòd patrem appellauerit suum Deum Dauid; tamen cùm affirmarit *patrem esse orphanorum* [s]: ac Deus *gentium* dicatur *populum* [t], quem & *filium* nominauit [u]; & peculiariter promiserit se Salomoni *fore in Patrem, & illum ipsi in filium* [x], non video quid obsit asserere, quod negare Græci videantur, ita de Deo nonnunquam Dauidem locutum, & alios etiam. Ecclesiastici auctor erat nominando *Dominum patrem, & Deum vitæ suæ* [y]. Et is, qui Sapientiæ librum [z] scripsit, *tua*, inquit, *Pater prouidentia cuncta gubernat* [a], &, *tanquam Pater monens probat*: refert etiam [b] iusto hanc obiectam veluti criminationem, quòd *gloriaretur patrem se habere Deum*; vnde innuitur sic de Deo loqui solitum iustum. Procul dubio licet Deus pro sua benignitate illo modo loqueretur, non audebat populus ille aeo sæpe, ac liberè patrem vicissim compellare. Differebatur id in tempus gratiæ, in quo, quia *reddit Spiritus testimonium spiritui nostro, quod sumus Dei filii* [c], facitque intus vt *clamemus Abba, Pater* [d]; & ita orare Christus docuit [e], præceptis salutaribus moniti, & diuina institutione formati audemus di-

a Catech.7.§ 11.

b Matth.23.7.

c in Gen.c.49.

d C.en.49.B. e de demôst. c.3.

f lib.2.c.1.

g orat.de trâsfig.

h lib.17.ca.9. 10. 11. 12.

i in psal.17. edit. Rom. k in Bibl. c.51. l lib.3. ca.15.

m 21. Mor. c.1.

n Matth.3.17.

o ps.67.6. p Deut.32.6. q Hom.2.in Ezech. r 1.Par.29.10. Esa.63.16. Malach.1.6. s 2.Reg.7.14.

t c.21.1. u c.14.3.

x c.2.16.

y Rom.8.15. z Sap.14.3. a Matth.6.9.

b Coloss.1.25. c Rom.8.15. d Hebr.2.6.

Deum nusquam legitur Dauid appellasse patrem.

a Matt.11.25. 26.27. capitib. 11. & 16.17.27. cap.18.10.19. 35. c.20.23. c. 26.29.42.53. Luc.23.34.46. c.24.49. Ioan. 3.16. c.5.36. c. 4.21.23. cap. 17.1.5.11.20.21. & seq. & ca 6. & 8. & 10. & sæpe c. 11. & 12. sæpe c.13.1.2. ca. 14. & 15 & 16. & 17. sæpe c. 18. 11. cap. 19.21.

b Coloss.1.15. c Rom. 8. 29. d Hebr.1.6.

cere *Pater noster*. Sed vt nuper cum nonnullis Patribus ratiocinabar, non esset filiatio per adoptionem, nisi esset per naturam, & nobis concederetur appellare Deum Patrem, aut Athanasius [a], quia filius eius genuinus habitauit in nobis istam filiationem naturalem, & omnino absolutam indicari volunt hoc loco, qui eum de Christo, prout Deus erat interpretantur; & verè negant scripturæ locum extare, in quo perspicuè memoretur appellatus Deus pater à Dauide. Nam ex eo, quod psalmo 2. [b] ait, etiam explicando loqui de seipso: *Dominus dixit ad me, filius meus es tu*; non sequitur quòd appellauerit illum quoque patrem; multo minùs ex eo quòd se vocauerit *filium ancillæ* Dei [c], quod est nihilominus Aiguani argumentum. Argumentatur Rickelius, quoniam Eliu præsumptuosus, vt ipse illum vocat, Deo dixerit, *Pater mi* [d]. Liceret potiore ratione argumentari ex Bithynis, quos refert Arrianus [e], in montium cacuminibus Iouem Pappam salutasse; præterea ex Scythis, quos Herodotus [f] prodit Pappæum cognominasse; tandem ex cunctis Gentibus, quæ primum deorum, patrem appellitabant, & ab his Iupiter quasi humanus pater dicebatur. Dicere fortassis voluit Deus effecturum se singulari sua, & paterna benevolentia, atque prouidentia erga Dauidem, & populum, quem ipsius committebat curæ, vt merito possent id cognoscere, & prædicare, ac Deo ipsi gratias agere, & siqua se occasio cum precandi offerret, magna fiducia esse, atque suaue illud etiam patris nomen vsurpare. Treuerus hoc innuit: Caietanus, quòd vocare potuerit Deum patrem propter alia beneficia, tum quia regnum acceperat veluti filius adoptatus, non ex successione regiæ originis: Deum autem, quem accepit ipsum esse susceptorem, seu fortitudinem salutis, quia saluatus est, ac liberatus à multis periculis. De filiatione per gratiam adoptionis, actum satis alias.

Deus meus.] Interpretando de Christo, sic loquitur, & inuocat respectu alterius. Cùm enim nemo, vt scribit Cyrillus [g] Alexandrinus, dicatur sui ipsius Deus, & vt dicatur, sitque aliquis Deus, vel Dominus alicuius, requiratur suppositorum pluralitas, vt Aquinas [h] docet, non sic oportet de altero illum eo modo locutum: quod fecit tum in ipsa cruce, quasi se conquerens *derelictum* [i], tum post resurrectionem, admonens *ascensurum se ad Patrem suum, nostrumque, & ad Deum suum & nostrum* [k]: etsi cautè non sic ita comprehendit nobiscum, vt diceret Patrem nostrum, & Deum nostrum, sed meum, & vestrum; quia diuerso modo poterat suum Deum, Patrémque, quàm nos nostrum appellare, vt Ambrosius [l] notat; & patrem quidem etiam vt homo, quia nullum, vt talis, habuit hominem. Quamuis autem vt plurimùm cum legitur Christus Deum suum vocare, soleat intelligi secundùm humanitatem sic loqui, qui rectè distinguere nosset, posset asserere id quoque verum esse secundùm diuinitatem, quatenus dicere, Deus meus, nihil aliud est, quàm quòd ipse, qui est Deus, sit Deus de Deo, vt habetur in symbolo Niceno, & accepit deitatem ab alio, qui est Deus, & Pater ipsius. Quo item pacto idem Christus dicebat *suam doctrinam non esse suam* [m], & simul tamen, quòd *omnia quæ Patris sunt, sua etiam erant*, & vicissim *quæ sua* [n], *illius*. Igitur Aiguani ratio vera non est, vt oppositum probet, nimirum quòd vocare aliquem Deum suum denotet, vt ipse loquitur, maioritatem illius supra seipsum. Aliquando quidem, iam addituri, quod apertè restringat formulam istam ad humanitatem, vt *Deus* [o] *meus, Deus meus vt quid dereliquisti me?* Et hoc loco fortassis ad sequentia respectum habuerunt (*& susceptor salutis meæ*) qui illa (*Deus meus*) ratione humanitatis interpretati sunt.

Et susceptor salutis meæ.] Hieronymus, *fortitudo*. Alij, *rupes*, vel, *petra*, id est, firma, stabilis, inconcussa salus mea, insuperabile auxilium meum. Est צור *tsur petra, rupes, locus munitus, arx munitio*, vnum quoque de nominibus Dei, quod sæpius antea occurrit: *Fortitudo, susceptor, protector, auxiliator*. Pro *salute* Paraphrastes *redemptionem* posuit, vt & aliàs sæpe. Intelligitur Christus vt homo loqui de sua resurrectione, & ascensione, sicut etiam psalmo 3. [b] *tu autem Domine susceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum*. Sed non fecerim cum Hugone vim in *suscipiendo* Latino verbo, quasi furtum capere sit. Nec etiam susceptorem vocat Christus Deum, perinde ac si dicat [c], *omnia mea abs te sunt*, vt Rickelius voluit: hoc enim potiùs indicat Christum susceptorem, id est, qui susceperit, atque receperit. Præterea susceptorem non arbitror dicere, vt Hamont placet, quia suæ humanitati Verbum vniuerit, & per hoc extiterit causa salutis suæ, nempe immunitatis à peccato, resurrectionis, ac totius iustitiæ. Accommodatitiè simul, ac tropologicè idem Hugo docet officium sacerdotum, ac prælatorum propriè esse inuocare, vt etiam est apud Ioëlem [d], & Paulum [e]: sed vt id rectè præstent debere posse Patrem vocare Deum, quod peculiariter possunt pacifici, quos Christus dixit vocandos filios Dei: cultores Dei, Deum suum vocare: flagellatos susceptorem, quoniam *flagellat Deus omnem filium, quem recipit* [f]: atque in hoc esse salutem animæ, videlicet, vt ait Sapiens [g], *in sanctitate iustitiæ*.

Et ego primogenitum ponam illum.] Hieronymus pro (&) reddit (*autem*) quemadmodùm antea versu 25. Paraphrastes (*sed*) לחוד *lechod*. Hebraicè אף *aph* significat *etiam*. Explicuit idem Paraphrastes, *sed ego primogenitum regum domus Israël ponam eum*. Fuit Dauid primus rex ex ea domo, siue tribu: & vt priùs dixi, ex fratribus minimus, prælatus est, ac veluti primogenituræ ius obtinuit: & primogenitorum est succedere in regno. Posset etiam cum Treuero explicari de populo, quem Deus appellauit *filium primogenitum* [h], atque vt talem potioribus donis, muneribusque tractauit. Sed melius omnia literali sensu exponuntur de Dauide, quia videtur sermo esse tanquam de vna persona, & postea Dauid ipse nominatus, initúmque cum illo pactum. De Salomone quoque interpretantur nonnulli, qui positus fuerit primogenitus, non natus, id est, tanquam primogenitus, cum non esset primogenitus, in regno successerit. Christus *primogenitus* Mariæ vocatur [i], & *omnis creaturæ* [k], & *mortuorum* [l], seu *ex mortuis* [m], atque *in multis fratribus* [n], & *Dei* [o]: vltimo autem modo, vel secundùm naturam humanam, vel secundùm diuinam; Mariæ vt homo: & Dei primogenitus quatenus Deus, ita est Christus, vt sit vnigenitus absque comparatione ad alios posteriores. Vnicus Deo naturalis, & consubstantialis esse filius potest: Maria plures non habuit, quia Virgo concepit, Virgo peperit, Virgo post partum permansit: & primogenitus præterea filius eius Christus erat, quatenus ante eum nemo alius genitus

a ep. pro decret. conc. Nicæn.

b vers. 7.

c ps. 85. 16. ps. 115. 16.

d Iob 34. 36.

e in Bithyniacis.

f in Melpomene.

g epist. 10.

h 3. p. q. 30. a. 1. ad 1.

i Matt. 27. 46.

k Ioan. 20. 17.

l 3. de virginibus.

m Ioan. 7. 16.

n cap. 17. 10.

Ali cum ratione improbata.

a Matt. 27. 46. ps. 21. 2.

b vers. 4.

c Ioan. 17. 10.

d cap. 2. 17.
e Hebr. 5. 7. & seq.

f Hebr. 12. 6.
g Eccl. 30. 25.

h Exod. 4. 22.

i Matt. 1. 25.
k Colos. 1. 15.
l Apocal. 1. 5.
m Ioan. 7. 16.
n Rom. 8. 29.
o Hebr. 1. 6. Eccles. 4. 15.

ex illa. Cyrillus Alexãdrinus [a] ait, quòd vnum, & tolum peperit Maria filium suum primogenitum, cùm non peperierit secundum post illum, sed permanierit Virgo. At, quod subdit, nominatum primogenitum, quia societatem naturæ habuit nobiscum, & fratres, non sufficit: quia respectu Mariæ sic vocatur. Epiphanius [b], vt declinet argumentum negantium Mariam fuisse Virginem post partum, propterea quòd *peperisse* scribatur *filium suum primogenitum* [c], quia vbi non est secundogenitus, nec primogenitus potest esse, negat appellari primogenitum Mariæ, sed Dei, quoniam Euangelistæ non dicunt, quòd peperit filium primogenitum suum, sed filium suum primogenitum, id est, filium quidem suum, sed qui esset primogenitus Dei. Hebraicè scripsit Matthæus, neque Græcè discrimen illud constitit. Melùs respondit Hieronymus Heluidio, primogenitum dici Mariam peperisse, vt etiam ex Cyrillo proximè diximus, quòd antea nullum genuerit, non quòd alium post ipsum, & hunc esse Scripturæ vsum, vt vnigeniti dicantur etiam primogeniti. Erat populus *primogenitus Dei* [d], cùm alium non haberet, qui appellari posset filius, id est, cultor Dei: *primogenita pereussa in Ægypto* [e] comprehendebant quoque vnigenita, ex quibus nonnulla fuisse ambigi nequit: quæ *offerebantur etiam Deo*, secundum legem [f], *non ita erant omnia* primogenita, vt haberent post se alia genita: *dolor* item *in morte primogeniti* [g] maior est si sit idem vnigenitus. denique Christus vt Deus appellatur, vt etiam dixi, *primogenitus* [h], quem constat vnigenitum esse hoc modo; & ita expressè sentit Oecumenius in commentario epistolæ ad Hebræos [i]: quamuis eum alij locum de Christo homine interpretentur. Alter certè ex Ecclesiastico [k] locus clarior videtur, in quo sub nomine *Sapientiæ* Christus appellatur *primogenitus ante omnem creaturam*. Hoc autem loco Cassiodorus primogenitum vocari vult, quia est *alpha & omega, nouissimus, & primus*: initium, & finis: princeps, & origo Dauid. Voluerunt Euangelistæ *primogeniti* nomine exprimere, quòd non solum Virgo conceperat, sed Virgo quoque pepererat eum, qui quam solus in conceptione clausam vulvam reseruerat, solus in natiuitate aperuerit, id est, ita verè natus esset, ac si aperuisset: qui reuera non aperuit, sed ea clausa prodiit. Hæc ipsa præterea loquendi ratio innuebat ex nascendi etiam ordine intelligi eum, qui nascebatur, sanctum, ac dicatum Domino esse, qui præceperat sibi *sanctã, dicatáque esse primogenita* [l]. Plures hoc loco sumunt *primogenitus* nomen de Christo secundùm naturam humanam, & cum habitudine ad alios, ad eum modum, quo Paulum retulimus vocasse *primogenitum creaturæ, in fratribus, ex mortuis*, quia erat eximius, præcipuus, maximè electus, caput omniũ fidelium, & primus resurrexit ad immortalitatem. Ad hoc nõ est necessaria differentia inter vnigenitum, & primogenitum, quam Basilius, vel Theodoretus affert, vt ex dictis liquet: sita vt vnigenitus respectu Dei primogenitus dicatur creaturarum respectu. Placet magis *ponendo* verbo id indicari, vt notauit Agellius, quia secundùm naturam diuinam non est positus Christus, sed per comparationem ad alios, qui non natura, sed *thesi*, positionéque sunt filij, & hoc ipsum consequuntur *thesi positione*, propter respectu meriti illius, qui mediator est inter ipsos, & Deum. Verum quia mediatoris ratio requirit vt sit idem simul Deus, & homo, primogenitum poni Christum est, naturæ humanæ ipsius diuinam Filij vnigeniti naturam coniungi: & eundem Christum posse inuocare Deum patrem suum, non tantùm vt est vnigenitus consubstantialis, sed etiam vt homo, & primogenitus, propter gratiam vnionis, quia vnicam habet filiationem, cùm ex patre homine nõ sit natus, ob quam etiam vt homo filius est Dei, quo modo nullus alius, quantumuis iustus, & per adoptionem filius Dei, & frater Christi. Quare aduersus Iudæos probabiliter argumentatur Cassiodorus, valétque ratio magis contra nonnullos Hæreticos, hinc elici, credere non debere Filium, qui Patrem inuocet, & Patrem, qui appellet Filium, videlicet distinctas, & consubstantiales personas. Sed nec primogenituræ dignitas illa, vt primatum, & gratiam capitis denotat, data esset Christo homini, seu naturæ humanæ ipsius, nisi cum hac natura coniuncta fuisset diuina, idémque fuisset Deus, qui homo. Denique positus est primogenitus, quatenus declaratus est filius Dei esse is, qui homo erat, & sic *obtinuit nomen super omne nomen* [a], vt innuit Arnobius. Hanc reciprocationem expressit quoque de typico Salomone Deus [b], *ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium*, quod etiam erat de Christo Paulus. Moraliter *primogenitum ponit* Deus in hoc mundo, inquit Hugo, quem sanctificat sibi, & cui reseruat hæreditatem futuræ vitæ, non dat *portionem substantiæ*, quam exegit filius prodigus [c]. *Primogenitus Ægypti occiditur* [d], id est, peccator: *Israelita redimitur* [e], hoc est, pœnitens: *Leuita sanctificatur* [f], nempe innocẽs.

Excelsum præ regibus terræ.] Hieronymus omissa præpositione *regibus terræ*, quo pacto etiam Aquilam trãstulisse testis Basilius, vel Theodoretus, qui etiam ὕψιστον vocauit, hoc est, *altissimum*: & Cyprianus [g] legit, *altissimum apud reges terræ*. Hebraicè non est præpositio, sed litera seruiens casui לְמַלְכֵי *lemalche*. Chaldæi, כָּל מַלְכֵי *bhol chol malchie super omnes reges*. In psalterio vetere, & apud Augustinum [h], *apud reges*; quam vim posset habere phrasis Græca huius loci παρὰ τοῖς βασιλεῦσι; quod Apollinarius cum præpositione μετὰ in dativo quoque declarat. Significat hoc pacto μετὰ *inter*, & idem valet esse inter reges, apud vel reges excelsum, quod præ illis: & illis, quod apud, ac inter illos, & eorum siue confessione, siue comparatione. Dauidi, & Salomoni aliquo modo, sed maximè Christo id conuenit, vt dixi. Huc alludit fortassis illa Ecclesiæ antiphona in primis vesperis Natiuitatis Domini; *magnificatus est rex pacificus super omnes reges vniuersæ terræ*; aut simul ad alia scripta de Salomone, qui typus erat Christi [i]; *magnificatus est Salomon super omnes reges terræ diuitiis, & gloria, omnesq; reges terrarum desiderabant videre faciem Salomonis, vt audirent sapientiam, quam dederat Deus in corde eius, & deferebat ei munera*, &c. Notat verò Agellius quod nomen *excelsi, & altissimi*, & Hebræum עֶלְיוֹן *bhelion* nunquam reperiatur in scriptura communicatum vlli homini, vel angelo, sed soli Deo. Inter propria nomina Dei decem hoc numerat Hieronymus [k]: & idcirco vrget dictus auctor Iudæos, non posse accipi locum istum de Salomone; sed quòd Christus Deus posturus esset עֶלְיוֹן *bhelion*, qua facturus erat vt idem esset Deus & homo: quam Paulus [l] *exaltationem* vocat cum collatione *nominis super omne nomen*. Argumẽti minuitur vis, non tolum quòd alia nonnulla dicendo eam illis Dei nominibus communicantur hominibus aliquando, vt sæpenumero

a Ie resta hic.

b hær. 78.

c Mat. 1. 25. Luc. 2. 7.

Vnigenitus & primogenitus in diuersis respectibus

d Exo. 4. 22.

e c. 12. 29.

f c. 13. 2. c. 22. 29.

g Zach. 12. 10.

h Hebr. 1. 6. Eccl. 24. 5.

i in c. 1.

k c. 24. 5.

l Exo. 13. 2.

a Philip 2. 9.

b 2 Reg. 7. 14.

c Luc. 15. 12.

d Exo. 12. 5 c. 13. 12. 29.

e Exo. 13. 15.

f Num 3. 12. 40.

g lib. 2. c. 1.

h hic, & in de ciuit. c. 9.

Allusio loci in antiphona Natiuitatis.

i 2. paral. 9. 22. 23. 24. 1. Reg. 10. 23. 24. 25.

k epist. 136.

l Philip. 2.

vidimus

vidimus, sed quia Iudæorum gentem promisit Deus *sublaturum se cunctis gentibus excelsiorem*[a]; Hebraicè isto ipso nomine עליון *hhelion*, de quo agimus, de vna quidem aliqua particulari persona dictum non reperio. Sed si de integra gente dicitur, quid obstat de singulis dici? si *filij excelsi* dici omnes possunt[b], cur non ipsi etiam excelsi? Maiorem vim habet cõparatio cum regibus terræ; maiórque adhuc esset, si pro מַלְכֵי *malche* legeremus מַלְאָכֵי *malache*, quod posterius vocabulum significat *Angelos*. Sed hoc mihi non permitto, quod sibi idem Agellius: &, si de angelis loqui Dauid voluisset, sicut alibi paulo minùs ab iis minoratum canens Christum, videlicet secundùm conditionem humanæ naturæ, illos non restrinxerat ad Angelos terræ, qui nempe terram, & orbem administrant, ita nec hic restringere debuisset. Ad regum regem Christum venerabundi accurrerunt reges *Magi*[c], *regem facere* Iudæi voluerunt[d]: regiè in Ierusalem exceptus est, *réxque* salutatus *veniens in nomine Domini*[e], & *rex Israël*[f]: postea euangelio prædicato cuncti tandem reges terræ excelsiorem se illum crediderunt. Martyres nostri, ait Augustinus, quorum natalitia celebramus, sanguinem suum propter hæc credita, & nondum visa fuderunt. Quanto fortiores nos esse debemus, videndo per quod illi crediderunt? Excelsum enim apud reges terræ illi nondum viderant Christum, adhuc *principes conueniebant in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius* g. Nondum impletum erat quod in psalmo sequitur h: *& nunc reges intelligite, erudimini omnes, qui iudicatis terram.* Iam ergo factus est Christus excelsus apud reges terræ Hucusque ille. De Christo eodẽ vaticinatus est Esaias i: *Ecce intelliget seruus meus; exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valde*, &c.k *Ille asperget gentes multas* (sanguine suo, aqua baptismi, doctrina) *& super ipsum continebunt reges os suum*, qui priùs contra religionem Christianam leges sæuissimas promulgabant, vt ait Augustinus l, ita vt ne hiscere quidem audeant de sua potestate in conspectu eius. Rursus scribit idem Propheta m, *ædificabunt filij peregrinorum muros tuos. & reges eorum ministrabunt tibi.* Excelsus Christus est præ omnibus fidelibus, qui dici *reges* possunt n, quia *regalis* o *legis* est auctor, & ea gratia, vt Augustinus p docet, fit ab initio fidei suæ homo quicumque Christianus, qua gratia homo ille ab initio factus est Christus: de ipso spiritu hic renatus, de quo ille natus: eodem spiritu fit nobis remissio peccatorum, quo factum est, vt nullum haberet ille peccatum. Denique *vnctus à Deo est rex præ participibus* q *suis*, regia dignitate per eiusdem merita honoratis.

In æternum seruabo illi misericordiam meam.] Hieronymus *custodiam*. Docui quo pacto conuenire possit Dauidi, & Salomoni custodia ista, conseruatio, adimpletio misericordiæ, benignitatis, fauoris Dei in æternum: nam & verbis Dei Nathan dixit Dauidi r, *stabilitam thronum regni eius vsque in sempiternum*, sine dubio maximè propriè huiusmodi pollicitatio accipitur de Christo, quem Dauid, ac Salomon cum regno suo præfigurabant. Misericordiam, qua *Verbum caro factum est*, in æternum seruat Deus, quia quod semel Verbum assumpsit, non dimittet: misericordiam item, qua largitur peccatorum remissionem, & munera gratiæ, quia sunt ἀμεταμέλητα *sine pœnitentia* s, & nisi per nos ster, durant semper, ac perducunt in vitam æternam. præterea illam, qua pœnitentes expectat, & omnibus offert gratiam, quamdiu degunt in hac via, & vita. Dicitur verò huiusmodi misericordia seruari Christo, quia confertur aliis propter illum. Iubemur *esse misericordes sicut & Pater noster misericors est* a, nempe in æternum, & semper, *ne sit misericordia nostra quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens* b, id est, breuis, ac temporanea.

Et testamentum meum fidele ipsi.] Hieronymus, *& pactum meum fidele erit ei.* Quid testamentum sit, διαθήκη, ברית *berith*, dictum aliàs. Hoc testamentum fidele sunt, quas Esaias c vocat *misericordias Dauid fideles*, aliter d, *sancta Dauid fidelia*. Ieremias e Deo dixit, *multa est fides tua*: & Samuël, de eodem, quòd *triumphator in Israël pœnitudine non flectitur, nec agit pœnitentiam vt homo* f: & iterum noster vates g, *fidelis Deus in omnibus verbis suis* h; *fidelis est, & absque vlla iniquitate.* Emphasim habet pronomen, si referatur ad Christum, quoniam in gratiam Christi collata sunt nobis omnia munera gratiæ. Dixit Christus necessarium fuisse, *vt implerentur Scripturæ*, quæ de ipso erant i: & Paulus k ait, *debuisse Christum per omnia fratribus similari* (per Incarnationem, quam idem vocat *apprehensionem seminis Abrahæ* l) *vt misericors fieret, & fidelis pontifex ad Deum, vt repropitiaret delicta populi.* Vbi misericordiæ, atque fidelitatis mentio fit, sicut hoc loco. Fideli Deo fideles nos oportet esse, ac *fidelia eius mandata* m fideliter custodire, & *fidem* ei *seruare* n.

Et ponam in sæculum sæculi semen eius.] Hieronymus, *in perpetuum*; quod refert Euthymius de Symmacho, Chaldaicè *filios eius*. In psalterio Romano, quod recitat Faber, *sedem eius*: quia in illo, quo vtitur basilica S. Petri est (*semen eius*) & ita legit Arnobius. Sed videtur error in ea lectione, quia semen tantùm significat זֶרַע *zerahh*, & σπέρμα. Semen autem vel significat Christum ipsum ex semine Dauid, qui *manet in æternum* o; vel filios, & prolem spiritualem seu Ecclesiam, quæ perduret etiam semper. Vtrumque sensum habet locus Esaiæ p, *si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum*, id est, Christus posteros suos fideles: aut legendo cum LXX. *si dederitis pro peccato, anima vestra videbit semen longæuum*, id est, si voluerit is agere pœnitentiam, vt ibi exponit Hieronymus, & pro peccatis vestris offerre *sacrificium placens Deo, spiritum contribulatum* q, videbit anima vestra semen longi temporis, ipsum Dominum Saluatorem. Ita verò etiam ibidem explicat hunc nostrum locum de Christo. Quòd sit Christus de semine Dauid, efficitur ex hoc loco: sed quo modo probetur ex genealogia, quam contexit Matthæus vsque ad Ioseph, disputat hic Aiguanus. Lege Enarratores Matthæi. Colligitur verò hinc etiam Ecclesiam visibilem non posse deficere, etiamsi sint in ea boni, & mali, vt postea dicetur. *Multiplicabitur*, ait idem Propheta r, *eius imperium, & pacis non erit finis, super solium Dauid, & super regnum eius sedebit, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio, & iustitia à modò, & vsque in sempiternum.* Iudæis obiicientibus Dominum nostrum non fuisse verum Messiam, quòd filios non procrearit, nec semen post se reliquerit, respondet Galatinus t ex R. Akiba, discipulos dici semen eius, à quo docentur: & ex Bereschit rabba, illos, qui sunt alteri similes: & quòd filij Hillel vocati sunt discipuli ipsius: & qui ab alio nutriuntur, aut

a Deut.26.19.
b ps.81.6.
c Matt.2.2.
d Ioan.6.15.
e Luc.19.38.
f Ioan.12.13.
g ps.2.2.
h vers.10.
i c.52.13.
k vers.15.
l 1.de conf. euang.c.31.
m c.60.10.
n 1.Pet.2.9. Apoc.5.10.
o Iacobi 1.8.
p de prædest. sanct.c.15.
q ps.44.8.
r 2.Reg.7.13.
s Rom.11.29.
a Luce 6.36.
b Osea 6.4.
c c.55.3.
d Actuum 13. 34.
e Thren.3.23.
f 1.Reg.15.29.
g Ps.144.13.
h Deut. 32.4.
i Matt.26.54. Lucæ 24.27.
k Hebr.2.17.
l vers.16.
m ps.110. 8.
n 2.Timot.4.
o Ioan.12.24.
p c.53.10.
q ps.50 19.
r c 9.7.
s lib.5.c.33.

educantur, & instituuntur: postremò decuisse, vt quemadmodum Christus non descendit de semine corporali, sic haberet semen non corporale, sed spirituale. Tropologicè *semen ponitur in saeculum saeculi*, cùm quis operatur fructum in vitam æternam: ita vt *pietates eius non desint: & cum tali semine ipsorum perseueret bona hæreditas* [a].

a Eccl.44. 11.

Et thronum eius sicut dies cæli.] Chaldaicè, *iuxta dies, quibus steterint cœli*, vel, *sicut dies firmitatis cœlorum.* Legit Ambrosius [b] *sedem.* Postea ponitur similis comparatio cum sole, lunáque, sicut & in psalmo 71. quia res hæ semper duraturæ censentur, nec vulgus alias nouit magis perpetuas. Vnde Apollinarius,

b in pſ. 117.

Καὶ ὁ θρόνος αὐτοῦ ὡς ἡμέραι τοῦ οὐρανοῦ.

Et thronus eius sicut dies cæli.

Distinctio dierum, & temporum.

Distinctio inter dies terræ, & cœli, quam ponit Augustinus, mystica potiùs est, vt nempe terræ sint, qui succedentibus vrgentur, & præcedentes excluduntur: cœli semper præsentes, quemadmodum, *& anni non deficientes eius, qui semper idem est* [c]. Nam *ordinatione Dei perseuerans dies* [d], cœli dies est: nec in cœlo propriè dies est, quidquid Caietanus dicere videatur, eo quòd ibi non sit vmbra terræ. *Dies* dici possunt *cœli* figuratè pro duratione perpetua cœlorum, perinde ac si fingeremus distinctionem dierum ex cursu, motúque cœlorum, cùm tamen motus post iudicium nullus futurus sit. Ambrosius [e] mystico etiam sensu *diem cœli*, quasi legisset hic in singulari, cùm sit plurali numero יְמִים *iamim*, & ἡμέραι, explicat Christum esse, & illum, de quo habetur in alio psalmo [f], *dies diei eructat verbum* quoniam ipse est, inquit, dies Filius, cui Pater dies, diuinitatis suæ eructat arcanum; ipse dies, de quo ait Propheta [g], *& ambulemus in lumine Domini*: & sicut diem cœli nox omnino non sequitur, ita & Christi iustitiam peccatorum tenebræ non sequuntur: semper enim dies cœli splendet, lucet, & fulget, neque aliqua potest obscuritate concludi: ita & lumen Christi semper micat, radiat, coruscat, nec aliqua potest delictorum caligine comprehendi. Vult idem Pater de Christo intelligi diem quam canit [h] Dauid *factum a Domino*, & illam, quam *præcedente nocte* Apostolus [i] *appropinquasse* scribit, ita vt deinceps non sequatur nox.

c pſ.101. 28.
d pſ.118. 9.
e supra.
f pſ.18.3.
g Eſa.2.5.
h pſ 117.24.
i Rom 13 12.

Ad literam significatur perpetuitas throni, seu regni Dauidis eo modo, quem dixi, & Christi; quatenus ille huius typus erat, & vt pactum, ac testamentum Dei cum illo tamdiu duret quamdiu durabit mundus, in quo est perpetua dierum vicissitudo, ex cœli motu oriens. *Si* enim, inquit Dominus per Ieremiam [k], *irritum fieri potest pactum meum cum die, & pactum meum cum nocte, vt non sit dies & nox in tempore suo. & pactum meum irritum esse poterit cum Dauid seruo meo, vt non sit ex eo filius, qui regnet in throno eius, & Leuitæ, & sacerdotes ministri mei.* Hoc est pactum, de quo in Genesi [l] *cunctis diebus terræ nox, & dies non requiescent.* Talis forma de sacerdotio Aaronis in libro Ecclesiastici [m]: *factum est illi in testamentum æternum, & semini eius sicut dies cæli.* Est Christus rex, sacerdósque perpetuus, licèt non secundùm ordinem Aaron, sed Melchisedech. Item in Deuteronomio [n] de terra promissionis dicitur, quòd *iurauit Dominus, vt daret quamdiu cœlum imminet terræ.* Græcè eo modo ferè, quo hîc, καθὼς αἱ ἡμέραι τοῦ οὐρανοῦ ἐπὶ τῆς γῆς, *sicut dies cœli super terram:*

k c.33.20.21.
l c.8.22.
m c.45.29.
n c.11.21.

quod Hebræa quoque valent כימי השמים על הארץ *chume haschamaim vhal haarets.* Vbi magis exprimitur de diebus propriè dictis, qui sunt super terram. Ex quo non infertur tamen, cessantibus illis diebus, & motu cœlorum, fore vt non amplius immineant hi terræ, quasi destruendi sint a terra, sed quòd non imminebunt eo modo, quo nunc. Possumus hinc verò colligere thronum Christi, & regimen in Ecclesia, Ecclesiamque ipsam visibilem esse, vt & ex comparatione, quæ postea sequitur cum sole, & luna. Item moraliter loquendo, quanto debeat lumine splendescere is, qui sedet in throno tum politico, tum præsertim Ecclesiastico, quem Christus *lucem* vocat *mundi* [o]. Thronus Christi flammæ ignis [p]: *de illo procedunt fulgura, tonitrua, ante illum septem lampades ardentes* [q], *& tris in circuitu eius* [r]: procedit etiam inde *fluuius aqua viua splendida tanquam crystallus* [s]. Pertum Alexandrinum constat sedere in Pontificali throno noluisse, sed in scabello, cùm diceret se cùm plerumque throno illi approximare vellet, vidisse quamdam in eo diui nam sedere virtutem fulgore luminis radiantem, & inter gaudium, & pauorem suspen sum agno uisse se tantæ sessionis prorsus indignum, & nisi scandali seminarium populo inferre timuisset, haud quidem ipsi scabello sedere ausurum fuisse [t].

o Matt. 5. 14.
p Daniel. 7. 5.
q Apoc. 4. 5.
r ver. 3.
s c. 22. 1.
t Acta Petri Alexan. apud Baron. tom. 3. annal.

Vers. 31.] Si autem dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint;

Vers. 32.] Si iustitias meas profanauerint, & mandata mea non custodierint:

Vers. 33.] Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum.

Sensus loci.

POterat in dubium reuocari, an homines, quibus, vel de quibus facta promissio est à Deo tam assueuerant, pactúmque, ac testamentum adeò sanctè initum, possent impunè quidlibet agere, atque pro arbitratu viuere, nulla de lege, & vario præceptorum ipsius genere habita ratione, quòd scilicet certo sibi persuaderent fidelem Deum in promissis futurum: vel verùm Deus ipse quæ promisisset ob huiusmodi prævaricatores, impleturus non esset; si non tanquam mutatus, quia per se mutari, *& negare seipsum non potest*, certè quia huiusmodi promissio non absoluta, sed conditionata duntaxat fuisset. Respondet posterior quarti membro sequentibus versibus, in iis primo. Est autem responsio ad prius membrum, non impunè laturos, qui legem prævaricabuntur, & violabunt, & non seruabunt: sed se in eos animaduersurum, licèt non more seueri iudicis penitùs abiiciendo, atque perdendo, verùm tanquam bonum, ac pium patrem verberibus alleuiendo, vt ad se redeant, & resipiscant, superfit verò illud semen, quod se *in saeculum* prædixerat *in saeculum saeculi*, &, qui sedeat in throno Dauid, quamdiu dies, & mundus durabunt. Hæc allegoricè de electis potissimùm declarantur, atque de Ecclesia, vt nempe ista propter aliquorum peccata non desinat, nec

ili,

illi, si quando peccent, pereant, & Deus misericordiam quoque suam promissam, puniendo exhibeat. Videtur Dauid memor promissi olim sibi facti, hoc nunc repetere. *Qui* (scilicet filius tuus [a]) *si iniquè aliquid gesserit, arguam eum in virga virorum, & in plagis filiorum hominum: misericordiam autem meam non auferam ab eo, sicut abstuli à Saül, quem amoui à facie mea.* Sed posterior pars istius promissi pertinet ad sequentes versus. Non potest *mendacium iustitiæ nonnullorum fidem Dei euacuare* (id est, fidelitatem in promissis) quia *Deus est verax*, quamuis *omnis homo mendax* [b]; & *iniquitas* aliorum *commendat iustitiam Dei* [c]; & *veritas illius in mendacio illorum abundat in gloriam ipsius* [d]. Etenim promissio Dei, potissimùm de venturo Christo, non pendebat ex conditione meritorum, & operum legis, vt velle Iudæi videbantur, & ex his, qui Christiani fiebant aliqui, contra illos, qui ex Gentilibus insolescebant. Vnde facta est promissio prima expressa post lapsum Adæ [e]; item impio regi Achaz [f]. Omnino *fidelis, qui repromisit* [g], quidquid agant homines, si non credunt, ille fidelis permanet; *negare seipsum non potest* [h]. Ex quo deducunt etiam aliqui, non cecidisse sub meritum eorum, qui antea vixerunt, Incarnationem Christi. Dici potest promissa illius absoluta, non hypothetica esse, absoluta, inquam, respectu rei promissæ, ac filiorum Dei secundùm spiritum, quamuis ratione sobolis carnalis, esset hypothetica. Idem iudicium de alio psalmo [i]; *si custodierint filij tui testamentum meum*, &c. & *filij eorum vsque in sæculum sedebunt super sedem tuam.* Erat promissio conditionalis respectu filiorum Dauidis secundùm carnem; cathegorica, & absoluta, respectu Christi, prolisque spiritualis eiusdem. Ibi namque Augustinus docet, quòd etiamsi non custodirent testamentum Dei, promissionem non perituram, sed complendam in credentibus, qui sint filij Dauid non stirpe, sed vero cultu Dei, & fide. Præterea sequitur, intra Ecclesiam posse cum bonis malos permixtos esse, virga, & verberibus dignos. Denique, quòd peccatoribus Deus remittere non vult peccata absque castigatione: quam si piè tolerent, valebit ad remissionem, vt concilium Tridentinum [k] docet: si autem de semetipsis vindictam sumendo, hanc Dei visitationem præuenerint, valituram scribit Tertullianus [l] ad hoc vt vindictam Dei euadant. In quantum tibi non peperceris, inquit, in tantum tibi Deus, crede, parcet. Qua de re Augustinum [m] etiam lege, & Bernardum [n].

Si autem dereliquerint filij eius legem meam.] Addita est particula (*autem*) quæ nec est Hebraicè, nec Græcè, neque in psalterio Latino veteri, & Romano: neque apud Cassiodorum, Augustinum, Cyprianum [o]. *Filios* pluraliter dicit hoc loco Dauid, cùm vnus tantùm, nempe Salomon, in citato alio ex historia Regum expressus esset. Sed videlicet intelligebantur ibi etiam alij posteri. Plura quoque hìc recitantur à Dauide, qui probè memoria tenebat oraculum diuinum, quàm ab historiæ scriptore. Ibi est, *si iniquè aliquid gesserit*, hoc loco mentio fit de derelictione legis, de iudicijs, in quibus non ambuletur, de iustitijs, quæ prophanentur, de mandatis, quæ non custodiantur. Quæ quamuis possit inculcatio censeri, vt Hugoni placet, seu exaggeratio, & eiusdem rei variis verbis repetitio, tamen distingui solent, vt alibi docuimus,

Lex comprehendit omnia, quæ fieri, vel cauerì iubentur: præcipuè decalogum. Familiaris est phrasis hæc Scripturis, vt *derelinquere* dicatur *lex Dei*, vel *Dei mandata*, & *via recta*, & *iudicia*, & *testimentum*; & peccatores *derelinquentes legem* cognominentur [a], quod aliter est *derelinquere Deum ipsum* [b], vel *timorem ipsius* [c]. Videtur *derelictio* importare neglectum, & contemptum, non tantùm per incuriam, quam vocant *ἀμέλειαν*, cùm piget, vel tædet legem seruare, sed præterea per apostasiam. Nihilominus appellantur filij Dei, qui legem eius derelinquunt, vel etiam apostatant à Deo, non solùm creatione, sed etiam prædestinatione, si sint de numero prædestinatorum, & redituri ad cor, ad legem, ad Deum. Quater dicitur hoc lòco, *si peccauerint*: quoniam non habet in electis locum comminatio; *super* [d] *tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non conuertam eum.*

Et in iudicijs meis non ambulauerint.] Iudicia, vel quæ iudicialia propriè dicuntur, præcepta significant, vel quælibet moralia, quatenus Dei sententiam demonstrant, docéntque tum de bonis, quæ obseruatores consecuturi sunt, tum de malis, quæ transgressores: vel omnia, quæ Deus iusta, & obseruanda iudicat. Hugonis distinctio non est exacta, vt *derelinquere legem* referatur ad cogitationes malas, *in iudicijs non ambulare*, ad malum consensum *iustitias prophanare*, ad mala verba; *mandata non custodire*, ad mala opera. Vel primum, vt lex suscipiatur; secundum, vt proficiatur in bonis operibus; tertium, vt sancta intentione fiant; quartum, vt custodiantur mandata Euangelica etiam minima. Placet vt *ambulandi* verbo tropologicè innuatur progressus, ac profectus, quod alias quoque notatum est.

Si iustitias meas prophanauerint.] Psalterium vetus, & Romanum, atque Augustinus, & Cyprianus antea citatus, *iustificationes, τὰ δικαιώματα*; & חקותי *chukkoth*, & *prophanandi* verbum denotant sermonem esse de ceremonijs, quas Hieronymus exprimit, siue de ceremonialibus præceptis, ac statutis, quorum, inquit Caietanus, non est ratio, nisi quia sic instituta sunt. Latiùs quæuis præcepta hoc nomine dicuntur, vt docent quod iustum est, quod iniustum, prohibent: & qui secundùm virtutem vivit, iustum esse declarant. Moneo caueas parum aptam etymologiam, profanandi à fano, quam tradit Augustinus, nec eam peritorum auribus ingeras, sed nec imperitorum, ne fiant imperitiores. A Fauno, vel fando fanum peritiores deriuant; & est etiam qui phanum scribens, *τὸ φάναι*, quòd apertum in eo daretur responsum.

Et mandata mea non custodierint.] Hieronymus, *præcepta*, Cyprianus [e], *præcepta non obseruauerint.* Sunt *ἐντολαὶ*, & מצותי *mitsuathi* singulæ præceptiones, quæ domini, ac regis in morem quidpiam particulatim imperant: quæ dici quoque possunt moralia præcepta. Dauid sub mortem filio Salomoni commendauit *custodiam cæremoniarum Domini, præceptorum, iudiciorum* [f], *sicut scriptum in lege Moysi* [g], vbi regi aliquando futuro id iniungitur. Nicetas [h] Choniata refellit hoc testimonio Valentinum, & Gnosticos, qui aiebant solum decalogum à Deo datum, cæterorum autem scriptorum alia Moysi, alia senioribus populi. Nam per *testamentum*, & alia, quæ hìc exprimuntur, vt uersa

a 2.Reg.7.14. 15.
b Rom.3.3.
c vers.5.
d vers.7.
e Gen.3.15.
f Isa.7.14. & seq.
g Hebr.10.23.
h 2.Tim.2. 13.
i ps.131.12.
k sess.14.c.3.
l de pœnit. c. 9.
m epist.54.
n ser 55. in cant.
o lib.1.c.1. & epist.8. & ser. de lapsis.

a ps.118.53. Rom.1.21. Eccl. 2.14. & 41.11. Hier.5.2. Ier. 9.13. Dan.11. 30. 1. Mach.1. 55.
b sæpissimè præcipuè Ier. 2.13. Deut.32. 15.
c Iob 6.14.
d Amos 1.3.

Historia distinctio paranetica.

Etym. etymologia.

e lib.2.c.1. epist. inter de lapsis.
f 3.Reg.2.3
g Deut.17.18
h Thesaur. c. 5.

lex, inquit, intelligitur, quam quidem sibi Deus vt propriam traditionem vendicat.

Visitabo in virga iniquitates eorum.] Hieronymus, *scelera* Cyprianus, *facinora*. In Biblijs Regis, qui transtert paraphrasim Chaldæam, non satis aptè reddit per *tribū* nomen וּבְשִׁבְטִים *sicuti*: etsi enim eam quoque significet, tamen significatio *virgæ*, quam Nebiensis expressit, magis ad rem facit. In historia Regum [a] est de filio Dauidis, qui *si iniquè aliquid egisset, arguam eum in virga virorum, & in plagis filiorum hominum*, quod Augustinus [b] legit, *in tactibus*, exponens plagas correptionis. Hoc loco antè *visitabo*) Hebraicè est particula [1] *ve* &, quam explicant per *tunc*. *Visitandi* verbum in vtramque partem, & ad consolandum, & ad puniendum occurrit antea in hoc opere non semel. *Punitionem in virga* sumunt hic omnes ad correctionem, & ad consolationem demum, quam *virgam*, *& baculum* afferre Dauid [c] alibi cecinit. Qui *extra disciplinam* istam est, exhæredatur [d]: nec pij filij Corinthij fuissent, si Paulo dicenti [e], *quid vultis? in virga veniam ad vos?* respondissent, si cum virga venturus es, noli venire. Denique vrget egregiè Augustinus. Peccator filius dedignatur flagellari, cùm sine peccato videat vnicum flagellatum? Cyprianus [f] citans hunc locum, virgas, ait, & flagella sentimus, qui Deo nec bonis factis placemus, nec pro peccatis satisfacimus. Rogemus de intimo corde, & de tota mente, misericordiam Dei, quia & ipse addidit dicens; *misericordiam autem meam non dispergam ab eo*. Vocat etiam [g] istam censuram pariter, & clementiam Dei comminantis simul, atque parcentis: punientis, vt corrigat, & cùm correxit, reseruantis. Præterea monet [h] hic ante prædici, & prænunciari, & præmoneri censuram diuinam. Grandem Hieronymus [i] docet offensam esse, postquam peccaueris, iram Domini non mereri: Deum visitare, id est, punire peccatores, vt veluti cauterio, & amarissimis potionibus recipiant sanitatem, & morbis careant, sicut scribitur hoc loco. Deus valde iratus populo, ait per Oseam [k]; *non visitabo super filias vestras cùm fuerint fornicatæ, & super sponsas vestras, cùm adulterauerint*. Quo loco præter citatum Hieronymum, Cyrillus [l] idem notat, quod modo dixi. Velle etiam videtur *visitandi* verbum, tametsi de pœnis quoque dicatur, includere punientis Dei beneuolentiam, & volentis honorare, atque diligere, quos ita visitat, vt *ευμμίσγων* moderatè, lenitérque increpitos, ad salutaria denuò impellat. Citat trita illa Sapientis [m], Paulique [n], testimonia, quòd *filios, & dilectos corripiat, at flagellet Dominus*; cui simile in Apocalypsi [o]. Addit à quibus est in maiorem modum Deus offensus, eos neutiquam aspicere, sed tantùm non dicere, *non P noui vos*, & illos non visitare, non curare, non conuerti ad ipsos, eos vilipendere. Adiice sententiam Dei in Amos [q]. *Tantummodo vos cognoui ex omnibus cognationibus terræ; ideo visitabo super vos omnes iniquitates vestras*. Item ex Ezechiele [r]; *& requiescet indignatio mea in te, & auferetur zelus meus à te, & quiescam, nec irascar amplius*. &c. Denique præfationem scriptoris historiæ Machabæorum, quam habet priusquam istorum narret martyrium [s]. Sed existimo, *visitare* vt punire significat aliquando vsurpari pro excidio, & vastitate etiam absque futura correctione: sic visitatorum, & punitorum, vt cùm Ezechiel [t] ait *appropinquasse visitationes vrbis*, & alibi aliquoties. Certè quod ait Esaias [u], *sive vt visitet Dominus super militiam cæli in excelso*, non potest accipi secundùm correptionem remedij, quæ non cadit in Angelos malos; quamuis id ibi Hieronymus relinquat sub dubio; vbi etiam notat idioma scripturarum, vt *visitare* sit quasi ægrotantem, & ferro, & cauteriis egentem tractare. Verùm non sit ista semper tractatio ad remedium: & compatatio cum ægrotante habere locum potest in damnato, quatenus non moriens, ægrotanti similis est, ac languenti; & languor ipse peccatum ipsius est, aliter dictum secunda mors, propter quod peccatum visitatur, id est, punitur, sed non ad remedium. De re ipsa sat memini egisse me alias non semel in isto opere, velimque Origenem [a] de eadem legas, dum disserit quo pacto Deus *zelotes* dicatur [b]; præterea dum Ieremiam enarrat [c]. Profert allata iam loca Ezechielis [d], & Oseæ [e]; præterea Ieremiæ [f], apud quem Deus ait; *Erudire Ierusalem, ne forte recedat anima mea à te*; quod de dolore, & flagello declarat. Solari licet hac sententia quemuis in tribulatione constitutum, tum qui violenta sit morte obiturus. *Nec* [g] enim *consurget duplex tribulatio*; quod Lxx. explicant, quòd *non vindicabis bis Deus in idipsum in tribulatione*. Basilius [h] appellat Dei virgam admodum instructiuam, & erudientem, quæque non obliqua, sed recta inferat iudicia. Augustinus [i] iungens locum nostrum loco simili in libris Regum [k], significari dicit plagas à Deo ordinari ad correptionem. Bachiarius [l] præsentem sententiam nominat scientiam diuini canonis, quæ desperantem adducat ad salutis litus: & loqui Dauidem de Domini nostri Iesu Christi filiis, quos Ecclesiastici fontis vterus, & secreti, ac perplexi vulua mysterij parturiuit, quos natos crucis cuna susceperit, Euangelij mammilla lactauit. Auctor [m] operis imperfecti scribit, prolato hoc loco, quòd offensus ab homine Deus non ideò irascitur, quia contemnatur, sed quia sic homo perdit animam suam, non quòd doleat de iniuria sua, sed de perditione suæ: quòd non castigat vt iniuriam vindicet, sed vt corrigat ad salutem. Quod cum moderatione intelligendum est, quoniam certum est pluris æstimari offensam, & iniuriam, & contemptum Dei à Deo etiam ipso, immò ab illo potiùs, quàm ab alio, cùm ipse se quantus quantus est, solus æstimet. Voluit auctor ille dicere non egere hac vindicta Deum, vt se ipsum vlciscatur, sibique satisfiat: & in suppliciis, ac tribulationibus præsentis vitæ curare potissimùm salutem nostram. Ambrosius [n] Nouatianum illum errorem de non recipiendo pœnitente, confutat istius testimonij argumento: quoniam hic etiam non custodientibus mandata sua veniam Deus non negat. Quomodo autem quidam Adam locum præsentem interpretaretur, quòd nimirum esset virga, in qua Deus visitaret iniquitates nostras, lege Arguanum.

Et in verberibus peccata eorum.] Hieronymus, *& in plagis iniquitates eorum*. Vetus Psalterium, & Augustinus, *in flagellis delicta eorum*. Cyprianus sæpiùs citatus eodem pacto Hieronymus verò idem aliquando [o], *in flagellis iniquitates eorum*: nonnunquam [p], *in flagellis peccata eorum*: interdum [q], vt extat hîc in editione nostra. Quod moneo, vt intelligamus esse synonyma, in quibus quandoque nimis anxiè discrimen inquiritur. Nó stata, & certa differentia est virgæ, & verberum, flagellorum plagarum: non peccatorum, delictorum,

a lib. 2. 7. 14.
b 17. de ciuit. c. 9.
c psl. 22. 4.
d Heb. 12. 8.
e 1. Cor. 4. 21.
f epist. 8.
g epist. 52.
h serm. de lapsis.
i in c. 4. Osee & in tradit. Hebr. & in c. 22 Isa. & in c. 6. Gen.
k c. 4. 14.
l num. 46.
m Prou. 3. 12.
n Hebr. 12. 5.
o c. 3. 19.
p Matt. 7. 23.
q c. 3. 2.
r c. 16. 43.
s lib. 2. 6. 12.
t c. 9. 1.
u c. 24. 21.
a hom. 8. in Exo.
b Exod. 20. 5.
c 34. 14.
c hom. 2.
d c. 10. 42.
e c. 4. 14.
f c. 6. 8.
g Nahum 1. 9.
h hom. 12. in psl. 44.
i 17. de ciuit. c. 9.
k lib. 2. 7.
l epist. de recipiendis lapsis.
m hom. 18.
n 1. de pœnit. c. 15. Nouatiani errorem de non recipiendo pœnitente confutat.
o in Isa. c. 4.
p in c. 22. Isa. & in Mich. c. 5.
q in c. 15. Esa. & in Osee c. 4.

ctorum, iniquitatum facinorum, scelerum. Non est virga seuerior, leniorve verberum castigatio, vel vice versa; etiamsi durior sit virga, flagella flexibiliora, vt ex vimine, loris, funibus. Non indicat virga sæuos illos homines, quorum Deus opera vtitur ad puniendum, & appellat *virgas furoris sui*[a]: verbera, & μάστιγας, mala, quæ per se Deus, aut non hominis ministerio infligit, vt mortes charorum, pestilentiæ, morbi, charitas annonæ, &c.

a Esa.10.5.

Vers. 34.] Misericordiam autem meam non dispergam ab eo, neque nocebo in veritate mea.

*Vers.*35.] Neque profanabo testamentum meum, & quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita.

Sensus lect.

ALtera hîc responsi pars est ad alteram partem quæstionis, de qua priùs meminimus, an propter improbitatem hominum destituturus esset Deus ab amplissimo illo promisso suo, quod fecerat de regno Dauidis, ipsiúsque prole, ac de Ecclesia, & Christo sub istis typis. Summa est, categoricum, & omnino ratum esse promissum, vt nulla ratione periclitatura sit eius veritas, firmitas, certitudo, nec quid imminuendum de oblata liberalissima misericordia; quamuis interueniant nonnullorum demerita, & debitis ea pœnis puniantur, vt proximè dictum est. Videntur autem ἀντιθέτως opponi *non dispergere misericordiam à Dauid, & semine ipsius*, seu à Christo, & Ecclesia; *non nocere in veritate*; *non profanare testamentum, non esse irrita, quæ procedunt de labiis* Dei, his, quæ antea commemorata sunt de *derelinquentibus legem* Dei, de *non ambulantibus in iudiciis* illius, de *profanantibus iustitias*, de *non custodientibus mandata*: vt nimirum isti non impediant ea, quæ constituit Deus, sed ipse contraria quodammodo faciat conantibus quod in illis est, ea impedire. Non eget sententia longiore declaratione; solùm nonnulla subnotanda.

Misericordiam autem meam non dispergam ab eo.] Hieronymus, *non auferam ab eo*. Alij, *non dissipabo*, vel, *non amouebo*, vel, *non interrumpam*. Vbi non est vis in Latino *dispergendi* verbo, quasi sit misericordiam collatam, aut conferendam alicui, in alios transferre, & quodammodo dispergere. Idem est quod penitus auferre. Legit Cyprianus[b], Ambrosius[c]; alio loco Hieronymus[d], *ab eo*; & ita reperio in psalterio Ecclesiæ Ambrosianæ, quod putatur esse Gallicanum, quamuis in illo, quod recitat Faber extet, *ab eo*; & idem Hieronymus[e] alibi etiam sequatur lectionem nostram. Augustinus[f], & alij Latini præsertim, vim constituunt in singulari numero, vt intelligamus Christum sub typo Dauidis, cui scilicet Christo talia promissa sunt. *& vnctus est oleo sancto Dei præ participibus suis.* Meminit idem Augustinus alterius lectionis, & est tamen etiam in Bibliis Complutensibus, Regiisque, *ab eo*, ἀπ' αὐτοῦ, atque apud Euthymium, Nicephorum, Apollinarium. Quamuis autè sit minùs correcta lectio, vtpote cùm Hebraicè legatur מִמֶּנּוּ *mehhimmo*, itáque Basilius, seu Theodoretus legat. explicans de Dauide, & sic restitutum est in Sixtina editione Lxx. nihilominus monet idem Augustinus nihil ab re habere codices, qui illud habent, quia misericordia non erat Christo necessaria, qui non peccauit, sed membris eius. Confirmat Augustinus[a], quoniam in historia Regum[b], vbi eadem fere sententia est, *iniquitas eius* singulariter dicitur, nempe Salomonis, & Christi sub typo illius, cum hîc antea numero plurali *filij* nominarentur, vt intelligeremus de Christo dici quodammodo, quod de eius corpore dicitur, nimirum etiã peccata. Quod potest adhuc illustrari verbis Psalmi 131.[c] vbi Christus vocat *verba delictorum suorum*, id est, membrorum, quorum susceperat in se luenda peccata, ac delicta. Hoc etiam Cyprianus[d] innuit, scribens ita dici, quia lapsis in Christo dabit Deus remissionem peccatorũ. Fieri potest vt Lxx. sic pluraliter transtulerint, aut aliquid fecerũt, quod singulari dicebatur numero, collectiuè dici sint interpretati. Augustinus quidem alio adhuc loco[e], sic intellexit, vel certè per accommodationem vsurpauit, hoc pacto alloquens Deum, commendando misericordiam ipsius Vnctæ de semetipso per quendam seruum tuum dixisti[f]: *miserationes eius super omnia opera eius*, & quasi de singulo loquentem, de vniuerso populo tuo te dixisse confidimus: *misericordiam autem meam non dispergam ab eo*: nullum enim spernis, neminem abiicis, neminem perhorrescis, nisi qui fortè amèste exhorruerit. Omnibus Ambrosius[g], à Deo promitti misericordiam infert ex hoc loco, quia *castigat omnem filium, quem recipit*[h], *quem verò castigat, morti non tradit*[i]. Auctoris historiæ Machabæorum[k], sententia similis, quòd *nunquam Deus à populo suo misericordiam suam amouet: corripiens verò in aduersis illum non derelinquit.* Ex huius autem Psalmi nostri loco, & historiæ Regũ priùs citato, cui noster affinis est, & ex aliis argumentis, Aiguanus definitè pronunciat Salomonis salutem. Quæstionem istam non indiligenter tractauimus præfatione commentarij in Ecclesiasten, propendentes in hanc benigniorem sententiam.

Neque nocebo in veritate mea.] Hieronymus, *nec mentiar in veritate mea*. Alij, *nec mentiar in veritatem meam* id est, contra veritatem meam. non fallam fidem meam, non falsificabo, aut falsam reddam veritatem meam, non faciam contra fidem datam. Quidam quoque vertunt, *non decipiam in veritate mea*. sed sensu eodem, non autem quòd indicetur non decepturum Dauidem, & quasi innuatur decipi nonnunquam aliquem in diuina iustitia, videlicet permittendo, vt cùm quis ex habitu, & malitia peccat[l]. Aquila[m] ψεύσομαι, *non mentiar*: Symmachus οὐ παραβήσομαι, *non transgrediar*. Talis vtcunque apud propinquos illa formula[m]; *si scieris fallere*; *id ego si fallo*. In vetere Psalterio, *neque nocebo eos in veritate mea*. Augustinus (*eos.*) Qui promissis non stat, nocet plurimùm pendenti à fide promissorum: & qui punit prout exigit iustitia, quam veritas quoque significat, nocumentum, & damnum graue infert. Ob id nostra lectio vtrumque spirans sensum; digna est, inquit Ricardus Cenomanus, & Hebræa consona. Si pro וְאַשְׁקֵר *asciakker*. esset cum puncto in sinistro cornu literæ ש (וְאֶשְׁקֵר *asciaker* denotaret *malitiam, quã nictantes oculi, ac malenoli indicant.* Placet magis nihil mutare, & in Ricardi iudicio conquieuisse. Græcè Οὐ μὴ ἀθετήσω ἐν τῇ ἀληθείᾳ μου, vbi est triplex negatio, sicut versu sequenti, quod explanat Euthymius, nullam iniuriam infestam ipsi Dauid: hoc autem faciam propter veritatem meam, & quia sum verax: Apollinarius, *in ipsamet veritate nihil iniustum faciam*, Οὐδ' ἐν ἀληθείᾳ ἄδικόν τι πρόσθε τελέσω.

a l.1.de ciuit. c.. b lib.2.c.

c vers.11.

d epist.52.

e medit.c.2.

f ps.144.9.

g l.de pœnit. c.12.

h Heb.12.6. i ps.117.18. k lib.2.c.6.16.

Aiguani pronunciatio definita de Salomone saluto.

b epist.8. & 52. c l.de pœnit. c.12. d in Esa.c.22. e in Osee c.4. & in Mich. c.5 f l.ic. & 17.de ciuit.c.9.

l Philip.Diez to.4.comm.in 1.de Dom. apost.pœnit. m Plin.in Pan.ver. n laur in Am.pertuo. actu 1.sec.2. Sensus lect.

Sed hoc tandem refertur in Dauidem, ne scilicet si non compleret Deus promissa, videretur Deus aut illum, aut etiam suammet veritatē, ac seipsum lædere; si etiam quod Cenomanus dicebat iuxta veritatis aliam notionem, seuerius puniret, ita vt propterea id quod promisit, non præstaret. Rickelius, quem videtur sequi Iacobus Ianssonius, vult iuramenti formulam esse, *in veritate mea*, vt se Deus non nociturum, ac læsurum promissionem suam, seu nihil commissurum contra illam, & fidelitatem, ac veritatem suam, iurando per ipsammet veritatem suam: quasi dicat, ait Rickelius, tam veraciter non inferam perpetuum nocumentum ipsi Dauid, quàm veraciter verus sum. Cùm Deus hîc loquatur, non intelligit nisi veritatem increatam: aliquid autem per huiusmodi veritatem affirmare, iurare est. Quod si quispiam asserens in veritate, de illa intelligas, quæ sit in re, de qua loqueris, siue in mente tua, propriè non iuras. Huiusmodi videtur illud apud prophanos *iurare ex animi sui sententia* [a]. Dixi alibi [b], de modo isto iurandi, *in veritate*. Videtur Ieremias [c] priore locutus modo, propriéque iurasse quando dixit; *in veritate misit me Dominus ad vos*. Veneretur veritas meretur, nec lædi vllo debet modo, siue vel leuissimè nocere. *Nec iota patitur* Christus, *apicémve de lege præterire, donec omnia fiant* [d], *& omnia vult impleri, quæ de se scripta sunt* [e]: & vetat *à nobis vnum de mandatis minimis solui* [f], támque nos longè *à mendacio*, vt etiam *ecciè loqui* non permittat [g]. Quid illis erit, super quorum *impietatem, & iniustitiam reuelabitur ira Dei, qui veritatem illius in iniustitia detinent, & commutant veritatem in mendacium* [h]? vt malint falsò, quàm vero Deo seruire: vel si retineant veri Dei cognitionem, ac fidem, moribus contradicant, *& factis negent* [i]; vel veritatis notitia abutantur; vel hanc aliis cùm possent, & deberent, non communicent; vel qui offerenti se veritati resistant, aut non attendant, idque quoniam iniustitiæ omnique peccato addicti sunt. Lege commentarium Toleti in epistolam ad Romanos [k]. Delicata res, admodúmque pellucida veritas, cui nullo negotio noceatur. Sed fidei veritati nullum eiusmodi nocumentum asserri potest, quo perdi possit ex parte, non in toto. Nunquam perditur nisi in toto, siue tota. Vt non satis intelligam quo pacto Hugo perdi posse hoc loco dicat, vel in toto, vel in parte.

Neque prophanabo testamentum meum.] Hieronymus, *non violabo pactum meum*. Videtur, vt priùs monui, hoc antitheton versus 32. *si iustitias meas prophanauerint*. Testamenti namque ratio, & pacti celebratur certa ceremonia: iustitiæ autem significant ceremonialia præcepta, vt etiam dixi. Testamentum, pactum, iuramentum non solùm à Deo factum, sed etiam ab homine, sanctum, sacrum, inuiolabile debet esse: vocatúque aliquando sacramentum, vtpote actus religiosus. De hoc egi alibi, & quàm sanctè tum nuncupari, tum seruari debeat iuramentum, & standum promissis honestis, præsertim si sint iurata. Applicari locus potest ad sacras literas, ne quis eas prophanet, sed *prophanas deuitet vocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ* [l]: item ad vitæ religiosæ institutum, quam iurati Deo profitentur, & ad quos *misit* Deus *mandatum, vt esset pactum cum* Leui, *pactum vitæ, & pacis* [m], vt honestè viuant, & alios Deo reconcilient.

Et quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita.] Hieronymus, *& quod egressum est de labiis meis non mutabo*. Alij, *egressum labiorum meorum non mutabo*, id est, sermonem prolatum, & id quod sum verbis pollicitus non retractabo; quod ore locutus sum, opere præstabo; simplex enunciatio mea mihi promissi, & iuramenti loco est; nihil apud me distat à dicto factum, sed dictum factum est; quod futurum dico, ita prorsus erit: ratum est quidquid pronuncio; *verbum semel egressum de ore meo non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcumque volui* [a]. Mysticè *labia Dei* sunt prophetæ comparati cum *vitta coccinea* [b], propter munditiam, mansuetudinem, modestiam, charitatem: vel testamentum duplex. Caue ne in vacuum gratiam, & verbum Dei recipias, nec irritum facias pactum eius. Cautus etiam esto in sermone, ne protulisse pœniteat, & irritum velis quod protuleris: cùm volet irreuocabile verbum. *Diligenter verò redde Deo vota, quæ distrinxerunt labia tua* [c].

Vers. 36.] Semel iuraui in sancto meo, si Dauid mentiar.

Vers. 37.] Semen eius in æternum manebit.

Vers. 38.] Et thronus eius sicut Sol in conspectu meo, & sicut Luna perfecta in æternum: & testis in cœlo fidelis.

HOc est inuiolabile testamentum Dei, verbáque iureiurando confirmata, de quo etiam priùs meminerat versu 4. quod per suammet sanctitatem, atque *per semetipsum, quia maiorem se non habet* [d], nuncupauit; fore vt nullo modo Dauidem falleret, sed prout pollicitus erat, semen eius semper propagatum duraret: regnum quoque ipsius tam esset diuturnum, latè patens, illustre, quàm est in conspectu suo sol, & luna præsertim cùm plenè resplendet, vnà cum cæteris astris in cœlo constitutis; quæ omnia in testimonium aduocet indubitati huius, omninóque fixi, ac firmi promissi: &, si non sufficiunt, ipsemet omni acceptione maior iuratus testis, hoc ipsum sanctè confirmet, ita vt nemo dubitare, aut dubitare vlla ratione debeat. Sensus de Christo mysticus, ac de Ecclesia perspicuus ex dictis est. Sed in singularum partium enucleatione occurrent nonnulla, quæ obseruentur.

Semel iuraui.] Sic psalmo 61. [e] *Semel locutus est Deus*. Significat sufficere semel iurauisse, & locutum esse; perindéque esse, ac si sæpiùs id fecisset, quod sæpiùs homines faciunt. Hominum consuetudo, ait Cassiodorus, est frequenter iurare, vt eis possit aliquis credere: Deus semel iurat, quia nulla varietate temporis immutatur. Vulgatus phrasis firmiter asseuerantis, *te lo dico, & giuro vna volta per tutte*. Deus autem quomodo iuret, aliàs docuimus. Falluntur, qui hac formula iurandi, quæ sequitur, semel tãtum vsum Deum volunt: repetitur enim in Amos [f].

In sancto meo.] Chaldaicè, *in nomine sancto meo*; secundus sensus, *per sanctitatem meam*. Vtroque autem sensu significatur plusquam si *iurauisse se diceret per semetipsum* [g]: siquidem indicat se habere sanctitatis, & veritatis, vt necesse sit magnum ponderis habere iuramentum suum. Hoc pacto testamentũ *sanctum* dicitur [h], & *verbum* [i],

& ita

[a] Brisso. in formulis lib. 3. pag. 312.
[b] in Actuum c. 10. 34.
[c] c. 26. 15.
[d] Matth. 5. 18.
[e] Luc. 24. 44.
[f] Matt. 5. 19.
[g] c. 12. 36.
[h] Rom. 1. 18. 25.
[i] Tit. 1. 16.
[k] in c. 1. annot. 33.
[l] 1. Tim. 6. 20.
[m] Malac. 2. 5
[a] Esa. 55. 11. *Stylus exposito.*
[b] cant. 4. 3.
[c] ps. 65. 13.
[d] Hebr. 6. 13.
[e] vers. 12.
[f] c. 4. 2.
[g] Gen. 22. 16. Hebr. 6. 13.
[h] Luc. 1. 72.
[i] ps. 104. 42.

& ita idem esset, ac iurare veritatem, vt in alio psalmo [a] *iurauisse sibi Deum* Dauid canit. Eodem recidit iurare in dispositione sua sancta, vt sit impossibile quod disposuerit non contingere, vt Bruno Carthusianus loquitur. Tertiò potest significari iuramentum per sanctuarium, in quo peculiariter habitabat. Quartò *per cœlum*, sicut in Deuteronomio [b]; *leuabo in cœlum manum meam, & dicam, viuo ego in æternum.* Quintò in sancto seruo suo Abraham, & consequenter in posteris, ex quibus nasciturus erat Christus. Sextò peculiariter in Dauid, cui *factum* de Christo *iuramentum*, testis ipse in psalmo 131. [c] Septimò in secreto meo, quod esset idem, ac apud meipsum, & per meipsum, non per aliud extra me, nec apud *maiorem, & me superiorem* [d]. Octauò in Christo homine, sicut cùm dicitur *iurauisse in dextera sua, & in brachio fortitudinis suæ* [e]; & Christus dixit, *custodi* [f] *animam meam, quoniam sanctus sum.* Vltimus sensus est crediti Hieronymi, qui vocat hominem dominicum: præterea Remigij exponentis in sancto sanctorum constituendo, id est, vt constitueretur: item Haimonis, qui declarat in filio meo, per quem sanctificatur omne humanum genus: adhæc Eusebij [g], qui considerat illum vt Verbum, & Filium Dei: præterea Cassiodori, & Hugonis: septimus eiusdem Hugonis, & Glossæ interlinearis, quæ secretum interpretatur, vnde Prophetæ biberunt, id est, immediatam reuelationem Dei: sextus, & quintus Aiguani. Minùs probabiles videntur quintus, sextus, septimus, octauus; paulo magis tertius, & quartus. Nam iurare in aliquo, explicare vt sit iurare illi, durius est, videlicet vel Abrahamo, vel Dauidi. Quod attinet ad Christum, quamuis iurare in eo, exponi posset, per eum, sicut in psalmo 62 [h]. *Laudabuntur omnes, qui iurant in eo*, & alibi [i], ac idem est, *iurare in nomine Domini* [k]; & Deus ipse nunc dicitur *iurare per semetipsum* [l], nunc *in semetipso* [m], vel *in nomine suo* [n], vel *in dextera sua, & in brachio fortitudinis suæ*, vt paulo antè retuli, & *in anima sua* [o]; & *hoc ipsum*, nempe iurare per filium suum, Cyrillus [p] doceat idem esse, ac per seipsum, propter τὸ ὁμοούσιον, & quia dici solet manus, brachium, potentia Patris; nihilominus, quoniam iuramenti materia Christus est, vel ipsemet is, cui fit, non satis aptè intelligitur, quòd iurauerit Deus in sancto suo, id est, per Christum. Optimi videntur primus, & secundus, qui ferè coincidunt; & secundus præcipuè communior est etiam apud eos, qui alios sensus tradiderunt. Felices nos exclamat Tertullianus [q], pro quibus iurare vult Deus: docet quoque [r] per semetipsum iurare, vt vel ei iuranti credas alium Deum omnino non esse. Ex quo sanè argumentari licet, si quando per filium iurat, declarare illum sibi æqualem esse. Eadem vis inest *iuramento* eiusdem *in sancto* suo, siue *per sanctitatem* suam, vt hæc significat sanctam, sacram, firmam, ratam, immobilem veritatem, fidelitatem. Deus & cùm loquitur, inquit Ambrosius [s] disputans cur Deus iuret, nimirum propter nos, non propter se, fidelis est, cuius sermo sacramentum est. Non enim propter sacramentum fidelis Deus, sed propter Deum etiam sacramentum fidele est. Hieronymus in commentario Amos [t] explanans quòd Propheta [u] scribit *iurauisse Dominum Deum in sancto suo*, recitat præcipuos ex allatis expositionibus, vel in semetipso, vel in Filio suo, vel in templo, vel in omni, qui sanctus est, & templum Dei appellatur. Ibi Symmachus, Theodoreto teste, vertit τῇ ἁγιωσύνῃ αὐτοῦ, *per sanctitatem suam*; quod LXX. κατὰ τῆς ἁγίας αὐτοῦ, *per sanctas*, aut *sancta sua*. Sic præterea *iurare in altari*, vel *in dono*, *quod est super illud* [a], idem valet quod per altare, & donum. At de hac re satis.

Si Dauid mentiar.] Hieronymus, *ne Dauid mentiar.* Translator Paraphrastæ in Regis Bibliis, & Nebiensis reddiderunt *nequaquam*: sed iste legit לא *be in*, quod videri posset significare *non*; in alio autem textu est בם *am*, eo modo, quo in Hebræo. Apollinarius negatiuè quoque declarat, & iuramentum Dauidi factum.

Πρὸς Δαυὶδ ὤμοσα, σαθρὰς οὐ ψεύσεται ὄρκους.
Iurani Dauidi stabilia non mentior iuramenta.

Monent præterea Euthymius, & Nicephorus τὸ οὐ, esse εἰ, οὐ, *si* pro *non*: & ille hoc veteris scripturæ idioma; vt in iuramentis dictio hæc ponatur loco negatiuæ. Exemplum affert ex Psalmo 131 [b]. *sicut iurauit Domino, votum vouit Deo Iacob: si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascendero in lectum stratus mei: si dedero somnum oculis meis*, &c. Addi potest ex 94 [c]. *iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam*: item ex historia Regum [d], *iurat Dominus* (quæ iuramenti formula est) *si ceciderit capillus de capite eius in terram*; hoc est nihil ei accidet mali. Ex Amos [e], *iurauit Dominus in superbiam Iacob, si oblitus fuero vsque in finem omnia opera eorum*: ex Isaia [f], *si dimittetur iniquitas hæc vobis, donec moriamini*: ex Ieremia [g], *si occidero te, & si tradidero te in manus virorum istorum, qui quærunt animam tuam*: rursus ex libris Regum [h], *iuret mihi rex Salomon hodie, quod non interficiat seruum suum gladio*: Hebraicè; (*si interficiet*:) & [i], *iurauit ei per Dominum dicens, non te interficiam gladio*: Hebraicè, (*si te interficiam.*) Sed & in nouo testamento Marcus [k] refert asseuerando dixisse, *amen dico vobis, si dabitur generationi isti signum*: quod Matthæus [l] recitat negatiuè, *non dabitur ei*. Cajetanus ait cum interrogatione pronunciandum, si Dauid mentiar? & sensum esse dubitari non posse, nec hypotheticum esse, quod assentur. Vatablus includit imprecationem, si contingat mentiri, vt hoc fiat, vel addatur ei: Genebrardus, vt habeatur mendax, Agellius: ex humano vsu tale iuramentum Deo tribui, cùm nihil mali possit imprecari sibi. Adam [m] Sasbout negat (*si*) pro (*non*) accipi; sed quædam tacere per apostopesim siue reticentiam, vt non sim Deus Refellit vltimum auctorem Riberа [n] noster, docens & bene, non semper esse dictam apostopesim. Sed ego dubito, an verba Dei in Malachia [o]: *offer illud duci, si placuerit ei, aut si susceperit faciem tuam*, habeant sensum iuramenti, sed fortassis sensus est, offer, & experire an placeat: experieris enim, quòd non placebit; quod rectè intelligatur absque iuramento. Non vtitur Deus execratorio iuramento propriè, vt aliàs [p] dixi, seu imprecatorio; quamuis scribat Chrysostomus [q] ipsum quamuis benignissimum, contra seipsum iurare. Apud Esaiam [r] videtur Deus eam formulam vsurpare; *nisi domus multæ desertæ fuerint grandes, & pulchræ absque habitatore*: & [s], *si non vt puluis, ita non posuero te in solitudinem, & vrbes inhabitabiles.* Videri posset huic similis illa, de qua

Series loci.

DEincepsquidem de Christo magis perspicuè videtur sermo esse, creduntque aliqui non nisi de illo intelligi hunc locum totum posse; nihilominus potest de Dauid etiam typo Christi exponi, & ita facere confert ad veritatem melius de Christo percipiendam. Addit hoc igitur loco **Deus ad priora promissa, fore in Dauide fiduciam tantam**, vt Deum inuocando audeat familiariter suum patrem appellare, suum Deum, suæ defensorem salutis: se autem ipsum vicissim adeò **benevolè, ac paternè tractaturum illum**, vt inter plures alios filios tum suos per adoptionem, **tum patris naturalis Isai, primogenitum constituat**, licèt natu minimus esset, conferendo **ei munus primogenituræ, immò & principatum** inter omnes fratres, supráque populum totum, & **superiorem efficiendo cunctis regibus terræ**: hanc verò liberalem, beneficámque misericordiam aduersus illum semper conseruaturum, & quod semel promisit, **fideliter impleturum**: **facturum** præterea, vt in æuum propagetur posteritas illius, & sit solium eius tam diuturnum, quàm erunt dies cœli.

Hoc, inquam, sensu aliquo modo Dauidi conuenit locus iste, cuius potentia, & regnum diu stetit; quod autem diu stat, interdum dicitur durare in æternum, aut in sæculum sæculi: quo etiam dicendi modi vsurpatur de duratione huius mundi, **quæ tandem tamen finietur**: & **huiusmodi** promissio de adeò longa duratione, sicut & aliæ similes, inuoluunt conditionem, nisi ster per eos, **quibus fit, sesèque per sua peccata indignos illa reddant**: denique compleri tales promissiones **censentur, si non in se, in suo figurato, & significato**, quemadmodum lex, ac testamentum vetus, cui annexa legitur similis promissio, in lege, ac testamento nouo complementum accepit. Ad hoc attendentes nostri, & ad magis exactam proprietatem verborum, sententiæque, ferè de solo Christo declarant, & Iudæos vehementer hoc testimonio premunt. Nam nusquam, inquiunt, legitur, quòd patrem suum Deum Dauid appellauerit, quod passim Christus [a] fecit, nominans Deum, quatenus homo erat. Patrem, prout etiam Deus eidem consubstantialis: Paulus eundem vocat *primogenitum omnis creaturæ* [b], *& in multis fratribus* [c], & absolutè [d]: Dauid omnibus regibus sublimior non fuit, qui vni tantùm imperauit prouinciæ: Christo vt homini, atque pro aliis, quorum caput erat, & mediator, & pro quibus Patrem rogauit Deus, misericordiam seruauit semper, seruabitque: testamentum, ac promissio facta Dauidi, in Christo, qui de semine ipsius fuit, fideliter seruata est: semen verbi diuini disseminatum à Christo, & populus fidelium perseuerat in sæculum sæculi: thronus, & regnum eius, quod est Ecclesia, vsque ad consummationem sæculi, cùm in lechonia, & Sedechia in captiuitatem Babylonicam abductis finem habuerit regnum Dauid post quadringentos circiter annos: post captiuitatem verò Zorobabel non rex, sed dux fuerit. Ratiocinatur ad hunc Euthymius modum, qui magno iudicio, breuitate, perspicuitate, Græcorum solet sententias colligere, quamuis eorum nomina reticendo. Ipsum affectatur Nicephorus abbreuiator, Basilius, aut Theodoretus id antea tradiderant, negando, quæ hic habentur sub Dauide, vel Salomone effectum sortita esse: ac idcirco cæcos Iudæos affirmando, quòd eum, qui ex Dauide secundum carnem ortus est, adorare nolint, qui & terræ, & maris habet imperium, &c. & aut promissionem Dei mendacem vocare cogantur, aut hanc de Christo accipere. Vtuntur eodem argumento, præter Enarratores, etiam alij, vt Cyrillus Ierosolymitanus [e], qui obiurgat obiicienti non sedulè Christum sequi igneam sedem Dauidis, quod nec Scribæ, & Pharisæi *sunt sedi Mosi*, vt Christus [f] tamen dixit, vt sicut illa doctrinæ potestatem significat, sic illa regiam dignitatem, nimirum spiritualiter sumptam. Affirmat etiam hæc ad hominem referre *οἱονεὶ ἐκ προσώπου ἀνθρώπου τῷ λόγῳ χρῆται, omni ignorantiæ plenum, ac mixtum esse.* Pro opinis [g] idem facit, offendens ipso vocabulo *Dauid*, sicut & *Iudæi* [h] appellari Christum in scripturis. Eusebius [i] acrius insistit, quia Salomon regnauit annis duntaxat quadraginta: qui successerunt, non totis quingentis. Et **quamuis quis** concederet vsque ad Iudaicæ gentis obsidionem, qua Romani illos expugnauerunt, nihil **hoc esse ad æternitatem regni, quæ hoc loco prædicitur**: tantis obstrictum criminibus Salomonem aiunt non fuisse appellare nomine patris sui Deum, nec Deum nominare primogeniti sui illum. Cyprianus inter testimonia contra Iudæos [k], vt conuincat Christum esse primogenitum Dei, profert illud ex præsenti psalmo. Damascenus [l] Deum docet inuocatum à **Christo salutisque susceptorem appellatum**, & primogenitum, vt homo erat, ab eodem nominatum, Patrem vt est eius Filius, quique ante sæcula, atque **ante omnem** essentiam, a Patre effloruerit. Augustinus in opere de ciuitate Dei [m] **per multa capita vim facit magnam in his, quæ hic**, & sequentibus versibus dicuntur, vt demonstret ad Christum pertinere. De eodem Christo explicant Ambrosius [n], & Hieronymus [o]; Galatinus [p] verò etiam citat Rabinos hunc totum locum interpretantes de Christo.

Ipse inuocabit me.] Legunt multi minùs correctè, *inuocauit*. Verti potuit absque compositione, *vocabit me*, sicut ab Apollinario ἀκλίτως. Sæpius קרא *hara* reddit Interpres, *inuocare*, vt orationem importet. Satis pro nobis Christus id quæ potuit. Patrem suum inuocare, vt demonstrat Gregorius [q].

Pater meus es tu.] Sic à Christo vocatum Patrem antea dixi, & vicissim ipse illum ita nominauit [r]. Non legitur quidem dixerit, quòd patrem appellauerit suum Deum Dauid; tamen cùm asseruerit *patrem esse orbis inorum* [s]: & Deus *genuisse* dicatur *populum* [t], quem & *filium* nominauit [u]: & peculiariter promiserit se Salomoni *fore in Patrem, & illum ipsi in filium* [x], non video quid obsit asserere, quod negare Græci videntur ità de Deo nonnunquam Dauidem locutum, & alios etiam. Ecclesiasticus auctor orat nominando *Dominum patrem, & Deum vitæ, ac* [y] Eccli. qui Sapientiæ librum [z] scripsit, *tua*, inquit, *Pater prouidentia cuncta gubernat* [a], &, *tanquam Pater mouens probat*: refert etiam [b] nullo hanc obiectam veluti criminationem, **quòd gloriaretur patrem se habere Deum**; vnde innuitur hic de Deo loqui solitum nullum. Procul dubio licet Deus pro sua benignitate quomodo loqueretur, non audebat populus ille aeco sæpe, ac liberè patrem vicissim compellare. Differebatur id in tempus gratiæ, in quo, quia *reddit Spiritus testimonium spiritui nostro, quòd ipsi Dei simus* [c], facitque intus vt *clamemus Abba, Pater* [d]; & ita orare Christus docuit [e], præceptis salutaribus monuit, & diuina institutione formauit. Audiemus di-

Deum nusquam legitur Dauid appellasse patrem.

a Matth.11.25. 26.39. capite 5. 31. c.16.17. 27. cap.18. 10.19. 35. c.20.23. c. 26.29.42.53. Luc.23.34.46. c.24.49. Ioan. 2.16. c.5.17. c. 4.21.23. cap.5. 17.19.20.21. & seq. & ca 6. 8.8. & 10. (sæpe c. 11. 41. c. 12. sæpe c. 13.1. & ca. 14. & 15 & 16 & 17. sæpe c. 18.21. c.20. 17.21.

b Coloss.1.15. c Rom. 8.29. d Hebr.1.6.

e Catech 7. & 12.

b Matt.23.2.

c in Gen.c.49. d Cen.49.8. e de demonst. c.3.

f lib.2.c.1.

g or. de trisag.

h lib.17.ca 9. 10. 11. 12.

i in psal.117. ex edit. Rom. k in Isa c.52. l lib.3.ca.5.

m 13. Mor. 6.

n Matth.1.17.

o psal.6. p Dem.13. 6. q Tract.2.in Ioan. r Ose 1. Malach.1.6. s 2.Reg.7.14

t c.14.1.

u cap.11.

x c.2.16.

y Rom.1.6.

z Rom.8.15

a Sapient.14.

cere *Pater meus es.* Sed vt nuper cum nonnullis Patribus ratiocinabar, non esset filiatio per adoptionem, nisi esset per naturam, & nobis concederetur appellare Deum Patrem, aut Athanasius [a], quia filius eius genuinus habitauit in nobis. Istam filiationem naturalem, & omnino absolutam indicari volunt hoc loco, qui eum de Christo, prout Deus erat interpretantur; & verè negant scripturæ locum extare, in quo perspicue memoretur appellatus Deus pater à Dauide. Nam ex eo, quod psalmo 2. [b] ait, etiam explicando loqui de seipso: *Dominus dixit ad me, filius meus es tu*, non sequitur quòd appellauerit illum quoque patrem; multo minùs ex eo quòd se vocauerit *filium unicum* Dei [c], quod est nihilominus Arguani argumentum. Argumentatur Rickelius, quoniam Eliu præsumptuosus, vt ipse illum vocat, Deo dixerit, *Pater mi* [d]. Liceret potiore ratione argumentari ex Bithynis, quos refert Arrianus [e], in montium cacuminibus Iouem Pappam salutasse; præterea ex Scythis, quos Herodotus [f] prodit Pappæum cognominasse; tandem ex cunctis Gentibus, quæ primum deorum, patrem appellitabant, & ab iis Iupiter quasi iuuans pater dicebatur. Dicere fortassis voluit Deus effecturum se singulari sua, & paterna benevolentia, atque prouidentia erga Dauidem, & populum, quem ipsius committebat curæ, vt merito possent id cognoscere, & prædicare, ac Deo ipsi gratias agere, & siqua se occasio cum precandi offerret, magna fiducia esse, atque suaue illud etiam patris nomen vsurpare. Treuetus hoc innuit: Caietanus, quòd vocare potuerit Deum patrem propter alia beneficia, tum quia regnum acceperat veluti filius adoptatus, non ex successione regiæ originis: Deum autem, quem accepit ipsum esse susceptorem, seu fortitudinem salutis, quia saluatus est, ac liberatus à multis periculis. De filiatione per gratiam adoptionis, actum satis alibi.

Deus meus.] Interpretando de Christo, sic loquitur, & inuocat respectu alterius. Cùm enim nemo, vt scribit Cyrillus [g] Alexandrinus, dicatur sui ipsius Deus, & vt dicatur, sitque aliquis Deus, vel Dominus alicuius, requiratur suppositorum pluralitas, vt Aquinas [h] docet, non sic oportet de altero illum eo modo locutum: quod fecit tum in ipsa cruce, quasi se conquerens *derelictum* [i], tum post resurrectionem, admonens *ascensurum se ad Patrem suum, nostrumque, & ad Deum suum & nostrum* [k]: etsi caute non se ita comprehendit nobiscum, vt diceret Patrem nostrum, & Deum nostrum, sed meum, & vestrum; quia diuerso modo poterat suum Deum, Patrémque, quàm nos nostrum appellare, vt Ambrosius [l] notat; & patrem quidem etiam vt homo, quia nullum, vt talis, habuit hominem. Quamuis autem vt plurimùm cum legitur Christus Deum suum vocare, soleat intelligi secundùm humanitatem sic loqui, qui rectè distinguere nosset, posset asserere id quoque verum esse secundùm diuinitatem, quatenus dicere, Deus meus, nihil aliud est, quàm quòd ipse, qui est Deus, sit Deus de Deo, vt habetur in symbolo Niceno, & accepit deitatem ab alio, qui est Deus, & Pater ipsius. Quo item pacto idem Christus dicebat *suam doctrinam non esse suam* [m], & simul tamen, quòd *omnia quæ Patris sunt, sua etiam essent*, & vicissim *quæ sua* [n], *illius*. Igitur Arguani ratio vera non est, vt oppositum probet, nimirum quòd vocare aliquem Deum suum denotet, vt ipse loquitur, maioritatem illius supra seipsum. Aliquando quidem additur, quod apertè restringat formulam illam ad humanitatem, vt *Deus* [b] *meus. Deus meus vt quid dereliquisti me?* Et hoc loco fortassis ad sequentia respectum habuerunt (*& susceptor salutis meæ*) qui illa (*Deus meus*) ratione humanitatis interpretati sunt.

Et susceptor salutis meæ.] Hieronymus, *fortitudo.* Alij, *rupes*, vel, *petra*, id est, firma, stabilis, inconcussa salus mea, insuperabile auxilium meum. Est צור *tsur petra, rupes, locus munitus, arx munitio*, vnum quoque de nominibus Dei, quod sæpius antea occurrit: *ἀντιλήπτωρ, susceptor, adiutor, auxiliator.* Pro *salute* Paraphrastes *redemptionem* ponit, vt & aliàs sæpe. Intelligitur Christus vt homo loqui de sua resurrectione, & ascensione, sicut etiam psalmo 5. [b] *tu autem Domine susceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum.* Sed non fecerim cum Hugone vim in *suscipiendi* Latino verbo, quasi furtum capere sit. Nec etiam susceptorem vocat Christus Deum, perinde ac si dicat [c], *omnia mea ab te sunt*, vt Rickelius voluit: hoc enim potiùs indicat Christum susceptorem, id est, qui susceperit, atque receperit. Præterea susceptorem non arbitror dicere, vt Haimoni placet, quia suæ humanitati Verbum vnuerit, & per hoc extiterit causa salutis suæ, nempe immunitatis à peccato, resurrectionis, ac totius iustitiæ. Accommodatitiè simul, ac tropologicè idem Hugo docet officium sacerdotum, ac prælatorum propriè est inuocare, vt etiam est apud Iobiem [d], & Paulum [e]: sed vt id rectè præstent debere posse Patrem vocare Deum, quod peculiariter possint pacifici, quos Christus dixit vocandos filios Dei: cultores Dei, Deum suum vocare: flagellatos susceptorem, quoniam *flagellat Deus omnem filium, quem recipit* [f]: atque in hoc esse salutem animæ, videlicet, vt ait Sapiens [g], *in sanctitate iustitiæ.*

Et ego primogenitum ponam illum.] Hieronymus pro (&) reddit (*autem*) quemadmodùm antea versu 25. Paraphrastes (*sed*) לחוד *lechod.* Hebraicè אף *aph* significat *etiam.* Exprimit idem Paraphrastes, *sed ego primogenitum regum domus Iudæ ponam eum.* Fuit Dauid primus rex ex ea domo, siue tribu: & vt priùs dixi, ex fratribus minimus, prælatus est, ac veluti primogenituræ ius obtinuit: & primogenitorum est succedere in regno. Posset etiam cum Treueto explicari de populo, quem Deus appellauit *filium primogenitum* [h], atque vt talem potioribus donis, muneribúsque tractauit. Sed melius omnia literali sensu exponuntur de Dauide, quia videtur sermo esse tanquam de vna persona, & postea Dauid ipse nominatur, initúmque cum illo pactum. De Salomone quoque interpretantur nonnulli, qui positus fuerit primogenitus, non natus, id est, tanquã primogenitus, cum non esset primogenitus, in regno successit. Christus *primogenitus* Mariæ vocatur [i], & *omnis creaturæ* [k], & *mortuorum* [l], seu *ex mortuis* [m], atque *in multis fratribus* [n], & *Dei* [o]: vltimo autem modo, vel secundùm naturam humanam, vel secundùm diuinam; Mariæ vt homo: & Dei primogenitus quatenus Deus, ita est Christus, vt sit vnigenitus absque comparatione ad alios posteriores. Vnicus Deo naturalis, & consubstantialis esse filius potest: Maria plures non habuit, quia Virgo concepit, Virgo peperit, Virgo post partum permãsit: & primogenitus præterea filius eius Christus erat, quatenus ante eum nemo alius genitus

a ep. pro decret. conc. Nicen.
b vers. 7.
c ps. 85. 16. ps. 115. 16.
d Iob 34. 36.
e in Bithyniacis.
f in Melpomene.
g epist. 10.
h 3. p. q. 10. a. 2. ad 1.
i Matt. 27. 46.
k Ioan. 20. 17.
l 3. de virginibus.
m Ioan. 7. 16.
n cap. 17. 10.
a Athan. ad Afros imperatores.
a Matt. 27. 46. ps. 21. 2.
b vers. 4.
c Ioan. 17. 10.
d cap. 2. 17. e Heb. 5. 1. & seq.
f Hebr. 12. 6.
g Eccl. 30. 15.
h Exo. 4. 22.
i Matt. 1. 25. Luc. 2. 7.
k Colos. 1. 15.
l Apoc. 1. 5.
m Rom. 8. 18.
n Rom. 8. 29.
o Hebr. 1. 6. Luc. 24. 5.

ex illa. Cyrillus Alexãdrinus [a] ait, quòd vnum, & tolum peperit Maria filium suum primogenitum, cùm non peperierat secundum post illum, sed permansit Virgo. At, quod subdit, nominatum primogenitum, quia societatem naturæ habuit nobiscum, & fratres, non sufficit: quia respectu Matriæ sic vocatur. Epiphanius [b], vt declinet argumentum negantium Mariam fuisse Virginem post partum, propterea quòd *peperisse* scribatur *filium suum primogenitum* [c], quia vbi non est secundogenitus, nec primogenitus potest esse, negat appellari primogenitum Mariæ, sed Dei, quoniam Euangelistæ non dicunt, quòd peperit filium primogenitum suum, sed filium suum primogenitum, id est, filium quidem suum, sed qui esset primogenitus Dei. Hebraicè scripsit Matthæus, neque Græcè discrimen illud constitit. Melius respondit Hieronymus Heluidio, primogenitum dici Mariam peperisse, vt etiam ex Cyrillo proximè dicebamus, quòd antea nullum genuerit, non quòd alium post ipsum; & hunc esse Scripturæ vsum, vt vnigeniti dicantur etiam primogeniti. Erat populus *Israël primogenitus Dei* [d], cùm alium non haberet, qui appellari posset filius, id est, cultor Dei: *primogenita percussa in Ægypto* [e] complectis indebant quoque vnigenita, ex quibus nonnulla fuisse ambigi nequit: quæ *offerebantur etiam Deo*, secundum legem [f], non ita erant omnia primogenita, vt haberent post se alia genita: *dolor* item *in morte primogeniti* [g] maior est si sit idem vnigenitus: denique Christus vt Deus appellatur, vt etiam dixi, *primogenitus* [h], quem constat vnigenitum esse hoc modo, & ita expressè sentit Oecumenius in commentario epistolæ ad Hebræos [i]: quamuis eum alij locum de Christo homine interpretentur. Alter certè ex Ecclesiastico [k] locus clarior videtur, in quo sub nomine *Sapientiæ* Christus appellatur *primogenitus ante omnem creaturam*. Hoc autem loco Cassiodorus primogenitum vocat: vult, quia est *alpha & omega, nouissimus, & primus*: initium, & finis: princeps, & origo David. Voluerunt Euangelistæ *primogeniti* nomine exprimere, quòd non solum Virgo conceperat, sed Virgo quoque pepererat eum, qui quam solus in conceptione clausam vuluam reseruerat, solus in nativitate aperuerit, id est, ita verè natus esset, ac si aperuisset: qui reuera non aperuit, sed ea clausa prodiit. Hæc ipsa præterea loquendi ratio innuebat ex nascendi etiam ordine intelligi eum, qui nascebatur, sanctum, ac dicatum Domino esse, qui præceperat tibi *sanctifica, dicataque esse primogenita* [l]. Plures hoc loco sumunt *primogenitus* nomen de Christo secundùm naturam humanam, & cum hebraismo ad alios, ad eum modum, quo Paulum retulimus vocasse *primogenitum creaturæ, in fratribus, ex mortuis*, quia erat eximius, præcipuus, maximè electus, caput omnium fidelium, & primus resurrexit ad immortalitatem. Ad hoc nõ est necessaria differentia inter vnigenitum, & primogenitum, quam Basilius, vel Theodoretus affert, vt ex dictis liqueverit vt vnigenitus respectu Dei, primogenitus dicatur creaturarum respectu. Placet magis *ponendi* verbo id indicari, vt notauit Agellius, quia secundùm naturam diuinam non est positus Christus, sed per comparationem ad alios, qui non natura, sed *facti*, ponit oneque sunt filij, & hoc ipsum consequuntur *hac positione*, interuentu meriti illius, qui mediator est inter ipsos, & Deum. Verùm quia mediatoris ratio requirit vt sit idem simul Deus, & homo, primogenitum poni Christum est, naturæ humanæ ipsius diuinam Filij vnigeniti naturam coniungi: & eundem Christum posse inuocare Deum patrem suum, non tantùm vt est vnigenitus consubstantialis, sed etiam vt homo, & primogenitus, propter gratiam vnionis, quia vnicam habet filiationem, cùm ex patre homine nõ sit natus, ob quam etiam vt homo filius est Dei, quo modo nullus alius, quantumuis iustus, & per adoptionem filius Dei, & frater Christi. Quare aduersus Iudæos probabiliter argumentatur Cassiodorus, valétque ratio magis contra nonnullos Hæreticos, hinc elici, credere non debere Filium, qui Patrem inuocet, & Patrem, qui appellet Filium, videlicet distinctas, & consubstantiales personas. Sed nec primogenituræ dignitas illa, vt primatum, & gratiam capitis denotat, data esset Christo homini, seu naturæ humanæ ipsius, nisi cum hac natura coniuncta fuisset diuina, idemque fuisset Deus, qui homo. Denique positus est primogenitus, quatenus declaratus est filius Dei esse is, qui homo erat, & sic *obtinuit nomen super omne nomen* [a], vt inquit Arnobius. Hanc reciprocationem expressit quoque de typico Salomone Deus [b], *ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium*, quod etiam citat de Christo Paulus. Moraliter *primogenitum ponit* Deus in hoc mundo, inquit Hugo, quem sanctificat sibi, & cui reseruat hæreditatem futuræ vitæ, non dat *portionem substantiæ*, quam exegit filius prodigus [c]. *Primogenitus Ægypti occiditur* [d], id est, peccator: *Israëlita redimitur* [e], hoc est, pœnitens: *Leuita sanctificatur* [f], nempe innocés.

Excelsum præ regibus terræ.] Hieronymus omissa præpositione *regibus terræ*, quo pacto etiam Aquilam trãstulisse testis Basilius, vel Theodoretus, qui etiam ὑψίστου vocauit, hoc est, *altissimum*: & Cyprianus [g] legit, *altissimum apud reges terræ*. Hebraicè non est præpositio, sed litera seruiens casui לְמַלְכֵי *lemalche*. Chaldaicè עַל כָּל מַלְכֵי *hhol chol malchine super omnes reges*. In psalterio vetere, & apud Augustinum [h], *apud reges*; quam vim potest habere phrasis Græca huius loci ἐπὶ τῶν βασιλέων; quod Apollinarius cum præpositione μετ' in datiuo quoque declarat. Significat hoc pacto μετ' *inter*; & idem valet sic inter reges, apud ve reges excelsum, quod præ illis: & illis, quod apud, ac inter illos, & eorum siue confessione, siue comparatione. Dauidi, & Salomoni aliquo modo, sed maximè Christo id conuenit, vt dixi. Huc alludit fortassis illa Ecclesiæ antiphona in primis vesperis Natiuitatis Domini; *magnificatus est rex pacificus super omnes reges vniuersæ terræ*; aut simul ad alia scripta de Salomone, qui typus erat Christi [i]; *magnificatus est Salomon super omnes reges terræ diuitiis, & gloria, omnesq; reges terrarum desiderabant videre faciem Salomonis, vt audirent sapientiam, quam dederat Deus in corde eius, & deferebat ei munera*, &c. Notat verò Agellius quod nomen *excelsi*, & *altissimi*, & Hebræum עֶלְיוֹן *hhelion* nunquam reperitur in scriptura communicatum vlli homini, vel angelo, sed soli Deo. Inter propria nomina Dei decem hoc numerat Hieronymus [k]: & idcirco vrget dictus auctor Iudæos, non posse accipi locum istum de Salomone; sed quod Christus Deus posturus esset עֶלְיוֹן *hhelion*, qua facturus erat vt idem esset Deus & homo: quam Paulus [l] *exaltationem* vocat cum collatione *nominis super omne nomen*. Argumẽti minuitur vis, non solùm quòd alia nonnulla dedecem illis Dei nominibus communicentur hominibus aliquando, vt sæpenumero

vidimus

a de recta fide.
b hær. 78.
c Matt. 1 25. Luc. 2. 7.
Vnigenitus & primogenitus in Scriptura pro eodem.
d Exod. 4 22.
e c. 12. 29.
f c. 13. 2. c. 22. 29.
g Zach. 12. 10.
h Hebr. 1. 6. Eccles. 4. 5.
i in c. 1.
k c. 24. 5.
l Exo. 13. 2.
a Philip. 2. 9.
b 2 Reg. 7. 14.
c Luc. 15. 22.
d Exo. 11. 5 c. 12. 12. 29.
e Exo. 13. 15.
f Num. 3. 12. 41.
g lib. 2. c. 2.
h hic, & in de ciuit. c. 9.
Allusio loci in antiphona Natiuitatis.
i 2. paral. 9. 22. 23. 24. 1. Reg. 10. 23. 24. 25.
k epist. 136.
l Philip. 2.

vidimus, sed quia Iudæorum gentem promisit Deus *factuum se cunctis gentibus excelsiorem*[a]; Hebraicè isto ipso nomine עֶלְיוֹן *hhelion*, de quo agimus, de vna quidem aliqua particulari persona dictum non reperio. Sed si de integra gente dicitur, quid obstat de singulis dici? si *filij excelsi* dici omnes possunt[b], cur non ipsi etiam excelsi? Maiorem vim habet cōparatio cum regibus terræ; maiórque adhuc esset, si pro מַלְאָכָיו *malche* legeremus מַלְאָכָיו *malache*, quod posterius vocabulum significat *Angelos*. Sed hoc mihi non permitto, quod sibi idem Agellius: &, si de angelis loqui Dauid voluisset, sicut alibi paulo minùs ab iis minoratum canens Christum, videlicet secundùm conditionem humanæ naturæ, illos non restrinxerat ad Angelos terræ, qui nempe terram, & orbem administrant, ita nec hic restringere debuisset. Ad regum regem Christum venerabundi accurrerunt reges *Magi* [c], *regem facere* Iudæi voluerunt [d]: regiè in Ierusalem exceptus est, *réxque* salutatus *veniens in nomine Domini* [e], & *rex Israël* [f]: postea euangelio prædicato cuncti tandem reges terræ excelsiorem se illum crediderunt. Martyres nostri, ait Augustinus, quorum natalitia celebramus, sanguinem suum propter hæc credita, & nondum visa fuderunt. Quanto fortiores nos esse debemus, videndo per quod illi crediderunt? Excelsum enim apud reges terræ illi nondum viderant Christum, adhuc *principes conueniebant in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius* g. Nondum impletum erat quod in psalmo sequitur [h]: *& nunc reges intelligite, erudimini omnes, qui iudicatis terram.* Iam ergo factus est Christus excelsus apud reges terræ Hucusque ille. De Christo codē vaticinatus est Esaias [i]: *Ecce intelliget seruus meus; exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valde*, &c.[k] *Iste aspergit gentes multas* (sanguine suo, aqua baptismi, doctrina) *& super ipsum continebunt reges os suum*, qui prius contra religionem Christianam leges sæuissimas promulgabant, vt ait Augustinus [l], ita vt ne hiscere quidem audeant de sua potestate in conspectu eius. Rursus scribit idem Propheta [m], *ædificabunt filij peregrinorum muros tuos, & reges eorum ministrabunt tibi.* Excelsus Christus est præ omnibus fidelibus, qui dici *reges* possunt [n], quia *regalis* [o] *legis* est auctor, & ea gratia, vt Augustinus [p] docet, sit ab initio fidei suæ homo quicumque Christianus, qua gratia homo ille ab initio factus est Christus: de ipso spiritu hic renatus, de quo ille natus: eodem spiritu fit nobis remissio peccatorum, quo factum est, vt nullum haberet ille peccatum. Denique *vnctus à Deo est rex præ participibus* [q] *suis*, regia dignitate per eiusdem merita honoratis.

In æternum seruabo illi misericordiam meam.] Hieronymus *custodiam*. Docui quo pacto conuenire possit Dauidi, & Salomoni custodia ista, conseruatio, adimpletio misericordiæ, benignitatis, fauoris Dei in æternum: nam & verbis Dei Nathan dixit Dauidi [r], *stabilitam thronum regni eius vsque in sempiternum*, sine dubio maximè propriè huiusmodi pollicitatio accipitur de Christo, quem Dauid, ac Salomon cum regno suo præfigurabant. Misericordiam, qua *Verbum caro factum est*, in æternum seruat Deus, quia quod semel Verbum assumpsit, non dimittet: misericordiam item, qua largitur peccatorum remissionem, & munera gratiæ, quia sunt ἀμεταμέλητα *sine pœnitentia* [s], & nili per nos stet, durant semper, ac perducunt in vitam æternam. præterea illam, qua pœnitentes expectat, & omnibus offert gratiam, quamdiu degunt in hac via, & vita. Dicitur verò huiusmodi misericordia seruari Christo, quia confertur aliis propter illum. Iubemur *esse misericordes sicut & Pater noster misericors est* [a], nempe in æternum, & semper, *ne sit misericordia nostra quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens* [b], id est, breuis, ac temporanea.

Et testamentum meum fidele ipsi.] Hieronymus, *& pactum meum fidele erit ei.* Quid testamentum sit, διαθήκη בְּרִית *berith*, dictum alias. Hoc testamentum fidele sunt, quas Esaias [c] vocat *misericordias Dauid fideles*, aliter [d], *sancta Dauid fidelia*. Ieremias [e] Deo dixit, *multa est fides tua*: & Samuël, de eodem, quòd *triumphator in Israël pœnitudine non flectitur, nec agit pœnitentiam vt homo* [f]: & iterum noster vates [g], *fidelis Deus in omnibus verbis suis* [h]; *fidelis est, & absque vlla iniquitate.* Emphasim habet pronomen, si referatur ad Christum, quoniam in gratiam Christi collata sunt nobis omnia munera gratiæ. Dixit Christus necessarium fuisse, *vt implerentur Scripturæ*, quæ de ipso erant [i]: & Paulus [k] ait, *debuisse Christum per omnia fratribus similari* (per Incarnationem, quam idem vocat *apprehensionem seminis Abrahæ* [l]) *vt misericors fieret, & fidelis pontifex ad Deum, vt repropitiaret delicta populi.* Vbi misericordiæ, atque fidelitatis mentio fit, sicut hoc loco. Fideli Deo fideles nos oportet esse, ac *fidelia eius mandata* [m] fideliter custodire, & *fidem* ei *seruare* [n].

Et ponam in sæculum sæculi semen eius.] Hieronymus, *in perpetuum*; quod refert Euthymius de Symmacho, Chaldaicè *filios eius*. In psalterio Romano, quod recitat Faber, *fidem eius*: quia in illo, quo vtitur basilica S. Petri est (*semen eius*) & ita legit Arnobius. Sed videtur error in ea lectione, quia semen tantùm significat זֶרַע *zerahh*, & *semina*. Semen autem vel significat Christum ipsum ex semine Dauid, qui *manet in æternum* [o]; vel filios, & prolem spiritualem seu Ecclesiam, quæ perduret etiam semper. Vtrumque sensum habet locus Esaiæ [p], *si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum*, id est, Christus posteros suos fideles: aut legendo cum LXX. *si dederitis pro peccato, anima vestra videbit semen longæuum*, id est, si volueritis agere pœnitentiam, vt ibi exponit Hieronymus, & pro peccatis vestris offerre *sacrificium placens Deo, spiritum contribulatum* [q], videbit anima vestra semen longi temporis, ipsum Dominum Saluatorem. Ita verò etiam ibidem explicat hunc nostrum locum de Christo. Quòd sit Christus de semine Dauid, efficitur ex hoc loco: sed quo modo probetur ex genealogia, quam contexit Matthæus vsque ad Ioseph, disputat hîc Aiguanus. Lege Enarratores Matthæi. Colligitur verò hinc etiam Ecclesiam visibilem non posse deficere, etiamsi sint in ea boni, & mali, vt postea dicetur. *Multiplicabitur*, ait idem Propheta [r], *eius imperium, & pacis non erit finis, super solium Dauid, & super regnum eius sedebit, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio, & iustitia à modò, & vsque in sempiternum.* Iudæis obiicientibus Dominum nostrum non fuisse verum Messiam, quòd filios non procrearit, nec semen post se reliquerit, respondet Galatinus [s] ex R. Akiba, discipulos dici semen eius, à quo docentur: & ex Bereschit rabba, illos, qui sunt alteri similes: & quòd filij Hillel vocati sunt discipuli ipsius: & qui ab alio nutriuntur, aut

a Deut.26.19.
b ps.81.6.
c Matt.2.1.
d Ioan.6.15.
e Luc.19.38.
f Ioan.12.13.
g ps.2.2.
h vers.10.
i c.52.13.
k vers.15.
l 1.de cons. euang.c.31.
m c.60.10.
n 1.Pet.2.9. Apoc.5.10.
o Iacobi 1.8.
p de prædest. sanct.c.15.
q ps.44.8.
r 2.Reg.7.13.
s Rom.11.29.
a Luce 6.36
b Osee 6.4.
c c.53.3.
d Actuum 13. 34.
e Thren.3.23.
f 1.Reg.15.29.
g Ps.144.13.
h Deut. 32.4.
i Matt.26.54. Lucæ 24.27. k Hebr.2.17.
l vers.16.
m ps.110. 8.
n 2. Timot.4.
o Ioan.12.34.
p c.53.10.
q ps.50 19.
r c 9.7.
s lib.5.c.13.

educantur,& instituuntur: postremò decuisse,vt quemadmodum Christus non descendit de semine corporali, sic haberet semen non corporale, sed spirituale. Tropologicè *semen ponitur in saeculum saeculi*, cùm quis operatur fructum in vitam æternam: ita vt *pietates eius non desint: & cum tali semine ipsorum perseueret bona hereditas* [a].

Et thronum eius sicut dies cœli.] Chaldaicè, *iuxta dies, quibus steterint cœli*, vel, *sicut dies firmitatis cœlorum*. Legit Ambrosius [b] *sedem*. Postea ponitur similis comparatio cum sole, lunáque, sicut & in psalmo 71. quia res hæ semper duraturæ censentur, nec vulgus alias nouit magis perpetuas. Vnde Apollinarius,

Καὶ θρόνον ἀιγλήεις, ὅσσον ὑρανῦ ἤματα μίμνει.

Et thronus gloriosus, quantùm cœli dies manent.

Distinctio inter dies terræ, & cœli, quam ponit Augustinus, mystica potiùs est, vt nempe terræ sint, qui succedentibus vrgentur, & præcedentes excluduntur: cœli semper præsentes, quemadmodum, *& anni non deficientes eius, qui semper idem est* [c]. Nam *ordinatione Dei perseuerans dies* [d], cœli dies est: nec in cœlo propriè dies est, quidquid Caietanus dicere videatur, eo quòd ibi non sit vmbra terræ. *Dies* dici possunt *cœli* figuratè pro duratione perpetua cœlorum, perinde ac si fingeremus distinctionem dierum ex cursu, motúque cœlorum, cùm tamen motus post iudicium nullus futurus sit. Ambrosius [e] mystico etiam sensu *diem cœli*, quasi legisset hic in singulari, cùm sit plurali numero יָמִים *iamim*, & ἡμέραν, explicat Christum esse, & illum, de quo habetur in alio psalmo [f], *dies dies eructat verbum* quoniam ipse est, inquit, dies Filius, cui Pater dies, diuinitatis suæ eructat arcanum; ipse dies, de quo ait Propheta [g], *& ambulemus in lumine Domini*: & sicut diem cœli nox omnino non sequitur, ita & Christi iustitiam peccatorum tenebræ non sequuntur: semper enim dies cœli splendet, lucet, & fulget, neque aliqua potest obscuritate concludi: ita & lumen Christi semper micat, radiat, coruscat, nec aliqua potest delictorum caligine comprehendi. Vult idem Pater de Christo intelligi diem quam canit [h] Dauid *factam à Domino*, & illam, quam *præcedente nocte* Apostolus [i] *approximasse* scribit, ita vt deinceps non sequatur nox.

Ad literam significatur perpetuitas throni, seu regni Dauidis eo modo, quem dixi, & Christi; quatenus ille huius typus erat, & vt pactum, ac testamentum Dei cum illo tamdiu duret, quamdiu durabit mundus, in quo est perpetua dierum vicissitudo, ex cœli motu orjens, *Si* enim, inquit Dominus per Ieremiam [k], *irritum fieri potest pactum meum cum die, & pactum meum cum nocte, vt non sit dies & nox in tempore suo. & pactum meum irritum esse poterit cum Dauid seruo meo, vt non sit ex eo filius, qui regnet in throno eius, & Leuitæ, & sacerdotes ministri mei.* Hoc est pactum, de quo in Genesi [l]; *quamdiu diebus terræ nox, & dies non requiescent.* Talis forma de sacerdotio Aaronis in libro Ecclesiastici [m]: *factum est illi in testamentum æternum, & semini eius sicut dies cœli.* Est Christus rex, sacerdósque perpetuus, licèt non secundùm ordinem Aaron, sed Melchisedech. Item in Deuteronomio [n] de terra promissionis dicitur, quòd *iurauit Dominus, vt daret quamdiu cœlum imminet terræ.* Græcè eo modo ferè, quo hîc, καθὼς αἱ ἡμέραι τοῦ ὑρανοῦ ἐπὶ τῆς γῆς, *sicut dies cœli super terram;* quod Hebræa quoque valent כִּימֵי הַשָּׁמַיִם עַל הָאָרֶץ *chime hasschamaim vhal haarets.* Vbi magis exprimitur de diebus propriè dictis, qui sunt super terram. Ex quo non infertur tamen, cessantibus illis diebus, & motu cœlorum, fore vt non amplius immineant hi terræ, quasi destruendi sint a terra, sed quòd non imminebunt eo modo, quo nunc. Possumus hinc verò colligere thronum Christi, & regimen in Ecclesia, Ecclesiámque ipsam visibilem esse, vt & ex comparatione, quæ postea sequitur cum sole, & luna. Item moraliter loquendo, quanto debeat lumine splendescere is, qui sedet in throno tum politico, tum præsertim Ecclesiastico, quem Christus *lucem* vocat *mundi* [a]. Thronus Christi flammæ ignis [b]: *de illo procedunt fulgura, sunig, ante illum septem lampades ardentes* [c], *& iris in circuitu eius* [d]: procedit etiam inde *fluuius aquæ viuæ splendidus tanquam crystallus* [e]. Petrum Alexandrinum constat sedere in Pontificali throno noluisse, sed in scabello, cùm diceret se cùm plerumque throno illi approximare vellet, vidisse quamdam in eo diuinam sedere virtutem fulgore luminis radiantem, & inter gaudium, & pauorem suspensum agnouisse se tantæ sessionis prorsus indignum, & nisi scandali seminarium populo inferre timuisset, haud quidem ipsi scabello sedere auturum fuisse [f].

a Matth.5.14.
a Daniel.7.5.
c apoc.4.5.
d vers.3.
e c.22.1.
f Acta Petri Alexan apud Baron tom.3. annal.

Vers. 31.] Si autem dereliquerint filij eius legem meam, & in iudiciis meis non ambulauerint;

Vers. 32.] Si iustitias meas profanauerint, & mandata mea non custodierint:

Vers. 33.] Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum.

Sensus loci.

POterat in dubium reuocari, an homines, quibus, vel de quibus facta promissio est à Deo tam asseueranter, pactumque, ac testamentum adeò sanctè initum, possent impunè quidlibet agere, atque pro arbitratu viuere, nulla de lege, & vario præceptorum ipsius genere habita ratione, quòd scilicet certo sibi persuaderent fidelem Deum in promissis futurum: vel vtrùm Deus ipse quæ promisisset ob huiusmodi prævaricatores, impleturus non esset; si non tanquam mutatus, quia per se mutari, *& negare seipsum non potest*, certè quia huiusmodi promissio non absoluta, sed conditionata duntaxat fuisset. Respondet posterioris quæstionis membro sequentibus versibus, in istis priori. Est autem responsio ad prius membrum, non impunè laturos, qui legem prævaricabuntur, & violabunt, & non seruabunt: sed se in eos animaduersurum, licèt non more seueri iudicis penitùs abiiciendo, atque perdendo; verùm tanquam bonum, ac pium patrem verberibus afflictendo, vt ad sese redeant, & resipiscant, superfit verò illud semen, quod se *posturum* prædixerat *in saeculum saeculi*, &, qui sedeat in throno Dauid, quamdiu dies, & mundus durabunt. Hæc allegoricè de electis potissimùm declarantur, atque de Ecclesia, vt nempe ista propter aliquorum peccata non desinat, nec

illi,

illi, si quando peccent, pereant, & Deus misericordiam quoque suam promissam, puniendo exhibeat. Videtur Dauid memor promissi olim sibi facti, hoc nunc repetere. *Qui (scilicet filius tuus* [a]*) si iniquè aliquid gesserit, arguam eum in virga virorum, & in plagis filiorum hominum: misericordiam autem meam non auferam ab eo, sicut abstuli à Saül, quem amoui à facie mea.* Sed posterior pars istius promissi pertinet ad sequentes versus. Non potest *incredulitas nonnullorum fidem Dei euacuare* (id est, fidelitatem in promissis) quia *Deus est verax*, quamuis *omnis homo mendax* [b]; & *iniquitas* aliorum *commendat iustitiam Dei* [c]; & *veritas illius in mendacio illorum abundat in gloriam ipsius* [d]. Etenim promissio Dei, potissimùm de venturo Christo, non pendebat ex conditione meritorum, & operum legis, vt velle Iudæi videbantur, & ex his, qui Christiani fiebant aliqui, contra illos, qui ex Gentilibus insolescebant. Vnde facta est promissio prima expressa post lapsum Adæ [e]; item impio regi Achaz [f]. Omnino *fidelis, qui repromisit* [g], quidquid agant homines, si non credunt, ille fidelis permanet; *negare seipsum non potest* [h]. Ex quo deducunt etiam aliqui, non cecidisse sub meritum eorum, qui antea vixerunt, Incarnationem Christi. Dici potest promissa illius absoluta, non hypothetica esse, absoluta, inquam, respectu rei promissæ, ac filiorum Dei secundùm spiritum, quamuis ratione sobolis carnalis, esset hypothetica. Idem iudicium de alio psalmo [i]; *si custodierint filij tui testamentum meum*, &c. & *filij eorum vsque in saeculum sedebunt super sedem tuam.* Erat promissio conditionalis respectu filiorum Dauidis secundùm carnem; cathegorica, & absoluta, respectu Christi, prolisque spiritualis eiusdem. Ibi namque Augustinus docet, quòd etiamsi non custodirent testamentum Dei, promissionem non perituram, sed complendam in credentibus, qui sint filij Dauid non stirpe, sed vero cultu Dei, & fide. Præterea sequitur, intra Ecclesiam posse cum bonis malos permixtos esse, virga, & verberibus dignos. Denique, quòd peccatoribus Deus remittere non vult peccata absque castigatione: quam si piè tolerent, valebit ad remissionem, vt concilium Tridentinum [k] docet: si autem de semetipsis vindictam sumendo, hanc Dei visitationem præuenerint, valituram scribit Tertullianus [l] ad hoc vt vindictam Dei euadant. In quantum tibi non peperceris, inquit, in tantum tibi Deus, crede, parcet. Qua de re Augustinum [m] etiam lege, & Bernardum [n].

Si autem dereliquerint filij eius legem meam.] Addita est particula (*autem*) quæ nec est Hebraicè, nec Græcè, neque in psalterio Latino vetere, & Romano: neque apud Cassiodorum, Augustinum, Cyprianum [o]. *Filios* pluraliter dicit hoc loco Dauid, cùm vnus tantùm, nempe Salomon, in citato alio ex historia Regum expressus esset. Sed videlicet intelligebantur ibi etiam alij posteri. Plura quoque hîc recitantur à Dauide, qui probè memoria tenebat oraculum diuinum, quàm ab historiæ scriptore. Ibi est, *si iniquè aliquid gesserit*, hoc loco mentio fit de derelictione legis, de iudiciis, in quibus non ambuletur, de iustitiis, quæ prophanentur, de mandatis, quæ non custodiantur. Quæ quamuis possit inculcatio censeri, vt Hugoni placet, seu exaggeratio, & eiusdem rei variis verbis repetitio, tamen distingui solent, vt alibi docuimus.

A Lex comprehendit omnia, quæ fieri, vel caueri iubentur: præcipuè decalogum. Familiaris est phrasis hæc Scripturis, vt *derelinque* dicatur *lex Dei*, vel *Dei mandata*, & *via recta*, & *iudicia*, & *testamentum*; & peccatores *derelinquentes legem* cognominentur *, quod aliter est *derelinquere Deum ipsum* [b], vel *timorem ipsius* [c]. Videtur *derelictio* importare neglectum, & contemptum, non tantùm per incuriam, quam vocant *desidiam*, cùm piget, vel tædet legem seruare, sed præterea per apostasiam. Nihilominus appellantur filij Dei, qui legem eius derelinquunt, vel etiam apostatarant à Deo, non solùm creatione, sed etiam prædestinatione, si sint de numero prædestinatorum, & rediturі ad cor, ad legem, ad Deum. Quater dicitur hoc loco, *si peccauerint*: quoniam non habet in electis locum comminatio; *super* [d] *tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non conuertam eum.*

B *Et in iudiciis meis non ambulauerint.*] Iudicia, vel quæ iudicialia propriè dicuntur, præcepta significant, vel quælibet moralia, quatenus Dei sententiam demonstrant, docéntque tum de bonis, quæ obseruatores consecuturi sunt, tum de malis, quæ transgressores: vel omnia, quæ Deus iusta, & obseruanda iudicat. Hugonis distinctio non est exacta, vt *derelinquere legem* referatur ad cogitationes malas, *in iudiciis non ambulare*, ad malum consensum *iustitias prophanare*, ad mala verba; *mandata non custodire*, ad mala opera. Vel primum, vt lex suscipiatur; secundum, vt proficiatur in bonis operibus; tertium, vt sancta intentione fiant; quartum, vt custodiantur mandata Euangelica etiam minima. Placet vt *ambulandi* verbo tropologicè innuatur progressus, ac profectus, quod aliàs quoque notatum est.

C *Si iustitias meas prophanauerint.*] Psalterium vetus, & Romanum, atque Augustinus, & Cyprianus antea citatus, *iustificationes*, τὰ δικαιώματα; & חקותי *chukkoth*, & *prophanandi* verbum denotant sermonem esse de ceremoniis, quas Hieronymus exprimit, siue de ceremonialibus præceptis, ac statutis, quorum, inquit Caietanus, non est ratio, nisi quia sic instituta sunt. Latius quæuis præcepta hoc nomine dicuntur, vt docent quod iustum est, quod iniustum, prohibent: & qui secundùm virtutem vivit, iustum esse declarant. Moneo caueas parum aptam etymologiam, profanandi à fano, quam tradit Aiguanus, nec eam peritorum auribus ingeras, sed nec imperitorum, ne fiant imperitiores. A Fauno, vel fando fanum peritiores deriuant; & est etiam qui phanum scribens, Νῦν τὸ φανερὸν, quòd apertum in eo daretur responsum.

D *Et mandata mea non custodierint.*] Hieronymus, *præcepta*, Cyprianus [e], *præcepta non obseruauerint.* Sunt ἐντολαὶ, & מצותיו *mitsuoth* singulæ præceptiones, quæ domini, ac regis in morem quidpiam particulatim imperant: quæ dici quoque possunt moralia præcepta. Dauid sub mortem filio Salomoni commendauit *custodiam cerimoniarum Domini, præceptorum, iudiciorum* [f], *sicut scriptum in lege Moysi* [g], vbi regi aliquando futuro id iniungitur. Nicetas [h] Choniata refellit hoc testimonio Valentinum, & Gnosticos, qui aiebant solum decalogum à Deo datum, cæterorum autem scriptorum alia Moïsi, alia seniorum populi fle. Nam per *testamentum*, & alia, quæ hîc exprimuntur, vniuersa

a 2.Reg.7.14. 15.
b Rom.3.3.
c vers.5.
d vers.7.
e Gen.3.15.
f Isa.7.14. & seq.
g Hebr.10.23.
h 2.Tim.2.13.
i ps.131.12.
k sess.14.c.3.
l de pœnit.c.9.
m epist.54.
n ser 55. in cant.
o lib.2.c.1. & epist.8. & ser. de lapsis.
a ps.118.53. Ier.5.4. & c.28.4. Ioel 2.15 c.4.1.11. Hos.5.2. Ier 9.3. Dan.11 30.1. Mach.1 55.
b sæpissimè præcipuè Ier 2.13. Deut.32 15.16.
c Iob 6.14.
d Amos 1.3.
Hugonis distinctio parum exacta.
Fani etymologia.
e lib.2.c.1. epist.8.ser de lapsis.
f 3.Reg.2.3
g Deut.17.19. h 4.thesaur.c.5.

lex, inquit, intelligitur, quam quidem sibi Deus vt propriam traditionem vendicat.

Visitabo in virga iniquitates eorum.] Hieronymus, *scelera* Cyprianus, *facinora*. In Biblijs Regijs, qui transtert paraphrastim Chaldæam, non satis aptè reddit per *tribū* nomen שבט *sceptri*: etsi enim eam quoque significet, tamen significatio *virgæ*, quam Nobiensis expressit, magis ad rem facit. In historia Regum [a] est de filio Dauidis, qui *si iniquè aliquid peccarit, arguam eum in virga virorum, & in plagis filiorum hominum*, quod Augustinus [b] legit, *in tactibus*, exponens plagas correptionis. Hoc loco antè (*visitabo*) Hebraicè est particula ו *ve &*, quam explicant per *tunc*. *Visitandi* verbum in vtramque partem, & ad consolandum, & ad puniendum occurrit antea in hoc opere non semel. *Punitionem in virga* sumunt hîc omnes ad correctionem, & ad consolationem demum, quam *virgam, & baculum* afferre Dauid [c] alibi cecinit. Qui *extra disciplinam* istam est, exhæredatur [d]: nec pij filij Corinthij fuissent, si Paulo dicenti [e], *quid vultis? in virga veniam ad vos?* respondissent, si cum virga venturus es, noli venire. Denique vrget egregiè Augustinus. Peccator filius dedignatur flagellari, cùm sine peccato videat vnicum flagellatum? Cyprianus [f] citans hunc locum, virgas, ait, & flagella sentimus, qui Deo nec bonis factis placemus, nec pro peccatis satisfacimus. Rogemus de intimo corde, & de tota mente, misericordiam Dei, quia & ipse addidit dicens; *misericordiam autem meam non dispergam ab eo*. Vocat etiam [g] istam censuram pariter, & clementiam Dei comminantis simul, atque parcentis: punientis, vt corrigat, & cùm correxit, reseruantis. Præterea monet [h] hic ante prædici, & prænunciari, & prænoneri censuram diuinam. Grandem Hieronymus [i] docet offensam esse, postquam peccaueris, iram Domini non mereri: Deum visitare, id est, punire peccatores, vt veluti cauterio, & amarissimis potionibus recipiant sanitatem, & morbis careant, sicut scribitur hoc loco. Deus valde iratus populo, ait per Oseam [k]; *non visitabo super filias vestras cùm fuerint fornicatæ, & super sponsas vestras, cùm adulteraverint*. Quo loco præter citatum Hieronymum, Cyrillus [l] idem notat, quod modo dixi. Velle etiam videtur *visitandi* verbum, tametsi de pœnis quoque dicatur, includere punientis Dei beneuolentiam, & volentis honorare, atque diligere, quos ita visitat, vt *ευμιγως* moderatè, lenitérque increpitos, ad salutaria denuò impellat. Citat trita illa Sapientis [m], Paulique [n], testimonia, quòd *filios, & dilectos corripiat, & flagellet Dominus*; cui simile in Apocalypsi [o]. Addit à quibus est in maiorem modum Deus offensus, eo neutiquam aspicere, sed tantùm non dicere; *non nouit vos*, & illos non visitare, non curare non conuerti ad ipsos, eos vilipendere. Adduce sententiam Dei in Amos [p]. *Tantummodo vos cognoui ex omnibus cognationibus terræ; ideo visitabo super vos omnes iniquitates vestras*. Item ex Ezechiele [q]; *& requiescet indignatio mea in te, & auferetur zelus meus à te, & quiescam, nec irascar amplius*, &c. Denique præfationem scriptoris historiæ Machabæorum, quam habet priusquam istorum narret martyrium [s]. Sed existimo, *visitare* vt punire significat aliquando vsurpari pro excidio, & vastitate etiam absque futura correctione hic visitatorum, & punitorum, vt cùm Ezechiel [t] ait *appropinquasse visitationes tuas*, & alibi aliquoties. Certè quod ait Elias [u], *fire vt visitet Dominus super militiam cæli in excelso*, non potest accipi secundùm correptionem remedij, quæ non cadit in Angelos malos; quamuis id ibi Hieronymus relinquat sub dubio; vbi etiam notat idioma scripturarum, vt *visitare* sit quasi ægrotantem, & ferro, & cauteriis egentem tractare. Verùm non fit ista semper tractatio ad remedium: & comparatio cum ægrotante habere locum potest in damnato, quatenus non morienti, ægrotanti similis est, ac languenti; & languor ipse peccatum ipsius est, aliter dictum secunda mors, propter quod peccatum visitatur, id est, punitur, sed non ad remedium. De re ipsa sat memini egisse me aliàs non semel in isto opere, velimque Origenem [a] de eadem legas, dum differit quo pacto Deus *zelotes* dicatur [b]; præterea dum Ieremiam enarrat [c]. Profert allata iam loca Ezechielis [d], & Oseæ [e]; præterea Ieremiæ [f], apud quem Deus ait; *Erudire Ierusalem, ne forte recedat anima mea à te*, quod de dolore, & flagello declarat. Solari licet hac sententia quemuis in tribulatione constitutum, tum qui violenta sit morte obiturus. *Nec* [g] enim *consurgit duplex tribulatio*; quod Lxx. explicant, quòd *non vindicabit bis Deus in idipsum in tribulatione*. Basilius [h] appellat Dei virgam admodum instructiuam, & erudientem, quæque non obliqua, sed recta inferat iudicia. Augustinus [i] iungens locum nostrum loco simili in libris Regum [k], significari dicit plagas à Deo ordinari ad correptionem. Bachiarius [l] præsentem sententiam nominat scientiam diuini canonis, quæ desperantem adducat ad salutis litus: & loqui Dauidem de Domini nostri Iesu Christi filiis, quos Ecclesiastici fontis vterus, & secreti, ac perplexi vulua mysterij parturiuit, quos natos crucis cuna susceptt, Euangelij mammilla lactauit. Auctor [m] operis imperfecti scribit, prolato hoc loco, quòd offensus ab homine Deus non ideò irascitur, quia contemnatur, sed quia sic homo perdit animam suam, non quòd doleat de iniuria sua, sed de perditione sua: quòd non castigat vt iniuriam vindicet, sed vt corrigat ad salutem. Quod cum moderatione intelligendum est, quoniam certum est pluris æstimari offensam, & iniuriam, & contemptum Dei à Deo etiam ipso, immò ab illo potiùs, quàm ab alio, cùm ipse se quantus quantus est, solus æstimet. Voluit auctor ille dicere non egere hac vindicta Deum, vt seipsum vlciscatur, sibique satisfiat: & in supplicijs, ac tribulationibus præsentis vitæ curare potiùs mùm salutem nostram. Ambrosius [n] Nouatianum illum errorem de non recipiendo pœnitente, confutat istius testimonij argumento: quoniam hic etiam non custodientibus mandata sua veniam Deus non negat. Quomodo autem quidam Adam locum præsentem interpretaretur, quòd nimirum esset virga, in qua Deus visitaret iniquitates nostras, lege Arguanum.

Et in verberibus peccata eorum.] Hieronymus, *& in plagis iniquitates eorum*. Vetus Psalterium, & Augustinus, *in flagello delicta eorum*. Cyprianus sæpiùs citatus eodem pacto Hieronymus verò idem aliquando [o], *in flagellis iniquitates eorum*: nonnunquam [p], *in flagellis peccata eorum*: interdum [q], vt extat hîc in editione nostra. Quod moneo, vt intelligamus esse synonyma, in quibus quandoque nulla saxiè discrimen inquiritur. Nō stata, & certa differentia est virgæ, & verberum, flagellorum plagarum: non peccatorum, delictorum,

a lib.2.7.14.
b 17. de ciuit. c. 9.
c psl.22.4.
d Heb.12.8.
e 1.Cor.4.21.
f epist 8.
g epist.52.
h serm.de lapsis. i in c.4. Osee & in tradit Hebr. & in c.22 Isa. & in c.6.Gen.
k c.4.14.
l num 46.
m Prou.3.12.
n Hebr.12.5.
o c.3.19.
p Matt.7.23.
q c.5.2.
r c.16.42.
s lib.2.6.22.
t c.9.1.
u c.14.22.
a hom.8.in Exo.
b Exod.20.5.
c 14.14.
c hom.2.
d c.16.42.
e c.4.14.
f c.6.8.
g Nahom 1.9.
h hom.11.in ps.44.
i 17.de ciuit. c.9.
k lib.2.7.
l epist.de recipiendis lapsis.
m hom.18.
n 1.de pœnit. c.12. Nouatiani errorem de non recipiendo pœnitente confutat.
o in Psa.c.14.
p in c.2.Ezech. & in Mich.c.3.
q in c.1.Ezech. & in Osee c.4.

ctorum, iniquitatum factiorum, scelerum. Non est virga seuerior, lentor verberum castigatio, vel vice versâ, etiamsi durior sit virga, flagella flexibiliora, vt ex vimine, loris funibus. Non indicat virga sæuos illos homines, quorum Deus opera vtitur ad puniendum, & appellat *virgas furoris sui*[a] verbera, & μάστιγας, mala, quæ per se Deus, aut non hominis ministerio infligit, vt mortes charorum, pestilentiæ, morbi, charitas annonæ, &c.

a Esa. 10. 5.

Vers. 34.] Misericordiam autem meam non dispergam ab eo; neque nocebo in veritate mea.

Vers. 35.] Neque profanabo testamentum meum, & quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita.

Sensus lect.

ALtera hîc responsi pars est ad alteram partem quæstionis, de qua priùs meminimus, an propter improbitatem hominum destituturus esset Deus ab amplissimo illo promisso suo, quod fecerat de regno Dauidis, ipsiúsque prole, ac de Ecclesia, & Christo sub istis typis. Summa est, categoricum, & omnino ratum esse promissum, vt nulla ratione periclitatura sit eius veritas, firmitas, certitudo, nec quid imminuendum de oblata liberalissima misericordia; quamuis interueniant nonnullorum demerita, & debitis ea pœnis puniantur, vt proximè dictum est. Videntur autem ἀλλοίτως opponi *non dispergere misericordiam à Dauid, & semine ipsius*, seu à Christo, & Ecclesia; *non nocere in veritate*; *non prophanare testamentum, non esse irrita, quæ procedunt de labiis* Dei, his, quæ antea commemorata sunt de *derelinquentibus legem* Dei, de *non ambulantibus in iudiciis* illius, de *profanantibus iustitias*, de *non custodientibus mandata*: vt nimirum isti non impediant ea, quæ constituit Deus, sed ipse contraria quodammodo faciat conantibus quod in illis est, ea impedire. Non eget sententia longiore declaratione; solùm nonnulla subnotanda.

Misericordiam autem meam non dispergam ab eo.] Hieronymus, *non auferam ab eo*. Alij, *non dissoluam*, vel, *non amouebo*, vel, *non interrumpam*. Vbi non est vis in Latino *dispergendi* verbo, quasi sit misericordia in collatam, aut conferendam alicui, in alios transferre, & quodammodo dispergere. Idem est quod penitus auferre. Legit Cyprianus[b], Ambrosius[c]; alio loco Hieronymus[d], *ab eo*; & ita reperio in psalterio Ecclesiæ Ambrosianæ, quod putatur esse Gallicanum, quamuis in illo, quod recitat Faber extet, *ab eo*; & idem Hieronymus[e] alibi etiam sequatur lectionem nostram. Augustinus[f], & alij Latini præsertim, vim constituunt in singulari numero, vt intelligamus Christum sub typo Dauidis, cui scilicet Christo talia promissa sunt, *& vnctus est oleo sanctio Dei præ participibus suis*. Meminit idem Augustinus alterius lectionis, & est tamen etiam in Bibliis Complutensibus, Regiisque, *ab eis*, ἀπ' αὐτῶν, atque apud Euthymium, Nicephorum, Apollinarium. Quamuis autè sit minùs correcta lectio, vtpote cùm Hebraicè legatur מִמֶּנּוּ *meehemmo*, itáque Basilius, seu Theodoretus legat, explicans de Dauide, & sic restitutum est in Sixtina editione Lxx. nihilominus monet idem Augustinus nihil ab re habere codices, qui illud habent, quia misericordia non erat Christo necessaria, qui non peccauit, sed membris eius. Confirmat Augustinus[a], quoniam in historia Regum[b], vbi eadem fere sententia est, *iniquitas eius* singulariter dicitur, nempe Salomonis, & Christi sub typo filius, cum hic antea numero plurali *filij* nominarentur, vt intelligeremus de Christo dici quodammodo, quod de eius corpore dicitur, nimirum etiá peccata. Quod potest adhuc illustrari verbis Psalmi 21.[c] vbi Christus vocat *verba delictorum suorum*, id est, membrorum, quorum susceperat in se luenda peccata, ac delicta. Hoc etiam Cyprianus[d] innuit, scribens ita dici, quia lapsis in Christo dabit Deus remissionem peccatorũ. Fieri potest vt Lxx. sic pluraliter transtulerint, aut alij, quod factum cerũt, quod singulari dicebatur numero, collectiuè dicti sint interpretari. Augustinus quidem alio adhuc loco[e], sic intellexit, vel certè per accommodationem vsurpauit, hoc pacto alloquens Deum, commendando misericordiam ipsius Vnde de temetipso per quemdam seruum tuum dixisti[f]: *misericordias eius super omnia opera eius*, & quasi de singulo loquentem de vniuerso populo tuo te dixisse confidimus: *misericordiam autem meam non dispergam ab eo*: nullum enim spernis, neminem abiicis, neminem perhorrescis nisi qui fortè antés te exhorruerit. Omnibus Ambrosius[g], à Deo promitti misericordiam infert ex hoc loco, quia *castigat eminem filium, quem recipit*[h], *quem verò castigat, morti non tradit*[i]. Auctoris historiæ Machabæorum[k], sententia similis, quòd *nunquam Deus à populo suo misericordiam suam amouet: corripiens verò in aduersis illum non derelinquit*. Ex huius autem Psalmi nostri loco, & historiæ Regũ priùs citato, cui noster affinis est, & ex aliis argumentis, Aiguanus definitè pronunciat Salomonis salutem. Quæstionem istam non indiligenter tractauimus præfatione commentarij in Ecclesiasten, propendentes in hanc benigniorem sententiam.

Neque nocebo in veritate mea.] Hieronymus, *nec mentiar in veritate mea*. Alij, *nec mentiar in veritatem meam* id est, contra veritatem meam non fallam fidem meam, non falsificabo, aut falsam reddam veritatem meam, non faciam contra fidem datam. Quidam quoque vertunt, *non decipiam in veritate mea*, sed sensu eodem, non autem quòd indicetur non decepturum Dauidem, & quasi innuatur decipi nonnunquam aliquem in diuina iustitia, videlicet permittendo, vt cùm quis ex habitu, & malitia peccat[l]. Aquila: οὐ ψεύσομαι, *non mentiar*: Symmachus: οὐ παραβήσομαι, *non transgrediar*. Talis vtcunque apud prophanos illa formula[m]; *si sciens fallo*; *id ego si fallo*. In vetere Psalterio, *neque nocebo eos in veritate mea*. Augustinus (*eis.*) Qui promissis non stat, nocet plurimùm pendenti à se promissorum: & qui punit prout exigit iustitia, quam veritas quoque significat, nocumentum, & damnum graue infert. Ob id nostra lectio virumque spirans sensum, digna est, inquit Ricardus Cenomanus, & Hebrææ consona. Si pro אֶשְׁקַר *asiqar* esset cum puncto in sinistro cornu literæ ש (שׂ) אֶשְׂקַר *asiqar* denotaret *malitiam, quâ nocentes oculos, ac malevoli indicant*. Placet magis nihil mutare, & in Ricardi iudicio conquiescere. Græcè οὐ ψεύσομαι ἐν τῇ ἀληθείᾳ μου, vbi est triplex negatio, sicut versu sequenti, quod explanat Euthymius, nullam iniuriam infestam ipsi Dauid: hoc autem faciam propter veritatem meam, & quia sum verax: Apollinarius, *in ipsamet veritate nihil iniustum faciam*, Οὐδ' ἐν ἀληθείᾳ ἴδιόν τι σφάλσω τυλιεῖσα.

a Ps. 17. de ciuit. c. 1.
b lib. 2. 7.
c vers. 2.
d epist. 52.
e med. t. c. 2.
f Ps. 144. 9.
g 1. de pœnit. c. 2.
h Heb. 12. 6.
i Ps. 117. 18.
k lib. 2. 6. 16.
Aguani pronunciatio definita de Salomonis salute.
b epist. 8. & 52.
c 1. de pœnit. c. 12.
d in Esa. c. 22.
e in Oseæ c. 4. & in Mich. c. 5.
f 1. ic & 17. de ciuit. c. 9.
l Philip. Diuus. 4. comm. in 1. de Dam. - pell. pœnit. m Plin. in Panegyr. Plaut. in Amphitruo. actu 3. sce. 2. Versus Ital.

Sed hoc tandem refertur in Dauidem, ne scilicet si non compleret Deus promissa, videretur Deus aut illum, aut etiam suammet veritatē, ac seipsum lædere; si etiam quod Cenomanus dicebat iuxta veritatis aliam notionem, seuerius puniret, ita vt propterea id quod promisit, non præstaret. Rickelius, quem videtur sequi Iacobus Ianssonius, vult iuramenti formulam esse, *in veritate mea*. vt se Deus non nociturum, ac læsurum promissionem suam, seu nihil commissurum contra illam, & fidelitatem, ac veritatem suam, iurando per ipsummet veritatem suam: quasi dicat, ait Rickelius, tam veraciter non inferam perpetuum nocumentum ipsi Dauid, quàm veraciter verus sum. Cùm Deus hîc loquatur, non intelligit nisi veritatem increatam: aliquid autem per huiusmodi veritatem affirmare, iurare est. Quod si quispiam asserens in veritate, de illa intelligas, quæ sit in re, de qua loqueris, siue in mente tua, propriè non iuras. Huiusmodi videtur illud apud prophanos *iurare ex animi sui sententia* [a]. Dixi alibi [b], de modo isto iurandi, *in veritate*. Videtur Ieremias [c] priore locutus modo, propriéque iurasse quando dixit; *in veritate misit me Dominus ad vos*. Veneratione veritas meretur, nec lædi vllo debet modo, eíve vel leuissimè nocere. *Nec iota patitur* Christus, *apicémve de lege praterire, donec omnia fiant* [d], *& omnia vult impleri, qua de se scripta sunt* [e]: & vetat *à nobis vnum de mandatis minimis solui* [f], támque nos longè *à mendacio*, vt etiam *ociosè loqui* non permittat [g]. Quid illis erit, super quorum *impietatem, & iniustitiam reuelabitur ira Dei, qui veritatem vllius in iniustitia detinent, & commutant veritatem in mendacium* [h]? vt malint falso, quàm vero Deo seruire: vel si retineant veri Dei cognitionem, ac fidem, moribus contradicant, *& factis negent* [i]; vel veritatis notitia abutantur; vel hanc aliis cùm possent, & deberent, non communicent; vel qui offerenti se veritati resistant, aut non attendant, idque quoniam iniustitiæ omnique peccato addicti sunt. Lege commentarium Toleti in epistolam ad Romanos [k]. Delicata res, admodúmque pellucida veritas, cui nullo negotio noceatur. Sed fidei veritati nullum eiusmodi nocumentum afferri potest, quo perdi possit ex parte, non in toto. Nunquam perditur nisi in toto, siue tota. Vt non tàtis intelligam quo pacto Hugo perdi posse hoc loco dicat, vel in toto, vel in parte.

Neque prophanabo testamentum meum.] Hieronymus, *non violabo pactum meum*. Videtur, vt priùs monui, hoc antitheton versus 32. *si iustitias meas prophanauerint*. Testamenti namque ratio, & pacti celebratur certa ceremonia: iustitiæ autem significant ceremonialia præcepta, vt etiam dixi. Testamentum, pactum, iuramentum non solùm à Deo factum, sed etiam ab homine, sanctum, sacrum, inuiolabile debet esse: vocatúrque aliquando sacramentum, vtpote actus religiosus. De hoc egi alibi, & quàm tanctè tum non inpari, tum seruari debeat iuramentum, & standum promissis honestis, præsertim si sint iurata. Applicari locus potest ad sacras literas, ne quis eas prophanet, sed *prophanas deuitet vocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ* [l]: item ad vitæ religiosæ institutum, quam iterati Deo profitentur, & ad quos *missi* Deus *mandatum, vt esset pactum cum* Leui, *pactum vitæ, & pacis* [m], vt honestè viuant, & alios Deo reconcilient.

Et quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita.] Hieronymus, *& quod egressum est de labiis meis non mutabo*. Alij, *egressum laborum meorum non mutabo*, id est, sermonem prolatum, & id quod sum verbis pollicitus non retractabo; quod ore locutus sum, opere præstabo; simplex enunciatio mea mihi promissi, & iuramenti loco est; nihil apud me distat à dicto factum, sed dictum factum est; quod futurum dico, ita prorsus erit: ratum est quidquid pronuncio; *verbum semel egressum de ore meo non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcumque volui* [a]. Mysticè *labia Dei* sunt prophetæ comparati cum *vitta coccinea* [b], propter munditiam, mansuetudinem, modestiam, charitatem: vel testamentum duplex. Caue ne in vacuum gratiam, & verbum Dei recipias, nec irritum facias pactum eius. Cautus etiam esto in sermone, ne protulisse pœniteat, & irritum velis quod proferis: cùm volet irreuocabile verbum. *Diligenter verò redde Deo vota, qua distinxerunt labia tua* [c].

Vers. 36.] Semel iuraui in sancto meo, si Dauid mentiar.

Vers. 37.] Semen eius in æternum manebit.

Vers 38.] Et thronus eius sicut Sol in conspectu meo, & sicut Luna perfecta in æternum: & testis in cœlo fidelis.

HOc est inuiolabile testamentum Dei, verbáque iureiurando confirmata, de quo etiam priùs meminerat versu 4. quod per suammet sanctitatem, atque *per semetipsum, quia maiorem se non habet* [d], nuncupauit; fore vt nullo modo Dauidem falleret, sed prout pollicitus erat, semen eius semper propagatum duraret: regnum quoque ipsius tam esset diuturnum, latè patens, illustre, quàm est in conspectu suo sol, & luna præsertim cùm plenè resplendet, vnà cum cæteris astris in cœlo constitutis; quæ omnia in testimonium aduocet indubitati huius, omninóque fixi, ac firmi promissi: &, si non sufficiunt, ipsemet omni acceptione maior iuratus testis, hoc ipsum sanctè confirmet, ita vt nemo diffidere, aut dubitare vlla ratione debeat. Sensus de Christo mysticus, ac de Ecclesia perspicuus ex dictis est. Sed in singularum partium enucleatione occurrent nonnulla, quæ obseruentur.

Semel iurau.] Sic psalmo 61. [e] *Semel locutus est Deus*. Significat sufficere semel iurauisse, & locutum esse; perindéque esse, ac si sæpiùs id fecisset, quod sæpiùs homines faciunt. Hominum consuetudo, ait Cassiodorus, est frequenter iurare, vt eis possit aliquis credere: Deus semel iurat, quia nulla varietate temporis immutatur. Vulgaris phrasis firmiter asseuerantis, *io lo dico, ò giuro vna volta per tutte*. Deus autem quomodo iuret, aliàs docuimus. Fallúntur, qui hac formula iurandi, quæ sequitur, semel tàtum vsum Deum volunt: repetitur enim in Amos [f].

In sancto meo.] Chaldaicè, *in nomine sancto meo*; secundus sensus, *per sanctitatem meam*. Vtroque autem sensu significatur pluspiam, si *iurauisse se dicat per semetipsum* [g]: liquidem indicat se habere fontem sanctitatis, & veritatis, vt necesse sit magnum pondus habere iuramentum suum. Hoc pacto testamentū *sanctum* dicitur [h], & *verbum* [i],

a Brisso. in formulis lib. 8. pag. 812.
b in Actuum c. 10. 34.
c c. 26. 15.
d Matth. 5. 18.
e Luc. 24. 44.
f Matt. 5. 19.
g c. 12. 36.
h Rom. 1. 18. 25.
i Tit. 1. 16.
k in c. 1. ad Rom. not. 33.
l 1. Tim. 6. 20.
m Malac. 2. 5
a Psa. 55. 11. Hebræus exposuit.
b cant. 4. 3.
c ps. 65. 13.
d Hebr. 6. 13.
e vers. 12.
f c. 4. 2.
g Gen. 22. 16. Hebr. 6. 13.
h Luc. 1. 72.
i ps. 104. 42.

& ita idem esset, ac iurare veritatem, vt in alio psalmo [a] *iurauisse sibi Deum* Dauid canit. Eodem recidit iurare in dispositione sua sancta, vt sit impossibile quod disposuerit non contingere, vt Bruno Carthusianus loquitur. Tertiò potest significari iuramentum per sanctuarium, in quo peculiariter habitabat. Quartò *per cœlum*, sicut in Deuteronomio [b]; *leuabo in cœlum manum meam, & dicam, viuo ego in æternum.* Quintò in sancto seruo suo Abraham, & consequenter in posteris, ex quibus nasciturus erat Christus. Sextò peculiariter in Dauid, cui *factum* de Christo *iuramentum* testis ipse in psalmo 131. [c] Septimò in secreto meo, quod esset idem, ac apud meipsum, & per meipsum, non per aliud extra me, nec apud *maiorem, & me superiorem* [d]. Octauò in Christo homine, sicut cùm dicitur *iurauisse in dextera sua, & in brachio fortitudinis suæ* [e]; & Christus dixit, *custodi* [f] *animam meam, quoniam sanctus sum.* Vltimus sensus est crediti Hieronymi, qui vocat hominem dominicum: præterea Remigij exponentis in sancto sanctorum constituendo, id est, vt constitueretur: item Haimonis, qui declarat in filio meo, per quem sanctificatur omne humanum genus: adhæc Eusebij [g], qui considerat illum vt Verbum, & Filium Dei: præterea Cassiodori, & Hugonis: septimus eiusdem Hugonis, & Glossæ interlinearis, quæ secretum interpretatur, vnde Prophetæ biberunt, id est, immediatam reuelationem Dei: sextus, & quintus Aiguani. Minùs probabiles videntur quintus, sextus, septimus, octauus; paulo magis tertius, & quartus. Nam iurare in aliquo, explicare vt sit iurare il'i, durius est, videlicet vel Abrahamo, vel Dauidi. Quod attinet ad Christum, quamuis iurare in eo, exponi posset, per eum, sicut in psalmo 62 [h]. *Laudabuntur omnes, qui iurant in eo*, & alibi [i], ac idem est, *iurare in nomine Domini* [k]; & Deus ipse nunc dicitur *iurare per semetipsum* [l], nunc *in semetipso* [m], vel *in nomine suo* [n], vel *in dextera sua, & in brachio fortitudinis suæ*, vt paulo antè retuli, & *in anima sua* [o]; & *hoc ipsum*, nempe iurare per filium suum, Cyrillus [p] doceat idem esse, ac per seipsum, propter τὸ ὁμοούσιον [q], & quia dici solet manus, brachium, potentia Patris; nihilominus, quoniam iuramenti materia Christus est, vel ipsemet i-, cui fit, non satis aprè intelligitur, quòd iurauerit Deus in sancto suo, id est, per Christum. Optimi videntur primus, & secundus, qui ferè coincidunt; & secundus præcipuè communior est etiam apud eos, qui alios sensus tradiderunt. Felices nos exclamat Tertullianus [r], pro quibus iurare vult Deus: docet quoque [s] per semetipsum iurare, vt vel ei iuranti credas alium Deum omnino non esse. Ex quo sanè argumentari licet, si quando per filium iurat, declarare illum sibi æqualem esse. Ea enim vis inest *iuramento* eiusdem *in sancto* suo, siue *per sanctificationem* suam, vt hæc significat sanctam, sacram, firmam, ratam, immobilem veritatem, fidelitatem. Deus & cùm loquitur, inquit Ambrosius [t] disputans cur Deus iuret, nimirum propter nos, non propter se, fidelis est, cuius sermo sacramentum est. Non enim propter sacramentum fidelis Deus, sed propter Deum etiam sacramentum fidele est. Hieronymus in commentario Amos [u] explanans quòd Propheta [x] scribit *iurauisse Dominum Deum in sancto suo*, recitat præcipuos ex allatis expositionibus, vel in semetipso, vel in Filio suo, vel in templo, vel in omni, qui sanctus est, & templum Dei appellatur. Ibi Symmachus, Theodoreto teste, vertit κατὰ τὸν ἁγιασμὸν αὐτοῦ, *per sanctificationem suam*; quod LXX. κατὰ τῆς ἁγιωσύνης αὐτοῦ, *per sanctitatem aut per sanctificationem suam*. Sic præterea *iurare in altari*, vel *in dextera, quod est super illud* [a], idem valet quod per altare, & donum. At de hac re satis.

Si Dauid mentiar.] Hieronymus, *ne Dauid mentiar.* Translator Paraphrastæ in Regiis Bibliis, & Nebiensis reddiderunt *nequaquam*: sed iste legit ב *be in*, quod videri posset significare *non*; in alio autem textu est בם *am*, eo modo, quo in Hebræo. Apollinarius negatiuè quoque declarat, & iuramentum Dauidi factum.

Ἅπαξ Δαυὶδ ᾤμοσα, σαθρὰ ἢ ψεύδεσιν ὅρκους.
Iurani Dauidi stabilia non mentior iuramenta.

Monent præterea Euthymius, & Nicephorus τὸ οὐ, esse ἀντὶ τοῦ, εἰ, *si* pro *non*: & ille hoc veteris scripturæ idioma, vt in iuramentis dictio hæc ponatur loco negatiuæ. Exemplum affert ex Psalmo 131 [b]. *sicut iurauit Domino, votum vouit Deo Iacob: si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascendero in lectum stratus mei: si dedero somnum oculis meis*, &c. Addi potest ex 94 [c]. *iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam:* item ex historia Regum [d], *viuit Dominus* (quæ iuramenti formula est) *si ceciderit capillus de capite eius in terram*; hoc est nihil ei accidet mali. Ex Amos [e], *iurauit Dominus in superbiam Iacob, si obliuiscar vsque in finem omnia opera eorum:* ex Isaia [f], *si dimittetur iniquitas hæc vobis, donec moriamini:* ex Ieremia [g], *si occidero te, & si tradidero te in manus virorum istorum, qui quærunt animam tuam:* rursus ex libris Regum [h], *iuret mihi rex Salomon hodie, quòd non interficiat seruum suum gladio:* Hebraicè, (*si interficiet:*) & [i], *iurauit ei per Dominum dicens, non te interficiam gladio:* Hebraicè, (*si te interficiam.*) Sed & in nouo testamento Marcus [k] refert asseuerando dixisse, *amen dico vobis, si dabitur generationi isti signum*: quod Matthæus [l] recitat negatiuè, *non dabitur ei.* Caietanus ait cum interrogatione pronunciandum, si Dauid mentiar? & sensum esse dubitari non posse, nec hypotheticum esse, quod asseritur. Vatablus includit imprecationem, si contingat mentiri, vt hoc fiat, vel addatur ei: Genebrardus, vt habeatur mendax, Agellius ex humano vsu tale iuramentum Deo tribui, cùm nihil mali possit imprecari sibi. Adam [m] Sasbout negat (*si*) pro (*non*) accipi; sed quædam taceri per aposiopesim siue reticentiam, vt non sim Deus Refellit vltimum auctorem Ribera [n] noster, docens & bene, non semper esse dictam aposiopesim. Sed ego dubito, an verba Dei in Malachia [o]: *offer illud duci, si placuerit ei, aut si susceperit faciem tuam*, habeant sensum iuramenti, sed fortassis sensus est, offer, & experire an placeat: experieris enim, quòd non placebit; quod rectè intelligatur absque iuramento. Non vtitur Deus execratorio iuramento propriè, vt aliàs [p] dixi, seu imprecatorio; quamuis scribat Chrysostomus [q] ipsum quamuis benignissimum, contra seipsum iurare. Apud Esaiam [r] videtur Deus eam formulam vsurpare; *nisi domus multæ deseritæ fuerint grandes, & pulchræ absque habitatore:* & [s], *si non vt pauci, ita non posuero te in solitudinem, & vrbes inhabitabiles.* Videri posset huic similis illa, de qua

priùs

priùs memini Gentilium formula ex augurali disciplina, *si scisens fallo*. Aduce Horatianum illud [a],

Si neque maiorem feci ratione mala rem.

Et ex Terentio,

Ne me astringas scelestè, si pol Glycerio non omnia hæc.

Et ex Ouidio [b],

Mentiar, obscurum nisi cùm nox fecerit orbem.

Exprimuntur in scriptura imprecationes interdum [c] his verbis; *hæc faciat Dominus, & hæc addat*, nimirum certa quædam mala, quæ vulgò nota, non exprimuntur. Dum hæc scribo peruenit ad me posthumus Serarij nostri commentarius in Ruth, in quo nonnihil de hoc argumento [d]. Locus vnus ex Geneſi [e] occurrit, quo videtur hic noster, atque 35. versus verba illustrari, *neque nocebo in veritate mea*. Dixit Abimelech, & Phicol princeps exercitus ad Abraham: *Dominus tecum est in vniuersis, quæ agis: iura ergo per Deum, ne noceas mihi, & posteris meis, stirpique meæ*. Hebraicè extat תשקר אם lo tisker, *si mentiere*, id est, ne mentiaris, ne dolo, & fraude noceas: quod Græcè redditur sicut & hic, μὴ ἀδικήσῃς: agitur namque de mendacio, quod in opere consistit. Tractat eumdem locum alter de nostris Delrius [f], & perstringit disputationem huc vsque protractam.

Semen eius in æternum manebit.] Hieronymus, *in sempiternum erit* [g], alibi, *in sempiternum manebit*. Alij, *in sæculum erit*. Chaldaicè, *filij eius in æternum erunt*. Hoc aliis antea [h] verbis dictum est, *ponam in sæculum sæculi semen eius*; quod idem Doctor [i] confirmat sententia Gabrielis ad Mariam [k], *dabit illi Dominus sedem Dauid*, &c. De re priùs satis. Hugo mysticè declarat, interpretans nomen *Dauid* fortem manu, & aspectu desiderabilem, *Salomonem*, pacificum, ait promitti semper futuros aliquos per bonam vitam aspectu desiderabiles, ac in operatione fortes, & qui reconcilient Deo peccatores. Semper erunt Christiani, & *electos nemo rapiet de manu* boni Pastoris [l]; & Christus *manet in æternum* [m]. & non solùm hic fructus ventris Dauid *ponetur super sedem eius* [n], verùm etiam *filij eius vsque in sæculum sæculi sedebunt super sedem illius* [o], quæ est Ecclesia, in qua erunt semper, qui regantur, & regant.

Et thronus eius sicut sol in conspectu meo.] In vetere psalterio, & illo, quo Ecclesia Vaticana vtitur, & in alio, quo Ambrosiana, & apud Augustinum, & Ambrosium [p] (*sedes*) in Gallicano enim, quod recitat Faber, *thronus* legitur. Chaldaicè, *thronus eius lucidus*; sic esset descriptio throni, solij, sedis, tribunalis, regiæ dignitatis, vt adeò splenderet, ac illustris appareret, quàm est sol clarus in conspectu Dei, id est, maximè clarus. Nam tale quid, vel tale, dicitur in conspectu Dei, seu coram Deo, quod est maximè tale, & iudicio Dei vt *robustus venator coram Deo* [q], *peccatores coram Deo* [r], *nequam in conspectu Domini* [s], *magnus coram Domino* [t], *ciuitas magna Deo* [u], *benedictus Abraham Deo excelso* [x], lege Riberam [y]. Idem est, si thronum ipsum dicas esse in Dei conspectu sicut solem, hoc est, iudicari à Deo similem soli, quod est, perillustrem esse, quia res ita se habet, vt à Deo iudicatur, qui falli non potest. Nec abhorret, vim comparationis esse in perpetuitate, vt tantam thronus habeat in conspectu Dei, quantam sol habet in eiusdem conspectu. Sed & in Israelitarum lingua, id est, in expositione minore super Genesim scriptum refert Galatinus [z], quod quemadmodum *die quarta creata sunt luminaria* [b], sic quartus natus Iudas filius Iacob [c], vt innueretur quod hic scribitur de Messia, futurum thronum eius sicut solem, & lunam, cùm ille de tribu Iuda sit. Augustinus, & alij Latini; sedem Christi mysticè dicunt esse membra ipsius, quemadmodum caput nostrum portans membra corporis nostri, & fore vt *fulgeant sicut sol in regno Patris* ipsius [d], seu in conspectu illius, non in conspectu hominis, carnis, mortalium animalium, vt idcirco similitudo solis denoter perfectionem spiritualem, & in anima, quam perfectionem solus videt Deus, tum vt consistit in gratia, tum vt post hanc vitam etiam in gloria: præterea vt sint sicut luna perfecta, quæ iam post plenilunium non deficiat; quare designatur perfectio, ac immortalitas corporis [e]: & de hoc ipso articulo resurrectionis, qui semper adeò difficilis visus est, ac vehementer, pertinaciter, connixè, contentiosè impugnatus, testis sit in cœlo fidelis, id est, indubitata reuelantis Dei auctoritas, & Christus ipse illic retinens cicatrices in corpore, vt hoc vulnus dubitationis faceret in hominum corde, & ipsummet corpus nostrum suo tempore resuscitatum; & idem Christus, qui resuscitabit nos per virtutem suam. Hoc est regnum, quod appellat Daniel [f], cœli, & sanctorum. Deprehendit etiam in sole Augustanus dotes animæ beatæ, claram visionem in lumine; dilectionis vnionem in bonitate, quia est planeta maximè benevolus, vt Astrologi loquuntur; perpetuitatem, quia in orbe pribilis est; præterea dotes corporis, in lumine claritatem; in celeri motu agilitatem; in vi omnia subeundi subtilitatem; impassibilitatem, quia non corrumpitur, & per immunda trahens non maculatur. Sed Hugo applicat locum totum ad Mariam, sicut *& thronum in columna nubis* [g], *& thronum eburneum Salomonis* [h], *sicut ferculum de ligno Libani* [i], fulciùs agens de throno eburneo: comparatam docet cum sole, ob calorem gloriæ in anima, & splendorem gloriæ in corpore: cum luna, propter frigiditatem virginitatis, humiditatem humilitatis perpetuæ: testem esse in cœlo fidelem, quoniam ibi orat pro nobis, testificans quod pro illis Deus factus est homo; quia thronus est, continere iudicem, quem timet peccator: quia sol, producere calorem pœnitenti de terrenis curis exire cupienti; quia luna, nocti aduersitatum, & ignorantiæ subuenire; quia testis, patrocinari causæ nostræ aduersus spiritus immundos, importuna desideria, pericula mortis: orandum Deum, *ne filij gloriæ suæ recordetur, nec vitium faciat fructui suum nobiscum* [k]; & vt illa tanquam *Iudas testis descendat cum Deo & cum sanctis fidelibus* [l], in auxilium nostrum. Liceret item nominare *thronum* gratiæ Dei, & Christi, ad quem qui accedit, *consequitur misericordiam, & gratiam inuenit in auxilio opportuno* [m]. Conuenit eidem descriptio *throni* Ezechielis, quem vidit Ezechiel [n], qui est lapis maximè splendidus aerij coloris. *Videtur* hæc est

[a] lib. 2. Serm. 6.
[b] 2. Metam.
[c] Ruth 1. 17. 1 Regum 3. 16. c. 14. 44. c. 20. 13. c. 25. 22. lib. 2. 1. 9. 15. c. 19. 13. lib. 3. 2. 21. c. 19 2. c. 20. 10. lib. 4. 6 31.
[d] in c. 1. q. 14. e c. 21. 22. 23.
[f] ibi in Gen.
[g] in Esa. c. 53.
[h] vers. 50.
[i] in Esa. c. 53.
[k] Luc. 1. 32. Mystica expositio.
[l] Ioan. 10. 28.
[m] c. 12. 34.
[n] ps. 131. 11.
[o] vers. 12.
[p] lib. de pasch. cele brat. ratio.
[q] Gen. 10. 9. 1 c. 13. 13. f c. 18. 7.
[r] Luc. 1. 15 in Ionæ 3. 3 sec. Hebr. & Iax & Chald. coram Domino
[s] Gen. 13. 13. Chald. coram Deo excelso y in Ionæ c. 3. n. 3. & seq.
[z] lib. 3. c. 25.
[b] Gen. 1. 14.
[c] c. 29. 31.
[d] Matt. 13. 43.
[e] idem Augustin. epist. 119. c. 6.
[f] c. 2. 44.
[g] Ec. 1. 14. 7. 1 3. Reg. 10. 18. 2 Paral. 9. 17.
[h] Cant. 3. 9.
[i] Ierc. 24. 11.
[k] Oseæ 11. 12.
[l] Heb. 2. 16
[m] c. 12. 26.
[n]

amicta sole [a], & est thronus sicut sol, quia nunquam caruit lumine rationis, id est, vsu eius etiam intra matris vterum. Philippus Greuecus [b] integro sermone demonstrat quo pacto comparetur cum throno, sole, luna. Bonauentura [c] omnia, quæ hic dicuntur ad eandem accommodat, docetque cœli natura, & proprietas quomodo illi conueniant. Canit etiam Ecclesia de illa celsitudinem throni processisse. Ambrosius [d] sedem in conspectu Dei sicut solem, & vt lunam perfectam in æternum manentem, interpretatur secundùm allegoriam de Ecclesiæ perfectione, vel de claræ (id est magis explicitæ) fidei plenitudine.

Et sicut luna perfecta in æternum.] Hieronymus absque coniunctione, *sicut luna stabilietur in sempiternum.* Chaldaicè, *sicut luna firmata ad signum æternum*, id est, vt *sit in signa, & tempora*, quæ durabunt cum mundo; quemadmodum de illa, & de sole scriptum est in Genesi [e]. Hebræum verbum כּוֹן *cechon* significat *stabilietur*, seu, *firmabitur*, & non est epithetum lunæ, sed indicat tamen illius stabilitatem, quodque sicut illa stabilis est, sic erit thronus Dauid. Intellexerunt Lxx. quòd quemadmodum luna perficitur cùm est plena, ita thronus erit illustris. Vnde Apollinarius,

τοῖος ἐὼν εἰπεῖν ἴσα πλήθουσα σελήνη.
Talis existens, qualis est plena luna.

Euthymius etiam, & Nicephorus explicant de luna cum est παντέλειος καὶ ὁλόκληρος, quasi tunc sit maximè κατηρτισμένη *perfecta, firmata, adaptata.* Sed quia lumen lunæ valde variatur, vt idcirco Augustinus, & alij iungentes illas dictiones (*in æternum*) spiritualiter vt dixi exponant, malim afferri ex ea similitudinem non præcisè, nec tam etiam propter lumen, quàm propter perennem illius, ac ratum motum. Sic verò psalmo 71. [f] allata comparatio est ex vtroque astro solis, ac lunæ, cùm ageretur etiam de regno Salomonis, aut potiùs Christi. Sunt etiam [g], qui statum Ecclesiæ denotare velint, quæ semper firma sit, licèt variis obnoxia mutationibus. Sic vero R. Kimhi de regno Dauid explicat.

Et testis in cœlo fidelis.] Ego testis sum tam fidelis, & certus, quàm quæ dixi astra constantem statum habent, vt exponunt Trenetus, Rickelius, Euthymius, Nicephorus, Theodoretus, Titelmanus. Quo spectat exaggeratio Christi [h], *cœlum, & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt*, hoc est, etiamsi transirent, & perirent illa corpora, quod non fiet. Iob [i] *suum in cœlo testem Deum esse dixit, & conscium in excelsis.* Idem volunt, qui Christum ipsum testem interpretantur, vt antea dixi. Deus ipse *testem se, ac iudicem* nominat [k]. Vel in cœlo testis est fidelis tum sol, tum luna, vt placet Vatablo, & Flaminio de luna, Clario, & aliis de ambobus, quorum veluti testimonium clarum, & apertum, & indubitatum affertur, ob *pactum* perpetuum, quo [l] fecit Deus *cum die ens sol, & cum nocte, cui præest luna* [l], vt prudem recitaui ex Ieremia [m], & planetam vtrumque dicat Deus esse in conspectu suo ἐναντίον, *contrà*, & *e regione*, quasi videant, & prodere, ac testificari possint, an id, quod promittitur, impleatur. Articulus masculinus cum nomine ὁ μάρτυς, & participium generis eiusdem, quo vtitur in sua translatione Symmachus, διαμαρτυράμενος, vel διαμαρτυρόμενος, *qui testificatus est*, vel, *testificatur*, non potest referri ad lunam. Vt idcirco prima expositio melior sit. Nam tertius, qui à Genebrardo affertur sensus de iride, quam *posuit Deus in testimonium, signúmque reconciliationis* [a], licèt à recentioribus cum plausu recipiatur [b], præ ceteris qui dicunt, scribúntve ad populum, nulli tamen ex Enaratoribus aliis video placuisse. Nam, vt omittam iridem non esse in cœlo, licet pro nube, vel aëre cœlum dicatur non rarò; & quamuis duratura sit iris vsque ad finem mundi, hoc est, vt aliqua semper sint, posita naturali causâ ipsius: præterea etiamsi ad pulchritudinem throni Dauid, seu Salomonis, ac potiùs Christi, conferre possit, cùm iridis pulchritudo prædicetur ab auctore Ecclesiastici [c], dicaturque in Apocalypsi [d] *iris in circuitu sedis Christi ipsa, & in capite eius*: & apud Esaiam [e] aliud pactum Dei conferatur cum illo, cuius iris datum fuerat signum in Genesi [f]; tamen non videtur aptum satis testimonium, & cum sole, ac luna coniungendum, quia nimis fluxa est ipsius natura; neque definiri potest, quo tempore arcus hic excitetur, seu quandonam concurrat materia ei necessaria; denique singularis est hæc expositio recedens à communiore de Deo, vel Christo.

Quartus mysticus videtur sensus ab Augustino [g] traditus; vt luna sumpta pro Ecclesia dicatur testis in cœlo fidelis, propter nuncios fidelissimos veritatis, quos vbique parit. Quintus accommodatitius [h], nec tamen valde commodus, de Ioanne Apostolo, qui suum dicebat de Christo testimonium verum. Idem dici potest de quouis martyre, qui testem quoque significat, præsertim de protomartyre Stephano. Sextus Hugonis, quia fideles saluati testimonium perhibebunt de Deo, quod verax est in promissis. Septimus eiusdem de Deipara, quia orat pro peccatoribus, & testatur quod Filius Dei pro eis factus est homo, pectus ostendit, & vbera. Proximè post Deum, literaliter maximè vocatur fidelis testis in cœlo Christus, vt priùs docui, quo ipso nomine appellat eum Ioannes in Apocalypsi [i], ac verum: & Plato [k] nominat, *amen*; quod idem valet, ipséque toties inculcabat amen: & se dicebat in hoc natum, & *venisse, vt testimonium perhiberet veritati* [l]; & cùm *descendisset de cœlo, tamen in cœlo mansisse* [m]; iterum apud Esaiam [n] Deus, *ecce*, ait, *te testem populis dedi eum*; & ipsemet Christus apud Ieremiam [o]; *ego sum iudex, & testis*; de illo adhuc Paulus [p], *qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato bonam confessionem. Pater testimonium perhibuit* Filio [q], *& Spiritus sanctus* [r]. Peculiari ratione conuenit filio testem esse, quia procedens per intellectum; *quod scit, videt, audit, loquitur, ac testatur* [s] tactus homo, vt ipsa quoque morte, quam vocant martyrium, confirmaret; denique maximè humilis, quærens non suam, sed Patris gloriam. Quòd Pilato Christus ediderit testimonium constat, se regem esse, sed *regnum suum non esse de hoc mundo; venisse se in hunc mundum, & in hoc natum, vt testimonium perhiberet veritati: illum non habiturum fuisse potestatem aduersùm se vllam, nisi ea fuisset ipsi data desuper* [t]. Facto etiam comprobauit, hoc est, tormentis, & cruce. Non est difficile sub verbis, quæ Pilato respondit Christus, omnem aliam veritatem, quam sermonibus aliis testificatus est, comprehendere,

[a] Apoc.12.1.
[b] ser.190.
[c] in speculo Mariæ lect. 2. & de Ecc. hier. p.4.c.vlt.
[d] lib. de pasc. celebrat. ratione.
[e] c.1.14.
[f] vers.5.17.
[g] Titelmanus.
[h] Matth. 24. 35.
[i] c.16.19.
[k] Iere.29.23.
[l] Gen.1.16.
[m] c.31. 20. 25.26.
[a] Gen.9.13.
[b] Valderamma in exercitio feriæ 3. post Dom. 2. Quadr. Viegas in Apoc. c.1. comm.1. sect.7. num.5.
[c] c.43.12.c. 50.6.
[d] c.4. §.c. 10.1.
[e] c.54.9.
[f] c.9.15.
Non potest definiri quo tempore arcus hic excitetur.
Sensus mysticus.
[g] epist. 119. c.6.
[h] Ferdinandus Valcabosser. de Ioanne ante portam Lat.
[i] c.1.c.c.3.14. c.7.11.
[k] c.10.3.10.
[l] Ioan.18.37.
[m] c.1.13.
[n] c.55.4.
[o] c.29.23.
[p] 1.Ti.6.13.
[q] Ioan.5.37.
[r] c.15.26.1. Ioan.5.c.
[s] Ioan.3.11. 12.c.8.40.
[t] c.18.23. & seq.c.19.11.

hendere,

hendere, vt de Patre, quòd *ipse faceret in illo opera* [a]; quòd *sic dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret* [b]; denique de omni *veritate* [c] necessaria, ita vt non tolùm *testis*, sed abstractè ipsummet *testimonium* appelletur apud Esaiam [d] ex editione LXX. μαρτυριον. Est igitur κατ' ἐξοχὴν Christus ὁ μάρτυρ ὁ πιστὸς: *martyr ille, fidelis ille* [e], vtque canit Ecclesia, *rex gloriosus martyrum.* Lugdunenses quidem martyres, qui hoc illos nomine martyrum, verbo, vel scripto appellaret, increpabant, non solùm quia solis conuenire dicebant, qui post bonam confessionem, de hac vita discedere, & pergere meruissent ad Deum, sed quoniam sentiebant eam appellationem soli Christo deberi, soli fideli veritatis martyri, primogenito ex mortuis, auctori vitæ æternæ. Testes Eusebius [f], & Nicephorus [g]. Quare Christo vt martyri non aureola, sicut nec vt virgini, vel doctori, sed multo excellentior dignitas conuenit; quoniã aureolam Theologi dari statuunt iis, qui præcellant in heroica ex his virtutibus vna, ad alterius imitationem, quo non alius excellentior, quàm Christus cunctorum dux, rexque martyrum, & militum, atque præstantissimum omnis virtutis exemplar. Isidorus [h] Peluliota existimat his verbis designari Domini nostri cum carne in cœlum ἀνάληψιν *assumptionem*, ascensúmve, & quòd caro sit futura sempiterna, vtpote ita Deo Verbo copulata, vt deinceps nulla ratione diuelli queat. In fine istius versus est סֶלָה *selah*, & διάψαλμα, de cuius vsu dictum alibi. Posset hic monere, vt priusquam transeatur ad sequentia, quæ tantopere distant à prioribus, in meditatione prorsum diutiùs, & attentiùs hæreatur.

a c.14 17.
b c. 16.
c c.18 37.
d c.55.4.
e Apoc.15.
f c.hist. c.1.
g lib.4. histo. c.18.
h lib.1. epist. in 478.

Vers. 39.] Tu verò repulisti & despexisti, distulisti Christum tuum.

Vers. 40.] Euertisti testamentum serui tui, profanasti in terra Sanctuarium eius.

Vers 41.] Destruxisti omnes sepes eius, posuisti firmamentum eius formidinem.

Series lect.

POst adeò prolixam, & magnificam promissorum Dei de regno Dauid, & Christi enarrationem, quia ipsummet Deus verbis propriis loquentem induxit, conuertit se nunc ad lamenta, & querimonias Prophetæ, vt videatur prorsus oblitus dictorum promissorum, & repulisse, contempsisse longius à conspectu suo remouisse Dauidem, atque Christum: abiecisse quoque, & veluti confregisse pactum, quod inierat cum illis: permisisse vt contaminaretur, poluueretur, prophanaretur sibi dicatus, & sanctificatus populus, ac diuo illius, regúmque diadema, & locus ipse consecratus coinquinatione irrumpentium Gentium, & communione sordidorum vitiorum; præterea vt diruerentur omnia munimenta regni, & protectio Dei; & vt destructis præsidiis, quæ in arcibus captis, aut complanatis consistebant, contremiscant fortissimi quique, vel occisis, aut captis fortioribus hominibus, nihil supersit nisi pauor summus, ac trepidatio, nec tutos amplius esse liceat. Aduersari promissis illis Dauidi factis, & Christo sub eiusdem typo videbatur, quòd regno pepulisset ipsum Dauidem filius Absalon, & Semei despexisset illum, quòd adduxendi posteri reges, ac populi essent in captiuitatem Babylonicam, quòd tamdiu tardaret aduentus Messiæ, quia Zorobabel non rex, sed populi dux fuit, quòd Chaldæi templum essent prophanaturi, & muros Ierusalem, aliarúmque vrbium diruturi; quòd ponendi omnes; etiam fortissimi quique in maledictionem, & *sibilum*, & *stuporem*, omnibus regnis terræ [a], & veluti vallandi formidine ipsa, atque *terroribus conturbandi* [b] *& circumdandi.* Hæc ideo permissa omnia, post tantæ promissionis validissima firmamenta, ne putarentur, inquit Augustinus [c], in Salomone completa, tanquam id speraretur, nec inueniretur. Sed & propterea Salomonem permissum errare, scribit Ambrosius [d], tam grauiter, ne errarent homines, & ad ipsum crederetur Manasse promissum. Idem Pater [e] docet hoc loco Christum ipsum loqui, dicereque se repulsum pro nobis, & suscepisse opprobrium crucis. Hieronymus [f] quoque asserit Christum loqui ex persona hominis, quem assumpserat. Arbitrata commodatitium duntaxat sensum: multo magis, quasi Pater alloquatur synagogam, reprehendens quòd repulerit Christum, atque despexerit [g]. Quamquam de Christo sermonem esse ambigi non debeat, & de futura eius passione, vt præterea contendit Eusebius [h].

Tu verò repulisti.] Addit Ambrosius [i] (*Domine.*) habet emphasim, *tu verò*, nempe, vt Augustinus notat, idem ipse, qui promisisti, &c. Chaldaicè, *deseruisti*; in Bibliis quidem Regiis. Nebiensis enim negat se versus istius Chaldæum interpretationem reperire potuisse; arbitrari autem mysterio, & sacramento non carere. Quam dicta Biblia expresserunt non adeò magnum præ se ferunt. Hebræum verbum זָנַחְתָּ *zanachtha* reddunt alij, *derelinquisti, obliuus es, abominatus es, proiecisti, longe ejecisti.* Valdè significans est ἀπώσω. Apollinarius explicat,

ἀλλὰ σὺ πανδιάπειστον ἔχεις μισόνικας ἐλέγχους.
Verum tu omnigenis, Rex, persecutionis es redarguentibus.

Istæ, ac similes in aliis Prophetis querimoniæ, non vt sonant, accipiendæ sunt; cùm videantur blasphemæ, arguentes Deum violati fœderis; sed vt explicant, inquit Caietanus, motum rationis inferioris, considerantis naturam factorum, & non rationes diuinas, quibus hæc fecit Deus. Affert exemplum Ieremiæ [k], cùm dixit, *seduxisti me Domine, & seductus sum.* Potuit ex eodem afferre disputationem, & expostulationem cum Deo [l], cui similis Iob [m], & Abacuc [n], vt alias notauimus. Crebrò de repulsione conquerentem audiuimus Dauid prioribus psalmis [o]. Repulsam Cassiodorus explicat de Dauid, quando vsus Nathan parabola est, ille autem seipsum damnauit: despectionem, quando cum Absalon regno eiecit: dilationem cum varias pati tribulationes permissus est, antequam regnum recuperaret. Potest hunc totum locum Ecclesia, & quiuis fidelis vsurpare tempore tribulationis, cum pro derelicto haberi videtur; vt & illud Gedeonis, cùm salutãs eum angelus dixisset; *Dominus tecum, obsecro mi Domine, si Dominus nobiscum est, cur apprehenderunt nos hæ omnia? &c. nunc autem dereliquit nos Dominus, & tradidit in manus Madian* [p]. *In ipsem contra ipsem credi* debet *Deo*, vt Abraham fecit [q], *profitendo cùm nesciret quis esset* [r], *fidelem*

a Jerem.19.8.
b ps.87.17.
Cur post promissiones tanta fundamenta tot mala accidisse Dauidi, & populo Israel.
c 17. de ciuit. c.20.
d lib.5. in Luc. c.3.
e in ps.41.
f in Soph.c 3.
g Vitalis 7 ne colluat hoc in Marcum.
h 4.de demõ. c.20.
i 3. de fide c. vlt.
k c.20.7.
l c. 12. 1. & seq
m c.13.7.
n c.1.13.
o ps.21.2. ps. 41.10. ps. 59. 3. ps.73 1. ps.87.15.
p Iudic.6. 12. 13.
q Rom 4.18.
r Hebr.11.8.

credere esse eum, qui repromisit, exemplo Saræ, quæ se sciebat *sterilem* [a]: *arbitrari* cum eodem Abraham, quamuis occidatur spes posteritatis, *qui & a mortuis suscitare potens est Deus* [b]: *sperare etiamsi occidero nos*, sicut sperabat Iob [c]. In petendis miraculis exigebat Christus fidem, ac fiducium, & Marthæ formidanti quatriduani, ac fœtentis conspectum fratris, respondit; *nonne dixi tibi, quia si credis, videbis gloriam Dei* [d]? Derelictum se Christus ipse conquestus est in cruce, sed eo sensu, quem dixi, declarans verba prima psalmi 21. Vt nihil inde aduersus Christum nostrum Iudæi habeant, quasi derelictum reuera se significauerit. Respondet illis etiam Galatinus e Thalmudistarum, Rabinorúmque testimonio, in meliorem partem illum, & locum præsentem interpretantium. Eodem modo respondendum nobis ipsis de Deo interdum submurmurantibus, cùm res nobis ex animi sententia non succedunt: vel infidelibus, qui ex euentu secundo, aut aduerso metiuntur veritatem religionis. *Christum ipsum repelli, ac derelinqui oportuit, multisque pati*, antequam intraret in gloriam suam [f], & nos *ad punctum in modico derelictos in miserationibus magnis congregabit Deus Dominus redemptor noster: in momento indignationis abscondet faciem suam parumper à nobis, & in misericordia sempiterna miserebitur nostri* [g].

Et despexisti.] Hieronymus, *proiecisti*. Alij *spreuisti*, *auersatus es*, *repudiasti*, *abominatus es*, *abiecisti*, *renuisti*. Omnia תמאס *thimas* significat futuri quidem temporis, sed præteritæ significationis. propter (ו) *vau*, id est (ו) *vau* cum (ـ) *pathach*. Symmachus transtulit hoc, & verbum præcedentis ita:

σὺ δὲ ἀπώσω καὶ ἀπεδοκίμασας.
Tu verò ipse abiecisti, & reprobasti.

Hieronymus in emendatione psalterij ad Suniam, & Fretelam [h] errorem monet fuisse legentium, *respexisti*, pro, *despexisti*, seu secundùm disertissimum illius temporis interpretem, *nullificasti, annihilasti, annullasti, vilificasti*, & si qua, inquit, alia possunt inueniri apud imperitos portenta verborum. Græcè est ἐξουδένωσας. In psalterio breuiarij Ambrosiani, *sprenisti nos*, in Romano, & apud Cassiodorum, *spreuisti* in vetere, & apud Augustinum [i], *ad nihilum deduxisti*. Ambrosius aliquando [k] iungens priori verbo, *tu verò repulisti pro nihilo* [l]? interdum, *pro nihilo habuisti*. Respexit Deus regnum externum Dauidis, & posterorum, tum etiam Dauidem per Semei; præterea Salomonem ob peccata ipsius; ita vt non sit ipse semen illud, ac filius, de quo hactenus fuit sermo, sed Christus, tametsi & hic à Iudæis tractatus fuerit tanquam à Deo *despectus* [m]. Quis despici se in lignè ferat, cùm filium proprium Pater dereliquisse, ac despexisse visus fuerit, & reipsa illum homines despexerint, modóque despiciant? Parum refert ab homine despici: *quem Deus despicit, nemo corrigere potest* [n].

Distulisti Christum tuum.] Hieronymus, *iratus es aduersus Christum tuum*. Alij, *accensus es ira cum Christo tuo: simultates exercs cum illo, excandusti contra illum, indignatus es*, &c. Hebræa הִתְעַבַּרְתָּ עִם־מְשִׁיחֶךָ *hithhabbarthà hm meshicheca*, transtulit etiam illo modo Symmachus, ἐχολώθης τὸν χριστόν σου. *iratus es aduersus Christum tuum*. Verbum Hebræum significat *transire fecisti*, & *iratus es*: ac proinde differre Christum, est ex ira in longum protrahere aduentum eius, aut præterire illum, neque curare, ac veluti spernere ipsum, & preces vel merita eius. Quibus modis videtur se Deus gessisse, irato similis. Egimus psalmo 77. [a] de verbo isto, vbi legimus, *hereditatem suam spreuit*, quod Hieronymus ibi reddidit, *distulit*. Apud Ambrosium vno loco [b] mendosè videtur legi, *dissipulisti*, pro, *distulisti*. Dilationem, quàm Apollinarius vocat ἀμβαστιλω, & explicant Lxx. per τὸ ἀναζαλεύεσθαι, fiunt passim de vero Messia, in cuius typum Saul, Dauid, alij Reges dicti sunt Christi, quòd viuente adhuc Dauide natus non est, sed in longum post eius mortem tempus dilata eius natiuitas. Quo spectare dicunt verba Nathan referentis promissum Dei [c], *cùm completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum, quod egredietur de vtero tuo*. Vbi norant per *suscitandi* verbum, quòd Messiam ex femine Dauid non vir aliquis, sed Deus ipse in Spiritu sancto suscitaturus erat ex Virgine, quia de consuetis conceptionibus dicitur quòd frater debeat suscitare semen fratri suo. Isidorus [d] præterea obseruat, quòd viuente Dauide Salomon cœpit regnare. Postremò, quia hoc loco dicitur dilatus Christus. Mysticè ita est, sermonem esse de Christo vero, sed sub typo cuiusuis Christi, hoc est, regis, ac regni, quia, vt Græci præcipuè docent, desiturum erat regnum, abductis in captiuitatem Babylonicam Sedecia, & Iechonia, ita vt videretur promissum de regni perpetuitate non impleri, & differri, esse auferri; vel certè in longius valde tempus dilatum aduentum alterius regis, post diutinam regni interruptionem in familia Dauid, quia Zorobabel, vt prius quoque dixi, non rex, sed dux fuit. Putat Augustinus, quamuis tristia quædam Dauid enumeret, in hoc tamen verbo reficere nos, & significare omnino manere, quod Deus promisit, quia Christum suum non abstulerit, sed distulerit. Tu verò quicumque expers, & ardenter quidpiam petis, *si moram fecerit Deus, expecta* [e]. Differt, quia hoc tibi magis confert: &, si Christum suum adeò necessarium saluti hominum, ac tantis votis tam diu concupitum, distulit; miraris si tuo statim desiderio non respondeat, vel satisfaciat? *Si suomet filio non pepercit*, sed iratus est iuxta notionem aliam Hebræi verbi, *tu tuam Dominum non portabis, cùm peccaueris ei* [f]? Vtere nunc dilatione iudicis *Des damus locum pœnitentiæ* [g]; & *dissimulamus peccata propter pœnitentiam* [h], & *ad hanc te adducentis* [i]. Alieno Chrysostomi malo disce, qui moribundus inducias vel vsque manè frustrà clamando flagitans, hinc exulsus periit [k].

Euertisti testamentum serui tui.] Hieronymus, *attenuasti pactum serui tui*. Alij, *abiecisti, destruxisti, dissipasti, dissoluisti, rescidisti, violasti, desolasti, irritum fecisti* נזרת *nezarta* in piel à נזר *nezer*, vnde fortasse Gallis illud sunum, *nier*, quod est negare, ac non præstare etiam datam fidem, & quidem aliquando cum nonnulla maledictione, & execratione. Hoc vltimo modo in Threnis [l] נזר מקדשו *nezer mikdasho* redditur in translatione nostra, *maledixit sanctificationi suæ*: ab aliis, *perdidit, destruxit, cessare fecit, dereliquit, elongauit, protexit, odio habuit, cum odio, fastidióque contempsit, abolenit*, &c. Græcè ἀθετησεν, *eiecit, excussit cum impetu, ac violentia*. In omnibus Latinis psalteriis reperio, *euertisti*. Ita verò etiam interpretatur Cassiodorus, vt humanitatis more id sit dictum, nempe, in aliam partem transtulisti, & quod Iudæis fuerat promissum, ad vtilitatem Gentium peruenire, ablato Iudæis templo, sacerdote, sacrificio, regno, terra promis-

a vers.11.
b vers.19.
c c.13.15.
d Ioan.11.40.
e lib.1.c.21.
f Luc.24.46.
g Isa.54.7.8.
h epi.135.
i hic & 17. de ciuit.c.10.
k in ps.43.
l 1.de fide ca. vlt.
m Isa.53.3.
n Eccl.7.14.
a vers.62.
b 1.de fide c. vlt.
c 2.Reg.7.12.
d de Natiuit. Dom.c.8.
Sensus mysticus.
e Abac.2.3.
f Mich.7.9.
g Iob 24.23.
h Sap.11.24.
i Rom.2.4.
k Greg.4.dial. c.33.
l c.2.7.

sionis. Legit nihilominus, *euertisti*, Augustinus, Remigius, Haimo, Bruno Carthusianus (qui explicat *destruere*.) Hugo, qui eodem pacto interpretatur, licet aliam quoque lectionem Ambrosius [a]; Hieronymus [b] adhuc magis aperte, *subuertisti*. Alij etiamsi in textu habeant, *euertisti*, declarant ac si legissent, *euertisti*, vt Pampolitanus, Rickelius, &c. Hebræo verbo, de quo dixi, non repugnat, *euertisti* & Chaldæum אשניתא *asnetha* hoc significat: tamen magis congruit, *euertisti*, & id valet κατηρξω. Symmachus autem vertit εἰς κατάραν ἔδωκας, *in maledictionem dedisti*; quam docui quoque notionem vnam esse eiusdem Hebræi verbi. Testamentum serui Dei Prophetæ intelligit, quod sibimet factum est, de Christo, vel ipsi etiam Christo, quem dici seruum posse Ambrosius [c] hinc probat, videlicet secundùm carnem, & serui formam, similitudinem hominum, speciem hominis assumptam. De vetere testamento euersio, aut aduersio, seu translato, & quòd esset serui Dei, hoc est, Mosis, mysticè, vel accommodatitiè declaratur: quemadmodum post Augustinum faciunt non pauci. Hugo etiam perinde ac si sermo sit non cum Deo, sed Dei cum alio, exponit in illo, qui *testamentum pacis* [d], & pacem, quam veluti testamento legauit Christus [e], auertunt, peruertunt, euertunt, ad lites sese, atque contentiones conuertendo præ nimia habendi cupiditate. Transferri hoc etiam posset ad interuersores testamentorum, & piorum legatorum: ad eos præterea, qui maiorum suorum præsertim leges, ac instituta transmiserunt, voluntari, ac nomini, quod gerunt non respondent; ita vt non possit dici *hereditas sancta nepotes eorum*, & quòd *in testamentis steterit semen eorum* [f].

Profanasti in terra sanctuarium eius.] Hieronymus, *diadema eius*, נזרו *nezro*; Chaldæe כלילת *chelileth coronam eius*, id est, reddidisti contemptibilem coronam, seu diadema regni, & veluti proiiciendo in terram exposuisti ad omnes contumelias, tanquam rem profanam; & quia regia persona propter inunctionem à Deo institutam, de qua dictum est prius, habebatur sacra, & sancta; lædere, ac violare hanc personam est quodammodo profanare. In psalmo 131. [g] *super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea*, dicitur Hebræo eodem nomine, quod hic habetur נזר *nezer*, & Græco ἁγίασμα, & exponitur ab Hieronymo quoque diadema: Græce præterea ab aliis τὸ κέρας, *cornu*, vel ἀφορισμὸς, *segregatio*, vel ἀφωρισμένον, *segregatum*; quem etiam Fœlix tam ibi, quàm hic, vertit Nazaræum. Hoc loco pro (*sanctuarium*) extat in psalterio Romano, & vetere, & quo vtitur Ecclesia Ambrosiana, & apud Augustinum, Arnobium, Cassiodorum, Ambrosium [h] (*sanctuatem*) sanctificatio vel sanctitas, potest *diadema* & *coronam* significare eò modo quem dixi. Nomen idem נזר *nezer* in Paralipomenis [i] Latinè vertitur *diadema*, Græcè τὸ βασίλειον, *regium*, scilicet, insigne regium. Vel Lxx. interpretati sunt *sanctuatem*, vel, *sanctuarium* ἁγίασμα, vel, *sanctificationem*, vt redditur adhuc in Threnis [k] eadem vox קדש & ἁγίασμα loco diadematis seu coronæ, quia præcipuum ac pretiosissimum, pulcherrimum, & illustrissimum decus, gloria, ornamentum, corona, diadema erat apud populum, arca, atque templum iuxta illud ex alio psalmo [l], *tradidit pulchritudinem eorum* (siue gloriam, id est, arcam) *in manus inimici*: Item [m], *incenderunt igni sanctuarium tuum, in terra, polluerunt tabernaculum nominis tui.* Græci explanant de templo. Vnde Apollinarius,

καὶ οἱ πάντα βεβηλέντες ἐπὶ χθονὶ θήκατο ναόν.

Et ipsi omnibus profanum in terra posuisti templum.

Qui *sanctuatem* legunt explicant de profanatis post aduentum Christi sacrificiis Iudæorum, quatenus ab eo tempore nullius valoris sunt, nec magis quàm profana; imò post sufficientem Euangelij promulgationem, sunt etiam execranda. Hugo declarat de Templo euersio per Vespasianum Titumque. Arnobius de Christo qui cum ab inimicis suis tentus est, nimirum quando comprehenderunt *in horto*, profanata est in terra sanctitas eius, quasi cum humi strauerint, vt meliùs ligarent. Si Nazaræum accipiamus, per illum qui apud Iudæos religiosissimus erat, intelligentur sanctissimi quique per mille Dei ab hostibus læsi ac violati; & in Ecclesia, vt Hugo explicat, sancti, in quibus habitat Deus, habiti à mundo profani; aut Deo permittente, à Diabolo profanati per amorem terrenorum, præsertim clerici, qui sunt peculiariter Deo consecrati, & sanctificati. Caietanus legens, *maculasti terra coronam eius*, exponénsque de regia Dauidis, seu posterorum dignitate, obiecerat dixisse (*terræ*) cohibendo linguam, ne dicere videretur quòd maculauisset Deus coronam Messiæ, quæ futura erat cœlestis. At nomen *terræ* cum litera seruili לארץ *laarets*, non indicat genitiuum, nec afficit coronam, quasi significet coronam terræ seu terrenam; sed quod ad terram quasi proiiciendo, profanata sit: quod magis innuit Græca præpositio cum accusatiuo, εἰς τὴν γῆν, *in terram*.

Destruxisti omnes sepes eius.] Hieronymus, *dissipasti omnes maceries eius*. Alij, *sepes, muros*; Chaldæus *castra* פרטי *cheriecchoi*. Apollinarius pro ἐρύματα, *vallia, muros templi* Euthymius interpretatur: possunt & alij intelligi, arcésve, castra, munitiones, quas cum Cantico possis appellare regni custodias etiam macerias vineatum, vt si magis exprimatur vastitas & desolatio; Idem Euthymius accipit de lege Mosis: Hugo custodiam angelorum, & sanctos aios, quibus Ecclesia veluti claditur atque defenditur. Plura leges psalmo 79. [a] *vt quid destruxisti maceriam eius.* Mirum videri posset angelos custodes comparatos cum sepibus, quæ conficiuntur ex spinis, & vnum quemlibet custodiæ alicuius eorum commissum, dici *sicut lilium inter spinas* [b]: Hoc sepimentum lilium est in campo, & liberum ac patentem relinquit ei ab aëre cœloque influxum, & arcet carpere volentes, aut conculcare, & nonnihil vtilis vmbræ confert. Conuenit prælatis quoque sepis officium; *verba* namque *illorum stimuli* [c] & *arguere* debent, ac *increpare*, non solùm *obsecrare* [d]; quod baculus indicat pastoralis, monens quemuis eorum.

Astrahe, fustenta, stimula, vaga, morbida, lenta.

Astrahe per primum, medio rege, punge per vnum.

Christo sepes illa spinarum perinde fuit, ac *arietis vepres*, vnde productus est ad victimam [e]. Greuccus [f] asperitate pœnitentiæ tanquam sepe, circumdari docet animam velut vineam, & ab ea prohiberi diabolo aditum, claudique sensus quinque; vbi autem non sit ea sepes, diripi potestatem, & qui eam dissipet, morderi à colubro. Sed citatum adi locum.

Posuisti firmamentum eius formidinem.] Hieronymus,

a in pf. 43. & 3. de fide cap. vlt.
b in Soph. c. 3.
c 3. de fide c. vlt.
d Eccl. 45. 30.
e Ioan. 14. 27.
f Eccl. 44. 12.
g vers. vlt.
h 3. de fide c. vlt.
i lib. 2. 23. 12.
k c. 2. 7.
l ps. 77. 68.
m ps. 73. 7.
a vers. 13.
b Cant. 2. 2.
c Eccl. vlt. 11.
d 2. Tim. 4. 2.
e Gen. 22. 13.
f serm. 191.

ronymus, *posuisti munitiones eius pauorem.* Paterius [a], *posuisti munitiones eius in formidinem*, alij, *contritionem*, seu, *confractionem.* Hoc est, fecisti vt propugnacula eius (quæ Chaldæus vocat *oppida*, vel, *arces* מבצרא *pirschoi*) contererentur, aut vt intra ipsa milites formidarent, aut vt illis destructis in quibus tutò viuebatur, ingens corripuerit pauor: aut iuxta Euthymium, Basilium, Theodoretum, vt circumdarentur formidine tanquam vallo: aut cum Nicephoro, vt οἱ ὁπλομαχοῦντες πολεμικοὶ, *primo pugnantes loco milites* essent δειλοὶ, *formidolosi*, id est, δεῖλοι, *formidolosi.* Firmamentum sit formido istis modis per metonymiam, vel est formidans, id est, efficiens formidinem, & in quo quis formidet præ infirmitate suarum, & copia vitium alienarum: item quia succedit securitati, quam quis habebat dum illud staret, formido, postquam euersum est. Nomen Hebræum מחתה *mechitthah* vtrumque significat & *pauorem*, & *contritionem*, *confractionemque* seu, *ruinam*, quemadmodum thema eius חתת *chathath conterere* ac *frangere*; item *terrere*, *pauere*, *percelli*, quod etiam dicitur *frangi animo*: potestque sensus esse, ruptis muris hostes ingressos, ac magno pauore obsessos compleuisse. Aiguanus affert hîc etymon verbi *formido* à formon, quod idem sit atque calor, vel ignis, & quia calor naturalis est in sanguine, dicatur sanguis formon, vel formido. Formam quidem Festus ait calidam significare & extra deforma, vel potiùs formida, id est, calida, ædificium formidum, quod est calidum. Sed formidinem & formon in ea notione quam dictus auctor tradit, nôsque notare vult, nondum reperi: licèt non solùm forcipem à capienda forma, id est, calida re, sed & à foruo deriuent, quod etiam calidum sit. Nec quod ait Hugo satis solidum est: per *ponendi* verbum indicari, quam Dialectici vocant positionem, id est, propositionem, quæ exercitationis causa conceditur, & ad tempus, quia timor ille Apostolorum paulo post ablatus est, misso Spiritu sancto. Hauriuntur ista auidè, & liberiùs euulgantur: ego verò dedocendo vtinam prosim. Minatur Deus præuaricatoribus legis *cor pauidum, deficientes oculos, animam consumptam mœrore, & vt sit vita ipsorum pendens ante ipsos, ac timeant nocte & die, & non credant vitæ suæ: manè dicant: Quis nobis det vesperum? & vespere: Quis nobis det manè? propter cordis formidinem, qua terreantur* [b], &c.

Mysticè Christus fortissimus timuit, pauitque, ac eum mœstum cœpit cum *mœstitia* [c], & *agoniam* passus [d] est: *discipuli relicto eo fugerunt*, ac Petrus negauit, cùm se ad mortem oppetendam paratos pro ipso affirmassent [e]: Interdum inter fideles qui videntur columnæ, contremiscunt, & de suamet salute dubitant, vel de fide ipsa: illa etiam in quibus homines confidunt, vt opes, amici, subditi, arma, arces, quandoque conuertuntur in causam desperationis atque trepidationis. Denique firmamentum ponitur formido, inquit Hugo, quando prælati qui debent subditos confirmare, sicut Petro iniunctum est [f], atque consolari, terrent duntaxat, torquéntque; & *pergyrum demum eorum formido* [g], id est, habent omnia verba terribilia & nulla consolatoria. Addit de iisdem quòd ponuntur formido, id est, terriculum, & quod vulgò vocamus, *Spauento vbio* in cucumerario vel horto, à quo timent initio aues, at cùm deprehendunt nil moueri, sensim accedunt & comedunt fructus, & immittunt stercora, sic enim euenire nonnullis, vt primùm nonnihil timeantur à dæmonibus, tyrannis, subditis. Hinc Baruch [a] dissuadens idololatriam, adhibet istam rationem; quia *sicut in cucumerario formido nihil custodit, ita dij lignei, argentei, inaurati.* Iisdem conuenit expostulatio cum Sobna præposito templi: *Quid tu hic? aut quasi quis hic* [b]? & alia cum alio; *O pastor & idolum* [c]. Paterius [d] ait poni munitiones in formidinem, cùm humilem locum pro rectitudine mentis appetimus: sed ad turbas atque strepitus mundi vel coacti reuertimur, & inter irruentia peccata deprehensi, ipsam munitionem nostram pertimescimus; quia de subtili omnipotentis Dei examine hoc quoque formidare incipimus, quòd bene vixisse credebamus.

a lib. in psal. 118.

a cap. 6. 69.

b Esa. 22. 15.

c Zachar. 11. d lib. in psal. 88.

b Deut. 28. 65. 66. 67. Sensus mysticus. c Matt. 26. 37. 38. Marci 14. 33. d Luc. 22. 43. e Matt. 26. 33. 34. 35. 56. Marci 14. 29. 30. 50. Luc. 22. 33. 34.

f Luc. 22. 32.

g Iob 41. 5.

Vers. 42.] Diripuerunt eum omnes transeuntes viam, factus est opprobrium vicinis suis.

Sensus loci.

QVod ipsimet Deo tribuitur per promissionem intelligi, vel ex hoc versu percipitur, in quo dicuntur alij diripuisse Danidem, vel Salomonem, vel Christum, seu regnum illorum, & Ecclesiam istius, vt contigit vineæ, quando iacet maceria diruta, sepéque destructa, quemadmodum etiam psalm. 79. [e] dicitur, *vt quid destruxisti maceriam eius, & vindemiant eam omnes qui prætergrediuntur viam?* Ex quo, inquit, factum, vt ludibrio esset vicinis suis. Qua de re conquestus aliàs fuerat [f], intelligens Ammonitas, Idumæos, Moabitas, & similes in regionibus finitimis habitantes, qui ex calamitatibus maledicendi & opprobrandi materiam captabant: & oblata occasione diruptorum mœnium, etiam aliò properantes, ex diuerticulo accurrebant ad direptionem, & prædam. Ex historia Regum [g] constat *capto rege Iuda, direptos omnes thesauros domus Domini, & domus regiæ*, præterea *concisa omnia vasa aurea, quæ fecerat Salomon in templo, & asportata*: deinde *Samaritanos irruisse, vt facerent prædas, & homicidia.* Transfert hoc Hugo ad Iudæos iam per orbem dispersos, quos reipsa omnes cum illos obuios habent, concutiunt, & impellunt: præterea, quoniam principes diripiunt eas facultates quas illi per vsuras comparauerunt sibi: & cuncti probris atque iniuriosis verbis eos afficiunt. Explicat item direptionem & opprobrium de detractione ac blasphemiis, quas prætereuntes iactabant in Christum crucifixum [h].

e vers. 13.

f ps. 30. 12. ps. 43. 14 ps. 79. 7.

g lib. 4. 24. 13. & seq.

h Matt. 27. 39. & seq.

Diripuerunt eum omnes transeuntes viam.] Alij, *conculcauerunt*; quod Chaldæum participium מבסרין *rameśin* significat, quemadmodum Hebræum verbum רמס *ramas.* Sed huius loci שסוהי *sciassuhu* cum affixo, valet *diripere* ac *prædari*; verum cum conculcatione, vt quidam volunt; quod tamen minimè necessarium: Latinum autem *diripere* esse variis modis rapere, vt solent milites, notat Aiguanus; verùm etiam absque necessi

tate.

Factus est opprobrium vicinis suis.] Neque quod idem Auctor monet, exactè dicitur, esse opprobrium id quod circa & vndique est vituperium. Factum Christum Ambrosius [i] dici quandoque hinc probat secundùm huma-

i 3. de fide c. 5

nitatem, quia quòd sit factus opprobrium, non potest referri ad diuinitatem. Vicinis verò factum opprobrium monet, non ciuibus, non domesticis, non adhærentibus; quoniam *qui adhæret domino, vnus spiritus est* [a]: qui vicinus est, non adhæret. Tandem ait *factum in opprobrium*, quia *crux* Domini *Iudæis scandalum est, Græcis stultitia* [b]. Ad malum prælatum Hugo hæc applicat.

a 1. Cor. 6. 17.

b 1. Cor. 1. 23.

Vers. 43.] Exaltasti dexteram deprimentium eum, lætificasti omnes inimicos eius.

Vers. 44.] Auertisti adiutorium gladij eius, & non es auxiliatus ei in bello.

Sensus lect.

PErgit recensere incommoda regni Dauidis, seu Salomonis, ac posterorum, subque typo isto, illa quæ patitur Ecclesia; nempe vt Deus potentiam hostium conculcantium, superiorem reddidisse videatur: & gaudio affecisse quotquot oderant, & nocere illi studebant, cùm scilicet conatus ipsis pro voto succederent: præterea, quòd abstulerit auxilium, quo iuuare solebat, gladium, arma, bellicam expeditionem ipsius, nec in bello; & conflictu opem consuetam tulerit, sed cedere, fugere, vinci ab aduersariis permiserit. Habent hæc antithesim cum superiùs commemoratis promissis [c]: *manus mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum*: item [d], *& concidam a facie ipsius inimicos eius, & odientes eum in fugam conuertam.* Contrà prorsus accidit; Nam fortiores reddidit hostes Deus, vnde illi impotenter gloriati, nec Deo, sed sibimetipsis victoriam tribuentes; dicebant [e], *manus nostra excelsa, & non Dominus fecit hæc omnia*: quod etiam indicat lætificatio hic adiecta. Patiuntur ista nunc infœlices Iudæi, vt de ipsis exponunt plures, cuius rei præcesserat quidam typus in Babylonica captiuitate. Passioni etiam Christi eadem quadrant, cùm publicè irrisus est, ac insultatum est ei.

c vers. 22.

d vers. 24.

e Deut. 32. 27.

Exaltasti dexteram deprimentium eum.] Hieronymus, *elevasti dexteram hostium eius.* In Psalterio vetere, Romano, Ambrosiano, apúdque Augustinum, & Cassiodorum, *inimicorum eius*, sunt צרים *sarim* & θλιβοντες, aut in emendatis libris, ἐχθρῶν, *qui tribuiant, vexant*, redigunt in angustias ex odio & malevolentia. Exaltatio dexteræ denotat maiorem potentiam, quia fortior ac validior ictus imprimitur, quando manus atque brachium erigitur: præterea gestum gloriantis, seleque efferentis, ac iactantis. Posterioris notionis exemplum indicaui ex Deuteronomio [f]: Priores plura sunt etiam in psalmis [g]: vbi & oratur *exaltari manum Dei super aliquem*, vt iuuet; & gratiæ aguntur, quòd *eam exaltauerit.* Datam Pilato *desuper potestatem in se* Christus ipse dixit [h]: nec sine permissu Dei potest quis alteri nocere: vel cuchi malus in magistratum, seu *fieri in capite* [i].

f Deut. 32. 27.

g ps. 10. 12. sec. Heb. ps. 88. 14. ps. 117. 16.

h Ioan. 19. 11.

i Thren. 1. 5.

Lætificasti omnes inimicos eius.] *Audientes inimici malum eius quem oderunt, lætantur, quia fecit id Deus* [k]: multo magis si faciant ipsi, & se etiam per se id facere putent. Lætati procul dubio Iudæi magnopere sunt exincto Christo, quem resurrecturum tam citò non credebant: lætantur victores capta præda: dæmones ruina nostra, in quam persuaso peccato nos præcipitant. Sæpe antea monuimus quantum victis acerbitatis sit ex insultatione vincentium: & Bruno Carthusianus obseruat à nonnullis persecutoribus in loco interfectionis martyrum, conuiuia ludósque celebratos.

k ibi. vers. 22

Auertisti adiutorium gladij eius.] Hieronymus, *robur gladij.* Alij, *etiam retudisti aciem gladij eius*, vel, *reuersus fregisti*, vel, *retorsisti.* Chaldaicè, *si quidem vertisti retrorsum gladium eius acutum*, vel, *aciem gladij eius.* Metaphoram Cajetanus docet esse sumptam à retusione aciei gladij inciso rij, cùm torquetur acies, ac si esset ex plumbo, & sic non potest incidere. Sensus communior est, negatum auxilium gladij, nec Deum adiuuisse in bello; quod fieret, vel si deessent arma: vel si vires ac robur illa tractantibus: vel si reipsa retunderentur, & hebetarentur: vel si retorquerentur in ipsosmet qui gestarent: vel si transferrerut auxilium in aduersarios. Potest dici auerti simpliciter, vt etiam auferri, quod non datur, etiamsi priùs datum non esset: auertere etiam idem potest esse, quod in fugam vertere, quo pacto *fugerunt nolle de Ierusalem aduenientibus Chaldæis* [a]; vel *auertere adiutorium gladij* est vertere in fugam illos, qui cum armis veniebant velut auxiliares. *Immisisse* narratur Deus sub Gedeone *gladium in omnibus castris aduersariorum, vt mutua se cæde truncarent* [b], *& Ammonita, ac Moabita in semet ipsi versi mutuis concidere vulneribus* [c]: quod & de Gallis Pausanias [d] prodidit, cùm diuinitus in eos Panicus immissus metus esset. Multo certior, quam hæc postrema narratio Theodosij iunioris victoria, in qua tela retorquebantur in hostes [e]. Olim verò cùm essent sub Philisthæis Hebræi, armis destituti erant, & rusticorum ipsorum instrumentorum acies retusæ [f]. Cæterùm hic vnus modus, quo dicitur Deus auctor malorum, cùm deserit ac destituit auxilio, & sic succumbit quis, vincitúrque. Quo pacto *ne nos inducat in tentationem* [g] orari Deum Augustinus interpretatur, ne nos inducti, deserendo, permittat. Hugo explicat de Christo dupliciter quia respuit adiutorium gladij, præcipiens Petro *mittere in vaginam* [h]: & quoniam tempore illo passionis non præualuit verbum prædicationis, quod comparari solet cum *gladio* [i], sicut nec tunc illi auxiliatus est Deus in Cruce, in qua *se derelictum ab eo* conquestus est [k]. Addit de malo prælato tropologiam, in quo gladius vtriusque potestatis Ecclesiasticæ, atque sæcularis auersus est à fine suo, & sine causa *gladium portat* [l]. Immò *habet solum in labiis* [m]; & *similis est ideto cum, aut sceptrum gestanti* [n]: vel herbæ, aut pennæ, quæ à forma quam habet vocatur gladiolus. Arnobius prior tradiderat sensum de prohibito Petri gladio: & alios alij attingunt, & extendunt ad fideles, quibus aliquando non prodest aduersus infideles gladius verbi Dei. Gregorius [o] præterea sic explicat, quod cùm Deus respexit doctorem nolle operari quæ dicit, in die belli adiutorij eius gladium auertit, quia in tentationum certamine non permittit eum esse in adiutorium doctrinæ verba, quæ dedit: & quamuis habeat gladium, non adiuuat Deus illum in bello, quia cum aduersitas tentationis erupent, verbi obliuiscitur, quod dicebat.

a 4. Reg. 25. 4.

b Iudic. 7. 22.

c 2. Paral. 20. 23.

d lib. 10.

e Russ. lib 2. c. 2. 3. Soto. li 7. ca. 14. Niceph lib 12 cap. 39. Socra. lib. 5. c. 25. Aug. 5 de ciuit cap 16. Claud. de 3. Honorij consulatu.

Quomodo Deus dicatur auctor malorum.

f 1. Reg. 13. 22.

g Matt. 6. 13.

h Ioan. 18. 11.

i Ephe. 6. 17.

k Matt. 27. 46. *Tropologia.*

l Rom. 13. 4.

m ps. 58. 8.

n Baruch 6. 21.

Et non es auxiliatus ei in bello.] Hieronymus,

o hom. 21. in Ezech.

& non subleuasti eum in prælio. Alij, *non excitasti eum, exercitui non redonasti habilem*, seu, *fecisti eum non stare, & consistere; non fecisti superiorem in bello*, sed permittisti vt succumberet, caderet, deiceretur, sterneretur. Exponit Arnobius quòd Christo Patri noluerit auxiliari, cùm posset ei exhibere *plusquam duodecim legiones angelorum* [a]: Hugo, quòd in ipso conflictu crucis ac mortis derelictus fuerit. Vitium hoc præcedenti membro synonymum; & versus totus similis illi ex ps. 43. [b] *nunc autem repulisti & confudisti nos, & non egredieris Deus in virtutibus nostris?* Aleam quam vocant belli, atque victoriam esse fatentur omnes, & nos in hoc opere alicubi docuimus, ex variis præcipuè scripturæ [c] siue testimonijs siue exemplis. *Dei est adiuuare & in fugam conuertere* [d]: *non in hastis & gladio saluat, ipsius enim est bellum* [e]: *prouo ipsi placet, dat dignis victoriam* [f]: *de cœlo fortitudo est* [g]: *de cœlo dimicatio* [h]. Id sibi Gentiles voluerunt, qui dubias martis incerti vocauere vices, & fortunam belli semper ancipiti in loco [i]; videlicet quia vbi minùs humana viget ratio visque, ibi Dei prouidentia, & potentia magis, cui nihil fortuitum, nihil ineluctabile.

a Matth. 26. 53.

b vers. 10.

c Iud. 7. toto psal. 17. 32. psal. 43. 4. 6. 7. Deut. 20. 2. 1. Reg. 14. 6. cap. 17. 47. 2. Paralip. 14. 11. cap. 15. 8. 1. Mach. 3. 18. cap. 4. 8. 9. lib. 2. 11. 12.

d 2. Paral. 15. 8.

e 1. Reg. 17. 47.

f 1. Mach. 15. 18.

g Iud. 4. 15.

h cap. 5. 20.

i Seneca in Thebaide act. 4. & alij.

Versus totus.

k vers. 30. 38.

Versus 45.] Destruxisti eum ab emundatione, & sedem eius in terram collisisti.

DEstructa, detracta, negata dicit ornamenta, & decora regia, splendorem, cultum, mundum, maiestatem, dignitatem, amplitudinem, sedem item, soliúmque, ac thronum, de quo promiserat Deus fore vt *dies cœli, vt solem, vt lunam perfectam in æternum* [k], derectum, ac euersum. Potest etiam & melius, in membro primo innui destructio templi, quo nullus mundior locus, & in quo perficiebatur mundatio per varium sacrificiorum genus, & ritum, cuiusmodi erant aspersiones atque purificationes, antegredientes festorum celebrationem, & valebant ad eluenda aliquo modo peccata, & auertendas calamitates, & supplicia peccatis debita. Hoc vltimum Græcis placet. Aiguanus quoque, Lyranus, Rickehus, Caietanus interpretantur de ceremonijs legis, & regia dignitate, quibus erant Hebræi priuandi: Treuetus de cultu templi. Sed Apollinarius exponit destructionem bello factam, quo cuncta violantur, profanantur, contaminantur, vnà cum euersa regia sede.

ἀλλ' ἐμβρυόλοιποις μάχης πτώσεις τε & ἔργοις
ἃ πῶς οἱ τυράννοις καπέβησαν ὀφθῆναι ἕδρᾳ.
Sed esse (fecisti) pernicioſis pugnæ fœdatum operibus
Ab quo paulo ei lugubris proijcitur operibus ex alto ſedes.

Hugo complectitur hæc omnia, vt flagellis Iudæus populus emundatus non fuerit, licut debebat, regnúmque amiserit: vt Christum ab emundatione, id est, propter emundationem nostrorum peccatorum Patri *percussum* [l], ac destruxerit, nec ei regnum dederit in terra; vt non profuerit ad emundationem tribulatio, sed obfuerit improbo, quia *percussus non doluerit, asperius venerit accipere disciplinam, & induratam faciem supra petram noluerit reuerti* [m]: thronus etiam collisus fuerit, ob compugnantiam inter principes Ecclesiasticos & seculares. Hieronymi titulo notatus intimuat, quòd Christus omnino in se mundus, nostris peccatis vestimentum tuæ carnis quodammodo inquinauerit, dum patiendo emundare illa voluit, sedes autem collisa fuerit, quando discipuli, in quibus habitabat & quiescebat, dè obitu eius turbati sunt. Bruno Carthusianus declarat quod nonnulli ex fidelibus permittentur destrui ac occidi, quia mundi & sancti erunt in fide, operibúsque; ita vt impij terræ nequeant mundiorem tantam: Vel quòd ideo ab illis destruentur, quia reputabuntur immundi & prophani; ita vt per eorum destructionem videantur expiari, & mundari loca, in quibus interficientur; cæterùm in terra duntaxat erit ea destructio, hoc est, in corpore, non in anima. Exponit Agathius Guidacerius post Valentiam, quòd interfecerunt Iudæi Christum, velut immundum, pollutum, maledictum, contra legem agentem.

A

B

Destruxisti eum ab emundatione.] Hieronymus, *quiescere fecisti munditiam eius*, quomodo etiam Symmachus ἀπέπαυσας τὸν καθαρισμὸν, vel καθαρισμὸν αὐτοῦ. Alij, *defecare fecisti splendorem eius: exinanisti mundum*, seu, *elegantiam eius: deiecisti splendorem eius: detraxisti ab splendore suo; ei sui nitidi splendorem illius, cessasti ab ornando eo.* Melius est hoc membrum interpretari de templo, & cultu eius, déque sacrificijs atque ceremonijs, tandem de sacerdotio, seu sacerdotali munere ac dignitate; non autem de regia, sed sequens membrum de illa, sub nomine *sedis*. Nam καθαρισμὸς magis id præsefert, quàm ornatum & pompam regiam, seu mundum, & elegantiam. Hebræum verbum הִשְׁבַּתָּ *hisbatsa*, significat *quiescere fecisti*, vnàc tertium nomen, *sabbathi*, in quo die vacabatur: מְטַהֵר *mithar autem est mundat*: nisi velis ט reiecto pro ס *min*, id est, *ab* & nomen esse זהר *tohar*, & cum affixo מִטָּהֳרוֹ *mittohoro*. Hoc probabilius est tum propter daghes in litera ט *tsade*, tum præsertim ne quis dicat, infigi solùm ad ornatum in integro nomine מְטַהֵר *mithar*, vt sentit Pagninus, quoniam Septuaginta expresserunt vim dictæ præpositionis, in psalterio veteri, Romano, Ambrosiano, & apud Augustinum, atque Cassiodorum, *dissoluisti eum ab emundatione*, licut & Græcè καθέλυσας ἀπὸ καθαρισμοῦ αὐτοῦ, vbi est pronomen (*eum*) quemadmodum & in Hebræo textu. Qui cessare aliquid facit quod esse debet in actu etiam secundo, vt dicunt, & id dissolvere, hoc est remouere, & destruere censetur. Talis emundatio, quomodocumque sumatur, ex his quæ attulimus tum literaliter, tum mysticè, vt scilicet ipsius cessatio sit eiusdem dissolutio & destructio: destrui autem & dissolui dicatur aliquis ab ea, quando sit, vt ab eadem cesset seu vacet.

C

D

Et sedem eius in terram collisisti.] Minùs correcti codices habent (*in terra*) Græcè ἐπὶ τὴν γῆν κατέβαλας, *in terram iecisti*. Hieronymus vertit, *& thronum illius in terra detraxisti*. quamuis apud Treuetum sit *in terram*, quod innuit feruilis litera datiui casus לָאָרֶץ *lamets*. Idem Hieronymus [a] alibi legit, *& thronum eius in terram allisisti*, explicat verò mysticè omnem sanctum tunc allidi, atque destrui, quando multitudine peccatorum offenderit Deum. Sensus alios prius attigimus de regno Iudæorum, vel de sede regia, quæ Christo denegata est à Iudæis, *nolentibus eum regnare super ipsos* [b], *nec alium regem nisi Cæsarem habere volentibus* [c]. Collisio, & contractio, & detractio innuit altitudinem sedis, throni, solij regij, & hoc vt derectum,

E

l Esa. 53. 45.

m Ier. 5. 3.

a in Ier. cap. 14. *& alio mysticè.*

b Luc. 19. 14. 27.

c Ioan. 19. 15

cúmque ignominia. Potest vtcumque in exemplum afferri *sella retrorsum cadens Heli, fractúsque mortuus cervicibus* [a]. Deplorare his verbis quéque infelicem statum suum Ecclesiæ illæ possunt, quas vel Hæretici, vel Mahometani occupauerunt.

a 1.Reg.4.18.

Vers. 46.] Minorasti dies temporis eius, perfudisti eum confusione.

Sensus loci.

COnqueritur denique non stari promissis de misericordia æterna seruanda, de semine ponendo in sæculum sæculi, quódque maneret in æternum, de throni perpetuitate, in similitudinem dierum cœli, & solis, & lunæ: sed imminutum valde spacium, ac durationem regni esse, & videri tum seipsum qui hæc vaticinatus est, cuique facta sunt promissa, tum populũ, qui gaudebat huiusmodi vaticiniis, eáq; expectabat, magna confusione perfusum, dũ nec impleri vidit promissa, & ècontrario expertus est cuncta demum in peius recidisse. Vix ad quingentos annos, vt pridem antea retuli ex Eusebio [b], Dauidicæ stirpis peruenit regnum. Vltimorũ etiam regum ætas, vitæque spacium perexiguum fuit, nec diu regnarunt, Ioachaz videlicet, & Ioachim tres duntaxat menses: & hic duodenigintì solùm natus annos regnare cœpit. Confusione perfusus est Sedechias, cùm erutis oculis in pistrinum datus est, inquit Basilius, ac Theodoretus; & Iechonias etiam seruiuit. Idem autem Eusebius in commentario aptat ista omnia passioni Christi: vt ex Theodoreti cõmentario item Græco, quem mihi videre non licuit, recitat Agellius: Quamuis Theodoretus neget Eusebium seruare potuisse seriem expositionis, & asserat infamiæ, ac blasphemiæ notam (credo de Arianismo) prorsus effugere nequiuisse. Fecit id quoque non Cyrillus tantum, & quem nominant Hieronymum, sed Arnobius præterea, & Augustinus in opere de ciuitate [c] Dei, aliíque, quos sæpe toto psalmo commemorauimus. In ipso ætatis flore crucifixo Christo, minorati & abbreuiati sunt dies, & ipsum genus mortis in medio latronum, præter alias plures causas, magna eundem confusione perfudit, vt iidem notant Arnobius, Hieronymúsque, vt posteriores præteream. Facile est hoc in suum detorquere ad impios *morientes in tempore suo* [d], *subitos ante tempus* [e], *non dimidiantes dies suos* [f], & quorum *anni breuiantur* [g], qua de re dictum satis alias [h]: & de confusione quoque Christi, de breuitate item ac velocitate illa vitæ, diserte Mazzacurius [i] noster.

b 4. de demonstr. c. 20. l. 7. c. 3.

c lib. 17. c. 9. & seq.

d Eccl. 7. 18.
e Iob. 15.
f Psal. 54.
g Prou. 10.
h in Psal. 89. in fine & 54.
i Hæpeus.

Minorasti dies temporis eius.] Hieronymus, *abbreuiasti tempus adolescentiæ eius.* Aquila *breuitatem, iuuentutis* Symmachus *breuitatis, iuuentutis*, aut *adolescentiæ*. Hebraicè impersonaliter ûm affixo עלומיו *hhalumaiu*: quod esset singulare detracto ו) *sed* עלומי *hhalumo*. Habent regna ætates suas, sicut homines; & significatur hoc loco, quòd regnũ in familia Dauid veluti senuit, ac tandem defecit, antequam peruenirent ad maturam conditionem: quemadmodum iuuenis abripitur violenta morte, priusquam fiat matutus. In psalterio Romano & apud Cassiodorum, *dies temporum eius* in psalterio veteri, & apud Augustinum, *dies fœdus eius* ita præterea extat in Æthiopico psalterio: & in emendato Græco est θεῖνα, pro χρόνου, inter quæ facilis permutatio: Ita legisse Theodoretum, à quo nihil solet differre commentarius Basilio tributus, vel

k in psal. 88. diffusè tract. 11. R. & seq.

Et etiam regni eius sua.

A Euthymium, vt affirmat Agellius, equidem non reperio. Concedi de Helychio potest, cuius idem verba recitat θρόνον αὐτὸ ἔφασαν τὸν βασιλικὸν, *thronum eius regium dixit.* Sed forsitan sola interpretatio sententiæ est, quam tradunt ferè omnes, indicari breuitatem regni, quod ipsum regnum circumscribi solet nomine throni. Id nomen si quis contendat eadem de causa positum à Lxx. non repugnabo. Apollinarius expressit;

ἀ πῶς τόσσον ἔλασσε μινυθάδιον χρόνον ὥρη.

Ah quo pacto adeò perut breuis thronus hora!

Quid mirum si throni, hoc est, regni ætates sint, cùm totius mundi dicantur esse, ac elegantissimè describantur à Cypriano [a], Ambrosio [b], Gregorio [c], Origene [d]. Atqui translatio nostra Latina propiùs accedit ad editionem Hebræam. Nec fortassis castigatior Græca lectio, habens χρόνου, vt nec in psal. 131. [e] quæ habet θήραν, *prædam*, pro χήραν, *viduam*. *Temporis* vocabulo scripturæ significant felicem conditionem, aut liberam potestatem; vt, *cùm* [f] *accepero tempus, ego iustitias iudicabo*: &, *tempus* [g] *meum nondum aduenit*, tempus autem vestrum semper est paratum: Itaque *minorasti dies temporis eius*, est parum durare fecisti statum fœlicitatis; & quasi vigorem regni, qui censeri potest adolescentia, vel iuuentus illius.

B

a Cõt Demet.
b in Luc. c. 1. & in lib. de bono mortis c. 10.
c hom. 1. in Euang.
Temporis vocabulum in scriptura quid significet.
d tract. 28. in Matth.
e vers. 5.
f psal. 74. 3.
g Ioan. 7. 6.

Perfudisti eum confusione.] Hieronymus, *operuisti eum ignominia.* Alij (vestisti, operire fecisti) תְּעַטֵּיהוּ *hhebhetsiuhu*, de qua metaphora egimus alibi [h], vbi sunt verba *induendi, operiendi, cooperiendi.* Græcè ad verbum, *effudisti contra eum confusionem*, κατέχεας ἐπ' αὐτὸν αἰσχύνην, quemadmodum apud alios [i], κατάχειν, vel κατάχεσθαι ὀνείδεσι τινα, *effundere alicui probrum.* In fine est סֶלָה *sélah*, & διάψαλμα: licèt omittatur in textu Græco Bibliorum Complutensium, Regiorum, & aliorum. Id annumerat Beda cæteris in catalogo suo. Vsui potest esse ad transitum ex flebili querimonia in orationem non minùs lugubrem, qua psalmum terminat.

C

h psal. 34. 26. psal. 43. 16. psal. 68. 8. psal. 70. 13. adde psal. 108. 29. psal. 131. 18.
i Hom. Odyss. ζ. & Iliad. φ.

Vers. 47.] Vsquequo Domine auertis in finem, exardescet sicut ignis ira tua?

Sensus loci.

POst deploratas, inquam, graues regni ac populi sui calamitates, quasi iam sententia damnationis, Deus conjectum & præsentiam subtraheret, seséque absconderet, ne aut mala videret, aut supplicantes pro damnatis audiret: omnémque fauorem negaret: conqueritur acerbissimè, ac expostulat cum Deo, cur nullũ finem faciat indignationi, & inflammatæ iræ suæ, omnia vastantis, & consumentis; quæ non aduertat ad suj plicum supplicia, & pœnitentes non benignus, placatúsque aspiciat. Simillima in psal. 78. [k] sententia; vt Euthymius quoque monet, *vsque quò Domine irasceris in finem, accendetur velut ignis zelus tuus?* Itaque *auertere* interpretabimur de Deo ipso, seu facie ipsius, vt subaudit Augustinus [l], id est, fauore, vt solent indignantes deflectere vultum; Chaldaicè, *vsque quò Domine auferes maiestatem tuam in æternum*, seu, vt idem Augustinus docet, de misericordia Dauidi promissa: vel de populo, quem Deus tamdiu auertisse dicatur, propter annorum septuaginta in Babylone captiuitatem, sed multo magis propter istam, quam iam tamdiu patiuntur Iudæi post crucifixionem Christi: nec ea liberabuntur, aut

D

k vers. 5.

l 7. de ciuit. c. 11.

E

saluabuntur, nisi *cum plenitudo gentium introierit* [a]. Allegoria de persecutionibus Ecclesiæ aperta est. Tropologice vox est pœnitentis, & ad patriam aspirantis, inquit Hugo; qui doleat faciem Dei à se auerti, secundùm misericordiam, gratiamve, & gloriam; faciem verò suam à iustitia, vt ad eam tandiu non conuertatur, & non conuertat ipsum Deus.

a Rom. 11. 25. Allegoria.

Vsquequo Domine auertis in finem?] Hieronymus, *abscondetis*. Alij, *absconderis te in sæculum*, vel, *perpetuò*: aut cum duplici interrogatione, *quò vsque tandem abscondetis Domine? annè in perpetuum? in æternúmne?* quasi dicat, Absit. Ita quidem Caietanus, & Campensis, sed interrogationis nota reiicitur vsque ad finem versus. Quocirca nec opus est cum eodem Caietano (*in finem*) iungere sequenti membro: nec satis aptè Aiguanus eadem dictiones continere responsum interpretatur, quo sibimet propheta respondeat; *vsquequo domine auertis?* nempe Iudæos? *in finem*, id est, quousque per fidem reducantur in finem, qui est Christus; ita vt interim (quod habetur sequenti membro, & idem auctor ad responsionem pertinere vult, cum aliis, vt dicemus) *contra illos exardescat sicut ignis ira* diuina. Hoc & sequenti membro de ira ista sermo est. Vnde Apollinarius,

Locus ab Aiguano de Iudæis explosus.

εἰς τὸ πάντας, τέο μέχρι κοτιοσάομαι & χαλεπαίνεις,
φυσητὸν ἀναπλήσουσι θεραπὶν τέο θυμὸν ἀέξως;
Dic Beate, quousque iratus succenseas:
Ignem accensum validam tuam iram augens?

In psalterio Romano, *vsquequo Domine trasteris in finem*; in vetere, *auerteris*; de qua lectione meminit Augustinus [b]. In aliquibus codicibus, *auertes*, quibus fauet futuri temporis membrum sequens, & istius Hebræum verbum futurum, יִבְעַר *thissather*.

b 17. de ciuit. c. 18.

Exardescet sicut ignis ira tua?] Hieronymus *succendatur quasi* ignis indignatio tua? quamuis futuri quoque temporis sit Hebræum verbum יִבְעַר *thiubbar*. Augustinus, & alij quidam hoc absque interrogationis nota pronunciant, & asserendo; vt sit veluti responsio ad præcedentem interrogationem, significetúrque iram Dei desæuituram in similitudinem ignis, qui donec supperit materia, comburit; peccata namque populi Hebræi diu duratura. Ignis tribulatio incinerat reprobos; emollit pœnitentes: purificat proficientes: consolidat perfectos. Subtrahe ligna peccatorum, & cessabit ignis iræ Dei, sed de hac ignis comparatione alias plura.

Vers. 48.] Memorare quæ mea substantia: numquid enim vanè constituisti omnes filios hominum?

Vers. 49.] Quis est homo, qui viuet, & non videbit mortem, eruet animam suam de manu inferi?

Sensus loci.

ARgumentatur minùs videri dignum Deo tandiu ac tantopere indignari, & desæuire, atque mortales consumere tanquam combustibilem materiam; nec sinere vt pro adeò breui vitæ, seu subsistentiæ tempore, & pro tanta humanæ conditionis inconstantia, & fragilitate, liceat tantisper, & aliquantulum, interimque dum viuunt, potiri benignitate ipsius, atque clementia, quasi frustrà condita sint omnes, aut ad tolas perturmias nati miseras: vt porrò quibus nihil prorsus esse videatur natos & vsque; si mox mori debeant, & dum viuere conceditur, in fere à ærumnose viuere nam nemo homo est, inquit, quantumlibet vegetus, sanus, robustus, & quantisuis præditus opibus, atque adminiculis, qui natus non moriatur aliquando, vel de mortis potestate liberare se ipsum queat; vel necessitatem effugere tum sepulchri, tum descendendi in subterraneum locum, quò defunctorum animæ ante Christi mortem descendebant. Valent ista, & ita sumuntur à plurimis ad illud humani generis desiderium de redemptore, sine quo frustra fuerit homines creatos esse; cum per peccatum in adeò infœlicem mortalitatis conditionem prolapsi sint; & non in mortis tantùm, sed etiam peccandi amplius quandam necessitatem, & meritendi æternam damnationem. Innotuit quoque ardens illa voluntas, cupientium videre hunc redemptorem, & Christum Domini, ac verentium ne longiùs differretur, nec liceret tandiu viuere, cùm mortis quemque vrgeat hunc abire necessitas, donec is aduenturet. Aliter exponitur de Christo, vt siue Pater siue etiam ipse Christus, memor esse oretur substantiæ Dauidis, quæ non deficeret à nostra, quòd eam videlicet Filius Dei assumpturus erat, & sic effecturus, ne hominum vniuersitas gratis, ac sine causa videretur creata, sed finem tuum consequerentur per Christum, qui responderent gratiæ ipsius: Illum namque vnum hominem futurum, qui viuendo sic videat sponte mortem, vt propria virtute liberet animam suam de inferno, & corpus de sepulchro, resurgendo, iterumque viuendo, vbi *non morietur, nec mors illi vltra dominabitur* [a]; & idem resurrectionis beneficium communicet omnibus tempore suo, ac electis quidem ad beatam vitam. Sensus hic est Augustini [b], Arnobij, Hieronymi, & posteriorum Latinorum Enarratorum, præterea Ambrosij [c]. Hic facit hoc loco Christum ipsum loquentem in natura fragilitatis humanæ. Vbi etiam contendit aduersus Arianos, nomen *substantiæ* & *οὐσίας* vitari non debere, cùm de Deo sermo est, quia & in scripturis crebrò ita sumitur, & ipsimet Ariani volentes Dei filium ipsi *ὑποστάσει alterius substantiæ*, negantésque *ὁμοούσιον eiusdem substantiæ*, siue, *consubstantialem*, fateri coguntur in Deo esse substantiam. Quamquam non credo *οὐσίαν* dici, vt ipse affirmat, quasi *ὄντως ἀεί*, *quòd semper maneat*. Sic soli Deo propriè conueniret hoc nomen, & constat יהוה (quod est *esse*, dictam substantiam, quia hæc maximè est; accidens autem substantiæ eius est, siue per analogiam ad illam. Denique non est hoc loco *οὐσία* sed *ὑπόστασις*. Arnobius etiam inducit sic loqui Christum: memorare, Domine, quia ex Virgine me genuisti, & memor esto quæ sit mea substantia; quia cùm omnes homines moriantur in peccatis suis, ita vt nullus sit qui viuat, & non videat mortem, & penè nullus sit, qui eruat animam suam de manu inferi, (*cum luti sint enim omnes in incredulitate, et omnium indigeant*) venerint misericordiæ tuæ Domine, &c. Hieronymus explicat ex persona hominis dicentis, nullam esse vitæ suæ substantiam, nisi in eum quem præstoletur reuerti de tartaro, & cum non vanè, sed veraciter constituerit Deus homines in spe resurrectionis, multo magis filium suum debere resuscitare: nullum esse, qui euadat mortem, vel eruet animam

Locus ab Aiguano explosus.

Christus naturam humanam erat assumpturus.

a Rom. 6. 9.

b hic & in 9. de ciuit. c. 11.

c 3. de fide. c. 1.

d Rom. 11. 32.

animam suam ab inferis: tamen Deum sub velamento carnis latere debuisse abitconditum, quem mors & infernus non deberet retinere. Habet affirmatem id quo tatuit Isidorus [a], implorati meritò ob tam redeptionis ab homine veniamque quam ab ex lutea materia pondus traxerat infirmitatis, & pro infirma carnis conditione reditum mereri videbatur ad salutem, quæ causa qua deest Angelis apostatis, veniam non habent. Citat ex aliis psalmis: *ipse scit* [b] (cognouit) *figmentum nostrum, &, memento Domine, quòd terra sumus, recordatus* [c] *est quoniam pulvis sumus.* Congruit propositio illud ex hymno, vt admonet etiam Hugo:

Memento salutis auctor,
Quòd nostri quondam corporis
Ex illibata Virgine.
Non sis labis memor sumpseris.

Nec incommode nonnulli redigi volunt in memoriam Deo dignitatem hominis creati ad imaginem & suspicere eum quam rationem scribit Augustinus [d], quod humana natura mereretur Dei gratiam, qua imago ipsius est, hoc est, decuit vt ei subueniendo misereretur, quia peculiari ratione representat Deum. Meminisse nos oportet nostræ exiguitatis, tum vilitatis nostræ; ne quid indigna facia mus, ne meritis efficiamur. Primum nos admonet Ecclesia verbis Leonis in Christi natali; secundum tertia IV. quartum, memorare, inquit hoc loco Beda, quam coelignum sanguinem, per quem ego subsisto: non enim decet tantus caput parvum corpus habere. Orationi autem præsenti haud absimilis est ea, quæ est apud Latinos: [e] *nunc Domine pater noster &; nos vero servus tuus, & filius noster tu, & opera manuum tuarum omnes nos; ne irascaris Domine satis.*

Memorare quæ mea substantia.] Hieronymus, *memento mei de profundo.* Alij, *memento ego quid sim, quis tempus* vel, *ego quid, & quòd tempus*, vel ita vt reddidet, *ego, quod sit tempus*, nimirum vitæ meæ, id est, quantulum futurum sit, quàm breue. & nihil amius, vtique meo, vel, quod ego in mundo sim. Hebraica sunt זְכֹר־אֲנִי מָה חָלֶד *zechor ani meh chaled*, *recordare ego cuius substantiæ, scilicet, quam tempus sim* hoc est, quam exiguo vt futurus sim tempore, quàm sit brevis a fragilis vita, quibus ex fragili & vili materia constem. Similis est Psalmo 38. [f] Psalmo phratis; nisi quod est vocabulum Hebræum cum transpositione literarum, מָה־חָדֵל אֲנִי *meh chadel ani*, quod alij reddunt, *quam mundanus ego*, nempe sum, seu, *quamdiu viuebam in hoc mundo: quam brevis aut temporalis*, &c. Repete ibidem dicta de חָדַל *chadal* & חֶלֶד *chelel*, pro mundo, & spacio temporis. Volunt fortiè in Hieronymus per protundum intelligere infimum hunc orbis locum, hinc terram, ex qua formatus est homo: & non legit מָה־ *meh*, *quid*, sed מַה quod significat præpositionem *de*, & אֲנִי *ani*, *ego*, sed אָנָּא *anna quæso, obsecro*, per modum interiectionis, quam tamen partem, vtpote in verbo satis meluentem, omittit, & si commendo pergas, poteris item suspicari esse participium זָכַר *zocher recordans* אֲנִי *ani ego*; scilicet memor ego sum, quid mundus, vel ætas, vitæve nostræ spatium sit, מָה־חֶלֶד *meh cheled*, nempe mundus quam fallax, ætas quàm fluxa, Chaldaicè, *recordare quod creatus sum de pulvere.* Apollinarius,

[illegible], [illegible], ἵνα εἰδῇ ἄνθρωπος ἑαυτὸν ὢν θνητός.
Recordare omnium rerum, mortalis vita quanta est.

In psalterio Romano, & apud Cassiodorum, *memorare Domine*, &c. in psalterio vetere, apúdque Augustinum, *memento*, apud Ambrosium [a], *memento Domine.* De nomine Latino *substantiæ* dixi prius cum eodem Doctore tribui Deo posse: nec tamen, vt ipse ponebat, esse hoc loco ὑποίαν, sed ὑπόστασιν, de cuius etiam notionibus alibi egi.

Nunquid enim vanè constituisti omnes filios hominum?] Hieronymus, *alioquin quare frustra creasti omnes filios hominum?* Alij, *cur frustra creaueris omnes filios hominum?* vel, *memento ne leui de causa videaris creasse cunctos homines.* Chaldaicè, *quare vt abolcantur, super quam vanitatem creasti omnes filios Adam*: nempe super communem miseriam breuis vitæ. Videtur Genebrardus consentire, asserens Hebræam orationem affirmantem esse, petique à Deo, vt recordetur Deus, in quanta vanitate creauerit homines, & Hebræum בָּרָאתָ *baratha*, & Græcum ἔπλασε, *creasti* significat. Etsi autem particula מַה possit absque interrogatione sumi, quam omisit editio psalterij veteris, & Romani, atque Augustinus & Cassiodorus, *non enim vanè*, &c. & illa psalteria, nec non Cassiodorus, præterea que psalterium Ambrosianum, (licet interroganter legat) nomen *(omnes)* tamen לַשָּׁוְא־מַה *lihat mah ad quid*, continet formam interrogationis; quamuis Caietanus aliter transtulerit, vt dixi. Alia exempla legè psalmo 10. [b] secundum Hebræos, & Isaiæ 1. [c] *propter quid irritauit impius Deum? &, super quo pertutiam vos vltrà?* Eadem etiam Græca particula potest esse veretis, *memorare quæ mea substantia, ne vanè creaueris omnes filios hominum.* Parum refert quo accipiamus modo. Ad literam docui sensum esse in hac querimonia obiici, nisi opituletur Deus, actú esse, & si differat, tempestiuum non fore iam iam morituris auxilium, sicque videndum, Deum frustra creasse, si creatos non seruet, neque id conferat propter quod sunt creati; opificis namque esse opus suum tueri. Confert ad hoc Esaiæ citatus locus, & similes, in quibus iure creationis flagitatur adiutorium Dei, & quòd *manus eius fecerint, atque plasmauerint nos.* Augustinus & Cassiodorus legentes absque interrogatione, inuitico sensu declarant non esse humanam naturam creatam, vt sineretur quasi vanum aliquid interire; & quamuis abierint omnes homines in vanitatem interitus, que, quos non vanè Deus constituerat; tamen Deum vt retineret ac mundaret à vanitate, graues corde, diligentes [d] eam, *mirificasse & admirabilem fecisse sanctum suum* Christum [e], in quo est substantia nostra, cuius vt esset memor, orabatur paulo antè idem Deus. Græcus auctor apud Agellium, explicat orari, vt Deus recordetur homines esse ἐφ' ἁλὸς τὸν ἄνθρωπον, *verebitio secundum naturam*, cùm sint αὐτοσχέδιοι, *sui iuris, & arbitrij*: propterea timendum ipsis μὴ πάνυ εἰς ἀνόητον ἐμπεσεῖν ἐμπλοκὴν, *ne in impietatem deprehendantur.* Sic ergo creari vanè seu constitui, vel est frustrà, gratis, sine causa, absque consecutione finis: vel infirmè, misera sorte, infelici conditione. Hoc Genebrardus contendit: illud negat, quia nihil facit Deus frustra. Certum est; rectèque hoc loco Rickelius demonstrat: sed obstat interrogationis forma, cum communiore aliorum explanatione: & in sua turbulentum querimonia cum Deo agere perinde, ac si frustra illum quidpiam agere credere videatur, non est intolens in Scriptura: Apollinarius [illegible] ex-

[a] lib. 1. sententiarum.
[b] psal. 102. 14.
[c] psal. 102. 14.
[d] 4. contra Iulian. c. [illegible]
[a] 1. de fide c. vlt.
[b] vers. 13.
[c] vers 5.
[e] 104. 8.
[f] vers. 5.
[d] psal. 4. 3.
[e] ibid.

Pauci

ponit per ματαίως, quo id significet gratis, ac sine causa. Prius monui hoc ex loco Isidorum [a] colligere non angelos apostatas veniam reperisse, ac salutem, sed homines, ob naturæ infirmitatem. Extat eadem causa apud alios, vt Gregorium [b], Bernardum [c], Thomam [d]. Alia ratio est indicata verbis istis, ne tota species humana atoma periret, ac in vanum condita videretur, penitus sine suo fructu frustrata; cùm non omnes angeli ceciderint, siue specie differant omnes, siue tantùm individuis, siue partim vno, partim alio modo. Augustinus [e] causam istam assignat, placetque Magistro [f]; sed non Aquinati [g]; quia multę species Angelorum periissent; cùm arbitretur omnes omnino distingui specie: quod fundamentum nec verum puto: nec, si verum esset, quidquam obstaret; quia propter similitudinem in natura censentur omnes Angeli constituere gradum vnum, & ordinem rerum, non minus quam homines. Quod verò attinet ad damnatos tum angelos tum homines, non sunt vanè constituti à Deo, non solùm quia data est cunctis gratia sufficiens, & volunt omnes saluos fieri, voluntate antecedente, sed etiam, quia *qui vniuersa propter semetipsum operatus est, impios quoque ad diem malum* [h], iuxta ordinem iustitiæ suæ destinauit, eorúmque damnatio auget gloriam eiusdem, & electorum: *& in eadem domo magna necesse est esse, non solum vasa argentea, & aurea, & misericordiæ, gloriæ, seu in honorem; sed lignea etiam, & fictilia, & ignominiæ, atque ira & apta in interitum* [i]. Idem iudicium esto de permistione malorum cum bonis in hoc mundo, ac intra Ecclesiam ipsam. Ne putetis, ait Augustinus [k], gratis malos esse in hoc mundo, & nihil boni de illis agere Deum. Omnis malus aut ideo viuit, vt corrigatur; aut ideo viuit, vt per illũ bonus exerceatur. Audiatur alia egregia Augustini [l] eiusdem sententia, sed non vanè constituit Deus omnes filios hominum, quia & multos à vanitate liberat per mediatorem Iesum, & quos liberandos non esse præsciuit, ad vtilitatem liberandorum, & comparationem duarum inter se à contrario ciuitatum (Ierusalem & Babylonis) non vtique vanè in totius rationalis creaturæ pulcherrima atque iustissima ordinatione constituit.

Quis est homo qui viuet & non videbit mortem.] Hieronymus, *quis est vir qui viuat, & non videat mortem*, & alibi [m] eodem modo, nisi quod legat *(homo.* In psalterio Ambrosiano, & in Romano, apud Fabrũ, & in textu Cassiodori, & alibi apud Augustinum [n], & Gregorium [o], *qui vivis*, Chaldaicè, *angelum mortis*, quasi præsit vnus angelus morti, & cum angelum videant, quicunque moriuntur, aut singulos singuli morientes. Quidquid sit de hoc, & an quilibet moriens videat Angelum bonum & malum, dixi alias [p], experiri mortem Hebræos circumscribere per מות *reath videre* illam seu *corruptionem* [q], Græcos per γεύεσθαι θανάτου *gustare* [r]: & videri causam posse, quòd mors dicit horrida & amara solet, quódque cùm hi præsertim deficiunt sensus, illa immineat. Esse quæstio hic posset, an omnes omnino homines morituri sint etiam hi qui proximi erunt tempori generalis iudicij, & quo pacto intelligatur Christus iudicaturus non mortuos tantùm, sed etiam viuos. Expediuimus eam quæstionem alio loco [s], definientes neminem liberum à morte futurum: & contrariam opinionem, licèt non hæreticam, vel temerariam, valde tamen minùs probabilem esse. Legimus postea nostri etiam Ioannis [t] de Salas disputationem de eadem re, vbi plures citat autores ex iis qui nostram sequuntur. Enoch & Elias, aut si quis alius nondum mortuus, huc ad nos Antichristi tempore veniet, sinè dubio morietur. Vocat Gregorius [a] *seruitus contra nos* à Deo *amaritudines* [b], cùm semel dixit [c], *terra sine pului & in terram* seu *in pulverem ibis*, aut, *reverteris*. Sententiam namque illam non mutari, sicut quod scribimus manet, quod loquimur, tranlit: & hanc etiam *terribilis Dei & cui resisti non possit ira ex tunc* [d], id est, quando peccauit in paradiso homini iratus, semel de mortalitate carnis nostræ sententiam fixit, quæ nunc & vsque ad vltimum mutari nullo modo valeb t. Vnus Christus liber prorsus à moriendi debito fuit, & propter vnionem hypostaticam, & propter visionem beatificam, quam semper habuit in anima, & propter conceptionis ac nativitatis suæ modum, qui excludebat peccatum. Cæteri homines debuerunt mori: quòd si qua occurrit causa cur fortè nõnulli non moriãtur, satis est quod legi mortis obnoxij dicantur. Quamquam reipsa morituros omnes multo certior, vt dixi, opinio est, atque sine vlla dubitatione tenenda. Augustinus [e] comparans Christum nobiscum secundùm mortem, & mortem distinguens corporalem & spiritualem, videlicet vel in peccato, vel in damnatione consistentem; scribit ad hunc modum. Credo mortuum esse filium Dei, non secundùm pœnam iniustitiæ, quam ex toto non habuit, sed secundùm legem naturæ quam pro humani generis redemptione suscepit, illa morte de qua dicitur: *quis est homo qui viuit & non videbit mortem?* non illa de qua Esaias dicit, *mortui autem viuent non videbunt* (quem locum non reperio) illa quæ secundùm naturam generalis est cunctis, non illa quæ specialis est malis. Sic ille. De eodem autem Christo mysticum antea sensum attuli, vt non sit ei similis homo qui viuat vitam omnibus tribuendo, & gloriosam beatis, & non videat mortem, id est, non ab ea diu teneatur, & breui suscitatus iam non ampiùs moriatur: & (quod sequitur) *eruat animam suam de manu inferi*, quoniam solus iterum sumpsit animam suam, quam sponte posuerat. Moraliter admonemur ista sententia, vt nobis penitus persuadeamus, esse nobis moriendum: quòd si moriamur in mortali peccato, in potestate nostra, nec vllius alterius præter Deum, qui hoc non faciet, futurum, vt inde animam nostram eruamus. De moriendi necessitate, seu fato, vt vocant, nihil magis apud prophanos autores tritum. Plato [f] etiam vulgatum scribit inter fœminas ἕνα γὰρ ἀναπροφεύξεται οὐδ' ἂν εἷς ἐκφύγῃ, *quod vnum ne quidem vnus effugiet*: Illud autem studiosè considerandum, committendo curam Deo de vitæ spacio, qua ratione tempus ad viuendum concessum quisque ὡς ἄριστα βιῴη, *quam optimè viuat*, nec deos ab iis quos maximè diligant, depellere mortem posse præcinit hoc de numine diuino haud bene sentiens Homerus [g],

ἀλλ' ἤτοι θάνατόν γε μὲν οὐκ ἐθέλοντα φυγέσθαι
καὶ φίλον ἄνδρ' οὐδ' ἀθανάτων τις ἐρύκακεν ὅς τε καὶ ἄλλον
μοῖρ' ὀλοὴ καθίκῃ βαλλήεντός τε βέλεμνα.

At verò mortem communiter omnibus aquam
A dilecto homine neque dij depellere possunt:
Quem funesta dies fati tum vrget acerbi.

——*ibimus omnes*, inquit alius [h],
Ibimus, immensis vnam quatit Æacus vmbris
Eruet animam suam de manu inferi?] Hieronymus,

[a] 11. Sententiar. c. 10.
[b] 4 mor. c. 9.
[c] Ser. 1. de aduen.
[d] 1 p. q. 64. ar. 2.
[e] Bachiar. d. c. 29.
[f] 2 d. 31.
[g] 2. d. 7. q. 1. a. 2.
[h] Prou. 16. 4.
[i] 2. Tim. 2. 20. 21. Rom. 9. 21. 22. 23.
[k] in ps. 54.
[l] 17. de ciuit. c. 21.
[m] epist. 152.
[n] cont. Felic. c. vlt.
[o] 11. moral. c. 22. vel 24.
[p] in Act. c. 7. 27.
[q] ps. 15. 10.
[r] Matth. 16. 28. Luc. 9. 27. Ioan. 8. 52. Hebr. 2. 9.
[s] in Act. 10. 42.
[t] 1. 2. q. 87. ar. 5. trac. 2. disp. 14. sect. 3.
[a] 11. mor. c. 22. vel 24.
[b] Iob 10. 20.
[c] Gen. 3. 19.
[d] ps. 75. 8
[e] contra Felic. c. vlt.
[f] in Gorgia.
[g] Odyss. 3.
[h] Stat. lib. 2.

nymus, *saluam animam suam de manu inferi*: sed alibi [a], *redimet de morte animam suam*. Alij ex Hebræo, *de manu sepulchri*, vel, *fouea*. Chaldaicè, *liberabit animam suam de manu eius*, nempe Angeli mortis, *& non descendet in domum sepulchri*. Omnes editiones Latinæ habent nomen *inferi*: Augustinus, *inferni*. In psalterio Ambrosiano est, *eripiens*, in vetere, & apud Augustinum, *de manibus*, in Romano, & apud Cassiodorum, *aut quia*. Textus Hebræus, Græcúsque non habet, *aut quia*, nec manus in plurali: nomen Hebræum שאול *sceol*, vt sæpe monui, potest significare & *sepulchrum*, & *subterraneum animarum locum*: ἅιδης numquam pro sepulchro, quod equidem sciam: nec H. Stephanus, qui asserit, exemplum affert vllum, suspectus autem est, quia malæ sectæ auctor, in qua negatur articulus de descensu animæ Christi ad inferos & per inferos, atque ἅιδης exponitur sepulchrum. Plures Græcorũ hoc loco *manum inferi* explicant τὸ δυνατὸν τοῦ ἅιδου, *vim* & velut *tyrannidem mortis*. Si Oseas [b] etiam nominat *manum mortis*: & Ethnici quandoque *orci*, & *inferni*, & *mortis* vocabulo Plutonem, aut Iunonem: Seneca [c] autem infernum tyrannum: & iterum Scriptura [d] morti attribuit *regnum*, atque *de manibus*, a pellans item *in inicam*, & *inferorum regnum* [e], hinc, *regium*. Apollinarius indicat sermonem esse de reditu ab inferis, cor loco animæ sumens, cuius profectò animæ locus non est sepulchrum.

τὶς ἀφαιρήσεται τὸν δυνατὸν βίλιον καὶ ἁρπαγὴν ἀλύξει
ἐξ ἅιδου τὸν γίγαντα κἀκ χερῶν ἁρπαγὴν πόρῃ;
Quis mortalis, qui mortis vim, & vinculũ effugiet
Ex inferno eorum vocans mutabile (denuo congregatum) *ceos?*

Certe non pauci caruerunt sepultura: & ritu quarumdam gentium negata est defunctis, de quibus Alexander ab Alexandro [g]: non ergo de illa, seu de sepulchro hîc est accipiendum quod dicitur, *quis eruet animam suam de manu inferi?* vt bene ratiocinatur Antonius Gueuara [h]. Genebrardus, posita vera expositione de subterraneo animarũ loco, cùm nondum propulata erat sanctorum, id est, *cæli vsu* [i], refert Rabuenaki, & R. Ioseph Albo, locum præsentè expiauisse de purgatorio, vt necesse esset venire in infernum, ad erudiendum, & expurgandum inquinamenta transgressionum, quas quis fecerit, donec mundetur, & ascendat in locum quietis suæ. Iodocus Coccius [k] hoc testimonium pro purgatorio recitat cum aliis multis aliorum veterum Iudæorum. In fine est סלה *Selah*, & vide *Psal.* quod nos potest admonere, vt impensius meditemur nostram conditionem.

Vers. 50.] Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ Domine, sicut iurasti Dauid in veritate tua.

PRemit Deum promissis, fidéque data, cum iuramento: sed simul ne summo agere iure videatur, & iratum magis irritare, nec negat violatam fidem: nec tam iniustitiam prætendit, quàm misericordiam, ex qua videlicet Deus obligauerat scriptum: & quamuis præsturus non dubitetur, molesta sit tamen dilatio, *& dilata spes affligat animam*, & afflictam prorumpere cogat in querimonias, ac veluti debitum exigere. Promissiones misericordes, misericordiáve promissas antiquas vocat, quia ipsæ sub initium regni factæ fuerant: & quod attinet ad Christum, de semine in suis venturum Patriarchis: quin & ante sæcula sic determinatum à Deo fuerat, quas appellat Esaias [a] *cogitationes antiquas fideles*. Vel misericordias antiquas intelligit effecta vetera misericordię declarata erga populum, vt in Ægypto, alibique: & simul adiungit se matas iuramento sibi ipsi peculiariter promissiones tum de regno temporali ac posteritate, tum de regno Messiæ, præsertim quòd spirituale debebat esse. Tam sæpe repeti veritatis testimonium, & misericordiarum fieri mentionem, quæ psalmi etiam initio nominatæ sunt, obseruat Basilius ac Theodoretus, vt excitetur Deus, qui pollicitus est: & quia misericordia potissimum opus erat. Adde vrgentem necessitatem ad id impulisse, cùm proximè de naturæ fragili conditione, & quasi frustratione finis, flebiliter locutus fuisset. Augustinus docet Prophetam eorum in se personam transfigurare, qui longè postea futuri erant; quibus tempus quo scribebat, esset antiquum, quando regi Dauid ista promissa sunt; scilicet Christianorum, qui cùm paterentur persecutionem, eisque exprobraretur à Gentibus Christi mors passióque, hoc, & id quod habetur versu sequenti, vsurparent. Sed alij præterea sensus allati commodi sunt; quamuis contextus requirere videatur, vt dicam, sermonem esse de promissis factis ipsi Dauidi.

Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ Domine?] Legit Augustinus aliquando, *miserationes*. Vsitata formula exprobrantibus infidelibus contrà fideles, cùm his deesse auxilium Dei videatur, vt psalmis [b] aliquot iam priùs vidimus, & repetitur psalmo 113. [c] aliisque exemplis confirmauimus: & interdum dicebant [d], *Vbi est verbum Domini?* & Dominus ipse vel de bonis vel de malis prophetis: *Patres* [e] *vestri vbi sunt: & prophetæ nunquid in sempiternum viuent?* Item ad Adam [f], *Vbi es?* ad Cain [g], *Vbi est Abel frater tuus?* & Esaias [h] expostulando cum Deo: *Attende de cœlo, & vide de habitaculo sancto tuo, & gloria tua: vbi est zelus tuus, & fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum, & miserationum tuarum? super me continuerunt se.* Vsurpanda hæc eadem sententia nobis, quoties nouæ nos aut renouatæ vrgent miseriæ, vt dignetur Deus, quod alias fecit in similibus morbis vel nostris vel aliorum, similem applicare medicinam. Hugo tropologicè assignat exempla in Mose, Aod, Gedeon; quorum opera olim Deus misericordiæ populo suo effecta operatus est. Illæ misericordiæ antiquæ curari non debent quibus olim impertiebat Deus bona temporalia: sed quæri ante omnia debet regnum Dei, eiúsque iustitia [i]. Non placet quod Aiguanus approbat, enunciatiuè accipi orationem; ac responderi priori quæstioni, *Quis est homo, &c. Vbi sunt misericordiæ tuæ, &c.* hoc est, in illo reperitur quod quærebatur, nimirum in Christo, in quo sunt misericordiæ Dei, & per quem Deus illas operatus est: Christus ille solus est, qui vixit, & mortuus, tantísper paulo pòst reuixit, nec deinceps vidit mortem, seséque virtute propria de inferno, & de sepulchro liberauit. Coactus profectò sensus; nec ferendus, nisi per quandam accommodationem.

Sicut iurasti Dauid in veritate tua.] Hieronymus, Augustinus, Psalterium vetus, *quæ*. Hebraicè suppleri debet aliquid ante verbum, *iurasti* נשבעת *nisbahata*, nempe relatiuum prono-

men, aut

[a] Epist. 52.
[b] c. 13. 14.
[c] in Hippolyt. d Rom. 5. 14. 17. e 1. Cor. 15. 26.
[d] Sap. 1. 14.
[e] lib. 3. c. 2.
[f] in Abac. c. 3. pag. 201.
[g] Hebr. 9. 8.
[h] tom. 2. in Deut. cath. 1. 2. 3. pag. 201. & seq. Locus pro Gerizim perperam.
[i] Seorsum loci.
[a] c. 25. 1.
[b] ps. 41. 11. Ps. 78. 10.
[c] vers. 2. secund. Hebr.
[d] Ierem. 17. 15.
[e] Zach. 1. 5.
[f] Gen. 3. 9.
[g] c. 4. 9.
[h] c. 63. 15.
[i] Assignatio tropologica.
[k] Matt. 6. 33. Aliquam improbat sententia.

men, aut particula significans, *sicut*, quod vtrumque valere potest כאשר *asher*. Pronomen Græcum, ἃ, refertur ad ἔθνη, id est, *misericordias*. Legit fortasse interpres Latinus pro ἃ, ὡς: quemadmodum psalmo 94. [a] Græcè nunc est, ὡς παροξυσμῷ, *sicut irritatio*: cum tamen Latinè cantemus, *quibus*, quasi fuerit ἷς. Iam prius actum est de *iuramento Dei*: & quid sit *iurare in fœnore*, vel *in veritate*. Idem potest esse, ac *iurare veritatem*; quemadmodum in alio psalmo [b] canitur Deum Dauidi iurasse, & non frustraturum eum: item quòd iurauit [c], & non pœnitebit eum. Athanasius [d] probans propriè Deum non iurare, argumentatur hinc, quia non per veritatem iurat; sed quia quæ verax in suo sermone dicit, id hominibus ad fidem pro iuramento est. Hortatur verò nos, ne iuremus, quasi tali exemplo, & quod iurare propriè credamus Deum: sed vt talia dicamus & faciamus, & tales nos exhibeamus loquendo agendóque, vt apud auditorem iureiurando non indigeamus: & ex se habeant verba nostra, τῆς ἀληθείας τὸ μαρτύριον, *veritatis testimonium*: ea enim ratione planè imitaturos Deum. Chaldaicè quidem hoc loco pro, *iurasti*, est *pactum es*, vel *confirmasti* קיימתא *kaiemeta*. Misericordiæ iuratæ sunt eædem, ac apud alium Prophetam [e], *fidelia*: & hoc idem expressit adhuc alius [f] magis clarè sic scribens; *Dabis veritatem Iacob, misericordiam Abrahæ, quæ iurasti patribus nostris à diebus antiquis.* Hæc denique sunt iuramenta, quæ cum arcu suscitanda prædixit à Deo Propheta tertius [g], qui tribubus ea locutus fuerat: tum vero patri omnium Abraham, sicut Ioannis pater cecinit [h] iurando; quod Maria loqui dixit [i] ad eundem, & ad patres. In psalmo 104. [k] dicitur memor Deus testamenti sui, verbi quod mandauit in mille generationes, quod disposuit ad Abraham, & iuramenti sui ad Isaac, & statuisse illud Iacob in præceptum, & Israël in testamentum æternum: attamen peculiariter misericordia dicitur facta Abrahæ patri gentium: veritas Iacob auctori tribuum, & populi Iudæi, cuius sunt promissa [l], & cuius Christus minister fuit, seu circumcisionis, quæ populum illum significat, ad confirmandas promissiones patrum [m], cùm gentes hospites essent testamentorum, nec promissionis spem haberent, vtpote, alienati à conuersatione Israël [n]; ac proinde super misericordia honorare deberent Deum [o]. Igitur nunc rectè iuncta est misericordiæ veritas, vt comprehendantur cum Gentibus Iudæi in fructu promissi Messiæ.

a vers. vlt.
b ps. 131. 11.
c ps. 109. 4.
d Athanasij argumentatio tract. de pas. & cruce Domini.
e Isaiæ 15. 1.
f Miche. vlt. 20.
g Abac. 3. 9.
h Luc. 1. 72.
i ibid. vers. 55.
k vers. 8. 9. 10.
l Rom. 9. 4.
m c. 15. 8.
n Ephes. 2. 12.
o Rom. 15. 9.

Vers. 51.] Memor esto, Domine, opprobrij seruorum tuorum (quod continui in sinu meo) multarum gentium.

Vers. 52.] Quod exprobrauerunt inimici tui, Domine, quod exprobrauerunt commutationem Christi tui.

SVggerit Deo, vt non solùm periclitari non sinat fidem ac veritatem suam, si quæ promisit non præstet: sed accendere quoque se declaret ad opprobrium multarum gentium, quod ipse concoquere apud se cogatur, ac velut portare in sinu, & dissimulare, cùm non satis in promptu habeat qua ratione satisfacere illis queat importunis & acrius exprobrantibus. Hanc autem, ait esse talium exprobrationem, qui odio intestino Deum populumque illius prosequuntur; quòd iam sit à Deo commutatus, & reiectus Christus eius; & quod sententiam de amittendo Messia mutauerit, vel etiam cum nequiuerit mittere, regnúmque perpetuare, vt pollicitus videbatur: aut quòd non satis responderit mentis suis, nec retribuerit, ac rependerit debitam vicem (quamuis aliquando pepercisse dicatur nonnullis ex posteris eius, propter ipsum) quia tandem Sedecias, & Ieconias regno pulsi sunt, stirpsque regia penitus excisa: aut quòd perfidiæ Sedeciæ, cum contra fidem datam deseruit regem Chaldæorum, digna reddita merces fuerit, non sine risu & cachinno aduersariorum; aut quòd Iudæi in captiuitate frustrà viderentur expectare Messiam, qui pretio dato quod ἀντάλλαγμα, & commutatio valet, ipsos inde redimeret, ac liberaret. Græci ferè, & Hebraizantes vno ex his modis interpretantur ad literam, & vltimo Hieronymus Olorius Nepos, atque Agellius. Aliqui tamen ex Rabbinis exponunt quoque de Christo, vt quem citat anonymum Genebrardus; vt scilicet iuxta versionem vnam ex Hebræo, quæ pro *commutatione* ponit *vestigia, gressus, tales*, exprobratio esset quòd Christus esset tardigradus, loripes, claudus, cruribus fractis, læsis calcibus, pedibus enervatis, vt qui nondum venisset, vel venire posset; sed alios refert Galatinus [a], explanantes de probris, quæ Messias passurus esset in vestigiis, seu talis, id est, in extremo vitæ suæ. Treuetus insistens in vestigiorum vocabulo, explicat dictum cum irrisione ab hostibus qui captiuos tenebant Iudæos: *Hæc est regia domus, hæc regia sedes, hic regius habitus* &c. quæ nempe sunt signa derelicta post captiuitatem, regiæ dignitatis. Præter hos decendi modos de Christo nostro exponunt præsertim Latini multis modis. Primus est Lyrani, & Arguani, quòd Christus atque Catholici sustineant opprobria multa, quia per doctrinam Christi & Apostolorum reprobatur vita doctrináque Scribarum & Pharisæorum, in quo erat, inquit, quædam commutatio. Idem ferè dicit legendo, *vestigia*; quoniam hæc, id est facta & verba Christi, fuerunt à Sacerdotibus & legisperitis reprobata, Catholici etiam eadem de causa ab iisdem, posteáque à Tyrannis, multa opprobria sustinuerunt, & tormenta. Id etiam habet Rickelius. Conferi tamen hic potest secundus sensus, quem prior tradidit Augustinus, & alij postea sunt secuti. Quò spectat, si vestigia Christi cum Nebiensi interpreteris discipulos, qui secuti sunt ipsius vestigia. Confirmat Augustinus testimonio Pauli [b]: & commutationem Christi accipit de morte: tamen hanc reuera fuisse commutationem, quia post triduum resurgens non tam peremptus, quam commutatus censendus est à temporali vita ad æternam, à terra in cœlum, à Iudæis ad Gentes: optandum, vt inimici Christi commutentur, quibus displiceat eius mutatio, quia mutari nolunt: neque enim est illis commutatio, & non timuerunt Deum [c]. Audit Cassiodorus commutationem Christi eò quia veterem hominem in renouationis gratiam vocauit, de tenebris peccatorum ad fidei lumen perduxit, mortali homini perennis vitæ gaudia præparauit. Is quē vocant Hieronymum

a lib. 8. c. 13.
b 1. Cor. 4. 11.
c ps. 54. 20.

nymum exprobratam à Iudæis commutationem vult, cum se ab illis migraturum diceret ad Gentes, & relinquendam ipsis domum eorum desertam [a]. Haimo id quod Christus ac sui faciebant causa mutandorum hominum de mortalitate ad immortalitatem: Et exprobrabatur quòd Christus esset crucifixus, discipuli, pannosi, abiecti, &c. Hugo affert figuram Dauidis, quando immutauit faciem suam coram Achis [b], & quòd in passione Christi abscondita est fortitudo [c] eius. Arguanus attendit commutationem ad pœnitentiam & virtutes, & res insuaues; eos autem qui in contrarium mutantur, experturos manuum commutationem Christi, ac Dei, vt ipsis imponatur sinistra, dextra illis [d]; quia Ephraim crescentem, nempe in virtutibus, designat; Manasses obliuiosum & obliuiscentem Dei, ita vt in quibus non est bona commutatio, quia non timent Deum, extendat manum Deus in retribuendo [e], hoc est, in castigando. Valentia Christi orationem ait esse pro sua resurrectione, ne alioqui exprobrarent sibi, discipulis, prophetis, si non resurrexisset. Referri huc potest, vt accipiendo commutationem & ἀντάλλαγμα pro pretio, dicantur infideles exprobrare, quòd pretio Christi sanguinisque ipsius nos redemptos dicamus. In iudicio redempti sumus, & reducti in [f] iustitia commutatiua Christi absque argento, & commutatione [*] cuiusuis rei creatæ. Vnde titulus Psalmi 68. de passione Christi satis aptè intelligitur esse pro his qui commutabuntur. Sensus tertius innuitur ab Arnobio, quòd Christus petat à Deo, vt sit memor Apostolos lucratores multarum gentium, quos in suo continuit sinu, multa passuros opprobria abeis, qui alium Christum expectabant, & illum qui passus est, abnegabunt. Isti sunt Iudæi, qui quotidie maledicunt [g] & imprecantur Christianis, vt Hieronymus [g] testatur; & similes maledictis pueris exprobrant Eliæo Deo saluatori nostro in Caluario monte crucifixo, *Ascende* [h] *calue, ascende calue*, vt obseruat Augustinus [i]. Eusebius [k] aut saluatoris nostri cruciatus, ac præ cipuè mortem & crucem, quicumque Christi doctrinam oppugnant, exprobrare nobis consueuisse. Quartò alij explicant, quòd infideles, qui acceperant contineri in scripturis prædictionem de venturo Messia, qui esset Deus factus homo, vel ita circumferri apud Iudæos, quæ maxima profectò commutatio esset, irrisisse huiusmodi quasi metamorphosim, & vt etiam translatio quædam ex Hebræo habet, vestigia, & gressus adeò lentos ac tardos. Tale erat illud prouerbium in terra Israël, de quo Ezechiel [m]; *In longum differuntur dies, & peribit omnis visio* &c. Visio quam hic videret, in dies multos, & in tempora longa iste prophetat. Quintus quem tradit Hugo tropologicus sensus est, opprobrium Ecclesiæ, & seruorum Dei, esse vitam malam prælatorum, & aliorum magistratuum, qui cognominari possunt Christi; eo quòd in peius per vitia commutentur, obscurato veluti auro, mutatóque colore [n] optimo, quem exigit eorum dignitas: sed contineri debere in sinu nostro, ne diuulgetur hoc opprobrium, & infamentur personæ illæ.

Memor esto Domine opprobrij seruorum tuorum.] Vetus, & Romanum psalterium, atque Cassiodorus omittunt, *Domine*, quod tamen Hebraicè & Græcè extat; licèt etiam Apollinarius prætermittat, qui sic explicat,

μετὰ τῶν δμώων ἐπηλύδιο μωμηθέντων.

Neque tuorum famulorũ obliuiscaris opprobratorum.

Memoria & memoratio, quo pacto de Deo dicatur, aliàs docui. Quod verò hîc petitur, Beda dupliciter sumit; vel vt iidem exprobrantes idem opprobrium patiantur, cùm conuersi fuerint, ab aliis, quod modò inferunt seruis Dei: vel vt propter hoc temporale opprobrium, dentur in opprobrium æternarum pœnarum.

Quod continui in sinu meo multarum gentium.] Hieronymus, *quia portaui in sinu meo omnes iniquitates populorum.* Quod Treuerus explicat, memor esto opprobrij, quod patiuntur serui tui ab his, qui eos captiuauerunt, recordare, inquam, vt vindices; quoniam ego patienter sustinui in corde meo omnes iniquitates populorum: vel, quia Hebraicè non est nomen significans iniquitates, sed tantùm *multos*, aut *multa*, רַבִּים *rabbim*, quia ego sustinui multos, nempe opprobrantes populos, aut multa opprobria populorum, scilicet illorum, qui opprobria iactabant in captiuos. Vertit quoque Symmachus, καὶ ἐβάστασα ἐν τῷ κόλπῳ μου πολυπλήθειαν ἐθνῶν, & portaui in sinu meo pluritudinem gentium. Hebræa sic habent שאתי בחיקי כל־רבים *seethi vecheki chol rabbim*, vbi supplendum est aliquid, siue, vt Hieronymus, *quia*, siue, vt alij, *quod*, videlicet opprobrium. Verbum primum à נָשָׂא *nasa* significat *portare*, quod eleganter Latinè redditum est, *continere in sinu*. Sensus autem est, vel tulisse patienter intus in animo; vel etiam ægrè, vt curam quæ animum exederet plurimúmque discruciaret, quia opprobrium alienum reputabat suum, id est, quod seruis Dei inferebatur.

Sensus loci.

ὡς πάρος, ait Apollinarius, ἡμετέροις φερόμην κακὰ πολλὰ κόλποις.

Quorum antea nostro ferebam multa consilia sinu.

Vel in secreto rem apud se continuisse, nec palàm proloqui ausum & resistere, sicut postea contigit post persecutiones: vel animo præuidisse, vel gauisum esse, quod in gloriam conuertendum esset; vel perpetuò ea de re cogitasse, quomodo posset tum precibus eam amolirì: tum exprobrantibus aliqua ratione satisfacere. Arnobius explicat contentos Apostolos in sinu Christi, pro quibus ipse nunc oret: dicit autem multarum gentium non opprobrium, sed eosdem Apostolos, nempe hos lucratores earum. Cassiodorus putat eosdem censeri seruos Dei, & multas gentes, opprobriumque seruorum, seu illis illatum, esse id ipsum quod sit gentibus multis illatum, nempe conuersis, idque ab inimicis tum Iudæis, tum aliis, qui nolebat conuerti. Hieronymus indicat idem, videlicet de congregatis in vna domo credulitatis, vt ipse loquitur. Beda, & Remigius de illis, qui quasi de sinu Christi nascituri erant, & ipse in illis passurus opprobrium; per illos qui de hoc sinu non exirent, tanquam manus immunda, sed vt manus in sinum reducta [a], quia in eadem fide cum ipso permansura. Vltimas dictiones Hebræas exponere possumus, *omnium multorum*, nempe opprobrium à multis, omnibus; aut omne, scilicet opprobrium multorum, id est, quod obiiciebant multi. Chaldaicè, *sustinui in sinu meo cunctis opprobrium multorum populorum*. Haimo rectè declarat nostram translationem; *memor esto opprobrij quod sustinent serui tui*, & est a multis gentibus illatum seruis tuis: *id autem ego in anima mea contemsi*. Beda etiam explicat, *memor esto seruorum tuorum*, vt to-

Harmonia vtrà declarata.

[a] Luc. 13. 35.
[b] 1. Reg. 21. 13.
[c] Abac. 3. 4.
[d] Genes. 48. 14.
[e] Ps. 54. 21.
[f] Esaiæ 1. 27.
[*] 52. 3. Tanti Ps. 68 interpretes.
[g] in Esaiæ. 52.
[h] 4. Reg. 2. 23. 1. 1. cõt. Faustum c. 15. l. 4. demonst. c. 20.
[i] Interpretatio.
[k] Interpretatio.
[m] Prouerbium in terra Israël. Ezech. 12. 22. 27.
[n] Thren. 4. 1.
[a] Exod. 4. 6. 7.

letantium Gentium, vt inferentium: sed continere in sinu idem & alij exponunt de patientia; & quod opprobria illa putaret, sibi fore vtilia. De hac dicendi formula quod valeat habere seu continere aliquid in sinu suo, diximus in aliis psalmis [a]. Conferre nonnihil possunt huc illæ parœmiæ, *in sinu manum habere, in sinu gaudere.*

a pſ.34.13.pſ.73.21. pſ.78.12. Parœmia.

Quod exprobrauerũt inimici tui Domine.] Quod exprobrauerunt, Hieronymus bis, *quibus*, nempe, *seruie tuis.* Treuetus explicat, *quibus exprobrationibus, vel opprobrijs.* Melior sensus primus, quia in textu Hieronymi præcessit tantùm numero singulari nomen *opprobrij*; potiùs dicerem, *quibus iniquitatibus*, quia hoc nomen plurale ab eodem Hieronymo positum est. Sed quod primo loco dixi, aptiùs est. Replicatio autem verbi, *exprobrauerunt*, affectum doloris intẽsũ denotat in Propheta, eóque in cuius persona etiam loquitur, vt monent Græci: præterea exaggerationem scelestis exprobrantium, vt Cassiodorus, & alij.

Sensus melior.

Authoris optimus.

Commutationem Christi tui.] Hieronymus, *vestigia*, vt & Symmachus, ac Theodotio, τὰ ἴχνη. nimirum nimis tarda, nimisque serum aduentum eius: aut *reliquias euersi regni*: aut *doctrinam, vitam, opera Christi*, aut, vt Basilius seu Theodoretus docet, *reges qui præcesserunt Christum*: & commutatio dici possunt, quia ab iis descendit secundùm carnem, atque in regnando veluti eum adumbrauerunt. Quod vltimum fortasse voluit Apollinarius, appellans εἰκόνα:

οἱ ῥα τὴν χριστὸν, καὶ εἰκόνα λοιβὴν ἔχυτο,

Qui vtique tui Christi etiã imaginem cauillabãtur. Aut peculiariter *Iechoniam* & *Sedechiam*, qui loco Dauidis regnauerunt, vt Euthymius, ac Nycephorus volunt. At de his, & similibus expositionibus, antea egimus. Diximus præterea cõmutationem & ἀντάλλαγμα propriè significare, *pretiũ reiue cum re permutationem*, quæ vocatur *commercium*. erátque in vsurante pecuniam, cuius notionis alia plura sunt exẽpla [b]: sed in psalmo 54. non est illis commutatio, alium sensum habet, vt ibi docuimus. Redditur interdum quoque *reconciliatio* [c]: quæ significatio cõuenit etiam Christo nostro, quem quia talẽ Christiani credunt ac prædicant, quemadmodum & velut pretium fuũ, infideles exprobrauerunt, & irriserunt. Noẽ scribitur [d] in tempore iracundiæ factus διάλλαγμα *reconciliatio*, quod magis clarè diceretur κατάλλαγμα, quoniã iuxta vim prioris nominis, innocentia sua tãquam pretio quodam, obtinuit a Deo, vt genus humanum non penitus excinderetur, & velut redemit illud ab interitu: & post diluuium impetrauit oblatione sacrificij, vt non amplius per idem periret orbis totus. Quæ quàm longè melius conueniant Christo, nemo non videt.

Commutationis verbi propria significatio.

b Iob 28.15. pſ.48.13. Eſa. 55.1. Matth. 10.26. Marci 8.37.

c Eccl.44.17.

d ibid. Noe reconciliatio factus.

Vers. 53.] Benedictus Dominus in æternum; fiat, fiat.

I Sti clausulæ similis in pſ.40. & partim etiã in 67. & 71. sed in 40. & 71. geminatur *fiat, fiat*, in quibus psalmis terminari volunt psalmorum libros duos, hi autẽ tertium, & in eos quartum, vt alias admonuimus: De hoc quidquid sit: Cassiodorus hîc videtur negare. Sic pſalmum istum concludit Propheta post lugubrem lõgiorem sermonẽ, se se totum cõmittens Deo, ac in eum proiicies, vt qui tandem cumque rerum status sit, certum se esse significet, atque hoc nomine laudet & benedicat Dominum, & vt idem omnes faciant etiã atque etiã per vpiam: fore vt is quæ semel promisit omnino adimpleat quãuis tardare nõnihil videatur, & molesta interim sit mora. Idem votũ, laus, benedictio cõgruit fidelibus, qui exprobrationes illas aduersus Christum, de quibus paulo antè egimus, audiũt, & propterillas lõgè acerbius discruciãtur, quam propter quælibet probra tormẽtaue, quæ ipsimet experiuntur in seipsis. Antequã quoque Christus aduenisset veteres illi solabantur se spe aduẽtus illius: quãuis in longũ nimis protrahi videretur. Simul de illo promisso laudabãt Deũ, & quàm certi de eodẽ essent, quantoque desiderio experirent, iteratione asseuerantis optantisque particulæ declarabãt. Existimat putatus Hieronymus, hãc esse benedictionẽ, atque gratiarum actionem directã ad Christũ, cùm redijt ex inferis, cum se præbuit discipulis, cùm Ecclesiæ vota & pia desideria restituit dicẽs [a], *Ecce ego vobiscum sum: saue ad consummationem seculi.* quæ minimũ vera fuit illius cõmutatio, quam nõ intelligẽtes exprobrabant, in seipsi cõsistentes ignominiã eius. Sic mortis, eiusque Christi nec scandalũ, nec stultitia, nec maledictio est, sed pax sapientia, benedictio, salus, omne bonũ, Iudæo primum & græco, hic, & in sæcula sæculorũ ad obtinendũ quoque ambas stolas beatitudinis, tum in anima, tum in corpore. Aduersariorũ exprobratio & maledictio temporalis est, inquit Augustinus; benedictio autẽ Domini in æternum, & ad confirmandam benedictionem, ne quis timeat, fiat, fiat. Ista subscriptio est cautionis Domini Ait etiam [b], quòd ista benedictio satis cõgruit vniuerso populo Dei ad cœlestem Ierusalem pertinenti, siue in illis qui latebant in testamento veteri antequam reuelaretur nouum; siue in his qui iam testamento nouo reuelato manifestè pertinere cernuntur ad Christum. Item quòd benedictio Domini in semine Dauid, non ad aliquod tempus, qualis diebus Salomonis apparuit, sed in æternum speranda est, in qua certissima spe dicitur, fiat, fiat quia illius spei est confirmatio verbi huius iteratio.

a Matth.vlt. a fin.

b 17.de ciui. c.12.

Benedictus Dominus in æternum.] Hieronymus, *in sempiternum.* Chaldæe, *benedictum nomen Domini in seculo isto, nec nõ in seculo venturo*, & in textu Nebiensis, *benedictum nomen Dei in mundo isto, amen, & amen, benedictum nomen Dei in mundo qui venturus est, amen, & amẽ* in psalterio vetere apud Fabrũ, *benedictionem autẽ Domini in æternũ.* videlicet dicimus, vel dicemus, cùm, vt prius verbi erat, inimici exprobrauerunt. Scitus idẽ lectionis quam alibi vsurpat Augustinus, *benedictio domini in æternũ*: nempe dicatur, &c. Aliàs docui quomodo benedicatur Deus à nobis, benedicat ille nos, homo hominẽ. Duplicationẽ affert Hugo benedictionis in eam, quæ est collationis, nimirũ alicuius beneficij, approbationis, laudis consecrationis, sanctificationis.

Sensus latus.

c supra.

D. Hugo vide duplicationes illas pſ.

Addit Arguanus, benedicere esse cum bene viuere, cùm exẽplo boni operis inducantur alij ad bene viuẽdum: Explicat item [d] benedictionem Deum obsecuantia mandatorum eius, patientia, fide, gratiarum actione, reuerentia, charitate in proximum. Occurrerunt hæc & his alijs alias etiam non semel.

Ab eo quod.

d in pſ.33. n.5.

Fiat fiat.] Hieronymus, *amen, & amen*: sicut Hebraicè יְהִי יְהִי *amen amen.* Prius iussit Nebientem recitare ex Chaldæo textu quædam alia, quibus iteratum amen bis addatur. Græcè duplex est γένοιτο γένοιτο. Ex Aquila refert Theodoretus ἀληθινῶς & πάντως, *verum*, siue *certus*, & *valdè verax.* Ita quidem collector notationum in Sixtinã editionem LXX. refertur ita

1 prologus.

latinè apud Theodoretum lego. Sed cum idem Collector in fine psalmi 40. & 71. obseruauerit Aquilam aduerbialiter transtulisse πιστῶς ἀντὶ τοῦ πιστῶς, aut vtrouis modo vtrumque simul, id est, *fidelitèr fideliter*, vel *verè verè*. &c. & ita omnino sit, non aliter arbitror hic Theodoretum retulisse. Opportuna hoc loco, si vspiam alibi, tanta asseueratio; cùm toties in psalmo toto querimonia quædam posita sit de non seruatis Dei promissis. Alias rationes replicati verbi attigi. Accedat illa Euthymij, *vt fiat, fiat semper voluntas Dei*; quoniam ad ea semper dirigitur, quæ nobis magis conducunt. Igitur Hebræorum opinio falsa est, versiculum hunc totum addi solere fini librorum à Grammaticis ipsorum, siue scriptoribus: item alia, quæ asserit de Scriba, quòd ei Deus in describendo libro auxiliatus esset, vt cùm Latini addunt in fine Laus Deo, aut quid simile: Præterea, quæ sentit cantoris fuisse verba, qui viderit per spiritum, populi sui reditum de captiuitate, salutémque Messiæ breui venturi. Ipsemet psalmi auctor pronunciauit istum versum; qui sicut à laude ortus est Dei, misericordiarumque illius, vt liberiùs effunderet suas querimonias; ita claudit Dei laude, ac si protestetur se conquestum quidem fuisse, non tamen quòd vellet obstrepere diuinæ sapientiæ ac veritati: aut quòd minùs bene sentiret de attributis istis: quocirca velle apertè sensum suum in fine promere, qui est, vt propterea Deum benedictum nũc, & semper & in secula, quamuis durius ipsum tractet, & affligat: nec humano iudicio, quod sæpe fallitur, videatur tam æquus, aut in præstando quod promiserit, fidelis, & exactus. De *Amen* alibi satis diligenter disserui. Nunc verò libet in fine adeo prolixi & obscuri psalmi gratias agere misericordiæ Dei, vel potiùs gratias dicere gratiæ illius, quia agere possumus vel dicere, non dare, nec reddere, nec referre possumus Deo, vt ait Augustinus.

Hebræorum opinio ridicula.

PSALMVS OCTOGESIMVS NONVS.

1 Oratio Moysi hominis Dei.

DOmine, refugium factus es nobis: à generatione in generationem.

2 Priusquam montes fierent, aut formaretur terra, & orbis: à sæculo & vsque in sæculum tu es Deus.

3 Ne auertas hominem in humilitatem: & dixisti: Conuertimini filij hominum.

4 Quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesterna, quæ præterit.

Et custodia in nocte, 5 quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt.

6 Mane sicut herba transeat, manè floreat, & transeat: vesperè decidat, induret, & arescat.

7 Quia defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati sumus.

8 Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo: seculum nostrum in illuminatione vultus tui.

9 Quoniam omnes dies nostri defecerunt: & in ira tua defecimus.

Anni nostri sicut aranea meditabuntur: ro dies annorum nostrorum in ipsis, septuaginta anni.

Si autem in potentatibus octoginta anni: & amplius eorum, labor & dolor.

Quoniam superuenit mansuetudo: & corripiemur.

11 Quis nouit potestatem iræ tuæ: & præ timore tuo iram tuam 12 dinumerare?

Dexteram tuam sic notam fac: & eruditos corde in sapientia.

13 Conuertere Domine vsquequo? & deprecabilis esto super seruos tuos.

14 Repleti sumus manè misericordia tua: & exultauimus, & delectati sumus omnibus diebus nostris.

15 Lætati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti: annis, quibus vidimus mala.

16 Respice in seruos tuos, & in opera tua: & dirige filios eorum.

17 Et sit splendor Domini Dei nostri super nos, & opera manuum nostrarum dirige super nos: & opus manuum nostrarum dirige.

Titulus & Argumentum.

Vers. 1.] Oratio Moysi hominis Dei.

Domine refugium factus es nobis à generatione in generationem.

Titulus huius Psalmi ex Paraphraste.

ITVLI forma, Mosis excepto nomine, in psalmo 16. eadem est, & in 85. in quibus Dauidis exprimitur nomen, dæneque in 101. vbi dicitur, *Oratio pauperis*. In prioribus autem ratio reddita à nobis, cur *orationis*

vox assignetur certis psalmis. De *Mose* cur hîc,& aliis locis [a] appelletur *homo Dei* seu *vir Dei*,vt legit Hieronymus [b], docui explanans Petrum [c], qui *Prophetas*,vocat *sanctos Dei homines*. quemadmodum Paraphrastes in isto titulo *Mosem prophetam* nominat, *Oratio qua orauit Moses propheta Domini quando peccauit populus domus Israel in deserto.* Augustinus cognominationis causam dat, quia propheta erat noui Testamenti, & minister veteris: Euthymius [d], quoniam iste psalmus illis congruat,qui per baptismi lauacrum,seu aquam effecti sunt homines Dei, cũ etymologia Mosis importet de aqua eductum.Cassiodorus vtrãque causam coniungit, & præterea, quod etiam habet Haimo, & alij, vt intelligeremus diuersum esse ab aliis qui dicerentur eodem nomine Mosis. Sed quòd *hominem Dei* distinguit Cassiodorus póstque illum Remigius,& Bruno Carthusianus à seruo ,nec hominẽ alicuius appellari vult, nisi qui sit liber, & amicus eius, in eodem Petri cõmentario docui non esse verũ, & satis indicaui in titulo psalmi 35.nõ differre à seruo,siue famulo, atque sic & vulgo nos vsurpare hominẽ nostrum pro famulo,seruóque nostro,& ita in vtroque iure homines pro vasallis nominati. Cõstat eundem *Mosem* vocatum' *Dei seruum* [e]. Quamuis autẽ scribatur Deus loquutus ad eũdem facie ad faciẽ, sicut solet loqui homo ad amicũ [f], non sequitur, vt Cassiodorus tamen argumentatur non eidem optimè conuenire serui vocabulum salua familiari etiam amicitia. Negabat Christus deinceps dicturum se discipulos seruos,sed amicos [g], nihilominus approbauit appellantes ipsum magistrum & dominum [h], ipsíque Apostoli passim se in suis epistolis nomine seruorum indigitant. Neque discrimen à Hieronymo [i], allatum inter *hominem Dei, & virum Dei*, necessarium, aut perpetuum videtur, sicut nec ipse valde contendit. Ex nomine proprio Mosis infert præsentis illum psalmi auctorem esse, Hieronymus [k] in separato commẽtario quod inclusit epistola,etiam decem sequentium. Quam sententiam sequuntur Rabbini,vt Salomon, quia sunt *ἀτυπόγραφοι*, aiúntque aliqui alios ad alias tribus, hunc ad Ruben spectare. Apollinarij sententia eadem saltem quòd huiusmodi orationem Moses fuderit,*ὃς πάρος*,aut, *ἐυχωλὴν τώνδ' ἔχεν. qui autem precem hanc resõuit.* De isto vt & de illis qui gerunt nomen proprium diuersum à Dauide monui in præfatione [l], Hilarium nonnullósque alios sentire ab aliis compositos,quorum nomine insigniuntur ; necessariam tamen rationem non videri, probabiliúsque sentire, qui omnium eundem auctorem Dauidem affirmant,qui sanè numero sunt plures,quidquid hoc loco Aiguanus contradicat.Nominatim certè hîc admonent,nõ Mosis sed Dauidis esse psalmum istũ Augustinus, Remigius, Haimo,Bruno, Carthusianus, Hieronymus, Hugo, Rickelius, Euthymius[m],Valentia, Caietanus,& ferè omnes recentiores immo & Hieronymus [n] quodã loco proferens ex hoc psalmo testimoniũ appellat Dauidẽ, Athanasius itẽ ,qui in synopsi videtur contrariæ sententiæ,in oratione secunda contra Arianos hunc tanquam Dauidis psalmum citat.Sed & titulus, vt in plurimis,ac emendatioribus codicibus scribitur,nonnihil fauet, nempe in datiuo *ἀνθρώπῳ τοῦ θεοῦ*, *homini Dei*, quasi significetur non Mosis esse psalmũ,sed illi tribui,ac in eius persona edi, caníque. Quamuis idem quandoque occurrerit in titulis gerẽtibus nomen Dauid in eodem dandi casu. Vt propterea non sit argumentu omnino concludẽs. Notat Hieronymus [a] in plerisque codicibus titulum fuisse psalmi istius, *Oratio Mosi Dauid*.in Hebraico autem non fi- haberi I- ber Paulum Hebræum refellit docentem quò Moses in titulo positus, fuerit vnus aliquis pro pheta diuersus à legislatore.quia in hoc psalmo ætas hominum septuagenario, & octogenarii annorum definitur numero,id est,simul ipso.Non simul sed seorsim sumi debent hi numeri, & potuisset legislator Moses vaticinari etiam de futuri eiusmodi ætatis spatio.Agellius meminit alterius opinionis,vt Moses intelligatur prò posteris suis siue pro nepotibus. Cæterùm idcirco Moses legislator nominatur, vt pars maior enarratorum tradit, quia vigebat fama Mosem ea quæ in ho psalmo describuntur orare consueuisse: vel id reuelatum fuit Dauidi à Spiritu Sancto, vt indicat Arnobius, qui tanti hanc legislatoris orationem faciebat. Athanasius quidem Marcellino scribit si scire concupiscat quomodo Moses orauerit habere hunc psalmum.

Hinc de argumẽto cognosci potest. Non bonus populi pædagogus Moses illũ pueriliter addictum amori, studióque terrenarum rerum videbat contẽdebat oratione huiusmodi à Deo impetrare, vt ab ea vanitate traduceret,cõuerteréque ad solidum amorem bonorum æternorum. Pereba etiam, orans pro peccatis eiusdem præsertim in deserto commissis, vt indicat recitatus ex Paraphraste titulus,liberationem ab ærumnis præsentis breuis,ac fragilis vitæ. Atque quemadmodum Deus indignationis exempla edidit, sic dignaretur potentiæ ac benignitatis indicia ostendere, atque demum de redemptione, ac redemptoris aduentu exhilarare,& efficere, vt omnium opera dirigerentur in viam pacis æternæ. Describitur item hic humani generis miseria,quæ ex peccato orta est, quam Moses historiam primus narrauerat;sic quem credunt Hieronymum ratiocinatur, & alij nonnulli, & præterea de vita æterna agitur cuius typus terra per Mosem promissa, inquit Hugo. Nõ ita præcisè arbitror pro iis cõpositum qui captiui apud Babylonẽ tenerentur,vt præferunt Basilius ac Theodoretus. Neq; credo Eusebio voces Iudæorũ hîc fingi, qui iam expulsi & à Deo reiecti,redituri sint in fine sæculi & Christũ agniturí.Quare orationẽ appellari psalmũ istum docet Haimo,& alij,quia quod cõtinet vel oratio est pro nostra redemptione, vel causæ in eo sunt, quare pro hominibus sit orandum.Addit Haimo præter dictas antea causas, idcirco Mosem hoc loco hominẽ nominari, quia per defectũ humanum,qui describitur in psalmo, & communis est cũ omni homine,ostenditur natura hominis: apponi autem nomen Dei,vt intelligatur cõtra dictum defectum liberator Deus,tam Mosi,quàm aliorum filiorum Dei. Bruno Carthusianus hanc orationẽ ait esse ad Deum filium, qui homo futurus erat, & Mosi assignari, quia polichat auctoritate supra omnes apud Iudæos, ita vt hunc illi conuinci possent, sicut eos conuicit Christus dicẽdo [c], *si crederetis Mosi, crederetis forsitan & mihi de me enim ille scripsit.* Hac de causa idem Athanasius recensẽt psalmum istum inter illos, tum qui in narrando occupantur, tum qui in precibus, votísque. Nyssenus [d] posita sectione psalmorum in libros quinque ait hic vnde quartus inchoat hominẽ iam Dei esse, & cum Deo firmo nexu copulatum,ac perfectum, quíque non lege

a 1.Paral.23.14.lib.2.30.16.Deut.33.1. Iosue 14.16.
b hic & epist.139.
c 2.Epist.1.21. *Moses quare Propheta vocatus.*
d præf.in ps.
Homo Dei, quid.
Reficiatur nonnullorũ ab Auctore distinctio.
Mosis seruus Dei nominatus.
e Num.12.7. & ibid.
f Exod.33.11.
g Ioan.15.15.
h cap.13.13.
i epist.139. *Discrimen inter homines Dei, & virum Dei, ab Hieronymo.*
Auctor huius Psalmi Moses est, ex illatione Hieronymi.
k epist.139.
l cap.1.
Auctorem Dauidem esse magis affirmatur.
m præf. in ps.
n epist.34. ad Iulianum.

egeat, sed vt Moses altet, sit aliorum legislator contemptor dignitatis regiæ, consertio fruens Dei forsim ab hominibus, & aliis tot decoris ornamentis, quæ de Mose recensetur, orationem fundere pro aliis, & ipsis diuino quodam modo benefacere. In Concilio Salegunstadiensi psalmus iste cum 87. & 40. assignatur pro infirmis, & pro salute totius Ecclesiæ decantandus. Vtitur eo Ecclesia non tantùm ad laudes feriæ v. per annum, sed etiam in feria v. Cœnæ Domini. Affert Hieronymus [a] difficillimum esse.

a epist. 139.

Domine refugium, &c.] Vt flectat Deum ad misericordiam meritò sumit initium, vt Græcus anonymus notauit, quem refert Agellius ex iis quæ ille sæpenumero benignè fecit, tum Pharaonis tempore, tum Iosuæ, aliorúmque iudicum, tum postea tempore Babylonicæ captiuitatis. Inuit etiam suò Mosis persona, quam loquentem, & orantem inducere videtur, beneficia illa, quæ ipsimet peculiariter collata sunt, vt Cassiodorus obseruat, quemadmodum quando extractus ex aquis, quando decertauit cum Pharaone, & Magis, quando transmisit populum per mare rubrum, quando euasit murmur, seditionémque populi frequentem, &c. Extendunt Theodoretus, Basilius, Rickelius, ad generalia tori mundo beneficia, vt creationis & prouidentiæ: hunc autem optimum impetrandi modum esse, gratum existere de præteritis: sic enim habenti datur, hoc est, grato, ab eo qui non habet, id est, ab ingrato auferri [b]. Hugo præterea captari hoc, ac sequenti versu beneuolentiam annotat à potentia, cùm Dominus appellatur: à benignitate, cùm refugium: à continuatione benignitatis, cùm dicitur factus refugium à generatione in generationem: ab æternitate, cùm quod esse, seu fuisse, & esse perseuerare iam inde priusquam fierent montes aut formaretur terra & orbis à sæculo, & vsque in sæculum. Eodem pertinet Hieronymi ratio quòd narraturus tristia, & genus deploraturus humanum à laudibus Dei incipit, vt quidquid postea homini accidit aduersorum, non Creatoris duritia, sed eius qui creatus est, culpa accidisse videatur.

b Matt. 25. 29.

Domine refugium factus es nobis.] Hieronymus [c], *Domine habitaculum tu factus es nobis*, & notat מעון *maabhon* magis habitationem, quàm refugium sonare. Potuit verti *domus refugij*, & qui vitant cœli aliásque externas iniurias in habitaculum refugiunt, sesèque recipiunt. Leuior coniectura Agellij, quòd Moses ipse psalmum istum ediderit, quia legitur in Deuteronomio [d] vtens eadem Hebræa voce dixisse; *habitaculum eius sursum*: quemadmodum, & quoniam versui 13. sit similis ab eodem vsurpata sententia: *Conuertere Domine aliquando, & deprecabilis esto super seruum tuum* [e]. *Iudicabit Dominus populum suum, & in seruis suis deprecabitur*, id est, deprecabilis erit. Significat propheta quocumque veluti circumferantur, peregrinentur, vagentur, fore ipsis nab rationem, & diuersoria in Deo, per continuas ætates, sicut olim tandiu fuerat maioribus eorum peregrinantibus per desertum. Quo pacto conueniat Deo refugij appellatio, & ratio, documus iam pridem in hoc ipso opere; citque 45. psalmi principium illius principio finitur. Distinguit suo more secundum tropolo-

c hic & epist. 139.

d c. 33. 27.

e cap. 32. 36.

Refugium in nostram, & in A-

giam Hugo genera refugiorum bonorum, & malorum. Mala aut esse tuti exempla, tum consilia: quærenda bona pœnitenti fugienti à peccato; proficienti, à tentationibus; perfecto à curis, & strepitu mundi; hæc esse in Deo, qui se habet vt ciuitas, turris, dux exercitus, mater, domus, medicus, nauis, magister, columbarium, altare, & Ecclesia. Sed Hieronymi tropologia elegantior, qui sustinet tempestatem, vel pœnas, vel tecti quærere refugium: quem hostis persequitur, ad muros Vrbium confugere est. Illum viatorem, tam sole, quàm puluere, vmbras quærere solatium: si sæuissima bestia hominis sanguinem sitiat, cupere, & niti vtcumque possit, præsens vitare discrimen: ita & hominem à principio conditionis suæ Deo vti adiutore, & cum huius sit gratiæ quod creatus est, illúsque misericordiæ quod subsistit, & viuit, nihil boni operis agere posse absque eo qui ita concessit liberum arbitrium, vt suam per singula opera gratiam non negaret, ne libertas arbitrij redundaret ad iniuriam conditoris, & ad eius contumaciam, qui ideo liber conditus est, vt absque Deo nihil esse se nouerit. Egregia simul hæc de gratiæ necessitate doctrina salua arbitrij libertate. Sed cùm affirmat nihil boni operis agere hominem posse absque Deo, si de gratia propriè dicta intelligit, de bono loquitur opere in ordine vt dicunt proportionato, id est, ad vitam æternam, & quòd sit aliquo modo in ordine supernaturali; quoniam ad leuiora quædam opera bona moralia merè naturalia sufficere generalem concursum longè cõmunior est opinio scholasticorum. Qua de re in theologicis nostris alias. Videtur is qui in commentarius nomen gerit Hieronymi, verum transcripsisse, ac perstrinxisse Hieronymum; docens nos in æstu istius seculi, & dum nos bestia, qui nempe diabolus est, & hostes alij persequuntur, subtus alas Dei refugere. Attendit Nyssenus [a] in vocabulo *refugij*, vt de Deo dicitur, infirmitatem naturæ nostræ, & Propheram optare vt Deus qui est immutabilis, ei qui hinc inde oberrat, fiat in omni generatione refugium, salutis tuendæ gratia. Cassiodorus considerat in pronomine plurali, *Dominus refugium factus es nobis*, non de se solo Mosem siue in illius persona Dauidem loqui, aut de aliquo alio vno, sed de vniuersali Ecclesia, idque indicari sequentibus verbis, *à generatione in generationem*. Ambrosius cùm interpretatur prima verba psalmi 45. *Deus noster refugium*, &c. affert etiam hæc nostra, & exponit factum *Deum refugium nobis credentibus, non incredulis nobis quærentibus, non refugientibus veritatem*. Illum hoc posse dicere, qui in solius Dei præsidio, suæ conscientiæ ipsem salutis. Præterea [b] monet cum factus dicitur Deus refugium in salutem [c], aut quid simile non pertinere ad creationem, sed respectu nostri, ac effectus, quem operatur in nobis hoc intelligi. Id etiam notat Hugo, nempe non ostendi his dicendi formulis aliquam mutationem circa Deum, sed circa nos. Thomas [d] item Aquinas hoc ipsum docet sicut relationes, quæ de Deo dicuntur ex tempore, non sunt in Deo, nisi secundùm rationem, ita nec fieri, nec factum esse dici de Deo, nisi secundùm rationem, nulla mutatione circa ipsum existente, sicut est id, inquit, *Domine refugium factus es nobis*. Augustinus [e] optimè hoc declarat, & refugium nostrum Deum relatiuè dici, quia ad nos refertur, & tunc refugium nostrum fit, cùm ad eum refugimus: &

a tract. 1. in psalm. 7.

b 3. de fide c. 3.

c psal. 17. 3.

d 1. p. q. 13. a. 7. ad 2.

e 5. de Trin. c. 16.

non

non in Dei natura, sed in nobis fieri mutationem, qui antequam ad eum refugeremus deteriores eramus, ad eum refugiendo meliores. Chrysologus [a] de Christi discedens fuga in Ægyptum, orationem convertit ad ipsum hisce verbis: *Et vbi est illud: Domine refugium factus es nobis? & Deus noster refugium, & virtus? si refugium fugit, si timet virtus, si præsidium mutavit, quæ vita? quæ salus? quæ securitas? quod munimen?* Postremò Augustinus considerat modos, quibus Christus dicatur pro nobis factus videlicet similis nobis homo, prolixiùs orans in agonia, obediens vsque ad mortem. Clemens VII. vsus est his verbis, (*Domine refugium factus es nobis*,) pro Symbolo [b], fortassis omnis in summis periculis, quando bis in S. Angeli arcem se recepit.

A generatione in generationem.] Hieronymus [c], & psalterium Gallicanum & Augustinus, *in generatione, & generatione.* Romanum & Ambrosianum psalterium, quod sæpius idem videtur cum Gallicano, & Cassiodorus, *à generatione, & progenie*, vetus psalterium, *in generatione, & generationem.* Paulò aliter hæc recitantur à Collectore notationum in Sixtina biblia editionis LXX. refertque is Hieronymum [d] illis tribuere, (*in omni generatione, & generatione,*) cùm apud ipsum non legam, *omni*, & omnes codices qui extant habeant ἐν γενεᾷ καὶ γενεᾷ. Parui momenti discrimen est, sæpiusque aliis in psalmis præcedentibus occurrit eadem phrasis, & Hebraicè דֹּר וָדֹר *dedor vador* exposuimus quoque alias quid sibi velit, & quid valeat nomen generationis, & sumpta pro temporæ vitæ humanæ, quot constet annis. Suidas [e] recenset opiniones de septem & de triginta: & quod attinet ad posteriorem propterea Nestorem appellatum γεροντιφάντην, vel γεροντοφάντην quasi ter senem, quòd annos ter triginta vixisset, id est, nonaginta. At Cicero [f] & Athenæus [g] trecentos ei tribuunt, nimirum sumendo generationem pro centum annis. Mysticè hoc loco, vt & in aliis generationem, & generationem sumunt pro ea quæ est naturæ vsque ad Noë, pro ea quæ legis ab hoc post quem non multo post Abraham & Moses, vsque ad Christum, pro ea quæ gratiæ, à Christo ad finem vsque, & prima cœpisse dicatur, secunda profecisse, tertia perfecisse. Item pro præsenti, & futura: pro Iudæis, & Gentilibus: pro malis, & bonis, seu vitio, & virtute: pro statu naturæ conditæ, & lapsæ. Literalis sensus est de omni tempore, & duratione: seu de cunctis sub omni duratione hominibus. Symmachus vertit ἐν ἑκάστῃ γενεᾷ, *in vnaquaque generatione.*

[a] Serm. 151.

[b] Clemens VII. in verbo, Domine refugium factus es nobis, pro symbolo vsus est.

[c] Ciacconius, hic & epist. 139. & in Hist. c. 55.

[d] epist. 39.

[e] Verbo γενεά.

[f] Nestor γεροντοφάντης, vel γεροντοφάντας quasi ter senex. de senect.

[g] lib. 10.

Mysticus sensus.

Literalis sensus.

Vers. 2.] Priusquam montes fierent, aut formaretur terra, & orbis, à seculo & vsque in seculum tu es Deus.

NE cùm factum Deum refugium dixisset suspicaretur quis non æternum sed temporaneum, & vt nemo miraretur à generatione in generationem factum refugium nobis, hoc est, ex quo cœperunt homines esse, ac deinceps, quia denique acturus erat de brevitate ac fragilitate vitæ, & ætatis nostræ, docet ante omnem creaturam extitisse, atque simpliciter æternum esse, antéque omne tempus imaginarium, & creationem mundi, quemadmodum eiusdem immenitas Dei declarari videtur dicendo montium esse extra, suprave vltimum cœlum. Extensionem ætatis à parte antè, vt dixi, indicet membrum primum; secundum verò eam quæ est a parte pòst. Memini de *montibus* tanquam firmioribus columnis qui & *antiqui* vocantur [a], vt & *colles æterni* [b]: de terra quia corpus humanum ex illa formatum est, de cuius agendum vita paulo pòst de orbe demum habitabili. Quare montes pro cœlestibus, cætera pro terrenis accipere, vt multi faciunt, non videtur necessarium ad literalem sensum, vt nec pro Angelis, & hominibus. Refellitur hinc fatuum ex factos, & genitos in tempore colentium Deos. Plutarchus [c] in Stoicis hoc notante; laudant [d] verò Platonem [e], quod dixerit id quo semper est, nec habet ortum, esse Deum πατέρα καὶ ποιητὴν τοῦτου τοῦ παντὸς, καὶ τῶν ἄλλων γεννητῶν ὁμοίως καὶ ἀϊδίων, *patrem & fabricatorem huius vniuersi, & aliorum omnium genitorum æternorumque rerum genitarum æquè ac æternarum*: præterea δημιουργὸν, ἀρχηγὸν, ποιμένα: *gubernatorem, principem, genitorem nuncupet.*

Abusus alia ex parte hoc eodem loco videtur Origenes, quem tacito nomine Hieronymus [f] reprehendit prauè distinguens textum, *Domine refugium factus es nobis a generatione in generationem. Priusquam montes firmarentur, & fingeretur terra, & orbis terrarum. A seculo & vsque in seculum tu es Deus.* Ita verò edisserebant huius erroris auctores, quòd animæ fuerint antequam homo in sexti diei numero conderetur, si dominus antequam montes firmarentur, & fingeretur terra, orbisque terrarum refugium fuit hominum, ergo fuerunt animæ in cœlestibus antequam hominum corpora formarentur. Explicat autem posita meliore distinctione, vt non refugium nostrum fuerit Deus ante conditionem mundi, qui nec dum eramus, sed quòd Deus ab æterno, vsque in æternum sit semper Deus. Sixtus Senensis [g] citat ex libro primo commentariorum Origenis in epistolam ad Ephesios, qui non extant in operibus editis, vbi tum hoc testimonio confirmabat dictum errorem, tum epistolæ ad Ephesios [h], cùm scribat Apostolus, quòd elegerit nos ante mundi constitutionem. Refellit item Sixtus [i] diligenter Origenem: & Hieronymus explanans epistolam ad Ephesios: quæ qui hoc loco Hieronymi nomen gerit, licèt Origenem hi duo non nominent.

Priusquam montes fierent.] Hieronymus [k], nascerentur: tribuit verò LXX *firmarentur*, hoc nescio quo iure; quoniam codices omnes habent γενηθῆναι, vel γενεσθαι. Quidam Græcus quem Eusebium Agellius putat esse, hoc dicit dicere, *priusquam montes gignerentur, vel parerentur*, πρὸ τοῦ τὰ ὄρη γεννηθῆναι, qui minimè non simul vt exiit terra, montes vna exierunt cum ea, sed velati nati post partum ad magnitudinem excreuerunt: ac vt Physiologi quidam existimant adhuc augentur, petræque in dies maiores cuadunt. Subdit verò quia genitam quoque, ac natam terram, & orbem alij volunt, secuti vim Hebraici textus, dici posse terram ipsam ex alio ortam elemento: & hoc sibi velle quod fuisse scribitur in tohu terra ἀόρατον καὶ ἀκατασκεύαστον, *inuisibilis, & incomprehensibilis*, quasi liquentis naturæ vtero gestaretur, & conciperetur, nascerentur autem, cum dictum est a Deo [l], *Congregentur aquæ sub*

[a] Deut. 33. 15. Genes. 49. 26. Deut. 33. 27.

Montes quomodo accipiendi.

Nec antiquorum opinio refellenda.

[b] epist. contra Semipelag. lib. 2.

[c] in Timæo.

Error Origenis refellitur.

[f] epist. 139.

[g] lib. 8. Bibl. sanct. anno. 5.

[h] cap. 1. 3.

[i] libr. annotat. 5.

Excusatio Hieronymi in hac epist. 139.

[k] Genes. 1.

cœlo in conjectu mentem ornatu. & apparet verisimile
tunc enim Dei voluntate formatam & compactam, tanquam subitò editam quasi de luce prodisse. Qui per montes recipi volunt cœlos, & Angelos, per cætera homines, & res sublunares, notant fieri de primis dictum, formari de secundis, quia hominis primi corpus formatum est de limo terræ. Non habet locum hæc distinctio in textu Hebræo, vbi sunt duo verba significantia parturitionem, seu nativitatem יֻלַּד *sulladu*, & חִוַּלֵל *thechôlel*. Paraphrastes exponit erigi montes, & creari terram. Tandem Græca γενηθῆναι & πλασθῆναι, & his affinia non rarò confunduntur tanquam synonyma. De montium origine alias disputatum, & lapidum nonnullum incrementum concedo per iuxtapositionem, vt vocant, non per vitalem adgenerationem, & augmentationem ab intrinseco principio, vt est in verè viuentibus. Simili comparatio ad explicandam æternæ sapientiæ generationem; *Nec dum montes* [a] *gravi mole consliterant: ante omnes colles ego parturiebar, adhuc terram non fecerat*, &c.

Lapidum nonnullum incrementum ab extra terræ concessum.

a Proverb. 8. 25. & 26.

Confirmat vtroque ex loco Ambrosius [b] æternitatem filij Dei, siue Christi. Athanasius [c] verò in illis dicendi modis monet cauendum Arianismum, ne imaginemur de filio Dei quòd aliquando fuerit quando non erat, seu quòd imaginari possimus tempus in quo non erat, ac solùm dicatur factus ante omne tempus reale. Arnobius existimat præuisas à Dauide anathemabiles, vt ipse loquitur, hæreses, filium Dei, qui refugium factus est nobis in Christo, non fuisse priusquam mundus fieret, & firmaretur terra, & orbis. Ad mores Hugo sumit montes factos illos qui de pauperibus fiunt magni, & potentes, sicut lapillus ille apud Danielem [d] euasit in montem: formatam terram, eos qui formantur, vt sint vasa Domini in honorem: quosdam esse æternæ similes ineptos ad omnem huiusmodi vsum: orbem qui cœlum ipsa figura imitantur per contemplationem, & æternis vacant, quæ fine carent, sicut dicta figura nullo clauditur: oportere omnes qui pertinent ad indicatos ordines bonos agnoscere in Deo refugium suum, & demissè de se sentire, scientes, quòd priusquam esset erat Deus, non egens eorum opera, vel meritis. Hieronymus [e] affert tropologiam, quòd antequam animæ nostræ sublimia dogmata firmarentur, & terra corporis nostri fingeretur, Deus semper nobis refugium fuit, & habitauit animam nostram veluti terram habitabilem. Ait etiam iuxta versionem, quæ montibus natiuitatem, terræ partum tribuit, liquidò demonstrari sanctas, excelsasque virtutes, Dei semper misericordia procreari.

Æternitas filij Dei confirmata.
b 3. de fide c.4.
c tract. 2. contra Arian.

Expositio montium ab Hugone.
d cap. 2. 35.

Tropologia Hieronymi.
e epist. 139.

Aut formaretur terra.] Prius retuli vertere Hieronymum, *& parturiretur terra*, quod valet חִוַּלֵל *vethechôlel*, & interpretari quod reddunt Lxx. καὶ πλασθῆναι, *& fingeretur*, tamen videri synonyma verba verbo membri præcedentis, Apollinaris sic explicat vtrumque,

πρὶν ὄρεσσι γένεσιν, πρὶν καὶ γῆν τε καὶ οὐρανὸν γενέσθαι.
Ante fuisse montium, ante etiam terram & firmamentum fieri.

Admonet tandem Euthymius, & Nicephorus esse hic παρέλκειν quæ conferat ad τὸ μεγαλοπρεπὲς, ad grandiloquentiam quandam & fastum orationis. Parum refert quod legamus, *aut*, pro, (&,) quamtamen etiam coniunctionem habet vetus psalterium, & Augustinus, Arnobius, Cassiodorus.

Tautologia Euthymio & Nicephoro esse videtur.

Et orbe.] Eodem facto Hieronymus, licèt in epistola ad Cyprianum addat (*orbis terrarum*..) Augustinus, *orbis terræ*: sicut & vetus psalterium: in Romano, & apud Cassiodorum, atque Ambrosium [a] omisso nomine *terræ* in priore membro, *aut formaretur orbis terræ*. Si Treuetus attendisset ad notionem חֵבֶל *theuel*, & ἀκουσμάτων, & quod Hieronymus citata Epistola adiecit, *(terrarum,)* non esset interpretatus *cœlum*, qui *orbis* hoc loco dicitur. Nec memini Latinum nomen *orbis* absolutè positum pro *cœlo* sumptum. Significant Hebræum, Græcúmque nomen, & Latinum, *orbis*, terram habitabilem. Paraphrastes expressit יְתִבֵי תֵבֵל *tathebe thevel habitatores orbis*. Reddit *orbem* aliquandò [b] interpres pro *terrâ*, & *terra* אַרְעָא *arqâ*, & אֶרֶץ *ereṣ* & גֵּה.

a 3. de fide c.4.

b Gen. 41. 54. cap. 47. 13 & alibi.

A seculo, & vsque in seculum tu es Deus.] Hieronymus eodem legens modo respondet Symmachi, & Fretelæ [c], quamuis in quibusdam Codicibus non esset ὁ θεός, tamen esse debere, quoniam extat אֵל *el*. Prætermiserunt nomen, (*Deus.*) psalterium vetus, & Romanum: item Augustinus, Arnobius. Cassiodorus, legerunt Lxx. pro אַתָּה אֵל *at el*, quod negationem significat, quæ versu sequenti exprimitur. In Latina Basilij translatione puto male poni nomen, (*Deus.*) Apollinarius carmini torrentis seruiuit θεοπλήκτως exprimendo, non quod loco Dei esse voluerit.

c epist. 135.

Ait Augustinus quòd conuenientius diceretur, *ab æterno in æternum*, quia non à seculo Deus, qui est ante secula: aut vsque in seculum, cuius est finis, cùm sit ille sine fine, sed ex ambiguo verbo Græco sit plerumque in scripturis, vt vel seculum pro æterno, vel æternum pro seculo ponat Latinus interpres. Docet præterea, quod optimè non dicit, *à seculo tu fuisti, & vsque in seculum tu eris*; sed præsentis significationis verbum posuit, insinuans Dei substantiam omni modo incommutabilem, vbi non est, fuit, & erit, sed tantummodo *est*, iuxta illud; *Ego* [d] *sum qui sum, & qui est, misit me ad vos*: & [e] *mutabis eos, & mutabuntur, tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient*. Scripturas constat vt se ad captum nostrum attemperent, per longissimam durationem, qualis quæ ab initio mundi, æternitatem solere significare. Sic idem valet dicere *à seculo, & vsque in seculum tu es*, & [f], *a seculo tu es*, & [g] *ab initio, usquè in æternitatis*, & [h] *ab origine mundi*, & [i] *a constitutione eiusdem*: quod alibi dicitur, *ante* [k] *secula antequam quidquam Deus fecerat, ab æterno*, &c. Cassiodorus disertè de singulis personis explicat hunc locum [l]: Chrysostomus de Patre: Eusebius [m] de filio Absolutè de Deo intelligitur, ac proinde etiam de personis omnibus. Rectè verò Chrysostomus [n] admonet, ne audientes, (*vsque in seculum.*) terminum putemus vllum indicari, sed conuenientia Deo intelligere nos oportere, sæpeque Scripturam vsurpando tales particulas, (*donec, vsque*, &c.) non includere tempus aliquod definitum. Ambrosius [o] quoque obseruat, Scripturæ morem esse, vt æternitatem Dei modis illis significet, & cùm antè, priúsve dicitur, in infinitum retro sine aliqua definitione porrigatur. Quod tempus autem melius innuat æternitatem præsens, præteritum, futurum, dixi psalmo 2. ad illa verba, *Ego hodie genui te*, vbi simul iungitur præsenti præteritum. Huc pertinent quod attinet ad Christum, illa ipsius verba [p], *Antequam Abraham fieret ego sum*: & de Deo apud Esaiam [q]: *Ego sum Dominus*

d Exo. 3. 14.
e psal. 101. 28.
f psal. 92. 2.
g Mich. 5. 2.
h Apoc. 3. c. 17.
i Matth. 25. 34.
k Prou. 8. 22. Ecc. 1. 24 &c. *omnia ab æterno inquit.*
l hom. 3. in Ioan. & in psal. 109.
m apud Agellium.
n homil. 5. in Matth.
o 3. de fide c. 4.
p vers. 58.
q Ioan. 8. 59.
r c. 44. 24.

faciens

faciens omnia, extendens cœlos sicut, stabiliens terram, & nullus mecum. Nicetas Choniata [a] contra Valentinum docet, sæculum non esse nomen substantiæ; sed interualli, quod tempus indicat, alias immensi, cum de Deo enunciatur; aliàs contra, cum de mundi fabrica; vel de humana vita. Producit pro prima notione, hunc locum; pro vltima, ex versu 8. huius eiusdem psalmi, *sæculum nostrum in illuminatione vultus tui*; pro secunda, ex Matthæi Euangelio postremis verbis; *vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi.*

a 4. Thesau. c. 6. Sæculum quo modo accipiendum, ex Nicetæ Choniata.

Vers. 3.] Ne auertas hominem in humilitatem, & dixisti: Conuertimini filij hominum.

PRæfatus Deum refugium cunctis esse, nec defuisse vnquam posse, quia ipse semper est, ac in æternum, comparans verò cum ista diuina æternitate breuis vitæ nostræ calamitatem, precatur ne sinat humanum genus in eam descendere vilitatem, abiectionem, afflictionem, vt perpetuò iaceant in morte, cuius pronunciauit sententiam, postquam primus parens peccauit dicens [b]; *In sudore vultus tui vescêris pane, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es, quia pulvis es, & in pulverem reuerteris.* Sic Iansenius. Vel orat ne Deus citò redigat in puluerem mortis, sed spatium det pœnitentiæ, atque conuersionis quemadmodum ipsemet promisit, ac inuitauit etiam, vel ne patiatur hominem suppliciter veniam flagitantem, recedere humiliatum, confusumque, ac sua spe frustratum, & à suo benigno vultu reiectum vnde pendet salus. Hugo hoc satis indicat.) Cùm ipsemet placere sibi significauerit, omninóque velle, vt conuerterentur homines. Vel quando fixa stat mortis, ac in puluerem redeundi conuertendique, diuina sententia, interim saltem, dum vitæ tantillum durat spatiũ, dignetur æruminosum per se, adeóque breuis æui hominem, non adeò humiliare, affligere, quod alibi dicitur humiliare in terra vitam [c], ita vt morte grauiorem, & molestiorem hic vitam viuat. Tradit tres posteriores sensus Agellius, qui in idem ferè recidunt, & re ipsa iam allati erant à Basilio atque Theodoreto; qui præterea volunt Iudæos deprecari à se humiliationem captiuitatis. Indicant idem Euthymius, & Nicephorus, atque Eusebius, quem citat Agellius, tametsi conuersionem interpretentur de pœnitentia, non de reuersione in puluerem, vt illi alij: & ne penitus sinantur exscindi, sed admittantur ad pœnitentiam. Quintò ad mysticum propiùs accedit sensus Augustini, & aliorum latinorum; ne permittat Deus nos ab amore diuino auerti, & æternorum, ad vilem, temporalium amorem, quod ipsum ille maximè cauet, exigítque, præcipiens vt conuertamur ad eum; ità vt petat Propheta id quod iussit Deus, vt precem petentis exaudiat, & adiuuet volentis fidem. Reuocari eodem possunt Alcuinus, Arnobius, Remigius exponentes ne Deus hominem, qui prius erat superbus, & nunc humilis est, auertat ac despiciat; vtpote qui cor contritum & humiliatum despicere non soleat. Sextus Nysseni d affinis est, vt quod natura Deus est, hoc homini communicet, nempe vt labi nescius manum præbeat vacillanti, & non deturbet illum ex ea in qua ipse Deus versatur altitudine *εἰς τὸ ἐν τῇ ἀμετρίᾳ ταπείνωσιν, in humiliationem, vbi ex remissione ex peccato proficiscentem.* Postea inquit Nyssenus, vocis Domini sui quasi administer effectus Propheta, adfert plenam humanitate sententiam, & dixisti: *Conuertimini filij hominum*: vt scilicet vnde exciderint, reuertantur. Subdit hinc effici quòd *ἐν τῇ προαιρέσει*, id est, *in hominum est electione, τὸ ἐν αὐτοῖς μένειν κατ' ἐξουσίαν ἃ βούλονται, εἴτε τὸ ἀγαθὸν, εἴτε τὸ φαῦλον, vt in iis maneant secundùm facultatem dictæ electionis arbitriue liberi, qua volunt, siue sit quid bonum, siue malum.* Permittit Deus aliquando lapsum in quædam peccata, verbi gratia luxuriæ aut vitandum maius superbiæ, aut aliud. Sed optabilius est omnino non sic auerti in huiusmodi humiliationem, ac penitus non peccare, sed si ea humiliatio contingat audiendus erit Deus adhortans ad conuersionem. Ad eundem modum Hieronymus [a], iuxta translationem Lxx. explicat orari Deum vt non humiliet peccato perpetuo hominem, quem tanto dignatus est honore imaginis, ac similitudinis, nec non filiationis suæ, cùm promiserit pœnitentiam. Iuxta versionem ex Hebræo textum in quo est affirmatiua oratio, *conuertes hominem*, &c. sensus septimus est: Tu a sæculo, & in sæculum es Deus, siue fortis אל *el*, in eadem semper fortitudine, ac robore perseuerans, non sicut homo, qui nonnihil quidẽ fortis; & robustus est in adolescentia iuuenili, virili, constanti ætate: Sed cùm processerit ætate auertit, & conuertit eum Deus in contrariam imbecillitatem, ita vt (quod continent quæ sequuntur) non excedat ferè septuagesimum vel octogesimum ætatis annum, qui recenti olim sæculo penè millesimum attingebat, & cùm ad extremum vitæ peruenerit dicat, vel repetat quodammodo veterem moderator æui sententiam; *Conuertimini, & reuertimini filij hominum in puluerem vnde sumpti estis.* Placet Treuero, qui Hieronymi sequitur versionem. Videri potest etiam octauò cum Vatablo dicta similitudine ab eo, qui per gyrum versans aut rotam agitans quidpiam comminuit, & ad se colligit, quasi diceret Dauid: Tu circumgyrando hominem, comminuis, & reducis vsque ad rem minutissimam, qualis est pulvis, & nubes redire in sinum naturæ puluerem. Nonò idem Vatablus explicat, licèt hominem conuertas in minutissimum puluerem, tamen postea iussu tuo eundem resuscitaturus es. Decimò apud Genebrardum; Reducis hominem in puluerem, & deinde dicis: Reuertimini, vt genus humanum prole perpetuetur. Vndecimò sic declarat Hieronymus [b]; O Deus hominis conditor habitatio, & refugium tam inde ab initio: conuertes eum vsque ad contritionem per mortem, vt confringi solet vas, tamen eidem loqueris quotidie per prophetas, vt conuersus, ac pœnitẽs recuperet immortalitatem. Duodecimò secundùm eandem translationem ex Hebræo: Auertes, & conuertes hominem in humilitatem, id est, inflictis humiliabis plagis, ac tantum non dicere videberis eidem afflicto, & infirmo, ne non aliis eius edoctis malo: conuertimini, id est, respicite, & per pœnitentiam redite. Adhuc perstistendo in eadem translatione ex Hebræo, possent ij sensus, qui secundùm nostram allati sunt, huc detorqueri. Sed non arbitror satis literale, quod Treuetus in versione Hieronymi, *conuertisti hominem vsque ad contritionem*, explanat de dolore, ac pœnitentia pro peccatis; & illud, *reuertimini filij Adam*, vt ad bona opera reuertantur à

a epist. 139.

b Gene. 3. 19.

c ps. 142. 3.

Sensus mysticus.

b epist. 139.

d tract. 1. in ps. cap. 7.

Treueti explanatio improbata.

ſe tribus ſuis. Genebrardus docet, quod affirmante enim ſtatur in textu Hebræo, eã lem ſententiam reddere in editione noſtra, quæ negat, ſumendo particulam, & aduerſatiuè, pro, *tamen*; hoc pacto: Auertes, ſeu auertis, & vertis, vertéſve hominem ad tenuitatem; tamen dicis, Conuertimini filij hominum: id eſt, ne ita eum tractes, ſi vis vt conuertatur; ſi eò ipſum redegeris, & malis obtereris, non videtur adiecturus mœrem ad pœnitentiam, vt ipſe nihilominus cui, & præcipis.

g c.5 2. Affert exemplum ſimile: quia in Michea [a] habetur, *Et tu Bethlehem Ephrata parvulus es in millibus Iuda: ex te mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſrael:*

b c.2.6. Matthæus [b] verò ſic eundẽ citat, *Nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te enim exiet dux*, &c. Nam ibi ſuppletur, *& tamen: & tamen mihi egredietur*, &c. Vnde fit, vt negando dixerit Euangeliſta, *nequaquam minima es*, quia ſi minima eſſet, non egrederetur tantus Dux, & eo ipſo quòd egreditur, quæ videbatur alias minima, cenſetur iam talis non eſſe. Tot hunc locum explanandi modi ſeſe mutuò iuuant, & redigi ad pauciores poſſunt magis literales, cuiuſmodi præſertim primi quatuor, ſeruata editione noſtra, & proprietate vocabulorum, de qua adhuc agimus.

Ne auertas hominem in humilitatem.] Hieronymus in Bibliis regiis, & in tranſlatione apud Victorium, & Fabrum, *conuertens hominem vſque ad contritionem*: apud Treuetum, *conuertiſti* in epiſtola eiuſdem 139. *conuertes*: quæ vltima lectio conſentanea eſt Hebræo verbo תָּשֵׁב *thaſcheu*. Alij pro tempore ſumentes tempus, *conuertis* in præſenti, pro futuro reddi præteritum potuit. & præſens etiam, quatenus id facere Deus dicitur, quod factus eſt. Sed lectio mendoſa videtur tribuens Hieronymo participium; quamuis non variaret ſenſus, quia omne tempus iungi poteſt participio, conuertens es, eris, fuiſti. Propriè תָּשֵׁב *thaſcheu* ſignificat *reuerti facies*, hoc eſt, *reduces*, & *redigas*: nomen אֱנוֹשׁ *enos*, hominem denotat ærumnoſum, & calamitoſum, vltima vox דַּכָּא *daccha* poteſt eſſe tum nomen *contritio*, tum verbum, & cum עַד *had* ſignificare *donec ſit contritus*, aut priore modo, *vſque ad contritionem*: nec vnquam propriè ſignificat humilitatem, vt virtus eſt, ſicut nec in pſalmo 33. [c] cùm dicuntur humiles ſpiritu ſaluandi, quos Hieronymus appellat contractos ſpiritu. Hoc loco Paraphraſtes ita vertit, *redigis hominem propter peccatum eius vſque ad mortem*: antea dixi vnde ſit factum, vt tranſlatio Lxx. habeat negationem, nempe quia pro אֵל *el* ex præcedente verſu, quod eſt nomen Dei, & ibi ab illis omiſſum eſt, legerunt לֹא *al*, quæ eſt particula negans.

c verſ.19. *Et dixiſti.*] Hieronymus, *& dicens*. apud Treuetum, *& dicit*, in epiſtola 139. eiuſdem, *& dicens*. יַתְמֵר *vathomer* propter ו *vau*, id eſt, ו *vau* cum *patha* vertit ſignificationem futuri in præteriti. Caſſiodorus vult particulam, & eſſe pro, *quia*, vt propterea oretur Deus ne auertat hominem in humilitatem, quia dixit id quod ſequitur. Dixit autem hoc Deus, *conuertimini filij hominum*, ſi de conuerſione ſeu reuerſione in puluerem intelligimus in Geneſi [d]: ſi de cõuerſione pœnitentiæ in Ezechiele [e] quidem, & Oſea [f], quos citat Hieronymus 8, ſed cum multo poſt Dauidem fuerint, nõ hos ille ſignificat: voluit Hieronymus [h] iterum omnium ſanctorum loquio dictum declarat: & per prophetas, quod etiam ait Hamo indefinitè, vel idem Haimo per hunc ipſum qui hic hoc affirmat, quod Nyſſenus [a] videtur quoque ſentire: Rickelius per homines & angelos ſanctos: Bruno Carthuſianus cuiuis per interiorem dictionem ſine ſtrepitu verborum. Poteſt inſinuatum eſſe pœnitentiæ monitum, quando Deus ex Adam quæſiuit vbi [b] eſſet; ex Cain vbi frater eius [c] Abel, denique etiam, quando tandiu ante diluuium iuſſit conſtrui arcam à Noë iuſtitiæ præcone [d]: poſtea cùm alia edidit exempla vindictæ in peccatores: denique erant in lege ſacrificia pro peccatis. Angelus item ille pœnitentiam indixit qui compulit populum ad fletum tantùm, vt loco vbi fleuit nomen indictum fuerit, locus flentium, ſiue lacrymarum [e].

a Trad. 1. in pſal. 5.

b Geneſ.3.10.

c c.4.9.

d Gen.6.14. 2.Pet.2.5.

e Iudic. 2.1. & ſeq.

Alluſio ad mitram præſulis.

Adam nomen ſignificans.

Conuertimini filij hominum.] Hieronymus, *reuertimini filij Adam*. Paronomaſia eſt in verbis Hebræis, & Græcis cum præcedente membro תָּשֵׁב *thaſcheu* & שׁוּב *ſcheuu*, ἀποστρέφεις, & ἐπιστρέψατε: nomen autem אָדָם *adam*, eſt appellativum, & collectiuè ſumptum homines multos ſignificat, ſicut aliis in locis non ſemel. Poteſt nihilominus alluſio eſſe ad Adamum primum parentem, qui & ad conuerſionem in puluerem damnatus eſt, & inuitatus ad conuerſionem pœnitentiæ, cæteri ad vtrumque tanquam poſteri eius. Aptum concioni primæ in Quadrageſima thema ſuppeditat hic verſiculus totus, quoniam in initio Quadrageſimæ cineres imponuntur capitibus noſtris, monemúrque redigendos nos eſſe in puluerem, & vt conuertamur ad Dominum in toto corde noſtro diſſimulantem peccata hominum propter pœnitentiam, & omnino ſperare iubemur fore vt non auertat, ac reſiciat Deus nos in hanc humilitatem ſponte deiectos, & patienter tolerantes ſententiam neceſſariæ reſolutionis in puluerem, quia præcepit vt conuertamur, tum per iſtam meditationem, tum per alia media ad veram pœnitentiam, propoſita pœnitentibus venia, & gratia.

Verſ. 4.] Quoniam mille anni ante oculos tuos tanquam dies heſterna, quæ præterut.

Et cuſtodia in nocte.

Verſ. 5.] Quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt.

Senſus lect.

EX comparatione æternitatis diuinæ cum vita humana, quæ admodum breuis eſt, ac penè nihil, flectere nititur Deum ad miſericordiam, ne tam citò conuertat hominem, redigatque in puluerem, iuxta iam latam contra ipſum ſententiam, ſatis per ſe humiles & abiectos homines eſſe, nec oportere vt illos Deus magis conterat, & humilitate afficiat. Sumit autẽ annos mille, quos hactenus nulli datũ eſt viuere: & hos ait apud Deum, cúmque illius æternitate collatos eſſe tanquam diem heſternam quæ iam præteriit, & eius ne punctum quidem ſupereſt: immo veluti vigiliam vnam noctis, quæ tribus dumtaxat conſtat horis, tandem quicumque, ac quotcumque quis annos viuat, inter eas res computari quæ nihili æſtimantur, penitus non ſunt, ſomniant homines eſſe, ſiue inquam dies illi boni, ac læti fuerint, ſiue mali, & difficiles, qui cum nocturna vigilia

conſe

conferantur, cui vita nostra similis, quæ nihil nisi militia est [a].

a Iob 7.1.

Putat Hieronymus [b] Propheram deprecando affirmare non videri sibi longum esse quod promittit Deus, scilicet salutem post tempora multa, quia æternitati comparata, breuis est omnium temporum longitudo: Caietanus monstrare non fuisse seueram Dei iustitiam, quapropter peccatum animaduertit in homines in hac vita, si conferatur ista cum æternitate. Sed sensus primus communior, & facilior, quamuis Petrus [c] adhibuerit hoc testimonium vt probaret quòd non tardat Dominus promissionem suam. Iam verò priùs Iob [d] simili vsus fuerat ratione, in qua humanæ vitæ breuitatem causabatur, simul vsurpans aliquas ex similitudinibus, quæ hîc paulo post subiiciuntur. In Petri commentario citantis hunc locum dixi quæ huc transferri possunt, maximè aduersùs opinionem de mundi duratione per sex annorum sola millia, quam hîc quoque confutat Augustinus: & in qua præter eo citatos loco Isidorum [e] etiam reperio. Non decet eadem transcribi, sed noua afferri.

b epist. 139.

c 2. epi. 3. 8. 9.

d ca. 7. 6. & sequent. 10. c. 10. 20. c. 14. 1. & sequen.

De mundi duratione confutata opinio.

e de voca. gent. c. 15.

Quoniam mille anni ante oculos tuos tanquam dies hesterna quæ præterit.] Sensum Petrus [f] retulit hoc modo, quia vnus dies apud Dominum, sicut mille anni, & mille anni sicut dies vnus, legit Isidorus [g], *tanquam dies vna*, Hieronymus, *in oculis suis*. Præter allata in commentario Petri Eusebius explanat de Iudæis abiectis, & expulsis, qui rogent non penitus exscindi à Deo qui gentes etiam vocet: se cum floruerint priùs exiguo tempore iam defloruisse, tempus illud annorum mille fuisse, quoniam à templo Salomonico, vsque ad Babylonicam obsidionem anni abierunt quadringenti triginta duo, Iesus & Zorobabel Darij anno secundo, desolatum excitarunt; inde ad 15. Tiberij annum fluxerunt anni 548. steterunt postea Iudæi per annos 40. tuncque perierunt sub Vespasiano, & Tito: qui omnes sunt anni mille, & viginti supra mille, sed viginti in maiore illo numero non computantur. Hoc ex Eusebio recitat Agellius, quam verò addit ex Diodoro tropologiam, eadem totidem verbis est Nysseni [h], & à me in illo Petri commentario recitata. Floruit eodem tempore vterque. Philippus Solitarius [i] confutat abutentes hoc loco, pro ea quam dixi sententia de mundo duraturo per sex annorum millia, docétque millenarium à viris doctis pro tempore indefinito accipi. Putat verò ibidem conceptum, seu natum Christum ab orbe condito anno 5500. cùm tamen in martyrologio Romano natus dicatur anno 5099. Sed hoc modò non disputo. Quod explanans Petrum dicebam scholasticos, ac Petrum etiam Damiani scribentem Desiderio [k] hinc elicere omnia Deo præsentia esse, ac modo quodam coëxistere in eius æternitate, hánque illis vicissim; lego etiam apud Ambrosium [l], qui ratiocinatur si omne seculi tempus vna dies est Domino, eadem mirabilia quæ Patribus operatus est, operatum & nobis esse: ità vt ipsimet vidisse dici possimus mirabilia illa sicut maiores nostri pari cum illis stupore suspexisse, & gustauisse; propterea eandem in nobis esse debere fidem & deuotionem. In paraphrasi neminem dixi ætatis attigisse millesimum annum. Nam longæuissimus Mathusala vixit nongentis sexaginta nouem annis [m], si ratione illius æui ad sexagesimum annum prolucenda infantia æquabiliter esset, Adami vita quæ scribitur nongentorum triginta, æquari posset annis aliorum 990. vt Pererius, ac Delrius ratiocinantur, imò peruenisset ad millesimum annum, & supra longiùs, si, quod verisimile est, creatum decimum non vt adolescentem, sed iam vt iuuenem virúmve. Plinium, & Strabonem referte ponè montes Riphæos, vtráque Aquilonem, gentem vocabulo Hyperboræorum annoso æuo viuere, id est, annis mille, Rhodiginus [a] scribit. Sed Plinius [b] longiores ætates licèt hac breuiores, non dubitat inter fabulosas res computare, vel insciitiæ temporum deputare, quia alij annum æstate determinabant, alterum hyeme: quidam trimestri: aliqui lunæ senio. In Strabone [c] illud reperi, apud Plinium [d] tantùm annosum æuum. De annis autem illis tam multis quorum fit in diuinis literis mentio tale quid suspicari, & ambigere an breuiores nostratibus essent, omnino non licet, vt Pererius [e] noster demonstrat. Facit ad tropologiam adhuc quod idem Ambrosius [f] docet idcirco vna die diuersis horis conduci operarios [g], quia mille anni in oculis Domini sicut dies hesterna quæ præterit, & hora in nocte; & cùm septem descripti sint dies creationis, vno tamen omnia facta complexum esse scriptorem sacrum: tandem hac de causa, cùm dies totum sit mundi tempus, habere vtique etiam in seculis horas suas, aut ipsa secula horas esse. Augustinus hoc loco, & alij colligunt contemptum temporalium omnium atque oblitionem eorum quæ retro sunt [h], & ad ea quæ ante sunt extensionem, hoc est, appetitionem æternorum. Vita nostra hodie nominatur inter nos, id est, vnus dies, ita vt ephemeri cognominati possimus, vel hemerobij, vel monomeri animalculis vna die tantùm viuentibus [i] similes. Cicero [l] cùm de huiusmodi memini esset bestiolis, subdit. Confer nostram longissimam ætatem cum æternitate, in eadem propemodum breuitate, qua illæ bestiolæ, reperiemur. Contemnamus igitur omnes ineptias (nugas ait cubi vocat, nugarum, & vanitates vanitatum Augustinus [m]) quod enim leuius huic leuitati nomen imponam? totámque vim bene viuendi in animi robore ac magnitudine, & in omnium rerum humanarum contemptione ac despicientia, & in omni virtute ponamus. Auctor Ecclesiastici [n] scribit numerum dierum hominum vt multum centum annorum, quasi guttam aquæ maris deputari, & sicut calculum arenæ, sic exiguos annos esse in die æui: & propter hoc patientem Deum esse in his, & effundere super eos misericordiam suam. Qua de causa hic Propheta noster, & Iob implorasse prius dicebam Dei misericordiam, videlicet ob tantam vitæ præsentis breuitatem. Vtinam eandem comparationem Simonides apud Plutarchum [o] mille ac decem annorum millium cum æternitate, esseque instar illius, vt puncti temporis, imò potius vt puncti breuissimam particulam. Hæc meditatio confert, vt longus vitæ spatium non expetamus; vt ad æterna inhiemus: vt momentaneam, & breuem censeamus quantamcumque tribulationem: vt nihili æstimemus quibus æternitatem promeremur: vt solam æternam damnationem ferò formidemus: vt omnia quæ transeunt contemna-

f 2. epist. 3. 8.

g de voca. gent. c. 15.

h tract. 1. in ps. c. 7. i 3. diopetræ. c. 8.

Millenarium pro tempore indefinito acceptum.

k lib. 2. epist. in 17.

l serm. 3. de Epiph.

Millesimum annum nemo vnquam attigit.

m Gen. 5. 27.

n Eccli. 18. 8. 9.

o in Solone.

mu

mus. Reproborum esse Gregorius [a] docet ergà dies vitæ præteritos tanto amore constringi, vt hic semper hîc appetant vivere, quatenus si valeant, viuendi cursum desiderent nunquam finire; quia cogitare ventura despiciunt, ipsem totam in rebus transeuntibus ponunt, habere nulla nisi quæ præterierunt concupiscunt: eumque nimis transeuntia cogitant, & mansura nullatenus sperant, sic ea cæcitate insensibili cordis oculum claudi, vt æternæ lucis nullum radium intendat. Legenda etiam quæ apud eundem sequuntur. *Punctum* est & *modicum, in quo derelinquimur* aliquando à Deo, sed *in miserationibus magnis congregat nos: in momento indignationis abscondit faciem parumper* à nobis, *sed in misericordia sempiterna miseretur* [b] *momentaneo, & leui tribulationis præsentis* respondet *supra modium in sublimitate futuræ vitæ, æternum gloriæ pondus* [c]. Augustinus [d] grauitatem ignis purgatorij demonstrans argumentatur ex hoc loco nescire nos vtrùm diebus, an mensibus, an fortè etiam annis per illum simus transituri. Et quidem compensari longior potest mora intentione tormenti, ita vt qui sub mundi fine purgabuntur compensent grauitate breuitatem. Sed infinitæ rei finem hîc imponamus. Cauendos moneo Iudæos, cùm pressi certis locis diuinarum literarum, in quibus breue ac nouissimum tempus, vel horam quoque aduentui Messiæ assignant, huc recurrunt, vt quantumlibet spatium ad æternitatem comparatum cèleri, ac diei perbreue valeat. Nisi aliud obstaret, effugere sic possent; at quædam simul adiiciuntur, quibus præcisè describitur quantitas, & spatium durationis, & nominatim Danielis hebdomadæ nullum effugium habent. Item quando pollicetur Deus post modicum tempus Messiam venturum [e], non refert id tempus ad æternitatem suam, sed humano, consuetoque hominibus expectantibus Messiam loquitur; hominum autem opinione bis circiter mille annorum summa non potest appellari modica. Ille quem memorat Irenæus [f] quorumdam sensus, olet allegoriam, quod dictum est Adamo [g] *in quacumque die comederis, morieris*, reipsa euenisse, quia post lapsum non expleuit annum millesimum. Placuit etiam Iustino [h]. Rectiùs Augustinus [i] ait percurrenti scripturas visum iri heri penè Adam illum de paradiso lapsum esse: & si quis toto illo tempore viueret ex quo ille inde dimissus est, visurum vitam non fuisse diurnam, quæ sic auolant.

Et custodias in nocte.] In psalterio Romano, & Ambrosiano, apùdque Cassiodorũ & Arnobium additur, *&, sicut*, ab Augustino, & à vetere psalterio, *& sicut vigilias*, à Hieronymo, *& vigilias*: ab Ambrosio [k], *& horas*. Videtur Apollinarius de die intellexisse, cuius mentio facta membro priore, vt scilicet ille ipse sit qui seruiuit vigiliæ nocturnæ. Nihil refert siue idem, siue alius sit. Custodia verò, aut vigilia in nocte, pars eiusdẽ in duodecim diuisæ horas inæquales, vt & dies erat, quarta est, quia solebant in exercitu per vices constitui custodiæ, militésve custodes, qui vigilarent, agerentque excubias trium horarum spatio. Non ob.bant Iudæi vigilias, & custodias illas ex vetere aliorum ad eos more permanante, vt scripsit tamen Magister [l] historiæ Scholasticæ, quo in vtroque solstitio solem venerantes; talesque pastorum illorum fuisse vigilias, quas custodiuisse narrat Lucas super gregem suum qua nocte natus est Christus in solstitio. Propter tu-

A res aut bestias vigilabant pastores, quòd militer faciebant propter hostes. Auget orationem Psalter diminutione temporis, & quidem nocturni. Breuior enim videri nox solet, quàm dies, citiúsque præterfluere, quia qui dormiunt, inquit Euthymius, temporis lapsum non ignoscunt: ob tenebras quoque minùs percipitur; & laborantibus videtur longius tempus, quàm cessantibus ab opere. Reuocat in dubium Agellius post Titelmanum an essent quatuor, vel ternæ tantum vigiliæ. Atqui Matthæus [a], & Marcus [b] in nimit de quarta, & Hieronymus [c] docet stationes, vigiliasque militares in terna horarum spatia diuisas. Id legere etiam est apud Suidam [d], Laurum [e], Modestum [f], Vegetium [g], Polybium cum Lipsio [h], Plinium [i], qui quartam Castrensem exprimit, Censorinum [k]. Consule præterea Alexandrum ab Alexandro cum Tiraquello [l], & nostros Valerinum [m], ac Delrium [n], præterea Baronium tomo 1. [o] annalium anno 34. & Iansenium [p].

De Græcis opinio est tripartitam tantùm diuisisse. Cecinit enim Homerus [q].

ἄλλοτε δὲ τρίχα νυκτὸς ἴσον μοῖραν δ' ἄρα βιβάσκει.

Vocant quatuor illas partes vesperium, conticinium, seu noctem intempestam, gallicinium, & lucifernm. Ad tropologiam spectat annos hominum in tam solicita custodia rerum terrenarum transigi, vt solicitudo hæc faciat eos noctes ducere insomnes, quam tamen accuratam solicitudinem impendant (vt indicare membrum sequens videtur) rebus quæ meritò pro nihilo habendæ sint, cùm substantia humana tanquam nihilum sit ante Deum [r], & homo ipse secundùm conditionem sui corporis, magnæ obnoxius mutabilitati, vt sequenti habetur versu. Caietani ea expositio est, quam tradit, vt literalem & ex eodem transcripsisse Placidum Parmensem puto, atque Iansonium. Literalem sensum non esse sequentia docebunt.

Quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt.] Hieronymus, *percutiemte te eos vt somnium erunt*. In Treueti textu non est particula similitudinis, nec in Hebræo, nec in epistolari commentario Hieronymi [s]: tamen idem Treuetus sa; plet exponens hîc significari quanta sit fragilitas humanæ naturæ ad resistendum iræ diuinæ, & quòd cùm per.uiserit Deus homines disperibunt. Recitat aliam ve sionem, *fluctuasti eos, somnus erunt, id est, deleti eos quasi per fluctus*; vel, *impetum fecisti eos, hoc est, impetu ferebaris in eos, aut impetuosè, & quasi turbine, tempestate, fluctu deleuisti eos, & idcirco sicut somnus erunt*. Similem translationem reperio in recentioribus Hebraizantibus; *inundas, seu inundasti, aut inundabis, rapis, rapuisve, aut rapuisti eos, vt impetus aquarum, vt somnus sunt, erunt ve*, hoc est, facis velut impetu quodam ruere eos, instar nimbi diffluere: tanquam immissa inundatione subitò rapis eos de mundo, velúrque somnium traduntur oblioni: te illos dissipante somnus sunt: iubes annos hominum properare velocissimè, ita vt priusquam sese colligere valeant, & cogitare quid sibi acciderit in vita, sentiant illos velut somnium quoddam elapsos. Pro *inundatione* Paraphrastes, *mortem* posuit, *etsi non conuertantur, inducis in eos mortem quæ erit illis sicut somnus*: vel, *tanquam dormientes erunt*. Comparantur iuxta istas

[a] 2. moral. c. 7. vel 11.
[b] Isa. 54. 8.
[c] 2. Cor. 4. 17.
[d] ser. 41. de sanct.
[e] Agg. 2. 7. 8.
[f] lib. 5. c. 23.
[g] Gen. 2. 17.
[h] in Tripho.
[i] com. 1. in ps. 36.
[k] in Luc. c. 12.
[l] hist. Euan. c. 9.

Vigiliarum partitiones.
[a] c. 14. 25.
[b] c. 6. 48.
[c] in Matth. c. 14.
[d] verbo νυχθημερον.
[e] lib. 16.
[f] lib. de vocat. gent. milit.
[g] lib. 3. c. 8.
[h] de militia Roma. dialog. 3.
[i] lib. 10. c. 21.
[k] de die natali c. 23.
[l] lib. 4. c. 20.
[m] 4. de re milit. c. 6.
[n] in Troad. Senecæ actu 2. V. in Eriest. act. 4. in chorum.
[o] com. 1. ann. anno 34.
[p] concord. Euang.
[q] Od. ξ. Tropagia.
[r] ps. 38. 6.
[s] epist. 129.

translationes hominum anni cum aquæ fluxu, seu bulla quæ inde exsitit, vnde a Tagitum, *Homo bulla*, & Oseas [a] *regem* vocat *spumam*, & somnio, quod interpres expositi ex iis rebus esse, quæ pro nihilo habentur, & nihili æstimantur propter nimiam fugacitatem; & sequenti versu ponitur similitudo ex herba. Videtur autem Nebiensis velle hîc indicari quòd vita hominum post inundationem, seu diluuium, si conferatur cum vita hominum, qui fuerunt ante illud, iure dici possit somnium. Textus Hebræus, loci huius sic habet זַרְמְתָם שֵׁנָה יִהְיוּ *zermatham senah ihie*. Vbi primum vocabulum est verbum cum affixo, vt nunc legitur, & significat *inundasti eos*, à themate זֶרֶם *zerem* inundatio subita, & fluxio cum impetu, rapidus imber, cataracta, &c. Posset etiam esse nomen cum affixo legendo זַרְמָתָם *zarmatham*, à זַרְמָה *zarmah* eiusdem notionis cum זֶרֶם *zerem*. Secundum nomen est שֵׁנָה *senah*, quod à יָשֵׁן *iasan* dormiuit, somnium, & somnium valet, & habetur in psalmo 75. [b] vbi dicuntur dormiuisse somnũ viri diuitiarum. Si legas שָׁנָה *senah*, erit annus, & collectiuè pro annis multis accipiendo sensus erit: Inundasti eos, anni eorumdem erunt nempe vt inundatio, vel vt somnus. Item inundatio eorum erit, & vt somnius erunt. Hieronymus ad Cyprianum explanat iuxta translationem ex Hebræo: multum conuersioni nostræ conferre, & saluti; quòd omnis vita mortalium, quasi somnium, ita veloci morte contracta est: secundùm Lxx. omne quod in seculo longum videtur apud Deum breue esse; dies enim & annos, quibus humana vita contracta est, si comparentur æternitati reputandos pro nihilo. Græca editio Lxx. hæc est, τὰ ἐξ αὐτῶν οὐκέτι αὐτῶν ἔτη ἔσονται, *Nullificarunina*, vt loquar Tertullianicè, *ipsorum amissi*, id est, habebuntur, vt nihil. Id citatus antea Diodorus, & Nyssenus explicãt longè diuerso modo, quod peccata quæ à peccatore nihili fiunt, & extenuantur, Deus respicit velut longissimam quandam annorum multitudinem, & oculo suo singillatim iudicat. Aliter Apollinarius, μεγάλα τίσιν ἔργα ἄφραστα εἰς ἐτησίους, *Magnifica ipsi operosi erunt in annos.*

Quasi diceret non solùm breues, ac pauci erunt dies, annique hominum, sed etiam mali, hoc est, in vitijs & peccatis transigentur, nisi videlicet Deus sit refugium, & gratiæ suæ auxilio aduersùs pronitatem istam ad malum & peccatum adiuuet. Euthymius, ac eius abbreuiator Nicephorus non ἔτη *annos*; sed ἔτι *adhuc*, legentes (vt in quibusdam quoque Bibliis legi) explicant eum dictũ sit annos humanæ vitæ exiguos esse, quam vis ad mille protenderetur, nunc dicere, se tamen adhuc magis ac magis huiusmodi annorum spatia contempturum, nihilque factu eum, cùm ad Diuinam æternitatem nihil prorsus sint. Itaque volunt hunc esse sensum; Contemptus eorum mille annorum adhuc erunt apud me, hoc est, etiam atque etiam à me magis contemnentur. Eusebius apud Agellium τὰ ἐξαίτια κακῶν (quam vocem apud auctores profanos non reperio) contemptus, aut annihilamenta annorum eorum exponit de Iudæis, videlicet in annos, diutiùsque addicat illos æternis Deus, & vt propter illatam Christo mortem, quem negauerunt, annorum eorum in maximo contemptu sint, & conculcentur tum à Dæmoniis, tum ab hominibus. Idem omnino indicant Basilius, ac Theodoretus. Suspicatur Agellius lectum a Lxx. וְזַרְמָתָם *zharmatham* non reperitur nisi verbũ in piel זִרַּם *zihara* in Iob [a], & significat abominari, nauseare, fastidire, reputare vt sordes, & excrementa vel ex cibis, vel ex corpore egesta. Nomen inde nullum extat. Quare sensus esset: Abominatus es eos, fastidiuisti, cum stomacho, & nausea eiecisti tanquam res turpes, & stomachum facientes. Tunc verò quæ sequuntur, *anni erunt*, hic exponentur: quia sic illos tractasti, anni eorum erunt, vt res illæ abominabiles: & huiusmodi vt ob afflictionem dicant qui in eis degent [b], non mihi placent: sed nec aliis valde placere possunt propter incommoda senectutis. Secundùm translationem nostram omne vitæ spatium quantumcumque tantum est, censetur vt nihil, idcirco Iob [c] parci petebat sibi, quia nihil essent dies eius הֶבֶל *heuel* vanitas; vnde qui parum vixit Abel nominatus est. Deficiunt in vanitate dies & anni cum festinatione [d], sed improborum anni magis peculiariter pro nihilo habentur, vt Greueus [e] demonstrat, quia pro nihilo dantur, id est, pro peccato; quia non redeunt, neque colliguntur ex iis fructus; quia ociosè consumuntur. Ostendit præterea, quanti fieri tempus debeat, quoniam bestiæ ipsæ id æstimant: quia nunc nostrum est nobisque à Deo datum, postea irrecuperabile: quoniam res adeò tenuis, vt duo simul momenta possideri nequeant: quia reddenda de illo ratio seuerè. Substantia omnis nostra tanquam nihilum ante Deum [f], omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilum, & inane reputatæ sunt ei [g], quanto magis anni qui effluunt?

a cap. 10. 7.

b vers. 6.

a c. 33. 20.

b Eccl. 12. 1.

c c. 7. 16.

d ps. 77. 33.

e ser. 19. 2.

Tempus quam secundum sit.

f ps. 38. 6.

g Esa. 40. 17.

Vers. 6.] Manè sicut herba transeat, manè floreat, & transeat, vesperè decidat, induret, & arescat.

HÆc est alia elegans, valdéque trita breuis humanæ vitæ cum herba comparatio, & videtur Propheta inducere veluti loquentem, ac decernentem Deum vt sit homo similis herbæ mox virenti, mox arescenti. Manè herba, cùm exoriente sole prodit quodammodo, prosilit, permutatur, transit ad perfectiorem quasi staturam, & dum in ea flos exsitit; videtur aliquid esse: sed eiusdem solis nimio per dem adusta æstu, decidit vespere ab illo suo virore, ac demum humore destituta exarescit. Ad eundem modum homo in ipso vitæ principio, tanquam è tenebris noctis productus in lucẽ continuo profectu ocyùs transitum facit ad iustam corporis mẽsuram, floreus, vigensque; at vbi vesper aduentarit extremæ vel vitæ vel senectæ, decidet ab eo vigore, atque naturali exhaustus humore, indurescet, & arescet; consumente nimirum humorem illum, aut senectute, aut morte. Puer viridis videtur, succique plenus; pubescens florere; deinde durari laboribus: tandem exhausto humore iam in senio siccari, & ad interitum peruenire. Pueritia similis est matutino tempori: iuuentus meridiano: senium vespertino, sed & ad homines diuersos accommodari similitudo potest, atque ad finem vitæ iliorum. Nonnulli ipso mane vegeto adhuc corpore moriuntur, & exarescunt; cum vix dum sol exortus incaluit: alij decidunt ad vesperum defectis in senectute viribus, & ceu diurno æstu siccatis, & arefactis. Ephemeron herbam eiusdem nominis cum animalculo de quo prius mentio. Dioscorides [h] cum Matthiolo nominat dupli-

h lib. 4. c. 8 & lib. 6. c. 5.

cem, alteram quæ vno die interimat; alteram quæ vno die flores amittat. Pertinet eodem solstitialis herba, de qua poëtæ,

Quasi [a] *solstitialis herba paulisper fui.*
Repentè exortus sum, repentino occido.

a Plaut. in Pseudolo.

Item,

O lentitudo [b],
Rapidúsque simul
Solstitialis
Velut herba flos.
Rhetor Alcibi.

b Ausonius in protesilaodamia carm. 6.

Legendi de eadé Rhodiginus [c], Turnebus [d], Venetus [e]; facit ad rem adhuc magis Ionæ hedera, quæ sub vna nocte nata est & sub vna nocte perijt [f]. Cum Eusebio Athanasius ad Iudæos hunc locum accommodat, vt manè intelligatur iis fuisse cùm Deo fauente res ipsorum floruerunt, ac prosperè successerunt, vesperè, quando post, propterque Christum ab illis crucifixum ab ope diuina, magnique peculiari prouidentia reiecti sunt. Athanasius, qui recipit etiam distinctionem adolescentiæ inter herbæ teneræ germinantis, ætatis integræ, ac florentis, denique senectuti decidentis, & arida, manè attendit in legis traditione herbæ nomine legalem religionem interpretatur postea fiscandam. Concordant Basilius, Theodoretus, Euthymius, qui meminit quoque de prosperitate Iudæorum per mille annos; sequitur verò etiá sententiam illorum de ætatibus hominis qui communior est. & a Nysseno quoque traditur. Gregorius [g] Papa inter mysticas herbæ notiones primam ponit pro virore gloriæ temporalis, hinc que denotari quod in prosperitate huius seculi temporalis gloriæ decus velociter arescit. Omnium optimè Hieronymus ad Cyprianum [i] ex. retulit hunc sensum de vita humana quæ in similitudine florum, atque fœni eodem penè tempore floret atque deperit. Sicut manè virens herba, inquit, & suis floribus vernans oblectat oculos contemplantium, paulatimque marcescens amittit pulchritudinem, & in fœnum quod conterendum est, vertitur, ita omnis ipsa res hominum in vernat in parvulis, floret in iuuenibus, viget in perfectæ ætatis viris, & repente dum nescit, incanescit caput, rugantur facies, cutis prius extenta, contrahitur, & extremo fine, quod hic dicitur vesperè, id est, senectute, vix moueri potest, ita vt non cognoscatur quis prior fuerit, sed penè in alium commutatur. Quid loquimur de infantiæ temporibus vsque ad extremam, & decrepitam senectutem: cum hoc & languor faciat, & inedia macrot, vt vultus prius pulcherrimus fœminarum ad tantam trahatur fœditatem, vt amori in odia commutetur? Affert etiam Esaiam [k], *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni: fœnum aruit, & flos decidit.* Transit vita nostra cùm primum incipit, sed tum præcipuè cùm floruerit, sicut cuiusdam plantæ. Plinius [l] florem celeriter canescentem nominat, & abeuntem. Cecinit Dauid [m] ie sicut fœnum aruisse, Deum in æternum permanere. Fœnum tectorum præsertim priusquam cuiquam exaresc it, nec de eo implere manum potest qui metit, sinúmve qui manipulos colligit [n], quia licet omnes, maximè quæ continent inter homines, illi corruptioni obnoxij sint, ac minus pleruntque ad vsum idonei, quàm humiliores. A manipulis fœneis, quos vexillorum, quæ fortè tunc decerant, erexit loco, Romulus portus deinde victoria, milites deinceps manipulatij denominati sunt [a], etsi alius alia placet ratio, & in cornu gerens bestia fœnum pugnam præsignabat. Hæc videlicet ad vincendum vitia confert cogitatio nos fœnum esse, quemadmodum superiùs die meditationem dicebamus, nos in cinerem redigendos. Hominis imbecillitatem describens Iob [b], vitæque brevitatem eandem, dixit, quasi florem egredi, & conteri.

Mirabar, ait ille, *celerem humana tanto rapinam* [c],
Et iam nescimus, consenuisse rosas.

Quod aliter alius,

Quàm longa vna dies, ætas tam longa rosarum,
Quas puberes mane nata senecta premit.

Et Homerus hominum generationem cum generatione comparat foliorum:

οἵτε φύλλων γενεὴ, τοίη δ' ἀνδρῶν γενεὴ ἠδ' ἀνθρώπων.

Esaias [d] væ imprecatur coronæ superbiæ, & flori decidenti, & gloriæ exultationis: Non potest videri nimis longus de vitæ brevitate sermo, & nos in hoc opere de illa non semel egimus, nec non & alij [e]. Florum detractio vindemiæ similis est, vtróque marcendo, decidunt, inquit Plutarchus [f], nisi tempestiuè demantur. Id accidit in hac d gentibus vita, in qua tamen stulti inortales delectantur hortis Adonidis, in quibus nihil seri debat ad fructum sed ad voluptatem, vtque Adonidem ipsum referret in primo ætatis flore præreptum, vel hortis mulierum, quos alebant & curabant in testis, nec aliud nili furtiua, caduca, ad octo tantùm dies vernantia, vt ex Platone idem Plutarchus [g] memorat, omnemebant. Bernardus [h] dum disputat de Nazareth quò incarnationis anuntiator Angelus missus est [i], Florem que interpretatur; ait, quoddam semen diuinæ de ea cogitationis videri fuisse alloquutiones, & promissiones factas olim ad patres: floruisse hoc semen in mirabilibus quę ostensa sunt in exitu Israël de Ægypto, in figuris, & sacramentis per totum iter in deserto vsque in terram promissionis, & deinceps in visionibus, & vaticinijs prophetarum, in ordinatione quoque regni ac sacerdotij vsque ad Christum: Christum horum seminis, & horum floris fructum esse, quem Dauid [k] decenter dixit de terra nostra dante benignitatem Deo, & pollicitum Deum fore vt ponaret de fructu vētris Dauidis super sedem eius [l]: prodeunte fructu florem decidisse, quia veritate apparente in carne, figura pertransiit, quem transitum nomen indicat Galilææ, in qua Nazareth erat: hoc sibi etiam velle quæ hic dicuntur: vesperè namque plenitudinis temporum fuisse dictum fructum & flores decidisse, ac aruisse, prout etiá scripsit Esaias [m] quod fœnum aruit, & flos decidit, verbum autem Domini manet in æternum; cùm omnis caro fœnum dicatur [n], intelligi populum carnalem Iudæorum, qui ab omni spiritus pinguedine vacuus siccæ litteræ adhæsit, & gloriatio quam habebat in lege, non permansit; perit regnum, sacerdotium, prophetæ, templum, magnalia. Loquitur hic doctor, vt solet, per accommodationem, quoniam flos cui succedit fructus non decidit, vel perit, sed transit potius, & convertitur in fructum, & hoc loco termo fit de herba, floribusque qui transire non debent in animam fru-

a Seruius vbi supra, pro vexillo. Stipula mittere manipulary dicebantur.
a Pierius lib. 40. fol. 398. Ouid. 3. Fast. Seruius Aeneid. 11.
b cap. 14. 2.
c Virg. epig.
d c. 28. 1.
e Ecc. 9. 10. Sap. 2. 3. & alibi. & 2. Petr. 3.
f 3. Symp. q. 1.
Horti Adonidis.
g Opusc. de terra numinis viridis.
h ser. 1. super missus est.
i Luca 1. 26.
k psal. 84. 13.
l psal. 131. 11.
m c. 40. 7.
n ibid.

ctum, sed in suamet florum natura consistere. Ioannes Vitalis [a] refert florem matutinum ad iuuentutis delicias; transitum, quia in eodem statu homo non permanet: casum in vespera, mortem in extrema ætate, induratum postea cadauer, & arefactum cùm resoluitur in pulueres, vel manè in pœnitentia: translitum cùm transit quis de malo in peius, & ardore tentationum, sicut herba siccatur. Hugo hoc loco exemplum producit diuitis epulonis; qui floruit primùm in mundo, sed transiit, & recepit bona in vita sua: postremò induruit, & aruit in inferno, vbi guttam aquæ flagitabat, dum flammis cruciaretur [b]; sed parum aptè auctor hic iuxta linguæ suæ Gallicæ idioma, qua pati dicitur, *endurer*, indurare sumit Latinè in eadem notione, vt pati tormenta significet. De diuite scribens auaro, aut opibus abutente Iacobus [c] ait quòd sicut flos fœni transibit; exortum enim solem cum ardore arefacturum fœnum, & florem eius decasurum, & decorem vultus eius depetiturum; itaque futurum, vt ille in itineribus suis marcescat. Vtitur Petrus eadem comparatione [d], & auctor Ecclesiastici [e] & Esaias [f]. Sed Ecclesiasticus propiùs ad rem accedit. Omnis caro sicut fœnum veterascet, & sicut folium fructificans in arbore viridi: alia generantur, & alia deficiuntur; sic generatio carnis, & sanguinis alia finitur, & alia nascitur.

[a] in speculo moralis scripturæ fol. 326.

[b] Luc. 16. 24.

[c] cap. 1. 10. 11.

[d] 1. ep. 1. 24.

[e] c. 14. 18. 19.

[f] cap. 40. 6.

Manè sicut herba transeat.] Hieronymus, *manè quasi herba pertransiens*, nempe iungendo cum priore versu prout ab eodem redditur, *percutiente te eos, vt somnium erunt manè quasi herba pertransiens*; videlicet erunt, ita vt in sequentibus verbis exponatur quomodo herba pertranseat; vt notauit rectè Treuetus. Alij, *manè sicut herba*, *seu fœnum vires accipit, roborantur, succrescit, aliquid esse apparet*, vel mutabitur, seu mutatur. Hebræa verba sunt futuri temporis hic, & membro sequenti præter secundum sequentis membri, quod tamen habet significationem futuri, etiamsi sit in præterito. Textus integer istius membri est hic, בבקר כָּחָצִיר יַחֲלֹף *b bhaker cha tsir iachaloph*. Nomen חָצִיר *chatsir* vertitur sæpe *herba*, & *fœnum* aliquando [g] *porrus*: verbum חָלַף *chalaph*, *transire, roborare, succidere, mutare* quolibet mutationis modo, tum in bonum tum in malum. Inde vnum de nominibus mundi חֶלֶף *chaloph*, vt in libro proverbiorum [h] exponunt, pro eo quod legimus, *filios qui transeunt*, quasi dicas transitum: transit [i] enim mundus, & concupiscentia eius, ac præterit figura illius [k], & in mundo transeunt homines, mutantur, nunquam in eodem statu permanent, succiduntur, moriuntur, &c. Paraphrastes exposuit, *& in mundo venturo sicut herba, quæ excidetur, permutabuntur*, vel, *& ad mundum venturum sicut herba quæ siccatur transibunt*. Verba futuri temporis Hebræa, Græcis, ac Latinis in optandi modo reddita sunt, quæ vim etiam habent imperantis: qua ratione tanquam vigens imperium diuinum, velutique præcipitans ad transitum, mutationem, mortem, innueretur. Possemus præterea interpretari, *manè ac si herba transiret*, &c. *eorum anni erunt, sicut ea quæ pro nihilo habentur*. Est autem יָלִיץ herba virens gramen, & generaliter quæuis herba, folium, fœnum: quamuis Athanasius videatur pro ea sumere, quæ folia emittit: & nondum in caulem erigitur.

[g] Num. 11. 5.

[h] Prou. 31. 8

[i] 1. Ioan. 2. 17.

[k] 1. Cor. 7. 31.

Mane floreat, & transeat.] Hieronymus, *manè floruit, & abijt*: alij, *manè floret, & vespere succrescit*, vel, *manè floreat, & decidet*, vel, *manè virebit, & ad quo vire parescere incipiet*. Est idem verbum חָלַף *chalaph* hic quod antea reuersu: & explicatur magis merito, & sequenti membro quo pacto tranieat herba. Apollinarius videtur velle sermonem esse de tempore ipso, quod florere, transire, decidere, indurescere dicatur, vt nempe tota hæc metaphora de hominis annis, & ætatibus sit.

ἡνίκα ἐφάνησε φωτὸς ἀνατολὴ τὴν ἡμέραν,
ἡνίκα ἐθάλασσε, καὶ ἀνθοβολεῖ τὰ τῆς νεότητος θάλη·
ἑσπέρα δὲ πάλιν ἐστὶ κάρφος τὸ τῆς γηρωτικῆς·
Aurora matutina prætereibit veluti flos
Aurora floreat, & flores prætereat
Vespera rursum cadit siccatur, & deficiens.

At Græca τὸ ἑωθινὸν & τὸ ἑσπερινὸν, aduerbia sunt, denotántque res sub his temporis differentijs existentes, nempe hominem ad eum modum, quem diximus, vt scilicet comparatur cum herba. In psalterio vetere & Romano, atque apud Augustinum & Cassiodorum, *pertranseat*.

Vespere decidat, arescat & arescat.] Hieronymus, *ad vesperum conteretur, atque siccabitur*: alij, *vespere exoritur, & siccatur*, vel, *ad vesperam succrescet, & arescet*. Paraphrastes versum totum hic explanat: *Similes sunt operationes eorum herbæ, quæ manè florebit, atque crescet, vesperi autem exesa siccatur propter æstum*. In vetere psalterio, & Augustino, *in sureset*. Ex amena Galli poëtæ camena, libet hic pauca recitare ad explanationem totius sententiæ.

Tu le fais decouler comme l'eau d'vn rauage,
Ils ne sont rien qu'vn somme. Il croist comme l'herbage
Auquel vient verdoyer.
Au matin il fleurit riche en couleur diuerse,
Le soir n'est pas venu que le ble il se verse;
On le fauche à l'enuiron, & demeure tout sec.

Quod antea de Ephemero attigi, Scholastes Nicandri [a] videtur isdem fere verbis declarare, quibus hic vtuntur Lxx. scribit enim manè ἀνατέλλειν δοκεῖ hinc nasci, meridie [illegible] vesperi E. dem spectat quod vespere de veteri fœnum soleat [b].

Nocte arida prata
Tondentur, minimè ne secta renascantur.

Lege Delrij adagialia [c].

[a] in Alexi pharmac. veneno.

[b] 1 Georg

[c] cent. 1. ad. 9

Vers. 7.] Quia defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati sumus.

COlligit vim similitudinis, eámque se ideirco vsu pauisse significat, quoniam quo pacto herbam, fœnúmve dixit postquam effloruit, peruenisse demum ad ariditatem, ita contigit in felicibus, ac æruminosis hominibus cum dicta re comparatis, vt defluente in ipsos ira Dei consumerentur, & quo ipse quantum esset offensus, ita ratione declararet, idè calamitosissimos homines maximo horrore contremuerit, totique conturbati sunt. Loquitur autem ad emphasim in prima persona numen multitudinis de vniuerso genere humano, quòd ab illa defecerit corporis integritate, & longæuitate, in qua primi parentes conditi sunt, & per aliquot sæcula posteri etiam fuerunt præsertim ante diluuium: præterea valde perturbantur omnes, pace perdita, ordineque interioris hominis, vnde tot exsistunt mala tum pec-

Vasmiandum.

eatorum, tum etiam ægritudinum, & aliorum incommodorum. Denique moriendi necessitas, & horribilis eius expectatio, cũ damnationis æternæ metu. Horum causa, posito eiusdem primi parentis peccato, fuit inflammatio quædam indignationis diuinæ similis æstui, ventóque vrenti, qui herbam, seu fœnum maturit, exiccat, arefacit, euanescere in auras diffiando facit. Attribuunt quidam ista Iudæis in captiuitate præsertim, in qua nunc sunt, degentibus. Basilius ac Theodoretus docent, & his & omnibus conuenire: quoniam humana natura, præuaricationis pœnis luens, omnis generis supplicijs inuoluitur, & Iudæi propter malitiam suam animi libertate exciderunt. Intelligere autem videntur de Babylonica captiuitate; sed in præsenti multo longiori, & acerbiori longè magis hæc locum habent, vt prædixi. Alludi simul potest ad tantam illam populi internecionem in deserto propter crebras murmurationes, & idololatriam, tempore Mosis, cuius nomen psalmi titulus gerit. Cassiodorus putat innui à Mose furorem illum, quem pro Iudaica murmuratione sustinuit [a], *cerno quòd populus iste dura cervice sit; dimitte me vt irascatur furor meus contra eum, & deleam eos.*

Quia defecimus in ira tua.] Hieronymus, *consumpti enim sumus in furore tuo*, hoc alitèr alibi [b], *defecerunt in vanitate dies eorum, defecit* [c] *in dolore vita mea & anni mei in gemitibus; ego* [d] *defeci in increpationibus: auferes* [e] *spiritum eorum, & deficient, & in puluerem suum reuertentur: anima* [f] *eorum in ipsis defecit* [g]: *in deficiendo ex me spiritum meum: defecit* [h] *spiritus meus.* Sed hoc loco exaggeratur accessus iræ diuinæ, quæ non sinat experientiam capere qualumcumque voluptatum quas quomodo umque suppeditat hæc vita per se alioqui adeò breuis, & ærumnosa. Defectum istum multi de diminuto vitæ spatio, quòd non longè olim in aliquibus abfuit à mille annis, interpretantur: de quo & prius dictum, & dicitur adhuc postea. Mentis defectum addunt alij. Gregorius [i] vtrumque amplectitur explicans quo pacto homo nunquam in eodem statu permaneat [k] ab infantia ad pueritiam, à pueritia ad adolescentiam, ab adolescentia ad iuuentutem, à iuuentute ad senectutem, a senectute transiens ad mortẽ in cursu vitæ præsentis ipsis suis augmẽtis ad detrimenta impulsus & inde semper deficiens, vnde se proficere in spatium vitæ credit, &c. Quam mutabilitatem non solùm, inquit, exteriùs, sed interiùs quoque homo patitur dum ad meliora opera exurgere conatur. Ait id in causa fuisse Christum cum contendere iussit intrare per angustam portam [l], qua nisi mentis contentio teneat, vnda mundi non vincitur, per quam animo semper ad ima reuocatur. De vocabulis iræ, & furoris ὀργῆς, ac אַף *aph*, atque חֵמָה *chamah* egimus alibi aliquoties. Explicat Nyssenus [m] vitam hominis, velut vento quodam, & furoris immissione turbatam, & exagitatam οἷόν τι ἀνέμῳ τῷ τῆς θυμοῦ προσβολῆς χειμαζομένῳ. Deficiendi verbum & ἐκλείπειν respondent Hebræo כָּלָה *chalah*, quod significat *finiri, consumi, deficere.*

Et in furore tuo turbati sumus.] Hieronymus, *& in indignatione tua conturbati sumus*: ita etiam in veteri psalterio apudque Augustinum & Cassiodorum, in Romano psalterio, *& in furore tuo conturbati sumus*, habet בָּהַל *nibhal* subito terrore percelli, & præcipitari præ vehementia timoris. Vnde בְּהָלָה *behalah*, *festinatio*, in alio psalmo [n], cuius paulo antè meminimus: *& defecerunt in vanitate dies eorum & anni eorum cum festinatione.* בְּבְהָלָה *babbehalah*: Hieronymus, *& consumsit in vanitate dies eorum & annos eorum velociter.* Testatur verò ad Cyprianum [a] transtuliſſe hoc loco Symmachum, & Aquilam, *accelerauimus*, eóque verbo breuitatem vitæ humanæ significari, per iram, & furorem perseuerantiam sententiæ Dei cui omnes homines subiacemus, *terra* [b] *es, & in terram ibis.* Illustrat significatam accelerandi verbo quo dicti vruntur Interpretes, breuitatem vitæ testimonio poëtæ,

Sed [c] *fugit interea, fugit irreparabile tempus.*

Item [d],

Rhebe diu (res si qua diu mortalibus vlla est)
Viximus.

Solet etiam vi febrium agitatis, & ad mortem festinantibus crebro cor pulsu palpitare. Sed Febrium loco ipsamet mortalitas est, celerique cursu fluens ætas, ac vita.

Vers. 8.] Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo, sæculum nostrum in illuminatione vultus tui.

CAusam iræ, furorisque diuini tam seuerè punientis reiicit in peccata nostra, quæ Deus ad vindicandum præ oculis mentis tuæ constituerit; & quòd apertè, & distinctè in luce vultus sui consideraverit omnem præteritæ vitæ nostræ cursum, quidve hactenus egerimus, dixerimus, cogitauerimus; aut nunc etiam cogitemus, dicamus, agamus, quamuis nos ipsi ista vel non aduertamus, vel penitus ignoremus, vel ab aliorum notitia quantum in nobis est, subducamus. Eusebius, quique de Iudæis, explicant psalmum, postquam Christum reiecerunt, volunt haec esse voces illorum, cùm propterea reiecti sunt, quasi dicerent: Non dissimulasti iniquitates nostras, cùm ipsi illas in capita nostra accersiuissemus [e]: sanguis eius super nos & super filios nostros. Quo pacto sæculum esset omnis proles, propago, posteritas, generatio, gens Iudæorum; ac vt ita dicam, mundus eorum.

Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo.] Hieronymus, *coram te* ait apud alios Prophetas [f]; *cognoui multa facinora vestra, & fortia peccata vestra; & adinuentiones eorum coram facie mea facta sunt*, & plurimis aliis locis dicuntur omnes viæ nostræ in conspectu Dei [g], & omnia aperta illi ac nuda [h] esse. Ponere Deum iniquitates nostras in conspectu suo, est non auertere faciem ab eis [i]. Sed aduertere, vt animaduertat in eum, qui auersus est, neque conuertitur. Quia porrò iniquitates sunt quædam obliquitates, & peruersitates, & deuiationes à recto, ponere censetur eas Deus in conspectu suo, & quasi è regione, cũ veluti dirigit, ac defigit in eas obtutum, vt non effugiant notitiam ipsius, nec dissimulenter ab eo, sed attentè reprehendat, corrigat, puniat. Hoc dum facit Deus, arguit, & statuit contra faciem, nolens esse similis peccatori peccata non consideranti [k], vt è contrario dum ea ille cognoscit, & contra se semper habet [o]. Deus ab illis auertit faciem [p], vt paulo antè audiebam, & beatum illum reddit remittendo iniquitates, peccataque tegendo [q]. Confer, quæ dicuntur ibi cum illis quæ Psal. 108. [r] *In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conspectu Domini, & peccatum matris eius non deleatur.* Imitatur Iudices Deus, inquit Caietanus, qui quando pu-

Causa iræ diuinæ quid.

[a] epist. 139.
[b] Gen. 3. 19.
[c] Virgil. 3. Georg.
[d] Ausonius.
[e] Matt. 27. 25.
[f] Amos 5. 12.
[g] Ose 7. 2.
[h] psal. 138. 168. Hebr. 4. 13.
[i] Ponere Deum iniquitates nostras in conspectu suo quid sit.
[k] psal. 50. 11.
[l] psal. 39. 13.
[m] psal. 50. 5. in fine.
[n] psal. 21. 1.
[o] vers. 14.

nituri

nituri sunt crimen, ponunt illud ante examen suum, & quod erat occultum deducunt in lucem iudicij. Putat hîc ad literam insinuari peccatum primorum parentum quod posuit Deus coram se quemadmodum scripsit Moses [a] in psalmi titulo positus. *Si enim occultaverit homo in abscondito, & ego non videbo eum*, dicit Dominus [b]? *Videns iniquitatem nonne considerat* [c]? id est, non dissimulat, nisi ad tempus propter pœnitentiam [d], sed ob oculos ponens, diligenter attendit. Postremò sicut dirigit Deus in conspectu suo viam nostram [f]; iudicantur gentes in conspectu eius [g], introit in conspectu eius clamor [h], & intrat oratio nostra [i] & gemitus [k], & lacrymas ipse ponit in conspectu suo [l], quando hæc vel facit vel exaudit, ita ponit iniquitates nostras in conspectu suo, cùm illas punit, ac velut aduersarios; & antagonistas opponit sibi quod Iob [m] dicebat, expostulando cum Deo, *quare posuisti me contrarium tibi?* in quem videlicet intentè sagittas iacias, & ponas me quasi signum ad sagittam [n]. Exercet se quodammodo, ac delectatur Deus huiusce modi iaculatione, maximè verò cùm iustos iaculis tribulationum impetit, qui fixi, ac firmi excipiunt ictus, nec latum declinant vnguem. Insinuat vtcumque hãc Apostolus iustorum in scopi similitudinem aduersus Dei iaculationes constantiam scribens Thessalonicensibus [o]; nemo moueatur in tribulationibus istis, ipsi enim scitis, quòd in hoc positi sumus; sicut nimirum & Christus positus in signum cui contradicatur [p]; & ponere solet Deus tribulationes in dorso suorum [q]. Nyssenus [r] dissimilem valde, ac penè oppositum tradit huius loci sensum, non decere vt Deus humanam malitiam sibi θέαμα faciat, id est, *spectaculum*, nec inuiolato illi vultui apparere debere æuum, seu sæculum nostrum peccatis, & flagitiis ἐμιαλυθέντα inquinatum. Supplet autem *ut ita*, *vt quid*, seu *quare*, & sic orationem clariorem fore dicit; decet te pulchra habere ante oculos: iniquitas verò indigna est, quæ à te aspiciatur: tales igitur effice homines, vt ne tuo intuitu sint indigni.

Sæculum nostrum in illuminatione vultus tui. Hieronymus, *negligentias nostras in luce vultus tui*, & ad Cyprianum [s] eodẽ pacto nisi quòd ponit, *in illuminatione*. Testatur autem eadẽ epistola Symmachum quoque *negligentias* reddidisse, V. editionem *adolescentiam*. Aquilam παροράσεις, *errores* & *ignorantias* videri Lxx. *sæculum* trãstulisse, quòd in sæculo, & in vitę huius tempore vitia committãtur; denique sensum esse, quòd nihil Deũ nostrorum lateat peccatorum, sed tenebræ non obscurentur ab eo, & sicut tenebræ eius, ita & lumen eius sit [t], scrutetur corda, & renes [u], videat in corde, homo tantùm in facie [x], non mutuetur lumen aliunde nec per specierum receptionem ab obiectis prodeuntiũ, sed ũbimetipsi lux clarissima sit. Vertunt alij ex Hebræo, *occultum*, seu *abscõsionem*, vel *occulta, & abscondita nostra*, scilicet peccata, quæ nos occultamus, & abscõdimus, vel ea occulta, à quibus in alio psal. [y] mundari Dauid petit, sunt verò apud Deum sole ipso meridiano clariora. Nã oculi Domini multo plus lucidiores sunt super solem, circumspicientes omnes vias hominum, & profundum abyssi, & hominum corda intuentes in abscõditas partes [z]: si adolescentiam, iuuentutémque recipimus, peccata iuuentutis intelligemus, quæ in alio itẽ psalmo [a] deprecatur Propheta ne meminerit Deus: si errores, ignorantiásque, illas ignorantias de quibus idem ibidem flagitat. Caetanus ad literam sentit indicari sicut in membro præcedente, quas obiecit Deus primis parentibus iniquitates [a], ita eorumdẽ abscõtionem à Deo [b]. Latiùs puto extendendam sententiam; & per sæculum accipi debere, vel posteros Adami, omnésque homines probè cognitos Deo; vel decursum temporum, ac totius ætatis, & vitæ hominis cuiuslibet; vel omnem seriem actionum illius, vel peculiariter, quatenus malè sæculum sonat, vt & mundus, pro sæcularibus, & mundanis, illas quas quia malæ sunt, atque consentaneæ mundo & sæculo, mundanas, & sæculares appellant. Nyssenus vt paulo antè retuli, αἰῶνα τὴν ἐμιαλυθέντα τῇ ἁμαρτίᾳ ἡμῶν, *sæculum inquinatum peccatis nostris*. Vetat Paulus [c] nos cõformari huic sæculo, vocat Diabolum Deum huius sæculi [d] prætens sæculum nequam [e], sæculum mundi huius, cuius habitatores ambulent in delictis, & peccatis [f]. Postremò sæcularia desideria [g] Apollinarius interpretatur vitam,

ζωὴ ἡμετέρα τελεσθεῖσα ἐν ἐπιπόνοις,
Vita nostra est tui lumen, vultus,

Id est, obiicitur lumini cognitionis tuæ: vel est quædam veluti irradiatio seu participatio æterni luminis tui: vel quasi vmbra comparata ad lucem inaccessibilem tuam. Nomen Hebræũ cum affixo est עלמנו *hhalumenu*, & si subintelligatur י *iod*, ante נ *nun*, erit pluralis numerus. In statu absoluto עלום *hhalum* significat ætatem succi plenam, firmam, integram, inde à pueritia vsque ad iuuentutem. Psalmo præcedente [h], *minorasti dies temporis eius*, transfert Hieronymus *adolescentiæ*: & in plurali, *ossa plena adolescentiæ eius* עלומיו *hhalumaiv* apud Iob [i] intelliguntur plena vitiis adolescentiæ, siue adolescentiarum. Hoc loco Paraphrastes exponit, *iniquitates iuuentutis nostræ*. Idem tradit R. Moses, R. autem Kimhi iniquitates occultas, vel errores qui sunt occulti ab hominibus. Oritur hæc expositio ex notione nominis eiusdem pro *occulto*, cui similis in psalmo 43. [k] sententia de Deo, ipse enim nouit abscondita cordis תעלומות לב *thahhalumoth leb*, τὰ κρυπτὰ τῆς καρδίας, Hieronymus *cogitationes*. Videtur legisse Lxx. עולם *hholam* quod quandoque scribitur sine ו *vau*, *holem*, per id verò vocabulum non modò significatur æternitas, aut longum tempus, vt Latinum, *olim*, sed etiam mundus, sicut per αἰὼν etiam, & *sæculum*, nequicquam, vel certè non tantùm machina mundi, verùm præterea ratio agendi in mundo, ac nominatim mala, vnde mundani, & sæculares denominantur, vt prius dixi. Denique vsurpari pro breui tempore quantum est humanæ vitæ, Theodoretus [l] docet. Verisimilius est accipi hic *sæculum* pro duratione, & ætate nostra, cum iis omnibus, quæ intra illam continentur, tum pro peccatis, quæ aut secundùm se magis occulta sunt, aut quia eo quòd olim, & præteritis retro sæculis, seu temporibus patrata sunt, euanuerunt, vixque in notitia nostra existunt: debéntque sedulo recogitari [m], aut quoniam ingenium adolescentum est occultare peccata. Sed quia præterit duratio, & minùs per se videtur idonea vt edat contra nos in iudicio testimonium, quasi iam oblita, propterea dicitur posituras Deus, & constituturus hanc veluti obliuionis caliginem in illuminatione vultus sui, quemadmodum Paulus [n] ait, quòd idem Deus illuminabit abscondita tenebrarum manifestando consilia cordium. Illuminatione diuina opus est, & quidem magna, vt adolescentes sua prodant peccata: ipsemet Deus

a Gen. 3. 9. & sequentibus.
b Ier. 23. 24.
c Iob 11. 11.
d Sap. 12. 19.
f ps. 5. 9.
g ps. 9. 20.
h ps. 17. 7.
i ps. 87. 3.
k ps. 78. 11.
l ps. 55. 9.
m c. 7. 20.
n Thren. 3. 12. Iob 16. 13.
o 1. Thess. 3. 3.
p Luc. 2. 34.
q ps. 65. 11. Sensum dissimilem Nyssen.
r tract. 2. in ps. c. 7.
s epist. 139.
t ps. 17. 12.
u ps. 138. 12.
x 1. Reg. 16. 7.
y ps. 18. 13. Oculi Domini sole multo plus lucidiores.
z Eccl. 23. 28.
a ps. 24. 7.
a 1. Gen. 3. & sequentes.
b vers. 8. o. Hic sæculum quod vtr. legerat Lxx.
c Rom. 12. 2.
d 2. Cor. 4. 4
e Gal. 1. 4.
f Ephes. 2.
g Tit. 2. 12.
h vers. 45.
i c. 20. 11.
k vers. 22.
l in Ezech. c. 26. Sæculum quomodo hic accipi debeat.
m Esa 38. 15.
n 1. Cor. 4. 5

illa in suimet vultus illuminatione ponere debet. *Via viri in adolescentia cognitu perdifficilis* [a]. Prudenter Mitio senex filium ne se quæ faceret, celaret, assuescebat [b]. Postremo alij clanculum Patres quæ faciunt; quæ fert adolescentia. Ea ne me celet consuescet filium. Nam qui mentiri, aut fallere insuerit patrem, aut audebit; tanto magis audebit cæteros. Potest etiam tacitè ad commiserationem Deum prouocare, quòd exigat pœnas de peccatis ætatis præteritæ, & adolescentiæ, quasi peccatis istis vt Iob [c] querebatur consumere velit, aut meminisse delicta iuuentutis, & ignorantias [d], cùm tamen veniam mereantur, vel temperamentum pœnæ, vt Tiraquellus [e] accuratè demonstrat post M. T. [f] Lactantium [g], Senecam [h], & alios. Tandem licet Christiano, qui sæculo renunciat, ac longè potiore iure, religioso, qui sæculari vitæ, etiam non per se malæ, hoc vsurpare, Deóque dicere, Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo, sæculum nostrum in illuminatione vultus tui, dum ductum diuini sequens luminis, pro magno habet beneficio, sæculo, & vitæ sæculari nuncium remisisse, & in conspectu Dei perpendit, quantum distet à lumine increato, & quo pacto nondum planè curis & negotiis explicitus sæcularibus: studet verò vt filius lucis ambulare [i] de tenebris translatus in adeò admirabile lumen [k].

a Prou. 30. 19.
b Terent. in Adelph. actu 1. Scen. 1.
c c. 13. 26.
d ps. 24. 7.
e tract. de pœnis temper. c. 11. & 13.
f pro Cœlio.
g de ira Dei c. 22.
h 3. de ira.
i Ephes. 5. 9.
k 1. Petri 2. 9.

Vers. 9.] Quoniam omnes dies nostri defecerunt, & in ira tua defecimus.

Anni nostri sicut aranea meditabuntur.

Sensus loci.

PRobat ita esse quod proximè dicebat, positas à Deo iniquitates in conspectu ipsius, & de omni præteritæ vitæ cursu, seriéque cognouisse, ac diudicasse ad puniendum, quia, vt septimo iam quoque versu dixerat, defecimus in ira illius, & dies in multiplici, magnáque miseria consumuntur, videlicet, inquam, propter iniquitates, & peccata nostra, quibus Deus offensus est. Dies autem nostros ocyus abire, consumíque ostendit ex eo, quòd omnes illi, totúmque spatium vitæ nostræ simile censetur telæ, quam contexit euiscerando, & exenterando seipsam aranea, estque adeò fragilis, vt leuissimo tactu disrumpatur. Explanat Nyssenus [l] vim comparationis hoc pacto: Vt enim tela araneæ apparet quidem quoad connexa fuerit: at si quis manum admouerit, derepente contactu digitorum diiabens euanescit; sic & humana vita superuacaneis, & non consistentibus studijs, tanquam aëreis quibusdam filis, semper implicata, contexit sibi, non subsistentem telam; quam si quis firma cogitatione apprehendat, effugit contactum vana sedulitas, inque nihilum récidit. Omnia enim, quibus in hac vita mortalium curæ distinentur, inanis quædam opinio est, nihilque subsistens ὄνειρος ἐξ ἀχ ὑπάρχοντος: opinio est honor, dignitas, generis claritudo, superbia, elatio, diuitiæ, & his similia, quibus vitæ huius aranei inhiant, eáve meditantur ἐμπαίκτως. Qui nomine circumfertur Hieronymi in commentario idem satis commodè declarat. Quomodo aranea, quæ mittit fila, & huc illuc que discurrit, & texit tota die, & labor quidem grandis est, sed effectus nullus est, sic & vita hominum huc illúcque discurrit. Possessiones quærimus: diuitias apparamus: procreamus filios: laboramus: in regia sustollimur, & omnia facimus, & non intelligimus, quia araneæ telam teximus. Cassiodorus attendit araneæ debilitatẽ, ac tenuitatem, & quod ad escam sibi procurandam quærtam retia dolosè contexit: sic annos eorum, qui sceleratis operibus dediti sunt, inanibus, & subdolis machinationibus occupari, nec tam operari, quàm sub ancipiti meditatione viuere. Hamo spectat præterea euiscerationem, viscérúmque consumptionem, id est, animæ atque corporis perditionem; & hoc sibi velle apud auctorem Ecclesiasti. [a] in vita proiicere intima sua. Addit Remigius araneam in suamet tela sæpe interfici, eodémque modo qui terrena sibi comparauit bona, in ea irretiri, & ad mortem trahi. Facilius certè aranea post confectam telam comprehenditur, necatúrque, vel in ipsamet tela, vel ex ea tanquam ex ædificio ejecta. In 38. [b] psalmo erat sententia similis; *Propter iniquitatem corripuisti hominem, & tabescere fecisti sicut araneam animam eius.* Iob [c] fiduciam inanem cum tela confert aranearum. Esaias [d] opera inutilia operantes, telas aranearum texere scribit. Habet allimitatem ducta ex textrina comparatio, quam vsurpauit idem Iob [e], *Dies mei velociùs transierunt, quàm à texente tela succiditur, & consumpti sunt absque vlla spe:* & Ezechias [f], *Præcisa est velut à texente vita mea, dum adhuc ordirer, succidit me.* His quæ psalmo 38. dixi satis copiosè de aranea, nec retexi frustrà debent, adde adagia, *è se fingit, velut aranea,* & *aranearum telam texere*, & quæ scribit in moralibus Gregorius [g] differens de hypocritis. Quod in Iob [h] legimus, *ædificauit sicut tinea domum suam.* Lxx. iungentes *tineæ araneam* dixerunt, ἀνῳκοδόμησε ὡσεὶ οἰκίαν σὴς, καὶ ὡσπερ ἀράχνην ἐποίησε domus eius sicut tineæ, & sicut aranea, seu tela araneæ. Domitianum inter initia principatus narrat Suetonius quotidie secretum sibi horarium sumere solitum fuisse; nec quidquam amplius, quàm muscas captare, ac stilo præacuto configere. Diceres vt araneam meditatum, telámque muscis texuisse capiendis. Cæterùm Eusebius hæc ex eis applicat ad Christi necem Iudæis, vt & indicatum Esaiæ [i] locum, ova aspidum ruperunt, & telam araneæ texuerunt: Iudæorum principes blasphemiæ venenum effudisse in Christum: olim reos fuisse Iudæos tunc eum summo Sacerdote, stolátque sanctas, nunc omnem doctrinæ telam contextione diuinarum Scripturarum, perinde atque araneam texere; in suis illis meditationum telis conteri, atque deuteroseon; siue traditionum: confiteri etiam vitam suam breuem esse, paucorumque dierum; vt qui futuram desperent. Congruunt eadem Hæreticis suo modo, & ita Hieronymus [k] exponit. Greuerus [l] vno sermone ostendit araneæ telis esse similes tum curiosos, tum cupidos. Acumen habet ac pietatem.

Quoniam omnes dies nostri defecerunt, & in ira tua defecimus.] Hieronymus sequenti versui seu membro assignans vltimum verbum, vertit, *omnes enim dies nostri transierunt in furore tuo*: alij, *quoniam omnes dies nostri transierunt propter iram tuam*, vel, *te irato vniuersi dies nostri collabuntur.*

a c. 10. 10.
b vers. 12.
c c. 8. 14.
d cap. 59. 5. 6.
e c. 7. 6.
f Isa. 38. 12.
g lib 8. c. 26. vel 29.
h c. 27. 18. aliique.
i c. 59. 5. 6.
k epist. 119.
l serm. 193.

seu recedunt, vertuntur, &c. Chaldaicè *consumpsimus dies vitæ nostræ; tanquam vaporem oris in ira-me.* Repete dicta versu 7. qui continet eandem ferè sententiam. Breuitatem dierum nostrorum, ac velocitatem Iob [a] maiorem facit quam cursoris: dicuntur quoque quasi vmbra super terrã, nullaque eorum mora [b] primi, verbi Hebræi פנה *pana* vis est, ac si diceres, dies nostri conuerterunt se aliò, velutique vale dixerunt, quod allata nunc velocis cursoris innuit similitudo. Defectum in spatio ad viuendum dato, quod imminutum est post diluuium, plures declarant, sicut & sequentem versum, sed mauult Augustinus interpretari sensu spirituali, vt postea dicemus. Tali sensu significatur etiam quòd multi deficiunt cùm iratus corripit eos Deus neque corriguntur, percussi non dolent, attriti renuunt accipere disciplinam [c], iram Domini non portant scientes se peccauisse ei [d]. Tamen adhuc plures deficiunt in misericordia, non discentes inde facere iustitiam [e]: & multi bonitate principum, & honore, qui in eos collatus est abutuntur in superbia [f]. Sed & quidam defectus bonus ex ira Dei nonnunquam sequitur in aliquibus, qui scilicet meliores flagellis efficiuntur, qualis Saulus qui derectus obtulit se promptum ad voluntatem Dei [g]. Notauit hæc Hugo, afferens præterea distinctionem defectus secundùm animam in scientia, iucunditate, compassione, studio, pœnitentia, iustitia, gloria: secundùm corpus in vita, decore, robore, sensibus, sanitate, cibis; secundùm possessiones in domibus, sepulchris, stipendiis, pecoribus, fructibus terræ sit satis indicasse.

Anni nostri sicut aranea meditabuntur.] Actiuè tantùm sumi debet hoc verbum, non passiuè, vt sit idem quod *æstimabuntur*, seu *reputabuntur*, quo Rickelius, & Valencia exponunt modo dumtaxat & optionem dant Haimo, Hugo, Aiguanus, Genebrardus, quia μελέτη solius est actiuæ vocis. Difficultatem fecit forsitan his qui passiuam vocem sumunt, quod non intelligerent quo pacto meditationis actio dicatur de annis. Annis meditatio tribuitur, quatenus homines, quibus viuunt annis, diebusque in continua versantur meditatione, & solicitudine rerum, vt plurimum inanium ac mutilium, viscera suamet consumendo in morem aranearum, vt antea satis declaratum est. Quemadmodum dies dici enuntiare dicitur verbum, nóxque noctis indicare scientiã [h], iuxtaque parœmiam *dies posteriùs priorem disciplinam*, sic annis meditatio tribui potest, per metonymiã pro anima, hominéque curis anxio, multaque continenter inania volutanti. Apollinarius solam exposuit similitudinem cum aranea, vel potius vicinum, quòd sit araneã similis annis nostris, omissã vi verbi μελετᾶς; nisi voluit id dici meditari; sicut aliquid, quod veluti curat ei simile esse.

Ἡμεῖς δὲ τὰς ἑαυτῶν παρόμοιόν ἐστι ἀράχνης,
Nostris annis persimilis est aranea.

Euthymius, Nicephorus, ac Chrysostomus, quem citat Lindanus, volunt quidem μελετᾶν ἀντὶ μελετᾶσθαι hoc loco poni, & idem esse quod λογίζεσθαι *æstimari*, ac *reputari*, vt de Latinis nonnullis retuli. Sed nec ea necessaria notatio est, nec arbitror alio exemplo confirmari posse, nec μελετᾶν, & μελετᾶσθαι *reputare*, ac *reputari* significant, quod equidem obseruare potuerim. Glossa interlinearis meminit alterius Latinæ translationis, quæ habet, *meditabantur*. huius tempus proprie est ἐμελέτων. In eo etiam tempore Chaldæi commentarius explicat, dictumque meditabantur, non operabantur, vt ostenderetur eos sine aliqua vtilitate transisse, qui sub nullo fructu bonorum, sed sub ancipiti meditatione vixerunt. Rationem futuri Bruno Carthusianus reddit vt innuatur perseuerantia meditationis, grauitasque quid notatum verbo *meditandi*, quàm si positum esset *operandi* verbum; peius enim esse nec-Peius est meditando operari male, quàm temerariè. Nihil est quod vires magis exhauriat, quàm meditatio, quam rectè possis cunctationem nominare, qualis in aranea telam texente. *Frequens meditatio*, inquit Ecclesiastes [a], *carnis afflictio est.* Translatio Hieronymi & aliorum ex Hebræo discrepat. *consumpsimus*, ait Hieronymus, *annos nostros quasi sermonem loquens.* Alij, *tanquam sermonem, instar locutionis, cantici, meditationis*, vel *fluximus annos nostros dicto citius. Verbum* autem *irreuocabile verbum, nec ipsaque vox missa reuerti.* Sic sunt Hebræa בִּלְּינוּ שָׁנֵינוּ כְּמוֹ־הֶגֶה *chillinu schanenu chemohegheh.* Vbi vltima vox nomen est, posset autem punctis mutatis esse participium הֹגֶה *hoghe* ab הָגָה *hagah*, de quo aliàs egimus. Opinatur Agellius lectum à Lxx. כְּמוֹ־הֹגֶה *chemohgheh*, *sicut meditans*, id est, anni nostri tanquam si meditans essem, seu si meditarer, nempe anni nostri euanuerunt, vt vox euanescit simul ac prolata est, præsertim si submissè, & mussando, nec relicto sono vehementiore; vel sumendo ἔτη, *consumpsimus annos nostros*: quasi meditando, ac leniter vocem emittendo; vel anni nostri veluti meditabantur, hoc est, tanquam sonus exiguus vocis dissoluebantur. Suspicatur præterea legisse interpretes eosdem הָגַב *hagab* quod *locustam* significat. Dicere debuit הַגֹּב *haggob*, vel הַגַּב *haggeb*. Denique *meditandi* verbum non satis conuenire in araneam, quia meditari vsurpatum dumtaxat in scriptura pro prolatione vocis præsertim exigua, vt cùm dicit Ezechias [b], *meditabor vt columba*, & Esaias [c] *meditantes columbas* cognominat. Genebrardus Græcè legit in præsenti μελετῶνται, *meditantur*. Deinde הֹגֶה *heghe* in eum vsu veteri putat significare, quasi meditabundum animal, & mæstitium. Tunc suppleuissent Lxx. propter dictum nomen הֹגֶה *heghe* ab הָגָה *hagah* quod *meditari* significat, verbum *meditandi* μελετᾶν, vt inquam exprimerent magis notionem, ac rationem illam nominis pro aranea. Hoc probabilius duco: nec ideo tamen mutatem ἐμελέτων in μελετῶνται, cùm perinde constet sensus. Opinio Agellij plura requirit, & ponit הָגָה *hagah* accipi solum pro emissione vocis, cùm plurimis exemplis ostendi posset sumi pro meditatione cordis, mentísue, imò hanc ob primariam significationem: aranea verò texendo telam videtur meditatè id facere & μετὰ τινος ἐπιμελείας, *cum continua molestia.* Tandem qui minus hoc probat, dicat quòd insinuat S. Hieronymus [d], & magis clarè tradit Hieronymus Osorius nepos, & videntur consentire Cardinalis Cenomanus, & Iansenius, transferre voluisse Lxx. pro sermone loquentis meditationem aranearum, quoniam quomodo loquentis sermo præcipitat, ita & opus aranearum incallum texitur, & obscurior fortassis erat Græcis similitudo ex הֶגֶה *heghe*, vt motum animi denotat, qui id loquendum sic impellit, vt intra labia verba omnino pereant.

a c.9.25.
b 1.paral.29.30.
c Ierem.5.3.
d Michæ 7.9.
e Esa.26.10.
f Esther 16.2.
g Act.9.6.
Meditabitur verbum quomodo sumendum.
h psal.18.3. Dies posteriori priori disciplinam.
Μελετᾶν.
a c.12.12.
b Esa.38.14. c 59.11.
d c.in h.l.

Vers. 10.] Dies annorum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni.
Si autem in potentatibus octoginta anni & amplius eorum labor, & dolor:
Quoniam ſupervenit manſuetudo, & corripiemur.

Senſus huius. *Brevitatem vitæ humanæ detegit.*

VItæ breuitatem, & fragilitatem, ſine annorum quos cum aranex tela comparauit, demonſtrat, ſupputando ſpatium, ac numerum eorumdem, qui intus eſſe maximus magis ordinariè ſolet. Tam breues ait eſſe annorum noſtrorum dies, vt ſint ſolùm ſecundùm conſuetum naturæ curſum, & in bona valetudine ſeptuaginta anni in ipſis; ſi autem ſolito plures in illis qui validioris, robuſtioris, melioris, lanioris complexionis extiterint, vt ſummum ferè perueniant ad octoginta. Dicit etiam quòd nihilominus in tantillo iſto tempore, quod abſolutè cenſeri poteſt breue, maximè autem ſi comparetur ad æternitatem, cuius reſpectu mille annos dictum eſt prius eſſe vt diem heſternam, quæ præteriit, & vigiliam nocturnam, & omnes annos quotquot ſint pro nihilo, plurima pars eius plena eſt laboribus, angoribus, doloribus, quos vocabat Iacob [a] *dies paucos & malos*, vel vult id quod vltra dictum terminum octoginta annorum in robuſtioribus, & ſeptuaginta in aliis ſupereſt, tranſigi in afflictione, & dolore. Poſtremò affirmat prouenire adeò magnam iſtam vitæ breuitatem, & in ipſa breuitate afflictionem, quoniam Dei manſueta caſtigatio venit ſuper nos, & ab ea corripimur, propter delicta noſtra, vt ſi ſapimus, intelligamus & caueamus venturam aliam longè acerbiorem, & diuturniorem pœnam, tum in præſenti, tum potiſſimùm in futura vita, quod impij de ſe

a Gen. 29. 20.

b Sapien. 2. 1.

dixerunt, omnibus conuenit hominibus, *exiguum, & cum tædio eſſe tempus vitæ noſtræ* [b]. Alios poſtea ſenſus ex varia vocabulorum interpretatione natos, attingemus.

Dies annorum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni] Satis fuerat dixiſſe, *in diebus annorum noſtrorum ſeptuaginta anni*, nempe ſunt, occurrunt exempla idiotiſmi huius alia; vt, *Deus* [c] *in cœlo ſedes eius*, &, *cuius participatio eius in ipſiſſimum* [d]. id eſt, cuius participatio; & Dei in cœlo ſedes. Exponi quoq; poſſet, *in ipſis*, id eſt, in nobis ipſis, vt explicat Rickelius, vel in ipſis annis. Refert Hieronymus [e] Symmachum ſignificantiùs tranſtuliſſe ἐκτενῶς, *vniuerſi*, vel ἐκλελειμμένως, aut ἐκλελειμμένως, integrè omnino, exactè; quaſi videlicet legerit non בם *habem*, ſed בתם *bethem*, non *in ipſis* ſed *in perfectione*, vel *integritate*. Vertit autem idem Hieronymus, *dies annorum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta annis*; quam lectionem Haimo refert; ſequitur autem Remigius. Hugo, Bruno Carthuſianus, Thomas Aquinas [f], pſalterium Romanum, & Gallicanū. Chaldaicè, *dies annorum noſtrorum in mundo hoc ſeptuaginta anni robuſtiorum*, vel *fortitudinis*. Terminum hunc vitæ humanæ ordinarium, & ad quem qui longæui cenſentur, ferè perueniunt, non habita ratione magis priſcorum, longéque ante Danidis ætatem hominum, de quibus dixi verſu 4. cùm de *mille annis*, præfixit etiam Herodotus [g], perfectiſſimum autem ſpatium annorum octoginta [h]. Idem ſenſit de ſeptuaginta Solon apud Laërtium [i], Philonem [k], Cenſorinum [l], Clementem Alexandrinum [m]. Aiunt autem Cenſorinus Straſeam Peripateticum addidiſſe duas hebdomadas, ex

c pſal. 10. 4.
d pſal. 121. 3.
e epiſt. 139.
f 2. d. 33. q. 1. art. 3. ad 4. & q. 4. de malo a. 8. ad 11.
g lib. 1.
h lib. 3.
i lib. 1. & de mundi opificio.
k de die natali c. 4.
l c. 6. Strom. c. 8.
m Peripatetici phiſiologi duas hebdomades.

A quibus videlicet perfici iantur anni octoginta quatuor, vt ſi quis hunc terminum tranſiliret, perinde faceret, ac ſtadiodromi, quadrigæque cum procurrũt extra finem. Citat præterea Varronem. Propter pauciores nonnullos, Iuriſconſulti [a] definiunt centum annis ætatem hominis magnam; & auctor Eccleſiaſtici [b], ſcribens quòd *numerus dierum hominum vt multum centum annos*; Inde ſæculum dictum vult Varro [c], & Artemidorus [d], à tene ſpatium centum annorum, quòd longiſſimum ſpatium ſeneſcendorum hominum id habeatur. Quanquã Hieronymus [e] referat opinionem fæculum dici de ſeptuaginta annis, quod humanæ tempus ætatis hîc dicitur eſſe. Trebellius [f] Pollio prodit doctiſſimos mathematicorũ aſſignaſſe ſummam ætatem 120. annorum, ſolúmque Moſem 125. vixiſſe, & cùm quereretur, quòd iuuenis interiret, reſpontum ei, *neminem plus eſſe victurum*. De eodem ſpatio 120. annorum Tacitus [g] Apri refert ſententiam. Conſentit Ioſephus [h] totque vixiſſe Moſem annos [i]; & iunt qui hanc metam annorum colligant ex illis Geneſis verbis [k]; *erúntque dies hominis centum & viginti annorum*. Atqui melior huius loci ſententia eſt, non de termino vitæ hominum poſtea naſciturorum, cùm plures eum ſint præteriturgreſſi, ſed hominum peſſimorum illius ſæculi Noë, quos Deus delere diluuio decreuerat, & is hoc pœnitentiæ ſpatium indulgebat. Nihil definiri certò poteſt, niſi quod cum mundo ipſo conſeneſcunt citiùs homines, viribúſque deficiuntur, pro varia tamen cœli, ſeu climatis, ſoli ſeu regionis, educationis, victus, complexionis, ſtudiorum, exercitiorúmve differentia.

B

C

Illud receptum apud medicos & Phyſicos, teſte Macrobio [l], nonnullam ſingulis annorum ſeptenariis notabilem in hominis corpore, ac valitudine mutationem contingere: quod etiam in Solonis extat elegia [m], crimínque in ſeptenario eſſe; & ſi denarius perfectus numerus iudicatur ei, perfectum cenſeri humanæ ſpatium vitæ, poſt quod homo vacuus ab omni officio, vt Macrobius loquitur, ſolit ſapientiæ, & ſtudio vacet, & omnem vſum ſui in ſuadendo habeat, aliorum munerum vacatione reuerendior. Diputat Ioannes Franciſcus Mirandulanus [n] de cauſa producendæ vitæ ad longam, & breuem vitam. Pererius [o] ſeptem cauſas dat cur tam longam homines vitam agerent ante diluuium, bonitatem conſtitutionis, ſobrietatem, præſtantiã alimentorum, benigniores defluxus, & aſpectus cœlorum, vt propagaretur genus humanum, vt ad inueniendum longa experientia artes. Thomam Aquinatem Rickelius refert ſenſiſſe ex diuina potius virtute, ac miraculo prouenille, quàm ex cauſa naturali, quia Dauid *ſeptuagenarius ſenuiſſe* ſcribitur, *habuiſſeque ætatis plurimos annos, neque calefieri potuiſſe* [p]. *Berzellai* quoque *octogenarius* appellatur *valde ſenex* [q]. Virtutem diuinam vocat Aquinas [r]. Quominùs res aſcribitur miraculo, probabilior ſententia mihi videtur. Quo tempore viuebat Moſes, qui loquens hîc inducitur, aut etiam quo Dauid, ad annos ſeptuaginta perueniebant homines non velut ad metam, ſed tanto tempore multi viuebant cum corporis vigore ac valetudine vſu ſenſuum, & membrorum commodo, ſine vitæ tædio. Ratio perſuadet procedente tempore, tedii magis affectum hominis animum, & breue, quemadmodum, & rerum cæterarum interitorum collabaſſe vires. Siem Eſdra licet apocryphus, ſicem-

D

E

a Iuriſconſulti definiunt centum annos ætatem hominis.
b Eccl. 18. 8.
c lib. de ling. Lat.
d lib. 1. c. 75. cum Beroch. c. 20.
e in Claudio.
f in Pollione.
g dialogo de oratoribus.
h Deut. vlt. 7.
i Deut. vlt. 7.
k c. 6. 3.
l lib. 1. in ſomn. Scipionis c. 6.
m apud Philonem & Cẽſorinum ſupr. Clem. Alex. ſupra.
n 1. de exam. vanit. doctr. gent. cap. 16. & lib. 3. de Gen. Deuſ.
o lib. 3. de Gen. Deuſ.
p 3. Reg. 1. 2. q. 1. & 4. Reg. 19. 35.
q 2. Reg. 19. 32.
r 1. ad. 12 q. 1. a. 1. ad 3. & 2. 2. q. 178. a. 2. ad 3.

tur *deinceps nisi* [a] *minores statura homines quasi iam senescentes, & fortitudine iuuenilis ætatis carentes.* Igitur sermo nunc est de termino vitæ secundùm magis communem cursum hominum, cùm Moses, vel etiam Dauid viuebat, & de spatio, in quo vt ait Hieronymus [a]) delectabilis est vita mortalium. Subtilis nonnullorum [b] obseruatio; in medio annorum Christum innotuisse, ac notum fecisse [c], quia triginta tres natus annos, & paulo plus, mortuus est, qui numerus ferè dimidiata pars est septuagenarij. Ezechiam eiusdem ætatis fuisse cùm gemens caneret, *ego dixi, in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi, propteréaque in pace*, id est, in talis ætatis flore *sensisse amaritudinem amaritissimam* [d]: Dauidem quoque dum totidem annorum esset, déque termino septuaginta annorum cogitaret, ad quem etiam peruenit, orasse *ne reuocaret eum Deus in dimidio dierum suorum* [e]. Diuinant qui sic de Dauide, & Ezechia loquuntur. Nam etsi Dauid vixit annis septuaginta, vnde sciri potest cùm scriberet citatum psalmum, exactè ad dimidium ætatis peruenisse? De Ezechia certum est vixisse dumtaxat annis 54. quia *erat viginti quinque annorum cùm regnare cœpit, & viginti nouem regnauit* [f]; & Hebræi tradunt cùm ægrotauit fuisse triginta nouē annorū, quæ est dimidia pars 78. annorum. Locus Abacuc non de annis ætatis Christi, sed de tempore præstituto intra quod venire atque incarnari debebat intelligitur, præterquàm quod additis ad triginta tres annos aliis totidem cum senis mensibus, essent solùm sexaginta sex anni, & menses sex. Si cui persuaserit Dechertus [g] noster, exactè annos 35. Christum compleuisse à conceptione, à natiuitate 34. cum tribus mensibus, comperiet in medio annorum notas illum fecisse vias vitæ, quia posita ea sententia, resurrexit ad immortalem vitam completis 35. annis, postquam conceptus est. Obstat, præter id quod ante dixi de sensu Abacuc, quoniam non solent ætatis anni computari à conceptione sed à natiuitate; nec dicimus dies annorum nostrorum, nisi quos iam editi in lucem extra matris ventrem viximus. Idem sentio de Iremia [h], non illud de Christi ætate voluisse, dicendo; in medio dierum suorum derelinquet eas. Nec si id concesserō, satis forsan illeui probabilis alia coniectura videatur, partem reliquam totidem annorū 35. prædicationi Pauli sui Christum reseruasse, vt adimpleret quæ deerant passionum pro corpore illius, quod est Ecclesia [i]. Non nego à citato proditum Macrobio, quinta annorum hebdomade compleri omne verum quantæ vnicuique inesse possunt. Lex etiam Poppæa & Iulia, Solónque apud Philonem antea memoratum, matrimonio præscribebat ætatem perfectam, id est, iuxta Platonem, quinque annorū supra triginta. Sed & Augustinus [k] resurrecturos nos scribens in mensura ætatis plenitudinis Christi [l], subdit circa totidem annos definiuisse sæculi huius doctissimos homines prudentiam. Legatur noster quoque de hac ætate Azorius [m].

Illud longè melius ad declarandum spatium humanæ vitæ in statu vigoris, & quamdiu homo suus est, suique roboris, & mentis, vt hoc loco Euthymius, Nicephorúsque indicant (quasi hoc importet pronomen possessiuum *dierum nostrorum*) præter Latinos non paucos, ex quibus accuratiùs id Titelmanus ostendit, illud inquàm accommodatius multo, vt hunc annorū septuaginta terminum intelligamus, quod extat in Esaia [a], *in oblitione eris ô Tyre septuaginta annis*: quot captiuitas Iudæorum, quam Tyrus ils exprobrabat, duraturi in Babylone; *sicut dies regis vnius*. Vbi Græcè additur ὡς χρόνος ἀνθρώπου, *sicut tempus hominis*. id est, vt ibidem obseruauit Cyrillus Alexandrinus citans psalmum nostrum, quantum est ævum hominis. Notant verò etiam Hebræi eodem loco, quòd eam ætatem non soleant reges excedere, & aliqui per vnum regem interpretantur Dauidem, qui tot vixit annis exactè: quidam Nabuchodonosorem cum filiis, quorum imperium tamdiu durauit. De mystico sensu numeri septuagesimi postea simul cum octogesimo.

Si autem in potentatibus octoginta anni.] Hieronymus [b], *si autem multum*. Alij, *si in primis viribus sit*, seu *in viribus maioribus*, nempe natura nostra, si viuaciores, & validiores simus, si in robustis ætatibus, vt loquitur Felix, & Titelmanus: si, vt ait Bruno Carthusianus, in potentatiuis, & plenariis munetibus sanitatis: & Rickelius, si in fortibus, & bene complexionatis hominibus, inueniantur octoginta anni; & Haimo, ac Hugo in aliqua virtute, & fortitudine corporis: & Remigius, si stet robur vsque ad octoginta annos. Symmachum refert Hieronymus [c] vertisse, *si autem contra opinionem* παρὰ δόξαν: id est, si multùm, seu plurimùm exarescant anni, præter solitum, & ita vt admirentur homines, non excedent ferè numerum octoginta. Apollinarius exponit ἐπὶ πλέον, *ad plus*.

Ἐὰν δὲ ἐπὶ ἰσχύσωσιν ἐπὶ πλέον ὀγδοήκοντα,
Si verò annos viuamus ad plus octoginta.

Propriè גבורות *biguuroth* significat *in fortitudinibus, viribus, multo robore*. Græca verò ἐν δυναστείαις, Euthymius & Nicephorus declarant ἐν βίᾳ ζῶντες καὶ καταδυναστεύοντος ὑπὸ γήρως, *in violentia viuere, atque sub senectutis dominio, ac veluti tyrannide esse*. Qui sensus est oppositus communi, de illo qui ad octogesimum perueniat annum vegetus, & robustus. Non debent sumi potentatus & δυναστεῖαι pro dominis, regnis, principatibus, vel pro illis qui hæc habent, præsertim cum tyrannide. Nam licèt in psalmo 19. [d] sic accipi possint potentatus גבורות *gheburoth*; tamen multò verior expositio est de viribus & forti brachio Dei (*in potentatibus salus dexteræ eius*) & præterea magis rarum est vt qui potentia pollent, præcipuè tyrannica, tandiu viuant, vt historiæ, & experientia docent: auctor etiam Ecclesiastici [e], qui scribit, saltem vt est in Latina editione (in Græca enim non est) *omnis potentatus breuis vitæ*, hoc est à Deo, vt quæ ibidem habentur demonstrant, tanquam à medico, & curatore reipublicæ tollitur improbus Rex de medio, qui velut pestilens morbus illam grauat, & opprimit. Ipsimet Euthymius, & Nicephorus dicti psalmi locum explanant, vt sit salus dexteræ Dei ἐν δυναστείαις, id est, ἐν δυνάμεσι καὶ ἰσχυρᾷ, *in viribus, & fortis ac validæ*, in abundantia quadam, & excessu potentiæ. Præsentis verò locum psalmi nostri Elias [f] eo modo exposuit, nempe, *in potentatibus*, ἐν δυναστείαις, id est, ἐν βίᾳ, *in violentia*. Differit idem de integro loco isto: & quomodo Nazianzenus, quem scholis interpretatur, humanæ vitæ mensuram definierit annis quadraginta quinque, scilicet iuxta Platonis de nouem ætatibus opinionem; nam est infans ab ortu ad quatuor annos: puer inde ad decem: adolescens ab his ad viginti quinque: deinde

a epist. 139.
b Petr. de Valder in exerci. ser. 4. Dom. 4. Quadra.
c Abac. 3. 2.
d Esa. 38. 17.
e psal. 101. 25.
f 4. Reg. 18. 2. 2. paral. 29. 1.
g de anno natus & mor. Christi in Panopl. lect. 7. n. 29. & to. 2 lib. 1. disp. 22. q. vnica.
h c. 17. 11.
i Coloss. 1. 24.
k 22. de ciuit. c. 15.
l Ephe. 4. 13.
m t. 2. lib. 1. c. 24.

a c. 23. 15. Iudæorum ca ptiuitas in Ba bylone septuaginta fuit annis.

b hic, & epist. 139. & is qui putatur Hier. huc in comēt.

c epist. 139.

Potentatus in quo sensu accipiantur.

d vers. 9.

e c. 10. 11.

f in orat. 29. Nazian. n. 21.

tens à viginti quinque ad triginta quinque: constans hinc, ad quadraginta quinque extendus tenex ab illis ad quinquaginta quinque: tenex ex hoc terminio ad sexaginta quinque: senex ceps decrepitus. Et quia quadragesimo quinto anno perficimur, & postea delicere incipimus, propterea Nazianzenus tempus istud humanæ naturæ vitam esse dixit: quod si quis aetatem patet ipsius fermè centenariam, & ideo excedens terminos hos Davidicos, vixerat in luce, dotto. Quidquid sit de hac sententia, recipi non debet, vt monui nimis violenta expositio ἰσοπλεγία pro violentia. Tropologia. Tropologia mera, immò accommodatitia tantùm expositio, potentatus hic sumere pro dignitatibus, honoribus, principatibus. Ita Hugo, sed moraliter loquitur, vt & Augustinus, aliique secundùm allegoriam de qua postea. Existimant nonnulli[a] in hac tractatione de brevitate humanæ vitæ quatenus petita comparatio prius est ex aranea, cùm anni numerantur non tantùm septuaginta, sed etiam octoginta, in iis qui robore corporis polleant; alludi ad illam speciem araneæ, quæ ita telam texit, vt octoginta circulis, aut sectionibus constet, in quatuor quasi circulatibus sectionibus, quarum quælibet alias contineat viginti minores; quòd si fila plura construat, neque, incommodam prædæ telam esse; quòd illa ob maiorem spatij amplitudinem, & araneæ laborem in discurrendo ex telæ centro, latebrisque, facilius avolet. Aranea telam hanc possis indigetare, vt vocant, animi conceptionem; & fila octoginta præcisè in araneæ tela nondum deprehendi, nec scio quis deprehenderit. Legenda quæ de initio, ac progressu senectutis eruditè disseruntur à Gabriele Palæoto in opere de bono senectutis [b]. Placet mihi, vt illi, Galeni distinctio senum ὡμογήρων crudæ, viridisque senectæ, seu δυναμένων ἔτι πράττειν τὰ πολιτικά, qui adhuc obire civilia possunt negotia: deinde τῶν μεσέως ἐχόντων τὸ γηρατικόν, qui mediam aetatem habent senectutis; tandem τῶν κατὰ τὴν ἐλικίαν τούτῳ παραπλησίων, qui secundum hanc aetatem propè sunt, vt in funebrem pompam mittantur; quos Latini, exspectares vocant, & aliter Græci τυμβοχοησταῖς βαδίζειν, & ἐκκαθαίρειν.

Cæterùm, quia multi, & intra septuaginta annos gerunt infirmissimam ærumnosissimamque senectutem, & sæpe vltra octoginta annos sensus mirabiliter vigere probati sunt; Augustinus eumque alij secuti spiritale aliquid in his numeris malunt perscrutari: 2. tum etiam quia non videtur maior ira Dei super homines huius temporis esse, quia multo breuiùs vitiunt, quàm vixerunt antiqui, qui etiam iram Dei provocauerunt vique ad diluuium, quo & perierunt. Igitur observant ex 70. & 80. confiari 150. quo psalmi constant numero, eo modo quo 15. conficiuntur ex 7. & 8. ex quibus 7. insinuant vetus testamentum propter sabbathi obseruationem; octo nouum, propter Domini resurrectionem; hinc esse in templo 15. gradus; in psalmis 15. cantica graduum; totidem cubitis summos montes aquam diluuij superasse: in ipsis id est, in temporalibus rebus, dies annorum nostrorum, esse 70 quia temporalia promitti videntur in veteri testamento, in potentatibus, id est, in æternis 80. quod nouum in spe sit renouationis, & resurrectionis in æternum, & habere cœperimus reuera potentiam, quando Christus apparuit: amplius eorum laborem esse; & dolorem, quoniam quisquis hanc fidem transgreditur, amplissique aliquid quærit, labores inuenit, & dolores: vel, hoc in nouo testamento constituti hinus, quod octogenarius significat numerus, amplius habet hæc vita nostra laborem, & dolorem, dum *in nobismet ipsis ingemiscimus, adoptionem expectantes, redemptionem corporis nostri* [a]. Putatus Hieronymus adhibet ex Ecclesiaste [b], *da partem septem, & da partem octo*, & octo beatitudines [c]; gradus 15. templi [d]. *Lauatorium* in constructione templi Salomonis, *septuaginta multa, & eorum qui portabant, octoginta mulia* [e], hoc est, patriarchas cum prophetis, & Euangelii cum Apostolicamque prædicationem. Addit Remigius in septuagenario annorum captiuitatis Babylonicæ typum luctus, ac miseriæ nostri in hac vita, & in reditu ad patriam, qui accidit post id spatium, migrationem nostram in cœlum. Sed quod adfertur hoc minùs diu hanc vitam, quamuis eandem pœnam contineat, tamen omnes in primo parente, quia venit omnes ita non adeò dediti fuerunt terrenis, sicut nos sumus, non videtur verum absolutè; immò a tot generibus minus dediti sunt terrenis, hi qui ad Ecclesiam pertinent, quàm qui aut in lege naturæ vixerunt, aut in scripta. B. uno Carthusianus annos quidem tantum in 70 annis, interpretatur illos homines, qui meditantur in necessarijs ad vitam temporalem: alios qui in 80. & sunt in potentatibus, eos qui virtutibus, & operibus bonis, quæ ad æternam perducere possunt, versantur circa meditationem, curamque rerum æternarum: si quis quid vltra res has appetat immodicè, mihil nisi laborem, ac dolorem experturum. Clemens Alexandrinus [f] persequens mysteria numeri septenarij, videtur attigisse, quòd in octogenario numero designetur beatitudo, & regnum. Subdit namque hoc prolato statim loco, si autem in potentatibus octoginta anni ἐὰν δὲ ἐν δυναστείαις; sed autem fuerit nos regnare; vel sit autem vt regnemus vtinam regnemus, &c. Vetus Hieronymus [g] eo perstringit quæ alius ille *fumine illius* notatus Sed quid hoc ait ad præsentem locum, an sufficit simplex, & pura explanatio, quæ non doctrinæ gloriam in multiplicatione sermonum, sed egentis debet intelligentiam quærere? Ii mihi credderem, parerem isti consilio, sed quod operis principio monui, cogor improbitati alienæ huic rebus aggerandis interuiire. Lege Bongum de mysterio numeri 150.

Et amplius eorum labor, & dolor] Hieronymus, *& quod amplius est Labor, & dolor* & alibi [h], *& quidquid supererit Labor, & dolor est.* In editione codicum Regiorum, & Complutensium, & in Romano psalterio, apudque Cassiodorum, & plurimum eorum. Alij, *& fortitudo eorum perseuerans, & iniquitas*, vel *& superbia*, seu, *fastus, excellentia, robur, vigor, felicitas eorum labor, & iniquitas.* Chaldaicè, *at multiplicato eorum labor, filiis peccatoribus.* Hebræa sunt וְרָהְבָם עָמָל וָאָוֶן *verumtamen bbnmi vaauen*: Græca καὶ τὸ πλεῖον αὐτῶν κόπος καὶ πόνος. Admittit dictas notiones רָהַב *rabab*, & alia duo nomina, illas quoque, quas posuimus: fierique potest, vt per metathesim sumptum sit primum pro תָּרַב *barab*. Primus sensus est, vt id quod in omni dicta ætate annorum septuaginta vel octoginta amplius est, hoc est, melius, & perfectius, & quantumuis ils vitiens annis, feliciter sibi vluere videatur, propterea quod malè est, miserrimum labore, dolore, molestia, ærumna, calamitate, pernicitate etiam, ac iniquitate permixtum sit. Et si

[a] Rom. 8. 23. 2. Cor. 5. 4. & Marc 5. 26. & 10.

[b] Eccles. 40. 11. 20.

[c] 3. Reg. 6. 25.

[d] Septuagenarius captiuitatis Babylonicæ annos expressit meliùs, communiorem aetatis in hac vita.

[e] In 70. annis meditantur homines qui in tempore versantur in rebus temporalibus, in 80. qui in potentatibus, eos qui virtutibus, & operibus bonis, quæ ad æternam perducere possunt, versantur circa meditationem, curamque rerum æternarum.

[f] 6. Stroma. c. 9.

[g] epist. 139.

[h] epist. 54.

Tropologia.

[a] Pineda in Iob c. 27. 18.

Quid per telam aranea intelligendum.

[b] v. p. Simplex sensus à literæ tradita explicatus.

[c] lib. de sanit. tuenda c. 12.

Augustinus obscuras aliquas spiritales in his numeris malunt.

vniuersa vanitas omnis homo viuens [a], id est in omni vita sua, denique sit labor, & nihil. Illo modo Iacob affirmabat *dies peregrinationis mee centum triginta annorum paucos & malos, qui non peruenissent vsque ad dies patrum suorum quibus peregrinati erant* [b], & alius in apocrypho libro vocabat modicos, & malos annos nostros [c]. Exponit hoc modo Vatablus, memoratque Lyranus, Genebrardus, & multi alij, Agelliúsque consentiens, Græcum citat auctorem, qui neget sensum de senio, quod supra octoginta excurrit annos, sed quòd maior pars illorum, vel septuaginta, quibus quis viuat, sit ipsi labor, & dolor. Hoc ipsum lego in Nysseno [d] ὃ οὐχ ὅτι τὸ ὑπὲρ μέτρον τοῦτο ζῶντι ὁ βίος ἐστὶν ὀδυνηρός, ἀλλ' ὅτι τῆς ἄνω βραχείας ζωῆς ἐστὶ κόπος τὸ πλεῖόν ἐστι καὶ πόνος, *non quia supra mensuram, hac viuenti vita sit laboriosa, sed quoniam adeò brevis vita, quod potissimum est, in labore & dolore consumitur.* Subdit inductionem in infantia, iuuentute, media inter has ætate senectutem ipsam canicie, & rugis copiam, & abundantiam laboris ἐξαριθμησάμενος egregiè testari. Eadem Chrysostomi [e] sententia, qui hinc probat nullius vitam inueniri posse, cuius non sint multo plura tristia, ac difficilia, quàm læta, & iucunda; nec alium huius esse sensum loci, quàm verborum Iacob [f] quibus paruos, & malos asseruit dies suos. Græcismum autem notant Bruno Carthusianus, & Genebrardus, vt *amplius eorum* dicatur, pro *amplius est.*

Alter sensus proprius Campensis, & Clarij, *amplius eorum*, nempe hominum, id est qui præcipui sunt inter illos, & tanquam flos ipse huius tam tarde ætatis, molestus, & laboriosis miseris plenos abire velocissimè, honores quoque si quos tunc nanciscantur. Tertius veterum Latinorum, id quod supereſt supra numerum annorum octoginta transigi cum labore, & dolore; vel (qui posset videri diuersus sensus, ad hunc tamen reuocandus) robur hoc tantum, superbiam qua macrobius, seu longæuus effertur, seque propterea beatum prædicat, recidere demum in laborem, & dolorem, in morbum, & infirmitatem, quæ est tocia senectutis, inquit Hieronymus confirmans celebri testimonio ex Ecclesiaste [h] in quo humanæ vitæ, & maximè senectutis miseriæ comprehenduntur; & nostrum in id commentarium consulere potes, & quæ tum hoc psalmi loco dicuntur ab Aiguano, tum à Gabriele Paleoto in opere de bono senectutis: tũ à Seneca [i] quadã epistola, vbi cum Virgilio tristè vocat senectutẽ insanabilemque morbum, sicut appellauit Philosophus [k] τὸν μὲν νόσον, γῆρας δὲ ἐπιπλοκὴν, τὸ δὲ γῆρας νόσον φυσικὴν morbum quidem adventitium senectutem, senectutem verò morbum naturalem. Æthna grauius onus nominauit Cicero [l] post Euripidem [m] & Syra anus apud Plautum [n] tantum hoc oneris quod ferret annos dixit esse octoginta quatuor. Rectè Hieronymus [o] Iulianum consolans super amissis pignoribus ætatis exiguæ intra viginti dies, exclamabat post allatum præsentem locum; Felix, & omni dignus beatitudine, quem senectus Christo occupat seruientem, quem extrema dies Saluatori inuenerit militantem. Nec verò dubium quin breuioris vitæ causa sint peccata, tum quia prauum reddunt corporis temperamentum; tum quia minùs sibi peccatores cauent à noxiis naturalibus cautis, tum quia prouocant in se homicidarum odia: tum quia Deus ipse, qui *longeuam honorantibus parentes promisit* [p] *vitam* citiùs eripit, *nec sinit dimidiare dies* [q], *nec viridem ætatem exire facit* [r], & Ionam sustulit anno circiter 38. ætatis [s] quæ erat ferè dimidia pars annorum 80. Quadrat proposito, quod narrat B. Bernardinus [t] de latrone suspenso, qui cùm esset quodecim tantùm annorum, continuò creuit, incanuitque barba, & capillus; & immutata facies tanquam ferè nonagenarij, eo quòd vt edoctus diuinitus in Catalonia episcopus exposuit, si parentibus obtemperans abstinuisset a crimine, ad ætatis tempus peruẽturus esset. Antonium magnum narrat Athanasius [u] inter alia salutis monita hoc incul. asse, ac in primis commendasse, nullum in arrepti propositi vigore lassescere, sed quasi incipientem angere semper debere quod cœperit, præsertim cùm humanæ vitæ spatia æternitati comparata breuissima sint, ac paruа: in præsenti hac vita æqualia esse pro rerum commutatione commercia, nec maiora recipere ab emente qui vendit, promissionem autem vitæ sempiternæ vili pretio comparari, scriptum enim est: dies vitæ nostræ septuaginta annos esse, &c. quando octoginta, aut centum, aut multos ànnos laborantes in Dei opere vixerimus, non pari tempore regnaturos in futuro; sed proannis prædictis omnium nobis sæculorum regna tribuenda.

Quoniam supervenit mansuetudo, & corripiemur.] Monet Augustinus in quibusdam codicibus legi *erudiemur*: tamen reuocari ad eandem mansuetudinem. Hieronymus, *quoniam transiuimus citò, & auolauimus*; sic est in epist. 139. & apud Treuetum Fabrúmque: mẽdosè autem in Regiis Bibliis, *quoniam transiuimus citò, & aduolabimus.* & in psalterio quod edidit Victorius, *quoniam transibimus citò, & auolabimus*; alij, *quoniam recedit citò, & auolamus*, vel *resecatur*, nempe superbia illa, seu fastus, aut robur, &c. de quo in priore membro, vel, *quoniam est qui resecet*, scilicet hæc ipsa, vel annos, & vitam, tanquam vna de Parcis, *& auolamus*, seu *auolabimus*; *velut auis præciso filo, quo illigata retinebatur*, vel, *quoniam declinauit celeriter id omne quod diuinum est. & auolabimus*, vel, *quoniam volant citò est vita nostra, & volamus*, aut, *volabimus*, vel, *quoniam tonsio velox, & euolabimus*, seu, *tondens es tu ò Deus ac resecans.* Chaldaicè, *quoniam transierunt velociter, & volant in pulverem*: sic sunt Hebræa כִּי־גָז חִישׁ וַנָּעֻפָה *chi gaz chis vannabhuphah.* Hæc exponit Aquila, ὅτι διεκόπη ἀφ' ἡμῶν, ἢ ἐπέσπευσεν, *quoniam præterijt*, vel, *approximauit vir* nimirum ad vitæ terminum, *& auolauit.* Videtur legisse אִישׁ *is* nomen *vir* non חִישׁ *chis.* Symmachus, τμηθέντος γὰρ ἐφ' ἡμῶν ἐκκόπτομεν ὑμᾶς, *succisi enim*, videlicet sumus seu, *succidimur, repente, & auolamus.* V. editio apud Hieronymum, *quoniam transiuimus celeriter, & dissoluimur*, videlicet vt explicat Hieronymus [f] ad herbæ, floríque virentis similitudinem, quæ longè antè posita est in hoc psalmo [g], dum vespere siccatur, arescit, succiditur. Theodotio consentit cum Lxx. nisi quòd non habet ἐφ' ἡμᾶς, *super nos*, quod etiam superfluum esse ait Hieronymus [h], qui præterea [i] testatur à VI. editione positam *mansuetudinem*, miraturque quid sibi voluerint sic transferentes, ὅτι ἐπῆλθε πραότης ἐφ' ἡμᾶς καὶ παιδευόμεθα. Ricardus Cenomanus ita conciliat interpretationem Lxx. cum textu Hebræo: vt גז *gaz*, vel גז *ghez* à גזז *gazaz totondit*, significet *vellus*, per quod symbolicè, ob mollitiẽ Lxx. intellexerint mansuetudinẽ; deinde חיש *chis* significet *festinauit*, hoc est mãsuetudo festinauit, citóque venit, seu superuenit: postremò נעפה

a psal. 38.
b Gen. 47. 9.
c 4. Esd. 4. 33.
d Tract. 1. in psal. c. 7.
e 3. de provid.
f Gen. 47. 9.
g epist. 139.
h cap. 12. 3.
i epist. 108.
k 4. de generat. animalũ.
l de senectute.
m in Hercule furente.
n in Mercat. scena 10.
o epist. 34.
p Exo. 20 12. Ephe. 6. 3.
q psal. 54. 24.
r 1. Reg. 2. 32.
s c. 1. Par. 21. 1.
t p. dom. 2. quadrag. ser. 17. a. 3. c. 1.
u in vita.
f epist. 139.
g vers. 6.
h epist. 135.
i epist. 139.

Symbolicè per vellus Lxx. intellexerint mansuetudinem.

nebhuphah

nabbupiah. à נבהפ *bhapà auolauit, illisit, corruſcauit*, auolabimus, nempe animo ad meliora, illuſtrabimus animum cogitatione rerum meliorum, coruſcabimus intelligentia, & *vexatio dabit intellectum* [a], & labor, ac dolor ſupra vitæ annos octoginta, vel etiam per totum illud ſpatium, quod eſt breue, ex diuino illo vellere manſuetudinis prouenit, ne diutiùs patiamur incommoda fractæ, deuexæ, decrepitæ ſenectutis, quæ ipſa per ſe morbus eſt. Vnde Pſaltes alibi [b] orabat *vſque in ſenectam, & ſenium non derelinqui, cùm deficeret virtus*. Hæc ſic à me declarata conciliatio ſatis commoda videtur, & aptum ſenſum reddere, qui multis placet. Nec diſcrepat is quem aſſignat Hieronymus [c], quòd poſt 70. annos, & 80. cùm venerit Domini manſuetudo, & dies nobis mortis ingruerit, non iudicabimur iuxta meritum, ſed iuxta clementiam, & quæ putatur correctio eſſe, eruditio eſt & doctrina. Sed quod Genebrardus ait Lxx. per *corrigi* intellexiſſe rapi celeriter ex hac vita, non intelligo, quo pacto verum eſſe poſſit. Latinum quidem verbum, *corripiemur*, ſignificare id poteſt, nullo modo Græcum *καὶ διορώμεθα*; legiſſe Lxx. *καὶ διορώμενα* nimis ſuſpicacis hominis eſt dubitare [d]. Hieronymus, & alij qui *recedendi* reddiderunt verbum, aut ſimile, reſpectum habuerunt ad נס *gnz*, at יסיר *chus* à חסה *cheſeuh ſiluit*, quod hoc item loco aliqui [e] opinantur eſſe, nuſquam extare memini. Græci enarratores, & Nyſſenus [f] nectentes hæc verba ſequenti verſiculo; volunt breuitatem, & ærumnas vitæ cenſeri, non tam caſtigationem, quàm manſuetudinem propter grauitatem, multitudinémque delictorum noſtrorum, quibus longè maiora, & diuturniora ſupplicia debentur: quòd ſi modica illa caſtigatio tantum nobis præbuit ſenſum, non eſſe qui noſſe valeat, quantæ ſint, qualeſque iræ Dei vires aduerſus eos, qui conuerti, & erudiri nolint, idcirco orandum Deum, vt eiuſmodi vtens manſuetudine, moderatáque caſtigatione, nobis dexteram ſuam notam faciat, & illos qui tali proficiunt eruditione vt imitemur. Viſus mihi poſtea hunc attigiſſe ſenſum Antonius Gueuara [g], Euſebius, quem citat Agellius, idem fere ſentit, quia vilis exiguáque vita eſt, nec ſcimus quid nobis erit, Deum orari vt manſuetè corripiat, eiuſque manſuetudo nobis ſuperueniat: & ne ſimus expertes diſciplinæ Chriſti, qui eſt Patris dextera, & vt ab æterno nos ſummæ iræ Dei ſupplicio liberet, cùm ſupplicium hic manſuetudine temperatum tantopere corripuerit. Quin ipſa quoque mors vocari poteſt manſuetudo, quatenus à Deo manſueto nobis inflicta, vt peccatis, & miſeriis præſentis vitæ terminum imponeret, reſeruando correptionem in futurum tempus peccatorum, vel reatuum, in quibus deceſſerimus. Illud mortis bonum Irenæus [h], Ambroſius [i], alij demonſtrant. Eſt manſuetudo præterea pœna ipſa tribulatióque immiſſa, vel per nulla à Deo, quia domat nos, & manſuetos reddit, ſicque corripit, ac erudit. Eodem ſpectat, quod vt obſeruant hoc loco Hugo, & Aiguanus, in corripiente manſuetudo requiritur, vt *corripiat ſubtùs in miſericordia* [k], & *ſpiritualis in ſpiritu lenitatis* [l], & *ipſamet virga, baculúſque conſoletur* [m], nec *in dragonem ſerpentemque vertatur*, qui pauorem incutiat ipſimet corripienti [n]. Agellius, anteque ipſum Hieronymus, & Oſorius iunior per manſuetudinem volunt nos intelligere non virtutem moralem, ſed corporis curui, ac ſenilis debilitatem, cum vocis imbecillitate, quæ attingenti ſeptuageſimum, aut octogeſimum annum aſſolat derepentè, facitque vt cadentibus verbis defluat ſenex, ac veluti animam efflet, nec ſpiritus illos habeat, quibus ad fortia, & magna aggrediendum vigeatur. Videtur eadem Valentiæ mens, quia declarat ſuperuenire infirmitate, & dolores, quæ corripiant, proſternant, deiiciant hominem. Addit idem Agellius manſuetudinem quoque morum, vitiis, & ira deſeruientibus, quod Philo contingere dicit nona annorum hebdomade κ᾽ τὴ τῶν ἐνάτων ὀκτάδα καὶ πραότης τῷ παθῶν ἐκλείπει, *ſecundum nonam annorum hebdomadem facilitas, & manſuetudo, paſſionibus magis manſuefactis*. Ego *manſuetudinem* accipio cum communi expoſitione, nō alterius quàm Dei, vel vt metonymicè ſumatur pro caſtigatione, qua vt effrænes equi domemur, & manſueſiamus, quemadmodum notat Bruno; magnaque mihi catachreſis videtur *manſuetudinem* interpretari pro corporis infirmitate; cuius acceptionis nullum arbitror afferri exemplum poſſe. nam etſi pſalmo 131. in quo legimus *memento Domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius*, Hieronymus, & alij transferant, *afflictionis*, nullus qui nomen *manſuetudinis* & πραότητος retinet, aliter expliceat, quàm de virtute: & dictionem Hebræam quamuis cum punctis mutatis ſignificare vtrumque poſſit, maluerunt Lxx. exponere de virtute. Sed neque *corripere* idem eſt quod proſternere, ac delicere. Denique optimam cenſeo expoſitionem quam cum Ricardo attuli.

Communis expoſitio.

Verſ. 11.] Quis nouit poteſtatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam

Verſ. 12.] Dinumerare?

Dexteram tuam ſic notam fac, & eruditos corde in ſapientia.

QVia priore verſu diuinam clementiam commendauit circa vitæ præſentis tum breuitatem tum ærumnas, vt hinc eruditemur, & potiora, diuturniora que diſceremus vitare futuræ mala, docet iræ diuinæ vim, & acerbitatem circa illa æſtimare ſatis, animóque à nobis non poſſe, & quantùm oportet ea pertimeri. Ideirco petit à Deo vt per temporalem iſtam caſtigationem concedat bene percipere quanta ſit dictæ iræ Dei futuræ vis, potentia, efficacitas, & per ea eſſem ſapiétiam probè cor eruditi, atque ex præſenti vindicta futuram perpendendo, niti eam effugere: Vel cùm meminiſſet Deum eſſe manſuetum, & in manſuetudine corripere, quaſi corrigens ſententiam, exclamat acriorem iram illius eſſe, adeóque formidabilem, vt præ metus magnitudine animum obſtupefacientis, nemo valeat conſiderare quæ ab eo gerantur irato; nullus ſit qui reputare poſſit iræ Dei magnitudinem, ac tantùm timere illum, quanta ipſa eſt, ſicque ipſum reuereri vt debet, nullus queat cauere, ac tueri ſe à poteſtate iræ Dei, tantúmque ipſum timere, vt ſit ſatis ad eam à ſe depellendam. Vel quæritur præ timore Dei, hoc eſt propter timorem Dei, & vt quiſque illum pius timet ac veneratur, maiorem experiri eiuſdem iram in hoc ſæculo, ne ſcilicet ſentiat in futuro: ideóque flagitat noram nunc

Cauſa loci.

a Eſa. 28 19.

b pſal. 70. 18.

c epiſt. 139.

d Agellius dubitat.

e idem.

f vrat. 1. in pſal. 6. 7.

g In Abac. cap. pag. 48. & 49.

Quomodo mors vocetur manſuetudo.

h lib. 3. c. 37.

i de bono mortis c. 4.

k pſ. 140. 5.

l Gala. 6. 1.

m pſal. 22. 4.

n Exod. 7. 10. 15.

Per mãſuetudinem quid in triſtitiam nonnulli.

etiam fieri magis ac magis huiusmodi vim potentis, & misericordis simul, iræ, & vindictæ Dei, & communicari notitiam atque familiaritatem eorum, qui tali notitia prædicti, eruditique profecerunt in melius eiusdem iræ castigatione, ac tanto religiosiùs Deum coluerunt. Vel præter generalem illam humani generis calamitatem breuis, ac æruminosi æui deplorat sui, aut alterius sæculi crebras infestias à vehementiùs irato Deo profectas, cum timorem sui, ac venerationē extorquere vellet, tam insigniter exerendo ineffabilem potentiam tuam: orat verò, vt alia ex parte dignetur, malitiæque vim benignæ suæ dexteræ manifestare, quantumque valeat in opitulando, & cōsolando.

Mystica sententia.

a ps. 43. 4.

b Ephes. 1. 19.

Denique mysticè saltem implorat notitiam, & aduentum Christi, qui *vir dexteræ Dei est* [a], per quem cognoscant homines *quæ sit superemineus magnitudo virtutis ipsius* [b], & ne priuet populum suum sapientibus hominibus, qui doceant, moderentur, consolentur in tam multis tribulationibus: quales Apostoli, Euangelistæ, doctores, alij; ac demum statuendo in die iudicij ad dexteram filij sui, vt Euthymius exponit, Eusebiusque, fauet citatus vetus locum cum reliquis Græcis enarratoribus, & partim cum Latinis. Hebræi autem, & Hebraizantes aliter disiungendo, alia incedunt via, vt postea dicemus. Distinguit Aiguanus magis secundùm sensum mysticum sex beneficia, quæ hinc ad finem vsque psalmi postulentur, & sunt in testamento nouo impleta, videlicet notitiam de potestate iræ Dei, de dexteræ Dei, ac hominis vnitate, præterea pro peccatis indulgentiæ pietatem, gloriæ æternæ claritatem: in aduersis patientiæ firmitatem, in agendis dirigentis gratiæ veritatem. Valentia petitionis agnoscit illis respondentes, quas narratur in Exodo [c] Moses periisse, eidémque Deus promisisse, vt ipsemet Deus in propria veniret persona, vt toti humano generi misereretur, vt gloriam conferret, vt concederet directionem, per gratiæ, doctrinæque Euangelicæ splendorem.

Enumeratio beneficiorum quæ hic petuntur.

c cap. 33. 13.

Quis nouit potestatem iræ tuæ.] Hieronymus, *quis nouit fortitudinem iræ tuæ.* Græcè Lxx. ponunt in præsenti γινώσκει, *noscat*, οἶδεν, *nouit*; & pro κράτος habet ἰσχύν, pro ὀργῆς nomen θυμοῦ. Sed hæc nihil de sensu mutant: & יְדֻעַ *iodeahh* participium iungi potest cuiuis tempori. Paraphrastes explicat, *quis est ille, qui sciet auertere fortitudinem iræ tuæ.* Nyssenus [d] nos ob naturæ imbecillitatem non capere iræ magnitudinem, quam contra nos concitat peccatum, cùm tamen indigeamus τῷ τοῦ δίκαιου παθεῖν, *corripi, & correctione.* Varia sunt iræ diuinæ effectrices motiuationes, interdúmque non irascendo irascitur magis, & irascendo magis miseretur ac parcit, vt demonstrat Augustinus circa vanam, & fiduciariam felicitatem impiorum, vtque grandis Dei ira sit peccatores non punire, flagellum pertineat ad misericordiam: & qui mitissimis animalibus agno, columbaque delectatur Deus, vel Christus, cùm irascitur vehementiùs, illorum dicitur animalium *iram suscipere* [e]. Legendus Gregorius [f]. Tum etiam quomodo iram Prælati, exemplo Dei, debeant attemperare [g]. Extremam illam Christi in iudicio iræ plenam vocem, qua reprobos damnabit, æstimare poterit nemo, nec ferre, sed montibus, & collibus dicent, ne illam audire, & experiri cogantur vt *cadant super ipsos, eósque operiant* [h], *abscondique* cupient *donec pertranseat furor eius* [i]. *Dei iræ nemo resistere potest, & sub eo curuabuntur, qui portant orbem* [k]; *columnæ cœli contremiscent, & pauebunt ad nutum eius* [l]: *vox diei Domini amara, ad quam tribulabitur fortis* [m]: *magnus dies Domini, & terribilis valde, & quis sustinebit eum* [n]? Si iam iam pallurus, & iudicandus cùm respondit mitissima responsione armatis persecutoribus, *ego sum*, protinus *eos in terram stravit* [o], quid facturus est, inquit Gregorius [p], cùm iudicaturus venerit? quod est illud iudicium quod immortalis exerit, qui in vna voce non potuit ferri moriturus? quis eius iram toleret, cuius & ipsa non potuit mansuetudo tolerari? *tum vix parvam stillam sermonum eius audiemus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri* [q]? Aliquorum nunc incipit pœna, vt in futura vita perduret: aliorum iam differtur, vt maneat postea semper: quorumdam hic inchoatur, vt desinat in alio sæculo. Duriot nonnihil expositio Hugonis; non esse qui nouerit potestatem iræ Dei, hoc est misericordiam, quæ dicatur potestas iræ Dei, quia præsit ei quasi maior, *supérque omnia opera ipsius* [r]. Nec arbitror loqui Dauidem de numeratione populi, vt Arnobius tamen asserit, ita vt neget hic scisse se iratci Deū cò quòd populū numerarit.

a cap. 26.

b Soph. 1.

c Ioel. 2.

d Ioan. 18.

e 1. Mac. c. vlt.

f Iob 26. 1

Et pre timore tuo iram tuam dinumerare?] In emendatis Græcis est καὶ ἀπὸ τοῦ εἶναι τὸ θυμόν σου, & *præ timore iræ tuæ*, ἐξαριθμήσασθαι, *dinumerare* τὸ κράτος τῆς ὀργῆς σου, *potestatem iræ tuæ*, vel ipsummet θυμὸν, *iram*. Vbi Latinus Interpres *iræ* nomen bis posuit, quamuis diuersa sint Hebraicè, & Græcè. Arabicum item & Æthiopicum psalterium legūt *præ timore iræ tuæ*. Reiecto vltimo verbo in sequens membrum Hieronymus transfert alia hoc pacto, & *secundum timorem tuum, indignationem tuam?* nempe quis nouit? nam damna quæ nobis prouenire ab alio queunt scimus, quæ terminantur in interfectione corporis, sola fides docet, *perdi quoque posse & corpus, & animam in gehennam* [h], plúsque potest, ac vltra condignum etiam in inferno, punire Dei ira, vt hoc loco notat Caietanus. Alij non supplendo verbum *noscendi*, & reddendo in casu recto, & *vt timor tuus, ira tua*, id est quantùm quis te timet, tanta indignatio tua, quæ causa est, vt nosse iram tuam, seu modum eius nullus possit; quoniam videtur atrocior tua ira esse in illum qui te timet magis, ac religiosior est. Aut vt quisque te timet, ita ei innotescit ira tua, & apprehenditur ab ea: qui non timet, stupidus est, quantumuis multis affligatur modis. Iuxta translationem nostram sensus est, non esse qui possit dinumerare iram Dei eiusque mira & plurima effecta, vel præ timore, quia impedit vehementia timoris ne quis liberè id possit, velut perculsus, ac stupefactus: quod maximè cōtingit in dinumeratione, atq; æstimatione supplitiorum æternorum, quæ seruata proportione, nō magis *in cor hominis ascendere* queūt, quàm *quæ præparauit Deus diligentibus se* [i]. Nā sicut præmia Domini plenissimè nequeūt intelligi, ita, inquit Cassiodorus, nec vindictæ mensura præualet apprehendi. Exponunt Euthymius, & Nicephorus non posse vim, ac robur iræ illius cognosci, quia valde terribilis, ac timēdus est quos Apollinarius vocat *terricos pauores iræ ἀμείκτου δεινοῦ θυμοῦ*. Habēt hoc loco (*præ*) & (כְּ) vim similitudinis, quemadmodum & (ב) *che*: quam habet quoque לְ *lamed*, de qua cùm hic non esset, non adeò necessaria videbatur annotatio Genebrardi, quæ ingenerat suspicionem, quod sit in textu. De aliis expositionibus dictum satis priùs videtur: Chaldæa hæc est cum præcedente membro, *quis est ille, qui sciet*

Grandis est ira Dei peccatores non punire.

d tract. 1. in ps. 6.

e Iere. 25. 38. Apoc. 1. 16.

f lib. Mor. c. 12. vel 13.

g lib. 13. c. 3.

h Osee 10. 8. Luc. 23. 30.

i Iob 14. 13.

k Iob 9. 13.

l Esa. 64. 4.

m Soph. 1.

n Ioel. 2.

o Ioan. 18.

p lib. 4. Dialog. c. vlt.

q Iob 26. 14.

r Psal. 144. 9.

auertere sanctitudinem tuæ timentibus te, *se Domine propter timorem tuum?* hoc præsto Hebræa vt nunc sunt: כי ראתך עברתך *vbi enim ab ea hiberathecha, & secundum timorem tuum* (quo timeris) *ira tua*; efficerent istum sensum non inepte: pro vt timeris, ira caueris, & is bene nouit quantum tua possit ira qui timet te, sicq; de timendo te, declinat, & auertit iram tuam, ille è contrario qui parum timet, non æstimat, atque cauet, sed inuitus, ac improuisus experitur, & aliquando penitus obstupescit, interdum respicit, interóque sapit malo edoctus suo, vel pro vt exigit timor tuus quo timeatur à nobis, sic irascaris quasi dicas [a], *Si ego Dominus, vbi est timor meus?*

Dexteram tuam sic notam fac.] Vix occurrit aliud notandum circa hæc, vt per se in editione nostra sunt, præter ea quæ prius diximus, quid valeat dextera, quam notam fieri petit Propheta, nempe vel Christum, vel potentiam iræ, vel potentiam benignitatis, vel vt liceat locari ad dexteram Iudicis, & similia. In psalterio Romano, & apud Cassiodorum legitur, *dexteram tuam Domine notam fac nobis*: & meminit Augustinus quosdam codices habuisse, *dexteram tuam notam fac mihi*: nostram verò lectionem magis consentaneam esse textui Græco. Quamuis in Regius, Complutensibus, & aliis Bibliis extet pronomen *mea mihi*, quod in emendatis Sixtinis non est. In particula *(sic)* latet emphasis, vt ea nimirùm notitia sic tribuatur, quomodo expedit nobis, & per lumen, donúmque supernaturale, quia haberi naturaliter non potest, vel concipi, vt per huiusmodi notitiam dirigamur, aut sic in dicta priùs mansuetudine, modicáque correctione directi, ad felicitatis dexteram perueniamus, vt innuunt Euthymius, & Nicephorus; vt intelligamus quid nobis quærendum, fugiendúmve sit, quod Aiguanus docet, vt instruamur per similitudines, & symbola sacramentorum, necnon per imitationem Christi, qui est dextera Patris, inquit Hugo, & Remigius: vt sicut iram Deus contulit, ita dexteram suam, id est filium suum (quæ Haimonis explanatio est) notum faciat, quem fide, & dilectione recipiamus, vt quod Augustino videtur, in Christo discant fideles ea magis ab eo poscere, & sperare præmia fidei quæ non apparent in veteri testamento, sed reuelantur in nouo. Ex Hebræo reddit Hieronymus, *vt numerentur dies nostri, sic ostende.* Alij, *vt numeremus dies nostros, sic scire fac nos*, id est, sic fac scire nos, vt numeremus dies nostros, & intelligamus quàm sit breue spatium vitæ; ac ita citò (quod est in membro sequenti) *adducamus in cor sapientiam*, reddamur sapientiores, cautiores, circunspectiores. nam quisquis vitæ reputat breuitatem, cor applicat ad sapientiam, se colligit, non errat in aliarum amore rerum. Vnam respicit cœlestem patriam, vnum quærit, & colit Deum, præterieus *præterimus figuram mundi* [b], transiens *transiuntem mundum & concupiscentiam eius* [c]. Vel sic scire nos fac, eiusmodique tribue scientiam, nempe secundùm timorem Dei, vt dies nostros numeremus, expendamus, libremus secundùm eumdem timorem Dei, vnde fiat, vt scientiam habeamus congruentem timori, ac iræ Dei, & æstimemus quantum possit ira ipsius, tandémq; demus operam, vt cor imbuatur sapientia, notitiaque diuinorum, per quam cor ad bene operandũ dirigatur, nec contenti simus sola theoria, & cõtemplatiua scientia, vel doce nos numerare dies nostros sic, id est, sic vt sint breues, &c. Vel tẽpus vitę nostræ indica, vt possimus corde sapieti tuò nos iudicio præparare, cùm noisse non queamus quandiu ira tua, ex qua timor nascitur nobis, perseueret, nisi te docente. Nihil tam decipit humanum genus, inquit Hieronymus [d], quàm dum ignorant spatia vitæ suæ longiorem sibi sæculi huius possessionem repromittunt. Vnde & illud egregiè dictum est: nullum tam senem esse, & decrepitæ ætatis, vt non se adhuc vno vel plus anno viuere suspicetur: & *memẽto mortis tuæ, & non peccabis.* Alia idem subdit, & nos alio psalmo [e]: *notum fac mihi Domine finem meum, & numerum dierum meorum*, &c. Vel offende quis dierum sit numerus, & quam diu simus expectaturi: donec veniat propheta ille in lege promissus, in cuius corde sapientia est, vt eam nobis communicet. Chaldaicè, *ad numerandos dies nostros quia dirigeris vt scire facias? certè Propheta cuius cor construit sapientiam*, vel, *solus Propheta, cuius cor abundat sapientia.* Legitur nunc Hebraicè לְמִנּוֹת יָמֵינוּ כֵּן הוֹדַע *limnoth iamenu chen hodahh*, sed primum verbum iunxerunt præcedenti membro interpretes Lxx. pro יָמֵינוּ *iamenu dies nostros*, legerunt יְמִינְךָ *iemincha dexteram tuam*, quæ mutatio perfacilis fuit variatis tantùm punctis, & loco (י) *iod* exprimendo (ך) *chaph* finale. Si etiam, vt monet Hieronymus [d], scribatur hoc idem nomen extrema litera (ן) *nun* יָמִין *iamin dexteram* significabit in singulari: Si per (ם) finalem יָמִים *iamim dies* pluraliter, & יוֹם *iom diem* singulariter. Editionem nostram cum Hebræa videtur Theodoretus coniunxisse, Basiliúsve: declarantes ac si dicatur, Obsecro vt tui beneficij cõpos sim, & vt dona tuæ dexteræ enumerare, & narrare possim, atque (quod sequentia cõtinent) à tuá gratia eruditos imitari queam, qui alios ad tuam cognitionem deducunt. Meminit Hieronymus [e] Aquilam, Symmachum, Quintam editionem vertisse, *dies nostros sic ostẽde, vt veniamus corde sapienti*, & ex nimio affectu erga textum Hebræum pro vt etiam tunc extabat asseruit errorem perspicuum esse, quod pro diebus *dexteram* Lxx. dixerint. Is quem nominant Hieronymũ in commẽtario explicat flagitari manifestationem Christi; ne Deus tandiu hanc suam dexteram contrahat, vel auertat in sinum suum [f], sed *mittat eam de alto* [g]. Tum aduersus Arium obseruat non dici *dexterã tuam fac*, quia Deus sine dextera sua nunquam fuit, sed vt quæ semper fuit, & in sinu Dei fuit, notam faciat, & vt; quoniam permanentem in Deitate sua nosse non possumus, assumat hominem, & sic intelligamus eum.

Et eruditos corde in sapientia.] Hieronymus, *& veniemus corde sapienti.* Alij, *& adducemus*, seu *venire faciemus cor sapientia*, seu *ad sapientiam.* Paraphrastes, vt antea retuli, *certè Propheta aut solus, cuius cor construit sapientiam, aut abundat sapientia, dirigat nos vt scire faciat numerum dierum.* Dixi etiã nonnullos exponere de desiderio aduentus Prophetæ, qui esset Christus. Iuuare potest suspicionem Moses in titulo psalmi, qui de hoc Propheta diuinum promissum protulit [h]: & quod idem vocabulum præsentis loci נָבִיא *naui* non solum possit esse verbum à themate בוא *bo* vel בא *ba*, *veniemus*, aut potius *asferemus, venire faciemus, adducemus*; Est enim in hiphil, non autem נָבִיא *naui* in kal, quo pacto legit forta ssis Hieronymus; sed etiam nomen significans Prophetam à נָבִיא *naui*; etsi quidam curiosius ab illo verbo deriuent, quod sit *rem venturam prænuncia e.* R. Dauid intelligit de Elia ante

[a] Malach.1.6.

[b] 1.ad Cor.7.31.

[c] 1.Ioan.2.17.

[d] Quid timemus nescimus quo ascendimus. a epist.139.

[e] Eccl.7.40. b

[f] psal.73.11. c

[g] psal.143.7.

[h] Deut.18.15.

Christum

Christum venturo. Admonet Hieronymus[a] alios trāstulisse, *cōpeditos*, pro *eruditos*, verbi ambiguitate deceptos, quoniā si dicas παιδεύω ipsum, *cōpeditos*: sin autem παιδεύομαι *eruditos* significat. Cum autem, *compeditos*, legat, & exponat is, qui gerit nomen Hieronymi in commentario de compedibus sapientiæ in Propheris non valentibus sine Christo, & præferat alteri lectioni, quis dubitet immeritò appellari Hieronymum? Idem quod verus Hieronymus, notauit etiam Augustinus verbum Græcum vna syllaba paulum differre, ita vt vtrouis dicto modo reddi potuerit, iuxta quem quoque declarat de compedibus, & aureis vinculis sapientiæ, quibus alligati sunt [b], sunt etiam eruditi, & ea eruditi, vicissim alligari; ita vt à via Dei non exorbitent, nec fiant ab illo fugitiui. Denique quolibet horum legatur, saluam esse sententiam veritatis: tales verò sic notos factos in nouo testamento, vt contemnerent, & se iis priuari paterentur, quæ magna putant promissa in veteri testamēto, qui carnaliter iudicant. Legitur item, *compeditos* in vetere psalterio, & ab Arnobio *impeditos*, sed & Euthymius, ac Nicephorus legunt παιδευμένους. Credi potest Lxx. per נְבִיאִים *nauis*, vt *Prophetæ* est, aut si pluraliter legerunt in regimine נְבִיאֵי *nauis*, intellexisse quoscunque *eruditos corde* à Deo נְבִיא *nauis* aut נְבִיאֵי לֵבָב *nauis leuau*; veros θεοδιδάκτους *docibiles Dei* seu *doctos à Deo* [c], & propterea beatos, quia *eruditi sunt à Domino* [d]. Auctor operis [e] imperfecti hunc locum accipit de Apostolis, fuisseque Propheras, sapientes, scribas, quos Christus mittere se dixit [f], quia Prophetico spiritu erant repleti, *eruditi corde in sapientia*, scribæ etiam corde, quia de thesauris suis noua, & vetera proferebant. Denique *Propheta* sumitur pro viro probo, sapiente, familiariter cum Deo versante, vt cum eo nominæ vocatur Abraham [g], Iosue [h] & à vulgo Christus [i], qua de re aliàs dixi. Sensum huius loci antea satis exposui, optare Prophetam notas sibi fieri tales, qui vera, & diuina sapientia præstent, in primis circa mortis meditationem, breuitatem vitæ, æternitatem, aduentum Christi duplicem. Apollinarius aliter; vt oratio sit de notificanda dextera iis quibus in præcordus sapientia sit.

δεξιτερὰν ἱερὴν μοι ἄναξ σοφίην φράσαι ἀναφάνσις
ὅσσοις ἀθανάτη σοφίη πραπίδες μέμηλε.
Dexteram honoratam Rex ipsis sic ostende
Quibus immortalis sapientia præcordus cura est.

Hoc pacto in textu nostro γνώσεσθαι regeret duos accusatiuos, sicut Latinum *doceo*, & particula καὶ significaret præsertim; *dexteram tuam sic notam fac*, seu *doceas*, *præsertim eruditos corde in sapientia*. Vel *notam fac in sapientia*, *illis qui sunt eruditi corde*. Tamen reliqui declarant peti, vt noti fiant cum dextera etiam illi qui sunt *eruditi corde in sapientia*. Magna vt etiam antea notaui; sapientia eruditióque ex meditatione mortis, quam philosophiæ veteres definitionem assignabant. Cum Saüli noluisset Deus respondere, neque per somnium, neque per Ephod, respondit tandem per animam defuncti [k], quia responsum mortui mortisve plus habet sæpe momenti, quàm quoduis aliud, magisque cor erudit, & sapiens reddit. Somnia videntur multis alia responsa, nec rationale irrationales curant: dextera potens mortem inferens, vel minans cum innotescit, *eruditos corde* facit *in sapientia*.

Transferri locus hic potest ad sermonem de proponenda nobis ad imitandum Christi, qui dextera Patris est, vita, & aliorum, qui sanctorum scientia sapientiáve præditi fuerunt, ac propius eundem sunt Christum imitati.

Vers. 13.] Conuertere Domine, vsquequo? & deprecabilis esto super seruos tuos.

IAm proximè flagitauerat notitiam diuinæ in irascēdo potentiæ potissimùm, vt æterna respicit supplicia, & sapere exēplo illorum, qui se eruditi fiunt, & morigeros reddunt monitis, castigationique temporali, nunc poscit gratiæ opem ad hoc ipsum, & vt benignum vultum suum conuertere dignetur Deus; nec tandiu, irato similis, auertere illum à seruis suis velit, sciēque ipsis inexorabilem reddere: & vt quemadmodum sub psalmi principium [a] dum oraretur, *ne auerteres hominem in humilitatem*, respondisse mox inductus est, *vt conuerterentur filij hominum*; sic modo ipse conuertat se ipsum ad eos, qui castigatione eruditi sese ad illum conuertunt, pœnitentiam agunt, scientésque vitæ breuitatem, sapienti ad eum corde cupiunt peruenire, atque vt corūdem deprecationem non refuret, aut dedignetur, sed facilem ac promptum exhibeat ad exaudiendum; nec permittat amplius confusos ab expectatione, speque sua abiecta, & deiecta facie humique defixa hærere. Oratio hæc potest esse totius humani generis aduentum Redemptoris exoptantis, ac nominatim Iudæorum, vt Eusebio placet repulsorum atque repudiatorum à Deo postquam Christum negauerunt, & occiderunt. Mosem nāque vult Eusebius psalmo isto Iudæos ad conuersionem extremo mundi tempore futuram hortari, hancque ipsis orandi formulam proponere, præsentibus verbis contentam. Habet affinitatem ista oratio cum ea sententia, quæ est in Mosis cantico [b], *Iudicabit Dominus populum suum, & in seruis suis miserebitur*, & *esto placabilis super nequitia populi tui*. Quod vltimum Cassiodorus citans, ait consuetudinem sanctam virum sanctum hi operari, seu seruare. Conuenit eadem orandi ratio cuilibet grauem tribulationem patienti, citūque gratiæ auxilium deprecanti. Eam vsurpat Ecclesia in solemni prece ad laudes feriales officij, quo tempore ieiunatur, & sensus potest esse, vt Deus ob preces fidelium suorum dignetur exorari pro conuersione, & salute aliorū peccatorum.

Conuertere Domine, vsquequo?] Hieronymus, *reuertere Domine vsquequo*, confert [d] cum alio psalmo [e], *vsquequo Domine obliniscēris me in finem?* Qui enim, ait, in angustia constitutus est, serum ei videtur Dei auxilium, & propterea impensiùs deprecatur, vt cito Deum adiutorem sentiat, & nequaquam iratum iudicem, sed placatū, qui propter peccata longè recesserat, & dimiserat ambulare secundum voluntatem, & cogitationes nostras. Quæstioni, *vsquequo conuertatur Deus*, responderi possit quasi verbis eius per accommodationem, *non conuertar donec desinant*, scilicet à suis peccatis, & [f], *reuertimini ad me & ego reuertar ad vos*: & similibus aliis modis, quibus iam prius non semel occurrerunt Paraphrastes hoc pacto exposuit; *conuertere Domine, vsquequo affliges nos? conuertere inquam a malo quod locutus es facere populo tuo*. Eandem interrogationem importat in Psalterio vetere, *quousque*, & apud Augustinum,

a epist. 139.

παιδεύομαι & παιδεύω.

b Eccl. 6. 31

c Isa. 54. 13. Ioan. 6. 45.
d psal. 93.
e hom. 46. in Matth.

f Matth. 23. 34.

g Gen. 20. 7.
h Eccl. 46. 1.
i Matth. 21. 11. Luc. 7. 16.
Sensus 1. loci.

Eruditio magna ex meditatione mortis.

k 1. Reg. 28. 15.

Seruis autem rogat se fieri.

a vers. 5.

Oratio hæc totius generis humani vitæ præsertim Iudaici placet Eusebio.

b Deut. 32. 36.
c Exod. 32. 32.

Hæc oratio conuenit omnibus tribulatis, quam quotidie ... Ecclesia.

d epist. 129.
e psal. 12. 2.

f psal. 7. 13.
g Osee 14. 2.

quæ ratum etiam habuisse psalmum. Atque etiam hoc verbum ὀργίζεσθαι, nostra indignantis imperatoriæ, in Testamento Romano, & eo quo vtitur Ecclesia Mediolanensis atque apud Arnobium, & Cassiodorum habetur, *Irasceris nobis*, & memini Hieronymum, Hugonem, Richardum, Valentinum exponentes Cassiodorum, vt Deus iustitiam suam aliquantulum temperet, magis enim nobis expedire aliquo tumulo tribulationis affligi, vt tepefactionem nostram libentissima conuersione valeamus peccatorum veniam promereri. Explicant quidam Remigius & Haimo affirmantes, *irascere*, vt conuertatur Deus, quemadmodum opus est conuersione nostræ, & vt peccata dimittat: & Bruno Carthusianus, vtique ac in quantum placeat Deo, vt saltem deprecabilis sit super seruos tuos. Si conuerti non vult quantum ad perdendos: Et Rabbinis donec ad vltimum finem perueniamus. Sed ambigi non debet *irascere* vt & *usquequo*, atque ita ἕως πότε & עַד־מָתַי *ad vsquequo*, interrogationem inuolucre. *Conuertere Domine, vsquequo?* non pœnitet? quamdiu differes conuerti? quanto tempore seruus eris? Monet Euthymius expresse, vt cum interrogatione legamus. Sic vero Apollinarius,

πῶς γοῦν ἔτι, τὸν ἐκ βαρείας ὀργῆς;
Diuine iratus, id est, *ergo, quid amplius grauiter iratum dum augeris?*

Quidquid sit autem, de alijs Hebræa non habent aliud verbum. Nyssenus ait, quod τὸ πότε significet, τὸ ἐπιτάσεως τῆς χάριτος, vt accrescat gratia. & vt Dominus sit ἀνὴρ πρὸς τὸν καιρὸν εὐεργέτης; *velut ad gratiam differens*, nullam moram, & dilationem in ea danda interponens.

Et deprecabilis esto super seruos tuos.] Hieronymus, *& exorabilis esto*; In Romano psalterio, & *deprecare*, passiuè sumendo, quod non adeo est in vsu, sed quia, *deprecabilis esto*, vt Augustinus notat, vitandæ ambiguum, quia deprecari communiter verbum est, nam & ille *deprecatur* qui deprecationem fundit, & ille cui funditur: dicimus enim *deprecor te* & *deprecor te*. Similem dixi antea Cantici Mosis [a] phrasim esse, *in gemitu fac misericordiam*, quod ex eodem cantico recitarunt Machabæi pueri vnà cum matre inuicem se hortantes mori fortiter. *Dominum Deum fortem veritatis, & qui miseretur in nobis, quem ad modum in principio cantici testatum Moyses, & in omni plebe coram testificatus est*, [b] hoc loco ex ἀναβιβάσεως in illo cantico ἐπὶ τοῖς δούλοις σου παρακληθήσεται eodem Hebraice עַל־עֲבָדֶיךָ יִתְנַחָם *Hal abadeca ilnacham*, hic verò עַל־עַבְדֶּיךָ הִנָּחֵם *hinnachem hal abadeca*. Hoc loco explent Nyssenus [c] ἀναπαύσεως idem esse quod καταπαύσεως requiescere, & præcare. Apollinarius ἀναπαύσεως *indulgere*: Nicephorus δυσωπηθῆναι *exorari, flecti, precibus vinci*, ita vt putet quodammodo Deum concedere, vt creaturæque quies det. Sic exauditus Christus creditur, [d] pro sua reuerentia [e] qua Patri ipsum reuerebatur. Græcum verbum εὐδοκήσει, & εὐδοκήσαι, Hermogenes [f] ὀνόματα ἐπιτηδεύματα, secundum inspectatem [g] dicit & ἐπιτήδευμα, pari pro ἐπιτήδευσις, id est, *orare, precari*, &c. Vix occurrit aliud exemplum extra biblia, & præter hunc locum, & alium ex Cantico Moysi, reperies in actibus Apostolorum [h]. Verbum Ecclesiam non ita propriè pertinet ad orationem, sed ad consolationem in vel pœnitentiam, vel gratiam, & misericordiam; vt sit sensus; consolare, seu consolationem accipe, & obsecrare super seruos tuos, & de illis, & de tua erga nos liberalitate, atque recreatione cunctis [i] impetra, vt Pauli hostes immutati, salutem quia deprecatus fuerat eorum placeare & miserere, & redi cum illis in gratia, vicissimque recipe ipsos in tuam. *Spiritum gratiæ & precum* apud Zachariam [k] τὸν ἔλεον & תְּחִנּוּנִים *misericordiam* coniungunt. *Spiritus gratiæ, & misericordiæ*. Sed in hoc psalmo, & in Cantico Moysi aliud est thema nempe נִחַם *nachem* significans consolari, & precari. Vtrumque facit, qui te rogat exorari, in qua notione Latinus interpres accepit verbum Græcum de quo egimus. *Inexorabilis est Deus nisi precibus eius & ad iram prouocabilis* [l], qui voluntate sunt obstinata in malo, quales fuerunt Antiochus [m], qui orabat Dominum, à quo non esset misericordiam consecuturus: talesque peccatores Deus non exaudit [n].

Vers. 14.] Repleti sumus mane misericordia tua, & exultauimus & delectati sumus omnibus diebus nostris.

Vers. 15.] Lætati sumus pro diebus quibus nos humiliasti, annis, quibus vidimus mala.

TAnquam iam sit consecutus Deus, ac exorabilem se præbuerit, mutuo & exoratum, gratulatur illuxisse veluti solem misericordiæ, atque benignitatis, diu multumque desideratũ, vt peccatorum, & miseriarum tenebras discuteret, & loco mœstitiæ præcedẽtis, ac æruminarum tot annis toleratarum, succederet lugis, ac suauis delectatio, exultatioque tum in hac vita, ob gratiã, & gaudium in Spiritu sancto, atque in spe, tum in alia, vbi gaudium de iam perfectè possessa nemo in æternum tollet à beatis. Quidam Hebræorum de Messia quoque sed falso interpretatur eodo, & eos de Iudæis in fine conuertendis, iustitiæ sole illuminandis, lætitia spirituali replendis: Lyranus de isdem quando summersit Deus Ægyptios in vigilia matutina, & mi dicit cantasse habuisse laudes Deo. Rabbi Dauid in hoc loco in *Matre dierum* de eadem adhuc plenius affirmat, Babylonem Græciam, Romam, & vltima vt dicit hæc regna fore sub Messia, & quod unus dies, hoc est, duo mille anni erunt, quoniam vt prius vidimus, Aarilleanus apud Dumbum ut dies unus est mille anni Galatinus [o].

Repleti sumus mane misericordia tua. Hieronymus, *saturati sumus mane misericordia tua*. Ex Basilio Regis, *matutino*, etiam citat hæc ad Theodorum exulem epistola 139. & editione Fabri, Victorij, ac Treuerensi. Alij, *satia nos mane misericordia tua*, id est, citò שַׂבְּעֵנוּ בַבֹּקֶר חַסְדֶּךָ *satiabimur cubitum de mane misericordia tua*. Chaldæus, *satura nos in exordio, qui fuerit matutinus, benignitate tua*. Idem Hebræum verbum punctis mutatis potest esse præteritum primæ personæ שָׂבַעְנוּ *saturabimus*. Basilius, Theodoretus. Euthymius monent præteritum tempus hic pro imperatiuo, & in sequentibus verbis pro futuro positum esse, eo quo Aquilam, [p] vertisse, quo etiam retulimus fecisse Hieronymum [q] ἐπλήσθημεν τὸ πρωΐ τοῦ ἐλέους σου, *impleti sumus mane misericordia tua*, vel *misericordiæ tuæ*. Nicephorus sanè hæc verba præteriti temporis esse [r] ἀντὶ τοῦ προστακτικοῦ pro optatiuo. Quidam pro communi ea Hebræi modum [s] *satura nos mane misericordia tua, confessim exultabimus*, &c. Confirmant

a Deut. 32. 36.

b 2. Machab. 1. 25.

c Tract. in psal. 6.

d ad Hebr. 5. 7.

e

f cap. 28. 14.

[s] sensus Interpr.

[a] sensus loci.

[r] Variæ eius interpretationes hanc in vsu.

c vers. 4.

[l] Rab. 12 c. 8.

[s] Varia lectiones.

dun-

duplici exemplo Agellius ex Exodo [a], *si leuauerit culturum super eo, polluetur*, quod Hebraicè est *eleuaſti*. Et ex prouerbiis [b], *vidiſti hominem velocem ad loquendum*: Græcè ἐὰν ἴδῃς, *ſi videris*. Nec deſunt alia exempla. Non videtur valde ad rem comparatio illa Paraphraſtis mundi cum matutino. Potius mane ac matutinum tempus pro lumine gratiæ, vel reſurrectionis, & gloriæ ſumitur. Denique pro commutatione τῶν συμφορῶν *calamitatum*, vt Baſilius, ac Theodoretus notant, cum alioquin etiam ſignificare idem poſſit, quod *cito*, *ſtatim*, & ſimilia, vt alias docuimus. Obſeruat Hieronymus [c] in cunctis penè locis hanc habere Lxx. conſuetudinem, vt quod apud Hebræos in futurum ponitur, hoc illi quaſi iam factum, & præteritū referant, de reſurrectionis autem ſpe, ac æternæ vitæ præmiis deprecationem hoc loco eſſe, quæ dicatur matutina miſericordia, quam & viceſimi primi pſalmi titulus ſonat, qui proprie ad myſterium Domini, & ad reſurrectionem eius pertinens, inſcribitur. *Pro aſſumptione matutina*. Probat præterea in verbis præteriti temporis non ſignificari dictam iam miſericordiam obtētam; quia paulo poſt ſub precandi forma iidē Lxx. expreſſerunt: *reſpice in ſeruos tuos*, &c. Sed totum quod poſtulant ideo deprecari, vt mereantur dictam miſericordiam matutinam, quam cum fuerint aſſecuti, laudent Deum, & lætentur in cunctis diebus vitæ ſuæ. Repletur in bonis domus Dei deſiderium [d], duntaxat in beatitudine, ſoli quibus apparet gloria ſatiātur [e] & adimplentur lætitia cum vultu Dei ibi replet Deus ſpiritu intelligentiæ [f] & fortitudine ſpiritus ſui. Myſticè Hugo adhuc explicat repletam mane miſericordia Eccleſiam, & ordines religioſos, cum primum cœperunt, tanquam iuxta menſes illos priſtinos, dieſque quos [h] Iob memorat: *repleri vnumquemque mane miſericordia*, qui primā accipit gratiam, quæ pura miſericordia eſt, datúrque velut ſtella matutina [i]: poſtremò qui à pueritia, & adoleſcentiā vocātur ad portandū iugum [k] Domini in religione. Applicat Rickelius etiam ad miſſionem ſpiritus ſancti mane factam, id eſt ante horā tertiam [l]: Caſſiodorus explanat de lucidā contemplatione qua Dauid præuidit aduentum Chriſti, qui vocatur *Dei miſericordia*. Gregorius [m], de pœnitente, qui percuſſus à Deo lætus redit, & qui velut in nocte pœnitentiæ luctum exceperat, mane, id eſt, diuinæ dignationis apparente claritate, ſe repletum miſericordia congaudet, atque delectatur pro diebus in quibus fuerat humiliatus. Frequētat in feriali officio ad laudes Eccleſia quotidie hunc verſiculum (*repleti ſumus mane miſericordia tua, exultauimus, & lætati ſumus.*)

Et exultauimus & delectati ſumus.] Nihil refert quod omittant aliqui primam coniunctionem. Hieronymus in futuro (*& laudabimus, & lætabimur.*) Iam monui de permutatione temporum. In pſalterio vetere, apudque Auguſtinum ſecundo loco, (*& iucundati ſumus.*) Habet etiam Aquila, & cæteri eo modo quo Hieronymus εὐφράνθημεν καὶ εὐφρανθησόμεθα. Græca, quibus vtuntur Lxx. ἠγαλλιασάμεθα, & εὐφράνθημεν. Hebræa נרננה *neranenah* & נשמחה *niſmechah*, quæ ſæpe ſynonyma ſunt, quamuis diſtinguant aliqui de lætitia externa, & interna, corporis & animi ſecundum appetitum ſenſitiuum, & intellectiuum, ſeu partem inferiorem, & ſuperiorem.

Omnibus diebus noſtris.] Hebraicè, Græcè, & apud quoſdam Latinè quoque extat præpoſitio (*in*) ſed officit potius elegātiæ Latinæ. *Dies noſtros*, aut intelligit præſentis, aut futuræ vitæ; & huius quidem præſertim, ac ipſendo præteriti temporis verba pro futuri. De Empiternis, ac beatis, explicant Remigius, Bruno, Hugo, quia in æternitate, ait Hugo, erunt dies continui, & nulli, qui hic, iſtoque tempore non ſunt noſtri, ſed ſolicitudinum, & curarum: & quia, inquit Bruno, vtiles nobis, & neceſſarij. Si autem ſumamus *dies* huius temporis, Rickelius interpretatur exultationem, lætitiamque *omnibus diebus*, id eſt certis horis eo modo quo præcipit Apoſtolus [a] ſemper gaudere, in omnibus gratias agere [b], cantare, & pſallere Domino in cordibus [c], vt ſcilicet tā in aduerſis quam in proſperis gaudeamus.

Lætati ſumus pro diebus quibus nos humiliaſti.] Hieronymus (*lætifica nos pro diebus quibus afflixiſti nos.*) Hic etiam legerunt Lxx. שִׂמַּחְנוּ *ſimachnu*, in Kal, quod eſt præteritum primæ perſonæ pluralis; cum nunc legatur in Piel in imperatiuo, & cum affixo primæ perſonæ numeri eiuſdem שַׂמְּחֵנוּ *ſimmechenu*, quod Symmachus & alij verterunt εὔφρανον lætifica. *Pro diebus*, idem eſt, ac *ſecundum dies, iuxta dies, pro ratione dierum, pro magnitudine malorum quæ diebus prioribus & annis experti ſumus.* Malos illos dies, annóſve, quibus viſa ſunt mala, quique propterea mali poſſint dici, quia laboriosi, calamitoſi, periculoſi, myſtico ſaltem ſenſu intelligere licet, cum multis enarratoribus, & Nyſſeno [d], quibus immerſi iacebamus in peccatorum, ac ignorantiæ tenebris. Non exigua lætitiæ, ac felicitatis pars priores reminiſci labores, calamitatéſque, cum ad meliorem perueneris fortunam, vnde ille [e]:

——*forſan, & hæc olim meminiſſe iuuabit*, &c.
Durate, & voſmet rebus ſeruate ſecundis.

Omnino [f]: *quod ſuit, durum patì,*
Meminiſſe dulce eſt.

Iucundi acti labores [g]. *Iucunda laborum, malorúmque præteritorum memoria* [h]: *Iucundiorem facit libertatem ſeruitutis recordatio* [i]: *Habet præterita doloris ſecura recordatio delectationem* [k]. *Pericula præterita, & ærumnas penitus abſolutas qui euaſit, vt referat, gratiſſime prouocatur* [l].

καὶ μέγα γάρ τι καὶ ἄλγιστα πάντα φέρειν
μεμνῆσθαι, ὅτις πολλὰ πάθῃ καὶ πολλὰ ἰδών.
Magnopere eſt iucunda viro remeuata dolorum
Mentio, qui permulta tulit, perpulitque geſta.

Denique [m].

ὡς ἥδυ τι σωθεῖσα μεμνῆσθαι πόνων.
Quam iucundum quid ſeruatum meminiſſe laborum.

Notata ſunt iſta prius à noſtris Deltrio [n], & Pontano [o]; & extat prior etiam Xenophontem [p] & epiſtolam Senecæ [q], & Guellij commentarium in Virgilium, in quo proferuntur alia ex Homero [r], Ariſtotele [s], Euripide. Sed ante omnes collegerat eadem Adagiographus, addiderátque Horatium, qui Horatius non eſt.

——*Gaudent vbi vertice raſo*
Garrula ſecuri narrare pericula nauta.

Noſtra nobis, id eſt, ſacra ſuppetunt affatim. Huius eſt modi, quod canitur in alio pſalmo [t], *ſecundum multitudinem dolorum in corde meo conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam.* Scenopegiæ feſtum lætiſſimè agitabatur octo totis diebus in memoriam quadraginta annorum peregrinationis, cum nulla domo, nullo vti firmo habitaculo licuit: Simul monebat quam feſtiuè, veteris recordabuntur peregrinationis in cœleſtem pa-

a cap. 20. 25.
b cap. 29. 20.
Comparatio Paraphraſtarum mundi cum matutino, non videtur ad rem.
c epiſt. [illegible] *Lxx. in cunctis pene locis hanc habere conſuetudinem vt quod apud Hebræos in futurum ponitur hoc illi quaſi iam factum & præteritum referre ſoleant.*
d pſal. 16:. pſ. 64.
e pſ. 16. 15.
f Eccl. 39. 8.
g Micheæ 3. 8.
Varia explicationes.
h cap. 29. 14.
i Apoc. 2. 28.
k Thren. 3. 27.
Ad miſſionem ſpiritus ſancti mane factam applicatio
l Actuum 2. 15.
m in 1 Reg. 20. lib. 3.
Varia lectio.
A
B
C
D
E
n Deltrio [illegible]
o Pontano [illegible]
p [illegible]
q [illegible]
r [illegible]
s [illegible]
t [illegible]

a Augustin. 2. de doctr. c. 4. Quis legit hominis Nouæ alicui, in domum pristinæ tam ex miseræ laborumque plena in pauca verba contracta, nisi desperet. b Sapien. 5 cr sermon. in Cant.

tiam tractet, quam atque hoc nomine laudes Deo gratásque referent [a]. Idipsum exhibet nobis dicatq; sanctis facti dies eum quibus incommisse iubetur, quo pacto in paucis vexati, in multis sint iam bene dispositi [b]. Hoc lætitiæ genere nemo vnquam lætatur (ait Bernardus) etiam hunc locum qui nunquam non lætatur: O portunè post tristitiam gradum subit, post laborem quies, post naufragium portus. Placet cunctis securitas, sed et magis qui timuit; iucunda omnibus lux, sed quanto de potestate tenebrarum iucundior: transisse de morte ad vitam, vitæ gratiam duplicat. Nabuchodonosor sibi ipsi reddit us laudabat, magnificabat, glorificabat regem Cœli, etiam quia gradientes in superbia poterat humiliare [d], sicut reipsa illum humiliauerat ad b stiarum abiiciens conditionem [e]. Tobias benedicebat Dominum, qui a cœligauerat eum, & sanauerat [f]. Deus qui inducit mala, is et rursum adducit sempiternam iucunditatem cum salute [g]. Non solum lætatur iustus postquam desiit tribulatio, succeſſitque consolatio, sed omne gaudium existimat cum in ea versatur [h]; Si nondum id assecutus es, postula sapientiam à Deo [i], vt qui d in tribulatione lateat vel vtique, quid tibi velint obscuriores, quibus tibi scribit eus characteres, percipias. Vtilitates tribulationis Gaeteus [k] hic persequitur numero duodecim, illis comprehendas versibus.

Purgat, & extinguit securat, signat amorem,
Pignorat, exultat, solatur, vulnera sanat,
Exercet, ac animat, docet, & caput insuper dat.

d Daniel 4. 34. e ibid. vers. 3. f Tobiæ 13. 17. g Baruch 3. 29. h Iacobi 1. 2. i ibid. vers. 5. k serm. 194. Tribulationis vtilitates duodecim.

Plures nos [l] alibi attulimus. Hugo attribuit locum totum viro religioso qui lætetur sua sub alterius voluntate humiliatione, & subiectione. Præterea experientia, atque perpessione mediæ, pauperratis, laborum. l in 1. Dom. Quadra. Supplantatio loci ad virum religiosum.

Annis quibus vidimus mala.] Addit Hieronymus (& subaudiendū quoque *spes* & pro *annis quibus vidimus mala*: Hebraicè in singulari רָעָה *rabbah* malum. *Dies annorum*, antea [m] vocauerat: nunc, *dies, & annos*; quod videtur valere ad exaggerationem multarum, magnarum, longarum calamitatum, quæ cum iam abierint, augeant gaudium præsens. *Videre* autem *mala* idem esse quod *experiri*; Et quam vim habeat eusmodi phrasis, alibi dictum est cum occurrit. Verum est quod Hieronymus monet [n], sumi *mala* pro *afflictione, & angustia*. Quod addit *videre mala*, minus esse quam *sustinere*, cum dissererem de eadem dicendi formula oppositum docui plus esse *videre*, quam *sustinere*, vel *quouis modo sentire*. Varia lectio. m vers. 10. n epist. 139.

Vers. 16.] Respice in seruos tuos, & in opera tua: & dirige filios eorum.

Vers. 17.] Et sit splendor Domini Dei nostri super nos, & opera manuum nostrarum dirige super nos: & opus manuum nostrarum dirige.

Sensus loci.

QVia ob spem futuræ lætitiæ lætatos iam dixerat, qui vere labantur in acerbis calamitatibus, nunc in extremo perit psalmo, vt interim dignetur calamitosos seruos suos benigno vultu respicere, atque fauorè declarare, vel hoc nomine, quod ipsius sint serui, opificumque manuum eius, vt se præterea præbeat posteris ipsorum du-

A cem; vel certè rationem habeat meritorum, quæ præcesserunt in maioribus; atque in eis huius operum, quæ in eorum gratiam patrauit olim; & simili ratione illorum filios, bene cœptaque directione prosequatur; vt cuncta feliciter, & feliciter agant, atque ad finem desideratum perducant. Inculcat etiam, vt Dei manifestetur magnifici super ipsos fauoris diuini splendor, ac tanto lumine affulgente nihil geratur instituto, voluntate, directione diuina, indigna: vt bene, aptè, recte, feliciter omnia cedant, & ad veram demum beatitudinem perducant.

Varia lectio.

B *Respice in seruos tuos, & in opera tua.*] Hieronymus (*appareat apud seruos tuos opus tuum.*) Alij (*conspiciatur in seruis tuis opus tuum.*), egregium nempe, ac insigne, vel simile perfectæ liberationis ab Ægypto vsque ad ingressum in terram promissionis: Vel à captiuitate Babylonis, vsque ad reditum in eandem terram: Vel à statu seruitutis peccati in statum libertatis filiorum Dei. Denique opus proprium Dei misereri & parcere potius, quàm affligere ac punire. Caietanus hoc eximium opus interpretatur esse Messiam. Chaldæè (*manifesta hunc seruis tuis operationes signorum tuorum.*) Sic sunt Hebræa יֵרָאֶה אֶל עֲבָדֶיךָ פָּעֳלָה *ieraeh el abadecha paalatecha*, Vbi *opus* est numen singularis. Si [o] inferatur esse numerus pluralis, & poterit constare versio Lxx. ac nostra legendo in kal non יִרְאֶה *ireh*, in futuro tertiæ personæ sed יֵרָאֶה *ireh*, & *respice* in imperatiuo cum ו *vau* seruili nota coniunctionis præfixo, quæ etiam coniunctio Græcè expressa est, καὶ ἴδε. Et in Latino psalterio vetere, & Ambrosiano, atque apud Augustinum (*& respice.*) Videntur præterea suppleuisse Lxx. coniunctionem aliam ante *opus* aut *opera*. Psalterium autem Romanum, & Cassiodorus addunt (*Domine.*) Ecclesia vsurpans hos versiculos in feriali officio, ad primam, *post pretiosa*, &c. petens diem totum pie traduci per gratiam diuinitatis Domini, hoc nomen apponit paulo aliter (*respice in seruos tuos Domine*, &c.) Nimis coactum quod ait Hugo, *respice*, id est, *retro aspice*; Vel vtrum te sequantur a tergo, vel vtrum sint gibbosi. Lyranus, quem refert, nec refellit Aigeanus explicat locum hunc totum de tabernaculi constructione, Modernique hic orantem induci, vt Deus eos respiciat, qui ad hoc opus conferre munera volebant, & dirigat etiam opifices, vt rectè id perficiant, ex quibus erat Beseleel [a]. Omni opere autem completo cum benedixisse Moses dicatur [b]; putant Hebræi [c] vtum hic ipsa formula, quæ his duobus versibus continetur. Notauit id hoc loco Genebrardus. Valentia ceciit alludi ad eam orationem Moisis, qua vt posset educere populum, petit ostendi sibi faciem Dei, & vt ipse respiceret eundem populum; & vt nisi ipsemet Deus præcederet, non educeret illos de loco illo [d]. Rabini quos refert Eugubinus interpretati sunt opus יְשׁוּעָה *respiciendo saluos.* Sic canimus in hymno, *Hæc opus nostra salutis*, &c. Ionathas quoque Chaldæè vertit: *opera signi tui*; Quæ possunt de Christi operibus accipi. Varia lectionis interpretationes. a Exod. 31. & 35. & 36. b Exod. 39. 43. c Salomon ibid. d Exod. 33. 13. 14. 15.

C *Et dirige filios eorum.*] Hieronymus, (*& gloria tua super filios eorum.*) Alij *decor*, vel, *magnificentia*, vel *pulchritudo* id est, appareat, & manifesterur filius, ac posteris maiestas, & amplitudo mirificum operum quibus olim liberasti populum. Messiam, Caietanus ait hic dici *decorem*,

seu *splenderem*, & figuram substantiæ Dei. Lyranus vult peti dirigi filios eorum qui præsunt conficiendo tabernaculo. Mutatis punctis legerunt Lxx. הדרך *hadrech* in hiphil à דרך *darach*. alij nomen cum affixo הדרכך *hadarecha*. Retinendo, vt par est, *dirigendi* verbum, ter ponitur, petiturque vt dirigat Deus *filios, opera, opus*. Quia res maximi momenti est hæc requirens aduentum Christi, per quem sint praua in directa [a], qui sine iniquitate solus per se cucurrit, & direxit [b], & opera præcursoris dirigi præcepit *viam Domini, rectas facite semitas eius* [c].

a Esa.40. 4.
b ps. 58.5.
c Matt. 3. 3.
Variorum sensus & explicatio.

Et sit splendor Domini Dei nostri super nos.] Hieronymus (*decor*) Alij (*suauitas, iucunditas, dulcedo.*) Et Caietanus dulcedinem Dei, aut Messiæ ad perfectionem affectus, vt sit appetibilis: *Gloriam*, vel *decorem*, & *pulchritudinem* in priore membro ad perfectionem intellectus. Lyranus, & Aiguanus explanant de Deitate dante responsa in tabernaculo siue propitiatorio [d], scilicet per *vrim*, & *thummim* illuminationes, & perfectiones, de quibus alias. Basilius, ac Theodoretus, vt reuersis de captiuitate Babylonis restituatur pristinus reipublicæ splendor, simul vt homines luce diuinę cognitionis illustres, ac spectabiles reddãtur. Chaldaicè (*sit dulcedo Paradisi deliciarum à conspectu Domini Dei nostri super nos.*) Est נעם *iohnam pulchritudo, & voluptas*, seu *delectatio splendor*. Et λαμπρότης excellens quædam, & maximè delectabilis pulchritudo, & quasi præsentia diuini luminis, numinisque, ex aduentu Christi, ex collatione gratiæ, ex insigni fauore cum quadam quasi vultus hilaritate. Quo pacto sæpiùs oratur Deus illuminare, ac illustrare vultum, faciémve super nos. Promisit Deus implere splendoribus animam iusti præcipuè misericordis [e], quæ appellatur etiam *lux miserationum Dei* [f], alludendo ad præduces populi columnas in deserto [g]. Per Christũ ait Arnobius, directus est omnis tenor disciplinæ, emẽdata lex, correcta peruersitas, æquitas adimpleta. Ambrosius [h] explanans orationem Dauidis [i], *viuifica me secundum verbum tuum*, iubet nos moraliter illud imitari, quod Ioannes de verbo scribit [k] (*omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil*) non cœlum faciendo, aut terram, aut mare, sed vt omnia per verbum faciamus, nihil sine verbo: omnia cum ratione, nihil sine ratione: quia non sumus irrationabiles, sed rationabiles. Hæc est lux adducens, & deducens [l]. Denique splendor hic expetitus eiusmodi gratiam designat, quæ vitæ, ac operibus καθαρότητα conferat, vt scribit Nyssenus [m], id est, *puritatem, munditiámque*. Cassiodorus de signo crucis nobis imprimendo explicat. Athanasius [n] de Christo ipso, qui est splendor gloriæ Dei [o] nobis manifestando. Philo Carpathius [p] de eodem, qui fuscos nos peccatis lumine dealbarit suo: legit fortassis in cantico [q], non περιβλεψε με ὁ ἥλιος *aspexit me sol*, vt nunc legimus, sed παρεβλεψε circumspexit. Aiguanus de splendore ortus Christi, in quo reges ambulauerunt [r] ex Oriente ad illum venientes [s].

d Exod. 25.7.
e Esa.58. 12.
f Eccle.36. 1.
g Exo.13.21.
h in psal.1. 8. ier.10.
i ps.118.37.
k c.1.3.
l ps.42.3.
m tract. 1 in psal.c.7.
n ora.3. cont. Aria.
o Heb.13.
p in cant.c.1.
q c.1.6.
r Esa.60.3.
s Matth. 2.1.
Varia lectio.

Et opera manuum nostrarum dirige super nos.] Hieronymus (*& opus manuum nostrarum confirma super nos*: vel *fac stabile.*) Alij *perfice, firmum.* Caietanus qui priora declarauerat de perfectione intellectus & voluntatis: hoc ait spectare ad executionem operis, vt hoc dirigatur super nos, id est, supra facultatem naturæ; cùm nostrum credere, sperare, diligere, operari ad supernaturalia tendit bona. Deinde vt opus nostrũ, de quo in sequenti membro, id est, quod naturæ viribus operamur, dirigat etiam Deus, quoniam ob imbecillitatem naturæ ortam ex peccato, egemus Dei directione. Vera doctrina: sed parum in contextu fundata. Nam in vtroque membro Hebraicè est singularis numeri nomen מעשה *mahbasèh*, sicut etiam Hieronymus, & alij ex eodem idiomate reddunt. Deinde cuiusuis numeri sit *operum*, vel *operis* vocabulum, non est ratio cur attribuatur vni *operi*, seu *operibus* ratio supernaturalitatis, & non alij, aliúsve. Idem ait de Lyrano & Aiguano non esse causam, cur vnum referatur ad constructionem tabernaculi, alterum ad sacrificia manibus offerenda sacerdotum. Sed & quod *super nos* indicet ordinem supernaturalem, quamuis & hoc alij dicant; gratis dicitur. Immo non pauci cum Augustino declarant plura primùm opera nominata; deinde vnum, vt plura in charitatis radice vniantur, & sic fiant vnum. In genere hîc puto comprehendenda opera omnia, vt ad bonum finem recta & rectè dirigantur; ad quod gratiam Dei necessariam esse, nec sufficere potestatem faciendi bona vel mala, colligit Hieronymus [a], vt nimirum Deus illa dirigat, faciátque esse perpetua, ipséque confirmet quidquid in sanctis videtur boni. Includit huiusmodi directio, auxilium gratiæ præoperantis, & cooperantis (quomodo Prosper [b] loquitur) quæ liberum non impedit arbitrium, sed mouet, iuuátque.

Vera doctrina.
a epist.a 39.
b epist ad Aug.

Cæterùm in his versiculis qui quotidie recitantur ad primã, vt dixi, obseruat Hugo per quandam accommodationem sex petitiones, vel orationes contineri, pro diuersis gradibus Ecclesiæ: primo pro prælatis, & prædicatoribus, qui sunt specialiter serui Domini, ministri, & dispensatores mysteriorum [c], cùm dicitur (*respice in seruos tuos.*) Secundo pro pace, concordia, charitate in Ecclesia conseruanda (*& in opera tua:*) Tertio pro subditis clericis (*& dirige filios eorum*) Quarto pro regibus (*& sit splendor Domini Dei nostri super nos.*) Vt non mundi tantùm, quem iam habent, sed Dei quoque splendorem habeant: Quinto pro laboratoribus Ecclesiæ (*& opera manuum nostrarum dirige.*) Quia sunt manus Ecclesiæ, vel pugnando, vel agricolando; adde vel alia opificia, operaue artium exercendo, & dirigendi sunt super nos a Deo. Qui est superior director, & auctor. Sexto pro contemplatiuis, (*& opus manuum nostrarum dirige.*) opus vnicum, illud nempe quod necessariũ Christus dixit [d]; manuum verò (i. spiritualium, quæ nobis ædificant in cœlo dum recipientes à nobis eleemosynas, orant pro nobis. Valentia verbo *respiciendi* putat in genere peti gratiam pro seruis Dei Apostolis, discipuli que, qui dicantur opera eius, quia peculiariter vocati, & consequenter pro filiis eorum, vel per *opera* significari gratiam miraculorum, & alias gratis datas cum gratia ordinis, & iurisdictionis: per *splendorem* gratiam gratum facientem: per *directionem operum*, eam quæ versetur circa opera charitatis erga proximum: per *directionem operis*, illud quod erga Deum: vel per priora illa quæ vocãtur *opera misericordiæ* corporalia; per *opus*, spiritualia. Refert Euthymius opinionem per *opus* in singulari honoris causa: & quia sit maximè gratum Deo, intelligi opus eleemosynæ: vel contemplationem. *Omnia opera nostra operatur in nobis Dominus* [e], præsertim quæ vocantur *gratiæ opera*, quæ ipsius sunt potius, quàm nostra, qui *operatur in nobis velle & perficere* [f]: & tamen nostra, quia liberè à nobis facta, vt

c Esa.56 12.
f Philip.2.13.
Varia quæ in nostra potestate sunt, Deo tribuuntur.

Rickelius notat: & quia vt Basilius, ac Theodoretus, nostrum est iustitiæ emolumentum; cùm Deus cooperetur quidem, sed fructum metat, qui seminat, ille nulla re opus habeat, hominum autem felicitate gaudeat.

Et opus manuum nostrarum dirige.] Hieronymus (*confirma.*) De te dictum satis, & quòd Hebraicè *opus* numeri singularis est vtrobique: quamuis Chaldaicè, in vtroque membro sit pluralis. In Romano psalterio & Æthiopico deliderantur hæc omnia verba; & omittuntur à Cassiodoro. Augustinus monet, quod vsque ad verba præcedentis membri, multi codices psalmum istum habebant, sed in nonnullis lecta hæc alia; diligentes autem & doctos illis prænotasse stellam, quam A asteriscum vocant, quo significari solerent ea, quæ in Hebræo, vel aliis interpretibus Græcis reperiuntur; in septuaginta verò interpretatione non sunt. Quod attinet ad Enarratores Græcos, Apollinarius, Basilius, Theodoretus videntur non legisse, legerunt autem Nyssenus [a], Euthymius, Nicephorus. In Vaticano Græco codice prætermissa sunt; in vetustioribus Latinis asteriscus, Augustinus dixit, notata. Quod suspicatur Agellius putasse Lxx. in Hebræo repetita hæc verba, vt illi solent in fine librorum vltimam sententiam repetere, non satis equidem intelligo. Nam quid Lxx. repetierint in fine librorum, non expressum in textu Hebræo, nondum deprehendi.

a Tract. 1. in ps. 7.

PSALMVS NONAGESIMVS.

Laus Cantici Dauid.

B

1 QVi habitat in adiutorio Altissimi, in protectione Dei cœli commorabitur.
2 Dicet Domino: susceptor meus es tu, & refugium meum: Deus meus sperabo in eum.
3 Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium, & à verbo aspero.
4 Scapulis suis obumbrabit tibi: & sub pennis eius sperabis.
5 Scuto circumdabit te veritas eius: non timebis à timore nocturno.
6 A sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incursu, & dæmonio meridiano.
7 Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: ad te autem non appropinquabit.
8 Veruntamen oculis tuis considerabis: & retributionem peccatorum videbis.
9 Quoniam tu es Domine spes mea: Altissimum posuisti refugium tuum.
10 Non accedet ad te malum: & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.
11 Quoniam angelis suis mandauit de te: vt custodiant te in omnibus viis tuis.
12 In manibus portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.
13 Super aspidem & basiliscum ambulabis: & conculcabis leonem & draconem.
14 Quoniam in me sperauit, liberabo eum: protegam eum, quoniam cognouit nomen meum.
15 Clamabit ad me, & ego exaudiam eũ: cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum & glorificabo eum.
16 Longitudine dierum replebo eum: & ostendam illi salutare meum.

C

Titulus & Argumentum.

Laus Cantici Dauid.

D

IN psalmi 75. titulo laus siue laudes, & canticum coniunguntur, vbi declarauimus quæ sit laus cantici. Agellius memoriæ lapsu psalmum canticum omnibus tum Latinis, tum Græcis codicibus extare dixit, cùm sit ἀῤῥ ᾠδὴ τῷ Δαυὶδ *laus cantici Dauid*, seu *Dauidi*. Additur in Bibliis Regiis, & Complutensibus, aliisque Græcè ἀνεπίγραφος καὶ ἐπαίσιος. *Sine titulo apud Hebræos.* Monet hoc ipsum Basilius, Theodoretus, Euthymius, quòd scilicet careat psalmus iste titulo. Anonymus autem Græcus ab Agellio citatus recipi vult præsentem inscriptionem à Lxx. positam, qui διὰ τῆς πρὸς ἀλλήλας συμφωνίας, *per mutuum consensum*, nempe in transferenda scriptura declarant se habuisse Spiritus sancti χορηγίαν, *ductum*, & *subministrationem.* Apollinarius etiam videtur titulum recipere.

Titulus Psalmi.

Αἶνον ἀγαλλέσθω μέγας Δαυὶδ ὑμνῳδὸς.
Laudem nobilem magnus Dauid cecinit.

Vbi præterea illum satis perspicuè psalmi auctorem facit: quam sæpe significaui de omnibus psalmis mihi videri probabiliorem sententiam.

In præ

In præcedente autem psalmo retexi, qui dicerent illum, hùncque cum sequentibus ad centesimum vsque, numero vndecim, qui nullum gerunt in titulo nomen auctoris, à Mose ideò editos, quod quicumque deinceps psalmi disponuntur absque nomine, ad eum pertinere censendi sint, cuius nomine præcedens notatur. Fallit regula vt alibi demonstrauimus, & ex ipsismet Hebræis, qui eam tradunt, aliqui, psalmi 94. auctorem Adamum affirmant, etiamsi careat auctoris nomine. Paraphrastes quamuis textum secutus Hebræum, titulum prætermiserit, in versu 2. Dauidem ipsum nominatim loquentem inducit. Sed relege præterea quæ vniuersè dicta sunt in præfatione de psalmis anepigraphis, ac sine titulo. Illa ratio psalmo nostro conuenit, vt qui titulum non habent, maximè commune contineant, & pertinens ad omnes, argumentum: vel in iis Deus ipse magis intelligatur loqui.

Regula Hebræorum de psalmis anepigraphis rejicitur.

Argumentum.

Argumentum est, eum qui speret in Domino, ac omnem in eo fiduciam collocet, ab omni tutum malo fore, vel ab illo liberandum: tandem verò bonis omnibus cumulandum: quod ipsiusmet Dei verbis, atque pollicitatione Psaltes confirmat. Si te, inquit Athanasius Marcellino, exterósque cõfirmare studeas ad pietatem: & quod spes in Deum ponenda sit, & intrepidũ animum reddat, laudabis Deum recitatione nonagesimi psalmi. Tam aptè describitur in hoc psalmo Dei de suis cura, tanquam volucris pullos fouentis, velùtque militis clypeo protegentis: metum omnem die noctúq; & quoduis periculi genus abigentis: aduersarios hinc, & hinc numero magno prosternentis: Angelicam attribuentis militiam, quæ ne pedibus quidem permittant offensionem: animos adeò magnos communicantis, vt non vereantur aspides, basiliscos, leones, dracones conculcare; suammet pollicentis in omni tribulatione præsentiam, exauditionem, liberationem, triumphum, æternam vitam, visionem beatificam: hæc inquam habent omnia vim tantam ad ingenerandam aduersùs Deum, firmandámque fiduciam, vt non imperitus diuinarum literarum Tentator locum non reperierit magis idoneum, quo Christum in præsumptionis barathrum præcipitaret. Nec tamen quod Eusebius [a] asserit verum est, ad literam de Christo psalmum esse. In eo spes propriè non fuit, simpliciter quod ad primariũ, & per se obiectum ipsius, quod est Deus, à quo expectatur, & expectatur beatitudo, quíque speratur sub ea ratione; sed tantum, quantum ad alia bona minora, vt gloriam corporis, exaltationem nominis sui: & perfecta præditus scientia, gratia, beatitudine ipsa, nullo egeat contra tentationes, vel tribulationes adminiculo. Ausus est diabolus abuti testimonio huiusce psalmi: quem idcirco Augustinus audiri à nobis, rectéque intelligi vult, vt possimus instrui & resistere tentationi, & illius tentatio, quæ ipsi necessaria non erat, nostra doctrina sit: Et Cassiodorus dæmonibus pia confidentia semper opponere, vt à nobis potius inde vincantur, vnde contra Creatorem suum dolosè aliqua dicere tentauerunt: & Bernardus [b] inde contingi arma maligni, vnde tentationis occasionem sumens, vsurpare sibi præsumpsit. Sed quod propriè intelligatur psalmus de ieiunio, tentationeque Christi, & hæc Prophetæ præuiderit, sicut quem vocant Hieronymum ait, non facilè credo. Nec ratio Caietani me mouet, soli Messiæ conuenire custodiam Angelorum de qua versu 11. solumque Christum non offendisse pedem ad lapidem, id est, non incidisse in casum quasi fortuitum culpæ, ac pœnæ, cùm peccatum nullum habuerit, nec non voluerit malum vllum sit passus. Item quòd solus habitarit, & habitet in abdito excelsi, secundùm iugem quietem personalem. Dicuntur ista multi è, non literaliter, vt suis ostendetur locis. R. Moses Ægyptius docet in hoc psalmo agi de prouidentia, cura, adiutorio, protectione Dei in cunctis quæ eueniunt corpori, tum ab aliis causis naturalibus, tum à prauis hominibus, tum à ipso & à natura sua. Frequentat psalmum istum Ecclesia, & quo die recolit Christi tentationes in Missa; & versiculos ex eodem nonnullos quadragesimali tempore, quo Cassianus [b] refert monachos maximè impugnari à diabolo, & præterea totum quotidie in officio completorij. Meminit Basilius [c]. Et appellat Hieronymus [d] orationem nocturni temporis; vúltque ille, hora etiam sexta recitari aduersùs dæmonium meridianum. Rickelius notat merito psalmum istum in Completorio recitari contra insidias noctis, tentationesque multiplices dæmonis: eúmque verè mirabili suauitate exundare. Mitto quæ de nonagenarij mysterio disputat Petrus Bongus in opere, quo numerorum tractat mysteria, & Iacobus Naclantus in prima quindecim lectionum quas edidit Italico idiomate super hoc psalmo. Parum probabilis est Hebræorum opinio, cuius meminit Treuetus, & Valentia, esse sermonem de reditu populi ex captiuitate Babylonica, duce Esdra, cuius etymon est, vt adiutorem significet, adiutoriúmve, de quo mentio fit primis psalmi verbis. Nec melior sententia, quæ Lyrano placuit agi de beneficiis diuinis erga populum, postquam ex Ægypto eductus est. Refert Valentia opinionem aliam aliorum Hebræorum, vt sit aut pars prioris hic psalmus, aut sic necessario nexus, vt incipiat recitari ab vltimo illius versu, & hi exhortatio contineatur humani generis ad Christum, de cuius aduentu, & beneficiis iam actum erat.

Diabolus insanus psalmi testimonio abusus est vt creatori suo dolose contradiceret. a 9. de demõ. c. 7.

b præfa. in sermones super hunc psal.

Hos psalmos de ieunio & tentatione Christi propriè intelligere non facile credimus.

Quæ tempore mane psalmum prosequitur Ecclesia.

b collat. 21. c. 26.

c regul. 37. ex fratribus d epist. ad Paulam & Eustoch. de vitt. psal.

Hebræorum & aliorum opinio reiicitur.

Christianus Druthmarus [e] ait totum istum psalmum de Ezechia Rege scriptum esse, deque illa defensione, quam ei Deus omnipotens fecit aduersus Sennacherib Regem Assyriorum: & posse de vnoquoque electo accipi: quia autem diabolus putum hominem credebat Christum, ob hoc istud exemplum quod de illo dictum fuerat, ei proposuisse. Extant Bernardi septemsic cim sermones in hunc psalmum, præter lectiones quindecim quas dixi recentis auctoris Iacobi Naclanti, & nos ante annos ferè viginti de hoc eodem differuimus ad populum in templo nostro Mediolanensi.

e in c. 4. Mat. vt in Sennacherib suppositum.

Vers. 1.] Qui habitat in adiutorio Altissimi in protectione Dei cœli commorabitur.

Sensus lit.

HAud obscura sententia, qua describitur strmiter spem locans ac requiescens in adiutorio Altissimi talem namque tuto inter vitæ præsentis pericula versaturum, & pro secura mansione, habitaculo, arce, habiturum protectionem Dei, qui cœlum peculiari quodam modo incolere dicitur, nullo non in loco existens, extráque locum omnem quàm potest infinitè imaginatio

nostra vagati, eo quod eminent potentia super cunctos, quotquot dicuntur vel finguntur dij, & omnem vim creatam in immensum exuperat; nec omnino, immo absque vlla comparatione, longe magis, suos celet, ambiat, regat, protegat, quam vastissimus cœli globus alia intra se suumque complexum comprehendat.

Qui habitat in adiutorio Altissimi.] Hieronymus, *in abscondito excelsi*; Alij, *qui sedet*, vel *sedens in secreto, occulto, penetrali*[a]. De nomine *altissimi* seu *excelsi*, עליון *hhelion*, dictum alias, quod Hebraicè est vnum de decem nominibus Dei, teste Hieronymo [b]. Cum luciter *Altissimo similis* esse voluisset [c], *reliuit Michaël* [d], indèque nomen inuenit, quasi dicas *quis sicut Deus* vt insinuat Bernardus [e], eo modo quo cognominantur Africani, Asiatici, &c. Extolli volentes qui præcellam molichantur turrim, *disturbati* [f] *sunt*: Antichristus *extolletur supra omne id quod dicitur Deus* [g]: *superbia odientis Deum ascendit semper*: Deo soli erigitur propriè altare, tanquam qui verè solus altus sit: eidem vni sacrificium offertur, quod ab ascensione quoque vocant, עולה *hholah*: æmulator honoris diuini diabolus, pérque rapinam esse æqualis Deo vero cupiens, in excelsis coli voluit, etiam apud Hebræos, quæ quod euerterint Iosias, Iosaphat, Ezechias, valde commendantur: *in beatorum gutture sunt exaltationes Dei* [h], & ipsimet *Seraphim obuelant faciem* [i], quasi *attenuari sentiant oculos aspicientes in excelsum* Deum [k]: inuitant idem beati, quique hic de Deo bene meditant, alios quoscunque homines, & Angelos, & creaturas, vt *Deum magnificent, exaltent, superexaltent* [l]: Maria sentiens *obumbratum* se *virtute Altissimi* [m], prorupit in voces *magnificandi Deum* [n]. Omnia infra Deum iubent nos conscendere altiùs ad auctarem suum, vt Augustinus quodam notat [o] loco, non hærere vel consistere in cuiusquam amore, aut veneratione præter illum: idem est summum bonum & Altissimus Deus, idem esse altissimum ac infinitum, immensum, æternum, independentem, infra quem cætera: denotatur eodem nomine *incomprehensibilitas Dei, & altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei* [p], *nobisque non altum sapiendum* [q], *nec altiora quærenda* [r]. quæ in creaturis altiora, denominantur ab altissimo Deo *montes Dei, cedri Dei* [s], &c. domicilium beatorum altum est, ac inter nos in alto collocantur qui eminent dignitate: ex corporibus perfectissimum simul altissimum est: perfectissima igitur substantia omnium altissima: quam solet Dionysius [t] vocare *super ens, super bonum, super sapientem*, & quo altius cœlum, plus in hæc influit inferiora: vt proinde oportuerit hunc inferiorem mundum superioribus lationibus contiguum esse [u]: alta sunt plurima, quia constituuntur in alto, cum per se humilia sint: *Deus cœlum & terram implet* [x], *vidique ille* Esaias [y] *super solium excelsum, & elevatum*, sed ita vt *ea quæ sub ipso erant, replerent templum*; quæ est vniuersitas rerum. Sedet Deus super thronos, *quia excelso excelsior* [z], dominatúrque *excelsus in regno hominum, cui voluerit dabit illud, & humillimum hominem constituet* [a], *& super Cherubim* [b], quoniam vincit omnem sensum, & intelligentiam creatam. *Ergo humiliemur sub potenti manu Dei, vt nos exaltet* [c], caueamus *ne in superbiam elati in iudicium incidamus diaboli* [d]; *quem vidit* Christus *sicut fulgur de cœlo cadentem* [e]; & *rex est super omnes filios superbiæ* [f]; Christus verò idem in die iudicij eleuabitur solus, & *incurua-*

tur sublimitas hominum, & humiliabitur altitudo virorum [g]; Deum non attingit elatus, ait Augustinus [h], nec machinamentis vel talis sublimati sublimem contingimus, sed humilitate. Euertamus in nobis excelsa cuncta, & altaria, quibus aliud colimus, quàm Deum. *Qui placet sibi in turbine nationum* [i], *& delectatur fastibus & superbis* [k] titulisque sublimibus, & dicitet *Altus* & *Altitudo* reputet secum & satanam, quod priùs verbis Christi retuli, de cœlo cecidisse, quódque tollantur in altú sæpe multi, vt lapsu ruant grauiore, & quod summos feriunt fulgura montes; & quod intelix suspendiarius ex summa scala deiicitur. Deinde, quo quisque altior, & propior Deo, communicare cum eodem, & ab infimis magis abstrahi debet: eum etiam in subiectos plus influere, vt tanquam *montes & colles susceperint populo pacem iustitiamque* [l]: postremò, vt accidit proceris & in edito locatis rebus, magis conspicuum & expositum alienis iudiciis esse, nec, nisi eximiè magna virtus eiusdem sit, deprehendi & commendari posse. Omnes quidem, sed qui pro munere altiora tractant, sursum habere corda debent, mente quæ ad cœlestia desideria erigere.

Cæterùm, vt Dei propensaretur cura prouidentiaque de suis, aptius excogitari epithetum non potuit, quamuis flagitarent Prophetæ *disrumpi, & inclinari cœlos vt ille descenderet* [m]. Altitudo tanta induxit nonnullos credere, Deum *super cardines cœli ambulantem, nostra non considerare* [n]: atqui ex ea quasi specula omnia ὁ θεὸς θεωρεῖ *contemplatur*: laborem & dolorem considerat, vt *pauperi, qui derelictus est ei*, consulat, *sitq; orphano adiutor* [o], & cuius afflictæ personæ. Mentio præterea facit altitudinis, vt æstimemus miseriæ profunditatem: vt assurgamus animo & desiderio ad eam arcem, vnde adiutorium expectamus: vt humiliùs de nobis sentiamus; *oratio enim humiliantis se penetrat nubes* [p], vt sublimiùs de Deo, potentiáque & brachio excelso ipsius, vt securiores reddamur: *Prospicit enim Deus de excelso sancto suo, Dominus de cœlo in terram aspicit, vt audiat gemitus* [q], & *exurgat in auxilium* [r]: vt magno affectus clamore clamemus ad Deum altissimum [s]. Etsi verò *Altissimi* vocabulum, notióque toti commune Trinitati est, primæ personæ peculiariter attribuitur, quia prima origo est aliarum, & hac ratione, si fas ita loqui, magis alta. Vnde ex ore Altissimi prodisse sapientia dicitur [t], & angelus, ac diabolus Christum appellabant *Altissimi filium* [u], & Zacharias filium suum *prophetam Altissimi* [x]. Item secundæ, secundùm incarnationem: de Christo enim canit ecclesia, *Tu solus altissimus*; quia humiliant. semetipsũ debetur exaltatio [y]. Ita de Christo scripturas loqui Cassiodorus [z] notat, ad contumendam specialiter superbiam Iudæorum, qui sic abiectum esse crediderunt, vt eum crucifigere non paterentur: simul etiam conuictos hoc nomine Arianos, quoniam qui *altissimus* est in deitate sua non potest habere inferiorem; adde nec propriè altiorem. Iam *adiutorium Altissimi* latiùs patet: illud maximè tutum de quo nostet Dauid [a], *iudicia tua adiuuabunt me*, vt etiam innuit hoc loco Euthymius. Et Christus adiutorio vsus est contra diaboli tentationes; nempe oraculis diuinarum literarum [b]. Hoc est iustum adiutorium à Domino, qui saluos facit rectos corde [c], & confert hominibus, vt iuxta recti cordis nimo fine illo nihil valet quicquam facere, quod ad vitam conducat æternam. Hæc Angeli teste Basilio [d], dicere

a Rfa. 26.
b in psl. 74.
c Sapien. 6 3.
d vers. 22.
e epist. 136.
b Rfa. 14.14.
c Apoc. 12.7.
d ser. 1. in Esa. c. 6.
e Gen. 11.7. 9.
f 2. Thess. 2.4.
g psl. 93. Deus sub cuius nutu omnia sunt, quia ipse omnia est.
h psl. 149.7.
i Rfa. 6.2.
k c. 38.14.
l psl. 33.4 Dan. 3.52.
m Luc. 1.35.
n vers. 46.
o confess.
p Rom. 11.33.
q vers. 20.
r Eccl. 3 22.
s psl. 79.11.
Ex superiori patet filium summe excelsum esse.
t de diuin. no.
u Aristot. 1. meteor.
x Iere. 23.24.
y Esa. 6.1.
z Eccl 5.7.
a Dan. 4.14.
b psl. 17.11. 79. 2.
c 1. Pet 5 6.
d 1. Tim. 3. 6.
e Luc. 10. 18.
f Iob 41.25.
g Rfa. 2.17.
h in psl. 74.
i Sapien. 6 3.
k Rfa. 14.13.
l psl. 71.3.
f Rfa. 64.1.
g Iob 22.14.
h psl. 9.34.
i Eccl. 35.21.
k psl. 101.21. l psl. 11.6.
m psl. 56. 3.
n Eccl. 24.5.
o Luc. 1. 32.
p c. 1 76.
q Philip. 2. 9.
r in psl. 65.
s psl. 118. 175.
t Matth. 4.10.
u psl. 7. 11.
x de Spirit. S. c. 10.

quicunque,

quiuerint [a], *Gloria in excelsis Deo*, ſicut nec nos *Dominum Ieſum* [b], niſi in Spiritu ſancto. Sed latet id nos adiutorium ſæpe, vt ideirco rectè nominetur hoc loco סתר *ſether*, *abſconditum*, *occultum*, *ſecretum*: quamuis inſinuet ſimul rationem protectionis diuinæ per modum tegumenti, aut alatum: alitum ſumpta ſiue à volucribus, ſiue etiam à tabernaculo, in cuius abſcondito alias cecinit vates abſcondere Deum [c] non nullos, vel *in abſcondito faciei ſuæ* [d], quæ ibidem ſingulari quadam ratione verſabatur. Non dubito quin Chriſtus habitauerit, ſeu ſederit, & conquieuerit ſemper (valet enim hæc omnia יָשַׁב *taſcan* & Latina illa ſynonymè accipiuntur) quantum ad naturam humanam in hoc adiutorio arcano & ſecreto diuinæ perſonæ, ac diuinitatis, quæ vtriuſlim dicitur habitare in Chriſto corporaliter [e], & propter quam mutuam inhabitationem appellatur verè Deus *abſconditus* [f]: Euſebio [g] tamen, Caietano, & Valentiæ nego hunc eſſe literalem ſenſum ſiue Chaldæa faueat tranſlatio. ſiue non, *qui poſuit maieſtatem ſuam in ſecreto altiſſimo*, aut, *cuius habitat maieſtas*, &c. Alij namque vertunt, *qui collocat manſionem ſuam*, &c. vt nec huiuſmodi eſt, quem putatus tradit Hieronymus, de illo qui habitet in Chriſto adiutore; & quaſi in Eſdra, qui Chriſti typus erat, & κατ' ἔτυμον ſignificat *adiutorem*. Non extat hic nomen עֶזְרָא *hbezra*, ſed סתר *ſether* vt dixi. Nec magis literalis expoſitio de eodem Chriſto, qui vt præſentem ac ipſere locum Remigius videtur, ac Beda, firmus habitauit, hæſitque in adiutorio Patris, cum tentaretur, nec vlla vnquam in re ab illius receſſit voluntate. Ad quemlibet iuſtum pertinet hæc oratio, qui totus affixus eſt petræ adiutorij [h], hoc eſt, Deo, ſeu Chriſto, & ducitur à Raphaële, qui idem Azariam appellabat ſe, quæ nomina ſignificant medicinam, & auxilium Dei. *Pax talibus hominibus, & pax adiutoribus eius, quem adiuuat Dominus* [i]. Huc faciunt dicta pſalmo 69. [k] de ſententia illa, quam Caſſianus tam exactè tractat; *Deus in adiutorium meum intende*, &c. Nec eam dumtaxat Eccleſia tam frequenter ac libenter vſurpat, ſed præterea ſimilem; *adiutorium noſtrum in nomine Domini*; &c. bis ad primam; ſemel ad Completorium, & Miſſam: item aliam in fine omnium horarum: *Dominus auxilium meum et ſemper nobiſcum*. Placet illa in Deiadutorio habitatio Eccleſiæ, ac tantum non dicit [l], *quis mihi tribuat adiutorem, vt deſiderium meum anima omnipotens?* Habitat *in adiutorio Dei, qui ſit in tabernaculo ipſius in ſecula, & protegitur in velamento alarum eiuſdem* [m], cuius ſemper ad illum oculi, vt ii de ſit ei auxilium. Non habitat ita perfectè, qui cauſis ſecundis naturalibus negat neceſſarium concurſum primæ, vt Durandus: Non Pelagianus ingratus gratiæ Dei, negánſque illius neceſſitatem: Non qui vel præſumit, vel deſperat, vel otiatur, non cooperans, & non reſpondens gratiæ Dei; Bernardus [n] diſtinguit, nõ ſperare illum qui non ponit Deum *adiutorium ſuum* [o]: Deſperare, obtrectum *à puſillanimitate ſpiritus & tempeſtate* [p]. Feliſtia ſperare peccantem in ſpe: Primum habitare in meritis ſuis: ſecundũ in promiſſis: tertium in vitijs: ſtultum eſſe, ac periculoſum habitationẽ primam; ſecundam anxiam, minimum in tertiam. Nec verò etiam adeò prorſus perfectè ſperat, qui conqueritur apud Deum, vt Moſes [q], Martha [r], Franciſcus [s], & ſimiles, impoſſibilia omnia deceſſeque alium hominem, qui iuuet: Non qui auxilium inimicorum Dei adoptat, ſed communium, vt Ochoſias [a], & Amaſias [a]. Non enim vnà Deus & Dagon habitare poſſunt: non qui ſolum in extremis periculis implorat opem Dei, aut in rebus tantum aduerſis, immemor in proſperis: non qui *tanquam hoſpes & aduena. Nec ciuis & domeſticus Dei* [d], *neſcit nomen eius* [e]: propterea quæ non ſperat vt oportet. Iubet Chriſtus orantem *intrare in cubiculum, vbi Pater videt in abſcondito* [f]. Ibi cubiculum hoc, vbi videt Deus quærentem non publicum, ſed ſecretum: qui ſe in hanc amplißimam recipit domum tanquam habitator, aptus variis vitijs ac tempeſtatibus anni partes probe tenet, nec non opportunitates adiutorij diuini, vt per *diem non vrat ſol, non luna per noctem* [g], non cœli lædant in vtræ vilæ, non pluuiæ laqueorum, ignis, ſulphuris procellæ [h]: recreet etiam, oblectetque hortus [i]: tandem Deus ipſe & habitetur, & habitet. Nemo familiarius, ſuauius, conſtantius in hoc habitat Dei adiutorio, quam *ſpiritu* ac *voluntate pauper* [k], qui ſe in paupertate profitetur habitare, *ignominiam elegit eam* [l], qui & *orphano eſt adiutor* [m]; *pupillumque & viduam ſuſcipit* [n], quibus & poteſtatem quoque fecit alios recipiendi *in æterna tabernacula* [o]. Videtur poſtremo *habitatio in adiutorio Altiſſimi*; præſentis neceſſitatem vitæ indicare: in beata, quamuis requiratur viſioni & lumini gloriæ reſpondens auxilium, & adiutorium; non erit opus propriè protectione, quia nihil erit à quo fugiatur, nihil quod noceat, nihil quod vires debilitet, nec ampliùs *inuabit ſpiritus infirmitatem* [p], ſed firmabitur in beatis, & non flectetur [q]. Interim iuſti, licet videantur interire, inquit Hieronymus [r]; tamen conuerſatio eorum in cœlis eſt [s], & fruuntur habitatione Altiſſimi. Hugo Card. *adiutorium Altiſſimi* appellat B. Virginem, in qua Chriſtus habitauit. Alludere potuit ad Euam, quæ dicta eſt *Aſſa Adiutorium* [t]. Affert præterea modos, quibus Deus adiuuat in bello, virtutem hoſtium minuendo: impetum eorum flagellis imponendo: vim ad impugnandum dando: audaciam impetendi tribuendo: longanimitatem in pugna largiendo: arma vibrantium niſi tando: coadiutores præbendo: agilitatem dando: faciendo deſpicere mundum: & ſe ipſi imponendo in latitudinem: pugnando pro nobis, & in nobis: erigendo cadentes, dirigendo in bello.

In protectione Dei cœli commorabitur.] Hieronymus, *in vmbraculo omnipotentis commorabitur*. Hic quidem in Bibliis Regijs, in editione namque Victorij, Fabri, Treueti habetur nomen, *Dominus*. Paraphraſtes vocat *vmbram nubium gloriæ omnipotentis*. Videri poteſt hoc membrum priori ſynonymum, eſſeque Hebraicè ibi abſconditum idem quod hic *vmbra* צֵל *ſtl* & יָשַׁב *taſcan*, quod יתלון *ithlonen*, quod per præſens alij vertunt, licet propriè ſignificet *pernoctare*. Bernardus [u] etiam concedit poſſe vtroque membro idem importari, & poſterius expoſitionem eſſe præcedentis: Vel addere, vt non ſolùm adiutorium ad operandum bonum, ſed protectionem quoque ad liberandum à malo doceat quærendam. Illud primum placet etiam R. Abenezra, & Eugubino, ita vt pendeat oratio vſque ad ſequentem verſum; ſitque ſuppleuda commutatio: *qui habitat in adiutorio Altiſſimi*, & in protectione Dei cœli commorabitur ſeu *commorabitur*. *Dicet Domino*, &c. Paulum id refert, quæri potius poteſt cur Lxx. tranſtu-

lerint

a Luc. 2. 14.
b 1. Cor. 12. 3.
c pſ. 26. 5.
d pſ. 30. 21.
e Col. 2. 9.
f Eſa. 45. 15.
g 9. de demo. c. 7.
Verus ſenſus.
h 1. Reg. 4. 1.
i 2. Paral. 11. 28.
k verſ. 2.
l Iob 31. 35.
In Dei adiutorio habitat qui tanquam ad illum ſemper cernit.
m pſ. 60. 5.
n ſer. 1
o pſ. 51. 9.
p pſ. 54. 9.
q Exo. 4. 10.
r Luc. 10. 40.
ſ in vita.
a 4. Reg. 1.
e 2. Paral. 20.
d 1. Reg. 21.
f Matt. 6. 6.
g pſ. 120. 6.
h pſ. 10. 6.
i Cant. 5.
k Matt. 5.
l Luc. 14.
m Iacob. 1.
n pſ. 145. 9.
o Luce 16.
p Rom. 8.
q Eccleſ. 1.
r in hac
ſ Philipp. 3.
t Gen. 2. 18.
u ſer. 1.
Laudat ſua ratione ſententia.

lerint ὁ τοῦ τῶ θεῶ τῶ ὑψίστῳ, *in protectione Dei cœli*; cum sit Hebraicè שׁרי בצל *bet el ſeiaddai*, nec vnquam, id nomen quod alibi toties occurrit, eo modo transtulerint. Si locus coniecturæ datur, fortassis legerunt שמים *ſciamaim*, & per *cœlos* seu *cœlum* vtrelle exerunt *Deum cœli*, vt cum dicit scriptura *clamare in Cœlum* [a], *peccare in Cœlum* [b]. Hieronymus [c], שׁרי *ſciaddai* ait, ab Aquila expon ἱκανὸν: se autem exponere *robustum*. & *sufficientem ad omnia perpetranda*: quod alij *victorem, inuictúmque, cuius resistí potentiæ non possit*: quidam etiam *uberrimum, copiosum, abundantem, nullius egentem, cunctos suis veluti uberibus nutricantem*: aliqui *vastatorem, confractorem, contritorem*. Notio est vel à שׁדד *ſciadad vastare, potenter ac fortiter perdere*. Nam quasi vastitas à Domino vel à potente veniet [d] משדי שׁד *ſciod miſſciaddai*, vel à שׁד *ſciad*, vt est *uber*, seu *mamma*: quo modo precabatur Iacob [e], vt, *Deus adiutor & omnipotens* שׁדי *ſciaddai benediceret benedictionibus cœli & abyssi, & uberum* שׁדים *ſciadaim cœli*, videlicet pluentis, terræque fructificantis. Deus ipse dicebat [f], *ego Deus omnipotens* אל שׁדי *el ſciaddai, crescite & multiplicare Isaac*, item mittens Iacob peregre, *Deus* [g] *omnipotens benedicat tibi, & crescere te faciat atque multiplices* אל שׁדי *el ſciaddai*, vel à שׁ *ſcie. qui*, & די *dai*, *sufficientia & abundantia*, & à quo omnis sufficientia nostra [h], estque αὐτάρκης *sibi ipsi sufficiens, bonorum nostrorum non egens*, propterea que Dominus ac Deus noster [i]. Quæ rectior sit derivatio, haud multum curo, fortasque si attendamus ad daghes, quo notatur שׁדי *ſciaddai*. thema potius erit שׁדד *ſciaddad*: Si ad vltimam literam י *iod*, erit a שׁ *ſcie*. & די *dai*: cui tamen obstat, quod שׁ *ſcie* non ingreditur compositionem nominis. Minus probabilis etymologia à שׁד *ſciad*, pro *vbere*, vel *mamma*, quia terminatio in י *iod*, quod sit extra radicem, vix est aliorum quam nominum appellatiuorum, vt עבדי *hhauri Hebraus*. Nisi fingas י *iod* in שׁדי *ſciaddai* innuere nomen proprium Dei יהוה *iehouah*, cuius litera prima est י *iod*, quem despiciendo impij, contemptim appellant שׁדי *ſciaddai* apud [k] Iob (vbi noster Pineda de hoc vocabulo accuratè differit) dicentes, *quis est omnipotens, vt seruiamus ei; & quid nobis prodest si oraverimus illum?* quasi nec facere bene, nec malè possit [l]. Sub huius pij protectione commorantur, & pernoctant, ac in tribulationum nocte tenebrisve lucem ab eo expetunt expectántque benignitatis & beneficentiæ, qui perdere possit hostes, omnesque molestias infringere, bona verò uncta largiri affatim, nihil quasi egens ab vllo exigens. Galatinus [m] probat hoc nomen Christo conuenire, ideóque Deum, quia Iob [n] scripsit, *spiritus Dei fecit me, & spiraculum omnipotentis* שׁדי *ſciaddai vinificauit me*: quia nec Pater, inquit, nec Spiritus sanctus animam habet, sed solus Dei Filius, quam sibi in Christo vniuit, & solus ad humanum genus redimendum atque saluandum satis est. Exponit verò etiam hunc locum, quod *habitans erit in velamento*, id est, in sacratissimo corpore suo Altissimus Dei Filius; *in umbra*, hoc est in B. Virginis vtero *ſaddai*, id est ille, qui solus pro humano genere satisfacere sufficit, *hospitabitur*, hoc est, nouem tantum mensibus commorabitur. Sed infirma profectò ratio ex Iob, & loci huius expositio dumtaxat mystica, vel accommodatitia: *spiraculum* apud Iob non *animam* signifi at, sed *respirationē* Hebraicè נשׁמה *neſciamah*, quæ Dei dicitur; quia illam dat. Iuxta translationem nostrā, obseruaui aliàs *Deum Cœli* scripturas [a] vsurpare potissimū, ùm incidit occasio illum opponendi Gentilium dijs: *Omnes hi dæmonia, Dominus autem Cœlos fecit* [b]. Adiice, quod iidem præcipuos Deos magnósque autumabant cœlestes esse, ac ipsis cœlis, & stellis diuinitatem impertiebant: quin & ὁ ὀι, quasi *Sacrificus* quidam [c] dici volebant, id est, *currentem*: denique cœlos & astra in nos ipsos fatali necessitate influere. Exēdē præterea causæ, quas quare *Altissimus* cognominetur hoc loco *Deus*, attulimus, quadrāt in cognomen *Dei Cœli*. Ipsius domin ū lic Euthymius maximè declarari docet: qui si *Cœli Dominus est*, clarum est, inquit, quod & terræ & cæterorum omnium. Nihil eorum quæ sub cœlo sunt timere potest, ait Bernardus [d], quisquis protectioné *Dei cœli* habere meruerit: in protectione autem nunc nos esse Dei habitantis in cœlo, non in præsentia, in qua sunt Angeli: & quia ibi Deus manifestat se ipsum, vix videri esse in terris: eáque de causa præcepisse Christum, vt orātes dicamus [e]: *Pater noster, qui es in cœlis*. Rationem aliam dat Beda, quia fecit Deus homines cœlos, id est, cœlestes: nec videlicet adiutorium ac protectioné Dei requirendam, nisi quatenus confert ad cœlestem beatitudinem. Tandem naturæ ipsius instinctu, testis Tertullianus, nos in Cœlum sublatis oculis opē in calamitate implorare. Amplectitur *protectionis* vocabulum quidquid pertinet ad munus eius, quem vulgo *Protectorem* nominamus, multóque Deus præstat plura, quem legimus, patris, matris, fratris, sponsi, amici, medici, pastoris, doctoris, Regis, & huiusmodi alijs curam atque prouidentiam denotantibus nominibus, appellatum: vt sit superuacaneum aduersus prouidentiæ diuinæ negatores hic agere, quod propriis operibus Chrysostomus, Theodoretus, Saluianus, & alij faciunt. Sed cur *protectionis*, & vmbræ Deus cœli coniungitur: non enim qui vmbram quærit commoratur sub corpore luminoso. Idem responderi potest quod de *virtute Altissimi obumbrante* [f]; nihil enim ibi *vmbra* imperfectionis sonat, sed potius accommodationem & attemperationem quandam virtutis ad id quod oportet, & decet. Innuit etiam *commoratio in umbraculo*, illud ipsum quod antea *habitatio in abscondito*: vt Deus *obumbret super caput nostrum in die belli* [g]: *in die malorum protegat in abscondito tabernaculi* [h], *abscondat in abscondito faciem suam à conturbatione hominum* [i]. Protegit Deus *in umbra*, quia sæpe nec sic protectus protegi se scit; nec alius: is præsertim qui vexat. Qui psalm. 82. [k] dicuntur (*Sancti*) *cogitauerunt aduersus Sanctos suos*. Hebraicè vocantur *absconditi*, seruit hoc humilitati nostræ, *quia nescimus odio ne, an amore digni simus* [l], & *necdū apparet quid erimus* [m], ac proinde nec de quoquam temere iudicare possumus: facit vmbra, ne *nimium* iusti velimus esse [n] sole iustitiæ illuminati: securos reddit sub vmbraculo Dei, *de cuius manu nemo potest rapere* [o], suósque custodit velut carissimum thesaurum, ibique sacrū asylum constitutum est, & quam vocant (saluam guardiam, saluum conductum, franchigiam) *Vita nostra absconditus est in Deo* [p], qui absconditus ipse [q] τὰ κρυφαῖα, reuelata tandem face videbitur, cum quæ abscondit & promit diligentibus [r] reddet. Sub hac protectione post Christum, nullus magis commoratus, quam ipsius mater, vere abscondita,

quia

[a] Iu libr. Iudich. Esther. Tobi. Esdr. Macha. Dan. passim.
[b] ps. 95. 5
[c] Plu. in Cra. & refert Tuc. 3. de Orac. assert.
[d] ser. 1.
[e] Matth. 6. 9.
[f] Luc. 1. 35.
[g] ps. 139. 8.
[h] ps. 26. 5.
[i] ps. 30. 21.
[k] vers. 4.
[l] Eccl. 9. 1.
[m] 1. Ioan. 3. 2.
[n] Eccl. 7. 20.
[o] Ioan. 10. 28.
[p] Coloss. 3. 3.
[q] Esa. 45. 15.
[r] Esa. 64.

a Dominus vana te vocat Iudæi.
a 1. Mach. 4. 10. c. 9. 46.
b Luc. 15. 18.
c epist. 136.
Notio nominis שׁדי
d Esa. 13. 6. Ioel 1. 15.
e Gen. 49. 25.
f c. 35. 11.
g c. 28. 3.
h 2. Cor. 3. 5.
i ps. 15. 2.
Minus probabilis etymologia.
k c. 21. 15.
l Soph. 1. 12. Ex in protectione omnipotentis conquiescamus.
Galatinus probat hoc nomen Christo conuenire.
m lib. 3. c. 13.
n c. 33. 4.
Ratio Galatini infirma.
Ratio Euthymij cur dicatur Deus Cœli.
Alia ratio Bedæ.
Cur vmbra & protectionis tegatur Deus.
Sub protectione Dei cœli non Christum commorari sua est Bernardi.

quia עלמה quod est nomen Virginis [a], *& abscondita*, vt dixi, quod ad humiliatem Bernardus [b] refert, & pallio sponsi simul ac filij tecta [c], & ab omni peccato ac fomite protecta, & summo honore affecta. Licet nobis cum Bonauentura in psalterio Mariæ dicere: *qui habitat in adiutorio Matris Dei in protectione filij commorabitur*, & cum Ecclesia ipsammet sic precari: *Sub tuum præsidium confugimus*. Christus peculiari ratione magis, quam Pater, & Spiritus sanctus adiutor & protector noster est, quia compati potest, similia nobis passus, & susceptor noster, id est, naturæ nostræ. Super omnem gloriam est huiusmodi protectio [d], siue gloriam pro arca vetere sumas, & quamuis re gloriosa veteris testamenti, qua diuina præstat protectio, siue pro rebus quæ maximè sunt apud homines, siue pro destinatis ad gloriam, qui soli *commorantur*, id est, perseuerant *in Dei protectione*. Orandus Pater, vt protector salutationum Christi sui sit [e] ne frustra sint: neque protector noster sit, vt non moueamur amplius [f]. *De terra exultabit ad eum* [g], quod Aquila transfert, *Vmbra*; quia vmbram habet, non veritatem protectio humana: & hederam Ionæ [h] qua coronabantur Bacchi sacra celebrantes [*], vermis arrosit [h], ita vt quæ præcedentis æstum diei tolerauerat, mane, quo vigent magis plantæ, exaruerit.

a c.9.14.
b ser.4. in pf. 90.
c Ruth 3.9.
Christus peculiari ratione magis adiutor noster, quam Pater & Spiritus sanctus.
d Esa.4.5.
e pf.19.8.
f psal.61.
g c.18.1.
* 2. Mach. 6.
h Ionæ 4.5.7.

Vers.2.] Dicet Domino, susceptor meus es tu, & refugium meum, Deus meus sperabo in eum.

QVisquis talis fuerit, vt habitet in adiutorio Altissimi, atque in protectione Dei cœli commoretur, dicet ad Altissimum, Deúmque ac Dominum: tu defensor meus: tu ad quem in omnibus malis meis, & necessitatibus confugere volo: tu mihi semper Deus vnicè colendus, à quo totus pendeam, in quo spem omnem constituam. Mysticè conuenit Christo appellare susceptorem Deum, quia ipse Christus secundum humanitatem susceptus est a Deitate & Patre, ac omnes personæ eundem, tum in resurrectione susceperunt, tum humanitatem variis gratiæ donis ornarunt. Latini ferè hic præ cæteris accipiunt locum, quemadmodum similem psalmi 3. [i] de quo ibi egimus: *tu autem Domine, susceptor meus es:* & [k], *ego dormiui, & somnum cepi, & exurrexi, quia Dominus susceperit me.* Diximus quoque non semel, spes in Christum qua ratione cecident; & retulimus Caluinianam blasphemiam, de eiusdem desperatione psalmo præsertim 21. [l] ad ea verba. *Deus, Deus meus respice in me, quare me derelinquisti?* Referunt Coelæus [m], & Sanus [n] Apostatæ cuiusdam similem blasphemiam. Debitam huic Caluino pœnam, vt desperans moreretur.

Dicet Domino.] Hieronymus, *iuraui Domino.* Alij, *dicam de Domino*, id est, ausim polliceri & persuadere mihi de illo qui est spes mea, arx, & Deus meus, in quo spero, id quod versu sequenti continetur. Chaldaicè (*dixit Dauid, dicam Domino*) legimus nunc אֵימַר *amar* in futuro dicam: Hieronymus legit אֲמַר *amar* participium, quod iungi potest variis temporibus, & personis *dicens sum*, vel *ero*: seu *dico* aut *dicam, dicens est*, vel *erit*, seu *dicit*, aut *dicet*, nihil circa lectum à LXX. יֹאמַר *somar* in tertia persona. Importat hoc dicendi verbum, cuicumque demum personæ tribuatur, deliberatum, & quem vocant reflexum mentis dictum, quique ob frequentem primo cuique vehementem meditationem, fieri etiam vt eiusdam prorumpat, vt non nulli contingit, qui soli sermocinantur, & verba proferunt. Gratiarum actionem agnoscit hic Bernardus [a]. Eadem formula alibi examinata est. Similis in sententia psalmo 41. [b] *quod me oratio Deo viuenti dicam Deo susceptori meo.*

a ser.4.
b vers.10.

Susceptor meus es tu.] Hieronymus, omisso pronomine secundæ personæ, quod non est in textu Hebraico, nec in psalterio Romano, apud quos Cassiodorum, *Deus meus.* Monet verò etiam [*], quamuis Græcè non sit, *es*, nec Hebraicè, *hoc*, & *tu*, rectè ob sensum & verborum consequentiam addita esse; significat eam adhæsionem סמך *nasabh sum in alio tanquam in latibulo*, ac *tecto receptaculo, hospitio*, &c. à חסה *chasah*, quod valet *sperare*, & *præterea tegere, hospitari*, & similia. Id alias docuimus, & quid sit *ἀντιδιαστολὴ*. Si qua vis sit in Latino vocabulo *susceptoris*, præter hic paulo ante dicta, & alibi, *Deus. Christus* dici *susceptor noster* potest, quia rerum nostrarum in se curam suscepit, vt propterea fortitudinem nostram ad ipsum custodire debeamus, *quæ iustorum mercès est* [c], quia vt Chrysostomus [d] (nisi potius auctor Latinus) loquitur, tot veritatem diu perpetuetur, suscipiendo à nobis opera misericordiæ pietatis, eleemosynæ, hospitalitatis, orationis, confessionis. Sicut susceptores fiscales, qui à promptualibus fiscalia, dant securitates Domini, & qui à conductoribus pensiones accipiunt, emittunt pyctacia securitatum: quia Christus curam nostram suscepit ad defendendum vt ait Remigius: quia libenter admittit supplices quasi libellos nostros, exaudítque orationem, & eam suscipit [e], quia vt solet medicus, inquit Augustinus [f], ægrotum quem curandum suscipit, susceptum suum nominare, ita sanat. Deus & Iesus (*Ἰησοῦς* per aphæresin quasi *ἰῶν* & *ἰαηδὲς*, *medens me iuuans me*) sanare omnes infirmitates nostras [g], & quemcumque vocat [h], quia vt idem Doctor addit, *susceptum suscipit loco parentum*: adhuc quos patrinos, & susceptores appellant, quia suscipit in morte spiritum nostrum, sicut Stephanus orabat [i], Nouum constitutus est à Domino Moyses super omnes animas fusas pendas. Vtinam tres essemus in bonum, ne calumnientur nobis superbi [k]: & ne impiè euertamur, ita vt sæcularis, sed Dominus fortitudo, laudesque nostræ, *Deus noster in pluuiam* [l]. Possunt enim dicere, vt Bernardus, *creator meus es tu*: possunt etiam animalia dicere *pastor meus es tu*: possunt omnes homines dicere *redemptor meus es tu*. At vt *susceptor meus es tu* is tantum dicere potest, qui habitat in adiutorio Altissimi.

a in psal.
b vers.10.
c in psal.8.
d hom.in psal.
e pf.9.10.
f psal.
g in psal.5.
h sic alibi.
i tuprin.
k psal.6.
l Ad Rom.
m Cornel.
n pf.4.
o pf.17.

Et refugium meum.] Hieronymus, *fortitudo.* Alij, *arx, munimentum, propugnaculum, seruator.* Chaldaicè, *arx fortitudinis.* Occurrunt hæc duæ voces, *refugium*, καταφυγὴ, מצודתי *metsudah.* Dominus, ait Beda [q], refugium, & receptaculum est, quo defenditur, & recipitur ille, qui prius per primum traditorem peccati in regnum peccati coniunctum fugerat: & locus refugij factus est Adamo, inquit Augustinus [r], qui primò erat metus fugæ ipsius. Non profuit vago & profugo Cain, quam primus condidit ciuitas [s], non ei refugij ciuitas fuit [t], aut asyli. *In circuitu impij ambulant* [u]: & quocumque confugiant extra Deum, id ipse fugit: & non ponentes Deum adiutorem suum, rident [x]; *vanaque est salus hominis* [y]: & *in de-*

q in psa.
r can.4.
s Ioan.c.21.19
t psal.9.
u pf.11.9.
x pf.13.4.
y pf.59.13.

in stationis calamitatisq; de longe venientes non erit ad cuius confugiant auxilium [a], *Quomodo si fugiat vir a facie leonis, & occurrat ei serpens, & ingrediatur domum, & innitatur manu sua super parietem, & mordeat eum coluber* [b]: *Malum & amarum reliquere Deum* [c]: non est ad quem eatur, nisi qui *verba vitæ æternæ habet* [d], alij namque vel mortis habent, vel vitæ solum temporalis: ibi verum refugium, vbi virtus: e ista carens, quocumque fugias te, talem te trahis post te, & cruciat te, ait Augustinus [f], quem velim legas cum Basilio [g]. Sed eadem de refugio disputatum aliàs, nec erit difficile volenti digredi in leges asyli, ciuitatis refugij, immunitatis templorum: præterea in varia refugij genera vt fontis, vel petræ pro ceruo & erinaceo, portus pro naui, vallis pro milite, similiúmque aliarum rerum, & ad mores transferendo, conferre cum Deo, vt ei refugij appellatio tribuitur. Atqui dicat aliquis, *habitationem in adiutorio Altissimi commorationem in protectione Dei cœli, susceptionem eiusdem, seu vt quis ab illo sit susceptus* non congruit nomen refugij, significans locum extra quem quis constitutus sit, & quia tutus non est, ad eum refugit. Occurrere videtur Bernardus [h], quamdiu adhuc in adiutorio quis habitat, non in regno frequenter opus habere fugere, & interdum cadere. Ipsa tentatio & tribulatio censetur quodammodo Deum ipsum etiam à iusto remouere, ita vt conquerens dicat exemplo Antonij, *Domine vbi eras* [i]? & nostri Dauidis [k], *Domine ne elongaueris auxilium tuum à me:* & [l], *Eripe me de inimicis meis, ad te confugi:* & certior fieri debeat; quod secum Deus est in tribulatione [m]. Vicissim iustus propter eandem causam, suspicatur se vel omnino, vel ex parte à Deo recessisse. Tunc autem seipsum colligens, & multiplicatis infirmitatibus accelerans [n], maiore quodam conatu repetit, vel magis adhæret in suo refugio, id est, in Deo, in quo reperit auxilium, consolationem, securitatem quanta hic haberi potest. Denique ipsamet habitatio, & commoratio in hac vita per modum refugij duntaxat est.

Deus meus.] Notatu digna pronominis possessiui crebra repetitio, *susceptor meus, refugium meum, Deus meus*, vt omittam per accommodationem, primum attribui posse Filio, qui naturam suscepit humanam, secundum Spiritui sancto, qui peculiariter auctor habetur gratiæ misericordiæque, tertiũ Patri, qui est deitatis origo, & principium. Pertinuisse forsan diceres ad charitatem maiorem vsurpare *susceptorem, refugium, Deum nostrum*, non *meum* priuato quasi nomine: ea namque etiam de causa voluisse Christum, vt orans diceret [o] *Pater noster*, non *Pater mi*. Primùm, quamuis ita orare docuerit Christus, non vetuit vt quis pro singulari quod in affectu, illum etiam alium vsurpet modum adeo frequentatum in psalmis, & alijs diuinis literis. Deinde, voluit forsitan discrimen ponere inter se ipsum filium naturalem & consubstantialem, & alios per solam adoptionem. Nam aliquoties *Patrem suum* nominauit, nunquam se nobiscum coniungens, *nostrum* dixit: Imo pronunciauit se ascendere ad *Patrem suum*, & *Deum suum*, quem separatim ac distincte vocauit *Patrem* & *Deum nostrum* vtens possessiuo pronomine secundæ personæ [p]. Cum quis Deum appellat *suum* facit ex eo affectu, quo etiam naturaliter aliam rem aliquam communem, *suum*, & *suam totam* dicit; quam impensius amat, & qua maximè delectatur. Oritur id præterea ex diuino beneficio, &

amore quo quemque ita diligit, curat, redimit, ac si vnus tantum esset. Sic *super custodiam meam stat*, sicut si omnium oblitus esset, mihique soli intendere vellet, inquit Augustinus [a]; Ambrosius [b] item obseruat dici traditũ pro nobis à Patre omnium Christum [c], quod ita omnes diligit, vt dilectissimum sibi filium pro singulis traderet. Chrysostomus [d] Paulum scripsisse [e] dicit de Filio Dei, *qui dilexit me, & tradidit seipsum pro me*, non tantum vt solent inflammati desiderio Dei Prophetæ sic loqui, considerãdo infirmitatem suam, ineffabilem Dei solicitudinem, quibus malis liberet, quæ bona largiatur; sed etiam, quoniam par sit, vt quisque nostrum non minus gratias agat Christo, quam si ob ipsum solũ aduenisset: neque enim recusaturum fuisse vel ob vnum, tantam exhibere dispensationem: quia singulum quemque hominem pari charitatis modo diligit, quo diligit orbem vniuersum. Ait etiam Chrysostomus [f] vnius animæ salutem tanti esse, vt ob hanc Filius Dei fieret homo, tantáque pateretur. Quo pertinet Christi ad Carpum responsum, de quo Dionysius ad Demophilum, se pro salute hominum denuò pati paratum. Quod animi Christi promptitudinem declarat, qua, si Deus vellet, iterum pateretur. Ex quo non sequitur incarnãdum fuisse ac passurum fuisse pro peccato vnius solius hominis: immo probabilius est id non futurum propter alia peccata, nisi originale fuisset. Lege Vasquez nostrũ 8. Bernardus [h] hoc loco proponit eandem quæstionem, cur non dixerit Propheta, Deus noster. Respondet, quia in creatione, in redemptione cæterisque communibus beneficiis est Deus omnium: sed in tentationibus suis tanquam proprium eum habent singuli electorum: sic enim paratum esse suscipere cadẽtem, & eripere fugientem, vt videri possit, relictis omnibus aliis, ei soli operam dare: propterea expedire omni animę, Deum semper attendere tanquam proprium non modò adiutorem; sed etiam inspectorem; negligentem fieri non posse, qui intuentẽ se Deum nũquam desinit intueri, quasi proprium illum habere videri, qui sic eum super se videt intentum, vt omnia interiora eius, & exteriora omni hora considerare non cesset; omnésque nõ solùm actus, sed etiam ipsos subtilissimos animę motus perscrutetur, atque iudicet. Ad eximium illum affectũ Christi redemptoris moríque iterum parati arbitror Thomam respexisse, cum dignatus aspectu illius, ac tractatione plagarũ eius, ita vt vnius ipsius causa is appareret, exclamauit, *Dominus meus & Deus meus* [i], simulq; respondẽs amori tacitè offerebat seipsum eidem morti pro Christo. Nec Christus quidem ipse Deum suum appellauit, nisi primùm in cruce [k], deinde post resurrectionẽ, quia nulla re melius profitetur quis Deum suum, quam si à quo esse accepit & essentialiter pendet, pro eodem mori ac in nihilum redigi sit paratus, & in vitæ nouitate ambulare [l], non tã sibi, sed Deo, & ei qui pro ipso mortuus est [m]. Magis est quisque Dei, quam suus, propterea magis eum amare [n] debet, quam se, & obedire voci eius, quia ipse est vita illius, *Beatus cuius Dominus Deus eius* [o]; quia nihil Deo ditius, & qui dona quærit, si Deum habet, habet donatorem, inquit Augustinus [p]. Leuita Franciscus *Deum suum*, & omnia solebat religiosissimè vsurpare: hoc Leuitici ordinis omnes ac Deo dicati magis vsurpare quàm alij possunt, quorum *Deus pars hæreditatis & calicis* [q]. Denique quidquid alij dicant beatitudine vel in alijs rebus

consti

a Esa.10.3.
b Amos 5.19.
c Ier.2.19.
d Ioan.6.69.
e ps.45.2.
f ibi.& ser.4. de verb.Dom. c.vlt.
g hom. in ps. 45.
Obiectioni occurritur.
h ser.2.
i Athana. in vita.
k ps.21.21.
l ps.142.9.
m ps.90.vlt.
n ps.15.4.
Seruus assimilatus.
Mouetur quæstio cur non dixerit Propheta Deus noster potius quàm Deus meus.
o Matt.6.9.
Solvitur quæstio.
p Ioan.20.17.

a soliloq.cap. 14.
b l.1.de Iacob c.6.
Ambrosius Chrysostomus.
c Rom.8.32.
d in epist. ad Galat.c.2.
e Gal.2.20.
f hom.3. in Actus.
g 3.p.disp.23. Eadem quæstio à Bernardo proponitur & soluitur.
h ser.2.
i Ioan.20.28.
k Matt.27.46.
l Rom.6.4.
m 2. Cor. 5 15.
n Deut.6.5.
o ps.143.15.
p in ps.49.
q ps.15.5.

constituant, *beatus populus, cuius Dominus Deus eius* [a]. Allexit me sententiæ suauitas determinatque, cum hoc ipsum argumentum, non vno prius loco, ac non dissimili fortasis ratione tractauerim. Nullus finis, si quibus modis *nosse vt Deus*, docere velim, ordine quem dixi essentiali, communicatione eiusdem naturæ per incarnationem: in qua sic nostræ coniunxit sua, vt similis nobis homo fieret: consortio diuinæ per gratiam, pretio & meritis infinitis Christi; corporis & sanguinis eiusdem perceptione, qualique conuersione in substantiam nostram; beatifica vnione, quæ similes Deo reddit. Quis non diffluat, dieique noctéque lacrymetur, si ei dici iure possit; *Vbi* [b] *est Deus tuus?* quis non acerbius ploret, quam ille quem obiurgabant plorantem, hi qui sustulerant Deos ipsius [c]? Magna scientia eius qui potest verè pronunciare: *ecce* [d] *cognouit quoniam Deus meus es.* Magna dignitas, potentia, dominium, habere Deum suum, qui voluntatem faciat eius cuius est [e], *obedit enim voci hominis* [f]. Sed hæc conditio, vt possessus possideat te Deus, & sicut Deus tibi se, tu etiam te Deo contradas, pete vt te *doceat facere voluntatem suam quia Deus tuus est* [g].

Sperabo in eum.] Hieronymus, *confidam in eo*, spei proprium confirmare, ad similitudinem anchoræ firmæ ac tutæ [h]: imò habitationis, cõmorationis, refugii, seu arcis. Vacillauit Petrus in mari cum diffidit [i]. Futuri temporis verbum Bernardus [k] obseruat innuere hoc esse votum, propositum, intẽtionem cordis Prophetæ, repositã esse hanc spem in sinu eius [l], & in hac perseueraturum nec peccaturum in spe, quia scriptũ sit, quod *maledictus est qui peccat in spe.* Vbi autẽ id extet, nondum reperi. Putati Hieronymi non placet ratio [m], quod quamdiu peccamus, non speramus, sed si desperamus peccare. Peccator etiam sperat, licet non spe viua, quidquid sit an simul cũ actu aliquo peccati, possit spei actum elicere; quod non videtur adeò difficile.

Vers. 3.] Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium, & à verbo aspero.

MEritò se sperare in Deum velle confirmat, quoniam planè certus sit, perinde ac si iam factum esset, fore vt ipsum liberet, ne illorum capiatur insidiis, qui quærunt perdere animam eius; velut aucupes aues irretire studẽt, ac ne incidat in quidpiam toleratu asperũ, molestum, noxium, siue verbum sit, siue factum, res opus. Applicatur hoc & Christo, cum sequẽtibus ab Eusebio [m], aliisque, & cuius iusto, qui dæmoniũ, & aliorum aduersariorum, tentationum, tribulationum laqueos Dei ope liberetur, cum vel verberibus aliisque malefactis, & damnis impetitur, vel verborum probris, irrisiõnibus, calumnijs lacessitur, & proscinditur. Sed spectatim, ac seorsim agendum de singulis.

Quoniam ipse liberauit me.] Hieronymus [n], & Ambrosius [o], *liberabit te.* Ita etiã extat Hebraicè יַצִּילְךָ *iatsilecha*. & Græcè ῥύσεταί σε. Translationem nostram sequitur Psalterium Arabicum. & Æthiopicum; Eusebius [p] quoque; & Apollinarius & alicubi Hieronymus [q] vetus alio verbo, *eruit me* sed in futuro Arnobius, Cassiodorus & Gregorius [r] legit *liberabit*. sicut vetus Psalteriũ, & Augustinus, *eruet.* Aliqui præterea cum Gallicano Psalterio, versum inchoant à prioribus vltimis verbis, *sperabo in eum, quoniam ipse liberauit me.* Tunc verò, *quoniam*, affirmatiuè sumi potest, seu exegeticè, non causaliter, ac ætiologicè; nempe non pro, *quia*, sed pro, *quod*, possit tamen etiam retenta distinctione [s] *eò*, adeo valere quod *certe.*

De laqueo venantium.] Vetus Psalterium, & Augustinus, *de muscipula.* Aquila apud Origenem [t], *de laqueo venatorum.* Alij ex Hebræo nomen sic gulãris יקוש *iakus*, *de laqueo venatoris*, seu *venatore*, vel *venatore offendiculi*, vel *offendiculo*, vel *de laqueo teredi*, vel *de laqueo*, subaudi, *quem quis extendet*, seu *extendit*, vel *de laqueo offendiculi*, vt nomen, à יקש, collectiuè translatum est pro pluribus: vt verbũ, esset à יקש. quod tamen in vsu non est. Nomen præsertim dicitur de aucupe, sed tamen etiam de quolibet venatore, qui loco Græcè θηρεύτης vocatur, a quilibet fera capiẽda. Chaldaicè, *de laqueo, & offendiculo*, nulla facta mẽtione *venatoris*, quo tamẽ subintelligitur. Sed in textu Nehemiæ, *quoniam ipse liberauit te Salomonem filium meum de laqueo, & de morte.* &c. Allegoricè Hugo exponit liberatum Christum à Iudæis, crebrò equidem capere illum in sermone. Sumi semper in malam partem *venatorem* in scriptura, putatus putat hoc loco Hieronymus, nec vllum sanctum in ea repetiri. Sed peccatores, vt Nemrod, & Esau: addi potuit Lamech, & Ismaëli, & quos Ezechiel [u], intelligens tyrannos, nominat *venatores*: Piscatores autem sanctos inueniri, scilicet Apostolos. Idem de *venatoribus* affirmat Hieronymus [v] verus. Verum est, si designemus aliquã personam. Alioqui non solũm *piscatores*, sed etiam *venatores* missurũ se Deus promisit [w], siue vtrosque accipias de hostibus Iudæorum, siue in melioremi partem, cum pluribus, quos Castro notet, quibus adnice Basilium [x], citat, de Apostolis & Apostolicis viris, quos oportet capere *demolitores vineæ vulpeculas* [y], & *singulare ferum qui depasturus eã* [z], denique *omne fera genus, occidere, vt hinc manducent* [a]. Minatur item Deus, *extensurum se super Sedechiam Regem, & super caput eius* [b]: Coniuratur que Nabuchodonosor piscatori [c]. *Venatores*, quos memorat scriptura, dæmonas & alios impios adumbrauerunt: Dicitur namque Lamech Caĩ occidisse, & alium adolescentẽ. Ismaël, & Esau fratres suos persequebantur: Nemrod [d] tyrannidem primus occupauit, & dicitúrque dux exercitantium turri in Babel. Vocant cum diuinæ literæ [e] *venationem venantium Domino*, aut *ferarum Domini*, vt legit Augustinus [f], quod potest significare *se venari*, quod Deum ipsum committeret, vel licẽte adorare illum: vel melius qui a re vera talis, ac id eo etiam diuino, quod non fallitur, erat. *Venatorem* verò illius idem Augustinus nõ de feris, sed de peregrinis animalibus, hoc est, hominibus interpretatur, quorum ei est ille deceptor, oppressor, extinctor. Recte *venator* appellatur diabolus, *qui ab initio homicida* [g], hominem irretiuit, & suffocauit. *Venator* ad labores duratur: oblectationis potius, quam emolumenti causã prædam persequitur: præsertim quærit in animalibus, quæ minime sunt cures, suntque extra nostrã potestatem, & delicatiores carnes habent. Ad eundem modum *circuit diabolus quærens quem deuoret* [h], non vt deuoret, sed vt perdat, nullã capit vtilitatem, aut etiam propriè loquendo, consolationem; & cum sit spiritus, labores nostros similes non sentit, qui muris conatũ adhibeat, & nonnullum accidentium reportet torum: *hæc est electus*, vt exemplum det Andreas Lundensis episcopus [i], & ita explanauit Hieronymus [k], & Gregorius [l]. Cõplorabat Antichristum ad spectaculum pueri, filo auem ligatam tenentis, diabolũ ea in re considerans, qui animas hominum constringeret [m]. Simili consideratione vocatur diabolus, inquit, cum

hominibus multis, quos irretitos suis laqueis pro sua voluntate in diuersa vitiorum impedimenta pertrahit &c. Bernardus [a] hunc locum exponens, ait se in hoc magna sui ipsius pietate, compungi, & valde misereri animæ suæ, quod eum serimus bestiæ, comparatique simus iumentis insipientibus [b], & tales, quibus venãdis laquei præparentur. *Venatores* diabolos appellat, quorũ nõ ignorabat Apostolus cogitationes [c] & *insidias*: & diserte laqueos eorum nominabat [d]. Laquei sunt quælibet occasio, quam diligenter ipsi obseruant & captant ex cuiusque prouẽtione, vt Ephrem [e] demonstrat, ex habẽdi potissimùm cupiditate, quæ ludã strangulant, vt notat Ambrosius [f], ex libidine, ex carne, ex opere ibus ipsis bonis, ex omni creatura, quæ pedibus insipientiũ facta muscipula est [g], qua de re Gregorius [h]. Ipsimet ethnici non sine vinculis & compedibus cupidinẽ, Plutonem, & similes Deos repræsentarunt. *Meretrix amarior morte. Laqueus venatorũ est & sagena cor eius, & vincula manus illius* [i]. Captum & vulneratum se sponsus dixit in vno crine sponsæ [k]. Guilielmus autem Parisiensis [l] docet incubos dæmonas mulieribus pulchros habentes crines magis infestos esse, vehemẽtiúsque in castẽ libidine inardescere; aut quia in cultu, ornatu, cinctura illæ vtra nimia intẽdunt, aut quia dicta pulchritudine inflammare spectantes in suam libidinem conari consueuerunt: aut quia in eis insolenter gloriantur: aut vt hac Dei permissione ab ea re desinant, timẽtes viros inflammare, & illaqueare, cum dæmonas instigare ac promouere vt leantur. Subdit exemplum de muliere, quæ post mortem visa hic pectere caput, & ornare accuratè, vt solebat viuens, respondent ea in re intolerabilẽ se cruciatum pati, quódque pectẽ ipse immẽsitate ponderis grauabat eã, & deprimebat intolerabiliter. Quodlibet malũ exemplũ laqueus & rete est, maximè illorum, qui pollẽt dignitate, cuiusmodi sacerdotes, reges, principes, religiosi qui vt Oseas [m] cõquerit, *laqueus fuit speculationi*, hoc est aut his, qui speculãtur eos [n]; aut cũ ipsi aliorũ speculatores ex officio sint, & sicut rete expãsum super Thabor (vbi trãsfiguratus Christus coram Mose, Elia, præcipuis Apostolis) vt obseruãt apud Matthæũ Hieronymus ac Theophylactus, præterea; Cyrillus Alexãdrinus in Ioannẽ [o], Micheas prædicto simile tribuit, *quod vir fratrem suum venatur*, quia *peruersum iudicium de terra & rectus in hominibus non est*. Prauã quoque doctrinã ostendit psalmo [q] decimo, pluuium laqueorum esse, ac Irenæus [r] hæreticos venatoribus aptè comparat. Denique vidit cum animi sui magno dolore Antonius laqueis mundum plenum, pestẽ verò ex his se humilem extricare, quod etiã tradit Ephrem [s]. Noli exorbitare, ne *de mandatis diuinis errare* [t], sed in via qui Christus est, consiste, quia *viuens non potest errare*, dum *ad lucem pontum* [u], non in cæno, vbi *nec sinit errare possum* [x]; excita in te strepitũ gehennæ, vt euadas laqueos, inquit Augustinus [y]. Ita vis, morẽ quã quis auolare rumori facit; oculos intẽtos habe, aliásque expectatas quæ *frustra tenditur rete ante oculos pennatorũ* [z], vt præter Bernardũ hoc loco, monet Chrysostomus [a]. Thales impegit humi fixos in cælo habens oculos; non impinges, si non elatis, sed humilibus in Deũ oculis intenderis, qui *euellet de laqueo pedes tuos* [b]. Caue ne vel vnguicula cõstringaris prauæ doctrinæ, vel malæ vitæ vinus mortalis peccati, vt præcipitet te Chrysostomus [c], si fortè inciderit in laqueũ. Ora vt euellat Deus [d], vociferare, & implora hominũ opem & fide, qui nouerunt cogitationes & *insidias* diaboli [e], vt ante dixi; *in medio laqueorũ ambulãs* [f] immo hærenti, nulla vtilitas alas excutere, ait idem Pater [g], naturalis solus ratiocinatio nis, si nẽpe circà laqueos ipsos fiat, & agitet se mẽs super illos, maximè, qui viscoso sũ illiti ibidinis lubet nos Ambrosius [h] meminisse autes nos esse, assũptos in naturam volãdi, & in quandam aquilæ renouatos iuuentutem [i] in terram deiici non debere, qui iam cœlum petebamus; nulla vehementiora vel gratiora, quã vincula charitatis, quibus qui Deo ligatus est, solutus est mundo. De qualitatibus venatoris Hugo differt [k] plicans diabolo,

Ars, cornu, virus, equus, arcus, pallida vestis,
Decipula, laqueus, rete, tela, canes.

Extat & Greuei cadẽ de re sermo [l]; & nos hinc inde nonnulla diximus quæ pertinent eodem. Iacobus Naclantus [m] annotat diabolum sub tyrannis vsum venando canibus, sub hæreticis reu; laqueo quoties illicit concupiscentia carnis, & oculorum atque superbia vitæ [n]; prima capi nos veluti per pedes, secunda per manus tertia per caput.

Et à verbo aspero.] Hieronymus omissa coniunctione quæ Hebraicè deest, *de morte insidiarũ*. Alij, *à peste praua rumorum* seu *contractionum*, seu *fallacium* vel, *ab excidio exitiorũ*, seu *exitiali*: vel *a peste pessima*, seu *quælibet pestilente*. Chald. *de motu asij, tumultu, aut insidijs*. Symmachus λόγου ταραχώδους dixit λόγον ἐπηρεαστικὸν *verbum & sermonem violentis insultus, contumelias, iniurias*; quia perturbant animã contumeliæ, inquit Euthymius, Nicephorus, Basilius, Theodoretus: duóque vltimi exemplũ assignãt in Ioseph, & Susanna, quos Deus liberauit à calũniatoribus. Aquila interpretatur λόγον ὀπίσω; *insidiosum*. Apollinarius explicat *verbum cum tumultu prolatũ quo timor incutitur*.

μύθου τ' ἀσαθὲς καὶ ἀκαχὲς τρομεόντων.

Et à verbo instabilis tumultus trepido.

Ambrosius [h] Symmachũ interpretatur, vt sit λόγος *inanis verbum irritationis*: & meminit alios interpretari, *perturbationis*. Simul docet quod laqueus aduersarij est *sermo nostet*; nec ipse minus aduertamus est nobis: quoniã loquimur plerumque quod excipiat inimicus, & quasi nostro gladio nos vulneret: explorãs nostra arma, & acuens sua tela: vt si emiserimus verbũ indecorum, laqueum tuũ stringat. Hieronymus [i] exponit *verbũ asperum* idem esse quod *turbulentum*. nẽpe iuxta vim Græci vocabuli τραχὺς vc, propriéq. hæreticorũ significare *doctrinam*. Eædem literæ דבר cum pũctis istis דֶּבֶר *dauar*, *verbũ* significãt, cũ alijs דֶּבֶר *deuer pestẽ* seu *mortem*. Primo modo legerunt Lxx. Aliud nomen הַוּוֹת *hauuoth* in plurali, valet *contritiones, praui tates, insidias, tumia, insidias, quælibet mala, iniquitates*. Sic laqueus priore membro erit *tentatio*, seu *tribulatio* per facta; *verbum asperum*, per verba. Aspera verba proterẽtes, & conuitia, atque calumnias, rectè iuxta vim phrasis Hebraæ, vt nũc est, pestes, ac labes exitiales nominatur; sicut psalmo primo *cathedra pestilẽtiæ* dicitur Hebraicè *illusorum & irrisorum*. Gregorius [k] liberari nos a verbo aspero docet, quãdo irritionũ probra, despiciendo superamus, & irritiones detrahẽtium calcamus, quæ bonis nostris itineribus aduersantur: sicut *liberari de laqueo venantium* quia venantes nihil aliud quam carnes quærunt, quando infidias carnalibus vincimus. Hoc Augustinus accepit de improperijs, quæ fiunt per paganos Christianis, vel per malos Christianos bonis, & iustis, quod bene exaggerat, proponẽs exemplũ Christi, qui audiuit, *dæmonium habet*, & alia huiusmodi cõuicia. Plerique sunt nostro tẽpore in apologijs crimínibus, & iniurijs, quæ olim in Christianos à paganis & Iudæis congerebantur, extantque tum in historijs Ecclesiasticis, tum in

a ser. 3

b ps. 48. 13.

c 2. Cor. 2. 11.

Laqueus quid sit.

d 1. Tim. 6. 9. 2 epist. 2. 26.

e ser. de pass. & pœnit. & perturb. animi.

f in ps. 118. ser. 14.

g Sap. 14.

h 1. Mor. c. 19. vel 38.

i Eccl. 7. 27.

Incubi dæmones mulieribus pulcros crines habentibus maximè infesti.

k 1. ant. 4. 9.

l 2. p. de vniuerso p. 3. ca. 25.

m c. 5. 1.

n c. 17. 2.

o lib. 11. c. 26. p c. 7. 2.

q vers. 6.

Hæretici venatoribus aptè comparati ab Irenæo.

r lib. 2. c. 19.

s de rec. viuendi rat. c. 9. 1.

t ps. 118. 110.

u ps. 139. 6.

x Eli. 25. 8.

y in ps. 123.

z Prou. 1. 17.

a hom. 25. ad popu.

b ps. 23. 15.

c hom. 6. in 2. ad Tim.

d ps. 24. 15.

e 1. Cor. 2. 11.

f ser. 3.

g ser. 19.

Augustinus hãc locum accepit de improperijs Christianorũ in Christianos.

h 1. offic. c. 4.

i in Eli. c. 22.

k 6. Mor. c. 15. vel 17.

Expositio Greg.

l ser. 195.

Alanus de Naclantus.

m lect. 4.

n 1. Ioan. 2. 16.

Lectionis varie, & explanatio textus.

ordinum religiosorum annalibus similia malorum Christianorum in viros religiosos, & pios maledicta. Fiunt tales homines in Satan, vt Dauid appellauit Abisai, cum ipsum prouocabat ad vindictam Semei [a], & Christus eodem aspero vocabulo nominauit Petrum, communis ei quod impedire niteretur ab ipso, crucem vt tem indignum [b]. Redimi flagitabat Dauid à calumnijs hominum vt custodiret Dei mádata [c], quin, vt ait Hilarius, domesticæ præsertim calumniæ, secunda grauissimum solent fidei exitium afferre. Cassiodorus explicat de verbo quod contra diuinas regulas, tanquam letiferum poculum propinatur. Bruno Carthusianus de occulta suggestione; Hugo, de conuitijs Iudæorum cõtra Christum: Bernardus [d] de milde Iudæis, dicentibus, *tolle, tolle crucifige eum*: quod Christus verbũ sustinuerit, vt nos liberaret à *verbo aspero* gehennæ, *aufer, aufer, percute, lancea, cito interfice, velociter ipsa detrahe; tollatur impius ne videat gloriam Dei*. Cõfirmat exemplo venatorum, exultantium capta bestia, & clamantium *tolle tolle, infige verubus, infer prunis, & male bullientibus impone lebetibus*. Amplificari potest omnis hæc prosopopœia etiam priusquam capiatur bestia, dum se venatores comparant, prouocántque ad capiẽdum, & impetu facto, vociferationibus nemora complentes, vel cãpos, instruũt. Addit durũ sermonẽ, asperrimumque illud Christi ad damnatos verbum [e], *discedite maledicti in ignẽ æternum* qui dum viuerẽt, durum arbitrabantur sermonem de pœnitentia. Nam quibus nunc durus non est, *ab auditione mala non timebunt* [f]. Indicat, quem credũ esse Hieronymum, *verbum asperum* esse, quando de peccatis cogitare incipiendo, turbamur, & quasi quibusdam fluctibus cõcutimur. Durus carnifex, tormentúmque asperum, *confessio mala*, singulare beneficium, cum auditui pœnitentis datur gaudium & lætitia [g]: dicitúrque illi [h], *salus tua ego sum; remittuntur tibi peccata tua, vade in pace* [i]. Liberatum *de laqueo venantium*, hoc est, de peccato, liberat Deus, de verbo aspero sententiæ pronunciatæ contra peccatores.

a 2. Reg. 19. 22.

b Matt. 16. 23. Marci 8. 33.

c ps. 118. 134.

Explicationes Cassiodori, Brunonis Carthusiani, Hugonis, Bernardi.

d ser. 3.

Bernardi suam explicationi explicationẽ cõfirmat.

e Matt. 25. 41.

f ps. 111. 7.

g ps. 50. 10.

h ps. 68. 30.

i Luc. 7. 50.

Vers. 4.] Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis.

Lectionis ratio.

PRonomen secundæ personæ, ac verbũ, sicut & alia similia, vsque ad versum octauũ, tenent lectionem præcedentis versus, quæ pronomẽ exprimit eiusdem personæ, *liberauit te*, &c. Sed personarũ facilis mutatio fit. Quare, retento pronomine primæ personæ in priore versu, sensus est, ô tu qui quæ dixisti quæ sũt hactenus dicta, certus esto, quod sicut ea promisisti tibi, euenient tibi. Etenim Deus, à quo te adiuuari, protegi, suscipi gloriaris, in eóque refugiũ tuum ac spẽ esse, ita vt à periculis tum factorum, tum verborum liberet te, teipsum quasi pullum gallina expãtis cooperiet potentiæ, & prouidentiæ suæ alis, tuque sub hac protectione tutus & securus, in ipe bona deges. Allusio videtur ad Motis Canticum [k], *Expandit alas suas, & assumpsit eum, atque portauit in humeris suis*. Basilius, Theodoretus, Euthymius, Nicephorus ductã volunt similitudinem ἀπὸ τῶν ὁπλιτῶν à propugnatore, seu qui primus in bello præliatur, acie, & pugna consistit, & scapulis, quæ sunt retrò contegunt. Obstat nonnihil proprietas dictionis Hebrææ, de qua paulo post, & quia versu sequente comparatio alia ponitur ex armigero, qui scuto præterito alium protegit. Vide alias, docui honoratiorem locũ habitum ad sinistram, quatenus qui ad dexterum latus

Sensus loci.

k Deut. 32. 11.

Honoratior locus ad sinistram quàm ad dexteram

stabat, lateronis, & protegentis fungebatur officio. Vulgo quoque dicitur, *Ah si illi hoc est aliquod breue super caput in die belli*, [a] non eorum tantum gratis, & gladius, sed & solaris etiam impetus molestus, inquit Euthymius [b]. Cæterum Hieronymus explicat ad Christum exaltandũ in cruce, manifestat qui homines protectorum, ad quas respicientes à serpente morsi sint, sanentur [c]. Huc facere posset vsus Francisco crucifixus cum affixi: & disputari de satisfactione Christi grauíque pondere peccatorum nostrorum, quod scapulis & humeris gestarit, & luat Arnobius ait pennas esse angelos custodes: Cassiodorus scapulas operationes mirabilium, quibus celsit humeris virtus diuina monstretur: pennas monita prophetarum (ad de aliorum diuinorum scriptorum quæ si pura mẽte recipiantur, fideles animas ad cœlos vsque perducãt. Hilarius in scapulis attendit potentiam Dei, quia in alis aliis hæc pars fortior est: in alis mirer ordinem, vel præcepta, quibus in cœlum subuehimur. Bernardus [d] considerat ab confusionem mentorum in hac vita ad humilitatis custodiam, quod maximè heri dicit in claustris, vbi piè viuens plus attendit quæ desunt sibi, quam quæ obtinuisse videntur & *obliuiscitur quæ retro sunt, extendit se ad anteriora* [e]: item protectionem diuinam obumbrationémve super caput in die belli, tanquam aduersus mentium acceptoris, & fomentum caloris materni, ne forte vagantes moriamur, refugiscente charitate. *Super ferebatur* inquit *spiritus Domini super aquas* [f], Hebraice *incubabat & fouebat more volucris & pullum*.

Scapulis suis obumbrabit tibi.] Hieronymus & Arnobius, & Gallicanum psalterium Fabri, præterea Gregorius [g] addunt præpositionem, *in scapulis* &c. quæ etiã extat in textu Hebræo, Græco, Chaldæo, & in hoc vocatur *umbra mactitatus*. Augustinus legit, *inter scapulas*, & c. Sũt δὲ μεταφορικὰ τοῦτα ait Græcus anonymus, ἐὸ ἡ πλευρὰ ἀρολαῦτα, τὸ μεταξὺ ἀμῶν locus in quo penna tenentur, quod interior tum est humeris. Latius nomen patet: nec minus de alis, quam de auibus vsurpatur, quamuis haud tam præcise cõstet quæ pars sit in ortu. Hæc apibus quoque Medici Latini vsurpant, illud portem costi adiectum transferendum putarã, siue medium inter dorsum lumbosque, quæ renes vocant, &c. Hebraea vox כנף *caneph penna & alam* significat, *extremum loci* reddunt impl. tab. p. 6. [h] Trita *ala* vestis apud Latinos acceptio: nescio an æquè apud Græcos, apud Hebræos: nulla quod equidẽ videam. Quæ prius attuli causam, cur tamen plãè retinendum tamen, laudiné hoc loco, vt Græcis ἐκ τοῦ πτερύγιον ἀπὸ τοῦ μάχης, *ab eo quod ales, ingens fit propugnator*. & vt duæ sint similitudines à venatione, ab auibus rapaci, & sequenti versu à prælio. Auertis scapulis humerisve protegens Deus & Christus, mirari potest, præter ea, quæ dicta sunt, tũ in hac vita videri tantum posse protectiones Dei, sicut Agar [i], & Mosen [k] legimus vidisse, tum exempla præcedentis nostri Dei, Christúque qui præcipit etiam vt sublata cruce ipsum sequamur præeuntem [l], sequi autem magistrum debere. Exaggerat optimè Augustinus hoc & alijs locis [m], comparationem ex gallina pullos fouente ac defendente, quam Chaldæus ipse vsurpauit. Nõque nõ hil aliud de eadem dixisset & de figurata oratione, secundum quã Deo humana, & aliorum animalium membra tribuuntur, quæ ipsi propriè inesse hæreticis Anthropomorphitæ, & simpliciores ac rudiores, alioqui pij & religiosi existimauerunt. Lege Cassiani [n], & Gregorium [o], formulas etiam Eucherij, & Augustini, alternative

a 2 Reg. 19. 22.

b Ibid.

c Num. 21. 9

d ser. 4

e Philip. 3. 13

f Gen. 1. 2.

Rara lectio.

g Pr. Mor. c. 4 vel 6.

h sect. 14.

i Gen. 16. 11.

k Exod. 19. 4.

l Matt. 16. 24.

m coll. 10. c. 8 & long.

n coll. 10. c. 8 & long.

o Pr. Mor. c. 4 vel 6.

tractatum de essentia deitatis. Gregorius autem refellens Anthropomorphitas, rationem reddit istius formulæ, quod sicut in scapulis opera portamus, ita quod nos Deus toleret; atque eo ipso quo tolerat fouet, obumbrate nobis in scapulis dicit: ac si diceret peccatori homini, & post peccatum veniam deprecanti; ea pietate Dominus te protegit, qua te pietate tolerauit: Obumbrat enim in scapulis suis, quia dum portat, defendit. Qui aduocare voluerit similitudinem ex aquila, altive volucribus, & alis earum, non incommodè id faciat. Nobis alio euolandum.

Et sub pennis eius sperabis.] Hieronymus, *sub alis*. Chaldaicè, *sub umbra gloriæ eius securus conquiesces*. Pro brachiis & manibus alæ quandoque sumuntur, vt ex psalmo 62. [a] *in velamento alarum tuarum sperabunt* & in 7. [b] *si est iniquitas in manibus meis*, Hebraicè *in alis*. Huc reuocari potest Malachiæ [c] locus, *sanitas in pennis eius*; quod ad radios solares pertinet, quibus quodámodo volat per orbem, & Dei, Christique prouidentiæ conuenit, & brachiis in cruce expánsis. Sublimet portat nos Christus pennis, ita, vt citò, & expeditè volemus, & onus legis leue [d] ducamus; sententiam libri primi Paralipomenon [e], *Cúmque adduxissent Dens Leuitæ, qui portabant arcam fœderis Domini, immolabantur septem tauri, & septem arietes*, explicant Hebræi, quorum Lyranus [f] meminit nec refellit: ita quod arca portabat seipsam, id est, diuina virtute sic portabatur, vt portantes Leuitæ nullum pondus sentirent, cum esset ex ligno solidissimo, & vestita laminis, alióque instrumento constaret, pro illo autem miraculo ab iis fieret ea oblatio. Id meritò quidem refutat Abulensis [g], & aliud aliud figmentum, quod in transitu Iordanis volauit arca super aquas, & ipsosmet sacerdotes, qui portare volebant portauit. Sed hinc licet vtcumque argumentari, quanto verius lex ipsa Euangelica nobis alas addat, quamuis requirat veluti Cherub Ezechielis [h] sub alis manus, id est, cooperationem nostrã, & cum contemplatione, actionem. Adiumentum autem Dei in arca portanda fuisse dicit, quod sinueret Deus liberè portari, nec vllum inferret nocumentum, sicut accidit cum prima vice portaretur, & eam tangens Oza mortuus [i] est. Denique ostendit non fuisse arcam per se magni oneris, & ponderis.

Vers. 5.] Scuto circumdabit te veritas eius, non timebis à timore nocturno.

Vers. 6.] A sagitta volante in die à negotio perambulante in tenebris, ab incursu, & dæmonio meridiano.

Sensus lect.

ALia similitudine scuti vel militis alium scuto vndique circumdantis, munientis, protegentis, Dei veritatem, protectionemque demonstrat ergà illum qui speret in ipsum. Protecto autem ait esse veritatem seu veracitatem ac fidelitatem, quæ sperantem nunquam fallat. Vnde infert, vt die nihil eorum timeat, quæ noctu timoré possunt incutere: non tactã de die sagittam non quemuis, qui in tenebris occultè que & callidè negotiũ exhibere studeat; non dæmonem ipsum, dæmoniue similem quemlibet aduersantiũ, qui vim ei à luce conetur inferre. Denique scutum fore significat ab omni malo, tum occulto, tum aperto, quo animicus intentare possit, siue homo, siue etiã dæmon, tum quod humano consilio præuideri cauerique possit, tum quod non possit, tum quod veluti casu contingat tũ quos studio fraudéque alienus, Sanctus Franciscus in expositione orationis Dominicæ ait, cum oramus *non inducas in tentationem*, petere ne in occultam, siue manifestum, ne in subitam, vel importunam. Multis modis declarantur hæ tentationes aut tribulationes, quos postea seorsim attingemus. Sed conueniunt in hoc omnes, quod partim occultæ sint, partim apertæ. Primum vero membrum cõprehendat seuiores, citoque transeuntes, alterum magis graues & diuturnas. Allegoriam de Christo, qui veritas est [a], orta de terra [b], seu de ipsius incarnatione, tradit Hugo. Tropologiã assignat Bernardus [c] de timore molestiarum corporis; de sagitta volante in die, propter vanã gloriam, de negotio perambulãte in tenebris, ob ambitionem. de dæmonio meridiano, vt est iniquitas sub imagine virtutũ pallíta. Verum, vt monui, magis distinctè de his disserere debet. Tranferebant Bernardũ Hugo, & Arguanus, præterea Ioannes Viridis in speculo verbo *Religio*, & *Tentatio*. Quidã [d] referunt narrare Cassianũ veterum anachoretarũ interpretationem, vt liber à timore nocturno sit, quando [e] Michol Dauidẽ noctu liberauit ne comprehenderetur à Saulis militibus: à sagitta volante in die, cum euasit ictum, quam in eum Saul vibrauerat [f]: à negotio perambulante in tenebris, cum pernicios consilia Achitophel, Doëg & similium elusit: à dæmonio meridiano, quãdo meridie concupiuit Bathsabea à quo postea peccato mundatus est. Sed Cassiani locum adhuc non reperi.

Scuto circumdabit te veritas eius.] Hæc priori versui nectuntur à multis, ob similitudinem protectionis cũ *scapulis* & *pennis*. Hieronymus, *scutũ & protectio veritas eius*. Alii, *scuto & protectione, veritate sua*, nempe *proteget*, vel *veritas, & fides eius clypeus, & umbo tuus erit*, id est, nullum scutum, clypeus, vmbo præstabit ne cuiquã hoc potenit, quod ipse sua fideli cura præstabit. Hebraicè צנה וסחרה אמתו *tsinnah vesohrah amittho*. Primum nomen iam occurrit psal. 5. [g] quod Hebræi putãt significare maiorem clypeũ, qui totũ ferè hominẽ tegat, cingat, & lutique coronet, vt est in dicto psalmo. *Pavesim* Latini quoque nominant, magnitudine & rotũda figura ferentes magis idoneam de qua re Turnebus [h], & Manutius [i]: Secundo volũ denotari scutum rotundum vulgo *rotella*. Forte Septuaginta legerunt יסחרה *sohorah*, cũ *he* paragogico, vel יסחרנה *sohherennah*, ita vt non sit nomen, sed verbum significans *circuire* & *circumdare*. Eodem psalmo nonnulla de scuto dicta facũt ad rem præsentem. *Circumdationem eorum vt scutum sunt*, Bernardus [k] innuere ait, nos tẽtationibus circumdatos esse, quibus nos *fidelis Deus non patitur tentari supra id quod possumus* [l], sed gratia sua nos adiuuet, ac protegat; & ad similitudinẽ scuti, quod in parte superiore amplũ latumque, vt caput & humeros custodiat, in inferiore strictius est, vt minus sit, & quia graciliores tibiæ sunt, nec adeò facilè, vel periculosè vulnerantur faciat vt ora cordis nostri sollicitiùs custodiamus, circa spiritũ amplius, latius, abundantius occupemur. Tali forma, hoc est scuti, cor humanũ est. Earum superiorem partem angustũ, vt cum dilatatione ad superiora, cælestia, diuina spiritualia aspiremus. *Vita nostra est militia* [m], & *vniuersa vanitas omnis homo viuens* [n], opus ideo est veritatis circumdantis scuto, aduersus antagonistam *mendacem patrem* [o], qui mẽdacio primò se fefellit patẽtes, quemadmodum & ipse *in veritate non steterat* [p], hæreticique peculiari quadam ratione personam secundam, cui veritas attribuitur, & quam idcirco vt propriã vindicaret sibi unum, descendit incarnari, & manifestari *plenum gratiæ & veritatis* [q],

atque

Ratio lectionis.

a vers. 8.
b vers. 4.
c c. 4. 5.

d Matt. 11. 30.
e c. 15. 26.

f ibid.

Explicationem literarum retinet Abulensis. g ibi. q. 32.

h c. 1. 23. 24.

i 2. Reg. 6. 7.

Allegoria.

a Ioan. 14. 6.
b Psal. 84. 12. Tropologia.
c tem. 6.

d Mazzar in pf. cit. discur. 3. lib. 1
e 1. Reg. 19. 12. 13.

f c. 18. 10.

Ratio lectionis varia.

g vers. 3.

h lib. 12. c. 20. & de quæstionib. ex epist. q. 10.

Cordis humani forma quam & libro de Ab. & Ia. c. 2.

k ser. 5.

l 1. Cor. 10. 13.

m Iob 7.

n Psal. 38. 6.

o Ioan. 8. 44.

p ibid.

q Ioan. 1. 14.

atque *testimonii perhibere veritati* [a]. Ipse ait Chrysostomus [b] protegit & circundat, vt vndique nos paratos inueniat & clausos, vt omnes aditus sensus nostri scuto veritatis tegantur. *Qui diligunt vanitatem grauis corde sunt* [c]; deorsum conuersa cordis ampliore parte, *ponendo mendacium spem suam, mendacióque protecti* [d]. Scuto isto veritatis scripturarum retudit Christus tela tentatoris [e], & conuincebat Iudæos vt veritatis, quam cum ipsis diceret, credere deberent [f]. Hoc fidei scuto *omnia tela nequissima ignea possumus extinguere* [g]. *Christus veritas est* [h], & *in circuitu eius illa est* [i]: *Induere Christum* [k] vt circunderis scuto veritatis: spera in eo *vt misericordia illius circundet* [l] *te, coronéque te in misericordia & miserationibus* [m] *qui est in circuitu populi sui* [n], continentis se intra circunferentiam sphæræmque diuinæ prouidentiæ, & charitatis. Qui præstitit veritatem tegi, mulieri, vino, laudem ac præmium retulit; & populi sui liberationem impetrauit [o]; quoniam verè liberi, quos liberat veritas [p]: *Refulgente sole in clypeum aureum* veritatis, *resplendent montes sicut lampades ignis* [q], & inimicorum oculos percellit. *Omnis* [r] *sermo Dei ignitus clypeus est sperantibus in se.* Veritas quandoque cum iustitia confunditur, & æquitate: *scutum autem inexpugnabile aquitas est* [s]. Oratio præterea scutum est [t]; nempe cultus Dei verus, qui tales quærit, qui *in spiritu & veritate adorent eum* [u]: bona item voluntas [x] prodiens in opus, vnde reddimur tuti ac securi. Ex turre & collo sponsæ, id est, charitatis, *clypei mille pendent* [y], hoc est, opera bona, in quæ tanquam ex collo vis dimanat & forma meriti, velut spiritus vitalis. Hæc fuit Mosis postrema oratio [z]: *beatus es tu Israël, quis similis tui populo, qui saluaris in Domino: scutum auxilij tui, & gladius gloriæ tuæ: negabunt te inimici tui, & tu eorum colla calcabis.* Habent & hi, sicut Leuiathan, *scuta fusilia, compactique sunt squamis se prementibus* [a], quoniam, vt ait Gregorius [b] per obstinationem duri sunt, nec vlla veritatis sagitta penetrantur, scuto superbæ defensionis enim excipiendo: & *scutum cordis accipiunt laborem Domini* [c], passionem illius despiciendo. tandem Dei *veritatem in iniustitia detinendo* [d]. Qui continentur intra *circuitum veritatis* [e], & pertinent ad Ecclesiam, quæ *columna est ac firmamentum veritatis* [f]; spiritu veritatis agi, regique debent [g]. Melior hic Myrtili clypeo fortuiti ictus, ac strenuissimi militis, qui eo armorum genere pugnare solitus eodem submersa nauf innixus, in tutum portum delatus est. De illo scuto sic Iulius Leonides:

αἴ γε δὶς κινδύνους ἔφυγον δύο μύρτιλος ὅπλῳ
τὴν μὲν ἀκοντιστύν, τὴν δ' ἔπινῆξ κύμασιν
ἀργεστὴς ὅτ' ἐδυσε νεὼς πρύμνα, κατὶς δ' ἐχεν
ναυβάτας κιναιρόλιθον ὑδάτεσσι καὶ πολέμῳ.

Vnis pericula duo effugi ego Myrtilus armis,
Vnicum quidem fortissimè dimicando, alterum verò natando
Argestes (ventus) quando subijt nauis carinam, scutum habui
Seruatus, destinatum, aquis, & pugnæ.

Carmine Latino Alciat. [h] reddidit, ad hūc modū:

Bina pericla vnus effugi sedulus Myrtilus armis
Cum premerer, hoc eram premerérq; silo.
Incolumem ex acie clypeus me præstitit: eadem
Naufragum apprehensus littora ad vsque tulit.

Alias trāslationes ponit Claudius Minoe [i]. Nonnihil affinitatis habet militare stratagema, vt scutis cōpressis excitaretur veluti testudo, ad fortiter resistendum, ita vt per eā ingredi cæri possent. Aponius [k] præsentē psalmi locū interpretatur, vt Christus, qui verijs est, scuto suæ defensionis per crucem circundet: quæ vice fit mille clypeorum, per quam armaturam totus mundus redēptus fit. cum qua martyres expugnauerint reges, principes, dæmonū legiones. Recte si martyres expugnasse dicuntur, quia id patiendo fecerunt, scuto autem defendimus nos potius, quam offendimus, dum scutum ictus excipiendo prohibet à nobis, patitur quodāmodo ne patiamur; quod est palam carnē, ne martyrū anima percelleretur. Et tū nō me latet genus fuisse clypei hastati, qui vmbonem haberet cū cuspide, vt vehemētiores auertere hostiū ictus posset, eóque impellere, atque sternere. At nobis corpori Christi & sanguini, præterea chrismati ratione scuti tribuit, eóq; nos tū defēdi, tū coronari.

Non timebis à timore nocturno.] Tcita phrasis *timere à timore*, vel *timore*, vel *timorē* pro re timenda & formidanda, aut vt significetur vehementia timoris. Chaldaicē, *à timore dæmonū, qui ambulant in nocte*, sic timori noctis designatur dæmonas. Quod minus mirū ducet, qui absolutē posuit *timorem* nomen meruerit pro *Deo* in Genesi [a], & opinionē fuisse, quod *Primus in orbe timor Deos fecit*, ac si dictum, quasi ἀπὸ τοῦ θεὸς ἀπὸ τοῦ φόβου, vt alias monuimus. Dixi paulo ante Bernardum exponere *timorē nocturnū*, cū quis veretur molestias corporis, & hoc timore à Dei retardatur seruitute; nam nox tribulationē designat: indicat quoq; ignorantiā, & *huiusmodi veritatis* destitutos esse, qui eo tempore corripiātur, & qui *accedentes ad seruitutē Dei non sunt in timore* [b]; id est, non sunt cōstantes ipsi timori *timorē nō timenti* [c]. Bene dicitur, ait Bernardus, non timendū à timore nocturno, & non dicitur à nocte, quia non ipsa afflictio tētatio est, sed magis timor ipsius. Huc spectat quē August. nominat *timorem persecutionis ex ignorantia*, & eū quis cedit, ac negat, & quas appellat Chrysost. [d] damnificationes, detractiones, vituperationes. Secundo qui dicitur Hieronymus. & Cassiodorus, explicant de errore, vel hæresi, nō timere autem, qui habet *scutum veritatis*, qui scilicet tetinet fidem, quam non amittit, nisi contumax, & suo malēs, quam Ecclesiæ stare iudicio. Tertio Valentia in hoc, & sequentibus, agnoscit quosdā, quasi gradus peccati, vt *timor nocturnus* sit cogitatio mala, *negotiū perambulans in tenebris*, qua suāsque in crepusculo propositū malum: *sagitta volans per diem*, actus ipse: *incursus* seu *ruina cū dæmonio meridiano*, animi obstinatio, vt iam luce palā peccare nō pudeat, nec famæ timeatur iactura. Aliter distinguit, repetendo *laqueum*, *etiam*, & *verbum à verum* pro quouis peccato, & persecutione, vt sit: *nocturnus timor* peccatum ex ignorantia, *sagitta pedem volans*, luxuria: *negotium perambulans in tenebris auaritia* (Pluto enim inferni habitus Deus) *dæmonium meridianum superbia*, qua videri vult superbus ab omnibus. Per hæc etiam omnia Chrysost. [e] dicit iniquitatem designari. Quarto *timor nocturnus*, vna cum *negotio perambulante in tenebris* vt Euthymius docet, indicat fures, incendiarios, insidiatores, qui tali potissimum tempore grassantur, & incantos adoriūtur. Quinto Rickelius, Eugubinus Genebrardus, R. Abenezra, R. Kimhi intelligunt de timore, quo solent aliqui nocturno tempore cōcuti, siue naturali imbecillitate propriæ imaginationis, siue somniorū tristium ac turpium etiam obiectu, siue terriculamētis de industria excitatis. Vocātur hæc *phantasmata, terricula, terriculamenta, lemures, empusæ, species, vmbræ, larua, spectra, manes, simulachra, dæmones nocturni* [f]. Ipsamet nox ac tenebræ horribiles sunt, præsertim iter agentibus. Vndeti. le

a Ioan. 18. 37.
b in hom. in Ioan.
c ps. 4. 5.
d Isa. 28. 15.
e Matt. 4. 4. 7.
f Ioan. 8. 45.
g Ephe. 6. 16.
h Ioan. 14. 6.
i ps. 90. 7.
k Rom. 13. 14.
l ps. 31. 10.
m ps. 102. 4.
n ps. 124. 8.
o 3. Esd. 3. & 4.
p Ioan. 8. 32.
q 1. Mach. 6. 39.
r Prou. 30. 5.
s Sap. 5. 20.
t c. 18. 21.
u Ioan. 4. 24.
x ps. 5. 13.
y Cant. 4. 4.
z Deu. 33. 29.
a Iob 41. 6.
b 33. Mor. c. 24. vel 10.
c Thre. 3. 65.
d Rom. 1. 18.
e Zach. 8. 3.
f 1 Tim. 3. 15.
g Ioan. 14. 17.
Myrtus clypeus.
h Emble. 161.
i Ibidem.
k li. 6. in Can. Exposit. visus.

Statum magis & tardi, quam effugi.

Bernardi expositio.

a Gen. 31. 42.

b Eccl. 2. 2.
c Mar. 4. 41.

Cur timendum dicatur a timore nocturno, & non a nocte.

d Ho. in ps. 90

Quotidi gradus peccati, ex Gregorio.

Alter distinctio, & variatio.

e in ps. 118. Timor nocturnus est negotium in tenebris perambulans, & incantationes fures.

f Cass. coll. 7. c. 11.
g Vale. Flacc. lib. 2.

Ac velut ignota capitus regione viarum
Nocturnagum qui carpit iter, non aure quiescit,
Non oculo, noctisque metu niger auget utrumque
Campus, & occurrens umbris maioribus arbor.

Et alius[a].

——sylvisque per avia cæsis
Ablati furtim multo cum vulnere sõlos
Per noctem metantur agros, somnus omnis, & aura
Exterrent, pennâque levi commota volucris.

Iob[b] facit mentionem terroris, per somnia, & horroris, per visiones. Existimarunt etiam discipuli Christi ipso noctu in mari ambulante, phantasma se videre[c]. In libro[d] Sapiẽtiæ de horribilibus visis in Ægyptios immissis diximus, quæ ibi personæ tristes nominantur, & monstra; præterea pauor, perturbatio, percussio, subitaneus, & inperatus timor, defectus, &c. Armat nos Deus gladiis, & *ad bella doctissimos* reddit, vúltque vt *vnusquisque ensis super fœmur sit propter timores nocturnos*[e], quos Paraphrastes *nocuos* vocat *spiritus, & dæmonas nocte ambulantes*: & vt non tristes incedamus cùm affligit nos inimicus nocturnus, *lucem emisit* petamus, *& veritatem, qua deducant, & adducant*[f], quoniam *si Dominus illuminatio nostra fuerit & salus; nullum timebimus*[g]. Idcirco dicebamus initio, hunc psalmum tempore Completorij frequentari aduersùs nocturna pericula, & terricula, quando etiam flagitat Ecclesia *hostem comprimi, procul recedere somnia, & noctium phantasmata*, item *ne grauis somnus irruat, nec hostis nos surripiat, nec caro illi consentiens nos Deo reos statuat*. Extat eadem de re Prudentij hymnus[h],

Fac cum vocante somno
Castum petis cubile,
Frontem locumque cordis
Crucis figura signet.

Subdit huius consignationis vtilitatem, aduersùs portenta somniorum & præstigias. Deplorat in se Augustinus[i] fœda somnia, & super eadem re Nebridio respondet[k]: Spernenda sunt, si præbita culpabiliter causa non est. Audiendæ, vt admonet Hieronymus[l], Prophetarum voces, somniis non esse credendum, quia *nec adulterium somnij ducit ad Tartarum, nec martyru somniata corona in cœlum leuat*. Et de se tamen idem[m] scribit, quod somnians existimabat interesse se choreis puellarum Romanarum, cùm procul in mediis Ægypti solitudinibus æstuaret. Responsum quoque legi Petro Cælestino vale de super huiusmodi re anxio, ne idcirco abstineret à sacrificio; quemadmodum bestiæ insidens homo, quæ sunt hominis facere pergit, etiamsi illa naturæ necessitati satisfaciat. Clamemus ad Dominum[n]: *vbi es qui fecisti me, qui dedisti carmina in nocte?* Græcè διδοὺς νυκτὸς φυλακὰς *custodias nocturnas*; id est, vt explicat Origenes, angelorum excubias, aduersùs belluas, latrones, hostes. Vigiliæ olim institutæ in monimentum futuri ex improuiso iudicij, nocturno tempore. Quo tempore angelus percussit Ægyptios[o]: Gedeon terrefecit Madianitas[p]. Piorum sæpe pia etiam somnia: & cùm *dormiunt, non timent: quiescunt, & suauis est somnus eorum, nec pauent repentino terrore*[q].

A sagitta volante in die.] Hieronymus, psalterium Romanum, & vetus. Augustinus etiam, & Cassiodorus, *per diem*. Chaldæicè, *à sagitta angeli mortis, quam emittit interdiu*. Subitum, sed apertum periculum significatur, vel illata quoque martyribus ista mors, absque diuturnitate tormentorum, vt Augustino placet, qui de his explicat *dæmonium meridianum*. Exẽplo sit Clemens Ancyranus cum Agathangelo, per totos viginti & octo tortus annos, de quo Nicephorus[a]; vt Athanasij omittam adeò longam persecutionẽ, quia martyrio vitam non terminauit. Bernardus[b] vanam gloriã, vocat sagittam leniter volantem, leniter penetrantem, sed non leue infligentem vulnus, sed cito interficientem, cui *sensum veritatis* opponi debeat tanquam contrarium tantæ vanitati; Sathanam vidit Christus *sicut fulgoream sagittam de cœlo cadentem*[c]. Idẽ Pater, in *timore nocturno* notans persecutiones, *in sagitta volãte* hæreticos notat inflatos spiritu carnis suæ; inanis, & volatilis gloriæ cupidos, volentes sibi facere nomen: *in negotio perambulante in tenebris*, malos Christianos, quæ sua sunt quærẽtes, etiam viros Ecclesiasticos: *in dæmonio meridiano* Antichristũ transfigurantem se in angelum lucis. Dempta hac vltima tentatione, quã diabolus dedecere videbat Christum, & illius perspectam in aliis prudentiã, tres alias, quibus cum tentauit declaratis priùs membris tribus applicat: *Timoris nocturni*, vt panes faceret: *Sagitta volantis*, vt sese præcipitaret: *Negotij perambulantis in tenebris*, vt regna mundi appeteret. Glossa, & Aiguanus aliter interpretantur de Christo; nempe non *timuisse à timore nocturno*, quando ab adulatoribus laudabatur; à *sagitta volante in die*, quando improperabant crucifixo. Hugo non timuisse comprehensores, quibus occurrit nocte passionis: non *sagittam volantem in die*, remotas damnationis causas accersentium facto mane; non *negotium perambulans in tenebris*, testium malitiosè ab exẽ catis subornatorũ, & conciliatę inter Herodẽ, & Pilatum amicitiæ, ad quos vltro citróque missus est: non *incursum & dæmonium meridianum*, prætextu feruentis erga legem animi clamantium vt crucifigeretur. *Sagittam volantem* Caietanus refert, ad furiosum clamorem poscentium, vt crucifigeretur Christus, cum præcipiti expeditione Pilati. Secũdùm Tropologiam Anonymus Græcus apud Agellium, *timorem* quidem *nocturnum* accipit, pro peccatis, quæ per corporis voluptates admittuntur, & maxima ex parte de nocte fiunt; *Sagittam* vero *volantem in die*, pro criminibus cupiditatis, & auaritiæ, quibus diurnũ tempus magis idoneum: *negotium perambulans in tenebris*, pro peccato per ignorantiam, & errorem: *dæmonũ meridianum*, pro illo quod est ex incuria, & negligentia; *incursu*, seu *symptomate laborare*, cuius animus voluptati succumbit. Minus placet ad literam sumere *timorẽ nocturnum* pro frigore, *sagittam in die volantem* pro calore, tametsi gelidus dicatur timor tremórve; & sol in æstu radios ceu sagittas vibret. Et illud adhuc nimis angustum, omnia hîc tempora innui; *timore nocturno* nocté, qua cõsternamur ad res subitas improuisasque: *sagitta volante in die*, soli ortum & lucis: *negotio per umbulante in tenebris*, vesperam, cùm iã terris caligo incubat: *incursu, & dæmonio meridiano*, ipsummet meridianum tẽpus. Nõ sunt denique, vel descriptiones, vel nomina dæmonum, saltem omnia, quæ mẽbris istis cõtinentur, quidi *lemon*, vt sagitta volare significetur, *negotium* facessat, & molestiam vesperi: meridiæ vehementissimũ inurat dolorem.

A negotio perambulante in tenebris.] Hieronymus, *à peste in tenebris ambulante*. Alij, *ab excidio*, vel *vastatione, quæ in caligine*, seu *in obscuro ambulat, grassatur, inuadit*. Chaldaicè *à morte*, seu *mortalitate*. Est Hebræum nomen דֶּבֶר *deber*, sicut versu 3, vbi exponitur λόγος & *verbum*. Quia nempe cum aliis punctis lectum est דָּבָר *dauar*, & in regimine דְּבַר *debar*, si-

Clemens Ancyranus & Agathangelus per 28. annos tormenta sustinuerunt.

a lib. 7. c. 14.
b Ser. 6.

Expositionis mysticæ.

c Luc. 10. 18.

Tropologia.

a Silius Italicus.
b c. 7. 14.
c Matt. 14. 26.
d cap. 17. 3. & seq.
e Cant. 3. 8.
f ps. 42. 3.
g ps. 26. 1.
h lib. [illegible]
i 10. confess. c. 30.
Falsa somnia ipsernenda, si culpabiliter præbita causa nõ est.
k epist. 115.
l 1. cont. Rufinum.
m epist. 22.
n Iob 35. 10.
o Exo. 12. 29. Sap. 18. 5.
p Iudic. 7. 21.
q Prou. 3. 24. 25.

gnificans *verbũ* quod nomen, *verbi* λόγου דָּבָר *dauar* sæpe sumitur pro re, & nomen negotij idem valere potest, quod *res*. Propterea sicut ibi *verbum asperum* accipi potest *pro re aspera*, ita hic *verbum*, & *negotiũ perambulans in tenebris, in obscuro, in caligine*, significat quid simile *timori nocturno*; id est, aliquid vltra timorem, & rem timendam, scilicet, quæ in facto ipso, & reali, vt dicunt, nocumento consistat. Aliqui putant nomen generale *res* דָּבָר *dauar*, punctis, distinguendi causa, mutatis, vt sit דֶּבֶר *deuer*, horrendæ pestis plagæ significandæ attributum, sicut fit apud Germanos. Itali etiam dicunt, addentes epithetum (mali) *mal negotio, mala facenda*, &c. pro re qualibet mala. Latina quoque vox *negotij* vsurpatur pro quouis opere, item pro labore, & molestia; similes habet vsus πράγμα, ita vt *perambulans negotium in tenebris* sit quod quis alteri per insidias exhibet, quæ lis præterea intentata dici potest, & contentio, Græcè δίκη; quam Lxx. reddiderunt in Osea [a] ποῦ δίκη σου θάνατε, vbi est *mors, lis, causa, contentio tua?* quod legimus, *Ero mors tua, ô mors*; & apud Paulum [b]; *vbi est mors victoria tua?* quasi legisset interpres pro δίκη nomen νίκη, vt tamen in textu Græco Pauli sit τὸ κέντρον *stimulus*; sensus tamen semper idem. *Vbi est mors δίκη dica, causáve tua*, qua contendebas in iudicio Dei contra homines, quasi superior? vbi sententia, vt omnes morerentur? vbi vis, vt omnes perderes? vbi pœna, qua cunctos mulctares? vbi νίκη *victoria*, quam reportaturam te credebas? vbi κέντρον *stimulus*, quo aduersarios vrgebas, & configere volebas? Hebraicè דִּבְרֵךְ אַיֵּה *ubi dauarecha, vbi verbum tuum?* quid habes quod obiicias? aut in singulari, ablato י *Iod, verbum tuum*, aut si esset à דֶּבֶר *deuer*, *vbi est ô mors, mors, excidiũ, vastatio, pestis, plaga tua?* Denique si prima vox אַיֵּה *ubi*, significet non tantum, *vbi*, sed *ero*; erit sensus, *ero mortes tua*, vel *mors tua*. Legit Riberam [c]. Dixi prius de mysticis sensibus, & quod attinet ad Christũ, Caietanus post Haimonem, *pestem ambulantem in obscuro*, accipit de machinatione mortis in concilio Pontificum, executioni mandata sub prætextu læsæ maiestatis. Hugo, vt antea retuli, de amicitia inter Pilatum & Herodem. Tropologicè Bernardus interpretatur ambitionem: Bruno Carthusianus Hæreticorum fraudulentiam, & studiosè elaboratam sententiam: Hieronymus [d] *sagittam quidem per diem volitare*, per hæreticos in sanctarum intelligentia scripturarum: *negotium vero in tenebris, & nocte perambulare* per philosophos, qui per obscuritatem sermonum inuolucre cupiunt veritatem. Chrysostomus contrahentium negotia cum mendacio, quam negotiationem Dauid, quia nesciret, profitebatur *se introire velle in potentias Domini* [e]. Augustinus diuturniores persecutiones; Penultimo sensui bene conuenit nomen πράγματος; dicebantur enim *pragmatici*, qui dicturis in foro argumenta de lege, ac iure subministrabant [f], nec malè quadrat in falsæ doctrinæ auctores hæreticos, philosophos alios. *Perambulandi* verbum, siue simplex *ambulandi*, & *eundi* innuit rationem iaculi penetrantis, vt cùm dicuntur *fulgura ire* [g], *sagittæ transire* [h], *& ire* [i]. Armat nos cum Paulo [k] Hieronymus [l] aduersùs huiusmodi iacula, & sagittas ardentes, *lorica iustitiæ*; cui simile quo de priùs actum est; *scutum veritatis*, quæ iustitiam etiam non raro significat.

Ab incursu, & dæmonio meridiano.] Hieronymus, *à morsu insidiantis meridie*, quo modo priùs Aquila δαιμονισμοῦ μεσημβρινοῦ. Symmachus autem vertit συγκοπὴν δαιμονίου δὲ μεσημβρινοῦ *incursum dæmoniacum*. Refert Richardus Cenomanus aliam lectionem Hieronymi, *à morsu insidiantis*. Alij, *à peste*, seu *lue, exterminio, excidio, morbo, agritudine repentina, noxa vastante meridie*, vel ab actione, quæ diruet meridie, Chaldaicè, *a caterua dæmoniorum, qui grassantur meridie, vel nocent*. In psalterio Romano, & vetere, & quo vtitur Mediolanensis Ecclesia, apudque Augustinum, Arnobium, Cassiodorum, *a ruina*. Hebraicè מִקֶּטֶב יָשׁוּד צָהֳרָיִם *miqeteb iasud tsohoraim*. Thalmudici, & R. Salomon cum Paraphraste, iam citato, interpretantur de dæmone pessimo, qui audeat, etiam meridie, & aperta luce, palam, & publicè lædere, cùm alij noctu potiùs, ac in tenebris, occultè, & insidiosè noceant. Putat R. Salomon esse dæmonium *Meriri*, cognominatum קֶטֶב *keteb*, ab excisione, & quem citat Delrius [a] nolter, R Iarrus, idem sentit, placétque Lyrano, qui ait sicut erant Angeli deputati, ad protectionem populi, de quibus postea [b]; ita permissos à Deo dæmones ad eum tentandum, vt tamen boni protegerentur, & liberarentur. Sed plures explicant de morbo pestilente, & exaëris corruptione qui veluti mordeat, subitò excindat, & perimat. Treuetus interpretatur de serpentibus, & bestiis aliis, quæ feruore meridiani æstus concitatæ desæuiunt mordendo. Idé nomen Hebræum est in prudem citato Oseæ loco, *ero morsus tuus inferne*; Vbi Symmachus reddit ὁ θάνατός σου ὁ κέντρινος, Theodotio, & V. Editio, *plagam, & contritionem*. Putatis Hieronymus in commentario psalmi, per *incursum*, vt Græcè hic dicitur συμβολὴ, exponit *euentũ*, quando aliquid noui cuenit, quod nõ speratur, aut quando simul multi cadunt. Quod attinet ad dæmoniũ meridianum, ait, licèt omnia sint multorũ esse dæmones meridianos, videri sibi tamen sed eo tempore dæmonium habere potestatẽ in nos, & ingredi in nos, quando peccamus, siue mane, siue vesperè, siue nocte. Graeci enim autores non respuunt dictam sententiam: verisimile autẽ esse, aliquos post cibum & saturitatem vt sint ad paratam prædam, insidiosè currere, vt diuina gubernatione destitutos seruituti subiiciant. Accidæ, aut luxuriæ dæmonem Euthymius refert quosdam intellexisse, qui ventre ingrauescente vehementiùs insurgat, & in animas hominum grassetur: id ipsum Nicetas [d] Nazianzeni scholiastes tradit, ex aliorum opinione, quòd fit accidię & languoris: aut obscœnarum cogitationum: aut libidinis dæmon, qui meridiano maximè tempore insidietur, ingrauescente ob copiam ciborũ ventre. Fauent initio dicta, maximè ex Basilio [e], de recitando hora sexta, quæ est meridiana, psalmo. Nilus [f] abbas accidiæ quoque spiritum, dæmonémque hic significari vult quem acrem, ac in primis grauem nominat, & semper monachis infestum, & præsertim circa meridiem insidias struere, vt propterea meridianus appelletur. Describit eundem pluribus. Et potest ipse spectare, quod nuper dicebam, ex veterum monachorum sententia, à dæmonio meridiano persuasum Dauidi adulterium ipso meridiano tempore. Delrius, quem non ita diu antea citaui, existimat *incursum*, & *dæmonium*, idiotismo Hebræo idem esse quod *incursum dæmonij*, hoc est, vehementem, acrem, apertam, importunam infestationem, per modum ruinæ, excidij, exterminij, deuastationis, morbus, intentus commo-

a c.13.14.

b 1.Cor.15.14.

c in Oseæ c. 13. Sæpe mysticus.

d 3.cont. Pelag.

e ps.90.16.

f Cic.1.de or. & 2.ad Attic. ep.20 Quint. lib.12.

g Iob 38.35. h ps.76.18. i Abac. 3.11. k Ephe.6.13. l Idem.

a 2. disquisit. q 27.sect. 2.

b vers.11.

c c.13.14.

d in orat 40. de bapt.

e Reg.3.ex Iulio. f de octo vitiosis cogitat. c. de accidia.

Dæmon meridianus semper grauissimus, & præsertim circa meridiem.

cientium & simul ruentium, seu cadentium. idque συμπίπτοντα sibi velle. Docet deinde vocari meridianum dæmonium tum à loco, quia crederentur plures dæmones in deserto versari, quod Hebræis est *ad meridiem*, quasi dicas *dæmonium deserti*, quale Origenes [a], citans hunc ipsum locum, asserit esse id quod sub venti forma de meridie venientis, diruit domum Iob, & liberos oppressit [b] tum à tempore, id est, à meridie, in qua vehementius tentet, vel etiam corpora vexet; quod præter Ecclesiasticos aliquos auctores, ex memoratis à me, confirmat Theocriti [c] testimonio de Pane; & quia compertum est ex historiis vita clara die spectra priùs quàm pestilentiæ, aliáve huiusmodi mala consequerentur [d]. Tandem profert Scholiastem Aristophanis [e], qui δαιμόνιον μεσημβρινὸν confundit cum *Empusa*, quamuis hæc latiùs pateat. Scribit quoque Lylius Giraldus, legisse se, qui putarent dæmonium meridianum Empusam esse, terriculamentum nempe muliebre, deque isto Dauidem hîc loqui. Agellij sententia est, συμπλοκὰς non hic significare *fortuitum casum*, sed morbi genus acutissimo dolore, ac morsu stimulantis, qualis ἐπισθότονος ἀνίατος, *opisthotonus immedicabilis*, cùm spina dorsi retrò tenditur, eóque laborans morbo prorsus inflecti nequit, sed subinde acutos dolores, & quosdam quasi morsus, aut stimulos patitur. Cõfirmat ex Prouerbijs [f]: vbi quod Latinè legimus, *& bonis amicis consilijs anima dulcoratur*. Græcè extat καὶ διαῤῥήγνυται ὑπὸ συμπλοκῶν ψυχὴ *disrumpitur autem ab accidentibus anima*, siue à calamitatibus, & incursibus, vulgò, *incontri* quasi legerint Lxx. non מַעֲרֶת *mahhaseb*, vel pluraliter מַעֲרֶת *bhaseb*, sed מַעֲצֶב *mahhetsev*, collectinè sumendo singulare עֲצֶב *bhetsev*, quod significat *dolorem, tristitiam, laborem, fatigationem, & anxietatem*. Ait præterea hunc videri stimulum carnis, quem Paulus [g] *angelum Sathanæ* vocat, & à quo se colaphizatum scribit, id est, crebro quasi incursu, & dolore vexatum. Denique non distinguit *incursum* à *dæmone meridiano*, aut vult illum ab isto effici; *meridianum* verò dici, ab apertè, & cum libero impetu deprædando, ac insultando, ad eum modum quo Ieremias [h] *vastatorem meridie*, & Sophonias [i] *eiectionem in meridie*, non timere, quem protegat Deus *vmbra sua in meridie* [k]. Mea sententia est, *incursum*, & *dæmonium meridianum* res diuersas esse, nec *incursum* esse *dæmonij meridiani*, seu ab ho præcisè factum. Sic maxima pars auctorum sentit, & persuadet coniunctio, *ab incursu, & dæmonio meridiano*, quæ seiunctas res differentes coniungit, & durum est interpretari, *ab incursu & dæmonio meridiano*, id est, ab *incursu dæmonij meridiani*. Deinde *incursum* συμπλοκὴν בֶּטֶב *keteu* non existimo restringi debere ad *acutum morbum*, sed comprehendere quamlibet *ærumnam acerbam*, quæ subitò incurrat apertè, vehementer; ita vt *meridianum* commune epithetum sit *incursui*, & *dæmonio*. Nam בֶּטֶב *keteu* monui respectu quoque inferni [l] dici: *ero morsus tuus inferne*, exponique ab aliis interpretibus, vel *occursum*, vel *plagam*. Licèt autem συμπλοκὰς medicis, *sit in morbo accessio*, tamen in genere significat idem ferè quod τὸ συμβεβηκὸς: id est, *id quod accidit*, & *casum*: videturque absolutè sumi posse in malam partem, sicut & vulgaribus linguis multis ita sumitur *caso*, ipsumque nomen Latinum *a cadendo*, idem valet quod *ruina*, quam hîc alios legere notaui pro *incursu*. Dicunt etiam Latini *incursum*, & *incursionem* pro *impetu hostili*, quæ notio non est aliena à proposito, vt denotetur, futurum esse qui speret in Domino, ab hostium impetu, & quod habetur sequenti membro, à dæmonio etiã meridiano, cunctisque dæmoniorum legionibus. Adhæc probabile duco lectum à Lxx. non vt nunc extat יָשׁוּד *iasiud*, quasi per metathetim id acceperint: pro וְשָׁד *vesed*, vt existimat Genebrardus: sed quod facilius est, & consentit Agellius, hoc ipso modo וְשֵׁד *vesed*, literæ namque י *iod*, & ו *vau* sola ferè differunt protractione, & contractione, vt intuenti constat. Significat יָשׁוּד *iasiud*, vt est verbum, *vastabit* pũcto ו *vau surek*, pro ו *vau cholem*. à שָׁדַד *sadad vastauit, diripuit, prædatus est*, &c. sed ablato ו vt ex וְשׁוּד *vesed*. quo pacto legisse arbitror Lxx. שֵׁד vel sine י *iod* שֵׁד *sed*, nomen dæmonis est, vel à mamma שַׁד *sad* cum qua quidam dæmon apparet, lamiæ similis impurus; & fornicationis; vel à dicto verbo, quia *vastator est*. Extant [a] alibi notionis huius exempla, vbi etiam est idem nomen Græcum, & Latinum *dæmonij*, de quopaulo post. Diuersis de causis idem ferè nomen Deo tribuitur, & dæmoni: vidimus enim initio psalmi appellatum *Deum* שַׁדַּי *sciaddai*. Fur ille, immo prædo truculentior non venit, nisi vt furetur, diripiat, mactet, perdat [b]. Deo ipsi honorem aufert, nõ honorans eũ, & ne ab aliis ei honor deferatur, sed sibi, procurans, gratia spolians nos. & naturæ bonis, quantum ei licet. Iam verò nomen δαιμόνιον, & Latinum factum *dæmonium*, diminutiuè à δαίμων, qui Latinè quoque dicitur *dæmon* ex vsu scripturarum, vt Augustinus [c] annotat, & catholicorum auctorum, numquam de bono angelo dicitur, sed semper de maligno spiritu; immo paganos ipsos testatur etiam literatos & doctos, non audere in laude vel seriis suis dicere, *dæmones habetu*, cùm sciant non aliter accipi quàm si maledicere vellent. Tandem rationem nominis esse à scientia, nempe ἀπὸ τοῦ δαΐζειν, quia sine charitate inflantem scientiam habent [d], támque inflati ea sunt, ac tam superbi, vt honores diuinos, ac religionis seruitutem (λατρείαν) quam vero Deo deberi sciunt, sibi satagant exhiberi. & quantum possunt, & apud quos possunt. Nescitis ait Tertullianus [e] genios *dæmonas* dici, & inde diminutiua voce *dæmonia*? & Gentilest statut [f], *dæmonium* vocasse hominem, aut immunditia, aut malitia, aut insolentia, aut quacumque macula, quam nos dæmoniis deputamus, aut ad necessitatem odij opportunam. Præter magis receptam illam notionem, quæ Platonis [g] est, ac Hesiodi & Socratis, quos laudat, vt sit δαίμων quasi δαίμων, vel δαήμων sciens, Possidonius [h] deriuat ἀπὸ τοῦ δαίεσθαι ab *vrere*, vel *diuidere*, quod & Macrobius [i] habet: Eusebius [k] τὸ δεινὸν καὶ φοβερὸν *terribile & exterreo*. Eugubinus [l] ab Hebræo, quod ante dixi vocabulo pluraliter sumpto, שְׁדִים *sedaim* ita vt reiecta prima syllaba supersit *daim*. & cum dij hithongo proferendo, δαίμων *dæmon*. Quadrant propositi etymologiæ, prima vt ideo *meridianus* dicatur *dæmon*, quod profiteatur scientiæ lumen, séque transfiguret in angelum lucis [m]: secunda, & tertia, quia *vrit*, diuidit, seu vastat: quarta, qua terrefacit: quintæ autem rationes pridem allatæ, cùm de nomine Dei שַׁדַּי *sciaddai*, sed non reperio שֵׁדִים *sedaim*, verum dumtaxat שֵׁדִים *seedim*, & à שַׁדַּי *sciaddai* non est in vsu plurale שַׁדַּיִם *sciadaim*. Denique sensus literalis est, quod in Domino sperans, liberabitur ab aperti-

simo

a in Iob c. 1. 19.

b Iob 1. 19.

c idyll. 1.

d idem Delr. in Oedipum Senecæ vers. 1031. 1174.

e in Ranis.

f c. 27. 9.

g 2. Corin. 12. 7.

h c. 15. 8.

i c. 2. 4.

k Esa. 16. 3.

l Oseæ 13. 14.

A

B

C

D

E

Notatio nominis iasiud.

a ps. 105. 37. Deut. 32. 17.

b Ioan. 10. 10.

Notatur nominum δαίμονες & δαίμων.

c 9. de ciuit. c. 19. & 20.

Dæmon semper de maligno spiritu dicitur.

d 1. Cor. 8. 1.

e Apolo. c. 22.

f lib. de testimo. animæ c. 3.

g in Cratylo.

h lib. de heroib. & Dæmon.

i lib. Satur. 1. c. 24.

k lib. de præp. c. 1.

l 3. de perenni philos. c. 19.

m 2. Cor. 11. 14.

sensus literalis.

simo etiam aduersario, & fortissimo, quamuis sit, vel videatur esse *dæmonum meridianum*, id est, apertissime præteritdeque feruiés, sicut sol æstuat medio die: vnde *meridies*, quasi *medianus*, non ἀπὸ τῆς μέσης, vt inceptè deducit is qui dicitur Chrysostomus auctor homiliæ. Hæc autem loquendi modus ponit communem vtramque sententiam, quod existant dæmones, & eorum genera varia, variæ nocendi, ac tentandi artes, & quasi distincta officia; quod eorum vtatur Deus operâ ad punitionem, quibus de rebus aliàs egi. De sensibus mysticis dictum prius videtur satis. Quod placet multis, de spiritu fornicationis, præter caulam, quoniam meridiano tempore huius vitij fomes magis abundat, vigétque; addi potest, quod illos ipsos apostatare luxuria facit, qui habentur sapientes [a], & copiosiore sapientiæ lumine præditi: ita vt filij quoque [b] Dei, hoc est, non quidem angeli, vt nonnullis placuit, sed pij, & cultores Dei homines, flamma ista corripiantur. Et notatu dignum quod nullus, ex immundis spiritibus nomen retinuit *Seraphim*, tametsi ex eo ordine aliqui cum Lucifero ceciderint, sed aliquando tribuatur appellatio *Cherub* [c], quia remansit in illis inanis absque charitate, scientia: & qui de scientia inflantur homines, non raro libidinis flamma incendi permittuntur. & iguis vitalis charitatis iacturam facere. Pascitur in meridie sponsus [d]; Abraham [e], & Ioseph [f] eodem tempore coniunguntur, id est, vt in psalmi nostri scribit commentatio putarps Hieronymus, in scientia perfecta, in bonis operibus, in claro lumine: Transformati diabolum in angelum lucis [g], notat idem, simulando se habere lucem, & meridiem; quando hæretici quasi mysteria aliqua promittût, regna cœlorum, continẽtiam, ieiunia, sanctitaté, renunciationem sæculi. Curandum, ne ignoremus astutias istas [h], & ne qui apertum horret malum, fallo bono supplantetur. Mariam Bernardus [i] turbatam putat ad Angeli salutationem [k], quod suspicaretur dolum. Iosue non prius Angelum amicum suscepisse, quam esse amicum nouisset, ac suum, non aduersariorum [l]; tamquam qui expertus esset *dæmonis meridiani* versutias: Apostolos prætendisse huiusce *dæmonis* suspicionem, quando quarta Vigilia videntes Dominum ambulantem supra mare, putabant phantasma esse, donec respondetur ille, *ego sum, nolite timere* [m], & falsi suspicionem ab eis depelleret, verum se manifestando meridiem. Ex dictis versu toto colligit Hugo S. Victoris [n] modos quatuor tentationum leuis & occultæ, leuis & manifestæ, grauis & occultæ, grauis & manifestæ: primam esse *timorem nocturnum*; secundam *sagittam volantem in die*; tertiam *negotium perambulans in tenebris*; quartam *incursum & dæmonium meridianum*. Docet præterea [o] his generibus tentationum tangi eum qui conuertitur ad Dominum, nempe de terrore vitæ, austeritateque disciplinæ; de inani gloria; de hypocrisi; de dæmonum illusionibus. Ricardus [p] ex eodem Parisiensi S. Victoris monasterio cognominatus, distinguit septem tentationum genera, importunæ, dubiæ, subitæ, occultæ, violentæ, fraudulentæ, perplexæ. Primam innui vult priore versu, cum dicitur *scuto circumdabit veritatem Dei*: secundam, per *timorem nocturnum*; tertiam *per sagittam volantem in die*; quartam, *per negotium perambulans in tenebris*; quintam, per *incursum*; sextam per *dæmonium meridianum*: septimam, per *casum à latere*, & *a decem*, vt in ea parte sint vitia carnalia, in alia spiritualia. Verum legendi auctores hi per otium: posteriori præsertim; qui etiam addit quod prima tentatio quando dominari incipit, facit hominẽ ægrotum, secunda claudum: tertia lunaticum; quarta cæcum; quinta paralyticum; sexta dæmoniacum; septima mortuum tam putridum.

Eusebius [a] psalmum totum de Christo interpretans, cum tentatus est in deserto [b], quod Bernardum [c] quoque approbare dixi; ait *verba tentatoris* fuisse, totam orationem tentatoris: Christum non cum isto tantum omnium dæmonum principe tunc dimicasse, verùm etiam cum reliquis omnibus, *quas bestias* Marcus [d] intelligat, scribens cum illis fuisse in deserto, & noster Dauid [e] postea *aspidem, basiliscum, leonem, draconem*: propter hanc in deserto illius commorationem, cognitum deinde à dæmonibus dicentibus [f], *quid nobis, & tibi Iesu fili Dei?* Præterea in hoc psalmo fieri mentionem de dæmonibus, qui noctu illum inuadebant, cum dicitur [g], (*non timebis à timore nocturno.*) de iis, qui per diem oppugnabant [h], (*à sagitta volante in die.*) de nocturnis, (*à negotio perambulante in tenebris,*) de diurnis, *ab incursu, & dæmonio meridiano* [i].) At verisimile est à solo Lucifero palam, & in assumpto corpore tentatum Christum: alij forsitan inuisibiliter, comminus sunt Lucifero, nec tamen Dominum tentauerunt, qua de re alias.

Vers. 7.] Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis, ad te autem non appropinquabit.

Vers. 8.] Veruntamen oculis tuis considerabis, & retributionem peccatorum videbis.

DEscriptis prius variis periculis, magis nunc apertè illud exprimit, quod est à bello, & conflictu, fuerat verò etiam aliquo modo adumbratum, per ea quæ dicta sunt. Dicit ergo, si cum hostibus dimicet, manúsque conferat, is qui, vt par est, sperat in Domino, tali gnem victoriam reportaturum; ita vt corruant a latere sinistro ipsius mille, decem millia à dextro, atque hinc inde permulti, ipse autem nullo incommodo afficiatur: sed tutus, ac lætus suismet oculis cernat de hostibus sumptis, Deo protegente, & adiuuante, commeritas repetitas pœnas; non *timens. sed fiet, videat magnalia Dei, pugnante que Deo pro illo tacente* [m]. Potest etiam hoc accipi, non de hostibus propriis, sed aliorum; vt quamuis aut videat, aut auditione accipiat alios auxilio Dei nudatos, suorum aduersariorum telis passim occumbere, nullum ipse tale capiat detrimentum. Item *cadere*, sumendo vt sit idem quod *impetum facere*, & *nocere*, sensus eliet, quamuis cingant in Deo sperantis vtrumque latus hostes, vel incursionem, & impressi nemi facere audeant, sinistra id fiere, conatuque irrito redituros, nec ausuros cominus certare, cum eo, pro quo Deum ipsum stare conspiciant. Postremo, si *cadere* interpreteris, *euanescere, tenebras figere, subsistere*, exponesetiam chiliadem, & myriadem de angelis,

a c. de de mon. col. 1. Marc. hom. 2. & serm. 6.

a Eccle. 19. 1.

b Gen. 6. 2.

c Ezech. 9. 3. & 28. 14.

d Cant. 1. 7.

e Gen. 18. 8.

f cap. 43. 25.

g 2. Cor. 11. 14.

h cap. 2. 11.

i serm. 33. in cant.

k Luc. 1. 29.

l Iosue 5. 13.

m Marc. 6. 50.

n ser. 89. in 1 Dom. Quadr. *Quatuor modi tentationum.*

o Brud. theol. ex miscell. 2. lib. 2. c. 64.

p annot. in hunc psal. *Septem tentationum genera distinguit Ricardus.*

d cap. 1. 13.

e vers. 13.

f Mar. 1. 24.

g vers. 5.

h vers. 5.

i vers. 6.

k vers. 6.

l in Euang. Dom. 1. Quadrag.

m Exo. 14. 13.

qui sperantem in Domino circumualantes, ac latus eius vtrumque ambientes, non finant, vt vllum dæmonij meridiem sagittiumque illius, ac quorumuis aduersariorum telum ad ipsum pertingat. Iam *currus Dei decem millibus multiplex militat Israelitarum* [a]: & *cum Deo sanctorum millia* [b]. Allegoriam de Christo, & de quolibet iusto tropologiam tradituri hactenus persequi, difficile non est: in separata autem verborum enarratione, quod notatu magis dignum erit affectetur.

a psal.67.18. Aduersus. b Deut.33.2. Tropologia.

Cadent à latere tuo mille.] Paraphrastes præmittit ista (*recordaberis nequam sancti, & cadent*, &c.) Verba Hebraicè, & Græcè sunt singularis numeri, sicut & nomina collectiua, tum hic tum sequenti membro אלף *eleph*, & רבבה *reuuiah*, χιλιὰς, & μυριὰς. Dixi antea *cadendi* verbum, significare posse cum impetu *ruere*. Id Agellius notauit, & probauit ex Iosue [c], cum dicitur, *& irruerunt super eos*, ויפלו בהם *ceciderunt in eos* ἐπέπεσον αὐτοῖς. Sic *cadere*, *irruere*, *à latere*; & *cadere à latere*, esset *cadere*, & *irruere in alium*, siue *ad latus eius*; Eadem ratio est circa vltimam expositionem, quam tradit etiam Agellius, quia *cadere à latere* intelligeretur esse idem ac *ad latus*, & *ibi castra figere*. Probat ex Genesi, cum quod promissum fuerat de Ismaele, fore vt *è regione fratrum suorum figeret tabernacula* [d], impletum scribitur, quia *coram fratribus suis obiit* [e], Græcè κατώκησεν *habitauit*, Hebraicè נפל *naphal, cecidit*, Chaldaicè שרא *fixit habitauit*, nempe postquam habitauit, obiit. Denique *latus*, de sinistro intelligitur, sicut *manus* [f], cum *dexterum latus*, aut *manus* opponitur, & in genere, vbi communi speciale nomen subditur, solet quod est deterius significari. Quocirca nihil ego mysterij puto inesse in eo quod *sinistrum latus*, non aperte nominetur, vt Arnobius tamen, & Hieronymus, seu qui eorum gerunt nomina, obseruauerunt; quasi sit indignum, quod posterior ait, vt iusto tribuatur sinistra, & significetur in illo esse duas dexteras, & similem esse Aod ambidextro [g], & *si percutiuntur in dextera maxilla, præbere & alteram* [h], quæ *altera* vocatur, non *sinistra*. Indignum est hoc verbo Hieronymo: & iubetur iustus *faciens eleemosynam dextera, cauere ne sciat sinistra* [i]. Nec satis intelligo, quid aliud velit, appellando *sinistram* liberum arbitrium, *dexteram* gratiam Dei, videturque libero arbitrio concedere, vt credat, & sic gratiam consequatur, quod semi-Pelagianum est. Idem dico de Eusebio [k], qui ne quid aduersi suspicaremur in Christo, de quo ipsum declarat, aut *sinistri* nomen omisit. Maximè placet Caietanus, non opponens *latus dextro*, sed per *latus* in quo cadat, explicans cadere, qui ad latus stabant, & conuertebantur. Paraphrastes expressit *sinistrum latus*. & Apollinarius λαὸν σκολιὸν *læuam manum*. Græcum nomen τὸ καιτὸν, non significat præcisè *latus animalis*, sed quamlibet *deuexitatem*, & *declinationem*, *deuergentiam*, *inclinationem*, vt & nomen πλευρὰ & aliquando: nec abs re memini vsurpatum de animali, sed de cœlo, monte, regione. Symmachus, & Aquila verterunt ἐκ πλαγίου à latere; Ex *transuersis cadentes significat* Euthymius exponit: Basilius, & Theodoretus *corruentes hostes*, vt sub Gedeone, Ionatha, Eliæo, Ezechia, Iosaphat; adhuc pollent Ecclesiasticæ historiæ pernultæ sub Constantino, Theodosio, & alijs. Quod attinet verò *ad sagittas*, celebris

c cap.11.7.

d cap.16.11.
e cap.25.18.

f psal.73.11.

Arnobij & plurimi Hieronymi Ephemerides vt ita ipsa, vocitantur.

g Iudic.3.21.
h Matt.5.39.

i cap.6.3.

k 3. de demonst.c.1.

Celebris historia de gestante in alto labarum.

A historia de illo, qui labarum in prælio gestans non fefellerit à reip. hostibus telis, sed hæc intra exiguum illum, & angustum hastilis amictum ita prouolabant, vt in eo fixa hærerent [a]. Affimile quiddam euenisse traditur [b] in bello cõtra Mauros, cum qui præferebat Rodorico Præsuli Toletano crucem, perque hostium cuneos ferebat secundo eminentem, cuncti incolumis, tametsi telis omnibus peteretur, multæque sagittæ cruci hastili connexæ essent. A *parte* seu *latere sinistro* ruisse, hoc est, pauciores cadunt; *à dextro decem millia*, id est, plures, (ponuntur enim numeri definiti pro indefinitis,) præsertim si *cadere* intelligamus hostes, veluti manu Dei, quem protegit Deus; quia validior dextra, quam sinistra: alioqui non est certa vlla ratio, quare pauciores attribuantur sinistro lateri, dextro plures, si *casum* intelligamus ex pestilentia, vel alio morbo. Samson fortissimus, *asini mandibula occidit mille Philistæos* [c]: Samgar ex vilem *sexcentos*, *vomere* [d]: Eleazar *octingentos impetu vno* [e]: Abisai *hasta trecentos* [f]; vt externa omittam, & profana exempla. Mystico sensu Euthymius, *à parte sinistra significat mille*, vult esse aperta, & manifesta passionum incula: *decem millia à dextris*, occultata; cum autem sciat inimicus quod multi prauas suggestiones non fuerint, astutia vti, à bonis operibus inripiendo, sed tandem deuiando in malum. Videtur id clarius expositum à Diodoro, quem recitat Agellius. Affignat *sinistrum latus* πραχτικὸς *homini, ad actionem attendenti*, seu ἀπρακτος, *qui moribus componendis vacat*. & magis versatur in praxi: dexterum πρακτικὸν, *qui scientiæ studet*, & *contemplationi*, seu θεωρητικὸς *spirituali, atque contemplatiuo*: plures peruersos spiritus huic generi hominum insidiari, quam illi: verumque si armaturam Dei induat, omnes vincere. Id ipsum Bernardus innuit, scribens longè actiùs impugnari spirituales viros, quam carnales, seu minus perfectos. Nominatim Hieronymus dicit plures dextræ insidiari, ibique maiorem pugnam esse, & tamen, vt prius retuli, negat, in iusto esse dextram, ac sinistram, sed solum dextram, seu duas dextras. Eusebius [b] explicat plures dæmones Christi stipasse latus dexterum, quod valentius est, quam sinistrum, quando illum in deserto tentabant. Valentius ceterè *mille in sinistro latere cadentes*, ad Iudæos à Christo superandos, atque reprobandos, sinistræque deputandos; in iudicio: decem millia in dextro, ad Gentiles, quorum cadant adeo multi per conuersionem idololatriæ, & alij peccata, & ad electorum dextram collocandos. Caietanus *casum, ad vtramque latus*, de Iudæis interpretatur, qui veniente Christo non cum armis offensionis, sed cum prædicatione veritatis, saluti essent in crimen malitiæ. Sed per *mille in latere*, ait significari stantes ad latus Christi, & conuertentes cum ipso, numero magno: per *decem millia à dextris*, eosdem Iudæos post Christi eiusdem resurrectionem, quo status immortalis appellatur *dextera Christi*, quoniam maior illorum numerus tùm in infidelitatem cecidit, quam ante, cum sunt per orbem dispersi: Tanti mali Christum causam non fuisse, qui etiam dixit *eos excusationem non habere de peccato suo* [l], vt idem ea dicam hic quod *cadent*, & non quod *perueniet eos*, quod *scabo*, *confidebit*, non quod *erit causa ipsius ipsorum*. Clemens [k] Romanus testatur Apostolos hanc locum interpretatos de Gentilium conuersione.

a Euseb.2. de vita Constantini c.9 *locus qui tentò Rodorico præferebat.*
b Ioan. Mariana lib.11. de rebus Hispan. cap.24.

c Iudic.15.15.
d cap.3.30.
e 2.Reg.23.8. & vers.18. *Sensus mysticus.*

g Serm.7.

h 3. de demonst.c.7.

i Ioan.15.22.

k 1.constit.ap. c.14.

a hic, & in pl. 68.

Augustinus [a], Cassiodorus, Bed., Remigius, Hugo, Haimo, & alij diuersi sermonem volunt ad Christum, & quosdam *cadere à latere sinistro*, id est, à protectione tutelaria, quam se præsumunt habituros velut collaterales: quomodo Pontifex aut Imperator mittere aliquem à latere dicitur; plures à dextris, qui præsumant etiam se in iudicio sessuros ad dextram cum electis: nullum autem ait propinquatum ad Christum, quia præsumptio excludit eos à pœnitentia. Augustinus declarat, *à latere sinistro* Christi, qui sunt reprobi *cadere*, id est, vinci, mille dæmones, quia non ita sæpe, aut à paucis multos illi vincunt: *à dextris*, hoc est, à prædestinatis, decem millia, quoniam hi plures, pluresque superant dæmones. Bruno Carthusianus spem iusto inijci ait, per securitatem diuinæ protectionis, quod mille hostes interiores, seu tentationes contingentes *à latere sinistro* aduersitatis, *cadent*, ac deuincentur oratione sua, *& decem millia à dextris* prosperitatis, in qua maior subortiri numerus tentationum solet. Rickelius, & Iudolfus ex eodem ordine idem dicunt (dæmones nominando.) Præterea Bernardus [b] alio quodam loco, sed in hoc [c] attendit *in latere virtutes* felicitatem terrenam, & cœlestem: dæmones autem vehementius insidiari *lateri dextro* cœlestis, & bonis animæ, pro quorum conseruatione sinistrum tundendum debeat exponi, sicut corpus exponendum, serpentis exemplo, pro capite. Dicit præterea *casuros mille a sinistris*, videri potius homines, quam dæmones, quia homines non nisi propter temporalia bona nobis aduersantur, quæ vel inuideant habere à rebus gloriis, vel doleant se non habere: dæmones vero propter spiritualia, superna, æterna, ne illuc de puluere suscitati accedant, vnde ipsi in gloria conditi, (id est, in proxima dispositione ad gloriam ciuenabiliter) ceciderunt. Inuehitur deinde in illos potissimum religiosos, qui maiorem de pertinentibus ad sinistram suscipiant curam, quàm ad dextram, & *obliuiscuntur dexteræ atque Ierusalem* [d], hoc est beatitudinis, non verentes ne in iudicio sinistrâ cum *hædis* [e] tenere cogantur: Addit Christum latus sibi dextrum fodi passum, quod non alij de dextera propinare vellet, non nisi in dextera locum parare refugij: Vulnus id excipere post mortem voluit, vt moneret nos quamdiu viuimus, in huius semper lateris custodia vigilandum; mortuamque conferri animam, quæ pernicioſa infirmitate dissimulet in dextra sibi vulnus inuigi. Obseruat præterea Cor nostrum in sinistra positum, quod affectio eius prona sit semper, & proclivis in terram, vt idcirco hortaretur, nescio quis Euan cor cum manibus ad Deum [f], vt a sinistro latere erigeretur ad dextrum. Illud item notat, miseriam secularem in sinistro tantum latere hypenim portare, at qui militat Deo, non debere se implicare negotijs sæcularibus [g], hoc est, scutum applicare non tam dextræ, quam sinistræ. Adhæc monet tegendum latus vtrumque, ac veritatis circumdandum scuto, *armisque iustitiæ a dextris, & a sinistris* [h]; *prout laudabimus non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus* [i]. Concludit tandem tempus futurum, quando nec dæmonum, nec hominum agmina ităbunt contra nos; non solum non inităbunt, & nos læti secumque transmisso hoc mari, videbimus Ægyptios istos mortuos, *& Domino cantabimus* [k]. Hæc summa pij & acuti sermonis, in quo, quod de *lateris dextri* vulnere ait in Christo, expendimus in consequenti-

A

B

C

D

E

no psalmi 21. Aduersa, vel etiam temporalia Saul præfigurabat, *percussit* tantum *mille*, Dauid [a] prospera, vel æterna qui *percussit decem millia*. Hieronymus [b] illum casum innumerorum nostrorum, & perfectam de illo lætitiam fuisse scribit, cum *princeps huius mundi veniens non inuenerit in nobis quicquam* [c]: Interim solari nos debere, *quod plures pro nobis, quam contra nos* [d]. Haerebus Nicolaus [e], victoriam quæ hic habetur de hominibus, vult esse *casum mille a sinistris* quæ in dua vita, in qua omnes subiugibuntur, *decem millia a dextris*. Bernardus [f] videtur *mille* de hominibus, de dæmonibus *decem millia* accipere, ac vtrosque tandem caturos post iudicium in gehennam. Hugo detorquet ad prælatum malum tropologiam, & ad confitentes reos, qui sunt eius latera, *dextrum*, qui tractat de spiritualibus, *sinistrum*, qui de temporalibus; damnandos vtrosque dantes mala cõsilia, plures qui de spiritualibus, quoniam difficiliora sunt, & plures reperit malus prælatus quibus committat spiritualia sine delectu, animasque animarum: paucioribus, qui bus temporalia, circa quorum custodiam maiorem delectum habet: multo magis prælatum ipsum caturum in mortẽ æternam. Procopius [g] ait Ezechiam post infinitum illam hostium stragem, angeli operi adiutam, exultasse esse se illum, qui expectabatur, & creditum fuisse de se parientẽ locum intelligendum, nisi tanta ipse propter morbum exulcerasset, neque sibi iam, sed Christo vni psalmum cõuenire animaduertisset, qui flagellum tabernaculo eius non appropinquaturum esse moneret.

Et decem millia à dextris tuis.] Augustinus, *decem millia*, singularis numeri sunt μυριὰς, & רְבָבָה *reuabah*, vt prius monui: Chaldæum רִבְבָתָא *reuabatha* pluralis, nomen *decretorum* est etiam in numero multitudinis. Graci & Latini, sed alius linguis in singulari. Vna cuique dextera tantum est, sicut sinistra; tamen non tam eidem tribuuntur, ex communi loquendi modo Græcorum, quos imitantur Latini, *dexteræ*, & *sinistræ* in Scripturis sacris [h], nam in profanis auctoribus id non obseruatur. Fortassis *dextera patris*, & *sinistra* hæc phrasis nouit, non præsentium, vel bona & mala. Sic Apuleius [i] dextera corporis validiora esse, & idcirco dextræ auris sobriores timiditas, signũ esse morbi penitus adacti, eoque minus curari ad sanitatem relinqui, cum & ipsa dextera ægritudini accumbunt.

Ad te autem non appropinquabit.] In psalterio Romano, *tibi autem non approximauerit*, quo pacto recitatur etiam in nullo. Dominicæ primæ Quadragesimæ; & est apud auctorem in homiliæ tributæ Chrysostomo, qui propterea non hic, sed Latinus auctor est, cum Græcè sit προσεγγιεῖ, *adire*. In psalterio, quo vtitur Ecclesia Mediolanensis, *ad te autem non approximabunt*, in plurali numero. Chaldaicè eodem numero, & addendo, *et non erit*. Quod numero vnius dicitur, significat nullũ exactorem hostibus aufurum dimicare. Vel ad nouissima Hebræa, & Græci quæ dixi numeri singularis esse, aptè nectum est singulare verbum, quemadmodum in hoc eodem versu, *cadent a latere tuo mille*, &c erat נִפְלוּ, & יִגַּשׁ *ipse* in eodem numero singulari. Alibi docui *appropinquare* verbo interdum significari non simplicè appropinquationem, accessumve, sed cum impetu, & mentione. Hoc alio potius Hebræo verbo קָרַב *hirau* dicitur: נָגַשׁ *nagash* autem est *simpliciter accedere*. quæ etiam nostro proposito magis quadrat, vt ne

a 2. Reg. 18.

b epist. 22.

c Ioann. 14. 30.

d 4. Reg. 6.

e ser. 10.

f ser. 2.

Isupplegio.

g in Esai. c. 40.

accessuri

a Dæmones in præsentia dispositione ad gloriam condita sunt.

d psal. 146. 5.

e Matth. 25. 32.

Cor nostrum in sinistra positum est, eo quod affectio eius prona sit ad terram.

f Thren. 3. 41.

g 2. Tim. 2. 4.

h 2. Cor. 6. 7.

i cap. 8. 21.

k Exod. 15. 1. 21.

accessum quidem hostes intelligantur, non solùm non impressionem facturi, vel nocituri. De morbis alij accipiunt. Non semper à communibus calamitatibus iusti liberantur, sed iidem quoque involuuntur. Liberat Deus cum expedit. Sunt interim quoque inter nos lebuſæinm alia vita cessabit pugna, & magnum chaos faciet, vt appropinquare non possint aduersarij. Catena ligati sunt dæmones, solis nocent, qui in eorum tactum proiciunt. Hugo vt suæ tropologiæ die malo prælato seruiat, legit cum interrogatione, *ad te autem non appropinquabit*, quasi dicat, omnino ad te mors æterna *appropinquabit*. Rickelius de tentationibus Christi explicans, attingit quæstionem illam, an victi dæmones redeant ad tentandum, magisque inclinat ad tempus duntaxat recedere: Dictum aliàs de hac re.

Verùmtamen oculis tuis considerabis.] Hieronymus, *videbis*. Alij, *aspectus spectabis*, nempe, vel multitudinem impiorum, vel Deum pro te præliantem, tève de quapiam alia calamitate liberante. Plus quid importat יבט *thabbit* & καταβλέψεις, quàm *videre*, satisque commodè verbo *considerandi* reddidit interpres, vt sit, *cum diligenti animadversione, & quasi oculorum metitu, non tantum corporis obitum aliquid aspicere, lustrare, circumspicere, considerare*, ac vt quidam volunt, etiã *cum voluptate*. Meminit docuisse alias, facere ad cumulum victoriæ, posse fortasse oculis victos & prostratos intueri. Minus aptum, vt sermonem dicamus esse ad Deum, ad illũ est, qui sperat in Deo, sicut & hactenus fuit; sic etiam psalmo 36.[a] *cum perierint peccatores, videbis*.

Et retributionem peccatorum videbis.] Hieronymus, *& vltionẽ impiorum cernes*. Alij, *reprehensionem, vltionem, consumptionem, præmium*. id est, *debitam pœnam, & quasi stipendium*. Chaldæus exponit *cõsumptionem*, vel *perturbationem*. Est שלמרי *seilumah retributio, restitutio, redditio*, & habet indifferentem vium, interdumque bonum. Ampla disputatio esse posset de hac *retributione peccatorum, atq; persecutorum*. Compertissima res est, tum in Iudæis, tum in Paganis, tum in hæreticis, & schismaticis, tum in aliis etiam Christianis malis. Iudæ proditor, Herodes, tres, Pilatus, Caiphas, Annas infelici exitu perierunt: Iudæi patria pulsi, tyrannorum, & hæretharchiarum pars maxima violenta morte delecta. Eidem Spiritu sancto bonitas tribuitur; simul verò etiam quidam quasi furor, & vehementia, & irruinle, ac nimisse scribitur in eos, quos destinabat populi sui hostium expugnatores, vt in Gedeonem [b], Iephtem [c], Samsonem [d], Saülem [e], idque præ se ferrant tulit nullos in Apostolos sub igneis spiritusque, seu venti vehementis forma, Spiritus [f] sancti. Renuit Bernardus [g] considerationem, atque visionem retributionis peccatorũ per oculos nostros, in tempus resurrectionis. Tunc ait velimus nos oculis nostris, quos nunc nostros non aliter pessimus dicere, quam dicti soleat omnis nostrum, carcer noster. *Languẽt oculi nostri præ inopia* [h]; *Defecerunt dum sperarent in Deum* [i]: *ipsi nec leuare audemus in cœlum* [k]: lachrymis multoties fluunt, ac crebris compunctionibus atteruntur: *deprædantur animam* [l]: traduntur si lapsurus in custodiam, & donum Deo, qui nobis eos, & nos ipsos reddiat nobis, immo se ipsum insuper det nobis: adhuc in iis si non regnat, habitat tamen, contraria lex & pœna peccati prævalet, quos tam sæpe somnus occupat, fumus turbat, exiguus pulvis sauciat, noxius humor obnubilat, dolor acerbus exeruciat. Complurimas eorum Plinius agritudines enumerat. Nimius splendor obtenebrat, vel ipsa demum notissima meos excæcat, qui nunc *avertendi ne videam vanitatem* [m]: per quos *ei per fenestras ruunt mors* [n]. Illud præterea perpendat, quod nos antea, non vno loco, hoc planè peccatoribus graue tormentum futurum, & magnum quemdam malorum cumulum, quod in iudicio iusti oculis considerent, & retributionem ipsorũ videant. Fortè enim, inquit, quodcumque solatium videretur eorum, quos tam malitiosè impugnauerint in tormentis suis, vel conscientiam latere, vel ipsos saltem declinare posse conspectus: subiicit, quod *sicut peccator videbit, & irascetur, dentibus suis fremet, & tabescet*, [o] quia prius benedicti vocabuntur in regnum, quam maledicti in cruciatum deiiciantur ignis æterni [p], quo videlicet acriùs doleant videntes quid amiserint) sic iusti quoque videbunt, & lætabuntur, considerantes quid euaserint, ne ignari tanti periculi, ingrati aliquãdo liberatori posse fieri videantur, & visa retributione aliorum securi nec humanam deinceps, nec diabolicam vereantur malitiam, qui nimirum *cadentibus à latere suo mille* hominibus, *& decem millibus* dæmonibus, *à dextris suis*, non modò eos cadere viderint, sed & cadere in gehennam. Postremò docet, ex ista consideratione, ac visione consecuturos iustos, vt ex comparatione deformitatis Impiorũ, eminentius glorioſiusque resplendeant: *& manus suas lauare videantur in sanguine illorũ, lati* hoc modo de victoria [q], & *videntes in interitu eorum* [r], ob pulcherrimum diuinæ iustitiæ ordinem.

a pſ.118.9-. b Ierem.9.21. *Magnũ peccatorũ malum est, quod iustis eorum videre est tormentum ingens.* c pſ.111.10. d Matth.25.33.& seq. e pſ.57.11. f Prou.1.26.

Vers. 9.] Quoniam tu es Domine spes mea. Altissimum posuisti refugium tuum.

Vers. 10.] Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

ratio huj.

HInc, ait Vates, tibi, ô quisumque tot diuinæ aduersus te curæ, ac prouidentiæ argumẽta, & effecta experiris, tam magni ortus boni, atque securitatis tãtæ, quoniam ex hirmo animi proposito dixisti Deo, *tu Domine spes mea*, in quo tota reclinata recubit, à quo penitus pendeo, cui omnino innitor. Deinde conuertens orationem Propheta ad eundem, qui fidit Deo. Et quia, inquit, constituisti tibi refugium in Altissimo, qui cum super omne potenti emineat, eos, qui confugiunt ad se, vel in præcellam aliquam sublatos arcẽ, tueri valet; propterea nihil est, quod vllo te damno, aut malo afficere possit, nulla plaga calamitasve, à qua domus, & familiæ tuæ metuere debeas. Si quis prima verba velit non pro viri eruditissimi esse, sed Christi: de eodem verò sequentia Prophetam intelligere, ac si diceret ei; Tu ô Christe *Altissimum posuisti refugium tuum*, id est, superiorem te, vel hoc mẽbrum eodem pacto explanando. si præcedens interpretetur, tãquam David Christo diceret, *tu es spes mea*, caueat Arianissimũ, cui fauere Eusebius [s] videtur. Nequit Christus vt Deus Patrẽ *ipsum suum* nominat, neque illum vocat *Altissimum*, qui si superiorẽ se agnoscat. Vtcunque concedi potest is loquendi modus de Christo, & ipse in eo fundi secundum naturam humanam. Sed melior expositio de iusto quocunque, etiam si diabolus abusus fuerit huius psalmi testimonio cõtra Chri-

s g. de demonſt. c.9.

b Iudic.6.34. c cap.11.11. d cap.13.25. e 1.Reg.11.6. f Act.2.2. g item 4. *Peccatorum peccatorum per oculos nostros non aliter dici solere, quam dicimus oculos nostrum, carcer noster. Bernardus.* h pſ.87.10. i pſ.68.14. k Luc.18.13. l Thren.3.51. *Diuinum imperfectionis.*

---

stum. Anonymus Græcus, quem citat Agellius, illam aliam Eutebij expositionem, licet nomine tacito, ait esse κακῶς, καὶ κενοδόξως ἐκδεχομένους opinantium *male* ac *profanè*, atque dicentium, quod Christus habuit perfugium, ipsum Altissimum, **qui in cœlis est, Patrem: huius autē** sententiæ fatanam illis fuisse occasionem, qui vafrè, quæ de nobis dicuntur in psalmo, personæ Saluatoris aptarunt: Arianos ita sentiendo suum secutos Patrem fatanam mendacem: inde fieri, vt cum nos in Christo spem habeamus, ad eum confugiamus, qui & ipse adiutorem habet, vocemusque *saluatorem*, qui ab altero saluatur; cum planè certum sit filium esse ἴσον τῷ μεγέθει καὶ τῇ κατὰ πάντα ἰσότητι, *& simillimum per omnia Patri*, figuram substantiæ, imaginem, & splendorem gloriæ ipsius ὑψίστου καθὰ καὶ ὁ Σωτὴρ ... *Altissimum, sicut & Pater est.* Hoc vltimum Ecclesia in hymno angelico cantat, & nos aliàs probauimus.

Quoniam tu es Domine spes mea.] Substantiuum verbum nec habetur Hebraicè, nec Græcè, rectè tamen suppletur. Quæ autem hic *spes mea* dicitur, & ὑπόστασις, & Symmacho apud Eutebiū [a] ἀπόστασις, Hebræo nomine codē exprimitur מַחְסִי *machsi* quod erat versu 2. & vertebatur susceptor, & ἀντιλήπτωρ. Obiectum spei intelligit, causam terminum, vt Dionysius notat. Præmonuit auctorem psalmi loqui cum persona sperantis in Domino, eiusque verbis vti; postea subscribendo eiusdem sententiæ, addere quæ sequuntur. Ita vero etiam sentit citatus ab Agellio Græcus Anonymus. Theodor. Basil. Nicepho. ad orationis contextū deesse ἐροῦμεν γάρ dixerit enim & hoc proprium est. Prophetica scripturæ, præsertim Psalmorum. Alij exponunt *quoniam tu Dominum, qui spes mea est, & ei cura Altissimus, posuisti refugiū tuum, propterea non accedet ad te malū* &c. Sed coactus id est. Quidam, quia versu 2. Hebraicè est, *dicit*, volunt Prophetam continuare sermonē, quem interruperat. In textu Chaldæo Nobiensis, est *respondit Salomon, & sic dixit.* Meliores primi duo modi.

Altissimum posuisti refugium tuum.] Emendatiores Codices primam primi nominis manifestam literam describunt, vt vnum denotet de nominibus Dei, nec sit epithetum tabernaculi, vt minus tamen linguæ Græcæ periti sentiūt, & plerique Latinorum enarratorum, cum editio psalmorum nostra Latina immediate de Græca facta sit. Nam textus Græcus ita se habet τὸν ὕψιστον ἔθου καταφυγήν σου: vbi genera discrepant. Pollet nihilominus עֶלְיוֹן *hhelion* iungi cum מָעוֹן *maohon* & significare *excelsum, habitaculum, refugij*. & in edito loco collocatam habitationem, id est, ipsum Deo, qui altissimus est. Symmachus, vt refert Eusebius [b], reddit ὑψηλὸν κατοικητήριον *altissimum habitationem* & Aquila ὑψίστου κατασκήνωσιν. Quidam, vt Rickelius, volunt dirigi sermonem ad Deum, eique dici, quod ipse in te ipso altissimo, altissimum collocaueris refugij terminū, vt non queat homo, vel stet citra, vel infra ipsum, sed mentem erigat in bonitatis eius contemplationem, fiatque ad ipsius confugium clementiam. Idem indicat Caietanus, versionem se sumpsisse ex Hebræo, ac Treuerus translationem Hieronymi. denique omnes ferè Hebraizantes: sed & Patres libenter, *in habitaculo maiestatis tuæ exercium posuisti dominum maiestatis tuæ.* Mihi videtur loqui nūc Propheta cum eo qui speraret in Domino, & affirmare quod *Altissimum* sumpserit pro refugio, & *spem* in illo constituerit non tutā, & firmam; ad quē sensum non est

A necesse legere cum interrogatione, vt communiter facit Euthymius. Docui etiam prius Arianos hoc loco, cum interpretarentur de Christo, tamquam qui ad Patrem confugeret *Altissimum, & Patrem*. Si placet de Christo accipere secundū humanitatē, dicemus cū Augustino, & alijs, terminum esse ad Christum, eique dici quod redeundo, & ascendendo, docuit ad alta refugere, quæ sursum sunt sapere, & quærere, spē ponere refugiendi, & ascendi quo ipse venit Christus Rector saluatis spē Paulus [c] cōcludit cum galea. Sicut enim galea, inquit Chrysostom. [d] cōtinet id, quod est præcipuū eorū, quę sunt in nobis, nempe caput amplectens, & vndique tegēs, ita etiā spes nostra intentionē cōsidere, sed facit stare recta, tanquam

B nihil externū in ipsū finem cadere, ab hinc vero nihil decidere, neque ipsa prolabimur. Virtutem igitur spei, cæteris virtutibus quodammodo dominari locus, ostendit, quia ipsius est, erigere animū nostrū, & appetitū trahere ad Altissimū. Fidē idē Apostol. [e] anchoræ similitudinē attribuit, sed cum firmitate incessūsibi anchoræ dat vbi, ad interiora velum mittit, & sibi vult figi, vbi vera sunt gaudia & bona. Nauis anchora interna figitur contra Pūctos aquæ, *vbi vera spes in cœlo*, & Altissimo Deo fixa, meritē solidat, ne cōcutiatur, inquit [f] Gregorius. Fluctibus tumultuū terrenorum. *Spem vt Altissimo & refugium ponat*, qui per se ac primarò quærit illū, & regnū, ac iustitiā eius. [g] Quod egregiè amplexus Bernardus [h]. Perpetuit inter dia, quod bonus dicatque Dominus *spe iacibus in eum*, illinc quærēti ipsum: *tenere* pluraliter expressos quod hoc videatur cōmune multorum, *præcurrentem* vero singulariter, quod singulare sit puritatis, singularis gratiæ, singularis perfectionis, non modo nil spetare, nisi ab eo, sed nil quærere, nihil nū. Verē magni imitando est aut credidit Christotomus, confugere ad Deum homines, accedētes ad Deū cum corde alto, quod non est in terra depositū. Quidam accōmodatius tamen

C *altissimum hoc refugium* in cruce Christi aduersus omnem tentationem, & tribulationem vel in incenso accurato spe Radio *vocationem & electionem per bona opera* [i], vtque alteris dirigamus veluti sagittas *ad tectum in habitaculum hoc habitaculum, ti in terra peregrinamur adhuc* [k]: *mons hic vt quo festinabit anima* [l]: *montes, quæ consendere oportet ne exurgant hostes* [m], in vallibus enim, & infimis periculā; qui autem in altum meritem figit, & *in Deum spem suam ponit* nullius contra se pugnantis manum timet [n].

D *Non accedet ad te malum.*] In Chaldæo textu Nobiensis, *& respondit auctor mundi, & sic dixit*, non est, Græcè in plurali οὐ προσεγγιοῦσιν σοι κακά, quo item pacto habent alia plaraque Latina, & Augustinus, atque Cassiodorus. Aquila vero apud Eusebium [o] vertit *οὐκ ἐγγιεῖ σοὶ πῆμα traduetur*. Symmachus οὐ κατισχύσει σε κακὸν *non preualebit contra te malum*. Alij, *non fortuito vel casu cadet quod te malum, non temerè eueniet*, seu *accidet*, seu *causabitur, occurret*, vel *non impedietur, non se opponet*, vt tradidit, *non contristat*, aut *non contristabit te malum*. Hebraicum verbum est nomen linguæ תאנה *theunneh* in puhhal; quemadmodum vallis לא יאנה *lo teunneh*: *Non contristabitur in te, quicquid ei accidat.* Quę sententia nostræ similis est, ac expositio quoque quædam illius prout reddita est Græcè & Latinè; vt licet accedat, & accidat iusto malum, tamen nunquā contristet, aut deiciat animum ipsius, cum sit certus cessurum in bonum; cum è contrario, vt ibidem in

a 9. de demonstr. 7.

b supra.

Prouerbis dicitur, *impij repleamur malis*, non culpæ duntaxat, sed etiam pœnæ, atque miseriæ, & per impatientiam erga mala, quæ contingunt, abusumque bonorum, quæ percipiunt, vertant cuncta in malum, ac se curis, & molestijs excruciét. Denique iustus illata sibi mala & flagella libenter tolerat, nec est ipsi, vt Apollinarius loquitur, *κατὰν ξυμπλοκὴν ἀναγκῶν* maiorum concurrens necessitatum, sed velut filij flagellantur à Deo, ad correctionem, probationem, satisfactionem, meritum. Non cedunt iusti flagellis, neque cadunt casu. Est quidem flagellum super Ninuen [a]; quæ significat pulchritudinem, id est, super iustos: *multæ tribulationes iustorum* [b], & *flagellum patris super filium, quem recipit* [c]. Sed ad flagella durantur iusti, vt murus aheneus, quia nil conficiunt sibi. Chrysostomus, vt quidem creditur, exponit *non accedere malum & flagellum non appropinquare ad iustum*, qualis Iob, qua non *cedit*, nec à spe in Deum recedit, sed patientiam seruat; quæ fructum habet præsentis vitæ, & futuræ. Ad Christum non *accessit malum* casu necessario, inuoluntariè inquit Caietanus, dum hic viueret, multo minus postquam resurrexit, & ascendit in æternum tabernaculum. *Non appropinquasse flagellum tabernaculo Christi* Chrysostomus [d] exponit, quia corpori eius nullum diabolici flagelli peccatum potuit proximare. Propterea quoque testatum Salomonem *vestigia se serpentis supra petram inuenire non posse* [e], quia serpens diabolus in Domino qui petra dictus est, cum ipsum tentauit, peccati vestigium non reliquit. Idem ferè iam prior dixerat Eusebius [f], ac solo verbo expulsos ex hominibus dæmones à Christo, tantum abest, vt *accedere*, vel *appropinquare* ad nocendum possent corpori eius, quod nomine *tabernaculi* Dauid & intellexit, canens *inuenire se studuisse tabernaculum Deo Iacob*. Accedit eodem Procopius [h], Augustinus cum aliis Latinis, explicat etiam de Christo, non solum ad eum modum, quem nunc dixi; sed præterea, quia nihil passus est Christus pœna & flagello dignum, cum sint propria flagella peccatorum, aut qui saltem aliquando tales fuerint; item quod *non accedet malum* culpæ, videlicet saltem finalis, ad electa membra eius, *nec flagellum appropinquabit tabernaculo* corporis post resurrectionem. Iacobus Iansonius Deo hoc dici putans, valere dicit contra Manichæos, docentes nescio quam malam naturam in Dei bonam naturam incurrisse, & conflictu cum illa inito, multas ab ea partes captiuas cepisse, easque suæ malæ naturæ permiscuisse.

Et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.] Hieronymus, *& lepra*. Alij, *plaga aut vulnus*. Chaldaicè, *plaga atque nocumentum non accedent ad tabernaculum tuum*. Aquila, & Symmachus apud Eusebium [k] vertunt *ἁφὴ tactum*, qui Hebraicè est נגע *negabh* significans *plagam*, vt alibi [l] etiam redditur, aut *verber* [m], aut *lepra* [n]. Vsurpatur etiam *ἁφὴ* pro *ictu & percussione*, quæ aliter πληγὴ vocatur. Pro nomine *σκεπασμὸς* hoc ponit *σκέπην protectionem* Aquila, Symmachus *σκέπασμα*. Tabernaculum pro domo, & familia sumi potest, figuratè præterea pro corpore, in quo, vt alias dixi, peregrinamur, militamus, laboramus. Vniuersè significatur immunitas ab omni morbo, non à lepra sola: nec loquitur solùm de populo in deserto, cum in tribubus eorum non erat infirmus [o], vt Treueto tamen placet. Cæterum præter dicta de tropologia, bis legitur Christus flagello vsus quod confecerat de funiculis [a], id est, de peccatis, quibus peccatores, tanquam pecudes ligantur. *Beatum te si ad flagella paratus fueris* [b]. Heliodorus violator tabernaculi seu templi, ac diuersor ærarij facti, *ex vtraque parte à circumstantibus flagellatus iuuenibus*, id est, Angelis, *verberatusque multis plagis* [c], regi à quo missus fuerat retulit, *si quem haberet hostem, aut regni sui insidiatorem, illuc vt mitteret, recepturus flagellatum, si tamen vt euaderet* [d]. Paulinus Nolanus, & Ambrosius vti flagello tyrannis, & hostibus minitantes. Sancti viri, quos in opere de disciplinis noster enumerat Gretserus, tabernaculis corporum suorum adhibuerunt flagella, piè in se ipsos crudeles, nec parcentes sibi, immo hic parcètes maximè, quemadmodum non parcendo parcit quis semini, iactando illud, agricolæ manu, quia melius est illi, ait Bernardus [e], multiplicari in agro, quam in horreo putrefieri.

a Nahum 3. 5.
b psal. 33. 5.
c Hebr. 12. 6.
d homil. 5. ex variis in Matth. & homil. in psal. 14.
e Prouerb 30. 26.
f 9. de demõ. cap. 11.
g psal. 131. 3. 5. 7.
h in Ita. c. 40.
i psal. 90. 7. 10.
k 9. de demonst. c. 7.
l prou. 18. 11.
m psal. 88. 33.
n Deut. 17. 8.
o psal. 104. 37. Tropologia.

a Ioan. 8. 15
b psal. 37. 18.
c 2. Mach. 3. 26.
d vers. 38.
e serm. 10.

Vers. 11.] Quoniam angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis.

Vers. 12.] In manibus portabunt te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.

QVamuis Deus per se solus ad prohibenda mala omnia, & flagella pluſquam abundè sufficiat, nihilominus vtitur etiam administris angelis suis, vs iniungens peculiarem de singulis curam, vt velut fidi comites, custodes, monitores, pædagogi, auxiliatores, præsto sint ad res singulas agendas, vel effugiendas: & suis met quasi manibus, tanquam carissimum quid gerant, ac præ oculis continuò habeant, ne in vllum imprudentes incurrant periculum, aut leuiter offendantur, offendántve. De Christo non pauci explicant, à posteriori colligentes etiam ex eo quod protulerit hoc testimonium diabolus, tentans [f] illum, & quia finita tentatione angeli ministrarunt [g] ei. Multo post vnus in agonia positum confortauit [h], & plurium manibus honoris causa, non quia egeret, sublatus est in cœlum, neque quod esset infirmior absolutè angelis; quamuis secundum naturam paulo minor esset [i]) sicut non sunt meliora iumenta, quam homines; neque cœlum, quam Deus, in quo sedere dicitur. Præterea præpeditam offensionem pedum ad lapidem Augustinus, Hugo, alij referunt ad Spiritus sancti missi donum, quo lapis legis, quæ videlicet in lapidibus scripta est, mollesceret, & solnerentur homines ab illius timore per amorem eiusde: Spiritus sancti. In eadem sententia quod literaliter agatur de Christo, videtur Irenæus [k], & Ambrosius [l], præterea Caietanus [m], Salmeron [n], Faber [o], paulo fusius & acrius contra Hieronymum, Nebiensis [p]. Causam Abulensis [q] affert, inter alias, cur diabolus vsurpauerit hoc testimonium in secunda, & non vllum aliud in prima, tertiáque tentatione, quia nullum suppetebat ei commodum pro alijs: & imitari voluit Christum, occurrentem primæ tentationi per scripturam. Verum non agi de Christo in psalmo isto, communior & melior opinio habet. Id contendit Origenes [r], quoniam non regget auxilio Christus angelorum, quibus est minor, & mittuet illos offendent pedem suum ne ab incursu, dæmonio que meridiano liberauit Christum Deus, sed tanctos.

Sensus loci.
f Matth. 4. 6.
g vers. 11.
h Luc. 22. 43.
i psal. 8. 6.
k lib. 5. c. 21.
l in Luc. c. 4. in hic & in Matth. c. 4.
m to. 4. tract. 3.
n hoc loco.
p hoc vers. q in hunc locum, c. 4. q. 3.
r homil. 3. in Lucam, & 3. in psal. 11. Na.

Denique quod hic subiungitur, à contrario omissum est, commonit Christus *orare & vigilare, ne in tentationem incidamus, & immittere Angelum, qui custodiat.*

Non scriptum est hoc, aut Theophylactus propter Christum, sed propter tinctos, qui malignum angelico præditos Hilarius docet tentasse diabolum promptum eundem esse angelorum suo Deo & sequentium eadem esse officia nos discere: tametsi ejus quæ de semetipso commendando hic subditur, voluisse autem quoquo modo obedientiam electe tentato, & hinc retorqueri gloriam. Contendunt & vniuersi idem semel esse, non præsse de Christo Druthmarus [s], qui exponit de Ezechia, Hic ait [t], qui de vno quolibet fuerit. Beda [u], licet in communi tamen pleraque de ministerio seu obsequio Angelorum accepit cum Augustino, Anselmus [x], Arnobius [y], Chrysostomus [z], Abulensis [a], Haimo [b], Aquinas [c], Bernardus [d], Cassianus [e], Maldonatus [f], Toletus [g], Barradius [h], præterea Ignatius [i], Iansenius [k], Lucas Brugensis [l], Beauxamius [m], Cyrillus Alexandrinus [n], Laurentius Iustinianus [o], Procopius [p], Nazianzenus [q], Rupertus [r], & alii plures. Item Leo Castro ex Instituto contra Erasmum in apologetico [s], qui quod Hieronymus hanc sequeretur sententiam, appellauit calumniatorem: affirmat etiam Arriolanum si bene intelligatur, idem sentire, hi inquam omnes volunt loqui psalmum de viro quolibet tantò. Item quem vocant Hieronymum hoc loco, qui retorquet in diabolum; quod si in omnibus vijs custodiebatur Dominus, poterat diabolo respondere, ab ipso etiam, id est, contra ipsum, le custodiri. Atqui Lucas [t] recitat dixisse diabolum, *in manibus portabunt te ne offendas* &c. Auctor [u] operis imperfecti quasi consultus vtramque sententiam, scribit non de Christo dictum hoc dictatante, sed de omni homine iusto, cuius ille personam sustinuerit, vt ei cederet quod de omni vero iusto dicitur, quasi a minori, petuit ad Christum diabolus transferre, qui non etiam filium Dei vocatum se flebat, vt noster Maldonatus [x] argute notat [y]. Sic & id etiam Lucas Brugensis [z], neterio an post illum, vel quia recidunt in eadem doctorum ingenia) illam præterea non spernens aliorum argutiam [a], præterminium a diabolo *omnibus viis tuis*, quia viæ sunt, per quas ire homo debet, non sese præcipitare, non temerè, sed prudenter agere. Tertullianum item eundem secutus opinionem, quæ negat literalem de Christo fuisse, Cyrillumque Nazianzenum [b], colligit fortasse sperasse diabolum Christum respondisse, id testimonium non esse de se pronunciatum, ex quo deprehenderet eum esse filium Dei: Ingenium hoc esse hæreticorum, vt scripturis abutantur isto exemplo diabolo admonente Origenes, Irenæus, Ambrosius, antea erati, præterea Vincentius Lyrinensis [c], Augustinus [d], Chrysostomus [e], vt omittã collecta à me [f] ab illis aliorum Patrum testimonia loquentium absolute de eodem abusu scripturarum. Hæc ita se Lyrinensis ait Hæreticos ea figurate dicta in Apostolos Christi [g], sicut videlicet *statua transmutati sermonis hujus* [h], quotidie utique quæ diuinæ legis sententias proferunt, quibus ipsi interpretibus suis errores suos affirmare conantur. Argumentatur etiã, quid hic facient, *si in omnibus viis* hominibus, quemadmodum Dominum in scripturis scripturarum testimonia opponunt. Vocant pœnit *nisi omnes*, & prauorum dignum pœna, quam corruptoris mo-

netæ, comparatque Demosthenes [i] Solonis legum corruptorem in eum [k] qui legem eodem aliudat, quam vocant Aquilam [l] *corrumpere verbum Dei*. Dum abhinc quæ vocantur Ecclesiæ [m], quod non recognitas legerit, Ecclesiæ tantum auctoritate suffragante. Sed & non male dicetur, nisi tota lege perspecta, sed ex parte, ad ea proposita tradita, vel respondere [n], ait, vt quit Cyprianus [o], an Ecclesiæ sensui. Hæc ita, vt capitulo eiusmodi testimonium, eiudicat. Reuocant hinc quoque possunt, qui dicunt locos vtriusmodi accipi pro vtri; quos Tridentina [p] synodus grauate: cohibet: & quæ non [q] grauate propterea punitos, quod loci sensus vel in prodest exempla Theophylacti, & Tacitus vel & recentiores in quedam suo Hispano Genesi Lucas, Lucubus Simanchas [r]. Certum locus hic totos eximunt Angelos nostri curam & custodiam gerere. Et quis alios, ex multis [s], aduersus errorem Caluinistarum, qui nolunt patrocinari defendamus, atque per eam Dei gratiam indigné extenuari, & bolum hoc actu fiducia nostram aliqua ex parte conari minuere, pugnare [t] ima tota scriptura illum & profanum eorum omnium esse. Si totem consulas, aut Bernardus Leo tuis angelicam probat præsentiam non deesse ad protectionem, & custodiam. Tanet Concil. Florent. [u] etiam Basilium, præter quem plurimi in medium proferri possunt. Hoc ipsum non ignotum Gentilibus, tab *genium* vocabulo, docuisse Eugubinus [v], & Renatus Laurentius [w]. Vide illi Menandri apud Clementem Alexandrinum [x].

ἀνθρώπῳ ἑκάστῳ παρ' ἡμῖν συνεπεται
ἀγαθὸς δαίμων παραφύλαξ τοῦ βίου.
Omni homini nostrum natus
Custodus genius vitæ.

Vel,

ἀνθρ. ἑ. ἡμῖν τοῦ βίου συνεπεται ἕως
ἂν ζῇ φύλαξ τε καὶ ἐπόπτης τοῦ βίου.
Cuique vno genius comes, ille est
Seruus ut vitæ est custos.

Legendi etiam hoc loco homines Basilius, & Iulius Sirenus [y]. Rationem B. Basilii duxam quæ quid in eo exhibeat vacet ab opera [z]. Et [a] alienus ille, nec Patres, nec tot modos vagantes inuit, immutat [b] prorsus eam pronuntiat ve vanissimam, præterea, quia non [c] omnibus esse [d] pronuncietur, nec patrum vnius, tam [e] egit, tam multi. Et [f] quæ in nobis [g] [h] pretextum depositum, [i] tum [k] pectum fingamus sui. Quod [l] ne ita natum ve ruinam ve ruinam illi, quæ [m] hæc a diuinis pium quam esset, vim tempori, & in omnibus [n] dum. Concedunt omnes præsse vnum alicuem angelum singulis materialium rerum formis [o], quid ni singuli homines singulos habeant? cum constet animas mortali, & immortale simul aliquando corpus habituri, hominique sit esse rerum quasi [p] secundum Deum: Vt primum ergo editum quis in lucem, & a matris auellitur vtero, mira quidem cum est, quia tanquam res ad ipsum pertinet, eidem curatore fecit, vtatur proprium dicunt [q] quasi genium dicant, quod nobiscum vel nascitur, & nascitur [r] qui officium hic ad vsque ad mortẽ, ac fortasse, etiã donec [s] fuit [t] per dermeatum in purgatorio ad, ceanum [u] que pedu- [x]. Tã sunt aliqui tamen peruersi, vt licet [y] Deo deferantur adire possint [z] ab angelo, vel tecum, [a] magis peculiarem curam quæ cuiusmodi um [b] ante templi excidium audiæ sunt in eo voces, *migre*

mum hoc? Quo pertinet illud Ieremiæ [b]. *Cum sanctificor in illis, coram eis, voluit curam, diligentiam suam commisceri etiam quodammodo sanctorum angelorum, vt custodiant, ad implendas ruinas, & fortes angelorum malorum.* Quamquam necessitatis causa creati sint homines, vtpote per se secundum naturam non dependentes ab angelis; nec vnigenitus illius de sedibus angelorum implendis dictum, exactè verum est, ita vt omnino respondeant illorum numero, numerus hominum prædestinatorum. Reprobos etiam, & quoscumque homines angeli custodiunt: credique potest, etiam si opponitum præ se ferant non nulli, vt Nyssenus [c], & Procopius [d], in ipso statu innocentiæ futuram fuisse custodiam eandem. & antequam peccarent, angelos custodes attributos Adamo, & Euæ, quod videatur ea res pertinere ad rectam ordinem vniuersi, atque providentiæ diuinæ: quemadmodum, & vt angeli etiam tunc mundum illum administrarent. Denique Hieronymus [e] refert hoc ad humanæ naturæ dignitatem. Accedit quod inuisset angelica cura, ne dæmones, aliarve nocerent extrinsecæ causæ: poterant quoque angeli prodesse, vt homines magis magisque in virtutibus, ac meritis proficerent. Hinc fit, vt custodem Christus angelum nullum propriè habuerit etiam vt homo, quia beatus erat, & caput angelorum, atque ob vnionem hypostaticam, non solum ob summam gratiam gloriamque, nullius egebat protectione. Quare qui de Christo locum istum interpretantur, vel de honorario angelorum obsequio accipiunt, vel non ratione Christi secundum se, sed secundum illius membra, id est, alios homines. Confortatio angelica in Christo non fuit necessitatis, sed honoris, & laudis: diabolus tentauit solum exterius [f], permittente ipsomet Christo, vt eum vinceret, & nos armaret; Fatendum est familiariùs, frequentiùs, & vt ita dicam, humiliùs versari, agereque nobiscum angelos post, quàm ante incarnationem, vt innuitur in Apocalypsi [g], cum adorari se angelus à Ioanne non permittit. Hoc fortassis voluit Chrysostomus [h], cum scripsit antea tratos, & offensos nobis angelos fuisse, & ad puniendum subinde missos, & congruentes numero gentium duntaxat præfuisse: vel certè probis hominibus, qualis erat Iacob, nunc numero fidelium, & nobis bene placentes, seu reconciliatos, quippe qui etiam nato Christo decantauerint *gloriam in excelsis Deo, & in terra pacem hominibus bonæ voluntatis* [i]. Nec vera sententia, cuius Origenes [k] meminit, inchoari custodiam tantum in baptismo, quæ placet Primasio [l]: non item illa aliorum, differri vsque ad vsum rationis. Incipit vel in natiuitate, vt prius dixi, vel etiam in conceptione, in qua Tertullianus [m] ait, quod aliqua potestas diuinæ voluntatis ministra modulatur, quod & fortissima Machabæorum [n] mater non obscure significauit, & eodem faciunt, quæ scribuntur in Esdræ lib. 4. [o] licet apocrypho. Multa dixi de hoc effectu conceptionis & quandiu intra ventrem fœtus continetur: posthæc in natiuitate, & deinceps vsque ad mortem, quæ sunt omnes humanæ viæ, in quibus custodia eget, sed longiores operæ id est, ubique attingimus [p]. Legendus in soliloquiis [q] Augustinus, vbi inter alia, quod angeli magna cura, & vigilanti studio adsint nobis omnibus horis, & locis, sui curiosi, & prouidentes necessitatibus nostris, & sollicite discurrentes inter nos, & Dominum, ambulantes nobiscum, in omnibus viis nostris, intrantes & exeuntes nobiscum. Non sunt quidem alligati angeli custodes nostri loco in quo sumus; nec pluribus simul in locis quibuscumque; vel vbique possunt esse: *visique sunt ascendere, & descendere* [a]: *& vbicumque sint, videant faciem Patris* [b], sicut latroni limbus erat paradisus [c], vbi Deum vidit. Nihilominus dicuntur semper nobis adesse, si non præsentia substantiali, certe aliquo prouidentiæ effectu, & quia cum volunt, & oportet, illico accurrunt; quemadmodum nutrix præsens infanti dicitur, quia licet eodem in cubiculo, vel domo abiit, confestim cum opus est, redit. Lege Bernardum [d], & Gregorium [e]. Obseruat autem Bernardus [f], id indebitum fuisse prouidentiam voluisse diuinam præstare, vt in ore ipsorum verticuli illi Quadragesimali tempore versarentur, sumpta occasione ex diabolo, qui eos vsurpauit, vt in hoc quoque iniquissimus ille seruus, filiis seruiat vel inuitus: nihil tam molestũ ei, nihil nobis esse posse tam iucundũ, quam vt etiam malũ eius nobis cooperetur in bonum.

Quoniam angelis suis mandauit de te. Hebraice, Græcèque est in futuro tempore ὅτι ἐντελεῖται, ἐνετείλατο. Tertullianus [g], *super te.* Emphasim habent omnia, & quod *angelis*, & quod *suis*, & quod *mandauerit Deus*, & quod *de te*, quod *substantiis adeo nobilibus*, quod quasi *intimis*, & *familiaribus ministris*, quod *adhibito præcepto*, quod *de te inferiore secundum naturam*. Mira dignatio ait Bernardus [h], & verè magna dilectio charitatis. Quis enim quibus de quo quid mandaut? Tum subdit magnam debere hoc verbum inferre reuerentiam, afferre deuotionem, conferre fiduciam pro præsentia, benevolentia, custodia. Neque verò ex impositione præcepti sequitur angelos id exequendo crescere in merito, vel in illius violatione peccare posse. In beatos non cadit meritum, nec etiam accessio vlla præmij essentialis, vel periculum demerendi, & beatitudinem perdendi: quamuis accidentale aliquod gaudium consequi possint, quod Christus ipse affirmauit *coram angelis esse super peccatore pœnitentiam agente* [i]. Origenis [k] error fuit, angelos posse peccare circa custodiam sibi commissam de hominibus. Cum autem dicitur, *angelis mandauit de te*, non est sensus, quod plurimus de vno particulari, ita vt quiuis habeat plures custodes. *Omnes quidem sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capient salutis* [l]. Sed vnus vnius peculiarem gerit curam, nihil pro ratione dignitatis, & officij plures adhibendi censeantur. Tertullianus contra Praxeam argumentatur distinctionem personarum, quia diabolus ipse dixit, *ipsius Dei es*, & hinc vsurpauit locum, in quo mandatus, diuersus est ab eo, de quo mandat.

Vt custodiant te in omnibus viis tuis.] Monui prius, licet Matthæus [m] non recitet verba illa, Lucam [n] referre, *vt conseruent te*, quamuis vias non nominet. Distinguunt Hugo, & Greucus [o] post Bernardum [p], vias nominum, dæmonum, angelorum, Dei, hominum *necessitatem*, & *cupiditatem*; dæmonum *præsumptionem*, & *obstinationem*, angelorum *ascensum & descensum*: Dei *misericordiam & veritatem*. Pereunti viæ nostræ non possunt, a Deo mutatæ sunt, & commutatæ, diuinique angelorum nostrorum effecta pene innumerata sæpe nobis ignota & obscura, quam ipsa an-

a Iosephus lib. 1. de bello. cap. 12. Hieron. in Matthæum epist. Medi q. 8. epist. ad Marcellam. Mimi post Bacch. epist. ad Eustoch. 22. in hoc capite. Chrysostomus Homil. 12. in Matth. Procop. in hunc locum.

b cap. 3. 20. Auferam eum angeli custodiam.

c lib. de vita Moysi.

d in Exod. c. 4.

e in Matth. cap. 18.

Quare Christus non angelum propriè custodem habuerit etiam vt homo.

f Matth. 4. 1. 7.

g cap. 19. 10. cap. 22. 9.

h Homil. 2. in epist. ad Col.

i Luc. 2. 14.

k tract. 5. in Matth.

l in epist. ad Hebr. 1.

m in Oseam. cap. 2.

n 2. Machab. 7.

o c. 8. 8. & seq.

p in psal. 33. N. Act. 12. 15. & 27. cap. 27.

a Genes. 28. Ioann. 1. 51. Matth. 18. 10.

b Luc. 23. 43.

c Gregor. lib. 4. Moral. c. 3. vers. 3. & hom. 1. 30. in Euangel.

d serm. 58. in cantic.

e Moral. c. 2. vers. 3. & hom. 1. in Euangel.

f serm. 11. in psal. 90.

g contr. Praxeam c. 12.

h serm. 22.

In angelos & homines non cadit meritum vel demeritum.

i Luc. 15. 10.

k homil. 25. in Lucam. Error Origenis angelos posse peccare circa custodiam sibi commissam.

l Hebr. 1. 14.

m cap. 4. 6. 7.

n cap. 4. 10.

o serm. 1. 2. de Assumpt. Virg. Dei misericordiam, veritatem, & iudicium.

gelorũ ſubſtantia oculis corporis eſt inuiſa. Orandus Deus, vt non tam iſtos aperiat, quod olim impetrauit pro puero ſuo Giezi Eliſæus [a], & alius quem commemorat Antoninus [b], quàm mentis, & fidei oculos, vt credamus *plures eſſe pro nobis quàm contra nos* [c], quódque *maior eſt, qui in nobis eſt quàm qui in mundo* [d]. Fungitur eadem officio, qui præeſt maximè religioſis: ſic enim Ioſue deſignans Deus, *ecce* [e], ait: *mittam angelum meum, qui præcedat te, & cuſtodiat in via, & introducat in locum, quem præparaui: obſerua eum, & audi vocem eius, nec contemnendum putes.* Illuſtre Raphaëlis exemplum, qui Tobiam duxit, & reduxit. In ipſa meta viarum, hoc eſt, in morte, fidi, charitſimique ſine dubio comitis, ac ducis charitas, & munus enituit, cùm ſpiritus maligni tunc maximè obſideant, vt ſcribit Gregorius [f], & exemplis confirmat [g], ſicut & Beda [h], & alij; ac Martini ſanctiſſimi viri exemplum notiſſimum eſt. Deportatas præterea in cœlum animas, quemadmodum Lazari mendici *in ſinum Abrahæ* [i], ab angelis, plurimæ teſtantur hiſtoriæ; idque orat pro moribundis Eccleſia, vt veniant obuiam angeli, occurrant, ſuſcipiant animas, offerant in conſpectu Altiſſimi. Quæ Hebræis ipſis vſitata precandi forma in funere [k].

In manibus portabunt te.] Auguſtinus, & vetus pſalterium, & in euangelio Matthæi [l], ac Lucæ [m], *tollent te*, Tertullianus [n], *mandauit angelis ſuis ſuper te, vt te manibus ſuis tollant*, apud Lucam Syrus interpres *vlnas* exponit. Maldonatus [p] tamen *manuum* nomine allutum vult ad conſuetudinem, qua quæ charitſima nobis ſunt, ne perdamus, neve quis furetur, in manibus geſtamus. Sic ait Hiſpanos dicere (Italos addere potuit) *geſtare illud ſupra palmas manuum ſuarum*, id eſt, valde amare, diligentiſſimèque cuſtodit. Hoc non nego; ſed arbitror præcipuam vim iſtius formulæ nunc eſſe, ad ſignificandum geſtationem iter facientis, quam exercet geſtans melius compreſſis tenendo manibus, & intra vlnas, ſupérve humeros imponendo quam ſupra ſolas palmas. Denique *portare in manibus*, id eſt, quod *manibus*, vt ignem [q]: quemadmodum *portare in humeris*, & *humeris*, ac *ſuper humeros*, non differunt, ſicut etiam *in brachiis*, & *brachiis*. Ad curam, & cuſtodiam ſpectat *in manibus portare*, quod præ oculis eſſe velis, nam propterea dicebat Deus: *ecce* [r] *in manibus meis deſcripſi te: muri tui coram oculis meis ſemper.* Quàm neceſſarius pædagogus, immo baiulus, præſertim paruulo, inquit Bernardus [ſ], &c. quàm facilè tranſit, qui *in manibus portatur*? quam ſuauiter, iuxta vulgare prouerbium, natat, cuius alter ſuſtinet mentum. *Manus* pro vi, & potentia ſæpenumero ponuntur, vertitque Paraphraſtes (*fortitudine ſua portabunt te*); & *portandi* verbo importatur omnis adminiſtratio, & gubernatio; ſic dicebat Deus *portaturum ſe, laturum filium iſturum populum, qui portatus fuerat ab vtero ſuo, & geſtatus à vulua ſua* [t]: Moſes autem conquerebatur apud Deum, *non poſſe ſe ſolum ſuſtinere populum, quia grauis erat ei, nec portare poterat pondus tantum in ſinu, ſicut portare ſolet nutrix infantulum, & deferre in terram promiſſam* [u]. Quiuis magiſtratus *onus* cognominatur, *portæque*, ſeu *ferri* dicitur, ſub quo vt quiſque rerum prudentior æſtimator eſt, eſſe magis detrectat, & ſub impoſito gemit, quod toties facit Gregorius. Meditantibus honores, blandiuntur, inquit Bernardus [x], ſed onera penſantibus, tædio ſunt, atque formidini: multi non tanta fiducia, & alacritate currerent ad honores ſi eſſe ſentirent, & onera: grauari protectò metuerent. Propterea iure ſuo poteſt magiſtratus exigere cum Apoſtolo [a], à ſubditis, vt ſe ſupportent, vt *ipſi cum gaudio illud faciant, & non gementes: quod hoc non expedit* [b], cùm ſcilicet ſoleat Deus refractarios vindicare, tunc maximè, quando magiſtratus ſolo gemitu inobedientiam vindicant. Origenes [c] ait *rapiendos olim cum Chriſto in nubibus in aera* [d], ab angelis, qui penitus purgati, & leues effecti ſint à delictis: portari, qui aliquibus adhuc reliquiis prægrauantur. Verùm ſi de anima nuda ſeparata placet hunc locum intelligere, quando portari dicitur ab angelis in cœlum, vt prius dixi, oportet omni delicto liberam eſſe. Locus autem ille Pauli pertinet ad reſurrectionem; nec raptus aliud importat, quàm celeritatem reſurrectionis & occurſus ad iudicem, non quod egeat quaſi manibus angelorum. Quemadmodum nec anima ſeparata requirit, vt migret in locum, vi extrinſeca mouentis, aut Dei, aut angeli; ſed ſuamet motiua facultate, ſiue non differat ab intellectu, & voluntate, ſiue differat (qua in re par ferè ratio, quæ de angelo) & ſiue dum eſt in corpore homo, aliam potentiam motiuam organicam habeat, ſiue non, ſe ipſam poteſt mouere. Alioqui Chriſtus cùm deſcendiſſe creditur ad inferos, non deſcendiſſet, niſi virtute extrinſeca; vel angeli, vel Dei, vel diuinitus communicata, quod minùs rectè dicitur. Legantur Conimbricenſes [e] noſtri.

Ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.] In Pſalterio Romano, & apud Caſſiodorum, *ne vmquam*, in vetere, & quo Mediolanenſis vtitur Eccleſia, & apud Auguſtinum, *ne quando*, Tertullianus [f], *necubi ad lapidem pedem tuum offendas*, Aliter *ne impingas*, *ad lapidem*, *ſiquidem*, &c. Eſt autem particula *pen*, & *μήπως ne forte, ne, vt non, vt ne, ne quando*, ſed ad loci negationem *ne, necubi*, extenditur, nullo poſſum exemplo demonſtrare. Chaldaicè, *ne forte impingant capiditate prauæ, ſimili lapidi pedes tui.* Offenſio pedis ad lapidẽ figuratè denotat quodlibet periculum, quod quis incurrat: myſticè, ſi quis Chriſtum, qui petra [g] eſt, lapiſque angularis [h] offendat peccando; ſi legi, vt pridem dixi, lapideæ nimium adhærendo lædatur, ſi mortale committat peccatum, quod obſtruat patriæ cœleſtis viam. Bernardus [i] quoque lapidem de diabolo in lapidibus quondam adoratum intelligit, & lapides obtulit Domino [k], egere autem nos manibus angelorum in egreſſu animæ de corpore, aduerſus tantum lapidem, qui: & mox appellatur *aſpis*, *baſiliſcus*, *leo*, *draco*. Olim *Cherubim viam ligni vitæ cuſtodiebant* [l], nunc iter noſtrũ cuſtodient, vt ad arborem vitæ Chriſtum perueniamus: *in via tenebroſa, & lubrica angelus malus perſequitur* [m]: bonus lumen præfert, explanat & ſolidat viam, tuetur aduerſus occurſum malum, & Sathanam, omniáque pericula, ſuiſmet manibus portans. Cùm Chriſtus *ne mundo* dixiſſet *à ſcandalis*, vt ea remouerentur ſubiecit mentionem de angelorum [n] cuſtodia. Ab his credendus cuſtoditus cùm lapidaretur, & adoraretur Stephanus lapidibus [o], ne offenderet. *Denique pax multa diligentibus legem Dei, & non eſt illis ſcandalum* [p].

*

a 4. regum 6. 17.
b 3. p. hiſt. tit. 15. c. 9. 5. 1.
c 4. regum 6. 16.
d 1. Ioan. 4. 4.
e Exo. 23. 20.
f homilia 39. in Euang. & 4. dialog. c. 3. & 5. & de angelis c. 11. 14. 26. 34. 47. &c.
g 3. hiſt. Ang. c. 19. lib. 5. c. 14.
h 3. hiſt. Ang. c. 19. lib. 5. c. 14.
i Luc. 16. 22.
k In Mahzor.
l c. 4. 6.
m c. 4. 10.
n cont. Praxeam c. 2. & c. 4. 10.
p in Matth. c. 4.
q Gene. 22. 6.
r Eſa. 49. 16.
ſ ſerm. 12.
Prouerbium.
t Eſa. 46. 3. 4.
u Num. 11. 12. 14.
x epiſt. 42.
a 1. Cor. 10. 1.
b Heb. 13. 17.
c homil. 5. in Iesum.
d 1. Theſſ. 4. 16.
e tractatu de anima ſupra rata diſp. 1.
f contr. Praxeam c. 2.
Aſſirica expoſitio.
g 1. Cor. 10. 4.
h Eſa. 28. 16. Act. 4. 11. 1. Petr. 2. 6.
i ſerm. 13.
k Matth. 4. 3.
l Gene. 3. 24.
m pſal. 24. 6.
n Matth. 18. 10.
o Actuum 7. 58.
p pſal. 118. 165.

[vers 13.] Super aspidem, & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem.

Sensus loci.

DE custodia aduersùs pericula in genere proximè dictum est, vel quæ non tam opera conatúque cuiuspiam inferuntur, quam concursu quodam causarum contingentium, & in quæ incurritur per imprudentiam. Nunc sermo est de illis periculis, quæ ab animalibus contingunt, & ab hominibus, qui feras moribus exprimant, & in prætereuntes grassentur. Si eueniat, inquit, ambulare te super venenatas, & sæuas bestias istas, Dei & angelorum septus præsidio, non te lædent. Videberis, quod Iob [a] dixit, seu apud eum Eliphaz. *Cum lapidibus regionum pactum habere & videbuntur bestiæ terræ pacificæ esse tibi.* Quamquam ambulatio, & conculcatio plus innuit, nempe redigere sub potestatem, quemadmodum & ea, quam discipulis Christus dedit; *potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici, vt nihil noceret* [b] *eis*, sed videlicet *contereretur Satanas sub pedibus eorum* [c], per virtutem illius, qui iuxta comminationem Dei [d], conterere debebat illi caput, id est, per virtutem seminis mulieris, & mulieris per virtutem seminis sui. De dæmonibus namque locus iste mystico saltem sensu passim sumitur, vel etiam de hominibus, qui belluas, ac dæmonas imitantur: præterea vim non modo eiurandi feras, sed & morsus, ac venena sine noxa tolerandi; quod non paucis euenit. *Leo* & *draco* robore præstant: *aspis* & *basiliscus* malitia, vt Basilius, ac Theodoretus notant. Videri quoque allusio potest ad desertum, per quod Hebræi transiuerunt, *in quo erat serpens adurens, & scorpio, ac dipsas* [e]. Euthymius in enumeratis animalibus calumniam, inuidiam; crudelitatem, indignationem, obseruat, quæ iustus vitia conculcet, minimèque ab iis lædatur. Anonymus Græcus, quem profert Agellius, explanat de illo, qui aures à Dei præceptis auertit, de venefico, qui veluti solo aspectu interimit; de raptore ac tyrannico homine, de hypocrita, & iracundo. Remigius, post Augustinum, ait *in basiliscodiabolum designari, quasi diras regalem, seu regem totius malitiæ, & superbiæ: in aspide hæreticos, per quos veneno doctrinæ ille inficit: in leone aperte sæuientes: in dracone occulte insidiantes.* Cassiodorus eadem diabolo tribuit *aspidem*, cùm occultè percutit: *basiliscum*, cùm palam venena disseminat: *leonem*, cùm persequitur innocentes: *draconem*, cùm negligentes impia voracitate deglutit. Haimo docet super *aspidem* Christum ambulasse, quia nulla eius occulta tentatione potuit impediri: super *basiliscum*, quia manifestè tentatus à diabolo in morte, nullo modo est superatus: vt *leonem* gessisse se diabolum, quia ausus est in Christum manum mittere, eúmque morti dare: vt *draconem* superatum, dum morte sua eius destruxit potentiam: primo modo tentationes occultas amittere nobis: secundo manifestè tentare: tertio violenter agere: quarto deuorare, & incorporare sibi quoscumque potest. Bruno Carthusianus interpretatur de diabolo latenter mordente per suggestiones illicitas: de collectione prauè operantium, & exemplo fœtido prauæ operationis alios ad mortem male operari faciendo trahentium: de persecutoribus manifestè infestantibus: de hæreticis, qui falsis rationibus incautos ligant, & attrahunt: neque demum deuorant, sicut *draco* priùs cauda ligat aliquod animal, & postea ligatum deuorat. Bernardus exponit esse vitia generis vitiorum, nempe obstinationem, quoniam *aspis* obturat aurem: inuidiam, qui dicit *oculis nequam* [a] potest; quia *basiliscus* in oculis venenum habet, *& inuidia diaboli mors intrauit* [b]: inanem timorem, qui corporalis necessitatis occasione animum turbat, quia *leo* rugitu terret bestias: iram similem *draconi*, flatu igneo necantis & bestias terræ, & volucres etiam cœli. Rickelius assignat *aspidi* inuidiam: *basilisco* vanam gloriam: *leoni* ferociam animi: *draconi* obstinationem. Hugo peccatum in spiritum sanctum conuenire vult *aspidi* quia venenum aspidum insanabile [c]: *basilisco* superbiam, quia rex est diabolus super filios superbiæ [d]: *leoni* sæuitiam: *draconi* dolum. Vel primæ feræ hæresim; secundæ manifestam persecutionem, quia visu interficit: tertiæ persecutionis crudelitatem: quartæ, quæ flatu nocet, persecutionem falsorum fratrum. Vel primæ adulatorem dolosum, vsurarium, & delectationè mundi: secundæ Antichristum & hypocritam, ac inuidiam: tertiæ prælatum crudelem: quartæ luxuriosum quemcumque. Ambrosius [e] applicat ad Christum, qui congressus fuit cum carne & sanguine, quando transferri calicem à se petebat, nec fieri tamen quod ipse, sed quod Pater [f], vellet: cui obiecta diuitiarum tentatio, cùm omnia regna terræ ei inimicus offerret [g]: cui colluctatio aduersùs principes mundi: & in ipsa passione certamen aduersùs tentatores, qui falsa testimonia deferebant [h]: aduersus eos, qui dicebant [i]; *descendat nunc de cruce, & credimus ei*, quæ diabolus suggerebat: hoc quadripartitum certamen comprehendi ab Apostolo [k], *quia non est nobis luctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus, & potestates, aduersus mundi huius rectores, & tenebrarum, aduersus spiritalia nequitiæ, quæ sunt in cœlestibus.* Denique Christum ambulasse *super aspidem & basiliscum* in incarnatione: conculcasse *leonem & draconem* in passione, vel conculcaturum in traditione regni, quod *Patri tradet, cum omnem euacuauerit principatum* [l]. Simile quid innuit Hieronymus [m] tractans de quatuor cornibus, quæ vidit Zacharias [n], à totidem fabris deiicienda, esse namque aduersarios illos, quos modo enumerauimus ex Paulo, à Christo autem oppressos. Quod subdit de quatuor passionibus, tristitia, gaudio, metu, cupiditate, non incommodè aptari posset animalibus præsentis loci. Antoninus [o] docet *aspidem* pertinere ad peccantes; *basiliscum*, ad proficientes in virtute: *leonem*, ad permanentes in bono: *draconem*, ad præsidentes: siue ad obstinationem: tum ad vanam gloriam, & inuidiam, de quibus etiam spirituales tentantur: deinde ad terrorem incussum: denique ad cupiditatem, vel iracundiam: his opponendas virtutes quibus conculcentur temperantiæ, iustitiæ, fortitudinis, prudentiæ. Tertullianus [p] asserit significari hoc loco potestatem Christi in feras, quam & suis communicauit [q], & promissa est paruulis pueris apud Esaiam [r]: figuratè vero prærrea sumi feras pro spiritualibus malitiæ. Confirmat item alio Esaiæ [s] testimonio, huiusmodi potestatem tributam Christo, nec non Christianis [t]. Adde ex Oseæ [u] *de percutiendo fœdere cum bestia agri, & cum volucre cœli, & cum reptili terræ.* Irenæus [x] mens eadem, vtahic minimum liberi,

a c.5.23.

b Luc. 10.19.

c Rom.16.20.

d Gen.3.15.

Sensus mysticus.

e Deut. 8.15.

a Mat. 20. 15.

b Sap.2.24.

c Deut.32.33

d Iob 41. 25.

e in psal.1.

f Mat.26. 39.

g c.4.8.

h c.27. 23.

i vers.42.

k Ephe.6.12.

l 1.Cor.15.24.

m in 12 Zacha c.1. n.v. 18. & seq.

o p.4.tit.15.c. 3.§.4.

p 4. contra Marcion. 24.

q Luc.10. Marc.vlt. r c.11.6.

s c.27.1.

t c.42.

u c.2.18.

x l.3.c.38.

quia

quia illud quod erigeretur, & dilataretur aduersùs hominem peccatum quod frigidum reddebat eum (alludit ad frigidam *aspidis* venenatæ qualitatem) euacuaretur cum regnante morte (*basiliscus* quasi regulus dicitur) & conculcaretur ab eo in nouissimis temporibus insiliens humano generi *leo*, hoc est, Antichristus: & *draconem* illum serpentem vetustum alligans, & subiciens potestati hominis, qui fuerat victus, ad calcandam omnem eius virtutem [a]. Itaque peccatum, mortem, Antichristum, diabolum per animalia quatuor hîc posita Irenæus denotari putat; quæ Isidorus [b] sic etiam enumerat diserte, nisi quod *aspidem* morti tribuit, peccato *basiliscum*. Idem prorsus lego in Eucherio [c]. Præterea Leo IX. [d] eadem ratione de Christi auctoritate in dæmonem vsurpat hunc locum. Hoc ipsum vt certum ponit Macarius [e] senior, & Chrysostomus [f], & Cyprianus [g], vt & datam illam à Christo discipulis potestatem super serpentes, & scorpiones [h]. Addit Basilius [i] minimè accusandam huiusce modi animalium creationem, tum quia tanquam pueros, suo nos terrore coërcent plagisque, tum quia ob communicatam potestatem, fidem nostram confirmant. Eadem de præsenti loco Cyrilli Alexandrini [k] expositio. Eusebius [l] bestias illas quibus cum fuisse Christum in deserto scribit Marcus, ait esse quæ hîc numerantur: dæmonas autem significare, in quos dederit ipse potestatem suis, vt eos calcarent, sub vocabulis *serpentum*, & *scorpionum* [m]. Venisse quoque cum satellitibus, ac ministris suis diabolum, quando tentauit Christum, confirmat Ruffinus [n]. Vt hoc verum sit, non videtur dubitandum, quin re vera Christus cum bestiis fuerit, & in deserto, quod incolebatur à bestiis, ita vt, ad eius exprimendum horrorem, Marcus de industria mentionem de illis fecerit, quæ vocat etiam θηρία, id est, *feras* ac *venenatas bestias*. Id Euthymius notat, ac præterea voluisse Christum, vt disceremus, quod is qui tuetur animæ dignitatem, bestiis formidabilis est, quemadmodum ante inobedientiam homo omnibus dominabatur. Consentit in Marcum Beda, Theophylactus, Albertus, alij. Omnino constat immutatam magnopere dæmonum potentiam à Christo esse, vt hinc idem Eusebius probat. Gigantes illos Dauid noster strauit [o]. Fide nostra, verbo nostro, conuersatione nostra, & operibus conteri possunt, vt si non conterantur, culpa nostra sit; qui permissa non vtamur potestate, inquit Ambrosius [p]. De occultis vincere vult Deus illos Gigantes, ait Origenes [q], de his qui sunt in terra, cœlestes superare nequitias: & Isidorus scribit, in oculis carnalium diabolum terribilem esse; in electorum oculis terrorem eius vilem esse. Hi, & alij mystici sensus non obstant literali, licèt figurato, de diabolo; vel etiam simplici, de veris bestiis: non ita vt Christus illas re ipsa calcarit, sed quia potestatem tribuit suis in illas. Adde de diabolo interpretationem homiliæ, quod sine virtute & gratia resisti Satanæ non possit, quæ tribuitur tum Basilio, tum Chrysostomo. Quod autem alij notant, notauit quoque Nazianzenus [r], vafrè diabolum subticuisse verba ista, quando contra Christum abusus est, ipsum tentando, verbis prioris versus.

Super aspidem.] Sic etiam Hieronymus. Alij verò, *leonem grandaunum*: aut cum Paraphraste *catulum leonis*, aut *pardum*, seu *leopardum* vertunt. In psalmo 57. [s] pro *aspide* est פתן *pethen*, vbi reddit idem Hieronymus *regulum*, qui est idem cum *basilisco*: & hîc etiam ponitur loco dicti nominis Hebraici significare שחל *schachal* etiam *aspidem*; credidere bet peritissimis interpretibus LXX. & Hieronymo; quamuis nullo alio loco sic transferatur in scriptura: & maximè cùm ibidem postea nominetur *Leo*. Nebiensis quoque in sua translatione *aspidem* reliquit, & Flaminius, Arias, Crucius, Isochius, Peregrinus Hetus, Bucananus etiam talium auctor sectæ, & nonnulli æquè pseudochristiani: quibus cum disceptat Gretserus [a] noster, Vuitackerus, Gibrandus, Rullus. De *aspide* dixi psalmo 15. [b] & 57. [c] eius proprietates tropologicè declarat Hugo versu isto comprehensas.

Callida, surda, brevis, maremica, pestifera venenans.

Et basiliscum.] Vertunt aliqui, vt Caietanus, & Felix, *aspidem*, quia est פתן *pethen*, quod ita quoque alibi redditur [d], nec vnquam aliter. Sed vt priùs dixi, credendum Lxx. & Hieronymo; & maxima præterea Hebraizantium pars eodem pacto hîc interpretatur. Hoc tantùm loco Latinus interpres vsurpauit *basiliscum*; aliis in locis *regulum*, qui habet eandem Latinè significationem, quam Græcum nomen Latinitate donatum βασιλίσκος. Sed pro, *regulo*, extat aliud nomen sum Hebræum, tum Græcum, vt צפעני *tsiphhoni* & κεράστης [e], vel cum eodem Hebræo Græcum ἀσπὶς [f], aut cum simili צפע *tsephahh* g: vel cum Græco ἀσπὶς, aliud Hebræum שרף *saraph* [h]; vel cum *regulo*, & βασιλίσκου vocibus, Hebræa איעי *ephheh* [i], quæ aliter interdum transfertur, vt *vipera* [k]. postremò qui vocantur Latinè *serpentes reguli*, dicuntur Græcè ὄφεις θανατῶντες, *serpentes mortiferi*. Hebraicè נחשים צפעונים *nechaschim tsiphhonim*. Contingit in vocabulis huiusmodi animalium, sicut & lapidum, similiúmque aliarum rerum varietas. Sed existimandum rem eandem diuersis quandoque nominibus appellari. Quod attinet verò ad *basiliscum*, qui & *regulus*, quidquid sit de voce Hebræa, certum omnino animal denotat: quamuis quod non sit adeò certum, sicut de *aspide* in psalmo 57. [l] proditur, *quo non exaudit vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter*, ita de *serpentibus oculis* a Ieremia [m] dictis non esse incantationem. *Regulum* seu regulum dici volunt quasi *regem serpentum*, & à quodam veluti diademate, id est, quoniam in capite acutissimo tres habeat eminentias, maculis subalbidis insignitas, ac vt Solinus [n] quidam, alba in quasi mitrula lineatus caput. Idem cum Plinio [o], & alij magnitudine volunt comitare non amplius duodecim digitorum, seu trium palmarum, aut semipedis; corpore fluuo à nigredine in cinerem vergente: dum progreditur, corporis anteriorem partem in altum tollere, ac erectum incedere, vt videatur propterea pedes habere; solo halitu lædere, immo visu si videatur prior, & sibilo; etiam morsum, si attingatur, mortem afferre; & quidquid ille momorderit; necare fruges etiam afflatos, exurere herbas, rumpere saxa; idcirco in templis olim suspensum corium ipsius, vt nulla vel ales inuolaret, vel aranea intexeret [p]: eo aliquando occiso hasta, per hanc veneni vim subiisse, quæ absumpserit equitem, equúmque [q]: ex quo gallinaceo gignui: si se in aqua pura & limpida conspiciat, vel in speculo mori, ob reflexos spiritus venenatos in oculos ipsius vnde exierant: horrere gallinacei cantum; mustelæ venenum illi exitio esse. Legendi præterea citatos, Nicander [r], Dioscorides [s] cum Matthiolo,

a Luc. 10. 19.
b in Gen. c. 3
c in Gen. c. 2.
d epist. cont. Micha. Constãt. & Leonẽ Acridanũ episcop. c. 4.
e hom. 25.
f in psal.
g ad Nouatianum.
h Luc. 10. 19.
i in Hexa lege item hom. 1. in psal.
k in Zacha. c. vltimum. 19. de demõst. c. 7.
l Luc. 10. 19.
m lib. 2. de bened. Patriar. in Gad.
n 1. Reg. 17. 50.
o in psal. 118. ser. 11. ver. 4.
p hom. 7. in Num.
q Oza. 40.
r vers. 5.

Scaliger [a], Mercurialis [b], Andreas Laurentius [c], Paschius etiam hoc loco, & omnia accuratissimè, prauæ licet religionis auctor Gesnerus [d]: Bodinus [e] item, & nostet Delrius [f], atque Castro [g], adhæc Simon [h] Maiolus, Albertus [i], Isidorus [k], (qui vocat alio nomine *Sirium*,) Ælianus [l], Platina [m], Rhodiginus [n], Galenus [o], Ægineta [p], Ioannes à sancto Geminiano. Vera sint omnia, quæ de hoc animali memorantur, an non, haud equidem definierim, ipsum tamen genus animalis existere, meritò ambigi nequit, cùm se aliqui testentur vidisse faltem extinctum, cuiúve caduer apud Imperatorem Maximilianum, vt Mercurialis, & Matthiolus facit. Testis Horus [q] habitum *basiliscum*, quem vocabant *Regem* Ægyptij, inter serpentium genera immortalem, & quia videatur: *ἴσον ἀφθαρσίᾳ, καὶ βασιλεῖ*, ex auro conformatum, capitibus deorum appictum. Symbolum quoque fuisse hominis malè affecti accubatione conuitióque alterius, quia propius accedens, ore & afflatu perimit. Hoc etiam loco Enarratores ex illius animalis proprietatibus eliciunt tropologiam variam, de qua prius dixi. Sed & Ambrosius [r] meminit ferri, quodcumque prior viderit animal, occidere; mori autem, si fuerit hominis præuentus aspectu. Vnde argumentatur elle virtutem in oculis iusti, qui repletus virtutis est gratia: vt vere dixerit Dauid [s], *Qui timent te, videbunt me, & lætabuntur, quia in verba tua superspera ui.* Hieronymus [t] etiam credere videtur, quod aspectu, & halitu interficiat, nullâque auis possit illæsa transire, sed quamuis procul fuerit, eius ore sorbeatur. Scribit Gregorius [u], non morsu (id est, non tantùm morsu) perimere, sed flatu consumere: sæpe aciem flatu afficere, & quod vel postrum longè contigerit, sola narium inspiratione tabefacere. Basilius [x] ex hoc rumore colligit quâ exitialem oculorum iactu, mulier sagittam emittat, vt idcirco Esaias [y] inuehatur meritò in eam, *quæ nutibus oculorum ut.* Hugo applicat Antichristo qualitates basilisci verbis istis contentas.

De gallo natus, mirratus, semipedalis:
Arduus à medio figat anguem sibilus eius:
Exurit saxa ligna, uros, volat inquinat, auras:
Sternit aues, sanguis terra nullus, quod hic necauit:
Mustela ce lit, volucres aua que mortuus arcet.

Volatus pro celeri motu ponitur: de gallo nasci, est, de ouo gallinaceo, quod minus probabile videtur; qui enim anium, quàm reliqui serpentes ortum habeat: & si id esset, cùm huiusmodi oua, calore humano, excludantur facillimè, Druydæ non præcepissent sinu gestari.

Ambulabo.] Hieronymus, (*caluabor.* Alij, *iter faciam.*) Tertullianus [z], (*incedam.*) Cyprianus [a], (*conjecedam*) quod propriè significat ἐπέναι, vel *insedendo.* Hebræum התהלך *ith halech* valet, *iter faciens*, seu *per uiam ambulauit*, & simpliciter, *ambulabit.*

Et conculcabis leonem, & draconem.] Alij, *catulum leonis* seu *leunculum, & paruum leonem*, aut *iuniorem.*) Hic est nomen כפיר *chephir* vnum de multis aliis, quæ hactenus occurrerunt in Iob [c] simul ponuntur sex, *arieh, sciachal, chephir, laiz, laui, gur.* Volunt autem Grammatici conuenire *leoni*, secundum diuersos ætatis gradus, demptò secundo, ita vt per primum primus, secundus per tertium, quod hi etiam habetur, demonstretur, & sic deinceps. Nota sunt exempla, Samsonis [d], Dauidis [e], Banaiæ [f] disceptantium *leones*; Danielis illæsi intra leonum lacum [g], quasi eorum ora obturasset [h]; sicut Pauli, quem sine noxa momordit vipera [i]. Haud equidem facile crediderim. Pinedæ [k], *Leonem* hoc loco sumi pro *Leonte sanctissimo*, qui est feritate, fulusque maculis, & insigni capitis nota similis gressibili leoni, de quo Nicander. Omnes cæteri de gressibili accipiunt *Draco* quid sit docuimus psal. 73. vbi videtur de marino sermo esse: hic potiùs de terrestri, cùm conculcari dicatur. Alexander porro III. post longam cũ Friderico Imperatore altercationem, cùm eum tandem in gratiam receptum ad osculum pedum admisisset, pronunciauit hanc sententiam; *super aspidem, & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem:* Friderico autem excipiente; *non tibi, sed Petro obsequium exhibeo*, respondit; *& mihi, & Petro*[d]. Alibi verò etiam de ritu subditos calcandi actum est.

Vers. 14.] Quoniam in me sperauit, liberabo eum: protegam eum, quoniam cognouit nomen meum.

Vers. 15.] Clamabit ad me, & ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum & glorificabo eum.

Vers. 16.] Longitudine dierum replebo eum: & ostendam illi salutare meum.

Sensus lect.

VT maior adeò magnificis promissis diuinis fides habeatur, Deum rursus loquentem inducit, & confirmantem ei, qui sperauerit in ipsum, fore vt ab omni malo ipsum liberet atque protegat, defendat, conseruet, tueatur, foueat, & faueat; quoniam sperando, nosse se professus est nomen illius, & per nomen significatam, & importatam eiusdem maiestatem, sapientiam, prouidentiam, bonitatem, potentiam ac proinde coluit, & inuocauit. Qui verò hoc ex animo serióque fecit, pollicetur nequaquam frustraturum, sed exauditurum, quoties occasio sese offeret, nequaquã desertorum in tempore tribulationis vel necessitatis; etiam si aliter æstiment homines, putentve ab ipso derelictum: quia tum maximè præstò erit, vt in tribulatione constantiam tribuat, vt consoletur, vt cùm opportunum iudicabit, eripiat; vt superiorem faciens omnibus affligentibus eum, insigni ornet dignitate: non ratò etiam in præsenti, omni autem, ac semper in vita futura, vt interdum longiùs hîc viuere concedat, salutem præbendo à cunctis hostibus, malisque: postea latiet æternitate sæculorum, perpetuam vitam largiendo, salutis beatæ, ac omnium bonorum participem faciendo, omnem deinceps mali metũ periculúmque remouendo. Vel *salutare ostendendum intelligi potest* Christus Iesus, cuius cognitione ac visione felicitas contingat: in quo Maria exultauit [f], Simeon quoque [g]. Christus autem ipse in hoc vitam æternam consistere affirmauit [h]. Ad Christum ipsum nonnulli, non ita commodè hæc transferunt, nisi ratione membrorum, seu mystici corporis: vel nisi *longitudinem dierum, & salutare* sumas de beatitudine corporis, & fructu salutis in alijs, quam meruit, cum exaltatione nominis sui. Sic Hugo, Caietanus, Arguanus, qui quandam spei rationem tribuunt Christo, secundùm ea quæ diximus.

Quoniam in me sperauit.] Hieronymus (*mihi adhæsit.*) Alij, (*me vult amasse*, seu *per amauit complexus est me, arsit in me, in me complacuit sibi, me*

[a] Plaut. 249 b de veneris c 27. c in hist. anim. lib. 9. c. 1. d lib. de serpẽt. e in encom. naturæ f 2. disquisit. magic. c 3 q 4. g in Gen. 8. n. 18 h collin. 8. cosmo. dier. l lib 21. de animal. k l 12. etymol. c 4. *Horus inter serpentium genera habitum immortalem.* l 2. de animal. c 5. Symbol. c 3 lib. 3. c. vltim. *Symbolum hominis male affecti.* m in Leone Papa IV. *Tropologia.* n lib 20. c. 21. o lib. de 3 tetrabi, & lib 10 de simpl. medic. facult. c 1. *Probatur virtutem esse in oculis iusti.* p lib. 5 c. 20. q summa de excel. Sac. lib. 5. c. 23. r in hieroglyph. in psal. 118. term. 10 s psal. 118. 94. t in Esa. c. 49. u lib. 34. moral. c. 27. vel 38.

Basiliscus qualitates interitus applicantur.

x in Esa. c. 3. *Basilisci sagittæ quomodo emittat oculorum iactu mulier.* y c. 3. 16.

Ova gallinacea ex gallo nata.

z 4. cõt Marcion. c. 24. a lib. Nouatian. *Ambulabo.*

c c. 4 10. 11.

d Iudic. 14. 6. e 1. Reg. 17. 34. 35. f 2. Reg. 23. 20. g Dan. 6. 20. 23 24 39. h Heb. 11. 33.

i Act. 28. 3. *Leonem pro Leonte sanctissimo.*

Sententia ab Alexandro III. Friderico Imperatore ad ipsius pedum admissio pronunciata.

d Gennadius Scholarius & Cracconius ex eodem.

e psal. 7. 17.

f Luc. 1. 47. g c. 2. 29. h Ioan. 17. 3.

concupiuit seu *desideranit*, *deperit me*,) Chaldaicè, (*in verbo meo sibi complacuit*,) sed in versione Nebiensis, (*in verbo meo fuit voluntas mea*) & hoc videtur sibi velle vltima dictio Chaldæa אתרעי *itreem*. Hebræa sunt בי חשק *bi chasiuk*. Habet חשק *chasiuk* dictas omnes notiones, & verti solet *iungi* [a], *conglutinari* [b], *placere* [c], *admirare* [d], *adhærere* [e]: & in pihel *vestire* [f]. Quod autem in Ezechiæ cantico legimus [g], *eruisti animam meam, vt non perirem*, ex vi Hebræi verbi reddendum esset, *deliberasti, complexus es ex amore, suscepisti animam meam* (subaudi eruere) *à fouea*, seu *interitu, adhæsisti animæ meæ, vt eruerem à fouea, & corruptione*. R. Moses [h] Ægyptius explanans paraphrasticè totum psalmum, verbo isto significari docet, *nimis intensum amorem*, & quando oculi diligentis, & cor, & omnes cogitationes sunt intentæ in amicum adeo, quod nihil cogitat præter illum: huius autem perfectionis Philosophos tradere minus capacem esse ætatem immaturam, nec in ea quemquam, propter feruorem mixturæ corporis, & malos mores facilè posse euadere חשק *chasiek in Creatorem*: denique magnam esse differentiam inter hunc, & אוהב *oheb* Moten, & Aaronem dici mortuos *ex ore Domini*; hoc est, *osculo oris eius, & ex amore intensissimo*, de quo osculo Salomon postea primis Cantici verbis: non verò Mariam, quia mulier erat. At *in ore Domini mori*, nihil aliud est, *quam iubente Domino*, vt etiam interpres noster. & Lxx. exposuerunt [i]. Hoc loco lectum ab istis חסדי *chasdi* non autem חשק *chasiuk*, non facilè credo Agellio. Voluerunt Θαύζειν interpretari, quia psalmus totus erat de spe, & hanc oportet, cum vehementi amore diuino coniunctam fuisse, quæ meruerit liberationem.

Liberabo eum. Hebraicè, Græcèque additur, (&,) nec non à Hieronymo, & in psalterio Gallicano, aliisque Latinis interpretibus in veteri psalterio, & apud Augustinum, (*eruam.*) Coniunctio idem valet, quod, (*etiam, ideo, sic, ergo, cæterum.*) Hinc meriti nostri confirmatur valor.

Protegam eum.] Hieronymus (*exaltabo eum.*) Alij (*in loco inaccesso*, vel *alto ponam, corroborabo, stabilem, & inconcussum reddam.*) Hebraicè אשגבהו à שגב *sigab extulit, eleuauit.* Vnde משגב *misgab munitio, arx, propugnaculum, refugium.* Vt rectè *protegere* transsitum sit. Bernardus [k] notat liberatum protegi, & conseruari, ne iterum egeat liberari.

Quoniam cognouit nomen meum.] Nomen pro Deo attributisque illius ponit sæpe monet. Cognitio hæc non solum est Creatoris apprehensio, vt philosophatur ciratus R. Moses [l], verum etiam practica, & secundum affectum est. Quamuis hunc affectum satis indicabat *sperandi* verbum, præsertim, vt Hebraicè dicebatur חשק *chasiuk* paulo ante. Illos Dauid sperare in Deũ iubet qui nouerunt nomẽ ipsius [m]. Non nouit hoc nomen ait Bernardus [n], qui assumit in vanum [o]: qui dicit *Domine, Domine, & non facit, quæ dicit ipse* [p], qui *eum nec honorat vt patrem, nec vt Dominum timet* [q]: qui *ad vanitates & insanias falsas respicit* [r]: sed qui *nouit non esse aliud nomen datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri* [s]: qui *quod inuocatum est super nos* [t] desiderat, petitque, vt semper sanctificetur in nobis [u]. *Beatus vir, cuius nomen Domini spes eius* [x], Domini, inquam, *qui protector est sperantium in se* [y], *protegens, liberans, transiens, saluans* [z]: primum, contra tentationem, secundum, à culpa, tertium, in pœna, quartum, in gloria. Refert Nebiensis hoc loco ex R. Ieliotha, & R. Pinchas, quod orationem fundunt nunc Israëlitæ, nec exaudiuntur, quia nescium nomen *hemphoras* siue *tetragrammaton*, futurum vt doceantur, sicque populus hic illud [a], tunc autem orent, ac inuocent, & exaudiantur, prout hic subditur, Galatinus [b] idem recitat. Non est huiusmodi nominis ignoratio vera causa cur non exaudiantur, sed quia ipsummet Deum nolunt cognoscere, & nomen Iesu filij Dei, in cuius solo nomine oportet omnes saluos fieri.

Clamauit ad me.] Hebraicè, ac Græcè in futuro: & Hieronymus, (*inuocabit.*) In psalterio vetere, & Romano, atque apud Augustinum, Arnobium, Cassiodorum, (*inuocauit*) Chaldaicè (*orabit coram me.*)

Et ego exaudiam eum.] Deest pronomen in textu Hebræo, & Græco, & in psalterio Gallicano, & apud Hieronymum. Valet additum ad emphasim. Omnis quidem oratio Christi, & clamor semper exauditus est, tum secundum vtilitatem, tum secundum votum: iustorum verò saltem secundum vtilitatem, vt alias docuimus. In *clamore* etiam, quod hic notat Bernardus [c], notatum est: nempe *clamorem magnum* esse desiderium vehemens: è regione autem remissam intentionem, esse *vocem submissam*: nos in principio orationis monet *Patrem in cœlis esse* [d], vt vocem contendamus, & oratio penetret nubes, cœlosque. Vocat etiam hoc testamentum pacis, hoc pietatis fœdus, hoc pactum misericordiæ, & miserationis, hanc dulcem legem, quæ meritum exauditionis, in clamore constituit postulationis: merito non exaudiri, qui clamare dissimulat, aut omninò non postulans, aut trepidè postulans, & remissè. Tandem ait [e] fructum notitiæ nominis, esse clamorem orationis, fructum clamoris, & exauditionem Saluatoris. *Quomodo* [f] *enim inuocabunt in quem non crediderunt?* Ostendimus alibi præterea, quam sit in exaudiendo paratus, promptus, facilis, liberalis Deus.

Cum ipso sum in tribulatione.] Hieronymus (*ero*) Hebraicè non est verbum substantiuum, sed pronomen אנכי *anochi ego. Non tomet malus, quo cum Deus est* [g], neque *quisquam contra se magnam pugnantem, si ille ponat ipsum ipsum iuxta se* [h], Antonio, & Cathatinæ Senensi, post dictas vexationes dæmonum, & tentationes, de Christo scitantibus, *vbi nunc erat*, respondit ipse ibidem fuisse se non spectatorem duntaxat, sed & adiutorem. Affert etiam Hugo Dionysij exemplum, qui intrans in clibanum dixerit; *& ego hic mecum bene lesu?* non dissimiliter videlicet ab eo iuuene, qui visus comes trium Babylonicam fornacem coniectorum, cuius species similis filio Dei [i], quem fuisse Christum Tertullianus [k] ait. Meminit de clibano Dionysij Petrus de Natalibus [l], Antonius [m], Vincentius [n] Bellouacensis, sed de verbis illis tacent. *Noli timere*, inquit Augustinus, *quando tribularis, ne quasi non sit tecum Deus; fidei sit tecum, & tecum est Deus in tribulatione.* Inde verò nos Bernardus [o] ait scire, quod nobiscum sit Deus in tribulatione, quod in ipsa tribulatione nos iuuat, quia nemo sustinet, subsistit, persistit sine eo: propterea omne gaudium existimare nos debere, cum in tribulationes varias inciderimus [p], non modò quia *per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei* [q], sed *quoniam iuxta est Dominus iis qui tribulato sunt* [r]

a Deut. 11. v
b c. 10. 16.
c 3 Reg. 9. 19.
d Deut. 21. 11.
e Gen. 34. 8.
f Exo. 38. 28.
g Ezec. 38. 17.

h lib. 3 dubiorum c. 52.

i Num. 11. 28. Deut. 34. 5.

k serm. 15. *Liberatus protegitur, ne iterum egeat liberari.*

l lib. 1 dubio. dubiorum c. 52.

m ps. 9. 11.
n serm. 15.
o Exo. 20. 7.
p Matt. 7. 21.
q Malach. 1. 7.
r ps. 39. 5.

s Actu 4. 12.
t ps. 19. 8.
u Matt. 6. 9.
x ps. 39. 5.
y ps. 17. 3.
z Esa. 31. 5.

a c. 54. 6.

b lib. 1. c. 11.

c serm. 15.

d Matt. 6. 9.

e serm. 14.

f Rom. 10. 14.

g ps. 22. 4.
h Iob 1. 9.

Exempla Dionysij quibusdam in transitu.

i Dan. 3. 92
k adu. Marcion. c. 22. *Petrus Comest. c. 15.*
l hist. 2. 91
m 1. p. iust. tit. 6. c. 3.
n p. histo. lib. 11. c. 1.
o serm. 10.

p Iacob. 1. 2.
q Actuum 14. 21.
r ps. 31. 6.

corde. Christus ipse *vadit ad monem myrrhæ* [a], hoc est, mortificationis nostræ, non tantum opitulando his, qui mortificant ipse, verum etiam velut mortificationem admirando in se ipso, quatenus caput est, propter membrorum sympathiam [b]. Cernetur *descendere in specum cum iusto, nec in vinculis eum derelinquere* [c]; *cum ipso esse, & cum ipso laborare* [d]: *perfectionem pati cum eodem* [e]. Idem noster David in oratione ad Deum, dixit quod *Deus ipse iret, vt redimeret sibi populum, & genitem ex Ægypto, & Deum eius* [f]; quasi Deus idemmet particeps esset laborum, & captiuitatis populi sui. Quamuis legant ibi aliqui [g], *quem redemisti tibi ex Ægypto, & gente, & Deo eius*: hunc autem *Deum* intelligant de Deo Ægypti, seu dijs pluribus, vt & *gentibus*, seu de gentilibus, aut dijs Chananæorum. Vel exponi posset, quod Deus redimendo populum suum, seipsum quodammodo redemerit, vt liberaretur liberè Deus eius. Sic quidem in Paralipomenis [h] habetur, quod *posuit populum suum Israël vsque in æternum, semper ei fuit Deus eius. Noli timere Israel*, inquit Deus, *meus es tu, & ego tecum sum*: *Et cum transieris per aquas, tecum ero* [i]: Charitas præterea dicitur in iudicio esse, *se cum eis conteri, & cum aliis patientibus compassum esse* [k]. Expendens id Origenes [l], & Paulum proferens *infirmatum cum infirmantibus* [m], præsentem locum sic declarat: *Cum ipso sum in tribulatione*, hoc est, contribulor ei: sicut enim qui mœstus est, in tribulatione mecum est; sic & ego in tribulatione cum eo sum. Quod legitur in Cantico Canticorum, *fomite perfecta*. Hebraicè vocatur תומי *thammathi*: quod nomen Rabbini quidam, quos laudat Galatinus [n], *gemellam* interpretantur, & sicut gemellis contingit, vt cum vnius corpus sentit aliquid, alterius corpus illico turbetur, ac tumultuetur, ita in tribulatione nobiscum Deum compati. Quod Galatinus idem refert propius ad mysterium incarnationis, cum *Deus per omnia nobis factus est similis, atque compatiens* [o]. Eodem spectat, quod affert [p] de Deo, qui quandoque nominatur in scriptura, non tantum *saluans*, sed etiam *saluatus*, iuxta vim phrasis Hebrææ, & Rabbinorum explanationem, sic item accipientium huius loci testimonium. Recte Bernardus [q]: *Cum ipso sum in tribulatione*, ait Deus, *& ego aliud interim requiram, quam tribulationem? Defendit, vt crebrò ait his qui tribulati sunt corde* [r], vt nobiscum in tribulatione nostra, donec *eruamur in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cum eo simus* [s]. Bonum nobis tribulari, dummodo ipse in tribulationibus quasi regnare sine ipso, epulari sine ipso, sine ipso gloriari: bonum in tribulatione magis amplecti ipsum, in camino habere secum, quam esse sine ipso, vel in cœlo: *si Deus nobiscum, & pro nobis, quis contra nos* [t]? Ipsemet promisit Christus, *fore se nobiscum omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi* [u]. Sed quando differt auxiliari, videtur stare post parietem, respicere per fenestras, prospicere per cancellos [x]. Obiectat is, quem vocant Hieronymum in psalmos [y], antequam tentaretur Iob, ei nunquam locutum Deum, venisse postquam tentatus est, familiariter egisse quasi cum amico amicum. Tum subdit. Veniant plagæ, & omnia pernarum genera, dum post plagas Christus adueniat. Phalsum, [z] veritima sententia, hominis adeo propium esse sperare in Deum, (& sic videlicet habere illum se um in tribulatione, omnique necessitate, atque habitare in adiutorio, & commorari in protectione ipius) vt extra naturam rationalem sit contendus, qui hoc non faciat. Rursum sponsis sponsæ dicit [a]; *veni de Libano sponsa mea, veni de Libano veni*: Hebraicè שוב *vbi me non* nempe *eris*. Quasi dicat, inuito te ad cubilia leonum, & montes pardorum, ed ego vita, lux, defensor, protector, comes individuus, tecum in tribulatione. *Respondit Deus Iob de turbine* [b]. Quasi latens, sed præsens in tribulatione: quo modo *in rubo ardente* [c] Moisi, id est, cum populus dilaceraretur, arderetque ignis Ægyptiaco captiuitatis: Dauidem *in tribulatione conuersum exaudiuit ipse in abscondito tempestatis* [d], abiconditus nimirum in grandinante super eum tempestate: idem *diuinum inhabitare facit* [e], (ex Hieronymo *diuinum inhabitat*) quia in ipsis est vobis tribulationum. Qui dilicit, Deum amico similem facit, qui sit amicus secundum tempus suum dumtaxat id est, secundum vultuatem propriam, & non permaneat, in die tribulationis: *Amicus enim, non permanens in die necessitatis* [f], cum *omni tempore diligat, qui amicus est*, verus: & *frater in angustias comprobetur* [g].

Eripiam eum, & glorificabo eum.] Hieronymus (*eruam*) vetus psalterium, & Augustinus, addita coniunctione, (*& eruam*,) quod cum sit etiam in homilia apud Chrysostomum, coniectura est non esse illius, sed auctoris Latini, præter alias causas. In alio psalmo [h] inuitat Deus: *inuoca me in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me*, (vbi sunt eadem planè Hebræa, Græcaque verba, quæ hoc loco.) Hæ debent esse vices, vt erutus & glorificatus [i] a Deo glorifices Deum. Honori ducit sibi Deus, gloriæque, eripere suos. *Dominum exercituum qui sanctificat, exercitus sibi eum in sanctificationem, pauor, & terror eius* [k]. Bernardus [l] docet, clamori suppliciis respondere consolationem diuinam proprijs verbis indicatam (*cum ipso sum in tribulatione*,) liberationem, & glorificationem, quam ista important: Christo post resurrectionem, hæc perfectè contigisse; (de quo exponunt et alij) sperare his liberationem non contingere plenam perfectámque ante diem sepulturæ, cum nihil habebit mundus, quod vltra, vel corpori, vel animæ faciat: glorificationem in resurrectione: quam fo apparebimus cum Christo in gloria, *cum apparuerit Christus vita nostra* [m]: & consolatetur anima in requiem suam, quia Dominus benefecit ei, eripiens eam de morte, oculos à lachrymis, pedes à lapsu [n].

Longitudine dierum replebo eum.] Perinde est (*implebo*, aut *adimplebo*, aut *satiabo*, aut *saturabo* aut *satiare faciam eum*) ישבעהו *sabbeiehu*. Longitudo dierum, est longæuitas, quæ tanti olim habat, & à Deo promittebatur: analogicè etiam æterna felix vita, quæ, & vera dies est, inquit Eurhymius, & longitudo dierum, eo quod nunquam cesset, & successiones non habeat. In primo sensu confirmant Basilius, a Theodoretus exemplo Ezechiæ, qui ad spatium vitæ impetrauit *augeri quindecim annos* [o]; & multum celebratis ex Assyriorum interitu comitatus est: ita vt propterea ibi etiam comitente prosperitate vitæ fecerint, *eruam eum, & glorificabo eum*. Replebo eum lætitia, & gaudio ei enim, qui

vitæ vsque ad satietatem, quamdiu eius, & quidem feliciter. Idem sibi vult *esse plenum dierum*, quod legimus de Abraham [a], Isaac [b], Dauid [c], quamuis hi etiam ærumnosè aliquamdiu vixerint, nec Dauid excesserit annos septuaginta: & *plenitudo* possit simul innuere *viuendi tedium*, ac *defectum*, cum quo & primus mortuus narratur, qui significat quoque *mortis maturitatem*, quam vocant naturalem corporis resolutionem, atque etiam εὐθανασίαν, *facilem ac lenem mortem*, quam pro optatis Augustus consecutus est [d]: præterea πεπληρωμένον τῷ αἰῶνι τέλειον *fatalem*, ac *spontis suæ*. Denique secundùm tropologiam, plenitudo indicat cum externa felicitate saltem in extremo vitæ, actiones ex virtute in vita susceptas, vt *non fuerint menses vacui* [e]: *Nec opera non plena* [f], non quasi sine linea præterita dies [g], non perdita absque præstito beneficio [h], vel certè benefaciendi voluntate, non *vacua oleo Lampades* [i], non quis *in statera appensus, inuentus minus habens* [k]. Recognosci possunt, quæ diximus, *de moriente in tempore non suo* [l], & de non *dimidiante dies suos* [m], & de *hac ipsa longitudine dierum cum vita* [n]. In beatitudine repletio, dicit complementum desiderij, sicut & *satietas apparente gloria Dei* [o], *adimpletione lætitiæ cum vultu illius* [p], verum absque fastidio, quia ibi *adhuc esurit, as sitit, qui Deum edit, bibitque* [q], tanquam si gustus recens semper esset, & saporis iucunditas noua. In dextera Dei hæc longitudo dierum est, in sinistra illius diuitiæ, & gloria [r], quia quod attinet ad tempus præsens pluris fit vita, quam opes & externa gloria; quod ad futurum, pluris quam dicunt æternam vitam, & essentialem beatitudinem, quam quæ dicitur accidentalis gloria, cum dotibus, & ornamentis corporis. Non nobis sufficit, ait Augustinus, quidquid longum est in tempore, si habet finem; & ideo nec longum dicendum est, (*breues enim dies hominis* [s], *pauci & mali, quanti quanti tandem sint, & mille anni sicut dies hesterna, qua præterijt* [t],) & si auari sumus, vitæ æternæ auari esse debemus. Gratias vult agi D.o Bernardus [x], *qui tam non modo fortiter, sed & suauiter disponit vniuersa* [y], quod *tam sua dierum prorumpit vita finietur breui* [z], quorum *sufficit curare malitia sua* [a]: iubet etiam *ne dies hominis desideremus* [b]. Notat idem de viris sanctis illud scribi, quod monui, seu de perfectis, *migrasse plenos dierum*, id est, virtutum, & gratiarum, tanquam de die in diem, & de claritate in claritatem transformatos à Domini spiritu [c]: non repleri diebus istis, nisi qui exinaniuerit penitus se ipsum, non passus in iis occupari, quibus nouit se non posse repleri. *Quis odit auaritiam* (id est, externa bona omnia *æstimans vt detrimentum ac stercora* [d]) *longi fient dies eius* [e]. Hi *dies antiqui cogitandi, & anni æterni in mente habendi* [f]; *cunctis illis diebus psalmos canebamus in domo Domini* [g]: Et *in sæcula sæculorum laudabimus eum* [h]: Et *replebitur os nostrum laude ipsius, vt cantet gloriam eius tota die* (multis æquipollente) *laudem eius* [i]: *Cum repleti fuerimus in bonis domus eius* [k], repletum in bonis desiderium nostrum [l], repleti longitudine dierum. Negari tamen non debet, quamuis *pleni dierum* nominatim legantur, quos commemorauit Abraham, Isaac, Dauid tantum, viri omnes sancti, & perfecti, posse id etiam tribui nulla probitatis laude præstantibus annis & improbis, quod videtur Petrus [a] noster negare. Nam Ieremias [b] vaticinatur, quod *vir cum multere capietur, senex cum pleno dierum*, quia cum cæteris auaritiæ studerent, & facerent dolum. Ibi Hieronymus obseruat *senectutem*, non esse ætatem vltimam, sed eorum, *qui pleni sunt dierum*, quos nostro sermone, appellamus *depositos*, siue *decrepitos*. Quare tamen Abraham, Isaac, Dauid, sancti perfectique fuerint, literali sensu *pleni dierum* nominati sunt, quia depositi, ac decrepiti mortui ætate.

Et ostendam illi salutare meum.] Alij iuxta Hebræum idiotismum, (*videam illum videre in salutari, aut salute mea*, (id est, videre faciam salutem meam, exhibebo eam illi, efficiam, vt re ipsa experiatur, quibus modis soleam beare amicos meos, & quàm non frustra habitauerit in adiutorio meo, in protectione sit commoratus mea, susceptorem me suum nominauerit, refugium, spem. Secundum anagogen transferunt ostensionem ita salutaris, ad communicationem visionis Dei, quam appellant Theologi *beatitudinem formalem*, siue actum quo attingitur intellectu Deus clarè visus; Deus ipse obiectum beatificum, vocatur *salutare nostrum*, siue *salus*, quia synonymum *beatitudini* salus est: quia salutem qui meruit Iesus, inde quoque denominatus & homo, & Deus est, ac in eius visione, peculiari quadam ratione, vt inquam, Dei filius est pro nobis incarnatus, ratio beatitudinis in anima nostra, & maxime propinqua & essentialis consistit: accidentalis autem, & præterea visionis corporeæ, præcipuum obiectum est. De vtraque beatitudine intelligi potest promissio illa Christi [c], *qui diligit me, diligetur a Patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei me ipsum.* Ita quidem Augustinus [d], de manifestatione, quæ fiet in gloria: quamuis alij aliter, de ea quam facturus erat post resurrectionem, vel per expressiorem doctrinam fuse. Eadem vis aliarum Christi sententiarum, quibus significat *hanc esse vitam æternam, vt cognoscamus Deum verum, & ab eo missum* [e] *velle se, vt vbi ipse est, & sui cum ipso sint, vt videant claritatem eius* [f]. Ad idem referri potest aliquoties repetitum vati, nostri votum [g]: *ostende faciem tuam*, (quæ Filio attribui solet) *& salui erimus.* Damascenus [h], qui bona egerint, ait in vita æterna futuros cum Domino nostro Iesu Christo, videntes ipsum semper, & visos, & incessibili, quæ ab ipso est, lætitia perfruentes. Concilium quoque Francofordiense [i] scribit hoc modo. *Prædicamus cum Spiritu sancto, Christum verum Deum, & vnicum filium Dei, vt ad eius beatissimam visionem peruenire mereamur, in quo vera beatitudo, & beata æternitas.* Scholastice non agimus, vt in præcisa probem Dei visione beatitudinem formalem consistere. Illud verum quod Nyssenus [k] docet, videre in vsu Scripturæ, idem significare, quod habere, verbi gratia, *vt videas bona Ierusalem* [l], &, *tollatur impius, ne videat gloriam Dei.* Augustinus hoc loco asserit, *salutare*, quod hic ostendendum promittitur, esse Christum ipsum facie ad faciem pro præmio magno omnium laborum nostrorum: quia quidquid laboras, ad hoc laboras, vt videas: totam mercedem nostram visionem esse, & ipsum magnum visum,

a Gen 25 8. b cap 15. 29. c 1. Para. 23. 1

d Sueton. cap. 99.

Tropologia.

e Iob 7. 3. f Apoc. 3. 2. g Apel. apud Plin. lib. 35 c. 10. h Sueto. de Tito c. 9. i Matth 25. 3. k Dan. 5. l Eccl. 7. 18. m ps. 54. 24. n ps. 20. 5.

o ps. 16. 15. p ps. 15. 11. q Eccl. 24. 29.

r Prou. 3. 16.

Nihil longum est quod habet finem.

s Iob 14. 15. t Gen. 47 9. u ps. 89. 4.

x serm. 17. y Sap. 8. 1. z Iob 10. 20. a Matt. 6. 34. b Ier. 17. 16.

c 2. Cor. 3. 18.

d Phil. 3. 7. 8. e Prou. 28. 16. f ps. 76. 6. g Esa. 38. 20. h ps. 83. 5.

i ps. 70. 8. k ps. 64. 5. l ps. 102. 5.

a 1. Epist. ad Ephes. 1. 18.

b de beatitudine. Videre in vsu Scripturæ, idem significare, quod habere, verbi gratia, vt videas bona Ierusalem, &c. tollatur impius, ne videat gloriam Dei. l ps. 127. 5. Videre se quod habere. Lxx.

c Ioan. 14. 21.

d ibid. tract. 75.

e Ioan. 17. 3. f ver. 24.

g ps. 79. 4. 8. 20. h lib. 4. c. vlt.

i Epist. ad Ephes. 1. 18.

k de beatitudine. Videre in vsu Scripturæ, idem significare, quod habere, verbi gratia, vt videas bona Ierusalem, &c. tollatur impius, ne videat gloriam Dei. l ps. 127. 5. Videre se quod habere. Lxx.

sum, hoc est, Dominum nostrum Iesum Christum. Hoc eum oremus: vnum cum cæco [a]; *Domine vt videamus*; hanc vnam rem petamus à Domino, hanc requiramus, vt *videamus voluptatem Domini* [b], vt *introeamus in gaudium Domini* [c], intrétque ipsum in nos, atque *similes ei efficiamur, videndo*

a Lucæ 18. 41.
b ps 26 4.
c Matt. 25. 21. 23.

A *sicuti est* [a]. Quo modo hæc etiam de Christo dicantur, vt scilicet ei *splendamus, imagine Dei*, ut prudem monuimus; & Caietanus interpretatur, vt effecta salutis videat in alijs, qui per ipsius merita illam consequantur. Verùt namque, *& faciam videre ipsum in salute mea.*

a 1 Ioan. 3. 2.

PSALMVS NONAGESIMVS PRIMVS.

1 Psalmus Cantici,

In die Sabbati.

2 BOnum est confiteri Domino: & psallere nomini tuo Altissime.

3 Ad annunciandum manè misericordiam tuam: & veritatem tuam per noctem.

4 In decachordo, psalterio: cum cantico, in cithara.

5 Quia delectasti me Domine in factura tua: & in operibus manuum tuarum exultabo.

6 Quàm magnificata sunt opera tua Domine! nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ.

7 Vir insipiens non cognoscet: & stultus non intelliget hæc.

8 Cùm exorti fuerint peccatores sicut fœnum: & apparuerint omnes, qui operantur iniquitatem:

Vt intereant in sæculum sæculi: 9 tu autem Altissimus in æternum Domine.

10 Quoniam ecce inimici tui Domine, quoniam ecce inimici tui peribunt: & dispergentur omnes, qui operantur iniquitatem.

11 Et exaltabitur sicut vnicornis cornu meum: & senectus mea in misericordia vberi.

12 Et despexit oculus meus inimicos meos: & in insurgentibus in me malignantibus audiet auris mea.

13 Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur.

14 Plantati in domo Domini, in atriis domus Dei nostri florebunt.

15 Adhuc multiplicabuntur in senecta

B vberi: & bene patientes erunt, 16 vt annuncient:

Quoniam rectus Dominus Deus noster: & non est iniquitas in eo.

Titulus & Argumentum.

Vers. 1.] Psalmus Cantici.

In die sabbati.

Titulus psalmi.

C HAEBANT etiam in titulo 47. 66. 67. 74. psalmi primas alias voces, de quibus id ieiu nihil est quo laddatur amplius. In 25. titulo nominatur prima Sabbati: in 37. Sabbatum seu remuneratio de Sabbato: in 47. secunda Sabbat.: postea in 92. in die ante Sabbatum in 93. quarta Sabbati. Ex dictis præsertim ad titulum 25. petenda quæ huc spectant. In quibusdam codicibus Græcis, & Latinis legitur *in diem, εἰς τὴν ἡμέραν*: Chaldaicè, *lauo & canticum, quod dixit homo primus pro die Sabbati.*

Sententia Rabbinorum de argumento.

Ex quo titulo colligi potest Rabbinorum sententia de argumento, vt sit creatio mundi, ac de illa vel Moses agat, quem primis, & aliquot sequentium auctorem volunt esse, in quibus nomen proprium nullum exprimitur: vel Dauid in persona Adami: cantari autem ab ille psalmum istum die Sabbati, qui creatus erat memoriæ creationis, quoniam eo die *quieuit Deus ab omni opere, quod patrarat* [b]. Addit Rabbinus Kimhi, creatum Adamum die Veneris circa horam tertiam, peccasse horâ nonâ, horâ duodecima condemnatum, pulsumque de paradiso, reliquo die, sequenti nocte in mœrore in fletu, & planctu, die Sabbati mane cui pauca remisit, tunc opera Domini, creaturarumque vniuersitatem considerasse cœpisse, & præ lætitia prorupisse in similia his pene verbis illis psalmi, meditasse præterea post futuram vsque ad Messiam, & huius regnum exaltari horn vnicornis mei. Ca-

b Gen. 1. 2. *Opinio R. Kimhi de creatione Adami.*

tholici,

tholici, posito generali argumento, de gratiarum actione celebranda omnium cantorum vocibus, non vnius tantum chori, vt idcirco desit nomen certi alicuius principis cantorum, vt notat Euthymius; Item vt obseruat Caietanus, (qui *Sabbatum* pro quouis festo fuisse) de Dei laude, & annunciari mane veritatem suam & misericordiam a populum festiuo quolibet die; ad hæc vt laudetur in hoc Deus, quod finat improbi fortunam breuem esse, qui tandem intereat, iustum aliquando affligi, qui postea reuiuiscat vigeatque palmæ; cedróque similis; vel ad Christum nostrum referunt, vel ad Deum, cum decantentur misericordia, potentia, iustitia; tum verò etiam agatur de iudicio, pœnis, præmijs, quando ad similitudinem sabbati, requies & vacatio erit ab omni cura præsentis vitæ, vtriusque mundi: denique inuentio fiat veteris de lege Euangelica, cuius consequatur litteris senescuti, & sabbato dimittis, quia vltima lex est, atque hominem concedituri quies ab alia legè, cum gratia, prosperitate, exaltatione: præterea persecutores Ecclesiæ deplorantur, pro vt exigebat iustitia Dei. Plurimi omnia præter figmentum illud Hebræorum de Adamo, de quo consule, quæ dixi ad cap. 4 Sapientiæ, & quod Caietanus pro quouis festo *Sabbatum* hic sumit: cum quidam tituli aliorum Psalmorum distinctè primam sabbati exprimant, vel secundam, vel quartam, vt ante monuimus. De triplici sabbato Iudaico, mentis, æternitatis differat hic qui volet cum Augustino, & alijs. Eidem distinctioni addit Bonauentura sabbatum, in quo Deus requieuit, & nos diei quieuisse, requieuisse, conquieuisse. Iudæos aut Augustinus vacare à magis, & in his quæ Deus prohibet exercere sabbatum, vacationémque ipsius esse à bonis operibus: nostrum sabbatum totus esse, & in corde, vt non vacemus membris tantum, tumultuetur vero conscientia. Vltimam sabbatum appellat Esaias b, *sibbaum ex sibbato*: & Apostolus c, *reliquum populo Dei. Sabbatismum.* Connumerat Athanasius d huic psalmum iis qui sunt vtiles ad edendam confessionem; & psallere volenti in sabbato eam tempus proponit, scilicet, prout indicat ipsemet titulus. Ecclesia quidem etiam vltimum præsentem psalmum in festiuis officijs sabbati à laudes & alia in multis de communi doctorum, & in secunda de tam plurimi confessore, & in propria Ioannis Baptistæ recitabat eundem integrum, si verum est particulam psalmi positam nunc in initium mulier, indicare solitum recitari psalmum totum. Hugo quidem Cardinalis affert cantari de Ioanne Baptista, quia *mane*, id est, in vero matutino annuntiauit misericordiam Dei, hoc Christum ipsum, *& veritatem per noctem*, hoc est, cum mortuus euangelizans in inferno eiusdem aduentum.

a vers. 3. & 5.

b c. vlt. v. 3.

c Hebr. 4. 9

d ad Marcellinum.

Vtrum quis vsurpare hoc psalmum ab Ecclesia.

Vers. 2.] Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo Altissime.

Vers. 3.] Ad annunciandum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem.

Vers. 4.] In decachordo, psalterio, cum cantico, in cithara.

Sensus loci.

SEipsum, & alios excitat ad celebrandum Deum, ad prædicandum voce, ac instrumento musico nomen ipsius, ad laudandum mane misericordiam, atque veritatem, seu veracitatem, & fidelitatem, a ratione boni, quæ in eo omnino est, secundum videlicet omnem rationem eius quod est, vtilis, iucundi, honesti, & *quæ est ipsum bonum* hoc est, *ipsum, ipsum esse*, vt Ecclesia vt à veteri. In eo autem negotio requirit assistentiam vt quolibet quidem tempore præclare, potissimum autem summo mane, deinde tertio tempore vespertino. Nomen enim *diluculum*, quod est in titulo, innuit hanc modi temporis aptissimum maximè idoneum, quando & animus ad externa negotia, operibusque, & animæ libertior, ac magis interna, & intenta cura vacat: labbatum, & ex omnibus diuinis potest. De his exponendis modis disseretur postea seorsum.

Bonum est confiteri Domino. Psallere supplendum, ait, quia sequens oratio dirigitur ad Deum. Quamuis autem Cassiodorus velit hæc veluti Ecclesiæ verba esse indemnitè loquentis, quæ sequuntur ita ad Deum, Basilius, ac Theodoretus vtrumque membrum referunt ad orationem cum Deo. *Bonum* nomen cõprehendit omnẽ eam rationem in psalmo 146. *laudari Dominum* præcipit Dauid, *quoniam bonum est psalmus, & vt Deo sit iucunda, decora que laudatio.* Confitetur Domino quis peccata propria, vel attribuendo ei bona omnia, sibi vero mala, quæ facit, non Deo, non diabolo, non fato seu stellis, & necessitati: vel in genere laudando ipsum. Vtrumus modus magis laudabilis, secundus est Augustini, & aliorum: primum tradidit credibus Hieronymus, & alij, ac memorat Euthymius. Primum age pœnitentiam, ait Hieronymi nomine notatus, & laesuius dole peccata, & postea canta Domino. Quod subdit, *bonum est confiteri Domino* non hominibus, sed Deo: illi confitere peccata, qui tibi ne peccata dimittat potest: item quod hominibus diuina potestate absolutè adhærentibus confiteri nihil, aut parum iuuat; cum tamen ad consequendam absolutionem voluerit Deus nos hominibus ad id destinatis, & diuina præditis auctoritate confiteri. Hugo e S. Victore tractans hunc locum, affert distinctionem de confessione criminis, quam fiunt, patri, & laudis, quam amori. Alia nunc occurrit abutí nobis hoc loco, ne confiteamur sic enuntiatiue: *bonum est confiteri Domino*; sed bonum etiam horum confessionis habere testem. Inter alia vero argumenta illud notatu dignum, quod tales sortes, in Deum latere potuerit, sicut in nemine nec Deo placuerit hominem, confiteri voluisset. Quatuor confitendi modum Hugo Cardinalis addit, de quo scribit Apostolus f, *quod ore confessio fit ad salutem*: vtilitates verò confessionis pœnitentialis quinque. Attribuens alius alicui sensus attributum *de sabbato*, aut, quod eo die iacuit Dominus in sepulchro mortuus, & die dominico adoratus est inter Angelos viuus; potuit etiam dicere inter Apostolos. Item Hugo à S. Victore applicat aliter ad Christũ, vt bonum sit confiteri, quoniam suus, ac tuus, vtpote qui ad se venientes non repulerit peccatores, & semel gustatus fatis non monstruerit, infirmantibus compassus sit, imperfectis conformatus, cito veniam indulserit peccatrici, pœnam nullam indixerit, contentus dicere, *vade in pace* g, vt etiam oculis volunt c. Vide ut nonnulla ex eo auctore transferibere Bonauentura hoc loco.

Et psallere nomini tuo Altissime.] In veteri psalterio, & apud Augustinum, *tunc psalles nomini Domini Altissimi.* Occurrit eadem formula Iepius

d Luc. 7. 50.

e Ioan. 8. 11.

[illegible] [illegible] [illegible] [

quia habet sonum à parte superiore: vt hominem pro nobis passum in carnis mortificatione in cithara, quæ sonat ab inferiore. Præterea quod Christus decantauit nobis *in psalterio decachordo* in sua ascensione, vt quasi decem chordæ fuerint decem dies, quibus missi tum *discipuli non discedere ab Ierosolymis, sed expectare promissionem Patris* [a]; tunc enim per eos dies corda illorum, tanquam chordæ distentas fuisse, cum Spiritum sanctum miserit: editum sonum, *quoniam tubæ de cœlo sonus* [b], & *tonuit sicut Apostoli magnalia Dei* [c], ac deinceps *exiuit sonus eorum in omnem terram* [d]. Citharæ mysticam descriptionem lege apud Hugonem Victorinum [e]. Alter Hugo Cardinalis *in psalterio decachordo* carnis macerationem attendit, quia chorda de corio fit, & extenditur in ligno, vt sonet, decémque Paulus [f] enumerat veluti huiusmodi chordas, *usque in hanc horam & esurimus*, &c. *in cantico* eleemosynam, quæ fieri debet hilariter, quoniam hilarem datorem diligit Deus: orationem, & præcipuè missæ officium, in qua repræsentatur Christi passio *in cithara*, qua querulum habet sonitum, & lignis ambit chordas. Rursum tria notat, quæ debeant esse in prædicatore, *in Ioanne* autem Baptista maximè fuerint, *desiderium* æternorum, prædicatio, carnis maceratio, quia *psalterium* reddit sonum a parte superiore, *canticum* ore fit, *cithara* sonat ab inferiore parte. Ioannes verò quatenus lucerna, quæ corio tenui constat, mortificatus fuisse intelligitur, quatenus ardens, habuisse desiderium æternorum, quatenus lucens, docuisse.

a Act. 1. 4

b cap. 2.

c vers. 11.

d psal. 18. 5

e anno. in psal. 91.

f 1. Cor. 4. 11.

Vide in prædicatore necessaria notat Hugo Cardinalis

Vers. 5.] Quia delectasti me Domine in factura tua, & in operibus manuum tuarum exultabo.

Sensus lect.

HOc *sabbatum*, & *sabbati* festiua vacatio ex rerum creatarum à Deo meditatione, atque contemplatione ingens ob ectatio, & in ipsum inet etiam quandoque corpus redundans lætitia, & exultatio: vnde præterea hat vt erumpatur in laudes Dei, tum voce, & cantico tum harmonicis sonis, & instrumentis musicis, de quibus proximè facta mentio: Quin etiam creaturarum inter se concinnitas tanta, concentúsque adeo aptus animam incredibile voluptate, ita vt non cœli soli, quod sibi nonnulli re ipsi periua tisse videntur, sed loquendo figuratè, vniuersitas conditarum rerum suauem, & admirabilem auribus intelligentiæ modulationem subministret, tanquam vel voces bene compositæ, vel fides aptè pulsatæ. Id in libro Sapientiæ [h] testimoniis confirmauimus; Adde quoque Ambrosium [i]. Dicto libro ait Sapiens [k], *quod in se elementa dum conuertuntur, sicut in organo qualitates sonus immutatur, & omnis suum sonum custodiunt*; D. voluptate autem quam percipimus ex rerum etiam tantum naturalium cognitione, pluribus agere nihil attinet. Consulantur qui disseruerunt de beatitudine nostra secundum naturalia tantum principia, vel de voluptate, siue delectatione, vel de sapientiæ; ac scientiæ, & literarum laudibus. Præfatur Philosophus in Metaphysica, *ab insito nobis appetitu sciendi*, & M. Cicero [l] *tantum* scribit *innatum in omnibus cognitionis amorem, & scientiæ, vt nemo dubitare possit, quin ad eas res hominum natura nullo emolumento*

h c. 10. v. 19 & 20

i 2. hexa. c. 2.

k c. 19. 19.

l 5. de finibus.

to inuitata rapiatur. Longa oratione, ratione, exemplorum inductione id cõprobat, tum ex figmento Homerico de Syrenum cantibus; tum ex commento de beatorũ insulis, vbi cura omni liberati nihil aliud actum sint, nisi vt omnes tempus in quærendo, ac discendo in naturæ cognitione consumant. Legatur idem in Lucullo, Plutarchus contra Colotem libro 1. Plinius secundus ad Maximum [a]. Plutarchus dixit, *Ipsam veritatem contemplari tam esse amabile, tam desiderabile, quam spirare, quam videre etiam scientia.* Plinius, *Nihil tam latum, quod literis latius, nihil tam triste, quod non per literas minus triste.* Idem Aristoteles [b] affirmat à natura parente, & auctore omnium innatas excitari voluptates hominibus, qui intelligant etiam verorum ac minimarum rerum causas, atque ingenuè philosophentur. Asgumentatur verò, quoniam imagines ipsas rerum naturalium non sine delectatione propterea inspectamus, quod ingenium pictoris aut fictoris vna contemplamur: multo magis delectatione nos affici eiusmodi rerum naturæ ingenio, mirisque fœderum constitutarum causas perspiciendo. Ingens illius gaudium fuit, qui eum quod quærebat philosophando reperisset, exclamauit *Eureka*, & hecatombã obtulit. Sed infideles philosophi, qui *Deum ex creaturarum cognitione non glorificauerunt* [c], vel earum *specie decepti sunt, Deos putauerunt, non reputantes his pulchritudinem esse dominatorem earum* [d]. Non dubitamus obtusos eorum animos, qui voluptate dẽliniti creaturæ, negligunt creatorem, vtendis fruendo, fruendis vtendo. Inter omnes facturas & opera Dei primatum tenet opus gratiæ multiplicis modi, de quo iuxta mysticum saltem sensum, hic exponitur ab Augustino locus. Singularis opinio Aug. l. ij ad æternam vocari *facturam Dei*, & *opera manuum* eius, casum ac interitum impiorum, quippe qui oppugnant, & horum erectionem, ac liberationem; inde capi eximiam voluptatem, propterea que gestire se gaudio, & lætum, ac festum diem agere, Prophetam nunc significare. Posset vtcumque contexi sensus iste cum reliquo psalmo. Sed vt moralem recipio, non tanquam literalem, licet faueat etiam illi Augustinus.

a libr. epist. 10.

b l. de part. animal. c. vltimo

Inter opera Dei primatum tenet opus gratiæ.

c Rom. 1. 21.

d Sap. 13. 3.

Aliter in Psalm. 32. Quoniam delectasti me Domine in operatione tua, & in factura manuum tuarum exultabo.

Quia delectasti me Domine in factura tua.] Hieronymus, *quoniam lætificasti me Domine in opere tuo*, alij pluraliter, *in operibus tuis*. Iam nouit lectorum illius numeri, text. in singulari פעלך *pealdecha*. Chaldaicè, *in opere tuo manuum tuarum*. Quamuis in textu Nehemiæ expressum tantum, *in opere tuo*. Nomine *facturæ* vtitur Scriptura, membro etiam Hieronymus: & propriè videtur significare opus ex compositione, & arte factum, quam vocant Hispani *hechura*. Itali, *fattura*, Galli, *façon* quamuis primi & secundi tantum ferant ad hominem, qui aliena liberalitate, fauore, opera sit honores, aut victum, aut quid tale cõsequutus. Plinius [e] primo viii. pauit modo hanc vocem, itaque sumitur bis in scriptura [f]: semel nos ipsi appellamur *Dei factura & creatura*, Syrus creatura ברית *beriutha*. Subtiliter, ac piè, licet quod attinet ad vim dictionis parum referat, notat *Hugo*, non dici quod *factura* delectauit. sed *Deus in factura*, delectare malos *factura ipsam*, bonos *Deum in factura*. Reprehendit præterea, qui nimis delectantur aspiciendis, audiendis, odorandis, gustandis, tangendis: item qui non in *factura Dei*, sed *in ficta*, siue in iis, quas excogitauerint, vel adinuenerint. *Quam desiderabilia omnia opera Dei, & tanquam sententia quæ est, con-*

e lib. 16. c. 1.

f Num. 11. 12. Deut. 32. 18. Ephes. 2. 10.

sidera ire [a]; Quidam codices *hoc ait Sibi & reliqua ad similitudinem.* Iuxta lectionem nostram, sensus est, quod minimam tantum partem operum Dei cognoscamus: vel quod excitant in nobis cognitionem sui; & per illam accendere possint lumen, & amorem Dei. Vir sanctus, iuxta Esaiæ [b] consilium, *levavit ex alium oculos, & vidit quis ex eis hæc. Collætatur Deo ipsi in operibus illius* [c], ex cuiusuis rei quamlibet exiguæ consideratione assurgit in Dei contemplationem, & amorem, in eoque delectatur Antonium, Anselmum, Franciscum, alios veteres, & Ignatium nostrum præstantes in hoc genere fuisse constat. Vtiuerunt assiduitate apud parum cordatos opera Dei naturalia, quæ per se non minorem deberent concitare admirationem, & delectationem; Sed maiorem etiam, quam quæ propterea quod eueniunt raro, in admiratione, & maiore, quia noua voluptate afficere videntur. Admonuit id aliquoties Augustinus [d], & ante ipsum Philo [e], post vtrumque Gregorius [f]. Is autem, quem dicunt Hieronymum, hoc loco satis pia inductione per creaturas demonstrat, quam ex earum cognitione capere debeamus vtilitatem.

Et in operibus manuum tuarum exultabo.] Videtur legisse Remigius, *exercebor*. Hieronymus absque coniunctione quæ nec in Hebræo textu est, *in factura manuum tuarum laudabo.* Vniuersam totius mundi machinam Euthymius per *factiuram* significari vult, per *manuum opera*, particulares species cum magnitudine, pulchritudine, concinnitate, vtilitate; vel omnia synonyma ille; Arnobius accipit de operibus quæ ex expansione Christi manuum in cruce confecta sunt. Meditari volebat Dauid, in omnibus operibus Dei, & in factis manuum eius [g]. *Exultandi* verbum Latinum, & ἀγαλλιᾶσθαι Græcum important hilarem corporis motum gestúmque, sed Hebræum רנן *ranan*, vt sæpius vidimus, pertinet potius ad contentionem vocis per modum, verbi gratia, ouationis. Basilius, ac Theodoretus explicant exultationem, ac veluti tripudium tantum, vt præ animi iucunditate, lingua relaxetur ad laudandum Deum.

•

Vers. 6.] Quàm magnificata sunt opera tua Domine? nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ.

Lætitia, lenus, ac exultatione propter operum Dei meditationem, prorumpit in epiphonema, quo declarat omnino, vt initio dixerat, bonum esse confiteri, psallere, celebrare oratione, instrumentóque musico Deum, qua, & propter delectationem inde perceptam capere se ipsum non possit, & ob infinitam vim operum ipsius, & inscrutabilia consilia, quibus cuncta dispenset, & gubernat, suppetat semper laudibus nostris materia, nec valeat quis pro dignitate vllo modo Deum laudare, quantumuis enitatur. Nolim restringere sententiam ad illa opera prouidentiæ, quibus impio sinat Deus cuncta ex voto succedere, vtque iniustum, per vim, ac potentiam vexet. Complecti possumus omnia opera naturæ, & gratiæ, in quibus varia Dei attributa manifestantur, præterim magnificentiæ, quæ bonitatem cum potentia importat.

Quam magnificata sunt opera tua Domine?] Idem valet ac, quam magna sunt. Magnificata verò opera intelliguntur in seipsis, atque a Deo quamuis, & ab hominibus magnificari dicantur, cum pro magnis, vt reuera sunt, agnoscunt, prædicantque. Vocantur alibi *magna opera Domini* [a], *terribilia* [b], *mirabilia* [c], iterum *magnificata* [d], licet ibi sit גדל *rubu* hic גדלים *gadelu magna simul*, & *mirabilia* [e]. In operibus differentia est secundum magnitudinem, qualitatem, perfectionem: quamuis respectu Dei æqualia cuncta dici possint, quatenus æquè ipsi facilia omnia, & in cuiusque creatione infinita requiratur eiusdem potentia. Vnde Nazianzenus cecinit, quod,

Quæ tenuem paruis eadem miracula lucent.

Hieronymi quoque nomine appellatus auctor commentarij hoc loco contra Marcionem & Manichæum docet, in singulis paruis rebus Dei elucere sapientiam, & bonitatem, sícque mirandum in formica Deum, vt in Elephanto; sic in culice prædicandum vt in Camelo: facilem pulicem, & cimicem à quibus morderemur, vt oftenderetur fragilitas nostra. De difficultate quam parit magnitudo dicendi de operibus Dei, Apollinarius declarat.

τίς κεν ἀτρεμίσειε τεὸν μεγαλαυχέα τεῖχος;
τίς δ' ἐνοτῶ αἰλῶν ἐξ ἀρετῆς ἐσάει βαθείας;
Quis laudauerit tuam magnificam artem?
Quis prudentiam cantauerit præcordiis profundam?

Similis exclamatio Pauli [g]; *ô altitudo diuitiarum, sapientiæ, & scientiæ Dei*, &c. *fecit Deus magna, quia potens* [h]: *magnificè facit* [i]: *Considerans opera illius expauescit* [k]. Ecstasim patitur, qui sciendo proficit, deprehendens tandem se nihil scire cum Socrate, maximè de Deo. *Cuncta res difficiles, non potest eas homo explicare sermone* [l]: *Difficile inuenimus quæ in terra sunt, & quæ in prospectu sunt inuenimus cum labore, quæ autem in Cælo sunt quis inuestigabit* [m]? *Cum vix paruam stillam sermonum Dei audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis eius intueri* [n]? Hæc ipsa causa exigit, vt tanto magis laudetur; *Confitebor enim tibi, ait ille* [o], *quia terribiliter magnificatus es faciens magnalia, & inscrutabilia & mirabilia absque numero* [p].

Nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ.] Hieronymus, *factæ*, &c. Vertitur מאד *meod* vtrouis modo. *Prudentiam* Apollinarius exponit, vt dixi, ἐνοτῶ, Euthymius, & Nicephorus per ἐυλογισμὸς, βουλὰς, βουλὰς per *ratiocinationes*, seu *cogitationes, consilia, & sapientiam. Profundæ* idem est quod τὸ ἀνεξιχνίαστον *inscrutabilitas*; quæ Paulus [q], *incomprehensibilia iudicia, & inuestigabiles vias* eius Deo appellat, & *altitudinem diuitiarum sapientiæ, & scientiæ illius*. Iob [r], *Opera inscrutabilia*; iterum Paulus [s] *inuestigabiles diuitias Christi*. Reuelat Deus *profunda* [t]; Et *per spiritum conscrutari profunda Dei* [u], ipsemet proinde πάγκευθος, & ἐν δνοφερῷ habitans; & *iudicia eius abyssus multa* [x]; Magnitudo operum Dei, & ratio eorum pendet à voluntate eius, *magna namque sunt, sed exquisita in omnes voluntates eius* [y]. Cum sit ergo *inscrutabile cor hominis* [z], quanto magis *scrutatorie cordium Dei* [a]? Appellatur in Zohar [b] *Deus pater noster omnium rerum perfectio, & profunditas summarum, & fons scientiarum.* Vir testimonio Dei sapientissimus testatur *se cum Deo certauisse in sapientia*; dixisse, *faciem efficiat, & ipsam longius recessisse a se multo magis*

quam

[a] Eccl.42.25. *sensus literalis.*
[b] c.40.26.
[c] ps.103.31. *Sanctus in cuiuscumque rei contemplatione assurgens in Dei contemplationem.*
[d] de ciuit. c.22. tract. 4. in Ioan. lib. de vtilit. cred. c. 16. lib. 50. hom. in 32.
[e] in vita Mosis
[f] 6. Mor. c. 6.
[g] ps.142.5.
Sensus loci.
[a] ps.110.2. [b] ps.65.3. [c] ps.138.14. Eccl.43.34. [d] ps.110.2. [e] Apoc.15.3.
[f] in præcept. ad Virg. *In singulis rebus parum elucet Dei sapientia.*
[g] Rom.11.33.
[h] Luc.1.49. [i] Esai.40. [k] Abac.3.sec. Lxx.
[l] Eccl.1.8.
[m] Sap.9.16.
[n] Iob 26.14.
[o] ps.138.14.
[p] Iob 5.9.
[q] Rom.11.33.
[r] c.5.9. c.37.
[s] Ephes.3.8.
[t] Dan.2.22.
[u] 1. Cor.2.10.
[x] ps.35.7.
[y] ps.110.2.
[z] Ieremiæ 17.
[a] ps.138. *Deus scrutans corda, & renes, &c.*
[b] in Deut.

quam erat, & aliam profunditatem illius esse, nec esse qui inueniat ea [a]. Creditus Hieronymus in psalmi commentario sic exponit ecclesiastem; antequam cogitationem meam in opere ponerem, non videbam magnificentiam Dei: dixi, debeo quærere rationes singularum causarum, & sapientiam, quam ante non inquirens ignorabam postea quærere cœpi, quam inuenire non poteram. Infertur hinc infinitas Dei, quoniam incomprehensibilitas consequitur entitatem, sicut & intelligibilitas, & oritur ex perfectione, quæ comprehendi nequit, nec intelligendo exhauriri. Et verò etiam videtur esse de fide comprehendi Deum non posse: Simile pro hac re testimonium in Ieremia [b], *fortissime, magne, potens, Dominus exercituum nomen tibi, magnus, consilio, & incomprehensibilis cogitatu*; Vbi Hieronymus; quem non comprehendit cogitatio, potest, inquit, sermo comprehendere? Item in Iob [c], *magnus Dominus vincens scientiam nostram.* Nec verò quia sequenti versu additur, quod *vir insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget hæc*, sequitur posse hominem quantouis lumine diuino illustratum cogitationes Dei comprehendere. Potius sequitur, quod quilibet ad talem comprehensionem est insipiens, & ignarus, stultus, ac stolidus: vel quod fieri non potest, vt quis nisi planè amens persuadeat sibi posse se diuinas cogitationes comprehendere. Adhuc Iob [d], seu Sophar sic argumentatur, *forsitan vestigia Dei comprehendes; & vsque ad perfectum omnipotentem reperies? Excelsior cœlo est, & quid facies? profundior inferno, & vnde cognosces? longior terra mensura eius, & latior mari.* Non probant duntaxat hæc loca non posse cognosci naturaliter cogitationes, & affectiones Dei, atque consilia, nisi *det ille sapientiam, & spiritum* [e]; cum *nemo consiliarius eius sit* [f], vel conscius arcanorum eius; sed nec per vllum donum supernaturale posse comprehendi: illud enim nec angeli naturaliter possunt etiam circa nostras huiusmodi actiones præsertim liberas. Denique *lucem inhabitat inaccessibilem* [g], *Et posuit tenebras latibulum suum* [h]. *Superualet glorificationi nostræ, & admirabilis adhuc semper magnificentia eius, quantumuis exaltemus eum, maior est omni laude; quantalibet repleamur virtute, ne laboremus* (aut fatigemur) *non enim comprehendemus* [i]. Innocentius etiam Papa III. seu Concilium Lateranense sub eodem [k], sic definit. *Firmiter credimus, & simpliciter confitemur, quia vnus solus est verus Deus æternus, immensus, & incommutabilis, incomprehensibilis, omnipotens, & ineffabilis. Igitur fatui sunt qui Deum incomprehensibilem, sed comprehendentem cuncta, se arbitrentur latere posse, de quibus Esaias* [l] *cum comminatione. Væ qui profundi estis corde, vt à Domino abscondatis consilium; quorum sunt in tenebris opera, & dicunt, quis videt nos, & quis nouit nos? peruersa est hæc vestra cogitatio, quasi si lutum contra figulum cogitet, & dicat opus factori suo; non fecisti me; & figmentum dicat fictori suo, non intelligis.*

Vers. 7.] Vir insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget hæc.

Vers. 8.] Cùm exorti fuerint peccatores, sicut fœnum: & apparuerint omnes, qui operantur iniquitatem.

Vt intereant in sæculum sæculi.

Vers. 9.] Tu autem Altissimus in æternum Domine.

FElicit veluti è choro confitentium, psallentiũ, instrumenta mutica pulsantium, canentium, annunciantium Dei laudem ob misericordiam & veritatem, atque propter magnifica opera, & nimis profundas cogitationes ipsius, homines insipientes, diuino spiritu destitutos, & qui sine iudicio addicunt se sensibus, cogitationem, & amorem suũ rebus infimis, ac perituris, denique animales qui non percipiunt quę Dei sunt. Tales negat cognoscere posse, ac intelligere quæ dicta sunt, nec verò etiam istud aliud, quod est summa dignum admiratione, & animaduersione, multósque in errorem solet pertrahere. Nempe quod postquam improbi exiguo tempore velut herba, seu gramẽ, & fenum germinauerint, ac effloruerint, & emicare cœperint, futurum sit, vt pereãt in æternum; Deus autem per se, semperquè Altissimus, non per ortum, vel incrementa immutabilis perseueret, proindeque iustos, qui ab ipso pendent, licet nonnihil interim affligantur à dictis improbis, perpetuo florentes, ac prosperos reddere valeat. Petulantius nescio quis piam fœminam intuitus, & ab ea reprehensus, cum illud ex alio istius psalmi versu respondisset; *delectasti me Domine in factura tua*; excipientem mox illam audiuit; *Vir insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget hæc.* Acúmine simili vtà est, quo alium vtum meminimus, constanter iniquo magistratui abiicienti extra rem, ac insolentius de se ipso [a], *ego dixi dij estis*, respondendo; *Vos autem sicut homines moriemini.* Bonauentura sapiens, & religiosus erat, etiam cũ fixis continuans in Galliæ reginam oculis, reginã cæli contemplabatur diuinam formam, pulchritudinémque.

Vir insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget hæc.] Hieronymus, *non intelliget istud*, in psalterio vetere ponitur, *simpru lens*, primo loco, & in fine, *ea*, quo pacto legit etiam Augustinus. Cassiodorus non differt ab editione nostra, nisi quod habet quoque, *ea*. In psalterio Romano, & in illo quo vtitur Mediolanensis Ecclesia, verba sunt præsentis temporis, sicut & apud auctorem Speculi peccatoris [b], nec nõ auctorem operis imperfecti [c], quem non licuit Græcè legere. Siue *hæc* siue *hoc* aut *illud*, legas, זֹאת *zoth* autem singularis numeri est, referri potest, aut ad prius dicta, aut ad ea quæ sequuntur, aut etiam ad vtraque, sensu omnibus modis eodem. De vtriusque Hugo explicat. In psalmo 48. [d] *insipiens, & stultus peribunt*, iisdẽ Hebræis nominibus dicitur ordine inuerso כְּסִיל וּבַעַר *chesil venabhar*: Græci sunt ibi ἄφρων καὶ ἄσοφος; hic ἄσοφος καὶ ἀσύνετος. De propria notione istorum, & differentia inter insipientem, ac stultũ, relege quæ ibi dixi, & quæ dictus auctor Speculi tradit. Cassiodorus insipientem, exempli gratia, dicit esse philosophum, qui casu credat res geri; stultum qui nec diuina cognoscat, nec ipsos sæculi actus intelligat, quique *brutus* cognominari soleat. Haimo primum vocat sapientem in sæculo, sed vera carentem sapientia; secundum, qui nec in Deo nec in sæculo sit sapiens: Remigius illum qui nescit sibi cauere in posterum, solam vitam temporalem existimando; istum, qui cum sit in summa miseria, putat se esse in maxima felicitate: Bruno Carthusianus infidelem, qui Deum

[a] Eccl. 7. 24. 25.
[b] c. 32. 18.
[c] c. 36. 26.
[d] c. 11. 7. 8. 9.
[e] Sap. 9. 17.
[f] Esa. 40. 13.
[g] 1. Tim. 6. 16.
[h] ps. 17. 12.
[i] Eccl. 43. 32. 34.
[k] c. firmiter de sum. Trin.
[l] c. 29. 15. 16.

non sapit, & falsum Christianum, qui cum Dei notitiam habeat, intelligere posset, quod malitiæ suæ excæcatus non intelligit, vero & efficaci intellectu, quod interitui sint operantes perseuerantes in iniquitate: Hugo, Iudæum, & Gentilem quantum ad eos gentiles, qui crucifixerunt Christum Iudæorum instinctu; Arnobius de Iudæo solo. Synonyma vocabula possunt esse, ac vniuersè de quolibet accipi.

Cùm exorti fuerint peccatores sicut fœnum.] In psalterio Romano, & Ambrosiano, & apud Caluinistas, *cùm exorientur*, in veteri, & apud Augustinum, cùm exortuntur; omnia tempora ferè infinitiuus ὁ τῷ ἀναστέλλαι. Hieronymus, *Germinauerunt impij quasi fœnum.* Non expressit literam seruilem ב *be*, בְּ *biphroach*. Paraphrastes vim sententiæ totius ita declarat. *Quando germinant impij sicut herba, & florent omnes operarij iniquitatis, seu germinabunt, & florebunt, tunc futurum est, quod destruat eos Deus vsque in æternum*, hoc nempe vir insipiens non cognoscit, & stultus non intelligit, nec etiam opera alia Dei magnifica, in quibus nihil ille aliud quærit, quàm vsum, & oblectationem, nihil de Dei curans cultu, nempe cogitationem referens ad id quod est futurum, vt pereat cum perituris rebus. De comparatione cùm *fœno* dictum non semel. Non possum non suspicari errorem in textu auctoris imperfecti [a], vt Latinè legitur, Græci namque mihi copia textus non fuit, *Cùm exurentur peccatores sicut fœnum:* Credo restituendam, *cùm exorientur*, vt aliquos legere retuli. Vera tamen sententia peccatores exurendos, sicut fœnum. quemadmodum Christus docuit [b]. Sed & Augustinus enarrans alium psalmum [c], & afferens præsentem psalmi nostri locum, scribit de improbis. *Sic quomodo virent, & sic quomodo florent, igni seruantur* &c. *Puto quia florent modo, quia exoriuntur sicut fœnum. Tu noli esse vir imprudens, & stultus, vt hæc attendendo intereas in sæculum sæculi. Isti florent in felicitate sæculi, pereunt in virtute Dei. Non enim quomodo florent, sic pereunt; florent enim ad tempus; pereunt in æternum: florent falsis bonis, pereunt veris tormentis.* Longè aliter per tropologiam Dorotheus abbas [d], & in meliorem quidem partem, interpretatur. *Peccatores*, inquit, *qui vt fœnum oriuntur, sunt impura cogitationes; est enim debile quid & infirmum fœnum, nullum habens potentiam. Cum igitur oriuntur in anima vitiosæ cogitationes, tunc apparent omnes, qui operantur iniquitatem; quæ sunt ipsa vitia, vt & intereant in sæculum sæculi. Cum enim apparuerint vitia ante concertatores & athletas, statim ab eis perimuntur. Contemplamini consequentium orationis, oriuntur primo cogitationes malæ; post apparent vitia, inde omnia intereunt. Hæc omnia ad athletas pertinent. Nos verò peccatum ad actum perducentes, & semper vitia ipsa confouentes, neque nosse quimus, quando oriantur malæ cogitationes, neque quando appareant vitia, vt puremus aduersus ea sed adhuc in Ægypto inferiori subsistimus, latentiam sub Pharaone exercentes.* Hæc ille omnia, quæ propter acumen, & pietatem, & nouitatem, omitti non debuerunt.

Et ipparuerunt omnes qui operantur iniquitatem.] Hieronymus, *& floruerunt*, quo etiam pacto Aquila & Symmachus ἐβλάστησαν. Alij, *germinare* seu *progerminare*, *vernare*, *flores emittere* vertunt. Hoc valet futurum יִצְיצוּ *tsitsin*: quod autem floret, ipsum ostentat, aperit, & apparet: atque præterea videtur apparendo, etiam illas res quibus apparet, prospicere. Vnde in veteri psalterio, & apud Augustinum extat, *& prospexerint.* Hoc modo participium נִצָּץ *metsits* redditur *prospiciens, prospiciens per cancellos* [e], quasi dicas, *ostendens se, sum, apparens vt flos cùm egreditur, ac ostendit se ipsum, extans, prominens, emicans.* Græca καὶ ἐπανέφυσαν πάντες significant, id quod recitaui ex psalterio veteri, & ex Augustino. Hoc Augustinus declarauit de *insipiente*, & *stulto*, qui dicantur prospicere omnes illos qui operantur iniquitatem & eorum prosperitatem instar florentis fœni. Nominatiui tamen casus est πάντες, refertúrque ad eos qui operantur iniquitatem, πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν. Apollinarius hoc modo,

Δτ' ἀδίκους θαλίοντας ἐπόψεται ἤτοι χόρτου
ὑψόθεν ἀντείλασθαι ἀϊστωθῆναι ἐπαμήσας.
Cùm iniquos florentes videbit sicut fœnum
Ex alto videntes imminuta a messores.

Vbi τὸ ἀνατέλλειν exponit per ὑψόθεν ἐποπτεύειν *ex alto videre*, quod Latinè dicitur *prospicere*: quo pacto in psalmo 101. [b] scribitur quod *prospexerit Deus de excelso sancto suo*. ἐξανέβλεψε, & Petrus [c], *quod Angeli desiderant in Christum*, vel *Spiritum sanctum prospicere* παρακύψαι. At Nicephorus Blemmida docet τὸ ἀνατέλλειν esse ἀντὶ τοῦ βλαστῆσαι, & *ramos pullulare*, seu *germinare*, quasi sit *postquam adoleuerunt, vergere, ac inclinari in terram*, vt frugibus contingit. Euthymius verò volens redundare hîc particulam, καὶ, eosdémque *peccatores* appellari, *& operantes iniquitatem*, declarat, quod ὅτε τῷ ἀνατέλλαι cùm exurgerent peccatores, inclinati sunt: seu incuruati, & humiliati, quia illum florem, ac vigorem diu retinere nequiuerunt, sed deciderunt. Placet magis prior duplex Græci verbi explanatio; quæ coincidit etiam in vnam, & propiùs accedit ad vim Hebræi verbi, & ad Latinam editionem: & Basilius quoque ac Theodoretus interpretantur *promeare*, aut *emmere*. Communis notio τοῦ ἀνατέλλειν est *adducere capite exerto*, vel *caput exerere per clathros*, *rimásve*, vt Budæus [d] docet. *Apparent improbi sicut paleæ super granum in area*, inquit Hugo; sed quod addit de apparentia in modum phantasmatis; vel cùm apparuerint cogitationes malæ: vel cùm in iudicio, tropologiam continet non malam; sed non valde congruentem sensui literali.

Vt intereant in sæculum sæculi.] Hieronymus, *vt conterantur vsque in sempiternum*, Paraphrastes supplet, *Tunc futurum est quod destruat eos Deus vsque in æternum.* Hoc modo, *vt*, sumetur non causaliter, sed consecutiuè, & ostensiuè, seu argumentè: vt loquuntur; secundùm ordinem, & vicissitudinem, non secundùm finem. Non cognoscit vir insipiens, nec stultus intelligit hanc improborum prosperitatem, damnationis eorumdem perpetuæ argumentum esse, & ad hoc videantur florere, ac vigere, vt in perpetuum excidantur. Hoc melius, quàm quod Euthymius ait iuxta dictam interpretationem verbi ἀνατέλλειν, *inclinatos esse impios*, & à prima felicitate decidisse, vt punirentur in futuro sæculo; atque ruinam, & lapsum à præsenti felicitate sumpsisse pro arrabone futuri supplicij. *Roborasti eum paululum*, inquit Iob [e], *vt in perpetuum transiret*; & *in diem* [f] *perditionis seruantur malus, & ad diem furoris ducetur, & de furore omnipotentis bibet.* Sapiens [g] item affirmat, *quod impium operatus est Dominus ad diem malum*: Amos [h] *quod separatur in*

[a] hom. 31.
[b] Matt. 13. 30.
[c] in ps. 53. Expositio Augustini.
[d] Tropologia Dorothei, à doctrina 13.
[e] Iob 14. 20.
[f] Iob 20.
[g] Prou. 16. 4.
[h] c. 9. 3.

diem

a c.12.5.

diem malum: Ieremias [a], *quod sanctificatur in die occisionis*. Minus malum, si solus manet improbos communis corruptibilibus interitus, post quē natura reditum non concedit. Post obitum diem præsentem, qui malus ipse est, ac horarum paucarum, dies pessimus termino carens consequitur, quia dum licuit, *noluerunt videre bonos* [b], vnúmve optimum, qui occasum nescit nec noctem, nec tenebras.

b ps.33.13.

Tu autem Altissimus in æternum Domine.] Chaldaicè, *tu autem excelsus, sublimisque in seculo isto, Domine, quinimo excelsus, & sublimis in seculo venturo*, superior es omni te creata, minimè obnoxius interitui: in omnes res dominium, & potestatem exerces: cuncta velut ex speculo intueris, tibique subdita habes, & pro arbitrio moderaris: siquæ sit opus, coërces: præ altitudine inuestigabilis es, & iudicia tua inscrutabilia sunt: *quod hominibus altum est, abominatio est apud te* [c]; soli ab interitu liberi, qui altissimo adhærent tibi, per humilitatem: florebunt hi tecum perpetuo, stabúntque: lædi non poteris a peccatoribus, & operantibus iniquitatem. Plura alias de *Altissimi* [d] nomine. Quamuis hoc loco non extet עליון *hhelion* de Dei decem nominibus vnum, sed מרום *marom* abstractum nomen *Altitudo, Celsitudo, Excellentia*, quod vsurpatur quoque honoris causa de hominibus. Non legi tamen alium locum in scriptura, vbi hoc modo reddatur ista vox, nempe pro concreto nomine *Altissimus*, aut *Excelsi*, & ὑψίστου.

c Luc.16.15.

d in ps.90.

---

*Vers.*10.] Quoniam ecce inimici tui Domine, quoniam ecce inimici tui peribunt: & dispergentur omnes, qui operantur iniquitatem.

Sensus loci.

DEmonstrat altissimum Deum esse, summæque potentiæ, & confirmat interituros in sæculum sæculi omnes qui operantur iniquitatem, nec resipiscunt, idque velut insultans, ac triumphans, & de vindicta lætus aduersus inimicos Dei, & Deo ipsi hoc nomine congratulans, asseuerat. *Ecce* ait, *peribunt inimici tui Domine, ecce*, inquam, *peribunt*, qui antea florere videbantur, felicitérque agere; ecce funditus excidentes, & dissipabuntur, qui operibus iniquis suis, tuæque violatione legis, & tuorum oppressione seruorum, apertos se declarauerunt inimicos tuos, pluris æstimantes libidini, cupiditatique propriæ satisfacere, quàm tibi obedire, & amicitiam tuam alere, & conseruare, non curantes *inimici tui constituti, vt mundi amici* [e] *essent*: malentes inimico capitalissimo tuo diabolo, quam tibi, obtemperare. *Vir insipiens non cognoscet, nec stultus intelliget hæc.* Idcirco inculcanda, & repetenda, iterumque, iterúmque monenda; & veritas maximi momenti annuncianda, & ingerenda: improbi altas egisse radices videntur tibi, & mutua confœderatione, atque societate insuperabiles redditi; propterea intelligant oportet, se hac illac dispergendos, alterósque ab alteris tam longè digregandos; quod accidit constructoribus Babel, vt colligere, ac instaurare copias nequeant, nec alteri alteris quid sit factum sciant; denique variis afficiendos generibus supplicio-rum, ac tanquam in fasciculos zizaniorum, colligendos, vt flammis tradantur. Valet aut[em] hæc repetitio, vt Rickelius obseruat, vt intelligamus, & intelligentes expaueſcamus, quam horribile nimis sit, esse inimicum Dei, imo quam sit horribile hoc ipsum audire. Bruno Carthusianus vult hæc ad terrendos inimicos: Remigius & Haimo vt res eadem magis confirmetur, & ne res incredibilis videatur. Hugo, *Inimicos Dei vocat, qui contra naturam peccent, seu contrà legem non solùm positiuam, sed naturalem quoque*, vt fornicarios, idolis seruientes, adulteros, molles, maleficorum conscios, quos à regno Dei Paulus [a] excludit. Item quia de diuersis generibus peccatorum affirmatur quod sint inimici Dei, de mundanis, quoniam *amicitia huius mundi inimica est Deo* [b]: de superbis, quoniam *superbia eorum qui oderunt Deum ascendit semper*, de auaris, quoniam *hostes sibi accipientes munus* [d]; luxuriosi, & gulosi, quoniam *sunt inimici crucis Christi, eorúmque Deus venter est* [e]: persecutores sanctorum, quoniam profitetur se Deus *inimicum inimicorum suorum* [f], & *affligentibus Spiritum sancti eius conuertitur eis in inimicum* [g]: *idolatra*; quoniam optabat Propheta [h] *dirumpi cœlos, & Deum descendere, vt notum fieret nomen eius inimicis ipsius*: denique quilibet peccatores, quoniam *cùm inimici essemus reconciliati sumus Deo* [i]. Augustinus distinguit inimicos blandos adulatores, falsos consiliatores, rapidos detractores, malorum correctores, sed his licèt inimici videantur, veros amicos esse: deque primis tribus generibus hoc loco sermonem esse.

a 1 Cor.6.

b Iacobi 4.

c ps.72.vlt.

d Amos 5.18.

e Philip.3.19.

f Exod.22.24.

g Luc.6.35.

h c.64.1.

i Rom.5.10.

Quoniam ecce inimici tui Domine, quoniam ecce inimici tui peribunt.] Omittit Hieronymus, *quoniam*, cùm tamen extet כי *chi*, non tam caulale, quàm exegeticum, & assertiuum. Nec in Romano psalterio & Æthiopico, & in emendatis Bibliis Græcis, & apud enarratores Græcos Euthymium, Nicephorum, Apollinarium, & apud Cassiodorum pius quam semel ponitur, *quoniam ecce inimici tui*, non sine iactura emphasis, & energia, quam inuoluit repetitio, vt dixi. Bis exprimitur in aliquot Codicibus Græcis, vt Basileensibus, Argentoratensibus, &c. & in textu Hebræo cum versione Hieronymi, aliorumque Hebraizantium. Paraphrastes verò ita etiam transfert, *quoniam ecce inimici tui prosperitate fruuntur in hoc seculo Domine, quoniam ecce inimici tui dissipabuntur in seculo venturo*, similis repetitio ad maiorem notationem, & exaggerationem satis frequens in psalmis. Expressior illa 67. [k] *viderunt ingressus tuos Deus, ingressus Dei mei, regis mei*: Et [l] *rex virtutum dilecti, dilecti.*

k vers.25.

l vers.13.

Et dispergentur omnes, qui operantur iniquitatem.] Hieronymus absque connectione, quæ desideratur etiam Hebraicè, *dissipabuntur*. Chaldaicè, *& separabuntur à congregatione iudeorum*, &c. Idem dicit Haimo, Remigius, Beda, Cassiodorus, Bruno Carthusianus, sed de separatione à consortio saluandorum eo modo quo separandi sunt ab hœdis agni [m]. Hic alius modus dissipationis, & dispersionis præter eos, quos attigimus antea. Campensis, quia Hebræum יתפרדו *ithparedu* actionem denotat in se ipsum, explicat *dispergent se ipsi sceleribus suis*: Beda declarat de dissidio intestino, cùm sibimet ipsis dispicebunt, & contra seipsos rixabuntur. Proponit creditus Hieronymus dubitationem, *si peribunt*, quo modo *dispergentur*? qui enim semel perient; dispergi non potest, debuitque potiùs dici, *ecce*

m Matth.25.32.

dispergentur, & per eum. Respondet, in bonã partem interpretans, de ipso sensum istum. Inimici tui Domine, peribunt, cũ omnia tibi subiecta fuerint, omnis qui inimicus tuus fuerit, postea efficietur amicus, hoc est, non peribit homo, sed peribit inimicus: qui inimicus fuit, amicus erit, & sic peribit inimicus, denique dispertionem vult esse improbis, quia contentus permotosus, ita enim & ædificatoribus Babel dispertionem[a] profuisse. Planior sensus de *dispersione*, vt idem valet quod *interitus*, & velut in partes diiectio. Si quis de æterna damnatione locum hunc accipiat, omnes qui operantur iniquitatem, ea mouendos intelligat cum Beda, de iis, qui perseuerant, in opere iniquitatis. *Filios operarios iniquitatis iubebit Dominus discedere à se*[b], *& maledictos ire in ignem æternum*[c]: *ruina impiorum erunt, & dispergentur à facie terræ*[d]; *dispertiet eos Dominus, qui auertuntur de post tergum eius, & illum non exquisierunt, nec inuestigauerunt eum*[e]. Caietanus in *pereunt* verbo pœnam sensus attendit, damni autem in verbo *dispergendi*, seu *separandi*. Applicant Hugo, & Valentia ad eos, qui operati sunt insignem illam iniquitatem, vt Creatorem suum ad mortem persequerentur, dispersi verò sunt per Titum, & Vespasianum in vniuersum mundum. Bis inimici Christo fuerunt, & in vita, & post mortem, siue bene ipsis faceret, siue reprehenderet siue se hominem iustum, siue probaret Christum, ac verum Deum.

a Gen. 11. 1. & seq.

b Mat. 7. 23. c cap. 25. 41. d Sopho. 1. 3.

e vers. 6.

Vers. 11] Et exaltabitur sicut vnicornis cornu meum: & senectus mea in misericordia vberi.

Sensus lect.

PErficit cœptam apostrophen cum Deo, aitque illi, quod inimici quidem eius, ac sui, *quoniam qui oderunt Deum, oderit, & super inimicos eius tabescat, perfecto odio persequatur, & inimici facti sint sibi*[f], *Peribunt, & dispergentur, qui operantur iniquitatem*; è contrario autem fiet, vt per diuinam potentiam, atque beneficentiam, sua ipsius dignitas, & honor, potestas, robur exaltetur, & confirmetur, de se ipso loquens in reliquorum persona iustorum, ad similitudinem *cornu vnicornis*, quod cornu laudatissimum est à longitudine, & fortitudine. Præterea pollicetur sibi ab eodem Deo longæuitatem, extremámque senecturem cum copiosa misericordia eiusdem Dei, quæ tamquam oleum præpingue, ac salutiferum, reddat corpus, quod ex se alioqui victum euaderet, exangue, ac sine succo esset, defloresceret, marcesceret, deficeret, exaresceret, magis succulentum, & viuifico quodam vigore reuiuiscens; florens, vigens, vegetum, viride, robustum, bilarè, atque iucundè vltimum illud vitæ tẽpus agat; vel opponit breui, momentaneæque impiorũ felicitati cũ *Fœno* comparatæ, quod vix effloruit, cũ aruit, & decidit, felicitatẽ suam, quæ virentis instar habeat arboris oleiferæ, oleaginàque materia constantis siue olea sit, siue pinus, siue laurus, siue qua alia. Mystice *vnicornis cornu* Christus est, vt sæpe vidimus, quod producendum prædixit Dauid[g], quia de carne natus, carnẽ excessit, carnales motus nõ habuit, in cruce, cuius figuram habet illud cornu, ventilauit, atq; dilacerat inimicos, demolitur gloria exaltatus, penitus disperdet, cũ ad iudicium venerit. Ecclesia ité oleo Christi, gratiæque ipsius, in ipsamet senectute non senescit, sed viget venerabili quodam candore tanquam canitie illustrium meritorum prædita, ac demum suos oleo exultationis æternę post extremum vitæ, tanquam senio confectos impinguans.

f psl. 138. 22.

Vnicornis cornu mystice Christus est.

g psl. 91. 11.

Et exaltabitur sicut vnicornis cornu meũ.] Hieronymus, *quasi monocerotis*. Chaldæus, *exaltabitur autem quasi naricornis fortitudine meum*. Quid sit *monocerotis* רְאֵם *reem vnicornis*, quidque differat à *vnicorne*, seu *naricorne*, docuimus alibi satis accuratè, & quo pacto mystice sumi soleat in scriptura. Beda aliq; post Augustinum hoc loco attendunt in vnicornu eum, qui maluit nunc *singulariter esse in cœlo*, quã multipliciter in re, & vult esse intra vnitatẽ Ecclesiæ, cui corona debetur, nõ schismati. Innuit idẽ Basilius, ac Theodoretus perperatis alumnos vnũ Deum adorãtes. Dionysius Rickelius interpretatur dominiũ rationis cum gratia Dei, contra passionum, tentationũ, persecutionum incursus, & post resurrectionẽ, vt numquam aduersus spiritum caro cõcupiscat. Hugo Card. exponit de egregio prædicatore, qui priùs ferox persecutor erat, vt ex Saulo Paulus. Euthymius, & Nicephorus, & Latini multi de Christo in iudicio potentiæ suæ cornu impios derecturo explicant. Quidam[b] de futura gloria, quæ vnica erit, nec ei extraneus immiscebitur, sicut huius vitæ gloria in omni sua specie, gradúque, tum bonis, tum malis communis est.

a Afflictio explicatur.

a psl. 4. 10.

b Iansenius.

Et senectus mea in misericordia vberi.] Hieron. *& senecta mea in oleo vberi*. Alij, *cõspergar oleo viridi*, seu *recenti, delibutus ero oleo fragrãti, aut vnguento pretiosissimo conspersi, aut misceus me, sapiúsve oleo viridi*, vel *senium meum pro succo vireret*, Caietanus, *mixtura mea in oleo recenti*. Chaldæè, *vnxisti me oleo recenti oliuæ frondosæ*. Hebræa sic se habent רַעֲנָן בְּלֹחִי בְּשֶׁמֶן *ballothi beschemen rahhanan*. A verbo בָּלַל *balal confundere, & misrere esse potest*, verbum ité primæ personæ בְּלֹחִי *ballothi misceus*, seu *conspersi*; & vertendo præteriti significationem in futur: vt sæpe solet, *miscebo, conspergã*. Oportet Caietanum ab eadẽ radice à suo Rabbino eductum legi hoc loco nomẽ debere cum affixo בְּלֹחָי *ballothi* sed huiusmodi nomen nõ extat. Credi debet Lxx. à themate בָּלָה *veterascere* lectum בְּלֹתִי *ballothi* in piel cum affixo primæ personæ, & vsurpauisse verbũ pro nomine, *veteratiere meũ* id est, *vetustas*, siue *senectus mea*. Nã nullũ tale nomen reperitur, nec cũ daghes notari deberet. Reliqua duo vocabula Hebræa facilia sunt שֶׁמֶן *scemen* pro *oleo, vnguento, pinguedine* tã naturali, quam condita, & רַעֲנָן *rahhanan* pro *viridi*, seu *virẽte*, & vertitur etiam *fructifera*[d], *florente*[e]. Quare *oleum* hoc loco significatur *virens*, & *florens, quod est recens, aut non tam vetustate obsoleuit, marcuitve, sed retinet quasi florem pinguedinis, quamuis nõ sit omnino recens frondẽsve oliuæ*, vt Paraphrastes exponebat. In emẽdatis Græcis bibliis est ἐν ἐλαίῳ *in misericordia* cùm passim alia, necnon enarratores Græci legãt ἐν ἐλαίῳ *in oleo*. Symmachus etiã vertit ὡς θαλλοῦσα μυρίκη ἐλαίᾳ ἐυθαλεῖ, *vetustas mea sicut oliua virẽs*, aut *virens*, ita vt *oliuam*, seu *oleæ arborem* significari voluerint per *oleũ*, dicíque, similem arbori oleæ *senectutem*, quemadmodũ in alio psalmo[f] dicitur, *quis sicut oliua fructifera* ὡς ἐλαία καρποφόρος & רַעֲנָן זַיִת *rahhanan*. Hoc modo *senectus viridis* diceretur nõ quã foueret, & exhilararet oleum, quæ proprietas ei alibi attribuitur, sed quæ vndecunque id esset, cum arboris oleæ viriditate comparetur, quam sequuntur *seruidem senectutem*. Primum rationem sequuntur qui *oleum* retinent, quod tantum significat שֶׁמֶן *scemen* nullo autem modo *oleum*, aliámve similem arborem. Apollinarij ecphratis est,

c Osee 14. 9. d Psal. 1. 3. e Daniel. 4. 1.

f psl. 51. 10.

g psl. 107. 10.

καὶ πιαθείη ἐλαίῳ παλαιῷ ὁσία πίων γ ἔρρωται ἰλαία
Et cana floreat in pingui senectius oleo.

Scholion etiam, quo vtuntur vti Euthymius, & Nicephorus; asserit quod secundum Lxx. voluit Prosphera dicere εἰς τὸ ἔλαιον πιαθήσομαι τῇ θριμμάτι *quasi oleo quodam impinguabor voluptate*, aut *eam tradam in luxuriate, florebo, frenetutique deponam*; Et *oleum etenim iam imitabor*, inquit Basilius, ac Theodoretus iuxta versionem Symmachi, & secundum Lxx. quasi *oleum*, sic animi iucunditate vbertim florebo. Quo pacto indicant *oleum* sumi pro *olea*. Hanc significat ἔλαιον, *oleum* vero τὸ ἔλαιον. Sed *oleum* retinendum debet, si Hebraæ editionis rationem habeamus, quia nomen Hebraũ, vt dixi, tantum id significat, & non *arborem*. In vetere Psalterio, & apud Augustinum legitur in *misericordia pingui*, quod idem valet ac *vbere*. Videtur creditus Hieronymus legisse, *in oleo vbere*, vel Lxx. figuratè *oleum* pro *misericordia* interpretati sunt: vel si reuera posuerunt *oleum* ἔλαιον, Latinus interpres tamen in aliquo codice reperit ἔλεος, & *misericordiam* vertit, vel eandem figuratam orationem agnouit, vt esset ἔλαιον, id est, *oleum* pro ἔλεος, hoc est, *misericordia*. Nec admitti debet in eo lapsus vllus, quem concedit Valenius. Typus misericordiæ oleum est, vel parabola testè de decem virginibus [a], vt plurimi exponunt. Misericordiæ autem non vulgarem deputat Propheta ætatem per se grauem, & malam, agere posse leuiter, hilariter, fortiter: denique *crudam, & viridem senectutem* [b] *traducere*, seu *floridam*, & viuacem quam & ὑγιᾶ vocant, ac ἀεὶ ὡμογεράσκουσαν similem, qualis fuit Mosis [c], & in nouo testamento Antonij, Or Abbatis [d]; Pauli Concordiensis [e]. Scitum porro illud senis Pollionis Romuli centenario maioris responsum Augusto datum, quęrenti quinam maximè ratione vitam tandiu produxisset, ac vigorem illum animi corporisque custodisset, *inuncto, foris oleo*. Simile quid prodirum de Democrito interrogato τίνα ἂν ἄνδρα τις καταφρονήσειε γήρᾳ ἐπιόντα εἰ τύχοι νοσεῖν, *quo modo sine morbis & longæuus fieret* [f]. At eodem impensarum reddere rationem Epaminondas oleri multitudinem tulit permolestè, non ob impendij magnitudinem, sed quod tantum oleum intra corpus recepisset [g]. Nec mirum autem nonnullis posse *cornua* allidere *voluerit*; præter insigne dignitatis, ac potentiæ, ad *cornu eius* in quo condebatur oleum ad reges etiam inungendos [h]. *Misericordiam vbere senectutis concedendam* intelligit, vt eam ætatem sel cite transigat nec in senecta, & senio, eumque deficere solet virtus, *derelinquatur à Deo* [i]. *Rursus* ait ille, *fatuus, idemque senex* [k]. Multicè nouissima in lęcitia erunt, postquam transierint priores veluti ætates totius temporis, in quo primum labores, ærumnas, vigilias, famem, sitim, scandala, pressuras, vt loquitur Augustinus, & vt ait Beda, postquam abierit tota quasi iuuentus præsentis vitæ, quæ quædam innouatio est ad illam beatitudinem, vbi erimus tamquam senes reuerendi, & honorandi, non amplius vberi despectus; nec misericordia secundum te, quia desinet spes cernique veritas, & complementum promissionis atq; misericordiæ: capillus velut albus, vt obtineat Augustinus, Cassiodorus, Remigius, absque ingredine peruersorum morum. Vel *senectus* designet nouissimum tempus legis Euangelicæ, vt ait Gloss. in quo *vber, & copiosa misericordia est, oleumque pingue* Ciuitatis Eiusdem legi, nec non Ecclesiæ commendatio *inuentutis*, propter vigorem, feruoremque fidei, quæ per dilectionem operatur, & *sine fructu* propter numerum temporum, quia venit Christus ætate sexta, vt docet idem Augustinus [l]. Addit Aquinas [m] alacritatem iuuentutis, & senectutis grauitatem, quam in commentario quoque Bruno Carthusianus exprimit. Huc faciunt etiam bonæ senum conditiones, quas ex Aristotele Augustinus peritus, applicat Ecclesiæ, præsertim quo remissas habeant concupiscentias, & in agendo non sint præcipites, ac nimij, sed moderati. Putatus Hieronymus multa hoc loco disserit de *oleo vberive, ac pingui misericordiæ*, hoc oleo agere senectutem nostram, vt reficiatur, ac splendeat; ex Olivueti monte ascendisse Christum, quia nisi nobis, & lampadibus nostris oleum misericordiæ, non poterimus ascendere regna cœlorum: debere *nos in domo Domini esse sicut olivas fructiferas* [c]: Et *sicut oculos ancillæ olivarum in circuitu manus dominæ* [d], cauere autem *ne oleum peccatoris* ex valle, non ex monte, *impinguet caput nostrum* [e]: primum in scriptura nominatum *senem* Abraham [f], ætate licet minorem multis prioribus; quoniam *senectus* ipsius iuncta fuit *oleo vberi*; vt pote quæ etiam *bona* appellatur, & ipse *plenus dierum* [g], quia omne tempus vitæ eius *dies* fuerunt, & non *nox*: postremo simile quid scribit de Isaac, & Iacob: quoniam qui simul seruierunt Domino, recte simul *senes Domini* nuncupantur. Vult etiam Hugo minui debere senes esse misericordes, vt quo minus viæ, plus aliis dent, minus viatici sibi retineant [h]: vt tanquam in fine nundinarum, quantum possunt emant mercium, quas deferant secum: vt velocius nauem, & felicius appellant ad portum: vt ex necessitate virtutem faciant, cum *nihil hinc auferant auferre sicut nihil inuexerunt in hunc mundum* [i]; vt bene collocent, ac distribuant, *nec alienis relinquant diuitias suas* [k]: vt illo quasi *sæculo eleemosynæ* [l], atque viatico, pergant in regionem longinquam: vt in eadem tibi regione *amicos faciant de mammona iniquitatis* [m].

Ad omnia alia, ætate sapimus rectius, ait Comicus [n],

Solum hoc vnum ætas affert sanctius hominibus;
Auaritiosiores sumus ad rem omnes, quam fuimus.

Nonne in studiis tenebris, inquit Augustinus [o], *non tam ad acquirendũ tanto feruentius inardescit, quanto citius relictura est, quod acquirit? imo labi fere dimittit grauioribus enim se curis onerare festinat, cum iam peruenerit quo tendebat: Hanc rectè nominauerit cuius epigrammatario ætatis illius charagma.*

Lusit, & podagra Diodorus, Flaccus laborat,
Sed nil parcono poterit hic charagma esse.

Diogenes dicebat apud Laërtium opportere ad amicos extendere μὴ τὰς χεῖρας ἀλλὰ τοὺς δακτύλους ἵνα μὴ συμπλεκώμεθα ἀγαθοῖς. Lege Gabrielem Paleotum [p]. Solum cuiendum superest, ne in tropologia Bedæ nomen *vberi* subitantiuè capias pro *mamma*, vt nec pro vbertate, atque fœcunditate. Adiectiuum est, synonymum *copioso, fœcundo, fertili, fœraci, abundanti, pingui*, sicut & שמן, & רענן *rabbanan*.

Vers 12.] Et despexit oculos meus inimicos meos, & insurgentibus in me malignantibus audiet auris mea.

DIxerat prius, gaudio exultans, perituros Dei inimicos, *ad dispergendos omnes operantes in-*

quitatem

a Matth 25. 1. & seq.

b Virg. Æn. 6. Tacitus in Agricola.

c Deut. 34. Senum ætas fuit centum viginti annorum. Augusto datum.

d Pallad. c. 1. c. Hieronym.

f Athen lib. 1. c. 14. Rhodig. lib. 1. c. 20.

g Rhodig. sup.

h 1. Reg 16. c. 13. lib. 1. 19.

i psal. 70. 18. Deus non derelinquas me, &c. in senectam

k Senec. in Hercule Oetheo Act.

a 1 retract. c. 19. b 2. q. 182. a. 2. ad 1.

c psal. 51. 10.

d psal. 127. 3.

e psal. 140. 5.

f Genes. 24. 1.

g ibid.

h Cicero de senectute.

i 1. Tim. 6. 7.

k psal. 48. 11. l Eccles. 12. 5.

m Luc. 16. 9.

n Terent. in Heaut. act. 5. sc. 3.

o ser. 116. de temp. Aurelius Augustinus, quid augustius.

p de bono senectutis lib. 3. cap. 16.

Sensus loci.

quarterem inseruerat mentionem de sua exaltatione in similitudinem *cornu unicornis*, deque felici longo æuo, propter copiosam erga se misericordiam diuinam, instar opimi vnguenti; nunc redit ad eosdem inimicos Dei, appellans *suos*, propter communionem, & concordiam cum voluntate Dei, & amorem studiumque ipsam colendi. Dicit autem quod iam videtur sibi videre oculo suo dictos inimicos ea pati quæ commeruerunt, & quæ iure meritò hostibus optare quispiam posset suis: item de malignè insurgentibus contra se atque persequentibus nuncium peregratum audire, quæ ipsis mala iustissimè contigerint, quamque atrocem aduersus illos tulerit sententiam Deus. Præsentium tamen hostium vltionem oculis spectaturum affirmat, absentium verò auribus acceptaturum, vt non solum de sui temporis improbis, qui eum, & alios persequebantur iustos loqui velit, sed etiam de futuris Ecclesiæ persecutoribus prouideat, atque præmuniat.

Et despexit oculus meus inimicos meos.] Hieronymus, *& respiciet oculus meus eos qui insidiantur mihi.* Sed Treuetus legit, *despicies*, Alij supplentes aliquid, *& videbit oculus meus quod volo in hostibus meis*, seu *insidiantibus mihi*, similis plane phrasis psalmo 53. [a] *super inimicos meos despexit oculus meus.* quamuis verba diuersa sint; pro תַּבִּיט *thabbeth* רָאָתָה *raathah*, & pro שָׁמְעוּ *shamnah* שָׁמְעָה *shamnai*, pro ἀκούσεται autem ἤκουσεν: quamuis in emendatis hic quoq; sit ἤκουσεν, pro quo Symmachus ac Theodotio ἀκούσεται in futuro, quod propter ratiocinationis certitudinem in præterito dici ab aliis notant Basilius, Theodoretus, Euthymius. Hoc loco alia Latina psalteria, & Augustinus, atque Cassiodorus habent, *respexit*. *Despicere*, aut *respicere in inimicos* cum ista præpositione, quæ in textu Hebræo, & Græco est, significat *cum despicientia, contemptu insultatione quadam videre in illis pœnas à vindicta diuina profectas* quem vocat Apollinarius πενθήμοχθον αὖτον *laboriosum fletum*. Adde despici præterea impiorum prosperitatem à iusto. Istam visionem accipiunt aliqui, vt Cassiodorus, in iudicio, quādo Christus irato vultu aspiciet constituto ad sinistram. Generalis sententia comprehendit omnes, etiam præsentis tēporis inimicos nostros, qui sunt inimici nostri, quia Dei. Hos despicere debemus, vt sunt tales, & *ad nihilum redacti debent in conspectu nostro maligni* [b], & *super eos tabescere, ac perfecto odio odisse* [c], id est, maximo, & quatenus recta dictat ratio. Eorumdem quoque non ratò in hoc ipso tempore infelicem exitum iusti suisinet cernunt oculis, diuinaque iudicia super illis celebrant, exosculantur, venerantur. Accommodat Hugo ad senectam proxime ante memoratam, vt propter vberem Dei misericordiam in ipso vitæ vltimo articulo, cum ingruet hostis diabolus, despiciatur à iusto, sicut despexit eum Martinus, & alij sancti, oculis videntes auxiliatorem Christum, aut alios cælites, tum angelos, tum homines. Præterea explicat de oculo spirituali, qui latitantes dæmonum, tentationum, vitiorum insidias deprehendens, ac detegens despicit.

Et insurgentibus in me malignantibus audiet auris mea.] Hieronymus, *& de his qui consurgunt aduersum me malignantibus*, &c. Alij, *& in insurgentes aduersus me malignantes*, & poliùs esse sensus, audient aures meæ, esse qui maligentur, siue malis afficiant, maleque tractent illos, qui aduersas me intrigant. Prior simplicior est, quem ita Paraphrastes cum priore membro expressit, *& inuitus est oculus meus in interitum molestantium me. & insurgentes contra me ad malè agendum, audiens aures mea vocem contractionum eorum.* In Psalterio Romano, & Ambrosiano, & apud Cassiodorum, *& insurgentes in me malignantes audiunt aures mea*; In veteri psalterio, apudque Augustinum, *& in eis qui insurgunt in me malignantibus, audiet aures mea*, ad quæ biblia editionis nostræ, cum mendo omittunt præpositionem, legentes, *& insurgentibus in me* &c. vt ideireo aliqui enarratorum subaudiant, *de*, vel *ab*, vel quid tale. Haimo legit, *ab insurgentibus.* Supplendum quid sit illud, quod se auditurum dicit. Quidam putant esse quod sequitur, *nullus vt psalmus sonabit*, & quidē Iansonius innuit, quasi vocem illam diuinitus allatam auditurum se Propheta significet: Treuetus tanquam aduersariorum ipsorum, non valentium se continere, quin prorumpant in eam, consiferentes iusti prosperitatem: Bruno, Beda, Remigius, & Haimo consentiunt, id quod sequitur esse, quod audiendum dicitur, interna Dei inspiratione: Plures malunt, & infaustum nuncium de calamitatibus improborum, quo lætetur iustus ex iustitiæ amore, zeloque; & idem est diuinum in eos fulmen iratæ tentētiæ, quam aliqui cum Augustino de illa intelligunt, quam Christus pronunciabit (*Discedite* [a] *maledicti in ignem*, &c. *A qua auditione mala iustus non timebit* [b]. Aliter Hugo de iusto, qui audiens, non contradicat calumnijs improborum: vel in agone demonibus aduersantibus audiat *contra* [c] *in gaudium Domini tui*: vel surda, quod aiunt, aure, quæ audit ab aduersarijs non exaudiat, sed negligit. Sed respue, sicut alias monui, parum aptam hic ab Aiguano repetitam etymologiam, vocabuli *malignantes*, seu *maligni*, à *malo igne*, & *benigni* à *bono*; diaboli esse *malum*; Christi *bonum*. Qui legunt, *insurgentes in me malignantes audiuit auris mea* explicant de maledictis auditis, quæ proferrent hi, qui insurgebant, & maligna tabantur. Cassiodorus autem quod audientur hi ipsi in iudicio seiptos damnantes; *Quid nobis* [d] *profuit superbia, aut quid diuitiarum iactantia contulit nobis?* &. At sensus editionis nostræ est, *vt audire insurgentibus in malignantibus*, sit audire illos, quemadmodum *despicere*, vel *respicere oculum in inimicos* sicut verti Latinè potuit, sequendo editionem Hebræam, & Græcam, est *inimicos respicere*, seu *respicere*. Audire autem illos, subintelligi debet, audire quod in ærumnas inciderint, maneroque tali lætari.

ὀφθεὶς δὲ ἐνεστῶσι τοῖς ἐχθροῖς μου
acerbus autem hostium meorum labor manet is.

Emphasin habet ac vim *videre oculo, audire aure, videre*, aut *respicere*, seu *despicere in inimicis*, *audire in insurgentibus.* Expressio mirum in modum sensus propriorum valet ad certitudinē, & quandam etiam voluptatem; hanc quoque denotat præteritionis Hebræum quo *videre*, & *audire* cum præpositione, idem sæpe valet, atque simpliciter in accusandi casu. Videtur Ephrem [e] observare eos, qui ἐνίστασθαι *insurgunt*, & *malitia excellunt*, solere quoque ὀχληρούς *molestos alios esse*, ac *improbos*.

Vers. 13.] Iustus vt palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur.

QVod de se ipso dixerat, deque diuinis erga se beneficijs, vt & ipse in Deo exultaret, ac

[a] vers. 9.

[b] psal. 144.

[c] psal. 138.

[d] Sap. 5.8.

[e] com. in Ser. de malitia 1. 2. p. 33.

Sensus accommodatissimus.

Sensus Ioan.

In agnita

A

B

C

D

E

uatáque diuinitus palma, vnde præcinit Christo rami fuerant vsque ad ætatem Cyrilli Ierosolymitani, vt idemmet [a] testatur: & ritus coronandi Imperatricem Orientis cum ramo palmæ aureo quod ἄξιον dicitur [b]. Faciunt eodem sculpturæ in templi Salomonici parietibus palmæ cum Cherubin [c], quoniam in cœlesti templo victores replebuntur scientia, immo visione Domini. Apponi hic non incommodè possit emblema ex Alciato [d].

Nititur in pondus palma, & consurgit in arcum
Quo magis, & premitur, hoc magè tollit onus.
Feri & odoratas, bellaria dulcia, glandes,
Queis mensas inter primus habetur honos.
I, puer, & reptans vanis has colligementis
Qui conflictatus erit, præmia digna feret.

Dicebat Agatha tyranno, nisi diligenter feceris corpus meum à carnificibus attrectari, non poterit anima mea in paradisum cum palma martyrij. Accedat palmata vestis, seu toga, cui erat intexta palma, dabatúrque triumphantibus, de qua, citatis aliis, noster Raderus ad Martialem [e].

Palmata & ducem, sed esto redde togæ.

Et Sidonius [f].

Post palmam palmata venit. Licet Festus aliunde deriuet.

Vis cóparationis maximè in palmę flotēdi modo consistit, cuius initia multis politeū corticibus deformia, aspera, hispida, intractabilia, trúcis iá fere integer nullo foliorum præditus ornatu; sed floret tandem, fructificatque, ac in fine, & in cacumine multiplicatur nimis. Sic enim iusto contingit, vt quod Iob [g] dicebat, *quamuis priora illius parua sint* (adde molesta,) *nouissima multiplicentur nimis.* Tardè proficit palmæ, inquit Gregorius, & Euchetius, sed diu in viriditate persistit, quia Ecclesia, & quiuis iustus cum multis difficultatibus ad fidei, & perfectionis statum venit: infernus est despectus, supernus pulcher: in inferioribus, ac terrenis est debilis, fortis in cœlestibus; contra quàm accidat improbo, qui prò Deo nihil, pro leui lucro tolerat difficilia quæque. Sedeamus sub palma crucis, sicut Debora [h], & cum sponsa *ascendamus in eam, apprehendamusque fructus eius* [i]. Non simus contenti pictura palmarum, id est, operibus tantum externis, sed gestemus palmas solidæ charitatis. vt admonet Gregorius [k], seu palmas celatas habeamus, non pictas duntaxat, de quibus Ezechiel [l]. Nyssenus in vita Gregorij Thaumaturgi, cum laudat prolato hoc testimonio. *Nam ista hæc arbor*, inquit, *perfecta cacuminis crepidine eterna surgit, & excrescit, crescitque per proceritatis incremento, nullum in latitudinem additamentum a tempore accepit: sic enim ille à prima germinatione florum electione vitæ instituis plurimum perfectus exortus, & excelsis comantis frondibus.* Paulum primum eiusmodi iustissimum virum floruisse vt palmam dubitari nequit, qui non modo, quod alij fecerunt anachoretæ, vt inter palmas morarentur, & palmarum veri fructu delectabatur, vt potè palmarum, & victoriæ, sed de palmæ foliis contexta sibi, & in sportarum modum tunicam induebat, longè palmata pretiosiorem toga, quam tanti Antonius fecit, vt non nisi diebus solemnibus, & quasi victorialibus Paschæ, & Pentecostes eadem veritus [m] incederet.

Sicut cedrus Libani multiplicabitur.] Alij, *crescet, diffundet se, eminebit, frondescet.* כארז ישגה. De *Libano*, & *cedro*, Libanique cedris actum satis alibi.

Hæc arbor ob procerita tē *arduæ* cognominatur [a], & ὑψίκομος [b] ἄγαλμα, arbor magna, ab odore odorata [c] imputribilis est, atque illius oleo immersum teres immunis à carie, tineisque [d]; ita vt codices fuscis libri Numæ, quingentis triginta quinque annis infossi perdurauerint [e]; ex eodem ligno arca fœderis confecta erat, templumque petorum tum, vt & simulachra Deorum facta [f]. Hinc a lignum digna cedro, de his quæ digna sunt immortalitate, posteritatique conseruandi memorantur. Legendus adagiographus; & P. Alexādrum Neapolitanum [g] Tiraquellus, atque Pierius [h], & Vitruuius [i]. Aponius [k] autem *cedri* & *palmæ* sic ostentatæ scribit esse virtutis, vt diuersa corporum membra faneat, vermes vlcerum necent, à muscarum aculeis peruncta corpora defendant, earum naturam semper crescere, nec aliquando finire in senectam: sic mu tipliceri animas iustorum, operum sanctorū fructibus, & sucecum sermonis, vel cōsolationis eorum ab aculeis demonum defendere, adhibitam olim iob dictorum sacrorum consuetudinis vulnera sanare, nequissimarum cogitationum vermes interimere. *Vtinam Deus multiplicando gentem magnificet lætitiam* [l]; *augeat qui salui fiant quotidie in vltionem* [m], *multiplicet incrementa frugum iustitiæ ipsorum* [n].

Vers. 14.] Plantati in domo Domini, in atriis domus Dei nostri florebunt.

A Singulari numero transit ad pluralē, significans de vno cum loquerētur iusto, de multis intellexisse. Ait verò iustos cum nobilibus palmæ, cedrique arboribus meritò comparatos, qui non facilè sicut impij euellantur, sed in cœtu Deū colentium, ac veluti intra templi atria ornēt domum Dei, longam in floribus, & fructibus bonorum operum vitam proferentes, quibus Deus ipse plurimùm celebretur, & honoretur, præsertim in templo tanquam in solo pingui, & fœcundo; donec ex hac in melioris substantiæ non manu factam domum transplantati, numquam deinceps dimouentur, sed felici floreant virore per omnem æternitatem. Domum Dei frequentantes assiduè potissimum Leuitæ, & sacerdotes; & alij religiosus populus, videbantur ibi quod commodo plantati. Allegoricè Gens Iesé iteriū tolo nitore virtutiæ, ad pinguem Ecclesiæ agrum translati videntur, vbi vigent, ac florent, propter vitalem cœlestis gratiæ iucundum, & radicationem, atque fundationem in charitate [o]. Quod potissimum præcipuè æstimatis contumat; quorum fixa, bene firmata, immobilis electio est, atque ex hac militantis Ecclesiæ domo, in triumphantis atria immigrabunt. Allusio vt dein potest esse ad ornamenta templi, quæ non minore sui parte cōstabant, vel ex figuris palmarum pictarum, & cælatarum, vel ex cedrina materie non pauca, & erant palmæ, aliæque arbores tanta expressę subtilitate artis, vt agitari quodammodo conferentur ad aëris motum, copiosoque fructu veluti graui onustæ pondere deprimi. Sic quondam Veneris æde & Floræ, ac Proserpinæ propter earum teneritudinem gentiles opere Corinthio gracilioribus floribus, & solis ornabant.

Cæterum Hieronymus attingit quam dixi seu allegoriam, seu anagogiam, quæ Cassio lori etiam est, de piè defunctis contra Pelagianos [p]. Plantati in domo Domini, inquit, in Ecclesia cōfirmati, se Iesu nō ita præcisarum, sed in futuro in atriis Domini florebūt, vbi est certa, & secura possi-

sessio

sessio. Sed alibi [a] absolutè interpretatur de habitatione intra Ecclesias saltem per pœnitentiam si nimirum gratiæ post baptismum, facta iactura sit. Hortus, quo delectatur sponsus, non est vilium olerum, & herbarum; quem impius Achab facere sibi voluit ex vinea Naboth [b] iusti; sed emissiones, seu plantas requirit malorum punicorum, cum pomorum fructibus [c].

Plantati in domo Domini.] Hieronymus (transplantari) sic etiam Græcè aliqui μετατοπισθέντες; quemadmodum, & psalmo primo *lignum transplantatum*, quidam legunt, pro, *plantatum*. Innuit transplantario mutationem ex malo in statum bonum; qualis gentilium ad Ecclesiam vocatorum: plantatio, quod cultor sit Deus, & agricola, nos agricultura Dei [d]: licet & ministerio vtens hominis plantantis, vt & rigantis, ipse solus incrementum det, respectuque ipsius alij nihil sint: *domus Domini*, vel Ecclesia est præsentis temporis, vt plures accipiunt, vel templum, vt Basilius, ac Theodoretus: vel scripturæ, vt Euthymius: vel ordo religiosus, vt Hugo. *Omnis plantatio, quam non plantat Pater, eradicatur* [e]. Numero sunt nonnulli, non merito, intra Ecclesiam, nec habentes humorem exarescunt, & recedunt [f]; aut non tam plantati, quam exterius in morem pali, fixi; vt pote *non in charitate radicati, & fundati* [g]. Ideo de prædestinatis retuli prius quorumdam expositionem. Vulgari phrasi sedulo alicubi manentem, vel frequentantem locum eundem, in eo dicimus videri esse *plantatum*: & certum quasi medij generis animal ζωόφυτον vocant, quod plantam fixione quadam, & inhæsione imitetur. Piorum est frequentare Ecclesias, ac nisi quid obstet, ibi plantari, vt de vidua Anna Lucas scribit [h]: conuenit autem ex officio magis clericis & religiosis.

In atriis domus Dei nostri florebunt.] Hieronymus, *germinabunt*; Idem est Hebræum verbum, quod priore versu מָשַׁל *parach*: Græcum ibi simplex ἀνθεῖν, hic compositum ἐξανθεῖν. Atrium quoddam in templo erat laicorum, aliud Leuitarum; Sacerdotes soli in intimam domum, seu templum admittebantur. Nec tamen rarò idem valent *atria* quod *domus*, ac *templum Dei*. Pro aulis cœlestibus Euthymius accipit, vel pro mandatis diuinis. Rickelius pro cordibus, in quibus habitat Christus per fidem [i]; Hugo pro particularibus Ecclesiis. Priore modo Hieronymus [k], Cassiodorus, Bruno, & alij qui exponunt *florem*, & *fructum*, non præsentis, sed beatæ vitæ, & *atria* indicare initium quasi felicitatis, quando in resurrectione gaudebunt electi, audita sententia illa; *Venite benedicti*, &c. Quod de consummata felicitate etiam secundum id quod ad corpus pertinet intelligi potest, quoniam iustorum animæ libertate omni debito peccati, & pœnæ, consequuntur essentialem, quæ in Dei visione consistit. Is quem vocant Hieronymum significat statum beatitudinis animarum, seu hominum vocari non *domum*, sed *atria*, si comparetur cum angelis, quia respectu eorum erimus sicut in *atrio domus*, non *in domo*, & in perfectione: non erimus angeli, sed quasi angeli: nec hoc parum nobis videri debere, si *erimus sicut angeli* [m]. Idem docet Bruno Carthusianus, dicens, quod plantati hic per virtutem, & bona opera in domo Dei, quæ est Ecclesia, in futuro florebunt in æterna gloria, existentes non in *domo Dei*, id est, in æqualitate angelorum, qui superna domus Dei sunt, sed in *atriis* illius domus Dei nostri, hoc est in affinitate, & minoritate angelorum, quæ per *atrium* designatur: quod cum sit domui vicinum, intignius tamen est, quam *domus*, & minus gloriosum. Quod est, inquit, dicere, sic florebunt, vt cælicis spiritibus sint aliquatenus affines, non tamen vsquequaque similes, & æquales. Confirmat ex ea Christi sententia de Ioanne [a]: *qui minimus est in regno cœlorum, maior est illo*, quod Hieronymus de angelorum minimo dictum affirmet. Non est probabilis opinio: vt nec extrema quod minimus ex hominibus beatis æqualem gloriæ gradum cum angelorum aliquo sit habiturus. Nam vt nihil de Deipara dicatur, quam nefas est ambigere longissimo interuallo superare gloria omnium tum hominum tum angelorum gloriam, fortassis etiam, si horum vtrorumque omnis gloria in vnum cumulum conferatur: Apostolos, Ioannem Baptistam, alios nonnullos magis insignes sanctos non pertingere, imo non etiam vincere gloriam aliquorum angelorum, nulla ratio suadet. Visam narrat Bonauentura [b] vnam in cœlo præ cæteris digniorem sedem pretiosis ornatam lapidibus, & omni gloria refulgentem, eique responsum illam vnius de tuentibus fuisse, humili seruatam Francisco, quam deinde alij luciferi sedem, absque sufficienti ratione, dixerunt. Quamuis autem domus communicatam angelis initio gratiam iuxta naturæ cuiusque differentiam, non magis, proportione seruata, hæc obesse ratio debet, quidquid sit de veritate illius, quæ nihil facit contra excellentiam gratiæ matris Dei, neque idcirco requiritur, vt gratiæ gradus tanti fuerint, ad quos non deceret illos peruenire, qui hominibus dandi essent. Ex alia parte, non adeo conueniens videtur pueris æqualem gratiæ, gloriæque gradum communicari cum aliquo angelorum, cum quilibet angelus meruerit sibi gloriam, & nonnullorum opinione differant omnes specie, & idcirco etiam gratia, gloriâque. Quod autem ex priuilegio Christi, propter assumptionem naturæ humanæ, id concessum sit hominibus, nisi grauior accedat auctoritas, facile affirmari non debet. Certè pueri cur disparem inter se gratiam, gloriámque habeant, siue qui nati in lege naturæ, siue qui in scripta, siue qui in Euangelica, saltem comparati inter se etiam in singulis istis statibus, nulla satis idonea ratio assignari posse videtur. Erunt omnes homines sicut angeli Dei, quod attinet ad abstinentiam coniugij, omnisque actus veneri: de qua re agebat Christus cum Sadducæis, & præterea secundum immortalitatem. Verisimilis Maldonati sententia, quod in regno cœlorum minor, Ioanne Baptista esset maior, id est, quod is qui ad legem Euangelicam pertineret, esset maior, quam qui præcisè ad veterem, ex vi scilicet illius legis. Comparabat namque hæc inter se Christus. Si placet de vero cœlo & angelo interpretari (quod Hieronymus tamen, vt ei Bruno tribuit, non facit,) qui solus quo tempore loquebatur Christus, in regno cœlorum, nempe in cœlo ipso beatus erat angelus minimus, erat Ioanne maior, quia iam coronæ compos, non in acie pugnans, tametsi æstimando gratiæ gradus, plures inesse possint hic adhuc decertâti homini, quam qui sit gloriam adeptus, siue sit an-

[a] in Osee ca. 13.
[b] 3. Reg. 21. 1.
[c] Can. 4. 13.
[d] Ioan. 15. 1. 1. Cor. 3. 9.
[e] Matt. 15. 13.
[f] Luc. 8. 6. 13.
[g] Ephe. 3. 17.
[h] cap. 2. 37.
Atrium duplex in templo.
[i] Ephes. 3. 17.
[k] 2. contr. Pelag.
[l] Matth. 25.
[m] cap. 22. 30. Luc. 20. 35. 36.

gelus, siue homo. Quocirca quod *plantati in Domo Domini Ecclesia præsentis ſancti in atriis domus Dei vbi sedes beatorum, florebunt*, debemus interpretari, ſectando hunc anagogicum ſenſum, quoniam ibi, hoc eſt, in ea domo, atriiſque, quæ idem valent quod domus, & eius ampitudinem, multáſque manſiones, & varios gloriæ gradus denotant, referunt ſuæ veluti agriculturæ, & laborum præteritorum fructum, quidquid ſit de comparatione inter homines, & angelos, qui tamen vnam Eccleſiam componunt. Verum hac de re dixi etiam alibi. Nec refert quod beatitudo cum floribus comparetur. Sunt hi *flores fructus honoris, & honeſtatis*[a]: & *florendi* verbum virorem, vigorem, ſuauitatem, pulchritudinem, recentem ſemper proſperitatem importat: innuit etiam gaudium, fruitionem, fructum ex præcedentibus quaſi floribus meritorum. Hoc eſt germinare quaſi lilium, erumpere radicem vt Libani, *ire ramos, eſſe quaſi oliua gloriam, odorem, vt Libani*[b], quaſi roſam plantatam ſuper riuos aquarum fructificare: *florere flores quaſi lilium, dare odorem, frondere in gratiam*[c]. Denique quarumdam plantarum fructus non alius quam flos, & coronæ texuntur ex floribus.

Senſus anagogicus.

a Eccl. 24.23.

b Oſea 14.8.

c Eccl. 39.19.

Verſ. 15.] Adhuc multiplicabuntur in ſenecta vberi, & bene patientes erunt.

Verſ. 16.] Vt annuncient,

Quoniam rectus Dominus Deus noſter, & non eſt iniquitas in eo.

Senſus lucidus.

NOn ſolum pollicetur iuſtis Propheta floridum proſperitatis in domo Domini, & in atriis eius ſtatum, vt celebrare ipſis templum hilatiter, & feſtiuè liceat, verum etiam quod de ſeipſo dixerat verſu nono, vt ad viridem ſenectam perueniant felicitèr percurrentes vitæ ſpatium, aut ſi contigerit in ætate iuuenili vexari, tamen in ipſa extrema concedatur renouari *vt aquilæ iuuentutem ipſius*[d], vtque quamuis ſenes, viuido, ac valido prædiri corpore, procreare liberos queant, quod tanti populus ille faciebat, ac in eodem corpore firmo, robuſto, vegeto annunciare valeant, quam longè aberrent, qui propterea iniuſtitiæ accuſent Deum, eiuſque pronuncient iudicia iniqua, diciténtque vel minimè prouidum, vel in ſua falli prouidentia, quod interdum animaduertant prius res malè cedere, è contrario improbis bene. Hoc, inquam, eſt quod libera oratione ſic à Deo bene habiti, tractat quæ iuſti aſſeuerabunt, non propterea confitentes, quia *bene ille ſuis Deum*[e], ſed pro veritate aduersus tam pernicioſum errorem, quem retexit Deus ipſe hac etiam ratione, quod ipſe Deus ſit rectus, iuſtus, ab quo vlla iniquitate Vulgaris applicatio ad Eccleſiam eo modo quem diximus verſu nono, vt multa propagetur proles operâ prædicatorum, qui ſummo animi, corporiſque vigore, & patientia ſumma bene affecti, ac diti, olim ſecundum corpus & animum, ſed maximè ſecundum animum, ſuum id munus exequantur: & in ſe experti iuſtitiam, & bonitatem Dei, tanquam ex abundantia cordis eam in alios eructent. Hugo, & alij *ſenectam* Eccleſiæ ſumunt, quo plus illa longius procedat tempore verſus mundi finem, vt numerus magis creſcat fidelium potiſſimum prædeſtinatorum, & reliquiæ Iſraël ſaluæ fiant. Quidam, vt Beda, *multiplicationem* interpretantur de multiplici fructu beatitudinis, ob duplicem ſtolam animæ, corporiſque, ita vt ipſamet beatitudo nomine deſcribatur *ſenectæ vberis*, vt nono verſu declaratum eſt. Conſentit verò finis principio, vbi dicebatur bonum eſſe confiteri, & pſallere ad annuntiandum miſericordiam, & veritatem Dei

Adhuc multiplicabuntur.] Hieronymus, *fructificabunt*. Alij, *germinabunt, floreſcent*, &c. Idem verbum Latinum fuit verſu 13. & Græcum ἀναθηλῆσαι: ſed Hebræum ibi נָצַץ *parach*, ſicut in verſu 8. & 14. vbi Latinè *exoriri*. & *florere*, Græcè ἀνατεῖλαι, & ἐξανθῆσαι, hic autem נוב *nub germinare, fructificare, producere, propagare, augeſcere in morem herbæ, affluere opibus*, &c. Paraphraſtes explicat, *adhuc veluti patres eorum procreabunt filios*. In tranſlatione Theodotionis, & Symmachi apud Baſilium, Theodoretum, Euthymium ἔτι καρποφορήσουσι, *adhuc fructificabunt*: in Aquilæ ἔτι γονιματτίζοντες *adhuc germinantes*: in V. editionis ἔτι γονιματτήσουσι *adhuc germinabunt*. In emendatis Sixtinis pro ἔτι, eſt τότε, *tunc*, pro *adhuc*. Per *multiplicationem* prolificatio intelligitur, & corporalis, & ſpiritualis, hæc verò ſecundum multos Eccleſiæ filios, aut ſecundum cuiuſque iuſti multiplicationem operum bonorum, & meritorum.

In ſenecta vberi.] Iuxta vim textus Hebræi, poſterior dictio deberet eſſe nomen plurale iungendum cum ſequenti, & non epithetum *ſenectæ*, ſicut erat verſu vndecimo, *miſericordiæ* aut *olei* nomen רַעֲנָן *rabhanan*. Huius loci nomen eſt דְּשֵׁנִים *deſcenum*, ſignificans *pingues*, vt vertit etiam Hieronymus poſt Aquilam, Symmachum, Theodotionem, qui πίονας: ſed pro, ἐν γήρᾳ, Aquila, ἐν φολιᾷ in canicie; Theodotio γηροβοσίαις *ſeneſcentes*, quod etiam Symmacho tribuit Baſilius, & Theodoretus. Idem ſenſus: & tam prius declaratum quid ſit *ſenecta vber, pinguiſve*, aut *in miſericordia*, ſeu *in oleo vberi*, & *pingui*. Felix ſenectus vbertate, ac pinguedine meritorum prædita, multiſque bonorum ditata fructibus operum. Sed & ille felix ſenex, qui quod in priore non eſt aſſecutus ætate, contendit, vel in poſtrema obtinere. Etiam vndecima vocatis horis denarius redditur[a], & fit interdum, vt gnauiter, ſtrenuéque collaborando, plus promouerit breui tempore ſenex, quam diuturno ignauus, lentúſque etiam pæne à puero in opere Domini occupatus. Senum ætas, inquit Hieronymus[b], victima morti, maturáque ſententiæ, magis timorem, & cultum ſuſcipit Dei. Commode dici de ſenibus poteſt[c]; *multiplicate ſunt infirmitates eorum, poſtea ac ei ruerunt*. Poteſt vt iuuenta ſenescere moribus, ſic ſenectus virere operibus, inquit Ambroſius[d]. Sera licet, non contumelioſa, quod Symmachus[e] tamen dixit, emendatio ſenectutis, nec vnquam ſerò ſapitur, vt Phrygibus obiectum eſt. Pœnitẽtia promittit animæ tuæ, ait Baſilius[f], veluti noui germinis renouationem, vt ſine marre renaſcatis, ſenioque confectus iuuenéſcas, répueraſcas, ad verum iuuentutis florem redeas. Quod Salomon ſcribit[g], *adoleſcens iuxta viam ſuam, etiam cum ſenuerit, non recedet ab ea*, Salomus[h] Viennenſis monet non hoc fieri poſſe negare, vt inſpirante diuina gratia plurimi in ſenectute conuertantur

a Matth. 20. 6. 8.

Senum ætas victima mortis, magis timorem & cultum Dei ſuſcipit.

b in Ioelem. c. 1. pſ. 15. 4.

d lib. 3. conſt. in vlt. edit. Roma erecte ad imperatorem ſcribens rurſus circa Deum ſeruandæ fortitudinis. 4. de pœnit.

g Prou. 22. 6.

h ibid.

à vitiis, quæ habuerunt in adolescentia, sed frequentiùs contingere solere, vt mores quos homo didicit in adolescentia, non eos mutet in senectute.

Et bene patientes erunt.] Hieronymus, *& frondentes erunt*, hoc valet רעננים *rabbanannim*, vel *virides*, *florentes*; & similia, prout in alio versu dictum est, vbi erat epithetum *uberis*, aut *pinguis*. Symmachus transtulit καὶ εὐθαλεῖς ἔσονται, *& bene germinantes erunt*, seu *bene frondes*. Videntur Græci de summis bonis interpretari, quibus afficientur iusti in futura vita, ibique inter se laudes diuinas concelebrabunt, quæ sequenti membro indicantur. Potest exponi de hac etiam vita, sicque passim Latini explicant. *Bene pati* ad annunciandum, plures ex his de laboribus, atque persecutionibus intelligunt, quas libenter, & hilariter prædicatores pati ellent. Fauet Gregorius [a], explicans simul de multiplicatione fidelium ex Iudæis in *senecta uberi* Ecclesiæ, vt ita intelligatur Deus *benedicturus nouissimè eius magis quam principio*, sicut de Iob scriptum est [b]: In *senecta uberi*, ait ille, prædicatores multiplicãtur, quia cùm eorum vita differtur, semper ad melius fortitudo producitur, eisque per augmentum temporum crescunt etiam lucra meritorum. *Bene autem patientes sunt*, vt annuncient, quia cœlestia prædicantes tanto robustius aduersa tolerant, quanto & per tolerantiam suam animarum commoda locupletius reportant. Prædixit hoc suis Christus, *mittens sicut agnos in medio luporum* [c], & monens de pressura, & persecutionibus, vtque in patientia possiderent animas suas. Ex tum mystica *pendent mille clypei* [d] ad excipiendum, & patiendum, non ad nocendum. *Palma* & *cedrus*, quarum præcessit mentio, symbola sunt bonæ patientiæ, quia illa oneri non cedit, ista non corrumpitur. Augustinus legens cum vetere psalterio, *& tranquilli erunt*, de animi tranquillitate, ac veluti de sabbatismo, iuxta titulum psalmi, & quiete, cum qua sustinet quis res aduersas, & admonet, vel respondet, quam sit rectus Dominus, & absque vlla iniquitate, cũ quis contrarium obiicit, & blasphemat eo quod existimet in externis bonis consistere felicitatem, quique careant illa, improbos esse, aut Deum fauere improbitati, quod ea ipsis largiatur, & probos in ærumnis versari sinat, ac opprimi ab improbis. Propius ad literalem sensum, notionémque Græci εὐθαλοῦντες, & Hebræi etiam רעננים *rabbanannim* accedere Riekelius videtur, exponens de passione perfectiua, & non destructiua, qua, inquit, hilariter, atque feliciter patitur quis infusionem illustrationis diuinæ: quia & secundum Philosophum beneficiatus dicitur bene passus. Genebrardus bene affectos, & bene valentes, explanat, animum corpore. Lanienus *bona dispositionis, affectionis, complexionis, constitutionis, habitudinis, temperamenti corporei*: Tirinus *affectos beneficio*, vt è contrario εὐπαθοῦντες *a beneficiendo*, dicuntur qui *beneficiis afficiunt alios*: Varlenius *commodo affectos, gaudentes, obiectatos, optima corporis dispositione præditos*. Auctor Græcus ab Agellio citatus εὐπαθῆν, ait esse idem quod σφριγᾶν, ἀκμάζειν, *valentem esse, vigere, virere, turgere*. Hesychius quod τρυφᾶν, διαχεῖσθαι, ἡδύνεσθαι *deliciari, hilariter viuere, sanum esse*. & εὐπαθοῦντες, idem quod εὔρωστοι *sani corpore, bene affecti, robusti*. Notatum id postea vidi à Lindano [e], cui tamen concedere nolim *de patientia* nullam significationem esse. Apollinarius declarat per ἰσχὺν παθεῖν *bona pa-*

ti. Non ita plane vetus, aut literalis *de patientia* sensus: etsi omnino verum sit, doctori perutile fuisse patientiam præsertim *Timotheo*, vt propterea Paulus, cui Christus diuersa portanda nomen eius, ostensurum *quanta oporteret pati* [a], Timotheum iussent prædicare *in omni patientia & doctrina* [b]. In eodem doctore ad sustinendos labores tali officio connexos; & quem duplici honore dignum, id est, subsidio etiam humano, idem Apostolus [c] censuit, requiritur bona valetudo corporis, & firmitas laterum, vt Deo eidem Timotheo imminxerit vini vsum *propter frequentes ipsius infirmitates* [d]. Denique debet res aduersas, & corporis incommoda ferre æquo animo, ac forti. Maximi autem refert, vt quemadmodum Dionysius loquitur, sit diuina patiens, non quidem ecstases, & diuinas illuminationes, quæ paucis conceduntur; sed in diuina lege, ac voluntate prædicanda duci se, ac regi à diuino spiritu sinat, & ab iis qui Dei sunguntur vice: non seipsum, sed Deum quærat: non sibi, sed tribuat Deo, & acceptum ferat si quid in eo genere bene gerat: denique sicut Paulus, vas, & instrumentum, quod impleat Deus, & dirigat.

Vsurpant εὐπαθεῖν Græci pro eo quod est *facile pati, & affici, & obnoxium esse iniuriis, expositum corpus iniuria habere*: item *facilitate pati*, aut *voluptate*, vel *genio indulgere*, vel *beneficio affici*, vel *bona corporis habitudine præditum esse*, quam vocant etiam non tantum εὐπαθεῖαν, quæ similes verbo notiones alias habet: sed & εὐπαθεῖς iuuant primæ significationes illi expolitum, quæ est de patientia: aliæ alteri de prosperitate, aut beneficio tecumdum corpus, & animam quoque.

Quoniam rectus Dominus Deus noster, & non est iniquitas in eo.] Pro, *Deus noster*, Hieronymus transfert, *fortitudo mea*, Hebraicè צורי *tsuri*. Alij *rupes*, vel *petra*. Pro, *rectus*, habet Romanum psalterium, & Cassiodorus, *iustus*: Augustinus [e], & vetus psalterium omittũt (Deus noster) in emendatis Græcis est ὁ θεός μου, Deus meus. Exponitur aliquando צור *tsur* per nomen Dei, vt Psalmo 72. [f] *Deus cordis mei* צור לבבי *tsur leuabi*. Nihil autem refert an pronomen singulare sit, aut plurale, quamuis hoc loco sit Hebraicè singulare. Fulgentius [g] notat idem valere si dicas, non est iniquitas in eo, vel apud eum: quo modo extat apud Paulum [h]: & alia testimonia ad rationibus confirmat argumentans aduersus Arianos colligentes Verbum non esse in Deo nec Deum, quoniam dicitur *esse apud Deum* [i], quasi hoc sit esse extra illum. Hæc est autem sententia, quam vel in hac vita iusti annunciabunt iis, qui diuina iudicia incusant, vel in futura. Talis in Mosis cantico [k]; *Deus fidelis, & absque vlla iniquitate: iustus, & rectus*. In omni opere Dei, & de omni opere ipsius vsurpari hæc sententia potest, etiam cum punit. Sic enim Mauritius in filiorum iugulatione, quæ suammet præcellit proximè, Deum clara voce, vt exaudiri posset, appellans; crebrusque alloquens, exclamauit; *Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum* [l]. Quin etiam Simocatta narrat [m], & alij post eum; cum nutrix vnum de puerulis imperatoriis suffurata, suum adhuc lactentem pro eo iugulandum subiecisset, Mauritium rem detexisse percussoribus, affirmando minimè iustum esse ita subtractione filij insigermanam cædem quasi adulterari, atque corrumpi. Potuit illud præterea vsurpare [n]; *iram Domini*

[a] 3 t. moral. c. 10. vel 16.

[b] cap. 42. 12.

[c] Matt. 10. 16.

[d] Cant. 4. 4. *Palma & Cedrus symbola sunt bonæ patientiæ.*

[e] 3. de opt. gen. interpr. c. 10.

[a] 2 Timoth. 1.

[b] 2 Timoth. 4.

[c] 1 Tim. 5.

[d] vers. 23.

[e] vers. 20.

[f] Lib. 1 ad Monimum c. 5.

[g] Rom. 7. 14.

[h] Ioan. 1. 1.

[i] Deut. 32. 4.

[k] Theodoretus, Sedulius, Theophylactus, & alij, eam historiam tractant. Supra.

[l] Mich. 2. 3.

lorriba, quis peccauerit. In cœlo cantantes audiuit Ioannes [a], *iusta, & vera sunt viæ tuæ Rex seculorum* item [b], vera, & iusti iudicia sunt eius. Attribuit Vrbanus Papa IV. [c] *recto* epithetum filio, sicut Patri *principaliter*; Spiritui sancto, *sanctè*; vt meminimus quoque in enarratione psalmi 50. [d] Argumentatur Bernardus [e] à recto Domino hominem rectum conditum esse similem sibi, & sine iniquitate. Sapiens [f] quoque dixit quod *fecit hominem rectum.* Sed propius ad propositum nostrum, non potest non esse rectus, ac iustus Deus etiam in aduersis immittendis, aut permittendis. Vel punit peccata: vel exercet, ac probat: vel præcidit occasiones peccandi: vel meritorum segetem subministrat: vel suo similes filio facit. Tandem omnibus aliis causis de quibus aliàs dictum, si non pœnæ, pœnarum reliquiæ sunt, quas patimur calamitates, vsque dum omnino curetur infirmitas, vt ait Augustinus. [g] *Quid grauatur nunc pars hominis*, inquit Tertullianus [h], *ex remedio, quod non est grauatus pars ex vitio? cur displicet occidi in salutem, cui non displicuit occidi in perditionem? quare transibit ad antidotum, qui hausit ad venenum?* Nulli demum concludit idem, compensationem inuidiosam esse, in qua aut gratiæ, aut iniuriæ communis est ratio.

a Apoc. 15. 3
b cap. 19.
c in psal. 50.
d vers. 12. 13. 14.
e serm. 24. S. Nom. cant.
f Eccl. 7. 30.
g de peccat. merit. c. 34.
h Scorpiac. 5.

PSALMVS NONAGESIMVS SECVNDVS.

Laus Cantici ipsi Dauid in die ante sabbatum, quando fundata est terra.

1 DOminus regnauit, decorem indutus est: indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se.

Etenim firmauit orbem terræ, qui non commouebitur.

2 Parata sedes tua ex tunc: à sæculo tu es.

3 Eleuauerunt flumina Domine: eleuauerunt flumina vocem suam.

4 Eleuauerunt flumina fluctus suos, à vocibus aquarum multarum.

Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus.

5 Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: domum tuam decet sanctitudo Domine in longitudinem dierum.

Titulus & Argumentum.

Laus Cantici ipsi Dauid in die ante sabbatum, quando fundata est terra.

Titulus Psalmi.

HEBRAICE nullus titulus est, vt etiam Theodoretus, Basilius, Euthymius, Nicephorus monent: & primi duo dicunt nec in hexaplo, nec apud Eusebium notari, quod sit psalmus sine inscriptione apud Hebræos: alij duo in emendationibus exemplaribus iuxta editionem LXX. non etiam alia, extare. Græcè nunc vltimo loco ponuntur, *Laus Cantici ipsi Dauid.* & εἰς τὴν ἡμέραν *in diem*, quo modo etiam legit Augustinus. In Gallicano latuit, *quando inhabitatum est terra*, quod vidit κατῳκίσθη. Sed *fundatam domum* dicunt, pro eo quod est *esse habitatum*, & contra. Non est terra fundata proprie die ante Sabbatũ, seu feria sexta. Sed quatenus *fundari*, vt nunc dicebam, sicut & *ædificari*, est idem quod *habitari*. Nam feria sexta Adam, & Eua quamuis Euæ aliqui, non adeò tamen probabiliter, formationem referant in Sabbatum) conditi sunt, & inhabitare terram cœperunt. Quocirca recurri non debet cum Cassiodoro, & alijs, vt per *terram* homo intelligatur de terra formatus. Miror Apollinarium asserere, quod die Sabbati carmen hoc Dauid cecinit. Credi potest mendum in Rickelio, & Valentia, cum apud eos legitur, *in die Sabbati* Græce ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων est In Æthiopico etiã Psalterio huius tituli est. Recte idem Rickelius, nomine tacito, Lyranum reprehendit, asserentẽ apposititum hunc titulum ab aliquo expositore secũdum suam voluntatem, & imaginationem. Male id fomare ait, similiterque credendũ titulos psalmorum secundum Spiritus sancti inspirationem formatos esse, atque psalmis præpositos, quoniam omnes sancti, catholicique doctores communiter approbãt, & exponunt hos titulos. Igitur diuina prouidentia factum, ne sine titulis prodirent psalmi, vt summæ auctoritatis vir ex ordine 5 tyrant. & eius forsassis impulsus auctoritate, volebat. Nec dissimiliter de huius psalmi titulo lanfrancus loquitur, nixus Euthymij etiam auctoritate. Verum hac de re plura in præfatione.

Argumentum.

Ex titulo eliciur argumentum, videlicet Dei laus pro mundi creatione, ac etiam pro recreatione. Die sextæ sexta cõditi primi parẽtes sunt: incarnatusque & passus Christus, vt multi credũt, & ab Augustino [a] innui videtur. Tametsi inductis calculis mathematicis, eam eadem feria deprehẽdatur: Christumque subiisse penè Chronologiæ feria secunda incarnatũ, die verò 25. Martij qua incarnatus est, nõ est passus, sed sustentatus. Magnâ veneratione in Ecclesia semper habita terra

a 4. de Trinit. cap. vlt. & lib. 5. de Ciu. c. 14. ter. 12. de Natiu. Dom.

sexta,

sexta, quod carmine declaratur apud Durandum in Rationali[a]; quidquid sit de veritate in eo contentorum.

Salue festa dies, quæ vulnera nostra coërces,
Angelus est missus, est passus & in cruce Christus.
Est Adam factus, & eodem tempore lapsus;
Ob meritum decimæ cadit Abel fratris ab ense.
Offert Melchisedech: Isaac supponitur ariet:
Est decollatus Christ: Baptista beatus.
Est Petrus erectus, Iacobus sub Herode peremptus.
Corpora Sanctorum cum Christo multa resurgunt:
Latro per Christum tam dulce suscipit Amen.

Cuncta non vacat ad examen adducere. Certè ipsa feria sexta, qua Christus passus est, corpora Sanctorum resurrexisse non adeo probabile est: cùm ille sit primitiæ dormientium. Etsi non me lateat exponi hoc à nonnullis de resurrectione ad vitam immortalem, ad quam tum dicta corpora negant resurrexisse; quod modò non disputo.

De ieiunio Sextæ feriæ extat decretum[b]. Vocat Epiphanius [c] *ieiunium prosabbatho*. Meminit Clemens Romanus[d], Tertullianus [e] (qui noua phrasi Parasceuen *Sibbathum* vocat, videlicet respectu Dominicæ) & alij, quos Tertulliani citat Scholiastes Pamelius. Adde cum Cassiodoro, & aliis post Augustinum, mundi ætate sexta venisse Christum. Adhibet Augustinus tropologiam, vt bonis vacemus operibus, antequã vacatio concedatur beatitudini: laborari quidem bene operando, sed magis malè: vt nudum vestiendo, quàm alium spoliando, nos fundari per fidem. Peculiariter autem commendatur diuinæ potentiæ magnitudo in eo quod separauerit Deus ab aquis terram, & hanc immobilem constituerit, & illius in mari mirabilem motum tribuat: & figuratè quod insigni aliqua victoria deiecerit hostes mari similes, fluminibúsque, vt inde diuinorum oraculorum certitudo declarata sit, promissam præstando salutem: & consequenter incoli terra pacatè cœperit. Sub hoc typo videtur agi de regno Christi, sub quo priùs agitatus conquieuerit orbis vniuersus, frustráque contra illum regem gentes, ac populi ad fluminum, atque marium similitudinem, impetum fecerint, quia perpetuò stabit cum regia, seu cum regno suo. Describi porrò videtur potentia, & decor Christi, quæ sibi per mortem comparauit, vel Ecclesiæ contulit. Euasit ille immortalis, adeptus est omnem potestatem in cœlo, & in terra: acquisiuit sedem in cœlo, iudicandíque dignitatem: Ecclesiam fundauit, & propagauit cum sanctitate. Euthymius, & Nicephorus propria quadam ratione *prosabbathum* vocari volunt resurrectionem Christi, quasi præludium vniuersalis, quæ *Sabbathum* dicitur. Rabbini quoque de suo Messia explanant psalmum istum, quando pugnabit vt ipsi comminiscuntur contra Gog, & Magog, & eos demum vincet. Athanasius Marcellino scribit, si modulari concupiscat τὴν παρασκευὴν *in parasceue*, hunc ei suppetere psalmum, tunc enim domum Dei ædificatam, quamuis inimici conati essent impedire, atque id circo pro triumphali carmine dicta in eo tunc psalmo canenda esse. Glossa notat cantari psalmum istum primo loco inter alios, qui pertinent ad laudes, quia Christi laudes, & laudis locos plenissimè licèt breuibus verbis, cõtinet. Addit Athanasius isto psalmo & 95. 97. 98. exponi singula Christi in nos virtute passionis eius collata beneficia.

Vers. 1.] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se.

Etenim firmauit orbem terræ qui non cõmouebitur.

DOminatorem omnium Deum rerum nominat, vndique cinctum, ac velati amictum ornatissima veste, summæ tum gloriæ, tum fortitudinis: aut etiam promptum & expeditum ministrum, more præcingentis vestimenta vel gladio sese accingentis, siue vt facilè quidquid vellet faceret, siue vt aduersus hostes strenuè dimicaret, eósque deiceret. Documentum gloriæ ac potentiæ præclarum indicium profert, quod orbem condens ita firmiter stabiliuit, vt metuẽdum non sit ne de loco suo vnquam dimoueatur. Quod item accommodari potest ad tranquillatam, & pacatam suorum ditionem post aduersarios debellatos, ita vt quemadmodũ alibi Scriptura loquitur, *quieuerit à prælijs terra*. Sensu autem allegorico conuenit id optimè paci, quam peperit Christus; Ecclesiæ suæ tum internę ac secundùm spiritum reconciliationis, tum etiam externæ; quamuis non hîc semper, sed in futuro sæculo duratura sit. Regnum Christi, vt homo erat, Græci docent hîc indicari post resurrectionem ipsius innotuisse fidelibus agnoscentibus simul deitatem eiusdem; cùm videlicet quod ad regiam dignitatem hominis spectat, ipsemet à sua resurrectione dixerit sibi *datam omnem potestatem in cœlo & in terra*[a]. Tunc gloriam, & potestatem eiusmodi accepisse, quæ decentissima illi esset, etiam vt Deo, id est, qui Deus erat simul, non tantùm homo, vt qui antea absque specie, & decore videbatur esse, ab eo tempore visum illum induisse, tandem dæmonum fraude orbem fluctuantem, ac primò concussum in fidei petra fundasse, ac constabilisse, ita vt *portæ inferi deinceps non præualerent*[b]. Cassiodorus in toto psalmo demonstratiui generis locus laudis notat septem; à pulchritudine, à fortitudine, ab operibus, à potestate, à laudibus voluntatis, à veritate dictorum, à laude domus, quam decet æterna exultatione gaudere. Varios alios postea sensus attingemus.

Dominus regnauit.] Idem initium psalmi 96 & 98. Fortassis inuti posset regnandi triplex modus in res necessitate naturæ subiectas Deo, in resistentes voluntati, & se quoad licet subtrahentes à dominio ipsius, in eos, quæ sponte, & libenter obsequuntur. Nam hoc loco regnum declaratur circa fundationem orbis: psalmo 96. ad exultationem inuitatur terra, & insulæ ad lætitiam: in 98. regnasse dicitur Deus, etiamsi irascantur populi, & commoueatur terra. Nec erit difficile alias coniugationes excogitare. *Dominus* nomen, si propriè capiatur propter habitudinem ad creaturas, quam implicat, Deo conuenire dumtaxat ex quo tempore verè dici potuit, quod *omnia seruiunt ei*[c], hoc est, tum primum cùm cœpit habere sibi subiectas, & seruas creaturas. At Hebræum nomen tetragrammaton eiusmodi relationem non dicit: & dici potest Deus, Christúsque vt Deus, regnauisse ab æterno, quatenus cum plena beatitudine; & maiestate semper seipso fruitus est: creatio autem nihil attulit commodi Deo, nec maiestatis quidquam, gloriæve superaddidit. Nihilominus mundum creando, quem à munditia denominant,

a lib. 7. c. 9.

b c. de esu. &c. c. Ieiunia de consid. 3.
c hær. 25.
d 5. const. c. 18.
e contra psychicos. c. 14.

Tropologia.

sicut *vestes* à pulchritudine, declarauit gloriam tuam, maiestatem, potétiam; quia creatura participatio quædam Dei est per modum vestigij, aut similitudinis, & imaginis. Christus etiam quando agitus est secundùm diuinitatem, censeri potest tegnauisse, decoremque regium induisse, induisse fortitudinem, & præcinxisse se. Sic enim petebat *a Patre clarificari, claritate, quam habuerat apud ipsum antequam mundus fieret* [a]. Athanasius [b] interpretans hunc de Christo locum, ex eodem confirmat quæ de illo in aliis dicuntur, non omnia prophetice accipienda tanquam de futuro tempore, vt Ariani contendebant, negantes semper fuisse. Si enim inquit, illud, *Filius meus es tu* [c], ad futuras actiones pertinet, certum est etiam istud, *Verbo Domini cœli firmati sunt* [d], ad futuram rerum configurationem pertinere. *Firmatos ergo Verbo Domini cœlos*, idem est, atq; quod *Verbum Domini firmauit illos*: siquidem in præsenti psalmo primum scribitur *Dominus regnauit*, deinde subiungitur, *Firmauit orbē terræ, qui non commouebitur*. Theophylactus [e] deitatis decorē interpretatur tanquam vestimentum super corruptionem corporis Christi; quem Esaias [f] nominet *firmosum in stola sua, gradientem in multitudine virtutis suæ*, regnum autē ad resurrectionis refert tempus. Nyssenus [g] prior hoc dixerat, & quod salutis dispensatio potenter facta sit per carnem crucémque. Epiphanius [h] docet ostendi verbis istis, *Dominus regnauit*, &c. ingressum Dei Verbi à cælestibus in mundum, & quod *induit decorem*, hoc est, carnem ex Virgine natam; quia videbatur vilis videntibus incredulis: ipsi verò decor reputabatur, vt ostenderet suam fortitudinem per apparentem carnis debilitatem, abolere eam quæ dominium habet peccati, hoc est, mortem qua subuersa omnem dispensationem salutis nostræ decore fecit, & corruptionem disiecit. & maledictionem deleuit, & chirographū contra nos, & pactum cum inferno dissoluit, & omnia ad salutem hominibus dispensauit. Obseruat etiā bis repeti *induendi* verbum, vt significetur primum indumentum à Maria, iteratum verò indumentum à resurrectione ex mortuis, & per verbum *præcingendi*, maiorem quandam certitudinem denotari: quoniam quemadmodum qui super lumbos præcinctus est, astringit ad illos indumentū, superfluam speciem firmans & proprio corpori aduniens: sic propter aduentum in carnem, induisse Christum primum *decorem*, deinde *fortitudinem*, vbi resurrexit, vtpote cùm non amplius flagellandus, aut crucifigendus, aut mortis dominium sit passurus [i], iam immortalis, impassibilis, aliis præditus dotibus corporis glorioſi, quæ vocari potest præcinctio carnis in vnionem deitatis. & spiritus in vnionem corporis, secundùm spiritualem nexum, atque indissolubilem. Sic fere ex Epiphanio. Regnum Christi cœpit potissimum in resurrectione manifestari. Sed hoc voluisse illum quando dixit [k], *sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant filium hominis venientē in regno suo*, Caietano non assentior. Non erat hoc adeò magnum, vt nonnulli dicerentur non morituri ante resurrectionē Christi, cum omnibus quos alloquebatur consessum sit. Verior & communior de Christi transfiguratione, quæ futuri regni imago erat. Bernardus [l] aptat Resurrectioni Christi hunc locum, & attulisse nouum de illa decorem, & serenioremlucem, carnis infirma tamquam nubila excutiendo, stolámque gloriæ induendo.

Decorem indutus est. | Psalterium vetus, & Romanum, Arnobius, Augustinus, Cassiodorus, quique postea citabuntur, Ambrosius, Gregorius, Bernardus, Hieronymus, *gloria*. Alij, *Splendore, celsitudine, magnificentia*, vel, *vestitum se vestibus regis, quæ decent regem, regnat. cum decore, pompa, maiestate, magnificentia, splendore, amplia, copiosaque gloria*: hanc enim copiam sibi velle induendi, seu vestiendi, & synonyma verba, multis præcedentibus exemplis ostensum est: nomen autem mus *gheuth*, omnia illa valet quæ dixi: & aliquā to *fastum, superbiam, tumorem, elationem*. Quod attinet ad Christum, docuit Epiphanium exponere indumentum decoris de incarnatione: fortitudinis de resurrectione: alios enarratores Græcos primum de resurrectione, ante quam reputabatur absque decore, tunc verò etiam, & post Ascensionem, declarasse fortitudinem, ac potentiam suam. Arnobius ait quod *regnauit & regnum assumpsit in Cruce, decorem induit in resurrectione: induit infirmitatem in virtute, & præcinxit se æternitatem, & firmam fecit terram in resurrectione: paratam sedem habuit in Ascensione: prædicasse illum flumina Scripturarum, super eumdem eadem scripturas eleuasse voces suas à vocibus aquarum multarum, id est, Gentium, potentius clamantes: tunc mirabilem factum Christum elationibus maris, id est, mundi huius regibus, & sublimibus, præterea in excelsis seu altis, quando cœlos ascendit: tunc etiam testimonia Dei credibilia facta nimis, quia dedit potestatem sanitatū, aberiumque miraculorum, & domus eius, quam dicebant Pharisæi non posse suscipere sancta præcepta, suscepit legis veteris testamenta, & decens eam sancta sanctorum, vt ibi haberetur in sæcula sæculorum.* Hæc paraphrastice per mysterium; totius explanatio psalmi ex Arnobio. Adhæc laudatur Christus à regia dignitate, pulchritudine, fortitudine, creatione orbis, æterna sede, testimoniis de ipso, domo sancta. Augustinus, & imitatores eius, *decorem* Christi fuisse dicunt ad eos, quibus placebat ipse, doctrinaque ipsius, fortitudinem ad illos, quibus displicebat: Vestem ipsius esse, qui eum imitans; cum decore sit ad eos, quibus placeant bona opera eius, cum fortitudine aduersus detractores: sic Paulum scribere se Christi odorē fuisse, tum vitæ tum mortis [a], *& arma vsum tribuit à dextris, & à sinistris* [b], & paratum ad gloriam & ignobilitatem. vt in ea decorus, in ista fortis esset, nihil habendo fortis; decorus omnia possidendo; atque ita similis orbi terræ, qui non commouetur. Vult simili ratione Bernardus [c], vt imitetur Eugenius Papa Deum, vt sit *fortis* in fide, *decorus* in gloria, *fortis* fiducia fidelis conscientiæ, *decorus* splendore bonæ opinionis, & *ita vestiatur duplicibus* [d]. Aequalis Bernardo Arnoldus [e] Bonævallis Abbas hæc applicat spirituali ornamento Sacerdotis, tractans de vestibus veteris Sacerdotis. Ambrosius [f], quem transcripsit is, qui apud Augustinum, auctor dicitur libri de Spiritu & anima [g], extendit ad omnem hominem, cuius consistat similitudo cum Deo in virtutibus. Qui maior, ait, honor potuit homini esse, quam vt ad similitudinem sui factoris conderetur, & eisdem virtutum vestimentis ornaretur, quibus & conditor? de quo legitur, *Dominus regnauit, decorem indutus est*, id est, omnium virtutum splendore, & totius bonitatis decore ornatus. Rursum exponit [h], *Christum super omnia decorum* quod habebat donauisse, nempe induendo Ecclesiæ gratiam, quæ in illo lauacro

Explanatio paraphrastica per mysterium totius psalmi ex Arnobio.

a Ioan. 17. 5.
b Orat. 1. contra Aria.
c psal. 2. 7.
d psal. 32. 6.
e in Luc. 23.
f cap. 63. 1.
g Epist. cont. Apol.
h hæresi 69.
a 2. Cor. 2. 16.
b cap. 6. 7.
c 4. de consid. c. 4.
d Prou. 31. 21.
e Tract. de tripl. vest. Domini sub fine.
f libr. de dignitate conditionis, c. 3. & c. 35. to. 3.
g deBenedict. Patriar. c. 10.
i Rom. 6. 9.
k Mat. 16. 27.
l serm. 33. in Cant.

deponens

deponés fœditatem omnium delictorum, splendore gratiæ cœlestis emittit. Denique *decorem* redemptionis vocat [a] humanæ, quem Christus induerit, & assumpserit, veniens in forma serui, & in hominis specie. Gregorius [b] explicat *decorem* velut vestem Christi Ecclesiam, quam exhibet ille sibi gloriosam [c], idque velle alium psalmum [d], *confessionem & decorem induisti, amictus lumine sicut vestimento.* per vestimenta Christi, quæ candida vt nix facta sunt in transfiguratione, indicatū, quod in supernæ claritatis culmine Sancti omnes ei luce iustitiæ fulgentes adhærebunt. Scribit idem Doctor [e] præterea quod *indutus decorem Dominus*, qui ad seipsum splendidas fidelium mentes, quasi vestimenta coniunxit, & hoc etiam sibi velle verba Esaiæ [f]. *Vivit Dominus, quia his omnibus velut ornamento vestieris.* Duo genera Sanctorū Hugo per *decorē & fortitudinem* designari notat, Clericorum, & Religiosorum, qui cingulo continentiæ constringuntur. Adhæc potest *regnum cum decore & fortitudine* de Christi Transfiguratione sumi, in qua sermo habitus de excessu, id est, de passione, ac morte, indicat quanta fortitudine indutus, & præcinctus esset. Ipsemet passionis Christi dies vocari *dies regni* potest in quo creaturæ agnouerunt quantus esset decor ac fortitudo illius, & suo terra tremore præ se quodammodo tulit illum esse conditorem suum, à quo firmata fuerat; astra verò per obscurationem ab eodem proficisci luminis decorem, seu pulchritudinem. Videtur autem etiam *decor* quo Christus ornatur, misericordia potissimum esse, atque fortitudinis eadem ratione m habere. *Vbi est zelus tuus*, inquit Esaias [g], *& fortitudo tua multitudo viscerum tuorum, & miserationum tuarum?* Scribitque [h] *præparari in misericordia solium Dei. Fortitudo & decor indumentum eius* [i]; *& cum specie & pulchritudine prospere procedit, & regnat* [k]. De hac rerum duarum decoris, pulchritudinisve, & fortitudinis, ac roboris coniugatione dixi aliàs [l], & profanos etiam auctores pro *forti* pulchrum vsurpare, quod Roa noster [m] exemplis demonstrat, adhibitis quoque sacris. Hugo *decorem* Christi spectat, quod immunis à peccato fuerit, & quod etiam secundùm corpus *speciosus forma præ filiis hominum* [n], cuius rei maius in transfiguratione documentum edidit, *fortitudinem*, quia solo verbo milites deiecit [o], *præcinctum*, quoniam ex humilitate, quam in aliis etiam rebus declarauit, linteo se præcinxit ad lauandos discipulorum pedes [p]. Id Augustinus quoque notat, Cassiodorus, & alij, *venisque non ministrari, sed ministrare* [q].

Indutus est Dominus fortitudinem.] Alij, vt in priore membro, *induit*. Aliqui primis duas voces, vel tres accipiunt, vt præcedentibus nexas, *Dominus regnauit, decorem indutus est Dominus*, ita vt contineat repetitionem: deinde absque coniunctione, qua caret etiam textus Hebræus, legitur, *fortitudinem præcinxit se*, vel *indutus est Dominus fortitudinem, accinxit se*. De *fortitudine* dictum antea satis. *Indui fortitudine* vsurpauit Esaias [r], quemadmodum *indus decore* tum alibi Dauid [s], tum Baruch [t], addens *honorem*, quam formulam aliis præterea rebus conuenire aliàs docui.

Et præcinxit se.] Psalterium vetus, & Augustinus, *& præcinctus est* Romanum, *& præcinxit se virtute*, Ambrosianum, *virtutem*. Hieronymus, *& accinctus est*, coniunctionem adiiciens, quæ, vt monui, non extat Hebraicè. Videtur autem editio nostra melius exprimere vltimæ coniugationis actionem significantis in seipsum, verbum התאזר *hithazzer*. Metaphoram à milite cincto, vel stimulo, vel viatore non semel antea vidimus, & expendimus, & an sit perpetuum discrimen, quod hic etiam repetit Augustinus, inter *cingere, accingere*, & *præcingere*. Caietanus arbitratur indicari promptum Christum ad pugnam, etiam post resurrectionem contra mundum insurgentem. Expertus est Saulus sibi repugnantem [a]; Stephanus pro se pugnantem [b], & alij discipuli deinceps vsque ad hoc tempus. Per seipsum, & immediatè pugnauit potius ante resurrectionem, & de illo tempore plures interpretantur. Nazianzenus [c] indicari nimis docet restrictam potentiæ copiam, & exuberantiam, tanquam vestis ad talos vsque defluentis; quemadmodum Nicetas [d] explicat, vt & cùm scribitur *amictus lumine, sicut vestimento* [e]: nec enim fieri posse, vt huiusce potentiæ, luminisque vim sustineamus. Id sibi quoque vult humiliatio, & exinanitio [f] Christi, & velut Eliseī grandiorum coaptatio ad infantilia membra nostra [g]. Huius nostri Regis zona aurea erat [h], & Sacerdotis zona saphiri [i], non opere plumario, quale veteris legis gestabat Sacerdos [k]. Vim Augustinus constituens in *præcingendo* Latino verbo, quod sit *ante cingere*, præter humilitatis linteum, quo se Christus præcinxit [l], interpretatur de patientia aduersus apertos maledicos, & in faciem nobis maledicentes. Negat esse fortem, qui conuitio victus, pugno percutiat, quia *melior vincens iram, animúmve suum, quàm capiens ciuitatem* [m]. Denique monet in humilitate fortitudinem esse, nec superbos timendos: humiles tamquam petram esse, hanc deorsum videri, sed solidam esse, superbos quasi fumum, qui quo altius ascendit, euanescit citius.

Etenim firmauit orbem terræ, qui non commouebitur.] Hieronymus, *insuper appendit orbem*, &c. Alij, *etiam, præterea*, omnia hæc valet גם *gam*, vetus psalterium, & Augustinus, *confirmauit*. Hebraicè tamen תכון *tuchon* est pro præterito, de quo verbo, & nomine מכון *mekhon* & de Græcis [illegible], ac *stramen* dictum aliàs; & quod aliqui in orbiculari figura mysticè vim faciunt, vt nunc etiam Hugo, & Aiguanus, quod aliarum singularum vocibus non congruit. Postremo de terræ se mobilem se totam firmitate, atque immobilitate: quamvis hebraïcis magis propriè per nomen Græcum, & Hebræum significetur, & hominum constantia denotetur, ne vacillent inter tribulationes, & persecutiones. *Ego sum Dominus faciens omnia, extendens cœlos, stabiliens terram* [n]. Hanc discipulis Ecclesiæque Christus firmitatem communicauit, *vt non prævaleant portæ inferi* [o], *non pluuia fluminaque* (quæ paulo post hic nominantur) *venerint* [p], *non possint resistere, & contradicere omnes aduersarij* [q]: *sit Ecclesia columna & firmamentum veritatis* [r]: commoueri, subuertique aliqui possunt [s]; at non omnes, nec Ecclesia; *firmum namque Dei fundamentum hoc habens signaculum hoc, cognouit Dominus, qui sunt eius, & discedat ab iniquitate omnis, qui nominat nomen Domini* [t]. Origenes ab Agellio citatus firmitatem istam in vnius cultu veri Dei consistere vult. Addunt alij pacem etiam politicam, quam lex Christi attulit quantum in se est, & pacato nasci mundo voluit. *Rex iustus erigit terram* [u]. Paulo durior allegoria orbis terræ, vt de Christo ipso dicatur, quam tradit Aiguanus: tolerabiliora alia de iustis, præsertim Apostolis, apostolicisque; & de Martyribus, de qua, vt nunc monui, dixi-

a Aug. c. 45.
b 32. mor. c. 3. vel 7.
c Ephes. 5. 27.
d psal. 103. 2.
e lib. 6. in 1. Reg. c. 15.
f cap. 49. 18.
g c. 63. 15.
h c. 16. 15.
i prou. 31. 25.
k ps. 44. 5.
l ibidem.
m 1. singul. c. 4. & 5.
n ps. 44. 3.
o Ioan. 18. 6.
p cap. 13. 4. 5.
q Mat. 20. 28.
r c. 51. 9. & c. 52. 1.
s ps. 103. 1. & c. 5. 1.
a vide 9. 1. & c.
b c. 55.
c Orat. 28. seu 2. de Pasch.
d ibidem.
e ps. 103. 2.
f Philip. 3. 7.
g 4 Reg. 4. 34.
h Apoc. 1. 13.
i Exech. 10. secundū Lxx.
k Exo. 28. 39.
l Ioan. 13. 4.
Non est fortis qui vincentis iracundiæ pugno percutit.
m prou. 16. 32. Hæc in tanquā parergo, superiora quæ sequūtur.
n Isa. 44. 24.
o Mat. 16. 18.
p c. 7. 14.
q Luc. 21. 15.
r 1. Tim. 3. 15.
s 2. Ep. 2. 18.
t vers. 19.
u prou. 29. 4. Allegoria.

Ipsius mysterium.

mus alio loco. Mysticum sensum illum intendi per ea in psalmo probant aliqui, quoniam in die ante Sabbathum non est firmatus orbis terræ. Firmatus dici potest, vel præparatus, directus, instructus, orbis habitabilis, quia eo die conditi sunt inhabitatores ipsius, in qua totius operis pulchertimi, & finalissimi cõsummatione constitit, quanto decore, quantáque fortitudine, seu potentia Deus præcinctus esset. Miratalem se in hoc etiam ostendit, quod orbiculari figura ad motum maximè apta, non solùm cœlos mobiles, quique semper mouentur, condidit; sed etiam terram immobilem, quæ *in æternum stat*[a], nec mouetur vnquam, quamuis veluti in puncto tangere, atque fundari, *super nihilum* [b] videatur. Facilè mobiles nos Deo, quod Spiritus sancti dona creduntur effecere, oportet esse, simulque *firmos, constantes, stabiles, immobiles in opere Domini semper*[c]. *In fide fundatos*, ac fidelitate, *& stabiles, ac immobiles à spe Euangelij* [d], *regnum immobile suscipientes cum gratia, per quam seruiamus placentes Deo, cum metu, & reuerentia*[e].

a Eccl. 1. 4.

b Iob 26. 7.

c 1. Cor. 15. 57.

d Coloss. 2. 3.

e Heb. 12. 28.

Vers 2.] Parata sedes tua Deus ex tunc à sæculo tu es.

Sensus loci.

REgiam dignitatem descriptam, ac demonstratam priore versu per mundi creationem, qui erat effectus regiæ potentiæ atque maiestatis, ne quis nouam aut ab æterno, & nudius tertius cœpisse suspicetur, vel ad regnandi gubernandíque munus Deum nouum accessisse; vel vsu ac experimento longi temporis eius sibi scientiam acquisiuisse; vel aduentitium aliquod solium, vt alij solent reges habuisse; aut dignitatem istam & sedem tam antiquam esse, quàm fuit creatio ipsa, vt ex eo tempore statim regni solium cùmque firmitate orbis, firmatum sit; & quemadmodum ei terra ab eo firmata *sese bellum pedum, sic cœlum sedes fuerit* [f], quæ perpetua manet. Immo docet ab æterno, antéq; mundi constitutionẽ Deũ semper eumdem in seipso permansisse, non egentem creatione, vel creatura, vt nouam vllam sibi perfectionem compararet. Quamquam tum sedes ad orbem terræ proximè prius commemoratum referri posset; quia Deus in ea, & his quæ constant ex ipsa, & in hominibus præcipuum refulget, præsidet, innotescit, vt creator, rector, dominus: tum posset Deum à sæculo esse declarari, hoc est, ab initio mundi cognosci, qui erat antea creaturas, quæ nondum existebant, incognitus. Communis expositio mystica de regno Christi, vel iudiciaria potestate, & eiusdem æternitate tum de prædestinatione electorum, qui sunt peculiares Dei sedes. Cassiodorus colligit deitatem Christi, qua coæternus regnans cum Patre, nescit esse sub tempore. Rabbinos quoque Galatinus [g] refert hinc inferentes, fuisse Messiam ante mundi creationem. Cyrillus autem Hierosolymitanus [h] ex isto eodem loco refellit eos, qui affirmabant post Crucem, & resurrectionem, & in cœlos ascensionem, tum primum cœpisse Christum ad dexteram Patris sedere. Non enim per successionem, inquit, habuit hanc sedem, sed ex quo est: est autem semper genitus, & assidet Patri. Vult etiam Filium fuisse qui Esaiæ [i] apparuerit, scribenti, *vidi Dominum sedentem super thronum excelsum, & eleuatum.* Nihilominus verum etiam est, quod sessio ad dexteram Patris, quam de Christo simul

Mystica expositio.

f Esa. 66. 1.

g lib. 3. c. 13. nō 12. & 13.

h Catech. 14.

i cap. 6. 1.

A cum eiusdem ascensione profitemur eidem conuenit, vt siue Cyprianus, siue potius Ruffinus, loquitur Symbolum explanans, secundùm carnis assumptæ mysterium; quoniam incorporeæ naturæ non cõuenienter ista absque assumptione carnis aptantur, neque sedis cœlestis profectum diuina natura, sed humana conquirit. *Parata ergo à sæculo sedes est*, inquit, in qua sessurus erat is, *in cuius nomine omne genu flectitur, cœlestium, terrestrium, & infernorum*[a].

a Phil. 2. 10.

Parata sedes tua Deus ex tunc.] Hieronymus, *firmum solium tuum ex tunc. Parandi* verbum, seu *præparandi*, idemque de participii est, deque Græcis ἑτοιμάζειν, & ἕτοιμον, docuimus alibi [b] eamdem habere significationem, cum eo quod est *firmari, stabiliri, paratum, firmum, stabilitum, fundatum esse.* Sic etiam in psalmo 102.[c] dicitur Dominus *in cœlo parauit sedem suam*, & in 32.[d] vocatur *præparatio habitaculum Dei*, & in 9.[e] canitur quod *parauit in iudicio thronum suum.* Vetus psalterium & Augustinus legunt, *ex illo*, explicat verò Augustinus idem esse quod, *ex tunc*, aut *ex illo tempore*, sed tempus illud mystice declarat diem ante Sabbathum, & mundi ætatem sextam, qua incarnatus est Dei filius. Possumus, *ex tunc*, interpretari non solùm ex quo cœpit mundus, & à principio illius aut à tempore incarnationis, aut passionis, aut ascensionis; verùm etiam antequam fieret, & ab æterno, seu à sæculo, quod proximè subditur: ita vt quod Euthymius monet, synonyma sint hæc duo membra. Sic quoque Apollinarius.

b Psal. 33. 2.

c vers. 19.

d vers. 14.

e vers. 11.

Κράτιστε σὺ καὶ ἀθάνατε ἑτοιμότατος πάλαι εἶ.

O immortalis, tua verò sedes paratissima est semper.

Eodem pacto, quem citaui Ruffinus explicabat *paratam Domini sedem à sæculo.* Alibi LXX. quod est Hebraicè מאז *meaz ex tunc* reddunt non ἀπ' τότε, sed πάλαι [f], *olim.* & Latinus interpres *aliquando*, *à principio.* Fallitur autem Agellius, cùm quod apud Esaiam est *à principio*, & ἀπ' ἀρχῆς aut esse Hebraicè *ex tunc*, est enim etiam à principio, seu a capite מראש *merosch.* Dixi *sedem* sumi posse pro *cœlo, terra*, seu *mundo inferiore toto*, præterea pro *anima iusti*, præsertim humilis, de qua Augustinus: item pro Ecclesia, pro dignitate regia, & iudiciaria Christi. Adde peculiariter pro *cœlo empyreo*, vbi beati habitant, quorum caput Christus, vt sit *beneditus Patris paratum sui regnum à constitutione mundi* [h], multo magis filio ipsius *sedes ista Christi* psalmo 44.[i] dicitur *in sæculum sæculi.* Plura nos ibi, & aliis psalmis. Aiguanus *sedem* quoque de Cruce accipit, cui affixa pellis Christi, & fuit membris eius ornata, vt ex eius contemplatione vitaremus peccata: quemadmodum contraria ratione Cambyses iniqui iudicis pellem affixit sedi [k]. *Ex tunc* aliqui exponunt cum peccauit Adam, & ex eodem *tunc ira erat Dei* [l], contra hominem, parauit filio suo Pater sedem istam crucis, lignum tunc notans, damna ligni vt solueret, & vt regnaret à ligno.

f Esa. 48. 5.

g Pro 8. 22.

h Matth. 25. 34.

i vers. 7.

k Vale lib. 6. c. 1.

l Ps. 75. 8.

A sæculo tu es.] Hieronymus, *ab æterno*, Paraphrastes addit, *Deus*, adiectum est etiam substantiuum verbum à LXX. & interprete nostro. Propria Deo æternitas, proprium ipsum esse à se, & per se, ita vt illius comparatione cuncta sint nihil, & interitui obnoxia, saltem illi, qui ea à suo auctore Deo possint, si velit accipere. Quamuis verum sit esse quod rebus Deus dat, vera etiam nonnullarũ ab interno principio incorruptio, & æternitas à *parte ante*, vt loco alequin, siue commu-

micati quoque potuerit à *parte ante*, siue non potuerit. Hilarius [a] quem citat Ricketius, quod *esse* non sit accidens Deo sentit, sed subsistens veritas, manens causa, naturalis proprietas. Hoc illud adeo etiam sibi vult à Deo ipso vsurpatum, & ita passim intellectum. *Ego* [b] *sum qui sum.* Et Paulus [c] de *Iesu Christo* affirmat, quod *est heri, & hodie, & ipse in secula*: & ipsemet Christus de se dixit; *Antequam* [d] *Abraham fieret ego sum*, & vt multi declarant in eodem isto sensu, *Principium, qui & loquor vobis* [e]. Videtur verò sic ratiocinari Dauid, *cum tu sis ô Deus, & Christe, a seculo*, sedes etiam solium ve tuum ab æterno est, & eadem semper maiestate præditus fuisti, nec quicquam tibi denuo accessit secundum diuinitatem.

a 7. de Trinit.

b Exo. 3. 14.

c Heb. 13. 8.

d Ioan. 8. 58

e ibi. ver. 25.

Vers. 3.] Eleuauerunt flumina Domine, eleuauerunt flumina vocem suam.
Eleuauerunt flumina fluctus suos.
Vers. 4.] A vocibus aquarum multarum.
Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus.

Sensus loci.

QVia psalmum totum referre videtur Vates ad laudem Dei pro insigni concessa victoria, cui necessaria erat eiusdem Dei maiestas, & potentia, quas ab orbis commendauit creatione, cum qua simul declarauerit ille se vniuersalem iudicem, vindicem, regem, nunc sub vndarum, fluctuum, procellarum figura describit insurgentes, perstrepentes, irruentes hostes magno impetu, & fragore confluentes, atque conclamantes, quasi vicissent iam, & obtriuissent, ac oppressissent, quibus tamen Deus longe mirabilior, potentiórque extiterit, vtpote in altis habitans, & supremam in omnia exercens potestatem, potentque marinos istos fluctus, & vortices comprimere, ac hostium omnium quantumlibet oppugnationem nullo negotio deiicere, atque conterere. Vel si per se laus Dei continetur, non præcisè ob victoriam concessam, sed ob mundi gubernationem, & potentiam circa illam, sicut prius dixit Propheta, quod orbem constituit immobilem, sic modo docet quam mirabiliter commouerit è loco suo aquas in locum vnum, quod non absque ingenti tono factum est: ex quibus concludit in fine exhibendum Deo cultum honorabilem, quod adeò fide digna testimonia ediderit, cùm in aliis rebus, tum in diuisione abyssi. Nam & ex secundo opere apud Ieremiam exigit venerationem, ac timorem [f]. Philosophatur hoc loco ad commendandam Dei potentiam à contrariis aquæ terræque naturis, vt hanc immobiliter stabilierit vocis prorsus expertem & toni, illam fluxam fecerit, & continuis motibus irrequietam circumuoluti, & vndis colliduntur, agitarique inter se cum fragore, tumultu, fremitu. Facilis allegoria de hostibus, & persecutionibus Ecclesiæ, ac de victoria per *Iesum Christum*. Sed & satis familiare scripturis *fluminum* vocabulo, & *inundationem aquarum* sonitu conturbationeque fluctus, designare persecutiones. Exempla præcedentibus in Psalmis occurrerunt non pauca. Nec minus communis allegoria vrbium sumens partem flumina pro Apostolis, & Apostolicis viris, qui fluminibus pleni gratiæ [g] voces prædicationis ederuri essent, & irrigaturi humanas animas: *mare* pro baptismo, & *voces aquarum eius* pro inuocatione *Trinitatis*: *elationes* pro his

f c. 5. 22.

Allegoria.

g Ioan. 7. 38. Allegoria.

A quidam baptizantur immergentem, & post immersionem eleuantur: quæ res admirationem concitat hominibus iucundam, dæmonibus formidandam. Quidam tamen in hac posteriore allegoria, *maria eius* referunt ad persecutores Sconsim de mystico sensu magis disputabitur.

Eleuauerunt flumina Domine, eleuauerunt flumina vocem suam, eleuauerunt flumina fluctus suos. Hieronymus eodem modo, nisi quod vsurpat, *leuauerunt*, & vltimo loco, *gurgites*. In psalterio Romano, & Ambrosiano, apudque Augustinum, Arnobium, Cassiodorum, Ambrosium [a] non extat, *eleuauerunt flumina fluctus suos*, & pro, *vocem* est, *voces*, quemadmodum & in Æthiopico psalterio: in vetere Latino psalterio, *eleuauerunt flumina Domine, eleuauerunt flumina vocem suam, eleuauerunt flumina voces suas.* Alij pro vltimo membro, *eleuauerunt flumina contritionem, aut elisionem, aut fractionem suam*, דָּכְיָם *dochiam*, à דָּכִי *docbi* contritio, quo nomine fluctus appellatur, quia conterit, & illidit, & frangit. In eo licebus Græcis pluralis numero sunt *voces*, in membro secundo tertium deest, monetque Lombardus non esse in editione Lxx. quod in aliis est in futuro, ἐπῆραν οἱ ποταμοὶ ἐπιφωνήσεις αὐτῶν; quo pacto legit etiam per futurum tempus Ambrosius [b]. Legunt id Euthymius, Nicephorus, Basilius, Theodoretus, exponuntque ἐπιφωνήσεις, *vias tuas, semitas & sectiones aliquas cuiusdam similiter formatas, quas flumina cum per terram feruntur, lambendo, ac terendo incidere solent, & formare*: significare autem quod qui post Apostolos venturi sunt doctores, eas vias atque eadem sequentur disciplinas, quibus vsi sunt Apostoli. Vertit vltimo loco Aquila ἐπῆρεν μεγαλεῖα ἀπὸ φωνῆς, *eleuata sunt fluminum profunditates à sonitu*. Videtur Apollinarius omnisse dictum membrum vltimum, sic enim habet dumtaxat.

a 1 Hexar 3

b in psal. 39.

ἐπῆραν οἱ ποταμοὶ φωνὴν ἑαυτῶν ἀπὸ τῶν ὀρέων ἀπὸ φωνῆς ὑδάτων πολλῶν θαυμαστοὶ μετεωρισμοὶ θαλάσσης.
Vnde tanquam fluuij clamant flumina,
Fluctu undoso tumentes resonare.

Sed retenta, vt par est, translatione nostra, quæ cum Hebræo textu conuenit, & cum pluribus Græcis enarratoribus, conciliatque bibliorum, Suidas interpretatur ἐπιφωνήσεις idem esse quod ἀφῆν, & hoc loco significare τὴν παλίρροιαν τῶν ὑδάτων, *fluminum transitum*. Quod accedit ad notionem prius allatam ex Euthymio, & aliis. Verum fluctus non tam significant *vias tuas, semitas tortuosas*, quàm *excussas impetu, & elevatas, ac impressas aquas*, & si dum id fit, tale alius effectus consequitur, & ἐπιφώνησις Suidæ propius huc accedit. Nã cum eleuantur fluctus, tranſeunt, & frangunturque ἐπιφωνήσεις autem propriè *fractio est*. Chaldæus Paraphrastes exponit, *eleuauerunt flumina laudem eorum Deo, eleuauerunt flumina vocem suam in cantico, retulerunt flumina præconium laudum suarum*. In psalmo 97. [c] mutantur ad manu plaudendum flumina, sicut montes ad exultandum. At non video qui fieret ad præsentem humectationem protopopeia, nisi forte cum allegoria de Apostolis & Apostolicis prædicatoribus. Ambros. [d] extendit ad omnes fideles, qui sicut flumina, puro in Ecclesiam vndique fonte decurrũt, & ex illo pectore, pectoque fonte hauserunt, a quo fluit is, qui ait [e], *Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ*. Comparat cum fluminibus paradisi. Sequitur etiã ibi [f] alium sensum de prædicatoribus, qui eleuant vocem suam a vocibus aquarum multarum spiri-

c vers. 8.

Allegoria.

d 3 Hexam. c. 1.

e Ioan. 7. 38.

f in psal. Enarr. 1 tio Roma

tuã anima,

a psal.148. a Hieronym. de fluctibus persecutionum quo vtuntur Græci apte est.

tualium, quæ supra cœlos laudant Deum [a]. Placet magis alii de fluctibus persecutionum, quam sequuntur Græci, sicut priorem Latini, & Arnobius voces interpretatur scripturarum, quæ prædicant etiam Christum. Procopius tamen ex Græcis amplexus est Latinorum expositionem simul citatum alterius psalmi prioris locum, & opponens fideles infidelibus velut dulces fluminum aquas, salsis maris aquis. Ait præterea verbis istis denotari sanctos, qui discentium sitim leuare conati sunt. Apostolorum namque voces ἀξιακουστους fuisse, ad audiendum faciles. Meminit Rickelius opinionis, quod *flumina eleuantia vocem*, sint prædicatores; *quæ autem fluctus eleuant tanquam vocem inarticulatã, & irrationabilem*, esse persecutores, *à vocibus aquarum multarum*, id est, per verba multorum, qui tyrannorum edicta perducebant ad actum, vt ministri priorum. Quod repetitur ter *eleuauit*. Genebrardus hic, & alibi, putat innui Trinitatis mysterium, non facile credo scriptorem ad hoc respexisse, sed indicat repetitio magnitudinem soni fluctuum, cum Deus conturbat, profundum maris [b]. Hugo quod quarto additur mentio *aquarum*, vult indicari quadruplicem Ecclesiæ persecutionem, à tyrannis, hæreticis, domesticis, inimicis, Antichristo: in primo tempore, Martyrum fuisse flumina, & voces doctrinarum per Apostolos, & Martyres: in secundo per Doctores Augustinum, Hieronymum, &c. in tertio, quod est nostrum, diu non fuisse *voces*, sed *fluctus*, qui ex vento, & impetu suscitantur, atque confusim sonant: ventum autem esse philosophiæ, vel inanis gloriæ, qui turbat aquã Theologiæ: quartum tempus iam instare, quia audiuntur *voces aquarum multarum*, id est, copia prædicatorum. Intelligit fortassis prædicatores Ordinis sui Dominicani, & alios Franciscani, post cuius vtriusque Ordinis institutionem non ita diu viuebat Hugo. Arguanus *flumina vocem eleuantia* sacerdotibus Iudæorum, & magistratibus Templi attribuit, negantibus Christi resurrectionem, & ascensionem, vetantibusque loqui, ac docere in nomine *Iesu* [c], & impetum facientibus in Stephanum, exclamando voce magna [d], *alia quæ fluctus eleuant*, tyrannis, & gentilibus; quia *vox aquarum* solùm terret, *fluctus* etiam necat, & sic Iudæi paucos occiderunt, potiúsque præceptis terruerunt, Gentiles verò interfecerunt plurimos, excitati *à vocibus aquarum multarum*, id est, à prædicationibus Apostolorum, & aliorum. Valentia distinguit *flumina* donorum Spiritus sancti, quæ prædicantibus Apostolis eleuauerunt vocem suam: *fluminum* Sacramentorum: miraculorum donum contra persecutores Ecclesiæ: quibus mirabilior sint Deus, illa edendo per Sanctos suos: veritatem testimoniorum doctrinæ, & legis Euangelicæ puritatem sanctitatis. Quæ continentur in sequentibus psalmi partibus.

b psal.64.8.

c Actu 4.17. c 5.40.

d cap.7.56.

A vocibus aquarum multarum.] Legit Ambrosius [f], *à voce*. Nouum versum hinc inchoant textus Hebræus, Chaldæus, Græcus, Hieronymus etiam, & Hebraizantes. Sensus autem efficitur ex his, & ex sequentibus verbis; quod præ vocibus, siue sonis magnis & horribilibus aquarum multarum concurrentium, seu que collidentium existunt admirabiles, validissimæque maris elationes, tumores, fluctus. Vel quod magis quam voces aquarum multarum, admirabiles sunt maris fluctus valde, sed admirabilior in excelso, siue cœlo, Dominus, hoc est, emphasibus actis, qua-

f 1 Hexam. c.1.

Sensus loci.

A

le tonitru. Præpositio *à*, מִקֹּלוֹת *min* dictum vim habent. Vel significant *propter*, id est, *propter voces aquarum multarum*, seu ex hoc tanquam signo cognitum est quo intellexit fluctus eleuari eximis gurgitibus. Item, propter istas voces, & sonum, quem aquæ edunt multæ maris turbati, mirabiles sunt, & formidabiles elationes fluctusve ipsius; at multò Dominus in altis habitans mirabilior, qui compescit, ac sedat. Denique hinc inferri potest quàm sit in altis ipse metuendus. Necessaria hypallage non videtur, quam Treuetus notat, vt *à vocibus aquarum multarum* dicatur, id est, *ab aquis multarum vocum*. Explicat Apollinarius.

Hypallage Treueti reiicitur.

ἐξ ἐκπαταγήσεων πολλῶν ὕδατων ἠρεμιῶν.

Ab eleuationum multarum aquarum quietis.

B

Mirabiles elationes maris.] Hieronymus, *grandes fluctus maris*. Alij, *fortes fractiones*, aut *fluctus*, aut *nimbi maris*, אַדִּירִים מִשְׁבְּרֵי־יָם *addirim mishbere iam*. Quas Hebræas voces alibi declaranimus: talemque omnino vim, nempe à fragendo habet מִשְׁבָּרִים *mishbarim*, qualem in versu 3. דָּכְיִי *dochi*; & ἐκπαταγήσεις, de quibus ibidem egimus. In vetere Psalterio, & apud Augustinum, *suspensuræ*, exponitque Augustinus *exaltationes*; quia quando intenditur mare, inquit, suspenduntur fluctus. In Psalm. 41. [a] *Omnia excelsa tua, & fluctus tui super me transierunt.* Nomen, *excelsa*, est idem Hebraicè, & Græcè, quod hoc loco מִשְׁבָּרִים *mishbarim*, & μετεωρισμοὶ, atque ibidem vetus Psalterium, & Augustinus habent, *suspensiones*. Admirationem prorsus habet maximam maris æstus, atque reciprocatio, quem *fluxum* ac *refluxum* vocant, varia quoque agitatio, atque fluctus eiusdem. Qua de re in Meteorologicis nostris olim disseruimus, & consuli potest Aristoteles [b], autor de elementorum proprietatibus falsò creditus Aristoteles, itemque alter de mirabilibus auscultationibus; præterea Plutarchus [c], Fracischus Picus Mirandulanus [d], Ioannes Picus [e], Laurentius Coruinus [f], Mela [g], Conimbricensis [h], Contarenus [i], Leuinus [k], Maiolus [l], Ioannes Caiserus [m], Felix Accorombonius [n]. Ex Patribus Basilius [o], & Ambrosius [p], & qui dicitur esse Augustinus auctor operis de mirabilibus scripturæ [q]. Fama est Aristotelem in Euripi natura vique contemplanda, cum diu ac multum laborasset, quod est fretum ac perangustum mare inter Aulidem Bœotiæ portum, & Euboeã insulã, recurritque septies vnius diei & noctis spatio, tædio demum affectum illic diem obiisse, ita vt inde prouerbium fluxerit, *Aristoteles non habet Euripum, Euripus habet Aristotelem*. Narrat id Iustinus Martyr [r], appellans Euripum *Chalcidicum*. & Nazianzenus [s], & Nonnus collector, ac expositor prophanarum historiarum, quæ apud hunc sunt, addens in Euripum se præcipitando diuisse, *quoniam Aristoteles Euripum minime cepit. Aristotelem Euripus habeat*. Colligit Bochius hoc loco ex auctore libri de mirandis auditionibus, ex Thucydide [t], Ammiano [u], Bonfinio [x], Cedreno [y], mirabiles nonnullas maris restagnationes, seu exæstuationes. Plures ex aliis recitat Maiolus [z], maximè ex Plinio [a], Procopio [b], Beda [c], Hieronymo [d], Nicephoro [e], Krantsio [f], Nauclero [g], Tritemio [h], Lango [i], Neubrigense [k], Theophane [l], Paulo Diacono [m], & aliis. Ratio reddi quę satisfaciat vix potest interadeo diuersas, quæ traduntur. Magis recepta sententia refert causam in lunam secundum motum quo cũ cumfertur diuina conuertione, vna cum primo mobili. Illi fauet

Mare æstus admirationem habet maximam.

a vers.8.
b Sect. 23. probl.
c 3 de placitis c.17.
d 1 de exam. vanit. cap.12.
e lib de rerum præno. c.4.
f 3. cont. Aff. c.15.
g Georg c.11.
h Tract. 8. in lib. meteor. c.4. & seq.
i 2 de elemẽt.
k de occul. natur. mirac.
l dierum cane. collo. 10.
m de mutat. cœlestium, pa. 40. seu de Eu. & reflu. maris.
n immut. de cœlẽ re posita ibide cœlo.
o hemer. Hexa. p 1. Hexa. c.7.
q lib. 2. c.
r Euripi naturam Aristoteles perscrutari frustra conatus. r para ad Gr. f ortho. in fu. c lib. 2. u lib. 16.
De Aristotele adagium.
x decad. 1 li. 2. rerũ Hung. y in Annalib.
z Colloq. 10 a lib. 2. c. 27. lib. 3. c. 15.
b li. 1. de bell. Goth.
c in vita S. Cuthbe. c. 11. d in Hilario.
e lib. 10. c. 36. lib. 14 c. 46 lib. 7. c. 12.
f l. 5. c. 2. Vãd. lib. 10. c. 36.
g genera. 41.
h Chro. Hirs.
i Chro. Cister. anno 1288.
k 3 hist. Angl c. 1.
l in Ann. anno 782.
m lib. 17. c. 1. *De mari vbi magis recepta sententia.*

maxime

maximè quotidianum experimentum; sed quod res nondum plenè comperta sit, fouet admirationem: quæ cum ignoratione coniuncta esse solet. Itaque auctor de mirabilibus scripturæ [a], qui ignoræ plurimum tribuit, fatetur demum mentibus nostris occultum id esse, idcirco illi qui veram sapientiam cupit, ad æternum regnum, vbi nulla est ignorantia festinare contendendum; & interim cum insigni grauitate magistro dicendum [b], *ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus.* Dei declarati potentiam insigniter in mari non semel docui. Chrysostomus [c] ait, quod hac de causa Deus nec tranquillum, nec mite passus est, vt cum diuino imperio pugnaret natura, diuinóque iusso semper vincente, esset Dei potestas præ[illegible]cabilis. Etenim si foret aqua pacata, ordinis concinnitate, atque moderatione naturæ aquę plerique aestiberent; nunc verò conturbata verberata, intrinsecus protrusa, cũ suis finibus excedere nequeat, Dei prędicat potestatem. Quod aptissimè Iob [d], ac Ieremias expresserunt. Gregorius [f] tractãs alium locum Iob [g], *& graditur super fluctus maris*, dicénsque quod tot in his fluctibus persecutionum Dominus gressus posuit, quot superbis persecutoribus miracula ostendit, confirmat loci præsentis testimonio, & ait, quod contra electorum vitam ad persecutionis vndas, mundus se mirabiliter extulit; sed has supernorum conditor, sub eleuata virtute prædicantium, mirabilius strauit; ministros etenim suos plus ostendit posse per miracula, quàm potestates terrenas quæ tumuerant per iram. Profert etiam citatum Ieremiam [h]. Adde ex psalm. 88. [i] *Tu dominaris potestati maris; motum autem fluctuum eius tu mitigas*: & quæ ibidem dixi. Hoc est, vt hic mox subditur, mirabilem esse, ac super orem Dominum, qui, vt ait Augustinus, ambulet super mare, premátque fluctus, & capita istorum fluctuum magnorũ spumantium, efficiendo vt potestates & reges credant ac subiugentur sibi. *Nam in sermone eius*, ait Sapiens [k], *fluit ventus, & cogitatione sua placauit abyssum, & plantauit in illa Dominus insulas.* Denique visus est à Ioanne [l] *pedem dextrum habere super mare, sinistrum super terram.* In arbore nauis Ecclesiæ vndarum fluctibus, aut procellis sæpe vexatæ, id est, in Cruce Christi erigituram puppis Patri relidet gubernator [illegible]ram Paracletus seruat Spiritus, ideo nunquam potest sustinere naufragium, inquit Ambrosius [m], & si seculum istud tanquam pelagus sortitur infestum, nunquam alliditur ad saxum, nec mergitur ad profundum.

Mirabilis in altis Dominus.] Hieronymus, *grandis in excelso*. Alij, *fortis in excelso* seu *fortis*: vel *terribilis à celsitudine*. Aquila, teste Basilio, ac Theodoreto, *maximus in sublimi Dominus*, id est, potentiam habens nec lingua explicandam, nec mente comprehendendam. In psalterio vetere, ac Romano, & apud Augustinum, Arnobium, Cassiodorum, & apud citatos prius Ambrosium, Gregorium, *mirabilis in excelsis*. Hoc valent Græca ἐν ὑψηλοῖς, & Hebræa in singulari מִמְּרוֹם *vammarom*. Paraphrastes cœlos exprimit, *à vocibus aquarum multarum, à laudibus fluctuum maris magni laudatus est in cœlis superioribus Dominus*; Solent exponere quod *Dominus est mirabilis in altis*, id est, ipse qui habitat in altis, vt est in alio psalmo [n], sedens ad dexteram Patris, estque superior potestate omnibus: vel quod est mirabilis in altis operibus, signis, miraculis, item in Sanctis suis: quibus fauet, & quos iuuat: vel quod *est mirabilis ac terribilis in altis*, nempe contra illos, qui *ambulant in magnis & in mari bulibus super se*, vtpote *auferens spiritum principum, & terribilis apud omnes reges terræ* [b]: vel *mirabilis in altis fluctibus*, & elationibus maris comprimendis: vel *mirabilis in altis*, hoc est, in profundis elationibus, & fluctibus excitandis; non mirabilis duntaxat in aquarum superficie; sed etiam in imo, & in fundo, ac in profundis abyssi, ita vt liceat *videre mirabilia eius in profundo* [c], & *fluctus ascendentes vsque ad cœlos & descendant vsque ad abyssos* [d], ac dicere quis possit.

[c] *Me miserum, quanti montes volumina aquarum!*
Iam iam euluros sydera summa putes.
Quæ mox deducto subsidat aquore vastos?
Iam iam tacturas tartara nigra putes.

Bruno Carthusianus vocat *altas*, & *profundas elevationes maris*, & in his comprimendis, quod alij multi dicunt, *mirabilem Deum esse*. Fateor *altum* pro *profundo* Latine dici, vt etiam docet Augustinus [f], & nonnullos illud Abacuc [g], *Attulit manus suas leuauit*, exponere de *altitudine maris*, vbi est רום *rom*. Sed & plures aliter Prophetam illum, Hebræámque declarant votem, & hoc loco est מרום *marom*; quod nomen aliter quam pro *excelso*, *elevato*, *sublimi* sumptum non reperitur: & ὑψηλὸν etiam pro *profundo* non accipitur. Itaque probabiles sunt allati sensus, præter eum, qui *alta* explicat *profunda*. Alius non spernendus à quibusdam recentioribus traditur sensus, *mirabilem Deum in altis esse*, id est, in impressionibus meteorologicis, non in terræ tantùm fundatione, & in elementi aquæ fluctibus horrisonis; præsertim vero in terrificis tonitruis, & fulgoribus, quæ mortales adeò conturbant [h]. Expressit hoc Ioannes Bochius carmine Latino, & Philippus Desportes Gallico.

Turbida sed tantos non excitat vnda furores:
Nec sic æquoreæ strident Aquilone procellæ
Detonat ac cœlo Dominus fortissimus alto.

Item,

Mais Dieu, qui regne aut firmament,
Tonne bien plus terriblement,
Que les flots de la mer profonde,
Et toutes les rages de l'onde.

Ad rem faceret collatio rei vtriusque, tùm resonantium, ac mugientium vndarum, tùm stridentium, frementiúmque tonitruorum, quam non difficile apud Poëtas reperire: constátque ab hoc effectu potiùs, ac sæpius cognomina Ioui data multa, non autem ab illo. Meminit antefert Delrius noster in commentario Senecæ [i], descriptionem tempestatis, quam poëta [k] ille habet, aliorum descriptionibus poëtarum. Tu ipse iudica. Quod verò attinet ad *mirabiles elationes maris*, vt persecutiones designant, quod mirabilior sit Deus in iis comprimendis, testatur experientia; tum illud Cypriani [l], scribentis hoc pacto. *Profligatis aduersarius terrore violento, Christi castra perturbare: sed quo impetu venerat, eodem impetu pulsus est: & quantum formidinis, & terroris attulit, tantum fortitudinis inuenit, & roboris; vt cum tanta in seculo malitia & sæuitia grassetur, à malis, & sæuis velocius recedatur.*

* * *

[a] apud Aug. t. 3. lib. 2. c. 7.
[b] 1. Cor. 13. 9.
[c] in Cate. Iob 38.
[d] c. 38. 10. 11
[e] c. 5. 22.
[f] 9. Mor. c. 5.
[g] cap. 9. 8
[h] c. 5. 22.
[i] vers. 10.
[k] Eccl. 43. 25.
[l] Apoc. 10. 2.
[m] de Salomo. c. 4.
[n] pſ. 112. 5.

Vers. 5.] Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: domum tuam decet sanctitudo Domine in longitudine dierum.

Sensus loci.

POstquam dixit de Dei admirabili potentia circa terram, & aquam, simùlque videlicet quantopere in coërcendis hostibus, ac data suis victoria enituerit, affirmat adeò luculentis documentis testatissimum fecisse in præstandis promissis, & implendis oraculis de salute impertienda fidem suam, vt id omnibus persuasissimum sit, vel certe ambigi meritò à nemine valeat. Quapropter tum infert maxima pietate, ac religione, præsertim in templo, quæ domus Dei est, coli Deum debere: tunc hunc ipsum orat, vt quemadmodum suam illam singularem prouidentiam, & potentiam declarare cœpit, ita dignetur in posterum suæmet eiusdem domus curam gerere, ac implere quæ de illa promisit, ne vllus eam hostis vnquam violet, polluat, profanet; sed sancta permaneat in perpetuum, quia cum sit sanctus sanctam illius decet domum esse, sanctos, qui domui ministrant, eámve frequentant. Multò melius quadrant hæc in mysteria nostra, vt nimirum fideliter impletæ dicantur, & creditu dignissimæ vaticinationes de nunquam defitura Dei sancta domo, sed perpetuo inhabitanda, quæ domus aut Ecclesia sit, aut Christi humanitas. Ecclesia cognominatur sancta, *& cum ipsa Christus vsque ad consummationem seculi* [a], fore se promisit: ab humanitate Christi Verbum separatum non est, nisi tantisper in triduo, interim tamen hinc iunctum corpori, hinc animæ. Propter eandem domum humanitatis sanctam, ex præsentia non solum gratiæ creatæ, sed etiam, ac multò magis, ex increatæ, quod est Verbum, & ipsa sanctitas Verbi, decuit *Mariam*, ex qua fabricandum erat Christi corpus, omnino sanctam esse, nec vlla vnquam peccati labe maculatam, vt inquam, corpus, & anima ipsius dignum filij Dei habitaculum effici mereretur, plane conueniens fuit eo modo Spiritu sancto cooperante, à Patre præparari.

a Matt. 28. vlt.

Testimonia tua credibilia facta sunt nimis.] In psalterio Romano, *testimonia tua Domine*, Hieronymus, *fidelia*. Alij, *probata, firma, certa, vera, verificata, credita*. Valent hæc omnia tùm נאמנו *neemnu*, tum πιστώθησαν. In vetere psalterio, & apud Augustinum, *credita*. Id sibi vult in Apollinario τοῦτο τὸ ῥῆμα νῦν ἴσχει: *consuetam, & vnanimem fidem habere*, seu *continere*: nec expressit, *nimis*, aut *valde*. Est autem מְאֹד, *non nimis*, sed *valde*. Quamuis autem reddat interpres Latinus, *nimis*, non vult excessum, sed *abundantiam* significare; vt [b], *Nimis exaltatus es super omnes Deos: Nimis* [c] *honorificati sunt amici tui Deus. Anima* [d] *mea cognoscit nimis: Propter* [e] *nimiam charitatem suam: Tu* [f] *mandasti mandata tua custodiri nimis*; & alibi sæpe. Boni quoque alij Latinæ linguæ auctores hic vsurpant *nimis*, & *nimie, nimio, nimium* pro *valde*. Significari dicunt Basilius, ac Theodoretus, ne *minimam* quidem fallitatem in vaticinationibus considerari posse, sed accuratè omnia quæ cernuntur, prædicta esse. Etsi autem Hugo notet *credibilia* dici, non *credita*, quia multi non credunt, nihilominus alios vertere dixi, *credita*, & idem valet dicere *credita*, quòd secundùm se talia quæ credantur abijs, qui ratione ducuntur, id est à credulitate, licet non sine gratia, vt postea dicam, si agatur de diuina fide. Hæc testimonia prius sunt commemorata opera Dei circa terram, & aquam. Sic enim Christus prouocauit ad opera sua, tanquam ad testimonia, vt iis crederent aduersarij [a]: Et Dauid cecinit, *quod cœli enarrant gloriam Dei, & opera eius annuntiat firmamentum* [b], tanquam loquelis, sermonibus, sonis, verbis: & quamuis *ita tacent homines, lapides etiam ipsi clamant* [c]. Deinde testimonia sunt scripturis diuinis contentæ promissiones de diuina prouidentia, & cura in suis conseruandis, & defendendis. Ad hæc testimonia comprehendunt omnem doctrinam diuinam, potissimùm de mysteriis, & præceptis. Quo modo etiam alibi [d] vocatur *testimonium Dei fidele* עדות נאמנה *hheduth neemanah*, μαρτύριον πιστὸν, *sapientiam præstans paruulis*. Peculiariter sumunt quidam huiusmodi testimonia, & prædictiones in vtrouis testamento de tribulationibus Ecclesiæ, simul cum firmitate victoriaque ipsius, quas iam reipsa comprobatum sit esse verissimas, & fide dignissimas. Sic Augustinus, dicens *fidelia credita nimis ipsa testimonia* quia magis quàm *mirabiles fuerint suspensure*, seu *elationes maris*: qui namque prædixit pressuram suis in mundo, dixit etiam vt *confiderent, quia vicisset mundum* [e]. Testimonia doctrinæ, miraculorum, morum, patientiæ & quotquot distingui solent notæ, seu signa Ecclesiæ facientia euidentiam, vt dicunt, credibilitatis, & idcirco *credibilia testimonia nimis*, extendi debent ad incarnationem Christi, œconomiam, siue dispensationem in carne, cõuersationem ipsius, vt loquitur Euthymius, denique ad cuncta religionis mysteria, & ad ea quæ testimonio diuino nituntur, & credẽda proponuntur. Verum est maximam facere fidẽ apud infideles, patientiam in tribulationibus, & persecutionibus, quas figuratæ designant eleuantium se fluminum voces, atque fluctuum maris. Vnde κατ' ἐξοχὴν vocatur μάρτυρ testisque, qui testatur moriendo [f]; & hoc testimonij genus vrgent Tertullianus [g], & Cyprianus [h], item Arias [i] noster, & Granata [k]. Præterea sanctitatem vitæ, qua decoratur, & ornatur domus Dei, quæ est Ecclesia, (nec non parum iuuat decor, & ornatus exterior templorum, index internæ pietatis) plúsque momenti habere quàm miracula, Chrysostomus [l], affirmat. Sed nihil fidei nostræ obiicitur ab Ecclesia, quod non mereatur fidem, & *credibile nimis*, dici non possit. Iure igitur ipsissima veritas [m], Christus, non in pectore tantùm gestans doctrinam & veritatem, sicut vetus Sacerdos [n], exigebat sibi credi: quia *veritatem docebat* [o]; quia *de peccato arguit non poterat* [p]: quia opera ipsa testimonium perhibebant [q], quia Pater [r], quia Spiritus sanctus [s]: non solum Ioannes Baptista [t]. *Cito credens leuis est corde* [u], non credens tantis persuasus testimonijs, inexcusabilis & peruicax est: Laudabile non modo scripturas scrutari, vt Christus facere hortabatur [x], & ita facientes commendabat Lucas [y]. Sed alias præterea rationes, quibus magis confirmeris in fide, vt Aquinas [z] docet, paratióque reddaris, ad reddendam rationem de ea quæ in te est fide, & spe [a], nec in dubium reuoces fidem in filium Dei, cuius testimonium habet in se is, qui credit [b], nixus auctoritate ipsius, per Ecclesiam propositæ. *Tres præcipui testes in cœlo, Pater, Verbum, Spiritus sanctus: tres item in terra, Spiritus, aqua, sanguis* [c], de quibus consule nostrum in commentarium. *Videntes, inquit, signa, quæ faciebat* Iesus; *dicentésque cum admiratione,*

b ps. 96. 9.
c ps. 138. 17.
d ibi. ver. 14.
e Ephes. 2. 4.
f ps. 118. 4.

A
B
C
D
E

d ps. 18. 8.
c Ioan. 16. 33.
f Aug. 10. de Ciuit. 32.
g Apolog. sub finem.
h de Idolo. vanit. sub finem.
i de initiat. Christ. lib. 1. cap. 3. c. 23. vsque ad 36.
k in Symbol. par. 2. c. 19. vsque ad 26.
l Oratio in Bab. in Ioan. 1. c. 11. c. 28. 29. 30.
m Ioan. 15.
n Exod. 28.
o Ioan. 18.
p Ioan. 8.
q Ioan. 5. 36. 10. 25. 15.
r Ioan. 10. 15. 16. 17.
s Ioan. 15. 26.
t Ioan. 1. 7. 15. 32. 33.
u Eccl. 9. 3.
x Ioan. 5. 39.
y Aug. 1. 10.
z 2. 2. q. 2.
a 1. Pet. 3. 15.
b 1. Ioan. 5. 10.
c ibid. vers. 7. 8.

Christus cum venerit numquid plura signa faciet, quàm quæ hic fecit [a]? tamen *cum tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum* [b], sed consultabant quid facerent, *quia homo hic multa signa faciebat* [c]: ipse verò protestabatur excusationem eos non habere de peccato suo, *quia fecerat quæ nemo alius* [d]; non credebant, quia nolebant, licèt gratia eis ad credendum sufficiens tu, peteret, sine qua non sufficit quantumvis evidentia credibilitatis externæ, atque testimoniorum credibilium nimis, vt credere quis assensu fidei diuinæ possit. Non potest fides omnino indubitata reddi, nisi mens adiuuetur diuinitus. Oppositus error Pelagianorum fuit, vt sæpe meminit Augustinus [e], & Ticonij ante illos, vt idem [f] refert, scribens [g] & se ita aliquando sensisse; postea etiam Cassiani, aliorúmque in Gallia, qui dicebantur reliquiæ Pelagianorum, vt constat ex Epistolis Hilarij & Prosperi ad Augustinum, & ex eiusdem Prósperi libro contra Collatorem: Vnus postremò hic erat ex erroribus Fausti Regiensis, vt videre est in ipsius libris de libero arbitrio; nempe posita prædicatione, atque congruente persuasione miraculorum, aliorúmve testimonij, quo res quæ credenda proponitur, efficiatur credibilis, possit quis eam rem absque speciali diuina illustratione credere. Vide Bellarminum [h]. Plurimis id locis scripturæ confutatur, quæ idem citat, & anathema pronuntiatur in Conc. Trident. [i] & Arausicano [k] contra dictam hæresim. Minus præterea recte loquitur Capreolus [l], nec ad mentem sui doctoris [m] consentaneè, negans dari euidentiam de credibilitate fidei. Ea quæ subsunt fidei, ait ille doctor, in generali considerata, scilicet sub communi ratione credibilis, sunt visa ab eo qui credit. Non enim crederet, nisi videret ea esse credenda, vel propter euidentiam signorum, vel propter aliquid huiusmodi. Non debet illud Ricardi Victorini [n] præclarum de testimoniis istis omitti testimonium. Scribit *ea, quæ reuelata sunt nobis cœlitus tam multis, tam magnis, tam totius prodigiis confirmata, ea genus videatur esse demens in his vel aliquantulum dubitare.* Subdit deinde, *Virtutem autem terrent Iudæi, veritatem amant inuenire Pagani, cum quanta conscientia fœlicitate pro hac parte ad diuinum iudicium poterimus accedere: nonne cum omni confidentia Deo dicere poterimus, Domine si error est, à te ipso decepti sumus? Nam ista in nobis tantus signis, & prodigiis confirmata sunt, & talibus, quæ non nisi per te fieri potuit.* Rickelius etiam hoc loco argumentatur, liquere, fidem Ecclesiæ esse veram, atque diuinam; alioqui Deum esse falsitatis confirmatorem, hominúmque deceptorem: nec effugere posse negligentes tantam salutem in nos confirmatam, *contestante Deo signis, & portentis, & Spiritus sancti distributionibus* [o].

Domum tuam decet sanctitudo Domine in longitudinem dierum.] Hieronymus habet, *domum tuam decet sanctitas, Domine, in longitudine.* Alij, *Domui tuæ decora est sanctitas, Domine, in longitudinem dierum*, vel *domum tuam ornat sanctitas*, vel, *domui tuæ pulchra, sanctitas*, vel, *domus tuæ formosa sanctitas*, vel, *domus tua habitatio sanctitatis*, vel, *domui tuæ pulchrum sanctitas*, Chaldaicè, *domui sanctuarij tui pulchrè conueniunt* (nempe testimonia tua vera) *sancta sunt in longitudine dierum.* In Psalterio vetere, & apud Augustinum, atque Cassiodorum, *domum tuam decet sanctificatio, Domine, in longitudinem dierum*, quamuis extet in textu Augustini, *in longitudine* casu auferendi, sicut & in editionis nostræ codicibus minus correctis, cum sit Græcè accusatiuus τὸ μακρότητα. In Romano psalterio quod recitat Faber, *domum tuam decent sanctitas, Domine, in longitudinem dierum*, & ita videtur Arnobius legisse; sed in eo, quo nunc vtitur Basilica Vaticana, extat, *Domum tuam, Domine, decet sanctitudo in longitudine dierum.* Indicat Arnobius illum sensum, vt domum Dei, quæ est præsentis temporis Ecclesia, deceant Sancta sanctorum, id est, deceat, vt electi habitantes in ea, deinde inhabitent Sancta sanctorum in sæcula sæculorum, hoc est, cœlestem beatitudinem, seu habitationem Sanctorum. Docui principio versus iuxta communiorem sententiam, posito literali sensu deconseruanda sanctitate templi, cultúsque ipsius, exponi vel de perpetua Christi sanctitate, vel Mariæ, vel Ecclesiæ, vel cuiusuis animæ, vel etiam corporis, quibus omnibus conuenit appellatio *domus*, *Dei* vel *templi*. Addi potest religio, & cultus externus templorum nostrorum, tanquam in lex, & mentamentum pietatis internæ. Hunc quidem versiculum vsurpat Ecclesia in officio de Dedicatione. Iugo distinguit domum Dei, quæ sit homo secundum corpus, & animam; Ecclesia: Ordo religiosus: Hospitale, sic enim Galli nominant, vt etiam notat Gulielmus Parisiensis [a], scriptura: primæ tribuit castitatem, & charitatem: secundæ vnitatem: tertiæ concordiam: quartæ pietatem: vltimæ veritatem. Obiiciat Augustinus in Clericis, qui reddere debent in domo Ecclesiæ testimonia fidei, non sufficere quod sint *sancti*, sicut alij, sed veluti *sanctitudo ipsa*. Discrimen tamen nullum videtur quod statuit inter *sanctitatem* & *sanctitudinem*, quasi plus illa valeat, quàm ista, & sit ista ab illa. *Testimonia illa credibilia nimis*, de quibus actum est, persuadent, vt credamus dictam *sanctitatem* de Christo, Maria, Ecclesia, & dignum esse Christum, ac Deum, quem colamus animæ templique materialis sanctitate: hunc esse *decorem*, quo vult Dominus rex, qui *decorem indutus* initio canebatur, indui, & ornari Ecclesiam suam, & filios suos, quibus ornatur, & induitur velut decoro vestimento. *Oportet*, ait Bernardus [b], *hoc prolato loco, virum, qui ad ornamentum, & decorem assumitur domus, bonis ornatum moribus esse; & quamuis semper ipse sit omnis, bonum tamen testimonium habere debet ab his qui foris sunt.* Verbis autem istis decet & sanctitudinis decus, & indeficientis gratiæ exprimi perfectantiam. Agens præterea de Dedicatione [c], scribit dubitari non posse, quin sancta sit domus Dei, quod *templum est sanctum, & mirabile in æquitate* [d], & *descendens de cœlo à Deo paratum, tanquam sponsa ornata viro suo* [e]: Quod ad animam cuiusque transfert, præsertim viri religiosi. Vniuersalis epithetum Ecclesiæ hoc est, vt dicatur *Sancta*: etiamsi admittat intra se non sanctos. Permansuram in Ecclesia sanctitatem illam colligit hinc Augustinus, & post eum Lanfrancus [f]; quódque non hic, aut ibi tantùm sit domus hæc, sed tota per totum orbem terrarum. Denique non sufficit *credibilia testimonia* credere; adhibenda *sanctitas*, eáque *in longitudinem dierum*, id est, cum perseuerantia, quæ nos perducat vsque ad æternitatem beatam, quam *longitudo* significat *dierum*, vt alibi docuimus. Nonnihil aliena, & longius petita expositio videtur Antonij de Gueuara [g], tellurem, & aquam fide digna esse testimonia, Dei incomparabilem de-

a Ioan.7. 31.
b c.12.37.
c c.11.47.
d c.15.24.
Iudæi non gratia sufficiente, vt ad fidem assentiri deberent, ad credendum.
e Ep.106.107. & alibi.
f 3. de doctr. c.13.
g de prædest. sanctorū ca.3.
Error Fausti Regiensis.
h li.6.de gratia & lib. arbitr.c..& seq.
i Sess.6. Can. 3.
k Can.5. & 7.
Opinio Capreoli non recta.
l 3.d. 23. & 32.q vnica a. 2. ad 3.conclus.sub finem.
m 2.2.q.1.ar. 4.ad 2.
n 2. de Trin. c.2.
o Hebr.2.4.

corem, & inexhaustam potestatem ac fortitudinem testantia, clamantque manifestè mundanam hanc machinam domum Dei esse, eiúsque sanctitate decorari, & ornari, ab eáque regi sapientissimè, & vegetari, longæuáque firmitudine stabiliri, tam concordi discordia ferruminatam, (sic ille loquitur.) Alia expositio de Templo materiali Iudæorum licèt defendi possit, & *longitudo dierum* de illa dici pro longiore tempore, vel nisi obstarent peccata populi; vel de voto ac desiderio, quod habebat populus, eiúsque persona gerens Dauid; vel quatenus typus erat Ecclesiæ, nihilominus multò felicius, & facilius quæ dicuntur hic locum habẽt in Ecclesia, aut in illis, quæ cũ ipsa coniuncta sunt, prout antea diximus. Arguméntatur hinc Galatinus: [a] contra Iudæos pro Christo nostro, eiúsque Ecclesia, quia Templum iamdiu concidit; nec Dei spiritu instinctum Dauidem verisimile est quod futurum non erat, optauisse. Eadé ratiocinatio Agellij in Commentario. [a] lib. 3 cap.

PSALMVS NONAGESIMVS TERTIVS.

Psalmus ipsi Dauid,
Quarta sabbati.

1 DEus vltionum Dominus: Deus vltionum liberè egit.
2 Exaltare qui iudicas terram: redde retributionem superbis.
3 Vsquequo peccatores Domine: vsquequo peccatores gloriabuntur:
4 Effabuntur, & loquentur iniquitatẽ: loquentur omnes, qui operantur iniustitiam?
5 Populum tuum Domine humiliauerunt: & hereditatem tuam vexauerunt:
6 Viduam & aduenam interfecerunt: & pupillos occiderunt.
7 Et dixerunt: Non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob.
8 Intelligite insipientes in populo: & stulti aliquando sapite.
9 Qui plantauit aurem, non audiet? aut qui finxit oculum, non considerat?
10 Qui corripit gentes, non arguet: qui docet hominem scientiam?
11 Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt.
12 Beatus homo, quem tu erudieris Domine: & de lege tua docueris eum.
13 Vt mitiges ei à diebus malis: donec fodiatur peccatori fouea.
14 Quia non repellet Dominus plebem suam: & hereditatẽ suam non derelinquet.
15 Quoadusque iustitia conuertatur in iudicium: & qui iuxta illam omnes qui recto sunt corde.
16 Quis consurget mihi aduersus malignantes? aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatem?
17 Nisi quia Dominus adiuuit me: paulominus habitasset in inferno anima mea.
18 Si dicebam: Motus est pes meus: misericordia tua Domine adiuuabat me.
19 Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo: consolationes tuæ lætificauerunt animam meam.
20 Numquid adhæret tibi sedes iniquitatis, qui fingis laborem in præcepto?
21 Captabunt in animam iusti: & sanguinem innocentem condemnabunt.
22 Et factus est mihi Dominus in refugium: & Deus meus in adiutorium spei meæ.
23 Et reddet illis iniquitatem ipsorum: & in malitia eorum disperdet eos: disperdet illos Dominus Deus noster.

Titulus & Argumentum.

Psalmus ipsi Dauid,
Quarta sabbati.

IAM dictum satis ibi quod attinet ad Titulum, qui non extat Hebraicè, quartam Sabbati, vt etiam differtè Anctor Græcus monet ab Agello citatus, eam diem indicare, qua recitari psalmus hic solebat, indéque cognosci, ait idem, quanti fieret, eo quod singulis hebdomadibus diem tertium sibi sacrum, propriam & peculiarem. De consuetudine psalmum istum cantandi *quarta Sabbati* conuenit Paulus Burgensis, & ex Græcis Euthymius, Nicephorus Blemmida, Apollinarius. Hic carminem ita declarat. Titulus psalm.

τετράδι ἑβδόμου ἤκουεν Δαυὶδ ᾄσματι
ἀμφ' ἑπτακαιδέκατον μέλος τρίτον.
Quaternione Sabbatorum audiit Dauid canentis
Circa nonagesimum suaue carmen tertium.

Non placet Basilij, seu Theodoreti, opinio, Titulum istũ nec ab iis, qui sunt in tuo interpretati editũ esse, si de Lxx. intelligant. Eusebius, præter causam de cãtato psalmo *quarta Sabbati*, addit significari etiam posse quartum mensem, in quo cœpit calamitas ciuitatis sanctæ bello petitæ à Baby-

nis vt narrat Ieremias; At ineptè dicetur *quarta Sabbati*, annum intelligendo per *Sabbatum*. Rationem mysticam reddit is, quem appellant Hieronymum, ex natura ipsa quaternarij, quoniam in hebdomada dies quarta hinc, & hinc tribus diebus cingitur, velut media: idem præterea numerus virtute denarius est, quoniã vnum, duo, tria, quatuor simul illum efficiũt; quatuor verò Euangelia in Decalogo cõputantur, vt quodcumque dicitur in Decalogo cõpleatur in Euãgelio, nec dissentiat lex vetus ab Euangelica dignitate. Ex Ambrosio [a] videtur quisquis ille est, mutuatus. Tetradem omnibus numeris aptam vocat, & radicẽ, ac fundamentum decimæ, hebdomadis quoque medium: inscribi psalmum hunc *quarta Sabbati*, eo quod hic numerus medius sit priorum, & sequentium: qui hunc psalmum canit, velut aptis numeris vitam istius mundi transigere, quasi tetragonum, & stabilem, atque perfectum: in quatuor libris plenum Euãgelium, atque perfectum esse: quatuor animalia mystica esse: mũdi istius partes quatuor; ex quibus filij Ecclesiæ: decadem ex isto numero allurgere, quæ decas omnem numerum complectitur: (à δεκτὸς δέχεσθαι derivãt) quatuor esse ætates hominis pueritiam, adolescentiam, iuuentutem, maturitatem. Augustinum prolixius agentem, & inferentem disputationem aduersus cultores astrorum, & reprehendentem etiam, aut minus certè probantem eos, qui à vocabulis deorum denominãt *dies Martis, Mercurij*, &c. posteriores Latini sequuntur; causam tituli esse, quoniam feria quarta facta sunt luminaria Solis, & Lunæ, vt quemadmodum nihil offensa tumultibus rerum inferiorum constanter cursus suos seruant; sic nihil commoueamur, impiorũ felicitate, & afflictione piorum; nec propterea deflectamus à via mandatorum, & iudiciorum Dei, sed in lege ipsius meditemur die ac nocte, illam custodientes, & perficientes, atque *lucentes tanquam luminaria in mundo, verbum vitæ continentes* [b] denique *vt lux mundi* [c].

Ex mysticis istis causis, quas, ob auctoritatem Patrum veneror, colligitur psalmi argumentum, in quo etiam omnes fere nostri conueniunt; nempe, vt doceamur patientiam, constantiámque in aduersitatibus, expectando diuinam vltionem de superbis, & impijs, præsertim exteris tyrannis, ac iniquis etiam domesticis regibus, & iudicibus, quam Propheta partim prædicit, partim optat, & imprecatur: & non offendamur, si prosperè improbis, probis res infeliciter cedere quandoque videamus; quasi casu cuncta, & sine prouidentia gererentur. Se ipsum autem profert etiam in exemplum, quod cumulatissimè Dei auxilio & consolatione, hostibus penitus exciſis, compensatam senserit pristinam tribulationem, atque mœrorem. Applicant stolidi Rabbini ad populum Hebræum, in cuius persona perat Dauid Messię aduentum aduersus Christianos, aliósque, à quibus in captiuitate detinetur. Refelluntur à Valentia, & Lyrano. Sed huic non assentior, & Aiguano, compositum psalmum à Moïse contra errorem de prouidentia grassãtem, suo, & coætanei Iob tempore. Omnium auctor psalmorum Dauid fuit, vt sæpe dixi. Nec placet opinio primùm indicata ab Eusebio, de captiuitate Babylonica. Athanasius hortatur Marcellinum, vt recitet hunc psalmum, si *quarta Sabbati* canere concupiscat: tunc enim traditum Dominum, vltionem de morte sumere exorsum esse, déque ea fortiter triumphasse.

a 1 de Abraham c. 9.

b Philip. 2. 15. 16.
c Matt. 5. 14.

Argumentum.

A

Vers. 1.] Deus vltionum Dominus. Deus vltionum liberè egit.

ANtequam exponat querimoniã suam Deo de improbissimis persecutoribus, secum ipse ruminet loquens, ponit vt certum, ne vacillet circa prouidentiam, & iustitiam ipsius, quod qui solus est verus Deus, potestate præditus vlciscendi suorum iniurias, & ad quem vnum pertinet vindicãdi munus, quique reseruauit id sibi [a], semper hactenus liberè, atque confidenter se gessit in vindicando & vlciscendo, eandémque in posterum rationem seruabit, vt nullius respiciat, seu accipiat personam, neminem vereatur, nulla cuiusquam qualicumque moueatur cõditione, de magnis æquè ac paruis cum voluerit, & æquum esse duxerit, pœnas vltrices repetat, atque sic occulta etiam scelestorum crimina vel à superiore humana potestate impunita in lucẽ proferat, coarguat, conuincat, exemplari, quod vocant, manifestóque supplicio afficiat, nemo retardare, aut vllo modo auertere, aut impedire ictum vindictæ possit, si decreuerit exerere. Christo ad iudicium venturo accommodant aliqui sententiam. Habet autem energiã, & emphasin, propter repetitionem, quod bis *vltionum* cognominetur *Dominus*, & propter verbum Hebræum Græcúmque, quod explicatur per, *liberè agere*, vt mox dicemus.

B

Deus vltionum Dominus, Deus vltionum.] Hieronymus, *Domine*, in vocatiuo. Hebraizantes eodem pacto, quia verbum quod sequitur interpretãtur in Imperatiuo. In vetere testamento crebrò *vltionum* vocatur *Deus*, diuc *capiens vltionẽ, vlciscens*, &c. Vendicat sibi vindictam in Cantico Moïsis [b] apud Esaiam [c] ait, *Vltionem capiam, & non resistet mihi homo*: apud Nahum [d], *Deus æmulator, & vlciscens Dominus, & habens furorem, vlciscens Dominus in hostes suos, & irascens ipse inimicis suis.* Hoc etiam veri signum Dei dedit Gedeon [e], *Si Deus est, vindicet sẽ de eo qui subuertit aram eius.* Deus laborare fecisse te queritur illos, qui dicebant (quod ferè diximus esse argumentum psalmi nostri) *omnis qui facit malum, bonus est in conspectu Domini, & tales ei placent aut certe vbi est Deus iudicij* [f]? id est, qui iustè iudicare dicitur, solet, debet. Refutatur hic error, &

C

blasphemia in psalmo 72. vbi docui iustos etiam pulsatos eadẽ tentatione, vt Iob [g], Abacuc [h], Ieremiam [i], & hanc Ezechiel [k] nominauit *iniquitatem domus Israël & Iuda magnissimam valde, quod dereliquit, dereliquit Dominus terram & Dominus non videt.* Notat Aiguanus acutè homines in iudicando nõ esse veros, id est, omnino absolutos planéque perfectos dominos, quia & supra se aliñ habent regem vniuersæ terræ [l], nec debent ex arbitrio, & voluntate propria, sed secundum leges, ac iura iudicare. *Non finitur hunc Dominum animam non reddere, quod debet*, inquit Augustinus [m], *sed si non reddit faciendo iustitiam, reddet patiendo miseriam, nec est peccati decus sine decore vindictæ; quamuis in futurum iudicium seruetur ad manifestationem, atque acerrimum sensum miseriæ, quidquid nunc occultissimè vindicatur.* In lege vetere seueritatis Deus, & vltionis dedit clariora, & plura signa, in Maria [n], Nadab, & Abiu [o], Dathan, Core, & Abiron [p], Achan [q], Oza [r], Ozia [s]; & aliis: & in noua, quæ non timoris ac seruitutis est, sed gratiæ, ac misericordiæ, vocatur *Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis* [t], *& erant appropinquantes ad Iesum publicani & peccatores* [u]. Nihilominus flagellũ adhibuit Iesus [x]: & Petrus Ananiam & Saphiram verbo extinxit [y]. Maximè

D

E

Simile loci.

a Deuter. 32. 4. Hebr. 10. 30. Rom. 12. 19.

b Deuter. 32. 43. Hebr. 10. 30. Rom. 12. 19.
c c. 47. 3.
d c. 1. 2.

e Iud. 6. 31.

f Malach. 2. 17.

g c. 21. 7.
h c. 1. 4.
i c. 12.
k c. 9. 9.

l Eccl. 5. 7.

m 3. de lib. arb. c. 5.

n Num. 17.
o Leuit. 10. 2.
p Num. 16.
q Iosue 7. 1. 25.
r 2. Reg. 6. 7.
s 2. Par. 26. 19.
t 2. Cor. 1. 3.
u Luc. 15. 1.
x Ioan. 2. 15.
y Act. 5. 3. 5. seq.

propitium est Deo misereri, & consolari, & iratus recordatur misericordiæ [a], nec obliuiscitur misereri [b]. Quin etiam dum vindicat consolatur, quod affinitas duplicis verbi denotat נקם *nakam*. & נחם *nacham* quam eleganter Esaias [c] expressit: הוי אנחם מצרי ואנקמה מאויבי *hoi ennachem mitsorai veinnakemah meoiebai. Heu ego consolabor de hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis.* Vbi tamen *heu* non tam dolentis est, quàm insultantis, & ex vindicta consolationem capientis. Sicut enim *iustus lætatur videns vindictam* [d], ita Deus ipse illam faciendo [e]. Permittenda Deo vindicta; & eius arbitrio, vt ante dixi, cum eã ipse sibi arroget, ac vendicet. Scelerata sententia, quod quidem,

[f] *Sceleri modus debetur, vbi facias scelus,*
Non vbi reponas.

Impia & hæc.

[g] τὸν δ' ἀσεβεῖν ἄτυχον μὴ κολὸν τιμᾶν ἔθος ὃ φθονεῖν δυστυχεῖ κακῶς θέλοντας, οὐδὲν ἡμᾶς πρὸς τὸν θεόν.
Pietatem colere prosperè agentes decet:
Sed quando quis hostis malo afficere cupit,
Huic nulla lex obstiterit.

Imo obstat lex Christi, obstat recta ratio, obstat Atheniensium ἀμαγωγία, obstat quod, vt ait Augustinus, qui cum vindicare se non possit, optat à Deo, immoderatè nimirum, vindictam, murmurans quod non vindicet, blasphemus est, atque verendum est, ne si venerit, priorem ipsum inueniat, & seueriùs puniat hanc blasphemiam, quam alterius minus peccatũ. Duobus fratribus ignem optantibus in inhospitales, respondit Christus *nescire cuius spiritus essent* [h]; nam *spirituales, spiritu prædicti sunt lenitatis* [i], *non se defendunt, sed locum dant iræ* [k]. Vltorem coluerunt Deum etiam Gentiles, vt Martem, quem & *bisultorem* nominauerunt, à gemina victoria [l].

Libere egit.] Hieronymus in imperatiuo, *ostendere.* Alij, *splendidum te exhibe, fac te conspicuum, appare, affulge prodi in lucem.* Quasi quando dissimulat, nec vindicat, videatur latere, obscurus esse, non cognosci, iacere in tenebris. Testatur Theodoretus, aut Basilius, Aquilam, & alios, exceptis Lxx. vertisse ἐπιφάνηθι, *ostendere*, vel *manifestare.* Potest הופיע *hophiahh* præteriti temporis esse in indicatiuo, & imperatiui modi. Apollinarius exposuit per optatiuum, sed in tertia persona.

[g] ἔστω δὲ θεῖον βασιλεὺς ποιεῖν δίκαζε.
Nullum erubescens, rex, pœnas discepto.

Idem illud Hebræum verbum reddit psalmo 79. [m] *manifestare*, & in 49. [n] cum alio *manifestè venire*, & in Deuteronomio [o], *apparuit.* In vetere psalterio. & apud Augustinum, *fiducialiter egit*, in psalmo autem 11. [p] idem Græcum verbum παῤῥησιάζεται noster Interpres transtulit: *fiducialiter agere.* Explicat Augustinus de libera Christi doctrina & reprehensione; ita vt admirarentur turbæ *docentem, tanquam potestatem habentem* [q], & *non respicientem personas hominum* [r]. Qui in verbo nõ pepercit passurus, inquit, parcet in sententia iudicaturus? qui neminem timuit in humilitate, timebit quemquam in claritate? Peperit hæc ei libertas, & veritas, & inducta odium, tormenta, mortem. Imitari debent qui præsunt, & exercent iudicia, vindicántque publicas, vel priuatàs aliorum iniurias, *vltionum Dominum Deum*, vt liberè agant absque personarum acceptione, quæ toties cauetur in diuinis literis [s]: vt propter vitæ innocentiam arguimur nequeat, ne pie fit qui dicere possit, *quid fecisti? vel ibare valeat contra iudicium ipsius* [t], & resistere: vt *non acquiescat cunctisque precibus nec flectipiat pro redemptione dona plurima* [u]. Quod addit Hugo, *liberè agere*, idem esse *quod liberaliter*, & declarat de Deo expectante ad pœnitentiam [x], & pœnitentibus dante veniam, non adeò accommodatum videtur, quia *liberè agere*, & παῤῥησιάζεσθαι non est *liberaliter se gerere*, aut *liberalem esse.* Summa libertate omnia Christus egit, solus simpliciter *liber inter mortuos* [y], nósque vera *libertate liberans* [z], vtpote *veritas, à qua quis liberantur verè liberi sunt* [a]. Augustinus, aut quis alius [b], explicat Christum *liberè egisse*, qui *factus est sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber* [c].

[a] Abac.3.2.
[b] ps.76.10.
[c] c.51.24.
[d] ps.57.11.
[e] Deuter.28. 63. Deuter.5. 13.
[f] Seneca in Thyeste. Act 5.
[g] Eurip. in Ione.
[h] Luc.9.55.
[i] Galat.6.1. *Deum vltorem Gentes coluerunt.*
[k] Rom.12.19.
[l] Giral. Syntag.10. Ouid. Fast. Dion.lib. 54.
[m] vers.2.
[n] vers.3.
[o] c.33.2.
[p] vers.6.
[q] Matt.7.28. 29.
[r] c.22.16.
[s] Leu.19.15. Deuter.1.17. c.16.19. Iob 34.19. Sap.6. 8. Ecclesi.35. 16. Hier.42.2. Hom.1. Adrom.1. Alibi. [t] Sap.12.12.
[u] Prou.6.35.
[x] Rom.2.4.
[y] psal.87.5.
[z] Galat.5.1.
[a] Ioan.8.32. 36.
[b] in append. ter.12
[c] pf.87.5.

Vers.2.] Exaltare qui iudicas terram, redde retributionem superbis.

POsito illo certissimo fundamento, in Dei potestate esse vindicare, ac vlcisci cum voluerit, nihilque posse impedire, quò minus id liberè agat, expostulat cum eodem, flagitátque, quasi cunctationem, & moram accusans, vt exerat sese, nec tacenti amplius, vel dormienti similis, differat, dissimulet, connniueat, parcat, sed suaviens libertate, & superiore cunctis potentia, tanquam conscendens tribunal, solióque iudiciarium, cõmeritam, debitámque de superbis, qui Deum ipsum spernunt, & de iniquis, qui alios lædunt & iniuria afficiunt, ferat sententiam, atque iustam rependat pœnam, nec vltra longiùs progredi permittat, ad pessimum exemplum, & grauissimum aliorum damnum; quin potius exaltantes sese, ac extollentes, & superbientes humiliet, deiiciat, deprimat. Negat Cassiodorus hæc esse imperatiua verba, id est, imperantis modo prolata, sed per ea ostendi certi animi sententiam, & desiderantis deuotionem. Satis vsitata formula non minus profanis, quàm diuinis literis, immo & ita passim ipsimet etiam cum Deo loquimur, quasi videamur imperare, quod nemus valde, & illi pergratum intelligimus. Transfertur hoc ad iudicem Christum, vel ad resurgentem, & ascendentem in cœlum, vel ad punientem Iudæos, opera Romanorum. Literali autem sensu non placet interpretatio de Ægyptis, quorum rex Pharao contemptim superbéque interrogabat, *quis est Dominus? nescio Dominum* [h].

Exaltare.] Hieronymus, *eleuare*, & alicubi [i] addit, *Domine.* Alij, *attollere, eleua te, conscende tribunal.* Idem alibi sæpius [k] petit Dauid, vt exaltetur Deus, vel dextera eius, vel ipse in virtute sua, &c. quæ designant vel ex superiore loco iudicantem; vel fortius ferientem; vel suam gloriam efferentem, ac manifestantem. Tantum decet eminere aliorum iudicem virtute, quantum potestate, ac dignitatis loco superat: oportet velut è specula, & loco superiore cognoscere de quibus iudicat: debet extare, & excellere; non sese ad ea demittere, & abiicere, quæ condemnat in aliis: nec esse est, vt *honorificet ministerium suum* [l]; nec se sinat contemni [m], sed tueatur auctoritatem, sicque viuat, vt nemo videri melior eo possit, nemo contemnere audeat. Hieronymus [n] exponit peri, vt Deus exaltet, ac eleuet nos.

Qui iudicas terram.] Qui terrã habitant, vel habitauerunt, vel habitabũt, si de Christi agamus generali iudicio, quãuis & suo modo iudicabuntur Angeli, vt alibi docuimus. De iudice terræ seu orbis terrarũ, sæpe hoc poëtæ optatim loquuntur [o], tum

[h] Exod.5.2.
[i] in Esa.c.57.
[k] ps.7.7.psal. 10. 12. Hebr. psal.17. 47. ps.20.14. psal 56.6. 12. ps.88. 14. ps. 107.6.
[l] Rom.11.13.
[m] 1. Tim. 4 12. Tit.2.15.
[n] supra.
[o] ps.2.2.psal. 80.2. psal.93. 2. 97.9.

propterea quod de hominibus præcipuè iudicii vniuersale erit; tum, quia nunc id agitur vt de iudicandis hominibus mentio fiat: tum quia manifesta antithesis, vel comparatio ad alios, *ut iudicaret terram*[a] Deo inferiores, quoniam *ipse iudicat eos in terra*[b]. & eumdem surgere Dauid alio in psalmo[c] rogat iudicare terram. Expositio Hugonis longius petita, vt *iudicare terram* sit condemnare amatores bonorum terrenorum, & sapientes terrena, quasi non sint iudicandi, sed iudicaturi cœlestes homines. Etiam illi inuidebuntur, quamuis non condemnabuntur. Consentire nihilominus Hugoni Arguanus videtur. Sed abhorret hoc à literali sensu, & quidam mutauit non verum, vt iam dixi.

a psal. 10.
b psal. 57. 12.
c psal. 81. 8. Expositio Hugonis longe petita videtur.

Reddere retributionem superbis.] Hieronymus, *vicissitudinem.* Nomen *superborum* indicat retributionem, ac vicissitudinem malam; quod etiam epithetum Paraphrastes expressit. Egimus alibi[d] de nomine ἀνταπόδοσις, vel ἀνταπόδομα, גמול *ghemul*, retributionis. Omnino similis imprecatio psalmo 27.[e] *Redde retributionem eorum ipsis*, nempe peccatoribus, & operantibus iniquitatem. Cæterùm hoc loco *superbi* vel comprehendent omnes peccatores, quia *omnis peccatum superbia principium*[f], & quiuis peccator quatenus Deo seipsum præfert, superbus est, vt alias ostendi ex opposita comparatione cum humilibus, siue mansuetis, scribitque Prosper[g], quod nullum peccatum fieri potuit, potest, aut poterit sine ipsa; siquidem nihil aliud omne peccatum, nisi Dei contemptus est, quo eius præcepta calcantur: vel secundum propriam notionem sumuntur. *Superbi* solent alios opprimere, non credunt, aut non patiuntur alium superiorem. Hinc prouidè perspicitur magis Dei vindicantis oppressiones iustitia: & opprimentes punientis potentia. Dicitur *retribuere abundanter facientibus superbiam*[h]; & cùm de iudicio mentio fit, peculiariter supertenturum scribitur superbis. *Dies Domini exercituum*, ait Esaias[i], *super omnem superbum, & excelsum, & super omnem arrogantem, & humiliabitur, & super omnes cedros Libani sublimes, & erectas, & super omnes quercus Basan, & super omnes montes excelsos, & super omnes colles elevatos, & super omnem turrem excelsam, & super omnem murum munitum.* Augustinus tres causas assignat, cur superbiæ peccatum præ cæteris punitione dignum sit, tamquam maius malum; quia est magis spirituale, & à spiritibus, malisque Angelis inceptum: quia non parcit personæ temporis, loci: quia difficile cauetur, & curatur. Alias ille, ac pluribus verbis ista persequitur. Appellat Paulus[k] superbiam iudicium diaboli, & cùm cauet in Episcopo alia vitia, vt vinolentiæ, percussionis, &c. nullam rationem reddit, quia satis nota erant: cùm verò ne creetur neophytus, ne, inquit, *in superbiam elatus, in iudicium incidat diaboli.* Denique nulla est pagina ferè sanctorum librorum, inquit Augustinus[l], in qua non sonet, quod Deus superbis resistit; cui sententiæ Basilius[m] scribit, si quis fidem habeat, mederi posse superbiæ suæ. Retributionis, ac vicissitudinis exemplum egregium in Apocalypsi[n]. *Reddite illi, sicut & ipsa reddidit vobis, & duplicate duplicia secundum opera eius; in poculo quo miscuit, miscete illi duplum. quantum glorificauit se, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum, & luctum, quia in corde suo dicit, sedeo regina, &c.*

d psal. 18. 21. psal. 27. 4. psal. 68. 25. psal. 90. 8.
e vers. 4.
f Eccl. 10. 7.
g lib. 3 de vita contemp. c. 2.
Omne peccatum Dei contemptus.
h psal. 30. 24.
i c. 2. 12.
Tres causæ cur superbia peccatum præ cæteris punitur.
k 1. Tim. 3. 6.
l 3. de doct. c. 23.
m Regu. 3. c. brev.
n c. 18. 6. 7.

Vers. 3.] Vsquequo peccatores Domine, vsquequo peccatores gloriabuntur.

Vers. 4.] Effabuntur, & loquentur iniquitatem, loquentur omnes, qui operantur iniustitiam.

NIsi iam in puniendo tarditatem Dei conquiritur apud Deum ipsum, quod amplius ferenda non videatur nimia, ob impunitatem impiorum, licentia, insolentia, superbia, efferatas iam aduersus Deum ipsum blasphemia, & contra cetus eius obtrectandi procax audacia. Acrimoniam habet per modum zelantis, indignantis, dolentis, fœlicitantis, cum Deo ipso colloquentis repetita oratio. Similis in nonnullis præcedentibus psalmis[a], sententia, necnon Iob[b], Ieremia[c], Abacuc[d], Malachiæ[e]; & in 72. psalmo accuratè querimonia ita exponitur de toleratis improbis, eorumque prosperitate. Talis erat etiam Pharisæorum conquestio, quod peccatores Christus susciperet, vt demonstrat parabola de filio luxurioso, & prodigo, quemadmodum à Theophylacto[f] notatum est; qui etiam explicat quod prior queritur, filio negatum hœdum, significare iustum dolere aliquando, quod non puniatur improbus, & sic ipse conquiescat, velutique reficiatur, ita vt Eliæ Achab fuerit veluti hœdus, & Saul Dauidi nostro, qui nunc deploret. *Vsquequo peccatores* &c. Quod Augustinus de nostro hoc loco ait dici de illis aliis, & similibus potest, compati nobis ea scripturarum loca, & spiritum Dei nobiscum quærere in ipsis, non quia ita sentiant, sed ideo nobiscum quærere, vt in illis inueniamus, quod nesciebamus; quomodo qui vult aliquem consolari, prius cum illo condoleat, & sic reficit eum sermone consolatorio.

a psal. 10. psal. 12. 2. 36. 1. 72. 2. 93. 3.
b c. 21. 7.
c c. 12. 1.
d c. 1. 13.
e c. 2. 17.
f Luc. 15. 28. & seq.
Iudæa Antiochus quomodo pœnam impio-rum.

Vsquequo peccatores Domine, vsquequo peccatores gloriabuntur?] Hieronymus, *vsquequo impij, Domine, vsquequo impij exultabunt.* Exprimit Paraphrastes querimoniâ de prosperitate, *vsquequo improbi prosperitate fruuntur Domine, vsquequo improbi viuent in tranquillitate?* Rectè monet Trevetus in tali lectione Hieronymi aut mendum esse legique debere, *exultabunt*, aut *exsultabuntur*, positum quia *exultantes*, eò deexultantur. Verbum Hebraicum futuri temporis est יעלזו *iahalezu*. Rit. superpeccatores Euthymius vult, quia & in Deum, & in proximum peccant. Hugo interpretatur de dæmonibus, quibus addi potest homines. Exaggeratione, vt priùs indicaui, repetitio importat, *vsquequo*, diuturnitatem: cætera, quod peccatores de peccatis glorientur, eáque manifestent, & verbis, & factis. Ambrosius[g], qui psalmi huius argumentum simile facit argumento 72. interpretatur præsentem sententiam, quod qui habent hîc vmbratilem gloriam, vbi de sæculo excesserint, fructum consolationis habere nó possint. Quasi ex affectu cõpassionis loquatur nunc Dauid, quod peccatores maneant glorientur. Rursus tamen existimat induci à Dauide hic loquentes, quos superbia inflatos asserit, & ipse nihil aliud timet tam superbum, quàm eum qui sub peccato sunt, atque indigne ferant peccatores viuere, dicêtes *Vsquequo peccatores*, &c. Melior prior Ambrosij sententia cum cõmuni conueniens, vt ipsemet loquatur Propheta, vel quiuis iustus, cuius ille personam induat, ac ægrè ferat viuere peccatores, ac vigere tandiu, & de sua gloriari impietate, atque exultare. *Nunc autem exultatis in superbijs vestris*, ait Iacobus[h]: omnis exultatio talis maligna est, nempe *lætari cum malè*

g in psal.
h c. 4. 16.

facerus, & exultare in rebus pessimis [a]; prædicare peccatum suum, sicut Sodoma [b]; ac *fronte meretricia nolle erubescere*. Hæc summa iniquitatis nota, cùm nullus peccati pudor est, & sic peccatur. quod Cyprianus [c] deplorat suo factum tempore, scilicet apud Gentiles, quasi magis per ipsa peccata placeatur.

Effabuntur, & loquentur iniquitatem.] Hieronymus, *fluent loquentes iniquum*. Alij, *effluent*, seu *ebullient*, *loquentur dura*, seu *superba*, nempe *verba*. id est, erumpent, vt loquantur verba fastuosa, & cum fastu, vt antiqui, qui ipsa sibi antiquitate auctoritatem, grandioréque ætate, & vsu longo rerum pepererunt, & esse seueriores solent. Vel *loquentur*, vt Nebiensis exponit, *inueteratam malitiam* quasi repetentes illud Pharaonis, *quis est Dominus? nescio Dominũ* vt obseruat Treuetus. Chaldaicè *effluent*, siue *affluent, & loquentur calumnias*, aut *iniqua*. Hebræa sunt יביעו ידברו עתק *rabbihhu iedabberu hhathak*. Primum verbum declaratum est psalmo 77. [e] *loquar propositiones*, & in 18. [f] *Dies diei eructat verbum*, & in 58. [g] *Ecce ipsi loquentur in ore suo*. Vertitur præterea *eructandi* verbo in 118. [h] & in 144. [i] & alibi, propriéque significat *fundere verba ex ore velut ex vena, fonte, scatebra, & quasi ebulliendo, atque cum impetu effluendo*. Ergo hîc denotatur sermo iniquorum prolatus cum affluentia, impetu, ebullitione, seueritate, atrocitate, cũ ampullis, bullísve, quæ in ebulliente existũt aqua. Vocauit Horatius [k] *ampullas* verba turgẽtia, tumida, inflata, & ampullari [l] similia loquiteadémq; ratione M. T. [m] λαικύθους vsurpauit, & Plinius [n], petita à vasculis metaphora, orificio angustiore, turgidiore ventre; vel à tumore, siue bulla, & alij λαικυθίζειν: etsi hoc ad exquisitam potius pertinere orationem velint. Adi Horatij bonum interpretem Torrentium, item Turnebum [o], & Cataneum [p]. Non ineptè Bartholomæus Botta sic rem expressit carmine.

Quo Deus vsque feros illorum grandia verba?
Os tumidum fastu sesquipedale sonat.

In psalterio vetere, & apud Augustinum legitur, *respondent*, in Romano, apúdque Cassiodorum, pronunciabunt, Quasi loquentes iniquitatem improbi antiquam, malitiam, verba dura, & sæua videantur proferre effata, responsa, pronunciata, veteres, ac receptas sententias, scita veterum, rata decreta. Nomen vltimum textus Hebræi: עתק *hhathak* significat *vetus, durum, fortè, tumidum*. Occurrit iam prius in psalmo 30. [q] & 74. [r] In vltimo, *Nolite loqui aduersus Deũ iniquitatem*. Hieronymus, *in cervices veteres*, alij, *in collo duro, præfatio, pingui, in gutture quodammodo inflato*. In alio, *Muta fiant labia dolosa, quæ loquuntur aduersus iustum iniquitatem*. Hieronymus, *dura*. In Cantico Annæ [s], quod legimus, *Recedant vetera de ore vestro*, Græcè est μη ἐξελθέτω μεγαλορρημοσύνη ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν, *non egrediatur magniloquentia ex ore vestro*. Cyprianus [t]. *Non procedat*, vel *exeat magniloquium*. Augustinus [u] *magniloquium*. Hebraicè יצא עתק מפיכם *iese hhathak mippichem*, & supplenda est negatio אל *al* ex præcedente illius loci membro. Chaldæus interpretatur ibidem, *blasphemias*. Alij, absque particula negante, *egrediatur*, id est, *cesset asperior sermo ex ore vestro*: vel, cum illa particula, *neque egrediatur verbum arrogans de ore vestro*: denique *recedat*, vt Caietanus exponit *fortitudo de ore vestro*, ne videlicet vos de illa iactetis, & illam venditetis.

Loquentur omnes qui operantur iniustitiam.] Hieronymus, *garrient*, ad modum auium loquentes, *sine ratione* ait Treuetus. Alij, *magnificabuntur*, vel, *iactabũt se, extollent, prædicabunt, gloriabuntur*. Chaldaicè, *dicẽtes verba opprobrij*. Verbum יתאמרו *ithhammeru* coniugationis vltimæ, quæ significat *reciprocam actionem ad seipsum*, rectè transfertur illis vltimis modis, quia qui se laudat, sponte ipse se excitat, atque, vt ita dicam, facit seipsum de se loqui, quod quia vanum, inane, & irrationabile est, bene etiam *garrienti* verbo declaratur: quoniam auis garriendo ipsa se prouocat, velutíque laudat, & gloriatur, ac interdum contendit cantu cum alia. Semel adhuc apud Esaiam [a] extat idem verbum in secunda persona posito tamen [b] *iod* in medio pro [c] *aleph in gloria eorum superbietis* בגסותם תאשרו *bichuodam thiammeru*, quod Vatablus exponit, *oblectabitis vos ipsos*: alij, *iactabitis vos, exaltabitis, magnificabuntis*. Chaldaicè תתפנקון *thithpannekun latabimini*. Græcè ἐν τῇ ἀλαζονείᾳ αὐτῶν θαυμασθήσονται, *in diuitijs eorum admirabimini*, seu *eritis admirabiles*. Interrogationis factæ, *Vsquequo*, seu *quia in & quo tandem perdurabit*, ac *pertinget peccatorum, superbia, & iniquitas, & cur Deus liberè sinat agere progredique* multæ reddi causæ possent. Vna infra [b] indicatur, *donec fodiatur eis fouea, & compleantur iniquitates eorum* [c]. Alia sunt, vel ad exercitium iustorum; vel vtilis pœnitentiæ spatium, locúsve concedatur; vel, vt si hoc abutantur, magis inexcusabiles fiant; vel, vt vis liberi arbitrij illorum magis perspiciatur; vel, vt bonitas & iustitia Dei magis innotescant. Qua de re dictum non semel. Obseruat etiam Hugo ter *loquendi* verbum de peccatoribus dici (potuit & quater affirmare, addendo verbum *gloriandi*) semel verbum *operandi*; quoniam potentiores, inquit, sunt in lingua mali, quam in manu. Sic enim scripsit Esaias [d] de quodam, quod *superbia, & arrogantia eius, & indignatio eius, plusquam fortitudo eius*: & Ieremias [e] inducit Deum dicentem, *Ego scio iactantiam eius, & arrogantiam, eo quod non sit iuxta eam virtus eius, nec iuxta quod poterat conata sit facere*: & Sapiens [f] ait, *quod omnes insipientes, & infelices supra modum anima superbi sunt*. id est, supra vires, plúsque quàm valeant. Sed apud Ieremiam, qui de Moab agit, sicut & Esaias, R. Ioseph Kimhi [g] exponit; *Ego noui impregnationem eius*, videlicet ex incesto concubitu, quæ cogitatio valet, quemadmodum & similes defectus natalium, rerúmve aliarum, ad comprimendam arrogantiam. Attingit Aiguanus quæstionem. Vtrum grauius peccatum quod primò committitur, vel de commisso gloriari, respondétque hoc secundum; quia qui gloriatur, & lætatur cum simili mala voluntate ei, quam prius habuerat, nouam delectationem, & gloriationem habet, hócq; deterior præterea videtur, quod absente obiecto, vel etiã fomite, quibus antea meretabatur, adhuc placet peccauisse; & ex malitia iam quodammodo peccat. Notat idem auctor præterea, nonnullos gloriari ipso peccandi proposito, siue expectatione, cuiusmodi dies erat, excitans seipsũ ad fruẽdum bona, quæ sibi cõparauerat [h]; alios, dũ peccãt, de quibus sub numero vnius in alio psalmo [i]. *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate?* quotidã post peccatum, & *cum malè fecerit* [k]. Tandem Basilius, vel Theodoretus, volunt non postulari hoc loco exitium illorum; sed ne præualeant, & ne habeant ἐξουσίαν δοθεῖσαν εἰς αὐτοὺς, *potestatem velut viaticum, & instrumentum ad iniustitiam*. Certè iustus hoc esse contentus debet, nec lætatur videns vindictam; nili quia sic vltum Deo, nec melius malis remedium erat.

a c.61.16.

b verſ.13.

c Gen.15.16.

d c.16.6.

e c.48.30.

f c.15.14.

g in Ierem

h Luc.12.19.

i pſ.51.3.

k Pro.2.14

Vers. 5.] Populum tuum Domine humiliauerunt, & hæreditatem tuã vexauerunt.

Vers. 6.] Viduam, & aduenam interfecerunt, & pupillos occiderunt.

Sensus lect.

SVmma capita enumerat malorum, quæ superbi, peccatores, operatores iniustitiæ cum summa superbia, & proteruia perpetrarunt. Afflixerunt Dei populum, & quos ille sibi in peculium, peculiaremve dei git hæreditatem, variis iniuriis, damnisque affecerunt: læuierunt etiam, atque crudeles manus intulerunt personis omni humana destitutis ope, & quarum gerit ipse singularem curam, & geri ab alus præcipit, viduis, peregrinis, orphanis, vt ostēdit psalmo 67.[a] Itaque tacitè exigit à Deo, vt suasiuet, ac proprias vlciscatur iniurias: & qui dicit *vltionum Deus sōles*, scriptum vlciscatur, ne quis illud vsurpet [b], *Si Deus est, vindicet se de eo qui suffodit aram eius*. id est, qui attriuit cultores suos: & exprobret [c], *vbi est Deus eorũ*? Ad indignationē aduersus hostes, ait Græcus auctor ab Agellio citatus, excitat Deum, dum dicit populum Dei esse, qui humiliatur, hæreditatem, quę vexatur. Admonet item Deum officij sui, quod est, vt modò dixi, miseras depositásque personas potissimùm tueri, atque vindicare.

Populum tuũ Domine humiliauerunt.] Hieronym. in futuro, *cōterent*. Alij in præsenti, *conterunt, opprimunt, commoliunt*. Importat יכתו *sedacchcu contritionem*, & *comminutionem*. Tempus autem futurum denotat, verendum, ne quod iam factum est, adhuc fiat, pro inueterata nocendi consuetudine, & insita in Dei populum maleuolentia. Humiliatio deiectionem sonat, & quod Apollinarius ait δαπείψαι τὸν θεὸν, *solo æqualē ponere*, siue *solo adæquare, humi deycere, subiicere, submittere, supponere*. Humilitatis virtutis tribulatio, tētatio, persecutio occasionem quidem dat, sed non est hîc de virtute sermo, quidquid Aiguanus dicat. Iuxta tropologiam, vel accommodationem, concedi potest sensus iste. Prioris generis est quod affert Hugo, conari dæmones, vel improbos etiam homines, impedire motus bonos, vt de Deo memoriam: *vexare hæreditatem Dei*, hoc est, turbare cōtemplationi deditos, &c. Applicat etiam eadem mala malis Sacerdotibus, & prælatis. Tale quod est apud Greuetum [d], Dominum habere populum in nobis, secundùm rationem nostram, & motus rationales ordinatos; hæreditatem, secundum affectionem, & ordinatam in eo charitatem, populum enim constare rationabilibus; humiliari quando animus ad inferiora se deiicitur, per mũdum, seu mundi prudentiam, per habendi cupiditatem, carnem, vel prudentiam carnis, per voluptatem: diabolum, per vanitatem, siue vanam gloriam: charitati conuenire nomen *hæreditatis* ab hærendo, quia est de immobilibus, fides, & spes de mobilibus, quatenus euacuantur [e]: hanc hæreditatem vexari in iusto, vt ei *vexatio det intellectum* [f]; sed non amitti, quoniam *non possunt eam extinguere aquæ multæ* [g]; nec iustum quid *separare à charitate Christi* [h].

Et hæreditatem tuam vexauerunt.] Hieronymus, *affligent*, significat, κακώσουσι *malis affecerunt*. & יענו *iehhannu* in piel inuolut *vehementem afflictionem*. Cur autem populus Hebræus appelletur hæreditas Dei, alibi docuimus. Quæ appellatio multò magis conuenit populo Christiano, *regenerato in hæreditatem incorruptibilem*, &c. *secundum misericordiam Christi magnam* [i].

Viduam.] Lege citatum psalmum 67. Per allegoriam Philo [b] nationem Iudæorum similem ait pupillo, & viduæ, cui nullus fert opem nisi solus Deus: cæteras nationes iuuare se in calamitatibus mutuis commereus, Iudæis ob diuersitatem morum, & rituum nemineni ferre opem. Animam cuiusque iusti præcipit Augustinus [c], existimare se viduam, & desolatam, quamdiu peregrinatur à Domino, suamque viduitatem Deo defensori viduarum assidua, & impensissima commendare precatione. *Si in debitis vnus, viuens mortuus est* [d], *nomen habens quod viuat, cum re mortuum sit*. Intemperantis viuere mori esse, & cōtra, nec tam viuentem dici, quàm cadauer debere, auctores quoque profani [e] scripserunt.

Et aduenam.] In textu Græco immutatur ordo, quia ponitur in hoc membro καὶ ὀρφανὸν, *pupillū*. Theodotio pluraliter ὀρφανοὺς; *pupillos*, qui sunt in sequenti, in illo autem καὶ προσήλυτον, pro quo est hic, *& aduenam*, & cuius loco vetus psalterium habet, ac Augustinus *proselytum*, cui facit synonyma *peregrinum, aduentitium, aduenam*. Basilius, Theodoretus, Euthymius, Nicephorus, item Bartholomæus Botta putant hoc loco sumi *proselytum*, pro eo, qui ex Gentili factus esset Iudæus. Apollinarius vocat ξένους, *peregrinos*. Agnosco illam notionem *proselyti*, de qua in Actuum [f] egi commentario, sed non vbique illam puto esse, vbi extat id nomen. Nam cùm in Exodo [g] cauet Deus, *ne aduenam contristent* προσήλυτον גר *gher* causa redditur, *quia & ipsi Hebræi aduenæ fuerunt* προσήλυτοι גרים *gherim in terra Ægypti*, quod profecto non significat alienæ religioni aggregatos. Est quidem verum quod Abulensis [h] docet latinitate donatum *proselyti* vocabulum non reperiri in libris Mosis, sed primũ in Paralipomenon, Tobiæ, Ezechielis, & postea in nouo Testamento, tamen in textu Græco legitur non apud citatum Exodi locum dumtaxat, sed in alio eiusdem libri [i], *Si quis peregrinorum in vestram voluerit transire cœtum*, ἐὰν δέ τις προσήλυτος θέλῃ ἐν ὑμῖν προσηλυτεῦσαι. Item. *Eadem lex erit indigenæ, & colono, qui peregrinatur apud vos*. καὶ τῷ προσηλύτῳ τῷ προσηλυτεύοντι ἐν ὑμῖν. In Leuitico [k] vocantur προσήλυτοι προστιθέμενοι *proximi adiecti*. In Deuteronomio [l] iubetur, vt *siue sit ciuis, siue peregrinus* προσήλυτος *audiatur, nec villa in re discrimina*. Rursus eodem libro [m] scribitur quod *facit Deus iudicium pupillo, & viduæ, & amat peregrinum* גר *gher* προσηλύτῳ, *& dat ei victum, atque vestitum*. Item, *quod maledictus* [n] *est, qui perverterit iudicium aduenæ*, προσηλύτου, גר *gher*, *pupilli, & viduæ*. Queritur præterea Deus apud Malachiam [o], de illis, *qui humiliant viduas, & pupillos, & opprimunt peregrinum* גר *gher* προσηλύτου. Existimo in hoc loco psalmi non agi de Gentili conuersione ad Iudaismum, sed de quolibet *peregrino*, quem contingeret diuertere per Iudæorum regionem quacumque de causa. Idem iudicium de psalmo 145 [p] *Dominus custodit aduenas* προσηλύτους גרים *gherim pupillum, & viduam suscipiet*, & ibidem legit Augustinus cum vetere psalterio, *proselytos*. Hilarius *proselytum* in singulari, Apollinarius νεήλυδα. Denique nulla causa est, cur hîc sumatur *aduena* προσήλυτον גר *gher*, aliter quàm pro quouis *peregrino*, quoniam generalis querimonia est de iniuriis illatis miserabili cuicumque personæ, nimirum, *viduæ, pupillo, ac peregrino* etiam. Ex Latinis vnum Treuetum legi, qui sentiret cum Græcis. Lyranus exponit de Hebræis in Ægypto: cæteri

a vers. 6.

b Iudic. 6. 31.

c psal. 41. 4. & 78. 10.

Tropologia.

d serm. 200.

e 1. Cor. 13. 13.

f Esa. 28. 19.

g Cant. 8. 7.

h Rom. 8. 35. 38. 39.

i 1. Pet. 1. 3. 4.

a vers. 6.

b Philo de creatione, siue de offerentibus.

c Epist. 121.

d 1. Tim. 5. 6.

e Apocr. 1. Interpretes eius. Euripid. & Sophocl.

f in Act. 2. 11.

g c. 22. 21.

h in Matt. 23. q. 8.

k c. 23. 4. 9. 10.

l c. 17. 8

m c. 1. 16.

n c. 27. 18.

o c. 3. 5.

p c. 3. 5.

q vers. 9.

teri vt interficiat quolibet *peregrino*. De locis Deuteronomij eadem posita ratio est maximè de poste iste. De *proselytali peregrino* sixi explanans Petrum [a], & plalmum 38. [b]

Interficerunt.] Non tantùm vitam reipsa eripiendo violenter, sed, ac fortasse potius, vt Hugo explicat, spoliando, & auferendo vidux substantiam, & pupillis, & peregrinis, vnde vitam tolerabant, nam *panis egentium vita pauperum, & qui defraudat illum homo sanguinis est; qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum, qui effundit primogenitum, & qui fraudem facit mercenario, fratres sunt* [c]. Aduersus inhospitales egi aliis in commentariis meis, nec repetenda sunt eadem, licèt id facitari videã a Sanctis Patribus, & Augustino, cum quædam tranſcripſiſſet ex opere de Ciuitate [d] Dei in libro de cura pro mortuis [e] ad sepulturæ cauſam rationémque pertinentia propterea se feciſſe dicit, quia facilius recenſeri potuit, quàm ipſum alio modo eloquendum fuerit; ego tamen nihil me meæ memoria fallat, repetitionibus abſit nere laleo.

Et pupillos occiderunt.] Monui prius ordinem alium in textu Græco esse, & hos retractos in præcedens membrum, legi etiam quoſdam ſingulariter *puerum*. De *pupillo* autem alibi egimus, quidque ab *orphano* differat, licèt hoc *orphani* Græcum nomen hic habeatur.

Verſ. 7.] Et dixerunt, non videbit Dominus nec intelliget Deus Iacob.

Ad modo dictam iniquitatem aduersus proximum, acceſſit contra Deum praua ſententia, blaſphemáque oratio, vt illum iniuſtiſſimè homines latere poſſe ſibi perſuaderent, & alios quoque perſuadere conarentur, ac propterea ſumma graſſarentur licentia, quod crederent minimè conſideraturum Deum crimina ipſorum, vel eorum rationem habiturum vt vindicet, puniátque. Dixerat Deus in lege [f], ſe ſi qui *viduam, & pupillum laederent, fore vt illi vehementer irascerentur, & ipse audiret clamorem eorum, & indignaretur furor eius, percuteret que illos gladio, & essent vxores eorum viduæ, & filij eorum pupilli*, hi autem *effantur, & loquuntur iniquitatem, loquuntur operantes iniuſtitiam*, nihil horum verum esse. Certè ita se gerunt, ac ſi prorſus non crederent, & contradicerent, etiamſi alioqui profiteantur veram religionem, quales qui verſu ſequenti *populi* nomine comprehenduntur. Irritant acerrimè Deus tali blaſphemia. *Et erit in tempore illo*, inquit apud Sophoniam [g], *ſcrutabor Ieruſalem in lucernis, & visitabo ſuper viros defixos in faecibus ſuis, i faeces* licet interpretari *ſolutionem* aliorum peccatorum, ex qua tam putidus error exiit, *i qui dicunt in cordibus ſuis, non faciet bene Dominus, & non faciet male.* Quod aliter cecinit Poëta prophanus [h].

Ipſa ſuis ponens operibus, non indiga noſtri,
Nec bene vel merita capitur, nec tangitur ira.

Malachias inducit conquerentem [i] Deum. *Inualuerunt ſuper me verba vestra, & dixiſtis quid locuti ſumus contra te? Dixiſtis, vanus est qui ſeruit Deo, & quod emolumentum, quia cuſtodiuimus præcepta eius, & quia ambulauimus triſtes coram Domino exercituum? Ergo nunc beatos dicimus arrogantes, ſi quidem ædificati ſunt facientes iniquitatem, & tentauerunt Deum, & ſalui facti ſunt.* Iisdem [k] verò

antea comminatur. *Et accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox maleficis, & adulteris, & periuris, & qui calumniantur mercedem mercenario, viduæ, & pupillos, & opprimunt peregrinum, nec timuerunt me.* Eamdem adhuc prius quæſtionem Deus [a] expoſuerat. *Laborauit ſuper te Dominus in ſermonibus veſtris, & dixiſtis, in quo eum ſerimus laborare? In eo quod dicitis; omnis qui facit malum bonus eſt in conſpectu Domini, & talis ei placet: aut certe, vbi eſt Deus iudex?* Apertior adhuc illius impudentia, quam Iob refert [b]. *Et dicit, Quid enim nouit Deus? & quaſi per caliginem iudicat. Nubes latibulum eius, nec noſtra conſiderat, & circa cardines cæli perambulat.* Dictum de re tota pſalmo 72. [c] *Et dixerunt, quomodo ſcit Deus, & ſi eſt ſcientia in excelſo?*

Et dixerunt.] Dixi ſæpe *dicendi* verbum vſurpari, ſiue quis vtatur ſermone externo, ſiue intus loquatur ſecum dumtaxat ſine ſubmiſſa tantùm voce, quam ſolus exaudiat. Apollinarius ſic explanat.

εἰδ' ὅταν ἀσκαθίλως ἐκκαλύπτωσι λογισμόν,
ἐν ἑαυτοῖς λαλοῦσιν ἐκεῖνα ἃ λέγουσιν.
Neque vocem cæleſtem regnum curabant,
Non enim Iacobi putabant Deum ſcilicet cælumnam.

Euthymius etiam rectè annotat hæc timeti ipſo ore ac lingua non ſæpe dicant, corde tamen perſæpe intra ſe reuoluere iniquos homines: neque enim tanta vmquam auſuros, niſi huiuſcemodi ſententiis vel cogitatione ſaltem ſe ſubſcriberent.

Non videbit Dominus.] Sic ille apud Iob [d], de quo memini, *quid enim nouit Deus*: & in pſalmo 72. [e] Alij. *Quomodo ſcit Deus, & ſi eſt ſcientia in excelſo?* quaſi remotior ſit impedimento locus, & ὁ ἰσχυρὸς, quo nomine vtuntur Lxx. in Iob, idcirco ſua fortitudine vti non valeat, quia cogni ione infirmus eſt: nec ſufficiat dominum eſſe, quod hic nomen exat, ſi deſ. notitia. Idcirco Samuelis mater iubens recedere vetera de ore impiorum μεγαλορρημοσυνίαν, vt iam priùs notaui, occurrit iſti magniloquentiæ, atque ſublimibus aduerſus Deum verbis, quia Deus יהוה *el, fortis, ſiue tremendus Dominus*, id eſt, fortitudo potens in ſententia & ipſi præparantur cogitationes, hoc eſt, nouit opera omnia, cogitationeſque hominum.

Nec intelliget Deus Iacob.] Denominatio Dei à Iacob, auget blaſphemiam, quià Dei circa iſtum Patriarcham prouidentia ſingularis extitit. Cuius etiam denominationis aliis alibi cauſas reddidimus. *Peruerſa eſt hæc cogitatio*, inquit Eſaias [f], *quaſi ſi lutum contra figulum cogitet*, dicentium: *quis videt nos? Talis vitiata dicentis* [g], *quis me videt? quæ verebor?* & ſenum, qui cùm euertiſſent ſenium ſuũ, & declinauiſſent oculos ſuos, vt non viderent cœlum, neque recordarentur iudiciorum iuſtorum dixerunt, *nemo nos videt* [h], & aliorum ſeniorum domus Iſraël dicentium, *non videt Dominus nos, dereliquit Dominus terram* [i].

Verſ. 8.] Intelligite inſipientes in populo, & ſtulti aliquando ſapite.

Acris oratio, vehemenſque reprehenſio, & admonitio ſalutaris: vt aliquando tandem redeant ad ſe vecordes, & omnium mortalium

insipientissimi, ac stultissimi, adeóque faruas de Deo deponant opiniones, & animum reflectant ad rationé, quæ crassissimi, pernitiosissimi, turpissimi eo errotis conuincet, efficiétque, vt insitam veram de Deo notionem à natura, quam vix est, qui habere non possit, concipiant, & se quod obliti videntur, homines esse rationales cognoscant. Talis dicendi formula in psalmo 2.[a] Deuteronomio[b], Ieremia[c], & Christus ipse aliquando *stultos* appellauit[d].

a vers. 10.
b cap. 32. 6.
c cap. 5. 21.
d Matt. 23. 17. Luc. 11. 40. c. 12. 20. c. 24. 25.

Intelligite insipientes in populo.] Hieronymus, *stulti*. Felix, & Caietanus, *bestiales*. Campensis, *bestius non multo præstantiores*. Hebræum nomen בְּעָרִים *behharim* significat *ardentes*, nimirum furore. Redditur etiam בָּעַר *behhar* in aliis psalmis, *ad nihilum redactus*[e], & *rerum insipiens*[f], significat verò בְּעִיר *behhir animal, iumentum, pecus*. Sic etiam non vt poëta, sic bonus Christianus.

Gens ergo bruta penitus ignorantiæ,
Obsecta pectus somnolentum discute
Animi ve crnum, & cogita tecum, &c.

e psal. 72. 22.
f psal. 91. 7. psal. 48. 11.

In psalterio vetere, ac Romano (*intelligite nunc qui insipientes estis in populo*) Ita quoque Cassiodorus, Augustinus, Arnobius. Psalterium autem quo vtitur Ecclesia Ambrosiana omittit, *qui estis*, legitque, *intelligite nunc*, &c. Alibi Augustinus[g] pro, *nunc* legit, *ergo*. Græcè συνετίσθητε δὴ ἄφρονες ἐν τῷ λαῷ, vbi δὴ, cui nil respondet Hebraicè, significare *nunc* potest, & *ergo*. Synesis verò exigitur in imprudentibus, hoc est, vis bene iudicatiua de agibilibus iuxta legem communem, cum scilicet ab ea recedendum est[h]. Congruit huic loco ille alius ex psalmo 31.[i] *Nolite fieri sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus.* Nam ibi est οἷς οὐκ ἔστι συνίσεως אֵין תְּבִינָה *en hauin*, hic autem συνέτε, & בִּינוּ *binu*. Discrimen Hugonis vt *intelligere* pertineat ad insipientiam, qua malè sentitur de Deo, *sapere* ad stultitiam, qua postponuntur Deo creaturæ: vel prima ad intellectum, secunda ad affectum, & quasi ad saporem intellectualem, quod Rickelius etiam dicit, in vocabulorum proprietate fundamentum non habet; & Hieronymus, vt recitaui, priore loco ponit *stultos*. Distinguit Arguanus insipientium genera quinque, ratione fatuitatis, & amentiæ, ratione iniquitatis, & malitiæ, ratione inhonestatis & stultitiæ, ratione vilitatis, & immunditiæ, ratione incredulitatis, & perfidiæ. Singulorum explanationem lege apud illum. Postremò *insipientes in populo* non intelliguntur populares, aut vulgares, siue, vt Botta loquitur, turba vulgaris, aut, vt Arias, insana turba, stupidúmque vulgus, sed quotquot in populo complectente quoslibet, laborabant huiusmodi ignorantia, & stultitia, sicut cum vocat Moses[k] *populum stultum, & insipientem*, & Ieremias[l] *stultum, nec habentem cor.* Vel quia non videntur singuli ad tantam insipientiam, & stultitiam redacti, possunt intelligi qui sunt in populo omnium insipientissimi, stultissimique, sicut *benedicta in mulieribus Maria dicta est*[m], quia mulierum omnium maximè benedicta, inter quas comparatio fiebat, non quòd non etiam virorum cunctorum, si vnus excipiatur CHRISTVS.

g Ep. 46.
Synesis exigitur in imprudentibus, cum à lege communi recedendum est.
h B. Tho. 2. 2. q. 48. a. vlt.
i vers. 9.
Insipientium genera quinque ab Arguano assignata.
k Deut. 32. 6.
l cap. 5. 21.
m Luc. 1. 29.

Et stulti aliquando sapite.] Hieronymus, *& insipientes aliquando discite.* Alij cum interrogatione, *& fatui quando intelligetis? prudentes erunt, sapietis?* Dictio מָתַי *mathai*, interrogationem includit. Sic debuisset esse πότε, non ποτε, sed imperatiua oratio congruit cum priore membro: & magis etiam vrget, quàm interrogatiua, placuitq; magis LXX. & ipsimet Hieronymo. Augustinus porrò ex hac imperatoria, seu hortatoria oratione argumentatur liberum in nobis arbitrium. *Nisi enim libero*, inquit, *arbitrio intelligeremus, atque saperemus, non nobis præciperetur, dicente Scriptura.* [*Intelligite ergo, qui insipientes estis in populo, & stulti aliquando sapite.*] *Eo ipso quippe quo præceptum, & imperatum est, vt intelligamus, atque sapiamus, obedientiam nostram requirit, quæ nullo pacto esse posset sine libero arbitrio.* Deinde, vt probet cum libero arbitrio gratiæ necessitatem, quod est argumentum epistolæ ad Valentinum, subdit. *Sed si posset hoc ipsum sine adiutorio gratiæ Dei fieri per liberum arbitrium, vt intelligeremus, atque saperemus, non diceretur Deo*[b], [*Da mihi intellectum, vt discam mandata tua:*] *neque in Euangelio*[c] *scriptum esset,* [*Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas,*] *nec Iacobus*[d] *Apostolus diceret,* [*Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei.* Cæterum id cuius ignoratio reprehenditur hoc loco, licèt multo citius, facilius, certius, euidentius, per gratiam cognosci possit, nihilominus lumine solo naturali notitia eius comparari potest, quod scilicet habeat Deus prouidentiam, & quæ isti necessaria est, scientiam rerum humanarum. Quò magis meritò acriusque reprehenduntur qui nesciunt, & *insipientes* ac *stulti* nominantur, qua appellatione non adeo digni sunt, qui versantur in ignoratione rerum supernaturalium, etsi propterea quoque reprehensionem mereantur, si sint res necessariæ saluti, quoniam si facerent quod in se est, & sufficienti gratiæ quæ ipsis offertur obedirent, huiusmodi cognitionem nanciscerentur. *Stultorum, quorum numerus infinitus*[e], viginti genera enumerat Antoninus[f], & formas stultitiæ magis vniuersales tres, Auctor est in promptu.

b Da mihi intellectum, vt discam mandata tua.
c Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas.
d Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei.
e Stultorum infinitus est numerus.
f 2. 2. q. 46. a. 3.

Vers. 9.] Qui plantauit aurem, non audiet? aut qui finxit oculum, non considerat?

Vers. 10.] Qui corripit gentes, non arguet: qui docet hominem scientiam?

Vers. 11.] Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt.

COarguit, conuincítque insipientiam, & stultitiam negantium Dei prouidentiã, & scientiam rudi, sed efficaci argumento, & aculeata interrogatione. Quî namque fieri, ait, potest, vt Deus, qui hominum, & brutorum capitibus aures affixit, audiendíque facultatem dedit, non exaudiat quæcumque insani homines ineptè, falsò, arroganter, blasphemè loquuntur? quomodo non perspiciet atque considerabit quæ geruntur ab impiis, ac iniquis hominibus qui oculos illîs aptauit sub fronte, videndíque vim concessit? qua ratione quidquam latere ipsum potest, eorum quæ homines quantauis solertia agant, vel astutia; vel quo pacto effugere illius scientiam, & vindictam posse se quis putet, crimina patrando; cum, vt constat longo plurimorum annorum experimento, in variis nationibus insignia seueræ iustitiæ suæ vindicis exempla ediderit, cunctis autem hominibus quidquid sciunt,

intelligunt, sapiunt, prudenter agitant, aut deliberant, per infitam intelligendi potentiam, ac per auxilia etiam alia communicauerit verè scientiarum dominus [a]? Infert denique nouisse præterea optimè Dominum quàm secundum se sint cogitationes hominum vanæ, futiles, inualidæ, inefficaces, nullius momenti sint, eiusdémque præterea modi res, quas cogitant, fingunt, comminiscuntur. Treuetus admonet fuisse Rabinum nescio quem, qui Dauidem obiceret dicere etiam deberi de Deo, *qui creauit os, non loquetur? qui creauit stomachum, non comedet?* & sic de aliis membris. Respondet, occurrere voluisse errori, quod singularia non cognoscuntur à Deo, quia sensui subiecta sunt, nec potuisse ignota esse Deo, quia ipse condidit organa, quibus immediatè res sensibiles ab animali percipiantur, ideoque percipere debet modum ipsum, quo cognoscuntur, quemadmodum qui acum facit, suendi modum scire debet. Non est verendum ne vilescat huiusmodi cognitione diuinus intellectus, vt quidam [b] velle Aristotelem [c] putant & similiter ita illum sensisse tradunt, Clemens Alexandrinus [d], Nyssenus, aut Nemesius [e], Theodoretus [f], Ambrosius [g]. Quo modo agere naturam propter finem, vt à suo dirigitur auctore, docuillet Aristoteles [h], & nihil cum natura facere frustra [i], & esse auctorem, causámque omnium [k], & ea continere, ac mouere voluntate sua [l], & ei esse charissimum, qui contemplationi adiungat actiuæ fœlicitati [m], & bona malaque meritis distribuere [n], & prouidentia diuina ordinatam viri, & mulieris naturam ad societatem [o], nisi particularem de singulis haberet scientiam? Denique obiicit Empedocli, vt maximum incommodum, quod sit Deus insipiens, ac ignorans nonnullarum rerum [p]. Vindicant Aristotelem ab huiusmodi errore Aquinas [q], Capreolus [r], Marsilius [s], Suarez noster [t], Valentia [u], Molina [x], alij; & inficiat etiam R. Moles [y]. Rationibus id confirmare, & refellere contrarias, non est præsentis instituti.

Qui plantauit aurem, non audiet?] Legit Ambrosius [z] in præsenti, *audit*, est ita & Græcè ἀκούει; quamuis Hebraicè in futuro sit יִשְׁמָע *ismahh*. Vrget autem idem Pater loco isto asserentes quod prætereat Deum operis sui cura, & scientia. Potest opus suum, inquit, ignorare artifex? homo est, & in opere suo latentia deprehendit, & Deus opus suum nescit? altius ergo profundum in opere, quàm in auctore? & fecit aliquid quod supra se esset? cuius meritum ignoraret auctor, cuius affectum nesciret arbuscula? Recte *plantandi* verbo vsus est Dauid, quod propriè significat נָטַע *natahh*, & φυτεύειν, quia eminent aures, vt ea quæ plantantur, ac immotæ sunt in nobis, & excauatæ, atque veluti illis inhæremus audiendi, vt solent effossæ terræ infigi plantæ. Vnde Aristoteles [a] docet auditui auctoritatem vacuo tributam à veteribus, quoniam aër vacuum esse videtur, is autem est, qui audire facit, cum continuus vnusque fuerit agitatus, & ineat sensui aër insitus, seu auditus est congenitus, connaturalis, consitus, complantatus aëri, ἀέρα συμφυῆ ἀίειν, quem vocat idem philosophus ἐγκατασκόμμενον, *insitum*, seu *intus ædificatum*. Huc potest spectare quod fodi dicuntur etiam in psalmo 39. [b] iuxta vim Hebræi verbi. Denique *plantatio auris*, & *oculi fictio* denotant accuratam, & quasi elaboratam rem. Præterea non dixit Dauid, *Qui plantauit aurem non habet aurem?* sed, *non audiet?* ne putares cum Anthropomorphitis, vt admonet creditus Hieronymus, constare corporeis membris Deum, *membra tulit*, inquit ille, *efficientias dedit*. Recitat locum totum eiusdem Augustinus [c]; vt nunc se habet; quòd persuadet contextum opus partim ex commentariis Hieronymi, non verò quod totum, sit Hieronymi, vt in præfatione ostendi, ac sæpius monui. Legatur præterea Gregorius [d]. Sed nec *audiendi*, aut *videndi* propria notio conuenit Deo, vt scilicet sensitiuam cognitionem importat; verum alia perfectior, includens, dempta imperfectione, quicquid est perfectionis in sensitiua. *Scientiam habet vocis* [e], non audientiam, & *auris Zelus audit omnia* [f].

Aut qui finxit oculum non considerat?] Hieronymus, *non videbit?* Verba κατανοεῖν & *considerare* spectant ad intellectum. Hebræum autem יַבִּיט *iabbit* significat etiam *lustrare oculis*, & *circumspicere*. Non video cur Paraphrastes restringat *audire*, ad doctrinam, & *videre* seu *perspicere*, ad legem. Fingi dicitur oculus quasi opere plastico, quia in illo figuræ ac formæ omnes figurãtur, & formantur; & præterea, quoniam veluti torno, rota, figulari arte in orbem circunductus, & circumactus constituitur, tot constans circulis, quas vocant tunicas numero septem, cum tribus humoribus. *Omnia videt oculus Domini, & oculi eius multò lucidiores sunt super solem, circumspicientes omnes vias hominum, & profundum abyssi, & hominum corda intuentes in abscondutas partes* [g]. Quid si propterea Christus cæcum natum curauit impolito, quod finxerat ipse, oculis eius luto [h]. Est enim ea pars omnium aliarum præstantissima, vt Aquinas [i] philosophatur. Sic voluit etiam Christus, vt oculis intenti semper essent ad originem suam, totiusque corporis, vt insinuat Ambrosius [k]. Cæterum simili argumento Sapiens [l] vtitur, vt ex perfectione creaturarum colligat Dei perfectionem. Ad eumdem modum Deus argumentatur apud Esaiam [m]. *Numquid ego, qui alios parere facio, ipse nõ pariam? Si ego qui generationem cæteris tribuo, sterilis ero?* Sic quoque ratiocinantur Theologi in Deo esse perfectiones omnes, vel eminenter, vel formaliter: & ex dicto Esaiæ loco probant generationem in Deo, seu processionem Filij à Patre per generationem. Habet acumen Hugonis tropologia, plantasse Christum in terra cordium humanorum; & quidem cordi binas quasi auriculas affixit, & affinxit, natura aurem obedientiæ, volendo vt cresceret, quemadmodum ad hoc plantantur arbores, vt crescant; ipsummet Christũ plantatorem istius obedientiæ, audiuisse, id est, obediuisse *factum obedientem vsque ad mortem* [n]; & *didicisse ex his, quæ passus est, obedientiam* [o], debere etiam prælatum, quæ aliis præcipiat facere, cauendo eos, *qui dicunt, & non faciunt* [p]; & ne in eam incurrat reprehensionem [q]. *Qui vides multa, nonne custodies? qui apertas habes aures, nonne audies?* Ait etiam oculum subditi fingi, hoc est, informari à prælato ad vigilias, ad lectionem, ad modestos contuitus transeuntium, ad declinandũ aspectum, sed qui sic alium docet seipsum docere debere [r]. Confutationem porro Epicuri, ac Lucretij, qui fortuitò orta omnia sentientes, negabant oculos ad videndum natos, aures ad audiendum, & sic de aliis, legat apud Lactantium [s]. Legatur etiam Franciscus Vallesius [t].

Qui corripit gentes, non arguet?] Hieronymus, Augustinus, vetus Psalterium, *qui erudit*, alij, cæ-

a 1.Reg 2.3.

b Arim. 1. d. 35.q.1. *Aristoteles aegatur errare.*
c 12.Meta. t. 50.
d 5.Strom.
e 8.Philos. c. 4.
f 6. de affect. Græc.
g 1 offic c.14.
h 2.Physic.
i 1.de cœlo.t. 13.
k 12. Meta. c.2.
l lib.de Mundo.
m 1.Ethic. c. 8.
n 2. magn. moral.c.8.
o 1.Oecon.c. 3.
p 1.de anima. tc.80.3.meta. t.15.
q 1 p.q.14.a. 2 & 1.contra Gent.c.50.
r 2. d. 35. f ibidq 38.a. 3.
s 12.metaph. disp. 30. sec. 15.
t to 1. disp. 2.q.14.punct o 3.
x 1.p. q.14.3. 5 & 6.
y 1.dubio.dubio.c.17.
z 1 offic.c.14.

Audiendi auditus vacuo tributa à veteribus.
a 2.de anima text.61.62.

ver 9.

b iuxta vim Hebræi verbi.

Auditus sepem conflat tunicis.

c Eccl.23.27. 28.
f Ioan.9.
g ibidem.
h 3.de Sacra. c.2.
i Sap. 13. tex o.
k cap.66 9.

In Deo sunt omnes perfectiones vel eminenter, vel formaliter.

Tropologia.

l Philip.2 8. in Hebr.c 5.
m Matt. 23.3
o Esa.42. 20.
p Rom.2. 21.
q lib. de vocatione Gentiu. r de auct per loco c.35.

stigat, Per *gentes* Campensis *gentiles, ethnicosve*, interpretatur. Puto vniuersè de omnibus hominibus, ac indefinitè loqui. Correptionem Caietanus consistere vult in Syntereti, quæ quemuis arguit male operantem, & instigat ad bene operandum, tamquam insitus à natura habitus, hoc est, à Deo auctore naturæ. Præstat exponere cum aliis de vario modo castigandi nationes integras, vt diluuio [a], igne [b], submersione [c], plagis aliis [d]. Reuocari eodem potest eruditionis inultiplex ratio tum interna, tum externa, cuius exigit Deus, velut magister à discipulo, rationem tamquam commissi pensi, vt Augustinus docet, & indicat sequens membrum, *qui docet hominem scientiam*. Hugo hoc magisterium attribuit Spiritui sancto. Sed quod in *corripiendi* verbo attendit, non est ad rem, sicut ignis corripit tecta, sic ignem in Pentecoste corripuisse Gentes, relictis Iudæis. Neque *corripere* id hoc loco significat, neque tunc iuxta illam notionem, correptæ sunt Gentes, sed multò post. Melius illud, quod idem Spiritus sanctus iuxta prædictionem Christi [e], *arguit mundum de peccato*, quod non vitauit, *de iustitia*, quam non amauit, *de iudicio*, quod non timuit. Quo pacto Deus arguat partim in ira, & in furore [f], partim in æquitate [g], ostendit hoc loco Aiguanus, nos alibi [h]. De lege scripta in cordibus, & cogitationibus accusantibus, meminit Apostolus [i], Augustinus [k] etiam scribit, quod ex lege naturæ multa reprehendimus, multáque laudamus in moribus nostris. Quod attinet ad correptionem castigationis, Deus ipse in Ieremia [l] dicit, *Numquid super his non visitabo, & in gente huiusce modi non vlciscetur (Deus enim vltionum Dominus est*, vt initio psalmi dictum est) *anima mea?*

Qui docet hominem scientiam.] Quippe *scientiarum Dominus* [m], nihil ignorans, nec auro, vel argento beatus, tonitruisque, aut fulminibus potens, sed *bonum & summum* scientia, & intelligentia, vt ait Plutarchus [n]. Quomodo igitur nihil non sciens, non & hominum sciret mala, & argueret eadem? *Arguam te*, ait ille alibi [o], *& statuam contra faciem tuam.* Posset hoc loco litera ה *he* in הַמְלַמֵּד *hamelammed* interrogationis vim habere. *Omnis sapientia a Domino Deo est* [p], & *qui indiget, ab eo postulare debet, qui dat omnibus affluenter* [q]; *Ipse dat scientiam sapientibus* [r]. Deum ut simè, ac demississimè confitens Deo Augustinus [s] ascribit illi omnem liberalium artium, quam comparauerat, notitiam. Hinc probabiliter colligit Canus [t] doceri homines a Deo per naturale lumen de animæ humanæ immortalitate, cum sine huiusce modi cognitione vix possit homo iuxta naturæ rationem bene instituere vitā suam; sed necesse sit plurimos de iustitia, & prouidētia Dei errores consequi, licentiámque vitiis amplissimam dari, parúmque distare à brutis, super quæ tamen doceri nos, ac erudiri à Deo Iob [u] scribit. Sapiens [x] autem tradit quod viro, & fœminæ *creauit scientiam spiritus, & dedit oculos, & aures*, de quibus paulo ante hic actum est, dicuntúrque à Philosopho [y] potissimi sensus ad scientias acquirendas. Rursus [z] ille idem ait quod *aurē audientem, & oculum videntem. Dominus fecit vtrumque.* Scire posse aliqua per solum naturæ lumen ambigi non debet: cuius Deus auctor scientiæ non aliter censendus, quàm vt aliorum naturæ munerum. Nihilominus vsurpatur quandoque hic locus ad probandam gratiæ necessitatem pro notitia quid appetere, quid vitare debeamus. Sic hinc argumentatur Concilium Milevitanum [a], & Africanum [b], & Cœlestinus Papa [c], vel potius ex eo quod Pelagiani concedebant de ita, infert necessarium esse, quod idem negabant, vt quod faciendum cognouerimus, etiam facere diligamus atque valeamus, valdè enim impium esse credere, ad *scientiam, quæ inflat*, nos habere gratiam Christi; ad eam, *quæ ædificat* [d], non habere; cum sit vtrumque donum Dei, quia sicut hic scriptum est, quod *Deus docet hominem scientiam*, ita scripsit Ioannes [e], quod *charitas ex Deo est.*

Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt.] Tertullianus [f], *Dominus scit cogitationes sapientium, quod sint superuacuæ.* Cyprianus [g], *cognouit Dominus cogitationes sapientium, quia sunt stultæ.* Prosper [h], *Dominus nouit cogitationes sapientum, quoniam vanæ sunt.* Pamelius [i] ait quod Tertullianus paraphrasten agat. Atqui duo alij iam citati sic quoque legunt *sapientes*, pro *hominibus*. Fortassis alius ante omnes eo modo interpretatus fuerat de *sapientibus*, & irreplit postea in textum, quia significent per se tantum *homines* אָדָם *adam*, & ἄνθρωποι. Paulus [k] quidem citat hoc ipso modo, *Dominus nouit cogitationes sapientium, quoniam vanæ sunt.* Ad verbum verò sensus est, *quod sint hominum cogitationes vanitas* הֶבֶל *hebel. Vniuersa vanitas omnis homo viuens* [l], *vana loquitur* [m], *& vanitatem* [n], *quam diligit* [o] *& obseruat* [p], *& de ea decipit* [q], *& in ea desinetur sensus eius* [r], *& doctrina illius vanitas est* [s], *& possidet eam* [t], *& euanuit in cogitationibus suis* [u], *& ambulat in vanitate sensus sui* [x]; denique quod sit vanus, quia *in eo non sit scientia Dei* [y]. Si quid scit quod non cum docuerit Deus, qualis error circa eiusdem scientiam, ac prouidentiam, de quo psalmus agit. Sed & in eo quod homines docet scientiam Deus, bene sequitur scire etiam hominum cogitationes, non tantum bonas, quarum per se auctor est per donum vel naturæ, vel gratiæ, sed malas quoque, quas sine ipsius concursu, & naturali potentia quam dedit, nemo elicere potest. Quæ ea, quæ vana sunt deprehendit, vt hinc argumentatur Ambrosius [z], ea quæ facta sunt, nescit & ignorat quod ipse fecit? &c. non nouit homo cogitationes Dei esse, qui vanas habet, inquit Augustinus, nec suasisset, ait Cassiodorus, cum probè tamen noscantur à Deo. Porrò [a] infert dicipulos veritatis humanam gloriam fugere, & à temporalium amore desciscere, vt quæ Dei sunt, sapiant, non quæ hominum. Videlicet cogitationes vanas intelligit esse hominum, qui se sapientes æstiment, ea sapientia, quam se perditurum prædixit apud Esaiam [b] Deus. Cyprianus [c] quoque disputans de patientia, tamque in philosophis negans veram esse patientiam, quam non sit vera sapientia, confirmat ex hoc loco. *Sapientiam huius mundi*, ait Paulus [d] *esse stultitiam apud Deum*, id est, vt notat Aquinas [e], eam sapientiam, quæ principaliter mundo mittitur, quoniam quæ per res huius mundi ad Deum attingit, non est sapientia mundi, sed sapientia Dei, *Deus enim reuelauit, & inuisibilia ipsius à creatura mundi* [f] *per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur.* Nullus finis sit, si quis enumerare aggrediatur vanitatem cogitationum, & opinationum in hominibus circa res tum scibiles, tum agibiles. Sunt huius generis collecta nonnulla à Francisco Atta nostro. Augustin. [h] differens de vanitate philosophiæ

1

a Genes. 7. toto.
b cap. 19. 24.
c Exod. 14. 9. 1 c. 7. & 8. & 9. & 10.

e Ioan. 16. 8. 9.

f psal. 6. 2.
g Esa. 11. 4.
h in psal. 6. & 57.

i Rom. 2. 15.
k 14. de Trin. c. 15.

l cap. 5.

m 1. Reg. 2. 3.

n de Iside.

o psal. 49. 21.

p Eccl. 1. 1.

q Iacobi 1. 5. 2 Dan. 2. 21. 1 4. Cor. 14. apvit.

Homines a Deo per naturalem rationem de animæ immortalitate docentur.

r 1. de locis. cap. vlt.

u cap. 35. 11.
x Eccl. 17. 5. 6.

y 1. metaph. c. 1.
z Prou. 20. 12.

Vsurpatur hic locus ad probandam gratiæ necessitatem.

a Can 3.
b cap. 9. c epist. ad Hilarium & Prosperum, & alios.

d 1 Cor. 8. 1.

e 1. epist. 4. 7. 8.

f c. contra Marcionem.
g de bono patientiæ.
h ad Demetr.
i in Tertullia.

k 1. Corint. 3. 20.

l psal. 38. 6.
m psal. 11. 3.
n psal. 9. 23. psal. 93. c.
o psal. 49. 5.
p psal. 30. 7.
q psal. 61. 10.
r Eccl. 3. 20.
s Ierem. 10. 8.
t cap. 10. 19.
u Rom. 1. 21.
x psal. 4. 3.
y Sap. 13. 1.

z 1. offic. c. 14.

a ad Demetr.

b cap. 35. 14.
c de bono patientiæ.

d 1. Cor. 3. 19.
e ibid. lect. 3.

f Rom. 1. 20.

g demirum nunc Christianis tolo [illegible] hinc, inuicet, vel [illegible]
h 1. de Ciuit. cap. 20.

citrea summum bonum, irrisit, ait, hos veritas per Prophetam dicentem, *Novit Dominus cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt*, vel sicut hoc testimonium posuit Apostolus Paulus, *Dominus novit cogitationes sapientium, quoniam vanæ sunt.* Sequitur ex hoc loco præterea Deo vni perspectas esse cogitationes nostras, tàm bonas, quàm malas; & si malas, multò magis quodam modo bonas, tum quia bonarum per se auctor est Deus cum homine; tum quia propter entitatem bonæ sunt magis cognoscibiles; tum quia malas homo solet magis intus continere, ac tegere. Quare inuehitur nonnumquam Deus in eos, qui audere negare videntur, vel occultare peccatum suum ipsi. *Quomodo* [a] *dicis, non sum polluta, post Baalim non ambulaui? & quid niteris bonam efficere viam tuam? ego* [b] *iudicio contendam tecum, eo quod dixeris; non peccaui.* Petrus etiam diuino spiritu edoctus Ananiæ dixit [c], *Cur tentauit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto?* Sed hæc de re dictum alias. Deinde qui cogitationes nouit procul dubio etiã sermones, & opera. *Non præteriit illum*, inquit Sapiens [d], *omnis cogitatus, & non abscondit se ab eo vllus sermo.* Interrogãt lateréne deos homo male agens, Thales respondit ἀλλ' οὐδὲ διανούμενος, *sed ne cogitans quidem* [e]. Arguanus sex res recenset ex diuinis literis, quarum notitia peculiariter Deo tribuitur, & sunt de illis, quæ ad nos pertinent, id est, superbiam, & ambitionem nostram, fragilitatem, & miseriam, asperitatem, & pœnitentiam, cordis iniquitatem, & malitiam, humilitatem, & innocentiam, denique patientiam. Auctor operis de salutaribus documentis [f] admonet, magnam nobis curam de cogitationibus esse debere, quia Deo notæ sunt. Is, quem putant Hieronymum laudatæ illi sententiæ.

[g] *O curas hominum, ò quantum est in rebus inane.*

præfert vetustiorem hanc nostri, vt ipse eum vocat, rusticani Hebræi, & exemplis demonstrat, quam sint vanæ, ac in irritum abeuntes cogitationes hominum. Abutitur isto loco Calumus [h] vt probet nullum verum morale posse à nobis cognosci sine speciali auxilio Dei. *Vanæ* dicuntur *cogitationes nostræ*, quæ sunt similes cogitationibus eorum, qui negant scientiam, & prouidentiam Dei, de quibus præsertim hoc loco est sermo. Deinde vanæ sunt quæcumque spectantur secundum solas naturæ vires, & sic non pertinét ad salutem, vt prouide mox subiungatur, *Beatus quem tu erudieris Domine*, &c. Non placet Iansſonius, vt in ista sententia inlit formula iuramenti. Quamuis enim cum quid affirmando dicis, *Deus scit*, iurare possis, vt docet Augustinus [i], & exemplo posset esse Iud Paul [k], *Deus, & Pater Domini nostri* IESV CHRISTI, *qui est benedictus in sæcula, scit quod non mentior*; tamen vt hic esset iuramentum, dicendum erat, *Deus scit quod cogitationes hominum vanæ sunt, prout ego affirmo*; & *scit me non mentiri*, aut quid simile; & in ea ipsa oratione debet esse intentio iurandi. Alioquin, si quis velit solùm affirmare Deum scire id quod dicitur, non erit iuramentum [l]. Denique nullus alius ita sensit de loco isto, & contextus indicat orationem totam esse simplicis enuntiationis.

Vers. 12.] Beatus homo, quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum.

A *Vers.* 13.] Vt mitiges ei à diebus malis donec fodiatur peccatori fouea.

CVm refutauisset insanas hominum cogitationes, non tantum vanas, & falsas aduersùs Dei scientiam, & prouidentiam, quas ei illi tam ignotas, vel curæ non esse sibi persuadebant, desiuit demum conferri beatum debere, qui in sua Deus omniscius doctrina dignetur immorare, atque in lege sua instituere. Nam hic eiusmodi doctrinæ, scientiæque fructus optimus animi tranquillitas magna in medijs calamitatibus humanæ temporis, quo bonos opprimunt impij, vsque dum istis impiis interitus adueniat, qui paulatim, B cum liberè dominari videntur, minimèque aduertant, ipsis paratum, & iteritur, interim tolerentur se boni, & sustententur eruditione diuina, ingiique legis Dei meditatione, certi quo placatè tempore, cedent tandem omnia in bonum sibi, alij condignas dabunt scelerum suorum pœnas. Præterea, cum dixisset à Deo corripi, arguíque gentes, id est, propter peccata puniri, contingit verò etiam bonos eruditi diuinis castigationibus, posse esse sensus, cum iis bene agi, quos Deus ita exerceat pœnis, vel tribulationibus, vt det occasionem simul se ad legem voluntatemque ipsius conformandi, & lenius, atque tranquillius aduersa tolerandi, vt sic euadant interitum, in quem improbi, per quos exercentur, præcipites feruntur, C ruántque. *Sicut erudit homo filium*, ait Moses [a], *sic Dominus Deus tuus erudiuit te, vt custodias mandata Domini Dei tui.* Quæ de studio diuinæ legis, & scripturarum dici possent, loco præsenti satis aptè conuenirent. Ambrosius [b] ex hoc loco demonstrat à Dauide; qui fuerit antiquior philosophis, in cognitione diuina, & bonis operibus, beatitudinem constitutam, & horum præmium esse fructum æternitatis. Augustinus [c] inter sermones de diuersis, integrum super istis verbis habuit, exponens de Euangelio, quod promittit æterna bona, quorum expectatione contemnitur prosperitas temporalis, quam habent multi mali, toleratur autem aduersitas, cui proponitur præmiũ tantum. Præterea monet quamuis ipse, & quilibet homo loquatur, clamet, exponat, beatũ esse dumtaxat quem docuit Deus, loquatur in eo de ac in tuis, sicque minimum [illegible]. Deinde ait malignos dies illos esse, quos mali faciunt homines, malè viuendo, & in quibus quamdiu viuitur, habent iusti etiam pugnam suam, vel contra carnem [d]; Adhæc docet nunquam qui hæc fert patienter, non irascens Deo, sed et dicens, *bonum esse quod humiliet ipsum, vt iustificet iustos suos* [e], & dicat quærere, ac *videre dies bonos* [f], postquam transierint *hi dies mali* [g], quibus priores succedent illis hominibus, qui hic fuerint mali, & conati fuerint *in bonis dicere dies suos* [h].

E *Beatus homo quem tu erudieris Domine.*] In multis codicibus Græcis deest pronomen, & in psalt. tio Romano, vt id recitat Faber; Est enim in eo, quo vtitur Ecclesia Vaticana; Hebraicè quoque non habetur, & fatetur Hieronymus [i] defuisse in textu Græco; sed apud Latinos propter *homœotelevton*, id est, consonantiam, positum. Si enim dicamus, inquit, Beatus homo, *quem erudieris Domine*, compositionis elegantiam non habebit, sed quando dicitur *Domine*, & apostrophe fit ad Dominum, nihil nocet sensui si ponitur, tu. In Sixtinis Bibliis additum est [illegible] Apostolorum epistolæ ad amicum ægrotum [k] legitur, *quem tu emendaueris*, sed eni

---

verbum

Locus est perspicuus, quo cogitationes nostræ tam bonæ quam malæ.

a Iere.2. 23.

b vers.35.

c AA.5. 3.

d Eccl.42.20.

e Laër. in Vita. & Val.Max. l.7.c.2.

f c.14. apud Augull. to.4.

g Iuuenal.

h 2.instit c.2. §.24 & seq. Aduertitur hic loco Calumus.

i serm.28. de verbis Apost. & Comm.in 31.

l Caiet.2.2 q. 89. a.6. Soto 8 de Iust.q.1. a.1. Lessius de Iust. c.42. dubitat.1.n.4. & alij.

Sensus loci.

a Deut.8.5.6.

b 2.offic.c.2.

c serm.3.

d Galat. 5.17.

e ps.118.71.

f ps.33.13.

g Ephes.5.16.

h Iob 21.13.

i Epist.137.

k apud Pier. tomo 1.

verbum est hic Hebraeum, & Graecum, quod versu decimo redditum est, verbo *corripiendo*, exponitque etiam Cyrillus Alexandrinus [a] de doctrina per castigationem diuinam. Chrysostomus ex hoc dicendi modo colligit ad cultum Dei pertinere scientiam istam. Auctor operis [b] imperfecti infert vtilem esse hanc eruditionem, vt purgemur à peccatorum sordibus, quae nobis nonnulla semper adhaerescunt. Apollinarius ita exponit.

Μακάριος ὃν ἐὰν παιδεύσῃς σὺ ἐντεῦθεν Δαυίδ.

Beatus quem tu à mandatis dominus fuerit.

Concilium [c] Mileuitanum, & Coelestinus [d] Papa probant ex ista sententia scientiam de qua loquitur Dauid, esse donum Dei. Quod non de reuelatione solum prima intelligi debet, quae facta est de rebus à solo Deo per se cognitis, & quae naturaliter ab eodem solo cognosci poterat, quia sunt supernaturales; sed de interna cognitione, ac assensu qui electui, vt debet, non humana tantùm fide, alioquin modo naturali. Habet verbum Dei per quemcumque demùm annuncietur, vim magnam, maiorem quando ipsemet veluti ore proprio annunciat Deus, quo pacto Paulus [e] didicisse se gloriabatur, nempe non ab hominibus, sed à Christo ipso, & Samaritani *se non propter mulieris loquelam credere, sed quia audiuissent, & vidissent, & scirent ipsum verum Saluatorem mundi* [f]: & Christus beatos affirmabat oculos qui viderent quae ipsi videbant, & audirent quae audiebant [g], dedit iisdem veluti loco suo magistrum Spiritum sanctum [h]. Sed nemo suamet doctrinae internae credere ita debet, vel potest, quae de rebus diuinis sit, vt nolit Ecclesiae subiicere iudicio, cum nec absque huius auctoritate, & approbatione Augustinus Euangelio se crediturum scripserit. Magistra Ecclesia est post Christum, & Spiritum sanctum, quae nos de illorum certos faciat magisterio, sine quo non sufficit doctrina istius, quae non intus operatur, sed extrinsecus tantùm. Optandum, & postulandum, vt impleamur agnitione voluntatis Dei in omni sapientia, & intellectu spirituali, *& ambulemus digne Deo per omnia placentes in fructu Dei* [i], & vt *Pater gloriae det nobis spiritum sapientiae, vt sciamus quae sit ipsa vocationis nostrae* [k], ne *non intelligentes vapulemus* [l], *& ignorantes ignoremur* [m]. Vnum se magistrum nostrum Christus esse dixit [n], & apud Isaiam, *Ego Dominus Deus tuus*, inquit, *docens te vtilia. Vtilia docet* [o], *erudit gratia* [p]. Scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum, & arguendum, & erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo ad omne bonum instructus: *docet Deus super iumenta terrae, & super volucres erudit nos* [q], perque omnem creaturam, *erudit in forti manu* [r] flagelli sui, & *quasi iuuenculum indomitum* [s], *erudiens instruit disciplina, vt auertat ab iis, quae facimus, & liberet nos a superbia* [t]. Haec omnis, & alia *eruditio sapientiam* [u], *& vitam tribuit* [x], *& semita vitae super veritatem eruditorum: declinet ab interno nouissima* [y].

Et de lege tua docueris eum.] Vetus psalterium, & Augustinus, (*ex lege tua*) Putant aliqui hac phrasi significari partem alicuius totius, vt cum dicitur etiam Deus *docere de viis suis* [z], nec enim esse, qui omnes vias totamve intelligere viam possit [a], quemadmodum quod in Cantico Canticorum [b] legimus, *osculetur me osculo oris sui*. Hebraicè est, *de osculo oris*, & exponunt, aliquot osculis. Meritò Riberae hoc non placet, sed idem esse dicere, *de lege*, & *de viis*, ac *legem*, & *vias*. Nam quod interpres reddit apud Esaiam [c], *docebit vos vias suas*, vertit apud Micheam [d], *docebit nos de viis suis*, cum vtrobique sit eadem praepositio Hebraea, ec non & Chaldaea, quod vitiosum non arbitror Ribera sed considens solam versionem Latinam, dixit etiam in textu Chaldaeo deesse praepositionem. At Lxx. verterunt hoc vsu ratio vtroque loco, absque praepositione. Denique boni auctores Latinae linguae vsurpant docere *de aliquo*, quod est *docere aliquid*. Praepositio autem *de*, quae hic est, & propriè est ex, sumitur interdum pro (*de*) contra: verò Graecos pro *ἀπὸ* saepe dicere interdum *ἐκ τόπου*. In psalmo 118. [e] *de lege tua miserere mei*, Vetus psalterium & Augustinus iuxta textum Graecum legunt ab qua praepositione, *lege tua*, id est, secundum *legem tuam*. Hieronymus, *legem tuam dona mihi*, quod vulgò dicere, *summi gratia dilectus lege*, lege tua dignare me. legem tuâ gratificare mihi, confer hoc beneficium, vt sim particeps legis tuae, facque mihi gratia sit. Lex complectitur omnia mandata, & cunctas etiã Scripturas, & quidquid exigit à nobis Deus. Nec ad legem praecisam charitatis cum Hugone, nec ad legem patientiae, cum Ianssonio, restringenda est, quamuis pertectioni faueat Bruno Carthusianus, Remigius, Beda. Fateor Dei legem, atque Christi peculiariter esse charitatem, vt ipsemet Christus loquutus est [f]: & Cyprianus [g] Deum scribit sibi patientiae legem praescripsisse in administratione sacrificii nostri, differendo vindictam impiorum, & variis eos beneficiis afficiens, si forte vel serò tandem conuertantur, & viuant. Per patientiae quoque obseruantiam vicit Christus hoc saeculum.

Vt mitiges ei a diebus malis.] Hieronymus, (*vt quiescat a diebus afflictionis.*) Alij, *vt quietem praestes ei a diebus malis*, seu *vt tranquillum illum reddas, vt tranquillitatem ei parias, vt securus sit a tempore periculosi*. Vetus psalterium, & Augustinus, *vt mitiges eum a diebus malignis*, Cassiodorus, *vt mitiges eum a diebus malis*, id est, vt mitem reddas, quietum, tranquillum, patientem, cum insurgent dies mali: siue quibus inquietantur impij robis, siue quibus bonos isti vexent. Pertinet *ἀνάπαυσις*, ad animi tranquillitatem, mitigationem quam *verbo docendi* conciliat, *& patientia scripturarum cum consolatione, & fide* [h]. Caietanus vertens, *ad faciendum quiescere eum a diebus malis*, ait, hunc esse affectionis effectum, doctrinaque diuinae, vt conferatur quies perpetuae futurae vitae. & patetur ei, quem docet hoc modo Deus *à diebus malis*, hoc est, à multis successiuis afflictionibus, quibus castigatur in diebus praesentis aerumnosae vitae. R. Rabuenaki videtur recte interpretari tribulationes hic toleratas causam esse, cur multum temporis de cruciatu gehennae remittatur, & vt finitis tormentis pro admissis sceleribus, omnes recti corde simul congregentur ad praemium suum. In quo ité sensu accipit, quod est in versu 15. *Quoad vsque iustitia conuertatur in iudicium.* Quae doctrina bene conuenit sententiae Catholicae de purgatorio. Basilius, ac Theodoretus refert ad iudicium, aeternaque supplicia, vt qui vel modicam correptionem in praesenti hac vita tolerat, mitius futurum tribunal sentiat. Apollinarius innuit alium sensum.

μείλιχα ἐκ τῶν παρόντων ἐπὶ τὰ μέλλοντα.

Mitia consilescens ex praesentibus futuris.

Hoc est, per meditationem, & persecutionem rerum ad mansuetudinem conducentium effugiat occasionem peccandi, quam scilicet res ad-

a lib. 10 in Ioan. c. 14.
b hom. 3.
c Can. 4.
d cap. 19.
e Galat. 1. 12.
f Ioan. 4. 42.
g Lucae 10. 23.
h Ioan. 14. 16. 26.
Nemo suae doctrinae internae ita credere debet vt nolit eam Ecclesiae iudicio subiicere.
i Coloss. 1. 10.
k Eph. 1. 18.
l Osea 4. 14.
m 1. Cor. 14. 38.
n Matt. 23. 8.
o Isa. 48. 17.
p Ioan. 3. 27.
q Tit. 2. 12.
r Iob 35. 11.
s Isa. 8. 11.
t Ier. 31. 18.
u Iob. 13. 16.
x Eccl. 7. 13.
y Prou. 15. 24.
z Psal. 24. 9. Michea 4. 2.
a Varabl. in Micheam.
b cap. 1. 2.
c cap. 2. 3.
A
B
C
D
E
a cap. 4. 2.
Docere de aliquo (in aliquo) quid.
b vers. 17.
c Ioan. 13. 34.
d de bono patientiae.
e Ioan. 2. 27.
f Prou. 1. 4.

a Prou. 26. 27. Eccles. 10. 8. Eccles. 10. 9. b Iere. 18. 20. c Psal. 56. 7. d Prou. 10. 23.

e Rom. 2. 5. Iacobi 5. 3.

f vers. 3.

g Actuũ 1. 25. & Lucæ. 20.

Tripligia.

i Ioan. 19. 37. Apoc. 1. 7.

ipsius loci.

k vers. 5.

a tiæ præbent, quæ accidunt viris probis, & secundo, quæ improbis. Propius hic accedit sensus ad primum, qui maxime literalis est.

Donec fodiatur peccatori fouea.] Hieronymus, (*donec fodiatur impio interitus,*) Aliꝑ (*lacus*) est Hebraicè שחת *sciachath*, Græcè διαφθορὰ, de quibus actum alibi. Donec inferatur peccator sepulchro, donec tandem incidat vel imprudens, ac nolens in interitum & præsentem, & æternum, donec incurrat in periculum, quod non putat, & aliis forsitan prauit. Quamdiu floret, ac triumphat peccator foditur ei fouea, ipsaque prosperitas fouea est, quam peccatis, per quæ abutitur illa prosperitate magis ac magis patefacit sibi, & ampliorem, atque profundiorem reddit, donec impleat mensuram peccatorum suorum. *Fodere foueam alteri* [a], vel *animæ alterius* [b], vel *ante faciem eius* [c], vel *fodere malum* [d], est parare ac struere periculum, & interitum, & quidem diligentia magna, repetitisque actibus, vt solent qui terram fodiunt. Eadem vis passiui verbi, & quod impersonaliter dicitur, *donec fodiatur peccatori fouea*, vel intelligitur quod à Deo fodiatur, aut quod ab ipsomet peccatore. Hic nimirum dum aggerat sibi thesauros, *thesaurizat sibi simul iram in die ira, & reuelationis iusti iudicij Dei* [e], ac veluti aggerem effodit, vt in profundum facilius decidat. Videtur his verbis contineri ad præcedentem quæstionem [f] *vsquequo peccatores*, &c. responsio, nempe donec *fodiatur peccatori fouea*, donec completæ fuerint iniquitates eorum, donec præstituta venerit dies, *vt abeant in locum suum* [g], *tormentorum suorum* [h], conditi fouea sepulchri secundum corpus, secundum animam fouea inferni, vt Rickelio placet. Hugo tropologicè considerat cor peccatoris confodi iaculis superbiæ, ligonibus auaritiæ, rostro porcino luxuriæ. Ponit etiam spiritualem processum sepulturæ ad similitudinem materialis. Quem, si cupis, lege, est ingeniosus, & satis ad populi captum accommodatus. Aiguanus autem simili sensus genere dicit hoc toto tempore præsenti fodi peccatori foueam vulnerum Christi, & erudiri afflictionibus, atque mitigari, seu humilem, & mitem effici, quàmdiu Christus in suis vulneribus paratus est recipere peccatorem: post hanc vitam claudi fossas istas, quatenus non recipitur peccator ad pœnitentiam. Nam alioqui semper erunt apertæ plagæ vulnerum Christi, & videbunt in iudicio peccatores in quem confixerunt [i].

Vers. 14.] Quia non repellet Dominus plebem suam: & hereditatem suam non derelinquet.

Vers. 15.] Quoad vsque iustitia conuertatur in iudicium: & qui iuxta illam omnes qui recto sunt corde.

HOc est, quòd hi, quos erudierit Dominus, & legem suam docuerit, inter alia, discent, ac intelligent, mitigati, mansuefacti, humiliati, patientes reuditi per huiusmodi doctrinam, & eruditionem, quod sua cura populum suum vexatum in tribulationibus non destituet, nec deseret eos, quos elegit in hæreditatem sibi, populum, vnquam, quem antea [k] dixit Vates ab im-

A probis humiliatum, & hæreditatem vexatum ab iisdem, cum dicerent hæc illum non visurum, nec intellecturum [a]: durabit autem dicta Dei cura quamuis veluti tecta, & ignota, quousque post aliquam dissimulationem, & permissionem tribulationum, procedat ipsius iustitia, quæ latebat quodam modo, & lento incedebat gradu, ad iudicandum pro populo, ac hæreditate, & ad impios condemnandum: quo demum fiet, vt diuinæ iustitiæ, iudicióque propinqui sint, eáque proximè sequantur, approbent, amplexentur, aut id facere deprehendantur illi, qui sunt recto corde, cùm è contrario improbi effectum illorum inuiti experientes, odió habituri sint, aduersaturi, execraturi. Potest hoc intelligi tum de tempore præsenti, in quo Deus edit quandoque iustitiæ suæ effecta, tum præsertim in iudicio, de quo qui sunt recti corde bene edocti venerantur illud, & iustitiam diuinam, etiamsi sæpius hic non videant executionem illorum, sed expetant, & expectent. Sensus item est per se constans, nec a præcedente pendens versu, quod *quoad iustitia conuertatur in iudicium*, ita vt appareat rectum, ac iustum esse, quod tantisper non videtur esse huiusmodi, dum præualent aduersus probos improbi, probi nihilominus recto corde præditi, rectique ac æqui rerum æstimatores, & amantes non relinquunt iustitiæ, ac omnis virtutis initam viam, sed tanto diligentiùs, alacriùs, ardentiùs in ea consistunt, atque prosequuntur, non fictè, sed sincerè, ac ex animo illi studentes, & eam colentes, hoc est, non solùm quando emolumento est, verùm etiam quando nihil colligi vtilitatis ex ea videtur, sed incommodum potius damnumque reportari. Sed cum viderint iusti iustitiæ reddi, quod ei debetur, ac demum repeti de improbis cum vero iudicio iustas pœnas, magis magisque in eiusdem amore iustitiæ confirmabuntur, totóque corde quod rectum & integrum erga illam seruauerunt, vehementius in ipsam incumbent. Tertiò, quod flagella, quæ Deus infligit filiis eo vsque prosunt, *quoad vsque conuertatur iudicium ad iustitiam*, id est, iudicio correpti iusti fiant, vel si iam erant, magis iusti: post flagella verò & iudicium colligentur omnes recti, vt mercedem accipiant. Sic absque nomine Græcus auctor apud Agellium, qui mihi videtur Euthymius, & Nicephorus. Quartò, sumendo *iustitiæ* vocabulum, vt non rarò sumitur, pro *misericordia*, siue *clementia*, sic explanatur ab aliis hic locus, Quia redibit iudicium ad clementiam, seu conuertetur, pertinebitque ad assequendum fructum diuinæ clementiæ quod nunc iusti vexentur, & compensabitur per clementiam seueritas, fiet, vt euadant omnes recti corde, atque ex animo colant iustitiam, Deúmque. Quinto iuxta subalternorem allegoriæ, & anagoges sensum, idem Græci explicant, quod custodit populum suum Deus, & hæreditatem toto tribulationis tempore, quoad iudicium illud diuinum sederit; postea verò quàm iustitia, qui est Christus [b] ἐπὶ θρόνου καθίσῃ, inquit Nicephorus, *ipsi iustitia*, in eo sederit, omnes recti corde prope illum stabunt, & iudicabunt. Cyrillus Alexandrinus [c] tacet, explicans de descensu Saluatoris è cœlo, *iustitiam* esse Christum: conuertum ad iudicium quia, morte accessit ad Patrem in cœlum, sed reuertetur ad iudicium, & cum illo *omnes recti corde*, id est, Sancti. Theodo-

a vers. 7.

B

C

D

E

Sensus 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

b Ecclesiast. 10. 20.

c In Psalm. 84. num. 13.

reti, seu Basilij sexta explanatio, quod populi sui Iudaici prouidentiam Deus habebit, quoad non negabunt *iustitiæ*, hoc est, Christi aduentum; sequentur autem post ipsum hi, qui purum ab infidelitate perfidiáque cor gerent, vt Petrus, & Andreas, qui vocati ad piscationem hominum confestim sequuti sunt Christum [a]. Septimò ex Hugone, non deseret suos Christus, qui promisit se futurum cum illis *vsque ad consummationem seculi* [b], id est, vsque ad iudicium, (quamuis etiam postea in æternum) quando iustitia iustorum, qui nunc persecutionem patiuntur, & iniustè iudicantur, atque condemnantur, conuertetur in iudicium, ita vt ipsimet iudicium suorum iniustorum iusti iudices fiant, eos verò censeri etiam hic reuera iustos, & iuxta iustitiam esse, ac viuere, qui recto sunt corde, subiicientes se diuinæ voluntati etiam in aduersis. Iuuat istum sensum Augustinus [c], explicans quoadusque *conuertatur iustitia*, quam nunc habet infirmitas piorum, *in iudicium*, hoc est, iudicandi accipiat potestatem. Octauò Gregorius [d] docet *iustitiam in iudicium verti*, quia hi, qui nunc iustè, atque irreprehensibiter viuunt, tunc iudicandi potentiam nanciscentur, eique *qui vicerit, dabit Christus sedere in throno suo* [e]. Nonò Campensis, futurum, vt *iustitia* coniungatur *iudicio*, & ad *iustitiæ* normam restituat Deus *iudicium*, efficiátque vt iudices quod iustum est iudicent, & hoc iudicium, Deúmve sequantur omnes qui recto sunt corde animóque integro. Vltimo Genebrardus declarat non deserèdum à Deo populum, quoad reuertatur in hoc populo *ad iudicium iustitiæ*, & post iustitiam sint *omnes recti corde*, hoc est, quamdiu qui de populo Dei censentur, iusti erunt, & recti versabuntur iuxta illam, quamdiu vigebit in ipsis iustitia, & reducetur in opus, *iustitia* namque opus est *iudicium*. Vltimus cum penultimo, & tribus primis, optimus sensus, ex quibus integrari vnus facilè potest, cæteri pertinent ad mysterium.

Quia non repellet Dominus plebem suam, & hæreditatem suam non derelinquet.] Sententia facilis, possetque accipi, quia, non ætiologicè, & vt causa, sed exegeticè, seu enunciatiuè, & assertiuè, ac si esset, *certe*, quod etiam significat כי *chi*. Idem repetitur ferè psalmo sequenti [f], & ab Apostolo [g], *non repulit Dominus plebem suam quam præsciuit: & non te deseram, neque derelinquam* [h]; cui affine illud in Iosue [i], *non dimittam, neque derelinquam te*: promisit Christus, vt ante dixi, futurum cum suis *vsque ad consummationem seculi* [k], iussitque ne *timeret pusillus grex, quia complacuisset Patri eius dare illis regnum* [l]. Non restringerem tamen sententiam ad solos prædestinatos.

Quoadusque iustitia conuertatur in iudicium.] Hieronymus, *quoniam vsque ad iustitiam reuerietur iudicium.* Alij, *nam tandem vsque ad iustitiam reuertetur iudicium*, id est, etiamsi differat Deus iudicia sua, sinens affligi diutius suos, restituentur in locum suum iustitia, & iudicium, & facient omnibus iudicium ex æquitate. Hebræa sunt hæc כִּי־עַד־צֶדֶק יָשׁוּב מִשְׁפָּט *chi hhad tsedek iasciub mispat*. Vbi *metathesim* Genebrardus vult in primis duabus dictionibus esse, *pro* עַד־כִּי *hhad chi*. Penultimú verbum videntur legisse non יָשׁוּב *iasciub* in kal, & in simplici actiua significatione sed יָשִׁיב *iascib* in hiphil, & transitiuè, vt significat *reuerti facere*, siue *restituere*, illi, qui exponunt, vt Campensis, *donec restituat*, scilicet Deus, *iustitiam ad iudicium*. Quinæ auctores expositionis legerunt ישב *iesceu*, scilicet, non à radice שוב *sciub*, sed à יָשַׁב *iascab*. Iuxta translationem nostram *conuerti* idem est quod *reuerti*, & *reuerti iustitiam ad iudicium*, est iustitiam actum suum exercere, ac non cessare, à quo videbatur distare, ac remota esse. Potest id intelligi ex dictis ad ea verba psalm 22. [a] *animam meam conuertit*, id est, *reduxit*, *redire fecit*, *restituit*, quasi recessisset prius, & animi defectum, deliquiumve, & absentiam Dauid pessus esset. Sic anima quædam iustitiæ iudicium est, & occisa virtus videtur mortua esse, sicut fidem non operantem vocat Iacobus *mortuam* [b].

εἰως κρίσις τυχῇ δικαιοσύνῃ πάλιν ἐλθῃ.

Quousque iudicium pariens iustitia rursum venerit, inquit Apollinarius.

Et qui iuxta illam, omnes qui recto sunt corde.] Multi codices habent interrogationem; & qui iuxta illam? vt in sequentibus responsio contineatur, & ita maxima pars Latinorum Expositorum legit, ac interpretatur: præterea Cassiodorus, quamuis vtatur alia lectione, vt mox dicam. Hieronymus, *& sequentur illud omnes recti corde*, videlicet *iudicium*. Alij, *& post illam omnes recti corde*, id est, *post illam iustitiam*, quæ ad iudicium reuersa est; supple *superant*, *sequuntur*, *currunt*. Vel, *post illud*, iudicium. Vel in masculino genere, *post illum*, Deum sequentur nempe cum viderint iustitiæ eius iudicium Hebræa vox אַחֲרָיו *veacharau* habens affixum masculini generis, potest indicare alterum ex proximè præcedentibus, aut מִשְׁפָּט *mispat iudicium*, aut צֶדֶק *tsedek iustitiam*. Suppleri quoque potest paulò remotius nomen *Domini*. Textus Græcus Lxx. hîc est, καὶ ἐγγίσει αὐτῷ πάντες οἱ τοῦτες τῇ καρδίᾳ, *& deinceps post illum*, (vel κρίσιν *iudicium*, vel δικαιοσύνην *iustitiam* intelligere possumus) seu *qui iuxta illam*, aut *sequentes*, siue *qui sequuntur eam, sunt omnes illi, qui recto sunt corde*. Aquila, & Theodotio verterunt καὶ ὀπίσω αὐτῆς, vel αὐτῷ, *& post illam*, aut *illum*, videlicet *post iudicium*, vel *hoc*, & *iustitiam*, quæ duo, vt dixi, generis fœminini Græcè sunt. In psalterio Romano, & apud Cassiodorum, cum interrogatione, quam Cassiodorus iubet adhiberi, *& qui tenent eum? omnes, qui recto sunt corde*. Partic pium ἐχόμενοι, cui articulus præfixus hoc loco non est, significat *deinceps positos*, siue *sequentes*, præterea *habentes*, postremò *tenentes*, non solùm prout *tenere* aliquando est idem quod *habere*, vt vulgares etiam testantur linguæ, præsertim Hispanica, qua dicit quis yo tengo id est, *habeo*, sed etiam vt est *firmiter quod habeas retinere*, vel etiam *prehendere, adhærere, coniunctum esse*, seu *proximum, proxime sequi, amplecti, capessere, aggredi*. Sed Hebrææ dictioni solùm respondet notio ordinis, *& sequendi*, quæ optimè expressa est ab Interprete, *& qui iuxta illam*, qui clarior videtur futurus fuisse, si omisisset pronomen relatiuum, *qui*, hócque pacto posuisset, *& iuxta illam omnes qui recto sunt corde*, ita vt pro subiecto sint, *recto corde* pro prædicato, *iuxta illam*. Vt nunc verò legimus opposita ratione declaratur, (*& qui iuxta illam*, nempe sunt, *omnes ex iis sunt, qui recto sunt corde*.) *Qui ad Deum pertinent applicat Deus sibi tamquam familios. & quos elegerit, appropinquabunt ei* [c]. De *rectitudine cordis* Augustinus multa: nos alibi. Hic in fine est διάψαλμα, licet non extet סֶלָה *selah* Hebraicè.

a Matt. 4. 20. 21.
b cap. vlt. 20.
c 13. de Trin. c. 13.
d 26. moral. c. 21. vel 26.
e Apoc. 3. 21.
f vt recitatur.
g Rom. 11. 2.
h Hebr. 13. 5.
i cap. 1. 5.
k Matth. vlt. 20.
l Luc. 12. 32.
a vers. 3.
b cap. 2. 20. 26.
Teneo quomodo et vim junior.
c Num. 16. 5.

Verſ. 16.] Quis conſurget mihi aduerſus malignantes? aut quis ſtabit mecum aduerſus operantes iniquitatem?

ZElo plenus Dauid *pro Domino exercituum* [a], atque pro conſeruatione ſeruorũ illius, accenſus etiam amore iuſtitiæ vindicis, prodeuntis in iudicium, de qua proximè dixerat; præterea diuina ſpe confirmatus, quaſi dimicandum iam ſibi eſſet cum improbis, aduocat alios in ſocietatẽ potius quàm in auxilium, quòd ſatis ſupérq; ſciebat conſtitutum in Deo, ad illum ferè modum, quo Moſes vehementer indignatus in Idololatras, exclamauit, *Si quis eſt Domini iungatur mihi, & ponat vir gladium ſuper femur ſuum, & occidat vnuſquiſque fratrem, & amicum, & proximum* [b]. Lyranus, & Aiguanus putant Moſen, cui pſalmum iſtum tribuunt, ad modò recitata verba hic alludere: Treuetus ad periculum, quod euaſit, cum ſubmergendus erat. Addit verò, ſi Dauid loquitur, facere mentionem de periculis ſuis ſub Saule. Docet Aiguanus dici poſſe Chriſtum loqui, qui vicerit diabolum tentantem, & patientiam ſeruauerit in perſecutionibus Iudæorũ, alios verò ad ſui imitationem inuitet, Quaſi nimirum diceret [c], *quod me vidiſtis facere, facite*, ſicut olim dixerat Gedeon, & Abimelech. Prior is qui dicitur Hieronymus acceperat hæc vt Chriſti vtrba, ac ſi diceret, *quis eſt putas de ſanctis, qui mecum reſurget? propterea reſurrexi vt alij mecum reſurgerent.* Magis placet, vt generatim quiuis iuſtus loquens inducatur. Nec de futuro tamen iudicio præcisè cum Caietano, ſed de tempore quoque præſenti exponendum puto. Nec diſplicet alter ſenſus, cui ſequentia fauent, vt ad magis exprimendam neceſſitatem dictæ conuerſionis, ſeu reuerſionis, ac reditus *iuſtitiæ ad iudicium*, & vt quantoperè indigeat auxilio *Domini vltionum*, ſignificet, conſtituat ſe veluti ſolum inter plurimos hoſtes tamquam deſperantem, & vociferantem, quis mihi tandem auxiliator erit? quis adiuuabit? quis è tantis eripiet periculis? quis liberabit à tot, & adeò fortibus, acribus, ferocibus, iniquis aduerſariis? Ergo actum eſt, niſi præſtò ſit Deus, & opem opportunè ferat. Quod magis declarant ſequentia. Sententia porrò extendi poteſt ad hoſtes viſibiles, & inuiſibiles, atque ad omnẽ vim, quam quis patiens imploret Deum, vt reſpondeat [d], & eam frangat. Inſinuat verò interrogatio, & pronomen ſingulare, *quis*, quàm ſit paucorum zelus ille iuſtitiæ, honoris diuini, ſalutis animarum, vt obſeruat Hugonem *quam ſit vana ſalus hominis* [e], omnéque humanum, ſine diuino præſidio, & ſubſidio, nec eſſe qui pugnet pro nobis, ita, vt expugnare valeat, niſi Deus noſter. Homilia ſub Chryſoſtomi extat nomine ſuper hoc, & ſequenti verſiculo [f], in qua demonſtratur orationis efficacia, & neceſſitas auxilij diuini exemplis potiſſimum Patriarcharum. Iubet ad extremum auctor ille, vt hos quotidie vsurpemus verſiculos purgata & eliquata mente, lugi oratione conquadratis moribus, trutinata conſuetudine, vt *gratiam Dei non in vacuum ſuſcipiamus* [g], ſed faciamus in ea ſem gratia fructum iuſtitiæ, ob meritum vitæ perpetuæ.

Quis conſurget mihi aduerſus malignantes?] Hieronymus, *quis ſtabit pro me aduerſus malos?* Eodem pacto *Symmachus*, τίς ἀναστήσεται ὑπερ ἐμοῦ πρὸς κακοποιούς, Alij, *cum malis*, nempe pugnanti cum illis. In aliis pſalteriis Romano, & vetere, apúdque Auguſtinum, Caſſiodorum, Arnobium, *exurget*. Creditus Hieronymus in Commentario, *quis reſurget*, & hoc etiam valet ἀναστήσεται, & יָקוּם *iakum*. Interrogatio autem innuit vel deeſſe qui conſurgat, ſtérque; vel deſiderari, vt ſit qui conſurgat, & ſtet: & vel deſperari quodammodo de auxilio humano, vel mutari qui auxilientur, ſiue quia neceſſitas premat, ſiue quod ſocietas aliorum delectet. Sæpe hoc deſiderium denotat iſta formula, *quis det, vt*, &c. ſeu *quis det mihi*, vel *tribuat* [a], & redditur quandoque [b] *vtinam*. Eadem ratio ſi apponatur aliud verbũ, vt, *Quis* [c] *reuoluet nobis lapidem ad oſtium monumẽti?* Non eſt ſenſus, quem tradit Ianſſonius, *quis conſurget mihi*, hoc eſt, quis me excitabit in iſtud præliũ. Dicendum fuiſſet, quis excitabit me, eriget, ſtatuet, confirmabit. *Quis conſurget mihi*, idem eſt, atque quis conſurget vt me iuuet, vt obſequatur, & gratificetur mihi. Quemadmodum apud Iſaiam [d] Deus, *quem mittam, & quis ibit nobis?* Quamuis ibi additum volunt aliqui datiui caſus pronomẽ per pleonaſmum. Sed noſtram vtilitatem Deus pro ſingulari pietate propriam, ac ſuam ducit. Nõ diſplicet ſubintelligere cum Caietano, *quis conſurget mihi*, nempe *habens rectum cor, & ſi lucis diuinæ pleno.* Sed nimis anguſtè declarat de *iudicio*, quaſi dicat, quis ſtabit pro me tunc cum malignis, quando iudicabuntur, non enim ſufficio pro me, nec merita propria ſufficiunt.

Aut quis ſtabit mecum aduerſus operantes iniquitatem?] Hieronymus omiſſus, aut, *quis ſtabit pro me aduerſus operarios iniquitatis?* Ita quoque Symmachus τίς ἐκστήσεται ὑπερ ἐμοῦ πρὸς ἐργαζομένους ἀδικίαν. Alij, *quis ſtatuet ſe pro me contra operarios iniquos? quis conſiſtat mecum? quis ſe opponat?* [*ſtatuere ſe*] ſignificat יתיצב *hithiatsseu*, & ἐφίστασθαι. Apollinarius vtrumque membrum ſic exponit.

τίς μ' ὀλοῶν πτύζειεν ἀναστήσας ἀλάπρως;
τίς δέ μι θωρήξας ἀνίμων ἐπὶ κῆρας ἐγείρει;
Quis mihi perniciioſorũ parauerit conſurgẽs occiſorẽ?
Quis verò me armans in uſtorum ad pugnam excitauerit?

Standi verbũ videtur militare, atque de pugnante, ſeu cum armis conſiſtente dici. Sic, *ſtare pro animabus ſuis* [e], eſt pro illis decertare: *ſtare contra aliquem* [f], contra illum pugnare: *Sta, & prepara te*, inquit Ieremias [g], *quare computruit ſors tua? non ſtetit, quoniam Dominus ſubuertit eum* [h]. Paulus [i] *induite nos armaturam Dei* vult, vt *poſſimus ſtare aduerſus inſidias diaboli, in omnibus etiam perfectos ſtare, & ſtare ſuccinctos lumbos, in veritate*, &c. Auctores profani *pro aliquo ſtare*, aut *cum aliquo*, aut *ab aliquo*, vſurpant, qui in acie conſiſtat, & alium tueatur. Affert exempla Bochius hoc loco ex Terentio [k], Virgilio [l], Ouidio [m], Ciceronе [n], Liuio [o]; nec alia plura deſunt. Importatur prætera verbo eodem conſtantia, & perſeuerantia. Non ſufficit conſurgere, & inſurgere *aduerſus malignantes*; cum ad opus peruenerint, reſiſtẽdum fortiter, & conſtanter. Græci verbi συνιστασθαι exemplum nondum reperi. Videtur eũdem vſum habere cum συνίστασθαι & ἐπανιστασθαι, quod eſt cum datiuo, *ſtare à partibus alicuius, conſpirare, coire, inſurgere in alium cuius gratia, ſed quaſi obſidendo, & circumuallando.*

Verſ. 17.] Niſi quia Dominus adiuuit me, paulo minus habitaſſet in inferno anima mea.

Verſ. 18.

---

[a] Deuter. 5. 29. Iob 19. 23. 2. Reg. 18. 33. pſ. 52. 7. pſ 54. 7. Cant. 8. 1. Ieremi 9. 1. 2.
[b] Exod. 16. 3.
[c] Marc. 16. 3.
[d] cap. 6. 8.
[a] Iud. 7. 17. c. 4. 48.
[b] Exo. 32. 27.
[c] pſal. 59. 13.
[d] Eſa. 38. 14.
[e] tomo 1.
[f] 2. Cor. 6. 1.
[a] Sto certum militare & quandoque vſurpatur
[b] Hſ. l. 11. cap. 9. 10.
[c] Sap. 10. 16. cap. 11.
[d] cap. 46. 14.
[e] vers. 3
[f] Epheſ. 6. 14.
[g] k in Phorm. Adel. 1. vers. 5.
[h] 1. & 2. Anm. 1. Trill. Elegi. 2.
[i] 4. de Fratribus.
[k] 1. 10. de bel. Iunic. 5. de bel. Mac.
[l] Ioſ. 10. 8. Iud. 7. 24. 1. Reg. 14. 21. 2. Reg. 10. 9. 2. Par. 13. 12. 20. 17. 1. Mach. 3. 58. 2. Mach. 8. 16. 15. 8. Ioan. 18. 5. Act. 5. 39. 1. Cor. 16. 13. Gal. 5. 1. Epheſ. 6. 11. 14. Philip. 1. 27. 4. 1. 1. Theſſ. 3. 8. 2. Theſſ. 2. 15. 1. Pet. 5. 9. Apoc. 3. 2.
[m] Ioſ. 10. 8. Iud. 7. 24. 1. Reg. 14. 21. 2. Reg. 10. 9. 2. Par. 13. 12. 20. 17. 1. Mach. 3. 58. 2. Mach. 8. 16. 15. 8. Ioan. 18. 5. Act. 5. 39. 1. Cor. 16. 13. Gal. 5. 1. Epheſ. 6. 11. 14. Philip. 1. 27. 4. 1. 1. Theſſ. 3. 8. 2. Theſſ. 2. 15. 1. Pet. 5. 9. Apoc. 3. 2.
[n] Ioſ. 10. 8. Iud. 7. 24. 1. Reg. 14. 21. 2. Reg. 10. 9. 2. Par. 13. 12. 20. 17. 1. Mach. 3. 58. 2. Mach. 8. 16. 15. 8. Ioan. 18. 5. Act. 5. 39. 1. Cor. 16. 13. Gal. 5. 1. Epheſ. 6. 11. 14. Philip. 1. 27. 4. 1. 1. Theſſ. 3. 8. 2. Theſſ. 2. 15. 1. Pet. 5. 9. Apoc. 3. 2.
[o] Ioſ. 10. 8. Iud. 7. 24. 1. Reg. 14. 21. 2. Reg. 10. 9. 2. Par. 13. 12. 20. 17. 1. Mach. 3. 58. 2. Mach. 8. 16. 15. 8. Ioan. 18. 5. Act. 5. 39. 1. Cor. 16. 13. Gal. 5. 1. Epheſ. 6. 11. 14. Philip. 1. 27. 4. 1. 1. Theſſ. 3. 8. 2. Theſſ. 2. 15. 1. Pet. 5. 9. Apoc. 3. 2.

Vers. 18.] Si dicebam motus est pes meus, misericordia tua Domine adiuuabat me.

Vers. 19.] Secundùm multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam.

Sensus lect.

OStendit in suamet persona, vel alterius induens personam, aduersus hostium persecutionem nec fuisse, nec esse posse, qui ferat auxilium efficax, præter vnum Deum: ac proinde respondet sibi ad quæstionem priore versu factã. Dicit enim ad eas se aliquando angustias redactum, vt nisi succurrisset Deus, moriendum sibi necessariò, & ad sepulchrum, infernúmque descendendum fuisset: & se cùm nihil propiùs arbitrabatur esse, quàm vt laberetur, ac rueret, expertum diuinam misericordiam, quæ veluti manu iniecta prehensum liberaret, atque confirmaret: postremò blanditum consolationibus Deum suis sibi, matris in morem, & pro præcedentibus angoribus, laboribúsque longè suauiorem à Deo recepisse cumulum consolationum. De periculis animæ, & remediis, atque consolationibus spiritualibus declarantur hæcà multis, vt in partium singularum explanatione dicemus.

Nisi quia Dominus adiuuit me.] Hieronymus, *nisi quia Dominus auxiliator meus.* Alij, ablato, quia, *nisi Dominus auxilio fuisset mihi*, vel *auxilium*, seu *adiutorium mihi.* Hebraicè non extat, *quia*, sed tantùm לולי *lule*, quod alibi[a] redditur absque particula illa causali. Propter indicatiui modi verbum, *adiuuit* additum est, *quia.* In psalterio, quo vtitur Ambrosiana Ecclesia, *nisi quia Dominus adiuuabat me*, in Romano, *nisi quia Dominus adiuuasset*, vel *adiuuisset me*; apud Arnobium dempto, quia, *nisi Dominus adiuuisset me.* Quæ vltima constructio clarior, & melior.

a Gen. 43. 10. Deut. 32. 39. Iudic. 14. 18.

Paulo minus habitasset in inferno anima mea.] Arnobius, *modico minus.* Cassianus[b], *paulo minus habitauerat.* Alij *secundum parum*, *propemodum*, *mox*, *breui*; *silentium*, aut *in silentio*, seu *cum silentibus*, & *mortuis*, aut *excisionem*, seu *in excisione interitu*, *morte*, *sepulchro*, *inferno habuasset anima mea*, id est, vel ego, licèt secundùm partem, id est, animam, in inferno, secundùm corpus in sepulchro, vel anima, vel corpus iam dictis modis. Minus propriè *vita* per *animam* nunc accipitur, quia eũ periret vita, penitus non censetur vllibi habitare. Anima secundùm substantiã descendebat ante mortem Christi in infernum; nec *eruet qui eruerot suum de manu infert*[c]: quare quod ait, *nisi Dominus adiuuisset*, nil propius fuisse, quàm vt habitaret in inferno anima sua, intelligit, quàm vt citius ipse moreretur, & descenderet in infernum anima, ibique habitaret. Quamuis autem nomen דומה *dumah* iuxta eas notiones, quas hic attigimus, & partim etiam diximus psalmo 64.[d] vbi tamen est *dumyah*, congruere possit *sepulchro*, præstat interpretari de *subterraneo animarũ receptaculo*, quod ᾅδης significat, numquam *sepulchrum*,

ἵμως ποτὲ τοῦ συνοικοῦντος ἅδου ψυχὴ·

Meus volasset contubernalis inferno animus.

inquit Apollinarius. Inter *inferni* Hebræa nomina septem, quæ recitat Galatinus[e] ex Rabbinis, hoc non ponit. Iterum per *abyssum* & *infernum* transfertur in psalmo 115.[f] secundùm Hebræos; *neque*

b Colla. 3. c. 11.

c psal. 88. 49.

d vers. 2.

e lib. 8. cap. 7.

f vers. 17.

omnes qui descendunt in infernum. [*Silentium*, *umbra silentium*,] apud Poëtas[a] designant mortuos, & inferno detentos. Augustinus adaptat, & Ivranus Aaroni, quem populus occidisset, nisi vitulũ conflasset, & Mosen, qui contriuit eum, nisi Deus cõpressisset[b]. Aiguanus ad Mosen, qui etiam dixit[c], *adhuc paululum, & lapidabunt me*: Trouerti ad populum Hebræum, qui parum abfuit quin extingueretur in Ægypto, quãdo masculi sunt interfecti. De Christo etiam explicat Aiguanus, quoniã anima eius post mortem ad inferni descendit, sed ibi non habitauit, quoniam adiutorio Dei illatum resuscitatus est, & dixit[d], *eripuisti animam meam ex inferno inferiori.* Mortaliter hoc vtiurpare possũt qui peccandi grauia pericula beneficio Dei euãserunt, ac propterea damnatorum locum, & in quo peccator etiam dum hîc viuit habitare conseritur, sicut iustus *conuersationem habere in cœlis*[e], & ad misericordiam quamdã Dei pertinet, non quamprimum descendere in dictum tormentorum locum. Quãquam vna ex parte satius esset reprobo citius in infernum descendere, quàm diu viuendo, peccata est accumulaturus: ex alia, melius differri descẽsum, si interim aliqua merita est habiturus, & gratiam recuperaturus, licèt tandem eam amittat.

a Virg. 6 Æneid. Ouid. 5. Fast.

b Exod. 32. tuto.

c cap. 17. 4.

d psal. 85. 13.

e Philip. 3. 20

Misericordia[f] *Domini, quia non sumus consumpti. Fidelis*[g] *Deus, qui non patitur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere.* Bernardus[h] explicat de inferno inferiori, vbi nulla confessio, vnde nulli licet exire Cassianus[i] ex hoc loco necessitatẽ gratiæ probat, sicut ex sequẽtibus duobus versibus. Liberi vtique arbitrij prauitate se in inferno, inquit, habitaturum fuisse, nisi Domini fuisset adiutorio, ac protectione saluatus. Probat hic idẽ locus nostet donũ pẽseuerantiæ gratia speciali egere. Similis est inter alios in psalmo 126. *Nisi Dominus ædificauerit domũ*, &c. *Nisi Dominus custodierit ciuitatem*, &c. Caietanus in, *paulo minus*, aut, *velut modicum*, considerat id exiguum, quod est in merito iusti, quatenus liberum arbitrium spectatur: maximam verò merciti rationem esse ex gratia.

f Thre. 3. 22.

g 1. Corin. 10. 13.

h ser. 2 de Assumptio.

i colla 3. cap. 12.

Donũ perseuerantiæ gratia speciali egere.

Maxima meriti ratio ex gratia est.

Si dicebam motus est pes meus.] Id est, cùm dicerem de me esse actum, corruisse me, ruinam ante oculos meos esse. Vel cùm planè nutans, & vacillans animo, incertus consilij, desperans auxilium, fuga mihi consulendum existimarem. Sic Apollinarius.

ὅτε γὰρ ἐκλέποντι νόῳ πεπτώκειν ἐδόκουν.

Quando enim claudicanti animo ad fugam expectabam, vel *fugam cepi.*

Occurrit iam aliquoties[k] hæc dicẽdi formula de pedum motu, & commotione, & lapsu, rursúmq, postea in 120.[l] Indicat nos in cursu versari, & in lucta, & in lubrico. Tale illud ex 117.[m] *Impulsus euersus sum*, alij, *versatus vt caderem*, & *Dominus suscepit me*, id est, ait Cassianus[n], ne penitus libero collabamur arbitrio, cùm titubasse nos viderit, protectione quodammodo manuum suarum sustentat, atque confirmat. *Et si dicebam motus est pes meus*, lubrica scilicet arbitrij facultate, *misericordia tua Domine, adiuuabat me*, iterum mobilitati suæ Dei coniungit auxilium, quia ne moueretur pes fidei suæ, non industriæ propriæ fuisse, sed misericordiæ Domini confitetur. Aiguanus *pedes* interpretatur discipulos Christi, vacillantes in passione ipsius, sed per Dei gratiam breui postea confirmatos: sicut & Christus vacillantes Petri in mari pedes, ac fidem erexit[o]. Augustinus explicans de periculo peccandi, sicut

k psal. 17. 37. psal. 55. 14. psal. 65. 9 psal. 72. 2. 8. l vers. 22. m vers. 13.

n colla. 3. cap. 12.

o Matth. 14. 28. & seq.

alij plurimi perpendit in verbis illis, *si dicebam*, amari à Deo confessionem, & confitendum nobis motum, ne plangamus ruinam, vt adiuuet Deus, ne in inferno sit anima nostra. Confirmat allato Petri exemplo, qui iussus ambulauit super mare, cumque titubaret, clamauit, pereo.

Misericordia tua Domine adiuuabat me.] Hieronymus *sustentabat me*, quod propriè valet סעדתני *sshhadeni*, vertendo futurum in præteritum imperfectum; sicut, & in præteritum perfectum poterat. Filium Dei, ac proinde filium gratiæ Deus gratiáque iuuant magis in colluctatione principis tenebrarum [a] (qui vt in visione corporea contingit ei, qui latens in obscuro, cernit eum, qui in luce est, nec ipse cernitur) quam Antæonem terra, ex qua natum fabulantur, in lucta contra Herculem, quoties ad eam prosternebatur, toties enim fortior resurgebat.

[b] *tellusq; viro luctante laborat.*

Parum aptè declarant aliqui [c]; *Si dicebam motus est pes meus. Si* aliquo bono affectu mouebar, *misericordia tua Domine adiuuabat me*, id est, præbat. *Adiuuare* non est, *præire*, & *motio pedis*, in malam partem accipitur.

Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam.] Hieronymus, *in multitudine cogitationum mearum, quæ sunt in me intrinsecus, consolationes tuæ delectabant animam meam.* Alij, *pro magnitudine anxiarum cogitationum*, vel *anxietatum mearum intra me.* Psalterium vetus, & Augustinus, *exhortationes tuæ iucundauerunt*, quamuis alibi [d] legat *consolationes*, quas vtrasque significant παρακλήσεις. In libro secundo de Spiritu sancto, qui est Didymi, sed Latinè redditus cum alijs à Hieronymo legitur, *lætificauerunt cor meum*, siue *dilexerunt animam meam*, ibique dicitur vtroque scriptum modò in diuersis exemplaribus inueniri. Atqui nec Hebræum, nec Græcum verbum significare potest, *dilexerunt*. Nec etiam video cur attribuatur hic locus Christo, vt probetur eum esse paracletum, & consolatorem. In codice tamen Vaticano reperitur ἠγάπησάν. Quo modo dicerentur ipsæ consolationes tanquam personæ quædam afflictum delinire, & blandiri, beneuolentiæ tenerioris signa edere. Interpretati sunt Lxx. *cogitationes anxias*, & *molestas* nomine τῶν ὀδυνῶν, pro quibus puto in textu Nicephori ἐκτροπῶν nomen irrepsisse, habet enim in commentario ὀδυνῶν. Significant שרעפים *sarbhaphim cogitationes*, vt ita dicam, *ramosas*, id est, *perplexas*. Iterum dumtaxat reperitur in psalmo 138. [e] Vbi Hieronymus reddit etiam *cogitationes*; nostri *semitas*, & *rectos*. Ramus in vertice arboris ventis agitatus designat dubiam, ancipitem, anxiam, perplexam cogitationem. Est ergo sensus, dum tacitus reuolueret multa secum de propriis periculis, de sua innocentia, de iniquitate aduersariorum, de prosperitate eorumdem, de iustitia, scientia, prouidentia, clementia Dei, quid faceret, quid consilij caperet, quo pacto euaderet, ad quem confugeret, tótque hinc inde agitaretur, & discruciaretur cogitationũ compugnantia, Deũ in tempore affuisse, atque lætitiam suggessisse; cõueniens, aptumque gaudij medicamentum attulisse. Imitatus videtur hunc locum Paulus [f], *sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra.* Benedicit [g] etiam Deum, quod consoletur in omni tribulatione. Tobias [h] ei dicit, quod *post tempestatẽ tranquillum facit, & post lacrymationem, & flentem exultationem infundit.* Ipsa pericula nostra, inquit Augustinus, dulciorem nobis faciunt liberantem. Alibi [i] verò docet quod ciuitati Dei, & rebus prosperis consolatio, vt non frangatur aduersis, & rebus aduersis exercitatio, vt non corrumpatur prosperis, per diuinam prouidentiam procuratur, atque ita temperatur vtrumque ab altero tro, vt in psalmo hoc nostro) illam vocem non aliunde agnoscamus exortam; *secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ iucundauerunt animam meam.* Affert illud præterea [k], *Spe gaudentes, in tribulatione patientes.* Notat etiam hic dici *secundum multitudinem dolorum in corde meo*, non, *in corpore meo*; quia perditi Christianorum mores, & Hæreticorum errores piè viuentium corda cruciant, etiamsi non sæuiatur in corpora ipsorum, quoniam per eos blasphematur Christianum, & Catholicum nomen, & propter Hæreticorum dissentiones multi volentes esse Christiani hæsitare coguntur. Sed hic ipse dolor, qui fit in cordibus piorum; quos persequuntur mores Christianorum malorum; siue factorum, prodest dolentibus, quoniam de charitate descendit, qua eos perire nolunt, nec impedire salutem aliorum. Denique magnæ consolationes fiunt etiam de correctionibus eorum, quæ piorum animas tanta iucunditate perfundunt, quantis doloribus de sua perditione cruciauerunt. Hactenus ex Augustino, & nos in Apostolica historia de huiusmodi gaudio egimus. Moyses quidem, de quo exponi psalmum à nonnullis aliquoties monui, post vehementes dolores, de peccatis populi, consolationibus diuinis lætificatus est, & Christus post passionem gloriosior resurrexit, sed sententia extendenda latius ad quemlibet iustum. Id facit etiam Gregorius [l] explicans tropologicè, quo pacto addiderit Dominus omnia quæcumque fuerant Iob duplicia [m]; *quia per pietatem benigni iudicis*, inquit, *tentationis nostræ dispendium vincunt suffragia consolationum. Minus autem tentati probatio, quam remuneratio consolatur, vt ex retributionis merito leue fuisse, quod toleranit agnoscat, qui ex persecutionis pondere graue se aliquid tolerare iudicabat. Vnde afflicta quoque Iudæa dicitur* [n], (*Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te.*) *Aliquando verò iuxta afflictionis pondus adspergitur mensura consolationis.* Tunc prolato hoc loco subdit. *In ea enim mensura consolatum se in qua afflictus fuerat, indicat, qui lætificatum se secundum multitudinem dolorum clamat.* Sic ille. Basilius [o] item negat amantis virtutem posse gaudium vlla interpolari tristitiæ nube, quamuis nonnihil acerbi casus oboriatur, eò quod tribulatio patientiam operatur, hæc probationem, ista spem, spes reddat gaudium veluti contubernale animæ generosæ, & ad virtutem excolendam solicitæ. Origenes [p] docet videri Dauidem loqui tantum de commensuratione præsentis vitæ, immo & Paulum [q], cum scribit quod *sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & consolatio nostra*: futuram verò gloriam longe superiorem esse, *quia non sunt condigna passiones huius temporis ad illam* [r]: & *momentaneum, ac leue huius tribulationis supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis* [s]. Hieronymi nomen gerens hoc loco videtur spectare etiam in futura vita huiusmodi quã dam mensuræ proportionem; vt respondeant tribulationibus præmia, vulneribus coronæ, vni

a Ep. 1. 6. 12.

b Lucan. 4. Pharſ.

c Auenda. in pſal. 118. fol. 408. 6.

d 18, de Ciuit. c. 51.

verſ. 23.

Cor. 1. 5.

01. ver. 3. 4.

: 22.

a 18, de Ciuit. c. 50.

b Rom. 12. 12.

c 30. Mor. ca. 8.

d Iob 42. 10.

Minus tentat probatio quam remuneratio conſolatur.

e Eſa. 54. 7.

f hom. 4 de grat. agend. Quantum vnicuique non proſit affliction. ſperata.

g In Ep. ad Ro. c 8.

h 2. Cor. 1. 5.

i Rom. 8. 18

k 2. Cor. 4. 17

lacrymæ, vna consolatio, decem lacrymis totidem consolationes; quantum pondus lacrymarum, & pœnitentiæ, tantus & consolationum numerus. Cassianus [a] dolores accipiens ex culpa natos ita explicat dum de gratia, liberóque disputat arbitrio. *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo*, qui libero vtique mihi nascebantur arbitrio, *consolationes tuæ lætificauerunt animam meam*, per tuam scilicet inspirationem venientes in cor meum, & reserantes contemplationem futurorum bonorum, quæ pro tuo nomine laborantibus præparasti, non solùm abstulerunt omnem anxietatem cordis mei, verùm etiam summam lætitiam contulerunt. Viui non potest absque aliqua dulcedine consolationis. nisi quæ condimentum hoc labori addatur. Gignit inter alia hanc dulcedinem, inquit Philo [b], amantis honestatem zelus, amor, & desiderium. Aiet etiam *dulcedinem laboris* vocari φιλοπονίαν. Iubet præterea, ne quis afflictionem refugiat, nec putet festas epulas vocari panem afflictionis, tanquam noxias ac non potius vtiles. Item scribit qui fugit laborem, fugere felicitatem. Basilius [d] ait, qui delectantur rosa, iis non esse spinas molestas, vnde illa prodit: audiuisse etiam se, quod rosæ amatoribus natura minutas illas spinas, quasi quædam amatoria illectamenta isti flori affixerit, vt stimulis istis ægrè contactum admittentibus, ad maius desiderium colligentes prouocet. Ipsa conscientia bene facti dum viuis, non abscedit, & laboris lenimentum, ac fructus est; si quid per voluptatem nequiter feceris, voluptas citò abibit, nequiter factum semper manet, & animum tuum excruciat. Vt M. Cato quondam sententiosè dixit, teste Gellio [e]. Denique proprium *lugentium* præmium Christus *consolati non* attribuit [f], & tristitiam conuertendam in *gaudium, quod nemo auferet* [g], *& seruum bonum, & fidelem*, qui nempe fideliter, strenuéque seruiendo laborauerit, inuitat, vt *intret in gaudium Domini* [h]: ad hoc etiam se missum dixit, vt *consolaretur lugentes* [i]: propterea & ipse misit Spiritum sanctum sub nomine *paracleti*, hoc est, consolatoris. *Deus noster idem Deus est misericordiarum, & totius consolationis, consolans nos in omni tribulatione nostra* [k], *conuertens luctum in gaudium, consolans, & lætificans à dolore* [l], *misericordiæ recordatus, cùm iratus fuerit* [m], cúmque *ostenderit tribulationes multas & malas, conuersus viuificat, & de abyssis terræ reducit* [n], lugentes inuitat *ad lugendum, & vt repleantur ab vbere consolationis* [o]. Dolendi nobis permultæ causæ, doloríque multitudo magna, sed in promptu cuiuis diuina consolatio, vt Greueus demonstrat [p]. Dolet iustus *prolongari incolatum* [q], consolatur ob præsentiam Christi *nobiscum vsque ad consummationem seculi* [r]: dolet atque coarctatur, *cupiens dissolui, & esse cum Christo* [s]: Christus eum consolans ait [t], *Ecce venio cito, & merces mea mecum*: dolet deesse compunctionem velut *irriguam terram* [u], promittitur ei *aqua super sitientem, pluuiaque super aridam* [x]: dolet ob *persecutiones* [y]: *gaudere* iubetur, & *exultare, quia merces multa est in cœlis* [z], dolet quia *Satanas expetit eum vt cribret* [a], rogat Christus *ne deficiat fides* [b], dolet de *legecarnis* [c], sed *Spiritus sanctus obumbrat* [d]: dolet aliorum peccata, & damnationem [e]: eorumdem conuersio est *in gaudium & gloriam* [f]: dolet societate malorum [g], verumtamen verat Deus *ne idcirco timeat* [h]: dolet quod *impiorum via prosperetur* [i], *transibit gaudium, cùm viderit non esse ipsis nec locum eorum* [k]. Gaudet liber dolorem ferat

A

B

C

D

E

[a] Coll. 3. c. 21.

[b] de congressu quærend. erud.

[c] 1. de vita Mosis.

[d] Ep. 149. ad Libanium.

[e] lib. 18. c. 8.

[f] Matt. 5. 5.

[g] Ioan. 16. 22.

[h] Matt. 25. 21. 23.

[i] Isa. 61. 2.

[k] 2. Cor. 1. 4.

[l] Ierem. 31. 13.

[m] Abac. 3. 2.

[n] ps. 70. 20.

[o] Isa. 66. 11.

[p] Diuina consolatio tum in tempta. est.

[q] ser. 201.

[r] Matt. 28. 20.

[s] Philip. 1. 23.

[t] Apoc. 22. 12.

[u] Iudic. 1. 15.

[x] Isa. 44. 3.

[y] Matt. 5. 10.

[z] ibi. vers. 12.

[a] Luc. 22. 31.

[b] ibi. vers. 32.

[c] Rom. 7. 24.

[d] Luc. 1. 35.

[e] Rom. 9. 2. 3.

[f] 1. Thess. 2. 19.

[g] 2 Apoc. 2. 9.

[h] Ezech. 2. 6.

[i] Ierem. 12. 1.

[k] ps. 36. 36.

consideratio æternorum suppliciorum, & præmiorum, diuinorum beneficiorum, propriorum peccatorum, passionis Christi, aliorum exemplorum, tum qui pro Deo plura multo passi sunt tam pro mundo, quàm pro tuipsis tentationibus, diuini amoris, prouidentiæ, iustitiæ, potentiæ, quæ nil nisi quod esse nobis vtile, ac tibi gloriosum possit, permittit.

Vers. 20.] Numquid adhæret tibi sedes iniquitatis, qui fingis laborem in præcepto?

HÆc ipsa in dolore vna consolatio, & quidem maxima, cùm apud meipsum ita cogito. Fierine potest, vt quid tibi Deus commune sit cum solio, & potentia tyrannide credi possit similem te esse iniquo principi, qui prætextu legis vexare innocentes cogitat? igitur *onera tua grauia, & importabilia præceptorum aggeras*? vt infelices affligas, & opprimas? Qui hoc in animum inducat credere, aut leuiter suspicari de te, ignorat quis sis, plane desipit, ac se ipsum decipit, & alios, si quos in tam crassum errorem trahere conatur. *Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum* [b]; *Iudicium correctio sedis tuæ* [c], *iustitia firmatur solium tuum* [d]: *sedes super thronum, qui iudicas iustitiam* [e], & *parasti cum in iudicio* [f], *est q; sicut sol ac dies cœli* [g] propter splendorem veritatis & iustitiæ, atque eadem de causa cõparatur cum sapphiro [h], & flammis ignis [i]. Possent hæc etiã in more precantis accipi, seu obiicientis Deo existimationem propriam, ac ne in discrimen venire iustitia ipsius videatur, si improbis tantùm faueat, eósque adeò sæuire permittat. Fauet lectio Græca, habens imperatiuum modum, vt dicemus. Aliqui putant sermonem esse ad impium, & iniquum in impietate, ac iniquitate tanquam in sede immorantem: Treuetus ad Pharaonem, qui fingebat *difficultatem in præcepto* dimittendi populum, vt iret viam trium dierum ad sacrificandum [k]: Vel ad Saülem, qui *in præcepto* interficiendi omnes greges Amalech, cum rege suo Agag [l]: Lyranus, & Aiguanus ad exploratores terræ promissionis & alios, quos hi perterruerunt, ne obedirent *diuino præcepto*, vt ingrederentur in illam terram [m]: Rickelius ad quemuis, qui nolit recedere ab iniquitate, cui fixus inhæret velut *in cathedra pestilentiæ* [n], mendaciter prætexens, & confingens non posse se resipiscere, & Dei mandata seruare, quod fusius Titelmanus declarat. Iuxta priorem modum, qui cõmunior est nempe vt sit cum Deo sermo, alter nexus est, vt significet Prophetæ nisi *multitudinem dolorum* habuisset, in quibus tamen Deus consolatus est, futurum fuisse, vt esset *sedes iniquitatis*, id est, iniquus, & doctor iniquitatis, ac propterea nõ adhæreret Deo, qui odit iniquitatẽ, & fingit *laborem in præcepto*, id est, vult vt præceptum, quo vetat iniquitatem, cum labore, & dolore, cũ cura, & diligentia seruetur, & fingit, quatenus cuique distribuit, prout pati potest. Hoc modo magis disertè Bruno Carthusianus; cæteri autem Latini satis indicant. Hugo *fingere laborem in præcepto* Deum interpretatur, tum quod velit obediri labori tanquam præcepto, quasi respiciat ad illud [o], *in sudore vultus tui vesceris pane tuo*, quódque *homo natus est ad laborem* [p]: tum quod mobilem, ac tractabilem reddiderit per præceptum charitatis, nõ *imperans cum austeritate, & potentia* [q]. Gregorius [r] docet *dolorem*, seu *laborem in*

[b] Psal. 118. 137.

[c] Psal. 88. 15.

[d] Psal. 96. 2.

[e] Psal. 9. 5.

[f] Psal. 74. 3.

[g] Psal. 36. 6.

[h] Exod. 24. 10.

[i] Dan. 7. 9.

[k] Exod. 5. 3.

[l] 1. Reg. 15. 3.

[m] Num. 14. 3.

[n] Psal. 1. 1.

[o] Genes. 3. 19.

[p] Iob. 5. 7.

[q] Sap. 12. 18.

[r] 2. Moral. c. 1.

præcepto fingi ei, qui à malis operibus, quasi præcepti vice pro eum cohibetur. Bernardus [a] eo modo, quem secundo posuit loco Hugo; *fictum* scribit *in præcepto laborem*, quia *onus leue est, suaue iugum* [b], crux iniuncta. Addit [c] hac ratione sub lingua Dei esse mel, & lac: omnino *fictum laborem* esse, vbi *non labor, sed requies inuenitur* [d]. Adde ex Ioanne [e], hanc esse *charitatem Dei, vt mandata eius custodiamus, & mandata eius grauia non esse*, quod nos in eius loci commentario vberius tractauimus: *Qui sedet super talentum plumbi, quod est impietas* [f], nil mirum si *fingat laborem in præcepto*, & hoc onus esse quod portari non valeat, putet, dicátque: *Sedit in cathedra pestilentiæ, ac iniquitatis* is qui adhæresceit isti tamquam sedi, & cui illa firmiter; docet verò figmenta, & falsa de Deo, & lege ipsius. Inter vocationes Apostolorum, Matthęi vocatio mirabilior, & difficilior, quia *sedens in telonio* vocatus [g] est, ac tamquam ferrum de terra sublatus, vt ait Gregorius [h]. Deprehendet vel tandem in Iudicio impius *ambulasse se vias difficiles, ac lassetum fuisse in via iniquitatis* [i], deseruisse vias Dei secundùm se *duras quidem, sed propter verba labiorũ ipsius* [k] custoditu faciles. Isidori Pelusiotæ [l] singularis prorsus expositio videtur, animarum sanctarum hanc orationem esse pro cœlesti confessione dimicantium, supplicíque clamore à Deo postulantium, ne in altum efferatur thronus iniquorum in conspectu illius; & aduersus præceptum eius κόπους exhibeat, id est, *labores*: cuiusmodi pijs pueris Babylonius tyrannus erat [m], aut sanctis martyribus pestiferi, & execrandi homines, atque idolorum propugnatores. Euthymius, & Nicephorus orari dicunt Christum, ne diabolus, in quo iniquitas considet, àc regnat, adsit illi iudicanti; sed prius mittatur in gehennam, ne cùm adeò oderit hominem, illum accuset, inducendo ad violanda præcepta Christi, quod fingat esse difficilia, quæ alioqui sunt leuia. Nicephorus adiicit, quod orantis more dicitur, prophetiæ quoque rationem habere. Aliter Genebrardus; numquid iniustè iudicabis nos, ô Deus, postquam arduа præcepta seruauimus, te iubente, & illa condente, atque constituente? Basilius, & Theodoretus, num coniungetur tibi sedes violentiæ, qui *fingis laborem in præcepto*, iuxtáve præceptum. non eris consors iniustè iudicantium, qui verò sententiam præceptis tuis contrariam ferunt, supplicium sibi quod inde nascitur, accersunt, addens tu *laborem præcepto*, id est, violenti, illud.

Nunquid adhærebit tibi sedes iniquitatis.] Hieronymus, *numquid particeps erit tui throni insidiarum?* Alij, *numquid sociabitur tibi thronus peruersitatum: numquid tibi quicquam commune erit cum tribunali confractionum: an affixum tibi erit solium prauitatum: sociabitúrne tibi sedes iniquitatum: ecquid tibi communionis cum solio, seu potestate iniqui, sceleratique tyranni: ergo consociabitur tibi thronus iniquus*, id est, *sedens in throno, vt similis sis iniquè iudicanti, vel imperanti, & dominanti?* Hebræum verbum est futuri temporis יִחְבָּרְךָ *iechauerecha*, & Græcum in emendatis codicibus, συμφορεῖσαι, quamuis in multis aliis sit in imperatiuo συμφορείσω. Futuri temporis alio verbo vtitur Aquila μεθέξει *particeps erit*, & Symmachus συναφθήσεται *coniungetur*. Apollinarius reddit in imperatiuo, & deprecatiuè, non imperatiuè.

μή σοι θῶκος ἄναξ ἀδικίστῳ ἰσχύϊ ἵκοι.
Non tibi thronus ô rex iniquus prope stet.

Euthymius etiam, Nicephorus, Pelusiota legunt in imperatiuo, vt dixi, interpretantúrq; per modum optantis & deprecantis, cui seruit etiam futurum tempus, de qua lectione meminit præterea Euthymius. Basilius, ac Theodoretus legunt cum interrogatione, cuius est quoque nota Hebræa in יִחְבָּרְךָ *haichouerech*: Græca verò particula οὐ vtrouis modo proferri potest, cum, ac sine interrogatione. Pro *fede iniquitatis* Aquila reddit ἐνέδραις *insidiarum*. Symmachus ἐπηρείας *iniurias*. Omnia ista, & alia, quæ priùs dixi, significat pluralis numeri nomen הַוּוֹת *hauuoth*. Retinenda nobis interrogatio, & præsens tempus, ita vt videatur Interpres noster legisse συμφορεῖσαι. Cæterùm similis in centesimo psalmo [a] phrasis, *Non adhæsit mihi cor prauum*, id est, homo deprauati, & peruersi cordis, tali ego interdixi domo mea, familiaritate, societate, vsu. Itē in psalmo 5. [b] *Neque habitabit iuxta te malignus, neque permanebunt iniusti ante oculos tuos. Sedes iniquitatis* accipienda pro illo, qui in sede sedens iniquus est. Nec enim tam ipsa materialis sedes propriè adhæret sedenti, quā sedens sedi. Vel non alium significat à Deo diuersum, sed iniquitatem exerceri solitum in sede ac throno: numquid adhæret tibi iniquitas, quam exercent nunc vt plurimum hi qui præsunt, ac præsident, & sedent, vt ius aliis dicant, & faciant? In psalmo 121 [c]. *sedes sedentis in iudicio sunt sedes constitutæ ad iudicandum*, seu *vt in ijs sedentes homines iudicēt*. Apud Ezechielem [d] quod promittere Deum legimus, fore vt saluos faciat Hebræos de vniuersis sedibus, in quibus peccauerunt, Lxx. verterunt ἀπὸ πασῶν τῶν ἀνομιῶν, *ab omnibus iniquitatibus*, cùm sit Hebraicè מֹשְׁבֹתָם *moscenoth*. Quod nomen quia significat *habitationes*, siue *habitacula*, sicut non rarò Latina vox *sedium*, & non *sedes propriæ iudicum, principum, doctorum*, quæ aliter vocantur *throni, solia, tribunalia, subsellia, cathedræ*; non satis commodè Pintus [e] eum locum illustrauit per istum nostrum. Tropologia tamen adhuc recipi potest, vt *sedes iniquitatis* dicatur ille, quemadmodum & *cathedra pestilentiæ* [f], qui in sua sedet iniquitate perseueranter ac obstinatè, adde etiam, ita vt alios peruertat & exemplo, & doctrina, si sedendi habenda ratio est.

Qui fingis laborem in præcepto.] Hieronymus, *fingens*, &c. Alij, *formans iniquitatem pro iure*, vel *ex more*, & referunt ad *sedem iniquitatis*, hoc est, ad sedentem, & in sede iudicantem iniquè, qui id faciat calliditate tanta, vt iure facere videri velit, & ex recepta consuetudine, & per prætextum boni communis, cui consulat, leges condendo. Participium יֹצֵר *ioser*, & ὁ πλάσσων referri potest ad θρόνον, & כִּסֵּא *chisse*, tum præterea ad *Deum*. Ad *thronum* referunt omnes Hebræi ferè, Græcique, & Hebraizantes, quamuis de Basilio, ac Theodoreto qui non differunt inter se, & vnus auctor videtur, non satis liquet, quia translatio eorum diuersa est, nec licuit Græcè legere. Apollinarius hoc modo.

ὃς τις (θρῶν)ῥιγοῖ σκαιοῖς διαπλάσμασι μόχθον
Qui (thronus) rigido fingit edicto laborem.

In *fingendi* verbo, siue de Deo sumatur, siue de alio, non est figmentum suspicandum, siue simulatio, nec mollitia luti, etsi ferri vtcumque possint accommodatitiæ tropologiæ inde petitæ. *Fingere laborem* (pro quo legunt alia psalteria, Augustinus, Arnobius, Cassiodorus, Gregorius [g] *dolorem*) *in præcepto*, id est, præcepta laboriosa, ardua, difficilia, vel prætextu præcepti, vel quasi ex consuetudine, *est ea formare, condere fabricare*, quæ sunt

a serm. in id. Eccl. nos relinquimus omnia.
b Mat. 11. vlt.
c in sententijs.
d Mat. 11. vlt.
e 1. Ioan. 5. 3.
f Zach. 5. 7. 8.
g Matth. 9. 9.
h 18. Mor. c. 16.
i Sap. 5. 7.
k psal. 16. 4. Isidori Pelusiotæ singularis expositio.
l lib. 1. epist. in 81.
m Daniel. 1. & seq.
a vers. 5.
b vers. 6.
c vers. 5.
d c. 37. 23.
e ibidem. Tropologia.
f psal. 1. 1.
g 18. Mor. c. 44.

etiam

etiam ex opificibus peritæ metaphoræ, aut *laborem*, seu *dolorem præcepto affingere, appingere, addere, adiungere, velleque*, vt alibi dicitur, seu *mandare, mandata custodire nimis, metu proposito pœnæ*. Tyrannus hac in parte nimius est: *Deus iniquus non est, etiam cum infert iram* [a], quia non est iniquum, vel tyrannicum velle vt sua sequentur præcepta exactissimè, & in eorum obseruatione labor suscipiatur. *Nec iustus patet Deus, & iudicium incipit a domo illius* [b]. *Fingere* Augustinus monet idem esse, quod *facere, formare, plasmare*, eo modo, quo priùs dicebatur [c], *qui fingis oculum, non considerat*, id est, plasmauit, fecit, non quasi fictum quid, & mendax significetur. Eumdem porrò lege de breuitate laboris ad æternam requiem pié admodum differentem, licet non faciat in *fingendi* notione vim, vt rem indicat non omnino veram, & diuturnam. Siliquam vnam laboris vocat ad thesauros sempiternos, & requiem incredibilem. Isidorum antea retuli Peluſioram interpretantem impios persecutores *fingere laborem in præcepto* non suo, sed Dei, quatenus contra præceptum illius persecutiones mouent. Fauent qui eam præpositionem reddunt in accusatiuo. Aquila ἐπὶ ἀναβασμὸν, vel in genitiuo eamdem vim habente. Symmachus ἐξ προσάγματος, & Lxx. ἐκ πρόσταγμα. Alij exponunt, vt constat etiam ex dictis, vel Deum *in sua*, vt custodiatur, vel alios *in diuino*, ne custodiatur, vel *in propria*, vt non custodientes opprimantur, explicare. Paraphrastis à reliquis diuersa expositio, repetendo interrogationis notam. *Sementum prauitatis num stabit in statuto tuo?* Quamuis textus, & translatio Nebiensis non differat ab editione nostra.

a Rom. 3. 5.

Fingere quomodo intelligatur.

b 1. Pet. 4. 16.

c vers. 9.

Vers. 21.] Captabunt in animam iusti, & sanguinem innocentem condemnabunt.

Sensus loci.

DEscribit sedem iniquitatis, & iniqua iudicia, sententias, præcepta durè, & seuerè condentes, in hunc videlicet finem id facere, vt animæ, siue vitæ iusti, tanquam feræ venatores & canes insidientur, illámque deprædentur, diripiant, lacerent, perdant, atque innocentes capitaliter damnent, & morti addicant. Huiusmodi præcessit in psalmo 58. [d] sententia *ceperunt animam meam, irruerunt in me fortes*. Mista fraudi violentia, vis cum dolo coniuncta, clam, palámque processit iniquitas; laqueis, ac telis imperita innocentia; facultatibus, & vitæ insidiatum: pronuntiata capitalis in innocentem sententia captionibus extorta, atque potentia. Pergit cum Euthymio Nicephorus de dæmonibus interpretari, qui si sinantur assistere Christo in iudicio, dolosè accusaturi sint iustos de peccatis, quæ aut ignoranter, aut præter sententiam commiserint, & inflicturi pœnas immeritis. Cassiodorus, Aiguanus, Remigius, Iansonius accommodant ad Christum sententiam istam, quam vult Cassiodorus legi cum execratione, qui verè innocens, atque immaculatus pro nostra redemptione sententiam iniustæ condemnationis excepit. Aliter Hugo, desiderare malos Prælatos opes, delicias, honores in animam iusti, hoc est, contra animam Christi, qui dedit illam ad emenda ea, quæ ipsi ambiunt. Lyranus, & Aiguanus, futurum pro præterito accipiendo, explicant de Moyse, & Aaron, quando

d vers. 4.

A terrenus populus verbis exploratorum terræ promissionis, ac redire cogitans in Ægyptum, volebat lapidibus eos opprimere [a]. Sermo generalis est, communisque cuiuis iusto, præcipuè martyri.

a Num. 14. 10.

Captabunt in animam iusti. Hieronymus, *copulabuntur aduersum animam iusti*. Alij, *congregabunt exercitum contra animam iusti, turmatim conuenient, conglobabunt se, concurrabunt, congregabuntur canes militum, congregabunt satellites, pugnabunt*, vel *decident*, id est, *facient iniquum iudicium, desinent, decernent, determinabunt, decisionem facient, ac determinationem*. Hebræum verbum גְּדוּד *gedud* à גָּדַד *gadad*, vel גּוּד *gud*, significat, *congregare, cogere exercitum, excursionem facere, irrumpere* & similia, vel etiam *incidere*, & *lacerare*. Inde גְּדוּד *ghedud, turma, globus militum, exercitus*, vt psalmo 17. [b] vidimus. Græcum θηράσουσι propriè valet *venabuntur*, seu *prædabuntur, laqueos, & venatorias plagas tendant, venationem instituent*. Apollinarius hoc modo.

B

b vers. 30.

ἀνὴρ δὲ ἰχανῶν ἐστιν ὅς τε θυμὸ ἔλεσαι.

Viri cupiebant sancti animum perdere.

Quare parum ad rē est Aiguani annotatio *capere* esse *frequenter capere*, quod Hebræi Mosen sæpe conati fuerint capere, & occidere. Nec quod Lyranus dicit, idem est atque *captiuare*. Indicantur verbo Latino *captio*, & *insidiæ*, & vt Cassiodorus docet, *captiosa tractatio*, & *dolus*, quia vera causa criminis non inuenitur: quemadmodum psalmo 58. [c] *Ecce ceperunt animam meam*, quod vertit Hieronymus, *insidiati sunt*; estque Hebraicè quidem אָרְבוּ *arebu*, Græcè autem ἐνεδρεύουσιν. Forma frequentatiuum est *capto* significatione non item. Facilis hoc nostro loco esse mutatio potuit, propter vnius elementi in scribēdo similitudinem יָצוּדוּ *iatsudu*, quod propriè significat *venabuntur*, in יָגוּדוּ *iagodu*. Quem vocant Hieronymum bene monet aduersarios dæmonas captare in animam iusti, quia nolunt decipere iam deceptos, sed iustos, *& esca eorum electi* [d], vt *si fieri possit*, ait Christus [e], *in errorem inducantur etiam electi*.

C

c vers. 4.

d Abac. 1. 16.

e Matt. 24. 24.

Et sanguinem innocentem condemnabunt.] Addit Paraphrastes, *morte*, vel *iudicio mortis*. Nempe μαφόνους, vt ait Apollinarius, & φόνου *alunde quærentes ἐπιτιθέασι, perniciem consuere, diuersis modis, sanguine innocenti*, aut *etiam inde ita causa, & per vim*. De innocentia Christi testimonium tulit Iudas, Vxor Pilati, Pilatus, Herodes, Centurio, falsorum testium dissonantia, seu disconuchientia, tot miracula, & signa edita ipso passionis tempore. Condemnari quoque *sanguine innocens* censetur per detractionem, de qua Hugo: tendit enim eo vsque, quod in se est, detractio, vt fama, & bonum nomen ipsa vita corporali sæpe præferendum, deleatur, & eadem interdum vita eripiatur. Clemens epistola prima ad Iacobum, aut quis alius, refert Apostolum Petrum homicidiorum genera tria distinxisse, & parilem pœnam eorum fore dixisse; sicut enim homicidas interfectores fratrum, ita quoque detractores, eorum, eosque odientes homicidas esse manifestasse. Similis Augustini [f] sententia, vel Isidori [g], vt nemo peritorum, aut prudentium putet quod minus sit periculum in verbis lingua mentiendo, quam manibus sanguinem fundendo. Chrysostomus ait detrahere esse fraternas carnes mordere, & comedere; vt etiam loquitur Paulus [h]. Sermo est hic de cæde, seu de capitali damnatione innocentis, quæ res grauissimè reprehenditur in Scriptura [k], & in Iure ciuili [l], vbi etiam habetur Ictus esse

D

Sanguis innocens per detractionem condemnari censetur.

f Ps. 119. 2. cap. Nemo 2. quæst. Hincmari.

g lib. 1. c. 59. in hom. 3. ad pop.

Non minus periculum in verbis mentiendo, quam manibus sanguinem fundendo.

h Colos. cap. 3. Deuter. 27. Ieremiæ 7. 4. cap. 22. Lege Iulia de vi priuata. ff. de legem Iul. repetund. & l. 2. C. eod. tit.

E

impuni

impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem condemnari [a]. Lege Turpe quidem [b].

[a] leg. absentem D. de pœnis
[b] de pœnis cauſa 59.

Verſ. 22.] Et factus eſt mihi Dominus in refugium, & Deus meus in adiutorium ſpei meæ.

Senſus lect.

SOlatur, & confirmat ſeipſum aduerſus fraudulentos, & apertos, ac ſæuos persecutores; quod ſicut alias ſæpe, ſic denuò reperturum ſe ſperet in Deo aſylum, in quo tutus lateat, & conquieſcat, auxilium quoque, vbi fiducia omnem ſuam conſtituat. Hoc ipſum ferè paulo antè dixerat, *Niſi quia Dominus adiuuit me paulo minus habitaſſet in inferno anima mea*, &c. Delectatur his dicendi formulis, eáſque crebrò vſurpat, vt Deum appeller *ſpem*, & *refugium*. ac *Deum auxilio ſui*, & *auxilium*, atque *ad ipſorum dicat in eo eſſe*, vel *ab eo*, vel *in nomine eius*. Refugimus ad aliquem aliquando, qui iuuare non poteſt. Vtrumque conuenit Deo, vt ad eum refugi poſſit, & in eo adiutorium reperiat, nec fruſtra ſperet, vel confundatur, qui ſperat. *Refugium* videtur pertinere ad malum vitandum, *adiutorium* ad bonum perficiendum. Lyranus, & Aiguanus intelligere Moſen volunt de gloria Domini, quæ apparuit ſuper tectum fœderis, cum vellet populus ipſum, & alios lapidare [c]. Alij de Chriſto, aut etiam de quolibet iuſto explicant. Qui modus vltimus melior.

[c] Num. 14. 10.

Et factus eſt mihi Dominus in refugium.] Hieronymus, *erit autem mihi*, &c. Sed permutantur facilè tempora, ponitúrque pro futuro præteritum, & vicißim. Alij, *factus eſt pro arce*, vel *in munimentum*, לְמִשְׂגָּב *lemiſgau* εἰς κατάφυγιὸν, quod Apollinarius ἀπὸ σκέπης explicat *ſepimentum*, & *munimentum*. Dictum alias de iſtis vocabulis, & de forma illa, cum dicitur *Deus fieri refugium*, vel *in refugium*, vel quid tale.

Et Deus meus in adiutorium ſpei meæ.] Hieronymus, *quaſi petra ſpei meæ*. Alia pſalteria, Auguſtinus, Arnobius, Caſſiodorus, *in auxilium*. *Adiuuare ſpem*, vt recte declarat Rickelius, eſt ad effectum illam perducere, ita vt nó fruſtretur, & poſſit, qui ſperat, *omnia in eo, qui confortat ipſum* [d]. Hugo dupliciter iuuari ſpem ſcribit, tum vt ſperemus, tum vt rem ſperatam obtineamus. Comparat præterea ſpem cum mola, ſicque ut iuuari timore ad molendum, & ne luxurietur in præſumptionem [e]: item cum anchora [f], & ita fidem ex charitatis iuuari ac retineri, ne flantibus feratur tentationum ventis: præterea ſtimulis verborum, ſi pigra [g] ſit, & aliis ſine pennis conſolationum [h]. Quidam credens cum Hieronymo peccabat adiuuari interdum fidem ſuam, intelligens de fidei perfectione, ſi qua deeſſet ad impetrandum, & *fides veſtra adiuuet infirmitatem noſtram* [i], & diſcipuli adaugeri ſibi fidem flagitauerunt [k]. Sic *eam ipſa* conferunt, cum quis magis, & maiora ſperet. Hoc vltimum eſt Euthymij. Nicephorus autem explicat *adiutorium ſpei* idem eſſe, *quod ſperatum*.

[d] Philip. 4. 13.
Spes cum mola coniuncta.
[e] Sap. 10. 12.
[f] Heb. 6. 19.
[g] Eccl. 12. 11.
[h] Iſa. 40. 31.
[i] Mat. 7. 15.
[k] Rom. 8. 26. & Luc. 17.

Verſ. 23] Et reddet illis iniquitatem ipſorum, & in malitia eorum diſperdet eos, diſperdet illos Dominus Deus noſter.

Senſus lect.

HIc demum ſpei ſuæ fructus, quod immortalis *Retributor Deus* contra perſecutores impios ar-

A ſuperbos, reddet retributionem eorum ipſis, atque propriam rei reiiciet iniquitatem, qua opprimere alios inebantur, ita ipſos, & euertet eos penitus, propter intolerabilem eorum malitiam, omnino, iniquam, atque ſine vlla dubitatione Dominus Deus noſter eos euertet. Multis argumentis probata res hæc eſt, in Ægyptiis, Babyloniis, & aliis hoſtibus Hebræi populi, quos Deus diſperdidit, & euertit, & clarius nullum exemplum, quàm in iſdem Hebræis, qui Chriſtum crucifixerunt, poſteáque in Eccleſiæ perſecutoribus: tandemque certè improbi pœnas luent in iudicio ſecundum animam, & corpus, quod innuere poteſt exaggerata & aſſeuerata repetitio. De exploratoribus, qui Hebræos deterruerunt ab ingreſſu terræ promiſſæ, Lyranus, & Aiguanus explicant: quoniam *mortui ſunt, atque perierunt in conſpectu Domini* [a], & alij, quibus id perſuaſum eſt, in deſerto ipſo vitam terminauerunt [b].

B

Et reddet illis iniquitatem ipſorum.] Hieronymus, *& reſtituet ſuper eos iniquitatem ſuam*. In pſalterio Romano, & vetere additur, [*Dominus*] *reddet illis Dominus*, & ponuntur pluraliter, *iniquitates*. in Romano, & in vetere, *ſecundum opera eorum*. Auguſtinus veteris pſalterij lectionem ſequitur. Eſt autem ſenſus. In caput eorum retorquebit, conuertet, reducet, regeret, quidquid mali tentabant inferre. Vel pœnam iniquitati debitam infliget. *Iniquitas* enim, ſeu *peccatum* pro *pœna*, quæ debetur ipſi, ponitur quandoque, dicuntúrque peccata debita, quia debent pœnas iuſtitiæ, & illi debentur à iuſtitia pœnæ. Hoc aliter dicitur *retributio* [c], *reddito vicis* [d], *retributio vicißitudinis* [e]. Indicant hi, ac ſimiles dicendi modi quantitatem pœnæ proportione reſpondentem quantitati culpæ.

C

[a] Num. 14. 37.
[b] verſ. 28. & ſeq.
[c] ſupra verſ. 2.
[d] Thre. 3. 64.
[e] Ierem. 51. 6.

Et in malitia eorum diſperdet eos.] Pſalterium vetus, & Auguſtinus, *& ſecundum malitiam eorum*, vt per quæ peccant, per hæc & puniantur [f], illis percant artibus, quibus perdere iuſtos volebant. Nulla proprié vis maior in compoſito *diſperdendi* verbo, quàm in ſimplici *perdendi*, quod in tranſlatione Hieronymus vſurpat; nam יצמית *iaſmith*, & *ἀπολεῖ* ſignificant abſolutè *finiet, interimet, euertet, exterminabit*, &c. Tamen Hugo, & Aiguanus in Latina compoſitione diuerſitatem pœnarum obſeruant in poſſeſſionibus, carne, anima, & diſſociationem improborum ab inuicem poſtremo quod ipſamet diuerſis modis pereant, rectam rationem peruertendo, humanam conuerſationem turbando, proprium auctorem puniendo.

D

[f] Sap. 12. 23.

Diſperdet illos Dominus Deus noſter. In aliis pſalteriis, & apud Auguſtinum, & Caſſiodorum ſemel tantum legitur, *ſecundum malitiam*, vel *in malitia eorum diſperdes illos Dominus Deus noſter*, ſemel etiam dumtaxat Græcè id habetur, *καὶ διαφθερεῖ αὐτοὺς κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν ἐν τῇ πονηρίᾳ αὐτῶν*, *καὶ κατὰ τὴν ἀνομίαν αὐτῶν ἀπολεῖ αὐτοὺς κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν*, ſed in emendatis non eſt κύριος, & additur ἡμῶν, quæ lectio conſentit cum noſtra Latina; & textui Hebræo. Hieronymus ſatis in Hebraico & in omnibus interpretibus poſitum יְהוָה אֱלֹהֵינוּ. Si autem velimus legere, vt ſe legiſſe ſcripſerant Sancta, & Eretela, *malitia eorum diſperdet*, id quod in Lxx. ſequitur in fine verſiculi, eos & ſuppetiturum fore ... vltionem.

E

[g] Epiſt. 135.

PSALMVS NONAGESIMVS QVARTVS.

Laus Cantici ipsi Dauid.

1 VEnite, exultemus Domino: iubilemus Deo salutari nostro:
2 Præoccupemus faciem eius in confessione: & in psalmis iubilemus ei.
3 Quoniam Deus magnus Dominus: & rex magnus super omnes deos.
4 Quia in manu eius sunt omnes fines terræ: & altitudines montium ipsius sunt.
5 Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud: & siccam manus eius formauerunt.
6 Venite adoremus, & procidamus: & ploremus ante Dominum, qui fecit nos.
7 Quia ipse est Dominus Deus noster: & nos populus pascuæ eius, & oues manus eius.
8 Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra:
9 Sicut in irritatione secundùm diem tentationis in deserto: vbi tentauerunt me patres vestri, probauerunt me, & viderunt opera mea.
10 Quadraginta annis offensus fui generationi illi, & dixi: Semper hi errant corde.
11 Et isti non cognouerunt vias meas: vt iuraui in ira mea: Si introibunt in requiem meam.

Titulus & Argumentum.

Laus Cantici ipsi Dauid.

Titulus Psalmi eadem cum titulis priorum.

NIHIL habet proprium hic titulus, cum in aliis etiam prioribus reperiatur. Addunt aliqui Codices Græci ἀπὸ τῶν ψαλμῶν quæ desunt in emendatis.

Quod autem Hebræce ne hoc quidem sit, & planè titulus omnino sit nullus, eiusdem auctoris esse, cuius nomen proprium in alio præcedente psalmo extet, nempe *Mosis*, docui prius non sequi; Auctor Græcus anonymus, quem citat Agellius, , propterea sine titulo psalmum ait esse apud Hebræos, quoniam non habent Hebræi discipli nam psalmi eos ad Dominum vocantis, & denuò dicentis; *hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra*: & Domino, cùm iam adesset, & cum eis loqueretur, non auscultauerunt: ἀκῦρ, inquit, ἀντιτιχαρ & παρ' αὐτῶν ὁ λαὸς, ὡλανεὶ ἀπρόσδεκτος; *ergo sine titulo apud eos, hic psalmus, quasi non acceptus.*

Quare hic psalmus sit sine titulo apud Hebræos.

Argumentum indicat titulus, si quis alius maximè: continet enim psalmus laudes mystico ritu in templo decantandas. Conuocantur etiam in eo ad exultandum omnes, & allegoricè saltem, tum Iudæi, tum Gentiles, vt dum tempus hippetit, conuertantur ad Christum. Conflatur eadem ex vtroque populo Ecclesia, & ie David adiungit Christianis, qui maxima ex parte constant Gentilibus, ob eorum pietatem & fidem; atque Iudæis, quoniam traxit ex illis originem, in denique optauit salutem. Communior hæc omnium Latinorum, & ex Græcis Euthymij. Restrictior Basilij siue Theodoreti, præsula tempora loquitur regis, sub quo idola euersa, simulachrorum occisi sacerdotes: populus mutatus ad pœnitentiam, vt mala effugeret, quæ Olda Prophetissa comminata fuerat. Nec Hebræorum sententia vera, ie qua Lyranus, Aiguanus, Valentia, à Mose psalmum editum, postquam mortui fuerant in deserto illi, qui egressi erant de Ægypto, a viginti annis & supra, Caleb excepto, & Iosue[a], ita vt mortuorum hîc inducantur filij ad laudem, & obedientiam Dei, ne & ipsi ab ingressu in promissionis terram impediantur. Caietanus, postque illum Iansenius, mysticum putat sensum de mutatione ad æternam requiem procuratam à Christo, & ad adorandum ipsum, & castigandam mentis pertinaciam: nec aliud vellet Paulum scribentem Hebræis [b], etiamsi maior Enarratorum pars hic, & in epistolam ad Hebræos, & Nyssenus oratione tota in Pentecostem propenderat litteraliter de Christo psalmum esse. Treuetus, ac Titelmanus nec de Christo quidem id eminerunt, vt alios omittam recentiores. Nobis videtur satis, si retineamus mysticum sensum. Nam Apostolus [c] ipse hoc præstitit, aptans veterem historiam de occisis Hebræis pertinaciter ingredi nolentibus promissam terram, ad illos, qui nolint Christi participes fieri, & ingredi in meliorem requiem, seu sabbatismum

Argumentum.

[a] Num. 14. 30

[b] Heb. 3. & 4.

[c] cap. 11. & seq. & 4. & seq.

Tribuus

Iacturæ Athanasius [a] solitos Christianos [illegible] ad principium precum prouocantes ipsum & adhortantes, clamare solito verba præsentis psalmi. Idem refert quidam de others, ac ritibus diuinis seu Ecclesiasticis tractant. Rursum Athanasius Marcellino scribit, portentum cum octogesimo psalmum esse cœptum festo die Dominico pſallere, conuocatis Dei famulis, & præterea secunda sabbati. Annumerat quoque inter adhortationes & præcipuum argumentum continentes. In psalm 28. rationem attulimus, cur a matutinum sest Epiphaniæ recitetur primo loco ille psalmus; hic autem in tertio nocturno, quamuis in breuiario Benedictinorum, Camaldulensium, Carthusianorum legerim nocturnis initio matutini cum suo inuitatorio hunc psalmum, & non in tertio nocturno, Tunc vero profertur psalmus præsens non ex translatione psalterij Romani, cuius alioqui frequens vsus in Missarum introitibus, gradualibus, offertoriis, communionibus; sed ex Gallicana, quæ in cæteris psalmis frequentatur ab Ecclesia secundum quam quoque editionem extat in Bibliis hic ipse psalmus. Refert Amalarius [b] audiuisse Constantinopoli in Ecclesia sanctæ Sophiæ hunc psalmum in principio Missæ celebrari. Extat apud Chrysologum sermo 46. continens explanationem istius psalmi breuem, sed elegantem.

[a] Ord. de Dominica 2. ad Laudes.

[b] Iob. de ordin. antiphon. c. 21.

Vers. 1.] Venite, exultemus Domino, iubilemus Deo salutari nostro.

Vers. 2.] Præoccupemus faciem eius in confessione, & in psalmis iubilemus ei.

[c] Confessio laus

INuitat Propheta quoslibet, ad celebrandum laudes Domini, cum externa gestientis corporis exultatione, vocisque iubilo, & carmine victoriali seu triumphali, quod animi lætitiam ingentem declaret, & quam sit memor animus atque gratus ob acceptam à Domino ab hostibus liberationem, & copiosam salutem, seu bona & beneficia permulta. Iubet autem id ante alia, matutè summo cultu & cultu fieri, & quodammodo adiri faciem & conspectum ipsius, præsertim nempe in templo, vbi manifestabat sese peculiariter, colique religiosiùs volebat, ac psalmos decantari, quanta maxima fieri possit alacritate & hilaritate.

Venite.] Admitto Augustini, & aliorum Latinorum annotationem, hoc verbo insinuari, quod discipuli, & quasi duri mortibus, mutantur ad similitudinem cum Deo in moribus, quod idem Augustinus docte ac pie demonstrat, sed propriè huiusmodi verbum solet per modum interiectionis, aut adverbij hortantis, excitantis, vocantis, accipere: vbi pari, quemadmodum hic etiam paulo post [c], & in aliquot præcedentibus psalmis, vbi semper Græcè est δεῦτε, idem valens, quod δεῦρο, εἶα, ἴφι, ἄγε, hem, ades dum; Aliquando debet nec etiam exponi per verbum significans motum localem, vt [d] *Venite post me* &c.

[c] vers. 6 d ps. 33. 12 ps. 45. 9 & 65. 5. & 94. 6.

[e] Matth. 4. 19.

Aiguanus aduentum Christi ad nos humili ad curandas infirmitates corporis & animi [e], ad per hios reducendos [f], ad viram abundanter tribuendam [g], ad tollendas ignorantiæ tenebras [h], aut in nobis respondere [illegible] accessum ad ipsum, vt videlicet accedamus tanquam ægri ad medicum [a], *vt laboremus & onerati ad requiem* [b], vt *ex malo ad meliorem* [c]. Hanc summam est verè & perfectè aliis dicere, *Venite*, qui obediunt voci dicenti sibi, *Veni* [d]. Dat Hugo monita decantantibus matutinale officium, cuius ab hoc psalmo fucitur initium, vt exultant pigritiam & Deum *laudent cum alacritate mentis, subiungantque cum filius Dei* [e]: vt alacritèr, ac exultanter id faciant, *& introeant in conspectu Dei in exultatione* [f]; *abstergant mane illa* [g], *diluculo confurgentes ad eum* [h]: vt attentè cantent Deo, & salutari eius ad gloriam ipsius, & ex charitate, quia *non est peccatoris enarrare laudes Dei* [i], *nec est peccatoris labia in ore peccatoris* [k]: vt *confessione* peccatorum *præoccupent faciem eius Dei*. & exemplo Iacob præmittant iraro munera [l], atque *ne præoccupet mors* [m], vt quemadmodum etiam initio Quadragesimæ canitur, emendemus in melius quod ignoranter peccauimus, ne subito præoccupari die mortis quæramus spatium pœnitentiæ, & inuenire non possimus: vt adhibeant pro peccatis satisfactionem in psalmis bonorum operum secundum eleemosynam: & ieiunium, & in iubilatione quantum ad orationem. Denique applicat *præoccupationem*, *confessionem*, *psalmodiam*, *incipientibus*, *proficientibus*, *perfectis* siue *perfectis*. Multiplex, *Venite*, distinguit alibi Arguanus [n] voluptuosorum, malitiosorum, ambitiosorum, religiosorum.

[a] Ofee 6.
[b] Matth. 11.
[c] Psal. 83.
[d] Aporism.
[e] Iob 38.
[f] ps. 94.
[g] ps. 62. & 100. 2.
[h] Sap. 6. 15.
[i] Eccl. 15.
[k] Eccl. 15.
[l] Gen. 32.
[m] Sapien. 4. 7.
[n] in 66. psal. num. 1037.

Exultemus Domino.] Hieronymus, *laudemus Dominum*. Paraphrastes, *& laudes dicamus coram Domino*, est nomen יְהוָה *Iehouah* tetragrammaton. De vtroque vocabulo tum *Dei*, tum *exultandi*, quod est רָנַן *ranan* & ἀγαλλιᾶσθαι dictum alias. *Exultare Domino* idem est *quod in laudem eius* aut *de ipso*, siue *propter ipsum*; vt ibi, *seruite* [o] *Domino in timore, & exultate ei cum tremore: & exultate* [p], *Deo adiutori nostro*. Vnde Apollinarius.

[o] ps. 2. 11.
[p] ps. 80. 2.

ὅτι ἐπαγαλλόμεθα χαρᾶς ἕνεκεν ἄναξ.
Venite exultantes lætemur de rege.

Iubilemus, ait Augustinus, *ad magnas epulas exultandi, non seculo, sed Domino. Nisi esset in hoc seculo exultatio mala, quæ distinguenda est ab exultatione bona, sufficeret dicere. Venite exultemus, sed breuiter distinxit.* Quid est, *bene exultare?* (*Domino exultare.*) *Ergo exultatio mala est, exultare seculo; Exultatio bona est, exultare Deo. Proficiebat Dominus exultare, si non secum in mundo insultare.* Sic ille. Sunt qui exultent alieno modo, & *commotione* [q], seu *ruina* [r]; atque *in rebus pessimis* [s], *& malis* [t], & *exultationem in superbia suus exultatio maligna est* [u]. Hic exultat Dominus inquit propriè in hunc locum sermone Chrysologus, qui verbo, actu, operè, non libi, sed suo exultat auctori: Cui sola & tota lætitia semper est Deus.

[q] Prou. 11. 7.
[r] Ezech. 35.
[s] Eccles. 5. 18.
[t] Eccles. 11. 9.
[u] Eccles. 10.

Iubilemus Deo salutari nostro.] Hieronymus, *petræ Iesu nostro*. Alij, *vtri*, seu *petræ*, aut *propugnaculi salutis nostræ*, qui nimirum sit velut arx munitissima hostibus, & auctor salutis. Chaldaicè, *eorum qui festinat redemptionis nostræ*, vel *redemptore nostro*. Hebræa nomina sunt צוּר *tsur* & יְשׁוּעָה *ieschuah*, de quibus aliàs dixi, & quid sit *iubilare*, quod repetit, Augustinus esse *gaudium verbis non posse explicare*. & tamen *voce testari, quod corde concipitur est*, & *verbis explicari non potest*. Solecismus, ac onomatopœicum est ἀλαλάξειν; sed alibi dicta iterari non debent. Secundum nomen facit homonymum, quod literaliter in psalmo agatur de Iesu Christo, qui etiam petra dicitur [a], in qua Ecclesia primario & principaliter ædificata est. Matutinam libri horæ lectionem istius loci hoc modo, *iubilemus Deo*

Quid sit iubilare.

[a] 1. Cor. 10.

salutaris Iesu patre nostro, non solet *pater* vocari a nobis Christus, licet possit, vt alibi docui. Nulla hic mentio *patris* in textu Hebraeo, aut Graeco; & post *salutaris* non fuit expungendum nomen *Iesu*, cum illud ne vtius notio. Denique, *Patri* dicere debuisset, non, *Patre*, nisi mendum fateamur. Non potest *exultationis & iubilationis* ratio maior esse, quam quod talem habeamus Dominum, & Saluatorem. *Exultauit ea de causa spiritus Mariæ* [a], & Angeli nato Saluatore decantauerunt [b], & Simeon eo viso, canens omitti petuit [c]; & Abacuc [d] in eodem gaudium se cecinit, & exultaturum.

a Luc. 1. 47. b c. 2. 13 c vers. 29. d c. 3. 18.

Præoccupemus faciem eius in confessione.] Gregorius [e], & Chrysologus, *præueniamus*. Hieronymus, *præueniamus vultum eius in confessione gratiarum*. Alij, *prodeamus in conspectu eius cum laude: comparemus coram eo cum gratulatione: ante omnia hoc agamus, vt placido vultu reficiat nos*. Rectè Caietanus notat, non imuti quod præueniantur beneficia diuina, sed vt antequam accusemur ingratitudinis, persoluamus laudes & gratias quam primùm Deo; Idem verbum Hebræum huius loci alibi [f] vertitur *offerre*, quod fit occurrendo, & præcurrendo. Non potest simpliciter Deus præueniri, vt aliàs monuimus; tamen aliqua eiusdem beneficia, tam ab ipso præuenti, orando præuenire possumus. De confessione laudantis & gementis explicat Augustinus, atque confessione peccatorum, qua præuenitur sententia iudicis, laudari Deum. Arnobius, multique alij, ac Gregorius [g], Ambrosius [h], Antonius [i] continent se in confessione peccatorum; ex Græcis quoque hoc loco, Basilius, Theodoretus, Euthymius, Nicephorus, qui de præueniendo Christi iudicio per pœnitentiam. Inculcat eandé istam sententiam Ephrem [k]. A iudiciis reuocat recitando integrum hunc locum, & ea quæ sequuntur, iubens vt iudicium Dauid Prophetæ clamans, & exhortãs, & festinando subiungens, vt præoccupemus, antequam soluatur celebritas, antequam apertè veniat Dominus, & nos socios, atque desidia torpentes inueniat, antequam clamor ille hat [l]: *ecce sponsus venit*, vt prioccupemus & curramus diem per tempus licet, antequam sellæ, ac throni constituantur, antequam nos ab improbis segregemur: vt præoccupemus in confessione, in pœnitentia, in orationibus, in ieiunijs, in lacrymis, in hospitalitatibus, priusquam Dominus manifestè veniat, & nos impœnitentes reperiat. Tractat Chrysostomus in eodem sensu locum eum iem. Chrysologus ait Deum peccatorum cognitorem, scrutatorem cordium, cogitationũ conscium futurorũ præscium, præsentem semper, & vbique præuenendũ non sensuum vicinitate, sed ingenij sagacitate; non velocitate pedum, sed promptæ cordis obsequio; cum spes misericordiæ est, cum tempus est veniæ, cum pœnitentiæ locus: vt delicta confiteamur patri, ne iudicem sentiamus; prodamus quæ fecimus pietati, ne veritati cogamur reuolutæ quæ tacemus dicamus indulgentiæ tempore delicta nostra, ne si tacemus, ad excipiendam sententiam delicamus. Et quid plura fratres, inquit, nõ ad cenam; sed iudicium nos hortatur Propheta. Iemens ille cum præuenire. Causas Arnobius assignat præoccupatæ, id est, celeris & festinatæ confessionis; quis tardatio, cum suppetit opportunitas, aggrauat peccatorum reddit animam debilitatem: exponit damnationis periculo. Disputat etiam de obligatione confitendi, an iure diuino sit, vt reus peccati mortalis, qui in primam potest confiteatur. Seuerioribus reprimit opinionem affirmantem. Præterea ponit, quæ quæque contritionis præceptum seruent. & determinatio temporis ab Ecclesia facta, satisfacit, non requirere ius diuinum vt [illegible] Denique affirmationem præceptum determinatum tantum tempore obligat. Ar tatione periculi vitæ, seu articuli mortis: vel si tantum dies necessarium ad superandam tentationem, & cadendi, vel [illegible] ius Eucharistiæ in fine infirmitatis, obligat confessionis præceptum. Plura Theologi. Accommodatius propositio locus Ecclesiastici [a] ante mortem confitere: *ex mortuo quasi nihil perit* confessio: *confitebris viuens*: vitus & sanus confiteberis. Quamuis litteraliter & tertio de confessione laudis, sicut & in Canticis Ezechiæ [b] ad quod alludi videtur & in psalmo 6. [c] & in 113. [d] Graecus [e] docet præoccupari debere à sponsa sponsi aduentum, id est, Christi ab anima, nec non eiusdem tanquam Domini. Magistri, iudicis; & quod *ante tuentur Dominum, præparabunt corda sua, & in conspectu eius ita disponent animas suas* [f]; & ante inducium interrogant se ipsos, vt ante *Deum inueniant præparationem* [g]. Sed inter *faciem & vultum* quod ponit discrimen, vt hic reprobis ostendatur, illa electis, nullum est: quia Hieronymus vertit hoc loco *vultum*; & *illuminatio vultus* in bonam partem accipitur, *in malam* aduersa significat iræ ablationem: & Nazianzenus [h] hunc locum nostrum accipit de ira Dei; vel vt conuertamus faciem Dei auersam in confessione, id est, in sacrificio laudis. Nomen [illegible] *thodah* quod hic habetur Aquila reddere solet ἐξαγορεύσεως, quod est nomen sacrificij noui testamenti; & Micheas [i] meminit de illo vt de re digna Deo.

a Eccl. 2. 10. b c. 18. c vers. 6. d vers. 2. sequentibus. e vers. 23. f Eccl. 2. 10. g c. 18. Differunt istae duae actiones requiruntur. h orat. de plaga grandi. i c. 6. 6.

In psalmis iubilemus ei.] Vbicunque psalmis repetitio non otiosa, sed index lectionis, quemadmodum quidquid per gaudium dicitur, inquit Gregorius [k] Papa, sæpe replicatur, quod Nazianzenus etiam notat cum Niceta Scholiaste. Antequam quid petamus a Deo, laudibus incipimus & non quasi tam bonum de cibo incipimus, vt Ambrosius [m] admonet. Habet vt & orationes Patrum, inquit Basilius [n], hanc antelusionem, vt iudicem sibi fautorem, & benignum faciant auditorem, inchoando a laudibus eius. Ephrem [o] ex abstrahat à iudiciis [p], viget hunc locum, in psalmis inquietus o cetus Dauidem, sub laudibus, & non in rebus iudicijs: in psalmis, & non in canticis dæmoniacis. Præterea quod sequitur: *veniamus, & procidamus ante Deum, atque ploremus*, perpendit; non autem dici, cymbalis ludamus, aut citharis, verum, plorem⁹ in psalmis & hymnis. Tum subiungit psalendum omnium, dæmonas enim propellere; telum esse in tenebris nocturnis; diurnorum requiem laborum; infantibus tutelam; senibus consolationem; iuuenibus ornamentum. Decentissimum, festas celebrare cum quo secundum Deum est, dolorem procreat; & ideo licet corde lacrymas exprimere, tamen esse cœlestis vitæ testimonium & indicium spiritalem quendam sulcitum, in mente inuenire; in cœlum reuocare, hominem Deo familiarem colloquio reddere; animam lætificare; cogitationes retinere; vitam exterminare; de malitia nos admonere; cohibere, vbi psalmus cum compunctione; vbi & cum Angelis laudes Deum adesse; vbi aduersarij cantica, vbi iram Dei & væ, remunerationem vitus, &c. Plura porro

k 5. Mor. ca. 17. l cant. 5. 2. in nomine Dom. [illegible] m de Lazaro. n de compunct. monast. c. 2. o tom. 1. serm. quod oratio sit [illegible] dum fit. p Psalmi eiamsi.

Ri keij documentum, vt etiam cum soli sumus, dicamus. *Venite exultemus Domino* &c. id est, ô omnes vires animæ meæ, tota substantia mea, ô omnia quæ intra me sunt, & præsertim, ô ratio, voluntas, atque memoria, *venite*; ita quod ratio diuina consideret, voluntas eadem appetat, memoria autem stabiliatur in illis, exultemus concorditer Domino, &c.

Vers. 3.] Quoniam Deus magnus Dominus, & rex magnus super omnes deos.

Sensus lect.

HÆc est vel prima causa, vel prima laudum Dei materia, quod excellat potentia, maiestate, imperio cunctos, quos aut idololatræ Deos falsò nominant colúntque, aut qui ob participationem & communionem alicuius perfectionis diuinæ dicuntur dij siue in cœlo siue in terra [a]. Satis de Dei magnitudine actum alibi, & de diis quos profani vocabant *magnos*, & qua ratione appellatio hæc absque errore cõmunicetur angelis, hominibúsve: Salomon [b] deliberans templum Deo construere, dixit; *domum quam ædificare cupiebat magnam esse, magnum enim Deum nostrum esse super omnes deos*; nec esse, *qui possit prævalere, vt ædificet ei dignam domum*, cum etiam *cælum, & cæli cælorum capere eum nequeant*: sed & tanto ante Iethro religione Gentilis cum audisset mirabilia in Ægypto patrata à Deo; dixit Moſi; *nunc cognoui, quia magnus Dominus super omnes deos* [c]. De Christo interpretatur Euthymius, cui triumphatori, dicentique, *confidite* [d], *quia ego vici mundum*, & multa licet patlus sit, Deus tamen est, atque *dominus magnus, rex regum, & dominus dominantium* [e], decantari debeat hoc epinicion, & hymni, ac psalmi. Meretur laudem honorémque ipsa per se alicuius personæ dignitas eximia, etiam si nihil nos attingat, nec ab ea pendeamus: Domino nostro absoluto, quique nostra non egeat seruitute, sicut accidit quibusuis dominis aliis, reddi seruitus pro dignitate nõ potest. Hoc proprium Deo, Christõque nomen, vt *dominus* dicatur [f], quod meritò Augustus delatum sibi reiecit. Necesse esse concedere Tertullianus [g] disputat aliquem sublimiorem Deum, & mancipium quemdam diuinitatis, denique magnum Deum, Augustinus [h] verò hinc probat nomen deorum falsò adscribi Dijs Gentium, etiamsi angelis sanctis, & hominibus iustis communem scripturæ faciant; Negat etiam ita propriè dici *Deum nostrum regem magnum super omnes deos*, vel *Deum deorum* [i], quia sit Deus dæmoniorum, & magnus rex super dæmonia: potius terribilem vocari posse respectu istorum, cum appellatur *terribilis super omnes deos* [k], quia confestim subditur [l], *quoniam omnes dij Gentium dæmonia*.

Quoniam Deus magnus Dominus,] In vetere psalterio, apúdque Augustinum, *magnus est dominus*, Hieronymus, *quoniam fortis & magnus dominus*, addidit, (&) nomen autem הוה *el* vnum de decem propriis Dei, *fortem* expoluit; *fortitudinem* ergo seu *potentiam* indicat hoc nomen: cum autem dicitur *magnus*, Maiestatem; sicut imperium, quod *rex* sequenti membro. Nam nomen *Dominus* Hebraicè est יהוה *Iehouah*, ac tanquam subiectum, de quo illa prædicantur, *Deus magnus*, vt & postea, regis vocabulũ. Chrysologus explanãs de Christo, ait hic Dominici corporis aperiri sacramẽtum; quia Deus etiã in nostro corpore *magnus dominatur*.

Et rex magnus super omnes deos.] Opponitur יהוה *Iehouah* nomen incommutabile nominis אלהים *Elohim*, quod communicatum angelis & hominibus. In Complutensibus, Regijs, & aliis Bibliis legitur Græcè ἐπὶ πάντας τοὺς θεούς, & Latinè *super omnem terram*. In textu Euthymij eadem lectio habetur, sed ex commentario eiusdem, aut aliorum non potest confirmari. Legit etiam Theodotio ἐπὶ πάντας τοὺς θεούς *super omnes deos*: Symmachus ἐπάνω πάντων τῶν θεῶν, quod idem valet. Ex psalmo 46. [a] translatum videtur illud *rex magnus super omnem terram*, vbi rursus appellatur, *rex omnis terræ* [b]. Dixi antea qui sint dij, super quos vocetur *Deus magnus*. Quamuis autem citatus ibi Augustinus, & hoc quoque loco, videatur negare de dæmoniis, nihil vetat quo minus & illorum intelligatur rex; tum quia gentes putant veros deos esse; tũ quia vel inuiti subsunt dominio, & imperio Dei. Vt nomen regis honestius ac mitius est, respicitque politicè subiectos, non coactè, non conuenit Deo ad dæmonas, & homines damnatos, comparato. Quandoque latius patet hoc nomen, vt cum *Leuiathan* nominatur *rex super filios superbiæ* [c]. Apollinarius Deum πάντων μακάρων βασιλεύτατον vocat *omnium beatorum regalissimum*, seu *maximè regem*. Quis non subsit regi tanto libenter, honorísque ducat subesse illi, cui seruire regnare est? Tremunt ipsæmet angelicæ potestates summa reuerentia, horrent dæmones eius imperia inuiti exequentes, quid mortales nos homunciones faciemus? qui velimus nolimus absolutæ voluntati Dei resistere non valemus; si sponte obtemperamus, facere ex necessitate virtutem possumus, & bene apud Deum mereri, qui præmiat liberas bonas voluntates, & virtutis opera spontanea muneratur.

Nemo regi non comparandus Leuiathan & humani dæmonio comparatus.

a 1. Cor. 8. 5.

b 2. Par. 2. 5. 6.

c Exo. 18. 11.

d Ioan. 16. 33.

e Apoc. 19. 16.

f psal. 81. 19.

g Apolog. cap. 11.

h 9. de ciuit. c. vlt. *Nomen Deorum falso adscriptum dæmonibus.*

i psal. 49. 1.

k psal. 95. 4.

l ibid. vers. 5.

a vers. 3.

b vers. 8.

c Iob 41. 25.

Vers. 4.] Quia in manu eius sunt omnes fines terræ, & altitudines montium ipsius sunt.

ANte ista verba extant alia in psalterio vetere, ac Romano, & apud Augustinum, Arnobium, creditũ Hieronymum, Cassiodorum, aliósque Latinos enarratores, & apud Gregorium [d], & canuntur in inuitatorio, præterquam in Epiphania. Gulielmus Scepreus ait Græcè repetiri, & Agellius testatur de codice Vaticano. Apollinarium tantum legi, qui optatiuè reddit.

ὅπου δύναμις ἐστὶ φίλει καὶ ἔνιξε λαόν.

Numquam abijciat eum, & miserum populum.

Ricardus Cenomanus legisse se ait ὅτι οὐ μὴ ἀπώσηται κύριος τὸν λαὸν αὐτοῦ. Sed quod vrget, Augustinum referre citatum à Paulo [e] hunc locum, nil concludit; quoniam extant eadem prorsus verba in priore psalmo [f]. Suspicatur idem Gulielmus in officio Ecclesiastico retineri aut claritatis causa, aut æqualitatis versus in choro canendi, & videri ex priore psalmo [g] in istum translata, quod confirmat etiam Agellius. Fatetur præterea Genebrardus huc irrepsisse: congruere tamen propositio, atque sententiam exaggerare; cum enim cæteræ tres ætiologiæ dumtaxat ostendant vniuersam Dei prouidentiam in res alias, per hanc demonstrari quam peculiariter, magísque propriè gerit de populo suo. Hoc melius, quam quod Tarelmanus, vocans particulam impertinentem, & ex abundanti interiectam. Repete dicta in præcedente psalmo quæ ad istam faciunt sententiam.

Quod ad politam autẽ in textu pertinet, reddit causam, quare prius appellatus sit *Deus magnus* &

Sensus lect.

d 10 Mor. ca. 1. vel 14.

e Rom. 11. 2.

f vers. 14.

g vers. 14.

rex,

rex qui felicet laudibus patet potestas ipsius per omnem tam terram, vtpote ad imas profundissimasque partes illius, & altissima montium loca hominibus inaccessa possidet, per quæ tres vulgari hominum iudicio æstimatas, comprehensa terra fieret extremas etiam figuratione montibus, quæ tamen non tanti fiunt, quantum ad habitationem & vsum. Sic nemo enim cingere posse intelligitur Deum potentiam, & gubernationem Dei posse intelligitur vbicumque se ingerat, quo se eunque recipiat, siue *ascendendo in cœlum*, siue *descendendo in infernum* [a]. Mystice declarant hoc de regno Christi, quo sibi comparauit Gentes, & dignitate, potentia, sapientia, nec interim plebem Iudæam sustentauit, de qua mentio est alio membro secundum lectionem aliquorum, de qua diximus.

Quia in manu tua sunt omnes fines terræ. Hebraicè habetur, *in cuius manu fines omnes terræ*, aliquanta, *tuæ sunt manus*, *penes te sunt manus*, *inquit erunt*, *explorationes terræ omnes*, *penetralia recessus*, *alti montes*, *manus possessionis*, *abditæ*. Scholiastes vocat τὰ ἔσχατα τῆς γῆς καὶ τὰ ὑψηλὰ τῶν ὀρέων τῆς γῆς. Summa hæc τὰ ἔσχατα τῆς γῆς καὶ τὰ ὑψηλὰ τῶν ὀρέων τῆς γῆς alium psalmis [b] Græcè eodem modo habet ἐν χειρὶ αὐτοῦ, vel ἐν χερσὶν αὐτοῦ: dicuntur. Sed Hebræo nomine תֹּעֲפוֹת *ephos*, vel קְצוֹת *lexion*. Hoc autem loco est קֶרֶב *me hhar*, quod alibi non extat, estque idem quod קֵבֶר *cheger* sepulcrum, *vas fodere*, &c. quod vertunt etiam *finis* [c], & *magnitudines eius non est finis*, id est, *inuenire nemo* [d] *potest* &c. Sic appellantur infimæ partes terræ, quas fodi nequeunt, nisi post magnam perlaborationem, & inquisitionem. Possunt etiam non nulli per *magnitudines* aut *inuestigabilia* terræ, intelligi præcipuæ quædam mundi perfectiones. Verum *inuestigabilis* cum altitudinibus montium, videtur negare [e]: Id potest Deus, qui habet in manu, hoc est, in potestate, ac velut in numerato & in calculi digito omnia. De latere enim dextro dictum prius: quem & Chrysostomus [f] approbat, interpretatus *in manu Dei esse omnem hominem*. Nicetas [g] porro Chrysostomi colligit hanc quoque immensitatem Dei, manuumque explicari pro dispensatricis earum esse vim, qua bus etiam ex verbis illum non abs re videri sentiendum superiora omnia dependent. Quæ plurimum meditationis. Tuæ dignitatis est, & omnium ne misserentium immensitatem atque præsentiam Dei in omni loco. Quemquam accedere ita ratio alibi non videtur, nec ei solius operis tanta immensitatem per se ipsa; quæ alibi præsens, inquiunt, certo loco Deus desit necesse, dominus concipi posse a sese mobilem, non manentem agens corporeum, & de corpore incorporeum aliquando dant. Hinc vero tum maxime rem sum prolatum quoque attributum, alias ares,

——— [d] *De quo supra*

Terra Oceanique fines, cælumque profundum.

Item quod.

Est Iupiter Dei sedes ubicunque terra est, pontus, & aer,
Iupiter est, quæcunque vides, quocunque moueris.

Postremo totum est illud.

Iouis omnia plena.

Quod Aratus [i], Orpheus [k], Iamblichus [l], & alij sequentur: & Iesaias [m] indicat Deum dixisse cœlum & terram ego impleo, qua de re nos etiam alibi.

Et altitudines montium ipsius sunt. Hebræus nuns, excelsi alij, *Scrutatores eius cacumina pertinentia elementorum* sig nificat מחקרי הרים תועפות *chekrei harim thoaphoth*, priora falsissime, & ideo etiam deridentes, quasi animal scissum laniatum. In bonam sensu Genebrardus alios deinde exponit loco [n], in quibus est idem nomen, cum dicuntur cornibus fidelis ministri nocere rotis, id est, cornu abundantia, & argentum indidem denominatur, quibus pro quærendo hominis ad fortunam. Sed non ea mens, & hæc vana, vt vani & cupidi damnare, magis cognitis illis, & rectis. Exodi autem cap. pertica prima figuris animalibus variis [o] quæ pertinuit ad tabernaculum, quam quibusdam, ut gentes nonnullas vetere exercere. Nec mirad quoque Pineda notat [p]. Solebant manibus res vel pro substantiam, quam Hebræi ידים exarat [q] *potentiæ*, &c *nomen unum*. Imperatorio Romano, *manu fortis*, quo nomen [r] ab scriptum in statua Ecclesiastico. Patres sæpe eas apud tantum errore, & clausam [s] Dei naturam, sint; tamen partem, vel naturæ eius excessus, nec quidquam impedire eorum quin, vt Augustinus [t] de similibus monet, tam conjectandum cantandum. Exacta discussio altitudines montium Deo recte concessum, quas non fugit am Geometræ, vel optari alicui quantum fuit propositis omnibus, demonstrationibus, machinis, instrumentis. Et quidem aëreæ regiones quæ emanant, quæ ex acti è terra, vel aquæ ebullitionum, & vorum primum pervenire possint, alia ratione assequi quemquam dico vel eorum assignare. Alij non malebant illud animadverti, sed vltra quam ascendere possint exhalationes, negantque constare quanta ne profunditas altis. Montes intra tapetum regionem esse, esse amplius non potest [u]. Simon [x] Metaphrastes narrat ex auctoribus non improbandis, aliquos montes alti-

[a] Psal. 138. 8. *Si ascendero.*

[b] Psal. 9. 16. Psal. 30. 16. Psal. 49. 15. Psal. 95. 4. Psal. 104. 4. Psal. 144. 5. Psal. 146. 5.

[c] Psal. 144. 3.

[d] Psal. 21.

[e] Hom. 9. ad pop.

[f] Esa. 40. 12. 22.

[g] In Isaiæ. 40.

Deus manus dicitur omnia continere, & omnia quasi manibus gubernare.

[h] Aristot. de cœlo. 2.

[i] Dan. 4. 25.

[a] Eccl. 1. 1.

[b] In psal. 103.

[c] Theseum. cap. 20.

[d] Virg. Geor.

[e] Lucr. lib. 9.

[f] Virg.

[g] Mercurius. Iouis interpres. Cicero. lib. 3. de Nat. deor.

[h] Cap. 3. 4.

[i] Num. 11. 22. Iob. 22. 5.

[m] In Iesa.

[n] 2. de Vocat. Gent.

[o] Cap. 25. 31. 37.

[p] Cap. 1. 6. 3. 4.

tudinis mille passuum quinquaginta. Olympum in Macedonia Augustinus [a] ait excedere totum istum aërem humidum vt nec aues eò perueniant, nec ibi diu viuere homines possint, nisi spongias humectatas naribus applicent, vnde crassiorem & coniunctum spiritum ducant. Illum tamen montem Plutarchus [b] altum facit decem dumtaxat stadia, hoc est, mille ducentos quinquaginta passus: & in genere nec montes vllos altiores, nec esse maria profundiora. Celebres etiam antiquis Athos, Casius, Pelion, seu Pelioros. De Alpium quorundam vertic bus, non breuiore quinquaginta mille passuum spatio assurgentibus, Plinius [c]: qui videntur idem cum Norwegis, ad quos negat Olaus [d] pertingi, nisi quatriduo. Veneriam in fortunatis montem leucarum Portugallensium quindecim altitudine, id est, milliariorum sexaginta, memorat Maiolus. Sed bene monet, non esse metienda huiusmodi millia passuum diametro, verum vorticibus viarum. Sic, verbi gratia, de Casio Plinius [e] tradit, ambitum eius ad cacumen nouemdecim mille passuum esse, altitudinem perdirectum quatuor: & Pelio post Dicearchum, (de quo etiam Suidas,) attribuit [f] mille ducentos quinquaginta passus ratione perpendiculi. Cappadoces pro Deo montem coluerunt [g]: Graeci praeterea montem Iouis dicebant, quod res diuina in superciliis montium fieret [h]. Hoc modo Sophocles [i] Οἴτην Διὸς ἕδραν vocat. Crebra in diuinis litteris mentio de *excelsis*, quae propria erant idololatrarum. Herodotus [k] morem sacrificandi Ioui prodit in editissimis montium vertic bus: & Melanthes propterea quemlibet montem cognominatum a Ioue, quod consuessent veteres Deo, quia altissimus est, ex eisdem loco sacrificare. *Deus noster, Deus montium est*, vt Hebraeorum dicebant hostes [l], sed non *montium* dumtaxat, verum etiam *vallium*, vniuersaeque terrae, & caeli, & maris, & omnis creaturae. Videtur existimare Athanasius [m]: Dauidem in eremis, ac montibus humanos falsimum cum cithara pastorali decantasse, vt solitudinem suam mitigaret, tum ne ad insolutas cantiones delaberetur, sicque modulationis studium perderet, ac pietatem adiuuaret. Fieri quoque potest, vt deserta loquamur psalmorum isto certe inuitat alios ad concinendum. Nec quia de montibus memorat, inde recte sequi est. De mystica montium in hoc loco significatione, aut a nomine. Addi potest ex Gregorio [n]: *altitudines montium*, elationes esse superborum: has conspicere Deum dici, quando ab iniquitate sua in melius commutat: quia conuertit eum quem conspicit: sic enim Petro contigisse, *cum conuersus Dominus respexit illum* [o], & scriptum esse [p] quod *rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo*, praeterea, quod *montes* [q] *sicut cera fluxerunt a facie Domini*: item apud Iob [r] esse, quod *circumspicit Deus montes & ea fiunt*, quia terrena tumente altitudine Ecclesiae fuae corpori conuersos inspicerat, eosque à priori elatione commutans, in sua membra transformat: tandem *circumspiciendi* verbo significari, quod in Iudaea incarnatus est Dominus, quae posita in medio Gentium est: atque inde *circumspexit montes*, quia elatos huius saeculi circumquaque potitos, ex Gentilitatis vniuersitate collegit. Bruno Carthusianus ait *in manu Dei regna mundi, & operatus gratiae eius, esse fines terrae*, id est, intuentes in se terrenitatem: *altitudines montium* ipsius esse, hoc est, perfectos, quos superbiendo potitur, & eis dominatur. Hugo *in manu Dei & potestate esse omnes fines terrae*, id est, facultates opesve, & *altitudines montium*, hoc est, honores, & dignitates: vel mortes, atque sanctorum praerogatiuas, siue praemia beatorum.

Vers. 5.] Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud: & siccam manus eius formauerunt.

NOn fines tantùm terrae, & summi vertices, ac proinde media plenitudo, atque amplitudo illius in manu & potestate Dei est, verum etiam fluida maris natura, non quia eius potestatem acceperit ab alio, vel sibi comparauerit, sed quia condidit, iuréque creationis plenissimum *dominatur potestas maris* [a] dominio: cuius quoque argumentum fuit, quod aquas intuto terra dispersas vnum collegit in locum, tùnequa *apparuit arida* [b] terra, & tuam veluti formam, prius eam sub aquis delitescentem, quod ammodo deformis, accepit. Mystico sensu Augustinus, Cassiodorus, & alij denotati volunt mundi fluctus terminis coerceri à Deo, ita vt prouentum nobis faciant, *nec permittat nos Deus tentari supra id quod possumus* [c]: ab eodem praeterea *formatam siccam* seu *aridam terram* humanae mentis, quae recipiat imbrem gratiae atque fructificet, nec fluctus eam tentationum operiant. Bruno Carthusianus ait pertinere ad pollicitationem Dei *mare*, id est, infideles Deum amaricantes, vt non liceat eis in sanctos saeuire, nisi quantum ipse permittit, & eos fecit, vt sunt creaturae: *formam ipse* etiam *siccam*, id est, Ecclesiam, quae hausit doctrinam verbi Dei, & reddita sit formosa per gratiam, atque in virtutibus & bonis operibus, quae prius in Adam erat deformata. Hugo *in mari* peccatores attendit, in *sicca* iustos, à quibus aquae delictorum & diuitiarum sequestratae sunt. Refellit Augustinus [d] hoc testimonio negantes factas a Deo aquas, quoniam nusquam scriptum sit, *dixit Deus, fiant aquae*. Obstat idem esse de terra, cum autem scriptum est [e], *in principio fecit Deus coelum & terram*, comprehensam *terrae* nomine etiam *aquam*. Irenaeus [f] docet describi dominatum, quem Deus exercet, vt sciant Christiani Deum, ad quem pietate colendum Christiani sedulo cohortantur hoc loco, non esse alium ab eo, qui *creauit coelum & terram*, sicut Haeretici quidam senserunt.

Quoniam ipsius est mare.] Omittit Hieronymus aetiologicam particulam, *cuius est mare*, cum tamen extet Hebraicè לוֹ הַיָּם אֲשֶׁר *cuius lo hayam*. Marinos, terrestres, coelestes, subterraneos Pagani fingebant Deos. Deo vero coelestium dominium istorum nominatum dant scripturae, atque creationem [g].

Et ipse fecit illud.] Hieronymus, *ipse enim fecit illud*, vtum aetiologiae habet, aliquando [h] Omnium ius dominij in rem, illum fecisse. In psalmo [i] alio dicitur *Deus creauit mare*. Atque ita confunduntur verba nec in ista temperatur propria significationes exacte animaduertuntur.

Et siccam manus eius formauerunt.] Hieronymus, (*plasmauerunt.*) Ita Hilarius, Romanus, & *aridam fundauerunt manus eius*, Cassiodorus, & *aridam manus eius finxerunt*. Chrysologus & *aridam manus eius formauerunt*. Ve-

[a] l. 1. de gene. cont. Manich. c. 15. & lib. de gene. ad lite. imperf. l. 14. & 3 de gene. ad lite. c. 3.
[b] in Aemilio. *Montium altissimum vix excedit sexaginta millaria.*
[c] lib. 2. c. 65.
[d] lib. 2. c. 2.
[e] lib. 5. c. 22.
[f] lib. 2. c. 65.
[g] Max. Tyrius serm. 38.
[h] Rhodig. lib. 2. 61.
[i] in Trachin.
[k] in Clio.
[l] 3. Reg. 20. 23. 28.
[m] serm. de semente.
Mystica montium significatio.
[n] 30 Moral. c. 18. vel 34.
[o] Luc. 22. 61.
[p] Prou. 20. 8.
[q] ps. 96. 5.
[r] c. 39. 11.
[a] ps. 88. 10.
[b] Gen. 1. 9.
[c] 1. Cor. 10. 13.
[d] lib. 1. de ciuit. c. 14.
[e] Gen. 1. 1.
[f] lib. 3. c. 11.
[g] psal. 145. 6. Ionae 1. 9.
[h] ps. 88. 13.
[i] ps. 94. 5.

tus psalterium, *& aridam terram manus eius finxerunt*, Augustinus eodem modo, dempto nomine, *terram*. Pro *sicca*, seu *arida*, est יבשה *iabbeseeth* & ξηρὰ; Hebræum nomen idem est ac יבשה *iabbesseh*, quod in Genesi [a] habetur, & in psalmo 65. [b] ac repetitur illud in Exodo [c], & vtrumque substantiuum est. Eadem de Græco nomine ratio, quod extat adhuc in testamento nouo [d], sicut & Latinum *arida*: præterea quæ interdum similem habent vsum τὰ ξηρὰ, & *siccum*, vt, *in sicco* [e] *ludunt fidicæ*. Ratio est, quia prædominatur siccitas in terra. Propter quam quoque causam vocant Θάλασσαν ὑγρὰν, *mare omnemve aquam*, & Latinè *frigidam*, quia nimirum excellit in ea frigoris qualitas. Exempla Græca percenset Conradus [f] Rittershusius ex Oppiano, Apollonio, Callimacho. Apud Haggæum [g] seorsim numerantur *cœlum*, *terra*, *mare*, *arida*, vbi Chaldæum nomen simile Hebræo psalmi nostri est יבשתא *iabbeshta*, sed Hebræū חרבה *charauah* etiam *desertum*, verùm cum *squalore ac infœcunditate*. Iam verò verbum, *formauerunt*, melius expressum ab aliis est per, *finxerunt*, quàm per, *fundauerunt*, non enim hoc, sed illa propriè significant ἔπλασαν & יצרו *iatsru*, quod Apollinarius exposuit per τυπλάσαντο. Nihil admodum singulare notandum puto in ea phrasi, quâ dicitur *Deus manibus quidpiam facere*, aut *plasmare*. Etenim vsurpatur de *homine* [h], *cœlo & terra* [i]; & alia vocantur *opera manuum Dei* [k]: Nihilominus quemadmodum figulus opus format, seu fingit distinctæ rationis partibus constans, ita formata ficlave terra, præsertim vbi apparuit subductis aquis, arida, dicitur: quoniam ad vsum animalium in victu & habitatione, atque ad proferendas res vtiles, in campos, valles, montes colles, & alias sub aquis partes discreta est. *Ipse Deus formans terram*, inquit Esaias [l], *& faciens eam, ipse plasmes eius, non in vanum creauit eam, vt habitaretur formauit eam*. Græcè ὁ καταδείξας τὴν γῆν, καὶ ὁ ποιήσας αὐτὴν, κατὰς διέστειλε αὐτὴν, *ostendens terram, & faciens eam, ipse terminauit*, seu *distinxit eam*. *Habitare* autem Paraphrastes exponit multiplicari in terra filios hominum. Vbi sunt, ait Chrysologus, qui Deum de materia, & maximè de aqua mundum figuralle confingunt? Deus noster in cœlo, & in terra, non vt inuentor, sed vt conditor materiæ, ex nihilo cuncta perfecit.

a cap. 1. 9. 10.
b vers. 6.
c cap. 4. 9.
d Matt. 23. 15. Heb. 11. 29.
e Virg. 1. Geor.
f in Oppian.
g cap. 2. 7.
h Iob 10. 3. 8. c. 14. 15. ps. 94. 7. ps. 118. 73. ps. 137. 8.
i ps. 8. 4. ps. 18. 2. ps. 101. 26.
k ps. 8. 7. psal. 18. 2. ps. 91. 5. psal. 142. 5.
l cap. 45. 18.

Vers. 6.] Venite adoremus, & procidamus: & ploremus ante Dominum, qui fecit nos.

Vers. 7.] Quia ipse est Dominus Deus noster: & nos populus pascuæ eius, & oues manus eius.

Sensus loci.

INuitat non solùm ad exultandum, iubilandum, confitendum, psallendum Domino propter allatas hactenus causas: sed simul ne toti in lætitiam effundamur, ad exultandum cum tremore, *& seruiendum in tremore* [m], vt proni veneremur tantum Dominum, atque coram creatore nostro, & tam liberali benefactore, pro peccatis, quibus per summam ingratitudinem læsimus ipsum, *ploremus coram ipso*, quia ipse, inquam, est peculiariter *Dominus Deus noster*, qui elegit nos, ac nos illum vicissim, vt, relictis diis Gentium, vnus coleretur à nobis: idem verò ne singulari cura, tanquam populum suum pasci atque veluti gregem pastor suamet manu prouidentiæ deducit, & dirigit. Inuitati priùs iudaicait Cassiodorus, ad exultationem, ne adhuc trepidantibus imponeret, quod expauescere potuissent: postquam verò Domini gloria, poterāq; narrata est, aptè confessio plorationis impasita est, quando instructus animus non potuit respuere saluberrimam potionem. Euangelica prædicatio adhibuit vtrumque [a], *pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cælorum*. Sæpe allicit Deus priùs suauiter, quam exigat pœnitentiam. Necessarius dolor pro peccatis, ait Bernardus [b], sed interpolandus lætiori recordatione diuinæ benignitatis: ne fortè præ tristitia indueretur cor, & desperatione plus pereat. Miscere vult absynthio mel, vt salubris amaritudo saltem dare tunc possit, cum immixto temperamento dulcore bibi poterit. Hortatur denique ad honorandum Deum non ore dumtaxat, sed corporis quoque abiectione, & curuatione, nec non pœnitentia, & satisfactione externa: vt adorantes tanquam serui, procidamus vt eius egentes auxilio, ploremus tanquam peccatores: ne nos vnquam subtrahamus à tam diligentis, benignique pastoris cura. Christus hic ventilitur. Dominus Deus *& pastor noster bonus est* [c], qui *pedum reuexit humeris ouem* [d], & *in regredientibus egredientibus pascua dat* [e]: de quo illius officio egimus alibi. Chrysologus, quoniam initio dixerat Prophera: *venite exultemus*, notat quod hi fecundum fletus suorum nos deliderat fundere gaudiorum quia semper lacrymæ, sicut dolore magno ita producuntur & gaudio, quæ vtique interni pectoris exponunt, & testantur affectum. Subdit, velle, vt qui lapidibus prosternebamur, & lignis, vero tandem Deo cognito, adoremus, & procidamus, & repentemus lacrymis, atque continuo deuotionis obsequio, quo diu, & longo tempore negleximus. Tandem plorare dicit nos, dum de præteritis pœnitet, gaudere de præsentibus, æstuare, & metuere de futuris.

a cap. 1. 9. 10.
b vers. 6.
c cap. 4. 9.
d Matt. 23. 15. Heb. 11. 29.
e Virg. 1. Geor.
f in Oppian.
g cap. 2. 7.
h Iob 10. 3. 8. c. 14. 15. ps. 94. 7. ps. 118. 73. ps. 137. 8.
i ps. 8. 4. ps. 18. 2. ps. 101. 26.
k ps. 8. 7. psal. 18. 2. ps. 91. 5. psal. 142. 5.
l cap. 45. 18.
m psal. 2. 11.

Venite adoremus, & procidamus.] Hieronymus *& curuemur*; alij, *venite prosternamur, & incurua-*
uemus nos: adoremus, & flectamus genua: adoremus, & supplices efficiamur: curuemur nos, & genuflectamus, sed primum verbum משתחוה *nistha-chaueh* solet verti *adoremus*: significat enim *totius corporis prostrationem*, quæ reuerentiæ causa fit, Græcéque dicitur προσκυνεῖν. Alterum כרעה *ncrahbah* magis dici solet *de genuum curuatione*. Aliquando iunguntur *procidere*, & *adorare*, siue *procidendo adorare* [f]. E vsu Ecclesiæ *adorandi* verbum soli Deo & latriæ assignatur, cùm alioqui de hominibus etiam dicatur, déque dulia. Lege Augustinum [g], nostrum Vasquez [h], & Feuardentium [i], & qui ipse dixi ad cap. octauum [k] & decimum [l] Actu. Præterea ad septimum [m] *de genuflexionis*, seu *genuflexionis in oratione ritu*. Origenes [n] ex traditione illum docet apud nos esse. Credi potest, vt omittam Tertullianum [o] & alios, hoc gestu distinguí Christianos voluisse ab Ethnicis, qui stantes conuersique ad Orientem adorabant, circumacti deos precabantur [p]. Cyrillus Alexandrinus [q] appellat *adorationem*, seruitutis professionem, iauuam, viam, tributum spiritale, necvnquam Dei filium ante incarnationem

legi *adorasse*. Apud Ioannem [a] *nos adoramus quod scimus*. Vidētur in nobis *genuum & corporis curuatio* indicare nos à Deo lapsos esse per peccatum, & cum fingimus nos per humanitatem eius qui creauit nos, in cœlum reuocari, sic philosophatur Basilius [b]. Adde eadem ratione, nos profiteri sine gratia vel ope Dei ad nihilum redigendos, & secundùm naturam, & secundùm gratiam. Quo & *procidentes angeli in faciem* in apocalypsi [c] præferunt. In psalterio vetere & apud Augustinum, *& procidamus ei*, in Romano, *ante Deum*, apud Cassiodorum, & Chrysologum, *ante eum*, nisi fortasse mendum sit pro *Deum*. Chrysologus quidem vtroque legit modo. In matutino Epiphaniæ prætermittunt sextus versus totus, & membrum primum septimi; fortassis quia die adeo solenni læto, festiuo, lacrymis parci Ecclesia vult. Deinde quoniam intercalariter canit, *Venite adoremus eum, quia ipse est Dominus Deus noster*. Videtur Athanasius [d] legisse *procidamus ipsi Christo regi nostro*, nisi dicas paraphrasticè addidisse χριστῷ τῷ βασιλεῖ ἡμῶν. Externis ritibus fouetur & augetur religio; cùm hi namque motus corporis fieri nisi motu animi præcedente non possint, & iidem rursus externis visibiliter factis, ille interior inuisibilis, qui eos fecit augeatur, vt scribit Augustinus [e].

Et ploremus ante Dominum.] In psalterio Romano, & apud Bedam [f] *coram Domino.*) Augustinus [g] obseruat quod ante Dominum hîc dicitur, Græcè esse ἐναντίον: hoc autem interdum significare, *contra*: & sic Nemrod dici *venatorem contra Dominum* [h], quia cōtrarius Deo. At licèt esset talis, tamen legimus Latinè *coram Domino*; & *contra*, idem est interdum, ac *è regione*; vt, *ite in castellum quod contra vos est* [i], & alij hoc loco reddunt vt dixi, *coram Domino* tandem *robustius coram Domino*, est in oculis & iudicio Dei, sicut *magnus coram Domino* [k]. Hieronymus, *flectamus genua ante faciem Domini*, quo item pacto alij Hebraizantes: & quidam non ita propriè, *procumbamus*, aut *succumbamus*, quia נִכְרְכָה *nurechah* à genu dicitur quo & est בֶּרֶךְ *berech*. & Latinè *genuflectere*, ac *geniculari*. Oportet alios interpretes legisse נִבְכֶּה *nibchah* à בָּכָה *bichah*, *flere Ieremias*, *plorare*. Nisi malis librarij errore Græcè positum non ἀλαλάξωμεν, *gemite eamus*, aut *curuemur*, sed ἀλαλύξωμεν, *ploremus*: quemadmodum in historia Regum [l] quod legitur de vxore Phinees prægnante; *incuruauit se & peperit*, Græcè habetur ἐστράφη ἀγωνιῶσα ἔτεκεν, vel *flexit* in emendatis codicibus ἐλίγξεν; sed Hebraicè תִּבְרַע *thibrahh*, quod Latino verbo propriè redditum est: & Agellius credit a Lxx. translatum ἐλλιγῆσαι. Richardus Cenomanus monet de mutatione Hebraorum verborum; hocque demum Agellii mento mauult, quam retinere *placuit* verbum, quod ab omnibus etiam antiquissimis Græcis, ac Latinis Patribus agnoscitur. De *Lacrymis* ego non semel prius, earúmque vtilitate. Paulinus [m] Magdalenæ propositus in exemplu lacrymis [n]; exhortemur nos, ait, inuicem: certatimque dicamus, *venite adoremus, & ploremus ante Dominū qui fecit nos*. Illi flentes, nostra gaudia feminabimus. Alludit ad alium psalmum [o], in quo dicuntur *euntes flentio mittere semina sua, venientes reportare cum exultatione manipulos*. Ambrosius [p] deterrens à dilatione pœnitentiæ, inducit hanc ad omnes adhortationem Dauid qui filio sine pœnitentia mortuo grauiter mœrebat, flebat, plorabat [q]. Vrget hoc etiam Magdalenæ exemplum [r], vt de te dicere iustitia illa cœlestis, inquit, possit; *lacrymis suis riguit pedes meos*; & ideo fortasse non lauisse Christum pedes suos, vt eos lacrymis nos lauemus. Beda [s] considerans oblationem columbarum pro Christo [t], ait, cùm eiusdem orationis compares quærimus, canendo cum Propheta; *Venite adoremus, & procidamus ante Deum, ploremus coram Domino, qui fecit nos*, columbas ad altare portare. Citat idem ex eodem auctore Amalarius [u]. Innuit hoc loco Augustinus in *lacrymis* vim extinguendi peccata. *Ardes*, inquit, *forte conscientia delictis; lacrymis extingue flammam peccatis. In Magdalena lacryma & flammam extinxerunt peccati, & ex flamma profluxerunt charitatis; diligens enim multum, attraxit: veluti surſum vapores, & in lacrymas resolvit, vt imbribus accidit, quos primum sua sol radiis excitauit, atque vaporauit, aut vasis liquorem continentibus, dum subiecto igne incalescunt; & guttas ex operculo destillant.* Argumentatur Athanasius [x] contra Hæreticos, dicentes verba Propheratum ex sancti Spiritus persona pronunciari; & ideo minorem esse Deo, quoniam in hoc psalmo habetur, (*Venite adoremus eum*) quasi Spiritu sancto vna cum hominibus adorante. Nam cur igitur est, inquit, quod hic etiam dicit, (*ploremus coram Domino?*) Ergo ne etiam Spiritum plorare affirmabis? Subiicit loca, in quibus inducitur Deus vocans seipsum *Deum & Dominum*, vel in quibus dicit Propheta, quod *Spiritus locutus sit in ipso*, non *per ipsum*; item Paulum [y] citat scribentem, *quod locutus est Deus olim in Prophetis, nouissime autem in Filio.*

Qui fecit nos.] Præter communem rationem cuiuis homini ad imaginem Dei facto, & quod *opus manuum suarum Deus non despicit* [z], sed solus reficit ipse qui fecit eum, qui ex se deficit, vt philosophatur Augustinus, & quod non parua fiduciæ sit ad factorem res facta: vt præterea notat Ambrosius [a], & Gregorius [b], videtur *faciendi* verbo aliud insinuari, vt subnotat Genebrardus, nempe *benefacere*, ac *singulari benevolentia, fauere liberalitate prosequi, ornare, decorare, insignire beneficijs*. Hoc pacto Samuel videri potest locutus, quādo dixit [c]: *Dominus qui fecit Moysen, & Aaron, & eduxit patres nostros de terra Ægypti*: Chaldaicè *qui fecit fortitudines siue miracula per manus Mosi, & Aaron*; Varablus, & alij, *qui reddidit eos claros & nobiles*, siue *magnificauit eos, & docuit*. Præterea Deus apud Esaiam [d] ait, *& omnem qui inuocat nomen meum, in gloriam meam creaui eum, formaui eum, & feci eum*: Vbi cùm crescat oratio plus videtur esse *fecisse*, quàm *formare*, & *creare*. Suadet id quoque ibidem particula אַף *aph etiā*. & translatio Chaldaica, & *etiam feci eos miracula*. Simile quid aliqui obseruant in Cantico [e] Mosis: *nunquid non ipse est pater tuus, qui possedit, & fecit, & creauit te?* Quo loco si crescit etiam oratio, plus esset *creare*, quàm *fecisse*. Postremò confirmari potest ex verbis Dei [f]: *behemoth quem feci tecum*, nempe studio, arte, cura, quadam singulari: siue immanis bestia intelligatur, siue dæmonium princeps. Iata verbi עָשָׂה *beasiti* notio: ac inter alia etiam significat *acquirere, discere, educare, dicare*, &c. Quibus modis Abraham scribitur, & Sarai *animas fecisse in Haran* [g], id est instituisse in vera religione, ac Deo dicasse, & tibi acquisiuisse. Est item יָצַר *iatsar* aliquid *formare*, ac *polite facere, perficere, præparare*; sic enim dicunt pa-

cere

a in Luc. c. 7.

b de Spiritu sancto c. 27.

c c. 4. 11. c. 7. 11.

d de ordine antiphon. c. 1.

d ora de Deipa.

e de commun. essent. Pat. & Spir. sanct.

lib. de cura pro mort. c. 3.

f in Luc. c. 2.

g 16 de ciuit. c. 4.

h Gen. 10. 9.

i Matth. 21. 2.

k Luc. 1. 15.

l lib. 1. 4. 19.

m epist. 4.

n Luc. 7. 38.

o psal. 125. 6.

p de pœnit. c. vlt.

q 2. Reg. 18. 33.

r c. 4. 11.

s bis c. 1. Luc. c Luc. 2.

t Luc. 2.

u lib. 1. c. 18.

x Nota verba Patrum in psal. 118. resh. 1. Nota de ratione psalm. etc.

y 1. 2. Moral. c. 13.

z psal. 137. 8.

a Aug. 1. 16.

b c. 4. 7.

c Deut. 32. 6.

d Iob 40. 10.

e Gen. 12. c.

a 2. Reg 19. 16. Hebraicè.

cere pedes, & barbam a, id est, ornare, ac polire, lauare, tondere, &c.

Quia ipse est Dominus Deus noster.] In translatione Hieronymi, apudque Chrysolo. ũ, & alios nonnullos deest *Dominus*, nec aliud est in textu Hebræo, quàm אלהינו *elohenu*: Deum autem, siue Dominum suum Dauid, imo ac populi totius Hebræi nomine vocat, ea peculiari ratione, qua modò dixisse dicebam, quod *ipse fecisset eos*, quod & sequentia magis declarant. & nos non semel alibi locutimus.

Et nos populus pascuæ eius & oues manus eius.] Sic quoque Hieronymus, nisi quod ponit nomen, *grex*. alij, *pecus*, vel *ouis*, in singulari, sed יחד *iahad* collectiuè sumitur pro *multis ouibus*, & *pro omni minuto grege*, vt alibi notatum est. In psalterio vetere, ac apud Augustinum est nomen pluriale, *manuum*. Cassiodorus, & *nos populus eius, & oues pascuæ eius*, Editio biblica nostra Latina conformis est textui Hebræo, & Græco. Monet Augustinus dici hoc loco *populum pascuæ Dei* vt intelligatur quòd populus oues sunt: & *oues manuum*, vt percipiatur quod has oues ipsemet fecit, sicut proximè ante dictum fuerat. Alias eiusdem formulæ caulas reddit sacris, ὁμοδίας Agellius; quia fidei & curæ Dei commissæ sunt istæ oues; quia in regionibus circumpositis templo in quo tamquam medius inter oues pastor Deus monstrabatur, **Hebræi habitabant, ad eum modum, quo** *omnem manum torrentis Ieboc* b, Hieronymus vertit *cuncta quæ adiacent*, LXX. πᾶσαν χώραν: **quia sub ditione ac potestate sunt ipsius; quia** *transijsti gregem in ad manum numerantis* c, benèque noti sunt ei & illorum curam gerit, *deducens velut ouem Ioseph* d, quia suimet veluti manu, ac per se pascit, & promisit *pascaturum se seruum suum Dauid*, **hoc est, Christum**, *qui pascat ipsemet, sit me eis in pastorem* e. Exponit Bruno Carthusianus, quoniam pauerat Hebræos manu in deserto, & lege, **ibique operatus erat, vt ouibus similes essent, non arantes, nec seminantes**, & omnia necessaria habentes sicut oues, quibus sine aliquo labore omnia necessaria à pastore prouidentur. Id Haimo applicat ad spiritualia dona, & corpus, sanguinemque Christi, & quia solius Dei manu id est, opere, & gratia possumus innocentiam, ac simplicitatem ouium habere. Hugo *oues manus Dei* ait esse domesticas, & sub manu eius nutritas, & manui eius affectas quemadmodũ **Nathan parabolicè loquebatur de oue,** *quam pauper nutriuerat, & illa creuerat apud eum cum filijs eius, simul de pane eius comedens, & de calice bibens, & in sinu illius dormiens, & erat ei sicut filia* f. Iansonius *manuum* sumit pro cœtu & congregatione, in quam Deus congregat simul suos tamquam oues. Vsurpatur præterea *manus* pro auxilio, & consilio; vt *manu Ioab* g; pro opere graui, & laborioso, accurato, vt *manus Aaron* h. His quoque modis, & similibus alijs aptè appellari **possumus** *oues manus Dei*: **populus** autem quoque *pascuæ* denotat nõ solùm quem pascat Deus, verùm etiam à quo veluti pascatur ipse, vt Augustinus notat. Gregorius i quidem à diabolo mundi peccatorem scribit: Dominum conuersos instaurare, de superborum humilitate lætari, quam cibo sacrificij k, quem ipse etiam discipulis operatus est patrem. etiam bonis operibus nostris delectatur: huius indicium rei fuisse consuetum, quòd Matthæus excepit Christum l. Ruminemus ergo, aut Bernardus m, tanquam munda

Quare dicatur populus pascuæ Dei & manuum.

b Deut. 2. 37.

c Iere. 31. 23

d psal. 79. 2.

e Exec. 34. 23.

f 2. Reg 12. 3. Quomodo oues pertinet manus.

g cap. 14. 19.

h cap. 18. 28.

i 31. Moralc. 11. vela. lib. 10. cap. 18 vel 34.

k Ioan. 4 34. l cap. 6. 27.

m In Luc. c. 19. in cant. Serm. 53. in cant.

A

B

C

D

E

anima'ia boni pastoris, siquidem *fumus ascendit de naribus eius.*

Vers. 8.] Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra.

Vers. 9.] Sicut in irritatione secundùm diem tentationis in deserto: vbi tentauerunt me patres vestri, probauerunt me, & viderunt opera mea.

CVM deseripsisset maximum, & optimum Deum, & populum ei subiectum, pernauiter oues ab illo pastas & rectas eximia quadam beneficentia, cuique, non contenta, inuitauisse in principio ad exultandum ipsi, & iubilandum, & continendum: deinde etiam ad adorandum, & procidendum & plorandum ante illum; admonet, vt velut oues bonæ, quoties pastoris vocem audierint, exaudiant etiam, & obediant, nec **obdurato animo** resistant, maiorum secuti pessimum exemplum, qui Deum sua incredulitate, atque pertinacia ad iracundiam prouocauerunt, atque **tentauerunt**, præsertim in deserto, tempore **maximè**, cùm nil propius fuit, quàm vt rebellis exploratoribus lapidarent Mosen, Iosue, & Calcb, licétque ignouerit tunc Deus, annuens precibus Mosis, tamen iurauit nullum ex illis, qui contra se oblocuti essent promissam terram intraturum, sed in deserto ipso peritturum a, & palam conquestus est se tentatum ab illis iam per decem vices. Alia prius irritatio ac tentatio insignis fuerat in Raphidim, ob aquæ penuriam. Vide & loco nomen inditum, vt vocaretur *tentatio*, & *murgium* b. Et vt maiorem vim habeat admonitio, melius quæ intelligatur, quantopere tunc sit Deus indignatus, inducit Deum ipsum conquerentem, ibi enim *sæpenumero tentauerunt me patres vestri*, nunc periculum facere cupientes potentiæ meæ, ac veritatis ex diffidentia tua: non obtemperantes aduersus me verba, cùm tamen experti essent ac propriis oculis vidissent mirabilia opera mea, quibus satis superque persuaderi oportuerat ac debuerant, nihil ipsis vnquam defuturum. Euidentissimè, ait creditus Hieronymus hęc pandit Apostolus ad Hebræos: nec aliam interponere præluminus exponendi. Sed Paulus ducta epistola ad Hebræos c. 3. iam inde à principio laudat ex iis Christianos factos, hortans vt semper in sanctitate vocationis maneant, & stabiles in confessione Christi, scientes ad cœlestia se ab eo bona vocatos, nec amplius de lege ipsis cogitandum, vel Mose, sed de Christo, qui ad ea bona vocant. Tunc adhibet præsentem locum, **ne sit in aliquo ipsorum cor malum** meredulitatis discedendi a Deo viuo, sed **adhortentur se ipsos per singules dies, donec hodie** cognominatur. Videtur autè tacitè repetere quæ præcesserunt in psalmo, & ad Christum applicare, nempe iucundationem ad exultandum ei, & iubilandum salutari seu saluatori, qui idem sit omnium rerum creator, & pastor omnium. Præterea tribuens Spiritui sancto inde Diuinus probat eundem Spiritum sanctum locutum in sanctis **veriusque testamenti,** sermonem istis verbis **contentum**, quod est commune toti psalmo & vniuersæ scripturæ sacræ, videtur Patrem loquen-

Tempus incert.

a Nu. 14. 3.

b Exo. 17. 7.

c c. 3. v. 8 seq. vsq. 15 & seq.

d c. 1. le Spiritu sancto.

rem facere de Deo, vt vocem loquentis nemo spernat, nec recedat à fide Christi propter inedeas difficultates, aut persecutiones, etiam à contribulibus suis. Vnde & quintum sensum a Paulo datum huic loco tuæ literæ appellent, siue mysticum esse efficacem ad argumentandum. Et probabile est esse literalem, atque à Dauide ipso intellectum, cùm ipsimet contextui bene congruat Euthymius in panoplia [a] cum Nazianzeno [b] quem citat, colligit Spiritum sanctum Deum esse, quoniam Paulus asserit Spiritum sanctum loqui: is autem qui loquitur, & tentatum se dicit, Deus altissimus est. Quo argumento aiunt obstrui ora spirituum oppugnantium, & loquentium iniqua: cùm apertè tum Apostolus, tum Propheta ex iis quæ dicta sunt, Spiritus præclarè deitatem.

a p. 1. tit. 2.
b ora. de bap.

Hodie si vocem eius audieritis.] In vetere psalterio, & apud Augustinum, *ergo hodie*. Hebræi, ac Hebraizantes nectunt hæc prioribus *venite adoremus*, &c. Idque hodie si vocem eius audieritis, seu si audiris, & si placet vobis audire vocem pastoris vestri, quæ minimum est sequens, *nolite obdurare corda vestra*, &c. Vel vos *oues pascuæ eius hodie si*, seu, *quo die vocem eius audieritis*, *oues enim Dei vocem eius audiunt* [c]. Vel sumendo, *si*, pro, *vtinam*, *hodie vtinam vocem eius audiatis*, *& non obdurentur corda vestra*. Sanus est vt ex his verbis inchoëtur sententia & Prophetæ verba dicantur: deinceps autem persona mutata ex abrupto, vt non tantò sit in psalmis, & in aliis scripturis, vox intelligatur Dei, *nolite obdurare corda vestra*, &c. Vel inde, *vbi tentauerunt me*, &c. Ita vt continuetur oratio Prophetæ vsque ad ista, quæ modò recitauit. Minus certè apte dixeris, *Venite adoremus*, &c. & *nos oues pascuæ eius si audieritis*. Melius nectitur oratio, *hodie si vocem eius audieritis* cum sequentibus, *nolite obdurare*, &c. Præterea simplicior particulæ. *si*, notio conditionalis retinenda. Quamvis אם *im* quandoque valeat idem quod אשר *asher* & sensus esse possit hoc die, seu tempore, quo audieritis, &c. Ad hæc aduerbium temporis, *hodie*, pro præsenti tempore accipitur indeterminatè, ac pro *sæculo* & *ævo*, quo diuat præsens vita, mundusve, vel Apostolo [d] ipso interprete, non solum Euthymio, Nicephoro, Origene, aliisque enarratoribus tam huius loci, quàm Apostolici. Admonet hoc etiam Clemens Alexandrinus [e] hunc totum tractans locum: & accommodans ad parænesim Gentium, & appellans minas, adhortationem, honorem, magnam gratiam promissionis, *si hodie vocem eius audieremus*. Illud autem *hodie*, augeri in vnoquoque eius die, donec nominatur *hodie*: & esse imaginem æterni sæculi: & minarum finem accepisse ænigmaticè veteres Hebræorum errores, qui tandem fateri compelientur se non posse aliter esse saluos [f], quam si *Iesu*, seu *Iosue*, qui nostri *Iesu* typus erat, dicant: hunc autem pro sua benignitate omnes imitare atque mittere paracletum. Eamdem sententiam videtur imitatus Ambrosius [g]: & ita explicat Christum *hera* fuisse in vetere lege, quæ promissionis erat, & *hodie* [h], quando solutio est, ac per lotum in requiem introductio, siue per resurrectionem ipsius, addita accentione, quia requies nostra in cœlo est, atque ipsemet *Iesus* requies nostra est, qui ait: *hodie* [i] *vocem eius in paradiso*. Basilius denique in extrema ad Chilonem epistola, citans locum ex epistola ad Hebræos, docet quod *hodie* in solidum significet totius illius totius vitæ temporale curriculum. Nihil etiam obstat sumere *hodie*, propriè, ne quis relicto præsenti, differat in posterum tempus pœnitentiam ac obedientiam, vt Anonymus Græcus ab Agellio citatus notat. Dicit enim quod nouit diabolus difficile esse vt fidelis admittat auribus *discessionem à Deo vt ἀναχώρησιν sit*, propterea vti quauis arte, ac fraude fallere, atque impetrare hodiernum diem sibi, crastinum Deo: Deum è contrario reclamare, *hodie si vocem eius audieritis*. Mutuatus id fuit quisquis ille est, ex Basilio [a], in quo eadem leguntur. *Ista res est quæ multos occidit*, inquit Augustinus [b], *cras dicunt*, cras, cras, *& sic tempus illum claudit*. Remanet sit *ferus cum voce coruina*, *quæ non habuit semper coruinum*. *Cras*, *cras* corui vox. &c. Crastinum enim diem quis tibi promisit? Cum dicit *hodie*, te conuenit, ait Chrysologus: ad te loquitur quicumque homo es auditor: ne audito voce eius, contemptus reatum, contumaciæ crimen incurras; quem non præcepta, quem non correxit exemplum. Nam ob hoc Iudæam duritiam longo sermone narrauit, vt te Christiane faceret cautiorem: cui non quid agat annus tantum connectatur, & cohabitat Deus; sed toto vitæ tempore paret & militat ad salutem. Vtget idem ex hoc ipso loco Fulgentius [c], docens *obduratum viuere*, siue qui non conteritur, desperans de indulgentia peccatorum suorum, siue qui sic misericordiam Dei sperat, vt vsque in finem vitæ præsentis in suorum criminum peruersitate permaneat. R. Leui quem recitat Galatinus [d], simili quidem ratione de pœnitentia declarabat hunc locum, quod si filij Israël pœnitentiam egissent saltem vno die, statim redempti essent, statimque eis venisset filius Dauid, id est, Messias. Deducit verò Galatinus Messiam Deum esse, quia prius in eodem psalmo vocatur *Deus noster qui fecerit nos*; ita vt sit consequens, quod Deus, qui viam pœnitentiæ docturus erat (Christi autem prædicationis verba prima fuerunt [e]; *pœnitentiam agite*) esset Messias, siue Christus. Refert idem Galatinus figmentum aliud nescio cuius Rabbini, qui Messiam ipsum interrogans quando venturus esset, responsum accepit, *hodie*, cumque rem Rabbinus Eliæ dixisset videri sibi mentitum Messiam, respondisse Eliam, subintelligendum fuisse, *si hodie vocem eius audieritis*.

a Hom. 1. de ex hort. ad bapti. Reperitur b Serm. 10. de verb. Dom. c. 11.
c de fide ad Petrum c. 3.
d lib. 8. cap. 8.
e March. 4. 17. f lib. 4. c. 22. Rabbini figmentum.

Colligunt [g] aliqui non semper actu ad se gratiam præuenientem, sed certis temporibus, prout iudicat Deus munera tua distribuenda: propterea namque exprimi, *hodie*, atque conditionem addi, *si audieritis*, quia non quotidie, nec sine intermissione sonat vox eius, sed certo tempore nos visitat atque excitat. Quo nimiam scribat Bernardus [h] non esse laborandum, vt ad vocis diuinæ peruenientis auditum; laborem potius esse aures obturare, ne audiamus; vocem enim ipsam se offerre, se ingerere, nec posse non tetigisse cessare ad ostia singulorum nisi esse tantùm vocem vitæ foris & vacuam, quæ non penetret ad cor, nec faciat fructificare patres hominibus peccata eorum. & illuminet ab æterna tenebrarum. Auctus externa impediretur cæteris applicat Hugo minus aptam auditum, dictatem, somnum, aut si ad alia distrahens cogitationem, auditum, aut si ad alia distrahens cogitationem, discessum seu lapsum ab eo qui loquitur.

g Pel. arm. 2. de grat. c. 6. ... ad fidem.
h de consid. ad clericos c. 2.

Nolite obdurare corda vestra.] Hieronymus

in deserto.

indurare. Alias monuit lectorem interpretum sententiæ, qui quid vetatur, addere verbum *nolite* etiam si nec extet Hebraicè, nec Græcè: non nullos autem inde argumentari pro libero arbitrio. Iamdem indidem vim argumentum habet, etiamsi non apponatur id verbum; sufficiuntque prohibitio; quæ carentibus libero arbitrio, fieri propriè non potest. Sic obtenuit Basil. ac Theod. non esse dictum ne *obdurescatis*, sed *ne obduremini*, vt doceatur eos ipsos huiusmodi cordis esse opifices. Facit hoc etiam argumentum Augustinus [a] ex præsenti loco. Cum autem Pelagiani obiicerent Deum iussurum non fuisse quod ferret non posse ab homine fieri, respondet [b], non ideo esse non posse hominem facere sine gratia, sed ideo Deum iubere aliqua quæ non possumus, vt nouerimus quid ab illo petere debeamus: ipsam enim fidem esse, quæ orando impetrat quod lex imperat. Aliud sequitur, Deum per se non esse causam obdurationis, aut peccati, indurando proprie corda hominum, & intus efficaciter operando, vt Caluinus, Beda, & Libertin. pessimè docet. Frustra prohibet Deus, ne corda obdurescamus, si vult ea obdurari, & eadem ipsemet quasi manibus propriis obdurat. Dicitur Deus obdurare, ac indurare [c], cum non punit, cum negat vberiora auxilia: cum quidquid iam boni facit vel confert, vnde peccator occasionem captat peccandi: cum demonstrat quam sit quis durus: cum eludit peccatoris conatus, qui propterea deterior fit. At proprie, formaliter, per se, directe, & in rigore Theologico, non debet dici Deus causa indurationis, aut excæcationis. Nec enim producit prauam dispositionem voluntatis, quam includit indurato: vel immissionem erroris aut ignorantiæ, priuando scientia debita, quod spectat ad excæcationem. *Deo huius seculi* hoc est, Diabolo, conantur *excæcare mentes infidelium* [d], tamquam causæ morali malitiæ suadenti, atque proponenti: ipsamet peccatoris *malitia excæcat eum*... [e]: Quatenus tribuitur Deo *excæcare* vel *obdurare*, pœna est, non culpa: & potest huiusmodi pœna cum ad tempus tantum durat, in prædestinato etiam reperiri, cui tandem *auferat Deus cor lapideum, detque carneum* [f]. Tandem non omnis qui non conuertitur, aut non credit, statim est obduratus, vel excæcatus, sed cui pauca tantum præbentur auxilia, & negantur vberiora. Quisquis tamen obduratur, propria culpa obduratur: & idcirco hic admonetur vt caueat obdurationem, nec vnquam desperet. Quod vitium desperationis Chrysostomus [g] aut illa sententia cauteri & inuitari homines ad pœnitentiam quouis tempore peragendam. Eodem pertinent hortationes, vt *aperiamus Deo pulsanti ad ostium cordis* [h]. Qui enim venit, & tandiu pulsat, ait Ambrosius [i], vult semper intrare, sed in nobis est, quod non semper ingrediatur, non semper maneat, &c. Et si possit intrare, non vult tamen importunus irruere, non vult multos cogere. Rursum Augustinus [k] liberum, inquit, hominis arbitrium pulsatur, vbi dicitur: *hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra*; sed nisi posset Deus etiam durissimum cordis auferre, non diceret per Prophetam Ezechielem [l]: *auferam abeo cor lapideum & dabo ei cor carneum*. Bona & vera *vox audit pastorem* [m], & obedit; sicut accidit Apostolis, quorum describitur vocatio. Peccheis pulsi, tametsi ab alia surrepti, vt pri-

a de gra. & li. arb. c. 15.

b cap. 16.

Fides orando impetrat quod lex imperat.

Quomodo dicatur Deus obdurare corda hominum.

c Exod. 10. c. 7. 3. Esa. 63. 17. Rom. 9. 18.

d 2. Cor. 4. 4.

e Sapic. 2. 21.

f Ezech. 11. 19. c. 36. 26.

g hom. 8. in epist. ad Rom. ho. 11. ad pop. epist. 1 ad Theod. lapsum h cateches. Apoc. 3. 20.

i in psal. 118. ser. 12.

k de gra. & li. arb. c. 14.

l cap. 11. 19.

m Ioa. 10. 16.

Pertinax pulsatio.

A

mum exaudiunt matris vocem, accurrunt, sua re quadam pietatis tuba pedibus adhortante, vt loquitur Ambrosius [a], dum ait vbi in Euangelio suam vocem Christus emittit, ad eam se potissimùm conuolasse quos filij vnius clarum fuisse pectus ipse lusserit, & matri credit Ecclesiæ nutriendos. *Ponunt aliqui cor suum ut Iudæi in Zacharia, ne audiant legem, & verba quæ misit Dominus* [b], obturant & contemnunt autem vt Iudæi [c], *duram cervicem, & incircumcisi cordibus & auribus Spiritui sancto resistunt* [d], nec medico, nec igni, nec aquæ, nec vigenti medicinæ dicunt, & quibus *nervus cervicis ferreus, & venæ aereæ* [e], atque *indurant faciem suam super petram nolunt ad penitentiam reuerti* [f]. Declarantur hæc ab Hugone, ac possunt adhuc amplificari. De obdurationis autem adhuc actum alibi.

a Ambros. c. 1. & in Lucam.

b Zach. 7. 12.

c psal. 57. 5.

d Act. 7. 51.

e Esa. 48. 4.

f Ierem. 5. 3.

B

Sicut in tentatione secundum diem tentationis in deserto.] Hieronymus, *sicut in contradictione, sicut in die*, &c. Alij, *sicut in dissensione*, seu *contentione, ac lite, sicut in die tentationis*, vel *sicut in murmure, sicut in rebellione in deserto* [g]. Quidam etiam exprimunt Hebræa nomina tamquam propria, *sicut in Meriba, sicut in die Massa in deserto*. Primi quidem nominis fit mentio in Exodo 8. secundi autem in Numeris [h]: quamuis vtrumque ponatur etiam in Exodo. Psalterium Romanum, & Cassiodorus, *sicut in exacerbatione*. Vetus, & Augustinus, *quemadmodum in illa amaricatione*. Aliquot exemplis docet Ribera noster, *secundum diem*, aut *iuxta diem*, idem esse ac, *sicut in die*. In psalmo 77. [i] dicuntur Hebræi *in eum exacerbasse Excelsum in maquos*; *tentauisse in cor suum*; *fuisse male locuti de Deo. multotiens exacerbauit enim in deserto, in eum conturbauit in maquos*; *tentauit Deum, & sanctum Israël exacerbauit: conuersi in arcum prauum*; *in eum conturbauit Deum in collibus suis, & in sculptilibus suis ad æmulationem eum prouocauerunt*. Consule quæ ibi dicta sunt. Ad rem facit potissimum locus libri Numerorum, ibi enim narratur ea murmuratio illa, non ingressos promissionis, sed omnes murmuratores Hebræos in terram promissionis, eademque de re mentio Pauli in epistola item ad Hebræos. Trigetius Hieronymi secutus editionem in, *sicut in contradictione*, interpretatur quando facto vitulo dixerunt [k], *hi sunt dii tui Israël*, &c. Cæterum alium volunt ad Exodi citatum locum. Trigetio non faueat Hebræa vocabula, quæ hic habentur: מריבה *meriuah* & מסה *massah*: & extare dixi in alio locis Exodi, & Numerorum. Ambrosius, aut alius in commentario Epistolæ ad Hebræos, explicat de voluntate reuertendi in Ægyptum, post exploratam terram promissionis. *Irritatio, exacerbatio, amaricatio*, sicut & *concitatio ira*, ac *prouocatio*, vitia sunt populi quantum est ex se, exacerbantis Deum, amaricantis, concitantis, prouocantis: non autem vlla in Deo perturbatio. *Deus charitas est* [m], charitas vero etiam vt creatum donum, non irritatur [n], excitque vt is in quo est non irritetur. Irritauerunt quoque Moysem in castris, Aaron sanctum Domini [o]. Sed non puto *irritationem* hic ad Molem propriè spectare; *tentationem* ad Deum, quidquid velit Genebrardus, cum Abenezra. Concedi potest petitionem aquarum procuratam his, & contentionis studio, per inuidiam & malcuolentiam schismaticorum, non ob necessitatem; quia manna

a Ambros. hic & in Lucam.

g Exod. 17. 7. Num. 20. 13. & 27. 14. Deut. 32. 51. & 33. 8. psal. 80. 8. & 94. 8. Hebr. 3. 8. & 15. & 4. 7.

h Exod. 17. 7. Num. 20. 13. & 27. 14. Deut. 32. 51. & 33. 8. psal. 80. 8. & 94. 8. Hebr. 3. 8. & 15. & 4. 7.

i psal. 77. 17. 18. 40. 41. 56. 57. 58.

k Exod. 32. 4.

l Exod. 32. 4.

m 1. Ioa. 4. 16.

n 1. Cor. 13. 5.

o psal. 105. 16.

sup, lebat illicum ipse enim pro peccat. Tacitum & reticentius notat esse in numerum & contemptionem peccatum vitium cubies, cum totus Christus contemnatur in alterutra specie. Quamquam ipse ut tacitus Hugo considerat in iis quæ hoc loco dicuntur, tempus, *quo audiam dicam testimonia*, locum, *in deserto*, vbi magis timendus fuit Deus ob penuriam: mœchiatem, *ubi tentauerunt*, dicendo [a], *numquid potest Deus parare mensam in deserto?* ingratitudinem, *probauerunt eo in eum opera mea*, id est, tot prodigia in beneficium ipsorum edita; duritiem, *quadraginta annis*, multa in, *hi errant corde*; stultitiam, *non cognouerunt vias meas*.

A

B

Vbi tentauerunt me patres vestri.] Reddunt alij נסו *aser*, cum, aut, *quia*. Hinc ex abrupto incipit oratio Dei: quamuis aliqui principium ducant inde, *volue oculos tuos*, &c. Athanasius vero [b], & Nyssenus [c] dicunt hæc esse verba Spiritus sancti, ac loquentem hucusque induci, vnde & diuinitatem eiusdem conuincant; & Nyssenus ita etiam sentisse Paulum [d] vult; sed ibi solum seruisse loqui Spiritum sanctum, quod potest exponi eo modo, quo dicitur in omni Prophetia & scriptura diuina loqui: exemplo simili à parentibus siue maioribus petito vitium Paulus non in citata solum ad Hebræos epistola, verùm etiam in prima ad Corinthios [e], præterea Christus ipse, Moses quoque nolentibus posteà transire Iordanem exprobrauit; *nonne* [f] *isti execrati patres vestri, quando venit ad Cades Barne ad explorandam terram* &c. *Et ecce vos surrexistis pro patribus vestris, incrementa, & alumni hominum peccatorum, vt augeretis furorem Domini contra Israel.* Postremo Stephanus; *vos* [g], inquit, *semper Spiritui sancto resistitis, sicut patres vestri ita & vos*: & iterum Paulus [h] de eadem scribit, quod *occiderint Iesum, & Prophetas, & impient peccata sua semper.* Patres vestri erant, ait Augustinus: sed si non imitari fuerimus, patres vestri non erunt: tamen qui de his nati estis, patres vestri erant. Tum bene argumentatur, cum Gentes fatue patres suos mendacia colunt, in quibus non est veritas, ad verum Deum Israel *reuertantur ab extremo* [i] *terræ*, non debere Hebræos tot affectos à Deo suo beneficiis, illum deserere. Quæ ratio valet optimè ad persuadendum Catholicis vt in fide culmique Christi constanter perseuerent. Debet quisque ad imitandum sibi probatum exempla proponere. Nec si forte patres & maiores improbi fuerunt, protinùs sunt; ne *iniquis filius ille, generatio prauа & exasperans* [k]; *vipeream enim Deus peccata patrum vsque filios* [l] imitatores illorum. Enumerat Augustinus quot quis tentet modis Deum, ruinarum clementiam ipsius, si negligenter, & absque deuotione oret: patientiam, si perseueret in peccatis: iustitiam, si optet in malè inferri vim fictam: potentiam, siquis in periculo constitutus, non plenè de Deo confidat: sapientiam, siquis alios velit docere, absque studium & præmeditatione.

C

Proouerunt.] Addit, *me*, textus Hebræus, versio Hieronymi, vetus plerumque, Augustinus, Cassiodorus; atque codices Græci. Omisit etiam pronomen Paulus [m]. Potuit facile intelligi ex proximo membro, per zeugma: vel

D

quia metaphoricè sumitur pro operibus; quorum sit mentio ficta, patet ex eo, quòd nec ponitur in emendatis Græcis bibliis: Quæstionis tradit Genebrardus. Si probandi verbum referatur ad opera, non ignorabatur quod tentare in iis & experimentum Deo facere Hebræi voluerint, sed quod experimento ipso comperta iterum & viderint mirifica eius opera, vt nimirùm debuerint ipsum tentare, verum ex eis fiduciam magnam in Deum concipere. *Tentare* censetur etiam qui totum ferè conatur, & explorat: *probare*, qui caput rei ipsa experimentum & deprehendit quod quærebat. Quando quæ nihilominus confundantur, & pro re loco positum *probandi* verbum, vt [a], *proba me Domine, & tenta me.* Vbi sunt בחנני & נסני בחן *bachanni*, & נסני *nesseni*, quæ hic ordine collocantur inuerso. Clemens Alexandrinus [b] aut legit, aut exponit *ὁ ἐκπειράσαι ἐν τῇ ἐρήμῳ ὁ θεὸς ἐν ἐρήμῳ πειρασμῷ*, *tentare aut me patres vestri in deserto, tentatione aut me patres vestri in deserto tentatione.* Hæc *probauerunt*, vt vocabulum Græcum, & Hebræum בחן *bachan*, & נסה *nasah*, inhærent, est eiusmodi fit in argento, vel auro: & idem etiam Latinum, *probo*, importat. Remendo distinctionem, sensus erit, non solùm explorauerunt, sed re factoque comprobarunt. & suo quidem malo, quantum potentia valeam, quoniam grauiter in eos, ac sæpe animadverti, cunctosque in deserto stratos, prohibeo ingressu in terram promissionis; quod in psalmi fine dicitur.

E

Et viderunt opera mea] Hieronymus in singulari. Erit plurale, si ex ראו *raau* fiat ראו *raabu*. Chaldæus, *etiam* vel *insuper viderunt opera mea*: aut *probauerunt me etiam videntes opera mea*, id est, non contenti opera mea multa & magna vidisse, aut quasi numquam vidissent, aut penitus oblitì essent, tentare me ac probare voluerunt; *Oblitus sunt*, ait alio in psalmo [c] Dauid, *beneficiorum eius, & mirabilium eius, quæ ostendit eis* & [d], *non crediderunt mirabilibus eius*; & [e], *non fuit recordata manus eius, die qua redemit eos de manu tribulantis; sicut posuit in Ægypto signa sua, & prodigia in agro Taneos.* Ipsum lamentatus prius fuerat Moses in cantico [f].

F

Vers. 10.] Quadraginta annis offensus fui generationi illi, & dixi: Semper hi errant corde.

Vers. 11.] Et isti non cognouerunt vias meas: vt iuraui in ira mea, Si introibunt in requiem meam.

PERGIT Deus in querimonia sui, dicitque quoniam adeo frequenter ipsum Hebræi tentauerant, tum verò in eo quod in ipsis potissimùm terræ promissionis in valle Bozra potentiæ ac explorationibus illius, diffisi erant se posse ire eam possidique reditu in Ægyptum meruerint [illegible] decreuerint; propterea tam [illegible] generationi illi grauiter [illegible] fecisse [illegible] annorum quadraginta [illegible] agam, atque ibidem [illegible] facerant, vbi [illegible] & pugnæ [illegible] mei. Nam [illegible]

---

[a] psal. 77. 19.

[b] de commun. essent. Patr. & c. orat. in Pent.

[c] Hebr. 3. 7.

[d] c. 10. & 1. Cor. 10. 1. & seq. Num 32. 8. 14.

[e] Matth. 23. 32. & 1. Luc. 11. 1. & seq.

[f] 1. Thess. 2. 15. 16.

[g] Iere. 16. 19.

[h] psal. 77. 8. in hac. 10. 4

[i] Hebr. 3. 9.

[a] Tentare & probare in quo differant.

[b] in protrept.

[a] psal. 25. 2.

[b] Athan. de Incarn. Verbi.

[c] Nyss. in Cant. hom. 2.

[d] vers. 32.

[e] vers. 42. 43.

[f] Deut. 32. 15. 16. 17.

[m] Hebr. 3. 9.

innumera beneficia mea, quin semper in animi, cordisque persistant errore, obstinatione, insania; nec vias meas tum iustitiæ, tum potentiæ, tum prouidentiæ, seu misericordiæ tot modis declaratas, percipere, & amplecti voluisse; sicut neque mandatorum meorum viam. Quocirca iuramento confirmaui, valde commotus ira in ipsos, quod in terram illam quietissimam, & opulentissimam (vbi conquiescerent peregrinationi ipsorum, & ego ratione fixæ sedis, in qua constituerentur arca) quam iis paraueram, & promiseram, nemo eorum ingrederetur.

a Hebr. 3. 9. *Quadraginta annis.*] Paulus [a] citans hunc locum, iungit verba ista præcedentibus, *probauerunt, & viderunt opera mea quadraginta annis*, & subdit, *propter quod infensus fui*, &c. quo loco Ribera contendit ita legi, ac distingui debere. Citat Theodoretum, siue Basilium: & quod Euthymius vtriusque distinctionis hoc loco mentionem faciat. Refert Agellius præterea ex anonymo Græco sic debere legi; nempe supplendo hic prosequenti membro id quod est in Paulo, aut restituendo, *dio, propter quod*, siue *propterea*. Patet apertè Apollinarius.

εἰ μὴ πλησμόνοντ' ἐτέων ἴδον ἔργα καὶ ἀλκάς.
Qui mea quadraginta annis viderunt opera, & potentiam.
ἔνθεν ἐγὼ κείνῃ ὀλοὴν ἔτυξα φυλάλλων.
Inde ego illam pernitiosam odi generationem.

b in parun. seu protrept. Ita præterea legit Clemens Alexãdrinus [b], ἐφ' οἷς ἔδον τὰ ἔργα μου τεσσαράκοντα ἔτη, διὸ προσώχθισα, &c. Subdit Ribera, rectè etiam posse legi, *quadraginta annis offensus fui*, &c. quia re vera tot annis Deus offensus fuit illi generationi, quo tempore interierunt in deserto qui tentauerant, & probauerant Deum, atque murmurauerant contra ipsum, nolentes ingredi promissam terram, sed in Ægyptum redire, pro nihilo habentes terram desiderabilem [c]. Apostolus item videtur veluti amplexus eandem lectionem, dicens [d]; *quibus autem infensus est quadraginta annis, nonne illis, qui peccauerunt, quorum cadauera prostrata sunt in deserto? quibus autem iurauit non introire in requiem ipsius, nisi illis, qui increduli fuerunt? & videmus, quia non potuerunt introire, propter incredulitatem*; Vtraque lectio recipi potest, ac debet, nec discrimen habet magni momenti. De horum porro quadraginta computatione annorum, egimus commentario actuum Apostolorum [e], & quo pacto duo suprà alij annumerentur: legendus etiam idem Ribera in Amos [f]. Augustinus per *quadraginta annos* designari vult omnem durationem huius mundi: deo Christum seminasse quadraginta diebus; quadraginta diebus tentatum in eremo, (indicat singulis diebus tentatum, quod alibi dispuraumus) quadraginta diebus fuisse cum discipulis post resurrectionem.

c Num. 14. 28. 29. & seq. cap. 32. 10. & seq. Deut. 1. 34. & seq. psal. 105. 24.
d Hebr. 3. 17. 18. 19.
e cap. 7. 36.
f in c. 1. n. 60 & seq.

Offensus fui generationi illi.] Additum est pronomen perspicuitatis gratia, Hieronymus, *displicuit mihi generatio illa*. Alij, *irritatus, seu lis fui mihi cum generatione hac, vexatus fui, contendi, molestiam passus sum à generatione illa; cum tædio pertuli generationem illam, molestia, tædióve affectus fui, tædiuit me generationis illius.* Valet hæc omnia προσώχθισα, à προσοχθίζω, quod est etiam abominari, & displicere præ molestia. In psalterio Gallicano est, *offensus fui*, & apud Paulum [g], *infensus fui*, Græcum verbum est προσώχθισα; quo aliqui vertere *ἐβδελυξάμην abominatus sum*: Aquila, & Symmachus *δυσμενίσθην mihi displicui*: exponit verò Apollinarius ἐσύξα odi. Nicephorus ἐπάχθομαι *intolerabiliter se erga alium habere*. Qui, *proximus fui*, legunt quod Romanum psalterium, & vetus facit, & Augustinus, præterea que Bernardus [a], Græcum προσώχθισα acceperunt vt significet *impingere, appetere veluti ad rapinam & luctum*, quod ὀχθὴ significat; & eadem est ratio de προσώχθη, vt aliqui codices habent à πρόσοχθος: longè tamen vsitatior in bibliis, nor acceptio, nec alibi vspiam, præterquam in hoc psalmo, reperitur. *Proximum esse*, vt hoc loco accipiendum in malam partem, scilicet ad affligendum vindicandum, & vt vindex manus non amouetur; quod aliter diceres, *vrgere, instare, imminere, premere, impressionem facere; si non re & facto, verbis, & minis.* Explicat Clemens Alexandrinus [b] ἀπειλῶν minari. Expositio autem prius dicta est Titelmani, Iansenij, Genebrardi hoc loco, & Ribera in epistolam ad Hebræos. Confirmat vltimus tum ex *vsitandi* verbo, quod & *bene & male facere*, seu *consolari & punire*, significat; quia qui prodest, quique obest nobis, prope nos est: tum ex phrasi Prophetis familiari, cum imminens denunciatur supplicium; *Ecce ego*, id est; citò tecum ero. Tale illud in Apocalypsi [c]; *venio tibi*. Scepreus putat qui reddidit, *proximus fui*, legisse προσώχθισα: vel existimasse prouerbiali, & vsitata, suo tempore, phrasi, significatum, per *proximum esse*, esse *offensum*, quemadmodum apud Iob [d], quod legitur *manus Domini tetigit me*, idem est, atque quod propinqua, seu proxima fuit, *puniens & premens*; valet enim נגע *nagahh pertingere, peruenire, appropinquare*; Quomodo & Italicè *venire, & andare adosso ad alcuno*, è *accostarlo*, est illum *premere*, atque *vexare*. Hispani dicunt *alcançar*, verbi gratia *alcançóle el golpe*. Augustinus *proximus fuisse* accipit in bonam partem, vt Deus se dicat præsentauisse in signis, & virtutibus Bernardus [e] saltem per accommodationem, vt interna voce, vocatione, inspiratione. Richardus Cenomanus satis acutè aduertit communiorē lectionem, quæ habet, *offensus*, aut *infensus fui* dicere effectum exacerbationis, & iræ diuinæ; in alia continenti causam, vt idcirco exacerbatus, iratúsque fuerit, ac infensus; quoniam non cessauerat in signis, mirabilibus & beneficijs inexhaustis tese præsentare populo illi per tot annos. Titelmanus comparat Deum cum præceptore, qui semper exhibet se proximum discipulo, illum obseruans, vt mox vbi deliquerit, castiget. Bartholomæus Botta vtrumque sensum vrit, tum expressit:

Vnde quater lenis totics offensus in annis:
Morum quo pacto proximus esserim.
Et licet ista mihi generatio displicuisset.
Attamen in donis officiosus eram.

Crucius noster eosdem sensus complexus est, paulo aliter interpretans *proximum esse*, expectare cum mora & patientia, quod fecit Deus per annos quadraginta.

Hanc quater denos sobolem per annos
Lue certarem veluti, morabar.

Non est natio tam grandis, ait Moses [f], *quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut adest Dominus Deus noster cunctis oc casionibus nostris.* Colligi quoque posset Deum sic infensum nobis esse, & punire nos, vt simul sit *proximus*, id est, *propitius*. Cum dissimulat peccata nec punit, videtur longius abesse; quando punit pœna temporali, præsentiam

a de conuers. ad Cler. c. 2.
b in præcept.
c cap. 3. 3.
d cap. 19. 20.
e de conuersione ad Clericos cap. 2.
Deus promptior emparatus.
f Deut. 4. 7.

declarat

declarat misericordiæ tuæ. Imminit hæc Aquila[a].

Et dixit.] Dixit Deus apud se, ac veluti tam vetus impietatis, postquam permulti generationem illam tulisset, cœtus est pronunciare; Bruno Carthusianus, Hymo, Ricardus dixit explicant per Moysen, & alios Prophetas, & Moysen per Augustinum, qui nempe sustinuerat pertinaciam Dei. Exempli causa dixit Deus Moysi[b], *scio quod populus iste dura cervicis sit.* Unde Beda:

Verum Doctores (Moysi) sunt conscissuros, obervarunt
His cervicosi pectore, & ore malo.

Semper hi errant corde.] Hieronymus, omisso *semper*, *populus errans in corde est.* Alii, *errantes* תעי *thoim* in plurali, addito הם *hem ipsi* seu *hi*, quod abest etiam à textu epistolæ ad Hebræos[c], vel, *populus errantium cor ipse ipse*, quasi diceret, *gens absque consilio & sine prudentia est*[d]; res nihil, in quorumque non cum hominibus cordatis, rationeve præditis, sed cum vaecordibus, & cum bestiis. Parapharastes recitatus in Bibliis Regiis, explicat, *populus est, quorum idola sunt in corde eorum*: textus enim Nobiensis non differt ab editione nostra. In epistola ad Hebræos, *semper*, quoque positum est; quamvis textus Hebræus illam non habeat; nec in eadem epistola editio Syriaca; *populus iste errat corde.* Etsi autem quo laddunt, *semper*, jungi possit vel verbo, *dixi*, vel *errant*; plures posteriorem jungunt; ut significetur, populum illum semper in errore, ac stultitia versari. Particula præsentis vim esse, inquit Andreas Croquetius[e], ut omne tempus comprehendat. Non est id semper verum, aut perpetuum. *Populus hic insipiens imitatur nomen Domini*[f]; *generatio illa non direxit cor suum, & non fuit creditus cum Deo spiritus eius*[g], *fidelium est illis cor immobilium, & existimarunt, recesserunt, & abierunt, & non dixerunt in corde suo; memoremur Dominum Deum nostrum*[h]. Tropologicum est quod ait Hugo, errari & peccari semper corde a reprobis, non corpore, quia peccandi semper habent voluntatem, quamvis exequi quod volunt non valeant. Adhuc Sapientia clamitat in plateis, ait Bernardus[i], *hi errant corde; redire properate ad cor*[k]: hoc nempe mirum loquendi Domino, & hæc verba ad omnes qui convertuntur ad cor præcellisse videtur, & non modo curans eos, sed reducens, & *firmans contra spiritum suum*[l]. Præterea[m], explanans illam scripturam[n], *esto conscientiæ adversitas huic, dum ex cordis vitio in vita*, verbi consilium vocat, se adversarium protestantes, quod adhæreatur carnalibus desideriis nostris, dum dicit, *semper hi errant corde.*

Et ipsi non cognoverunt vias meas.] Alii *ipsi vero*, vel & *ipsi*. Posset ille ratio, cur semper errant corde, quia non cognoverunt vias Domini, hoc est, attenti non fuerunt ad legem, ad admonitiones, ad mirifica opera in ipsorum gratiam, ac salutem edita; quibus deberabantur suum attributa, bonitas, potentia, sapientia, justitia, bonitas. Cognitionem vero, ut annotat Euthymius, de mandatis præsertim Dei, quæ sunt nobis iter ad illum, non hæc eam dicit, qua legendo patratur, aut meditando, sed illam, quæ per ipsa ipsa demonstratur. Dicunt, aut dicere videntur quidam Deo, *scire nobis, & scientiam viarum tuarum nolumus*[o]: & cum *confitemur se nosse Deum, factis negant*[p]; & *impedit via sua pedes eorum*[q]; & volunt *audire verbum, sed regem nostrum, hoc est vana, inutilia*[r]: & *delectantur in semitis impiorum, pluvaque ipsis malorum via*[s]; & *oderunt scientiam*[t], *nolentes intelligere ut bene agant*[u]: & *diligunt Deum in ore, lingua vero mentiuntur eis*[v]: & *labiis honorant eum, cor autem eorum longe est ab illo*[w].

Si iuraui.] Hieronymus, & *iurauit*. Alii, *propterea, quia, tunc, quare, ergo*. Hebræa vox אשר *asher* admittit notiones illas, nec non similitudinis, *sicut*, &c. inseruit quoque pronomini, quod exprimitur in translatione Latina psalterii Romani; & veteris; ab Augustino etiam, & Cassiodoro. Versio Latina epistolæ ad Hebræos c. 3.[k] & 4. in codicibus emendatis habet, *sicut*, quod Agellius non vidit, aut non animadvertit, affirmans legi. *meis*. & Faber animadvertendum esse, & ubique. Græce legitur ὡς & Syriacum כאשר *ach* non autem כי *de*, ut Croquetius tamen asserit: quodque testatur Ribera se, quod Isidorus & Gelenius aiunt apud Paulum legi ὡς, non reperisse ipse etiam adhuc cum Fabro testatur, facilis translatio est particulæ ὡς in ὅτι. Sed; testatur codicum fidem, & Enarratorum sequendo, errare &c. Id autem Euthymius, & Nicephorus docent habere vim confirmandi, & certum, ac deliberatum juramentum significandi, ita ut ὡς valeat, *quam*; Verbi gratia, cum dicimus ὡς ἀληθῶς, *quam vere*, id est *vere sine*. Frequentior acceptio est pro similitudine, *sic iuravi*, & אשר *asher* quandoque vim eumdem habet, perinde atque כאשר *chasher*. Hoc pacto sensus esset; [quemadmodum illi non cognoverunt meas vias, sic ego juravi.] Nam & in psalmo 131.[m] *meminero Domine Davidi, & omnis mansuetudinis eius.* Hieronymus vertit, *qui*, cum sit אשר *asher*, & *ut*, id est, [Sicut David juravit Domino se templum illi ædificaturum, sic ego memoro ipsius.] Agellius explicat *ita* per, *ut*, quod non importat similitudinem, sed ætiologiam & causalitatem; & ait hoc loco sumi consequenter ad indicandam convenientiam pœnæ, ad hunc modum. [Ipsi non cognoverunt vias meas, quas si nollent, ac fecuti essent, in requiem meam introissent; sed quia eas non norunt nec fecuti sunt, factum est merito, ut irritatus juraverim in ira mea, &c.] Ribera probabilius censet, particulam, *ut*, sive, *sic*, & *sicut*, ornatus tantum causa poni, & ad connectendum sequentia præcedentibus; & ideireo Hieronymum, *ut* retulisse, reddidisse, &, atque in epistola ad Hebræos Syrum translatorem, *sicque* in psalmo item 55.[n] ubi legimus, *sicut fecerunt animam meam, pro nihilo fuerunt semitæ illius*, ab eodem Hieronymo conversum; *plantæ meæ observaverunt, expectaverunt animam meam.* Fauet Apollinarius, nullam hic habens rationem particulæ ὡς.

ἵνα ὑποδείξῃ, ὡς τοῦτο οὐκ ἔστιν ἴδιον.
Iurauit tantum, non ipsos requiem videre.

Equidem non dubito clariorem orationem reddi per pronomen, *quibus*, atque recte respondere particulæ אשר *asher*; & Paulum[o] potius rationem indo Deo expressisse consulas, cum interrogationis, *quibus autem iuravit non in requiem ipsius, nisi illis qui increduli fuerunt?* Quæ tortam occasionem fuit manus poterit hic mihi superius eidem loco dum citaretur plurimus, ponendi, *quibus*, cum sit, ut dixi, ubi, & non sic. Quamvis Ec-

clesia

a Ioh 21.14.
b Tit. 1. 16.
c Act. 14.16.
d Esa. 30.21.
e Prov. 4.19.
f Cant. 1.2.
g Psal. 35.4.
h Ps. 77.36.
i Esa. 29.13.
k vers. 11.
l vers. 3.
m vers. 1.
n vers. 11.
o Hebr. 3.18.

clesia in ejus loco diuino retineat, *quibus*, quemadmodum & humilia lectionis momenti, citra vllam iacturam.

Deinde sumi debet in editione nostra particula, *vt*, non causaliter, quamuis explicet Hugo, *propterquod*, sed similitudinariè, vt est idem quod *sicut*, eo namque modo transfertur in epistola ad Hebræos, nec *sicut* vsurpatur ad reddendam causæ. Tum ex aliis probabilioribus expositionibus, magis probabilem posteriorem iudico: quæ consentanea etiam est vulgaribus nostris linguis, in quibus ornandæ orationis, vel continuandæ causa dicimus; *& co*, *y anji*, *& anji*. Quod si vis propria similitudinis retineatur, erit idem quod *sicut* aut *ut*, *vt* nempe *ita vt*, *sic*, *ex iuraueram*.

Verum quia hoc pacto non aptè ingitur *vt* cum indicatiuo, cum quo legimus *vt iuraui*, præstat exponere iuxta vltimam sententiam *vt iuraui*, id est, *& sic iuraui*: vel *ita vt iuraueram*. Erit porro cum interrogationis aut epiphonematis nota legendum, *si*, *an*, &, *vt* accipiatur pro, *quam*, *vt*, seu *quam iuraui*; hoc est, quam assueratter & constanter?

Iuramentum hoc narratur indicatis prudem locis [a]. *Viuo ego dicit Dominus*, *sicut locuti estis auribus meis*, *sic faciam vobis*; *in solitudine hac cadent cadauera vestra*: *omnes qui numerati estis a vigintis annis & supra*, *& murmurastis contra me*, *non introibitis terram*, *super quam leuaui manum meam*, *vt habitare vos faceremi*, &c. Item [b], *iratus iuraui*, dicens; *si videbunt homines isti*, *qui ascenderunt ex Ægypto a viginti annis & supra terram quam sub iuramento pollicitus sum*, &c. Rursum [c], *cumque audisset Dominus vocem sermonum vestrorum*, *iratus iuraui*, *& ait*; *non videbit quisquam de hominibus generationis huius pessimæ terram bonam*, *quam sub iuramento pollicitus sum patribus vestris*, &c. *Nec mirandum indignatio in populum*, *cum mihi quoque iratus Dominus propter vos*, *dicens*, *Nec tu ingredieris illuc*. Alibi docuimus quo pacto Deus iuret.

In ira mea.] Hieronymus, *in furore meo*. Chaldaicè, *in exhorrentia furoris mei vt vos iuraui Deus*, vt paulo ante retuli. Minus recte Carpensis exponit *iurare per iram*. Per semetipsum iurat Deus: & quoniam in Deo eo modo quo est in ipso, de quo egimus alibi, sit ipsemet Deus, tamen proprié nemo *iurare* dicitur *per iram*, sed *in ira*, hoc est, ira commotus. Iurat aliquando idem Deus placidus, & mitis, inquit Cassiodorus, vt Dauidi [d], & Abrahamo [e], pollicens Messiam. Refert Galatinus [f] Rabenu Haccados ad Antoninum consulis Romani petitionem textum respondisse; ex Israel qui non ejecerint verbis Mosis, fore vt Deus ira percitus, effunderet super eos illam, iuratóque per suam suatem iuam eos non habituros salutem, nec in paradiso cum illo manuros, prout hic habetur. Magnus terror, ait Augustinus; ab exultatione cœpimus, sed ad magnum tremorem coëgit psalmus ille. Loqui Dominum magnum est; quanto magis iurare Deum? Iurantem hominem debes timere, ne propter iurationem faciat quod contra voluntatem eius est: exemplo fuit Herodes Ioannis interfector [g]; & Ezechias primogenitus publicus [h]; & Saul filium occidere fuit iramento volens [i], quod exaggerat Chrysostomus [k] & Iephte [l] de quo dicam [m] quanto magis Deum, qui nihil temere iurare potest? *Iurare Dominum* notat Ambrosius [n], qui iurare verum, quia sacramenti cum sui pœnitentia; periurare totus secutus vitat, qua fari non prodest, inquit Augustinus [o]. Adde Isidorum *iurare*, quia non temerarie nascitur. Vt non dicam, ortat naturam præfert in iuramento Deo [illegible]

Si introibunt in requiem meam.] Hieronymus, *si venient*. Paraphrastes addit, *ut requiescant auribus mei*, Græce est *εἰ εἰσελεύσονται*, & secundum alios *ἀναπαύσονται*, quod parum refert. Ostendimus psalmo 88. [p] particulam *si* adhiberi ad inuehendum per ejus apposite exercitationis, atque per apposite exercitationis, atque per apposite exercitationis, *accidet*, *sic vel sic mihi eueniet*. Quod videtur ad exprimendam voluntatem, ne contingat quod cum iuramento negatur futurum. Saltem constat eam particulam negationis vim habere. In epistola ad Hebræos [q] interpres Syrus per negationem reddidit sententiam; & Paulus [r] ipse per eandem explicauit, *quibus autem iurauit non introire in requiem ipsius*, *nisi illis*, *qui incredduli fuerunt*? Requiem suam intelligit Deus terram promissam, & in ea templum: vbi & peregrinans populus tandem conquieteret, & ipse qui terram populo parauerat, desinens etiam quodammodo peregrinari, in arca consisteret. Ita in fide, & sabbato ac festo coleretur per omnia à populo. In psalmo 131. [s] Deum prouocans Deum, canit; *surge Domine in requiem tuam*, *tu*, *& arca sanctificationis tuæ*. Hebraicè, *fortitudinis tuæ*. Paulus accuratè persequitur analogiam de introitu in requiem & sabbatismum cœlestem, citatis supra capitibus 3. & 4. epistolæ ad Hebræos, iubens timere, ne propter incredulitatem excludamur, & repudiatum Euangelium, adeoque bonum nuncium ac promittentem, quam præfigurabat tum illa terra, adhortans etiam vt festinemus ingredi in eandem requiem, multo meliorem requie sabbati, quod colebatur in memoriam peractæ creationis, & requie terræ promissæ, quoniam adhuc hodie alii requies promittitur verbis Dauid in illo psalmo, post tantum temporis, quo qui crediderunt, in eam terram sunt ingressi. Affinis autem huic est comminatio illa [t]; *Dico autem quod nemo virorum illorum*, *qui vocati sunt*, *gustabit cœnam meam*. Fuit etiam nonnihil quod antea recitauimus ex Galatino de Rabenu Haccados. Valde tremendam sententiam illam vocat Gregorius [u], tentata eandis ante percipiendam, vt tanto amplius sentiamus in examine, quanto formidolosius nunc audimus in prædicatione. Regina Vasthi Assueri regis iratus est, regnoque pepulit, quod ad illius introitum conuiuium remisisset [x]. Auctor operis imperfecti [y] *requiem* de qua hic agitur ait esse Christum ipsum, in quo quiescat & sabbatizet, qui otiatur ab vniuerso opere mundi, *non diligens illam*, *neque ex quarum* [illegible] *sunt* [z]. Cyrillus Alexandrinus [aa] illos qui Christi sermonem de sua comedenda carne, ac bibendo sanguine durum vocantes, abierunt retro, etiam cum illo non ambulabant [bb], similes facit ipsis Hebræis, quorum mens hæc fuit, vt quemadmodum qui a regio vocabantur, noluerunt, redire merito iussi sunt; sic & ii, inquit, illi, quoniam æternæ sibi vitæ propositam veram, qua in regnum cœlorum peruenire possunt, incredulitate sua contempserunt, retro abierunt, & ambulare cum Domino sua morositate recusauerint. Ad dictam requiem ipse inuet dux & via

[a] Num 14. 28. 29. 30.
[b] c. 32. 10. 11.
[c] Deut. 1. 34. 35. 37.
[d] psal. 88. 36.
[e] Genes. 22. 16.
[f] lib. 9. c. 9.
[g] Matth. 14. 7.
[h] Ephræm. 1. ser. de morbo linguæ.
[i] 1. Reg. 14. 24.
[k] hom. 4. ad Pop.
[l] Iudic. 11. 30.
[m] ibid.
[a] serm. 4. in 1. reg.
[b] in psal. 88. vers. 1.
[c] vers. 16.
[d] c. 3. 11. & 4. c. 3. 11.
[e] cap. 3. 11.
[f] vers. 8.
[g] Luc. 14. 24.
[h] hom. 36. in euang.
[i] Pfeffer l. 11. sermo
[k] hom. 1.
[l] 1. Ioan. 2. 16. & 17. 24. volens esse.
[m] Ioan. 6. 67.
[n].

est, qui requies *Iesus* quem adumbrauit Iosue introducens populum in requiem promissæ terræ, vt philosophantur ex analogia cum Iosue, Clemens [a] Alexandrinus, Chrysostomus [b], Rupertus [c], Origenes [d], Augustinus [e], Theodoretus [f], alij. Dicat quilibet animæ suæ [g]; *conuertere anima mea in hanc requiem tuam*; & [h], *hæc requies mea in sæculum sæculi*; & [i], *in omnibus requiem quæsiui, & in qua non inueni, in hæreditate Domini morabor*, ac *redeat spiritus ad eum qui dedit illum* [k].

Iacobus de Valentia errorem populi Hebræi in deserto per annos quadraginta, qui noluit intrare in terram promissam, & natorum ex eo, qui duce Iosue, & Caleb, sunt ingressi, satis apte accommodat ad plurimos Iudæos, qui credere Christo renuerunt, & per annos quadraginta expectati ad pœnitentiam, à Romano exercitu extincti, vel dissipati sunt, exulantes tum à terrena, tum à patria cœlesti. Ostendit præterea seruatæ legis præmium solam per se terram promissam non fuisse; quoniam aliæ regiones ab idololatris habitatæ multo meliores erant: nec priuasset Deus Mosem & Aaron viros iustos, ingressu illius: & Dauid sæpe declarat se longè excellentiorem desiderare; Salomon etiam censuit cuncta inferiora hæc bona, esse vana: & antiquus R. Moses Abenmaimon docuit Prophetas, & sapientes non desiderasse tempus Messiæ, vt dominarentur super orbem, neque vt haberent potestatem in gentibus, neque ad comedendum & bibendum, neque ad delicias & voluptates; sed vt vacarent in lege & sapientia, & fas esset habere vitam sæculi futuri; atque illo tempore reputandas diuitias velut terram, & non fore occupationem in Israël, nisi ad sciendum Dominum: tunc que futuros sapientes magnos, qui sciant verba clausa, & obscura, & attingant scientiam sui Creatoris, vt dicitur apud Esaiam [l]; *quia tunc repleta erit terra scientia Domini, sicut aquæ maris operientes*. Pluta idem Valentia in eandem sententiam tractatu proprio contra Iudæos [m], demonstrans sub typo terræ Chanaam cœlestem beatitudinem per se promissam fuisse, & hunc esse finem legis, & hominis spiritualis.

Videtur Deus ipse apud Ieremiam [a] argumentari ex comparatione minorum & maiorum, hoc pacto, *inuenit gratiam in deserto populus, qui rem inferat a gladio, videbit requiem suam Israël*, hoc est, vt explanant Paraphrastes Chaldæus, Lyranus, Rickelius, Vatablus, Clarius, & noster Castro, populus ille qui euaserat in deserto ex communi strage, inuenit gratiam apud Deum, qui dux præibat cum columna nubis & ignis, vt requiescere illum faceret in terra, quam patribus eius promiserat; & non inueniet eandem gratiam populus fidelis ductorem Dei filium Christum, qui introducat eum in terram viuentium Ecclesiæ, æternæque felicitatis, in requiem æternitatis. Sic loquitur auctor, licet apocryphus, liber quarti Esdræ [b], ex quo Ecclesia vsurpat nonnulla in officio diuino. *Ego Esdras* ait ille, *præceptum accepi a Domino in monte Oreb, vt irem ad Israël, ad quos cum venirem, reprobauerunt me, & respuerunt mandatum Domini* (sic huc supra, *nolite obdurare corda vestra sicut in irritatione*, &c.) *Ideóque vobis dico gentes, quæ auditis, & intelligitis. Expectate pastorem vestrum; requiem æternitatis dabit vobis*, (hinc illud opinor pro defunctis, vt & ex sequentibus, *requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis*) *quoniam in proximo est ille, qui in fine sæculi adueniet. Parati estote ad præmia regni, quia lux perpetua lucebit vobis per æternitatem temporis. Fugite umbram sæculi huius* (bonorum, & felicitatis temporalis) *accipite iucunditatem gloriæ vestræ* (hoc & aliqua ex his quæ sequuntur vsurpantur feria tertia Pentecostes in introitu Missæ) *Ego testor palam Saluatorem meum. Commendatum donum accipite, & iucundamini, gratias agentes ei, qui vos ad cœlestia regna vocauit*, &c. Postremo vide apud Augustinum distinctionem de triplici requie iustorum à labore culpæ; contemplatiuorum, à labore vitæ actiuæ; beatorum, à labore omnis miseriæ. Sessionem promittit Deus *in requie opulenta* [c]; & *morientibus in Domino, requiem à laboribus suis* [d]. Cæterum abruptè, cumque apoliopesi terminatus psalmus innuit loquentis indignationem Dei contra peccatores, maximè incredulos, atque acerbitatem mali, quod iis ille comminatur.

a cap. 31. 2.

b cap. 2. 33. & seq.

Requies triplex.

c Psa. 23. 18.

d Apoc. 14. 13.

PSALMVS NONAGESIMVS QVINTVS.

1 Canticum ipsi Dauid.

Quando domus ædificabatur post captiuitatem.

CAntate Dominò canticum nouum: cantate Domino omnis terra.

2 Cantate Domino, & benedicite nomini eius: annunciate de die in diem salutare eius.

3 Annunciate inter Gentes gloriam eius, in omnibus populis mirabilia eius.

4 Quoniam magnus Dominus, & laudabilis

dabilis nimis : terribilis est super omnes deos.

5 Quoniam omnes dij Gentium dæmonia : Dominus autem cœlos fecit.

6 Confessio, & pulchritudo in conspectu eius : sanctimonia, & magnificentia in sanctificatione eius.

7 Afferte Domino patriæ gentium, afferte Domino gloriam & honorem: 8 afferte Domino gloriam nomini eius.

Tollite hostias, & introite in atria eius : 9 adorate Dominum in atrio sancto eius.

Commoueatur à facie eius vniuersa terra : 10 dicite in Gentibus quia Dominus regnauit.

Etenim correxit orbem terræ qui non commouebitur: iudicabit populos in æquitate.

11 Lætentur cœli, & exultet terra, commoueatur mare, & plenitudo eius : 12 gaudebunt campi, & omnia, quæ in eis sunt.

Tunc exultabunt omnia ligna siluarum 13 à facie Domini, quia venit: quoniam venit iudicare terram.

Iudicabit orbem terræ in æquitate, & populos in veritate sua.

Titulus & Argumentum.

Vers. 1.] Canticum ipsi Dauid.

Quando domus ædificabatur post captiuitatem.

Tituli psalm.

ADDVNT aliqui Græci ἀνεπίγραφον μετὰ ἑβδομήκοντα, & Latini *sine titulo apud Hebræos.* Postponunt etiam quidam prima verba (*Canticum ipsi Dauid :*) nonnulli habent τοῦ Δαυὶδ *ipsius Dauid :* alij καὶ ᾠδὴ τοῦ Δαυὶδ *iam canticis ipsi Dauid :* denique in emendatis Græcis est ᾠκοδόμηται *ædificatum est :* in aliis ᾠκοδομεῖτο, aut ᾠκοδόμητο *ædificabatur* in præterito imperfecto, aut in plusquam perfecto. Basilio, seu Theodoreto minus assentior, neque Dauidem, neque qui primi prophetiam hanc interpretati sunt, hunc titulum scripsisse, sed alium quempiam, qui mentem psalmi superficie tenus aspexerit, de illis, qui è Babylone redierunt, ac Templum reædificarunt. In Bibliis etiam correctis notatur post titulum, *locus* ex 1. Paralip. cap. 15. Ibi, sicut & in 2. Regum cap. 6. narratur arcæ translatio, quam Dauid fecit de domo Obededom [a] in tabernaculum domi suæ constructum : præterea in cap. 16. [a] eiusdem primi libri Paralipomenon recitatur, & cantatum totum istum psalmum scribitur post 104. [b] ab Asaph, & fratribus eius, illo ipso die translatæ arcæ. Quia verò post captiuitatem Babylonicam restaurato Templo, prodit historia Esdræ [c], Leuitas filios Asaph in cymbalis stetisse, vt laudarent Deum per manus Dauid regis Israel, & concrepuisse in hymnis, & confessione Domino, *quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius*, quod est initium psalmi 104. quem cantatum diximus in translatione arcæ tectæ Dauid, cum hoc nostro, verisimile est tum quoque ambos decantatos. Idem præterea factum in dedicatione Salomonitici Templi significat secundus liber Paralipomenon [a]. ita vt hi psalmi peculiariter simili argumento destinati. Sequitur vero etiam compositos esse à Dauide, vt recitata omnes ipsum composuisse probibit. Hæc opinio est, sæpius à nobis indicata, & in praefatione demonstrata [b]. Nisi eò subterfugias, vt dicas psalmos per manus Dauid appellari, quos ipse cantari præceperit, etiamsi non compositerit, quod non credo. Nec refert nonnullum discrimen inter psalmum istum, vt hic est, & vt in Paralipomenis recitatur, sicut neque quod attinet ad 104. & ad 17. quia, vt Abulensis notat, sæpe eadem res varie modo scribitur, ita vt credi possit Esdram aut eum Paralipomenon alio modo interpretasse psalmos, quàm sint in psalterio, & cepisse Dauid eos composuit; quamvis in sententia nihil discrepans contineatur. Lege quæ dixi ad psalmum 17. Origenes ad Africanum scribens, hoc inter alia exemplo docet eadem itidem per è verbis à diuersis Prophetis scribi. Hinc præterea fit, non habere vim Lyrani argumentum, quod cum eo facit qui dicitur Hieronymus, nempe quia in principio psalmi vocatur *Canticum nouum*, non pertinere ad reædificationem Templi, quæ contigit ab ædificatione prima, omisso priore tempore, quo Dauid scripsit psalmos anno 485. eo autem tempore non erat vllus Dauidis psalmus *canticum nouum*, & tamen eiusdem psalmi cantati sunt. Nam ipsemet psalmus, qui præcipit cantari *canticum nouum*, est *nouum canticum*. Non etiam valet quod idem Lyranus subdit, in hoc psalmo præcipi, *vt annuntietur inter Gentes gloria Dei* [c]: nec enim idcirco sequitur admissos Gentiles ad reædificationem Templi; cum potius repulsi dicantur [c]: quoniam hoc solum est innuere ad celebrandum nomen Dei per vniuersum orbem: sicut sane celebris etiam postea fuit fama reædificati Templi apud Gentiles, eòque nonnulli ex religionis causa, vel vtendi illud voto veniebant. Posterius fari non debet, quod repetit, apponitque titulum ab aliquo expositore secundum imaginationem suam, literam huius psalmi ad ædificium Templi post reditum de Babylonica captiuitate, applicante.

Quod attinet ad argumentum, placet quod idem auctor confutet R. Salomonem, & alios Iudæos, de futuro alio Templo sub Messia interpretantes. Cum vero exponit de spirituali Ecclesiæ templo, ex viuis fidelium lapidibus collocandis in ædificio cœlestis Ierusalem, recipio vt mysticum sensum, latentem in literali de materiali, siue tabernaculo, quod extruxit Dauid, siue templo, quod ædificauit Salomon, & alij post captiuitatem restaurarunt. Id autem probant passim veteres, qui post siuum de posteriori Templi ædificatione mentionem fecerunt. Filius, & Theodoretus adumbratam in ea dicunt salutem nostram, hicque contineri vaticinationem duplicis aduentus Christi, & salutis Gentibus exhibitæ. Euthymius, atque Nicephorus

a vers. 23. & seq.

b vers. 8. & seq.

c lib. 1. c. 3. 10. 11.

præterea volunt anagogicè de assumptæ humanitatis habitaculo, in quo Dei Filius, post captiuitatem illam, habitauit, qui diabolus olim hominem captiuauerat. Chrysostomus, nulla mentione facta de figura, seu typo, refert psalmum totum ad Ecclesiam. Iustinus præterea, non dubitat in Apologia sua secunda ad Antoninum Pium, psalmo hoc integro vtrumque primo, & secundo, vt confirmet vaticinia de Christo; & iterum contra Tryphonem Iudæum. Idem facit Eusebius in demonstratione Euangelica [a]. Latini æquè consentiunt circa spirituale ac mysticum templum, quod sumus [b] nos, & ex nobis composita Ecclesia, quam Christus ædificat, liberando à diaboli captiuitate, & mortis, & peccati; pro tanto autem beneficio ad laudes, & oblationes offerendas Deo cunctos hinc homines, ac inanimatas etiam naturas inuitari, & ad celebrandam Christi omnipotentiam, & excellentiam in vtroque aduentu. Explicat hunc titulum isto modo egregiè Augustinus etiam in opere de Ciuitate Dei [c], dissipiens de destructa idololatria, & ædificata vera religione per Christum; & quam Hermes prænunciauit dolendo, peremptitiales [d] ostium Prophetam gaudendo, de medio tollendam idololatriam. Idem in sermone 20. de verbis Apostoli [e], explicans eundem titulum, scribit domum Dei cantando ædificari, credendo fundari, spectando erigi, diligendo perfici, in fine sæculi dedicari, prius latuisse sub captiuitate dæmoniorum. Inter psalmos adhortatorios, & præceptiuos Athanasius [f] hunc enumerat: cani autem debere, si per captiuitatem excisa sit domus Dei, ac denuò ædificata, vel etiam si quis Domino cantare quomodolibet cupiat: denique in eodem cum 92. 97. 98. perspici singula Christi in nos, virtute passionis ipsius, collata beneficia. Frequentat Ecclesia hunc psalmum in officio Natalis Domini, Circumcisionis, Epiphaniæ, Trinitatis, de beata Maria, de sanctis mulieribus, de Dedicatione, de Inuentione, & Exaltatione Crucis, de festo S. Michaëlis.

a lib. 6. c. 5.
b 1. Cor. 3. 16. & 6. 19. 2. Cor. 6. 16.
c lib. 8. c. 24.
d cap. 1.
e ad Marcellinum.

Vers. 1.] Cantate Domino canticum nouum, cantate Domino omnis terra.

Vers. 2.] Cantate Domino, & benedicite nomini eius, annuntiate de die in diem salutare eius.

Vers. 3.] Annuntiate inter Gentes gloriam eius, in omnibus populis mirabilia eius.

Sensus huius.

NOuo cantico, id est, eleganti, & excellenti, insolito, & mirabili, iugi, & continuo, semper instaurando, & decantando, decantari vult Dominum, atque celebrari nomen eius, non ab Hebræis tantum, a quibus tamen religiosè celebatur, sed ab habitatoribus etiam vniuersæ terræ, qui verum suum Dominum, ac Deum agnoscere, colere, laudare debebant, & quos in agendo quotidianas, continuasque gratias pro eximio, ac nouo beneficio, actutoties adhibere cupit, ni eorum pro salute ex omnibus per circuitum allata. Repetit verò idem terræ se, prædicari apud Gentes, & populos omnes magnificentiam Dei, & mirifica opera, quæ in gratiam cultorum suorum operari dignatus est, vt videlicet qui hæc intelligent, detestentur idola, falsósque colere Deos, ac æquè ad veri Dei transferant religionem, atque venerationem. Quis non videt quam hæc sibi cohæreant cum euangelicæ prædicationi, & prædicatoribus euangelicis, iussis *prædicare Euangelium omni creaturæ* [a], & *docere omnes Gentes* [b]? In Paralipomenis [c], vbi recitatur hic psalmus paulo brevius, ex duobus versibus conflatur vnus hoc pacto: *cantate Domino omnis terra, annunciate ex die in diem salutare eius.* Vbi Abulensis [d] videtur sentire mutationem istam, & similes factas ab Esdra compositore librorum illorum.

a Marci vlt. 15.
b Matth. vlt. 19.
c lib. 1. cap. 16.
d q. 18. & post q. 25. in expos. litera.

Cantate Domino canticum nouum.] Addit Paraphrastes, *angelis excelsi* nimirum Dei excelsi, & vtitur voce Græca angelorum ἀγγέλοις ὑψίστου *angelois hypsistou*. Probabilius est dirigi sermonem ad omnem terram, quæ statim nominatur, hoc est, ad habitatores terræ, vel vt sit distinctio inter hæc membra, ad Hebræos. De *cani eo nouo* prius occurrit mentio in psalmo 32. [e] & 49. [f] Ad idem cantandum inuitat etiam psalmus 97. & 149. Esaias item 8. Significat literaliter ea quæ dixi in paraphrasi: eo fere modò, quo charitatis mandatum dicit *nouum*, docui commentatio in primam Ioannis epistolam [h]. Enarratores hoc loco nouitatem ædificij ecclesiastici, & euangelicæ legis indicari notant cum renouatione cuiusque hominis per baptismum [i], veteriisque hominis depositionem [k], cupiditate reiecta, recepta charitate [l], & quia *nouum fecit Dominus super terram* [m] in incarnatione. Euthymius, & Lyranus adiciunt Canticum Angelicum in Christi natiuitate [n]. Chrysostomus, inductione facta per nonnulla Cantica veteris Testamenti, perpendere nos iubet, illa vnius populi circumscripta, vnoque climate fuisse conclusa, extra quod nefas esset cantare, vt est in psalmo 136. [o] *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?* canticum autem nouum, nouæque legis per omnem terram incedere, quæ sub cœlo est, & ab vniuerso decantari orbe, idque sibi velle, quod hic subditur; *Cantate Domino omnis terra.* Rickelius *nouitatem* spectat in doctrina Christi de perfectione, & vt cantaturus laudes Deo, id faciat per mentis deuotionem, otis laudationem, reuerentialem verborum prolationem, operis executionem. Monet etiam *nouitatem* consistere in recenti animi deuotione, ita vt ex fluenti nostri Saluatoris amore, semper noua cantica secundum propriæ cordis illuminationem reperire studeamus, quo modo sæculi amatores noua carmina confingunt, & canunt de eo, seu de ea, quam carnaliter amant. Obseruat Hugo cantatum *canticum nouum* à veteribus Patriarchis, cum desiderabant incarnationem; a nobis, qui ob exhibitam exultamus, Deumque laudamus; & ideireo librum, cui principium est, *Osculetur me osculo oris sui*, & in quo desiderium illud exprimitur, appellari *Canticum canticorum*, id est, excellentissimum, quod per *nouum* significari diximus. Addit idem mystici cantico secundum *renouationem, quæ fit spiritu mentis nostræ* [p], cantari Dominum. Baptismi,

e vers. 3.
f vers. 4.
g cap. 42. 10.
h cap. 2. 7.
i Tit. 3. 5.
k Ephes. 4. 22.
l 1. Ioan. 1. 7. 34.
m Iere. 31. 22.
n Luc. 2. 13. 14.
o vers. 4.

Tertia cum iusserit...
...
...
p Ephes. ...

quod

quod est primum carmen Moïsi post demersos Ægyptios [a], Panitentiæ, quod est Iudith [b], cuius etymon est, *confessio*, aut *gloriatio*, Gloriæ quod est Simeonis, & canitur in Completorio [c]. Non placet Deo, sed auferri imperat [d] multitudinem carminum, & cantica Iræ ad voluptatem comparata, vel absque nouitate vitæ, ac fine nouo, atque recenti spiritu prolata: hortatur autem Apostolus [e], vt *repleti Spiritu sancto loquamur nobismetipsis in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus, cantemus etiam, & psallamus in cordibus nostris Domino, gratias agentes Deo, & Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filii dilectionis Filij sui.* Maximus [f] Taurinensis *nouum canticum* sumit de Deo incarnato, de illæsa matris virginitate. Edidit Augustinus [g] tractatum de *Cantico nouo*, & de reditu ad cœlestem patriam, ac vitæ periculis. Nouitatem vitæ ait esse *canticum nouum*, seu *testamentum nouum*, propter hominem nouum, qui exuit *veterem* [h], fecitque *vetera transisse, factaque omnia nova* [i]. Philippus Grineus [k] Cancellarius Academiæ Parisiensis *veteris hominis cantica* numerat, & explicat, cùm cantat ex superbia, ex gula, vel luxuria; sicut sues gattiunt tempore luxuriæ, & hinnit equus: præterea pro lucri acquisitione, pro pacis securitate, amicorum propinquitate, filiorum multitudine: item propter potentiam, vel damnum alienum: denique ex propria malitia. *Cantica noui hominis* ait esse ex opprobrijs; ex tribulatione; ex rebus secundis; verùm ita vt cantet Domino, non sibi: ad hæc pro spe æternorum, vt gallina, inquit, quæ ouum fecit: rursum pro aliorum profectu, pro diuinæ præsentiæ consolatione; pro fidelium multiplicatione; pro passionum carnalium exstinctione. Tertullianus [l] interpretans *cantate ei canticum nouum* ab innouatis per resurrectionem cantari, argumentatur eumdem ipsum, qui mortuus est, resuscitandum, nec fore transmigrationem Pythagoræam. *Si non meminerim*, ait ille, *me esse, qui merui, quomodo gloriam in Deo dicam? quomodo canam sibi nouum canticum, nescions me esse, qui gratiam Deo debeam.* Ibi tamen quodnam cantabitur canticum nouum: proprie à quibusdam, non ab omnibus [m], de quo alibi, Irenæus [n] hinc quoque confirmat eumdem virum qui Testamenti Deum esse: qui & in Euangelio [o] Patersamilias dicatur, proferens de thesauro suo noua & vetera. Incidi postea in librum Mezarinum nostrum [p], qui differens Italico sermone de hymni doxologici *Gloria Patri*, &c. antiquitate, docet cum mutamur à Dauide ad *canticum nouum*, moneri nos missa vetera facere Hebræorum cantica; vt *lucernam occidentem pro spiritu vanitatis nos* [q], cum quo Christus exposuit nos nulla perperam ab ipsis intellecta [r]: vt promissionem rudem bonorum temporalium pro centuplo, vita æterna, regno cœlorum: legem talionis [s], odiumque inimicorum, pro amore illorum, & patientia, cui mansuetudine. Deinde, vt si cantauit Moses propter submersos Ægyptios [t], Anna, quia filio peperit ibi roborata [u]; Dauid quoniam eum eruit Saulem [x]; Ezechias ob propagatum vitæ spatium, iterum Moses [y] pro temporalibus beneficijs; nos cantemus noua, & magis diuina de causa, quia victoriam Dominicam, & ruptos genuinos in Christo, liberatos furores à dominio peccati, erepti de inferno, spiritu dibus bonis ditati.

Tandem putat prædictam hoc psalmum & 97. & 149 *nouum* dici, quòd Iudæi illum decolligere: cum etiam in illo psalmo cepta tum [illegible] tempus repetitionem de Trinitatis mysterio notarint Euthymius, Hugo, Aluarus, Carthusianus, Lyranus, Remigius.

Cantate Domino omnis terra.] Cassiod. [z], *omnes resistentes.* Habitatores terræ plures interpretantur, nec non Nazianzenus, cum Scholiaste Niceta, qui nato Christo, de quo agunt, post Angelos lætati sunt pastores, *& glorificauerunt Deum* [a]. Quò refert locum prædictum eumdem psalmi nostri [b], *Lætentur cæli, & exultet terra.* Quamuis vt idem Niceta obtendat, possint hæc exponi de inanimatis elementis, quorum mira debilem voluptatis magnitudinem, ad lætitiam excitentur. Aride & ad laudandum Deum, vt sæpe alibi Augustinus [c] docet per *omnem terram* intelligi omnes homines, qui sunt in terra, eo modo loquendi, quo per id quod continet, id quod continetur significatur, sicut dicitur *totum templum* in re loquitur, cùm homines loquuntur, qui sunt in templo. Euthymius *omnem terram* inuitare dicit, quia vocatus Christus liberaturus omnem terram à dæmonum captiuitate: sed non prorsus non videre, quo pacto hæc verba iuxta historiam ædificationis Templi possint accommodari, cùm à Gentes, præter Iudæorum genus, ex hunusque admissione nihil omnino inuarentur. Simili credidit Hieronymus, & Lyrani argumento iam prius responsum est. Theodoretus [d] colligit argumentum contra Nouatianum, qui certis peccatis pœnitentiam negabat. Optatus [e] viget Donatistas, qui in solo angulo orbis arctabant Ecclesiam esse; quoniam si Spiritus sanctus solum illud diceret, *Cantate Domino canticum nouum*, possent dicere, quia ipsis solis dictum est, sed & ad Ecclesiam, quæ vbique est, sæpius dictum est. [*Cantate Domino omnis terra*, &c.] Tum concludit, recitatis aliis, quæ hic sequuntur, & ex aliorum prædictorum testimonijs. *Si apud vos cantauerunt Ecclesiæ omnes, sedetis, fraudatis aures Dei: si autem vultis laudare cum omnibus, aut quia nobis soli, cum omnibus, soli consequimini.* Perstringit hoc idem Remigius, dicens, non solum Iudæa, non solum Africa, sed etiam *omnis terra*. Chrysostomus legem restrictam scribit ad certum locum, & quasi thesaurum; quoniam populus Iudæus obnoxius erat periculo idololatriæ, propter imperfectionem; quemadmodum vir vxori, cuius timet pudicitiæ, locum circumscribit. Ecclesiam verò, & cultum, atque sacrificium per orbem diffusum, iuxta Malachiæ [f] prædictionem. Subiicit distinctionem nouem sacrificij generum in Ecclesia, quam apud ij sum, si vis, leges; & à nobis alio loco declarata est.

Cantate Domino.] Præter Trinitatis mysterium, quod notari à nonnullis in hac triplici repetitione dixi, Hugo moraliter obtenuit speculare ad denotanda tria noui Testamenti cantica, Mariæ, Zachariæ, Simeonis, quæ quotidie ab Ecclesia cantantur: deinde ob triplicem harmoniam vocis, ad conferentiam, ad vitam, ad famam; item contra adversos, suffragantes horas, despicientes, mysticam. Addo ex Rickelio quod antea augi, mentis deuotionem, oris laudationem, operis executionem. Augustinus

a Exod. 15.1.
b cap. 16. 1.
c Luc. 2.29.
d Amos 5.23.
e Ephes. 5.19. 20. Col. 3.16
f hom. 5. de Natiu.
g tom. 9.
h Coloss. 3.9 2 Cor. 5. 17.
k ferm. 203. in psal.
l de resur. carnis cap. 40.
m Apoc. 14. n lib. 4. c. 21
o Mat. 13.52.
p To. 4 differt. 103. tom. & seq.
q 2. Cor 3.6.
r Mat 5.21. & seq.
s vers 38.
t Exod. 15. 1.
u 1 Reg. 2.1
x psal. 17. 1.
y Isa. 38.20.
z Deut 32.1.
a Luc. 2.13.
b psal. 11.
c de ciuit. 18. c. 46.
d in Psalm.
Summa moralis.

ostendit prædicatori bene conuenire, vt *cantare* dicatur: postque tum de auditoribus queri, quod *non flent dum ipsi canunt, nec plangunt, dum lamentantur*: tum auditores de ipsis, quia palpant eos, qui terrendi essent; & versus cantando, tacent operibus. Citat Gregorium [b] gallis exemplo verumque declarantem, & confirmantem. Tu lege.

a Matt. 11. 16. 17.

b lib. 30. Mor. c. 7.

Et benedicite nomini eius.] Addita est communitio ἐφ'. In psalterio vetere, ac Romano, apudque Augustinum, & Cassiodorum, *nomen eius.* Quid sit *benedicere nomen Dei*, dictum psalmo 71. [c] Nomen *Iesu* Euthymius, creditus Hieronymus, Glossa interlinearis, Aiguanus, alij, nomen commune interpretantur. Nota, inquit Remigius, quod tres personæ deitatis sunt in essentia vnitatis, ideo cùm diuisset illis tribus personis cantandum esse æqualiter, subiunxit, *benedicere nomini eius.* Solum nomen Dei habemus, aut Hismo, nondum etiam rem, quod multum valet, non quia prolatum, sed quia creditum. Non sufficit cantare, nisi quoque benedicas: quidam enim cantant & maledicunt, vt in carminibus fescenninis, ait Hugo.

c vers. 17. 19.

Annunciate.] Verbum Hebræum בשר *basser*, pro quo Græcum est εὐαγγελίζεσθε vsurpant Hebræi in rebus lætis fere tantùm, vt alias notauimus. & Maidonatus [d] noster obseruat. In vetere psalterio, & Romano, ac apud Augustinum, Cassiodorum, & Bedam [e], *bene nunciate.* Id sonat dictum verbum Græcum, quod solent Lxx. pro dicto Hebræo reddere; legit quodam loco Augustinus [f], *bene dicite.* Apostrophen diligi Euthymius, Glossa, Hugo docent ad Apostolos, & illorum successores, ac prælatos.

d præfat. in Euang. c. 1.

e Hom. 1. de Natiuitate.

f ser. 55. de diuers.

De die in diem.] Legit alicubi Augustinus [g], & Beda [h], & Hieronymus [i], *diem ex die*, sic Græcè ἡμέραν ἐξ ἡμέρας. In Paralipomenis [k] habetur, *ex die in diem.* Græcè ἐξ ἡμέρας εἰς ἡμέραν. Hebraicè יום־אל־יום *mijom el iom*: hic autem יום ליום *mijom leiom.* Significat *quotidie*, vt explicat Rickelius; & *continuè*, vt Glossa interlinearis, & Lyranus: vt Remigius, *omni tempore*: vt Bruno, *frequenter, per singulos dies*: vt Haimo, *assidue*: vt dictus Hieronymus, *hodie & cras*, idem nempe quod καθ' ἡμέραν & *per singulos dies.* Quod in Isaia I legimus, *de die in diem*, extat Græcè sicut hoc loco, καθ' ἡμέραν. Hebraicè autem יום יום *iom iom* & in psal. 67. [m] *die quotidie.* Hebraicè dicitur etiam יום יום *iom iom*; Græcè autem καθ' ἡμέραν καθ' ἡμέραν. Mystice annunciare de die in diem Latini explicant de Filio in Patrem, & contra, vel de vetere Testamento in nouum. Addit Remigius de virtute in virtutem: Bruno de vitio clara virtute, & operi tam mercenario quam cæteri, ne cum aliis prædicauerit, ipse reprobus efficiatur [n]. Primum varijs locis tradit Augustinus [o], Maximus [p], Beda [q], Fulgentius [r], legens *euangelizate de die ex die.* Item [s], *bene nunciate*, siue ac præterea ex Græcis, Auctor operis imperfecti [t].

g 8. de Ciui. c. 24.

h hom. 1. de Natiu.

i in Isa. c. 52.

k lib. 1. 19. 23.

l cap. 58. 2.

m vers. 20.

Mystica explicatio.

n 1. Cor. 9. 27.

o q. vet. & noui test. q. 55. de diuers.

p hom. 1. de Natiu.

q hom. 1. de Natiu.

r de pœn. contrit. cord.

s ser. de Nat. 1. hom. 33.

t ad c. 4. 12.

Saluare eius.] Chaldaicè, *redemptionem eius.* Admitto Cyrillum de salute per Iesum, in cuius nomine Deus est; *nec aliud nomen datum nobis sub cœlo, in quo oporteat nos saluos fieri* [x]: fauetque huius loci Hebræa vox ישועתו *Iesuato*: & ita passim docent Enarratores; præterea que Iustinus [x], nominans τὸ σωτήριον μου τοῦτο τὸ σωτῆρα Ἰησοῦν: & Hieronymus [y]. Abulensis [z] nomine *saluare*, & *salutare* quodlibet bonum hominì à Deo datum, & per quod liberetur ab aliquo malo, comprehendi vult. Neque hic sensum, quod omnes laudare debeant Deum propter beneficia generalia, per quæ saluantur, & ea quotidie annunciare, vt omnes sciant, quod tota vita nostra, & omne bonum nostrum pendet à Deo.

x in Trypho.

y in 1. Paralip.

z in 1. Paralip.

Annunciate inter Gentes gloriam eius.] Hieronymus, *narrate in Gentibus*, quomodo etiam extat in Paralipomenis [a], vbi idem Hebræum verbum, quod hic ספרו *saperu*, sed Græcum ἐξηγεῖσθε, hoc loco autem ἀπαγγέλλετε. Superius autem erat εὐαγγελίζεσθε, & בשרו *basseru*, vt dixi. Quò fit vt synonymè sumantur verba: nec vis fieri semper valeat in propria significatione. Legit Optatus [b], *pronunciate*, virgines, vt antea quoque monui, Donatillas, *quia non dicit*, inquit *in partem a Africæ, vbi vos estis, & qui, omnes populos.* (*quod mox sequitur dixit, neminem excepit. Et vos solos ab omnibus populis, de quibus hoc mandatum est, separatos vos esse gratulamini, & vultis vos solos esse totum, qui in omni toto non estis.* Hoc modo ille. Idem facit hoc loco Augustinus, negans illos gloriam Christi quærere, & annunciare, sed suam, qui in domo nolunt esse, quæ in psalmi titulo notatur, id est, in Ecclesia. *Gloriam* Euthymius, Nicephorus, Hugo, ac Iustinus [c] etiam de passione Christi, fuisse enim ipsi gloriosum, pro seruorum suorum redemptione, atque salute tanta pati. De sua Christus loquens passione dixit [d]; *Venit hora vt clarificetur filius hominis*, & Paulus [e] *gloriari nolebat, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi.* Accipiendo quoque *gloriam* pro beatitudine, prædicatores Hugo reprehendit; qui inter Gentes, seu Paganos, si non fide, certè moribus, prædicant solum tormenta, pœnas, minas, quæ terrent; non gloriam, quæ alicit, volentes Deo acquirere seruos, non amicos. Monet etiam vt prædicent non seipsos, & gloriam propriam, vel mundi, sed Dei, sicque *in doctrinis glorificent Deum* [f].

a lib. 1. 16. 14.

b 2. contra Parmen.

c in Trypho.

d Ioan. 12. 23.

e Gal. vlt. 14.

f Esa. 14. 15.

In omnibus populis mirabilia eius.] Sic psalmo 97. [g] *Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit*: & in psalmo 9. [h] *Narrabo omnia mirabilia tua*; & apte *mirabilia, mirabiliterque patrator* appellatur Deus. Sed opere incarnationis nihil mirabilius, cum Christi doctrina, vita, miracula. Est Hugonis tropologicum monitum aduertus eos, qui celebribus prædicare gestiunt in locis, vnde laudem, & famam colligant, non ad suas plebes, & subditos in obscurioribus habitantes.

g vers. 2.

h vers. 2.

Mystica expositio.

Vers. 5.] Quoniam magnus Dominus, & laudabilis nimis, terribilis est super omnes deos.

Sensus 1us.

Magnum Dei, & *mirabilia*, & *saluare* canticis, laudibus, prædicatione digna confitemur, quia magnus est in potentia, sapientia, iustitia, bonitate, & quouis alio modo, quem quis animo queat apprehendere, atque infinito quodam interuallo superat quantamlibet eius cumque laudationem. Is Deus & talis est, qui supra cunctos, qui dicuntur dij, & a suis tribuentur cultoribus, in summa omnes habeant veneratione, ac timore. Denique infra dignita-

tem,

tem, & metuendum huius Dei optimi, atque maximi affert magnitudo eius laudantium, nec fit quemquam huic quia verè, sed per participationē, seu qui falso & superstitiose, dicatur Deus, comparandum esse, terendum omnibus formidandum, & verendum, falsos vero etiam Deos, qui sunt angeli apostatæ, de quibus per se intelligit, vt sequentia docent, re factō que ipsis contremunt etc. Exponentes de Christo, potest videri occupatio, ne quis incredibile putet quod de ipsius gloria, & mirabilibus annunciandis, atque de salutati decantando tam exaggeratē insultatum est. Nam qui homo est ac *parvulus natus*, vt ibi est *admirabilis*, *Deusque fortis habens imperium super humerum suum* [a], *fecit magnum*, *qui potens* [b]; *laudandus est*, *quia bonus* [c]; *dignè eum invenire non possumus*, & *enarrari non potest* [d]: *Multa de eo dicentes deficiunt* in verbis, *consummatio enim sermonum ipse est in omnibus: omnipotens super omnia opera sua: terribilis & magnus vehementer, & mirabilis potentia: quantumcunque quis glorificet illum, superabit adhuc, & admirabilis est magnificentia quantumvis bene dicat quis eum, & exaltet quantum potest, maior est omni laude eius: & cum glorificatur quis virtute, non est quod laboret: quia non comprehendet: quis videbit eum, & enarrabit eum? & quis magnificabit eum, sicut est ab initio, multa abscondita sunt maiora his, pauca enim audimus operum eius.* Hoc ex Ecclesiastico [e], paucis mutatis.

Quoniam magnus Dominus, & laudabilis nimis.] Hæc ipsa sunt prima verba psalmi 47. quo redi, si placet. Potest porrò, *quoniam*, hic & sequentibus verbis accipi continuatiuè, & exegeticè, non causaliter, vt sit sensus: [annūciate quod magnus Dominus, & laudabilis nimis, & terribilis super omnes deos, & quod omnes dij Gētium dæmonia] *Valde se commovere parvum* ait Augustinus, *tam multa possum: parvus filius est, quia parvi eruditionis est adhuc magnus, & in illo magni erunt. Quod dicimus est lingua parvuli ad laudandum magnum*: Dicendo *nimis*, *valde*, significat מְאֹד *meod*, & σφόδρα, vt alibi monui: emittit vocem, & dedit cogitationi quod sapiat tanquam dicens. Quod sonare non possum, tu cogita, & cùm cogitaueris, parum erit. Quod cogitatio nullius explicat, lingua alicuius explicat: Tale illud Anselmi [f] Deum alloquentis; *Domine non solum es quo maior cogitari nequit, sed es quoddam maius quam cogitari potest. Quoniam namque valet cogitari esse aliquid huiusmodi, si tu non es hoc ipsum, potest cogitari aliquid maius te, quod fieri nequit.* Non solum terminatus finis quo, &c. sit, quod hominis cuiquam cogitationem datum; sed infinite maior est Deus. *Magnus enim est, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis* [g].

Terribilis est super omnes deos.] Pro est, habet Hieronymus, ipse, quod respondet pronomini הוּא *hu*: nec ratō ita vertitur. Nam dicas fuisse נוֹרָא *norah*. in Paralipomenis, & *horribilis*, Vbi nescio cur Abulensis negat, *terribilis nimis*. Satius est ita accipere *deos*, ac falsis numinibus, etiam si verum sit quod dicuntur participatiue, vt sancti tum angeli, tum homines, vel ipsa potestates, ac dignitate præcellentes, esse animis terrori, & horrori. Negat Ruffino Carthusianus eo comparationem fieri cum falsis dijs, ac; propterea subdit, *Quoniam omnes dij Gentium tanquam*, nec enim vlo modo eadem egregium cum talibus comparatio, sed potius indignā Deo. Atqui maximi fiebant à Gentilibus dij eorum; idcirco comparatio cum ipsis aptè fit, saltem ad hominem, vt dicant, & alibi reperitur non infrequenter, etiam in psalmis: [in vno vt verè pronunciat Dauid *Quoniam tu es Dominus Deus noster*] Deus pro eo quod nominatur *Deus deorum* [h], videlicet eorum respectu filiorum. Hoc patet ex Exodo, Iosue, & præterea in opere de Cantate [i] Et Augustinus, qui concedit *terribilem* dici Deum super omnes deos, quæ sint dæmonia, non autem vere dei. Sed quid obliter non video, nisi cuiquam dictum. Terroré Dei experti sunt Ægyptij, Pharao, Babylonij, hostes Hebræorum, & hoc testimonium fuit [k], & meretricem testata est Rahab [l], Gabaonitæ [m], Philistæi [n], Achior [o]. Terroré Christus meruit profanantibus templum [p], & illis, qui animati, magnique numero venerant ad ipsum comprehendendum [q], dæmonibus quoque dum eiiciebat eos. & illi se querebantur *venisse torquere* [r]. Sed in iudicio, qui timere videbantur in passione, maximo terrore reprobos, afficiet, ethe etque *vt tubentis timore horribile* [s]. Ipso nutu moriente contremuit moles terræ, & in eius descensu ad inferos, cuncta subterranea numina, seu potius hebetum hominum nomina: conticuerunt deinceps oracula: & dum puer fugit in Ægyptum, ibi corruerit simulachra dicuntur; per discipulos item Christi eadem vbique deiecta sunt, & dæmones pulsi cedibus suis & abobedientia summo imperio, & potestate. Quod argumentum Patres validissimè vrgent contra Gentiles & Iudæos, maxime Athanasius [t], Cyprianus [u], Augustinus [v].

Vers. 6.] Quoniam omnes dij Gentium dæmonia, Dominus autem cœlos fecit.

HÆc est ratio cur *Deus terribilis sit super omnes deos*, quia quos Gentes colunt dij, non vere tam dignitatem habent, sed vim potestatem & nocendi, & idola, seu simulachra vocantur, quæ dicuntur *dæmonia*, occupantur, obsidentur, & per hæc quandoque oracula reponunt, aiunt. Verus autem, & vnicus Deus condidit omnes creaturas, quia cœlos, qui magis præ cæteris videndi, actui, dicturi sint, ita vt ex his ad alias res argumentum fieri valeat, cum pulchrum nihil præ cæteris cœlis credant homines, corporibus cognoscendis, & æstimandis affecti. Alias docui quotuplex sit inter Deum verum, & deos falsos Gentium fit comparatio, vel de Deo vero sermo habetur apud Gentiles, cognominari Deum verum solere à cœlo, vt dicatur *Deus cæli* aut describi ab effectione, seu creatione cœli. Id vltimum monui in principio psalmi 90. Sæpenumero autem etiam attribuitur Deo opus cœlorum in psalmis [q], vt omittam eos, in quibus cœlis terra iungitur. Videtur Abulensis [r] occurrere obiectioni, vnde nascitur Hebræos probare Genesibus, quod Deus cœlos fecisset. Respondet [illegible] ex duobus terris, nullum autem ex cœlis habere ancipitis vnquā de duobus, quod aliquando eorum fecerit cœlos, non nihil crederent esse creatum, sed mundū æternum. Quidquid hujus per peccatum dixerit Aristoteli, Platoni, & aliis philosophis, quod affirmauerit aliquis, & nominatum quod ad cœlos attinet, minuit Aristoteles [s], dicens *frustra se non posse, quia a Deo nihil frustra fit.* Potest id ratione demonstrari, vt ostendunt in margine citati, præ-

que Pererius refert [a], & nos in philosophiis. In actu Perpetuæ, & Felicitatis est. *Ius ad martyrium vocat, quod est ad regionem quæ liberis*, & clara voce hunc pretuisse versiculum a cuersus idola, & in veri Dei confessionem.

Quoniam omnes dij Gentium dæmonia.] Hieronymus, *dæmonum simulacra*. Alij, *Deæ*, quod etiam est in Paralipomenis [b], tum Latinè, tum Græcè εἴδωλα quamvis Hebraicè vtrobique sit אלילים *elilim*. Quidam vertunt, *simulachra, vanitates, mera nugæ, res nihili, vacuitates, quædam mendicæ, fictæ*. Abulensis [c] præfert translationem, quæ habet *idola* aut *sculptilia*, quia *dæmon* significat substantiam intelligentem, & conuenit id nomen omnibus angelis; immo & Deo ipsi, quamvis mali angeli vocentur *cacodæmones*. Atqui non est hoc loco nomen *dæmonion*, sed *dæmoniorum*. Deinde quidquid sit de etymo vocabuli *dæmon*, de quo egimus psalmo 95. [d] non ita reperietur de *Deo* dici. Certè in Scriptura nec *dæmon*, nec *dæmonium* sumitur aliter quàm in malam partem, vt Augustinus docet [e]. Hebræum nomen אלילים *Elilim*, & singulare אליל *Elil* redditur ab Interprete aliquando *mendacia* [f], seu *fœtus* g, à Lxx. [h] *ἀσέβειαι augurium*, præterea *idolum* [i], *simulacrum* k. Deriuant aliqui ab אין *al* quod *negationem* significat, quasi nihil sit, vt etiam describit *idolum* Paulus [l], vel ab אל־אין *al el non Deus*, vel per contemptum, & diminutionem, ac si dicres *deiculum, & deiculum*, vel *abvlul indo*, sic enim Lxx. legunt apud Elaiam [m] ἐλολύξατε τῷ ἐλωᾶ, *ululate ululatu*, vel tamquam si esset אלים *ilelim mutæ* quomodo Apostolus [n] cognominat *simulachra muta*. Paraphrastes hoc loco, vt eum reddit melius, Nebiensis, *omnia, quæ timent populi, idola sunt*, voce, quæ imitatur Hebræam significante *abominationes* שקוצים *schikkutsim*. Sunt & alia nomina, quibus *idola* Hebraicè nominantur, vt עצבים *hitstsebim dolores*. & ab iniquitate און *auen*, & בית־אל *bo'eth confusio*, & בעל *babhal dominus*, & גלולים *gilulim fordes* & סמל *semel sculptile*, & מפלצת *miphletsseth terror*, & תוהו *thohu desolatio*. Alia omitto. Hæc sufficiunt ad *idolatriæ* turpitudinem describendam. Quod autem vertisse Paraphrastem dixi, ostendit putasse Gentiles aliquâ in Idolis magnam virtutem, & diuinitatem fuisse, nec enim aliter timerent. Hoc alias docui, & innuit vocabulo, *Deus*, vt aliqui putant δεῖν τὸ δέος, *id est*, *à timore*, & λατρεύω, quæ ab augente particula λα descendit, & τρέειν *tremere*, & Iacob sic deiurasse *Deum* quod *esset timor patris sui Isaac* [o], id est, *Deus quem timebat Isaac*. Lege Augustinū [p], Eusebium [q], Lactantium [r], Minutium [s], Cyprianum [t], Tertullianum [u], & quæ dixi de origine idololatriæ in librum Sapientiæ [x], actúsque Apostolorum [y]. Dicuntur vno verbo *dij Gentium dæmonia*, quia quidquid creatum coluerunt Gentes, malis dæmonibus auctoribus id coluerunt, etiam si forte nec illos colerent, nec eos esse scirent, aut crederent, sed cultum rebus omnino inanimatis deferrent. Videtur Clemens Alexandrinus [z] legisse hoc loco οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαίμονες εἰσὶν εἴδωλα, vel ad maiorem emphasim inferunt εἴδωλα. Differit etiam de *idolatria* Suarez noster in opere de religione [a], qui quod huc spectat in summa docet cultum idolorum processisse ex opinione diuinitatis, existentis per quandam consimulationem in statuis, aut ratione hominum, qui per ipsas repræsentabantur, ac vt dij colebantur. Vtrouis modo auctor ac-

mon *idololatriæ* & sub imaginibus, statuisve delitescebat, vt relatu docent Patres.

Deum autem cœlos fecit.] Nomen tetragrammaton hic habetur, & incommunicabile, ac proprium Deo vero. *Magnificentius*, ait Augustinus, exultanti præcedentem psalmum, & *breuius tibi commendare non potuit Spiritus sanctus per Prophetam, Deum ac Dominum tuum. Parumne erat, quia [terribilis super omnia dæmonia.] Quidnam esset super omnia dæmonia? quia dij Gentium dæmonia. Quid sunt Dominus tuus, vbi non possent habitare dæmonia. Cœli præponuntur dæmonibus, Dominus tuus & ideo, quia Dominus tuus, & cœlos fecit. Quanto ergo aliter a dæmonibus tuis Gentium, qui aliter cœli, ende ceteri angeli vt fierent dæmonia.* Tum subdit; quæ soli debentur vero Deo, dæmonibus homines fecisse, templa, aras, sacrificia, Sacerdotes instituisse & vates. *Dij* [a], *qui non fecerunt cœlum, & terram, perent de terra.* Mysticè cœli, quos fecit Dominus, Apostoli sunt, & alij sancti, qui sunt dæmonibus potentiores; Diabolus, quasi figulus, & artifex falsorum Deorum alij fecit deum ventrem, alij pecuniam, alij meretricem, & sic de alijs, inquit Hugo, Augustinum citans, dicentem, quod vnusquisque colit, & veneratur, hoc sibi Deum esse. Sancti, & iusti profitentur, & hoc ipsum alios scire volunt *quod ipsos fecit Deus, & non ipsi se* [b], & *fecit eos regnum & sacerdotes* [c], &c. at peccatores faciunt se tales, quorum vnus dixit [d], *Ego, feci memetipsum*: quamuis intelligat de opibus, & potentia.

a Iere. 10. 11. *Mystice sensus.*

quod vnusquisque colit & veneratur hoc est Deus eius.

b psal. 95. 2. c Aquin. c. 4. d Ezech. 29. 3.

Vers. 6.] Confessio, & pulchritudo in conspectu eius, sanctimonia, & magnificentia in sanctificatione eius.

Sensus loci.

DE Deo loquitur tamquam de rege, qui compressis hostibus, & arca translata, aut reuocatis ex captiuitate Hebræis, ac restituto templo, consideat velut in throno regiáque, quemadmodum singulari quodam modo habitare, & sedere dicitur in cœlis, atque illos fecisse ac sibi aptasse. Huic regi adhibet ceu regium cultum, ornatúmque, & nonnullos quasi honestissimos assessores, *confessionem & pulchritudinem*, hoc est, decoram laudationem: *sanctimoniam, & magnificentiam*, id est, magnificam gloriam circa dictam sanctam sedem arcæ, ac templi, ac etiam cœlorum, qui enarrant gloriam Dei: & mystice circa Ecclesiam, aut humanitatem Christi, per quam humanitatem Dei filius magnificentiæ suæ splendores emittit, omnesque ad se adorandum trahit, aut cœli, quatenus ibi a beatis laudatur. Penultimum tradunt à Basilio, hinc à Theodoreto. Latini plerumque, & ex Græcis Euthymius, atque Nicephorus exponunt vt literalem quem puro tropologicum sensum esse, de confessione peccatorum, quæ nos reddat pulchros in conspectu Dei, iustósque, & de sanctitate, post quam consequatur magnificentia, sed ita vt sanctitatis illius auctor sit Deus per eam sanctificationem, Ecclesia Laurentio martyri applicat sententiam illam in Introitu Missæ, & in Offertorio, quia inquit Deus nobis [e], propter confessionem fidei sunt additus, & exaltatus, & apparuit in sanctitate, cui & non timuerunt tormenta pro Christo, sed in illis subsibat, ac Domino fundebat deprecabatur. Adde Augustin.

Mystice sensus.

sensus tropologicus Sanctus.

e Ps. Paratum.

centiam eiusdem in thesauris Ecclesiæ congrandis, & edendis miraculis: pulchritudinem & sanctitatem castitatis, aliarumque virtutum ornamenta, cui dolor etiam testimonium præbet: hereticus ante illum altare vitulus angelus in humili habitu, & cum ipse esset in ætatis flore, eleganti corporis forma: & viduis præfuit: magnificentiam item respondendi: genus, plenum dignitatis, ac libertatis; sanctificatio quòd multos sanctificaverit. Eadem ferè deprehendi potest ea Hugonem hic notasse.

Confessio, & pulchritudo in conspectu eius.] Hieronymus, *gloria, & decor ante vultum eius.* Alij, *confessio, & decor coram eo*, vel, *celebritas*, siue *lætitia, & splendor*, seu *honor* nempe illi adsunt, & iis ornatur, & ea manifestat, vbi vultum suum veluti aperit; nempe (quod sequenti membro innuitur) in sanctitate sua, siue in sanctuario & templo, vbi tot modis honoratur, & responsa etiam dat. In Paralipomenis [a], *confessio & magnificentia coram eo*, quamuis Hebræa vtrobique eodem modo se habeant. Cassiodorus hoc loco, *confessio, & species.* Non conuenit hoc idolis, vt rectè Treuetus monet, de quibus paulò ante mentio facta. Legens verò secundum editionem Hieronymi, explicat in eorum cultu magnam esse immunditiam, diminui quoque fortitudinem sacerdotum, dum castrantur, & cum dolore ministrare, sanguinem proprium fundendo [b], atque *immolando filios suos, & filias dæmoniis* [c], cum in templo veri Dei fortitudo esset in integritate ministrantium ipsi, & exultatio, quia cum gladio, & sine crudelitate fiebant oblationes. Hebræa vocabula habent paronomasiam, הוד *hod* & הדר *hadar*, & Chaldæa quoque nonnullam שׁבחא *seuchat* & שׁבירא *siubora*. Primum Hebræum הוד *hod*, si sit ipsamet prima radix, dicitur significare *robur, fortitudinem, potentiam.* Vt autem valet *gloriam, dignitatem, celebritatem, maiestatem*; aut est etiam ipsamet radix aut à יָדָה *iadah* deriuatur, quod est *confiteri, Laudare*, &c. Redditur *gloria* in psalmo 28. [d] & in capite 30. [e] Esaiæ, & in Oseæ 14, [f] & in Abacuc 3. [g] & in Zachariæ 10. [h] & in Numerorum cap. 27. [i] *honor* in Danielis cap. 11. [k] & in Prouerbiorum cap. 5 [l] *magnificentia* in psalmo octauo [m] & 144. [n] *species* in 44. [o] & in Danielis cap. 10. [p] Secundum הָדַר *hadar* sæpe coniungitur cum præcedente, nec ratiò synonymam habet significationem. Pro peccatorum confessione arbitror mysticum sensum esse, cui bene conuenit id nomen cum sequenti *pulchritudine*: quia, vt dixi, post Enarratores, pulchrum se pulchrum reddit confitentem in conspectu Dei, & vt Iosue dixit [q], *da etiam gloriam Deo.* Sæpe docui *confessionis* vocabulo non semper eam accipi quæ pœnitentiæ est, ac priore quoque psalmo confirmaui Augustini testimonio. Nec illud aliud de *confessione peccatorum* nomine; quod sit perpetua, lege in Masio [r], vt quidam eiiurabat [s]. Qui sua prodit, præsertim occultiora peccata, Deum profitetur omnia scire; humilitatis quoque illi partem exercet actum, vnam veluti pro Deo negligendo: agnoscit Deum sanctum, & misericordem, & potentem, qui iustè vindicare peccata possit, sed condonare confitentibus velit: obedit Deo in re maximè verenda, & pudenda. Idem citato loco Augustinus demonstrat pertinere ad laudem Dei maximè cõfiteri peccata, quia tantò plus laudatur medicus, quanto plus desperabatur ægrotus. Hoc autem loco notat pulchritudinem confessione acquiri, & sanctitatem, sponsum nostrum sedam amando (quo fit, vt pulchrum faceret, quæ fœdare & possit, formosum reddere non possit. Bernardus [t] egregiè comparat inter se *confessionem* cum *pulchritudine*, seu *decore.* Si peccata fuerint, ait ille, in confessione laudantur, si bona opera, confessione commendantur. *Decorem* in Virgine vocat pudorem & castitatem. Augustinus hæc ipsa memoriæ recitat hæc ex Hugone, cum in Psal. vltimam perducta refert, & quando ingredi ea æstimat. Ad pulchritudinem præterea Christianæ pietatis, & religionis facit multo magis id quod Treuetum prius retuli de legis veteris diuina religione, nihil in ea audendum, indecorum, inhonestum esse, sed quæcunque pulchra, quæcunque honesta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, virtutem omnem, & laudem disciplinæ [u]. Turpissima & obscœna pigebit referre, quæ Gentiles in sacrificiis vbi bant Artemidi cantationem quoque illam Isaiæ, & Augustus. Blandina in tormentis cum ex ea quæreretur, quænam Christiani nefanda in nocturnis suis conuentibus exercerent, hoc vnum respondit, *Obscœna sua, nisi apud nos inuenerit, agitur, nihil peccat.* Placet Iacobi Lansonij monitum, quod ex eo quoque Paulo Apostolo loco, meminerit licere vel pœnitentiæ, vel vitæ mortificationis gratia quadripartitè dicere quod pugnet cum honestate, siue quod communis omnium sensus tale censeat esse. Opponit exemplum Hæreticorum fœtis nõ paucis ostendi possint, & fieri possit vt alioquin de pio catholicoque nec malus zelo imperito hic in re labatur. Longe pulcherrima confessio fuit sanctæ beatæ virginis Agnetis, qualibet penitus criminis peccati turpitudinem horrentes, vt Rickelius bene demonstrat. Ibi *Deum confessionem, & decorem vitæ meæ amictus lucernæ sicut vestimenta* [d], & *lucem habemus manifestam* [e], propter incomprehensibilitatem, & immaculatam puritatem laudationis, quam nunquam idem beati laudare desinunt, clamantes tei, *Sanctum.*

Sanctimonia, & magnificentia in sanctificatione eius.] Hieronymus, *fortitudo & exultatio in loco eius esse*, Quod Treuetus Hieronymi veteris translatione, quo pacto interpretetur prius admonuit. Alij, *robur & gloria*, vel, *pulchritudo & magnificentia*, seu *magna gloria.* In Paralipomenis [f], *fortitudo & gaudium in loco eius*, & additum Græcè *sancti* epitheton. Hebraice prima vox עז *hoz* fortitudinem, robur, potentiam significat, itaque passim vertitur, aut per *virtutem* [g], nonnunquam per *honorem* [h], quod Hieronymus, *per imperium.* Symmachus per *æquitatem*, Aquila per *ἀκρότητα*, & nollet Interpres aliquando per *imperium* [i], interdum per *gloriam* [k], sed & rarius in psalmis alio [l] per *sanctificationem*, vbi vocatur *area sanctificationis Dei*, quod ibidem quoque redditur, vel *sanctificationis*, vel *sanctitatis*, & à Hieronymo *sanctificationis.* Præterea in Esaiam [m] pro עז *hoz*, & Latino *fortitudo* nomine exstat Græcum *δόξα gloriæ.* Credere debemus Lxx. qui tot eidem vocabulo significationes vtiliter assignant. Richardus Cenomanus respondet, quod quia fortitudo *impleta est Domini* dictum in Prouerbiis [n], vt in vero Domini sanctimonia esset, propterea nomine significante *fortitudinem* sanctimonia quoque exprimitur. Profectò nulla est ior fortitudo, vis, robur, potentia nobis inest,

quàm

a 1. Paralip. 16. 27.
b 4. Reg. 18.
c Psal. 105. 37.
d vers. 6.
e vers. 10.
f vers. 2.
g vers. 3.
h vers. 4.
i vers. 20.
k vers. 1.
l vers. 9.
m vers. 1.
n vers. 5.
o vers. 4.
p vers. 8.
Sensus mysticus.
q c. 7. 19.
r ibid. fol. 113.
s Serm. 11. ad q. 24.
t Serm. in Cant. 23.
u Basil. in Esai. 1. Ambros. lib. 1. de Virgin. Hieronym. in Esai. 1. Augustin. lib. 2. de Doctr. Christ. c. 25. Clem. Alex. lib. 3. Pædag. c. 11.
a Euseb. lib. 5. hist. c. 1.
b Philip. 4. 8.
c Euseb. 5. hist. c. 1.
d Psal. 131. 9.
e 1. Timoth. 6. 16.
f lib. 1. 16. 27.
g Psal. 28. 2. 4. Psal. 95. 7. Psal. 131. 8.
h Psal. 8. 6.
i Num. 23. 23. Psal. 88. 18. Psal. 131. 8.
k Psal. 131. 8.
l Psal. 131. 8.
m c. 12. 2.
n c. 20. 29.

quàm à sanctimonia. Vocatur hoc loco ἁγιοσύνη Ieremiæ 17. reperitur in diuinis Literis sanctimonia, sed Græcè ἁγιασμὸς. Aliud nomen est huius loci תפארת *decoris*, & ὡραιότης, significatque *filendorem, eorum, qui orant.* De eadem dicitur psalmo 92. [b] vbi Latinus vocabulo *pulchritudo*, Græcus ὡραιότης. Probabile etiam est in isto nostro psalmo describi dignitatem, atque maiestatem, quam Deus declarabat in arca cum celebri laude & ornatus elegantia, quæ indicantur per confessionem, & pulchritudinem. Vltima vox *Sanctificationis* à, מקדש *mikdas* Propriè ædes interpretatur *domum sanctitatis*, nempe Templum. Sic etiam explicat Apollinarius.

Νεοῦ ἁγιασμοῦ καὶ καινοτέρας ἡμέρας τὸν Θ.
Templo purificationis & illustrationis congruam gloriæ.

Euthymius declarat etiam de quouis templo nostro, in quo puritas, mundicia, & opera omnia sunt, quæ magnos viros decent. Fauet omnino translatio in libris Paralipomenon prius citata *de loco sancto.* Transferri præterea potest ad cœlum, qui locus etiam Dei sanctus est, vt Abulensis in Paralipomena rectè declarat. Basilius, vel Theodoretus de Templo Corporis Christi accipit, siue humanitatis, in qua nimirum plenitudo sanctitatis fuit, atque potentia magna, & mirabilia faciendi: quæ templa quoque fecit ad stuporẽ etiam aduersariorum. Nec incommodè ad cumulus iusti animã extenderetur, quæ sedes Dei est. Secundum item sonum vocis posset explicari *sanctificatio* de iustificatione, quódque in ea reperiatur cum confessione, & pulchritudine, sanctimonia, & magnificentia, **id est, puritas, & magnorum bonorum** operũ partatio, *vt declinetur*, seu *diuertatur à malo, & fiat bonum* [c]. Addit Genebrardus sanctam maiestatem Dei, seu ipsum qui est sanctus, vt cũ honoris *causa* vocatur Pontifex *Sanctitas*, Rex *Maiestas*. Non congruit sanctificatio & ἁγιασμα verbale nomen, nec facile puto alibi id exẽplo probari posse. Frequentior acceptio pro *loco sancto*, quod *Sanctuarium* quoque vocant, vel *Sanctificium* [d], nec quo pertinet ad Hebræum מקדש *mikdas* alium vsum habet. Si quãdo *sanctificatio* aliud significat, quod nõ raro contingit, aliud eo nomẽ Hebræum respondet. Applicat Arguanus ad Eucharistiæ sacrificiũ, in quo continetur ipsamet *sanctitas* Christi, qui & alios sanctificat, & *magnificentia*, quoniam nihil maius cogitari Christo potuit, & in eo sacrificio, ac Sacramento *memoriam*, atque monumentum, & compẽdium, ac summam *fecit mirabilium suorum* [e]. A nomine *sanctimonia* vocantur *sanctimoniales*, sicut à *castimonia, castimoniales*, quæ Deo castitatẽ dedicarunt, quæ virtus peculiariter sanctos denominat. Lege Augustinum [f], qui etiam ipsum genus vitæ *sanctimonium* appellat. Idem notauit *Sanctimonium* extare in Iure Ciuili titulo de raptu Vulg. sed & Ciceronianum vocabulum est.

Vers. 7.] Afferte Domino patriæ Gentium, afferte Domino gloriam, & honorem.

Vers. 8.] Afferte Domino gloriam nomini eius.

Tollite hostias, & introite in atria eius.

Vers. 9.] Adorate Dominum in atrio sancto eius.

Commoueatur à facie eius vniuersa terra.

POstquam promiserat Deum verum cunctis filiis in imperiũ superiorem, & eundem placere dixit confessionem laudis, atque in ipsius templo religiosum cultum, ac magnificam pompam, hortatur Dauid omnes familias Gentium, vt relictis idolis in Dei veri templum afferant munera, sed ante omnia gloriam, & honorem nomini debitum ipsius, & celebritati, atque maiestati, quæ sese in omni loco manifestat. Deinde, vt arripiant hostias, cúmque illis intrent in atria templi, ac sese prosternant coram eo in atrio illo, siue versus illud atrium, vbi hostiæ mactabantur a Sacerdotibus, & qúà prospectus erat ad Sanctã Sanctorum. Denique vellet omnes habitatores terræ illuc concurrere, sancto quodam commotos, & concusso horrore, atque reuerentia. Nam ioquitur, perinde ac si iam constructum esset templum, quod iam animo destinauerat. Vel per *atria* intelligit locum ipsum, quod ante templum constituerat, & fixerat tabernaculo, & arcæ. Mysticè declarantur ista de concursu Gentium ad fidem Christi, & ad Ecclesiam militantem, per quam intratur postea in triumphantem, idque cum hostiis rationalibus, *acceptabilibus Deo per Christum* [a], vtque ab eodem institutum frequentent Eucharistiæ sacrificium. Habet similitudinem hic locus cum psalmo 28. vnde etiam peti possunt, quæ ad huius faciunt intelligentiam.

Afferte Domino patriæ Gẽtium.] Hieronymus, *familiæ populorum*, sicut etiam in Paralipomenis [b]. Alij, *stirpes, progenies, tribus, parentelæ, cognationes, affinitates*, & pro, *afferte*, reddunt, *date, parate, tribuite.* Paraphrastes supplet *canticum*, vt id afferant. Hebræa hic & in Paralipomenis nihil discrepant. Interpres autẽ hoc loco retinuit nomen Græcum πατριαί, in quo frustra Cassiodorus venatur etymologiam Latinam, quasi *patria* dicatur à *patre*, & *atrus*; Idem nomen Græcum extat in psalmo 21. [c] vbi tamen Interpres posuit *familiæ.* Hieronymus *cognationes.* psalterium vetus, & Romanum, Augustinus [d], & alij, *patrias.* Accedit nomen πατρία ad φατρία, & φρατρία. Videtur propriè significare *familiam, cattimve illorum, qui communem patremfamilias habent.* Differit de his vocabulis Auctor thesauri Græci, dicitque dici aliter φυλὰς *tribum*, χώραν *regionem*, ἔπαρχίαν certi loci principatũ ac videri Ionicè dictam πατρεὰν pro πατρία. In Epistola ad Ephesios [e] est quod *omnis paternitas* πατριὰ (retinendo etiam Latinam paronomasiam ad nomen patris) *in cœlis & in terra nominatur ex Patre Domini nostri Iesu Christi.* Vbi volunt intelligi *paternitatis* nomine, *cognationẽ, familiam, tribum*, omnémque siue spiritum, siue hominem ducere originem ab illo, nec esse plures deos, aut principia rerum, sicut Simon Magus, & alij credebant: In spiritibus autem *paternitatis* & *filiationis* nonnullam rationẽ reperiri docet etiam Dionysius [f]. Sensus ité potest esse, quamuis non essent Ephesij ex patre Abrahã, nec ex aliqua tribuum duodecim, non idcirco apud Deum censeri minus nobiles, cum essent filij Dei, quoniam si qua *paternitas nominetur*, id est, celebris habeatur, non tam ex primo illius auctore obtineret huiusmodi celebritatem, quam ex Deo ipso, qui æquè etiam creator est Gentilium, & Iudæorum. Denique recte Lucas agens de Christi generatione, retulit vsque ad Adamum, & Deũ ipsum [g]. Nomen Hebraicum משפחות *mispechoth* habetur hic, & alio citato loco; significatque *familias*, seu *domos, quarum sit vnum caput & auctor.* Lege de hoc loco nostros, Vatablum [h], & Pinedam, quorum prior demonstrat *paternitatem* non hic significare *dignitatem* patris,

quæ

a Hebr. 13. 14.

b vers. 6.

pſ. 33. 15.

d pſ. 77. 69.

e pſ. 110. 4.

f ser. 23. de verbis Domini, & in pſ. 5. & 29.

Serpus loq.

Crassus mysticus.

a 1 Petri 2. 5.

b lib. 1. 16. 28.

Patria à pater & atrus.

c vers. 28.

d hic, & Epist. 101. cap. 8. & Epist. 103. & in Specular. tom. 3.

c c. 3. 15.

f de Div. nomin. c. 1.

g Luc. 3. 38.

h in Paralipom. ne [illegible] ver. 7. [illegible]

a lib.1.c.9.

quæ dicitur πατριὰ à Dam sceno a: & proinde non sequi ex loco ad Ephesios vocabula *familiæ, paternitatis*, & similia translata esse a dominis ad creaturas; cum oppositum verius videatur. Sed hoc ipso de nomine dixi psalm. 21. b Bis linguarum ignoratione lebuntur Latini c, qui explicant, *Afferte ô patriæ Gentium*, id est, homines in patriis Gentium habitantes; vel *afferte, ô homines, Domino patrias Gentium*, videlicet *Christo*, qui est Deus omnium patriarum, regionum, nationum. Nam & αἱ πατριαὶ nominatim sunt casus, non vocatiui, & non significant *regiones*, aut *nationes*, sed id quod dixi, nempe *familias*: quam verò propriè *patriam* dicimus vocant Græci πατρίδα. Nec aptior expositio Abulensis d, nominari *patrias Gentiũ* quæ in Paralipomenis *familiæ*, quia in diuersis patriis diuersæ sunt familiæ, atque cognationes. Obseruat Agellius innui, vt ordine quodam per cognationes, ac familias distincti, afferant, & offerant munera Deo, seu illa quæ hic subduntur: id enim facultatum colligi ex eo quod puer Iesus requisitus est à parentibus, *inter cognatos, & notos* e, & quod in libro Numerorum f scribuntur *principes Israel, & capita familiarum, qui erant per singulas tribus, præfecti eorum, qui numerati fuerant, postquam complessent Moyses tabernaculum.* Vtrumque incertum satis, & quod ex Luca, & quod affertur ex libro Numerorum. In hoc quidem de solis principibus videtur mentio esse. Ibi, quoniam *quæritur est Christus inter cognatos & notos*, non sequitur ordine dicto cõuenisse. Verùm quidquid sit de illa quæstione, parum credibile est Prophetam inuitando Gentes omnes siue ad Templum, siue ad sese adiungendum Ecclesiæ, vt dicto conuenirent ordine ab illis exegisse. Igitur *patrias Gentium inuitare*, vt Cassiodorus notauit, est nullum indigenam, nullum hospitem, nullum peregrinum excipere; sed omnes aduocare, quotquot extent familias. Indicantur quidem variæ Gentium nationes, quod & Tertullianus g agnouit, indubitatè hic asseri dicens, quod in omni terra exire debebat prædicatio; sed non ex vi vocabuli πατριῶν; verùm quatenus *patriæ Gentium* nominantur. Quo modo Euthymium intelligo. Quod tamen addit non ita commodam patitur expositionem, *paternitatis* quodammodo significari, & *huiusmodi gentium patres*, tam Sacerdotes, quam doctores.

b versu 8.

c Rickelius, Haimo, Remigius, Bruno, &c.

d in 1. Paral. c.16.

e Lu.2.44.

f c.7.1.2.

g contra Iudæos c.5.

Afferte Domino gloriam & honorem.] Hieronym. *gloriam & fortitudinem*, Tertullianus h, *afferte Deo claritatem, & honorem.* In Paralipomenis i Græcè est ἐνέγκατε in isto, & priore mẽbro, & sequenti, id est, *date*, quãtus interpres Latinus reddat, *afferte*, sicut in psalmo, vbi habetur δότε, & vtroque in loco Hebraicè הבו *habu*, significans vtrumque, vt ante dixi. Alia duo nomina sunt δόξα & ἰσχὺς, hic autem δόξα, τὸ κῦδος, Hebræa eadem ambobus in locis כבוד *chabod*, & עז *oz*. Latinam Paralipomenis *gloria*, & *imperium*. *Afferte gloriam, & honorem*, vel *fortitudinem*, siue *imperium*, est honore, gloria, fortitudine, imperio dignum censere, atque prædicare, & sermonis, alteriúsve signi rei hoc de Deo iudicium declarare: gratulari eidem hoc nomine, ac deliberare, vt omnes eadem de illo sentiant, & celebrent. Tales voces sunt in Apocalypsi k, *Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam, & honorem, & virtutem, quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata sunt*; item l, *Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. Soli per se debetur omne & gloria Deo vero, cæteris per illum, immortali, inuisibili.* a Gloria clara est cum laude notitia; Honor addit exhibitionem reuerentiæ in signum virtutis. Sed, vt dixi, *honor*, pro *fortitudine* ponitur, seu *potentia*, & *imperio* iuxta vim vocabuli Hebræi הוד *hod*, quibus nimirum debetur honor tolet, debétque. Pertinet quoque *gloria* secundum topologiam Hugonis, ad prius dictam *confessionem peccatorum*, quæ secum pudibundum affert; quoniam *gloriam Deo, confitens dat* b, vt et am dicebamus, & ad sanctimoniam honor, quoniam *voluntas Dei est sanctificatio nostra, vt abstinentes a fornicatione, vas nostrum possideamus in sanctificatione, & honore* c, atque sic Deum honoremus: postremo (quod est in membro sequenti) *gloria nominis Dei* ad eam spectat ad magnificentiam, id est, *vt omnia in Dei gloriam faciamus* d, & sic *luceat lux nostra, vt videntes opera nostra, glorificent patrem nostrum, qui in cœlis est* e. Applicat eadem tria Hugo ad Contritionem, Confessionem, & Satisfactionem, quemadmodum & pro adiectito Samuele tres vitulos, totidemque modios farinæ, & amphoram vini, f: postremo per trinam repetitionem verbi, *afferte*, indicare vult lepius repetendas tres illas pœnitentiæ partes. Agnoscit idem Euthymius, atque alij mysterium Trinitatis in eadem repetitione, nec non & nomitis *Domini*: & Euthymius assignat gloriam Deo vt Deus est; honorem, vt Pater; Christum verò vtrumque esse, omnium Deum, vt creator est, & fidelium patrem, quia per baptismum nos adoptauit. Vbi obiter nota Christo *Patris* nomen dare, de quo alias egimus. Adoptio certè magis propriè eos facit fratres Christi per gratiam, & Patris Christi filios, quàm filios eiusdem Christi, secundum vsitatum loquendi scripturis, ac Patribus modum. Accommodat demum ad Magorum tria munera & hunc locum Hugo.

h supra.

i lib.1.c.28.

k c.4.11.

l c.5.12.

a 1. Tim.1.17. *Soli deo honor & gloria.*

Trepetegia.

b Iosue 7.19.

c 1. Thess.4.4.

d 1. Cor. 10.31.

e Matt.5.16.

f 1. Reg. 1.24.

g Matt.2.11.

Afferte Domino gloriam nominis eius.] Hæc ipsum cum præcedente membro extat in 28. psalmo b. Hebræa, Chaldæa, Arabica lingua posset ille genitiuus casus, hoc sensu, afferte gloriam i. liquem fama celebrari auditis. Afferte Domino gloriam nomini eius, est, vbi nomen ipsius inuocabatur, nempe in Templo, quod erat ædificatum, seu ædificandum nomini Domini i, hoc est, arcæ, ipliéque Deo, qui significari etiam solet per nomen suum; vt cum canitur k, *Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam*: item l, *Propter gloriam nominis tui Domine libera nos*, id est, propter teipsum. Mysticè datur gloria nomini Iesu: præterea cum bonis operibus facit quis, vt gloriosè de Deo loquantur, & eum glorificent, solo audito nomine illius, vt è contrario mala opera sunt in causa, cur blasphementur nomen Dei m apud infideles, *& forteas aures Christianorum coram n illo.* Lege quæ dixi ad postremam Petri epistolam. Postremò *afferri debet gloriam nomini Domini*, qui gratiæ ipsius ascribit bona quæ habet. Nescio cui Tertullianus præcepit, *afferte Deo sacrificia nominis eius.*)

b versu 8.

i 3. Reg. 8.18.

k psal. 113. 1. secundum Hebr. 1 psal. 78.9.

m Ro. 2. 24. cap. 14. 16. 1 Tim. 6. 1. Tit. 2. 5 Iacobus. 2. Petri 2. 2 Tim. 2. 21. &c.

n Prouer. 21. 28.

Tollite hostias.] Hieronymus, & alicubi o Augustinus, *leuate munera.* Alij, *tollite munus*, seu, *arripite*, seu, *corripite*, vel, *elauate*, in Paralipomenis p, *leuate sacrificium.* Vtrobique נשאו שאו *seu minchah*, ἄρατε θυσίας, sed in emendatis Bibliis δῶρα. Verbum Hebræum, Græcum, Latinum potest significare vel *sumite*, & *auferte ex locis vestris*, vi-

o in Speculo. 3.

p lib.2.c.16.19.

delicet

delicet vt offeratis, & offerentes, seu, vt explicat Arnobius, *accedere ad deos*, vel *venire in templum* qui tantus est accrescentium. De eodem verbo Hebræo מנחה *minchah* dictum quoque psalmo 25.[a] ad ea verba, *Accedite ad eum*, &c. Nomen מנחה *minchah* propriè significat *oblationem ex farinagine cum oleo*, seu *sacrificium frumenteum*. Extenditur tamen ad quodlibet sacrificium, & donum etiam profanum. Græcum etiamsi de victimis primariò dicatur, vt & θύειν *macture id*; nihilominus vtrumque vsurpatur nonnumquam de quolibet sacrificio; & de oblatione frugum. Quare hic aliusio quidem nonnulla recipi potest ad incruentum Eucharistiæ sacrificium, seu ad Missam, quam quidam ab Hebræa illa voce deriuant, licèt malè; quod sacrificium iubeantur omnes adferre, & sacrificare quisque iuxta conuenientem sibi modum, per se autem ac immediate opera Sacerdotum rite ad hoc officium ordinatorum. Sed argumentum necessarium hinc non colligitur. Illud de Eucharistia notauit Genebrardus, & Aguanus: hicque hostias pluraliter dici, ob duplicem consecrationem. Adde propter omnes rationes quotumlibet sacrificiorum longè præstantiori modo in illo sacrificio contentas. Tertullianus[b] exponit de spiritualibus hostiis, vt de spiritu contribulato. Deferenda sunt creato regi munera, vt de Christo vidimus psalmo 44.[c] & 71.[d] & qui Saüli non deuitarunt, appellati sunt filij Belial[e]. Idem cæteri Enarratores passim dicunt hoc loco de spiritualibus hostiis, & Bruno etiam, vt se quis morti obiiciat pro Christo, si sit opus: dictus Hieronymus, vt quis vitam temporalem seruans, tollat, ac perdat quodammodo seipsum, velut hostiam: Hugo vt se Deo consecret in Ordine religioso. Obserua autem idem in verbo *tollendi*, vt significat *eleuare*, & *attollere sursum leuare*, propter cœlestia. Denique ipsum quamlibet oblationem fieri debere, & non *declinare cor nostrum in prophanum*[f], videlicet infernum, propter sinistram intentionem. Quamquam literalis istorum verborum sensus apud Oseam est de illis, qui homines vehementer auertebant ab offerendis Deo victimis, vt idolis offerrentur. Denique qui conteruat legem, multiplicat oblationem: *respicere saluare est, attendere in undis, & liberare ab omni inquietate, & propitiationem huiuscemodi fore super nos tua; & deprecatio pro peccatis, vtique ab iniustitia: retribuet gratiam qui offert similagrem, vt qui facit misericordiam, offert sacrificium*: *talibus enim hostiis promeretur Deus*[h], id est, nobis demeremur illum.

Et introite in atria eius.] In Paralipomenis[i], *& venite in conspectu eius*, in atriis enim, seu in templo, peculiariter exhibebat Deus præsentiam, & conspectum suum, vt sepius vidimus: ita quoque in psalmo 99.[k] *Introibo in conspectu eius in exultatione*. De atrijs Templi dictum alias, & quod per Synecdochen nomine illorum totum Templum intelligitur. Mysticè hic etiam vocatur Ecclesia militans coëtans ex particularibus Ecclesijs, per quas est introitus in Templum Ecclesiæ triumphantis. Hæc etiam ipsa triumphans codem nomine interdum describitur, propter *multitudinem mansionum*[l]; & quoniam ibi *introitur ad eum locum Domini*[m]. Religioso præterea Ordini eandem appellationem Hugo communicat hic, & psalmo 64. Rickelius denique de quouis homine interpretatur, qui & Dei templum vocatur[n]; monetur aut in intrare intra seipsum, seu in cor proprium, & redire ad intentionis, & ibi honorare Deum contemplando, amando, omni cautela vitia deuitando.

Adorate Dominum in atrio sancto eius. Hieronymus, *in decore sanctuarij eius*, quo item pacto legit Augustinus alibi[a]. Alij, *incurrite vos supplices ad vtrum prosternite vos, in decore sanctitatis eius, vt in aquæ puritate sanctificemini, in splendore sanctificationis eius, in magnificentia, ac splendida sanctificatione eius, in sancta maiestate eius.* In Romano psalterio, & apud Arnobium, *in aula sanctitatis eius*, quod nomen Græcum extat quoque pluribus in primo membro. In Paralipomenis[b], *& adorate Dominum in decore sancto*, & ibidem Græcè in emendatis Bibliis ἐν αὐλῇ οἴκου ἁγίου αὐτοῦ, *in atrio*, seu *aula domus sanctæ eius*: in Complutensibus vero, & Regis ἐν σκηνώματι ἁγίῳ αὐτοῦ, *in habitaculo sancto eius*. Hebræa vtroque in loco sunt eadem: qui autem verterunt hic *in atrio*, pro הדרת *hadrath* in regimine, quod significat *decorem* & similia quæ dixi, legerunt in singulari חצרת *chatsereth*, quod valet *atrium*, siue *aulam*: in Paralipomenis autem pluraliter חצרות *chatsroth*. Mos erat illatis muneribus adorare, adoratóque Domino, epulum sacrum degustare[c]. Admonent licèt omnes *atrium vnum sanctum* dici, quia vna est Ecclesia sancta Catholica, licet sint plures particulares. Hugo præterea elicit, melius adorari, & orari Deum in loco consecrato, quàm in cameris, & campis: atria quoque plura indicare Pentateuchum, & alias veteres scripturas; per *atrium* intelligi doctrinam Euangelij, quem vocant Hieronymum, & Cassiodorus *pluribus atrijs* plures ait designari Patriarchas, Prophetas, & Apostolos; per quos intratur ad domum, *vno* autem, Dominum ipsum vnum, & Ecclesiam vnam. Rickelius cubiculum interius cordis, in quod oraturus Deum iubetur intrare[d], vt corde fixo, & collecto id faciat. Priusquam ædificatum esset Templum, erat *vnicum atrium*; Sed spatijs quatuor distinctum per quatuor latera in circuitu Tabernaculi, vt idcirco atria dicerentur numero multitudinis. Verisimile est, quidquid Abulensis[e] contradicat, prophetice Dauidem loqui de Templo, qui expressior typus erat Ecclesiæ, quàm solum Tabernaculum. Exenat idem auctor circa hactenus dicta quæstiones quatuor[f], an omnes Gentes teneantur Deum laudare; an etiam sacrificare; an eorum sacrificia essent accepta Domino; an permitterentur illa offerre in Sanctuario. Respondet, ritu, & cæremonia externa, quam Deus ipse instituisset, non fuisse astrictas Gentes lege ad laudandum Deum, eique sacrificandum; sed secundum naturæ legem, quæ nihil determinatum præscribit; ac proinde mutari tantum Gentes a Dauide ad opera supererogationis. Docet præterea, Gentiles non potuisse admitti ad sacrificia Iudæorum nisi quatenus pecuniam offerrent, aut alia, quorum pretio res à Iudæis offerendæ emerentur: tamen vbinus liberum eis fuisse eadem, vel alia, offerre, & de aliis animalibus, ac rebus, quàm quæ Iudæis præscribebantur, quolibet alio ritu, atque cæremonia diuersa. Quod exceptis omnibus comprobat animaria nomine designata, quæ tantis cohæret cum generali sententia, quia exempti ab obligatione legis scripturæ mundi diuisionem reduxit inter animalia & animalia munda, & per se mundum, & immundum, quæ nomina legantur in Scriptura, dictum ante legem.

a in Speculo.

b lib. 2. c. 16. 29.

c Num. 10. 10.

d Matt. 6. 6.

e in 1. Paral. 16.

f q. 26. 27. 28. 29. Quæstiones quatuor examinantur & discutiuntur.

g Exod. 7.

Cæsaneo

Commoueatur à facie eius vniuersa terra.] Hieronymus, *paueat.* Alij, *pane*, aut *pauete.* Id valet חיל *chilu* in plurali, & חלד *Chiru* in singulari collectiuè sumpto, & in Parahpomenis [a] φοβηθήτω. Chaldaicè hoc loco, *contremiscite à conspectu eius omnes habitatores terræ.* Verbum Hebræum importat *tremorem*, & *dolorem similem parturientium*, vt ideirco transtulerint Symmachus, & Aquila ἀδινάσατε *parturite.* Sensus est, vt omnes orbe toto homines reuereantur Deum: & cùm conuenerint in Templum religionis causa, nemo hiscere audeat, sed agat quod agit intentus operi, attentus ad cultum, & ad ea, quæ de Deo dicuntur, maximè quod mox hic subdetur, de regno illius. Affine illud Cantici Abacuc [b], *Dominus in templo sancto suo, sileat à facie eius omnis terra*, id est, contremiscat, cùm iam Dominus accedat ad liberandum populum suum, ac reducendum veluti secum in templum. Probabilis item expositio Abulensis [c], inuitari creaturas etiam inanimatas, ad laudem Dei, & quoddam genus vel lætitiæ, vel reuerentiæ, & cuiusdam timoris. In psalmo 113. [d] dicitur. *A facie Dei, & Domini Iacob mota est terra:* & in Haggæo [e], Deus ait *quod mouebit cælum, & terram*, & mare, & aridam, & omnes gentes, tùncque venturum desideratum cunctis gentibus. Euthymius mysticè explicat vt vniuersus orbis ab errore ad veritatem commoueatur, eáque de causa Christi aduentum ab alio Propheta vocatum terræmotum [f], tum etiam de terræmotu, qui accidit Christo patiente [g]: postremò quoniam ad Euangelij prædicationem vniuersi populi, ac gentes conturbatæ sunt. Elegit primum sensum Nicephorus. Tradere videntur eandem Basilius, ac Theodoretus, iuxta translationem Symmachi, & Aquilæ, de qua dixi, vt scilicet prout etiam Esaias [h] postea dixit, à Dei timore Gentes parturiant, ac pariant, & à priore statu dimoueantur, atque in pietate fundentur, atque figantur. Haimo, Remigius, Bruno, Hugo, & alij referunt ad commotionem per pœnitentiam in hominibus terrenis à facie venturi iudicis, vel ad Iudæorum commotionem, cùm intrante Iesu Ierosolymam, *commota est vniuersa ciuitas* [i]. Ponit quoque secundùm illum Euthymij modum, de terræmotu in passione Christi. Cassiodorus, præter sensum de conuersione ad pœnitentiam, iuxta illud [k], *Timeat Dominum omnis terra*, &c [l], *Metuant eum omnes fines terræ*, accipit velut imprecatoriam prædictionem, vt à facie Dei amatores sæculi submoueantur, nec enim dici, *commoueatur ante faciem*, sed, *à facie eius*, & hodiéque nos ita iis loqui, quos à conspectu nostro reddimus alienos. Postremò censeri potest adhortatio ad prædicatores, vt eorum opera commoueantur omnes per vniuersam terram ad fidem, & pietatem à facie Dei, id est, à præsentia, ita vt appareat quod sit in ipsis, ad eum modum, quo scribit Paulus [m], vt annotauit Ianssonius hoc loco. *Si conueniat Ecclesia in vnum, & omnes prophetent; intret autem quis infidelis, aut idiota, conuincitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus, & ita cadens in faciem adorabit Deum, pronuncians quod verè Deus in vobis sit.* Exemplo fuit Thaumaturgus, qui cum septemdecim solis Christianis vniuersum populum suum, tum vrbanum; tum rusticanum per agnitionem adiunxit Deo, cùm in omnibus eiusdem tum dictis, tum factis, eorum quæ per gratiam peragebantur veluti lumen refulgeret supercœlestis virtutis indicium, quæ ex occulto assectabatur ipsum. Sic de illo Basilius [a], & huius frater Nyssenus [b], qui scribit in morte totidem tantùm reliquisse infideles, quot iniens Episcopatum fideles repererat, videlicet septemdecim. In promptu sunt alia exempla omnium ferè sæculorum, & huiusce in quo degimus. Affert Aiguanus distinctionem in commotionem conuersionis peccatorum, eruditionis subditorum, admirationis deuotorum.

[a] lib. 1. c. 30.
[b] cap. 2. 22.
[c] in Psal. 16.
[d] vers. 7.
[e] cap. 2. 22.
Mystica explicatio.
[f] Ioel. 3. 16.
[g] Mat. 27. 51. 54.
[h] cap. 26. 18.
[i] Mat. 21. 10.
[k] psal. 32. 8.
[l] psal. 66. 8.
[m] 1 Cor. 14. 24. 25.

Vers. 10.] Dicite in Gentibus, quia Dominus regnauit.

Etenim correxit orbem terræ, qui non commouebitur, iudicabit populos in æquitate.

VEL præconium hoc ad omnes Gentes faciendum, quod habeat exerceátque dominium Deus: & regni ius in omnia huc spectat, vt omnes persuadeantur Sancto illum timore, atque reuerentia colere, & obseruare, vel commotio vniuersæ terræ priùs dicta indicebat silentium, vt de re tanta nuncius attentè ac reuerenter exciperetur. Dominij autem ac regni vsum, & exercitium probat in Deo esse, quoniam ab ipso rerum exordio orbem terræ virtute propria stabiliuit, adeò fixè ac firmiter, vt de suo numquam loco sit commouendus: idem verò postea in consummatione sæculi (interim tamen etiam omnia æquissimè moderans, atque gubernans, quamuis plerique id vel non ita perspiciant, vel minus credant) populos cunctos, singulósque homines cum summa æquitate iudicabit, cuique reddendo secundùm merita sua. Facilis allegoria de Christo, cuius innotuit regnum mundo per prædicatores, maximè post resurrectionem perque virtutem Crucis, tanquam sceptri, & orbem correxit ab idololatria fundans Ecclesiam vsque ad mundi finem permansuram, ac demum in vniuersali iudicio sententiam pronunciabit de reprobis, & electis.

Dicite in gentibus.] Cyprianus [c] legit, *annunciate regnum Dei in Gentibus*, in Romano psalterio, apùdque Augustinum, & Cassiodorum, atque in officio Ecclesiastico, *dicite in nationibus*, hoc est, euulgate in Gentes, narrate exteris nationibus, dicite, ac prædicate inter gentes, populos, nationes εἴπατε ἐθνεσι, inquit Apollinarius, *dicite populis.* Quomodo *iudicare in nationibus* [d], idem est, quod *iudicare nationes.* Hoc est Christi præceptum [e]. *Docete omnes gentes* [f]: *Prædicate Euangelium omni creaturæ.* Arnobius exponit gens genti dicat. Quasi ipsæmet gentes iam commotæ, & fideles inter se, hoc dicant congratulando, aut etiam vna alteri denunciet, ac velut euangelizet fidelis infideli. Posset postremò sic legi iungendo sequentibus, *dicite quia*, seu *quod Dominus regnauit in gentibus.*

Quia Dominus regnauit.] Explicant aliqui per tempus præsens, *regnat*, id est, regnandi guber-

[c] Cypr. de Bono patient.
[d] Psal. 9. 21.
[e] Mat. 28. 19.
[f] Marc. 16. 15.

nácula obtinet. Gregorius [a] legit in futuro, & vt futuræ rei prædictionem. Ambrosius, aut alius [b] ex præterito ostendit nil Deo futurum esse, sed perinde ac si iam præteriisset. Hebraicè, & Græcè verbum est præteriti temporis. Cæterùm in psalterio vetere, ac Romano, additur *à ligno*, & ita legunt Arnobius, Augustinus, Cassiodorus, Haimo, præterea Tertullianus [c], Cyprianus [d], qui addit, *& transiuit in Gentibus*, Leo [e], Gregorius [f], Isidorus [g] qui omittit, *quia*, vt etiam Cassiodorus, Lactantius, quem citat Genebrardus, Ambrosius [h], Bernardus [i]. Citat item Valentia Origenem, & Hilarium, sed necdum loca reperi. Ex Græcis Iustinus [k], & Ephrem [l], qui Græcè extat, licèt fuerit Syrus. Contendit Pamelius eandem lectionem extare in Gallicano quoque psalterio; quo vulgò vtimur, saltem iuxta emendatiores codices Bibliorum, intérque cætéros in Donatianico manuscripto, quod Erasmus *aureum* vocat, ob aureas capitales literas. Ait præterea contra Iacobum Fabrum, quem transcribit Augustinus, Iustinianus Episcop. Nebientis, non esse id ab aliquo paraphrasticè additum, pia deuotione alicuius. Lindanum [n] citat, sequitúrque scribentem, à Iudæis detractam de textu hanc sententiam. Fauet Ecclesia, vsurpans hymnum illum de passione, in quo Theodulphus canit, vt ei plures tribuunt, quod Valentia Ambrosio.

Impleta sunt quæ concinit
Dauid fidelis carmine,
Dicens in nationibus
Regnauit à ligno Deus.

Toto etiam tempore, quod intercurrit inter Octauam Paschæ, & Pentecostem in commemoratione victoriæ Crucis Christi pro versiculo cantatur in Matutinis, & Vespertinis horis. *Dicite in nationibus: Quia regnauit à ligno Deus.* Arbitratur Salmeron noster [o] mutasse Hebræos nomen עץ *hhets*, quod significat *lignum* in particulam מן *eth*, dicere voluit in מן *aph*, quæ redditur per, *etenim*. Agellius consentit, ex עץ *hhets* euasisse מן *aph*, non data opera cuiusquam, sed errore: deinde cum ex codicibus habentibus עץ *hhets*, & ex iis qui haberent מן *aph*, vtrumque positum fuisset, sed cum aliquo signo diuersæ, sublato signo ab ignaris, remansisse vtramque lectionem, *regnauit à ligno etenim*. postremò *lignum* sublatum à quopiam qui videret in Hebræis libris sui temporis non haberi. Ribera [p] ex Ordine quoque nostro sentit Lxx. de suo id addidisse, quod inspirante Deo intelligerent id addi debere: quia regnum parare Christus sibi debebat per Crucem. Docet simile quid alibi fecisse. Rickelius quoque hoc loco dicit, ab aliquo interprete additionem istam factam esse, quem Lyranus nominat vel Symmachum [q], vel Theodotionem, vel alium. Propendeo magis in sententiam, quæ Iudæis ascribit malitiosam mutationem in Hebræo textu. In eadem sententia, præter citatos Pamelium, Genebrardum, Lindanum, Salmeronem, est hoc etiam loco Richardus Cenomanus: & Bartholomæus Botta Ecclesiam hac in re negat errare posse. Valentia verò ait translationem istam magis conformem esse fidei nostræ. Probari autem potest, quia neque Iustinus id obiecisset Tryphoni Ephesino Rabbino Archisynagogo doctrinæ fama insigni, neque Tertullianus tam acriter eo loco Iudæos impugnasset, nec Tryphon in dialogo cum Iustino, si calumnia erat, eam non repulisset: aut si soli Lxx. addidissent, plus eis quantauis auctoritate polleret etiam apud Iudæos, cum Iudæi fuissent, quam Scripturæ textui Hebræo, detulissent. Neque omnino leuis coniectura, quod paulo post subiiciatur in hoc psalmo [a], *Tunc exultabunt omnia ligna syluarum à facie Domini*, quasi allusio sit cum antithesi ad illud, *Dominus regnauit à ligno*, atque significetur quod peccatores, velut syluæ ligna, infructiferi, & flammis apti, crucis Christi virtute conuersi, frugiferi euaserint. Accedit corruptela eorundē Iudęorū circa psalmi 21. verba [b]: *Foderunt manus meas*, &c. vt ibi vidimus, & circa loca alia, de quibus, quos ante nominaui Salmeron, & Ribera, hisque prior Leo à Castro in Apologia. Postremò Cassiodorus, alij quidem, inquit, translatores non habent *à ligno*, sed nobis sufficit quod Lxx. auctoritate firmatum est. Quod Salmeron, & Agellius dicebant de mutata dictione עץ *hhets in* מן *eth*, vel potius in מן *aph*, minus probabile videtur, deesset enim adhuc præpositio, sine qua sensus non consistit, & מן *aph* membro sequenti bene cohæret. Arnobius porrò explicat, quia per lignum concupiscentiæ regnum Dei ab hominibus recesserat, modò per lignum Crucis regnum reuersum Dei. Tertullianus [c] non lignarium regem significari scribit, sed Christum, qui exinde à passione superata morte regnauit, *imperium*, & *imperij insigne* non in capite, vel in manu gerens, tanquam diadema, aut sceptrum, aut aliquam propriæ vestis notā, sed tanquam nouus rex sæculorum *super humerum gerens* [d] houam gloriam & potestatem, aut sublimitatem suam in humero efferens. Cyprianus [e] disputans contra Iudæos, vocat *ligni sacri regnum*, & *ligni regalis regnum*, quamuis non de Cruce sola, sed simul de tabula clauis in capite ligni Crucis cōfixa, in qua inscriptus est titulus, appellans *Iesum Nazarenum regem Iudæorum*, interpretari videatur. Leo [f] Iudæos alloquens, preménsque non sceleris eorum tantum ordinem prædictum asserit in Scripturis, sed potentiam quoque prænunciatā Crucifixi hoc loco, nec ipsos legisse, "*Dominus descendit de Cruce*, quod ipsi optabant [g], sed *Dominus regnauit à ligno*. Agit eadem ratione contra eosdem Iudæos Bernardus [h], quamuis non Iudæis, sed nationibus hæc annunciatio debebatur, & gentilis Præses regni titulum inscripserit ligno [i], quem Iudæi titulū corrumpere nequiuerint. Postremò iuuat hîc summam referre sententiæ Iustini contra Tryphonem Iudæum. Negat se fidem habere magistris Iudæorū, qui non approbantes translationem Scripturarū factam à Lxx. aliā pro arbitrio moliebantur. Deinde affirmat multos, & integros locos ex eorundē translatione ab iisdem sublatos, in quibus clarè continebatur Deū & hominē esse, qui crucifixus est, nec non prædictio de Cruce, & morte eiusdem. Postea profitetur se locos illos præterire, quos negare sciat Iudæos corruptos, afferre autem qui adhuc apud ipsos pro confessis habeantur. Tum recitatis aliquot aliis ex Esdra, & Ieremia, quos Iudæi reiecerint, ait quod ex illo psalmo λεξεις βραχειαι ἀφειλοῦσι τινες, ὅσα τῦ λόγυ. Deinceps argumentatur in Gentibus de nullo tanquam de Deo, & homine dictum esse ex generis Iudaici hominibus, *quod*

regnauerit,

a hom. 6. in Isaech.
b in 2. Cor. 15.
c lib. c6t. Iud. c. 18. & 13. & lib. 3. contra Marcion. c. 19. & 22.
d de mont. Sina & Sion.
e ser. 4. de passion
f hom. 6. in Ezech.
g de voc. Gēt. c. 25.
h in 2. c. Cor. 15.
i ser. 2. de resur.
k Apolog. 2. & contra Tryph.
l tom. 3. ser. in Cruce Dom.
m in Tertul. contra Iud. n. 133.
n de opt. genere interpr. c. 9.
o to. 2. prole. 4. loco 5.
p in Abacuc 3. n. 9. & 10.
a vers. 12.
b vers. 17.
c 3. c6t. Marcio. c. 19.
d Isa. 9. 6.
e de mōt. Sina & Sion.
f ser. 4. de passione.
g Mat. 27. 42.
h serm. 1. de pass.
i Ioan. 19.

regnauerit, præterquam de solo hoc Crucifixo. Cum autem Typho huiusmodi Scripturarum depravationem sibi diceret ἄπιστον *incredibilem* videri, occurrit Iustinus, ita quidem videri, cum sit hoc grauius crimen, quam vituli conflatio & adoratio, quámque liberorum dæmoniis facta oblatio; attamen prorsus ita esse, vt ipse retulit. Tandem demonstrat psalmum hunc totum non de Deo Patre creatore cœli, & terræ esse, vt contendebat Typho, sed prouocationem, vt eidem cantetur vbique ab illis, qui cognouerint passionem salutaris, & salutis pretium, quod generis humani ergo ille instituit, & post mortem in Cruce Christum resuscitauit, regémque fecit vniuersæ terræ. Cæterùm non malè ratiocinantur Dauidem esse huius psalmi auctorem, quoniam Ecclesia in hymno canit carmine sententiam istam cecinisse. Eidem quoque nominatim tribuunt citati ferè omnes Patres. Placuit de loco percelebri paulo plura hoc dicere, quæ conducere etiam valeant ad similium intelligentiam. De triumpho Crucis, ac titulo regio, quem Pilatus scripsit, opportunè hic ageretur, si longiores exegeses scriberemus.

Etenim firmauit orbem terræ, qui non commouebitur.] Hieronymus, *siquidem appendit orbem immobilem*, quo fere etiam pacto Symmachus ἐφ' ἱδρυμένον τῷ σταθμίῳ ἀντιστηρίζων. Alij, *certe firmabitur orbis*, vel *non commouebitur*, vel *parauit*, seu *fundauit orbem terræ, ne mutet, ruat, cadat, labatur*, vel, *firmatus est*, seu *directus orbis terræ, non elabitur*, vel in futuro, *stabilietur orbis, nec vacillabit amplius*. In Paralipomenis [a], *ipse enim fundauit orbem terræ immobilem*, quamuis Græca & Hebræa non discrepent ab iis, quæ hoc loco sunt. Sic fit vt idem verbum כון *chun* variis reddant modis Lxx. κατορθόω, στερεόω, ἑτοιμάζω, *corrigo, firmo*, seu *fundo, paro*, vt sæpe vidimus. Explicat Abulensis [b], vt quia prius dictum est (commoueatur à facie eius omnis terra) occurratur tacitæ obiectioni, quamuis terra moueri per se non possit, nimirum simul tota, posse tamen à facie Domini, hoc est, iussu illius: quoniam qui potuit illi communicare immobilitatem, potest cum voluerit efficere, vt moueatur. Item, vt illud primum de terræ habitatoribus intelligatur, hoc de ipso elemento terræ. Terrò respondet accipiendo *orbem*, vt comprehendit *orbes* quoque cœlestes, *orbem* ratione istorum orbium esse immobilem motu recto, licèt circulari moueantur. Non conuenit vltimum responsum orbi terræ, qui cum hoc addito ponitur in psalmo, neque nominibus תבל *theuel*, & οἰκουμένη, quæ vtroque loco habentur. Videtur figurata locutio de habitatoribus orbis terræ hominibus, quos qui nominatus antea rex est, Deus atque Christus, reddat fide ac moribus stabiles, atque iuxta vim verbi κατόρθωσε corrigat pro τὰ κατορθώματα sua, quæ M. Cicero [c] aiit aut recta, aut rectè facta dici posse: & Ambrosius [d] perfecta officia, quibus corrigantur omnia, quæ aliquos potuerunt lapsus habere. Regnum Christi prædicandum hic iubetur non inquietum, & cruentum, aut vitiis corruptum, sed iustum, pacatum, ab omni vitio alienum, abhorrens etiam ab odiis internis, omníque maleuolentia. Vult præterea, qui dicitur Hieronymus, *corrigendi* verbo innui præcedentem depravationem: opera verò Christi, & lucis Euangelicæ idololatriæ correctum errorem, quo cum omnes fatebantur numen diuinum, alij aliis rebus creatis falsò deferebant diuinitatem & variis peccatis tortuosi erant: ad rectam autem quasi columnam Crucis factam esse correctionem: post quam Ecclesia nunquam commoueatur, & quiuis qui confixus Cruci respondeat oblatæ gratiæ. Hugo accommodat ad correctos à Christo discipulos post resurrectionem, cum recumberent [a]; postea confirmatos in Pentecoste per Spiritum sanctum ne amplius commouerentur. Bruno ludit in orbiculari figura, vt quos Deus ex terra fecerit orbem, id est, perfectos, cum priùs essent distorti vitiis, non amplius commoueantur omninò ab ista perfectione, quamuis secundum quædam debilia membra commotio contingat. Sed obstant vocabula תבל *theuel*, & οἰκουμένη, quæ terram habitabilem significant. Digreditur Aiguanus, in conditiones, quibus oportet esse præditum, qui corrigere alios velit, nempe, vt sit liber à cupiditate gloriæ, à conformitate malitiæ, à tempestate iracundiæ, a præsumptione superbiæ, ab adulationis malignitate, à cæcitate ignorantiæ. Indicam talia cupienti.

Iudicabit populos in æquitate.] Nunc populi dicuntur quæ priùs Gentes, confunduntúrque hæ voces, quemadmodum ἔθνη, & גוים *goim*, & עמים *hhamim*. Iudicium verò illud comprehendit vniuersam gubernationem præsentis temporis, & sententiam ferendam post hanc vitam. Pluraliter vocantur Hebræo nomine מישרים *mesciarim rectitudines*, sicut singulare nomen Græcum εὐθύτης *rectitudinem* significat. Nec tamen sumitur pro *rigida & exacta, flectique nescia rectitudine*, præsertim si agatur de regimine huius temporis, sed de benignitate iudiciorum, æquitate legum, facilitate regiminis, in quo nihil sæuum, atrox, durum, tyrannicum reperiatur: præterea de æquabili munerum distributione, absque acceptatione personarum, simul cum ordine atque subordinatione conuenienti, & admirabili diuersitate mediorum, quibus liceat rectà ad pietatem, atque ad virtutes incedere, ac demum ad felicitatem peruenire. Christo id conuenit, qui in primo aduentu iudicant in æquitate, iudicio discretionis, vt *qui non vident videant, & qui videnti caci fiant* [b], in secundo iudicabit iudicio remunerationis, nondum enim venit, vt hoc modo *iudicet mundum* [c], & illo modo dedit ei Pater *omne iudicium, quia filius hominis est* [d]. Secundum iudicium hic intellexit Damascenus [e]: primum Euthymius: vtrumque alij, quibus consentio. In iudicio vniuersali experientur fideles clementem Christum, reprobis nulla fiet iniuria, & cum nonnulla etiam clementia damnabuntur, citráque condignum punientur, vt sæpe dictum est. In Romano psalterio, & apud Cassiodorum, & Arnobium additur, *& gentes in ira sua*, exponit verò Cassiodorus, iudicandos populos in æquitate, id est, fideles, sub tranquillitate misericordiæ, quando eis præmia promissa restituet: *gentes in ira sua*, hoc est superbos, iniquósque, qui portionem cum diabolo, pœnásque perpetuas sortientur.

Monet præterea Cassiod. vt ad singula comata repetatur à communi, *dicite in nationibus*, siue *gentibus*. At illa verba, *& gentes in ira sua*, nusquam Hebraicè, vel Græcè, vel alibi reperiuntur.

[a] lib. 1. c. 16. 30.

[b] ibidem.

[c] 3. de finib.

[d] 1. offic. c. 11.

[a] Mar. vlt.

[b] Ioan. 9. 39.

[c] c. 5. 27.

[d] ibid. c. 5. 22.

[e] lib. 4. c. 11.

Vers. 11.] Lætentur cœli, & exultet terra, commoueatur mare, & plenitudo eius.

Vers. 12.] Gaudebunt campi, & omnia quæ in eis sunt.

Tunc exultabunt omnia ligna syluarum.

Vers. 13.] A facie Domini, quia venit: quoniam venit iudicare terram.

Iudicabit orbem terræ in æquitate, & populos in veritate sua.

TAnta iudicis æquitas tum in ista, tum in futura vita tanti causa gaudij est, atque lætitiæ, vt res ipsas inanimas ad exultandum, gestiendúmque prouocet, cœlos, terram, mare, campos, cum omnibus, quæ in iis sunt; præterea syluarum ligna. Videlicet, rationabilibus creaturis, vbicumque sint, ad aduentum Domini collætantibus, quandam cæteræ quoque creaturarum formæ materiam præbebunt laudis diuinæ, ac sito etiam modo redemptis hominibus congaudebunt, in suam veluti cum homine, propter quem factæ sunt, restitutæ libertatem, interim gementes, & parturientes cum filiis Dei hic adhuc laborantibus, & vanitati, atque corruptioni subiectæ [a]. Denique hoc omnes creaturæ tanquam quandoq; decantabunt. Rex æqui ac veri amantissimus vindicabit, & asseret omnia in libertatem, ex fide, ac veritate reget; sua cunctis reddet, propulsabit omnes iniurias, noxam omnem repellet.

Lætentur cœli, & exultet terra.] Vetus psalterium, & Augustinus, *iucundentur*, Hieronymus in secunda persona, *lætamini*. Paraphrastes, *lætentur exercitus Angelorum, & exultent insi terræ*. Prosopopœia in his omnibus videtur, vt dixi, familiaris poëtis, & Prophetis: qua vt lætitiæ magnitudinem declarent, inuitant cœlos, & astra, vt splendidius luceant: terram, vt vberiore, & pulchriore flore niteseat: mare cum piscibus, vt suis motibus, & saltibus aduentum se tanti regis sentire testentur; campos, agrósque, vt copia, & hilaritate frugum, fructuumque corrideant, opes ostentent, & frondium virentium festiuitate oblectent: syluas, vt blando foliorum pulsu, & illisione plaudant. Conuenire possunt vtcumque ista liberationi populi Hebræi de captiuitate, vt explicat Theodoretus; at longè melius liberationi generis humani per aduentum Christi. Similes prosopopœias habet Esaias [b]; illa maximè notanda; *Laudate cœli, quoniam misericordiam fecit Dominus: iubilate extrema terræ, resonate montes laudationem, saltus, & omne lignum eius, quoniam redemit Dominus Iacob, & Israël gloriabitur.* Euthymius interpretatur de Christo, sit *cœlos* ad lætitiam inuitari, ob cœlestem, id est diuinam eius naturam: *terram*, propter terrestrem, & humanam: *mare cum plenitudine illius*, id est, fluminibus, stagnis, fontibus, tota aquarum materia, ob in eis celebratum baptismum: *campos cum plantis*, quia illinc transiturus erat Christus, & illa omnia sanctificaturus: *omnia ligna syluarum*, eo quòd ex eis sumendum erat salutare lignum Crucis. Addit cœlestes angelos, terrenos homines, nautas, & quotus maritimos homines, seu insulanos: præterea agricolas, lignorum cæsores, quique syluas incolunt, & montes, vel cœlestia meditantes; curantes tantum terrena, amaram impietatem sectantes, reliquos quoslibet homines, carnisque passionibus subiectos: postremò duros, rudes, infructuosos ad virtutem. Videtur hæc Euthymius partim ex Basilio, siue Theodoreto mutuatus. Sed & Damascenus [a] explicat hunc locum de Angelis, & de hominibus, qui versantur in terra, & vniuersè monet de vsu prosopopœiæ in Scripturis, occurritque propter similes formulas loquendi cœlos animatos affirmantibus. Simili prosopopœia Virgilius [b] inducit canentem Sibyllam.

Aspice venturo lætentur vt omnia sæclo.

Quod cum aliis versibus recitasse Constantinum Imperatorem de Christo Eusebius narrat, in eius vita. Nicephoro placet secundus dicendi modus quantum ad alia præter *cœlum*, & *terram*, quæ sexta primum accipit. Latini ferè explicant de prælatis, & prædicatoribus, auditoribus, & subditis; item de illis, qui versantur in amaritudine peccati, & infidelitatis, vt commoueantur ad pœnitentiam: deinde de mitibus, lenibus, æquis: postremò de infructuosis, ac inutilibus, ignisque dumtaxat per se aptis. Arnobius declarat mutari *cœlos*, vt lætentur in Sanctis: *terram*, vt in peccatoribus: *mare* esse vulgus ignobile, & fluctuans: *plenitudinem eius* diuites plenos opibus, qui commouentur, ridentes humiles Christi, & psalmos eius atque doctrinam frigidas nænias computantes: *ligna syluarum*, illos qui lignei, & syluestres videntur mundi sapientibus. Bruno fidelibus ex Iudæis *campos*: *ligna syluarum* attribuit his, qui ex Gentibus conuersi fuerint: quia hi ex se incultiores, illi magis culti erant. Aiguanus, & Rickelius applicant ad Natiuitatem Christi (quod multo antè Thaumaturgus [c] fecerat ad incarnationem, & annunciationem Mariæ, in qua lætati sunt Angeli, atque etiam per stellam nouam cœli: & inuitata est ad exultandum *terra* generis humani: *mare* turbulentæ gentilitatis; cum animæ viribus: *campi* hominum, qui sunt bonis operibus floridi, gratiaque fœcundi, similiter cum interioribus facultatibus: illi etiam campi externi, in quibus edidit Christus mirabilia maxima, cum panes multiplicauit [d]: præterea illi, in quibus nocte Natiuitatis pastores de læto nuncio gauisi sunt [e]: *ligna syluarum* rursus gentilium ad idem conuersorum. Hugo distinguit ordinem prælatorum, statum claustralium, mercatorum, agricolarum, militum.

Et exultet terra.] Tres Magi nato Christo exultauerunt [f]: & longè pòst *audientes Gentes gaudia sunt, & glorificauerunt Verbum Dei* [g]. Alios mysticos sensus potùs attigi. In Paralipomenis [h] additur quod erat in versu 10. huius psalmi verbis isdem: nisi quòd ibi est, *dicant* futuri temporis, & Latinè, *nationibus*, pro *gentibus*. De hoc loco nemo, quod sciam quæstionem de illis ait, *a ligno* moliet. Nec verò si hic erant ibi etiam fusilè oportet, cum, vt antea quoque notaui, alia nonnulla desint eodem in loco, quæ non extant inuito.

Commoueatur mare.] Hieronymus, *tonet*, quod etiam est in Paralipomenis [i]. Vtrobique Hebraicè יִרְעַם *irbham*. Sed ibi *insuescat*, hic autem *exsibilet*. Alij hoc loco; *tumultuetur, vehementer intonet*. Est propriè רעם *rabam tenuare*, nec non *trahi, turbari, in ignem*. Dicitur mare *trahi, turbari, in-*

dignari.

a lib.2.c.6.

b Ecl.4.

c Orat.de annunciatione.

d Matth.14. 19.& seq.

e Lucæ 2.10. &seq.

f Matth.2.10. & seq.

g Nonnus 13. 48.

h lib.1.16.31.

i lib.1.16.32.

Sensus lect.

Expositio singulorum.

a Rom.8.20. &c.

Prosopopœia.

b ca.35.1. & seq. c.44.23. c.55.12.

dignari, fremere, fluidere, tumescere, sonare, circumsonare, spumare, turgere, feruere, æstuare, fremere, fragorem edere. Figurata verò etiam locutio de mari *tonante, hoante, mugiente*, ob agitationem, & illisionem fluctuum, postis præsertim satis est in vsu, quemadmodum & de concussu, ac motu terræ. Sic Horatius[a].

Si quos Eois intonata fluctibus,
Hyems ad hoc vertat mare.

Et Seneca[b].

Mare tonuit ex alto.

Symmachus, ac Theodotio transtulerunt *ἠχήσει σωμβυθος*. Præter allatos prius de mari sensus mysticos, Dimascenus[c] accommodatus locum totum ad lætitiam de ortu Deiparæ, vocat illam nomine maris mundi: in quo mari concha gigni deberet, quæ cœlitus ex diuinitatis fulgetra in vtero conciperet, & Christum ingentis pretij vnionem pareret. Basilius, ac Theodoretus iuxta translationem iam recitatam, innui volunt per illam commotionem, sonitúmque maris, tum quod homines acciperent sonum prædicationis, tũ etiam quod increduli commouerentur aduersus præcones veritatis. Distinguit Nicephorus tres modos, quibus quid commoueatur, si transferatur, si perturbetur, si exultet lætitia, & vltimum proposito conuenire. Lyranus *commotionem reuerentia* sumit quam Christo videntur aquæ, cùm se calcandas præbuerunt[d], exhibuisse.

Et plenitudo eius.] Euthymius, & Abulensis[e] totam intelligunt materiam, & congeriem aquarum: & posterior cùm præ copia efficit dictum sonum in morem tonitrui. Sed expositio literalior est de piscibus, qui iussi sunt *replere aquas maris*[f]. Addit Genebrardus alia mari comprehensa, vt insulas. Eodem fcilicet modo alibi *terra plenitudinem* interpretati sumus, quam Deus quoque præcepit vt homines replerent[h]. Apollinarius. *γῆ ὅλα τρέφει δ' ὑμα θαλάσσης, & quæ nutrit vnda maris.*

Gaudebunt campi.] Hieronymus optatiuè, vel imperatiuè, *gaudeat ager* in Paralipomenis, *exultet ager*, Hebræa non dissidentibus, nisi quod ibi est cum nomine verbum singulare יָגֵל וְיִשְׂמַח *iabbalotz hassadeh* hic nomen plurale absque litera demonstratiua, & verbum desinens aliter יעלז שדי *iabbalotz sadai*. Ibi Græcè habetur ἀγαλλιάσθω ἡ ἀγρὸς, hic χαρήσονται τὰ πεδία. Symmachus γαυριάσει ἀγρὸς *gestiet ager*. Poterat Interpres reddere in imperatiuo, seu in optatiuo, sicut præcedentia, quia hunc vsum habet futurum indicatiui modi. Mysticum sensum antea posui. Creditus autem Hieronymus animas sanctas præsertim Virgines, intelligit, quæ diuersis florum suauitatibus pollent.

Et omnia quæ in eo sunt.] Mandata terræ semina, flores, herbæ, plantæ fructuosæ & mysticè qui virtutum flores ac fructus proferunt.

Tunc exultabunt omnia ligna syluarum.] Hieronymus, *tunc laudabunt vniuersa ligna saltus*, numeri singularis est ξύλον, & יער *iaar*: Sed collectiuè sumitur pro multis. Aquila verò reddit *αἰνέσουσι* laudabunt. Hebræum יְרַנְּנוּ *ierannenu exultationem cum exclamatione* importat. Theodoretus illud habet de ligno crucis ex sylua decerpto, quod iam prius notauimus. Basilius, qui alioqui videtur semper idem esse cum illo, non id affert, sed aliud de cessaturo idolorum cultu in saltibus, syluisque, & ibidem vero colendo Deo. Hoc Genebrardus approbat nomine auctoris suppresso. Vocat Ecclesia *crucem*, arborem in hymnis. Quem dicunt Hieronymum causam exultationis in lignis mystice sumptis affert, quia non sunt obnoxia combustioni. Gregorio quoque visum, vt ligna ista sint Gentiles, qui semper in infidelitate sua torti, ac infructuosi fuerunt. & *ex lignibus* vocati dicuntur[i], id est ex agresti illo vsu ad cœnam patrisfamilias. Aiguanus cum Lyrano, refert ad cætos arborum ramos Christo cum triumpho Ierosolymã ingredienti[c], & venienti ad patiendum, & ad apertius reprehendendam Sacerdotum, Scribarum, & Pharisæorum malitiam, atque hypocrisim, quod est iudicare terram, seu condemnare terrenos, omnia autem ligna dici per hyperbolem. Thaumaturgus[d] paulo aliter locum totum recitat, excepto videlicet, atque accommodatè ad propositum suum, vt solent alij Patres, *ἀγαλλιάσθω οἱ ἀγροὶ, καὶ ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ, χαρήσονται τὰ πεδία, καὶ πάντα τὰ ξύλα τοῦ δάσους, Lætentur agri, & exultet terra, gaudebunt campi, & omnia ligna syluæ.*

A facie Domini.] Alia Latina psalteria, & Arnobius, Augustinus, Cassiodorus, Gregorius[e], *ante faciem Domini*, sic etiam Hieronymus in Paralipomenis autem[f] *coram Domino*; Quare *à facie Domini*, erit idem quod *ante*, seu *coram*, vel *propter faciem*, seu *præsentiam illius*. Non tutò aliàs dicitur hoc modo aliquid *à facie* esse, pro eo quod est *coram*[g], vel à *præsentia*, vel *propter*, &c. *Exultare à facie Domini* non est recedere ab illa, sed ex *præsentia illius capere voluptatem*. Id per se valet לִפְנֵי *liphne*, quod præpositionem non includit, sed articulum, & Chaldæum קֳדָם *kodam* significat *coram*: denique in emendatis Bibliis extat מִפְּנֵי, & non מִן, refertque Gerardus Vossius[h] in manuscriptis vtramque lectionem reperiri: & exponunt Euthymius, & Nicephorus *ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ, ex præsentia, & aduentu* Christi. Apollinarius *ἀπὸ θεοῦ ante Deum*. Abulensis legens in Paralipomenis[i], *à facie Domini*, quod tamen legimus, *coram Domino* exponit *ligna saltus*. & *syluæ* dici laudatura, & exultatura *à facie Domini* quia faciet Dominus, vt exultent, ac laudent, quoniam ipse confert virtutem omnibus, vt crescant. **Duplex expositio. Inchoant Hebræi,** & Hebraizantes versum nouum ex his verbis, & psalterium Vaticanum ab illis verbis, *gaudebunt campi*, vsque ad, *iudicabit*.

Quia venit, quoniam venit iudicare terram.] In Paralipomenis primę duę dictiones desunt. Vtrobique Græcum verbum est præsens, ibi ἔρχεται, hic ἐρχόμενος, bis repetitum. Exponitur tamen præsens per præteritum. Euthymius quidẽ de incarnatione. Nicephorus autẽ de correctione orbis: Theodoretus, Basilius, putatus Hieronymus de primo, & secundo aduentu, propterea que repetitum verbum ἐρχόμενος. Augustinus de *aduentu* annunciato per præcursores, tanquam per nubes, & iterum de alio ad iudicium. Sed a litteram reperitio indicat duntaxat certitudinem affirmationis, & confert ad inculcandum, & augẽdum sensum, vt sæpe alibi. Cæterum ætiologia ista non respicit ligna sola syluarũ, sed omnia quæ prius ad lætandum, & exultandum mutata sunt. Quamuis lignis peculiaris causa exultandi admitti possit, vt designãt homines rudes, ac simplices, quam Abulensis assignat, quia tales opprimi solent à viris magnis, nec possunt consequi iustitiam contra illos, propter eorũ potentiam: Deus enim tandem veniet ad iud cium: non tantùm in futuro, sed in præsenti quoque tẽpore. Cyrillus[k] Alexandrinus insinuat

[a] Epodon ode 2.
[b] in Hippol.
Mystica sensus.
[c] Orat. 1. de B. Mariæ natiui-
[d] Mat. 14. 25.
[e] in 1. Par. 16.
[f] Gen. 8. 22.
[g] psal. 23. 2.
[h] Gene. 1. 28.
Expositiones mysticæ.
[a] hom. 16. in euang.
[b] Luc. 14. 23.
[c] Matt. 21. 8. Ioan. 12. 13.
[d] Orat. de annunc.
[e] supra.
[f] lib. 2. 16.
[g] Gen. 6. 13. Ioseph. 10. Reg. 4. 3. Paralip. 5. 2. 2. psal. 80. 4. psal. 96. 4. psal. 101. 11. psal. 113. & alibi.
[h] in ora Thaumat. de annũ.
[i] lib. 1. 16.
Maris aqua.
[k] lib. 5. in Esa.

insinuat lætaturos ex Gentilibus fideles, quia *Insulæ* denotant magnam hominum multitudinem, cùm venerit Deus ad iudicandum, id est, puniendum Iudæos, propter impietatem commissam in Christum. Illa alia ratio minus est ad rem ab eodem tradita, & parui momenti, quod *exultabunt à facie Domini ligna syluarum* florendo, & germinando: quia qui tam potens est, vt iudicare possit terram, potest etiam id lignis præstare. Lætitia & exultatio, ad quã creaturæ etiam inanimæ prouocantur, subóque illarum typo variorum ordinum homines, vt antea vidimus, indicat accipi *aduentum Domini ad iudicium* in bonam partem, & in fauorem miseratum personarum, vt aliis in locis non rarò. Sic verò etiã Apollinarius explicat.

ἥκει γὰρ μισήσασι εἰς ἔρριζον δικάσειν.
Venit enim hominibus miseris (id est, in eorum gratiam) *iudicare.*

Iudicabit orbem terræ in æquitate, & populos in veritate sua.] Hic versus desideratur in Paralipomenis. Hieronymus habet, *in iustitia, & in fide sua.* Idem valet quod versu 10. *iudicabit populos in æquitate.* Sed rem gratam libenter ingerit, & replicat. *Æquitatis* nomen respondet Græco δικαιοσύνης, & Hebræo צדק *tsedek*, *Veritatis* ἀληθείας, & אמונה *emunah*, & *iustitia* pro *misericordia* non rarò accipitur, *Veritas* pro *veracitate*, & *fidelitate.* Sensus autem potest esse, tum quod iustè vindicabit Dominus alienas iniurias, ac misericorditer succurret his, qui patiuntur illas; tum quod summa fide præstabit quæ pronuntiat. Præterea

A quod efficiet in administratione atque gubernatione Ecclesiæ, vt colant omnes iustitiam, & omnes alias virtutes, rectè autem etiam sentiant, ac vere de his, quæ spectant ad fidem: credique debent vt sint & orthodoxi, & probi, seu iusti. Tandem de iudicio extremo exponitur, in quo iustè atque veraciter iustis præmia, pœnæ improbis decernantur, quia Christus non accipit personas, & omnia nouit exactissimè. Apollinarius innuit sensum secundum.

πάντες ὑπ' εὐθύτητος καλιὴν ἀφδείαν ὑμνῶ,
γλώσσαν ἀληθείη σφετέρην ἀνάγουσι λαοί.
Omnes in iustitiæ vocans veracem animum.
Linguam veritate effundens immobilem populi.

B Credibilius est *orbem terræ*, & *populos*, synonymè dici quod secundo loco docet Euthymius. quàm quod idem primo, per *orbem* intelligi *Gentiles*: *Iudæos* per *populos*: Hugo laicos & clericos tropologicè sumit, illos iudicandos, id est condemnandos, qui fecerunt pro æquitate iniquitatem: istos in veritate, quoniam docuerunt verbo, & exemplo falsitatem. Item malos iudices, qui iudicant iniustè, & secundum dicta falsorum testium, aut praua consilia aduocatorum. Vniuersitatem iudicandorum in orbe terræ indicatam Augustinus, quod & alias fecisse se [a], testatur, demonstrat, laudando in nomine primi parentis literis Græcis scripto ἀδὰμ, quarum singulæ singulas denotent orbis partes, α. ἀνατολὴν *Orientem*, δ. δύσιν, seu δυσμὰς *Occidentem*, α. ἄρκτον *Septemtrionem*, μ. μεσημβρίαν *Meridiem.* Meminimus & nos de hoc alibi.

Sensus tropologicus.

[a] vt in Ioan. tract. 9. & alib.

C

PSALMVS NONAGESIMVS SEXTVS.

1 Huic Dauid,

Quando terra eius restituta est.

DOminus regnauit, exultet terra: lætentur insulæ multæ.
2 Nubes, & caligo in circuitu eius: iustitia, & iudicium correctio sedis eius.
3 Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius.
4 Illuxerunt fulgura eius orbi terræ: vidit, & commota est terra.
5 Montes sicut cera fluxerunt à facie Domini; à facie Domini omnis terra.
6 Annunciauerunt cœli iustitiam eius: & viderunt omnes populi gloriam eius.
7 Confundantur omnes, qui adorant

D sculptilia: & qui gloriantur in simulachris suis.
Adorate eum omnes angeli eius: 8 audiuit, & lætata est Sion.
Et exultauerunt filiæ Iudæ, propter iudicia tua Domine:
9 Quoniam tu Dominus altissimus super omnem terram: nimis exaltatus es super omnes deos.
10 Qui diligitis Dominum, odite malum: custodit Dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos.
11 Lux orta est iusto, & rectis corde lætitia.
12 Lætamini iusti in Domino: & confitemini memoriæ sanctificationis eius.

E

Titulus

Titulus & Argumentum.

Vers. 1.] Huic Dauid.

Quando terra eius restituta est.

Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ.

Titulus psalm.

DVo prima verba erant etiam in titulo psal. 27. & 34. iuxta lectionē quorundam codicum. Perinde est cùm in aliis est, *ipsi Dauid*, vel sine pronomine *Dauidi*, Græcè vbique τῷ Δαυίδ, Hebraice לדוד *ledauid*. Cætera quæ sunt in titulo desunt in textu Hebræo, quod etiā exprimitur in Codicibus Complutensibus, Regius, aliisque, hoc pacto, ἀνεπιγράφως παρ' ἑβδόμοις, *sine titulo apud Hebræos*. Nec refert quod aliqui[a] legant, *quando terra ei restituta est*: vel, *terra eius restituta est ei*[b]. Verbum κατῳκισται significat magis propriè *constituta est, restaurata, composita, in meliorem statum redacta*, quod etiam valet, si dicas, *restituta in integrum*. Cassiodorus legit *restaurata*. Apollinarius exponit *quando Dauid recepit terram suam.*

a Remigius.
b Haimo.

——ἐπεὶ ἔτι ἐλάβε γαῖαν.

Suam quando accepit terram.

Negant Basilius, & Theodoretus hanc inscriptionem propheticam esse, aut sensui psalmi conuenire; quia non Iudææ tantùm, sed vniuersæ quoque terræ restitutionem Propheta prædicit. Euthymius auctores facit illorum verborum Interpretes Lxx. cōuenire autem Christo, de quo & nomen Dauid vsurpatur, vtpote oriundo ex illius genere, & iuxta etymon, *manu forti*, seu *omnipotenti*, quoniam per Christum *terra restituta est, atque constituta*, quando pacem ac tranquillitatem habuit, liberata à dæmonum tyrannide. De Auctore concordat auctor Græcus, quem citans Agellius, Eusebium esse credit. Sed aut editum psalmum à Dauide, cum postquā in multas calamitates incidisset, & nunc à Saul fugatus deserta loca sectaretur, cumque Philisthæis commoraretur, nunc bellis gerendis vacaret, *ei terra restituta est*, animo ipsius & regno per quietem, & pacem, ac tranquillitatem restituto, sublatis inimicis. Addit, quia neque psalmi, neque cantici gerit nomen titulus, videri in eo contineri prophetiam, & simplicem doctrinam de Saluatoris aduentu, quem & Daniel [c] postea vaticinatus est simul cum regno, ac subditis ipsi populis, tribubus, linguis, atque hac ratione compositum, ac sedatum esse hominum genus, quod prius de sana mente emotum erat. Non dubito titulum propheticum, hoc est, canonicum, & authenticum, & tectum appellare, quisquis eum addiderit. Deinde ait sub *restitutione*, seu *constitutione terræ*, aut *Dauidis fuga* post persecutiones Saül, quando, admonitu Gad rediit in patriam, vnde ipse & parentes eius exulabant [d], siue etiam, postquam Absalon mortuus est, quo persequente fugerat [e], aut paulo post captiuitatem tanquam sub typo, & figura contineri *restitutionem*, aut *constitutionem regni Christi*, tum in præsenti tempore, tum præsertim, & completè in futuro, quando sub illius pedibus omnia subicientur [f]. Innui autem videtur in signis aliqua de hostibus victoria, virtute diuina relata per inuisam lætam tempestatem. Quo nomine omnes iusti potissimum prouocantur ad gaudendum; gentes ad abiiciendum falsorum numinum cultum, angeli ad reuerentiam Deo exhibendam; iustus iusti homines ad odio habenda vitia, quia Deus tales, quique studeant virtuti custodiat, ac liberet ab impiorum iniuria. Christo gratulatio hic imperatur ob eius summam æquitatem, & quod in primo aduentu maximè post Pentecostem, cum restituta iam esset carnis ipsius terra, Spiritu sancto misso in valida veluti procella, & flammeis linguis [a], potentiam, maiestatémque declarauerit, ac deinceps per discipulos, qui mirificis operibus religionem ipsius, euersis idolis propagauerunt: tum etiam, quia iterum veniet ad iudicium in nubibus cœli, & caligine, igne, ac fulminibus, multo terribilius ac præclarius, quàm cùm lex daretur in Sina [b], aduentum illius præeuntibus. Adhibet ex hoc psalmo Paulus [c] testimonium, vt confirmet diuinitatem Christi, atque dignitatem supra angelos: nec minus de vno, quàm de alio aduentu intelligi, quamuis Caietanus, & alij velint præcisè, ac ad literam, vel propter illam auctoritatem Apostoli, psalmum agere de secundo Christi aduētu ad iudicium. Græci potius de primo aduentu interpretantur. Latini fere de secundo. Primis tamen adhæret quidem Hieronymus, sed sub typo pacis, quā Dauid hostibus victis restituit Iudææ: vicisse namque Christum omnes gentes, atque dæmone, & corporum nobis nostrorum terram restitutam ab eo, & compositam: præterea sublatam discordiam, quam parabat dispartitas religionis, cultúsque tot idolorum. Augustinus etiam accipit tū de terra suscitati corporis Christi, tum de Iudæis statim post Pentecostē [d] conuersis, ac demum etiam de Gentibus, ex quibus vtrisque cōponeretur vna quasi terra, & domus, cuius lapis angularis Christus [e]. Remigius præter legem scriptam, per quam humanum genus, quod peccato defluxerat, sit restitutum, restitutionem attendit in Petro post negationem, & conuersionem Iudæorum, post Pentecostem, & resurrectionem corporis Christi. Verum, vt dixi, commodè possumus aduentus duos comprehendere. Atque ex dictis satis de argumento constat. Hunc Ecclesia psalmum, vt & sequentem tam crebrò ferè frequentat, quàm præcedentem, & præterea in festo Omnium Sanctorum, & S. Michaelis. Annumerat Athanasius [f] istum psalmum inter eos, qui sunt ἐγκαυχήσεως τῆς ἐν κυρίῳ καὶ ἀγαλλιάσεως λόγοι. *gloriationis in Deum annuntiantes sermones*, nempe cum 22. 26. 38. 49. 41. 75. 83. 98. 151. vbi quem in synopsi numerauit, & recitauit 151. adhuc recipere videtur. Opportunè præterea canit scribit, terra à bellis residente, ac iam deinde otium, & quietem agente, *Domino que regnante. Dominus regnauit. &c.*

a Act. 2. 2
b Exo. 19. 16.
c Heb. 1. 6.

Quia per Deum reges regnant, recuperato regno, rectè regnantem Deum cantat, & mystice propter spirituale regnum, quod aduenturum præuidet, vt nulla sit prædictionis dubitatio: iam in præterito regnasse affirmat. Hæc de causa inuitat ipsum elementum terræ, atque habitatores ipsius, præterēaque maris insulas plurimas, cum habitatoribus suis ad lætandum, & exultandum cum rege tanto: qui deuictis hostibus præsertim inuisibilibus dignus sit, quem omnes colant, refutando idolorum superstitionem, atque tyrannicam dæmonum & vitiorum seruitutem. Demonstrat Chrysostomus [g] Christi regnum ex eo quod *venti*, & *mare*, creaturæque aliæ *obedient*

c cap. 7. 14. & seq.
d 1. Reg. 22. 5. sic hoc psalm quidam quos citat Lyra.
e 2. Reg. 15. 14. Glos. Ilug. Argentinas.
f 1. Cor. 15. 25.
g Ioā. in hunc psalm. 1.

nam ei [a], & per eum peccatum solutum est, diabolus confusus, dæmones fugerunt, aculei mortis confracti sunt, paradisus olim Adæ clausus, apertus est. spinæ peccatorum extirpatæ, &c. ex terra, quam comedebat serpens [b], exsiimus sal, *renati ex aqua, & Spiritu sancto* [c], sicut tal ex aqua fit, & vento: ita vt Christus nos nomine *filii* cognominauerit [d]. Probat hinc etiam contra Iudæos Cyprianus [e] cũ Scripturæ testimonijs aliis, quod sit Christus rex regnaturus in æternum. Gregentius [f] autem adeò premit antagonistam Herbanum, vt prouocet ad conferendum quidquid habet ingenij, & scientiæ, quo respondeat. Gregorius [g] secundùm tropologiam scribit electorum victoriam hic à Psalmista prædicari: *Dominum regnare*, quando eius sedem, electas videlicet mentes turbo hostium nullus inquietat: *lætari terram*, cùm solida corda doctorum gratulantur: *lætari insulas*, cùm subditi tentamentis impetuntur, nec tamen mouentur, quemadmodum insulæ in mediis aquarum fluctibus consistunt. Eamdem de insulis rationem priorem Augustinus hoc loco tradiderat. Lege quæ de primis psalmi verbis dixi psalmo 92.

Exultet terra.] Hieronymus, *exultabit*, sed futurum seruit imperatiuo. Legit Tertullianus [h], *exultauit*, & manuscripti Vaticani codices tres, quos citat Pamelius [i]. Sed error est in eiusmodi lectione, *Exultatio* porrò *terræ*, aut per prosopopœiam de terræ elemento intelligitur, aut per metonymiam de habitatoribus terræ, vt prioris psalmo docuimus. Vocat Procopius [k] hanc *προσωπείου μεγέθους occasionem*, & *argumentum fœlicitatis, & lætitiæ*, quod in veteris tyranni locum, regem Dominum exceperimus. Non est firmum argumentum Tertulliani [l], terram hic non pro elemento sumi, sed pro carne Sanctorũ, ad quam pertinet regni diuini fructus, quia postea dicitur hoc eodem loco conteri, & montes liquefieri. Figuratè hæc ipsa intelligi possunt de rebus istis materialibus, & inanimatis, vt citato priore psalmo, aliorum docti Patrum auctoritate. Exultat, *& beata est terra, cuius rex nobilis est* [m], nempe Christus. Exultat etiam Ecclesia de iusto, qui membris, sensibus, vitijs dominatur, nec admittit eum, qui *rex est super filios superbiæ* [n], neque vt *regnet peccatum in ipsius mortali corpore* [o], & non detrectat, vt *regnet super eum Christus* [p], sed asserit non habere se alium regem, nisi Christum [q]. Exultat ipsemet, in quo talis rex regnat, effuque tamquam terra nunquam satur sanguine Christi, vt nec aqua terra; purgatus & fœcundatus tribulatione, quemadmodum aratione, & contritione terra; immotus, sustentans ædificium spirituale, in imo cõsistens humilitatis, nulla inuitẽs re creata. Notat hæc Hugo. *Exultet* postremò *terra* viuentium, ac beatus de regno Christi, cantatque hilariter; *regnauit* [r] *Dominus Deus noster omnipotens: gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei. Exultant exultatione vniuersa terræ ciuitas regis magni* [s], tum Ecclesiæ militantis, tum triumphantis.

Lætentur insulæ multæ.] Vetus psalterium, Augustinus, & Cyprianus [t], *iucundentur*, Hieronymus, *lætabuntur*, eo modo quo futura pro imperatiuis accipiuntur. *Multæ* possent pro *omnibus* poni, vt alibi non semel [u]. Aut *insulæ multæ* dicuntur, quia plures, continens terra vna, quam tamen quidam [x] quia mari circumdatur Atlantico, insulam dici vnam posse aiunt. Mysticè plures denotant Ecclesias, solidè consistentes inter fluctus tentationum, & persecutionum, quemadmodum insula, inquit Augustinus, vndique circumstrepentibus fluctibus tundi potest, frangi non potest, magisque ipsa frangit fluctus venientes, quam frangitur ab eis. Idipsum cæteri Enarratores eodem pacto exponunt, & vt priùs retuli; Gregorius [a] de mentibus tentationum fluctibus vallatis, sed inmotis. Nec hinc Græci abeunt, interpretantes de Ecclesiis orthodoxis, quę coaluerint ex gentibus idololatriæ priùs deditis, ab amara verò, & salsuginosa infidelitate, vt loquitur Euthymius, attingens quoque præcedentem rationem, insularum instar eleuatæ sunt. Procopius [b] etiam sentit Ecclesiarum vocatásque Gentes ab Esaia [c] sub *insularum* vocabulo [illegible] *ἐκκλησίας τὰς ἐθνικὰς, ταῖς νήσοις ἐοικυίας, τῷ ἐν τῷ βίῳ τούτῳ, ὡς ἐν πελάγει, ζάλης, & κύματος huius vitæ tentationumque obrutas fluctibus.* Legatur præterea Hieronymus in Esaiam [d], sic interpretans Prophetæ verba, *me enim insulæ exspectabunt* [e], & *legemesus insulæ exspectabunt* [f]: cui expectationi nostro sæculo non ex parua parte respondetur est, illata Euangelij luce, nostrorum operarum remotissimas Iaponum insulas. Idem docet etiam in commentario Ieremiæ [g]. *Possent Dominum gloriam*, inquit Esaias [h], *& laudem eius in insulis nunciabunt*, &. *Glorificate* [i] *Dominum in insulis maris.* Sophonias [k] item prædixit quod *adorabunt* eum viri de loco suo omnes insulæ Gentium. Hugo in hoc psalmo quinque rationes morales ponit, cur boni dicantur insulæ, quia positi in *sale* tribulationis, dirimant *à sale* alij, quia resistentes ventis, ac fluctibus tribulationum: quia omni ex parte separati à terra: quia suscipiunt naufragantes: quia dulci aqua refouent alios, ciboque recentibus. Petrus Berchorius [l], plura affert in bonam, & malam partem de bonis, & malis, de Ecclesia, religione, mundo, inferno, paradiso. Acuta omnia, & pia, lectuque digna. Hebræi *per insulas* intelligebant potissimum Græcos, atque illorum prouincias, quæ sunt ferè in oris maritimis, & in insulis maris nostri; & Hebræis propiores sunt. Vnde scribitur in Genesi [m] *quod Gentium insulæ diuisæ sunt a filiis Iapheth*, qui erat Iauan, Elisa, Tharsis, Cethim, Dodanim, auctores Ionum, Æolensium, Cilicum, Macedonum, vel Cyprioturn; vel Rhodiorum. Possunt præterea per *insulas multas* Indi Oceanum habitãtes accipi. Nam Ezechiel [n] ex insulis multis, in quibus negotiatio fieret, dentes eburneos, & ebeninos adiectos scribit. Denique omnes regiones, ad quas non potest commodè iter ex Iudæa sine nauigio institui, siue sint in mari, siue in continente, quandoque Scriptura *insulas* appellat [o]. Ambrosius [p] *insulas maris* vocat monilia, in quibus ij qui se abdicant intemperantiæ sæculari illecebris, si loco continentiæ proposito eligant mundum latere, & vitæ huius dec mare aut actu. Credi quidem potest mari subsidente multas de nouo insulas extitisse, quod graues auctores prodiderunt [q]; at non paucas etiam ipso mundi factus principio, contra quàm nonnulli apud Auctorem de mirabilibus Scripturæ [r] sentiant, suadet tum Vniuersi pulchritudo, tum vtilitas habitationis, portus, nauium stationis, commercij, naugationis, rationis explorandæ vastitatis maris, aliarum rerum. Cum aqua terra discooperta est, videntur fieri montes, & extitisse insulas, ac terræ globus instar ligneæ globi concauitates habuit [s], in qui-

bus

a Matt. 4. 40 Luc. 8. 30.
b Gen. 3. 14.
c Ioan. 3. 5.
d Matt. 5. 11.
e lib. 2. c. 29.
f disput. cum Herbano co. 4. bibl. Pat.
g in 1. Regum c. 16. Tropologia.
h de resurre. carnis c. 16.
i ibidem.
k in Esa. c. 52.
l de resurre. carnis c. 16.
m Eccli. 10. 17.
n Iob 41. 25.
o Rom. 6. 12.
p Luc. 19. 14.
q Ioan. 19. 15.
r Apoc. 19. 6.
s psal. 47. 31.
t lib. 2. c. 29.
u Matt. 20. 16. cap. 26. Rom. 5. 15. Micheæ 4. Dan. 12. 2.
x Aristo de mundo c. 2.

a in 1. Regum c. 16.
b in Esa. c. 42.
c cap. 49. 1.
d in c. 41. 42. & 49.
e cap. 60. p. 1. 42. 4.
f cap. 51. 5.
g in cap. 31.
h cap. 42. 12.
i c. 24. 15.
k cap. 2. 11.
Quinque rationes cur insulæ dicantur boni.
l in Dictionario verbo insula.
m c. 10. 5.
n c. 27. 15.
o Ier. 25. 22. Sophon. 2. 11. & 3. Hieron. c. 1.
p lib. 1. c. 1. ad Auguſt.
q citat Matth. Colline. 4. cap. diuersum.
r lib. 1. c. 1. ad Auguſt.

bris aquæ recipi posset, adiecta insuper condemnatione, terroreque permixtione. Sic quidem tenuit Damnoniorum [a], cumque Claudius [b] noster securus, & alij Numerum insularum insignium ad numerum, cum illum Cæsar iniri præcepisset, ad septuaginta circiter, deprehensum ferunt [c]. Nondum cognitus fuerat nouus orbis, in quo fere innumerabiles repertas memorant, qui eius historiam descriptionemque prosequuntur, in vno tractu septem insulas, vel octo, vel vndecim, vel duodecim, vel sexdecim [d]. Quin & Olaus in Boreali, & Norwagico mari scribit innumeras insulas esse. His insulis & alias lætandi honestissima iustissimaque causa, quibus cõportata Euangelij lux est, vndeque abacti dæmones, qui frequentes illas habitabant, vt Eusebius meminit [f], recitans ab insula Paxis allatam vocem *Pana magnum mortuum*, cumque id iuxta Paludem, prout iussus fuerat nauis gubernator Thannus, renunciasset innumerabilium gemitum magnum exauditum, incidisse verò id in illud tempus, quo Christus obiit in cruce: cuius dæmones abigebantur potentia. Ad rem quoque facit, quod Beda [g] narrat Cudberti viri sanctissimi aduentu; ex insula dæmones abiectos, & ex sterili frugiferam euasisse.

a 2. de Bel. c. 9. & 10.
b in Spartac. c. 2.
c Priscianus, & Bergomas.
d Maiolas supra, & colloquio 20.
e lib. 19. c. 37. & 38.
f 5. de præpar. c. 9.
g 4. hist. Anglorum c. 28.

Vers. 2.] Nubes, & caligo in circuitu eius, iustitia, & iudicium correctio sedis eius.

Sensus loci.

VT serio, & ex animo, ac valde terræ, & insulæ, terrestres, atque insulani de Dei lætentur, & exultent regno, siue Christi, regis ac regni, describit pompam, & maiestatem in hoc, & sequentibus versibus, tum verò vt intelligant qua ratione prosternens hostes suos, suique populi, regnare se declarauerit. Nam ecce, inquit, quando ad pugnandum pro suis venit erat circa illum caligirosa nubes, in qua veluti iudex, ac vindex sedens, hostes perterrefecit. Eiusdem verò sedem regalem, atque iudiciariam, ornant, comitantur, æquam, rectamque faciunt, stabiliunt, cõfirmãt, dirigunt iustitia, & iudicium, ita vt nihil sine illis agere, vel iudicare valeat, nihil quod nõ rectum, iustumque sit decernere. Inde fit, vt derectis hostibus per iudicium, per iustas leges regnum moderetur, & conseruet. Quod apte de regno præsentis temporis si exponamus, de Christo, potest intelligi vt is nempe super solium Dauid, & super regnum eius sedens, confirmet illud, & corroboret in iustitia, & iudicio à modò & vsque in sempiternum. De hoc etiam tempore intellexit Hugo, Haimo, Remigius, Augustinus, Cassiodorus, Euthymius, & alij multi. Nec si de secundo exponatur, de isto, aut de illo sensus videtur plusquam mysticus, vt antea monui etiamsi ex versu octauo proferat Paulus [h] testimonium, de quo postea. In psalmo 17. [i] 76. [k] & 143. [l] Cantico Deboræ [m] his similia habentur, de nube, caligine, fulminibus, seu fulgoribus, de montium defluxu, vbi tamen de aliis rebus, quam de Christo ad literam est sermo: sed & in psalmo 47. simili de causa commemorari videtur lætitia, propter quam hic, versu 9. scilicet, quod iniquum Deus victoriam concessisset. Sequor in hoc lantenium, prætereaque Treuetum, & alios, quos in argumenti explanatione docui sentire agi hoc psalmo literaliter de iniqui aliqua victoria.

Sensus literalis.

h Hebr. 12. i vers. 10. & seq. k vers. 18. 19. l vers. 5. 6. m vers. 5.

Nubes, & caligo in circuitu eius.] Nubem gloriæ Paraphrastes interpretatur, & pro *caligine* quæ γνόφος dicitur, *fumum* Apollinarius, id est, procellam, minus propriè, & quia minus accommodatè ad circumdandum, licèt nonnunquam dicatur in circuitu Dei tempestas [a] vt hic & עֲרָפֶל *hic rapiel* significat *caliginem, densissimæ tenebras, nubemve caliginosam*, in qua maiestatis suæ Deus exhibebat speciem, de qua psalmo quoque 17. dictum [b], *Caligo sub pedibus eius.* Vbi nomen etiam idem Græcum γνόφος: Symbolizant illa diuinæ maiestatis: fereque semper Deus videtur, inquit Chrysostomus [c], vt cum legem dedit Deus [d], & responsa in Propitiatorio reddidit siue super oraculum [e]. Mysticè designari vult Euthymius, Nicephorus, Chrysostomus assumptam carnem, quæ diuinitatem occultabat: Basilius, Theodoretus, Titelmanus inuisibilem esse diuinam naturam, & alludendo simul ad dictam apparitionem in monte Sina: & idem sibi vult obscuritas mysteriorum, de qua Hieronymus [f], Chrysostomus rursum, & quem vocant Hieronymum, transfigurationis mysterium [g], cum allusione, præterea ad columnam nubis, quæ tegebat Hebræos & illustrabat [h]. Augustinus, Cassiodorus, Haimo, Hugo, Aguanus, & alij, quos se Deus a malis abscondendi adhuc dictos Hieronymus per nubem prophetas, & Apostolos, ad quos vsque velut *ad nubes veritas Domini est* [i], ac per illas emittit imbres doctrinæ; nem Mariam, super quam tamquam super nubem leuem, nullo humano semine prægrauatam venit Christus in Ægyptum huius mundi, & confracta sunt simulachra eius; [k] per *caliginem* verò mysticos sermones quos habebat ad Apostolos [l]: quemadmodum solus Moses ingressus est in montem Sina, in caligine [m]: Remigius Apostolos; & Prophetas, quatenus quæ illi occulte quasi quadam caligine tecta, prædixerunt, illi clarius expresserunt: Bruno Carthusianus Apostolos, qui vt *nubes* alios complueriũt, & caligine pleni fuerunt arcanæ obscuritatisque scientiæ. Fauet in Ezechielem Hieronymus [n]. De aduentu Christi ad iudicium, in nubibus cœli, quemadmodum ascendit in illum [o], exponit Lyranus, Aguanus, Carthusianus, Rickelius, Gerebrandus, Ianssenius: & Aguanus non solum *nubem, & caliginem* materialem intelligit, sed etiam comitantium Apostolorum, aliorumque Sanctorum, corpus etiam glorificatum Christi per nubem, citans Augustinum ad Hesychium [p]. Aut etiam per *nubem* significari, quod se Christus electis exhibebit tetrum clarum, & luminosum; per *caliginem*, quod malis tetrum iratum, & caliginosum. Quod caliginosum dicit, figuratè intelligendum est; quoniam vt verbum etiam à malis clarus, & luminosus, quamuis inde maius potius tormentum percepturi sunt; ita vt licet futurum canamus illa die lucem magnam, quia *splendor Iudicis, vt lux erit* [q], & *fulgebunt iusti, sicut Sol* [r], tamen respectu reproborum, qui iudicem suum conspicient, & alios homines oculo corporeo (quod addit Rickelius etiam angelos sic videndos vix credo, nec in Gregorio, quem citat, legi, & oporteret ab eis assumi corpora) tunc verò vocetur eadem dies tenebrarum, caliginis, nubis, turbinis [s]. Tradit Hugo tropologice vt per *nubem* quæ aquam portat, piusque, significent compunctio, vel deuotio: per *caliginem* conturbatio animi pro peccatis; *caliginem* iram, ac rem-

a ps. 49. 3.
b vers. 10.
c hom. 57. in Matt.
d Exo. 19. 16.
e Leuiticus, *Loquere ad omnem multitudinem.*
f in Ezech. c. 40.
g Matt. 17. 1. & eq.
h Exo. 13. 21.
i ps. 35. 6.
k Isa. 19. 1.
l Matt. 17. 11.
m Exo. 19. 9.
n in c. 1.
o Act. 1. 9. Matt. 26. 64. Luc. 21. 27.
p Ep. 80.
q Abac. 3. 4.
r Matt. 13. 43.
s Ioel 2. 2.

bem, indicari psalmo 6.[a] *Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis, stratum meum riganı:* hæc duo esse in circuitu Domini, quia seruant eum in corde hominis, ne superueniat peccatum, & expellat eum de loco suo.

Iustitia, & iudicium correctio sedis eius.] Hieronymus, *firmamentum solij eius.* Alij, *habitaculum, basis, fulcrum, firmitas, rectitudo, firmus, rectus, rigidus locus*, Chaldaicè, *locus paratus*, aut *preparationis sedis eius.* Est מכון *machon basis, firmáve, & certa sedes ad residendum.* In psalmo 32.[b] *Præparatum habitaculum eius* dicitur מכון־שבתו *mechon scivtho*, in 88.[c] vbi est eadem quæ hic sententia in secunda persona צדק ומשפט מכון כסאך *tsedek vmispat mechon chisecha Iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ.* Græcè ἑτοιμασία, quæ hoc loco κατόρθωσις. Putatus Hieronymus, quid vult, ait, dicere *correctio sedis eius?* debuit dicere *stabilitas sedis eius.* In vetere psalterio, atque apud Arnobium, & Augustinum, *directio sedis eius*, in Psalterio Romano, *correctio sedis tuæ.* Parum refert *correctionem*, an *directionem* legas: pronomen autem secundæ personæ huc irrepsit in eos codices, quos dixi sine dubio ex psalmo 88. quem modo citaui; quamuis Hugo hoc loco eam lectionem interpretetur, notans mutari personam in signum familiaritatis, quemadmodum in psalmo 4. *Cum inuocarem exaudiuit me Deus iustitiæ meæ, in tribulatione dilatasti mihi.* Similis est item hæc sententia cum ea, quæ continetur prioris psalmi vers. 10. & 13. quod *iudicet Deus in æquitate, & veritate.* In 10. vidimus quid sit κατορθοῦν, & κατόρθωσις: & valet etiam *recte factum cum prospero successu*: quemadmodum & sæpenumero in Scripturis vocabula *dirigendi*, & *directionis.* Cum correctione directio solet esse dúmque corrigitur malum, via iustitiæ dirigitur. Hoc ipsum cedit in magnam dignitatem, præparationem, ornamentum solij, throni, tribunalis, sedis iudiciariæ, atque iudicis, qui sic sedem suam ornet & in sic ornata sedeat. Vnde Apollinarius.

Θῆκεν ὑπ' ἰυσικὴν κρίσιν πᾶσι πάντα τευχίζων

Sedem sub æquitate iudicij in omnibus ornans.

De sententia dictum satis priore psalmo, & in 88. in quibus non agitur præcisè de futuro iudicio, de quo tamen præsentem locum & psalmũ nonnullos interpretari monui, ita vt *iustitia* respiciat probos, quibus Iudex benefaciat, *iudicium* reprobos, quos puniat. Vel vt Caietano placet, *iustitia* consistet in executione, *iudicium* in pronunciatione sententiæ: *firmari* autem dicatur *solium*, quia nulla succedet varietas, nec erit opus amplius iudicare, & iustitiam facere. Tunc quod nunc nonnullis prauum videtur Dei iudicium, quando impij ditantur, Sancti pauperes sunt, & videtur praua sedes Dei, corrigetur, cum scilicet reddet cuique Deus secundum opera sua, vt credimus notat Hieronymus. Ratione primi aduentus denotatur iusta tyranni dæmonis destructio, humanique generis liberatio, vel omne virtutis genus, atque rectitudo, ac directio, quę regnante didicimus Christo; vt Euthymius obseruat; primúmque Nicephorus. Secundum traditur à Basilio, & Theodoreto; hoc autem modo Deum viden à nobis, & cognosci per operationem, nimirum virtutis, qui secundum naturam suam, quòd nequeat videri, dicebatur paulo antè *nubem* habere, & *caliginem in circuitu suo*: illud verò beneficium nobis à throno, regnóve ipsius contigisse. Augustinus quoque, & alij sicut *nubem & caliginem*, siue *nebulam* ad eos referunt, qui Deum cognoscere nolunt, & confiteri, ita *iustitiam & iudicium* ad confitentes eum & humiliantes se, ita, vt de talibus Deus faciat sibi sedem, cùm anima iusti sit sedes sapientiæ. & *dirigit mansuetos Dominus docetq; mites vias suas*[a].

Iuxta Hugonem præparat Deo iustitiam sedem pœnitentiæ, per quam se homo punit; & iudicium discretionis, vt si quid indignum, vel immundum inueniat, corrigat, sicque in corde illius Deus regnet. Item, vt cum surgit aliquid in corde hominis reprobandum, vt mala cogitatio, & praua concupiscentia, corrigat per iustitiam: hanc verò ipsam iudicet atque diiudicet, cum sint *omnes iustitiæ* præsentis temporis, *velut pannus menstruata*[b], & cum acceperit tempus Deus, illas iudicaturus sit[c], & eos, *qui seipsos non iudicauerint*[d]. Bruno Carthusianus de prædicatoribus ac rectoribus interpretatur, qui debeant esse iusti, vt iudicandi, seu docendi, atque regendi officio bene fungantur, & efficiant eos, qui per infidelitatem erant distorti, rectos, ac tales, in quibus sedere possit Deus; vel illos, qui sunt iam sedes Dei, si in aliquo distorqueantur, corrigere, rectósque reddere.

a psal. 24. 9.

b Isa. 64. 6.

c psal. 74. 3.

d 1. Cor. 11. 31.

Vers. 3.] Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius.

EX sede illa nubis, & caliginis, in qua Deus residet, velutique delitescit secundum rectam iustitiæ, atque iudicij, quæ semper assident ipsi, rationem, & vt exerceat vindictam in iniquos populi sui hostes, ac suos, prodibunt ante ipsum fulminum flammæ, quibus illos vndique vastet, quemadmodũ olim accidit in mari rubro, quando in id Pharao cum vniuerso exercitu præcipitatus est. Recognosce prius dicta hoc psalmo, & citatis 17. atque 76. tũ de vera immissione ignium in hostes, tum de figurato isto loquendi modo. Nota historia de immisso igne in Pentapolim[e], & multò post ab Elia in satellites[f], & in psalmo 49.[g] est, quod *ignis in cõspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas valida.* Insigne quoddam hoc est diuinæ regiæque maiestatis, præit, atque prælucet velut vexillum. Qui de secundo Christi aduentu exponunt, vt dictus Hieronymus, ita præterea sumens illud[h], *Qui facit Angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem ardentem*, hoc accipiũt de igne, quo sub id tempus mundus conflagrabit, & reprobos æternis gehennæ flammis damnandos, intipiet etiam hic inflammare, electos nullo modo lædendo, vt accidit in fornace Babylonis, quæ Chaldæos combussit, tres pueros non læsit[i]. Opinio est de secundo aduentu sermonem esse, Græcorum, Rickelij, Caietani, aliorum: quamuis aliqui, vt Euthymius præcedentia referrent ad primum. Ita quoque quidam accipiũt, quod scribit Ezechiel[k]. *Immittam ignem in Magog, & in iis qui habitant in insulis confidenter.* Eidem sententiæ fauet Tertullianus[l], & Auctor operis imperfecti[m], Ambrosius, siue Mediolanensis siue potius alius[n]. Egimus de hoc igne alibi[o]: & quod ibi dixi, hoc loco docet Augustinus, ignem non præcessurum ante iudicium, sed post illud. Quod etiam nominantur hoc loco *nimici*, suadet etiamsi eo modo de igne intelli-

Sensus loci.

e Gen. 19. 24.

f 4. Reg. 1. 10. 12.

g vers. 3.

h psal. 103. 4.

i Dan. 3. 50.

k c. 39. 6.

l 4. cõt. Marc. c. 39. lib. de pudic. c. 20.

m hom. 49.

n in Apoc. c. 20.

o in 2. Pe. 3. 7.

mus, non esse consumendos iustos per illum, qui tunc viuent, vel purgandos, qui nondum purgati fuerint; quod etiam aliàs disputauimus. Itaque declarat Augustinus mysticè, aut figuratè, cúmque illo Cassiodorus, & alij, tum de succensis ira persecutoribus, aduersus prædicatores Euãgelij, quos tamen persecutores ignis ille consumpserit, quàm eos, quos persequebantur; sicut fœcula consumitur, non viride lignum, cui applicatur: tum de salutari igne Spiritus, & charitatis inflammantis, *quem venit Christus mittere in terram* [a], & in Pentecoste misit sub igneis linguis [b], ita vt isto igne inflammati cœperint ire per mundum, & *inflammare, & incendere in circuitu inimicos eius*, si mali erant, nec credere volebant ad consumptionem, si boni, & consentiebant, ad reparationem, & purgationem. Bernardus [c] de gratia præueniente interpretatur. Iam, inquit, & si ignitum eloquium sentis, atque ex eò conscientiam vti in recordatione peccati, recordare tunc de quo Scriptura dicit, *quia ignis ante eum praecedet*: & ipsum prope esse non dubites. Hugo explicat etiam de ardore sancti desiderij, quo vitia consumantur, vt aduenias Deus, *& carbones ignis*, siue prunas *congerat super capita inimicorum* [d]. Primum ex eodem Bernardo mutuatus est [e], sic scribente. *Et hoc istiusmodi aduentus eius (Dei) sicut ab eo, qui expertus est, edocemur [ignis ante ipsum praecedet, & inflammabit in circuitu eius inimicos eius.] Oportet namque vt sancti desiderij ardor praeueniat faciem eius ad omnem animam, ad quem est ipse venturus, qui omnem consumat rubiginem vitiorum, & sic praeparet locum Domino. Et tunc scit anima quoniam iuxta est Dominus, cùm se senserit illo igne succensam, & dixerit cum Propheta* [f] [*De excelso misit ignem in ossibus meis, & eruditi me;*] & *illud* [g], [*Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis.*] Ambrosius [h] quoque hunc ignem esse, de quo Lucas [i] ait, non consumptorem bonorum, sed bonæ voluntatis auctorem, qui aurea Dominicæ domus vasa meliorat, fœnum verò consumit, & stipulam, ac secularia omnia mundi voluptate concreta, perituraque opus carnis exurit, & *flammigerat etiam in ossibus Prophetarum* [k], & quo accenduntur *lucernæ ardentes* [l], & *ardent cordia* [m], & in *quo venturus est Dominus* [n], vt resurrectionis tempore vitia vniuersa consumat, suique conspectu desideria compleat singulorum, meritorumque, & mysteriorum lumen accendat. Accommodat Antoninus [o] sententiam contra choreas, & lasciua tripudia, quæ fiunt in circuitu, sicut & diabolus circuit [p] & impij [q], sed perducunt denique ad flammas inferni.

Ignis ante ipsum praecedet.] Hieronymus, *ante faciem eius ibit.* Alij, *coram eo ambulat, vadit: grassatur, procedit*, sumendo futurum pro præsenti. In paraphrasi Chaldæa [r], *flammescet, & concremans*, תְּצַלְהֵב וּמְשַׂרְהֵב *thetsalheu vmsarbeu*, quamuis in textu Nebiensis primum vocabulum sit מְהַלֵּךְ *mehallech vadens*; quod Hebraicè legimus in futuro תֵּלֵךְ *thelech*. Sed *ire ignem* idem est quod *flammescere*. Habent alia psalteria Latina, & Augustinus, atque Cassiodorus, *ante ipsum, vel eum praibit*, Tertullianus [s], *ante ipsum precedet*, siue legerit προ πορεύσεται, vt nunc est, siue προπορεύσεται, vt legisse Pamelius [t] putat, nec enim differunt significatione, & *procedere* valere idem potest, quod *praecedere*, sicut *praouidere*, quod *praeuidere*.

Et inflammabit in circuitu inimicos eius.] Hieronymus, *& exuret per circuitum hostes eius.* Alij sicut membrum præcedens vertunt in præsenti. Tertullianus [s], *& cremabit inimicos eius*, vel, *& exurit* [b] *inimicos eius.* Ambrosius [c] aut alius, mystice obseruat reprobos, quamuis cum electis conuersentur, in circuitu esse, quia sicut hostes ciuitatem aliquam impugnant, vt capiant eam, ita & Ecclesia à reprobis impugnatur. Qui exponunt de iudicio, notant *in circuitu* Christi, hoc est, reprobos, remotiores ab eo inflammandos, & cruciandos illo igne. Vno enim, eodémque aspectu ait Arnobius, amicos Dei illuminat, & inflammat inimicos eius.

Mystice sensus.

a Luc.12.49.
b act.2.3.

c serm.57. in Cant.

d Pro.25.22. Rom.12.20.
e serm.31. in cant.

f Thren.1.13.
g ps.38.4.

h in Luc.c.12.
i cap.12.49.

k Ier.20.9.
l Luc.12.35.
m c.24.32.
n 2.Thess.1.8.

o 2.p.tit.6.c.6.§.1.

p Iob 1.7. c.2.2.1.Pe.5.8.
q psal.11.9.

r 4. cõt. Marcio.c.29. lib. de pudic. c.2.
s ibid.n.48 3. & de pudic.n.20.

Vers. 4.] Illuxerunt fulgura eius orbi terræ: vidit, & commota est terra.

ALIVD irati, & vindicis Dei signum, quo vt perterrefecit olim in monte Sina Hebræos, & in mari rubro Ægyptios [e], sic potest cùm libuerit, fulgura multiplicare, & conturbare mortales [f]. In psalmo 76. 8 affinis planè sententia, *Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ: commota est, & contremuit terra*, & in 143. [b] *Fulgura coruscationem, & dissipabis eos, emitte sagittas tuas, & conturbabis eos*, & in 17. [i] quem indicaui. *Et misit sagittas suas, & dissipauit eos, fulgura multiplicauit & conturbauit eos.* Basilius, ac Theodoretus aduentum secundum Christi comparari dicunt fulguribus, quemadmodum & eum Christus ipse comparauit [k]. Caietanus, Lyranus, Aiguanus, & alij de impressionibus igneis ante iudicium, quas & quidam *stellas cadentes* [l] vocant, exponunt. Addit Aiguanus de miraculis Antichristi, quibus mouebuntur homines ad ipsum adorandum. Euthymius declarat de Apostolis, qui appellati sunt à Christo *lux mundi* [m], velutique astra quædam coruscantia omnibus apparuerunt, & omnes commouerunt illuminando, & instaurando. Augustinus, & alij Latini spectant in iisdem Apostolis fulgorem miraculorum, qui ex illis tamquam ex vili, & priùs contempta nebulosa, obscuráque prodit nube. Nicephorus ipsam per orbem diffusam δόξαν, καὶ λαμπρότητα *Christi gloriam, atque splendorem.* Rursus iungit Prophetas Apostolis tamquam nubem nubi. Is, quem vocant Hieronymum, aut velut ignarium lapidem alteri eiusdem qualitatis lapidi, quorum collisione ignis excitatur. Illi loquebantur, inquit, & tonitruum vocis eorum vniuersus mundus audiebat. Duo habebant pariter, & grandem vocem, & splendida fulgura, quæ credentes illuminabant, non credentes comburebant. Hugo, quemadmodum præcedentis versus *ignem* tropologicè de amore ac desiderio sancto, ita *fulgura* interpretatur de timore, atque comminationibus diuinis, quibus commouemur ad pœnitentiam.

Illuxerunt fulgura eius orbi terræ.] Hieronymus, *apparuerunt*, quo etiam pacto verus psalterium, Arnobius, Augustinus, Alij, *illuminauerunt, illustrarunt, perfuderunt lumine, lucere fecerunt.* In bibliis Complutensibus, Regiis, & quibusdam aliis, *alluxerunt*; Melius, *illuxerunt*, quemadmodum in psalmo 76. [n] vbi eadem verba Hebræa & Græca. Per *fulgura* designari miracula docui alias. Lege Gregorium [o].

Vidit, & commota est terra.] Hieronymus, & *contremuit.* Alij, *expauit*, aut quid simile, & significat חָחַל *thachel tremorem similem parturientis*: si

e Exod.19.16.
f psal.76.18.
b psal.143.6.
i psal.17.15.
k Basil.hom.de fine mundi. Theodor.in c.1.Act.
l Caiet.in c.24.Matth. Lyran.in c.21.Luc.
m c.5.Matth.
n psal.76.19.
o 21.Moral.c.1.

cu

cut psalmo priore [a], *Commoueatur à facie eius vniuersa terra*: vbi Hieronymus, *paueat*. Vtrobique prosopopœia est de elemento terræ, metonymia de habitatoribus illius: aut de elemento metaphora, si ut & cùm videre dicitur. Legit Tertullia. [b] *& concussa est terra.*

Vers. 5.] Montes sicut cera fluxerunt à facie Domini; à facie Domini omnis terra.

NOn tantùm contremuit terra propter fulgura, & fulmina, sed ipsimet solidissimi montes visi sunt concepto ab illis igne, vel etiam de cauernosis locis erumpente; ac eructante, in ceræ morem colliquefieri, atque diffluere. Hæc autem Dei fiebant imperio, suæque præsentiam, ac vim potentiæ declarantis voluntate, & quod vniuersæ terræ dominus esset. Sic olim cùm daretur lex, *totus fumabat mons Sinai, eo quòd descendisset Dominus super eum in igne, & ascenderet fumus ex eo, quasi de fornace; erátque omnis mons terribilis* [c], & *ardebat vsque ad cœlum* [d]. Montes mysticè sunt sublimes potentia, honoribus, dignitate, sapientia; & ferè propterea superbi, quos mollit, & frangit prædicatio Euangelica, & cõuertit, aut si nolunt acquiescere, subuertit. In malam partem accipiens Euthymius de dæmonibus exponit, aut etiam de hominibus peccatoribus, qui psalmo 67. [e] *perire dicuntur à facie Dei, sicut fluit cera a facie ignis.* Montibus peccatores similes Aiguanus docet, quoniam circa inferiora dilatantur, in superiorum amore sunt angusti: exterius illustrati obscurantur interius. Quod attinet ad iudicij tempus, qui de illo explicant hunc locum, aiunt significari fore, vt per terræmotus magnos defluant montes, & æquetur superficies terræ, atque vt scribitur in Apocalypsi [f] *omnis insula fugiat, & montes non inueniantur*, & à sedentis super thronum magnum candidum conspectu fugiat terra g. Tertullianus [h] fauet, qui etiam de materialibus montibus aliquando [i] videtur negare, interpretari verò de improborum, quos vocat *profanos*, corporibus, quæ puniantur, exultet autem, vt initio psalmi dictum est, terra carnis Sanctorum, ad quam pertinet, inquit, regni diuini fructus. De primo aduentu sim li videtur oratione votum suum Esaias [k] expressisse. *Vtinam disrumperes cœlos, & descenderes, a facie tua montes defluerent, sicut exustio ignis, tabescerent, aqua ardenti igni* (elicerentur virtute ignis) *vt notum fieret nomen tuum inimicis tuis, à facie tua gentes turbarentur.* Tales & hæ loquendi formæ [l]; *montes fluxerunt à facie Domini* [m]: *montes a fundamentis mouebuntur cum aquis*: *petra sicut cera liquescent ante faciem tuam* [n]: *consumentur montes subitus eum; & valles scindentur, sicut cera à facie ignis.* Accedit illud ex Abacuc [o]; *aspexit & dissoluit gentes; & contriti sunt montes seculi; incuruati sunt colles mundi ab itineribus aeternitatis eius*: ex Ecclesiastico [p], *montes simul, & colles, & fundamenta terræ, cùm conspexerit illa Deus tremore concutientur*: ex Iob [q], *qui transtulit montes, & nescierunt hi, quos subuertit in furore suo, qui commouet terram de loco suo; & columnæ eius concutiuntur.* De vi similitudinis ex liquefactione ceræ nonnihil dixi ad psalmum 57. [r] & 67. [s] Mollitia ceræ reddit eam aptam ad recipiendam impressionem imaginis, & quos emollit ignis diuinus, his faciliùs imprimitur similitudo, & imago, quæ per gratiam est, vt philosophatur Hugo. Mollita cera deprimitur per humilitatem, & superbi post peruersitatis suæ duritiam diuina formidine liquefacti ab illo priùs rigido tumore, inquit Gregorius [t], subtracti sunt. Laurentius Iustinianus [u] hunc locum vsurpat, vt demonstret diuinæ miserationis assidua meditatione emolliri quamlibet mentis hebetudinẽ, compungique in lacrymas, & cum humano lux diuina illabitur cordi, ac aspectus gratiæ cælestis agnoscitur, absque cunctatione liquefieri cor, exhilarari animum, mentem adorare, & intellectum priùs elatione tumidum, omni cum festinatione procliuum solo humiliari. Vtitur in idem citato cantico Abacuc: & exẽplo conuersi ad galli cantum, & ad Christi aspectum [x] Petri; ita vt in galli cantu iudicis terror attẽdi possit in aspectu Christi, gratiæ cælestis infusio. Iterum Hugo *montes qui sicut cera fluant*, deteriore sensu, prælatos ait esse nil melleæ continentes virtutis, sed defluentes in profundum vitiorum, amorémque terrenorum, *a facie Domini*, & gratia discedentes, vt idcirco indidem defluat etiam *omnis terra*, hoc est, subditi omnes. Adiaphorum est *cereum esse*, seu *tractabilem*, *vt ceram*, sæpiùs etiam deteriorem accipitur in partem, vt cùm quis dicitur

[y] *Cereus in vitium flecti.*

Et à mobilitate, seu agilitate cerea Telephi laudantur brachia [z]. Optimum quoque Crato cum Theone differens apud Plutarchum [a], conuiuij dicebat magistrum, qui ad omnes sese conuiuas accommodaret, tamquam è cera factus. Sed cereas opiniones Arrianus Epictetus [b] habere aiebat, qui facilè diffluere, nec in proposito manere, ideóque longè illi recedendum à Sole.

Montes sicut cera fluxerũt à facie Domini.] Hieronymus, *tabefacti sunt*. Alij, *liquefacti*, seu *soluti*. Tertullianus [c] in futuro, *tamquam cera liquescent à conspectu Domini*, item [d] in præterito, *sicut cera liquefacti sunt à facie Domini*, & in præsenti [e], *liquescunt vt cera à conspectu Domini.* Videtur autem vltimo loco intelligere *Dominum* esse Christum: *Deus noster ignis consumens est* [f]; tantum abest, vt similis Stoicorum sit dijs, quos illi vi ignis perituros, Plutarcho [g] teste, ac si ceret, inquit, ellent, vel stannei, autumabant. Aiguanus in *cera* notat humilitatem, castitatem, charitatem; primam, quia calori non resistit, facilé que ducitur, & tractatur, & humilis anima liquefit, vt dilectus loquitur [h], sed præmiũ secum suum habet, vt exalteretur, quoniam supernatat cera liquoribus, ob igneorum, & aërearum partium prædominium, quod amorem designat: secundam, quoniam opus apis est, quæ coitu non maculatur, & *similem ac proximum Deo facit incorruptio* [i], & expressior per eam imprimitur eiusdem in casto imago, *qui est speculum sine macula* [k]; tertiam, quia, sicut ceratum linteum arcet imbres, aliásque iniurias; obsignandis literis adhibetur, lucem in tenebris, si accendatur, pellit; ita charitate præditus, proximo fert opem, & eum defendit, arcana illius fideliter reticet, docet quæ illum scire oportet. Homerum Plato [l] *anima cor* κηρὸν ψυχῆς appellauisse scribit inuolucro quodam τοῦ κηροῦ, hoc est, *cera*, (propius ad id accedit contractum κῆρ) eo quod varium hominis ingenium cum varia comparetur qualitate ceræ, ita vt quoddam cor sit λεῖον, id est, *æquale*, & *lubricum*; aliud πεπηγὸς ac *faculentum*, nec è *pura cera*; quoddam ὑγρὸν καὶ ῥᾳδίως

[a] ver. 9.
[b] de resurre. carnis c. 26.
[c] Exo. 19. 18.
[d] Deut. 4. 11. *Montes quid mystice significent.*
[e] ver. 3. *Peccatores montibus similes.*
[f] c. 16. 20.
[g] c. 20. 11.
[h] cont. Herm. c. 24.
[i] lib. de resur. c. 26.
[k] c. 64. 1. 2.
[l] Iudic. 5. 5.
[m] Iud. 16. 18.
[n] Mich. 1. 4.
[o] Abac. 3. 6.
[p] c. 16. 19.
[q] cap. 9. 5. 6.
[r] ver. 9.
[s] ver. 2.
[a] 22. mor. c. 18. vel 14.
[b] de triplic. Christ. c. 9.
[c] Luc. 22. 61. 62.
[d] Horat. in arte.
[e] idem lib. 1. Car. ode 13.
[f] 1. Symp. q. 4.
[g] lib. 4. c. 17.
[h] contra Her. c. 34.
[i] de resur. car. c. 26.
[k] contra Praxeam c. 16.
[l] Deut. 4. 24. Heb. 12. 29. *Stoici sani Dei vi ignis perituros arbitrabantur.*
[m] lib. aduer. Stoic. *Fluxa naturæ humilitas, castus charitatis.*
[n] Cant. 5.
[o] Sap. 6. 20.
[p] cap. 7. 26.
[q] in Theæte

ἀ σκληρὸν,

ἢ σκληρὸν, aut valde molle aut durum. Plura leges apud eumdem.

A facie Domini omnis terra.] Hieronymus, *à facie dominatoris omnis terra.* Eodem modo Hebraizantes, & Græci. Hebræum אדון *adon* in tegimine necessario exigit obliquum casum *terræ*: in Græco autem textu exprimitur Νῦν φοβοῦνται πάντες τὴν γῆν. Latinè codices Biblici, & Enarratorum habent, *omnis terra*, præter Augustinum, qui legit, & exponit, *omnis terra*, & Arnobius, *tremet*, interserit. Cassiodorus, [*tremuit*] *à facie Domini tremet*, vel *tremuit omnis terra*, supplent etiam alij aut repetunt verbum, *fluxit*, vel simile. Non dicerem cum Richardo Cenomano dormitasse fortassis hic scribam. Potius, quod ille etiam facit, tuerer translationem nostram, suum habere commodum sensum: præsertim cum bene coniiciat hanc veterem translationem esse ex eo quod vt retuli, Arnobius, & Cassiodorus addunt aliud verbum, efferendo in recto casu; & si verum est quod *Deus est Dominus vniuersæ terræ*, vt cum sic nominatim vocat liber Iosue [a], & Micheæ [b]. Repetitio est ad emphasim; & mysticè vt comprehendantur non solùm montes, id est, potentiores, sed omnis quoque terra, hoc est, infirmiores, & viliores, & tum superbi tum humiles: & bis posita *facies Domini* innuere potest iratum, & humiliatum, aut redemptorem, & iudicem Christum. Sunt præterea *montes* quilibet superbi; *terra* omnes terreni. Vtrosque facies Domini tabefacit, in primo aduentu ad pœnitentiam, in secundo ad vindictam. De secundo Nahum [c] scribit, *quod montes commoti sunt ab eo, & colles desolati sunt, & contremuit terra à facie eius, orbis, & omnes habitantes in eo*, & Ieremias [d], *quod turbo dominicæ indignationis egrediatur & tempestas erumpens super caput impiorum veniet.* Denique *montes*, ac *terra* sumi possunt pro dæmonibus, & militia cœlorum iniqua, qui de hoc aëre defluent in infernum [e] in die iudicij, ac detrahentur, *tradenturque in tartarum cruciandi* [f].

a c.3.13.
b Cap.1. *Explanatio mystica.*
c c.1.5.
d c.23.19.
e Esa.34.4.
f 2.Petri 2.4.

Vers. 6.] Annunciauerunt cœli iustitiam eius, & viderunt omnes populi gloriam eius.

sensus loci.

REdit ad ignem, sulphur, grandinem, fulgura, résque alias terrificas, de quibus antea meminerat, & quas vindex Deus pluere visus est de cœlis in impios, vt hac ratione tanquam voce præconum, testari, ac promulgare censerentur cœli iustitiam ipsius, viderent autem sustinere oculis populi tum liberati, tum ceteri longè positi, tam terribilis & omnipotentis Dei potentiam, atque maiestatem, per adeo magna illa, & horribilia prodigia, & quanta eidem gloria debeatur, cum ita exercet iustitiam. Omnia Treuetus literaliter applicat ad legem in monte Sina datam: quod paulò durius est. In iudicio vniuersali cœli officio simili fungentur, & angeli cœlites. *Erunt enim signa in Sole, & Luna, & Stellis* [g] & *mittet Deus angelos suos* [h], & *apparebit signum filij hominis*, id est, Crux *in cœlo* [i]. Item tunc leuantes capita sua cœlestes homines, *quorumque conuersatio in cœlis* [k], & *videntes appropinquare redemptionem suam* [l], celebrabunt iustitiam Dei, *& obuiam Christo in aera rapti* [m], qui dici cœlum

g Luc.21.25.
h Matt.24.31.
i ibid. vers. 30.
k Philip. 3.20.
l Luc.21.28.
m 1 Thess.4.16.

A solet, ibi excipient læti iudicium, & iudicem laudabunt de iustitia, eiusdémque sententiam comprobabunt, & aliqui etiam illum ferent, vt iudices assessores [a]: præterea tunc videbunt omnes populi *venientem iudicem cum potestate magna, & maiestate* [b], etiam illi, *qui eum pupugerunt* [c]. Vel, ne quis prætexat ignorantiam, his de rebus nuncios, & præcones mittit Deus cœlos, id est, Apostolos, & apostolicos viros, qui videlicet prædicarent Christum *constitutum iudicem viuorum, & mortuorum* [d], & quàm ipse iustus sit, & cœli ab hominibus iustitiam, omnémque virtutem velit: cognouerunt verò per fidem omnes Christi maiestatem, & excellentiam. Hoc promiserat Deus per Esaiam [e]; *Mittam ex eis, qui saluati fuerint, ad insulas longe, & annunciabunt gloriam meam gentibus.* Quod ad primum quoque spectat aduentum: annunciatus is est à cœlis, cum Gabriel nunciauit Mariæ Verbum [f]: & Christo nato stella orta est noua [g], & Angeli euangelizauerunt [h], atque laudauerunt [i] eum, *qui factus est nobis iustitia* [k], & per iustitiam redimere nos voluit, & gloria Patris sui est, vt filius sapiens [l], & *paratus Deus brachium suum in oculis omnium gentium, vt viderent omnes fines terræ salutare Dei nostri* [m]. Addit Hugo prælatos, ac prædicatores cœlestes, qui terrena non sapiant, quærántve; sed quæ sursum, vbi *Christus in dextera Dei sedens* [n], & conuersentur in cœlis, & cœlis similes alti sint, clari, mundi in vita, fama, conscientia, *iustitiam annunciare*, id est, pœnitentiam verbo patiter, & exemplo: tunc verò videri à populis gloriam Dei, quia iustificati glorificant Deum, atque perducuntur ad gloriam beatam. Quo pacto conueniat Apostolis, & prædicatoribus nomen *cœlorum*, alibi ostendimus [o]. Lege Gregorium [p].

B

C

Annunciauerunt cœli iustitiam eius.] Paraphrastes, *annunciabunt angeli cœlestes*, aut *cœlorum* שמיא *angelos scemaia*. Sed plura *cœlorum* vocabulo significari posse dixi, etsi propriè quos Apollinarius ἐφορεύοντας cognominat ἀσωμάτους cœlos stellatos. Ericus [q] Abbas exponit, quod *cœli iustitiam Dei annunciabunt*, quia sancti Angeli iustissimum Dei iudicium veneranter prædicabunt. Addi possunt, & angeli mali reseruati in iudicium magni Dei [r], qui per punitionis effectum annunciabunt iustitiam vltricem Dei. *Reuelabitur tunc ira Dei de cœlo*, vt Apostolus loquitur [s], id est, exposito-re Ambrosio [t], seu alio aliquo, demonstrabunt cœli merito Deum iratum esse peccatoribus, tanquam accusatores eorum, & damnationis approbatores. Quod intelligo, non solùm quia posthabito vero Deo, quem ex cœlorum cognouerunt, aut cognoscere potuerunt magnitudine, cúmque colere [u], diuinum cultum vilissimis rebus detulerunt, nec tantùm, quoniam erit ira, atque vindicta illa cunctis conspicua, sed præterea, quia, vt antea dixi, cum Domino de ipsismet cœlis vindices angeli, & iudices homines descendent, & ex aërea regione horribiles impressiones [x]. Hoc sibi vult quoque illud ex psalmo 49. [y] *Annunciabunt cœli iustitiam eius, quoniam Deus iudex est.*

D

E

a Matth. 19. 28.
b Luc. 21. 27.
c Apoc. 1. 7.
d Act. 10. 42.
e c. 60. 19.
f Luc. 1. 28.
g Matth. 2. 2.
h Luc. 2. 10.
i ibid. vers. 13.
k 1 Cor. 1. 30.
l Prou. 10. 1.
m Esa 52. 10.
n Coloss. 3. 1.
o ps. 18. 2. p 9. Mora. ca 4. lib. 17. ca 16. vel 19.
q hic in Matt. c. 25. de iudicio.
r Epist. Iudæ vers. 6.
s Rom. 1. 18.
t ibidem.
u Sap. 13. 5.
x 1. Thess. 4. 15. 2. Ep. c. 7. 8. 9. 10.
y vers. 6.

Viderunt omnes populi gloriam eius.] Visio Christi hominis in iudicio erit, inquit Lyranus, terribilis reprobis, delectabilis electis. Populi hoc loco tam de malis, quam de bonis dicuntur, non de bonis tantùm, quidquid Aiguanus contendat. *Non videbit impius sed tolletur, vt non videat gloriam Dei* [z], id est, in Christo formam Dei, sed tantum

z Esa. 26. 10. sec. Lxx.

hominis in iudicio, vt explicat Augustinus [a], videbit in quem transfixit [b], & quanta sit gloria illius, à quo iudicabitur; sed gloriam ipsam ad fruendum non videbit.

a in psal. 81. & lib. contra serm. Arian. c. 1.
b Ioan. 19. 37.

Vers. 7.] Confundantur omnes, qui adorant sculptilia, & qui gloriantur in simulachris suis.

Adorate eum omnes angeli eius.

Sensus loci.

CVm tanta, támque conspicua, & nota omnibus vbique sit gloria Dei, ac adeo multis argumentis comprobata ex cœlo, terra, cúctis creaturis, illúmque contremiscant, & venerétur etiam inanimatæ res, atque qui prius rudes penitus erãt homines, vbi ipsis innotuit, quid supereſt, nisi vt summo pudore afficiantur, qui adorant adhuc sculptilia, & placent sibi in eis, non ignorantes quanta sit vanitas illorum, & quod nihil valeant eorum, quæ noster Deus, tot, ac tam magna vsque ad horrorem, & miraculum fecit; facit, potéstque plura, & plura, maiora, & maiora semper facere? Vel exemplo intelligentium substantiarum, beatorúmve spirituum infelicés mortales prouocari deberent. Nam illi demississimè venerantur Deum verum, tanquam suum, & hominum, & rerum cunctarum communem legitimúmque dominum. Id, vt faciant, quod & faciunt, Propheta, conuerso ad illos sermone, quodammodo hortatur; vel etiam quod faciant congratulatur; & vt quantum in ipsis est, idipsum fiat ab omnibus, idololatria deserta, tanquam cupidissimi Dei, ac Domini sui, cuius æstimant dignitatem, ac maiestatem, si non quantum debet, & potest, certè quantum decet, ac licet, omni ratione procurent, aut etiam præ lætitia, quod iam homines verum colant Deum, Deo ipsi venerabundi gratias agant. Vult præterea intelligant homines, non modo sibi malignos spiritus minimè adorandos, sed nec sanctos angelos latria, qui ægrè etiã ferant (vt constat ex Apocalypsi [c]) si quis ipsos adoret, vel eo modo adorare videatur, cum potius Deum ipsi adorét, & omnem in illum transferri adorationẽ, atque venerationem velint. Possent etiam angeli Dei de malis dici, & sensus esse, fore, vt non solùm confundantur idololatræ, sed & idola ipsa, dæmonésque, ac inuiti compellantur adorare, vt *omne ei genu flectatur etiam infernorum* [d]. Valentia demum sumit de adoratione bonorum angelorum, quando Christus ascendit in cœlum, ac veluti regnum iniit. Libetum est confusionẽ hanc per modum sumere vel optantis, vel imprecantis, vel prædicentis, & vt vel sit bona, & adducens gloriam confusis de pristinis erroribus, vel mala resipiscere nolentibus: & vt pertineat, aut ad primum Christi aduentum, aut ad secundum.

c c. 19 20. ca. 22. 9.
d Philip. 2. 10.

Confundantur omnes, qui adorant sculptilia.] Arnobius, & Cassiodorus legunt, *idola*, Hieronymus, *qui feruunt sculptile.* Tempus futurum Hebræi verbi יִכָּשׁוּ *ieuoscu* seruit imperatiuo: participium עֹבְדֵי *hobuede* in regimine *seruientes* significat סֶפֶל *pesel* singularis numeri collectiuè plura *sculptilia* γλυπτὰ seu *dedolata simulachra è lapide, ligno, similive materia*: Sculptilium Deorum effictio, & adoratio vetita est in Exodo [e], Leuitico [f], Deuteronomio [g]: & Iosephus decalogi præceptum secundum ponit μηδενὸς εἰκόνα

c c. 20. 4.
f c. 26. 1.
g c. 5. 8.

A

va ζῶν σεβάζεσθαι προσκυνῶν οὐδὲν ἄψυχον ἀνθρώπου ποιήσαντος ἀγάλματα. Sculptiles imagines videntur magis obnoxiæ fuisse superstitioni, quam pictæ; quoniam illæ ad sensum accommodatiores, vt viderentur dæmonibus veluti animatæ, & respondere, signa edere, curare morbos, opem laborantibus impartiri, quemadmodum satis hoc innuit loco Augustinus, & alibi [a]: Arnobius [b] item, Lactantius [c], Eusebius [d], & Trismegistus appellabat hæc idolorum corpora, vtpote quòd soliditate, crassitiéque partium personas, quæ adorandæ proponuntur, magis exhibeant. Egimus hac de re nonnihil priore psalmo, & pluribus ad c. 17. [e] Actuum Apostolorum, & libri Sapientiæ 13. [f] Lege præterea Ferdinandum Mendozam pro Concilio Eliberitano 8. Omittam veteres ex Gentilibus factos Christianos, quæque contra idololatriæ vanitatem scribunt Patres. & quantopere illam gẽtilibus exprobrauerint martyres, vt Publia cum sodalibus Antiochenis, transeuntes cauentes Iuliano apostata [g], *Simulachra gentium argentum, & aurum, opera manuum hominum. Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis.* Recitatur id in Martyrologio [h], & à Theodoreto [i]. Quotidie afferuntur ad nos ex India, quàm pudeat, non pigeat solùm, neophytos Christianos vanitatis, atque turpitudinis veteris idololatriæ, & quo pacto proficiant cum execratione, ac alacritate *idola argenti sui, & simulachra auri sui* alteriúsve materiæ, *quæ fecerant sibi, vt adorarent talpas, & vespertiliones* [k], aut alia similia monstra. Adoratio imaginum seu pictarum, seu sculptarum, & quouis modo factarum, quæ Deum, sanctósve nobis exhibent, reprehenditur, si per se tendat in illas, solúmque in illis terminetur, absque relatione ad prototypa: vel si prototypis honor habeatur in suis imaginibus, maior, quàm ipsis debeatur, vt latriæ alteri, quàm Deo, & Christo. Hoc ipsum citatis quoque locis docuimus, & Concilium Nicænum II. [l] monet prohiberi hoc loco huiusmodi adorationem. Simul reprehendit qui negant absolutè, fas esse imagines adorare, quia manu factæ sint, & ob id idola nominant; quoniam, inquit, Cherubim, propitiatorium, arca, mensa manu hominum ex Dei mandato facta, & adornata sunt. Ex qua ratione non infertur tales res aliqua adoratione adoratas esse, sed idola nõ fuisse, vt etiam alias diximus. Hypocritis, ac simulatoribus, ob externam effigiem sine vita, & auaris, ob pretiosam materiam, ostendit Arguanus conuenire posse nomen *sculptilium*, & *simulachrorum*. Hugo *sculptilium, & simulachrorum adoratores*, ait esse illos, qui quodammodo adorant homines diuites, magísque illis obsequi & placere, quam Deo cupiunt, & ad illorum, quam ad Dei gloriam peruenire: & quidem qui à cunabulis diuites sunt, nec in comparandis laborant diuitiis, esse simulachris similes; hoc est, imaginibus pictis, quæ sine labore per additionem picturæ fiunt Dij: qui ex inopia transeunt ad opes per multos labores, ac dolores, comparandos cum sculptilibus, quæ scalpendo, dolando, secando, sculpendo exstiunt, illsque tandem imponitur aurum, colórve. Eadem ferè ratio de conflatili. Audiant & videant cæci, surdique illi *similes sis, quæ faciunt* [m], minas prophetæ [n], *Confundantur confusione, qui confidunt in sculptili, qui dicunt conflatili; vos dij nostri.*

a Serm. 81. de temp. c. 4.
b lib. 1. contra Gentes.
c lib. 2. c. 8.
d l. 1. de præparat. c. 10.
e vers. 29.
f vers. 20.
g lib. 5. c. 5.
h 9. Nouemb.
i 3. hist. c. 17.
k Esa. 2. 20.
l Actione 3.
m psal. 113. 8. 134. 18.
n Hosea 13. 2.

Et qui gloriantur in simulachris suis.] Addita est

coniunctio

coniunctio, ☆, quæ deest in textu Hebræo, & Græco, atque omittitur à psalterio vetere, & Gallicano, ab Augustino, & Cassiodoro. Pro simulachris Hieronymus posuit *idola*, quæ hic etiam sunt Græce. De Hebræo nomine פסילים *eidum* psalmo præcedente dictum est. Non est verum dici *simulachrum* duntaxat in pictura, vt Hugo tamen asserit. In psalmo 113. [a] & in 134. [b] dicitur *argentum & aurum simulachra Gentium*. Denique seu à similitudine simulachrum deriues, cum Lactantio [c], ita vrdicatur *homo simulachrum Dei* [d], seu à simulando, quasi simulata, falsi, fictaque imago, latius patet, potiusque ac sæpius de solidis dicitur, quàm de pictis ac superficiariis imaginibus. Vtrumque etymon tradit Isidorus [e]. Gloriabantur dementes Hebræi, cum *mutassent gloriam suam*, (Deique veri cultum habentis in arca) *in similitudinem vituli comedentis fœnum* [f], dicendo [g], *Hi sunt dij tui Israël, qui te eduxerunt de terra Ægypti*: & rursus, *Idola* [h] *mea fecerunt hæc, & sculptilia mea, & conflatilia mandauerunt illis*. Baltasar quoque bibens in vasis sacris vinum, *laudabat eum suos deos aureos, & argenteos æreos, ferreos, ligneosque & lapideos, qui non videant, neque audiunt neque sentiunt. & Deum, qui habet flatum nostrum in manu sua, & omnes vias nostras non glorificabat* [i].

Adorate eũ omnes angeli eius.] Hieronymus absque pronomine, *omnes dij*, & Hebræum nomen est אלהים *Elohim*. Paraphrastis autem translatio videtur alienior, *& adorabuntur coram eo omnes gentes, quæ seruunt idolis*. Nisi dicas per *Elohim* intellexisse *principes* ac *potentes*, quorum exemplum sequi solent populi. Nomen illud de Deo vero dicit, & de dijs per participationẽ, & excellentiam quandam siue gratiæ, siue naturæ, siue, vt ita dicam, artis, alias ostendimus, atque de falsis etiam dijs, qui pro veris habiti, & culti sunt. Sensus esset, legẽdo *dij* adorẽt eũ omnes, quotquot habẽtur & dicuntur *dij*. Maluit eo modo trãsferre Hieronymus, vt Sophronio satisfaceret, qui maximè ad verbũ petierat translationẽ psalterij ex Hebræo, vt haberet quod Iudæis calumniantibus respõderet. Cæterũ Paulus [k] de Christo locum istum, expressit sensum potius, quàm verba, & *Elohim* accepit pro *Angelis* cũ Lxx. quos in hac re cæteri Interpretes omnium linguarũ, Chaldæa excepta, de qua dixi, sunt imitati. *Et cum iterũ*, ait, *introducit primogenitũ in orbem terræ, dicit, Et adorent eum omnes Angeli Dei*. Vbi per illud, *cum iterũ*, non cẽseo necessariò intuendum secundum aduentũ, vt in eo adorent Christum Angeli, qui iã adorauerint in primo, quamuis id fecerint aliqui, quos Ribera nostet sequitur, sed idem valere ac *iterũ autem*, quo denotatur prolatum nouum testimonium, sicut ibidẽ paulò ante [l]; *Et rursum, Ego ero illi in patrem*. Græci locum istum explicant de primo aduẽtu, & Aquinas, aliique, & præterea Cyrillus Alexandrinus [m]. Dici etiam posset cum Titelmano hoc loco iterũ dici *Christũ introduci in orbẽ terræ*, quatenus post resurrectionẽ inuit veluti possessionẽ regni, & heut ab hominibus, ita vius est ab angelis magis adorari, & ab illis apud homines eiusde adoratio procurari. Idem Ribera posit Hieronymum [n], recte demõstrat solitos Apostolos & Euangelistas re tantũ sententias magis quam verba, interdum personas mutã lo, tempora, numeros, tal o tamen semper sensu. Addit magnam sibi suspitionẽ esse, deesse in Hebræo מלאכי *melache* in regimine, ante אלהים *Elohim*; sicut Genesis 32. [o] nec enim alioqui Lxx. posituros fuisse nomen *Angeli*, & pronomen *eius*, aut Paulum

Angeli Dei. Porrò alii autem Iudæos, qui nesciebant Messiam verum Deum esse debere eum, ut quærerent ei respondere quærentes, cui *Dixit eum Dominum meum sedere, qui eius filius futurus erat* [a], Iesum fuisse nomen, *angeli*, quorum supra eius dignitatem esse crederent adorari ab angelis: postremò, quia Paraphrastes reddendo ad eum medũ, quem recitauimus videtur ita quoque legisse: quamuis pro *angelis* aut *numeris* populus potuerit, facilius puto dicere per *Elohim* intellectos *angelos* a Lxx. & loco pronominis, *eius*, quod *Deum* referre constabat, expressisse nomen *Dei*. Nil obstat etiam *angelos Dei*, malos intelligere, quos vocant *dæmones*, vt alibi fecisti [b], & non idololatras tantũ confundi, seu adoratores sculptilium, gloriamque in simulachris suis, verùm etiã ipsosmet dæmones: qui cùm naturæ nobilitate superent homines, ex eo quod præcipuarum Christum adorare, potuit Paulus [c] argumentari pro diuinitate Christi. Quamquam & bonis etiam id imputatur, atque de illis magis per se loquitur Apostolus, aliis tamen non exclusis. Cæterum præter hypostasim diuinam Christus adoratur ab angelis vt homo, non præcise tantum, vt Deus, & hic *gemmis ipse facitur cælestium, & infernorum* [d] bonorũ, & malorum angelorum. Christum, inquit Euthymius, laudauerunt natum angeli [e], eidem in deserto ministrarunt [f], ascendenti in cælum præeuntes inferiores sunt, clamantes [g], *attolite portas*, &c. Simili argumento ex hoc loco Athanasius [h] vtitur aduersus Arianos, nec non Chrysostomus [i], quamuis pro Dauide Mosen citet, & Iustinus [k] contra Iudæos. Testantur etiam probatissimæ historiæ visos interdum angelos Christum venerari humiliter in Eucharistia. Nec verò prorsus improbabiliter colligere hinc licet, angelos omnibus adhuc in via constitutis reuelatũ Christi venturi mysterium, propositum iis quoque ad adorandũ fuisse, ita vt qui noluerint, & vnionem hypostaticã inuiderint humanæ naturæ, vel suæ quoque aperierint immoderatè, damnati sint: Christũ auctorem esse gratiæ ipsorum, & caput. Hæc locum præsentem de primo aduẽtu Christi præsertim, esse ponunt, nec debent alieno loco ac tẽpore disputari. Cathenus [l] quidem dicto modo peccasse angelos inter alia probat præsentis psalmi isto testimonio cum illo Pauli [m] [*& cum iterũ introduxit*, &c.] *cum iterum*, inquit Catherinus, *quia semel iam Pater æternus introduxerat Christum, & prostrauerat angelos adorandum eum ab initio ipsis hoc mysterium reuelauit, postea iterum introduxit, cum venerat ipsum missus vt incarnaretur*. Argumentum tamen necessarium non est quia prior illa introductio si admittatur, non sequitur angelos illa ratione peccauisse, sed peccare potuisse cùm illis id mysterium reuelatum est. Hugo moraliter angelos accipiens pro clericis, prælatis, religiosis, ait hos inuitari vt adorent Deum, quia sunt ad hoc specialiter deputati, cum alij tere occupentur in adoratione falsorum deorum, vt mercatores auri, fœminæ ornatus sui, adulatores diuitis patroni mali clerici libidorum, vel amicorum militum, equorum, armorum: superbi Baal, inuidi Beelzebub: luxuriosi Beelphegor: accidiosi Dagon: cupidi seu auari Mercurij: philosophi Apollinis, &c.

Vers. 8.] Audiuit, & lætata est Sion.
Et exultauerunt filiæ Iudæ propter iudicia tua Domine.

Nota nomina simulachri.

a vers. 4. secundum Hebr.
b vers. 15.
c lib. 2 c. 2.
d Idem lib. 6. c. 19.
e lib. 7. etym. c. 11.
f psal. 105. 20.
g Exo. 32. 4.
h Osee 2. 5.
i Dan. c. 5. 4. 23.
k Hebr. 1. 6.
l vers. 5.
m de incarn. c. 20. & Greg. V. Gualtherus, collat. 5.
n in epist. ad Galat. cap. vlt. sub finem & epist. de opt. genere interpret.
o vers. 1.

a Matth. 22. 43. 44.
b Act. 5. 19.
c Hebr. 1. 6.
d Philip. 2. 10.
e Luc. 2. 13.
f Matt. 4. 11.
g psal. 23. 7. 9
h or. 3. contr. Arian.
i ser. de Trinit. 10.
k in Trypho. Christum in Bethleem angeli venerati sunt, idem in historia.
l opuscule alo tra bonum ang. & sapientia c. 2. in Gen. c. 1. prius calidum erat &c.
m Hebr. 1. 6.
Explicatio mystica.

VEl de sua Sion, ac Iudæi audientes prædictionem prosperitate lætari, & exultare intelliguntur. & quia talem habeant regem Deum, qui liberet suos de captiuitate, aliisque periculis, vt explicat Treuetus: vel quod intelligant à Gentilibus coli Deũ reiecta idololatria, atque ab angelis adorari. iisve, qui apud homines habentur in pretio, & honore tanquam dij, aut angeli, tum verò, qui æquissima Dei iudicia in vindicandis hostibus, defendendi que innocentibus innotescunt. Itaque quam fecerat prius communem lætitiam, & exultationem vniuersitati aliarũ creaturarum, peculiarem nunc facit, propriámque populo Dei, quia in eo ille singulari quadam ratione regnare voluit, & eximiis beneficiis afficere. Mysticè autem de Christo istud tot modis exponitur, quot indicati sunt versibus præcedentibus, & Sion Ecclesiam vniuersalem, filiæ Iudæ particulares Ecclesias denotant cum omnibus fidelibus, qui lætentur, ac exultent tum de primo, tum de aduẽtu secundo. Valentia lætitiam hanc, & exultationem vult fuisse de Christi ascensione, quia prima illa Ecclesia, quæ coaluerat in Sion, audiuisset ab angelis adoratum Christum. & honoris causa deductum in cœlum: rum verò filias Iudæ, hoc est, de tribu Iuda, Mariam cum sororibus, & cum Magdalena, & Martha. Fauet, quod Lucas [a] narrat discipulos postquam Christus ascendit, *adorantes regressos esse in Ierusalem cum gaudio magno. Iudiciorum diuinorum* nomen potest dictis omnibus rebus conuenire, atque omnibus quæ sunt hactenus psalmo toto dictæ, nec ad sola restringi ea iudicia, quæ contingent circa electos, reprobósque in vniuersali iudicio, seu ad sententiam illam, *Venite* [b] *benedicti*, &c. quod Ianssonio tamen placet. Lætati sunt fideles propter *iudiciorum diuinorum*, id est, mysteriorum, & præceptorum notitiam communicatam omnibus absque acceptione personarum, qua lætitia perfusi sunt ex circumcisione fideles, Petro reddente rationem de Cornelio [c]; propter ipsammet obseruationem mandatorum: propter fidẽ, quòd cuique reddendum sit tandem pro meritis: propter idololatriam prostratam, & persecutores deiectos: propter alias similes causas, quibus diuina consilia prouidentia, sapientia, iudicia admirabiliter perspecta sunt: propter eas etiam, quæ continentur sequentibus versibus.

Audiuit, & lætata est Sion.] Chaldæè, *Ecclesia Sion*, Vetus psalterium, & Augustinus, *iucundata est*. Alias de Sion monte, illius etymo, mystica significatione, dictum. Quamuis *speculam* significet, lætatur tamen inferior Sion, & militans Ecclesia, cum audit, id est, credit, *quia fides ex auditu* [d]: *lætatur cor eius, dum quærit Dominum* [e]: lætatur, quando *ei dicitur, in domum Domini ibimus* [f]: gaudio gaudet, *propter vocem sponsi* [g]: gaudet audiens *gentibus prædicari* [h]: *gaudet spe* [i]: sed in re, & in cœlo, & in beatitudine, quanto maius gaudium, quando *sicuti audiuimus, sic videbimus* [k]: immo & audiemus cantica beatorum, & laudes Dei, & suauiter inter se colloquentes.

Et exultauerunt filiæ Iudæ.] Græcè τῆς Ἰουδαίας *Iudææ*. Legit autem alicubi Hieronymus [l], *Exultauerunt, & lætata sunt filiæ Iudæ*. Chaldæicè, *filiæ domus Iudæ*. Idem fere versus psalmi 47. in *Lætetur mons Sion, & exultent filiæ Iudæ* (Græcè etiam Isaiæ) propter iudicia tua Domine; Vbi, & aliis locis de hac formula dixi, qua *filiæ* dicuntur de ciuitatibus, oppidis, pagis prouinciæ, vel metropolis; sic adhuc in 149. [a] *Filiæ Sion exultent in rege suo*, quamuis emendati codices habeant, *in ly*. Id Procopius [b] de loco isto monet, generalem illum canonem tradens. *Filias* Hugo aut vocari *Iudæ*, Ecclesias de Gentibus, quas genuerunt Apostoli *Iudæ*, hoc est, Christo, qui de tribu Iuda fuit, ac velúti vxoré, id est, carnem ex ea sumpsit: præterea animas, quæ confitentur, & glorificant Deum, quod ad moniales peculiariter applicat, comparans eum Susanna, quæ appellatur *filia Iudæ* [c]. Obseruat Bruno Carthusianus in femmino genere maiorem, & eximiam virtutum pulchritudinem, quia speciosior est, inquit, cultus filiarum, quàm filiorum: præterea quod habiles sint ad alios in fide generandum, sicut filiæ ad filios pariendum. Pertinere item potest id nomen ad indicandam animi mollitiem, vt de huiusmodi appellatione vniuersè annotat Procopius [d] *Iudæa* nomen Græcè positum demonstrat de prouincia tota, nõ de ditione vnius Tribus Iuda sermonem esse, sed, vt voluit Treuetus, de ciuitatibus Tribus Iuda. Nec valet allusio illa aliorũ ad Tribum Iuda, de qua Christus esset. Notauit in Matthæũ [e] Hieronymus aliquando cum addito diei aliquam ciuitatẽ *Iudæ*, vel *Iudæ*, quia pertineat ad Tribum Iuda. Concedi demum potest huc innui morem puellarum choros ducentium, vt olim in deserto [f], postea in Silo [g]: deinde post victoriam de Golia [h]: & in psalmo 67. [i] vidimus quod *præuenerunt principes coniuncti psallentibus in medio iuuenculatum tympanistriarum*: & obtruncato Holoferne *omnes populi gauisi sunt cum mulieribus, & virginibus, & iuuenibus in organis, & cytharis* [k].

Propter iudicia tua Domine.] Alibi legit Hieronymus [l], *in omnibus iudiciis tuis*; Iubet autem, vt hanc sententiam, & simile apud Propheram Danielem [m], *Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum, & laudabile, & gloriosum nomen tuum in sæcula, quia iustus es in omnibus, quæ fecisti nobis, & vniuersa opera tua vera, & viæ tuæ rectæ, & omnia iudicia tua vera: iudicia enim vera fecisti.* &c. quando diuersis premimur angustiis ex toto cordis loquamur effectu; & quidquid nobis acciderit, iustè nos sustinere fateamur. Fecisse, ac dixisse id Mauritium Imperatorem constat, diuinam sententiam de sua, & suorum morte cum accepisset, cum recitaret ex alio psalmo [n], *Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum.* Memimus & hoc alibi superius. Cantant beati canticum Moysi serui Dei, & canticum Agni dicentes; *Magna, & mirabilia sunt opera tua Domine Deus omnipotens, iusta, & vera sunt viæ tuæ Rex sæculorum* [o].

Vers. 9.] Quoniam tu Dominus altissimus super omnem terram, nimis exaltatus es super omnes deos.

DEclaratio diuinorũ iudiciorum adeo manifesta, & illustris aduersus hostes populi Dei effecit, vt eodem fructu isti lætantes; illi effectum experientes, alij eadem referentes, in hanc omnes irent sententiam, atque pronunciarent, dominari Deum latissimè super vniuersam terram, & superiorem infinito interuallo esse cũctis qui quoniam cumque modo in eadem dominium exerceant, ac partibus infinitis excelsiorem omnibus, qui habentur pro dijs. Hoc ipsum est, quod Sion lætata, & exultantes canent filiæ Iudæ. De sententia nil occurrit dicere, cum ei similis iam

aliquoties

Sensus tert.

Sensus mysticus.

a c.vlt.52.

b Matt.25.34.

c Act.11.1.4. & seq.

d Rom.10.17. ps.104.3.

ps.121.1. Ioan.3.29. Act.13.48. Rom.11.11.

ps.47.9.

in Dan.c.3.

vers.11.

a vers. 2.

b in Esa. c.32.

c Dan 13 63. Maior dignitas in femmino genere.

d supra.

e in c.2.

f Exod.15.2.

g Iudic.11.19. 21.11.

h 1.Reg.18.6.

i vers.16.

k Iudith 15. 13.

l in Dan.c.3.

m c.3.26.27.

n ps.118.137.

o Apoc 15.3.

aliquoties occurrerit, tum in psalmo 44. [a] & 96. [b] In iudicio maximè complebitur sententiæ veritas; omnesque cognoscent, quod præualuerit Christus omnibus terrenis hominibus, ac peccatoribus; & exaltatus fuerit super omnes iustos, tum Angelos, tum homines, quibus *filiorum Dei* nomen communicatum est, vel etiam super illos, quos error gentilis *Deos* fecit, atque nominauit, siue dæmones essent, siue homines.

Quoniam tu Dominus altissimus super omnem terram.] Hieronymus, *excelsus*, Chaldaicè, *super omnes habitatores terræ.*

Nimis exaltatus est super omnes deos.] Hieronym. *vehementer.* Ita solet Interpres reddere מאד *meod* & σφόδρα, per *nimis*, quod significat *vehementer*, aut *valde*, vt alias notaui, dixique non vitiosum excessum significare, sed rei magnitudinẽ admirabilem, ac prope infinitam. Augetur adhuc magis Græcè significatio σφόδρα ὑπερυψωθεὶς, *valde superexaltatus* est. Iustinus [c], aut quis alius, tractãs illam quæstionem, quomodo Deus, qui ante creationem erat, postquam creauit, acquisierit nomen, & tẽ ipsam vt opifex diceretur, effeque; Respondet Deum eumdem semper esse, nec in eo vllã accessionem ex eo fieri, quod sit σχέσις τοῦ ἄλλου, id est, *habitudinem dicat ad aliud*, seu *relationem*, nẽpe rationis. Exemplũ dat in vnitate, quæ numeri principium est; nihilominus etiamsi principium numeri non esset, perfecta esset. Tum allato præsenti loco docet Deum nimis exaltari, seu superexaltari, & γίνειν ἔχειν πρὸς υἱὸν ἕλιον πολυσχέσεις *habitudinem habere ad creaturam multifariam*, quatenus denominatur *pater*; nimirum creaturæ, *dominus, iudex, pastor*, & quæ sunt his similia. Et sicut, inquit, eo quod plures non condidit mundos, cum ipsum etiã præstare posset, imperfecta esse probata non est perfectio eius, qua super omnes deos exaltatus est; ita neque eo quod vnum condidit mundum, incrementum aliquod cepit. Christò infra omnes humiliato debebatur exaltatio super omnes, vt philosophatur Apostolus [d], nempe iuxta regulam ipsiusmet Christi, quod *qui se humiliat exaltabitur* [e], de qua Gregorius [f].

[a] vers. 3.
[b] vers. 4.
[c] q. 113. ad orthodox.
[d] Philip. 2. 9.
[e] Luc. 18. 14
[f] 32. Mor. c. 8. vel 7.

Vers. 10.] Qui diligitis Dominum odite malum: custodit Dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos.

Sensus lect.

SVb finem sollicitus Propheta de aliis, vt ergà tantum, támque beneficum Deum piè, religiosè, gratè; se gerant, cauéntque iusti iudicis vindictam, vel in hoc, vel certè in futuro tempore, atque iudicio, adhortatur ad persecutionem vitij, virtutisque prosecutionem ex amore Dei, & vt secum seriò, ac sedulò reputent à Deo pendere salutem, & incolumitatem corporis, animæque, vitæ mortalis ac immortalis. & ipsi curæ esse sanctos suos, vt illos ab omni periculo, atque persecutione liberet iniquorum inimicorum tum visibilium, tum inuisibilium; tandem vero eosdem segreget in die iudicij à permixtione illorum. Denique significat Regi, cuius sedis correctionem, iustitiam cecinit, & iudicium esse, familiares, amicósve non posse esse qui non quæ diligat, ipsi etiam diligant, oderintque quæ ille odio persequitur, nempe *impium & impietatem eius* [b], seu impium propter impietatem, vitando peccandi occasiones, & quoad eius fieri poterit, in virtutis viam alium reducendo; nullo metu seruitutis ab hac via remouere permittendo, cum *animæ iustorum in manu Dei sint* [a], tanquam pretiosa res, & *ipsa eorum ossa custodiat* [b], immo & *capillum de capite non sinat habeat, vt ne vnus quidem pereat* [c], sed tutissimè velut *depositum seruet* [d].

[a] cap. 3. 1.
[b] Psal. 33. 21.
[c] Luc. 12. 7.
[d] 2. Tim. 1. 12.

Qui diligitis Dominum odite malum.] Veterus psalterium, & Augustinus legunt, *malignum*. Symmachus πονηρὸν, quod emendati codices Lxx habent singulariter πονηρὸν, licet sit in plurali in aliquibus codicibus, vt Complutensibus Regiisque πονηρά, quæ Apollinarius μοχθηρὰ vocat, *curiosa, anxia*, cuiusmodi fere superstitiosa, vt sit allusio ad reprehensam priùs idololatriam. Et quidem mundelitas κατ' ἐξοχὴν meretur appellationem *malæ*, & *peccati*; *infandorum enim idolorum cultura omnis malæ causa est, & inuium, & finis* [c]. *Non est Deus, Christúsque dignus, cum quo diligas aduersarium*, inquit Augustinus. *Amas illum, debes odisse quod odit, &c. hinc apparet te diligere quod bonum est, si inuenias fueris odisse quod malum est.* Adhibet exemplum Parrhisiensis, qui filium exhæredare velit cum inimico ipsius assiduas collocutiones habentem. Videtur autem nomine *maligni* hominem intelligere, qui ad malum inducat præsertim persecutione. Cassiodorus interpretatur, *diabolum*, sicut in vltimis verbis orationis Dominicæ [f], *libera nos a malo*. De diabolo exponunt Græci in commentariis, & Nyssenus [g], atque Tertullianus [h], & Chrysologus [i], innuítque Gregorius [k]. In ea notione certum est sumi *malum τὸν πονηρὸν* in parabola seminis, vbi scribitur *quod venit malus, & rapit quod seminatum est in corde* [l]. Sed in oratione Dominica communior expositio est de quibuscumque malis præteritis, præsentibus, & futuris, vt Ecclesia ipsa significat in Missa. Hoc autem loco Basilius, vel Theodoretus docent omnes species τῆς κακίας comprehendi; Hugo tum virium, tum diabolum. Obseruat Chrysostomus [m] inter laudes Iob scribi, quod *recedebat ab omni opere malo* [n]. Sic enim est Græcè ἀπὸ παντὸς πονηροῦ πράγματος, nonnullos inuitos recedere à multis malis, ab omnibus autem non recedere: possibile non esse iuxta id, quod hoc loco habetur, Deum diligere, & operari malum. Caietanus tamen in commentario huius loci docet esse multos, qui diligant Deum, non tamen odio habent peccata, quia dilectio non est formata charitate. Vtcunque sit dilectionem imperfectam, & pro amore concupiscentiæ, non qua Deus ametur propter se, aut super omnia: talis enim amor omnem peccati affectum excludit, odiúmque illius includit. Eidem argumento Arguanus occurrit, dilectionem Dei propter se, quam vocat quoque *fruitionem*, non posse cum peccato consistere, sed aliam, quam nominat *assum*, & qua diligitur Deus propter aliud: peccatorem hic moneri, vt si placatum cupiat Deum, oderit malum culpæ; iustum, vt oderit idem malum perseueranter. Reprehenditur iniustus in psalmo [o] 35. Quod *malitiam non oderit*, & in 118. [p] dicitur quod qui à mandatis Dei intelligit, odiuit omnem viam iniquitatis, & qui ad omnia mandata illius *dirigitur, omnem viam iniquam odio habet*. Ideo Paulus, ait Ambrosius [q], cauebat in carne sua malum [r], quia oderat: Ideo Ioannes monet in Epistola sua [s], *ne diligamus seculum, quia omne quod in seculo est, concupiscentia est carnis, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ.* Subdit, vt oderimus in inimicis nostris. Deique iniqui-

[a] Sap. 14 9.
[b] vers. 2.
[c] Sap. 14 27.
[d] Matt. 6. 13.
[e] lib. de oratione.
[f] lib. de oratione. cap. 8. & lib. de fuga cap. 1.
[g] Serm. 70.
[h] 3. Moral. 3.
[i] Matth. 13 19.
[k] hom. 2. de patientia Iob.
[l] Iob 1. 1.
[m] Dilectio Dei propter se non potest cum peccato consistere, sed aliam quam nominat assum, & qua diligitur Deus propter aliud.
[n] vers. 5.
[o] vers. 104.
[p] Ser. 13. in psal. 118.
[q] Rom. 7. 18.
[r] 2. epist. 2 16.

tatem, perfidiam, turpitudines; mundi istius vanitates. Tum demum, quod odio esse debent quæ fæculi sunt, ne securis affectibus, & otiosis blanda conciliatricula voluptatis irrepat illecebra. Ad extremum ratum esse cum Iacobo [a] debet, *adulteros esse qui amicitiam mundi inimicam Deo* retinere *volunt, & quicunque voluerit amicus esse huius sæculi, inimicum Dei constituit. Odiens malum, diligit bonum* [b], & vicissim si pro eo vt debet, alterutrum facit. Bonus est Deus, illum qui amat, amare malum non potest. Nam [*bonos* [c] *quod oderint mali, sunt mali: malos quod oderint boni, bonos Esse oportet: vósque ideo estis boni, quandoquidem Semper odistis malos. & lege & legionibus. Hos fugistis Quirites, successistis bonis.*] Non meretur nomen *mali* absolutum, nisi peccatum: nullum pœnæ malum per se malum est, ne priuatio quidem visionis diuinæ sub ratione pœnæ, & secluſa malitia peccati, pro qua quis tanto bono priuatur: & in malo pœnæ ratio boni aliqua cernitur, quatenus pro culpa satisfacit, mentem purgat, redigit inordinata in ordinem, exemplo alios erudit. Mala non sunt, inquit Ambrosius [d], nisi quæ crimine mentem implicant, & conscientiam ligant. Cæterum paupertatem, ignobilitatem, ægritudinem, mortem nemo sapiens mala dixerit, nec in malorum sorte numerauerit, quia nec contraria istis in bonis habentur maximis, quorum alia nobis ex natura, alia ex commoditate accidere videntur.

Custodit Dominus animas sanctorum suorum.] In vetere psaltério, & apud Augustinum, *seruorum.* Qui dicantur חסידים, & חסיד *chasidim*, vidimus alibi antea. Significat Hebræum nomen *misericordes*, quæ laus magna operum misericordiæ, ac eleemosynæ, vt animas his deditas peculiariter custodire dicatur Deus. In alio psalmo petebat hoc ipsum Dauid *, *custodi animam meam, & erue me*: rursum [e], *Custodi animam meam, quoniam sanctus sum* חסיד *chasid*: orat etiam pro alio [f], *Custodiat animam tuam Dominus, Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum, ex hoc nunc, & vsque in sæculum*: denique describens eosdem sanctos esse, quos hic prius diligentes Deum nominauerat, pronuntiat [g], *custodit Dominus diligentes se.* Horum dicere possumus animas, *quæ sunt in manu Dei* [h], *custoditas quasi in fasciculo viuentium apud Dominum Deum suum* [i]. Ista porrò custodia non solũ est, ne anima rapiatur violenter per mortem, quod fieri permisit Deus interdum ad maiorem gloriam suã, & meritum eo modo morientiũ pro ipso, sed potissimum, ne separetur à charitate Dei, Deiue charitas ab illa, quæ est anima animæ, sed perseueret in spirituali vita gratiæ, liceque diu gerere perpetuò Deum valeat, & malum occidere. *Omnis custodia seruandum cor, in quo sit huiusmodi vita* [k]: Ad hanc verò custodiam cõfert plurimum panis vitæ, in quo ipsemet auctor & custos vitæ præsens est, vt idcirco iuxta formulam in Sacramentario Gregorij contentam præbens Sacerdos Eucharistiam alteri, benè precetur ei, sicut & antea sibi; *Corpus Domini nostri Iesu Christi custodiat animam tuam in vitam æternam. Amen.* Prosper [l] colligit hinc argumentum contra Collatorem, quod quisquis in tribulatione non deficit, ab illo sine dubio adiuuetur, ad quem quotidie corda vniuersorum fidelium clamant [m], *ne inferas nos in tentationem, sed libera nos a malo, quoniam custodit Dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatorum liberabit eos.* Liceat præterea pro pluribus animabus humanis, quæ sint in singulis corporibus singulæ, hoc ex loco argumentari, vbi pluraliter, mulcæque ponuntur, quemadmodum & ex similibus aliis locis [a]: item quoties legimus animam tuam, suam, huius, illius, animam vnam *conglutinatam animæ alterius* [b], animam patris, & filij [c], animas septuaginta [d], sedecim & triginta duo millia [e], & huius generis alia.

De manu peccatoris liberabit eos.] Hieronymus, *impiorum*, sicut & Aquila ἀσεβῶν: Symmachus autem παρανομούντων transgredientium legem: in emendatis Bibliis ἁμαρτωλῶν *peccatorum*: quomodo etiam est in vetere, ac Romano psalterio, & apud Arnobium, atque Cassiodorum. Videntur in plurali legisse Basilius, & Theodoretus: in singulari Theodotio, & multi codices ex editione Lxx. Euthymius præterea, & Nicephorus, qui de diabolo exponunt auctore omnium peccatorum, & Apollinarius, qui vsurpat nomen ὀλέθρου & *vastatoris*. Pluralis numeri vox extat Hebræa רְשָׁעִים *resiahhim*. Parũ interest cum pro numero numerus poni soleat, & singulare collectiuè sumi pro plurali. Quemadmodum autem pro *diabolo* accipitur, vt nuper dixi, absolutum *mali* aut *maligni* nomen, sic potest etiam nomen accipi *peccatoris*, vt duo illi Græci notabant; sicut item primarium diaboli membrum Antichristus appellatur *homo peccati* [f], eodem pacto potest diabolus vocari *angelus peccati*. Sed qua ratione omnis peccati diabolus auctor censeri possit, alias docuimus. Interpretantur etiam Hugo, Lyranus, Aiguanus, Haimo, Cassiodorus diabolum *peccatorem*; liberari sanctorum animas de manu, ac potestate illius, iubereque seruare animas eorum, sicut Iob [g], non modo ne vitæ corporis plus noceat quàm velit Deus, sed ne quoque *tentet supra id quod possint, vt sit cum tentatione proventus, ac possint sustinere* *: postremo *liberari de manu mortis* [h], ne regnet semper. Adde de potestate carnis, mundi, occasionum peccandi, de *lacu infirmi* [i].

Vers. 11.] Lux orta est iusto, & rectis corde lætitia.

CVstodia Domini, & liberatio, de quibus dictum prior versu, tanquam lucis nouæ exortus exhilarat iustos, sanctos, rectos corde, atque admirabilis lætitiæ materiam subministrat diuini fax quædam fœnoris emicans, qui sese ad tempus abscondere nõnunquam videtur. Tunc verò clarissimè quod attinet ad mysticũ sensum, apparuit, cum lux venit in mundum Christus ipse [k], ac magis adhuc postea apparebit, quando cum Christo apparebunt in gloria, quorum nunc vita abscondita est cum illo in Deo [l]. Spargitur nunc, seri, disseminari lux hæc, lætitiáque cænsetur, vt latè, largè, copiosè, tempore suo metatur, colligatur, proueniat. In manibus nunc Deus abscondit lucem, ita vt quidam tantum pauci paruique radij eniteſcant, quasi per spatia digitorum, *& præcipit ei, vt rursus adueniat* [m]. Hæc lux est, *qua in solem conuertetur* [n], quia *fulgebunt iusti, vt sol in regno patris eorum* [o], *vbi claritas Dei, ac Dominus Deus illuminabit, & lucerna eius agnus* [p], *nec egebunt beati sole, neque luna, neque lumine lucerna, aut sole.*

Lux orta est iusto.] Sic etiam Hieronymus, & Chaldæus Paraphrastes, quãuis plures iustos ex-

primat.

---

a c.4.4.

b Amos 5.15.

c Plaut. in Pseudo. prolog.

Nullum malum pœna per se malum est.

d 2. Hexam. c. 8. & refertur 1. dist. 5. c. Illa cauenda.

* ps. 24.20.

e ps. 85.2.

f ps. 120.7.

g ps. 144.20.

h Sap. 3.1.

i 1. Reg. 25. 29.

k Prou. 4.23.

l contra Collat. c.35.

m Matt. 6.13.

a Exod. 10.11. 16. Leuit. 11. 43.44. Iudith 4.8. cap. 8. 10. Bar. 2.32. c. 1. 1. c. 11. 27. c. 12.8. c. 14. 5. 26. c. 17 1. Lucæ 9.56. Act. 2.41 c. 7. 14. & 15 pius. Apoc. 2. 9. & alibi. Ezech. 14. 4. & 15 pe.

b 1. Reg. 18. 1.

c Ezech. 18. 4.

d Genes. 46. 11. Exodi 1. 5.

e Num. 31. 35. 40.

f 2. Thess. 2. 3.

g cap. 2. 6.

* 1. Cor. 10. 13.

h Oseæ 13. 14.

i Zach. 9. 11.

Versus loci.

Sensus mysticus.

k Ioan. 1. 4. 5. 9. c. 3. 19.

l Coloss. 3. 4.

m Iob 36. 32.

n Esther 10. 2. c. 16 14.

o Matth. 13. 43.

p Apoc. 21. 23. c. 22. 5.

primat. Vertunt alij ex Hebræo *lumen ſatum*, ſeu *diſſeminatum*, quod valet זרוע zeruâh. Redſit eodem pacto Paraphraſtes, ſed apud Nebienſem ita, *lux quæſita, & conſeruata eſt iuſtis.* Suſpicari cum ratione poſſumus legiſſe Lxx. & Hieronymum זרח zaruach, quod propriè *ortum*, & *diſſipatum* valet vt in pſalmo 111.[a] *Exortum eſt in tenebris lumen rectis corde* זרח zarach. Id credibilius eſt quàm de זרה zarah, vt poſtea legi ſententiæ Peregrinum Herum, qui notat pro *he* lectum *hhaim*. Dicere debuit pro *cheth*, ſeu *heth* Alioqui ſimili phraſi legimus vſum Lucretium[b], vt diceret quod ſol conſcrit aua lumine.

Sol etiam ſummo de vertice diſſipat omnia
Ardorem in pratis, & lumine conſeris arua.

pro *complet, conſpergit, colluſtrat*. & per aliam metaphoram, *conuertit*. Ad idem pertinere illud eiuſdem[c] poteſt

——— *Cum ſolis lumine, cumque*
Inſertum fundunt radios per opaca domorum.

Lætitiæ ſymbolum lucem eſſe notiſſimum eſt, ac ex dictis paulo ante conſtat, tum ex eo, quod in Eſther[d] legimus *Iudæis nouam lucem oriri viſam, gaudium, honorem, & tripudium*: & quia negabat gaudium ſibi Tobias eſſe poſſe, quod *in tenebris ſedens lumen cæli non videret*[e]. Sic etiam Nazianzenus[f] de luminibus tractans, ait ſe id faciendo exhilareſcere, quia nihil dulcius, & iucundius lumine his, qui guſtum illius ceperint. Eam iuſtus *gaudens in ipſe* etiam dum patitur ærumnas, conſeritur ſeminare, & *ſemina illius flendo mittere, vt referat poſtea manipulos cum exultatione*[h]. Fructum ſeminat qui ſemen iacit fructiferum: fruitio reſpondet labori, labor ergo ſemen eſt fruitionis. Quemadmodum è contrario, qui operatur iniquitatem, ſeminat dolores, quos deinde metet, etiamſi nunc affluat voluptatibus, quas Chriſtus vocauit *ſpinas*[i], de quibus *colligi vua nequeunt*, vt nec *ficus ex tribulis*[k]. Quamquam ſi pro futuro præteritum ſumatur, ſenſus erit, quod in beatitudine ſeretur, id eſt, copioſè tribuetur lux, lætitiaque rectis corde. Caietanus retenta præteriti ſignificatione, ſatam dicit lucem in intellectu, & lætitiam in affectu, tum per lumen naturale, & fidei tum per appetitum naturalem ad bonum rationi conſentaneum, & infuſum charitatis amorem. Galatinus[l] ex Rabbinis colligit verba iſta de Meſſia intelligi, qui antequam eſſet ſecundum humanitatem, iam erat ab æterno lux cum Deo, atque principium, quo Deus creauit mundum, ita vt huiuſmodi lux immenſa, & increata primum opus creando dixerit[m], *fiat lux*. Oppoſito modo Cyrillus Alexandrinus[n] argumentatur de eodem Chriſto, ipſum eſſe veram lucem, nec hanc vnquam ei de nouo ortam eſſe, quia non oritur lux habenti, & non indigenti, ſed qui non habeat, egeatque. Myſticè præterea lux oriri iuſto dicitur ad eum modum, quo *Lucifer in cordibus noſtris*[o], ſiue Chriſtus, ſiue fides, ſiue gratia, ſiue ſanctorum aliorum exempla, ſiue illuſtris commendatio iuſtorum in iudicio, vbi *educet Deus quaſi lumen iuſtitiam, & iudicium, tamquam meridiem*[p], & *orietur in tenebris lux, & tenebræ erunt ſicut meridies & requiem iuſtis dabit Deus ſemper, & complebit ſplendoribus animas eorum*[q]. Cum exeunte Iuda Chriſtus dixit, *tunc clarificatum filium hominis*, id eſt, ſeipſum[r], Auguſtinus[s] docet prætiguraſſe quod cum victus à Chriſto tranſierit hic mundus, & nemo in populo Chriſti remanebit immundus, & zizania a tritico erunt ſeparata, fore vt *iuſti fulgeant in regno patris*[t] *ſui*. Chriſto

a verſ. 4.
b lib. 2.
c ibid.
d cap. 8. 16.
e Tobiæ 5. 12.
f orat. 40.
g Rom. 12. 12.
h pſ. 125. 6.
i Luc. 8. 7. 14.
k Matth. 7. 18.
l lib. 8. c. 11.
m Gen. 1.
n lib. 1. in Ioã. cap. 8.
o 2. Pet. 1. 19.
p pſal. 36. 6.
q Eſa. 58. 10. 11.
r Ioan. 13. 31.
s tract. 63.
t Matth. 13. 43.

A nato *clarius Dei circumpoſiti paſtores, vtq, ab angelis euangelizatum gaudium in omnem*[a] *Symeon iuſtus accepturus in vlnas ſuas Chriſtum* appellauit *lumen Gentium*[b]: & in introitu miſſæ ſecundæ de Natiuitate Domini canitur, *Lux fulgebit hodie ſuper nos. Tamen ibus Deus ortus eſt ſuſtitiæ, & ſanitas in pennis eius*[c]: *lucerna pedibus verbum Dei, & lumen ſemitis*[d]: *lux mundi ſunt iuſti*[e] bonis exemplis ſuis, lucentque *ſicut luminaria in mundo*[f]. Attingit iſta Hugo. E contrario impij vel ſerò tandem fatebuntur *errauiſſe ſe à via veritatis, & iuſtitiæ lumen non luxiſſe ſibi, & ſolem intelligentiæ non eſſe ortum ſibi*[g]: *lumini rebelles fuerunt*[h]. Lege quæ ad priorem locum libri Sapientiæ diximus Græcus[i], propoſita quæ-

B ſtione ex Iob[k]: *per quam viam ſpargitur lux, diuiditur æſtus ſuper terram?* ait primum reſpondere priori membro loci præcedentis, poſterius ſecundum, & illud ad incarnationem, hoc pertinere ad Spiritus ſancti miſſionem: creaturam eſſe tantùm vmbram primæ lucis, lucem veram eſſe Filium Dei[l]: ante incarnationem Patrem hanc apud ſe lucem reuiſſe, in incarnatione effudiſſe[m]: iam per quam lux hæc ſparſa eſt, charitatem fuiſſe[n], quam Paulus[o] vocat *viam excellentiorem*: miſſo Spiritu ſancto diuiſum æſtum ſuper terram, lætitiámque conſummatam, & inflammatum affectum, non modo intellectum illuminatum, inde naſci gaudij fructum[p] & *exultationem ſalutis*[q].

C *Et rectis corde lætitia.*] Vetus pſalterium, & Auguſtinus, *iucunditas*. Rectos corde appellat, quos antea *iuſtos*: iuſtitia namque in cordis rectitudine poſita eſt: & rectitudo cordis veram iuſtitiam dicit. *Gaudium iuſtorum nemo tollit abeis*[r], niſi velint, & in beatitudine numquam voluntas ipſis erit iacturam tantám patiendi, vel quidpiam agendi, quod eam mereatur. *Redempti à Domino conuertentur*, ſeu (reuertentur) *& venient in Sion* (cœleſtem) *cum laude, & lætitia ſempiterna ſuper capita eorum: gaudium, & lætitiam obtinebunt. & fugiet dolor, & gemitus*[s]: item *gaudium & lætitia inuenientur in ea, gratiarum actio, & vox laudis*[t]. De rectis corde actum aliis in pſalmis, & quomodo iuſtitia non

D tantùm ad lætandum, ſed & ad gloriandum[u]: & *decet eos collaudatio*[x], & *laudentur*[y], & *ipſis bonus ſit Deus*[z]: in ſequentibus præterea tribuitur *generationi rectorum benedictio*[a], & *exortus luminis*[b], & *habitatio cum vultu Dei*[c]. Quod in Eſaia[d] Hebraicè, & Latinè legimus, *non eſt pax impiis*, Græcè dicitur οὐκ ἔστιν χαίρειν τοῖς ἀσεβέσιν *non eſt gaudere*. Cum gaudio pax poſt *charitatem* fructus Spiritus ſancti conſeritur[e]: & pax gaudiúmque cum prauis, obliquiſque moribus conſiſtere non poteſt. Perpendit hoc loco Eſaiæ locum illũ Auguſtinus, nonniſi ambo gaudia, nempe ſpirituale & carnale, & Deo inſpirante hoc damnaſſe, ſicut laudanti lucernam, qui ſolem nouit, dicit, non eſt iſta lux, aut qui ſimiam mirantí, non eſt iſta pulchritudo dicit, qui nouit

E aliam. Simili de cauſa dixiſſe alium Prophetam[f]: Diem hominis non concupiui, quoniam alium ei Deus diem oſtendebat.

u pſ. 31. 11.
x pſ. 32. 1.
y pſ. 63. 12.
z pſ. 72. 1.
a pſal. 111. 2.
b pſ. 111. 4.
c pſ. 111. 9.
d cap. 48. 22. & 57. 21.
e Gal. 5. 22.
f Ier. 17. 16.

Verſ. 12.] Lætamini iuſti in Domino: & confitemini memoriæ ſanctificationis eius.

Senſus loci.

COncludit conuerſa oratione ad iuſtos, ſiue rectos corde, quibus ortam lucem lætitiamque dixerat, inuitans & hortans, vt quod faciunt

fectam in ipsa re magis, & semper, nempe vt gaudeant in Domino, & totum gaudeant [a], quem adeo beneficum sint experti, & adhuc multò maiora sperent ab eodem: præterea, vt confessione laudis celebrem reddant cunctis, & vbique memoriam sanctitatis eius, sanctæque nominis, & sanctæ maiestatis eius, ita vt intelligat æternæ identidem recognoscant tam sanctum esse atque iustum Dominum, vt omnino nullam iniquitatem velit, aut toleret, nulli faueat iniquo, neminem, qui studeat iustitiæ, atque sanctitati derelinquat sed sanctos hic luce recreet, lætitia, gaudióque compleat quam patitur conditio præsentis temporis, donec ad lucem perpetuam æternáque gaudia perducat.

[a] Philip. 4. 4.

Lætamini iusti in Domino.] Vetus psalterium, & Augustinus, *iucundamini*. Similis psalmi 31. [b] sententia, *Lætamini in Domino, & exultate iusti*: & aliquoties præterea, prouocantur ad lætandum iusti in Domino [c]. Potest hoc loco *laetitia* pro læta laudatione hymnóque accipi. Nam quod in psalmo 136. legitur, *qui abduxerunt nos, hymnum*, &c. Hebraicè est נשׂמח *simchah*, *laetitiam* significans. Paraphrastes vertit, *lætamini in verbo Iehouah*. Quod sæpe alibi visurpat, videturque Verbum Patris Christum indicare. Alias quoque docuimus quid sit *lætari in Domino, exultare, delectari super salutari eius* [d]. *Agite nunc*, ait Iacobus [e], *diuites, plorate, & vlulate in miserijs vestris, quæ aduenient vobis*. Idem dici reliquis potest, qui *ducunt in bonis dies suos* [f], rident *habentque hic consolationem suam* [g], quoniam in tristitiam vertetur gaudium, *risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupabit* [h]. Non meditanda conuiuia, calices præparandi, rosarum tempus expectandum, tempestiue veris, inquit Augustinus. *Dominus tecum semper est, non habet tempus: habes illum nocte, habes illum die. Esto rectum corde, & semper est tibi de illo iucunditas.*

[b] vers. 11.
[c] psal. 5. 12. psal. 32. 11. psal. 65. 8. psal. 66. 5. psal. 69. 5. psal. 149. 2.
[d] psal. 14. 9.
[e] cap. 5. 1.
[f] Iob 21. 13.
[g] Luc. 6. 24.
[h] Prou. 14. 13.

Et confitemini memoriæ sanctificationis eius.] Hieronymus, *memoriæ sanctæ eius*, & alicubi etiam Augustinus [i], qui hoc loco cum vetere psalterio, & Romano, & cum his præterea Cassiodorus, & Arnobius, & qui dicitur commentarij auctor Hieronymus legunt, *memoriæ sanctitatis eius*. Symmachus apud Agellium ἐξομολογεῖσθε μνημονεύοντες τῆς ἁγιωσύνης αὐτοῦ, *confitemini memorantes sanctitatem eius*. Sensus est; date gloriam nomini sancto eius, celebrate memoriam sanctam eius: gratulamini in commemoratione sanctitatis eius: gratias agite cum veneratione maiestati sanctæ illius. Nomen *sanctificationis* verbale non sumitur hic propriè pro actu *sanctificandi*, & *sanctificandi*, sed pro Deo ipso sancto, de quo sic loquimur honorificè per abstractionem, vel pro sanctuario, & arca. Id notauimus priore psalmo [k], & psalm. 29. [l] vbi eadem verbis iisdem sententia est. Itaque iubet in tribulatione constitutos recordari, vel etiam in

[i] in Speculo.
[k] vers. 7.
[l] vers. 5.

captiuitate, quæ ita esset sanctitas tabernaculi, versus quod postea orarat captiuus Daniel [a], & alij concaptiui imprecabantur sibi oblivionem dexteræ, si forte obliuiscerentur illius [b]. Iuxta mysticum, vel accómodatitium sensum *confiteri memoriæ sanctificationis* est, vt Euthymio placet, gratias agere Deo, memoria repetendo, quo pacto sanctificati fuerimus à Deo, vel confiteri vetera peccata, dum tantam Dei munditiam animo reuóluimus. Nicephorus elegit primum; Basilius ac Theodoretus *gratiarum actionem* pro cunctis beneficijs interpretantur. Cassiodorus hoc dici vult beatis, vt in illo regno perpetuo collocati recordentur de quanta clade huius sæculi, Domino miserante, sint subtracti: putatus Hieronymus, vt iugiter collaudent vel sanctitatem eius, quia memor ipsorum fuit, vt sanctificaret, vel pietatem, qua illos in regno suo asciuit. Illud de sanctificatione, vt significat iustificationem, tradunt etiam Haimo, Remigius, Rickelius, Lyranus, Hugo, Ludolphus, Pampolitanus, Bruno, Turrecremata, Caietanus, Rainerius, & alij. Addit Panigarola laudandum Deum, quia sit solus sanctus, & sanctificet nos. Aiguanus adiungit præterea confessionem pœnitentialem, quæ sanctificat, & præcipuè sit Christo, sacerdoti tamquam vices illius gerenti. Longè potior causa recolendæ atque celebrandæ memoriæ *sanctificationis nostræ*, cum per baptismũ regenerati Deo sumus, viuúmq; facti tẽplum Dei, vel perpœnitentiam post lapsum à baptismo, vel cũ in ordine religioso, nouo baptismi genere mũdati, ac Deo dicati sumus, quàm Iudæis olim encœnia celebrãdi, Pascha, tabernacula, Pẽtecostẽ, aliúdve quodcumq; festũ, & cuiusuis beneficij memoriã, ad quam festa sunt ipsis indicta, aut quam Gentiles natalitium diem, de quo Roa noster, secundum ritum profanum, sacrúmque. Pro sanè ac salubri facimus instituto, dum quotannis omnes minimum semel generaliter confitemur, bis etiam illi, qui nondum in certo gradu constituti, qui præterea simul publicè, quamuis intra domesticos parietes, atque inter militarium solennia votorum formulam rite pronunciant, vt meminerint gratias pro tanto beneficio referentes, reddere Deo vota, quæ *distinxerint labia sua* [c]. Tanti S. Ludouicus rex diem, ac locum, in quo baptizatus esset, faciebat, vt pro honorificis & magnificis titulis aliis, hoc summopere delectaretur, & gloriaretur, vt se in epistolis, quas mittebat, subscriberet, Ludouicum de Compendio, qui videlicet locus baptismi eius erat. Accepi etiam grauissimos quosdam viros baptisterium summa veneratione prosecutos, vt quoties liceret religiosè amplecterentur, & exoscularentur, & eidem affixi gratias cum precibus agerent Deo. Dionysius [d] τὸν μητέρα τῆς υἱοθεσίας vocat *matrem adoptionis*. Lege Ioan. Stephanu Durantum [e].

[a] Dan. 6. 10.
[b] psal. 136. 5. *versio incerta vel etiam damnata.*
[c] psal. 65. 13.
[d] de Eccles. hier. c. 1. [e] de ritib. Eccl. c. 4. 9.

PSALMVS NONAGESIMVS SEPTIMVS.

1 Psalmus ipsi Dauid.

CAntate Domino canticum nouum: quia mirabilia fecit.

Saluauit sibi dextera eius: & brachium sanctum eius.

2 Notum fecit Dominus salutare suum: in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam.

3 Recordatus est misericordiæ suæ, & veritatis suæ domui Israel.

Viderunt omnes termini terræ salutare Dei nostri.

4 Iubilate Deo omnis terra: cantate, & exultate, & psallite.

5 Psallite Domino in cithara, in cithara & voce psalmi: 6 in tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ.

Iubilate in conspectu regis Domini: 7 moueatur mare, & plenitudo eius: orbis terrarum, & qui habitant in eo.

8 Flumina plaudent manu, simul montes exultabunt: 9 à conspectu Domini: quoniam venit iudicare terram.

Iudicabit orbem terrarum in iustitia, & populos in æquitate.

Titulus & Argumentum.

Vers. 1.] Psalmus ipsi Dauid.

Titulus.

IAMETSI adeo simplex sit titulus, vt nihil dicendum occurrat de illo, nisi quod Hebraicè *Dauidis* nomen deest: nec vniuersè verum videatur, qui careant maiore interpretatione, argumento à proximè præcedente non differre, vt alibi monui; nihilominus concedo Luthymio, spectare hunc psalmum ad idem prope argumentum, quod prioribus duobus tractatum est, mystice quidem ad Christi aduentum vtrumque; præterea

Specialis in psalmum ad argumentum duorum præcedentium, & multum ad Christi aduentum.

ad primum, quod Eusebius [a] quoque docet: literaliter verò ad salutem, quam Deus, regnante Dauide præclarè attulit populo suo, vel, vt videtur Treueto, quando eum liberauit de Ægypto, quæ est Iudæi Herbani sententia in disputatione Gregentij contra illum [b]. Hebræi ipsi, vt Lyranus refert, de suo Messia psalmum istum interpretantur, qui cum venerit, mirabilia multa operetur. Quod frustra expectant, nos factum lætamur, & adhuc futurum speramus. Hæc etiam causa, quare vtatur Ecclesia tam frequenter isto psalmo, cum præcedentibus duobus. Accommodatum Athanasius [c] ait esse volenti cantare Domino, & quando quis eũ legerit cum 92. 95 98. perspecturũ singula Dei beneficia, virtute passionis suæ collata in nos. Videtur inter mysteria resurrectio quoque attingi, ac post illam, nominis Christi publicatio, atque legis Euangelicæ promulgatio. Laudem, siue laudationem propheticam תשבחה חדשה *tushbechath neuash* Paraphrastes appellat, quomodo nullum alium ab eo memini appellatum.

a 6. demonst. cap. 1.

b tom. 4. Bibl. Patrum.

Cantate Ecclesia tam frequenter in quolibet psalmo mysterium.

c ad Marcell.

Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit.

Saluauit sibi dextera eius, & brachium sanctum eius.

Sensus ver.

INuitat, sicut 95. psalmo, ad nouo carmine, ac exquisito celebrandas diuinas laudes, causamque reddit, quia noua ille quædam, & insolita magnáque admiratione, & laude digna, fecit. Nam cum nullus esset, qui defendere populum eius vellet, aut etiam posset, ille, qua valuit, valet semper, valebítque omnipotentia, minimè viribus indigens alienis, per se solus, valde opportunè, efficaciter, iustè opem, ac salutem attulit, exerens dexteram, & brachium, siue inuictum robur suum, & sanctum, quod nunquam fauet iniquitati. Quadrant hæc mystice in incarnationis *nouum*, vt Ieremias [d] quoque loquitur, *mysterium super terram* à Deo factum, & ad salutem humano generi per id factum, quam nullus omnino alius poterat operari, multo autem minus ipsammet incarnationem; quam vocat Ecclesia *mirabile mysterium*

d cap. 31. 22.

De mirabilibus istis, & nouis, quibus nouum canticum debeatur, non repetam quæ 95. illo psalmo dixi; vbi etiam iubemur annunciare in gentibus hæc mirabilia. Differt canticum hoc lætum, vt ibidem docui, à canticis aliis veteribus, præsertim ab eo, vt notat Hieronymus [a]; quod lamentabiliter cantauit Esaias [b], & compositus ille, de quo scriptum est in Euangelio [c]; *cum vidisset eum, fleuit super eum.* Qui viderunt curatum paralyticum, *stupore apprehensi, & refleti timore, magnificauerunt Deum, & dixerunt, quia vidimus mirabilia hodie* [d] παράδοξα. Esaias [e] ad mirabilia respiciens noui potissimum testamenti, prorupit in has voces; *Domine Deus meus es tu: exaltabo te, & confitebor nomini tuo, quoniam fecisti mirabilia, cogitationes antiquas fideles, amen.* Tum subdit strenuum, ac veluti militare opus Dei, quod nouis canticis materiam solet suppeditare, cuiusmodi canticum Deboræ fuit [f]. De impedimentis cantus moraliter differentem Hugonem lege, quæ versibus istis continentur.

Lepra, locus, raucedo triplex, pinguedo, tumultus,
Triste, sopor, tussis, laqueus, lex, os, tumor, vlcus,
Debilitas, natura, mori, nescire, sodalis.

Raucedinem triplicem vocat ex clamore, aspectu lupi, siccitate: legem interdicti, aut silentij: os plenum cibo, réue alia: vlcus in ore: naturam, quando homo est senex: sodalem cum discordat. Reliquorum expositionem lege apud illum; & apud Aiguanum, quo pacto is, in cuius conspectu nihil est mirabile [g], admirabilis sit, ratione potestatis, veritatis, sanctitatis, paupertatis, confusionis, formositatis.

Cantate Domino canticum nouum quia mirabilia fecit.] Vertit Caietanus, *separata*, valet id Hebræa vox נפלאות *niphlaoth*; talia vero sunt quæ admirationem excitant, & noua sunt; quæ Chaldæus etiam vocat פריקין *perisiam diuisa ab vsu*, & *opinione communi* παράδοξα. Additur Græcè κύριος *Dominus*; & in Latino psalterio vetere, ac Romano, apúdque Arnobium, Augustinum, Cassiodorum.

Saluauit sibi dextera eius.] Ita etiam Hieronymus: Psalterium vetus, & Augustinus, *sanauit ei*, Romanum psalterium, Arnobius, Cassiodorus, *saluauit eum.* Alij ex Hebræo sequuntur hanc vltimam expositionem, sed contra syntaxim, quæ habet לו *lo* datiui casus. In emendatis Græcis est αὐτῷ, licet in Complutensibus, Regiis, & aliis Bibliis αὐτὸν. Datiuum legit præterea Basilius, Theodoretus, Nicephorus: accusatiuum Euthymius, & Gregentius [h]: Sensus est, quod dextera ipsa sibi salutem attulit, seu comparauit, se ipsam saluauit, Deus ipse, pro quo dextera, & brachium per prosopopœiam ponuntur, propriis viribus quasi dextera. & brachio, vt etiam in datiuo Apollinarius explicat δεξιτερῷ, βραχίονι, *se ipsum saluauit*, id est, ostendit se aliis salutem contulisse: item quod *saluauit ipsa dextera, & brachium*, nempe Deus per vires suas, *populum sibi*, hoc est, ad honorem suum: vel Christus sibi, id est, illi, videlicet ad honorem Patris: vel sibi, siue illi, hoc est, ad vtilitatem populi: vel sibi, id est, Christus populum ad obsequium proprium, & vt peculiarem populum suum. Sic illud, *sibi*, referri potest ad *Deum*, ad *Christum*, ad *populum*, sumique aut

A

reciprocè, aut ad alium. Euthymius legens *eum*, exponit *populum* qui olim ab inimico captiuus, & seruus tenebatur. Basilius, & Theodoretus legentes *sibi*, quod Deus pro sua benignitate mortalium vitam suum ducit emolumentum. Augustinus, & alij *Deum saluare sibi*, seu *seruare*, quando collata sanitas ad suum reuertitur auctorem, per gratiarum actionem. Cæteri passim, quoniam Christus hominem redemit ad honorem suum, cum sit Deus. Hebræum verbum הושיעה *hoscianh* constitui solet cum datiuo, vt *hosanna* [a] *filio Dauid*, hoc est, salua obsecro, filium Dauid, quasi bene precans dicat, viuat filius Rex, filius Dauid. Alia istius constructionis exempla sunt [b]

B

quæ noster notauit Maldonatus [c]. Itaque simplex sensus est, ac maximè proprius, quod Deus, siue Christus, potentia propria, & per se ipsum solus saluauit, fuitque sufficiens sibi ipsi ad saluandum, non seipsum, sed populum; Deus vtrumque dici potest saluare, se ipsum, quatenus populum saluat, cum quo videtur quodammodo pati, vel captiuus teneri, vt aliàs dixi. In psalmo 43. [d] recte exprimitur vis istius orationis; *nec enim in gladio suo possederunt terram, & brachium eorum non saluauit eos, sed dextera tua, & brachium tuum.* In libro Iudicum [e], quod Interpres ait *ne glorietur contra me Israel, & dicat meis viribus liberatus sum*: Hebraicè, & Græcè habetur, *manus mea saluauit me* יד ושעני לי *iad hoscihlah li* ἡ χείρ μου ἔσωσέν με. Quod narratur Abigail dixisse Dauidi [f], *saluauit Dominus manum tuam tibi*, significat ne se Dauid manu propria vlciscereturque Dominum prohibuisse; ne potentia propria, & viribus vteretur, & ea ratione sibi, ac suis salutem comparare velle videretur. Hæc ipsa nostra phrasis est in Esaia [g], *& vidit* Dominus *quia non est vir, & aporiatus est, quia non est qui occurrat, & saluauit sibi brachium suum, & iustitia eius ipsa confirmauit eum.* Rursus *circumspexi, & non erat auxiliator, quæsiui, & non fuit qui adiuuaret, & saluauit mihi brachium meum, & indignatio mea auxiliata est mihi.* Qui transferunt in accusatiuo præsentem locum psalmi, non satis fortasse intelligunt, quid significet *saluare sibi*, volúntque indicari *populum*: atque tali argumento Gregentius vrgebat Herbanum Iudæum [h]: vtrũ se ipsum seruat Deus, & suo brachio se ipsum tuetur: à quo quis enim bellum infert? Athanasius [i] quoque aduertit hic dici, *saluauit sibi dextera eius*, non autem *saluauit se*, quia verbum, vtpote increatum, nullum salutis suæ augmentum merito suæ passionis accepit. Sed, vt dixi, *saluare sibi*, est propriis viribus; posita tamen relatione ad alium qui egeat salute, & ope, quales nos omnes, & Christus ipse quatenus homo, quoniam *ipse vt Deus, se ipsum saluauit*, inquit Arnobius, Cassiodorus, & alij, ne vllo peccato esset obnoxius, vt resurgeret tertia die, ponens animam cum vellet, & sumens eam [k]. Treuetti omitto singulatem expositionem de liberatione Hebræorum ex Ægypto in manu forti, & brachio extento, & excelso, editis tot prodigiis ibi in mari rubro, & alibi per desertum, idque sibi, hoc est, ad honorem suum. Iocum Christus mysticè dextera, brachiumque dicitur Patris, vt aliàs notatum est. *Brachium Domini cum potentia* [l], *brachiumque Domini reuelatum* [m], & *brachia populus iudicantia* [n], seu *id in quod gentes sperant* [o], *confirmata manus & exaltata dextera* [p] Christum designant, qui, vt ait Hieronymus,

E

a in Esa. c. 5.
b cap. 5. 1.
c Luc. 19. 41.
d cap. 5. 26.
e cap. 25. 1.
Impedimenta cantus.
f Iudic. 5. 2.
g Eccl. 19. 28.
disput. cum Herbano Iudæo.
a Matth. 21. 9.
b Deut. 2. 27. Iosue 10. Iudic. 7. 1. 2 Reg. 23. 16. 1 Par. 14. 10. 2 Esd. 4. 1. e psal. 85. 10.
c in Matt. 21. 9.
d vers. 4.
e cap. 7. 2.
f 1. Reg. 25. 26.
g c. 59. 16.
h tom. 4. bibl. Patrum.
i ep. ad Epict. Vterò contrarium videtur sentire Augustinus mente sup. num. 5. sua accepta.
k Ioan. 10. 17.
Christus mysticè dextera & brachium Patris dicitur.
l psal. 88. 14. m Isa. 53. 1. n cap. 51. 5. o Ibid. vers. 22.
p psal. 39. 15.

mus [a], perditos saluat sibi, vt nullus *pereat de his quos Pater dedit ei* [b]; aut plura brachia, sanctos, per quos Christus iudicabit. *Induit hac dextera*, & *brachium domini fortitudinem* [c], & *fecit potentiam in brachio suo* [d] per incarnationem, quod est inter mirabilia maximè mirabile opus, simul cum effectu, propter quem facta est, qui est salus animarum. Hæc vocabula de Christo dici docet etiam Didymus [e]. Caietanus autem hoc loco ostendit *in dextera*, & *brachio* corpus, animámque Christi, vt instrumenta coniuncta Verbi, quoniam sicut manus mediante brachio, iungitur personæ humanæ, ita corpus mediante anima, iunctum est diuinæ, fuítque anima ratio, quod corpus vniretur Filio Dei, sed hoc scholasticis permittamus. Quisquis ordo est, naturæ, vel rationis est, non temporis. Concedo eidem Caietano animæ, corporíque Christi conuenisse, vt resurrectionem propriam, non modo meritoriè, sed effectiuè etiam quatenus organa Deitatis operarentur, seu instrumenta coniuncta, sicut sunt eiusmodi instrumenta dextera, brachiúmque. Cæterum tropologia, quam tradi dixi ab Augustino, ethicum continet documentum valde vtile. Is legens (*saluauit ei dextera eius*) obseruat, quod multi sanantur sibi non ei, id est Deo: ab illo sanari, sed non illi, qui accepta sanitate lasciuiunt, qui ægroti casti erant, sanati adulteri fiunt, qui cum ægrotarent, neminem lædebant, receptis viribus inuadunt, & opprimunt innocentes: sanari ei, qui intus sanantur, credunt in eum, in nouum hominem reformantur; postea quod languet ad tempus, carnem nempe istam mortalem, recepturam in fine suam perfectissimam sanitatem.

Et brachium sanctum eius.] Chaldaicè, *sancta maiestatis eius*. Posset vt alias monui sensu mystico sumi *brachium* pro Patre, *dextera* pro Filio, *digitus* pro Spiritu sancto. Vltimum Christus ipse ita vsurpauit [f], *si in digito Dei eiicio dæmonia*. Lege etiam Gregorium 8. Communior notio *brachij*, & *dextera* est pro opere, quia hæc in nobis præcipua sunt instrumenta operum nostrorum. Vide Damascenum [h]. *Sanctis* epitheton קדשו *chasciaph nudauit*, *discooperuit*, *manifestauit*, *reuelauit*, brachio attributum duobus aliis in locis reperio, apud Esaiam [i], *parauit Dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium*, & in libro Sapientiæ [k], *quoniam dextera sua tegit eos, & brachio sancto suo defendet illos*. In explanatione loci posterioris dixi conuenire id epitheton Dei brachio, & dexteræ; quia quæ in Deo sunt, qui est sanctus, sancta omnia sunt: & quia generalis ratio ista est, peculiariter tunc poni, quando sermo est de protectione sanctorum, vt sancti videlicet sanctè tractentur, & *cum sanctis sit sanctus Deus* [l]: quemadmodum, quia sanctus est, exigit vt sancti simus [m], & petebat se Dauid conseruari, quia sanctus erat [n]. Adde cum Forerio [o], sermonem esse apud Esaiam, & hoc loco, saltem iuxta mysticum receptum sensum, de redemptione generis humani per incarnationem, in quo opere Deus cum potentia sanctitatem insigniter declarauit. Nam nihil sic eius mundo sanctitatem ostendit, & commendat, quam vt exhibeat vnigenitum filium suum: nec poterat melius intelligi quanto ille odio immunditiam omnem peccati odisset, quàm vt nos redderet immaculatos, filium proprium tradere, ac velle tam dira pro peccatis nostris pati. Præterea *brachium sanctum*, id est, potentia sancta, exerens vim potentiæ sanctæ suæ, est facere ex immundo mundum, sanctum ex peccatore. Id forsitan innuitur sequentibus in Esaia verbis [a]; *recedite, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere, exite de medio eius, mundamini qui fertis vasa Domini*; nimirum sancti, & cuius brachium sanctum. Spectare eodem possunt quæ Maria cecinit [b]; *fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius*, quod postea subdit [c], *fecit potentiam in brachio suo*; loquitur namque de maximo incarnationis beneficio, quod eam propriùs attingebat, & propter quod supra cæteros ampliorem gratiæ sanctificantis copiam acceperat. Accedat vniuersalis licet ratio, quod *Deus est sanctus in omnibus operibus suis* [d], & imitatores suos, sanctos, vt ante dixi, vult esse, ac sanctè cuncta operari. Quamuis ibi *sanctitas* pertinere posset ad promissa iuratáque opera, sicut proximè ante dicitur. *Deus fidelis in omnibus verbis suis.* Quæ etiam noua ratio esset pro *brachio sancto*, scilicet ad indicandum, quod eadem Maria adiecit in cantico [e], *sicut locutus est ad patres nostros, Abraham, & semini eius*; quod item in suo Zacharias nominat [f] *iusiurandum iuratum ad Abraham*. Latinis quidem *iuramenti* epithetum proprium est vt dicatur *sanctum*, quia *religiosum*, & præterea tanquam *sancitum*, *ratum*, *firmum*. Vltimam rationem attingit Hugo; sed tropologicam. Vult per *dexteram* prospera, per *brachium*, quod nempe sumatur pro *sinistro*, aduersa intelligi, iuxta illud [g], *læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me*: Item cantari docet cantico triplici laudis, orationis, confessionis peccatorum: & hoc vltimum nouum esse, quia innouat, atque per idem saluari peccatores in vtroque statu prosperitatis, & aduersitatis: dici autem *brachium sanctum*, quoniam aduersitas facit sanctos, neminem esse, *cui non sit reuelatum* [h], quia modum istum saluationis per aduersa Dominus prædicauit, & per alios prædicari fecit [i]; *pœnitentiam agite*, &c. Non est contentus sponsus *poni vt signaculum super cor*; vult præterea *poni vt signaculum super brachium* [k], vt sanctitas sit in corde, & opere, atque expressio sanctitatis diuinæ in vtroque velut in numismate, & imagine, vt egregiè declarat Ambrosius [l], vt Græcos & alios omittam. Accommodatitio sensu possumus accipere: quod Christus resurgens dexteram sibi saluauit, & brachium sanctum suum, quæ in cruce prius affixa, postea ligata, & inclusa sepulchro fuerunt.

Vers. 2.] Notum fecit Dominus salutare suum: in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam.

Vers. 3.] Recordatus est misericor-

dix

a in Esa.51.& 52.
b Ioan.17.12.
c Esa.51.9.
d Luc.1.51.
e 3.de Spiritu sancto.
Tropologia cãinũ ethicum documentum.
Sensus mysticus.
f Luc.11.20.
g 32.Mor c.5. vel 6.
h lib.1. c.14.
i cap.52.10.
k cap.5.17.
l psal.17.26.
m Leuit.19.& 20.
n psal.15.2.
o in Esa.c.52.
a cap.52.11.
b Luc.1.49.
c vers.51.
d psal.144.13.
e Luc.1.55.
f vers.73.
Ratio tropologica.
g cant.2.6.
h Esa.53.1.
i Matth.4.17. Luc.24.47.
k cant.8.6.
Sensus accommodatitius.
l de Isaac c.8. & serm.16. & in psal.118.& epist.12. veter. edit.& 1. de Virgin. & lib. de institu. Virg.c.17.

diæ suæ & veritatis suæ domui Israël.

Viderunt omnes termini terræ salutare Dei nostri.

Sensus lect.

MIrabilia, & salutem factam à Deo, virtute propria dexteræ, brachiique sancti sui, nunc exponit magis, vt ea Deus nota fieri voluerit, vtque Gentes intelligerent quantam adhiberet ipse cum benigna liberatione, siue sua ipsius Dauidis, siue Hebræi populi de captiuitate Ægyptiaca, de qua Treuetus, aut alia, iustitiam, respectu hostium iniustè opprimentium, vel Dauidem, vel populum; præterea quo pacto coniunxerit cum misericordia fidelitatem promissorum, quæ fecit eidem, aut Dauidi propter populum, aut populo ipsi, aut patribus antiquioribus. Denique ait innotuisse, ac penè oculis patuisse omnium vbique degentium, quàm potenter, & præclarè contulerit suis Deus salutem, atque de maximis periculis liberatos, maximis quoque beneficiis affecerit, & perspecta tandem fuerit innocentia populi Dei, quæ sub tyrannis suppressa, oppressaque latebat. Allegoricè trita expositio de salute per Christum, in qua sese misericordem præbuerit peculiariter erga gentes, iustum, & veracem, seu fidelem erga Iudæos, quorum erant promissa, vt Paulus philosophatur [a]: item in qua voluerit non sola potentia agere, sed etiam simul misericordia in humano liberando genere, sed præterea iustitia aduersus Patrem, & diabolum, vt satisfaceret pro peccatis, ac reatu omnium hominum, & soluto pretio compararetur reconciliatio cum Deo, & ius ad æternum regnum.

Expositio allegorica.

a Rom 15.8.9.

Notum fecit Dominus salutare suum.] Chaldaicè, *redemptionem suam*, vel Pater notum fecit Iesum Filium suum, vel Trinitas tota efficienter operata opus incarnationis, vel Iesus ipse *salutare suum*, siue *salutem*, quam attulit conuulque mundo. Creditus Hieronymus notat in Hebraico legi *Iesum suum*, & vbicumque *salutare* dicitur poni in Hebraico *Iesum*. Hoc non diceret vetus Hieronymus, quia pro *saluare* sæpe est יְשׁוּעָה *Ieschuhh* fœmininum nomen: vbi autem iterum expressit nomen *Iesu* [b], Hebræum nomen est יֵשַׁע *ieschahh*: Græcum σωτὴρ. Putat Ribera [c] noster à Propheta ipsum *Iesu* nomen proprium expressum, quod ab Hebræis abbreuiari solet, & in titulo crucis legitur יֵשׁוּ *ieschuhh* tribus literis, & Augustinus [d] magis probat vt ita legatur in eodem Propheta nomen, quod est nobis amicius, & dulcius. Irenæus [e] docet de Christo dici hæc nomina, *saluus*, *Salutaris*, *salutaris*, esse *salutem*; quia caro est; *saluatorem*, quia Filius Dei; *saluare*, quia spiritus, vocat enim Ieremias [f] *spiritum faciei nostræ Christum Dominum*. Fateor me ignorare hoc discrimen vocabulorum. *Salutem* porro quæ nota facta est, vel *Iesum* non testimoniorem cum Arnobio, & Cajetano ad tempus post resurrectionem; & ascensionem Iesu Christi, tametsi non antea prædicari gentibus & palam cœperit ab Apostolis. Comprehendi debet tempus totum, quo vixit Christus mortalis inter homines docens, exempla virtutum præbens, deus miracula, patiens, moriens. *Vnigenitus qui est in sinu Patris ipse enarrauit* [a], *& narrauit nomen Dei fratribus suis* [b], *& quæ audiuit à Patre nota fecit* [c]: *& nomen eius hominibus notum fecit, ac manifestauit* [d]: *opera quæ dederat ei Pater, testimonium perhibebant de ipso* [e]. Pater vero notum fecit Iesum suum & saluatore pastoribus per Angelum [f]: Zachariæ, & Elisabeth [g]: Simeoni, & Annæ [h]: Ioanni Baptistæ intra vterum [i], & alijs in baptismo [k], & transfiguratione [l], per se ipsum, vel per Spiritum sanctum: Magis per stellam [m]. Appellat Prophetа hoc *salutare suum*, videlicet Dei, cuius alioqui sunt omnia quæ sunt, vt intelligeres, inquit Caietanus, salutem animæ, ac æternæ fœlicitatis; quæ propria est Dei: non salutem communem hominibus, & pecoribus, communem bonis, & malis, aut quam homo, aliaue creatura dare possit. *Vana salus hominis* [n], & cuiuscumque alterius, & *salus in Iorum à Domino* [o].

a Ioan. 1.18.
b Psalm. 21.23.
c Ioan. 15.15.
d cap. 8.26.
e cap 5.36.
f Luc. 2.9. & seq.
g cap. 1.11. & sequentib. cap. 2.25.
i cap. 3.22.
k Matth. 3.16. Luc. 3.21. & 9.29. & seq.
n psl. 59.13. psl. 107.13.
o psl. 36.39.

In conspectu gentium.] In vetere, Romanoque psalterio, & apud Augustinum, & Cassiodorum, *ante conspectum*, Hebraicè לעיני *lehhene* in oculis, legerunt alij forsitan לפני *iphne*, quod propriè significat *in conspectu*, *ante conspectum*, vel *faciem*. Maiorem emphasim habet *in oculis*, siue *ante oculos*. Chaldæum לְמֶחֱמֵי *lemechemehon* significat *ad aspectum*, & *prospectum*. Etsi verò גּוֹיִם *goim*, ἔθνη, *gentes*, vt alias notatum est, comprehendere possint etiam Iudæos, magis propria notio pro illis qui distinguuntur à Iudæis, dicique solent *gentiles*, *Ethnici*, *Pagani*, proposito conuenit, & passim recipitur, non exclusis tamen Iudæis, quibus primum cœpit innotescere *hoc saluare*, quod etiam *missum est ad oues domus Israel* [p], & Iesus præcepit ab his inchoari Euangelicam prædicationem [q]; quod & discipuli eius fecerunt [r]. Instat semper Augustinus in eodem argumento contra Donatistas, qui separabant se à reliqua Ecclesia. Immo hanc apud se tantum esse dictitabant, *cui notum fecit*, inquit, *Dominus saluare suum?* parti an vniuerso? non parti alicui, nemo fallat, nemo decipiat; nemo [s] dicat, *ecce in eo est Christus ecce illic*, qui dicit, ecce hîc est, ecce illic, partes ostendit. Audiant hoc idem hæretici nostri, gratias agant Catholici, tam Catholico, communi, vniuersali benefactori, nullum excludenti, cunctos vocanti, omnes saluos fieri volenti: nemo inde efferat, nullus alium oderit; omnibus vna spes est vocationis; idem Deus dives in omnes, qui inuocant eum; eumdem omnes Patrem in cœlis inuocamus, & fratres sumus, necessitatibus alterius communicemus; cum voluerit Deus, quæ prætermissima dona sunt, ac se ipsum omnibus esse communem. Leo [t] hinc probat, quod per nefandiem gratiam Dei Ecclesia fidelium gentium conflata est, quod carnalium Iudæorum ingratia non meruit.

p Matt. 15.24.
q Luc. 24.47. Matth. 10.
r Act. 11.46.
Argumentum contra Donatistas.
s Matt. 24.23.
t ser. 9. de Nativ.

Reuelauit iustitiam suam.] Deus reuelauit Christum, qui est dextera, brachium, salutare, iustitia nostra, & quantopere diligat iustitiam, qui nec iusto quidem filio peperci, nostra in se debita recipienti. Christus *reuelauit iustitiam suam*, hanc ipsam, qua satisfacere voluit pro nobis; præterea quo pacto iusti euadere possimus, & *quam debeamus ipse iustitia* [u]. *Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum, aperiatur terra & germinet saluatorem* [x]: iustitia vt deceret in hominibus, per iustitiam *quo ire eis prospexit* [y], & nos ad homines descendit. *Iustitia reuelatur* in Euangelio *ex fide in fidem* [z], & *nunc*

u Ioan. 17.19.
x Isai. 45.8.
y Psal. 84.14.
z Rom. 1.17.

manifestatur iustitia Dei testificata à lege, & prophetis a; & *proposuit eum Deus propitiationem per fidem, in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ ipsius, in remissionem præcedentium delictorum* b. Innotuit quàm sit iustus Deus, & Christus mundi Dominus, possessor, iudex; satan iniustus, & tyrannus; quàm iniqui, nec excusationem habentes de peccato, atque perditione sua, quotquot non recipiunt eum, *qui obtemperantibus causa est salutis* c. Pœnitentiam interpretatur Hugo, quam sumunt homines, & faciunt iustitiam de peccatis suis, & iustificantur; hanc *didicisse omnes habitatores orbis, cum fecit iudicia sua Deus & Christus in terra* d. Sumitur aliquando etiam *iustitia* pro misericordia, de qua mox mentio hic fit.

a cap.3.21.
b vers.25.
c Hebr.5.9.
d Esa.26.9.

Recordatus est misericordiæ suæ.] In aliis psalteriis, apudque Arnobium, Augustinum, Cassiodorum, addito nomine (*Iacob*) *memor fuit misericordiæ suæ Iacob*, & additur etiam in textu Græco τοῦ ἰακώβ, necnon in Arabico, & Æthiopico; quod Hieronymus e ait superfluum. Puto glossema esse adiectum à quopiam vt responderet *domui Israel*, in sequenti membro. Arnobius recitat promissum factum Patriarchæ Iacob f. *Et ego te faciam in gentem magnam*; quod tamen intelligitur de multiplicandis Hebræis in Ægypto. Cæteri qui dictam lectionem retinent, explicant de populo Christiano, cui spiritualiter conuenit appellari *Iacob*, & *Israël*, iuxta horum nominum etymologiam, hoc est, *maligni dæmonis supplantatorem*, *Victorémque*, & *per interiores oculos animæ*, quantum humana patitur fragilitas, *Dei contemplatorem*; sequuntur enim tritam notionem *Israël*, quam alibi refelli. Quod si per *Iacob*, vt aliàs etiam notaui, gentes intelligamus, istis recte congruit Deum super misericordia honorare: *Domui* autem *Israël* competunt promissiones Patrum g, & veritas, seu veracitas, atque fidelitas in iis adimplendis, de qua membro sequenti. Hoc pacto *data veritas Iacob, & misericordia Abraham, quæ iurauit Deus Patribus* h. Deipara videtur in cantico suo hinc mutuata versum illum i, *suscepit Israël puerum suum, recordatus misericordiæ suæ.* Ita vt prima verba respondere possint illis, *salnauit sibi dextera eius*, &c. Item alia, *sicut locutus est ad patres nostros*, aliis, & *veritatis suæ domui Israël.* Videbatur tam diu differens Deus incarnationem, *oblitus misereri, & continere in ira misericordias suas* k. Quo pacto Deus *obliuisci*, vel *recordari* dicatur, docuimus non vno loco aliàs. Causa reparationis nostræ non est nisi misericordia Dei, vt scribit Leo l: propterea primus locus nunc ei tribuitur, & bis eandem in suo Cantico Maria repliauit. Zacharias m item cecinit *fecisse misericordiam Deum cum patribus, & memoratum testamenti sui sancti, & iusiurandi quod iurauerat ad Abraham* n. Quare quamuis si fiat comparatio populi Hebræi cum gentili, huic magis misericordia, illi competat potius veritas promissorum, vt iam non semel dixi cum Paulo o; absolutè nihilominus vtrumque interuenit respectu etiam Hebræi, cui misericorditer promissa sunt facta. In illius recordationis quoddam quasi signum Dei filius tamquam annulum humanitatem inferens digito hypostasis suæ, & in carne plagas impressis retinet, *assistens vultui Patris pro nobis* p, *aduocatus apud ipsum* q, *mediator Dei, & hominum* r.

e epist.135.
f Gen.46.3.
g Rom.15.8.
h Mich.ez 7. 20.
i Luc.e 1.54.
k ps.76.10.
l ser. 2. de Ieiunio decimi mensis.
m Luc.e 1.50.
n ibid.72 73.
o Rom.15.8.
p Hebr.9.24.
q 1.Ioan...1.
r 1.Tim.2.5.

Et veritatis suæ.] Dixi *veritatem* hic sumi pro *veracitate*, atque *fidelitate* in præstandis promissis.

Domui Israël.] Error est in translatione Hieronymi apud Fabrum, in qua ponitur nomen *Iacob.* Nam in ea quam recitant Victorius, Treuetus, Regia Biblia, habetur *Israel*, sicut & in textu Hebræo, Græcóque, & omnium aliarum linguarum. Gulielmus Scepreus, si legisset Biblia Græca Complutensia, Regia, Sixtina emendata, Apollinarium etiam, Euthymium, Nicephorum, non acquieuisset illis codicibus, qui non habent οἴκῳ, ita vt simpliciter negaret in editione Græca esse, quidquid sit de Arabica. Promiscuè nominantur in scripturis *domus Iacob*, & *domus Israël*, & Apollinarius appellat hoc loco μιλλοῦσα ἰακώβου & διάφορα ἰσραὴλ *palatia Iacobi*, & *domos Israëlis.* Hic autem datiuus casus est commoditatis, & acquisitionis, vt sit sensus: Deum in vtilitatem, gratiam, salutem domus Israël recordatum, & veritatis, & misericordiæ, siue misericordiæ promissæ. Sic etiam in psalmo 118. a *memor esto verbi tui seruo tuo.* Vel significat iste dicendi modus materiam circa quam, seu obiectum in quod, & erga quod bonitas, & veritas Dei ferebatur, eorumque recordabatur. Idem valet lecto psalterij veteris, & Augustini, *domus Israël*, id est recordatus est misericordiæ suæ, & veritatis suæ, quæ res duæ sunt domus Israël, & pertinent ad illam, vel si suppleatur, &, recordatus est dictarum rerum, & domus Israël.

a vers.49

Viderunt omnes termini terræ salutare Dei nostri.] Cæteri quos monere soleo sequi translationem veteris aut Romani psalterij, nec non Hieronymus, habent, *fines*, synonymum, *terminis* nomen, de quibus finibus, vel terminis terræ aliis in psalmis prius egimus. Vidit oculis corporis Simeon b, & alij, qui postea vixerunt cum Christo, non ideo beati, quia viderunt, sed quia *videndo*, (quod prè affectis solatio magno fuit c, & beatitudinis cumulum dam loco,) *crediderunt* d. Vident oculis fidei, & in specie qui nunc credunt, visuri postea in re, *facieque ad faciem* e, si bene, prout dictat fides, credendo, vixerint, operibúsque fidei responderint; *quoniam beati qui quæ sciunt bona faciunt* f. Quem dixi Simeon complementum vaticinij videns, & Esaiæ g; *viderunt omnes fines terræ salutare Dei nostri*, prorupit in Cygneas illas voces h, *Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace; quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum; lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israël.* Quam possumus dicere *domum Iacob*, & *Israël*, & *omnes terminos terræ*; quibus Dei salutare videndum proponitur. Gregorius i ex hoc, & Esaiæ notato loco, infert explanans verba Annæ, *lætata k sum in salutari tuo*, de Iesu sermonem esse: quemadmodum, & in cantico Abacuc l, vbi nomen ipsum *Iesu* exprimitur, vt antea quoque diximus. & his omnibus locis veterum Iudæorum letum Deum asseri, cum nunc Iudæi Saluatorem expectent, quem Deum esse nequaquam credunt. Has vocat sanctas Ecclesiæ rationes, has contra Iudæorum perfidiam inuincibiles auctiones per vniuersum orbem diffusis, *dilatatum os* habere sanctam Ecclesiam *super inimicos istos* m, quia iam auctore Deo vbique cognoscitur hoc salutare

b Luc.e 2.26. & seq.
c cap.10.21.
d Ioan.20.29.
e 1.Cor.13. 12.
f Ioan.13.17.
g cap.52.10.
h Luc.e 2.29.
i lib.primo in primum Reg. cap.1.
k 1.Reg.2.1.
l cap.3.18.
m 1.Reg.2.1.

Sensus mysticus.

VEl de sua Sion, ac Iudæi audientes prædictionem prosperitate, lætari, & exultare intelliguntur. & quia talem habeant regem Deum, qui liberet suos de captiuitate, aliisque periculis, vt explicat Treuetus; vel quod intelligant à Gentilibus coli Deũ reiecta idololatria, atque ab angelis adorari, siue, qui apud homines habentur in pretio, & honore tanquam dij, aut angeli, tum verò, quia æquissima Dei iudicia in vindicandis hostibus, defendendique innocentibus innotescunt. Itaque quam fecerat prius communem lætitiam, & exultationem vniuersitati aliarũ creaturarum, peculiarem nunc facit, propriámque populo Dei, quia in eo ille singulari quadam ratione regnare voluit, & eximiis beneficiis allicere. Mysticè autem de Christo istud tot modis exponitur, quot indicati sunt versibus præcedentibus, & Sion Ecclesiam vniuersalem, filiæ Iudæ particulares Ecclesias denotant cum omnibus fidelibus, qui lætentur, ac exultent tum de primo, tum de aduẽtu secundo. Valentia lætitiam hanc, & exultationem vult fuisse de Christi ascensione, quia prima illa Ecclesia, quæ coaluerat in Sion, audiuisset ab angelis adoratum Christum. & honoris causa deductum in cœlum: tum verò filias Iudæ, hoc est, de tribu Iuda, Mariam cum sororibus, & cum Magdalena, & Martha. Fauet, quod Lucas [a] narrat discipulos postquam Christus ascendit, *adorantes regressi sunt in Ierusalem cum gaudio magno. Iudiciorum diuinorum* nomen potest dictis omnibus rebus conuenire, atque omnibus quæ sunt hactenus psalmo toto dictæ; nec ad sola restringi ea iudicia, quæ contingent circa electos, reprobósque in vniuersali iudicio, seu ad sententiam illam, *Venite* [b] *benedicti*, &c. quod Ianssonio tamen placet. Lætati sunt fideles propter *iudiciorum diuinorum*, id est, mysteriorum, & præceptorum notitiam communicatam omnibus absque acceptione personarum, qua lætitia perfusi sunt ex circumcisione fideles, Petro reddente rationem de Cornelio [c]; propter ipsammet obseruationem mandatorum: propter fidẽ, quòd cuique reddendum sit tandem pro meritis: propter idololatriam prostratam, & persecutores deiecto: propter alias similes causas, quibus diuina consilia prouidentia, sapientia, iudicia admirabiliter perspecta sunt: propter eas etiam, quæ continentur sequentibus versibus.

Audiuit, & lætata est Sion.] Chaldæè, *Ecclesia Sion.* Vetus psalterium, & Augustinus, *iucundata est.* Alias de Sion monte, illius etymo, mystica significatione, dictum. Quamuis *speculum* significet, lætatur tamen inferior Sion, & militans Ecclesia, cum audit, id est, credit, *quia fides ex auditu* [d]: *lætatur cor eius, dum quærit Dominum* [e]; lætatur, quando *ei dicitur, in domum Domini ibimus* [f]: gaudio gaudet, *propter vocem sponsi* [g]: gaudet audiens *gentibus prædicari* [h]: *gaudet spe* [i]: sed in re, & in cœlo, & in beatitudine, quanto maius gaudium, quando *sicut audiuimus, sic videbimus* [k]: immo & audiemus cantica beatorum, & laudes Dei, & sui inter se colloquentes.

Et exultauerunt filiæ Iudæ.] Græcè τῆς Ἰουδαίας Iudææ. Legit autem alicubi Hieronymus [l], *Exultauerunt, & lætata sunt filiæ Iudæ.* Chaldaicè, *filiæ domus Iudæ.* Idem fere versus psalmi 47. [m] *Lætetur mons Sion, & exultent filiæ Iudæ* (Græcè etiam Iudææ) propter iudicia tua Domine; Vbi, & alibi dixi de hac formula dixi, qua *filiæ* dicuntur de ciuitatibus, oppidis, pagis prouinciæ, vel metropolis, sic adhuc in 149. [a] *Filiæ Sion exultent in rege suo*, quamuis emendati codices habeant, *in illo.* Id Procopius [b] de loco illo monet, genti talem illum canonem tradens. *Filias* Hugo ait vocari *Iudæ*, Ecclesias de Gentibus, quas genuerunt Apostoli *Iudæ* hoc est, Christo, qui de tribu Iuda fuit, ac veluti vxore, id est, carnem ex ea sumpsit: præterea animas, quæ confitentur, & glorificant Deum, quod ad monachales peculiariter applicat, comparans cum Susanna, quæ appellatur *filia Iuda* [c]. Obseruat Bruno Carthusianus in fœminino genere maiorem, & eximiam virtutum pulchritudinem, qua speciosior est, inquit, cultus filiarum, quàm filiorum: præterea quod habiles sint ad alios in fide generandum, sicut filiæ ad filios pariendum. Pertinere item potest id nomen ad indicandam animi mollitiem, vt de huiusmodi appellatione vniuersè annotat Procopius [d]. *Iudææ* nomen Græcè positum demonstrat de prouincia tota, nõ de ditione vnius Tribus Iuda sermonem esse, sed, vt voluit Treuetus, de ciuitatibus Tribus Iuda. Nec valet allusio illa aliorũ ad Tribum Iuda, de qua Christus esset. Notauit in Matthæũ [e] Hieronymus aliquando cum addito dici aliquam ciuitatẽ *Iudæ*, vel *Iuda*, quia pertineat ad Tribum Iuda. Concedi demum potest hic innui morem puellarum choros ducentium, vt olim in deserto [f], postea in Silo [g]: deinde post victoriam de Golia [h]: & in psalmo 67. [i] vidimus quod *præuenerunt principes coniuncti psallentibus in medio iuuenculatarum tympanistriarum*: & obtruncato Holoferne *omnes populi gauisi sunt cum mulieribus, & virginibus, & iuuentibus in organis, & citharis* [k].

Propter iudicia tua Domine.] Alibi legit Hieronymus [l], *in omnibus iudiciis tuis*; Iubet autem, vt hanc sententiam, & similẽ apud Propheram Danielem [m], *Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum, & laudabile, & gloriosum nomen tuum in sæcula, quia iustus es in omnibus, quæ fecisti nobis, & vniuersa opera tua vera, & viæ tuæ rectæ, & omnia iudicia tua vera: iudicia enim vera fecisti* &c. quando diuersis premimur angustiis ex toto cordis loquamur effectu; & quidquid nobis acciderit, iustè nos sustinere fateamur. Fecisse, ac dixisse id Mauritium Imperatorem constat, diuinam sententiam de sua, & suorum morte cum accepisset, cum recitaret ex alio psalmo [n], *Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum.* Memini mus & hoc alibi superius. Cantant beati canticum Moysi serui Dei, & canticum Agni dicentes; *Magna, & mirabilia sunt opera tua Domine Deus omnipotens, iustæ, & veræ sunt viæ tuæ Rex sæculorum* [o].

Vers. 9.] Quoniam tu Dominus altissimus super omnem terram, nimis exaltatus es super omnes deos.

DEclaratio diuinorũ iudiciorum adeo manifesta, & illustris aduersus hostes populi Dei effecit, vt eodem fructu isti lætantes, illi effectum experientes, alij eadem rescientes, in hanc omnes irent sententiam, atque pronunciarent, dominari Deum latissimè super vniuersam terram, & superiorem infinito interuallo esse cũctis qui quouis cumque modo in eadem dominium exerceant, ac partibus infinitis excellitorem omnibus, qui habentur pro diis. Hoc ipsum est, quod Sion lætata, & exultantes canent filiæ Iudæ. De sententia nil occurrit dicere, cum ei similis iam

aliquoties

a vers. 2.

b in Esa. c. 32.

c Dan. 13. 1. *Mater cuius in fœminino genere.*

d supra.

e in c. 2.

f Exod. 15. 2.
g Iudic. 21. 19. 20. 21.
h 1. Reg. 8. 6.
i vers. 16.

k Iudith 15. 15.

l In Dan. c. 3.

m c. 3. 26. 27.

n ps. 118. 137.

o Apoc 15. 3.

a c. vlt. 52.

b Matt. 25. 34.

c Act. 11. 4. & seq.

Rom. 10. 17. ps. 104. 3.

ps. 121. 1. Ioan. 3. 29. Act. 13. 48. Rom. 12. 12.

ps. 47. 9.

in Dan. c. 3.

vers. 11.

aliquoties occurrent, tum in psalmo 44. [a] & 95. [b] In iudicio maximè complebitur sententiæ veritas; omnésque cognoscent, quod prævaluerit Christus omnibus terrenis hominibus, ac peccatoribus; & exaltatus fuerit super omnes iustos, tum Angelos, tum homines, quibus *filiorum Dei* nomen communicatum est, vel etiam super illos, quos error gentilis *Deos* fecit, atque nominauit, siue dæmones essent, siue homines.

Quoniam tu Dominus altissimus super omnem terram.] Hieronymus, *excelsus*, Chaldaicè, *super omnes habitatores terræ*.

Nimis exaltatus est super omnes deos.] Hieronym. *vehementer*. Ita solet Interpres reddere מאד *meod* & σφόδρα, per *nimis*, quod significat *vehementer*, aut *valde*, vt alias notaui, dixique non vitiosum excessum significare, sed rei magnitudinē admirabilem, ac prope infinitam. Augetur adhuc magis Græcè significatio σφόδρα ὑπερυψωθεὶς, *valde superexaltatus* es. Iustinus [c], aut quis alius, tractās illam quæstionem, quomodo Deus, qui ante creationem erat, postquam creauit, acquisierit nomen, & rē ipsam vt opifex diceretur, efferéque; Respondet Deum eumdem semper esse, nec in eo vllā accessionem ex eo fieri, quod sit σχέσις τῦ πρός τι, id est, *habitudinem dicat ad aliud*, seu *relationem*, nēpe rationis. Exemplū dat in vnitate, quæ numeri principium est; nihilominus etiamsi principium numeri non esset, perfecta esset. Tum allato præsenti loco docet Deum nimis exaltari, seu superexaltari, & χάριν ἔχειν πρὸς τὸν ἕνιον πολυτρόπως *habitudinem habere ad creaturam multifariam*, quatenus denominatur *pater*; nimirum creaturæ, *dominus, iudex, pastor*, & quæ sunt his similia. Et sicut, inquit, eo quod plures non condidit mundos, cum idipsum etiā præstare posset, imperfecta esse probata non est perfectio eius, qua super omnes deos exaltatus est; ita neque eo quod vnum condidit mundum, incrementum aliquod cepit. Christo infra omnes humiliato debebatur exaltatio super omnes, vt philosophatur Apostolus [d], nempe iuxta regulam ipsiusmet Christi, quod *qui se humiliat exaltabitur* [e], de qua Gregorius [f].

a vers. 3.
b vers. 4.
c q. 113. ad orthodox.
d Philip. 2. b. 9.
e Luc. 18. 14.
f 32 Mor. c. 8. vel 7.

Vers. 10.] Qui diligitis Dominum odite malum: custodit Dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos.

Sensus loci.

SVb finem sollicitus Propheta de aliis, vt ergà tantum, támque beneficum Deum piè, religiosè, grate, se gerant, causántque sibi iudicis vindictam, vel in hoc, vel certè in futuro tempore, atque iudicio, adhortatur ad persecutionem vitij, virtutisque prosecutionem ex amore Dei, & vt secum seriò, ac sedulò reputent à Deo pendere salutem, & incolumitatem corporis, animæque, vitæ mortalis ac immortalis: & ipsi curæ esse sanctos suos, vt illos ab omni periculo, atque persecutione liberet iniquorum in nos eorum tum visibilium, tum inuisibilium; tandem vero eosdem segregeret in die iudicij à permixtione illorum. Denique significat Regi, cuius sedis correctionem, iustitiam cecinit, & iudicium esse [g], familiares, amicósve non posse esse qui non quæ diligat, ipsi etiam diligant, oderintque quæ ille odio persequitur, nempe *impium & impietatem eius* [h], seu impium propter impietatem, vitando peccandi occasiones, & quoad eius fieri poterit, in virtutis

g vers. 2.
h Sap. 14. 9.

A viam alium reducendo; nullo metu ei; sum ab hac via remouere permittendo, cum *animæ iustorum in manu Dei sint* [a], tanquam pretiosa res, & *ipsa eorum ossa custodiat* [b], immo & *capillos in numerato habeat, vt ne vnus quidem pereat* [c], tam fidelissimè velut *depositum seruet* [d].

Qui diligitis Dominum odite malum.] Vetus psalterium, & Augustinus legunt, *malignum*, Symmachus κακὸν, quod emendati codices LXX habent singulariter πονηρὸν, licet sit in plurali in aliquibus codicibus, vt Complutensibus Regiúsque πονηροὺς, quæ Apollinarius μάγωρα vocat, *curiosa, amens*, cuiusmodi fere superstitiosa, vt sit allusio ad reprehensam prius idololatriam. Et quidem infidelitas κατ' ἐξοχὴν meretur appellationem *mali*, & B *peccati: confundorum enim idolorum cultura omnis mali causa est, & initium, & finis* [e]. *Non est Deus, Christúsque dignus, cum quo diligas auaritiam*, inquit Augustinus. *Amas illum, debes odisse quod odit* &c. *hinc apparet te diligere quod bonum est, si inueniris fueris odisse quod malum est.* Adhibet exemplum Patris, qui filium exhæredare velit cum inimico ipsius assiduas collocutiones habentem. Videtur autem nomine *maligni* hominem intelligere, qui ad malum inducat præsertim persecutione. Cassiodorus interpretatur, *diabolum*, sicut in vltimis verbis orationis Dominicæ [f], *libera nos à malo*. De diabolo exponunt Græci in commentariis, & Nyssenus [g], atque Tertullianus [h], & Chrysologus [i], innuitque Gregorius [k]. In ea notione certum est sumi C *malum* τὸν πονηρὸν in parabola seminis, vbi scribitur *quod venit malus, & rapit quod seminatum est in corde* [l]. Sed in oratione Dominica communior expositio est de quibuscumque malis præsentis, præsentibus, & futuris, vt Ecclesia ipsa significet in Missa. Hoc autem loco Basilius, vel Theodoretus docent omnes species τῆς κακίας comprehendi; Hugo tum vitium, tum diabolum. Observat Chrysostomus [m] inter laudes Iob scribi, quod *recedebat ab omni opere malo* [n]. Sic enim est Græcè ἀπὸ παντὸς πονηροῦ πράγματος, nonnullos inuitos recedere à multis malis, ab omnibus autem non recedere: possibile non esse iuxta id, quod hoc loco habetur, Deum diligere, & operari malum. Caietanus tamen in commentario huius loci docet esse multos, qui diligant Deum, non tamen odio habent peccata, D quia dilectio non est formata charitate. Videlicet sumit dilectionem imperfectam, & pro amore concupiscentiæ, non qua Deus ametur propter se, aut super omnia: talis enim amor omnem peccati affectum excludit, odiúmque illius includit. Eadem argumento Aguanus occurrit, dilectionem Dei propter se, quam vocat quoque *fruitionem*, non posse cum peccato consistere, sed aliam, quam nominat *æsum*, & qua diligitur Deus propter aliud: peccatorem hic moneri, vt si placatum cupiat Deum, oderit malum culpæ, iustum, vt oderit idem malum perseueranter. Reprehenditur inultus in psalmo [o] 35. Quod E *malitiam non oderit*, & in 118. [p] dicitur quod qui à mandatis Dei intelligit, odiuit omnem viam iniquitatis, & qui ad omnia mandata illius *dirigitur, omnem viam iniquam odio habet*. Ideo Paulus, ait Ambrosius [q], cauebat in carne sua malum [r], quia oderat: Ideo Ioannes monet in Epistola sua [s], *ne diligamus seculum, quia omne quod in seculo est, concupiscentia est carnis, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ*. Subdit, vt oderimus in inimicis nostris. Denique iniqui-

a cap. 21.
b ps. 114. 21.
c Luc. 12. 7.
d 2. Tim. 1. 12.
e Sap. 14. 27.
f Matt. 6. 13.
g lib. de oration.
h lib. de oratio. cap. 2. & lib. de fuga cap. 1.
i Serm. 70.
k 3. Moral. 7.
l Matth. 13. 19.
m hom. 2. de patientia Iob.
n Iob 1. 1.
Dilectio Dei propter se non potest cum peccato consistere.
o vers. 5.
p vers. 104.
q Ser. 13. in psal.
r Rom. 7. 18.
s 1. epist. 2. 16.

tatem, peruicaciam, turpitudines; mundi istius vanitates. Tum additum, quod odio esse debent quæ fœtui sunt, ne fœcuris affectibus, & otiosis blanda conciliatricula voluptatis irrepat illecebra. Ad extremum tutum esse cum Iacobo [a] debet, *adulteros esse qui amicitiam mundi inimicam Deo* retinere *volunt, & quicunque voluerit amicus esse huius sæculi, inimicum Dei constituit. Odiens malum, diligit bonum* [b], & vicissim si pro eo vt debet, alterutrum facit. Bonus est Deus, illum qui amat, amare malum non potest. Nam [c] *bonos quod oderint mali, sunt mali: malos quod oderint boni, bonos Esse oportet: vósque ideo estis boni, quandoquidem Semper odistis malos, & lege & legionibus. Hos fugitastis Quirites, successis bonis.*] Non meretur nomen *mali* absolutum, nisi peccatum: nullum pœnæ malum per se malum est, ne priuatio quidem visionis diuinæ sub ratione pœnæ, & secluſa malitia peccati, pro qua quis tanto bono priuatur: & in malo pœnæ ratio boni aliqua cernitur, quatenus pro culpa satisfacit, mentem purgat, redigit inordinata in ordinem, exemplo alios erudit. Mala non sunt inquit Ambrosius [d], nisi quæ crimine mentem implicant, & conscientiam ligant. Cæterum paupertatem, ignobilitatem, ægritudinem, mortem nemo sapiens mala dixerit, nec in malorum sorte numerauerit, quia nec contraria istis in bonis habentur maximis, quorum alia nobis ex natura, alia ex commoditate accidere videntur.

Custodit Dominus animas sanctorum suorum.] In vetere psalterio, & apud Augustinum, *seruorum.* Qui dicantur *boni*, & חסידים *chasidim*, vidimus alibi antea. Significat Hebræum nomen *misericordes*, quæ laus magna operum misericordiæ, ac eleemosynæ, vt animas his deditas peculiariter custodire dicatur Deus. In alio psalmo petebat hoc ipsum Dauid [e], *custodi animam meam, & erue me:* rursum [f], *Custodi animam meam, quoniam sanctus sum* חסיד *chasid*: orat etiam pro alio [g], *Custodiat animam tuam Dominus, Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum, ex hoc nunc, & vsque in sæculum.* denique describens eosdem sanctos esse, quos hic prius diligentes Deum nominauerat, pronuntiat [h], *custodit Dominus diligentes se.* Horum dicere possumus animas, *quæ sunt in manu Dei* [i], *custoditas quasi in fasciculo viuentium apud Dominum Deum suum* [k]. Illa porrò custodia non solùm est, ne anima rapiatur violenter per mortem, quod fieri permittit Deus interdum ad maiorem gloriam suã, & meritum eo modo morientiũ pro ipso, sed potissimum, ne separetur à charitate Dei, Deiue charitas ab illa, quæ est anima animæ, sed perseueret in spirituali vita gratiæ; sicque diligere perpetuò Deum valeat, & malum odisse. *Omni custodia seruandum cor, in quo sit huiusmodi vita* [l]: Ad hanc verò custodiam cõfert plurimum panis vitæ, in quo ipsemet auctor & custos vitæ præsens est, vt idcirco iuxta formulam in Sacramentario Gregorij contentam præbens Sacerdos Eucharistiam alteri, benè precetur ei, sicut & antea fuit; *Corpus Domini nostri Iesu Christi custodiat animam tuam in vitam æternam. Amen.* Prosper [l] colligit hinc argumentum contra Collatorem, quod quisquis in tribulatione non deficit, ab illo sine dubio adiuuetur, ad quem quotidie cotidianis vniuersorum fidelium clamant [m], *ne inferas nos in tentationem, sed libera nos a malo, quoniam custodit Dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatorum liberabit eos.* Liceat præterea pro pluribus animabus humanis, quæ sint in singulis corporibus singulæ, hoc ex loco argumentari, vbi pluralitei, multæque ponuntur, quem admodum & ex similibus aliis locis [a]: item quoties legimus animam tuam, suam, huius, illius, animam vnam *conglutinatam animæ alterius* [b], animam patris, & filij [c], animas septuaginta [d], sedecim & triginta duo millia [e], & huius generis alia.

De manu peccatoris liberabit eos.] Hieronymus, *impiorum*, sicut & Aquila ἀσεβῶν: Symmachus autem παραβατῶν *transgredientium legem*: *in* emendatis Bibliis ἁμαρτωλῶν *peccatorum*: quomodo etiam est in vetere, ac Romano psalterio, & apud Arnobium, atque Cassiodorum. Videntur in plurali legisse Basilius, & Theodoretus: in singulari Theodotio, & multi codices ex editione Lxx. Euthymius præterea, & Nicephorus, qui de diabolo exponunt auctore omnium peccatorum, & Apollinarius, qui vsurpat nomen ἀλάστορος *vltoris*. Pluralis numeri vox extat Hebræa רְשָׁעִים *resciabilium*. Parũ interest cum pro numero numerus poni soleat, & singulare collectiuè sumi pro plurali. Quemadmodum autem pro *diabolo* accipitur, vt nuper dixi, absolutum *mali* aut *maligni* nomen, sic potest etiam nomen accipi *peccatores*, vt duo illi Græci notabant; sicut item primarium diaboli membrum Antichristus appellatur *homo peccati* [f], eodem pacto potest diabolus vocari *angelus peccati*. Sed qua ratione omnis peccati diabolus auctor censeri possit, alias docuimus. Interpretantur etiam Hugo, Lyranus, Arguanus, Harmo, Cassiodorus, diabolum *peccatorem*; liberari sanctorum animas de manu, ac potestate illius, iubetique seruare animas eorum, sicut Iob [g], non modo ne vitæ corporis plus noceat quàm velit Deus, sed ne quoque *teneat supra id quod possint, vt fiat cum tentatione prouentus, ac possint sustinere* [*]: postremo *liberari de manu mortis* [h], ne regnet semper. Adde de potestate carnis, mundi, occasionum peccandi, de *lacu inferni* [i].

Vers. 11.] Lux orta est iusto, & rectis corde lætitia.

CVstodia Domini, & liberatio, de quibus dictum priore versu, tanquam lucis nouæ exortus exhilarat iustos, sanctos, rectos corde, atque admirabilis lætitiæ materiam subministrat diuini fax quædam fauoris emicans, qui sese ad tempus abscondere nõnunquam videtur. Tunc verò clarissimè quod attinet ad mysticũ sensum, apparuit, cum lux venit in mundum Christus ipse [k], ac magis adhuc postea apparebit, quando cum Christo apparebunt in gloria, quorum nunc vita abscondita est cum illo in Deo. Spargitur nunc, seri, disseminari lux hæc, lætitiáque censetur, vt latè, largè, copiosè, tempore suo metatur, colligatur, proueniat. In manibus nunc Deus abscondit lucem, ita vt quidam tantum pauci parumque rari eniteſcant, quasi per spatia digitorum, *& præcipit ei, vt rursus adueniat* [m]. Hæc lux est, *quæ in sœculum conuertetur* [n], quia *non egebunt iusti, vt sol in regno patris eorum* [o], *vbi claritas Dei, ac Dominus Deus illuminabit, & lucerna eius agnus* [p], *nec egebunt beati sole, neque luna, neque lumine lucernarum: sol enim*

primat.

---

a Exod.10.11. 16. Leui. 11. 45.46. Iudith 9.8. cap.11.12. Bar.3.32. c.5.1. 29.c. 12.6. c.14.5. 20.c.17. 1 Esdr. 7.30. Act. 2.41. c.4.4. & 13.43. Ioseph. Ant. c.11. & Ezech.18.4. & sæpe.
b 1 Reg.18.1.
c Ezech.18.4.
d Genes.42. Exod.1.5.
e Num.31.35. 40.
f 2 Thess.2.3.
g cap.2.6.
* 1. Cor. 10. 13.
h Osee 13.14.
i Zach.9.11.
Versus lect.
Versus mysticus.
k Ioan.1.4. 8.9.12.
l Colos.3.4.
m Iob 36.11.
n Esther 10. c.11.11.
n Matth. 13. 43.
p Apocal.21. c.22.5.

a Plaut. in Pseudo. prolog.
Nullum malum pœna nisi peccatum ipsum.
d 1.Hexam.c. 8. & refertur 1. dist.c. Illa cauenda.
* ps.24.20.
e ps.85.2.
f ps.120.7.
g ps.144.20.
h Sap.3.1.
i 1. Reg. 25. 29.
k Prou.4. 23.
l contra Collat.c.35.
m Matt.6.13.

primat. Vertunt alij ex Hebræo *lumen satum*, seu *disseminatum*, quod valet זרוע zeruah. Reddit eodem pacto Paraphrastes, sed apud Nebiensem ita, *lux quæsita, & conserua est iustis*. Suspicari cum ratione possumus legisse LXX. & Hieronymum זרח zarach, quod proprié *ortum, & diffusum* valet vt in psalmo 111. [a] *Exortum est in tenebris lumen rectis corde* זרח zarach. Id credibilius est quàm de זרה zarah, vt postea legi sentit Peregrinum Herum, qui notat pro *he* lectum *bhaim*. Dicere debuit pro *cheth*, seu *heth* Alioqui simili phrasi legimus vsum Lucretium [b], vt diceret quod sol conserit arua lumine.

Sol etiam summo de vertice dissipat omnis
Ardorem in pratis, & lumine conserit arua.

pro *complet, consergit, collustrat*, & per aliam metaphoram, *connectit*. Ad idem pertinere illud eiusdem [c] potest

——*Cum solis lumine, cumque*
Infertum fundunt radios per opaca domorum.

Lætitiæ symbolum lucem esse notissimum est, ac ex dictis paulo ante constat, tum ex eo, quod in Esther [d] legimus *Iudæis nouam lucem orsi visam, gaudium, honorem, & triumphum*: & quia negabat gaudium sibi Tobias esse posse, quod *in tenebris sedens lumen cæli non videret* [e]. Sic etiam Nazianzenus [f] de luminibus tractans, ait se id facicndo exhilarescere, quia nihil dulcius, & iucundius lumine his, qui gustum illius ceperint. Eam iustus *gaudens in ipse* etiam dum patitur ærumnas, censetur seminare, & *semina illius flendo mittere, vt referat postea manipulos cum exultatione* [h]. Fructum seminat qui semen iacit fructiferum: fruitio respondet labori, labor ergo semen est fruitionis. Quemadmodum è contrario, qui operatur iniquitatem, seminat dolores, quos deinde meter, etiamsi nunc affluat voluptatibus, quas Christus vocauit *spinas* [i], de quibus *colligi vue nequeunt*, vt nec *ficus ex tribulis* [k]. Quamquam si pro futuro præteritum sumatur, sensus erit, quod in beatitudine feretur, id est, copiosè tribuetur lux, lætitiáque rectis corde. Caietanus retenta præteriti significatione, fatam dicit lucem in intellectu, & lætitiam in affectu, tum per lumen naturale, & fidei tum per appetitum naturalem ad bonum rationi consentaneum, & infusum charitatis amorem. Galatinus [l] ex Rabbinis colligit verba ista de Messia intelligi, qui antequam esset secundum humanitatem, iam erat ab æterno lux cum Deo, atque principium, quo Deus creauit mundum, ita vt huiusmodi lux immensa, & increata primum opus creando dixerit [m], *fiat lux*. Opposito modo Cyrillus Alexandrinus [n] argumentatur de eodem Christo, ipsum esse veram lucem; nec hanc vnquam ei de nouo ortam esse, quia non oritur lux habenti, & non indigenti, sed qui non habeat, egeatque. Mysticè præterea lux orti iusto dicitur ad eum modum, quo *Lucifer in cordibus nostris* [o], siue Christus, siue fides, siue gratia, siue sanctorum aliorum exempla, siue illustris commendatio iustorum in iudicio, vbi *educet Deus quasi lumen iustitiam, & iudicium, tamquam meridiem* [p], & *orietur in tenebris lux, & tenebræ erunt sicut meridies & requiem iustis dabit Deus semper, & complebit splendoribus animas eorum* [q]. Cum exeunte Iuda Christus dixit, *nunc clarificatum filium hominis*, id est seipsum [r], Augustinus [s] docet prætigurasse quod cum victus à Christo transierit hic mundus, & nemo in populo Christi remanebit immundus, & zizania a tritico erunt separata, fore vt *iusti fulgeant in regno patris* [t] *sui*. Christo

[a] vers. 4.
[b] lib. 2.
[c] ibid.
[d] cap. 8. 16.
[e] Tobiæ 5. 12.
[f] orat. 40.
[g] Rom. 11. 12.
[h] psal. 125. 6.
[i] Luc. 8. 7. 14.
[k] Matth. 7. 18.
[l] lib. 8. c. 11.
[m] Gen. 1. 3
[n] lib. 1. in Ioan. cap. 8.
[o] 2. Pet. 1. 19.
[p] psal. 36. 6.
[q] Esa. 58. 10. 11.
[r] Ioan. 13. 31.
[s] tract. 23.
[t] Matth. 13. 43.

A nato *clarinus Dei circumfulsit pastores, vtq, in angelis euangelizatum gaudium se ipsum* [a] *Simeon iustus acceptum in vlnas suas Christum* appellauit *lumen gentium* [b]: & in hirtotu nulla secundæ de Natiuitate Domini canitur, *Lux fulgebit hodie super nos. In mentibus Deus oritur sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius* [c]: *lucerna pedibus verbum Dei, & lumen semitis* [d]: *lux mundo sunt iusti* [e] bonis exemplis suis, lucéntque *sicut luminaria in mundo* [f]. Attingit ista Hugo. E contrario impij vel serò tandem fatebuntur *errasse se à via veritatis, & iustitiæ lumen non luxisse sibi, & solem intelligentiæ non esse ortum sibi* [g]: *lumini rebelles fuerunt* [h]. Lege quæ ad priorem locum libri Sapientiæ diximus. Grecueus [i], proposita quæ-
B stione ex Iob [k] *per quam viam spargitur lux, dividitur æstus super terram*: ait primum respondere priori membro loci præsentis, posteriori secundum, & illud ad incarnationem, hoc pertinere ad Spiritus sancti missionem: creaturam esse tantum vmbram primæ lucis, lucem veram esse Filium Dei [l]: ante incarnationem Patrem hanc apud se lucem tenuisse, in incarnatione effudisse [m] viam per quam lux hæc spirita est, charitatem fuisse [n], quam Paulus [o] vocat *viam excellentiorem*: misso Spiritu sancto diuisum æstum super terram, lætitiámque consummatam, & inflammatum affectum, non modo intellectum illuminatum, inde nasci gaudij fructum [p] & *exultationem salutis* [q].

C *Et rectis corde lætitia.*] Vetus psalterium, & Augustinus, *iucunditas*. Rectos corde appellat, quos antea *iustos*: iustitia namque in cordis rectitudine posita est: & rectitudo cordis veram iustitiam dicit. *Gaudium iustorum nemo tollit ab eis* [r], nisi velint, & in beatitudine numquam voluntas ipsis erit iacturam tantám patiendi, vel quidpiam agendi, quod eam mereatur. *Redempti à Domino conuertentur*, seu (reuertentur) *& venient in Sion* cœlestem) *cum laude, & lætitia sempiterna super capita eorum: gaudium, & lætitiam obtinebunt, & fugiet dolor, & gemitus* [s]: item *gaudium & lætitia inuenientur in ea, gratiarum actio, & vox laudis* [t]. De rectis corde actum aliis in psalmis, & quomodo inuitetur non
D tantum ad lætandum, sed & ad gloriandum [u]: & *decet eos collaudatio* [x], & *laudentur* [y], & *opus bonum sit Deus* [z]: in sequentibus præterea tribuitur *generationi rectorum benedictio* [a], & *exortus luminis* [b], & *habitatio cum vultu Dei* [c]. Quod in Esaia [d] Hebraicè, & Latinè legimus, *non est pax impiis*. Græcè incitur οὐκ ἔστιν χαίρειν *non est gaudere*. Cum gaudio pax post *charitatem* fructus Spiritus sancti connumeratur [e]: & pax gaudiumque cum prauis, obliquisque moribus consistere non potest. Perpendit hoc loco Esaiæ locum illū Augustinus, non ille ambo gaudia, nempe spirituale & carnale, & Deo inspirante hoc damnasse, sicut laudanti lucernam, qui solem nouit, dicit, non est ista lux, aut qui lunam mutanti, non est ista pulchritudo dicit, qui nouit
E aliam. Simili de causa dixisse alium Prophetam [f]: Diem hominis non concupiui, quoniam alium ei Deus diem ostendebat.

[a] Luc. 2. 9. 10.
[b] vers. 5. 23. 32.
[c] Malach. 4. 2
[d] psal. 105.
[e] Matt. 5. 14.
[f] Philip. 2. 15.
[g] Sap. 5. 6.
[h] Iob 24. 13.
[i] fol. 204.
[k] c. 38. 24.
[l] Ioan. 1. 9 c. 1. 3. c. 8. 12. c. 9. 5 c. 12. 46.
[m] supra.
[n] Ioan. 7. 16.
[o] 1. Cor. 12. 31.
[p] Galat. 5. 22.
[q] Esa. 45. 8.
[r] Ioan. 16. 22.
[s] Esa. 35. 10.
[t] cap. 51. 3.
[u] psal. 31. 11.
[x] psal. 32. 1.
[y] psal. 63. 11.
[z] Psal. 51.
[a] psal. 111. 2.
[b] psal. 111. 4.
[c] psal. 139. 14.
[d] cap. 48. 22.
[e] Gal. 5. 22.
[f] Ier. 17. 16.

Vers. 12.] Lætamini iusti in Domino: & confitemini memoriæ sanctificationis eius.

Sextus loci.

COncludit conuersa oratione ad iustos, siue rectos corde, quibus ortam lucem lætitiamque dixerat, inuitans & hortans, vt quod faciunt

a Philip 4.4.

fieriant magis, ac magis, & semper, nempe vt gaudeant in Domino, & totum gaudeant [a], quem adeo benignum bonum experti, & adhuc multò maiora speret, ad eundem: præterea, vt confessione laudis celebretur, reddatur cunctis, & vbique memoriam sanctitatis eius, sanctive nominis, & sanctæ maiestatis eius, ita vt intelligat cæteri, ac idem sibi cogitent tam sanctum esse atque iustum Dominum, vt omnino nullam iniquitatem velit, aut toleret, nulli faueat iniquo, neminem qui studeat iustitiæ, atque sanctitati derelinquat sed sanctis hic luce recreet, lætitia, gaudióque compleat quam patitur conditio præsentis temporis, donec ad lucem perpetuam æternáque gaudia perducat.

b vers. 11.

Lætamini iusti in Domino.] Vetus psalterium, & Augustinus, *iucundamini*. Similis psalmi 31. [b] sententia, *Lætamini in Domino, & exultate iusti*: & aliquoties præterea, prouocantur ad lætandum iusti in Domino [c]. Potest hoc loco *lætus* pro læta laudatione hymnóque accipi. Nam quod in psalmo 136. legitur, *qui abduxerunt nos, hymnum*, &c. Hebraicè est שמחה *simchah*, *lætitiam* significans. Paraphrastes vertit, *Lætamini in verbo Iehouah*. Quod sæpe alibi vsurpat, videturque Verbum Patris Christum indicare. Alias quoque docuimus quid sit *lætari in Domino, exultare, delectari super salutari eius* [d]. *Agite nunc*, ait Iacobus [e], *diuites, plorate, & vlulate in miseriis vestris, quæ aduenient vobis*. Idem dici reliquis potest, qui *ducunt in bonis dies suos* [f], rident *habéntque hæc consolationem suam* [g], quoniam in tristitiam vertetur gaudium, *risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupabit* [h]. Non meditanda conuiuia, calices præparandi, rosarum tempus expectandum, temperiue veris, inquit Augustinus. *Dominus tecum semper est, non habet tempus: habes illum nocte, habes illum die. Esto rectus corde, & semper est tibi de illo iucunditas.*

c psal. 32. psal. 32. 17. psal. 63. 11. psal. 65. 8. psal. 66. 5. psal. 69. 5. psal. 149. 2.

d psal. 34. 9.

e cap. 5. 1.

f Iob 21. 13.

g Luc. 6. 24.

h Prou. 14. 13.

Et confitemini memoriæ sanctificationis eius.] Hieronymus, *memoriæ sanctæ eius*, & alicubi etiam Augustinus [i], qui hoc loco cum vetere psalterio, & Romano, & cum his præterea Cassiodorus, & Arnobius, & qui dicitur commentarij auctor Hieronymus legunt, *memoriæ sanctitatis eius*. Symmachus apud Agellium ἐξομολογεῖσθε μνημονεύοντες τῆς ἁγιωσύνης αὐτοῦ, *confitemini memorantes sanctitatem eius*. Sensus est; date gloriam nomini sancto eius, celebrate memoriam sanctam eius: gratulamini in commemoratione sanctitatis eius: gratias agite cum veneratione maiestati sanctæ illius. Nomen *sanctificationis* verbale non sumitur hic proprié pro actu *sanctificandi, & sanctificandi*, sed pro Deo ipso sancto, de quo sic loquimur honorificè per abstractionem, vel pro sanctuario, & arca. Id notauimus priore psalmo [k], & psalm. 29. [l] vbi eadem verbis iisdem sententia est. Itaque iubet in tribulatione constitutos recordari, vel etiam in captiuitate, quæ ita esset sanctitas tabernaculi, versus quod postea orabat captiuus Daniel [a], & alij concaptiui imprecabantur sibi oblationem dexteræ, si forte obliuiscerentur illius [b]. Iuxta mysticum, vel accómodatitium sensum *confitemi memoria sanctificationis* est, vt Euthymio placet, gratias agere Deo, memoria repetendo, quo pacto sanctificati fuerimus à Deo, vel confiteri vetera peccata, dùm tantam Dei munditiam animo reuolumus. Nicephorus elegit primum, Basilius ac Theodoretus *gratiarum actionem* pro cunctis beneficiis interpretantur. Cassiodorus hoc dici vult beatis, vt in illo regno perpetuo collocati recordentur de quanta clade huius sæculi, Domino miserante, sint subtracti: putatus Hieronymus, vt ingiter collaudent vel sanctitatem eius, quia memor ipsorum fuit, vt sanctificaret, vel pietatem, qua illos in regno suo asciuit. Illud de sanctificatione, vt significat iustificationem, tradunt etiam Haimo, Remigius, Rickelius, Lyranus, Hugo, Ludolphus, Pampolitanus, Bruno, Turrecremata, Caietanus, Rainerius, & alij. Addit Panigarola laudandum Deum, quia sit solus sanctus, & sanctificet nos. Aiguanús adiungit præterea confessionem pœnitentialem, quæ sanctificat, & præcipuè fit Christo, sacerdoti tamquam vices illius gerenti. Longe potior causa recolendæ atque celebrandæ memoriæ *sanctificationis nostræ*, cum per baptismũ regenerati Deo sumus, viuúmq; facti cõplum Dei, vel per pœnitentiam post lapsum à baptismo, vel cũ in ordine religioso, nouo baptismi genere mũdati, ac Deo dicati sumus, quàm Iudæis olim encœnia celebrãdi, Pascha, tabernacula, Pẽtecostẽ, aliúdve quodcumq; festũ, & cuiusuis beneficij memoriã, ad quam festa sunt ipsis indicta, aut quàm Gentiles natalitium diem, de quo Roa noster, secundum ritum profanum, sacrúmque. Pio sanè ac salubri facimus instituto, dum quotannis omnes minimum semel generaliter confitemur, bis etiam illi, qui nondum in certo gradu constituti, qui præterea simul publicè, quamuis intra domesticos parietes, atque inter mutatum solennia votorum formulam rite pronunciant, vt meminerint gratias pro tanto beneficio referentes, reddere Deo vota, quæ *distinxerunt labia sua* [c]. Tanti S. Ludouicus rex diem, ac locum, in quo baptizatus esset, faciebat, vt pro honorificis & magnificis titulis alijs, hoc summopere delectaretur, & gloriaretur, vt se in epistolis, quas mittebat, subscriberet, Ludouicum de Compendio, qui videlicet locus baptismi eius esset. Accepi etiam grauissimos quosdam viros baptisterium summa veneratione prosecutos, vt quoties liceret religiosè amplecterentur, & exoscularentur, & eidem affixi gratias cum precibus agerent Deo. Dionysius [d] τὴν μητέρα τῆς υἱοθεσίας vocat *matrem adoptionis*. Lege Ioan. Stephanu Durantum [e].

i in Speculo.

k vers. 7.

l vers. 5.

a Dan. 6. 10.

b psal. 136. 5. *aliqui vertunt vel oblitus fuerim.*

c psal. 65. 13.

d de Eccles. hier. c. 1.

e lib. de ritib. Eccl. c. 19.

PSALMVS NONAGESIMVS SEPTIMVS.

1 Psalmus ipsi Dauid.

A CAntate Domino canticum nouum: quia mirabilia fecit.

Saluauit sibi dextera eius: & brachium sanctum eius.

2 Notum fecit Dominus salutare suum: in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam.

3 Recordatus est misericordiæ suæ, & veritatis suæ domui Israel.

Viderunt omnes termini terræ salutare Dei nostri.

4 Iubilate Deo omnis terra: cantate, & exultate, & psallite.

5 Psallite Domino in cithara, in cithara & voce psalmi: 6 in tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ.

Iubilate in conspectu regis Domini: 7 moueatur mare, & plenitudo eius: orbis terrarum, & qui habitant in eo.

8 Flumina plaudent manu, simul montes exultabunt: 9 à conspectu Domini: quoniam venit iudicare terram.

Iudicabit orbem terrarum in iustitia, & populos in æquitate.

Titulus & Argumentum.

Vers. 1.] Psalmus ipsi Dauid.

Titulus.

IAMETSI adeo simplex sit titulus, vt nihil dicendum occurrat de illo, nisi quod Hebraicè *Dauidis* nomen deest: nec vniuersè verum videatur, qui carent maiore inscriptione, argumento à proximè præcedente non differre, vt alibi monui; nihilominus concedo Euthymio, spectare hunc psalmum ad rem prope argumentum, quod prioribus duobus tractatum est, mystice quidem ad Christi aduentum vtrumque; præsertim

Spectat ex psalmum ad argumentum duorum præcedentium, & mystice ad eorum aduentum.

B ad primum, quod Eusebius [a] quoque docet: literaliter verò ad salutem, quam Deus, regnante Dauide præclarè attulit populo suo, vel, vt videtur Treueto, quando eum liberauit de Ægypto, quæ est Iudæi Herbani sententia in disputatione Gregentij contra illum [b]. Hebræi ipsi, vt Lyranus refert, de suo Messia psalmum istum interpretantur, qui cum venerit, mirabilia multa operetur. Quod frustra expectant, nos factum lætamur, & adhuc futurum speramus. Hæc etiam causa, quare vtatur Ecclesia tam frequenter isto psalmo, cum præcedentibus duobus. Accommodatum Athanatius [c] ait esse volenti cantare Domino, & quando quis eũ legerit cum 92. 95. 98. perspecturũ singula Dei beneficia, virtute passionis suæ collata in nos. Videtur inter mysteria resurrectio quoque attingi, ac post illam, nominis Christi publicatio, atque legis Euangelicæ promulgatio. Laudem, siue laudationem propheticam תשבחת נבואית *tushbechah neuuah* Paraphrastes appellat, quomodo nullum alium ab eo memini appellatum.

[a] Ademonst. euæl.

[b] tom. 1. Bibl. Patrum.

[c] Cum quare Ecclesia tam frequenter ipso psalmo vtatur. ad Marcell.

C Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit.

Saluauit sibi dextera eius, & brachium sanctum eius.

D INuitat, sicut 95. psalmo, ad nouo carmine, ac exquisito celebrandas diuinas laudes, causamque reddit, quia noua ille quædam, & insolita magnáque admiratione, & laude digna, fecit. Nam cum nullus esset, qui defendere populum eius vellet, aut etiam posset, ille, qua valuit, valet semper, valebitque omnipotentia, minimè viribus indigens alienis, per se solus, valde opportunè, efficaciter, iustè opem, ac salutem attulit, exerens dexteram, & brachium, siue inuictum robur tuum, & sanctum, quod nunquam fauet iniquitati. Quadrant hæc mystice in incarnationis *nouum*, vt Ieremias [d] quoque loquitur, *mysterium super terram* à Deo factum, & ad salutem humano generi per id factum, quam nullus omnino alius poterat operari, multo autem minus ipsammet incarnationem; quam vocat Ecclesia *mirabile mysterium*.

Sensus lect.

[d] cap 31. 22.

De

De mirabilibus istis, & nouis, quibus nouum canticum debeatur, non repetam quæ 95. illo psalmo dixi; vbi etiam iubemur annunciare in gentibus hæc mirabilia. Differt canticum hoc lætum, vt ibidem docui, à canticis aliis veteribus, præsertim ab eo, vt notat Hieronymus [a]; quod lamentabiliter cantauit Esaias [b], & composuit ille, de quo scriptum est in Euangelio [c]; *cum vidisset eum, flenit super eum.* Qui viderunt curatum paralyticum, *stupore apprehensi, & repleti timore, magnificauerunt Deum, & dixerunt, quia vidimus mirabilia hodie* [d] παράδοξα. Esaias [e] ad mirabilia respiciens noui potissimum testamenti, prorupit in has voces; *Domine Deus meus es tu: exaltabo te, & confitebor nomini tuo, quoniam fecisti mirabilia, cogitationes antiquas fideles, amen.* Tum subdit strenuum, ac veluti militare opus Dei, quod nouis canticis materiam soler suppeditare, cuiusmodi canticum Deboræ fuit [f]. De impedimentis cantus moraliter differentem Hugonem lege, quæ versibus istis continentur.

Lepra, locus, raucedo triplex, pinguedo, tumultus,
Tristis, sopor, tussis, laqueus, lex, os, timor, vlcus,
Debilitas, natura, mori, nescire, sodalis.

Raucedinem triplicem vocat ex clamore, aspectu lupi, siccitate: legem interdicti, aut silentij: os plenum cibo, réve alia: vlcus in ore: naturam, quando homo est senex: sodalem cum discordat. Reliquorum expositionem lege apud illum; & apud Aiguanum, quo pacto is, in cuius conspectu nihil est mirabile [g], admirabilis sit, ratione potestatis, veritatis, sanctitatis, paupertatis, confusionis, formositatis.

Cantate Domino canticum nouum quia mirabilia fecit.] Vertit Caietanus, *separata*, valet id Hebræa vox נִפְלָאוֹת *niphlaoth*; talia vero sunt quæ admirationem excitant, & noua sunt; quæ Chaldæus etiam vocat תְּמִיהִין *perissian diuisa ab vsu*, & *opinione communi* παράδοξα. Additur Græcè κύριος *Dominus*, & in Latino psalterio vetere, ac Romano, apúdque Arnobium, Augustinum, Cassiodorum.

Saluauit sibi dextera eius.] Ita etiam Hieronymus: Psalterium vetus, & Augustinus, *sanauit ei*, Romanum psalterium, Arnobius, Cassiodorus, *saluauit eum.* Alij ex Hebræo sequuntur hanc vltimam expositionem, sed contra syntaxim, quæ habet לו *lo* datiui casus. In emendatis Græcis est ἑαυτῷ, licet in Complutensibus, Regiis, & aliis Bibliis αὐτὸν. Datiuum legit præterea Basilius, Theodoretus, Nicephorus: accusatiuum Euthymius, & Gregentius [h]: Sensus est, quod dextera ipsa sibi salutem attulit, seu comparauit, se ipsam saluauit, Deus ipse, pro quo dextera, & brachium per prosopopœiam ponuntur, propriis viribus quasi dextera, & brachio, vt etiam in datiuo Apollinarius explicat δεξιτερᾷ, βραχίονι, *se ipsum saluauit*, id est, ostendit se aliis salutem contulisse: item quod *saluauit ipsa dextera, & brachium*, nempe Deus per vires suas [i], *populum sibi*, hoc est, ad honorem suum: vel Christus sibi, id est, illi, videlicet ad honorem Patris: vel sibi, siue illi, hoc est, ad vtilitatem populi: vel sibi, id est, Christus populum ad obsequium proprium, & vt peculiarem populum suum. Sic illud, *sibi*, referri potest ad *Deum*, ad *Christum*, ad *populum*, sumique aut reciprocè, aut ad alium. Euthymius legens *eum*, exponit *populum* qui olim ab inimico captiuus, & seruus tenebatur. Basilius, & Theodoretus legentes *sibi*, quod Deus pro sua benignitate mortalium vitam suum ducat emolumentum. Augustinus, & alij *Deum saluare sibi*, seu *seruare*, quando collata sanitas ad suum reuertitur auctorem, per gratiarum actionem. Cæteri passim, quoniam Christus hominem redemit ad honorem suum, cum sit Deus. Hebræum verbum הוֹשִׁיעָה *hoscianh* construi soler cum datiuo, vt *hosianna* [a] *filio Dauid*, hoc est, salua obsecro, filium Dauid, quasi bene precans dicat, viuat filius Rex, filius Dauid. Alia istius constructionis exempla sunt [b] quæ noster notauit Maldonatus [c]. Itaque simplex sensus est, ac maximè proprius, quod Deus, siue Christus, potentia propria, & per se ipsum solus saluauit, fuitque sufficiens sibi ipsi ad saluandum, non seipsum, sed populum; Deus vtrumque dici potest saluare, se ipsum, quatenus populum saluat, cum quo videtur quodammodo pati, vel captiuus teneri, vt alibi dixi. In psalmo 43. [d] recte exprimitur vis istius orationis; *nec enim in gladio suo possederunt terram, & brachium eorum non saluauit eos, sed dextera tua, & brachium tuum.* In libro Iudicum [e], quod Interpres ait *ne glorietur contra me Israël, & dicat meis viribus liberatus sum*: Hebraicè, & Græcè habetur, *manus mea saluauit me* יָדִי הוֹשִׁיעָה לִי *iada hoscihhah li* ἡ χεὶρ μου ἔσωσέν με. Quod narratur Abigail dixisse Dauidi [f], *saluauit Dominus manum tuam tibi*, significat ne se Dauid manu propria vleisceretur Dominum prohibuisse; ne potentia propria, & viribus vteretur, & ea ratione sibi, ac suis salutem comparare velle videretur. Hæc ipsa nostra phrasis est in Esaia [g], *& vidit* Dominus *quia non est vir, & exporiatus est, quia non est qui occurrat, & saluauit sibi brachium suum, & iustitia eius ipsa confirmauit eum.* Rursus *circumspexi, & non erat auxiliator, quæsiui, & non fuit qui adiuuaret, & saluauit mihi brachium meum, & indignatio mea auxiliata est mihi.* Qui transferunt in accusatiuo præsentem locum psalmi, non satis fortasse intelligunt, quid significet *saluare sibi*, volúntque indicari *populum*: atque tali argumento Gregentius vrgebat Herbanum Iudæum [h]: vtrùm se ipsum seruat Deus, & suo brachio se ipsum tuetur? à quo? quis enim bellum ei infert? Athanasius [i] quoque aduertit hìc dici, *saluauit sibi dextera eius*, non autem *saluauit se*, quia verbum, vtpote increatum, nullum salutis suæ augmentum merito suæ passionis accepit. Sed, vt dixi, *saluare sibi*, est propriis viribus; posita tamen relatione ad alium qui egeat salute, & ope, quales nos omnes, & Christus ipse quatenus homo, quoniam *ipse vt Deus, se ipsum saluauit*, inquit Arnobius, Cassiodorus, & alij, ne vlli peccato esset obnoxius, vt resurgeret tertia die, ponens animam cum vellet, & sumens eam [k]. Transeuti omitto singularem expositionem de liberatione Hebræorum ex Ægypto in manu forti, & brachio extento, & excelso [l], editis tot prodigiis ibi in mari rubro, & alibi per desertum, idque sibi, hoc est, ad honorem suum. Item, Christus mysticè dextera, brachiumque dicitur Patris, vt alias notatum est. *Brachium Domini cum potentia* [m], *brachiumque Domini reuelatum* [n], & *brachia populos medicantia* [o], seu *id in quod gentes sperant* [p], *confortata manus*, & *exaltata dextera* [q] Christum designant, qui, vt ait Hieronymus,

a in Esa. c. 5.
b cap. 5. 2.
c Luc. 19. 41.
d cap. 5. 26.
e cap. 25. 1.
Impedimenta cantus.
f Iudic. 5. 2.
g Eccl. 39. 28.
h disput. cum Herbano Iudæo.
a Matth. 21. 9.
b Deut. 2. 27. Iosue 10. Iudic. 7. 2. Reg. 25. 26. psal. 43. 4. psal. 85. 10.
c in Matt. 21. 9.
d vers. 4.
e cap. 7. 2.
f 1. Reg. 25. 26.
g c. 59. 16.
h tom. 4. Bibl. Patrum.
cap. ad Epistle. [illegible] suæ augmentum meriti [illegible] sue acquisiuit.
k Ioan. 10. 17.
Christus mysticè brachium & dextera Patris dicitur.
l psal. 88. 14.
m Isa. 53. 1.
n cap. 40. 5.
o Ibi vers. 2.
p Isai. 59. 16.

mus,

mus [a], perditos saluat sibi, vt nullus *pereat de his quos Pater dedit ei* [b]; aut plura brachia, sanctos, per quos Christus iudicabit. *Induit hac dextera*, & *brachium domus fortitudinem* [c], & *fecit potentiam in brachio suo* [d] per incarnationem, quod est inter mirabilia maximè mirabile opus, simul cum effectu, propter quem facta est, qui est salus animarum. Hæc vocabula de Christo dici docet etiam Didymus [e]. Caietanus autem hoc loco ostendit *in dextera*, & *brachio* corpus, animámque Christi, vt instrumenta coniuncta Verbi, quoniam sicut manus mediante brachio, iungitur personæ humanæ, ita corpus mediante anima, iunctum est diuinæ, fuítque anima ratio, quod corpus vniretur Filio Dei, sed hoc scholasticis permittamus. Quisquis ordo est, naturæ, vel rationis est, non temporis. Concedo eidem Caietano animæ, corporíque Christi conuenisse, vt resurrectionem propriam, non modo meritoriè, sed effectiuè etiam quatenus organa Deitatis operarentur, seu instrumenta coniuncta, sicut sunt eiusmodi instrumenta dextera, brachiúmque. Cæterum tropologia, quam tradi dixi ab Augustino, ethicum continet documentum valde vtile. Is legens (*sanauit ei dextera eius*) obseruat, quod multi sanantur sibi non ei, id est Deo: ab illo sanari, sed non illi, qui accepta sanitate lasciuiunt, qui ægroti casti erant, sanati adulteri fiunt, qui cum ægrotarent, neminem lædebant, receptis viribus inuadunt, & opprimunt innocentes: sanari ei, qui intus sanantur, credunt in eum, in nouum hominem reformantur; postea quod languet ad tempus, carnem nempe istam mortalem, recepturam in fine suam perfectissimam sanitatem.

Et brachium sanctum eius.] Chaldaicè, *sancta maiestatis eius*. Posset vt alias monui sensu mystico sumi *brachium* pro Patre, *dextera* pro Filio, *digitus* pro Spiritu sancto. Vltimum Christus ipse ita vsurpauit [f], *si in digito Dei eiicio dæmonia*. Lege etiam Gregorium [g]. Communior notio *brachij*, & *dextera* est pro opere, quia hæc in nobis præcipua sunt instrumenta operum nostrorum. Vide Damascenum [h]. *Sanctis* epitheton וְשַׁע *chasciaph nudauit*, *discooperuit*, *manifestauit*, *reuelauit*, brachio attributum duobus aliis in locis reperio, apud Esaiam [i]; *parauit Dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium*, & in libro Sapientiæ [k], *quoniam dextera sua teget eos, & brachio sancto suo defendet illos*. In explanatione loci posterioris dixi conuenire id epitheton Dei brachio, & dextræ; quia quæ in Deo sunt, qui est sanctus, sancta omnia sunt: & quia generalis ratio ista est, peculiariter tunc poni, quando sermo est de protectione sanctorum, vt sancti videlicet sanctè tractentur, & *cum sanctis sit sanctus Deus* [l]: quemadmodum, quia sanctus est, exigit vt sancti simus [m], & petebat se Dauid conseruari, quia sanctus erat [n]. Adde cum Forerio [o], sermonem esse apud Esaiam, & hoc loco, saltem iuxta mysticum receptum sensum, de redemptione generis humani per incarnationem, in quo opere Deus cum potentia sanctitatem insigniter declarauit. Nam nihil sic eius mundo sanctitatem ostendit, & commendat, quam vt exhibeat vnigenitum filium suum: nec poterat melius intelligi quanto ille odio immunditiam omnem peccati odisset, quàm vt nos redderet immaculatos, filium proprium tradere, ac velle tam dira pro peccatis nostris pati. Præterea *brachium sanctum*, id est, potentia sancta, exeréns vim potentiæ sanctæ suæ, est facere ex immundo mundum, sanctum ex peccatore. Id forsitan innuitur sequentibus in Esaia verbis [a]; *recedite, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere, exite de medio eius, mundamini qui fertis vasa Domini*; nimirum sancti, & cuius brachium sanctum. Spectare eodem possunt quæ Maria cecinit [b]; *fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius*, quod postea subdit [c], *fecit potentiam in brachio suo*; loquitur namque de maximo incarnationis beneficio, quod eam propriùs attingebat, & propter quod supra cæteros ampliorem gratiæ sanctificantis copiam acceperat. Accedat vniuersalis licet ratio, quod *Deus est sanctus in omnibus operibus suis* [d], & imitatores suos, sanctos, vt ante dixi, vult esse, ac sanctè cuncta operari. Quamuis ibi *sanctitas* pertinere posset ad promissa inratáque opera, sicut proximè ante dicitur. *Deus fidelis in omnibus verbis suis.* Quæ etiam noua ratio esset pro *brachio sancto*, scilicet ad indicandum, quod eadem Maria adiecit in cantico [e], *sicut locutus est ad patres nostros, Abraham, & semini eius*; quod item in suo Zacharias nominat [f] *iusiurandum iuratum ad Abraham*. Latinis quidem *iuramenti* epithetum proprium est vt dicatur *sanctum*, quia *religiosum*, & præterea tanquam *sancitum*, *ratum*, *firmum*. Vltimam rationem attingit Hugo; sed tropologicam. Vult per *dexteram* prospera, per *brachium*, quod nempe sumatur pro *sinistro*, aduersa intelligi, iuxta illud [g], *læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me*. Item cantari docet cantico triplici laudis, orationis, confessionis peccatorum: & hoc vltimum nouum esse, quia innouat, atque per idem saluari peccatores in vtroque statu prosperitatis, & aduersitatis: dici autem *brachium sanctum*, quoniam aduersitas facit sanctos, neminem esse, *cui non sit reuelatum* [h], quia modum istum saluationis per aduersa Dominus prædicauit, & per alios prædicari fecit [i]; *pœnitentiam agite*, &c. Non est contentus sponsus *poni vt signaculum super cor*; vult præterea *poni vt signaculum super brachium* [k], vt sanctitas sit in corde, & opere, atque expressio sanctitatis diuinæ in vtroque velut in numismate, & imagine, vt egregiè declarat Ambrosius [l], vt Græcos & alios omittam. Accommodatitio sensu possumus accipere: quod Christus resurgens dexteram sibi saluauit, & brachium sanctum suum, quæ in cruce prius affixa, postea ligata, & inclusa sepulchro fuerunt.

Vers. 2.] Notum fecit Dominus salutare suum: in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam.

Vers. 3.] Recordatus est misericor-

diæ

a in Esa. 52. & 52.
b Ioan. 17. 12.
c Esa. 51. 9.
d Luc. 1. 51.
e 3. de Spiritu sancto.
Tropologia cãinãs ethicum documentum.
Sensus mysticus.
f Luc. 11. 20.
g 32. Mor. c. 5. vel 6.
h lib. 3. c. 14.
i cap. 52. 10.
k cap. 5. 17.
l psal. 17. 26.
m Leuit. 19. & 20.
n psal. 15. 2.
o in Esa. c. 52.

diæ ſuæ & veritatis ſuæ domui Iſraël.

Viderunt omnes termini terræ ſalutare Dei noſtri.

Senſus loci.

MIrabilia, & ſalutem factam à Deo, virtute propria dexteræ, brachiique ſancti ſui, nunc exponit magis, vt ea Deus nota fieri voluerit, vtque Gentes intelligerent quantam adhiberet ipſe cum benigna liberatione, ſiue ſua ipſius Dauidis, ſiue Hebræi populi de captiuitate Ægyptiaca, de qua Treuetus, aut alia, iuſtitiam, reſpectu hoſtium iniuſtè opprimentium, vel Dauidem, vel populum; præterea quo pacto coniunxerit cum miſericordia fidelitatem promiſſorum, quæ fecit eidem, aut Dauidi propter populum, aut populo ipſi, aut patribus antiquioribus. Denique ait innotuiſſe, ac penè oculis patuiſſe omnium vbique degentium, quàm potentet, & præclarè contulerit ſuis Deus ſalutem, atque de maximis periculis liberatos, maximis quoque beneficiis affecerit, & perſpecta tandem fuerit innocentia populi Dei, quæ ſub tyrannis ſuppreſſa, oppreſſaque latebat. Allegoricè trita expoſitio de ſalute per Chriſtum, in qua ſeſe miſericordem præbuerit peculiariter erga gentes, iuſtum, & veracem, ſeu fidelem erga Iudæos, quorum erant promiſſa. vt Paulus philoſophatur: autem in qua voluerit non ſola potentia agere, ſed etiam ſimul miſericordia in humano liberando genere, ſed præterea iuſtitia aduerſus Patrem, & diabolum, vt ſatisfaceret pro peccatis, ac reatu omnium hominum, & ſoluto pretio compararetur reconciliatio cum Deo, & ius ad æternum regnum.

Expoſitio allegorica.

a Rom 15.8.9

Notum fecit Dominus ſalutare ſuum.] Chaldaicè, *redemptionem ſuam*. vel Pater notum fecit Ieſum Filium ſuum, vel Trinitas tota efficienter operata opus incarnationis, vel Ieſus ipſe *ſalutare ſuum*, ſiue *ſalutem*, quam attulit contulitque mundo. Creditus Hieronymus notat in Hebraico legi *Ieſum ſuum*, & vbicumque *ſalutare* dicitur poni in Hebraico *Ieſum*. Hoc non diceret verus Hieronymus, quia pro *ſalutari* ſæpe eſt יְשׁוּעָה *Ieſcuahh ih* fœmininum nomen: vbi autem ſemel expreſſit nomen *Ieſu* [b], Hebræum nomen eſt יֵשַׁע *ieſcuahh*: Græcum σωτηρ. Putat Ribera noſter à Propheta ipſum *Ieſu* nomen proprium expreſſum, quod ab Hebræis abbreuiari ſolet, & in titulo crucis legitur יֵשׁוּ *ieſcuahh* tribus literis, & Auguſtinus [d] magis probat vt ita legatur in eodem Propheta nomen, quod eſt nobis amœnus, & dulcius. Irenæus [e] docet de Chriſto dici hæc nomina, *ſalutis*, *Saluatoris*, *ſalutare*, eſſe *ſalutem*, quia caro eſt, *ſaluatorem*, quia Filius Dei; *ſalutare*, quia ſpiritus, vocat enim Ieremias [f] *ſpiritum faciei noſtræ Chriſtum Dominum*. Fateor me ignorare hoc diſcrimen vocabulorum. *Salutem* porro quæ nota facta eſt, vel *Ieſum* non reſtringerem cum Arnobio, & Caietano ad tempus poſt reſurrectionem, & aſcenſionem Ieſu Chriſti, tametſi non antea prædicari gentibus & palam cœperit ab Apoſtolis. Comprehendi debet tempus totum, quo vixit Chriſtus mortalis inter homines docens, exempla virtutum præbens, edens miracula, patiens, moriens. *Vnigenitus qui eſt in ſinu Patris ipſe enarrauit* [a], & *narrauit nomen Dei fratribus ſuis* [b], & *quæ audiuit à Patre nota fecit* [c]: & *nomen eius hominibus notum fecit, ac manifeſtauit* [d]: *opera quæ dederat ei Pater, teſtimonium perhibebant de ipſo* [e]. Pater vero notum fecit Ieſum ſuum & ſalutare paſtoribus per Angelum [f]: Zachariæ, & Eliſabeth [g]: Simeoni, & Annæ [h]: Ioanni Baptiſtæ intra vterum [i], & aliis in baptiſmo [k], & transfiguratione [l], per ſe ipſum, vel per Spiritum ſanctum: Magis per ſtellam [m]. Appellat Propheta hoc *ſalutare ſuum*, videlicet Dei, cuius alioqui ſunt omnia quæ ſunt, vt intelligeres, inquit Caietanus, ſalutem animæ, ac æternæ felicitatis; quæ propria eſt Dei: non ſalutem communem hominibus, & pecoribus, communem bonis, & malis, aut quam homo, aliáve creatura dare poſſit. *Vana ſalus hominis* [n], & cuiuſcumque alterius, & *ſalus iuſtorum à Domino* [o].

a Ioan. 1. 18.
b pſal. 21. 23.
c Ioan. 15. 15.
d cap. 6. 20.
e cap 5. 36.
f Luc. 2. 9. & ſeq
g cap. 1. 11. & ſeq.
h cap. 2. 25. & ſeq.
i cap. 1. 44.
k Matth. 3. 17.
l c. 17. 5. & ſeq.
m c. 2. 2. & ſeq.
n pſ. 59. 13. pſ. 107. 13.
o pſ. 36. 39.

In conſpectu gentium.] In vetere Romanóque pſalterio, & apud Auguſtinum, & Caſſiodorum, *ante conſpectum*. Hebraicè לְעֵינֵי *lehhene* in oculis, legerunt alij forſitan לְפָנֵי *liphne*. quod propriè ſignificat *in conſpectu*, *ante conſpectum*, vel *faciem*. Maiorem emphaſim habet *in oculis*, ſiue *ante oculos*. Chaldæum לְמֶחֱמֵיהוֹן *lemechemehon* ſignificat *ad aſpectum*, & *proſpectum*. Etſi verò גּוֹיִם *goim*, יהוה, *gentes*, vt aliàs notatum eſt, comprehendere poſſint etiam Iudæos, magis propria notio pro illis qui diſtinguuntur à Iudæis, dicíque ſolent *gentiles*, *Ethnici*, *Pagani*, propoſito conuenit, & paſſim recipitur, non excluſis tamen Iudæis, quibus primum cœpit innoteſcere *hoc ſalutare*. quod etiam *miſſum eſt ad oues domus Iſrael* [p], & Ieſus præcepit ab his inchoari Euangelicam prædicationem [q]; quod & diſcipuli eius fecerunt [r]. Inſiſtit ſemper Auguſtinus in eodem argumento contra Donatiſtas, qui ſeparabant ſe à reliqua Eccleſia. Immo hanc apud ſe tantum eſſe dictitabant, *cui notum fecit*, inquit, *Dominus ſalutare ſuum?* parti an vniuerſo? non parti alicui, nemo fallat, nemo decipiat; nemo [t] dicat, *ecce hic eſt Chriſtus, ecce illic*: qui dicit, ecce hîc eſt, ecce illic, partes oſtendit. Audiant hoc idem hæretici noſtri, gratias agant Catholici, tam Catholico, communi, vniuerſali benefactori, nullum excludenti, cunctos vocanti, omnes ſaluos fieri volenti: nemo ſe efferat, nullus alium oderit; omnibus vna ſpes eſt vocationis; idem Deus dines in omnes, qui inuocant eum; eumdem omnes Patrem in cœlis inuocamus, & fratres ſumus, eccleſiaſticus alibi communicemus; cum voluerit Deus, quæ pretioſiſſima dona ſunt, ac ſe ipſum omnibus eſſe communem. Leo [u] hinc probat, quod per eandem gratiam Dei Eccleſia fidelium gentium conſecuta eſt, quod carnalium Iudæorum ſynagoga non meruit.

p Matt. 15. 24.
q Luc. 24. 47. Act. 1. 8.
r Act. 11. 46.
s Auguſtinus Aug. ſuis temporibus Donatiſtas.
t Matt. 24. 23.
u ſer. 9. de Nat.

Reuelauit iuſtitiam ſuam.] Deus reuelauit Chriſtum, qui eſt dextera, brachium ſalutare, iuſtitia noſtra, & quantopere diligat iuſtitiam, qui nec iuſto quidem filio pepercerit, noſtra in ſe debita recipienti. Chriſtus *reuelauit iuſtitiam ſuam*, hanc ipſam, qua ſatisfacere voluit pro nobis, præterea quo pacto iuſti euadere poſſimus, & *quam debeamus de iuſtitia*. *Rorarit cœlis deſuper, & nubes pluerunt iuſtū, & nullum orta eſt ſpinā* [x]: iuſtitia videlicet in hominibus, per iuſtitiam *quæ de cœlo proſpexit* [y], & iterum ad homines deſcendit. *Iuſtitia reuelatur* in Euangelio *ex fide in fidem* [z], & *nunc*

v Ioan. 16. 8. 10.
x Iſa. 45. 8.
y pſal. 84. 12.
z Rom. 1. 17.

manifestatur iustitia Dei testificata à lege, & prophetis [a]; *& proposuit eum Deus propitiationem per fidem, in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ ipsius, in remissionem præcedentium delictorum* [b]. Innotuit quàm sit iustus Deus, & Christus mundi Dominus, professor, iudex; satan iniustus, & tyrannus; quàm iniqui, nec excusationem habentes de peccato, atque perditione sua, quotquot non recipiunt eum, *qui obtemperantibus causa est salutis* [c]. Pœnitentiam interpretatur Hugo, quam sumunt homines, & faciunt iustitiam de peccatis suis, & iustificantur; hanc *didicisse omnes habitatores orbis, cum fecit iudicia sua Deus & Christus in terra* [d]. Sumitur aliquando etiam *iustitia* pro misericordia, de qua mox mentio hic fit.

Recordatus est misericordiæ suæ.] In aliis psalteriis, apudque Arnobium, Augustinum, Cassiodorum, addito nomine (*Iacob*) *memor fuit misericordiæ suæ Iacob*, & additur etiam in textu Græco τοῦ ἰακώβ, necnon in Arabico, & Æthiopico; quod Hieronymus [e] ait superfluum. Puto glossema esse adiectum à quopiam vt responderet *domui Israel*, in sequenti membro. Arnobius recitat promissum factum Patriarchæ Iacob [f]. *Et ego te faciam in gentem magnam*; quod tamen intelligitur de multiplicandis Hebræis in Ægypto. Cæteri qui dictam lectionem retinent, explicant de populo Christiano, cui spiritualiter conuenit appellari *Iacob*, & *Israël*, iuxta horum nominum etymologiam, hoc est, *maligni dæmonis supplantatorem, Victorémque, & per interiores oculos animæ*, quantum humana patitur fragilitas, *Dei contemplatorem*; sequuntur enim tritam notionem *Israël*, quam alibi refelli. Quod si per *Iacob*, vt aliàs etiam notaui, gentes intelligamus, istis recte congruit Deum super misericordia honorare: *Domui* autem *Israël* competunt promissiones Patrum [g], & veritas, seu veracitas, atque fidelitas in iis adimplendis, de qua membro sequenti. Hoc pacto *data veritas Iacob, & misericordia Abraham, quæ iurauit Deus Patribus* [h]. Deipara videtur in cantico suo hinc mutuata versum illum [i], *suscepit Israël puerum suum, recordatus misericordiæ suæ.* Ita vt prima verba respondere possint illis, *saluauit sibi dextera eius*, &c. Item alia, *sicut locutus est ad patres nostros*, aliis, & *veritatis suæ domui Israel.* Videbatur tam diu differens Deus incarnationem, *oblitus misereri, & continere in ira misericordias suas* [k]. Quo pacto Deus *obliuisci*, vel *recordari* dicatur, docuimus non vno loco aliàs. Causa reparationis nostræ non est nisi misericordia Dei, vt scribit Leo [l]: propterea primus locus nunc ei tribuitur, & bis eandem in suo Cantico Maria replicauit. Zacharias [m] item cecinit *fecisse misericordiam Deum cum patribus, & memoratum testamenti sui sancti, & iusiurandi quod iurauerat ad Abraham* [n]. Quare quamuis si fiat comparatio populi Hebræi cum gentili, huic magis misericordia, illi competat potius veritas promissorum, vt iam non semel dixi cum Paulo [o]; absolutè nihilominus vtrumque interuenit respectu etiam Hebræi, cui misericorditer promissa sunt facta. In istius recordationis quoddam quasi signum Dei filius tamquam annulum humanitatem inseruit digito hypostasis suæ, & in carne plagas impressis retinet, *assistens vultui Patris pro nobis* [p], *aduocatus apud ipsum* [q], *mediator Dei, & hominum* [r].

Et veritatis suæ.] Dixi *veritatem* hic sumi pro *veracitate*, atque *fidelitate* in præstandis promissis.

Domui Israël.] Error est in translatione Hieronymi apud Fabrum, in qua ponitur nomen *Iacob.* Nam in ea quam recitant Victorius, Treuetus, Regia Biblia, habetur *Israel*, sicut & in textu Hebræo, Græcóque, & omnium aliarum linguarum. Gulielmus Scepreus, si legisset Biblia Græca Complutensia, Regia, Sixtina emendata, Apollinarium etiam, Euthymium, Nicephorum, non acquieuisset illis codicibus, qui non habent οἴκῳ, ita vt simpliciter negaret in editione Græca esse, quidquid sit de Arabica. Promiscuè nominantur in scripturis *domus Iacob*, & *domus Israël*, & Apollinarius appellat hoc loco μελαθρα ἰακώβου & δώματα ἰσραήλ *palatia Iacobi*, & *domos Israëlis.* Hic autem datiuus casus est commoditatis, & acquisitionis, vt sit sensus: Deum in vtilitatem, gratiam, salutem domus Israël recordatum, & veritatis, & misericordiæ, siue misericordiæ promissæ. Sic etiam in psalmo 118. [s] *memor esto verbi tui seruo tuo.* Vel significat iste dicendi modus materiam circa quam, seu obiectum in quod & erga quod bonitas, & veritas Dei ferebatur eorumque recordabatur. Idem valet lectio psalterij veteris, & Augustini, *domus Israël*, id est recordatus est misericordiæ suæ, & veritatis suæ quæ res duæ sunt domus Israël, & pertinent ad illam, vel si suppleatur, &, recordatus est dictarum rerum, & domus Israël.

Viderunt omnes termini terræ salutare Dei nostri.] Cæteri quos monere soleo sequi translationem veteris aut Romani psalterij, nec non Hieronymus, habent, *fines*, synonymum, *termini* nomen, de quibus finibus, vel terminis terræ aliis in psalmis prius egimus. Vidi oculis corporis Simeon [b], & alij, qui post vixerunt cum Christo, non ideo beati, qui viderunt, sed quia *videndo*, (quod piè affectu solatio magno fuit [c], & beatitudinis cuiusdam loco,) *credi derunt* [d]. Vident oculis fidei, & in specie qui nunc credunt, visuri postea in re, *facieque ad faciem* [e], si bene, prout dictat fides credendo, vixerint, operibúque fidei respondérint; *quoniam beati qui quæ sciunt bona faciunt* [f]. Quem dixi Simeon complementum vaticinij videns, & Esaiæ [g]; *videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri*, prorupit in Cygneas illas voces [h], *Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace; quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum; lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israël.* Quam possumus dicere *domum Iacob*, & *Israël*, & *omnes terminos terræ*; quibus Dei salutare videndum proponitur. Gregorius [i] ex hoc, & Esaiæ notato loco, infert explanans verba Annæ, *lætum* [k] *fuit in salutari tuo*, de Iesu sermonem esse: quem admodum, & in cantico Abacuc [l], vbi nomen ipsum *Iesu* exprimitur, vt antea quoque diximus. & his omnibus locis veterum Iudæorum Iesum Deum asseri, cum nunc Iudæi Saluatorem expectent, quem Deum esse nequaquam credunt. Ita vocat sanctas Ecclesiæ rationes, has contra Iudæorum perfidiam inuincibiles auersiones per vniuersum orbem diffusis, *dilatatum os* habere sanctam Ecclesiam *super inimicos istos* [m], quia iam auctore Deo vbique cognoscitur hoc salutare

a cap.3.21.
b vers.25.
c Hebr.5.9.
d Esa.26.9.
e epist.135.
f Gen.46.3.
g Rom.15.8.
h Mich.7.20.
i Luc.1.54.
k psal.76.10.
l ser.1.de Iesunio decimi mensis.
m Luc.1.50.
n ibid.72.73.
o Rom.15.8.
p Hebr.9.24.
q 1.Ioan.2.1.
r 1.Tim.2.5.

nostrum. vnde, & Iudæorum perfidia conuincatur. Postea sic in illos inuehitur, tanquam Prophetæ nostri verbis. *Viderunt omnes fines terræ salutare Dei.* Quid in posterum visiones differtis? Quem expectatis iam venit: quem promissum habuistis; iam omnibus finibus terræ apparuit: cum claudistis oculos, transiit; immo sic cæci facti estis, quod coram vobis tanta lux stent, & non vidistis. Deinde recitatis quæ sequuntur in psalmo toto, ait videri Dauidem dicere. Qui tam immensa cæcitate premuntur, vt nequaquam videre meruerint, vos gaudete abundantius, qui vidistis. Tum perpendens quam mirabiliter, atque ineffabiliter gaudendum coacervatis præcipiatur signis, & quod ad celebritatem lætitiæ insinuandam, instrumenta eius enumerentur, vt iubilent omnes *in conspectu Regis*, id est, in cognitione redemptoris, & quod à quantis hæc gaudiorum solemnitas sit agenda exponatur, in Iudæos rursus exclamat. O infelix Iudæa, *fines terræ viderunt salutare Dei*, omnis terra commota iubilat, gaudet vniuersus orbis, flumina plaudunt manibus, montes exultant; sed impia Iudæorum corda non credunt, & in cæcitatis suæ tenebris luoris pœna feriuntur. Omnia sunt Gregorij, quæ totius psalmi ecphrasim quandam continent. Simili telo Iudæos impetit in homilia de Epiphania [a]. Iustinus etiam disputans cum Tryphone, affinibus Esaiæ testimoniis eosdem conuincit: præterea Gregentius [b] antagonistam suum Herbanum item Iudæum acerrimè perurget præsentis loci auctoritate; quod cum quem fecit saluum dextera propria, & brachium sanctum, id est, Christum, qui vt Deus, se vt hominem à nefarijs Iudæis & dæmonibus liberauit, & est salutare à Deo datum, atque iustitia nostra, Deus notum fecit a terminis vsque ad terminos terræ: legendus præterea Ireneæus [c]. Conficit idem argumentum Augustinus contra clancularios, angulatéisque Donatistas, vt prius monui, & valet contra nostri æui hæreticos, qui non omnes terræ terminos finesve, sed angustos, & paucos Ecclesiæ, quam apud se esse mentiuntur, concedunt. Ludit more suo Hugo tropologus: & dicit, quod *salutare Dei vident fines terræ*, id est, homines terreni, dum moriuntur, percipiunt quam salutare fuerit eis egisse pœnitentiam, similes Heli; *qui non poterat videre lucernam Dei antequam extingueretur* [d]: vel hos terminos terræ pauperes esse, & abiectos, qui vident, & recognoscunt salutare Dei, quod potentes, ac diuites ignorant, dicentes etiam Deo, *recede* [e] *à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus, quis est omnipotens, vt seruiamus ei?* Ingeniosè etiam Arguanus cur propiores Christo Iudæi Christum non agnouerint, sed longius dissiti gentiles, causam ex physico problemate reddit cum Alberto [f], de senum oculis remotiora propterea melius, quam propinqua videntibus; quoniam debiliores sunt, & cum visibile obiectum est prope oculos, huius paucæ species diriguntur recta ad illos, & quædam supra, aliæ subtus, nonnullæ sunt à latere: sed quando paulo longius ab oculis remouetur, omnes illius obiecti speciarum partes magis directæ ipsis obiciuntur. Ad eundem modum Iudæorum potentia visibilis, intellectiua per inuidiam contra Christum adeo debilitata erat, vt æquis oculis videre non possent, sed grauis eis erat ad videndum [a]: Gentilium oculis intellectus Christi quasi partes omnes directè repræsentabantur; non humanitas sola, sed etiam diuinitas cum attributis aliis: ita vt dicere quisque posset [b]; *prouidebam Dominum in conspectu meo semper*: De Iudæis dici posset [c], *non proposuerunt Deum in conspectu suo.* Dicit problematis rationem aliam reddit Aristoteles [d], quoniam procul coïre radij solent, & idcirco senex rem videndam longius abducit. Alij [e] quia minor lux quam color habet, remotior magis proportionata est seni: vel quoniam Spiritus senum turbidi sunt, & radius visualis de propinquo se offert obtusè, & illa turbulentia cum humido crassiore, ac spissitudine pelis, egent maiore claritate.

a Sapien. 2 15.

b psal. 15. 8.

c psal. 53. 5.

Cur senum oculi remotiora melius quam propinqua videant. d sec. 30 problem in 26. e Ferdinãdus Funcerius 3 p. physiol. naturalib. tract. 12. cap. Comm. bricem. sect. 1. probl. in 27. ex Galeno.

Vers. 4.] Iubilate Deo omnis terra, cantate, & exultate, & psallite.

QVàm mirabiliter, atque ineffabiliter gaudendum sit, signa hæc gaudij coacervata ostendunt, vt Gregorius [f], quem prius citaui, docet. Victoriales hæ videntur voces, partámque denotare victoriam, & populum Hebræum, aut Dauidem de hostibus triumphantem, & sub his typis genus humanum totum ducis Christi virtute, ac potentia liberatum & redemptum. Simules adhortationes, & prouocationes iam alias in psalmis occurrerant [g], hic etiam postea versu 6. & psalmo 99. [h] & in 150 [i].

Sensus lit.

f in 1. Reg. c. 2.

Iubilate Deo omnis terra.] In psalterio vetere & apud Augustinum, & Arnobium, *vniuersa*, Chaldaicè, *omnes habitatores terræ*, & alibi idem Augustinus [k], *iubilate Domino omnis terra.* De verbis הָרִיעוּ *hariiou*, & ἀλαλαξάτω dictum sæpius, & ἀλαλαγμὸν τῶν νικώντων φωνὴ εἶδε *vincentium vocem.* In verbis istius versus, & sequentium observat Arguanus mysticè gratiarum actionem pro beneficio redemptionis, & iustificationis, vt fiat cum mentis exultatione, carnis subiugatione, quam innuunt *iubilare*, & *psallere*: mentis directionem in Deum, cum dicitur, *iubilate in conspectu Regis Domini*: mandatorum obseruationem, ibi, flumina plaudent manu, &c. Præterea, vt Hugo notat, primo verbo exigitur laus Dei in corde, secundo & tertio in ore per *psallere*, & cithara: vt cum carnis mortificatione: & cum repetitur idem *cithara* nomen, vt in mortificatione carnis intenti & assidui simus per vocem psalmi, vt prædicatio fiat operationi coniuncta, per tubas ductiles: vt imitemur in dicto prædicationis modo Apostolos & martyres, quos tutudit malleus persecutionis: per vocem *tubæ cornex*, vt etiam confessores, & doctores, qui in Spiritus fortitudine præter carnem vixerunt. Hoc vltimum placuit etiam Arguano, Rickelio, & aliis. Ait etiam Hugo *iubilare*, *cantare*, *exultare*, *psallere* bis repetitum, videri quinque alia verba, quæ dicebat Paulus [l] velle se sensu suo in Ecclesia loqui: respondere autem iisdem totidem instrumenta hic posita, *citharam*, *duplicem*, *tubam duplicem*, *simplicem vocem psalmi*: primum *citharam* esse iejunium, secundam

g psal. 46. 2. psal. 65. 1. psal. 80. psal. 94. 1. 2. h vers. 1. i vers. 1. & sequent.

k in speculo cap. 3.

Sensus mysticus.

l 1. Cor. 14. 19.

a hom. 10. in Euang.

b orat. in bimatum.

c lib. 3. c. 11.

Tropologia.

d 1. Reg. 3. 3.

e Iob 21. 14.

Causa cur Iudæi propiores Christo, non vt dicere videtur Cornelius longius remoti.

f lib. de sensu.

pereuntium compassionem : *ebore psalmi* opus misericordiæ ; *tubas ductiles* prædicatorum statum in aduersitate, vt sint *bene patientes in annunciando* [a]. *Vocem tubæ corneæ* statum eorundem in prosperitate, vt sint continentes, & à carne fœtenti, sicut cornu, ne forte cùm aliis prædicauerint, reprobi efficiantur, niti castigent corpus [b].

Cantate.] Hieronymus, & alicubi Augustinus [c], *vociferamini*, Alij *plaudite*, vel *aperite*, nempe *os ad cantandum, contenta, & sublata voce canite.* Hæc est vis verbi רנן *pasahu*, aut *erumpite in vocem lætam, emittite laudem cum fragore, vocem exultabundam personando edite, frangite vocem.* Vertit aliquando Hieronymus [d] *resonare.* Incertum an cum contentione vocis modulatæ intelligatur fragor, strepitúsque, aut plausus manibus factus, alióve instrumento, an sola contentio illa vocis, quam vocant *aëream vocem*; quod verisimilius est. Eadem vis Chaldæi verbi רוע *bubhu*, quod *personate, & plaudite*, transferunt. *Fractus ad litora vocet* lego in Poëta [e], & *ferientem athera clamorem* [f], & *rumpens aliquem nauticum celeusma* in Martiali [g]. Sed hæc non satis exprimunt Hebræam phrasin : potius illa ; cum *rumpere* quis *vocem* dicitur, aut *querelas*, & *rumpere hæc eadem imo pectore* [h]. Notatu digna distinctio canticorum quindecim, quæ respondeant quodammodo totidem psalmis, qui appellantur *cantica graduum.* Tradit eam Hugo, & cur cantare, ac exultare debeamus : *primum canticum* post exitum de mari rubro [i], docet conuenire liberationi nostræ à peccatis ¶ *secundum*, propter nostrum perfectum [k] : *tertium* quia peracta sit pœnitentia [l] : *quartum* ob aliorum profectum atque strenuitatem [m] : *quintum*, quod prolem spiritualem procreauerimus [n] : *sextum* quando alij de peccatorum profundo liberati sunt [o] : *septimum*, si pax cum Deo [p] fiat : *octauum*, si superetur diabolus [q] : *nonum* de Saluatoris conceptione [r] : *decimum* de ortu gratiæ [s], quod est canticum Zachariæ, illud Mariæ : *undecimum* de vitæ æternæ promissione [t] : *duodecimum* de beneficiorum recordatione [u] : *decimumtertium*, de promissi adeptione, & visione, quod est canticum Simeonis [x] : *decimumquartum* de complexu sponsi, quod est canticum canticorum : *decimumquintum* nuptiale, qui est psalmus 44. Omisit canticum in Esaiæ cap. 26. possentque adhuc plura cantica, rationésve cantandi afferri, de quibus nonnihil etiam alibi prius diximus.

Et exultate.] Hieronymus & in speculo Augustinus [x], *& laudate*, significat רנני *ranenu*, *clamate fortiter*, siue ob *lætitiam*, siue *ob luctum*, siue ob *præconium* & *laudem*, siue *in precibus*, vt sæpe notauimus.

Et psallite.] Hieronymus, & citato loco Augustinus, *& canite*, vt sufficeret eo in opere Augustinum vtium translatione psalterij Hieronymiana ex Hebræo, quæ in Sophronij gratiam confecta est.

Vers. 5.] Psallite Domino in cithara, in cithara, & voce psalmi.

Vers. 6.] in tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ.

Iubilate in conspectu regis Domini.

CElebritatem lætitiæ, inquit Gregorius [a], insinuare gestiens, instrumenta eius enumerat. Vult musica instrumenta voci humanæ cum harmonia consonare, & cum iubilationis voce intensiore coniungi dulciter sonum submissiorem : adhiberi quoque citharam, ac tubas ductiles, & corneas, atque in conspectu regis Domini iubilari, omnéque dictum genus musicæ edi, vt festiua triumphanti, regnumque post victoriam ineunti aggratulatio & acclamatio fiat.

Psallite Domino in cithara.] In psalterio vetere ac Romano, & apud Cassiodorum, *psallite Deo nostro*. Apud Augustinum, *Domino Deo nostro*, Hieronymus, *cantate.* Dicunt זמר *zammer* magis propriè ad instrumenta referri ; & *psalmus* verbum habitudinem dicit ad psalterij instrumentum, quamuis extendatur ad quodlibet aliud. De cithara Hebraicè כנור *chinnor* alias actum est. Paraphrastes pluraliter vertit בכנורין *bechinnorim cithara.*

In cithara & voce psalmi.] Hieronymus, *& voce carminis*, Alij, *in cantu musico*, aut *modulatione vocis.* Repetitio *citharæ* cum *voce psalmi*, ostendit quid *psallendi* verbo intellexerit, nempe cum organi sono vocis aptæ consonantiam, & vt citharæ vox psalmi adiungeretur ore humano pronunciata, sed submissius, & dulcius quam iubilatio : de qua versu 4. quæ contentius editur. Chaldaicè *in cithara, & voce psalmorum* ; vel iuxta translationem Nebiensis, *in citharis & voce fistulæ*, cum tamen sint voces omnino simules Hebræi. Indicata iam ante tropologia, vt citharæ psalmis adhibeantur, id est, voci operæ, traditur ab Augustino non hic tantum, sed in quodam item sermone [b], qui videri potest ex illo commentario depromptus : vtroque namque in loco differunt de Iob. Docet qui cantat, & operatur, psallere in psalterio, & cithara : qui psallit in psalterio, diuina de cœlo verba canere : qui operatur manibus, humana opera perficere pié, ac hilariter, vt opera misericordiæ propter Deum, *qui diligit hilarem datorem* [c], & sibi factum deputat quod fit alijs [d] : Iob in tribulatione : *ducentem tubam* fuisse, vt esset tribulatio, tunsio, productio, profectus : bene, diligenter, suauiter, dulciter, fortiter sonuisse, cum dixit, *Dominus dedit* [e], &c. Item, *locutus* [f] *es quasi vna ex insipientibus mulieribus, si bona suscepimus* : tahjque sono quemlibet dormientem excitari posse, *inuitum vniuersa terræ*, diabolum, *contrarium esse* [g]. Affert præterea exemplum Pauli, cùi tunso per malum angelum Satanæ, humilique carnis, & oranti, vt auferretur, fabricator Deus respondit, velle se tundendo tubam perficere, & vt *in infirmitate virtus perficiatur* [h] : ac tubam quoque istam ductilem bene sonuisse, cum hæreret, quando *infirmor, tunc potens sum* [i]. Sed quod attinet ad *citharam*, quæ pluribus constat chordis concordi-

a pl. 91. 15. 16.

b 1. Cor. 9. 27.

c in speculo tom. 3.

d Esa. 44. 23.

e Virg. Aen. 3.

f c. Aen.

g lib. 4. Epig. 20.

h Virg. sæpe. Distinctio canticorum quindecim, quæ respondeant totidem psalmis, qui appellantur canticum graduum.

i Exo. 15. 1.

k Num. 21. 17.

l Deut. 32. 1.

m Iud. 5. 2.

n 1. Reg. 2. 1.

o Esa. 38. 2. cap. 12. 1.

p Iudit vlt. 2.

q Luc. 1. 46.

r ibid. 68.

s Abac. 3. 2.

t Esa. 5. 1.

u Luc. 2. 29.

x tom 3.

Sanct. Ind. in 1. Reg. c. 2.

Trop. in ps.

b ser. 1. de tempore.

c 2. Cor. 9. 7.

d Matt. 25. 40.

e Iob 1. 21.

f cap. 2. 10.

g Ier. 50. 23.

h 2. Cor. 12. 9.

i vers. 10.

bus, quemadmodum & alia instrumenta, *sicut non poteſt eſſe cithara*, inquit putatus Hieronymus, *nec perfectus citharœdus, ita quid tibi prodeſt, ſi ſis caſtus, ſi ſis largus in eleemoſynis, & inuidioſus ſis? quid tibi proderit ſi ſex chordas integras habueris, & vnam ruptam?* Mysticas alias citharæ acceptiones alibi proſecuti ſumus. Attendit in eadem Graecus [a] hoc loco imam partem latam ac vento plenam, id eſt, ſenſualitatem, quæ incedit per *viam perditionis latam* [b], & *paſcit ventum* [c]: partem, in qua ſunt chordæ, nempe rationem cum virtutibus, & ſupremam, videlicet ſyntereſis: ſonum ſenſualitatis bene ſonare, ac pſallere, cum ſubeſt rationi, hæcque ſyntereſi, iuxta illud [d], *I'enter meus ad Moab quaſi cithara ſonabit*: bis hic repeti *citharam*, propter mortificationem concupiſcentiæ, & curioſitatis: *vocem pſalmi* eſſe manifeſtationem ſanctæ, & deuotæ operationis. Euthymius, & Nicephorus in *cithara* factiuas virtutes: in *voce pſalmi* contemplationem agnoſcunt. Bis poſitam denique retuli *citharam* verſu 4. ex Hugone, ob aſſiduum mortificationis ſtudium. Aiguanus ait vt laudetur Deus mortificatione noſtræ carnis atque pro Chriſti incarnatione & cruce. Valentia in his, & ſequentibus conſiderat modos, quibus colatur Chriſtus in Eccleſia, iubilo interioris gaudij pro noſtra liberatione: vocis expreſſione confitendo beneficia: cum *cithara* fidei Trinitatis, ſpei, & charitatis, & chordarum decem præceptorum; cum *tubis ductilibus* prædicationis Euangelicæ, quæ purgata eſt à ceremoniis legis veteris per ignem, & malleum paſſionis Chriſti, atque martyrum: cum *voce tubæ corneæ* paſtoralis, ſiue prælatorum.

Acceptiones myſticæ Graecorum.

[a] ſerm. 205.

[b] Matt. 7. 13.

[c] Oſeæ 12. 1.

[d] Iſa. 16. 11.

In tubis ductilibus.] Hieronymus abſolutè, *in tubis*. Alij, *in tubis claſſicis*, vel *in buccinis*, vel, *ſonate taratantara*. Additum eſt epithetum *ductilium*, & ἐλατῶν: cum ſit ſimplex Hebræum nomen חֲצֹצְרוֹת *chatſoſeroth* onomatopœicum, ſicut *taratantara* ſignificans *tubas ex quouis metallo*. Idem epithetum additur in libro Numerorum [e], vbi agitur de *tubis argenteis*, ex qua ſola materia malè quidam ſignificari *tubas* putant dicto nomine. Ioſephus quidem [f], Suidaſque [g] poſt illum, auctorem Moſem facit buccinæ ex argento, quam Hebræi vocarent σαλπιγξ, hoc eſt, vt prius dixi חֲצֹצְרַת *hatſoſſenah*, cuius quoque formam deſcribit, & vſum: ſed nbn ait ex nulla alia materia metallica factam fuiſſe, fierive potuiſſe. Diſtinguit explicatque Seratius noſter [h] non indiligenter tubarum genera ratione formæ, materiæ, vtius hominum illas inflantium, vel qui adinuenerunt: poſtremò ratione ſoni. Hoc loco Arnobius tubis iſtis docet belli victoriam declarari. De bellicis tubis mentio eſt in libro Numerorum [i], cum ſcilicet exeundum erat contra hoſtes, & in priore ad Corinthios epiſtola [k]. Poſſent etiam eædem ceteris inter feſtiuas, & ſacras, de quibus tam crebra mentio [l]: idemque valet *memoriale ac tuba vociferationis* [m]: denique feſtum quoddam erat, cui nomen a tubis, vt alias quoque docui.

[e] cap. 10. 2.

[f] Ant. 3. c. 12. vel 13.

[g] verbo σαλπιγξ.

[h] in Ioſue c. 6. q. 4.

[i] cap. 10. 9.

[k] cap. 14. 8.

[l] Num. 10. 10. pſ. 46. 6. pſ. 80. 4. pſ. 150. 3. Deuter. 16. 11. 12. Nehem. 8. 10. Ioſue 6. 5. 1. Paral. 15. 28. 2. Paral. 5. 12. lib. 2. Eſdr. 3. 10. 12. 41. 42. Mach. 4. 13. [m] Leui. 23. 24. 25. 36. [n] Tubæ myſticæ Graecorum.

Prætet myſtica, quæ prius attigi, Græci deſignari volunt etiam Apoſtolos, & ſucceſſores. Euthymius item, & Nicephorus Euangelia quatuor, quæ dicantur *tubæ ductiles* [o], quoniam à Spiritu ſancto fabricata ſunt, & acta: *tubæ* vero propter concordiam, *corneæ* quaſi animatæ, quia *tubæ corneæ* ex animalium cornibus efficitur.

Et voce tubæ corneæ.] Hieronymus, *& clangore buccinæ.* Hic etiam adiectum eſt epithetum *corneæ*, & κερατίνης ad שופר *ſciophar* quod propriè ſignificat *corneam tubam*. Cornu recuruum, quod tubæ modo inflatur, Latini propriè *buccinam* vocant, & *buccam*, cui voci ſecundum ſonum ſimilis eſt βυκάνη, & βουκανοκέρων, licèt non ſolam *corneam tubam* ſignificet. Erat hæc tuba vel ex cornu bouino, quod ait Diodorus κέρατι βοείῳ σύνηθες, *cornibus bouinis buccinare*: vel ex arietino: quo pacto Gedeonis milites Ioſephus [a] in manibus habuiſſe ſcribit κριοῦ κέρατα *arietis cornua*: vel aliorum animalium cornibus, vt hircorum agreſtium, Vegetio teſte [b]. Nomen *cornu* quandoque ſimpliciter pro *corneâ tubâ* vſurpatur, vt à Varrone [c], Virgilio [d], Ouidio [e], Horatio [f], Perſio [g], Tacito [h], Propertio [i], Lucretio [k], Liuio [l], aliis. Sic etiam loquuntur Græci, vt cum prodit Athenæus [m], τυρρηνῶν εὕρημα fuiſſe κέρατα καὶ σαλπίγγας, *Tyrrhenorum inuentionem cornua, & tubas*. Inde *cornicines*, ſicut & *tubicines* à tuba, quorum altero quandonam vterentur veteres, conſulendus Vegetius [n], & cum Alexandro Neapolitano Tiraquellus [o]. Sed & Syriacè in priore ad Theſſalonicenſes epiſtola [p] vocatur קַרְנָא *karna*, quæ *tuba*, & σάλπιγξ à קֶרֶן *keren*, *cornu*. Idem Seratius [q], quem prius nominaui, perſuadet mihi probabiliorem eſſe ſententiam, Ioſue *tubas*, quarum clangore Ierichuntem euertit, *corneas* fuiſſe, ac ex arietino cornu conſtitiſſe: ſicut quibus Iobelæus indicebatur. Hieronymus [r] *buccinam* docet eſſe paſtoralem, cornúque recuruo effici, & propriè Hebraicè שׁוֹפָר *ſciophar* dici, Græcè κερατίνην: *tubam* de ære effici vel argento, qua in bellis, & in ſolemnitatibus Hebræi concrepabant. Legendus etiam Valtrinus noſter [s], & Lipſius [t]. Ad ea, quæ ſupra myſticè attuli de *tuba corneâ*, Origenes [u] iſta tuba canere illum dicit, qui de cœleſtibus loquitur, qui de ſpiritualibus diſſerit, qui myſteria regni cœlorum reuelat. Ambroſius [x] merito *tubam corneam* dici virtutem ſermonis mirabilem ſcribit, quæ bonos Chriſti milites accendit ad prælium, vt de hoſte diabolo manubias reportemus. Mirabile ſunt profectò cornibus & cornicinibus vti Deum voluiſſe ad indicendum annum Iobelæum, & remiſſionis, atque ad deijcienda idololatriam. Parnum cornua iſta fundit animal, vilis opilio ſuppeditat, humilis cauat, perforat, aptat artifex. Stulta mundi elegit Deus, infirma, ignobilia, contemptibilia, ea quæ non ſunt, *ſtultitiam prædicationis* [y], velut etiam *aſini mandibulam* [z]. Superbia item cum ſuis turribus, auaritia ſcilicet, inuidia, atque luxuria, ſimul cum populis, id eſt, concupiſcentiis malis, aſſidua, inquit Auguſtinus [a], Sacerdotum prædicatione oportet vt deſtruatur, atque diſpereat; & illi *vt tuba exaltent vocem, nec clamare ceſſent, annunciando ſcelera* [b]; tuba verò ſua penetrent aures peccatorum, cor concutiant, non delectent cantu, ſed caſtigent auditu, & ſtrenuos quoque hortentur in bonis, & remiſſos terreant pro delictis. Origenes Euangeliſtarum, & aliorum Apoſtolorum ſcripta *tubas* nominat, quibus omnes idololatriæ machinæ, & philoſophorum dogmata [c] fundamenta deiectantur. Docet etiam [d] ſpiritu *tubarum* illarum præfiguratam tubam iudicij vniuerſalis [e], qua mundus

[a] lib. 5. c. 8.

[b] lib. 1. c. 5.

[c] lib. 5. de lingua lat.

[d] 8. Aenei. c. 4. Fail. & 11. Inter. Sat. 6. [e] Satyr. 1. & 3. [f] Epod. 9. [g] Satyr. 1. & 3. [h] Hiſt. 3. [i] lib. 4. Eleg. vlt. [k] lib. 2. [l] lib. 2. 9. 30. [m] lib. 4. [n] lib. 1. c. 22. [o] lib. 1. c. 2. [p] cap. 4. 16.

[q] in Ioſue c. 6. q. 4.

[r] in Oſee c. 5.

[s] 2. de re milit. c. 9. Myſtica acceptio. [t] 3. de milit. Rom. dial. 10. & lib. 5. dia. 3. [u] homil. 20. in Iudicum vide beneficia. [x] de benef. Patriarch. c. 1.

[y] 1. Cor. 1. 26. 1. Corinth. 15. 15.

[z] ſerm. 108. de temp.

[a] homil. 7. in Ioſue.

[b] Iſai. 58. 1.

[c] homil. 6. [d] 1. Theſſal. 4. 1. Cor. 15. 52.

[e] Matth. 24. 31. 1. Theſſal. 4. 15. Apoc. 8. 2. 6. 9. 10. 7. 11. 15. 18. 22.

corruet,

cortuet, etítque clangor iustis lætus, lugubris iniustis. Egregiè ludens Augustinus in vocabulis, iubet vt *nos tuba cornea erigat aduersus diabolum, non tuba carnea aduersus fratres nostros.* Mosis cornuta facies [a], & quod emineant in animalis capite cornua, gratiam denotant contemplationis, quæ de ratione simul oritur, & simul rationem excedit, facitque vt homo *leuet se super se* [b]. Sed præcedat oportet, vel adiungatur *tuba ductilis* affectionis attritæ per compunctionem, & rationis extensæ per meditationem, inquit Greuens [c]. Qui dicitur Hieronymus notat in *cornea tuba* virtutem, in *ductili argentea*, verbum Dei.

Iubilate in conspectu regis Domini.] Hieronymus, (*coram rege Domino*) In Romano psalterio, & apud Gregorium [d], (*in conspectu regis, Domino*) quo item pacto restitutum est in emendatis Græcis, ἐνώπιον τοῦ βασιλέως κυρίου. Si de rege simplici homine exponatur, sensus est, vt perstrepant ante triumphantem tubæ, sed *Domino*, hoc est ita vt præcipuus honor, gloriáque deferatur Domino Deo. Si de Christo, idem dici potest spectando illum, vt homo est. Sed simplicior expositio, iuxta communem editionem est de Deo, qui rex, ac Dominus est, vel etiam de Christo, cui eadem conueniunt, cùm sit homo, & Deus. Iubilatio autem fieri præcipitur *in conspectu regis Domini* tum hoc tempore, propter aduentum primum, & repræsentando secundum tanquam præsentem: tum in futuro, quando reipsa veniet rex, ac Dominus iudicaturus mundum. Hic præcipuè locus, vbi sit iubilandum, vbi cantandum, vbi exultandum, vbi psallendum, vbi in psalmo citharizandum, vbi in cithara psalmizandum, vbi iubilandum in *tubis ductilibus*, & *corneis*, inquit Cassiodorus, scilicet *in conspectu regis Domini*, quando in illa iudicatione insti præmia promissa recipient: per has enim varietates significatur diuersis sanctis operibus, diuersis donis in conspectu Domini esse gaudendum. Siue ista hîc dicit sic esse facienda, vt semper ad eum mentis dirigatur intentio. Excitant quoque verba ista studium, attentionem, deuotionem iubilantium, psallentium, cantantium, cùm nempe se meminerint *in conspectu regis Domini* facere. Sic verò alibi admonebat Dauid [e], *quoniam rex omnis terræ Deus, psallite sapienter*: & ipsemet excitabat seipsum, cogitans, quod *in conspectu angelorum psalleret* [f], & Paulus [g] in Ecclesia præcipiebat *mulieres habere potestatem* (velum) *super caput, propter angelos.* Hi ipsi sunt, *qui iubilant Domino* [h] in cœlo, cuius *vident faciem semper* [i] & *astant ante ipsum* [k]. Magna indicitur nobis probitatis necessitas, cum ante oculos versamur iudicis cuncta cernentis [l], & qui *Regem in decore suo videt, oculi eius cernunt terram de longe* [m], id est, res aut homines terrenos. Quod est, inquit Hugo, contra vanè gloriantes, qui à mulierculis laudari appetunt, quando cantant in Ecclesia; & non à rege Domino. Non proponis irreligiosus *Deum ante conspectum suum* [n], *& non vereris in conspectu Dei omnis hypocrita* [o]. Verum de fructu diuinæ præsentiæ actum alibi.

Vers. 7.] Moueatur mare, & plenitudo eius, orbis terrarum, & qui habitant in eo.

Vers. 8.] Flumina plaudent manu, simul montes exultabunt.

NOn' contentus cantu humanæ vocis, pulsuque multicorum instrumentorum, accersit etiam res inanimas per prosopopœiam, mare, terram, flumina, montes, cum omnibus, quæ in illis continentur, vt Dei celebrent laudes, & collætentur, quoniam & ipsa liberabuntur à seruitute corruptionis, in qua ingemiscunt [a], per aduentum Christi præsertim secundum. Vel vim tantam & efficaciam laudationis humanæ vult esse, vt quod fabulati sunt poëtæ, concentu suo saxa, montes, res alias quaslibet sensu carentes commouere possit. Vel figuratè ad lætitiam inuitantur maritimarum incolæ regionum, habitatores mediterraneorum orbis locorum, & fluminum, & montium, qui subduntur dominanti Deo, & Christo *à mari vsque ad mare, & a flumine vsque ad terminos orbis terrarum* [b]. Vel inuitantur sub figura etiam tum peccatores, & mundani ad pœnitentiam, velut mare amari, & vt orbis terrarum terreni; tum iusti omnes bonis operibus manantes, tanquam flumina: tum insigniores sancti, montibus simules. Vel prædicuntur persecutiones aduersus Ecclesiam, & fideles Domino alioqui iubilantes, saltem per mare cum plenitudine, per orbem terrarum cum habitantibus in eo. Præcessit huic affinis in psalmo nonagesimoquinto [c] sententia. Gregorius [d] ait à quantis hæc gaudiorum solemnitas sit agenda hîc exponi.

Moueatur mare, & plenitudo eius.] Hieronymus, *tonet mare*, sicut & psalmo 95. [e] vnde quæ huc faciunt petenda. Vtrobique etiam vetus psalterium, & quidam alij, (*commoueatur.*) Prostratos Iericho muros tubarum sonore, populique clamore præ se fert Augustinus [f], Hieronymus [g], Ambrosius [h], Origenes [i]. Sed non sola tubarum, clamorisque vi factum id asserunt. Nec potuit naturaliter fieri, licèt non parua sit in sono campanarum, bombardarum maiorum, ventorũ, fulminum, siue tonitruorum facultas. Imitatur Scriptura ipsa sacra, vel vsurpat poeticam exaggerationem, vt cùm voce *diuina moueri terram dicit* [k] *a sonitu equitum, & rotarum, & curruum moueri muros* [l]. De concussis mœniis Iericho Seratium nostrum consule [m].

Orbis terrarum, & qui habitant in eo.] Psalterium Romanum, & *vniuersi*, Vetus, & *omnes inhabitantes.* Hieronymus, & *habitatores eius.* Symmachus ἠχήτω ἡ θάλασσα σὺν πληρώματι αὐτῆς, ἡ οἰκουμένη, καὶ οἱ κατοικοῦντες ἐπ' αὐτῆς. *resonet mare cum plenitudine sua, orbis terrarum, & habitantes in eo.* In aliquibus Bibliis ex editione Lxx. est πᾶσαι omnes, vt in Complutensibus, Regiis. Tropologia Hugonis frigida, vt orbis terrarum ob circularem figuram perfectus denotet diuersis habitantes in terris: & *habitare* dicantur, non solùm intrare, vt nonnulli, qui cito resiliunt à circulo, & claustro perfectionis.

Flumina plaudent manu simul.] Chaldaicè, *manibus*, in plurali, & in psalterio vetere, atque apud Augustinum: & legunt, *in idipsum*, sicut &

Sensus 1. 2.

a Rom. 8. 22.

b psal. 71. 8.

c vers. 12. 13.
d in 1. Reg. c. 1.

e vers. 11.

f serm. 105. de tempo
g Ioseph. 5. 2. ad Abigaum.
h 3. offic. c. 10. 1. de fide c. 1. 1 hom. c. & 7. in Iosue.

k psal. 45. 7.
l Exech. 26. m in Iosue 6. q. 22.

Tropologia.

a Exo. 34. 29. 30.

b Thren 3. 28.

c ser. 205.

d in 1. Reg. c. 1.

e psal. 46. 8.

f psal. 137. 1.
g 1. Cor. 11. 10.

h Iob 38. 7.

i Mat. 18. 10.
k Tob. 12. 15.

l Boet. de cõsolat.

m Esa. 33. 17.

n psal. 53. 5.
o Iob 13. 16.

Gregorius [a], nec non Romanum psalterium, & Cassiodorus, qui legit etiam, *manibus*. Non vna manu fieri plausus proprie potest, seu complosio. Itaque collectiuè pro vtraque sumitur singulare *manus* nomen. Eadem formula Esaias [b] plausum ligni syluarum tribuit, ad exprimendam lætitiæ magnitudinem: *quia in lætitia egrediemini, & in pace deducemini: montes, & colles cantabunt coram vobis laudem, & omnia ligna regionis plaudent manu.* Columbam quoque *alis plaudentem* Virgilius [c] facit, & *pedibus plaudere choreas* vsurpat [d]. Statius [e] etiam *natatu plaudere aquas*. Ac ferè eo verbo lætitia & congratulatio declaratur, sicut psalmo 46. [f] vidimus: *Omnes gentes plaudite manibus*: creatóque rege Ioas plaudens populus conclamauit, *Viuat rex* [g]. Item apud Ezechielem [h] *plausus manus* cum pedis *percussione*, coniungitur gaudio ex toto affectu. Nihilominus idem Propheta [i] eam phrasim, seu *percussionis manus ad manum*, & *complosionis* adhibet ad signum doloris, planctus, stuporis, iræ, & Ieremias [k], vt declaretur gaudium insultantis, quo etiã sensu Nahum [l] *manuum* vsurpat *compressionem*, quam pro *percussione* clarius significat verbum Hebræum יחד: *hakhh*. Chrysostomus [m] quoque docet plausum quemdam esse militum ad hostes perterrendos. Quando miratur quis, dolétve, aut incutit terrorem, ferè semel dumtaxat percutit manus, & complodit, sed cum impetu: cùm lætatur, frequentius, & blandius. Norum est illud Comœdiarum, *plaudite, applaudue, plausum date*, qui & *crepitus manuum* vocatur. Sed quod attinet ad *flumina, fluuiósque*, humanam his formam antiqui dabant, vel cornigeros, aut tauriformes ταυροειδεῖς, ταυροπρόσωπους pingebant; vt Virgilius [n], Valerius Flaccus [o], Martialis [p], Horatius [q], Ouidius [r], Euripides [s], Statius [t], Claudianus [u], meminitque Ælianus [x], Pierius [y], Turnebus [z]. Causam duplicem Scholiastes [a] Sophoclis dat, vel quod mugitum edere videantur (vnde & taurum epithetum vt *sonori* dicantur) vel quia terram, vt boues proscindere. Prior causa est etiam Aristotelis [b]. Festus addit terram, quia ferociunt, vt tauri. Alij quartam, quod flexuosi eorum lapsus cornua referant. Quin verò etiam planctus leuis sonum Seneca [c], & Lucanus [d], vndis tribuerunt. Attius latratum, crepitum, clangorem cachinnum.

> *Ac vbi* [e] *ait vltimus curuo litore latrans*
> *Vnda sub vndis labunda sonat,*
> *Simul & circum magni-sonantibus*
> *Exacta saxis, fausa fragando:*
> *Crepitu clangente cachinnat.*

Iuuant hæc ad percipiendum fluminũ plausum, præterea quod iucundo murmure fluere dicuntur, & his alia similia. Fluminibus potius quàm mari tribuitur hæc dicendi formula, quia videntur manus quasi brachia, vel digiti manuum eius. Habet similitudinem cum hoc locus Abacuc [f]. *Altitudo manus suæ leuauit*, quod est etiam gratulantis & laudantis. etsi alij explicent, quod Iordanis ripæ sese extulerunt: ripis namque tanquã brachiis, aut manibus terras flumina contrectant, & complectuntur. Vulgò etiam appellamus *maris* aut *fluuij brachium*, & in alio psalmo [g], *mare spatiosum manibus* vocatur. Creditus Hieronymus reprehendens Iudæos, qui secundum literam intelligunt, cùm sit certum flumina manus proprie nõ habere, sicut nec voces, ventrem, pedes, membra cætera, contrariũ extremæ amentiæ affirmat esse Chrysostomus [h] mystice interpretatur Sanctos, qui de fonte Christi currant, & bibant, alios riuulos esse, vel torrentes: *plausum manuum* esse concordiam illorum, qui opere laudent Christum dicentem [i], *qui sitit veniat ad me, & bibat, & flumina de ventre eius fluent*. Consentunt ferè cæteri, & Augustinus [k], cùm fiunt persecutiones, quasi commoto mari, flumina, id est, sanctos in Domino plaudere operibus, & gaudere. Procopius [l] vt per *mare* impios, ita sanctos designari docet per *fluuios, dulcésq; ac sedatas aquas*. Cyrillus Alexandrinus [m] idem sentit de mysticis fluminibus sanctorũ qui doctrina, & vita irrigent alios. Alij fideles omnes accipiunt aquis baptismatis regenerato., & tuis gratiæ plenos. Qui particulam, *simul*, nectunt isti membro, quod plures faciunt, volunt concordiam denotare, vnitatémque fidei & charitatis. Hugo etiam addit interpretans *flumina* de doctoribus, vt hi desinent singulares, ac nouas opiniones, vt quemadmodum non deficit flumen antiquum alueum, sic doctores non relinquant semitam antiquorum, & pro amico nouo antiquum [n], *Stultus homo plaudet manu cum spoponderit pro amico suo* [o], hoc est, qui alios docendi, & regendi munus ambit, spontéque arripit cum gaudio.

Montes exultabunt.] Hieronymus, *simul laudabunt*. Nam particulam *simul* coniungit isti mẽbro, sicut postea fecerunt Massoretæ, seu Thalmudici. Quod ad sensum non refert. Lætitia imperata est monti Sion in psalmo 47. [p] & exultasse dicuntur psalmo 113. [q] cum collibus, sicut arietes cum agnis. Sunt hi habitatores montium: mysticè sublimes virtute, contemplatione, auctoritate. De iisdem montibus collibúsque prædixit Esaias [r] fore vt cantarent laudem. De notione verò mythica egimus etiam alibi. Non valde ad rem est quod Arnobius aduertit, ex visceribus montium fontes egredi, qui faciant flumina, nisi trahas id ad mysticum sensum, vt & quòd horum *capita pulsare cœlos*, aut, *illorum habitatores cœlo vicinos esse*.

Vers. 9.] A conspectu Domini, quoniam venit iudicare terram.

Iudicabit orbem terrarum in iustitia, & populos in æquitate.

CAusa tantæ, tótque modis declaratæ lætitiæ, quæ ab vniuersitate nõ hominum dumtaxat exigitur, sed cæteratum creaturarum, aduentus, & præsentia iudicis est, qui tunc moderetur, & homines omnes regat. & dum in mortali vita degunt, & cum transierint ad alteram eam summa æquitate, & iustitia, ita vt cuiusque reddat secundùm opera sua: liberet hic quantum expedit innocentes ab iniquis oppressoribus tandem verò in extremo iudicio tum priuato, tum generali, seu publico debita præmia, supplicia singulis decernat. Eusebius [s] admonet de vtroque Christi aduentu intelligi hunc locum posse. Eadem fere sententia in psalmo 95. [t] fuit, & vtrique consentanea illa est apud Elianum [u]. *Iudicabit orbem terrarum in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ.*

A conspectu Domini.] Hieronymus, *ante Dominum*. Alij, *coram Domino* vel, *propter Dominum*,

vel

[a] hom. 5. in ipsa expositione.
[b] Isa. 55. 12.
[c] Æne. 5.
[d] Æne. 6.
[e] Sylu. in 3.
[f] vers. 2.
[g] 4. Reg. 11. 12.
[h] c. 25. 6.
[i] c. 21. 12. 14. c. 22. 13.
[k] Thre. 2. 15.
[l] c. 3. 19.
[m] hom. in ps. 46.
[n] 4. Georg. 8. Aeneid.
[o] Argonaut.
[p] lib. 7. Epig. 6. lib. 9. Epig. 104.
[q] lib. 2. ode 14.
[r] 4. Trist. Eleg. 9. Metam. & 14.
[s] in Ione.
[t] Theb. 2. 7. 9.
[u] de bello Get. 4 & de consulat. Honor. 3 in Stil. co.
[x] 3. var. hist. c. 3.
[y] lib. 3.
[z] lib. 24 c. 40.
[a] in Thrahin. sec. 24. proble. in 2.
[b] in Agã. actu in choro.
[c] Pharsal.
[d] c. 3. 10.
[e] ps. 103. 25.
[f] Hab. 3. 10.
[g] ps. 97. 8.
[h] hom. 5. de mensi. c. 6.
[i] vers. 12.
[k] c. 11. 4.
[l] Ioan. 7. 37.
[m] Esa. 18.
[n] Abacuc 3. 5. 8.
[o] Eccles. 33. 19.
[p] Pro. 17. 18.
[q] vers. 12.
[r] cap. 55. 12.
[s] vers. 13.
[t] vers. 4. 6.
[u] Cur simij transformes ab antiquis pictis fuerint.
[x] cap. 55. 12.
[y] hoc in loc.
[z] Ioan. 7. 37.
[a] Esa. 18.
[b] Abacuc 3. 5. 8.
[c] Eccles. 33. 19.
[d] Pro. 17. 18.
[e] vers. 12.
[f] vers. 4. 6.
[g] cap. 55. 12.
[h] hoc in loc.
[i] Ioan. 7. 37.
[k] Esa. 18.
[l] Abacuc 3. 5. 8.
[m] Eccles. 33. 19.
[n] Pro. 17. 18.
[o] vers. 12.
[p] vers. 4. 6.
[q] cap. 55. 12.
[r] vers. 13.
[s] hoc in loc.
[t] Ioan. 7. 37.
[u] Esa. 18.
[x] Abacuc 3. 5. 8.
[y] Eccles. 33. 19.
[z] Pro. 17. 18.
[a] vers. 12.
[b] vers. 4. 6.
[c] cap. 55. 12.
[d] vers. 13.
[e] hoc in loc.
[f] Ioan. 7. 37.
[g] Esa. 18.
[h] Abacuc 3. 5. 8.
[i] Eccles. 33. 19.
[k] Pro. 17. 18.
[l] vers. 12.
[m] vers. 4. 6.
[n] cap. 55. 12.
[o] vers. 13.
[p] hoc in loc.
[q] Ioan. 7. 37.
[r] Esa. 18.
[s] Abacuc 3. 5. 8.
[t] Eccles. 33. 19.
[u] Pro. 17. 18.
[x] vers. 12.
[y] vers. 4. 6.
[z] cap. 55. 12.
[a] vers. 13.
[b] hoc in loc.
[c] Ioan. 7. 37.
[d] Esa. 18.
[e] Abacuc 3. 5. 8.
[f] Eccles. 33. 19.
[g] Pro. 17. 18.
[h] vers. 12.
[i] vers. 4. 6.
[k] cap. 55. 12.
[l] vers. 13.
[m] hoc in loc.
[n] Ioan. 7. 37.
[o] Esa. 18.
[p] Abacuc 3. 5. 8.
[q] Eccles. 33. 19.
[r] Pro. 17. 18.
[s] vers. 12.
[t] vers. 4. 6.
[u] cap. 55. 12.
[x] vers. 13.
[y] hoc in loc.
[z] Ioan. 7. 37.
[a] Esa. 18.
[b] Abacuc 3. 5. 8.
[c] Eccles. 33. 19.
[d] Pro. 17. 18.
[e] vers. 12.
[f] vers. 4. 6.
[g] cap. 55. 12.
[h] vers. 13.
[i] hoc in loc.
[k] Ioan. 7. 37.
[l] Esa. 18.
[m] Abacuc 3. 5. 8.
[n] Eccles. 33. 19.
[o] Pro. 17. 18.
[p] vers. 12.
[q] vers. 4. 6.
[r] cap. 55. 12.
[s] vers. 13.
[t] hoc in loc.
[u] Ioan. 7. 37.
[x] Esa. 18.
[y] Abacuc 3. 5. 8.
[z] Eccles. 33. 19.
[a] Pro. 17. 18.
[b] vers. 12.
[c] vers. 4. 6.
[d] cap. 55. 12.
[e] vers. 13.
[f] hoc in loc.
[g] Ioan. 7. 37.
[h] Esa. 18.
[i] Abacuc 3. 5. 8.
[k] Eccles. 33. 19.
[l] Pro. 17. 18.
[m] vers. 12.
[n] vers. 4. 6.
[o] cap. 55. 12.
[p] vers. 13.
[q] hoc in loc.
[r] Ioan. 7. 37.
[s] Esa. 18.
[t] Abacuc 3. 5. 8.
[u] Eccles. 33. 19.
[x] Pro. 17. 18.
[y] vers. 12.
[z] vers. 4. 6.
[a] cap. 55. 12.
[b] vers. 13.
[c] hoc in loc.
[d] Ioan. 7. 37.
[e] Esa. 18.
[f] Abacuc 3. 5. 8.
[g] Eccles. 33. 19.
[h] Pro. 17. 18.
[i] vers. 12.
[k] vers. 4. 6.
[l] cap. 55. 12.
[m] vers. 13.
[n] hoc in loc.
[o] Ioan. 7. 37.
[p] Esa. 18.
[q] Abacuc 3. 5. 8.
[r] Eccles. 33. 19.
[s] Pro. 17. 18.
[t] vers. 12.
[u] vers. 4. 6.
[x] cap. 55. 12.
[y] vers. 13.
[z] hoc in loc.
[a] Ioan. 7. 37.
[b] Esa. 18.
[c] Abacuc 3. 5. 8.
[d] Eccles. 33. 19.
[e] Pro. 17. 18.
[f] vers. 12.
[g] vers. 4. 6.
[h] cap. 55. 12.
[i] vers. 13.
[k] hoc in loc.
[l] Ioan. 7. 37.
[m] Esa. 18.
[n] Abacuc 3. 5. 8.
[o] Eccles. 33. 19.
[p] Pro. 17. 18.
[q] vers. 12.
[r] vers. 4. 6.
[s] cap. 55. 12.
[t] vers. 13.
[u] hoc in loc.
[x] Ioan. 7. 37.
[y] Esa. 18.
[z] Abacuc 3. 5. 8.
[a] Eccles. 33. 19.
[b] Pro. 17. 18.
[c] vers. 12.
[d] vers. 4. 6.
[e] cap. 55. 12.
[f] vers. 13.
[g] hoc in loc.
[h] Ioan. 7. 37.
[i] Esa. 18.
[k] Abacuc 3. 5. 8.
[l] Eccles. 33. 19.
[m] Pro. 17. 18.
[n] vers. 12.
[o] vers. 4. 6.
[p] cap. 55. 12.
[q] vers. 13.
[r] hoc in loc.
[s] Ioan. 7. 37.
[t] Esa. 18.
[u] Abacuc 3. 5. 8.
[x] Eccles. 33. 19.
[y] Pro. 17. 18.
[z] vers. 12.
[a] vers. 4. 6.
[b] cap. 55. 12.
[c] vers. 13.
[d] hoc in loc.
[e] Ioan. 7. 37.
[f] Esa. 18.
[g] Abacuc 3. 5. 8.
[h] Eccles. 33. 19.
[i] Pro. 17. 18.
[k] vers. 12.
[l] vers. 4. 6.
[m] cap. 55. 12.
[n] vers. 13.
[o] hoc in loc.
[p] Ioan. 7. 37.
[q] Esa. 18.
[r] Abacuc 3. 5. 8.
[s] Eccles. 33. 19.
[t] Pro. 17. 18.
[u] vers. 12.
[x] vers. 4. 6.
[y] cap. 55. 12.
[z] vers. 13.
[a] hoc in loc.
[b] Ioan. 7. 37.
[c] Esa. 18.
[d] Abacuc 3. 5. 8.
[e] Eccles. 33. 19.
[f] Pro. 17. 18.
[g] vers. 12.
[h] vers. 4. 6.
[i] cap. 55. 12.
[k] vers. 13.
[l] hoc in loc.
[m] Ioan. 7. 37.
[n] Esa. 18.
[o] Abacuc 3. 5. 8.
[p] Eccles. 33. 19.
[q] Pro. 17. 18.
[r] vers. 12.
[s] vers. 4. 6.
[t] cap. 55. 12.
[u] vers. 13.
[x] hoc in loc.
[y] Ioan. 7. 37.
[z] Esa. 18.
[a] Abacuc 3. 5. 8.
[b] Eccles. 33. 19.
[c] Pro. 17. 18.
[d] vers. 12.
[e] vers. 4. 6.
[f] cap. 55. 12.
[g] vers. 13

vel, *facicbus Domini*. In psalterio vetere, & apud Augustinum, *à facie Domini*, in Romano psalterio, & apud Cassiodorum, *ante faciem Domini*. In emendatis Græcis omittitur ἀπὸ προσώπου κυρίου, *à conspectu Domini*, nec sunt in Æthiopico psalterio: & non satis constat ex Enarratoribus Græcis, an legerint, licèt Apollinarius exprimat,

ὄρια τερπέσθων θείᾳ κατανεύσει πρασιάντων.
Montes exultent diuinam ante faciem.

Hebræum לִפְנֵי *liphne* significat *coram facie*, ante *faciem*, *in conspectu*, *ante conspectum*: præpositio autem ἀπὸ innuit causam; sed parum refert exultationem dicere *ante faciem Domini*, vel propter illam. *Adimplebis me lætitia cum vultu tuo*, inquit alibi Dauid [a].

a ps.15.vlt.

Quoniam venit iudicare terram.] In bibliis Græcis, & Complutensibus bis ponitur in præsenti, *venit*, duobus verbis, ἔτι ἔρχεται, ὅτι ἔρχεται, In psalterio Romano, & apud Cassiodorum, *quoniam venit*, *quoniam veniet*: in psalterio vetere, & apud Augustinum, *quoniam veniet*. Hebraicè est tantùm semel בָּא *ba venit* in præterito, & ita Hieronymus, aliique vertunt. Fortassis ex psalmo 95. [b] repetitio sumpta est, vbi Græcè bis ponitur ἔρχεται, sicut Hebraicè בָּא *ba*; quod ibi dicebamus à multis exponi de duplici aduentu Christi. Istum duplicem aduentum clarius innuit lectio, quæ habet, *venit, & veniet*. Sed de eodem aduentu etiam tantùm primo, rectè repetitur, ad certitudinem, & confirmationem veritatis, & ad augendam magis lætitiam. Allegoricè terram de terrenis improbis exponit Hugo, qui iudicentur, & condemnentur, montes de sanctis, qui iudicabunt cum Christo, quemadmodum in sequenti membro, *orbem terrarum* de primis, *populos* de omnibus fidelibus vtpote non terrenis, sed rationalibus, rationéque bene vtentibus.

b vers.13.

Allegoria.

Iudicabit orbem terrarum in iustitia, & populos in æquitate.] Non refert quod Hieronymus, *orbem* dumtaxat ponit; alia psalteria, *terram*. Eadem sententia fuit in psalmo 95. [a] nisi quod ibi est, *terram*, & pro, *in æquitate*, habetur, *in veritate sua*. Æquitas respondet Græco nomini εὐθύτης, & Hebræo plurali מֵישָׁרִים *mesciarim*, de quibus alias actum. Euthymius monet idem esse *veritatem*, atque *rectitudinem*, vt quisquis verax est, sit rectus, & vicissim. Apollinarius *rectitudinem* constitere dicit in hoc, vt habeat iudex εὐθύνας ἀκλινεῖς linguam inflexibilem, & stabilem, id est, sententiam, quæ corrumpi, aut mutari non possit. Diximus alibi prætetea, quo pacto spectetur in pœnis etiam damnatorum cum Dei iustitia misericordia, quod hoc obseruat loco Aiguanus. Accommodatitiè ludit Hugo in orbis vocabulo, vt significet eos, quos mundus orbatos oculis in orbem ducit, sicut Samson [b], & *quorum anima vorabitur* [c]. Item iudicandum ait, & damnandum orbem terrarum, id est, aduocatos, & litigatores pro iuris asylia, & populos in æquitate, hoc est, rationales theologos, & Sacerdotes pro æquanimitate, nimiáque tolerantia malorum. Caietanus notat in iudicio merita iuris non fore consanguinitatem nobilitatem, diuitias, & huiusmodi; sed rectitudines, ac proinde etiam obliquitates. Tandem Augustinus admonet, vt qui orat aduentum regni [d] & regis, ac iudicis, corrigat se, vt non oret contra se: gaudere, & lætari tantùm de aduentu iustos. Adde *ve desiderantibus diem Domini* [e], si videlicet improbi sint, & impœnitentes.

PSALMVS NONAGESIMVS OCTAVVS.

1 Psalmus ipsi Dauid.

DOminus regnauit, irascantur populi: qui sedet super Cherubim, moueatur terra.

2 Dominus in Sion magnus: & excelsus super omnes populos.

3 Confiteantur nomini tuo magno: quoniam terribile, & sanctum est: 4 & honor regis iudicium diligit.

Tu parasti directiones: iudicium & iustitiam in Iacob tu fecisti.

5 Exaltate Dominum Deum nostrum, & adorate scabellum pedum eius: quoniam sanctum est.

6 Moyses, & Aaron in sacerdotibus eius: & Samuel inter eos, qui inuocant nomẽ eius.

Inuocabant Dominum, & ipse exaudiebat eos: 7 in columna nubis loquebatur ad eos.

Custodiebant testimonia eius, & præceptum quod dedit illis.

8 Domine Deus noster tu exaudiebas eos: Deus tu propitius fuisti eis, & vlciscens in omnes adinuentiones eorum.

9 Exaltate Dominum Deum nostrum, & adorate in monte sancto eius: quoniam sanctus Dominus Deus noster.

Titulus & Argumentum.

Vers. 1.] Psalmus ipsi Dauid.

Dominus regnauit[1], irascantur populi, qui sedet super Cherubim, moueatur terra.

Titulus psalmi.

NON est hærendum in titulo, qui nihil continet præter psalmi, Dauidisque nomina, quorum tamen etiam posterius non extat Hebraicè. Vnde non propterea sequitur à Dauid psalmum factum non esse, sed à Mose, vt aliàs notaui. Immò de Mose fermo habetur, tamquam de homine, qui diu antea præcesserit. Nec magis verum, quod pseudo Philo [a] scribit, & Iacobus Faber videtur approbare, in deserto compositum psalmum ab Asapho, qui de Samuele in eo prophetauerit. Argumentum fere idem, quod priorum duorum, & vsurpatur in officio diuino Apostolorum, & dedicationis. Nam sensu mystico saltem, de Christi regno agit hic psalmus, iubens vt per resurrectionem, ac exaltationem regi iam declarato, cuius quoque regni forma describitur, adoratio, veneratióque deferatur. Typus ipsius regni, & Ecclesiæ, Synagoga fuit, præsertim Dauidis tempore, quo arca Domini collocata est, atque culta religiosiùs in Sion post deuictos Iebusæos, & inuitati Hebræi, ad id faciendum, exemplo Mosis, Aaron, Samuelis. Quemadmodum verò arcam Deus in ipsis Cherubin insidens, tamquam scabellum habere videbatur, sic Christus, vt Deus, humanitatem, quæ propterea, velut arca, meretur venerationem, & vt ad Christum, sicut ad propitiatorium, verúmque propitiatorem, recurramus. Theodoretus, & Basilius alium assignant typum, reditus de captiuitate Babylonica, cum populus Hebræus tunc regni formam denuò recuperauit, & ideireo quodammodo recepit ipsemet Deus regnum suum. Simul autem volunt prædici cum aduentu Christi Hebræorum incredulitatem. Quem priorem dixi typum Dauidis, & arcę, Lyranus, & Aiguanus literalem dicũt sensum esse, subiquo illo de Christi regno hic agi. Treuetus, & Caietanus, nulla de Christo mentione facta, liberationem de captiuitate Ægyptiaca tractari volunt, ad quam reuocari possunt victoriæ de aliis hostibus, vsquequò peruenirent populus ad promissam terram, nec non & postea vsque ad ætatem Dauid. Sed subintelligendus eo modo ibi Christus, quo malia captiuitate. Fauent Hebræi, quatenus de suo Messia interpretãtur psalmum debellaturo Gog, & Magog, pacatúmque populo suo Hebræo regnum tradituro per totum mundum. Quos Lyranus, & Aiguanus confutant. Rectè item Rickelius, qui de Christo plane taceant, superficiariores nominat, non solùm sanctis catholicisque doctoribus, verum etiam dictis Hebræorum doctoribus. Tamen, vt literaliter exponatur de typo, seu figura vna ex indicatis, quid obstet non video. Athanasius [b] numerat istum psalmum inter illos, qui de Domino gloriantur, & singula Christi continent virtute passionis suæ in nos collata beneficia. Recitat Iustinus [d] psalmum integrum contra Tryphonem, contendens, Christo soli conuenire, quódque per eum saluentur quotquot etiam ex genere Iudæorum saluantur.

a lib. antiqui. biblicarum.

Argumentum.

b ad Marcell.

c in Trypho.

Dominus regnauit, &c.] Orditur à prædicatione amplissimi, potentissimique dominij, & regni Dei, qui viceris, atque strauerit hostes, quantumuis irascantur, indignentur, fremant, tumultuentur illi, & exteræ, barbaræque aliæ nationes, nihil vnquam contra ipsius profuturæ potentiam, & voluntatem. Hunc, inquam, affirmat Deum regnum suscepisse, sesèque pro rege gessisse, ac re, factóque declarasse, qui in arca videtur sedere super Cherubin tanquam in peculiari throno suo, vt agnoscatur omnium angelicorũ ordinum, ac proinde multò magis hominum dominus: licèt homines, aut etiam qui circa terram versantur, cacodæmones, omnia turbare, & commiscere connitantur, nihil machinationibus proficientes. Præstaret homines in hoc eis concesso pœnitendi spatio, vim potentiæ diuinæ agnoscentes, sibimetipsis irasci, atque salubri timore commoueri, quod tamdiu, tánto Domino animis adeo obstinatis resistere non dubitauerint. In præcedentibus psalmis tribus hortatus est Propheta, vt Dei, & Christi regnum omni excideretur lætitiæ genere. Vtrumque accidit, vt exultantibus fidelibus de regno, & rege illo perduelles, ac rebelles commouerentur, negarent obsequium, omni ratione, opéque obsisterent. Simile psalmi secundi exordium. *Quare fremuerunt gentes &c.*

Dominus regnauit, irascantur populi.] Vertunt alij præteriti temporis verbum primum in tempus præsens, & pro sequenti Hieronymus reddit *commoueantur*, quidam *contremiscant, turbentur, expauescant*, nonnulli, *Dominus regnat, & populos conturbat.* Significat רגז *irasci & commoueri* non *pauore tantùm*, sed etiam *ira*. Futurum tempus imperatiui loco poni solet: imperatiuus verò permissionem denotat, vt quamuis irascantur, nihilominus regnet Dominus. De aduersariis Hebræorum in Ægypto, & deinceps, aut de illis, qui Dauidi restiterunt, cum in regem inunctus est, ac postea, aut de persecutoribus populi etiam post reditum de Babylone, declarant hi, quos in argumento indicaui. Irenæus [a] hoc vtitur loco, vt probet partim eam, quæ post Christi ascensionem facta est super eos, qui in eum crediderunt, iram ab omnibus populis, & motum vniuersæ terræ aduersus Ecclesiam, prædictum fuisse, partim quod veniente eo de cœlis cum angelis virtutis eius commouebitur vniuersa terra, quemadmodum ipsemet Christus [b] prædixit de terræmotu magno, *qualis non est factus ab initio.* Euthymius applicat ad perturbationem Herodis, totiúsque Ierusalem cum ipso, quando est allatus à Magis de nato Christo nuncius, & hoc præsidium, prædictúmque est à Dauide verbis istis. Hugoni videtur idem placere, qui obseruat iisdem verbis incipere alios duos psalmos 92. & 97. ac primo inuui exultationem de cõfirmatione regni Christi; secundo de dilatatione; isto de auctoritate, atque potestate, quæ sit adeò firma, vt cunctorum furor hominum infirmare, aut impedire illam non valeat. Rationem aliam dat creditus Hieronymus, dicens videri ordine inuerso dispositos, tamen dici in primo quod regnans Dominus induit decorem sanctis, veluti vestitus veteris testamenti: in secundo poni exultationem terræ, quia populi omnes accesserunt ad fidem: in hoc nostro sermonem esse de infidelibus tum ex Iudæis, tum ex Gentilibus, qui noluut eum regnare super ipsos, sed Spiritus sanctus dicit illis ciuibus malis, veluti nolitis, Dominus regnauit. Lege dicta ad principium psalmi 92. Satis com-

a lib. 4. c. 6[illegible].

b Mat. 24. 21.

c cap. 2.

d Luc. 19. 27.

munis

munus expositio de furente persecutore contra Christianos, & qui Domino irascereturpro idolo suo, vt loquitur Augustinus, & de quo iam sarcasmo, quo rideantur irascentium, atque furentium conatus varij, aut insultetur indignationi eorum. Tale illud,

a Virg. Eclog. 7. [a] *Invidia rumpantur ne illa Codro.*

Et alterius poëtæ, qui toties inculcat *rumpi invidia.*

b Martial lib. 9. epigr. 92. Deo in eos irascente irascuntur mali. [b] *Rumpatur quisquis rumpitur invidia.*

Sic fit, vt cum regnat in bonis Deus, ait Hugo, irascantur mali, quemadmodum ædificato altari sub Machabæis, vt erat prius, *gentes in circuitu iratæ sunt valde* [c]. Idem ille dictus Hieronymus exclamat clementiam Spiritus sancti, qui non dicat, *peccant*, sed *irascuntur*; vitium significet, non pœnam: & dum irascuntur alij, Dominus deprecetur, nempe quod sequitur, mystice id fumendo, *moueatur terra*, vt postea dicemus. Cassiodorus, & Rickelius explicant de ira salubri qua insurgant populi contra vitia sua, eáque vindicent. c 1. Macc. 5. 1. Huc faciunt quæ dixi psalmo 4. [d] ad illa verba: *irascimini, & nolite peccare*; nimirum de ira bona, quæ coërcet, & impedit peccata, & fertur in dæmones, atque in peccandi occasiones. Malè Faber contra communem sententiam explicat commotionem lætitiæ. Quid autem refert quod psalmis prioribus de tali lætitia sermo sit? Quod autem versu tertio iubet *confitere nomini Domini, magno, & terribili*, non magis arguit lætitiam, quam terrorem. d vers. 5.

Qui sedet super Cherubim.] Hieronymus, *sessor*, alij *sedens, habitator, inhabitans.* Plures codices latini omnium psalteriorum habent; *qui sedet*, Cassiodorus quoque, Haimo, Hugo, qui notant conuerti sermonem ad Christum per apostrophem. Participium καθήμενος, & יושב *ioseu* vtrique personæ potest seruire, *sedens ille*, vel *tu*. In tertia persona cæteri sumũt, & aptius cohærent verbis prioris membri, *Dominus regnauit*, ita vt hic etiam idem verbum subaudire nos velit Augustinus, *qui sedet super Cherubim, regnauit.* De ascensu Dei, sessione, volatu super Cherubim dictum psalmo 17. [e] & 79. [f] Quod autem hoc loco Aguanus indicat ex ordine Cherubim Gabrielem esse, & alios qui homines promouent ad cognitionem Dei, non videtur verum; sed contra magis communem sententiam. Nam passim vocatur Gabriel *Archangelus*, & custodum Angelorum officium est, docere etiam de rebus diuinis. Loquebatur Deus supra propitiatorium, ac de medio duorum Cherubim, qui erãt super arcam testimonij, cuncta quæ mandari volebat filius Israël [g]. Sedit quoque ista diuinam indicat maiestatem, vt expressit Ezechias in sua oratione [h]. *Domine Deus Israël qui sedes super Cherubim, tu es Deus solus regum terræ, tu fecisti cœlum, & terram.* Quadriga Ezechielis [i] constabat etiam ex Cherubim, suppositis rotis, vt & thronus apud Danielem [k]; ad Dei denotandam secundum se immobilis peruadentem cuncta prouidentiam. Incertum quod aliqui tradunt, regum olim solia, thronósque versatiles, mobilesque etiam fuisse. Tradi hoc meminerunt in Danielem nostri Perer. ius, ac Maldonatus: auctorem nominant nullum, nec adhuc reperi. Iustinus [l] Platonem videri scribit ex lectione Propheticarum historiarum affirmasse *κλαυνὸν ἅρμα ἐλαύνειν τὸν Διὰ τοῦ ἀερὸς volucrem currum vehere Ieum in cœlo.* Non displicet, vt *sedere* dicatur *super Cherubim Deus*, qui plenissimam rerũ scien- e vers. 10. f vers. 2. g Exo. 25. 22. h 4. Reg. 19. 15. i cap. 1. 15. & seq. k cap. 7. 9. l in paræ.

A tiam habet, absque vllo labore, aut sui mutatione: angeli sine labore qui iuxta scientiam operantur, sed quia infimus partibus inferior est, subinde doceantur noua, quæ prius nescierint. Sic noster Pererius [a]. Ex *sessione Dei super Cherubim* colligit Vasques [b] nostri *scabellum pedum Dei*, de quo postea [c] mentio fit; *arcam* fuisse, quoniam erat supra illam tabula ex auro fulili, quæ appellabatur propitiatorium, in qua Dominus cum responsa dabat, sedebat, pedes autem super arcam ipsam, veluti super subsellium habebat, & idcirco scribi in historia Regum [d] de arca quod super *eam inuocatum est nomen Domini sedentis in Cherubim super eam.* Id etiam præ se fert satis Aquinas [e], de qua re adhuc postea. Impius rex, de quo Esaias [f], in cœlum conscendere appetiit, & super astra exaltare solium, quia Ierosolymitanũ templum occupare volebat, quod *cœli* nomine nuncupabant Hebræi, propter omatum ipsius, & propter illud solium quadrigæ diuinæ, hoc est, rotæ cum Cherubim. Eumdem imitantur, ac patrem filiorum superbiæ Luciferum, qui quod vnius Dei est, *sedere super Cherubim*, animo propriæ appetitu excellentiæ sibi vendicant. Notauimus apud Tertullianum [g], ex dicto sessionis modo, colligit Deum præesse super operum suorum varietatem, rotas subiacentes esse tempora, quibus omnia super mundi membra voluuntur, talibus pedibus adiectis, quibus, non in perpetuum stant ista, sed transeunt. Reliquam in eodem si placet lege quadrigæ Ezechielianæ [h] descriptionem, iuxta mysterium declaratam. Vide quo pacto ex hoc & similibus locis, quibus Deus dicitur *sedere super Cherubim*, Rabini, quos Galatinus [i] refert, inferrent per Messiam ruinam quoque angelorum reparandam fuisse, quod refutasse me arbitror supra in psalmo 79. Ad mores pertinet, quod Augustinus notauit, nihil referre, quantumuis quis irascatur, vel commoueatur tamquam terra, & terrenus in eum, qui iam sedet in cœlo: Dominum, ne iram populorum timerent serui eius, priorem illam patì voluisse, ac tanquam bonum medicum bibisse amarum poculum, ne bibere timeret ægrotus: qui vult vt in ipso sedeat Deus, bonum esse debere, quia sedes sapientiæ anima iusti: Deum, qui super at omnem scientiam, sedere super Cherubim, quæ significant omnem plenitudinem scientiæ; oportere in illo esse istam plenitudinem in quo sedeat Deus: plenitudinem hanc non esse rerum naturalium, sed ad legem Dei pertinere: plenitudinem autem legis esse charitatem [k]: vbi sit charitas, ibi iam Deum habitare, tamquam in sede: talem qui cœlum sit factus, quæ Dei sedes etiam [l] est, terram non timere, nec populos irascentes, nec terram commotam facere quidquam posse sedi Dei, & cœlo, vbi sedet Deus. Tropologia putati Hieronymi similes, nisi quod sedentem facit Deum super commotam terram, id est, humilem, ac tremente hominem [m], infelicem esse cui iacet Deus, quia vulneratus est, qui ambulat, nondum venisse ad felicitatem eius qui stat; quem nempe adhuc pœnitet, sicut Adamo post lapsum ambulabat Deus post meridiem [n]. Hugo exponens idem vocabulum *Cherubim*, non modo *scientiæ plenitudinem*, seu *scientiam multiplicatam*, & *scientias plures*, sed præterea *vermiculatam picturam*, (quod non vox ipsa, sed res per eam significata denotat, id est, *imaginem eleganter elaboratam*) ducet *vermiculatam picturam* significare illos, qui va- a lib. 4 in Dan. cap. 8 initium. b tom. 2. disput. 224. num. 4. c vers. 5. d lib. 1. c. 1. e 1. 2. q. 102. a. 4. ad 3. f 6. 14. 23. Nouatiani opinio. g de Trin. c. 8. h c. 1. & 10. i lib. 6. c. 12. Sensus moralis. Tropologia. m ibi vers. 1. n Gen. 3. 8

diæ suæ & veritatis suæ domui Israël.

Viderunt omnes termini terræ salutare Dei nostri.

Sensus loci.

Mirabilia, & salutem factam à Deo, virtute propria dexteræ, brachiique sancti sui, nunc exponit magis, vt ea Deus nota fieri voluerit, vtque Gentes intelligerent quantam adhiberet ipse cum benigna liberatione, siue sua ipsius Dauidis, siue Hebræi populi de captiuitate Ægyptiaca, de qua Treuetus, aut alia, iustitiam, respectu hostium iniustè opprimentium, vel Dauidem, vel populum; præterea quo pacto coniunxerit cum misericordia fidelitatem promissorum, quæ fecit eidem, aut Dauidi propter populum, aut populo ipsi, aut patribus antiquioribus. Denique ait innotuisse, ac penè oculis patuisse omnium vbique degentium, quàm potenter, & præclarè contulerit suis Deus salutem, atque de maximis periculis liberatos, maximis quoque beneficiis affecerit, & perspecta tandem fuerit innocentia populi Dei, quæ sub tyrannis suppressa, oppressaque latebat. Allegoricè trita expositio de salute per Christum, in qua sese misericordem præbuerit peculiariter erga gentes, iustum, & veracem, seu fidelem erga Iudæos, quorum erant promissa, vt Paulus philosophatur [a] item in qua voluerit non sola potentia agere, sed etiam simul misericordia in humano liberando genere, sed præterea iustitia aduersus Patrem, & diabolum, vt satisfaceret pro peccatis, ac reatu omnium hominum, & soluto pretio compararetur reconciliatio cum Deo, & ius ad æternum regnum.

Expositio allegorica.

Notum fecit Dominus salutare suum.] Chaldaicè, *redemptionem suam*, vel Pater notum fecit Iesum Filium suum, vel Trinitas tota efficienter operata opus incarnationis, vel Iesus ipse *salutare suum*, siue *salutem*, quam attulit contulitque mundo. Creditus Hieronymus notat in Hebraico legi *Iesum suum*, & vbicumque *salutare* dicitur poni in Hebraico *Iesum*. Hoc non diceret verus Hieronymus, quia pro *salutari* sæpe est יְשׁוּעָה *Iesuhhah* fœmininum nomen: vbi autem semel expressit nomen *Iesu* [b], Hebræum nomen est יֵשׁ *iesuhh*: Græcum σωτὴρ. Putat Ribera [c] noster à Propheta ipsum *Iesu* nomen proprium expressum, quod ab Hebræis abbreuiari solet, & in titulo crucis legitur יֵשׁוּ *iesuhh* tribus literis, & Augustinus [d] magis probat vt ita legatur in eodem Propheta nomen, quod est nobis amicius, & dulcius. Irenæus [e] docet de Christo dici hæc nomina, *saluus*, *Saluatorem*, *saluare*, esse *salutem*; quia caro est; *saluatorem*, quia Filius Dei; *saluare*, quia spiritus, vocat enim Ieremias [f] *spiritum oris nostri Christum Dominum*. Fateor me ignorare hoc discrimen vocabulorum. *Salutem* porro quæ nota facta est, vel *Iesum* non testimonium cum Arnobio, & Caietano ad tempus post resurrectionem; & ascensionem Iesu Christi, tametsi non antea prædicari gentibus & palam cœperit ab Apostolis. Comprehendi debet tempus totum, quo vixit Christus mortalis inter homines docens, exempla virtutum præbens, edens miracula, patiens, moriens. *Vnigenitus qui est in sinu Patris ipse enarrauit* [a], & *narrauit nomen Dei patribus suis* [b], & *quæ audiuit à Patre nota fecit* [c]: & *nomen eius hominibus notum fecit, ac manifestauit* [d]: *opera quæ dederat ei Pater, testimonium perhibebant de ipso* [e]. Pater vero notum fecit Iesum suum & salutare patribus per Angelum [f]: Zachariæ, & Elisabeth [g]: Simeoni, & Annæ [h]: Ioanni Baptistæ intra vterum [i], & aliis in baptismo [k], & transfiguratione [l], per se ipsum, vel per Spiritum sanctum: Magis per stellam [m]. Appellat Propheta hoc *salutare suum*, videlicet Dei, cuius alioqui sunt omnia quæ sunt, vt intelligeres, inquit Caietanus, salutem animæ, ac æternæ felicitatis; quæ propria est Dei: non salutem communem hominibus, & pecoribus, communem bonis, & malis, aut quam homo, aliaue creatura dare possit. *Vana salus hominis* [n], & cuiuscumque alterius, & *salus iustorum à Domino* [o].

a Ioan. 1. 18.
b Psal. 21. 23.
c Ioan. 15. 15.
d Cap. 7. 16.
e Cap. 5. 36.
f Luc. 1. 9. & seq.
g Cap. 1. 11. & seq. 41. & seq.
h Cap. 2. 25.
i Cap. 1. 44.
k Matth. 3. 17.
l Cap. 17. 5. & seq.
m Cap. 2. 2.
n Psal. 59. 13. Psal. 107. 13.
o Psal. 36. 39.

In conspectu gentium.] In vetere, Romanóque psalterio, & apud Augustinum, & Cassiodorum, *ante conspectum*, Hebraicè לְעֵינֵי *lehhene* in oculis, legerunt alij fortitan לְפָנֵי *lephne*, quod propriè significat *in conspectu*, *ante conspectum*, vel *faciem*. Maiorem emphasim habet *in oculis*, siue *ante oculos*. Chaldæum לְסֵחֲיוּתְהוֹן *lemechemehon* significat *ad affectum*, & *prospectum*. Etsi verò גוים *goim*, ἔθνη, *gentes*, vt alias notatum est, comprehendere possint etiam Iudæos, magis propria notio pro illis qui distinguuntur à Iudæis, dicíque solent *gentiles*, *Ethnici*, *Pagani*, proposito conuenit, & passim recipitur, non exclusis tamen Iudæis, quibus primum cœpit innotescere *hoc saluare*, quod etiam *missum est ad oues domus Israel* [p], & Iesus præcepit ab his inchoari Euangelicam prædicationem [q]; quod & discipuli eius fecerunt [r]. Insistit semper Augustinus in eodem argumento contra Donatistas, qui separabant se à reliqua Ecclesia. Immo hanc apud se tantum esse dictitabant, *cui notum fecit*, inquit, *Dominus saluare suum?* parti an vniuerso? non parti alicui, nemo fallat, nemo decipiat; nemo [s] dicat, *ecce hic est Christus ecce illic*: qui dicit, ecce hîc est, ecce illic, partes ostendit. Audiant hoc idem hæretici nostri, gratias agant Catholici, tam Catholico, communi, vniuersi beneficatori, nullum excludenti, cunctos vocanti, omnes saluos fieri volenti: nemo tetrum efferat, nullus alium oderit; omnibus vna spes est vocationis; idem Deus diues in omnes, qui inuocant eum; eumdem omnes Patrem in cœlis inuocamus; & fratres sumus, necessitatibus aliorum communicemus; cum voluerit Deus, quæ pretiosissima dona sunt, ac se ipsum omnibus esse communem. Leo [t] hinc probat, quod per mediatorem gratiam Dei Ecclesia fidelium gentium consecuta est, quod carnalium Iudæorum synagoga non meruit.

p Matt. 15. 24.
q Luc. 24. 47. Act. 1. 8.
r Act. 1. 4. 6. *Argumentum Augustini contra Donatistas.*
s Matt. 24. 23.
t Ser. 9. de Nativit.

Reuelauit iustitiam suam.] Deus reuelauit Christum, qui est dextera, brachium, salutare, iustitia nostra, & quantopere diligat iustitiam, qui nec iusto quidem filio pepercerit, noxia in se debita recipienti. Christus *reuelauit iustitiam suam*, hanc ipsam, qua satisfacere voluit pro nobis; præterea quo pacto iusti euadere possimus, & *quam debeamus de iustitia* [u]. *Rorate cæli desuper, & nubes pluerunt iustum, & germinet simul* [x]: iustitia videlicet in hominibus, per iustitiam *quæ de cælo prospexit* [y], & ius ad homines descendit. *Iustitia reuelatur* in Euangelio *ex fide in fidem* [z], & nunc

u Rom. 1. 17.
x Isai. 45. 8.
y Psal. 84. 12.
z Rom. 1. 17.

manifestatur iustitia Dei testificam à lege, & prophetis [a]; & *proposuit eum Deus propitiationem per fidem, in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ ipsius, in remissionem præcedentium delictorum* [b]. Innotuit quàm sit iustus Deus, & Christus mundi Dominus, potestor, iudex; satan iniustus, & tyrannus, quàm iniqui, nec excusationem habentes de peccato, atque perditione sua, quotquot non recipiunt cum, *qui obtemperantibus causa est salutis* [c]. Pœnitentiam interpretatur Hugo, quam sumunt homines, & faciunt iustitiam de peccatis suis, & iustificantur; hanc *didicisse omnes habitatores orbis, cum fiat iudicia sua Deus & Christus in terra* [d]. Sumitur aliquando etiam *iustitia* pro misericordia, de qua mox mentio hic fit.

Recordatus est misericordiæ suæ.] In aliis psalterijs, apudque Arnobium, Augustinum, Cassiodorum, addito nomine (*Iacob*) *memor fuit misericordiæ suæ Iacob*, & additur etiam in textu Græco τοῦ ἰακώβ, necnon in Arabico, & Æthiopico; quod Hieronymus [e] ait superfluum. Puto glossema esse adiectum à quopiam vt responderet *domui Israël*, in sequenti membro. Arnobius recitat promissum factum Patriarchæ Iacob [f]. *Et ego te faciam in gentem magnam*; quod tamen intelligitur de multiplicandis Hebræis in Ægypto. Cæteri qui dictam lectionem retinent, explicant de populo Christiano, cui spiritualiter conuenit appellari *Iacob*, & *Israël*, iuxta horum nominum etymologiam, hoc est, *maligni damonis supplantatorem, & idolorémque, & per interiores oculos animæ*, quantum humana patitur fragilitas, *Dei contemplatorem*; sequuntur enim tritam notionem *Israël*, quam alibi refelli. Quod si per *Iacob*, vt aliàs etiam notaui, gentes intelligamus, istis recte congruit Deum super misericordia honorare: *Domus* autem *Israel* competunt promissiones Patrum [g], & veritas, seu veracitas, atque fidelitas in iis adimplendis, de qua membro sequenti. Hoc pacto *data veritas Iacob, & misericordia Abrahæ, quæ iurauit Deus Patribus* [h]. Despara videtur in cantico suo hinc mutuata versum illum [i], *suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiæ suæ.* Ita vt prima verba respondere possint illis, *saluauit filios dexteræ eius*, &c. Item alia, *sicut locutus est ad patres nostros*, aliis, & *veritatis suæ domui Israel.* Videbatur tam diu differens Deus incarnationem, *oblitus misereri, & continere in ira misericordias suas* [k]. Quo pacto Deus *obliuisci*, vel *recordari* dicatur, docuimus non vno loco aliàs. Causa reparationis nostræ non est nisi misericordia Dei, vt scribit Leo [l]: propterea primus locus numeri tribuitur [m] & bis eandem in suo Cantico Maria replicauit. Zacharias [m] item eecinit *fecisse misericordiam Deum cum patribus, & memoratum testamenti sui sancti, & iusiurandi quod iurauerat ad Abrahæ* [n]. Quare quamuis si fiat comparatio populi Hebræi cum gentili, huic magis misericordia, illi competat potius veritas promissorum, vt ita non semel dixi cum Paulo [o]; absolutè nihilominus veramque interuenit respectu etiam Hebræi, cui misericorditer promissa sunt facta. In istius recordationis quoddam quasi signum Dei filius tamquam annulum humanitatem inferens digito hypostasis suæ, & in carne plagas impressis retinet, *assistens vultui Patris pro nobis* [p], *aduocatus apud ipsum* [q], *mediator Dei, & hominum* [r].

Et veritatis suæ.] Dixi *veritatem* hic sumi pro *veracitate*, atque *fidelitate* in præstandis promissis.

Domus Israel.] Error est in translatione Hieronymi apud Fabrum, in qua ponitur nomen *Iacob.* Nam in ea quam recitant Victorius, Treuetus, Regia Biblia, habetur *Israel*, sicut & in textu Hebræo, Græcóque, & omnium aliarum linguarum. Gulielmus Scepreus, si legisset Biblia Græca Complutensia, Regia, Sixtina emendata, Apollinarium etiam, Euthymium, Nicephorum, non acquieuisset illis codicibus, qui non habent εἰσρ, ita vt simpliciter negaret in editione Græca esse, quidquid sit de Arabica. Promiscuè nominantur in scripturis *domus Iacob*, & *domus Israël*, & Apollinarius appellat hoc loco μάλιστα ἰακώβου & ἴδιαν ἰσραὴλ *palatia Iacob, & domos Israëlis.* Hic autem datiuus casus est commoditatis, & acquisitionis, vt sit sensus: Deum in vtilitatem, gratiam, salutem domus Israël recordatum, & veritatis, & misericordiæ, siue misericordiæ promissæ. Sic etiam in psalmo 118. [a] *memor esto verbi tui seruo tuo.* Vel significat iste dicendi modus materiam circa quam, seu obiectum in quod, & erga quod bonitas, & veritas Dei ferebatur, eorumque recordabatur. Idem valet lectio psalterij veteris, & Augustini, *domus Israël*, id est recordatus est misericordiæ suæ, & veritatis suæ, quæ res duæ sunt domus Israël, & pertinent ad illam, vel si suppleatur, &, recordatus est dictarum rerum, & domus Israël.

Viderunt omnes termini terræ salutare Dei nostri.] Cæteri quos monere soleo sequi translationem veteris aut Romani psalterij, nec non Hieronymus, habent, *fines*, synonymum, *terminus* nomen, de quibus finibus, vel terminis terræ alias in psalmis prius egimus. Vidit oculis corporis Simeon [b], & alij, qui postea vixerunt cum Christo, non ideo beati, quia viderunt, sed quia *videndo*, (quod piè affectis solatio magno fuit [c], & beatitudinis cuiusdam loco,) *crediderunt* [d]. Vident oculis fidei, & in specie qui nunc credunt, visuri postea in re, *facieque ad faciem* [e], si bene, prout dictat fides, credendo, vixerint, operibúsque fidei respondent; *quoniam beati qui quæ fecunt bona faciunt* [f]. Quem dixi Simeon complementum vaticinij videns, & Esaias [g]; *viderunt omnes fines terræ salutare Dei nostri*, prorupit in Cygneas illas voces [h], *Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace; quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum; lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israël.* Quam possumus dicere *domum Iacob*, & *Israël*, & *omnes terminos terræ*; quibus Dei salutare videndum proponitur. Gregorius [i] ex hoc, & Esaiæ notato loco, infert explanans verba Annæ, *lætatum* [k] *sum in saluari tuo*, de lætu sermonem esse: quemadmodum, & in cantico Abacuc [l], vbi nomen ipsum *Iesu* exprimitur, vt antea quoque diximus, & his omnibus locis veterum Iudæorum lætum Deum asseri, cum nunc Iudæi Saluatorem expectent, quem Deum esse nequaquam credunt. Has vocat sanctas Ecclesiæ rationes, has contra Iudæorum perfidiam inuincibiles auctiones per vniuersum orbem diffusis, *dilatatum os* habere sanctam Ecclesiam *super inimicos istos* [m], quia iam auctore Deo vbique cognoscitur hoc salutare

a cap.3.21.
b vers.25.
c Hebr.5.9.
d Isa.26.9.
e epist.135.
f Gen.46.3.
g Rom.15.8.
h Mich.7.20
i Luc.1.54.
k ps.76.10.
l ser.1 de Iciunio decimi mensis.
m Luc.1.50.
n ibid.72 73.
o Rom.15.8.
p Hebr.9.24.
q 1.Ioan.2.1.
r 1.Tim.2.5.

a vers.49
b Luc.2.26 & seq.
c cap.15.11.
d Ioan.20.29.
e 1.Cor.13.12.
f Ioan.13.17.
g cap.51.10.
h Luc.2.29
i lib.primo in primum Reg. cap.1.
k 1.Reg.2.1.
l cap.3.18.
m 1.Reg.2.1.

nostrum vnde, & Iudæorum perfidia conuincatur. Postea sic in illos inuehitur, tanquam Prophetæ nostri verbis. *Viderunt omnes fines terræ salutare Dei.* Quid in posterum vniones differtis? Quem expectatis iam venit: quem promissum habuistis; iam omnibus finibus terræ apparuit: cum claussistis oculos, transiit; immo sic cæci facti estis, quod coram vobis tanta lux steterit, & non vidistis. Deinde recitatis quæ sequuntur in psalmo toto, ait videri Dauidem dicere. Quia tam immensa cæcitate premuntur, vt nequaquam videre meruerint, vos gaudete abundantius, qui vidistis. Tum perpendens quam mirabiliter, atque ineffabiliter gaudendum coaceruatis præcipiatur signis, & quod ad celebritatem lætitiæ intimandam, instrumenta eius enumerentur, vt iubilent omnes *in conspectu Regis*, id est, in cognitione redemptoris, & quod à quantis hæc gaudiorum solemnitas sit agenda exponatur, in Iudæos rursus exclamat. O infelix Iudæa, *fines terræ viderunt salutare Dei*, omnis terra commota iubilat, gaudet vniuersus orbis, flumina plaudunt manibus, montes exultant; sed impia Iudæorum corda non credunt, & in cæcitatis suæ tenebris huoris pœna feriuntur. Omnia sunt Gregorij, quæ totius psalmi ecphrasim quandam continent. Simili telo Iudæos impetit in homilia de Epiphania [a], Iustinus etiam disputans cum Tryphone, affinibus Isaiæ testimonijs eosdem conuincit: præterea Gregentius [b] antagonistam suum Herbanum item Iudæum acerrimè perurget præsentis loci auctoritate; quod cum quem fecit saluum dextera propria, & brachium sanctum, id est, Christum, qui vt Deus, se vt hominem à nefarijs Iudæis & dæmonibus liberauit, & est salutare à Deo datum, atque iustitia nostra, Deus notum fecit a terminis vsque ad terminos terræ: legendus præterea Ireneæus [c]. Confert idem argumentum Augustinus contra clanculanos, angulareique Donatistas, vt prius monui, & valet contra nostri æui hæreticos, qui non omnes terræ terminos finésve, sed angustos, & paucos Ecclesiæ, quam apud se esse mentiuntur, concedunt. Ludit more suo Hugo tropologijs: & dicit, quod *salutare Dei videant fines terræ*, id est, homines terreni, dum moriuntur, percipiunt quam salutare fuisset eis egisse pœnitentiam, similes Heli; *qui non poterat videre lucernam Dei antequam extingueretur* [d]: vel hos terminos terræ pauperes esse, & abiectos, qui vident, & recognoscunt salutare Dei, quod potentes, ac diuites ignorant, dicentes etiam Deo, *recede* [e] *à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus, quis est omnipotens, vt seruiamus ei?* Ingeniosè etiam Arguanus cur plerique Christo Iudæi Christum non agnouerint, sed longius distiti gentiles, causam ex phylico problemate reddit cum Alberto [f], de senum oculis remotiora propterea melius, quam propinqua videntibus; quoniam debiliores sunt, & cum visibile obiectum est prope oculos, humis paucæ species diriguntur rectà ad illos, & quædam supra, aliæ subtus, nonnullæ sunt à latere: sed quando paulo longius ab oculis remouetur, omnes illius obiecti species magis directæ ipsis obiciuntur. Ad eundem modum Iudæorum potentia visibilis, intellectiua per inuidiam contra Christum adeo debilitata erat, vt æquis oculis videre non possent, sed grauis eis erat ad videndum [a]: Gentilium oculis intellectus Christi quasi partes omnes directè repræsentabantur; non humanitas sola, sed etiam diuinitas cum attributis aliis: ita vt dicere quisque posset [b]; *prouidebam Dominum in conspectu meo semper*: De Iudæis dici posset [c], *non proposuerunt Deum in conspectu suo.* Dicti problematis rationem aliam reddit Aristoteles [d], quoniam procul coïre radij solent, & idcirco senex rem videndam longius abducit. Alij [e] quia minor lux quam color habet, remotior magis proportionata est seni: vel quoniam Spiritus senum turbidi sunt, & radius visualis de propinquo se offert obtusè, & illa turbulentia cum humido crassiore, ac spissitudine pellis, egent maiore claritate.

a Sapien. 2. 15.

b psal. 15. 8.

c psal. 53. 5.

Cur senum oculi remotiora videant melius quam propinqua videant.

d sect. 30. problem. 16.

e Ferdinã. Lus. l'Onzetius 3. P. philos. natural. lib. 2. tract. 8. c. 2. Coimbricens. sect. 2. probl. 11. n. 27. ex Galeno.

Vers. 4.] Iubilate Deo omnis terra, cantate, & exultate, & psallite.

QVàm mirabiliter, atque ineffabiliter gaudendum sit, signa hæc gaudij coaceruata ostendunt, vt Gregorius [f], quem prius citaui, docet. Victoriales hæ videntur voces, partámque denotare victoriam, & populum Hebræum, aut Dauidem de hostibus triumphantem, & sub his typis genus humanum totum ducis Christi virtute, ac potentia liberatum & redemptum. Similes adhortationes, & prouocationes iam alijs in psalmis occurrerant [g], hic etiam postea versu 6. & psalmo 99. [h] & in 150 [i].

Sensus lect.

f in 1. Reg. c. 2.

g ps. 46. 2. ps. 65. 1. ps. 80. 2. ps. 94. 1. 2.

h vers. 1.

i vers. 1. & sequent.

Iubilate Deo omnis terra.] In psalterio vetere & apud Augustinum, & Arnobium, *vniuersa*, Chaldaicè, *omnes habitatores terræ*, & alibi idem Augustinus [k], *iubilate Domino omnis terra.* De verbis יָרִיעוּ *hariehhu*, & ἀλαλάξατε dictum sæpius, & *ἀλαλαγμὸν τῶν νικώντων suam esse vincentium vocem.* In verbis istius versus, & sequentium obseruat Arguanus mystice gratiarum actionem pro beneficio redemptionis, & iustificationis, vt fiat cum mentis exultatione, carnis subiugatione, quam innuunt *iubilare, & psallere*: mentis directionem in Deum, cum dicitur, *iubilate in conspectu Regis Domini*: mandatorum obseruationem, ibi, flumina plaudent manu, &c. Præterea, vt Hugo notat, primo verbo exigitur laus Dei in corde, secundo & tertio in ore per *psallere*, & cithara: vt cum carnis mortificatione: & cum repetitur idem *cithara* nomen, vt in mortificatione carnis intenti & assidui simus per vocem psalmi, vt prædicatio fiat operationi coniuncta, per tubas dactiles: vt imitemur in dicto prædicationis modo Apostolos & martyres, quos tutudit malleus persecutionis: per vocem *tubæ corneæ*, vt etiam confessores, & doctores, qui in Spiritus fortitudine præter carnem vixerunt. Hoc vltimum placuit etiam Arguano, Rickelio, & alijs. Ait etiam Hugo *iubilare, cantare exultare, psallere* bis repetitum, videri quin que illa verba, quæ dicebat Paulus [l] velle se sensu suo in Ecclesia loqui: respondere autem illi dem totidem instrumenta hic posita, *citharam duplicem*, *tubam duplicem*, *simplicem vocem psalmi*: primam *citharam* esse ieiunium, secundam

Sensus mysticus.

l 1. Cor. 14. 19.

a hom. 10. in Euang.

b om. 4. in biblio. Patrum.

c lib. 3. c. 11.

Tropologia.

d 1. Reg. 3. 2. 3.

e Iob 21. 14.

Causa cur Iudæi plerique Christo non credant, & videre quod Gentiles cernunt.

f lib. de sensu.

pereuntium compassionem : *vbicem psalmi* opus misericordiæ, *tubas ductiles* prædicatorum statum in adversitate, vt sint *bene patientes in annunciando* [a]. *Vocem tubæ corneæ* statum eorundem in prosperitate, vt sint continentes, & à carne secreti, sicut cornu, ne forte cum aliis prædicauerint, reprobi efficiantur, nisi castigent corpus [b].

Cantate.] Hieronymus, & alicubi Augustinus [c], *vociferamini*, Alij *plaudite*, vel *aperte*, nempe *os ad cantandum, contenta, & sublata voce canite.* Hæc est vis verbi רנן *psalhu*, aut *erumpite in vocem lætam, emittite laudem cum fragore, vocem exultabundam personando edite, jungite vocem.* Vertit aliquando Hieronymus [d] *resonare* Incertum an cum contentione vocis modulatæ intelligatur fragor, strepitusque, aut plausus manibus factus, alióve instrumento, an sola contentio illa vocis, quam vocant *astam vocem*; quod verisimilius est. Eadem vis Chaldæi verbi נגן *baishu*, quod *personate*, & *plaudite*, transferunt. *Fractas ad littora voces* lego in Poëta [e], & *frementem æthera clamorem* [f], & *rumpens aliquem nauticum celeusma* in Martiali [g]. Sed hæc non satis exprimunt Hebræam phrasin : potius illa; cum *rumpere* quis *vocem* dicitur, aut *querelam*, & *rumpere hæc eadem imo pectore* [h]. Notatu digna distinctio canticorum quindecim, quæ respondeant quodammodo totidem psalmis, qui appellantur *cantica graduum.* Tradit eam Hugo, & cur cantare, ac exultare debeamus : *primum canticum* post exitum de mari rubro [i], docet conuenire liberationi nostræ à peccatis [k] *secundum*, propter nostrum perfectum [l] : *tertium* quia peracta sit pœnitentia [m] : *quartum* ob aliorum profectum atque strenuitatem [n] : *quintum*, quod prolem spiritualem procreauerimus [o] : *sextum* quando alij de peccatorum profundo liberati sunt [p] : *septimum*, si pax cum Deo [q] fiat : *octauum*, si superetur diabolus [r] : *nonum* de Saluatoris conceptione [s] : *decimum* de ortu gratiæ [t], quod est canticum Zachariæ, illud Mariæ : *undecimum* de vitæ æternæ promissione [u] : *duodecimum* de beneficiorum recordatione [x] : *decimumtertium*, de promissi adeptione, & visione, quod est canticum Simeonis [y] : *decimumquartum* de complexu sponsi, quod est canticum canticorum : *decimumquintum* nuptiale, qui est psalmus 44. Omisit canticum in Esaiæ cap. 26. possentque adhuc plura cantica, rationesve cantandi asserri, de quibus nonnihil etiam alibi prius diximus.

Et exultate.] Hieronymus & in speculo Augustinus [z], & *laudate*, significat רנו *ranenu*, *clamate fortiter*, siue ob *lætitiam*, siue *ob lucrum*, siue ob *præconium & laudem*, siue *ut precibus*, vt sæpe notauimus.

Et psallite.] Hieronymus, & citato loco Augustinus, & *canite*, vt lubricet eo in opere Augustinum vsum translatione psalterij Hieronymiana ex Hebræo, quæ in Sophronij gratiam confecta est.

Vers. 5.] Psallite Domino in cithara, in cithara, & voce psalmi.

Vers. 6.] in tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ.

Iubilate in conspectu regis Domini.

CElebritatem lætitiæ, inquit Gregorius [a], insinuare gestiens, instrumenta eius enumerat. Vult musica instrumenta voci humanæ cum harmonia contonare, & cum iubilationis voce intensiore coniungi dulciter sonum submissiorem : adhiberi quoque citharam, ac tubas ductiles, & corneas, atque in conspectu regis Domini iubilari, omnéque dictum genus musicæ edi, vt bellua triumphanti, regnumque post victoriam meunti aggratulatio & acclamatio fiat.

Psallite Domino in cithara.] In psalterio vetere ac Romano, & apud Cassiodorum, *psallite Deo nostro*, Apud Augustinum, *Domino Deo nostro*, Hieronymus, *cantate.* Dicunt זמר *zammer* magis propriè ad instrumenta referri; & *psallendi* verbum habitudinem dicit ad psalterij instrumentum, quamuis extendatur ad quodlibet aliud. De cithara Hebraicè כנור *chinor* alias actum est. Paraphrastes pluraliter vertit בכנרין *bechinnerinan citharis.*

In cithara & voce psalmi.] Hieronymus, & *voce carminis*, Alij, *in cantu musico*, aut *modulatione vocis.* Repetitio *citharæ* cum *voce psalmi*, ostendit quid *psallendi* verbo intellexerit, nempe cum organi sono vocis aptæ consonantiam, & vt citharæ vox psalmi adiungeretur ore humano pronunciata, sed submissius, & dulcius quam iubilatio : de qua versu 4. quæ contentius editur. Chaldæice *in citharis, & voce psalmorum*; vel iuxta translationem Nebiensis, *in citharis & voce fistulæ*, cum tamen sint voces omnino similes Hebræis. Ind cata iam ante tropologia, vt citharæ psalmus à Iubeatur, id est, voci opera, traditur ab Augustino non hic tantum, sed in quodam sermone [b], qui videri potest ex illo commentario deprompsus : vtroque namque in loco dissert de Iob. Docet qui cantat, & operatur, psallere in psalterio, & cithara : qui psallit in psalterio, diuina de cœlo verba canere : qui operatur manibus, humana opera perficere pié, ac iuste, vt opera misericordiæ propter Deum, *qui dilegit iustitiam datorem* [c], & sibi fructum deputat quod sit alijs [d] : Iob in tribulatione *duxit eam tubam* fuisse, vt esset tribulatio, tunsio, productio, profectus : bene, diligenter, suauiter, dulciter, fortiter sonuisse, cum dixit, *Dominus dedit* [e] &c. Item, *locutus* [f] *es quasi vna ex insipientibus mulieribus, si bona suscepimus* : talisque sono quemlibet dormientem excitari posse. *Inuitetur vniuersa terra*, diabolum, *contritum esse* [g]. Affert præterea exemplum Pauli, cui tunso per malleum angeli Satanæ, stimulique carnis, & oranti, vt auferretur, fabricator Deus respondit, velle se tundendo tubam perficere, & vt *in infirmitate virtus perficiatur* [h] : ac tubam quoque istam ductilem bene sonuisse, cum diceret, quando *infirmor, tunc potens sum* [i]. Sed quod attinet ad *citharam*, quæ pluribus constat chordis con-ordi-

a pl. 91. 15. 16.
b 1. Cor. 9. 27.
c in speculo tom. 3.
d Esa 44. 23.
e Virg. Aen. 3.
f 5. Aen.
g lib. 4. Epig. 66.
h Virg. sæpe. Diuisio canticorum quindecim quæ totidem psalmis respondeant.
i Exo. 15. 1.
k Num. 21. 17.
l Deut. 32. 1.
m Iud. 5. 2.
n 1. Reg. 2. 1.
o Psa 38. 2.
p cap. 13. 1.
q Iudic. vlt. 2.
r Luc. 1. 46.
s ibid. 68.
t Abac. 3. 2.
u Esa. 5. 1.
x Luc. 2. 29.
y tom. 3.
z Sophon. 3. 14.
a Sophon. 3. 14.
b Tropologia.
b Serm. 11. de tempore.
c 2. Cor. 9. 7.
d Matt. 25. 40.
e Iob 1. 21.
f cap. 2. 10.
g Ier. 50. 23.
h 2. Cor. 12. 9.
i vers. 10.

bus, quemadmodum & alia instrumenta, *sicut non potest esse cithara*, inquit putatus Hieronymus, *nec perfectus citharœdus, si quid tibi prodest, si sis castus, si sis largus in eleemosynis, & invidiosus sis? quid tibi prodest si sex chordas integras habueris, & decimam ruptam?* Mysticas alias citharæ acceptiones alibi prosecuti sumus. Attendit in eadem Greuus [a] hoc loco imam partem latam ac vento plenam, id est, sensualitatem, quæ incedit per *viam perditionis latam* [b], & *pascit ventum* [c]: partem, in qua sunt chordæ, nempe rationem cum virtutibus, & suprematn, videlicet synteresis: sonum sensualitatis bene sonare, ac psallere, cum subest rationi, hæcque synteresi, juxta illud [d], *Venter meus ad Moab quasi cithara sonabit*: bis hic repeti *citharam*, propter mortificationem concupiscentiæ, & curiositatis: *vocem psalmi* esse manifestationem sanctæ, & denotæ operationis. Euthymius, & Nicephorus in *cithara* factiuas virtutes: in *voce psalmi* contemplationem agnoscunt. Bis positam denique retuli *citharam* versu 4. ex Hugone, ob assiduum mortificationis studium. Aiguanus ait vt laudetur Deus mortificatione nostræ carnis atque pro Christi incarnatione & cruce. Valentia in his, & sequentibus considerat modos, quibus colatur Christus in Ecclesia, iubilo interioris gaudij pro nostra liberatione: vocis expressione confitendo beneficia: cum *cithara* fidei Trinitatis, spei, & charitatis, & chordarum decem præceptorum; cum *tubis ductilibus* prædicationis Euangelicæ, quæ purgata est à ceremoniis legis veteris per ignem, & malleum passionis Christi, atque martyrum: cum *voce tubæ corneæ* pastoralis, siue prælatorum.

Mystica acceptiones.

a serm. 205.

b Matt. 7. 13.

c Oseæ 12. 1.

d Isa. 16. 11.

In tubis ductilibus.] Hieronymus absolutè, *in tubis*. Alij, *in tubis clasticis*, vel *in buccinis*, vel, *sonatæ taratantaræ*. Additum est epithetum *ductilium*, & ἐλατῶν: cum sit simplex Hebræum nomen חֲצֹצְרוֹת *chatsotserotis* onomatopœicum, sicut *taratantara* significans *tubas ex quovis metallo*. Idem epithetum additur in libro Numerorum [e], vbi agitur de *tubis argenteis*, ex qua sola materia malè quidam significari *tubas* putant dicto nomine. Iosephus quidem [f], Suidásque [g] post illum, auctorem Mosem facit buccinæ ex argento, quam Hebræi vocarent *ἀσώρα*, hoc est, vt prius dixi חֲצוֹצְרַת כֶּסֶף *hatsotseroth kesef*, cuius quoque formam describit, & vsum: sed nbn ait ex nulla alia materia metallica factam fuisse, fierive potuisse. Distinguit explicátque Serarius noster [h] non indiligenter tubarum genera ratione formæ, materiæ, vtus hominum illas inflantium, vel qui adnuerunt: postremò ratione soni. Hoc loco Arnobius tubis istis docet belli victoriam declarari. De bellicis tubis mentio est in libro Numerorum [i], cum scilicet exeundum erat contra hostes, & in priore ad Corinthios epistola [k]. Possent etiam eædem cerni inter festiuas, & sacras, de quibus tam crebra mentio [l]: idemque valet *memoriale ac tuba vociferationis* [m]: denique festum quoddam erat, cui nomen à tubis, vt alias quoque docui.

e cap. 10. 2.

f 3. antiq. c. 12. vel 13.

g verbo *ἀσώρα*.

h in Iosue c. 6. q. 4.

i cap. 10. 9.

k cap. 14. 8.

l Num. 10. 10. pl. 40. 6. pl. 80. 4. 1. Esdr. 3. 10. Ezech. 33. 3. Deuter. 16. 12. 2. Nehem. 8. 10. Iosue 6. 5. 1. Macab. 13. 8. 15. 14. lib. 2. 13. 12. 14. c. 7. 26. c. 29. 2. Esdr. 20. 2. Macab. 12. 27. Mach. 4. 40.

m Leuit. 23. 24. c. 25. 9. *Mystica significatio Græcarum.*

A

tuba cornea ex animalium cornibus efficitur.

Et voce tubæ corneæ.] Hieronymus, *& clangore buccinæ*. Hic etiam adiectum est epithetum *corneæ*, & κερατίνης ad שׁוֹפָר *sciophar* quod propriè significat *corneam tubam*. Cornu recuruum, quod tubæ modo inflatur, Latini proprie *buccinam* vocant, & *buccam*, cui voci secundum sonum similis est βυκάνη, & βουκανᾶν, licèt non solam *corneam tubam* significet. Erat hæc tuba vel ex cornu bouino, quod ait Diodorus κέρατα βοείους εὐθυνόντες, *cornibus bouinis buccinare*: vel ex arietino: quo pacto Gedeonis milites Iosephus [a] in manibus habuisse scribit κριοῦ κέρατα *arietis cornu*: vel aliorum animalium cornibus,

B

vt hircorum agrestium, Vegetio teste [b]. Nomen *cornu* quandoque simpliciter pro *cornea tuba* vsurpatur, vt à Varrone [c], Virgilio [d], Ouidio [e], Horatio [f], Persio [g], Tacito [h], Propertio [i], Lucretio [k], Liuio [l], aliis. Sic etiam loquuntur Græci, vt cum prodit Athenæus [m], τυρρηνῶν εὑρήμα fuisse κέρατα καὶ σαλπίγγας, *Tyrrhenorum inuentionem cornua, & tubas*. Inde *cornicines*, sicut & *tubicines* à tuba, quorum altero quandonam vterentur veteres, consulendus Vegetius [n], & cum Alexandro Neapolitano Tiraquellus [o]. Sed & Syriacè in priore ad Thessalonicenses epistola [p] vocatur קַרְנָא *karna*, quæ *tuba*, & σαλπιγξ à קֶרֶן *keren*, *cornu*. Idem Serarius [q], quem prius nominaui, persuadet mihi probabiliorem esse sententiam, Iosue *tubas*, quarum clangore Ierichuntem euertit, *corneas* fuisse, ac ex arietino cornu constitisse: sicut quibus Iobelæus indicebatur. Hieronymus [r] *buccinam* docet esse pastoralem, cornúque recuruo effici, &

C

propriè Hebraicè שׁוֹפָר *sciophar* dici, Græcè κερατίνην: *tubam* de ære effici vel argento, qua in bellis, & in solemnitatibus Hebræi concrepabant. Legendus etiam Valtrinus noster [s], & Lipsius [t]. Ad ea, quæ supra mysticè attuli de *tuba cornea*, Origenes [u] ista tuba canere illum dicit, qui de cœlestibus loquitur, qui de spiritualibus disserit, qui mysteria regni cœlorum reuelat. Ambrosius [x] merito *tubam corneam* dici virtutem sermonis mirabilem scribit, quæ bonos Christi milites accendit ad prælium, vt de hoste diabolo manubias reportemus. Mirabile fuit profecto cornibus & cornicinibus vti Deum voluisse ad indicendum annum Iobelæum, & remissionis, atque ad deiciendam idololatriam. Parnum cornua ista fundit animal, vilis opilio suppeditat, humilis cauat, perforat, aptat artifex. Stulta mundi elegit Deus, infirma, ignobilia, contemptibilia, ea quæ non sunt, *stultitiam prædicationis* [y], velut etiam *asinum mandibulam* [z]. Superbia item cum suis turribus, auaritia scilicet, inuidia, atque luxuria, simul cum populis, id est, concupiscentiis malis, assidua, inquit Augustinus [a], Sacerdotum prædicatione oportet vt destruatur, atque dilpereat; & illi *vt tuba exaltent vocem, nec clamare cessent, annunciando scelera* [b]; tuba verò sua penetrent aures peccatorum, cor concutiant, non delectent cantu, sed castigent auditu, & strenuos quoque hortentur in bonis, & remissos terreant pro dictis eius. Origenes Euangelistarum, & aliorum Apostolorum scripta *tubas* nominat, quibus omnes idololatriæ machinæ, & philosophorum dogmata euertuntur, atque fundamenta deiciantur. Docet etiam [d] Spiritu *tubarum* illarum præfiguratam tubam iudicij vniuersalis [e], qua mundus

a lib. 5. c. 8.

b lib. 3 c. 3.

c lib. 4. de lingua lat.

d 8. Aeneid.

e 4. Fast. & 11. Metam. Sat. 6.

f Satyr. 1. & 3.

g Satyr. 1.

h lib. 2.

i lib. 4. Eleg. vlt.

k lib. 2.

l lib. 2. 9. 30.

m lib. 4.

n lib. 2. c. 22.

o lib. 1. c. 2.

p cap. 4. 16.

q in Iosue ex. c. 9. 4.

r in Oseæ c. 5.

s 1. de re milit. c. 4. *Mystica acceptiones.*

t 4. de milit. Rom. dial. 1. c. & lib. 5. dia. 9.

u homil. in illud in nubibus cede beneficio Patriarch. c. 1.

y 1. Cor. 1. 16.

z Iudic. 15. 15.

a ser. 200. de tempore.

b Isai. 58. 1.

c homil. 7. in Iosue.

d homil. 6. in Theophan. 1. Cor. 15. 52.

cornuet, erítque clangor iustis lætus, lugubris iniustis. Egregiè ludens Augustinus in vocabulis, iubet vt *nos tuba cornea erigat aduersus diabolum, non tuba carnea aduersus fratres nostros.* Mosis cornuta facies [a], & quod emineant in animalis capite cornua, gratiam denotant contemplationis, quæ de ratione simul oritur, & simul rationem excedit, facitque vt homo *leuet se super se* [b]. Sed præcedat oportet, vel adiungatur *tuba ductilis* affectionis attritæ per compunctionem, & rationis extensæ per meditationem, inquit Greuens [c]. Qui dicitur Hieronymus notat in *cornea tuba* virtutem, in *ductili argentea*, verbum Dei.

Iubilate in conspectu regis Domini.] Hieronymus, (*coram rege Domino*) In Romano psalterio, & apud Gregorium [d], (*in conspectu regis, Domino*) quo item pacto restituendum est in emendatis Græcis, ἐνώπιον τοῦ βασιλέως κυρίου. Si de rege simplici homine exponatur, sensus est, vt perstrepant ante triumphantem tubæ, sed *Domino*, hoc est ita vt præcipuus honor, gloriáque deferatur Domino Deo. Si de Christo, idem dici potest spectando illum, vt homo est. Sed simplicior expositio, iuxta communem editionem est de Deo, qui rex, ac Dominus est, vel etiam de Christo, cui eadem conueniunt, cùm sit homo, & Deus. Iubilatio autem fieri præcipitur *in conspectu regis Domini* tum hoc tempore, propter aduentum primum, & repræsentando secundum tanquam præsentem: tum in futuro, quando reipsa veniet rex, ac Dominus iudicaturus mundum. Hic præcipuè locus, vbi sit iubilandum, vbi cantandum, vbi exultandum, vbi psallendum, vbi in psalmo citharizandum, vbi in cithara psalmizandum, vbi iubilandum in *tubis ductilibus*, & *cornets*, inquit Cassiodorus, scilicet *in conspectu regis Domini*, quando in illa iudicatione iusti præmia promissa recipient: per has enim varietates significatur diuersis sanctis operibus, diuersis donis in conspectu Domini esse gaudendum. Siue ista hîc dicit sic esse facienda, vt semper ad eum mentis dirigatur intentio. Excitant quoque verba ista studium, attentionem, deuotionem iubilantium, psallentium, cantantium, cùm nempe se meminerint *in conspectu regis Domini* facere. Sic verò alibi admonebat Dauid [e], *quoniam rex omnis terræ Deus, psallite sapienter*: & ipsemet excitabat seipsum, cogitans, quod *in conspectu angelorum psalleret* [f], & Paulus [g] in Ecclesia præcipiebat *mulieres habere potestatem* (velum) *super caput, propter angelos.* Hi ipsi sunt, *qui iubilant Domino* [h] in cœlo, cuius *vident faciem semper* [i] & *astant ante ipsum* [k]. Magna indicitur nobis probitatis necessitas, cum ante oculos versamur iudicis cuncta cernentis [l], & qui *Regem in decore suo videt, oculi eius cernunt terram de longe* [m], id est, res aut homines terrenos. Quod est, inquit Hugo, contra vanè gloriantes, qui à mulierculis laudari appetunt, quando cantant in Ecclesia, & non à rege Domino.

Non proponis irreligiosus *Deum ante conspectum tuum* [n], & *non venit in conspectu Dei omnis hypocrita* [o]. Verum de fructu diuinæ præsentiæ actum alibi.

[a] Exo. 34. 29. 30.
[b] Thren 3. 28.
[c] Ser. 205.
[d] in 1. Reg. c. 2.
[e] psal. 46. 8.
[f] psal. 137. 1.
[g] 1. Cor. 11. 10.
[h] Iob 38. 7.
[i] Matt. 18. 10.
[k] Tob. 12. 15.
[l] Boet. de cõsolat.
[m] Esa. 33. 17.
[n] psal. 53. 5.
[o] Iob 15. 16.

Verſ. 7.] Moueatur mare, & plenitudo eius, orbis terrarum, & qui habitant in eo.

Verſ. 8.] Flumina plaudent manu, simul montes exultabunt.

NOn contentus cantu humanæ vocis, pulsúque musicorum instrumentorum, accersit etiam res inanimas per prosopopœiam, mare, terram, flumina, montes, cum omnibus, quæ in illis continentur, vt Dei celebrent laudes, & collætentur, quoniam & ipsa liberabuntur à seruitute corruptionis, in qua ingemiscunt [a], per aduentum Christi præsertim secundum. Vel vim tantam & efficaciam laudationis humanæ vult esse, vt quod fabulati sunt poëtæ, concentu suo saxa, montes, res alias quaslibet sensu carentes commouere possit. Vel figuratè ad lætitiam inuitantur maritimarum incolæ regionum, habitatores mediterraneorum orbis locorum, & fluminum, & montium, qui subduntur dominanti Deo, & Christo *à mari vsque ad mare, & a flumine vsque ad terminos orbis terrarum* [b]. Vel inuitantur sub figura etiam tum peccatores, & mundani ad pœnitentiam, velut mare amari, & vt orbis terrarum terreni; tum iusti omnes bonis operibus manantes, tanquam flumina: tum intelligentiores sancti, montibus similes. Vel prædicuntur persecutiones aduersus Ecclesiam, & fideles Domino alioqui iubilantes, saltem per mare cum plenitudine, per orbem terrarum cum habitantibus in eo. Præcessit huic affinis in psalmo nonagesimoquinto [c] sententia. Gregorius [d] ait à quantis hæc gaudiorum solemnitas sit agenda hîc exponi.

Moueatur mare, & plenitudo eius.] Hieronymus, *tonet mare*, sicut & psalmo 95. [e] vnde quæ huc faciunt petenda. Vtrobique etiam vetus psalterium, & quidam alij, (*commoueatur.*) Prostratos Iericho muros tubarum sonore, populique clamore præ se fert Augustinus [f], Hieronymus [g], Ambrosius [h], Origenes [i]. Sed non sola tubarum, clamorisque vi factum id aiunt. Nec potuit naturaliter fieri, licèt non parua sit in sono campanarum, bombardarum maiorum, ventorũ, fulminum, siue tonitruorum facultas. Imitatur Scriptura ipsa sacra, vel vsurpat poëticam exaggerationem, vt cùm voce *diuina moueri terram iussit* [k] *à sonitu equitum, & rotarum, & currium moueri muros* [l]. De concussis mœniis Iericho Seratium nostrum consule [m].

Orbis terrarum, & qui habitant in eo.] Psalterium Romanum, & *vniuersi*, Vetus, & *omnes inhabitantes*. Hieronymus, & *habitatores eius*, Symmachus ἠχείτω ἡ θάλασσα καὶ πλήρωμα αὐτῆς, ἡ οἰκουμένη, καὶ οἱ κατοικοῦντες ἐπ' αὐτῆς. *resonet mare cum plenitudine sua, orbis terrarum, & habitantes in eo.* In aliquibus Bibliis ex editione Lxx. est πάντες *omnes*, vt in Complutensibus, Regiis. Tropologia Hugonis frigida, vt orbis terrarum ob circularem figuram perfectus denotet diuersis habitantes in terris: & *habitare* dicantur, non solùm intrare, vt nonnulli, qui cito resiliunt à circulo, & claustro perfectionis.

Flumina plaudent manu simul.] Chaldaicè, *manibus*, in plurali, & in psalterio vetere, atque apud Augustinum: & legunt, *in idipsum*, sicut &

[a] Rom. 8. 22.
[b] psal. 71. 8.
[c] vers. 11. 12.
[d] in 1. Reg. c. 2.
[e] vers. 11.
[f] serm. 10. de tempore. [g] Hieron. ep. ad Algas. [h] Ambr. ep. 10. de fide c. 1. [i] homil. 6. & 7. in Iosue.
[k] psal. 45. 7.
[l] Ezech. 26. 10. [m] in Iosue 6. q. 22.
Tropologia.

Gregorius [a], nec non Romanum psaltetium, & Cassiodorus, qui legit etiam, *manibus*. Non vna manu fieri plausus propriè potest, seu complosio. Itaque collectiuè pro vtraque sumitur singulare *manus* nomen. Eadem formula Esaias [b] plausum ligni syluarum tribuit, ad exprimendam lætitiæ magnitudinem: *quia in lætitia egrediemini, & in pace deducemini: montes, & colles cantabunt coram vobis laudem, & omnia ligna regionis plaudent manu.* Columbam quoque *alis plaudentem* Virgilius [c] facit, & *pedibus plaudere choreas* vsurpat [d]. Statius [e] etiam *natatu plaudere aquas.* Ac ferè eo verbo lætitia & congratulatio declaratur, sicut psalmo 46. [f] vidimus: *Omnes gentes plaudite manibus*: creatóque rege Ioas plaudens populus conclamauit, *Viuat rex!* Item apud Ezechielem [h] *plausus manus* cum pedis *percussione*, coniungitur gaudio ex toto affectu. Nihilominus idem Propheta [i] eam phrasim, seu *percussionis manus ad manum*, & *complosionis* adhibet ad signum dolotis, planctus, stuporis, iræ, & Ieremias [k], vt declaretur gaudium insultantis, quo etiã sensu Nahum [l] *manuum* vsurpat *compressionem*, quam pro *percussione* clarius significat verbum Hebræum תקע *thakahò*. Chrysostomus [m] quoque docet plausum quemdam esse militum ad hostes perterrendos. Quando miratur quis, dolétve, aut incutit terrorem, ferè semel dumtaxat percutit manus, & complodit, sed cum impetu: cùm lætatur, frequentius, & blandius. Notum est illud Comœdiarum, *plaudite, applaudite, plausum date*, qui & *crepitus manuum* vocatur. Sed quod attinet ad *flumina*, *fluviósque*, humanam his formam antiqui dabant, vel cornigeros, aut tauriformes ταυρομόρφους, ταυροπρόσωπους pingebant; vt Virgilius [n], Valerius Flaccus [o], Martialis [p], Horatius [q], Ouidius [r], Euripides [s], Statius [t], Claudianus [u], meminítque Ælianus [x], Pierius [y], Turnebus [z]. Causam duplicem Scholiastes [a] Sophoclis dat, vel quod mugitum edere videantur (vnde & taurum epithetum vt *sonori* dicantur) vel quia terram, vt boues proscindere. Prior causa est etiam Aristotelis [b]. Festus addit terniam, quia ferociunt, vt tauri. Alij quartam, quod flexuosi eorum lapsus cornua referant. Quin verò etiam planctus leuis sonum Seneca [c], & Lucanus [d], vndis tribuerunt. Attius latratum, crepitum, clangorem, cachinnum.

> *Ac vbi ait vltimus curuo litore latrans*
> *Vnda sub vndis labunda sonat,*
> *Simul & circum magni-sonantibus*
> *Excutit faucis, fauis sonando:*
> *Crepitu clangente cachinnat.*

Iuuant hæc ad percipiendum fluminũ plausum, præterea quod iucundo murmure fluere dicuntur, & his alia similia. Fluminibus potius quàm mari tribuitur hæc dicendi formula, quia videntur maris quasi brachia, vel digiti manuum eius. Habet similitudinem cum hoc locus Abacuc [e]. *Altitudo manus suæ leuauit*, quod est etiam gratulantis & laudantis. etsi alij explicent, quod lordanis ripæ ese exulerunt: ripis namque tanquã brachiis, aut manibus terras flumina contrectant, & complectuntur. Vulgò etiam appellamus *maris* aut *fluuij brachium*, & in alio psalmo [f], *mare spatiosum manibus* vocatur. Credibus Hieronymus reprehendens Iudæos, qui secundùm literam intelligunt, cum sit certum flumina manus propriè nõ habere, sicut nec voces, ventrem, pedes, membra cætera (contrariũ extremæ amentiæ affirmat esse Chrysostomus [g]) mysticè interpretatur Sanctos, qui de fonte Christi currant, & bibant, alios riuulos esse, vel torrentes: *plausum manuum* esse concordiam illorum, qui opere laudent Christum dicentem [h], *qui sitit veniat ad me, & bibat, & flumina de ventre eius fluent.* Consentunt ferè cæteri. & Augustinus a te, cùm fiunt persecutiones, quasi commoto mari, flumina, id est, sanctos in Domino plaudere operibus, & gaudere. Procopius [i] vt per *mare* impios; ita sanctos designari docet per *fluuios, dulcésq, ac sedatas aquas.* Cyrillus Alexandrinus [k] idem sentit de mysticis fluminibus sanctorũ qui doctrina, & vita rigent alios. Alij fideles omnes accipiunt aquis baptismatis regenerato, & tuis gratiæ plenos. Qui particulam, *simul*, nectunt isti membro, quod plures faciunt, volunt concordiam denotare, vnitatemque fidei & charitatis. Hugo etiam addit interpretans *flumina* de doctoribus, vt hi deuitent singulares, ac nouas opiniones, vt quemadmodum non deserit flumen antiquum alueum, sic doctores non relinquant semitam antiquorum, & pro amico nouo antiquum [l], *Stultus homo plaudet manu cum spopondent pro amico suo* [m], hoc est, qui alios docendi, & regendi munus ambit, spontèque arripit cum gaudio.

Montes exultabunt.] Hieronymus, *simul laudabunt.* Nam particulam *simul* coniungit isti mẽbro, sicut postea fecerunt Massoretæ, seu Thalmudici. Quod ad sensum non refert. Lætitia imperata est monti Sion in psalmo 47. [n] & exultasse dicuntur psalmo 113. [o] cum collibus, sicut arietes cum agnis. Sunt hi habitatores montium: mysticè sublimes virtute, contemplatione, auctoritate. De iisdem montibus collibúsque prædixit Esaias [p] fore vt cantarent laudem. De notione verò mystica egimus etiam alibi. Non valde ad rem est quod Arnobius aduertit, ex viscéribus montium fontes egredi, qui faciunt flumina, nisi trahas id ad mysticum sensum, vt & quòd horum *capita pulsare cœlos*, aut, *illorum habitatores cœlo vicinos esse.*

Vers. 9.] A conspectu Domini, quoniam venit iudicare terram.

Iudicabit orbem terrarum in iustitia, & populos in æquitate.

CAusa tantæ, tótque modis declaratæ lætitiæ, quæ ab vniuersitate nõ hominum dumtaxat exigitur, sed cæterarum creaturarum, aduentus, & præsentia iudicis est, qui iuste moderetur, & homines omnes regat. & dum in mortali vita degunt, & cum transierint ad alteram cum summa æquitate, & iustitia, ita vt cuiuis reddat secundùm opera sua: liberet hic quantum expedit innocentes ab iniquis oppressoribus tandem verò in extremo iudicio tum priuato, tum generali, seu publico debita præmia, suppliciáve singulis decernat. Eusebius [q] admonet de vtroque Christi aduentu intelligi hunc locum posse. Eadem ferè sententia in psalmo 95. [r] huic, & vtrique consentanea illa est apud Esaiam [s]. *Et iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ.*

A conspectu Domini.] Hieronymus, *ante Dominum.* Alij, *coram Domino* vel, *propter Dominum.*

vel, *facie bus Domini*. In psalterio vetere, & apud Augustinum, *à facie Domini*, in Romano psalterio, & apud Cassiodorum, *ante faciem Domini*. In emendatis Græcis omittitur Κυρίου ἀπὸ προσώπου κυρίου, *à conspectu Domini*, nec sunt in Æthiopico psalterio: & non satis constat ex Enarratoribus Græcis, an legerint, licèt Apollinarius exprimat,

Ὄρια πορεύθητε θεία κατέναντι πρόσωπον.
Montes exultent diuinam ante faciem.

Hebræum לִפְנֵי *liphne* significat *coram facie*, ante *faciem*, *in conspectu*, *ante conspectum*: præpositio autem אֶת innuit causam; sed parum refert exultationem dicere *ante faciem Domini*, vel propter illam. *Adimpicbis me lætitia cum vultu tuo*, inquit alibi Dauid [a].

a pſ.15.vlt.

Quoniam venit iudicare terram.] In bibliis Græcis, & Complutensibus bis ponitur in præsenti, *venit*, duobus verbis, ὅτι ἔρχεται, ὅτι ἔρχεται, In psalterio Romano, & apud Cassiodorum, *quoniam venit*, *quoniam veniet*: in psalterio vetere, & apud Augustinum, *quoniam veniet* Hebraicè est tantùm semel בָּא *ba venit* in prætetito. & ita Hieronymus, aliique vertunt. Fortassis ex psalmo 95. [b] repetitio sumpta est, vbi Græcè bis ponitur ἔρχεται, sicut Hebraicè בָּא *ba*; quod ibi dicebamus à multis exponi de duplici aduentu Christi. Vtrum duplicem aduentum clarius innuit lectio, quæ habet, *venit*, *& venet*. Sed de eodem aduentu etiam tantùm primo, rectè repetitur, ad certitudinem, & confirmationem veritatis, & ad augendam magis lætitiam. Allegoricè terram de terrenis improbis exponit Hugo, qui iudicentur, & condemnentur, montes de sanctis, qui iudicabunt cum Christo, quemadmodum in sequenti membro, *orbem terrarum* de primis, *populos* de omnibus fidelibus vtpote non terrenis, sed rationalibus, rationeque bene vtentibus.

b verſ.13.

Allegoria.

Iudicabit orbem terrarum in iustitia, & populos in æquitate.] Non refert quod Hieronymus, *orbem*, dumtaxat ponit, alia psalteria, *terra*. Eadem sententia fuit in psalmo 95.[a] nisi quod ibi est, *terra*, & pro, *in æquitate*, habetur, *in veritate sua*. Æquitas respondet Græco nomini εὐθύτης, & Hebraico plurali מֵישָׁרִים *mesciarim*, de quibus alias actum. Euthymius monet idem esse *veritatem*, atque *rectitudinem*, vt quisquis verax est, sit rectus, & vicissim. Apollinarius *rectitudinem* constitere dicit in hoc, vt habeat iudex τὴν λόγων ἀκλινῆ linguam inflexibilem, & stabilem, id est, sententiam, quæ corrumpi, aut mutari non possit. Diximus alibi præterea, quo pacto spectetur in pœnis etiam damnatorum cum Dei iustitia misericordia, quod hoc obseruat loco Aiguanus. Accommodatitiè ludit Hugo in orbis vocabulo, vt significet eos, quos mundus orbatos oculis in orbem ducit, sicut Samson [b], & *quorum anima vorabitur* [c]. Item iudicandum ait, & damnandum orbem terrarum, id est, aduocatos, & litigatores pro iuris astutia, & populos in æquitate, hoc est, rationales theologos, & Sacerdotes pro æquanimitate, nimiáque tolerantia malorum. Caietanus notat in iudicio merita iuris non fore consanguinitatem, nobilitatem, diuitias & huiusmodi, sed rectitudines, ac proinde etiam obliquitates. Tandem Augustinus admonet, vt qui orat aduentum regni [d], & regis, ac iudicis, corrigat se, vt non oret contra se: gaudere, & lætari tantùm de aduentu iustos. Adde *væ desiderantibus diem Domini* [e], si videlicet improbi sint, & impœnitentes.

a verſ.13.

Secus accommodatitiè.

b Iudi.16.21. c 2.Re 25.29.

d Matt. 6.10.

e Amos 5.18.

PSALMVS NONAGESIMVS OCTAVVS.

1 Psalmus ipsi Dauid.

DOminus regnauit, irascantur populi: qui sedet super Cherubim, moueatur terra.

2 Dominus in Sion magnus: & excelsus super omnes populos.

3 Confiteantur nomini tuo magno: quoniam terribile, & sanctum est: 4 & honor regis iudicium diligit.

Tu parasti directiones: iudicium & iustitiam in Iacob tu fecisti.

5 Exaltate Dominum Deum nostrum, & adorate scabellum pedum eius: quoniam sanctum est.

6 Moyses, & Aaron in sacerdotibus eius: & Samuel inter eos, qui inuocant nomẽ eius.

Inuocabant Dominum, & ipse exaudiebat eos: 7 in columna nubis loquebatur ad eos.

Custodiebant testimonia eius, & præceptum quod dedit illis.

8 Domine Deus noster tu exaudiebas eos: Deus tu propitius fuisti eis, & vlciscens in omnes adinuentiones eorum.

9 Exaltate Dominum Deum nostrum, & adorate in monte sancto eius: quoniam sanctus Dominus Deus noster.

Titulus & Argumentum.

Vers. 1.] Psalmus ipsi Dauid.

Dominus regnauit, iraſcantur populi, qui ſedet ſuper Cherubim, moueatur terra.

ON eſt hærendum in titulo, qui nihil continet præter pſalmi, Dauidiſque nomina, quorum tamen etiam poſterius non extat Hebraicè. Vnde non propterea ſequitur à Dauid pſalmum factum non eſſe, ſed à Moſe, vt alias notaui. Immò de Moſe ſermo habetur, tamquam de homine, qui diu antea præceſſerit. Nec magis verum, quod pſeudo Philo [a] ſcribit, & Iacobus Faber videtur approbare, in deſerto compoſitum pſalmum ab Aſapho, qui de Samuele in eo propheraverit. Argumentum fere idem, quod priorum duorum, & vſurpatur in officio diuino Apoſtolorum, & dedicationis. Nam ſenſu myſtico ſaltem, de Chriſti regno agit hic pſalmus, iubens vt per reſurrectionem, ac exaltationem regi iam declarato, cuius quoque regni forma deſcribitur, adoratio, veneratióque deferatur. Typus ipſius regni, & Eccleſiæ, Synagoga fuit, præſertim Dauidis tempore, quo arca Domini collocata eſt, atque culta religioſiùs in Sion poſt deuictos Iebuſæos, & imitati Hebræi, ad id faciendum, exemplo Moſis, Aaron, Samuelis. Quemadmodum verò arcam Deus in ipſis Cherubin inſidens, tamquam ſcabellum habere videbatur, ſic Chriſtus, vt Deus, humanitatem, quæ propterea, velut arca, meretur veneretionem, & vt ad Chriſtum, ſicut ad propitiatorium, verúmque propitiatorem, recurramus. Theodoretus, & Baſilius alium aſſignant typum, reditus de captiuitate Babylonica, cum populus Hebræus tunc regni formam denuò recuperauit, & ideirco quodammodo recepit ipſemet Deus regnum ſuum. Simul autem volunt prædici cum aduentu Chriſti Hebræorum incredulitatem. Quem priorem dixi typum Dauidis, & arcę, Lyranus, & Aiguanus literalem dicũt ſenſum eſſe, ſubóque illo de Chriſti regno hic agi. Treuetus, & Caietanus, nulla de Chriſto mentione facta, liberationem de captiuitate Ægyptiaca tractari volunt, ad quam reuocari poſſunt victoriæ de aliis hoſtibus, vſquequò peruenirent populus ad promiſſam terram, nec non & poſtea vſque ad ætatem Dauid. Sed ſubintelligendus eo modo ibi Chriſtus, quo in alia captiuitate. Fauent Hebræi, quatenus de ſuo Meſſia interpretãtur pſalmum debellaturo Gog. & Magog, pacatúmque populo ſuo Hebræo regnum tradituro per totum mundum. Quos Lyranus, & Aiguanus confutant. Rectè item Rickelius, qui de Chriſto plane taceant, ſuperficialiores nominat, non ſolùm ſanctis catholicíſque doctoribus, verum etiam dictis Hebræorum doctoribus. Tamen, vt literaliter exponatur de typo, ſeu figura vna ex indicatis, quid obſtet non video. Athanaſius [b] numerat iſtum pſalmum inter illos, qui de Domino gloriantur, & ſingula Chriſti continent virtute paſſionis ſuæ in nos collata beneficia. Recitat Iuſtinus [d] pſalmum integrum contra Tryphonem, contendens, Chriſto ſoli conuenire, quódque per eum ſaluentur quotquot etiam ex gentibus Iudæorum ſaluantur.

Dominus regnauit, &c.] Orditur à prædicatione ampliſſimi, potentiſſimique dominij, & regni Dei, qui vicerit, atque ſtrauerit hoſtes, quantumuis iraſcantur, indignentur, fremant, tumultuentur illi, & exteræ, barbaræque aliæ nationes, nihil vnquam contra ipſius profuturæ potentiam, & voluntatem. Hunc, inquam, affirmat Deum regnum ſuſcepiſſe, ſeſéque pro rege geſſiſſe, ac re, factóque declaraſſe, qui in arca videtur ſedere ſuper Cherubin tanquam in peculiari throno ſuo, vt agnoſcatur omnium angelicorũ ordinum, ac proinde multò magis hominum dominus: licèt homines, aut etiam qui circa terram verſantur, cacodæmones, omnia turbare, & commiſcere connitantur, nihil machinationibus proficientes. Præſtaret homines in hoc eis conceſſo pœnitendi ſpatio, vim potentiæ diuinæ agnoſcentes, ſibimetipſis iraſci, atque ſalubri timore commoueri, quod tamdiu, tánto Domino animis adeo obſtinatis reſiſtere non dubitauerint. In præcedentibus pſalmis tribus hortatus eſt Propheta, vt Dei, & Chriſti regnum omni exciperetur lætitiæ genere. Vtrumque accidit, vt exultantibus fidelibus de regno, & rege iſto perduelles, ac rebelles commouerentur, negarent obſequium, omni ratione, opéque obſiſterent. Simile pſalmi ſecundi exordium. *Quare fremuerunt gentes &c.*

Dominus regnauit, iraſcantur populi.] Vertunt alij præteriti temporis verbum primum in tempus præſens, & pro ſequenti Hieronymus reddit, *commoueantur*, quidam *contremiſcant, turbentur, expaueſcant*, nonnulli, *Dominus regnat, & populos conturbat.* Significat רגז *commoueri* non *pauore tantùm*, ſed etiam *ira*. Futurum tempus imperatiui loco poni ſolet: imperatiuus verò permiſſionem denotat, vt quamuis iraſcantur, nihilominus regnet Dominus. De aduerſariis Hebræorum in Ægypto, & deinceps, aut de illis, qui Dauidi reſtiterunt, cum in regem inunctus eſt, ac poſtea, aut de perſecutoribus populi etiam poſt reditum de Babylone, declarant hi, quos in argumento indicaui. Irenæus [a] hoc vtitur loco, vt probet partim eam, quæ poſt Chriſti aſcenſionem facta eſt ſuper eos, qui in eum crediderunt, iram ab omnibus populis, & motum vniuerſæ terræ aduerſus Eccleſiam, prædictum fuiſſe, partim quod veniente eo de cœlis cum angelis virtutis eius commouebitur vniuerſa terra, quemadmodum ipſemet Chriſtus [b] prædixit de terræmotu magno, *qualis non eſt factus ab initio.* Euthymius applicat ad perturbationem Herodis, totiúsque Ieruſalem cum ipſo, quando eſt allatus à Magis de nato Chriſto nuncius [c], & hoc præuiſum, prædictúmque eſt à Dauide verbis iſtis. Hugoni videtur idem placere, qui obſeruat iiſdem verbis incipere alios duos pſalmos 92 & 97. ac primo innui exultationem de cõfirmatione regni Chriſti; ſecundo de dilatatione; iſto de auctoritate, atque poteſtate, quæ ſit adeo firma, vt cunctorum furor hominum infirmare, aut impedire illam non valeat. Rationem aliam dat creditus Hieronymus, dicens videri ordine inuerſo diſpoſitos, tamen dici in primo quod regnans Dominus induit decorem ſanctis, veluti veſtitus veteris teſtamenti: in ſecundo poni exultationem terræ, quia populi omnes acceſſerunt ad fidem: in hoc noſtro ſermonem eſſe de infidelibus tum ex Iudæis, tum ex Gentilibus, qui nolunt eum regnare ſuper ipſos [d], ſed Spiritus ſanctus dicit illis eitibus malis, velitis nolitis, Dominus regnauit. Lege dicta ad principium pſalmi 92. Satis com-

[a] lib. antiqui. Bibliarum.

[a] Argumentum.

[b] ad Marcell.

[d] in Trypho.

[a] lib. 4. c. 66.

[b] Mat. 24. 21.

[c] cap. 2. 2.

[d] Luc. 19. 27.

munis

munis expositio de furente persecutore contra Christianos, & qui Domino irasceretur pro idolo suo, vt loquitur Augustinus, & de quodam sarcasmo, quo rideantur irascentium, atque furentium conatus varij, aut insultetur indignationi eorum. Tale illud,

a Virg. Bucol. 7.

a *Invidia rumpantur vt ilia Codro.*

Et alterius poëtæ, qui toties inculcat *rumpi invidia.*

b Martial. lib. 9. epigr. 99. Deo in suos regnante irascuntur mali.

b *Rumpatur quisquis rumpitur invidia.*

Sic fit, vt cum regnat in bonis Deus, ait Hugo, irascantur mali, quemadmodum ædificato altari sub Machabæis, vt erat prius, *gentes in circuitu iratæ sunt valde* c. Idem ille dictus Hieronymus exclamat clementiam Spiritus sancti, qui non dicat, *pereant*, sed *irascantur*; vitium significet, non pœnam: & dum irascuntur alij, Dominus deprecetur, nempe quod sequitur, mysticè id sumendo, *moueatur terra*, vt postea dicemus. Cassiodorus, & Rickelius explicant de ira salubri qua insurgant populi contra vitia sua, eaque vindicent. Huc faciunt quæ dixi psalmo 4. d ad illa verba: *irascimini, & nolite peccare*, nimirum de ira bona, quæ coërcet, & impedit peccata, & fertur in dæmones, atque in peccandi occasiones. Malè Faber contra communem sententiam explicat commotionem lætitiæ. Quid autem refert quod psalmis prioribus de tali lætitia sermo sit? Quod autem versu tertio iubet *confiteri nomini Domini, magno, & terribili*, non magis arguit lætitiam, quàm terrorem.

c 1. Macc. 5. 1.

d vers. 5.

Qui sedet super Cherubim.] Hieronymus, *sessor*. alij *sedens, habitator, inhabitans*. Plures codices latini omnium psalteriorum habent; *qui sedet*, Cassiodorus quoque, Haimo, Hugo, qui notant conuerti sermonem ad Christum per apostrophem. Participium καθήμενος, & יושב *ioschen* vtrique personæ potest seruire, *sedens ille*, vel *tu*. In tertia persona cæteri sumũt, & aptius cohærent verbis prioris membri, *Dominus regnauit*, ita vt hic etiam idem verbum subaudire nos velit Augustinus, *qui sedet super Cherubim, regnauit*. De ascensu Dei, sessione, volatu super Cherubim dictum psalmo 17. e & 79. f Quod autem hoc loco Arguanus indicat ex ordine Cherubim Gabrielem esse, & alios qui homines promouent ad cognitionem Dei, non videtur verum; sed contra magis communem sententiam. Nam passim vocatur Gabriel *Archangelus*, & custodum Angelorum officium est, docere etiam de rebus diuinis. Loquebatur Deus supra propitiatorium, ac de medio duorum Cherubim, qui erãt super arcam testimonij, cuncta quæ mandari volebat filius Israël g. Sedilio quoque ista diuinam indicat maiestatem, vt expressit Ezechias in sua oratione h. *Domine Deus Israël qui sedes super Cherubim, tu es Deus solus regum terræ, tu fecisti cœlum, & terram.* Quadriga Ezechielis i constabat etiam ex Cherubim, suppositis rotis, vt & thronus apud Danielem k; ad Dei denique tandem secundum se immobilis peruadentem cuncta prouidentiam. Incertum quod aliqui tradunt, regum olim solia, thronósque versatiles, mobilesque etiam fuisse. Tradi hoc meminerunt in Danielem nostri Pererius, ac Maldonatus: auctorem nominant nullum, nec adhuc repert. Iustinus l Platonem videri scribit ex lectione Propheticarum historiarum affirmasse ἅρματα ἵππων ἀμφοτέρων τὸν Διὰ τὸ πτερὰ volucrem currum vehere Iouem in cœlo. Non displicet, vt *sedens* dicatur *super Cherubim Deus*, qui plenissimam rerũ scien-

e vers. 10.
f vers. 2.

g Exo. 25. 22.

h 4. Reg. 19. 15.

i cap. 1. 15. & seq.

k cap. 7. 9.

l in parænes.

A tiam habet, absque vllo labore, aut fui mutatione: angeli sine labore quidem scientiam percipiant, sed quia infinitis partibus inferior est, subinde doceantur noua, quæ prius nescierint. Sic noster Pererius a. Ex *sessione Dei super Cherubim* colligit Vasques b noster *scabellum pedum Dei*, de quo postea c mentio hic; *arcam* fuisse, quoniam erat supra illam tabula ex auro fusili, quæ appellabatur propitiatorium, in qua Dominus cum responsa dabat, sedebat, pedes autem super arcam ipsam, veluti super subsellium habebat, & ideirco scribi in historia Regum d de arca quod super *eam inuocatum est nomen Domini sedentis in Cherubim, super eam*. Id etiam præ se ferre satis Aquinas e, de qua re adhuc postea. Impius rex, de quo Elias f, inuerecundum conscendere appetit, & super astra exaltare solium, quia Ierosolymitanũ templum occupare volebat, quod *cæli* nomine nuncupabant Hebræi, propter omatum ipsius, & propter illud solium quadrigæ diuinæ, hoc est, arcæ cum Cherubim. Eumdem imitantur, ac patrem filiorum superbiæ Luciferum, qui quod vnius Dei est, *sedere super Cherubim*, nimio propriæ appetitu excellentiæ sibi vendicant. Nouatianus apud Tertullianum g, ex dicto sessionis modo, colligit Deum præesse super operum suorum varietatem, rotas subiacentes esse tempora, quibus omnia super mundi membra voluuntur, talibus pedibus adiectis, quibus, non in perpetuum stant ista, sed transeunt. Reliquam in eodem si placet lege quadrigæ Ezechielianæ h descriptionem, iuxta mysterium declaratam. Vide quo pacto ex hoc & similibus locis, quibus Deus dicitur *sedere super Cherubim*. Rabini, quos Galatinus i refert, inferrent per Messiam ruinam quoque angelorum reparandam fuisse, quod retulisse me arbitror supra in psalmo 79. Ad mores pertinet, quod Augustinus notauit, nihil referre, quantumuis quis irascatur, vel commoueatur tamquam terra, & terrenus in eum, qui tam sedet in cœlo: Dominum, ne nam populorum timerent serui eius, priorem illam pati voluisse, ac tanquam bonum medicum bibisse amarum poculum, ne bibere timeret ægrotus: qui vult vt in ipso sedeat Deus, bonum esse debere, quia sedes sapientiæ anima iusti: Deum, qui superat omnem scientiam, *sedere super Cherubim*, quæ significant omnem plenitudinem scientiæ; oportere in illo esse istam plenitudinem in quo sedeat Deus: plenitudinem hanc non esse rerum naturalium, sed ad legem Dei pertinere: plenitudinem autem legis esse charitatem k: vbi sit charitas, ibi iam Deum habitare, tamquam in sede: talem qui cœlum sit factus, quæ Dei sedes etiam l est, terram non timere, nec populos irascentes, nec terram commotam facere quidquam posse sedi Dei, & cœlo, vbi sedet Deus. Tropologia putati Hieronymi similis, nisi quod: sedentem facit Deum super commotam terram, id est, humilem, ac trementem hominem m, infelicem esse cui tacet Deus, quia vulneratus est, qui ambulat, nondum venisse ad felicitatem eius qui stat; quem nempe adhuc pœnitet, sicut Adamo post lapsum ambulabat Deus post meridiem n. Hugo exponens idem vocabulum *Cherubim*, non modo *scientiæ plenitudinem*, seu *scientiam multiplicatam*, & *scientias plures*, sed præterea *vermiculatam picturam*, (quod non vox ipsa, sed res per eam significata denotat, id est, *imaginem eleganter elaboratam*) docet *vermiculatum picturam* significare illos, qui va-

a lib. 4. in Dan. lib. inter num.

b 3. p. disput. 183. num. 14.

c Hoc Iohannes Dei ... colligitur ... scabellum ... Deum.

c vers. 5.

d lib. 2. c. 1.

e 1. 2. q. 102. a. 4. ad 2.

f c. 14. 13.

Nouatiani opinio.

g de Tri. c. 8.

h c. 1. & 10.

i lib. 6. c. 12.

Sensus moralis.

k Rom. 13. 10

l Esa. 66. 1.

Tropologia.

m ibi vers. 2.

n Gen. 3. 8.

tus virtutibus, & donis decorantur, in quibus Deus manifestatus fuerat, sicut & qui habent notitiam Dei, ac fui, fuitque illum les [a], & amatores Dei, quia *plenitudo legis dilectio* [b], & *vinculum dilectionis eos* [c]: item in quibus est *multiplex scientia* scripturæ [d]; vel scientiæ diuersæ, quoad dispositionem bonam spiritualium, & temporalium, fuitque *gnari, ac prudentes* [e], & *domui suæ bene præpositi* [f].

a Bibl. Cod.
b Rom.13.10
c 1.Ioan.2.20.
d Dan.12.4.
e Deut.1.13.
f 1.Tim.3.4.

Mouentur terræ.] Hieronymus, *concutiuntur*. Alij, *commouentur, contremiscunt, agitantur, animis fiunt habitatores terræ*. Futuri temporis יִרְגְּזוּ *thremu* ponitur pro imperatiuo; & significat illa omnia, seu *vacillare*, & *nutare*, quod vltimum Latinum verbum ab eo deductum videtur, cui est aliud simile נוּד *nud*. Interpres vetus, & Augustinus, *commouentur*. Exponitur autem *motio*, seu *commotio terræ* sicut ira populorum in præcedente membro, vt velint, nolint, habitatores terræ, & quamlibet commoueantur, sedeat super Cherubim Dominus. *Irascantur populi*, ait Arnobius, & in elatione Dominum nostrum Iesum Christum aspiciant: *ipse regnauit*, quem regnare super se non putant. *Ipse sedet super Cherubim*, quantumcumque *moueatur terra*. Mysticum quoque sensum eumdem admittit, qui traditus est ibidem, siue in bonam, siue in malam partem. Gregorius [g] etiam *commotionem terræ* sumit de dolore pœnitentiæ: Cyrillus [h] Alexandrinus, vt qui olim inconcussi erant ad scelera designanda ἀσείστους, qui constantes ad impietatem, ἥρμους, qui fixi ad res carnales, πεπηγότας, qui firmati ad errorē, ἐμπεπαγῶτας concussi, & commoti ad amorem virtutis transferantur. Et de motione præterea declarat Israëlitarum à cultu secundum legē, vt fidem in Christum complecterentur. Deinde quod attinet ad præsentem locum, docet quod non hortatur Prophetas terram ipsam, vt moueatur, sed à deterioribus ad meliora *mutationem conuersionem*. Denique tractans locum Abacuc [i], *stetit & mota est terra*, (sic enim legit) vtrumque dicit esse posse, nempe cum dicta iam commotione, & commutatione in melius stabilem, & firmam stationem in bono. Hugo attendit dici, *vt moueatur terra*, quia ipse se mouere peccator non potest, nec nisi manu valida; vt idcirco ter terram inclamet Ieremias [k], vt audiat verbum Domini, & hoc velut malleo moueatur, & profundatur. Nicephorus Blemmida Iudæis furorem attribuit, & indignationem vtique ad insaniam propter Christi regnum: Gentilibus per *terræ* nomen intellectis, commutationem ad pietatem.

Sensus mystici.
g in 1. Reg. c. 6. lib. 1. c. 30.
h in Abac. 3. num. 45.
i c.3.6.
k c.22.29.

A

B

C

D

Dominus in Sion magnus.] Vel *est magnus in Sion*, quod substantiuum verbum in sequenti membro quidam exprimunt: vel *qui est in Sion, & ibi colitur, ille magnus est*. Secundo modo Lyranus. Vterque modus probabilis. *Sion* pro Ecclesia fuit potest vniuersa, vel etiam præcisè pro Iudæis aggregatis ad Ecclesiam. Iuxta posteriorem modum significaretur, vt Euthymius notat, magnificandum Christum in iis fidelibus, qui ex circumcisione sunt, atque in iis, qui ex Gentibus. Magnum fore Christum prænunciauit Gabriel [d], quia incarnandus erat Dei filius, & secundum humanitatem creatam quantam maximam habiturus magnitudinem diuinorum donorum tam inde à conceptione, in qua dictus est *vir* [e], sed successu temporis magis ac magis prodiit ipse tum ista magnitudo creata, tum illa increata. *Magnum Deum Christum* vocat Apostolus [f]. Egimus alibi de hoc Dei, siue Christi, epitheto.

d Luc. 1.32.
e Ierem. 31.22.
f Tit.2.13.

Et excelsus super omnes populos.] Addit Hieronymus, vetusque plusquam, & Augustinus verbum, *est*, & *excelsus est*. Hebraicè est pronomen, הוּא *hu* ipse. Apollinarius, omissa mentione de *Sion*, meminit cum *populis*, de *deo*,

κλειτὸς γὰρ μέγας ἐστὶ λαοῖσι θεὸς πάντ' ἀνάσσει [g].

Inclytus rex magnus in populis dissque mirabilis.

Dixi *populos* pro Gentilibus accipi posse. Addere etiam pro actiuis populariter viuentibus: vt Sion contemplatiuos, aut significet ex Iudæis fideles. Eumdem Deum canit alibi Dauid *excelsum pro regibus terræ* [a], *& super omnes gentes* [b], *summum altissimum in omni terra* [c], *& super omnes deos* [d].

g Psal.88.8.
h Psal.112.4.
i Psal.82.19.
k Psal.96.9.

Vers. 2.] Dominus in Sion magnus, & excelsus super omnes populos.

NE quis putet quem dixit Dominum regnauisse, & sedere super Cherubim, ibi tantum habere regnum, vbi sedere dicitur, hoc est, in Sion, vbi erant Cherubim cum arca, & inde solum posse defendere populum suum contra populos alios irascentes, ac ruentes in illum, seu contra nationes alias terræ, quæ commouentur aduersus eumdem, ait hunc ipsum regem, qui sedem, atque thronum consecutus peculiariter in Sion, tanta potestate pollere, & adeo sublimem ac excellentem esse, vt cunctos odio toto populos, hominesque sub sua ditione habeat, nec eos

Sensus laci.

E

Vers. 3.] Confiteantur nomini tuo magno: quoniam terribile, & sanctum est.

VEl hortatur, vel imperat, vel prædicit per apostrophen ad Deum, fore, vt populi, quibus dixerat superiorem Deum, & qui pugnabant contra regnum Dei, seu Christi, pro suis pugnabant idolis, celebrent, odio posito, pugnam illique abiecta voluntate, *nomen Dei*, quod sancti horrore, ac tremendæ in rebus est plenum, vnicè metuendum, propter potentiam: sanctum, ob summam æquitatem, improbis terribile, bonis amabile, & suaue: *magnum* quia vbique diuulgatum, nec amplius idololatriæ cognominari, aut à

falsis dus nomen sortiri velint, sed pios ac religiosos vnius veri Dei populos appellari, honori, & gloriæ sibi ducant. Hugo, *magni, terribilis, sancti* epitheta tria tribus aptat personis Trinitatis, Patri primum, qui omnium creator est: Filio secundum qui iudex: tertium Spiritui sancto, qui sanctificator. Basilius, ac Theodoretus explicant de laudandis, ac recensendis diuinis beneficiis, inenarrabili autem Dei natura non curiosè scrutanda, cuius nomen incredulos perterrefaciat, credentes sanctificet. Euthymius applicat ad incarnationem minimè quoque scrutandam, vt & modum eius, & ad nomen *Iesu, quod est super omne nomen* [a]: *timendum* quidem inimicis (id est, dæmonibus præcipuè) dum eos eiicit, & flagellat: *sanctum* vero domesticis, ac beneuolis, quos sanctificat, & mundat. Latini multi ex veteribus ferè idem dicunt. Alij volunt indicari nomen illud ineffabile, & tetragrammaton יהוה *Iehouah*, quod maximè proprium, & essentiale est Deo. Sic fere Hebraizantes, & Hugo etiam, qui de hoc interpretatur *nomen super omne nomen*, quod Christo datum, scribit Paulus [b].

Confiteantur nomini tuo magno.] Cognominat nomen Dei eodem pacto Iosue [c], *Et quid facies magno nomini tuo?* & apud Ieremiam Deus [d], *Ecce ego suscitabo in nomine meo magno.* In Exodo [e] etiam; *Nomen meum magnum Adonai* יהוה *non indicabam eis.* Sed non dubito primo loco sumi nomen *magnum Dei* pro magna celebritate ipsius nominis, quæ iam esset, esseque magis ac magis adhuc deberet, & *secundum nomen eius laus eius* [f], nec ab impiis, & superstitiosis violari, quo pacto in Israel *magnum nomen Domini* canitur, *qui notus est in Iudæa* [g]: in secundo accipi nomen *magnum Dei* pro Deo ipso magno, *qui iurabat per seipsum: qui maiorem, per quem iuraret non habebat* [h], vt exponunt Hugo, & Dionysius Rickelius. Etsi probabile etiam est de ineffabili nomine intelligi, quod præ cæteris magnum est, vt exponit Maldonatus noster [i]. De quo nomine tertius locus magis clarè loquitur. Adde Tobiam [k], *Nomen magnum inuocabunt in te.* Hoc loco *magnum nomen* dici, ait Caietanus, ob miracula in gratiam Hebræorum facta, *terribile*, propter pœnas Ægyptiis, & aliis hostibus inflictas, nec non Hebræis in deserto: *sanctum*, quoniam de cœlo apparuit. Trucetus propter famam ex beneficiis, vindictas in hostes, & munditiam cultus Dei. Cassiodorus *magnum*, quia vbique dilatatum, *terribile*, quia venturus est Christus ad iudicium; *sanctum*, quoniam in immaculata, cœlestique conuersatione permansit. Non abs re tortus fieret qui de dictis nominibus differeret *ineffabili* & *Iesu*. Nunc non vacat, & aliqua alicubi sunt dicta. Lege de comparatione duorum istorum nominum, quæ disputat Barradius [l] noster contra illos, qui putant idem esse vtrumque, item de *Iesu*, & *Iosue*: hac etiam de re noster item consulatur Seratius [m]. Quod scribitur de *Iosue*, melius longe conuenit *Iesu*, & Deo [n], qui fuit *magnus secundum nomen suum, maximus in salutem electorum Dei, expugnare insurgentes hostes, vt consequerentur hæreditatem Israel.* Nomen *Iesuæ* magnum fuit, quod à salute deriuabatur: sed à corporali. *Iesus*, idem Deus noster ab hac, & potissimum a spirituali. *Quam gloriam* vt in eodem libro Ecclesiastici subditur [o], *adeptus est in tollendo manus suas.* (*Iesus* Christus in cruce,) *& contra ciuitates, rompheas.* (contra legiones dæmonum *confixas manus pedesq;* [p], ita vt illæ essent, sicut *leonis fortissimi* [q].) Fabulantur Hebræi efficacia nominis admiranda Mosen opera omnia patrasse; ac Ægyptium quoque occidisse. Non in elementis literarum vis inerat, sed in inuocatione significari per nomen Dei. Quam vim efficaciamque esse in *Iesu* inuocato nomine, experimentis infinitis compertum est, & demonstrat citatus Serarius [b], & quantam venerationem habeat [c], post Abulensem [d], (qui docet maiorem habere, quàm nomen Dei, & illud quadriliterum Hebræum) & Osorium [e] nostrum: & ipse de efficacia egi commentario Actuum Apostolorum [f]. Nugabatur opinor Alexander cum Pyrrho ægrotanti, suo se nomine opem promittebat allaturum [g]. Denique Hebræi quandoque absolutè vocant שם *hassem* [h], *nomen*, vt alibi notaui [i], quod etiam scribunt Hebræi extra Biblia, pro quadrilitero.

Quoniam terribile, & sanctum est.] Hieronymus, *& terribili sanctoque.* Alij, *& tremendo.* (*quod*) *sanctum est.* Sed vt quod *&*, significat, non rarò exponitur causaliter. Supplenda præterea est alia particula coniungens post primum nomen. In psalterio Romano, & apud Cassiodorum (*confiteantur nomini tuo magno, & terribili, quoniam sanctum est.*) In psalmo 110. [k] appellatur *sanctum, & terribile nomen Dei*: & Maria in cantico [l], cum potentia Dei, quæ terroni est, iungit *sanctum nomen*, quod conciliat amorem, & religiosam iucunditatem: & in cantico suo Moses [m]. *Quis similis tui in fortibus Domine; quis similis tuis: magnificus in sanctitate, terribilis.* Vergit facilè in tyrannidem potentia, cui nexa sanctitas non est, vt accidit gigantibus, & Nemrod, de quibus liber Geneseos [n], aliisque tam multis, qui *potenter* ideirco *tormenta patientur* [o]. Vtrumque de Deo prædicandum, eique confitendum non quàm magnus dumtaxat, & sanctus, quantáque fecerit his, qui receperunt ipsum, sed quàm terribilis erit tum non credentibus, tum opera fidei non coniungentibus. Vnicum probat Irenæus [p] Deum esse mundi Saluatorem constituendum, & iudicem. Idem contendit Tertullianus [q], Origenes [r], Lactantius [s]. Hugo *confiteri* verbum sumens de *confessione peccatorum*, quod fieri debeat *nomini magno*, quod est, *Iesui*, ait suaderi, hoc est, cum ipse salutis; ita vt sit quoque *moueri terram*, vt priore versu dicebatur, id est, eiicere, extrahere, aperire peccata latentia, denique *Iudam seruare*; vt est in Osea [t], hanc, inquam, confessionem de peccatis dicit suaderi, quoniam hoc *nomen magnum, terribile*, timorem incutit nolenti confiteri, & *sanctum* amorem sanctitatis ingenerat, quæ bene confitenti datur: præterea, quia *honor regis iudicium diligit*, id est, confessio rite facta cedit in honorem Dei, qui *parat directiones iudicij* per confessionem, & *iustitiæ* per satisfactionem, *in Iacob*, id est, in luctantibus cum inimicis. *Terribile nomen* tetragrammaton idem docent Hebræi, qui, quod antea tetuli, vires ei tantas tribuunt: potiore iure id affirmamus de nomine *Iesu*, quod horrent adeo dæmones, vt docui in Actuum commentario [u], fuitque Seratius [x], & alij. Inimici ipsi sunt iudices etiam Iudæi, quos Franciscus Georgius [y] Venetus testatur sibi ipsi fassos, nihil eos aliis Dei nominibus inuocatis efficere posse, quod vis omnis ad vnum sit *Iesu* nomen translata. Narrat item Galatinus [z] quod ad magnitudinem potius, vimque pertinet, ex Thalmud, Iudæum à

Iudæis

[a] Philip. 2. 9.
[b] ibidem.
[c] c. 7. 9.
[d] c. 44. 26.
[e] c. 6. 3.
[f] ps. 47. 11.
[g] ps. 75. 2.
[h] Hebr. 6. 13. 16.
[i] in Iere.
[k] c. 13. 25.
[l] Comparatio nominum Iesu & Iesue. l. 1 com. 1. concord. lib. 9. c. 3.
[m] in Iosue c. 2. q. 8. & seq.
[n] Eccl. 46. 1. 2.
[o] vers. 3.
[p] ps. 21. 17.
[q] Hebræorum omnes Mosen, eaque omnia nomini Iesu adscribunt, quæ ipsi Deo. a nonnullis recentioribus Hebræis, vt nunc est.
[b] supra q. 23.
[c] q. 13. 15. & c. 17.
[d] in Exo. 30. q. 8. 9.
[e] contra de circumcisione, & contra de festo, nominis Iesu.
[f] in c. 19. 13. Alexander Pyrrho ægrotanti suo nomine se opem allaturum promittebat.
[g] Plutar.
[h] Leuit. 24. 11.
[i] Eccl. 7. 1.
[k] vers. 9.
[l] Luc. 1. 49.
[m] Exo. 15. 11.
[n] c. 6. 4. c. 10. 8. 9.
[o] Sap. 6. 7.
[p] lib. 3. c. 42. lib. 4. cap. 40. 47.
[q] contra Marcionem lib. 1. c. 2. & 3. dialogo in Marcionem.
[r] lib. de ira Dei.
[s] c. 10 11.
[t] in c. 19. 15.
[u] in c. 1. Ioh. q. 13.
[x] in hanc cant. c. 10 c. 1 [illegible] c. [illegible]
[y] lib. 6. c. 5.

Iudæo liberatum per *Iesu* nomen, qui mortiferum nescio quid deglutierat. Satis constat fertò præcipi fugos, hinque qui se diabolo deuouent, prorsus abstinere à *Iesu* nomine; & si quando vel imprudenti alicui excidat, subitò diabolum cum sua turba disparere [a]. Longè terribiliores improbis Christus, & *Iesus* per suummet hoc nomen, quàm qui,

——[b] *dum fuit integer ævi*
Terruerit magnas ipsò quoque nomine gentes.

Mitto nominum monstra terrificorum vel prolatione, sonóque solo, si credere dignum. Nec deest, qui Θεὸν mollius Latinè *Deum* ἀπὸ τοῦ θέειν *à timore*, qui & primus in orbe Deos fecisse dicitur, deriuat: λατρείαν item proprium Dei cultum à vehementia timoris dici certum est. Denique Philemon vetus poëta, quem citat Iustinus [c], alludens forsitan ad ineffabile tetragrammaton Dei nomen, ait.

ὃ τ' ὄνομα φοβερὸν ἦν ἂν ἀναμάσσειν ἐγώ.

Cuius nomen formidabile ne nominare quidē ausim.

Iam nomen, seu cognomen *sancti* tam proprium Dei est, vt non modo solùm eum *sanctum* canat Ecclesia in Angelorum hymno, sed non alio Angeli in cœlo nomine ipsum celebrēt, alióve, quàm trisagio hymno [d], in quo ter *sanctum* appellant. Occurrit alibi non ratò [e], idque vt dixi Maria vsurpauit [f]. Denique scribit Esaias [g], quod *excelsus & sublimis habitans æternitatem, sanctum nomen habet in excelso, & in sancto habitans.* Cecinit etiam Samuelis mater, *quod non est sanctus vt est Dominus* [h]. In tanta veneratione hæc sanctitas nominis *Iesu*, apud Christianos est, vt illo nunquam tanquam proprio quisquā sic appellatus, quamuis nonnulli nomine Soteris & Saluatoris. Eamdem religionem vigere audio circa *Mariæ* nomen in Polonia, quæ & apud Pontifices Maximos, ne quis Petrus dicatur. Cum Ephrem in libris, quibus anachoreta Iulianus vtebatur, varias literarum notas ac lituras, vbicumque videlicet *Dei, Domini, Iesu, Christi, Saluatoris*, nomina erant, & ab illo quis eos libros corripuisset, scisitatus fuisset, respōdit Iulianus quemadmodum fornicatrix mulier ad Saluatorem accedens, lacrymis pedes ipsius rigauit, capillísque tersit, sic se vbicumque nomen Dei sui scriptum comperiret, lacrymis rigare solere, vt & ipse ab eo remissionem peccatorum acciperet. Excipienti præterea Ephrem à benigno & misericordi Deo optare suscipi bonū illud propositum; adhuc subiecit, non irrigari cor suum, nisi ploraret coram Domino Deo suo [i]. Cum Iuliano comparandus Franciscus, qui psalmos legendo, si nomen *Domini* occurreret, præ suauitatis dulcedine, labia sua lingere & lambere videbatur: nomen autem *Iesu* exprimendo, vel audiendo, subito quodam totus interius repleri, exterius verò alterari, ac si mellifluus sapor gustū, vel harmoniacus sonus ipsius immutaret auditum [k]. Cauit etiam, ne schedas vllas, quibus *Iesu* nomen esset inscriptum sinerent sui humi serpere, ne præterceuntium pedibus calcarentur [l]. Index eximiæ reuerentiæ alatum in facie, pedibúsque obuelatio in Seraphim, dum triplicatum *sanctum Deum* concinunt [m]. Vindicauit alias [n] Ordinis mei cognomen à *Iesu* Societate aduersus id accipientes deterius. Ipse me admoneo, sociósque tanti vt dignitatem nominis tueamur magnitudine animi, & terribili dæmonibus, ac improbis hominibus sanctitate. In milite adolescente Alexander magnus facinus requirebat nomine dignum Alexandri, quod gerebat: agnoscebat in Agnete Ambrosius [a] casti puríque agni victimam: in Pammachio Hieronymus [b] omnem artem pugnandi aduersus diabolum, & contrarias potestates: Nazianzenus [c] in Meletio, cum nomine mores melleos: Valentinianus in Probo (qui & postea Imperator fuit) quod adolescens & vir esset sui nominis [d], Diadumenus imperio, & Antonini (quod augustissimum maximéque cunctis earum erat) nomine donatus, *ego*, inquit, *elaborabo ne desim nomini Antoninorum.* Denique non omnes sunt Ioannes, ait Ioannes Chrysostomus [e], illo sane nomine dignus, qui vocentur Ioannes. Sed audi qua oratione id doceat. Nomen habere principis, non est esse principem. Vocantur & alij magnis nominibus, vt Paulus, Petrus, Iacobus, Ioannes, sed non propter nomina sunt id quod vocantur, quemadmodum & ego licèt eodem quo ille vocer nomine, non tamen vna & eadem res cum illo vocabulo vocor: non sum Ioannes, sed vocor Ioannes. Hoc ego quanto de me magis dicere possim, debeóque? *Discedat oportet ab iniquitate*, inquit Apostolus [f], *omnis, qui nominat nomen Domini.* Sed iuuerit hac de re Serarium [g] aliquoties à me laudatum legere: sed & quæ de sanctitate brachij diuini superiore psalmo dixi [h]. Apollinarius consistere sanctitatem in eo videtur sentire, quod, vt accidit rebus sanctis, lateat, & difficilè percipiatur, vocat enim ἀπροσωπόλυτον *latens, visuq; impenetrabile.*

[a] lib. de Virg.
[b] in Amos c. 1.
[c] orat. in Meletium.
[d] Vopiscus.
[e] hom. 3 2. in Act.
[f] 2. Tim. 2. 19.
[g] in Isaiæ c 2. q. vlt.
[h] vers. 8.

a Petrus Tyræus noster de dæmoniacis c. 42. n. 22.
b Ouid. 9. Metamor.
c de monarc.
d Esai. 6. 3.
e ps. 32. 21. ps. 102. 1. ps. 104. 3. ps. 110. 9. ps. 137. 2. ps. 144. 21. & alibi.
f Luc. 1. 49.
g c. 57. 15.
h 1. Reg. 2. 2.
Nullus Pontif. curo vnquā appellatus Petrus.
Nullus Christiani nomine Iesu æquam prærogatiuam vnquam appellatus est.
i Ephrem to 3. ter. de S. Iuliano
In quanta reuerentia nomen Domini & Iesu habuerit Franciscus.
k Bonau. in vita c 10.
l Chro. 1. 9. c. 77.
m Esai 6. 3. & 1. Io. 1. 3.

Vers. 4.] Et honor regis iudicium diligit. Tu parasti directiones, iudicium & iustitiam in Iacob tu fecisti.

INsertis paucis verbis velut per parenthesim, abrumpit sermonem, quem habebat ad Deum, móxque repetit, nempe quod spectet ad cuiusuis regis honorem, iudicium diligere, vel continuato sermone, alloquitur Deum reuerenter casa in tertia persona: quod alioquin in secunda si dici potuisset; Honor tuus, qui es rex, vel tu, qui regio præditus es honore maiestatéque, amas iudicium, eo delectaris, id soles exercere, cum timenda & regia potestate, terribilique nomine coniunctam habes iustitiam, honorique ducis, & cordi tibi est hanc, & iud cum eius illa copulare: Tu quæ recta sunt designasti, quod æquum, ac iustum est in populo tuo, cuius author Iacob, exercuisti, non abusus potentia (qua etiam impossibile est Deum abuti, cuius in omnia potestas absoluta, dominiúmque) non tractans tyrannice, summa, & ineffabili quadam æquitate nunc permittens tribulationes, nunc liberans ex ipsis. Hoc vnum etiam est, quod velim, vt omnes tibi confiteantur, & nomini tuo magno, non solùm quod nomen istud terribile sit, ac sanctum; sed etiam quod maiestas illa tam potens, tam terribilis, tam sancta iudicio minimè careat, & quod rectas populo tuo leges, æquas, iustas, rationi consentaneas, idoneas ad amicitiam, pacémque concilliandam, & conseruandam dederis: vtque fecerit iusque tradideris secundum quod iudices innoxios absoluere, conuictos damnare debeant: postremò iustitiam, qua suum cuique, sine acceptione personarum reddatur, & in contractu, atque

Sensus loci.
Deum laudat quia iustitiam in populo suo fecerit.

commercio

commercio norma seruetur æquitatis. Allegoria de Christo, simul cum tropologia de conditionibus in confitente, atque iustificando requisitis, iam prius indicatæ sunt.

Et honor regis iudicium diligit.] Hieronymus apud Treuerum, Fabrum, Vatablum, aliosque abique particula coniungẽte, *imperium regis iudicium diligit.* Præfigunt coniunctionem Regia Biblia, quæ etiam extat in textu Hebræo וְעֹז, *vehemens*. Alij, *& fortem robur, potentis rem iudicium diligit*. id est, abest a tyrannide, coniuncta est cum iudicio, cum iudicio Deus illa vtitur, & eam exercet, non quod possit vult, & facit, sed quod ius exigit: *non est fortitudo ipsius lex iniusta* [a], sicut impij atque tyranni, sed pro lege iustitiam sibi proponit, & ea potẽtiæ finæ meritur exercitium: *diligit iustitiam vt bonam per se* [b]. Honor itaque comprehendit omnem regis potestatem, apparatum, vires, pompam, maiestatẽ, facultates, omnia quæ honorabilem ipsum, ac verendũ reddunt, quemadmodum vocabula *honorandi*, & *honestandi*, & *honestum faciendi*. Cæterum si in his verbis velimus esse orationẽ continuatam ad Deum ipsum, supplere poterimus cum Brunone Carthusiano, pronomen (*tui.*) Similis quantũ ad hoc locus psalmi 44. [c] *Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent in corda inimicorum regis*, id est, inimicorum tuorum, qui rex es. Aquilæ translatio similis est Hieronymianæ, nisi quod est in præterito ἠγάπησεν, & *imperium*, vel *robur regis iudicium dilexit*. Symmachus ἰσχὺν βασιλεὺς τὸ κρίμα ἠγάπησε, *fortitudinem*, seu *vim, rex iudicij diligit*. Cyrillus Alexandrinus [d] differt ab editione cõmuni, quod legat in infinitiuo, ἠγάπησε, & *honor regis iudicium diligere*. Sensus verò etiã est ex Euthymio, quod nõ ferat Deus, vt suos opprimat hostis ac tyrannus, qui mysticè diabolus est; ad ipsius pertinere dignitatẽ, vt præsto vexatis adsit, vel ne permittat vexari saltem supra vires. Hoc regem honorabilem reddit, ait Basilius & Theodoretus, quod iudicium diligat; & Cyrillus [e] præclaram ait gloriam illius, ac honorem esse, velutique ornamentum cordi & pectori superiectum, quod vocabát, *rationale* [f], quoniam ibi rationalis facultatis locus est. Sed Augustinus, & qui dicitur Hieronymus, & aliquot alij Latini spectant hoc respectu non vindictæ de illis, qui vexant alios, sed cuiuslibet, vt *feras in se iudicij & iustitiam* [g], *iudicet seipsum, ne iudicetur a Domino, & damnetur* [h]. Cassiodorus, vt honore ac laude prosequamur Dominum, orandi causa illũ colamus, ipsum conficiamur illi cum animi deliberati mente, & iudicio, cum fixa & perspicabili deliberatione sententiæ, non cum labili voluntate, ac caduca mente. Arnobius non esse quo *nomen Dei Deus* [i] tueatur, si quis honorem Domini seruet in mente, ac prorsus diligit iudicium, sed qui sese in cõtumeliam regis legis eius iura violasse. Reckelius, quod Deo placere. & ad suum honorem spectare iudicet, vt magistratus iudicium subditis faciat, & iusticiat; ipsemet seipsum discutiat, discernat, diiudicet: quinimo idem in semetipso præstet, domando vitia propria, vlciscendo, relinquendo. Hugo ne quis Deum magnificare laudet, quantum videlicet potest, cogitans quod quantum ille meretur laudari, non potest, quia *magnus, & laudabilis nimis* [j]. Idem, vt cõfessione peccatorum honoret Deum, sicut Achan [k], & persuadeat sibi, quod qui non amat hoc iudicium sanari non potest [l], seu quem nõ pœniteat, nec vindicat peccata. Iudicem Deum Tertullianus [m] iustitiæ charissimæ sibi exigendæ,

a Sap. 2. 11.

b c. 1. c.

c vers. 6.

d Iian. de adora. in spiritu.

Iudicij dilectio regem reddit memorabilem.

e Ibid.

f Exo. 25. & eodem lib. itape. Leuit. 8. 8.

g Mich. 6. 8. psal. 118. 121. h 1. Cor. 11. 31.

i ps. 47. 1.

k Iosue 7. 19.

l Iob 34. 17.

m de pœnit. c. 1.

tuendæque regi sit tete scribit, & in eam omnẽ summam disciplinæ suæ sanctæ; & quod exomologesis [a] de periculi timore Dominum honorat vt in peccatorem ipsa pronunciãs pro Dei indignatione fungatur, & temporali afflictione æterna supplicia non modo frustretur, sed expungat. Quibus postremis verbis concidit externa illa Iatreticorũ non imputatio, & tota superficiaria peccatorum abstractio. Bernardo [b] placuit satis communis istius loci de pœnitẽtia sensus, Deúmq; nihil quo: in se ettã nobis exigere amplius, nisi vt confitcamur iniquitates nostras, nempe vt oportet, vellicq; iustificare nos gratis, ve gratia commendetur: diligere enim animam quæ in conspectu eius, & sine intermissione confiderat, & sine dubitatione diiudicat semetipsam: idque iudicium non nisi propter nos à nobis exigere, quia *si nosmetipsos iudicaremus, non vtique iudicaremur* [c]: propterea sapientem *vertere omnia opera sua* [d], scrutari, discutere, & diiudicare vniuersa: honorare quippe veritatem, qui sic, & sua omnia in eo statu, quo veritas habet, & agnoscit veraciter, & humiliter confitetur. Vsurpat hic Pater [e] istum ipsum locũ, scribés canonicis Lugdunensibus ne Conceptionis Deiparæ celebrent nouum festum, honorem eam Reginæ iudicij diligere. Nõ desideraret hoc tẽpore summi iudicij, ac pietatis vir in hac re iudicij, nec sine iudicio fieri diceret, quod tota fit fere approbante Ecclesia, atque festiuè vbiuis præter pauculos, celebrãte. Suadibilis est de cœlo sapientia, & bonis cõsentẽs [f]. Ego cũ Bernardo libenter dicã, & meum illi sine dubio, nũc in hac ipsa causa diceret, quod ab Ecclesia accepi, securus, & teneo, & trado. Cãtat modo Ecclesia cõceptionem, non minus quàm tunc natiuitatem, & quam exaltatã super choros angelorum ad cœlestia regna: hoc tamẽ vtrumque etsi verissimum, necdum tamen canonicè definitum. Honori huic reginæ redũdat in regẽ, propter quem, & cuius merito reginæ tribuitur, & qui diligens, ac honorãs matrem, cum magno iudicio, & ratione illum ei honorem tribuere potuit, quia etiam decuit, tribuisse credi potest. Libenter gloriola hoc honore gaudet, quam Bernardus tũc oderat carere, quo nec peccatum honorati, nec fassa induci videtur sanctitas: omnino ei placet tuta Ecclesiæ rituum recepta festiuitas: fauet Apostolicæ sedis auctoritas; non tam participantes, atque inconsultè pauorum sequimur simplicitatem imperitorum, sed a paucioribus, vt dixi, recedimus sententia, qui sapere si velint, possint: absque vllo periculo cum cæteris. Familia Bernardi iudicium commune sequens in Dei gloriosæ immaculatæ celebrandæ festo, non dubitat iudicio se sui Patris conformare, qui propterea contentus erat Ecclesiæ iudicio. Erasmus alibi marte eodem de Thoma Aquinate, quem sola Ecclesia auctoritas in summis retraxit ab eadem illa, quam Ecclesia modo amplectitur sententia, quæ scribenti in Magistrum [g] placuerat. Nam præferendam censet Ecclesiæ auctoritatem, & consuetudinem cuiuscumque doctoris sancti auctoritati, & Ecclesiæ consuetudinem esse in omnibus æmulandam, atque quoniam illa non consuleret Iudæorum, & aliorum infidelium filios ante vtentationis, inuitis parentibus, non esse baptizandos.

Tu parasti directiones.] Hieronymus, *tu fecisti æquitates*. Alij, *tu apparasti*, vel *aptasti ex veritate*, nempe omnia: *tu dirigis recta: tu dirigere facis quæ recta sunt: tu manu tenes horum tui iudicij omnia cum summa æquitate: tu formatis ea tam-*

a c. 2. Peccata mea &c. tanta mea copia &c. ea expungantur.

b ser. 2. de ad. uentu.

c 1. Cor. 11. 31. & Iohan. 3. 21.

d Iob 28.

e ep. 174.

f Iacobi 3. 17.

Honor regius est iudicium diligere.

g 3. p. q. 27. a. 1.

h 2. d. 3. q. 1. a. 2. [illegible] a. 1. [illegible] a. 1. [illegible] a. 1

dinos, אתה כוננת מישרים *atthah chonantha mesciarim*. Dictum aliàs de vocabulis istis, & de Græcis ἰσότητα, & εὐθύτητα. Exponit Apollinarius, *prudentem imperium* τὸ φρονοῦν ἦθος. Alia psalteria Latina, & Augustinus, atq; Cassiodorus, *tu parasti æquitatem*. Caietanus hoc & sequẽtibus vocabulis duobus existimat sanctę legis partes tres innui, moralem, iudicialem, cærimonialẽ: primam dici firmatã, non datã, quia præcepta moralia indita sunt mẽti humanæ ab initio, sed firmantur auctoritate diuina; alias duas in Iacob factas, quia ligabãt solũ populum Hebręum, & quia Deus vim iuris tribuit illis, quod est esse iuris positiui diuini, cũ moralia præcepta eã habeant, etiamsi non statuerẽtur à Deo, vtpote iuris naturalis. Distinctione eadẽ prior vsus est hoc loco Lyranus, & Aiguanus: & primæ conuenire nomen *directionum*, quia per se dirigunt ad vltimum finem; Christum perfecisse istam partem additione consiliorum; secundam doctrina de remissione iniuriarũ; tertiam institutione sacramentorum. In paraphrasi docui *directiones* referri posse ad *leges* quæ spectãt pacem, & mutuã concordiam: iudicium ad illas, quæ sontes damnant, absoluunt innocentes: *iustitia*, ad eas, quæ in contractibus, & commerciis versantur, & cuique quod suũ est tribuunt. Tandem sensus est, omnia Deum æqua rectáque cõstituisse; iudiciũ ad improbos castigandos: iustitiam, vt iusti defendantur, & protegãtur: illud vt discernatur bonum à malo, hanc vt declinetur à malo, & fiat bonũ. Hęc videtur esse, quam vocat Sapiens [a] *eruditionẽ doctrinæ consistentem in iustitia, iudicio, & æquitate*: præterea *præparatio sedis diuinæ in iustitia, & iudicio* [b], aut in iisdem *correctio* [c], aut *virga directionis* [d]. Possunt eadẽ priuatæ cuiuis personę congruere, vt dirigat seipsum ad Deũ, iudicium erga seipsum faciat, erga Deum iustitiam. Exigit Deus hæc tria, facere iudiciũ, & iustitiam, vtque *sollicite ambulemus cum illo* [e]. Fecisse se Dauid iudicium dicit, & iustitiã [f], qui *Deum prouidebat in cõspectu suo semper* [g]; sed faciente faciebat Deo, *non ipse, sed gratia Dei cum ipso* [h]. Parat Deus dirigendo, docendo, ostendendo, præcipiendo, consulendo, minãdo, promittẽdo, vocando, excitãdo: facit *operãdo ipsum velle, & perficere* [i], cũ cooperante nostra voluntate. Dirigimus viam Domini, & paramus, si vocationi Dei acquiescimus, id admonentis etiã per præcones suos [k]; sed volũtas nostra præparatur à Domino præparatione antecedẽte, & prima, *Beatus qui gratia cooperante custodit iudicium, & facit iustitiam in omni tempore* [l], quod audiens S. Ludouicus rex cantari, præcepit affici extremo supplicio reum, cui antea vitam condonauerat.

Iudicium, & iustitiã in Iacob tu fecisti.] In vetere psalterio mutatur ordo *iustitiam, & iudicium*, nisi forte id errore factũ sit, sicut in textu Augustini secundum aliquos ipsius codices; quia emendati retinent ordinẽ nostrum, quemadmodũ & cõmentarius eiusdẽ Doctoris. In psal. 71. [m] 88. [n] 96. [o] & in Prou. [p] & aliis locis, Iere. [q] Oseæ [r]; *iustitia* ponitur ante *iudiciũ*, alibi [s] etiã eo modo quo hic, priusest *iudicium*. *Facere iudicium* Deus dicitur, & *iustitiã in Iacob* præterea, quæ dicta sunt, edendo exempla vindictæ, & protectionis in gratiã populi Hebræi. Vel vtrumq; ad eandẽ pertinet vindictã, sumptam de eodẽ populo, quod exẽplum iuuabat ad directionem venturi populi Christiani; vt ob beneficij accepti lõgè maiorẽ præstantiã, seueriores, si contemneret, ac peccaret, pœnas, sine dubio expectaret, vt Apostolus [t] argumentatur multis verbis, & post eũ Irenęus [u], perinde ac si typicè punitus fuerit antiquus ille populus tẽporaliter, & lenius in figurã quod mali Christiani puniẽdi sint verè, semper, acrius, si præuaricentur. Verũ est quod Augustinus docet, iustitiã, quã habemus, facere Deum in nobis, iustificãdo nos, & per eam efficiendo, vt illi placeamus: vnde fit vt secundum istius Patris doctrinam, iustitia, qua iusti sumus, & grati, sit inhærens in nobis. Sed literalis sensus est is, quẽ tradidi mẽbro priore, & Cyrillus Alexandrinus [a] legẽ his verbis indicari vult. Hæ dotes optimi regis, quas precatus est Dauid [b] Christo, & Ieremias [c] vaticinatus est, quod *rex regnaret & sapiens esset, & faceret iudiciũ, & iustitiam in terra*. Esaias [d] quod *redimeretur ab eo Sion in iudicio, & reducerẽtur eã in iustitia*.

Iustitia qua iusti sumus & grati est nobis inhærens.

a in Oseæ c. 3. nu. 58. & li. 5. in Ioa.

b psal. 71. 2. c c. 23. 5.

d c. 1. 27.

Vers. 5. Exaltate Dominum Deum nostrum, & adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est.

EXposito prius desiderio suo, vt Dominum, ac regem optimum maximum, potentissimum, summopere metuendum, iustissimum laudarent omnes, eiq; confiterentur, nemo autem obstreperet, ac tumultuaretur, conuertit orationem Dauid ad omnes, vt quantum in ipsis est, illum exaltent, hymnisque, ac laudibus efferãt, & quanta, quámque immẽsa sit altitudo ipsius, sua prędicatione, & præconio, manifestent; præterea, vt tele corã propitiatorio, vel arca, quod est velut scabellũ sedentis in medio Cherubim, vt antea vidimus, venerabundi prosternãt, quia Deus sanctissimus est, ipsissimaq; sanctitas, & propter nimiã istam sanctitatem, illud etiã scabellum sanctitate nõnulla præditũ est, atq; veneratione pia, ac religiosa dignum.

Sensus loci.

Quod attinet ad Christũ, omisso errore Iudæorum, qui cum suo Messia rege nouum expectant templum, veteriscq; carnalis cultus, & adorationis renouationẽ, item concedendo hãc orationem de *scabelli adoratione*, præter translationem ex modo nostro loquendi, & agendi ad Deum, quam solam Cyrillus Alexãdrinus [e] videtur admittere, verum aliquo modo, secundũ aliquam rei proprietatem esse. Is qui vocatur nomine Hieronymi de *scabello* ponit opiniones tres; de Corpore Christi, in quo maiestas diuinitatis tãquam super scabellu stat, & sæpe Christus sanctus dicitur, & eo ascendẽte Apostoli adorantes regressi sunt in Ierusalẽ [f], quę Augustini quoque sententia est, ac plurimũ Enarratorum Latinorum, & Athanasij [g]: item Rustici Cardinalis [h], Chrysostomi [i], Ambrosij [k]; præterea de Cruce, & de anima sancta, nõ explicans an de Christi anima, an de aliorũ quoque hominũ sanctorum intelligat. Basilius ac Theodoretus iuxta literalẽ sensum de Tẽplo Ierosolymitano vetere, interpretantur, mystice de omnibus Ecclesiis per orbẽ dispersis, in quibus Deo adorationẽ offerimus. Euthymius, si Christus attẽdatur, vt Deus, de terra tota, quemadmodũ eiusdem *cælum sedes est* [l], quod Leontius quoque affirmat [m]: si vt homo, de monte Golgotha, in quo crucifixus est, quod Hesychio etiam placet [n]; vel de Cruce, in qua illius pedes clauis confixi sunt. Nicephorus de carne Christi cõparata eum diuinitate ipsius: & de Cruce respectu naturæ humanæ, in qua Cruce pedes sunt affixi. Hugo arbitratur de humanitate Christi literalẽ sensum esse, mysticum de Cruce, in cuius festo Exaltationis argumentũ sermonis hinc peti posse monet, de quo festo sermonẽ secũdum habens Andreas Cretensis, ita præsentem accipit locum. Cassiodorus addit ad expositionem de Corpore Christi, per pedes diuinitatis indicari ex-

e apud Agel lium.

f Act. 1 12. Leu. vlt. 52.

g apud Agel lium.

h contra Acæphalos tom. 4. Biol. Patrum.

i ser. de Trinit. tom. 3

k 3. de S. sancto. c. vlt.

Sensus mysticus.

l Isa. 66. 1. Matt. 5. 34.

m in 7 Synodo act. 3 ex lib. Apolo.

n apud Agel lium.

trema tẽporis, in quibus Deus incarnari dignatus est, quam Ioannes [a] nouissimam vocat horã, Paulus [b] plenitudinem temporis. Augustinus hoc loco satis aperte pro se facit. Eucharistiã scabellum esse. Quia, inquit, in ipsa carne Christus hic ambulauit, & ipsam carnẽ nobis manducan dam ad salutem dedit, nemo autem illam carnẽ manducat, nisi prius adorauerit, inuentum est, quomodo adoretur tale scabellum pedũ Domini, & non solùm non peccemus adorando, sed peccemus non adorando. Ambrosius etiam scribit [c] adorari hoc scabellũ carnis Christi in mysteriis. Hieronymus verus videtur quidem cõcedere Ecclesiam ipsam adorari tãquam Corpus Christi, qui caput est, & adoratur per se: tamen hoc loco non significari adorandum scabellum, sed indicari maiestatẽ pedum illius. Qua in re nõ dissentit a Cyrillo prius citato: Alij [d] declarant *adorate scabellũ*, nõ vt adoretur ipsum scabellũ, sed vt ad scabellum, & versus scabellum adoretur Deus, iuxta illud [e], *adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius*. Quidam [f] adhuc per *scabellum* intelligũt templum, & præcipi, non vt adoretur Templũ, sed Deus in Templo. Sunt etiam qui Ierosolymam interpretẽtur [g], propter Angelos, qui videntur Dei pedes, vtpote missi in ministeriũ, & proximè subiecti sunt Deo [h], & auditi sunt dicere ante vrbis excidiũ, *migremus hinc* [i]. In hac sentẽtiarum varietate constare debet, creaturæ adorationẽ latriæ nullam per se deferri posse, nec humanitati quidẽ Christi seorsim spectatę, sed propter coniunctionem cum diuinitate, seu persona diuina, cui soli huiusmodi adoratio recte defertur. Hoc Dionysius Rickelius Theologicè satis hic explanat, traditúrq; à citatis Athanasio, Ambrosio, Augustino, Chrysostomo, Rustico. Athanasius ait adorari Christum cum sua carne, quam vniuit sibi, cum esset prius scabellum, quatenus creatura, non quod prius extitisse velit, sed secundũ se ac naturã suam spectari: nũquam enim extitit nõ vnita. Ambrosius, & Augustinus, cũ nihil adorandũ præter Deum doceant [k], & nõ *scabellum pedum Dei*, prout de terra dicitur [l], dicunt carnẽ Christi censeri terram, & scabellũ, & adorari in Christo, quia non est diuisus Christus, sed vnus, nimirum ob vnã hypostasim. Chrysostomus negat nos terrã adorare, sed Deum Verbum, qui vniuit sibi absque peccato carnem, quæ ex terra formata est Adæ. Rusticus adorari scribit corpus, quod de terra est, nõ vt per semetipsum, aut propter semetipsum adoretur vt Deus, sed vt per corpus, & per carnem, siue humanitatẽ, Deus Verbo, qui inhumanatus est, coadoretur. Accedat Damascenus [m] scribẽs adorari carnem Christi in Verbo incarnato, nõ propter seipsam sed propter vnitũ secũdum hypostasim Verbum. Affert exemplum textũ de purpura regia, quæ, vt est aliquid regi cõiunctum adoratur, nõ secũdum se, vel propter se. Vtitur eodẽ exemplo Chrysostomus, quod simul cum ratione nunc indicata valet in crucis adoratione. Hoc est etiã quod Leo [n] dicit, & Verbũ in homine, & hominẽ in Verbo adorandum esse. Inferior adoratio hyperdulię & duliæ creaturis impenditur propter creatam excellentiã ordinis supernaturalis maiorem, vel minorem. Sed nostrum nunc nõ est in his immorari, vt nec in imaginum adoratione, aut omnino manuum terrarũ rerum, quæ non habẽt rationem imaginum, quas etiã aliquo modo adorari posse nõ dubito: sicut & Arca adorata est, quãuis non Cherubim, aliæque imagines ad solum Arcæ, ac templi ornatum adiectæ, vel ad

a 1.ep.2.18.

b Galat.4.4.

Eucharistia scabellum pedũ Domini.

c supra.

d Pintus in Thren.c.2.

e psal.131.7.

f Caluinus, & Bucerus hoc loco.

g Orig. Victor, & Hieron. in Thren.2.

h Victor.

i Iosephus de bello Iudaico.

Nulla adoratio latriæ creaturæ deferri potest, nec humanitati Christi seorsim spectatæ.

k Deut.5.9.

l Esa. 66.1. Matt.5.35.

m lib.3.

Purpura regia non propter se, cõ tamen aliquo modo regi cõiuncta adoratur.

n serm.10. de Natiuit.

Adoratio hyperdulia & dulia creaturæ propter creatam excellentiam impẽditur.

mystícam præterea significationem, non ad adorandum proposita populo ad idololatriã propensiori; cuius periculum ex talibus imaginibus lõgè maius, ex Arca fere nullum, & cui veterum omne sculptile, ac similitudo, quam adorarent, & colerent [a]. Plura Vasques noster [b], qui bene admonet non subministrari Hæreticis arma hoc argumẽto cõtra imagines [c], quod & mihi ipsi doctus ac pius concionator obiecit per literas, cum nescio quis prauæ sectæ minister idẽ argumẽtum obiicienti, sentire me cum aliis contrarium de Cherubim respondisset. Cæterum huius loci nostri sensus maximè literalis est de Arca, nõ de terra tota, non de templo, non ita etiã de propitiatorio, de quo Iansenius. Nũquam tota terra dicitur sancta, sed aliqua pars eius, in qua Deus apparere dignatus est, mirúmve aliquid operari, quãuis alioqui adorari posset, vt quęlibet alia res, vt Vasques [d] demõstrat: non etiam appellatur vllibi templum *scabellũ Dei* nomine, ratio scabelli conuenit melius Arcæ, quã propitiatorio, quoniã, vt anteà dixi, erat super Arcam inter primas Cherubinorum tabulas ex auro fusili, quę appellabatur Propitiatorium, in qua sedere dicebatur Dominus cum responsa dabat, & idcirco pedes videbatur habere super Arcã ipsam, tanquã super subsell. ũ. Vnde in historia Regum [e] de Arca scribitur, *Super quam inuocatum est nomen Domini sedentis in Cherubim super eam.* Et consentit Aquinas [f]. Deinde *adorare ad scabellum*, vel tẽplum, vt hæretici vertẽdum censent, non potest hoc loco significare *adorare in scabello*, aut *templo*, ita vt *adoratio* referatur ad solum Deũ, sed *adorate ipsummet scabellum*, aut tẽplum, quia eadem phrasi narratur, quod Abraham *adorauit populum terræ* [g]. Vel *adorare in scabello, & templo*, erit in ea re adorata tumul adorare Deũ, qui in ipsa est; sicut in imagine adorata adoratur cũ ipsa prototypus, licet hic præsertim Quare quod in psalmo 131. [h] Latinè habetur, *Adorabimus in loco vbi steterũt pedes eius.* Hebraicè legitur cum eodem articulo indicato per ה *he*, quod extat hic, *incuruabimur ad scabellũ pedum eius*: codémq; modo vertit Chaldæa paraphrasim ibi. Nebiẽsis, *adorabimus scabellũ pedum eius* hic autem, *adorate domum sanctuarij eius*. Tandẽ nusquam reperies Hebraeũ verbum הֲדֹם *scabellum*, cũ dicta articuli nota ל *le*, locũ in quo fiat adoratio denotare, sed rẽ dũtaxat, quæ adoretur. Legendũ citato Vasques, de nostris alios duos, Bellarminũ [i] & Suarez [k].

Ex mysticis expositionibus improbabiliores sũt de anima sãcta, de Ecclesia vniuersa, quod est mysticũ corpus Christi: quia anima iusti sedes Dei vocatur, & non solet quęlibet adorari: multo minus Ecclesia tota Ecclesiis particularibus, vt sumũtur pro dicatis Deo locis, honor, & adoratio exhibẽtur, Golgothę, aliis locis sãctis, Cruci, Eucharistię, humanitati Christi. In carne, ac humanitate Christi vestigia quædã diuinitus magis expressa, & viæ Verbi cœlestis aduertimus, inquit Ambrosius [l], sicut scriptũ est [m]; *Ponet in via gressus suos.* Eucharistiæ porro typus arca fuit ex lignis facta incorruptibilibus, fœderis, ac testamenti cognominatum loco qui dicebatur *Sancta sanctorum* collocata: habens supra se tabulã auream, sustentãtam à Cherubim, quæ vocabatur *propitiatorium* intra se continens virgã Aaron, quæ fronduerat, lignum sacerdotalis potestatis, mãna, tabulas legis, eius prę cortia, & quadã vi populus Iordanẽ sicco transiit pede, & muri Iericho corruerũt: capitale erat profanis eã tangere, prope illã stare, ipsã aspicere: nostrũmò adorabatur ab Hebræis. Similẽ in modũ ado-

a Exod.20.3. 4.5. Leuit.26. 2.c.5. Deut.4. 25.c.5.9.

b 3 p.disput. 104.

c c.4.

d 1.p.disp.119. c.2.

e lib.2.6.9.

f 2.2. q.102. a.4.ad 2.

g Gen.21.7.

h vers.7.

i li.1.de sanct. c.13.

k 3.p.to d. ipsum 5. sect. 1. *extra ipsum nihil adoratur.*

l lib.3.de Spiritu sancto c.12. in pſ.84.vers. *Benedixisti terram tuam.*

rant Catholici Eucharistiam: indignè sumẽtibus, tractantibúsque cedit in iudicium, & condemnationem: patefacit nobis cœli aditum, frangitque omnem inimicam potestatem, & sicut Dagonis idolum labefactat: Oritur ex illa sacerdotalis dignitas; cibus diuinus est; vires perficiẽdi Dei mandata suppeditat: in ipsa includitur propitiator Christus comitatus Angelica curiat idẽ Christus ibi contentus, Sanctus sanctorum est: corpus, & calix sanguinis Christi testamenti noui, & æterni est: denique incorruptibilis iã Christus. Lege Hilarium [a], & Cyrillum Alexandrinum [b]. Recitatis opinionibus de scabello, adiungi posset alia de Maria, quæ se ancillam quoque demississime nominauit [c]: item pro pœnitentium infimo in Ecclesia gradu post Clericos, & laicos fideles, seu iustos, vt Origenes [d], & Hieronymus [e] declarãt. Hugo hoc loco distinguit *scabella Dei* cœlum, Christi carnem omnem creaturam, totam terram, terram Israël, templum, vel propitiatorium, arcámve, B. Virginem, peccatores; hominum sanctorũ temporalia, atria templi, persecutores, subditos. Lege, si cupis, vt & Aiguanum enumerantem *Dei scabellum* humanitatem Christi, mundum inferiorem, Ecclesiã, Angelicam naturã, prauorũ iniquitatem.

a in psal.131.
b lib.4.in Io. c.28.
c Luc.1.38.
d tract.23. in Matth.
e epitaph.Fabiolæ.

Exaltate Dominum Deum nostrum.] Caldaicè *Laudate*, seu *glorificate* שַׁבְּחוּ *sebbachu*. Ad honorem latriæ Hugo id putat pertinere, quo exaltetur, & honoretur Christus, vt Deus: membrum sequens de *adorando scabello pedum eius*, ad honorem, adorationémque duliæ (melius hyperduliæ) vt homo est, seu ratione humanitatis, cui talis honor debetur. Quæ dere satis prius pro instituto, & aliàs, quo pacto per se altissimum Deum exaltare homo possit, videlicet in opinione propria, & apud alios, & gratulando altitudini eius.

Et adorate scabellum pedum eius.] Dixi Chaldaicè reddi à Nebiensi, *& adorate domum sanctuary eius*, quod in translatione Biblica Regia est, *in domo*. Retuli præterea varias opiniones de hoc scabello: & quod significetur hic adoratio prout ad scabellum ipsum terminatur, non quatenus fit in eo tanquam in loco, tendit vero ad aliud, nempe ad Deum. In psalmo 131. [f] *Adoremus in loco, vbi steterũt pedes eius*, dicitur Hebraicè phrasi prorsus eadẽ, *adorabimus scabellum pedum eius* נִשְׁתַּחֲוֶה לַהֲדֹם רַגְלָיו *neshtachauh lehadom*. Nec refert in hic, & ibi reddas *incuruare ad scabellum*. Nam, vt antea docui, significatur terminari adorationem ad scabellum, & scabellum adorari. Et si quis contendat *scabellum* pro *templo* sumi, quo tamen modo vocem Hebræam הֲדֹם *hadom* sumi nunquam ostendet, parũ refert, vt inde efficiat in tẽpio solùm Deum adorari, nõ posse autem templum, aut quid aliud præter ipsum adorari, adoratione, inquam, inferiore, quàm sit illa, qua Deus propter se, ac secundum se adoratur. Antea quoque docui commodiùs hoc loco sumi *scabellum pedum Dei* pro Arca, quam pro Propitiatorio, aut pro templo, sicut & iam citato alio psalmo, vbi subditur [g], *Surge Domine in requiẽ tuam, tu, & Arca sanctificationis tua*. Idem dici potest de Paralipomenis [h]: *Cogitaui vt ædificarem domũ, in qua requiesceret Arca fœderis, & ita est, scabellum pedum Domini Dei nostri*. Idẽ de Threnis [i]: *Proiecit de cœlo in terram inclytam Israel, & non est recordatus scabelli pedum suorum in die furoris sui*. Idem de Ezechiele [k], *Locus soly mei, & locus vestigiorũ pedum meorũ, vbi habito in medio filiorum Israël*.

f vers.7.
g vers.8.
h lib.1.28.
i c.2.1.
k c.43.7.

Quoniã sanctum est.] Hieronymus, *quia sanctus est ipse*. Ita etiam Græcè ὅτι ἅγιόν ἐστιν, nec vllus aliter ex Enarratoribus Græcis, quos viderim. Immo Augustinus in commentario videtur eandem secutus lectionem. Recitatis namque verbis istis licèt in genere neutro extet (*sanctum*) mox subdit. *Quis sanctus est? in cuius honore adoratis scabellum pedũ eius.* Potest nomen קָדוֹשׁ *kados* referri tum ad הֲדֹם *hadom scabellum* τὸ ὑπόπόδιον, tũ ad *Deum*; carent enim Hebræi neutro genere. Siue dicas *Deum sanctum*, propter cuius sanctitatem scabello communicatam scabellũ adoretur; siue *scabellum*, quod etiam adoretur, quia sanctitatem accepit à Deo, perinde est: nec probare possunt hæretici scabellum adorari non posse, sed solum Deum.

Vers.6.] Moyses, & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius.

Inuocabãt Dominũ, & ipse exaudiebat eos.

Sensus loci.

EXemplis cõfirmat quãti referat religiosè colere Deũ: & simul quãta sit Dei sanctitas, & loci, in quo peculiariter adorari velit: præterea quãtum sint fructũ relaturi, qui Deo quãtam maximã potuerint, venerationẽ exhibuerint. Nã maximè illustres pietate, ac religione Moyses, & Aaron sacerdotes, atq, Samuel inter eos, qui nomẽ inuocabant Dei; cum Deum inuocauerũt, exauditi sunt. Horum trũ de indulta iamemin. sse Dauidem notat siue Basilius, siue Theodoretus contra Iudæos, qui initio psalmi sub nomine *populorũ* significauerat aduersus regnum Dei, & Christi iratos, & indignatos. Quasi diceret inditam ipsis hãc rabiẽ esse, seditionem, dominãdi cupiditatẽ, vtpote qui eripere conari olim fuerint Moysi, & Aaroni sacerdotium [a], & sub Samuele regem sibi popoſcerint, & illũ, qui iudicabat, & Deũ ipsum abiicientes [b]. Quam sæpe Moyses, & Aaró exauditi à Deo fuerint, Pentateuchus totus testis est, ita vt Pharao deprecatores pro se adhiberet, plagas expertes [c] Samuel non solùm iuxta nominis etymon, à Deo exaudiente impetratus est [d], sed exaudiebatur à Deo, vt est in primo illius libro, & sereno cœlo tonitrua fulguráq; demittebat, & hybernas hyemes æstate deducebat [e]: & flagitabat ab eo populus, ne vmquam pro eo orare cessaret [f]. Chaldæus Paraphrastes inuitat aliam causam quia Moyses & Aaron tradiderunt animas suas propter populum Domini, adeò multa tolerantes ab Ægyptiis, & ipsismet Hebræis: Samuel orauit pro eodẽ populo Richardus de S. Victore [g] applicat ad spiritualem hominẽ, siue religiosum. Dicit hunc esse Mosen legislatorẽ, si toto die circa hoc sit intẽtus, in hoc omni hora occupatus, quid pro præteritis delictis satisfaciat, quomodo de futuris se cautũ custodiat: quid quo ordine gerendũ, quando, vel quantum cuilibet rei insistendũ, &c. deinq; si dura præcipiat sibi, & districtè se puniat: Aaronẽ, si se macter per mortificationẽ in ara exteriore sensus carnis, in interiore affectus cordis: Samuelẽ, qui erat Propheta, & inuocator Dei, qui quantò plus nouerit, frequentius cogitauerit præmia, & supplicia æterna, tanto plus, attẽtius, & vehemẽtius Deum inuocat, orátque; si desinat hic Samuel prophetare dicto modo, desistere citò, & Aaronis deuotionẽ, & Mosis districtionẽ. Addit, licet quis iã sibi functus videatur officio Mosis, & Aaronis, quo tamen ante dictũ est, nõ debere cessare ab officio Samuelis, & perseuerare in contẽplatione, & in iudicio, quia ille Propheta, & iudex erat, vt per iudicũ discernat inas passiones, & insidias inimici. Tãdem docet ad Mosẽ

a Nu.16.1. & seq.
b 1.Reg.8.7.
c Exo.8.8. ca. 9.28.
d 1.Reg.1.20.
e c.12.17.18.
f c.7.8.ca.12. 19.
g annot.in ps.

pertinere

pertinere agenda discernere; ad Aaronem diuinum auxilium implorare; ad Samuelem quid ex re qualibet vtilitatis vel periculi prouenire possit prouidere, vt sit in nobis discretio, deuotio, circũspectio. Nec improbabile adduci eosdẽ in exemplum nõ modò sanctitatis, & benignitatis diuinę, sed terribilis etiam nominis Dei, atq; seueritatis; cũ nec Moysi, & Aaroni pepercerit, qui minus eũ ad aquas cõtradictionis glorificauerunt[a], ac proinde ingressu promissæ terræ prohibiti sunt; nec aliis, qui aduersus illos & Samuelem, perperam se gesserunt, & mala cõsilia machinati sunt. Hæc est Treueti, atq; Caietani exponendi ratio, & Placidi Parmensis, qui transcripsit ferè Caietanum, quam nomine tacito maximè probat Agellius. Hi etiam peculiariter legũtur pro inimicis orasse, & orationis efficacia impendentia populo mala auertisse.

a Num. 20. 12.

Mysticus sensus.

Mysticè etiam verũ est, quod ait Aiguanus, exempla afferri summi legislatoris, sacerdotis, Prophetæ, qui præcognouerint aduentũ Christi, & Christum inuocauerint. Affirmat hoc vltimum etiam Augustinus. Greueus[b] tria istorum officia cõstituit in anima, quæ verum Dei templum sit; rationem quæ discernat agenda & fugienda, quia Moses legislator erat; orationem, qua impetret vim cognita perficiendi, quoniam Aaron erat sacerdos: decretum ne de se præsumat, & infirmitatem suam agnoscat, quod sit per multa experimenta, quoniã Samuel Propheta prædicebat, quod præmiũ expectare debeat legis executor, quámq; pœnã trãsgressor. Hugo ait quemlibet sacerdotẽ debere habere tria, vt sit Moses, id est, *lugens*, aut *assumptus de aquis*; lugẽs pro peccatis aliorũ; assumptus de aquis voluptatis, & luxuriæ: vt sit Aaron, *mons fortis*, cõtra ventũ superbiæ: vt Samuel, *audiens Deum* contra auaritiam, audiẽnsque[c] *date, & dabitur vobis*. Glossa intelligit per *Mosem* extractum ab aquis, religiosos abstractos à deliciis mundanis: per *Aaron* montanum, prælatos in alto constitutos: per *Samuelem*, qui fuit minister in domo Domini, sacerdotes, & clericos: ab istis autem omnibus laudandum nomen Christi præ cæteris Christianis.

b Ser. 206.

Vt sacerdos sit Moses tria requiruntur.

c Luc. 6. 38.

Moysi, & Aaron in sacerdotibus eius.] De sacerdotio Aaronis nulla dubitatio, sed quo pacto Moyses dici possit *sacerdos*, respondeti potest, quia erat Leuita, & ex tribu Leui[d], *sacerdotis* nomẽ genericè sumẽdo pro dicatis cultui Dei hominibus. Deinde quoniã Aaronem consecrauit sacerdotem iussu Dei[e], & filios ipsius, quod si sacerdos propriè nõ esset, nõ fecisset. Tertio, quia vota populi coram Deo offerebat, & illo irascente magnis precibus pro eo supplicabat. Quarto, quoniã cum Aarone aduentum Domini sacerdotali præconio vel in legalibus tubis, vel in vestis tintinnabulis nunciauit. Quinto, quatenus nomen *sacerdotis* quandoque magnum, & principem virum designat, vt cùm filij Dauid hic appellantur[f], quamuis de tribu Iuda. Vltima ratio est Hugonis, & secunda, quam tradidit prior Augustinus, plurimiq; ex Latinis eã sequuntur, & tertia quæ à Cassiodoro quoque assignatur: quartam reddit is, quẽ appellant Hieronymum. Fauet quintæ Euthymius, dum ait mentionem fieri de istis, & de Samuele tamquam de Dei ministris, seruisq;, Moysen verò legislatorem vocat, Aaronem primũ inter sacerdotes, Samuelẽ principem inter Prophetas. Eodem nomine duos primos Glossa interlinearis nominat. Treuetus licet ob secundam rationem asserat Moysen sacerdotem fuisse, nihil omnino propendet non fuisse, iubens nos cum distinctione legere *Moysi*, deinde

d Exo. 2. 1. c. 6. 19, 20.

e Exo. 28. to. to. Leu. 8. & 9.

f 2. Reg. 8. 18.

De Moyse sacerdote contra Rupertum, & Tostatum in vtrãque partem.

A post virgulã indicantẽ separationem dignitatis, & *Aaron in sacerdotibus*, ita vt Aaroni conueniat esse sacerdotẽ, nõ Moysi. Optima ratio secunda ex cõsecratione Aaron, & filiorũ. Adde quod religionis quæstiones definiebat, offerebat munera, & immolabat, fœdus sanciebat sanguine, oblationes, & donaria principũ duodecim in tabernaculum, & altare excipiebat, vestes consecrabat[a]. Fictitium autẽ est quod Hebræi affirmant, tempore totius peregrinationis in deserto Mosem sacerdotis officio functũ. Absolutè ac propriè sacerdotẽ Mosen Philo, qui libros de vita ipsius ita concludit; *huiusmodi fuit vita, obitusq; Mosis regis, legislatoris, Vatis, & Pontificis*. Præterea Dionysius[b], Nazianzenus[c] appellãs *principem*, & *sacerdotũ sacerdotẽ*, & *sacerdotis*[d] *manus in monte sublatas compositásq;, ad orbem*, item Hieronym.[e] Anaclet.[f] (qui explicat *in sacerdotibus*, id est, primi inter eos; Melchiades[g], Damasus[h], Leo[i], rursum Augustinus[k], Magister sententiarum[l], Ambrosius[m] (qui quod cõsecrauit Eleazarum, probat sacerdotẽ à sacerdote consecrari debere) Vt omittam alios recentiores, citat Genebrardus Rabbinos Ionatham, Iosephum, Iosuam, Berechia, Abenezra, & hunc appellantẽ Mosem כֹּהֵן הַכֹּהֲנִים *cohen hacchohanim*. Apollinarius quoque in paraphrasi nominat *ἀμφ' ἱερεῦσι μέγ' ἀν* inter *sacerdotes magnum*. Docet quoque Dionysius, Rickelius, siue Carthusianus[n] in Mose respectu Israëliticæ plebis fuisse plenitudinem potestatis spiritualis, & sæcularis, iuxta exigentiam status plebis illius. Glossa Decreti[o] pares in consecratione facit Mosẽ, & Aaron, illum in administratione maiorem, & quia instruebat hunc, & redarguebat tanquam minorem. Forsitan probari adhuc posset vtrũque ex eo quod Aaron compellauit Mosem *dominum suum*[p], quamuis natu minorem. Licèt tunc ita locutus narretur, quem vehementer iratum, ob adoratum vitulum se permittente, cõpescere voluit. Quod autem Abulensis[q] docet Mosem fuisse sacerdotem secundùm speciale Dei priuilegium: item[r] nec magnum, nec minorem sacerdotem absolutè dicendum, sed potestatem illi ad hoc tributam à Deo, quoniam erat sacerdos vnctus oleo inuisibili, sed quãdo sacerdotes consecrati sunt, & ministrare cœperunt, ei non licuisse ministrare, cùm ipse in defectu aliorũ ministraret; hoc, inquam, quod Abulensis scribit secũdum alia membra concedi potest, quamuis de nomine *magni*, & *summi sacerdotis* non negarem: quantum verò ad vltimum, satius fuisset dicere, non quod non licuerit, sed quod opus non fuerit; numquam enim desiit sacerdos esse; quamuis alius esset, qui sacerdotalia munera obire posset circa sacrificiũ, & similia. Ita intelligo Aquinatem, cum exponens Magistrum[s], qui cum Aarone Mosen appellat sacerdotẽ, ait dici sacerdotem non officio oblationes offerendi, sed quia sacra primitus populo dedit, immediatè à Deo accepta. Sed nec speciale Dei priuilegium circa sacerdotalem dignitatem Mosi concessum aliter concedo, quam quod constituto Aarone in summum sacerdotẽ, quod erat priùs Moyses, voluit Deus, vt ea dignitas deferẽ-deferet ad solos posteros de Aaronis familia. Alioquin quoad vixit Moses, dici potuit, & debuit absolutè sacerdos, & ordinarius ratione functionis, tametsi nõ ratione successionis, quia eã dignitatẽ simpliciter accepit nõ ad tẽpus, & quantũ ad aliquatantùm, sicut aliqui sentiũt de Samuele, quod postea expendetur, & constat Eliã aliquando sacrificasse[t], & Gedeonẽ[u], sed nõ ei in tali officio succede-

a Exo. 18. 24. & 28. & 29. & 30. 40.

Tota tẽpore peregrinationis in deserto sacerdotis officio nõ functus est Moses.

b Eccl. hier. c. 5.

c ora. 6. coram Nysseno.

d orat. 30.

e 1 contra Iouinian. & citatur d. 36. c. Si quis vult.

f epist. 1. c. 3. & refertur d. 21. c. sacrosancta. 6. inter beatos.

g d 88. c. decreuit.

h ep. 4 vt quidem citat Basilius Zachinus not. in script. necdum ex im reperi.

i epist. 88. vel 86.

k quæst. in Leuit. in 23.

l 4. d. 19.

m epi. 82. vel 25.

n in Leuit. 8 c. 11. ca. 2. inter.

p Exo. 32. 22

q in Exod. 1 in fine com mitt.

r in Leuit. 8 post q. 6.

s 4. d. 19.

t 3 Reg. 18. 21. & seq.

u Iudic. 6. 19. 20.

bant, verū soli Aaroni qui de istius familia erant. Qui in re simbiudo quædam erat cum eo quod postea in Apostolis cōmigit; ex quibus Petrus solus fuit, cui succederetur tanquam ordinario pastori totius Ecclesiæ, alij ratione istius successionis erant pastores extraordinarij secundùm illā amplam potestatem in totam Ecclesiam, quæ tamen etiam Petro subordinabatur. Differunt adhuc est, quod Aaroni prælatus est Moses à Deo, Apostolis autem Petrus, sed non præcisè; propterea Moses maior Aarone extitit, quia extraordinariū sacerdotum secundùm dictam suorum successionem habeat. Sed quia ita Deus voluit; alioqui Petro superiores fuissent Apostoli, quia respectu ipsius erant extraordinarij, ad eum scilicet modū, quem dixi. Deniq, quod extraordinariè Mosi cōcessum est, post ipsius mortem ordinarium fuit in summis sacerdotibus ex familia Aaron, vt nimirū etiā de religione, ac fide definirè et pōderent, quod Moses dum viueret facultatem nō Aaron. Quæ potestas ordinaria communicata soli Petro est, & successoribus; nullis alijs etiam extraordinariè, nec viuente Petro, nec post illius mortem, quàm dictis successoribus. Ordinaria est potestas ista in Ecclesia penes Pōtificem summum dumtaxat, sicut in Petro erat, & in Synagoga ordinaria quoque fuit, quamuis extraordinariè Moysi fuit data dum viuebat, ordinariè illis tātùm summis Pontificibus, qui succedebant Aaroni directè. Quoniam autem Mosi primum concessa est huiusmodi potestas, propterea vocata est *Cathedra Mosis*[a]. Ex aliis rationibus prima, quod esset Moses Leuita, non sufficit, quia non quiuis Leuita munia sacra exercere poterat, quæ Moses exercuit. nec nisi propriè sacerdos. Tertiū quod offerebat vota populi, & pro illo supplicabat, nisi aliud addatur, potest conuenire etiam non Leuitæ, ac merè laico. Neque valet quarta, quoniam præconium per tubas nō erat adeò sacrum, & per tintinnabula in veste solius Aaron erat; nec enim talem vestem induit Moses vnquam, quamuis Deus iussu illam instituerit. Vltima ex notione כהן *Cohen, & sacerdotis*, pro viro principe, ac primatu, non minus congruit Samueli, qui etiam, vt iudex populum rexit. Hæreticis nostri temporis arridet ea ratio, quia nollent propriè sacerdotem Mosem fuisse, ne ex primatu, quem gessit in spiritualibus, argumentemur eum quoque esse in summo Pontifice. Quamquam in quocumque fuerit Synagogæ tempore, sufficit ad vim argumenti, nec fortalis est omnino necessarius sacerdotalis ordo ad supremam Ecclesiasticā iurisdictionem cui adiectum in lege, motes, &c. etiā illi de facto semper cum hac iurisdictione ordo iste, seu Episcopi, alij, coniung. soleat, & debeat. Verūm hæc sunt alterius instituti, & loci, & plura disputat Gretserus noster pro C. 4. lib. 1. *de Verbo Dei*, nostri item Bellarminus. Illud verò notatu dignum, quoties Moses & Aaron simul nominantur prior loco Mosem nominari, quamuis minoré ætate, quia dignitate præstabat nō tantum politicā, sed etiam Ecclesiasticā. Arguanus obiicietur, quia Moses erat summus doctor, & Propheta, Aaron summus prælatus, & pōtifex, & Moses magis honoratur quam Aaron, etiamsi præterea hic ætate grandior erat, sequi quod in maioris dignitatis doctor, quàm prælatus, & magis honoratibus quæ seniora præfertur prælationi, vtpote cum prælatio regitur per seruitutem, & hoc sibi vult Sapientem, cum ait[b]. Præpeti illum regnis, & sedibus: si autem hodie communis sensus habeat oppositum, hoc facere

A

B

C

D

E

virtutem diuinarum Disputat præterea de cōparatione inter Mosem, & Dauidē, vter Prophetiæ dono excelluerit; Respondétq. Dauidem quantum ad plura ipsi reuelata, quamuis Moses pluribus miraculis prophetias confirmarit. De vltima quæstione dixi in præfatione. Quod attinet ad aliam, si de Mose agatur, finitalis est posito quod sacerdos fuerit, vt probatū est. Ecclesiæ nunc mos est, Concilióque Tridentini decretum[a], vt Episcopatus, & insignes quædam dignitates non conferantur, nisi doctoribus, aut licentiatis in Theologia, vel in Iure Canonico, aut qui publico alicuius Academiæ testimonio idoneus ad alios docēdos ostendatur: & si regularis fuerit, à superioribus suæ religionis similem fidē habeat. Hortatur præterea idem Concilium[b], vt vbi fieri commodè potest, dignitates omnes, & saltem dimidia pars canonicatuum in cathedralibus Ecclesiis, & collegiatis insignibus conferantur tantùm magistris, & doctoribus, aut etiam licentiatis in Theologia, vel in Iure Canonico. Sed & Paulus eosdem[c] videtur nominare pastores, & doctores, vt in eosdem incidat pastoralis cura, & docendi munus: *& labia sacerdotis custodiunt scientiam, legémque de ore eius requirunt*[d]. Verūm præcisè non videtur ambigendum maioris dignitatis esse prælaturam, quæ fundata est in ordine sacro, ac iurisdictione supernaturali, quàm doctoratum qui versatur circa doctrinam acquisitam, licèt principia eius supernaturalia sint, si sic Theologiæ præsertim.

Et Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius.] Hieronymus, *in his*, &c. Vnde perspicitur idem fuisse in membro priore *in sacerdotibus*, quod, *inter sacerdotes*, vtrobique est præpositio ב *be*, & *in*. De Samuele proditum est in diuinis literis quod holocausta obtulerit[e], benedixerit hostiæ[f], vnxerit Saulem[g], & Dauidem[h], præterea quod vt oraret pro se, orabat eum populus[i], postquam inuocato Domino euocasset sereno cœlo voces, & pluuias, & ipse pollicitus est non cessaturum quin oraret pro illis: reprehendit Saulem, quod se absente sacrificasset[k]: orauit, & clamauit tota nocte pro Saule[l], & luxit, quoniam *Dominum pœnituisset, quod constituisset eum regem super Israël*[m]. Vocatur item ab auctore Ecclesiastici[n], *dilectus à Domino Deo suo*, dicturque inuocasse Dominū omnipotentē in oppugnādo hostes circūstantes vndiq; in oblatione agni inuiolati. Deus quoq; ad exaggerandam iram suam contra populum, dicit apud Ieremiā[o]; *Si steterit Moses, & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum; eice eos à facie mea, & egrediātur*. Ex his colligitur Samuelem non solùm inuocatoris munere, sed sacerdotis etiā functum esse. Excelluit etiam dono prophetiæ penè à pueritia ipsa[p], & stabat super cuneum Prophetarum vaticinantiū[q]: & ab eo videtur initium sumpsisse ordo Prophetarū apud Hebræos[r]. *Et cognouit vniuersus Israel à Dan vsque Bersabee, quod fidelis Samuel propheta esset Domini*[s]. Caietanus negat fuisse sacerdotem, quia non erat de tribu Leui; mentionem autem hic de illo fieri tamquam de insigni Propheta, & præcipuo inter inuocantes nomen Domini. Negat quoque Hamo de tribu Leui fuisse. Hugo post Cassiodorum, & Glossam interlinearem hoc loco. & ordinariam in epistolam ad Hebræos[t] facit eū item de tribu Leui, verum tamen post Heli filiōliq; ipsius suppleuisse officiū sacerdotis. Creditus Hieronymus Leuitā nominat, quia gestabat Ephod lineum[u]. Cōsentit Genebrardus, dicens Coratum, seu de linea Core fuisse. Abulēsis

[a] Sap. 6. 21.

[a] sess. 22. c. 2.

[b] sess. 24. c. 12.

[c] hic. 4. 11

[d] Malac. 2. 7.

[e] 2. Reg. 7. 9.
[f] c. 9. 13.
[g] c. 10. 1. c. 15. 1.
[h] c. 16. 13.
[i] c. 12. 17. & seq. & c. 8. 6. Eccl. 46. 20.
[k] 1. Reg. c. 13. 11. 13.
[l] c. 15. 11.
[m] ver. 13. cap. 16. 1.
[n] c. 46. 16. 19.
[o] cap. 15. 1.
[p] Samuel fuerit in matre sanctus est.
[q] c. 2. 1. & seq.
[r] c. 19. 20.
[s] Act. 13. 24. c. 3. item Heb. 11. Caietanus negat Samuelem fuisse sacerdotem.
[t] 2. 1. Reg. 3. 20.
[u] 1. Reg. 2. 18. & in Gen. 17. q. 10.

Quoties Moyses & Aaron simul nominantur, ille semper primo loco nominatur, & hoc significandæ excellentiæ causa.

Paulus de religiosis. Sed & hoc quod Petro primo concessa est, & successoribus eius concessa.

a Mat. 23. 1.

b Sap. 6. 11.

dicit ex eadē tribu fuisse, & numerari inter inuocātes Deū, id est, inter Leuitas, qui laudabant Dominum Deum, cantando dum sacerdotes ministrarent: sacrificasse nihilominus secundum specialem voluntatem Dei: familiam autem eius vocat *Caathitarum* [a]: Ephratæum verò dictum, quia de monte Ephraim, in quo habitabant aliqui Leuitarum [b]: denique licèt sacerdotale officiū non licuerit ei ex progenie, fuisse ex diuina dispensatione aut præcepto expresso [*]. Quidquid sit de tribu, & familia Samuelis (probabile autem est fuisse de tribu Leui, & familia Caath, vt Abulensis sentit) colligique videtur ex Paralipomenis [c], quia Gedeon [d] sacrificauit, & Elias [e], qui non erant Leuitæ, (tametsi dubitant de Gedeone an sacrificauerit, qua de re Serarius noster [f].) Cōciliari possunt qui negant, & affirmant fuisse summum sacerdotem, ad eum, quem idem Abulensis dixit modum, vt fuerit non progenie, sed dispensatione. *Sacerdotem magnum*, & *sanctum* nominat Augustinus hoc loco, & alibi [g] docet etiam si nō fuerit filius sacerdotis sed tantum Leuita, successisse in summo sacerdotio Heli, ac de illo prædictum [h], *Suscitabo mihi sacerdotem fidelem*. Cyprianus [i], nec nō Ambrosius [k], Glossa epistolę ad Hebræos [l] translatum sacerdotiū Heli aūt in illum; & cōsentit Angelicus Doctor [m], figuramque trāsferendi sacerdotij veteris in nouum extitisse. Innuit præterea sacerdotem Samuelem fuisse is qui sub Philonis nomine auctor est Biblicarum antiquitatum. Hieronymus [n] negat sacerdotem, & pontificem, sed Leuitam fuisse, qui propterea gestaret Ephod lineum, habitum videlicet propriū Leuitarum, & minoris ordinis, quod item probat ex citato loco Paralipomenō, simul tamē docet [o] successisse sacerdoti Heli, & hostias obtulisse, & de illo secundum historiam dictum esse, quod, citauit, *suscitabo mihi sacerdotem fidelem* & qui constituit Aaronem, constituit & illum sacerdotem, nimirum Deus, qui ita elegerit Aaronem, vt alios postea eligendi non amiserit potestatem: propriè autē sacerdotū esse inuocare Dominū, quibus dicitur [p], *sic benedicite filijs Isr. vel inuocantes nomē meū super illos*. Philosophatur eadem ratione Augustinus [q] de Gedeone [r], & Elia [s], & Abraham, dum hic obtulit filium [t]; ita Deum egisse illa cōstituisse, vt leges non sibi, sed hominibus daret: idcirco quod vnique præter illa ipse præcepit, non à transgressoribus, sed potius à pijs. & obedientibus impletum intelligendum esse. Eandem opinionem sequitur, nomine tacito, Treuetus. Quare nec error est Samuelem affirmare sacerdotem, vt Auctor quæstionum vtriusque Testamenti [u] falsò dictus Augustinus, docet, nec stulta dicere functum eo officio, quamuis non esset de filijs Aaron, nec natus sacerdos. Dispensatione, inquam, sacerdos fuit, non progenie, non præsumptor, aut re non concessa vtens, sed quod concessum, aut iniunctum etiam est, faciens: non per alium tantùm offerens, aut sacrificans, sed etiam per seipsum. Concedo illi, ex Ephod, quod portauit Samuel [x], non concludi sacerdotem fuisse, immo, nec quod Leuita fuerit; cùm Dauid etiam id gestauerit [y]. Alia sunt ex quibus sacerdotium Samuelis efficaciter satis demonstratum, vt dixi, & eo modo, quem dixi. Qui Mosi tribuunt psalmum istum, notāt præsentis nomen *Samuelis* quatuor post sæcula futuri, sicut Elias prædixit de Vria, & Zacharia [z], & de Cyro [a], centum annis ante, & alius de Iosia [b] trecentis. Sed auctorem omnium psalmorum Dauidem esse sentimus, & Bruno Carthusianus loqui dicit de Samuele, vt de contemporaneo.

Inuocabant Dominum, & ipse exaudiebat eos] Emendati codices Græci non habent secundum tronomen, nec Symmachus, ac Theodotio, & V. editio. Aquila ἐπακούσεται αὐτῷ ἐν ἐξ exaudiet eos: V. l. editio ἐπήκουον exaudiunt. Nectenda sunt ista superioribus, nempe quod Moyses, & Aaron sacerdotes, & Samuel vnus de inuocatoribus Dei, siue inuocatione propria sacerdotibus, quia benedicebant populo, aut nomine totius populi preces concipiebant, siue alia, *inuocabant Dominum, & ipse exaudiebat eos*. Chaldaicè, *Moses, &c. & Samuel propter illos orauit Dominum, sicut patres seculi, qui orauerunt in nomine eius, precabantur coram Domino, & ipse respondebat eis*. Si responsum sumatur in propitiatorio redditum, de solis Mose, atque Aaron ordinariè intelligitur, quia soli summo sacerdoti licuit intrare in Sancta sanctorum [a]: vel de Samuele etiam secundum priuilegium, sicut & alia sacerdotalia munera exercuit vt antea vidimus, & confirmat exemplo Iacobi Apostoli Genebrardus ex Egesippo apud Hieron. [b] & ex Iosepho Gorionide [c], qui scribit constitutos mille sacerdotes, qui idem ingrederentur, videlicet extra ordinem, cùm occurreret necessitas Dominum consulendi, vt propter famem, bellum, &c. Præstat *exauditionem* generalius accipere. Notum autem est quàm Deus facilis esset ad preces Mosis, Aaron, Samuelis. *Verbum quod locutus es*, inquit Deus Mosi, *feci tibi; inuenisti enim gratiam apud me, & tespsum noui ex nomine*, & postquam orasset ieiunus per dies ac noctes quadraginta pro peccatis populi, exaudiuit eum Dominus [d]. Cùm autem præscripsit Aaroni, & filijs, vt benedicerēt populo adiecit, *& ego benedicam eis* [e]; & eumdē Aaronem quando stans medius inter viuos, & morientes cum thuribulo deprecabatur, exaudiuit; plagam cessare faciens [g]: & vt omittatur quoties hi fuerint exauditi, Samuel, vt priùs quoque retuli, exauditus est, quando ad ipsius clamorem dedit Dominus voces, & pluuias in die messis vt sentiret populus quam grande malum fecisset postulando regem sibi [h], & cùm orasset in Maspha pro populo contra Philistæos *facta est manus Domini super ipsos cunctis diebus Samuelis* [i]. Nescio quid in mentem venerit Fabro, cùm dicit Samuelem pro spiritu Eliæ in se duplicando inuocasse Dominum. Eliæus id orauit, nō Samuel multo antiquior Elisæo. Non leue quid esse, nec insipientium, sed perfectorum inuocare Dominum, probat hinc Hieronymus [k], tractans Ioelis verba [l], quæ Paulus recitat [m], *omnis qui inuocauerit nomen Domini saluus erit*, si nempe non sermone, sed affectu fiat cordis, quemadmodum dicere Dominum IESVM *in Spiritu sancto* [n].

Vers. 7.] In columna nubis loquebatur ad eos.

Custodiebant testimonia eius, & præceptum quod dedit illis.

NOn solùm Deus inuocatores suos Mosen, & Aaron exaudiebat, sed tamen tam quodā modo loquens eis in columna nubis, siue in nube quæ columnæ formam habebat. Causa verò cur illos,

a In Iudi præfatio q. 1. & 1. Reg. 1. q. 1. o
b 1. Reg. 1. q. 1.
* ibid. q. 7.
Samuel ex tribu Leui fuisse probabile est.
c lib 1. 6. 28. 54
d Iudic. 6. 19. 20.
e 3. Re. 18. 21. & seqq.
f in Iudi. 6. q. 11.
g 17. de ciui. c. 4. & 5. 1. retract. c. 43.
h 1. Reg. 2. 35.
i Epist. 65.
k in psal. 118. serm 18.
l cap. 7. mihi. lect. 3.
m 1. cont. Ioui.
n 1. Cor. 1.
o in 1. Cor. 1.
Propriè sacerdotum est inuocare dominum.
p Num. 6. vlt.
q q. 36. in lib. Iudic.
r Iudic. 6. 19. 20.
s 3 Re. 18. 30.
t Gen. 22. 2.
u q 46. apud August. to. 4.
Samuel dispensatione sacerdos non progenie.
x 1. Reg. 2. 18.
y 2. Reg. 6. 14.
z cap. 8. 2.
a c. 44. 28. c. 45.
b 3. Reg. 13. 2.

illos, ac Samuel. Im etiam, licèt ei non loqueretur in columna nubis, quæ cum peregrinatione populi deûcrat, exaudiret, erat; quoniam obsequebantur voluntati Dei atque præceptis, ac sese ei gratos & charos reddere quam maximè studebãt, nec verbum ex eis prætermittebant, quæ Deus populo per ipsos renunciari mandabat. Si quis velit omisso Samuele, de primis duobus hîc tantùm agi, & sequenti versu, magis expeditè declarabit quod hoc loco de nubis columna dicitur, & postea de vtrione in omnes adinuentiones eorũ.

In columna nubis loquebatur ad eos.] Venit ad Mosen Deus *in caligine nubis, vt audiret populus loquẽtem ad ipsum, & crederet ei in perpetuum* [a], *texit eundem in monte sex diebus* [b], sed *columna nubis ingressio Moysi tabernaculum fœderis, descendebat, & stabat ad ostium, loquebaturque cum illo cernentibus vniuersis, quod columna nubis staret ad ostium tabernaculi, stabantq́; ipsi, & adorabant per fores tabernaculorum suorum: loquebatur autem Dominus ad Moysem facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum* [c]. Aliquando in eadem columna nubis in introitu tabernaculi loquebatur Deus cum Moyse Aaroni etiam, & Mariæ [d], & illo abeunte cum ira nubes recedebat, quæ erat super tabernaculum [e]. Erat forsitan hæc columna nubis non illa, quæ comitabatur interdiu populum per desertum, de qua egimus alibi, sed alia, in qua dixit Deus Moysi se appariturum sacerdoti ingredienti sanctuariũ super oraculum [f], & quã aliqui de nebula existente ex thymiamate intelligunt. Lege Abulensem [g], qui putat quod angelus, qui erat in loco dicto *Sancta sanctorũ* ad respondendũ quæstionibus, quas faceret faciendos, assumebat corpus de aëre multũ densato, ad formandum ibi voces; erátque istud corpus super propitiatoriũ inter duos Cherubim: ne autẽ videretur, præcipiebat Deus cremari thymiama, vt nebula, seu fumo, ac vapore illius circumfunderetur, ac tegeretur. Moysi verò licebat quoties vellet intrare in Sancta sanctorũ, & mõstrabat ei Deus effigiem illiã corporeã existentem super propitiatorium, quã nulli alij mõstrabat, & si aliquis eam vidisset, moreretur. Sic ille in Leuiticum. At in Exodum [h] distinguit nubẽ extensam super castra, vt defenderet à calore solis, & aliam, in modum columnæ, densioré & minoré, & lucidioré, quæ præcedebat in via, & descendebat ex loco superiore tabernaculi vsque ad ostium, vt Deus, siue pro Deo angelus, loqueretur secretius cum Mose, idque *facie ad faciem*, quia in dicta columna formabat angelus velut corpus, & figurã hominis, quã videret Moyses, in quo non erat periculũ idololatriæ, non autem populus. Quod Latinè legimus Deum respondisse Iob *de turbine* [i], Græcè dicitur ἐκ τῦ ἀνέμου: *ex nube*. & ἐξ ἀϊδίου & τοῦ ἀνέμου *per turbinem, & nubem*. quod non ficte, ac imaginariè, sed re ipsa propriéque sumendum demonstrat Pineda noster [k], posse nostrum Thyræum [l]. Eusebius [m] hac ratione ait demonstrari quod Deus sit vnus, si Dominus. Sic in nouo testamento vox missa narratur de nube [n], quod innuit præterea incarnationis mysterium, & Deũ sese nobis attemperare, qui per se ucé habitat inaccessibilẽ. Nicetas [o] quoque, & Iulianus? scribunt similiter vt cum Mose, & Aarone, colloquutũ in nube cum Iobo Deum. Clarius tamen [p] eo modo nubis vocé exaltus mutti Sufficiat tot. sis eadẽ nubes, quæ veritatis nominibus appellatur, nimirum *nubes, nubes Domini, caligo, tenebræ, ignis, species ignis*, seu *quasi species ignis, columna ignis, columna nubis*, *gloria*, vel maiestas Domini. *ignis* quidem, ac *species ignis*, seu *quasi species*, ob lumen de nocte sine calore: *caligo* ac *tenebræ*, seu *nubes tenebrosa*, & *caliginosa*, quia densa, & interdiu obscura. Eadẽ interdiũ figurã mutabat columnalem, vt cùm occuparet ostiũ tabernaculi, vel id intrabat & implebat. Vt merito vocaretur *nubes Dei*, quia pro ipsius voluntate seruiebat, & eius præsentiã indicabat, atque maiestaté. Plura citatus Thyræus, nósque ipsi in historia transfiguationis. De Samuele nihil discrtè tradunt diuinæ literæ, vnde affirmari possit ei Deum locutum in nube. Solùm narrant cùm offerret holocaustum, & Philistum inuasi. nt prælio contra Israël, *intonuisse Dominũ fragore magno super illos, & exterruisse* [a], præterea *ipso inuocante dedisse Dominum in die messis triticea voces, & pluuias* [b]. At editũ etiã Samueli de nube seruionẽ non constat. Hebræos fingere Agellius refert, columnam nubis ad ostium Samuelis apparuisse, cùm à Saüle, & eius puero ad oraculũ accipiendũ quarreretur [c]. Meminit Kimhi. Lyranus, Rickelius, Caietanus, Placidus Parmẽsis creduntaliquando sic Samueli locutũ Deũ, etiamsi alibi nõ scribatur, & fortassis citatis locis id euenisse, quamuis Dei sermonẽ solus audiret Samuel. Euthymius negat de Samuele, imiuò & de Aarone, atque per Syllepsim quod vni conuenit Mosi, de pluribus affirmari. Certè Samuelis tempore non erat amplius columna nubis in vsu, nec temerè affirmandum, quod ipsam Deus ad colloquendũ cum illo peculiari opere confecerit. Extendi potius deberet nomen *columnæ nubis* ad nubẽ, vt Caietanus, & Placidus Parmensis monent. Satius est proprium id asserere Mosis, & Aaron, hic enim cum sorore dicitur semel interfuisse sermoni, quem habuit Deus ad fratrem Mosem [d]. Hoc autem loco seorsim agitur de eo, quod primis duobus cõuenit. Satis id indicat Augustinus [e], nempe prærogatiuã fuisse Mosis, & Aaronis hoc Dei per columnam nubis alloquium. Pertinet ad mysteriũ, quod Hugo notat, scripturam antiquis fuisse, vt columnam nubis duram, & occultam, nobis à vero sole illuminatam. Item prælatos debere esse rectos vt columnas, & retinere alios, vt nubem. Adde symbolo *columnæ* sapientiam designari, vt quando *sapientia* dicitur *excidisse septem columnas* [f], & *columna* vocantur à Paulo & Petrus, Iacobus, Ioannes, & iterum sapientia *thronum suum ait esse in columna nubis* [g], quasi dicas *sugestum*, & *tribunal*. quo nomine vertitur aliquando יסד *bhamod* [h], vel *gradus* [i]. Quasi hoc loco sit sensus, quod loquebatur Deus ex columna erecta, & sublimi, velut ex tribunali regio, cathedra, gradúque præcelso ius dicens, pius faciens, fontes condemnans. Notauit id Pineda noster [k]. Adiice *columnam in domo Dei* ex Apocalypsi [l]. Ambrosius [m] legem viatum scribit vtramque columnam ignis & nubis fuisse: *nubis specie* significatum aduentum Christi *in nube Lucæ* [n], id est, in Virgine Maria, & qui ipsius Christi carnem nulla sua grauabant delicta. Quo pacto etiam Christo competat ratio columnæ, lege Aiguanum.

Custodiebant testimonia eius, & præceptum quod dedit illis.] In vetere psalterio, & apud Augustinum, Arnobium, & Cassiodorum, *præcepta eius, quæ dederat illis*. In psalterio Romano, *præcepta eius quæ dederat illis*. In Regius, & Complutensibus, aliisque Bibliis Græcis [illegible] sed in emendatis deest. Samueli hoc erat commune, licèt de Mose, & Aarone dici per se videatur, præsertim de

a 1 Reg. c. 12.
b c. 12. 17.
c c. 9. 6. & seq.
d Num. 12. 2. 3. c. 7. 8.
e 2 de peccat. merit. c. 6. Cur quam Deus per columnam nubis interrogauit Mosen, & Aaronem.
f Prou. 9. 1.
g Galat. 2. 9.
h Eccl. 24. 7.
i 2 Paral. 34. 31. & 4. Reg. 2. 2 Par. 5. 7.
k 3. de Salo c. 1. 2. 3.
l in pſ. 118. octo.
m Ilia. 19. 1.
n Luc. 1. 35.
o Nicetas in cap. 19. Exod. Iulianus in cap. 19. Exodi.
p Ibid.
q Ibid.

Mose. Nam lex istis data est, vt populo ferrēt, & eam exequerentur secundum non modo moralia præcepta, quæ sunt vnum in radice charitatis, sed etiam iudicialia, & cæremonialia, quibus ratio testificandi, & aliud sub attestatione significandi magis conuenit. Paraphrastes *pactum* pro *præcepto* ponit, & פ *chok* inter alia sumitur pro *ritu, quo colitur Deus*. Propter adeò exactam obedientiam præbebat se Deus illis quodam modo obedientem, & obsequentem. Idcirco Tertullianus [a] hortatur, vt oremus cum memoria præceptorum, ne quantum à præceptis, tantum ab auribus Dei longè simus, quia memoria præceptorū orationibus viam sternit ad cœlum. *Qui autem declinat aurem, ne audiat legē, oratio eius erit execrabilis* [b]. Hinc illa confirmari doctrina Augustini potest, præsertim in libro de perfectione iustitiæ, custodiri testimonia & præcepta Domini posse in hac vita, & vias illius, dummodo quis non sic exorbiter, vt eas relinquat, sed currendo in iis proficiat, etiamsi aliquando, vt infirmus offendat, ac titubet: proficere autem, peccata minuendo, donec perueniat, vbi sine peccato sit.

a de oratio. c.10.

b Prou.28.9.

Vers. 8.] Domine Deus noster tu exaudiebas eos: Deus tu propitius fuisti eis, & vlciscens in omnes adinuentiones eorum.

Sensus loci.

COnfirmat ita esse quod proximè dixerat, quod inuocātes se, Deus exaudiuerit Mosē, & Aaron, & Samuelem etiam, de quo ne quis dubitet, cum nominatus fuerit, fortassis repetit eandem sententiam. Dirigit autem sermonem ad Deum, quo cum prioribus aliquot versiculis locutus fuerat, tùm præ eximio quodam pietatis affectu erga ipsum: tum vt veluti testem adhibeat rei adeo grauis ac seriæ. Igitur dicit Domino Deo, quod exaudire solebat tres illos diligentes custodes legis ipsius, quoties pro populo deprecarentur, cúmque populus delinqueret in Deum, propitium ei fuisse ac ignouisse, propter eorumdem preces; quod si læderet illos, qui tantopere chari erant Deo, vindictam de eo sumpsisse, quantūuis auertere illam precibus magnopere niterētur pro singulari sua charitate, atque benignitate. Vel, quod aliis non paucis placet significare vult Dauid, sic exauditos à Deo sanctissimos illos tres viros, & ita illis propitium Deum fuisse, vt si quādo peccarent, non sineret inultos abire. Quia verò nullum Samuelis legitur in scriptura peccatum, quod vltus sit Deus, quemadmodum de Mose, atque Aarone, qui quia non glorificauerūt Deum ad aquas contradictionis, ingressu promissæ terræ prohibiti sunt [c], comminiscuntur Hebræi peccasse, quod filios nō reprehenderit, nec illos docuerit viam rectam, ideóque ante definitum tempus, siue quod alioqui victurus fuerat, mortuum fuisse. Tertius dicendi modus facilis est, dicere, vt antea quoque diximus, mentionem de Samuele factam dumtaxat esse cum Mose & Aarone, quatenus insignes erant probitate, ac religione, & propterea facilem in orationibus Deum experiebantur: alia proprie spectare ad Mosem tantum, & ad Aaronem, qui sacerdotes absolutè dicebantur, & ad quos Deus loquebatur in nube, & quorū peccatum narratur in scriptura. Idem est, si *vltionem adinuentionum* referamus actiuè ad eos, qui excogitatis malis consiliis & factis alios læserunt. Na punitos legimus, qui concitarunt seditionem Mosem, & Aaron [a], murmuratricē quoque cu Aarone fratre, in fratrem Mosem, Mariam sor rem [b]. Peccauit etiam Aaron, vitulum permitt adorandum populo, quidquid ab hoc illum qu dam crimine purgare tecens conetur auctor, qu alius postea refellit, & nos in cōmentario Actuu Apostolorum, & Augustinus hoc loco dicit displ cuisse, sed non reperimus affectum pœna fuis peculiariter propter illud peccatum. Voluit iter Deus Mosem occidere, quia non circumcidera filium [c]. Licet verò displicuerit Deo quod popu lus reiecto iudice Samuele, popposcerit sibi regē tamen pœnam luisse populum hac præcipuè d causa non scribitur, sed potius, quod ipsumme Deum reiecisse videretur. Argumentatur iuxt secundum dicendi modum Augustinus [d], vindi care etiam Deum propitium in filios gratiæ, qu vindicat, iratus in filios damnationis, quoniā *quem diligit corripit, & flagellat omnem filium quem rec pit* [e]. Vult Deus reddi propitius adhibitis à nobi spōte quibusdam vltionibus contra venialia pec cata, vt loquitur idem Augustinus [f]: & cum ipse met vlciscitur, præparat, disponit, perducit ad eo rumdem remissionem. Huc alludit Bernardus [g] dicens, se non cum nosci, sed cum sentit Deum iratum, tunc maximè confidere propitium, *quoniā cum iratus fuerit, misericordiæ recordatur* [h], Moysem loquitur & Aaron, atque Samuelem, quos modo præmiserat; & hoc vocat propitiationem, quod eorum Deus non pepercerit excessibus. Quod ve rò attinet ad Samuelem, etiā si infans ad Tēplum datus fuerit, vt omnes ætates suas inter sancta Sacramenta Dei peregerit ab ineunte ætate famulus Dei, & nihil vnquam dictum de illo sit ab hominibus; noūerat ibi forte Deus, inquit Augustinus, aliquid quod purgaret: quia & quod perfectū iam videtur hominibus, illius perfectioni adhuc imperfectum est. Affert exēplum ex artificibus, qui pleraque faciunt, & ostendunt imperitis, & cum iam iudicauerint imperiti esse perfecta, expolīūt illa artifices, qui nouerūt adhuc quid illis desit, vt mirentur homines tātam expolitionē rebus accidisse, quas iam perfectas pronunciauerant. Subdit adhuc quod sit hoc & in ædificiis, & in picturis, & in vestibus, & propè in omni genere artium, vt primo iudicent illud iam quasi perfectum esse, vt oculi eorum amplius nihil desiderent, sed aliud iudicat oculus imperitus aliud iudicat artificis regula. Tum colligit, quod sic & illi sancti versabātur in oculis Dei tamquam sine culpa, tamquam perfecti, tāquam angeli, nouerat autem quid illis deesset, qui vindicabat in omnes affectiones, siue adinuentiones eorum. Deinde demonstrat non adeo censendam pœnam, quod mortui sunt Aaron, & Moses iam senes, nec permissi ingredi terram promissam, sed quotidie populos paterentur contradicentes, & iniquè viuentes; tantum enim vnumquemque iniustitia torqueri aliena, quantū recesserit à sua; has plagas magnas in corde esse illi, qui corde, & corpore integro inter malos cogitur viuere. Trahit præterea in hunc sensū, quod *seruus qui nouit voluntatem Domini sui, & non fecit digna, plagis vapulabit multis* [k]; quia tunc innotescit magis nobis reatus noster, & tantò plus imus in fletus, & lacrymas: & videmus quàm sit iustū quod de nobis exigat Deus, in quanta adhuc imperfectione iaceamus, & sit in nobis quod dictum est, *Qui apponit, addit, si etiam apponit, addit, & ao-*

Nullū Samuelis peccatū in scriptura narratur.

c Num.20.12.

lorem [a], laborem. Profert postremò exemplum Pauli, omniũ habétis Ecclesiarum solicitudiné [b], & qui *cum infirmato infirmabatur, urebatur cũ scandalizato* [c], stimulum carnis patiebatur [d]. Monet, vt intelligamus, cum inter tales hominum versari cœperimus, qui quod in nobis reprehendant, non inueniant, reprehendere Deum, qui nouit omnia, & vindicat in omnes affectiones, seu adinuentiones, quia propitius est nobis. Non potui hæc omittere, quamuis extra morem, quia continent prorsus salutare documentũ, pié admodum & apte ad loci præsentis intelligentiã, cum pari elegantia traditum. Confirmát adhuc doctrinam catholicam contra Pelagianos, & Iouinianum, de distinctione peccati mortalis, & venialis. Nam hic dicuntur iustis quædam peccata esse, quibus Dei propitiatio necessaria sit, & quibus Dei paterna castigatio adhibeatur. Præterea ostendunt falsum esse quod Lutherani docent, veniale peccatũ esse illud, quod non imputatur à Deo, quamuis ex se sit dignum supplicio æterno; si enim non imputatur, quid opus est propitiatione, atque vltione? Deinde admonent iustũ, vt sit *accusator sui ipsius* [e], atque *seipsum diudicet, ne iudicetur, atque puniatur à Domino* [f]. Vim item habet nomen *adinuentionum*, vt intelligamus peccatoré suismet quasi funiculis ligari [g], & flagellari [h], & à Deo *inuestigari funiculum* [i] illius, quo puniat, & *ne illis esse, qui trahant iniquitatẽ in funiculis vanitatis* [k], quæ sunt vanæ cogitationes, & adinuẽtiones, quas Deus retorquet in auctorem suum. Sed & illud maxime differtur, quanta sit misericordia Dei, quod quandoq; non misereatur, nec parcat. Qua de rè dixi aliàs nõ semel, sermóque super eodem argumento lectu dignus Augustini de Verbis Domini [l] 37. Postremò notandũ permittere Deum, vt in quibusdã peccẽt viri alioqui sancti, vt caueant non ita sancti, & illi sint humiliores, atque alius compatiantur. Exemplum in testaméto nouo Petrus fuit, & ante conuersionem Paulus: Aaron, Moyseque in antiquo.

Falsum est veniale peccatum esse illud quod non imputatur à Deo.

[a] cl. 1. 18.
[b] 2. Cor. 11. 28.
[c] vers. 29.
[d] cap. 12. 7.
[e] Prou. 18. 17.
[f] 1. Cor. 11. 31. 32.
[g] Prou. 5. 22.
[h] Ioan. 2. 15.
[i] psal. 138. 3.
[k] Esa. 5. 18.
[l] cap. 4. & seq.

Domine Deus noster tu exaudiebas eos.] Hieronym. psalterium vetus, Augustinus, *exaudisti*. Hebræi præterito vtuntur pertecto etiam pro imperfecto. Priore quoque modo transtulit Apollinarius.

ἀφεσιν εν αφιεις αὐτοις ὁ θεος ἡμων ὁ ἁγιος ἐας ετοιμος.

Immortalis tu eis dedisti de cœlo autem paratam.

Pronomẽ, *eos*, dixi referri ad *Mosem*, & *Aaron*, quia vltimum membrum solis conuenit, quantũ quidem ex textura potest constare, in qua nulla legitur vltio Dei in adinuẽtiones, seu peccata illius, quamuis pro conditione humana fecisse nõnulla leuia credi possit. Sed credi etiam debet Dauidem hoc loco loqui de notabili vltione, propter peccata, si non mortalia, certè notabilia. Si Samuelem cõprehendamus, *adinuentiones* erunt accipiendæ, non ipsius, & Mosis, ac Aaronis quas egerint, seu excogitauerint, sed quas passi fuerint a populo, quoniam. quod attinet ad Samuelé, posset vtrũque censeri vltus Deus importunã petitionem populi, qui reiecto Samuele postulauit regem ibi. 8. præterea posset, hic & deinceps de populo sermonem esse, vt non solum intelligantur exauditi Moses, Aaron Samuel, verum etiam populus, & propitiũ experti sis Deu, quomodo clamabat ad Dñm per semet ipsam, vel per illos alios tres, & simul tamen sentire vltionem eorum in *adinuentiones eorum*, quoniam sic propitiatus est Deus, & ignouit populo suo ferè semper, vt quadã ex parte castigaret. Ostare fortassis dices mutationem personarum, sed hoc minime Scripturis insolens. Nõ est ad rem translatio Felicis, *humiliasti, & afflixisti eos*, etiamsi verbum Hebræum illam quoque notionem habeat, nempe עִנִּיתָ *hhanistha*.

Deus in propitius fuisti eis.] Chaldæe, *peperceris populo tuo propter eos*. Vbi Paraphrastes imitat personam, & propitium Deum facit populo, sicut antea ipse interpretabar. Sic etiam Vatablus de populis exponit, quibus in Mosis, & Aaronis gratiam, atque ad illorum preces Deus parceret. *Propitiationem* Augustinus duntaxat spectari vult in peccatis, nec dici *propitium Deum*, nisi quando dat veniam. Puto ad plura extendi, hoc est, etiam ad beneficia alia: quod indicat nomen *propitiationis*, vbi dabantur à Deo responsa, & varij generis species, non pro peccatis solis, exaudiebantur. Itaque *propitium esse* idem erit, quod *clementem, indulgentem, benignum, facilem in exaudiendo*.

Et vltiscens in omnes adinuentiones eorum.] Hieronymus, *& vltor super commutationibus eorum*, quod Treuerus de Mose, & Aaron declarat, quãdo commutabantur à fiducia Dei in diffidentiam, vt propterea prohibiti sint ingredi terram promissionis: Faber quod à diuina iussione ac voluntate cõmutati, alienati essent, eámque transgressi essent. Hebraicè deest, *omnes*, & nomen עֲלִילוֹתָיו *hhaalilotaiu* declarant alij *opera, studia, machinationes, consilia*. Symmachus vertit ἐκδικῶν ἐπὶ ταῖς ἐπιχειρήσεσιν αὐτῶν *& vltor super iniurias eorum*. Psalterium Romanum & Cassiodorus, *& vindicans in omnia studia eorum*, Veras psalterium, & Augustinus, *& vindicans in omnes affectiones eorũ*. Docui de Mose, Aaron, & Samuele, quomodo exponatur vltionẽ de peccatis eorum à Deo sumptam esse. Cæterum omnino mihi non placet, peccauisse Samuelem ægre ferendo petiisse à populo regẽ, cum hic de filiis ipsius conqueretur [a], & se cum filius deuci à principatu: propterea que vsum Deum consolatione, cum dixit, quod populus *non illum, sed semetipsum abiceret, ne regnaret super eos* [b]. Non diminuisset scriptura peccatũ hoc duplex Samuelis, & malę filiorũ iustitutionis, & ambitionis. Neque certè consolatus esset Deus ambitiosum, sed reprehendisset & de hoc, & de alio peccato, sicut reprehendit Heli de mala liberorũ educatione per ipsummet Samuelem [c], qui Samuel idcirco non videtur ea in parte defuisse officio suo, quãuis filij obsequentes non fuerint. Itaque vel de Mose tãtum, & Aaron locus intelligitur, quia Samuel, vt ante dixi, licèt, vt homo, in nonnullis leuiter offenderit, non hoc Dauid cõmune omnibus hic indicasset, vel de populo, idque tum quatenus erga Mosem, & Aaronem male se gessit, tum secundum alia peccata, quibus Deum offendit. Vltimo modo sensus esset, quod fuerit Deus propitius, Mosi, & Aaroni etiam tũ quando vlciscebatur peccata populi. Penultimus dicendi modus de iniuriis contra Mosem, & Aaronem, est Basilij, Theodoreti, Euthymij, & multorum recentium, ex quibus carmine rem bene declarat Gallus poëta [d].

Ainsi Dieu Souuerain nostre Dieu secourable,
Tu les as exaucés, tu leur fus fauorable
Et pour vanger leurs torts ta fureur s'attisa,
Punissant aigrement qui leur contrediſoit.

Sine causa Faber interpretationem nostrã reprehendit, quasi ἐπιδιορθώσεις non significent *adinuentiones*, sed *exercitia, & exercitationes*: exponit autem de populo, qui cum diuinas ordinationes, in quibus Moses, & Aaron cũ exercebant, nec erant inuenta illorũ, sed Dei instituta, transgrederetur, Deus puniebat eos. Expositio tolerari posset, quod

[a] 1. Reg. 8. 5.
[b] vers. 7.
[c] 1. Reg. 3. 13.
[d] P. Pompon. Delphinus.

attinet

attinet ad populi peccata, sed cum nomine *adinuentionum* cohærere etiam potest. Nam idem nomen Latinum, & Græcum extat alibi in eadem notione [a]. Ibunt in adinuentionibus suis, vbi Hebræum מַעֲשׂוֹת *mahhatsoth* significans *consilia*: & *nequitiæ adinuentionum* [b] dicitur ἐνθυμήματα πονηρὰ διανοίας, & רַע מַעֲלָלִים *rahh mahhalelim*: & adhuc tertio *adinuentiones* ponuntur [c], licèt in bonam partem, etiam à Hieronymo, vbi sunt עֲלִילוֹת *bhahlioth*, & ἐπιτηδεύματα. Sæpius præterea diuersis aliis in locis [d] *adinuentionum* vox absolutè accipitur pro *malis consiliis, studiis, & malitiosè ac præmeditatè factis*; quod non rarò etiam additione alicuius alterius dictionis exprimitur. Indifferens nomen est, innuitque id quod quis excogitat, & adinuenit, & liberè operatur siue bonũ siue malum. Peccata quidem *adinuentiones nostræ* dici possunt, quia Deus eorum non est auctor, vt philotophantur Bruno, & Rickelius. Tamen bonis quoque operibus tribuitur idem vocabulũ, vt cum *iustus* dicitur *comedere fructum adinuentionum suarum* [e]. Non alsequor quid Apollinarius velit.

a psal.80.13.
b psal.27.4.
c psal.76.13.
d Iob 10.18. Iudic 2.19 psal. 105.29.39. Isai.3.8. Osee 7.2. Mich.2.1. Soph.3.11.
e Isa.3.10.

πάντα δ' ἀκριβῶς ἐξήτουν ἐπιβουλεύοντες ἀφορμάς.

Omnia vero quæ faciebant festinabas auxilium.

Nisi subintelligas quæ faciebãt Hebræi mala cõtra Mosem, & Aaronem, festinabas auxiliũ in fauorem illorũ, vlciscẽdo, atque vindicãdo iniurias Hebræorum contra illos, tamquã vindex. Alioqui videretur oppositus sẽtus, fuisse auxilio Deũ Mosi, & Aaroni in omnibus, quæ agebãt. Hunc sensum tradit creditus Hieronymus, vt omnia, quæ agere illi studerent, ad perfectum Deus deduceret, quia placita erant ipsi. Quod est vlciscitos, qui conarentur eorũ conatibus obsistere, cum custodirent Dei mandata præceptumque, mihi ex priuato spiritu, & voluntate facerent. Hoc pacto *adinuẽtiones eorũ*, vel essent deliberati conatus illorũ, studentiũ Dei voluntati satisfacere: vel potius aduersariorũ volentiũ impedire. Cæterũ tritus ille sensus, quod *propitius sit Deus vlciscens*, hoc est, dũ vlciscitur, vel quod etiam si sit propitius, condonẽtque peccata, pœnas tamẽ repetat, quarum remanet reatus aliquando; vtilem continet tropologiam. Placatus Dominus populo dixit, *in die se visionis visitaturũ, & illud peccatum eorũ* [f]: & Machabæorũ [g] scriptor historiæ affirmauit *non sinere peccatoribus agere ex sententia, sed statim vltiones adhibere, magni beneficij indicium esse, vt cum iudicij dies venerit, in plenitudine peccatorũ puniat Deus.* Propria verò ratio *vlciscendi adinuentiones* est, vt excogitata mala consilia in auctoris recidant caput, vt *per quæ quis peccat per hæc & torqueatur* [h]: *& comprehendatur iniquus in consiliis suis, vt malum consilium consultori sit pessimum, vt incidat, qui fouea fecit in eam* [i]. De qua re alibi actum.

Reatum vltio aliquando remanet. Tropologia.
f Exo.32.34.
g lib.2.c.6.13.
h Sap.11.17.
i psal.7.16.

Vers. 9. Exaltate Dominũ Deum nostrum, & adorate in monte sancto eius, quoniam sanctus Dominus Deus noster.

Sensus lect.

REpetit in fine adhortationẽ in versu quinto, positam, paucis mutatis, vt Dominũ Deum adeo potentem, beneficũ, iustũ, laudibus summis efferãt, atque submissione tum animi tũ corporis quanta possunt maxima venerentur, pontificum in monte Sione, qui *sanctus* denominatur à Deo, sanctitatis totius auctore, qui complacuit sibi peculiariter habitare in eo, & ibi religiosis cultoribus, propter arcam, tabernaculum, templum; quod templum Dauidis voto designatum, Salomon filius construxit opere basilico, & maximè magnifico.

Exaltate Dominũ Deum nostrum.] Hebraũ verbum, & sequens in alio membro, reddi possent in præterito, *exaltauerunt*, & *adorauerunt*: atque declarari de Mose, Aarone, Samuele. Hoc modo nõnullos Hebræos legisse Agellius refert. Equidem nullum adhuc reperi, nec video de quo monte possint illi exponere, in quo adorauerint Moses, Aaron, Samuel: & communis opinio est de Sione, in quo tabernaculum cum arca constituendum est à Dauide, & postea ædificatum templum à Salomone, siue in parte eius, quæ vocabatur *Moria*. Proposito prius exemplo piorum illorum adoratorum, & cultorum Dei, cæteros huc ad idẽ hortatur faciendũ in designato monte sancto, qui est Sion, quem Paraphrastes vocat *montem sanctuarij*.

Et adorate in monte sancto eius.] Sic etiam Hieronymus. Alij, *incuruate vos monti sanctificationis eius*, siue *sancto*; *adorate montem sanctum eius*. Eadem phrasis hic, & versu quinto, vbi est, *adorate scabellũ pedum eius*, præterea in psalmo 131. [a] *Adorabimus in loco, vbi steterunt pedes eius*. Hieronymus, *scabellũ pedum eius*, cum nota casus dativi לְ *le*. Qui nollent adorari vllo modo creaturam, fugiunt vtrobique huiusmodi translationem, & interpretantur, vt *in monte, & scabello Dei adoretur solus Deus*. Accipiunt etiam nonnulli de monte cœlesti, vt ad illũ conuersi, adorent habitatorem illius Deũ. Sunt præterea qui *montem* intelligant Ecclesiam, in qua Deus Christũsque debeat adorari; vel Christum ipsum, qui exponendo *adorate in monte*, vt sit idẽ, quod *montem*, adorandus proponatur. R. Kimhi hoc loco declarat, vt adoretur mons sanctus Moria, in quo erat sanctuariũ, iuxta illud [b], *patete ad sanctuarium meum*. Addit autem, quod quis veneratur ædẽ, non nisi veneratur eum, qui ædẽ, quam delegit, præcepit in veneratione haberi: & quod cum quis adorat ad ædis parietem, nõ adorat, nisi eum, qui ædẽ sanctificauit: quoniam sibi proponit ante mentis oculos Deum recolere; & ad eum cor subuehere. Dixi hac de re versu 5. videlicet adorari per se, ac absolutè solum Deũ, alias res propter illum cũmque respectu ad ipsum. Allegoriam de adoratione, quæ fiat in monte sancto Ecclesiæ, disertè tractat hoc loco Augustinus, explanãs quoque *lapidem illum pranum de monte sine manibus excisum, qui euasit in montem magnum* [c], de Christo. Citatur in scripto Adriani Papæ ad Carolum Magnum iste commentarius, & prior eiusdem Augustini *de adorando scabellum pedum Dei*, & ostẽditur nõ pertinere ad adorationem imaginum, nẽpe absolutam, independentem, per se, absque respectu ad prototypum. Basilius, ac Theodoretus mysticè quoque declarat *adorationem in monte*, vt secundum a Deo datam scientiam fiat. Euthymius vt in Ecclesia, propter dogmatum, & conuersationis eius sublimitatẽ. Nicephorus pertinxit simul hæc omnia ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν, ὑψηλὴν τὴν θεογνωσίαν, *cœlum, Ecclesiam, sublimatam cognitionem diuinæ*. Addit Hugo, vt prælatus in monte, ac altitudine prælationis exaltet, & laudet non seipsum, sed Deum, nec adoret Baalim, & Astaroth, pompas, & vanitates, caueat quod scriptum est [d], *Non adiicies amplius exaltari in monte sancto meo*. Bruno & Aiguanus, vt adoretur Deus in monte sancto humanitatis Christi, vt etiam attingebat Augustinus: Amobius in celsitudine fidei.

a vers.7.
b Leu.26.2.
Solus Deus per se & absolutè adoratur. Allegoria.
c Dan.2.34. 35.45.
Explanatio mystica.
d Sapho 3.11.

Quoniam sanctus Dominus Deus noster.] In versu quinto iuxta versionem Hieronymi, *quia sanctius est ipse* quod Interpretes alij neutro genere ad *scabellum* referunt, *quoniam sanctum est*, sanctus sancti-

ficat

ficat nos, Dominus regit ac defendit: Deus creat: noster adoptat, inquit Hugo. Exigit sanctus Deus sanctos, & oportet vt *secundum eum, qui vocauit nos sanctum, & ipsi sancti simus in omni conuersatione* [a]. *Elegit nos Deus, vt essemus sancti* [b], *& orauit sanctus sanctorum* [c] hominum & angelorum Christus, Patrem, appellans eum sanctum, illius sanctitati substantiali consubstantialis existens, vt nos sanctificaret in veritate [d]: ad hoc idem Christus venit, *vt seruiremus ipsi & Deo in sanctitate & iustitia omnibus diebus nostris* [e]. Caueamus nobis præsertim in loco, vbi coli sanctiùs debet, quoniam *Deus sanctus; & fortis amulator est, nec ignoscet sceleribus nostris, atque peccatis* [f], sed *vlciscetur in omnes aduersantes nos*, vel nunc, vel in futuro sæculo: *nihil enim coinquinatum in regnum cœlorum admittitur* [g]. Res ardua sanctitas, ita vt diceret Iosue [h] *Non poteritis seruire Domino*, nempe vestris viribus [i], perfectè, & sine offensione [k], impunè, citraque nam & pœnam diuinam [l], facile [m], constanter, & diu [n], vnà cum idolorum cultu [o]. Simul tamen ea dicendi formula vehementiorem continebat adhortationem, vt solent qui percupiunt quidpiam ab alio fieri dicere, *hoc non poteris*, vt magis acuant, & extimulent, nisi videlicet magno animo, ac paratus ad eximios labores, rem decreuerit, si res ferat, de vita ipsa periclitari, nisi tibimet imperes, & omni voluptati nuncium remittas. Nam Deus sanctus, ait Iosue, sanctè colendus, fortis vindex, nihil admittens alienæ religionis, & amoris, nec ignoscet sceleribus, atque peccatis: & si quis eum dimittat, seruiatque diis (& rebus) alienis, affligit & subuertit postquam præstiterit bona. Lege Serarium nostrum [p]. Eadem fortasse mente, animóque adolescenti Dauidi præliaturo alioqui cum Golia certare gestienti, Saül dixit, *Non vales resistere Philistæo isti, nec pugnare aduersus eum, quia puer es, hic autem vir bellator est ab adolescentia sua* [q]; quamuis reuera simul nondum idoneum tanto certamini arbitraretur. Possint ita etiam accipi verba Christi [r], *Qui potest capere capiat*; nam dixit quoque contendendum *intrare per angustam portam* [s], *& regnum cœlorum vim pati, & a violentis rapi* [t], simul etiam inuitauit omnes *ad tollendum iugum* [u], & vt *essent perfecti, sicut Pater, & filij Dei* [x].

a Leuit. 11. 44. c. 19. 2. & 20. 7. 1. Petri 1. 15.
b Ephes. 1. 4.
c Dan. 9. 24.
d Ioan. 17. 18.
e Luc. 1. 75.
f Iosue 24. 19.
g Apocal. 21. 27.
h cap. 24. 19.
i Aug. q. 28.
k Idem.
l Abulens. q. 12.
m Idem.
n Caiet. ibid.
o Alij.
p Lib. 1. Reg. 15.
q 1. Reg. 17.
r Matt. 19. 12.
s Luc. 13. 24.
t Matt. 11. 12.
u Matt. 11. 29.
x Matt. 5. 48.

PSALMVS NONAGESIMVS NONVS.

1 Psalmus in confessione.

2 IVbilate Deo omnis terra: seruite Domino in lætitia.
Introite in conspectu eius, in exultatione.
3 Scitote quoniam Dominus ipse est Deus: ipse fecit nos, & non ipsi nos:
Populus eius, & oues pascuæ eius: 4 introite portas eius in confessione, atria eius in hymnis: confitemini illi.
Laudate nomen eius: 5 quoniam suauis est Dominus, in æternum misericordia eius, & vsque in generationem & generationem veritas eius.

Titulus & Argumentum.

Vers. 1.] Psalmus in confessione.

Titulus psalmi.

ITVLVS hic extat etiam Hebraicè, quem Hieronymus transtulit, *psalmus pro confessione*, quam vim habet articulus ה le seruiens dativo מִזְמוֹר לְתוֹדָה *mizmor lethodah, psalmus confessioni*. Quamuis recitent Faber & Victorius ex eodem Hieronymo, *in confessione*, Treuetus autem, *canticum in gratiarum actione*, vertunt alij, *pro laude*, vel *ad laudem*. Paraphrastes exponit, *canticum ad laudato*, seu *laudatorio pro sacrificio confessionis*, Græcè ὑμνῳδία ἐξομολογήσεως, *psalmus in confessionem*. Lyranus, *ad confitendum*. Valentia eodem pacto, aut ad confitendum. At non est verbum, sed nomen תּוֹדָה *thodah*. Nec est verum in tralatione nequit communiter vtimur, esse, *pro confessione*. Inficiant codices Complutenses, Regiique, & alij לְעַצְמוֹ *ipsi Dauid* & legit, ac exponit Euthymius. Laus, & gratiarum actio, & sacrificium confessionis, indicant non esse sermonem de confessione peccatorum, licet passim Latini de hac etiam interpretentur, & ex Græcis Euthymius, Eusebius, Athanasius. Lyranus, Treuetus, Valentia, Vatablus, Agellius existimant indicari per תּוֹדָה *thodah*, id est, per *confessionem* laudem, gratiarum actionem, genus quoddam sacrificij, ad quod panes adhibebantur, & cum laude, confessione, gratiarum actione offerebatur, potéstque appellari eodem nomine, quo sacrificium nostrum εὐχαριστία. *Hostia pacificorum* nominatur in Leuitico [a], eiusdemque lex, siue ritus describitur. & dicitur etiam *sacrificium laudis* [b], vt alias [c] dixi. Thalmudici docent Messiæ tempore cessaturas alias oblationes & orationes, sed non eam quæ est תּוֹדָה *thodah* [d].

Argumentum est in ipso titulo indicatum, prouocatio ad contendendum Deo, & laudandum illum, atque ipsi gratias agendum pro immensa eius bonitate, ac beneficentia in creando, regendo, tuendo, vsque laniatienti nostrum ipsi, & frequentetur dicatus cultui eius locus, cum hymnis, &

a cap. 7. 11. & 107.
b Ps. 49. 14. & 23. & 115. 17.
c Ps. 50. 14. & 23.
d Gemara Babylonica Tract. Menachoth cap. 13.

laudibus.

laudibus. Conuenit autem etiam id Christo, vel fatentibus Rabinis [a], qui de suo Messia exponunt Psalmum, vaticinari fore, vt ei cõfiteantur omnes Gentes. & ipse recipiat eas iuxta vaticinium illud Esaiæ [b], *quia mihi curuabitur omne genu, & iurabit omnis lingua.* Christo debetur ab omnibus non solum Iudæis qui videntur [c] hic insinuari *per populum eius & oues pascuæ eius*; sed etiam Gentilibus, vniuersæque terræ habitatoribus, hoc sacrificium laudis, confessionis, gratiarum actionis, quia pro omnibus obtulit se ipsum tãquam hostiam pacificam, & *per eum omnia reconciliata sunt, & pacificata per sanguinem crucis eius, siue quæ in terra, siue quæ in cælis sunt* [d]. Chrysologus sermonem sextum insumit circa præsentem Psalmũ, vt doceat quanta sit lætitia de conuersione prodigi filij, qui typus erat omnium Gentium. Non vetuit hoc psalmo Ecclesia, nisi in officio ad laudes de quouis festo, in quo Christi & sanctorum recolitur resurrectio, vt Durandus [e] notat, quæ in primo psalmo laudum insinuatur, & sanctorum prædicatio quæ in secundo qui est hic noster. Athanasius [f] hunc vnum Psalmum scribit habere tãtum verba ἀλαλαγμοῦ *iubilationis*. Proponit quoque Marcellino cunctis, & si animaduertat Dominũ in omnia prouidentiam, eiusque dominium, & cupiat nonnullis tradere rudimenta Christianæ religionis vt in Christum credant, & obsequentes sint, & vbi persuaserit iis vt ante omnia confiteantur, iubeat illos eum canere. Paucos psalmi versus magnarum rerum grauidos Augustinus esse affirmat.

[a] in mishnah thehillim.

[b] cap. 45. 24.

[c] vers. 3.

[d] Coloss. 1. 20.

[e] Vsitatur hoc psalmo Ecclesia in officio ad laudes in festis in quibus recolitur resurrectio. e rationali diu. offic. lib. 5. c. 4.

[f] ad Marcell.

Vers. 2.] Iubilate Deo omnis terra, seruite Domino in lætitia, introite in conspectu eius in exultatione.

Sensus loci.

HAbitatores omnes terræ ad iubilandum Deo inuitat, quoniam *beatus qui scit iubilationem* [g], quod est gaudium articulatim verbis præ magnitudine non expressum, sed sine verbis, & solo musicæ vocis sono editum. Præterea vt domino seruiant cum cordis alacritate, lætitiaque. Denique vt in eiusdem veniant conspectũ cum sacro aliorum cœtu, non tãquam ante difficilem dominum & seuerum anxij, seruiliterque solliciti, ac trepidi, sed velut caetus grex cõram pastore benignissimo, & sicut filij coram piissimo patre, cum securæ, atque hilaris exultatione conscientiæ, quæ se festiuo quoque corporis prodat gestu, quoniam *hilarem datorem & cultorem diligit Deus, non ex tristitia vel ex necessitate* [h] & animo seruili, coactóve seruientem.

[g] Psal. 88. 15.

[h] 2. Cor. 9. 7.

Iubilate Deo omnis terra.] Sic etiam in aliis pluribus psalmis [i], vbi vel prosopopœia est ad inanimatum elementum, eiusque partes: aut metonymia, vt continens pro contentis accipiatur. Chaldaicè, *omnes habitatores terræ*, nomen יְהוָה *Iehouah* reddidit Hieronymus per nomen *Domini*, & Romanum psalterium apud Fabrum; quomodo saepius reddunt Lxx qui tamen hic posuerunt nomen θεοῦ. Fortassis indicare voluerunt Lxx. *iubilare* proprium filiorum portas esse, *seruire* autem famulorum; vt idcirco in sequenti membro ab iisdem interpretibus vsurpatum sit nomen λαοῦ, licet Hebræum sit idem quod hoc loco. Cassiodorus verbo plurali cum singulari *terræ* nomine, notat innui sermonem esse de hominibus. Quid sit *iubilare*, & *iucunditas* Augustinus docet hoc loco

[i] psal. 95. 1. & 97. 4.

A satis prolixè, quod & alias fecerat, atque ipsi cum illo, & alijs.

Rectè idem Pater monet, vt qui iubilat, Deo Dominóque iubilet, nec iubilationem ferã in alias atque alias res diuidat: cætera dici posse vtcumque, illum solum esse ineffabilem: quam nempe ineffabilitatem rei, *iubilandi* verbum importat, vt antea diximus. Arnobius, & Cassiodorus obseruant omnes vocari nullo excepto, vt is inter homines non videatur existere, qui hanc vocem detrectat audire. Hugo quod in priore psalmo quasi irridendo & subtannando Dauid dixerat, vt regnante Domino irasceretur populi, præsertim Iudæorum: in isto gentes omnes hortatur seriò, vt conuersæ iubilent, & exultent. Comparat Chrysologus [a] istam sententiam cum lætitia de reditu filij prodigi ad patrem, quando familia tota choros egit, cœlestemque cecinit tyrphoniam [b].

a serm. 6.

b Luc. 15. 25.

B *Seruite Domino in lætitia.*] Vetus Psalterium, & Augustinus, *in iucunditate*. Magnam hæc iucunditatem Augustinus vocat, esse in domo Dei seruum, etsi cum compedibus, quæ in ornamenta vertantur: liberam seruitutẽ esse, vbi non necessitas, sed charitas seruit [c]; & veritas liberum facit [d]: hinc nos seruos esse, quia facti sumus; liberos, qui amamur à Deo à quo facti sumus, & amamus eum, a quo facti sumus: non debere nos seruire cum murmure; quia non id agũt murmura, vt non seruiamus, sed vt mali serui seruiamus: hic gaudium & iubilationẽ esse ac spe futuræ vitæ; in illa fore plenam & perfectam iucunditatẽ & iubilationẽ, laudem sine defectu, amorem sine scandalo, vitam sine morte. Lõgius digreditur sed admodum piè, vtiliterque, vt demonstret in nullo vitæ statu etiã religioso, liquidam securitatem, lætitiam sub latitionem reperiri. Egregia plane illa eiusdem sententia. *Hinc* inquit, *falluntur homines, vt vel non suscipiant meliorem vitam, vel temerè ingrediantur; quia & cum laudare volunt, sic laudant, vt non ibi dicant mala quæ mixta sunt, & qui vituperare volunt, tam inuido animo & peruerso vituperant, vt claudant oculos ad ea bona, & sola mala quæ ibi vel sunt, vel putantur exagerent. Inde fit vt vnaquæque professio male laudata sit, non caute laudata, cum inuenerit homines laudes suas, inueniant illi, qui illinc veniunt aliquos quales ibi esse non credebant, & offensi à malis, vasiliant à bonis.* Applicat sententiam ad Ecclesiam eósque qui ad eam inuitantur, vel ab ea retrahuntur; deinde ad clericos; postremo ad Monachos. Profectò dignus lectu locus totus, in quo etiam de apostatis, qui ordini maledicũt, vnde inde prorumpentibus, tacent bona quæ ibi reliquerunt. Demum concludit, *seruire Domino in iucunditate*, quicumque in charitate omnia tolerant, & spe gaudent; & *seruire domino*, qui non in amaritu sine murmurationis, sed in iucunditate seruiũt dilectionis. Chrysologus [e] ait merito sic exclamare Prophetam, quod videat hominem quondam peccati seruum, capitum mortis, mancipium dæmonum, doloris vernaculum, vitiorum verberonem, criminum cõpeditum; malis dominis talibus, tantisque exhibẽtem malam & miseram seruitutẽ, sub peccatore item, sub morte lugentem, sub dæmonibus pallentem, sub idolis tremente, sub vitijs suffecto, sub criminibus desperatũ, dantẽ extrema suspiria, quod tales, tã crudeles dominos sustineret, quod, inquã, videat hominẽ à talibus liberatum, & reuocatũ ad obsequiũ creatoris, ad Patris gratiã, ad vitijs boni Domini liberã seruitutem. De dignitate diuinæ seruitutis eglnus alias, legẽdúsque Ambrosium [f],

c Galat. 4. 7.

d Ioan. 8. 36.

e serm. 6.

f epist. 7. ad Simplic. vers. fin.

disputans quod solus sapiens liber sit, & libertatem nostram in Christi: ipse sapientia, qui pro nobis dignatus est fieri seruus: item verè liberum, qui *Ianus* mutato nomine videlicet in *Dei* nomen, vsurpare Sophoclæum carmen possit.

Inuiter (Deus) *mihi præest, nullius autem hominum.* Et illud Pauli [a], *sub nullius redigar potestate.* Quod nō de politica & Ecclesiastica potestate intelligitur; sed vt huic non nisi propter Deū pareatur; & *ne libertatem in occasionē det quia carnis* [b], & *malitiæ velamen faciat libertatem* [c]. Augustinum [d] præterea cōsule, & Gregorium [e]. Caueri obseruat Hugo verbo *iubilandi*, malū silentium: per omnē terram, ne quis alieno inuideat bono: per Deum, vt non sit dissoluta lætitia: cū seruitus exigitur, cohiberi superbiam; cum vt exhibeatur Domino, reprehendi auaritiā, *quæ est idolorū seruitus* [f], cum vt in lætitia, acediam. Cæterum addit silentiū à peccato commēdari, & lætitiā inhabitationem, exultationē, cum timore esse oportere [g]. Distinguit ac differit Aiguanus de seruitute culpæ, conditionis, perfectionis: ad vltimū requirit castitatem carnis, & mūditiam, honestatem moris, & decentiā parcitatē victus, & abstinentiā, humilitatē mentis, & reuerētiam; hilaritatem cordis, & lætitiæ. Sit modestiæ satis. Sancti hilaritatē istam & lætitiam modestam cordis oriſque, maiorē in modum & ipsimet conseruabant, præsēque ferebāt, & aliis commendabant, maximè Antonius [h], & Franciscus [i], velut præsentissimū aduersus acediæ, ac tristitiæ antidotum, & tanquā indicium habitantis in ipsis Christi, & remedium cuiuslibet fraudis, atque diabolicæ tentationis, & rē quę diabolo quidē valdè displiceret, alios autē plurimū ædificaret. Suadebat vero crebrò Frāciscus eā orationē vsurpari ab iis, qui aliqua tristitia vel angore animi corriperentur [k]: *redde mihi lætitiam salutaris tui.* Verum hæc de re alibi non semel, & in aliis commentariis nostris.

Introite in conspectu eius in exultatione.] Psalterium vetus, ac Romanum, Augustinus, Arnobius, Cassiodorus, Chrysologus [l], *intrate.* Hieronymus, *ingredimini coram eo in laude.* Alij, *cum cāntico.* Aquila vertit etiā *in laude*, seu *in laudatione* ἐν αἰνέσει: Symmachus κατ' εὐφημίαν *cum fausta acclamatione*; siue *cū benedictione.* significat hæc omnia רְנָנָה *renanah. Introire* seu *intrare*, *in conspectu*, & *ante conspectum Dei*, est venire ad tabernaculū, siue ad templū, vbi se peculiari quadam ratione præsentē exhibebat, & faciem veluti ostendebat, quam importat Hebræa vox לִפְנֵי *lephanai.* Hæc mihi videtur veluti nuptialis, cū qua sit intrandū ad nuptiale, regiúmque conuiuium Christi [m]: hæc iucunditas *secundum faciem sanctorum* [n], immo conuenientem *faciei sancti sanctorum* [o]. Spiritualem lætitiam vocat Carthusianus [p], & gaudiū in Domino [q], secūdum apparatum hominū virtuosorū, & sicut in faciebus sanctorum virorum solet ex interiore sinceritate & iucunditate interna iucūditas quædam formitecus, & claritas relucere. Erat item illud gaudium & iucunditas secundū faciem sanctorū in cōspectu templi, antēque adyta, & sancta ipsa, offerre varia sacrificia Deo in gratiarū actionē: tum etiam sacras epulas celebrare: istæ sunt portæ, & atria, de quibus hic paulo [r] post. Non erat hæc iucunditas dissolutionis, inquit Lyranus [s], sed magis deuotionis: Hugo cū Glossa sicut decebat sanctos. Hoc autem loco multi sumunt *introitū in conspectu Domini*, pro introitu in cubiculum cōscientiæ puræ, vbi solus Deus videt in ipsecō itu [t]. Significare etiā potest *introire ac intrare in conspectu Dei in exultatione*, fiduciam ex pœnitentia natam, quia quos eiecerat reatus, ait Chrysologus [a], quos expulerat conscientia, gratia reducit, intromittit innocētia: & qui *ingreditur in conspectu Dei in exultatione*, est à reatu liber, est de præmio persecurus. Sic vulgo iubemus quempiā lætum esse, cum securū facere volumus, impetraturū quod optat: ac, verbi gratia, trepidāti intrare dicimus, *entrate allegramente.* Simili ratione Christo vocari præcipiēte cæcum, dictum est cæco [b], *animaquior esto*, θάρσει, *confide, surge, vocat te.* Sed obiicit Chrysologus. Tamen quid est quod hortatur? quid suadere hic nititur Propheta? quis in conspectu Dei liber? diuinis in oculis quis mēritur? quis exultans ante terrorem Maiestatis supernæ? Archangeli tremunt, pauent Angeli, potestates metuunt, in facie cœli proruūt seniores, elementa fugiunt, soluuntur saxa, montes defluunt, terra tremit; & homo terræ quā trepidus intrabit? & adhuc consistit exultans? Vnde est quod Propheta hoc nos debere facere sic præsumit? vnde est? ex eo inquit, quod sequitur.

Vers. 3.] Scitote quoniam Dominus ipse est Deus, ipse fecit nos, & non ipsi nos.

Populus eius, & oues pascuæ eius.

HAnc esse Chrysologus [c] dixit causam, cur nos ad intrandum in conspectu Domini in exultatione, inuitet Propheta: quod ad Christum applicat, vt postea dicā. Absolutè de Deo loquendo, ratio vbilandi ipsi, & seruiendi in lætitia, & introëundi in conspectu eius in exultatione, ista est, atque à nobis attētè perpendēda, & plurimùm æstimanda, quoniam Dominus noster ipse solus est verus Deus, ipse condidit nos, & instruxit, ornauitque beneficiis suis, non nos nobismet ipsis auctores nostri esse, ac bonorū quæ habemus, auctores fuimus. Omni iure ipsius sumus, quo quæuis alia creatura, ita vt seruituté ei negare, ac subtrahere nequeamus; *cui omnia seruiūt* [d]. & in cuius ditione cuncta sunt posita, vt *non sit qui possit resistere voluntati eius* [e] absolutæ. Quare præstat sponte, alacriter, hilariter, coli à nobis, & illius impleri voluntatē, qui vt Dominus & creator hoc exigit à rationali creatura. Præterea verò habenda ratio magnopere singularis, ac eximiæ illius beneuolētiæ, & curæ, qua nos Hebræos, inquit Dauid, in peculiarē populum suum, gregémque pascuæ suæ eligit, diligit, pascit, & secundū corpus optimis terræ optimæ bonis, & secūdum animā, sanctissimis legis institutis, ac verbis. De Christo plures hæc accipiunt, & quidē quatenus idem est homo, atque crucifixus, qui & Deus, quod scire difficilius est, non autem vt ratiocinatur Augustinus, quod absolutè spectatus Dominus ipse sit Deus. Item quod à Christo nobis omne bonū proueniat, non modo naturæ, sed etiam gratiæ, & gloriæ: denique, quod simus istius Domini populus, grex istius pastoris, à quo cuncta sperare alimēta debeamus, & ornamenta, & illius voci, atque præceptis obedire, & per omnia obedire. Audi Chrysologum [f], quæstioni quam prius proposuerat respondentem, vnde Propheta sic præsumeret nos ad intrandum in conspectu Dei in exultatione inuitare. Quia Dominus ille Deus est, inquit, qui fuit in carne nostra pusillus, hinc est quod ille Dominus Deus est, qui fuit in cunabulis nostris capax, dulcis in gremio, mitis in habitu, in nostro contubernio blandus: quia totum pauorem diui-

nitatis,

a 1. Cor. 6. 12.
b Gala 5. 13.
c 1. Pet. 2. 16.
d tract. 41. in Ioan.
e 30. moral. c. 22.
f Gala. 5. 20. Colos. 3. 5.
g Ps. 2. 11.
h Athanas. in vita.
i 1. p. chron. Francisca. lib. 2. c. 26.
k ps. 50. 14.
l serm. 6.
m Matt. 22. 2.
n Iudith 16. 24.
o Dan. 9. 24.
p in Iudith.
q Philip. 3. 1. c. 4. 4.
r vers. 3.
s in Iudith.
t Matt. 6. 4. 6.
a serm. 6.
b Marci 10. 49. Obiectio.
c serm. 6.
d ps. 118. 91.
e Iudith 16. 17. Esther 13. 9. 11.
f serm. 6. Respondetur obiectioni supra propositæ.

nitatis, totum metum iudicis in habitum nostrum dedit, prouidentia locauit aspectu vt ingressus non pœnas iudicis metuat, sed amantis præsumat amplexum, genitorem reperiens, quem timuerat cognitorem.

Scitote.] Chaldæè, *notum facite* יְדַעוּ *idabhu*, nempe vel vobismet ipsis, vel aliis. Priore modo, ac si quis diceret vulgari sermone, *dixerim ad intendere*, & Latinè, *persuadete vobis*. Nec verò tã intelligit Dauid nouam scientiam, quam animaduertionem, & considerationem: quod Apollinarius explicat ἀντὶ τοῦ φρονεῖτε καὶ διανοεῖσθε *semper animis cogitate*. Talis vsus eiusdem verbi Psalmo 4. [a] *Scitote quoniam mirificauit Dominus sanctum suum*: in libro Numerorum [b], & *scitote quoniam peccatum vestrum apprehendet vos*: & apud Ieremiam [c] sæpe, & apud alios. Ita quoque vernaculè loqui solemus, *scito*, id est, *cogita, attende, memẽto, caue*, &c. præterea *experire*. Indicatur itẽ scientia practica, id est scientiæ respõdens operatio, ne *se confitens Deum nosse, factis neget* [d]. Pertinet eadẽ formula ad minas, ita vt in imperatiuo iubeatur quis id quod dicitur per eas persuadere sibi, nisi experiri re ipsa velit. In psalmo 9. [e] *sciant gentes quoniam homines sunt*: in Deuteronomio [f] *scito ergo hodie, & cogitato in corde tuo, quod Dominus ipse est Deus in cælo sursum, & in terra deorsum*: in Iob [g], *fallitem nunc intellige, quia Deus non aquo iudicio affluxerit me*: in Exodo [h]: *scient Ægyptij, quia ego sum Dominus, qui extenderim manum meam super Ægyptum*. Et vulgò etiam dicere solemus minando, *non me cognoscis, efficiam vt me cognoscas*, quoniam *ignorans ignorabitur* [i]. Postremò innuitur isto verbo, interesse omnium id scire quod proponitur. Quo pacto illa hodie quæ in Principum literis terũtur verba: *sciant omnes*, & olim, *vniuersi cognoscant, singuli vniuersique cognoscant, agnoscat vniuersitas*, de quibus formulis Brissonius [k]: atque quod eodem spectat, vt constitutiones & edicta celebertimis vrbis Regiæ, aliarúmque ciuitatum in locis proponerentur.

Quoniã Dominus ipse est Deus.] Priore loco est יְהוָה *Iehouah* conueniens Deo vt habet esse in se, & aliis dat esse. Atque ita Nebiensis ex Hebræo, & Chaldæo vertit, *qui dat esse, ipse est Deus*. Eadẽ prorsus citata ante sententia ex Deuteronomio. Edito signo ab Elia, quo probaretur Dominum esse Deum, & non Baal, exclamauit populus cadens in faciem suam, *Dominus ipse est Deus, Dominus ipse est Deus* [l]. יְהוָה הוּא הָאֱלֹהִים יְהוָה הוּא הָאֱלֹהִים *Iehouah hu haelohim, Iehouah hu haelohim*. Tunc iussu Eliæ, Prophetæ Baal ad ipsum adducti sunt in torrentẽ Cison, ibidémque ab illo interfecti [m]; vt nimirũ desinerent esse, & creatũ esse eam tterent, qui diuinitatem alteri adscribebãt, quàm ei qui solus per se est, & omnis auctor principalis esse. Cum enarratoribus huius loci Origenes [n] quoque interpretatur de Christo, ita vt ex Patre omnia, sed per filiũ etiã sint omnia, nosque per ipsum [o]. Aliud nomen אֱלֹהִים *elohim* appellatiuè denotat *Deum iudicem, prouidum, gubernatorem*, quæ illi ipsi cõueniunt qui rebus esse cõmunicat, vt non pendeant solùm ab eo in fieri, produci, creari, generari, sed & in conseruari, operari, regi, gubernari. Hoc est primum, quod accedẽti ad Deum necessarium est, *credere quod ipse sit* [p]; quamuis perspicacis ingenij homo demonstrare id possit. Verbum, *Scitote*, præsentis loci vtramuis nouitiam potest significare, tum fidei, propter certitudinem absque euidentia, tum scientiæ, ob euidentiam cum certitudine. *Vitam æternam* dixit Christus [q] *esse, vt cognoscant homines*

[a] verſ.4.
[b] cap.31.23. c. 2.19.23. c. 3. 13. c.15. 15.c.26.15.
[c] Tit.1.16.
[d] verſ.21.
[e] cap.4.15.
[f] cap.19.6.
[g] cap.7.5.
[h] 1.Cor.14. 38.
[i] lib.3.pag. 361.
[k] 3.Reg.18. 39.
[l] verſ.40.41.
[m] in epiſt. ad Rom.c.9.
[n] 1.Cor. 8.6.
[o] Hebr.11.6.
[p] Ioan.17.3.

ſolum Deum verum, & ab eo miſſum Ieſum Chriſtum, id est, vt credãt. Nec rara locis aliis *ſcientiæ* & *ſcientia* notio, pro fide actiuè credendi. fidem inuat & fouet naturalis ratio, & gustus quidam, ac experientia; de quibus tribus Rickelius exponit hoc loco *ſcendi* verbum.

Ipſe fecit nos.] Proculdubio secundũ cuncta quæ sumus, possumus, operamur, intelligendo, volendo, opere alio quocunque tum interiore, tũ exteriore, tum naturali, tũ supernaturali. *Omnia enim opera operatus es in nobis Dominus* [a], & vsque modo operatur, ac *sine ipso factum est & fit nihil* [b]. Quod attinet ad animas nostras, facit illas aut creat Deus solus, quia penitus immateriales substantiæ sunt: in formatione quoque cõporum fortis illa mulier, fortium mater, opificem & compactorem membrorum propriorum filiorũ agnouit Deum, nõ solum Spiritus, animæ, vitæ datorem, denique totius humanæ Natiuitatis formatorem [c]. Lege Augustinum [d]. Mulier alia, vt omittam obuia testimonia, quibus Deo tribuitur corporum etiam effectio, & plasmatio, & singulorum formatio membrorum [e], cernẽs se infœcundam, inuidénsque sorori suæ, cum dixisset marito suo [f], *da mihi liberos, alioqui moriar*, audiuit ab irato Iacob responsum, *num pro Deo ego sum, qui priuauit te fructu ventris tui*: nam *hereditas Domini, filij merces, fructus ventris* [g]. Simile responsum Regis ad Regem [h], *nunquid Deus ego sum, vt occidere possim, & viuificare, quia iste misit ad me, vt curem hominem a lepra sua?* Ioseph præterea fratribus excussit metum dicens, vt est in textu Hebræo הַתַּחַת אֱלֹהִים אָנִי *hathachat elohim ani, num pro Deo ego?* vel *nonne sub Deo ego?* quod interpres reddit, *num Dei possumus resistere voluntati* [i]? Quatuor in Dei potestate res sub *clauium* vocabulo, Paraphrastes [k] ponit, pluuiam, alimoniã, resurrectionem, procreationem liberorum. Vltimũ diis adeo multis particularibus Gentiles tribuerunt, & Plato [l] diu nam rem esse affirmauit θεῖον τὸ πρᾶγμα. Notauit hæc omnia, & his plura prænus Guilielmus [m] Hamerus scr prior elegãs, ac eruditus, & post eum alij [n]. Sed, vt ad præsentem locum nostrum redeamus, aburuntur eo Hæretici, vt negent in operibus bonis liberratem nostram. De prima creatione loquitur Dauid ad literam. In mystico sensu de creatione, ac regeneratione, facit ipse & non nos, non quia non etiam nos, sed quia non nos per nos, sed grãtia Dei nobiscum, tanquam prima causa, & necessaria, siue necessario requisita secundũ concursum nõ ordinarium, & naturalem, sed vnibus naturæ superiorem, ordinísque supernaturalis. Vox hæc, omni creaturæ cõmunis est de Deo, *ipſe fecit me, non ego me*, ac propterea mittẽti nos ad cõmunicandũ Deum, ac detectanti dignitatem, si sibi deferatur, vt aliquoties ratiocinatur Augustinus. Multo magis de se ipso vsurpare debet id homo, vt ante dixi, quemadmodũ facit Augustinus Epistola [o] quadã, & sermone [p] docet, iuxta illud: *ipsius* [q] *enim sumus figmentum, creati in Ieſu Chriſto in operibus bonis, quæ præparauit Deus vt in illis ambulemus*. Potiorem hunc admitto sensum, præ quo videtur ibidem idem Doctor alium negare communem creaturis cæteris: & in eodem declarãt verba psalmi 94. [r] *ploremus, ploremus coram Domino qui fecit nos*. Monet verò, quod qui fecit nos, nõ deserit, qui curauit facere, curat & custodire, qui fecit antequam rogaretur, non deserit cum rogatur. Vocat illum alium sensum altiorem, & vtiliorem contra dicentes quod eos Deus

[a] verſ.4.
[b] cap.31.23.
[c] c. 2.19.23.
[d] c. 3. 13. c.15.
[e] 15.c.26.15.
[f] Tit.1.16.
[g] verſ.21.
[h] cap.4.15.
[i] cap.19.6.
[k] cap.7.5.
[l] 1.Cor.14. 38.
[m] lib.3.pag. 361.
[n] 3.Reg.18. 39.
[o] verſ.40.41.
[p] in epiſt. ad Rom.c.9.
[q] 1.Cor. 8.6.
[r] Hebr.11.6.
[s] Ioan.17.3.

fecerit homines, ipsi se faciant iustos, iustum primum facilem, verum. Valet verò etiam נשה *hhasah*, vt alias notaui, non tantum *facere*, sed *etiam ornare, beneficijs donisque afficere, gaudijs cumulare*, vt eum dicitur [a], quod *fecit Deus Moysem & Aaron*, & Deus Christum [b]. Notat Kimhi hoc loco notionem istam, explicatque per *magnificare*, & *exaltare*, allato etiam dicto exemplo de Moyse, & Aarone. Sunt [c] etiam, qui citato priore ex epistola ad Ephesios loco, vim constituant in voce ו *iuax*, quam interpres *fecturam* reddidit, quasi alludatur ad carmen, in quo nullus pes vel syllaba redundat, aut deficit: atque facit Poëta vt laudem colligat, & alios voluptate afficiat; ita vt ad eundem modum ex opere suo Deus, præcipuè redemptionis, gloriam suam quærat, nostram autem vtilitatem, & voluptatem: opúsque illud, & incarnationis, vim habeat, non hctè & in bestias cóuertendi, vt de carminibus fabulãtur quod illis

Circe [d] *socios mutauit Vlyssis:*

sed verè, & in diuinitatem quandam transmutandi: nec vel de cœlo deducere Lunam [e], quamuis posset si oporteret, sed cœlo inferendi. Ingeniosa expositio, sed vt accommodatitia, non vt literalis, admittẽda. Gratitudinis aduersus Deum, & erga cæteros modestiæ, nos admonet hic locus. *Vnus namque omnium Pater, nos iuuat, Deus fictor noster, & opera manuum eius omnes* [f] *nos: ecce & me, sicut & te fecit Deus, & de eodem luto ego quoque formatus sum* [g]; denique *nihil habemus, quod non acceperimus, nec gloriari debemus, quasi non acceperimus* [h]. Non etiam queri debemus de Deo, si non maioribus nos naturæ, fortunæ, gratiæ donis ornauerit; neque figulo nostro dicere; *quid me fecisti sic?* Gregorius Turonensis in B. Petri cõfessione Romæ orans cum Gregorio magno, diuinitus edoctus huius admirantis cogitationem, quod in tantilla statura corporis gratiam Deus tantã collocasset, respondit placido vultu; *Dominus fecit nos, & non ipsi nos*; idem in paruis qui & in magnis. Cúmque id suæ cogitationi S. Papa responderi cognouisset, ipsa sua deprehentione gaudens, gratiam quam hactenus in illo mirabatur, in magna veneratione habere cœpit, sedémque Turonicam, cui ille præerat, ita nobilitauit, vt auream ei cathedram donaret [k].

Et non ipsi nos.] Paraphrastes Chaldæus & Hieronymus, *& ipsius sumus*. Alij, *& ipsi sumus*, in dativo; ad eum modum quo dicitur in cantico canticorum [l], *dilecto meus mihi, & ego illi*. Legerunt sine dubio pronomen tertiæ personæ quod est לו *lo*. & aliquando scribitur per א *aleph*, cum nota indicante, quamuis ita scribatur. legi aliter debere, nempe priore modo, vt pro לא *lo* cum א *aleph* & significat *non* sit לו *lo* cum ו *vau holem*, & valet, *ei*. Eadem lectione vsus est Hebræus Caietani: nam vertit *& sibi nos*, subaudiẽs, *fecit*. Testatur quoque Richardus Cenomanus se in editione Hispaniẽsi reperisse לו *lo* pronomen. Alij legerunt negationem לא. Ex duplici lectione, vt obseruat Treuetus, *& ipsi nos, & non nos*, coaluit vna, *& non ipsi nos*. Idem sensus, quod nos Deus fecit, & non ipsi nos fecimus nos: supplendum enim est verbum per Zeugma; & *nos*, nominatiui casus est, Hebraicè אנחנו *anachnu*, atque Græcè ἡμεῖς. Symmachus expoluit αὐτὸ. ἐποιησεν ἡμᾶς ἐκ ὄντας, *ipse fecit nos, cum non essemus*. Ac si nostræ versionis, *& non ipsi nos*, καὶ οὐκ ἡμεῖς, sit sensus, & non ipsi nos eramus prius. Qua in re probari nó potest Caietani translatio, *& sibi nos fecit*, vbi facit ipse accusatiui casus, *nos*. Nec ferri Faber potest, præferẽs Hieronymi translationem, persuaderique sinens sibi à nescio quo Hebræo vitiatam esse nostram, nec in Hebræo textu esse negationem, & suadens, si restituatur illo modo, minus insultaturos Iudæos, aut falsitatis, aut inscitiæ reprehẽsuros, cum etiam nemo sit qui arbitretur quod ipse se fecerit, aut crearit. Plus deferendũ vulgatæ, & Lxx. & aliorum interpretum, ac Patrum auctoritati: & non habent Iudæi quod insultẽt, cum notarum punctorúmque inuentum sit recẽtius, & in לא, quod absolutè valet *non*, pro arbitrio suo imposuerint punctulum, præter vocale לו. Immo Kimhi declarat ac si diceretur, & *non nos*, nempe non possumus dicere [a], *fortitudo mea, & robur manus meæ hæc mihi omnia præstiterunt*. Hebraicè, & Græcè, potentiam hanc magnam את־החיל הזה *eth hachail hazeh* τὴν δύναμιν τὴν μεγάλην ταύτην. Sed & aliũ Rabinum citat, explicantem esse istam illi cõtrariam sententiæ [b], *ego feci memet ipsum*. Non minus quilibet scit se Dei esse, quam quod non ipse se, sed eum Deus fecerit. Quod scimus, non semper consideramus, neque cum maximè opus esset. Licet autem Augustinus cohiberi verbis istis velit superbiam, adscribentium sibi iustitiam, & non gratiæ Dei, non tamen, vt ante monui, negat de creatione prima sensum primum esse facilem, & verum. Sufficeret quidem dicere, *ipse fecit nos*, additum est, *& non ipsi nos*, non vt puto, præcisè propter causam, quam indicat Augustinus, præsertim si per illa, *ipse fecit nos*, comprehendamus quidquid sumus, & quidquid in nobis est boni, sed ad pleonasmum, emphasim, exegesim, energiam, expressionem, exaggerationem maiorem. Cuius figuræ multa suppetunt in scripturis alia exempla. Suadeo tamen, hortórque sermonem totum Augustini vndecimum de verbis Apostoli vt perlegas. Optimè in eo declaratur beneficium vtrumque & creationis, & recreationis seu generationis per gratiam. Summa est; quod Deus ipse fecit nos antequam essemus omnino, & factos & lapsos, ipse & iustos fecit nos, & non ipsi nos: quamuis propter cooperationem necessariam in adultorum iustificatione dicere possint, *ipse fecit nos, & non ipsi nos*, non nos quidem per nos, sed tamen *gratia Dei nobiscum* [c]. Lege eundem Augustinum quadam Epistola [d]. Alium huic simílem sensum expressit Apollinarius.

αὐτὸς ἐποίησεν ἡμᾶς, οὐκ ἐσμὲν ἱκανοὶ εἰμεν.
Ipse fecit nos, neque nos sufficientes sumus.

Videlicet, vt ipsi nos faciamus, aut quid aliud sine Deo faciamus iuxta illud Apostoli [e], *omnis sufficientia nostra ex Deo est*, quia non sumus sufficientes ex nobis, quasi ex nobis. Dicebat, vt retuli, superbus ille Rex [f], *ego feci memet ipsum*: & alij apud Amos [g], *in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua*. Notat etiam Hugo tritum, ac veluti parœmialem suo tempore sermonem, *ego me feci*, scilicet *diuitem*, vel *potentem*: *alle se fecit*, id est, sine alterius auxilio acquisiuit sibi multas diuitias, & honores. Item quod facit diabolus nonnullos vsurarios, latrones, dolosos, etiam prælatos, reges, Principes. lege dicta Psal. 94 [h].

Populus eius & oues pascuæ eius.] Eadem sunt in eodem Psalmo [i]. Sed hoc loco codices Complutenses, Regij, tum Latini tum Græci; præterea psalterium vetus, & Romanum, atque Augustinus, & plures enarratorum Græcorum, *nos autem*, &c. Cassiodorus, *nos populus*, &c. apud Eusebium, ἡμεῖς δὲ λαὸς τοῦ αὐτοῦ, καὶ

[a] 1. Reg. 12. 6.
[b] Hebr. 3. 2.
[c] Salmeron to. 14. disput. 6.
[d] Virg. Aen.
[e] Idem eclog. 8. Expositio negatiua.
[f] Isa. 64. 8.
[g] Iob 33. 6.
[h] 1. Cor. 4. 7.
[i] Psa. 45. 9.
[k] Surius in vita 1. Nouemb.
[l] cap. 2. 16.
[a] Deut. 8. 17.
[b] Ezech. 29. 3.
[c] 1. Cor. 15. 10.
[d] Epist. 143.
[e] 2. Cor. 3. 5.
[f] Ezech. 29. 3.
[g] cap. 6. 13.
[h] vers. 6.
[i] vers. 7.

προβατα χειρὸς αὐτοῦ *nos autem populus pascuæ eius, & oues manus eius*; quomodo est in dicto psalmo 94.[a] licèt Euthymius hoc loco discrimen notet, quod ibi ita legatur, non hîc. Si populus & oues in casu recto sunt, appositiuè sumuntur, *ipse fecit nos, & non ipsi nos*, qui sumus *populus eius, & oues pascuæ eius*, nempe singulari beneficio ipsius. Quod beneficiũ Augustinus vult esse fidei, & iustitiæ, cuius non homines causa sibi sint, per naturæ vires; sed Deus, per gratiã suam; quamuis adulti cooperentur, vt dixi. Ea verticulorum distinctio, qua vtimur in officio Ecclesiastico iungẽs ista sequentibus, *introite portas eius*. &c. innuit esse vocatiui casus, more Atticorum, apud quos desinit eodem pacto casus hic, & rectus, *ô populi eius, & ô oues pascuæ eius, introite portas eius*, &c. Satis aliàs ostensum, quid sit *esse populum Dei, ouésque pascuæ eius*. Propria quadam ratione Aiguanus, post Lyranum, ministros Ecclesiæ ait hîc inuitari, nimirũ per verba quæ sequuntur ad laudem Christi: *populum esse*, quia singulariter ad eius electi ministerium: *oues pascuæ*, quoniam pascuntur, viuúntque de oblationibus & decimis, quæ Christo ac Deo fiunt. Cæterum in speculo Augustinus integrum versiculum ex his solis verbis conficit.

[a] vers. 7.

Vers. 4.] Introite portas eius in confessione, atria eius in hymnis: confitemini illi. Laudate nomen eius.

INuitantur populus Dei, ouésq; pascuæ eius, vt subeant in portas templi, & in atria ingrediantur cum cõfessione laudis, & gratiarum actionis, cũ hymnis, & psalmis, quibus confiteantur ipsi, & celebrent nomen eius. Hic est populus præsertim Christianus, de quo Dauid alibi [b]; *annunciabitur Domino generatio ventura, & annunciabũt cœli iustitiã eius populo qui nascetur, quẽ fecit Dominus*: &, *populus*[c] *qui creabitur, laudabit Dominũ*. Elaias[d] autem inducit dicentẽ Deum; *& omnem qui inuocat nomen meum, in gloriam meam creaui eum, formaui eum, & feci eũ*: &, *populum*[e] *istum formaui mihi, laudem meam narrabit*. Magis proprium officium hoc erat Leuitarum, qui proprium quoque in templo habebant atrium, & nunc clericorum qui cultui, & laudibus diuinis dicati sunt. De confessione sacramẽtali, & laudibus Dei post illã alij explicant.

Introite portas eius in confessione.] Alia Latina psalteria, & Augustinus, *intrate in portas*, Arnobius, Cassiodorus, Chrysologus[f], Paterius[g], *intrate portas*. Hieronymus & Augustinus in speculo, *ingredimini portas eius in gratiarum actione*, Alij, *cum gratulatione*, vel *celebratione*, vel *commendatione. & laude*. Est Hebræum nomen תודה *thodah*, de quo in titulo. Hic autem quod ibi dixi, obseruat Kimhi ex aliis Rabbinis, cessaturas sub Messia orationes, & oblationes alias, & vnicam confessionis, seu gratiarum actionis, & laudis futurã; quod ille accipit de summa felicitate, vt nemo cõpellatur quidquã postulare, nec etiam futuri sint peccatores, qui pro peccatis offerant. ô spem infelicem. Mysticus sensus, vt ibi dixi, est de confessione peccatorũ, de qua satis multi Latini explicant, & ex Græcis Euthymius. Caietanus verò de confessione fidei. Apollinarius per υμνολογιαν declarat, quod est, *canere*. Confessionem peccatorũ Augustinus, & imbecillitatis propriæ, cum laude illius, à quo facti sumus, cõmendat. Inde iubet initium esse intrandi, vbi grex est, non remanendi foris ad lupos; iuxta illud [a]; *præmitte Domino in confessione*, quod ipse legit, *incipite*, vt sonat Græcũ ἐξομολογεῖσθε. Monet tamen etiam, vt iam ingressi semper confiteamur; quia semper habemus quod confiteamur, opus esse, vt nos ipsi reprehendamus, ne ille reprehendat, qui damnaturus est in atriis beatis, in illa requie, in illa æqualitate Angelorum, non futuram confessionẽ peccatorũ, sed laudis; semper confessurũ, qui has *portas inclusus ingressus fuerit*[b], illum Deum, se creaturam, illum protectorem, se protectum. Facit confessio prior, vt lingua per eam expurgata, pura, ac munda confessione laudet Deũ, inquit Euthymius, & Hugo, *quoniam non est speciosa laus in ore peccatoris*[c], nec *recte enarrat laudes Dei*[d] *apparens vacuus coram illo*[e] gratia ipsius, nec *tollens verba secum, vt conuertatur ad Dominum*[f]. Per *portas* idẽ Euthymius, & Nicephorus intelligit varias Ecclesias: Augustinus, & alij Latini, quod per hoc principium & inchoationem timidæ confessionis, intrandum sit in exercitium aliarum virtutum. Quo pertinet illud [g], *iustus prior est accusator sui, ὁ πρῶτος λόγος in principio sermonis*. Symmachus ὁ πρῶτος κατ' αὐτοῦ *in iudicio sui ipsius*, quod significat quoque Chaldæum בדינה *bedineh*. Hugo explicat *portas* esse sacramenta, præsertim Baptismum: per has portas intrari in confessione peccatorum, nempe ab adultis. Hieronymus putatus ait, sicut *porta*, seu *ostium* Christus est per quem qui introit saluatur [h], ita *portas* esse Apostolos, adde Apostolicos viros, & doctores & cum Brunone Prophetas, siquidem in Apocalypsi [i] assignantur duodecim portæ Apostolis totidem, per quas ad eum accedatur. Chrysologus[k] scribit, quod sola est confessio, quæ nos fidei facit introire per ianuam, & debet in ingressu illa esse; in atriis hymni, laus in penetralibus, vbi tota deitatis inhabitat plenitudo. Gratianus [l] ait quod ad portas misericordiæ non nisi per confessionẽ peccati possit quis pertingere Prophetam hîc ostendere. Allusio est ad varias templi portas, quas *diligit Dominus super omnia tabernacula Iacob*[m]. Has ab Oriente venientes intrant vitæ florentis, ab Austro procelloso calamitatũ, ab Aquilone superbiæ. Non erat porta in templo ex parte Occidentali, quia post mortem, & statum damnationis, negatur accessus vel reditus in *Abrahæ sinum*[n], & merendi locum. Paterius[o] ex Gregorij [p] nescio quo loco, hunc nostrũ sic tractat. Cùm peccata nostra per lacrymas confitemur, angustæ vitæ portam intramus: sed cùm post hæc ad æternam vitam perducimur, portæ nostræ atria in cõfessionum laudibus intramus, quia ibi iam angustia non erit, cùm nos lætitia æternæ solemnitatis assumpserit. Propter confessionis nostræ angustiam, Veritas dicit: *intrate per angustam portam*. & cùm se psalmista recipi in latitudine gaudij æterni præsumeret, dicebat [r]: *Statuisti in loco spacioso pedes meos*. Ad atrium ergo per portam tenditur, quia ad latitudinem solemnitatis pertingitur ab angustia confessionis. Theophilus Alexandrinus[s] inducit perfectos viros animas suas ab omni errorum caligine separantes, & iam nunc festa decantantes, atque Saluatoris aduentum lætis vocibus personantes, verba hæc vsurpare: *Introeamus portas eius in confessione, atria eius in hymnis*. Distinctionem portarum tropologicam leges apud Hugonem; portæ iudicialis, exitus ab hac vita, ingressus ad gloriam. Præterea ex portis ciuitatis apud Ezechielem [t] tres ad Aquilonem, ait

[b] psal. 31. 32.
[c] psal. 101. 19.
[d] c. 43. 7.
[e] vers. 21.
[f] serm. 6.
[g] lib. 1. in psal. c. 203.

Obseruat Kimhi oblationes & orationes fore Messia cessaturas, & vnicam confessionis futuram.

Sensus mysticus.

ſe pro peccatoribus, tres ad Orientem, pro proficientibus, tres ad meridiem pro perfectis, tres ad occidentem, pro peruenientibus. Docet etiam rauè intrari per portas in confeſſione, vel peccatorum, vel laudis, ob hypocriſim, elationem, deſperationem, negotiationē, proditionem, adulationem, deriſionem [a], coactionem, indignationem, contaminationem. Greueus [a] nomine *populi*, quod erat priore membro intelligens prudentes, & nomine *ouium*, ſimplices, differit de bono ingreſſu & egreſſu ſpiritualium, *portas* eſſe initia virtutum, in quibus eſt anguſtia; *atria* perfectionem, in qua latitudo: confeſſione peccatorum in portis fieri mentis purgationem; tum verò confeſſionem laudis: bonum ingreſſum eſſe ad ſeipſum; malum, à ſe ipſo in curioſitatem cum Dina [b], ad temporalia lucra, cum Eſau [c]; ad poſſeſſiones, cum Cain [d]. Intendi digitum; admoue, ſi vis manum, oculóſque.

Atria eius in hymnis.] Hieronymus, & Auguſtinus [e] alibi, vbi videtur perpetuo ſequi tranſlationem Hieronymi ex Hebræo, *in laude*, nimirum διὰ τὸ κοινῶ repetendo, *introite*. Additur in aliis pſalterijs Latinis, & apud Caſſiodorum, & Paterium [f], *in hymnis confeſſionem*, & rurſus in vetere pſalterio adiicitur, *confitemini ei*. In emendationibus Auguſtini codicibus habetur, *in hymnis confeſſionem confitemini ei*. In aliis, vt in vetere pſalterio. Expreſſa in Græcis Complutenſibus Bibliis, Regijs, & aliis, atque vt videtur apud enarratores Græcos, bis præpoſitio, εἰς τὰς πύλας, εἰς τὰς αὐλάς, magis perſpicuam reddit orationem, vt regantur à verbo εἰσίλθετε. Apollinarius quoque ſic explicat.

εἰσίλατε μιλπόμενοι θείων ἐντοσθε πυλάων,
ἐν δ' αὐλῇς βασιλῆα θεὸν λιτάζετε μολπῇ.
Feſtinate canentes diuinas intra portas:
In atrijs verò Regem Deum rogate cantu.

Iam priùs indicaui quid *atria* myſticè deſignent, de quibus aliàs quoque non ſemel. Nempe varijs ſunt & particulares Eccleſiæ [g], tum cœtuum diuerſorum, tum materialium templorum, contemplatio & ſpes cœleſtis palatij, & platearum regni cœleſtis, & multiplicis ordinis beatorum [h], prophetæ, Euangeliſtæ, & quicumque Domino aſpirante docuerunt [i]: dilatatio mentis laudantis Deum [k]: ſui ipſius ædificatio quædam in habitationem Dei [l].

Confitemini illi.] Antea dixi alios legere, *in hymnis confeſſionum*, vel *confeſſionem confitemini illi*, nihilominus oratio eſt, vt à verbo, *confitemini*, inchoët ſententia. Immo breuiarium Ambroſianum verſiculi vltimi præſentis principium hinc ducit. Aptius reſpondent omnia hoc pacto: *introite portas eius in confeſſione: atria eius*, (nempe etiam introite) *in hymnis: confitemini illi, laudate nomen eius.* Inculcata, & exaggerata repetitio, ſermonem magis intendit, ac ferè lectorem vrget, inquit Euthymius. Docui quoque priùs ſecundùm anagogem, à peccatorum confeſſione in portis, & ab hymnis in atriis, tranſiri ad completam perfectámque confeſſionem intra penetralia beatitudinis. Nunc benedicitur Dominus in ſeruis ſuis, ſtantibus in domo eius inferiore, in atriis domus ſuperioris [m]; ad hanc qui peruenerint, ibique habitauerint, *in ſæcula ſæculorum laudabunt Deum* [n]. *Redempti à Domino, conuertentur, & venient in Sion cum Laude, & lætitia ſempiterna ſuper caput eorum: gaudium & lætitiam obtinebunt, & fugiet dolor, & gemitus* [a]: *& occupabit ſalus muros* (ciuitatis cœleſtis) *& portas eius laudatio* [b]: *laudabit illa Dominum quia confortauit ſeras portarum ſuarum* [c]. Quam lætè, gratè, feſtiuè iam ſua penè perfunctus paſſione Laurentius, & in ipſa iam cœli velut porta cōſtitutus, orabat; *gratias tibi ago Domine, quia ianuas tuas ingredi merui, nimirum à te accipiendo, vnde ingredi ianuas illas mererer.* Introducunt quoque Angeli iuſtorum hinc in cœlum migrantium animas, in hymnis, & confeſſione, vt adeo multis exemplis probari poteſt.

Laudate nomen eius.] Hieronymus, *Benedicite nomini eius*, quod eſt propriè ברכו *barechu*. A populo Dei, ouibúſque exigitur, vt nomini tanto reſpondeant, non vita minus factíſque quàm verbis, & externa laude: nec per præuaricationem legis Deum & Chriſtum inhonorent, *blaſphementq́, nomen eius inter gentes* [d], & alios, qui huic nomini apertè aduerſantur: Huic ſatisfacere muneri ſuo volebant, qui dicebant [e]: *Nos autem populus tuus, & oues paſcuæ tuæ, confitebimur tibi in ſæculum, in generationem, & generationem annunciabimus laudem tuam.* Chryſologus [f] de nomine Ieſu interpretatur, cui *flectitur omne genu* [g].

Verſ. 5.] Quoniam ſuauis eſt Dominus in æternum miſericordia eius, & vſque in generationem, & generationem veritas eius.

ISta ſiue cauſa, ſiue materia laudis, confeſſionis, hymnorum, quia Dominus admodū benignus eſt, facilis, ſuauis, & in miſerando continuus, perpetuúſque, nec intermittens vnquam beneficentiam ſuam: implens demum exactiſſimè quod ſemel promiſit, quamdiu durat æternitas ipſa, nullo prorſus excepto eorum, quibus promiſit. Videri quoque poſſent à primo verſus iſtius mēbro alia duo pendere, tanquam à cauſa, vt quoniam ſuauis eſt Dominus, miſericordia illius in æternum duret, ac ab æterno ſit, & veritas, veracitáſve, vſque in generationem, & generationem.

Quoniam ſuauis eſt Dominus.] Hieronymus, *bonus*, ſed טוב *tob* latiſſimè patet, omnémque amplectitur boni modum. Eſt autem χρηστὸς *vtilis, commodus, benignus, ſuauis.* Eodem Græco, & Latino vocabulo redditur ſententia pſalmi alterius [h]: *guſtate, & videte quoniam ſuauis eſt Dominus.* Bonitatē iſtam ſpectat Euthymius in compatiendo, ea nimirum ratione, qua cadere in Deū compaſſio poteſt. Lyranus quia cito placabilis eſt hoſtiis, & laudibus deuotis: Auguſtinus, & Caſſiodorus, quia quanto laudatur magis, tāto magis dulceſcit, ſine faſtidio appetitu creſcente, cū viribus: dictus Hieronymus, quia nihil acerbū habet: Hugo, quoniā delectat ſenſus omnes, etiā externos quodammodo: Bruno, ne ſit odioſum, ſed laudabile quod vocetur Dominus, quoniam licèt ſit Dominus, & poteſtatē opprimendi habeat, tamē ſuauis eſt. Aiguanus, quod non ita Deus peccatori eſt iratus, quin per confeſſionē peccatorū ſtatim dulceſcat: Chryſologus [i] ſuauē eſſe Chriſtum per miſericordiam, per quam ſolam totius mundi, amariſſimam dignatus eſt auferre ſententiam, & velut *agnus tollere peccata mundi* [k]. Suauiſſima nomina *Ieſu*, & *Chriſti*, quāuis in ſecundo profani aliqui vertēres in *Chreſtum* χρηστὸν pro Chriſto χριστὸν ludere volentes, id quod eſt, nolentes dixerunt, *eſſe vtilem*, & *ſuauem Saluatorem noſtrum*: vt aliàs notaui.

a Eſa. 35. 10
b c. 60. 18.
c pſal. 147. 3. ſec. Heb.
d Eſa. 52. 5. Rom. 2. 24.
e pſ. 78. 1. 3.
f ſerm. 6.
g Phil. 2. 10.
Senſus Ieſu.
h pſal. 33. 9.
i ſerm. 6.
k Ioan. 1. 29.

O nomen

O nomen, ait Prudentius [a], *perdulce mihi, lux, & decus, & spes.*

Blandius in ore sapor, fragrans odor, irriguus fons.

Tam laudabile hoc nomen *Iesu* est, vt reuerentiæ causa, nemo post eum Christianus eo nominatus fuerit; licèt multæ fœminæ Mariæ nomen tulerint. Ratio Arguani non satisfacit, quod nominis *Iesu* per peccatum alicuius deturpatio redundaret in *Iesum*, non autem Mariæ, quia soror Mosis peccauit per superbiam, & murmurationem: mater Iacobi, & Ioannis per auaritiam, & cupiditatem: soror Lazari per luxuriam & carnalem delectationem. Nam non dubito ante *Iesum* nostrum non neminem eiusdem nominis improbum fuisse. De hac quæstione Seratius [b] noster, vbi confirmat a contrario, quia nullus dici vult *Iudas*, aut *Lucifer*; tamen celebris Lucifer Calaritanus, & Iudæ historiographi, ac Theologi, meminerunt Eusebius, & Hieronymus. Dixi nonnihil ea de re supertius: honorisque causa ferè nullam Polonam fœminam, nomine Mariæ appellari.

In æternum misericordia eius.] Retinuit Paraphrastes à priore nomine עַד *tau*, simili Hebræo טוֹב *tou*, deductum nomen טוּבָיָא *tunaya bonitatis, & benignitatis.* In æternum seruare se misericordiam velle Deus dixit [c], & Dauid *illam esse ab æterno, & vsque in æternum super timentes eum* [d], & esse *vsque in seculum* [e], seu *in æternum* [f]: idémque parta Iudith cecinit victoria [g]. Orabat etiam Dauid magno affectu bis repetens *Dominum*, vt *secum faceret propter nomen suum, quia suauis esset misericordia* [h] *ipsius.* Denique *suauem* pronunciauit vniuersis, eo quod *miserationes eius essent super omnia opera eius* [i]. *In æternum* dicitur *misericordia Dei esse*, quia & ab æterno est, vt paulo antè dixi. & qui *charitate perpetua dilexit, miserans attraxit nos* [k]. Deinde quia semper paratus indulgere pœnitentibus [l]: dona gratiæ, quod in se est, semper conseruat, suntque apud eum ἀμεταμέλητα, sine pœnitentia [m]: auxilijs gratiæ iugiter iuuat, & saluat [n]; hic liberat, & in futuro coronat electos [o]: protegit semper in æternam vitam [p]: cùm semel præstiterit in futura bona, ab eo semper seruantur illæsa [q], ea quæ Deus dat hominibus, ducunt ad æternitatem [r]: durabit misericordia, quam exhibet humano generi in æternum [s], videlicet quia *nequissimum erui vsque ad consummationem saculi* reparatio antiqui lapsus facta per misericordiam, est in æternum durabilis, quoniam non subiicietur amplius genus humanum totum potestati diaboli, sicut priùs; sed soli, qui vti noluerint misericordia, vel quibus ea non fuerit applicata. Æterna est quoque, vbique, & in omnibus Dei misericordia: *coronat misericordia & in miserationibus* [b], etiam cum *reddit coronam iustitiæ* [c]; non solùm quia coronat munera, donáq; sua, id est, merita ex gratia ipsius facta; sed præterea, quoniam præmiat, vt sæpe dixi cum Theologis vltra condignum. Propter oppositam causam, quia sicut punit Deus circa condignum, vtitur & aduersus damnatos misericordia. Acutè Caietanus obseruauit, quod quia bonus Dominus, sanusque, nos sumus; quia gratia, seu misericordia eius, & veritas sine fine durant, sub quibus comprehenduntur *vniuerse vie Domini* [d], suauiter gubernamur, & ad beatitudinem perducimur.

Et vsque in generationem, & generationem veritas eius.] Hieronymus, *fidē*, quam significat אֱמוּנָה *emunah*, & explicat Apollinarius παναλήθεις βουλὴ *omnino verax consilium*, aut *voluntatem.* Nicephorus τῆς θεοῦ ἐπαγγελίας ἀψευδὲς, *diuinarum promissionū mendacio falsi carens constantia.* Quam dicimus *veracitatem, fidem, fidelitatem*: & Dauid alibi [e] *testamentum, cuius memor fuit, & verbum, quod mandauit Deus in mille generationes.* Veritatem sacræ scripturæ Rickelius explicat: vel Deum veracem: vel veram promissionum impletionem. Sumi potest etiam pro iustitia, quā populos iudicabit, vt placet credito Hieronymo. Deus enim salua veritate miseretur, ait Chrysologus [f], qui sic dat peccatis veniam, vt iustitiam in ipsa miseratione rationéque custodiat. *Generatio & generatio*, pro quibus psalterium Romanum, Arnobius, Cassiodorus legunt *seculum seculi*, quid valeant, dictum aliàs. Vel omnes generationes, inquit Augustinus, vel terrenam, quæ parit mortales, & cælestem quæ parit æternos: Basilius ac Theodoretus generationem præcedentem, & istam, in qua venit Christus, quoniam quæ Deus in maiorum nostrorum generatione pollicitus est, ea in hac nostra adimpleuit, & quam illis salutem promisit, hanc nobis præstitit.

a in apoch.

Nomine Iesu nemo Christianus nomen aliud post eum, ob reuerentiā eius.

b in Ioſue c. 2. q. 18.

Honoris causā nulla Polona fœmina Mariæ nomine appellatur.

c pſ. 88. 29.
d pſ. 102. 17.
e pſ. 105. 1. pſ. 106. 1. pſ. 117. 1. 2. 29. pſ. 137. 8.
f pſ. 135. 1.
g Iudith 13. 21.
h pſ. 108. 21.
i pſ. 144. 9.
k Ierc. 31. 3.
l Lyra.
m Roma. 11. 29.
n Hieron. putatus.
o Gloſ. inter. Hugo, Ricke.
p Auguſt.
q Caſſiod.
r Haimo.
ſ Bruno Carthu.

PSALMVS CENTESIMVS.

1 Psalmus ipsi Dauid.

MIsericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine.

2 Psallam, & intelligam in via immaculata, quando venies ad me.

Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ.

3 Non proponebam ante oculos meos rem iniustam: facientes præuaricationes odiui.

Non adhæsit mihi 4 cor prauum: & de-

clinantem à me malignum non cognoscebam.

5 Detrahentem secretò proximo suo, hunc persequebar.

Superbo oculo, & insatiabili corde, cum hoc non edebam.

6 Oculi mei ad fideles terræ vt sedeant mecum: ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat.

7 Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiam: qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum.

8 In matutino interficiebam omnes peccatores terræ: vt disperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem.

Titulus & Argumentum.

Vers. 1.] Psalmus ipsi Dauid.

IDEM sibi vult Chaldaicè *per manum Dauidis canticum*: & cùm iam toties hic idem titulus in aliis psalmis occurrerit, nihil est quod addatur; nisi quod Theodoretus monet in quibusdam exemplaribus Græcè addi τετράδι σαββάτων, *quarta sabbathi*; sed neque id apud Hebræum se inuenisse, neque apud alios interpretes, neque apud ipso. Lxx.

In argumento conueniunt item, & Basilius, Euthymius, Nicephorus, Blemmida describi spiritu prophetico à Dauide probatissimam optimi ac religiosissimi Regis futuri Iosiæ vitam, & ex eius persona illam narrari tanquam rectæ cuiusdam conuersationis exemplar, atque omnibus maximè regibus imitandum proponi.

Hebræi, quos Lyra, Treuetus, Caietanus, Hebraizantes sequuntur, existimant Dauidem de se ipso agere, atque de constituto iam regno post persecutiones de ratione illud iustè administrandi, secundum cultum diuinum, seipsum, domum, familiamq;, subditos alios tum bonos tum malos, vt δουβῶς, ἀθεεῖς, ὁμονομικοὺς, πολιτικοὺς, omnia bene gererentur. Non dissident alij, sed volunt, præsertim Treuetus, & Val. altius hæc transferri ad perfectionem cuiuslibet Christiani, atque ad Christum ipsum, idque in ipsomet numero centesimo, qui perfectus est, insinuari. Dicunt verò hic duplicem attingi aduentum Christi, quorum prior magis est in misericordia, posterior, in iudicio, siue iustitia, & Euangelicæ legis perfectionem ac summam istam consistere in cultu Dei per virtutes Theologicas, Religionem, & alias, in vitæ innocentia per exercitium peculiarium virtutum moralium; in cauendo omni peccato, & peccatore, in vitandis æternis pœnis, vt sciat quisque quid agendum, credendum, petendum, fugiendum, item id quod pertinet ad cultum diuinum, ad perfectionem propriam, ad officium cum aliis, ad futurum iudicium & damnationem reproborum [a]. Athanasius aptum ait hunc esse psalmum, vt cognitis Dei viribus in iudicando, quódque misericordiæ immiscuerit iudicium suum, consolationem quis capiat. Sed arbitror aliquo errore

A vocari apud illum ἑκατοστὸν πρῶτον *centesimum primum*: nam licèt ita numerent Hebræi proximè præcedentem; eodem loco immediatè ante appellat ἐνενηκοστὸν ἔνατον *nonagesimũ nonum*, cũ primis vtile ac salutare. Chrysostomus [a] carmen hoc esse affirmat indesinenter canendum, vt simul & grati animi erga beneficij auctorem Deum munus obeamus, & vitam nostram corrigamus cum misericordia & iudicio omnia efficientes. Id ipsum *numero centesimo* denotari multi, vt dixi, volunt, essèque conueniens perfectioni numeri, argumentum psalmi, quod est secũdùm virtutẽ perfectio. Est textus iste mirabilis, inquit Cassiod. & in forma perfectæ sanctitatis inclusus; qui centenarium fructum debent expectare præmiorum. De centenarij autem perfectione præter Cassiodorum in fine psalmi, consule Petrum Bongum [b]. Refert August. [c] mortua matre arripuisse psalterium Euodium, & cantare cœpisse, omni domo respondente; *Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine.*

a hom. 1 in hãc 1 sal.

B

b lib. de myst. numer.

c 9. confess. c. 2.

Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine.

Psallam,

C

VIDERI potest cohærere huius exordium psalmi cum fine præcedentis, vbi de misericordia & veritate sermo habitus est, & quod tum ibi, tum alibi sæpe ad cantandum, & psallendum hortatus est Dauid, nunc exprimere, quid maximè cantari, psallíque cupiat, nempe coniunctum cum Domini misericordia iudicium. De horum duorum diuinorum attributorum coniugatione, sæpenumero diximus. Vult Iosias, aut Dauid Deum commendare, tum vocis, tum psalterij modulatione, & quod in immeritũ beneficia multa gratis liberalitérque contulerit; & quod iniusta passum ab inimicis, præcipuè à Saüle, iustè liberauerit, & vindicauerit: ita vt alterum dici possit profectum ex Dei gratia, benignitate, misericordia, munificentia: Alterum ex officio, munere, iure, iustitia: vel de suamet misericordia & iudicio, quibus vti soleret; modestè loquitur coram Deo, seu Iosias, seu potius Dauid, ad eiusdem Dei honorem, & aliorum ædificationem; vt Rickelius notat de hoc versiculo, & psalmo toto. Rursus ex R. Salomone, profitetur se in prosperis laudare velle misericordiam Dei, ea ipsi tribuendo, non propriæ iustitiæ aut potentiæ; in aduersis iudicium, adscribendo culpæ demeritisque suis. Plurimi mystice declarant de Dei misericordia in præsenti vita, & de iudicio iustitiáve in futura. Vnde Augustinus [d] obseruat priore loco poni *misericordiam*, & primam dispensationem Domini medicinalem fuisse non iudicialem, quia si primo venisset iudicaturus, neminem inuenisset, cui præmia redderet iustitiæ. Principale Ambrosius [e] ait esse, inchoare à beneficiis, & præseminare gratiam, præcedere beneficij gratiam, sequi censuram sobriæ disciplinæ. Item dicunt, quod etiam in hoc tempore rem semper vtramque coniungat Deus, velitque vt & ipsi aliorum misereamur, ac rectè quoque iudicemus. Chrysostomus exponit cum iudicio, vt decretum significat, nostri misertum Deum per Christum, vt iis rebus, quibus peccatum exitium attulerat, salutem afferret. Præterea quod cùm recto iudicio reiectus sit populus Iudaicus, pollicitatione, quæ cõtinebatur in lege,

Sensus loci.

Mysticus sensus.

d hic & tract. 36. in Ioan.

e de Noe c. 3.

spoliatus,

spoliatus, ob perfidiam supplicio affectus; Gentilis autem populus per misericordiam Dei salutem consecutus. At nobius docet, eum qui misericordiæ operibus hic deditus fuerit, cantaturum in alia vita, & consecuturum misericordiam, vt è contrario *iudicium erit sine misericordia ei, qui non fecerit misericordiam* [a], & ignis tormentum patientur, qui contempserint id, per quod auferri peccatum, & ignis peccati extingui poterat, nempe eleemosynam atque misericordiã, & eum ignem viuere sibi fecerunt. Postremò Cassiodorus, audire iubet misericordem dominum peccatores, qui de sua nequiter salute desperant, & Intelligere superbos Iudicem, qui malum suum non æstimant esse puniendum: hic totum compendiosè plenissimèque cantari, quoniam in his duobus sermonibus, & cuncta opera Domini & totius Ecclesiæ ædificatio probatur esse narrata. Idem fere creditus Hieronymus, & alij. Bruno Carthusianus applicat Prælato, & Principi, quem cantando & psallendo, id est, cum delectatione aliis annunciando, & bene operando oporteat non consentire subditorum peccatis ex sola misericordia, sed eadem ex iudicio & iustitia punire. Hugo comparat cum oleo, & vino [b]. Hæ regiæ artes,

[c] *Parcere subiectis, & debellare superbos.*

Rex ipse Christus in sede Maiestatis iudicans [d] adhibebit iudiciũ & misericordiam erga omnes: quod quomodo cohæreat cum eiusdem sententia, qua dixit nonnullos iam iudicatos [e]: & qui credunt & qui non credunt, Zeno [f] Veronensis disputat, volens ambiguis & lubricis tantum Christianis præparatum iudicium, qui inter impios pióque sunt medij, habentes aliquid infidelitatis insertum, & imaginem fidei, professione Deo, factis sæculo seruientes: quique psalmo 1.8 dicuntur non *resurrecturi in iudicio, neque in consilio iustorum.* Cuius loci consule commentarium nostrum. Negant quidam [h], qui feruntur Zenonis sermones, illius esse: argumentis respõdet præfatio æditionis Cardinal. Valerij. Illud non valet, quod qui sunt in hunc & alios aliquos psalmos, ex Hilario, qui recentior est, sumpti videantur ad verbum. Non scripsit Hilarius in hunc psalmum, nec in 79. de quo etiam vnus Zenonis extat sermo. Negari non potest de sermone in 127. 128. 130. quin sint iidem cum commentariis Hilarij. Hieronymus [i] hanc ait esse desponsationem, qua desponsat sponsam suam Deus *in iustitia & iudicio, simulq; in misericordia & miserationibus* [k], & calicem duplicem, *vt inclinet ex hoc in hoc* [l], de iustitiæ calice in calicem misericordiæ: & rursum de calice misericordiæ in calicem iustitiæ. Gregorius [m] peccatorem scribit cantare debere misericordiam Domini, qua peccata laxantur, id est, hanc cum gaudio dicere, atque sperare: qui iudicium sibi quoque æternum ante mentis oculos reuocans, non contremiscit, sed ad illud examen venire tanti iudicis præsumit, festinat, gaudet, sicque id cantat, ad quod ire non trepidat; iustum, & quidem magnum esse. Bernardus [n] duplicem Domini pedem osculandum vocat, exemplo Magdalene [o], & duo *crura columnæ aureæ compactæ fundatæ super bases aureas* [p]: & *beneplacitum Deo esse super timentes eum, & in eis qui sperant misericordiam eius* [q], timorem enim initium esse sapientiæ, spem, profectum, charitatem, consummationem. Rupertus [r], perpendens degradationem illam numerorum, vt ipse eam vocat, seu diminutionem, qua vsus est Abraham, deprecans pro Sodomis [s], obseruat numeros, quos nominauit, non solum arithmeticis qualibuscumque rationibus, sed & musicis proportionibus ita contextos, vt omnes musicæ concordiæ symphonias complectãtur, excepto 50. numero, qui propter alias omnes sacratus est. Demonstrat in 45. cõparatis cum 40. quam reddunt *epogdoum*, id est, sesquioctauã proportionem, quam vocant Musici *tonum*, in 40. cum 30. quam *epitritum*, id est, sesquitertiam, quã nominant *diatessaron*: in 30. cum 20. quam *hemiolion*, id est, sesquialterã, quam appellant *diapente*, in 20. cum 10. quæ duplam, quam dicunt *diapasõn*: Item in 30. cum 10 quæ *triplarem*: & 40. cum 10. quæ *quadruplarem*; quarum altera *diapasõn*, cum *diapente*; altera reddit *bis diapasõn*; tum subdit quod cantabilem fecit Abraham misericordiam cum iudicio, ac talem, quæ non discreparet à iudicij veritate, & ita duntaxat intercessor tantus támque dignus, Dominum Deum suum peccatoribus parcere cupiebat, vt proficeret ad nominis ipsius laudem & honorem. Expendant proportiones istas quibus arridet; placet res ipsa, quod afferatur Abrahã non separasse in Deo à misericordia, quam implorabat, iudicium, quod mitius esse optabat. Aliam rationem mysticam Pererius [b] noster affert, post Thomam Anglicum [c], quem Aquinatem aliqui volunt esse. Philo [d] considerans cum iudicio & & iustitia Dei punientis diluuio mundum, eiusdem misericordiam reseruantis Noë cum suis, confirmat præsenti testimonio, & subiicit quod si Deus mortalem iudicaret hominem, atrum ferret calculum, cum nemo à natiuitate ad obitum vsque sine lapsu percurrat vitæ spatium, sed aliquando sponte cadat, aliquãdo fallente vestigio. Adhibet præterea locum ex psalmo 74. [e] de calice, *qui plenus est mixto*: Deum temperare nobis attributa sua, & capacitate naturæ, quia syncera, pura, & vt in ipso sunt non possemus excipere, sicut meram solis flammam nequimus intueri. Faustus [f] Episcopus hinc refellit dicentes quod Deus misericors est in eos, quos acquirit, in illos iustus, quos reliquit; esse namque misericordem etiam circa malos, & circa bonos iustum, geminúmque hoc in Dei operibus bonum inseparabili consertum amplexu. Nam misericors est, inquit, in perditos quos inquirit, & mittat errantes, qui diu sustinet delinquentes; & de neglecta perditáve misericordia iudicat: iustus, & circa eos quos suscipit reuertentes, non deserit laborantes, dignos efficit libertate fideliter seruientes. Adde quos præmiat pro meritis & quibus *coronam reddit iustus Iudex* [g]. Legendus Clemens [h] Alexand. quo pacto Deus vt pædagogus bene faciat, puniátque. Prosper in cõmentario ait quod ad resoluendas vniuersas quæstiones quas contra prouidentiam Dei exercere audet mundi huius stulta sapientia, inuictissima hic ratio continetur, per quam intelligitur inter præsentis vitæ inæqualitates, nec à iustitia Dei abesse misericordiam, nec à misericordia abesse iustitiam, donec peractis temporibus, peracto iudicio fiant vtraque perpetua; cum pro qualitate gestorum, dextros gloria, sinistros pœna susceperit. Fulgentius [i] cantare scribit Eccl. siam Deo misericordiam & iudicium, quoniam illius hoc opus est, in homine vt occulto voluntatis suæ, non tamen iniusto consilio aut gratuitam misericordiam præroget misero, aut debitam iust, tiam rependat iniusto, immo aut misericordiæ debitori donet, quod li

a Leo. 2. 6.

b Luc. 10. 13.

c Aeneï. 6.

d Mat. 25. 31.

e Ioan. 3. 18.

f ser. de hoc psalm. *Zeno ambiguis & lubricis tantum Christianis præparatum esse iudicium volunt.*

g vers. 5.

h Posseui.

i in Ose. c. 2.

k Ose. 2. 19.

l ps. 74. 9.

m hom. vlt. in Ezechielem.

n serm. 6. in exam.

o Luc. 7. 38.

p can. 5. 15.

q ps. 146. 11.

r li. 6. in Gen. c. 5.

s Gen. 18. & seq.

Ratio mystica.

b in Ge. c. 18. nu. 6. & seq.

c ibidem.

d lib. quo Deus immu tabilis.

e vers. 9.

f 2. degra. lib. arb. c. 4.

g 2. Tim. 4. 8.

h 1. pædag. 9.

i ad Mon c.

vellet iustè posset exigere, aut iustè cum vsuris quod suum est exigat [a], & iniquo debitore quod debetur iniquitatibus reddat: ac sic aut illum prætius indignum misericordia præueniat, aut illum ira dignum inueniat.

Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine.] Iudicium Apollinarius *pœnam*, expoluit, ponens κρίσιν pro κρίσιν, sed latius patet *iudicium*, quam *punitiua* seu *vindicatiua iustitia*, vt constat ex dictis. Videntur Massoretæ duas vltimas voces reiicere in sequentem, hoc pacto, *tibi Domine psallam.*) Id Hebraizantes quoque faciunt, & ita fieri debere Cæranus monet: Cassiodorus verò etiam legit ac exponit dicens *Domino psallere*, qui bonis factis suis eum placare contendit: ipsa enim est, inquit, suauissima virtus harmoniæ, quando vox cognoscitur operibus consonare. Nam si hæ duæ res discrepabili sibi varietate dissentiunt, nequaquam possunt psalmodiæ temperatam efficere cantilenam; nec ad aures Domini venit, quod se mutua contrarietate confundit; sic ille. Paraphrastes ita enarrat (*si misericordiam tu reputes mecum, si iudicium mecum facis, pro omnibus hymnos dicam coram te, & psallam*) quia hic præponitur *misericordia* iudicio. Nazianzenus [b] collegit peculiari ratione diligi magis illam à Deo.

Psallam.] Iam dixi hoc verbum à nonnullis iungi prioribus. Ad sensum non refert vtro hæc legantur modo, & nectantur: aut etiam si legatur hoc seorsim, neque cum iis quæ sunt in sequenti versu; vel supplendo coniunctionem (*&*,) *cantabo tibi Domine, psallam*, hoc est, *& psallam*: vel, *cantabo tibi Domine, psallam.* Quid verò sit *cantare, & psallere*, non debet repeti. Symmachus transfert μελῳδήσω *canam.* Iuo Carnotensis [c] Cantuariensi Episcopo pallium petens absenti mitti à Paschali PP. II. præfatur non esse indecens sedi Apostolicæ *cantare Deo misericordiam & iudicium*; iudicium sine vlla disceptatione debere omnem Iudicem; de misericordia vero deliberandum esse vtrum expediat, an non expediat.

Vers. 2.] Et intelligam in via immaculata, quando venies ad me.
Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ.

DEscendit ad magis particularia vitæ studiosæ officia, quorum in misericordia & iudicio summa continebatur. Ait vt cantare ac psallere de his pro dignitate possit, quia non est peccatoris enarrare laudes Dei [d], nec *laus speciosa* [e] *est in ore peccatoris*, velle se discere, atque apud ipsum solerter prudentérque dispicere, ac alios docere quibus in rebus cõsistat vita irreprehensibilis. Sed quoniam res hæc ardua est, infert orationem per modum interrogationis, tacitæque expostulationis, huc referri ac tendere psalmos & cantica significans, vt adesse dignetur auxilio suo Deus, conatúsque ipsius promouere præsentia lucis sapientiæ in mente, & in voluntate, flamma charitatis; nec diutius differat. Tunc orditur narrare quam tenuerit, deincépsque tenere velit viuendi rationem immaculatam; vt suo discant cæteri exemplo piè, iustè, sobriè viuere. Studui, inquit, semperque studebo, in primis inter domesticos conuersari apertè, candidè, syncerè, simplicitèr, innocenter, vt nihil esset sitque in posterum, quod assidui actionum mearum inspectores obseruare ad reprehendendum; nihil quod iure damnare valerent aut valeant. Curaui etiam, & curabo, vt tanquam in medio filiorum pater, pastor in medio ouium, in medio seruorum dominus, magister in medio discipulorum singulis prodessem, atque prospicerem, seu prosim prospiciámque exemplo, verbo, auxilio; ne quid ab illis desiderari merito in me posset, positiue, nec in ipsis à me: vt innocentiam pro suo vtrique munere seruaremus, atque seruemus: vt nostro singuli officio fungeremur, vel fungamur; vt nullum, quoad eius fieri posset, aut possit alicuius certè momenti malum ferrem, ferámque residere, vel in me vel in illis, atque quantum liceret, licebítque, diligenter præuerterem ac impedirem, seu præuertam & impediam. Peccauit Dauid adulterio [a], homicidióque, ambitione quoque nonnulla in recensendo populo [b]. Hæc & sequentia pronunciat de se pro eo statu ac tempore, quo nullius conscius criminis sibi erat, vel seipsum potius admonet, qualis esse debeat, quàm prædicit se talem. Quamquam latuit esse constat causas, propter quas laudare seipsum quis queat, vt proprio Plutarchus opere demonstrauit, & nos alibi; & annotat hoc loco Rickelius, allatis exemplis Iob [c], Tobiæ [d], Ieremiæ [e], Pauli [f]; si desit causa laudari debemus ore labiisque alterius, non nostris; sic tamen viuere nos oportet, vt opera nostra videntes, *glorificent communem Patrem, qui in cœlis* [g] *est.* & *profectus noster manifestus sit omnibus* [h]: & *ex bonis operibus nos considerantes, nostrámque conuersationem bonam, glorificemus Deum in die visitationis*, etiam detractores [i].

Et intelligam.] Hieronymus absque coniunctione, qua textus Hebræus caret, *erudiar.* Alij, *prudenter agam, me geram, me habebo, attentus ero*, nempe vt, quod sequitur, integrè viuam, &c. vel *intelligere faciam, eruditum, intellectum dabo*, trium rum aliis de vita immaculata. Significat hæc omnia אשכיל *aschil.* Vtinam exemplum est in psalmo 31. [1] *intellectum tibi dabo* συνετίσω σε אַשְׂכִּילְךָ *aschilechha*: ex Hieronymo, *docebo te*, Aquila ὑποδείξω σοι *demonstrabo tibi*: quasi dicas *edocebo te faciam*: quali dicas *edocebo te.* Vertit hoc loco Symmachus ἐπαίσω, iungens sequentibus in accusatiuo, ὁδὸν ἄμωμον. Iungendo *psallendi* verbum ex priore membro, cum verbo *intelligendi. Psallere, & intelligere* idem erit, quo *considere sapienter* [m], & *intelligenter*, seu *erudite*, vt Hieronymus reddit: Græcè συνετῶς, Hebraicè מַשְׂכִּיל *maschil*, quod etiam in aliquot psalmorum titulis poni vidimus. Exponit hoc loco creditos Hieronymus *psallere, & intelligere* illum qui intelligit quod psallit, & sensus ipsius contemplatur psalmum, vt non vagetur eius mens foris, & corpore quidem videatur psallere, mens autem sine fructu sit [n]. Cassianus [o] hinc probat quod non à meditatione legis intelligentiam, sed de fructu operis acquirant, & non hoc tantum, sed & illud canunt [p], *à mandato tuo intellexi*: & ex oculis passionibus vniuersis fiducialiter dicunt, *psallam & intelligam in via immaculata*: quia ille psallens intelligit, quæ canũtur, qui in via immaculata gressu puri cordis innititur. Plures nectunt, *& intelligam*, cum sequentibus. Paraphrastes vtens eodem pæne verbo Hebræo, exponitur ab interprete *faciam te intelligere*, sed Nebiensis textus Chaldæus inducit dialogismum; *dixit Deus faciam te intelligere viam perfectam quando venies ad me*: tum vero

dixit

a 2. Sam. 24. 21.

b Orat. 16. *Misericordia magis à Deo diligitur quam iudicium.*

c epist. 142. *Iudicium debet semper iudex, de misericordia deliberandum an expediat.*

Sensus loci.

d ps. 49. 16.
e Eccl. 15. 9.

a 2. Reg. 11. toto.
b cap. 24 1. & seq.

c c. 2. n. 6.
d c. 12. c. 13. 1. & seq.
e c. 15. 10. c. 18. 20.
f 2. Corinth. 12. 1. & seq.
g Prou. 27. 21. *Ita vnusquisque nostrum vt opera nostra videat glorificet Deo patrem.*
h Matt. 5. 16.
i 1. Timot. 4. 15.
k 1. Pet. 2. 12.

l vers. 8.

m ps. 46. 8

n 1. Cor. 14. 14.
o collat. 14. c. 9.
p ps. 118. 104.

dixit Dauid, *Ambulabo in perfectione cordis mei*, &c. Si perpetuo loquitur Dauid, sensus erit *faciam te intelligere ô Deus viam perfectam quando venies ad me*. id est, cantabo & psallam sapienter & perfectè, quando tuæ me gratiæ fauore præsentiáque iuueris, &c.

In via immaculata.] Hieronymus, *in via perfecta*. Intelligere in via immaculata & perfecta, seu in via perfectionis, & simplicitatis, integritatis, vel perfectionũ, vel perfectorum, simplicium, &c. תמים *thamim*, idem esse quod *intelligere viam perfectam & irreprehensibilem*; retuli prius ex Symmacho, qui vertit ἐννοήσω ὁδὸν ἀμώμου. Sensus est, intelligam, intendam, animum applicabo, vt hactenus feci, ad innocentiam, integritatem, perfectionem morum. Hos alibi [a] beatos canit, qui *sint immaculati in via*, seu *immaculati via*, id est, simplices, perfecti, integri, irreprehensibiles ἄμωμοι. Hebraismus est *intelligere in aliquo*, pro *intelligere aliquid*, vt psalm. 72. [b] *intelligam in nouissima eorum*; & Ecclesiastici 14. [c] *in abitionibus suis intelligens*. Confert ad viam vitámque immaculatam, si psallas, & intelligas, si oratione voces vocali, & meditationi; si psalmo externo adhibeas mentis attentionem, *vt eros ac psallas spiritu, & mente* [d]. Conuenit id etiam prædicatori, vt Hugoni videtur; quem oportet psallere orando, *intelligere in via immaculata*, quæ plus profunt quam studium litterarium. Hoc est à mandatis Dei intelligere, propterea*que odisse omnem viam iniquitatis* [e]. Applicat & ad Christum, qui psallebat in cruce, & *intelligebat in via immaculata & erudiebatur*, vt vertit Hieronymus, *innocens flagellis, didicit ex his, quæ patiebatur obedientiam* [f]. Nec improbabile est hæc verba, *(in via immaculata)* includenda esse parenthesi, vt pendeat oratio, & sit sensus; hæc, quæ sum dicturus & decantaturus, intelligere valebo, quando venies ad me, id est, cum per spiritum tuum ad me venies, & docebis quod cum fructu non obtinebo, nisi fuero in via immaculata, liber à culpa vel per primam innocentiam, vel per pœnitentiam recuperatam denuò innocentiam.

Quando venies ad me.] Aut absolutè, aut interrogatiuè, seu optatiuè legi potest. Primo modo ait quod intelliget quando veniet Deus, psallet verò, atque cantabit, quoniã hæc facere vt oportet, ex ipsius dono est. Vel quod attentè obseruabit aduentum Domini per inspirationes, tempore mortis & iudicij, vt sit semper paratus, *stánsque super custodiam* [g]. Secundo modo exprimit desiderium huius doni. Notam interrogationis Rickelius appingit, simul explicans de futuræ vitæ desiderio: fauétque Gregorius [h], eadem ratione hoc declarans atque illud, *sitiuit anima mea ad Deum* [i]; &, *nunc dimittis seruum tuum Domine* [k]. Particula מתי *mathai*, & πότε inuoluit interrogationem, vt aliàs notatum est. Ita quoque Basilius & Theodoretus accipiũt, notantes magnam confidentiam ex puritate cordis natam. Aduentum duplicem pollicitus est Christus tũ gratiæ, secundum quam facit hîc quoque cum Patre in iusto mansionem [l]: tum vt ad beatitudinem accipiat siue assumat, & ad seipsum, *iterum veniens* [m]. De aduentu ad iudicium Arnobius explicat, vt securus ad id veniat, qui hic viuens, in quolibet homine indigente intellexerit Christum ipsum, nec vllum recusauerit. Hoc nimirum etiam est, *intelligendo* [n] *super egenum & pauperem, in die mala liberari a Domino*. Chrysostomi expositio comprehendere potest præcedentes, præsertim quam Basilius atque Theodoretus perstrinxerunt. Animi mei vasculum præparaui, ait ille, sic quemquam loquentem faciens; offendiculum omne proieci, quo nihil relinquerem, quod præsentiæ tuæ impedimentum afferret; rectum feci animæ meæ iter: cordis mei sensus abstersi: cogitationes meas ab omni labe repurgaui: iam ad excipiẽdam præsentiam tuam paratus sum: quando venies ad me? accede liberè, in me vitij viam minime offendes, *Quando veniam*, dicebat idem noster Propheta [a], *& apparebo ante faciem Domini? quando* [b] *consolaberis me*. & alius; *veni* [c] *Domine Iesu*. Iob [d] negabat se *si veniret Deus, visurum eum, nec si abiret intellecturum*. Quomodo igitur Dauid ait intellecturum quando veniet certitudo ex fide diuina; de præsentia Dei per gratiam in me non requiritur, nec ordinariè habetur: sed ex peculiari reuelatione; quamuis moraliter certi esse possimus per quædam signa, quæ non omnem penitus eximant dubitationem, sed nimis anxiam & molestam. Optatiuè & interrogatiuè hunc locum sumendo minor est cum alio loco Iob comparati difficultas; vel si exponamus *intelligere* idem esse ac *expectare*, vt Apollinarius explanauit,

Δίγηρῳ ἐπότε δή μοι ἀφίξεαι ἄφθιτε ποιμήν.
Expectans quando vtique mihi venias æterne pastor.

Maximè verò si sit expectatio de Dei, seu Christi aduentu vel ad iudicium vniuersale. Alienior secundum litteram expositio aliquorum, Dauidem profiteri se interim, ac vsque dum veniat Deus, vt ipsum in vita priuata degentem regno præficiat quemadmodum promiserat, daturum operam integritati vitæ, vel interrogatiuè petere maturam regni possessionem, quia profugus agebat sub Saüle, postea sub Absalon.

Perambulabam.] Hieronymus, & Rabini, ac Hebraizantes hoc & alia sequentia verba reddunt in futuro. Sed, vt obseruat post R. Eliam, Genebrardus, imperfecta Latinorum & Græcorum repræsentantur Hebraicè per futura, præterita quoque intermiscendo; & in scripturis poëticis non raro ponuntur loco præteritorum futura: cuius rei exempla in hoc opere satis multa occurrerunt. Augustinus, & Prosper cum vetere psalterio, *deambulabam*.

In innocentia cordis mei.] Hieronymus & Anacletus [e], *in simplicitate*, & alij, *cum integritate*. Est idem nomen תם *tham* in singulari, pro quo prius licet esset in plurali, redditum est vocabulum *immaculata*, vt epithetum, *viæ* & de illo dictum satis sæpe: & de eo quod est *ambulare* [f] *in innocentia, & ingredi* [g].

In medio domus meæ.] Chaldaicè, *in medio domus doctrinæ meæ*. Videtur Paraphrastes innuere doctorem suo fungentem officio syncerè atque fideliter: R. autem Kimhi exponere de strenuo patrefamilias, qui solicitè, hùcque illùcque obeat omnes domus partes. Exemplum affert Elisæi, qui suscitaturus puerum, postquam applicuisset seipsum ad membra illius, deambulasse narratur in domo semel huc atque illuc [h]. *Perambulatio*, seu *deambulatio in medio domus in innocentia*, hoc est, cum innocentia, integritate, perfectione, simplicitate, denotat sollicitam curam domus; vt nihil ei desit, & in ea habitantibus, prout illis conuenit, & absque acceptatione personarum diligentem perlustrationem, atque visitationem totius familiæ ac regni, per vigilem disquisitionem,

a pſ.118.1.
b vers.17.
c vers.25.
Confert ad viam immaculatam si psallamus & intelligamus.
d 1. Corinth. 14.15.
e pſ.118.104.
f Hebr.5.8.
g Abac.2.1.
h hom.vlt. in Ezech.
i pſ.41.3.
k Luc.2.29.
l Ioan.14.23.
m ibid vers.3.
n pſ.40.2.
Certitudo de præsentia Dei per gratiam non requiritur in me nec ordinaria habetur. Moraliter certi esse possimus per quædam signa quæ non omnem penitus eximant dubitationem.
a pſ.41.3.
b pſ.118.82.
c Apoc.vlt.22.
d Iob 9.11.
e epiſt.2.
f pſ.83.13.
g pſ.25.11.
h 3.Reg.4.34.

tanquam

tanquam rationem reddituri pro habitantibus in domo & vniuersa diuione; qualem describit Sapiens a matremfamilias fortem, inter alia, *de nocte etiam surgentem, & dantem prædam*, seu victum domesticis, & cibaria ancillis, *atque vestitum duplicem, & consideraniem semitas domus suæ*, id est, actiones ac mores domesticorum; *nec panem otiosa comedentem*; nec sinentem vt ipsi otio torpescentes, eundem comedant. Tractat egregiè hunc locum Titelmanus de illis, qui præsunt, vt *præsint in sollicitudine* b, & vt qui sunt Episcopi, iuxta etymon vocabuli, quod suo conuenit modo cuiuis Prælato & Magistratui, superintendant, superconsiderent, supercontemplentur, superuigilent, *tanquam rationem reddituri pro animabus subditorum* c: vt perambulent in medio domus omnium curam agendo, ne quis vel ex hac vel ex illa parte depereat: vt æque sint omnibus propinqui ac expositi, summis infimis: *alueus ipsum Diabolum circumit* d, & *impios in circuitu ambulare* e, eti ambulace vt noceant, perdant, deuorent: Episcopos, ac prælatos intra diœcesis ambitum perambulare debere, non vagari extra, nec intra illam obequitare, atque discurrere per campos & syluas venationis & recreationis caussa, per aulas Principum, ambitionis gratia, per domos viduarum, & aliarum personarum, ob turpe lucrum, quæstúmve: non esse illis domi otiose desidendum, curando corpus proprium, & commodis immodicè vacando. Medium sæpe Christus locum tenebat, qui commodior est ad demanda in alios exempla, doctrinam, beneficia. Formam gregis, typúmque oportet esse *mentis* Augustini, & politicum, & Ecclesiasticum, pecorisque vultum agnoscere, & coràm inspicere quoad eius fieri possit: qua de re alias disseruimus f. Scriptura non comparat Ecclesiam cum examine apum, in quo tamen admirabilis quædam similitudo est reipublicæ; quoniam & Regina dicitur, cæteris præesse, consistit semper in alueari; nec obit, aut vllis subditas, quæ flores legunt, ac interdum dimicant. Prouidendum est magistratui, vt non tantum foris & in publico, sed etiam in priuata domo rectè se gerat. Nam vt annotat qui ab Agellio citatur Eusebius, plerique composito habitu simpráque grauitatis persona, in publico modesti videntur ac probi, domi autem suos mores detegunt, seseque improbos produnt. Dauid autem *in innocentia cordis sui in medio domus suæ ambulare se* dicit, & cogitationes malas ex intimo corde prodeuntes non habuisse. Cassiodorus *perambulandi* verbo denotari vult vitam mundi non esse sanctitatis, nisi altissimè a Dauide perquisitam, sed tanquam transitoriam decursam; vt scilicet innocentiam seruaret per *innocentiam* intelligit gratissimam morum simplicitatem, quam columba, in qua Spiritus sanctus designatur, & agnus, ouisque, in qua Christus, denotat. De Christo explicat Hugo perambulasse aut deambulasse in passione de flagellis ad illusiones, de illusionibus ad spuita, de spuitis ad colaphos, de colaphis ad crucem, de cruce ad mortem: similem fuisse deambulationem Isaac per puteum ad viam viuentis & videntis; quia peruenimus per merita passionis Christi ad vitam æternam & visionem Dei, in innocentia cordis Christum perambulauisse, quia sine peccato passus: in domo sua quotidiam plagatus in domo eorum qui diligebant, hoc est, diligere debebant, eum g. Sequentia item ad eundem Christum applicat, vt non proposuerit ante oculos suos rem iniustam; quia vindictam noluit, sed pro crucifixoribus orauit; odio tamen prosequutus fuerit facientes tantam præuaricationem in quantum talis, nec adhæserit ei cor prauum Iudæ, húneque declinantem à se non cognouerit, id est, non approbauerit: eundem, cum detraxit secretò prodendo inimicis, persecutus sit, quando auctorem proditionis indicauit per signum panis intincti: cum eodem, qui superbo erat oculo, quia non acquiescebat doctrinæ tanti magistri & insatiabili corde, propter auaritiam non comederit, quoniam non se illi familiarem & consentientem exhibebat, quamuis toleraret, sed oculos benignos conuerterit ad fideles terræ, alios discipulos electos de terra Israel, vt cum ipso sederent tunc & antea & deinceps post resurrectionem, ac demum in regno Dei: & hos ipsos quia immaculati & mundi erant, habuerit perpetuos ministros; Iudam verò, qui superbum fecit contra Dominum suum, reiecerit ex Ecclesia militante, nec habitare permiserit, ac intrare in domum cœlestem: quia ob verba iniqua proditionis non erat directus in conspectu oculorum, nec placebat oculis Christi: eundem idem Christus in matutino resurrectionis generalis interfecturus sit æternæ damnationis morte omnes peccatores terræ, vt de ciuitate Domini, ac bearorum disperdantur. Eundem solum Christum constat, quòd attinet ad verba, quæ sunt præ manibus, solum perambulasse in innocentia cordis sui in medio domus suæ, quia liber ab omni penitus peccato, nec vllû contrahere, aut committere valens, pertransiit benefaciendo; neque vlli nocuit seu miserum faciendo, seu miserum derelinquendo; quas tres Augustinus innocentiæ considerat partes, respectu nimirum sui, & comparatione aliorum: Vnde nunquam legitur Christus cuipiam nocuisse in corpore, sicut Elias b, Elisæus c, Petrus d; sed aut bestiis e, aut plantis f tantum, vt Chrysostomus g obseruauit. Imitanda nobis innocentia ista, & procuranda, non exterius tantum, sed interius quoque, ac in corde, medióque domus animæ nostræ, quod est cor, de quo alioqui necesse est exire cogitationes & opera h mala, vt idem Chrysost. hoc loco & August. accuratè perpendunt, reginam omnium virtutum nominantes innocentiam, totámque iustitiam ad vnum verbum *innocentiæ* redigentes. *Neminem a se læsum* fidenter scribebat Paulus i, *vel correptum, nec se aliquando in sermone adulationis fuisse; nullius argentum & aurum, aut vestem concupiuisse* k; qua in re Samuelis exemplum secutus l est. Subtiliter præterea negat August. deambulare peccatorem, quia ætate omnis malitia, sola innocentia lata est: qui non habet quietum cor, habitare in corde suo libenter non posse, sed foras exire à seipso animi intentione, de his quæ foris sunt circa corpus delectari, quietum in nugis, in spectaculis, in luxuriis, in omnibus malis quærere, foris sibi velle bene esse, quia non est illi intus bene, vnde gaudeat in conscientia sua: ideo curatum Paralyticum tollere grabatum, & ire in domum suam; id est, regere corpus, & intrare in conscientiam suam: vbi latam inueniat viam ad deambulandum, & lætè psallendum atque intelligendum, & dilatato corde currendum per viam mandatorum

a Prou.31.15. et

b Rom.12.8.

c Hebr.13.17.

d 1.Pet.5.8.

e ps.11.vlt. *Episcopi deambulatio extra diœcesim & vocatio prohibetur.*

f Aguum 15. 16. *Ecclesia in scriptura non comparatur examini apum neque Regina dicitur.*

Magistratus etiã in priuata domo recte se gerat debet.

g Genes. 24. 62.

a 2.reg.13.

Nunquam legitur Christus cuipiam nocuisse.

b 4.Reg.1. 10. 12.

c cap.2.24.

d Act.5.10.

e Matt.8.32.

f c.21.19.

g hom.68. in Matth.

h Matth.15. 19. *Innocentia omnium virtutum regina.*

i 2. Corinth. 7.2.

k Act.20.33.

l 1.Reg.12.3.

Qui non habet quietum cor, habitare libenter in corde suo non potest.

Dei, quam habet in corde. Ipsemet Deus inhabitat in iusto & ambulat [a] in eo, vt obseruat Bernardus [b], prædicans illius animæ lautitudinem, & meritorum prærogatiuam, quæ diuinam in se præsentiam, & digna inueniuntur suscipere, & sufficiens capere: & cui suppetùt spatia & deambulatoria ad opus maiestatis. Docet verò dilatari animam istam, & crescere dilectione, siue charitate, in templum sanctum in Domino, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, & in amplitudinem cœli, vbi summus, immensus, glorioſus Deus non modo dignàter ambulet, sed & spatiosè deambulet. Adde incipere debere iudicium à domo [c] Dei, à conscientia nostra, à domesticis fidei [d] nostræ commissis; vt *comedat nos zelus domus Dei* [e], & nostræ propter Deum. Theodahadus Rex per literas Theodosio homini suo significauit, placere sibi à domesticis inchoari disciplinam, vt reliquos, inquiens, pudeat errare, quando nostris cognoscimur excedendi licentiam non præbere [f]. Requirit Apostolus [g] in eligendo episcopo, vt sit domui suæ bene præpositus, quoniam *si quis domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit?* &, *si quis suorum, & maximè domesticorum curam non habet, est infideli deterior* [h]. Bernardus [i] optimè præcipit res temporales Prælatus vt per alium dispensetur: de disciplina ipsemet prouideat, illud nemini credat. Legendus per otium.

a 2. Corinth. 6. 16.
b serm. 17. in Cant.
c 1. Pet. 4. 19.
d 1. Tim. 5. 8. Galat. 6. 10.
e psal. 68.
A domestico inchoanda disciplina.
f Cassiod. lib. 10. varia ep. 27.
g 1. Tim. 3. 4.
h cap. 5. 8.
i 4. de consid.

Vers. 3.] Non proponebam ante oculos meos rem iniustam, facientes præuaricationes odiui. Non adhæsit mihi.

Sensus lect.

NOn tantum se dicit sectatum viam immaculatam, atque innocentiam, sed alienum quoque fuisse, & cauisse iniustitiam tantopere, vt nec ad cogitationem quidem illam admitteret, nempe vt cuipiam dolo, fraudéve noceret, vel vt impiè aliquid atque superstitiosè ageret: vel vt ipso conscio & cernente, auderet quisquam quidpiam mali facere; quin potius odio prosequentium omnes præuaricatores legis, potissimùm illius, quæ est de religione, ac vero cultu Dei.

Non proponebam ante oculos meos rem iniustam.] Hieronymus, & Anacletus [k], *non proponam*, vel *ponam coram oculis meis verbum Belial*, Oresiesis [l], *non proposui ante oculos meos rem iniquam.* Alij, *rem impiam, peruersam, iniquã, calumniosum consilio, verbũ iniquitatis.* Non ponere ante oculos, & coram oculis rum externis tũ internis rem iniustã, est illam negligere & abominari, non aspicere illam in corde suo [m], non meditari in cubili [n], pacisci quodammodo cum ipsis oculis, ne de ea cogitent; sicut Iob cum suis paciscebatur, *ne cogitarent quidem de virgine* [o], *offensiones oculorum abiicere* [p], *non segui cogitationes suas, & oculos per res varias fornicantes* [q], *non videre mulierem ad concupiscendum* [r], non attendere *ad concupiscentiam oculorum* [s], nec finere vt *insiliat super te concupiscentia hac oculorum* [t]. Seneca [u] innocentiam cordis, de qua prioribus diximus versu tribuit cæcitati; *oculos perdidi*, ait ille, *Quam multis cupiditatibus via inclusa est? quam multis rebus carebis, quas ne videres, vel cruendi eram? non intelligis partam innocentia esse, cæcitatem.* Huic oculi adulterium monstrant: huic incestum, huic domum, quam concupiscat; huic vrbem & mala omnia. Verè irritamenta sunt vitiorum, ducesque scelerum. *Peccatum habere contra se semper* [a], vt doleas, bonum est; at non vt eo delectemur, & repetere velis. Sensus item potest esse, quod etiam si videret mala exempla, non ea proposuerit sibi ad imitandum, quantumuis prosperè cederent cuncta malo operantibus; quod grati oculi ipsius iniusti non fuerint, & filij Belial operantes verbum, & rem Belial iniustam vel impiam, quod hoc loco dicitur דְּבַר־בְּלִיַּעַל *deuar beliahhal.* Dixi alias de hoc nomine, *verbumque*, sine *res*: *Belial* vsurpari solet pro pessimo ac impiissimo homine, quo vtatur Diabolus tanquam instrumento & ministro, quemque recte dicas exlegem & sine iugo, aut prorsus inutilem, si de vtilitate agatur, quæ sit virtuti coniuncta. Chaldaicè vocatur *res* seu *verbum impium*: in vetere Romanóque psalterio & apud Augustinum, Cassiodor. Prosperum, *res mala.* Agellius memoriæ lapsu dixit *rem iniustam*, iisdem hic verbis dici, quibus in psalmo 51. [b] *verba præcipitationis.* Ibi est בָּלַע *bal ihh* non בִּלִּיַּעַל *biliahhal.* Ante quoque monui, licet oculis Dauid peccauerit; de ipso nihilominus vel post pœnitentiam loqui, vel secundum id quod facere ipsum oportebat.

Facientes præuaricationes odiui.] Hieron. *Facientes declinationes, aut volutiones*, Oresiesis [c], *facientes iniquitatem odio habui.* Alij, *opus declinantium*, vel *facere declinationes*, vel *facere declinantium.* Legit Hieron. participiũ עֹשֵׂי *hhoseh*, cum sit infinitiuus עֲשֹׂה *hhaseh*, & 70. singulare collectiuè acceperunt, vel interpretati sunt infinitiuum per participium. Alij per *opus* vox סטים *setim* à סָטָה *satah*, vel שָׂטֹה quod eodem modo profertur, vel à שוט *sut*, & significat *declinare, diuertere, deflectere.* Est nomen loco participij, quod valet *declinantes, diuertentes, deflectentes à via recta, à viis Dei, à cultu eius*, denique *impios* & *idololatras.* Dicitur etiam esse nomen סְטִיָּה *seteh declinatio, deflexio, diuersio.* Lege psalmum 39. [d] & Oseæ c. 5. [e] Priore loco redditur per *pueros*, & *insanos*, à Hieronymo per *pompas*: in posteriore per verbum *declinandi.* Sunt in hoc nostro loco παραβάσεις *prætergressiones* à ratione, à iure, ab æquo & iusto: declarátque Apollinarius qui eas faciunt ἀλιτήμονας ἑκατέρους *nocentes, iniurios.* Principis est odisse, ac punire iniuriam proximo factam, Deóque potissimum, & quantum in se est, vnicam in republica tueri religionem veram, alienam execrari & extirpare. Ideo mala omnia rebus humanis quotidie ingrauescere scribit Lactantius [f], quia Deus mundi huius effector & gubernator derelictus est: quia susceptæ sunt contra quam fas sit impiæ religiones. Non dubitauerunt sacris imperia seruire, ait Valerius [g], ita se rerum humanarum futura regimen existimantia, si diuinæ potentiæ bene, atque casti inter essent famulata. Citius vrbem sine solo affert Plutarchus [h], quam sine opinione de diis (de Deo) rempublicam vel constitui, vel constitutam conseruari; vocatque religionem ὑπεύθυνον ἀνάγκην κοινωνίας, καὶ τοῦ ὁσίου τρόπον *vinculum omnis societatis, & legislationis firmamentum.* Hæreticos si fieri possit ad officium compelli, non illici dignum Tertullianus [i] ducit: duritiam vincendam, non euadédam hæresim, id est, rationibus docendos hæreticos in errore plerumque obduratos. Multis, ait Augustinus [k], profuit prius timore, vel dolore cogi, vt possent postea doceri. In Concilio Toletano sexto cautum, ne quis antè regni sortiretur apicem, regiamve conscenderet sedem, quam se polliceretur non situ-

a ps. 50. 5.
b vers. 6.
c de institut. Monastica.
d vers. 5.
e vers. 2.
Peccatis est odisse, & punire iniuriam.
f lib. 5. c. 8.
g lib. 2. c. 1.
h contra Colotem.
i cont. Gnost. cap. 1. *Quod diuertendum sit à vel dolendum, vel puniendum.*
k epist. quæ est 49. & 5. cont. Crescon. c. 33. 34. & 35. lib. 2. cont. Gaud. c. 21. 22. & Leonē ep. 91.

rium degere in regno suo cum, qui non esset Catholicus: si verò postquam ad regni gubernacula accessisset, huius ipse temerator existeret promissi, anathema esset, maranatha in cóspectu sempiterni Dei, & pabulum efficeretur ignis æterni. Iustis deinde tamen de causis Hispaniæ Reges Clemens VII. absoluit à iuramento, ne Mauros siue Mouiscos expellerét, litteris ad Carolum V. datis, anno 1524. Sed tamé hoc anno 1610. eorumdem Moriscorũ, vt vocant, proditione in Regé, Ecclesiámque deprehéta, secutus Ferdinandi Catholici exemplum Catholicus Philippus III. vniuersa pepulit Hispania: quod fieri oportere tanto ante docuerat Turrecremata[a]. Sed ad rem nostram vt redeamus, distinguit Hugo multiplicem *prauaricationem*; quia numero plurali *prauaricationes* hic exprimuntur; nimirum legis naturalis Mosaicæ, Euangelicæ, humanæ. Ponit præterea *prauaricationem* legis Angelicæ, Diabolicæ, & disciplinæ. Per *prauaricationem* legis iustæ inhonoratur Deus[b], talisque prævaricator legis odio habendus, & abominandus ei qui legẽ diligit[c], & à Dei mandatis intelligit[d], odisse oportet, quæ seculi sunt, ne securis affectibus, inquit Ambrosius[e], & otiosis, blandia cõsiliatricula voluptatis irrepat illecebra. Hoc ipsum alias monui, déque odio pio & iusto egi, atque de vitãdo malorum cõsortio; quod hic admonet Chrysostomus, distinguẽs inter prævaricantes legem & violantes Domini salutarẽ confessionem. Talium etiam occursum ille vitandum dicit, ac ne pro hominibus quidem agnoscendos, qui dæmonibus seipsos dediderunt, atque inanimatis lapidibus, & ligni vitam suã consecrarunt: imitandum Prophetam, qui *eos, qui oderant Deum oderat, & super inimicos eius tabescebat, & perfecto odio oderat illos, & inimicos sibi faciebat*[f].

Non adhæsit mihi.] De his verbis versu sequenti, quibus aptius nectuntur.

a 23. q. 8. ca. dispar.

b Rom. 2. 23.

c psal. 118. 63.

d ibid. 104.

e in psal. 118. concio. 15.

f psal. 138. 21. 22.

Vers. 4.] Non adhæsit mihi cor prauum, & declinantem à me malignum non cognoscebam.

Sensus loci.

ODium illud suum sanctum cõtra legis prævaricatores magis declarat. Nã sicut priore versu dicebat, *se non proposuisse ante oculos suos rẽ iniquam*, vt videlicet ne cogitaret quidẽ, vel fixus in ea cogitatione hæreret; & præterea odio prævaricatores prosecutũ, ita nunc ait non permisisse, vt in voluntate adhæresceret affectus vllus prauus. Vel negat ferre voluisse, vt praui cordis homo familiariter secũ versaretur, sed malignos, qui vitæ improbæ dissimilitudine distabant ab ipso plurimum, ipsius reuerentia & metu, fuga sibi consuluisse: & quod eos nõ cognouerit, ita nimirum vt mores etiam approbaret, inter notos amicósque censeret, cõmune cum ipsis aliquid haberet. Præterea significat à se illos adeo neglectos, vt præsentes ne, an absentes essent, ignoraret: non etiam curasse si quis etiam de familiaribus assuetus vitijs, ab ipsius abstinere consuetudine voluisset: nec recessionem esse curasse, quod discederet ἐχωρισμὸν κοινωνίας ἀντὶ τῆς ἀποστασίας[h].

Atha. apud Gell.

Theod. aut Basil. Chrysostom. Euthym. Nicephor.

Mystice de Diabolo mala suggerente alij[i] declarant; quatenus qui ei non dat accessum & locum, nec etiam cognoscit vetum recedat. Nam qui nihil iniquum in corde admittit, ac tortuosum, quamuis incommodis ex eentis prematur & vrgeatur sinistris atque calamitosis casibus, aut non offenditur improborum prosperitate, hoste in cor ascendente: nescit, inquit Chrysostomus, quando accesserit, vel quando recesserit, quoniã in illo improbitas vmbræ instar præteriens, sese subducit, nullúmque detrimentum efficit.

Non adhæret mihi.] In Biblica distinctione iunguntur ista versui præcedenti; sed non satis commodè. Quis enim sensus, *facientes prævaricationes odi: non adhæsit mihi*, dices; *non adhæsit mihi* vllus eorum; quod Paraphrastes numero multitudinis vertit, *non adhærebunt mihi*, vel *non adhæsit mihi*, id est, nõ placuit, non sedit animo meo facere prævaricationes, & ea, quæ prius dixi. At quem habebit sensum quod sequitur, *cor prauũ declinãtem à me malignum*, &c. nullũ profectò Cohæret sensus in trãslatione Hieronymi cũ dicta distinctione. *Facientem declinationes odi: nec adhæsit mihi.* Cum verò *cor prauum recedet à me, malum nesciam.* Simili fere modo conuertunt alij Hebraizantes.

Non adhæsit mihi cor prauum.] Vel cor cogitationem propriam suam intelligit, seu affectum, & appetitionem, vel alterius: quemadmodum dicebamus de re iniusta. Sic Græcus quidam inquit, καρδία στρεβλὴ, τοῦτ' ἔστιν ὁ ἔχων στρεβλὴν ἔχων τὴν καρδίαν, *cor prauum, id est, homo prauum habens cor.* Ex corde recto, de quo dictum est aliquoties, intelligi potest, quid sit *cor prauum.* Est enim, inquit Augustinus, tortum & non rectum oppositum; recto quod omnia quæ vult Deus, ipsum vult; quemadmodum Christus orans, & mortem deprecans, dicebat Patri, *verumtamen*[a] *non sicut ego volo, sed sicut tu.* Denique hortatur, vt si quem talem viderimus prauo corde, corripiamus, arguamus, corrigamus: & si non possumus corripere, aut corrigere, nolimus consentire vt possimus dicere, *non adhæsit nobis cor prauum.* Prauum cor præterea significat cor syncerum, non apertum, non candidum, non simplex, non fidele; sed perfidum, duplex, fraudulentum, tectum, malignum; Frequentat hoc epithetum *cordis praui* scriptura[b], docétque qui *prauo est corde, machinari malum, & omni tempore iurgia seminare*[c]: *abominabile Domino esse cor prauum, & voluntatem eius in his, qui simpliciter ambulant*[d]: *cor ingrediens duas vias non habiturum successus, & prauum corde in illis scandalizatum*[e] iri, hoc est, impedimenta passurum: *cor prauum daturum tristitiam, & hominem peritum restituturum*[f] *illi: prauum cor & inscrutabile à Deo solo cognosci*[*], quia nempe non se prodit aliis, sed instar illius belluæ, videtur *scutis constare fusilibus, esseque compactum squamis sese prementibus, quarum vna vni coniungitur, & nec spiraculum quidem incedit per eas, & vna alteri adhæret, & tenentes se nequaquam separantur*[g]. Vocatur notatis locis Græcè καρδία διεστραμμένη, στρεβλὴ, βαθεῖα. Hebraicè עִקֵּשׁ *hhakon hvafrum, scillax, supplantatiuum*, inde namque Iacob. Item cor תהפכות[i] *thahpuccoth peruersitatum*: præterea cor נִלְוָז[k] *hhikkesce prauorum.* Hoc loco Apollinarius vocat ἀλλοκότως μῆτιν *callidum consilium*: & *adhærere* declarat *placere*, ὥστ' ἀλλοκότως ἐμοὶ πάρεστι μῆτις, *numquam callidum mihi antea placuit consilium.* Difficile, ac penè fieri non potest, quin cor aliqua sorde aspergatur, vel scaturiente intus occasione, vel immissa de foris: viriliter standum, vt præcipit Cyprianus, aliúsve de Cardinalibus Christi operibus auctor[l], & rationis auctoritate increpandi sunt titillatorij sensus, & summoperè aduigilandum, ne sequatur assensus vel effectus. Tum

Quid sit cor prauum.

a Matth. 26. 39.

b Prou. 6. 14. c. 11. 20. Eccl. 3. 28. c. 36. 23. Ieremię 17. 9.

c Prou. 6. 14.

d cap. 11. 20.

e Eccl. 3. 28.

f cap. 36. 22.

*Ierem. 17. 9.

g Iob 41. 6. 7.

h Ierem. 27. 9.

i Prou. 6. 14.

k cap. 11. 20.

l Serm. de circumcisione.

subiicit

subiicit rem esse sine maximam, si non egrediatur foras huius contagio corruptelæ, & insaniens bestia corrupti anhelitus catenis feracis in vltimis animæ recessib. alligetur, intùsque fractis dentibus semetipsum concupiscentia captiua corrodat. Prauum cor à natura, post peccatum corrupta, habemus [a], nec est qui dicere possit, mundum [b] (omnino) est cor meum; nostrum est curare, cum Dei gratia, ne adhæreat nobis cor illud prauũ, ac inmũdum, prauitatem cum in corde subinde commouetur, cohibere, atque constringere, ne grauiter saltem contaminet. Cauendum, ne *sequatur oculos nostros cor nostrum, nec manibus adhæreat macula* [c]. Si *adhærere Deo bonum* iudicauerimus [d], & *anima nostra post eum adhæserit* [e], eiu *sedes iniquitatis non adhærebit* [f], & *adhæserimus testimoniis illius* [g], *innocentes & recti adhærebunt nobis* [h]; atque vicissim nocentes & prauos nobis adhærere nõ patiemur neque timebimus, *adhærentes Domino; ne separatione nos diuidat ille à populo suo* [i], id est, *à generatione rectorum, quæ benedicetur* [k]. Lege quæ dixi ad ea verba psalmi 77. [l] *generatio prana & exasperans, generatio, quæ non direxit cum Deo cor suum.*

a Ier.17.9.
b Prou.20.9.
c Iob 31.7.
d ps.72.28.
e ps.62.9.
f ps.93.20.
g ps.118.30.
h ps.24.21.
i Esa.56.3.
k ps.111.2.
l vers. 8.

Declinantem à me malignum non cognoscebam.] Hieronymus aliter dispungens, vt antea retuli, *cor prauum recedet à me, malum nesciam*, alij optatiuè, *cor nequitiosi*, seu *mens abhorreas à me, hoc solum ignorem quod malum est*, vel, *qui animum suum studio depravans, si procul recedere cogetur à me: virum sceleratum inter amicos, & notos habiturus non sum.* Caietanus de Dauide sic explicat, vt dicat, licet habuerit aliquando cor non rectum in adulterio Bethsabeæ, & homicidio Vriæ, non tamen huiusmodi cor perseueraturum cum ipso; sed recessurum: malum porro factum non dissimulaturum, quasi ipso nesciente fiat, vel approbet. Tyranus quoniam nec pepercit affinibus, sed iussit Ioab etiam occidi. In psalterio Romano, & apud Cassiodorum, Arnobium, Orelielim [m], *declinantes à me malignos non agnoscebam*, vel *cognoscebam*, in vetere psalterio, apudque Augustinum, *cum declinaret à me malignus, non cognoscebam*, quod valent Græca ἐκκλίνοντ& ἀπ' ἐμοῦ τὸ πονηρὸν οὐκ ἐγίνωσκον. Sensus nostræ translationis est de malignorum fugienda societate, atque negligenda iactura amicitiæ ipsorum, si declinent ac recedant à nobis, & graues etiam illis simus ad videndum, quoniam *dissimulas est ius via nostra, & immutata via nostra à viis eorum* [n]. Denique de talibus fidenter pronunciare illud possumus cum Apostolo [o]; *si discedant, discedant.* Si erat mihi amicus, inquit creditus Hieronymus, aut proximus, siue Episcopus, aut presbyter, siue in quacumque dignitate constitutus; tamen si peruertebat vias suas, sic eum fugiebam, vt penitus eius memoriam non facerem. Hanno, non cognoscebam & non approbabam, si forte prætenderet iustitiam, & ab aliis iustus putaretur. Bruno neque consentiebam prauæ alterius voluntati, siue cordi; neque si quis mihi familiaris à bona voluntate mea per malam declinaret, cognoscebam; sed sic asperè redarguebam, quasi eum non cognoscerẽ. Græcis, quos antea monui, Diabolum interpretari per *malignum* τὸν πονηρὸν, Apollinarius addi potest, sic, vt ille, etiam exponens,

m de institut. monast.
n Sap.2.15.
o 1. Cor.7.15.

Φεύγετο μὲν αἰσὶ ὄφις, δόλιος δ' ἀδάηστ& ἐμαίνετο.

Fugiebat quidem grauis serpens, dolosorum autem (vel dolorum, seu fraudum) *nescius manebam.*

Applicat Hugo Christo, de Iuda proditore loquenti, vel de quouis alio improbo, & maligno, à malo igne cupiditatis, ambitionis iræ, inuidiæ, & similium vitiorum, deriuans. vt facit etiam Lyranus, Arguanus, Rickelius, & alij, parum aptè.

A

Vers. 5.] Detrahentem secretò proximo suo hunc persequebar.

Superbo oculo, & insatiabili corde, cum hoc non edebam.

VIdentur sequentia non tam ad priuatam pertinere, domesticámque disciplinã, quam ad politicam, & communem regni, & reip. gubernationem; ac primum hoc versu dicit de seueritate in coërcendis vitijs: deinde de iustitia in præmiis virtuti reddendis. Igitur negat hoc loco se aures detrahentibus dedisse, siue obtrectantibus, & calumniantibus, aliena facta exploranti bus, & de illis murmurantibus; sed id genus hominum adeo pernicioſum infectatum, & perdere, quantum potuit, conatum. Asserit quoque reiecisse se à suo conuictu superbos & arrogantes, qui cæteros præ se despicerent, ac proterunt, & insatiabili quadam appetitione in facultates humiliorum, tenuiorum, imbecilliorum inhiant, summáque audacia, præfidentia, contentione nihil non aggrediuntur libertè, ac palam cum aliorum damno.

B

Sensus loci.

C

Detrahentem secretò proximo suo, hunc persequebar.] Hieronymus, & Anacletus [a], *loquentem in abscondito contra proximum suum hunc interficiam.* Sed quod hic vsurpet Hieronymi translationem, facit vt suspicer ellealum quam Anacletum. Alij, *accusantem mihi*, vel *accusantem me in secreto, proximum suum illum ad internecionem perducam, perdam, succidam, conficiam, disperdam, subuertam, opprimam.* In Romano psalterio, & apud Cassiodor. & Isidorũ [b], *detrahentem aduersus proximum suũ occultè*, &c. Vetus psalterũ, & Augustin ac Prosper, *detrahentem proximo suo occultè*, &c. Orielis [c], seu Orieliesis, vel Orienlis, *detrahentem in absconso.* Chaldaicè, *loquentem lingua triphet*, &c. & in textu Nebiensis, *loquentem terræ.* Prima vox Hebræa est, מְלָשְׁנִי *melaschni*, habens formam participij coniugationis poël à nomine לָשׁוֹן *laschon*: quasi dicas *linguantem*, & *lingua deferentem*; & *accusantem*, qui vocatur etiam in scriptura *linguosus* [d], & *linguatus* [e], & *linguaterra* [f]. Docet autem eadem scriptura quod *vir linguosus non dirigetur* [g], id est, non prosperabitur in terra: quod *terribilis est in ciuitate sua homo linguosus* [h]: quod *non est lucrandum cum homine linguato, nec struendus ignis in illius lingua* [i]: quod *sicut ascensus arenosus in pedibus veterani; sic mulier linguata hominis quieto* [k]: quod *lingua terræ mulieres viraras à deliciis virilibus, feries, frenuas, eiecit; & prauarit illas laboribus suis* [l], ita vt separarẽtur à mentis, ob falsas dilationes, & bona laboribus acquisita cogerentur amittere. Quamuis Græcè vocetur γλῶσσα διπλῆ duplex, sicut & Latinè detractorem appellant *bilinguem*, Græcéque δίγλωσσον. Dicitur tamen etiam *lingua terræ*, quæ de alio apud alium obloquitur, ita vt interueniant personæ tres. De detractione aliàs disputatum, cauetúrque acriter multis scripturæ locis, ne *quis nẽpe diu*, id est, *principibus detrahat*, ac magistratibus [m]: sicut Moysi detraxerunt Aaron & Maria [n]: & amici Iob [o]; & stulti correptioni sapientiæ [p]. Sapiens vero admonet, *vt remoueamus à nobis os prauum, detrahentia labia sint procul à nobis* [q]; quoniam *qui detrahit alicui rei, ipse se in su-*

a epist.2.
b de confl. vitiorũ & verb.
c de institut. monast.
d ps.139.12. Eccles.v.25.
e Eccl.8.4.c. 5.17.
f c.28.19.
g ps.139.12.
h Eccl.25.
i c.8.4.
k c.25.27.
l c.28.29.
m Exod. 22. 28.
n Num.12.8.
o c.6.25.c.19. 18.
p Prou.20. 13.
q c.4.24.

turum obliga[a]: & mihi minus habet qui occultè detrahit, ab eo qui mordeatur a serpente in silentio [b]. Abominationem item nominat Sapiens [c] detractorem. & Paulus detractores iungit iis, qui Deo sunt odibiles [d], Ezechiel [e] detractores ipsos effusores sanguinis appellat, qui scilicet rixas disseminant, discordiasque, vt homicidia fiant: Non eris criminator, nec susurro in populo, inquit Deus [f]. Nã susurratori odium, & inimicitia, & contumelia [g], & homo assutus in verbis improperij, omnibus diebus vitæ suæ non erudietur [h]: & repentinus cõsurget perditio detractorum [i]; denique qui detrahit fratri, aut iudicat fratrem suum, detrahit legi, & iudicat legẽ [k], id est, contemnit; vt meritò Deus indignetur sic solẽs ac de industria loquentis aduersus fratrẽ, & ponentis hac ratione aduersus filium matris suæ scandalum [l]. Omissis aliis Patrum hac de re testimoniis, circa hunc nostrum locum Bernardus [m] scribit, mirum non esse si adeo se persecutum dicat Dauid detrahẽtem, quoniam id præcipuè vitium charitatem, quæ Deus est, & quidem cæteris actus impugnare, & persequi cognoscitur. Omnis enim, inquit, qui detrahit primũ quidem seipsum prodit vacuũ charitate: deinde quid aliud detrahendo intendit nisi vt is cui detrahit, veniat in contemptũ vel odium ipsius, quibus detrahit. Plura idem [n] de eodẽ argumẽto; atque non hoc tantum loco satis fusè, sed & alibi Chrysost.[o] item Antiochus Monachus [p], & Laurentius Iust.[q] Edita leguntur insignia de detractoribus supplicia, non solum in sacris historiis [r], sed etiã in Ecclesiasticis [s]. Perpendit verò Chrysost.[t] vim verbi *persequendi*, vt non solum nõ recipiantur verba detrahentiũ, sed & abigantur volẽtes fratri maledicere, & illos auertamus. Hoc videri & Moses insinuare, cum dixit [u], *auditum vanum ne acceperis*. Hoc autem loco inter alia nominat *detractionem*, turbulentum dæmonẽ, & nullum mali genus esse; quod non ex ea oriatur inductione demonstrat. Considerent etiã hic dicti quod secretò fiant, quia nihil veri operatur, sed timidè, mendaciterque: si enim verum esset quod obiicitur, in faciẽ obiurgare operæ pretium fore, ac libera & aperta oratione pacem sancire: qui clam id facit proculdubio falsum crimen intendere, vt qui improbam suspicionem aduersus proximum conflet, nec ea, quæ obiicit probare valeat. Bonam vocat Augustin. hoc loco alibique [x] persecutionem istam. Interroganti Petiliano quæ sit ratio persequendi, vicissim eum interrogat, cuius sit vox in psalmo *detrahentem secretò proximo suo hunc persequebar*. Quære itaque, ait, persecutionis vel causam, vel modum; & noli tanta imperitia generaliter malorum persecutores reprehendere. Vincentio itẽ ex hæresi Nouatiana scribit [y], si semper esset culpabile persecutionẽ facere, non scriptum esset in sanctis libris, *detrahentem proximo suo occultè, hunc persequebar*. Præterea in cõmentario alterius psalmi [z], si persecutio non posset fieri bene, non diceretur in psalmo; *detrahentem proximo suo occultè hunc persequebar*. Quod argumentum quibusdam in epistolis, & libris contra Donatistas non ratò tractat. Tandem cum Chrysostomo cõcludendum; qui detractioni studet; diabolo seruire, vtpote qui calumniæ [Gk] opera exequatur, & bellacem faciat detractorem aduersus proximum: qui detractorem minimè admittit cum seipsum inani huiusmodi peccato liberare: tum detractorem hac ratione ab iniqua proximi accusatione dimouere: tum eum etiam, qui accusatur, crimine liberare, ac denique pacis arburum, & amicitiæ

ducem existere, dum obtrectatoris animum & voluntatem odit, ac detestatur. Aiguanus multis modis hoc loco detractorem cum coruo comparat. Auctor in promptu est, legique cum voluptate, ac fructu potest.

Superbo oculo.] *Oculis* reddi potuit, quia sunt Hebraicè numero duali עֵינַיִם *Ibenaim*. Chaldaicè, *grandientem in superbia oculorum*. In oculis cum alij affectus, tum superbiæ signum existit. Elenatione quidem oculorum superbia sæpenumero describitur [a], & *humiliandi* dicuntur *oculi superborum à Deo* [b]: & humilis ac tristis vultu incedit dejecto, oculis declinatis in terram, nec eos audet in cœlũ leuare: qui confirmatur ad spem, præcipitur caput leuare, ac respicere [c]. Inter ea quæ odit Dominus, *oculi sublimes*, primo loco numerãtur [*]. Superbus attollit oculos, altiúsque erigens, velut ex alto alios despicit. Ex prauis item generationibus vnam Sapiens [d] ponit, *cuius excelsi sunt oculi, & palpebræ in alta surrectæ*; petit autem à Deo, ne *extollentiam oculorum det illi* [e]. In mulieribus quas demissi magis decent oculi, index est excellentiæ illa oculorum, & horum ire, seu incedere nutibus tum fornicationis [f], tum superbiæ [g]. *Qui humiliauerit*, inquit Iob [h], *erit in gloria, & qui inclinauerit oculos suos, ipse saluabitur*. Vbi Gregorius [*] obseruat, quod quantum per membrorum ministerium deprehendi potest, prima superbiæ ostensio esse in oculis solet: Probat ex psalmo alio, [i] *oculos superborum humiliabis*: & ex ipso superbientium capite, de quo dicitur [k]; *omne sublime videt*: & ex illa, quæ ei per infidelitatẽ adhæret generatione, *cuius excelsi oculi & palpebræ in aliũ surrectæ* [l], vt prius quoque retuli. Oculos ergo inclinare, inquit, est nullum respiciendo despicere; sed se minorem, atque imparem cunctis, quos aspicit, æstimare. Vocant *supercilios* maiestatẽ quandam, grauitatémque maximam præ se ferentes, & pondus veteris supercilij [m], grãde quoque supercilium [n]: & absolutè *supercilium* vsurpant pro superbia & fastu: item *attollere*, ac *ponere supercilium* [o]. Docet Iulius Pollux [p], quod [Gk] *superciliosus*: Plinius [q] quod maximè indicat fastum, superbiam; aliubi conceptaculum hic sedem habere: in corde nasci, huc subire: hic pendere, nihil altius simul, abruptiúsque inuenire, vbi solitaria sit. Legatur Petrus Victorius [r].

Et insatiabilis corde.] Hieronymus exponit *latum corde* לְבַב רְחַב alij *arrogantis animi hominẽ, vastis cordis*, cui scilicet nihil sufficiat, quod nulla re valeat expleri, quod plura & plura semper cõcupiscat, quod aspiret semper præ tumore ac inflatione, ad maiora siue in honoribus, siue in opibus, siue in voluptatibus; denique [Gk], vt hic appellatur Græcè, i. *inexplebilis*. *Superbo oculo*, rectè iũgitur *insatiabile cor*, potissimũ vt versatur in appetitione, & cupiditate habẽdi, denique in auaritia; ita vt [Gk] & idẽ sit qui [Gk]. *Auarus nõ implebitur pecunia* [s], & *insatiabilis est oculus cupidi* [t]: *nec saturantur oculi eius diuitijs* [u]: *sicut infernus & perditio nunquam implentur* [x]: & *venter impiorũ insaturabilis* [y]: qui huiusmodi est nullum litibus & iurgiis finẽ facit, & omnes vexat qui superbia inflatur. Vnde quod legimus in Prouerbiis [z], *qui se exaltat & dilatat, iurgia concitat*. Hebraicè extat לֵב רְחַב רחב לב *rechab leu, latus animo*, vulgo *di gran coraggio*; Græcè [Gk] *insatiabilis vir iudicabit seu contendet iudicio temere*. Rursum [a] cum *exaltat nos oculorum* contingitur *dilatatio cordis* רוֹם עֵינַיִם וּרְחַב־לֵב *rom hhenaim vrchab leu*: pro secundo Græcè est [Gk], *audax corde*.

a 4. Reg. 19. 22. ps. 130. 1. Prou. 6. 17. & 21. 4. c. 30. 13. Eccl. 25. 5. ca. 26. 22. Esa. 2. 11. c. 4. 25. cap. 37. 23.
b ps. 17. 28.
c Pro. 6. 17.
* c. 30. 13.
d ibidem.
e Eccl. 25. 5.
f 26. 22.
g Esa. 3. 16.
h c. 22. 29.
* 16. mor. ca. 10. vel 11. lib. 14 ca. 27. vel 28. *Primo superbia ostensio in oculis esse solet.*
i ps. 17. 28.
k Iob 41. 25.
l Prou. 30. 13. *Oculus vltimus quid sit.*
m Seneca in Hippol. actu 1. in choro Virg. in Copa.
n Iuuen. sat. 6.
o Martial lib. 1. epig. 5. lib. 9. epig. 82. Aussonius.
p lib. 2. c. 3.
q lib. 11. c. 37.
r lib. 8. varia. c. 1.
s Eccl. 5. 9.
t Eccl. 14. 9.
u Eccl. 4. 8.
x Prou. 27. 20.
y c. 13. 25.
z c. 28. 25.
a c. 22. 4.

quique

quique omnia præsumit: Augustissimi cordis est ille ad amplitudinem infinitorum diuinorũ bonorum, qui sese dilatat ad creata & increata. & inferiora: satietas vera sine fastidio, & cum suauitate, sitique contingit solum illis, quibus apparet gloria Dei, vt aliàs vidimus. Infelix Alexander, quem vnus satiare mundus nequibat, licèt nec dũ sibi totum comparasset. Huius cor scriptura exaltatum, & eleuatum dicit [a]. Feris Seneca [b] similem asserit, quæ pluſquam exigit fames, mordent. Eãdem formulam vsurpant diuinæ litteræ de Nabuchodonosore [c], & de alio Rege [d], qui creditur esse Ptolemæus Philopator Ægypti Rex. Regium est habere latitudinem cordis רחב לב *rochab leb* seu πλατυκαρδίας quasi arena quæ est in littore maris: qualis erat in Salomone, quando *dedit ei Deus sapientiam & prudentiam multam nimis* [e]: significat enim ea *latitudo* capacitatem ad res plurimas animo comprehendendas, & ad expensas faciendas magnificentissimè, & prudentissimè, ad omnia gerenda fortissimè; ita vt ad similitudinem littoris illisi, difficultatum fluctus frangerentur in Salomone.

Cum hoc non edebam.] Psalterium Romanum, Cassiodorus, Prosper, atque Orietis [f], *cum hoc simul non edebam*, psalterium vetus, & August. *huic non consuescebam*. Hieronymus, *cum hoc esse nõ potero*, vbi *esse* verbum substantiuum est, non autem infinitiuus ab edo. Nunc Hebraicè est אוכל *vechal potero, vel poteram*, à יכל *tachal posse*, id est, supplendo aliquid, non poteram ad mensam recipere, nõ poteram vnà viuere, non poteram ferre, &c. sed Lxx. legerunt ab אכל *achal comedere* in futuro אסכם *comedam*, vel comedebam. Vitandus conuictus impiorum, præsertim quos Ecclesiastica censura priuat mensa Eucharistica: vnde nominantur excommunicari, vel abstenti. Cum huiusmodi nec cibum sumere præcipit Apostolus [f], *neque commisceri cum illis, vt confundantur* [g]: & *abstinere se ab omni fratre ambulante inordinate* [h]. Hac de re dictum aliàs. Legi Basilius [i] debet, & Augustinus [k] docet valere id non ad abstinentis tantùm vtilitatem, sed ad eius quoque à quo abstinetur, vt corripiatur: afferrtque Augustinus exemplũ Prophetæ, qui veniens de Iuda, iussus est à Domino à cõuiuio Ieroboam abstinere [l]. Mystico sensu non edit cum talibus, qui mores illorum non imitatur, nec in suam veluti substantiam conuertit; quamuis cibum cum iis sumat; vt fecit Christus toties: & vitari aliquando non debet, nec potest. *Esurire oportet, & sitire iustitiam* [m], & *iustorum societatem*; sed & curandum, vt *sint viri iusti nobis conuiue* [n]; neque *comedamus cum homine inuido* [o]; sed *innocentes, & recti adhæreant nobis* [p]; & *epulentur nobiscum timentes Deum* [q]. Fugiendum conuiuium sese *mordentium, & comedentium, & consumentium inuicem* [r] iniuriis, calumniis, conuitiis, detractionibus. Bernardus [s] damnans eos, qui sub natalitias ferias corporis cultui operam in vestibus, & cibis dant plus quàm alio tempore, inducit Christum hac oratione vrentem. [*Superbo oculo, & insatiabili corde cum hoc non edebam.*] *Quid tanta ambitione vestes paras in natale meum? detestor ego superbiam, non amplector: quid tanta solicitudine ciborum cupedias reponis in tempus iudicij? anno ego carnis delicias, non accepto.* Planè *in insatiabilis es cordis, talia parans & ex tam longo*, &c. pudeat Christianũ à Gentilibus vinci, qui sympotia illa sua condiebant sapienti oratione, & clarorum virorum encomio: quod etiam vocabulum i; *sumpsit* inde tra-

Satietas vera sine fastidio contigit illis, quibus apparet gloria Dei.

a 1. Macha. 1. b epist. 95. *Sapiens sibi similis.*

c Iudith 1. 7. d Dan. 11. 12. *Regium est habere latitudinem cordis.*

e 3. Reg. 4. 29.

f de institut monast.

Vitandus conuictus impiorum præsertim excommunicatorum.

f 1. Cor. 5. 11.

g 2. Thes. 3. 14.

h vers. 6.

i constit. monast. ca. 34. & regul. breu. in 53.

k 3. cont. Parm. c. 1. & lib. post collat. c. 20.

l 3. Reg. 13. 9. *Sensus mysticus.*

m Matth. 5. 6.

n Eccl. 9. 11.

o Pro. 23. 6.

p ps. 24. 21.

q Tob. 2. 2.

r Gal. 5. 15.

s serm. 3. de aduentu.

A ctum καὶ τὸ ἐν πάσῃ πράξει αὐτοῦ τὸν ἀνθρωπον ἔχειν, καὶ ἀεὶ ἀναπτόμενον; *quod in omnibus actionibus hominem habeat.* Lege Catonem [a], M. T. [b] & Rhodiginum [c]. M. T. etiam [d] notionem *conuiuij* assumat esse, quod *amicorum inter se communionem habeat*, honestam videlicet, studiosamque. Res apud antiquos sacra, mensa erat. Macrobius testatur [e], disputarunique in Persarum regum conuiuiis prodiit Sermus [f] ante cibum de modestia, antequam potum de temperantia: Macrobius vniuersè de conuiuandi more meminit religiosè; Numinis primum meminisse, bene precari conuiuis; tum velut cum modestia. *Homo pacis nostræ conuiua nostri est* [g], *vir foederis & pacis qui comedit nobiscum* [h]. Atqui pax esse, fœdus, amicitia cum improbo nõ debet; *non frequentanda sunt conuiuia potatorum, neque commessationes eorum* [i]. Augustinus qui exẽplo Ambrosij vitabat, recusabátque conuiuia [k], excusationẽ retulit eorum [l], qui si forte conuiuio interfuerint, causentur coactos ab inuitantibus, regibus præsertim & potentibus, bibere vsque ad ebrietatem: Satius esse mori, & huiusmodi mortẽ, aliasue tribulationes ad martyrij gloriam reputari: sed & si quis constãter abnueret, in admiratione potius postea futurum apud eos, qui importunius inuitauerant: Clitomachus Pancratiastes ὁ συμποσίων εἴτις ἀφεστίων λόγῳ παρίῃ, ἀναστὰς ἀπῄει, si in cõuiuio si venerem firmo effluxisset, surgens discedebat [m]. Sertorius admonebat suos, ne quid in conuiuio præter decorũ vel facerent, vel dicerẽt, & à turpibus præsertim, omnique obscœnitate temperarent: ipse verò nil tale aut audire, aut videre sustinebat [n]. Narrat de Augustino Possidonius [o] cùm in mẽsa distichon inter sibi curasset,

Quisquis amat dictis absentum rodere vitam,
Hanc mensam indignam nouerit esse sibi.

omnem conuiuam à superfluis, & noxiis fabulis & detractionib. sese abstinere debere admonuisse: quoldam verò etiam suos familiarissimos coëpiscopos illius scripturæ oblitos, & contra eam loquentes tam asperè aliquando reprehendisse commotum, vt diceret aut illos de mensa vetus delendos, aut se de media refectione ad suum cubiculum surrecturum: quod ego, inquit, & alij qui illi mensæ interfuimus, experti sumus. Qualia olim Christianorũ conuiuia, quam pia, lege Tertullian. [p] & nonnihil adhuc psalmo 144. dicetur, præter illa quæ variis locis alias dicta sunt.

a in originib. b Sallust. & in Pauto. c lib. 7. c. 10. d de Senect.

e lib. 3. c. 11. *Sermonis apparatus non deprauatus, antequam de cibis, quam de temperantia.*

f apud Symb. serm. 41. *Non temperatum conuiuandi argumentum.*

g Pl. 103. 10.

h Abd. vers. 7.

i Pro. 23. 20.

k Possid. in vita.

l serm. 252. de temp. *Satius mori quàm vt, quæ ad ebrietatem habent.*

m Aelian. 3. var. hist. c. 30.

n Plut. in Sertorio. & in vita c. 22.

o in vita c. 22. *Omnia conuiuia a nostris sic se temperabant, vt semper aliquid de scripturis diuinis lectum esset, aliquid dictum.*

p Apolog. c. 39. q ver. 15.

Vers. 6.] Oculi mei ad fideles terræ vt sedeant mecum: ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat.

DIxerat quos domo sua, & familiaritate arceret; nunc exponit quibus familiaribus vtis fuerit, & quos amicos, domesticosque ministros adhibuerit, nimirũ attentè, ac diligenter quasi cõlectis circum circa oculis, non tam corporis, quàm animi, asserit se perscrutatũ esse, quos maximè fideles ac virtuti deditos in omni ditione sua, extrusis, illa etiã, adiungere sibi posset, atque veluti adiutores habere, & adiutores, seu administros tũ domesticæ, tũ publicæ. Et quoniã *iucundum iudicem populus sic & ministri eius, & qualis Rector est ciuitatis, talis & inhabitantes in ea* [q]. Princeps, qui libenter audit verba mendacij, omnes ministros habet impios [r]; propterea Dauid, qui se delectatum decimit misericordia, iudicio, via immaculata, innocentia cordis, non alios domus, reipublicæque

Sensus huius.

q Ecc. 10. 2.

r 3. Reg. 22. 19.

habere in tractandis negotiis adiutores velle se significat, non amicos alios & consiliarios, quam amicitiæ & propositi eiusdem, vitæ, ac morũ conciliũ, nõ perfidos adulatores, parasitos, auaros, ambitiosos, intemperates. Mirum est nihil ægrius terre homines, & quod magis vindicandum putent ipsa quoque morte, quam si quis mentiri eos obiiciat: tamen adeò raram esse inter homines fidem, quam veteres Romani vt numen prope Iouem in Capitolio locauerant. Carolus Magnus optimo cuique sic magistratum demandabat, vt certis nihilominus temporibus lustrari remp. vellet, inquisitionémque institui à delectis ex vtroque ordine tum Episcopis, tum primariis viris, de vita, moribus, integritate, iudicum singulorum. Alex. Seuerus neminem admittebat ad colloquium familiaritatémque, nisi probitatis fama integra. Constantius Senior explorauit fidos fore sibi ex Christianis illos, qui perstitisset in religione; cũ se finxisset exigere velle aula eos, qui non colerent Deos. Ficta virtute contentum Principem, in se ac suis esse debere vult Ἀβ & Machiauellus[a], simulare, dissimulare, leoninam, vulpinã, pellem assuere cũ Lysandro [b]. Optimè ipsum refellit Ribadeneira noster [c]. Imitentur Christiani Principes non eum, quem iam corpus, iam vires, nõ dissimulatio deserebat [d], sed regẽ ac Prophetam nostrum: & quamuis prudenti quandoque simulatione vti possunt, mendacio nunquam & infidelitate vtantur; nec sibi id vnum dũtaxat discendum, dicendum, docendũ, faciendũ putent; *nescit regnare qui nescit simulare.* Vtinã tã facile esset præstare e-quam facile est simulare bonitatem [e]. Iustiniano Agapetus hoc inter alia monitũ dabat [f], ne aliquo vteretur ex prauis ad rerum administrationes: quæ enim illi perperam facerent, eorum rationem redditurum Deo, qui peccati facultatẽ ipsis indulserit [g]: vt etiam verissimos existimaret amicos, non qui laudent omnia quæ dicantur ab ipso, sed qui nihil non integro iudicio facere cõtendant, sic vt gratulentur si bene, tristentur, si cõtra perperam quid fecerit, dixeritque: hos enim reuera ab omni fraude abhorrentis amicitiæ præ se ferre insignia. Constantini lex extat isto sermone digna litteris aureis [h]: *si quis est cuiuscumque loci, ordinis, dignitatis, qui se in quemcumque iudicum, comitum, amicorum, vel palatinorum meorum aliquid veraciter & non falsè probare posse confidit, quod non integre, atque iuste gestum iudicatur, intrepidus & securus accedat, interpellet me: ipse audiam omnia, ipse cognoscam: & si fuerit comprobatum, ipse me vindicabo: dicat securus, & bene sibi conscius dicat: si probauerit, vt dixi, ipse me vindicabo de eo, qui me vsque ad hoc tempus simulata integritate deceperit: illum autem qui hoc prodiderit, & comprobauerit, & dignitatibus & rebus augebo: ita mihi summa deus iustas semper propitius sit, & me incolumem præstet, vt cupio felicissima, & florentis rep. PP. XV. Kal. Octob. Nicomed. Paulino, & Iuliano conss.* Abraham omnes vernaculos domus suæ, & vniuersos quos emerat circuncidit [i]; & iussus est eiicere ancillam cũ filio eius [k], qui moribus Isaac obesse poterat. Augustin. [l] vnumquémque patremfamilias iubet in domo sua Ecclesiasticum, & quodammodo episcopale implere officium: sicque Christo ministrare pro illo, paternum impendendo affectum, & prọ vita æterna; vt omnes admoneat, doceat, horteturque, corripiat, impendat beneuolentiam, exerceat disciplinam. Patrem suum Nazianzenus [m] episcopali quoque munere functum narrat, oculos habuisse, vt hîc scribitur, *ad fideles terræ*, cùm alios omnes, tum præsertim eos, qui in solitaria & cælibe vita Deo viuebant, terra & terrenis rebus contemptis, ac pro nihilo ductis. Satis etiam constat S. Carolum Boromæum adiutores regiminis Ecclesiastici fidissimos, & optimos quotque alicuisse, cuiuscunque nationis etiã essent, oculis veluti terram vbi vbi essent circunlustrando. Omnino illud verum quod in Principem

Culpa [a] cunctorum redit,
Qui non vetat peccare cum possit, iubet.

illique incumbit in hac custodia imperij, vt non se vnum modò, sed omnes ministros ciuibus & reip. præstet [b]. Immo melior, ac propè tutior esset resp. in qua princeps malus foret, ea in qua mali, principis, ministri [c].

Oculi mei ad fideles terræ.] In Romano psalterio, & apud Cassiodorum, Augustin. Arnobium, *super fideles.* Chaldaicè, *ad veraces*, [*Extensos oculos.*] Apollinarius explicat Oculi ad aliquem, aut super aliquem, vt plurimum fauorem denotant, vel certam designationem, vt eo vtaris amico, vel opera eius ad aliquid, quod Galli dicunt, *ietter les yeulx sur quelqu'vn.*] *Fideles terræ* autem intelligit aut fidelissimos quosque, eo modo, quo alibi [d] *iracundia maxima* dicitur *iracundia terræ*: optimum enim quodque fidelissimum puto, ait ille *, aut qui fideles essent intra ditionem suam, aut etiam extra illam in exploratis sibi regionibus. Quod profectò imitandum Principib. nostris est, vt ex quacumque demum vniuersæ terræ natione maximè idoneos deligant, & aduocent Reip. administrandæ politicè vel Ecclesiasticè adiutores. Rara res seruus fidelis, *virum fidelem quis inueniet*, ait Sapiens [e], & Christus [f], *quis putas est fidelis seruus?* quem etiã festiuè excipiens dicit, *euge* g *serue bone, & fidelis*, & Paulus [h] *hic iam quæritur inter dispensatores vt fidelis quis inueniatur:* & gratias agit Deo [i], quia fidelem ipsum existimauerit, ponens in ministerio: quo etiam nomine *fidelis* insignit pontificem nostrum Iesum [k]; sicut & eumdem Ioannes [l] nominat *testem fidelem*; & sub alterius typo promiserat Deus *suscitaturum se sibi sacerdotem fidelem* [m]. Chrysostomus *fideles terræ* interpretatur Apostolos, in quos intenti oculi Domini fuerint, ne excideret à fide, atque à veritate: sed *vt in omnem terram exiret sonus eorũ* [n], & per eorum fidem vniuersus orbis salutis prædicatione compleretur. Arnobius explicat de illis, qui terram corporis sui fideliter seruant. Innuit præterea Gressius [o] eos qui inter terrenos & carnales mundè viuunt, quique terrena tractantes, nihil sibi per cupiditatem adhærere permittunt, nec inter aues immundas censendi [p] sunt, quarum qualitates idem auctor mysticè ad auaros, cupidósque applicat; vt & aliorum nonnullorum animalium etiam immundorum. Bona fide tractare negotium, & rem Domini, nec sibi quidquam attribuere, aut in vanum expendere, & dissipare, vt villicus ille faciebat, & in munere Ecclesiastico non quærere quod sibi vtile, sed quod multis secundùm Domini voluntatem, quærere non sua, sed Domini pertinet ad fidelitatem. Quod nuper de Constantio narrabam, fideles sibi reputasse qui suo fuissent fideles Deo, & Christo; nec ad idola se conuertissent, vt exigere ab illis videbatur, infideles eos qui hoc fecissent, fide negata orthodoxa [q]. Cui exem-

a Seneca in Medea.

b Cicer. ad Q. fratrem.

c Lamprid. in Alex.

d psal. 34. 20.

e Prouer. 20. 6.

f Matt. 24. 45.

g c. 25. 21. 23.

h 1. Corinth. 4. 2.

i 1. Tim. 1. 12.

k Hebr. 2. 17. cap. 3. 2.

l Apoc. 1. 5.

m 1. Reg. 2. 35.

n psal. 18. 5.

o ser. 108.

p Leuit. 11. 13. & seq. Applicatio mystica.

q 1. tripart.

plum simile Theodorus Lector narrat Regis Ariani Theodorici, circa Diaconum, qui vt ei satisfaceret, ex Orthodoxo euaserat Arianus: hæc inquam nostro quoque proposito bene conueniunt, Deum nempe blandis, amicis, fauentibus oculis intueri qui datam seruent fidem. Denique *si cui est seruus fidelis, debet ei esse quasi anima propria, & quasi frater, sic tractare debet* [a]. Debent etiam adhibere ad amicitiam & familiaritatem quilibet fideles in omni retra abique acceptione personarum, non soli diuites, Imperatores, Episcopi, Presbyteri, Diaconi, inquit creditus Hieronymus. Potest, inquit idem, hoc dicere & Episcopus sanctus vir: quoniam non ordinabam Presbyterum illum, qui mihi obsequebatur, aut propinquum meum; sed cum quem iudicabam fidelem.

a Eccl. 33. 31.

Vt sedeant mecum.] Hieronymus, *vt habeant mecum*, vetus psalterium & Augustinus *vt consideret hi mecum*, psalterium Romanum, Cassiodorus, Arnobius, *vt sedeant hi mecum*. Oretis [b], *vt faceret eos sedere mecum*. Pronomen (*hi*) est etiam Græcè: Hebræum autem שבת *scenesh* significat *sedere*, & *habitare*: atque etiam *sedere* non raro Latinè in scriptura idem valet quod *habitare*. Sessio, si sumatur propriè, spectari potest, vt Rickelius notat, in mentis, consilijs, iudicijs, communicatione bonorum & officiorum: & anagogicè secundùm Augustinum, in confessu tum ad iudicandum cum Christo super sedes duodecim [c], quod etiam docet auctor operis imperfecti [d]; tum ad corregnandum cum ipso: & ex Alcuini glossa, atque Cassiodori allegoricè, in confessu, ac perseuerantia circa vnitatem fidei: ex Aimone, vt quiescant in delectatione iustitiæ: ex Brunone Carthusiano, vt fideles prælati maneant in suo honore prælationis, ac sedeant, seu præsideant in regno Christi quod est Ecclesia, cum Christo. Chrysostomus exponens de iudiciali sessione, exclamat ô ingens miraculum! Lutei sedent, & corporis expertes astant. Angelos hos intelligit, negans se illos propterea despicere; sed Dei misericordiam prædicare, per quam humanam naturam honore affecit. Subdit cum Apostolis iudicaturos qui Apostolorum fidem habuerint, vt sententiam ferant de iis, qui fidem repudiauerint, & fortassis futuras duodecim fideles nationes, quæ cum Apostolis sedeant, ac iudicent duodecim tribus Israël. Sine dubio & alij damnabuntur præter incredulos Iudæos, & non omnes fideles, ac iusti, sed ingnotores tárùm aliqui sententiá videntur lauri, vt colligitur ex verbis Christi [e]. verum hac de re alibi. Si *sedere ad mensam* referamus, colligemus veriustiorem morem sedendo comedendi, quam accumbendo. Disputant hac de re de nostris non indiligenter Pradus [f], Salmeron [g], Pontanus [h], Delrius [i], Pererius in Gen. c. 43. num. 15 & Ioan. 13. disp. 38. Maldonatus (in Matt. c. 26. 20. & Luc. 7. 38.) Barradius in Luc. 7. post Aldū Manutium [k], Petrum Ciaconum [l], Hieronymum Mercurialem, Alexandrum ab Alex. cum Tiraquello [m], Andream Baccium [n], auctorem antiquitatum conuiualium Gulielmum Stuchium hæreticum [o], Philandrum [p]. Anceps est Maldonatus de tempore quo viuebat Christus. Non primum negat accumbere tunc solitos, sed sedere: licèt mutata recumbendi consuetudine, verbum retineretur *recumbendi*, seu *accumbendi*; sicut hodie Latinè dicimur *accumbere mensæ*; cum tamen *sedeamus*. Mouet illum ea ratio, quoniam alioquin agnum in Paschate Christus non edisset; quod non nisi à stantibus fieri lex præcipiebat: vel cùm scribitur illo tempore de cœna, tantùm intelligeretur quam egit eo agno Christus. Postea tamen etiam propriè dictum recubitum, accubituinve admittit, cùm de Magdalena dicit ad Christum conuiuantem accedente. Profectò difficile intellectu est, quo pacto hæc mulier exequi circa Christi pedes ea quiuerit, quæ narrat Lucas [a], si Christus non accumbebat in lecto: sed sedebat ad mensam. Deinde Philo [b] qui vidisse Christum potuit, satis indicat viguisse tunc quoque consuetudinem eandem, cum scribit conuiuisse cum Iosepho fratres [c]: quia nondum ab hominibus discumbendi mos receptus erat. Equidem nihil obstare video, quominus concedere possimus, & debeamus: in aliis cœnis & prandijs, cùm commodum erat, & res ferebat Christum vere discubuisse, agnum autem Paschalem stando, vt lex præscribebat, edisse. Antiquiores autem ritus, vt sedentes conuiuia celebrarent, non modò apud profanos exempla recitant quos citauit, sed suppetunt non pauca ex sacris litteris [d]. Quod verò attinet ad vltimam Christi ante mortem veluti triplicem cœnam, hoc ordine peracta videtur vt Paschalis primum stando celebraretur: tum accumberetur ad communem cœnam: deinde surgeret hac inchoata Christus, vt pedes abluetet discipulorum: postea his lotis iterum recumberet, & cœptam communem cœnam perficeret; sacrámque tandem, seu Eucharisticam institueret. Concedit ipsemet Maldonatus ritu Hebræorum, iuxtaque legem manducatum à stante Christo agnum. Quod ergo scribit Lucas [e], *cum facta esset hora, discubuisse*, si præcisè ad agni comestionem pertinet, per catachresim idem erit, atque accepisse, & constituisse, vt cum ederet, vel quia post legalem, communem sumere cœnam volebat Christus, ac demum Eucharistiam consecrare, *hora facta discubuisse* dicetur, quia post agnum legalem constituta hora gustatum, quod breui fiebat, mox discubiturus erat, vt alias duas cœnas perficeret. Necessaria est eidem Maldonato dicta catachresis (quam extendit ad omnem aliam cœnam, & prandium, etiamsi sedendo fieret) pro sumptione agni Paschalis quoniam & de illa verbum illud *inuenerit* Lucas vsurpat. Hæc quamdiu trita receptaque passim sententia.

a cap. 7. 37. & seq.

b de vit. contempl.

c Gen. 43. 33.

d Exod. 32. 6. Iudic. 19. 6. 1. Reg. 20. 5. Iob. 1. 13. 20. Prou. 23. Eccl. 31. 22. Quo ordine per-ficiatur illa sit inquisitio Christi cum discipulis.

e c. 22. 14.

Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat.] Hieronymus, *ambulans in via simpliciter, hic mihi ministrabit*, alij *viam perfectam, syncerum, innocentem* exponunt: sicut versum: vbi sibi quoque placere huiusmodi viam dixerit, & *perambulare in innocentia cordis*. Sic fere cuncta quæ de ipso antea cecinit, in aliis desiderare se significat, tū amicis, tum ministris. Nec enim assentior Chrysostomo, hic Deum, non prophetam loqui, & ad id, de quo ille, ac vir iustus gloriabatur; Deum quoque similiter respondere, & eodem pacto desipere ad ea quæ præcesserunt. Recedit id Cassiodorus, quia subita non est, inquit, permutatio faciendi, vbi se introducta potest explicare persona. Collectiuè de vno loquitur pro multis: etsi verum est, quod aliqui notant, inter multos, in quos conuertas oculos, perpaucos reperiri vnum, idoneum & fidelem ministrum, atque dispensatorem reperti. Vt præcederentur initio mensis diaconi, considerandi fuerunt inter alios discipulos *viri boni testimony, pleni Spiritu sancto, & sapientia* [f]. Creditus Hieronymus hoc applicat ad Episcopum, qui di-

f Act. 6. 4.

[d] Qui Apostolorū fidem habuerint, eum Apostolis iudicaturi, &c.

[e] ibid.
[f] in Ezech. c. 23. & seq. ver. 40.
[g] tom. 1. prolog. 11. cano. 46.
[h] in 1. & 7. Aeneid.
[i] in Thyestem Sen. pag. 410.
[k] lib. 2. c. 4 de quæstis per epist.
[l] tract. de tricli.
[m] de gymnast. lib. 2. c. 12.
Antiqui conuiuaturi adhibebant accumbendi consuetudinem.
[n] lib. 5. c. 21. otio. 4. de natura vinorū, &c.
[o] lib. 3. c. 4. q. in Vitruuium lib. 6. c. 5.

ar non ordinasse se sibi propinquos, sed iustos & deles. Gregorius [a] ex his verbis colligit, qui non n via immaculata ambulat, sibi magis, quam Domino ministrare. Rickelius tales ait decere esse ministros prælatorum ac Principum, præcipuè utem vt religiosi habeant deuotos seruos non ecu lares, leues, vanos, in vestitu curiosos, & ope e inconstantes. Arguanus notat oportere vt subditi & seruitores, quos vocat, *ambulent in via mmaculata*, id est, *spiritu desideria carnis non perficiendo* [b]. Vtitur ad id similitudine ex incessu equorum, citans Gulielmum quemdam de Calce.

[a] lib. : 4.

[b] 4. Re. 4. 13. *Interpretatio mystica.*

B

Vers. 7.] Non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam: qui loquetur iniqua non direxit in conspectu oculorum meorum.

REgiorum ministrorum conditiones antea posuit, vt essent fideles erga Regem, ac populum, & vt in semetipsis virtutum studiosi: Nunc dicit Dauid, si forte falli se contingat in electione illorum, noluisse non cudere se falsum, & cum damno, detrimentóque aliorum ratam habere elationem: sed vbi comperisset superbiam eorum in dictis factisve, præsertim cum animi pertinacia coniunctam, & abusum potentiæ, gratiæ, auoris regij, atque mendacia, & fraudes in trangendis negotiis, ferre diutius nequiuisse: verum uamprimum domo abegisse, & gradu mouisse, ongiùs à se amandasse, oculorum indignabunlorum coniectu perterruisse, nullo illos modo siplacuisse.

Prohibitis viris quæ ei fieri potest deligendis sunt ad reipub. administrationem.

C

Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiam.] Chaldaicè (*non habitabit in medio domus sanctuary mei faciens dolum, aut iniquitatem.*) Vetus psalterium, & Augustinus, ac Prosper, *faciens*, Hieronymus, *qui facit dolum dolum*) significat רְמִיָּה *remiyah*, à רָמָה *ramah*, *fraudare, dolosè agere, fallere, imponere alicui, eludere, quasi ex alto proijcere, arcus fallacis more eluare, excutere alium è spe, aut re sua*, vt sit quædam alluso ad רוּם *rum, eleuare, exaltare*, &c. nde רָמָה *romah superbia*: quod nomen fortassis x x. legerunt, quia prius illud non solet ita eddi: *Faciens dolum* opponitur *fidelibus terræ*, de quibus priore versu. *Faciens superbiam* videtur ledita opera per contemptum, arroganter, pernicaciter iniurioso, quique nullum timeat. Quo pacto manus aut brachium excelsum sæpe dicitur quod est potens, nec vim potentiámve vlius reformidat. Talis hostium superbia, dicenium, *manus nostra excelsa, & non Dominus fecit hæc omnia*: dicitúrque anima *quæ per superbiam aliquid commisit, esse aduersus Dominum rebellis*: & um qui sit huiusmodi, *periturum de populo suo* [d]; *Facere superbiam*, quod in alio psalmo [e] prius dhuc vidimus, est opus facere cum superbia: sine in manu superbiæ, quemadmodum Hebraiè, Græcéque phrasis eadem est, quæ hic habetur: sed pro *superbia* nomen Hebræum גְּאוֹת *gaauah, Arrogantiam, & superbiam, & viam prauam, & os bilingue detestari se*, Deus dicit in Proerbiis [f]: & in Amos [g] *superbiam Iacob detestari se, & domos eius odisse, iurans in anima sua*, confirmat. Id per accommodationem quamdam

[d] Indicat Philipp. Diet. in. 1. 2. 3. fer. 2. post Dom. 1 in Quad. n. 9.

[e] Iudic. 17. 13.

[f] ibid. 9. 10.

D

dici possunt facere quod scribitur de Machabæis [a], *persecutos esse filios superbiæ, & non dedisse se cornu peccatori*, hoc est, potentiam, dignitatem, honorem, opes, officia, hi qui talès persequuntur. *Medium domus* non exactè sumitur, sed *habitare in medio domus* idem est, quod intra domum; sicut & supra versu secundo, atque alibi: perinde etiam vt *habitare in medio populi* [b], ac similes aliæ dicendi formulæ. Mysticè interpretatur Arguanus cum Adamo de Maria mediatrice nostra post Christum: de veritate, de charitate. Instituunt quæstionem nonnulli, num viri flagitiosi à republica gerenda remouere penitus debeant. Respondent post argumentorum vtraque pro parte altercationem non male; videri non nisi probissimos quoad eius fieri possit, deligendos Episcopos, cæteróque templorum, rerum sacrarum, religionis administrtòs; quæstionę de vita moribúsque eorum priùs habita: deinde belli curam prudenter viris fortibus demandari, moribus licèt haud satis integris, si aliter fieri non possit: eodémque modo de alijs functionibus ciuilibus minoribus, vt de legatis, de curatoribus annonæ, operúmve publicorum, de apparitoribus, lictoribus, publicanis, fisci procuratoribus: quemadmodum peritos artifices quærimus non vitos probos, etsi vt etiam sint probi, optandum sit. Adhæc si iam senex sit princeps, multóque cautus vsu, faciliorem delectum fore, ac citra magnum discrimen, quemuis ad aulæ admitti obsequia posse: Si iuuenis, neminem accipi debere, non probatis moribus ad iura præsertim familiaria, colloquiúmque: quasi hîc dicas, in medio domus, id est, ad intimum vsum, & negotia. Postremò integram oportere probitatis eorum esse famam, qui iuri dicundo præficiantur. Faciunt eodem dicta præcedentibus versibus. Nescio an approbabit aliquis filios Dauid appellatos Sacerdotes [c], non quod essent re vera tales, vtpote de tribu Iuda, sed quia probitate, religione, cura conciliandi subditos cum Rege, & consulendi bono publico, loco videbantur esse sacerdotum, & perinde ac sacræ personæ diligi, & in veneratione esse apud alios, patremque [d] ipsum. Felicem hu iusmodi familiam Michas quidem, cùm *haberet puerum sacerdotem Leuitici generis apud se, scire se letus dicebat quod beneficeret ei Deus*[e]: tametsi vehementer ea in re errauerit, falsúsque sit, vt demonstrat Serarius noster [f].

[a] 1. Mach. 2. 48.

[b] 4. Reg. 4. 13. *Interpretatio mystica.*

[c] 2. Reg. 8. 18.

[d] Indicat Philipp. Diet. in. 1. 2. 3. fer. 2. post Dom. 1 in Quad. n. 9.

[e] Iudic. 17. 13.

[f] ibid. 9. 10.

Qui loquitur iniqua non direxit in conspectu oculorum meorum.] Psalterium vetus, Augustinus, Prosper (*loquens*,) Hieronymus (*loquens mendacium non placebit in conspectu oculorum meorum.*) Chaldaicè (*qui loquitur mendacium non erit ei facultas comparendi coram oculis meis*: vel *non præualebit vt sit acceptus in oculis meis*) alij (*loquens mendacia non firmabitur, non stabilietur, sedem permanentem non habebit, non durabit, non morabitur apud me, in conspectu meo, coram oculis meis.*) Apollinarius hoc, & prius membrum sic explanat.

E

οὐδὲ μοι ἐναύλισται δόμοις ὑπερφίαλος ἀνὴρ
οὐδ' ἀδίκως λέλεγμαι καὶ ἐναντίον ἠλιθίοις ἔπεσιν.

Neque mihi, seu, meus habitabit in domibus superbus vir

Neque iniquum qui loquitur meorum in conspectu venerabit oculorum.

Significari præterea potest quod non æquis, rectis, blandis oculis talem respiciebat; sed iratis,

acribus,

acribus, minacibus deterrebat, & is prodire in illius conspectum non audebat, prælentiam declinabat, longius inde se proripiebat. Tam truculentus quorundam aspectus est horribilisque, vt enecet. *Apud Dominum dirigi* [a], *Dominumque dirigere in conspectu suo* [b], est probari Deo, & placere, atque prosperari: Deum vicissim approbare, ac prosperare, gratúmque habere, ita vt feliciter perficiat quis, Domino faciente, quod intendit, & recta ad id perueniat, quod importat τὸ κατόρθωσον: sed τὸ εὐθυν, inter alia multa significat *formari, rectificari, perfici, perfectè curari*, &c. Sic Iacob dicitur *in fortitudine sua directus cum Angelo, quia inualuit ad eum, & confortatus est* [c]. Denique quoniam prosperè ei lucta successit cum illo. In eodem sensu *cum Ioseph fuisse* scribitur *Dominus, & quod erat in cunctis prosperè agens, habitauitque in domo domini sui, qui optimè nouerat Dominum esse cum eo, omnia quæ gereret ab eo dirigi in manu illius* [d]. Item *quod fuit Dominus cum Ioseph; & dedit ei gratiam in conspectu Principis carceris; & Dominus erat cum illo, & omnia opera eius dirigebat* [e]. Ex opposito *abscondens scelera sua, non dirigetur* [f], nec *vir linguosus* [g]. Licet verò à contrario argumentari, quanta debeat patrisfamilias, magistratúsque probitas esse: maior namque est ea improbitas quæ ad plures porrigitur, quam quæ in vno defixa, vel in paucioribus hæret, vt Nazianzenus [h] obseruat. *Neque enim*, subdit ille, *vel pannus tinctura ita facile contrahit, vel is qui fœtido, aut suauis odori propius se adiunxit, eius particeps fit, vel vapor quidam morbidus & noxius pari facilitate in aerem diffunditur, ac per aerem animantibus imperitur (quam nos vero nomine pestem dicimus) vt subditi præfectorum vitio celerrimè imbuantur, atque implerí solent: & quidem multo facilius, quàm virtute.* Probat id eleganti sententia Haggæi [i], qua docet attactu carnis sanctæ neminem sanctificari, contaminari autem qui pollutam tetigerit. Accedit quod pelli domo potest superbus & contumax, siue filius, siue amicus, siue famulus: Dominus autem, & Paterfamilias, & Magistratus cohiberi facilè non potest, & ferri necessario debet. Hæc conditio Principum, vt quicquid faciãt, præcipere videantur [k], & vitia non solum ipsi concipiunt, sed etiam in ciuitatem infundunt; plusque exemplo, quam peccato nocent [l].

a psal.36.23.
b psal.5.9.
c Osea 12.3.4.
d Gen.39.1.2.3.
e ibi.vers.vlt.
f Prou.28.13.
g ps.139.12.
Maior est improbitas quæ ad plures porrigitur.
h orat.21.apolog.pro fuga.
i cap.2.13.
k Quint. Declam.4.
l Cic.3.de legibus.

Vers. 8.] In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, vt disperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem.

Sensus lect.

NOn contentus eiicere domo improbos, vel exilio damnare, vel aditu prohibere, eosdem si commeriti fuissent, in omni ditione sua regnóque interfeciſſe se ait: tum verò ne Domini ciuitas, quam nempe sibi peculiariter sanctificauerat, huiusce modi colluuie inficeretur, atque profanaretur. Compertum ei erat, quoniam Deus iniquitatem non vult, neque vt habitet iuxta ipsum malignus, neque vt *permanerant iniusti ante oculos eius* [m]. Itaq; in matutino, seu summo mane, id est, quam primum, antequam lõgius serperet malum, summo studio, diligentia, inquisitione, in id se incubuisse dicit, vt omnes absque delectu, & acceptatione personarum subiectos sibi de medio tolleret, habita ratione in primis honoris diuini, qui sanctè vbique quidem, sed in ciuitate potissimum quam cultui suo magis dicatam voluit, colendus est, & cuius ciuitatis, tanquam regiæ, ac metropolis cæterarum, decet Regem potiorem, ac immediatam curam gerere. De Ioſia ad literam locum accipiunt Basilius, Theodoretus, Nicephorus, quod vniuersos impios sacerdotes occiderit, & sanctam ciuitatem repurgauerit. Caietanus notat Ioab duorum Principum interfectorem, non statim à Dauide interfectum, sed quam primũ commodè potuit, nempe cùm iam firmato regno, mãdauit id Salomoni. Lyranus hoc prior docuit, & Aiguanus: Dauidem vero interfeciſſe illos, qui occiderant Isboseth. Treuetus explicat de occisis Iebusæis initio regni Dauidis. Mysticè declaratur hic locus multis modis: Primus est Augustini, & Gregorij [a], aliorúmq; Latinorum, præuidere nunc iustum, quod in vniuersali morte æterna omnes peccatores damnabuntur & expellentur de ciuitate beatorum in inferno; vt propterea sibi iustus peccatores vitandos putet quantum potest, vt ait Haimo. Chrysostomus consentit; sed Christum loquentem facit iam inde à versu 6. vt ibi monui. Secundus Cassiodori, Haimonis, Hieronymi reputati, Arnobij, Remigij, Hugonis, Rickelij, &c. Præterea Euthymij, Nicephoriq; item Origenis [b] diligenter in ipsis initiis, ac per matutinum seu diluculũ diuini luminis, & roris excidẽdas peccatorum terræ Dæmonum, qui peccandi nobis auctores sunt, suggestiones terrenas, atq; de anima nostra, quæ Dei ciuitas est, disperdendas, vt sua dæmonis intentione frustrẽtur. Tertiò tradit Hieronymus [c], mentionem Dæmonum non faciens, atque Ambrosius [d], de statim interficiendis, orto nobis sole iustitiæ, ac fugatis tenebris, cogitationibúsq; quæ ad peccata nos prouocant, & de ciuitate mentis nostræ disperdendis illis peccatoribus de quibus Saluator loquitur [e]; *de corde exeunt cogitationes malæ*, &c. Persequitur eandem tropologiam Nyssenus [f], diligenter tractans de myrrha qua stillant manus, & quæ sunt plenæ: item Origenes [g], atque Basilius [h]. Hic optimè perpendit incredibile videri, vnoquoq; die initio manus Dauidis cõtaminatas hominum sanguine: nec vnus, inquit, poterat simul omnibus cuadere superior: & quamuis bello eos vicisset, non vno cunctos diluculo interemisset. Eadem Cassiani [i] huius loci expositio. Quarto innuit idem Hieronymus [k] tam quã ex oratione Dei hoc loco, quod ipse se dies interficere illos, qui nolunt sanari ad pœnitentiã. Cæterum verum est, quod Rickelius annotat, debere principes sæculares gladio materiali, Prælatos spirituali, iniquos occidere, vt mũdent Ecclesiam à commixtione prauorum. Hoc Thomas Aquinas [l] negat aduersari charitati, quando peccantes huiusmodi sunt, de quibus magis præsumitur non cumentum aliorum, quam eorum emendatio: exigere vero charitatem, vt bonum publicum praferatur vitæ singularis personæ: mortem etiam illi prodesse siue conuertantur ad culpæ expiationem, siue ad culpæ terminationem: sic eis tollatur potestate amplius peccandi. Error fuit Waldensium & Nicolai Galeci Bohemi nullum hominem iustè occidi posse nouæ legis tempore, etiamsi id fiat ex iudicis præcepto [m]. In noua lege exemplum est Petri, qui Ananiam & Saphiram occidit [n]: vt omittam apertissimam rationem, atque Patrum, & Scholasticorum testimonia, vt vlum Ecclesiæ in reis quotidie occidendis, & bellis inferendis. Denique non sine causa gladium portat Dei minister, ait Apostolus [o], vindex in iram illi qui malè agit. Lege August. [p] Explosa etiã peniti a scholis est Scoti opinio, fures non posse occid

a psal.36.23.
b psal.5.9.
c Osea 12.3.4.
d Gen.39.1.2.3.
e ibi.vers.vlt.
f Prou.28.13.
g ps.139.12.
Maior est improbitas quæ ad plures porrigitur.
h orat.21.apolog.pro fuga.
i cap.2.13.
k Quint. Declam.4.
l Cic.3.de legibus.
Sensus lect.
m Psal.5.6.

Mulieres quoscunque Deus vetabat, ne paterentur Hebræi viuere [a]. Eadem viget semper ratio, si è republica sit, & iuris seruetur ordo. Nisi hunc ordinem, & legitimam potestatem requisiuit Lactantius [b]; & si desint; hominem occidere semper nefas duxit, in errore etiam proculdubio fuit. Fieri iustitia debet omni tempore; sed cum iudicio [c], quando nimirum circunstantiæ adsunt, ne forte colligendo zizania, eradicetur etiam cum eis simul & triticum: quo exemplo Cyprianus [d] vehementer eos qui præsunt hortatur, ad pœnam differendam, & malos tantisper tolerandos. Ipsemet Dauid [e] alibi cecinit; *Deus ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos, ne quando obliuiscantur populi mei: disperge illos in virtute tua.* Exilio contentus fuit. Non possunt aliquando puniri mali, sine grauiore damno bonorum: & melius est, vt Titum refert dixisse Iosephus [f], noxium relinquere metu suspensum, quam immeritum quemquam cum eo perdere. Tametsi negari non potest, interdum propter bonum commune fas esse in bello hostilem locum perdere, cum aliter non potest obtineri victoria; etiamsi malis boni admixti sint. Cum metus iste non subest, ait Augustinus [g], vt cum zizaniis eradicetur simul & triticum, sed omnia, de frumenti stabilitate certa securitas manet, id est, quando ita cuiusque crimen notum est, & omnibus execrabile apparet, vt vel nullos prorsus, vel non tales habeat defensores, per quos possit schisma contingere, non dormiat seueritas disciplinæ, in qua tanto est efficacior emendatio prauitatis, quanto diligentior fuerit obseruatio charitatis. Cum vero idem morbus plurimos occupauerit, nihil aliud bonis restat, nisi dolor & gemitus. Sic igitur misericorditer corripiat homo quod potest: quod autem non potest, patienter ferat. Turba autem iniquorum, cum facultas est, generali obiurgatione ferienda est: & cum facultas datur, vtiliter corripitur in multitudine multitudo. Nam sicuti separata sæuire, sic in ipsa congregatione obiurgata gemere consueuit.

In matutino interficiebam omnes peccatores terræ.] Hieronymus (*mane perdam omnes impios terræ.*) Plurale Hebræum לַבְּקָרִים *labekarim*, & Græcum εἰς τὰς ὄρθριας, & Latinum psalterij veteris, ac Romani, & Augustini, Arnobij, Cassiodori, Ambrosij [h], Gregorij [i], Hieronymi [k] (licet alicubi [l] legat vt hic legimus) *in matutinis*, denotat vt aliàs notatum est, valde magnam sine dilatione, citámq; diligentiam, captatámque commodam, vt se primum offert, occasionem, citius quam improbi putarent: quamuis id quod ita fit, alio fiat quam propriè dicto matutino tempore. Nihilominus impropriè dicto illo tempore obseruantur nonnullæ rationes, quas etiam indicani; vt de iudicio seu resurrectione, de lumine diuino, vt primum menti illucescit; vel de rore gratiæ diuinæ; de primis prauarum cogitationum initus. Addit Hugo, matutino ipso tempore diabolum magis tentare, tùncque fieri plura peccata, iuxta illud quod scribitur [m] *Hasregem festinasse egredi mane cum omni exercitu*: & quod væ Micheas [n] illis dicit, *qui cogitant inutile, & operantur malum in cubilibus suis, & in luce matutina faciunt illud*; propterea Cistercienses vigilare mane, nec repetere lectos post matutinas preces, sed versari in oratione: postremo multas tali tempore victorias contigisse, vt in Exodo [o], & historia Regum [p];

A hoc etiam esse *tenere, & allidere paruulos suos ad petram* [q]. Emergentes peccatores ait Cassianus [b] terræ nostræ, id est, sensus carnales, in matutinis sui ortus nos oportet extinguere: & dum adhuc paruuli sunt, *allidere filios Babylonis ad petram.* Hoc etiam Remigius dicit; addens *conterere caput serpentis* [c], esse illicitos motus, ne ad actum perueniant, interficere. Decet sic fieri, ac necessarium etiam est, vt & simul *castigationem nostram esse in matutinis* [d]. Isidorus [e] Pelusiota declarari docet à Psalte iustitiæ sinceritatem, ac prudentiam; nempe quod nec iracundia, nec temulentia eum ad cædem impellebat. Nam illa etsi hesterno die ipsius animum concitabat, at per noctis longitudinem mitigabatur; hæc rursus, etsi vehemens ingens accesserat, per somnum tamen satis minuebatur, ac discutiebatur. Pura itaque, ait, atque integra tum manu, tum mente aduersus eos, qui Deum sceleribus suis lacessebant, arma induebam. Hoc modo Isidorus. Alicubi sententia præsertim de capite non nisi matutino tempore fertur, nec etiam executioni mandatur. Iunui vult Bruno Carthusianus alio modo à Dauide innocentiam suam, nempe perinde ac si diceret; ego existens in matutino, id est, in charitate innocentiæ & perfectionis omnimoda, interficiebam, id est, interficere desiderabam omnes peccatores terræ, id est, regni mei; secundum quod peccatores erant. Quod attinet ad *peccatores terræ*, (*impios,*) vt retuli, reddidit Hieronymus, hósque potissimum significant רְשָׁעִים *reschaabim*: & hi cum primis perfecto, & summo odio odiendi sunt [f], ac persequendi: & videri possent hic distingui à sequenti membro; quod sit de illis, qui sunt in alios iniqui. Nihilominus plures ea vox, alios comprehendit; quemadmodum pluribus aliis in locis antea vidimus. *Peccatores terræ* Ambrosius [g] obseruat dici, quasi quidam propriè tales censeantur; aliqui *peccatores cæli*, cum simul cum hoc nostro tractat locum illum [h]; *Prauaricatores æstimauit*, seu *prauaricantes reputauit, omnes peccatores terræ.* Prodigus adolescens cum resipuit, patri dixit [i], *peccaui in cælum & coram te.* Sunt qui dicant, ait Ambrosius, quia is qui cœlestia non seruat oracula, prævaricator est cœli: ipse autè trãscribens Hilarij ad eundem psal. 118. locum commentarium, omnem putat *peccatorem cæli* peccatorem nominari posse, quia minuit gratiam, quam accepit è cœlo, & Spiritus sanctus infundit; siue quia suis cœli factus, in terram redit de cœlo, cœlique incola cœlum relinquit: siue quia cœlestis ciuitatis iura contaminat, & immaculati corporis violat sanctitatem suorum colluuione vitiorum: denique quia qui cœlestis erat, post lapsum terrenus euadit; sicut Adam de paradiso expulsus & eiectus. Dicere posset aliquis *peccatores terræ* esse homines; *peccatores cæli* dæmones; tametsi hos etiá *peccatores terræ* appellari posse mysticè docuimus, quia terræ incolas ad peccandum sollicitant. Idem nomen in psalmo 74. [k]

Vt disperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem.] Alia psalteria Latina, & citati Patres *vt disperdam.* Hieronymus, *vt interficiam* לְהַכְרִית *lehachrith*: & Paraphrastes exprimit *Ierusalem*, per quam simul regnum totum intelligitur, in quo illa metropolis erat, inquit Lyranus. *Disperdere* non est *dispergere*, salua vita; sed *interuectioni dare*, vtque Apollinarius explanat Σαμάλας ὀλίβρῳ *domare interius, excindere, interficere*, vt dicebat Hieronymus, & explicat Augustinus.

[a] Exod. 22. 18.
[b] lib. 6. c. 20.
[c] psal. 103. 3.
[d] lib. 4. ep. 2.
[e] psal. 58. 12.
[f] 4 de bello iud. c. 4.
[g] 1. const. epi. Arime. c. 2.
[h] in psal. 22. & 118. oct. 15. & Mor. c. 25. & 27. in ca. 5. Esa. & c. 3. Eccle.
[i] Iosue 8. 14. cap. 2. 1.
[k] cap. 14. 24. lib. 1. 11. 10. seq.

[a] psal. 136. vlt.
[b] 6. instit. cap. 13.
[c] Gen. 3. 15.
[d] psal. 72. 14.
[e] lib. 1. epist. 321.
[f] psal. 138. 22. 23.
[g] in psal. 118. oct. 15.
[h] psal. 118. 119.
[i] Luc. 15. 18.
[k] vers. 9.

Sententia alicubi de capite non nisi matutino tempore fertur.

Quid ciuitas mystice.

gustinus. Ciuitas verò mystice cœlum est, Ecclesia qualibet piorum cœtus, cuiusque iusti anima, vt ex dictis constat. In textu Chaldæo Nebiensis explicatur sensus anagogicus de futuro iudicio (mundo venturo, qui assimilatur luci matutinæ, *perdam omnes peccatores terræ, vt disperdam de Ierusalem ciuitate Dei, omnes operarios fallitatis.*) In cœlestem Ierusalem nullus admittitur *operarius iniquitatis*; sed eum discedere à se Rex illius iubet [a] *in ignem æternum* [b]; non intrabit in eam aliquid coinquinatum, aut abominationem faciens & mendacium [c]: *foras mittuntur canes, & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis seruientes, & omnis qui amat, & facit mendacium* [d]. Notat creditus Hieronymus quod Iudæi hunc versum audientes, & sequentes literam occidentem, & desiderantes sanguinem fundere, si quis præuaricatus fuerit de lege, interficiunt eum: siquidem non sunt contenti occisione Prophetarum; sed & ipsum Dominum crucifixerunt. Exponit vero idem Auctor *dispersionem* in bonam partem, vt increpatus peccator pœnitentiam agat, & dispergat iniquitatem de corde suo nec enim hoc dictum vt abiiciatur, sed vt saluetur. Sensus mysticus est similis alijs prius allatis. Hic finis quinquagenæ secundæ: quæ, vt Rickelius admonet, & nos iamdudum ante, conuenit proficientibus, ac in spiritu ambulantibus, & quorum est in actu iustitiæ exerceri, eundo de virtute in virtutem: hoc autem in psalmo de rigore iustitiæ pertractatur. Prima quinquagena incipientium est, qui in luctu actibúsque pœnitentiæ occupantur; illius verò Psalmus extremus est quinquagesimus totus de pœnitentia: sequens pertinet ad perfectos, qui à vita actiua ad contemplatiuam adscendunt, atque laudibus Dei iugiter inhærent. Concluditur autem Psalmo qui est de laude Diuina.

Sensus mysticus eiusdem cum superioribus.

a Matth.7.23.
b cap.25.41.
c Apoc.21.27.
d cap.22.15.

RERVM MAGIS INSIGNIVM TAM AD S. SCRIPTVRAM, QVAM AD ALIA HOC OPERE EXQVISITA, PERTINENTIVM, INDEX.

Numerus ad paginam remittit: litera locum designat: vbi cum litera numerus additur, columnam secundam denotat.

Abel, (ab,) præpositiones, loco (propter.) 303.c
Aaron Christi Pontificis præfiguratio. 560.b
Abbatis exemplum in pugnam cum sacerdotibus prodeuntis. 507.a
Nobile Abbatis Allois apoththegma. 185.c
Loci Abdiæ 1. 1. interpretatio. 152.2.b
Abdomini vacans & opimando corpori, aduersus semetipsum carcerem munit. 456.2.c
De coniuratione Absalom in patrem loci interpretatio minùs accepta. 198.a
Absinthij potio in Latinarum feriis. 509.d
Absinthij salubritas. 509
Abstinentiæ vestis quos vsus habet. 328.d
Abulensis obseruatio. 24.2.a
Abyssi vocis sumptio. 391.a
Abyssi quid sint, & ridicula vocis etymologia. 554.b.2
Accedere pro fauere. 204.c
Accipere faciem alicuius. 33.d
Accumbendi consuetudo sublata tempore Christi. 1075.e
Aceti & vini contrariæ qualitates calefaciendi & frigefaciendi. 341.a.2
Aceti vis & proprietates. 340.a.2
Acetum cum hyssopo & spongia ad quid. 340.a.2
Nomen Achimelech Christo accommodatum. 2.a
De nomine Achimelech & Abimeleh. 3.c
Achitophelis consilia quanti ponderis, & quanti faceret Dauid. 46.c
Achor idolum muscarum. 605.c.2
Loci Actuum Apostolorum lectio. 85.2.c
Adam nominis significatio. 884.b.2
Adam vox appellatiuè sumpta. 172.2.c
Opinio R. Kimhi de creatione Adami. 936.d.2
De Adæ sopore interpretatio Tertulliani. 142.2.b
Verbi adaquandi vsurpatio. 578.e.2
Adducendi verbum vt crebrò vsurpetur in sacra Scriptura. 412.d.2
Adipe pinguedinis animam repleri vt dicatur. 186.2.c
Qui natum cum natura adipem curarint, eorum exempla. 437.a
Vocum, adipis, pinguedinis, renum, expositio, & circa eas obseruatio. 187.a
D. Thomæ obseruatio circa adipis cremationem, & sanguinis victimæ fusionem. 187.b
In Dei adiutorio habitat cuius oculi ad illum semper conuersi. 909.d
In Dei adiutorio perfectissimè habitat spiritu ac voluntate pauper. 909.d.2
Habitatio in adiutorio Altissimi vitæ præsentis necessitatem indicat. 909.b.2
Salubris admonitio. 320.d
Adonæ. Ioab, Abiathar etymologiæ. 135.1.b
Cur adoramus ad Orientem, Iudæi ad Occidentem. 269.c
Adorare pro alloqui. 419.a
Ab orare deriuatum, ibid. idem valens quod orare. ibid.
Adoratio hyperduliæ & duliæ creaturis propter creatam excellentiam impenditur. 1047.c
Nulla adoratio latriæ, creaturæ deferri potest, nec humanitati Christi ratione sanctitatis spectatæ. 1047.b
Aduenæ dispersionis qui dicantur. 128.2.c
Res aduersæ in beneficiis diuinis sunt computandæ. 771.b
In aduersis Dei maximè memores simus. 85.a
Fraudulenti adulatoris descriptio. 6.2.b
Adulatorum linguæ plus noxiæ quàm manus interfectorum. 364.a
Adulteri, adulterini filij qui in sacra Scriptura. 26.a.2
Propria vir manu adulteros interimit, qui aliena punit seruos. 525.b.2
Æ ificari domos quid sit. 10.4
Epaminondas ædilitatis munus honorificum reddidit. 740.d.2
Ægypti vocabulo mundus totus in scripturis intellectus. 305.c
Ægyptiorum spolia ad Hebræis detracta. 485.b
Summa plaga Ægyptiorum. 611.c
Æquitatis imago hastam sinistra tenens: iustam dextra stateram. 174.c
Nomen ætatis qua ratione Christo conueniat. 786.a
Ætatum definitiones. 386.a.2

Æthiopes symbolum peccatorum. 410.c
Æthiopia sicut Ægyptus pro peccatoribus omnibus propter nigredinem. 300.b
Æthiopiæ fines. 305.c
Æthiopiæ termini quàm latè extendantur. 410.a.2
Argumentum iusti affectus est in iudicando rectitudo. 699.b
Affectus dignior quis. 458.c.2
Vis affectus cùm quis Deũ vocat suum. 180.2.b
Exuendus affectus omnis vt sit. 172.b
Prauorum affectuum anima non est serua faciendа. 163.2.c
Afflictis insultare acerbissimum est. 378.c
In afflictionibus deseri, omnium malorum grauissimum. 336.b
Africus vehementia Aquiloni proximus. 588.b
Agathæ, quamuis nobilis, humilis & seruilis vita. 740.c.2
Improbata Agellij lectio. 75.d.97.2
Agellij sententia circa versionem Lxx. 183.2.a
Agellius in editionem psalmorum Hebræam acrior. 499.b
Agere idem quod sacrificare. 251.c.2
Agricolarum fletus. 226.a.2
Agricolæ senis, & serentis, responsum. 567.2
Vetus consuetudo agros diuidendi per mensuras. 147.b
Agros dimetiendi ratio. 467.c.2
Quæ summa alacritas. 270.c
Alarum vmbra pro virtute Dei posita. 83.2.b
Mundus quas alas habere dicatur. 159.a
Alæ quatuor bestiæ pardo similis, in Daniele, diabolo conuenientes. 159.2
Malæ alæ quorum dicantur. 189.d
Alæ Aquilæ nonnùquam in bonam partem sumptæ. 39.a
Alæ pro brachiis. 189.c
Alexander Pyrrho ægrotáti suo nomine se opem allaturum promisit. 1043.b.2
Alexandri exercitus per mare Pamphylium traducti exemplum. 575.d.2
De Alexandro quæ narrentur. 179.a
Sententia ab Alexandro III. Fridericum ad osculum pedum admittente pronunciata. 932.a.2
In Alexandria condenda murorum est farina designatio. 420.c.2
Vitis aliena, alieni qui in S. Scriptura. 99.2.d
Alieni. 26.c
Alienus, pro improbo, vitioso, noxio. 323.b.2
Allophyli iidem qui Philistiim. 66.d
Allophyli qui dicantur. 152.b
Deo soli erigitur altare propriè: quia solus altus est. 908.b
Altitudinem dierum vt exponat Hilarius. 68.2.d
Quo quis altior eo plus in subiectos influere debet. 908.a.2
Altum, altitudo, pro profundo. 204.a
Amalecitarum etymologia. 411.b
Amantes pati diuina, quid apud Dionysium. 459.b.2
Amaritudo pro morte. 273.c
Ambrosius Græcos sequi solitus. 3.b
In circuitu ambulare impij vt dicantur. 117.2.b
Ambulare in domo Dei cum consensu, quid. 48.2.c
Vocis ambulare vsurpatio. 48.2.c.49.a
Ex amicorum insidiis malũ grauius tanto quanto pax dulcior fuit. 199.c
Amor diuinus quid præstet. 463.d
Amor Dei profert se quoque ad proximum. 171.2.c
Homo ab amore non est ignitus, sed ipse ignis. 108.2
Illiciti amoris exempla. 459.a.2
Turpis amoris nomina. 107.2.c
Amphiani martyris cruciatus. 247.d
Vocula amplius vt sumenda. 165.d
An pro circum. 228.a.2
De Anachoreta quodam historia. 76.2.d
Anagrammatis vsus cui tribuatur. 800.c.2
Gregorij consolatio ad Anastasiũ Antiochenum Episcopum. 59.2.c
De Anastasio Imperatore prodita historia. 63.2.a
Anchora sacra cur à nautis dicta. 62.c
Anchoræ similitudo spei tribuitur. 915.b.2
Ad fluctuationem aut periculum cohibendum, valet anchoræ iactus in Deum. 62.c
Sacram anchoram soluere. 62.d
Angeli nostri custodiam gerunt. 927.b.2
Angeli boni cum alis exhiberi soliti non dæmones. 38.2.b
Reprobos etiam Angeli custodiunt. 928.a
Angelis conuenit quædam mortalitas ab extrinseco principio: homini ab intrinseco. 705.b
Cur non pro Angelis Dei Filius factus sit Angelus, sed pro hominibus homo. 598.d
Meteorologicæ impressiones ab Angelis quandoque excitatæ. 826.b.2
Angelorum infinitus numerus. 290.b.2
Custodia angelorum incipit à natiuitate vel conceptione, & durat vsque ad mortem. 927.e.2
De Angelorum circa nos custodia. 373.a
De Angelorum lapsu Origenis sententia. 387.e.2
Angelorum conditiones vndecim, sacerdotibus applicatæ. 586.b.2
Angelos nostri curam & custodiam gerere ratione probatur. 927.d.2
Error Origenis Angelos posse peccare circa custodiam sibi commissam. 928.d.2
Christũ in Eucharistia Angelos venerari, testantur historiæ. 1023.c.2
In Angelos & beatos non cadit meritum vel demeritum. 928.c.2
Quare Christus nullum Angelum propriè custodem habuit, etiam vt homo. 928.b
Angeronia Dea Romanis culta. 211.c.2
Anima pro corde. 356.a.2
Anima magis est vbi amat, quàm vbi animat. 763.d.2
Anima quando dicatur senecta laborare. 376.c.2
Vitiosam senectutem vt habet anima. b.c
Anima pro vita totóve homine. 115.c.197.2.312.b.2.492.c.2
Pro anima negligente cum se residere in portu putat, admonitio. 514.c
Anima Deo adhærés, quid interdum experiatur. 465.b
Anima quasi ἄνεμος. 278.a
Anima dormire non debet cum corpore. 181.c
Elinguis anima atque infans quæ dicatur. 187.2.b
Sæpe anima ramis & foliis decora, absque fructu. 14.2.c
Anima de vitæ corporalis salute vsurpari solita. 414.d.2
Quod anima nostra sit particula quædam diuinæ naturæ, & de ipsa substantia Dei hære-

sis refutatio ex loco Genes, sermone. 124. 164.d
Animæ perfectioris studium, aliæ adducendi ad Deum. 356.c
Vnicuique sanctæ animæ equus suum corpus est. 456.a
Homines à Deo per naturale lumen de animæ immortalitate docentur. 971.d
Animæ lingua, seruor deuotionis. 187.2.b
Vocis animæ vsurpatio. 54.c
Animæ cum Deo coniunctionis comparatio. 189.2.a
Animæ nominis emphasis. 492.c.2
Animam in pace redimere, quid. 54.d
In dæmonas conuerti animas hominum pessimorum quorundam sententia. 492.c
De animarum trantmigratione in brutorum corpora error. 492.b
Expositiones de apparitionibus animarum. 599.c
De interitu seu damnatione animarum: descensu viuentium in infernum, Abulensis sententia. 49.2.d
Animarum iustarum, quibus nihil purgandum superfit, locus est cœlum. 599.b.2
Quatuor animalium figuræ mysticæ apud Ezechielem quid designent. 355.b
Animi puritatem ad intelligentiam rerum diuinarum plurimum referre, Christi ore pronunciatum. 107.2.c
Alieno ab alio esse animo peius quàm superbum esse. 26.d
Mysticè anni quindecim Ezechiæ additi quid denotent. 160.c
Anni sanctorum virorum exactè in S. scriptura computati, non malorum. 441.d.2
Vocis anni derivatio. 228.a.2
Anni hieroglyphicum. 228.c
Anni tempestates sex distinctæ apud Hebræos. 490.d. in septem partes à nonnullis. 490.e. in hiemem solam ac æstatem. 490.a.2. In quinque partes, ibid. in tres, ibid. in quatuor partes melior diuisio. ibid.
Millesimum annum nemo vnquam attigit. 885.c
De centum & viginti annis homini promissis adhuc viginti sublati. 64.b
Iurisconsulti ætatem hominis centum annis definiunt. 894.a.2
In 70. annis meditantes sunt qui de temporalibus cogitant: in 80. qui versantur circa meditationem rerum æternarum. 896.b.2
Christus vt agnus anniculus dicatur. 228.b.2
Annibalis ad Atdruoalem responsum, inanes lacrymas Carthaginensium deridentis. 111.c
Annihilare, ad nihilum redigere vt vsurpantur. 412.c.2
Annonæ caritatis prognosticon sumitur ab exercitu locustarum. 607.a.2
Anthropomorphitarum error. 266.c.2
Anthropomorphitæ Deum corporeis membris constare putabant. 970.a.2
Antichristi propriè dicti nondum aduentus. 470.c.2
De Antichristo loci Dan. 11. 38. 39. & 2. Thess. 2. 4. interpretatio. 12.2.a
Antiochus non ἀντίχριστος, sed ἐπιφανὴς dictus. 11.c
Antiphonæ originem vnde tradant nonnulli. 290.c.2
Antithesis egregia. 114.2.d. 204.c
Antonij Patauini celebris historia. 417.a
De Antonio, philosophos illius imperitiam arguentes, commincente, narrata. 382.b
Quo loco Chrysologus vtatur in laude Apollinaris martyris. 1182.a
Aponij memoriæ lapsus. 393.c
Apophthegma. 17.c
Apostoli derelinquentes Christum, non amiserunt fidem, sed tantùm peccarunt circa fidei confessionem, & professionem. 802.c.2
Apostoli vt dicantur hodie habitare in Dei hæreditate. 277.c.2
Apostoli ex quibus potissimùm tribubus. 301. c. 2
Apostoli proprium officium. 503.a
Qui Apostolorum fidem habent, cum Apostolis iudicaturi. 1075.c
De Apostolorum defectione, desperatione, fidei amissione, sententiæ. 317.d.2
Apparere alicui quid sit. 184.2.b
Appendere, ponderare iniustitiam quid sit. 98.c
Apponere cor quid sit. 176.b
Verbi appropinquandi vis. 59.d.2
Faire les approches. 54.2.a
Aqua secundùm ordinem elementarem terra maior. 851.c
Initium plagarum ab aquæ elemento. 603.c
De aquæ petitione ab Hebræis Genebrardi & Hebræorum impugnata sententia. 580.c
Aquæ Ægypti quid sint. 604.a
Effusio aquæ in signum tum peccati, tum pœnitentiæ. 104.2.c
De fonte aquæ limpidissimæ quem Atalanta elicuerit, fabula. 578.a.2
Aquæ tentationum intrantes in animæ nauim vt eiciantur. 312.d
Transire per aquam & ignem parœmialis phrasis. 247.b
Aquarum nomine inundantes & opprimentes calamitates intellectæ. 221.b. 297.d
Delapsus aquarum super terram quid denotet. 104.2.c
Supplicium Ægyptiis aptum per aquas illatum. 605.a.2
Refellitur opinio quorundam negantium aquas à Deo creatas esse. 988.c.2
Comparatio ab aquis ad quid. 314.c
Aquila pullos probans ad solis radios. 26.2.b
Ratio Euthymij cur Deus dicatur Aquilonem & mare creasse. 834.b
Aquilone & Austro latitudo terræ describitur. 832.a
Arabia Felix nomine Persiæ vt dici queat. 412. b. 2
Arabia Persarum regio appellata. 418. d. prima omnium gentium Christi fidem recepit. 418.c
Arabiæ Felicis incolæ ditissimi. 418.b
Arabiæ etymologia. 418.c
Fistulæ foro cessat ab opere aranea. 76.2.c
Commentum de aranea tela ad os speluncæ Dauidis. 76.2.b
Aranea tela cuius rei symbolum. 79.2.b
Quid per telam aranæ intelligendum. 896.b
De aranea tela Nolano martyri felici, persecutionem fugienti, salutifera, historia. 76.2.b
Aratro inducto ædificati ciuitates: destrui reducto solitæ. 347.a
Liberi arbitrij cum iumento recta comparatio. 455.c

Sententia contra eos qui nimium libero arbitrio tribuunt, gratiæ parum. 12.2.c
Liberum in homine arbitrium. 178.2.b
Commendatis arbor. 15.2.b
Impium est dicere præditas sensu esse arbores. 609.c.2
Arbores hieroglyphicæ. 610.b.2
Arborum frugumque vota communia. 225.c.2
Eucharistiæ typus arca fuit. 1047.c.2
Arca Dei forma. 289.c.2
Arcana cœlestia silentio veneranda. 211.2.c
Archidamantis ad filium elegans apophthegma. 175.c
Notionis arcus varij morales sensus. 145.c
Ardentes, virentes, inflammantes qui dicantur, & cur. 86.2.d
Ariani barbam canam tractantis dictum. 105.c. 333.c
Arianorum error. 224.a.2
De voce ἀόρατος contra Arianos. 871.c.2
Contra Arianos volentes probare Christum non esse Deum, responsio. 308.c.2
Aristomenes Messenius a Lacedæmonijs captus, angustos vulpium secutus aditus, euasit. 193.2.a
De Aristotele adagium. 958.d.2
Aristoteles arguitur erroris. 970.b
Arnobij & putati Hieronymi opiniones & ineptiæ, reiiciuntur. 922.c
Per Aretem corribes inter vepres hærentem, Christi adumbratio. 463.d.2
Quo pacto absque suspicione arrogantiæ valeat quis laudes proprias exponere. 116.2.c
Arsenio vox diuinitus allata. 42.b
Arundo pro lancea. 504.a.2
Lepida de Asino fabella. 20.c
De aspide thermothe facta à veteribus. 471.a.2
Circumtantur & manuefiunt aspides, vt feræ cæteræ. 102.2.b
Aspidis venenum frigidum ocyssimè necans. 100.2.c
Aspidis solertia quando imitanda. 101.a.2
Aspidis natura & solertia. ibid.
Aspidis & reguli venenum, quale. 100.c.2
Natura aspidis. 101.c
Aspidis solertia aures obturandi, negata. 101.c
Aspis quando surda cognominatur, & obturare aures dicitur. 101.2.d
Assidæi apud Iudæos qui. 636.d
Assur pro Assyria & Assyrijs frequenter. 514.d
Assurij & Assyrij idem. 514.c
Assyria vnde denominata. 514.c
Assyriorum etymon. 514.a
Assyriorum monarchia omnium prima. 714.c.2
Astra animata esse apud multos opinio. 222.b.2
De non colendis astris Platonis præceptum. 222.b.2
Athanasij argumentatio. 875.a
Athletæ qui παλαιστὰ dicti. 117.b
Atria quid mystice designent. 1062.c
Atrium duplex in templo. 949.c
Egregia Attali in tormentis de nomine Dei responsio. 25.b
Mala fides auari, siti similis hydropici. 169.2.d
Auaritiæ ad acquirendum tanto feruentius mardescit, quanto citius relictura sit, quod acquirit. 945.d.2
Audiendi auctoritas vacuo tributa à veteribus ex Aristotele. 970.d
Audientibus quatuor necessaria. 563.2
Audire quid sit. 25.2.d
Auertere faciem, quid sit. 254.c.2
Auertere faciem alicuius. 53.c
Auerti, conuerti, aliquando idem quod reuerti. 495.a
Augustini locus ab Isidoro transcriptus. 177.a
Pia Augustini Philosophia circa tituli inscriptionem. 66.b
Acuta Augustini obseruatio. 12.2.c
Augustini obseruatio. 189.2.b
Augustini sui ipsius accusatio. 125.a
Augustini ad Pascentium Comitem responsum. 69.2.b
Augustiniani ordinis religiosorum obseruatio ad nomen Christi. 262.d
Aurem corporis superfluè habet qui audire & examinare non nouit. 565.c.2
Aureus color pro pulcherrimo. 418.d.e
Nunquam venisse Auroram super Messiam dormientem aiunt Rabbini. 93.b.c
Aurum Arabicum purissimum & valde rutilans. 418.b
Pallere aurum, quia multos habeat insidiatores, Diogenis apophthegma. 285.b.2
Ex auibus quæ ad sacrificia adhibebantur. 727. 728.c.2.a
De auium copia post inediam triduanam S. Columbano & discipulis eius oblata quæ narrentur. 589.b.2
Autores profani diuinarum literarum fures ac latrones. 577.b.2
Ayguani improbata sententia. 24.c.874.d.2

B

BAbel etymon. 22.c.2
Bacchi statuæ circumlatio ad vini prouentum vberem. 230.b
Baptismatum quinque genera. 244.b
Locum Baptismi sui quanti faceret Ludouicus. 1028.d.2
Baptismi vis & immobilis virtus. 482.c.2. eiusdem præfiguratio. ibid.
Non valere collatum ab hæreticis baptismum, Donatistarum argumentatio refutata. 254.d
Vocis Balan significationes. 296.d.2
Balan etymon. 297.b
Basilisci descriptio. ibid.
Basiliscus ortus. 931.c.2
Basilisci qualitates Antichristo applicatæ. 932.c
Basiliscus, seu regulus, cur ita dictus. 931.d.2
Beatus non habet se merè passiuè in actu visionis beatificæ. 745.a
Qui beati qui beatiores dicantur. 215.b
Beatorum status comparatio cum auro & vitro. 333.c
Beatorum præmium est sine tempore: pœnæ verò damnatorum in tempore, semper durãte. 691.d
Sicut præmia beatorum nequeunt intelligi, ita nec supplicia damnatorum. 899.d.2
Gaudij beatorum causa est efficiens non obiectiua tantùm Deus. 790.d.2
Memoriæ culpa in æterna beatitudine fideles arctius lætitiæ adstringit. 819.a.2
Dei ad beatitudinem electio quot modis ab ipso probetur. 215.c.2
Beatitudines septem à Christo ad quid recentitæ. 42.c

Humanæ naturæ beatitudo. 215.b
Bella non sunt ab Ecclesiasticis immediatè gerenda. 517.a
Ab Ægyptiis decreta supplicia contra hostibus belli consilia indicantes. 42.a
Bellum vnde dictum. 518.d
Bellicarum concitationum & seditionum descriptio apud Poëtas. 140.2.b
Belus ferreum gladium primus produxit. 518.d
Distinctio benedictionis ab Hugone. 877.d.2.ab Aiguano. ibid.
Beneficiorum diuinorum distinctio. 315.d.e
Filium Benjamin cur Iudæ potius credidit Iacob quàm aliis filiis. 148.2.c
Etymologia benigni,& maligni ab Aiguano assignata parum apta. 946.c.2
Excitat filialem timorem non seueritas sed benignitas. 159.2.c
Benignitatis summæ exempla. 335.a
Argumentum à Berengosio sumptum. 139.a
D. Bernardi charta non completa circumcirca decidente imbre. 405.c
Matris Bernardi somnium de catello quem in vtero gestaret. 110.2.c
Bernardi adnotatio. 186.2.e
Biantis ad sceleratos cum quibus nauigabat,egregium apophthegma. 254.c
Blasphemia quæ sit propriè. 581.2.a
Blasphemia vt dicatur contra Deum. 581.d
De blasphemo historia. 334.b
Bolismi vox corrupta & vnde. 122.b
Bona in manu sua habere qui dicantur. 521.c
Cur bona temporalia vocétur tympanum. 674.b
Bona immoderatiùs laudata corrumpûtur. 608.c
Bonorum temporalium cum somnio comparatio. 451.a
Bonum summum apud Philosophos. 215.d
In bono seu malo in quo nunc sumus,fore item post hanc vitam, vnde colligit Nyssenus. 132.2.a
Quinque rationes cur insulæ dicantur boni. 1016.c.2
Bonis semper adest potentia:mali viribus carent. 4.2.b
Refugiorum bonorum, & malorum distinctio quæ,ex Hugone. 880.e
Bonos pro consanguineis: malos pro peregrinis habebat Alexander. 323.b.2
Ex comparatione diuinæ bonitatis,propter infirmitatem humanæ naturæ, nemo bonus est. 19.d
Opus est potentem esse, sed in bonitate non in malitia. 4.c.2
Botra Idumæi regni ciuitas præcipua. 153.a
Vbera sicut botros vineæ cur in sua sponsa requirat Deus. 142.2.d
Boues fœminæ in veneratione apud Ægyptios,& Isidi consecratæ. 354.a.2
Brachium pro viribus quare ponatur toties in scripturis. 831.c.2
Brachium pro potentia. 386.d.2
Improbata Bredembachij sententia. 8.2.d
Bredembachius malè interpretem carpens. 170.2.c
Esus bruchorum concessus Iudæis. 608.a
Brunonis Carthusiani & Lyrani non receptæ expositiones. 166.2.e
In bubulo genere ætatis graduum quatuor distinctio. 354.b
Butyri etymon. 58.2.c

C

CAdaueris nomen quid importet. 636.a.2
Caietani expositionis reiectio. 143.d.2
Caietani probata sententia. 150.d
Caietani sententia minùs probabilis. 137.2.c
Caietani improbata expositio. 138.a
Signum in Cain ne quis huc illuc errantem occideret,cuius rei typus. 126.2.c
Cain,Iudæorum nunc dispersorum typus. 244.a
Grauis calamitas & labor somno opprimût. 87.b
Calamus nomine hyssopi vocari creditus. 340.b.2
De aue calandrio circa infirmos quæ narrentur. 432.d.2
Obtemare calcaneum quid sit. 72.2.a
Calcaneus pro fine actionis. 72.2.e
Moses & Iosue cur iussi soluere calceamenta de pedibus. 458.2.e
Calceamenti acceptiones figuratæ. 151.e
Proiectio calceamenti super aliquem, aut super regionem quid denotet. 151.a
Calceamentis quæ ex mortuis animalibus conficiuntur, quid designetur: quid item calceamenti extensione in Idumæa. 151.2.d
Calculi candidi vsus. 416.b.2
Calix pro ira ac furore Dei. 507.d.2
Contentio petentium vsum Calicis,cum petitione aquarum in deserto confertur. 994.a
Calicum vitreorum vsus in Ecclesia & rubri vini. 509.d.2
Calumnia quid appelletur. 175.a
In candelarum numero varius ritus. 317.e
Candelarum extinctio in Ecclesia: & ignis noui excitatio post extincta omnia lumina. 317.b.e
Canis sumptio etiam in bonam partem in Scripturis. 298.c
Canis vocabulum tam Gentilibus quàm Iudæis aptatum & aliis. 120.d
Canis vocabulum vt aptari soleat. 121.2.b
Mali canis significatio. 121.2.c
Canis encomium. 122.a
De rabidi canis morsu,& curatione adolescentuli. 20.d
In cane quæ laudentur,quæ vituperentur. 121.2.e
Canes à Iudæis vocati gentiles,vt modò Christiani à Turcis. 297.c.2
Canes vilissimi quique per contemptum dicti. 297.c
Canum visio in somniis matribus S. Bernardi & Dominici. 298.c
Tropologica dissertio de canum latratu, olfactu, & alia: in bonam partem interpretatio. 121.2.d
Latratus canum in fame:vnde pro fame. 121.2.a
Canities nonnullorum præmatura. 386.c
Cannæ vocis etymon. 304.c
Duplex canon notandus pro intelligendis Scripturis. 101.2.c
Canon obseruandus vbi de laudibus Dei agitur. 602.d.2
Canendi forma Antiochenis tradita ab Ignatio. 290.c.2
Cantare,psallere,vt differant. 268.c.2
Cantantium Deo, merces. 512.a
Ad cantandum & psallendum distinctio loci duplex,virorum & mulierum. 299.d.2
Cantici à psalmo distinctio. 264.b.2
Cantici canticorum loci.cap.5.2.expositio.76.2.a
Distinctio canticorum quindecim totidem psal-

nis respondentium. 1035.c
Loci canticorum expositio. 120.c
Cantores in bello præcedere soliti apud Hebræos & alios. 299.a.2
Cantorum præfecti ex sola tribu Leui erant. 792.b.2
Cantus adhibiti initio Ecclesiæ in cœnis Christianorum. 530.a.2
Cantus Ecclesiastici vtilitates. 375.a.2
Impedimenta cantus. 1030.b
Cantus varij variorum populorum in congressu bellorum. 299.b.2
Cantheri vmbra: paræmia. 20.2.c
Canuti Anglorum regis vox superba. 829.c.2
Capere quid sit. 115.c
De capite sententia & supplicium nonnisi matutino tempore certis locis. 1078.b.2
Capitolij fores auratæ. 474.c
Carcer Herodianus. 805.c.2
Cardinales S.R.E. cur Assamonim dicti. 306.b
Infelix caro suis sibi catibus ad ruinam sufficit. 167.d.e
Caro quemodo aliena à Spiritu. 26.2.c
Caro pro homine. 70.2.c
Carni custodia adhibenda. 182.d
Carnis variæ designationes. 70.2.c
Carnis & piscium pluuiæ. 588.c
Gehennâ ipsâ molestior est pœna, post spiritualis studij gustatam suauitatem, exire denuò ad carnis illecebras. 687.c.2
Sanctus carnium paruularum cur dicatur. 181.2.c.186.b.2
De temperantia ab esu carnium, Augustini sententia. 587.a.2
De esu carnium an post diluuium an post innocentiæ statum amissum, controuersia. 587.a.2
De carnium animalibus an post diluuium an etiam post innocentiæ statum amissum, controuersia. 587.a.2
Caroli magni circa eos quibus magistratus demandaret, cura. 1074.2
De Cassiano Cassiodori testimonium, & circa eum cautio habenda. 362.2
Cassiani reprehensio à Prospero & aliis. 362.a.2
Citò castigat quos miseratur Deus. 435.a
Exactio castitatis quid sit. 639.d.2
Catharinæ Senensis celebris cella. 39.2.b
Argumentum Catholicorum. 937.2
Catonis Vticensis ad filium exhortatio, ad Cæsaris clementiam confugiendi. 2.2.c
Catulos Iconum quid tropologicè vocet Nyssenus. 86.2.c
Qui regem nisi Cæsarem habere se negabant, à Cæsare rebellantes exciti Iudæi. 342.c
Cedri qualitates. 948.e
Adagium, digna cedro, de his quæ immortalitate digna sunt. 948.a.2
Ceilanensium perfidia. 41.2
Vix aut nunquam à cella aliquem in infernum descendere. 50.2.c
Celsi comparatio refutata. 217.c
Non est census in crimine sed affectus. 175.d
Cephas, quasi κεφαλὴ, dictus. 148.2.2
Cera radius solis exposita vt colorem album contrahat. 106..b
in cera notantur humilitas, castitas, charitas. 1020.d.2
Liquefactionis ceræ in bonam partem acceptio. 106.2.c.2
Cerberi tricipitis nomen, concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, superbia vitæ. 122.2.2
Ceremoniæ corporales non modicum disponentes ad deuotionem internam. 186.a
De cete pisce marino controuersia. 483.c
Vocabulum (chair) Gallicum vnde potest ortum esse. 459.c
Situs terræ Chanaam. 616.b
Charitatis imitatio vt non tam tua causa liberari velis de persecutoribus, quàm vt ipsimet conuertantur & resipiscant. 335.d.2
Ignis charitatis designatio. 244.b
Charitatis vulnera, medicina sunt animæ. 459.b.2
Sessio super Cherubim quid innuat. 652.d.2
Mos regum in obsidione vrbium, chirothecam proiiciendi. 151.d
Chiliastarum error. 694.b
Chrisma est quasi Baptismi perfectio. 783.c.2
De expansis in cruce Christi brachijs loci explicatio. 189.d
Christi facies triplex. 672.a.2
Christi mortis ac resurrectionis apertum testimonium. 295.c.2
De Christi ad inferos descensu. 389.d
Diuinitatis Christi probatio. 482.2
Cursus ac sitis Christi quales fuerint. 169.2.c
Libertas Christi inter mortuos ad quid referatur. 798.a.2
Christi descensus in infernum vnde probatus. 313.2
Humilitatem & charitatem Christi commendans incarnatio. 213.d.2
Christi redemptio ab vsuris externis & spiritualibus. 415.b.2
In Christi nomine, Agathæ aliorúmque sola gloriatio. 410.e
De paupertate Christi circa vsum. 351.a.2
Dominium, quod appellant Excellentia, in Christo fuisse erga omnes creaturas etiam vt homo erat. 352.b.2
Christi ipsa spongia in Lateranensi basilica. 340.b.2
Christi potestas in opere redemptionis, secundùm septem causas. 554.a.2
Si Christi opprobrium gloria est, quanta est gloria? 337.2
Circa ætatem Christi error vitandus. 377.2
Hæreticis grata interpretatio de descensu Christi in inferiores terræ partes. 191.b
Christi viuendi ratio frugalis, pauper, vilis. 327.c.2
Christi persecutoribus quadrans locus. 206.a.b
Iudiciaria Christi potestas. 396.c.2
In aspectu Christi & præsentia singulare beneficium. 515.d
Christi summa misericordia miseriam summam sibi copulauit. 337.d.2
Anima Christi reipsa in infernum descendit. 800.e
Typus & vmbra gaudij ex aduentu Christi. 23.2.b
Triplex Christi mansio. 786.e
Christi diuinitas sine principióque carens. 401.b
Typus Christi in psalmo 54. qualis. 34.2.2
Christi velut triplex cœna ante mortem quo ordine peracta. 1075.b.2
Christi anima vt patri subdita dicatur. 164.2
Sarcina Christi nos, vt aues pennæ, sublenat. 146.2.b

Mysterium de Christi passione. 114.a
Præter Christi & Deiparæ, aliorum nonnullorum corpora in cœlo esse credita. 50.b
Christi designatio electi à Iudæis, à Gentibus recepti. 66.d
Christi in suis membris conculcatio sicut vuæ in torculari. 67.b
Christi descensus placidi & insensibilis de cœlo in carnem, descriptio. 403.a.2
Christi diuinitatem vnde colligat Fulgentius. 413.a
Ascensio Christi & missio Sp. S. in Pentecoste ex quo loco collecta. 293.d
Mirabile potissimùm in Christo & summæ auctoritatis opus, præ cæteris miraculis. 514.d.2
Gloria Christo quàm rectè conuenit. 184.c
Vinum myrrhatum Christo oblatum quale credendum. 339.b
Durum amanti cum Christo dimidiare animum & mundo. 539.d
Bellum bonum à Christo missum vt rumperetur pax mala. 431.a
De Christo luculentus in psalmis locus. 339.a
Perceptio malorum in Christo quid. 795.c
Manendum in Christo vt vicissim maneat in nobis. 189.a.d
Christo & cuiuis iusto totus psalmus 62. congruens. 180.a
Chrysostomi interpretatio de Christo in cœlum regresso. 118.a.b
Mystica naturæ humanæ à Christo susceptionis expositio. 125.d
Naturalem in Christo non fuisse infirmitatem sed assumptam vnde colligat Hilarius. 321.c
Christo congruens cognomen columbæ. 65.c
In Christo vt formido, tremor, timor, dicantur. 36.a.c
Ad Christum ascendentem & ad nos adaptatio. 94.d
Contra eos qui Christum filium Dei adoptiuum vocant, locus. 270.d.2
Per Christum est non solùm naturæ donum sed etiam gratia. 191.d.2
Errant qui asserunt Christum solam imaginem passionis & doloris pertulisse. 795.a
Christus comitem doloris non habuit. 316.c
Christus quàm rectè Virtus dicitur. 184.c
Leuia opprobria quæ pati homo ab homine potest, si comparentur cum illis quæ Christus tulit. 336.c.d.2
Christus cur mori voluerit in eo loco vbi mortuus. 481.a
Vt Christus animas damnatorum in inferno videre potuerit, Bellarmini ratiocinatio. 389.a.2
Christus mortis mors. 8.a.b
Christus in quibus partibus prius regnauerit: in quibus tardius. 308.b
Christus non locutus in parabolis vt impleretur propheta: sed cùm loqueretur in illis, factum est vt impleretur. 564.a
Christus Mariæ primogenitus vt vocatur. 853.c 2.854.a
Christus quando libenter in nobis habiter. 184.c
Christus nunquam legitur vlli in corpore nocuisse. 1068.c.2
Christus expers doloris ac miseriæ, etiam dum nobiscum ante mortem degeret, cum dicitur ab Hilario, vt intelligendus. 313.a.2
Sponsus Christus turris dictus. 158.a
Quare Christus appelletur Deus absconditus. 710.a.2
Christus quomodo dicatur mortuus semel. 176.a.c
Christus alienum fuit furtum, Adami, & Euæ qui diripuerunt pomum. 318.c.2
Christus non quæsiuit commœrentis & consolantis solatium sed fidem. 338.c
Christus non est ab alio humiliatus, sed ipsemet se humiliauit. 811.d.1
Cur Christus naturam humanam erat assumpturus. 871.b.2
Triplici tentatione tentatus fuit Christus. 848.a
Quomodo Christus dici possit natus in Ierusalem. 785.a.2
Quare Christus susceptor noster dicatur. 911.b.2
Christus mystice brachium & dextera patris dicitur. 1030.c.2
Christus peculiari ratione magis adiutor noster, quàm Pater & Spiritus sanctus. 911.a
Christus nunquam tussisse legitur, sternuisse sæpius. 536.c.2
Exauditus Christus cùm Iudæi deleti sunt. 52.b
Christus obedientiæ exemplum. 164.c
Christus omnino nudus ac sine vllo prorsus velo aut perizomate crucifixus. 329.b
Commercia Christianorum cum Gentilibus. 383.b
Christianos appellari nobilitas amplissima. 416.c
Ad pios Christianos loci Psalm. 62. 3. extensio. 183.a.d
Improperia paganorum in Christianos. 914.c.2
Solum nomen Christianum olim in crimine fuit. 711.c
Chrysologi elegans sententia. 404.a
Chrysostomi pia obseruatio. 3.a.d
De Chrysostomi homilia super 17. versu psalmi 68. Controuersia. 334.d.2
Per nomen Chusi quid adumbratum in Sophonia. 306.a.2
A consuetudine cibi lautioris, in se castrando propter regnum cœlorum, difficultas quanta. 328.c
Circa cibos intemperantia quàm noxia. 393.a
Ciceronis locus expositus. 151.d
Aspero cilicio qui concedant vsum Christum. 328.c.d
De cilicio imposito ad lumbos Christi cum crucifigeretur singularis Agellij opinio. 328.c.2
Cilicium & saccus vt sumantur interdum. 328.d.2
Tropologica circuitionis ciuitatis explicatio. 232
Cisterciensium vigiliæ matutinæ. 1078.c
Ciuitatis subli mis descriptio. 152.c
Ciuitati mundi vici septem ingeniosè assignati. 42.c
Clamor noster ad Deum cur esse debeat. 52.b
Clamores Christi. 52.b
Clamoris impedimenta quatuor. 176.a.a
Clamoris Christi cum leonis clamore comparatio. 315.d.2
Quatuor in potestate Dei sub clauium vocabulo posita. 1059.c.2
Clemens Ancyranus & Agathangelus per 28 annos tormenta sustinuerunt. 918.a.2
Clementis VII. Symbolum. 881.a
Cleri, pro Ecclesiis particul..ibus. 283.b
Inter medios cleros dormire, quid sit Bernardo. ibid.e

Clerici negotiantes reprehendendi. 385.b
Cochleæ vita: parœmia. 101.c
Cœlum aliquando pro Deo ipso. 186.b.2.439.b.2
Cœlum sphæricæ esse figuræ vnde probatio. 555.c.2
Cœli pro aëre. 309.a
Cœli pro nubibus. 309.a
Patet noster qui es in cœlis, cur orantes dicere iubeamur. 286.c.2
Cœlorum vocabulo qui superiores cœlos: nubium, inferiores intelligant. 94.d
Cœlorum distillatio pro fauore diuino. 275.b.2
Nouem gradus quibus in cœlos ascēdatur. 390.c
Cœlestes creaturas qui per Filium redemptas volunt, quòd nonnulli consentientes Angelis cadentibus, peccauerint. 387.d.c.2
Deus dicitur cognoscere, quando vt alij cognoscant, facit. 118.2.c
Cognoscere honesto vocabulo quid intelligant Hebræi. 300.c
Modi quibus optimè cognoscitur Deus. 77.2.d
Malæ cogitationes in ima terræ vergunt. 191.2.c
Ad colloquium qui admittendi. 1074.b
Quod vnusquisque colit & veneratur, hoc ei Deus est. 1004.b.2
Columba timida & gregatim volans. 65.d
Columba bile carens & à fœtore abhorrens. 38.2.c
Animi sinceritas & mentis puritas in columba figuratæ. 38.2.b
Columba Spiritum sanctum adumbrans. 38.d
Columba quodammodo Deo chara. 285.a. plura de ea. ibid.
Columbarum collo nonnunquam epistolæ illigatæ ad auxiliares amicos missæ. 285.b
Columbarum vsus ad perferenda nuntia. 38.2.d
Castitas columbarum syluestrium. 38.2.c
Pennulæ in pedibus columbarum quid denotent. 39.b
Syri & Palæstini columbas albas venerātes. 284.c
Columbæ proprietates. 37.2.d
Columbæ nomine rex Babylonius in scripturis quandoque designatus. 284.c
Velox columbæ volatus. 37.c
Columbæ & miti comparatio. 38.2.d
Volatus columbæ ocyor, aquilæ diuturnior & altior. 39.b
Ecclesiæ congruens cognomen columbæ. 65.d
A muliere, post partum, cur oblatio columbæ præcepta esse possit. 285.c
Columba symbolum felicitatis apud Hebræos. 285.d.758.c.2
Columna nubis non erat in vsu tempore Samuelis. 1052.b.2
Alloquium Dei per columnam nubis prærogatiua fuit Mosis & Aaronis. 1052.c.2
Columnæ ad adorandum priùs erectæ apud veteres quàm statuæ. 577.c
Tabernaculi Mosis columnæ sexaginta quid denotarent. 503.d
A quibus Dei populus comedi rectè dicitur. 19.2.b
Comedendi sedendo quàm accumbendo an vetustior mos, controuersia. 1075.d
Inter commercium ementis aut vendentis difficile non interuenire peccatum. 383.c
De nomine comitis stabuli. 4.c
Comœdiæ quis dederit initium. 330.d
Comius lasciuiæ & comessationis Deus. 330.d.c
Commutatio Christi quid. 875.b.2
Commutationis verbi propria significatio. 877.c
Comparatio de Iudæis facta cum candelabris lucernam ferentibus, & pueris dominorum libros in gymnasium portantibus. 127.2
Ad vsum & canem alligatos accedentis comparatio, & eius qui ad voluptates. 190.2.d
Nysseni egregia comparatio. 20.b
Exempla & comparationes elegantes. 172.b
Comparationes Homericæ. 14.b
Concinnandi & appendendi verba quid importent. 98.2.a
Concinnare iniustitias in terra quid sit. 98.a
Lingua concinnare dolos, phrasis. 98.2.c
Manibus concinnare, quid. 98.2.c
Concinnare, cinnus, quid sint. 98.2.b
Concinnatores causarum qui dicantur. 98.2.b
Concordia quandoque perniciosa. 431.c
Concordantiarū bibliorum primus auctor. 216.b
Facultas concupiscens erit æqualiter in iustis, & in reprobis secundùm rationem actus primi, atque potentiæ in se consideratæ. 599.c
Aduersus concupiscentias carnis semper in acie standum. 595.a
Concupiscere quid sit. 175.2.b
Bona confidentia ad quid valet. 83.2.b
Confidere & sperare interdum synonyma. 83.2.a
Confessio quæ fit Deo, non impedit, homini confiteri. 498.c.d.2
Magna confessio. 15.2.c
Ius diuinum non requirit vt statim confessio fiat. 985.a.2
Quadruplicis confessionis distinctio. 259.c.2
Confessionis vtilitates quinque. 937.d.2
Tardatio confessionis, cùm supperit opportunitas aggrauat peccatum. 985.e
A confessione in portis, & ab hymnis, transitur ad perfectam confessionem intra penetralia beatitudinis. 1061.d
Abutentibus, ne confiteantur sacramentaliter, obiectio. 937.d.2
Confiteri nomini Domini. 30.c
Confiteri Domino debent etiam sibi non conscij. 526.b.c
Confiteri pro laudare. 15.e
Confiteri multorum est: narrare Dei mirabilia vnius de multis confitentis & inuocantis. 499.b.2
Quibus modis confiteri quis possit peccata propria Domino. 937.b.2
Hominibus diuina potestate carentibus confiteri, nihil aut parum iuuat. 937.c.2
Confiteri laudibus, pro celebrari. 15.2.a
Insipientiam & delicta, quæ non sunt à Deo abscondita, cùm ei confiteris, fructum consequuntur Dominicæ passionis. 320.1.2
Qui confitetur peccata, gloriam dat Deo. 256.b.c
Ratio cur Domino confitendum. 30.d
Consilia humana quum Dei consilio nituntur resistere, obsequuntur. 239.c
Non exitus rerum tantum, sed hominum consilia legibus vindicanda. 41.2.c
Consilium pro voluntate, & vicissim. 457.b.2
Diuina consolatio cuiuis in promptu est. 979.d
Consolari, pro dolere, Hebræorum phrasi. 237.b.2
Ad quam consummationem hortatur nos Paulus. 117.b
Consummatio, consummare, apud Paulum vt intelligantur. ibid.

Consummati gladiatores, consummati viri, consummatus per omnia vir, vnde dicti. 117.c
De officijs Palatij Constantinopolitani. 4.c
Constantini lex aurea. 1074.c.d
Constantini celebre factum & responsum. 696.b
Contentio melioris pietatis causa suscepta quam & vitiosa concordia. 431.a
Ob superbiam, & humanæ laudis auiditatem, contra contentionem & dolum salutare remedium. 21.2.c
Contristari in exercitatione quid. 34.2.c
Pia contristatio quæ sit. 35.d
Conuallis tabernaculorum Sochot qualis fuerit. 147.b
Conuersio idem quod auersio aut diuersio. 240.b
Sub mundi finem omnium Gentium conuersio implenda. 769.2
Conuersio ad vesperam illorum qui differunt vsque ad mortem. 121.a
Veræ conuersionis fama. 90.2.b
Conuertere captiuitatem. 137.2.d
Conuertere quid sit. 137.2.d
Conuerti quid sit. 573.d.655.a.2
Conuerti pro reuerti: conuertere, pro facere reuerti. 137.2.c
Conuerti retrorsum quid sit 77.2.a
Omnis commixta à quibus abstinere debet. 1073.c.2
Conuiuia maledicentiæ & detractioni obnoxia. 330.d.e.2
In conuiuijs Persarum de modestia & temperantia disputationes. 1073.a.2
Latrones etiam conuiuiorum societate, & feras, pabulorum mitescere. 48.c
Prætextu conuiuiorum proditiones & interfectiones. 48.e
Conuiuandi mos religiosus. 1073.a.2
Cooperationis necessitas cum gratia Dei. 118.d
Copiæ, vires, pro exercitu. 281.b.2
Nihil triste, sed semper lætum, vbi præfiguntur titulis filij Core. 744.c.2
Expositio loci 1. Cor. 9. 22. 22.d
Inquietum erit cor donec requiescat in Deo. 165.2.a
Quid cor prauum, quid rectum. 1070.b.2
Paratum cor esse pœnitentis, cantare, Psalmum dicere, vt dicatur. 91.d
Cor nostrum in sinistra positum est, eo quòd affectio eius prona sit in terram. 923.d
Cor castum gratis amat Deum, nec ab illo petit aliud præmium, præter ipsum. 460.e
Cor quid significet. 429.b
Corde rectus, & sine dolo, synonyma. 429.c
Corda nostra quomodo vt aqua sint effundenda. 172.b
Et toto & simul scisso corde ad Deum conuerti oportet. 90.2.a
Cordis humani effusio bona & mala. 172.c
Cordis alti & altitudinis variæ expositiones. 203.2.a
Cordis & animæ castrum quâ diligentiâ custodiendum. 43.
Cordis humani forma scuti figuræ comparatur. 916.d.2
Non dare cornu peccatori, quid significet. 840.d
Cornua nonnullis animantis carpendo cibo obstantia apud Garamantas. 512.d.2
Peccatorum cornua quæ sint. 512.d
Corona anni quomodo benedici dicatur. 228.c.2
Corona pro cœtu & multitudine hominum totius mundi, cui benedicat Christus. 228.d
Corona anni quid sit. 229.c.2
Coronæ vocabulum de anno 228. c.2. de Christo. ibid.
Regiæ capitis coronæ impositio recusata per Godefridum, in ea vrbe in qua recordaretur Christum spinis coronatum. 109.c
Regum Ierosolymitanorũ coronæ quales. 109.2.a
Sub vmbram coronæ Christi spinæ eorum mutatio. 109.c
Gloriosus coronam labore quàm dono puto accipere. 179.a
Ex corporibus perfectissimum altissimum est. 928.d
Corporis summa & excellentissima valetudo periculosa. 449.c.2
Si corpus tuum teneatur prematúrve ad iniquitatem, non hæreat contemnendo. 333.a
Correptio remedij non cadit in Angelos malos. 858.a 2
Corui & halcyonis exempla mouere homines debent. 61.a.c
Coryza de omni defluxione vsurpata. 516.a
Coturnix in Ægyptiorum Hieroglyphicis omnis immunditiei nequitiæque signum. 590.c
De sapore circa coturnices Matthæi. Cantacuzeni improbata sententia. 587.e
Coturnices nunc inter primas epulas, non apud veteres, venenum nutriri, communia morbo laborare, de earum vsu & esu plura. 590.b
Coturnicibus alias aues permixtas ad escam Iudæorum qui putet. 588.a
Coturnicibus Galli vt vtantur. 590.c.2
Coturnices Austro volare cur neget Plinius. 588.b
Creandi verbum passiue de diuina persona filij, in bono sensu. 467.c
Crocodilum cur colerent Ægyptij. 212.a
In cruce biduum, qui triduum, qui non in diebus vixerint. 341.b
A cruce portari & eam portare quid valeat. 9.c
De eo qui crucem Roderico præferebat. 912.a
De signo crucis loci interpretatio. 775.c
Ab eodẽ vnguntur cruce à quo inferuntur. 170.c
Mystica crucifixorum Christi adaptatio. 128.c
Crucifigendorum caput obnubi solitum. 32.b
Culpæ materia. 819.b
Cupido iaculis armatus. 108.a
Cupido cæcus pictus. 108.b
Curis inseruientes tantùm exterioribus vt appellentur. 180.2.c
Curæ loquuntur, ingentes stupent. 212.b
Angeli curtus Deo dicti. 280.c
Curruum antiquus vsus. 280.c.2
Currere pro appetere, ac diligere. 109.2.b
Currere sine iniquitate & dirigere quid sit. 110.2.c
Custodiæ nocturnæ ternæ vel quaternæ olim a militibus obseruatæ. 188.2.a
De ternis vel quaternis vigiliarum custodijs sententia. 188.2.b
Custodire ad aliquem aliquid, siue apud aliquem quid sit. 113.2.b
Custodire & obseruare, coniuncta. 378.b.2
Cybele vnde dicta. 1080.c
Cyniri voluptatem pro summo bono præcipiebant. 605.a.2
Animal audax & temerarium cynomya. 605.c
Cypriani sancta exhortatio. 27.d
Cyrilli Alexandrini scriptis aliena inserta. 87.2.c

D

Dæmon quo charactere suos signet. 775.d.c
Dæmon semper de maligno spiritu dicitur. 920.c.2
Dæmonum & peruersorum hominum mos est adoriri nos ea ex parte quam infirmiorem vident. 167.2.b
Dæmon monachis semper infestus, & præsertim circa meridiem. 919.c.2
Dæmonum peccatum irremissibile. 703.2
Dæmonum & crudelium inimicorum cum leonibus frequens comparatio. 86.2.b
Dæmonum cur non tollatur immortalitas. 127.2.b
Dæmonum malitia. 296.b
Inferi dæmonum carcer. 50.a
Dæmones ab anima nostra non origine, sed affectione differunt. 26.2.c
Dæmones cur viuentes nominentur. 50.2.b
Incubi dæmones mulieribus pulchros crines habentibus maximè infesti. 914.b
Dæmones bestiæ calami cur dicantur. 303.d.e.2
Dæmones in proxima dispositione ad gloriam conditi sunt. 923.c
Contra dæmones versiculi vsus. 265.d.2
Damascus prius Arabiæ deputata. 418.b
Damnatis vinum propinandi consuetudo. 142.2.c
De pœnis damnatorum Origenis error. 545.d
Omnes damnatos tandem saluandos Origenis sententia & error. 119.c
Dare aliquem in aliquid, quid sit. 85.2.b
Non semper quod dari dicitur, datur non habenti. 308.c.2
Deo placet qui citò dat, & bis dat, qui citò dat. 306.c.2
De datiuis pro ablatiuis, Græco idiotismo, Agellij improbata sententia. 166.2.d
Dauid quomodo Dei misericordiam sperat. 15.a
Quomodo Dauid sperauit in æternum & in sæculum sæculi. ibid.
Dauid diuersis causis diuersè orans. 25.2.a
Patris Dauid nomen Psalmo 71. cur expressum, mystica ratio. 426.d 2
Sententia eorum qui Dauid cum Christo resurrexisse dicant. 93.2.2
Dauid columba muta vt dici possit. 65.d
Dauid quomodo Deo adhæserit. 189.2.b
Dauid per suas persecutiones præuidit in spiritu Messiæ persecutiones. 2.d
Deum nusquam legitur Dauid appellasse patrem. 852.c
Dauid, Magdalena, Petrus, vino compunctionis poti. 143.a
Cur post promissionis valida fundamenta, tot mala acciderint Dauidi, & populo Israëlitico. 864.b.2
Ardens in Dauide Deum laudandi & celebrandi studium. 135.2.a
Dauidem non ex animi malitia & peruicacia peccasse. 51.2.c
Dauidem, nunquam orasse nisi mane, in psalmis nusquam inueniri, refutatio. 181.b
Dauidem & Salomonem posse vocari filium Dei, Iudæorum contendentium refutatio. 396.c.2
Figmentum Iudæorum de Dauidis cithara. 91.b
Vox Dauidis quàm dulcis. 64.2.c
Dauidis confidentia. 77.c
Triplex Dauidis vnctio. 843.2.2
Dauidis duodecim fugæ. 75.2.a
Particulæ (de) vsus. 154.d
Declinare, vt interdum vsurpent Latini. 35.2.d
Vocis declinationis expositio. 19.a
Alia defectio bona: alia mala. 459.b.2
Bonus est defectus ab inferioribus ad superiora. 726.d.2
Defluxionum distinctiones. 315.c.2
Deici peccatores dum alleuantur, vt dicantur. 449.d.2
Animi deliquij causæ & effecta. 459.c.2
In vno delinquens vt dicatur omnium reus. 125.2.d
Delphorum situs medium terræ nonnullis. 481.b
Demonstrare quæ facias, quid sit. 141.2.c
Dentem vt interpretatur Nyssenus. 103.2.c
Dentes in ore conteri: molæ confractæ quid designent. 103.2.a
Quid dentes, & molæ secundum allegoriam. 104.b
Dentes, molæ, leonini dentes, qui intelligi possunt. 103.2.b
Comparatio contritionis dentium, & molarum confractionis. 104.d
Mystica vocis Depone, expositio. 128.2.d
Deprecatio, oratio, exaudire, intendere, vt debeant intelligi. 156.d
Deprecari, non semper est contrarium eius quod quis antea precaretur & optaret precari. 196.2.e
Descendere viuentes in infernum qui dicantur. 50.d.2
Deserti accepti in vtramque partem; eius vocis applicationes, proprietates claustro conuenientes. 183.a
Deserti ac solitudinis commoda. 39.2.a
Mundi descriptio sub deserti vocabulo. 183.a
Quo deserto & solitudine delectetur Deus. 183.c
Desertum Idumææ de præsenti seculo. 182.2.e
Desertum libentiùs dæmones incolere. 183.d
Desiderium pro re desiderata. 590.a
Despicere quid sit. 31.2
Despicere pro dimittere. 32.d
Despicere orationem, etiam qui audit, quis dicatur. 33.c
Quæ destructio salutaris. 139.d
In hac vita destrui à Deo, & in finem quid differant. 10.c
Detractor carnes alienas mordere, edere, lacerare, iisque saturari dicitur. 8.2.d
Detractor bestiæ quartæ apud Danielem deterrimæ comparatus. 8.d.2
Qui detractorem non admittit seipsum hoc peccato liberat. 1072.c
Detractio maximè charitatem impugnat. 1071.b
Deuotus Prospero quis dicatur. 29.2.c
Deus præceptori comparatur. 995.d.2
Quorum proprie Deus dicitur. 78.d
Deus quod futurum est præscit, & tales aut tales præscientia nos non facit. 98.2.e
Deus non solùm ore, sed & opere laudandus & celebrandus est. 958.a
Deus vt conuerti dicatur. 390.c.2
Ratio Euthymij cur dicatur Deus cœli. 910.a.2
Notio nominis (Deus.) 1004.d
Deus vt nescire dicatur quod antea sciebat. 352.a
Deus vt actus nostros notat & obseruat. 325.2.2

Deus propriè non iurat. 875.a
Immediatè Deus non punit, licèt immediatè præmia largiatur. 611.d.2
Solùm Deus & Christus facere mirabilia dici possunt. 424.c
Deus vt patientia, spes, misericordia dicatur. 371.b
Non semper eundem modum seruat Deus circa spatium vitæ humanæ. 109.2.c
Simplex scientia quam Deus per seipsum de omnibus immediatè habet, non inuoluit imperfectionem sed perfectionem. 442.d.2
Deus non se vult communicare nisi volenti. 685.c
Deus verus cognominari solet apud Gentiles à cœlo, vt dicatur Deus cœli. 1003.d.2
Deus, cur dicatur Deus Iacob. 521.c.2
Deus vt odio haberi possit cùm sit summum bonum. 496.c.2
Quæstio cur non dixerit Propheta Dauid Deus noster potiùs quàm Deus meus. 912.d
Quot modis Deus populum suum regat. 651.e
Deus ab impiis non nominatur ex propria sententia. 475.b.2
Si Deus terribilis, etiam est misericors. 239.a.2
Non ita propriè dicitur Deus seu Spiritus sanctus, fides, spes, patientia, sicut charitas. 170.2.b
Quis rectè audeat dicere, Deus meus. 180.2.d
Deus omni maior laude. 380.a
Deus vt dicatur Deus viuorum, Abraham, Isaac, Iacob. 51.a
Deus vt reprobis occurret. 118.c
Non omnium est dicere Deus meus. 135.2.d
Diuersi modi quibus Deus adiuuat. 135.2.b
Rationes variæ ex quibus Deus nomen sumit. 25.b
Cùm Deus permittit vt in tribulatione simus, etiam tunc misericors est. 334.b.2
Vt probetur Deus mendax & author mendacij ac peccati, locorum ex Ieremia abusus. 536.d
Solus Deus propriè dicitur. 424.a.2
Deus vt habitare dicitur in cœlis. 307.d.2
Falsorum Deus non est author, quatenus talia sunt. 424.2.2
Deus semper paret, semel iussit. 78.2
Quomodo Deus dicatur author malorum. 868.c.2
Quamuis Deus se teneat vt non misereatur, tamen illum vincit misericordia sua. 547.2
Deus sæpe præmiat vltra condignum. 1063.a.2
Cur Deus dicatur ambigere. 689.c
Deus non examinat tanquam ignoret. 244.d
Quid Deus sit, exponi pro dignitate, quauis data dilatione temporis, non potest. 212.b
Si Deus præstat quod petitur malum, non exaudit sed punit. 254.d
Deus pater misericordiarum dictus, quòd per hominem homines iudicari voluerit. 396.b.2
Solus Deus per se & absolutè adoratur. 1055.c.2
Derelinquitur Deus à nobis antequam nos derelinquat. 379.b
Deus quodammodo perpetuo in silentio, & meliùs silentio colitur. 212.a
Deus dolorem facit, & reddit pristinæ sanitati. 348.b
Coli debet Deus siue det siue non det. 78.c
Vnum Deum, vnum Dominum vt intelligat Paulus. 177.d
Reprehensio eorum qui dicunt Deum ignorare quid esset futurum. 46.a
Deum bonum quis possit fateri. 42.c
Quòd necesse sit Deum scire et velle; & cuncta præscire, non ponit Deum sub necessitate. 42.b
Deum cum decoro non laudat nisi qui omni superiorem ac maiorem laude. 211.b.2
Deum inuocans in oratione, vt debet, quid acquirat. 78.d
Deum vidisse quæ creauit, quid sit. 254.c.2
Apud Deum plus habet loci non qui plus argenti, sed qui plus affert fidei. 189.2.d
Deum egredi in exercitibus, in virtutibus quid sit. 153.2.c
Deum non inuocantium & timentium, pauor & mala comitantia. 20.d.2
Qui ad Deum currit, & cursum sine iniquitate dirigit, quid acquirat. 118.c
Per Deum Christus intellectus. 132.c
Deum a Iudæis dici nonnullis placet. 523.c
Deum vltorem Gentiles coluerunt. 964.c
Deum propriè patrem non appellari. 270.d.2
Deum cur Sj hæram intellectualem appellaret Trismegistus. 481.c.2
Deum potentia abuti impossibile est. 1044.d.2
Qui probris affecerunt Deum in vetere testamento, afficiunt in nouo Filium eiusdem. 326.b
Tria impedimenta audiendi Deum & verbum ipsius cum fructu. 680.d
De misericordia Dei ne quis sibi blandiatur, vtilis admonitio. 334.c.2
Ex sessione Dei super Cherubim colligitur arcam fuisse scabellum pedum Dei. 1041.a.2
Figmenta Gnosticorum circa varia Dei nomina. 118.2.c
Dei amori quantùm conducat memoria beneficiorum eius. 574.c
Dei prouidentia & potentia circa aquas in nubibus quàm admiranda. 227.d.2
Dei erga nos misericordia quanta. 130.2.d
Gregorij elegans tractatus de Dei misericordia. 135.2.c
Dei ineffabilis affectus & cura erga homines. 76.2.c
Dei incomprehensibilitas. 205.c
Dei memoria non solùm tristitiam sedat, sed & delectationem affert. 537.c.2
Dei memoria continua esse debet in homine. 538.b
Dei apparitio Moysi facta in igne, nonnunquam in nube, nunc terrentis iustitiæ pauore, nunc blandè protegentis signum. 239.b.2
Laus Dei gloriaque spectatur potissimùm in misericordia eius. 425.a.2
Ira Dei signum. 626.d.2
Dei etymon. 107.d
Dei maior ira & seuerius iudicium quando sit. 139.2.c
Facies Dei quid. 656.a
Dei manus Nicephoro descripta. 57.2.c
Certitudo præsentiæ Dei vt habeatur. 1067.b.2
Dei Sabaoth potissima denominatio vnde. 119.a
Vbi amor Dei & memoria, illic peccatorum oblitio & malorum interitus. 181.2.a
Benigna Dei prospectio erga genus humanum. 18.2.c
Sine Dei ope improborum mala vitari non possunt. 51.2.c
Dei nomẽ ἀναγέμματον ante incarnationem. 25.c

Dei potestas ad puniendum: misericordia ad præmiandum. 176.2.3
Cor Dei appropinquate vt dicantur hæretici. 59.c
Perpetuum Dei necessarium influxum ad conseruandos nos, & vt opus bonum operari possimus, vnde probet Augustinus. 124.2.c
Dei misericordia suorum preces ac vota præuenientis. 124.c
De Dei numine malè sentiens Homerus. 873.c.2
Dei incomprehensibilitas. 203.c
Impijs ingratum & terrificum Dei nomen. 15.d
Dei cognomen, sanctus Israël, Deus Israël. 393.b.c
Dei cum medico in susceptione ægroti collatio. 911.c.2
In singulis rebus paruis elucet Dei sapientia. 940.b.2
Dei cultus decentior, certis Deo dicatis locis. 211.c
Dei inspirationem abiici posse. 523.c
Non est bonum extra domum Dei versari. 14.2.d
Qui à Dei memoria in occupationibus suis & tumultibus abstrahitur, quale detrimentum patiatur. 538.d
Maior Dei quando sit in nos iracundia. 591.a
In commemorandis Dei virtutibus fides nostra trepidare non debet. 242.d
Dei in nos beneficia omnem numeri vim effugiunt. 551.b.2
Dei prouidentia erga res humanas. 260.d
Dei vera cognitio quæ sit. 515.a
Dei nomen communicabile secundum similitudinem. 696.a.2
Scientia Dei de contingentibus liberis possibilibus futuris qualis. 688.c
Voluntas beneplaciti Dei semper impletur, signi non item. 688.b.2
Dei opera mirifica innotescunt vacantibus contemplationi diuinæ. 308.b.2
A Deo in bonis regnante irascuntur mali. 1041.a
Quomodo exigitur à Deo vt quodammodo obediat. 78.a
A Deo qui repellantur. 139.c
Deo diuitos esse omnes debent, cupiditate pauperes. 12.2.c
Subiectionis sub Deo dignitas. 164.b
In Deo boni pastoris partes omnes. 466.b.2
Deo resisti & eius iræ vt dicatur. 523.a
Deo seruire, regnare est. 168.c
Cur Deo subiici nos oporteat causæ quot & quantæ. 164.b
Deo vt occurrendum, vt habeamus in morte occurrentem cum Angelis. 118.c
Vis phrasis, in Deo salutare nostrum, & similium. 171.c
In Deo sunt omnes perfectiones vel eminenter, vel formaliter. 970.c.2
Deo vni perspectæ sunt cogitationes nostræ tam bonæ quam malæ. 972.a
De Deo septem prædicanda. 464.a.2
In Deo consilium esse quo pacto neget Damascenus. 238.c.2
Proximum esse Deo, vel ab eo recedere, vt interpretandum. 460.c.2
De calamitate à Deo immissa cur nunquam quærendum. 165.c
Magna ira in Deo, non irasci statim sed differre. 583.b
De Deo, Aristotelis, aut alterius, auctoris libri de mundo, sententia. 388.d.2
Subiectionis sub Deo commoda. 164.d.2
Quomodo simus similes Deo. 703.c.2
Deo scientiam particularium non conuenire, philosophorum error. 442.c
Deorum & siderum nomina ex hominum natalitijs. 78.b
Stoici suos Deos vi ignis perituros autumabant. 1020.d.2
Nomen Deorum falsò ascriptum diis gentium. 986.d
Dexteræ & salutis mystica expositio. 145.2.a
Dextera nostra manus à Deo teneri vt dicatur. 457.b
Dextera iniquitatis pro mendace aut mendaciter iurante. 186.c
Designatio diaboli qui sub serpentis forma decepit mulierem: item Iudæorum & aliorum. 103.b
Diaboli insidiæ calcaneo vitæ nostræ. 72.2.b
Diaboli & nouaculæ comparatio. 6.2.d
Diaboli in hominem insultus. 67.2.a
Lepida Greuei descriptio diaboli, Abbatis personam in suo conuentu gerentis, & quomodo. 198.d
Diaboli principatus quo pacto in hunc mundum hominésve mundi huius, dici possit iustus & iniustus. 282.b.2
Diaboli calumnia. 400.c
Contra diabolum iucundum Dei iudicium. 400.a.2
Diaboli cum venatore collatio. 913.d.2
Diabolum potentem non sua virtus sed peccata nostra reddiderunt. 414.b
Diabolus mentes sibi subditas vt instruat. 439.a.2
Fœnerator diabolus vt dictus. 44.b
Diabolus pilosus dictus. 296.b
Diabolus in baptismo omne suæ nequitiæ virus amisit. 483.c.2
Diabolus se in angelum lucis transformat, quando hæretici mysteria promittunt. 921.c
Diabolus vt dicatur esca fidelium. 485.c d.2
Diabolus fur & latro non tam respectu nostri, quàm Dei. 415.c.2
Solos timet diabolus patienter aduersa ferentes. 434.b.2
Diaconorum officium. 211.c
De mensura diametri terræ diuersæ mathematicorum opiniones. 987.d
Diapsalma in genere fœminino. 7.2.c
Dicendi verbum in Patre filij respectu, proprium gignendi modum importat. 704.2
Dies adiectos ad alios quid Latini interpretes esse velint. 160.a
Omnis Dies viro bono festus. 476.c.2.526.d.2
Dies Domini de iudicij die, absolutè. 500.d.2
Dies hominis & humanus dies quid significent. 69.2
Non dimidiare impij dies vt dicantur. 64.b
Sancti implent dies suos, quamuis breui viuant spatio. 63.2.d
Dies posterior prioris discipulus. 893.d
Dies, mundi tempus est. e.2
Dies pro omni ætatis tempore. 67.2.e
De phrasi, tota die vide sol. 5.2.a
Plures occasiones peccandi in die quàm in nocte. 69.c
Vicissitudinis diei noctisque commoda. 489.b
Distinctio diei, cœli, & terræ. 856.b

Peccatores & impij quamdiu dicerum suorum vt meminerint. 63.2.d
Dierum natiuæ,gratiæ,gloria,differentia. 441.c.2
Diebus festis noctibus plerumque patrata atrocia scelera. 471.c.d
Dijs pauca à se offerri vellent Lycurgus & Socrates. 529.c.2
Nihil vltra petendum à dijs, quam vt bona tribuant,quia sciunt quod cuique vtile,Socratis sententia. 590.a.2
Dij appellati à profanis, à quibus beneficia acceperunt. 78.b
Quare dicantur dij Gentium dæmonia. 1004.d
Dilectio Dei propter se non potest cum peccato consistere. 1025.d.2
Primam dilectionem quam dilexit Deus, non esse ex præuisione meritorum nostrorum. 215.b.2
Diluculo, aut mane quidpiam fieri, pro citò, statim. 92.2.c
Non dimidiari quid. 63.c
Improbus vt dicatur non dimidiare dies suos. 63.2.a
Dimidiare dies quid. 63.c
Diocletianus cur se Imperio abdicarit. 202.c
Diogenis in faciem sepultura ab ipso imperata. 701.a
Dionysij Areopagitæ modestia in Dei inuocatione. 135.2.d
Dionysij contemplatio ad locum Psal. 18. 7. de oratione Christi. 118.a
Dionysij monitum salubre. 94.a
Exemplum Dionysij elibanum intrantis. 933.d.2
Directio in cursu pro prospero in rebus humanis cursu. 117.2.a
Dirigendi verbum crebrò pro secunda fortuna. 117.2.b
Dirigendi verbum ve vsurpetur. 569.d
In cursu quis dirigere dicatur. 117.d
Dirigere,pro prosperum reddere. 260.b
Nil suauius disciplina, nil eruditione melius, nil dulcius Domino. 60.2.b
Disciplina a domesticis inchoanda. 1069.b
De insepultorum desperatione seuerior Augustini sententia. 517.b
Hæ voces ne disperdas cur sæpius iteratæ. 95.c
Pia disputatio Greueri. 780.c
Quædam optima dilectio, & pernitiosa quandoque concordia. 431.c
Hugonis distinctio parum exacta. 857.b.2
Distineri bello,non est propriè teneri. 66.c
Diuinas laudes à cœlitibus carmine celebrari. 290.d.2
Diuinæ gratiæ cum stellis & rore comparatio. 227.c.2
Inter prodigia diuinæ potentiæ magna quid numeretur. 219.c
In diuinis personis idem amor. 654.d.2
Diuinitatis tui comprehensibilitas. 558.d
Dis quasi diues dictus. 175.c
Diuitis & ægroti comparatio. 175.c
Diues, aut iniquus aut iniqui hæres; plerumque. 5.2.c
Diues,ciuitas absque muris. 42.c.2
Diues auarus seruando amittit quæ largiendo seruat. 521.b
Diuites semper in vinculis & compedibus. 521.c.2
Viri diuites assecuti gratiam Dei, quod est apud homines impossibile. 12.2.d
Qui à cunabulis diuites sunt,simulachris qui verò ex moribus diuites sunt sculptilibus inuisibles habentur. 1052.d.2
Diuitum fœcili & sanctorum consolationes in maximis dissimiles. 53.d.2
Cur diuites habeant improbi potius quàm probi. 176.b
Ad diuitias cordis appositio quantùm noxia. 176.b
Per se malas & illiberas esse diuitias, putare error est. 175.d
Nihil tam angusti animi tamque parui, quàm amare diuitias: & è contra. 176.d
Diuitiæ quomodo malæ sint. 12.2.b
Diuitiarum incertitudo & fallacia. 174.2.c
Viri diuitiarum,pro,addicti diuitiis. 520.c.2
Diuitiarum origo plerumque iniquitas & rapina. 175.b
Contra diuitiarum fluxum salubre monitum. 176.c
Diuitiarum conuenientes appellationes. 12.b
Quæ doctori necessaria sunt. 950.a.2
Vera doctrina. ibid.
Nemo suæ doctrinæ internæ ita credere debet vt nolit cum Ecclesiæ iudicio subiicere. 973.c
Doëg ad Dauidem nuntium interfectorum à se Sanctis pertinisse,nonnullorum opinio,abhorrens de filio aptius. 2.1.d
Enormitas sceleris Doëg suo tempore puniendi. 7.1.d
Doëg Syrus appellatus. 202.b
Doëg perfidia. 1.2.a
De nomine Doëg,& genere. 2.1.a
Doëg ad maiores honores prouectum ob delationem. 10.a
Doli pro quibuscumque peccatis quibus lædituralius. 448.c.2
Dominij actus, manu apprehendere vel pedem ponere. 850.c
In monte Domini attenditur misericordia,in resurrectione potentia. 178.b
In quanta reuerentia nomen Domini & Iesu habuerit Franciscus. 1044.d
Domini verbum multis in afflictionibus Dauidi fuit maturatum. 55.a
Non est inhipere cum sed perfectorum Dominum inuocare. 1051.d.2
Dominatio imperantis in lingua. 41.2.d
Quæ domus maximè tuta esse possit. 720.c
Mystica domus expositio. 14.2.d
Domos amplas diuitum & palatia, præsertim viduatorum & raptorum plerumque nullus post mortem eorum inhabitat. 347.d
Domibus in quis replen quid sit. 494.c
Domitianus quotidie secretum sibi horarium in cubiculo solitus. 892.c.2
Donatistarum reprehensio, Ecclesiam in angulum Africæ redigentium. 425.d.2
Donatistarum calumnia. 408.c.2
Vocalæ donec examinatio. 76.c
Particulæ donec sumptio. 388.b.2
In domis Dei cauendum priores nos facere, posteriorem ipsum. 120.a
Dormire inter medios cleros quid sit. 80.2.d
Conturbatum dormire quid sit. 80.b
Dormire vade dictum. 245.c
Draconi propterates. 471.b.2
Draconis symbolicæ imagines. 483.d.2
Dracones in militaribus signis. 483.d
De Dracone & Elephante quæ narrentur. 483.c
Cum dulcia degenerant amaritudinem contrahunt. 199.c

Duo pro pluribus. 177 d
Vnus, siens pro multis. 291.b

E

BOna Ebrietas quæ sit. 224.c
Satius mori quàm vique ad ebrietatem, bibere. 1073.b.2
Vis vocalæ ecce. 115.b
Mos in Ecclesia in principio horarum canonicarum, cantandi, Deus in adiutorium meum, vnde. 265.c.d.2
Ecclesia cur in Scriptura nunquam comparatur cum examine apum. 1068.c
De Ecclesia non vbique diffusa, contra Donatistas argumentum. 259.c.2
Ecclesia futura in omnibus gentibus: at non omnes qui sunt in gentibus, credituri. 413.b
In nulla vrbis parte, vllo puncto temporis intermisso, cessari in Ecclesia à laudibus diuinis. 223.a
Celebris Ecclesia Ægypti sub Marco. 305.c.2
Ecclesia, sanctuarium est. 447.e
De Ecclesia Marco structa, ficticia fabula. 305.d.2
Versuum vsus in Ecclesia in officio diuino tempore passionis. 114.e
Ecclesia nostra in nouo Testamento est locus orationi dedicatus, quemadmodum tabernaculum in vetere. 180.d
Versiculus in Litania frequentatus ab Ecclesia. 158.b
Turrita vt dicatur Ecclesia. 157.e
Verba quæ Iudæos videns canit Ecclesia in officio Ecclesiastico in septima Paschæ. 206.c.d
Primitiuæ Ecclesiæ linguarum donum concessum. 678.a.2
Ecclesiæ perpetuitas ac veluti insenescentia. 387.d.e
Ecclesiæ seu regni Christi fines. 409.b
Ecclesiæ in laudes Dei assuefactio. 162.2.c
Ecclesiæ auctoritas cuiusuis doctoris auctoritati præferenda. 1045.c.2
Ecclesiæ initium quando sumendum. 372.c
Veteri triplicis distinctio vnde orta Ecclesia. 372.d
Typus Ecclesiæ & Christi. 138.b.2
Ecclesiæ & fidelis animæ cuiuslibet comparatio cum qua Iegis Aminadab. 455.b
Ecclesiam quomodo possedit Deus & Christus ab initio. 467.a.2
Romanorum decem in Ecclesiam numerantur persecutiones. 666.b
Extra Ecclesiã non dignè laudatur Deus. 300.a.2
De Edom nouem Prophetæ locuti. 152.2.c
Mysterium non contemnendum in voce Edom. 152.1.c
Edom quando pro Iudæis, quando pro aliis accipi debet. 153.c
Documentum egentibus proprium. 175.2.d
Egregias res agentes, quamlibet patria dissitos, eo habendos loco quo domesticos nostrateſque, Toxaris Scytha censebat. 313.b.2
Vt quis elatus, iam cadere dicatur. 449.d
Electio interdum reprobationi opposita. 215.d.2
Electionis quæ à Deo fit, distinctio. 216.a
Electionis & assumptionis diuinæ effecta. 216.b
Electionis nomen quandoque tam latè patens quàm vocationis. 215.d.2
Non quisquis vocatur etiam electus est. 215.d.2
Vtilitas quam referunt electi ex ruina impiorum. 11.2.c
In fauorem electorum cur prius pronuntiabitur sententia quàm contra reprobos. 526.b
De ascensu Eliæ & Enoch in cœlum. 59.c
Elias aliquando sacrificauit. 1049.c.2
Etymon nominis Ezechiel. 118.a
Eligij verba quæ vsurpabat vt aptè ac vtiliter sermonem haberet ad populum, implorans diuinam opem. 752.a.2
Elumbis quis dicatur. 345.d
Emigrio in actiua passione. 10.2.b
Emblema elegans. 165.d
Enacim gigantes vnde dicti. 435.b.2
Enim nonnunquam affirmans vel nectens, non semper causam reddens. 275.b.2
Possessio tribus Ephraim quæ. 148.d
Ephraim pro decem tribubus sæpe, vt Ioseph & Israël. 148.d
Ephraim Manassi prælatus quid designet. 147.2.c
Ephraimitarum arrogantia vnde. 571.c.2
Ephraimitarum bellica fortitudo. 572.b
Episcoporum vita qualis esse debeat. 1068.b
Epistolæ columbarum collo illigatæ. 285.b
Eremi habitatio quàm cautè suscipienda. 183.d
Qui eremos claustrave petunt vnde potissimum ad id moueantur. 42.b
Verbi erumpendi vsus transitiuè. 10.2.b
Esaiæ locorum interpretatio. 197.2.b
Et, pro quia. 56.c.2.139.2.c
Et, pro ideo. 189.b
Et, pro enim. 154.d
Etenim nonnunquam affirmans, vel nectens, non semper causam reddens. 275.b.2
Ethan loci nomen. 487.d
Loci Ethan amœnitas & situs. 487.a.2
Etymologia nominis Ethan. 818.a
Felicis obseruatio in litteris Hebræis Ethan. 818.a
Euangelium cur Iustitia dictum. 349.c.2
Euangeliorum codex in conciliis collocatus, velut in Throno, vt Christum repræsentaret. 697.c.697.a.2
Euangelistarum conciliatio. 198.2.b
Lex Euangelica Psalterium cum chordis decem. 91.c
In Euangelico præcone turbatio humilitatis ac timoris requisita. 220.d.2
Eucharistia cur Angelorum panis dicatur. 585.d.2
Eucharistia memoria & compendium mirabilium Dei. 580.b
Eucharistia scabellum pedum Domini. 1047.a
Venerabilis Eucharistia dux itineris præmissa per Romanum pontificem peregre profitentem. 265.b.c.2
Euge voculæ derivatio Hugoni vnde. 364.b
De Eunucho qui Ieremiam leuauit de lacu, mystica expositio. 406.c
Euripi naturam Aristoteles perscrutari non valens, obit. 918.d.2
Reuelatio Eusebio Vercellensi facta. 38.2.b
Euthymij improbata sententia. 105.a
Multi modi exaltationis Christi. 89.a
Exaltare, exaltatio, pro exultare & exultatio: & vice versa. 134.2.c
Tres modi quibus exaltetur Deus. 89.a
Super cœlum & terram vt exaltetur Deus. 94.2.d
Exaudire quid sit. 25.2.d
Vt petit Dauid exaudiri. 32.2.c
Quid super omnia impedit ne exaudiamur a Deo in precibus. 264.b.2
Exauditionis & non exauditionis exempla. 32.2.c

Exauditionem impetrationémque à Deo multa impedientia. 25.2.d
Excantandi ars negari non potest. 102.c
Excantandi artè qui valuerint. 102.c
Excipere, suscipere, quid sint. 288.c.2
Excommunicatorum vitandus conuictus. 1074.c
In Libris Exodi, & Numerorum bis narratum quod accidit semel tantum. 582.a.b
Expectandi verbum in malam partem sumptum. 337.c.2
Exprobrationes à quibus potissimùm intolerabiles. 491.a.2
Exquirere quasi extra quærere. 568.c.2
Extendere quid significet. 57.2.b
Extraneus, pro improbo, vitioso, noxio. 323.b
Exultatio pro commotione ac tremore. 231.d
Exultare aliquid, & exaltare quid sint. 355.a
Vsurpatio loci Ezechielis ab Antiocho in Pandectis. 87.d.2
De Ezechiele narrata ab Epiphanio & alijs. 217.d.2

F

FAcere animas, quid sit. 15.2.d
Facere pro sacrificare. 251.2.2
Facere cum aliquo, quid interdum sit. 15.2.d
Facere pro acquirere. 155.a.2
Facere pro adipisci, possidere. 155.2.a
Facere animas, amicos, nomen, pro acquirere & comparare. 155.2.a
Faciendi verbum absolutè positum pro vlcisci, punire. 15.2.d
Verbi faciendi (vel facere) significationes variæ. ibid.
Aliud est, aliquid factum dicere; aliud, quòd sit factura; sicut creari, & quòd sit creatura. 135.c
Quod vis, & non potes, factum Deus computat. 972.d
Facies quid sit, & vnde dicta. 267.a.2
Discrimen inter faciē & vultum reiicitur. 985.b.2
Acutum responsum piæ fœminæ. 941.b.2
Fames damnatorum qualis futura. 121.2.b
Distinctio famis caninæ & λιμοῦ. 122.b
Famis in bonam partem interpretatio. 120.c.2
Fami etymologia. 857.d.2
Ex farina murorū Alexandriæ designatio. 420.c.2
Fatum à fando vt de Deo dici possit. 176.2.c
Felix qui æquè vbique Deum colit. 181.2.b
Felix cui mundus hic ita turbatur, vt non ametur. 140.2.c
Ferarum comparatio quibus apta. 492.b
Ferræ vnde dictæ. 476.c.2
Fermentum nonnunquam in bonam partem, sicut in malam, sumptum. 455.d
Vocis fermor acceptio interdum. 80.d.2
Festa vt pollui dicantur, vt non. 476.d.2
In diebus festis Sanctorum meminisse iubemur quo pacto in paucis vexati in multis tam bene sint dispositi. 904.2
Festis diebus Martyrum plures stragis. 69.d
Fides simplicitas in nobis requisita & vnde probata. 454.c.2
Fidelium Pellam secessus cùm obsiderentur Ierosolyma à Romanis. 492.d.e.2
Vita fidelium abscondita cum Christo in Deo. 50.2.d
Fidem suorum erga se vt exploratit Constantius senior. 1074.b
Fides orando impetrat quod lex imperat. 993.b
Fides Christiana magis viget in parte Occidentali. 653.c.2
Per has voces, fiat fiat, in extremo cuiuspiam Psalmi, quid notari velint nonnulli. 425.c.2
Quod tibi fieri non vis, ne facias alteri, manu formatoris nostri veritas in cordibus nostris scripsit. 96.2.2
De filiatione diuina Rabbinorum testimonia. 423.a
Æternitas filij Dei confirmata. 882.b
Filij hominum non mali tantùm, sed omnes homines etiam dicuntur. 87.c.173.2
Cur potiùs Filij quàm Patris, vel Spiritus sancti persona ad nos venerit. 654.b.2
De missione filij Dei. 85.c
Filij matris, id est, fratres. 324.c
Filius Dei vt dicatur creatus: & Deus, vt dicatur factus. 135.c
Filius hominis idem quod homo, apud Hebræos. 396.c.2
Filius regis idem quod rex, phrasi Hebraica. 396.c.2
Fingere, quomodo vsurpetur. 981.a
De phrasi in finem. 10.c
Nihil longum est quod habet finem. 935.c
A finibus terræ orare, quid sit. 156.2.c
Fines terræ vt sumantur. 156.2.d
Fisci mala causa nunquam est nisi sub bono Principe. 699.c.2
Contra fiscum iudicare facilè, in dubiis quæstionibus, esse non delinquere. 699.c.2
Firmare super aliquem oculos quid sit. 200.c
Fluctus pro tribulatione. 62.d
Flumen magnum de Euphrate. 409.a.2
Cur fluuij tauriformes ab antiquis picti fuerint. 1038.c
Fluuij nomen de mari interdum. 488.c
Vox fluxus in diuitiis notanda & suspicienda. 176.a
Ritus fœderis feriendi apud veteres. 812.b.2
De fœminis quæ vigilarent initat militum in castris. 280.d.e.2
Maior virtutum in fœminino genere. 1024.a.2
Fœni comparatio in Scripturis fere semper malè sonans. 421.d.2
Foleng probata coniectura. 56.2.a
Fons quomodo dicatur carmen. 787.d.2
Per fontes quid intelligatur. 787.c.2
Forcipes priores quàm malleus. 49.2.d
Formarum pulchrarum affectatores fortitudinem suam ad Deum non custodiunt. 125.a
Verbi formido etymon. 867.b
De fornice à Dauide & Saule erecto controuersia. 143.2.d
Fornicatio idololatriæ magis propriè de violata religione ac fide & de populo Hebræo: interdum tamen de Gentilibus. 461.c.2
Circa fornicationis vocem latebrosissima quæstio credita Augustino. 462.a
Fornicandi verbo latius comprehendi quodlibet peccatum mortale. 462.2
Forpicum vocabulo non vsi antiquiores. 6.c
Forsitan pro renera. 46.c
Non est fortis qui conflictio victus pugno percutit. 955.b.2
Mulieribus non viris fortibus externi muri necessarij. 41.a
Quorum fortium mystice dux diabolus dictus. 115.2.b
Fortitudo Christi qui dicantur. 148.2.2

Fortitudine sua qui abuti dicantur. 125.c
De fortitudine corporali & spirituali Grouei moralis dissertio. 125.c
Fortitudinem naturalé & supernaturalé præcidit & consumit Dalila seu concupiscentia. 125.a.b
Cantare fortitudini Dei quid sit. 134.a.b
Quibusdam foueam retro fodit diabolus. 90.c
De Francis fodali quodam narrata. 726.c.2
Fratres vestri mutuum sibi charissimi. 524.c
Fraudulenti & pestilentis malitia ex deliberato & voluntario iudicio nata, quanta sit. 7.a
Fructuum omnia genera ex auro plantata à Salomone intra templum, Rabbinorum ridendum figmentum. 421.a
Frumenti vox quid etiam comprehendat. 232.c
Frumento, tritico, ad orco loca cõuenientia. 233.b
Fugere præfestinate, Hebræorum phrasis. 237.b.2
Fugere à facie Dei vt quis dicatur. 266...2
Fugere volutile à facie Domini Ionas vt intelligendus. 266.c.2
Fugitiuorum maior timor de die quàm de nocte. 68.2.b
Fulmina belli de militibus. 140.2.a
Fulmina pecuniam colliquant. 611.a
Fulminum tonitruumque eliciendorum facultas ab hominibus tentata. 826.c
De funda, notata. 518.b
Cibus filiis paruis à matribus negatus: nisi quem funda destinato lapide petiuerint. ibid.
Fungi mali similitudo vsurpata à Nicolao Papa I. 5.c.2
Fures non posse occidi, Scoti opinio. 1077.c.2
Furor non solet esse Sanctorum. 801.c.2
Futurum pro præsenti apud Hebræos. 166.a

G

NOmmis Galaad etymon. 148.a
Loci ad Gal. lectio diuersa. 22.c
Sententia Prophetica loci Galat. 1. 10. à S. Paulo obseruata, ab Hilario tractata. 21.1
Gaudium pro cœna. 168.d
De signis à Gedeone requisitis Abulensis sententia. 405.a
Gehennæ vox in solo extat nouo testamento. 110.b
In Gemellis vnius corpus alterius corpori compatitur si quid sentiat aduersi. 934.c
Genebratij annotatio. 199.a
Generatio pro ætate. 160.c
Generatio pro duplici vitæ spatio, seu duarum vitarum. 159.2.c
Duplex generatio Patribus attributa. 820.c
A generationis munere vacans per incorruptionem proximus fit Deo. 770.c
Loci Geneseos interpretatio. 21.1.a
Germina, generationes pro frugibus ac fructibus quæ germinant & adolescunt. 226.c.1
Gentes de Iudæis etiam dici. 305.b.2
De gentium omnium vocatione ad Ecclesiam loci Psalmorum interpretatio. 213.c
Gentium & Patrum qui fuerunt in Iudæa, ad cœlestem patriam via eadem. 258.c
Primi Geometræ Ægyptij. 617.c
Vocis Geth etymon. 66.2.b
Allusionis ad notionem nominis Geth obseruatio. 67.b
Gibbosi vox Latina ex Hebraico mutuata. 288.b.2
Gladio cur manus tribuatur. 191.c
Circa martyres gladio percussos obseruatio. 193.c
In gladio igneo flammeo versatili ante paradisum, ire Dei cũ misericordia obseruatio. 245.a
Ore gladium gestat non manu, qui non facit quod prædicat. 123.c
Gladium ferreum primus produxit Belus. 518.d
Christo gladius in ore nonnunquã attributus. 88.a
Gloria pro area Testamenti, & pro lætitia 92.c.d
Quid gloria & honor. 1007.2
Gloria Patri, gloria Filio, gloria Spiritui sancto cùm ter priùs diceretur, cur nunc semel tantùm nomen gloriæ dici velit Hugo. 236.c
Gloriæ definitio apud Ciceronem. 211.2.a
Excellentia bonorum gloriæ comparatione aliorum. 216.a
In gloriæ & magnitudinis cantatione distinctio. 375.b
Pernitiosus gloriæ laudisque amor, & vt alijs placeamus. 22.c
Gloriæ vocabulo beatitudo ipsa solet nominari. 730.d
Gloriam vt definit Cicero. 211.2.a
Sororis Gorgoniæ laudes apud Nazianzenũ. 536.a
Gradus sublimior quis. 458.c.2
Celeberrimus locus pro gratia, maximè pro præueniente & prima. 125.2.b
Gratia præueniens nõ semper adest actu. 991.d.2
Gratia duplex, præueniens & subsequens. 750.c.2
Nemo vt diuina illum gratia subsequatur, priùs aliquid dedit Deo. 126.b
Gratiæ & naturæ opera absque concursu primæ causæ non fiunt. 768.a
Tempus vniuersum gratiæ annus benignitatis est. 218.c
Gratiæ vis & necessitas ex loco Psalmi 33. illata. 185.a
Gratiæ bona tantùm, absolutè bona dici merentur. 743.2
Inter opera Dei principatum tenet opus gratiæ. 939.c.2
Gratiæ necessitas. 155.a
De distinctione gratiæ actualis in præuenientem & subsequentem. 125.2.d
Qui respondet gratiæ quam accepit, fructum censendus reddere, non dare. 261.c.1
Gratis & iniustè synonyma nonnunquam. 318.c
Gregorij locus egregius. 20.1.a
Gregorij quæstio. 819.c
De Gregorio VII. prodita. 409.a
A Gregorio loci ad Iesum sum accõmodatio. 314.c
Perficere gressus. 190.2.b
Gryphi natura. 57.c.2
Guiano Hispanorum. 405.a.2

H

HAbentia, vox Latina, nomine fœminino. 15.a
Habituum malorum expoliatio quam difficilis. 436.c
Hæreditatis nomen nonnunquam in deteriorem partem. 277.c
Discrimen inter hæreditatem humanam, & hæreditatem Dei. 159.2.a
Rei hæreditariæ cura magna omnibus esse solet. 634.2.a
Hæreseon vtilitas. 59.c
Nulla in hæresim nisi propter gulam ventremque constitui. 19.2.c
Contra hæresim quòd in Christo non esset anima, apta annotatio. 213.2.b.2
Hæretici venatoribus cõparãtur ab Irenæo. 914.d
Hæretici notati. 600.d
Hæretici vt feræ arundinis seu calami dican-

tur 504.d.2.item,tauri. ibid.
Hæreticorum sententia. 178.2.b
Ingenium hæreticorum est scripturis abuti. 927.d
Perfectiorum & hæreticorum ingenia. 7169.2.e
Hæreticorum semper fuit sectari nouitates vocum. 685.c.2
Sententia duæ breuissimæ contra hæreticos. 88.2.c
Cur cum hæreticis obseruanda. 1069.c.2
De voce halleluiah figmentum. 550.d. eius vocis compositio. ibid.d.e.2. eius acclamatio. 550.2.2
Psalmi cum titulo halleluiah. 269.d.2
Halleluiah quasi laudate Iah. 269.b.2
Vocabulum Hebræum halleluiah cur Ecclesia retinuerit & similia. 269.e.2
Cur in medio terræ collocati fuerint Hebræi. 661.c
Hebræi populi de Sem descensus. 277.c
Cur Hebræi etcas petendo non peccarent, sed quia non crederent in Deo. 584.b.2
Vitia Hebræis crebrò obiecta. 44 b
Hebræorum figmentum. 166 c
Nugæ Hebræorum. 575.2.778.d
Ridicula Hebræorum fictio. 49.2.c
Nota Hebræorum. 49.d
Mala conuersio Hebræorum. 600.c.2
Hebræorum, cum alus vitium simulatæ pœnitentiæ in Ægypto imbibitum. 594.c.2
Hebræorum opinio reiecta. 878.a
Hebræorum & aliorum opiniones minus probabiles. 9[illegible].c.2
De Hebræorum necessitate aquæ & fuis delusa & commenta. 578.c
Hebræorum circumlocutiones. 847.c
Hebræorum locutiones. 158.c
Hebræoru interrogationes vt magis affirmet. 80.d
Typ ex exilium Hebræorum. 658.c
Idiotismus Hebræus. 284.d.2
Helenæ pictura cum inscriptione. 211.2.d
Heliogabali conuiuia. 581.b
Duo hemisphæria se mutuo inspiciunt. 652.c.2
Similitudo ab herbis sumpta. 889.b
Hermon & Thabor etymologia. 833 c.2
Herodes cur vulpes dictus. 194.b
Herodes & Cæsar reges vulpes electi à Iudæis, cum verum regem Christum agnum recusarunt. 194.b
Hiberniæ nonnullæ insulæ ad vitæ protractionem salubertimæ. 302.c
Hilarij minus necessaria notatio. 166.c
Hilarij improbata sententia. 166.2
Hilarij canon non vniuersè verus. 23.2.b
Error in textu Hilarij. 157.2 c
Hilarij accusatio & excusatio. 56.c
Hilarij notatio non recipienda. 219.c
Hilarij lectio cautè attendenda circa electionem ad beatitudinem. 215.b.2
Hilarius inoffenso percurrendus pede. 512.a.2
Hieronymi salubre monitum. 455.c
Hieronymi ad verbum loci transcriptio à Gregorio. 141.c.2
Hieronymi materna lingua Sacr. Scripturarum translationes. 485.d
De patrio Hieronymi solo controuersia. 485.e
Hieronymus Illyricæ linguæ peritus creditus. 485.a.2
Hierololyma quadragesima post passionem annis excisa. 128.b
Hierololyma 42. annis post mortem Christi sub Tito euersa. 317.c.2
Holocausti ratio maximè martyrio conueniens. 249.a
Homo non potest interius surripere. 7[illegible].c
Homo Dei quid. 879.b
Natus homo ad videndum solem. 1027.2.b
Phrasis Hebræa, homo & homo, quid significet. 785.b.2
Homo homini Deus. 78.b
Homo quomodo incipiat ex malo in bonũ 648.c
Duo modi formandi similitudinem Dei in homine. 209 b
De homine marino in Batauia capto quæ narrentur. 218.b
Super hominem frustra apponi contra persecutorum. 166 c
Non decet hominem sæuire in hominem ferarum ritu. 67.2.d
Quid hominem maximè decipiat. 900.a.2
Discrimen inter homines Dei, & vitium Dei, ab Hieronymo. 879.c
Vanitate vanitores homines, & eorũ cõsilia. 172.2.c
Aquatiles & marini homines quidã reduti ob lõgã aquarũ consuetudinẽ & natandi vsum. 218.d
Nouum reatum contrahunt homines imitando primos parentes. 604.c.2
Qua in re homines præferantur Angelis. 703.a
Homines vt dicantur aues. 538.a
Inter Homines etsi diuersa dignitas in hoc sæculo, vna est tamen natura. 416.d
In hominibus cur non speranduin. 173.2.a
Carnalium hominum mores & ingenia. 71.d
Hominum vocabulum absolutè positum pro carnalibus. 21.2.b
Vanorum hominum distinctio ab Hilario. 173.a
Filij hominum in deteriorem partem sæpe dicti. 293.b.2
Triplex hominis notio. 704.c.2
Symbolum hominis malè affecti. 932.b
De hominis innocentia quæstio. 1[illegible].c
Vocis hominis acceptio. 111.2.b
In hominis vocabulo vis facta à Augustino. 207.d
Physicorum sententia de mutatione contingente in corpore hominis. 894.c.2
Cur diabolo tribuatur hominis nomen. 67.2.b
Ad Hebræum hominis vocabulũ alusio. 67.2 b
Hominis salutis indigo congruens prædestinatio. 114.b
Quodque membrorum nostrorum siue iustitiæ siue malitiæ instrumenta facere est in hominis potestate. 87.2.c
Hominis ita propriũ sperare in Deũ vt extra naturã rationalẽ constituatur qui id non facit 914 a.2
Cùm sit contemptus Dominus, indignum vt honorari velimus. 71.2.a
Honoratioribus fauere pronum genus humanum. 698 b
Honorij IV. Papæ Symbolum. 460.b.2
Horæ ab Ecclesia vsurpatæ. 32.2.c
Vsus horarũ Canonicarũ vnde collegi potest. 32.c
Horarum diurnarum celebratio, tum in choro, tum extra chorum, bona. [illegible]
Horti Adonidis. 888.c.2
Circa hostiæ sumptionem exempla. 591.b
Hostis veteribus dictus qui peregrinus esset. 325.c.2
Terrificæ hostium intentationes sunt risus iis qui Deum secum habent. 123.2.d
Hugonis obseruatio. 189.b
Hugonis admonitio. 188.d
Hugonis notatio minùs accepta. 180.2.c
Hugonis friuola obseruatio. 147.b

Hugonis Gratianopolitani moleſtiſſimæ tentationes. 430.d
Humilis tanquam petra eſt, ſuperbus quaſi fumus. 955.c.2
Non alia virtute citius ad Deum aſcenditur quàm humilitate. 496.e.2
Gregorij obſeruatio in hydropico per Chriſtum ſanato ante Phariſæi domum. 169.2.d
Hieronymi tropologia elegantior. 880.a.2
Hymni theatrici & ſacrę hymnologię celebrandæ quantum tenuitas humana patitur. 211.c.2
Diſcrimen inter hymnum, & pſalmum. 426.c.2
Hymnus res diuinior quàm Pſalmus 211.e. pro carmine in honorem Dei & quo Dei laudes dicuntur, peculiariter accipi apud Græcos etiam profanos. 212.a.2
Hypocriſis maximè exaſperat & ad iracundiam prouocat Deum. 242.a
Hypocritarum ingenia. 21.c. 193.a
Hyſſopi vſus cum aceto ad quid. 340.d.2
Hyſſopi vis ad continendum manantem affluentiùs ſanguinem. 341.c

I

DE interrogatione Iacob cum Deo luctantis. 25 c
Iacob votum. 78.b
Iacobus & Ioannes & alij de qua tribu. 301.a
Iacobus cum Matthæo & Zacchæo circumdatis peccati vinculis, in exẽplũ adductus. 272.b.c.2
Ianitenj acuta obſeruatio. 152.d
Ianus cur quadrifrons dicatur. 490.b.2
Iapon æ inſulæ Chriſtianiſmum ſuſcipientes. 411.b 2. eiuſdem inſulæ regij adoleſcentes Romam legati miſſi 411.b.2
Iaſpidis virtutes quid deſignet. 178.c
Diſtinctio idearum ſumitur ex diuerſis reſpectibus ad illarum rationem ſpectantibus. 819.a
Idoli depicta in noſtri templi parietibus quomodo oſtendi dicantur. 452.d
Notio nominis idolum, & ſignificatio. 1004.b
Idolorum cultus ex opinione diuinitatis ſtatuis coniunctæ proceſſit. 1004.c
Idololatræ cur Æthiopes dicti. 484.2
Idololatria fornicatio dicta ſæpe. 461.a.2. ſæpius nomine fornicationis quàm adulterij. 461.b.2
Idumæa per tropum pro qualibet hoſtili & inimica terra. 179.2.c
Idumæa carni & ſanguini mundum addictum deſignat. 153.c
Idumæa quid ſit myſticè. 153.e
Idumæa, quæ & Edom. 138.a ſub Palæſtina compręhenſa. ibid.
De voce Idumææ & Iudææ controuerſia. 179.b.2
Idumææ diſtinctio à Iudæa & aliis. 138.b
Idumææ diſtinctio in ſuperiorem & inferiorem malè. 179.2.d
Idumæus, de homine ſanguinario. 2.2.c
De voce Idumæus. 2.a
Prophetarum vaticinia contra Idumæos de Romanis intelligi Rabinorum error. 138.d
Idumæi interdum pro Iudæis dicti. 138.d
De origine Idumæorum Strabonis error. 138.d
Iulius Cæſa. & eius hæredes Imperij, a Rabinis Idumæorum genus dicti. 138.d
Iebuſæus ſic vnde cognominatus. 155.2.b
Contemptus Iebuſæorum erga Dauidem. 155.2.b
Ieiunium, vitiorum ſepulchrum. 593.a
Non eſt ieiunium corporalis exercitatio, ſed quiddam ſpirituale. 328.e
Ieiunium cæterarũ virtutũ fundamẽtum. 328.a.2
Ad Iephten fratrũ verba, cuius rei typus. 523.d.2
Locorum ex Ieremia abuſus, vt probetur Deus mendax, & auctor mendacij ac peccati. 536.d
Loci Ieremiæ & Iſaiæ interpretatio. 341.a.2
Ieruſalem vrbi nomen Æliæ indituni: vnde eiuſdem ritus à priore longè alius. 347.a
Ieruſalem conſtructio vbi extra portam Dominus fuerat crucifixus, priore funditus ciuitate euerſa. 347.b
Nouitas Ieruſalem compoſitio. 515.d.2
Ieruſalem nouam terræ vt a nonnullis intelligatur. 481.b.2
Ieroſolymorum excidiũ quale & quãtum. 347.a.2
Vis & efficacia nominis Ieſu. 1043.c.2
Comparatio nominum Ieſu, & Ioſue. 1043.d
Nomine Ieſu nemo Chriſtianus nominatus eſt poſt eum, ob reuerentiam eius. 1063.a
Nullus Chriſtianus nomine Ieſu tanquam proprio vnquam appellatus eſt. 1044.c
Ignatij viſio. 290 c.2
Ignatij auctoris inſignitæ à Ieſu Societatis, Eccleſiaſtico officio & ſacrificio publica cohonestatio. 463.c.2
De Ignatio quæ prodantur. 463.d.2
Ignauis ſemper feriæ. 476.c.2
Per ignem quælibet tribulatio intelligi poteſt. 244.c.245.a
Tranſire per ignes medios, pro, ſumma pericula obire. 245.a
Ignis & aqua duo iræ diuinæ inſtrumenta. 346.e
Ignis ignitæ notio pro tribulatione. 108.b
Exempla eorum qui æterni ignis exordia in hac vita experiantur. 51.b
Ignorantiæ miſeria. 819.b
Cùm vult Deus ignoſcere, priùs impertit fiduciam deprecandi. 155.b.2
Reformatio ad imaginem Dei per gratiam redemptionis efficitur. 708.a.2
Sculptæ imagines ſuperſtitioni magis obnoxiæ quàm pictæ. 1022.a.2
Contra imagines prophanas loci vſurpatio. 451.a
Adoratio imaginum quouis modo factarum reprehenditur, ſi per ſe tendat in illas, abſque relatione ad prototypa. 1022.c.2
Imbecillitates infirmorum ſuſtinendæ. 21.2.d
Impatientiæ omne peccatũ aſcribendum 370.c.2
Impatientia malum eſt boni. 370.c
Miſer Imperator apud quẽ vera reticẽtur. 237.c.2
Aliud iudicat oculus imperitus, aliud artificis regula. 1053.d.2
Impetrandi à Deo ſi ſuerim quid ſignat. 20.d
Impietatis nomen latius accẽptum. 214.b
Impiorum conuictus vitandus. 1375.c
Impiorum ingenia. 16.2
Vita impiorum pœna non minui beatorum gloriam. 111.2.a
Reprobatio impiorum nõ imputatur Deo. 622.d
Impiorum proſperitate grauius eſt eorum præcipitium. 448.b
Imponi aliquem ſuper caput alicuius quid ſit. 246.a
Quo pacto imprecationes in ſacris Scripturis accipiendæ. 9.2.c
Imprecationes Prophetarum non ex libidine vindictæ, ſed ex amore iuſtitiæ. 640.d.c.2
Imprecationes à ſanctis vitis vt vitandæ. 49.2.a
In imprecationibus prædictiones. 28.2.a
Imprecationis formula apud Ethnicos. 822.c.2
Improbus vt dicatur ante tempus ſubtrahi 65.2.b

Qui fit improbus ex necessitate, damnandus: sed multo magis diues, qui abundans, diripit res alienas. 437.c

In hoc seculo dominantur improbi, in futuro torquendi. 691.c

Improbis quid solenne vt ostendant se bonos. 55.2.c

Improborum contra electos concordia pernitiosa. 41.2.b

De pœnis improborũ in hoc etiam tẽpore. 191.b

Improborum conditio. 63.2.c

Improborum felicitas, iustos etiam non parum turbat interdum. 441.a

In improbotum supplicio proficiunt moniti improbi, & iusti. 207.d

Maior improbitas quæ ad plures porrigitur. 1077.b

Summæ impudentiæ nota. 7.2.b

Notionis vocis, in, varia exempla. 111.2.d

Inaurire quid sit. 25.2.d

Incantatio ex pacto cum malo genio. 102.2.a

Incantatori in Ecclesia Dei quis dicatur. 102.2.d

Increpari à iusto in misericordia optabile est. 140.b

Incutuare animam alicuius quid sit. 90.a

Incundi verbum quid importet. 345.d.2

Inebriandi verbum pro plena atque copiosa fruitione. 224.b

Insidijs agere multos in inermem turpius quam aperto marte. 165.2.d

Inferni quatuor regiones distinctæ à Catholicis: septem, à Iudæis. 191.d

Inferni septem nomina & pœna. 62.2.e

Inferni vique ad centrum profunditas quæ. 482.c

Septem vocabulis infernum vocant Hebræi 808.d.2

In infernum descẽdere non propriè dicitur fuisse animæ Christi pœnam. 800.b.2

In quem infernum descenderit Christus. 772.c

Infernus quadruplex secundum Thomam. 772.d

Infernus nunquam impletur. 50.2.d

Infideles detendunt in infernum viuentes. 51.a

Qui contemnenda in minimis metuunt; à summis metuenda patiuntur. 20.2.b

Infinitatis humanæ conditio. 59.d.2

Infirmari, ad Hebræos, pro incipere. 277.a.2

Minus offendiuntur infirmiores cum putant videre inquos. 119.2.c

Ingratitudinis distinctio. 54.c

Ingratitudinis vitium Deo quantum displiceat. 491.2.2

Inhæsionis mirabilis ratio qua trahit Deus amantis voluntatem. 463.d

Inimicitias irreconciliabiles quid reddat 205.b.2

Inimici & æramenti seu æris comparatio. 31.2.d

Inimici ruinam nos lætitcare, & gloriam sine inuidiæ culpa contristare posse 28.2.b

Non sumenda de inimicis vindicta, sed pro illis orandum. 127.2.b

Ab inimico vinci non ferendum est, vicissim eum odiendo. 35.2.a

Hugonis distinctio circa genera inimicorum. 114.2.a

Multi, lex inimicorum genus, sed capitaliores tres. 114.2.a

Cur inimicorum mors non quærenda sit, sed victoria. 127.2.a

Iniquorum felicitas & fama vmbratilis & imaginaria. 459.b

Turba iniquorum cùm facultas est, generali obligatione ferienda. 10.8.c

Iniquitas vt transire dicatur. 7.2.a

Nomen iniquitatis pro pœna ipsius vsurpatum. 49.d

Iniquitates & vsuræ nominibus subintellecta omnia peccata quæ suggerit diabolus. 415.b

Portare iniquitatem pro ferre pœnam & supplicium. 349.d

Ab initio fieri quidpiam & in principio, vt distinguenda. 457.d

Iniuria quæ atrocissima. 44.c.2

Quanta sit opus patientia his qui afficiuntur iniuria. 1.2.c

Prestis remedia ad patientiam comparanda sparsim. d.2

Duplicem iniustus, qui iustitiam fingit. 96.b

Inutile & gratis synonyma a Tertullo. 318.c

Inuitis semper grauia verba iudicum. 71.2.2

Innocens de supplicio alterius quomodo lætari non potest. 110.2.c

Innocens pro studioso ac simpliciore interdum. 199.2.2

Etiam innocentibus inferri interdum supplicia. 111.2

Sanguis innocens per detractionem condemnari cernitur. 981.d.2

Innocentia omnium virtutum regina. 1068.d.2

Innocentia non significat solam priuationem malitiæ. 631.c.2

Medicina eorum qui extrema premuntur inopia. 61.2.c

Ex inopia solet nasci discordia. 395.b

Inscitiæ male reprehensus interpres. 194.c.2

Differentia inter iniquitatem, & iniquum. 941.c.2

Insipientium genera quinque ab Augustino assignata. 569.c

Contra insolentes & impotenter se efferentes, monitum. 241.b

Inspicere quempiam quid sit. 31.b

Insularum in mari indico numerus & aliarum alius locis. 41.2.2

Intellectus manuum vt dicatur. 5.2.d

Intellectum habere in lingua non in manibus, quid sit. 63.2.d.2

Intelligentis lingua vt se gerit. 5.2.c

Intendere quid significet. 33.b

Intemperanti vincere non est. 967.a.2

Circa Latinum interpretem obseruatio. 175.2.c

Interior homo magis habet quod Deo offerat. 79.c.2

Interioris perfectionis cura potissimum apud nos esse debet. 239.d

Intingere pedem in sanguine, quid sit. 111.2.c

Per quod intumescunt homines, per hoc inanescunt. 449.a.2

Suis inuentis multi perierunt. 687.c.2

Inuidia nihil stultius quæ suum autorem excruciat. 430.c.2

Inuidentiæ vitium hominibus infitum. 639.a

Inuidorum conditio. 20.2.b

Inuocatio vt ordinata sit, à Dei laudibus inchoanda. 499.d

Inutiles qui dicantur & quomodo. 19.b

Super loco Ioannis Athanasij admonitio. 342.b

Iobi locus elucidatus. 371.2.2

Ionadab etymon. 367.b.2

Iordanis diuisio qualis fuerit. 488.d

Iordanis amœnitas. 224.c.2

Cur à Dauide opponatur Nilo. c.d.2

De Iordane quæ narrentur. 224.d.2

Ioseph distractio facta pretio, cuius rei typus. 323.d.2
Somnium Ioseph melius in Christo completum quam in ipso Ioseph. 412.c.2
Nugæ Hebræorum de sepulchro Iosephi. 615.a.2
Commentum Iudæorum de LXX. idiomatis, quæ Gabrielem, Iosephum docuisse tradunt. 678.a.2
Historia loci Iosue mysticè tractata. 242
Loci Iosue expositio. 151.d
Nutu Iouem tremefacere Olympum, vnde dictum. 140.2.a
Iouis, Veteris appellatio vnde. 171.2.a
A bono Iob bonus cœuure. 471.d.2
Ira laudabilis quæ. 159.d.2
Ira cur descendere dicatur. 583.d
Ira & zelus in Deo non sunt perturbationes. 69.c.2
Iram excitare aliquem & iram, vt differant. 582.b
Ira in Deo quomodo sit. 547.a
Ira Dei qualis sit. 139.2.b
Iræ furoris que hieroglyphicum Ægyptium. 460.d
Trium iræ formarum distinctio. 541.a
Causæ iræ diuinæ quid. 892.b.2
Iræ diuinæ vis quanta. 583.c
Iræ communia. 56.b
Iram effundere vt dicatur aliquando Deus. 546.a.2
Iracundorum extremum quoddam genus, qui amari dicti. 273.d
Irasci citra odium quis potest. 56.b
Nil est longius quàm ire quam à se recedere. 461.c
Non potest definiri quo tempore Iris excitetur. 865.b.2
Iris in circuitu sedis à Ioanne visa quid designet. 178.c
Iturææ loci interpretatio. 341.a.2
Israel tribus decem designantia nominatim tribus duas. 555.e
Tribus Israel duodecim, per totidem diuisa itinera transiuisse in mari rubro vnde colligant nonnulli. 302.b
Sententia Rabinorum de decem vicibus, quibus Israelitæ Deum tentarunt. 699.a
Israelitæ nostro. 308.b.2
Tribus Israeliticas quatuor imbmergi sponte voluisse ne in Ægyptiorum manus incederent, ait Philo. 615.c.2
Israelitarum corpora ab aqua portata in exitu de Ægypto R. Samuelis Mattochiam error. 240.b.2
Populum Israeliticum tam lentos progressus in terram promissam, per desertum cur facere voluerit Deus. 274.c
Iterum idem quod frequenter. 591.d
Iubilæus ad quid valet. 235.b.2
Cuca iubili vocem Chrysostomi monitum. 235.a.2
Quod sit iubilare. 984.c.2
Cor Iudæ proditoris vt appropinquasse dicatur, & corda Iudæorum. 59.2.c
Ad execrationem proditoris Iudæ nomen à nullo Christiano postea vsurpatum. 44.2.d
Qui velint bonum aliquando fuisse Iudam, & amicum Christi, & communis cum sanctis esset, errare qui asserant naturæ salutis incapacem. 47.d
Iudæa orbis habitabilis vmbilicus & medium. 480.c.d.2
Iudæa, Samaria, Galilæa sub Palæstina comprehensa. 138.b
Similes Vriæ vt dicantur Iudæi, & plura de iis. 127.b
Causa cur Iudæi propiores Christo, eum non viderunt, sed Gentiles longiùs remoti. 1034.d
Omnia quo Iudæi quæcunque de inimicissimis sibi Romanis dicuntur, ad Romanos transferunt. 153.b
Christi occisores Iudæi spreuerunt vniuersam legem & testamentum. 58.c
Iudæi nimis addicti Genethliacis. 99.2.a
Iudæis & aliis Christi persecutoribus commemoratio locus psalmi 57.8. 1042.a
Ingressus Ierusalem Iudæis inhibitus, eiecto Adriani. 120.c
Iudæis non gratia sufficiens, sed efficax defuit ad credendum. 961.a
Locus ab Augustino de Iudæis expositus. 871.b
De Iudæis Christum ad mortem appetentibus loci interpretatio. 198.2.b
Augustini de Iudæis toto orbe sparsis, & quare, interpretatio. 126.b.2
Nationum Iudæorum vitium, obstinatio, cœcitas dura, & alia. 200.2.2
Superbæ Iudæorum ad Christum interrogationes. 130.a
Duplex Iudæorum iniquitas. 201.2.b
Mala Iudæorum distinctè enumerata. 103.d
Stultus metus Iudæorum, dum timent perdere terram, perdidisse cœlum. 20.c
Iudæorum refutatio negantium causam destructionis suæ esse mortem Christi. 318.b
Iudæorum immane scelus in Christum per maledicta. 87.2.b
Populo Iudæorum captiuo titulus conueniens. 65.d
Iudæorum etiam hodie fluxus sanguinis & pallor, in opprobrium. 627.a
Iudæorum opprobrium ingratitudo. 574.c
Mysticus sensus de Iudæorum sub finem conuersione, & Gentium. 120.a
Iudæorum sub Romanis internecio. 297.a.2
Sensus mysticus de Iudæorum vel gentilium conuersione. 132.c
Stoliditas Iudæorum credentium Deum inire consilia cum Angelis, refutatur. 817.c.2
Primum murmur populi Iudæorum ad alimoniam cur tolerarit Deus. 584.a.2
Iudæorum vocabulo dictus totus populus post captiuitatem Babylonicam. 148.2.d
Iudæorum etiam hodiernæ execrationes blasphemiæ. 150.2.c
Iudæorum seruatæ gentis causa. 128.c
Nulla orbis pars expers calamitatis Iudæorum. 128.2.b
Orbis totus vna quasi columna calamitatis Iudæorum. 128.2.b
Dispersio Iudæorum quanta. 128.2.b
Iudæorum opprobrium quale & quàtum. 85.2.c
Contradictio Iudæorum aduersus Christum. 41.c
Iudæorum omnium ad vnum iugulatio decreta & prohibita. 127.d
Sermo nequam Iudæorum contra Christum firmatorum. 200.d
Qui libri Iudæorum permissi, qui non. 127.b

Iudæos sibi subditos cur toleret Ecclesia. 127.b
Iudæus ex radice sancta, Gentilis ex infecta. 14.c
Iudaicus populus cur à Iacob nomen accipiat. 553.b
Iudaizat quodammodo qui est in peccato pertinax. 100.a.2
In portis ciuitatis ius dicere mos apud Iudæos. 329.d.2
Acquisitio iuris præsentem quodammodo rem facit. 159.c
Iurisiurandi, pacti, fœderis quanta religio. 58.c
Iurisconsultorum quæstio. 6.a.c
A Deo iudice fugiendi via vndique deest, quia vbique est qui iudicat. 505.c
Circa iudices & magistratus Constantini lex aurea. 1074.c.2
Mos iudicum intra cortinas se continendi, quum ferrent sententiam. 33.d
In iudicio generali iudicium erit pro damnatis, iustitia pro bonis. 856.c
In monte Oliueto iudicium futurum. 635.c
Iudicium debet omnis Iudex; de misericordia verò deliberandum an expediat an non. 1066.c
Iudicium & iustitia, synonyma. 397.c
Iudicij dies quanto longius differtur, tanto cùm venerit de illo districtior sententia procedit. 145.b
Iudicij futuri egregium symbolum. 502.a.2
Iudicij dilectio regè reddit honorabilem. 1045.c
Commune consortium iudicij sanctis cum diaboli iocus non vult Deus. 435.a
Iudicij & iustitiæ distinctio. 397.b
In die iudicij, non licebit dicere, Non noueram bonum. 178.a.2
Hugonis recta documenta de iudicijs hominum. 97.c
In iudicijs vacuum in medio subsellium Deo constituunt Æthiopes. 697.c
Iudicium apud homines naturale per quod ab iniquis bona facilè discernunt. 96.a.b
Iudicare idem quod regere ac gubernare. 396 c. 2
Ad rectè iudicandum quæ requirantur. 97.b
De formula loquendi, Iudicet te Deus. 25.a.2
Iumentum Christi esse debemus. 455.a
Iuppiter Papa, Pappæus. 851.b
Penitus vitanda iuramenta, vt excessus cohibeatur. 194.a.2
Hebræis vsitata iuramenta. 146.d
Iuramenti formulæ. 194.c
In omni iuramento nomen Dei aliquo modo includi. 195.a b
Deus non vtitur iuramèto imprecatorio. 864.c.2
Christianorum generale quasi iuramentum quo se obligant Christo. 194.d.2
Iuramentum non necessarium prohibitum. 194.c
Iuramentum per creaturas, non per Deum & in Deo, prohibitum. 194.c
Laus promissa iurantibus in Deo, quid item requirat in iurante. 194.a.c
Solemnis & religiosus iurandi Domino modus. 194.a.c
Iurare in Deo siue Christo, pro ei se deuouere. 195.b
Iurare Deo, Deum, in Deo, in Deum, idem. 195.a
Iustificatio quid sit. 131.a.2
Iustificatio impij quanta fortitudinis opus. 134.d
Iustificationem impius in se facere per se non potest. 15 c.2
Iustinian: Imperatoris error. 312.b.2
Apta iusti cum cultu Dei comparatio. 13.a.c
Mystice iusti, cœli dicti: peccatores, terra. 94 2.d
Iusti si turbentur ab inimicis: iidem inimici turbabuntur à Deo. 270.a.2
Virtutem esse in oculis iusti. 932.b
Iusti florentis; vlchritudo & suauitas palmæ, generis propagatio cedro comparatur. 947.b
Nullus odit iustum, qui non oderit Deum. 265.c
Iustum nihil lædit. 0 2.c
Iusto quomodo lætandum de alieno supplicio. 110.a.c
Cuius iusto Deus in hac vita ostendit dura. 141.a.d
Iustus pro eo qui fidem habet. 111.c
Vir iustus in medijs tribulationibus, bis purato corde vt dicatur. 90.c
Iustus aliquando dolet quòd non puniatur improbus. 965.b.2
Nunquam iustus solus est. 39.a.d
Iustus non timet mala, quia Deum secum habet. 197.a
De iustis vexatis non malè sentiendum. 111.a.a
Iustis conueniens timor. 12.b
Iustorum & reproborum lapsus dispar. 62.a.c
Omnia iustorum ossa custodit Deus, ita vt vnum ex eis non conteratur. 21.a.b
Iustorum descriptio, dici, sperantes in Domino. 380.c.2
De iustorum lætitia quum vident vindictam Dei, 12.c
Cur etiam iustos vino compunctionis potari vult Deus. 142.a.d
Iustos quotidam cur rapiat Deus maturius. 109. 2.d
Semel habita vera iustitia potest amitti & quidem irreparabiliter. 7 4 .a.2
Iustitia interdum pro bonitate. 217.a
Iustitia qua iusti sumus & grati, est nobis inhærens. 1046.a.2
Iustitia nostra, vt dicitur Dei solius. 384.d
Iustitia tantum labiorum non esse debet, sed etiam ratione naturali dictante. 96.a.c
Iustitia pro misericordia. 217.b. 381.d
Iustitiæ & pacis crebra coniunctio in scriptura. 595.c
Iustitiæ pro misericordijs. 50 .c.2
Iustitiæ diuinæ non emollire optimorum virorum fortitudinem materialium donationibus. 434.c
Iustitiæ nomen pro misericordia. 368.c
Ad iustitiæ diuinæ maiorem cognitionem atque reuerentiam pertinet, sensim ac paulatim delere, non omnes vna tunditus semelque delere. 126.a.a
Iustitiæ sermo communis, sed æqui iudicij iudicium & consuetudo, parentum. 96.c
Deorum numero adscriptum iustitiæ nomen. 69 . a 2
In iustitiæ virtutisque omnis studium semper incumbendum, etsi iusti vexentur. 111.a.a
Iuuenes à iuuando dicti. 372 b
Iuuenis ad meliorem frugem redeuntis insigne exemplum. 549.a 2
Iuuentus adolescenti tribuitur, & adolescentia Iuueni. 371.c

BIBLIOTECA NAZ ROMA VITTORIO EMANUELE

Qui iuuentutem impendit in vitiis, & pœnitentiam reliquit ad senectutem, quid agat. 125.b

K

Littera (k) damnationibus affigi solita apud iudices antiquos. 400.c.2
Littera(k)pro(c)vsus. 400.d.2
Literis k.c.vel(kk)quid significatum. ibid.

L

Celebris historia de gestante in prælio labarum. 922.c.& a.2
Labia distinguere,quid sit. 249.a
Homo qui laborare detrectat, mancus homo est ac veluti implumis. 434.c
Qui in labore hominum non sunt, in labore dæmonum erunt. 434.c.2
Religiosis lac apponi: vinum ei qui tribulationibus torquetur,Bernardi obseruatio. 142.2.d
Calidæ lacrymæ flentium, frigidæ verò ridentium. 657.c
Lacryma Christi iugiter in Galliæ quodam oppido perdurans. 76.d
Lacrymæ vnionibus & margaritis similes. 659.a
Laudabilium lacrymarum causæ multæ. 76.2.b
Lacrymarum pretium apud Deum. 76.c
Tum Christi, tum matris lacrymarum in Ecclesiis quibusdam asseruatio. 76.d
Lacrymas vitæ spirituali necessarias natura aptè communicat. 537.a
Allusio ad lacrymas populi Israel. 76.c
Quæ summa lætitia. 270.c
Lætitia de Deo vt dicatur. 146.2.a
Lætitiæ symbolum lux. 1027.b
Lanæ proprietates humilitati conuenientes: lini, virginitati. 406.b
Ad lanæ & velleris copiam & bonitatem confert multum bonorum patrocinorum copia. 132.b.2
Lapidum nonnullum incrementum concessum. 882.a
Per lapsum an exilium significari possit. 80.c
Laquei à Iudæis Christo parati. 89.2.a
Laquei qui sint. 914.a
Lauare manus, quid sit. 111.2.c
Lauare manus in sanguine,quid. 111.d.2
Vera laus & grata Deo quæ sit. 353.c.2
Laus hominis in finem differenda. 239.d
Antequam quid à Deo petimus, a laudibus incipiendum est. 985.c.2
Contra laudatores maleuolos & beneuolos, verum nimios,arma Bernardi. 362.c
Res grauis in aperto laudare, clam maledicere. 191.b
Qui bene laudare Deum dicatur. 495.b
S. Laurentius viduis præfuit. 1005.a
Laurentij martyrium. 168.2.b
Lazarus mendicus,Ecclesiæ typus. 365.d
Lazarus, peccatoribus puniendis, deduci se per Angelos in æternam requiem est lætatus. 111.b
Lazarus è sepulcro excitatus, peccatorum symbolum. 273.a.2
Lazari etymon. 365.c
Lazari mendici nomen cur expressum: diuitis suppressum. 417.b
Lazari vlcerosi & pauperis pium exemplum & monitum. 134.a
Legis nomen pro vniuersa Scriptura. 128.c
Gratiam implendæ legis habemus ab ipso legis authore. 735.d
Scripturæ omnes libri nomine legis dicti. 318.b
Lex scripta quomodo dicatur æterna. 289.c
Synesis exigitur in imprudentibus, cum à lege communi recedendum est. 969.b
Aliud est legem Dei habere in memoria, aliud in intellectu & affectu. 126.2.c
Legum omnium quæ constitutæ sunt,reddi ratio non potest. 256.d.2
Lei Agnusij proditoris nomen vt pronunciari vetitum. 44.2.c
A Leone Papa IX. sententiæ vsurpatio. 439.c.2
Varia Leonum nomina apud Hebræos. 86.2.b
Leonum comparationis expositio. 104.c
Leopardi milites ab Ignatio qui dicti. 87.a
Phrasis,leuare manus,vsurpatio. 186.b
Quot modis leuandi oculi, anima, vox, manus. 185.c
De Leuiathan,fabulæ confutatio. 484.d
Leuiathan recta diaboli cognominatio. 484.a.2
Leuitarum denominatio vnde. 484.b
Libani proprietates optimè Eucharistiæ conuenientes. 421.c
Sanctæ libertatis exempla. 699.b.2
Liberatus protegitur, ne iterum egeat liberari. 933.d
Liber vitæ, viuentium, & deleri è libro vitæ,aut in eo non scribi,quid sit. 350.d
Libri nomen absolutè quandoque pro libro vitæ. 351.2.2
In malam partem nusquam vsurpatum in S.Scriptura. ibid.b.2
Liber in quo omnes scribi dicuntur, quid comprehendat. ibid.c
Libri aperiendi ad indicandos mortuos, qui. ibid.b.2
Liber mortis diabolo attributus. 351.c.2
Vltimus liber vitæ pro beatitudine ipsa. 351.d
Distinctio libri vitæ & libri iustorum. 352.a
De quo libro vitæ deleri Mosem petiisse nonnulli volunt. 350.c
In libro vitæ qui scripti propriè dicantur. 350.c.2
Neminem in libro vitæ scriptum, vnquam deleri. 350.c.2
In libro vitæ scriptus vt deleatur, vt non. 351.c.2
Mittere lignum in panem quid sit. 341.c.2
Limax sale super eum proiecto totus fere liquefit. 106.2.b
Lingua non multum forma distans à gladio. 88.a
Lingua quomodo dicitur cogitare. 5.2.d
Lingua, gladius acutus dicta. 6.c
De lingua parœmiæ 88.c
Maledicæ ac fraudulentæ linguæ comparatio. 60.2.c
Infirmatæ linguæ quæ dicantur. 206.2.c
Linguæ maledicæ descriptio, comparatio cum lingua serpentis. 88.b
Linguæ iaculum, gladius, sagitta quàm noxia. 87.c
Diuisio linguarum pro consiliorum dissipatione. 41.c
Quæ citiùs liquefiant, quæ tardiùs, quæ nunquam. 502.b.c
Si lites absint, vita beata est. 660.a
Gentes neque lites neque forum habentes. 660.a
Subditorum liti contra Principes potiùs faueudum. 699.d

qui principes hoc voluerint. ibid.
Lucretius etymologia. 224.a.2
Lucretius tyrannus in Oriente. 607.c.2
Lucrum in ore quid sit. 123.a
Lucretius Tarquinius aculo ingiter lucentes. 14.2.c
Lucullus & Parthorum supplicium exemplare. 1.c.2
Lucij III. Papæ symbolum. 751.a.b
Lucri qualitas negotiantem excusat aut arguit. 585.c
Ludouici regis factum memorabile. 104.d
Luminis boni & mali distinctio. 838.b.2
Lunæ mysticæ significationes. 402.a.2
Lunam quo pacto imitari oporteat. 402.b.2
Cur hominem à lupo vitum prius, desetat vox. 316.b
Lusitanorum & Hispanorum in Orientem nauigationes pro fide in Christum. 308.c
Luxorum sex generum distinctio. 333.a
De Luthero & Thoma Munzero historia. 123.2.b
Luto inhærere quid sit. 353.b

M

MAchiauelli consilium impugnatum. 107.4.b
Macte, magmentum quid sit. 364.b
Ex qua regione Magi venerint, controuersia 412.d.2
Quorum vnus magister à iuuentute non est Christus, sed Aristoteles aut alius, eorum reprehensio. 385.d
Magistri sententiarum improbata argumentatio de charitate qua diligimus Deum & proximum. 170.c
Magistratus optimi cum perito sagittario comparatio. 205.d
Magistratus etiam in priuata domo rectè se gerere debet. 1065.d
Magnificate supplantationem est grauiter conculcare. 67.2.d
Verbi magnificandi vsurpatio. 364.c
Variæ opiniones de voce Mahederb. 791.d.2
Mahometes, vnde ortus. 713.c
De Mahomete loci interpretatio. 470.d.2
In maiestate quæ notentur. 425.b.2
Maiorum exemplum caulantur posteri. 618.c.2
Maiorum meritis non est tidendum, si ab eorum moribus degeneres. 628.c
Phrasis Gallica, estre de bonne maison. 10.2
Vocis maison mutuatio. 790.c
Fratri maledicere volentes abigendi & auertendi. 1072.c
Maledici lingua trifulca. 88.b
Quæ grauior maleuolentia. 26.d
Qui alteri malum persuadet, & ad peccatum pertrahit, occidit animam illius. 87.2.c
Nullum malum pœnæ per se malum est. 1021.c
Fieri malum non virtutis sed infirmitatis est. 4.2.2
Mali, non homines absolutè, sed quasi cadauera hominum. 4.2.c
Malus non est quis, sed quasi quis. 347.c
Intentata sibi mala, in libris vertere ac deprecari, vt non caret iusta ratione. 28.2.a
Mala posse, nihil est posse. 4.2.c
Mala in inferentes iuste reuertentia. 28.2
Alieno malo sapere, beneficium diuinæ gratiæ. 593.c
Malorum & bonorum carta diuitias & prosperitatem æquitas etiam vitæ mutabilem temperare nem iubet. 443.b
Malos nonnulla pelle. 4.2.c
Mammona iniquitatis quo sensu vocet diuitias Christus. 175.b
Manducatio prima causa humanæ miseriæ portat o. prima seruitutis. 591.b.2
In formulis loquendi, manè, de luculo, in matutino, diligentia notatur & sedulitas, etiamsi quid non hat tempore matutino. 181.b
Manè plura bona facta sunt. 809.d.2
Vocule manè expositio. 15.2
Vnde milites manipulares dicti 888.a.2
Manipulorum fœnoreum vsus, pro vexillis. 888.a.2
Ritus eleuandi manus in oratione. 185.2.c
Manus expansa pro Dei beneficentia & clementia. 57.2.d
Leuandi manus multiplex ratio. 469.d
Manus pro viribus, potentia. 370.2
Manus gladij cur dicantur. 192.2.a
Manus inferi quid denotet. 874.b
Quomodo viripetunt manus. 991.d
Manibus exquirere Deum quid sit. 534.d
Manibus exquisitus Deus, cum operibus exquiritur. 555.b
In manibus suis qui vult aliquid inuenire, non contemnat manus manes pauperis. 521.2
Manuum eleuatio ad orantis ritum. 185.2.a
Per mansuetudinem quid intelligant nonnulli. 898.c
Manna cur cibus Angelorum vocaretur. 78.c.2
Inter manna Mosaicum & panem Christi quindecim differentiæ. 583.c
De manna Iudæorum, & aliæ similes narrationes. 84.b
Manna duplici rore tectum. 275.b.2
Mannæ miraculum adeo vario sapore ad mentis arbitrium, in vi nutriendi, & alia. 586.b.2
Loci Marc. 5.39. ad quotuis hideles applicatio. 126.d
Sensus accommodatitius de B. Maria. 84.d.2
Matri virgo cui nata videatur mense Septembri. 216.c.2
Maria Christifera ab Ignatio constituta. 455.b
Symbolica Terræ imago de Maria virgine. 270.a.2
Honoris causa nulla Polona fœmina Mariæ nomine appellatur. 165.b
Mariæ virginis cum vellere comparatio. 422.c.2
Matris agitatio & conturbatio per vomitum ad valetudinem conducit. 1.2
De matris vtero magis recepta sententia. 8.c.2
Matris tubri diuitio celebrior quam Latinorum. 428.c
Matris tubri scissione quid significatum. 41.2
In matris commotione & profunditate spectanda & admiranda. 220.2
Matris vterus admirationem habet 958.c.2
Matris diuisi miraculum vt à nonnullis 275.b.2
Mare rubrum vnde cognominatum. 62.2
Mare quomodo pertentatum designet. 230.
Marium diffusio in plaga meridionali. 842.b.2
In morte B. Matthæi quæ narrentur ab Hugone. 579.2
Martini diabolo aduersantis responsum. 70.
Martyrum in tormentis alacritas. 485.d.2
Martyrum aliquot meritis genus. 5.2.2

Deus quomodo in martyribus iratus quomodo misertus. 139.2.c
Lugdunenses Martyres cur nomen martyrum recentarent. 864.a
Maculorum nomina pro femininis, & vicissim. 354.c
Vnde Gallicum (masque) ortum habere potest. 437.b.2
De Matthæi Græco interprete controuersia. 564 b.2
Locus Matthæi 1. 25. expositus. 76.c
Diabolus matutino tempore magis tentat. 1078.c
Matutinorum antiquitas & auctoritas. 188.2.d
Matutinum tempus aptum religioso muneri. 92.1.c
Mauritij constantia in filiorum iugulatione. 951.c.2
Maximiani abdicatio ab Imperio. 202.d
Distinctio medicinæ spiritualis. 808.d
Esse quid in medio, phrasis Scripturæ. 43.2.b
Meditatio Christianorum & omnium qualis esse debeat. 541.a.2
Meditationis & exercitationis vocum acceptio. 34.2.c
Eruditio magna ex meditatione mortis. 901.d
Meditandi verbum pro vocis quoque prolatione. 189.a
Melaniæ Romanæ sapiens admonitio. 328.a.1
De vocis Maëleth significatione. 17.c.2
Melle amato vescebatur Ioannes. 693.c.2
Mellis proprietates bonæ, & malæ. 691.b.2
Dei memores esse oportet in strato ægritudinis, & mensæ ac refectionis. 188.d
Meminisse cuiuspiam aut memorem esse, pro rependere. 491.b
Memphis caput Ægypti. 575.c
Mendacium ferri de vitium. 237.d
Mendaces in stateris qui dicantur. 173.2.d
Mensa malorum cum maledicitur. 343.d
Mensæ mercatoris, voluptuosi, ebriosi, quæ sit. 343.d
Amici mensæ, falsi amici. 9.b
Mensæ nomen pro prandio cœnave. 581.c.2
Mensæ nomine omnes deliciæ & bona: eiusdem vocis aliæ acceptiones. 343.b
Ad mensam tanquam ad carcerem & tormentum accedendum est. 69.c
In mensis ministrare sibi ipsis soliti prisci mortales. 581.d.2
Mentiri, pro spem frustrari. 237.c
Mentiri pro subiicere se, Hebræorum phrasis. 237.c
Mentiri alicui quid sit. 237.d
Mentis cæcitas opposita dono intellectus quid sit. 107.2.d
Grauissima pœna cæcitas mentis. 108.a
Cæcitatem mentis quæ inducant 108.b
Merces operi hominum parata. 112.2.b
Meretrix vnde dicta. 461.d.2
Meritorum radix. 745.a
Maxima meriti ratio ex gratia est. 977.c.2
Cum gratia Dei meritoria opera exercere possumus. 113.2.d.
Mesopotamia Gallorum vnde ortum. 7[illegible]a
Mesopotamiæ etymologia. 137.c
Iudæorum obiectiones de Messiæ nondum aduentu. 61.a
Graui s metus quid pariat. 3[illegible].b
Midenarium, pro tempore indefinito accepti. 885.d
Voluntarium ministerium quàm Deo gratum. 29.c
Mirabilia solùm Deus & Christus facere dici possunt. 424.c
Mirabilium in cœlo, terra, mari, inferno, distinctio. 499.c.2
Miscendi verbum pro propinare vel condire potionem. 510.b
Miseris illud vltimum, miserationem perdere. 338.c.2
Nihil miserius misero non miserante seipsum. 6.2.d
Nihil tam miserabile quàm ex beato miser. 449.c.2
Cur misericordia in Scriptura priorem locum crebrius obtinet sed potestas, in psal. 61. 178.c
Misericordia magis à Deo diligitur quàm iudicium. 1066.b
A misericordia Domini proficere incipimus, & in bona spe ipso largiente feruamur. 258.d.c
Misericordia Dei omnibus rebus optabilior. 184.2.a
Nemo propheta Dauide crebrius de misericordia Dei mentionem facit. 136.2.a
Dei comites misericordia & veritas. 94.b
Misericordia Dei & nostra vt dicatur. 125.2.a
Misericordia & patientia diuina non abutendum. 597.b.2
Misericordia pro beneficio non ratò. 119.2.d
Misericordiæ est eum cui iuste sis natus, in gratiam reuocare. 139.2.a
Altior locus misericordiæ Dei assignatus, quàm iustitiæ & veritati. 942.a.b
Misericordiæ spiritualis opus. 758.a
Dei maximè proprium misereri semper & parcere. 139.2.b
Misereri pro quidpiam tribuere: & non misereri è contra. 119.c.2
Deus non misereretur nisi irascatur & quare. 139.2.d
Missa à mincha non bene deriuatur. 1008.a
Mitræ cornua duo ad quid. 504.a.2
Moab sine patre diabolus est, cui fidit improbus. 150 2.c
Caligo mœroris & formidinis superat tenebras noctis. 37.d
Mœsto ac lugubri argumento quæ non conueniant. 2.d
Molas leonum quid vocet Hieronymus. 153.2.a
Cur monachi Ægyptiaci alioquin & indocti tantis virtutibus ornati. 582.b
De maximo monachorum numero & multiplicatione in Hibernia loci in psalmis præmentis vsurpatio. 224.c
De Mondragonio in insulam Zelandicam pedibus peruenientes, quæ narrentur. 575.c.2
Cornu monocerotis venena expellens. 629.d
Contra monotelitas sententiæ applicatio. 476.a.2
Deliramentum Montani ab Hieronymo confutatum. 841.c.2
Montes quid mystice significent. 1020.b
Diluuij tempore montes tantum extitisse credentium improbata opinio. 219.b.2
Montes cum terra creatos qui velint, qui alter. 219.b.c.2
Montes quomodo accipiendi. 881.a.2
Multiplex e montibus veritas. 219.a.2
Montium ardentium nomina. 721.a
Montium ardores finiet velut præludia æterni supplicij per ignem. 721.b

Montium altissimus vix excedit sexaginta millaria. 988.a
Deus solus exactè montium altitudines dimetiri potest. 987.d.1
Iuxta viam olim monumenta. 809.a.2
Plurimi in optimos mores de pessimis transierunt. 417.a
Moribus antiquis stare res debent. 683.c
Circa Moriscos quid actum in Hispania. 1070.a
Morus arbor sapientissima. 610.d
Ante Christi mortem idem erat mori & descendere ad inferos. 50.d
Variæ circumlocutiones pro eo quod est mori. 107.2.c
Mors, dea, Noctis filia & Erebi. 107.2.d
Mors vt dicatur super aliquem venire. 49.2.b
Quomodo mors vocetur mansuetudo. 898.d
Violenta morte pereuntium terram apprehendere consuetudo. 410.c.2
Domini exitus mortis vt dicantur. 295.c
In mortis articulo cura Dei potissimùm necessaria. 377.c.2
Metus mortis morte grauior. 36.2.c
Distinctio inter mortem & infernum. 50.c
Mortem venire super aliquos, & descendere in infernum viuentes, sensu mystico vt exponat Augustinus & alij. 50.e
Mortuorum in bello summus honos apud Gentiles. 637.c
Mosis vxor Æthiopissa quorum figura. 306.c
Mosis leprosę manus interpretatio. 479.c.2.480.a
Hebræorum opinio Mosem opera omnia nominis Dei admiranda efficacia patrasse. 1043.a.2
Vt sacerdos sit Moses tria requiruntur. 1049.c
Moses quare Propheta vocatus. 879.a
Toto tempore peregrinationis in deserto sacerdotis officio non functus est Moses. 1049.a.2
Moses legislator quare vocatus. 879.b.2
Moses seruus Dei nominatus. 879.b
Vtrùm Moyses an Dauid in dono Prophetiæ excellentior. 1050.a.2
Quoties Moyses & Aaron simul nominantur, Moyses priori loco ponitur. 1050.d
De Moysis sacerdotio controuersia: & rationes in vtramque partem. 1049.e
Multi, pro impudentibus, viliore multitudine, vilissimis quibuslibet. 374.c.2
Cur non in multitudine gloriandum. 128.2.c
In multitudinis numero vis. 38.d
Mulum mulámve inter animalia à Deo creata, minimè esse. 3.b
Mundus fanum quoddam sanctissimum & maximè Deo dignum. 526.d.2
Mundi creatio & constitutio pro miraculo propriè non habentur. 219.c
De mundi duratione confutata opinio. 885.b
Qua custodia muniendi muri nostri. 42.2.d
Transiliendis muris periculum. 43.c
Murorum veneratio. 43.c
De muscis in Anglia segetes depascentibus prodita. 583.a.2
Quadragesimali tempore instrumenta musica prohibita apud nonnullas Ecclesias. 92.2.c
Musicæ vtilitas in conuiuiis. 330.a.2
Myrtili clypeus. 917.d

N

NAsci, in scripturis pro manifestari. 785.a.2
Nathan cur peregrinum posuerit in parabola ad Dauidem. 51.d.2
Natiuitatibus sibi quædam deferri & cursu stellarum vitam hominis gubernari, malè arbitrantes. 439.d.2
Natura humana Dei gratiam meretur, quia ipsius imago est. 872.b
A natura parente & auctore omnium mitas excitari voluptates probat Aristoteles. 939.b.2
In statu naturæ corruptæ, lumen rationis practicæ quale. 96.2.a
Eorum refutatio qui cœlestia tribuant naturæ, cœlóque à diuina gratia eximant. 94.d
Naturæ reuerentia crudeles non tangûtur. 609.b
Naturæ miseria. 819.b
Opera naturæ ineuitabilia. 387.d
Sola benignitate & gratia Dei assumptam humanam naturam à verbo absque præcedentibus meritis. 126.c.d
Nauis absque remis & velis Lazarum, Martham & alios miraculosè Massiliam aduehens: & similia exempla. 558.c.2
Nausea Iudæorum circa coturnices qualis & quanta. 121.b
Nazianzeni monitum. 64.2.c
Nazianzeni votum pro tranquillanda tempestate, & visio matris illius super illud alteri oblata. 314.b.2
Nazianzeni locus de se citatus. 314.b.2
Nebiensis obseruatio. 189.2.c
Nemo despici debet, quoad viuit, etiam si magnus videatur peccator, sed honorari. 417.a
In neomenia non vacabatur ab opere. 675.a.2
Nequitia propriè quid dicatur. 51.d
Nequitia de quolibet ex septem peccatis mortalibus. 439.a
Nestor πρῖτος ἰδὼν, vel πρὶν ἰδὼν quare nominatus. 881.c
Nicephorus compendiarius aliorum transcriptor. 163.2.a. Euthymij exscriptor. 28.c.2
Nicolaus Papa contra Michaëlem Imperatorem agens pro titulo crucis Domini Latinè scripto. 82.d
Nicolai Papæ III. vsus hemistichij pro symbolo. 83.e
Nicolai Papæ I. ad Michaëlem Imperatorem monitum. 128.2.c
Vox Gallica (nier) vnde ortum habere possit. 865.d.2
Ad nihilum deducere quid sit. 123.2.c
Ostij Niliaci quod Saiticum vocatur, denominatio. 575.c
Vnicus Ægypti fluuius Nilus. 604.b
(Niño) Hispanorum vnde ortum. 423.b.475.c.2
Niuium vi adobrutus exercitus. 286.c
Noë factus est reconciliatio tempore iracundiæ. 56.2.b.877.c
Nomen Dei, pro Deo. 16.2.159.c.2
De vocibus nominis Dei. 25.2
Nomen proprium patronymicè sumi potest Hebræorum more. 301.b
Nomen pro syngrapha siue tabulis. 417.b
Ne nomini ac ordini suo ignominiæ inuret notam, cura vniuscuiusque Christiani, clerici & religiosi esse debet. 321
Vox nominis pro posteritate sumpta ab Agellio 422.a.2
Multi nomine quo vocãtur nõ sũt digni. 1044.a.
Nominum in (vs) vocandi casus definit potiùs in (vs) quàm in (e.) 563
Nominum propriorum etymologiæ pro ipsis nominibus positæ. 516.

Nomina officij ac muneris, non propria. 716.a
Minoris ætatis nomina pro ætate grandioribus. 354.c
Locis nomina imponere ab euentu, familiare Hebræis. 583.d
Ex nouacula comparationis rationes. 6.c
Nouaculæ proprietates tropologicè expositæ. 6.a.b
Nouatiani negabant peccatoribus pœnitentiam. 657.c.2
Rerum & vocum nouitas vitanda. 683.b.2
Noxium relinquere, metu suspensum, melius est quàm immeritum cum eo perdere. 1078.b
Nubes pro cœlis. 309.a
Nubium nomen Apostolis tributum. 225.a
Nudorum ephœborum apud Lacedæmonios decimo quoque die inspectio. 436.d.2
Mystica interpretatio loci Numerorum, de Balaam. 123.c
De numine diuino non bene sensit Homerus. 873.d.2
Vocularum nunquid, nonne, denotatio. 544.c.2
Nuptiarum nouarum ritus ignem apponendi cum aqua in limine domus. 247.d.2
Nutricis affectus. 952.a

O

QVomodo dicatur Deus obdurare corda hominum. 993.b
Obededom Gethæus vnde dictus. 2.a.c
Contra obesos & pingues mulctæ & ignominia. 436.d.2. etiam mulieres. ibid.
Obfirmare faciem contra aliquem vt dicatur Deus. 100.d
Obseruatio Kimhi oblationes & orationes sub Messia cessaturas, & vnicam confessionis futuram. 1061.d
In magna obtrectatorũ & calũniatorum molestia, vnũ remedium, totũ se Deo cõmittere. 61.c
Obturare aurem affigendo terræ, & caudam, qui dicantur. 101.2.b
Obturandi verbum vnde tractum. 101.c
Occasio cur rotulæ insistere pingatur. 718.d.c.2
Oculi Domini Sole multo plus lucidiores. 891.c
Oculi & sensus omnes nostri inimici & dæmones cur appellari possint. 540.a.2
Oculorum imperfectiones. 924.c
Exitialis iagitta quæ emittitur iactu oculorum mulieris. 932.c
Oculos inclinare, quid sit. 1072.c.2
Cæcos oculos cur luto curat Christus. 108.b
Oculus septem constat tunicis. 970.b.2
Occursus proprie inter æquales. 118.a
Occursum vt interpretatur Hilarius in psal. 58.6. 117.2.c
Occursu indicari æqualem Patri Filium. 118.a
Odientium iniquè & odientium gratis, discrimen. 318.a.2
Extremi odij exemplum. 57.2.c
Odij fraterni pericula. 36.c
Odio haberi gratis, laudabile. 318.a
Oeneus rex Ætoliæ Cerasus vnde dictus. 510.c
Maioris gratiæ offerre quod non debeas, quàm reddere quod exigaris. 29.2.d
Nihil offertur Deo ditius voluntate bona. 79.b
Ab olea apta comparatio. 14.d
Similitudines à D. Paulo, ex olea & oleastro tantùm sumptæ. 14.c
Olea pacis symbolum vt rectè dicatur. 13.2.a
Olea potus amans: eiusdem putatio. 14.b
Ex olea inunctio Sacerdotum, Regum, Prophetarum. 13.c
Olea puritatis & castitatis arbor credita. 13.2.c
Olea, misericordiæ & pacis symbolum. 13.c
A Rutilio Tauro & alijs de olea tradita. 13.2.c
Contra ferrum proprietas oleæ. 13.2.a
Obturare aurem affigendo terræ, & caudæ, qui dicantur. 101.2.b
Oleæ tardus fœtus, æuum longum. 13.2.a
De renascentia oleæ res miræ. 13.2.d
Oleæ pretium & proprietates. 13.c
Olearum rami proiecti à Iudæis, triumphum ineunti Christo, quid significarent. 14.2.a
Oleum in sacrificio. 13.2.b
Ferre oleum in auriculam. 60.a
Non sufficit esse oleam, sed oportet esse fructiferam. 14.2.b
Oleo tranquillior. 60.a
Oleum misericordiæ symbolum. 845.a.2
Olei proprietas. 60.b
Duo filij olei, in Zacharia, qui. 14.a
Oleastri in oliuam insitio à Paulo, contra quàm agricolæ. 14.d
Olim Latinorum, quid. 891.d.2
Ayguani in oliua obseruatio & applicatio. 13.a.2
Oliuæ nostræ mysticæ pulchritudo. 14.b
Aurea Pygmalionis oliua. 14.b
Arboratorum cura circa oliueta. 13.2.d
Christus ad mõtẽ oliueti rediturus vt iudicet. 14.d
De lignis oliuarum constructio à Salomone facta quid significet. 14.c
Moab quomodo olla spei Dauidi erat. 150.c
Olla pro pœnis. 149.2.c
Ollæ variæ interpretationes. 150.2.d
Olympus totum aërem humidum excedit. 988.a
Non omne pro nullo, Hebræorũ phrasi. 597.d.2
Distinctio circa vocem, omnes. 1192.b
Onyx quid sit. 106.d
Opus veritatis & opus Dei scire quid sit. 14.2.d
Opus bonum non nisi à Deo in nobis, & in Deo à nobis fieri vnde probet Fulgentius. 302.d.2
Non ad opera, sed ad scopum operum Deus intendit oculos. 178.2.c
Primis & nouissimis operatiis cur datus idem denarius. 178.2.c
Nec ipsa iustitiæ opera ad perfectæ beatitudinis meritũ sufficere, absque Dei misericordia. 185.b
Omnia etiam instorum opera non esse peccata. 178.2.b
Opera tenebrarum non abiicientibus, gloria Dei non exsuscitatur. 92.2.c
Opera moraliter bona quæ fiunt naturæ viribus cum concursu generali Dei qualia sint. 125.2.c
Inter opera Dei principatum gerit opus gratiæ. 939.c.2
Opera quæ Deus in nobis operatur quare nostra dicantur. 905.c.2
Opera naturæ mirabilia, sed multo magis quæ sunt in ordine gratiæ. 385.d.2
Opera nostra vt non sunt condigna vitæ æternæ. 178.2.c
Opera iustorum vt condignitatem habent ad vitam æternam. 178.2.d
In operibus Deus modum potiùs attendit quàm rem. 178.2.a
Operibus nostris non pœna tantùm, sed etiam vita æterna redditur. 178.2.b
Distinctio operum. 609.c
Finis omnium operum quis. 806.d
De necessitate operum vltra fidem. 151.c

In corde operari iniquitates in terra quid dicantur. 97.2.c
In corde iniquitates operari, quid sit. 3.2.c
Perus est meditando operari male, quàm temerariè. 893.a.2
Operimentum bonum quod animam tegit. 328.c
Bene munitum oppidum quod dicatur. 43.b
Opum plura nomina apud Iudæos. 353.b
Opum abusus quantopere cauendus. 437.d
Sanctis, etiam ipse somnus est oratio. 188.2.a
Oratio toti generi humano vtilis præsertim Iudæis. 901.c.2
Christo mysticè conueniens oratio. 134.d
Oratio secreta in missa de S. Leone I. vt intelligenda. 418.d.2
Oratio Christo attributa. 117.2.c
Modi quibus oratio amoueatur. 255.d
Oratio deuota laborem gemitus & abūdantiam luctus annexam habet. 315.c.2
Oratio lacrymosa. 76.a
Nulla oratio ipsum Deum præuenit, sed Spiritus Domini omnem orationem bonam, secundùm Ianssonium. 810.a.2
Quæ oratio Christi dicatur non exaudita. 811.a
Oratio cuilibet grauem tribulationem patienti conueniens. 901.d.2
Oratio perseuerans, misericordiæ munus. 255.c
Cùm oratio transire ad Deum non potest, maximum iniquitatis nostræ argumentum, & irati Dei indicium. 255.d
Ingressus orationis in conspectu Dei, acceptatio eius est. 794.c
Cōscientia orationis matutinę quàm bona. 188.d
Orationis vocalis vtilitates. 375.a.2
Orationis & deprecationis distinctio. 33.a
Orationis ad Deum conditiones. 533.c
Grauis & arguens necessitas, vt & magna lætitia ingeminationem orationis parit. 83.d
Orationis ac meditationis effectus, est quandoque defectus quidam, deliquium & extasis. 539.c
Boni nūcij qualitates orationi applicatæ. 794.a.2
Orationi maximè necessarium tempus quod sit. 157.a
Vt orationem nostram nihil impediat, perseuerantia necessaria. 536.a
Sex petitiones seu orationes. 905.c.2
Orationes à Deo quæ despiciantur. 33.a
Vetus orandi ritus. 596.a
Orandi tempora apud Iudæos. 52.2.c
Orandi ordo. 499.d
Deus orandus etiam de iis quæ dare decreuit. 226.c
Cùm rarissimè orandum, saltem ter tamen orandum. 52.2.d
Oranti clamandum velut emendicanti victum quotidianum. 315.d.2
Si Deus præstat quod oratur malum, non exaudit sed punit. 254.d
Orare pro Christo vt dici possit. 418.c.2
Orare publicè non est malum, dum sine proposito vt videamur ab hominibus. 300.d.2
Ne ordini ac nomini suo ignominiæ inurat notam, cura vniuscuiusque Christiani, clerici & religiosi esse debet. 321.c
Error Origenis refutatus. 881.b.2
Origenis erronea opinio. 350.c
Origenis error de salutem consecuturis etiam post iudicium dæmonibus. 358.a
Loci abusus ab Origenistis ad errorem suum de animarum existentia. 145.d
Ornamentum internum quod maximi fit, quale sit. 217.c
Spiritualiter orphani qui dicantur. 271.b
Patris orphanorum & iudicis viduarum nomina ab hominibus despecta, à Deo suscepta. 271.a
Circa orphanos & viduas magistratuum cura. 271.a
Contra afficientes iniuria orphanos & viduas, Isidori Pelusiotæ præceptum. 271.a
Ossa delicta à Saule admissa. 129.d
Distinctio osculorum. 758.a.2
Per ossa qui & aptè possint intelligi. 22.a
Quibus ossa non irrigari aut germinare dicantur. 22.d
Ossa, pro robore, viribus, potentia. 21.2.a
Per ossa spem æternitatis designari. 21.2.a
In suillis ossibus medullæ aut nihil, aut parum. 22.d
Ostendere rem, pro facere. 141.2.c
Ostendere omne bonum pro communicare. 141.2.c
Ova gallinacea Druydæ sinu gestari præcipiebant. 931.d
Ab ouibus quandoque comparatio in malum. 466.d.2
Ouium nomen quandoque in malam partem. 466.d.2

P

HEbræorum pro litera (p) vsus literæ (φ) Græcorum. 66.2.a
Pacatorum, patientum, pacificorum distinctio. 516.c
Palæstini cur ἀλλόφυλοι dicti. 66.2.a
Palæstinæ regionis situs. 842.c.2
Sub Palæstina cur etiam Iudæa comprehensa. 66.2.b
Palæstinorum nominis etymon, mystica interpretatio, origo, regio. 66.2.b
Palma & Cedrus Symbola sunt bonæ patientiæ. 951.c
Quare palma victoriæ symbolum. 947.b.2
Qualitates palmæ. ibid.
Collatio palmæ, & cedri succi cum fructibus sanctorum operum. 948.a.2
Palmæ cum iusto in florendi modo collatio. 948.b
Vnde ortū nomen dominicæ palmarum. 947.c.2
Palmata vestis dabatur triumphantibus. 948.b
Pan Gentilium quid adumbraret. 466.c.2
Non quilibet panis consecratus in corpus Christi. 693.d
Propositionis panes in conspectu suo cur Deus semper vellet esse. 134.a
Panum & piscium reliquiæ in Euangelio quid designent. 527.c
Parasitorum & gulæ mancipiorum ingenia. 9.b
In Deo & Christo parcendi pauperi & inopi modus. 414.b.2
Parcendo maximè & miserendo manifestatur Dei potentia, & quibus aliis. 134.d
Egregia parietis constructi & naturæ hominis compositæ comparatio. 167.d
Patris nomen nonnunquam in deteriorem partem. 177.c
Partiendi & metiendi verba quid innuant. 145.c
Post Pascha magis infirmari & mori homines. 591.c
Pastor tondere debet pecus non deglubere. 641.c

Pastoris nomen pro rege. 523.c.2
Pastoris officium. 630.c
Pastoritiæ artis cum politica comparatio. 466.c.2
Politicæ gubernationis prooemium quoddam ars pastoritia. 630.b.c
Patiens sine culpa an cum culpa quis magis tristetur. 323.a
Patientia, Spiritus sancti munus. 371.a
Patientia pro expectatione. 370.c
A Christo patientiæ exemplum. 27.2.d
Patientiæ vultus & facies tranquillæ descriptio. 370.d.2
Documenta ad patientiam & spem in Deum, & ad contemptum opum. 163.2.a
Persona Patris fons est & principium diuinitatis. 724.a
Patrum scripturis & doctrinis vacandum. 519.b
Quæstio de transfusione sanctitatis vel improbitatis patrum in filios. 618.d.2
Scripturis & Apostolorum ac Patrum doctrinis vacandum. 519.a
Patrum à Mose distinctio. 574.d.2
Paulæ sacræ peregrinationes. 405.c
Paulus per vnū de canibus vt intelligatur. 132.2.c
Paulus est de tribu Benjamin ex eodem nomine quo primus rex Saul. 301.c
Paulus per Benjamin adolescentulum adumbratus. 300.b
Pauli Eremitæ & Martini deuotionis exempla. 180.a
De Paulo loci interpretatio. 501.b
In Paulo stimuli carnis quales credantur a nonnullis. 450.d
Paulum Apostolum ter in die orauisse an potest probari. 52.2.c
Paulini Aquitani nobilissimi humilitas. 740.c.2
Quæstio mota Augustino à Paulino super locum Lucæ. 126.c.2
Pauoris pallons & timoris cultus. 197.c
Pauentium somni inquieti. 87.b
Paupertas spiritu non fugienda. 812.a
Gloriosa paupertas & felix inopia quæ sit. 495.b
Religionis paries paupertas. 665.e
Paupertas securum præsidium. 43.a
Paupertatis tropologica interpretatio. 397.d.2
Paupertatem execrantes sudæi. 352.c.2
Pauper apud Hebræos quis appelletur. 812.b
Pauperis appellatio pro quilibet persona miserabili. 643.b.2
Pauperis & inopis mystica interpretatio. 414.a.2
Pauperes spiritu qui vocentur a Christo. 30.a
Pauperum & diuitum nomina varia apud Iudæos. 353.a
Pauperum distinctio. 397.d.2
Pax est virtutis charitatis effectus potius, quàm virtus. 758.b.2
Pax pro prosperitate ac omnibus rebus abundante statu. 431.b
Pax mundi cum conscientia semper litigans. 431.d
Pax Christi, pax iniquorum quæ. 431.c
Quæ pax amanda sit. ibid.
Pacis nomine quæ significari solita. 515.c.2
Pacis & concordiæ templa sub Romanis. 407.d
Pacis & salutis vocabula quid comprehendant. 409.c.2
Pacis & Vestæ statuæ cum legibus Solonis, apud Athenienses, quid vellent. 399.c
Pacem habere quid sit. 57.2.a
Malus peccatum delectari peccato iam commisso, quàm ipsum committere. 3.2.b
Loci ac commodatio ad peccatum in S. sanctum. 7.2.2
In filium, & in patrem. ibid.
Omne peccatum, Dei contemptus. 965.c
Septiformis gratia per peccatum amissa. 647.d.2
Peccatum, peccati pœna esse potest. 349.c.2
Falsum est, veniale peccatum esse illud quod non imputatur a Deo. 1054.b
Peccatum & mors primogenita diaboli. 614.d
Maximum peccatum προσωποληψία. 697.c.2
Cur peccatum hominis remediabile fuerit non Angeli. 598.c
Peccatum primò commissum leuius, quàm commisisse gloriari. 966.d.2
Peccati natura. 76.a
Quotidiè gradus peccati agnoscit Valētia. 917.c.2
Comparatio peccati. 76.a
Peccati, septem effecta. 647.c.2
De captiuitate sub peccato & diabolo, locus Psalmi 125.1.4. intellectus. 23.2.a
In peccato condemnari, bonum, & flagellari in delicto. 434.d.2
In peccato fœnoris rationes. 415.d
In primorum peccato parentum, prima vsura contracta. 415.e
In peccato versantibus, vsura malorum crescens. 415.c
De peccatis internis corde tantùm admissis, crassus Iudæorum error. 254.a.2
Vtilis est vitæ præsentis erubescentia de peccatis. 721.c.2
In peccatis primi quos vocant motus, non sunt in nostra potestate. 430.d. reos non efficiunt nos si absit consensus. ibid.
Mortui peccatis, viuunt Deo. 50.2.d
Tot personarum habemus similitudines quot peccata. 452.a.2
Peccata non solùm non imputantur sed omnino expunguntur. 1045.a.2
Interna cordis peccata crimen esse. 97.2.d
Peccata ex ignorantia & infirmitate: ex malitia latantium cum malefecerint. 3.2.a
Peccata cur vsuras vocari velit Augustinus. 415.c
Quot peccata, tot diaboli capita. 296.c
Peccata cur debita vocantur. 57.2.a
Quomodo peccata populi comedunt Sacerdotes. 19.2.b
A Deo non sinuntur peccata impunita. 118.b
Peccator non perfectè liberatur, nisi in iustitia Dei. 368.d.2
Omnis peccator Deum natura dulcem ad amaritudinem adducit. 273.c
Quot facies brutorum peccator sumat. 698.d.2
Non omnis peccator, superbus est. 26.c
Peccator quomodo exauditur. 254.b
Nunquam exauditur peccator ex dignitate suæ personæ, sed ex Dei gratia, benignitate, misericordia. 254.c
Elongatio peccatoris à Deo quæ dicatur. 461.a
Peccatori, alienum esse à Deo & iusto, commune est. 26.c
Peccatorum nostrorum per sex recordatur Deus. 642.d.2
Peccatorum pax & prosperitas. 431.b.2
Peccatorum odij genus in Deum. 266.b.2
Remissio peccatorum non cadit sub meritum nostrum. 257.b.2
Peccatorum indulgentia non sibi promittenda. 55.2.c

Interna quædam est peccatorum tempestas. 681.a
Peccatorum habitus non statim tolluntur per gratiam sanctificantem, sed paulatim per actus contrarios. 740.e.2
Peccatorum indulgentia non sibi permittenda. 55.2.c
Retributionem peccatorum per oculos nostros quando visuri sumus. 914.d
Peccatores maximi & in malos obstinati, recte in sepulchris habitare dicti. 273.a.2
Peccatores, peccatum, pro impiis & infidelibus, & pro infidelitate. 267.c.2
Peccatores aquis similes octo de causis. 554.a.2
Grandis est ira Dei, peccatores non puniet. 899.d
Peccatores montibus similes. 1020.c
Magnum Peccatoribus tormentum erit, quòd iusti oculis videant retributionem ipsorum. 924.a.2
Nemo non priùs in se quàm in alterum peccat. 619.d
Non minùs peccant periculosè, simulatè tantùm sancti: quàm qui morbum corporis simulant. 332.a.2
Qui sustinet quia peccauit, propter se sustinet, non propter Deum. 322.d
Ipsa peccandi delectatione grauiter iniqui puniuntur. 687.a
Peccare Dei, in Deũ, sibi, vt distinguatur. 579.e.2
Ex malitia quis peccare dicatur, scholasticorum error. 7.c
Cogitatione ac voluntate sola posse peccari. 6.a
Tunsio pectoris pœnitentium ad quid. 172.c
Quando pectoris tunsio sit vsurpanda. 172.c
Pedum Christi, & eius Vicarij deosculatio vnde denotari possit. 151.2.d
Motio pedum in sacris Scripturis quid denotet. 430.c
Contra Pelagianos versus explicatio. 548.c
Contra Pelagianos testimonia. 171.d
Mortalitatis peccati pellis signum gerit. 151.c
Pennæ sperantium in Domino. 38.2.c
Percipere quid sit. 25.2.d
Percussor dictus qui detractor. 88.b
Perdicis pulli matris vocem agnoscunt. 993.e.2
Perfidia maximè damnata quæ. 44.2.d
Periurus, Dei nominis pollutor. 58.c
Ecclesię & aliorum inter persecutiones, loci apta vsurpatio. 153.2.b
In solitudine persecutionem fugienti Paulinus & Marcellino præscriptus. 180.b.c
Persecutio quid valeat. 140.b
Vt Christus & discipuli passi persecutiones, ita deinceps cæteri fideles. 115.2.c
Donum perseuerátiæ gratia speciali eget. 977.c.2
Perseuerantia cadit sub meritum de congruo, atque etiam sub meritum de condigno. 764.c
Petitiones nostræ à Deo quales esse debeãt. 25.2.c
Petræ per desertum circumlatæ ex qua cùm opus esset, aquæ eliciuntur, nunùs probabilis opinio. 579.d
De Petro Alexandrino in Episcopali cathedra sedere nunquam volente narrata. 697.a.2
Inuerisimile videtur nonnullis quòd Christum Petrus sit execratus. 805.a
Petrus & Paulus cur meritò viri misericordiæ dicantur. 277.c.2
Loci 1. Petri 5. congruentia & applicatio ad claustrales religiosos. 165.a.2
Phœnix nidum in phœnice palma conficit. 947.a.2
Philippi Apostoli priuilegium. 843.c.2
Philistini qui ἀλλόφυλοι apud LXX. 66.2.a
Viri Philosophi nota, pecuniæ ac diuitiarum contemptus. 176.d
Phrases Gallicæ & Italicæ. 12.d
Gallica & Italica phrasis. 13.a
Gallica phrasis. 54.2.a
Phrases Scripturæ. 100.d. 171.e.2. 160.a. 162.c. 176.2.b.c. 211.d. 213.b.2. 216.a.2. 223.d.2. 236.a. 237.a.2. 243.c.2. 267.a. 302.c. 312.d. 356.b.2. 392.a. 393.c.2. 435.c.2. 500.c.1. & aliis locis seqq.
Reprehensio eorum qui à philacteriis & incantationibus in morbis remedium quærunt. 25.a
In Ecclesiis quare pictura adhibeatur. 787.a
Pigris semper festum. 476.c.2
Pij II. Papæ symbolum. 738.a.2
Pij in protectione omnipotentis commorantur. 910.d
Acta apud Pilatum contra Christum confecta, nullu Maximi. 330.c.2
Carnibus piscium vescentia pecora. 485.d
Stoici sustulerunt animam plantis. 609.c.2
Esse quid in plateis, phrasis Scripturæ. 43.2.b
A Platone ex Ezechiele transcripta. 244.c.2
Plaustri rotæ vicissitudinis humanæ comparatio. 718.d.2
Ratæ decidunt in Ægypto pluuiæ. 604.d
Pluendi & stillandi verbo interdum animaduersio & punitio diuina significata. 275.d
Captiuitas pœnæ duplex. 623.c
Pœnæ miteria. 819.b
Pœnarum reatus aliquando remanet. 1055.c
Nouatianus error de recipiendo pœnitente confutatus. 858.d.2
Pœnitentia nostra spontanea esse debet, non coacta. 30.c
Portæ pœnitentiæ nunquam clausæ in mundo isto. 218.a.2
Qui pœnitentiam reseruat ad senectutem, quid agat. 125.b
Scitum responsum Pollionis senis Augusto datum. 945.c
Non de externis solùm ponderibus & mensuris curandum. 174.d
Ponere iniquis bona & mala vt dicatur Deus. 448.a.2
Ponere aliquem sibi caput: constitui sibi in caput, & non in caudam: fieri hostes in capite quid sit. 148.e
Ponere quidpiam ad aliquid quid sit. 243.a.2
Ponere animam in manu alterius, quid sit. 243.b.2
Ponere animam ad vitam quid sit. 243.b.2
Ponere Deum iniquitates nostras in conspectu suo quid. 890.d.2
Ponere lacrymam in conspectu & vtre, quid. 76.a
Nullus Pontificum vnquam appellatur Petrus. 1044.c
Pontifici, materiali quoque gladio vti licere. 517.b
Pontificis adoratio. 704.c.d.2
Pontificis etymon. 1251.b.2
Quare dicatur populus pascuæ Dei & oues manuum. 991.b
Nomine populorum intelliguntur in Scripturis Gentiles. 786.c.2
Populorum & Gentium vocum distinctio. 93.2.c
In portis, id est, in publico. 329.d.2
Portæ vocabulo quis locus apud Turcas intellectus. 330.a
Ex portis Ierusalem secunda vetus & iudiciaria dicta. 330.b

Circa portas templorum & aliorum ædificiorum ornamenta veterũ, & etiam hodie. 474.d
Nihil nos per nos posse nisi peccatum, vt intelligatur. 125.2.c
Possessio quasi pedum positio. 151.a
Potens quis verè censendus. 4.2.a
Potens in iniquitate quis dicatur. 4.d
Ille censendus potens, qui cùm possit transgredi & facere mala, non transgreditur, nec facit mala. 4.1.a
Potentia sine sanctitate facilè vergit in tyrannidem. 1043.c.2
Potentiæ ac misericordiæ Dei per 40. dies à resurrectione pei Christum celebratio. 134.1.a
Potentiæ & misericordiæ vocibus quid contineatur. 178.b
Distinctio tropologica portarum. 1061.c.2
Ad præcepta sua non inuitos cogit Deus. 30.a
Præcepta Dei non adimpleri operatione externa sed interna. 631.c.d.2
Præconis voce de montibus proclamandi, quæ publicè sciri vellent, veterum Hebræorum mos. 399.d
Prædicatio Ecclesiæ qualis. 387.b
Prædicantium Deo, merces. 512.a
Prædicatorum ira qualis esse debet. 131.e
Familiæ prædicatorum fauens symbolum, de cane facem ore gestante. 120.c.2
Querela prædicatorũ spe sua frustratorũ. 132.2.c
Prædicator alienari à vulua, errare ab vtero qui dicatur. 99.c
Tria in prædicatore necessaria. 939.b
Prædicatores cum Christi iudicaturi. 519.b
Prædicatores quomodo dentes dicantur. 104.d
Prædicatores, litigare doctrina vt nubes, & corruscare miraculis dicti. 94.2.b
Loci adaptatio ad prædicatores. 110.2.b
Prædicatoribus necessaria patientia. 226.a
Prædicatoribus Euangelij conuenientes notiones. 205.2.a
Prædicatorem quid tabescere & discruciari vehementer cogat. 123.2.a
Infructuose prædicare duris cordibus quam graue, & e contra. 338.c
Prædictio Euangelij vbi obseruata. 279.a
Prælatorum bonorum ala quæ. 189.d
Deus vt præsentialiter dicatur munera sua. 178.2.d
Prænomina Patritiorum male de Republica meritorum gentis patricio iũdi, à Romanis veritum. 44.2.c
Præparare pro firmare. 219.c
Præpositio pro præpositione posita. 124.1.d
Præesse aliis indigni tũ verbis tum factis asperiores, aut etiam erga scipios nimis asperi. 241.b
Præteritum tempus pro futuro. 89.2.a
Præteritum pro futuro, & vice versa. 103.2.d
Praterit pro futuro vis. 39.c
Praeuenire Deum, quid sit. 985.b
Christus vt præuenisse misericordiam patris dicatur, ante resurrectionem. 124.d
Princeps simulationem prudenti aliquando, mendacio verò nunquam vti debet. 1074.b
Principis egregium dictum. 583.a.2
Non admitti in conspectum principis, signum periculi. 33.b
Principis officium. 1069.c.d.2
Principum maxima pars ex infima conditione erecta. 843.c
Consiliorum senatusque eorum principũ mors mala. 828.a
Bonorum principum in ciuitatibus durant imagines: tyrannorum, celentur. 452.d.2
Proditores picei rectè dicti. 24.b
Inuisum proditorum genus. 44.2.d
Paræmia in proditores quadrans. 24.b
Minùs tentat probatio, quàm remuneratio consolatur. 978.c.2
Proclamationes publicæ apud Hebræos veteres, quales. 399.d
Prodigiosa res in homine, pro dentibus, arma: pro lingua, gladius acutus. 87.2.d
Proiicere curam quid sit. 61.b
Omne promissum, debitum. 819.c.2
Promissionis terra mysticè Ecclesiam designans. 465.c.2
Nominis prophetæ notio. 478.d
Proselyti nomen latinitate donatum non reperiri in libris Mosis. 967.c
Prosperitas huius mundi noxia inter tentationes censenda. 247.d.2
Protectores qui dicãtur apud Iurisconsultos. 129.a
Loci Prouerb. 12.7. explicatio. 131.2.a
Psallere & intelligere quantum conferat. 1067.b
Mystica psallentium distinctio. 301.b.c.2
Emphasis in reticentia & eclipsi verborum psalmi noni v. 2.5.6. 15.2.b
Rabbinorum sententia in expositione psalmi 49.14. 79.2.d
Occasio & argumẽtum scribendi 51. psalmi. 1.2.a
Psalmus 52. annexus 51. à Nisseno. 18.a
Argumentum 52. psalmi cum argumento 13. idem. 18.c
Psalmus 52. cum 3. congruens. 17.a
Athanasius psalmum 53. cum 55. quando recitari voluit. 24.2
Cautio adhibenda in lectione loci psal. 53.5. & 17.46. 99.2.a
Psalmus 54. de passione & resurrectione Christi latiùs tractans. 32.c
Christo & cuilibet iusto conueniens psalmus 55. 66.2.c
Marcellino psalmus 55. cum 53. propositus ab Athanasio. 66.2.c
Hugonis obseruatio circa inchoationem psalmi 56. 83.d
Occasio psalmi 56. componendi. 95.2.b
Psalmus 56. Marcellino ad quid propositus. 82.c.2
In synodo Salegunstadiensi recitatio psalmi 56. præterpta cum 66.53 & 58. ad quid. 83.a
Non procedere titulum psalmi 56. iuxta historiam vnde negat Carthusianus. 82.2.b
Mystica psalmi 56. commendatio. 95.2.d
Quibus psal. 56. conuenit. 82.2.c
Marcellino præscriptus psalmus 57. ab Athanasio & contra quos. 96.a
In Iudæos locus psal. 57. 3. optimè quadrans, & hæreticos. 97.c
Marcellino imperata vsurpatio psalmi 57. ab Athanasio, ad quid. 114.c
Locus psalmi 57. 2. citatus in constitutionibus Caroli magni. 97.c
Psalmum 59. totum tristem ac mœstum malè vocat Hilarius. 138.2.d
De 59. & 107. psalmi titulis & versiculis. 17.b
Mysticus sensus psalmi 60. Christo conueniens vt & alij. 156.a
Psalmi 60. adaptatio ad populum in captiuitate Babylonica. 156.b
Vsus psalmi 60. in Ecclesia in officio de Apostolis. 156.c

Similitudo loci psal.61.4.cum historiæ 2. Reg.15. 14.loco. 165.2.d
Omni menti deotæ suauissimus versiculus 8. psal.61. 171.c
Marcellino psalmi 61. vsurpatio ad quid impetrata. 163.2.b
Apta locorum psalmi 61. vsurpatio. 181.c
Psalmi 62. vsurpatio in officio matutinali. 188.2.d
Psalmi 62. & 140. recitatio quibus & quando, & vbi etiam præscripta. 180 c
Cur magis spiritualis habendus psalmus 63.196.c
Psalmi 63. versus 11. similis vltimo psalmi 31. versui. 208.2.1
In officio Apostolorū psalmi 63.recitatio.196.2.a
Verticuli 3.psal. 63. vsurpatio apta religiosis viris. 197.2.c
Marcellino ad quid propositus psalmus 63.196.e
Loci psal.63.3.recitatio in Ecclesia. 197.2.d
Vsus psalmi 64. in Ecclesia in officio defunctorum. 210.2.c
Marcellino psalmum 64. quando aptum esse vult Athanasius. 210.2.e
Psalmi 64. vsus in Ecclesia in officio defunctorum. 210.c.2
Psalmi 65. vsurpatio & recitatio in secundo nocturno epiphaniæ. 234.c.2
Psalmi 66.vsurpatio quando præcepta ab Athanasio 256.2.2.eiusdem cum 61.recitatio; ibid. & cum 148.149.150.ibid.c.2
Psalmus 67.nobilis, gloriosus, grauis, difficilis. 265.d
Tituli psalmi 68.intellectus. 876.c
Psalmus 68. ex iis qui passionem Dominicam latiùs eloquuntur, quartus. 321.d
Psalmi 68.titulus idem cum 44 59 & 79. 311.b
Psalmi 69.vsus cum 63.67.& 70. quando.361.b. totus hic psalmus fere idem cum vltimis quinque trigesimi noni versibus. 351.c
Psalmi 70.vsus cum 69.67.63.ad quid. 368 c
Psalmus 73. ad quid Marcellino propositus. 465. d. 2. Lamentationis psalmus dictus cum 78.& 136.ibid.
Psalmi 74. in Ecclesiastico de Apostolis officio recitatio. 498.c
Psalmi 75.recitatio in Ecclesia & quando. 514.d. inter eos qui de Domino gloriantur. ibid.
Psalmus 76. Marcellino ad quid propositus. 533.c
Psalmus 77.mysticus dictus. 562.c
Hebræorum opinio falsa de authore psalmi 88. 817.c.2
Auctor psalmi 89. Moses est, ex illatione Hieronymi. 789.c
Psalmus 89.quare Oratio inscriptus. 879 d 2
Quo tempore psalmum 90. frequenter Ecclesia. 907.2.2
Diabolus psalmi 90. testimonio abusus est vt creatorem suum dolosè tentaret. 907.d
Quare psalmus 94 sit sine titulo apud Hebræos. 983.a.2
Psalmus 96.quando vsurpetur. 1015.d
Psalmi 99.vsus in Ecclesia quando. 1057.b
Non inepta loci psal. 102. 19. interpretatio. 131. 2. d
Cum psalmo 107.versus in 56. iidem. 91 d
Christo totus congruens locus psalmi 57. v. 1. 1142
Loci psalmi 118.expositio. 15.2.d
Psalmus 141.cur Franciscanus dici possit. 553.b
An in spelunca scriptus psalmus 141. incertum. 82.2.d
Quinquagena psalmorum posterior, ad proficientes,prior ad pœnitentes pertinet. 2.c
Græcorum canon, psalmos qui nihil noui habeant in titulo, simile præcedenti continere argumentum. 196 b
In psalmis compendium cæterarum scripturarum. 562.a.2
Psalmos omnes asscribens Dauidi verisimilior sententia. 395.a
Regula Hebræorum de psalmis anepigraphis tenetur. 907.2
De psalmorum metro nil adhuc certi compertum. 29.b.2
Psalmus Cantici:canticum psalmi,quid. 264.c.1
Non seruatur series rerum gestarum in disponendis psalmis. 81.d.1
Omnes psalmos à Dauide scriptos non est omnino certum. 265.2
Psalmos omnes à Dauide compositos. 417.d.1
Euthymius malè affirmat vniuersè simul collocari psalmos qui habent, in tituli inscriptionem. 66.b
Abradi de psalmis omnes titulos nonnulli voluerunt. 265.c
Liber psalmorum nomine legis dictus. 318.2
Psalmorum generale argumentum. 2.2
Dauidem omnes psalmos composuisse. 999.2.2
De secundo aduentu Christi psalmus. 18.c
Ad organum cantata psalmorum carmina. 136.2
Omnium psalmorum cōpositor Dauid. 792.d.2
Beatorum psalmi hymnique. 162.2
In psalmis historiæ ordo non seruatus. 2.b
Psalmus de Christo sub nomine Dauid. 186.d
Psalmus & canticum synonyma. 264.c.2
Psalmus conueniens Ecclesiæ per totum mundum propagatæ. 156.c
Psalmos eorum esse quorum præter Dauid, nomina gerunt, non sequitur, vel etiam si nec Dauid nomen sit sed alterius. 265.2
Psalmo coniuncta oda seu canticum quid denotet. 209.c.2
Psalterium vsurpatum pro cantico in alterius infamiam compositio. 330.b.2
Psalterium quale instrumentum. 264.c.2
Psalterium quid sit Paulo iurisconsulto. 92.2.b
Pueri Christiani in Angliæ oppido à Iudæis crucifixio;& quod incurrerint periculum. 12.d
Pueri nomen de seruo & de filio. 335.c
Cur pueri in cœlo disparē gratiam & gloriam habeant idonea afferri non potest ratio. 949.d.2
Pugna vnde dicta. 518.b
Pulchritudo cum confessione cōparatur. 1005.2.2
Qui non punit seipsum,punitur a Deo. 119.2.d
Locus pro assertione purgatorij 874 d
De purgatorio igne interpretatio loci Corinth. 150.2.c
Purpura regia non propter se, sed vt est alicui regi connectum,adoratur. 1147.d
Puteus interitus vt possit exponi. 63.2
Putei vocabulum ἐπὶ κακοῦ sumptum. 63.b
Pythiæ responsum Brenno Apollinis templi vastatori datum. 286.c.2

Q

IN quærendi verbo Hugonis obseruatio. 190.2.d
Quærendi verbum in malam partem sumptum. 196.2.c
Quoniam pro quamuis. 542.d

R

Rabbinorum figmenta & fabulæ. 992.d.2. 471.c.149.b.4.421.a.667.a
Rabbinorum quæstio. 405.b.2
Euulsa radix de terra viuentium cuius dici possit. 11.d
Radix pro prole. 11.b
Nomine Rahab intelliguntur Chananæi. 781.c.2
Rahab & duæ meretrices de filio contendentes apud Salomonem, quales credantur fuisse. 461.d.e.2
Ranæ multæ Angelorum opera adductæ. 606.b
Ranæ genus in os latrantis canis proiectum, latrandi facultatem adimens. 701.a.2
Distinctio ranarum. 606.a.2
Hæresis Ranaritarum. 606.d.2
In rapiendi verbo Hilarij obseruatio. 319.c.2
Raucedo vocis vnde oriatur. 315.a.316.a
Inter raucedinis causas, pauor. 316.b
Recordari, nonnunquam, pro verbis commemorare etiam non oblita. 595.c.2
Quales rectores, tales populi, 42.2.a
Quatuor in recursu ad Deum notanda. 32.2.d
Est etiam regnis ætas sua. 870.d
Nomen Regis κατ' ἐξοχὴν, pro Messia. 160.a
Regis Angli confutatio. 704.c.2
Regis gratiæ & facultatum iactura quid possit. 1.2.b
Regis ferocia erga quatuor reges currum trahentes, vt cohibita. 718.c.d.2
Subditi regem constituunt, non illius vtilitatis causa, sed propria. 134.a
De rege Æthiopum, Cambysi arcum mittente, prodita. 518.c
Officij ac muneris nomen antiqui reges gerebant. 716.a
Antiqui reges agriculturæ vacantes & pecori. 3.a
Regibus ad colloquium qui admittendi. 1074.b
Error in quibusdam codicibus 2. Reg. 138.a
Loci ex 3. Regum improbata interpretatio. 137.2.c
Regum iniquorum mos. 415.d.2
Lectio in historia Regum correcta. 198.b
Regum hæreticorum vita breuis. 63.2.c
Regum Catholicorum vita longior illa regum hæreticorum, & cur. 63.2.c
Regum est habere latitudinem cordis. 1073.a
Honor reginæ redundat in regem. 1045.c.2
Regendi & gubernandi tres rationes. 631.c.2
Rhamnus pro diabolo & Antichristo. 109.2.d
Rhamni descriptio ex Dioscoride. 109.a
Rhamni cum hæretico comparatio 109.d
Rhamnum coronæ Christi materiam fuisse qui velint: alij iuncum marinum. 109.b
Rei cuiusque perfectio in adhæsione ad suum principium constitit. 443.a
Circa Reipubl. administrationem delectus habendus. 1076.b.2
Ad Reipubl. administrationem qui deligendi à Principibus. 1074.c.2
Quæ summa religio. 270.c
Potestas de religione & fide definitè respondendi soli Petro & successoribus eius concessa. 1050.b
Monstra pestesque vitæ religiosæ. 47.2.a
Religiosorum ordo cur munitus locus dicatur. 369.d.e
Remissionis peccatorum septem modi. 391.e
Repetitio in verbis sanctis non est quasi loquacitatis appetitus. 498.c.2
Reprobationis argumentum quale. 686.c.2
Cur reprobo iustè Deus æternaliter irascatur. 497.a.2
Ex diuisione & reproborum confusione iustorum commoda. 41.2.b
Reproborum est, tormentorum tantùm metu commoueri. 594.c.2
Requies triplex. 998.c.2
Vis in nomine respectus notata. 432.d.2
Respectus, pro dilectione: respicere, pro diligere. 254.d.2
Respectum à respuo non esse, quod Sa dicit, improbatio. 433.b.2
Philosophis semper visa est mirabilis ac incredibilis resurrectio. 806.b.2
Rabbini resurrectionem Christi etiam diluculo futuram vnde fateantur. 93.a
Argumentum Abulensis ex generali resurrectione non concludens. 50.b
Risui erectum simulacrum. 837.e.2
Riuus pro loco vbi sunt aquæ congregatæ siue in palude, siue in nube, siue in flumio. 225.a
Roma Edom à Rabinis malè nominata: & Pontifex Romanus Edomæus Monachus. 138.d
Expositio similitudinum D. Pauli, Rom. 11. 17. 14.c
De Christo loci Rom. 8. 26. expositio. 25.2.c
Ei qui rosa delectatur, spina non est molesta. 979.b
Ros pro pluuia. 230.d.2
Roris vis & efficacia. 230.c.2
Roris significationes. 404.b.c.2
Cur Deus in rubo apparuerit. 109.c
Rubor, confusio, verecundia, virtutis rationem propriè non habet, nec homini probo per se competit. 323.b

S

Nominis Saba inanis notio apud Plinium. 411.c.2
Regina Saba ex Abrahamo ortum habuisse credita. 411.a.2
Nomen Sabaoth non Dei nomen per se. 118.2.c
Nomen Sabaoth de Dei nominibus. 118.2.d
Nostrum Sabbatum intus in corde est. 937.c
De Iudæo die sabbati in cloacam delapso, historia. 476.c.2
Sabæorum apud prophanos scriptores confusa descriptio. 411.d.2
Sacerdotum dignitas est omnis laica longè superior. 704.b
Sacerdotum decus amplissimum. 462.b.c.2
Propriè sacerdotum est inuocare Dominum. 1051.c
De sacerdotis officio. 3.2.c
Diuinitas in sacerdotibus quomodo consideranda. 696.c
Electos quoque sacerdotes à Christo, inter vendentes necessaria sacrificijs in templo, qui velint. 324.c.2
Sacris literis superuacanea quædam & quæ demonstrari nequeant, contineri quorundam sententia. 487.c
Voluntarium sacrificium laudis. 29.2.a
Distinctio myrrhæ sacrificij ex voto, ab eo quod sponte fit. 30.b

In sacrificio Abrahæ, de vacca, capra, ariete, turture, columba, mysticæ causæ. 285.d
Sacrificium laudis quod in potestate habent pauperes, Deus præfert: & promptius offerre Deo quàm opulenti, possunt. 356.a
In sacrificiis vti incenso, thure, odoribus, solenne legi veteri, Ethnicis & Christianis. 251.d
Decem fuerunt sacrificiorum genera Deo grata. 838.a
Per sæculum quid intelligendum sit. 891.a.2
Sæculum quomodo accipiendum, ex Niceta Choniata. 883.a
Cùm in vtroque sæculo non possimus gaudere, satius est gaudere in futuro. 538.d
Mystica sagittarum significatio. 205.d
De sagittandi arte, notata. 518.b
Vrbis Salem nomina. 515.d.2
Valle Salinarum, vel Salium designati Apostoli qui terræ sal dicti. 138.2.c
Salomon exactè typus Christi non fuit. 415.c.2
Aiguani pronuntiatio definita de Salomonis salute. 859.c.2
Salomoni regnum quatuor ante mortem annis à Dauide traditum, quod de alio nullo legitur. 396.d. eius rei præfiguratio. ibid.
Salutaria quid sint. 295.b
Pro nihilo saluati qui dicantur. 73.c
Non laborat Deus in saluando, laborauit Christus. 73.e
Non peccauit Samuel ægrè ferendo peti à populo Regem. 1054.c.2
Samuel dispensatione Sacerdos, non progenie. 1051.d
Samuel Sacerdotis munere functus est. 1050.d.2
Nullum Samuelis peccatum in scripturis narratur. 1053.d
Deum Samueli in nube locutum non constat. 1052.a.2
Samuelem ex tribu Leui fuisse probabile est. 1051.a
Caietanus negat Samuelem fuisse Sacerdotem. 1050.d.2
Samus ab incolis cur deserta. 316.d
Sanctus ex cuiuslibet rei consideratione assurgit in Dei contemplationem. 940.a
Sanctum & sancta quid sint. 470.a
Cur sancti non semper impetrent. 32.2.d
Quomodo dicantur sancti esse in circuitu Dei. 828.c
Vocis sancti diuersæ acceptiones. 691.a
Auribus sanctorum & mentis quid potissimum gratum accidat. 15.d
Sanctorum in persecutione fuga qualis. 39.a
Sanctorum virorum vitæ in speculum & exemplum esse debent. 541.d.2
Sanctuarium quid sit. 447.b
Sanctitatis magnum indicium. 14.2.a
Sanguis menstruus immundus. 675.d
Sponsus sanguinis Moses à Sephora vt vocatus. 114.2.c
Natura pudore tecta, sanguinem ante se pro velamento diffundens & obtenuens. 322.c
Sapientiæ sedes in homine. 459.e
Satan vnde dictus. 379.c.2
Sataras vt ab omnibus mordetur. 485.c.2
Satietas vera & sine fastidio quæ sit. 1075.a
Saülem ex tribu Benjamin vt possit Arias Ephraitam asserere. 571.c.2
Scenopegiæ festum agitabatur octo diebus in memoriam quadraginta annorum peregrinationis. 903.e.2
Schisma, id est, scissio. 59.b
Nomen Sciaddai. Christo conuenire. 910.c
Opiniones variæ de voce Sciaddai. 910.a
Magna scientia scire quoniam Deus, Deus tuus est. 78.c
Scientia rerum sæpe ceruicem erigit nisi Domineo reprimatur iugo. 468.a.2
Scientiæ humanæ amor quid agat. 382.a
Scopæ proprietates. 543.d.2
Scopere quid sit. 544.a
Scopere quid propriè sit Hugoni. 543.b.2
Sacra Scriptura nõ est omnibus legenda. 787.a.2
Locorum aliquot sacræ Scripturæ parum probata authori expositio. 85.d
Scripturæ sacræ loquendi consuetudo. 240.d.e
Scripturæ celebriorum locorum vnus. 350.c
Scripturam sacram non historaliter tantùm aut literaliter sed etiam mystico sensu intelligendam, vnde probatum. 564.a.2
Non parui ponderis esse, quod Scripturis vtamur, quas asseruant Iudæi. 127.b
Scutum magis defendit quàm offendit. 917.a.2
Scythica potatio. 510.e
Scytharum ad Persas regionem occupantes, dona, & eorum interpretatio. 191.2.a.b
Scythæ eius sanguinem hauricntes quem primum ceperint. 112.c
Ad Sebastiani sagittas loci applicatio. 555.e
Sectæ non habent progressum in virtutibus. 737.d
Eius qui seculum fugit pennæ & volatus. 39.d
Seculi gemina acceptio. 241.b.2
Voculæ secundùm vsurpatio. 178.2.b
Securus est quem sub te Deus tenet. 163.2.e
Quæ summa securitas. 270.c
Vocis selah variæ expositiones. 274.d
De voce selah, & διάψαλμα. 7.2.c
Super voce selah coniectura Bredembachij refutata. 258.a
Salomon etymologia. 286.a
Dealbati in Selmon quid sit. 287.b
Selmon qui locus. ibid.d
Vocularum, semel, secundò, bis, expositiones. 176.2.c
Semiramim à columbis educatam, versam in columbam, fabula. 284.c
Rationem non senescendi qui se nosse profiterentur, eorum à Galeno reprehensio. 387.c.d
Senecta & senium diuersa apud Græcos nomina. 386.a
Senectutis incommoda. 376.a.2
Senectutis incommoda bonis ad animum pertinentibus compensantur. 376.d
Senectutis initium ab anno 56. vel 60. senectus extrema 70. anno. 386.c
Senectutis distinctio ex Galeno. 386.d
Senecta, senectutis, senium, synonyma. 386.a.2
Senium plus quàm senecta & è contra. ibid.
Cur senum oculi remotiora melius quàm propinqua videant. 1054.a.2
Senum conditiones bonæ. 945.a.2
Senum ætas vicina morti magis timorem & cultum Dei suscipit. 950.d.2
Triplex senum à Galeno tradita distinctio. 896.c
Contra senes diuersarum gentium varia & crudelia mortis genera. 377.c
In senili ætate vigor prudentiæ. 377.a.2
Sensus omnes nostri inimici & dæmones cur appellari possint. 540.a.2

Sensus literæ priores,& ex his illæ.382.b.cui sensus incolumes,literas non requirit. 382.b
Sententia nunquam de ore & memoria deponenda. 163.2.d
Numerus septenarius vniuersitatē designās. 512.c
Septuagenarius captiuitatis Babylonicæ annus typus est luctus,& mœroris nostri in hac vita. 896.b.2
Septuaginta cunctis penè locis quod apud Hebræos in futuro ponitur vt præteritum referre solent. 903.b
September mensis fructuum & celebriorum dierum apud Iudæos. 216.c.2
Locus sepulturæ Gentilium. 619.c.2
Sepultura carere, apud omnes gentes probrosum & luctuosum. 638.c
Sepulturæ officium denegare, sæuissimæ inhumanitatis. 636.c
Apud Iudæos βιαιοθανάτοις concedebatur sepultura. 798.d.2
Supplicij genus graue apud Hebræos, sepultura carere, & exponi escas volatilibus bestiisque. 192.2.b
Seraphim quum celebrando trisagion hymnum faciem & pedes velant,quid testantur. 211.d
Diuini sermonis recta cum oleo cōparatio.60.2.b
Diuini & humani sermonis differentia. 752.b
Margarita est sermo diuinus, & ex omni parte forari potest. 17.c
Sermones diuini sunt instar iaculorum. 60.c
In Deo laudare sermones suos quis dicatur. 70.c
Varij modi laudandi sermones suos. 70.2.a
De mortui spina hominis serpentem creari; & quàm meritò id cueniat,si creditur. 593.a
Quo serpente diabolus ad fallendam Euam vsus. 101.a
Serpentes non audiunt nec intelligunt verba incantantium. 102.2.a.b
Varia serpentum genera. 101.b
Serpentis cum muliere antipathia & pugna. 39.a
Serui humaniter tractandi. 416.c.2
Hominem seruū,non decet superbum esse.504.c
Seruitus morti similis est. 243.b
Sexagenarios de ponte deiicere. 377.d
Quam noris scientiam alteri inuidere, maligni animi est. 565.b.2
Si pro,non. 861.b.c.d.2
Si,interrogationis particula interdum, non conditionis. 442.b.c.2
Particulæ (si) vsurpatio. 188.a
Si interrogatiuè sumptum. 96.d
Sibyllæ Erythrææ oraculum de aduentus Antichristi tempore. 271.c
Particulæ (sic) interpretationes, & vsurpationes. 185.2.b
Sichem vnde dicta. 146.2.a
Sichem Neapolis appellata. 146.2.b
In etymo vocis Hebrææ Sichem obseruatio. 146.2.b
Sichima eadem cum Sichar. 146.b
Sichima, vel Sichem, eadem cum Samariæ ciuitate. 146.2.a
Cuius rei typus, Sichimæ prædium Ioseph filio datum à Iacob. 146.2.d
Sicut pro,adeo. 73.e.2
Signum in malum quid. 776.a
Silentio opus est ad Dei decentem laudationem. 212.b
Silentij numina. 212.a
Silentium olim supernè in templis inscriptum. 211.c.2
Subiectionis signū silentium corā aliquo.164.2.a
Bonus murus silentium. 42.2.c
Silentium in Ecclesia. 212.c
Silentij obseruatio venerationis & reuerentis timoris denotatio. 212.d
Circa silentium religio. 212.d
Similitudo quid. 602.c
Episcopatus & sacerdotia mercantes non esse simoniacos dummodo impositionem manuum gratis accipiant Capellanorum Gothifredi opinio refutata. 718.c
Notio nominis simulachri. 1023.a
Per Sinai vetus Ecclesia adumbrata: per Sion, noua. 291.d
Sinistri lateris locus vt honoratior. 457.d.915.e
Montis Sion vocabulo dicta Ecclesia. 468 b.2
Sion pro Ecclesia triumphante. 359.b
Sion etymologia. 212.b 2
Sion & Ierusalem idem sæpe. ibid.
Sion,mōs partū fertilis,vt Ecclesiæ typus. 287.c.2
Sitis pro auida cupiditate. 181.2.a
Sitiens bibit suauiùs quàm edit esuriens. 181.2.a
Non sitiendum sæculo sed Deo. 182.b
Libet falsò adscriptus Sixto Papæ. 175.b
Quemodo dicamur socij esse & amici eius qui est,&,eius qui non est. 131.b.2
Socratis in dicendo vis. 502.d.2
Socratis ad vxorem responsum. 323.b
In Socratem conuitium. 34.2.c
Soldani exemplum & responsum ad Francorum regem. 718.d.2
Ratio solemnitatis mense Septembri olim celebratæ. 673.c
Cur Sol appellatus σὼρ. 107.2.b
Solis obliuisci & solē nō videre,pro mori.107.2.b
Vulgaris sententia de solis occasu exploditur. 832.d.2
Solis ardore excitata incendia. 720.d.2
Interior solitudo ac eremus omnibus necessaria. 183.c
Solitudo quæ dicenda sit. 39.2.a
Loci solitudo quantum valere queat. 39.2.d
Solitudinem quærentium impedimenta. 39.2.d
Vocabulum solus cuidam ex personis Trinitatis tributum,non excludit alias. 424.b.c.2
Somaschinorum regularium ordo. 271.b
Fœda somnia spernenda, si culpabiliter præbita causa non est. 918.c
Morbus triplex in somno contingens. 187.d
Somniorum insula à Luciano descripta. 451.2
Sortis nomen, nonnunquam in deteriorem partem. 277.c
Sparta cur muris careret. 43.a
Speculari & custodire coniuncta. 378.b.2
Spes pro re sperata. 590.a
Spes vana voluptatum,honorum,opum,vt rectè olla dici possit. 150.2.d
Spes salutis cum galea rectè confertur. 925.2.2
Spes iustorum qualis esse debeat, & qualis spes Dauidis fuerit. 13.c
Certitudo spei factum iam dicit quod futurum est. 159.c
Spei cum mola collatio. 982.d
Spei proprietas,confirmare ad modum anchoræ. 913.b
Fieri Deum spem alicui quid sit. 158.c
Sperare nonnunquam in malam partem sumptum. 337.c.2

Ratio sperandi & orandi in tribulationibus. 84.c
Sperandi Deum, Deo, in Deum distincta. 568 b.2
Non spernere, non despicere, plus quam exaudire. 357.d
Spinæ quomodo dicantur intelligere rhamnum, 269.1
Spinæ cur in passione Christi. 109.c
Spinarum Iudææ congruentia. 109.1.c
Spiritus, non redit ad Deum, nisi ab ipso conuertatur. 598.b.2
Diuini spiritus rorem quomodo oportet animam attrahere. 182.c
Spiritus & carnis comparatio. 26.2.c
Spiritus vt fortior plerumque sit & promptior. 181.c
Spiritus sanctus vt tractandus. 516.a.2
Spiritum S. esse creaturam asserentium error cauendus. 544.2.2
Stabulum pro palatio. 4.d
Stateræ vocis interpretatio. 174.c
Stillandi verbo & pluendi, interdum animaduersio & punitio diuina significata. 275.c.2
Sto verbum militare & quomodo vsurpetur. 976.c.2
Stomacho corporis abominationem, nauseámque patientia, ea suo modo etiam spiritui & Deo. 18.2.c
Strangulationis supplicium apud Romanos frequens & vetustum. 245.c.2
Stultus vt seruiat sapienti. 190.2.c
Stultorum de iustis in tribulatione verba. 154.2.c
Stultitia de idololatria. 18.c
Sub lingua, pro, in lingua. 253.c
In creatura rationali voluntaria subiectio quæritur. 164.b
Non subsistere quomodo vsurpent Scripturæ. 313.b.2
In nullemis non subsistere, pro succumbere. 313.b.2
Non esse substantia in quo peccatore verè dicatur. 313.d.2
Sycophanta pro sycophanta. 15.2
Suilli capitis imago lapidibus portæ Hierusalem insculpta à Romanis regibus. 471.d.2
Sulcorum fletus. 226.2.2
Qui ex animo suo abiecit esse Dei, proprium suum esse corrumpit. 18.d
Supplicium exempla. 410.c.2
Graue supplicium, fugere nemine persequente. 20.2.c
Graue supplicium damnúmque eorum à quibus finit Deus auolare doctorem. 38.2.d
Grauissimum supplicium à Deo, non inuenire qui obsistat ei. 255.1
Tarditas supplicij grauitate compensatur. 145.b
Grauissimum supplicij genus, partem habere cum hypocritis. 193.2.b
Super Israël, id est, pro Israel. 308.c.2
Cassiodori in particula *super* obseruatio. 7.c
Superbia propriuum vitiuum potentis ac diuitis. 504.c
Tres causæ cur superbiæ peccatum præ cæteris puniatur. 965.d
Superbiæ numero plurali, sed rarò. 469.c. Varij superbiæ gradus 469.b.2
Superbiæ conuenientia nomina. 469.a.b.2
Prima superbiæ ostentio in oculis esse solet. 1071.b.2
Superbiæ sedes in superciliis. 131.2.b
Superbiæ crimen specialiter execratur Christus. 496.b.2
Per superbiæ crimen angelus corruit, & primi hominis beatitudo abiecit. 450.b.2
Circa superbiam notatu digna. 400.c.2
Superbi cum stuppa flammescente comparatio. 449.b.2
Superbi & humilis natura. 200.2.c
Superbi per se magis Deo resistere quam alij peccatores, videntur. 52.d.2
Contra superbos Deus peculiariter irritatur. 506.d
Superborum & arrogantium fastus deprecatio 505.b
Superbiosi qui dicantur. 1072.c.2
Superficies quasi superior facies. 267.a.2
Superstitio vana gymnosophistarum & aliorum. 212.d.2
Superstitionum omnia genera quæ extra religionem Dei sint, condemnata. 212.d.2
Surgere, exurgere vt vsurpentur. 568.2
Surgendi mos & vsus apud veteres Christianos. 188.2.d
Suria, Suracusæ, pro Syria, Syracusæ. 715.1
Suscipere orationem & faciem alicuius. 33.c
Suscipere quid sit. 190.2
Suscipere, excipere, quid sint. 288.c.2
Susceptor animæ quid significet. 27.2.d
Græci sydetibus inesse diuinum numen arbitrabantur. 742.d.2
Incendij syluarum causæ. 720.b.2
Synagoga propriè de cœtu Hebræorum. 407.b
Extra synagogam neminem saluari potuisse, fatalis error. 515.b.2
Syri fraudibus ac dolis infames. 2.c.2
Syri nomen infame. 6.2
Syria sub Idumæa comprehensa. 149.b
Syria quondam terrarum maxima. 137.c
Syriæ & Assyriæ distinctio. 514.c
Syrorum & Assyriorum confusa inter se nomina. ibid.

T

Tapud Ægyptios erat salutis hieroglyphicum. 6.1.b.2
Tabernaculum pro domo. 30.2.2
Tabernaculum mysticum Christus. 9.2.c
Tabernaculorum vsus familiaris Hebræis: propriùs Nomadibus & Scenitis. 146.b
Trium tabernaculorum moralis distinctio. 475.c
Distinctio variorum ordinum militantium in tabernaculis. 147.2.c
Cæcior talpa. 107.c
Tanais seu Tanis, quæ antea Titannis. 575.a.2
Taurorum fletus. 226.2.2
De Telesphori & Marcelli epistolis controuersia. 3.2.c
Templum Hierosolymitanum inuito Tito imperatore incensum. 470.c
Templum sub Herode gloria inferius quam sub Salomone. 665.d.2
Templum Hierosolymitanum in monte Moria ædificandum. 616.c
Non erat porta in parte Occidentali templi Ierosolymitani & quare. 2061.d.2
Templi nouum adaptatio. 216.2
Templi Ierosolymitani columnarum significationes. 502.c.2
Templorum violatio magnis semper cladibus vindicata. 635.a
In templis ambulatio prolubita. 48.2.c.49.a
Tempus pro tempore positum sæpe. 195.2.b
Tempus duplex, externum, & internum. 65.2.2

Tempus quanti faciendum sit. 887.b.2
Temporis vocabulum in Scripturis quid significet. 870.b.2
De non terendo tempore in inanibus rebus narrandis Augustini salubre monitum. 252.c.2
Tempora in psalmis crebrò cõfundi solita. 43.2.a
Teneo quomodo vsurpetur. 975.d.2
Septem tentationum genera distinguit Richardus. 921.e
Quatuor modi tentationum. 921.d
Quot modis quis tenter Deum. 994.e
Tentandi verbum vt variè vsurpetur. 580.d.2
Tentare Deum vt dicatur homo. ibid.
Tentare & probare in quo differunt. 994.a.2
Ternario in oratione numero quæ possint commodè designari. 52.2.d
Terra, peccatorum designatio: mare pœnitentium. 218.a
Terra viuentiũ qua significatione accipiatur. 11.e
Terræ motus, pro rerum mutatione. 1 5.e
Typus eius terræ motus qui contigit Christo patiente. 275.d
Inferiora terræ, pro matris ventre. 191.2.b
De diuisione Terræ sanctæ. 146.2.b
Terræ nomẽ interdũ de particulari aliqua. 156.2.c
Terræ immobilitas vnde cõfirmari possit. 502.b.2
De medio terræ controuersia. 481.b
Quomodo æternum & nouum dicatur testamentum. 683.c.2
Veteris & noui Testamenti designatio per loca aliquot sacræ Scripturæ. 177.2.c
Veteris Testamenti bona ad veterem hominem pertinent: bona noui potiora nobis optanda sunt. 229.c
Contaminatio Testamenti diuini in populo Iudaico qualis. 58.d
Testimonia malè à Scepreo citata. 28.2.e
Falsi testimonij & calumniæ malum quàm graue. 60.2.d
Thabor, & Hermon longitudo. 832.a
Thalmudistarum somnium reiectum. 177.2.c
Thalmudistarum fabula. 351.d
Ridicula Thalmudistarum & Camhi fabula. 24.d
Tharsis etymologia. 411.a.2
Tharsis quæ sit. 411.d
Literæ thau significationes figuratæ. 601.c
Thearidæ gladium exacuentis acutum responsum. 198.2.c
Thebanis responsum datum. 434.b.2
Theodorici regis sententia præclara. 413.c.2. regia vox. 414.d
Theodoreto malè ascripta opinio. 81.2.c
Theodoretus nimiùm adhærens Theodoro Mopsuesteno. 342.b.2
Theodori Senatoris conuersio. 549.b.2
Theodorus Mopsuestenus damnatus locũ psalmi 68. de Christo negans. 311.b.2. 339.a. 342.b.2
Theologicæ virtutes, cordis, oris, operis. 52.2.d
Thomæ Apostolo attributa sententia. 535.c
Thomæ Aquinatis responsum Christo scisciranti. 460.e
De commentario in Threnos sub nomine Hieronymi controuersia. 460.d
De titulo ante Threnos controuersia. 416.b.2
Loci Threnorum varia lectio. 93.d
Tauribulum aliúdve vas ignarium in aquario vale cur pingerent sacerdotes Ægyptij. 248.a
Timor nocturnus & negotium in tenebris perambulans indicant fures. 917.d.2
Iustorum continuus timor. 36.2.d
Seruilis timor concurrit suo modo ad iustificationem. 722.c
Christianorum timor est pietatis, non infirmitatis. 754.a.2
Timor horrendæ bestiæ, id est, diaboli, omne genus tormentorum superans. 197.c
Timoris nomen vt possit diabolo tribui. 197.e
Triplicis timoris distinctio. 36.2.d
Cur timendum dicitur à timore nocturno, & non à nocte. 917.c.2
Titannis quæ postea Tanis seu Tanais. 575.a.2
Titanes filij Noë. 575.a.2
Sæuitia Tomyris Massagetarum reginæ & aliorum, conspecto hostium sanguine. 112.2.b
De ritu tondendi & radendi. 6. b. de antiquo eorumdem vsu. ibid.
Totum aliquando sumitur pro parte. 805.c.2
Traditionibus fauens locus. 565.a.2
Traiani elegans exemplum. 323.b.2
Treueti explanatio improbata. 883.e.2
Tribulationis vtilitates duodecim. 904.b
Tribulationis Christianorum notæ. 67.c
Tribulationis summus fructus. 30.2.d
Per tribulationes transeundum ad beata. 248.d
Tribulationes ostendere nobis, quid sit. 390.b
Trinitatis mysterium. 262.a. & d.2
Trinitatis distinctio subobscurè collecta. 396.c.2
Hugonis frigida argumentatio de Trinitate. 171.d
Triptalemus agriculturã à Cerere edoctus. 230.b
Omnis alia tristitia remediabilis quæ alia ex re quàm ex Dei percipitur iactura. 536.d.2
Triumphantium voces propriæ. 299.a
Festum tubarum cur institutum. 676.d
Tumore ascendere, veraciter descendere est. 449.b.2
Turris Hananeel mystica expositio. 158.b
Vsus turrium à cyclopibus inuentus. 158.d
In tympanis, carnis obseruata mortificatio. 300.c
Tympanistria summa & eximia, virgo virginum B. Maria. 300.d
Tympanistæ cur dicti prædicatores. ibid.
Tymnorũ in ciuitatibus minima potentia. 4.2.c

V

VAlens Imperator consumptus flamma vindictæ ab iis quos percusserat igne perfidiæ. 110.a
Valerio Publicolæ domus publicè ædificata. 780.b. fores domus quales. ibid.
Valeriani in Africa illustre exemplum pro fide Catholica. 797.d
Valgij celebre exemplum. 314.b.2
Loci Varronis ex Mureto interpretatio. 251.b.2
Quæ magna vastitas & desolatio sit. 190.2.b
Vbera meliora vino quæ dicantur. 186.2.c
Symbolicè per vellus Lxx. intellexerunt mansuetudinem. 897.c.2
Velleris proprietates. 405.e.2
Venator in Scriptura capitur in malam partem, piscator, in bonam. 913.b.2
Qualitates venatoris. 914.a.2
Frigida venena non ita lethalia. 100.2.c
Venter Christi quasi cithara sonasse, vt dici potest. 92.2.b
Apud quẽ vera reticẽtur, miser Imperator. 237.c.2
Respuere verbum Dei, rectè furor appellari potest. 101.b
Afatum Dei verbum. 18.2.c
Mos Hebræorum in scribendo, & aliorum, circa verborum repetitionem. 17.c

Verbum increatum, nullum salutis suæ augmentum merito passionis suæ accepit. 1030.d.2
Diuini verbi præconibus propria adaptatio. 38.2.c
Quæ verba, causa peregrinationis totius generis humani. 210.c
Eadem verba apud Hebræos nonnunquam contrarium significantia. 220.c.2
Verba pro rebus. 214.b
Non minus periculū in verbis linguæ mentiendo quàm in manibus sanguine fundendo. 981.d.2
Veritas pro iustitia. 28.2.d
Veritas rectè arcus dici potest. 145.a
Veritas apud potentiores minus locum habet, & cur. 237.c.2
Veritatis acceptiones. 86.a
Veritatis triplicis distinctio. 393.a
Versus apud Hebræos non pari dictionum numero aut syllabarum constantes. 291 b.2
Vespera quandoque pro sero, tandem, & pro spatio extremo. 121.d
Vespera pro tempore noui Testamenti. 132.2.c
Salutem animæ vespere inchoari, vt possit confirmari. 120.2.c
Vesta vnde dicta. 107.d
Via de Christo cur dicatur. 259.a
Victima omnium maxima, quæ mundi totius peccatum suo cruore mundauit. 355.a
Lætandū de victoria, timendū de pugna. 770.a.2
Emphasis vocis *vale*. 118.2.b
Non videre quid sit. 254.c.2
Videre in vsu Scripturæ idem significat quod habere. 955.c.2
Visio Dei quomodo intelligenda est. 183.b
Cadenti ferro facultas vitus nonnullis adempta. 108.b
Iudicis viduarum & patris orphanorum nomina ab hominibus despecta, à Deo suscepta. 271.a
Viduæ nubere detrectantes à Romanis punitæ. 271.a.2
Viduæ consolatio, pietatis opus. 625.d
Vigiliarum tempora nulitibus assignata 559.b.c.2
Vigiliarum pius vsus comprobatus. 542.d.2
Vigiliarum partes quot. 886.a.2
Malæ vigiliæ. 181.c
Vigiliæ apud Iudæos. 540.c.2
Causæ vigilandi variæ. 181.d
Villici parabola. 64.2.c
Vinum cum aqua miscendi vnde orta consuetudo. 510 b
Vinum postulans Antonius vulneratus, citò post mortuus. 340.d.2
Vino compunctionis qui potari dicantur. 142.2.c
Vini & compunctionis vocabulis præsentis vitæ denotata condimo. 143.b
Mystici sensus de vino. 143.c
Vsus vini apud Persas, in secunda mensam priore, aquæ. 330.d.2
Vini incommoda. 330.c.2
Vino nimio vrentes cum cœlesti signo acephalo comparati. 330.c.2
Vini componendi & hauriendi ratio apud veteres. 511.d
Vini rubri vsus in Ecclesia. 509.d.2
Vina in Palæstina ferè omnia rubra. 509.c.2
Vindictæ iustæ & iniustæ discrimen. 112.b
Viperinus fœtus. 101.a
Latinum vir vnde ortum esse possit. 304.b.2
Viri variæ acceptiones. 670.d.2
Per viros sanguinum qui intelligantur Psal. 57. 3. 114.2.c
Vires, copiæ, pro exercitu. 281.b.2
Virgæ mystica interpretatio 447.c
Sub protectione Dei cœli post Christum maximè commorata est B. Virgo. 910.c.2
B. Virgo cur terra dicatur. 261.d
B. Virgo adiutorium Altissimi dictum. 909.c.2
Tempus nativitatis B. Virginis. 675.c.2
Cur virgines à Christo plus amantur. 29.2.d
Virgilij locus 2. Georg. à Petro Victorio tractatus. 13.2.d
Virtus pro misericordia. 25.2.b
Virtus pro vi ac robore. 219.d
Virtus eleganti figura Zona nuncupata. 220.c
Virtus siue potentia in vindice, gloria in misericorde spectatur. 384.d
Virtus est ad gloriam gradus. 840.a
Gaudium virtutem amantis non potest tristitia interpolari. 978.d.2
In die virtutis nostræ ne securi simus, Bernardi monitum. 376.c.2
Virtutis nomen pro potentia. 25.2.2
Virtutis nomen pro virtutis opere & similes phrases. 155.b
Virtutis nomen nonnunquam verecundiæ datum. 323.c
Perfectio virtutis quomodo definiatur. 831.d
Quæ sit magna vis ad persuadendam virtutē. 116.c
In virtute Domini iudicari. 25.c
Virtutes pro exercitibus positæ. 153.2.c
Muri virtutum pernecessarij. 43 b
Visitandi verbū sæpe in melioré partem. 225.b.2
Vita secura, mare mortuum à Demetrio appellata. 830.b
Vita solitaria sit ne licita. 39.2.a
Vita viuere, morte mori, morti viuere, vitæ mori vt distinguantur. 50.1.c
Vita mortalium festinatio est: quia prolixior, vapor est aliquanto diuturnior. 594.d
Vita, pro genitali absolutè. 181.a
Somnium vita humanum. 450.c.2
Moribunda hominis vita. 185.a
Vita hominis nil nisi tentatio & militia. 190.2.d
Vita temporalis mors dicenda potius quàm vita. 417.d.2
Vita nonnullorum diutissima ob naturalem loci constitutionem. 387.d
Mulierarum origo nobis non vitæ, vt sit hæc vita. 154.2.b
Vitæ, multitudinis numero quid. 184.2.d
Præfinitum homini vitæ tempus iniquitas admittere contraxit. 64.2
Brevitatis vitæ humanæ cum herba elegans comparatio. 887.a.2
Brevitatis vitæ hominum notatio. 894.a
Vitæ hominum cum aranea elegans comparatio. 892.a.2
Absoluto vitæ termino beati & damnati humilitas erga Deum quæ. 497.2
Vitæ nomen vt vsurpetur apud sacros & prophanos auctores. 417 b.2
Irremediabilis est in vitam reditus secundum solas naturæ vires. 598.c.2
Venire in vitam, ingressus in mortem est. 295.2.a
Eorum qui vitam æternam sint consecuturi, duplicis classis distinctio confutata. 352.b
Vitis aurea celebris in Iudæorum templo. 663.c.2
Vitis aurea ab Herode confecta pondere mille talentorum. 663.d.2
Vitiis dititiisque nomen idem datum. 175.c
Confusionis in vitijs moralis distinctio. 363.a.b

Vitulorum trium Deo immolandorum distinctio. 355.a.2
Vituli à Mose comminuti designatio. 168.c
Vituli adoratores voluntarij vt aqua epota probati. 41.2.c
Vitula pro vacca interdum. 354.c
Vitula, diuitum: agna, pauperum victima. 354.d.c
Ita viuere debemus vt opera nostra videntes glorificent Deum patrem. 1066.c.2
Præstat non viuere, quàm malè. 185.a
Viuere quid sit interdum in Scripturis. 417.c.2
Viuentes in infernum descendere quinam dicantur. 50.2.c
Viuificatio pro sustentatione vitæ. 278.d
Deum vltorem gentiles coluerunt. 964.c
Vmbra alarum Dei, virtutes. 83.2.c
Vmbra est quædam luminis priuatio. 701.d
Multiplicis vmbræ bonæ & malæ distinctio. 83.2.c
De vmbris insepultorum Platonis opinio. 636.d.2
Vnicornis cornu mysticè Christus est. 944.c
Sæcularis vnctio & Ecclesiastica quomodo fiant. 845.d
Vnctiones regum & aliorum qua forma olim. 844.a.2
Vnigenitus & primogenitus in Scripturis pro eodem. 854.b
Liberæ voluntatis & gratiæ cum equo & sessore comparatio. 455.d
Votum pro ea quam fecimus in Baptismo sponsione, non ita propriè. 162.c
Votum quando fideliter reddendum. 530.b
Votum Ecclesiæ. 89.a
Votum quamuis necessitate vel metu mortis emissum, obseruandum. 250.b
Opus ex sola obligatione voti, perfectiùs quàm ex necessitate præcepti. 29.2.d
Citra vota seruorum obligatio. 531.a
Vota omnia Deo reddenda, quæ fuerint legitimè duntaxat etiam in tribulatione promissa. 250.c
Abusus hæreticorum contra vota. 29.2 b
Vota non rumpenda. 529.c.2
Vota quæ sint vtilia. 212.c.2
Piorum votorum vsus. 79.2.b
Votorum Dauid exitus. 126.2.b
Votorum vis ad obligandum quanta. 249.c
Bona vota quæ Deo promisimus, studendum est adimplere. 249.d
Melius non vouere, quàm post votum, promissa non soluere. 249.d
Distinctio labiorum in nostris votis quæ esse debeat. 249.a.b.2
De votis Petri Martyris impugnata sententia. 529.a.2
Rei dilatio cauenda si quid boni Deo vouimus. 239.d
Voces gratiæ. 648.d
Pia & religiosa vocum nouitate quando vtendum. 684.b
Prima vocatio est à Deo in nobis sine nobis. 651.d.2
Vrbani VI. symbolum. 495.b.2
Vræus inter serpentium genera habitus immortalis. 932.a
Vsura culpæ, vsura pœnæ, vsura etiam gloriæ. 415.c
Vsuræ prohibitæ. 43.2.c
Vsuræ malæ. 415.a.2
Vsuræ atque iniquitatis nominibus subintellecta omnia peccata quæ suggerit diabolus. 415.b
Vsurarum distinctiones. 415.d
Vter ex pelle constans, mortis cogitationem repræsentans. 576.b
Vterus asinæ attributus. 99.2.c
Distinctio alienatorum ab vtero, & errantium à vulua. 99.b
Vtilitas vulpium ad medicinas. 193.c
Alligatæ caudis vulpes quæ segetes Philisthæorum incendant, quid sint mysticè. 193.a.b
Vulpes cicutes vt caniculæ. 193.2.b
Vulpes nunquam manfuescens. 193.b
Vulpis imitatio propolita & quomodo. 193.a
Simulata vulpis mors ad quid, & aliæ eiusdem fraudes. 193.c
Proprietates vulpis. 192.2.c
Cum vulpe vulpinari & vulpionem esse vt liceat. 193.d
Vulpium esus. 193.c
Iudæi qui supersunt quomodo partes vulpium dicantur. 192.2.c
Vafrities vulpium. 193.c
Vulpium vtilitas ad medicinas. 193.c
A vulpibus ducta similitudo. 193.c
Palæstina vulpibus abundans. 192.2.c
Vulua in brutorum fœminis. 99.c.2
Vulua & vterus synonyma interdum: interdum distincta. 98.2.c
A vulua & vtero Domini, quæ nos portarunt & gestarunt degenerare dedecet. 10.b
Alienati à vulua qui intelligi possint. 99.2.d
Vxor ducitur tanquã necessarium malum. 247.c.2

X

(X) literæ mysterium. 938.d.2

Z

ZElo comedi quid sit. 325.d
Zelo domus Dei quis comedi dicatur. 325.a.2
Zelus diuinus & secundùm scientiam vt comedere dicatur. 325.d
Si zelus indiscretus, erit & immoderata ira furórve. 325.d
Zelus secundùm scientiam esse debet, & hic per illam comprimi. 325.c
Simeon & Leui malus zelus & furiosus à Iacob reprehensus à Iudith laudatus & quomodo. 325.c.2
Zelotypiæ & æmulationis vis. 325.b 2
Zelotypi symbola. 620.b
Zeno ambiguis & lubricis tantùm Christianis paratum esse iudicium voluit. 1065.c
Ziph duarum vrbium nomen, & montis siue deserti. 23.2.d
Qui velint tertiò delatũ à Ziphæis Dauidẽ. 24.2.b
Per Ziphæos qui dæmonas intelligunt. 24.2.c

FINIS.

Digitized by Google